Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Soy de D. Juan Martin de Zabalaeta

Esta obra es del Dr. D. Ramon de Zamora, por prenda con otro libro =

Biblioteca
Universidad de Deusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

AMBROSII

CALEPINI

DICTIONARIVM,

TANTA TAMQVE MVLTA

Verborum, tum Latinorum, tum etiam Græcorum, quæ suis Latinis bellissimè respondent, loquendi'que formularum, accessione adauctum & locupletatum, vt THESAVRVS Linguæ Latinæ, non iniuriâ, dici possit.

ADIVNCTÆ SVNT PRÆTEREA SINGVlis vocibus Latinis Italicæ, Gallicæ, & Hispanicæ, interpretationes, cum selectiorum Adagiorum, ac nonnullarum Etymologiarum, Oppositorum, & Metaphorarum additione.

Subiuncta sunt postremò & opportunè Pauli Manutij Aldi F. Additamenta, tum ad intelligendam, tum ad exornādam Linguam Latinam: quædam etiam ad Romanarum rerum cognitionem vtilissima.



BIBLIOTHECÆ OMNIENSIS SOCIETATIS IESV
IHS

LVGDVNI,
APVD ANTONIVM GRYPHIVM.
M. D. LXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANDREAS MORGVAESIVS

LINGVÆ LATINÆ STVDIOSO

S. P. D.



I iuxta Cleobuli ſententiam modus omni in re eſt optimus, ſtudioſe Lector, par profectò æquúmque videbatur, eos qui voces omnes Latinas ſimul in vnum collecturi ac congeſturi erant, vnde illarum ad purè emendatéque loquendum delectus haberetur, modum ſibi conſtituere. Rectè enim veteri prouerbio fertur, τῇ χειρὶ δεῖ αἴρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. *Itaque tum in colligendis verbis purè Latinis, eorúmque multiplici vi ac poteſtate rectè interpretanda, expeditéque explicanda: tum in citandis autorum claſsicorum locis, variiſque loquendi formulis in medium afferendis, non magis copia quàm modus quærendus eſſe videtur. Nam vt inopia & ieiunitas in componendis Lexicis longa vocum collectione fugienda eſt (is eſt enim eorum finis, ne penuria verborum, loquendíque formularum laboremus, alioquin quicquid mente conceperimus, eleganti ornatáque oratione eloqui minimè poterimus) ita nimiam hac in re copiam, vel potius multitudinis inconditæ confuſionem eſſe in primis vitandam exiſtimo. Porrò ita omni in re nos modicè atque etiam intra modum ſtudere verſarique decet, vt, Terentij ſententiâ, Ne quid nimis. Ij autem qui quum viri doctiſsimi eſſent, quíque ſtudioſis omnibus maximè cuperent, aut Copiæ cornu, aut in M. T. Ciceronem Obſeruationes, aut Commentarios Theſaurósque Linguæ Latinæ, aut aliquid id genus, in lucem edidere, aliquando certè ab eo quod illis propoſitum fuerat, multum aberrarunt. Horum quidem alij copioſius ac felicius, alij verò tenuius & infelicius materiã dicendi ſcribendíque nobis ſuppeditarunt. at ne multi quidem ſunt, qui hac in re iuſtum modum tenuerint. Verum tamen nos illis plurimum debere, ingenuè atque apertè fatendum eſt: eáque de cauſa perpetuò eorum opera à nobis ſuſpicienda ſunt & admiranda. Sed ex his nonnulli, qui ſolius Ciceronis voces loquendíque formulas ſimul in vnum congeſſerunt, vt interea alios probatiſsimos autores negligere viderentur, ita inopem & egenam Linguam Latinam nobis reddiderunt, ac repræſentarunt, vt quum ipſe Cicero non loqueretur, Latinum quemque tacere vellent. Hoc certè perſpicuum eſt, conſtatque inter omnes literatos homines (modo ſanæ mentis fuerint) Ciceronem eloquentiæ Latinæ patrem eſſe, imò vero ſine eo ipſam rem Latinam non poſſe conſiſtere: atque in delectu habendo & vocum & formularum dicendi, quantumuis purè loquentibus, pro Linguæ Latinæ dignitate iurè præferendum. Sed quum is de omni re nec diſputarit, nec diſſeruerit, fieri non potuit vt omnibus vocibus rerum, quas hæc Vniuerſitas ſuo complexu coërcet ac continet, vſus fuerit. Hac ergo in re hoc meum eſt iudicium, vt quæ in Cicerone nõ inuenerimus, ab aliis idoneis autoribus ſumere non vereamur. Iis verò, qui omnia Latina verba conati ſunt perſequi, tota via errare ſæpe contigit. Nam quum ne vnam quidem vocem prætermittere vellent, aliquando Romanis vocibus, quæ in probatæ fidei autoribus reperiuntur, relictis, barbaras, & abſcriptoribus non verè Latinis petitas nobis obtruſerunt verius quàm obtulerunt. Qua in re videtur facta illa infelix (vt aiunt) Glauci cum Diomede permutatio. Deinde, qui in ſuis tum Commẽtariis, tum Theſauris admirabili quadã copia, quam ipſi vocãt, vnius phraſis infinita penè exempla in mediũ adduxere, quid aliud egiſſe nobis videri poſſunt quàm* ὃ πραχθὲν πράττειν: *atque (vt etiã dici ſolet) ſæpius eandem cantilenã canere? At rebus infinitis modum ſtatuere par erat. magis enim placent, maioríque vſui nobis ſunt moderata quàm infinita. Atque optimarum quoque rerum ſi minus eſt ſatietas, certè modus quidam. Modo ergo id agere debuerant ne eſſent infiniti. Nemini autem dubium eſt, (ſi integri ſincerique ſit iudicij) quin* AMBROSIVS CALEPINVS *hoc in negotio modum ſatis bonum adhibuerit, facilique vſus fuerit methodo. Non multas enim voces*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Latinas (si temporis, quo ille scripsit, ratio habeatur) prætermisit: atque in citandis autorum sententiis nec incōcinnus fuit, nec nimis multus. Quòd si aliquot voces spurias legitimis interposuerit, id profectò fecit, deceptus corruptis autorum etiam idoneorū locis, qui id ætatis nondum erant suæ integritati restituti. In quod vitium non solùm Perottus ipse qui Calepinum ætate antecessit, verum etiā alij, qui natis felicioribus temporibus, illos sunt subsequuti, inciderūt. Accedit ad tanti viri decus & ornamentum, quòd licet omni doctrina ornatissimi homines in hoc opere augendo, expoliēdo, & explicando multū operæ & laboris posuerint, (nihil enim in rerum natura tam elaboratum, támque excultum non solùm inueniri, sed ne cogitari quidem potest, quod in dies perfectius et absolutius reddi nō possit) nomen tamen sui autoris mutare illis semper religiosum fuit. quod tantum abest vt fecerint, vt ne hāc quidem vocem DICTIONARIVM, *qua opus suū ille inscripsit, (etiam si apud idoneos autores non inueniatur) vnquā deleuerint: imò verò quia institutum huius operis satis feliciter declarare videbatur, eam perpetuò retinuerunt. Nos vero post tot tantósque viros, vt etiam studia nostra studiosis omnibus adiumēto vsuíque essent, semel atque iterum multam operam in hoc opus exornandum contulimus. Nam quum ab hinc annos quatuor multa verborum Latinorum quæ à probatæ fidei autoribus, labore nostro, petita fuere, accessione hoc Dictionarium adauxerimus, ingentésque voces Græcas, quæ suis Latinis opponi debuerant, ex puris Græcorum fontibus haustas adiecerimus: nunc hac secunda nostra editione politiora omnia atque perfectiora denuò in lucem emittimus. Nam primū præter multarum vocum tum Latinarum, tum etiam Græcarum additionē (vt facile manifestéque quisque videre poterit) selectiora Adagia Græcè & Latinè, eorúmque originem & vsum breuiter & commodè explicationi verborum, è quibus peti videbantur, subiecimus. Deinde etiam aliquot etymologias vocum & metaphoras, quæ deerant, magno omnium commodo addidimus.*

Postremò ad Italicam & Hispanicā vocum Latinarum interpretationem, Gallicam quoque adiunximus. Nam si exteris gentibus aliquando illud beneficium contulimus, consentaneum certè erat, vt Galliæ nostræ, cui & animum debemus, hac in re meritam debitámque gratiam referremus. Quod his tribus nationibus magnæ vtilitati futurum spero, tum ad intelligendum suæ vulgaris Linguæ idiotismum, tum vt vocum Latinarum vim ac potestatem facili negotio percipere vnaquaque earum possit. Hæc habui, Lector humanissime, quæ de mei instituti ratione dicerem. Nunc reliquum est vt hic meus labor tuo vsui & commodo vertatur. Interea te etiam atque etiam oro & obsecro, vt hoc meum munus ac officium pro tua in officiosos homines beneuolentia æqui bonique consulas, méque, vt decet, propter illud perpetuò ames. Vale. Datum Lugduni Idib. Maij 1565.

THEOBALDVS PAGANVS

CANDIDO LECTORI,

S. D.

EX tibi tandem, Candide Lector, Ambrosij Calepini Dictionarium, castigatius certè, atque locupletius quàm vnquam antehac excussum fuerit. De more enim nostro nec impensæ, nec operæ, nec nobis quidem ipsis pepercimus, vt ita elaboratum ac excultū in manus tuas incideret. Quòd autem diu à te expectatum serius quàm nobis propositum fuerat, ad te peruenerit, tuæ humanitatis erit iustam & legitimam nostram excusationem æquo animo accipere: imò vero si quid peccati sit, nobis totum condonare. Nam quum illius impressio in misera, perdita & luctuosa tempora inciderit, (ciuilis scilicet belli, crudelis sanè & exitiosi: & pestilentiæ, quæ grauis hanc vrbem inuasit atque miserè afflixit) semel atque iterum intermissa fuit. Sed tamen vt ea temporum iniquitate magnum dolorem capiebam, quia citius satisfacere tuæ expectationi haud mihi liceret: ita nunc magna afficior voluptate, te hoc meo labore cogniturum meum in te adiuuando studium. Bene vale, & nos mutuò iuua. amaque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambrosii Calepini Dictionarium, hac postrema editione castigatissimum & locupletissimum factum, cum Adagiorum selectiorum, Italicarum, Gallicarum & Hispanicarum vocum additione.

A



NOMEN est literæ primæ Hebræis, Græcis & Latinis: quæ à Cicerone Salutaris litera dicitur, quòd nota esset absolutionis: vt C, condemnationis, & NL, signum erat ampliationis.

Hæc à tergo aspirationem accipiens, fit interiectio: de qua vide infrà suo loco.

A autè præpositio sine aspiratione, & graui accentu scribitur. Deducitur enim ab ἀπὸ Græca præpositione, remota vltima syllaba πό: à qua præpositione Ab quoque deduci videtur, abiecta vltima litera o, & mutato π tenui in suam mediam b. Eadem ratio est de Abs: quarum trium eadem est significatio: in hoc autem vno differunt, quòd A nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus à vocali: Ab verò cum omnibus iis, & præterea cum l & r duabus liquidis, & i consonantis locum tenente: vt, Ab lege, Ab rege, Ab Ione, (licet apud Liuium cum aliis quoque consonantibus coniunctum legatur) & Abs cum t, & q: vt, Abs Tullio, Abs quoliber. Quæcunque igitur de A, eadem & de Ab & Abs, quantum ad significationem attinet, dici & posse & debere est putandum.

A præpositio producitur, & grauatur in contextu. Prisc. lib. 2. de dictione.

A motum à loco significat: vt, Redeo à villa, ab agro: Venio ab vrbe, ab Italia. Virgil. 2. Aeneid. Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat A Tenedo: Neque solum motũ à loco significat: sed etiam tempus importat, & tum maximè declaratur per Quum: vt, A puero te noui, id est, quum puruus adhuc esses. Sic, Ab infantia te dilexi, quum dico, significo statim quum inciperet infantia, cœptam esse meam dilectionem.

A vel ab iunctum cum verbis passiuis, causam efficientem, siue, (vt loquuntur alij) personam agentem significat: vt, Victus est à Scipione, id est, vicit eum Scipio. Verti potest hic ablatiuus in datiuum. Græco more Virgil. Aen. 1. -Neque cernitur vlli. Ibidem: Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum.

Interdum ponitur pro Post, μετὰ, cum accusatiuo, & ἀπό. Cicero de Senectute, Cuius à morte hic tertius & tricesimus est annus: hoc est, post cuius mortem. Plin. lib. 28. ca. 11. Equarum virus à coitu in lignis accensum, Anaxilaus prodidit equinorum capitum visus repræsentare. Vbi A coitu, dixit pro eo quod est post coitum. Sic dicimus, A partu, A funere, A commeatu: quod est Post partum, post funus, post commeatum. Suetonius in Cæsare, Plebs, statim à funere, ad domum Bruti & Cassij cum facibus tetedit: hoc est, post celebratas exequias. Idem in Tiberio, A commeatu castra repetentes. Et A tergo, id est Post tergum, retro, pone, ὄπιθεν, κατόπιν. Liuius 3. ab Vrbe, Neque hostiũ à tergo iucursum vidit. Sic A somno, id est post somnum. Dicimus etiam non ineleganter, A rege secundus: quod est, Post regẽ primus. Idem 1. ab Vrb. Si dignum, qui secundus à Romulo numeretur, crearitis. ¶ Quandoque significat De. Terent. in Adelph. A vilia mercenarium vidi. Suetonius in Vesp. Alterum ad Iuniam Caluinam à gente Augusti pertinere dicebat: pro, de gente. Martialis. Ipsa protinus à te Augusti pertinere dicebat: pro, de gente. Martialis. Ipsa protinus à via salutes. Et Cicero, A Pausania Lentuli liberto audiui: quod alibi per De, enunciauit: vt, De Philadelpho audies: id est, Philadelphus tibi dicet. ¶ Quandoque habet vim defensionis, & significat Pro, ὑπέρ, cum genitiuo. Cicero in Bruto, Nec verò M. Cæsium prætereundum arbitror, quæcũque eius in exitu vel fortuna, vel mens fuit: qui quàm diu auctoritati meæ paruit, talis Tribunus plebis fuit, vt nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentámque dementiam à Senatu, & a bonorum causa steterit constantius. Vbi quod A Senatu, aut, & A causa bonorum, perinde est ac si dixisset, Pro partibus Senatus, & bonorum: hoc est, Senatui studuerit & fauerit, eúmque tutatus fuerit. Idem pro Cluentio, Non modò dicendi à reo, sed ne surgẽdi quidem potestas fuit: quod est, Pro reo: hoc est In gratiam & fauorem rei.

Sic dicimus, A quæstionibus, A testibus, A voluntate: quæ loquutio creberrima est apud idoneos autores: quasi defensor quæstionum, testium, & voluntatis alterius. ¶ Officiorum præterea & dignitatũ nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis, aut dignitatibus funguntur: qua quidem in re latissimus huius præpositionis est vsus. Nam A studiis dicitur esse, qui pro eruditione & doctrina sua, præest studijs alicuius, puta principis. Ab epistolis, ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, qui præest epistolis, siue vt eas accipiat, siue vt ad illas respondeat. A rationibus, qui nunc vulgò *clericus*, siue *magister computorum* dicitur. Suetonius in Claudio, Super hos Polybium à studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus no prætoriis modò ingentibus, & Quæstoriis, Prætorijsque ornamentis ornauit libenter passus est. A libellis, Qui libellis supplicibus præest. ὁ ἐπὶ τῶν ἐντευξέων. Sic A batis, Qui præest mensuris, quique annonam mensuris diuidit. A caliculis, Qui præest caliculis, quæ sunt vasa potoria, ὁ ἐπὶ τῶν κύλικων. A commentariis, Qui præest commẽtariis, hoc est qui in commentarium custodias refert, & veluti diarium custodiarum conficit. Hunc Asconius Pædianus Commentariensem vocat. Hieron. libr. 2 Reg. Iosaphat erat à cõmentariis.

A manibus, siue A manu, dicuntur scribæ, quorum manu ad literas scribendas principes vti solent. οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν χειρόβιοι. Suetonius in Cæsare. Philomenem à manu seruum, qui necem suã per venenum inimicis promiserat, non grauius quàm simplici morte puniit. Hi alio nomine, Ad manum, dicuntur. Cicero libro tertio de Oratore, Licinium seruum sibi Gracchus habuit ad manum. Similiter A manu enseis eos Suetonius alibi vocat. A memoria, Cuius officium est suggerere principi res obcundas, & quæ sint agenda, in memoriam illius reuocare ex præscripto, ὁ ἐπὶ τὸ μνημονικὸν τῶν βασιλέων. A pedibus, dicũtur serui, quorum pedibus vtimur. Cicero ad Att. Nec vilam ob aliam causam Pollucem seruum à pedibus Romam misi. Mart. lib. 5, Omnia quum retrò pueris opsonia tradas, Curnõ mensa tibi ponitur à pedibus? Item libr. 7. eosdem vocat Ad pedes, Misto (inquit) lagenam replet ad pedes vino. Inuenimus etiam pro eodem Pedes, sine præpositione. Idem lib. 5, At ipse retroflexus ad pedum turbam. Et sciendum, A pedibus, per omneis casus eadem terminatione dici. Rectè enim interrogaueris, Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, serui à pedibus. Vnde ait Agretius, Circumpedes, sunt obsequia seruorum: Antepedes, amicorum. Cicero, Circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat. A pugione, dicitur qui principis pugionem gestat, eique semper præstò est. A punctis, Qui præest reditus aquariorum, vt est apud Frontinum lib. 2. de Aquæduct. A secreto, siue à secretis, Secretarius dicitur, qui ab ore principis (vt docet Busæus in prioribus in Pandectas Annotationibus) imperia recipit diplomatum subscribendorũ, edictorumque, quæ in consilio selecto decernì solent. ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων. A voluptatibus, Qui studiũ habet comminiscendi voluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui nouum voluptatis genus reperisset. Suetonius in Tiberio, Denique officium instituit à voluptatibus, præposito equite Romano, T. Cæsonio Prisco. ¶ Aliquãdo etiã hæ præpositiones pro Cõtra ponuntur. Virg. in Melibœo, Dũ teneras defendo à frigore myrtos, hoc est, contra frigus. Cicero pro Fonteio, A quo periculo defendite, iudices, ciuem fortem. Plin. libr. 10. cap. 17, Vestes quoq; à tineis defendit. ¶ Quãdoque ponũtur pro Per. Plaut. in Rud. Ab se cantat cuia sit. id est per se, ac suo vnius testimonio. Idẽ in Bacchid. Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit: id est, per transennam. ¶ Quandoq; pro præter, siue Contra: vnde Ab re, significat Præter, siue contra vtilitatem, aut sine vtilitate. ἀνωφελῶς. Cui cõtrarium est, E re, id est ad vtilitatem. σωφελῶς, vt, E re publica, id est, commodo Reipu. Plaut. in Capt. Quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam: id est, ne quid ores alienum ab honestis moribus, quod bonis moribus nõ conueniat: quasi dicas, Præter vel cõtra honestatẽ. Idem in Trinu. Ab re cõsulit. id est, frustra. Sæpius autẽ vsurpatur cũ particula negatiua. Plaut. in Asinn. Haud ab re autcupis. Plin. lib. 33. cap. 8, Id quod notasse haud ab re est. hoc est, non inutile, non alienũ, à proposito, vel non absurdum. Sueto. in Augusto. Nõ abs re fuerit subtexere quæ ei prius quàm nascereturin ipso natali die deinceps euenerint. Liuius, Haud ab re duxi. A vel Ab, pro ὑπέρ, siue pro eo quod dicimus, Quod pertinet ad. Cicero pro Rabirio, Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, sed etiam à sermone. Idem ad Atticum, Sumus enim flagitiosè imparati eũm à militibus, tum à pecunia. Idẽ de Oratore. Hæc quum Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentium fuit: pro, Quod ad iudicium, ad milites, ad pecuniã, ad cæteros pertinet. Plautus in Epidico, à morbo valui, Ab animo ægret fui. id est, quod ad morbum, quod ad animum pertinet. Idem in Cure. Tã à me pudica est, quasi soror mea sit. Pudica, inquit, est, quod ad me attinet. Huc pertinent & hæc, Ab animo perit, Ab re perit, Ab animo otiosus, Ab ingenio improbus. Doleo ab animo, Dolco ab oculis, & similia apud Plautum ac Terentium. ¶ Accipiuntur etiam A, vel Ab, pro eo quod vulgò dicimus, *De parte*, Plinius lib. 33: Quod à fosse fuit, in iis melius, quàm quod à terra. pro, Versus solem, & Versus terram. Idem lib. 2. cap. 47, Sunt ergo bini in quaruor cæli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Dicitur tamen & A parte, pro eodem. Plin. lib. 13. cap. 15, Laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis. A vel Ab præterea cũ ablatiuo personæ eleganter domicilium significat: vt, A iudice venio: hoc est, à domo iudicis. Terẽtius in And. Vnde est: dic clarè. MY. A vobis. id est, à domo vestra. Ibidem, Sed Mysis ab ea egreditur. Sic A me, A milite, A Giveerio, apud eundem. ¶ Ab eo, pro Eius. Terentius in Eunucho, Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Vbi Donatus, hæc est elocutio, Gratiã ab eo inibo, pro, Eius gratiam merebor. Nam Ab eo, amat Terẽtius pro, Eius, ponere: vt in Andria, Hæc primum animaduertenda ab eo iniuria est, id est, eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuria. ¶ Sunt & aliæ harum præpositionũ significationes, cuiusmodi sunt quæ sequũtur. Cæsar: Opportuno, atque occulto loco à millibus passuum circiter duobus, Romanorum aduentum expectabant. pro, interuallo duum millium passuum. Idem, Positis castris à millibus passuum quindecim, auxilia Germanorum expectare constituit. ¶ Ab aliquo legare. Cicero pro Cluen. Itaque ei testamento legat grandem pecuniam à filio: à secundo hærede nihil legat. Subintellige tradendã, id est, A. Cluentius ita legat: Oppianico grandem pecuniam, vt is eam nonnisi à filio, siquis natus esset, accipere posset: vt scilicet ipsi Oppianico cura esset salus filij, quum in ea tantum suum emolumẽtum positum intelligeret. Nam legata nõ valebant, si is à quo nominatim testamento relicta essent, hæres esse non potuisset. A lenone manu asserere apud Plaut. in Pers. ¶ A calce ad carceres, id est à fine ad principium. Cicer. de Senectute, Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari. Hoc est à senio ad pueritiam. ¶ Hæc de significatione & vsu harum præpositionum A, & Ab, & Abs, cæteris dictionibus appositarum in compositione verò separationem significant, & priuationem. Neque tamen cum quibuslibet literis coniungũtur. Nam A cũ m, & u, consonante solùm connectitur: vt, Amoueo, amens, auello: Ab, cum a d e c i l n o r, & u, vt, Abactor, Abduco, Aberro, Abfore, Abiuro, Ablacto, Abnuo, Abortior, Abrogo, Abundo. Duo sunt ex Ab præpositione composita, quæ euphoniæ causa b, mutant in u, Aufero videlicet & Aufugio. Important autem, vt diximus, hæ præpositiones in compositione ferè priuationem, vt Absimilis, non similis. Nonnunquam separationem: vt, Ablacto, Aufugio. Interdum idem valet quod Extra: vt, Abduco. Aliquando idẽ quod Contra: vt, Abusus, Contrarium. Aliquando superfluæ sunt, vt apud Liuium, Flauius supplementum ab Roma abduxerat. Cicero pro Rosc. Amer. Nõ est necesse omnes commemorare Curtios, Marios, Mamercos, quos iam ætas à præsidio auocabat. Abs verò componitur cum c, q, & t, vt Abscondo, Absque, Abstineo. Significat quoque retractionem in partem posteriorem, sicut in Abstrahio. & aliquando priuationem, vt in Abstemius, quasi sine temeto.

AARON, Ἀαρὼν Suidæ, Nomen proprium summi Sacerdotis apud Hebræos, qui vnà cum fratre Mose Israelitas eduxit ex Aegypto. Acta eius reliqua vide in Exod.

A ante B.

Ab, præpositio. Vide in superiore dictione.

ABA, Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ vrbis tyrannidẽ, quam pater procuratorio nomine administrarat, cultu obsequioq; ab Antonio & Cleopatra sibi impetrauit. Ἄβα. Vide Strabonem lib. 14. Fuit præterea Aba (vt idem Strabo refert lib. 10. ex Aristotelis sententia) ciuitas Phocidis, cuius ciues Abantes, Ἄβαντες, dicebantur: qui postea relicta patria Euboeam incoluerunt: quæ etiam ab ipsis Abantis, Ἄβαντὶς Stephano dicta est. Est etiam Aba, mons Armeniæ, ex quo Domitius Corbulo Euphratem nasci voluit, referente Plinio lib. 5. cap. 24.

ABACAENA, Ἀβάκαινα Ptolemæo, vel Abacænum, Ἄβακαινὸν Suidæ & Stephano. Oppidum est Siciliæ non procul à Messanæ cuius incolæ dicuntur Abacænini. Ἀβακαινὸς Stephano. Est præterea Abacæna, teste Ptolemæo lib. 6. Oppidum Mediæ.

Abacion, pen. cor. diminutiuum est à nomine Abax: cuius significationem vide in primitiuo Abax, Ἄβαξ.

Abaces, vide in singulari Abax.

Abactores, qui sunt, quære in dictione Abigeus in Abigo, ἀπελάται.

Abactus, adiectiuum. & Abactus, verbale. Vide ABIGO.

Abacus, penultima correpta à genitiuo Græco Ἄβακος, ab Ἄβαξ, mensa est, vel tabula in quam aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorũ, in quas receptacula ẽduliorum exponi solẽt. ¶ Ital. *Desco, bancho ò sedia.* Gallice, *Dreſſoir ou boffet, banc ou siege.* Hispanicè, *Aparador de la plata* ὁ τράπεζα. ¶ Item mensæ genus ex opere intestino, ad exponenda omnis generis vasa factum. Cicero in Verrem, Ab hoc abaci vasa omnia, vt expolita fuerant, abstulit. Iuuenal. Satyr. 3. Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex. Ornamentum abaci. Cicer. 4. Tuscul. Abacos cõplures ornatos auro & argento cælato.

Est item tabula calculatoria ¶ Ἄβακιον Ammonio: Italicè, *La credenza, la Tauoliera da ſeruire, cantella.* Venetiis. Gall. *Tablette à eſcrire ou table à getter on conter.* Hisp. *Tabla para ſeruir à contar.* ¶ in qua logistæ numeros subinde deletilea. & mathematici suas lineas & figuras ducũt. Persius, Nec qui abaci numeros, & tecto in puluere metas Scit risisse vafer. Vtitur eo in hac significatione & Apul. in Mag. Veteres mensam Pythagoricam appellabant. Vnde & pro ipsa supputandi peritia, quę Platoni Ἀριθμὸς dicitur, vulgus abuti solet. Aliquãdo planities é marmore vel structura ad sessum habilis hoc nomine appellatur.

Sunt præterea Abaci, columnarum ornamenta, & tabulæ quadratæ, quæ epistyliis supponuntur, de quibus Vitr. lib. 13. cap. 1. ¶ Ital. *el ſo dil della colonna.* Hiſ. *Piedra labrada que ſe pone al pie de la columna baxo.* ¶

Abaculus, diminutiuũ est à nomine Abax quo significatur parua mensa, in qua vel rationes subducuntur, vel vasa reponuntur. Ἀβάκιον.

Sunt præterea Abaculi, calculi quibus vtebantur veteres in supputatione disputationéque rationum: qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes seruatur. ¶ Italicè *segni da far conto, detti ſeruiti, ò ragionati.* Gal. *Getons à conter.* Hisp. *Contadores para hazer cuentas.* ¶ Plin. lib. 36. cap. 26. Vitri fragmenta temporata adglutinantur tãtum, nec sus tota fundi non queunt. præterquam, abrupta sibi, nec tingi, veluti quum calculi fiunt, quos abaculos appellant.

ABAE, Abarum, Ἄβαι. Oppidi nomẽ est in Phocide, ab Aba quodam heroe illi inditum, vt Stephanus & Suidas prodiderunt. Huius incolæ dicti sunt Abantes, Ἄβαντες, qui postea hac vrbe relicta, in Euboea sedes fixerunt, eámque insulã de se vocauerũt Abãdem. Pro eodem legitur & Aba singulari numero, vt paulò ante ostendimus.

ABAEA, Abææ, Ἄβαια Ptolemæo, Oppidum est in sinu Messeniaco, non procul à Pheris, quod nonnulli idem esse putant cum Hira seu Oechalia, vna ex septẽ duitatibus, quę apud Hometum 10. Iliad. Achilli offeruntur ab Agamemnone. Vide Hermol. in Plin.

ABAEATAE, pe. prod. Ἀβαιᾶται, Populi sunt Arcadiæ in sinu Messeniaco, quorum vrbs Abæa commemoratur à Ptolemæo libro 5. Vide Plinium lib. 4. cap. 6.

Abagio, onis, teste Varrone lib. 6. de lingua Latina, à veteribus dicebatur pro eo quod nox, vna litera immutata, Adagionem dicimus. ¶ *Proverbium.* Italicè, *Proverbio.* Gallicè, *Proverbe.* Hispanicè. *Refran.* ¶

ABALA, Ἄβαλα. Oppidum est Troglodytarum, non procul à mari Rubro. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

Abalieno, as, are, pe. prod. Quod nostrum erat, alienum facere: & de rebus mancipi dicitur, id est, quæ à nostro ad alterius dominiũ transire possunt. ¶ Ἀποκηρύττω. Ital. *Alienare, disparire, disfognere.* Gall. *Aliener, eſtranger.* Hisp. *Enagenar ò deſaparecer.* ¶ Cicer. de lege Agr. Huiusmodi res commissa nemini est vt agros vectigales populi Romani abalienaret.

Hinc Abalienatio, id est (vt Cicero in Topic. scribit) eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Ponitur etiam pro separare, disiungere. Plautus in Curcul. Nisi si mors animum meum abs te alienauerit. Idem in Mil. Istuc crucior, à viro me tali abalienarier. Idẽ pro Auertere. Cicero Atico lib. 14. Sed totum se à te abalienauit Dolabella.

Abalienatus, participium. Quem quis à se remouerit, aut alienum à se fecerit. ¶ Ἀποκηρυχθὲν. Ital. *Di partito, diſgionto.* Gal. *Aliené, eſtrangé.* Hiſp. *Enagenado* ¶ Cic. Attic. 1. Sed mirandum in modum est animo abalienato. Idem in Verr. 6. Abalienati scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, nationesque.

ABALITES SINVS, Ἀβαλίτης κόλπος, Exiguus est sinus in tractu Troglodytarum, ita dictus ab Abala, eius regionis oppido maritimo. Vide Plinium lib. 6. cap. 29.

ABALVS, Ἄβαλος, Insula est Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt electrum ex arboribus fluere. Plin. lib. 37. cap. 2. Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangem fluuium. Plin. lib. 6. cap. 19.

Abambulantes, Abscedentes, autore Festo. Ἀποχώροντες.

Abamita, Est soror abaui. ¶ Ἀδελφὴ τοῦ πάππου ἢ τῆς μητρός. Ital. *Sorella del terzo auo.* Gal. *La seur du pere de noſtre beſayeul.* Hiſ. *Hermana del tercero abuelo* ¶ Instit. lib. 3.

ABANA, nũc pen. corr. Fluuius Damasci, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

ABANTES, Ἄβαντες. Populi ex Thracia oriundi, qui finibus suis egressi postquam in agro Phocensi oppidum condidere, quod à ducis sui nomine Aban vocauere, ipsi quoque à nomine oppidi Abantes vocati sunt. Hi postea in Euboeam trangressi, quæ tunc Macris dicebatur, à suo relictique nomine oppidi, Abantidem illam vocauere. Hos Herodotus lib. 1. inter Ionas commemorat. Alios hoc nomine populos Orpheus in Argonaut. iuxta Pontum collocat.

ABANTIAS, adis, Ἀβαντιὰς, Patronymicum est à nomine Abas, quo significatur vel filia, vel neptis Abantis. Vnde apud Poëtas ferè pro Danaë ponitur, Abantis ex Acrisio nepte, vel pro Atalanta, nepte eiusdem ex Iasio. Vide ABAS.

ABANTIS, idis, Straboni, aut Abantias, adis, Plinio, Ἀβαντὶς Stephano & Suidæ, Insula est Bœotiæ adiacens, tam exiguo à continenti Euripo diserета, vt ponte iungatur. Hæc teste Strabone in principio lib. 10. olim Macris dicebatur ob situs longitudinẽ: postea ab Abantibus Thraciæ populis, qui relicta Aba, Phocensis agri oppido, in hac insula sedes suas fixerunt, dicta est Abantis: & postremò Euboea. In hac insula est Caphareus promontorium, Græcorum naufragiis infame.

ABAORTAE, à Plinio lib. 6. cap. 20. numerãtur inter Indiæ populos.

Abaptistum, substantiuum, Medicorum est instrumentum, terebellæ vium præbens, quoties cranij os propter fracturam aliquam perterebrandum est: habet enim hoc instrumentum in summitate sua labrũ, siue obicem prohibentem, ne altius immergi possit, aut meningas lædere: vnde & nomen habet. Ἀβάπτιστον. Vide Galenum lib. 6. Method. cap. 6. & Celsum lib. 3. cap. 23.

Abaptistus adiectiuum, quod mergi non potest. Ἀβάπτιστος. Epitheton est proprié suberi conueniens.

Abaphus, pe. cor. Non tinctus. ¶ Ἄβαφος, ab ἀ priuatiua particula, & βάπτω, tingo. Ital. *non tinto.* Gall. *Non teint.* Hisp. *no teñido.* ¶

ABARBAREA. Ἀβαρβάρεια. Vna Naiadum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontis Aesopũ genuit, & Pedasum. Homer. Iliad. 6.

ABARIM, Mons excelsus diuidens terram Amon & Euphratis à terra promissionis, contra Iericho ad Iordanem vsque fluuium protendens radicem.

ABARIMON, Scythiæ regio in magna Imai montis conuallo in qua syluestres homines degunt, auersis post crura plantis, qui maximam habent velocitatem, passimque cum feris vagantur. Ἀβαρίμων. Plin. lib. 7. cap. 2.

ABARIS, huius Abaris, pe. cor. nomen viri proprium, de quo sic Celius lib. 16. cap. 22. Abarim Hyperboreum ferunt sagittam per orbem terræ circumtulisse, nihil omnino vescentem. Hunc Abarim Scythæ filiũ non ignarum literarum, oracula scripsisse traditur, quæ Scythica nuncupentur: & nuptias Hebri fluminis, Apollinis aduentum ad Hyperboreos, ratione metrica, abs quo sagittam acceperit, quam diximus. Huius & Gregorius Theologus commeminit in epitaphio ad Magnum Basilium. Hactenus Cælius. Præter oracula Scythica, & nuptias Hebri fluminis, alia quædam scripsit, vt cõmemorat Suidas. Meminerunt huius Herodotus in Melpomene, & Strabo lib. 7.

ABARNVS, Ἄβαρνος Stephano, vel Abarnis, Ἄβαρνις Herodoto, Oppidum est, & regio aspera in tractu Bariano: ad Propontidem. Hecatæus & Ephorus Abarnidem ad Hellespontum collocat, & Lampsaci arcem esse volunt. Vide Stephanum.

ABAS, Ἄβας, Ἄβαντος, per vnum b, rex duodecimus Argiuorum, Lynceo ex Hypermnestra coniuge filius: fuit tamen qui Beli filium faciunt, homo bellicosus & acerrimi ingenij fuit, & regnauit annis XXIII, vt inquit Eusebius. Pater fuit Prœti & Acrisij, & anno Persei, à quo postea Argiuorum reges, Abantiadæ dicti. Abas alius fuit quidam nobilis comes Aeneæ, de quo Virgil. lib. 10. Vnà torquus Abas, &c. Et alibi, Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis. Alius item fuit Centaurus, Ixionis & Nubis filius. Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, qui & historicos quosdam cõmentarios, & Rhetoricè scriptam reliquit autor Suid. Ab Abas fit possessiuum Abantius. Ἀβάν-

τιος.

Universidad de Deusto Biblioteca

ABD. Item Abantiades patronymicum masculinum. Ouid. 5. Metamorph. Tondet hinc hastam calido de vulnere raptam Vltor Abantiades. Hoc est, Perseus pronepos Abantis.

ABANIS, plur. numero, loca sunt deserta & inaccessa in Occidentali plaga Aegypti ἄβανις. Hoc enim nomine Aegyptij vocant regiones inhabitatas, & maximis desertis circundatas, vt scribit Strabo lib. 17.

ABATOS, pen. cor. Insula est Aegypti, in palude Memphitica posita: ita dicta quod ad illam propter limi & papyrorum copiam difficillimus fit accessus: ἀ, priuatiua particula, & βαίνω, quod est vado, vel ascendo. Huius meminit Lucanus lib. 10. Hinc Abatos, quæ nostra colit veneranda vetulas, Tetta potens. Hoc nomine etiam vocatus est locus vltra Aegyptum & Aethiopas, iuxta paludem quam Stygem vocant. Latini huiusmodi loca, ad quæ difficiles dantur accessus, Inuia vocant, siue Auia, siue Inaccessa. Sic etiam Ouid. de Pont. Parthorum gentem inuiam vocat,

Gens fuit & telis, & equis, & tuta sagittis,
Et non accessis inuia fluminibus.

Abatos præterea ædificij nomen fuit, quod à Rhodiis fuit erectum ad tegendum Artemisiæ trophæum, quod religione impediti diruere non poterant. De hoc ita scribit Cælius Rhodig. Antiq. lect. lib. 13. cap. 33. Artemisiam miraci non desinunt Græci, quæ irruentes Rhodios classe exercit, insulamq; domuerit, erecta in vrbe Rhodo statua, quæ ciuitati stigmata videretur inurere. Quem locum obseptum mox Abaton dixere, quoniam trophæa mouisse religio est.

Abauunculus, Frater abauiæ. § ἀδελφὸς μητρὸς μείζων. Ital. *El fratello della terza auola.* Gal. *Le frere de la mere grand.* Hispan. *Hermano dela tercera abuela.* § Initium. lib. 3.

Abauus, pen. corr. Proaui pater, quòd iam longè absit ab auo. § πάππου πάππος. Ital. *El tercero auo.* Gal. *Le pere du bisaeul.* Hisp. *Tercero abuelo.* § Cic. de Clar. Orat. Iam duorum abauorũ quam est illustre nomen? ¶ Sic abauia, mater proaui. § πάππου μήτηρ. Ital. *La terza auola.* Gal. *La aieule de nostre ayeul.* Hisp. *Tercera abuela.* §

Abax, abacis, idem est quod Abacus, hoc est, mensa vel tabula, in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in qua disci; aliáque id genus exponuntur. § ἄβαξ Ital. *Desco, Abaco.* Gal. *Dreſſoir, ou buffet.* Hisp. *Aparador de vasos, ò sobremesa del aparador.* § Item tabula calculatoria, in qua logistæ numeros deleriles, & mathematici lineas suas ducunt. § Ital. *Tauoletta da scriuere.* Gal. *Tablette à escrire, ou table à jetter ou conter.* Hisp. *Tabla pequeña para escriuir ò contar.* § Item tabula quadrata, quæ epistylijs columnarum supponitur. Sunt præterea Abaces, vasa quædam villoria, in quibus pretiosiora reponuntur. § Ital. *La veſte & conſerua di preciose coſe, come de calice, taZZe d'argento, liuti, & ſimili.* Gal. *Eſtuy de pots, eſcuelles vaiſes & autres choſes precieuſes.* Hisp. *Aparador de coſas preciosas.* § Horum meminit Iabol. in l. hæred. de legat. iij. Cui Corinthia vasa legata essent, huic abaces quoque eorum vasorum causa paratas, deberi Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas abaces vasorum numero testator habuit. Proculus verò rectè ait, si æneæ quidem sint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. Hinc deducitur diminutiuum Abacion, idem significans quod Abaculus, id est, parua Abax, ἀβάκιον. Ammonius tamen ita distinguit, vt Abax sit mensæ genus in triclinijs, vbi vasa omnis generis exponi solent: Abacion verò tabula illa calcularoria, in qua vel numeros, vel lineas subinde deleriles ducimus.

ABAZEA, pen. prod. ἀβάζεια. Festa fuerunt, vel potius sacra, à Dionysio Caprij filio, & Aliæ rege instituta. Cic. 3. de Nat. deo. Dionysios multos habemus: primum Ioue & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam ducitur interemisse: tertium Caprio patre, cúmque regem Aliæ præfuisse dicunt: cuius Abazea sunt instituta. Dicta Abazea, à taciturnitate, qua hæc sacra celebrabantur. ἀβάζω enim taciturnum significat.

Abba, per geminum b, ἀββᾶ. Hebræa, vel potius Syra dictio est, composita ex aleph & beth, in qua singulare quiddam est quod & patres libenter audiunt, & pueri primum ionare discunt. Paulus Rom. 8. hanc vocem exponit, Per quem, inquit, clamamus Abba, pater.

Abbas, atis, Collegij societatisque magister ac moderator. § ἡγούμενος. Ital. *Abbate.* Gal. *Abé.* Hispan. *Abad, prelado de monges.* § Sunt qui vnico b scribant.

Abbatia, tiæ, à recentioribus capitur tam pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniam nimis male sonat, Græcos imitatus, per τι scriberem semper, Abbatcia, ἀββατεία, penultima longa. § Ital. *Badia.* Gal. *Abaie, dignité d'Abé.* Hispan. *Abadia, dignidad de aquestos.* §

Abbatissa, fœmininum ab abbate. § ἡγουμένη ἡγουμένισσα. Ital. *Badeſſa.* Gal. *Abeſſe de nonnain.* Hispan. *Abadeſſa de monjas.* § Hieronym. de modo viuendi, Quum à semitis iustitiæ deuiat, ipsamet etiam abbatissa cognoscat.

Abbreuio, as, are. § βραχύνω. Ital. *Accorciare.* Gal. *Abbreger.* Hispa. *Abreuiar lo luengo.* § Vegetius in prologo lib. 3. Quæ per diuersos autores libróque dispersa, Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreuiare iussisti, &c.

ABDERA, pen. pro. ἄβδηρα. Vrbs est Thraciæ maritima, Democriti patria, non procul à Nessi fluminis ostio, à Teijs condita, vt testatur Herodotus li. 1. Vulgò *Polystylo.* ¶ Hinc natũ prouerbiale æniguia, Abdera pulchra Teiorum colonia, Ἄβδηρα καλὴ τειῶν ἀποικία. quo significamus non deesse quò confugiamus, si quis præter modum pergat esse molestus. Huc fortassis alluxit M. Tull. 4. & 7. Epist. ad Atti. Vadianus existimat conuenire prouerbium, vbi quis fortunam tenuem, sed cum libertate coniunctam anteponit amplis opibus, sed obnoxijs seruituti. Nam damnatus est Abderitarum aër, & item pascua. Alij (inter quos est Pomponius Mela) à Diomede conditam volunt, & à nomine Abderæ sororis ipsius nomen esse fortitam. Effertur autem Abdera, æ, vel Abdera, orum. Ouid. in Ibin, Aut te deuoueat certis Abdera diebus Plin. lib. 25. cap. 8. Circa Abderam & limitem, quem Diomedis vocant, equi pasti inflammantur rabie. Plurali vtitur Mela lib. 2. Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanet: & vrbs, quam sorores eius suo nomine nominant, Abdera. Supra hanc vrbem Bistonium (βιστόνιον) stagnũ esse dicitur, in quo natantia omnia demerguntur: vnde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ βορθεῖν, quod est mergo. Stephanus hanc vrbem ab Hercule eõditam existimat, & à nomine Abderiti, quem in deliciis habuit, Abderam fuisse nominatã. Est & Abdera vrbs in Bætica Hispaniæ regione, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1. forte *Almeria.* Hinc Abderita, gentile, vel Abderites, ἀβδηρίτης. de quo paulò pòst.

Abderitanus, a, um, adiectiuum: vt, Abderitana plebs. Mart. lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes.

Abderiticus, a, um, aliud adiecti, ἀβδηριτικός. Cic. ad Attic. Imperium Abderiticum. Abderitica mens, id est, stupida, aut insana. Abderitanis enim natura peculiarem fuisse mentis stuporem, indicat M. Tullius in libris de Nat. deorum; & Plin. lib. 25. cap. 8. Vide Cælium Rhod. Antiq. lect. lib. 16. cap. 13. Estque prouerbium.

ABDERITARUM ἀβδηρίτων. Populi Thraciæ sunt: qui cum à muribus arania vexarentur, coacti sunt nauale solum relinquere, & alias quærere sedes. Hos Cassander, sedibus in vltimis Macedoniæ partibus concessis, suscepit, pactione simul inita cum eis de pace, quam suam timebant inuasuros patriam.

Abdico, as, penult. correp. Amouco, repudio, reiicio, expello: quasi lõgè dico. § ἀποκηρύττω, ἀποπέμπω. Ita. *Remouere, escuser vna ſe ſeruire per ragion, leuar & mandar ſor de caſa figliolí primi de ſeruenZa di vitornare.* Gal. *Retirer, deſmouvoir, renoncer pour enfans & le priuer de l'heritage.* Hisp. *Empuxar à fuera, echar a fuera, desheredar el hijo en la vida.* § Apud Terentiũ in Andriæ pœtocha, Recusat nuptias: generum abdicat. Vnde Abdicare filium dicitur pater, quem adhuc viuus bonis & omni iure filij priuat: quod multò grauius est, quàm exhæredari. Ille enim dicitur exhæredari, qui testamento paterno ab hæreditate submouetur. Quicunq; itaq; abdicatus est, etiam exhæredatus intelligitur, nõ contrà. Sic Abdicare magistratu aliquem, est abrogare alicui magistratum, & eo priuare. Cic. 2. de Natura deorum, Augures rem ad Senatum, Senatus vt abdicarent: Consules abdicauerunt. Sed abdicare se magistratu, est deponere magistratum, siue relinquere. ἀποκηρύττειν ἑαυτὸν ἀρχῆς, καὶ ἐκποιεῖσθαι, καὶ ἀποτίθεσθαι τὴν ἀρχήν. Cicero in Philippicis, Antonius eo die non modò Consulatu, verum etiam libertate se abdicauit. Ad eundem modum dicimus, Abdicare se tutela, dictatura, libertate, & id genus similia. Plin. quoq; lib. 20. cap. 3. elegantèr hoc verbo vsus est. Democritus inquit in totum rapũ abdicauit in cibis, hoc est tollendũ censuit ex omni prorsus ciborũ vsu. Iustulit: Ἀπεκήρυξεν ἀπὸ τροφῆς παντός. Et lib. 13. cap. 22. de thapsia, Nec corticem abdicant, pro, non tollunt ex vsu medicinæ. Sic lib. 15. cap. 3. Laurus quidem manifesto abdicat ignes erepitu, id est, reiicit, auerſatur. Et lib. 33. cap. 1. Vtinam posset è vita in totum abdicari aurum. pro, ex hominum vsu tolli.

Abdicatio, verbale, quę opponitur adoptioni. § ἀποκήρυξις. Ita. *reſeciamento di figlioli per vergogna.* Gal. *Abatardiſſement, renoncement, deſaueu des enfans.* Hisp. *Aquella obra de desheredar en vida.* § Plin. li. 7. ca. 45. Abdicatio Posthumi Agrippæ post Adoptionẽ. Fieri autem consueuit Abdicatio, patre à filio iniuria affecto, aut inobedientia eius offenso: quę in iudicio vocatum, probata causa abdicabat: eumq; abdicatum alere non tenebatur: imò egenũ, vestibúsq; ipsis spoliatum dimittebat, nec defuncto patri succedebat in hæreditatem. Transumitur etiam ad alia: vt, Abdicatio magistratus, Dictaturæ, &c. quum scilicet quis magistratu, aut Dictatura deponitur. Liuius 6. ab Vrb. Amotúsque post triumphum abdicatione Dictaturæ terror & linguam & animos liberauerat hominum.

Abdico, pen. prod. cis, xi, ctum. § ἀποκηρύττω, ἀποπέμπω. Ita. *Luſciar da parte, voce augurale.* Gal. *Reietter, jetter en arriere.* Hisp. *Echar atras, ò al traues.* § Augurale est verbũ, & significat reiicere, repudiare. Cic. li. 1. de Diuin. Quòq; in quatuor partes vineã diuisisset, tres ijs partes aues abdixissent, quarta parte, quæ erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine vuã, vt scriptũ videmus, inuenit. Contrariũ eius est Addicere, verbũ Auguribus etiã peculiare. Tũc enim aues addicere aliquid dicuntur, quum aliquid feliciter cessurũ pollicentur: cõtrà Abdicere, quum aliquid aut nunquã futurum, aut infeliciter cessurum significant. Vide ADDICO.

Abdo, dis, abdidi, abditũ, ex Ab & Do, significat Abscõdo, occulto, obtego, retrudo. § κρύπτω. Ita. *Naſcõdere.* Gal. *Cacher, muſſer, retirer.* Hisp. *Eſcõder.* § Construitur aurẽ modò cum accusatiuo: idq; dupliciter, vel cũ præpositione. Cic. ad Att. 9. In Aegyptũ nos abdemus. Hoc est, occultandi gratia in Aegyptũ nos recipiemus. Idem Tusc. 2, Audisne hæc Amphiarae sub terram abdite. Liu. ab Vrbe 2, Abdito intra vestẽ ferro. Vel sine præpositione. Cic. in Pis. Domũ se abdidit. Terent. Hecy. Rus abdidit sese. Modò cum ablatiuo, atq; in duobus modis. Vno, cum præpositione. Liu. ab Vrbe 1. Se in suis quisq; tectis abdiderũt. Idem ibidem, Cultrũ quem sub veste abditũ habebat, cum in eo de figit. Altero, sine præpositione. Virg. Georg. 3. Hunc quoq; vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ. Vbi Seruius, Abde domo, hoc est, in domo. Nam si aduerbialiter vellet loqui, Domi, diceret. ¶ Dicimus etiam Abdere se literis, & in literas abdere. Cic. pro Archia, Si qui ita se literis abdiderunt, vt nihil possint ex his neq; ad communem fructum afferre, neque in conspectum lucémque proferre. Idem Volumnio lib. 7. Epist. Fam. Ac me totum in literas abdere. Ponitur etiam interdum cum præpositione Ex. Plautus in Pseud. Ex conspectu sui heri si se abdiderunt, luxuriantur.

Abdite, aduerbium, Occultè, latenter, secretò. § κρύβδην, λάθρα, κρυφίως. Ital. *Secretamente, naſcoſamente.* Gal. *Secretement.* Hisp. *Eſcondidamente.* § Cic. 1. Verr. aliquid ita conditum esse, aliquid ita abditè latère, vt omni diligentia inuestigari non possit.

Abditum, ti, substantiuum, pro loco occulto. § κρύβδην τόπος. Ital. *Luogo naſcoſto.* Gal. *Lieu ſecret.* Hisp. *Lugar eſcondido.* § Plin. lib. 8. cap. 5. Nunquam nisi in abdito coëunt.

Abdomen, pen. prod. à medicis rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totúmque illud quod intestina regit, ex cute, adipe, musculis octo, & peritonæo compactum, totum illud spatium eam prehendens, quod est à cartilagine mucronata, nothisq; costis, vsque ad ilia atque ad ipsum vsque os pubis. § ἐπιγάστριον. Ital. *Il groſſo ouer ſongia degl' animali.* Gal. *Celle part du ventre qui eſt vers le nombril iuſques aux aines ſont celle peau qui communement eſt graiſſe, & improprement ſignifie graiſſe.* Hisp. *La panZa ò eſcudilla de animal, como de los puercos.* § Corn. Cellus lib. 4. cap. 1, Ipsa autem ilia inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt, à quibus à pube abdomen sursum versus ad præcordia permeat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab exteriori parte euidenti cute, ab interiori leui membrana inclusum, quæ omento iungitur, ἀφεστέωσθαι à Græcis appellatur. Dictum autem videtur Abdomen, quòd sub cute abditum sit. Et quoniam pars hęc ventris adiposa est, fit vt passim apud scriptores κοιλοχεμοσύνη Abdomen, σίαλος accipiatur pro adipe, vel quauis ventris pinguedine. Iuuen. Sat. 4. Montani quoque venter adest abdomine tardus. ¶ Accipitur præterea Abdomen pro ima ventris suilli parte, quæ alio nomine Sumen appellatur, summísque in deliciis habebatur apud Romanos. Plin. lib. 11. cap. 37. Porcæ sumen optimum, si modò fœtus non hauserit: Antiqui Abdomen vocabant. Vide de hoc plura in dictione Sumen. ¶ Per translationé aliquando Abdomen positum inuenitur pro gula & ventris ingluuie. Cicero pro Sestio. Libelli etiam pro vino oppignerabantur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

Abduco, cis, pen. prod. A' loco duco, alium alicunde mecum duco. ξάπάγω. Ital. *Togliere, toglier per forza.* Gal. *Emmener & retirer de quelque lieu.* Hisp. *Leuar à alguno por fuerça.* ξ Cui contrarium est Adducere. Abducimus autem sine vi, aut per vim. Sine vi, Terent. in Eunuch. Tum me comitem solum abducebat sibi. Cic. 2. de Finibus. Maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, vt Dictator esset. Per vim, Lactant. lib. 4. Postremò capti, abductique Babylonem, pœnas impietatis suæ graui secuitio pependerunt. Curtius. Armentum omne abductum. Terent. in Adelph. Me inuito abduxit meam. Dicimus etiam Abducere vi, & Abducere per vim. Cic. act. 5, in Verrem. Ad quem iste deduxerat Terriam Isidori mimi filiam, vi abductam à Rhodio milite. Liuius lib. 2. ab Vrbe condi. Consularibus negotio dato, vt collegam per vim, si aliter non posset, à foro abducerent. ¶ Inuenitur etiã Abducere positum pro auferre. Plautus in Trucul. Quid, si de vestro aliquid orem abducere? Idem in Cas. Vbi intrò hanc nouam nuptam deduxi, clauem abduxi. ¶ Per translationem ponitur pro Auertere, auocare, abstrahere, remouere. Cic. Familiar. 5, Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria à rep. abducet. Et Tuscul. 1. Magni est ingenij reuocare mentem à sensibus, & cogitationé à consuetudine abducere. Idem pro Flac. Fide abdutere, dixit sine præpositione, pro reuocare à fide præstanda. Verba eius hęc sunt, Quòd ait Luceius L. Flaccum sibi dare cupisse, vt fide se abduceret, ff-s vicies.

Abecedarius, dicitur rei literatiæ tyrunculus, qui adhuc vltra literarum cognitionem nihil profecit. ἀλφαβητάριος. Accipitur item pro eo qui aliquid per ordinem alphabeti digerit, vel pro eo quod alphabetico ordine digestum est. Vide Cæl. lib. 14. cap. 28. & Budæum in Pandect.

ABEA, vide Abæa.

ABEACVS, Siracorum rex, qui sunt populi ad radices Caucasi. Vide Strabonem lib. 11.

ABEATAE, Vide Abeatæ.

Abedo, is, vel abes, abedi, abedere, idé quod exedo, absumo. ξκατεσθίω. Ital. *Diuorare.* Gal. *Manger tout & consumer.* Hisp. *Tragar mucho.* ξ Tac. li. 15, Nam exorta vis locustarũ abederat quicquid herbidũ aut frondosum.

ABELLA, læ, ἄβελλα. Ptolemæo, oppidum est Campaniæ, non procul à Nola, quæ & Auella dicitur mutato b, in u, consonantem. Virgil. 7. Aeneid. Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ. Hinc nuces Auellanæ dictæ, quæ ibi copiosissimè proueniunt.

Abellinæ, vide Auellanæ.

ABELLINVM, siue Auellinum, ἄβελλινον, Italiæ oppidum in tractu Campaniæ, teste Plin. lib. 3. cap. 5. hoc idem esse creditur cum eo quod Virgilius Abellam vocat: vnde & nuces Abellinæ primùm, & postea Auellanæ dictæ sunt. Est & Abellinum, teste Ptolemæo lib. 3. Hirpinorum oppidum, non procul à Nuceria Apulorum. Vtriusque oppidi incolæ dicuntur Abellinates. ἀβελλινάται, discriminis tamen gratia, posteriores Protropos cognominat Plin. lib. 3. cap. 11.

Abemo, compositum ab Ab, & Emo: significat, quasi adimo: quod dictum videtur pro Abimo. ξἀφαιρῶ. Ital. *Togliere.* Gal. *Oster.* Hisp. *Quitar.* ξ Plautus, Abemito vestem. Festus, Abemito significat demito, vel aufero. Emere enim dicebant antiqui, pro accipere.

Abeo, is, abiui, vel abij, abitum. Discedo. ξἀπέρχομαι. Ital. *Partire, andare.* Gal. *S'en aller, se partir.* Hisp. *Ir à lugar.* ξ Liuius lib. 1. Hæc loquutus, subitis abiit. Terent. in Eunuc. Heus Demea, rogat frater, ne abeas longiùs. ¶ Aliquãdo Abire dicitur, quod nos paulatim deserit, ἀπέρχομαι. Terentius in Adelph. Menses abierunt decem. id est, effluxerunt. ¶ Aliquando pro euanescere, sedari, cessare, præterire. Idem in Andria. Mirabar, hoc si sic abiret. ¶ Interdum pro dilabi. Cic. Attic. 11, In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? ¶ Item pro desetere, vt Abire ab emptione, Abire à magistratu, hoc est, deserete emptionem, deserere magistratum. Pro eodem etiam dicimus sine præpositione, Abire magistratu. Liuius 3. ab Vrbe, Non tam properantis abire magistratu, quàm viam ad continuandum magistratum quærentis esse. Sic Abire incœpto, pro eo quod est, ab incœpto desistere. Abire è medio, idem quod mori. Terent. in Phorm. Ea mortem obiit, è medio abiit. ¶ Denotat etiam motum ad locum, quò est iter: quamuis & motum De quo inclusum habeat: vt Quò abiit? Virgil. 5. Aeneid. Quò tantùm mihi dexter abis? ¶ Habet alios quoque loquendi elegantes modos. Plin. lib. 3. cap. 14. Bello sociali oppidum deleuit, quod nunc in villas abiit. Liuius ab Vrb. 2, Telo exacto, præceps Fabius in vulnus abiit. id est pronus cecidit in vulnus. Idem, Ne in ora hominum pro ludibrio abiret. id est, ne ab omnibus rideretur, ne vulgi fabula fieret. Terent. Adelph. Patrissas, abi, virum te iudico. Vbi inquit Don. Abi, blandientis est verbum, quemadmodum ad eos dicere solemus, qui iam compotes suorum votorum sunt facti. Idem in Phorm. Præsens quod fuerat malum in diem abiit. id est, in aliud tempus dilatum est. ¶ Abi, etiam per contemptum dicitur. Terent. Adelph. Nunquam tem facies: abi, nescis ineptare homines. Abi etiam, dicimus hærenti morantique. Terent. Andr. Vos isthæc intrò auferte: abite. Abire viam figuratè dictum. Plautus Rud. Abi tacitus tuam viam. ¶ Paræmiæ aliquot ex hoc verbo nascuntur, vt Aut abi, aut exuere Autore Plat. in Theæteto hic mos fuit Lacedæmoniis, vt in publicis certaminibus neminem cogerent ad certaminis congressum, sed legem edicebant, ἢ ἀπιέναι ἢ δυσὶ ῥόπαις. Campestriari enim cetera nudi luctabãtur Græci, quibus δυσὶ ῥόπαις exuere est. ¶ Simile huic Adagio est, Aut abi aut

bibe, ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι. Cuius meminit Cicero Quæst. Tusc. li. 5. Monemur autem hac paræmia vt aut tempori locóque nos accommodemus, aut ab hominũ cõsuetudine nos subducamus. ¶ Aliud adagium, Abi in exitium, βάθι' εἰς ὄλεθρον, mitte in perniciem, auferatur è medio. ¶ Ex hoc etiam verbo oritur hæc paræmia, præsens abest, πάρων ἀπῆν τοῖς. in eum qui non animaduertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata.

Abitur, impersonaliter posuit Plautus in Mere. Scio iam quid velis: nempe me hinc abire vis. 1. volo. c. abitur.

Abitus, & Abitio pro discessu. ξἀπαλλάγησις. Ital. *Partita ò partimento.* Gal. *Departement.* Hisp. *Ida de alguno lugar.* ξ Terent. Heaut. Quum videam miserum hunc eius abitu cruciari. Ibidem, Propter eam hæc turba atque abitio venit. Abitionem antiqui dicebant mortem. Festus. Abitus præterea non modò abitionem & discessum, sed & locum per quem abire possumus, significat. Virgil. 9. Aeneid. Hinc atq; hinc, omnémq; abitum custode coronant.

Aberceo, ces, ex ab & Arceo, significat prohibeo. ξἀπείργω. Ital. *Vietare, prohibire.* Gal. *Chasser.* Hisp. *Arredrar ò apartar.* ξ Plautus, Atque eam abercet domo.

Aberro, ras, Valde erro, longè digredior, ξἀφαμαρτάνω, ἀποφέρομαι. Ital. *Vagare.* Gal. *S'esgarer, se desuoier, se fouruoyer.* Hispan. *Desuiarse.* ξ Lactan. lib. 4, A quo hi duo riui si aberrauerint, arescant necesse est. Cic. lib. 5. Tuscul. Quæst. Sed redeat vnde aberrauit, oratio. Plin. Iunior lib. 4. Epist. A qua rogo vt artificem quem elegeris, ne in melius quidem finas aberrare. id est, ab illo exemplari discedere, etiam si melius facturus sit. Aberrare verò à ianua, siue à fera, τῆς θύρας, vel potius τῆς θύρας ἀφαμαρτεῖν. Dici solitum, vbi quis penitus aberrat à vero totóque fallitur iudicio.

Aberratio, verbale, Digressus à recta via: & metaphoricè profugium. ξἡ πάνυ ἀλόγιστος, ἀποπλάνησις. Ital. *Grande errore, desuiamento, ò disuiamento.* Gal. *Fourioiement, destorce, esgarement de chemin.* Hisp. *Apartamiento de camino, errado ò desuio.* ξ Cicer Cassio, Veruntamen aliam aberrationem à molestiis non habemus.

Aberunco, cas, Lege Auerrunco.

ABESAMIS, Syriæ oppidum, quondam à Semiramide conditum. ἀβεσαμεῖς. Plin. cap. 28. lib. 6, A Petra incoluerunt Omani ad Characem, oppidis quondam claris à Semiramide conditis, Abesamide, & Soractia.

ABESTE, Oppidum apud Hermandum fluuium, Plinio autore, capite 23. libri 6.

Abfore, pen. cor. significat abfuturum esse. ξἀπέσομαι. Ital. *Douere allontanarsi.* Gal. *Estre absent.* Hisp. *Estar, ò ser ausente, ò alexarse.* ξ Quæ duo per b scribuntur, ne si per geminum ff scriberentur, composita quis crederet ex Ad præpositione, quæ oppositum significat. Ouid. Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus. Statius tamen lib. 1. Thebaidos, accipere videtur Affore, in significatione præsentis, -Senfit manifesto numine ductos Affore, quos nexis ambagibus augur Apollo Portenti generos, vultu fallente ferarum. Ediderat. Sic Abforem, pro abessem: Afforem pro adessem. Virgil. 1. Aeneid. Atque vrinam rex ipse Noto compulsus eodem Afforet Aeneas. De aliis à Fore compositis, vide in dictione Forem.

Abgrego, gas, pen. cor. Ab grege duco, vel ex pluribus gregibus parcels subduco. ξἀποζεύγνυμι. Ital. *Scegliere, & menar fuor del grege.* Gal. *Separer du troupeau.* Hisp. *Apartar, como de manada.* ξ Huic contrarium est Aggrego, quod est addo, & quasi in gregem duco. Disgrego verò, & Segrego, pro disiungo poni solent, quibus contrarium est Congrego.

Abhinc, Vna dictio composita idem significans quod Antehac. ξἄρτι, ἀπὸ τοῦδε. Ital. *Gia fuora, per l'auenire, da hora inanzi.* Gal. *Depuis ce temps, d'icy en auant, de ce temps là.* Hispa. *Ante, ò adelante.* ξ Et iungitur tam accusatiuo quàm ablatiuo. Terent. in And. Abhinc triennium: hoc est, Ante tres annos, τρία ἔτη ἤδη. Cic. ad Att. Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius xxv. spopondisse dicit Flauius.

Abhorreo, res, rui, Aspernor, fugio, dissentio, discrepo, remotus sum à re aliqua. ξμεμακρύσμαι, ἀπηλλότριωμαι. Ital. *Hauer in horrore & in dispetto.* Gal. *Auoir en horreur & dédaing.* Hisp. *Aborrecer.* ξ Et modò cum accusatiuo, modò cum ablatiuo iungitur. Cum accusatiuo: Sueton. de Aug. Nam pumilos aeque distortos, & omnes generis eiusdem, vt ludibria naturæ, maliq; ominis, abhorruit. Liu. 4. ab Vrbe. Eodem anno Posthumia virgo Vestalis, de incestu causam dixit, crimini obnoxia ob suspitionem propter cultum amœniorem, ingeniúmque liberius quàm virginem decet, parum abhorrens famam. Cum ablatiuo mediante præpositione à. Terent. in Hecy. Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis. Sic, Abhorrere ab re vxoria, apud eundem in Andria. Et apud Cic. de Fato, sine præpositione, Alij talibus vitiis abhorreant. Sciendum tamen, quòd quum accusatiuo iungitur, in simili ferè significatione sumitur, qua Horreo: tunc enim significamus, nos rem præsentem vel propinquam, quam audire, aut aspicere pertimescimus, execrari. Cum verò ablatiuo, tunc procul nos esse ab eo quod non placet, vel quod refugimus, demonstramus: vt si dixero, Hanc rem abhorreo, significat exector, & pati nequeo. Abhorreo ab hac re, id est, alienus factus sum, vel procul esse volo. A multis enim procul esse volumus, vt à rebus venereis, licet nostris sensibus pleruque odiosæ non sint, sed animi moderatione ab illis abesse studemus, ne nobis officiant. L. Valla lib. 5. cap. 104. scribit hoc verbum semper constrtui cum ablatiuo, sed fortasse decepit cum Ab præpositio, quæ ablatiuum exigere videtur. Sed si hoc in plerisque verbis fiat, non tamen in omnibus, sicut in Aboleo, Abluo, & huiusceemodi: quæ accusatiuum, non ablatiuum postulant. Ponitur interdum absolutè. Ambrosius Offic. lib. 1. cap. 8, Legimus officium dici à nobis posse, nec ratio ipsa abhorret: quandoquidem ab efficiendo dictum putamus, quasi efficium. Cicero pro Cluent. Omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes vt immanem ac pernicioſam bestiam, pestémque fugiebant.

Abhorrens, sine adiecto, quod ratione caret, seu alienum est à ratione. ἀπεικὸς, ἀλογώδης, ἀλογιστος. Liuius, Risus illic nequaquam tam absurdus est, quàm vestræ absurdæ & abhorrentes lacrymæ.

Abhorresco, Valde timeo, seu in horrorem abeo, & quasi videre non patior. ξἐκπλήττομαι. Ital. *Impaurire.* Gal. *Auoir en dédaing & horreur.* Hispa.

Aow mochemieda ò espanto. } Lactantius de Ira, Quem terra contremiscit, cœlum q; & mare, & latebræ Tartareæ, & dæmones abhorrescunt.

Abhortor, idem fere quod Dehortor. {ἀναπείθω. Ital. *Sconfortare.* Gall. *Deshenorter, deseonseiller, desformer.* Hisp. *Dissuadir alguna cosa con razones.*}

Abiecto, tas, frequentatiuum, significat frequenter abiicio. {ἀναρρίπτω. Ital. *Gittare spesso.* Gal. *Ietter souuent auec dédaing.* Hisp. *Abaxar, o echar de si muchas vezes.*}

Abies, etis, pen. cor. fœminini generis, Arbor est altissima, rectissimáq; : cuius pars inferior enodis, Sapinus vocatur : superior verò nodosa duriorque, Susterna, vt Plin. scribit lib. 16. cap. 39. Præcipua dos est crispantibus. & in toto quodam discursu venarum pretiosis. Alij hanc Gallicam vocant, propter candorem. {ἐλάτη. Ital. *Abete, altrimenti Sappo.* Gal. *Arbre communement appelé Sapin.* Hisp. *Abeto, arbol.*}

Abiecula, diminutiuum, Græcè dicitur ἰλάτη, forsan ab ἰλάω, impello, produco, prolongo. Dictam autem volunt Abietem, quòd in altitudinem longius eat, quàm cæteræ arbores.

Abiegnus, a, um, Quod est materiatum ex abiete, vt, Abiegnæ mensæ. {ἐλάϊνος. Ital. *Cosa fatta d'Abete.* Gal. *De sapin.* Hispan. *Cosa de materia de abeto.*} Colum. lib. 12. cap. 43, Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna scobe vitides vuas custodiunt.

Abietarius, Faber lignarius, ab abietibus, & aliis lignorum generibus, vt in Exod. Faciant opera abietarij. Hi etiam Materiarij dicuntur, à Materia. {τεκτονικὸς. Ital. *Il legnaiuolo, il maestro one.* Gal. *Charpentier.* Hisp. *Carpintero.*} Cuius nomine ligna, quæ ad ædificandum fulciendúmque necessaria sunt, intelligenda esse declarat Iureconsultus. Festus pro denominatiuo vsurpat, Abietaria, inquit, negotia, quam nunc materiam dicimus, videlicet ab abietibus coëmendis : & Abietarius negotiator.

Abiga, penul. correp. siue, vt alij malunt, Aiuga, herba est, quæ à Plinio alio nomine Chamepitys dicitur ab abigendo partu sic vocata, χαμαίπιτυς. Hanc eandem esse herbam credit Ruellius, quam vulgò Iuam muscatam vocant.

Abigo, pen. corr. ex Ab & Ago : propriè est pecus aut greges abducere, siue vi id fiat, siue dolo. {ἀπελαύνω. Ital. *Scacciare, menar via gregge.* Gal. *Chasser, & promener les bestes.* Hisp. *Apartar ganado, hurtarlo, ò exear.*} Liu. 1. ab Vrbe, Herculem in ea loca, Geryone interempto, boues mira specie abegisse ferunt. ¶ Aliquando ponitur simpliciter pro agere, siue propellere, vt fit quum boues in pascua mittuntur. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 1, Itaque greges ouium longiùs abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum. ¶ Significat præterea Abigere, rem nobis odiosam, aut molestam propellere, & fugare. {ἀπωθέω. Ital. *Cacciar via cose dannose & spiacevoli.* Gal. *Chasser loing de moy toute chose odieuse & mal plaisante.* Hisp. *Empuxar à lexos cosas que hazen daño.*} Cic. Tusc. 1, Proiici se iussit inhumatum. Tum amici, Volucribúsne, & feris? Minimè verò, inquit, sed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. ¶ Secundum hanc rationem transfertur interdum ad res incorporeas : vt, Abigere fastidium, lassitudinem, & id genus, pro expellere. Plin. lib. 12. cap. 17, Ex Syria deuehunt styracem, aeri eius odore in focis abigentes suorũ fastidium. Plautus in Mercat. Agedum Acanthium, abige abs te lassitudinem. Huic simile est Amoueo, sed mitius. Cic. pro Cluent. Odiũ, inuidiam, metum, cupiditatésque omnes amoue. ¶ Abigere partum, etiam eleganter dicimus, pro eo quod est, Herbis & medicamentis fœtum iam conceptum depellere. Ibidem, Memoria teneo, Milesiam quãdam mulierem, quum essem in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis fuisse damnatã. ¶ Prouerbiali figura videtur olim vsurpatum, Abegerunt nunquam meos boues aut equos, pro, nunquam me læserunt aut affecerunt iniuria, vt mihi sit causa cur illum odisse debeam. Plutarch. in Com. de vitanda vsura. Homer. Iliad. ἀ. Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βόας ἠλάσατο, οὐδὲ μὲν ἵππους.

Abactus, a, um, ab Abigor : vt, Abacti greges, qui aut furto, aut per vim, abducti sunt. {ἐπηλάσιμος. Ital. *Tirato via per forza & latrocinio, bestiami scacciati.* Gal. *Chassé par force ou larrecin comme bestial.* Hisp. *Ganado hurtado.*} Cic. 4. Verri. Præter ea greges nobilissimarum equarum abactos. Liuius 4. ab Vrbe, exercitus in agrum Veientẽ, ac Falisceum ducti, prædæ abactæ hominum, pecorúmque. Additur quandoque & ablatiuus Furto. Plin. lib. 8. 51, Compertum agnita voce suarij, furto abactos, merlóque nauigio inclinatione lateris vnius, remeasse. Abacta nox, pro, exacta. Virg. 8. Aeneid. -medio iam noctis abactæ Curriculo. Dicebantur etiam Abacti autore Festo, magistratus, qui coacti deposuerant imperium. ἀναγκασθέντες.

Abactus, us, ui. Verbale, pro violenta expulsione. {ἐπηλασία. Ital. *Discacciamento subito, ò rubamento di bestie.* Gal. *Dechassement violent, larrecin de bestial.* Hisp. *Empuxamiento, ò hurto de ganado.*} Plin. in Panegyrico, Quàm dissimilis nuper alterius principis transitus (si tamen transitus ille, non populatio fuit) quum abactus hospitum exercetet. Abactus etiam vocatur furtum illud, quo pecudes è pascuis abiguntur, aut à gregibus sub trahuntur : quod alio nomine Abigeatus dicitur.

Abigeatus, us, ipse abigendi actus, siue crimen abactionis. {ἐπηλασία. Ital. *Latrocinio, ò rubamento di bestiame.* Gal. *Larrecin ordinaire de bestial.* Hispan. *Hurto de ganado.*} Marcel. lib. 47. Digesto. Abigeatus crimen publici iudicij non est, quia furtum magis est.

Abigeus, pen. cor. ab Abigo dicitur (vt autor est Vlpianus) qui pecora de pascuis, vel ex armentis subtrahit, & quodammodo deprædatur, & abigendi studium, quasi artem exercet, equos de armentis, vel oues de gregibus abducens. {ἐπηλάτης. Ital. *Ladro, ò rubatore di bestiame.* Gal. *Larron ordinaire de bestial.* Hisp. *Hurtador de ganado.*} Caterum si quis ouem ober rantem, vel equos in solitudine relictos abduxit, non est Abigeus, sed fur potius. Scribit & Claudius. Quantitas discernit furem ab abigeo. Qui enim vnam suem furripuerit, vt fur coërcebitur : qui gregem, vt abigeus. Multò autem grauius supplicium à legibus in abigeos, quàm in cæteros fures constitutum est : quòd hos ædibus nostris possimus excludere : pascua autem maiora sint, quàm quæ muro possint cingi. Quem Vlpianus Abigeum appellat, Apuleius Abactorem vocat.

Abiicio, cis, pen. cor. & per geminum i, quis mutatur a in i, quæ tamen in præterito conuertitur in e. Est autem Abiicere, proiicere, hoc est, à se longè iacere. {ἀπορρίπτω, ἀποβάλλω, ἀποῤῥίπτω. Ital. *Gittar de lontano per ira, isdegno, dispetto, & altrimenti.* Gal. *Ietter par dédaing ou fascherie.* Hispan. *Abatir ò echar de si.*} Valer. lib. 1, Quum prælium nauale committere vellet, auspiciáque more maiorum petiisset, & pullarius non exire pullos cauea nuntiasset, abiici eos in mare iussit, dicens, Quia esse nolùt, bibant. Cic. Tusc. 1, E muro se in mare abiecisse. Est etiam hoc verbum aliquando humilis & contempti, supplicisve : vnde, Abiicere se ad pedes alicuius, est supplicíter ante pedes eius procumbere, à quo aliquid precibus conamur impetrare. Cic. Attic. lib. 8. Non sum veritus, ne viderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Pro eodem etiam dicimus, Supplicem se abiicere. Idem pro Milone, Ego me plurimis pro te supplicem abieci. Abiicere sese est deprimere seipsum, & parui pendere, παρίεσθαι ἑαυτόν. Cic. in Paradoxis, Sic te ipse abiicies atque prosternes, vt nihil inter te & quadrupedem putes interesse? Abiicere hastam, idem est quod desperare : cuius testimonium habes apud Ciceronem pro Muræna. Metaphora ducta est ab iis qui prælio victi arma abiiciunt, quæ fugientibus oneri magis sunt, quàm vsui. Transfertur etiam ad res animi, accipitúrque pro deponere, expellere & amouere : vt Abiicere amorem : & Abiicere spem, siue animum, hoc est, desperare. Cic. 3. Verrina, Socij verò nationésque exteræ, spem omnium, tum primùm abiecêre rerum. καταβάντες τὴν ἐλπίδα, τὸ φρόνημα κατεπάσαντο. Bud. Sic. Abiicere curam, est curam deponere, & desinere solicitum esse. Idem Pæto lib. 9. Famil. Sed caue, si me amas, existimes me, quòd iocosius scribam, curam rei abiecisse. ¶ Quũ vitium aliquod aut rem alioqui noxiam admonebimus missam fieri reiiciq; oportere, conuenit adaginm ab hoc verbo natum, Abiicien dum procul. Sic Theognis non opes, sed ipsam paupertatem iubet εἰς μεγάλην πλατέην ἐκβάλλειν, id est, in immensum mare proiicere.

Abiectus, a, um, participium. Ouid. Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis. Et Abiectus, abiectior, abiectissimus, nomen ex participio. Cic. 5. de Fin. Nihil abiectum, nihil humile cogitant. Abiectus, id est iacens, summissus, contemptus, afflictus, & animo fractus, ἀνειμένος, ταπεινὸς, ἀθυμῶν. Ital. *Gittato via, dispregiato, vile, basso.* Gal. *Mesprisé debouté de chasun, abbaissé, humilié.* Hisp. *Abatido, de poco precio.*} Abiectè, aduerbium, pro contemptim, & abiecto animo. Cic. 1. Tusc. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid semiliter, muliebritérve faciamus. {ἀνειμένως. Ital. *Per dispregio.* Gal. *Sans en faire cas, vilainement & sans honneur.* Hisp. *Menospreciando.*}

Abiectio, verbale, quod idem est quod animi deiectio & contemptus sui. Cic. in Piso. Quid debilitatio atque abiectio animi tui, Macedonia Prætoria nuntiata. {ἀθυμία, ἀπόῤῥιψις, ἀθυμία, ταπείνωσις. Ital. *El gittamento per isdegno ò dispetto.* Gal. *Lacheté de cœur, mespris.* Hisp. *Abatimiento, menosprecio.*}

ABII, ἄβιοι, populi sunt, vt Stephano placet, Scythiæ, aut, vt alij malunt, Thraciæ : ita dicti quòd Abianum amnem accolant, aut certè quòd in curribus degentes, lacte vescentes, & in cælibatu viuentes, vitam humanam agere nõ videntur : vt Abios intelligas τὸν μὴ ἐχοντα ἡνίοχον ἀμφὶ βίον. Alij Abios dictos putant, quasi ἀβίωτους, quòd in pace degentes neminí vim inferant. Vnde & ab Homero mortalium iustissimi appellantur. Iliad. 13. γλακτοφάγων, ἀβίων τε δικαοτάτων ἀνθρώπων. Sunt quoque qui inde Abios dictos putant, quòd more vicinarum gentium arcu non vtantur, vt sit compositum à nomine βίος, quod accentum habens in vltima, arcum significat. Apud Homerum tamen loco iam citato Abiorum nomen, vt & Galactophagorum, non tam Gentile esse videtur, quàm Myssorum, quorum in præcedenti versu meminit, epitheton. Vide Strabonem lib. 7. & Cælium lib. 18. cap. 23.

ABILA, pen. cor. ἄβιλα, Stephano, oppidi nomen est ad Iordanem fluuium. Est & Abila, ἄβιλα, Stephano & Suidæ oppidum in regione Decapolitana, Diogenis Sophistæ patria : cuius meminit Plin. li. 5. ca. 18. Item, mons Mauritaniæ in faucibus freti Gaditani, è regione Calpes, Hispaniæ montis, ἄβιλος Suidæ. Plin. in Procem. lib. 3, Proxima autem Hispaniæ montis, ἄβιλος Suidæ. Plin. in Procem. lib. 3, Proxima autem faucibus vtrinque impositi montes coercent claustra. Abila Africæ, Eutropæ, Calpæ, labotum Herculis metæ. Quam ob causam indigenę columnas eius Dei vocant, credúntque per fossas excisũ antea admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem.

Abintegro, pen. naturaliter cor. significat Denuo, quasi res perfecta rursus inchoẽtur. {ἐκ νέου, ἐξ ἀρχῆς. Ital. *Di nuouo.* Gal. *Derechef.* Hisp. *De nuevo ò desde comienço.*} Virg. Aegl. 4. Magnus ab integro sæclorũ nascitur ordo. Cic. 3. Verr. Vtrũ existimatis minus operis esse, vnam columnam efficere abintegro nouã, nullo lapide reduuio, an quatuor illas reponere?

Abintestato, aduerb. significat sine testamẽto. {ἀδιαθέτως. Ital. *Senza testamento.* Gal. *Sans testament.* Hisp. *Sin testamento.*} vt, Hic abintestato decessit, μὴ διαθέμενος. Sic etiam dicimus, Succedere abintestato. Afran. lib. 29. μὴ διαθεμένου. Sic etiam dicimus, Succedere abintestato. Afran. lib. 29. Dig. Quicunque enim abintestato successerit, locum habent codicilli. Et paulò pòst, Nec interest quis succedat, dum abintestato succedat.

Abiotos, pen. produ. herba est Dioscoridi, quæ notiori nomine Cicuta appellatur. {ἄβιοτος. Ital. *Cicuta.* Gal. *Ciguë, ou Següe.* Hisp. *Cegnda.*} Nomẽ inde ductum videtur, quòd capite damnatis cum vino misceri soleat. Nam ἄβιοτος, Græcis triste significat, & doloribus plenum.

ABIS, Fluuius in Danubium influens. Hic etiam Absus dicitur. Autor Althamerus.

ABISAMA, ἄβισαμα. Ptolemæo, ciuitatis nomen, quæ à Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia fœlix dicitur.

ABISARI, aliàs Biasari, regio est Indiæ, apud Strabonem lib. 15.

ABISONTES, à Plin. lib. 3. cap. 2. inter Alpinos populos numerantur.

Abiudico, as, pen. corr. significat, Rem de qua controuersia est, per iudicium aufero, & alteri trado. {ἀποδικάζω. Ital. *Toglier via per iudicio.* Gal. *Oster par iugement.* Hisp. *Quitar alguna cosa por sentencia.*} Vnde Ager abiudicatus ab Liuio dictus, quem Romani per iniquum iudicium interceperant, etipuerántque. Cic. in Verr. Act. 2, Nulla res euiquam tam patria atque auita fuit, quæ non imperio istius abiudicaretur. Ponitur aliquando extra forum, pro repudiare, siue reiicere. Cic. de Orat. li. 2, Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico atque reiicio.

Abiugo, gas, pen. cor. propriè à iugo remouco. {ἀποζεύγνυμι. Ital. *Sciogliere dal giogo, disgioppiare.* Gal. *Decoupler, déioindre.* Hisp. *Apartar ò desuntr vno de otro.*} vt, Abiugare boue, hoc est, à pari disiungere. Sed per transtionem

nem significat separare, alienare, ἀπαγορεύειν. Pacuuius, Quæ res te ab stabulis abingat? Huic contrarium est Adiungo, de quo infra.

Abiungo, gis, Separo. {ἀπεζευγνύμι, ἀπαγορεύω. Ital. *Disunire & separare, scompagnare.* Gal. *Desioindre, separer.* Hisp. *Apartar ò desunar vno de otro.*} Virg. 3. Geor. -it tristis arator, Mœrentē abiungens fraterna cæde iuuencum. Cic. ad Att. Quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit: hoc est, se disiunxerit. Huic contrarium est Adiungo.

Abiurallo, antiquum verbum, pro abiuro, sicut apud Cic. in lib. de Senect. in versu quodam Ennij, Leuasso pro Leuo. Plaut. in Persa, Nec metuo, quibus credidi hodie, nequis abiurasit mihi.

Abiuro, ras, penult. prod. significat rem mihi creditam periurio nego. {ἀπομνύω, ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμι. Ital. *Negar con giuri & sagramenti, giurando negare.* Gal. *Renier par serment, ou auec iurement.* Hisp. *Negar alguna cosa con juramento.*} Plaut. in Curc. Qui abiurant, si quid creditum est. Accipitur etiam latius pro eo quod est factum aliquod cum periurio negare. Cicero Attico lib. 1, Tulliola nostra, deliciæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me sponsorem appellat: mihi autem abiurare certius est, quàm dependere. Quo in loco Cicero suo more ludens, ait se potiùs constituisse vel cum periurio negare se spopondisse, quàm quod pro Attico spoponderat, exoluere.

Abiuratus, Cum periurio negatus: vt quum depositum abiuratum dicimus. Aliquando tamen simpliciter acceptum inuenitur pro eo quod est, contra ius retentum. Sic enim interpretatur Seruius illud Virgil. lib. 8. Abstractæque boues abiuratæque rapinæ Cœlo ostendentur. {ἐξορκισθείς. Ital. *Negato per giuro & sacramento.* Gal. *Nié par serment ou iurement.* Hisp. *Negado con juramento.*}

Abiuratio, rei creditæ abnegatio cum periurio. {ἐξώμοσις, ἀπώμοσις. Ital. *Negamento per giuri di cose hauute.* Gal. *Renuement par serment de quelque chose eüe.* Hisp. *Obra de negar iurando.*}

Ablacto, ctas, à lacte remouco. {ἀπογαλακτίζω. Ital. *Leuar & tor via da la poppa, dissauezare.* Gal. *Seuurer, oster la mammelle.* Hisp. *Destetar.*} Virgil. dixit, à lacte depello: & Varro, à mamma disiungo. Ablacto apud idoneos autores vix reperias.

Ablaqueo, proprié est, circum arbores effodere terram, & radices superiores retegere, vt magis fructificent. {ἀζόω. Ital. *Discalzare & zappare i piedi d'arbori.* Gal. *Dechausser vn arbre ou plante.* Hisp. *Escauar ò alimpiar los arboles.*} Colum. lib. 3. Vinea vetus, neque ablaqueanda est, ne radices quas in summo habet, inarescant: neq; aranda, ne radices abrumpantur. Palladius lib. 1, Ianuario mense locis temperatis ablaqueandæ sunt vites: quod Itali *Excodicare* appellant: id est, circa vitis codicem do labra terram diligenter aperite, & purgatis omnibus, velut lacus efficere, vt Solis teporibus & imbribus prouocentur. Ex quo loco satis apparet, non à laqueis, vt plerique existimant, sed à lacubus, hoc est fossis, quæ circa vitium radices fieri solent, hoc verbū deductum esse. Hinc Ablaqueatio, ipse actus ablaqueandi. Plinius lib. 12. cap. 15, Myrrha gaudet rastris & ablaqueationibus. {μζόωμα. Ital. *El discalzamento à i piedi di vite & d'arbori.* Gal. *Dechaussement d'arbre ou autre plante.* Hispa. *Aquella obra de escauar los arboles.*}

Ablatiuus casus, Grammaticis dicitur, qui sextus est casus apud Latinos, & alio nomine, teste Prisciano, Cōparatiuus appellatur, eo quòd per eum non minùs comparatio significetur, quàm ablatio. Seruit enim comparationi, quum dicimus, Fortior Hectore: ablationi verò, quum dicimus. Aufero ab Hectore. Diomedes lib. 1. Ablatiuum Græci non habent: vocatur tamen à Quintiliano ἀφαιρετικὴ πτῶσις. huc etiam Varro interdum Sextum, interdum Latinum vocat, quia Latinæ linguæ proprius est: cuius vis apud Græcos per Genitiuum explicatur. Vide apud Priscianum lib. 5. cap. de Casibus.

Ablectæ ædes, à Plauto in Mostellaria appellantur, quæ nitidæ sunt, & ornatæ, quæq; emptorem sua elegantia facilè alliciant. {Ital. *Caze polite.* Gal. *Maisons plaisantes & bien bastiez.* Hisp. *Casas polidas y luzias.*}

Ablegmina, partes erant extorum, quæ diis immolabantur. Festus.

Ablego, gas, pen. proprié produ. aliò alioquem mitto, qui mihi est tædio aut impedimēto. {ἀπαίρω, ἀποπέμπω. Ital. *Mandar via a lontano, leuar da se.* Gal. *Se défaire & dépescher de quelque chose, enuoyer quelcun.* Hisp. *Embiar alguno de algun lugar.*} Liuius lib. 1, Pueros venatum ablegauit. Dicitur & de aliis animalibus. Colum. lib. 7, Itaque quum ablegabuntur, in ea loca perducenda erunt, quibus nullum impascitur pecus.

Ablegatio, verbale. {ἀπόπεμψις, ἡ ἀποπομπή. Ital. *Leuamento, ò el mandamento a lontano.* Gal. *Congé ou enuoy par maniere de dépesche.* Hisp. *Aquella obra de embiar alcuno.*} Cic. 1. de Leg. Ablegationem aliquam nimirum, ista oratio postulat.

Ablepsia, Latinè cæcitas, & inconsiderantia: ab α priuatiua, & βλέπω, video. Suet. in Claudio, Inter cætera in eo mirati sunt homines & oblitionem, & inconsiderantiā: vel, vt Græcè dicam. {μνημόλιον, καὶ ἄβλεψιαν. Ital. *Cecità & trascuraggine.* Gal. *Cecité, faute d'auis.* Hisp. *La ceguedad, ò poco miramiento.*}

ABLETI, populi sunt non procul à Pergamo, qui parent Mysis, vt autor est Strabo lib. 13.

Abligurio, ris, pen. cor. Liguriendo absumo. {παντελῶς δαπανῶ, ἀναλίσκω, καταφαγεῖν, κατεσθίω. Ital. *Consumare in parechia, consumar il suo, largamente spendendo in cose di gola.* Gal. *Dépendre son bien follement & en friandises.* Hisp. *Gastar la hazienda en golosinas.*} Ter. in Eunuch. Itidem patria qui abligurierat bona, id est, suauibus escis consumpserat. Donat.

Abloco, as, pen. cor. Idem quod locare, verbum rarissimum. {ὑποτιθέναι, ὑπόθεσιν. Ital. *Appigionare, affittare.* Gal. *Se dessaisir & bailler a louage.* Hisp. *Alquilar, arrendar.*} Suet. in Vitel. cap. 7, Satis constat exituro viatticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, vt vxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret.

Abludo, pen. pro Dissimilis sum, disto: cui opponitur Alludo. {ἀνάδω, ἀνόμοιός εἰμι. Ital. *Dissimigliare.* Gal. *Ne ressembler point, estre dissemblable.* Hisp. *Discordar.*} Horat. 1. Sermon. Hæc à te non multùm abludit imago, id est, Hoc exemplum non multùm dissimile est tuis moribus. ἀκριτικὸν.

Abluo, abluis, vide in dictione Lauo. {ἀπονίπτω, ἀπολούω. Ital. *Lauare, nettare.* Gal. *Laver & nettoier.* Hisp. *Lauar.*} Abluere somnium, est post somnium se abluere, vt quod somnio portendebatur, huiusmodi ablutione expietur, ἀπόνιψαι λύσεις. Huc respexisse videtur Persius Sat. 2, quum ait,

Hæc sanctè vt poscas, Tyberino in gurgite mergis
Manè caput, bis tēque, & noctem flumine purgas.

¶ Dicimus etiam prouerbialiter, Abluit marinam auditionem fluuiali sermone, Ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀπελούσατο ποταμίῳ λόγῳ. Vbi quod erat audire molestū, id diuersa oratione velut edulcatur. Quod erat gustus, id tractum est aures. Vsurpatur hoc Adagium à Platone in Phædro, & ab Athenæo Dipnosophist. lib. 3.

Ablutio, verbale. Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 1, Constat diis superis sacra facturum. corporis ablutione purgari. {ἄπλυσις. Ital. *El lauamento, risciacquamento.* Gal. *Lauement.* Hisp. *Aquella obra de lauar.*}

Abluuium, vniuersalis inundatio. {κατακλυσμός. Ital. *Diluuio.* Gal. *Deluge.* Hisp. *Diluuio vniuersal.*} Vide Gel. lib. 16. cap. 7. & Cæl. lib. 22. cap. 24.

Abmatertera, pen. corr. soror abauiæ. ἡ θεία τῆς μητρὸς μητρός. Instit. lib. 3. {ἀβιθία. Ital. *La sorella de la madre de la bisauola.* Gal. *La seur de la mere grand de nostre pere ou mere grand.* Hisp. *La hermana de quarta abuela.*}

Abmitto, verbum rarissimum, idem quod mitto. Plautus in Trucul. Dic ob hæc dona quæ abmiserit, me illum amare plurimùm omnium hominum. {ἀποπέμπω. Ital. *Mandar via da se, auuiar fuori.* Gal. *Enuoier.* Hisp. *Embiar fuera.*}

Abnato, as, are, pen. cor. alicunde natando recedere. {ἀποκολυμβάω. Ital. *Natar indietro.* Gal. *Nager en arriere.* Hisp. *Nadar atras.*} Statius lib. 1. Achil. Tunc exceptā freto, longè cernice reflexa, Abnarat, & blandis affatur littora verbis.

Abneco, as, are, idem quod suum simplex. {ἀναιρῶ, ἀποκτείνω. Ital. *Far morire.* Gal. *Faire mourir, tuer.* Hisp. *Matar.*} Plautus in Trucul. Neq; sibi persuaderes, vt abortioni operam daret, puerúmque ritè abnecaret.

Abnego, gas, pen. cor. nego quod maximè profiteri debeo, vt fidem, pietatem & huiusmodi: quod vulgò denegare dicitur. {ἀπαρνέομαι. Ital. *Negar' & risiutare.* Gal. *Denier, renier, refuser.* Hisp. *Negar echando sobre si maldiciones.*} Lactantius lib. 5, Nec enim poterunt retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, atque rebelles liberi, abnegassent. Abnegare deposita, aut promissa dicimur, quum negamus apud nos aliquid esse depositum, vel à nobis aliquid esse promissum. Plin. Epist. lib. 3, Ne depositum appellati abnegarent. Accipitur etiam Abnegare, pro negare id quod à nobis petitur. Virg. 8. Aeneid. Rex tibi coniugium & quæsitas sanguine dotes Abnegat. Colum. lib. 10, -si Iuppiter abnegat imbrem, Expectetur hyems. Item pro renuere. Vir. 2. Aen. Abnegat excisa vitam producere Troia.

Abnepos, pen. corr. filius pronepotis, quasi seiunctus à nepote. {ἀπεκγονός. Ital. *Il nipote del nipote.* Gal. *Nepueu de nostre nepueu, ou de nostre niepse en droite ligne.* Hisp. *El quarto nieto, ò nieto del nieto.*} Est enim inter ipsum & nepotem pronepos. Sic Abneptis, proneptis filia. {ἀπεκγόνη. Ital. *La nipote della nipote.* Gal. *La niepse de nostre nepueu ou de nostre niepse en droite ligne.* Hisp. *La quarta nieta, ò nieta dela nieta.*}

ABNOBA, mons Germaniæ, in quo oritur Danubius. Plin. lib. 4. cap. 12. In plerisque tamen Plinij codicibus Arnoba legitur, non Abnoba. Vide infrà in dictione Arnoba. Vulgò *Bor.*

Abnocto, as, aui, atum, Foris pernocto, vel noctu absum. Vnde cautum est in Pandectis. I. illud. de offi. præsid. ne Præses extra prouinciam abnoctet. Seneca de vita beata, Alius Iouem adulterum inducit, & abnoctantem. {ἀπαννυχόω. Ital. *Dormir fuor la notte.* Gal. *Coucher la nuict dehors.* Hisp. *Dormir' desuera la noche.*}

Abnodo, idem quod enodo, id est, arbores & vites nodis repurgo. Colum. lib. 4. cap. 24, Hunc ergo tanquam æmulum, diligenter iidem amputant & abnodant, priusquam corroboretur. {ἀκροτομῶ κλάδους, κλαδεύω τὰ ἄμπελα. Ital. *Disnodar, tagliar i nodi de gl' alberi* Gal. *Démouer, purger & oster les nœus des arbres.* Hisp. *Desenhestrar, ò de sanudar.*}

Abnormis, sine norma. {ἄμετρος & ἄνομος. Ital. *Irregolare.* Gal. *Irregulier.* Hisp. *Fuera de regla.*} Horat. lib. 2. Serm. Rusticus abnormis sapiens.

Abnuo, nuis, nui, nutum, ex Ab & Nuo, est signo capitis aliquid nego. {ἀνανεύω, ἀνανεύω. Ital. *Far cenno di no col capo, & risiutare.* Gal. *Hocher la teste & monstrer par signe de ne vouloir quelque chose, Esconduire, refuser.* Hisp. *Negar inclinando la cabeça.*} Quanuis & oculis, & manibus, vel etiam verbo id fieri possit: & simpliciter pro negare, siue recusare ponitur. Cic. de Fat. Nihil vnquam abnuit voluntas mea studio tuo. Nuere enim apud veteres pro velle ponebatur. Vnde Nutus: & Numen, quod est Dei nutus, hoc est, imperium & potestas. Virg. 1. Aeneid. -meo sine numine venti Audetis. Nutus verò significat, quod fit oculis, vel capite, vel manibus. Idem, Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum. Ponitur & pro voluntate, quæ ex huiusmodi signo declaratur, siue affirmando, siue negando. Liuius, Sub vmbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere, nutus eius pro decretis patrum, pro populi iussis esse. Plinius lib. 1. Epist. docet Nutum dici, quando annuimus: Renutum, quando recusamus. Sic enim ait, Nam ego quoque simili nutu, ac renutu respondere voto tuo possum. Suetonius verò in Vespasiano Nutum accipit pro Renutu, quum ait, Aduleſcentulum fragrantem vnguento, quum pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam grauissima increpuit, Maluissem allium oboluisses: literásque reuocauit. A Nuo fit Nuto, tas, frequentatiuum, quod est sæpe capite huiusmodi signum facio. κλονέω. Aliquando ponitur pro moueri, & quasi ruinam minari, ducta translatione à motu capitis, quòd inclinando affirmare, & concutiendo negare solemus. Vnde Nutare ædificia dicimus, quum malè solidata, ruinam minitantur. Transfertur etiam ad animum, & pro titubare, id est, dubitare in quam partem vertendum sit, accipitur. Accipitur etiam Abnuo, pro prohibeo. Virg. 10. Aen. Abnueram Italiam bello concurrere Teucris. Vbi Seruius, Prohibueram Italiam contra Teucros bella suscipere.

Reperitur & Abnueo in secunda verborum declinatione. Ennius 8. Annal. Certare abnueo, metuo legionibus labem. Legitur & Abnuitur impersonale. Liuius 3. ab Vrb. Neque abnuitur ita fuisse, si ad iudices alios itum foret. Contraria huic verbo Abnuo, sunt nuo, & annuo pro assentior, & nutu assensum præsto, faueo. Innuo, signo aliquo voluntatem meam ostendo, siue affirmem, siue negem aliquid. Terentius in Eunucho, Nihil, nisi abiens mihi innuit. Renuo, Recuso. Nonius

Universidad de Deusto Biblioteca

so. Nonius inter Natare, Nuere, & Nictare, hoc interesse scribit, quòd Natare capitis sit, inclinando, aut in gyrum mouendo: Nuere, narium, vel labiorum: Nictare, oculorum, parefaciendo eos, aut claudendo, vel vtrumque, vel alterum. Plautus in Asin. Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat, hoc est, nec capite signum faciat, nec facienti assentiatur, nec oculis quicquam indicet.

Abnuto, penultimâ producta, frequentatiuum, quod est sæpe signo capitis abnuentis quippiam nego. {ἀπανεύω. Ital. *Ricusare con ispesi cenni.* Gal. *Refuser en inuitant par enchant la teste.* Hisp. *Negar y rehusar muchas vezes con la cabeça.*} Plautus in Capt. Quid mihi abnutas? Cic. 3. de Orat. Quidnam est obsecro, quòd te adiri abnutas?

ABOBRICA, nomen est insignis oppidi in citeriori Hispania, in conuentu Bracarum, autore Plin. li. 4. ca. 20. Ptolemæus vocat Ἀβρονιγάλαν.

ABOCCIS, is. Aethiopiæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 29.

ABOLANI, sunt populi Italiæ, Albensibus proximi, inter Latinos à Plinio relati, lib. 3. cap. 5.

Aboleo, pen. corr. abolei, vel abolui, aboletum, vel abolitum, significat cassio, tollo, deleo, obliteo, vt ne odor quidem eius relinquatur. {ἀφανίζω, ἀκυρόω, ἐξαλείφω. Ital. *Scancellare, annullare.* Gal. *Abolir, effacer, aboli, aneanti.* Hisp. *Raer, borrar, ò quitar.*} Plin. lib. 28. cap. 9, Crebrò postea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Lactant. lib. 1, Decretum est vt hi libri abolerentur. Virgil. 4. Aen. -abolere nefandi Cuncta viri monumenta iubet. Abolere magistratum, leges, dignitatem, idem est quod abrogare. Liuius 3. ab Vrbe, Tentationémque eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent.

Abolitio, verbale. {ἀφανισμός. Ital. *Lo scancellamento.* Gal. *Abolition, aneantissement.* Hisp. *Aquella obra de raer ò quitar, raedura, ò borradura.*} Quintil. lib. 9. cap. 2, Aduersus tyrannum, qui sub pacto abolitionis, damnationem deposuerat, agit comperitor. Est autem abolitio, peremptio institutæ actionis: estque duplex: generalis & specialis. Vide C. de Abolit. gener. l. vltima. & ff. de Abolit. l. Abolitio.

Abolesco, ad nihilum redigor. {ἀφανίζομαι, ἀκυροῦμαι. Ital. *Annullare, desfruggersi.* Gal. *Deuenir à neant, estre hors d'vsage.* Hisp. *Desacostumbrarse.*} Colum. lib. 4, Eadémque nec imbribus putrescit, nec siccitatibus abolescit.

Abolla, vestis Senatoria, quasi abulla: quòd vndique sit bullata. Alij accipiunt pro veste confecta duplici panno, qualis scholastica apud nos, & apud Græcos Diplois. Quandoque pro veste militari sumitur. {χλαμύς. Ital. *Sopraueste militare.* Gal. *Vne certaine robe de gendarme.* Hisp. *Vestidura redonda, como manto, ò vestidura enforrada y pomposa de nobles.*} Vnde extat locus Martialis in Crispinum, Nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam, Dum mutat cultus, induitúrque togam. Sumitur etiam Abolla pro vestis philosophicæ genere. Iuuenalis Sat. 3, -audi facinus maioris abollæ, Stoicus occidit Baream, delator amicum. Est præterea ABOLLA, Ἄβολλα, si credimus Stephano, oppidum Siciliæ, cuius incolæ vocantur Abollæi, Ἀβολλαῖοι.

Abolus, ἄβολος. Pullus est qui nondum dentes illos emisit, ex quibus in equis præsertim ætas dignoscitur: vnde etiam dentes illi à Xenophonte & Aristotele χόμματα appellantur.

Abomasum, pen. product. intestini genus est in ventre, circa reticulum, quod Gaza ἐντερομήκη interpretatur, olim inter delicatiores cibos habitũ.

Abominor, aris, pen. correp. est Ab & Ominor, est execrari, fastidire, & quasi pro malo omine habere. {βδελύττομαι, μυσάττομαι. Ital. *Hauer à sdegno, scommunicare.* Gal. *Detester, abominer, auoir en horreur & abomination.* Hisp. *Detestar, mal dezir y mal agorar.*} Plin. Abominantur recedente aliquo ab epulis simul verri solum. Idem lib. 28. cap. 2, Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur.

Abominandus, detestatione dignus. Plin. lib. 22. 4, Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione, abominandóque exitio totis castris. {ἀποτρόπαιος, βδελυκτός. Ital. *Abominabile, detestabile.* Gal. *Abominable, detestable.* Hisp. *Aual dezido y abominado.*}

Abominatus, Execrationibus, malisque ominibus deuotus, Diris petitus. {βδελυκτός. Ital. *Scommunicato, interdetto.* Gal. *Excommunié, execré, detesté.* Hisp. *Descomulgado.*} Horat. in Epo. Parentibúsq; abominatus Annibal.

ABONOTICHITAE, populi sunt ad Pontum Euxinum, ita dicti, ab exiguo oppido, cui Ἄβονου τεῖχος, hoc est, Aboni murus, nomen est. Ἀβονοτειχῖται. Vide Steph. & Lucianum in Pseudomanto.

ABORACA, regiuncula est ad Mæotidem paludem, non procul ab Hypani fluuio. Ἀβόρακα. Vide Strabonem lib. 11.

ABORIENSI, ciuium Romanorum in Africa oppidum, vt scribit Plin. lib. 4. cap. 5.

ABORIGINES, penul. corr. Ἀβορίγινες, Stephano appellati sunt populi antiquissimi, qui primi renuerunt agrum illum, in quo postea condita fuit Romæ ita dicti, quòd primi visi sint, tanquam editi sine patribus, & quasi sine origine: aut quòd ex varia gentium colluuione misti erãt. Hi postea aduentu Aeneæ Phrygibus iuncti, Latini vno nomine appellati sunt. Liuius 1. ab Vrbe, Ibi egressi Troiani, vt quibus ab immenso propè errore nihil præter arma, & naues superesset, quum prædam ex agris agerent, Latinus rex, Aborigineséque, qui tum ea loca tenebant, ad arcendam vim aduenarum armati ex vrbe, atque agris concurrunt. Dionysius autem Arcades fuisse, & cum Oenotro Lycaonis Arcadiæ regis filio in Italiam venisse tradit. Possunt tamen & aliarum vrbium primi cultores Aborigines dici, vt Græcè αὐτόχθονες, ac si sint terra geniti. Idem Græcè, πρωτογενεῖς appellantur, hoc est, primi primogenitores, à quibus cæteri nationis trahunt originem. Dicuntur & ἐγχώριοι. hoc est, indigenæ: qua voce vsus est Ambro. in Hexam.

Aborior, reris, vel, riris, abortiuum facio. {ἐκβάλλω. Ital. *Disperdere ò sconciar il parto, nascer anzius tempo.* Gal. *Auorter ou estre auorté, naistre deuant le terme.* Hispa. *Aual parir la muger y sin tiempo, ò nascer la criatura sin tiempo, abortar.*} Varro, Vinum quod ibi natum sit in quodam loco, si prægnans biberit, fieri vt aboriatur. hoc est, vt fœtum imperfectum adhuc ante tempus mater eiiciat. Quoties enim actiuè, vel absolutè accipitur, de matre intelligitur: Passiuè verò de fœtu: quemadmodum apud Gellium lib. 12. cap. 1, Quod quidem eadem fit vecordia, qua quibusdam commentitiis fraudibus nituntur, vt fœtus quoque ipsi in corpore suo concepti aboriantur, id est, ante maturũ partum eiiciãtur.

Abortus, a, um, ἀνάφορος, ἀνάφορις, id est Exortus. Statius li. 8. Thebaid. 7. de Pluto. Nec solitus sentire metus, expauit aborta Sidera, iucundáq; offensus luce profatur.

Abortus, tus, intempestiuus ortus. {ἔκπτωμα. Ital. *Sconciatura.* Gal. *Auortement.* Hisp. *Abortadura, mal parto.*} Plin. Extat in monumentis medicorum & quibus talia consectari curæ fuit, vno abortu x 11. edita puerperia. Cic. Attic. Tertullæ nollem abortum. Differt autem Abortus ab Iectione, quòd hæc, grandioris fœtus sit: Abortus verò intra quadragesimum diem contingat. hunc Græci vocant. ἔκπτωσις.

Aborsus, us, ui, verbale est, vt videtur, à verbo Aborior, quod idem ferè significat quod Abortus: præterquam quòd hic fœtus sit iam grandiusculi, vt Nonio placet: ille, non ita pridem concepti. ἔκπτωσις.

Abortio, onis, Aboriendi actus. {ἀμβλωσις, ἔκπτωσις. Ital. *El parto acerbo, el gastamento ò sconciamento del parto.* Gal. *Auortement.* Hisp. *Aquella obra de mal parir.*} Gell. lib. 1. Quum abortio quibusdam, non partus videretur intempestiuitas. Cicero pro Cluentio, Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, si natus esset, eam præsentem Oppianicus non debitam mulieri soluit: si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

Abortio, tis, tiui, Immaturum fœtum edo. {ἀμβλίσκω. Ital. *Disperdere ò sconciar' il parto.* Gal. *Auorter.* Hisp. *Mal parir la muger, sin tiempo.*} Plin. lib. 8. cap. 51, Implentur vno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Est & Abortior verbum deponens.

Abortium, tij, idem quod abortio, ἔκπτωσις. Hieronymus, Dum crebris abortiis, & experta fœcunditate conceptum, &c.

Abortiuus, ua, uum, penultima producta, quod abortum facere potest. {ἐκπτωματικός. Ital. *Che puo far il parto acerbo.* Gal. *Qui fait auorter.* Hisp. *Que haze mal parir.*} Plin. Oscitatio quidem in enixu letalis est: sicut sternuisse à coitu, abortiuum. ¶ Significat & partum informem, & imperfectum, qui scilicet abortu natus est. {ἐκπτωματικός. Ital. *Nato auanti il termine, sconciatura del parto.* Gal. *Auorton, qui est né auant terme.* Hisp. *Aborton.*} Sueton. in August. ca. 35. Quos abortiuos vulgus vocabat. Hora. 1. Ser. Saty. 3. 10. Sicui filius est, vt abortiuus fuit olim Sisyphus.

Aborto, tas, sicut Abortio, tis, id est Abortum facio. ἀμβλόω. Firmicus lib. 6. Math. Abortauit filios geminos. Varro 2. de Re rusti. cap. 4, Nedum exilire velit, prægnans abortet.

ABORRAS, Fluuius est Mesopotamiæ in Euphratem influens, Ἄβορρας. Strabo lib. 16.

ABOTIS, pen. cor. ἄβωτις, Vrbs est Aegypti, vt tradidit Hecataeus, cuius incolæ dicuntur Abotitæ. ἀβωτῖται. Vide Stephanum de Vrb.

Abpatruus, frater abaui. {ὁ θεῖος τοῦ πατρὸς τοῦ πάππου. Ital. *Fratello del quarto auolo.* Gal. *Frere du quatrieme aieul.* Hispan. *Hermano de mi quarto abuelo.*} Theoph. Instit. lib. 3.

Abra, abræ, ἄβρα, vox Græca est, quæ ancillam adolescentiorẽ significat.

ABRACES, à Xenophonte in lib. 1. de Cyri expeditione, numeratur inter duces copiarum Artaxerxis.

ABRADATAS, Ἀβραδάτας. Rex Susorum fuit, & maritus Panthee nobilissimæ matronæ, quam quum à Cyro captam castè & liberaliter haberi præter spem intellexisset, ad eam accedens, quæsiuit quid sibi illa faciendum censeret, quò tanti principis beneficio gratiam aliquam rependeret. Cui quum illa respondisset, vt eniteretur se tanto Regi simillimum præstare: statim in aciem profectus, strenuè pugnans occubuit. Cuius corpus ad se relatum, quum Panthea aspexisset, acinace seipsam confodit, capite super viri pectus recumbens, vt è iugulo profluens sanguis, mariti vulneribus infunderetur. Vide Xenophontem Pædiæ Cyri lib. 7.

Abrado, dis, pen. prod. Radendo tollo, derado. {ἀποξύω. Ital. *Rader, & radendo toglier via.* Gal. *Racler, enleuer en raclant.* Hisp. *Raer de alguna cosa.*} Plin. lib. 6. cap. 20, Barba abraditur, præterquam in superiore labro. Cic. pro Rosc. Abrasa supercilia. ¶ Item reseco, tollo, abscindo. Colu. lib. 3, Arida & vetera quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. ¶ Per translationem ponitur pro extorquere, exprimere, siue per vim, quasi radendo auferre. Cic. pro Cec. Postcaquam videt nihil se ab A. Cecinna posse litium terrore abradere.

ABRETTANA, pen. pro. Ἀβρεττιανή Suidæ. Mysiæ regio est, ita dicta à Brettia nympha. Vnde Abrettanus Iupiter, Ἀβρεττιανὸς ζεύς, qui in Abrettana colebatur: de quo vide Strabo. lib. 12. Incolæ quoq; Abrettani dicuntur, Ἀβρεττιανοί. Stephanus hanc regionem Abrettinam Ἀβρεττινὴν & Plinius populum ipsum Abrettinos appellat, Ἀβρεττινούς.

ABRINATAE, populi sunt non procul à Ponto. Ἀβρινάται. Vide Steph.

ABRINCATVI, à Plin. lib. 4. cap. 18, numerantur inter Galliæ Lugdunensis populos. Diuidit enim Galliam Lugdunensem in Lexouios, Bellocasses, Galletos, Venetos, & Abrincatuos.

Abripio, pis, pen. corr. ex Ab & Rapio, Abstraho, vi eripio, aufero: & tum ad res, tum ad personas refertur. {ἁρπάζω. Ital. *Rubare, tor via per forza.* Gal. *Rauir & emporter par force.* Hisp. *Arrebatar de alguna cosa.*} Cic. lib. 1. Offic. Qui abripiunt ab aliis, vt aliis largiantur. Terent. in Eun. Ex Attica hinc abreptam. Cic. ad Quirites, Nec patiamini me à meis liberis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris focisque innocentem proiectum, vitam degere in exilio. Plautus in Mil. alio modo est vsus, Quis is est homo? P. 1. Nescio, ita abripuit repentè sese subito, hoc est, sustulit & recepit se. Huic contrarium est Arripio, quod ex Ad & Rapio cõponitur, & significat attrahere vel accipere. Vide in ARRIPIO.

ABROCOMAS, vel Abrocomes (vtroq; enim modo legitur) Ἀβροκόμας Suidæ, Ἀβροκόμης Herodoto, pen. corr. Datij filius fuit, atq; vnus ex præcipuis Persarum Satrapis, qui vnà cum Xerxe in expeditionẽ profectus, à Lacedæmoniis cæsus est ad Thermopylas. Vide Herod. lib. 7.

ABRODIAETVS, Ἀβροδιαῖτος, cognomen fuit Parrhasij pictoris nobilissimi: quod Latinè significat delicatũ atq; elegantem. Talem autem se ipse putauit dici; voluit. Herculem quoq; Lyndi fecit, asseuerans eum à se talem pictum, qualem sæpe in quiete vidisset. Plin. lib. 35. cap. 10.

Abrodo, Rodendo abscindo. {ἀποτρώγω. Ital. *Rodere intorno, ò rodendo tagliar.* Gal. *Couper en rongeant, ronger tout autre.* Hisp. *Roer, ò roendo cortar.*} Plin. lib. 10. cap. 62, Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

Abrogo, gas, pen. corr. Infirmo, adimo, refigo, abdico, rescindo, dissol-

tio, irritū facio, antiquo. {ἀκυρόω, ἀναιρῶ. Ital. *Togliere il vigore, lenar d'vso.* Gal. *Abolir, casser & annuller.* Hisp. *Quitar lo que esta en vso.*} Dicimus autem, Abrogatur legi, & Abrogatur lex. Autor ad Heren. Illa defensio tenuis est, quum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum, vel derogatum sit, {ἀντιχειροτόνητον νόμων}. Et Seruius scribit Abrogari legi, quum prorsus tollitur: Derogari, quum pars detrahitur. Inngitur autem Abrogo, datiuo vel accusatiuo. Cic. de Clar. Orat. Qui tantum autoritate dicendóque valuit, vt legem Semproniam frumentariam, populi frequentis suffragijs abrogauerit. Liu. lib. 9. ab Vrbe condita, Vbi duæ leges contrariæ sunt, semper antiquæ abrogat noua. Septem modis ex iure concessis fieri constat abrogationem. Primò, contraria consuetudine, quæ nota est principi. Secundò, contraria constitutione. Tertiò, causæ cessatione. Quartò, locorum varietate. Quintò, nimio rigore. Sextò, si precibus occasionem maiorandi habeat. Septimò, propter malum inde sequens. ¶ Interdum est simpliciter auferre. lib. 1. ad Heren. Nam & periculosum est, nequando plus minúsve dicamus, & suspitionem affert auditori meditationis & artificij, quæ res fidem abrogat orationi.

Abrogatio, verbale, {ἀντιχειροτόνησις. Ita. *Re cancellamento, annullatione.* Gal. *Abolissement, annullement.* Hisp. *Quitamiento.*} Cic. Att. lib. 3. Neque enim vlla est lex, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis.

ABRON, ἄβρων Suidæ, Grammaticus fuit è Phrygia, aut rectè ex Rhodo oriundus, & Tryphonis discipulus. ¶ Abrones etiam dicuntur homines molles & delicati: nominis occasione sumpta ab Abrone quodam Argiuo, diuite luxurioso & molli, cuius vita locum fecit prouerbio, ἄβρωνος βίος, hoc est, Abronis vita, pro splendida & molli. Vide Zenodoti paræmiam. Aut certè à Græco ἄβρος, quod splendidum & delicatum significat.

ABRONI mœnia, lege Aboni mœnia: vide ABONOCHITAE.

ABRONYCHVS, pen. cor. ἄβρονυχος, nobilis Atheniensis fuit, Lysiclis filius, cuius fidei strenuáque opera vsus est Themistocles in bello Persico, & in legatione apud Lacedæmonios. Vide Herod. lib. 8. & Thucy. lib. 1.

ABROTONION, siue Abrotonium, nomen proprium est meretricis, & matris Themistoclis. ἀβροτόνιον. Nomen est ductū ἀπὸ τῆς ἁβρότητος, quod Latinè sonat glabrum & delicatum. In quo vocabulo liber annotare quæ apud Græcos in on exeunt, apud nos in um exire: in um autem exeuntia, omnia esse neutra, præter propria virorum, quæ sunt masculina, vt Pægnium, Dinacium: & mulierū propria, quæ fœminina sunt, vt Glycerium, Philotium, Eustochium, & similia. Licèt ergo vtriq; sexui conueniant, vt scortum & mancipium, & pluralia in a, pro hominibus ponantur, vt Seruitia, pro seruis. Ministeria, pro ministris: & licèt flumen notent, vt Rhenum, Crustumium: aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur, vt poma apud Tibullū: aut quamuis animalia (quæ paucissima sunt, & aut masculina, aut fœminina, aut communia esse debent) significent, vt ostrea: tamen quia in um, exeunt, aut singulariter per um terminantur, supra dicta omnia censebuntur neutra.

Abrotonum, pen. corr. herba est satis cognita, etiam hodie in officinis nomen retinens. {ἀβρότονον. Ital. *Abrotano.* Gal. *Aurone, ou garderobbe.* Hisp. *Abrotano, hierua iamborguerra.*} Huius duo sunt genera: vnum sarmentosum, minutis foliis, minus candidum, semine tenui & numeroso, vti absynthium, quod marem vocamus. Nascitur hoc genus in hortis, & locis campestribus. Alterum, quod fœminam appellant, arbusculæ speciem habet, foliis magis candicantibus, Seriphij modo minutim circum ramulos incisis. floribus refertum, in summo anni fulgore comantes corymbos obtinens, odoratum etiam cum grauitate quadam. Vulgus vocat syluestrem cupressum, Gallicè, *du Cyprez.* Nascitur in montibus: vnde & montanum appellatur. Dictum est autem Abrotonum, vt Nicandri interpres testatur, ἀφ' οὗ τὸ ἄκρον ἅβρον καὶ ἁπαλὸν φύεται, quòd aspectu teneretur, molle & delicatum sit. De hoc Horat. li. 2. Epist. –abrotonum aegro Non audet, nisi qui didicit, dare.

Abrotonites, abrotonitæ, pen. prod. masculini gen. sed figuratè neutro generi iungitur: & est vinum factitium ex Abrotono: de quo meminit Col. lib. 12. cap. 35, & Dioscor. lib. 5. {οἶνος ἀβροτονίτης καὶ -ον}. Ital. *Vino di abrotano.* Gal. *Vin d'aurone.* Hisp. *Vino adobado con lombrguerra.*}

ABROTONVM, ἄβροτονον Stephano, pen. cor. oppidi nomen est in Africa inter duas Syrtes, non procul à Lepti, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 4. & Strab. lib. 17.

Abrumpo, Incido, interrumpo, disicio, anello. {διαῤῥήγνυμι. Ital. *Rompere, rompendo vna cosa da vn altra cosa, o via.* Gal. *Rompre & briser ce qui tient ensemble.* Hisp. *Quitar alguna cosa rompiendo.*} Liu. lib. 8. Belli Puni. Cohortes à fronte vrgebant, vt abrumperent comua à cætera acie, id est, interrumperent. Abrumpere vincula, διαῤῥῆξαι τὸν δεσμόν. Transfertur ad res incorporeas. Virgil. 3. Georg. Nec somnos abrumpit cura salubres. Sic Abrumpere sermonem. Abrumpere vitam, διαῤῥῆξαι τὸν βίον, apud eundē: & Abrumpere otium, apud Plin. Iunium Epist. Et Cic. Phil. 4. Magna atque incredibilia sunt in Remp. huius merita legionis: hæc se prima latrocinio abrupit Antonij, id est, subitò, & cū impetu sese ab eo liberauit. Hinc Abruptus sermo, abrupta oratio, διαῤῥηγνὺς λόγος.

Abruptio, verbale, vt Abrupto corrigiæ. Cic. 2. Diuina. {ἡ διαῤῥῆξις. Ital. *Quel rompimento.* Gal. *Rompement.* Hisp. *Quitamiento rompiendo.*}

Abruptè, aduerbiū. {διαῤῥηγνύντως. Ital. *subitamente.* Gal. *Abruptement, brusquement.* Hisp. *subitamente ò aduersa.*} Quint. lib. 3. cap. 10. Nec enim abruptè, nec vnde libet, incipiendum. Quin & loca abrupta, diuulsa, atque ob id inuia dicuntur, διαῤῥῶγες τόποι διαῤῥῶγες ἐρημικοί. Diuus Hier. lib. 1. Regum, Perrexit Saul ad inueniendum Dauid, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt.

Abs, significat idem quod A, de quo satis in superioribus.

ABSARVM Plinio, ἄψαρον Ptolemæo, fluuius est Armeniæ minoris, non procul à Sebastopoli, in Pontum influens. Hoc cum Pariedris montibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Asiabene regione separat, teste Plin. lib. 6. cap. 9. Est & castellum eiusdem nominis, fluuio huic imminens: vt testatur idem Plin. lib. 6. cap. 4.

Abscedo, dis, pen. prod. ex Abs & Cedo, significat recedo. {ἀφίσταμαι ἀπέρχομαι. Ital. *Partire, ritirarsi.* Gal. *S'en aller, se retirer, se partir.* Hisp. *Partir de lugar.*} Hirt. lib. 5. bell. Afr. Vbi Cæsar conspexit Labienum ab suis eo

piis longiùs abscessisse. Et sine præpositione, apud Liuium 6. bell. Pun. Abscedere irrito incœpto, & monere à Capua statuit castra.

Abscessus, & Abscessio, quæ ferè idem significant: quum tamen Accessus & Accessio sæpe differant. Nam Accessus est aggressus, Accessio incrementum, & interdum aggressio, de quibus alibi latiùs dicemus. Cic. de Vniuers. Quum ad corporatum accessio fieret, tum abscessio. Idem de Nat. deor. lib. 1, Abscessus solis à nobis. {διάστασις Ital. *La partita, el partirsi.* Gal. *Departement.* Hisp. *La partida de lugar.*} ¶ Abscessus. {ἀπόστημα. Ital. *Postema.* Gal. *Apostume.* Hisp. *Botor, y ayuntamiento de humor corrumpido.*} Medicis est tumor corporis contra naturam, quum pus ex phlegmone procedens, in particula quapiam, veluti in sinu quodam est collectum: aut etiam sine phlegmone, quum humor aliquis acris, in parte aliqua colligitur, eámque copia distendens, excoriat. Varia sunt abscessuum genera pro varietate substantiæ in iis contentæ, præcipua tamen tria, Atheroma, ἀθήρωμα: Steatoma, στεάτωμα: & Melicetis, μελικηρίς, à similitudine contentarum in ipsis substantiarum dicta. Aliud enim eorum veluti seuum, aliud veluti mel, aliud pulticulæ quiddam simile, quam ἀθήρωμα vocant, in se continet. Vide Gal. 14. Metho. ca. 12.

Abscido, dis, pen. prod. ex Abs & Cædo (sed æ diphthongus vertitur in i, productum) significat partem à re aliqua seco. {ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. Ital. *Tagliar rompendo, ò tagliando tor' via.* Gal. *Trancher, separer en coupant.* Hisp. *Cortar de alguna cosa.*} Virgil. Aenei 1. 3, Hesperium Siculo latus abscidit: arua quæ & vrbeis, &c. Hoc tamen potius esse videtur à verbo Abscindo, cuius frequentior est vsus, quàm verbi Abscido: quum contrà, Præcido, frequentiùs, quàm Præscindo reperiatur.

Abscindo, dis, idem quod Abscido. Iuuen. Sat. 2, Quid tamen expectant Phrygio quos tempus erat iam More superuacuam cultris abscindere carnem? Plaut. Ego tibi istam scelestam scelus linguam abscindam. Per translationem, apud Liu. 9. ab Vrb. Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus.

Abscissus, a, um, Amputatus, fractus, abruptus. {διακεκομμένος, διακεκομμένος. Ital. *Che è stato troncato, rotto, & leuato via.* Gal. *Trenché, coupé.* Hisp. *Cortado.*} Inuenitur & comparatiuus, apud Valer. lib. 6, Sed aliquanto Charodæ Tyrij præfractior & abscissior iustitia, ad vim & cruorem vsque.

Abscio, is, ire, est de memoria exire. inusitatum. Descire autem (vt suo loco dicemus) est ab obedientia prioris ducis discedere.

Abscondo, dis, di, ditum vel absconsum, Occulto. {κρύπτω. Vnde ἀποκεκρυμμένος, Absconsum, abditum, occultum. Ital. *Ascondere, celare, nascondere.* Gal. *Cacher, musser.* Hisp. *Esconder.*} Colum. lib. de arboribus, ca. 7, Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, fac abradas.

Absconditè, aduerbium. {κρυφῇ. Ital. *Di nascoso, occultamente.* Gal. *Couuertement, occultement.* Hisp. *Escondidamente.*} Cic. 5. de Fin. Ea nec acutissimè, nec absconditè differuntur.

Absconditus, a, um, particip. {ἀπόκρυφος, κρυφαῖος. Ital. *Nascosto, occultato.* Gal. *Caché, secret.* Hisp. *Escondido.*} Cic. 2. Verr. Non obscurum opinor neque absconditum.

Absconsio, vetbale. Plin. lib. 9. cap. 16, Velut deputans absconsione turpitudinem. {ἀπόκρυψις. Ital. *El nascondere.* Gal. *Cachette.* Hisp. *Aquel esconder.*}

Absens, & Absente nobis. Vide ABSVM.

Absentia, ab absens fit. {ἀπουσία. Ital. *Lontananza.* Gall. *Absence.* Hispan. *Aquella obra de estar ausente.*} Seneca ad Lucilium, Aequo animo ferre debemus absentiam.

Absentio, tis, si, sum, Dissentio. {ἀλλοφρονῶ. Ital. *Hauer parere diuerso.* Gal. *Dissentir, estre d'autre & diuerse opinion.* Hisp. *Discordar en sentencia.*} Nam qui minimè conuenit, absentire videtur.

Absento, tas, Absentem facio, seu absens sum. {ἀπομακρύνω. Ital. *Allontanare, ò esser lontano.* Gal. *Absenter, s'eslogner.* Hisp. *Hazer ausente ò estar ausente.*} Claud. de Raptu Proserpinæ lib. 3, Et dura de matre queri, quæ tale recessu Maluerit damnare decus, veritámque dearum Colloquio, patriis procul absentauerit astris.

ABSILAE, ἀψίλαι Stephano, populi Asiæ, à Plin. lib. 6. cap. 4, in Colchide prope Phasim amnem collocati.

Absilio, is, ire, ex Ab & Salio, Saltu alicunde recedo. {ἀναπηδῶ. Ital. *Saltare in dietro.* Gal. *Se retirer d'vn ou a saillir.* Hisp. *Saltar atras.*} Stat. 2. Thebaid. Fugere feræ, nidósque tepentes Absiliunt (metus vrget) aues.

Absimilis, Multum dissimilis. {πάνυ μισόμορφος, ὁ πολὺ ἀφ' ὁμοίου, τὸ ἀφ' ὁμοίου. Ital. *Dissimile.* Gal. *Dissemblable, different.* Hisp. *Cosa dessemejante de otra cosa.*} Col. lib. 4, Materiam fructúmque, nisi quòd duplicem, non absimilem minor germanæ gerit. Frequens autem est huius vocabuli cum negatione vsus: vt, Haud absimilis, &c. Quæ locutio figurata est, & ferè τῆς λιτότητος plus innuit, quum minus dicat. Plin. lib. 8. cap. 33, Eminet rostrum vt in parno, haud absimile suillo, hoc est, valde simile. Suet. in Othone, Iámque non absimilis Tyberio principi fuit, vt plerique procreatum ab eo crederent.

Absinthium, {ἀψίνθιον Ital. *Assentio.* Gal. *Ansme.* Hisp. *Encensios, aloẓna.*} Dioscoridi herba est sua amaritudine nulli non cognita, quæ & in officinis nomen suum retinet. Huius quamuis plures sint species, (quas mox suo ordine explicabimus) Absinthij tamen nomine, quum nihil addimus, Absinthium vulgare intelligimus, quod & Romanū, & Ponticum dicitur. Sunt qui putent ἀνθεμωτικὸν dictum à Græco ἄπιος, eo quòd ob insignem amaritiem à nullo animalium attingatur. De hoc sic scribit Plin. lib. 27. cap. 7, De vsu Absinthij conuenit dicere, herbæ facillimæ, atq; inter paucas vtilissimæ: præterea sacris populi Romani celebratæ peculiaritet. Siquidem Latinarum feriis quæ Sigiæ certant in Capitolio, victórq; absinthium bibit: credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis maiotibus. Magnam vim habet in enecandis vermibus: vnde & pueris dari soleut eius folia in fico lacentia: aut etiam eius succus, poculi oris melle circumlitis, vt sic amaritiem fallerēt. Ad quod etiā alludit Lucretius hisce versibus, Ac veluti pueris absinthia tetra medentes Quum dare conātur, prius oras pocula circū Aspirant mellis dulci flauóq; liquore. ¶ Absinthiomenon, ἀψινθιώμενον, herba est, quæ noriore nomine Abrotonum vocatur: ita dicta ab amaritudine Absinthij, quam gustu refert. Vide Dioscoridem. ¶ Absinthium marinum. {ἀψίνθιον θαλάσσιον. Ital. *Assenzo, ò absinthio marino.* Gal. *La mort aux vers, barbotine.* Hisp. *Aloẓna marina.*} Absinthij genus est, abrotoni parui similitudine, refertum minutis seminibus, subamarum, & itomacho

macho inimicum, graviter olens, & cum quadam calfactione astringens. Hoc & Seriphum à uonnullis appellatur: de quo sic scribit Plin. lib. 27. cap. 7. Est & Absinthium marinum, quod quidam Seriphium uocant, probatissimum in Tapositi Aegypti. Huius ramum Isiaci præcerte solenne habent. Hodie semen lumbricorum uocant. ¶ Absinthium rusticum, idem quod absinthium vulgare, siue Ponticum. ¶ Absinthium Santonium, ἀψίνθιον σαντονικόν, absinthij species est cuiusdam, proueniens apud Santonas Galliæ populos, vulgari absinthio dissimilis, semine tamen non æquè fœcunda. Eadem vires habet, quas Seriphium. Vide Plin. lib. 27. cap. 7. ¶ Absinthium Ponticum, ἀψίνθιον ποντικόν, idem est cum absinthio vulgari, sine propriè dicto. Nomen habet à Ponto, Asiæ regione, in qua tãta copia prouenit, vt pecora illo pinguescãt, & sine felle inueniantur. Vide Plin. lib. 27. cap. 7.

Absinthites, æ, Vini factitij genus est cum absinthio decocti, aut alio quouis modo absinthio conditi. ἀψινθίτης οἶνος. Ital. *Vino d'absinthio.* Gal. *Vin d'absinthe.* Hisp. *Vino adobado con encensos.* ¶ Eius confectionem docet Plin. lib. 14. cap. 16.

ABSINTHVS, vel Absynthus, vtroque enim modo scribitur, teste Stephano. ἄψινθος, ἄψυνθος, vrbs est Thraciæ: cuius incolæ dicuntur Absinthij, ἀψίνθιοι, quorum meminit Herod. lib. 6.

Absis, idis, ἀψὶς Suidæ, fornicis curuatura. Cæcil. in epist. Cubiculum in absida curuatum. Apud Homerum Iliad. 5. accipitur pro plaga siue foramine retis. Dicuntur quoque Absides, circuli in stellis. Plin. lib. 2. cap. 15. Plurimi de causis hæc omnia accidunt: prima circulorum est, quos Græci absidas in stellis vocant. Est præterea Absis, ligneus circulus rotam ambiens, in quo figuntur radij. In qua significatione quidam primam aspirant, putántque dici ἀπὸ τοῦ ἅπτειν, hoc est, à tangendo. Hæc enim parte rotæ dum volumntur, terram contingunt.

Absisto, stis, alicunde discedo. ἀφίστημι, ἀπέρχομαι, ἀπανίστημι. Ital. *Star lontano, spartirsi, discostarse.* Gal. *Se retirer, arriere, se tenir loin.* Hisp. *Alexarse de alguna lugar.* ¶ Iungitur autem frequenter ablatiuo sine præpositione. Virg. 6. Aen. Procul, ô procul este profani, Conclamat vates, totóq; absistite luco. Idem lib. 7. Centum ærei claudunt vectes, æternáq; ferri Robora, nec custos absistit limine Ianus. Quandoque supprimitur ablatiuus. Virg. 1. Aen. Nec prius absistit, quàm septem ingentia victor Corpora fundat humi. Subaudi, illinc, vel ab eo loco. ¶ Quandoq; ponitur pro desistere, desinere, abstinere. ἀφίστημι. Liu. lib. 8. ab Vrbe, Legatos misere ad Consulem Romanum, vt receptis equitibus, qui causa belli essent, absisteret obsidione. Claudianus, Absiste rogari. Fit autem Absisto à verbo neutrali Sisto, quod idem penè est quod sto: vnde nec proprium habet præteritum, nec supinũ, quemadmodũ suũ simplex. Aliud est Sisto actiuum, idem significãs quod Stare facio: sed illud nulla format de se composita. Inuenitur etiam Absistitur, impersonale. Liu. 1. Belli Pun. Legati missi Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.

Absolco, es, pe. cor. absolere, est ab vsu recedere. ἀπαρχαιόομαι. Ital. *Disusare.* Gal. *Desaccoustumer.* Hisp. *Descaecerse, olvidarse.* ¶ Vnde Absoletus locus, Neglectus & sordidus dicitur. ἀπηρχαιωμένος.

Absoluo, uis. Quod ligatum erat diffligo, omnino libero. λύω. Ital. *Sciogliere, assoluere, liberare.* Gal. *Deliver, absoudre, deliurer.* Hisp. *Desatar lo atado, absolver.* ¶ & maximè ad iudicia pertinet: cui contrarium est Damnare: habétque accusatiunm, & eum quidem aliquando cum genitiuo criminis. Autor ad Heren. 2. Cæcilius iudex absoluit iniuriarum illum, ἀφαιρεῖται τὰ ἀδικήματων. Aliquando verò cum ablatiuo: & id quidem vel sine præpositione. Liu. lib. 3. Latæ deinde leges, quę Consulem regni suspitione absoluerent. Vel cum præpositione De. Cice. ad Qu. Frat. Deusus erat de præuaricatione à Tribunis æratiis absolutus. Vel cũ præpositione A. Idé pro Qu. Rosc. Vt ne Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat. Cic. 4. Verr. accusatiuum cum da. neque à Fannio iudicio se absoluat. Cic. 4. Verr. accusatiuum cum dat. Absoluit. Hic hominem (inquit) Veneri absoluit id est, quod ad Venerẽ pertinet, absoluit eum. Et quoniã re semel inchoata, dum ea ad finem suum perducatur, quasi impedita esse videtur, fit vt Absoluere pro rei finem imponere, siue perficere ponatur. ἀπαρτίζω. Ital. *Fare perfetto, ò perfettamẽte.* Gal. *Parachever, parfaire.* Hisp. *Acabar alguna obra.* ¶ Gel. lib. 2, Septima ferè hebdomade, id est, nono & quadragesimo die, totus homo in vtero absoluitur. Cic. Offic. 3, Vt nemo pictor esset inuẽtus, qui Veneris eam partem, quã Apelles inchoatã reliquit absolueret. Huc referri possunt & ista. Plaut. Amphit. Curauit, vno vt fœtu fieret, vno vt labore absoluat ærũnas duas, quod est, quasi cuadat. Et in Epid. Te absoluã breui, id est, expediam. Item pro Persoluere. Terẽt. in Adelph. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam. Id est, (vt Donatus exponit) vt hũc reddito pretio dimittã. Nam (inquit) velut ligati sunt, quibus debetur aliquid. Et pro Soluere. Plaut. in Mil. A matre illius venio, si est itura, eat: Omnes moratur, nauim cupimus absoluere.

Absolutio, verbale, pro liberatione à crimine. ἀπαλλαγή. Ital. *Assolutione.* Gal. *Absolution.* Hisp. *Absolucion de pecado.* ¶ Cice. pro Font. Magna me hercule causa, iudices, absolutionis, cum cæteris causis hæc est. Et pro perfectione. τελείωσις. Ital. *Perfettione.* Gal. *Perfection.* Hisp. *Acabamiento de alguna cosa.* ¶ Idem, Virtus rationis absolutiõ definitur. Est quoque apud Oratores (vt Cice. de Inuent. 1. scribit) per quam omnia quæ incidunt in causam genera amplectimur partitione.

Absolutorius a, um. Quod ad absolutionẽ pertinet: ¶ Ital. *Cosa pertinente all' assolutione.* Gal. *Chose par laquelle on est absoult & deliuré.* Hisp. *Cosa para alʒ assolucion.* Gal. *absoudre, deliurer.* Hisp. *Desatar lo atado, absolver.* ¶ & maximè ad iudicia pertinet: cui cõtrarium est Damnare: habétque accusatiunm, & eum quidem aliquando cum genitiuo criminis. Autor ad Heren. 2. Cæcilius iudex absoluit iniuriarum illum, ἀφαιρεῖται τὰ ἀδικήματων. Aliquando verò cum ablatiuo: & id quidem vel sine præpositione. Liu. lib. 3. Latæ deinde leges, quę Consulem regni suspitione absoluerent. Vel cum præpositione De. Cice. ad Qu. Frat. Deusus erat de præuaricatione à Tribunis æratiis absolutus. Vel cũ præpositione A. Idé pro Qu. Rosc. Vt ne Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat. Cic. 4. Verr. accusatiuum cum dat. Absoluit. Hic hominem (inquit) Veneri absoluit id est, quod ad Venerẽ pertinet, absoluit eum. Et quoniã re semel inchoata, dum ea ad finem suum perducatur, quasi impedita esse videtur, fit vt Absoluere pro rei finem imponere, siue perficere ponatur. ἀπαρτίζω. Ital. *Fare perfetto, ò perfettamẽte.* Gal. *Parachever, parfaire.* Hisp. *Acabar alguna obra.* ¶ Gel. lib. 2, Septima ferè hebdomade, id est, nono & quadragesimo die, totus homo in vtero absoluitur. Cic. Offic. 3, Vt nemo pictor esset inuẽtus, qui Veneris eam partem, quã Apelles inchoatã reliquit absolueret. Huc referri possunt & ista. Plaut. Amphit. Curauit, vno vt fœtu fieret, vno vt labore absoluat ærũnas duas, quod est, quasi cuadat. Et in Epid. Te absoluã breui, id est, expediam. Item pro Persoluere. Terẽt. in Adelph. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam. Id est, (vt Donatus exponit) vt hũc reddito pretio dimittã. Nam (inquit) velut ligati sunt, quibus debetur aliquid. Et pro Soluere. Plaut. in Mil. A matre illius venio, si est itura, eat: Omnes moratur, nauim cupimus absoluere.

Absolutorius a, um. Quod ad absolutionẽ pertinet: ¶ Ital. *Cosa pertinente all' assolutione.* Gal. *Chose par laquelle on est absoult & deliuré.* Hisp. *Cosa para alʒ assolucion.* Gal. *absoudre, deliurer.* Hisp. *Desatar lo atado, absolver.* ¶ & maximè ad iudicia pertinet: cui cõtrarium est Damnare: habétque accusatiunm, & eum quidem aliquando cum genitiuo criminis. Autor ad Heren. 2. Cæcilius iudex absoluit iniuriarum illum, ἀφαιρεῖται τὰ ἀδικήματων. Aliquando verò cum ablatiuo: & id quidem vel sine præpositione. Liu. lib. 3. Latæ deinde leges, quę Consulem regni suspitione absoluerent. Vel cum præpositione De. Cice. ad Qu. Frat. Deusus erat de præuaricatione à Tribunis æratiis absolutus. Vel cũ præpositione A. Idé pro Qu. Rosc. Vt ne Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat. Cic. 4. Verr. accusatiuum cum dat. Absoluit. Hic hominem (inquit) Veneri absoluit id est, quod ad Venerẽ pertinet, absoluit eum. Et quoniã re semel inchoata, dum ea ad finem suum perducatur, quasi impedita esse videtur, fit vt Absoluere pro rei finem imponere, siue perficere ponatur. ἀπαρτίζω. Ital. *Fare perfetto, ò perfettamẽte.* Gal. *Parachever, parfaire.* Hisp. *Acabar alguna obra.* ¶ Gel. lib. 2, Septima ferè hebdomade, id est, nono & quadragesimo die, totus homo in vtero absoluitur. Cic. Offic. 3, Vt nemo pictor esset inuẽtus, qui Veneris eam partem, quã Apelles inchoatã reliquit absolueret. Huc referri possunt & ista. Plaut. Amphit. Curauit, vno vt fœtu fieret, vno vt labore absoluat ærũnas duas, quod est, quasi cuadat. Et in Epid. Te absoluã breui, id est, expediam. Item pro Persoluere. Terẽt. in Adelph. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam. Id est, (vt Donatus exponit) vt hũc reddito pretio dimittã. Nam (inquit) velut ligati sunt, quibus debetur aliquid. Et pro Soluere. Plaut. in Mil. A matre illius venio, si est itura, eat: Omnes moratur, nauim cupimus absoluere.

Absolutio, verbale, pro liberatione à crimine. ἀπαλλαγή. Ital. *Assolutione.* Gal. *Absolution.* Hisp. *Absolucion de pecado.* ¶ Cice. pro Font. Magna me hercule causa, iudices, absolutionis, cum cæteris causis hæc est. Et pro perfectione. τελείωσις. Ital. *Perfettione.* Gal. *Perfection.* Hisp. *Acabamiento de alguna cosa.* ¶ Idem, Virtus rationis absolutiõ definitur. Est quoque apud Oratores (vt Cice. de Inuent. 1. scribit) per quam omnia quæ incidunt in causam genera amplectimur partitione

Universidad de Deusto
Biblioteca

à malis,non à bonis abstraxisset.Huic contrarium est Attraho. Aliter vsus est Cæsar 7.belli Gallici.Bona Ciuium Roman.diripiunt, cædes faciunt,in seruitutem abstrahunt.

Abstractū,ab Abstraho.id dicitur quod ab alio trahitur.{τὸ ἐξαιρετικῶς κατεχόμενον. Ital.*Tirato per forza*. Gal.*Tiré par force*. Hisp.*Tomado per fuerça*.} Definitur verò à Logicis hoc modo,Abstractū est quod significat formā aliquā,cum exclusione subiecti:vt albedo. Concretum est,quod significat eandem formā,cum hærentibus subiecti:vt Album:à Concresco,quod significat coniungor in aliqua re. Et hæc alitèr dicuntur Denominans & Denominatiuum,vt est apud Aristotelē in Antepræd.

Abstringo,is,ere,xi,ctū, Soluo.{λυγκαλῶ,ἀναχαίζω. Ital.*scioglere*. Gal. *Desserrer,lâcher,ce qui est estraint*. Hisp.*Desatar*.} Liu.3.Dec.lib.4, Tanquā laxaret elatum pedem abstricto nodo,moratus turbam,&c.

Abstrudo,dis,pe.prod.ex Abs & Trudo,significat Abscōdo vel claudo.{κρυπτῶ,ἀποκρύπτω. Ital.*Ascondere,serrare dentro*. Gal. *Cacher & fermer*. Hisp.*Encerrar por fuerça*.} Sed Seruio autore differunt, quòd Abscondere fit de industria:Abstrudere, à natura. Virgil.1. Georg.Vt venis silicis abstrusum excuderet ignem:quæ tamen differentia non semper obseruatur.Plaut.in Prol.Aul.Atque auiæ timens domo sublatam variis abstrudit locis.

Abstrusus,a,um, nomen ex particip.{κρυπτός,κρυφαῖος. Ital. *Nascoso*. Gal.*Caché,celé*.Hisp.*Escondido,ò encerrado por fuerça*.} vt Abstrusæ insidiæ, id est,penitus latentes.Cic.4.Acade.Sequitur disputatio copiosa illa quidem,sed paulò abstrusior. Abstrusus homo, qui secreta sua magnoperè celat.Tacit.lib.1.Annal.Hæc audita, quanquam abstrusum, & tristissima quæque maximè occultantem Tiberium,&c.

Absum,{ἄπειμι. Ital.*Esser lontano*. Gal.*Estre absent*. Hisp.*Estar absente de lugar alguno*.}ex Ab præpositione(quæ mutat significationem in dictionibus,& facit per contrarium significare:)& Sum(id est, præsens existo:)significat Non corām sum,disto,disiunctus sum:& tam ad rerum carentiam,quàm ad loci & temporis interuallum referri potest.ponitūrque aliquando absolutè. Terent.in Eun. Domini vbi absunt. Et, Ouiū nullus vsus si pastor absit.Πρόσεστιν γάρ κἀὐτὸ τοῦτο ἀεὶ κακὸν ἀπεῖναι. Quo Adagio admonemur ἀναρχίαν rem esse omniū pernicioſissimam. Nihil recte faciunt ministri,inutiles sunt discipuli & populus,nisi herus,præceptor, & princeps adsint. ¶Aliquando cum prepositione A vel Ab.Sall.in Iugurtha,Neque animus,neque corpus à vobis aberit. Sic Abesse ab vrbe,Abesse ab domo frequens est apud Ciceronē. ¶Aliquando sine præpositione.Cic.de Natu.2,Quòd Diana quum in partu Olympiadis adesse noluisset,absuisset domo,id est,ab æde sua. Liu. lib.3.bel.Punici.Romana castra viginti millium spatio aberant. Virg. 11.Aene.Nec longis inter se passibus absunt. ¶Aliquando cum datiuo Cic.pro P.Syl.Vt mirari Torquatus desinat,me qui Antronio abfuerim,Syllam defendere,pro,non adfuerim Antronio,siue non defenderim. ¶Aliquando cum accusatiuo.Terent.in Heaut.Clam me profectus,menses treis abest.Cic.pro Plan.Qui quū abessent aliquot dierum viam. ¶Aliquando cum genitiuo,vt Abesse biduī,triduī.Cice.ad Att.10,Quum in castra proficisceret:à quibus aberam biduī, subaudi Itinere,vel aliquid simile. ¶Aliquando cum aduerbiis, Longè, Procul,Multum,Paulum,&c.Plaut in True.Oues illius haud lōge absunt à lupis. Cæsar diuisa compositione verbum hoc duabus dictionibus extulit,Qui erat(inquit)ab oppido millia passuum circiter tria. pro, Aberat. Dicimus præterea,Culpam à nobis abesse,pro eo quod est Vacare culpa.Item,Culpam nostram à re aliqua abesse,pro eodem.Cicero ad Cornificium.Ego certè Reip. non decro:& quicquid acciderit,à quo mea culpa absit,animo forti feram.

Absens,ab Absum,sicut à Præsum Præsens.{ἀπών. Ital.*Lontano,discosto*. Gal. *Absent*.Hisp.*Absente de lugar alguno*.} Vlp.Absentem accipimus eū qui non est in eo loco in quo petitur.Non enim trans mare absentem desideramus.Et si fortè extra continentiā vibis sit, abest. Cæterum vsq; ad continentiam nō abesse videbitur,si loco latitet.Abesse autem non videbitur,qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur. Paulus,Abesse res videbitur,si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit,veluti scyphi collisi,aut tabula,ralà pictura: quoniam earum rerum pretium non in substantia,sed in arte sit positum. Item si eam dominus rem,quæ sibi furto aberat,iguorās emerit, rectè dicitur res abesse,etiam si id postea ita esse scierit:quia videtur res ei abesse cui pretium abest. Abesse etiam scribit Caius,quæ in rebus humanis non sunt. ¶Quum autem dicimus,Absente nobis,& Præsente nobis,pro Absentibus & præsentibus nobis.Atticorum fit more:sicut, Aperite aliquis actutum,apud Terent.in Adel.& Plau.in Amph. Nec nobis præsente quisquam aliquid ausi sunt.

Absumo mis,psi,ptum,pen.prod.Profundo,omnino consumo & aboleo.{ἀναλίσκω,καταναλίσκω,καταδαπανῶ. Ital.*Consumar,mettere al fine*. Gal.*Consomer,mettre à fin*.Hisp.*Gastar en mala parte*.} Varius ac multiplex eius vsus est.Cic.pro Quint.Hortensius à me petit,ne dicendo tempus absumā. Liu.10.bel.Pun.Lacessendo leuibus præliis diem absumpsit.Asco.Ped. Adeò,vt in eius impensas opes suas absumpserit, Terent.Heaut.Nam vt alia omittam,pitissando modò mihi Quid vini absumpsit? Plin. Iun.in Epist. Vastissimum incendium multas priuatorum domos, & duo publica corpora,quanquā via interiacente,Gerusiam & Issum absumpsit. Dicimus etiā Absumi ferro,veneno,morte.Et Plaut.in Most. Absumpti sumus:pro perimus,& actum est de nobis,ἀπόλωλα.

Absumedo,inis,Consumptio,à verbo Absumo.{ἀνάλωσις,δαπάνημα. Ita. *Consumamento*.Gal.*Dépence,degast*.Hisp.*Gasto en mal*.} Plaut. Cap. Quanta pernis pestis veniet?quanta labes larido?quanta sumini absumedo?

Absurdus,a,um,Quod est dispar, diuersum, abhorrens, inconueniens, stultum,deforme, odiosum, iniquum.{ἄτοπος. ἄλογος. Ital.*Mal conueniente à se*.Gal.*Absurde,mal conuenable*. Hisp.*Cosa digna de no esser oyda*.} Cicc.in Lælio,Auaritia verò senilis,quid sibi velit,non intelligo. Potest enim quicquam esse absurdius, quam quò minus viæ restat, eò plus viatici quærere?

Absurdè,aduerbium.{ἀτόπως Ital.*Disconuenientemente, brutamente*. Gal.*Sottement, sans propos*.Hisp.*Con tal iniquidad de non esser oydo*.} Cicc.de Finib. Idque si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint,absurdè dicit.

ABSVS,Fluuius.Vide Abis.

Absynthium,& Absynthites,vide suprà Absynthium.

ABSYRTIDES,ἀψυρτίδες,Insulæ sunt in Adriatico mari, Illyrico adiacentes,à fratre Medeæ ibi interfecto,nomine Absyrto,sic appellatæ,vt Plin.scribit lib.3 cap.26.& Strabo lib.7.

ABSYRTIVM,ἄψυρτον,Insula est maris Adriatici,non procul ab Issa vt tradit Plin.lib.3.cap.21.

ABSYRTVS,Ἄψυρτος. Aeetæ regis Colchorum & Ipseæ,siue(vt alij malunt)Idiæ filiæ Oceani filius,alio nomine Aegialeus dictus,quem soror Medea cum Iasone discedēs membratim discerptum circunquaq; dissecit,vt sequentem se patrem in colligendis ossibus occupatum remoraretur,ne se à fuga retraheret:vnde locus ille dictus est Tomos,id est,incisio.Hæc Ouid.lib.3. Tristium eleg.9. Plinius verò & Strabo non apud Tomitas Absyrtum discerptum volunt,sed in insula quadā matis Adriatici,vna earū quæ ab illius exitio Absyrtides vocatæ sunt. Vide Plin.lib.3.cap.26.& Strabo.lib.7. Fuit insuper Absyrtus,teste Suida,Nicomediensis quidam miles, qui quum sub Constantino ad Istrum militaret,librum vtilissimum scripsit de medicandis equis,& de cura animalium, eúmque pulcherrimum & emendatissimum habet Antonius Vicecomes Mediolanensis.

ABVDIACVM,Ἀβούδιακον,Vrbs est Germanię,nō procul ab Augusta Vindelicorum,Ptolemæo.

ABVLA,Vrbs Hispaniæ,Ptolemæo.

Abundo,as,ex Ab & Vndo,vt quidam aiunt:vnde fiunt Exundo & Insido.Est autem Abūdare,affluere,& supra modum quidpiam possidere. {ἀβλυσῶ,ἀκμάζω. Ital.*Abondare*.Gal.*S'epandre par dessus,estre plein iusques à deborder,abonder*. Hisp.*Abondar y ser copioso*.} Tractum ab amnibus,qui quò magis augentur imbribus, eò maioribus & crebrioribus vndis eriguntur,Terent.in Phorm. Amote abundas Antipho.Dicimúsque, Abundo pecunia,& pecunia abundat mihi. August.lib. Confess.Nam id furatus sum quod mihi abundat.Lucilius cū genitiuo iunxit, Quarum & abundemus rerum,& quarum indigeamus. Virg.lib.4.Georg. absolutè,Rursus abundabat fluidus liquor.Hinc Abundans,pro diuite,pecunioso,potente,profluente,πλούσιος,ἀκμάζων,ὑπερβάλλων.

Abundantia,Opulentia,satietas,copia.{ἀβλυσία,ἀκμή. Ital.*Abondanza*. Gal.*Abondance, foison, planté*.Hisp.*Aquella obra de abondar y ser copioso*.} Plin.lib.20.cap.1,Ad coërcendam succi abundantiam.

Abundans,nomen ex participio,Idem significat,quod copiosus.Ἀφθονῶν. Inde Abundanter,aduerb.hoc est,copiosè,& cum quadam abundantia.{ἐξαφθόνως,ἐκπώρως,πλουσίως. Ital.*Abondantamente, amplamente*. Gal. *Abondamment,amplement,à foison*.Hisp.*Copiosamente*.} Cicer.de Orato.De qua copiosè & abundanter loquantur.

Abundatio,onis,Idem quod exundatio,quum aqua sese ripæ aut litoris limitibus non continet.{πλημμυρίς,ίδος. Ital.*Vno sopraffluimento d'acqua,inundatione*. Gal.*Débordement*. Hisp.*Obra de reboſſar,reboſſadura*.} Plin. lib.3.cap.15,Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia.

Abundè, aduerb.ab Abundo, Significat copiosè,satis supérque.{ἐξαφθόνως Ital.*In abondantia, più del bisogno*. Gal.*Grandement,assez, amplement, beaucop*. Hisp.*Mas que assi*.} Sueto.in Cæs.Dict.Se iam pridem potentiæ gloriæque abundè adeptum. Abundè est,ἐξαρκεῖ ἔστι. Virgil.7. Aeneid.Terrorum & frandis abundè est. Quo in loco habet genitiuum,vt cætera aduerbia quantitatis. Saluſtius in Iug.sine casu posuit, Dein quòd parentes abundè habemus.Vsitatiùs cum nominibus adiectiuis collocatur:vt eodem in loco,Abundè magna præsidia nobis in vestra amicitia fore.

Abuolo,pen.corr.Volando discedo,Auolo.{ἀφίπταμαι. Ital.*Andare con prestezza*. Gal.*Voler de quelque lieu*.Hisp.*Volar de algun lugar*.} Cic.de Fini. Fluit itaque voluptas,& prima quæque abuolat.

ABVRVS,Britanniæ Fluuius maximus,Ptolemæo.

Abusque,aduerbium,modò tempus,modò locū significans:& est poëtica vox,pro Vsque ab.{Ital.*Insino da*. Gal.*Depuis, insques à*. Hisp.*Desde, hasta*.}Plaut.in Amphi.Hæc illic est pugnata pugna abúsque mane ad vesperum.Virg.Siculo prospexit abusque Pachyno.

ABVS,ἄβος,Pars est montis Tauri supra Armeniam ad viam quæ fert versus Ecbatana.Vide Strab.lib.11.Est etiam Abus Ptolemæo fluuius Britanniæ.

Abutonon,Herba est Dioscoridi,quæ alio nomine Abrotonum vocatur.ἄβροτον.Vide suprà.

Abutor,penulti,prod.In vsum consumo.{καταχρῶμαι Ital.*Consomare*. Gal. *Gaster*.Hisp.*Gastar en vso*.} Plautus in Asinaria, Vbi illa,quæ dedi antè?c.abusa:nam si ea durarent mihi, Mulier mitteretur ad te. Sæpius tamen in malam partem pro Perperam, siue nimis licenter vtor, accipitur.{κακῶς χρῶμαι,καταχρῶμαι Ital. *Mal vsare*. Gal.*Abuser,faire degast*. Hisp.*Vsar mal de alguna cosa*.} vt fit quum vtimur aliqua re contra id ad quod est instituta: vt si in templo negotia secularia tractemus,dicimur templo abuti.Cicer.in Catil. Quousque abutêre Catilina patientia nostra?Donatus, Vtimur cum honore, abutimur cum iniuria.Vtimur his rebus quæ nobis vtentibus permanent: Abutimur his quæ nobis vtentibus pereunt.Ex quo Vsus, χρῆσις, & Abusus, κατάχρησις, videntur contraria:nam vsui est ager, domus:abusui, vinum,oleum,& huiusmodi.Cicer.in Topic. Non debet, inquit, ea mulier,cui vir bonorum suorum vsum legauit, cellis vinariis plenis relictis,putare id ad se pertinere:vsus enim,non abusus legatus est. Per translationem verò, Tempore & labore dicimur abuti, quum frustra tempus in aliqua re magno cum sudore terimus. Terent.in Prol. And. Nam in scribundis prologis operam abutitur.id est, operam suam malè collocat.Vbi sciendum quòd Abuti & ablatiuum habeat & accusatiuum:vt Abuti aliqua re, vel Abuti aliquam rem, quod tamen antiquum est.Plaut.in Bacch.Nos aurum abusos. Abuti quoque veteres passiuè direrunt.Var.apud Priscianum lib.8.Vtile vtamur potiùs,quam ab re abutamur.

Abusus,Participium,in eadem significatione.Ibidem Hortensius, Abusus,iam omnibus locis.Et apud Plautum in exemplo citato, Vbi illa, quæ dedi antè?c.abusa.Id est vtendo vel in vsum consumpta.

Abusus,us,de quo paulò antè dictum est.{κατάχρησις, ἀνάχρησις. Ital. *El mal vso,la cattiua vsanza*. Gal.*Abus,degast*.Hisp.*Gasto en mal*.}

Abusio, onis, eiusdē significatiōis. vnde & apud Latinos Rhetoras, figura dictionis, quā Græci καταχρησιν vocāt, Abusio appellatur. Fab. li. 3. c. 3.

Abusiuè, id est improprie, & contra naturam, vsumque, καταχρηστικῶς.

Abyderia, Dicuntur futilia, ac nullo prorsum digna pretio. ἄβδηρα ἰσχυρίσματα, quòd Abyderi velut molles & lasciui habebantur: & quibus olim is mos fuerat, si quem ciuem aut hospitem acciperent conuiuio, præterea in sacris ac solennibus epulis, vt post vnguentum & coronas, infantes à nutricibus inducerētur, circunferrētūrq; suauiādi. Obstrepentibus igitur nutriculis & aliis, incōditis clamoribus, minus suaue, ac gratū reddebant conuiuiū. ¶ Hinc factus est locus prouerbio, Abydena vel Abydena bellaria: quo vtimur, quoties res futiles & ineptas volumus significare. Ergo in rabulam quempiā & immodicè loquacē, qui sua loquacitate confabulationē aliquot doctorum hominū suauiter loquentium inamœnā sit redditurus, meritò hoc adagiū iaciemus, Ἄβδηρα ἰσχυρίσματα. Refertur à Suida, & Stephano.

ABYDENI populi, ἄβδηλοι, ab Abydo ciuitate Asiæ: qui quū tam arcta obsidione coangustarentur, vt nulla saluti spes superesset, mutua multitudinē tanta inuasit rabies, vt repente proditos rati, qui pugnantes occubuissent, periuriū alij aliis exprobrātes, & sacerdotibus maximè, qui quos ad mortem deuouissent, eorum deditionem viuorū hosti fecissent, repente omneis ad cædes coniugum, libetorūmq; discurrerēt, séque ipsi pariter omneis læti interficerent.

Abydocomæ, pen. cor. ἀβυδοκομαι. Dicuntur sycophantæ à verbo κομᾶν, quod est, efferri, & parum modestè se gerere. Hoc enim nomine malè audiebant Abydeni, quòd insignes calumniarum artifices essent, eóq; sibi nomine placerent, atq; hac gratia nō tutum erat omnibus illic versari. ¶ Vnde natum prouerbiū, Ne temere Abydum, Μὴ εἰκῇ τὴν Ἄβυδον, subaudiendum nauiges. Quo admonemur ne quis se temere coniiciat in aulam principis, quòd ea res non omnibus feliciter cedat, vel conportationibus facilè immiscetur sese, aut ne temere poëtarum attingat literas, aliúmve lubricum locum inconsultò adeat. Vide Stephanū, Suidam, Hesichium, & Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 21.

ABYDON, ōnos, pen. genitiui prod. ἄβυδων. Regiuncula est Macedoniæ. Autores Suidas & Stephanus.

ABYDOS, pen. prod. Ἄβυδος. Vrbs Asiæ à Milesiis condita, Gyge Lydorū rege permittēte, qui totius Troadis imperiū habuit: cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mari, quod ab Helle Phryxi sorore in eo summersa, Hellespontus nūcupatur. Id quū Asiā ab Europa diuidat, Xerxes ponte cōiunxit. Vnde & Musæus, Ἔστος ἔην, καὶ Ἄβυδος ἐυκτιμένη πόλις, Πρὸς βορέην αὖτις πόλις, & subdit, Ἡ μὲν Σηστὸς ἔκειτο, ὁ δὲ πλησίον ἄβυδος, Ἀμφοτέρων πολίων περικλυτὸς εὐρὺς ἀνάλιτος. Fuit autē Abydos patria Leandri. De hac Virg. lib. 1. Georg. Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi. Et dicitur hæc Abydos, & hoc Abydum. Hinc Abydeus, a, um, & sic Abydenus, a, um, ἀβυδηνός. Ouid. in Epist. Leandri ad Ero, Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem. Est idem Aegypti oppidum, Mennonis regia, & Osiris templo inclytum. Plin. lib. 5. cap. 9.

ABYLA, ἄβιλαξ Suidæ, pen. dichrona: Mōs est excelsus Mauritaniæ Calpæ monti, qui in Hispania est, oppositus, quos ambos Herculis colūnas dicunt. De hac Dionysius Aphet. Ἀλλ' ἤ τοι πυμάτη μὲν ἀγαυῶν ἐστὶν ἰώνων Γίγνον ἀκοντιστὴ αὐτὴ ἐπιπρὸ οἰάκων Στυλάων ἀΐδηλον ἐπιπρὸ ῥέον, ἠδὲ οἱ ἄκρη Τάρτησσ' ἐπέκηται. id est, Sed vltimus clarorū Iberorū terminus Oceano proximus est occiduo, cui præcelsa vna ex colūnis Abyla imminet, infra quam vrbs amœna Tartessos. Vbi multa Eustathius scribit. Abyla & Calpæ montes olim perpetuo iugo cōiuncti, ab Hercule (vt est in fabulis) sunt separati, & sic intromissum terris mare, quod in hodiernum vsque diem Mediterraneum nuncupatur. In his præterea sunt Herculis columnæ, quas ibidē fixisse dicitur, quū boues Geryonis vestigaret, perinde ac victima ibidem esset orbis meta. Ptolemæo Abylis vocatur, ἄβιλαι: Suidæ ἄβιλαξ: Plinio, Latinisque ferè omnibus Abila per i nostrum: quemadmodum & nos scribendū putamus. Vide suprà Abila.

Abyrtace, Apud Mediæ populos erat edullij genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punici, sinapi, aliisq; nōnullis rebus cōfectū. ἀβυρτάκη.

Abyrtacopœi, dicuntur qui eiusmodi esculenta parant. ἀβυρτακοποιοί. Vide Cœlium Rhodig. lib. 2 . cap. 23.

Abyssus, Propriè dicitur infinita aquarū congeries, quæ fundum nō habeat. ἄβυσσος, quasi ἄνευ βάθους. Ioues enim βάθους dicunt ἀπὸ τοῦ βοᾶν. Ital. *Abisso, il profundo.* Gal. *Abisme.* Hisp. *Abismo.* Augustinus tamē nō solùm de aqua, sed quauis humida natura dici ostendit. Apud Græcos etiā adiectiuū est, idem significans, quod fundo carēs. ¶ Hinc quadam Adagij forma sacræ literæ vim inexhaustam rei cuiuspiam Abyssum appellant. Itid. D. Chrysost. ἐκ τῆς ἐπιστολῆς lib. 6. Θεὰ, inquit, τὸν ἄβυσσον τῶν κτισμάτων. Vide laborum immensum pelagus. ¶ Erat præterea Abyssus, facellū Persephones, in quo magna vis auri multis seculis erat congesta: vnde & nomen accepit ab infinita auri copia. Vide Suidam.

AB ZOE, pen. cor. Populi sunt ad Oceanum Scythicum, Plinio teste, lib. 6. cap. 13.

A ante C.

Ac, coniunctio copulatiua est, pro Et, siue Atq;, ξὺν Ital. *Et.* Gal. *Et.* Hisp. *Y.* vt, Doctus ac iustus es. ¶ Aliquando aduerbiū est, & accipitur pro Quam, ἢ vt, Haud secus ac iussi, faciūt. In principio sententiarū connectendi vim habet. Cic. in proœmio. 1. lib. de Orat. Ac primò quidem totius orationis ignari. ¶ Aliquando (sicut docet Donatus) significat Contrà quàm. Terent. in And. Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere. ¶ Ponitur etiam Ac, & Acsi, post Perinde, pro Ita: vt, Superbis perinde, ac si rex esses. ¶ Ac in compositione ponitur pro Ad, mutatione d literæ in c: vt, Accedo, Accipio, Accolo.

Acabo, pen. cor. Animal multum valens vi medica, in desertis Arabiæ.

ACA, vel Ace, ἄκη Suidæ, Phœnicum est oppidum non procul à Tyro, postea Ptolemais dictum, Claudij Cæsaris colonia insigne. Vide Plin. cap. 19. lib. 5, & Strabonem lib. 16.

ACABIS, ἀκάβη. Mons est in finibus Aegypti à Ptolemæo collocatus.

ACABIS, ἀκαβὶς. Ciuitas est in Cyrenaica Africæ regione. Ptolemæus.

Acacalis, Fructus est in Aegypto nascentis fruticis, quem Dioscorides camaricis semini nō absimilem esse, & in aqua maceratum oculis mederi tradit. ἀκακαλὶς. Sunt qui à Minois regis filia nomen accepisse putent, quam Apollo vitiauit. Vide Ruellium.

Acacia, Spina est, quę in Aegypto nascitur, arboris in modum fruticosa, nunquam se in rectum attollens, flore candido, & semine lupino simili in folliculis contento: ex quo in pila contuso succus exprimitur, eiusdem nominis cum sua arbore, qui in vmbra siccatus, mirū in modum astringit, ἀκακία. Ital. *Acacia.* Gal. *Espine portant gomme Arabic.* Hisp. *Arbol dela goma arabica.* Est & alterum acaciæ genus, in Cappadocia Pontóque prouenies, Aegyptiæ spinæ similitudine, longè tamē minus & tenerius, & foliis rutæ. Vtrunq; speciem vide apud Dioscor. lib. 1. cap. 115. Meminit & Plin. li b. 24. cap. 12.

ACACIVS, ἀκάκιος. Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir in primis pius, & Leoni Imperatori gratissimus. Vitam eius vide apud Suidam. Fuit præterea Acacius, Rhetor insignis, qui Libanij & Iuliani temporibus floruit, teste eodem Suida.

ACACESIVM, ἀκακήσιον Stephano, Vrbs Arcadiæ, sic dicta ab Acaco Lycaonis filio, vt tradit Pausanias lib. 8.

Acacus, Purus, innocens, minimè versutus. ἄκακος. Ital. *Puro, mondo, semplice.* Gal. *Pur, simple.* Hisp. *Puro, limpio.* Inde Acacia, id est, Innocentia, securitas ab omni terrore: in qua Philosophorum nōnulli summū bonū constituerunt. ἀκακία. Ital. *Bonta, simplicità.* Gal. *Bonté, simplicue.* Hisp. *Cosa sin doblez.*

ACADEMIA, ἀκαδήμεια Suidæ, ἀκαδημία Stephano, Locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans: ab Academo heroe, vt Eupolidi placet: Ἐν Κολωνοῦ ἱερῷ τοῦ Ἀκαδήμου ἔστι, hoc est, In ambulacris vmbrosis Academi dei. Ibi natus est Plato, & philosophiam magna discipulorum frequentia professus est. Vnde & eius sectatores Academici vocati sunt, sicut à Stoa Stoici. Hinc est illud Timonis apud Laërtiū, τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πασιστὶ, ἀλλ' ἀγορητής, Ἡδυεπὴς, τριττὴν λογοφόβον, εἰδὼ Ἑλικῶνα Δίδυμα τ' ἰφθίμοισιν ἀνὰ λεχέεσσι τέτυκται. id est, Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat, Cuius ab ore melos manabat, quale Hecademi Arbustis lepida modulātur voce cicadæ. ¶ Hinc quū cuiuspiam hominis seueritatem, cultum compositū, doctrinā, seu mores nitidos approbare volumus, hac Adagij formula vti licebit, Ex Academia venis, Ἀκαδημίᾳ ἥκεις. Illic enim hominum quantumuis agrestium animi ita componebātur, vt illinc egressi vultum modestum, hilarem vnàque seuerum & doctum præ se ferrent. Quanquā & τίμωνικὸν torqueri poterit in fastuosum & vultu tetrico Philosophum agentem. Vide Athenæum lib. 12. Antea per i tenuè scribebatur, Ecademia. Erat autem Academia gymnasium inferius: quum superiori gymnasio, cui Aristoteles præerat, nomen esset Lyceum, λύκειον: quæ & inferior ambulatio, & superior dicebantur. Academia nostro tempore vsurpatur pro vrbis parte, in qua celebrantur studiorum gymnasia: vt Academia Parisiensis, quæ vulgò *Vniuersitas* dicitur. Academia dici quoque potest quælibet literarum schola insignior atque celebrior. Huius nominis Academia penultima producitur à Cicerone, Inque Academia vmbrifera, nitidóque Lyceo. Sic & in alio versu Laureæ Tullij, Atque Academiæ celebratam nomine villam. Verùm alij etiam corripiunt, vt & communis vsus seruat. Claud. in Latium sprętis Academia migrat Athenis. Sidonius, Obruet & quanquam totis Academia sectis. Vtique rectè. Nam (vt suprà diximus) modò Ἀκαδημία apud Græcos scribitur per i, penul. modò Ἀκαδημεία per ει diphthongū. Fuit etiā eo nomine villa Ciceronis ad Auernum lacum, nō procul à Puteolis in litore sita, porticu & nemore insignis: à qua etiā Academicis quæstionibus, quas in hac villa cōscripsit, nomen imposuit. Extat de laude eius villæ apud Plinium Laureæ Ciceronis liberti Epigramma: quod quia elegantissimum est, & dignum vbiq;, & non ibi tantùm legi, hìc adscripsimus.

Quòd tua Romanæ vindex clarissime linguæ
Sylua loco melius surgere iussa viret:
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope:
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ. Plin. lib. 31. cap. 2.

Academicus, ca, cum, adiectiuum, ἀκαδημικός. vt, Sectæ Academicæ, hoc est, eorum qui Academicos sectantur.

ACADINVS, Fons est Siciliæ iuxta Delos lacus, Palicis fratribus sacros, ad quē iuramenti veritatē explorare solent ad hunc modū: Iuramenti verba tabulis ligneis inscribebāt, eāsq; in fontem deiiciebant, quæ supernatantes iuramenti integritatem, demersæ periurium indicabant.

ACALANDRVM Plinio, ἀκαλανδρὸς Straboni, Fluuius est in sinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

Acæna Virga erat longa pedes decē, qua agros demetiebātur: à Thessalis (vt scribit Apollonij interpres) primùm excogitata. ἀκαίνη. Sic dicta, ab ἀ priuatiuo, & verbo καίνω, quod est, occido: eò quòd cædibus quæ quotidie ob limitum confusionem fiebant, finem imponeret. Est etiam aratorum baculus, quo boues suos extimulant. Vide Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 29.

Acalanthis, ἀκαλανθὶς Suidæ, Auis est, quam alij Acanthidem, alij Carduelem vocant. Vide Acanthis. Est præterea Acalanthis, canis nomen, dictum (vt putat Suidas) λῶν τὸ ἀκαλανθίζειν, hoc est, ab adulando.

Acalyphe, ἀκαλύφη, ἀκαλήφη. Herba est, quā nostri vrticam vocant: dicta Acalephe, teste Athenæo, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφήν: hoc ꝑ tactui non sit iucunda. Ital. *Ortica.* Gal. *Ortie.* Hisp. *Ortiga.* ¶ Est etiam ex genere muscarum, apud Aristotelem de Animalib. ¶ Item piscis quoddam genus, quod & nostri Vrticam appellant. Plin. (lib. 9. c. 45.) inter τὰ ζωόφυτα connumerat, hoc est inter ea quæ mediam habent naturam inter animantia & plantas. Vide latiùs in dictione VRTICA.

ACALLIS, idis, ἀκαλλὶς. Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Stepha. de Vrbib. Oaxus (inquit) oppidum Cretæ est, ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

ACAMANTIS, ἀκαμαντὶς. Insula est in mari Cilicio, quæ notiore nomine Cyprus appellatur: dicta Acamantis, ab Acamante promontorio fi-

te

Universidad de Deusto
Biblioteca

to ad Occasum. Vide Plin.lib.5.cap.31. ¶ Fuit etiam Acamantis, vna ex decem tribubus Athenienſium, ita dicta ab Acamante Theſei filio. vide Suidam.

ACAMANTIVM, ἀκαμάντιον, Vrbs eſt in maiori Phrygia, opus Acamantis Theſei filij, qui quum in expeditione aduerſus Solymos ſe ſtrenuè geſſiſſet, locum condendæ vrbis à patre impetrauit. Hinc ſit gentile Acamantius, ἀκαμάντιος, & fœmininum Acamantis, ἀκαμαντὶς, & poſſeſſiuum Acamantens, pen.prod. ἀκαμαντεὺς. Vide Stephanum.

ACAMANTIVS, ἀκαμάντιος, Philoſophus fuit Heliopolita. Vide Suid.

ACAMARCHIS, ἀκαμάρχις, Marinæ Nymphæ nomen eſt, quam Oceani filiam fuiſſe volunt, cuius meminit Diodorus lib.6.

ACAMAS, tis, ἀκάμας, Promõtorij eſt ſaltuoſum in Cypro inſula, quod procul aſpicientibus duarum mammillarũ ſpeciem præbet. à quo Cyprus antea Acamantis vocitata eſt, autore Strab.lib.14. Meminit præterea Home.lib.2.Iliad. Acamantis cuiuſdam Thracis, qui Troianorũ amicus, & in bello ſocius erat. ¶ Fuit præterea Acamas, Theſei filius, à quo vna tribuum Athenienſium Acamantis, ἀκαμαντὶς, nominata eſt: & oppidum Phrygiæ Acamantium, de quibus vide ſuprà.

ACANNAE, ἀκάννη, Emporium eſt ad mare rubrum, de quo Stephanus.

Acantha, ἄκανθα, Herba eadem eſt cum acantho. Vide ACANTHVS.

Acanthaleuce. ἀκανθολεύκη. Ital. & Hiſp. *Cardo ſyluestre.* Gal. *Cardon ſauuage.* ‡ Herba eſt foliis aculeatis, & candidis maculis, variegatis, quaſi lacte conſperſis: vnde & Latini Spinam albam vocant. Officinæ Punico nomine vocant *Bedegarum.*

Acanthiæ cicadæ, ἀκανθίδες τέττιγες. Prouerbium eſt, in indoctos atq; infantes, ac mutos, alijs docte loquẽtibus, aut muſicæ ignaros, dici ſolitum. Tractum à mutis quibuſdam cicadis, quæ Acanthiæ vocantur, ſiue quòd eiuſmodi iuxta Acanthum vrbem inueniantur, vt Stephano placet. ſiue (vt mauult Suidas) quod tales ſint, quæ inter dumos & ſpinas veſcantur.

Acanthica maſtiche, μαστίχη ἀκανθικὴ. Lacryma helxines herbæ, de qua ſic Plin.lib.21.cap.16. Helxine rara viſu eſt, neque in omnibus terris eſt: radice foliоſa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum ſua fronde. Huius vertex ſummus lacrymã continet iucundi ſaporis, Acanthicen maſtichen appellatam.

Acanthion, ſiue Acanthium, thij, ἀκάνθιον, Herba eſt albæ ſpinæ ſimilis, cuius meminit Plin.lib.10. cap.12. his verbis, Spinæ albæ ſimilis eſt ſpina illa, quam Græci acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneoſa lanugine obductis: qua collecta, etiam veſtes quædam bombycinis ſimiles fiunt in Oriente.

Acanthis, thidis. ἀκανθὶς. Ital. *Cardellino.* Gal. *Chardonneret, ou chardonnerette.* Hiſp. *Iurguerito.* ‡ Auis ſtridula, quæ & Carduelis: ita dicta, quòd ſpinis & carduis paſcatur. Nam ἄκανθα, ſpina eſt, ἀκανθὼν, ſpinetum. Auis vocalis eſt & in primis canora. Hinc adagium à Calphurnio Bucolico poëta, Aegl.6. vlurpatum. Aſtyle credibile eſt ſi vincat acanthida cornix, Vocalem ſuperet ſi turpis aëdona bubo. Cornix quidem obſtrepera eſt, ſed minimè canora. Plin.lib.10.cap.74. Et acanthis in ſpinis vitam ideirco & aſinos ipſa odit, flores ſpinæ deuorantes. Virgil.lib.10. Georg. Littoráque halcyonem reſonant, & acanthida dumi. Quo tamen in loco Pierius Acalanthida legendum contendit, itáque in vetuſtiſſimis exemplaribus legi aſſerit, Theod. Gaza pro Acanthide, vertit Spinum & Ligurium, lib.Ariſto.8.de hiſtor.animal.cap.3. ¶ Acanthis Callimacho eſt genus herbæ, quæ Latinè Senecio dicitur, teſte Plin.lib.25.cap.13.

ACANTHON, ἄκανθον, Mons eſt Aetoliæ, cuius meminit Plin.lib.4.ca.2.

Acanthus, ſiue Acautha. ἄκανθος, ἀκανθὼ. Ital. *Acanto.* Gal. *Acanthe ou branche vrſine.* Hiſp. *Yerua gigante, branca vrſina.* ‡ Herba eſt quam officinæ à ſimilitudine quam eius folia cum anterioribus vrſorum pedibus habent, *Brancam vrſinam* vocant. Plinius duo eius genera commemorat: quorum alterum aculeatum facit, & criſpum: alterum leue, quod à quibuſdam Pæderota vocari aſſerit, ab aliis Melamphyllum. Dictũ autem volunt Acanthum, ab Acãtho puero in florem huius herbæ conuerſo. Folia eius in columnarum epiſtylijs inſculpi ſolẽt: vnde & Marmorariam vocatam fuiſſe, autor eſt Dioſcorides. Solent quoque pocula huius ſculptura decorari. vnde apud Virg.3.Aeglo. Damœtas pocula ſua ab acanthi ſculptura commendat, quum ait, Et molli eſt anſas circum complexus acantho. ¶ Eſt præterea Acanthus, ἄκανθος, oppidũ Macedoniæ, ſitum ad iſthmum eius Cherſoneſi, in qua eſt Athos mõs. De hoc Plin.lib.5.cap.11. ¶ Item alterum eius nominis oppidum in Aegypto, trecentis viginti ſtadiis diſtans à Memphi: de quo vide Stephanum. ¶ Item tertium in Aſia ad Ninum Fluuium: quod olim Dulopolis dicebatur. Vide Plin.lib.5.cap.28.

ACAPEATAE, ἀκαπέατοι, Populi ſunt circa Mæotim: de quibus Plinius lib.6.cap.7.

ACAPIS, pen.corr. Fluuius Aſiæ apud Lazos populos.

Acapna, ἄκαπνα. Ital. *Legne ſecche che nell' ardere non facciano fumo.* Gal. *Bois ſec qui ne fume point.* Hiſp. *Lenas que no humea.* ‡ Dicuntur ligna ſicca, quæ igni admota & flammam facile concipiunt, & quàm minimum edunt fumi. Vnde & nomẽ habent, ab α priuatiuo, & κνὶς, fumus. De lignis eiuſmodi videtur intellexiſſe Cato de Re ruſt.cap.130, his verbis. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perſpergito, & in ſole ponito: perbibant bene, ita neque fumoſa erunt, & bene ardebunt.

Acapnon, ἄκαπνον, Mellis optimi epitheton eſt, quòd ex fumo vitium nõ contraxerit. Vide Plin.lib.11.cap.16.

ACARA, pen.corr. ἄκαρα, Oppidum eſt in medio Pannoniæ. ¶ Eſt etiam alterum huius nominis oppidum, in octaua Italiæ regione, nõ procul à Regio Lepido: cuius meminit Strabo lib.5.

ACARASSVS, ἀκαράσσος, Oppidum eſt Lyciæ, in minore Aſia: cuius meminit Stephanus de Vrb. ¶ Inde ſit gentile Acaraſſius, ἀκαρασσεύς.

ACARIA, ἀκαρία, Fons eſt in agro Corinthio, apud quẽ Iolas Euriſtheo caput amputauit. Autor Strabo lib.8.

ACARNE, ἀκάρνη, Oppidum eſt Magneſiæ regionis Theſſaliæ, vt tradit Plin.lib.4.cap.9. ¶ Eſt etiam Acarne, piſcis marini genus, teſte eodem Pli.lib.32.cap.11, vbi ſic ſcribit, Peculiaris autem maris accipenſer, aurata, aſellus, acarne, aphya. ¶ Acarne quoq; Theophraſto, herba quædam aculeata, attractylidi ſimillima, ſpinam habens pro folio, colore tuſo, & ſucco pingui.

Acaros, ἄκαρος, Frutex eſt aculearus, qui & Oxymyrſine, & Chamæmyrſine, & Latinè Ruſcum appellatur. Vide Ruellium.

ACARRHA, geminato r, ἄκαρρα, Vrbs eſt Achaiæ, teſte Stephano. Vnde fit gentile Acarrhæus, ἀκαρρεύς.

ACARNANIA, ἀκαρνανία, Epiri pars, quam Achelous ab Aetolia diuidit. In hac, vt in Epiro, gignũntur equi corpore & viribus maximi, eximiiq; pretij: vnde prouerbialis formula, Equi Acarnici, Ἀκαρνανικοὶ ἵπποι. Conueniet vti de re quapiam eximia aut inſigni præmio. ¶ Eſt & regio quædam parua in Aegypto dicta Acarnania, ſicut ſcribit Seruius in lib.5. Aene. Et ciuitas non procul à Syracuſis (vt inquit Cicero in Verr.) in qua Olympij Iouis antiquiſſimum fanum fuit.

Acarnan, anis, ἀκαρνάν, Qui ex Acarnania eſt. Virg.5.Aen. –quorum alter Acarnan, Alter ab Arcadia Tegæa ſanguine gentis.

Acarpia, ἀκαρπία, Fructuum priuatio dicitur: ἄκαρπος enim fructus eſt.

Acarpos, ἄκαρπος, Latinè infructuoſus.

Acarus, ri, ἄκαρις. Ital. *Il tarletto, che naſce nella cera, & il pedicello, ò volgarmente pidocchietto.* Gal. *Petit ver qui naiſt dans la cire, ou ciron.* Hiſp. *El arador.* ‡ Tineæ genus in cera naſcens, quod omnium animalium minimum eſſe exiſtimatur. Ex Ariſtot.lib.5.de Hiſtor.animal.cap.33. Dicitur à Græco ἀκαρὲς, quod eſt indiuiſibile & inſectile.

ACASTA, ἀκάστη, Nympha, Oceani & Tethyos filia. Heſiod.in Theogo.

ACASTVS, ἄκαστος, Peliæ Theſſalorum regis filius, venator ſagittis clarus, cuius meminit Ouid.lib.8.Meta. Hic vxorem Creteidem, ſiue (vt Suidæ placet) Atalantam duxit, quæ quum Peleum amaret, neque ille contrà huius amori obſequi vellet, vltrò eum de ſtupri appellatione apud virum accuſauit. Itaq; Acaſtus Peleo ceu venationis cauſa in ſaltum Pelij montis abducto, ibique omnibus armis ſpoliato, feris lacerandum præbuit: verùm Chiron, ſiue is Mercurius fuit, interueniens, accepta Vulcani machæra, Peleum liberauit: qui poſtea domum reuerſus, ab Argonautis adiutus, Acaſtum cum vxore interfecit.

Acatalectos, ἀκατάληκτος, & Acatalecticus verſus, cui nulla ſyllaba deficit: cui opponitur Catalecticus, cui vna deeſt ſyllaba.

Acataleptia, ἀκαταληψία, cum accentu in penultima, Latinè incomprehenſibilitas dicitur.

Acatium, ἄκατιον, Genus nauigij actuarij. Plin.lib.9.cap.30. Aliam ſibi in Propontide viſam eſſe conchã Mutianus, prodidit, acatij modo carinatam, infeſa puppe, prora roſtrata. Iul.Pollux ſcribit Acatium velum in naui maximum eſſe, ſicut minimum Dolone, & tertium quod retrorſum pandicur, Epidromum. Vide Bayſium de re nauali.

Acauſtos, ἄκαυστος, Latinè Minimè vſtus dicitur: nam καύσιμα eſt ardeo, καῦμα calor intenſus.

ACCA LAVRENTIA, Fauſtuli vxor quæ Romulum, & Remũ lactauit, & materna ſolertia gubernauit. Hæc vocata eſt Lupa, eo quòd nobile ſcortum fuerit. Et tales nuncupantur Lupæ, ob auaritiam, cuius cauſa pudicitiam proſtituẽre: & cellæ earum Lupanaria. In honorem huius inſtituta ſunt feſta, quæ Romani teſtamento eius locupletati, Laurentinalia vocabant: de quibus ſuo loco plura dicentur.

Accanto, as, aui, are, Iuxta cãtare. ‡ ἀκκανταδῶ. Ital. *Cantare appreſſo.* Gal. *Chanter ſur ou apres.* Hiſp. *Cantar cerca alguno lugar.* ‡ Stat.4.Syl. Sumo animum, & magni tumulis accanto magiſtri.

ACCABICOTICHITAE, ἀκκαβικοτιχῖται, Populi ſunt in Mauritania, nõ procul à monte Atlante: ita dicti ab oppidulo cui Ἀκκάβικον τεῖχος, hoc eſt Accabicus murus nomen erat. Autor Stephanus.

ACCARON, ἄκκαρων, Palæſtinæ vrbs, quæ poſtea ab Herode inſtaurata, in gratiam Auguſti Cæſarea appellata eſt.

Accedo, is, pen.prod. Aduenio, appropinquo ‡ προσχίνομαι, προσέρχομαι. Ital. *Accoſtarſi, tirarſi appreſſo.* Gal. *S'approcher, ſe tirer pres, s'auancer.* Hiſp. *Allegarſe à lugar ò à otra coſa.* ‡ Conſtructionem eandẽ habet, quam reliqua verba, quæ motum ad locum important: nimirum in nominibus propriis oppidorum aut pagorum accuſatiuum, ſæpius nulla præcedente præpoſitione. In reliquis, accuſatiuum cũ præpoſitione. Cic.12. Phil. Poteróne Ariminum tutò accedere? Ter.in And. Ad flammã acceſſit imprudentius. ¶ Per tranſlationem ſæpe pro Aſſentiri, probare, recipere, poniturr: vt Accedere ſententiæ, Accedere ad conditiones alterius. Teren.in Prol.Phor. Voluntas veſtra ſi ad Poëtam acceſſerit. hoc eſt ſi Poëtæ faueritis ‡ Græcè συγκατατίθεμαι. Ital. *Conſentire, approbare.* Gal. *S'accorder, conſentir.* Hiſp. *Conſentir con otro.* dicitur. ‡ ¶ Interdum ſimilitudinem quandam denotat, vel æqualitatem, vt, Hoc ad illud accedit. id eſt ſimile eſt. Et cũ datiuo, Cice.in Bru. Antonio Philippus proximus accedebat. ¶ Aliquando Accedere in tertiis duntaxat perſonis incrementum importat, vt idem ſit, quod Addi vel adiungi, vt quum dicimus, Accedit ad hæc, pro Adiungitur ad hæc. ἐπιγίνεται τούτοις. Et in hac ſignificatione iungitur aut datiuo. Cic. Attico, Dolor acceſſit bonis vitijs. Aut accuſatiuo mediante præpoſitione Ad. Ibidem, Ad calamitates hoc quoque malum accedit. Aut aduerbijs Huc, Eò, Eòdẽ, & ſimilibus: vt Accedit huc, Eòdem accedit. Interdum etiam prorſus abſolutè. Cic.de Orat. Accedit, vt ne in ipſum quidem Clodiũ meum inſigne odium fuerit.

Acceſſus, Ab accedo, pro Aduenio.

Acceſſio, ab accedit, pro Adiungitur, προσγίνεται. Adiectio & incrementũ. ‡ προσθήκη. Ital. *Aggionta.* Gal. *Addition, ſurcroiſt.* Hiſp. *Anadidura.* ‡ quorum contraria ſunt, Receſſus, & Deceſſio. Cic. Offi. Ad veteres neceſſitudines magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me. Idẽ Offi. Hanc Scaurus demolitus acceſſione adiũxit ædibus. ¶ Dicitur & prouerbialidicterio, Ne maior tibi thylaco acceſſio, Μὴ σοὶ μείζων προσκείσθω τοῦ θυλάκου. Quo vti licebit quũ digreſſio longior eſt quàm ipſa res. Tranſlatum à mulionibus qui præter legitimũ onus vaſcula quædã ſuperimponũt. Thylacus enim eſt culeus ſiue mãtica parata geſtãdis oneribus. vide Luci.in encomio Demoſt. Simile huic eſt, Acceſſoriorum maior principali. ¶ Inuenitur etiam Acceſſio pro aduentu, ſicut Deceſſio pro receſſu. Cic.2.Offic. Eorum neque acceſſione vitam meliorem fieri, neque deceſſione peiorem. ¶ Acceſſib in febribus dicitur morbi ipſius exaſperatio, quum ſcilicet redeunte malo, ad pugnã irritatur naturæ vis. Græci paroxyſmõ, παροξυσμὸν dicunt: acceſſio febris, καθ' ὅλην, ἡ κατὰ μέρος.

Accelero, ras, pen. cor. Propero, festino, celeriter vado. ἐπείγομαι, σπεύδω. Ital. *Andare in fretta.* Gal. *Aller viste, haster.* Hisp. *Apressurarse à ir ò venir.* Cicer. in Cæcil. Aurelia via profectus est, si accelerare volent, ad vesperam consequentur.

Acceleratio, verbale. Festinatio, properatio. σπουδή. Ital. *Affrettamento.* Gal. *Accelerement, hastiueté.* Hisp. *Apressuramiento.* Autor ad Heren. Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.

Accendo, dis, di, sum. Ex Ad & Candeo, a in e, mutata: quemadmodum à Mordeo fit Commendo. Neq; enim fit à Candeo (vt quidam malè crediderunt) quod habet significationem neutralem, Accendo verò actiuam. Neque rursus à Cendo, quod nusquam legitur. Sequitur igitur simplex esse Candeo: quod licet hodie in vsu non sit, ex neutro tamen eius Candeo, constat olim fuisse vsitatum. Postulat enim analogiæ ratio, vt quemadmodum ab actiuo Albo fit neutrũ Albeo, à Duro, Dureo, á Pendo, Pẽdeo: ita ab eo quod est Cãdo, deducatur Candeo. Est autem Accendo, ignem excito, inflammo. ἅπτω, καίω. Ital. *Accendere.* Gal. *Allumer, enflamber.* Hisp. *Encender.* Cicer. in Piso. Ego faces iam accensas ad huius vrbis incendium extinxi. ¶ Item illuminare. Idem in Somnio Scipionis. Luna radiis Solis accensa, ἀπὸ τῆς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνος φλέγεται. ¶ Per translationem significat Animare, & instigare. Virg. 6. Aeneid. -quo non præstantior alter Aere ciere viros, Martémque accendere cantu.

Accensi, (vt Marcellus scribit) Genus militiæ erat administrãtibus proximum. κλητοὶ τῶν ὑπηρετῶν. Dicti quòd ad necessarias res sæpius accirentur, veluti accersiti. Festus verò scribit fuisse, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad accessum adiiciebãtur. Idem lib. 1, Adscriptitii, veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur. hos & Accensos dicebãt. Sed Varro rectius sentire videtur, qui docet Accensos ministratores fuisse magistratuum: ab acciendo dictos, id est vocando. Nam Accensus instar præconis acciebat iussu Consulis Quirites ad concionem, ἢ κλῆτορ. Ital. *L'huissier ò Sergente.* Gal. *Bedeau, huissier.* Hisp. *Alguazil.* Plin. lib. 7. Post aliquot annos adiectus est & meridies, Accensо Consulũ id pronuntiante. Erant singuli Præsidibus prouinciarum Accensi. Quod munus nemini, nisi libertis deferebatur, sicut scripsit M. Cicero ad Quint. Frattem, cuius verba sunt hæc, Accensus sit eo etiam numero, quo eũ maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac munetis, non temerè, nisi libertis, deferebãt. Asconius autem sic habet Accensus, est nomen ordinis & promotionis in militia: vt nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius. Accensi & præconis officia in hoc cõueniebant, quòd vterque ad imperium nutúmque Consulis, Præsidísve præsto esset: verùm in hoc differebant, quòd Præco ad comitia populum aduocabat, Accensus ad concionem.

Accentus, Dicitur quasi Adcantus, hoc est iuxta cantum: quia ad cantilenam vocis nos cognoscere facit syllabas. ¶ Græci προσῳδίαν dicunt, quòd πρὸς τὸ ᾆσμα γίνεται. Ital. *Accento, el leuar, & abbassar della voce nella pronuntiatione delle voci.* Gal. *Accent, Elevation ou abaissement de voix en prononcant.* Hisp. *El acento de cada palabra.* ¶ A Latinis etiã Tonus, & Tenor vocatur: quia ibi sonus crescit & desinit. Definitur à quibusdam, quòd sit anima verbotum: ab aliis, quòd sit vox syllabæ. Hos veteres nunc Moderamenta, nunc Accentiunculas, nunc Vocalationes appellant. Sunt autem tres accẽtus: acutus, grauis, & circunflexus. Acutus ὀξεῖα προσῳδία, dictus est, quòd acuat & erigat syllabam: Gravis, βαρεῖα προσῳδία, quòd deprimat, & deponat: est enim contrarius acuto: Circunflexus, περισπωμένη προσῳδία, qui ex acuto & graui constat: incipiens enim ab acuto, desinit in grauem. ¶ De his Fabius lib. 1. Priscianus & Torrellius.

Accepso, Veteres pro accepetim dixere. Pacuuius, Haud finam quicquã profari, priusquam accepso quod peto.

Acceptabulum, Vide paulò pòst ACETABVLVM.

Acceptilatio, Acceptio, Accepto, Acceptor, Acceptus, vide ACCIPIO.

Accersio, sis, ire, quartæ coniugationis, significat Voco, aduoco, ad vocandum eo. μεταπέμπω, μεταπαλέω. Ital. *Chiamare, andare à chiamare.* Gal. *Appeler à soy, aller ou enuoyer querir, mander venir.* Hisp. *Llamar ò ir à llamar.* Liu. lib. 3. Placeret itaque patrem accersire. Sal. in Iug. Postremò Syllã accersiri iubet. ¶ Ponitur etiam pro accusare. Cicer. 2. de Inuent. Quidam capitis accersierunt.

Accerso, sis, siui, situm. μεταπαλέω. Et Arcesso, sis, ambo cõiugationis tertiæ: quæ idem significant quod Accersio, ac actum corporis denotant, sicut cætera in so, terminata: sed in præterito, non autem in præsenti, sunt quartæ, quæ propterea desyderatiua à Grammaticis dicuntur, quòd nunquam ferè eorum verborum actus sine desyderio fiant. Terent. in And. Obstetricem accerso. Fit autem Accerso ab Accio: Arcesso verò ab Arcio, quod idem est: quum apud antiquos (vt Priscianus inquit) Ar pro Ad poni consueuerit, Aruenas, Aruentores, Aruolare: pro Aduenas, Aduentor es, Aduolare dicentes. Vnde ostenditur rectè Arcesso dici ab Arcio, quod nos Accio dicimus. Claud. li. 3, Iuppiter interea cinctam Thaumantida nimbis Ire iubet, totóque deos arcessere mundo. ¶ Apud Virgil. tamen lib. 4. Georg. pro attraho ponitur. Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarũ, Quémq; sibi tenueis nascentem arcessere vitas. ¶ Accipitur interdum pro accuso. κρίνω. Sallust. in Iug. Quos pecuniæ captæ arcessiebant delicta patefierent. Cicer. in Verr. Act. 3, Quòd tum magis inuidioso crimine, quàm vero accerseretur. Et paulò pòst, Quis erit tam demens, qui te post quinquennium statuarum nomine accersat? Et alio loco, Accersere aliquem crimine coniurationis, ἐπιβουλῆς τοῦ τινὰ συνωμοσίαν.

Accersitus, ta, tum, participium, Vocatus. μεταπεμπόμενος, ἐπικαλούμενος. Ital. *Chiamato ad vno, citato.* Gal. *Appellé, huché.* Hisp. *Llamado.* Cic. 2. de Orat. Etenim cauendũ est, ne accersitum dictum putetur. ¶ Dicimus & prouerbialiter, Accersitum malum, ἐπικαλοῦμαι κακόν, cum quis sibi mali causam præbuerit. Hom. Odyss. 6.

Accersitus, us, substant. μεταπομπή, μεταπαλέω. Ital. *Il chiamare, el citare.* Gal. *Appelement, huchement.* Hisp. *Llamamiento.* Cic. 2. de Natu. deo. Nam cùm feriis Latinis ad eum, ipsius rogatu, accersitúque venissem.

Accersitor, oris, Vocator. κλητήρ. Ital. *chi và à chiamar' ò citar' altri.* Gal. *Huissier, celuy qui va querir ou appeler quelcun.* Hisp. *Llamador.* ¶ Plin. Iunior, Epist. 101, Altius ibi otium, & pinguius, eóque secorius: nulla necessitate togæ, nemo accersitor ex proximo.

Accido, pen. prod. ex Ad & Cædo, significat attenuo, circuncido, exhaurio. κόπτω, περικόπτω. Ital. *Tagliare, scemmare.* Gal. *Rongner, couper tout à l'entour.* Hisp. *Cortar y gastar.* ¶ Liu. 1. ab Vrbe. Ita prælio vno accidit Vestinorum res, vt ne vallo quidem freti in oppida dilaberentur. Idem, Quanquam accisas res eorũ satis constabit. id est παντελῶς ἐξῃρημένας, παντελῶς ἀφῃρημένας. Virg. 7. Aene. Accisis coget dapibus consumere mensas.

Accido, dis, pen. corr. Ex Ad & Cado, Quasi ad, id est iuxta, aliquid cadere. ἐπιπίπτω, προσπίπτω. Ital. *Cascare, dauanti in ginocchione, accadere.* Gal. *Cheoir sur ou pres quelque chose.* Hisp. *Caer ò acontescer alguna cosa.* ¶ Sueto. in Cæs. Lucullo tantum calumniarum metum iniecit, vt ad genua sibi accideret. Cic. Attic. 1, Ad pedes omnium singularim accidente Clodio. ¶ Iureconsulti vsurpant pro mori. πάσχω. vt, Siquid filio meo acciderit, N. seruus meus hæres esto. id est, si filius meus mortuus fuerit. ¶ In tertia persona significat, præter spem venire: & hoc tam in bonũ, quàm in malum. συμβαίνει, συντυγχάνει. Ital. *Gli è accaduto, gli è occorso.* Gal. *Il auient, il est auenu.* Hisp. *Es acontescido.* ¶ Terent. in Andr. Interea aliquid acciderit boni. Cicero de Amicit. Nihil mali accidisse Scipioni putandum est. ¶ Ponitur etiam absolutè, sequente particula Vt. Cic. 2. Ver. Accidit, quum iste à Cn. Dolabella efflagitasset vt se ad regem Nicomedem, regémque Sadalam mitteret, vt illo itinere veniret.

Accidens, πάθος συμβεβηκός. Ital. & Hisp. *Accidente. Quel che auiene & sopraviene.* Gal. *Accident, vne chose qui suruient.* ¶ Vox est Dialecticis vsitata, pro qualitate quæ adest, & abest, præter subiecti corruptionem. Aliter definitur, Accidens est terminus vniuocus prædicabilis de pluribus in eo quod quale accidentale non conuertibiliter. Quintil. lib. 5. cap. 10. Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera sunt rerum accidentia.

Accidentia, æ. Verbale ab Accidit. συμβεβηκός. Ital. *L'accadentia, la sorte, el caso.* Gal. *Auenture.* Hisp. *A quella obra de acontescer ò caer.* ¶ Plin. lib. 32. cap. 2, Esse verò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam apposito occurrit exemplo.

Accieo, acies, acciui, accitum, penultima breui. μεταπέμπω, ἐπικαλέω. Ital. *Chiamare à se.* Gal. *Appeler, enuoier querir, mander.* Hisp. *Llamar de lexos.* ¶ Verbum rarum, idem significat quod Accio. Plaut. in Mil. Vos modò curate, ego illum probè iam oneratum huc acciebo.

Accingo, gis, xi, ctum, ex Ad & Cingo, significat instruere, armare: atq; ferè cum ablatiuo iungitur: vt, Accingere se armis, ferro, ense &c. ἐξοπλίζω, παρασκευάζω, ἑτοιμάζω. Ital. *Apparechiarsi, mettere à punto.* Gal. *Se trousser & mettre à point, s'accoustrer & preparer à quelque chose.* Hisp. *Poner baldas in cinta, apparejarse à hazer alguna cosa.* ¶ Virgil. 2. Aeneid. Atque omnis facibus pubes accingitur atris. ¶ Interdum aggredi vel præparare. Habet autem vel datiuum. Virgil. Aeneid. 1, Illi se prædæ accingunt. Idem lib. 7. Accingunt omnes operi. Vel accusatiuum, etiam in passiua significatione. Idem Aeneid. 4, Magicas vindictam accingier artes: pro, ad illas discendas præparari. Vel accusatiuum cum Ad vel In. Liuius. Proinde in hoc discrimen, si iuuat, accingere. id est ad hoc periculum subeundum te para. Idem, Quin igitur ad hoc accingeris? id est, Cur hanc rem non aggrederis? ¶ Vnde Accinctos vocamus, industrios, paratos, expeditósque: contrà Discinctos, ignauos, incomptos, negligentésque.

Accino, is, ere, accinni, accentum, ex Ad, & Cano. ᾄδω. Ital. *Cantar insieme & d'accordo con altri.* Gal. *Chanter auec quelcun, s'accorder auec luy.* Hispan. *Cantar juntamente en uno.* ¶ Hinc accentus, us, προσῳδία. de quo suprà.

Accio, cis, ciui, vel, cij, accitum, penul. prod. Ex ad & cio, significat aduoco. προσκαλέω. Ital. *Chiamare à se.* Gal. *Appeler à soy.* Hisp. *Llamar.* Inde Accitus, aduocatus. Virg. lib. 11. Aenei. Spem siquam accitis Aetolum habuistis in armis.

Accitus, tus, tui. ἡ μεταπέμπησις, μεταπομπή. Virg. Aene. lib. 5, Regius accitu chari genitoris ad vrbem.

Accipio, pis. Capio. λαμβάνω. Ital. *Pigliare, prendere.* Gal. *Receuoir, prendre.* Hisp. *Tomar lo que se da.* Quanquam ab inuicem separantur, sicut in dictione Capio dicitur. Multi & varij vsus est hoc verbum. Interdum enim est audire. Cicer. in Catone. Accipite veterem orationem Archytæ. ¶ Interdum sentire. Terent. in Heauton. Clinia, aliter de amore tuo atq; est, accipis. ¶ Interdum cognoscere, intelligere. Cic. 1. de Natu. Deo. Quum M. Catonem Græcas literas in senectute didicisse acceperim. ¶ Interdum concipere. Virg. lib. Aeneid. -alij ventosis follibus auras Accipiunt, reddúntque. ¶ Interdum recipere. Lucil. Sic lib

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptores in eadem significatione: Acceptum refero: de quo plura suo loco sumus dicturi. Hinc fit Acceptilatio: de quo infrà.

Accepto, as, are, frequentatiuum ab accipio: Significat accipere soleo. ἀναίρομαι. ¶ Ital. *Accettare, ricevere spesso.* Gall. *Accepter, prendre volontiers & souuent.* Hisp. *Recebir muchas vezes.* ¶ Plaut. in Pseud. P. Quid dubitas dare? H. tibi ego dem? P. mihi hercle verò, qui res, rationésque heri Ballionis curo, argentum accepto.

Acceptio, verbale ab accipio. ¶ λῆψις. Ital. *Accettatione, ricevimento.* Gallicè, *Prise, reception.* Hisp. *Aquella obra de recebir y confissar.* ¶ Cic. in Top. Nam neq; deditionem, neq; donationem, sine acceptione intelligi posse.

Acceptor, aliud verbale. ¶ δεκτήρ, ὁ παραδεκτής. Ital. *Accettatore, chi riceue & accetta.* Gal. *Preneur, qui prend & reçoit.* Hispa. *Recebidor.* ¶ Plaut. in Trin. Qui illorum verbis falsis acceptor fui.

Acceptrica, acceptricæ. Plaut. Trucul. Des quantum vis, nusquã apparet neq; datori, neq; acceptricæ. A verbali Acceptrix, videtur formasse.

Acceptilatio. ¶ ἀπόσβεσις. Ital. *La quietanza, & ricevuta di qualche obligatione.* Gal. *Quittance, décharge par le creancier faite au debteur.* Hisp. *Alcuda de fin y quito.* ¶ Est liberatio (vt docet Modestinus) quæ fit per interrogationẽ & responsionem, qua vtrisque cõtingit ab eo nexu absolutio. Vt si dicam, Quicquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debui, habesne acceptum? Et tu respondeas, Habeo, acceptúmque fero, id perinde est, acsi accepissem abs te per veram solutionẽ. Apocha verò (inquit Vlpianus) non aliàs, quàm si pecunia soluta sit, appellari potest.

Accipiter, pen. corr. ¶ ἱέραξ. Ital. *Sparuiere.* Gall. *Oiseau de proye, comme espreuier, faucon & autres.* Hispa. *Halcon ò açor generalmente.* ¶ Genus est ad aues omnes rapaces: cuius species sunt sexdecim: præcipuæ ramé sunt, Buteo, Triorchis, Aesalon: de quibus vide Plin. lib. 10. cap. 8. Dictus est ab accipiendo, hoc est à rapiendo. Terent. in Phorm. Non rete accipitri tenditur, neque miluio. ¶ Tantæ velocitatis hoc genus auiũ, vt inde hyperbolica parœmia orta sit, Ocyor accipitre, ὠκύτερος ἱέρακος. Qua venustè vremur, si ad famam aut ingeniũ aut nuncium aut eiusmodi quippiam detorqueatur.

ACCISI, Populi sunt ad Mæotim: quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Accisso, ¶ ἀκκίζω. Ital. *Inettire, dissimulare.* Gal. *Estre hors du sens, dissimuler.* Hispa. *Hazer ò dezir necedades, dissimular.* ¶ Veteres dixerunt pro ineptire, delirare, vel insanire: itẽ pro dissimulare ea quæ maximè cupimus. Vtrunque tractum est à moribus Accũs aniculæ adeò ineptæ atq; deliræ, vt & cum imagine sua in speculo reddita, tanquam cum altera muliere colloqueretur, & vellet nondũ pertextas, à tela soleret detrahere, atq; induere. Vnde Adagiũ, In armis accissat, ἐπὶ τῶν ἐν ὅπλοις ἀκκιζομένων. In eũ qui sibi placet sesèque quasi contẽplatur in armis, vt traditum est de Accone muliere, quæ ad speculũ ineptè sibi blandiebatur. Illud etiam in moribus habuit peculiare, vt recusaret quod maximè cupiebat. Vnde ab eius quoque nomine Accismum dictum volunt, ἀκκισμός, fictam dissimulationem, quum scilicet, quæ maximè cupimus, nos velle dissimulamus. Cicer. Att. 2. Hoc, opinor, certi sumus, penitùs omnia: quid enim ἀκκίζόμεθα tandiu? hoc est quid dissimulamus? De hoc adagio vide Lucianum & Olympiodorum.

ACCITANA COLONIA, ἀκκίσιον ἀποικία, recensetur à Plinio in Hispania citeriore, in conuentu Carthaginensi. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

ACCIVS, ἀκκίος, Tragœdiarum scriptor fuit, tanta sententiarum grauitate, verborúmque pondere, vt Decius Brutus vir amplissimus templorũ ac monumẽtorum suorum aditus illius carminibus exornauerit: habitus tamen est duciusculus, neque aliter fieri poterat in prima illa nascentis adhuc Poëticæ cuditate. Vide Crinitum de Poëtis Latinis.

Acclamo, as, pen. prod. are, Est exclamare, vocem efferre. ¶ ἐπιφωνῶ. Ital. *Gridare in fauore ò in disfauore d'vna cosa.* Gal. *S'escrier en la faueur ou desfaueur de quelcun: luy fauoriser ou contredire par cry.* Hisp. *Dar vozes à la vozes de otro, llamar dando vozes.* ¶ Cic. pro Cæcin. Populus cũ risu acclamauit ita esse.

Acclamatio, verbale. ¶ ἐπιβόησις. Ital. *Tal gridamento in fauore ò disfauore.* Gal. *Escry, acclamation, huée.* Hisp. *Aquella obra de dar vozes assi.* ¶ Cic. Atti. lib. 1, Credo te exacclamatione Clodij, &c.

Acclamito, frequentatiuum. ¶ ἀνθυποφωνῶ, ἐπιπαθόφωνῶ. Ital. *Gridar in fauore ò contro spesso.* Gal. *Sonner crier cõtre ce que dit quelcun ou en luy fauorisant.* Hisp. *Llamar dando vozes muchas vezes.* Plaut. in Amphit. Et quæ sunt facta, infecta esse acclamitat.

Accline, adiectiuum, pen. prod. Dicitur flexum, incuruatum, iacens, humile. ¶ ἐπικλινὴς. Ital. *Inchinato.* Gal. *Incliné, penché.* Hisp. *Inclinado ò acostado ò hazia otra cosa.* ¶ Et propriè in descẽsu dicitur. Hieronymus, Scabellũ acline, & ex vna parte obliquum. Dicitur & Acclinus, na, num, sicut & interclinus: quo vsus est Ambrosius in Egesippo, Ciuitas, inquit, præruptis vndique prope erat, interclina rupibus.

Acclino, nas, pe. prod. Ad aliquid flecto, inclino. ¶ ἐπικλίνω. Ita. *Condescendere, inclinarsi.* Gal. *Encliner vers quelcun, pencher.* Hisp. *Inclinar ò acostar hazia otra cosa, consentir con otro.* ¶ Liuius 4. ab Vrbe, Haud grauatè acclinaturos se ad causam Senatus. pro, Assensuros causæ Senatus.

Accluis, siue Accliuus, ua, uum, per u, pe. prod. Quod est leniter erectũ, & acuminatum: & propriè de ascensu dicitur, quasi in cliuũ acuminatum, & pendulum sursum. ¶ ἀνάντης, ἀναντικός, ἀναφὴς χώρα. Ital. *Erto, alto, elevato.* Gal. *Eleué en mõtant, agu par haut.* Hisp. *Cosa cuesta arriba.* ¶ Cic. Quint. fratri, Ea viæ pars valde acclinis est. Huius contrariũ est Decliue, siue Decliuũ, quod est inclinatũ, acq; incurnum, pendulum deorsum.

Acclimitas, Loci facilitas in ascensu. ¶ ἀναφορικὸν. Ital. *La montata, l'erta.* Gal. *Le montant d'vne terre, vne legiere rondeur de montagne.* Hispa. *Aquel recuesto cuesta arriba.* ¶ Cæsar, Ab eo flumine pari acclinitate collis nascebatur.

Accludo, accludis, penul. prod. Vide in dictione Cludo.

ACCO, accũs, Acco, teste Plutarcho, nomen est mulieris cuiusdam, vel potius terriculamenti, cuius metu solent matres pueros in officio continere, & à peccando deterrere. Item aniculæ cuiusdam deliræ nomen: de qua vide plura in dictione ACCISSO.

Accolo, accolis, penult. corr. Apud, siue iuxtà colo. ¶ παροικῶ. Ital. *Habitar vicino, ò à canto.* Gal. *Demeurer auprés, estre voisin.* Hispa. *Morar cerca de lugar.* ¶ & de aquis montibúsque dicitur. Liuius libr. 4, Hi dimissis circa omneis populos legatis, qui Hetruscum mare, quique Tyberim accolunt, ad frumentum mercandum. Plinius libr. 4. Persæ Rubrum mare

semper accoluere. Et libr. 3. cap. 1, Accolitur dextra lævàque crebris oppidis.

Accola, penult. corr. Vicinus, ab Accolando, id est iuxta habitando dictus. ¶ πάροικος. Ital. *Vicino, habitante.* Gall. *Habitant auprés, voisin à quelcun.* Hispa. *El morador cerca algun lugar.* ¶ Accola montis, qui prope montem habitat. Accola Padi, Accola campi: qui iuxta Padum iuxta campum habet domum. Liuius lib. 1, Pastor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus.

Accommodo, accommodas, pen. corr. Adhibeo, adapto, aptè colloco. ¶ ἁρμόζω, συνεζεύγνυμι. Ital. *Accommodare, adattare.* Gall. *Accommoder, approprier.* Hisp. *Ayuntar vna cosa à otra.* ¶ Cic. lib. 2. de Orato. Africano illi superiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti. Idem libr. 1. Offic. Qui se ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodauere.

Accommodatus, id est aptus. ¶ ἐπιτήδειος, οἰκεῖος. Ital. *Acconcio, atto, accommodato.* Gall. *Propre, apte, conuenable.* Hispa. *Auenido, ayuntado.* ¶ Cicer. in Orat. cõtra Rull. Numeri singulis orationis generibus accõmodari.

Accommodatè, aduerbium, Id est Aptè. ¶ ἐπιτηδείως. Ital. *Accommodatamente, ben à proposito.* Gal. *Proprement bien à propos.* Hisp. *Ayuntadamente.* ¶ Cicer. 5. Verr. Primum oratoris officium esse, ad persuadendum accommodatè.

Accommodatio, onis, Ipse actus accõmodandi. ¶ ἐπιτήδευσις. Ital. *Accommodatione, adattatione.* Gal. *Approuiation, application.* Hisp. *Ayuntamiento.* ¶ Cicer. 1. de Inuent. Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio.

Accommodus, a, um, Idem quod accommodatus, aptus, idoneus. ἐπιτήδειος. Virgil. 11. Aen. Est curuo anfractu vallis, accõmoda fraudi.

Accredo, accredis, penul. prod. Ex Ad & Credo, videtur significare ad id quod creditur accedo: sicut Assentio siue Assentior, ad sententiam accedo. ¶ πιστεύω, ἐπιπιστεύομαι. Ital. *Consentire.* Gall. *Adiouster foy, croire à ce qu'on dit.* Hisp. *Consentir, creer à otro.* ¶ Colum. lib. 2, Idoneo etiam nõ spernendus autor rei rusticæ Saserna videtur accredidisse. Horat. libro 1. Epist. ad Vallam, Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.

Accreduo, accreduis, obsolerum verbum, Idem quod accredo. Plaut. Neque diuini, neque humani mihi posthac quicquam accreduas.

Accresco, scis, accreui, ex ad & cresco, Idem quod adangere. ¶ ἐπαυξάνομαι, ἐπιδίδωμι. Ital. *Accrescere, aumentare.* Gall. *Croistre, accroistre.* Hispa. *Acrecentar ò augmentar.* ¶ Cicer. de Inuent. Flumen subitò accreuit. Sallust. in Cicer. Quæ si tibi falsa obiicio, redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi liribus accreuerit.

Accrementum, accrementi, Idem quod incrementum. ¶ ἐπαύξησις, ἐπίδοσις. Ital. *Accrescimento, crescimento, aumento.* Gal. *Accroissement.* Hisp. *Crescimiento.* ¶ Plin. lib. 9. cap. 2, In mari autem tam late supino, mollique ac fertili accremento, accipiente causas genitales è sublimi, semperque patiente natura, pleráque etiam monstrifica reperiuntur.

Accretio, a accretionis, Incrementum, ipse actus accrescendi. Cic. 1. Tusc. Lunámque accretione, & diminutione luminis, &c.

Accubo, penult. corr. Iuxtà cubo, adiaceo. ¶ παράκειμαι, παρανάκλιμαι. Ital. *Giacere, sedere appresso.* Gal. *Gesir auprés, estre couché iouxte.* Hisp. *Assentarse cerca alguno como à la mesa.* ¶ Plaut. Accubat mecum. Sueton. in Cæs. Theatrum summæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Significat discumbo. κατακλίνω. Cic. 4. Tusc. Morem apud maiores hunc epularũ fuisse, vt deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. Accubare in conuiuio. Cic. vide ACCVMBO.

Accubatio, verbale. Cic. de Senect. Accubatio epularis amicorum. Idem in officiis, Status, incessus, sessio, accubatio. ¶ κατάκλισις. Ital. *Il sedere à tauola.* Gal. *Assiete à table.* Hisp. *Assentamiento à la mesa.* ¶

Accubitum, accubiti, siue Accubita, accubitæ, Lectus in quo cubatur interdiu. ¶ ἀναπαυτήριον. Ital. *Letto done si dorme de di.* Gal. *Petit lit sur lequel on dort de iour.* Hisp. *El lugar para se assentar ò dormir.* ¶ Vnde apud Lampridium de Commodo scribitur, quòd nõ accubuit, nisi in accubitis quæ pilum leporinũ habuissent, aut plumas perdicum subalareis. Hæc alio nomine dicuntur Anaclinteria. ¶ Hinc Accubitalia dicuntur stragula, quibus hoc genus lectuli solent operiri. Vide Cæliũ lib. 26. cap. 29. & lib. 27. cap. 25.

Accubitus, huius accubitus, Ipse accubandi actus. ¶ κατάκλισις. Ital. *Giacimento.* Gal. *Assiete, couchement.* Hisp. *Assentamiento.* ¶ Plin. lib. 18. cap. 2. Plerisque hominum triclinijs, accubitu iere per lectos.

Accudo, accudis, penul. prod. Cudendo addo, & propriè de pecunia dicitur. ¶ ἐπικόπτω, ἐπικόπτομαι. Ital. *Battere dinari, martellar.* Gall. *Forger dessus, battre monoie.* Hisp. *Herir como en yunque.* ¶ Plaut. in Merc. Tres minas accudere etiam possum, vt triginta fient.

Accumbo, cumbis, Idem quod Accubo. παρακλίνομαι. Et in hac significatione fere habet datiuum. Est etiam Accumbere mensæ assidere sumẽdi cibi gratia, vel conuiuio interesse. ¶ κατακλίνομαι. Ital. *Sedere à tauola.* Gal. *S'assoir à table.* Hispa. *Assentarse à la mesa.* ¶. Cubabant enim antiqui vescentes. Cicer. Præto, Accubueram hora nona, quum id literarũ exẽplum in codicillis exaraui. Dicitur & Accũbere epulis. Cic. pro Muræna, Qui quotidianis epulis in robore accũbunt. ἐπὶ τῶν ἑξῆς ἡμέραν δειπνούντων.

Accumulo, accumulas, pen. corr. Amplifico, & quasi ad cumulum addo. ¶ ἐπισωρεύω. Ital. *Ammassare, ammontonare, ridurre in massa.* Gal. *Amasser, accumuler, entasser, assembler en vn monceau.* Hispa. *Amontonar sobre montõ.* ¶ Cicer. pro leg. Agrar. Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat: augeat, addit, accumulat.

Accumulare vitem, arborem, radices, & similia, est quod vulgus Gallicum appellat, *rechausser.* cui contrariũ est Ablaqueare. De hoc vide Plinium lib. cap. 19. lib. 18. cap. 24, lib. 10. 19. cap. 5.

Accumulatio, verbale, apud Pliniũ lib. 17. cap. 26. ¶ ἐπισώρευσις. Ital. *Ammassamento, accumulatione.* Gal. *Amas, amoncelemẽt.* Hisp. *Amontonamiento.* ¶

Accumulatè, aduerbiũ. ¶ σωρηδόν. Ital. *Accumulatamente.* Gall. *A monceaux.* Hisp. *A montones.* ¶ Cicer. Cullcolo lib. 13. Cum diceret omnia te accumulatissimè & liberalissimè procuratoribus suis pollicitũ esse. Sic ad Heren. lib. 1. ad finem.

Accuro, accuras, penul. prod. & per simplex r, Significat studiosè & diligenter curo. ¶ ἐπιμελοῦμαι. Ital. *Diligentemente curare, accortamente operare.* Gal. *Soigneusement faire ou penser de quelque chose, en prendre soing.* Hispa.

Diligentemente cuydar. ¶ Plaut. in Bacch. Eho, pensum meum lepidè accurabo, hoc est curabo vt efficiam quod mihi mandatum est. Cicer. de Inuent. Melius accurantur, quæ sine consilio administrantur.

Accuratus, Magna cura factus. ¶ *Fatto con grand accorgimento. Gal. Fait fort soigneusement. Hisp. Hecho con mucho cuydado y diligencia.* ¶ Liu. 4. Belli Macedon. Sed oratione etiam longa, & accurata infectatus est rogationem nostram.

Accurate, adverb. Diligenter. ¶ *Con diligentia.* Ital. *Accortamente. Gal. Soigneusement. Hispa. Con mucho cuydado.* ¶ Cicer. ad Brutum, Literis tam accuratè scriptis.

Accuratio. ¶ *Diligentia.* Ital. *Accortezza. Gal. Soing. Hispa. Cuydado.* ¶ Cic. de Clar. Orat. At inueniendis componendisque rebus mira accuratio.

Accurro, accurris, per duplex rr. Ad aliquid currere. Plaut. in Amphit. Accurro vt sciscam. Cic. 2. de Diui. Ita nobis audientes sunt, vt simul ac velimus accurrant? ¶ *Correr à l'encontre à qualche cosa. Gall. Accourir. Hisp. Correr hazia ingar.* ¶

ACCVSINORVM colonia, ἀκκουσίνων Ptolemæo, Vrbs Allobrogum esse creditur, quæ postea à Gratiano Gratianopolis dicta est.

Accuso, sas, pe. prod. Frequentatiuum est ab Accudo, sicut docet Priscianus. Cõponitur enim ex Ad, & Cuso, quod à Cudo deducitur, Ex quo cõposita Incuso, Excuso, & Recuso. Quanquam non desint, qui dicãt Acculo ex Ad, & Causa, seu Causor componi. Sed magis audiendus est Priscianus: quia magis cõmoda fit cõpositio à Cuso frequentatiuo verbi Cudo, quod Cusum supinum facit. Est autem Accusare propriè (vt ait Valla) apud iudicẽ, vel aliũ, & aliquando apud illum quẽ accuses, ostendere aliquem peccasse. ¶ *Accusare, ò dar querella contra alcuno.* Ital. *Accusare. Gal. Accuser, reprouuer. Hispa. Acusar delante el que puede punir.* ¶ Terentius in Prolog. Andriæ. Qui quum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium accusant. Dicimus autem, Accuso te illi, apud illũ, vel coram illo magni sceleris, aut de magno scelere. Cicer. 4. Verr. Is apud C. Sacerdotem rei capitalis accusatus. Idem Attic. libr. 4. Non committam posthac vt me accusare de literarum negligẽtia possis. Idem pro Sext. Roscio, Sexcenti sunt, qui inter sicarios & de veneficiis accusantur.

Id obseruatum ferè comperi, vt quod peccati nomen exprimit, genitiuo: quod minus, ablatiuo poneretur: vt, Te accusaui homicidij, alióque nefario scelere. Incusare verò, est alterius mores reprehendere: & plerunque cum querela, quòd ab illo iniuria sis affectus. Quẽadmodũ. Qui dixerũt Incusare, de maioribus dici, Accusare de paribus, vel minoribus, continentur contrariis autorum testimoniis. Cæsar primo Comment. Omnium ordinum adhibitis ad id consilium centurionibus, vehementer eos incusauit.

Accusator, verbale. Qui accusat. ¶ *Accusatore.* Ital. *Accusatore. Gall. Accusateur. Hispa. Acusador.* ¶ Cic. 1. de Finib. Plerunque improborum facta suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum iudex. ¶ Accusatrix. ¶ *Accusatrice.* Ital. *Accusatrice. Gal. Accuseresse. Hisp. Acusadora.* ¶ Plaut. Tu mihi accusatrix adex.

Accusatio verbale. ¶ *Accusa, biasimo.* Ital. *Accusa, biasimo. Gal. Accusation, blasme. Hisp. Acusacion.* ¶ Cicer. in Brut. Accusationes facitate dixit quod Tarinus exercere dixit. Cic. pro Cælio de hac voce multa.

Accusatorius, Quod ad accusationem pertinet, κατηγορικὸς: vt, Liber accusatorius, in quo continentur accusationes. Cice. pro Cluentio. Non accusatorio animo, non ostentatione aliqua, aut gloria adductum.

Accusatorie, aduerbium, κατηγορικῶς. Cicer. 4. Verr. Ne quis hoc me magis accusatorie, quàm liberè dixisse arbitretur.

Accusabilis, adiectiuum, αἰτιατὸς, Quod accusatione aut reprehẽsione dignum est. Cicer. 4. Tuscul. Quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Accusatiuus, ua, uum, Per quod quis accusatur, κατηγορικὸς. Vnde Accusatiuus casus dictus est, quia per hunc vel accusare, vel laudare solemus. Dicitur etiam Incusatiuus, vel Causatiuus, & Laudatiuus.

Ace, Vide ACVA.

Acedia, ἀκηδία, Latinè pigritia, tristitia, tædium, anxietas.

ACEDICI, pen. corr. ἀκηδικοὶ, Populi fuerunt in quarta regione Italiæ, qui olim Aequicolis paruerunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 12.

ACELA, siue Acele, pen. corr. ἀκέλα. Ciuitas est Lyciæ, ita dicta ab Acelo Hercules & Malidis Omphales famulæ filio. Vide Stephanum.

ACELVM, ἄκελον. Oppidum Italiæ in ora Venetorũ. Vide Plin. cap. 19. li. 3.

Acentra, ἄκεντρα, Dicuntur, quæ sunt sine aculeis, centrive, id est pũctis.

Acenteta, quæ & Acentra, dicuntur gemmæ, quæ leues sunt, & mucrones non habent: quasi sine punctis centrive. Plin. lib. 37. cap. 2. de crystallis. Quæ verò sine vitio sunt, puras esse malunt, Acenteta, appellantes. Herm. Barb.

Aceo, aces, acui, Acidus sum, Acorem sapio. ¶ ὀξίζω. Ital. *Acetire, essere agro. Gal. Estre aigre. Hisp. Ser Azedo.* ¶ Cato de re Rust. Vini quadragenæ vtræ dabuntur, quod neque aceat, neque mucear.

Acidus, a, um, adiectiuum, ab Aceo, es, ¶ ὀξὺς. Ital. *Agro, acetoso. Gal. Sur, aigre, qui tourne sur l'aigre. Hisp. Azedo.* ¶ proprie dicitur id quod acuit, id est in acorem versum est, vt vinum acidum Plin. lib. 10. ca. 70. Culices acida petunt, ad dulcia non adulant. Verg. 3. Georg. Hic noctem ludo ducunt & pocula læti Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.

Acidi fructus dicuntur quibus iucundi acoris sapor inest. Col. lib. 5. cap. 10. Et acidæ venæ fontium. Vit. lib. 8. cap. 3.

Acidulus, a, um, ὀξύδης, Aliqua ex parte acidum quod subacidum dicitur. Plin. lib. 15. ca. 15. post Autumnalia acidulo sapore iucunda. Dictæ sunt aquæ acidulæ, vt Lynceſtis fluuij, vini modo inebriantes, teste Plinio lib. 2. cap. 103.

Acesco, scis. Acidus fio. ¶ ὀξίζω. Ital. *Agrirsi, diuenir acetoso. Gal. S'aigrir, deuenir aigre. Hisp. Azedarse.* ¶ Hor. in Epist. Syncerũ est nisi vas, quodcũque infundis, acescit. Col. lib. 12. ca. 26. In quo agro vinum acescere solet.

Acetum, Acte vinum. ¶ ὄξος. Ital. *Aceto. Gal. Vinaigre. Hisp. El vinagre.* ¶ Colum. lib. de arb. cap. 8. Vites quæ exiguum dant fructum, aceto acri cum cinere rigato. Plaut. in Pœn. Equid habet acetũ in pectore? Et in Bacchid. Nunc experiar sitne acetum tibi cor acre in pectore. Hoc est prouerbiali metaphora, num quid sapientiæ astutiæve sit, vel acrimoniæ aut indignationis. Nã acida palatũ iuuant acuũntq. & irritant stomachũ. Horatius acetũ pro mordacitate dixit. At Græcus, postquã ex Italo perfusus aceto, Persius exclamat. Quod & prouerbij speciẽ habet.

Acor, est sapor acidus, qualis est in aceto, & in fructibus quibusdam qui ad aceti saporem accedunt. ¶ ὄξος, ὀξύτης. Ital. *Acuita, asprezza. Gal. Aigreur. Hisp. Agrura, azedura.* ¶ Colu. lib. 5. ca. 21. Vt aut secum fructũ cum præcoce eleuet: quæ res mox acorem facit. Quintil. lib. 9. cap. 3. In cibis interim acor ipse iucundus est.

Acephalus, pen. corr. ¶ ἀκέφαλος. Ital. *Senza capo. Gal. Sans teste. Hisp. Sin cabeça.* ¶ Latinè sine capite dicitur, ab ἀ, & κεφαλὴ, caput. Vnde Acephali versus, sine capite dicuntur, qui in genere heroico à breui syllaba incipiunt. ¶ Et Acephali, vel Acephalitæ, hæretici quidam dicti sunt, quoniam nullus inuenitur autor à quo exorti sunt. Hi duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona prædicãt naturã. ¶ Acephali sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina gubernantur, Cælius lib. 5. antiq. lect. cap. 12.

Acer, eris. pen. genitiui corr. Arbor est, forma & magnitudine tiliæ non absimilis, verum cortice paulò scabriore. ¶ ἔρινδακος. Ital. *L'acero, l'arese. Gal. Erable. Hisp. El arse.* ¶ Plin. lib. 16. ca. 15, autor est, in hac arbore duo tubera inueniri, vnum bruſci nomine, alterũ molusci: quorũ illud intortum & crispũ hoc simplex & sparsam facit. Vtrunque discutrentibus venis, aspectu iucundissimũ est: speciosius tamen molusci: adeò vt haud dubie cuncto præferretur, si mensarum amplitudinem caperet. Est autem Acer neutri generis, cõtra Priscianũ, qui fœminino esse putauit Ouid. in Eleg. At quondã vile fuistis acer. Ex hac arbore fiebant mensæ, quæ proximã citreis dignitate obtinebãt. Corripit autẽ Acer substantiuũ, priorem syllabam, quum adiectiuum eandem producat.

Acernus, a, um, quod ex acere confectum est. ἐρινδάκινος. Virg. 2. Aene. Præcipitè quum iam trabibus contexitur acernis Statuet equus.

Acer, hęc acris, hoc acre, prima prod. à quo Acrior & Acerrimus. Propriè ad vinum, acetum, & huiusmodi quæ acida sunt pertinet. ¶ ὄξος. Ital. *Agro, bruſco. Gal. Aigre, aspre, ioncl. Hisp. Agro fuerte.* ¶ Colu. lib. 5. Radice tenus vitem præcidito, plagam acri aceto mariter ac lotio permulta terra limito, eodemque radices irrigato. Medici tamen, quorum est ex saporibus simplicium medicamentorum vires discernere, Acrem saporem, ὀξυδέα, ab acido distinguunt: acria nimirum appellantes, quæ ori admota, & ab illo calefacta, ipsum vicissim recalfaciunt, atque accẽdunt, & mordicant, præque leuitate, ad caput subleuata, obuia quæque incidunt: vt ex Platonis Timæo annotauit Galen. lib. 1. de Facul. simp. medic. Plin. lib. 11. cap. 55. Difficulter perficiũtur omnia in cibis acria. ¶ Acre vinum, quod in acetum degenerauit. ¶ ὄξος ἀκρατὲς. ¶ Transfertur ad alia, & modò pro forti ponitur. Virg. Aeuc. 9. Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum. ¶ Modò pro veloci. Idẽ lib. 4. At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo. Idem, Calidumq; animis, & cursibus acrem. ¶ Modò pro acuto. Cicero, Acri homo ingenio. ¶ Modò pro vehementi. Idem in Hortens. Aut Philippo breuius, aut Theopompo acrius. Sic acrem hostem dicimus vehementem, id est, durum, sæuum. ¶ Modò pro diligẽte. Virg. Iam tum acer curas venientem extendit in annum. Cicer. 1. Offic. Sic nos si acres, ac diligẽtes esse volumus animaduersores vitiorũ, magna sæpe ex paruis intelligimus.

Acrimonia. Est qualitas mordax, & linguam calefaciens, qualis est, in pipere, sinapi, allio & cæpa. ¶ ὀξύτης. Ital. *Asprezza, aggrezza, la vehemenza pungente di cosa agra. Gal. Aspreté, force & poinct, comme d'oignon, & choses semblables. Hisp. Agrura, agudeza, fortaleza.* ¶ Et propriè quidẽ vsus est Cato de Re rust. c. 157, de brassica Pythagorea. Et si vlcus acrimoniã eius ferre nõ poterit, farinã hordeaceã musceto. Et Col. li. 10, Abstineat omnibus redolentibus esculentis, vt sunt salsamẽta, & eorũ omnia liquamina item fœtentibus acrimoniis, allij, vel cæparum. ¶ Transfertè verò ponitur pro vehementia, σφοδρότης. Autor ad Heren. lib. 4, Hæc exornatio tum multum venustatis habet, tum grauitatis, & acrimoniæ plurimum. ¶ Item pro seueritate, siue ea in vultu, siue in verbis, aut etiam in rebus consistat. Ibidem, Conuenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse. Et paulò post, Licentia si omnium videbitur acrimoniæ habere, multis nutigationibus lenietur.

Acritas, atis, denominatiuum ab adiectiuo Acer. Idem significans quod Acredo, vel Acrimonia. ¶ ὀξύτης. Gell. lib. 13. cap. 2, Sicut autem nihil quicquam interest, suauitudo dicas, an suauitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an (quod Accius in Neoptolemo scripsit) acritasitta, &c.

Acritudo, inis, & Acredo, inis. ἀκμώδης. Idem quod Acrimonia: tametsi nonnunquam κρᾶσις ἀκμώδης pro aciditate, vel etiam acerbitate positum inueniatur. Vitruu. lib. 8. cap. 3, Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quòd acer, & acidus succus subest in ea terra per quam egredientes venæ intinguntur acritudine.

Acriter, aduerbium ab Acer, Vehementer. ¶ ὀξέως, δριμέως, σφοδρῶς. Ital. *Fieramente, con vehemenza. Gal. Aigrement, vehementement. Hisp. Agra, aguda y fuertemente.* ¶ Cic. in Pis. Acriter intelligere. Tacit. li. 13, Satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur.

Acero, as, Aceratus, Acerosus, vide ACVS, aceris.

Acerbitas, Species est saporis, qualis est in fructibus immaturis, terrestri quadam substantia linguam contrahens, exiccans, atque exasperans: non alia ratione differens ab Austero, quàm quòd vehementius adstringat: vt rectè docet Plato in Timæo, & post eum Gale. lib. 4. de Simp. med. facul. cap. 37. ¶ σφοδρότης, στρυφνότης. Ital. *Acerbita. Gal. Aigreur, asperité. Hisp. Agreza, amargura.* ¶ Trãslatiuè ponitur pro asperitate, siue inclementia. Cic. Qu. Frat. Iracundia exorabilis, vt in malis, acerbitati anteponenda est. Idem, Nec acerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probauit. ¶ Aliquando pro molestia, siue tristitia potius, ex miseria & calamitate contracta: vt, Syllani temporis acerbitatem subterfugere apud Ciceronem. Idem in Catil. Mihi hæc cõditio Consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusq. perferrem.

Acerbo, bas, Aspero, ¶ πικραίνω, στυγνάζω. Ital. *Inacerbire. Gal. Enaigrir, rengreger vn mal. Hisp. Hazer agro o amargo.* ¶ Claudi. lib. 2, Nec patruo cedunt, stimulat communis in arma Virginitas, crimenque feri raptoris acerbat, hoc est exasperat. Virg. 11. Aen. Vel quum se pauidum contra mea iurgia fingit, Artificis scelus & formidine crimen acerbat.

Acerbus, ba, bum. Proprie dicitur, quod sapore vehementer adstringente præditum est, linguamq; gustatum contrahit, & exiccat, vt post Platonem docuit Gale. lib. 1. de Facul. simpl. medic. ¶ στρυφνὸς. Ital. *Acerbo. Gal. Reuesche, qui agasse les dens. Hisp. Agro, amargo.* ¶ Differtq; ab Austero, vt maius

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt maius à minori. Nam quæ vehementer adstringunt, Acerba πικρὰ dicuntur: quæ mediocriter, Austera αὐστηρὰ. Et quæ acerba sunt ita gustatu misere fauces afficere, vt ne iterum gustare velimus. Hinc locus Adagio, Post acerba prudentior, μετὰ τὰ πικρὰ σώφρων φρονιμώτερος. Congruet in eum qui suo malo redditus est cautior. Vua primò est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit. Cicer. de Senect. Translatè ponitur pro vehementi, duro & aspero: & tam ad res, quàm ad personas refertur. Vnde Acerbum vulnus, Acerba mors. Ἀνιαρὸν ἕλκος. Virg. lib. 6. Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. Tractum à fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate gustui molesti sunt & inutiles. Cic. Fam. 1. Eo die acerbum habuimus Curionem.

Acerbè, acerbius, acerbissimè, Aduerbium. ¶ πικρῶς. Ital. *Aspramente, duramente.* Gal. *Aigrement, asprement.* Hisp. *Agramente, duró, fieramente, aspere.* ¶ Cic. 1. Off. Ea bella minus acerbè gerenda sunt. Idem 1. Tusc. Acerbius exigere dixit.

Acerra, Arcula, in quam thus reponi solet, quo diis sacrificatur. ¶ Θυιστήριον. Ital. *Cassetta de l'incenso, turibolo.* Gal. *Encensoir.* Hisp. *El vaso o nauezilla del encienso.* ¶ Thuribulum vulgò dicitur. Alij putant esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Cornutus scribit esse pateram in qua libatur. Virg. Et plena supplex veneratur acerra.

Acersecomes, pen. cor. ¶ ἀκερσεκόμης. Ital. *Zazzerato, chi ha la zazzera.* Gal. *Qui n'est point tondu.* Hisp. *El que tiene la cabelladura, no trasquilado.* ¶ Idē quod intonsus siue capillatus. Iuuen. Sat. 8. -si nemo tribunal Vēdit acersecomes. Hoc epitheto apud Græcos insignitur Apollo, quemadmodū & apud Latinos Intonsi cognomine. Dicitur autē Acersecomes παρὰ τὸ ἀκερσήκομον, ἀφ' οὗ κείρεται τὸν κῆρυκα, hoc est ab intonsa coma.

ACERRAE, Ἀκερραί. Oppidum est in sexta regione Italiæ, in tractu Vmbriæ. Vide Plin. lib. 3. cap. 14. ¶ Est & alterum huius nominis oppidum mediterraneū Campaniæ, ad Clanium amnem, cuius frequenti inundatione penè est exhaustum. Ad quod alludit Virg. lib. 2. Georg. quū ait, -Vacuis Clanius nō æquus Acerris. Huius incolæ dicti sunt Acertani, quorum meminit Plin. lib. 1. cap. 5.

Aceruus, Aggregatio & cumulus: & vt Valla vult, propriè minutarum rerum: vt frumenti, leguminis. ¶ σωρός. Ital. *Cumulo, mucchio, massa.* Gal. *Vn monceau, vn tas.* Hisp. *Monton de cosas menudas, como sal.* ¶ Plaut. in Pseudolo, Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti sunt domi. Aliquando tamen maiorum: vt, Aceruus scutorum. Accipitur etiam transfertè pro rerum affluentia: vt Aceruus bonorum, ἀγαθῶν σωρός, quum opes nō pondere, neq; numero, sed acernatim congestas, & ipso cumulo infusas intelligimus. ¶ Simile huic est Bos apud aceruum, Βοῦς ἐπὶ σωρῷ, De splendidè amplitérque viuentibus. Aut, vt ait Suidas, de iis qui in media rerum copia constituti, non sinuntur præsentibus bonis frui. Strues autē est præcipuè lignorū: Strages, cadauerū interfectorū, vno in loco iacentiū, siue humanorum, siue brutorum: Sarcina vtensilium.

Aceruatim. Per acernos. ¶ σωρηδόν. Ital. *Ammassa, à mucchi.* Gal. *Par monceaux.* Hisp. *Amontones.* ¶ Cæsar, pleriq; aceruatim se de vallo præcipitanerunt. Colu. Quum enim eiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectę reperiuntur. Acernatim dicere, quasi promiscuè & nullo seruato ordine. Cice. pro Cluent. Aceruatim iam reliqua dicam Iudices.

Aceruo, uas, Accumulo. ¶ σωρεύω. Ital. *Accomolare, ammassare.* Gal. *Amoncelar, amasser, mettre en vn tas.* Hisp. *Amontonar.* ¶ Plin. lib. 6. cap. 4. Plura vndique aceruabimus. Quintil. lib. 9. cap. 3. Nec verba modò, sed sensus quoque idem facientes aceruantur.

Aceruatio, verbale. ¶ σωρεύσις Ital. *Ammassamento.* Gal. *Amas, amoncelement.* Hisp. *Amontonamiento.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 53. Aceruatio saporū pestifera.

Acerualis, & hoc aceruale. Cic. 1. de Diui. Argumentationes, quas Græci Soritas vocant, aceruales appellat his verbis, Aut quemadmodū Soriti respondeas: quem si necesse sit. Latino verbo liceat acerualem appellare: sed nihil opus. Vt enim ipsa Philosophia, & multa verba Græcorum sic σωρίτης satis Latino sermone tritus est.

ACES, Ἄκης. Fluuius est in Asia. Chorasmiorū, Parthorū, Hyrcanorū, Sarangæorū, & Thomaniorum regiones irrigans. De hoc Herod. lib. 3.

ACESAE, pen. cor. Ἄκεσαι. Oppidum est Macedoniæ: cuius ciues dicuntur Acesæi, ἀκεσαῖοι. Vide Stephanum.

ACESAMENAE, Ἀκεσαμεναί. Oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acesamene, vno eorum qui in Pieria regnauerunt. Vide Stephanū. Gentile est Acesamenius, ἀκεσαμένιος.

Accesco, Vide ACEO.

ACESEVS, Pataræus acupictor nobilis fuit, qui cum Helicone Carystio, Palladis, quæ Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Vnde etiam nobilia opera & insigni arte confecta, vulgato prouerbio Acesei & Heliconis opera dicebantur. Ἀκέσεως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα.

ACESIAS, Ἀκεσίας. Nomen est imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, quàm tollebat. Hinc fit, vt in Prouerbiū abierit. Acesias medicatus est, Ἀκεσίας ἰάσατο, quando quò magis malo nitimur occurrere, tanto magis ingraueſcit. Autor Diogenianus.

Acesis, ἄκεσις, Genus est chrysocollæ, diuersæ ab orobitide. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

ACESIVS, Ἀκέσιος, Nouatianorū Episcopus fuit, sub Constantino Imperatore: de quo vide Suidam.

ACESSAEVS, Ἀκεσσαῖος, Nauta ignauissimus, qui semper lunam accusabat, vt parum nauigationi opportunā. Hinc locus Adagio, Acesſæi luna, Ἀκεσσαίου σελήνη. Itaq; Acesſæi dicti sunt cōperendinatores, quibus nunquam ad bene agendum, tempus est opportunum. Diogenianus.

ACESTA, ἄκεστα Stephano, Vrbs Siciliæ, ab Aceste rege sic nominata, quę eadem postea Segesta dicta est, vt inquit Seruius in hunc Virgilij locū 5. Aene. Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam. In ea partem suorum reliquit Aeneas, quum peteret Italiam.

ACESINVS, pen. prod. Ἀκεσῖνος, Fluuius Orientalis, qui in Indum fluuium cadit, magnus & nauigabilis: circa quem ferunt arundines tantæ magnitudinis nasci, vt singula internodia incolis præstēt vicē nauigij. Estq; gemmifer. Plin. lib. 4. ca. 12. & lib. 6. ca. 20. Strabo Acesinē vocat.

ACESIVM Apollinem apud Heleos eundē Pausanias putat, quem Alexicacon vocant Athenienses. Cæl. Ant. lib. 9. cap. 19.

ACESTES, Ἀκέστης, Filius fuit Crinisi fluminis Siciliæ ex Egesta Troiana muliere, vt testatur Seruius in illud Virg. 5. Aen. -occurrit Acestes Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ. Hic iam senex, primò Anchisen, & Aeneam Italiam petentes suscepit hospitio, & mortuum Anchisen in Eryce monte Siciliæ sepeliuit. Demùm iterum à Carthagine redeuntem Aeneam, quò illum venti impulerāt, suscepit: abeuntem vino, & aliis muneribus, memor veteris amicitiæ, liberalissime prosequutus est.

ACESTIS, stis, Fluuius Indiæ nauigabilis: iuxta quem Alexander Macedo Bucephalam vrbem condidit.

ACESTIVM, Acestij, Nomen mulieris proprium apud Pausaniam.

Acetabulum, Ab accipiendo dicitur, vt Hermolao placet: seu potius ab Aceto: Mensuræ genus est, quod Græci ὀξύβαφον appellant, Cotylæ quartam partem continens. hoc est drachmas xv. ¶ Acetabula quoque in corporibus dicuntur pyxides (vt Anatomatici vocāt) quibus coxēdices infiguntur, & circa quæ vertuntur ossa coxarum, κοτυληδόνες. Plin. lib. 28. ca. 11. Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. ¶ Acetabula item sunt veluti quidam caliculi in iis piscibus, qui molles appellantur, vt in polypo. Plin. lib. 9. ca. 30, Præterea negat esse vllum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, ac numeroso suctu detrahit eum. ¶ Acetabula sunt etiam præstigiatorum vascula siue caliculi, quibus astantium oculos præstringunt. Seneca lib. 6. Epist. Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & caliculi: in quibus me fallacia ipsa delectat. Latini etiam herbam quandam vocant hoc nomine, quam & Græci κοτυληδόνιον appellant, quòd folia habeat concaua, & quodammodo in acetabuli formā tornata. Alio nomine Vmbilicus Veneris dicitur. ¶ Acetabulū abusiuè dici potest de rebus aliis, quæ similitudinem quandam referunt acetabuli, quod in corporibus esse, suprà dictum est. Quint. lib. 8. cap. 6.

Acetare, Dicebant veteres quod nunc dicimus agitare. Festus.

Acetaria, A quibusdā dicuntur herbæ, seu cibaria, quæ ex aceto sumuntur ad excitandum appetitum, quales sunt herbæ virentes, quas aceto, oleóque guttatim instillato concinnamus. ¶ Ital. *Cose compoſte in aceto.* Gal. *Vinaigrettes, salades ou autres choses en vinaigre.* Hisp. *Cosa compuesta con vinagre, como en salada.* ¶ Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. lib. 20. cap. 20, Stomachum in acetariis sumpta corroborat. De portulaca loquitur. Græci ὀξύβαφον appellant, quasi aceto tinctum, παρὰ τὸ ὀξύβαπτον. ¶ Acetaria dici quoque possunt carnes minutim concisæ, quæ ex aceto sumuntur.

Acetum, Vide Aceo, ces.

ACEVM, Oppidum est Cholchidis in ripa Phasidis.

ACHAEI, ἀχαιοί. Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

ACHAEMENES, cum diphthongo, penul. corr. ἀχαιμένης. Nomen primū Persarum regis (vt scribit Herodotus.) à quo reges omnes vsq; ad Darium descenderunt. Hinc Persæ dicti sunt Achæmenij, & Achæmenidæ. Fuit alius, Xerxis frater, hoc nomine. Lucanus lib. 2, -coniuret in arma Mundus, Achæmeniis decurrant Medica Susis Agmina.

ACHAEMENIA, ἀχαιμενία, Pars Persidis, ab Achæmene Aegei filio. Autor Stephanus. ¶ Inde Achæmenius, id est Persicus vel Parthicus. Lucanus, Passus Achæmeniis longè decurrere campis.

ACHAEMENIDES, ἀχαιμενίδης, Fuit vnus ex socijs Vlyssis, Ithacus, Adamasti filius: à quo apud Cyclopas relictus, vitā in syluis aliquādiu radicibus, fructibúsque syluestribus sustinuit, donec eōdē delatus Aeneas, nauigationis suæ comitem eum assumpsit. Vide apud Virg. 3. Aeneid.

ACHAEORVM PORTVS, ἀχαιῶν λιμήν. Portus est in Troade, sub promontorio eiusdem nominis: ita dictus, quòd ibi Græci classis suæ stationem habuerint, quo tempore Troianis bellum inferebant. Huius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

ACHAIA, ἀχαΐα. Proprie dicitur Peloponnesi regio Septentrionalis, secūdum litus sinus Corinthiaci, ab ipso Isthmo vsque ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extensa: ita dicta, ab Achæo Xuthi filio, vt tradit Strabo lib. 8. Hæc & Aegialus dicta, quòd penè tota litoralis sit, præcipuáque suas vrbes habeat secūdum mare extensas. In hac vrbes fuerunt, Bura & Helice à mari absumptæ: item Scion, Aegira, Aegion, & multæ aliæ, quas enumerat Plin. lib. 4. ca. 5. Hanc Ptolemæus, vt ab Hellade distinguit, Achaiam propriè dictam appellat. Plinius verò hanc solā Achaiæ nomine dignatur. Ptolemæus verò Achaiæ nomine (quoties nihil addit) latissimam regionem intelligit extra Peloponesum, quæ à Plinio Hellas siue Græcia dicitur: quæ quidem ab Occidente Epirum, à Septentrione Macedoniam habet, & partem Aegæi maris: ab Ortu quoque partem Aegæi maris vsque ad Sunium promontorium: à Meridie Ionium mare iuxta litus, quod ab Acheloo amne vsque ad Isthmum extenditur. Huius partes sunt Attica, Bœotia, Locris, & reliquæ, quæ enumerantur à Plin. lib. 4. cap. 7.

ACHAEVS, vel Achiuus ἀχαιός. Propriè dicitur, qui ex Achaia oriundus est. Ouid. 4. de Pont. Nec potes infestis conferre Charibdin Achæis. Sæpe tamē generaliter accipitur pro quibūslvis Græcis. Hora. in Epist. ad Lolli. Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. ¶ Fuit etiam Achæus, poēta quidam Eretriēsis, Tragœdiarum scriptor, paulò iunior Sophocle, qui fabulas 44, docuit: vnā autem vicit. ¶ Fuit & alter eiusdē nominis Tragicus poēta, Syracusis oriundus, qui & ipse decem fabulas edidit. Autor Suidas.

Achaicus, a, um, pen. cor. ἀχαϊκός, id est Græcus. Virg. 2. Aen. Et Danaum solitæ naues, & Achaica castra. ¶ Et Achaicū mare dicitur quo Achaiā Græcorum prouinciam ad Meridiem & Occidentem alluit.

Acharias, ados, ἀχαριάς, Ouid. Epist. 3, -Inter Achæiadas longè pulchérrima matres. Sunt qui legant Achaiadas.

Achais, pen. prod. idis, Ouid. 5. Met. -Per tot Hęmonias, per tot Achaïdas vrbes.

ACHAIS, idis, ἀχαΐς, Oppidum est situm ad Orientalem plagam maris Hyrcani, non procul ab Oxo amne, quod antea Heraclea dicebatur, donec ab Antiocho, Seleuci filio instauratum, Achais cœpit appellari. Vide Plin. lib. 6. cap. 16.

ACHANA, Fluuij nomen in Arabia, non procul ab Euphrate: de quo Plin. lib. 6. cap. 28.

Achane, ἀχάνη, Genus erat mensuræ frumentariæ, apud Persas, capiens medimnos Atticos 45. Cæl. libro 8. ca. 9. docet esse vasis genus, in quo

commea

commeatus eorum includebatur, qui ad Theorias mittebantur.

ACHANI, ἀχανοί, Populi sunt Scythiæ, qui & Achatni, ἀχατνοί, dicuntur à Theopompo. Autor Stephanus.

ACHAR, Nomen ciuitatis, quæ nunc Nizibis appellatur.

ACHARITANVM, ἀχαριτανόν, Oppidum liberum est in Africa, propriè dicta: ab ea parte, qua spectat tractum Cyrenaicum. De hoc Plinius libro 5. cap. 4.

ACHARNÆ, ἀχαρναί, Ciuitas est Græciæ, in Attica regione, totius eius tractus olim potentissima, teste Thucydide lib. 2.

Achateon, Vide ACATIVM.

Achates, pen. prod. ἀχάτης, Gemma est versicoloribus venulis ita distincta, vt & nemorum, & fluuiorum, & montium, nonnunquam & iumentorum & curruum speciem referat. Hanc primùm repertam ferunt ad Achatem Siciliæ fluuium: vnde & nomen accepit. Postea & in India, & in Phrygia inuenta est. Insignem Achatem Pyrrhus Epirotarum rex habuisse traditur, in quo nouem Musæ, & Apollo citharam tenens spectabatur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, vt Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Vide plura de hac gemma apud Plinium lib. 37. cap. 1. & 10.

ACHATES, Apud Virgilium, Indmulsus Aeneæ comes, πιστὸς ἀχάτης, hoc est à cura dictus, quæ perpetuò Reges comitatur.

ACHEDORVS, Vide Echedorus.

ACHELOVS, ἀχελῶος, Aetoliæ rex, à quo fluuius eiusdem nominis, qui à Pindo oriens, & Aetoliam ab Acarnania diuidens, in Maleacum sinum defluit. Theas antè appellabatur.

Acheloius, a, um, ἀχελῷος, quod modò possessiuũ est, modò pro Aqueus ponitur. Virg. Geor. 1, Poculáq; inuentis Acheloia miscuit vuis. Veteres enim aquam omnem Acheloon nuncupauere, quòd primus post diluuium erupisse terra fertur: siue quòd Achelous in Græcia (vbi tot ingenia floruerunt) omniũ fluuiorum celeberrimus fuit. De hoc Macrob. lib. 5. cap. 18. ¶ Hinc Acheloides, ἀχελωΐδες, Nymphæ dictæ sunt.

ACHEMON, siue Achmon, ἄχεμων, ἢ ἀχμών, vnus fuit Cercopũ, qui vnà cum fratre Passalo, nullo non iniuriarum genere in obuium quenque debacchabatur. Hisce erat mater nomine Sennonia, mulier fatidica, quæ filios cauere iussit, nequando in Melampygum inciderent. Euenit deinde, vt Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vinctos de clauà à tergo suspendit leporum ritu, atq; ad eum modum gestabat. Capitibus itaq; pendentes deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum, atq; hispidum viderunt, non Lydorum more læue ac depilatum. Quapropter materni moniti memores, hac de re inter se confabulabantur. Quod simulac audisset Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit. Hæc Erasmus in prouerbio, Ne in Melampygũ incidas. Meminerũt huius fabulæ & Suidas, & Gregorius Nazãzenus.

ACHERON, rontis, masculini generis, ἀχέρων, Epiri fluuius est iuxta Pandosiam vrbem, ex Acherusia palude Thesprotiæ profluens, multisque fluuiis auctus in sinum Ambracium influens. Quem qui traiecerit, nũquam redire à poëtis fertur. Ad quod alludens meretrix apud Plautum amanti reposcenti quæ dederat, respondet, Nam itidem vt Acheronti hic tario accepti scribitur, Intro receptum, quando acceptum non potest ferri foras. Sentit nihilo magis ad amantem redire quod in meretricis domum est delatum, quàm redeunt ab inferis mortui, vnde iuxta Catullum, negant redire quenquàm. ¶ Est & alter Acheron, teste Strabone, in agro Brutio, vbi Alexander Molossorum rex à Lucanis trucidatus est, Dodonæo deceptus oraculo, quo iubebatur Acherusiam aquam, Pandosiamque vrbem cauere. Dicitur autem Acheron, non vt quidam somniant, ab ἀ. & χωρέω (sic enim diphthongo scriberetur: quod fieri non potest, quum penultimam semper corripiat) sed potius ἀπὸ τοῦ ἄχθομαι, quasi doloris fluuius. Vnde etiam poëtæ fluuium infernalem esse finxerunt. Virgil. 7. Aeneid. Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo. ¶ Ab Acheron sunt adiectiua, Acherusius, a, um, ἀχερούσιος, & Acherontius, ἀχερόντιος καὶ ἀχερούσιος, Aristophani, & Acherons apud Plaurum; Verumenimuero nullus adæque est Acherons.

Acherontini, Ἀχέροντῖνοι, Populi sunt in agro Brutio iuxta Acherontem fluuium habitantes: quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 5.

Acherois, ἀχερωΐς, Peculiari epitheto vocatur populus alba, siue quòd ad ripam Acherontis fluuij nascebatur, siue quòd inter infœlices arbores, quæ diis inferis sacræ erant, soleat numerari: siue, vt Pausanias refert, quòd Hercules huius apud inferos conspectæ ramum ad superos attulerit. Aristoteles contrà, populum nigram ita cognominatam refert. Vide hæc latiùs apud Ruellium lib. 1. cap. 119.

ACHERONTIA, Ciuitas parua Apuliæ, in monte sita: quam ob hoc nidum appellauit Horatius, quia parua est, & in montis constituta summitate, sicut nidi animi in summis arboribus. Horat. lib. Car. 3. Mirum quod foret omnibus Quicunque celsæ nidum Acherontiæ, &c.

ACHERVSIA PALVS, ἀχερουσία λίμνη, inter Capuam & Auersam, per aperta plana ad ipsas vsque Cumas penè diffusa. Dionysius libro 1. Bibliothecæ, agens de sepulchris Aegyptiorum, qui Heliopolim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadauera in vltiorem ripam deferenda: nauim verò ipsam qua traiicitur, Barim, hoc est onerariam appellari: inde natam de Charonte, qui animas transuehebat Stygem, fabellam. ¶ Acherusia, item specus est iuxta Heracleam vrbem, ab Hercule conditam in litore maris Euxini, ad manes vsque (vt fama fert) peruius, & ex eo Cerberum ad superos tractum incolæ memorant. De hac Ouidius lib. 7. Metam. -specus est tectum nebroso cæcus hiatu, Et via decliuis, per quam Tirynthius heros Restantem, contrãq; diem, radiosq; micantes Obliquantem oculos, nexis adamante catenis Cerberon attraxit. ¶ Item, lacus Thesprotiæ in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit, qui in Ambrachiũ sinum defertur. Autores Pompon. lib. 2, & Strabo lib. 5, & Plin. lib. 3. cap. 5.

Achetæ, ἀχῆται, Cicadarum quarundam (vt inquit Suidas) non species, sed epitheton est, dictum, ἀπὸ τοῦ ἀχεῖν ἐν ἑκάστῳ ἔτει, hoc est, ab eo quòd inter spinas canant. Plin. lib. 11. cap. 26. Similis cicadis vita: quarum duo genera: minores, quæ primæ proueniunt, quæque sunt mutæ, & nouissimè pereuntmaiores, quæ canunt, vocantur Achetæ.

ACHILLAS, Ἀχίλλας, Plutarcho, Serui Aegyptij nomen est, cuius manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. Pharsaliæ. -sceleri delectus Achillas. De hoc vide plura apud Plutarchum in vita Pompeij.

ACHILLEA, Ἀχίλλεια, Insula est exigua, Borysthenis ostio obiecta: ab Achille in ea sepulto nomen habens: vt refert Pompon. lib. 2. ¶ Est & Achillea, ἀχιλλεία, herba, millefolio similis, qua Achilles illius inuentor Telephum sanasse fertur, teste Plin. lib. 25. cap. 5. Hodie tamen patum est cognita, inquit Cordus.

ACHILLEVS CVRSVS, Ἀχίλλειος δρόμος, Peninsula est non procul ab ostio Borysthenis amnis, ad formam gladij in transuersum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

ACHILLEIS, Ἀχίλλειος, Opus est Statij Papinij, quo ille Achillis puertiam describit, totam eius vitam prosequuturus, nisi immatura eius mors tam insigne nobis opus inuidisset.

Achilleis, siue Achilleas, ἀχιλλεὶς Theophrasto, ἀχιλλὶς Hippocrati, herbi genus, cui spicæ folio proxima est, amplitudinis, & crassitudinis maioris: ideóque ærugini magis obnoxium. Vide Ruel. lib. 2. cap. 15.

Achilleos, ἀχίλλειος, Myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles inuenisse traditur in curando vulnere Telephi. Plin. lib. 25, cap. 5.

ACHILLES, siue Achilleus, Ἀχιλλεύς, Nomen viri apud Homerum cantatissimi. Huius nominis genitiuus tam in i, quàm in is, finitur: vt, Achillis à nominatiuo Achilles: Achilli verò à nominatino Achilleus. Nomina enim in eus, per diphthongum terminata, quæ more Latino genitiuum faciunt in ei, per duas syllabas, sæpe per crasim contrahuntur, in ei, diphthongon, vel i longum, vt apud Virgil. 1. Aeneid. Troas reliquias Danaũm atque immitis Achilli. Interdum soluitur hæc diphthongus in carmine dicimúsq; Achillei, pro Achillis, & Vlissei, pro Vlyssis. Horat. lib. 1. Carm. Nec cursus duplicis per mare Vlyssei. Hic Pelei, & Thetidis filius, Chironi nutriendus datus est. Inter filias Lycomedis sub habitu muliebri absconditus, ex Deidamia genuit Pyrrhum. Indignatus contra Agamemnonem, post mortem Patrocli suscepit à Vulcano arma noua. Hectorem occidit. A Paride coniugium Polyxenæ sperans, tandem occiditur, & in Sigæo sepelitur. ¶ Tantæ fortitudinis fuisse fertur, vt (teste Gell. lib. 2. cap. 11.) insigni fortitudine duces Achilles appellentur, & argumentum Achilleum, quod sit insuperabile & insolubile, vocetur. Quicquid itaque inuictum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus. Vnde de iis qui omni in re vincerent, dictum fuisse ex Aristophane coniectandum licet. Iecit Achilles duas tesseras & quatuor, Βίᾳ λὰν Ἀχιλλεὺς δὺο κύβω καὶ τετράς, propterea quòd is tesserarum iactus fœlix esset.

Achilleum, ἀχίλλειον, Genus spongiarum tenue densumque, ex quo fiebant penicilli. Plin. lib. 9. cap. 45.

ACHILLIS, Achillidos, Ἀχιλλίς, Insula in Ponto Euxino ad Borysthenem, teste Plin. cap. 12. lib. 4.

ACHIMENES, lege Achæmenes, & vide in dictione ACHAEMENIA.

Achimenis, Plinio ἀχιμηνίς, siue, vt apud Dioscoridem legitur, Achamenis, ἀχαιμενίς, Herba est, quæ alio nomine Polium montanum appellatur. De hac Plin. lib. 25. cap. 4. Achimenide coniecta in aciem hostium, trepidare agmina, ac terga vertere.

ACHISARMI, ἀχισάρμοι, Africæ populi, quorum meminit Plinius lib. 6. cap. 30.

ACHNE, ἄχνη, autore Plin. lib. 5. cap. 31. Insula est Rhodiorum in mari Carpathio, quæ deinde Casos dicta est. ¶ Achnæ etiam significat minutas quasdam festucas ex spicis inter triturandum euolantes: & latius accipitur pro quibusuis minutiis. Vide Erasmum in prouerbio Ne ramenta quidem.

ACHOLAI, ἀχόλαοι, Oppidum est Arabiæ, non procul à Nabathæis. Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

ACHOLLA, ἄχολλα, Libera ciuitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella, autor Strabo, lib. 17.

Acholus, pen. corr. ἄχολος, Carens felle, vel bile, χολὴ enim apud Græcos fel, vel bilem significat.

Achores, penul. pro. ἀχῶρες Galeno, Sunt cutis capitis vlcera foraminosa, sanie tenaci fluentia, quæ mediam quandam consistentiam inter aquæ tenuitatem & mellis crassitudinem obtineant. Nam in quibus sanies mellis crassitudinem adæquat, Ceria, κήρια, vocantur: quæ & foramina habent ampliora. Achoras Galli tineas vocant, similitudine sumpta ab iis animalculis quæ vestes arrodunt. Malum est pueris in primis familiare. Vide Fuchsium, & Manar. in Epist.

ACHOR, ἄχωρ, Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra faciebant, quoties mascarum multitudo pestilentiam inuehebat, quę protinus vt Deo huic litatum erat, extinguebantur. Vide Plinium lib. 10. cap. 28.

ACHRADINA, penult. prod. ἀχραδίνη Stephano, Pars est vrbis Syracusanæ, cum reliquis vrbis eius partibus ponte coniuncta. Vide eius descriptionem apud Ciceronem, Act. in Verr. 6.

Achras, adis, ἄχρας. Ital. *Pini selvatici.* Gal. *Poires sauuages.* Hisp. *Peros de mata, peros montesinos.* ¶ Pyri Syluestris genus est tardissimè matureſcens, maiorémque vim habens astringendi, quàm cætera pyrorum genera, vocique in primis officiens. Vnde Thrasybulum Atheniensem accepimus à Lacedæmoniorum legatis corruptum, ne postulatis illorum contradiceret, simulasse se achrades comedisse, atque ob id loqui non posse. Vide Col. lib. 7. cap. 9, & Dioscoridem lib. 1, & Gal. lib. 6. de Faculi. simplic. medicament.

Achrestus, ἄχρηστος. Ital. *Inutile.* Gal. *Inutile.* Hisp. *Desaprouechado, sin prouecho.* ¶ Idem est quod abusiuus, insuauis, inutilis. Nam χρηστὸς Græcis, idem est quod bonus, siue vtilis. Inde ἀχρηστία inutilitatem significat, siue incommoditatem.

ACHRIANE, ἀχριάνη Stephano, Oppidum est ad mare Hyrcanum, cuius meminit Polybius lib. 10.

Achriogelos, ἀχριόγελως. Ital. *Colui che vide troppo & senza causa.* Gal. *Gecd riart.* Hisp. *El que muy mucho se rie.* ¶ Dicitur qui proclivis est ad risum, quasi temerè & sine causa ridens: quod stultitiæ signum est. Vnde etiam pro stulto aut insano positum inueniturprouerbiali noua forma.

Achyrosis, pen. prod. ἀχύρωσις, Ratio quædam est cõmiscẽdi paleas cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

argilla, allóve luto, ab hirundinibus, (vt videtur) primùm excogitata, quæ ex luto festucis quibusdam commisto nidos sibi conficiunt. Has deinde rustici imitati, ædificiorum suorum parietes hoc intritæ generis illinunt. Nomen habet ἀπὸ τῆς ἀχύρου, hoc est ab acere: vnde & à Latinis quibusdam Lutum aceratum appellatur.

Aciæris, Securis ærea, qua in sacrificiis veteres sacerdotes vtebantur. Festus.

ACISI, ἄκισοι, Populi sunt in Sarmatia Europæa post Riphæos montes. Recensentur à Ptolemæo.

Acicula, formatione, non significatione, diminutiuum ab acu, vt inquit Priscianus, Est spinula quædã ex ferro, vel alio metallo, quandam acus similitudinem referẽs, qua vtuntur mulieres ad ornatũ capitis. ξ πρόχυ. Ital. *Ago da capo, lo spilletto.* Gal. *Espingle.* Hisp. *El alfiler ò aguja pequeña.* ξ

Acicula, Est piscis tenuis ac longus, qui & Acus dicitur. A' Græcis ῥαφὶς appellatur. ¶ Est & herba huius nominis, incultis in locis sponte nascens, plebis Atheniẽsis quotidianus olim cibus, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærephyllum accedens, exerta habẽs in vertice cornicula, quæ acus effigiem repræsentãt: à quo habitu à Romanis vocata est Acicula, teste Dioscoride, Græcis dicitur σκάνδιξ: quo nomine & Latini vtuntur.

ACIDALIA, ἀκιδαλία, Veneris epitheton, vel quia iniicit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt: vel certè à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo se Gratiæ lauant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim & Liberi filiæ sunt: nec immerito. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hæc Seruius.

ACIDALIVS, penul. corr. ἀκιδαλίου Suidæ, Fons in Orchomeno, oppido Bœotiæ, Veneri sacer: vnde etiam Acidalia dicta est. Virgil. 1. Aeneid. -at memor ille Matris Acidaliæ. In hoc etiam fonte se Gratiæ lauare dicuntur: vnde & ipsæ, Sorores Acidaliæ passim à Poëtis appellantur. Græci hunc fontem ἀκιδαλίαν efferunt fœminino genere, respicientes nimirum ad substantiuum κρήνη vel πηγὴ, eiusdem generis. Nos Acidalium efferimus, qui fontis nomen in masculino genere collocamus, quemadmodum etiam Castalium dicimus, quem illi κρηναίαν.

ACIDON, ἀκίδων, Amnis est in Elide Peloponneſi regione, Iardanis sepulchrum præterlabens. Strabo.

Acidoton, pen. prod. ἀκιδωτὸν, Herba est, quæ notiore nomine Poterium ποτήριον, & Neuras, νεῦρον, dicitur. Plin. lib. 25. cap. 9, eandem Phrynion vocat. Vide Dioscoridem lib. 3. cap. 15.

Acidus, & Acidulus, Vide ACIDO, es.

ACIDVLVS, Fontis nomen in agro Venafrano: ita dictus, quòd aquas haberet acidulas, id est subacidas. Plin. lib. 31. cap. 2.

ACIENSES, Olim populi erant in Latio, qui vnà cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Horum meminit Plinius lib. 3. cap. 5.

Acies, tria significat. Primò acumen falcis, cultri, & similium quæ secant. ξ ἀκμὴ, ἀκὶς. Ital. *Il taglio ò ponta di coltello, & cose simili.* Gal. *La pointe ou taillant d'vne espée ou autre glaiue.* Hisp. *Filo ò ponta de cosa aguda.* ξ Et ἀπὸ τῆς ἀκμῆς dicitur: siue à Latino verbo Acuo: vnde & Acumen deducitur. Cic. in Vetrem, Act. 4, Iam ante aciem securium tuarum viderat. Colu. lib. 4, Obtusa enim hebẽsque, & mollis falx putatorem moratur, eóq; minus labotis efficit, & plus laboris affert vinitori. Nam siue curtatur acies, quod accidit molli: siue tardius penetrat, quod euenit in retuso & crasso ferramento, maiore nisu est opus. Virg. 2. Georg. Ipsa acie falcis nondum tentanda: sed vncis Carpendæ manibus frondes. Aciem ferri exterere, idem est quod adhibita cote acuere. Plin. lib. 27. cap. 5. Alij, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferro aciem deterendam. Aciem trahere, proprium est aquæ, quum ferrum acuitur. ¶ Secundò, Exercitus instructionem, παράταξιν, quum ad dimicandum paratus est: eo quòd acuto ferro armatus sit: vel certè quòd acuta fronte soleat collocari. Virgil. Georg. 2, -& campo stetit agmen aperto, Directæque acies. Et acies quidem instructa his vocabulis vocari solet, Frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, alæ, turres, cornu, & quibusdam aliis. Atque interdum pro ipso conflictu & prælio sumitur. Tacit. lib. 20. Prima acie fusum victum victúmque Romanum. Et li. 14. vincendum illa acie aut cadendum. ¶ Hinc locus prouerbio, in acie nouaculæ, ἐπὶ ξυρὸς ἀκμῆς, pro eo quod est, in summo discrimine. Homer. Iliad. i. Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυρὸς ἵσταται ἀκμὴς, Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βίοτος. id est Nunc etenim cunctis sita res in cuspide ferri est, Viuántne an tristi exitio absumantur Achiui. Vide Sophoclem in Antigone. ¶ Tertiò, Oculi lumen, γλαυκὸν κόρον. Cic. de Somnio Scipionis, Radiis solis acies nostra, seusúsque vincitur. Idem 2. de Natu. deorum, Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur. ¶ Per transla tionem, Acies sumitur pro ingenij perspicuitate. Cicero in Catone, Nónne nobis videtur animus, qui plus cernit & longius, videre se ad meliora proficisci: ille autem cuius obtusior sit acies, non videre? ¶ Hu ius generis veteres tam Aciem quàm Aciei extulerunt. Salust. lib. 1. Historiarum, referente Gellio. Dubitauit acie pars, pro aciei.

ACILA, ἀκίλα, Emporium est maritimum Arabiæ, distans (autore Plinio lib. 6. cap. 28, in descriptione nauigationis Indicæ) triginta dierum nauigatione à Berenice Troglodytarum vrbe.

ACILISENA, penul. prod. ἀκιλισηνὴ, Regio est Asiæ inter Taurum, & Euphratem: de qua Strabo lib. 11.

ACILIORVM Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui deuicto Antiocho statua delata est aureis bracteis incrustata: vt annotauit Cælius Rhod. lib. 29. cap. 24. Iteni Acilius prænomine Marcus, quo consulatum gerente cum C. Portio, lacte & sanguine pluisse, autor est Plin. lib. 2. cap. 56. ¶ Fuit & Acilius cognomine Bura, cui post amplissimum patrimonium absumptum, inopiam suam confitenti, nihil aliud à Tiberio responsum est, quàm quòd ferò expergefactus esset. Vide Suet. in Tiberio.

ACIMINNO, Oppidum vlteriores Hispaniæ, in tractu Celtico, iuxta Lusitaniam, in conuentu Hispaniæ: de quo Plin. lib. 3. cap. 1.

ACINA, ἄκινα, Oppidum est interioris Aethiopiæ, vltra Syenem, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Acinacis, penul. correp. Gladius Persicus. Horat. lib. 1. Car. Vino & lucer nis Medus acinacis Immane quantum discrepat. Valerius Flac. Insignis manicis, insignis acinace dextra. Pollux Acinacem esse interpretatur Περσικὸν ξιφίδιον ἢ τὸ μικρὸν ἀκινάκιον, hoc est Persicum quentatur Περσικὸν ξιφίδιον ἢ τὸ μικρὸν ἀκινάκιον, hoc est Persicum quendam gladiolum, qui à femore suspendebatur. Herodotus quoq; lib. 5, autor est Pantheam Abradatę vxorem, acinace, quem habebat, sibi iugulum aperuisse. Suidas verò Acinacem esse ait μικρὸν δόρυ Περσικὸν, hoc est parua Persarum hasta. In qua etiam sententia Arrianus fuisse videtur. Omnibus tamen hoc conuenit, vt nominatiuum ἀκινάκης faciant. Vnde & apud Latinos Acinaces per secundam vocalem, non Acinacis, per tertiam, legendum videtur.

Acinos, ἄκινος Dioscoridi, herba est tenuibus ficcisque surculis, ocymo similis, odorata, sed hirsutior, ex qua coronę factitantur. Quidam ex vulgo, Syluestre basilicum vocant, Latini Ocymastrum, quòd planè Ocymum imitetur. Plin. lib. 20. cap. 16. hanc herbam & coronarum & ciborum causa ab Aegyptiis seri asserit: & alio nomine Epitreton vocari, & nunquam florere.

Acinus, ni, pen. cor. masculini generis, & Acinum neutri, teste Nonio, in vua id dicitur quod vulgus granum appellat. ξ ῥάξ. Ital. *Acino, grano d'vua.* Gal. *Vn grain de raisin.* Hisp. *El granillo de raźimo.* ξ Neq; solùm vuæ, sed hederę, sambuci, tribuli, mali punici grana, Acinorum vocabulo continentur. Atque in hoc à bacca differt (vt Valla vult lib. 4. cap. 28.) quòd acini inter fructus minutiores arborum fructicúmve densius nascantur: baccæ verò dispersius & rarius: vt fructus lauri, oliuę, corni, loti, lentisci. Baccæ melius, quàm acini dicuntur. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur. Virgil. in Gallo, Sanguineis ebulli baccis, minióque rubentem.

Acinaceus, siue Acinatitius, Palladio, lib. 1. cap. 6. 7. ῥαγικὸς. vt Vinum acinaceum, quod ex acinis expressum est: ita dictum ad differentiam vini factitij. Vlp. l. Siquis vinum ff. de leg. iij. Acinaceum planè vino continebitur.

Acinosus, a, um, ab Acinus dicitur. Quod multos habet acinos. ξ ῥαγώδης. Ital. *Cosa piena d'acinelli d'vua.* Gal. *Grameux, plein de grain, raisineux.* Hisp. *Cosa llena de aquellos granillos.* ξ vt, Vua acinosa. Dicitur etiam de aliis plantis quæ semen habent ita dispositum vt in vua acini. Plin. lib. 12, cap. 13, Asari semen acinosum saporis calidi ac vinosi.

Acipenser, apud antiquos, piscium nobilissimus est habitus, qui vnus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat. Hunc Plin. lib. 9. cap. 17, testatur suo seculo nullo fuisse in honore, quod se mirari ait, quum esset rarissimus. A' quibusdam, eodem Plinio teste, Elops, ἔλοψ, vocatus est. Alij Callionymon, alij Anthiam, nonnulli etiam Callichthyn appellauere. Huic olim tantus habebatur honos, vt à coronatis ministris cum tibiis in conuiuium soleret inferri: vt in Saturn. testatur Macrobius lib. 3. cap. 16. De hoc pisce extat distichon Martialis lib. 13.

ACIRIS, ἄκιρις, Fluuius est in ea Italię parte, quæ olim Græcia magna dicta est, iuxta Heracleam & Metapontum. Plin. lib. 3. cap. 5.

ACIS, ἄκις, Fluuius Siciliæ, ex Aetna procedens: ex cuius ripis fertur Polyphemus saxum in Vlyssem iam fugientem eiecisse. ¶ Acis, Insula vna ex Cycladibus. Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Acis etiam adolescentis Siculi nomen fuit, Fauni & Symęthidis filij, qui quum Galateam Nympham adamarer, à Polyphemo riuale suo est occisus, & deinde in fontem sui nominis mutatus. Vide Ouid. 13. Metamorph.

ACITANI, Ἀκιτανοὶ. Hispana gens, simulacrum Martis radiis ornatum maxima religione colens, quem Necyn, id est Martem vocant. Macrob. Satur. lib. 1.

ACITAVONES, Plin. lib. 3. cap. 20, numerat inter populos Alpinos.

ACITHIVS, ἀκίθιος. Fluuius est Sicilię, non procul à Lilybęo promontorio in mare influens. Autor Ptolemæus.

Acleros, pen. prod. Exhæres, qui hæreditate priuatus est. ξ ἄκληρος, quasi ἀπὸ κλήρου. Ital. *Disheredato.* Gal. *Desherité.* Hisp. *Desheredado.* ξ hoc est sine sorte, parte, vel hęreditate. Bud. in Comment. ling. Grecę.

Aclasis, Tunica ab humeris non consuta. Festus.

Aclen, ἄκλητι. Aduer. Citra vocationem, citra inuitationem. Prouerbij loco dicitur, quoties inuocatus quis accedit ad cõuiuium, quod amici faciunt, & cœnipetæ. Hermol. in Plin. lib. 35. cap. 13.

Aclides, pen. cor. ἀκλίδες, sunt tela quędam antiqua adeò, vt nusquam memorentur in bello. Legitur tamen quòd sint clauę quędam breues eminentibus hinc & hinc acuminibus quibusdam, quę ita in hostem iaciuntur religatę loro, vel lino, vt peractis vulneribus, possint redire. Virgil. lib. 7, -teretes sunt aclides illis Tela: sed hęc lento mos est aptare flagello.

Acme, ἀκμὴ. Vox Greca est, Galeno familiaris, quam Theodorus Gaza modò vigorem, modò florem ætatis interpretatur. ¶ Est etiam mulieris nomen apud Catullum.

ACMODAE, penul. prod. ἀκμώδαι, Septem sunt insulæ post Hyberniam, non procul ab Orcadibus. Vide Plinium lib. 4. cap. 16.

ACMONIA, ἀκμωνία Stephano, Vrbs est Phrygię in conuentu Synnadico: cuius meminerunt Ptolemęus & Stephanus.

ACMONIENSES, siue vt apud Plinium Nat. hist. lib. 5. cap. 25, legitur, Acmonenses: ἀκμονήσιοι Stephano, populi sunt Acmonię vrbis.

Acmon, ἄκμων, Latinè incus: vnde Pyracmon vnus fuit ex Vulcani famulis, quòd à calenti incude nunquam discederet. Virgil. 8. Aeneid. Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

ACMONIDES, ἀκμωνίδης. Inter Vulcani ministros numeratur: dictus ἀπὸ τῆς ἀκμωνος hoc est ab incude.

Acmotheton, ἀκμοθέτης, truncus ille, qui impositam sustinet incudem.

ACOETES, ἀκοίτης, apud Ouidium lib. 3. Metam. nautę pauperis nomen est quod & ipsum vocis compositio indicat: ἄκοιτος enim apud Græcos sonat, Sine cubili.

Acœton, ἀκοίτου à Plinio lib. 11. cap. 15, optimum mellis genus appellatur, quod per se fluxit, quódque nihil habeat retrimenti aut sedimenti admistum. Dictum ἀκοίτου quasi sine cubili. Nam sedimentum in vino, aliisq; rebus liquidis, rusticorum nonnulli etiam hodie vocant cubile.

Acolastum, ἀκόλαστος, ab ἀ priuatiua particula, & κολάζω, emendo, corrigo, castigo, coërceo. Budæus in Comment. proteruum proprię significare putat, & qui sibi circa libidines temperare non potest. Vnde Acolasti dici possunt, quos Latinè Nepotes, vel Decoctores vocamus.

ACOLITANVM, ἀκολιτανὸν, Oppidum liberum est in Africa propriè dicta, ab ea parte, quæ tractum Cyrenaicum spectat. Vide Plin. li. 5. ca. 4.

Acolyti, ἀκόλυθοι. Dicti sunt, qui nullis minis ab instituto poterant removeri. Vnde Stoici acolyti dicti sunt, qui turpe putabant mutare sententiam. A Christianis etiam hoc nomine dicuntur sacrorum ministri, qui quum ipsi sacra non facerent, ab illis tamen non excludebantur: dicti Acolyti, quasi non prohibiti, ab ἀ priuatiua particula, & κωλύω quod significat prohibeo.

Acoluthus, pen. pro. ἀκόλουθος. Latinè Consequens dicitur: ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν, id est a sequendo.

Acone, pen. cor. {ἀκόνη. Ital. *Cote*. Gal. *Queue à aguiser*. Hisp. *Piedra para aguzar herramientas*.} Latinè cotem sonat, vel cautem. Est etiã Acone, vt apud Plinium legitur: siue, vt est apud Stephanum, Aconæ, ἀκόναι. Nomen oppiduli, vel portus Mariandinorum, non procul ab Heraclea Pontica, vbi magna in copia prouenit aconitum, quod (vt quibusdam placet) ab hoc loco nomen accepit. Plin. lib. 6. cap. 1, Portus Acone, veneno aconito dirus.

Aconiti, ἀκόνιτα. Latinè idem sonat quod sine puluere, hoc est citra negotium & laborem. Plin. lib. 35. cap. 11. Aleimachus pinxit Dioxippum, qui pancratio Olympiæ citra puluueris iactum (quod vocant aconiti) vicit: coniti Nemea. Prouerbij loco dicitur de eo qui sine sudore victor euadit, ab athletis sumptum, qui puluerem inspergebant corporibus vt se facilius comprehendere possent. Ouid. lib. 9. Metamorph. Eadem forma dicimus, ἀκόνητον, sine sudore: & ἀναίμακτον, sine sanguine.

Aconitum, pen. prod. {ἀκόνιτον. Ital. *Aconito*. Gal. *Tere*. Hisp. *Cenella*.} Herba, quæ Cerberi spuma conspersa, venenum efficacissimum contraxit, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum, ἀπὸ τοῦ ἀκόνης, hoc est à cote, seu caute. Ouid. 7. Metamorph. Quæ quia nascuntur dura viuacia caute. Mortales aconita vocant. Sunt qui ab Acone portu seu oppido Mariandinorum deducant, iuxta Heracleam Ponticam, vbi copiosissimè prouenit. Illinc enim non longè abest Acherusia specus, per quam Hercules Cerberum ad superos fertur perstraxisse. Alij Aconitum dictum putant, quòd ἀκόνητον, hoc est sine puluere aut terra proueniat. Plin. lib. 27. cap. 3. Nascitur aconitum in nudis cautibus quas aconas vocant. Et ideo Aconitum quidam dixere, nullo iuxta, ne puluere quidem nutriente. Alij, quoniam vis eadem in morte esset, quæ coribus ad ferri aciem deterendam, statimque admota velocitas sentiretur. Hæc Plinius. Alio nomine dicitur Pardalianches, quòd pantheræ eo gustato statim strangulentur.

ACONTEVS, ἀκόντιος, Venator egregius, vt docet Statius lib. 7. Thebaid. -donec flammatus Aconteus Strage virûm, cui sucta feras prosternere virtus.

Acontiæ, {ἀκόντιαι. Ital. *comete*. Gal. *cometes*. Hisp. *Cometas del cielo*.} Sunt stellæ crinitæ, seu impressiones: dictæ ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, hoc est à iaculo: quia (vt Plinius scribit lib. 2. cap. 25.) iaculi modo vibrantur ocyssimo volatu. Ex his quasdam breuiores & in mucronem fastigiatas Xiphias vocauere, quæ sunt omniũ pallidissimæ, & quodã gladij nitore sine radiis.

Acontiæ, ἀκόντιαι. Serpentes quidam, duorum cubitorum magnitudine, figura circa caput crassa paulatim in tenuem abeunte, colore viridi, aluo minutis quibusdam maculis conspersa, quæ quandam granorum mulij similitudinem repræsentant. Vnde & Cenchrides κεγχρίδες, & à Latinis nonnullis Miliariæ vocantur. Acontiæ autem ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, hoc est à similitudine iaculi. Mira enim celeritate progrediuntur, non fieruosis spiritu, vt reliqui serpentes, sed recto quodam tramite sese quodammodo eiaculantes. De his Aetius lib. 13. cap. 27. & Lucanus lib. 9. Vide infrà in dictione CENCHRIS.

ACONTION, ἀκόντιον, Oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. De hoc Stephanus.

ACONTIVS, ἀκόντιος. Bœotiæ mons est, teste Plinio, lib. 4. cap. 7.

ACONTIVS, ἀκόντιος, Adolescentis nomen est ex Cea Corycij matris insula oriundi, qui quum in Dianæ templo Cydippem conspexisset, eius amore captus, deuoluit ad pedes eius malum huiusmodi carmine inscriptum, Me tibi nupturam (felix eat omen) Aconti, Iuro quam colimus numina magna deæ. Postea à patre alteri desponsa, quum periculosissima febri esset correpta, rata periurium, morbi sui causam esse, maluit Acontio nubere, quàm Dianæ iram vlterius experiri. Extant hac de re duæ Ouidij Epistolæ, vna Cydippes, Acontij altera.

Acopa, pen. cor. Medicamenta lassitudines & fatigationes leuantia, impolito ex re vocabulo. ἄκοπα. Plin. lib. 29. cap. 3. Ad omniaque quæ acopis curantur, vnguentúmque pariter & medicamentum est.

Acopis, Gemma, nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, cum qua oleũ subferuefactũ peruncti lassitudine soluit, ἄκοπις. Plin. li. 37. ca. 10.

Acopos, pen. corr. ἄκοπος. Dioscoridi, Herba est fruticosa, graui odore, flore holetis: quæ & Anagyros vocatur à Plinio, à Dioscoride etiam Anagyris, ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris grauitatem Lignum fœtidum appellat. Huius semen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatũ vomitiones ciet. ¶ Vnde factus est locus prouerbio, ἀνάγυρόν τινα κινεῖν, Anagyrin mouere, quo vtimur in eos, qui obfutura sibi commouent.

Acor, Vide ACEO.

Acorna, Herba est ex genere acanacearum, spinam habens pro folio, vernaculo cneco similis, colore tamen rufo, succum pinguem & sanguineum fundens. ἄκορνα. De hac Plin. lib. 20. cap. 16.

Acorum, {ἄκορον. Dioscoridi, Ital. & Hisp. *Acoro*. Gal. *Galange*.} Plinio Acoros, Herba est folia habens iridis, radicésque illi non absimiles, gustu actes, odore non ingratas, eásque complicatas, nec in rectum, sed in obliquum actas. Estque verus acorus Galanga crassa, teste Amato Lusitano in Dioscor. qui Galeni, Plinij, & Dioscoridis de eo locos optimè conciliauit.

Acosmus, Idem est quod inornatus. ἄκοσμος. Nam κόσμος apud Græcos, ornatum vel ornamentum significat. Lucr. lib. 4. hac voce vtitur.

Acosmia, Confusa quædam rerum congeries: & significationem contrariam habet huic dictioni Ornatus: quasi dicas, Inornatum, vel Ornatus neglectum. ἀκοσμία. Budæus in Comment.

Acquiesco, Rei alicui quietis gratia innitor, {ἐπαναπαύομαι, ἐπαναπαύομαι, ἡσυχάζω. Ital. *Riposarsi*, *Acquetarsi*. Gal. *Se reposer*. Hisp. *Descansar, ò sossegar con*

otro.} Seneca, Nihilo miserior ero, si lassa cervix mea in manipulo ferri acquieuerit. Nonnunquã accipitur pro simplici suo quiesco, ἡσυχάζω. Cic. Att. lib. 7, Acquiesco enim, & ad te scribens, & legens tua. Ibid. Vitandi caloris causa Lanuuij tres horas acquieueram. Interdum transumitur Acquiescere, pro eo quod est, cum animi tranquillitate voluptatéque in re aliqua versari. Ibidem Cicero, Nulla est respublica quæ me delectet, aut in qua acquiescam. Nonnunquam etiam pro eo quod est, in re aliqua quietem suam & spem reponam habere. Idem de Amicit. Libenter enim senes in adolescentum charitate acquiescimus.

Acquiro, Quæro, comparo, adipiscor, cõsequor: ab Ad & Quæro. {ἐπιποθοῦμαι, περιποιοῦμαι. Ital. *Acquistare*. Gal. *Acquerir*. Hispa. *Alcançar lo deseado*.} Cic. de Amic. Semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. ¶ Interdum Acquiri pro augeri vel conciliari. Plin. lib. 15. cap. 17, Quo genere & vino odorem acquiri putant.

ACRA, Vicus est Panticapenis agri, ad ostium Mæotidis, 70. stadiorum freto à Corocondame opposita sibi vrbe discretus. ἄκρα. ¶ Est & Acra, cognomento Iapygia, promontorium extremum Salentinorum, quo quàm longissimè (vt inquit Plin. lib. 3. cap. 11.) in mare excurrit Italia: Iapygiæ cognomentum discriminis gratia additum est. Nam Græci quælibet promontoria Acras, ἄκρας vocant. Vnde & pleræque vrbes in promontoriis sitæ, Acræ appellantur. Vide Stephanum, qui decem huius nominis vrbes enumerat.

ACRABATHENA, Vna est ex decem Iudææ toparchiis. ἀκραβαθηνή. Vide Plinium lib. 5. cap. 14.

ACRADINA, vel potius Achradina Stephano ἀχραδινή, vide suprà, Achradina, & infrà in dictione Syracusæ.

ACRAEA IVNO, ἥρα ἡ ἀκραία. Dicta fuit à Corinthiis, quòd ἐν ἄκρᾳ ἵστο, hoc est in promontorio quodam inter Lecheum & Pagas, non procul à Corintho colerentur: vbi & vetustum eius extabat oraculũ. Strab. li. 8.

Acræpala, ἀκραίπαλα, Ab Hippocrate dicuntur ea omnia quæ crapulæ obsistunt, quemadmodum Adipsa, ἄδιψα, quæ sitim prohibent. Inter Acræpala numerantur amygdalæ amariores.

Acræphia, ἀκραιφία, Vrbs est Bœotiæ, quæ ab Homero Arne vocatur, dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, vt Stephano placet. Hanc Strabo neutro genere effert, Acræphium, ἀκραίφιον.

ACRAGAS, pen. cor. Nobilis artificis nomen est, qui in auro argentóque celando plurimum præstitit: cuius etiam Plinij ætate Rhodi in templo Liberi patris opera quædam extabant, Bacchę scilicet & Centauri in scyphis cælati. ἀκράγας. Vide Plin. lib. 33. cap. 12. ¶ Est item Acragas, ἀκράγας Stephano, Mons Siciliæ, non procul à Pachyno promontorio, cum oppido eiusdem nominis, quod à Latinis Agrigentum dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 8. Virg. 3. Aen. Arduus inde Acragas ostentat maxima longè Mœnia. Stephanus existimat hanc vrbem, vt pleráque in Sicilia, à præterlabente fluuio nomen accepisse. Alij ab Acragante Iouis & Asteropes filio dictam putant. Quatuor præterea alias huius nominis vrbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit, alteram in Eubœa, tertiam in Cypro, quartam in Aetolia. Scribitur & Agragas per quintam consonantem in secunda syllaba. Hinc dicitur gentile Agragantinus, ἀκραγαντῖνος. Lucretius lib. 1. Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Hos Latini vocant Agrigentinos.

Acraspissus, {ἀκρασπισμός, ἡ ἀκρασπισμός. Ital. *Imbrodo*. Gal. *Le dêiuner*. Hisp. *Almuerço*.} Latinè Ientaculum dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀκράτου, hoc est à vino non diluto, vt placet Plutarcho in Symposiacis: siue quòd apud Græcos ientaculi vice sumi solet, buccella panis mero macerata: siue quòd iuxta medicorum consilium in ientaculo vino meraciore sit vtendum.

Acratocothones, pen. prod. ἀκρατοκώθωνες, Dicti sunt homines vinosi, & meracius bibentes: quasi dicas, vini meri pocula. ἄκρατος enim merũ est. κώθωνες autem inter pocula numerantur. Vide Gel. lib. 17. cap. 17.

Acratos, {ἄκρατος. Ital. *Intemperato, puro*. Gal. *Pur, non mis*. Hisp. *No templado, no mezclado*.} Purus, merus, intemperatus: ab ἀ, priuatiuo, & verbo κεράω, κεράννυμι, quod est tempero. Hinc Acraton, ἄκρατον, absolutè ponitur pro mero, hoc est vino non diluto. Vnde ἀκρατοπότης dicũt Græci, pro eo quod est meracius potare: & qui meri auidiores sunt, vinúmque non diluunt, Acrotopotæ, ἀκρατοπόται dicuntur: vitiúmque ipsum Acratopotia, ἀκρατοποσία appellatur.

Acrarophorum, pen. cor. {ἀκρατοφόρον. Ital. *Orciuolo*. Gal. *Cruche, coquemart, broc*. Hisp. *El arcaduz para sacar vino*.} Vrceolus Latinè dicitur. Cic. 3. de Fin. Et tamen puro concedi nobis oportere vt Græco verbo vtamur, siquando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potius quàm ποτηρίοις & ἀκρατοσπονδείοις concedatur.

ACRATVS, ἄκρατος, Bacchantium Genius Athenis spectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Autor Pausanias in Attica.

ACRAVISCI, ἀκραουίσκοι, Populi, sunt Pannoniæ inferioris, iuxta Scordiscos: de quibus Plinius lib. 3. cap. 25.

Acredo, inis, idem quod acrimonia, & acritudo. Vide ACER.

Acredula, pen. cor. {ἀκρεδουλή. Ital. *Rusignuolo*. Gal. *Rossignol*. Hisp. *Ruyseñor*.} Putatur Luscinia auis, siue (vt aliis placet) auis illa quam Vulgo *Ranatium*. vocamus. Cic. de Diuin. Et matutinis acredula vocibus instat.

ACRENSES, ἀκρηνῖται. Populi sunt Siciliæ, stipendiarij Romanorum, non procul ab Aceста oppido: de quibus Plin. lib. 3. cap. 8.

ACRIA, ἄκρια, Oppidum est Hispaniæ in conuentu Hispalensi: de quo Plin. lib. 3. cap. 1. Item alterum in Peloponneso, ad ostium Eurotæ fluuij, in sinu Laconico: de quo Ptolemæus.

Acribodicæi, ἀκριβοδίκαιοι, teste Budæo, ab Aristotele appellantur Iurisconsulti: qui neglecta æquitate, summo iure, hoc est verbis ipsis nituntur, sic dicti, quòd nimirũ exactè legis rigorẽ, quem vocant, obseruarent. Ea strictum illud ius Acribodicæon, ἀκριβοδικαῖον appellatur.

ACRIDOPHAGI, ἀκριδοφάγοι, Populi sunt inter Aethiopes, veloces cursu, vita verò adeò breui, vt annosissimus quadragesimum annum non excedat, solis ferè locustis victitant, à quibus & nomen inuenerunt. Nam Acridas ἀκρίδας, Græci dicunt, quas nos Locustas. Vide plura de his apud Diodorum Siculum, lib. 4. cap. 3.

Acrifolium, Arbuscula est, quæ à Macrobio inter arbores infelices numeratur. λωτὸς. Creditur eadem esse quæ Lotos alio nomine, à Gallis autem Agyfa, vel Aigyfum, vocatur. Vide Ruellium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ACRILLA, ἀκρίλλα. Oppidum est Siciliæ, non procul à Syracusis: cuius incolæ dicuntur Acrillæi, ἀκριλλαῖοι. Vide Stephanum.

Acrimonia, Vide ACER adiectiuum.

ACRIO, onis, Philosophus fuit Pythagoricus, cuius meminit Cicero libro 5. de Finib.

Acrisia, ἀκρισία. Est absentia iudicij, vel delectus. Budæus in Comment.

ACRISIVS, pen. cor. ἀκρίσιος. Filius fuit Abantis, & pater Danaes, qui Præto fratri in regnum Argiuorum successit. Hic quum oraculo monitus esset fore vt à nepote vita exueretur, filiam suam vnicam munitissimæ turri inclusit, eo consilio, vt ea perpetua virginitate damnata, omni, qui à posteritate impendere videbatur metu solueretur. At Iupiter Danaes amore captus, in speciem imbris aurei se transformauit, & per impluuium in puellæ gremium descendit: votique compos factus, ex ea Perseum genuit. Quod vbi Acrisius animaduertit, filiam vnà cum infantulo recèns nato in arcam impositam, in mare abiecit: quæ ad littus Apulum appulsa, & à piscatoribus excepta, ad Pilumnum regem deducta est: qui & forma eius & genere adductus, eam sibi vxorem delegit. Porrò Perseus simulac adoleuit, aduersus Gorgonas expeditione susceptâ, victor euasit: nec ita multo pòst Argos venit, saxificum Medusæ caput ferens: in quod quum fortè Acrisius incidisset, in lapidem transmutatus est. Hæc ex Eusebio, Lactantio, & Seruio. ¶ Fuit & Acrisius alter, Vlyssis auus paternus: quem alij Arcesium legunt apud Ouid. Metamorph. 13.

Acrisionèus, a, um, adiectiuum, ἀκρισιονεύς. Virgil. 7. Aeneid. -hanc dicitur vrbem Acrisioneis Danaë fundasse colonis.

Acrisioniades, Acrisioniadæ, pen. cor. Patronymicum masc. gen. ἀκρισιονιάδης, Perseus Acrisij ex Danae nepos. Ouid. 4. Metamorph. Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Medusæ Acrisioniades, adigitque in pectus.

Acrisione, ἀκρισιόνη. penul. prod. patronymicum fœm. ab Acrisio deductum, quo significatur Danae filia Acrisij, & Persei mater.

Acritas, Acritudo, Aeriter, Vide Acer adiectiuum.

Acroamata, ἀκροάματα. Græci auditiones, siue auscultationes vocant. Ἀκροᾶσθαι enim audire est, seu auscultare. Aristoteles Acroamata nominauit commentationes suas, quas discipulis tradebat, in quibus Philosophia remotior subtiliórque agitabatur. Huic disciplinæ, quæ Acroamatice dicitur, tempus dabat in Lyceo gymnasio matutino. Alij appellant Acroamata, festiuas recitationes, iudicraſque narrationes. Quod significat Cic. Verr. 6, Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus, emblemata auellenda curauit. Et Suetonius de Augusto scribit, Acroamata. hoc est, narrationes recitationesque ludicras & mimicas ab Augusto interponi solere conuiuiis, ad conuictores oblectandos. Lampridius accipere videtur pro ipsis hominibus acroamata recitantibus, quum ait in Alexandro, Alexandrum nanos, & nanas, & mariones, & vocaleis exoleros, & omnia acroamata, & pantomimos populo donasse. Similiter Plinius in Epist. Interdum, inquit, audiebamus acroamata, interdum iucundissimis sermonibus nox ducebatur.

Acroamaticus, ca, cum, Idem quod auscultatorius. ἀκροαματικός. Aristoteles in epistola quadam ad Alexandrum logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticorum disciplina editos. Gell. lib. 20. cap. 4. & Budæus.

ACROATHON, ἀκρόαθος, Oppidum est Thraciæ in vertice montis, qui Athos dicitur, situm: vnde & nomen habet. Pomp. Mela. lib. 2.

ACROCERAVNIA, orum, vel Acroceraunij montes. ἀκροκεραύνια. Montes sunt in fronte Epiri, Ionium mare ab Adriatico dirimentes: ita dicti quòd propter immensam altitudinem vertices habeant fulminibus maximè obnoxios. Ἄκρος enim verticem significat, & κεραυνὸς fulmen. Horat. lib. 1. Carm. ad Virg. Qui siccis oculis monstra natantia, Qui vidit mare turgidum, & infames scopulos Acroceraunia. Plinius lib. 3. cap. 23. Inde initium Epiri, montes Acroceraunij. Idem in proœmio lib. 4. Item eiusdem libri cap. 1. Non defuerunt qui & iuxta Armeniam montes Acroceraunios collocarent: verum illi nominis vicinitate lapsi sunt. Siquidem illi Ceraunij montes appellantur, non Acroceraunij. De quibus vide Plin. lib. 5. cap. 27. & infrà suo loco.

ACROCERAVNION, ἀκροκεραύνιον, Est primum Epiri promontorium, eaque Acrocerauniorum montium pars, quæ mari imminens, secundum Europæ sinum à tertio, hoc est Adriaticum mare ab Ionio diuidit: distatque à Lacinio, extremo Italiæ promontorio 75000. pass. Vide Plin. lib. 3. cap. 11. & 26.

Acrochordon, ἀκροχορδόν. Ital. *Porro che nasce per le mani, Strucino.* Gal. *Verrue, cor.* Hisp. *Verrugo de berruga que duele.* } Tubercula sunt in cute excrescentia, dura & exigua, ima sui parte adeò angusta, vt veluti chordarum nexu summa in cute suspendi videantur: vnde & nomen habent. A' quibusdam Verrucæ pensiles appellantur. Vide Galenum Methodi lib. 2. cap. 11. & Manard. Epist. lib. 7.

Acrocomus, pen. cor. Longas comas habens. ἀκρόκομος.

ACROCOMAE, ἀκρόκομαι, Populi sunt Thraciæ, à capillorum longitudine dicti, quòd antias in fronte, mulierum more, demissas gestarent. Autor Homerus in Catalogo nauium.

ACROCORINTHVS, ἄκρος Κόρινθος, Mons Peloponnesi inter duo maria, Aegæum scilicet & Ionium, stadiorum trium & dimidiati altitudine ad perpendiculum: sub cuius radice in plano, instar mensæ, iacet oppidum Corinthus. Strabo lib. 8, autor est montem hunc mœnibus ita fuisse circundatum, vt arcis vsum præberet: quò fit, vt minimè mirum videri debeat, Acrocorinthum à Plinio arcem appellari, quem Strabo montem vocitat. Verba Plinij sunt hæc lib. 4. cap. 4. Medio hoc interuallo, quod Isthmi appellauimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, anthea Ephyra dicta, sexagenis ab vtroq; litore stadiis, è summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons est Pyrene.

Acrocorium, Bulbi species est. Plin. lib. 19. cap. 5. ἀκροκόριον.

ACROLISSVS, ἀκρόλισσος, Arx est in colle supra Lissum Illyrici vrbem: cuius meminit Strabo lib. 7.

Acrodrya, Caius hoc nomine omnem fructum arborum significari dixit: proprie tamen Acrodrya vocantur fructus arborum, qui lignosos cortices habent: quales sunt castaneæ, glandes, amygdalæ, iuglandes, & similes. ἀκρόδρυα. Quod genus appellatione Nucum, apud Latinos continetur. Et contrà, Opera dicuntur quæ molli sunt putamine. ἀνώπυα. Vide Ruellium lib. 1. cap. 97. & Budæum.

ACROLOCHIAS, ἀκρολοχίας. Promontorium est Aegypti ad Pharon. Strabo lib. 17.

ACRON, ἄκρων. Grammatici nobilis nomen, qui Horatium vtilissimis commentariis illustrauit. Fuit etiam Cenensium rex eo nomine, quem Romulus singulari certamine vicit, eiúsque arma Ioui Feretrio dedicauit. Acron præterea medicus Agrigentinus fuit, qui Athenis vnà cum Empedocle philosophatus est. Antiquior fuit Hippocrate. Scripsit lingua Dorica de victu salubri librum vnum autore Suida.

ACRONIVS LACVS, ἀκρώνιος λίμνη. Olim dictus fuit, qui aliis nominibus & Podamicus, & Brigantinus nuncupatur. Hodie à Constantia vrbe ipsi imminente, Constantiensis dicitur. Pomp. Mel. lib. 3. Rhenus ab Alpibus decidens propè à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium.

Acronyctæ, ἀκρονύκτιοι, Stellæ vespertino tempore orientes, quum sol vergit ad Occasum. Nam ἀκρόνυξ à Græcis dicitur, quod nos Crepusculum vespertinum vocamus. Vide Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 5.

Acropolis, Arx dicitur supra oppidū in edito loco sita: cuiusmodi olim Athenæ habuerunt, Mineruæ delubro insignem. ἀκρόπολις.

Acrostichis, idis, pen. cor. Dicitur quum primis aliquot versuum literis nomen alicuius, vel alia quæuis dictio aut oratio exprimitur. ἀκρόστιχα. In hoc genere Plautus lusit aliquot argumenta Comœdiarum, quæ primis literis fabulæ nomen indicant. Sic Cicero lib. de Diuinatione citat Acrostichida Sibyllæ, quæ adhuc in libris Sibyllinis extat. Cæl. Rhod. Antiquarum lectionum lib. 13. cap. 39.

Acrostolia, orum, Ornamenta erant proræ in nauibus, quæ Bayfius eadem cum nostris credit. ἀκροστόλια.

ACROTADVS. ἀκρώτατος, Insula est in sinu Persico: de qua Plinius lib. 6. cap. 23.

Acroteria, Dicuntur pinnacula in summitate ædificiorum prominentia. Item in corpore humano extremitates etiam Acrotoria dicuntur, quales sunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ sub vnguibus latent. ἀκρωτήρια. Vide Bud. in Comm.

Acrotetus, pen. prod. Dicitur, quod ad saltationis mensuram non respondet. ἀκρότατος. Vnde Athenæus lib. 11, sermones intempestiuos, & nihil ad rem pertinentes, ἀκρότατα κύμβαλα vocat.

Acrothinia, Primitiæ frugum sunt, quæ de summo aceruo solent tolli. ἀκροθίνια. Ἄκρον enim summum sonat, θὶς autem frumentorum acerui dicuntur. Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt, pro eo quod est Summa delibare, vel primitias consecrare.

ACROTHON, Vide Actoathon.

Acta, substantiuum nomen, & Græcum, vltima depresso accentu, ἀκτή. Ital. *Lito.* Gal. *Le bord & riuage de la mer.* Hisp. *La ribera del mar, ò tierra cerca della.* } Litus secretum & amœnum. Virgil. lib. 5, At procul in sola secretæ Troades acta Anchisen flebant. Seruius.

Acta, actorum, Vide AGO.

Actæa, Herba est, siue frutex, graui foliorum odore, caulibus anisi geniculatis, semine nigro, vt hederæ, baccis mollibus. Nascitur in opacis & asperis, & aquosis. Hæc Plinius, lib. 27. cap. 7. Ruellius hanc eandem esse putat, aut certè simillimam illi, quæ à Dioscoride χαμαιάκτη, à Latinis Ebulum vocatur.

ACTAEON, ἀκταίων cum dipht. Aristæi, & Antonoes filius, à Diana in cernũ conuersus, & à suis canibus dilaceratus. Vide fabulā apud Ouid. li. 3. Metam. & Fulgentium, atq; etiam in Cōmentariis Apollonij lib. 4.

ACTANIA, ἀκτανία, Insula est in mari Germanico, cuius meminit Plinius lib. 4. cap. 13.

Actasta, Vide ACASTA.

ACTA, æ, ἀκτή. Græciæ regio nobilissima, quæ postea ab Attide Granai regis filia, Attica nominata est. Dicta Acte, vel ab Actæo quodam rege indigena, vt refert Stephanus: vel potius, quòd maxima sui parte litoralis sit, & ad mare extensa. Nam ἀκτὴν Græci litus vocant. Plin. lib. 4. cap. 7, In ea prima Attica, antiquitus Acte vocata.

Actæus, a, um, id est Atticus, ἀκταῖος. Ouidius 1. Metamorph. Separat Ionios Actæis Phocis ab aruis.

Acte, Frutex arborescens, quem Latini Sambucum vocant, ἄκτη. Ital. *Sambuco.* Gal. *Sureau ou Susoau.* Hisp. *Sabuco.* } Vnde Chamæacte, χαμαιάκτη, dicitur, quod Ebulum à Romanis appellatur, quasi pumila sambucus. Vide infrà in dictione Sambucus.

ACTIVM, ἄκτιον. Epiri promontorium, vbi Augustus, deuictis nauali prælio Antonio & Cleopatra, vrbem condidit: & Nicopolim à victoria nominauit.

Actius, a, um, & Actiacus, a, um, ἀκτιακός. Virgil. 3. Aen. Actiáque Iliacis celebramus littora ludis. Sappho ad Phaonem, Cur non Actiacas miseram me mittis ad oras?

Actia, ἄκτια Stephano, ludi erant in Actio Epiri promontorio quinto quoque anno celebrati soliti in honorem Apollinis, qui & ipse Actius cognominabatur. Hos ludos vetustissimos fuisse constat, vt pote quorum & Callimachus meminerit. Summo tamen apparatu ab Augusto instaurati fuerunt, postquam Antonium & Cleopatram nauali prælio ante Actium superasset: cura eorum deinceps Lacedæmoniis mandata. Hæc Strabo lib. 7. Stephanus tertio quoque anno celebratos fuisse tradidit: tribúsque certaminibus fuisse insignes, gymnico, equestri, & nauali. Horum meminit & Seruius in illud Virgil. 3. Aeneid. Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

Actio, Vide AGO.

ACTISANES, ἀκτισάνης, Rex Aethiopiæ, qui Amasim Aegypto depulit, quòd nimis immoderatè tyrannidem exerceret, regnúmque eius occupauit. Vide Diodorum lib. 2. cap. 1.

ACTIVS NAVIVS, Inclytus Tarquinij Prisci temporibus Augur fuit, quem inspectante Rege, cotem nouacula discidisse fabulantur. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe. Alij malunt scribere Accius.

ACTIVS, siue Accius, Fuit Tragœdiarum scriptor, natus libertinis parentibus, & inter colonos Pisaurum deductus: à quo & fundus Actianus iuxta Pisaurum dictus. In scribendis Tragœdiis, sententiarum

Universidad de Deusto Biblioteca

grauitate, verborum pondere, personarum autoritate clarissimus extitit. Vide supra Accius.

Actito, Actiuus, Actor, Vide AGO.

ACTOR, κτωρ, Comes fuit Herculis in expeditione contra Amazones, in quo bello vulneratus, quum retrò domum abire vellet, in itinere mortuus est. ¶ Actorides, κτορίδης, Patroclus, nepos Actoris. Is enim ex Aegina, quam ei Iupiter à se vitiatam, vxorem dederat, Menœtium genuit. Menœtius autem relicta Aegina, Opuntem in Locros se contulit, & ibi Patroclum genuit. ¶ Fuit & Actor quidam Auruncus, cuius meminit Virg. lib. 12. Aen. -validam vi corripit hastam Actoris Aurunci spolium, &c.

Actuarius, Actuosus, Actum est, Actus adiectiuum & substantiuum, Vide AGO.

ACTVARIVS, κτουάριος, Medici Græci nomen, qui plurimis scriptis voluminibus, artem suam illustrauit: ex quibus etiam hodie sunt in manibus septem libri de vrinarum ratione.

Actutum, Vide AGO.

Aculeus, Spiculum, vel res pungens, & proprie vesparum est & apum, & similium. {κέντρον. Ital. *Pungolo, ago.* Gal. *Pointe ou aguillon.* Hisp. *El aguijon de la abeja ò auespa.*} Colum. lib. 1, Nec paludem quidem vicinam esse oportet ædificiis, nec iunctam militarem viam: quòd illa caloribus noxium virus eructat, & infestis aculeis armata, culices, muscas, tabanos, quæ in nos densissimis agminibus inuolant. Cic. 3. de Fin. Vespas aculeis vti videmus. Idem 2. Tuscul. Quum liquescimus, fluimúsque mollitia, apis aculeum ferre non possumus. ¶ Dicuntur & in herbis aculei, spinulæ quædam in folijs, caule, aut flore eminentes: vt in cardúo, tribulo, leucacantha & similibus. ¶ Cicc. de Optimo dicendi genere, transtulit ad orationem, Horum oratio, inquit, neque neruos, neque aculeos oratorios ac forenseis habet.

Aculeolus, diminutiuum, quo vtitur Martialis Epigtam. lib. 8. κεντρίδιον.

Aculeatus, ta, tum. Quod aculeum siue acutum quiddam aculei instar habet. {κεντρωτὸς. Ital. *Chi ha tal ago.* Gal. *Pointu, picquant.* Hisp. *Cosa que tiene punta ò aguijon.*} Plin. lib. 11. cap. 6. de cicadis, Sine ore est: pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo torem lambunt. ¶ Per translationem quoque oratio, aut epistola aculeata dicitur, quæ veluti aculeis quibusdam munita, animum quodammodo mordet, ac pungit. Cic. ad Attic. lib. 14, Satis aculeatas ad Dolabellam litteras dedi.

Acuncula, Vide ACVS.

Acuo, acuis, acui, acutum, Aciem induco rei alicui, vt falci, cultro, & huiusmodi ferramentis, {ἀκόνω, θήγω, ἀκέω. Ital. *Dare il filo, affilare, aguzzare.* Gal. *Aguiser en trenchant, affiler, faire agu.* Hisp. *Aguzar.*} Col. lib. 3, Quoties falcem acueris, pelle aciem derergito, atque ita putare incipito. ¶ Per translationem Terent. in Adelph. opibus adhibuit, quum ait, Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est: Quod illos sat ætas acuetid est docebit. Virgil. 1. Georg. in simili significatione animo tribuit, Curis acuens mortalia corda. Cic. in Topicis viris apposuit, In excitando autem, & in acuendo plurimum valet, si laudes illum, quem cohorteris. Et lib. 3. Offic. Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium, & solitudo, id est incendebant. Virgil. 9. Aeneid in malam partem accipit, pro instigare, incendere, irritare. Postquam, inquit, visa satis primos acuisse furores. ¶ Huius verbi composita sunt, Exacuo, & præacuo: quorum significata vide suis locis.

Acutus, ta, tum, Propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene secat: cui opponitur Hebes vel obtusum. {ὀξύς. Ital. *Acuto & aguzzato.* Gal. *Agu, aguisé.* Hisp. *Cosa aguda ò aguzada.*} Plaut. in Mil. Vide, vt tibi istic sit acutus Cario culter probè. Item quod in mucronem, siue acumen desinit, vt Acutus palus, Acutus anguis, Acutum rostrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro subtili vel acri: vt, Acutum ingenium, Acuus sophista, Acuta vox. ὀξυφωνία. Item Acuti oculi, id est clarè cernentes. ὀξυδερκεῖς. Acutum cernere, Horatius ὀξυδερκῶς. Acutæ aures, Horatius, ὀξεῖα ἀκοή. Acuti cibi, οἱ δριμεῖς χυμοὶ καὶ ὀξεῖς. Xenophon. Leuiora studia, sed tamen acuta. ἀλυσιτελέστερα μὲν, ὀξείας δὲ τὰς ψυχάς. Gaza ex Ciceron.

Acutè, aduerbium. {ὀξέως. Ital. *Acutamente, ingeniosamente.* Gal. *Agument, ingenieusement.* Hisp. *Agudamente, ingeniosamente.*} Quod quanuis primò de acie ferri dicatur, sæpius tamen ad animum refertur, idémque significat quod ingeniosè, vel subtiliter. Cic. pro Cælio, Si mihi acute, argutéque respondere. Idem in Lælio, Multa responsa acutè ferebantur. Interdum de voce, dicitur, ita vt habeat antitheton Grauiter: vt, Vox acutè sonans, apud Ciceronem de somnio Scipionis. Nonnunquam & de visu, pro Clarè, perspicaciter. Pro quo etiam legimus Acutum, vt Horat. lib. 1. Serm. Sat. 3. Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitijs tam cernis acutùm?

Acutulus, diminutiuum, Idem quod subacutus, {ὀξύτερος. Ital. *Alquanto, acuto ò sottile.* Gal. *Aucunement agu ou subtil.* Hisp. *Vn poco agudo ò sotil.*} Cic. 3. de Nat. deor. Breues & acutulas conclusiones.

Acumen, pen. prod. Idem quod aculeus, seu cuspis. {κέντρον. Ital. *Acuteza, acume.* Gal. *Pointe ou aguillon.* Hispa. *Agudeza ò aguzadura.*} Cicero in Arati Phænomenis, Tergáque Centauri, atque nepai portat acumen. ¶ Accipitur & pro ingenij perspicacitate. {ἐπιτηδειότης. Ital. *Cautela, astutia.* Gal. *Subtilité, finesse, astuce, cautele.* Hisp. *Agudeza ò astucia de ingenio.*} Idem de Natur. deor. Epicurus, homo sine acumine, sine vllo lepore. Colum. in præfatione, Facillimam esse, nec vllius acuminis rusticationem, quòd quæ in acutum terminent, interius magis penetrent: quomodo soleant perspicacia ingenia penetrare.

Acumino, nas. pen. cor. Acutum facio. {ὀξύνω. Ital. *Aguzare.* Gal. *Aguiser, faire agu.* Hisp. *Aguzar, ò hazer agudo.*} Lact. de Opific. In quadrupedibus autem contextum spinæ à summo capite deductum, longius extra corpus eduxit, & acuminauit in caudam.

Acuminatus, a, um, Quod acumen habet. {κεντρωτὸς. Ital. *Aguzzo.* Gal. *Agu, pointu.* Hisp. *Cosa hecha aguda.*} Plin. lib. 11. cap. 2. Ita reciproca generauit arte, vt fodiendo acuminatum, sorbendóque fistulosum esset.

Acupedius, Dicitur, cui præcipuum est in curriculo pedum acumen. ἀκύπους. Festus.

Acupictores, Qui acu pingunt. {ἀμφιτάπητες οἱ ζωγράφοι ἐργάται. Ital. *Ricamatori.* Gal. *Brodeurs ou tapissiers.* Hisp. *Bordadores ò bostadores.*} Alio nomine Phrygiones appellantur, à Phrygia, regione Troiæ, vbi primùm inuenta hæc ars dicitur.

Acus, aci, generis masculini, Genus piscis, qui & Acicula dicitur. Mart. lib. 10, Et satius tenues ducere credis acos. Hic etiam Belone dicitur. {σελόνη Ital. *Anguisgola.* Gal. *Eguille.* Hisp. *Agnja paladar pescado.*} Plin. lib. 9. cap. 51, Acus siue Belone, vnus piscium, dehiscente propter multitudinem vtero parit.

Acus, aceris, generis neutri, Purgamentum frumenti. {ἐκβόλαιον, ἄχυρον. Ital. *La loppa, ò mondatura di grano.* Gal. *Paille ou balle.* Hisp. *Las granças ò abechaduras de pan.*} Colum. lib. 8, Nam in suburbanis lactens porcus acere nutricandus est.

Acero, aceras, acerare. pen. cor. Paleis inficere. ἀχυρόω.

Aceratus, adiect. Acere plenus, aut permistus. {ἀχυρώδης. Ital. *Pieno di paglia* Gal. *Paillenx, comme le pain bis.* Hisp. *Grançoso, embuelto en granças de pan.*} Inde, Lutum aceratum, autore Festo, quod paleam habet admistam.

Acerosus, adiect. Idem. vt, Panis acerosus, qui confectus est ex frumento parum purgato, acerèque non satis diligenter excreto.

Acus, quartæ declinat. generis fœminini, Instrumentum est quo vestes sarciuntur. {ἀκὼν, βελόνη. Ital. *Ago.* Gal. *Eguille, à coudre.* Hisp. *Agnja para coser.*} Plautus in Menæchm. Acum credo inuenisses, si acum quæreres. Prouerbialis hyperbole de re diligenter vestigata. Item, quo ornatrix vtitur ad discernendos capillos. {ψυλλιστὶς. Ital. *Strumiale.* Gal. *Poinçon d'acier pour cizeler les cheueux & faire les passefilloux.* Hisp. *Agnja para hazer la crespina.*} Iuuen. Satv. 2, Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Mart. Figat acus tortas, sustineátque comas. ¶ Purgamenta quoque leguminum Acus dictas inuenimus à Colum. lib. 2. cap. 10. vbi sic scribit de fabarum tritura, Nam semina excussa in area iacebunt: supérque ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur, ac durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt à cudentibus: minutæ verò, quæ cum siliquis de faba resederunt, aliter secernentur. ¶ Similiter exercitus instructio, Acus dicitur, quòd ea militum pars vehementissima sit ad hostem vulnerandum acumine telorum. Perottus.

Acuncula, diminutiuum ab acu: qua vtuntur mulieres ad se ornandum. {ἀκίδιον. Ital. *Piccinin ago.* Gal. *Petite eguille.* Hisp. *Pequeña aguja.* Huiusmodi est discerniculum, quod capillis discriminandis est accommodatum.

ACVSILAVS, ἀκουσίλαος, Athenienfis Rhetor, qui Galba imperante sese Romam contulit, ibíque ludum aperuit tanto successu, vt moriens Athenienfibus decem myriades ex fœnore partas reliquerit. ¶ Fuit & Acusilaus quidã Argiuus Historicus, qui Genealogias quasdam conscripsit, ex æneis tabulis, quas patrem eius ferunt inuenisse, quum in domo sua nescio quid foderet. Vtrinsque meminit Suidas.

Acustici, Sunt auditores: quales erant discipuli Pythagoræ. Ille enim à suis auditoribus, vt minimum, biennium exigebat, quo illis tantùm audire, non etiam loqui licebat. ἀκουστικοί.

Acutè, Acutus, Acutulus, Vide ACVO.

ACVTES, pen. prod. ἀκοῦτις. Hispaniæ vrbs est Stephano: cuius incolæ dicuntur Acutani, ἀκουτανοί.

ACYTIA, P. Vitellij vxor. Tacitus lib. 5.

ACYTAS, ἀκύλας, Philosophi nomen, qui Dialecticos commentarios conscripsit de Syllogismis. Suidas.

Acylon, seu potius Acylos, ἄκυλος Suidæ, Fructus est ilicis fœminæ, Plinius lib. 16. cap. 6, Ilicis glans vtriusque breuior, & gracilior, quam Homerus Acylon vocat: eóque nomine à glande distinguit. Masculas ilices negant ferre. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cuiusdam, quæ mediam quandam naturam obtinet inter suber & quercum, quæ ob id Phellodrys vocatur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 89.

ACYPHAS, ἄκυφας, Oppidum est in Dorica tetrapoli, vt ex Theopompo refert Stephanus.

ACYTOS, ἄκυτος Stephano. Insula est non procul à Creta, è regione Cydoniæ ciuitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

Acyrologia, ἀκυρολογία, Latinè impropria locutio, qualis est illa Virg. 4. Aen. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Vbi Sperare, pro Timere dixit: quum propriè speremus bona, timeamus aduersa. Ab aliis dicitur dictio minus conuenienter elata, vel non propriis dictionibus obscurata sententia: vt, Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Ibi enim nullus significatur ignis, sed meretrix. Dicta est autem Acyrologia, quasi ἄκυρος λόγος, hoc est, improprius sermo.

A ante D

Ad, {πρός, ἐπί} cum accusatiuo. Ital. *Appresso, verso.* Gal. *Auprez, vers.* Hisp. *Cerca de lugar ò de persona.*} Præpositio accusatiuo seruiens, proximitatem significat, eámque frequentissimè coniunctam cum motu ad locum, vel ad personam. Cicero in Vatinium, Venisti ad fretum per Mauritaniam. Terent. in Andria, Venit ad me Chremes postridie. In hoc itaque differt à præpositione Apud, quòd hæc nunquam motum neque ad locum, neque ad personam importet: Ad, verò frequentissimè motui seruit, sæpe etiam quieti, vt infrà ostendemus. ¶ Differt à præpositione In, quòd hæc ingressionem termini significet: Ad verò, tantummodo accessum ad terminum. Vnde rectè dixeris, Iudicem, vel Prætorem in tribunal se conferre, Litigatorem autem ad tribunal. Sic ad Vrbem olim accedebant Imperatores, qui ob res prosperè gestas triumphum sibi decerni cupiebant: quibus tamen Vrbem ingredi, nisi positis fascibus, & abiecta triumphi cura non licebat. ¶ Sæpe etiam, vt diximus, sine vllo ponitur motu, vt idem sit quod Apud, πρός cum dariuo. Cicero pro Cælio, Habes hortos ad Tyberim. Idem pro Flacco, Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dicebant. Ita etiam aliquando cum accusatiuo personæ, quo locus citra motum denotatur. Cicero in Verr. Act. 2, Decem fisci ad Senatorem relati. Idem Attico lib. 9, Dionysius ad me fuit bene manè. Hoc est, domi Senatoris, domi meæ: accusatiuus personæ pro loci accusatiuo. ¶ Multiplex præterea huius præpositionis est vsus: vt quum pro In,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponitur. Cic. in Pison. Deprehensus denique cum ferro ad Senatum est. Cæs. Bell. Gal. 5. Totam hyemem ipse ad exercitum manere decreuit. ¶ Pro Circa. Cic. Att. Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem velim. ¶ Pro Circiter. Terent. Heaut. Talenta ad quindecim coëgi. ¶ Pro versus: vt, Ad Orientem, Ad Meridiem. Sic, Ad sidera, Ad cælum tendere manus, siue oculos. Virgil. 1. Aeneidos. Duplices tendens ad sidera palmas. ¶ Pro Præ. Terent. in Eunuc. Est ne, vt fertur, forma? P. Sanè. C H. At nihil ad nostram hanc. ¶ Pro post. Cic. Attic. 12. Nescio quid interest, verum illuc nunc veniam, an ad decem annos. ¶ Pro Propter. Propertius Eleg. vlt. lib. vlt. Panditur ad nullas lanna nigra preces. Liuius ab Vrbe, 1. Inde quum aliæ boues quædam ad desiderium (vt fit) relictarum mugissent, id est, propter desiderium, vel præ desiderio. ¶ Interdum etiam idem valet quod Pro. Terent. Argentum dabitur ei ad nuptias. id est, Nuptiarum causa. Cicero 5. Verr. Qui ad statuam pecuniam contulerunt. ¶ Pro Ante: vt, Ad limina expectare. Virgil. 4. Aeneid. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi. Pœnorum expectant. Ad pedes se abiicere. Cic. Attico lib. 2. Clodius obiecta toga, se ad genu pedes abiecit. ¶ Pro Præter. Terent. in And. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Pro Secundum, similitudinem scilicet significans: vt, Ad arbitrium, ad nutum alterius. Plaut. Merc. Ad istam faciem vinum onæro. Pro Quantum ad. Cic. 3. Verr. Vidi simul cum populo Romano forum, comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum cogitationémque, acerbo & lugubri. Id est, Quantum ad speciem, Quantum ad sensum. Pro Vsque ad, vel Vsque in. Cic. Ad multam noctem contenderunt. Cæsar, Ad horam nonam in anchoris expectauit. Liuius, Ad lucem acerrimè pugnatum est. ¶ Aliquando significat rei vsum. Cic. 6. Verr. Quo solitus erat vti ad festos dies. & ad hospitum aduentum. ¶ Aliquando officium. Vnde Ad manus seruus dicitur, qui & A manu, siue Amanuensis, de quo antea. Sic Ad cyathos stare, dicuntur pincernæ vini administratores. Ad limina custos, qui est ædituus. ¶ Iungitur & cum gerundiis in dum: vt, Iuit ad lauandum. Ter. in And. Nec fuit ad obiurgandum causa. ¶ Sunt aliæ quoque huius præpositionis locutiones: vt, Ad pedes desilire, Cæs. pro, de equo descendere. Ad dexteram, ad sinistram, scilicet manum. Terent. in Adelph. Ad sinistram hac recta platea. ¶ Ad extremum, Ad postremum. Ad vltimum, quæ aliquando ordinis sunt, vel temporis, & pro Denique, vel postremò, vel tandem accipiuntur: aliquando nullius sunt ordinis. Ad summam & Ad summum, vide in SVMMATIM. ¶ Ad verbum, idem est quod De verbo ad verbum. Cicero, Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. Plin. Ad verbum translata sententia. Ad vnum, idem quod nullo excepto. Liuius 2. ab Vrbe. Quos Consul Romanus in Algido consequutus, ad vnum omnes occidit. Sic Ad lyram canere, Ad lucernam studere. Et Cic. Ad eum nuntium commoti sunt omnes: id est, audito eo nuntio. Ouid. Morina, crede mihi, tamen ad tua verba redi. ¶ Cæterum notandum quòd Ad, in compositione quum iungitur dictionibus incipientibus à c f g l n p r s t, mutatur d in literas sequentes: vt Accurro, Affero, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrogo, Assisto, Attribuo. Excipiuntur Agnosco, in quo d abiicitur, aut in g mutatur, sicut in Agnatus, euphoniæ causa: similiter Adsum, vbi d remanet, sicut suo dicetur loco. Sed si componatur cum a b d e h i o u, semper d integra manet: vt, Adamo, adbibo, adbreuio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, adnoco. Si verò cum q, d mutatur in c, vt Acquiro. Anquiro autem ab An fit, quod significat circum, vt latius suo loco dicetur.

ADA, æ. Filia fuit Hecatomni Cariæ regis, & Artemisiæ sororis, quæ Hydrieo fratri nupsit: vt tradit Strabo lib. 14.

ADADATA, ὰδάδατα, Ciuitas Pisidarum, ad Taurum montem. Strabo libro 12.

ADAD, teste Macrobio Saturn. cap. 23. non Adab, quemadmodum hactenus legebatur, Assyriorum summus habebatur Deus. Cui etiam deam Acargatim vxorem assignabant: per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes: quod ex his duobus potissimùm cuncta crederent procreari.

ADAE, ὰδαί. Oppidum est Aeolidis, 40 stadiis ab Hydera promontorio distans, non procul à Cuma. Autores Strab. lib. 12. & Plinius lib. 5. cap. 30.

Adæquè, significat Peræquè, pariter, æqualiter. ‡ Italianè. Ital. *Parimente*. Gal. *Pareillement, autant*. Hisp. *Igual y iguales mente*. ‡ Plaut. in Cas. Neq; est, neque fuit me senex quisquam amator adæquè miser. Apul. lib. 4. Ecce plures numero iuuenes aduenium, quos incontanter adæquè latrones arbitrere.

Adæquare, Idem proprie quod æquare, hoc est complanare. ‡ Ἰσοπεδίζειν. Ital. *Vguallare, spianare*. Gal. *Egaler, faire egal*. Hisp. *Igualar vna cosa à otra*. ‡ Cic. de Vniuersit. Vt Deorum vitam possint adæquare. Idem, Adæquare cum virtute fortunam. Liuius 1. ab Vrbe. Romanus passim publica, priuatáque omnia tecta adæquat solo. Budæus in Epistol. & Commentariis.

Adæro, as, are, penult. prod. ab ære deductum, significat Aere æstimare, ἐκτιμᾶσθαι. Bud. Annot. 2. ‡ Ital. *Stimare à contanti*. Gal. *Apprecier à argent, adeurer*. Hisp. *Estimar ò apreciar con dineros*. ‡

Adæstuo, as, aui, are, ‡ περιθερμαίνεσθαι. Ital. *Hauer gran caldo, vndegiare*. Gal. *S'eschauffer d'ardeur & feruer*. Hisp. *Mucho hermer, reboluer*. ‡ quod est extra æstuo, exundo incremento. Virgil. -Fundóque exæstuat vno. Iustin. lib. 1. Quæ materia in his locis passim è terra exæstuat. Suet. Fossas omnes in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, mirari opere detersit.

Adaggero, ras, penult. corr. ‡ προστιθέναι χωμάτα. Ital. *Accumulare, ammassare*. Gal. *Accumuler, amonceler*. Hisp. *Amontonar*. ‡ Quum vet appetit, terram adaggerato bene. Colum. lib. 5. cap. 18. Plin. lib. 36. cap. 12. Compositum ex ad & Aggero, quod ab Agger, eris, deriuatur.

Adagium, gij, & apud antiquos Adagio, onis. Est sententia breuis, rebus temporibúsque accommodata, tectum latentémque in oratione sensum obtinens. ‡ παροιμία. Ital. *Adagio*. Gal. *Vn prouerbe, vne rescriture, vne autiche*. Hisp. *El refran*. ‡ Dictum Adagium, quasi circum agium, quod teste Varrone, passim per hominum ora obambulet.

Adalligo, as, are. Ad aliquid ligo. ‡ προσδέω. Ital. *Legar' à qualche cosa*. Gal. *Allier à quelque chose*. Hispa. *Atar vna cosa à otra*. ‡ Plin. lib. 20. cap. 21, Quin & semen tritum adalligant brachio.

ADAM, ἀδάμ, Hebraica lingua (sicut li. 1. Iosephus scribit) idem est quod Ruber: quoniam è rubra terra factus est.

Adamas, penul. corr. ‡ ἀδάμας. Ital. & Hisp. *Diamante*. Gal. *Diamant*. ‡ Lapis maximi inter gemmas omnes pretij, ab ἀ, priuatiua particula, & δαμάζω domo, quòd durissimus credatur, & nulla vi domabilis: quod tamen falsum esse sæpius compertum est. Nulla tamen re facilius, quàm hircorum calido sanguine dissoluitur. Sunt autem adamantum genera quatuor: scilicet, Indicus, Arabicus, Macedonicus, & Cyprius. Qui in India nascitur, æquè magnus est ac nucleus auellanæ: cui similis est Arabicus, sed aliquantò minor. Qui in Macedonia in Philippicis est Arabicus, sed aliquantò minor. Qui in Macedonia in Philippicis auro inuentus est olim, cucumeris semini par est magnitudine. Cyprius colorem aereum repræsentat, & in medicamine plurimum valet. Est etiam Adamas cognomine, Siderites, quòd ferrei sit splendoris, exteris adamantum generibus ponderosior, sed dissimili natura, vtpote qui frangatur facilius, & adamante alio perforetur, nempe eo qui Cyprius est. Volunt quidam in adamante Indico (qui omnium pretiosissimus est) tantam inesse vim, vt iuxta magnetem positus, ferrum ab eo abstrahi non patiatur, aut abstractum ad se rapiat. Venena præterea lymphationes, metúsque vanos abigit ex hominum mentibus. ¶ Huius lapidis incredibilis duricies prouerbio locum fecit, quo hominem inexorabilem, durum & infatigabilem, imò quicquid inuictum atque inexpugnabile Adamantinum vocamus. Hesio. Ἀνὴρ ἀδάμαντος ἐϊδὼς κραταιοφρονα θυμόν. id est, Durus ac his animus solido ex adamante creatus. ¶ Est etiam hoc nomine herba, quæ & Hyoscyamus &, Apollinaris vocatur. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 69. & Plin. lib. 27. cap. 4.

Adamantinus, a, um, penult. corr. Quod est ex adamante. ‡ ἀδαμάντινος. Ital. *Diamantino, duro comme diamante*. Gal. *Fait de diamant, adamantin, dur comme diamant*. Hisp. *Cosa de diamante*. ‡ Horat. lib. 1. Carm. ad Agrippam, Quis Martem tunica tectum adamantina Digne scripserit?

Adamantæus, a, um, penultima producta, ἀδαμάντειος. Idem quod Adamantinus, Ouid. 7. Metamorpho. Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.

Adamantis, idis, ἀδαμαντίς. Herba quædam esse traditur à Magis Armeniæ Cappadociæque alumna, qua admota leones resupinari feruntur hiatu laxo. Nominis rationem iidem hanc tradunt, quòd conteri nequeat, quemadmodum nec adamas. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

ADAMASTVS, ἀδάμαστος. Ithacensis fuit, pater Achæmenidis, socij Vlyssis: vt videre est apud Virgilium Aen. lib. 3. Latinè interpretari possumus indomitum, ab ἀ priuatiua particula, & δαμάζω, domo.

ADAMIANI, Hæretici, ab Adam nominati, cuius imitantur nuditatem, qua fuit in Paradiso ante peccatum. Credebant enim quòd nuptiæ futuræ non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque mares fœminæq; conueniant, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant sacramenta.

Adamo, mas. pen. corr. Amatorie amo, vt placet Vallæ, ‡ ἐρωτικῶς φιλέω. Ital. *Amare teneramente, fortemente, honestamente, amorenolmente*. Gal. *Aimer fort, aimer ardemment*. Hisp. *Amar como enamorado*. ‡ Quint. Me quidem, marite, siquis interroget, omnes matres liberos suos, tanquam adamauerint, amant. Adamare interdum est honestè, ac valde amare, & de quacunque re dicitur. Cic. lib. 3. de Orat. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone adamarat. ¶ Adamare tenerè Prouerbiali forma dicitur in eum qui ita diligit quempiam, vt non patiatur vel leuissimis incommodis à quoquam affici.

ADANA, orum, ἄδανα τά. Vrbs Ciliciæ, ita dicta ab Adano, qui eò coloniam deduxit vnà cum Saro, postquam bello aduersus Tarsenses gesto, inferiores discessissent. Autor Stephanus. Meminit vrbis huius & Plin. lib. 5. cap. 27.

ADANI, ἄδανοι. Insulæ duæ sunt in sinu Arabico, quas commemorat Ptolemæus.

Adaperio, eris, penulti. corre. adaperui, adapertum. ‡ ἀνεῳγοποιῶ. Italicè, *Aprire*. Gal. *Ouurir*. Hispa. *Abrir*. ‡ Idem quod aperire, seu patefacere. Liuius 5. Bell. Puni. Qui improuiso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ. Plin. lib. 2. cap. 47. Vode nubes discussæ adaperuere cælum.

Adapertus, a, um. Idem quod apertus. ‡ ἀνεῳγμένος. Ital. *Aperto*, Gal. *Ouuert*. Hisp. *Abierto*. ‡ Adapertilis, Adiect. ἀνεῳκτός. Quod est apertum vel aperiri facile. Ouid. de Trist. 3. Eleg. 11. Aspicis à dextra latus adaperisse tauri. Ouid. 1. Amor. Eleg. 5. Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ.

Adaquo, quas, penult. corre. ex Ad & Aquo: id est Aqua reficio. ‡ ποτίζω. Ital. *Adacquare, inaffiare le herbe*. Gal. *Abreuuer, ou arrouser d'eaue*. Hisp. *Regar los arboles ò verdeças*. ‡ vt, Adaquare arbores. Plin. lib. 17. cap. 10. Ternas simul serendas trianguli ratione, palmo inter se distantes, denis diebus adaquari, donec grandescant. Sueto. in Galba. cap. 7. Ita decreuit, vt ad locum vbi adaquare solebat, iumentum duceretur capite inuoluto.

Adarces, Dioscoridi ἄδαρκες, Salsugo quædam gelata, palustribus in locis, iisdémque humidis, proueniens, quibus exiccatis condensari solet, atque arundinibus, adhærere. Plin. lib. 26. cap. 30. & 36. lib. 32. cap. 20, & lib. 22. cap. 24. Adarcam vocem Latinam agnoscit: traditq; nasci in cortice calamorum, sub ipsa coma, ex spuma aquæ marinæ cum dulci commista: & à nonnullis κροκόμυρον, hoc est arundinaceam lanuginem vocari. Vide Hermolaum in Plinium, & Marcellum Virgil. in Dioscorid.

Adareo, res, rui, penult. corr. Idem quod atere, siue exarere. ‡ ξυρῶ. Ital. *Secarsi*. Gal. *Oumir sec, affecher*. Hisp. *Secarse*. ‡ Vel Adaresco. Verbum est rarum, quo vtitur Cato de Re rust. cap. 98. Amurcam decoquito ad dimidium, & ea vngito fundum arcæ, & extrinsecus pedes & angulos: vbi ea adaruerit, vestimenta condito.

Adassint, siue (vt Festus legit) Adaxint, veteres dixerunt pro Adigant. Plaut. Vtinam diui adassint ad suspendium.

Adasus,

Adasus, Speciē tunicæ, sic dictæ, quòd ab humeris non erat consuta. Perottus.

Adaugeo, es xi, ἐπαυξάνω. Ita. *Aumentare, accrescere.* Gal. *Augmēter, accroistre.* Hisp. *Acrescentar.* ¶ Idem est quod simplex Augeo. Cic. lib. 1. de Inuen. Per quem facti vtilitas aut honestas adaugetur. Terent. Heautont. Duritia adaucta.

Adaucto, as, ἐπαυξάνω. are, frequentatiuum idem quod augere. Accius Aenead. Quibus rem summam, & patriam nostram quondam adaucta vi potest. Ex Nonio.

Adaugesco, adaugescis, ἐπαυξάνομαι, augeri, crescere. Lucret. lib. 2. Nam neque adaugescit quicquam nec deperit inde. Cic. 1. de Diuin.

Adauctus, us. ui. verbale, ἐπαύξησις. Lucret. lib. 2. Nam quæcunque vides hilari grandescere adauctu, id est incremento.

Adbibo, is, adbibi, adbibitum. Largiùs bibo. ¶ ἐμπίνω. Ital. *Bere oltra misura.* Gal. *Boire vn peu plus, s'abbreuuer.* Hisp. *Beuer sin medida, o beuer prouocando à otro.* ¶ Terent. in Heautont. Is mihi, vbi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora. Plaut. in Sticho. Euge, quando adbibero, alludiabo. ¶ Accipitur & pro imbibere per metaphoram. Horat. 1. Epist. -nunc adbibe puro Pectore verba puer.

Addax, Animalis quoddam genus est in Africa, quod cornua habet erecta, rugarúmque ambitu contorta, & in læue fastigium exacuta, ita vt Iuras diceres. στρεπτόκερων Græci contortis cornibus appellant. Hæc ferè Plinius lib. 11. cap. 37.

Addecet, ἐπιπρέπει, idem quod decet. Plaut. Amphit. Eius studio seruire addecet.

Addephagia, ἡ ἐδωδία. Ital. *Acidità di mangiare, insatiabile.* Gal. *Appetit de manger, insatiable.* Hisp. *La gargantez.* ¶ Inexplebilis edendi auiditas, παρὰ τὸ ἐδεσθαι ἄδην. hoc est ab auidius edendo dicta. Hæc apud Siculos pro dea colebatur: vbi etiam templum habebat sibi peculiariter dedicatum. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 11.

Addenseo, es, sui, ex Ad & Denseo, teste Seruio, significat Densum facere, stipare, siue constipare. ¶ πυκνόω. Ital. *Inspessare.* Gal. *Espessir.* Hisp. *Espessar.* ¶ Virg. 10. Aen. Extremi addensent acies. Verbum satissimum.

Addento, as, are, Idem quod Addenseo. Plin. lib. 20. cap. 21, Mirum, aquâ, radice ea addita, addensari sub dio, atque lactescere.

Addico, cis, penul. prod. significat Auctionem facere, hoc est, bona sua proscribere, & licitantibus tradere, & rem venalem ei, qui plus cæteris obtulerit, adiudicare. ¶ Græcè ἀνατίθεσθαι. Ital. *Vendere all' incanto.* Gal. *Vendre au plus offrant.* Hisp. *Vender en almoneda.* dicitur. ¶ Plin. lib. 35. ca. 12, Tabulas inde omneis ex publico propter æs alienum ciuitatis additas, Scauri ædilitas Romam transtulit. Addictas, hoc est publicè venditas. Cic. 3. Ver. Mihi bona addicat. Idem pro Aulo Cecin. Ex Budæo. Sueton. in Cæs. Amplissima prædia ex auctionibus hastæ minimo, seu (vt quidam legunt) nummo, addixit. Et Addicere Prætor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori, vt in eum & vitæ, & necis haberet potestatem, quum soluendo non esset. παραδοῦναι. Cicero in Pisonem. Nónne Fusidium debitorem creditoribus suis addixisti? Idem pro Flacco. Is quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab eo ductus est. Vnde Addicti (vt est apud Vallam lib. 5.) παραδεδομένοι. Est enim vnum ex tribus verbis Prætoriis, quæ sunt hæc, Do. Dico, Addico. Ab hac forensi significatione refertur etiam ad alia: vt in disciplina Augurali aues dicuntur Addicere, quando ratum faciunt Auspicium. Liuius, Fabio auspicanti aues semel atque iterum non addixere. ¶ Addicere opus alicui quod, pro Locare faciendum. Cic. 3. Verr. Addicitur id opus H-S DI X millibus. ¶ Et Addicere sententiam, pro vendere. Cic. Phil. 2, Quum neque principes ciuitatis rogando, neque maiores natu monendo, neque frequens Senatus agendo te de vendita atque addicta sententia mouere potuit. ¶ Addicere supplicio, morti, pro Damnare, destinare, deuouere. Cic. Phil. 3, Gladiatorio generi mortis addictus. ¶ Addicere se cupiditatibus, petulantiæ, intemperantiæ, &c. Pro se dare vel dedere. Quemadmodum & apud Hora. 1. Epist. Nullius addictus iurare in verba magistri.

Addictè, aduerbium: προσηκόντως. vt Apud Tacitum lib. de Germ. moribus, Trans Lygios Gothones regnantur, paulò iam addictius, quàm cæteræ Germanorum Gentes, nondum tamen supra libertatem.

Addictio, onis, verbale, πρᾶσις. Cic. 2. Verr. Simul in iure dicendo bonorum possessionúmq; contra omnium instituta addictio, & cōdonatio.

Addisco, scis, per duplex d, Bene disco, vel ad ea quæ didiceram, addo. ¶ προσμανθάνω. Ital. *Imparar bene.* Gal. *Bien apprendre.* Hisp. *Aprender bien, o de nuuo.* ¶ Cicero de Senectute, Solon dicebat senescere se in dies multa addiscentem.

Additamentum, Additus, Vide ADDO, addis.

Addiuino, as, are, Idem quod diuino. ¶ μαντεύομαι. Ital. *Indouinare.* Gal. *Deuiner.* Hispa. *Adeuinar lo venidero.* ¶ Plin. lib. 35. cap. 10, Vt Appion grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum additum antem, &c.

Addo, das, Ad data addo, προσδίδωμι. Plautus in Trucul. Tuo arbitratu, quod iubebis, addabitur.

Addo, dis. Affero accessionem, adiungo. ¶ προστίθημι. Ital. *Aggiungere.* Gal. *Adiouster.* Hisp. *Añadir.* ¶ Adiicere, adiungere. Cic. Appio Pulchro, Illud velim sic habeas, quòd intelliges hac re nouata, additum potius aliquid ad meum erga te studium (cui nihil videbatur addi posse) quàm quicquam esse detractum. Contraria nanque sunt Addere & Detrahere. Vnde adagij quadam forma de perfectis operibus ita dici vulgò solitum ex Aristotele, Nihil potest nec addi, nec adimi. ¶ Addere animum, id est augere. Plaut. in Amph. Vbi nostris animus additus.

Additamentum, ti, Accessio, ¶ αὔξησις. Ital. *Accrescimento.* Gal. *Surcroist.* Hisp. *Añadidura.* ¶ Cic. pro Sestio, Intercessit Ligus iste nescio quis, additamentum inimicorum meorum.

Additus, ta, tum, pen. cor. Adiunctus. ¶ προστεθειμένος. Ital. *Aggionto.* Gal. *Adiouste.* Hisp. *Añadido.* ¶ Adiectus, adiunctus. Cic. ad Qu. Frat. Additus est vnus annus tuo labori. Quandoque inimicus. Sic enim interpretatur Seruius illud Virgil. 6. Aeneid. -nec Teucris addita Iuno Vsquam aberit.

Addoceo, Idem quod doceo, vel ad iam docta aliquid addo. ¶ προσδιδάσκω. Ital. *Insegnare.* Gal. *Enseigner, & faire apprendre dauantage.* Hisp. *Enseñar ficuera.* ¶ Horatius, Solicitis animis onus eruit, addocet artes.

Addormisco ab Addormio, Opponitur verbo Expergiscor. ¶ ἐπικοιμῶμαι. Ital. *Adormentarse.* Gal. *s'endormir.* Hisp. *Adormecerse.* ¶ Suet. Et quoties post cibum addormisceret (quod ei ferè accidebat) olearum ac palmarum ossibus incessebatur. Alij legunt obdormisceret.

ADDVA, Fluuius est Insubriæ, qui per medium Larium lacum fertur, ita vt aquæ non commisceantur. Claudianus, Addua quo scissas spumosior incitat vndas. Vide Plinium lib. 2. cap. 103.

Addubito, as, Aliquantulum dubito. ¶ ἀμφιστάνω, ἐνδιάζω. Ital. *Dubitare alquanto.* Gal. *Douter aucunement.* Hisp. *Dudar cerca de alguna cosa.* ¶ Cic. Ceccinnæ, Habes augurium meum, quo, siquid addubitarem, non potius vterer, quàm illa consolatione. Idem Volum. lib. 7, Quòd sine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primum addubitaui num à Volumnio Senatore esset.

Adduco, cis, pen. prod. Ad aliquem duco. ¶ προσάγω. Ital. *Condurre.* Gal. *Amener.* Hisp. *Leuar guiando à lugar.* ¶ Terent. in Andr. Audiui Archillis, iamdudum Lesbiam adduci iubes, &c. ¶ Interdum cogo, & quasi renitentem ad aliquid faciendum impello. Cic. in Verrem Act. 1, Adductus sum, Iudices, officio, fide, misericordia. Idem Attico lib. 1, Pompeium in eam voluntatem adduxi. ¶ Interdum est contrahere, συνάγω. Virgil. lib. 3. Georg. -vbi ignea venis Omnibus acta fitis miseros adduxerit artus. Vnde Adductam frontem irati habere dicuntur, hoc est contractam & constrictam. ¶ Interdum intorquere, rotare. Idem lib. 9. Ipse te adductas circum caput egit habenas. ¶ Interdum produco. extendo. Virgil. Aen. 9, Ocyus adducto torquens hastile lacerto. ¶ Aliquando declaratur per verbum Redigere. Cic. in Læl. Contracta res est, & adducta in angustum.

Adduplico, as, are, Idem quod duplico. ¶ διπλάζω, ἐνδιπλάσιάω. Ital. *Addoppiare.* Gal. *Redoubler.* Hisp. *Doblar.* ¶ Plaut. in Pœnulo, Adduplicabit omne furtum leno addicetur tibi.

Adechastus, ἀδέχαστος. Proprie dicitur qui nulla accipit munera, ab ἀ priuatiua, & δέχομαι accipio. Vnde Adechasti iudices, dicuntur incorrupti, & qui nullis muneribus à recta illa iustitiæ trutina possunt deflecti. Vide Cæl. Antiq. lect. lib. 23. cap. 14.

Adedo, dis, pen. corr. Exedo, consumo. ¶ κατεσθίω, κατέδω. Ital. *Consumare, mangiar tutto.* Gal. *Manger tout.* Hisp. *Comer hasta el cabo.* ¶ Nam ibi Ad, auget. Virgil. 4. Geor. -nam sæpe fauos ignotus adedit Stellio.

Adesus, a, um, ab Adedor, id est consumptus. ¶ κατεσθίω. Ital. *Mangiato.* Gal. *Mangé & consumé.* Hisp. *Comido.* ¶ Cic. 2. Tuscul. Quum verò adesum inflatu renouatum est iecur. ¶ Adesa pecunia, per metaphoram, pro consumpta apud eundem pro Quintio.

Adelphi, ἀδελφοί. Fratres, quasi non soli. Delphon enim prisca lingua Græcorum, Vnum significat. Vnde Apollo, id est Sol (Macrobij sententia) Delphios dicitur, quasi vnus & solus. Alij ab ἀ deducunt: quod interdum significat ὁμοῦ, simul, & δελφύς quod vuluam vel vterum significat: vt Adelphi dicantur, qui ex eodem vtero prodierunt. Hoc nomine Terentius Comœdiam quandam inscripsit, in qua Aeschinus & Ctesipho fratres introducuntur.

Adelphides, pen. corr. ἀδελφίδες. Palmæ species est, sapore quàm proximè ad caryotas accedens: vnde & Adelphides dictæ sunt, quasi caryotarum sorores. Autor Plinius lib. 13. cap. 4.

ADELPHIVS, ἀδελφιός. Historicus, fuit M. Antonio familiaris, qui eius in Parthos expeditionem conscripsit, in qua ipse & adfuit, & præfuit. Strabo lib. 11.

Ademptio, Ademptus, Vide ADIMO.

Adenes, pen. cor. ¶ ἀδένες. Ital. *Scrofole.* Gal. *Escrouelles.* Hisp. *Landres Zillas.* ¶ Glandulæ sunt in gutture, ex carne in duritiem contractæ, quæ alio nomine χοιράδες, hoc est scrofulæ, vocantur. Plin. lib. 11, cap. 37.

Adeò, secunda syllaba breui, Aduerbium est, & significat vsque eò, vel Intantum. ¶ τοσοῦτος, τόσος. Ital. *Così tanto.* Gal. *Tant, si.* Hisp. *Tanto que.* ¶ Quint. Nunquam adeò pro nobis solicita est lex, vt quod præstet, extorqueat. ¶ Quandoque ponitur pro valde, siue multum. Terent. in Eunucho, Innenem adeò nobilem, τόσος ἰσχυρός. ¶ Post atque subiunctum, est correctiua, vel augmentatiua particula, idem significās quod Imo, vel Potius. Cicero pro Cluentio, De foro, atque adeò de ciuitate sublatus est. ¶ Quandoque pro Certè, sine dubio. Virgil. Georg. 1, Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes, Vimineasque trahit crates. ¶ Quandoque pro Modò. Terent. Andr. Tute iam adeò eius audies verba. ¶ Apud Poëtas præsertim Comicos, sæpe est particula ornatiua, seu mauis expletiua: quippe nihil ad sensum conferens, sed vel ad sermonis ornatum, vel ad metrum explēdum adhibita. Ibidem, Propera adeò puerum, tollere hinc ab ianua.

Adeousque, siue vna est dictio, siue duæ, idem est quod Vsq; adeó. Plaut. in Asin. -agè agè manfero Tuo arbitratu, vel adeousque dum peris. pro Vsque dum, id est donec.

Adeo, adis, adiui, vel adij, aditum, penu. corr. id est Accedo. ¶ προσέρχομαι, πρόσειμι, προσπορεύομαι. Ita. *Andare.* Gal. *Aller à, ou vers.* Hisp. *Ir à lugar.* ¶ vt, Adeo prætorem. Cic. 4. Acad. Tribunum aliquem censeo adeant. Idem App. Pulchro, Ad me adire quosdam memini. ¶ Adire hæreditatem εἰς τὰ κλήρου προσέρχομαι, εἰς τὴν κληρονομίαν, est se hæredem profiteri, & pro hærede se gerere. Cic. 2. Philip. Quum ipse patris hæreditatem non adisses. ¶ Interdum pro subire, vel suscipere: vt, Adire labores, Adire periculum capitis, apud Ciceronem pro Sest. Roscio. ¶ Aliquando adoriri, & aggredi, ἐπιχειρῶ. Terent. in Phorm. Nunc prior adito tu: ego in insidiis ero hic succenturiatus, siquid deficies. Virg. 5. Aen. -nec quisquam ex agmine tanto Audet adire virum. ¶ Huius passiuum protulit Columella lib. 1, Sed grauaria scalis adeantur, & modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Et Cic. 2. Tuscul. Illa pericula adeuntur in præliis.

Aditur, impersonale. Cic. 4. Verr. Antequam in ius aditum esset. Idem pro Flacco, M. Cratidius, ad quem est aditum, negauit, &c.

Aditio, onis, est Accessio. ¶ πρόσοδος. Ital. *Andata.* Gal. *Allee.* Hisp. *Aquella obra de yr à lugar.* ¶ Plaut. in Truc. Quid tibi hanc aditio est? Figuratè, pro, cur hanc adis? Vbi est dignum notatu, casum verbi additum esse nomini: vt apud Ciceronem, Domum reuersio: & alia quædam eiusmodi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adito,tas,pen.cor.frequentatiuũ ab Adeo,adis. {ἐπιτηδευτικῶς παρεισέρχομαι. Ital. *Andare spesso.* Gal. *Aller souuent.* Hisp. *Yr mucha vezes.* } Plautus in Capt. Si adites propius.

Aditus, tus, significat ingressum per quem ingredimur & admittimur. {πρόσοδος. Ital. *Entrata, adito.* Gal. *Allée, entrée, acces.* Hisp. *Entrada a lugar.* } Cicc. 15. Epist. Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria. Virgil. 9. Aeneid. Aditúmque per auia quærit. Vnde quandoque pro limine seu ianua ponitur. Cicc. 1. Philip. Forum sepietur, claudentur aditus, armari in præsidiis, multis in locis collocabuntur. Transfertur etiam aliquando ad incorporea. Idem pro Cluentio, Hominibus ignominia notatis neque ad honores aditus, neque in Curiam reditus est. Idem pro Fonteio, Magnitudine rei sic occupant eorum, qui audiunt, animos, vt difficilis aditus veritati relinquatur.

Adeps, {πίαρ, πιμελή. Ital. *Grassa, lardo, songia.* Gal. *Graisse, sein.* Hisp. *Enxundia.* } Medicis, cæterisque qui anatomen ex professo tractant, dicitur vnctuosum illud quod musculorum extremitatibus membranisve adcrescit ex frigida portione sanguinis, quæ è venis excidens, exanguibus, ideóque frigidis membranis adhæret, ibidémque non secus atque oleum frigore concrescit. Vnde & in corporibus, quibus frigidior est natura, copiosior: in calidioribus, parcior gignitur. In ventre inferiore magna in primis eius copia colligitur, quòd ea pars membranosa sit, & à fonte caloris longiuscule distita. ¶ Differt itaque Adeps ab eo quod Latini Pingue, vel pinguedinem, Græci λίπαρον, appellant, duplici ratione: Primum situ ipso, quòd ille musculorum, (vt diximus) extremitatibus, aut membranis adhæreat: Pingue, teste Plinio lib. 11. cap. 37. inter carnem & cutem situm sit. Deinde quòd Adeps frigore concrescat, durúsque fiat & fragilis: Pingue neque congeletur, neque durum aut fragile euadat. Rursus à Seuo Adeps distinguitur, vt eodem in loco docet Plinius, quòd adeps in iis duntaxat animalibus dicatur, quæ bisulca sunt, scissíve digitis, & non cornigera: Seuum verò in cornigeris, iisque vna tantùm ex parte dentatis, & talos habentibus. Hæc tamen differentia nec ab ipsis quidem medicis semper obseruatur. Apud cæteros verò scriptores nullo penè discrimine omnia hæc confunduntur: Adipisque vocabulum latissimè sumitur, vt etiam ad seuum & pingue extendatur. Exempla passim occurrent. ¶ Effertur autem hoc nomen modò masculino, modò fœmino genere. Plin. lib. 28. cap. 9. Massurius palmam dedisse lupino adipi antiquos tradit: ideo nouas nuptas illo perungere postes solitas, nequid mali medicamenti inferretur. Idem lib. 30. cap. 3. Protinus vel ptisanæ, vel alicæ, vel otizæ cremor dandus est, cum quo recens adeps cocta sit. Sæpius tamen masculinum est.

Adipes plurali numero legimus: quod tamen rarum est. Plin. lib. 8. ca. 36, Illi sunt adipes medicaminibus apti.

Adipale, pen. prod. adiectiuum, Pro pingui. πάνειον. Vnde Festus Adipaleis cœnas sacerdotum vocat, quæ etiam Adiciales dicuntur.

Adiposus, Adipe abundans. παχύδης. In Sacris literis etiam pro diuite accipitur, & opulento, quemadmodum & Adeps pro diuitus: vt anno tauit Hermolaus in Plinium.

Adipatus, ta, tum, Adipem admistum habens. {παχύδης. Ital. *Ingrassato, vnto.* Gal. *Gras, remply de graisse.* Hisp. *Grassiento, lleno de grassa.* } Vnde Iuuen. Sat. 6. Adipata dixit, pro cibis adipis admistione confectis. Liuida materno feruent adipata veneno. Cicero in Oratore, ad orationem transtulit, Adipatámque orationem dixit, pro pingui. Adsciuerç (inquit) suis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus.

Adeptio, Adeptus, Vide ADIPISCOR.

Adequito, as, {προσιππάζω. Ital. *Caualcare d'intorno.* Gal. *Cheuaucher aupres.* Hisp. *Caualcar cerca alguno.* } Arc, iuxta vel prope equitare. Liu. 5. Bel. Macedon. Numidæ adequitare, dein refugere, sed propius saltum paulatim aduehi.

ADERCO, ἀδέρκω. Hispaniæ vrbs est Stephano: cuius ciues dicuntur Adercenitæ, ἀδερκηνῖται.

ADES, à Græcis dicitur inferorum deus, quem nos Ditem & Plutonem appellamus: ita dictus ab ἀ priuatiuo, & ἅδω, videre: propterea quòd in densissimis inferorum tenebris, noctéque profunda perpetuò ages nihil cernere videatur. Nam sine aëris lucidi medio (qui apud inferos nullus est) visio fieri non potest. Græci tamen Grammatici dictionis huius principium contra erymi naturam aspero spiritu scribendum præcipiunt.

ADES, siue Hades, ἅδης, Molossorum rex, cuius filiam nomine Coram apud Acherontem fluuium conatus est rapere Pirithous. Vnde factus est locus fabulæ, Pirithoum ad inferos descendisse, & vxorem Ditis Persephonem, quæ & Cora, κόρη à Græcis dicitur, rapere voluisse. Vide Cælium Rhodig. lib. 7. cap. 15. & Plutarchum in Theseo: qui tamen regem hunc non Adem vocat, sed Aidonem.

Adesdum, ex Ades, quod imperatiuum est, & Dum particula nihil significante. Est enim productio, & adiectio syllabæ: vt Ehodum ad me.

Adespotus, ἀδέσποτος. Nullius dominio subiectus. Vnde ἀδέσποτοι libri vocantur, qui nullum titulo domini nomen profitentur. Et Plutarchus in vita Ciceronis ἀδέσποτον ἐπιγράφω vocat, in qua scriptoris nomen erat suppressum. Adespota bona, ἀδέσποτα χρήματα à Budæo vocantur, quæ quum iustum hæredem non inueniant, ad fiscum deuoluuntur.

Adesse, Vide ADSVM.

Adesurio, is, Valde esurio, {βουλιμιάω. Ital. *Hauer gran fame.* Gal. *Auoir grand faim.* Hisp. *Auer gana de comer.* } Plaut. Adesuriuit magis, & inhiauit acrius lupus.

Adesus, Vide ADEDO.

Adfremo, is, Ad aliquid fremo. {προσβρυχάομαι, ἐπιβρίμαομαι. Ital. *Fremere, mormorare.* Gal. *Groignir, contre quelqu'vn.* Hispa. *Bramar a otra cosa.* } Val. Flac. Argon. 1, Adfremit his, quassátque caput.

Adfringo, is, Ad aliquid frango. προσαγνυμι. Stat. 5. Theb. -pleníque adfingere paruos Vberibus, ferróque omnes exire per annos.

AGANDESTRIVS, Catrorum princeps, Tacit. ad fin. lib. 2. Annal.

Adgemo, is. penult. corr. ui, ἐπιστενάζω. Stat. lib. 11. Thebaid. Flent mœsti retro comites, & vterq; loquenti Adgemit. Oui. 1. Trist. Eleg. 13. Agemit & nostris ipsa carina malis.

Adhæc, siue Adhoc, id est præterea, quasi præter suprà iam dicta. πρὸς τούτοις, ἐπὶ τούτῳ. Cicero pro Flacco, Adhæc prædia incensa, dedicauisti.

Adhæreo, Affixus manco, arctissimè insideo, adhærens sto, approximo. {προσκολλάομαι, προσπήγνυμι. Ital. *Accostarsi, star' appoggiato.* Gal. *Estre pres ou contre quelque chose, se tenir à elle.* Hisp. *Allegarse.* } Cic. 1. Verr. Tela in tuis visceribus adhærebunt. Lact. lib. 5. Quibus postea ejectis, omnes qui sanati fuerint, adhærent religioni, cuius potentiam senserant.

Adhæresco, Adhærens fio, vel idem quod Adhæreo. Cic. Offic. 1. Omninóque iustitiæ, honestatique adhæresceret.

Adhæsio, verbale, Ipse actus adhærendi. {προσκόλλησις. Ital. *Accostamento.* Gal. *Entretouchement.* Hispa. *Allegamiento.* } Cic. 1. de Fin. Et copulationes, & adhæsiones inter se, &c.

Adhæsus, us, pro eodem. προσκόλλησις. Lucret. lib. 3, Nam neque puluerís interdum sentimus adhæsum.

Adhalo, Afflo, aspiro. {ἐμπνέω. Ital. *Aspirare, pigliare fiato.* Gal. *Halener quelque chose.* Hisp. *Soplar, Echar otra cosa.* } Plin. lib. & cap. 22, Nunc quidem, si serpentis cauerna iuxtà fuerit, si patescentes primò adhalauerit.

Adhamo, Idem est quod obligo. {ἁλισφίγγω. Ital. *Pigliare all'hamo.* Gal. *Prendre au filé.* Hisp. *Tomar como con anzuelo.* } Cic. 2. Acade. Qui enim seriùs honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec satis commendati multitudini possunt esse. Hæc Nonius. De cuius sententia doctissimi viderint, videtur enim Ciceronis locum, honores adhamauerunt, sic potius intelligendum, quasi ad capiendos honores aspirarunt. Deducitur nanque aut à nomine Hamus, aut à ficto verbo Hamo, ab hamus, quod catenam, & vncum quo pisces inescantur, significat.

Adhibeo, penult. corr. Appono, admoueo, adiungo, adticio. Et tam ad res, quàm ad personas refertur: habétque penè semper accusatiuum. {προσφέρω. Ital. *Aggiugere.* Gal. *Ioindre à vne autre, mettre pres.* Hisp. *Anadir.* } Cic. 1. Famil. Adhibui diligentiam, quotiescunque Senatus fuit, vt adessem. Terent. Phorm. Nunquam amittam ego à me, quin mihi testes adhibeam. Cic. Famil. 5, Rationes confectæ me absente sunt tecum, ad quas ego nihil adhibui, præter lectionem. Idem Rufo, Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem. Et Famil. 2, Tecum loquere, te adhibe in consilium.

Adhinnio, Propriè est equorum, quum se mutuò conspicientes, audientes, aut olfacientes, hinnitú emittũt. {προσχρεμετίζω. Ital. *Annitrire.* Gal. *Hennir à quelque chose comme font les cheuaux aux iumens.* Hisp. *Relinchar à otra cosa que relincha.* } Ouidius 1. de Arte, Fœmina cornipedi semper adhinnit equo. ¶ Per metaphoram accipitur pro eo quod est alicuius orationem cum plausu excipere, assensúmque nostrum clarâ voce testari. Cicero in Pisonem, Sic ad illius hanc orationem adhinnuit, vt non magistrum virtutis, sed autorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.

Adhorresco, scis, horrui. {ἐμφρίσσω. Ital. *Espauentarse molto.* Gal. *S'espouanter grandement.* Hisp. *Espantarse con miedo.* } Ouid. ad Liuium de morte Drusi, Ipse pater flauis Tiberinus adhorruit vndis. Hoc est valde, horruit, vel ad equitum clamorem horruit.

Adhortor, aris, Idem quod simplex Hortor. {προτρέπομαι, προτρέπτομαι. Ital. *Esbortare, ammonire.* Gal. *Exhorter, admoneſter.* Hisp. *Induzir y attraer con razones.* } Cic. 1. Offic. Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus adhortari. Idem Philip. 4, Sic ego vos ad recuperandam libertatem adhortabor.

Adhortatio, verbale, Idem quod Hortatus, vel admonitio. προτροπή. Cic. 2. de Orat. Omissa nostra adhortatione, adeorum quos proposuimus, sermonem disputationémq;, veniamus.

Adhuc, aduerbium compositum ex Ad, id est Vsque, & Huc; & significat Etiamnunc, Etiamtum, Hactenus, vel Ad hoc tempus. {μέχρι νῦν, ἔτι, πρότερον. Ital. *Fin qui.* Gal. *Encor iusques icy, iusques à present.* Hisp. *Hasta aqui.* } Cicer. Attic. lib. 7. Vnam adhuc à te epistolam acceperam. Et ad Ligar. lib. 6, Ego tamen Cæsari pro re, sicut adhuc feci, supplicabo. Autor ad Heren. lib. 1. ¶ Adhuc pro etiam vel præterea. Quintil. Est adhuc alia in respondendo figura. Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. ¶ Adhuc locorum, eadem figura qua dicimus Vbique locorum, &c. Plaut. in Capt. Vt adhuc locorum feci, faciam sedulò.

ADIABARAE, Populi sunt Aethiopiæ. Plin. lib. 6. cap. 30, Deinde contra Meroën Megabari, quos aliqui Adiabaras nominauere.

ADIABENE, ἀδιαβηνή, Est vltra Armeniam regio, quæ Assyria antè dicebatur, vt placet Plinio lib. 5. cap. 12, Ptolemæus verò, & Strabo Adiabenam Assyriæ portionem faciunt, eámque ad ortum collocant vltra Mesopotamiam. Nomen habet à difficili transitu; ab ἀ priuatiuo, & διαβαίνω, Transeo. Animum enim, qui eam rigant, multitudo, iter reddit impeditum.

Adiaceo, ces, penult. corr. Iuxtà iaceo, adhæreo. {πρόσκειμαι. Ital. *Giacer vicino.* Gal. *Gesir aupres.* Hisp. *Iazer cerca.* } Liuius 2. ab Vrb. Thuscus ager Romano adiacet. ¶ Adiacens insula dicitur quæ est prope ædes non tamen coniuncta contextu ædificiorum. Vlpi. l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infect. Item quid dicemus. si insula adiacens domini vitium fecerit?

Adianoëta, ἀδιανόητα, Sunt quæ verbis aperta occultos sensus habent mystica. Quintil. lib. 8. cap. 2. Nam ἀδιανόητα intelligere declarat.

Adiantum, {ἀδίαντον. Ital. *Capel venere.* Gal. *Capille venerie.* Hisp. *Culantrillo de pozo.* } Herba est quæ aliis nominibus Polytrichon, Callitrichon, & Capillus Veneris appellatur. Vide Plin. lib. 22. cap. 21.

ADIATORIX, ἀδιατόριξ, Meclij cuiusdam Galatiæ Tetrarchæ filius fuit, qui quum apud Heracleam Ponticam, coloniam Romanorum eò missam nocte vna iussu Antonij iugulasset, paulò pòst in prælio Actiaco captus, & in triumpho circunductus, vnà cum filio iugulatus est Strabo. lib. 12.

Adiaphoron, ἀδιάφορον, Cicero vertit indifferens li. 3. de Fin. Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. ¶ Vnde Adiaphoria, ἀδιαφορία, quæ quid sit, vide Cicc. Acad. Quæst. libro 2.

Adiectio, Adiectiuum, Adiectus, Vide ADIICIO.

Adigo, gis, pen. cor. ex Ad & Ago, significat Vi impellere: sicut sectendo adigimus cuneos. ¶ Σφήνας, ἐμφέρω. Ital. *conficcare, fin' entrar per forza.* Gal. *Faire entrer, faire aller entre à quelque chose.* Hisp. *Constreñir ò empuxar.* ¶ Plin. lib. 16. cap. 10. In ipsam arborem clauus ferreus adigatur. Cæs. de Bell. ciu. 3. Tantum abetat à nostro castello, vt telum tormentúmve missum adigi non posset. ¶ Per metaphoram ponitur pro Concitare, impellere. Terent. Adelph. Tu homo adiges me ad insaniam. ¶ Item pro Aliquò ago, hoc est compello, κατηναγκάζω. Idem Eunuch. Noctu te adigent nuptum insomnia. Cicero loco huius verbi, Appello verbo est vius: inquit enim de Diuin. Visum est in somniis pastorem ad me appellere duos consanguineos arietes. ¶ Item pro Cogere: vt Adigere in verba, est cogere quẽpiam vt in verba nostra iuret. Sic Adigere iureiurando, siue ad iusiurandum, ὅρκῳ κατέχω, dicitur, qui conceptis verbis, hoc est arbitrio suo dictatis, alium iureiurando obstringit.

Adactus, participium passiuũ, ἠναγκασμένος, ἠναγκασμένη. Ital. *Constretto.* Gal. *Mis à force, forcé.* Hisp. *Constreñido ò empuxado.* ¶ Vi impulsus. Plin. lib. 16. cap. 40. Et ne sic quidem adactus auelli clauus queat.

Adactio, verbale. ἠναγκασμένη, διάζωσις. Ital. *Constrignimento.* Gal. *Contrainclre.* Hisp. *Empuxon.* ¶ Liu. 2. Bel. Pun. A' Tribunis ad legitimam iurisiurandi adactionem translatum.

Adiicio, cis, penul. corr. ex Ad & Iacio, cum cæteris à Iacio compositis, per duplex ij, nisi in Poëmate, vbi quandoque primam syllabam contingit breuiari. Statius, Fontibus intentas abicit, monstrátque cruorem. Idem. Pectoráque inuisis obicit fumantia muris. Virgil. Tityre pascentes à flumine reice capellas. Ibi enim altera i abiicienda est, ne syllaba longa positione i duplicis consonantis, contra rationem metri corripiatur. In illo itaque Virgilij, His germana malis onerat, atque obiicis hosti, verbum Obiicis gemino ij est scribendum, alioqui prima produci non posset. In præterito verò per vnicum i, scribenda sunt, vbi a in e, mutatur: vt Abieci, Adieci. Significat autem Adiicere proprie, ad aliquid iacere. ἐπιβάλλω, ἐπιτίθημι. Ital. *Aggiungere.* Gal. *Ajouster.* Hisp. *Anadir à otra cosa.* ¶ Cæs. Bell. Gall. 3. Vt neque ex inferiore loco satis commode tela adiici possent. Colu. lib. 12. cap. 16. In lixiuiæ sextarios decẽ, salis tres cyathos adiiciat. Transfertur quoq; interdum ad alia. Sic Adiicere vires, Adiicere autoritatem. ¶ Adiicere animum rei vel ad rem, est animum appellere, adiungere, applicare, προσέχω, ἐπέχω τινὶ τὸν νοῦν, ἢ τὸν λόγον. ¶ Adiicere oculos in aliquã rem, ἐπέχω ὀφθαλμούς. est cupiditate rei visæ teneri. ¶ Adiicere calculum est approbare. Constituitur autem vel cum datiuo, vel cum accusatiuo, & præpositione Ad vel In.

Adiectio, verbale. προσθήκη, ἐπίθλημα. Ital. *Aggionta.* Gal. *Ajoustement, addition.* Hisp. *Anadidura.* ¶ Vitruu. lib. 9. cap. 9. Sinautem cuneorum adiectionibus & deiectionibus correptiones dierum aut crescentiæ non probabuntur, &c.

Adiectiuum, Quasi adiunctiuum, quia substantiuis adiungitur. ἐπίθετον.

Adiectus, huius adiectus, verbale, Idem quod Adiectio. Vitruu. lib. 9. cap. 9. Cuneorum adiectus, aut exemptus in singulis diebus aut mensibus.

Adiiciales cœnæ, Adpaléſque, vocantur sacerdotum, vt patet, ex Festo, Plinio, Seneca, & Macrobio: in his enim multa extra ordinem, iustáq; fercula adiiciebantur. Varro lib. 3. de Re rust. Primus Qu. Hortensius pauones Augurali adiiciali cœna posuisse dicitur.

ADILISTVS, ἀδίλιστος, Mons est Bœotiæ, de quo Plin. lib. 4. cap. 7.

ADIMANTVS, ἀδείμαντος, Nomen viri Atheniensis, fratris Platonis. Laërt. lib. 3. ¶ Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui quum Themistocli exilium obiiceret, Num putas, respondit Themistocles, exulem quempiam esse, qui ducentas habeat triremes? Ex Suida.

Adimo, mis, pe. cor. Aufero. ἀφαιρῶ. Ital. *Torre, portar via.* Gal. *Oster.* Hisp. *Quitar de alguna cosa.* ¶ Terent. in And. Hanc, nisi mors, adimet nemo. Inde Ademptus, ablatus, ἀφαιρεθείς. ¶ Adimere ius verborum in comitiis, est iis suffragandi tollere, & tanquam sexagenarios de ponte deiicere. Nam per pontem suffragia ferebantur. Componitur autem ex Ad & Emo, id est accipio, vt Festus vult.

Ademptio, verbale. Priuatio, ablatio. ἀφαίρεσις. Ital. *Il leuar via.* Gal. *Ostement, priuation.* Hisp. *Quitamiento.* ¶ Cicc. pro domo sua, Id autem vt esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

Adimpleo, Idem quod impleo. ἐμπίμπλημι, προσπίμπλημι. Ital. *Adempire, empire.* Galli. *Emplir.* Hispa. *Henchir de algo.* ¶ Plinius lib. 11. cap. 37. Cochleis oculorum vicem cornicula bina præstenturu adimplent. Verbum rarissimum.

Adindo, is, ere, verbum antiquum, compositum ex Indo, quod & ipsum ex Do est compositum, significat imponere, immittere. ἐνδύω, ἐπενδύω. Ital. *Imporre, aggiungere.* Gal. *Faire entrer, appliquer à quelque chose.* Hisp. *Meter à dentro.* ¶ Cato de re Rust. cap. 18. Orbem olearum latum pedibus quatuor punicanis coagmentis facito crassum digitos sex, subscandas lineas adindito.

Adineo, nis, penulti. corr. adiniui, adinitum, Id est in aliquid, vel iuxta mitto. ἐνωθέω. Colu. lib. 5. Quum fenula fuerit enata, eam fundito, & in medullam eius nucem Græcam vel auellanam abscondito: & ita adinito. Hæc Calepinus, corruptis exemplaribus, vt plerisque aliis in locis deceptus. Nam in citato Columellæ loco emendatiores codices Adobruito habent, non Adinito.

Adinstar, Idem quod instar. ἴσα, κατὰ ἴκελα. Ital. *In guisa.* Gal. *A la comparaison, à l'equipollent.* Hisp. *A semejança.* ¶ Ad enim (vt Valla scribit) redundat. Primus autem Serenus Lyricus hanc dictionem vsurpasse fertur. Vtitur ea & Politianes in Miscel.

Adinuenio, is, ire, Idem quod inuenio, aut comminiscor. παρεύρισκω. Ital. *Trouare.* Gal. *Trouuer.* Hisp. *Hallar.* ¶ Plaut. Curc. Iam huic voluptati hoc adinuentum odium est. Cicc. 2. de Natu. deor. Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos.

Adipale, Adipatum, Vide ADEPS.

Adipiscor, sceris, ex Ad & Apiscor, quod non est in vsu, à quo Aptus participium videtur fuisse, Vnde Adeptus. Festus, Aptus, cum propria significatione intelligitur: ponitur tamen solet pro Adepto: sicut Apisci, pro Adipisci, Nonius de priscis dictionibus. Lucil. lib. 26. Vt ego effugiam, quod ego te in primis cupere apisci intelligo. Dicitur etiam Apiscor, scaris. Lucil. Magnam inde apiscatus infamiam. Inde etiam Indipiscor, quod significat assequor. Plaut. tamen in Aulularia, Indipisces, in actiua voce dixit. Adipiscor igitur, quoniã plenius sonat quam Apiscor, in vsum venit, & significat quandoque consequor siue obtineo. περιλαμβάνω, τυγχάνω, προσκτῶμαι. Ital. *Assequire, acquistare.* Gal. *Acquerir, obtenir, attaindre.* Hisp. *Alcançar lo disseado.* ¶ Lib. 4. ad Herenn. Hæc omnia adipiscemur, si rationes præceptionis diligentia consequemur, & exercitatione. Plaut. in Trin. passiuè dixit, Non ætate, verùm ingenio adipiscitur sapientia. ¶ Aliquando significat Conuenio, peruenio, quãdo scilicet cum persona iungitur. Plaut. in Epid. Dij immortales infœlicitẽt te, vt tuis grandibus gradibus. Nam vt ad portum te conspexi, cutriculò occepi sequi, vix adipiscendi potestas modò fuit. Cicc. Nam medio itinere cum adeptus amplexus sum, hoc est, cũ medio itinere ad eum peruenissem.

Adeptus, ta, tum, Assecutus, acquisitus, inuentus. ἐπιτυχών. Ital. *Acquistato.* Gal. *Acquis, trouué.* Hisp. *Alcançado.* ¶ Plini. lib. 7. cap. 24. Tam multis gloriam eius adeptis. Cicc. de Senect. passiuè promtit, Quam vt adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adeptam. Actiuè & passiuè sumitur.

Adeptio verbale, Idem quod consecutio. ἐπιτυχία. Cicer. 1. de Finib. Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus.

Adiposus, Vide ADEPS.

Adipsatheon, ἀδιψάθεον, ἢ ἀσπαλάθη. Frutex est surculosus, multis spinis horrens, qui ad Istrum, & in Nisyro, Syria, & Rhodo nascitur, quóque ad vnguentorum spissationem olim vtebantur. Aliis nominibus Aspalathus, Erysisceptron, Dipsacon, & Diaxylon nominatur. Ruellius putat idem esse, quod hodie in officinis Lignum Rhodium appellatur. De hoc Plin. lib. 24. cap. 13. & Dioscor. lib. 1. cap. 19.

Adipsa, ἄδιψα. Dicuntur quæque medicamenta sitim aut extinguentia, aut obrepere prohibẽtia: quemadmodum Alima, ἄλιμα, quæ fami obsistunt. Vtrorumque meminit Plutarch. in conuiuio septem Sapient.

Adipsos, ἄδιψος, Species est palmæ viridis, odore mali cotonei, nullo intus osse. Nascitur in Aegypto, simillimum myrobalano, in vnguentis vsum habens. Dicitur & Phœnicobalanus, vbi maturuerit, teste Plin. lib. 12. cap. 22. ¶ Est præterea Adipsos radix olim in Scythia, hodie etiam in agro Franconiensi nascens, quam à dulcedine Glycyrrhizam appellant. Vulgus corrupto vocabulo *Liquiritiam* vocat. Vide eundem lib. 22. cap. 9.

Adiudico, cas, Per sententiam & iudicium tribuo, assignóve. ἐπιδικάζω, ψηφίζομαί τινι. Ital. *Attribuire, assegnare per sentenza.* Gal. *Aiuger.* Hisp. *Atribuir y dar algo por sentencia.* ¶ Cicer. ad Attic. lib. 4. Nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adiudicata. Huius contrarium est Abiudicare, ἀποδικάζω. ¶ Refertur quoque aliquando ad alias res extra forum decernendas. Plaut. in Menech. Adiudicato, cum vtro hanc noctem fiet. Cicc. ad Attic. 1. Salutem mihi imperij atque orbis terrarum adiudicauit, id est iudicauit me imperio Romano atque orbi terrarum salutem attulisse.

Adiugo, gas, pen. cor. Id est coniungo, ad aliquid iungo, quasi ad iugum annecto. ἐπιζεύγνυμι. Ital. *Accoppiare, attaccare.* Gal. *Accoupler, attacher.* Hisp. *Ayuntar vna cosa à otra.* ¶ Pacuuius per translationem posuit pro addo, vel adiungo. Mater est terra, ea parit corpus, anima mater adiugat voluntatem.

Adiumentum, Vide ADIVVO.

Adiungo, gis, Alligo, annecto, addo, coniungo, adhibeo, apto, accommodo. προσδέω, συνζεύγνυμι. Ital. *Aggiongere, accoppiare.* Gal. *Ajouster, ajoindre.* Hisp. *Anadir, ayuntar.* ¶ Cicc. 1. de Orat. Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxit. Terent. in And. Vt animum ad aliquod studium adiungant.

Adiunctio verbale. ἐπίζευξις, προσθήκη. Itali. *Aggionta.* Gall. *Ajoustement.* Hisp. *Anadidura.* ¶ Cicc. de Finibus, In quibus nulla est virtutis adiunctio.

Adiũctor. ἐπιζευκτήρ, ἐπίζυγος. Ital. *Colui che aggionge, ò mette.* Gal. *Ajoigneur, celuy qui ajoint.* Hisp. *Ayuntador.* ¶ Cicc. Attic. lib. 8, Ille Galliæ victoriæ adiunctor.

Adiunctus, nomen ex participio. προσθετός. Ita. *Aggionto, acceppiato.* Gal. *Ajoint ajoustè.* Hisp. *Anadido, ayuntado.* ¶ Cic. pro Cluent. Accusarim iam reliqua Iudices dicam, vt ad ea quæ propiora huius causæ, & adiunctiora sunt, perueniam.

Adiurgium, Idem quod iurgium vel obiurgatio. ἐπιπληκτικὸς, ἐγκλήσις. Ital. *Contentione, questione.* Gal. *Noise, question.* Hisp. *Rencilla.* ¶ Plaut. in Menæch. Nec pol filia vnquam accersit patrem Ad se, nisi quid commissi adiurgij est causa.

Adiurgo, as, are, Valde obiurgare. ἐπιτιμῶ, ἐγκαλῶ. Ital. *Fortemente riprehendere, & toccare in sul vino.* Gal. *Tencer & reprendre.* Hisp. *Reñir.* ¶ Plautus, At pol quin certa res est adiurgare hanc, &c. Budæus.

Adiuro, ras, penult. prod. Valde iuro. ἐπομνύω. Ital. *Giurare con efficacia.* Gal. *Iurer fort & ferme.* Hispanicè, *Iurar apressiuo.* ¶ Terent. in Heaut. Sanctè adiurat non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. ¶ Adiurare, est incantationibus dæmones eiicere. ἐξορκίζω. Lactantius lib. 4. Quanto terrori sit dæmonibus hoc signum, sciet qui viderit, quatenus adiurati per CHRISTVM de corporibus quæ obsederint, fugiant.

Adiuuo, as, pen. cor. Opem fero. βοηθέω. Ital. *Adiutare, giouare, dare aiuto.* Gal. *Aider, secourir.* Hisp. *Ayudar.* ¶ Terent. in Phorm. Qui me dudum, vt dixti, adiuuerit comiter.

Adiutor, pen. prod. nomen verbale. βοηθός. Ital. *Chi porge aiuto.* Gal. *Celuy qui aide.* Hisp. *Ayudador.* ¶ est, pro auxiliatore, participe, socio. Cicer. de Amic. Adiutor his contra patriam inuentus est nemo. Donatus existimat Adiutorem de re bona dici, impulsorem de mala. Vnde illud Terentij in Adelph. Postremò hodie in psaltria ista emunda adiutor fuit, Ironicès dictum idem annotauit.

Adiutorium, Dicitur officium illud, quod ab adiutore præstatur. βοήθεια. Ital. *Aiuto.* Gal. *Aide, secours.* Hisp. *Ayuda.* ¶ Asinius Pollio apud Suet. de Clar. Orat. In eam rem adiutorium ei fecit maximè quidam. Valer. Max. Adiutorio deorum immortalium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adiumentum, idem quod auxilium. βοήθημα. Cic. 1. Offic. Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarũ. Adiumẽto esse alicui. Cic.

Adiuto, tas, pen. prod. Frequentatiuum ab Adiuuo, quod etiam pro primitiuo accipitur. βοηθῶ. Vt in versu Ennij apud Cicero. de Senectu. O Tite, siquid ego adiuto.

Adlaboro, vide ALLABORO.

Ad limina seruus, vide LIMEN.

Adlino, vide ALLINO.

Ad liquidum, vide LIQVIDVS.

Adlubesco, vide ALLVBESCO.

Admando, Significat alicui quicquam curandum committo. ἐπιτρέπω, προστάττω. Ital. *Commettere ad alcuno.* Gal. *Donner charge.* Hisp. *Encomendar.* ¶ Plaut. in Pœn. Reuertor rursus denuo Carthaginẽ, siquid admandare vultis, aut curarier: argentum mihi qui dederit, nugas egerit.

Ad manum, vide MANVS.

Admetior, iris. Idem quod simplex metiri. ἐπιμετρέω τινι. Ital. *Misurare.* Gal. *Mesurer.* Hisp. *Medir.* ¶ vt, Admetiri militibus frumentum. Cice. 5. Verr. quod Græci dicunt νεμεδάσσω. Liu. 5 Bell. Macedo. Frumentum ab Aetolis, quod militi admetiatur.

ADMETE, huius Admetes, Ἀδμήτη, pen. prod. Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

ADMETVS, pen. prod. Ἄδμητος. Suidæ. Thessalorum rex fuit, cuius armenta nouem annos Apollinem pauisse ferunt, quum ob interfectos Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus Aesculapius filius eius erat necatus, Olympo depulsus, humana specie apud mortales exularet: à quo quum perhumaniter tractarentur, ad referendum patrono beneficium, à Parcis impetrauit vt quum fatalis eius dies adesset, hac lege mortem effugeret, siquis repetiretur qui illius vice mortem oppetere vellet. Quod quum amici omnes recusarent, vna Alcestis vxor vitæ suæ dispendio mariti vitam redemit. Qua defuncta stitulæ quædam & lugubres næniæ decantabantur assiduè apud Admetum tanti beneficij memorem, donec mota Proserpina remisit Alcestidem: aut, vt quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco hanc ad superos reduxit. Hinc locus factus Prouerbio, Admeti næniæ, Ἀδμήτου μέλος. quod accõmodari potest ad orationem querulam ac miserabilẽ, aut ad cantiones faciles & illaboratas, nimirum quales oportet esse, quæ inter pocula canũtur, & ex tẽpore. Callimachius tamen contra receptũ Poetarũ consensum, ita scribit in Hymno Apollinis, Φοῖβον, φησὶ Νόμιον κικλήσκομεν Ἐξεπίτ' Ἀμφρύσῳ ζαχρήσατο ποιμένι ἵππους, Ἔστιβε, τὸν ἴρην κικλήσκομεν Ἀδμήτοιο. Hoc est, Phœbum & Nomium vocamus, ex quo sub Amphryzo ingales pascebat equos, Deo similis Admeti amore accensus.

Adminiculor, aris, Propriè est, adminicula, hoc est pedamenta fulcien. darum vitium, aut tenellarum arbusculariun causa erigo. ὑποστηρίζω. Ita. *Sostenere, aiutare.* Gal. *Appuyer, estaier, soustenir, aider.* Hisp. *Sostener, ò ayudar.* ¶ Cice. 5. de Fin. Quæ sit scientia atq; ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, adminiculetur. ¶ Per translationem etiam accipitur pro adiuuo, βοηθῶ. Pro quo etiã legitur Adminiculo, vocẽ actiua. Cato de lib. educ. Quoad potui, adminiculaui tuam voluntatem in scribendo.

Adminiculatus, nomen ex participio γεγομφωμένος. Gell. lib. 20. cap. 11, Sed eius generis, seminisq; sint, ex quo facilè adolescant, aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertior.

Adminiculum, li, Propriè idem est quod pedamentum, hoc est palus sustinendis vitibus, tenellisve arboribus accommodatus. ὑπόστημα. Ital. *Sostenacolo.* Gal. *Appuy, soustenement.* Hisp. *Sostenemiento.* ¶ Cic. de Senec. Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, & religatio, & propagatio vitium. ¶ Per translationẽ idẽ valet quod auxilij, siue præsidij. βοήθεια. Cice. 3. Offic. Hanc igitur partem explebimus nullius adminiculis.

Administer, Qui ministrat aut iuuat in aliquo, vel etiam alicui opem præbet. ὑπηρέτης. Ital. *Ministro.* Gal. *Ministre, seruiteur.* Hisp. *Seruidor.* ¶ Cic. 3. de Legib, Iouique opt. max. se consiliarium atque administrum datum. Idem pro Quintio, Administri & satellites Sext. Næuij.

Administro, as, are. Propriè idẽ est quod procuro, guberno, gero, obeo. διοικῶ. Ital. *Gouernare, procurare.* Gal. *Administrer, auoir maniment.* Hisp. *Administrar y seruir à otro.* ¶ Cice. 1. Officio. Sine seueritate administrari ciuitas non potest. Idem 1. de Natu. Deo. Deorum mente ac ratione mundum administrari, ac regi. Cæsar. Bel. Gal. lib. 7. Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit.

Administrator, verbale, Qui rem aliquam administrat & gubernat. διοικητής. Ital. *Ministro che deue fare qualche maneggio.* Gal. *Celuy qui a le maniment de quelque chose.* Hisp. *El que ministra y sirue a otro.* ¶ Cic. 1. de Orat. Qui quũ esset constitutus administrator belli gerendi.

Administratio, Actus ipse administrãdi. ὑπηρεσία. Ital. *Ministerio, maneggio.* Gal. *Administration, maniment.* Hisp. *Obra de seruir à otro.* ¶ Cice. ad Lent. In sententiis senatoriis, & in omni actione atque administratione Reipublicæ floruissemus.

Administratiuus, a, um, adiectiuum. πρακτικός. Quintil. lib. 2. cap. 18, Si tamen vna ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius vsus actu continetur, atque est in eo frequentissima, dicatur actiua vel administratiua.

Admiror, aris, Idem quod miror, aut valde miror. θαυμάζω. Ital. *Marauigliarsi.* Gal. *Admirer, s'esmerueiller.* Hisp. *Marauillarse de alguna cosa.* ¶ Cice. ad Atticum, lib. 6, Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. ¶ Admirari aliquem, est venerari, suspicere, quod & Græci θαυμάζειν dicunt. Cice. 4. Academ. Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui, qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me, quem & admiror & diligo.

Admirandus, Admiratione dignus. θαυμαστός. Ital. *Degno di ammiratione,* Gal. *Digne d'admiration.* Hisp. *Digno de admiracion.* ¶ Virg. 4. Georg. Admiranda tibi leuium spectacula rerum.

Admirator. θαυμαστής. Ital. *Chi si marauiglia.* Gal. *Admirateur.* Hisp. *El que se marauilla.* ¶ Quint. lib. 1. cap 5, Admirator nimius antiquitatis.

Admiratio. θαῦμα, θαυμασμός. Ita. *Marauiglia, stupore.* Gal. *Merueille, esbahissement.* Hisp. *Marauilla.* ¶ Cic. 4. de Finib. Quid autem habent admirationis, quum propè accesseris? ¶ Admirationem mouere, efficere, In admirationem traducere, Admiratione affici.

Admirabilis, is, Admiratione dignus. θαυμαστός. Ital. *Mirabile, stupendo.* Gal. *Admirable, merueilleux.* Hisp. *Marauilloso.* ¶ Cic. 3. de Fini. Verum admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo.

Admirabilitas. denominatiuum ab Admirabilis idem quod Admiratio. θαυμαστότης. Cice. de Natu. Deor. lib. 2, Vides quanta sit admirabilitas cælestium rerum. Idem in Offic. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.

Admirabiliter, aduerbium. θαυμαστῶς. Ital. *Marauigliosamente.* Gal. *Merueilleusement.* Hisp. *Marauillosamente.* ¶ Cice. 4. Tuscul. Nimis admirabiliter, nimisque magnificè dicere videntur.

Admisceo, sces, scui, admistum, siue admixtum, est rem aliquam cum alia miscere. ἐπιμίγνυμι. Ital. *Meschiare vna cosa con l'altra.* Gal. *Mesler ensemble.* Hisp. *Mezclar vno con otro.* ¶ Colum. lib. 12. cap. 13. Cice. 2. Tuscul. Veruntamen versus ab his admisceri orationi. Terent. in Heaut. Ita isthæc tua misceto, ne me admiscea5.

Admistio, verbale. μῖξις. Ital. *Mistura.* Gal. *Mestange.* Hisp. *Mezcladura.* ¶ Cice. de Senect. Animus omni admistione corporis liberatus.

Admitto, tis, Approbo, recipio, intromitto, & tam ad res, quàm ad personas refertur. εἰσπέμπω, προσίεμαι. Ital. *Riceuere, introdurre, accettare.* Gal. *Donner entrée, receuoir, accepter.* Hisp. *Recebir para si.* ¶ Iuuen. Satv. 6, Iam fas est, admitte viros, dormitat adulter. Cice. 3. Phil. Salutatum veniebant, admissus est nemo. Martial. lib. 4, Ante fores stantem dubitas admittere famam? Huc pertinet quod Sallustius dixit, Nõnue emori per virtutem præstat, quàm hanc vitam miseram atque inhonestam, vbi alienæ superbiæ ludibrio fueritis, per dedecus admittere: id est acceptare vel sustinere, προσίεσθαι. ¶ Interdum ponitur pro facere, committere: vt, Admittere scelus, Admittere fraudem. Cice. pro Rab. Rabirius fraudem capitalem admisit. ¶ Admittere equum dicimus, quum laxas ei habenas permittimus, & ad cursum incitamus. Vnde equus admissus, dicitur equus celer & ad cursum incitatus. Ouid. de Ponto, Non nocet admisso subdere calcar equo, pro quo imperiti suppositum fuerunt Amisso. Cæs. bel. Gal. 1, Considius equo admisso ad eum accurrit. Liui. bel. Pun. 5, Signum equitibus datũ est vt in hostẽ admitterent equos. ¶ Admittere. Est marem fœminæ, vel fœminam mari admouere. Colu. lib. 7. cap. 2, Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros transtulit, & mansuefactos tectis ouibus admisit.

Admissarius equus, Qui ob sobolem procreandam ad equam admittitur. ἐπιβάτης, ὀχεύτης. Ital. *Stallone.* Gal. *Estallon.* Hisp. *Garañon de las yeguas.* ¶ Colu. lib. 6. ca. 27, Democritus præcipit, vt quum progenerari marem velimus, sinistrum testiculum admissarij lineo funiculo, alióve quolibet obligemus. ¶ Apud Ciceronem in Pison. ponitur pro homine libidinis peruagatæ, & ad omnium fœminarum luxuriam exposito. Itaq; admissarius iste, inquit, simul atque audiit voluptarem, &c.

Admissio, verbale, ἐπιδοχή. Plin. in Panegyr. An quisquam studia humanitatis professus, non cum omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem? Hoc est, quòd facilè quemlibet admittis ad colloquium. Habebant autem Veteres primas & secundas admissiones. Quod etiam hodie seruatur in aulis principum. ¶ Est & admissio, ὀχεία, idem quod Admissura de quo infra. Varro de Re rustica, lib. 2. cap. 7. Horum fœturæ initium admissionis facere oportet ab æquinoctio, &c.

Admissionales, dicuntur ij, quorum officium est admittere aulicos intra cubiculum ad principem salutandum. θυρωροί. Ital. *Portieri, Portinari, Scieri.* Gal. *Huissiers, portiers.* Hisp. *Porteros.* ¶ Lamprid. in Alex. Salutaretur quasi vnus de Senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis. Vox est insolens, & noua, scriptoribúsque classicis minime vsitata.

Admissura. ὀχεία. Ital. *Il tempo di dare i maschi alle femine.* Gal. *Quand on baille le masle à la femelle.* Hisp. *El tiempo de echar garañon.* ¶ Tempus, & actio ipsa, qua mariti gregum admittuntur ad coitum, fœturæ causa. Statius, Expectatur equus, cuius de stemmate longo Felix demeritos habet admissura parenteis. Colu. lib. 6. cap. 28, Matrem putant minorem trimo non esse idoneam admissuræ.

Admodulor, aris, Simul modulor, accino. ἐπᾴδω, προσμελῳδῶ. Ital. *Cantare insieme.* Gal. *Chanter auec.* Hisp. *Cantar suauemente en vno.* ¶ Claudianus in Epithalamio Honorij & Mariæ, Et Padus electriferis admodulatur alnis.

Admodum, penul. cor. aduerbium. Id est valde, quasi dicas, supra modum. μάλιστα. Ital. *Grandamente.* Gal. *Grandement.* Hisp. *Muy mucho.* ¶ Plin. lib. 20, Huius cucurbitæ commanducatæ succus, stomacho admodum prodest. ¶ Quandoque significat aliquantulum siue satis: quasi secundum rationem. Liuius 1. ab Vrbe, Iam mitigati admodum animi raptis erant.

Admœnio, is, iui. ἐπολορκέω. Ital. *Gittare le mura à terra.* Gal. *Abattre les murs.* Hisp. *Derribar los muros.* ¶ Plaut. in Pseud. Hoc ego oppidum admœnire, vt hoc die capiatur, volo. Plautus finxisse videtur pro Obsidere.

Admolior, liris, Admoueo: propriè dicitur de rebus magnis, aut arduis. ἐπιτρέπω. Plautus Asin. Vbi sacro manus tis admolitus. Curtius, Velut de industria rupes præaltas admolita natura est.

Admoneo, nes, penul. corr. Idem quod moneo, siue commonefacio. ὑπαινίσσω, παραμυθέομαι. Ital. *Ammonire.* Gal. *Admonnester, remonstrer.* Hisp. *Amonestar.* ¶ Construitur autem vel cum accusatiuo. Cice. 9. lib. Epist. Caninius me tuis verbis admonuit, vt ad te scriberem. Vel cum duplici accusatiuo. Idem ad Quint. Fr. Illud te admoneo. Vel cum præpositione De. Idem Famil. 4. Putaui ea de re te esse admonendum, Vel cum genitiuo. Liuius ab Vrbe 5, Aduersæ deinde res admonuerunt religionum.

Admonitio, verbale, παραίνεσις. Ital. *Ammonitione, auiso.* Gal. *Amonestement, auertissement.* Hisp. *Amonestation.* ¶ Cice. 2. de Orato. Tum obiurgatio si est auctoritas: tum admonitio, quasi leuis obiurgatio. Admonitio morbi, quasi memoria & reliquiæ morbi.

Admonitus, us, idem Cic. 5. de Fin. Plin. lib. 24. cap. 17. Sed veteris Prouerbij admonitu, Viuorum memini.

Admonitor, pen. corr. παραινέτης. Ital. *Ammonitore.* Gal. *Amonnesteur.* Hisp. *Amonestador.* ¶ Cic. in Topic. Etsi admonitore non eges.

Admonitum, i, pen. cor. substantiuum, παραίνεμα. Cic. 2. de Orat. Admonita tractanda disertissimè.

Admonitus, a, um, partici. πεπαρακλημένος. Qui admonetur. Ouid. 6. Metamorph. Ad matrem veniebat Iris: quid posset, ab illo Admonita est.

Admordeo, es, admordi, ἐπιδάκνω. Ital. *Mordere*. Gal. *Mordre*. Hisp. *Morder*. Manus quidam est quam mordere, & quasi abrodere. Virgil. 2. Georg. Et admorso signata in stirpe cicatrix. Vbi Seruius, Admorso participiū est ac si diceres, abroso. ¶ Per translationem est corradere & damno afficere. Plaut. Perf. Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos, aridos, atidos bene admordere, qui alium seruo obstringant cum fide.

Admoueo, ues, penul. cor. Admoui, Admotum, Iuxta moueo, appono. προσφέρω. Ital. *Porre appresso*. Gal. *Approcher pres*. Hisp. *Arrimar vna cosa à otra*. Cic. 3. Tusc. Fasciculum ad nares admouebis, incendes odores. Virg. 3. Aeglog. Needum illis labra admoui, sed condita seruo.

Admotus, participi. προσπελασθείς. Plin. lib. 2. cap. 9, Sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus.

Admotio, onis, verbale. προσίσις, εως. Ital. *Auicinamento*. Gal. *Approchement*. Hisp. *Arrimadura à otra cosa*. Cic. 2. de Natu. deor. Ad neruorum eliciendos sonos, ac tibiarum, apta manus est admotione digitorum.

Admotus, us, ui, πρόσπτωσις. Idem quod admotio, Plin. lib. 24. cap. 11, Ciet menstrua admotu.

Admugio, is, ire, iui, itum, antepenult. long. Propriè de bobus dicitur, quum aliorum mugitibus respondent. προσμυκάομαι. Ital. *Mugiare*. Gal. *Contrebeugler, mugler apres vn autre*. Hispa. *Bramar*. Ouid. lib. 1. de Arte amandi, Mollibus in pratis admugit fœmina tauro, Fœmina cornipedi semper adhinnit equo. Senec. in Hercul. Oet.

Admurmuro, as, Orationem dicentis cum murmure excipio: quod fit, quum aut orationem eius submisso murmure improbant auditores, aut simili susurratione ea agnoscere præ se ferūt, quæ recitē ab illo dicuntur. ἐμμορμύρω. Ital. *Mormorare*. Gal. *Murmurer de quelque chose*. Hisp. *Murmurar*. Cic. 7. Verr. Memoria tenetis, iudices, quàm valde vniuersi admurmurarint, quàm palàm principes contradixerint. Idem Attic. lib. 1, Idque admurmurante Senatu, neque me inuito actum est.

Admurmuratio, verbale, ψιθυρισμός. Ital. *Mormoratione, murmorio*. Gal. *Murmure*. Hisp. *Murmuracion*. Cicer. pro lege Manilia, Vestra admurmuratio facit, Quirites, vt agnoscere videamini qui hæc fecerint. Idem ad Qu. Fratrem, Clodium accusaui multis & secundis admurmurationibus cuncti Senatus.

Admurmuratum est, impersonale. Cicer. 2. de Orato. Quum esset admurmuratum.

Admutilo, as. Idem quod simplex Mutilo, plagis videlicet afficere, & torquere. ἀκρωτηριάζω, πηρόω. Ital. *Troncare, mozzare*. Gal. *Amutiler*. Hisp. *Desmembrar o cortar miembro*. Plaut. in Perſa. Me vsque admutilasti ad cutem.

Adnascor, eris. Propriè est nasci in re aliqua præter id quod ei naturale & proprium fuerat. προσφύομαι. Ital. *Nascere vicino*. Gal. *Naistre auprez*. Hisp. *Nacer cerca otro*. Dentes adnasci, Gell. lib. 3. cap. 10. Plin. lib. 16. ca. 44, Viscum autem in quercu, robore, ilice, primo sylvestri, terebintho, nec aliis arboribus adnasci. Vide AGNASCOR.

Adno, as. Est natando aliquò peruenire. προσνήχομαι. Ital. *Natare ad'o inuerso in luogo*. Gal. *Nager iusques à quelque chose*. Hisp. *Nadar hasta otra cosa*. Cæs. 2. Bell. Ciuil. Quibus rebus accidit, vt pauci milites patresque familiæ, qui aut gratia, aut misericordia valerent, aut naues adnare possent recepti in Siciliam incolumes perueniunt. Liu. 8. Belli pun. Multique adnantes nauibus. Virg. 6. Aeneid. Paulatim adnabam terræ.

Adnato, adnatas, frequentatiuum. προσνήχομαι. Idem quod primitiuum Adnare. Plin. lib. 8. cap. 25, Itaque ei vni insulæ crocodili nō adnatant.

Adnoto, Vide ANNOTO.

Adnicto, as. ἐπιλαμπάνω, ἐπιλείω. Ital. *Cennare, far cenno con gli occhi ad alcuno*. Gal. *Ciller à quelcun, luy faire signe des yeux*. Hisp. *Hazer señal con los ojos*. Fest. Adnictat sæpe, & leuiter, oculo annuit. Naeuius in Tarentilla, Alij adnutat, alij annictat, alium amat, alium tenet.

Adnubilo, as, pen. cor. συννεφόω. Ital. *Annuolarsi*. Gal. *S'obscurcir de nuees*. Hisp. *Anublar, ò hazer nublado*. Stat. lib. 5. Sylu. Et velis adnubilat aura secundis.

Adnutrio, is, ire, Iuxta aliquid nutrio. ἐπιτρέφω. Ital. *Nutrire appresso*. Gal. *Nourir pres*. Hisp. *Criar cerca*. Plin. lib. 17. cap. 23. Singulis denas sæpe adnutriunt vites, id est, iuxta singulas arbores.

Adobruo, Idem quod obruo. καταχώννυω. Ital. *Sotterrare*. Gal. *Couurir du tout, & quasi enterrer*. Hisp. *Enterrar*. Colu. lib. 2. ca. 11. Minimis atattis proscindunt, atque ita iaciunt semina, & sarculis adobruunt.

Adoleo, les, pen. corr. adoleui, & adolui, adultum, (vt Nonius scribit) verbum propriè sacra reddentium, quod significat votis aut supplicationibus numen auctius facere, cremare, & quasi odorem diis prebere. ἐμπυρεύω, ἐπαύξω. Ita. *Cremare, crescere, aumentare*. Gal. *Faire croistre, mettre au feu, brusler*. Hisp. *Encender, ò crescer*. Virg. in Pharmaceutria, Verbenasq; adole pingues, & mascula thura. ¶ Quoniam verò sacrificium igni fieri consueuit, Adolere pro vrere, siue igni imponere capitur, καίω. Vatr. Quum intestina adoleuissent, partim diis obtulerunt, partim ipsi consumpsere.

Adolesco, is, adolui, & adoleui, adultum ab Adoleo, significat ætate augeri, id est ætate crescere. ἡβάσκω. Ital. *Crescere in eta*. Gal. *Croistre & deuenir grand*. Hisp. *Crescer*. Cicero in Salust. Adolescentia demonstrata, facile intelligitur, quàm petulanti puritia tam impudicus & procax adoleueris: id est ad adolescentiam perueneris. ¶ Et non solùm de hominibus, sed de brutis quoque & stirpibus dicitur. Cic. de Senect. Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. Virg. pro In sacrificiis incendi posuit, Adolescunt ignibus aræ.

Adolescens, Homo dicitur, quandiu in longitudinem corporis crescit, & primam lanuginem producere incipit: id quod fit ab anno duodecimo vsque ad annum vicesimumprimum: quo tempore Ephebus dicitur, & quum percreuit, Adultus, siue Ex ephebis excessisse. νεανίσκος, μειράκιον. Ital. *Giouanetto*. Gal. *Iouuenceau*. Hisp. *Mozo ò moça mientres crece*. Terent. in Andr. Nam postquam ex ephebis excessit. Cicero etiam in fœminino genere extulit, pro puella, quæ nondum peruenit ad iustum incrementum. Publij (inquit) Africani filia adolescens.

Adolescentulus, & Adolescentula, diminutiua. τὸ μειρακιον, ἡ παρθενικη. Cicer. 1. de Natur. Deor. & Terent. in Andr.

Adolescentia, est prima ætas post pueritiam. ἡβη. Ital. *Adolescentia*. Gal. *Adolescence, ieune age*. Hisp. *Mocedad*. Cicer. de Senectu. Quid enim citius adolescentiæ senectus, quàm puritię adolescentia obrepit? Adolescentia, flos ætatis. Cicer. in Topic.

Adultus, Qui creuit ad iustam staturæ suæ altitudinem. ἀνδρώδης. Ital. *Cresciuto. Boccatio, vn giouanetto cresciuto*. Gal. *Parvenu*. Hisp. *Crescido*. Vnde iuuenes dicuntur Adulti, qui in flore ætatis sunt positi. Ité virgo adulta, quæ viro matura est, & plenis nubilis annis. Cicer. de Clar. Orator. Eamque tueamur, vt adultam virginē, castè. Virg. 4. Georg. de apibus, -aliæ spem, gentis adultos Educunt fœtus. Vbi Seruius, Educunt adultos, hoc est educendo adultos facium. Transumitur etiam ad inanimata. Cicer. de Clar. orator. Thucydides, & Pericles, qui tum non nascentibus Athenis, sed adultis fuerunt. ¶ Adultus item participium pro crematus. κατακαυθείς. Antias in 74. Eò omnes hostiæ, vituli 27. coniecti & ita omnia adulta sunt. Ex Prisc. lib. 9.

Adolescentior, tiaris, Significat luxurio. πορνεύομαι. Varro. Id quidem vt facias censeo, quoniam tu quoque adolescentiaris.

Adolescenturio, Adolescentium more facio, siue in adolescētiam redeo. μειρακιεύομαι. Laberius, Incipit adolescenturire, & nescio quid nugarū facere. Verbum est nouum, vt pleraque alia à Laberio adinuenta.

Adolescbia, ἀδολεσχία. Garrulitas dicitur, vel futilis loquacitas. ἀδολεσχέω enim nugari significat, & multa importunè deblaterare.

Adolescbus, ἀδολέσχης, vel ἀδολέσχος, nugator dicitur.

Adonai, ἀδωναί. Nomen Dei apud Hebræos, quod generaliter interpretatur Dominus, quòd dominetur creaturæ cunctæ.

ADONIS, nis, & nidis, ἄδωνις, pen. prod. Nomen proprium filij Cinyræ Cyprioru regis, & Myrrhæ, quem ob formæ excellentiam Venus in deliciis habuit. Hic apri dente sub inguine percussus, interfectúsque, à Venere in florem anemones herbæ, qui sanguinis colorem imitatur, dicitur conuersus: referente Theocrito & Nicandro. Quod etiam satis innuit Ouidius ad finem lib. 10. Metamorph. his versibus, -nec plena longior hora Facta mora est, quum flos de sanguine concolor ortus,

Qualem, quæ lento celant sub cortice granum, Punica ferre solent: breuis est tamen vsus in illo. Nanque malè hærentem, & nimia leuitate caducum Excutiunt, iidem, qui perflant omnia, venti. Hieronymus in Ezechielem sic habet, Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo Thamnaz vocat. Vnde quia iuxta gentilem fabulam in mense Iulio, amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundem Iulium mensem eodem appellant nomine, & anniuersariam ei celebrant solennitatem, in qua plangitur quasi mortuus: & postea reuiuiscens canitur, atque laudatur. Vnde apud Ezechielem Prophetam legitur, Ecce ibi mulieres sedebant, plangētes Adonidem. Vbi intelligi vult fuisse idolatriam celebratam in honorem Adonidis. Macrobius accepit Adonidem pro sole. Moschopulus ἄδωνις nomen ab ἀδω, quod est cano, deriuatam putat. De eodem festiuissimè Theocritus ἐιδύλλιον & κῆπος Ἀδώνιδος. ¶ Adonidis horti, ἀδώνιδος κῆποι. Prouerbialiter dicuntur res leues & amœnæ quidem, attamen nulli rei vtiles. Tractum est prouerbium ab hortis quibusdam ad solam voluptatem cōparatis, qui Veneri, & eius amasio Adonidi sacri credebantur. ¶ Adonis, etiam est piscis nomen, qui relicto mari somni causa in siccum egreditur litus: vt tradit Plin. lib. 9. cap. 19, Hic & exocœtus dicitur, ἐξώκοιτος, ὕπνου κήδιος (vt inquit Oppian. 1. lib. Halieuticōn.) οὔτε κάλον πέτεται, μῆδος δ' ἐπὶ χέρσου ἀείρει, hoc est, -quia prosilit vndis, In littus sicca ponens tellure cubile. ¶ Adonis item fluuius est ex Libano monte profluens, non procul à Byblo oppido: vt tradit Plin. lib. 5. cap. 20.

Adonia, Adoniorū, ἀδώνια. Festa Adonidi dicata: Ammianus lib. 22. Hist. Euenerat iisdem diebus annuo cursu completo Adonia celebrari, ritu veteri, amato Veneris (vt fabulæ fingunt) apri dente ferali deleto. Adonia cum planctu celebrabantur à mulieribus, Veneris planctum imitantibus. Quod non obscurè innuit Ouid. 10. Meta. -luctus monimēta manebunt Semper Adoni mei: repetitáque mortis imago Annua plangoris peraget simul amina nostri.

Adonium, ἄδωνιον, Species est abrotoni, quod in testis turbinibúsve cadorum viui radice seri solet: quo pacto Adonidis hortulos pangere solebant: vnde & nomen habere videtur, quòd hortulis eiusmodi conserēdis sit idoneum. ¶ Quidam hanc herbam esse, quam ex Adonidis sanguine ortum traxisse Poëtæ fabulantur, atque inde Adonium appellatum putauerunt. Quod tamē falsum esse, Nicandri & Theophrasti testimoniis facilè conuincitur, qui herbam illam Anemonem esse ostendunt: vt suprà attigimus in dictione Adonis, & latius infrà dicturi sumus, quum de Anemone agemus. ¶ Sumitur etiam Adonium pro Adonidis simulacro, & pro luctu sacro, quo mulieres ad Adonium fluuiū, & Byblum oppidum, Adonidem plangere solebant.

Adoperio, is, ui, ertum. Idem quod operire. ἐπικρύπτω, περικαλύπτω. Ital. *coprire*. Gal. *Couurir*. Hisp. *Cubrir ò tapar*. Liu. 1. ab Vrbe, Transmisso per viam tigillo, capite adoperto.

Adopinor, aris, pen. prod. Idem quod simplex opinor. δοκάζω. Ital. *Pensare, giudicare*. Gal. *Penser, iuger*. Hisp. *Pensar, imaginar*. Lucre. Deinde adopinamur de signis maxima parvis.

Adopto, pras. Est in filij locū adiscere. ὑοθετέω, ποιέομαι υἱόν. Ital. *Adottare*. Gal. *Adopter*. Hisp. *Adoptar en lugar de hijo, ò hazer*. Fiebat autē adoptio (teste Gellio) duobus modis. Vno modo per Prætorem: quæ propriè Adoptio dicitur, altero per populum, rogante tribuno: quæ Arrogatio dicebatur. Caius tamen Iurisconsultus aliter distinguit Adoptionem ab Arrogatione, Pandec. lib. 1. de Adopt. & Emancipat. vt Adoptio sit, quando is qui sui iuris non est, apud magistratū in alienam transit familiam: Arrogatio autem, quando principis autoritate adoptamus eos, qui iam sui iuris sunt. Illi enim rogabantur, id est interrogabantur, an vellēt adoptatori iustorum filiorum loco esse: similiter & is qui adoptabat rogabatur, an vellet eum, quem arrogaturus erat, iussu sibi filij loco esse. Cicero 1. Officio. Qui hunc Paulo Aemilio natum adoptauerat. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. Plaut. Ciſtel. Socia, te mihi adopto ad meam salutem. Cicero 1. Verr. Quem sibi illa defensorem iuris, vltorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptauit. Ouid. venustè ad arborum insitiones transtulit, lib. 1. de Remedio amoris,

vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi sic habet, Venerit insitio: fac ramum ramus adoptet.

Adoptatitius, Qui in adoptionē venit. {προσποιητός. Ital. *Colui che diuenta figliuolo adottiuo.* Gal. *Adoptif.* Hisp. *El hijo del adoptado, o ahijado.* } Plaut. in Pœn. Siquidem Antidamarchi quæris adoptatitium.

Adoptiuus, Qui in adoptionem venit. {υἱοθετητός, ποιητός. Ital. *Adottiuo.* Gal. *Adoptif.* Hisp. *Cosa adoptada o adhijada.* } Gell. lib. 3. cap. 19, Id etiam eum culpauisse, quòd filius adoptiuus patri adoptatori, inter præmia eum culpauisse, quòd filius adoptiuus patri adoptatori, inter præmia patrum prodesset. ¶ Adoptiua sacra, quorum ius per adoptionem acquirimus. Cic. pro Domo sua, Tu neq; Fonteius es, qui esse debebas, neq; patris hæres, neq; amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti.

Adoptio, per syncopem ex Adoptatio, verbale. {υἱοθεσία. Ital. *Adottatione.* Gal. *Adopcion.* Hisp. *Adopcion.* } Cic. pro domo, Quod est pontifices, ius adoptionis, nempe vt is adopter qui neque procreare iam liberos possit: & quum potuerit, sit expertus. Gel. lib. 5. ca. 19, Quod per prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio.

Ador, nomen indeclinabile, Frumenti genus significās, quod & Far appellatur: olim Eder dictum ab edendo, vt Festo placet: eò quòd populus Roma. ex omnibus frumenti generibus trecentis annis solo farre vsus fuerit: vt etiā ex Verrio refert Pli. lib. 18. cap. 7. ¶ Alij ab adurendo dictū putāt, q̄ torreri soleret, vt scribit Festus, antequam ex eo mola salsa conficeretur in vsum sacrorū. ¶ Hoc etiā Adoreū appellabatur, siue Semen adoreū, nonnunquā etiā Far adoreū. ὁ ζειὰ ὄρυζα. Plin. lib. 18. ca. 8, Vulgatissima frumenti genera. Far quod Adoreum veteres vocauere, siligo, triticum. Colu. lib. 2. cap. 6. Prima & vtilissima sunt hominibus frumenta, triticum, & semen adoreū. Varro rei rust. lib. 1. In loco humido far adoreum potius seritur, quàm triticū. Columella quatuor adorei enumerat species, Clusinum, Vermiculū duplex, & Trimestre, quod & Alicastrum dicitur. Vide ipsum loco paulo antè citato.

Adorea. Idem est quod gloria, propriéque ea, quæ ex rebus militiæ præclarè gestis cōparatur. {δόξα στρατιωτική. Ital. *Gloria della vittoria.* Gal. *Gloire & triomphe de victoire.* Hisp. *Gloria y fama de la victoria.* } Nomē ductum est ab adoreo frumenti genere, quod apud veteres summo in honore habitum fuit, propterea quòd alio frumenti genere Populus Rom. trecentis ab Vrbe condita annis non victitarit. Vnde etiam Imperatores te bene gesta hoc frumenti genere à populo solent donari. Pli. lib. 18. cap. 8. de farre. Primus antiquis Latio cibus, magno argumēto in adoreæ donis. Idem eodem lib. cap. 3, Gloriam deniq; ipsam à farris honore Adoream appellabant Festus; Adorea, laus, quia gloriosum putabant, qui farris copia abundabat.

Adoreum, hoc Semen adoreum. Vide suprà in dictione ADOR.

Adordior, iris, adorsus, Incipio. {ἄρχομαι. Ital. *Cominciare.* Gal. *Commencer.* Hisp. *Commençar.* } Ambr. lib. 1. Offic. Postea nunquam, nisi consulto Domino, bellum adorsus est.

Adorsus, a, um. Participiū, ab Adordior, id est incipio, πεπειρᾶσθαι. Gel. lib. 9. cap. 2. Adorsi erant tyrannum interficere. Et Ouid. 1. de Ponto. -Et nullam maius adorsa nefas. Quidam contendunt his duobus in locis legi debere Adorti & Adorta, ab Adorior, quod etiam incipere declarat.

Adorior, adoriris, vel adoreris, adortus, est repentè, & ex insidiis aliquē inuadere, aggredi: ab eo quòd corpora aggredientium exurgāt subitò, atque increscant: atque hoc modo, maximè ad rem bellicam pertinet. {ἐπιτίθεμαι, ἐπιχειρῶ. Ital. *Assaltare.* Gal. *Assaillir.* Hisp. *Arremeter.* } Liu. lib. 1, Timor deinde incessit, ne ciuitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. ¶ Differunt tamen, vt inquit Donatus, Adorior & Aggredior: quia aggredimur de longinquo, adorimur de proximo. Cicer. 7. Ver. Postremam enim quanq; nauem piratæ primam adoriebantur. ¶ Adoriri aliquando est Dare operam, atque aggredi aliquid per vim, siue incipere. Cic. 2. de Orato. Ne conuellere adoriamur ea quæ non possunt commoueri. Gel. lib. 19. cap. 9. Iulianum Rhetorem lacessere infectarique adorti sunt.

Adorno, Idem est quod Orno. {ἐπιτηδείως κατασκευάζω. Ital. *Adornare.* Gal. *Orner, accoustrer.* Hisp. *Aforytar, hermosear.* } Liu. lib. 1. ab Vrbe, Flaminem Ioni assiduum sacerdotem creauit, insignique eum veste, & curuli regia sella adornauit. ¶ Interdum significat præparare. Plaut. in Epid. Tragulam in te iniicere adornat. Cicer. pro Cluent.

Adoro, tas. pe. prod. ex Ad, & Oro. Significat oro, veneror, precor, supplico, religione placo. {προσκυνῶ. Ital. *Adorare.* Gal. *Adorer, faire reuerence.* Hisp. *Adorar, o hazer reuerencia.* } Prisciamus ab Ador, hoc est frumento sacrificiis destinato deriuat. In eadem sententia est & Nonius: cuius hæc sunt verba, Ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus sactis pium putabatur: vnde & Adorare, propitiare religiones, potest ductum videri. Verùm Adorare sine ope, hoc est sine voce, fit. hinc mutis etiam adorare datur, Elephas enim & Phœnix Solem adorare dicuntur. Supplicare verò ore fit: ideóque solis hominibus competit. ¶ Adoraturi sedeant, ψῆφος προσκυνήσεως. Hoc prouerbiū Plutarchus adscribit Numæ: quo significatur, Vota certa concipere oportere, & in iis quæ sunt optima perseuerare. Quidam arbitrantur alium subesse sensum, quòd oporteat eos qui sactis dant operam, non obiter ac aliud velut agentes hoc facere, sed vacuos, totósq; rei sacræ & orationi deditos. Vnde, vt Plutarchus idem tradit, quum Pontifex sacra aggrediebatur, præcones clamabant. Hoc age. Ea vox hortabatur, vt qui sacra adirent, reuerenter & attentè id agerent. ¶ Quandoq; significat alloqui. Apul. lib. 2. Infusa aqua populum sic adorat.

Adoratio, {προσκύνησις. Ital. *Adorazione.* Gal. *Adoration.* Hisp. *Adoracion.* } Plin. lib. 28. cap. 2, Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus?

Adoxia, Est nominis & famæ obscuritas, ignominia, infamia. ἀδοξία. Vnde ἄδοξοι dicuntur inglorij, & obscuri. ¶ Adoxiæ materiæ ἄδοξα πράγματα à Gellio vocantur, quæ à Cicerone Infames, ab aliis Inopinabiles, quæ ingenij exercendi causa solent excogitari: cuiusmodi est apud Isocratem Busiris: is encomium, apud Platonē Iniustitiæ, ex persona Glauconis, apud Phauorinum Febris quartanæ, apud Lucianum Muscæ, & apud Erasmum Moriæ.

ADOVACRIS, ἀδόακρις, Rex Heculorum fuit, qui anno nostræ salutis 475, tanta cum manu in Italiam irrupit, vt terrore perculsus Augustulus, sponte purpuram poneret. Quo tempore finem accepit Occidentis imperium anno ab vrbe condita 129. Vide Paulum Diaco. libro 16.

Adpeto, Vide Appeto.

Adplenum, Vide Plenus.

Adposco, is, προσαιτέω, idem quod simplex posco. Horat. lib. 2. Epistо. 2. -Si plus adposcere visus.

Adprecor, pen. cor. atis, προσεύχομαι, idem quod precor. Horat. 4. carm. Rite Deos prius adprecati. Id est innocantes. Acron.

Adprime, Adprobus, Adpromissor, Adpropero, Adpropinquo, Vide A ante P.

Adpugno, as, are, προσμάχομαι, contra pugnare, seu oppugnare. Tacit. lib. 2. Interim Piso classem haud procul opperientem adpugnare frustra tentauit. Idem lib. 4. Alij castra Romana adpugnarent.

Adpulsus, Vide Appello, is.

Adquo, Id est quousq;. Afranius, Vt scire possis adquo te expediat loqui.

ADRA, Ἄδρα. Trium oppidorū nomen est à Ptolemæo, quorum vnum in Arabia petrosa collocat: alterum in Cana Syria, tertium in Liburniæ mediterraneis ad radicem Bebiorū montiū, non procul à Tiro fluuio.

Adrado, is, ἐπιξαίνω, ἐπιξέω. Ital. *Radere basso.* Gal. *Raire pres, raclor.* Hisp. *Raer cerca.* } ex ad & Rado. Columel.

Adrachne, ἀδράχνη. Arbor est bifera, arbuto similis, in montibus nascēs, cacumine semper virenti, quæ detracto in orbē cortice nō offenditur. ¶ Andrachne autem (ne quis nominis vicinitate fallatur) herba est, quam Latini Portulacam vocant. Vide Plin. lib. 13, cap. 22.

ADRAMYTTEON, pen. pro. ἀδραμύττιον. siue (vt apud Plinium legitur) Adramyrteos, Ciuitas, est litoralis in maiore Mysia, siue Aeolide, ita dicta ab Adramytto conditore, Alyattæ filio, & Crœsi fratre, vt tradidit Arist. in Polit. Alij à Mercurio nomen accepisse ferunt, quā Lydi Phrygia lingua Adramyn, ἄδραμυν vocant. Thucydides lib. 5, Atramyrteon vocat ἀτραμύττιον, Δ̀ Τ. quā scripturam etiam Stephanus agnoscit.

Adramyttenus, adiectiuum, siue Atramyttenus, pen. prod. ἀδραμυττηνός, ἀτραμυττηνός: vt, Sinus Adramyttenus, ἀδραμυττηνὸς κόλπος, qui & Idęus appellatur: vt est autor Strabo lib. 13.

ADRANA, ἄδρανα. Fluuius est Catthorum in Germania, vt tradit Tacitus Annal. lib. 1. ¶ Est etiam Adrana, ἀδράνη, teste Stephano, Oppidum Thraciæ, quod & ἀδρώνη à Theopompo appellatur. vide Andrena.

ADRANON, ἄδρανον. Siciliæ oppidum, in Aetnæ montis radicibus, fluuiū habens eiusdem nominis. ¶ Gentile est Adranites, ἀδρανίτης, quo vtitur Apollodorus. Ex Stephano.

ADRAMELECH, Idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluere.

ADRAPSA, orum, neut. gen. ἄδραψα, Vrbs Bactrianorum, Strab. lib. 15.

ADRASTEA, siue Adrastia, ἀδράστεια. Oppidum est Troadis inter Priapum & Parium situm, ab Adrasto rege nomen habens, qui primus Nemesi templum erexit, & Adrasteam nominauit. Hæc vrbs campum habuit subiectum, qui Adrasteæ campus, ἀδραστεῖνος πέδιον appellatur. Apollinis Actæi, & Dianæ oraculo insignis: quo postea diruto, saxa Parium translata sunt, ex quibus ædificata est ara, Hermocreontis opus & magnitudine & pulchritudine memorabile. Hanc vrbem alij ab Adrastea Nympha quadā montana, nomen accepisse volunt. ¶ Gentile est Adrastenus, ἀδραστηνός.

ADRASTIA, ἀδράστεια. Necessitatis ac Iouis filia, scelerum vltrix, cuius vindictam credebant nullo modo posse vitari. Hanc alio nomine Nemesin vocauerunt, eiúsque sedem Aegyptij Theologi supra lunā constituēre, vt inde velut regina & arbitra hæc inferiora despectaret. Strabo lib. 13, nominis rationem refert ad Adrastum regem, qui primus Nemesi templum erexit, Adrasteámque illam appellauit. Aristote. lib. de Cælo, definit esse ἀναπόδραστον αἰτίαν, ἥτις ἐστὶ φύσει, καὶ ἀεὶ ἔστιν. hoc est, ineuitabilem causam, existentem secundum naturam, parcámque semper existentem. Hinc locus factus Adagio, Adrastia Nemesis, Ἀδράστεια Νέμεσις. Subaudiendum est adest vel aderit. Quo licebit vti vel in eos, quibus ob insolentiam arrogantiámque fortunæ commutationem minamur: vel, qui à rebus florentibus ad calamitosam fortunam redacti sunt.

ADRASTVS, ἄδραστος, Nomen regis Argiuorum, qui fuit filius Talaonis & Eurymones. Hic quum duas haberet filias, Argiam & Deiphilem, in somniis visus est alteram leoni, alteram apro vxorem dare. Quare quum eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos venissent, ille apri, hic leonis pelle tectus, insomnij sui memor, vtrunque sibi generum adsciuit, Deiphile Tydeo, Argia autem Polynici tradita. Deinde cum vtroque genero Thebas profectus, vt Polynicem ab Eteocle fratre exclusum, in regnum reduceret, magno accepto detrimento, in regnum reuersus est.

Adrepo, pis, pen. prod. Ad aliquid repo. {προσέρπω, ἐφέρπω. Ital. *Appicarsi à qualche cosa.* Gal. *Grauir vers, ramper à quelque chose.* Hisp. *Ir gateando hazia otra cosa.* } Plin. lib. 35, cap. 10, Ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans. ¶ Per metaphoram, pro sensim se insinuare, & paulatim accedere. Cic. in Verr. Quibus rebus non sensim atque moderatè ad istius amicitiam adrepserat.

ADRIA, pen. cor. ἄδρια. Stephano & Ptolemæo, Romanorum colonia Piceno, quinta Italiæ regione XII. M. pass. à mari distans. A qua ager ipse Adrianus dicebatur, vino generosissimo nobilis, quod & ipsum Adrianum fuit appellatum. Plin. lib. 3. cap. 13. de Picentibus, Tenuere ab Aterno amne, vbi nunc ager Adrianus & Adria colonia, à mari V II. M. pass. ¶ Sunt qui ab hoc oppido, Adriatico mari nomen factum existiment. Verùm illi nominis vicinitate decipiuntur. Nam (vt mox suo loco docebimus) Adria oppidum fuit ad Padum amnem à Tuscis conditum, nobili portu in primis clarum: à quo vicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit, & deinde literæ vnius mutatione Adriaticum: vt docet Plin. lib. 3. cap. 16, & Cato in Originib. ¶ Adria, mascu. gene. ἄδριας Stephano & Suidæ, idem quod mare Adriaticum. Pompon. Mela. lib. 2, Hucusque Adria, hucusque Italiæ latus alterum pertinet. Luc. lib. 5, Sonat Ionio vagus Adria ponto.

Adriaticum mare, ἀδριατικὸς κόλπος. Est sinus ille maris, inter Lacinium extremum Italiæ, & Acroceraunium primum Epiri promontorium irrumpens, quod & Superum mare appellatur, siue quòd Italiam ab Oriente alluat, siue quòd ex vrbe eò tendentibus Apenninus superandus sit

dus fit. Hæc primùm Atriaticum dicebatur, ab Atria nobili oppido à Tuscis ad Padum condito, quod postea Atrianæ paludes hauserunt: deinde vnius literæ mutatione Adriaticum dici cœpit: vt docent Cato in Orig. & Plin. lib. 3. cap. 16. Pro eodem etiam dicimus, Mare Adriatium, & Adriacum. Cic. in Piso. Brundusium vitauit, & vltimas Adriani maris oras petiuit. Horat. lib. 1. Carm. Siue mari libet Adriano. Propert. lib. 3. Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes.

ADRIANOPOLIS, ἀδριανόπολις, Ciuitas est Thraciæ ad Hebrum fluuiũ, primùm Oresta dicta, à nomine Orestis conditoris: postea ab Adriano instaurata fuit, quum ei furore agitato responsum esset, vt se in furiosi domum reciperet. Vide Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 2.

ADRIANVS, pen. prod. ἁδριανός. Decimus quintus Romanorum Imperator fuit, & successor Traiani, qui Hierosolyma à T. Vespasiano solo æquata, muro cinxit, & à prænomine suo Aelium appellauit.

ADRIVS, ἄδριος. Mons est Dalmatiam per medium secans. Strab. lib. 7.

ADROBICVM, ἀδρόβικον. Oppidum est in Artabris Hispaniæ populis, in tractu Celtico, cuius meminit Pomponius Mela lib. 3.

Adrodo, Vide ARROGO.

Adrogo, Vide ARROGO.

ADROTTA, orum, ἄδροττα. vel, Stephano, Locus est in Lydia, mari adiacens, cuius incolæ dicuntur Adrotteni, ἀδροττηνοί.

Adrumo, as, pen. prod. teste Festo, Rumorẽ facio, siue, Commurmuro: quod à rumine quidã id est parte gutturis putãt deduci. ῥόμον ποιῶ.

ADRVMETVM, pen. prod. ἀδρύμης Stephano, Ciuitas est Libyæ, nõ procul à Carthagine, quæ etiam hodie extat. De hac Plin. lib. 5. cap. 4.

Adruo, is, Ex Ad, & Ruo, seruat Ad, in compositione propter euphoniã: & significat arando subruo. ἀναστρέφω. Colu. lib. 2. cap. 5. Diiectum deinde protinus firmum inarari, & adrui conuenit.

ADRYX, ἄδρυξ. Ciuitas est in agro Syracusano, cuius meminit Stephanus. Hinc Adryeinus genitile, ἀδρυεῖνος, sicut ab Eryx, Eryeinus.

Adsciseo, Adsector, Adsentio, Adsequor, Adsero, Adseruo, Adseuero, Adsiceo, Adsideo, Adsigno, Adsilio, Adsimilis, Adsimulo, Adsisto, Adsolet, Adstringo, Adstruo, vide in A, ante S.

Adscire, siue Adsciscere, Significat Adiũgere. ἐπιβάλλω. Ital. *Aggiungere.* Gal. *Ioindre.* Hisp. *Ayuntar vna cosa à otra.* Colu. in Præfat. Comm. Et hanc adsciuimus quasi agriculturæ partem.

Adscribo, Adscripto, Adscriptio, Vide ASCRIBO.

Adsessrix, tricis, fœminiñ est ab eo, quod est Adsessor. παράδικος. Afranius in Fratribus, Dimittit adsestricem me ad sese vocat. Nonius.

Adsignifico, idem quod suum simplex, Significo. σημαίνω. σύσσημαίνω. Ital. *Dimostrare.* Gal. *Signifier.* Hisp. *Significar.* Varro 1. de Re rust. Olim tonsores non fuisse, adsignificant antiquorum statuæ.

Adspere & Præspere, ἀσπαίνονται καὶ ἀσπαίνονται, dicebant Antiqui à sapiendo: sicut nos quoque modò, dicimus ab Aequo iniquum, à Quærendo inquirere. Hæc Festus.

Adsitus pen. cor. participium ab Adsero, iuxta satus, παρεφυτεύθη. Varro, vt vitis adsita ad olus facere solet. Budæus.

Adspuo, is, adspui, utum, pen. prod. ἐπτύω. Ital. *sputare contra alcuno.* Gal. *Cracher contre.* Hisp. *Escupir contra alguno.* Plin. lib. 27. cap. 4. Aut si dormiens spectetur infans à nutrice terna adspui.

Adstipulor, Adstituo, Vide A ante S.

Adsum, ades, adfui, Significat præsens sum, vel propè sum. παράδειμι. Ital. *Essere presente.* Gal. *Estre pres, estre present.* Hisp. *Estar cerca de lugar.* Nam Adesse etiam dicitur, quod paulò pòst futurum est, aut quod aduẽtat. Vnde dicimus, Adest Scipio, quum iam in itinere est, vel non longè abest, sed præsens est id, quod iam venit. Cic. 3. Offic. Inter hominem & belluam hoc maximè interest, quòd hæc tantum, quantũ sensu monetur, ad id solum quod adest, quodque præsens est, se accommodat: id est propè est. ¶ Construitur etiam cum dativo, vel ablativo mediãte In. Cice. in Philip. Omnibus his pugnis Dolabella adfuit. Idem ad Ser. Sulp. Ego verò, Serui, vellem, vt scribis, in grauissimo meo casu adfuisses. ¶ Adesse, aliquando est fauere, vel præsidio esse: cui contrarium est Deesse. Liu. lib. 1. secundi Bel. Pun. Sed pueri, fœminæque super animi corporisque vires adsunt, pugnantibus tela ministrant. Sic Adesse causæ dicuntur aduocati, & amici. συνηγορῶ. Cice. 5. Phil. Semper enim absenti adfui Deiotaro. ¶ Sic, Adsint Dij beati, τοῖς δὲ θεοῖς μέλοιτο. Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda. Adagiũ est vsurpari solitũ à rhapsodis, id est carminum Homericorũ recitatoribus, & interpretibus. ¶ Adesse animo vel animis prouerbiali forma est fauere ei rei cui intersis, atq; attentum esse. Cic. pro P. Scylla, Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor, erigite mentes, auréisque vestras. Hoc modo attentionem captat auditorum. Sic Terent. in Prolog. Andr. ¶ Sumitur & pro accedere, præsertim in secunda persona. Terent. And. Adésdum, paucis te volo. Virg. Aeglo. 9. Huc ades ô Galatea. & Aegl. 7. Huc ades Melibœe, caper tibi saluus & hœdi. ¶ Adesse pro aduenire. Virg. 2. Aenei. Iámque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus. Idem 9. Aenei. Ergo aderat promissa dies. ¶ Interdum etiam pro subsisto accipitur, siue maneo. Plaut. in Aul. Istic Adesto, si hercle tu ex isto loco Digitum crassum transuersum, aut vnguem latum excesseris.

Ad tempus, Vide TEMPVS.

Adtexo, vide ATTEXO.

Adtibernalis, Habitator continuæ tabernæ, πάροικος: quod genus domicilij antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. Vnde etiam tecta castrensia quanuis pellibus contegantur, tabernacula tantum dicuntur. Hæc Festus. Alij scribunt Attibernalis.

Adtondeo, vide ATTONDEO.

ADVALLAS, ἀδούαλλας. Mons est in Rheticis Alpibus, ex quo in Septentrionem profluit Rhenus, & Addua in Meridiem. Autor Strabo lib. 4.

Aduecho, his, aduexi, aduectum. ἀναφορτίζω. Ital. *Portare, condurre à cariro, ouero.* Gal. *Apporter, amener par charroy ou sur quelque autre chose.* Hisp. *Traer à lugar como quiera.* Cicer. 3. Offic. Si quis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit. Liu. 3. bello Pun. Impositóque quem secum aduexerat, milite, Romam venerat.

Aduectio verbale, εἰσαγωγή. Plin. lib. 9. cap. 54. Nuper excogitatum fame

longæ aduectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

Aduectus, us, Idem Tacit. lib. 20. Hæc de origine & aduectu Dei celeberrima.

Aduecto, as, ἐπάγομαι, frequentatiuum ab Adneho. Tacit. lib. 5. Addiditq; quibus è prouinciis & quanto maiorem, quàm Augustus rei frumentariæ copiam aduectare.

Aduelo, as, ἐπιπροβάλλω. Ital. *Velare, coprire con velo.* Gal. *Couurir d'vn voile, ou autre chose.* Hisp. *Cubrir con velo ò otra cosa.* Idem quod velo. Virg. 5. Aene. Vtridique aduelat tempora lauro.

Aduena, pen. corr. com. gen. Qui non est ciuis, aut inquilinus, sed externus. παροικῶν. Ital. *Forestiere.* Gal. *Estranger.* Hisp. *Aduenidzo, estrangero.* Et proprie qui ex vno longinquo loco in aliquod oppidum veniunt, Aduenæ dicuntur: Conuenæ, qui ex pluribus locis. Terent. in Heaut. Est è Corintho hic aduena anus pauperula.

Aduenæ rij, Cicer. 2. de legib. pellex aduena. Ouid. 9. Epist.

Aduenerari, Valde & ex animo venerari. σεβίζομαι. Ital. *Riuerire.* Gal. *Honorer & reuerer grandement.* Hisp. *Mucho honrar.* Var. lib. 1. de Re rust. Itẽ adueneror Mineruam & Venerem: quarum vnius procuratio oliueti, alterius hortorum est.

Aduenio, nis, pen. cor. Idem quod accedo, vel ad locum aliquem venio. παραγίγνομαι. Ital. *Arriuare.* Gal. *Venir & arriuer en quelque lieu.* Hisp. *Venir à algun lugar.* Terent. in Eunuc. Si fortè huc aduenerit, Aduenire in prouinciam, Cice. 11. Philip. ¶ Aduenire pro accidere. Cice. 11. Philip. Est enim sapientis, quicquid homini accidere possit, id præmeditari ferendum modicè, si aduenerit, esse.

Aduentitius, Qui non est loci illius quem habitat, & qui casu in aliquem locum venit, non morandi gratia, neque cõsultò. ἐπήλυς. ἐξωγενής. Ital. *Venuto di nuouo, d'altronde.* Gal. *Qui vient d'ailleurs, forain.* Hisp. *Que viene de fuera.* Vnde aduentitia bona quæ nõ ex recta successione, puta patris aut aui, sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis adueniunt. πρόσκτητα, ἃ τις ἐξωγενὴς ἐπάγεται. Arist. Cic. 3. Verr. Homo Ligurẽ accusare cœpit, qui in re aduentitia atq; hæreditaria, tam diligens, tam attentus esset. ¶ Aduẽtitio oppouitur Innatũ, & insitum. Cic. Top. Specie autẽ cõparantur, vt anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud: & vt innata atq; insita, assumptis & aduentitiis: integra contaminatis. ¶ Aduẽtitius morbus, qui fortè, & nulla nostra culpa venit. συμπτώματος.

Aduento, tas, Accedo, appropinquo. προσέρχομαι, πλησιάω. Ital. *Approssimarsi, auuicinarsi.* Gal. *Approcher pres.* Hisp. *Allegarse al que viene, acercarse.* Cic. Curioni. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare, hoc est, veniendo proximum esse. Idem ad Atti. lib. 4. Aduentare, & propè adesse iam debes.

Aduentores, Qui propè peculiariter frequentant officinam quampiam, aut tabernam. παροικοῦντες. Ital. *Auuentori.* Gal. *Surueuans.* Hisp. *Estrangeros.* Plaut. in Truc. Si æquum facias aduentores meos non incules. Dicti Aduentores, ab adueniendo.

Aduentorius, a, um, Quod aduenienti cuipiam offertur ξένιος. Vnde, Aduentoria epistola. apud Martia. in præfat. lib. 12. quæ aduentanti amico mittitur obuiam. Cælius Antiq. lect. lib. 15. cap. 3.

Aduentus, tus, verbale: & proprie expectatorũ, necessariorũmq; dicitur. ἐπιδημία, παρουσία. Ital. *Venuta.* Gal. *Venue, arriuement.* Hisp. *La venida.* Terent. in Eunu. Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Aduentus & discessus contraria. Cice. ad Attic. lib. 12. Vt in me leuarat tuus aduentus: sic discessus afflixit.

Aduerbero, as. Vehementer verbero. μαστίγω. Stat. 9. Theb. Et auratis aduerberat vnguibus armos.

Aduerbium, ἐπίρρημα. Quasi iuxta verbũ dicitur: quia in oratione prope verbum ponitur. Nec enim potest verbi vis satis significanter exprimi, nisi iungatur aduerbium: vt Dico, & Nauigo, non plenæ significationis sunt, nisi adiiciantur aduerbia: vt, Bene, vel male dicit: Feliciter nauigat. Vnde Donatus Aduerbium scripsit esse partẽ orationis, quæ adiecta verbo, significationẽ eius explanet atque impleat. ¶ Fiunt autem aduerbia quandoque à nomine: vt à Bonus, Bene. A verbo, vt à Traho Tractim. A nomine & verbo, vt Pedetẽtim, à pede & tẽto. A participio, vt ab Infinitus, Infinitè. A pronomine, vt Hic, Illic, ab, Hic & Illc. A præpositione, vt ab Ex, Extra, & à Sub, Subtus. Ab aduerbiis etiam, vt à Propè, Propiùs.

Aduersus, sa, sum, Contrarius, repugnans, aduersans. ἐναντίος. Ital. *Contrario, repugnante.* Gal. *Contraire, opposite.* Hisp. *Contrario.* Terẽt. in And. Eorũ obsequi studiis, aduersus nemini. ¶ Aduersum absolutè, pro re aduersa, & improspera. Terent. in Heaut. Hic siquid fortè aduersi euenerit. ¶ Ponitur quoq; aliquãdo pro quacũq; re, quæ ab anteriori parte apparet: vt, Aduersa vulnera, quæ à fronte accepimus. Cic. de Arusp. resp. Acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis. Et in hac significatione antitheton habet Auersus. Idem 1. de Orat. Tu & aduersus, & auersus impudicus es. ¶ Interdũ idem est quod oppositus, obiectus, è regione situs. ἀντικρύ, ἀντίος. Idem 2. de Diui. Eodémq; equo aduersam cõscendit ripam. Idem de Somn. Scip. Intueri solem nequitis aduersum.

Aduersus, vel Aduersum, præpositio, πρός, κατά. Ital. *Contra.* Gal. *Contre.* Hisp. *Contra.* Significat inimicitias, dissidia, contrarietatémq;, sicut Contra vt, Aduersus, vel Contra hostcis bellum geritur. ¶ Aliquando Erga, in meliorẽ partem. Terent. in Andr. Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. Cice. 1. Offic. Adhibenda est etiam quædam reuerentia aduersus homines.

Aduerso, as, antiquè dictum, pro Aduersor. Plaut. in Rud. Animo aduersari sedulò, ne herum vnquam præteream.

Aduersor, Contrarius sum. ἐναντιοῦμαι. Ital. *Contraporsi, contrariare.* Gal. *Estre contraire, impugner.* Hisp. *Contradezir à alguna cosa.* Cic. 7. Verr. Hanc Cleomenes vt amabat: veruntamen huius libidini aduersari non poterat, nec audebat. Tacitus accusatiuo iunxit lib. 1. Annal. Sua facinora aduersari deos lamentabatur. & lib. 17. duobus in locis.

Aduersans, antis, participium. ἐναντιούμενος. Cic. 2. de Orat. Sed tantã vim habet illa, quæ rectè à bono Poëta dicta est flexanima, atque omnium regina oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem, & repugnantem, vt Imperator bonus ac fortis, capere possit.

Aduersarius, a, um, Idem quod contrarius, vel cõmodis nostris obsistẽs,

aduer

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersus, ἐναντίος. Cicer. pro Cecin. Vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria. Idem pro Plancio, Ea res in hoc iudicio aduersaria est Cneo Plácio. Constituitur autem cum dativo, quum Aduersarius substantiuum, vel genitiuum habeat, vel sine casu ponatur.

Aduersaria, orum. Dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perscribebantur, ne memoria rerum exciderent, & ex iis postea tabulæ iustæ & æternæ fierent. ¶ Græci ἐφημερίδας. Ital. *Giornale, libro de ricordi.* Gal. *Bordereaux, papiers brouillars, minutes.* Hisp. *El borrador de cuentas, o manual*, vocant. ¶ Latini etiam Diaria. Exactiores autē rationum tabulas, Codicem appellabant. Cicer. pro Qu. Roscio, Quòd si eandem vim, diligentiam, auctoritatémque habent aduersaria, quam tabulæ, quid attinet codicem instituere?

Aduersarius, ἀντιδικος. Ital. *Auuersario.* Gal. *Aduersaire, partie aduerse.* Hisp. *Contrario, que contradize.* ¶ ab Aduersor, pro repugno: nam Aduersarij dicuntur sibi inuicem repugnātes, ac propriè sunt ij, qui aduersus nos litigant in iudicio: quos aliàs *Partem aduersam* vocant. Terent. in Phor. Verùm scientem, tacitum, causam tradere aduersariis, etiámne id lex cogit? ¶ Aduersaria etiam genere fœminino dici potest mulier, quæ aduersus nos iudicio contendit. Et extra personam. Cicer. Fam. 2. ad Curionem, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio.

Aduersator, Qui aduersatur, ὁ ἐναντιόμενος. Vnde fit Aduersatrix. Terent. in Heaut. Vllámne ego rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi aduersatrix fueris, Sostrata?

Aduersitas, denominatiuum ab Aduersus, sa, sum, Contrarietas & repugnantia. ¶ ἐναντιότης. Ital. *Contrarietà.* Gal. *Contrarieté.* Hisp. *Contrariedad.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 25, Magnam aduersitatem cum stellionibus putant esse. De scorpionibus loquitur.

Aduersitores, ab Aduersum, id est, obuiam eūdo, Serui sunt, qui dominū deducunt, & reducūt, οἱ παραπέμποντες ἀμφότερα. Terēt. in Adel. Neq; seruulorum quisquā qui aduersum ierant. Vbi ait Donatus, propriè loquutū Terentium esse, dicendo Aduorsum: nam inde aduersitores dici.

Aduersio, onis, vide AVERSIO.

Aduerto, tis. Ad aliquem locū verto. ¶ ἐπιστρέφω. Ital. *Volgersi ad alcuna parte.* Gal. *Tourner vers quelque chose.* Hisp. *Boluerse hazia otra cosa.* ¶ Terent. in Eunuch. Illa sese interea commodum huc aduerterat in hanc nostrā plateam. ¶ Transfertur quoque ad Animum: vt, Aduertere animum apud Terentium: vel Aduettere animo, apud Plautum, ἐπιστρέφειν τινὰ γνώμην. In qua significatione etiam absolutè positum inuenitur pro animaduerto. Cicer. Attico lib. 2. De librariis, si me amas, diligenter aduerte. ¶ Ponitur etiam impersonaliter. Cicer. Lent. Nam aduertebatur Pōperj familiares assentire Volcatio. ¶ Plinius quoq; elegāter epist. 10, pro eo quod est, ad se vertere, & allicere spectatores. Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, vt mediocriter quoq; doctos aduertāt, & afficiant.

Aduesperascit, Vespertinum tempus appetit, seu aduentat. ¶ ἑσπέρα γίνεται. Ital. *Farsi sera.* Gal. *Il vient sur le soir, il se fait nuit.* Hisp. *Hazerse tarde ò anochecer.* ¶ Cicer. 6. Verr. Quum iam aduesperascere, discessimus.

Aduigilo, as, Diligenter vigilo. ¶ ἀγρυπνῶ. Ital. *Vigilar diligentemente, dar opera à qualche cosa.* Gal. *Veiller soigneusement à quelque chose.* Hisp. *Velar para hazer obra.* ¶ ¶ Transfertē pro alicui rei incumbo, operam do. ἐπιγρυπνῶ. Terent. in And. Nam satis credo, si aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.

Aduiuo, pen. prod. quasi adhuc viuo. ἐπιζῶ. Plin. lib. 15. cap. 18. Eadem autem fortuito satu aduiuit in medio foro. Sic legit Hermolaus, quū alia exemplaria habeant, viuit.

ADVLIS, pen. prod. ἈδουλίςCivitas Aethiopiæ, quæ & Panos insula dicitur. Oppidani dicuntur Adulitæ, ἀδουλῖται. Vide Steph.

ADVLITON, ἀδούλιονPtolemæo, Oppidum est maritimum in Troglodytarum regione, siue ea Aethiopiæ parte, quæ sub Aegypto ad mare spectat, commune Aethiopum & Troglodytarum emporium, à seruis, qui à dominis profugerant, conditum. Vnde & nomen habet, vt indicat Plin. lib. 6. cap. 29. Distat à Ptolemaide quinque dierum nauigatione. A Stephano Adulis, appellatur, à Ptolemæo Adulia. Hinc vicino sinui Adulitico nomen factum est, qui in mare Rubrum excurrit, ἀδουλιτικὸς κόλπος.

Adulor, pen. prod. Idem est quod assentari, hoc est blāditi siue voce, siue gestu, omniáque ad voluntatem alicuius & loqui & agere, non ad veritatem. ¶ κολακεύω, χαριζομαι. Ital. *Adulare, insingare.* Gal. *Flater, abiander, & faire feste comme les chiens de leur queue.* Hisp. *Lisongear, ò mouer la cola.* ¶ Cicer. de Amicit. Apertè adulantem nemo non videt, nisi admodū sit excors. Idem 2. de Diuin. Nec adulatus, nec admiratus sum fortunam illius. Valla lib. 5. cap. 69. Adulari, inquit, est insernire, & adniti vt fauorem emereamur quoquo modo, vel voce vel gestu. Estque tractum à κύων, quod seruum significat. Est enim sanè quàm seruile, hominéque ingenuo minimè dignum. ¶ Festus ab alludendo deductū putat, paucis literis transpositis. In qua sententia Nonius quoque fuisse videtur, quum Adulationem propriè canum blandimentum esse interpretatur, consuetudine ad homines traductum. Dicūtur enim canes adulari, quum corporis gesticulatione, & caudæ motu nobis blandiūtur. In qua significatione vsus est hoc verbo Ouid. lib. 14. Metamorph. Quinetiam blandas mouere per aëra caudas, Nostráque adulantes comitant vestigia. ¶ Veteres etiam dicebant Adulo, actiua voce. Lucret. lib. 4. Longé alio pacto gannitu vocis adulāt. Huius passiuo vsus est Cic. lib. 1. Offic. Cauendū est, ne assentatoribus assuefaciamus aures, néve adulari nos sinamus. ¶ Inuenitur apud vetustissimos pro lambo, siue ebibo. Cic. 2. Tusculan. ex Accij Prometheo, Pinnata cauda nostrum adulant sanguinem.

Adulatio, verbale, Actus ipse adulādi. ¶ κολακεία. Ital. *Adulatione.* Gal. *Flaterie, blandissemēt.* Hisp. *Lisonja.* ¶ Cicer. in Læl. Nullā in amicitiis pestē esse maiorē, quàm adulationē, blāditias, assentationē. Idē 2. de Nat. Deo. Canū verò tam fida custodia, támq; amās dñorū adulatio. Plidi. 10. c. 34.

Adulator, Qui ficto amore & obsequio, gratiā ac fauoré captat. ¶ κόλαξ. Ital. *Adulatore.* Gal. *Flateur, amadoüeur.* Hisp. *Lisonjero.* ¶ ¶ Autor ad Heren. Nolo esse laudator ne videar adulator. Est igitur adulatori contrarius verus amicus: nempe qui nihil simulat apud eum quem amat, sed liberè ex animo facit ac dicit omnia: Adulatur verò, qui ad alterius nō modò

sensum, sed etiam vultum atque nutum cōuertitur. ¶ Hinc apud Phocyonem ad Antipatrum Adagium, Οὐ δύνασαι μηδὲ φίλῳ χαριζόμενος μὴ κολακεύειν: Non potes me simul & amico vti & adulatore.

Adulatrix, Quæ adulari solet. κολακὶς.

Adulatorius, adiectiuum, κολακευτικός. Tacitus lib. 5, Vitellius formidine C. Cęsaris, familiaritate Claudij turpe in seruitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorij dedecoris habetur.

Adulter, μοιχός: Adultera, μοιχαλίς. ¶ Ital. *Adultero, ò adultera.* Gal. *Adultere, celuy ou celle qui viole son mariage.* Hisp. *Adultero de casada, ò adultera muger casada.* ¶ Cic. in Saluſt. Tu omnium mensarum assecla, omnium cubicu-. ¶ Cic. in Saluſt. Tu omnium mensarum assecla, omnium cubicularum adulter. Componi videtur ex Adlorum in ætate pellex, & idem postea adulter. Componi videtur ex Ad & Alter, seu Altera: q; ille ad alterum, & hæc ad alterum se conferat.

Adulterium, ¶ μοιχεία, Ital. *Adulterio.* Gal. *Adultere.* Hisp. *Adulterio de casados.* ¶ Quod propriè cū nupta cōmittitur, vt Valla scribit lib. 6. Cic. 3. de Orat. Qualē existimas eum, qui in adulterio deprehensus sit? tardum. Quint. lib. 7. ca. 4, Non commisi adulteriū. ¶ Transfertur aliquando ad alia: vt, Adulteria naturæ, pro operibus nō verè naturalibus, Adulteria mercis, pro fraude. Adulteria arborum, pro insitionibus, apud Plin.

Adultero, as, pen. cor. Adulterium cōmitto. ¶ μοιχάω. Ital. *Commetter adulterio.* Gal. *Commettre adultere.* Hisp. *Ayuntarse con muger agena, adulterar los casados.* ¶ Gell. lib. 10, ca. 23, In adulterio vxorem si deprehendisses, sine iudicio impunè necares: illa te, si adulterares, non auderet digito contingere. ¶ Est etiam adulterare, arte aliqua quippiam pro vero assimilare, atq; ita rem synceram corrumpere. κιβδηλεύειν. Plin. lib. 12. cap. 7, Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam Adulterare iudicium, Adulterare tabulas. &c. apud Cicer.

Adulteror, aris, deponens. Idem Cicer. 1. de Offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est.

Adulteror, aris, Passiuè, μοιχεύομαι. Horat. Epod. 16. Mirus amor, iuuet & tigres subsidere ceruis. Adulteretur & columba miluio, hoc est per adulterium à miluio ineatur.

Adulteratus, a, um, Quod alienæ rei cōmistione corruptū est: vt, Adulteratum gūmi, κιβδηλεῖον. Plin. lib. 19. cap. 3. Huic opponitur Syncerū.

Adulterinus, a, um, pe. prod. Nothus, quasi ex adulterio procreatus. ¶ μοιχικός, κιβδηλικός. Ital. *Bastardo.* Gal. *Faux, contrefait, bastard.* Hisp. *Falso, bastardo, contrahecho.* ¶ Plin. lib. 10. cap. 3. de aquilæ pullo, Si conniuentem fientémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum & degenerem. Vnde per metaphoram, Adulterina signa, dicuntur, quę sunt falsis, assimilatisque annulis facta. Cicer. pro Cluē. Testamentū in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit. Sic, Adulterinæ literæ, & Adulterinæ claues, quæ pro veris substituūtur. Item, Nummus adulterinus apud Cic. 2. Offic.

Adultus, Vide ADOLEO.

Adumbro, as, Vmbram adhibeo, siue vmbram tegendo facio, ¶ σκιαγραφῶ. Ita. *Adumbrare, ritrare.* Gal. *Couurir pour faire vmbre, faire les premiers traits de quelque chose.* Hisp. *Hazer sombra, traçar ò debuxar rayando ò trapando.* ¶ Col. lib. 5 cap. 5. Sub ortu caniculæ pastinetis, tegetibus vineas adūbrabat. Idem lib. 12. ¶ Adumbrare etiam est lineari pictura vmbratiliq; aliquid fingere & simulare. Quint. lib. 7. cap. 11. Quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Cic. 5. Tuscul. Est enim gloria, solida quædā res, & expressa nō adumbrata, id est, nō leuiter, sed expressa, id est scalpta. Adūbrare & Exprimere, contraria, Cic. pro Cęl. permulta maximarum non expressa, sed adumbrata virtutū. ¶ Adumbrare pro imitari Cicer. 3. de Orat. Idipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Idem 2. de Orat. Qui non heroum veteres casus fictósque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo, &c.

Adumbratio, Verbale, ἐπισκιασμός. Cic. de Perf. Orat. Nulla est enim vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, & adumbratio.

Adumbratim, aduerbium, Subobscurè, non apertè. Lucret. lib. 4,

Non tamen vt coram quæ sunt, veréque rotunda,
Sed quasi adumbratim paulùm simulata videntur.

Aduncus à verbo inusitato Adunco. Curuus, tortuosus. ¶ καμπύλος. Ital. *Piegato.* Gal. *Torin & crochu contre bas, recroquillé, courbé.* Hisp. *Cosa corua y retornada.* ¶ Cicer. pro Cluen. Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa. Idem 1. de Nat. deor. Corpuscula curuata, & quasi aduncа.

Aduncitas, Ipsa (vt sic dicam) incuruitas, καμπύλότης. vt, Aduncitas rostri. Plin. lib. 8, cap. 27.

Ad vnguem, ¶ ὀρθῶς ἄνω χ. Ital. *A punto.* Gal. *Exquestemēt, auec toute diligēce.* Hisp. *Derecha y ygualmente.* ¶ significat ad perfectionem. Translatio sumpta à marmorariis qui iuncturas marmorū tunc absolutas existimant, quum vnguis superductus nihil offendit: vel quum iuncturæ ita exactè sunt, vt Seueros (sicut ait Persius) excludant vngues: siue ab iis qui magna diligentia magnóque iudicio aliquid agentes, inter cogitandum vngues mordere solēt. Horat. lib. 1. Serm. Fonteius ad vnguem factus homo: hoc est omni ex parte perfectus.

ADVNICATAE, ἀδυνικάται. Populi in Gallia Narbonensi commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 4.

Aduno, pe. prod. Congrego. ¶ ἑνόω. Ital. *Aduuare.* Gal. *Vnir, assembler en vn.* Hisp. *Ayuntar diuersas cosas en vno.* ¶ Plin. lib. 19. cap. 1. Vllum fascibus in acerno adunatum video.

Adunati, Simul congregati.

Ad vnum, ¶ μιχρὸς ἕνος. Ital. *Tutti.* Gal. *Tous.* Hisp. *Todos.* ¶ aduerbialiter sumptum, significat omnes nullo excepto. Curt. Omnes ad vnum periere.

Aduoco, cas. pe. cor. Ad me voco. ¶ προκαλέσομαι. Ital. *Chiamare à sè.* Gal. *Appeler à soy.* Hisp. *Llamar para alguna cosa.* ¶ Cicer. pro Quint. Viros bonos complures aduocat. Vnde pro, consiliorum auxiliíve causa amicos accersere, ponitur. Terent. in Phorm. Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsient. Huic opponitur Auoco. ἀπάγω λίαν.

Aduocati, Dicuntur qui alteri adsunt in causa. ¶ συνήγοροι. Ital. *Aduocati.* Gal. *Aduocats.* Hisp. *Abogados para acusar ò defender.* ¶ Plaut. in Cas. Stultus contriui diem, Dum adsto aduocatus cuidam cognato meo: Quem hercle litem adeò perdidisse gaudeo, Ne me nequicquam sibi hodie aduocauerit. ¶ Inter Aduocatum & Patronum hoc interesse Valla existimat, quòd Aduocatus non tantum significet eum, qui alterius causam agit (quem propriè Patronum dicimus) verùm etiam

quicunq;

etiam quicunque adest alteri in causa, officij gratia, Aduocatus appelletur, etiamsi nihil dicat, neque agat, sed tantum paratus sit defendere. Patronus proprie, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Cicc. Trebat. Epist. li. 7. Quod si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadent.

Aduocatio, verbale, συνηγορία, παράκλησις. Quæ est amicorum coactorum ad opem fauoremq; præstandã facta coitio, aut cœtus ipse patronorum & causidicorum, aut ipsa causæ defensio. Cicc. in Epist. Fam. ad Trebatium. In re militari multò es cautior, quàm in aduocationibus. ¶ Aduocatio à Cicerone dicitur quam consultationẽ dicimus 3. Verr. Quò fæpenumero senatus conuocatur, quò maximarum rerum quotidie aduocationes fiunt. Budæus.

Aduolo, las, pen. corr. Iuxta, vel ad aliquem locum volare. ἐπιπωτῶμαι. Ita. *Volar ad alcuna parte.* Gal. *Voler à ou vers quelque chose, s'y transporter en diligence.* Hisp. *Volar ò correr hazia alguna cosa.* & constituitur cũ accusatiuo, præposito Ad, vel In, & aliquando dativo. Plin. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis aduolat. Idem lib. 10. cap. 40, Platea nominatur aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt. ¶ Aduolare transfatum ad homines. Cicc. ad Brutum lib. 10. Quamobrem aduola obsecro. Idem ad Cassium lib. 15. Sed si insulam Britanniam cæpero cogitare, eius ὥρμηκε mihi aduolabit ad pectus.

Aduolarus, tus, Actus aduolandi. πρόσπτησις, ἐπίπτησις. Cic. 2. Tusc. Tristi aduolatu aduncis laceranus vnguibus.

Aduoluo, συνελίσσω. Quasi voluendo adduco. Virg. 3. Georg. -congestãque tobora totas Aduoluere focis vlmos, ignique dedere.

Aduolutus genibus, Liuius. γόνασι ἐς γόνατα.

Aduorsor, ἐναντιοῦμαι, pro Aduersor: & Auersorem, pro Aduersarium veteres dixerunt, teste Festo. Sic Aduorsum, & Aduorto, pro Aduersum, & Aduerto.

Advotum, κατὰ γνώμην. Ital. *Secondo il suo desiderio.* Gal. *A ou selon son souhait.* Hisp. *Segun su voto ò desso.* id est ex sententia. Quint. Habésne vxorem ex animi tui sententia? Et alibi, Ad votum omne fluente fortuna lasciuit otium.

Adurgeo, es, ere, Vehementer Vrgere, ἐπιέζω, ἐπιπιέζω. Celsus, Is quoniã natus est dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus est.

Aduro, penul. prod. Idem est quod simplex Vro. ἐκκαίω. Ital. *Abbruciare.* Gal. *Bruſler, brusler, hasler.* Hisp. *Mancho quemar.* Cicc. 2. Offic. Quid enim censemus supetiorem illum Dionysium, quò cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum?

Adustio, onis, verbale. καῦσις. Plin. lib. 14. cap. 20, Vitia præter supradicta, cor, aut fumidum virus: picis autem, adustio.

Adusque, id est Vsque ad, μέχρι. Ital. *Fin' à.* Gal. *Iusques à.* Hisp. *Hasta a.* Virg. 11. Aen. Atrides Prothei Menelaus adusque columnas Exulat. Gell. lib. 15, cap. 2, Præterea vinã libidine adusque ludibria ebriosus.

Advnamum, ἀδύναμον, Vini factitij genus, quod fiebat ex musto albo, dimidia parte aquæ addita, quod admotum igni decoquebatur, donec aquæ mensura exatesceret. Vide Plin. lib. 14. cap. 16. Dictum Adynamum, διὰ τὴν ἀδυναμίαν, propterea quòd esset imbecille & sine viribus: ideóque ægris dabatur, quibus vini noxam metuebant.

ADYRMACHIDAE, ἀδυρμαχίδαι. Populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Aegyptum spectat. De horum moribus memoriæ proditum est, vxores in vtroque crure armillam æream gestare. Vtrũque autem sexum ex æquo comatum esse: quo fit, vt plurimos alant pedunculos: quos vbi ceperint, præmorsos abiiciunt. Virgines viro maturæ ad Regem conueniunt: ex quibus ille vnam deligit, quam vbi vitiarit, statim dimittit. Vide Cæl. Rhod.

Adytum, media corr. ἄδυτον, Locus est secretior templi, ad quem nulli est aditus, nisi sacerdoti: ab ἀ priuatio & δύω ingredior, quasi inaccessibile. Virg. 2. Aen. Isque adytis hæc tristia dicta reportat.

A ante E.

AEA, Αἰαία. Ciuitas est Cholcidis, Aeetæ regis opus (vt scribit Steph.) quã Hippos & Cyanos fluuij è diuersis locis in Phasim influentes, peninsulam efficiunt. Fabulãtur Poëtæ Aeam nomen accepisse à puella eiusdem nominis, quæ quum Phasidis amnis vim effugere non posset, miseratione deorum in Peninsulam est conuersa, quam etiam nunc, vt veterem illum amorem adhuc possis agnoscere, magna sui parte ambit, & veluti amplectitur Phasis. De hac Plin. lib. 6. cap. 4.

Aeæa, Αἰαία. Circe dicta, ab aspernantium voce, propter celebratas illic corporum mutationes: vt placet Seruio in illud Virg. 3. Aen. Aeæaque insula Circes. Verisimilius tamen est Aeæam dictam ab Aea Colchorum ciuitate, quemadmodũ & Cytæis, siue Cytæa dicta est κυτωΐς, ἡ κυτωία, à Cyta eiusdem regionis oppido. Quod etiam ab Apollonij interpretibus annotatum est.

Aeæus, αἰαῖος, Denominatiuum est ab Aea Colchidis peninsula, & vrbe eiusdem nominis, in qua nata creditur Circe Solis filia. Vnde peculiari epitheto Aeæa appellatur. Virg. 3. Aen. Infernique lacus Aeæaque insula Circes.

Aeæe, siue Aeæa, αἰαίη. Insula fuit in mari Tyrrheno, nõ modico olim freto ab Italia direpta, hodie continens, ita tamen vt paludibus circunquaque cincta, insulæ speciem præ se ferat. In hac Homerus Circes sedem collocauit, sic scribens lib. 10. Odyss. Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθα δ' ἔναιε Κίρκη ἐϋπλόκαμος, &c. Huius meminit & Virg. lib 3. Aen. Infernique lacus, Aeæaque insula Circes. Tametsi Seruius ibi tres diphthongos videtur agnoscere, vt sit Aeæe Circes. Latini quoque locum hunc à Circes domicilio Circæum, vel Circæos appellant: ibidémque antiqui Latij terminum constituunt. Vide Plin. lib. 2. cap. 85, & lib. 3. cap. 5.

AEACVS, αἰακός. pen. cor. Iouis filius ex Aegina filia Asopi: qui primus insulam, in qua regnauit, Aeginam à matris suæ nomine appellauit, quum antea Oenone diceretur (vt Plinius, Strabo, & Stephanus tradiderunt) aut certè Oenopia, vt apud Nasonem legitur lib. 7. Metam. Oenopiam veteres appellauere: sed ipse Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Hunc tantæ iustitiæ fuisse dicunt, vt apud inferos animarum creditus fuerit à Plutone delectus iudex, cum Minoë, & Rhadamantho, & peccantium peccata discutere, & pro meritis pœnas inferre. Ouid. in Ibin, -tuâsque Aeacus in pœnas ingeniosus erit.

Aeacides, αἰακίδης Suidæ, Patronymicum masculinum, quo significatur filius vel nepos vel aliquis ex posteris Aeaci. Virgil. 1. Aen. Sæuus vbi Aeacide telo iacet Hector-. Hoc est, telo Achillis, Aeaci ex Peleo nepotis. ¶ Aeacides item Pyrrhus, Aeaci ex Achille pronepos. Virgil. 3. Aeneid. Coniugio Aeacidæ Pyrrhi sceptrisque potitum. ¶ Pyrrhus itẽ Epirotarum rex ab Aeaco trahens originem, Aeacides dictus. Virg. 6. Aen. Eruet ille Argos, Agamemnoniásq; Mycenas, Ipsumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli.

Aeacideius, a, um, adiectiuum sex syllabarum. Ouid. 7. Meta. Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.

Aeacidinus, a, um, ab Aeaco Achillis patre. Plaut. in Asinar. Siquidem hercle Aeacidinis minis animisque expletus incedit. Iratus si me tetigerit, iratus vapulabit. Non sine prouerbij specie dictũ fuit, pro atrocibus & superbissimis minis.

AEAMENE, pen. prod. αἰαμένη. Regio est Nabathæorum, apud Steph.

AEANE, αἰάνη, Macedoniæ oppidum, dictum ab Aeano Helymi filio, qui eó coloniam deduxit.

Aeanæus, αἰανεύς, Nomen gentile. Vide Stephanum.

AEANITIS, αἰανῖτις, Regio Nabathæorum.

Aeanites, αἰανίτης. Gentile.

AEANTIVM, αἴαντος. Ptolemæo, Oppidum Troadis, à Rhodiis conditum eodem in loco, in quo sepultus est Aiax, & vbi classis suæ habuerat stationem. Vnde & nomen habet. Nam quem nos Aiacem, Græci αἴαντα vocant. Vide Plin. lib. 5. capi. 30. ¶ Est & nomen promontorij in Magnesia, ad sinum Pelasgicum: unde quo idem Plin. lib. 4. cap. 9.

AEAS, antis, αἴας. Fluuius qui ex Candauiis Macedoniæ montibus ortum ducit, & non procul ab Apollonia Taulantiorum vrbe, in mare Ionium illabitur. Lucanus lib. 5, Purus in occasum, parui sed gurgitis Aeas, Ionio fluit inde mari. Meminit huius fluuij etiam Plinius lib. 3. cap. 23.

AECA, αἴκα, Marsorum ciuitas: à qua Aecani populi αἰκανοί, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

AEDEPSVS, αἰδηψός. Stephano, Oppidum fuit Euboeæ insulæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

AECLVS, αἰκλος, Nobilis Athenienfis, qui Eretriam Euboeæ ciuitatem coloniam duxit. Strabo lib. 10, Post tres verò Troianas Aeclus & Cothus, ex Athenis profecti, colonias duxerunt: ille quidem Erettiam, Cothus verò Chalcidem.

Aedepol, pen. cor. νὴ τὸν Πολυδεύκη. Aduerbium iurandi, quod est quasi per ædem Pollucis. Item Pol & Perpol, quæ idẽ significant. Per pol, quàm pauci, apud Terent. in And. per tmesin dictum puto, pro, Pol perquàm pauci. Erat autem Aedepol teste Gell. lib. 11, cap. 6, iuramentum tam viris, quàm mulieribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquam iurant, neque viri per Castorem.

Aedes, Tam in singulari, quàm in plurali numero, pro templo vel sacrario, sed ferè semper cum adiectione, vt Aedes sacra, vel Aedes sacræ, Aedes Iouis, Aedes deorũ, Aedes pacis, & huiusmodi. ἱερόν. σηκός. Ital. *Il tempio, la chiesa.* Gal. *Temple.* Hisp. *Templo.* Cicc. 1. Ver. Aedes Mineruæ in fano Apollinis. Idem 1. Phil. Ex eo die, quo in ẽdem Telluris cõuocati sumus. Valer. Max. lib. 1, Ea Pontificum admonitione effectũ est, vt Marcellus ædibus separatis Honoris ac Virtutis simulacra statueret. Ouid. in Epist. Didûs, pro sepulcro posuit, quum ait, Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. Nam & sepulcra, vt scribunt Iurisconsulti de Sepul. & relig. inter loca sacra habentur. ¶ Pro ædificio profano, vix aliter quàm plurali numero vtimur. οἶκος, οἰκία. Ital. *Casa.* Gal. *Maison.* Hisp. *Casa.* Cicc. 2. Verr. Quæ vidi egomet apud istum in ædibus. Idem de Clar. orator. Ex testudine quadam exiit in ædes. Non tamen imus inficias etiam in singulari numero in hac significatione inueniri: verùm id vsui receptò aduersari contendimus. Curtius de gest. Alexandri. Excubabant principum liberi seruatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qua Rex acquiescebat. Vbi Aedem pro cubiculo dixisse videtur. Idem alibi eodem in numero pro cœnaculo posuit, quum ait, Stabat ad fores ædis eius, in qua Rex vescebatur. ¶ Tantæ curæ nobis debent esse ædes nostræ, vt his neglectis alia minimè curanda sint. Hinc locus Adagio, Aedibus in nostris quæ praua aut recta gerantur. Ὅτι δεῖ τὸν μεγάλως τι κτᾶσθαι τὰ ἀναγκαῖα πρότερον. Scribit Gellius hunc Homeri ex Od. ß. versiculũ vice prouerbij semper in ore fuisse. Alij tribuũt Socrati. Diocles adscribit Diogeni, vt refert Laertius. Quo versu admonemur vt ea potissimùm quæ ad nosipsos pertinẽt, curemus: externa atq; aliena ne inquiramus. ¶ Dicitur autẽ Aedes (vt scribit Seruius) ab Edo, quòd in ea sacrificãtes edere cõsueuerint. Nam quædã sunt nomina, quæ initio diphthongũ recipiunt, quanuis à verbo monophthongo deriuentur, vt Aedes, Aesculus. Var. lib. 4. de ling. Lat. ab aditu fieri putat, q; scilicet plano pede adibant: vnde etiam prima syllaba diphthõgum accepit. Festus, Aedes quòd in edito poni soleret. Alij Aedem dici existimant, quòd in ea æuum degatur, quod Græcè αἰὼν vocatur. ¶ Aedis, in nominatiuo singulari, Varro de vita popu. Roma. lib. 1, Hęc ædis quę nunc est, multis annis pòst facta fit, &c. Hoc etiam ex diminutiui formatione videtur consequi, vt Aedis in recto dicamus, non Aedes. Nam vt Apicula fit à nominatiuo Apis, videtur analogiæ ratio exigere, vt Aedicula sit ab Aedis. Nam ab eo quod est Aedes, potius fieret diminutiuum Aedecula, vt à Vulpes Vulpecula.

Aedicula, Parua domus. οἰκίδιον. Ital. *Piccol casa.* Gal. *Maisonete, logete.* Hisp. *Casa pequeña.* Aliquando pro cellula in ẽdibus. Plautus in Epid. In ẽdiculam seorsum isthęc eat, iube. ¶ Aliquando pro sacello, quod est ẽdis sacrę appendix. Liuius, Iisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis, prope ẽdem Concordię M. Portius dedicauit. ¶ Aliquando pro loculamento simulacri. Plin. lib. 16. de Venere Cnidia, Aedicula eius tota aperitur, vt conspici possit vndique effigies deę.

Aedifico, Propriè idem est quod domum struo: quod etiam indicant partes compositionis. οἰκοδομέω. Ital. *Edificare, fabricare.* Gal. *Edifier, bastir, maisonner.* Hisp. *Edificar.* Nam ab ẽde, vel ẽdibus faciendis dictum est. Et ita ferè absolutè ponitur sine casu. Cicc. ad Qu. Frat. Tribus locis ẽdifico, reliqua reconcinno. Horat. 1. Epistol. Diruit, ẽdificat, mutat quadra

Universidad de Deusto
Biblioteca

quadrata rotundis. Martial. in Gellium, Poscenti numos vt dicere possit amico Hoc vnum verbum Gellius, Aedifico. ¶ Quoties verò accusatiuum adiunctum habet, idem volet quod Struo. Cicero pro lege Manilia, Qui quum maximas ædificasset, exornassétque classes. Idem pro Sylla, Ad illius pœnam carcer ædificatus est. Idem 1. Offic. Vrbes sine hominum cœtu, nec ædificari potuissent, nec frequentari. Idem, Qui quum ædificasset in Palatio domum plenam dignitatis. Quo in exemplo accusatiuus DOMVM, additus facile indicat, Aedificare, simpliciter ibi accipi pro struere: nam alioqui redundaret. Cic. 1. de Nat. Deor. Quibus enim oculis animi intueri potuit vester Plato Fabricam illam tanti operis, qua construi à Deo, atque ædificari mundum facit? Huius composita sunt, Coædifico, Exædifico, Inædifico, Reædificо, Quorum significata vide suis locis.

Aedificatio, Ipse ædificandi actus. {οἰκοδόμια. Ital. *Edificio, fabrica.* Gal. *Bastiment, edifiement.* Hisp. *Obra de edificar.*} Cicero ad Attic. Aedificatio me non mouet.

Aedificatiuncula, οἰκοδομημάτιον. Parua ædificatio. Cic. ad Qu. frat. Quæsiuique ex eo, quid de illa ædificatiuncula Laërtij, de qua mecum iocatus es, mandauisses.

Aedificator, verbale, {οἰκοδόμος. Ital. *Edificatore.* Gal. *Bastisseur, edificur.* Hisp. *El que edifica.*} Cato, De bono ædificatore melius emetur.

Aedificium, Aedis constructio, & ponitur pro omni structura. {οἰκοδόμια. Ital. *Edificio.* Gal. *Edifice.* Hisp. *Edificio.*} ¶ Aedificij quoque appellatione non solùm superficiem signari, sed solum quoque ipsum, cui ædificium superpositum est, Vlpianus putat. Plin. lib. 16. cap. 5, Minus vtilis ædificiis. Cæsar bel. Gal. lib. 2, Omnibus vicis, ædificiisque, quò adire poterant, incensis.

Aediles, ἀγορανόμοι. pen. prod. dicti sunt ab eo, quòd ædes sacras & priuatas procurarent, teste Varrone lib. 4. de ling. Lat. Primò ex plebe duo creati sunt Aediles: deinde procedente tempore duo ex patriciis adiuncti sunt, qui à solio eburneo, quod eis datū est, Curules dicti sunt. Officium Aedilium erat, ludos publicos exhibere, & sacras priuatásq; ædes procurare, totam vrbem tueri, vt cloacæ, & aquæductus, & quæque publica ædificia munda & integra essent: loca in theatro assignare. Si quispiam seruum, aut iumentum morbosum, vitiosúmve, pro integro, sanóque vendidisset, edicto Aedilium emptori succurrebatur: idque Edictum ædilitium, dicebatur, siue Edictiones ædilitiæ. Cicero 3. de legib. ex lege XII. Tabul. Suntóque Aediles curatores vrbis, annonæ, ludorúmque solennium: ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. Erant & alij Aediles, qui frumento præerant, à Cæsare primùm creati, & à Cerere Cereales nominati, vt scribit Pomponius. His cura ponderum, ne qua fraus fieret, & mensurarum commissa erat.

Aedilitas, tis, Ipsa dignitas. ἀγορανομία. Plaut. in Sticho, Sine populi suffragio tamen ædilitatem hic quidem gerit. Prouerbialis est figura, vbi quis imperioso rin alieno negotio aut in ædibus alienis. Cic. 1. Offic. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Qu. Mutio munificentissima ædilitate functus est. Suet. in Cæsa. Siquidem ante paucos dies, quàm ædilitatem iniret. Liu. lib. 7. ab Vrbe, Annus hic insignis nouis duobus magistratibus, Prætura, & Curuli ædilitate: hos sibi patricij quæsiuere honores, pro concesso plebi altero Consulatu.

Aedilatus, Idem quod Aedilitas. ἀγορανομία.

Aedilitius, tia, tium, ἀγορανομικός. Nomen possessiuum ab Aedilis: vt Comitia ædilitia, in quibus creabantur Aediles: & Aedilitium munus: hoc est officium ad Aediles pertinens. Cic. de Offi. lib. 2, Sed quid ego Aedilitias repulsas colligo? Homo Aedilitius. Cicer. pro Cluent. Et illum hominem Aedilitium, iam Prætorem opinionibus hominum constitutum, &c.

Aedilicius, tij, qui Aedilitate functus est, quemadmodum & Consularis, qui Consulatum gessit, & Prætorius, qui Præturam administrauit. Cic. in Bruto, Sed omnia is summa sperans, ædilitius est mortuus.

Aeditimus, pen. cor. Qui ædibus præest. {νεωκόρος. Ital. *Sacrestano, guardiano di chiesa.* Gal. *Secrestain, garde du temple, marguillier.* Hisp. *El sacristan, guardador del templo.*} Cicer. in Top. Gell. lib. 12. ca. 10, Ait Aeditimus dici ea forma, qua finitimus, legitimus. Verùm pro eo nunc vtimur Aedituus, vt Varr. lib. 1. de Re rust. ait: Et Sementinis feriis in ædem Telluris venerat rogatus ab æditimo, vt diceret didicimus à patribus nostris: vt cottrigimur à recentibus vrbanis, ab æditio.

Aeditimor, & Aeditimor, Aedem tueor, νεωκορέω. Gell. lib. 12, cap. 10, Qui postquam tibi appareo, atque æditimor in templo tuo.

Aedituus, Idem quod Aeditimus, Sacræ ædis tutor, id est curam gerens: ad ædibus sacris, quas tuetur. νεωκόρος. Cicer. Illi noctu facta manu, armatique veniunt: fores ædis effringunt: æditui, custodésque maturè sentiunt. Lucretius pro ædituis dixit Aedituentes, vt est apud Gellium, Hospitibus loca, quæ complerant æditentes.

AEDISIA, αἰδέσια, Mulier Aegyptia, vxor Hermeæ, & Syriani Philosophi propinqua, totiúsque castitatis & probitatis exemplar: cuius vitam latissimè describit Suidas.

Aedœica vlcera, αἰδοιώδη ἕλκη, Aegineta appellat, quæ circa pudenda nascuntur. Nam αἰδοῖα Græci vocant, quæ nos pudenda.

Aedon, dictio trisyllaba penul. prod. ἀηδών, Auis est, quæ aliis nominibus & Philomela, & Luscinia dicitur: dicta Aedon ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν, hoc est à perpetuò canendo, quòd etiam tunc canat, quum reliquæ volucres sileant. Virgil. de cantu Syre. Quódque leues calami, quòd suauis cantat aëdon.

AEETES, vel Aeeta, pen. prod. αἰήτης. Rex fuit Colchorum, & filius Solis ex Persa Oceani filia, & pater Medeæ, Absyrti, & Calciopes: qui quum aureum vellus à Phryxo Athamantis filio in luco Martis suspensum diligentissimè asseruaret, à Medea filia proditus, & vellere, & duobus insuper liberis spoliatus est. Nam Medea, quū Iasoni in rapiendo vellere se adiutricem præbuisset, vnà cum illo profugit, fratrémque Absyrtum, quem fugæ comitem assumpserat, vt patrem insequentem remoraretur, multas in particulas discerpsit. Fabula notissima est ex Valerio Flacco, & Apollonio Rhodio. Hinc fit patronymicum Aeetias αἰήτιος, quo significatur Medea Aeetæ filia. Ouid. 7. Metamorph. Concipit interea validos Aeetias ignes.

AEGA, Αἰγαί, Promontorium est Aeolidis, non procul à Caici fluminis ostio. Strabo lib. 13.

AEGAE, Αἰγαί, Multorum oppidorum nomen est: quorum vnum est in Macedonia non procul ab Halyacmone fluuio, in quo receptum erat, Macedoniæ reges sepeliri. De hoc Plin. lib. 4. cap. 10, Alterum in Cilicia, non procul à Pyramo fluuio, vt tradit Plin. lib. 5. cap. 27. Tertium in Aeolide, apud eundem lib. 5. ca. 30, Quartum in Eubœa, à quo Strabo Mare Aegæum dictum putat. Quintum in Lydia. Sextum in Aetolia, & Septimum in Locride commemorantur à Stephano.

AEGAEA, Αἰγαία, Nomen duarum vrbium, vt scribit Ptolemæus, quarū vna in Emathia, alia in Mauritania. Commemorantur & à Strabone duo huius nominis oppida, quorum vnum ad Amanum montem, alterum in agro Laconico collocat.

AEGAEAE, αἰγαῖαι, Insulæ sunt Ioniæ adiacentes, quæ commemorantur à Plin. lib. 5. cap. 31.

AEGAEON, αἰγαίων, Nomen Gigantis, quem centum manus, & quinquaginta ventrex habuisse fabulantur. Hunc Homerus 1. Iliad. ab hominibus quidem Aegæonem, à diis verò Briareum vocari tradit. Vide latius in dictione BRIAREVS.

Aegæum mare, αἰγαῖον πέλαγος, ἡ αἰγαῖος πόντος. Vulgò *Archipelago.* Stephano, & Suidæ, Amplissimus est maris mediterranei sinus, à parte Orietali Isthmi Corinthiaci (vt Plinio placet) aut certè à Sunio Atticę promontorio (vt tradit Ptolemæus) ad ipsum vsq; Hellespontū extensus, alia aliis in locis à regionibus, quas abluit, nomina sortitus. De ratione nominis varia traduntur à scriptoribus. Nonnulli (in quibus est Suidas) ad Aegæum Thesei patrem referūt, quem in hoc mare sese præcipitē dedisse ferunt, quum nauim filij, qua ille in Cretā ad Minotaurum vectus fuerat, nigro cum velo (quod sibi cum nauclero amissi filij signum conuenerat) redeuntem videret. Alij ab insula quadam, seu verius scopulo deductum putant in hoc mari inter Tenedū & Chium sito quem à capræ similitudine, αἴξ, Nautæ appellant. In hac sententia est Plinius, sic scribens lib. 4. cap. 11, Aegęo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium, verius quàm insula, Aex nomine, à specie capræ (quæ ita à Græcis appellatur) repente in medio mari exiuētis. Cernunt eum à dextra parte Andrum nauigātes, ab Achaia dicum & pestiferum. Idem sentit & Solinus, cuius verba, quòd parum discrepent à Plinianis, superuacuum esset hic adscribere. Strabo autem lib. 8. ab Aegis Euboeæ oppido, Aegęum appellatum existimat: tametsi idem lib. 13. παρὰ τὴν Αἰγάν, hoc est, ab Aega Aeolidis promontorio dictum velit, quod suo seculo Canam, siue Canas tradit fuisse appellatum. Hæc etymi diuersitas facit vt nec de orthographiæ ratione idem omnes sentiant. Græcorum tamen codicum consensus, in eam me adducit sententiam, vt Aegæum potissimùm per æ diphthongum scribendum existimem. ¶ Hoc mare cæteris est periculosius ob frequētes scopulos. Vnde locus Prouerbio apud Aelianum, Aegęū nauigat, τὸν Αἰγαῖον πλοῦν, vt subaudias πλάττει. Quadrabit in eum qui in maximis versatur difficultatibus. In hominem quoque ob lucri studium nihil omnino periculi recusantē. ¶ Vtitur & Lucianus in Sectis alio Adagio ab hoc mari tracto, Virgulea scaphula Aegæum transmittere, ἐπὶ ῥάβδου τὸν Αἰγαῖον διαπλεύσαι. In eos dicitur qui rem supramodum arduam leui opera conficere tentant.

AEGAIEOS, αἰγάλεως, Nomen montis apud Strab. lib. 8. sub quo antiqua Pylos Messenia ciuitas erat.

AEGEMON, αἰγήμων, Poëtæ Græci nomen est, qui bellum Leuctricū inter Thebanos & Lacedæmonios gestum carmine complexus est.

Aeger, ra, rum, ab Ago, agis, per contrarium, (vt quidam opinantur) eò quòd ægri non probè fungantur suis actionibus: siue quòd qui morbo correptus est, grauius agitetur. {νοσῶν, λοιμικός. Ital. *Infermo, debole.* Gal. *Dolent, faschè, ennuyé, malade.* Hisp. *Enfermo ò pasionado del alma.*} Et tā de animo dicitur, quàm de corpore: quanuis Donatus eam fecerit differentiam, vt Aegritudo ad animum, Aegrotatio ad corpus referatur, quod omnino verum nō est. Sallust. in Catil. Antonius pedibus æger. Gell. lib. 2. cap. 16, Quum M. Frontonem Consularem pedibus ægrū viseret. Cic. Atti. 7, Tyronem Patris ægrum reliqui. Idem prò Cęl. Medea animo ægra, θυμῷ, amore sæuo saucia. Per metaphoram Cice. in Verr. 3, Mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depositā Reipublicæ partem suscepisse.

Aegresco, is, escere, {νοσῶδες μαίνομαι. Ital. *Infermare, attristarsi.* Gal. *Deuenir malade, encourir maladie, faschetie ou ennuy.* Hisp. *Estar enfermo, ò apasionado de alma.*} à nomine Aeger deriuatum, significat, ægriorem fieri: & propriè refertur ad animum. Virg. 12. Aeneid. -Exuperat magis, ægrescitq; medendo. Significat etiam Aegrotare. Plin. lib. 10, Corui ante solstitiū generant. Item ægrescunt sexagenis diebus siti maximè, antè quàm fici coquantur autumno,

Aegrè, significat molestè, dolenter, iniquo animo. Terent. in And. Redeo inde iratus, atque ægrè ferens. ¶ Aegrè, malè, difficulter, vix. {χαλεπῶς, δυσχερῶς. Ital. *Malestamente, mal volunteri.* Gal. *Grieuement, à peine, auec grande difficulté.* Hisp. *Apasionadamente, ò con difficultad.*} Virg. 3. Geor. Ergo ægrè castris terras rimantur. Neque solum cum verbo Ferre, sed cum aliis etiam verbis iungitur: vt, Careo ægrè, Sustineo ægrè. Et Cice. Attic. Ab hasta ea ægrè me tenui. ¶ Aegrè est mihi, frequens est apud Plautum, pro dolet mihi, aut malè me habet: vt in Cas. Quid tibi ægrè est? ¶ Aegrè facere alteri, pro eo quod est, aliquem ægritudine, vel molestia afficere. Terent. Eunuch. Voluit facere contrà huic ægrè. ¶ Aegrius, & Aegerrimè, pro difficilius, & difficillimè. Plin. lib. 16. cap. 10, Fragosius fidunt, ægrius reuelluntur. Cęsar 1. Belli Gal. Aegerrimè confecerant, vt flumen transirent.

Aegritudo, Est animi ægri affectio. {λύπη, νόσημα. Ital. *Dolore d'animo, fastidio, malenconia.* Gal. *Douleur, ennuy, faschetie.* Hisp. *Enfermedad, aquella pasion del anima.*} Terent. in Andr. Simulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Hanc Cice. 4. Tusculanarum sic definit, Aegritudo, est animi aduersante ratione contractio. Terent. in Heaut. Prouerbiali figura dixit, Diem adimere ægritudinem. Sic Cic. 3. Tusc. Quæst. Quod ita esse dies declarat, quæ procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, sed in pleriſq; tollatur. Terent. in Phormione pro corporis morbo vsurpauit. Matrem ipsam ex ægritudine, miseram

miserem mortē cōsequuta est. vbi Donatus; Ex Aegritudine, inquit, hoc est ex infirmitate & morbo. Sic & Plin.lib.8. cap.1, Visique sunt festi ægritudine, quando & illas molestant morbi.

Aegrimonia, pen.corr. Idem quod ægritudo, abstractum ab Aeger, factum ea forma qua ab Acer Acrimonia. Plaut. in Rud. Tantisper dum absedat à me hæc ægrimonia. Cic. ad Attic. 12, Ferrem grauiter, si noux ægrimoniæ locus esset.

Aegrotus, a, um, {νοσῶν ἄῤῥωστος}. Ital. *Infermo*. Gal. *Malade*. Hisp. *Enfermo*.} Denominatiuum ab Aeger. Seruius: Aeger & corpore & animo dicitur: Aegrotus, corpore tantum. Horat. 1 Epistol. Non domus aut fundus, non æris aceruus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres. ¶ Aegroto dum anima est, spes est. Sententia prouerbialis admonens ne in afflictissimis quidem rebus abiiciendam esse spem. Cic. ad Atticum lib. 9. Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti. Prouerbij quadam specie Terentius dixit, Facilè omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus: tu si hic sis, aliter sentias. ¶ Terentius in Andria ad animum transtulit: Animum ægrotum plerunque ad partem deteriorem applicat.

Aegroto, as, Aegro corpore sum, morbo afficior. {νοσέω. Ital. *Infermarsi*. Gal. *Estre malade*. Hisp. *Enfermar*.} Cic. pro Cluen. Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer, diúque ægrotauit. Idem de Senect. Adolescentes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, difficilius curantur. ¶ Transfertur etiam ad animum. Cic. 4. Tusc. Vt eare res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Sic Adagij forma dicimus, Animo ægrotanti medicus est oratio, ψυχῆς νοσούσης ἰατρὸς λόγος. Ex Plutarcho ad Apollonium.

Aegrotatio, verbale, quod & ipsum propriè de corpore dicitur. {νόσημα. Ital. *Malattia, infermità*. Gal. *Maladie, infirmité*. Hispa. *Enfermedad*.} Cic. 3. Tusc. Sed propriè, vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Per metaphoram tamen aliquando de animo dicitur, quemadmodum & verbum à quo descendit. Cic. Tusc. 4, Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, &c.

AEGERIA, Nympha fuit, quæ celebratur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & connubium, & colloquium se habere simulauit super cultu religionum: quò armorum & prædæ studio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abstraheret. Vnde Ouid. in Fast. 3,

Aegeria est quæ præbet aquas, dea grata Camœnis,
Illa Numæ coniux, consiliúmque fuit.

AEGESTANI, Stephano, Populi sunt Siciliæ, quorum vrbs Aegesta non procul à Lilybæo promontorio sita est, ab Aegesto Troiano nomen habens. Hi Segestani vocantur à Plin. lib. 3. cap. 8.

AEGEVS, per duas syllabas, filius Pandionis fuit, & rex Athenarum, qui ex Aethra Pitthæi Trœzeniorum regis filia Thesēum suscepit, ex Medea autem ab Iasone repudiata alterum filium nomine Medum, vt placet Iustino. Hoc iam ad senium vergente, Minos Cretensium rex Athenienſibus ob Androgei filij necem bellum intulit, victisque durissimas pacis conditiones imperauit, vt septem quotannis iuuenes Athenienses ex suis in Cretam mitterent, Minotauro monstro obiiciendos. Quibus legibus quum triennio paruissent, euēnit vt quarto anno sors inter omnes ex æquo ducta Thesēum proderet: qui maximo omnium cum dolore nauim conscendens, à patre in mandatis accepit, vt siqua fatorum benignitate sospes remearet, velum nauis quod nigrum, præsentique fortunæ congruum erat, candido commutaret: idque eo consilio, vt siquid filio accidisset, veli colore suæ fortunæ eminus pater admoneri, & calamitatis suæ nuntium morte posset præuenire. At Theseus, occiso Minotauro, opéque Ariadnes è Labyrintho eductus, paternorum monitorum immemor, nigro in patriam velo reuectus est: quod quum eminus è specula intueretur Aegeus, filium interiisse ratus, dolotis impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienses Thesei opera grauissima seruitute liberati, diuinos honores instituerunt, deum marinum, & adoptiuum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipsum nonnulli sentiunt ab eo Aegeum esse appellatum.

AEGIALE, siue, Vxor fuit Diomedis, quam Venus à viro eius in bello Troiano vulnerata, tanta adulteriorum inuolut turpitudine, vt Diomedes ad eam in patriam redire recusarit, acceptóq; à Dauno agri portione, vrbem condiderit in ea parte Italiæ, quæ magna Græcia dicitur, quam à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellauit: quæ deinde Argyripa, & postremò Arpi fuit appellata. Vide Seruium in illud Aen. lib. 11,

Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

AEGIALEVS, filius Aeetæ fuit, & frater Medeæ, à qua discerptus fuit, vt patri eam persequenti mora iniceretur. Alio nomine dictus est Absyrtus. Vide suprà suo loco. ¶ Fuit etiam hoc nomine Phoronei regis Argiuorum filius, cui Apis (quem quidam Phoronei, quidam Iouis filium ex Niobe Phoronei filia, esse tradunt) postquam Argis regnasset, in Aegyptum transiens, Achaiæ regnum reliquit.

AEGIALIA, Insula est adiacens Aetoliæ regioni. Plin. lib. 4. cap. 12.

Aegialus. {αἰγιαλός. Ital. *Lito*. Gal. *Le bord de la mer*. Hispa. *La libera de mar*.} Latinè dicitur litus. Vnde Achaia propter vrbes in litore dispositas, ante αἰγιαλὸς vocata est, teste Plin. lib. 4. cap. 5.

AEGIDA, Oppidum Istriæ. Plin. lib. 3. cap. 19.

AEGIDES, penult. prod. Patronymicum masculinum est formatum à nomine Aegeus: quo Poëtæ vtuntur pro Theseo Aegei filio. Ouidius 3. de Arte, Perfidus Aegides ducentia fila sequutus.

AEGILA, Insula est in sinu Megarico XXV. M. passuum distans à Phalasarna Cretæ oppido, & à Cythera XV. M. passuum, Plinio teste lib. 3. cap. 12.

Aegilips, ipis, Stephano, Dicitur locus editus & penè inaccessus. Latinè sonat relictum à captis, hoc est locus tam arduus, quem ne ipse quidem capræ queant ascendere. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs Epiri in præruptæ rupe sita: vnde & nomen inuenit. Autor Stephanus.

AEGILODES SINVS, Sinus est exiguus inter Messeniacum & Laconicum medius: de quo Plin. lib. 4. cap. 5.

Aegilops, ægilopis, {αἰγίλωψ. Ital. *Cepula*. Gal. *Coquiole, auron*. Hisp. *Yua fuerta d auena montesina*.} Herba est folio, vertio tempore, pilosa, vt loliū, hordeum enecans, quæ & Festuca dicitur, quod messis tempore, quum semen iam decidetit, vacuum reperiatur in modum festucæ. Plinius lib. 18. cap. 17. Est herba quæ cicer enecat & etiam, circumligando se: vocatur orobanche: triticum simili modo, aut hordeum festuca, quę vocatur ægilops. Hæc Plin. Virg. 1. Georg. Latinè vertit Sterilem auenā, in hoc versu, Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ. ¶ Est præterea ægilops, abscessus inter nares, & magnum oculi angulum, qui si incuriosè tractetur (vt inquit Aegineta) in fistulam vertitur. Dictus Aegilops, quasi oculus caprinus, quòd capræ huic vitio peculiariter obnoxiæ sint. Huic malo medetur Aegilops herba, teste Plinio lib. 25. cap. 13. Vnde & ipsa nomen accepisse videtur.

AEGILOS, {ἄγχιλος, *Isola di Capri*.} Insula est in mari Ligustico, quæ Latinè Capraria dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 6.

AEGIMIVS, Senis ætate prouectissima nomen, quem Anacreon Poëta (referente Plin. lib. 7. cap. 48.) tradidit ad ducentesimum vsque annum vixisse.

AEGIMORI, Duæ sunt insulæ in mari Libyco è regione Carthaginis. Autor Plin. lib. 5. cap. 7.

AEGIMVRVS, Insula est in mari Libyco, insidiosa naufragiis. Vide Strab. lib. 6. & 7.

AEGINA, pen. prod. fuit Asopi Bœotiæ regis filia, & mater Aeaci, à qua insula Peloponneso adiacens contra Atticam, Aegina, vocata est, quum antea Oenone diceretur (vt apud Strabonem, Plinium, & Stephanum legitur) aut certè Oenopia, vt placet Ouidio lib. 7. Metamorph. vbi sic scribit, Oenopiam veteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. ¶ Ab huius insulæ nomine ductum prouerbium, Primùm Aegina pueros optimos alit, πρῶτον αἰγῖνα παῖδας ἀρίστους τρέφει. De re quapiam quæ melioribus initiis cœpta, paulatim ad deterius delabitur. Vide Eras. in Chiliad.

Aeginea, orum, dicuntur grandiora omnia, aut rerum venalium onera miscellanea, id est farcinæ complectentes varias merces. Vnde Aeginopolæ, id genus mercium venditores. Ex Cœlio Antiq. Lect. lib. 11. cap. 6. & Eras. in Chiliad.

Aegineta, Gentile. Vnde Paulus Aegineta medicus clarissimus.

Aeginiticus, a, um, vt, Aegineticum æs, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimè temperabatur: vt est autor Plinius lib. 34. cap. 2.

AEGINIVM, Oppidum Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10.

AEGION, Suidæ, Oppidum Achaiæ propriè dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. Vide Plinium lib. 4. cap. 5.

AEGIOCHVS, Ionis est cognomentum, inde tractum, quòd cum Titanibus pugnaturus, ægide, hoc est, scuto captiuo corio contecto, fuerit armatus. Et sic erit compositum à nomine αἰγίς, & verbo ἔχω: vt sit Aegiochus, quasi ægida tenens. Alij malunt Aegiochum dictum esse διὰ τὸ αἰγὸς χεῖς, hoc est, à capræ alimento, quòd Iupiter infans caprino lacte in Creta feratur nutritus.

AEGIPANES, quos nonnulli Semicapros vocant, Monstra sunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humanam referentia figuram. Plin. lib. 5. cap. 1, Atlantem Africæ montem prodiderunt noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorúmque lasciuia. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanósque: Faunos ac Satyros nemorum deos esse dicentes. Panas agrorum, Syluanos syluarum.

AEGIRA, pen. prod. Oppidum Achaiæ in Peloponneso, de quo Plinius lib. 4. cap. 5.

Aegirinon, Vnguenti genus est, teste Ruellio, ex vua populi arboris confectum, ἀπὸ τῆς αἰγείρου, quam alij alnum, alij nigram populum credunt.

AEGIROESSA, Oppidum Aeolidis in Asia: cuius meminit Herodotus lib. 1.

Aegis, idis, Munimentum pectoris æneum à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Aegis: si in corpore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, Lorica dicitur. Virg. 8. Aen. Aegidáque horriferam, turbatæ Palladis arma. Hæc ferè Seruius. ¶ Aegis apud Græcos varia significat, Pellicem tegmen, quod gestant Afri: præterea maris intumescentis vndas, ac ventorum procellas & turbines. Alij malunt esse rete ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quę Athenis solita sit ferre sacram Aegidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent vxores. Vnde factum prouerbium, Aegis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Vide Erasmum in Chiliadib. ¶ Est præterea Aegis, scutum Iouis, & Palladis. Iliad. 4. & 5. in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides: vt apud Ouid. 4. Metam. habetur. ¶ Est etiam Aegis, lignum densum, medullæ simile, in larice fœmina nascens, mellei coloris, ex quo pictoriæ tabulæ fiebant, & codicilli, immortali penè materia, nullisq; rimis aut fissuris obnoxia. Autor Plin. lib. 16. cap. 39.

AEGISTHVS, Thyestis filius, ex Pelopeia, eiusdem filia, quem infantulum mater causa tegendi sceleris perdendum feris exposuit in syluis: sed à pastore inuentus, eiusque beneficio nutritus est, & inde αἰγισθος dictus, quòd nutritus sit à capris. Hic prouectior ætate Atreū, impellente tamen patre, interfecit, & eiusdem filium Agamemnona in balneis, vel vt alij volunt, in primo egressu, adiuuante vxore Clytæmnestra, qua etiam turpissimè vsus erat, obtruncauit. Postremò ab Oreste Agamemnonis filio patris mortem vlciscente, è medio est sublatus. Ouid. de Remedio amoris lib. 1, Quæritur Aegystus quare fit factus adulter: In promptu causa est, desidiosus erat.

AEGISTVS, Belli Prisci filius. Vide AEGYPTVS.

Aegithalos, Auis est apud Aristotelem quæ à Theodoro Patrus vertitur. Hermolaus in Plinium.

Aegithus, Auiculę nomen est, irreconciliabiles cum asino simultates exercens, quòd nidus eius, quem ferè in cardui struit, ab asino

Universidad de Deusto
Biblioteca

dissipetur. Contrà ægithus quoniam alia parte nocere non potest, asini vlcera etodit. Plin. lib. 10. cap. 74.

Aegitis, penult. prod. αἰγῖτις, Herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

AEGIVM, Αἴγιον, Oppidum Achaiæ, quæ est in Peloponneso, quo in loco Iouem à capra nutritum ferunt: vnde oppido nomen. αἴξ enim capram dicunt.

AEGLE, Αἴγλη, Vna Hesperidum fuit, hoc est, vna filiarum Hesperi, Italiæ regis, quæ vnà cum Arethusa, & Hesperethusa, sororibus, amœnissimos in Mauritania hortos habuit iuxta Lixum Romanorum coloniam, iussu Claudij Cæsaris eò deductam: in quibus (vt est in fabulis) aurea mala nascebantur, quæ à perrigili dracone asseruabantur, quæ postea abstulit Hercules, dracone interempto. Vide infrà in dictione Hesperides. ¶ Fuit & nympha hoc nomine, vna Naiadum, Solis (vt volunt) ex Neæra filia. Virgilius in Sileno, -timidisque superuenit Aegle, Aegle Naiadum pulcherrima.

AEGLES, Αἴγλης, Athletæ Samij nomen, qui quum per omnem ætatem mutus fuisset, in sacro tamen certamine quum in sortitione fraudem committi videret, nimio loquendi desiderio, linguæ vinculum rupit, & distinctè quandiu vixit, loquutus est. Vide Gellium lib. 5. cap. 9, & Valerium Maximum lib. 1. cap. 8.

Aegloga, αἰγώλιος, pen. cor. Caprarum seu rerum pastoralium sermo dicitur, quasi αἰγῶν λογία. At Ecloga ἐκλογή, sine diphthongo, electio vel explanatio, siue elegantia dicitur, vt inquit Plin. lib. 4. Epist. & Eusebius lib. 4 Eccl. hist. contra Tortellium.

Aegocephalus, αἰγοκέφαλος, pen. corr. Auis est liene carens. Vide Aristotelem lib. 2. de Animal. & Plin. lib. 11. cap. 37.

egoceros, ôtis, αἰγόκερως, Signum cæleste est, quod à nobis Capricornus dicitur: quod sol ingrediens, Solstitium hyemale efficit. Poëtæ fabulantur hunc ex Amaltheæ nymphæ capra natum fuisse, & eodem lacte cum Ioue educatum: qui postea cæli imperio potitus, veterem collactaneum inter astra collocauit. Inuenitur etiam accusatiuus Aegoceron tertiæ declinationis Græcorum, à nominatiuo αἰγόκερως, per ε, paruum. Lucanus, Aegoceron, Canerúmque tener. ¶ Est etiam Aegoceros, αἰγόκερως Dioscoridi, siue (vt apud Plinium legitur) Aegoceras, herba, quæ notiore nomine Fœnumgræcum appellatur: ita dictum, quòd semen habeat in siliquis caprino cornu similibus. Vide Plin. lib. 24. cap. vlt.

Aegon, ônis, pen. genitiui prod. αἰγών, Idem quod captile, hoc est, stabulum caprarum.

AEGON, Nomen pastoris apud Virgilium in Palæmone. ¶ Mons præterea Quirinalis, qui antequam in eum Sabini commigrarent, Aegon appellatus est: portáque ipsa Aegonensis dicta est, quæ alio nomine, Quirinalis dicitur. Autor Festus.

Aegolethros, αἰγόληθρος, Herba in Ponto alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, vel Ponticum vocatur: dicta à capris interimendis. αἴξ enim capra, & λήθειν, pernicioſum.

Aegonomus, pen. corr. ξαιγόνομος. Ital. *Pastor di capre*. Gal. *cheurier, gardeur de cheures*. Hisp. *Cabrero, cabrerizo*. Caprarum ductor: qui & Aepolus, αἰγόλος dicitur. quasi αἴγας ἄγων, id est capras pascens.

Aegonychon, αἰγόνυχον, Dioscoridi herbam illam esse docet Ruellius, quæ in officinis Milium solis appellatur. Alio nomine Lithospermon vocatur.

AEGOPHAGOS, Αἰγοφάγος, Iuno apud Spartanos dicta, quòd illi capris præcipuè sacrificabant. Cælius Antiq. lect. lib. 26.

Aegophthalmus, à Plinio lib. 37. cap. 11. gemma quædam appellatur, quæ caprini oculi speciem præ se fert.

AEGOS, Αἰγός, Thraciæ fluuius, ad cuius ostia classis Athenienſium, à Lysandro capta fuit. Plin. lib. 2. cap. 60, Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Stephanus ad Hellespontum collocat oppidum nomine αἰγὸς ποταμοῦ, quod nos Capræ flumen interpretari possumus: à quo deducitur gentile Aegopotamites, vel Aegopotamita, αἰγοποτάμιτης.

AEGOSTHENIA, Αἰγόσθενια, Ciuitas est Locridis, quam recenset Ptolemæus in descriptione Achaiæ. Huius incolæ à Plin. lib. 4. cap. 7. vocantur Aegosthenenses, Megarensium iurisdictioni attributi.

Aegrè, Aegreo, Aegresco, Aegrimonia, Aegritudo, Aegrotus, Aegroto, Aegrotatio, Vide AEGER.

Aegypios, & Gypas, αἰγυπιὸς καὶ γύπας, Græci vocant, quos Latini vultures.

AEGYPSVS, Αἴγυψος, Vrbs ad ripam Istri fluuij sita, nomen habens ab Aegypso Caspio conditore. Ouid. de Ponto, 1. Eleg. 7, Stat vetus vrbs, &c. Caspius Aegypsus, &c.

AEGYPTINI, pen. prod. Dicuntur Aethiopes, quia Aegyptiis sunt finitimi. Autor Festus.

AEGYPTA, Αἰγύπτης, Ciceronis libertus fuit, cuius identidem meminit Cicero in Epist. ad Tyronem. Tres autem præcipui numerantur Ciceronis liberti, Tyro, Aegypta, & Laurea, cuius extat epigramma de aquis Ciceronianis apud Plin. lib. 31.

AEGYPTVS, Αἰγύπτιος, Regio ab Aphrica (vt Plinius inquit) Canopico distreminatur ostio: ab Asia verò Peluſiaco, quam ob rem quidam inter insulas Aegyptum computauere. Qui tamen Asiam dimensi sunt, inter Asiæ regiones Aegyptum quoque dinumerauerunt. Est Aphricæ proxima: ab Aegypto Danai frater sic appellata, prius Aetia dicta. Hæc (teste eodem Plin. lib. 5.) ab Oriente Rubro mari Assyriæque coniungitur, ab Occaſu Cyrenen & Aphricæ reſiduum habet, à Meridie vſq; in Aethiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Aegyptium. Eius insignes vrbes sunt, Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hâc (vt Plato inquit) nunquam visum est pluere, sed Nili inundatione fœcundatur. Eius figura triquetra est, quam efficit Nilus, ita se diuidens, vt Δ literam facere videatur. Tempore Amasis regis vrbes habuit 20000. Natio fuit superſtitioſiſſima, adeò, vt non ſolum bruta animalia, vt canem, bouem & similia, verùm etiam res inanimatas vt allium, & cæpas interdeos collocarit. Dicitur parens tetratum, vt inquit Crinitus: nam Aegyptij omnium populorum vetustissimi, diſciplinarúmque complurium inuentores, rerúmque diuinarum, & siderum peritissimi dicuntur: primíque animam esse immortalem dixere, & de corpore in corpus vagari, vt autor est Diodorus. In hanc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, complúreſque alij eruditionis causa profecti, dogmata in suam quisque patriam retulere.

Aegyptiacus penult. corr. adiectiuum. Plin. lib. 6. cap. 28. Ad mare nostrum, littúſque Aegyptiacum.

Aegyptius, adiectiuum, αἰγύπτιος, Syl. Ital. lib. 13. -Aegyptia tellus. Cic. in Pison. Nomen ad dignitatē imperij regi Aegyptio vendidit. ¶ Admirabiles adeo fuere in nectendis machinis Aegyptij, vt hinc tractum fuerit prouerbium, Nectunt ſtupendas machinas Aegyptij, Δαιδάλου πολὺ τοὺς μηχανᾶς Αἰγύπτιοι. De vetſutis &, vt ait Plautus, conſictis dolis dictitatum. Torqueri poteſt & in perplexas ſophiſtarum argutias, ac ſyllogiſmorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in Sycophantas & delatores, qui vera falſis permiſcendo, nectunt calumnias.

Aegyptij præterea quòd geſtandis oneribus quæſtum non ſatis honeſtum factitare conſueuerint, vnde & ἀγχοφόροι dicti, in iocum prouerbialem abierunt, hoc Adagio, Quos non tollerent centum Aegyptij, Οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ' ἂν ἑκατὸν οἱ ἐγχώριοι Αἰγύπτιοι. De moleſtis dici ſolitum ac moribus intoleratndis ſeu faſtu præturgidis. Refertur Adagium ab Eudemo, à Suida, & ab Ariſtophane in Ranis. ¶ Huic affine eſt, Aegyptius laterifer, Αἰγύπτιος πλινθοφόρος. Ariſtophanes in Auibus. Quadrare videtur in ſordidum atque infimæ ſortis hominem. Aut in eum qui moleſtis negotiis premitur.

AEGYPTVS, maſc. gen. Αἴγυπτος, Beli Priſci filius fuit, & frater Danaæ: qui quum quinquaginta haberet filios, totidem eos fratris ſui filiabus matrimonio coniunxit: quæ à patre Danao inſtructæ prima à nuptiis nocte ſuum quæque maritum interfecerunt, præter vnam Hypermneſtram, quę Lynceo viro ſuo pepercit: qui poſtea, pulſo Danao, Argiuorū regnū inuaſit. Vnde Adagij figura, Aegypti nuptiæ, Αἰγύπτου γάμος, inauſpicatæ & infelices dicebantur. Torqueri poterit in ſimulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in ſpeciem, quum reuera queratur pernicies ei cui datur. Vide infrà in dictione BELIDES.

AEGYS, Αἴγυς, Oppidum eſt Laconicæ regionis, apud Stephanum.

AELANA, ſiue, vt alij malunt, Laana, Αἴλανα, ἡ λαίλανα, Oppidum eſt Arabiæ fœlicis, iuxta ſinum, qui ab eo Aelaniticus dicitur, ſiue Læaniticus, λαιανίτης κόλπος, Ptolemæo. Plin. lib. 6. cap. 28. Sinus intimus, in quo Læanitæ, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, & in ſinu Laana, vel, vt alij, Aelana. Nam & ipſum ſinum noſtri Aelaniticum ſcripſere, alij Elanaticum, Artemidorus Alanaticum, Inba Læaniticum.

AELIA, Αἰλία, Vrbs eſt Palæſtinæ, quæ & Hieroſolymaitta dicta ab Aelio Adriano. Stephanus.

AELIANVS, Αἰλιανός, Sophiſta fuit Prænestinus; tanta linguæ Atticæ puritate, vt μελίγλωσσος & εὐλίφθογγος cognominaretur. Scripſit Hiſtoriam de Animalibus, de varia hiſtoria, de re militari, quæ omnia ad nos pernenerunt. Claruit ſub Adriano principe. Suid.

Aelij, Per quatuor ſyllabas, Αἰλίους dicuntur, quibus duæ ſorores nupſerunt. Vide Cælium Rhodig. lib. 19. cap. 24.

AELIVS, Αἴλιος, Nomen proprium, quo plurimi ex Romanis viri illuſtres fuerunt appellati: vt, Aelius Gallus, vir equeſtris ordinis, qui ſolus Romanorum Arabiam hoſtiliter eſt ingreſſus, vt teſtatur Plin. lib. 6. cap. 29, & Strabo lib. 2. ¶ Aelius, prænomine Publius, qui eo anno Romæ Conſulatum gerebat cum Cn. Cornelio, quo Annibal in Africa victus fuit, teſte Plin. lib. & cap. 18. ¶ Aelius Stilo, nobilis ſcriptor, cuius meminit Plin. lib. 9. cap. 25. ¶ Item Aelius Adrianus, & Aelius Verus, Romanorum imperatores, quorum vitam vide apud Eutropiū.

AELLO, Ἄελλω, Trium ſyllabarum; vna eſt Harpyiarum: ſic dicta, quaſi ἄλλη ἄεθλα, hoc eſt alienum tollens. Ouid. 13. Metamor. Strophadúmque receptos Portubus infidis exterruit ales Aello. ¶ Eſt etiā nomen vnius ex canibus Actæonis, Apud Ouid. 3. Metamorph. dictum (vt videtur) ἀπὸ τῆς αἴλης, hoc eſt à procella, quam curſus celeritate referebat.

Aelurus, pen. prod. Αἴλουρος, Latinè catus, & felis dicitur. Ariſt. de Anim. Aeluri & Ichneumones tot numero pariunt quot canes. Aelianus Hiſtor. Animal. lib. 7, Aelurorum mas quidem libidinoſiſſimus eſt: fœmina autem amantiſſima prolis, fugit coitum cum maribus, quoniam ſemen emittunt calidiſſimum, & quaſi ignem genitalia adurens. Hoc cernens mas, communem fœtum dilaniat: illa verò prolis deſiderio, mareis libidine ardenteis adit rurſus. Gel. lib. 20. cap. 7. Aelurorum quoque oculi ad eaſdem viceis Lunæ, maiores fiunt aut minores.

AEMILIA, Regio Italiæ, quæ & Flaminia, & Romandiola etiam dicitur. In qua ſunt vrbes Ariminum, Cæſena, Saſſina, Fauentia, Rauenna, Forum Iuij, Bononia, Ferraria, Imola.

AEMILIA, Αἰμιλία, Vxor fuit maioris Africani: de qua vide Suidam.

AEMILIA GENS, Familia fuit Romæ in primis illuſtris: ex qua fuit Paulus ille Aemilius, qui in conſulatu ſuo Perſen Macedonum regem bello vicit, captúmque in triumpho duxit. ¶ Item Q. Aemilius Lepidus, quem Plin. lib. 7. cap. 53, refert, quum cubiculo egredi pararet, nihil mali ſentiens, offenſo ad limen pollice, repentè obiiſſe. ¶ Item Aemilius Scaurus, homo factioſus, & ſubdolus: de quo multa Saluſtius in Iugurtha. Sunt qui Aemylius ſcribere malint per y, in antepenultima, nominis eius initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philoſophi filium, qui ob ſingularem morum comitatem, ſermoniſq; lepórem, quem Græci αἰμύλιον dicunt, Aemylos eſt cognominatus. Animaduertimus tamen à Græcis ipſis & præcipuè, in Onomaſticis, in quibus literarum ſeries dictionum initia non facilè ſinit corrumpi, αἰμύλιος & αἰμύλια & αἰμυλιώδη ſcribi per quartam Græcorum vocalem, non per ſextam.

AEMILIA, Αἰμιλία, Virgo Veſtalis fuit ex nobiliſſima Aemiliorum familia: de qua ſic ſcribit Valerius lib. 1. cap. 1, Aemiliæ virginis diſciplinam, extincto igne, totam ab omni reprehenſione numen Veſtæ præſtitit: qua odorante, quum carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubitò ignis emicuit.

AEMILIANVS, Αἰμιλιανός, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Aemilij filius, eò quòd ex Aemilia gente in Scipionum familiam fuerit inſertus. Poſt quem & alij plerique eiuſdem familiæ viri clariſſimi & triumphales, eodem cognomine dicti fuerunt. Iuuena-

lis

lis. Sat. 8, -pictoſque oſtendere vultus Maiorum, & ſtantes in curribus Aemilianos.

AEMINIVM, αἰμίνιον Ptolemæo, Oppidum Luſitaniæ mediterraneum.

AEMINVS, αἷμινος, Fluuius Hiſpaniæ à Minio Tarraconenſis tractus ſtadio diſtans c c. m. paſſ. vtex Varronis ſententia tradit Plin. lib. 4. cap. 22.

AEMONIA, penult. corr. αἱμονία Stephano, Regio (quæ poſtea dicta eſt Theſſalia) ab Aemo monte, cui propinqua eſt, vel ab Aemone Deucalionis filio: prius Pyrrhæa dicta, à Pyrrha Deucalionis vxore. Quidam cum aſpiratione ſcribunt Hæmonia, αἱμονία: quo pacto etiã apud Suidam legitur.

Aemon, onis, gentile, αἱμων Stephano: & fœmineum Aemonis, idis, αἱμωνὶς. Et poſſeſſiuum Aemonius, a, um. Ouid. in Epiſt. Laodamiæ ad Proteſilaum, Aemonis Aemonio Laodamia viro. ¶Aemonia item, Oppidum eſt Notiei, apud Plin. lib. 5. cap. 24.

Aemulor, aris, pen. corr. Ab Aemulus, cum accuſatiuo in bonam partem accipitur, pro imitari, & quaſi aſſequi. {ζηλόω, φιλονικέω. Ita. *Imitar à competencia.* Gal. *Imiter, taſcher à faire auſſi bien qu'vn autre.* Hiſpa. *Remedar en bien.*} Cic. pro Flacco, Omnes eius vrbis inſtituta laudare facilius poſſumus, quàm æmulari. Terentius in prol. And. Quorum æmulari exoptat negligentiam Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam. Horat. lib. 4. Carm. Pindarum quiſquis ſtudet æmulari. ¶Interdum ſine caſu. Plaut. in Mercat. Aemulari quia non licet, inuidet. ¶Accipitur & in malam partem, pro inuideo, {φθονέω. Ital. *Inuidiare amaramente con deſeo di hauere lo altrui.* Gal. *Eſtre marry qu'on n'a ce qu'a vn autre.* Hiſp. *Auer embidia, remedar en mal.*} & ſic ferè cum datiuo conſtruitur. Cic. 2. Tuſcul. Obtrectare alteri, aut illa vitioſa æmulatione, quæ riualitati ſimilis eſt, æmulari, quid habet vtilitatis? Et paulo pòſt, Quiſmque corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eóque magis incendi, quòd his æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus, &c.

Aemulatio. {ζῆλος, ζήλωμα. Ital. *Il contrafare, l'imitare altri in qualche opera inuidioſamente.* Gal. *Enuie d'enſuiure quelqu'vn, ialouſie.* Hiſp. *Remedamiento en bien ò en mal, embidia.*} quæ (vt Cic. Tuſcul. 4. ſcribit) dupliciter dicitur, vt in laude & in vitio nomen hoc ſit, ſicut Aemulor. Nam, inquit, imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat.

Aemulator, oris, Idem quod Aemulus. Cic. Attic. lib. 1, Seruilius æmulator Catonis. ζηλωτής.

Aemulus, Inuidus, {φθονερός. Ital. *Imitatore della altrui opera, inuido.* Gal. *Imitateur, enuieux.* Hiſp. *Embidioſo en bien y mal.*} vt, Aemula ſenectus, apud Virg. Aen. Quæ quaſi inuidere nobis videtur iucundioris ætatis fœlicitatem. ¶Item eiuſdem rei ſtudioſus, vel ſectator, atque imitator. ζηλωτής. Cic. Att. 6. Licebit eum ſolus ames, me æmulum non habebis. ¶Eiuſdem muſæ æmulus, pro eiuſdem artis ſtudioſo, vſurpatur à Gellio prouerbij vice.

AEMVS, αἷμος Stephano, Mons Thraciæ, ſic dictus ab Aemo Boreæ & Orithyiæ filio. In hoc monte Martis domicilium collocauerunt Poëtæ. Sunt qui per aſpirationem ſcribunt Hæmus, αἷμος: quo pacto & apud Suidam legitur.

AEMYLIA, vide AEMILIA.

AENARIA, αἰναρία. Inſula eſt in ſinu Puteolano, de qua ſic ſcribit Plin. lib. 3 cap. 6, Aenaria à ſtatione nauium Aeneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithæuſa, non à ſimiarum multitudine (vt aliqui exiſtimauêre) ſed à figlinis doliatorum. Hodie Iſchia dicitur, à figura oppidi quod in monte habet coxendicis figura.

AENARIVS, αἰναρίος, Lucus in Achaia Peloponneſi regione, iuxta Olenum oppidum, in quo Achæi de rebus communibus conſulturi, conuentum agebant, Autor Strabo lib. 8.

AENEA, αἴνεια. Vrbs in Thracia, ab Aenea, vt Stephano placet, condita, quam nos eandem eſſe credimus cum ea, quam Plinius Aenon vocat. Huius meminit Liuius lib. 4, Proficiſcuntur (inquit) à Theſſalonica Aeneam ad ſtatutum ſacrificium. Item Theophraſtus de plantis, Circa Aeneam ficus arbor ſcabiem non ſentit. ¶Hinc ſit gentile Aeneates, Αἰνεάτης Stephano, & Aeneaticus αἰνεατικός, denominatiuum. Hoc etiam nomine olim dictum fuit oppidulum, vrbi Romæ imminens, quod & Ianiculum dicitur, conditum à Romulo Aeneæ filio, vt tradit Dionyſius. Ianiculum verò dictum Feſtus ait, quia per ipſum populus Romanus tranſire eœperat in agrum Hetruſcum. Nam & Ianus ab eundo dictus eſt, quaſi Eanus, vt Cic. de natura Deorum ait.

AENEAS, αἰνείας. pen. prod. Veneris & Anchiſæ filius, Virgilij carmine notiſſimus. Dictus Aeneas, vt quidam putant, ab αἰνέω, quod eſt laudo: nam Laus à Græcis αἶνος dicitur. Ab Aenea dicti ſunt Aeneadæ, αἰνειάδαι, Troiani. De huius genealogia vide Ouidium lib. 4. Faſtorum ibi, Dardanon Electra, &c.

AENESIDEMVS, Αἰνησίδημος, Illuſtris Argiuorum Imperator fuit, qui quum Argis à Philocle obſideretur, nec vrbem tueri poſſet, impetrata militibus abeundi facultate, ipſe honeſtè in præſidio ſibi credito occumbere maluit, quàm cum dedecore in patriam reuerti. Vide Liuium lib. 32. ab Vrb cond.

Aeneus, a, um, pen. corr. Idem eſt quod æreus. {χάλκεος. Ital. *Coſa fatta di bronzo.* Gal. *Qui eſt de cuiure ou d'erain.* Hiſp. *Coſa de alambre ò cobre.*} Colum. lib. 12. cap. 20. In coctura æruginem remittunt ænea vaſa. Cic. 6. Verr. Lectos ætatos & candelabra ænea. Vide AHENEVS.

Aeneatores, Dicti ſunt tubicines, ab ænea tuba. {σαλπιγκταί. Ital. *Trombetti.* Gal. *Trompeteurs.* Hiſp. *Tañedores de trompeta.*} Ammian. lib. 19, Quum ſupereſſet exiguum noctis, æneatorum clangore ductores vrbem, vt mox caſuram, terribili corona cinxerunt. Sueton. in Cæſare Dict. cap. 32.

AENI INSVLA, Αἴνου νῆσος, Eſt inſula in ſinu Arabico. Ptolem.

AENTA, Αἴντα Stephano, Oppidum eſt Perrhæborum non procul ab Acheloo fluuio: cuius meminit Strabo lib. 8.

Aenienſis, gentile, quo vtitur Plin. lib. 4. cap. 9. & Aenian, anis, Αἰνιάν Strabo, ſicut Acarnan, anis.

Aenianicus, denominatiuum: vt Aenianicus ſinus, Αἰνιανικὸς κόλπος.

Aenigma, atis. {αἴνιγμα. Ital. *Enigma, allegoria oſcura.* Gal. *Enigme, Sentence obſcure & couuerte.* Hiſp. *Sentencia obſcura.*} Obſcura allegoria, vel quæſtio obſcura, quæ difficilè intelligitur, niſi aperiatur: ab αἰνίσσω, obſcurè loquor, innuo. Inuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum eſt. Huiuſmodi eſt illud libri Iudicum, De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Gell. lib. 12. cap. 6. Quæ Græci dicunt Aenigmata, hoc genus quidam ex noſtris veteribus Scrupos appellarunt.

Aenigmaticus, a, um, αἰνιγματικός. Obſcurus, & ænigmatibus inuolutus.

Aenigmatiſtes, αἰνιγματιστής. Qui ænigmata facit, ſeu proponit. Hieronymus contra Iouin. Sed quid ad noſtrum ænigmatiſten, cuius libros multò difficilius eſt noſſe, quàm vincere!

AENOBARBVS, Dictus eſt Domitius, quoniam Caſtor & Pollux quum victoriam illi nuntiarent, ipſéque minimè crederet narrantibus, malas, barbámque manibus permulſerunt, & eam ex fuſca in flauam conuerterunt: vnde à barba rutila, ænéique colotis Aenobarbus dictus: quod poſtea Domitiorum cognomen fuit.

AENOS, Αἶνος Stephano, Oppidum Thraciæ liberum, cum Polydori tumulo. Plin. lib. 4. cap. 11, Straboni Poltiobria dicitur. Oppidum hoc Virg. credi vult ab Aenea conditum fuiſſe, & ab eo nomen accepiſſe, quum ait lib. 3. Aen. -feror huc, & littore curuo Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis, Aeneadáſque meo nomen de nomine fingo. Seru.

Aenum, Vide AHENVM.

Aenus, adiectiuum, Vide AHENVS.

AENVS, Αἶνος, Germaniæ fluuius eſt, Vindelicos à Noricis diuidens. Ptolemæus.

AEOLIA, Αἰολία Stephano, Inſula eſt Siciliæ adiacens, vna earum, quæ à Græcis Hephæſtiades, à Latinis Vulcaniæ appellantur, & Aeoliæ. Putatur eadem eſſe, quæ alio nomine Strongyle dicitur. In illa enim Aeolus, quamuis Vulcaniis omnibus imperaret, præcipuè domicilium habuiſſe fertur. Plin. lib. 2. cap. 106, Aeolia inſula iuxta Italiam cum ipſo mari arſit per aliquot dies ſociali bello, donec legatio Senatus piauit. Meminit huius & Homerus lib. 10. Odyſſ. Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθα. Et hunc imitatus Virg. lib. 1, Ventorum in patriam, loca fœta furentibus Auſtris, Aeoliam venit. ¶A quibuſdam etiam Aeolia dicitur, regio minoris Aſiæ, Helleſponto, & Propontidi adiacens, quæ olim Myſia dicebatur. Verùm hanc cum Plinio, Strabone, Mela, cæteriſque Geographis melius Aeolidem appellauerit. Vide paulo pòſt in dictione AEOLIS. ¶AEOLIAE INSVLAE, quæ & Vulcaniæ, Ἡφαιστιάδες, Inſulæ ſunt numero ſeptem, non procul à Peloro Siciliæ promontorio diſtitæ: de quibus ſic ſcribit Plin. lib. 3. cap. 8, Citra verò Siciliam ex aduerſo Metauri amnis XII millibus ferme paſſuum ab Italia, ſeptem Aeoliæ appellatæ. Eædem Liparæorum, & Hephæſtiades à Græcis, à noſtris Vulcaniæ. Dictæ Aeoliæ, quòd Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Harum Inſularum nomina ſunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericuſa, Phœnicuſa, & Euonymus. Plin. eod. lib. cap. 5.

AEOLES, pen. corr. Αἰολεῖς. Populi fuerunt Græci, ita dicti ab Aeolo Hellenis filio. Hi relicta patria, in Aſiam traiecerunt, ſedibúſque in Myſia minore fixis, Aeolidem à ſeſe vocauerunt. Antea Pelaſgi dicebantur, teſte Herodoto lib. 7.

Aeolicus, a, um, αἰολικός vel, Lingua Aeolica, vna ex quinque Græcorum dialectis.

AEOLIDES, Αἰολίδης, dictus eſt Vlyſſes ab auo Aeolo, qui filium habuit Siſyphum, ex quo & Anticlea ante Laertæ nuptias natus eſt Vlyſſes. Virg. lib. 6, -comes additur vna Hortator ſcelerum Aeolides. Hoc etiam nomine vocat Virg. Miſenum Aeneæ tubicinem. Miſenum, inquit, Aeoliden, quo non præſtantior alter Aere ciere viros.

AEOLIDIS, Αἰολίς, Regio eſt in minore Aſia, Lecto promontorio à Troade, Hermo autem fluuio ab Ionia diuiſa: ita dicta ab Aeolibus Græciæ populis qui duodecim in ea vrbes ædificarunt, teſte Herodoto lib. 1. Antea Myſia dicebatur, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

AEOLVS, Αἴολος pennit. corr. Iouis filius ex Aceſta, ſiue Sergeſta, filia Hippotæ Troianiã quo Hippotades dicitur. Ouid. 11. Metam. Quòd ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes Continet ventos. Hic in hoſpites benignus fuiſſe, & Aeolias à ſe nominatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur, & in his Strongylen, ex cuius fumo, quinam flatus futuri eſſent, in triduum prædicebat. Vnde ventorum rex putatus eſt. ¶Aeolus Hellenis filius, à quo ventorum rationem primò inuentam tradit Plin. lib. 7. cap. 56.

AEOS, Αἰός, Typhonis fuit filius, quem quidam ſcribunt Paphon Cypri ciuitatem condidiſſe: quum tamen ſint, qui Paphi Pygmalionis filij opus eſſe ſcribant.

AEPEA, αἰπεία Stephano, Agri Laconici oppidum, non procul à Pharis. Strabo lib. 8, Aepea hoc tempore Thuria dicitur, quam Pharis conterminam commemorauimus: ſita verò eſt in excelſo collo: vnde Αἰπεία. id eſt celſa nomen ſortita eſt.

AEPOLVS, penul. corr. Αἰπόλος, Paſtoris nomen apud Theocritum, per ſyncopen dictum (vt quidam putant) pro αἰγοπόλος, λάτο τ' αἰγὸς, ὁ ποιμὴν δ' ἀναφίβολος: quaſi à τὸν τᾶς αἰγὸς ἀναφιβόλλοντα. Latinè Caprarium vertere poſſumus. Nam illi αἰπόλιον dicunt, quem nos Caprarum gregem.

AEPVLO, Iſtriæ rex fuit, teſte Liuio, qui à Romanis victus, ferro ſe maluit occidere, quàm viuus in Romanorum poteſtatem venire.

AEPY, αἶπυ. Vrbs fuit ſub ditione Neſtoris, quam ἰψήεσσαν, hoc eſt, bene munitam dixit Homerus lib. Iliad. 2. Et in montibus ſitam eſſe dicit Statius lib. 4. Thebaid. quum inquit, Quos Thryon & ſummis ingeſtum montibus Aepy. Vnde & nomen accepiſſe videtur, quòd edito in loco ſitum eſſet. Nam αἶπυς, idem eſt quod altus, ſiue excelſus. Meminit vrbis huius & Strabo lib. 8.

Aequabilis, Vide AEQVVS.

Aequæuus, Aequalis, eiuſdem ætatis, ab æqualitate æui. {ὁμῆλιξ. Ital. *Della medeſima età.* Gal. *D'vn meſme aage.* Hiſp. *Coſa de vgual edad.*} Virgil. 2. Aeneid. Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. Nomen eſt propriè poeticum: nam Aequalis oratorium eſt. Plinius tamen hac voce eſt vſus lib. 6. cap. 44.

Aequamentum, Aequatio eſt: quod & Libramentum dicitur, æqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtrinque portione propendente. *ἰσόμοιρος*. Sic enim vertit Gaza locum Aristotelis de Animalibus.

Aequanimis, & hoc Aequanime, & Aequanimus, a, um, qui est æqui animi, qui nec prosperis extollitur, nec aduersis frangitur. {*ἐγκάρτερος*. Ital. *Quello che è d'animo temperato*. Gal. *Qui prend bien les choses qui surviennent sans se facher & ennuyer*. Hisp. *Paciente y sufrido*. } Ausonius, Aequanimus fiam te iudice, siue legenda, Siue tegenda putes carmina quæ dedimus.

Aequanimitas, Fauor, & propitius animus. {*ἐγκαρτερησία*. Ital. *Temperanza d'animo*. Gal. *Patience*. Hisp. *Paciencia y sufrimiento*. } Terent. in Adelph. Facite, æquanimitas vestra Poëtæ ad scribendum augeat industriam.

Aequatio, Vide Aequo æquas, in AEQVVS.

Aequator, toris, Circulus in cælo, sphæram diuidens in duas partes æquales, patem vtrinque versus polos mundi distantiam relinquens: in quem quum sol inciderit (quod bis contingit in anno: semel in principio Arietis, atque iterum in principio Libræ) dies fiunt æquales nocti in toto orbe terrarum. *ἰσημερινός*.

Aeque, Vide AEQVVS.

AEQVI, Populi fuerunt Italiæ, Latinis & Volscis finitimi, à Quinto Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

AEQVICVLANI, Italiæ populi, Sabinis ad Orientem proximi: quorum oppida sunt Cliternum, & Caleeoli. Horum meminit Plin. lib. 3. ca. 12. Idem à Virg. 7. Aen. Aequicolæ vocantur. Horrida (inquit) præcipuè cui gens, assuetáq; multo Venatu nemorum, duris Aequicola glebis. Eosdem & Aequicolos dictos inuenimus. Ouid. 3. Fast. Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.

Aequidiale, Dictum ab antiquis, quod nunc dicimus Aequinoctiale, quia nox diei potius, quàm dies nocti annumerari debet. *ἰσημερινόν*. Sic etiam Aequidium, *ἰσωρία*, quod nunc Aequinoctium. Festus.

Aequilatatio, *τὸ ἰσοπλατὲς*. Nomen duriusculè compositum ex æquo & latum, quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio. Vitruuius lib. 2. cap. 8, Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio signetur.

Aequilanium, videtur ex æquus & lana compositum. Festus: Aequilanium significat ex toto dimidium, dictum à lauatione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire, quum dimidium decidit sordibus. Scribitur in nonnullis codicibus, Aequilauium, vt sit ab Aequus & lauo, lauas.

Aequilibrium, Aequatio libræ {*ἰσορροπία*. Ital. *Giusteza dalla billanza che non pende qua o la*. Gal. *Pareil poix, entre deux fers*. Hisp. *Peso que yguala à otro tanto peso*. } quod & Aequamentum & Libramentum dicitur, & Trutina, quum pro bilancis seu stateræ lingua sumitur. *ῥοπή*. Gel. Nunc cui membrum ab alio ruptum est, si ipse itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium.

Aequilibris, & hoc bre. pen. prod. Ex Aequus & Libra compositum, propriè significare videtur, quod ad libram æquali constat pondere: vt si dicas, Hi nummi sunt æquilibres. id est æquali pondere. {*ἰσόρροπος*. Ital. *Di ygual peso*. Gal. *Tout d'vn poix, d'vn mesme poix*. Hisp. *De peso ygual*. } Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruu. lib. 5. ca. 12. Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quæ suprà scripta est. hoc est omnino æquales, quasi ad libram æquati, vel quasi æqualiter librati.

Aequilibritas, atis. *ἰσορροπία*. Cic. lib. 1. de Nat. deorum, Confugis ad æquilibritatem: sic enim *ἰσορροπίαν* (si placet) appellemus.

Aequimanus, pen. corr. Idem quod ambidexter.

AEQVIMELIVM, Locus Romæ, vbi domus Melij solo æquata fuit. Pub. enim Melius ob frumenti largitionem in suspicionem affectatæ dominationis venit: & quum ad populi fidem fugeret, à Seruilio Hala magistro equitum comprehensus & occisus est, domúsque eius diruta, & area Aequimelium dicta. Ex Tito Liuio 1. Decad. lib. 4. Cic. pro Domo sua, Melij regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud æquum accidisse Melio Populus Rom. indicauit? Nomine ipso Aequimelij stultitiæ pœna comprobata est.

Aequimentum, ait Nonius: sed melius Equimentum: de quo vide suo loco.

Aequinoctium, Ab æqualitate noctium dicitur: quòd tunc dies & nox horarum spatio æquales sint. {*ἰσημερία*. Ital. *Equinottio*. Gal. *L'equinoxe*. Hisp. *La ygualdad del dia y de la noche*. } Cic. ad Attic. Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Duo sunt autem æquinoctia, Vernale scilicet & Autumnale. Vernale fit quarto Idus Martias, vel circa octauum Calend. April. & in octaua parte Arietis cõficitur. Autumnale decimo octauo Cal. Octob. ante Vergiliarum occasum, diebus quadraginta. Annum enim olim in duas tantùm partes diuidebant, hoc est in æstiuum, & hyemale solstitium.

Aequinoctialis, adiectiuum, {*ἰσημερινός*. Ital. *Cosa pertinente all'equinottio*. Gal. *Equinoxial*. Hisp. *Cosa de aquella ygualdad*. } vt, Tempus æquinoctiale, & Horæ æquinoctiales, quarum 24. exæquant diem naturalem. Pli. lib. 2. cap. 75, Sic fit, vt vario lucis incremento in Meroe longissimus dies XII horas æquinoctiales, & octo partes vnius horæ colligat. Catul. Iam ver egelidos refert tepores, Iam cæli furor æquinoctialis, Iucundis Zephyri silescit auris.

Aequiparo, as, pen. cor. Significat comparo, vel æquo. {*ἰσόω*. Ita. *Agguagliare*. Gal. *Egaler, parangonner*. Hisp. *Ygualar vna cosa à otra*. } Cic. 5. Tuscul. Nemo est qui facis me æquiparare potest. Virgil. 3. Aeglog. Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.

Aequiparabilis, & hoc le, Quod æquari vel comparari cum aliquo potest. {*ἰσωτὸς*. Ital. *Cosa che si può comparare*. Gal. *Esparable, digne d'estre egalé*. Hisp. *Cosa que se puede ygualar*. } Plaut. in Trin. Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles vestras cum nostris fachiones, atque opes.

Aequiparatio. {*ἰσωσις, τὸ ἰσωθῆναι*. Ita. *Comparatione, paragone*. Gal. *Egalement, comparaison*. Hisp. *Ygualdad*. } Gel. lib. 14. cap. 3. Aequiparatio ipsa plerunque, & paritas virtutum inter se consimilium.

Aequipolleo, les, per duplex ll, Parem potestatem habeo. *ἰσοδυναμία*. & Aequipollentia, æquiualentia. Perottus.

Aequipondium, ex adiectiuo Aequum, & Pondus. Ponderis æqualitas. {*ἰσοσταθμία*. Ital. *Contrapeso giusto*. Gal. *Egal poix*. Hisp. *Peso que yguala à otro tanto peso*. } Vt si dicas, Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur hoc nomen apud Vitruuium, lib. 10. cap. 8. apud quem & Sacoma

pro eodem.

Aequitas, Aequo, æquas, Vide AEQVVS.

Aequiualeo, es, pen. corr. Idem quod æquiparo, assequor, quasi tantundem valeo. {*ἰσοφορέω*. Ital. *Poter parimente*. Gal. *Valoir autant*. Hisp. *Valer otro tanto*. } Ouidius de Philomela, Nam quamuis aliæ volucres modulamina tentent, Nulla potest modulis æquiualere tuis.

Aequituocum, A Martiano vocatur Plurituocum, quando pluribus rebus eadem est appellatio: vt Aries. Nam & machinamentum quo muri expugnantur, & sidus in cœlo, & animal in terris Aries vocatur. *ὁμώνυμον*.

Aequor, oris, Mare dicitur, ab æquare, pro planum facere, quòd æquam superficiem habeat, siue planum sit, nullis iam à tempestate fluctuantibus procellis. {*πέλαγος*. Ital. *Mare, pianura*. Gal. *Vne plaine, le plan de la mer*. Hisp. *Llanadura del mar ò del campo*. } Cic. Academ. Quæst. Quid tam planum quàm mare? ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant. Virgil. Aeneid. 1, Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere? Idem Georg. 3, At prius ignotum ferro quàm scindimus æquor. Cic. de Diu. 1, Sic enim Aegyptij, sic Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Quandoque pro aëre. Idem 1. Aen. Aspice bis senos volitantes æquore cygnos.

Aequoreus, a, um, Quod ad æquor pertinet, *πελάγιος*. Mart. lib. 13. Hic scarus æquoreis qui venit obesus ab vndis. Virg. 4. Aen. Et genus æquoreum, pro piscibus.

Aequus, a, um, In quo nihil eminet, nihilque est inæquale. {*ὁμαλές, ἴσος*. Ital. *Vguale, piano, giusto*. Gal. *Plain & vni, egal. Raisonnable, equitable*. Hispa. *Cosa ygual, ò justa ò justiciera*. } Cic. pro Cecinn. Sed ne æquo quidem & plano loco. ¶ Per translationem ponitur pro integro, & iustitiæ dedito, quique nullam in partem se inclinet. Cic. 6. in Verr. Prætor æquus, & sapiens dimitti iubet senatum. ¶ Ponitur aliquando pro fauente, vel suffragante: & hoc interdum cum datiuo: vt, Te mihi æquũ præbere debebis. Cic. ad Attic. Consequêris, vt eos ipsos, contrà quos statuas, æquos placabiléque dimittas. Ad rem quoque aliquando refertur, vt Aequa conditio, æqua lex, æqua postulatio. Terent. Eun. Quare æquum est vos cognoscere, & ignoscere. Aliquando æquus, pro æquali legitur, siue æquè magno. Terent. in Eunucho, O Thais, Thais, vtinam esset mihi pars æqua amoris tecum. Virg. 2. Aen. Sequiturque patrem non passibus æquis. ¶ Aequum, neut. gen. Idem quod æquitas, *τὸ ἐπιεικές*. Virg. 2. Aen. Cadit & Ripheus iustissimus vnus Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.

Aequi bonique facio, In bonam partem accipio. {*εὐδοκιμῶ μᾶλλον*. Ital. *Pigliare in buona parte*. Gal. *Prendre en bonne part*. Hisp. *Tomar en buena parte*. } Potest etiam accipi pro Non magni pendo, *οὐλογίζομαι οὐδέν*. Terent. Ceterùm equidem istuc Chreme, æqui bonique facio. Liui. Ne serpat latius contagio eius mali, nos æqui bonique facimus. Cic. ad Att. sine copula dixit, Aequi boni facit. Hæc loquendi formula à Iurisperitis est profecta. Illi enim Aequum bonum appellant, quando non stricto & summo iure, sed secundum æquitatis dictamen, quæ est legitima iuris moderatrix, negotium deciditur. ¶ Ex æquo & bono statuere, arbitrari, censere, æstimare. ¶ Aequum & bonum impetrare, id est ius suum obtinere, rem suam recipere, quod æquum erat, auferre.

Aequabilis, Idem quod æqualis. {*ἰσόμοιρος, ὁμαλὸς, ἰσόνομος*. Ital. *Vguale*. Gal. *Egal, bien proportionné*. Hisp. *Cosa tambien, ygual, y amigable*. } Cic. Offic. 1, Sed hoc colendum est æquabile, & temperatum orationis genus: hoc est quod vno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus variatur, sicut solet orationum stylus. Idem pro Cecinna, Quod æquabile inter omnes, & omnibus vnum esse possit.

Aequabilitas. {*ἰσονομία, ὁμαλότης*. Ital. *Vgualita*. Gal. *Egalité*. Hisp. *Ygualdad*. } Idem ferè quod æqualitas, hoc est certus quidam rerum modus, & constantia: vel sibi constans, & nulla parte in vitium inclinans ratio: vt Aequabilitas vitæ, in qua nulla est perturbatio, neque varietas, aut discrepantia. Cic. 1. Offi. In liberis verò populis, & in iuris æquabilitate exercenda etiam est facilitas. Ibidem, Aequabilitas tum vniuersæ vitæ, tum singularum actionum, maximè decora est.

Aequabiliter, aduerbium, Aequaliter. *ὁμαλῶς, ἰσονομικῶς*. Idem 2. de Orat. Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. Idem 2. de Natur. deorum. Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est.

Aequalis, Par, æquè magnus. {*ἴσος, ὁμαλὸς*. Ital. *Piano, yguale*. Gal. *Parel, egal*. Hisp. *Cosa ygual à otra cosa*. } Cic. 3. de Legib. Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualem esse volumus. Item 3. de Oratore, Et Cretici æqualis Pæan, qui spatio par est, syllaba longior. ¶ Interdum accipitur pro simili, *ὅμοιος*. Plin. Quum & ipse æqualem fortunam expertus fuissem. ¶ Refertur & ad ætatem: dicunturque Aequales, *ἥλικες*, qui pares sunt ætate, & æquè multos numerant annos. Coætanei verò, *ἡλικιῶται*, dicuntur qui ætate eadem vixerunt, etiamsi alter altero annis multis fuerit maior. Sic Ciceronem, & Augustum coætaneos fuisse dicimus, æquales verò nequaquam. Cice. in Catone, Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant. Idem de Clar. Orat. Liuius Ennio æqualis fuit. ¶ Prouerbialiter dicimus, Aequalis æqualem delectat, *ἥλιξ ἥλικα τέρπει*. pares enim facillimè congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quam Græci vocant *ἡλικίαν*. Ad quod alludens Homer. Odyss. δ. ait, *Ἀνὴρ τὸ ἡμέλικτος ἰμεῖο*. id est, -Quinetiam sumus æquæui. Vide Arist. 1. Rhetorico.

Aequalitas, Similitudo, paritas, seu æquabilitas. {*ὁμαλότης*. Ital. *Vgualità*. Gal. *Egalité*. Hispa. *Ygualdad*. } Cice. Topic. Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur. Plin. lib. 50. cap. 31, Carnesque quæ excrescunt, ad æqualitatem redigit: explet quoque, & ad cicatricem perducit. ¶ Paræmia Pythagorica est, Amicitia æqualitas, Amicus alter ipse, *Τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχήν. Τὰ φίλων, κοινὰ τῶν φίλων*. Neque enim quicquam non commune, vbi fortunarum æqualitas: neque dissensio, vbi idem animus: neque diuortium, vbi coagmentatio duorum in vnum. Vide Aristot. Magnor. Moral. 2. & Platon. de Legib. 6. ¶ Huic prouerbio est illud simile, Aequalitas haud parit bellum, *τὸ ἴσον πόλεμον οὐκ οἶδε*. Aequalitate enim continetur concordia, inæqualitas discordiarum

Universidad de Deusto Biblioteca

disco: dicitur & ἐστιατήρ. Solonis est apophthegma in Plutarcho.

Aequaliter, Similiter, pariter, ex æquo. {ὁμαλῶς. Ital. *Ugualmente*. Gal. *Egalement, également*. Hisp. *Igualmente*.} Cic. 4. Acad. Aequaliter omnibus abrogatur hic: hoc est tam his abrogatur quàm illis.

Aequus, æquabilis. Significat iustè. {δικαίως. Ital. *Giustamente, Ugualmente*. Gal. *Justement, excellemment, iustement*. Hispa. *Igualmente ò por iguales, ò iustamente*.} Seneca. Iudex qui parte inaudita altera aliquid statuit, etiam si æque statuerit, haud æquus fuit. ¶ Nonnunquam idem quod Ex æquo, vel æqualiter, ἴσως, ὁμαλῶς. Cicero 1. Offic. Benevolentia ciuium non æquis omnes egent. Idem Fam. 13, Literæ vtique nostrum propè æquis gratæ erant. ¶ Interdum significat Tam, vel Tantum vel Similiter, ἐφίσου & admittit Ac, vel Atque, vel Vt. Suetonius in Cæs. Nihil æquè, ac iudicis acerbitas profuit. Terent. in Andr. Miser æquè atque ego. Cic. Attı. Simul quod æquè ea quæ sunt, vt ea quæ certè futura sunt, videre non possum.

Aequitas. {Ital. *Pianura, giustitia*. Gal. *Egalité, equité, moderation de droit*. Hispa. *La iusticia que iuzga in derecho*.} Modò planitiem significat, ὁμαλότης: modò iustum, quódque rationi consentaneum est: modò paritatem quandam inter homines, quam Cicero æqualitatem vocat, quum omnes coæquamur, ἰσονομία. Nam Deus, qui homines generat, & inspirat, omneis æquos, id est pareis esse voluit, eandémque conditionem viuendi omnibus posuit, omnibus immortalitatem spopondit: nemo apud Deum seruus, nemo dominus. Vbi non sunt viuuerè pares, æquitas non est, & excludit inæqualitas ipsam iustitiam, cuius vis omnis in eo est, vt pareis faciat eos, qui ad huius vitæ conditionem pari sorte venerunt. Huiusmodi æquitate, quam Græci ἐπιείκειαν vocant, ad iudicandas res maximè opus est, vt nullo personarum delectu iudex moueatur, nullíque aut gratiæ aut maleuolentiæ à vero honestóque deflectat. Sæpenumero autem accipitur Aequitas, pro perfecta quadam ratione, quæ leges, strictúmque ius interpretatur, & emendat, nulla Scriptura comprehensa, sed solùm in vera ratione consistens. Cicero pro Cecinna, Omnino iam bene agis: a verbis enim recedis, & æquitate veteris. Idem pro Plancio, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti. ¶ Pro eodem etiam dicimus Aequum & bonum. Idem pro Cecinna, Ex æquo & bono, non ex callido versutóque iure rem iudicari oportet. ¶ Aequitas animi, est constantia quædam ac moderatio, quum æquo animo, patienterque omnia ferimus, & in bonam partem accipimus. ἰσοψυχία. Cicero 2. ad Atti. Perspice æquitatem animi mei. Idem de Senectute, Noui enim moderationem animi tui & æquitatem. Pro eodem etiam legitur Aequitas absolutè. Idem in Pisonem, Quo in spectaculo mira reipublicæ æquitas erat, vter eorum periret, tanquam lanista. Cicero in Partitio. duplicem vim æquitatis constituit, cuius altera directi, & veri, & iusti ratione constet: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertineat, quæ in beneficio Gratia, in iniuria Vltio nominatur.

Aequo, as. Aequum, siue æqualem facio, plano. {ὁμαλίζω. Ital. *Spianare*. Gal. *Aplanir, egaler, faire vn*. Hisp. *Igualar vna cosa à otra*.} Plin. Aequato deinde pauimento infunditur oleum. Cice. Verr. 6, Quo in summo est æquata agri planities, & aquæ perennes. Et hæc propria est huius verbi significatio. ¶ Per translationem autem significat æqualiter diuidere. Virgil. 1. Aeneid. -operúmque laborem Partibus æquabat iustis. Aliquando continuare. Idem 9. Aeneid. -fœlix si protinus illum Aequasset nocti iudum. Accipitur etiam frequenter Aequare, pro eo quod dicimus, Aequalem vel parem alicui facere, vel etiam quempiam aliqua in re adæquare. Atque ita interdum construitur cum præpositione Cum. Cicero de Legibus 3. Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus se æquari putarint. Interdum cum dativo. Idem Offic. 1, Vt non solùm orationes meas, sed hos etiam de Philosophia libros, qui se tam illis fere æquarunt, studiosè legas. Interdum absolutè. Cæsar Belli Gallici 1, Vt æquato omnium periculo spem fugæ tolleret. Huius composita Adæquo, Coæquo, Exæquo & Peræquo, quæ secundum vim præpositionum significant.

Aequatio, verbale, Aequalitas. {ὁμάλωσις. Ital. *Pareggiamento, equalità*. Gal. *Apianissement, egalement*. Hisp. *Obra de yguales vna cosa à otra*.} Liuius 4. ab Vrbe. Nec excellere vnum aut alterum ordinem in ciuitate, sed æquationem ad dignitates fore credidit, &c.

Aër, {ἀήρ. Ital. *Aere, aria*. Gal. *L'air, vn des quatre elemens*. Hispa. *Ayre elemento*.} Propriè dicitur medium spatium inter elementum ignis & terram, plus multò habens raritatis, quàm inferiora elementa. A' Virgilio etiam inane vocatur, in Sileno, Nanque canebat vt magnum per inane coacta Semina. Dictus Aër (vt quidam autumant) ἀπὸ τοῦ ἄειρω, ab eo quòd ferat terram, vel quòd feratur. Sed credo potius dici, ab ἄημι, id est spiro: vnde producit vltimam. Luc. lib. 1, Aër & longi voluent Titana labores. Qui corripiunt, Claudiani deprauata lectione falluntur, dum sic legunt, Lucidus vmbroso miscebitur aër Auerno, vera siquidem lectio non habet Aër, sed Axis. Alioqui neque quantitatis ratio constaret, neque sensus conueniret. Hic autem aër partim ad terrenam, partim ad cælestem materiam pertinet. Nam illa subuolis, vbi ventosi ac procellosi motus non possunt existere, ad cælestem pertinet partem: iste verò qui volueribus permeatur, & stadiis quadraginta (vt Possidonius ait) à terra distat, quum sit turbulentior & exhalationibus humidis corporescat, terræ deputatur, atque ex se multas species reddit. Nam commotus, ventos facit: vehementius concitatus, ignem & tonitrua: contractus, nubila: conspissatus, pluuiam: congelatis nubibus, niuem: turbulentius congelantibus deuitoribúsque, grandinem: dilatatus, serenum effecit. ¶ Prouerbialiter figura dicimus, In aëre piscari, & in mari venari. Vsurpatur à Plauto in Asinaria, quadrabitque simpliciter in eos qui frustra moliuntur τὰ ἀδύνατα: aut qui præposterè ibi quærunt aliquid, vbi ne sperari quidem possit. Vt si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem quærat. ¶ Aliquando Aër dicitur ventus, spiritus, vel flatus modicus. Virgil. Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras. ¶ Aliquando dicitur sonus. Varro, Anima vt concluſa in vesica, quando est arctè ligata, si perculeris, aëra reddet.

Aeripes, quatuor syllabarum, penult. correpta. Celer, quasi Aerios pedes habens. ἀελλόπους. Virgilius synæresim facit. Fixerit æripedem cervam licet.

Aerius, adiectiuum quatuor syllabarum, aut Aereus. {ἀέριος. Ital. *Fatto di aria*. Gal. *De l'air, qui est de l'air*. Hisp. *Cosa aerea*.} Propriè significat quod in aëre fit aut in aëre viuit. Cic. in Topic. Deinceps aërij volatus auiũ atque cantus. Virgil. 4. Georg. Protinus aërij mellis, cælestia dona. Mel aërium vocat, quia ex rore colligitur, qui ex aëre defluit. ¶ Aliquando altum significat. Virgil. Nec gemere aëria cedibit turtur ab vlmo. Et alpes aëriæ, Idem 3. Georg. Arces aëriæ 3. Aeneid. Diuinatio ex aëre.

Aera, æ, Numeri nota erat in monera, qua eius pretium designabatur. Lucilius, Hæc est ratio peruersa, æra numeri subducta improbè. Astrologi quoque temporis initium, à quo supputationes incipiunt, Aeram vocant. Vide Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 2. ¶ Aera ἄειρα. Herba triticum enecans, quæ apud nos Lolium dicitur, vt inquit Dioscorides. Plin. lib. 18, cap. 17. Est herba quæ cicer enecat, & eruum, circunligando: vocatur orabanche: tritico simili modo æra.

Aerineus, a, um, Quod ex æra factum est. Plin. Panis verò cum melle & ærinea farina, id est loliacea.

AERAE, ἀίρραι, Oppidum est Macedoniæ, cuius incolæ Aeræi, ἀιρραῖοι, dicuntur. Alterum ad Hellespontum: à quo gentile Aerates, ἀιρραῖος. Tertium in Ionia. Vide Stephanum de Vrb.

AERIA. ἀερία. Olim dicta est Aegyptus, teste Stephano. Aeria, Narbonensis Galliæ oppidum, apud Plinium libro 3. cap. 4. ¶ Item insula in mari Aegæo, non procul à Nesti fluminis ostio, quæ alio nomine Thassus dicitur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Hoc etiam nomine dicta est insula, quæ notiore nomine Creta appellatur, vt idem Plin. testatur loco iam citato.

Aerica, Piscis est, carnivorus, qui vnus inter omnes pisces pediculis sub branchiis innatis infestatur. χαλκὶς. Aristoteles Chalcidem vocat, si Gazæ credimus, qui lib. 8. Histo. animal. Aericum vertit, quem Aristoteles Chalcidem appellat.

Aerinus, a, um, Siue (vt alij legunt) Aerineus, idem est quod Loliaceus. Vnde Farina ærina, vel ærinea, quæ fit ex Lolij semine. Plin. lib. 22. capite 25, Aerina farina magis cæteris purgat vlcera vetera. Vide AERA.

Aerizusa, ἀερίζουσα. Gemma est ex Iaspidum genere, ab aëreo colore nomen habens. Nam ἀερίζω, est aërem imitari. De hac Plinius lib. 37. cap. 8.

Aeromeli, ἀερόμελα, Liquor est in Syria præcipuè & Arabia sereno exilo ex aëre defluens sub exortum Vergiliarum, plantísque adhærescens, & deinde duritiem quandam colligens. A' quibusdam ros Syriacus, à recentioribus Manna dicitur. Vide Ruellium lib. 1. cap. 24.

AERORES, per quatuor syllabas, & penul. corre. ἀερόρης. Vxor Atrei, ex qua Tyestes duos suscepit filios, quos postea Atreus fratri comedendos posuit. Quorum scelerum turpitudine ne pollueretur, Solem auersum fabulantur Poëtæ. Ouid. 1. Trist. Si non Aeropen frater sceleratus amasset, Auersos Solis non legeremus equos.

Aerugo, penul. prod. æruginis, Idem quod rubigo, & propriè in ære, vel argento, quum viridescit. {ἰὸς χαλκοῦ. Ital. *Ruggine*. Gal. *Le rouil ou La rouillure du cuure ou erain ou d'autre chose*. Hisp. *El moho de cobre*.} rubigo verò in ferro, & segetibus, ἰὸς πόας. Quanquam & Rubigo pro æris vitio positum inuenitur. Plin. lib. 34. cap. 9, Æra extersa celerius rubiginem trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungantur. ¶ Transfertur ad segetum rubiginem, vt est apud Theophrastum lib. 4. de Causis plantarum, appellat enim Græcè ἐρυσίβην. Est autem Aerugo incidentis segetibus humoris, putrefactio, quo vitio spicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confriatiles. Apud Horatium & Iuuenalem accipitur Aerugo pro pecunia, quæ ex ære fit.

Aeruginosus, a, um. {ἰώδης. Ital. *Pieno di rugine*. Gal. *Plein de rouil, rouille*. Hisp. *Cosa mohosa*.} Quod est æruginе plenum. Seneca lib. de Bre. vitæ, Maiorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

Aerumna, λύπη ἢ πόνος, Luctus, tolliomnam propriè Aerumnæ, & per diminutionem Aerumnulæ dicuntur furcinulæ, quibus viatores farcinas suas religatas, tabella interposita ferre consueuerunt: quæ à Mario earum inuentore Muli Mariani postea vocatæ sunt: de quibus suo loco. Hinc factum est, vt labores onerosi, Aerumnæ dicantur. {πόνος. Ital. *Gran fatica*. Gal. *Tribulation & vne facherie pleine de trauail*. Hisp. *Trabajo con afan*.} Cic. lib. 2. de Finibus, Labores non fugiendos, ærumnas nominarunt. Vnde Labores Herculis, Aerumnæ sunt appellatæ. Plaut. in Perſa, Superauit ærumnis suis ærumnas Herculis. Ausonius, Prima Cleonæi tolerata ærumna laboris. Cice. lib. 4. Tuscul. Aerumna est ægritudo laboriosa. Breuiter, Aerumna dicitur miseria, calamitas, infœlicitas.

Aerumnosum dicitur, quod est laboribus, ac miseriis afflictum. {πολυπόνος. Ital. *Carico di miserie & disgratie*. Gal. *Fachè, & affligé extremement*. Hispa. *Apassionado*.} Cic. 3. Tusc. Nec tam ærumnoso nauigassem salo. Apud Plaut. in Capt. etiam inuenitur Aerumnatus adiectiuum, Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus sum miser.

Aerumnabilis, pen. corr. πολύπονος. Aerumnis plenus. Luer. lib. 6. Illud in his rebus miserandum magnopere vinum Aerumnabile erat.

Aerumnalis, adiectiuum: vt, Labor ærumnalis. πονητός. Apul. lib. 1. de Asin. Mox in vrbe Latia aduena studiorum Quiritum indigenam ærumnali labore aggressus excolui.

Aeruscare, Veteres dixerunt pro, pecunias vndique fallaciis colligere. {ἀγυρτάζω, χαλκολογέω. Ital. *Buscare denari*. Gal. *Quester, mendier auec mensonges & trompeties, beliſtrer*. Hisp. *Buscar dineros por todas partes*.} Gel. lib. 9. cap. 2, Aeruscanti cuipiam id genus, & philosophum se ostentanti, dari iussit mille nummum.

Aeruscator, pen. prod. ἀγύρτης. Qui malis artibus æs, id est pecuniam, corradit vndique: quales sunt mimi, præstigiatores, arioli. Gell. lib. 14. cap. 1, Sed id præstigiarum, atque ostentarum genus commentos esse homines æruscatores, & cibum quæstúmque ex mendaciis captantes.

Aes, æris, Propriè species est metalli rubro colore, primùm in Cypro reperta. {χαλκός. Ital. *Rame*. Gal. *Erain, cuiure, leton*. Hisp. *Cobre*.} Deductum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomen putant alij ab auri similitudine, alij à Græco αἶα, terra, Varro ab esse. Et quia primùm maximo in pretio fuit, adeò, vt pecuniam ab eo signarent, factum est, vt pro ipsa pecunia quoque iacente auro, ex eo signarent, factum est, vt pro ipsa pecunia accipiatur. Ouid. in Fastis, Aera dabant olim: melius nunc omen in auro est, Victáque concessit prisca moneta nouæ. Cato, Fundum æribus suis emptum possidebant. Seruius rex, primus post Vrbem conditam signare æs cœpit, cuius in altera parte nota fuit Ianus geminus: in altera rostrum nauis. Hæc Plinius lib. 33. Macrobius autem primùm æs à Iano ipso signatum fuisse tradidit, eo tempore quo Saturnus, filium fugiens, primùm in Italiam venit. Hócque à Iano tributum existimat adnexæ bene de se meriti memoriæ, quòd rudis illa Aborigenum gens monstrato agriculturæ vsu, ab illo ad meliorem vitam esset traducta. Quare etiam à Iano in portionem regni est receptus. Et quoniam naui fuerat aduectus, in signando ære ex vna quidem parte, sui capitis effigiem, ex altera nauis rostrum impressit, vt quantum in se esset, Saturni memoriæ consuleret, ne accepti beneficij immemor esse videretur. Ponitur etiam quandoque pro tubis, quoniam ex ære fiunt. Virgilius 6. Aen. Aere ciere viros. Vnde Aeneatores, tubicines dicuntur. ¶ Aes alienum, Idem quod debitum, ἓξ ὀφειλόμενον. Ital. *El debito fatto.* Gal. *Debte, les deniers d'autruy.* Hisp. *La deuda de dineros prestados.* vt, Aes alienum meum, æs alienum tuum, æs alienum filij, id est quod ego, quod tu, quod filius contraxit, & debet. ¶ Hinc prouerbiali quadam specie dicimus eum in ære nostro esse, quem nobis officijs obstrictum significamus, ita vt iam totus certóque noster sit. Quo eleganter vsus est Cicer. Famil. 13. Et me hercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse, propter L. Lamiæ nostri coniunctionem, id est inter amicos meos esse. Idem ad Cassium lib. 15. In ære enim meo est, idem est quod meum, & in bonis meis est, atque in censu meo. Sic, In ære alieno nullo esse, idem quod nihil debere. Cicer. 6. Verr. At hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse præter fructus suos nihil vnquam, non modò in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis semper fuisse. ¶ Dicitur etiam Aes nostrum, τὸ ἐξ ὀφλήματος, quod nobis alij debent. ¶ Aes militare dicebatur, quod tribunis ærariis attributum erat, vt militibus redderetur, χρήματα στρατιωτικά. Plautus in Aul. Cedit miles, æs petit. ¶ Aes ductile, Quod faciè ducitur, attenuatúrque in laminas. χαλκὸς ἐλατός. Hoc & Regulare vocat Plin. lib. 34. cap. 9. ¶ Aes caldarium, Quod funditur tantùm, & malleis fragile est. χαλκὸς χύτος. Plin. lib. 34. cap. 9. ¶ Aere diruti milites vocabantur, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur. Ciceto in Verrem, Aleatoris castra, in quibus quum frequens esset, ære tamen dirutus est.

Aramentum, ti, Opus ex ære confectum, vt Ferramentũ, ex ferro. ἓργον χαλκοῦν, χαλκουργικόν. Ital. *Cosa fatta di rame.* Gal. *Ouurage de cuiure ou d'erain, diuaderie.* Hisp. *El alambre.* Plin. lib. 15. cap. 8. Lora etiam ac coria omnia, & calceamina, axésque decocta vngi, atque æramenta contra æruginem.

Aerarium, Aeris repositorium, hoc est nummorum, similúmque rerum pretiosarum, atque opum, quæ vtilitatem Reipublicæ allaturæ erant. δημόσιον χρημάτων. Ital. *Donde se ripone il thesoro.* Gal. *Le tresor public ou lieu ou il s'met.* Hisp. *El thesoro publico.* Sic dictum, quòd æra in illud principaliter inferebantur. Romanorum autem ærarium in æde Saturni fuisse constat, propterea quòd aureo illo seculo nullum factum esse furtum creditur. Cic. 3. Tusc. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Distinguitur autem Aerarium à Fisco, quòd Aerarium sit ciuitatis, fiscus principis.

Aerarios præfectos, hodie (vt arbitror) vocare possumus, quos *Generales finanearum* dicunt: qui etiam Quæstores vocitari possunt: quod munus olim Prætores, Prætoriúmque obibant. Ital. *Thesorieri, camerlinghi.* Gal. *Generaux des finances.* Hisp. *Thesoreros.* Tribunos verò ærarios, ταμίας, quos *Receptores generales* appellant. Illis autem (vt Varro scribit) tributa erat pecunia, quam militibus redderent: idque quod attributum erat, dicebatur Aes militare. ¶ Aerarij milites, dicti sunt ab ære, quòd stipendium facerent, μισθοφόροι.

Aeratus, a, um, Quod est æris, siue ex ære. χάλκεος. Ital. *Cosa fatta di rame.* Gal. *Qui est fait d'erain ou de cuiure.* Hisp. *Cosa de materia de cobre.* Plin. li. 33. Laudationem eandem in æratis metallis, & proximum in argentariis fieri compertum est. ¶ Aerarius substantiuum, qui ærea opera fabricat. χαλκεύς, χαλκουργός. Ital. *Che fa opera di rame.* Gal. *Qui ouure en erain ou cuiure, chaudronnier, dinandier ou mayrcau.* Hisp. *Cosa del que labra cobre.* Plin. lib. 16. cap. 6, Aeratiorum tantum officinis compendio. ¶ Aerarius fieri dicebatur, qui plebeius à Censoribus in centum tabulas referebatur, ac per hoc non esse in albo centuriæ suæ denotabatur, vt cinis, sed tantummodo, vt pro capite suo tributi nomine æra penderet. Hæc Budæus ferè ex Asconio. κεφαλικόν, ἀποψηφισμός. Vnde Aerarium facere, & Inter ærarios, siue in ærarios referre, pro eodem leguntur: hoc est ea ignominia quempiam afficere: quod ius proprie ad Censores pertinebat. Liu. lib. 4. fecund. Bell. Pun. His superioribúsque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribúque moti, ærarij omnes facti.

Aeratus, Adiectiuum, Quod ære tectum est. κεχαλκωμένος. Ital. *Coperto de rame.* Gal. *Couuert d'eraim ou de cuiure.* Hisp. *Cosa de fuera cubierta de cobre.* Plin. lib. 34. cap. 3, Quòd ærata ostia haberet in domo, & triclinia ærata, abacósque & monopodia. ¶ Aeratus homo, ære alieno obstrictus: qui vsitatius dicitur Obæratus. Cic. Att. lib. 1, Tribuni non tam ærarij, quàm, vt appellãtur, ærari. Plaut. pro pecunioso posuit in Mostel. Ferocem facis, quia te æratus amat.

Aereus, a, um, Quod est ex ære factum. χάλκεος. Ital. *Cosa fatta de bronzo.* Gal. *D'erain ou de cuiure.* Hisp. *Cosa de materia de cobre.* Virg. 1. Aen. Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæque Aere trabes: foribus cardo stridebat ahenis.

Aerifer, penul. corr. Adiectiuum, χαλκοφόρος, id est æs ferens. Ouid. 3. Fast. Iámque erat Rhodopen Panchæaq; flumina ventum. Aeriferæ comitum concrepuere manus. Id est, crepitacula ærea ferentes.

Aerificum, Quod ex ære factum est. χάλκευμα. Varro, Politæ enim quasi ærificio videbantur.

Aeripes, trium syllabarum, Aeneos habens pedes. χαλκόπους. Ouid. 6. Epist. Narrat & æripedes Martis arasse boues. Hoc est habentes pedes ære munitos. Idem 12. Epist.

Aerisonus, a, um, adiectiuum, Aeris dens sonum. χαλκεόφωνος. Stat. lib. 1. Theb. —melius votis Marcotia sumat Captos, & ærisoni lugentia flumina Nili. Aerisoni Nili, hoc est, dantis sonum æris, propter sistra, quibus in Isidis sacris vrebantur.

Aero, as, Significat æs misceo, ære adultero, siue ære orno. χαλκόω. Ital. *Coprir di rame.* Gal. *Couurir d'erain.* Hisp. *Cobrir de cobre.* Vnde Aerata fores apud Virg. Priscianus, A' metallorum quoque nominibus solent nasci verba: vt ab auro, Auro, auras: ab ære, Aero, æras. Vnde Auratus, & Aeratus. Cic. 3. Verr. Lecti ærati, candelabra aurea. ¶ Huius verbi composita sunt Obæro, Subæro, & Adæro: de quibus vide suis locis.

Aerosus, a, um, Quod ære abundat. χαλκώδης. Ital. *Pieno di rame.* Gal. *Plein d'erain, mistionné auec force erain ou cuiure.* Hispa. *Cosa que tiene mucho cobre.* Vnde Cyprus ærosa dicta est, quòd in ea æris plurimum nasceretur, vel quòd primùm ibi æs fuerit repertum. ¶ Aurum ærosum, quod multum æris habeat admistum. Plin. lib. 33. cap. 4. Ediuerso aurum ærosum contrahit se, hebetatúrque & difficulter ferruminatur. ¶ Lapis ærosus, ex quo æs excoquitur, quem & Cadmian, κατὰ μέταλλον, appellari testatur idem Plin. lib. 34. cap. 1.

AESA, αἶσα, Thraciæ oppidum est Pallenæ proximum cuius incolæ dicuntur Aesæi, αἰσαῖοι. Ex Stephano.

AESACVS, αἴσακος, Priami filius ex Alyxothoe nympha, qui quum Hesperies amore captus, eam per auia fugientem insequeretur, euenit vt serpens à puella calcatus pedem eius mordicus apprehenderet: quo ex vulnere quum illa interiisset, Aesacus doloris impatientia sese in mare præcipitauit. Quem Thetys miserata (vt lib. 11. Metam. fabulatur Ouidius) in mergum auem conuertit.

Aesalon, αἴσαλον, pen. cor. Genus accipitris, quod solum toto anni tempore nostris in regionibus apparet. Reliqua enim accipitrum genera sub hyemem abeunt. Plin. lib. 9. cap. 8.

AESARVS, Αἴσαρος, Fluuius est in magna Græcia, iuxta Crotonem oppidum: de quo Strabo lib. 7.

AESCHINES, Αἰσχίνης, penul. prod. Athenienſis orator, Demosthenis æmulus: cuius orationes tres extant, & aliquot epistolæ. Præter hunc alij septem hoc nomine claruerunt, teste Diogene Laërtio. Primus, philosophus Socratis discipulus. Secundus, qui artem oratoriam scripsit. Tertius, hic orator. Quartus, Arcadia profectus. Quintus, Mitylenæus, quem flagellum oratorum vocabant. Sextus, Neapolitanus philosophus Academicus, Melanthij Rhodij discipulus. Septimus, Milesius scriptor. Octauus, statuarius.

Aeschylus, Αἰσχύλος, penul. corr. Poëta tragicus Athenienſis. Horat. li. 2. Epist. Idem in Arte poëtica. Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ Aeschylus, & modicis instruxit pulpita tignis. Et docuit, magnúmque loqui, nitique cothurno. Valer. Max. lib. 9. cap. 12. eum appellat originem & principium fortioris tragœdiæ. Hic Athenis excedens in Siciliam venit. Quúmque monitus esset, in fatis esse vt ex ictu superné proueniente mori eum oporteret: tectum vitans sub dio manebat aperto capite. Itaque mœnibus vrbis, in qua morabatur, egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, vt fractæ testudinis vesceretur: eóque ictu extinctus est anno ætatis LVIII. Ex Valer. & Volater. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. Quintil. lib. 10. cap. 1. & Cic. 2. Tusc.

Aeschylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere vsus est. Cic. in Bruto.

Aeschyleus penult. corr. adiect. Αἰσχύλειος, Propert. 2. lib. 2. Eleg. vlt. Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

AESCHRION, Αἰσχρίων, Mitylenæus versificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximéque ei dilectus, vt tradit Nicander Alexandrinus in libro de discipulis Aristotelis. Fuit & alter hoc nomine Galeni præceptor.

Aesculanus Deus, & Argentinus, dicti sunt dij æris, & argenti, id est locupletandorum hominum potestatem habentes. Bud. lib. 5. de Asse.

AESCVLAPIVS, Ἀσκληπιός, Nomen est Apollinis filij, qui medicinam artem, vel laude, vel opere ampliauit, ob eámque rem in deorum numerum receptus fertur. Cuius duo filij, Podalirius & Machaon, bello Troiano Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus attulere.

Aesculus, Αἰσκύλος, pen. cor. Vide Esculus.

AESEPVS, penult. prod. Αἴσηπος, Fluuius est in minore Mysia, ex Ida monte profluens: cuius meminit Plinius lib. 5. cap. vlt. Fuit præterea hoc nomine filius Bucolonis filij Laomedontis, & frater Pedasi, quos ille ex Abarbarea nympha suscepit, vt refert Homerus in principio lib. 6. Iliad.

AESERNIA, Αἰσέρνια Ptol. Samnitum vrbs in Italia, Strabo lib. 5. Aesernia, & Allifæ, Samnitica sunt oppida, alterum bello Marsico deletum, alterum superstes adhuc. ¶ Hinc Aesernini αἰσερνῖνοι, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 12. Quanquam ibi Esernini legatur sine diphthongo.

AESIS, Αἶσις, Fiemsino. Vmbriæ fluuius est, inter Anconem & Senogalliam, in mare Adriaticum influens, qui olim Italiam à Gallia diuidebat. Fluuij huius meminit Ptolemæus in descriptione Italiæ, Plinius lib. 3. cap. 14. Strabo lib. 5. ¶ Hoc quoque nomine à Ptolemæo appellatur eiusdem regionis oppidum, quod à Strabone Aesium vocatur. Nomen vtrunque ab Aesi fluuio ductum videtur, à quo oppidum hoc non longè est dissitum. Hinc Aesinates Αἰσινάτης, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

AESIVM, Αἴσιον, Aſcieſi. Vrbs Vmbrorum, Ptolemæo. Assisia hodie dicta.

AESON, Αἴσων, Crethei filius, frater Peliæ regis Thessaliæ, & pater Iasonis, qui ab eo vocatur Aesonides.

AESOPVS, Αἴσωπος, Philosophus, Phryx genere, cõditione seruus Xanthi, liber factus ab Idmone cæco, tempore Crœsi Lydorum regis, cui

fabulas

fabulas suas detraxit. Quas antiquitus etiam Vulgus Idiotarum tenebat. Has qui non legisset, nihil scire videbatur. Vnde locus prouerbio apud Aristophanem & Suidam, Ne Aesopum quidem tenuisti, Οὐδὲ τὸν Αἴσωπον πέπνυσαι. De vehementer stupidis & imperitis. ¶ Fertur hanc nihil commentum interemptum fuisse à Delphis: qui obortа pestilentia grauissimas pœnas dedere. Vnde ortum Adagium, Aesopicus sanguis, Αἰσωπείου αἵματος. Dici solitum, quum quis præter meritum acerba patitur: aut vbi propter læsam innocentiam, irati Superi pœnam sunt immissuri aut, vt etiam refert Plutarchus, quoties ferò pœna datur. ¶ Item alius Aesopus anagnostes Mithridatis eruditissimus. Scripsit de rebus Mithridatis, & de Helena, vt autor est Suidas. ¶ Præterea Aesopus, Tragœdiarum actor amicitia iunctus Ciceroni, cum quo sæpe in Curiam ad videndum pronuntiantem Hortensium profectus est teste Valerio. Hic ad tantas opes ex histrionica peruenit, vt sexcentis H-S ei patiua steterit filium reliquerit adeo diuitem, simul & prodigum, vt is vaiones aceto liquefactos cœnis apponeret, vt scribit Plinius lib. 10. cap. 51.

Aestas, ἥβη. Ital. Estate. Gal. Esté. Hisp. Estio. } Anni pars incipiens ab æquinoctio vernali, & finem accipiens æquinoctio autumnali: constátque sensim mensibus. Nam totus olim annus in æstatem tantùm & hyemem diuidebatur. Postea tamen anno in quatuor partes diuiso, cœpit Aestatis nomine vocari trimestre illud ab ingressu Solis in Cancrum, vsque ad æquinoctium autumnale, quod fit sole ingrediente Libram. Ita enim distinguuntur quatuor anni partes, vt Sole ingrediente Arietem, incipiat Ver in Cancro Aestas, in Libra Autumnus, in Capricorno Hyems principium sumat. Varro 4. de ling. Lat. Ab æstu Aestas dicta. Hinc Aestiuum, nisi fortè à Græco ἠίθεος. Virg. 1. Aen. -nam te iam septima portat Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas. ¶ Aestati opponitur hyems, vnde quum admonendi quidam sunt, vt omnia suo tempore agant, in eos quadrabit hæc prouerbialis formula, Alia æstate, alia hyeme. Sic Theocrit. in Idyll. λ. Ἄλλα τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ χείματος ἔργα νέμει. Id est, Verùm alia æstiuo atque hyberno tempore fiunt. ¶ Ad eúdē ferè sensum pertinet & illud ex Hesiodo in libro, qui inscribitur, Opera & Dies, Οὐκ ἀεὶ βορέης ἐπιτέρσεται, οὐδὲ κελαινὰς. Aestas nō semper fuerit, componite nidos. Hoc dictum oportuit adolescentum pileis inscribi, neque enim tantum admonet parandam esse rem in senectam, verùm etiam eruditionem, virtutem, honestam famam, quæ præsidia sunt optima senectutis.

Aestiua, orum, pluraliter, Dicuntur loca vmbrosa, nemorosa, in quibus per æstatem vitatur Solis ardor. } τὰ θερεινά. Ital. Ombria, meriggio. Gal. Lieux pour se mettre à l'ombre en esté. Hisp. Lugar fresco, para tener el estio. } Statius, Et vmbrosi patuere æstiua Lycæi. ¶ Quandoq; ponitur pro ipsis gregibus in æstiuo commorantibus: vel contrà pro ipsis locis, in quibus æstate sunt armenta & greges. Virgil. lib. 3. Georg. -nec singula morbi Corpora corripiunt, sed tota æstiua repente. ¶ Aestiua castra dicuntur, in quibus æstate milites degunt, quemadmodum Hyberna, in quibus hyemem transigunt. Cic. Epist. lib. 1, Mihi erat in animo, quum primum æstiua attigissem, militaremque rem collocassem, decedere ex Senatu consulto. Idem Attic. lib. 2, Cicerones nostros Deiotarus filius secum in regnum duxit, dum in æstiuis nos essemus.

Aestiuo, as, are, penult. prod. Propter æstum euitandum alicubi morari: quemadmodum Hyberno hyemem aliquo in loco transigo. } τὸ θέρος διάγειν. Ital. Ombreggiar per fuggire il caldo. Gal. Passer l'esté, finir son esté en quelque lieu. Hisp. Tener el estio en algun lugar. } Plinius lib. 12, Intra sepem eam æstiuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris. Varro 2. de Re rust. cap. 2. Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstiuabant.

Aestiuus, a, um, penult. prod. Quod est æstatis. } Θερεινός. Ital. De estate. Gal. D'este, appartenant à l'esté. Hisp. Cosa de estio. } Licet ab æstus, non ab æstas formarum sit: vt Aestiui menses, Aestiui dies, Aestiuæ niues. Cicero ad Quint. Fratrem, Vnus æstiuus dies. ¶ Aestiuæ fruges, dicuntur milium, panicum, & cæteræ id genus, quæ ante Vergiliarum exortum seruntur: quemadmodum Hybernæ, quæ circa Vergiliarum occasum fatæ, per hyemem terra nutriuntur. Vide Plin. lib. 18. cap. 7.

Aestimo, as, penult. corr. Significat considerare } τιμάομαι. Ital. Istimare, taxare. Gal. Priser, estimer. Hisp. Estimar, apprecier. } sicut Existimo, iudicare: vt Valla vult lib. 5. cap. 20. Hinc ponitur pro Appretio, taxo, ἀτιμῶ. Habet autem accusatiuum cum genitiuo horum nominum, tanti, quanti, quantiuis, tantidem, quanticunque, magni, parui, pluris, maioris, maximi, plurimi, nihili, & siqua huiusmodi reperiantur. Cic. 2. de Finib. Magni æstimabat pecuniam. Si tamen hæc nomina adiectiue accipiantur, hoc est si habeant aliud substantiuum adiunctum, debent poni in ablatiuo. Non enim rectè dixeris, Non æstimo hoc parui pretij: sed, paruo pretio: quanquam etiam sine substantiuis inueniuntur in ablatiuo posita. Cicero ibidem, Næ ego istam gloriosam virtutem non magno æstimandam putem. Sic etiam cum aliis ablatiuis. Idem 4. Verr. Hæc pecunia æstimari non queunt. Seneca, Data magno æstimas, accepta paruo. Liuius vtrunque casum complexus est, Mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris, aut pluris venissent. Persæpe tamen subintelligitur accusatiuus, & tamen exprimitur genitiuus, vel ablatiuus. ¶ Interdum sine ablatiuo, aut genitiuo, cum accusatiuo solum: quale est illud Ciceronis in Verrem, Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, æstimate harum rerum omnium pretia. Similem significationem habent, pendo, facio, curo, est, interest, & refert, quum pretium iungitur: quia eiusdem ferè sunt significationis. ¶ Interdum habet accusatiuum cum ablatiuo, & præpositione Ex: & tunc significat perpendere, metiri. Cicero pro Rosc. Vulgus ex veritate, paucæ ex opinione, multa æstimat. Valla arbitratus hoc verbum componi ex Ac, æris, & nomine Græco ἄγω, hoc est pretium: vt Aestimo, sit idem, quod æris pretio taxo. Qua in re sibi permittit quod in aliis reprehendit, vt dictio aliqua ex Græca & Latina dictione componatur. Malim itaque scribere Extimo: vt per Syncopen dictum sit ab existimo: vel vt totum Græcum sit, compositum ex præpositione Græca ἐξ & ἄγω. ¶ Aestimare litem, est quod vulgo dicitur Taxare expensas, τιμᾶσθαι ἐπιζημίωσιν τῇ δίκῃ. Vnde Lis æstimata vocabatur, (vt Budæus scribit) pecunia multatitia, & nummaria sententia: vt hodie quum iudices actorum dispendia & incommoda certa summa æstimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. ¶ Et Aestimata pœna, τιμωρία, quæ certo ære censebatur, vt ouis decussis, id est decem assibus: bos centussis, id est centum assibus.

Aestimator, verbale. Qui æstimat, & considerat. } τιμητὴς, λογιστὴς. Ital. Preggiatore, stimatore. Gal. Estimateur, iuyeur. Hisp. Estimador, appreciador. } Cic. 3. de Fin. Et quia te aptissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem.

Aestimabile, Quod facilè æstimari potest, τιμητὸν. Cuius contrarium est, Inæstimabile, } ἀτίμητον. Ital. Cosa da stimare. Gal. Estimable, digne d'estre prisé. Hisp. Estimable, cosa de precio. } Cic. 3. de Finib. Aestimabile esse dicitur, quod pondus habeat æstimatione dignum.

Aestimatio, ab Antiquis Aestimia dicebatur. } τίμημα. Ital. Istima. Gal. Valeur, estimation. Hisp. Aquella obra de estimar ò apreciar. } Cic. de Fin. Quod pondus habeat dignum æstimatione.

Aestiuus, Vide Aestas.

AESTRAEVM, αἴστραιον, Oppidum Macedoniæ, & Aestræi populi sunt eius vrbis incolæ, teste Ptolemæo.

Aestus, us, Calor nimius & feruor, flagrantia solis. } καύματος, πύρος, πλάνης. Ital. Il'ardor del sole. Gal. Ardeur ou grande chaleur. Hisp. La fiestà ò calor de la fiestà. } Virg. Georg. 3, Aestibus in mediis vmbrosam exquirere vallem. ¶ Aliquando pro motu & agitatione fluctuum. Cic. de Orat. 3, Vndique omnes venti erumpunt, læui existunt turbines, feruet æstu pelagus. } Græcè κλύδων. Ital. La rouigna & tranaglio del mare. Gal. Le flot & rejet de la mer. Hisp. La tempestad del mar, dicitur. } Plaut. in Asin. Quò magis te in altum capessas, tam æstus te in portum referet. ¶ Ab hoc significato oritur prouerbialis & frequens apud Autores metaphora. Secundo æstu procedere, κατὰ ῥοῦν πλεῖν. Sumpta à nautis, quibus faciliùs cursus quum flumen aut etiam maris æstus secundus est. Lucian. in Ioue Tragœdo, & Aeschylus in Persis. Ab vtraque etiam significatione, ducta metaphora, ponitur pro variis animi ægritudinum generibus: cupiditate, amore, libidine. Cic. de Orat. 3, Repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit. Idem in Brut. Hunc quoq; absorbuit æstus quidam gloriæ. ¶ Sic apud Plin. Iun. pro scrupulo ponitur, & dubitatione non mediocri. Explica, inquit, æstum meum, audio me malè legere, duntaxat versus: orationes enim commodius.

Aestuaria, } ἀναχώσεις. Ital. Stagni, lagune. Gal. Lieux par ou l'eaue flote & reflote. Hisp. El estero del agua del rio ò mar. } Loca dicuntur per quæ mare vicissim tum accedit, tum recedit: siue quæ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi: vt docet Strabo lib. 3. Plin. li. 3, Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadosi maris, æstuariis tenui alueo interfluentibus. Cæsar, Pedestria esse itinera concisa, æstuariis nauigationem impediri,

Aestuo, as, Feruco, flagro } καυματίζω. Ital. Bollire. Gal. Avoir ou sentir grand' chaleur, bouillir. Hisp. Hervir ò auer calor. } & opponitur algendi signi ficato. Cic. 2. Tusc. Item q; Lycurgi, laboribus eruditi iuuentutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando, Idem 1. Acad. Ille quum æstuaret, vmbram sequutus est. ¶ Per metaphoram ponitur etiam pro angi, & dubitatione torqueri. Cic. 4. Verr. Itaque æstuabat dubitatione, versabat se in vtranque partem. Idem pro Flac. Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille prosequitur. ¶ Aliquando æstuare est fluctuare, agitari, κυματοῦσθαι, ἀλύειν. Virg. 6. Aeneid. Turbidus hic cœno, vastáq; voragine gurges Aestuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. ¶ Aestuatio, verbale. ἀναζέσις, κύμανσις. Plin. lib. 18. cap. 1, Quorum æstimatione & gaudio, nos quoque, relictis æstuationi suæ istic hominum turbis, pergamus excolere vitam: id est vehementibus desideriis & gaudiis.

Aestuosus, a, um, Quod est calore plenum. } πυρώδης. Ital. Pieno di caldo. Gal. Plein de grande chaleur, fort chaud. Hisp. Cosa calurosa. } Colum. lib. 4, Cœlum neque niuale vineæ, nec rursus æstuosum desyderat. Cicc. Attic. lib. 2. Iter conficiebam æstuosa & puluerulenta via.

Aestifer, a, um, Quod æstum, id est calorem affert. πυρώδης. Virgil. 2. Georg. Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua. Aestifer Canis, quòd æstum afferat. ¶ Aestiferum etiam dicitur quod æstum fert, & parit. Luc. lib. 1, -sicut squallentibus herbis Aestiferæ Libyes viso ieo comminus hoste. Subsedit dubius, totam dum colligit iram.

AESYMA, ἄισυμα. Stephano, Vrbs Thraciæ, patria Castianiræ, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Troiano ab Aiace fuit interfectus. Autor Homer. 8. Iliad.

AESYMNIVS, αἰσύμνιος. Vir fuit Megarensis, qui regum tyrannidem exosus, consuluit Apollinem, quo potissimùm modo Megarenses felicissimè Rempublicam possent administrare: quúmque responsum esset, Si cum pluribus consultarent, arbitratus id ad mortuos attinere, qui vinorum numerum longè exuperant, tumulum Heroibus congessit, qui ab ipso Aesymnius dictus est. Curiámque extruxit, quæ ambitu suo tumulum includeret, arbitratus ita futurum, vt ipsi etiam mortui ipsorum consultationibus interessent.

AESYMNVS, αἰσύμνος, ab Homero inter principes Græcorum memorātur, qui ab Hectore sunt interfecti. Iliad. 12.

AETA, Vide AETYA.

Aetas, ab ἀεὶ ὤν Græco nomine deductum, ab hoc enim Aeuum, Aeuitas, & per syncopen Aetas. } ἡλικία. Ital. Eta, etade. Gal. Aage. Hisp. Edad, siglo. } Generaléque nomen est ad infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, & senectutem pertinens. Varro quinque gradus facit. In primo vsque ad annum decimum quintum, Pueros dictos vult: quòd sint puti, id est, impuberes. In secundo ad annum trigesimum, Adolescentes, ab adolescendo nominatos. In tertio vsque ad annum quadragesimum Iuuenes appellatos, eo quòd Rempublicam in re militari iuuare possent. In quarto autem gradu, vsque ad sexagesimum annum, Seniores nuncupatos, quòd tunc corpus senescere incipiat: inde vsque in finem vitæ vnius cuiusque, quintum gradum factum, in quo qui essent, Senes appellaros, quòd ea ætate corpus iam senio laboraret. Horum tamen singuli trifariam diuiduntur: vt prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Vnde Virg. Viridissique iuuenta. ¶ Alij aliter diuidunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidunt ætates. Aetas præterea mundi prima, ab Adam vsque ad Noë numerabatur: secunda à Noë vsque ad Abraham: tertia ab Abraham vsque ad Dauid: quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Iudææ in Babyloniam: quinta deinde vsque ad aduentum Seruatoris in carne: sexta quæ nunc agitur vsquequo mundus iste finiatur. ¶ Interdum ætas accipitur pro anno. Virgil. Vbi quarta acceſſerit ætas. Varro, Aetas accipitur pro anno. Virgil. Vbi quarta acceſſerit ætas. Varro, Aetatem vix decimam egreſſus. ¶ Interdum pro triginta annorum ſpatio, ἡλικία. Cicero, Tertiam iam ætatem hominum viuebat. Sic Plutarchus Aetatem oſtendit eſſe ſpatium triginta annorum, ſecundum quod Heraclitum. ¶ Interdum pro centum annis. Ouid. 12. Metam. -vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas. ¶ Ponitur & pro quouis tempore humanæ vitæ longiſſimo. Græci Aetates γήρως dicunt. ¶ Aetas mala, dicta eſt ſenectus. Plaut. Confitus ſum ſenectute, onuſtum gero corpus, vires reliquerunt: vt ætas mala eſt, mors mala eſt. Econtrario, Bona ætas, Iuuenta appellatur. ἀκμὴ ἡλικία. Cic. Quòd ſi ipſis ratio, Bona ætas, Iuuenta appellatur. ἀκμὴ ἡλικία. Cic. Quòd ſi ipſis voluptatibus bona ætas fruitur libentius, primùm paruulis fruitur rebus. ¶ Aetas media, vocatur illa, quæ eſt inter iuuentam & ſenectam: quam Auicenna vocat ætatem pulchritudinis, ἀκμὴ ἡλικία, quæ ferè quam Auicenna vocat ætatem pulchritudinis, ἀκμὴ ἡλικία, quæ ferè eſt à trigeſimo vſque ad quadrageſimum annum. Eadem dicitur Aetas conſiſtendi, ἡλικία ἑστητική, in qua Hippocrates Aphoriſ. 2. facilè inediam ferri dicit. ¶ Ab ætate petuntur duæ prouerbiales loquendi formulæ: prima eſt, Aliam ætatem alia decent, nec enim eadem decent canum quæ aliquando decuerunt iuuenem. Terentius in Andr. ſic ait, Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. ¶ Altera, Aetate prudentiores reddimur. Congruet quum negabimus, nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis inſcitiam arriſerunt, ſed vſu rerum auctam prudentiam.

Aetatem, aduerbium temporis, ſignificat diu. ξὸς ἀιῶνα. Ital. *Lungamente.* Gal. *Longuement.* Hiſp. *Luengo tiempo.* ξ Plautus. Vt tibi ſuperſtes vxor ætatem ſit. Terentius, Iandudum ætatem lites ſunt inter eos. Idem, Iandudum ætatem abij. Idem in Hecy. Nam neque ille hoc animo erit ætatem. Plaut. Aetatem velim ſeruire, Litanum modò vt conueniam.

Aetatula, diminutiuum, Aetas modica, & tenerior puerorum ætas. ξ παῖδες ἡλικία. Ital. *Eta tenera.* Gal. *Petit aage, bas aage.* Hiſp. *Edad tierna.* ξ Cic. de Finib. Facile eſt hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Idem de Ariſp. reſpon. Qui primam illam ſuam ætatulam ad ſcurrarum locupletum libidines detulit. Plautus in Pſeud. In munditiis, mollitiis, deliciiſque ætatulam agitis.

Aeternus, Perpetuus, quaſi æuiternus, à quo Sempiternus, quaſi ſemper æternus. ξ ἀΐδιος ἀεὶ ὤν. Ital. *Eterno, perpetuo.* Gal. *Eternel, durable à iamais, perpetuel.* Hiſp. *Coſa que ſiempre dura y viue.* ξ Cic. 1. Tuſc. ad ait eſſe æternum quod per ſe moueat. Sal. in Cat. Virtus clara, æternaq; habetur. ¶ Differunt tamen Aeternum & Sempiternum: quòd Sempiternum dicunt Deum eſſe, qui ſemper fuit, eritq;: Aeternos homines, qui principium quidem habuerunt, & tamen animo ſunt immortales atque perpetui. Aeternùm, frequenter pro aduerbio temporis accipitur. ξ ἀΐδιον, ἀεὶ ὤν. Ital. *Eternalmente.* Gal. *Eternellement, à iamais.* Hiſp. *Siempre.* ξ Virg. 6. Aen. -ſedet, æternúmq; ſedebit Infelix Theſeus. loquitur de pœnis Inferorum. Idem, Manet, æternúmque manebit. ¶ Sic Aeternò, Idem. Plin. lib. 2. cap. 107, Videt æternò hunc fontem igneum contexens fraxinus.

Aeternitas, Perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate menſurari, nullo temporis ſpatio deſignari poteſt: quum omne contineat æuum, & contineatur à nullo. ξ ἀϊδιότης. Ital. *Eternità.* Gal. *Eternité, perpetuité.* Hiſpa. *Aquella duracion ſin comienço y fin.* ξ Pli. lib. 13. cap. 5. Materię verò ipſi æternitas. Cice. Sed fuit quędam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circunſcriptio temporum metiebatur.

Aeterno, as, Perpetuum facio. ξ διαιωνίζω. Ital. *Perpetuare.* Gal. *Eterniſer, perpetuer.* Hiſp. *Durar para ſiempre ſin fin.* ξ Varro, Rerum humanarum li. 2, Literiſque ac laudibus æternare. Verbum eſt antiquum. Hor. 4. Carm. Literiſque ac laudibus æternare. Verbum eſt antiquum. Hor. 4. Carm. Quę cura patrum, quæve Quiritiũ, Plenis honorum muneribus tuas Auguſte virtutes in æuum Per titulos memoreſq; faſtos Aeternet. Quę cura patrum, quæve Quiritiũ, Plenis honorum muneribus tuas Auguſte virtutes in æuum Per titulos memoreſq; faſtos Aeternet.

AETHAEA, Αἴθαια. Regionis Laconicę oppidum, apud Stephanum.

AETHALIA ξ Αἰθαλία. Straboni, Αἰθάλη Stephano, *Pulmoſa.* ξ Inſula eſt in mari Tyrrheno, diſtans à continenti ſtadiis circiter centum, hoc nomine memorabilis, quòd ferri fodinas habet, quę à foſſionibus exhauſtæ, certo tempore ſuccreſcant. Autor Strabo lib. 5. Alio nomine Ilua vocatur, teſte Plinio lib. 3. cap. 6. Quo nomine & à Virgilio appellatur. Aeneid. lib. 10, -aſt Ilua trecentos Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

AETHALIDES, Αἰθαλίδης. Mercurij filius creditur, qui à patre impetrauit, vt & viuus, & vita defunctus omnium quæ gererentur haberet memoriam. Hunc ſe aliquando fuiſſe, Pythagoras gloriari ſolet, atque inde ſibi omnium eorum quæ geſſerat, quum Hermotimus eſſet, aut Euphorbus, memoriam manſiſſe.

Aethaliones, ξ Αἰθαλίωνες. Ital. *Cicale.* Gal. *Cigales.* Hiſpa. *Cigarras.* ξ Cicadæ dictæ, παρὸ τὸ ἀΐσσειν καὶ ἅλλεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, hoc eſt propterea quòd à ſole aduruntur. Cælius ex Theocriti interprete lib. 17. cap. 6.

Aether, ξ Αἰθήρ. Ital. *Sfera del fuoco.* Gal. *L'air ſupreme ou l'element du feu.* Hiſp. *Cielo del fuego.* ξ Ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. Ariſtoteles verò de Mundo hoc nomine ſignificari ait, cęli, ſyderumque ſubſtantiam, hoc eſt totam ſyderum, & cęli, & ſtellarum compaginem, nõ quòd ignita flagret, οὐχ ὅτι αἰθήριον, ſed quòd ſemper motu ſuo circunducti curtat, & curſibus rapidiſſimis roteretur. οὐχ ὅτι καὶ αὐτὸ θεῖον, quum ſit, inquit, illud elementum à quatuor illis diuerſum, tum diuinum, tum interitus expers. Hodie quoque Philoſophi duas præcipuas mundi conſtituunt partes, Elementa & Aetherem, ſiue (quod in vnum recidit,) Mundum elementarem & Aethereum: elementorum nomine Terram, Aquam, Aerem, & Ignem intelligentes: Aetheris autem nomine complectentes quicquid eſt ſupra elementum ignis. Alij Aetherem accipiunt pro ære. Apuleius, Aqua, tellus, æther, ignis. Virg. Reſonatq; fragoribus æther. ¶ Ex quo ſignificato oritur hoc Adagium, Tranquillum æthera remigas, αἰθέρα γαληνὸν ἐρέσσεις. Apud Zenodotum refertur de incaſſum laborantibus. Periode eſt quaſi dicas, Aerem diuerberas, remigantium more. ¶ Lucretius lib. 1. Aethera poſuit pro Ioue, Poſtremò pereunt imbres, vbi eos pater Aether In gremium matris Terrai præcipitauit.

Aethera, ræ, αἰθήρ, generis fœminini, nominatiuus eſt Latinus, deductus à Græco accuſatiuo αἰθέρα, idem ſignificans quod Aether: tamen in eodem genere apud Homerum & Pindarum etiam legatur.

Aetherius, a, um, αἰθέριος. Quod eſt ætheris. Virgil. 12. Aeneidos, Aetheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cęlo.

AETHERII, Αἰθέριοι. Populi ſubter Aegyptum, qui poſtea ab Aethiope Vulcani filio Aethiopes vocati ſunt. Autor Plin. lib. 6. cap. 30.

AETHICES, Αἰθικὶς Stephano, Populi Theſſaliç, quorum meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

AETHIOPE, Αἰθιόπη, Inſula Aſię adiacens, non procul à Leſbo, quę olim Macaria appellabatur, teſte Plin. lib. 5. cap. vlt.

AETHIOPIA, Αἰθιοπία, Ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit, dicta, vt ait Plin. lib. 6. cap. 36. vel à Græco αἴθω, cremo, & ὄψ, aſpectus, facies. nam ſolis vicinitate eius regionis incolę torrentur. eſt enim ibi iugis æſtus. Quicquid eius fertile eſt, ſub meridiano cardine eſt. Circa verò Occiduum, montoſa eſt, arenoſa in medio. Ad Orientalem plagam, deſerta. Cuius finis ab Occiduo, Atlantem montem ad Orientem vſq; in Aegypti fines porrigitur: à Meridie, Oceano: à Septentrione, Nilo flumine clauditur. Plurimas habet gentes, diuerſo vultu & monſtroſa ſpecie horribiles. Ferarum quoque & ſerpentium referta eſt multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleõ, pardus, baſiliſcus, dracones ingentes. ¶ Straboni lib. 1. Homerum ſequuto duplex eſt Aethiopia. Altera ad plagam Africæ Orientalem, primùm ab iis cognitam, qui ex Arabia ſoluerunt: Altera ad Occidentem cuius notitiam primi habuerunt, qui Gadibus egreſſi Occiduum litus laſtrauerunt.

Aethiopis, idis, αἰθιοπὶς, Herba eſt lactucę folio, in Aethiopia naſcens, vel in Meroe Nili inſula (à qua etiam Merois dicitur) cuius tactu (ſi Magorum vanitati credimus) clauſa omnia aperiuntur, amnéſque etiam, & lacus exareſcunt. De hac Plinius libr. 26. cap. 4. & lib. 27. capite 4.

AETHIOPS, Αἰθίοψ, Vulcani filius fuit, qui Aethiopiam à ſe denominauit, vt placet Plin. lib. 6. cap. 30. ¶ Aethiopes quoque dicuntur, qui Aethiopiam incolunt, & mulieres Aethiopiſſę, αἰθιοπίδες. ¶ Sunt qui Aethiopas dictos putent, à Chus filio Cham. Nam Chus Hebręis Aethiopem ſonat. Hi olim ad Indum fluuium habitaſſe creduntur, relictiſque ſedibus ſuis, iuxta Aegyptum conceſſiſſe inter Nilum & Oceanum ſupra Heliopolim, & paulatim etiam ad interiora Africę penetraſſe. ¶ Aethiopes tam atro ſunt colore, atque adeo immutabili, vt prouerbiali figura dictum ſit, Aethiops non albeſcit, Αἰθίοψ ἀ λευκαίνεται: de iis qui nunquam mutaturi ſunt ingenium. Quicquid enim natiuũ, id haud facilè mutatur. Fertur in hanc rem Epigramma Luciani nomine. Εἰς ἀ γράψαι νίπτων Αἰθίοπας ἐδιδάσκομεν ὕδατι τέχνης· Οὐ γὰρ ἀπαυδήσω φαρμάκῳ, ἀλλὰ μεταλλάξω, id eſt, Abluis Aethiopem fruſtra: quin deſinis artem? Haud vnquam efficies nox ſit vt alta, dies. ¶ Eandem vim habet, Aethiopem lauas, Αἰθίοπα σμήχεις: &, Aethiopem dealbas, Αἰθίοπα λευκάνεις. Hoc item peculiariter quadrabit, quum res parum honeſta verborum fucis adornatur: aut quum laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Vide Aeſopi apologum, de mercatore, qui empto ſeruo Aethiopi aſſidua lotura faciem diuexauit. Nam veſtẽ mutare poteſt Aethiops, faciem non poteſt. Hinc etiam prouerbialiter dicimus, Aethiopem ex vultu iudico. Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τ ὄψεως γινώσκω. Præfert quiſque aliquo ſigno cuiuſmodi ſit moribus.

AETHON, Αἴθων, Equus Phœbi dictus eſt. Fuere autem (vt in fabulis fertur) quatuor equi Solis: Phlegon, Pyroeis, Heous & Aethon, quibus ſignificantur quatuor diei horę. Ouid. 2. Metamorph. Interea volucres Pyroeis, & Eous, & Aethon, Solis equi, quartúſque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent. Latinè Aethon interpretatur ardens: Phlegon, inflammans, Pyroeis, ignitus: Eõus, lucifer.

Aethra, ræ, Splendor ætheris, & pro aëre ponitur. αἴθρη. Virg. lib. 3, Nam neque erant aſtrorum ignes, neque lucidus æthra Syderea polus. Vbi Seruius, per Aethram ſydeream, intelligit ſplendorem ætheris. ¶ Nam æther eſt ipſum elementum, æthra verò ſplendor ætheris.

AETHRA, Αἴθρη, Filia Pitthei regis, & vxor Aegei, matérq; Theſei. Ouid. in epiſt. Adrianes ad Theſeum, Nec pater eſt Aegeus, nec tu Pittheidos Aethræ Filiꝰ. Vide in Aegeo. Alia fuit Aethra Oceani & Tethyos filia, vxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex ea XII. filias, & vnum filium, Hyantem videlicet, ſuſcepit: ſed Hyas in Libya à ſerpente occiſus eſt: cuius mortem quum quinque ſorores nimium deflerent, luctu contabuerunt: ſed Iouis commiſeratione inter ſydera ſunt tranſlatę, Hyadéſque à fratris nomine dictę. Reliquę ſeptem, eó quòd plures ſuperſtites manſiſſent, Pleiades ſunt appellatę, vt autor eſt Timęus Græcus ſcriptor, ſed de his infrà paulò aliter.

AETHRAEA, Αἰθραία, Inſulæ nomen eſt, in mari Carpathio, quæ hodie Rhodos dicitur. *Rodas.* Autor. Plin. lib. 5. cap. 33.

AETHRIA, Αἰθρία. In Aegeo mari inſula eſt, quæ & Aeria, & Thaſſos appellata eſt. Plin. lib. 4. cap. 12.

AETHRVRIA, Vide HETRVRIA.

AETHVSA, Αἴθουσα, Inſula eſt in mari Libyco, quæ à quibuſdam Aeguſa dicitur. Plin. lib. 5. cap. 8.

Aetia, orum, αἴτια, Callimachus poëta librum ſuum inſcripſit, quem de cauſis & rationibus ſacrorum edidit, eodem penè argumento quo Ouidius Faſtos conſcripſit. Opus hoc temporum iniuria interceptum ad nos non peruenit.

Aetiologia, αἰτιολογία. Cauſę redditio, compoſita dictio ἀπὸ τ αἰτίας καὶ λόγου. Quint. lib. 1. cap. 15, Sententię quoque & chrię, & ætiologię, ſubiectis dictorũ rationibus, apud Grammaticos ſcribantur, quia initium ex lectione ducunt. Quorum omnium ſimilis eſt ratio, forma diuerſa: quia Sententia, vniuerſalis eſt vox: Aetiologia, perſonis continetur.

Aetion, αἴτιον, Cauſa, principium, origo. Vnde Aetia Callimachus librum ſuum inſcripſit, quo cauſas & origines ſacrorum Græcanicorum eſt complexus, quemadmodum Ouidius in Faſtis Romanorum Latinorumque ſacrorum initia cauſaſque eſt perſequutus.

Aetites, pen. prod. ἀετίτης, Lapis eſt colore ſubrufo, quem ſi cõcutias, aliũ lapidem, quem veluti prægnans in vtero gerit, intus audis ſonantem.

Inuenium

Universidad de Deusto Biblioteca

Inueniuntur bini in aquilarum nidis: feruntúrque aquilæ sine iis ouapatere non posse. Quam ob causam nomen illis impositum creditur. Mulierum quoque partus, semoti alligatus aëtites, faciles reddere putantur. Quatuor autem sunt aëtitæ species, quas enumerat Plin. lib. 36. cap. 25. ¶ Est & Aëtites, gemmæ nomen, impositũ à colore aquilæ candicante cauda. Vide eundem lib. 37. cap. 11.

AETIVS, ἀέτιος, Medicus fuit insignis, ex Antiochia Syriæ vrbe, discipulus Eunomij, tempore Constantini Imperatoris, Atheos cognominatus, quòd diceret, nullum esse Deum, vt alij quidam impij philosophi. Scripsit de Re medica libros sedecim, & Epistolas quasdam. Nomen deductum est ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ, hoc est, ab aquila. Vnde per quatuor syllabas proferri debet.

AETNA, ἡ Αἴτνη. Mongibello, } Mons Siciliæ perpetuo clarus incẽdio, eõq; nomine à Poëtis celebratus. Incendij autem eius causas explicat Trogi abbreuiator Iusti. lib. 4. Sicilia (inquit) terra est cauernosa, & fistulosa: quo fit, vt ventorum flatibus pateat, vnde ignis concipitur. Intrinsecus sulphur habet & bitumen, quòd vbi ventus per spiramenta cauernarum incubuit, diu inclusus concipit ignem: sic Aetnæ durat incendium. Motus ergo ventorum, causa incendij est. Aetnam & Athonẽ montes in molestiæ tædiique prouerbium abiisse testatur Lucil. apud Gell. lib. 16. cap. 9.

Aetnæus, a, um, ὁ Αἰτναῖος, Denominatiuum. Virg. 8. Aen. Cyclopum exesa caminis Antra Aetnæa tonant. Accipitur interdum pro magno, instar Aetnæ montis, vt annotauit Cælius Aut. lect. lib. 21. cap. 23. In qua significatione Virgilius quoq; vsurpasse videtur lib. 3. Aen. Cernimus astantes nequicquam lumine torno Aetnæos fratres. ¶ Et prouerbialiter Aetnæus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος. De magnis & fœdis. Est enim cantharus siue scarabeus insecti genus fœdum, quod vt è stercore nascitur, ita pascitur. Aristophanes in pace.

AETNA, Oppidum in Sicilia, non procul à Catana, Hieronis opus, quod olim, teste Stephano, Inessum dicebatur. Hinc Aetnenses populi, Αἰτναῖοι, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

AETOLIA, ἡ Αἰτωλία. El dopotato. } Græciæ regio in tertio sinu Europę, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima: dicta ab Aetolo Martis (vt Pianio placet) siue (vt Stephanus mauult) Endymionis filio: quum antea Hyantis Ἄονις diceretur.

Aetolus, a, um, siue Aetolius, Αἰτωλός, Virg. lib. 11. Aen. Non erit auxilio nobis & Aetolus, Arpi. Aetolius heros, Diomedes. Tydęi Aetoliq; regis filius. Oui. 14. Met. ¶ Aetoli, Αἰτωλίται, dicti sunt olim loco prouerbiali, qui iuxta mores Aetolorum peraces essent & improbi. Allusum est ad vocem: Aetoli nanque dicti videntur, quòd omnia petant, πάντα ἀπὸ τοῦ λαβεῖν Αἰτωλοί. Meminit Stephanus. Dicitur & Aetolicus. Liu. 4. Decad. lib. 7. Aetolicum magis ad Thermopylas bellum, quàm regium fuit. Item lib. eod Aetolica vestis. Plaut. in Pœnul. Aetolicus aget.

AETOLVS, Αἰτωλός, vt scribit Plin. lib. 6. ca. 56. Martis fuit filius. Homeri autẽ enarrator, de Aetolo sic tradidit, Aetolus (inquit) filius Endymionis fuit: qui cæde per imprudentiã in patria perpetrata, fugit in eam regionẽ, quæ postea ab ipso Aetolia dicta est: ibique genuit filiũ Pleuronem, à quo vrbs Aetoliæ dicta. Huius autẽ alij duo filij fuerunt, Cures, & Calydon: à quibus rursus aliis vrbibus nomina data sunt.

AEVVS, αἰών, Olim appellatus fuit Aegypti fluuius, qui postea Nilus dictus est: vt ex Lycophrone annotauit Cælius Rhod. Antiq. lect. lib. 20. cap. 13. Quod nomen à cursus velocitate illi impositum fuisse apparet, quòd scilicet volatum aquilæ (quam Græci vocant ἀετὸν) propemodum æquare videretur. Commemoratur & in Scythia fluuius nomine Aëtus, qui quòd Promethei agrum vbertem alioqui, crebris exundationibus infestaret, fecit locum fabulæ, vt Promethei continuò renascens iecur, ab aquila exedi diceretur. Ex eiusdem Cælij lib. 7. cap. 20.

Aeuum, } αἰών. Ital. *Longa etade, tempo longo.* Gal. *Temps perpetuel, l'auge que peut viure vn homme.* Hisp. *La edad, ò siglo que viue vn hombre.* } Proprie tempus, & ætas longa, siue perpetua, à Græco αἰών, u litera interiecta, vt inquit Apul. Virg. Tantum æui longinqua valet mutare vetustas. Pro ætate. Idem 2. Aen. -vos ô quibus integer æui Sanguis, ait. Inde Aeuitas, & Aeuiternus secundum Priscianum, quod per syncopam Aetas, & Aeternus dicitur, pro senectute, longæuitateque. Hinc deducuntur Coæuus, Aequæuus, Grandæuus, Longæuus, & Primæuus.

Aeuitas, Antiqui pro ætas, vel annositas dixerunt. } Ital. *Età, vecchiezza.* Gal. *Aage, vieillesse.* Hisp. *Edad, vejez de muchos años.* } Varro Tithono, Extima attigit metam æuitas. Gell. lib. 20. cap. 11, Si in ius vocat, si morbus æuitasque vitium esset, qui in ius vocabit, iumẽtum dato. Hic pro annositate. Sunt autem verba ex lege xii. Tab.

AEX, αἴξ, Insula scopulosa in mari Aegæo inter Tenedũ & Chium, quæ capræ speciem procul aspicientibus præbet. Vnde & nomen accepit. Nam αἶξ Græci vocant, quam nos capram. Ab hac insula mari Aegæo nomen factum esse tradit Plin. lib. 4. cap. 11. quanquam alij alias eius nominis afferant rationes.

Aexones, αἰξωνες, Prouerbij specie dicuntur conuitiatores, ab Aexonibus Atticę regionis populis, dicacitate & mordaci vitulentia famosis. Cæl. Antiq. lect. lib. 18. cap. 25.

A ante F.

Afer, aut potius Apher, ἄφρος. Vide in AFRICA.

Affabilis, Vide Affor.

Affabrè, pen. corr. aduerbium. Significat artificiosè, sciẽ: sicut Infabrè, fine artificio. } ἀπὸ τέχνης. Ital. *A pennello, artificiosamente.* Gal. *Artificieusement, elegamment.* Hisp. *Artificiosamente, lindamente.* } Cic. 2. Verr. Deum meum, elegantem. Hisp. *Artificiosamente, lindamente.* } Cic. 2. Verr. Deum deinque nullum Siculis, qui ei paulò magis affabrè, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit.

Affabrum, pro Affabrè factum, dixêre veteres αἰσκευασμένως. Perottus.

Affabulatio, Dicitur breue documentum, quod fabulis subnexum, earum explicat vtilitatem. ἐπιμύθιον.

Affaniæ, arum, Sunt nugæ, verba futilia, ac mera mendacia: à fando inclinatum nomẽ. } ἀδόλεσχα. Ital. *Ciancie, parole vane, bugie.* Gal. *Bourdes, paroles vaines.* Hisp. *Las desuarios de vanas palabras.* } Apul. lib. 4. Hæc & aliàs similes affanias frustrà oblatrantes, eos retrorsum adducunt pagani.

Affatim, aduerb. prima, non media acuta, vt Quintil. lib. 4. docet, significat Abundè, largè. } ἀφθόνως Ital. *Abundeuolmente, largamente.* Gal. *Largement, à foison, en abondance.* Hisp. *Copiosamente.* } Cic. lib. 1. ad Atticum, Puto me Dicæarcho affatim satisfeciss. Item de Natu. deor. lib. 2. Isdẽmq; seminibus homines affatim vescuntur, Vide de hoc Gellium lib. & cap. 7. & Vallam lib. 3.

Affectatè, Affectatio, Affectatus, Affectio, Affecto, Affectus, Vide AFFECTIO.

Affero, compositum ex Ad & Fero, significat Apporto. } προσφέρω, προσκομίζω Ital. *Recare, portare.* Gal. *Aporter.* Hisp. *Traer à lugar.* } Terent. in Enun. Hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit. Idem in And. Et puerum vt afferret simul. Atque huius significationis infinitus ferè est vsus. ¶ Inter cætera significat, quod vulgò dici solet, Allegare, & Adducere. Cicero, An ætatem adferet: id est, in causam vel excusationem adducet. ¶ Item, Adferre. Cicero Attic. lib. 16. Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. ¶ Aliquando numerare. Cicero Attic. lib. 8. Caius Missius familiaris tuus, aliique complures, attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam. ¶ Afferre alicui manus, est vim alicui inferre. ἐπιχειρεῖν τινι χεῖρας. Cicero 1. Officio. Qui iniustè impetum in quempiam facit, is quasi manus videtur afferre socio. ¶ Sibi manus afferre, est seipsum interficere. Cicero Octauio, Ego ipse Senatum sibi manus afferre coëgi.

Allatus, per duplex ll, Apportatus, participium ab Afferor. } προσφερόμενος Ital. *Portato arrecato.* Gal. *Aporté.* Hisp. *Traydo.* } Plautus, Allata peregrè epistolã.

Afficio, is, penult. corr. ex Ad & facio, significat affectionem quandam siue dispositionem induco. } διάθεσιν τινα ἐμποιῶ. Ita. *Disponere.* Gal. *Emouuoir, disposer* Hisp. *Aficionar à otra cosa.* } Et tam ad animũ, quàm ad corpus refertur: & tam in bonam, quàm in malam partem accipitur, constituiturq; cum accusatiuo & ablatiuo. Cic. pro Mil. Miso, Pop. Rom. maxima lætitia affecit. Idem Attic. Studium tuum curaque de salute mea nulla me noua voluptate affecit. Affici doloribus pedum. Ibid. Quais tandem pœna afficietur. ¶ Inuenitur quandoque absolutè positum. Cicer. Attic. Literæ tuæ sic me affecerunt, vt non dare tibi beneficium viderer, sed accipere. Celsus, Pulmo totus afficitur, id est maceratur, læditur, corrumpitur. ¶ Quandoque cum præpositione Ad. Cicero in Topi. Ducuntur etiam argumenta ex rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur. id est adiunctę, aut affines.

Afficior, passiuum, quasi animor, id est, Istius animi sum. } διάκειμαι, διατίθεμαι πρός. Ital. *Esser disposto à qualche cosa.* Gal. *Estre esmeu, ou disposé.* Hisp. *Estar aspuesto, ò mouido.* } Cic. in Lelio, Vt eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosipsos. Postea sequitur, Vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.

Affectus, a, um, participium, quum absolutè ponitur, sumitur pro languente. } ἀσθενικὸς, κακῶς διακείμενος Ital. *Assuuato.* Gal. *Mal disposé, langoissant.* Hisp. *Flaco, con dolencia.* } Propertius, Iuppiter affectæ tandem miserere puellæ. Liu. lib. 5, Vires corporis affectæ. Affecta ædificia, πρόσχωρα ῥήγματα, & cætera huiusmodi dicuntur, quę propè sunt confecta, sed non ad finem deducta. Cic. de Prouin. consul. Bellum affectum videmus, & vt verè dicam, penè confectum.

Affecta fœmina, (inquit Festus) vel in bonam partem dicitur, velut honorata, πρεσβῦτις: vel in malam, ad extremum periculum adducta.

Affectus, us, Idem quod Affectio. } πάθος Ital. *Affetto, affettione, passione.* Gal. *Affection, disposition, passion.* Hisp. *Passion del anima.* } Aug. 2. de Ciuit. Quæ sunt sententiæ philosophorum de his animi motibus, quos Cicero πάθη, nostri autem quidam sicut Cicero, Affectiones, vel Affectus: quidam verò de Græco expressius Passiones vocant. ¶ Interdum accipitur, pro studio, cupiditate, vel desyderio. Iuuenalis, Si res ampla domi, similisque affectibus esset.

Affectio, onis. Est quiuis animi motus, siue passio: vt amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, spes, & similes. } πάθος. Ital. *Affettione.* Gal. *Disposition, affection.* Hisp. *La passion del anima.* } Cic. 1. de Inuentione, Impetus & quædam commotio animi, affectióque. ¶ Interdum & latius sumitur, vt etiam ad corporis mala extendatur. Vnde sic definitur à Cice. lib. 1. de Inuentio. Affectio, est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: vt lętitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & similia.

Affecto, as. Significat cum affectu, & anxiè quæro, prouum animum ad aliquid faciendum habeo, appeto, nimis exquiro. } σπεύδω, μνάομαι, πόθῳ τινὸς ἐπιθυμῶ, σπουδάζω Ital. *Desiderare, cercare con anfietà.* Gal. *Affecter, auoir vn desir merueilleux de quelque chose.* Hispa. *Cobdiciar.* } Virgil. 4. Georg. -Viámque affectat Olympo. Cice. pro Rosc. Amerti. Nunc verò quam viam muniret, quod iter affectet videtis: sic in Rhetor. ad Herennium. ¶ Affectare, pro eo quod est, consultò aliquid facere. Vlpianus in l. quod ait lex. Ad legem Iuliam de adulteris. ¶ Aliquando affectare est afficere. Plaut. in Bacch. Tua flagitia, aut damna, quibus parrem, & me, téque, amicósque omnes affectas tuos.

Affector, deponens, sed obsolemn. ἐπιθυμῶ. Varro, Affectatus est regnum. ¶ Ab Affector fit Affectatus nomen & participium: vt Affectata castitas. Plinius Iunior, in Panegyr. Affectata aliis castitas, tibi ingenita & innata. ¶ Affectata oratio, φράσις μετὰ τέχνης λίαν, quæ nimis anxiè, & curiosè quæsita est, & ex nimio cultu quandam resipit nouitatem,

Affectatè, Id est curiosè. } ἐπιτετηδευμένως, κατὰ τὸ δοκοῦν. Ital. *Curiosamente.* Gal. *Curieusement* Hisp. *Curiosamente.* } vt, Affectatè scribere.

Affectatio, verbale, Affectu nimio quæsita diligentia. } ἐπιτήδευσις, ζῆλωσις. Ital. *Desiderio disordinato.* Gal. *Desir desordonné.* Hispa. *Cobdicia con diligencia.* } Plinius lib. 11. cap. 37, Tanta est decoris affectatio: vt tinguantur oculi quoque.

Affigo, gis, Ad aliquid figo. } προσηλῶ, προσπήγνυμι. Ital. *Attaccare. Aspiccare, ficcare.* Gall. *Fichera quelque chose, attacher.* Hisp. *Hincar à otra cosa.* } Cic. 2. de Natura deorum. Minerua, cui talaria affigunt. ¶ Per translationem de incorporeis dicitur. Plinius libro 30. cap. 1, Hunc enim maximè affixisse animis eam dulcedinem constat. id est tenaciter impressisse.

Affingo, is, Idem quod fingendo accõmodo, siue addo, } προσπλάττω, προσαποτίθημι. Ital. *Contrafare, trouare inuentioni.* Gal. *Contrefaire & feindre.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hisp. *Componer ò fingir.*} & propriè est figulorum, quum vasis ansas, vel aliam quamuis particulam addunt. Quanquam etiam latiùs accipitur, pro efformo, sine addo. Cic. 2. de Orat. Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam, totamque formam quasi perfectam repetries. ¶ Sumitur etiam pro eo quod est rem aliquam inter narrandum mendaciis augere. Idem 2. Phil. Qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quo id efficiant, quod mineant, lætius.

Affictitius, a, um, verbale, Quod rei alicui affingitur, siue additur. {Ital. *Fattizio.* Gal. *Apoüillé, contrefé.* Hisp. *Añadido, contrahecho.*} Varro lib. 1. de re Rust. cap. 12, Sequitur, inquit Appius, actus secundi generis, affictitius ad villam qui solet esse, ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum.

Affines, In agris vicini sunt, ἀστόρμοι: in hominibus, qui non consanguinitate, sed per propinqui alicuius nuptias sunt coniuncti. {προσήκοντες ἐπιγαμίαις Ital. *Parenti per conto di matrimonio.* Gal. *Prochains par lignage, alliez par mariage.* Hisp. *Parientes por casamiento.*} Neque solum de vitis dicitur, verùm etiam de mulieribus. Cice. Post. red. in Sen. Tu affinem tuam, meam filiam, superbissimis, & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Dicuntur autem ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: ex Ad, & Finis. Terent. in Adelph. Hegio his est cognatus proximus, affinis nobis. Idem in Heaut. Imò gener, & affines placet. Vbi Donatus ait, Vxoris cognati, sunt affines mariti. Vnde multi gradus sunt, & veluti rami propinquitatis in affinitate, & cognatione dispositi. Nomina eorum hæc sunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Nouerca, Priuignus, Priuigna, Leuir, Glos, Ianitrices. Sed de singulis horum vide suis locis.

Affinis, adiectiuum, Idem est quod vicinus, vel coniunctus: & tam genitiuo, quàm dativo iungitur. {πρόσηκος Ital. *Vicino, congiunto.* Gal. *Voisin, prochain.* Hisp. *Cosa comarcana.*} ¶ Affinis culpæ, vel sceleris dicitur is, in quem cadit culpæ vel sceleris suspicio: vel qui est culpæ, vel sceleris particeps. Cice. in Catil. Huic sceleri si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. Idem pro Sylla, Vbi neque homines fuisse putantur huius suspicionis affines. Idem, Circunspicite paulisper mentibus vestris homines, qui huic affines sceleri fuerunt.

Affinitas, tatis, Propinquitas ex cognati nuptiis contracta, vel hominum affinium inter ipsos coniunctio. {πρόσηξις Ital. *Parentela per conto di matrimonio.* Gal. *Affinité, alliance par mariage.* Hisp. *Parentesco por casamiento.*} Cice. 4. Verr. Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat.

Affirmo, as, Asseuero. {κατὰ φημὶ διοκλῶ Ital. *Affermare.* Gal. *Affirmer, asseurer.* Hisp. *Mucho affirmar alguna cosa.*} Cic. 4. Acad. Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc interesse?

Affirmatio, Enûntiatio alicuius de aliquo. {κατάφασις Ital. *Affermatione, accertamento.* Gal. *Acertement, affirmation.* Hisp. *Afirmation.*} Cic. 3. Offic. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa.

Affirmatè, aduerbium. {κατηφασικῶς Ital. *Affermatamente.* Gal. *En affirmant qu'il est vray.* Hisp. *Afirmadamente.*} Cic. 3. Offic. Quod autem affirmatè quasi Deo teste promiseris, id tenendum est.

Afflatus, Vide Affio.

Affleo, es, eui, etum, Illachrymor. {ἐπιδακρύω Ital. *Piagnere.* Gal. *Larmoyer.* Hisp. *Llorar.*} Plaut. in Persa, Sed longè ab Athenis esse se natam autumet, Et vt affleat, quum ea memoret.

Affligo, is, pen. prod. compositum ex Ad, & Fligo antiquo verbo, propriè est prosternu & terræ alligo. {κατατραχηλίζω, πρανίζω Ital. *Metersi sotto i piedi, abbassare, atterrare.* Gal. *Ruer & acabler par terre.* Hisp. *Derribar por el suelo.*} Cicer. in Pison. Illi autem statuam istius persimilem, quam stare in loco celeberrimo voluerunt, ne suauissimi hominis memoria moreretur, affligunt, comminuunt, dissipant. Idem pro Cælio, Qui Catuli monumentum affixit, meam domum diruit. Plin. libr. 8. cap. 40. Cæsar. 6. Bell. Gall. ¶ Accipitur pro opprimo, maiè mulcto, dolore afficio, perdo. {κατατείνω Ital. *Tormentare, affligere.* Gal. *Tourmenter, affliger.* Hisp. *Atormentar, afligir.*} Cice. Attic. lib. 4. Vt me lenarat tuus aduentus, sic discessus afflixit. Cicer. in Piso. Afflictus incîtu ac mœrore.

Afflictus, a, um, Propriè idem quod prostratus, iacens, & rebus aduersis oppressus. {κατατραχηλισμένος Ital. *Afflitto.* Gal. *Affligé.* Hisp. *Afligido.*} Cice. pro lege Manilia, Diffidentem rebus suis confirmare, afflictum erigere, perditúmque recreare. Idem Post reditum, Qui mihi afflicto & iacenti dextram porrexit.

Afflictio, verbale, actus ipse affligendi. {κάκωσις Ital. *Affittione, strangolio.* Gal. *Affliction, vexation, tormente.* Hisp. *Afligimiento.*} Cice. 4. Tusc. Molestia, afflictio, desperatio. Sic 3. Tusc. Alij vbique legunt Afflictatio.

Afflictatio, κάκωσις, κατάτειξις. Idem. Cic. 4. Tusculan. Afflictatio ægritudo cum vexatione corporis.

Afflictus, us, Idem. Cic. 2. Tusc. Effœminata virtus afflictu occidit.

Afflictor, aliud verbale, Qui affligit, vel afflixit. {κακωτὴς, κατατείνων Ital. *Chi affligge, tormentatore.* Gal. *Tourmenteur, qui affige.* Hisp. *Atormentador.*} Cic. in Piso. Age, Senatus odit te, (quòd eum te facere iure cogebas) afflictorem, & proditorem non modò dignitatis, &c.

Afflicto, as, frequentatiuum. κατατείνω Ital. *Affligere fieramente.* Gal. *Fort affliger & tormenter.* Hisp. *Affligir mucho.*} Cæsar 4. Bel. Gal. Et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat. Ibidem lib. 5. Tac. lib. 13. Cic. 4. Tusculan. O te infelicem, quàm te afflictarem, nisi iratus essem. Idem ad Attic. lib. 1. Hic tu me accusas, quòd me afflictem.

Afflo, as, Ad aliquid spiro. {ἐπιπνέω Ital. *Spirare a qualche cosa.* Gal. *Souffler ou aflauer vers ou contre quelque chose.* Hisp. *Soplar hazia otra cosa.*} Liu. Afflabat vis frigoris acrior. Cice. de Senectu. Odores afflantur è floribus per translationem. Virg. 1. Aene. Nanque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix lumenque iuuentæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. id est afflando dederat. Lact. lib. 7. Odor ille sapientiæ tam suauis, tam iucundus afflauerit.

Afflatus, us, verbale, Actus afflandi. {ἐπίπνοια Ital. *Vento.* Gal. *Vent.* Hisp. *Viento.*} Plin. lib. 10. ca. 13, Perdices concipiunt superuolantiũ afflatu. Cice. 1. de Diuin. Oracula quæ instinctu diuino afflatúq; funduntur.

Affluo, is, Abundo. {ἐπιῤῥέω, ἐπιπολάζω Ital. *Abondare, correre verso qualche luogo.* Gal. *Abonder, couler vers quelque chose.* Hisp. *Abundare ò correr le liqui-*

do.} Propriè ad aliquid fluere. Colum. Ne quum à vertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta conuellat. Plin. lib. 2. cap. 97, Bis inter duos exortus Lunæ affluunt, bisque remeant. De maris æstibus loquitur. Cicero transferè vsus est, 1. de Fin. Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, & ad eos cum suauitas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, & ad eos cum suauitate affluereret & illaberetur. Tanquam de liquore dixit, affluereret, id est, leuiter flueret.

Affluens, participium. ἀφθονάζων. Liu. 5. bell. Macedon. Quotidie affluente multitudine ad famam belli. Idem 4. bel. Pun. ¶ Affluens, abundans. Cicer. pro Arch. Vrbs eruditissimis hominibus liberalissimisq; studiis affluës. Idem contra Rull. Opibus & copiis affluens. Idem Offic. 3. Omniũ rerum affluentibus copiis ditari.

Affluentia, Abundantia. {ἐπιῤῥοὴ, ἐπιπολασία Ital. *Abondantia, copia.* Gal. *Abondance.* Hisp. *Abondamiento.*} Cice. de lege Agra. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primùm nata est arrogantia.

Affluenter, aduerbium, Copiosè. {μετὰ δαψιλείας, δαψιλῶς Ital. *Abondamente.* Gal. *Copieusement, largement.* Hisp. *Abondosamente.*} Cice. 5. Tusc. Quóque affluentius voluptates hauriat.

Affodio, is, affodi, affossum, Fodiẽdo adiungo. {προσκόπτω Ital. *Cauar vicino, Zappando aggiongere.* Gal. *Fouir auprés, ou fouissant adjoindre.* Hisp. *Echar lo cauado sobre cauado.*} Plin. lib. 2. cap. 68. Futróque vicini cespitem nostro solo affodimus.

Affor, aris, atus sum, ex Ad & Fari composità significat Alloqui. {προσφωνέω, προσφωνῶ Ital. *Parlare.* Gal. *Parler à quelqu'vn.* Hisp. *Hablar.*} Cicero, Quis locus est aut tam desertus aut tam inhumanus, qui illecebris non capiatur? Virgil. Aen. 2. Nullos quò accesserint, non affari atque appetere videatur? Virgil. Aen. 2. Tunc sic affari, & cura his demere dictis.

Affabilis, pen. cor. ex Ad & Fabilis. In sermone iucundus, & gratus: vel comis, lenis, facilis. {ἐπιτρόπος Ital. *Affabile.* Gal. *Affable, gracieux en parolles.* Hisp. *Cortes, y bien hablado.*} Cicer. 1. Offic. Et in omni sermone oportet affabilem & iucundum se esse velle. Terent. in Adelph. Meditor esse affabilis.

Affabilitas. {ἐπιτροπή Ital. *Affabilità, cortesia.* Gal. *Courtoisie en parlant aux gens.* Hisp. *cortesia y buena habla.*} Cic. 2. Offic. Quantopere conciliet animos comitas affabilitásque sermonis.

Affabilissimè, aduerb. Gell. lib. 16. cap. 3, Hæc tum Phauorinus, multáque eiusmodi alia affabilissimè dicebat.

Affore, penult. corr. μελλοντικὸν. Est verbum ita defectiuum vt ipsum verbũ Fore. Cic. ad Papi. lib. 9. Non mehercule suspicatus sum illam affore. Cæs. 5. bell. Gal. Hanc affore biduo. Virg. 1. Aeneid. Atque vtinam ipse Noto compulsus eodem Afforet Aeneas.

Afformido, as, are. Idem quod suum simplex. {προφοβέομαι Ital. *Temere.* Gal. *Craindre dauantage.* Hisp. *Temer demasiadamente.*} Plaut. Bacchid. Magísque afformido, ne is pereat.

Affrango, is, Ad, siue iuxtà frango. προσαγνύω. Stat. li. 1. Theb. -aut exiecta fatiscet Mater Achilleis hyemes affrangere bustis.

Affrico, as, penul. corr. Ad aliquid fricare. {προσφρίω Ital. *Fregare à qualche cosa.* Gal. *Froter à ou contre quelque chose.* Hisp. *Refregar vna cosa à otra.*} Pli. lib. 8. cap. 27, Marathro herbæ sese affricans. Idem lib. 29. ca. 6. Colu. lib. 7. cap. 5. Aut arbori affricant. Subau. sese.

Affrictus, us, verbale. {προσφρισμὸς Ital. *Fregamento contra qualche cosa.* Gal. *Frotement contre quelque chose.* Hisp. *Refregamiento de vna cosa à otra.*} Pli. lib. 31. cap. 6, Spumáque aquæ affrictu verrucas tollit.

Affrio, as, ex Ad, & Frio. Digitis terendo aliquid aspergo: & propriè de rebus iis dicitur, quæ facilè, & modico tritu comminuuntur, & in pulueres rediguntur, vt resina inter digitos. {ἐπιτρίβω Ital. *Romper à trizar minutamente vna cosa intra vn' altra.* Gal. *Froisser ou briser menu quelque chose sur ou auec vne autre.* Hisp. *Desmenuçar como entre dedos.*} Varr. 1. de Re rust. Ité alius aliud affriat, aut aspergit, vt Calcidicã, aut Carieam cretam, &c.

Affulgeo, {ἐπιλάμπω, λαμπρύνομαι Ita. *Resplendere contra qualche cosa.* Gal. *Reluire & resplendir contre quelque chose.* Hispa. *Resplandecer hazia otra cosa.*} Sil. lib. 8. Affulgere vultu nitẽti. Et, Huic ædium parti rarò sol affulget. Et prouerbialiter, lux affulsit, dicimus, vbi melior rerum spes ostendi cœperit. ¶ Translatè etiam Refulgere dicitur, quod animum nobis erigit atque excitat. Liu. 7. bel. Pun. Prima spes morte nunciata Marcelli affulsit. Idem lib. 10. Et mihi talis aliquando fortuna affulsit.

Affundo, is, Aspergo. {ἐπιχέω Ital. *Versare, allegare.* Gal. *Espandre, & faire couler quelque liqueur contre quelque chose.* Hisp. *Derramar sobre otra cosa.*} Plin. lib. 16. cap. 44, Vinúmq; illi affundere. ¶ Affundi fluuij quoque & maria dicuntur iis locis quæ alluunt, aut præterlabuntur. Idem lib. 5. ca. 1, Affunditur huic autem æstuarium è mari flexuoso meatu. ¶ Affundo pro infundo. Tacit. lib. 12. Frigida in aquã affunditur venenum. Idem lib. 5. Effusa vrbs mari, pro, effusum mare vrbi. Plin. lib. 3. cap. 3.

Affusus, participium. ἀφθονίζω. Plin. Exprimitur foliis succus mollissimis, in pila fusis, affuso paulatim vino austero. Ould. & Lucan.

Aforis, aduerb. pen. corr. A parte exteriori. {ἔξωθεν Ital. *Di fuori.* Gal. *De dehors.* Hispa. *De fuera.*} Plin. lib. 18. cap. 24, In vleus penetrat omnis aforis iniuria. Sunt qui diuisim scribant, à foris, & melius, meo quidem iudicio.

AFRANIVS, Poëta Latinus fuit, togatarum fabularum scriptor. Cuius comœdiæ, alioqui festiuæ & elegantes, minus gratæ fuerunt, quòd fœdis puerorum amoribus essent conspurcatæ. ¶ Etiam dux fuit Pompeianarum partium, victus à Cæsare in Hispania ad Sicorim amnem. Vide Lucanum lib. 4.

AFRANIA Licinij Bructionis vxor prompta ad lites contrahendas, muliebris verecundiæ oblita, adeò vt pro crimine improbis fœminarum moribus C. Affraniæ nomen obiiciatur. Valer. Max. lib. 8. cap. 2.

AFRICA, λιβύη. Regio est latissima, vna ex tribus præcipuis mundi partibus, ad Orientem Aegypto & Nilo fluuio, ab Occasu Oceano Atlantico terminata: à Meridie Oceanum Australem, ad Septentrionem mare Libycum spectans. Nomen habet (si Iosepho credimus) ab vno posterorum Abrahæ, cui nomen erat Afer: vel quod verisimilius est,) ab ἀ priuatiuo, & Græco nomine φρίκη, quod horrorem significat. Est enim hæc regio frigoris horroriſque expers, vt quæ maiore sui parte inter Tropicos sita sit. Prouincias, habet ad Mediterraneum mare extensas, duplicem Mauritaniam, Tingitanam, & Cæsariensem,

Universidad de Deusto Biblioteca

ficam, deinde Numidiam, post Africam propriè dictam, quæ & Africa minor dicitur. Hanc excipit Cyrenensis, siue Pentapolitana regio. Post hanc est Libya Marcotica, Aegypto contermina. Interiora Africæ Aethiopes habent, plurimique alij populi monstrosi, quos enumerat Plinius lib.5.cap.8. ¶ Africa minor, olim vrbes habuit Carthaginem, Vticam, Adrumetum, Zamam, Hipponem regium, & aliàs quasdam. ¶ Africa semper aliquid noui apportat. Prouerbium quod quadrat in homines iubrica fide, semperque nouandarum rerum auidos. Quod quidem ideo dicebatur quòd in Africa siticulosa regione ad vnum aliquem riuum plurimæ ferarum species bibendi gratia conuenire cogantur, ibique varia mistura violentæ veneris varias monstrorum formas subindéque nouas nasci. Ex Plini.lib.8. cap.16. Arist. de Generat. Animal. lib.2.cap.5.

Afer, afra, um, λίβυς, Adiectiuum. Armentarius Afer, Virg.3.Geor. Murice Afro tinctæ lanæ, Horat.2.Carm. ¶ Afra auis. Prouerbij specie, λιβυκὸν ὄρνεον. Refertur à Suida de rebus prægrandibus, quòd ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horatius de prælauta vsurpauit, Non Afra auis descendat in ventrem meum Iucundior quàm lecta de pinguissimis Oliuæ ramis arborum. Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas easdem Numidicas aues appellant. Acron videtur de struthione sentire, quæ & ipsa auis mira mole corporis esse fertur. Non inepte iacietur in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plaut. Pœnul. Pœnum auem vocat ob manicas alarum instar vtrinque pensiles. Prouerbium extat in auibus Aristopha. Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim prægrandes ferè timidiores. Teren. Hic nebulo magnus est. Ex Adag. Chiliad.

Afer, λίβυς, qui est ex Africa. Dirus Afer. Horat.4.carm. Sitientes Afri. Virg.1.Aeg. Est enim Africa calidissima regio.

Africus, a, um, λιβυκὸς: vt, Africa bella, apud Sil.lib.17.

Africanus, a.um: vt, Gens Africana, Gallinæ Africanæ, Varro de Re rusti. lib.3.cap.4. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci.

Africanæ. Fetæ sunt in Africa copiosæ, ex genere panthetarū, quæ & Variæ appellantur, à macularum varietate. παρδάλεις. Plin.lib.8.ca.17. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere.

AFRICVS, substantiuum, Venti nomen est ab Africa spirantis inter Austrum & Zephirum, qui & λὶψ à Græcis dicitur. Virg.1.Aene. Vnà Eurúsque, Notúsq; ruunt, creberq; procellis Africus. Horat.li.1. Carm. Luctantem Icarijs fluctibus Africum.

A ante G.

AGAGAMANTAE, Populi sunt circa Mæotim. Plin.lib.6.cap.7.

Agallochum, ἀγάλλοχον. Ital. *Legno aloe.* Gal. *Lignum aloës.* Hisp. *Lin aloe.* Lignum est Dioscoridi thyiæ ligno simile, maculis quibusdam distinctum, odore iucundissimo, gustu subamarum, oris graueolentiæ maximè conducens. Græci recentiores ξυλαλόη appellarūt: quos nostræ ætatis seplasiarij imitati. Lignum aloës vocarunt.

AGAMEDE, ἀγαμήδη, Oppidum Lesbi insulæ. Plin.lib.5.cap.31.

AGAMEDES, ἀγαμήδης. Viri eius nomen fuit, qui cum Trophonio Apollini Delphis templum extruxit: cuius meriti nomine, quum ab Apolline præmium postulasset, quod ille homini optimum duceret, post diem tertium in lecto mortui reperti sunt.

AGAMEMNON, ἀγαμέμνων, Atrei & Aeropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptū aduersus Troianos susceperunt, omnium consensu vniuersi exercitus dux est declaratus. Quo in bello, decimo demum anno victoria potitus, vbi primùm in Græciam rediit à Clytæmnestra vxore, adiuuante Aegistho (qui cum illa, absente viro, adulterij consuetudinem habuerat) est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea indignam patris necem vlciscens, matrem vnà cum adultero interemit. Vide Senecam in Agamemnone, & Euripidem in Oreste.

Agamemnonis hostia, Ἀγαμέμνονος θυσία, in duros & persuasit difficiles dicitur. Inde natū, quòd Agamemnone rem diuinā in Troia facturo, bos effugerit, vixq; multo negotio comprehensus, reductus est. Quadrabit etiā in eos qui nolentes & adacti quippiā agunt. Olim in sacris spectabatur, vt hostia lenis ac volens adstaret. Quòd si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & hue posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificauerit: sed admodum inuitus. Recensetur à Zenodoto.

Agamemnonius, Adiectiuum, Virg.lib.6.Aen. Eruet ille Argos Agamémnoniósq; Mycenas. ¶ Agamemnonij putei, Ἀγαμεμνόνεια φρέατα, prouerbialiter de admirādis operibus dicebātur: Aiunt enim & circa Aulidem & passim in Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset. Autor Zenodotus.

AGAMNESTOR, ἀγαμνήστωρ, Nomen est Atheniensium regis.

Agamus, pen.cor. Latinè dicitur cælebs, ἄγαμος hoc est, sine viro, seu vxore, γάμος enim nuptiæ sunt.

AGAMZVA, Mediæ oppidum. Plin.lib.6.cap.14.

AGANDRI, Populi circa Mæotim. Plin.lib.6.cap.7.

AGANIPPE, pen. Fons Bœotiæ à Cadmo monstratus, Musis sacer, quē poëtæ fabulantur factum esse Pegasi æqui alati vngula, ἱππουκρήνη.

Aganippæus, a, um, denominatiuum, ἀγανιππαῖος. Propertius, Par Aganippææ ludere docta lyræ.

Aganippis, ἀγανιππὶς, patronimicū fœmininū. Ouid.5.Fast. Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Meduſęi signa tenetis equi.

AGAENOR, pe. prod. ἀγάηνωρ, Præfectus classis Agaménonis, & apud Hom. in Catalogo nauium. Latinè amans viros, vel qui ab aliis amatur.

AGAPETVS, pen. prod. ἀγαπητὸς. Synnadæ, quæ est in Phrygia, Episcopus, de quo vide Eusebium in Histor. Eccles. Latinè interpretatur diligibilis, vel dilectione dignus.

AGAPIVS, ἀγάπιος, Alexandrinus medicus fuit, qui Byzantij magna celebritate medicinam docuit. ¶ Fuit & alter Atheniensis philosophus, post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

AGAR, ἄγαρ, Nomen ancillæ Abrahæ, quod interpretatur aduena, à qua Agareni, ἀγαρηνοὶ, Populi Arabiæ, qui nunc Saraceni dicuntur, à Sara vxore Abrahæ. Hos bello aggressus Traianus Cæsar, eorum oppidum Agaram mœnibus nudauit, eos tamen nunquam potuit acie superare tempestate cæli, tanquam diuinitus, perpetuò obstante. Autor Dion.

Agaricon, ἀγαρικὸν. Ital. & Hisp. *Agarico.* Gal. *Agaric.* pe.cor. Fungus est, aut certè radix, fungi more in arboribus nascēs, sapore initio dulci sed mox in amaritudinem declinante. Nascitur circa Bosphorū Cimmerium iuxta fluuium Agatum, & in Galatia. Duo eius sunt genera, mas, & fœmina. Vide Plin.lib.25.cap.9. & Ruel.lib.3.cap.1.

AGARVM, ἄγαρον, Promontorium est Sarmatiæ Europæ, ab ea parte, qua Bosphoro Cimmerio proxima est. Autor Ptolemæus.

AGARVS, ἄγαρος, Fluuius Sarmatiæ Europæ, in Bosphorum Cimmerium illabens, circa quem radix quædam fungosa arboribus adnascitur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluuij huius meminit Ptolemæus in descriptione Sarmatiæ, & Cæl. Antiq. lect.18.cap.8.

AGASIAS, ἀγασίας, Ex Stymphalo Arcadiæ oppido vir fortis, & bello clarus: de quo Xenophon lib.6. de expeditione Cyri minoris.

AGASICLES, ἀγασικλῆς, Spartanorum rex clarissimus fuit, cuius extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma. Nullum esse firmius stabiliendi regni præsidium, quàm si Rex ita ciuibus imperet, vt parentes liberis.

Agaso, pen.prod. Equorum vel asinorum doctor. ἀγασσὼν. Ital. *Asinaio, mulattiere.* Gal. *Palefrenier, qui mene les cheuaux, & les panse.* Hisp. *Harriero, o que agueza los asnos.* Plin.lib.35.cap.11. Pinxit & in vna tabula, quāque maximè inclaruit, agasonē cū equo. Liuius, Acceptos ab agasonibus equos, quum Rex ascensurus erat, admonebant. Pers.5.Satyr. Trossis Agaso dixit pro homine qui omnibus est contemptui.

AGASO, Nomen proprium serui. Horatius, Si patinam pede lapsus frangat Agaso.

AGASTHENES, ἀγασθένης, fuit teste Home.lib. Iliad.2. pater formosi Polyxeni, qui nauibus suæ gentis præfuit in expeditione Troiana. Latinè interpretatur insigniter robustus.

AGASTROPHVS, ἀγάστροφος. Pæonis fuit filius, & heros inter primos Troianorum bellatores: sed à Diomede vulneratus in coxa, mortem obiit, vt scribit Home.lib.Iliad.11.

Agasyllis, ἀγάσυλλις. Frutex est, quem iuxta Cyrenem Africa gignit, ex quo succus profluens in subiectas arenas decidit, quem Ammoniacū vocat. Vide Dioscor. & Ruell.lib.3.cap.53.

Agasyrtus, ἀγάσυρτος. Ital. *sordido, scalliido.* Gal. *ord, sale.* Hisp. *sucio.* Apud Latinos squallidum sonat, & sordidum: vnde Pittacus Mitylenęus philosophus Agasyrtus est dictus, quòd neglecto corporis cultu videretur sordidior.

AGATHA, ἀγάθη Stephano, Oppidum prouinciæ Narbonensis, quondam Massiliensium. Vide Plin.lib.3.cap.4. ¶ Fuit præterea hoc nomine virgo (teste Volaterrano lib.13.) Cathanensis, & martyr, sub Galo manumillis torta.

AGATHARCHIDES, ἀγαθαρχίδης, Historicus Samius, de quo Plutarchus in historia Persica.

AGATHEA, pen.prod. ἀγάθεια. Oppidum est Phocidis. Stephanus.

AGATHIAS, Ἀγαθίας. Smyrnæus fuit historicus nobilissimus, qui Iustiniani Cæsaris gesta conscripsit.

AGATHYRNVM, Vide AGATHYRSVM.

AGATHO, penul.cor. ἀγάθων. Philosophi Pythagorici nomen fuit. Hic quum annorum esset octoginta, ab Archelao rege interrogatus, num quas adhuc seruaret pristini roboris reliquias. Quid ni inquit: tuam non modò Ver, verùm etiam Autumnus cōsueuit bonos fructus proferre. ¶ Fuit etiam hoc nomine Atheniensis vir, portentosæ proceritatis & fortitudinis: de quo Philostratus in vita Herodis Attici. ¶ Fuit & nomen filij Priami: qui cum parte Hectoris corpus redemptum, ad Achillem profectus est, vt habet Home.Ilia.lib.vlt. ¶ Alius fuit Agathon tibicen quispiam, cantilenarum suauitate maiorem in modum aures delinies. Nec huius mores dissimiles musicæ prohibentur: laborauit enim infamia mollitiei. Vnde Adagium, Agathonis cantio, Ἀγαθώνος ᾠδήν. Rectè dicetur de oratione blanda magis quam frugifera. Autor & Suidas & Zenodotus.

AGATHOPOLIS, ἀγαθόπολις, Galliæ Narbonēsis ciuitas est, quæ hodie Monspessulanus dicitur, vulgò *Montpellier*, vel potius *Agde.*

AGATHOCLES, ἀγαθοκλῆς, Siculus tyrannus fuit, qui ex sordido genere natus, patre scilicet figulo, quū libidini, latrocinioque operam dedisset, gregariam militiam exercuit. In qua quod manu strenuus esset, & in concionibus persacundus, breui ex centurione tribunus militum euasit: & primo quidem bello contra hostes pugnans, magna suæ virtutis præbuit experimenta, adeò vt in demortui regis locū fuerit suffectus. Nec multò post interfectis Syracusanis nobilibus, cum Carthaginiensibus bellum gessit. Deinde spe ampliandi regni in Italiam traiecit: vbi quum deceptus fuisset, ex indignatione morbum contraxit: ex quo etiam vita functus est. Hic quum figuli (vt modò diximus) esset filius, generis humilitatem non modò non dissimulauit, verùm etiam eo veluti firmissimo argumento vsus est, ad inflammandos suos ad capessendam virtutem. Vnde vasis aureis frequenter figulina solebat admiscere, vt ostenderet sordidissimæ etiam conditionis hominibus per virtutem ad honores iter patere.

AGATHVSA, ἀγάθυρνα. Callimacho dicta est insula vnguento nobilis, quæ alio nomine Telos dicitur. Plin.lib.4.cap.12.

AGATHYRSVM, siue AGATHYRSA, Ἀγάθυρσα. Stephano, Vrbs est Siciliæ, quæ recensetur à Plin.lib.3.cap.8.

AGATHYRSI, ἀγάθυρσοι, Populi Scythis vicini, qui multum habent auri, sine auaritia, aut inuidia. Hos Plin.lib.4.cap.12. scribit habere capillos cæruleos. Poëtæ pictos vocant, quoniam versicoloribus vestibus induuntur. Virg.lib.4. Cretésq; Dryopésque fremunt, pictiq; Agathyrsi. Dicti Agathyrsi, ab Agathyrso Herculis filio.

AGAVE, pen.prod. ἀγάυη. Filia Cadmi & Hermiones, & vxor Echionis, quæ in furorem versa Pentheum filium, regem Thebanorum, in Orgiis Bacchi suis manibus dilaniauit.

AGAVI, ἀγαυοὶ. Populi sunt Septentrionales: quos Homerus circa initiū lib.13. Iliad. dixit gentem innocentissimam, vt quæ sine vllis diuitiis equino victitat lacte.

AGAVVS, penult.prod. ἀγαυὸς. Vnus è Priami filius, apud Homerum lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib.Iliad.vlti. qui pattem Hectoris corpus ab Achille redempturum comitabatur.

AGEARVS, ἀγήαρος, Rex fuit Edessæ, cuius ad Christū Seruatorem nostrum epistolam, Christique itidem responsum, vide apud Eusebium.

AGBATANA, orum, ἀγβάτανα Stephano, Oppidum Phœnices, quod Plin.lib.5.cap.19. Ecbatana appellat. ¶ Item oppidum Mediæ, totius regionis caput, à Seleuco conditum: quod & ipsum Plinius Ecbatana appellat, lib.6.cap.14.

Age, Aduerbium adhortantis: & singularem numerum desyderat, Agite pluralem: Agedum vtrunque admittit. ἄγε φέρε δή. Ital. *Horsu, sorsu.* Gal. *Or sus, or auant, courage.* Quint. Agedum si videtur, extra portas prospicite. Cicero pro Sylla, Agedum, conferte nunc cum illis vitam P. Syllæ. ¶ Dicimus & Agite dum, sed in plurali semper. Liu.lib.1, Agitedum, ite mecum. ¶ Interdum est corripientis. Terent. in Adelph. Age, scis quid loquar? Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. ¶ Interdum pro Dic. Terent. in Adelph. Age, noui tuum animum, quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ. Vel Donatus, Age nunc verbum est significans Dic: quia iam propè est, vt consentiat persuadenti. ¶ Interdum consentientis. Terent. in Adelph. Age age, traducatur Bacchis. ¶ Interdum excitandi: & plerunq; post Nuc, apud Poëtas ponitur. Virg. Georg. 4. Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit, expediam.

Agea, pen.prod. Via in naui, dicta quòd in ea maximæ quæque res agi soleant, παρὰ τὸ ἄγω. Ennius, Multa foro ponens, ageaque longa repletur. Vsitatius Foros vocamus.

AGEDECVM, penulti.prod. ἀγήδηκον, Ptolemæo Gallorum Senonum oppidum est, quod idem esse existimatur cum eo, quod Galli sua lingua *Sens* vocant.

AGELADES, ἀγελάδης. Nomen insignis statuarij, & magisteri Polycleti: cuius meminit Plin.lib.34.cap.8.

Agelæus panis, ἀγελαῖος ἄρτος. Dicitur à Græcis, qui à nostris Cibarius dicitur, ex farina parum bene cribrata constans. Vide Cæl.lib.9.ca.16. & Ruelli.lib.2.cap.14.

Agelastus, ἀγέλαστος ab ἀ & γελάω. Ital. *Mesto. Che non si non ride.* Gal. *Qui ne rit iamais.* Hisp. *Que non rie ò burla en algun tiempo.* Latinè mœstus, & sine risu. Quo nomine dictus est Crassus, auus Crassi à Parthis interempti, quem tradunt semel tantùm in vita sua risisse: quod factum est, quum vidisset asinum carduos comedentem, dixissetque ob id, Similem habent labra lactucam. Factum hoc dictúmque festiuissimum risus subsecutus est. Cic.5.de Finib.

Agellus, vide AGER.

Agema, atos, pen.prod. ἄγημα. Ital. *Squadra.* Gal. *Certaine legion de gens de guerre.* Hisp. *Muchedumbre o compana de gente.* Idem quod agmen. Arrianus scribit alam equitum fuisse, quæ dicebatur ἄγημα, quanquam & de pedibus dici agema, idem testatur Arrianus. Liui.5.Decad. Delecta inde, & viribus, & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant.

AGENOR, ἀγήνωρ. pen.prod. Nomen regis Phœnicum, & Beli filij. Hic genuit Tavgetam & Europam filias: filios verò Cilicem, Cadmum & Phœnicem. Virg.1.Aen. Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem. ¶ Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Troiani.

Ager, Ital. *Campo.* Gal. *Vn champ.* Hisp. *Campo que se labra.* ab ago, is, quòd in eo aliquid agatur, vel (vt Donatus inquit) quòd in eo multa sint agenda. Quintil. autem lib.1. scribit Græcum esse. nam ἀγρὸς Latinè rus dici potest. Significatque Ager quandoque circumiectum territorium alicuius vrbis seu prouinciæ, χώρα. Salust. in Catil. Reliquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abducit. Vnde dicimus, Ager Campanus, Ager Brixianus. Et includit in se nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio illo sunt, & in ea significatione vix vnquam reperitur pluraliter. ¶ Quandoque significat partem quandam ipsius territorij vrbis, quæ priuatim ab aliquo possidetur, & esse videtur rus, in quo & domus, & omnia quæ in agro sunt, generaliter continentur: id est, quæ pro captu ipsius partis esse possunt. Vnde Terent. in Eunuch. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et sequitur, Neq; agri, neq; vrbis odium me vnquam percipit. Vbi sanctas cœpit fieri, commuto locum. Idem in Heaut. Agrum in his regionibus meliorem, neq; pretij maioris nemo habet. Et paulò pòst, Talenta duodecim coëgi, agrum hunc mercatus sum: hic me exterreo. Ex his inuitur sub Agri nomine & domum, & omnia alia quæ in agro continentur comprehendi, idémque esse Agrum, Rus, & Possessionem. ¶ Notandum tamen quòd nec rus, nec ager villa est, sed villa in rure, siue agro dicitur esse. Ex hoc significato ducitur parœmia, Nihil ex agro dicis, οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις. Id est, Nihil humile neque triuiale loqueris. Meminit Suidas. ¶ Quandoque Ager significat locum in rure quem colimus, siue arando, siue conserendo: & singularem, pluralémq; numerum habet. Colu.lib.1.cap.3. Vergilij prouerbiale sententiam explicans, Quippe, inquit, acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit, imbecilliore agrum, quàm agricolam esse debere, quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quàm angustus eximiè. Conueniet in eos qui student imperto proferendo, quùm hoc ipsum quod habent nò possint administrare. Aut qui suscipiunt manus, cui gerendo sunt impares. Et lib.4, Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, vt plerunque fit, excepit. ¶ Ager colonus Cic. de Leg. agrar. Cognoscerent qui ager colonus esset, quò milites veterani deducti essent, qui, &c. Videtur eam agri partem significare, quæ propriè ad arandum accommodata est, & alio nomine Aruum dicitur.

Agellus, diminutiuum, Significat paruum agrum. χώριον, ἀγρίδιον. Ital. *Campicello.* Gal. *Petit champ, petit territoire & possession.* Hisp. *Campo pequeño.* Terent. in Adelph. Agelli est hic sub vrbe paulum, quod locitas fortis. Huic demus, qui fruatur. ¶ Hinc fit aliud diminutiuum Agellulus. Ambros. Qui fidei exercet militiam, ab omni vsu negotiationis abstinere debet, agelluli sui contentus fructibus.

Agrarius, a, um. ἀγρικός. Ital. *Cosa apartenente à campi.* Gal. *Chose des champs.* Hisp. *Cosa perteneciente al campo.* Quod ad agros pertinet. vt, Lex agraria, νόμος ἀγραρικὸς περὶ διανομῆς, quæ ferebatur de agris populo diuidendis. Liu.lib.2, Tum primùm lex agraria promulgata est.

Agrarius, rij, substantiuum, Legis agrariæ suffragator, aut qui agros publicè diuisos possidet. Cic.15.Phil. Nam rursus reprobos ducuriabit? num solicitabit rursus agrarios?

Agreste, Dicitur, quod rusticum est, & ad agros pertiner, quódq; in agris, non in hortis nascitur. ἄγριον. Ital. *Villesco.* Gal. *Agreste, rural, rustique, champestre.* Hisp. *Cosa del campo.* Virgilius, Cererem pubes agrestis adoret. idem, Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. ¶ Item Agrestis dicitur, qui syluestrem vitam agit, & feram: quem & Græci ἄγριον dicùt. Vnde in compositione Onager dictus est asinus ferus. ¶ Agrestis substantiuum pro homine rustico. Virg.9.Aeneid. Lydorúmque manum, collectos armat agrestes.

Agricola, pen.cor. Ex ager, & colo. Cultor agri. γεωργός. Ital. *Lauoratore della terra.* Gal. *Laboureur, Rustique villageois.* Hisp. *Labrador del campo.* Virg. 1.Georg. O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas. Cic.1. Tusc. Arbores serat diligés agricola. Est autem nomen generale: nam agricolarum alij Aratores, alij Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiam Pastores, quales erant ferè apud antiquissimos. Nec solùm rustici, & agrestes dicuntur Agricolæ, sed multi etiam oppidani: quod genus vitæ olim in maximo pretio fuit, atque honore, præsertim apud Romanos. Cato de re Rust. cap.1, Bonus agricola, bonúsq; colonus, Ita laudabant antiqui virum bonum. ¶ Prouerbialiter dicitur, Semper agricola in nouum annum diues, Ἀεὶ γεωργὸς τὸν νέον πλοῦτον. De iis dictitatum qui spe futuri compendij diuites sunt, ac sibimet expectatione rerum amplarum blandiuntur.

Agricolatio, onis. Idē quod agricultura. γεωργία. Ital. *Lauoramento di campi.* Gal. *Labourage.* Hisp. *La labrança.* Colu.lib.1.cap.9. Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

Agricultor, Idem quod Agricola. Liui. 6.bel.Punic. Seruos agricultores temp. abduxisse.

Agricultura, rx, Cultus agrorum. γεωργία. Ital. *Lauoramento ò coltiuamento di campi.* Gal. *Labourage, labour de la terre.* Hisp. *La labrança.* Cice.1.Offic. Nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

Agripetæ, pen.corr. ἀγρῶται. Qui petunt ex agrorum diuisione portionem, quæ vitiitim dabatur. Cice.ad Attic. Seruulos autem dicere eum & agripetas electos à Buthrotiis.

Ageraton, ἀγήρατον. Herba est ad duorum palmorum altitudinem excrescens, similis origano, florem ferens bullis aureis non absimilem: ita dicta, quòd non facilè marcescat. Vide Plin.lib 27.cap.4.

Ageratus, ἀγήρατος. Lapis est, quo coriarij olim vrebantur in poliendis coriis: cuius loco hodie vtuntur massa vitri. Meminit huius lapidis Galen.lib.9.Simpl.

AGERONA, Dea cuiusdam nomen erat apud Romanos, ab agendo dicta, quòd industriæ præsidere putabatur. Sicut contrà Murcea, socordiæ Dea credebatur.

AGESANDER, ἀγήσανδρος. Insignis statuarius fuit ex Rhodo insula, qui vnà cum Polydoro & Athenodoro, Laocoontem marmoreum fecit in domo Titi Vespasiani Imperatoris, omnium artificum opera longo internallo superantem. Vide Plin.lib.36.cap.5.

AGESIAS, ἀγησίας. Cyrenaicus philosophus, cui à Ptolemæo Philosophiæ professione fuit interdictum, quòd animæ immortalitatē docens multos ad spontaneam mortem compelleret, vt Cleombroto Ambraciotæ accidit. Cic.in Tusc.lib.1.

AGESIDAMOS, ἀγησίδαμος. Locrēsis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

AGESILAVS, ἀγησίλαος. Lacedæmonius, Archidami filius, qui post mortem Agidis fratris sui rex constitutus, Tissaphernem in Asia, qui principatū tenebat inter Persas, vicit, & Atheniensēis & Bœotios apud Coroneam vrbē Peloponnesi. Breui statura corporis, & altero pede claudus fuit, sed rara virtute præditus. Vitam eius vide apud Plutar.

AGESINATES, Galliæ populi sunt Pictonibus vicini. Plin.lib.4. ca.19.

AGESIPOLIS, ἀγησίπολις. Lacedæmoniorum dux, qui speciosam sæpius victoriam ab Argiuis retulit. Vide Xenophontem rerum Græcarum lib.4.

Agesis, aduerbium excitandi: compositū ex particula, Sis, pro si vis, quæ verbis imperatiui modi apud veteres addebatur. ἄγε δή, ἄγε δῆτα. Lucret. lib.1, Nunc agesis, quoniam docui nil posse creari De nihilo.

Aggemo, is, Vide ADGEMO.

Agger, ris, per duplex g, masculini generis, Significat propriè lapidum, aut terræ coaceruationem, quæ fixis vallis aggeritur, castrorum alteriúsve loci muniendi gratia. χῶμα. Ital. *Argine.* Gal. *Amas ou monceau de quelque chose.* Hisp. *Monton de tierra ò baluarte.* Solēt enim Romani milites vallos, hoc est, palos secum circunferre, quoties castra mutabant, eósq; quoties considebant, humi defigere, terrámq; illis aggerere, vt tuti essent ab hostiū irruptionib⁹. Improprie dicitur cuiuslibet rei coaceruatio, qua fossæ, aut valles impleri possunt. ¶ Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit Seruius in illud Virg.10.Aen. Quin intra portas atque ipsis prælia miscent Aggeribus murorum. ¶ Dicitur etiam Agger media viæ eminentia, ex aggeratis lapidibus strata. Idem, Qualis sæpe viæ deprehensus in aggere serpens. ¶ Agger item dicebatur tumulus ex terra, aliáve materia congestus ad oppidi vel arcis cuiuspiam oppugnationem. Cicer. Attic.lib.2, Oppidum cinximus vallo & fossa, aggere maximo. Item 5.Phil. Græciam per translationem vocat Aggerem oppugnandæ Italiæ, quòd ea aptissima esset, ex qua, tanquam ex loco superiore, bellum Italiæ posset inferri. Græcia, inquit, vel receptaculum esset pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ.

Aggero, as, pe.cor. Significat accumulo. συμπληρῶ, χωννύω. Ital. *Accumulare.* Gal. *Amonceler, accumuler.* Hisp. *Amontonar vna cosa sobre otra.* Vnde Arbores aggerare, vel Aggerare circa arbores terram dicimur, quum post hyemem, æstate iam instante, terram circunfundimus, & veluti circūmunimus, ne calore nimio radices exarescant: pro quo etiā dicimus, Arbores operire, vel adobruere. Colum. Omnes arbores fructiferæ circunfossæ aggerari debent. ¶ Et per metaphoram Aggerare

pro

pro augere, & aggrauare ponitur. Virg. 11. Aeneid. Onerat dictis, atq; aggerat iras. ¶ Hinc fiunt composita. Adaggero, & Exaggero, quorum significata vide suis locis.

Aggero, is, penul. cor. si, stum, Iuxtà gero. {ἐπιφορέω. Ital. *Porre à canto.* Gal. *Amasser, apporter en vn tas.* Hisp. *Arrimar, ò traer vna cosa à otra.* } Plin. li. 17. cap. 4. Nec fluminibus aggesta semper laudabilis. ¶ Item Ad aliquem gerere, πρόφημι. Plaut. in Rud. Siquidem mihi vltro his aggerenda etiam est aqua.

Agglomero, Impleo, adiungo. {συναγείρω. Ital. *Inuitare, inghiamare.* Gal. *Mettre de soy vn plaisir, deuoir & liceler.* Hisp. *Emboluer vna cosa à otra.* } à Glomero, quod à Glomus seu Glomer deducitur. Virg. 2. Aen. Et lateri agglomerant nostro. Idem 12. Aen. - densi cuneis se quisque coactis Agglomerant.

Agglutino, pe. cor. Ad aliquid glutino, copulo. {κολλάω. Ital. *Congiungere.* Gal. *Coller ensemble.* Hisp. *Engrudar ò pegar vna cosa à otra.* } Plaut. in Aul. Ita mihi ad malum malæ res plane se agglutinant. Cice. Attic. lib. 16. Itaque statim nouum proœmium exaraui, & tibi misi: tu illud deseeabis, & hoc agglutinabis.

Aggrauo, as, pen. cor. Valde oneto, vel valde grauis fum. {ἐπιβαρύνω. Ital. *Aggrauare.* Gal. *Agrauer, apesantir.* Hisp. *Agrauiar ò apesgar.* } à quo Aggraueſco, quod est, Valde grauis fio. Liu. bel. Pun. 2. lib. 8. Nihil aliud ab suis relatum est, quàm inopia aggrauari socios. Plin. lib. 12. cap. 17. Odor aggrauans capita, sed citra dolorem.

Aggraueſco, is, ex ad & nomine grauis factum verbum, Grauius fieri, aggrauari, Terent. Hecy. Malè metuo ne Philumenæ magis moribus aggraueſcat. id est grauior fiat: quia morbi graues dicti. Sic Aggraueſcés vulnus. Cic. 3. Tuscul.

Aggredior, Ad aliquem gradior: & hoc aliquando in bonam partem, idq; vel cum accusatiuo solùm. {προσέρχομαι, προσβάλλομαι, ἐπιχείρω. Ital. *Assalire in buona & in mala parte.* Gal. *Assaillir, aller vers quelqu'vn, s'auancer sur luy.* Hisp. *Acometer, ò arremeter.* } Cic. pro Cecin. Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, non habet. Virg. 4. Aen. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. ¶ Vel cum accusatiuo, & præpositione Ad. Cic. de Natu. deor. Antequà aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt. ¶ Vel cum infinitiuo. Idem Offi. 2. De quibus dicere aggrediar. ¶ Aliquando in malam partem pro adoriri, inuadere, quasi gradatim & veluti ex insidiis adire, quo pacto solent gladiatores. Saluſtius, Ex lateribus cæteros aggreditur. Iustinus, Quos ex improuiso aggressus facilè fudit. ¶ Sumitur etiam non raro pro incipere. Cic. 1. Offic. Omnibus autè in rebus, prius quàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligẽs. ¶ Aliquando pro tentare. Saluſt. in Iugur. omnes asperitates superuadere, naturam etiam loci vincere aggreditur. Hæc autem verba Aggredior, Adorior, Alloquor, & similia, Ad prepositione eis adiuncta, cum accusatiuo solo elegantius ponuntur, quàm si simplicia eorum accusatiuo, Ad preposita iungantur: vt, Aggredior hominem, non, Gradior ad hominem. ¶ Rem nouam quis prouerbiali specie, aggredi dicitur, quum rem arduam ac nouam molitur, & aliis adhuc intentatam. Ex Homeri versu Odiss. χ'.

Aggressio, verbale, Actus ipse aggrediendi. {ἐπιβολή, ἐπιχείρησις. Ital. *Assalto, assalimento.* Gal. *Abordement, assaut.* Hisp. *Acometimiento.* } Cice. in Orat. Quúmque animos prima aggressione occupauerit, infirmabit, excludetque cunctatio.

Aggrego, as, pen. cor. Congrego, quasi in vnum locum gregem contraho. {συναγείρω. Ital. *Congregare.* Gal. *Amasser en vn tropeau, assembler.* Hisp. *Ayuntar como ganados.* } Cic. in Catil. Quod si eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit. ¶ Translatè pro adiungere, apud Cæsarem 6. bel. Gal. Qui se ad eorum amicitiam aggregauerant. Opponitur verbo Abgrego.

Aggretus, Apud antiquos legitur pro Aggressus, vt apud Ennium, Aggretus fari, &c.

AGITIS, Proprium viri, quem poëtæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuisse commemorant.

Agilis, pen. corr. Leuis, dexter, qui se facilè agit, hoc est qui leui & expedito est corpore: vel pronus, aut voluntarius ad agendum. {ἐλαφρός. Ital. *Destro, leggiero.* Gal. *Agile, abile du corps, vuite.* Hisp. *Ligero para hazer alguna cosa.* } Horat. Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi, Sedatum celeres, agilem gnauúmq; remissi. Columella, Malo vnius agilem industriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam.

Agilitas, Dexteritas, corporis celeritas. {ἐλαφρότης, εὐτονία. Ital. *Agilità, attitudine, destrezza.* Gal. *Agilité, soupplesse de corps.* Hisp. *Ligereza de hazer alguna cosa.* } Cice. Attic. lib. 1. Nam si ita esse statueris, & irritabiles esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatem, vt ita dicam, mollitiémque naturæ. Hic est à corpore ad animum translatio. Colum. lib. 1. Eiusdem agilitatis homo frugi melius quàm nequam faciet.

Agiliter, agilius, agillimè, id est cum agilitate. {Εὐτόνως. Ital. *Agilmente, prontamente.* Gal. *Legierement, viuement.* Hisp. *Ligeramente.* } Columel. lib. 2. cap. 2. Dèque requiem in summa, vt spe cessandi, totum spatium bos agilius emitatur.

Agina, penul. prod. Est in qua inseritur scapus trutinæ, id est in quo trutina agitur, & vertitur, ab agendo dicta. Festus.

Aginator, qui paruo lucro mouetur: nomen ab Agina tractum, quæ minimo pondere huc aut illuc impellitur. Festus.

Aginor, pen. prod. Vilia negotior.

AGINVM, Vrbs Galliæ, Ptolemæo. Vulgò *Angolesme.*

AGIS, ἄγις, Lacedæmoniorum rex, qui cum Atheniensibus cruentissima bella gessit: à suis tãdẽ ciuibus in carcere necatus, quòd Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Plutar. in Vita eius, & Cic. Offic. 2.

Agitatio, Agitator, Agito, agitas, Vide AGO.

Agite, Agitedum, Vide AGO.

AGLA, ἄγλα, Hispaniæ oppidum in tractu Bætico, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

AGLAIA, ἀγλαΐα, Vna est ex Gratiis seu Charitibus. Latinè interpretatur Lætitia.

AGLAIS, idis, ἀγλαΐς. Megalis filia, mira gulositate & voracitate mulier, vtpote quæ carnium libras decem, panis chœnicas quatuor, & vini choam, hoc est Romanum congium, siue sextarios sex, vnica cœna absumeret. Cælius Rhodig. lib. 15. cap. 19.

AGLAONICE, ἀγλαονίκη. Hegemonis filia fuit, astrologiæ perita, quæ quòd eclipses Lunæ prædicere posset, iactabat se lunam de cælo detrahere: propter quam insolentiam punita, locum fecit prouerbio, τὴν σελήνην καθέλκειν, quo vtimur, quoties aliquis sua inscitia in calamitatem incidit.

AGLAOPE, ἀγλαόπη, Vna Sirenũ, quasi splendida aspectu. Nam ἀγλαὸν apud Græcos, nobis sonat Aspectu splendidum.

AGLAOPHON, ἀγλαοφῶν. Pictor nobilissimus. Plin. lib. 35. cap. 9. & Cic. 3. de Orat. Floruit nonagesima Olympiade.

Aglaophotis, pen. prod. ἀγλαοφῶτις, Herba est iucundissimi coloris, qua magi vtuntur ad euocandos dæmones. Nascitur in marmoribus Arabiæ: vnde & Marmoritidem quidam appellant. Plin. lib. 24. ca. 17.

Aglaspis, Nomen legionis, Liu. 5 Decad. lib. 4. Internalium, quod inter cetratos, & phalanges erat, impleuit legio, atq; aciem hostium interrupit. A' tergo cetratis erat, frõtem aduersus clypeatos habebat, Aglaspides appellabantur.

AGLAVROS, ἄγλαυρος. Cecropis regis Athenienſium filia, quæ quum Mercurio Herſen sororem suam adamanti accepta pecunia operam suam esset pollicita, posteàque inuidia correpta, limen ingredièti pertinaciter obstaret, in saxum conuersa est. Vide latius hanc fabulã apud Ouid. 2. Metamorph.

AGLAVS, ἄγλαος. Senex fuit Psophidius, qui ab Apolline Gyge fœlicior est iudicatus, quòd agelli sui limites nunquam esset egressus. Plin. lib. 7. cap. 46. Valer. lib. 7. cap. 1.

Aglidia, orum, ἀγλίδια, Dicuntur segmenta illa in capitibus allij, quæ alio nomine Agilthes dicuntur. Ruel. lib. 1. cap. 2.

Aglyphos, ἄγλυφος, penul. corr. Latinè non sculptus. nam à fine, γλύφω sculpo.

Agmen, significat multitudinem. {πλῆθος, λόχος, πάγμα. Ital. *Moltitudine, schiera, ordinanza.* Gal. *Vne compagnie de gendarmes, bende.* Hisp. *Muchedumbre ò compañia de gente.* } Virg. 7. Aen. Vocat agmina sæua sororem. ¶ Interdum ordinatam multitudinem, vt est exercitus incedentis. Idem 8. Aeneid. - it clamor, & agmine facto Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Cice. 2. Tusc. Cum æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius. ¶ Interdum impetum, vt apud Virgil. Et leni fluit agmine Tybris. Et 2. Aen. - Illi agmine certo Laocoonta petunt.

Agminalis, is, le, adiect. πάγμανος. Vnde Agminales equi, qui agmẽ exercitus sequũtur ad conuehenda impedimenta. Bud. in Annot. post.

Agna, gnæ, Vide AGNVS.

Agnascor, eris, sci, compositum ex Ad & Nascor. {ἐπιφύομαι. Ital. *Nascere.* Gal. *Naistre auprez.* Hisp. *Nacer.* } Cic. 1. de Orat. Nunquis eo testamento, quod paterfamilias autè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo: quia constat agnascendo rumpi testamentum. ¶ Agnasci præterea dicuntur quæ in re aliqua nascuntur ad eius perfectionẽ minimè necessaria, nihilque vtilitatis habẽtia, vt sextus in manu digitus, & fungi in arboribus. παράφυαδες. Vide APNASCOR.

Agnatio, verbale, id est Agnatorum consanguinitas. {ἀνεψιότης, συγγένεια. Ital. *Parentela.* Gal. *Lignage ou parentage du costé du pere.* Hisp. *Parentesco de parte del padre.* } Cic. 2. de Leg. Ex quo verè vel agnatio nobis cum cælestibus, vel genus, vel stirps appellari potest. Et paulò pòst, In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

Agnati, pen. prod. {ἀγχιστεῖς, οἱ κατὰ ἀνδρῶν εἰσαῦθις. Ital. *Parenti da lato di padre.* Gal. *Parens du costé du pere.* Hisp. *Parientes de parte del padre.* } Dicuntur, qui per virilis sexus personas cognatione cõiuncti sunt, quasi à patre congeniti (inquit Caius Iurisc.) veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepósve ex eo. ¶ Inter Agnatos & Cognatos παρήκειν hoc interest, quòd in cognatis continentur agnati, in agnatis non vtique cognati: vt puta frater patris, id est patruus, est agnatus, & cognatus: matris verò frater, id est auunculus, cognatus est, sed non agnatus. Gentilitas verè & agnationem & cognationem complectitur. ¶ Prouerbiale Antiquis fuit, quum furere aliquẽ aut mente captum esse significare volebant, vt dicerent, ad agnatos & gentiles deducendum esse. Varr. de Re rusti. lib. 1. ca. Qui salubrem locum negligit, mente captus est atque ad agnatos & gentiles est deducendus. Cic. 2. de inuentio. Si furiosus existet, agnatorum gentiliumque in eo pecuniáque eius potestas esto. Iustinia. li. 1. Instit. Budæus. ¶ Agnatum dicimus quicquid vltra debitum natum est: hoc est quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad eius perfectionem minimè requisitum. Vnde aguascentia & agnata membra appellantur, παραφύαδες, ἢ παρεφυάδες. Plin. Mẽbra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus hominis semper digitus.

Agnellus, Agninus, Vide AGNVS.

AGNICORNV, Promontorii est ad Bolbiticũ Nili ostium. Strab. li. 17.

AGNICVS, Fluuius in Tigrim influens. Plin. lib. 6. cap. 27.

AGNITAS, tis, vel Agnita, tæ, ἀγνεῖα. Aesculapij cognomentum apud Spartanos, apud quos eius dei simulacrum ex agno, quæ planta est, erat exculptum. Cælius Lect. antiq. lib. 18. cap. 5.

AGNO, ἄγνω, Fons Arcadiæ esse traditur, cuius aqua extemoniis quibusdam commora, nebulæ in morem in aërem ascendẽs, largissimos demittit imbres: ita dictus ab Agno, vna ex Iouis nutricibus. Cælius Rhod. Lect. antiq. lib. 13. cap. 17.

Agnomen, penul. prod. Dicitur quod est extrinsecus aliqua ratione vel casu quæsitum: vt, Africanus, Asiaticus, Achaicus, & similia. {ἐπωνυμία. Ital. *Cognome de vna famiglia.* Gal. *Surnom d'vne famille.* Hispa. *El renombre.* } Cice. de Inuent. 1. Nomen quum dicimus, cognomen quoq; & agnomen intelligatur oportet.

Agnomones, Equi dicuntur veteres, ex quorum dentibus ætas amplius dignosci non potest. ἀγνωμόνες. Vide Cælium Rhodig. Antiq. lect. lib. 12. cap. 9.

AGNON, Nomen autoris apud Quint. lib. 2. cap. 17.

Agnosco, Ex Ad, & Nosco, euphoniæ causa, d, mutata in g. Proprie est noscere id quod nobis olim aut visum fuit, aut alia quauis ratione cognitum. {ἐπιγινώσκω. Ital. *Cognoscere, reconoscere.* Gal. *Reconoistre.* Hispa. *Reconocer lo ante conocido.* } Varro, Vercor, ne me quoq; dum reuertero, præter canem agnoscat nemo. Virg. 2. Aen. Agnoscitque suos, lætósq; ad mœnia ducit. Atque hæc potissimùm ratione differt à verbo Cognosco,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnosco, quod propriè dicitur de rebus antea nunquam cognitis. Idem 4. Aeglo. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. ¶ Interdum idem est quod admittere, recipere, approbare, δέχεσθαι. Cicero pro Milone, Quum tota Italia facti illius gloriam libenter agnosceret.

Agnitio verbale, Actus ipse agnoscendi. {ἀναγνώρισις. Ital. *Recognitione.* Gal. *Reconnoissance.* Hisp. *Reconnoscimiento.*} Cicero 1. de Natu. deor. Quæstio de Natura deorum ad agnitionem animi pulcherrima est. Plin. lib. 10. ca. 70, Pisces sui cadaueris agnitionem fugientes.

Agnus, Fœtus est ouis, qui annum nondũ egressus sit. {ἀρήν. Ital. *Agno, agnello.* Gal. *Agneau.* Hisp. *Cordero, ò borrego dentro de ano.*} Cicero de Senect. Villa abundet porco, hœdo, agno. Plaut. Pœnul. Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Vbi species quædam est prouerbij, quum quis frustra conatur prædã recipere, leui semel manus iniecit rapax aliquis. ¶ Obiicere canibus agnos prouerbialiter dicuntur qui imbellẽ & litiũ imperitum calumniatoribus, & exercitatis exponunt. Refertur à Diogeniano. Nomen habere putatur ἀπὸ τῆς ἁγνείας, hoc est, à puritate, sigenitale castitate: vnde & nonnullis Hagnus, per aspirationem scribendum videtur. Est etiam Agnus, ἄγνος, Dioscoridi frutex arboreſcens, quem Latini à vinciendi vsu Viticem appellant. Dictus Agnus, quasi ἁγνός, id est, castus, quòd mulieres in Thesmophoriis, hoc est Cereris sacris, pudicitiæ conseruandæ causa hunc sibi fruticem substernerent. Alij Agnũ per syncopen dictum putant, quasi ἄγονον, quòd calore & siccitate sua genituram dissipare putetur. Vide de hoc nonnulla in dictione Vitex.

Agnellus, diminut. {ὁ ἀρνίσκος, τὸ ἀρνίον. Ital. *Agnello.* Gal. *Agnellet.* Hisp. *Pequeño cordero.*} Plaut. in Asin. Agnellum, hœdillum me tuum dic esse.

Agninus, Quod ex agno est, aut ad agnum pertinet. {ἀρνεῖος. Ital. *Cosa di agnello.* Gal. *D'agneau.* Hisp. *Cosa de cordero ò borrego.*} Plaut. in Pseud. Pol agnella. Gal. *D'agneau.* Hisp. *Cosa de cordero ò borrego.*} Plaut. in Pseud. Pol quia qua opera credam tibi vna opera alligem fugitiuũ canem agninis lactibus. Prouerbium est. Nam qui canẽ alligat intestinis agninis, is non modo canem amittit, verũm & prædam vltro dederit, fugitiuo. Sic qui credit homini malę fidei, & rem perdit, & frustra habet obligatum eũ qui nõ est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Agna, gnæ, Mensuræ genus in agrorum dimensione. Colu. lib. 5. cap. 16. Actus quadratus vndique finitur pedibus cxx. hoc duplicatum facit Iugerum, & ab eo quod erat iunctum, nomen Iugeri vsurpauit: sed hunc actum prouinciæ Bæticæ rustici agnam vocant.

Ago, gis, gi, actũ {ἄγω. Ital. *Fare, operare, trattare.* Gal. *Faire, besongner.* Hisp. *Hazer lo que no queda.*} multa significat. Nam Agere est opetari, πράττειν. Plaut. in Amph. Dum hęc aguntur. Cicero lib. 1. Epist. Hic quæ agantur, quæque acta sint, ea te literis multorum cognoscere arbitror. ¶ Quandoque inducere seu impellere. Lact. lib. 16, Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agãt, ira, cupiditas, libido. ¶ Quãdoque audire. Terent. in And. Hoccine agis, an non id est audis, vt exponit Donatus. Sic Plautus, Vos agite spectatores. ¶ Quandoque dicere. Idem in Adelph. Sed éstne hic ipsus, de quo agebam? ¶ Quandoq; pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. Cicero de Optimo genere dicendi. Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secundas, & tertias partes actioni, ὑποκρίσει. ¶ Quandoque cogitare, πρός τινα λέγειν. Virgil. Aeglog. 9, Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto. ¶ Quandoq; effingere, ὑποκρίνειν, vt Ago stultum: id est fingo, siue repręsento me stultum. Vnde Actores comœdiarum, ὑποκριταί, dicuntur, qui diuersorum hominum gestus agunt in scena. Cicero pro Qu. Roscio, Roscius lenonem Ballionẽ quum agit, agit Chęream. ¶ Quandoque ire, incedere, viuere, βαδίζειν, vt Nudus ago. Pompo. Mela, Exercent bellando animos, corpora ad consuetudinem laborum, maximè ad frigora: nudi agunt, antè quàm puberes sint. ¶ Agere bonum ciuem, est fungi boni ciuis officio. Cicero lib. 4. Epist. Dum mihi pacis mandata das ad Cęsarem, mitificum agis ciuem. Sic Agere Consulem, vel Senatorem, est facere ea, quæ propria sunt Consulis, vel Senatoris. Cuiusmodi orationes Valerius Maximus aliquando nouè per nominationum extulit, vt quum ait, Experiri volui, an scires Consul agere: id est fungi Consulis officio. Idem, Publius Rutilius, non publicanus in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. ¶ Quandoque Agere significat extendere, porrigere: vt, Vera gloria radices agit, atque etiam porrigit. ῥιζοῦσθαι, ῥιζοῦν. ¶ Agere testitudinem, est admouere, vel applicare, teste Seruio in illud Virgil. 2. Aene. Obsessumque acta testudine limen. Sic Agere vineas, & turres. Cæsar bell. Gall. 3, Quibus fortitet resistentibus, vineas turrésque egit. ¶ Item agitare. Plautus, Aedepol eam agam verberibus. Virg. 6. Aenei. Prodigus acti cælestibus ossa piabant. ¶ Agere cum aliquo dicimus, quum quippiam ab eo impetrare, vel aliquid ei persuadere conamur. Cicero Attic. lib. 5, Is egit mecum accuratè multis verbis, vt tibi responderem. Idem in Lælio, Quum enim sæpe mecum ageres, vt de amicitia aliquid conscriberem. ¶ Bene vel præclarè agi nobiscum, dicimus, quum res nobis fœliciter succedunt, nihilque habemus, de quo maxopere queri possimus, πρᾶξις φίλης. Cicero de Amicitia, Cum illo quidem actũ optimè est, mecum autem incommodius. Ibidem, Cum illo quis neget actum esse præclarè? Idem in Verr. Act. 4, Hæc conditio fuit aratorum, vt secum præclarè agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret. ¶ Agitur res nostra, vel, De te nostra agitur, hoc est ad nos pertinet, vel res nostra in discrimen adducitur. Cicero pro Sext. Rosc. Tua quoque res permagna agitur. Idem pro Lege Man. Agitur enim salus sociorum, aguntur certissima pop. Rom. vectigalia, aguntur bona multorum ciuiũ. Idẽ de Amic. In quibus eorũ de capite agatur, aut fama. ¶ Agere cũ aliquo tabellis obsignatis, est eum conuincere testimonio literarum suarum. Testimonium est apud Cic. 5. Tusc. ¶ Agere & ferre, ἄγειν καὶ φέρειν, tristissima quidẽ, sed tamẽ Prouerbialis est figura. Dicitur enim de hostibus agros nostros excurrentibus, Agunt & ferũt, ἄγουσι καὶ φέρουσι, pro eo quod est hostili more populantur aut vexãt. Id si traducatur ad animum, non paulò fiet festiuius: quemadmodum Aristophanes in Nebulis. ¶ Actum est, vel Res acta est, hoc est perit vel deplorata est, πέπρακται, ἀπόλωλε. Terent. in Heaut. Vnam ei cœnam atque eius comitibus dedi: quòd si iterum mihi sit danda, actũ siet. Idem, Acta hæc res est, petij: prouerbialiter his verbis desperationem significamus. ¶ Actum agere, id est nihil agere, πράγματα παρέχειν πρᾶγμα

πράγματι. Idem in Phorm. Actum, aiunt, ne agas. πράγματι μὴ πράγμα. Forma Adagij est à iudiciorum consuetudine sumpta qua admonere fas non esse iterum agere causam de qua iam sit pronuntiatum. Sic Plaut. Actũ agis. id est, in cassum laboras. Quod enim iure semel iudicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. ¶ Aliud agere vel Alias res agere, est non esse intentum iis quæ aguntur. Cicero pro Sext. Rosc. Vsq; adeo animaduerti, iudices, eum iocari, atque alias res agere. ¶ Ponitur interdum agere pro vertere. Virg. Ipse ter adducta circum caput egit habena. ¶ Pro vrgere, persequi. Idem, Pastor agens telis. ¶ Pro regere. Virg. 1. Aene. Tros, Tyriúsve mihi nullo discrimine agetur. ¶ Pro ante nos pellere. Idem 1. Aeglo. -En ipse capellas Protinus æger ago. ¶ Pro vehere, ducere. Varro, Non hos Pactolus aureas vndas agens,

ostendere. Ibidem, Ciceronem ad cælũ tollere, & veluti seruitute erepta, gaudium, & lætitiam agitabat.

Agitatio, verbale, Ipse agitandi actus. {ἡ ὁρμὴ, κίνησις. Ital. *Smouimento, commotione, agitatione.* Gal. *Esmouement, esmotion, agitation.* Hisp. *Obra de acossar, aguijadura.* } Cic. 2. de Natur. deor. Nec enim ille externus, & aduentitius habendus est lepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.

Agitator, Qui est equorum, currumve rector. {ἡνίοχος, ἐλαυνέτης, κίνητης. Ital. *Chi spinge & mena cauallo o asino.* Gal. *Qui conduit & chasse cheual, asne ou autre chose.* Hisp. *Aguijador o acossador de animales.* } Gice. Attic. lib. 13, Nec est melius quicquam, quàm vt Lucullus sustineat currum, equósque, vt bonus sæpe agitator.

Actus, a, um, Cópletus. {τετελεσμένος. Ita. *Fatto, perfetto.* Gal. *Fait, parfait.* Hisp. *Hecho.* } Virg. li. 6, His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Vnde Actũ agere, prouerbio dicitur, pro Nihil agere. Quod enim (inquit Donatus) in iure semel iudicatũ fuerit, rescindi & iterum agi non potest. ¶ Ponitur etiam Actus pro Adpulsus, Idem lib. 7, Siue errore viæ, seu tempestatibus acti. ¶ Pro Admotus, Idem lib. 9, Accelerant acta pariter testudine Volsci. ¶ Pro Coactus, territus. Idem lib. 6, Prodigiis acti cælestibus ossa piabunt. Alia significata, quære in dictione AGO.

Actum est, Vide in AGO.

Acta, orũ. {τὰ γεγενημένα. Ital. *Atti publici registrati.* Gal. *Faits & actes publiques, les registres publiques.* Hisp. *Los hechos publicos de cada dia.* } Generaliter dicũtur quæcũque aguntur, siue publicè, siue priuatim, siue in iudicio, siue extra iudicium. Cic. de Orat. Consilia primùm, deinde acta, postea euentus. ¶ Proprièe tamen actorum nomen collectionem quandam importat accipiturque pro quadam rerum actarum cõgerie, in tabulas vel commentarium redacta: vel etiam pro ipsis commentariis, in quibus perscripta sunt ea quæ aguntur. Cicero Trebonio lib. 10. Epistol. 28, Res vrbanas, actáque omnia ad te perferri arbitror. Idem in prima Antoniana, An in libellis & chirographis acta Cæsaris firma erunt? Valla lib. 4. cap. 9, Acta à gestis distinguit: vt hæc sint eorum duntaxat quæ in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad Rempublicam aut ad plures spectantibus geruntur: vt, Gesta Alexandri, gesta Cæsaris: Acta verò etiam rerum priuatarum & minorum, ac familiarium, quanquam etiam de rebus grauibus arduisque dicuntur. Frequentissimè enim Cicero Acta Cæsaris appellat, in quibus tamen & agrorum diuisiones, & donationes regnorum continebantur. ¶ Neq; solùm de rebus priuatis, verumetiam publicis Acta dicuntur. Cicer. 2. Phil. In publicis actis nihil est grauius, in priuatis firmissimum est testamentũ. ¶ Legitur etiam Actum, acti, singulari numero. Idem 1. Phil. Nihil est, quod tam propriè dici possit actum eius, quàm lex. ¶ Acta circũducere, est antiquare, & delere. Paul. l. Acta. ff. de re iud. Acta apud se habita, si partes consentiant, & iudex hoc permiserit, potest iubere eadem die circunduci. ¶ Acta diurna, quæ in singulos dies conficiuntur. Græci ἐφημερίδας vocant. Latini Diaria. ¶ Referre in acta, est inter acta perscribere. Iuue. Saty. 2, -liceat modo viuere, fient, Fient ista palàm, cupient & in acta referri.

Actus, us, Generali vocabulo, dicitur omne quod agitur, aut dicitur πρᾶξις. Cic. in Salust. Si de mea vita atque actibus huic consulatori respondero. Idem 1. de Legib. Non solùm in rectis, sed etiam in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. ¶ Dicuntur præterea Actus, partes fabularum, inter quas modi fieri solent. Hos in omni fabula quinque exigit Horatius in Arte poëtica, Néve (inquit) minor quinto, neu sit productior actu Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi. ¶ Vnde prouerbiali figura dicimus, supremum fabulæ actum addere, pro eo quod est, extremum finem imponere. Cicer. in Catone transfert ad vitam peractã. Hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. ¶ Per transsationem Actus dicuntur diuersæ vitæ humanæ partes, in quibus non secus atque histriones in Comœdia, alias atq; alias quodammodo induimus personas. Ibidem, Naturam optimã ducem sequimur, à qua non verisimile est, quum cæteras partes ætatis bene descriptas sint, extremum actum, tanquam ab inerti poëta esse neglectum. ¶ Item Actus dicitur spatium in agro cẽtum viginti pedum, quòd in eo boues agerentur, quum araretur vno impetu iusto, vt inquit Plin. lib. 18. cap. 3. Triplices autem repetiuntur Actus: minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centum viginti: quod spatium in agris erat inter vicinos. Quadratus vndique centum viginti pedibus prefinitur. Quadratus duplicatus lugerum præstat. ¶ Rursus Actus (vt Modestinus de Seruitute prædiorum rusticorum scribit) est vbi armenta trahere, & vehiculũ ducere licet, ἰτὸν, hoc est, via qua quis pedes vel eques commeare potest. Vide Institutiones Iustiniani, lib. 2. tit. 3.

Actiuus, ἐνεργητικὸς, Qui agit. Denominatiuum est à nomine Actus, fictũ a Grammaticis: vt Actiua significatio, & verbum actiuum, quod (teste Prisciano lib. 8.) semper actum significat, & facit ex se Passiuum.

Actuosus, ab Actu etiam descendit, Qui in actibus, præsertim in gestibus corporis abundat, & multum se exercet. {σπουδαῖος, πραγματικὸς. Ital. *Attuoso, pronto ne' gesti del corpo.* Gal. *Qui represente bien les mines & contenances.* Hisp. *El que haze gestos y visages.* } vt Actuosi homines, qui motu corporis maximè exercentur: vt histriones & saltatores. Et Actuosus ignis apud Senecam. Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non in studio & contemplatione. Et hæc actiue: passiuè autem quum accipitur, significat rem in qua multum sit laborandum: vt Actuosa comœdia Donat. in Terent. Hæc scena actuosa est, magis in gestu quàm in oratione constituta.

Actuosè, aduerb. πραγματικῶς, δραστικῶς. Cice. 1. de Orat. Quid petam præsidij? quàm leniter? quàm remissè? quàm non actuosè?

Actio, verbale, Idem significans quod Actus, vel operatio, vel administratio. {πρᾶξις. Ital. *Attione.* Gal. *Action.* Hisp. *Obra, hechura.* } Cic. 1. Offi. Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Apud Rhetores autem significat pronuntiationem, ὑπόκρισιν. Cic. in Orat. Est enim actio, quasi corporis quædam eloquentia, quũ constet è voce atq; motu. Quid autem sit Pronuntiatio lib. 1, ad Heren. explicatur: Pronuntiatio, est vocis, vultûs, gestus moderatio cum venustate. ¶ Quandoque Actio pro accusatione, siue petitione accipitur, κατηγορία, quemadmodum Actor pro accusatore, κατήγορος: vt, Ciceronis actiones in Verrem. Quintil. lib. 7, Cuius actionem equidem solam in hoc tempus emiserã. ¶ Quandoque dicitur defensio, siue oratio, pro causæ defensione, aut alicuius rei, de qua agitur, ἀπολογία. Cice. Qu. Valerio, Actionem meam C. Cæsar primo suo Consulatu lege in Agraria comprobauit. ¶ Est etiam Actio, Ius, quod sibi debebatur in iudicio persequendi, Ius vt autor ad Heren. lib. 1, Et à causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. ¶ Dicimus etiam Gratiarum actionem pro beneficij accepti confessione, & grata verborum redditione. Cice. Planco, Quanquam grauiorũ actionem à te non desyderabam.

Actito, as, pen. cor. frequentatiuum, ortum, non ortum ab Ago, sed ab Acto, sicut Scriptito à Scripto, Lectito à Lecto: & proprie Actitare dicitur in causis. ἀγωνίζεσθαι. Plin. Iunior. ad Marcum, Magis miraberis, si scieris illum aliquandiu causas actitasse. Cice. de Claris orat. Etiam M. Pontidius municeps noster multas priuatas causas actitauit. Vide & Gellium lib. 9. cap. 6.

Actor, Dicitur omnis qui aliquid agit. {ὁ πράττων. Ital. *Operatore.* Gal. *Exploictteur.* Hisp. *El que haze.* } Cic. pro Sest. Cato & dux, & autor, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is qui in iudicio causam agit, κατήγορος. Cic. de Clar. Orat. Eodem anno Miloni Rhodio Romæ dedimus operam, & actori summo causarum & magistro. ¶ Apud Iurisconsultos Actoris vocabulum ferè semper accipitur pro accusatore, seu petitore, hoc est pro eo qui actionem in iudicio intendit aduersus reum, κατήγορος. Vlpianus l. quæ omnia. ff. de procurato. & defensoribus. Quæ omnia non solùm ex parte rei, sed etiam in persona actoris obseruabuntur. ¶ Actor etiam dicitur histrio qui fabulam agit, ὑποκριτὴς. Cice. ad Qu. Fratrẽ, Poëtæ boni, & actores industrij in extremo actu solent esse diligentissimi. ¶ Item Actor dicitur villicus, qui nostras res curat, quem Factorem solemus appellare, de quo Colu. lib. 1. cap. 7, Ita fit vt & actor, & familia peccent, & ager sæpius infametur.

Actuarius. Qui acta describit veloci stylo, eáque descripta deinde recitat, Notarius. {σημειογράφος. Ital. *Notaro.* Gal. *Notaire.* Hisp. *Aquel que escriue lo que otro dize.* } Sueton. in Cæsare, Quam non immeritò Augustus æstimabat magis ab actuariis exceptam, malè subsequentibus verba dicentis, quàm ab illo editam.

Actuarius, a, um, ὠκύτατος, Idem quod agilis, velox, & facilis, ad circumagendum: vnde Naues actuariæ, ταχυδρόμοι dicuntur, quæ leuiores sunt, agiliores, quæque huc illuc quàm minimo negotio flecti possunt. Liui. 4. Decad. lib. 8, Tradito & naues, armentáque earum, neve plures quàm decem, naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. ¶ In eadem etiam significatione Actuarium legimus neutro genere. Cice. Attri. lib. 10. Recordor enim æstate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans, quàm fuerim solicitus. Quid duro anni tẽpore actuaria fore censes?

Actuariolum, diminutiuum. τὸ μικρὸν κατάστρωτον. Cice. Attic. lib. 16, Hæc ego conscendens è Pompeiano tribui actuariolis decem scalmi. Id est remigibus earum nauicularum, quæ vocantur actuaria, vel actuariola.

Actutum, pen. prod. aduerbium temporis: ab Actu, id est celeritate deriuatum. Significat enim confestim, sine dilatione. {αὐτίκα. Ital. *Di subito, Di fatto, incontinente.* Gal. *Tost incontinent, soudain.* Hisp. *Presto, luego.* } Cic. 12. Philip. Ego mortem actutum ferendam puto. Terent. in Phormio. Aggredere actutum.

AGOGE, ces, Nomen vrbis Aethiopiæ, quæ est sub Aegypto. Plin. lib. 6. capi. 29.

Agogæ, ἀγωγαὶ, ἢ ἀγωγοὶ. Fossæ sunt in metallis auariis, per quas aqua aurum trahens ducitur, vlice frutice, qui illis insterni solet, aurum retinente. Vide Plin. lib. 33. cap. 4. Hermolaus Inlices vocari tradit.

Agolum, pen. cor. Pastoralis baculus, quo pecudes aguntur. {λαγωβόλον. Ital. *Bastone de pastore.* Gal. *Baston de pasteur.* Hisp. *Cayado ò bordon de pastor.* } Festus.

Agon, {ἀγών. Ital. *Agone.* Gall. *Tout exercice de combat, comme luictes, jouistes & autres.* Hispa. *Contencion, porfia.* } Græcis idem est quod certamen, studium, contentio, labor cum difficultate coniunctus. Accipitur & pro loco ipsius certaminis. Vnde locus Romæ iuxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, etiam Agon appellatus fuit, quòd in eo curule certamen soleat exhiberi. ¶ Fuit quoque proprium viri nomen ex Teo, de quo Plinius lib. 33. cap. 3, Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Teium Alexandri magni præfectum aureis clauis suffigere crepidas.

AGONALIA, ium, vel iorum, ἀγώνια, Festa erant apud Romanos, quotannis celebrati solita in honorem Iani (vt est apud Ouid. 1. Fastorum) aut certè in honorem Agonij Dei (vt Festus tradit) qui rebus agendis præesse putabatur. Hoc die Rex sacrorum arietem immolabat, vt tradit Varro lib. 5. de ling. Lat. Nominis rationes multæ afferuntur. Nam Varro loco iam citato, ex ritu sacrorum ductum existimat, in quibus minister strictum ad arietem iugulandum tenens cultrum, identidem rogare solet, Agón? Quam opinionem Ouidius quoque attigit his versibus, Nominis esse potest succinctus causa minister, Hostia cælitibus quo feriente cadit, Qui calido strictos tinctutus sanguine cultros, Semper agatne rogat, nec, nisi iussus, agit. Festus (vt diximus) ad Agonium, rerum agendarum deum, dictionis huius etymon refert. Alij ad Agonem montem, in quo die illo sacra fieri solebant, qui postea Quirinalis dictus est, ex quo in eo comederunt Sabini, in vrbis portionem recepti. Alij à certamine curuli dictum putant, quòd hisce ferris antiquitus solet celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγῶνας appellant. In quam opinionem Ouidius quoque descendit, quũ sic scribit, Fas etiam fieri solitus ætate priorum Nomina de ludis Græca tulisse diem, Et prius antiquus dicebat Agonia sermo, Veráque iudicio est victima causa meo.

Agonia, ἀγώνια. Feriæ erant Romæ mense Ianuario celebrari solitæ, postea Agonalia appellata. Ouid. 1. Fast. Et prius antiquis dicebat Agonia sermo. Vide paulò ante in dictione AGONALIA. ¶ Agonias quoque antiqui hostias appellabant, teste Festo, nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoque & impotentiam generandi, Agoniam Græco vocabulo ἀγονίαν vocamus. ¶ Agonia aliter pen. prod. ἀγωνία est extremi con

Universidad de Deusto
Biblioteca

est conturbationis species, quam Latini Trepidationem vocãt. Quam vocem etiam Lucæ interpres seruauit, cap. 22, Et factus (inquit) in agonia, prolixius orabat.

Agoniſma, atis, ἀγώνισμα, Græcis est palma, siue præmium certaminis.

Agonium, Dies appellabatur, quo Rex sacrorum agonias, hoc est hostias immolabat: Autor Festus.

Agoniſta, ἀγωνιστής, Qui in agone contendit, certator, pugil.

Agonius, ἀγώνιος. Dicebatur Deus, qui præsidebat rebus gerendis: in cuius honorem Agonalia instituta fuisse, existimauit Festus.

Agonotheta, ἀγωνοθέτης. Ital. *Soprastante a giuochi di lotta.* Gal. *Le maistre capitaine ou president aux ieux de combat.* Hiſ. *Maestro de aquellos juegos.*] penult. corr. ab, ἄγων & τίθημι, Munerarius, quasi agonis dispositor seu præfectus, qui præmium certãtibus in quolibet ludorum genere proponit: qualis Achilles apud Homerũ in funere Patrocli, & Aeneas apud Virg. 5. Aene. Spartianus in Adriano, Pro agonotheta resedit.

AGONAX, Zoroastris fuit præceptor in arte Magica. Apud Plin. tamen lib. 30. cap. 1, Azonacem hunc, non Agonacem appellatũ inuenimus.

AGONIENSIS PORTA, Romæ fuit in monte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.

AGONIS, idis, Libera Veneris Erycinæ, Apud Cice. 1. Verr.

AGORACRITVS, ἀγοράκριτος, Insignis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, cuius opus esse creditur Veneris Rhamnusiæ, signum quam Nemesin appellauit. Nam quum de facienda Venere cum Alcamene condiscipulo suo contenderet, suffragio imperiti populi, non arte superatus, vsque adeò rei indignitate commotus est, vt signum illud Nemesin appellauerit, eáque lege vendiderit, ne Athenis esset. Autor Pli. lib. 36. cap. 5.

Agoræus, ἀγοραῖος, Nundinarius, vilia emens: ab ἀγοράζω, emo. ἀγορὰ enim forum venalium dicitur: quanuis etiam pro Concione, pro Pretio rei, pro Re vendita, & pro Foro iudiciali quandoque ponatur.

Agoræus panis, ἀγοραῖος ἄρτος, dicitur, qui in foro rerum venalium venundatur: de quo vide Ruellium lib. 2. cap. 14.

Agoranomus, ἀγορανόμος, pen. cor. prorsus eiusdem significationis est, cuius & Aedilis: de quo in superioribus satis. Dictus Agoranomus, à foro rerum venalium, cui regulam præscribit. Plaut. in Cap. Mirúmq; adeò est, nisi hunc fecerunt sibi agoranomum Aetoli.

AGRA, ἄγρα, Regia Leanitarum, Arabiæ populorum. Plin. lib. 6. cap. 28.

AGRADATVS, ἀγράδατος, Rex Persarum, postea Cyrus dictus, à Cyro Persidis fluuio. Strabo lib. 15.

AGRAE, arum, ἄγραι. Oppidum est mediterraneum Arcadiæ, apud Plin. lib. 4. cap. 6. Item Atticæ regiuncula, Dianæ ἀγροτέρας templo insignis. Vide Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 7.

AGRAEI, ἀγραῖοι Stephano, Populi sunt Arabiæ in sinu Leanitico, quorum oppidum est Agra, ἄγρα, Leanitarum regia: cuius meminit & Plin. lib. 6. cap. 28.

AGRAGAS, Qui & Acragas, ἀκράγας, Siciliæ mons est, & in eo oppidum eiusdem nominis, quod hodie Agrigentum vocant. Vulgò *Gergento.* Virgil. 3. Aeneid. Arduus inde Agragas ostentat maxima longe Mœnia.

Agragantinus, idem quod Agrigentinus. Lucr. lib. 1, Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Vide ACRAGAS.

Agraphos, ἄγραφος, pen. cor. Latinè non scriptus dicitur, vel nõ pictus. Sic Agraphum ius dicitur, quod non est scriptum, sed consuetudine receptum, & à maioti populi parte approbatum.

Agrarius, Agrestis, vide AGER.

Agre, ἄγρη, Ciuitas est Lydiæ, apud Stephanum.

Agria, ἄγρια, Scabies quædam est statis anni temporibus reuertens, curatu adeò difficilis, vt nulla penè arte sanari possit: vnde & nomen habet. ἄγριος enim idem est quod immitis, vel ferox. Celsus Feram scabiem appellat.

Agriacantha, ἀγριάκανθα ἢ ἄκανθα ἀγρία, Spina est syluestris, carduo similis, densis horrens spinis. Autor Dioscorides.

Agricola, vide AGER.

Agrielæa, ἀγριελαία, Olea syluestris, quam Latini vocant Oleastrum.

AGRIGENTVM, ἀκράγας, Vrbs Siciliæ, quæ & Acragas, siue Agragas dicitur, ex qua Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sæuissimus originem duxerunt.

Agrigentinus, a, um, ἀκραγαντῖνος, possessiuum, penul. prod. vt Tyrannus Agrigentinus, & Sal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua vel liquore alio crepitat, quasi torreatur. Plin. lib. 31. cap. 7, Agrigentinus sal ignium patiens, ex aqua exilit.

Agriocardamum, ἀγριοκάρδαμον, Herba eadẽ esse creditur cum ea, quæ alio nomine Hiberis dicitur, & Lepidium Galeno. Vide Ruell. lib. 1.

ACRIODOS, pen. corr. Numeratur ab Ouidio inter Canes Actæonis 3. Metamorphoseos.

Agrion narcum, ἄγριον νάρδος. Ital. *Valeriana.* Gal. *Valeriane.* Hiſp. *Hierua benedicta.*] Herba est folio oleris arri, quam Dioscorides Phu, φῦ: nonnulli etiam Nardum Creticum appellarunt. Recentiores vocant Valerianam maiorem.

AGRIONIA, Festa erant apud Bœotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

AGRIOPHAGI, ἀγριοφάγοι, Aethiopum populi sunt solis ferarum carnibus vescentes. Solinus & Plin. lib. 6. cap. 30.

AGRIOPHYLLON, ἀγριόφυλλον. Ital. *Peucedano.* Gal. *Fenouil de porc.* Hiſp. *Heruatum.*] Herba est, alio nomine peucedanũ dicta. Vide Dioſc.

Agrioſelinum, ἀγριοσέλινον, Herba eadem cum hippoſelino, Dioſc.

Agripeta, vide AGER.

AGRIPPA, ἀγρίππας. Syluius Tyberini Latinorum regis filius, qui submerso patri successit in regnum, & quum quadraginta annis regnasset, moriens Romulum filium regni reliquit hęredem. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe.

Agrippæ, quasi Aegrippæ, ab ægro partu: vt docet Gellius, dicuntur, quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedibus appellati. Confixos autem pueros esse in vtero Varro scribit, capite infimo nixos, sursum pedibus elatis, non vt hominis natura est, sed vt arboris. Nam pedes eruráque arboris appellant ramos: caput, stirpem atq; radicem. Quando, inquit, contra naturam fortè cõuersi in pedes, brachiisque plerunque diductis retineri solent, ægrius tunc mulieres enitiuntur. ¶ Fuerunt autem multi sic appellati, quorum vnus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphauit, & populum qui à patribus secesserat, in gratiam reuocauit, narrato apologo de membris aduersus ventrem conspirantibus. Hic tam pauper decessit, vt collatis in singula capita sextantibus publico sumptu elatus sit. ¶ Alter Syluius Agrippa duodecimus Latinorum rex, cuius meminimus paulò anté. ¶ Item M. Agrippa, Augusti gener, nauali victoria contra Sext. Pompeium insignis. De quo Virg. lib. 8, Parte alia ventis & diis Agrippa secundis. ¶ Item Herodes Agrippa, secundus Galilęorum Tetrarcha, Herodis primi Iudęorum regis filius, qui Christum illusum remisit ad Pilatũ. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Aristobuli filius, quem à Tiberio in vincula coniectum Caligula soluit, regémque Iudęorum constituit. Vide Iosephum, & ea quæ infrà annotauimus in dictione HERODES.

AGRIPPINA, pen. prod. ἀγριππῖνα. M. Agrippæ filia, & neptis Augusti, & vxor Germanici, quem etiam in Syriam comitata est: vbi quum ille misto à Cn. Pisone veneno interiisset, cineres eius in Italiam reportauit, & Iuliæ familię monumento intulit, Pisonémque iudicio persequuta, ad spontaneam necem adegit. Postremò apud Tiberium Cæsarem nullo suo merito in inuidiam adducta, inedia sibi mortem conscium. ¶ Iulia Agrippina, Germanici, & superioris Agrippinæ filia fuit, quæ primùm C. Domitio Aenobarbo nupsit, cui Neronem peperit, mortuóque Domitio, nouo quodam exemplo cum Claudio Cęsare patruo suo secundas nuptias contraxit: quem, vt Neroni filio suo expeditam ad imperium viã sterneret, venenato bolero sustulit. Tandem infinitis nobilissimorum virorum cędibus grassata, immissis Neronis iussu percussoribus, multis vulneribus confossa est, illud identidem clamitans, Feri ventrem, qui monstrum tam ferum tulit. Vtrumq; vitam vide latius apud Tacitum.

AGRIPPINA, siue Agrippinensis Colonia, Vrbs est celeberrima ad Rhenum fluuium, Vbiorum metropolis, nomen habens ab Agrippina Neronis matre, quæ vt patriã (ibi enim nata erat) splendidiorem redderet, sociisque etiam nationibus potentiam suam ostentaret, Veteranorum coloniam eò deduci imperauit. Vide Tacitum Annal. lib. 12.

Agrippum, Lacones oleam syluestrem vocant. Vnde Adagium, Sterilior, Agrippo, ἀγριππότερος Ἀγρίππου: de iis qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos nulliúsque industriæ homines. Autores Zenodotus & Suidas.

Agrisis, Herba tum præcipua dulcedine, tum hominibus ac iumentis vtilis in primis vsus, ea potissimùm Aegyptij vescebantur. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1.

AGRIVS, ἄγριος, Martis ex Parthaone filio nepos, & Thersitæ pater, teste Homero, cuius nihil præter nudum nomen ad nos peruẽnit. ¶ Fuit & Agrius Vlyssis ex Circe filius, vt autor est Hesiod. in Theog.

AGRON, ἄγρων, Primus qui & Heraclidis Sardibus regnauit, Herod. li. 1. ¶ Agron Illyricorum rex qui quum Aetolos superbissimos populos bello domuisset, tanta sese præ gaudio vini copia obruit, vt pleuritide correptus, subitò fuerit extinctus. Autor Polybius. ¶ Agron præterea apud Cęl. Rhod. lib. 4. ca. 22. medicus summè laudatus, quòd Athenas magna pestilentiæ vi sęuius infestante, affectorum plerisque salutarem tulisset opem, accensis in proximo ignibus. ¶ Agron Nini filius à Grȩcis dictus, quòd in agris natus esset, apud eundem Cęl. lib. 23. cap. 5.

AGROSPI, ἄγροσπι. Populi Arabiæ, apud Plin. 6. lib. cap. 30.

Agroſtes, æ, ἀγρώστης. Phalangij species, apud Nicandrum.

Agroſtis, ἄγρωστις. Ital. *Gramigna.* Gal. *Dent de chien.* Hiſp. *Grama.*] Herba est geniculatis per terram ramulis serpens, folia habens oblonga & acuminata, in modum paruæ arundinis, qua boues iumentáque pascuntur. Latini Gramen appellant. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 26.

AGROSVS, Mons est, vbi nunc Roma, quem Faunus rex, Euandro ex Arcadia pulso concessit, quem ille postmodum Palatinum appellauit.

AGVNTVN, ἄγουντον Ptolemæo, Oppidum est Norici, quod & à Plinio recensetur lib. 3. cap. 24.

Agyia, ἀγυιὰ Stephano, Vide AGYIEVS.

AGYIEVS, ἀγυιεύς, per tres syllabas, Proprium est Apollinis epitheton, dictum à viis vrbanis, quas Græci ἀγυιὰς vocant, quibus Apollo præesse creditur: vnde & ἀλεξίκακος, hoc est, malorum depulsor vocatus est. Ex Stephano.

AGYLLA, ἄγυλλα. Vrbs Thusciæ, alias Cęre vocata, & Agyllina, à nomine conditoris, quem Virgil. lib. 8. ex Lydia venisse ostendit, quum ait, Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto Vrbis Agyllinæ sedes, vbi Lydia quondam Gens bello prȩclara iugis insedit Hetruscis. Vide Stephanum.

AGYRIVM, siue AGYRENA, ἄγυριον Dionysio, ἀγύρινα Stephano, Oppidum Siciliæ. Vnde Agyrini populi, quos recensęt Plinius in descriptione Siciliæ lib. 3. cap. 8. Stephanus Agyreneos vocat, ἀγυρηναίους. Vulgò, *Leo de S. Philippo, de Agirone.*

Agyrtæ, ἀγύρται, Prȩstigiatores, sunt & circulatores circunforanei. Nam ἀγυρτάζω inter cętera significat, Prȩstigium exerceo.

A ante H & l.

Ah, siue Aha, αἲ αἲ, interiectio est multorum affectuum significatiua. Nam modò dolentis est, siue commiserantis. Virgi. 1. Aegl. Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit. ¶ Modò admirantis: vt apud Plautum, Ah, quid ais? ¶ Aliquando dehortantis, in qua significatione crebrò occurrit apud Ieremiã & Ezechielẽ Prophetas. ¶ Ah, indignantis, siue increpantis seipsum. Terẽt. And. Ah, vix tandem sensi stolidus. Virg. Aeglo. 2. Ah, Corydon, Corydon, quæ te demẽtia cepit? ¶ Ah, desyderantis. Plaut. in Asina. Ah, quanto amplius valere, si hic manerest ¶ Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. in Andria, Nam quid ego dicam de patre? Ah, tantámne rem tam negligenter agere? ¶ Ah, obiurgantis. Ibidem. Ah, quanto satius est te id operam dare, qui istum amorem ex animo amoueas tuo. ¶ Ah, abnegantis. Ibidem, Ah, ne me obsecta. ¶ Ah, reclamantis aut contradicentis. Terent. in Hecyra, Meum receptas filium ad te Pamphilum. BACCHIS, Ah. I AGHES,

Sine

Universidad de Deusto Biblioteca

A ante L.

Sine dicam. Vbi Donatus, Ah, quod falsum est reclamauit meretrix statim, & voluit contradicere, si permitteret senex. ¶ Ah, ah, suspirantis. Plautus in Milite. Habe bonum animum. PAMPH. Ah, ah. Quum venit in mentem, mores mihi mutandi vt sient. ¶ In notis antiquis, A. H. Alius homo.

AHARNA, Oppidum Hetruriæ, apud Liuium Decad. 1. lib. 10.

Ahenum, Vas est in quo aqua ad iauandum calefit. {χαλκεῖον. Ital. *Caldaro.* Gal. *Chaudron ou coquemart.* Hisp. *Caldera de cobre.*} Paul. in L. Quum de lanionis, de instruct. & instrum. legat. lib. 33. Pand. Nec mutuum reddi inter cacabos & ahenum, quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virgil. 1. Georg. Et fossis vndam tepidi despumat aheni. ¶ Ahenum dicimus per h interpositam inter a & e, non æneum, vt sonus sit viuidior vegetiórque: teste Gell. lib. 1. cap. 3. ¶ Ahenum sæpenumero capitur pro amplissimo vase in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex iis locis in quibus claruit vsus purpuræ: vt Agenoreum ahenum, id est Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyros & Sidon vrbes purpura nobiles. Martial. lib. 10. in Caium. Amyclæum ahenum. Ouid. lib. 2. de Rem. am. & alia id genus.

Aheneus, a, um, Idem quod Aereus. {χάλκεος. Ital. *Cosa di bronzo.* Gal. *Chose de cuyure.* Hisp. *Cosa de materia de cobre.*} Virgil. Et luce coruscus ahena.

Aheneus, a, um. Idem. Horat. 1. Epist. Hic murus aheneus esto.

Ahu, Interiectio animi perturbati significatiua, *ie.* Terent. Ahu, tace obtecro.

AIAX, *ἄιας*, Duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit: quorum alter à patre Telamone Telamonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore singulari certamine congressus est, & victor euasisset, nisi noctis aduentu pugna fuisset dirempta. Qua necessitate adactus, re infecta ad suos rediit, gladio ab Hectore donatus, quem ipse vicissim baltheo donauit: quæ dona (vt exitus declarauit) vtrique fuerunt exitialia. Nam Hectoris corpus hoc ipso baltheo circa Patrocli tumulum tractum est ab Achille. Aiax verò Achille interempto, quum de armis illius cum Vlysse iudicium instituisset, aduersarique eloquentia superatus, inferior discessisset, rei indignitate in furorem versus, in mutа pecora sæuit, Atridas sese & Vlyssem credens interimere. Verùm vbi ad mentis sanitatem rediit, seque delusum cognouit, acri dolore compulsus, gladio, quem ab Hectore dono acceperat, in loco deserto se confodit: cruórque eius in Hyacinthum florem est permutatus. ¶ Aiax alter fuit, qui ab Oilei patris sui nomine Oileus dictus est. Hic Locrensium rex fuit, velox pedibus, & peritus hastæ vibrandæ, multáque fortitudinis exempla in obsidione Troiana edidit. Capto autem Ilio, Cassandram virginem in Mineruæ templo (cuius illa sacerdos erat) violauit. Quam ob causam indignata Minerua, tempestatem Græcis redeuntibus circa Caphareum promontorium immisit, in qua quum alij plerique, tum ipse etiam Aiax periit. Virg. 1. Aeneidos, -Pallasne exurere classem Argiuum, atque ipsos potuit demergere ponto, Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?

AIDONEVS, *ἀϊδωνεύς*, Rex inferorum, quem nos Ditem & Plutonem appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, cuius filiam nomine Persephonem Theseus conatus fuit rapere non procul ab Acheronte fluuio. Vnde factus est locus fabulæ, Theseum ad inferos descendisse, & Persephonem Ditis vxorem rapere voluisse. Vide Plutar. in Vita Thesei, & quæ supra annotauimus in dictione ADES.

Aigleuces, *αἰγλήκας*, Vini genus est, quod musti dulcedinem non amittit a dictum, quòd semper mustum videatur, quale est vinum, quod in lacu nunquam deferbuit. Plin. lib. 14. cap. 9.

Aio, ais, ait, aiunt, Præteritum imperfectum habet integrum, perfecti solum secundas personas. In imperatiuo Ai. In futuro optatiui, Aias, aiat, aiamus, aiant. Participium habet vnum Aiens. Reliqua omnia tempora desyderantur: & significat idem quod Dico. {φημί. Ital. *Dire, affermare.* Gal. *Dire, affermer.* Hisp. *Dezir ò affirmar.*} Cic. 2. de Orat. Et docebo sus (vt aiunt) Oratorem, &c. Plautus in Asinaria, Me vnicè vnum ex omnibus, atque illam amare aiebat. ¶ Aliquando accipitur pro affirmo: & habet antitheton Nego. Næuius, An nata est sponso præganans? vel ai, vel nega. Cic. de Fin. bon. Quasi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. Gell. lib. 6. Sive aias, sive neges, hærebis in captione. Priscianus Aiamus dixit lib. 1. de constructi.

Aiuga, Herba quæ Græcè Camæpitys. {χαμαιπίτυος dicitur. Ital. *Iua, camepitio.* Gal. *Iue musquee.* Hisp. *Yuilla.*} cuius tres sunt species, quas vide apud Plinium lib. 24. cap. 6. Alij leguor Abiga, adducti verbis Plinij, qui eam ab abortu nomen habere affirmat.

AIVS, Deus à Romanis dictus est, ab eo, quòd aiebat. Nam olim Romæ audita vox est silentio noctis, clarior humana voce, quæ iuberet magistratibus nuntiari, Gallos aduentare, & vt prouiderent ne Roma abripi posset. Ex eo dictus est Deus Aius: id est loquens. Cic. lib. 2. de Diuin. Quid ergo? Aius iste loquens, quando eum nemo horat, aiebat, & loquebatur: vnde & nomen adinuenit. Liuius hunc eadem ratione vocat Locutium.

Aizoon, {ἀείζωον. Ital. *sempre viua.* Gal. *toubarbe.* Hisp. *Yerua puntera, siempre viua.*} Herba est, folio carnoso, læui, oblongo, & semper virenti: vnde & ἀείζωον à Græcis, & à Latinis quibusdam Semperuiuum appellatur. Plin. lib. 25. cap. 13. duo eius constituit genera. Maius in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui Buphthalmon, id est, bouis oculum à simi litudine vocat. Alij Zoophthalmum, id est animalis oculum: ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alij, quòd amatorijs conueniat, Etogeneton. γένναν enim gigno, ἔρως amor. Alij hypogeson, quoniam fere in subgrundijs nascitur. Graci enim parietes tecti prominentes γένυας vocant. Alij Latinis etiam Sedum maius, aut Digitellus appellatur. ¶ Aizoon minus, quòd & Sedum minus à Latinis, à Græcis etiam ἡμιάλοε appellatur, quòd ter quotannis floreat. Vulgo Vermicularis, à similitudine foliorum, quæ figura oblonga & propemodum ouali, vermiculorum speciem referunt. Nascitur in petris, & parietibus vetustis. Hisce à Dioscoride tertium additur Aizoi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedentia, sed hirsuta, breuióque cacumine. Herbarij Vermicularem minorem vocant.

Ala, qua aues volant. {πτερόν. Ital. *Ala.* Gal. *Aile.* Hisp. *El ala del auè ò cosa que buela.*} Virg. 1. Aen. Vt reduces illudunt stridentibus alis. Alas addere alicui dicuntur prouerbiali figura qui verbis alicui addunt animum, & in spem bonam erigunt. Græci ἀναπτερῶν aiunt. Aristopha. in Auibus. ¶ Cicadam ala corripuisti, *τέττιγα πτερῷ συλλαβοῦσα*, prouerbialiter dicitur in eos qui quempiam prouocant minimè ex vsu. nam si cicadam naturæ garrulam ala prehendas, clarius obstrepit. ¶ Interfectionis ala, *φόνου πτερόν*, de subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ repente mortem afferunt. Vel θανατηφόρος quòd ipsa mors sit alata. Zenodotus. ¶ A' cuius similitudine Ala etiam dicitur locus ille concauus subter brachium in homine, quia in eo pili quasi pennæ nascuntur. {πτέρυξ. Ital. *Ascelle.* Gal. *Aiscelle qui est sous le bras.* Hisp. *sobaco.*} Plin. lib. 11. cap. 40. Elephas tantum sub armis, duas (scilicet mammas) nec in pectore, sed citrà in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat. Epod. 12. Grauis hirsutis cubat hircus in alis. ¶ Pro eodem etiam Axillam dicimus; cóque vocabulo antiqui solum vtebantur. Nam Alæ appellatio recentior est. fuga vastioris literæ ex Axilla effictæ: vt satis docet Cicero in Oratore, his verbis. Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo autem vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? quam litteram etiam e maxillis, è taxillis & vexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. ¶ Præterea Ala dicta est equitum turma, quòd pedites tegant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra sinistraque, tanquam alæ in auium corporibus, locantur. {πτερὰ ἱππικὴ. Ital. *Ale di vna squadra.* Gal. *Les ailes d'vne armée.* Hisp. *Ala dele gente de caualla tendida.*} Cic. 1. Offic. Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. ¶ Alæ etiam nauium dicuntur: vt, Velorum pandimus alas.

Alaris, alare, denominatiuum ab Ala: & Alarius adiectiuum, pro eodem: vt Equites alarij, & Cohortes alariæ. {πτερωτός. Ital. *Che è dell' ala d'vn exercito.* Gal. *Qui est des ailes.* Hisp. *Hombre de aquella ala de gente de caualla tendida.*} Liu. lib. 10. ab Vrbe. Cum cohortibus alaribus. Idem, Qui præerat alariis equitibus. Cæs. 2. Bell. ciu. Cohortes circiter triginta alariorum addidit.

Alarus, a, um, ab ala auium. Quod habet alas. {πτερωτός. Ital. *Che ha ale, alato.* Gal. *Qui a ailes.* Hisp. *Cosa que tiene alas para volar.*} Mercurius alatus. Virgil. 4. Aeneid. Vt primùm alatis tetigit magalia plantis. Alati equi solis. Ouid. 3. Fast. Verba alata prouerbialiter dicuntur, quòd facilè euolent: at reuolare nesciant.

Alifer, Alatus, πτερωτός. Ouid. 4. Fastorum, -& alifero tollitur axe Ceres.

Aliger, Alatus. {πτερωτός. Ital. *Alato.* Gal. *Qui a ailes.* Hisp. *Que tiene alas para volar.*} Vnde Cupidinem alatum & aligerum Poëtæ vocant. Virgil. 1. Aen. Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

Alipes, pen. corr. Velox, quasi alas in pedibus habens. πτερόπους. Virg. 12. Aene. Alipedúmque fugam curru tentauit equorum. Sil. Ital. lib. 7. Alipedem planta curru premit.

Alipilus, li, A farum pilos in balneis vellens. Seneca lib. 8. Epist. ad Lucilium, Alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quò fit notabiliot, subinde exprimentem, nec vnquam tacentem, nisi quum alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cæl. lib. 30. cap. 19.

ALABA, *ἀλάβα* Ptolemæo, Oppidum est Celtiberorum.

ALABANDA, *ἀλάβανδα* Stephano, Cariæ ciuitas est non procul à Mæandro fluuio, scorpionum copia affluens, duobus montibus ita subiecta, vt ciuitas inuersæ aspectum exhibeat. Ex hac originem traxerunt tres clarissimi oratores, Menecles, & Hieroeles fratres, & Apollonius Molo. Nomen accepit ab Alabando Euippi filio, vt Stephano placet. Apud Latinos frequentius legimus Alabandæ, arum, plurali numero. Iuuenalis Sat. 3. Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. Plin. lib. 37. cap. 7. Adiiciunt Aethiopicos, & Alabandicos in Orthosia

propter summam læuitatem vix comprehendi, teneríve possent. ¶Est etiam Alabastrum Aegypti oppidum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Alabes, ἀλαβὴς. Piscis est Nilo peculiaris: inde dictus, quòd ob lubricitatem manibus comprehendi non posset. Meminit eius Strabo lib. 17. Plin. lib. 5. cap. 9, Alabetem vocat.

ALABVRION, ἀλαβύριον, Syriæ oppidum, Stephano.

ALABVS, ἄλαβος, Fluuius in orientali parte Siciliæ Ptolemæo.

Alacer, alacris, & hoc alacre: vel hic & hæc Alacris, & hoc alacre, penultima correpta, Qui viget sensibus vniuersis (vt inquit Asconius) quod est indicium erecti animi, atque sublimis. {ἀκμαῖος, ἀνθηρὸς. Ital. *Vigoroso de sensi, allegro.* Gal. *Gay, & deliberé, prompt, alaigre.* Hisp. *Ligero, con alegria.*} Nam econtrario Lacer dicitur, amputatis in corpore membris, hoc est auribus, oculisve. Quæ ad animũ sæpe transferuntur, quòd plerunque afflicto animo, sensibus non vtamur erectis. Sic Alacer dicitur is, cui omnis sensus in loco suo quisque degit: Lacer verò, qui sic affectus est, vt vultu indicet adesse animum non syncerum sensibus suis. Quare cognita, illud quoque intelligitur, aliud esse Alacrem, Aliud Lætum. Sunt qui Alacrem festinantem & properum dici putant, quasi alis acrem. Hæc Ascon. Pæd. Donatus in illud Terent. Quid tu es tristis? quidve alacris? scribit alacrem pro ἀδημονῶ, id est non tristem, litera l pro d posita, dici.

Alacritas, Vigor, & animi erectio, nec non lætitia gestiens: quæ secundum Donatum, proprie est mutatio quædam vultus gestientis in spem aliquam: & media est inter lætitiam atque tristitiam. {φαιδρότης. Ital. *Allegressa, prontezza, cuor deliberato.* Gal. *Gayeté de cœur, courage deliberé.* Hisp. *Ligereza con alegria.*} ¶Interdum dicitur voluntaria celeritas, seu promptitudo, ardórve. προθυμία. Liu. li. 3, Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus (quod bene vertat) gesturum se illis morem: posteróque die in aciem educturum affirmat. Cic. lib. 1. Tusc. quæst. Pro lætitia gestiente, quæ in malis habenda sit, accepit. Vir igitur (inquit) temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, nulla libidine vexatus.

Alacriter. {προθύμως, φαιδρῶς. Ital. *Allegramente, prontamente.* Gal. *Gayement, alaigrement, de cœur deliberé.* Hispa. *Alegre y ligeramente.*} Plin. li. 20. ca. 12, Secuta ætas alacriter defendit. ¶Et alacrè, pro alacriter. Plaut. in Amph. Verùm quidem è loco compellemus alacrè.

ALACHROAE, Populi Africæ iuxta Aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin. lib. 5. cap. 4.

ALALCOMENAE, siue ALALCOMENIVM, ἀλαλκομεναὶ Straboni, ἀλαλκομένιον Stephano, Oppidum Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatum, qui & Mineruæ simulacrum ibidem consecrauit, quam à suo nomine ἀλαλκομενὶδα appellauit: cuius meminit & Hom. Ili. 4.

ALALIA, ἀλαλία, Vrbs insulæ Cyrni, Phocensium colonia. Herod. lib. 1.

ALANA, Vrbs Aethiopiæ. Plin. lib. 6. cap. 29.

ALANIA, Regio est Scythiæ Europæ, quæ ad Mæotidas paludes pertingit: eius incolæ Alani: de quibus Plin. lib. 9. cap. 12.

ALANVS, pen. prod. Scythiæ fluuius, à quo Alani populi dicti sunt iuxta Roxalanos: de quibus Plin. lib. 4. cap. 12. Ammianus scribit Alanos dici, quos prisci Massagetas dixerunt. Hi carnibus vescuntur, & panem non manducant. Mart. lib. 7, Nec te Sarmatico transit Alanus equo. Iulius Capitol. Alanos in parte Daciæ collocat, Ptolemæus verò in ea Scythiæ parte, quæ est intra Imaum.

ALANORSI, Populi Scythici ad Septentrionem vltimi, Ptolemæo.

Alapa, pæ, Idem quod colaphus. {κόλαφος. Ital. *Guanciata, mostacione, punzone.* Gal. *Vne soufflet, vn coup de poing.* Hisp. *Bofetada.*} Sed alapa Latinum est, Colaphus Græcum. Autor Valla in Raudensem.

Alapathus, {ἀλάπαθος. Ital. *Rombice.* Gal. *Doque, patelle ou patience.* Hisp. *Labaca.*} Herba est Theocrito, quam Lapathon Dioscorides, & Latini Rumicem appellant, deiiciendæ alui vim habens: vnde & nomen inuenit. Græci enim ἀλάπασις purgationes vocant.

ALAPENI, ἀλαπηνοὶ. Populi in Arabia fœlici, Ptolemæo.

ALARICVS, ἀλάριχος. Nomen regis Gothorum, qui Romam aliquandiu obcessam tandem expugnauit, & solo æquauit. ¶Fuit & alter Alaricus, quartus Gothorum rex, qui & ipse Romam cepit anno nostræ salutis octingentesimo quinquagesimoquarto: qua tamen non diu est potitus. Nam in ipso Paschæ festo insidiis Italorum circunuentus, vnà cum suis omnibus est trucidatus. Vide Paulum Diaconum.

Alaris, & **Alarius**, Vide ALA.

ALARODII, ἀλαρόδιοι Stephano, Populi sunt circa Pontum, de quibus Herodotus lib. 3.

Alastor, ἀλάστωρ. A' Græcis dicitur animus sibi malè conscius, siue (vt vita dicam) conscientiæ remorsus, vel etiam malus genius hominem crucians. ἀλαστὸν enim apud Græcos crucior significat, vel graue aliquid patior. ¶Numeratur etiam Alastor inter equos Plutonis, quorum nomina Claudianus recensuit his versibus, Orphnæus crudele micans, Aethónque sagitta Ocyor, & Stygij crudelis gloria Nysæus Armenti, Ditisque nota signatus Alastor.

ALATA, ἄλατα. Ciuitas in Arabia fœlici, apud Ptol. lib. 6. cap. 7. Item altera eiusdem nominis in Arabia deserta, apud eundem lib. 5. cap. 19.

ALATA CASTRA, πτερόεντα φρούρια Ptolemæo, Oppidum Britanniæ insulæ, quod alij castra puellarum vocant. Credunt eruditi nostri seculi, vrbem esse Scotiæ, quæ illorum lingua Edenburg vocatur.

Alaternus, Arbor, siue frutex, nullum semen aut fructum ferens, cui folia sunt media quadam similitudine inter ilicem & oliuam. Plin. lib. 16. cap. 26. & Colum. lib. 7. cap. 6.

ALATRIVM, Vrbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt saxosa Campaniæ loca incolentes. Volaterranus. Vulgò *Alatro.*

ALATRINATES, Hernicorum populi, Liuio 1. Decad. lib. 9.

Alatus, Vide ALA.

Alauda, Auis, quæ olim Galerita vocabatur, quia apicem habet, hoc est plumam elatam in capite ad similitudinem galeri, siue galeæ. {κορυδαλὸς. Ital. *Allodola, allodera.* Gal. *Alouette.* Hispa. *Cogujada.*} Varro appellat Galericum. ¶Alauda legionis nomen, quam Cæsar Dictator in Gallia conscripsit. Plin. lib. 11. cap. 37. Atque ab illo Galerita appellata quondam; postea Gallico vocabulo etiam legioni dederat alauda. Cic. ad Att. Antonius cum legione Alaudarum ad vrbem pergit.

Alaudium, teste Budæo, à laudando, hoc est à nominando dictum, quòd

qui prædia eo iure habent, laudare, hoc est nominare autorem suũ nemini teneantur. Vox est recentioribus duntaxat Inrisconsultis cognita.

ALAVNA, ἀλαύνα. Oppidum est Britanniæ insulæ, apud Ptolemæum.

ALAVNII, Populi sunt Scythiæ regionis, Ptolemæo teste.

ALAVNVS, ἀλαύνος, Duorum fluuiorum nomen est in Britannia, quorum alter est in Orientali eius insulæ plagâ, alter in Meridionali. Ptolemæus.

ALAZON, ἀλαζὼν, Fluuius ex Caucasceis montibus in Cyrum amnem desinens, Albanósque ab Iberibus diuidens. Plin. lib. 6. cap. 10.

Alazonia, pen. prod. {ἀλαζονία. Ital. *Superbia, arrogantia.* Gal. *Orgueil, fierté.* Hisp. *Soberuia ò altiueza.*} Superbia est, vel arrogantia: quum quis plura pollicetur, quàm potis est præstare. Ἀλαζονεύεσθαι enim superbire est, vel mentiri, vel sibi plus æquo arrogare. Vlpian.

ALBA, ἄλβα. Nomen est duarum vrbium, quarum vna est in Latio, à qua Albani populi, ἀλβανοὶ, & Albanus mons, sub quo Ascanius ciuitatem hanc Albam condidit, quæ (vt Liuius scribit lib. 1. ab Vrbe.) à situ porrectæ in dorso vrbis, Alba longa vocata est. Vulgatior fama est ab omine porcæ albæ ibidem inuentæ, Albam esse dictam. ¶Altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur, ἄλβιοι: quanuis etiam Albani quandoque vocentur. ¶Hoc addere placuit, esse & aliam Albam in Pannonia, olim Taurunum, & Belgradum appellatam: nunc Albam Græcam. ¶Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quòd Pannonum reges in ea inaugurari soleant & inungi.

ALBA, ἄλβας, Flumen est Hispaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi. Plin. lib. 3. cap. 3.

Alba spina, ἄκανθα λευκὴ, Herba est aculeata, folia habens chamæleontis albi similia, quam officinæ Bedegarim appellant. Vide suprà ACANTHA LEVCAE.

ALBANA, ἄλβανα Ptolemæo, Vrbs fœlicis Arabiæ.

ALBANIA, ἀλβανία. Regio in Oriente à colore populi vocata, eò quòd albo crine nascantur. Hæc ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram Oceani septentrionalis vsque ad Mæotidas paludes per deserta extenditur. In ea Albana ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima est, inter Hiberiam & mare Caspium, ab Ortu solis mari cõiuncta, ab Occasu Hiberiæ finitima, à qua Alazone amne dirimitur. Boreale latus munitur Caucasceis montibus, Australe Armeniam contingit. Strabo sex & viginti linguas Albanorum fuisse tradit, & totidem aliquando reges. Fuere & sub imperio Persarum, postea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Traianus Imperator his Regem dedit. Nunc sub Magno Cane degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, iuxta Dyrrachium, & in Epiro, quæ hodie vulgò Albania dicitur.

ALBANVS, ἄλβανος ὄρος. Nomen est montis, & lacus non procul ab vrbe: vnde vaticinium fuit, nunquam Romanos Veios capturos, ni primò ex Albano lacu emitteretur aqua. ¶Item Albanus, nomen est duarum vrbium, quarum vna est in Macedonia mediterranea, altera in maiori Armenia, vbi diuus Barptolemæus fuit decoriatus. Hoc etiam nomine dictus est fluuius Albaniæ.

ALBANVS, a, um, ἀλβανὸς. Possessiuum ab Alba, Latij vrbe: vt, Albani patres. Apud Virgilium, 1. Aeneid.

Albarium, Vide ALBVS.

Albatenius, Medici nomen, qui Galeni libros primus in Arabicum conuertit idioma. teste Iohanne Serapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.

Albatus, Vide ALBVS.

Albedo, Vide ALBVS.

Albegmina, Partes extorum, quæ diis immolabantur: à colore eorum dicta. Festus.

Albesia, Scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, vsi sunt. ¶Hæc eadem Decumana vocabantur, quòd essent amplissima: vt, Decumani fluctus, qui cæteris longè maiores & periculosiores creduntur. Festus.

ALBIA, ἄλβια. Regiuncula est montana. Carnis finitima. Strab. lib. 7.

Albicerata ficus, Pediculo minimo, latissima. Plin. lib. 15. cap. 18, Androtion λοπαδοφόρους appellat.

Albico, **Albidus**, Vide ALBVS.

ALBII, ἄλβιοι, Olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus, Athenæus. Albij etiam dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. lib. 4. cap. 18.

ALBIMILIVM, Ptolemæo, Liguriæ vrbs, quam alio nomine Vintimilium, siue corrupta voce Vintimiam vocant. Vulgò *Vintimiglia.*

ALBIGNA, Oppidum, Ligurum colonia ad mare deducta, cuius incolæ Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum stadia sunt septuaginta. ¶Dicitur & Albingaunum. Vide in dictione sequenti.

ALBINGAVNVM, ἀλβιγαῦνον Ptolem. & Albium Intemelium, ἄλβιον ἰντεμέλιον. Liguriæ oppida quædam. Nam quum Ligures partim Ingauni, ἰγγαῦνοι, partim Intemelij dicerentur, eorum coloniæ ad mare deductæ, altera Albium Intemelium, quasi Alpium Intemelium: altera Albingaunum vocitatæ sunt. Vtriusque oppidi meminit Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgò *Albenga.*

ALBIGERIVS, Magus fuit Carthaginiensis, qui quid quisque egisset, aut omnino cogitauisset, suggerentibus dæmonibus, respondebat: cuius vaticiniis se sæpius interfuisse tradit Augustinus.

ALBINOVANVS, cognomen Celsi cuiusdam ex familiaribus Horatij, ad quem extat epistola, cuius initium est, Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano Musa rogato refert.

ALBINVS, ἄλβινος. Nomen imperatoris Romani, ita dicti quòd exceptus sit vtero candidissimus, contra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, quum inuoluti secundis, erumpente menstruo, perliti esse soleant profluuio sanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poetæ, -modò primos incipientem Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem. Vide Cælium Rhodig. lib. 15. cap. 23. ¶Fuerunt & ante hunc plerique apud Romanos eodem nomine appellati: ex quibus commemorantur à Sallustio Spurius, & Aulus, Albini fratres, qui rem infœliciter gesserunt aduersus Iugurtham.

ALBION, ἀλβίων Stephano, insula est hodie Britannia à doctis, à vulgo Anglia dicta ab albis impibus, quas mare ablusit. Vide ANGLIA.

ALBION, & BELGION, ἀλβίων, καὶ βελγίων, Gigantes fuerunt, & filij Neptuni, in Herculis gratiam à Ioue interfecti. Hercules enim quum Rhodani ostia tranaret, ei obuiam facti hi duo fratres, transitum eius impedierunt: quapropter Hercules cum eis pugnauit: & quum sibi tela deficerent, Iouem patrem in auxilium vocauit, qui lapidum imbre fulgurans, inimicos eius interfecit. Autores Pomponius Mela, & Diodorus Siculus.

ALBIS, ἄλβις, Fluuius est nobilissimus, quem Romani olim vulneruut esse terminum sui imperij. Oritur ex montibus qui Moraniam à Boemia findunt. Susceptò deinde Molta fluuio Pragam Boemorum metropolim præterlabitur. Influit in mare vastissimo ostio iuxta Hamburgam. Vulgus Germanorum hodie Elbam vocat. De hoc Lucanus lib. 2. Fundat ab extremo flauos Aquilone Suevos. Albis & indomitum Rheni caput. Vulgò *Elb.*

ALBIVM INTEMELIVM. Oppidum Ligusticum, Plin. lib. 3. cap. 5. Vide suprà in dictione ALBINGAVNVM.

ALBIVS, Proprium nomen viri. Horatius 1. Serm. Sat. 4. Stupet Albius ære. ¶ Albius Tibullus poëta elegiographus, Horatio & Ouidio familiaris. Horat. lib. 1. Epist. Albi nostrorum sermonum candide iudex. Hic Messalam Corninum in Prouinciam sequens, in Corcyra insula morbo correptus, extremum vitæ diem clausit. Vide Crinitum de Poëtis Latinis.

Albo, albas. Vide ALBVS.

Albogalerus, Pileum capitis, quo flamines Diales vtebantur. Fiebat enim ex hostia alba, Ioui cæsa. Festus.

ALBONENSES, Liburniæ populi in conuentu Scardonitano. Plin. lib. 3. cap. 21.

Albor, alboris. Vide ALBVS.

ALBVCILLA, Apud Tacitum mulieris nobilis nomen est, sed admodum impudicæ, & multis adulteriis infamis.

Albucum, ἀσφόδελος Ital. *Asphodello.* Gal. *Aphrodille.* Hispa. *Gamones.* Herba est scapum habens cubitalem, radicem simulem multis napis simul coacervatis. Alio nomine Asphodelon, siue Hastulam regiam vocant.

Albuelis, Vuæ genus. Plin. lib. 14. cap. 2, Albuelis summis arboribus est feminor.

Albugo, pen. pro. Macula in oculo. τὸ λεύκωμα, ἢ ἐν τῷ κόρῃ. λεύκωμα, λεύκωσις. Plin. lib. 21, Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem Albuginem vocat album in ouo.

Albula, ἄλβουλα, pen. cor. Fluuius, ab albo colore aquæ, qui postea Tyberis à Tyberino Syluio Albanorum rege ibi extincto, dictus est. Liuius, Pax ita conuenerat, vt Hetruscis Latinisque fluuius Albula, quem nunc Tyberim vocant, finis esset. ¶ Albulæ (interprete Galeno lib. 8. Methodi) dicuntur aquæ aluminosæ, cutem lauantium mirum in modum adstringentes, & vulneribus medentes: cuiusmodi Strabo non paucas esse tradit in agro Tiburtino. Martialis lib. 4, Quod siccæ redolet palus lacunæ. Crudarum nebulæ quod albulatum. Plin. lib. 31. cap. 2. Albulæ aquæ iuxta Romam vulneribus medentur, egelidæ hæc sed Cutiliæ in agro Sabino gelidissimæ.

ALBVLATES, Fluuius est in quinta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 15.

ALBVM, Promontorium Africæ, v. m. Pass. freto à Mellaria Hispaniæ vico diremptum. Plin. in Prooemio lib. 5. ¶ Est & alterum eiusdem nominis promontorium, in Phœnice, non procul à Tyro: de quo Plin. lib. 5. cap. 19.

Albumen, pen. prod. Quod est in ouo album, λεύκωμα. Ital. *Chiaro dell ouo.* Gal. *Aubun d'uuf, le blanc d'uuf, in glaire.* Hisp. *Lo blanco, o clara del huouo.* Vitellus verò, quod croceum. Plin. lib. 26. cap. 8.

ALBVNA, Dea nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A Græcis dicitur λευκοθέα, putaturque fuisse Ino Athamantis vxor, quæ viri furorem metuens, vnà cum Melicerta filio se in mare præcipitauit. Alij Sibyllam Tiburtinam fuisse existimant, quæ ob admirabilem sapientiam, humanaq; maiorē, à vicinis populis dea credita est.

ALBVNEA, Fons & nemus iuxta Anienem, hinc ab albore aquæ sulphureæ, siue quod Albuna Latine sit, quæ Græcè λευκοθέα dicitur. Virgil. Aeneid. η. -lucosque sub alta Consulit Albunea, nemorum quæ maxime sacro Fonte sonat.

Alburnum, Adeps arboris. ἡ ἔνδον λίπος Ital. *Rasa à grasse dell arbore.* Gal. *L'aubour, l'aubier d'vn arbre.* Hispa. *Albura è blanco della madera.* Plin. lib. 16. cap. 38, Humor & cortici arborum est, qui sanguis eorum intelligi debet. Est enim in toto corpore arborum, vt reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nerui, venæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex, humor sanguis, proximi plerique adipes. Hi vocantur à colore alburnum. Hinc Exalburno: de quo vide suo loco.

ALBVRNVS, Lucaniæ mons, à candore vertices dictus, & portus eiusdem nominis. Virgil. 3. Georg. Est lucos Silari circum, illicibusq; virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen ab illo Romanū est.

Albus, a, um, Nomen coloris notissimi, quòd à candido ita differt: vt Album pallori coniunctum sit, quale est plumbum: candidum verò splendori, qualis est in niue. λευκός, λευκή, λευκόν. Ital. *Bianco.* Gal. *Blanc.* Hisp. *Blanco.* Albo opponitur Atrum, Candido Nigrum. Festus vult album à Græco ἄλφος esse appellatum. Alij ab eo, quod Sabini Alpum dicunt. Vnde credi potest Alpium nomen à candore niuium esse derivatum. ¶ Albus an ater sis nescio: dolet de quo homine vehementer ignoto. Cic. 2. Philipp. Et quidem vide quam te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præterit. Vide Quintil. lib. 11. Catul. & Apul. ¶ Nouit quid album, quid nigrum, οἶδα τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. Duplicem in hac sententiam accipi potest: aut, Nouit discrimen rectique pranique: aut, Nouit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam euidentius est albi nigrique discrimen, quàm vt quisquam non videat. Aristoph. in Equitib. ¶ Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono aut felici: sicut è contrario Niger pro malo aut infelici. Cic. pro Cœcin. de teste Sex. Clodio Phormione: Nec minus niger, inquit, nec minus cõsideos quàm ille Terentianus Phormio. Pertins, Per me equidem sint omnia protinus alba. Horatius, Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Album, substantiuum. Dicitur quod Græci vocant λεύκωμα, Tabula gypsata, πινακὶς γυψωτὴ, & γυψωμένη. Ital. *Tauola ingessata.* Gal. *Tablettes enduictes de blanc pour y escrire ce qu'on veut, volle.* Hisp. *Tabla blanca en que se escriuen las cosas publicas.* in qua Iudices notati, Prætorumque iura scribi solebant. Si quis verò album corrupisset, puniebatur, quia Prætoris maiestas contempta videbatur. Paulus, Si familia alicuius album corruperit, non similiter hic edicitur vt in furto. Iudex (inquit Seneca lib. 2. de Benefici.) ex turba selectorum, quem census in album & equestris hæreditas misit. Hinc locus factus prouerbio, Non eras in hoc albo, Non eras in hoc numero. Plin. in Præfation. Histor. mund. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Hoc est, non eras ex eorum numero quos hæc lecturos credebam. Hoc & Pyctatium dicitur: vt in Alexandro Cæsare Lampridius, vulgo Matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur Album, in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponebaturque domi eius, vt potestas esset populo cognoscendi. Hique nunc Annales maximi nominantur, vt autor est Cicero lib. 2. de Oratore. ¶ Est & Album decurionum & citharœdorum. Nam in Digestis titulus est, de Albo scribendo: vbi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat. Vide PYCTATIVM. ¶ Ponitur etiam Album absolutè pro arbore. Virgilius in Bucolicis, Sparsis etiam nunc pellibus albo. Idem 3. Georg. Nec mihi dissimulat maculis insignis & albo.

Albarium, Dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non est, quod fit ex calce. ἀσβεστοφόρα. Ital. *El bianco da embiancare le case.* Gal. *Blanchissage ou crepissure de chaux.* Hispa. *La blanqueadura dela pared.* Plin. lib. 35. cap. 16, Eademque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpollantur. ¶ Albarium opus. Plin. lib. 36. cap. 23, Contrà in albario opere: vt macerata calx, ceu glutinum hæreat.

Albatus, a, um, Ab albus: vt Albatus homo, id est vestibus albis ornatus: cui contrarium est, Atratus. Antiqui autem festos dies albati ferè agebant. λευκοφορούμενοι. Ital. *Vestito à bianco.* Gal. *Vestu de blanc.* Hisp. *Vestido de vestidura blanca.* Cicero in Vatinium, Quum ipse epuli dominus albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidulo atrato, exteriisque tuis furiis funestum intulisti.

Albedo, Albitudo, Pro candore accipiuntur. λεύκανσις. Ital. *Biancheza.* Gal. *Blancheur.* Hisp. *Blancura.* Plaut. in Trin. Et item alterum ad isthanc capitis albitudinem, Calielem aiebat vocati.

Albeo, es, Albus fum. λεύκαίνω, λευκοῦμαι. Ital. *Esser bianco.* Gal. *Estre blanc.* Hisp. *Ser blanco.* Virg. 12. Aen. Campique ingentes ossibus albet.

Albesco, Albus fio. λευκαίνομαι. Ital. *Imbiancharse, diuenir bianco.* Gal. *Deuenir blanc.* Hisp. *Emblanquecerse.* Virgil. lib. 1. Georgicorum, Flammarum longos à tergo albescere tractus. Huius compositum est Exalbesco.

Albico, as, pen. corr. Albesco, aliquantulum albus fum. λευκός τίνα. Ital. *Biancheggiare.* Gal. *Estre aucunement blanc, deuenir blanc & clair.* Hispa. *Blanquear.* Plin. lib. 22, Solidum semen conijcitur in oculum, nec tortabat, sed in se caliginem contrahit: mutat colorem, & ex nigra albicare incipit, & tumescit. Horatius, Nec prata canis albicant pruinis. Idem censendum est de verbis similiter terminatis: qualia sunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & pleraque alia: quæ omnia diminutionem important actionis suorum primitiuorum.

Albidus, a, um, penult. corr. Quod est aliquantulum album. λευκός τίς. Ital. *Alquanto bianco.* Gal. *Blanchastre, tirant sur le blanc.* Hisp. *Blanquezino, o blanco vn poco.* Ouid. lib. 3. Metamorph. Spumâque pestiferos circumfluit albida rictus. Colum. lib. 1. cap. 9, Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leue, &c. Augu. lib. 21. de Ciuit. pro albo posuit, Lapides igne candente percocti, & ipsi fiunt candidi. Et quanuis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant: congruit tamen illi luci, quod album est, sicut nigrum tenebris.

Albor, oris, masculini generis, Albedo. λεύκανσις. Ital. *Albore, biancheza.* Gal. *Blancheur.* Hispa. *Blancura.* Vetbale est ab Albeo, sicut Candor à Candeo. Varro, Qui vident alborem eius, admirantur. ¶ Alboré etiam Apitius vocat, quod est album ouo, quod Plinius Albugine appellat: medici Albumen.

Albi calculi, λευκαὶ ψῆφοι, dicebantur, quibus Cretenses, dies lætos quos in vita agerent, numerare solebant: nam candidos lapillos ad hunc officium eligebant: quemadmodum econtrario infelices, atque infaustos dies nigris lapillis signabant, & ex candidorum numero vitæ tempus metiebantur: malos enim dies in annorum numeros non redigebant. Huc alludit Horatius in Epist. Hunc Macrine diem signa meliore lapillo.

Albus spinus, à Vulgo Gallorum appellatur frutex, siue arbuscula spinosa, primi magnitudine acinis: quum pubescunt, viridibus, quum maturuerunt, rubris. Vide Ruellium lib. 3. cap. 12.

ALBVTIVS SILVS, Nouariensis orator, Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò senior ob vitium vomicæ Novariam rediit, conuocatâque plebe, causis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo, sibique inedia necem consciuit. Ex Tranquillo. ¶ T. Albutius, cuius M. Varro meminit, dicitq; scripsisse Satyras Luciano stylo. Nam & Lucilius eum vt Græca miscentem verba, notat his verbis, Græcum te Albuti, quàm Romanum, atq; Sabinum, &c. Vide reliqua apud Ciceronem in principio de Finibus.

Alcæa, Leo dicitur: ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, hoc est, à fortitudine, quòd eandæ incitamento ad fortitudinem excitetur. Cælius lib. 7. cap. 29.

ALCAEVS, ἀλκαῖος, cum diphthongo, Nomen poëtæ Lyrici Mitylenæi. Hic magnificus, breuis, diligens, & plurimum Homero similis.

Alcaicum carmen, ἀλκαϊκὸν μέτρον. Quod post duos dactylos trochaicam habet syzygiam: quale est illud apud Horatium, Hesperiæ mala luctuosæ. Nomen autem accepit ab Alcæo inuentore.

ALCAMENES, ἀλκαμένης, Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Athenensis suffragiis superauit. Plin. lib. 36. cap. 5.

ALCANDER, dri, ἀλκάνδρος, Vnus è comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Vlysse ad Troiam occisus. Ouidius 13. Metamorph.

ALCANOR, ἀλκάνωρ, Viri proprium, cuius mentionem facit Virgil. lib. Aeneid. 10. Huic frater subit Alcanor, &c.

ALCATHOE, ἀλκάθοος, Vrbs eadem esse putatur, quam alio nomine Megaram

Universidad de Deusto
Biblioteca

garam vocant. Ouid. 9. Metamor. Alcathoe quam Nisus habet.

ALCATHOVS, ἀλκάθοος, Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit, occisóque leone, qui Cithæronius à loco dicebatur, adscitus à Megareo gener, in regnum illi successit, & vrbem Megaram Alcathoën appellauit. ¶ Alcathous, alius fuit Troianus, qui Hippodamian Anchisæ filiam in vxorem habuit, & in pugna apud Troiam ab Idomeneo Cretensi occisus est.

ALCE, ἄλκη, Canis nomen, apud Xenophontem de Venatione.

Alce, Nomen meretricis. Vide Gellium lib. 4. cap. 11.

Alcea, {ἀλκέα. Ital. *Malua saluatica, buon visco.* Gal. *Guimauue sauuage ou rustique.* Hisp. *Malua de Vegrra, malua montesina.*} Herba est sylvestrium malua rum generi assignata, folia habens verbenacæ. Plin. lib. 27. cap. 4, Alcea folia habet similia verbenacæ, quæ & Peristereon cognominatur.

Alcedines, Sunt quædam aues, dictæ quasi algedines, quòd frigidis temporibus in mari pariant, ἀλκυόνες. Plautus; Nam Hercule tu periisti, nisi illam tam tranquillam facis, quàm mare est olim, quum alcedo pullos educit suos. Dicta est à Græcis ἀλκυόνες: vel ἀλκυὼν, ὁ ὢν, παρὰ τὸ ἁλίσκειν: ab eo quòd in mari fœtus excludat. Ambrosius lib. Hexam. Halcyone est auis maritima, quæ in litoribus fœtus suos edere solet: ita vt in arenis oua deponat medio ferè hyemis: nam id temporis fouendis habet deputatum partubus, quando maximè insurgit mare, litorihúsque vehementior fluctus illiditur, quò magis repentinæ placiditatis solennitate auis huius eluceret gratia. Nanq; vbi vndosum fuerit mare, positis ouis subitò mitescit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatusq; aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec oua fouet halcyone sua. Septem dies fœtus sunt, quibus decursis educit pullos. Ilico alios septem adiungit dies, quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere. Tantam autem gratiam minuscula auis diuinitus indultam habet, vt hos quatuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis obseruent, quos & Halcyonidas vocant, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. Hinc poëtæ ansam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Aeoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illa in litore oua parit, & fœtus educat, ventos inclusos seruat. Ferunt hanc auem paulò maiorem esse passere, pennis purpureis, candidis admistis, collo gracili & procero, rostro subuiridi, longo & tenui, raró visam. Aristoteles lib. 8. de Animal. Halcyonum duplex genus esse scribit: alterum vocale, arundinibus insidens: alterum mutum, ampliori corpore. ¶ Ab Halcyone fit Halcyonius, a, um: vt, Halcyonij dies, ἀλκυονίδες ἡμέραι. fitque à Græco ἅλς, quod mare significat: vnde etiam per aspirationem scribendum videtur Halcyon, quum Alcedo Latinis sine aspiratione notetur, eò quòd ab algedine originem habere existimetur. Eustathius tamen contra etymi rationem ἀλκυὼν tenui spiritu notandum tradidit, adiecto etiam generali canone, quo negat vocabulum vllum esse aspirandum, quod initium sumat ab ἀλ, subsequente α.

Alcedonia. ἀλκυονίδες, ἢ ἀλκυονίδαι ἡμέραι. Dies sunt hyberni ferè quatuordecim, quibus alcedo oua parit in mari & excludit, quo tempore summa ventorum est tranquillitas. ¶ Dicti sunt autem Alcedonia ab alcedine, quemadmodum & à Græcis Halcyonides ab Halcyone appellantur. Plaut. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

ALCENOR, ἀλκήνωρ. Vir Argiuus fuit, qui ea in pugna, qua trecenti Argiui cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt, solus cum Chromio ex suis superfuit, hostibus quoque omnibus, vno Othryade excepto, ad internecionem deletis. Herodot. lib. 1.

Alces, is, seu Alces, æ, siue Alce, es, ἄλκη. Paulaniæ, Animal Galliæ transalpinæ, figura, colore & quantitate mulæ similitudinem prætendens: sed labium superius adeò protensum habet, vt nisi retrogradè incedens, herbas in terra carpere non possit. Est inuentu rarum, olfactu è longinquo venatorem sentiens, statimque in specu & latibula se condés, media inter camelum & ceruum similitudine. Sed mares ex his in superciliis habent cornua. ¶ De his animalibus Cæsar lib. 6. & Iulius Capitol. mentionem faciunt. Plin. lib. 8. ca. 15, Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut & asinorum Asia & Africa: præterea Alcem, ni proceritas aurium & ceruicis distinguat, iumento similem.

ALCES, Bithyniæ fluuius. Plinius lib. 5. cap. vltimo.

ALCESTE, es, siue Alcestis, idis, ἄλκηστις, Fuit Peliæ filia, Admeti Pheræ rum regis coniunx, quæ maritum tanto amore dilexit, vt pro eo petisse non recusauerit. Nam quum Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parcis impetrasset, vt fatalem diem proferre posset, siquis aut cognationis, aut amicitiæ vinculo adductus, sponteam pro eo mortem obire vellet, cæteris id abnuentibus, sola Alcestis inuenta est, quæ mariti vitam sua morte redimere non recusaret. Iuuenalis, -spectant subeuntem fata mariti Alcesten. Plura apud Euripidem in Alceste.

ALCETA, ἀλκέτας, Molossorum rex fuit, longa generationum serie, genus suum ad Pyrrhum Achillis filium referens. ¶ Fuit & alter hoc nomine, vnus eorum qui sub Alexandro Macedone ordines duxerunt. vtriusque meminit Suidas.

ALCEVS, dictio dissyllaba ἀλκεύς, Pater Amphitryonis, & auus Herculis, à quo & Alcides ἀλκείδης appellatur.

ALCHIDAS, ἀλχίδας, Rhodius Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamauit, atq; in eo amoris vestigium reliquit. Plin. lib. 36. ca. 5.

ALCHIONE, ἀλχιόνη, Mons Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

ALCHIPPE, Marsorum oppidum est, lacu Fucino absumptum, extructum à Marsya Lydorum duce. Plin. lib. 3. cap. 12. Alij tamen Archippe scribunt.

ALCIBIADES, ἀλκιβιάδης, penult. cor. Nomen Atheniensis Imperatoris summi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: diues præterea, affabilis, patiens, denique summis naturæ, ingenioque dotibus egregiè exornatus: cæterùm tanto rursus vitiorum agmine deformatus, vt si vitia virtutibus pensés, meritò addubites, laudéne, an vituperio dignior videatur. Hic quum esset procliuis ad luxum & ad cæteras voluptates, ad bonam disciplinam traductus est à Socrate. Nam discendi studio, & sapientiæ amore pellectus, extemplò cunctis amatoribus adulatoribúsque repulsis, ad Socraticam disciplinam animum vertit, nunquam recedens à latere philosophi sapientissimi. Reliqua vide in vita eius apud Plutarchum.

Alcibiadion, ἀλκιβιάδιον Dioscoridi, Herba sic dicta, quòd vti ea ad formam conciliandam solitus sit Alcibiades, magnis foliis & asperis, radice rufa, oblonga, nascés præcipuè in aridis & arenosis locis. Notiore nomine vocatur Anchusa. {Ita. *Anchusa.* Gal. *Orchanette.* Hisp. *Soagem.*}

Alcibion, ἀλκίβιον, Herba aduersus serpentum morsus remedium habens. Plin. lib. 27. cap. 5.

Alcida, æ, (vt Diodorus fabulatur) Fera fuit immensæ magnitudinis, ignem ore vomens, quo regiones omnes per quas faciebat iter, exussit, donec Pallas humani generis miserta, partim viribus, partim ingenio feram interfecit.

ALCIDAMAS, ἀλκιδάμας, Luctator insignis. Stat. 10. Theb. -Túque ô spectate palæstris Omnibus, & nuper Nemæo in puluere fœlix Alcidama. ¶ Alcidamas Eleates, philosophus, scripsit de musica, discipulus Gorgiæ Leontini. Suidas hunc inter scriptores Rhetoricæ annumerat. Quintil. lib. 3. cap. 1. Meminit eius & Laërtius in Protagora.

ALCIDAMVS, Rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit. Cic. lib. 1. Tusc.

ALCIDES, ἀλκείδης, pen. prod. Hercules Græca significatione à virtute appellatur: nam ἀλκὴ virtus, robur, fortitudo dicitur. Vel verius Alcides (vt Herodotus ait) nomen est patronymicum ab Alceo, auo paterno, hoc est, Amphitryonis patre.

ALCIMACHVS, ἀλκιμάχος, Pictor nobilis. Plin. lib. 35. cap. 11.

ALCIMEDE, pen. corr. ἀλκιμείδη. Vxor Aesonis fuit, mater Iasonis. Val. Flac. Argon. 1, -hunc grauis Aeson Et pariter vigil Alcimede spectántque tenéntque.

ALCIMEDON, ontis, ἀλκιμεδών, Sculptor nobilis, apud Virg. 3. Aeglog.

ALCIMENES, ἀλκιμένης. Poëta tragicus, Megarensis. Suidas.

ALCIMVS, ἄλκιμος. Orator omnium, qui in Græcia tum florebant, eminentissimus. Diog. Laër. lib. 2. in vita Stilponis. ¶ Fuit præterea Alcimus Lydorum rex præcipua pietate insignis, ingenióque mitissimo. Cælius Lectionum antiquarum lib. 19. cap. 2.

ALCINOVS, ἄλκινοος, pen. cor. Nausithoi filius, teste Homero Odyss. 7. Rex Phæacum in Coreyra insula iustissimus, dicente Orpheo in Argonaut. κοίνῃ δ' ἐφέπεσκε δίκας καὶ βασιλῆος. Fuitque diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit Virg. lib. 2. Georg. Pomáque & Alcinoi syluæ, id est arbores pomiferæ. Huius meminit Ouid. 2. Metamorph. Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, vt maturis fructibus noui succederent. ¶ Alcinoi apologus. De longis & anilibus fabulamentis. Refertur à Diogeniano, & Iulio Polluce lib. 6. Sumptum ex Homer. Odyss. vbi Vlysses in conuiuio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas ac deridiculas fabulas & portétosa miracula commemorat, de Lotophagis, Læstrygonibus, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacum inscitia: vt sit Alcinoi Apologus ficta narratio apud Alcinoum habita. Hoc prouerbio vsus est Plato de Republ. lib. 10. Haud tibi fum narraturus Alcinoi apologum. ¶ Fuit etiam Alcinous philosophus Platonicus, qui Epitomen composuit decretorum Platonis.

ALCION, Medicus, de quo Iosephus Anti. Iud. lib. 19. cap. 1.

ALCIPHRON, ἀλκίφρων, Magnesius, Alexandri temporibus philosophus. Suidas.

ALCIPPE, ἀλκίππη, Vna ex Halcyonei gigantis filiabus, quæ Halcyonides, ἀλκυονίδες dictæ sunt. Suidas. ¶ Est præterea Alcippe, nomen rusticæ mulieris proprium, cuius sæpe meminit Theocritus, & Virgil, Aeglog. 7, Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam.

Alcippus, ἄλκιππος. Lacedæmonius ciuis fuit, inter suos maximæ auctoritatis, patriæque studiosissimus, qui ab inimicis contrarias in Republica partes fouentibus, in exilium actus fuit. Huic vxor fuit nomine Damocrita: quæ quum virum in exilium euntem prosequi prohiberetur, filiæque iam viro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, nequis ex illis iniuriæ auo illatæ vltor nasceretur, concepit animo facinus supra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex more forminæ vrbis primariæ ad nocturnum sacrum in andronem quendam conuenissent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignémq; iniecit, vt omnes intus exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm, deinde seipsam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.

ALCISTHENE, ἀλκισθένη, Nobilis pictricis nomé apud Plin. li. 35. ca. 11.

ALCITHOE, ἀλκιθόη. Thebana mulier fuit, quæ quum Bacchum, eúsq; Orgia contemneret cæterísque mulieribus sacra celebrantibus, cum sororibus & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in vespertilionem mutata est: telæ autem in vitem & hederam. Vide Ouid. 4. Metamorph.

ALCMAEON, ἀλκμαίων, Amphiarai vatis, & Eriphyles filius fuit, qui matrem suam in vltionem patris, quem illa dolo occiderat, interemit. ¶ Item Alcmæon, Philosophus Crotoniates, Pythagoræ auditor, qui teste Laërtio, primus de naturæ ratione scripsit lingua Dorica.

ALCMAN, ἀλκμάν. E Lydia, Messenius, poëta Lyricus, filius Damantis. Claruit XXVII. Olympiade, quum apud Lydos regnaret Ardis, pater Aliattæ. Hic quum nimio amore puellam quandam deperiret, amatorios cantus primus inuenit. Fertur phthiriasi morbo interiisse. Suidas.

ALCMENA, ἀλκμήνη, pen. prod. nomen proprium fuit matris Herculis: Electrionis filia, Amphitryonis Thebani vxor, quæ Ioui Herculem peperit. Dicitur ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est à robore, quoniam hæc mulier multùm præ se tulerit animi constantiæ, ad viros proximè accedens. Aliquando post c, ponitur u, Alcumena, prout versus exigit. Vide Hesiodum in Aspid.

ALCOMENAE, ἀλκομέναι, Ithacæ insulæ ciuitas est, à qua Vlysses Alcomeneus, ἀλκομένιος, à poëtis appellatur. Stephanus.

ALCON, ἄλκων. Nomen proprium Cretensis sagittarij, cuius filium quum draco inuasisset, tanta arte direxit sagittam, vt ea in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Fuit hic Alcon Erichthei Atheniensium regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit. Virgil. 5. Aeglog. Siquos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

ALCOTHVS. Lege ALCHATOVS.

ALCYONE, ἀλκυόνη, penult. correpta, Aeoli regis ventorum filia fuisse creditur, & vxor Ceycis: quæ desiderio mariti qui naufragio perierat, in mare

Universidad de Sevilla Biblioteca

in mare se dejecit, versaque est, vt poetæ fabulantur, in auem sui nominis. Vide Ouid. 11. Metam. ¶Altera fuit Alcyone Eueni fluminis filia, vxor Idæi, antè Marpessa appellata: quam Apollo quum rapuisset, non dubitauit magnus sumpto arcu & sagittis vxorem vi ab eo repetere. Quod quum frustra conatus esset, parentes filiæ casum lugentes, commutato nomine Alcyonem eam appellarunt, quod fatum superiori Alcyone non dissimile sortita videretur. Hæc Homerus 9. Iliad. Alij scribunt Halcyone, prima vocali aspirata: qua de re vide ea, quæ supra annotauimus in dictione ALCEDO.

ALCYONEVS, ἀλκυονεύς, Gigas fuisse traditur, Porphyrionis frater, ab Hercule exstinctus confossus: cuius & filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in Alcyones, vt quorundam opinio est, sunt mutatæ. Harum nomina sunt, Phostonia, Anthe, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Asterie. Ex Suida. Alij scribunt Halcyoneus, Vide ALCEDO.

ALEA, ἀλέα, Stephanus, Nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. ¶Item Minervæ cognomen, quæ circa hanc vrbem colebatur, vt est videre apud Herodotum lib. 1. Verùm in duabus hisce posteremis significationibus primam corripit, quam alioqui producit. Papinius in Sylua, Aut Aleæ lucis vidit Tegeæa sacerdos.

Alea, æ, fem. corr. Idem quod tessera, vel ipse ludus tesserarum. ἀστράγαλος. Ital. *Gioco di sorte, come dadi & carte.* Gal. *Tout jeu de hazard.* Hisp. *Qualquier juego de fortuna, como dados.* ζ Hora. in Epist. Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat. ¶Accipitur etiam pro quouis ludo, qui casu potius, quàm arte gubernatur. Martial. in Distichis, Alea parua nuces, & non damnosa videtur. Sæpe tamen pueris abstulit illa nates. ¶Per translationé ponitur pro quauis fortuna, siue periculo, siue etiam periculi dubitatione: dicitúrq; Aleam omnẽ iacere, ἐπὶ τῇ πᾶσῃ κύβῳ, qui se periculo fortunæ q; committit. Cic. de Diuinat. Non perspicitis aleam quandam inesse hostiis deligendis? C. Cæsar ad Rubiconem (qui fluuius Italiam à Gallia disterminat) paulisper secum hæsitans, animóque reputans quam arduam rem moliretur: postea quam ostento animus est additus, Eamus, inquit, quò deorum ostenta, quò inimicorum iniquitas vocat, iacta esto alea. Plutarchus in Apophth. ad hunc modum dixisse refert, πᾶς ἂν ἐμοῦ τῷ κύβῳ. Omnis iacta sit alea. Ad quod alludens Lucanus, -cadat alea fati Alteruttrũ mersura caput. ¶Huic contrarium est. Extra omnem aleam esse. De iis qui eò altitudinis peruenerint, vt inuidiam gloriæ superarint.

Aleator, Qui sæpe alea ludit. ζ καταλύτης. Ital. *Giocatore.* Gal. *Joueur ordinaire.* Hisp. *jugador ó tahur de aquel juego.* ζ Cic. in Cat. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Idem 1. Philip. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleo, aleonis, Idem quod aleator, teste Festo. Næuius, Pessumorum pessime, audax ganeo, lucro, aleo.

Aleatorium, Apud Sidonium, pro ludo aleæ. ζ καταλύτηριον. Ital. *Luogo di giuoco.* Gal. *Berland.* Hispa. *Lugar de juego.* ζ Ait enim, Atque illic aleatorium lassis consumpto sphæristerio faciat. Sueton. vocat Aleatorium forum.

ALEBAS, ἀλήβας, pen. prod. Latifundorum in Thessalia crudelissimus tyrannus fuit, ab ipsis tandem satellitibus, quos ad corporis custodiam adhibebat, interfectus.

ALEBECERII, Galliæ Narbonensis populi, Plin. lib. 3. cap. 4.

Alebria, veteres dixerunt pro bene olentibus. Festus.

Alec & Alecula, Vide HALEC.

ALECTO, ἀληκτώ. Vna ex furiis infernalibus, & Latinè incessans interpretatur, ab ἀ priuatiua, & λήγω desino: quia cupiditas nunquã satiatur.

ALECTOR, ἀλέκτωρ. Filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit vnus è septem ducibus Argiuorum apud Trebas. Volaterr.

Alectoria, ἀλεκτορία, Gemma quæ in ventriculo galli inuenitur. Gallus enim Græcè ἀλέκτωρ dicitur. de qua Plin. lib. 37. cap. 10, Alectorias, inquit, vocant in ventriculis gallinacecorum inuentas, crystallina specie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotoniensem vsum in certaminibus, inuictum fuisse videri volunt.

Alectorolophos, ἀλεκτοροφόλοφος. Herba est tussientibus vtilis, foliis galli gallinacei cristæ similibus, caulem tenuem, semenque nigrum in siliquis habens. Latinis Crista dicitur, teste Plin. lib. 27. cap. 5.

ALECTRYON, ἀλέκτρυων. Adolescens fuit (vt fabulatur Lucianus) Martis adeò familiaris, vt adulterij, quo Veneri ille commiscebatur, conscius adhiberetur, foribúsque emitos apponeretur, ne Solis interuentu deprehenderetur aut adulter. Verum quum ille somno oppressus negligentius excubias ageret, amantes eius fiducia in vtranque autem dormientes, à Sole deprehensi sunt, & apud Vulcanum delati, adamantinis catenis multò ante eum in vsum paratis, sunt implicati. Qua de causa indignatus Mars, Alectryonem in auem sui nominis transformauit, quem gallum Latini appellant: qui etiam hodie veteris negligentiæ memor, Solis aduentum cantu suo prænuntiat.

ALEONOR, Vnus fuit filiorum Boechi: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teste Diod. lib. 5.

ALEII CAMPI, ἀλήια πεδία, Locus est Lyciæ, in quem cecidit Bellerophontes, quum à Pegaso ab œstro agitato excuteretur: sic dictus, quòd in eo cæcus errarit Bellerophontes, donec periret.

ALELE, Phazaniorum vrbs in Africa. Plin. lib. 5. cap. 5.

ALEMANI, ἀλαμανοί. Stephano, Populi Septentrionales, qui & Germani dicuntur: Rheno fluuio à Gallis, Alpibus ab Italis discreti: ita dicti patrio vocabulo, quasi protrusi viri. Quum enim Germani illi Septentrionales, præsertim Transalbiani, mutare sedes cogitarent, imitati priores Germanos, qui traiecto Rheno, quo se totos viros fore ostenderent, sibi hoc nominis, quasi *gar ein mann* imposuissent: & ipsi se, quòd fortissimi bellatores & viri omnes esse & vellent & deberent, Alemanos, quasi *als manner* appellauere. Hæc beatus Rhenanus in Tacitum.

ALEMANVS, Fluuius apud Rynos originem à tubo caltro *Rotemburg* trahens, hic ad *Kelheim* oppidum iungitur Danubio. Vulgò *Altmola*, vel *Altmyl* appellatur. Vide Altamerum in Tacitum.

ALEMVSII, Atticæ populi, apud quos est Cereris legiferæ, & Proserpinæ templum. Paulanias in Attic.

ALEO, onis, ALEA.

ALEOPETRA, Insula in Maotide.

ALERIA, Corsicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plin. lib. 3. cap. 6.

Ales, huius alitis, dicitur quælibet volucris, ab alis gerendis. Et tam masculino, quàm fœminino genere profertur. ζ ὄρνις, ὄρνεον. Ital. *Vccello, augello.* Gal. *Oyseau grand, come geline, oye, grue, & autres.* Hisp. *Ave, ó otra cosa que buela, como sacra.* ζ Virgil. Nunque volans fuluus Iouis ales in æthra. In genitiuo plurali Alitum, & Alituum, per epenthesim secundum Priscianum. Virg. lib. 11, Alituum, pecudúmque genus sopor altus habebat. ¶Anis est quæ parit oua, & pennis prædita, ὄρνεον. ¶Volucris autẽ significatio latius patet. Nam de omni eo dicitur, quod volat, siue pennas habeat, siue non. Vnde vespertilio volucris est, non tamen auis.

Ales, Adiectiuũ omnis generis, ponitur à poëtis pro veloci. ζ ὠκύς, ἀκύπους. Ital. *Veloce, alato.* Gal. *Leger, viste.* Hisp. *Ligero.* ζ Silius, Alite vectus equo. Virg. 8. Aen. Ignis & alitis Austri. ¶Ponitur & pro Alato, hoc est, alas habente. Cic. 2. de Inuent. Angues ingentes, alites, iuncti iugo.

ALESA, Ciuitas est Siciliæ, Ptolemæo. ¶Hinc Alesinus, na, num. Cic. in Epist. Famil. In Alesina vrbe, &c.

ALESIVS, ἀλήσιος, Oppidum Elidis Stephano. ¶Item mons Arcadiæ, non procul à Mantinea, sic dictus ab errore Rheæ. Autor Pausanias.

ALESIVM, Oppidum Peloponnesi, apud Strabonem lib. 8.

Alesco, scis, Antiquum verbum ab Alo, alis: idem quod cresco, ζ αὐξάνω. Ital. *Crescere.* Gal. *Croistre.* Hisp. *Crescer ó mantenerse.* ζ Varro de Re rust. lib. 1. cap. 44, Quæ nata sunt, in fundo alescunt, adulta concipiunt. Idem cap. 3. Quemadmodum quicquam seri, aut alescere, aut meri possit. ¶Inde Coalesco, pro Concresco.

ALETHES, ἀλήθης, Nomen proprium viri Troiani, de quo Virgil. lib. Aeneid. 1, Et qua grandæuus Alethes. Latinè sonat veracem.

ALETIVM, ἀλήτιον. Oppidum Salentinorum in Italia, autore Prol. & Pli. lib. 3. cap. 11. ¶Hinc Aletini populi, apud Plin. lib. 3. cap. 11. Vulgò *Lezze in terra de Otranto.*

ALETRINATES, Italiæ populi, in tractu Campaniæ Plin. lib. 3. cap. 5. Alettini apud eundem lib. 3. cap. 11.

Aletudo, apud Festum, Verbale ab aleudo, corporis pinguedinem significat. Obsolerum est.

Aleuron, ri, neut. gen. ἄλευρον, Farina propriè tritici: Alphiton verò hordei: hinc apud Ruellium lib. 6. cap. 14. panis aleurites.

Alex, alicis, Vide HALEC.

ALEX, Alecis, Fluuius Rheginum agrum à Locrensi disterminans. Strab. lib. 6. apud Theocritum verò scribitur Ales, alitis. Hic fluuius Plinio Carcinas appellatur, Pausaniæ & Aeliano Cecinus. Volaterranus.

ALEXAMENVS, Aetolus, Nabidis tyranni Lacedæmonij interfector, mox ab Lacedæmoniis ipsis in regia obtruncatus. Liu. Decad. 4. li. 5.

ALEXANDER, ἀλέξανδρος, Nomen proprium regis Macedonici, cuius clarissima gesta & ab historicis & in Sacris literis traduntur. Hic longè omnium excellentissimus fuit, cui ex rebus actis & auctis, Magni inditum est nomen, ne vir vnicam gloriam adeptus, sine laude vnquã nominaretur. Nam solus, à condito æuo, quantum hominum memoria est, inexuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua maior fuit, fuíque cessúsque eius amplissimos & prouocauit vt strenuus, & æquiparauit vt meritus, & superauit vt melior, solúsque sine æmulo clarus, adeò vt nemo audeat virtutem eius sperare, vel optare fortunam. Hæc Apuleius. ¶Fuere & alij Alexandri: quorum vnus Aphrodisæus, interpres Aristotelis, sed tali ingenio vt Aristotelem idem ipsum putat. De hoc Suidas & Stephanus meminerunt. ¶Alius fuit Alexander Grammaticus, ex oppido quod Gotticon dicitur, qui de varia historia siue materia XXIIII. volumina scripsit, peritissimus ætatis suæ vir. ¶Alius Alexander Asiæ rex, & Syriæ, dictus Balam. ¶Alius Iudæorum rex, qui Aneus dictus fuit, & regnauit annis viginti septem. ¶Alius Alexander Epirota, qui quum Italiæ bellum inferret, à Lucano milite interemptus est.

ALEXANDRA, Quæ & Cassandra, Priami filia, ac vates. Hoc etiam nomine Lycophronis inscribitur poema de Alexandro Paride. Volaterr. ¶Est & Alexandra, Alexandri Iudeorũ regis vxor, Egesippo lib. 1. c. 12.

ALEXANDRIA, ἀλεξάνδρεια, Vulgò à *Turcis Scandera* dicitur: Vrbs Aegypti, nõ longè à Nili ostio: ab Alexãdro Macedone cõdita: vrbs fertilissima: quam Dinocrates architectus metatus est mirabili ingenio, quindecim millium passuum laxitate ad effigiem Macedonicę chlamydis orbe gyrato laciniosam, anguloso dextra lævaque procursu. Mareotis lacus ad meridianam vrbis partem Euripo Canopico ostio immittitur. Habuit olim scholas omnium disciplinarum liberalium: fuitque ob commoditatem maximum totius orbis emporium. Constructum autem fuit ante Saluatoris aduentum, anno vigesimo supra trecentesimum, intra spatium septendecim dierum (vt testatur Iustinus lib. 11,) cum sex millibus murorum passibus.

ALEXANDRIVM, ἀλεξάνδριον, Iudææ oppidũ Iosepho & Straboni li. 16.

ALEXANDROPOLIS, ἀλεξανδρόπολις, Parthorum ciuitas, sic ab Alexandro Magno conditore nuncupata. Plin. lib. 6. cap. 25.

ALEXIA, Sequanorum vrbs est, quam Ptolemæus Rigiacum vocat. Diodorus autor est, hanc vrbem ab Hercule conditam esse, sempérque liberã mansisse, donec à Cæsare longa obsidione capta, Romano accessit imperio. Creditur eadem esse, quam Galli hodie *Alesson* vocant.

Alexicacon, ἀλεξίκακον, Remedium quod fit ad depellenda mala. hoc & Amuletum dicitur.

Alexicacus, ἀλεξίκακος, In malis aditor, malorum depulsor, Herculis & Apollinis epitheton. Pausanias in Attica, Alexicaci Apollinis simulacrum effinxit Calamis. Id Apollini nomen inditũ aiunt, quòd quum pestilentia bello Peloponnesiaceo in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito tanta calamitate populum liberauit. ¶Alexicaci dæmones dicebantur, qui nocumenta & diras amoliri existimabantur, qui & Apopompæi, & Apotropæi, Lysij quoque, & Phyxij appellabantur. Budæus, & Cælius lib. 2. cap. 32.

Alexipharmaca, ἀλεξιφάρμακα. Sunt (vt Suidas ait) medicamenta auxiliatoria, quæ scilicet venena, incantationes, & execrationes pellunt, prohibéatque ne iis nobis noceri possit. Plin. lib. 21. ca. 20. Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod Alexipharmacon vocant.

ALEXIS, ἀλέξις, Asinij Pollionis puer fuit, quem Virgilius eius amore captus, ab illo dono accepit. In huius gratiam (vt Seruius putat) Virgilius

Universidad de Deusto
Biblioteca

gilius scripsit secundam Aeglogam.

ALEXIS THVRIVS. ἀλέξις Θουρίος. Qui prius Syharis dicebatur, poëta comicus ante Menandrum, reliquit plures fabulas. Habuit filium Stephanum, poëtam & ipsum comicum. Suidas.

Alexiteria, ἀλεξίτηρια, Eadem quæ Alexipharmaca.

Alga, Herba, quæ nascitur in aquis marinis: dicta ab algore aquæ, siue quòd pedes alliget, quia crassa est, foliis ex parte supernatantibus. {φύκος ἡ ἁλάκτιον. Ital. *Alga.* Gal. *Herbe croissant en la mer, Algue.* Hispa. *Las ouas ò yeruas del mar.*} Virgil. lib. 7, Laterique illisa refunditur alga. ¶ Algenses Pelagiæ, Purpuræ genus vilissimum, nomen habens ab alga, qua nutritur. Plin. lib. 9. cap. 37.

Algosus, a, um, Alga abundans. φυκώδης. Plin. lib. 32. cap. 9, Aceruantur muricum modo, viuúntque in algosis.

ALGIDVS, pen. corr. Mons ab vrbe duodecim passuum millibus distãs, ab assiduo frigore sic dictus. Horatius, Quæque Auentinum tenet, Algidúmque. Ab hoc quoque sylua Algida dicta est, huic monti subiaceus, in cuius ingressu Regillus lacus est.

ALGIDVM, ἀλγίδ& Stephano, Italiæ oppidum non procul à Tusculo in alto monte situm, ex aëris algore propterea dictum, nunc *Rocca di Pepe* ex veteris situs descriptione existimatur, sylnáque proxima adhuc Algidi sylua cognominatur. Volaterr.

Algidensis, adiectiuum, vt Raphanus Algidensis, qui circa Algidum nascebatur longus & transluciduς. Plin. lib. 19. cap. 4.

Algeo, es, alsi, vel alxi, alsum, à Græco ἀλγέω Doleo, patior frigus, frigidus sum. {ψύχομαι. Ital. *Patir freddo.* Gal. *Auoir grand froid, geler de froid.* Hisp. *Enfriarse.*} ¶ Opponitur huic verbum Aestuo. Cic. Tusc. 2, Itémq; Lycurgi laboribus eruditur iuuentutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo algendo, æstuando.

Algidus, a, um, adiect. Frigidus. {κρυόεις, κρυερός. Ital. *Freddo.* Gal. *Fort froid.* Hisp. *Cosa fria, fresca con frialdad.*} Catull. Ego vitidis algida Idæníve amicta loca colam, Algida niue, hoc est frigida.

Algificus, quasi Algefaciens. {χειμεριώδης. Ital. *Infreddante.* Gal. *Qui fait qu'on tremble de froid.* Hisp. *Cosa que haze frio ò frescura.*} Gell. lib. 19. cap. 4. Quòd timor sit omnibus algificus: id est frigus inducens.

Algor, oris, ab algeo. Idem quod frigus, & propriè frigus vehementius. {ψῦχος, ψῦξις. Ital. *Freddo.* Gal. *Froidure grande, grand froid.* Hispa. *Frio ò frescor.*} Plin. lib. 14. cap. 2, Aestu magis, quàm algore vexantur. Salust. in Catil. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris.

Algus, gi. Idem quod algor. Lucretius lib. 3, Solicitè cuolitant morbis, algóque, fameque.

Algus, us, ui. Idem. Plaut. in Rud. Vel suda, vel peri algu, vel etiam ægrota. ¶ Per translationem ponitur pro dolore & tristitia.

Alsius, κρυόεστερος, Comparatiuum ab Alsus: vnde & Alsiosus. Cic. Attic. lib. 4. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. Idem ad Qu. Frat. li. 3. Iam apodytetio nihil alsius, nihil muscosius.

Alsiosus pen. prod. adiectiuum. {κρυώδης. Ital. *Freddoloso, agghiacciato.* Gal. *Frileux, subiet à froid.* Hisp. *Cosa fria ò fresca.*} Quod naturæ est frigescentis, & facilè à frigore lædítur. Plin. lib. 20. cap. 13. Alsiosisque crudam dederunt in cibo. Idem lib. 27. cap. 10. Abrotonum & adonium alsiosa admodum sunt. Varr. 2. de Re Rust. cap. 3. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, si spectat quod est alsiosum.

Alias, Alibi, Vide ALIVS.

Alibantes, ἀλιβάντες, Mortui dicuntur, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, hoc est eò, quòd humido illo naturali destituti sint. Cæl. lib. 3. cap. 12.

Alica, pen. cor. Ex tritici generibus est, vt inquit Galenus lib. 2. de Facul. aliment.) aut certè farris genus tritico simile, succum tamen lentiorem habens, quam triticum, siue in aqua cocta cum mulso, aut vino, siue cum oleo saléque frixa sumatur. ζωμός. Plin. lib. 18. cap. 7, Tunicæ frumento plures. Hordeum maximè nudum, & alica, sed præcipuè aucna. Nomen autem Alicæ ab alendo Festus deducit, quòd vehementer nutriat. ¶ Est præterea Alica, confectio quædam ex frugum quarundam farina, aliis in locis aliter præparata: ita dicta (vt ex Aegineta colligi potest) quòd primùm ex frumento, siue farre, cui Alica nomen est, fuerit confecta. Postea tamen magis receptum fuit, vt ex zea conficeretur. Plures autem fuerunt apud veteres alicæ conficiendæ rationes, quas omnes exequitur Plin. lib. 18. cap. 11. Palladius quoque lib. 6, docet quo pacto ex hordeo confici possit.

Alicariæ, Meretrices in Campania appellatæ, quòd solitæ essent circa pistrina alicariorum versari. Festus.

Alicastrum, Genus farris est, ea forma ab Alica derivatum, qua Siliqastrum à Siliqua. Colum. lib. 2. cap. 6, Semen trimestre quod dicitur Alicastrum, idque pondere, & bonitate præcipuum est.

Alienigenus, a, um, pen. corr. nomen compositum à nomine Genus, vel à verbo Gigno, & significat quod est externum, vel alieni generis, vel inter alienos genitum. ἀλλογενὴς, ἀλλόφυλος. Valerius lib. 1, Adiici nostris duo eiusdem generis alienigena exempla non absurdè possunt.

Alienigena, communis generis, vel secundum Probum, omnis generis, sumitur in eodem significato cum Alienigenus, {ἀλλογενὴς. Ital. *Forestiere.* Gal. *Estranger.* Hisp. *Estrangero.*} Gell. lib. 2. cap. 23, Negi vino alienigena, sed patrio vturos. Sic & alia composita è Gigno: vt Agmen Troiugena.

Alifer, Aliger, Vide ALA.

ALIGVRIVS, Proprium nomen. Cicero Tironi, lib. 16. Epist. 18, Ad finem Aligurius Cæsaris familiaris mortuus est, bonus homo, & nobis amicus.

Alima, ἄλιμα, Medicamenta dicuntur quæ famem aut sedant, aut prohibent obrepere: quemadmodum Adipsa dicuntur quæ siti resistunt. Vtrorunque meminit Plutarchus in Symp. septem Sapientum.

ALIMALA, ἀλίμαλα Stephano, Locus est in Lycia.

Alimentum, Alimentarius, Alimonia, Alimonium, Vide ALO.

ALINDA, ἄλινδα, Vrbs Cariæ, in qua regnauit Ada, filia Hecatomni regis Cariæ, auxilio Alexandri Magni. Strabo lib. 14.

ALINDOIA, ἀλίνδοια, Ciuitas Macedoniæ. Stephanus.

Alipænea, Emplastra, quæ ex medicamentis non pinguibus conficiuntur. ἀλιπαῖνα. Nam λιπαρὸν idem est quod impinguo, Celsus li. 5. ca. 19.

Alipes, Vide ALA.

ALIPHE, pen. prod. ἄλιφαι. Olim oppidum erat in Samnio. Hinc Aliphani populi, & Aliphana pocula apud Horatium, lib. 2. Sermonum.

ALIPHIRAEI, ἀλιφειραῖοι, Arcadiæ populi. Plin. lib. 4. cap. 6, ab oppido Aliphira. Cic. ad Att. li. 6. Epist. 1 13, Arcadię censebat esse Lepreò quod dam maritimũ, Tene autem, & Aliphira, & Tritia, πάλαιστρα ei videbãtur.

Alipilus, Vide ALA.

Alipterium, ἀλειπτήριον, Locus erat in balneis, in quo loti vngebantur. Cælius lib. 16. cap. 47.

Aliptes, ἀλείπτης, Dicebatur magister athletarum, qui eos certaturos inungebat, eáque curabat, quæ ad corporis robur attinebant. Dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod est inungere. Hac voce vsus est Cicero in Epistola ad Lentulum, Qui homines quòd me saluum voluerunt, est gratissimum. Sed vellem non solùm saluris meæ, quemadmodum medici, sed etiam vt aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent. ¶ Dicuntur præterea Aliptæ, chirurgi, qui & ipsi oleis, pinguibúsq; malagmatibus foris adhibitis, vulneribus, morbisq; exterioribus medentur. Celsus lib. 1. cap. 1, Sanus homo, & qui bene valet, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque alipta egere. Vbi tamen nonnulli legunt Iatrolipta. ¶ Est etiam Aliptes, fontis nomen apud Ephesum.

Aliquando, {ποτέ. Ital. *Alcuna volta, tal hora.* Gal. *Quelques fois, aucunes fois, vne fois entre autres.* Hisp. *En qualque tiempo.*} secundum Priscianum, cum accentu in antepenultima, quanuis in carmine ratione positionis semper producatur. Aliud enim est syllabæ quantitas, aliud accentus. Habet autem tria tempora, præsens, præteritum & futurum, & significat idem quod Nonnunquam, Interdum, Quondam vel aliquo tempore, vel Tandem. Cic. Valerio, Aliquando nos remissas.

Aliquantus, adiectiuum, ex alius & Quantus, {ποσός. ποσός τις. Ital. *Alquanto grande.* Gal. *Aucunement grand, de quelque grandeur ou quantité.* Hispa. *Cosa alguna tanto tal, tamaño.*} Idem penè quod mediocris significat. Salust. in Iugu. Timor aliquantus, sed spes amplior.

Aliquantum, {ἐπί ποσόν, ἀλίγον. Ital. *Alquanto.* Gal. *Vn peu, quelque peu.* Hisp. *Algun tanto tal.*} Modò nomen est, vt apud Ciceronem pro Cluentio, Aliquantum agri in medio relictum est. ¶ Modò aduerbium significans Paulùm, Nonnihil, Leuiter, Paulisper, Nescio quid, Aliqua ex parte. Plin. lib. 3. cap. 5, Aliquantùm vetus forma mutata est.

Aliquantulum, diminutiuum ab Aliquantum, Idem significans quod Paulum. {ὀλίγον. Ital. *Pocheto, picolino.* Gal. *Vn bien peu, vn tantinet.* Hisp. *Poquillo.*} Cic. li. 2. de Inuen. Et de natura licet aliquantulum ducere suspitionis. Idem pro Quint. Quum æris alieni aliquãtulum relictum esset.

Aliquantillum, diminutiuum, ab aliquantulum. {ποσοστηνόν, ποσοστὸν μικρόν. Ital. *Pochissimo, poco.* Gal. *Tant soit peu, le moins du monde.* Hisp. *Muy poquillo.*} Plaut. in Capt. Foris aliquantillum etiam quod gustó ad beat.

Aliquandiu, aduerbium temporis: Aliquo tempore, non autem longo admodum. {ἐπί χρόνον, ἐπί τινα χρόνον. Ital. *Alquanto tempo.* Gal. *Quelque temps, par l'espace de quelque temps.* Hisp. *Algun tiempo.*} Cic. 1. Acad. Aristum Athenis audiuit aliquandiu.

Aliquammulti, pro aliquot. Cic. 6, Verr. Sunt vestrùm aliquammulti, qui L. Pisonem agnouerunt.

Aliquantisper, aduerbium, ad temporis breuitatem refertur, vt ait Valla: idémque significat, quod aliquandiu, {ἐπί χρόνον. Ital. *Alquanto tempo.* Gal. *Pour quelque peu de temps.* Hisp. *Por algun tiempo.*} Terent. in Heaut. At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper.

Aliquis, aliqua, aliquod, quasi Alius quis, & habet vim pluralem, quanuis singulariter dicatur: non enim est aliquis, nisi de multis. Vnde & apud veteres vario genere numeróque proferebatur. {τις. Ital. *Alcuno, Qualch'uno.* Gal. *Aucun, Quelqu'vn.* Hisp. *Alguno.*} Terent. Aperite aliquis actutum ostium. Idem est dicendum de Quisquam, Quispiã, & Vllus. ¶ Aliquis etiam, vt Græcis τὶς, capitur pro homine non obscuro, & nonnullius pretij. Cic. Attic. Itaque fac, vt me velis esse aliquem: quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum, id est, Velis esse me non prorsus obscurum & abiectum. Iuuenal. Sat. 3, Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis esse aliquis.

Aliquid, substantiuum est: vt, Aliquid vtile. τι. Cic. Attic. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

Aliquispiam, Idem prorsus est quod Quispiam, τις. Cic. pro Sestio, Aliquapiam vi pelleretur.

Aliquà, aduerbium. Per aliquem locum. {πῃ. Ital. *Per qualche luoco.* Gal. *Par quelque part, par quelque lieu, par quelque voie.* Hisp. *Por algun lugar.*} Cic. 3. Verr. Cupere aliquà euolare, si posset.

Aliquatenus, pen. corr. significat Vsq; ad aliquam partem, siue Ex aliqua parte, aut Aliqua ratione. {μέχρί τινος, ἐπί ποσόν, ἐπί ὅσον τις. Ital. *Ad alcuna parte.* Gal. *Iusques à quelque quantité, iusques icy ou là.* Hisp. *En alguna manera.*} Quint. Verum hoc aliquatenus temporũ mutatum est conditione. Pli. li. 17. cã. 12, Caulibꝰ pluribus ab vna radice aliquatenus rubẽtibus.

Aliquò, Ad aliquem locum. {πού, ἐπί τοῦτον. Ital. *A qualche luoco.* Gal. *En quelque lieu.* Hisp. *A algun lugar.*} Terent. Heaut. Aliquò profugiet militatum. Ibidem, In angulum aliquò abeam.

Aliquorsum, Versùs aliquem locum, πρός τινα τόπον.

Aliquot, {τινές, τινάς. Ital. *Alquanti.* Gal. *Quelques vns, quelque nombre, je ne sçy combien.* Hisp. *Algunos en numero.*} numero tantum plurali teste Donato, significat idem quod Nec multi, nec pauci. Terent. in Andr. Aliquot me adiere. Cic. de Vniuersitate, Disciplina Pythagorica aliquot secula in Italia, Siciliáque viguit.

Aliquotfariam, ἐπί ὁσάκις. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 2, In eo agro aliquotfariam in singula iugera dena culea vini fiunt.

Aliquotiens, seu Aliquoties, sine n, significat aliquot vicibus. {ἐνιόν, ἐπί ὁσάκις. Ital. *Alcune volte, alquante volte.* Gal. *Quelques fois, je ne sçy quantes fois.* Hisp. *Algunas vezes.*} Cic. 4. Verr. Aliquoties ad socios literas de iniuriis miserat. Idem pro Quintio, M. Iunius, qui hanc causam aliquotiens apud te egit.

ALISARNA, ἀλισάρνα, Oppidum est Troadis, apud Stephanum: à quo fit gentile Alisarnæus, ἀλισαρνεύς.

ALISTVS, ἄλιστος Ptolemæo, Oppidum Germaniæ, in tractu maritimo Saxoniæ.

ALISVM, pen. prod. ἄλισον Ptolemæo, Oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul à Sicambris.

Alisma,

Alisma, atis, ἀλισμα Dioscoridi, Herbæ est nomen, quam nonnulli fistulæ pastoritiæ, alij Plantagini aquaticæ eandem faciunt.

ALISTA, ἀλιστα, Insulæ Corsicæ vrbs, in latere Meridionali, Ptolem.

Alitura, Vide ALO.

Alius, alia, aliud, genitiuo alius, pen. prod. quamuis in carmine sit indifferens, idem est quod diuersus. Olim faciebat genitiuum & datiuum sing. vt cætera adiectiua primæ & secundæ declinationis. ἄλλος Ital. Autre. Gal. Autre, vn autre qui que se soit. Hisp. Otro, alguno otro. Cic. de Natura deorum. Quibus bestiis erat is cibus, vt alij generis bestiis vescerentur? Alius generis inquit, pro Alius. ¶ Accedit quandoque ad vim soloris. Alius generis inquit, pro Alius. ¶ Accedit quandoque ad vim comparationis. Quintilianus, At quanto alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus? Quomodo autem differat ab Alter, illic videas. ¶ Alias res agis? Quomodo autem differat ab Alter, illic videas. ¶ Alias res agis, Id est non intendis ad id quod dicitur, aut nugatorias res agis, παρὰ προσδοκίαν.

Alias, aduerbium, significat Alio in loco, vel Aliter, vel Alio tempore. ἄλλοτε Ital. Altre volta, in altro luogo. Gal. Vne autre fois. Hisp. En otro tiempo, en otro lugar. Terent. in Andria. Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias? Cic. Sed de hoc aliàs. Idem Trebatio lib. 7. Sed plura scribemus aliàs. ¶ Ponitur & pro Aliquando, vel interdum: & tunc ferè geminatur. Cic. 3. de Orat. Aliàs ita loquor, vt necessum est, aliàs vt geminatur. Cic. 3. de Orat. Aliàs ita loquor, vt necessum est, aliàs vt necesse est. Idem Ver. Aliàs reuocabat, aliàs decernebat.

Alibi, Alio loco. ἀλλοῦ Ital. Altroue. Gal. Ailleurs, autre part. Hisp. En otro lugar. Virg. Georg. 1. Hic segetes, illic veniunt fœlicius vuæ: Arborei fœtus alibi. Terent. in Hecy. Habebam alibi animum amori deditum.

Alicubi, In aliquo loco, vspiam, vsquam. ἀλλοῦ Ital. In qualche luogo, in alcun luogo. Gal. En quelque lieu, en quelque part. Hispa. En alguna lugar. Cice. Attic. lib. 9. Ita vt si salutes sit Pompeius, & constiterit alicubi.

Alicunde, Ex aliquo loco. ἀλλόθι Ital. De qualche luogo. Gal. De quelque lieu, de quelque part. Hisp. De alguna otro lugar. Terentius in And. Venit meditatus aliunde. Vide in dictione ALIQVO.

Alienus, a, um, Quod est alterius, siue quod ad alium pertinet. ἀλλότριος, ἀλλοτρίως Ital. Aliено. Gal. Aliené qui est a autruy. Hisp. Agena, enagenado. Cice. 1. Offic. Difficilis est cura rerum alienarum. ¶ Alienum quoque aliquando dicimus, qui nullo nobis necessitudinis vinculo est deuinctus. Idem Epist. lib. 1, Tantum enitor, vt neque amicis, neq; alienis operæ, consilio, labore desim. ¶ Interdum idem quod auersus, vel abhorrens. Cice. 3. Verr. Letilius homo non alienus à literis. ¶ Nonnunquam idem quod alienatus, hoc est immutatus, & ex amico inimicus factus. Idem lib. 1. Epistо. Sin ille à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Idem pro Deiotaro, Quum is in te animo esset alieno. Idem de Diuinat. Neq; hoc dij alienum ducunt maiestate sua.

Alieno, nas, Alienum facio, vel ex nostro dominio in alienum transfero. ἀλλοτριόω, ἀποτρόπαιον ποιῶ Ital. Alienare, vendere. Gal. Aliener, estranger. Hisp. Agenar, enagenar. Cic. de Lege Agraria, Vænire res nostras proprias, & in perpetuum alienari. Idem 3. Verr. Nam turpitudinem summam esse arbitrantur referri in tabulas publicas, pretio paruo ea quæ accepissent à maioribus, vendidisse, atque alienasse. ¶ Paulus Iurisconsultus, Alienationis verbo vsucapionem contineri putat. Vix est enim, inquit, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amittit seruitutes. ¶ Accipitur & Alienare, pro immutare, & ex amico inimicum, siue ex benevolo malevolum reddere. Cic. Epist. lib. 1, Hominem adolescentulum non tam alliecere voluit, quàm alienare nolui. Ibidem, Qui & te nonnunquam à me alienarunt, & me immutarunt tibi.

Alienatus, penul. prod. Particip. ἀποστρεπτικός Ital. Alienato. Gal. Aliené. Hisp. Agenado. Cic. in Læl. Propter dissensionem autem, quæ erat in Repub. alienatus est à collega nostro Metello. ¶ Alienatus sensu animus, id est, sic immutatus, sic dimotus ac deiectus à ratione, vt nihil rectè sentiat. Liu. 2. Ab vrbe. Sic, Alienatus sensibus, Liu. 5. Bell. Pun. Item, Alienatus mente, Plin. lib. 28. cap. 8. Alienatus animus & offensus, Cic. ad Attic. lib. 1.

Alienatus nomen ex participio, ἀποστρεπτικός. Vt Alienata mens. Liui. 4. Bell. Pun.

Alienatio, verbale. ἀποστροφή Ital. Alienatione, separatione. Gal. Alienation, estrangement. Hisp. Agenamiento. Cic. in Orat. An quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est: quippe ipsa sacra retineri deinde possint, non honestum est? ¶ In alia significatione dicitur Alienatio quasi separatio atque dimunctio cuiuspiam ab alio. hoc est quum aliò quis alienat animum, studium, amorem aut voluntatem. Cæs. 2. Bell. Ciuil. Castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium, alienationé exercitus? Cic. in Læl. Vt non statim alienatio disiunctióque facienda sit. ¶ Alienatio mentis, est tanta commotio, perturbatióque rationis, vt homo non sit compos sui. Plin. lib. 21. cap. 21. Cor. Cell. lib. 4. cap. 2.

Alioquin, & Alioqui (vtroque enim modo dicitur) habent penultimam productam: accentus tamen est in antepenultima, ne videantur duæ dictiones, significantque Aliter, seu alio modo, vel Quòd si non, vel Præter hoc, ἀλλως, εἰ δὲ μή Ital. Altrimente. Gal. Autrement, sans ce, sinon. Hisp. En otra manera. Cic. 5. de Legib. Minima olim fuit istius rei cupiditas: alioquin multa extarent exempla maiorum. Idem 3. de Oratore. Quorum ab Oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur: alioqui quomodo ille in suis hærebit bonis?

Aliorsum, Versus alium locum, ἀλλοσε Ital. Verso altroue. Gal. Vers autre lieu, costé, part. Hisp. Hazia otro lugar. vt, Aliorsum ire, apud Plautum. ¶ Item in aliam partem. Terent. in Eunu. Vereor ne illud grauius Phædria Tulerit, nève aliorsum atque ego feci, acceperit.

Aliouersum. Idem. Plaut. Anuil. Atq; igitur Antrax aliouersum, dixeram, Non illud quod tu insimulas.

Aliter, aduerbium, fit ab Alis, huius alis, pro alius, sicut declinabant antiqui, & significat alio modo. ἄλλως Ital. Altrimente. Gal. Autrement. Hisp. En otra manera. Virgil. Dis aliter visum. Cic. 7. Verr. Aliter decernere in eadem causa non potuisti.

Aliubi, compositum ex Alius, & vbi, idem significans quod Alibi. ἀλλοῦ, ἀλλόθι, ἀλλαχῆ Ital. In altro luogo. Gal. Ailleurs, en autre part, & lieu. Hisp. En otro lugar. Plin. Nec vsquam aliubi candidæ nascuntur.

Aliunde, Ex alio loco. ἀλλόθεν Ital. D'altro luogo. Gal. D'autre part. Hispa. De algun otro lugar. Plin. lib. 15. ca. 19. Inde repertum, vt allatæ aliunde, & inter se colligatæ, inficerentur sico.

Aliusmodi, Quasi alterius modi, Cæsar. Vno enim excepto, quem aliusmodi, atque omneis, natura finxit, suos quisque habebat charos.

Aliuta, veteres pro aliter scripsisse manifestum est, ex Græco ἄλλως, vel ἄλλος transferentes. Hinc est illud in legibus Numæ Pompilij, Siquis aliuta faxit, ipsius Iouis sacer esto. Festus.

ALIZONES, pen. prod. ἀλιζωνοι. Asiæ minoris populi, inter Mysos, Caras, & Lydos siti, Autor Stephanus.

Allabor, pen. prod. Iuxtà fluo, siue appello. ἀποστεῖλω Ital. Scorrere vicino. Gal. Couler sur ou auprés Hisp. Deslizarse hazia otra cosa. Claudianus. Siculis allabitur oris. Cic. 2. de Diuinat. Ex humor allapsus extrinsecus, vt in tectoris videmus.

Allaborare, Est alicui rei per laborem aliquid adiicere. ἐπιπονῶ Ital. Affaticarse grandamente. Gal. Labourer fort, s'efforcer, mettre grand' peine. Hisp. Trabajarse assi mismo. Horat. 1. lib. Car. Simplici myrto nihil allabores. Significat etiam idem quod adnitor.

Allæuo, pen. prod. Idem est quod Læuo, hoc est Planum facio. ἐπιλαύνω Ital. Pianare, polire. Gal. Polir, aplanir. Hispa. Alisar, llanar. Colum. lib. 4. cap. 25, Nam ea plaga, quæ hic fit, vno vestigio allæuatur.

ALLALIA, ἀλλαλία, Corsicæ insulæ oppidum, Phocensium opus, teste Herodoto. Gentile est Allaliæus, ἀλλαλιεὺς Stephano.

Allambo, is, ere, Idem quod simplex lambo, & per metaphoram leuiter attingo. ἐπιλαμβάνω Ital. Lingere, leccare. Gal. Lecher, attoucher legerement & doulcement. Hisp. Lamer, ò lamber. Quintil. Scitis ipsi quo exequiarum die labore extracta sit, quandiu filium tenuerit allambétibus flammis.

ALLANTES, ἀλλάντες Stephano, duorum oppidorum nomen est, quorum alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Inde Allantij ἀλλάντιοι, qui & Allantenses dicuntur à Plin. lib. 4. cap. 10.

Allatro, as, are. ἐπιβοαυλακτῶ Ital. Latrare, abbaiare ad alcuno. Gal. Abbaier à quelqu'vn. Hisp. Ladrar contra alguna cosa. Aduersus aliquem latrare. Ex quo Allatratus est à canibus. ¶ Allatrare aliquem per metaphoram, est per inuidiã criminari. Liu. 9. Bell. Maced. Qui vno quoq; eo allatrare eius magnitudinem solitus erat. Colum. in Præfat. lib. 1. Sed ne canimum (sicut dixere veteres) studium præstantius locupletissimum quemque allatrandi.

Allatus, Vide AFFERO.

Allaudo, as, are, Poëticum verbum pro Laudo, alicui. Plaut. in Merc. Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

Allecto, as, & Allector Vide ALLICIO.

Allectus, Vide ALLIGO, allegis.

Allego, gas, pen. prod. Aliquò mitto, vel ad aliquem locum mitto. ἀποστέλλω, ἐπιτρέπω, ἐπιτροπεύω Ital. Allegare, mandare ad alcun luogo. Gal. Enuoier en quelque lieu. Hisp. Embiar persona à algun lugar. Plaut. in Casin. Quin ea ipsa me allegauit, qui istam accerserem. Proprium autem, eúmque vetustissimum verbum hoc locum obtinet, quum rei alicuius impetrandæ gratia ad aliquem mittimus eos, quos aut gratia, aut autoritate apud illum valere existimamus, quique veluti legatorum officio fungentes, nostram apud illum causam agant. Cic. pro Sext. Roscio, Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne Syllam adirent. Idem 3. Verr. Petit à me Rabirius, & amicos allegat: facilè impetrat. Idem 4. li. Epist. Fam. Extremum illud est, vt Philosophiam ad te allegem. Vsurpatur etiam pro Citare, siue Adducere, ἐπάγω, ἀποφαίνω, παραφέρω. Plin. Tum multa allegant, quæ ad rem propositam pertinere minimè videbantur. Budæus, Ἀπόφασις, sua iura allegare, & in ius deducere: quod Caussificari Plaut. dixit, Cice. etiam, & Causari, & proferre, Quintil. & iureconsulti Allegare appellant.

Allegatio, onis, Verbale. πρεσβεία, ἐπιτροπή Ital. Imbasciata. Gal. Ambassy, brigue par amis. Hisp. Aquella obra de embiar. Cic. 3. Verr. O' dij immortales quàm iste cupiditate, quibus allegationibus, illã sibi legationẽ expugnauit. Id est amicorũ intercessionibus, & velut legationibus.

Allego, gis, pen. corr. Aiscribo, deligo, deligendo addo, coopto. ἐπιλέγω, ἀποδείκνυμι Ital. Aggiongere alcuno ad una compagnia. Gal. Adjouster quelqu'vn à une compagnie. Hisp. Escojer para su compañia. Vnde apud Iudæ nonnullos à suæ compagniæ. Cic. in Orat. An quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est: quippe ipsa sacra retineri deinde possint, non honestum est? ¶ In alia significatione dicitur Alienatio quasi separatio atque dimunctio cuiuspiam ab alio. hoc est quum aliò quis alienat animum, studium, amorem aut voluntatem. Cæs. 2. Bell. Ciuil. Castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium, alienationé exercitus? Cic. in Læl. Vt non statim alienatio disiunctióque facienda sit. ¶ Alienatio mentis, est tanta commotio, perturbatióque rationis, vt homo non sit compos sui. Plin. lib. 21. cap. 21. Cor. Cell. lib. 4. cap. 2. Tum multa allegant, quæ ad rem propositam pertinere minimè videbantur. Budæus, Ἀπόφασις, sua iura allegare, & in ius deducere: quod Caussificari Plaut. dixit, Cice. etiam, & Causari, & proferre, Quintil. & iureconsulti Allegare appellant.

Allecti dicebantur, qui ad augendum numerum Senatorum ex equestri ordine assumebantur: qui etiam Conscripti vocabantur, συγγραφεῖς, συγκλητικοί. Nam patres dicebantur, qui erant Patricij generis.

Allegoria, ἀλληγορία, cum accentu in penultima. Figura est, quæ à Quintiliano dicitur Inuersio, quum aliud verbis, aliud sensu ostenditur. Nascitur autem hæc figura ex continuata, perpetuáque metaphora. Eiusmodi est illa apud Virgil. 2. Aeglog. Claudite iam riuos pueri, sat prata bibêrunt. Id est, Desinite iam plura canere, quia satis audiuimus.

Allelu-iah, Duę dictiones sunt, quibus significatur, Laudate Dominum. ALLELV enim (vt Augustinus ait) imperatiui modi est. & significat, Laudate, IAH verò Vniuersalem, vel Vniuersaliter, scilicet Deum. Hieronymus, Iah apud Hebræos vnum est de decem Dei nominibus. Et in illo Psalmo vbi legimus Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: in Hebræo est Allelu-iah, sunt autem duæ partes Hebraicæ iunctæ per macaph.

Alleuo, as, pen. corr. In altum tollo, erigo, & quod humi iacet, sursum leuo. ἀνατείνω Ital. Leuare in alto. Gal. Lever, alleger. Hisp. Alçar, alleviar. Quintil. Vidi multos, quorum supercilia ad singulos vocis conatus alleuarentur. ¶ Accipitur item Alleuo, pro leuius reddo, κουφίζω. Cic. pro Sext. Roscio. Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram, vt potero. ¶ Transfertur etiam ad animum, pro eo quod est recreare, vel dolores mitigare, ἀναπαύω. Cic. de Clar. Orator. Quod aliqua ex parte solicitudines alleuaret meas. Sic dicimus, Alleuare afflictum, hoc est subleuare, & calamitate eximere. Quintil. Non perit, vt afflictum alleuetis, nisi & probauerit se infeliciorem.

Alleuatio, verbale, Doloris mitigatio, siue diminutio. ἀνακούφισις Ital. Allezziamento. Gal. Allegeance, allegement. Hisp. Aquella obra de aliuiar ò aliuiar. Cic. Famil. 4. Eth tot, tantisque rebus vrgemur, vt nullam alleuationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

uationem quispiam non stultissimus sperare debeat.

Alleuamentum, Idem. Cic. pro Sylla, Et in aduersis sine vllo remedio, & alleuamento permanere.

ALLIA, ἅλλια, Nomen fluuij, qui à Crustuminiis montibus prærupto defluens aluco, Tyberino amni miscetur, quadragesimo ab Vrbe lapide, vbi magna strage Romani à Gallis profligati sunt. Hinc Allienſis dies dictus est, tanquam infaustus. Sunt qui arbitrentur hoc nomen esse fœmininum, decepti autoritate Lucani, Et damnata diu Romanis Allia fastis: quod tamen ita non est. Nam id licenter à Lucano factum est, per subauditionem nominis generalioris Aqua. Huius nominis prima semper producitur. Silius, Maior & horrificis sese extulit Allia ripis. Hæc erat in fastis cui dat grauis Allia nomen. Virg. lib. 7, Quóſq; secans infaustum interluit Allia nomen. Vbi Seruius malè putauit alterum l, metri causa esse interpositum. Nam quod Lucanus lib. 7. dicit, Nou istas habuit pugnæ Pharsalia parteis, Quas aliæ clades: Aliæ, non fluminis nomen, sed diuersitatis relatiuũ est, ab Alius, alia, aliud.

Alliatum, Vide ALLIVM.

Allicio, cis, pen. corr. allexi, allectum, ex Ad & Lacio, significat blanditiis attraho, siue potius Induco, atq; Inuito. {ἀναγκάζω, ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι, ἐπισπάομαι. Ital. *Lusingare, indurre, inuitare con lusinghe.* Gal. *Attraire, allecher, affriander, attirer par beau.* Hisp. *Atraer con halagos.* } Cic. pro Plancio, Allicere voluntates alienas, retinere partas. Idem pro Muræna, Cato negat verum esse, beneuolentia cibum allicere. ¶ Inuenitur & præteritum Allicui, sicut ab Elicio, elicui. Piso lib. 1. Hist. Aulus vnius præmio multorum allicuit animos. Id tamen admodum rarum est.

Allector, oris, verbale, Qui allicit. {ἐπαγωγός. Ita. *Attrattore.* Gal. *Attrayeur, allecheur, amadoueur.* Hisp. *Atraedor con halagos.* } Columel. lib. 8. cap. 10. Quasi allectores sint captiuorum.

Allecto, ctas, Frequentatiuum ab Allicio, Significat, per blanditias attraho. {ἑλκύω. Ita. *Allettare con lusinghe. C[illegible]ttare par le mean, amadoüer, allecher par plaiſeurs ſon.* Hisp. *Atraer con halagos.* } Colum. lib. 2. Ad aquam duci oportet, sibiq́ue allectari, quo libentius bibant.

Allicefacio, cis, Idem est quod allecto. {ἑλκύω. Ital. *Allettare, adeſcare.* Gal. *Allecher, attirer par quelque moyen.* Hisp. *Atraer con halagos.* } à quo Allicefio. Suetonius in Vitel. Pronus verò ad eiusque & quacunque de causa necem atque supplicium: nobiles viros condiscipulos & æquales suos, omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperij allicefactos, vario genere fraudis occidit.

Allido, dis, pen. prod. Impingo, quod est, interficiendi causa contra aliquid iacio, vel ad saxum, durúmve aliud corpus comminuo. {συγκόπτω, συντρίβω, συνθλάω. Ital. *Percuotere insieme.* Gal. *Aheurter contre, froiſſer en heurtant.* Hisp. *Herir vna coſa a otra.* } Lactant. lib. 4. Et in conspectu suo vexari acerbissimè coniuges suas cernerent, violari ac prostitui virgines, diripi pueros, allidi parnulos. Cæsar 3. Bel. Ciui. Et ex magno remigum propugnatorúmque numero pars ad scopulos allisa interficeretur. ¶ Allidi aliquis per metaphoram dicitur, pro damno affici. Colum. li. 1. cap. 3. Quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus prævalear, allidi dominum. Cic. ad Qu. Frat. Sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius allisus est: cæteri conciduntur.

ALLIENVS, ni, Proprium viri, qui fuit Prætor Siciliæ sub Cæsare. Hirtius in Comment. de bello Afric. in princip.

Alligo, pen. corr. propriè ad aliquid ligo. {ἅπτω τινὶ ἑκάτερα, πρόσδεσμα. Ital. *Alligare, legare à qualche coſa.* Gal. *Allier, lier à.* Hisp. *Atar alguna coſa à otra.* } vt, Alligare vitem palis, vel ad palos. Col. lib. 2. Arbustiuam vitem antequam putes, alligare diligenter oportet. ¶ Per translationem Alligare, est obstringere, obnoxium facere. Terent. in Eunucho Hic furti se alligat, σοὶ χρῆται πλανητῇ. Cic. pro Rabirio Posthumo, Lex vbi omnes mortales alligat, sic loquitur. ¶ Accipitur & pro simplici. Idem de Diuinat. Alligandi essent omnes, qui cubitum irent. Idem 3. de Orat. Neque verba alligata sint, quasi certa aliqua lege versus. ¶ Alligari quoque rei quis dicitur, cui ita est addictus, vt diutius ab ea abesse nõ possit. Sic adulescentulos scortis alligatos dicimus, qui meretricis amoribus ita sunt irretiti, vt nonnisi ægrè ab iis possint diuelli.

Alligatio, Ipse actus alligandi. {σύνδεσις. Ital. *Legamento.* Gal. *Liaiſon, lien.* Hisp. *Atadura.* }

Alligator, Qui alligat. {συνδετής. Ital. *Legatore.* Gal. *Lieur, relieur.* Hisp. *Atador.* } Colum. lib. 4. cap. 13. Deinde sequitur alligator, cuius officium est, vt rectam vitem producat in iugum.

Alligatura, σύδεσις, πέδησις. Idem de arboribus cap. 8. Infrà insitionem, & alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato.

Allino, is. Ex Ad & Lino, Inungo, & linendo rei alicui induco. {ἐπιχρίω. Ital. *Vngere.* Gal. *Oindre, frotter en oignant.* Hisp. *Vntar vna coſa a otra.* } Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, cóque dentem allinant.

Allium, Herbæ genus satis notum, non dissimile porro, grauissimi odoris, quod tamen lassitudini mederi etc litus, & serpentes fugare. {σκόροδον. Ital. *Aglio.* Gal. *Ail.* Hisp. *Ajo.* } Vnde etiam messoribus solet esse in deliciis, Virgil. in Bucolicis, Thestylis & rapido fessis messoribus æstu, Allia serpillumque herbas contundit olentes. Horatius eius odorem insectatur festiuo carmine, Parentis (inquit) olim si quis impia manu Senile guttur fregerit, Edat cicutis allium nocentius. ¶ Ne allia comedas & fabas, ἵνα μὴ φάγῃς κρόμμυα καὶ κύαμον. Prouerbiali videtur ænigmate dictum, pro eo quod est, Ne bellis, neve in iudiciis adsis. Nam in bellum inferebantur allia cõmeatus militaris: in Iudiciis fabas efferabant ne obdormiscerent, Suidas. Erasm. putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur, suffragia. ¶ Ego vbi de allijs loquor, tu respõdes de copis. Ἐγὼ περὶ σκόρδων λέγω, σὺ δὲ περὶ κρόμμυων ἀποκρίνει. Quam aliud respondetur quam rogaris: vel contra, quum inepte respondetur inepte scisciteris. Confinia enim sunt inter se cepe & allia. ¶ Ne alij quidem caput. Subaudi dedit vel apposuit, vel aliquid simile. Prouerbium est hyperbole, qua vtitur Aristophanes in Vespis. Conuenit in sordidum & impendio parcum. ¶ Allium in retibus, σκόροδον ἐν δικτύοις. De sordido commeatu dicebatur. Hinc natum, quòd Attici nauigationem aut expeditionem adornantes, pro cibo allia in retibus impositi secum ferebant. Locus erit adagio, si quem admoneas, vt Philosophiæ studium aggressurus paret se ad frugalem vitam, ad vigilias & labores, sine quibus non paratur eruditio.

Alliatus, ta, tum. {σκορδίσας. Ital. *Coſa con aglio, agliato.* Gal. *Qui eſt allié, qui ſent les aulx.* Hisp. *Ajado, con ajo.* } Plaut. Sine me alliato fungi, fortunas meas, hoc est, permitte me quem allium olere & fœtere dicis.

ALLOBROGES, penult. corr. ἀλλόβριγες, καὶ ἀλλόβριγας. Stephano, Populus Galliæ iuxta Rhodanum, nunc Sabaudienses, & Delphinates, victoria Fabij, & Catilinæ coniuratione noti, ad tractum Lugdunensem siti Ptolemæo. Horatius Epod. 16. Nouisque rebus infidelis Allobrox.

Allobrogicus, a, um, adiect. ἀλλοβριγικός, vt apud Celsum lib. 4. cap. 5. Vinum Allobrogicum.

Allœotheta, ἀλλοίωσις. Figura est syntaxin concernens, quum scilicet contra vulgatos constructionis canones aliquid variamus. Vnde & Variatio à Prisciano interpretatur. Confundit autem numerum: vt, Pars in frusta secant. vel Casum, vt, Tu mihi quodcunque hoc regni, pro, Hoc regnum. vel genus: vt, Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis. Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Ad dulce enim quod est neutrum, tam masculina, quàm fœminina reddidit.

Alloquor. {προσομιλέω, προσλαλέω. Ital. *Parlare.* Gal. *Parler à quelqu'vn.* Hisp. *Hablar à alguno.* } Autor ad Her. Te nunc alloquor, Africane. Plaut. Amphitry. Alloqui perparcè liceat obsecro. Varr. 5. de ling. Lat. Alloquutũ mulieres ire aiunt, quum eunt ad aliquem loquutũ consulendi causa.

Alloquium, ij. {προσδιάλεξις. Ital. *Parlamento con vno altro.* Gal. *Parolle auec vn autre.* Hisp. *Habla à alguno.* } Verbale. Id est alloquutio. Liu. 1. ab Vrb. Et ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate inuocandi, beneficiis quos poterat sibi conciliando adiuuabat. Plin. lib. 26. cap. 22. Hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio. ¶ Durus alloquiis ἀτρεκὴς καὶ ἄπτωτος πρὸς ἀγωγήν, Prouerbiali figura dicitur is qui est inexorabilis.

ALLORIA, ἄλλορια, Vrbs Cretæ, vt ex Polyhistore refert Stephanus. Gentile est Alloriates, ἀλλοριάτης.

Alloscorodon, {ἀλλοσκόροδον. Ital. *Cappare.* Gal. *capres.* Hisp. *Alcaparra.* } Herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Capparis appellatur.

ALLOTRIOTES, ἀλλοτριότης, Populi in tractu Septentrionali Hispaniæ. Strabo lib. 3.

Allubesco, scis, siue Adlubesco, Lubens facio, obedio, faueo, consentio. {ἱλαρίζω. Ital. *Far volentieri.* Gal. *Eſtre agreable.* Hisp. *Hazer à gana.* } Plaut. Hercle verò iam mihi adlubescit primulum.

Alluceo, es, ere, alluxi, compositum ex ad & luceo. παραλάμπω. Plaut. Tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult.

Allucinor, pen. corr. Propriè oculorum est, quum illi circa obiectum fallantur, alterúmque pro altero conspicere nobis videmur. {παραλλάσσω. Ital. *Abbagliare, vacillare.* Gal. *S'abuſer & ſe tromper, errer.* Hisp. *Ver como luz y tinieblas.* } Colum. lib. 8. Custodis officium, sublimem celsissimámque oculorum veluti speculam desyderat: vt neq; tardiores grauidas, dum cunctantur, neque agiles & fœtas, dum procurrunt, separari à cæteris finat: ne fur, aut bestia allucinantem pastorem decipiat. ¶ Transfertur & ad animum: dicimúrque Allucinari, quum vana somniamus, & à vero iudicio aberramus. Cic. 16. ad Atticum, Ego tamen suspicor hunc, vt solet, allucinari. Gell. lib. 16. cap. 12. verbum hoc iubet aspirari, etiamsi λάλος & ἀλάλητος, quod tenui spiritu scribitur, velit deduci.

Allucinatio, Lucis alienatio, vel aberratio. {ἀμβλυωπία. Ital. *Abbarbaglio.* Gal. *Faute, forueyement, deception.* Hisp. *Aquella obra de ver aſſi.* } Quod & ad oculos mentis transfertur, quum minus rectè quid intelligitur, obducto quadam caligine animo. Fit autem à Græco ἀλάομαι, quod est tardum, languidum, & stupidum esse. ¶ Nonius ex aliquo veterum, vt assiduo oscitantem vidit, atque illius quidem delicatissimas mentis & corporis allucinationes.

Alludo, penul. prod. Ludendo alicui blandior: & propriè est puerorum, quum ludentes nutrici vel parentibus blandiuntur: aut etiam canum, quum caudæ motu heris adulantur. {παίζω πρός τινα. Ital. *Alludere, far feſta.* Gal. *Se jouer à quelqu'vn.* Hisp. *Burlar mirando a otra coſa.* } Lactant. lib. 3, Aut homini alludunt animalia. ¶ Est item Alludere (vt scribit Valla lib. 4,) quum aliud dicimus, & ad aliud sententiam latenter referimus. Virg. 7. Aeneid. Nec plura alludens, ea vox audita laborum Prima tulit finem. Cic. 1. de Orat. Galba autem alludens, varie & copiosè multas similitudines affert. ¶ Alludere ad historiam, est ad rei fidem verba componere: quod proprium est Poëtarũ, qui in fabulosis suis narrationibus historiæ veritatẽ vno atq; altero verbo nonnunquã attingunt.

Alluo, luis, Iuxtà, fluo, abluo, allabor, Verbum est aquis proprium. Maria enim & flumina alluere dicuntur loca, ad quæ feruntur, quæ ve præterfluunt. {παραλύζω. Ital. *Bagnare, ſcorrere vicino.* Gal. *Couler auprez, arrouſer.* Hisp. *Lauar con agua.* } Est autem compositum ex Ad, & antiquo verbo Luo, quod est eiusdem significationis cum verbo Lauo: à quo fiunt & Abluo, Colluo, Diluo, Eluo, & similia. Fluuij dicuntur vrbes alluere, qui eas præterlabuntur: sic & maria terras alluunt. Cic. 2. de Legib. Diuisus æqualiter in duas partes, lateta hæc alluit. Idẽ de Orat. Ita iactãtur fluctibus vt nunquam alluantur. Plin. lib. 5. ca. 4. Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. Cic. 5. Verr. Non alluuntur à mari mœnia extrema: sed influit in vrbis sinum portus. Curtius, Montem leniter alluit præteriens amnis.

Alluuio, onis. {παράλυσις. Ital. *Innundatione.* Gal. *Ravine d'eaue, degorgement d'eaue.* Hisp. *Auenida de agua.* } Immoderata aquarum violentia vel pluuialium, vel fluuialium, similiumque, quæ non tantum agros confundit, sed quandoque eripit, & nonnunquam funditus deiruit. Cic. de Orator. Alluuionum, circumluuionum iura.

Alluuies, ei, pen. prod. fœm. gen. Idem. Colum. lib. 3. cap. 11. Vel etiam valles, quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerint. ¶ Liu. 1. ab Vrbe videtur vsurpare Alluuiem pro sordida aqua quæ abluit, vbi lutum cum aqua non multa. In proxima, inquit, alluuie, vbi nunc ficus ruminalis est, (quam Romularem vocatam ferunt,) pueros exponunt.

Alluuius ager, à Veteribꝰ dicebatur qui paularim fluuius in agrũ reddit.

ALMEDESSOS, Oppidum in ora Thraciæ, non procul à Bosphoro. Recensetur à Plin. lib. 4. c. 11. Ptolemæus vocat ἀλμηδησσόν, Halmidassum.

ALMENE, penul. corr. ἀλμήνη, Oppidum est ad Pontum Euxinum: à quo fiunt gentilia, Alminius ἀλμηνίδης, & Almenites ἀλμηνίτης, Steph.

Almities, Almarum rerum habitus.

ALMO,

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

Almo,onis,Rivulus est ante portam Capenam,in quo sacerdotes Cybeles deæ simulacrum, & cultros sanguinolentos, & suis vulnera solent ablucre.Ouid.4.Fast.Est locus,in Tybetim quà lubricus influit Almo.

ALMON,ὁ Ἄλμων,Oppidũ Thessaliæ,quod à nonnullis Elmon appellatur, teste Plin.lib.4.ca.8.¶Est etiam Almon apud Virg.7.Aen.Pastoris nomen,filij Tyrrhei,regij pecoris magistri.

ALMOPIA,ἡ Ἀλμωπία,Macedoniæ pars est,quæ ab Almope gigãte, Helles ex Neptuno filio,nomen accepit:à qua etiam incolæ Almopes dicti sunt,& Almopij.Stephanus.

ALMOPIVS,ὁ Ἄλμωπος,Sisyphi filius,vt inquit Apollonius,frater Porphyrionis, ex cuius filia Chrysogone,& Neptuno,natus est Minyas rex Orchomeni.Idem tamen Minyæ matrem Hermippen Bœoti filiam appellat.

Almus,a,um,ab alendo (vt docet Festus) Idem quod aiens; vel almoniam suppeditans.{τροφὸς.Ital.*Nutritore*. Gal. *Qui nourrit*. Hisp.*Lo que mantiene*.}Vnde Alma tellus peculiari dicitur epitheto,quòd fruges suggerat,quibus alimur. Colu.lib.3.cap.22, Quibus alma tellus annua vice,velut æterno quodam puerperio lætà,mortalibus distẽta musto demittit vbera.Simili etiam ratione ζείδωρον ἄρουραν quidam Homero dictam putant,quasi ζείδωρον, quòd aruorum fecunditati vitam debeamus.Plin.tamen lib.18.cap.8.ζείδωρον ἄκανθον dictã manule,quòd zeam suppeditet:quod frugis genus olim summo habitum est in honore.Cereti quoque hoc epitheton assignauit Virg.li.1. Georg.-vos ô clarissima mundi Lumina,labentem cælo quæ ducitis annum. Liber,& Alma Ceres.Apud Plautum quoque in Curcul.Parasitus Heram,hoc est,Fortunam(quam nutricem suam appellat) Almam nominat.Inuoco(inquit)almam meam nutricem Heram.¶Accipitur & pro sancto,siue pulchro:vnde & Venerem almam appellat Virgil.in Epig.de Venere & vino, -proli Venus alma creandæ Seruat. Alma fides.Cic.2.Offi.ex Ennio.¶Ité pro trãquillo,siue sereno. Virg. 5.Aen.Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.

Almus,Arbor est aquosis locis gaudens,ex qua primùm factæ sunt lyntres:ita dicta,quòd amne alatur,ἀλίβη. Nascitur enim iuxta fluuios, aquisque obruta,(vt inquit Vitruuius)non facilè corrumpitur,Vnde & lignum eius ad naualem materiam in primis commendatur.Lucan. Et fluctibus aptior almus.Hinc fit vt & pro nauì quandoque poni soleat.Virgil.1.Georg.Tunc almos primùm fluuij sensere cauatas.Claudian.Qui dubijs aufus committere fluctibus almum. Scribit Aristoteles,Almos in sola Creta steriles non esse.In almos sorores Phaëthõtis mutatas ait Virgilius.

Alo,alis,alui,alitũ vel alum.Significat nutrio,alimentis sustento.{τρέφω.Ital.*Nutrire*.Gal.*Nourrir*.Hisp.*Criar,mantener*.}Cic.de Nat.deor.li.1. Omnia quæ aluntur,& crescunt,continent in se vim caloris. Idẽ pro Sexto Roscio.Anseribus cibaria publicè locantur,& canes aluntur in capitolio.¶Transferrur & ad res incorporeas,pro augere,& maius facere,Cicc.in Catil.Qui spem Catilinæ mollibus sententijs aluerunt. Quint.Sed alere facundias,vires augere eloquentiæ.Virg.Hos successus alit,id est augere facit. Sic etiam dicimus, Honor alit artes:hoc est Auget artes,& ad eas capessendas nos incitat. Speciem Prouerbij habet,quo admonemur,honorem esse præmium virtutis.¶Duo sunt huius verbi participia præteriti temporis, Alitus & Altus. quẽadmodum & duo supina Alitum & Altum.Diomedes tamen Alitum rectius dici putauit,quàm Altum, idque ambiguitatis vitandæ gratia.'Apud Ciceronem tamen contrà,Altum sæpius legimus quàm Alitum:vt in Bruto.Videsne igitur,vt ea ipsa vrbe,in qua & nata,& alta sit eloquentia,quàm ea serò prodierit in lucem.

Altor,oris,verbale. Qui alit,siue educat. {τροφός,θρεπτήρ.Ital.*Balio*. Gal. *Nourricier*.Hisp.*Criador ò mantenedor*.}Cic.lib.2.de Nat.deor. Omniũ autem rerum,quæ natura administrantur,seminator & sator & parens,vt ita dicam,atque educator & altor est mundus.

Altrix,icis,Quæ alit.{τροφὸς,τροφεύς.Ital.*Balia,nutrice*. Gal.*Nourrice*.Hisp. *Criadora ò mantenedora*.}Plin.lib.10.cap.64, Altricemque habere per se vitam illam,quæ satis,arboribúsque contingat.

Alibilis,le,Quod facultatẽ habet alẽdi.{τροφικός.Ital. *Cosa da nutrire*.Gal. *Nourrissant*.Hisp.*Cosa que cria*.}Varro de Re rust.lib.2.ca.11,Est enim lac alibile. omnium rerum,quas cibi causa capimus liquentium maximè alibile.

Alitura,pro nutricatione.{τροφή.Ital.*Nutritura*.Gal.*Nourriture*.Hisp.*Crianza*.}Gell.lib.12.cap.1.Alituram feram,& ferinam criminatus est.

Alimentarius,a,um,Quod ad alimentum pertinet.{τροφικός.Ital.*Pertinente al nutrimento*.Gal.*Appartenant à la nourriture*.Hisp.*Cosa pertenesciente à mantenimiento*.}vt,Lex alimentaria,qua filij parentes alere tenebãtur.¶Alimentarius:cui alimenta legata sunt:sæpe legitur in iure ciuili,& præcipuè in Iesum ij.de transact.lib.2.Pandect.

Alimentum,Quod datur ad vitæ sustentationem.{τροφὴ.Ital.*Nutrimento*. Gal.*Nourriture,aliment*.Hisp.*El mantenimiento*.}Scribũt Iureconsulti,Alimentis legatis,cibaria,& vestitum,& habitationẽ deberi:quia siue his ali corpus non potest.Plin.lib.11.cap.13.Hoc quidam attingi vetant, vt largo alimento vanda exeat soboles.Cicc.de Vniuers.Nec verò desyderabat mundus alimenta corporis.

Alimonia,pen.cor.Idem quod Alimentum,nutrimentum.Macrob.

Alimonium,nij.Idem Varro lib.3.ca.16.Hæc omnia vocant à mellis alimonio,alios.

Altilis,& in plurali Altilia.{πιότεα.Ital. *Tutte le cose che s'ingrassa*.Gal.*Ce qu'on engraisse,nourrit pour engraisser*.Hisp.*Cosa por engordar*.}penul.cor.quicquid engrassatum,nourrit pour engraisser.Hisp.*Cosa por engordar*.}penul.cor.quicquid domi,vel in villis,vel in viuariis fagnatur,siue sit suis,siue quadrupes,siue piscis:ab alẽdo,quasi Alitilis:vt,Altilis gallina,quæ alitra est. Macrobius Altilem sanguinem dixit,non qui alitur,sed qui alit,τροφιμον.quasi alentem.Plaut.in Cist.Dotem altilem,opulentam dixit.

Alumnari,Alere & enutrire.{τρέφω.Ital.*Nodrire*. Gal.*Nourrir*. Hisp.*Criar*.} Apul.lib.8.de Asin.Quos ad tutelæ præsidia curiosè fuerant alumnati.

Alumnus.Dicitur filius vel discipulus,qui ab aliquo,velut à patre,alitur, siue victu,siue moribus,siue doctrina.{τροφεύς.Ital.*Allieno,chi è nutrito*. Gal.*Nourrissant,celuy qu'on nourrit*. Hisp.*Criado*.}Cicc.Dolabellæ,Mihi verò gloriosum,te iuuenem Consulem florere laudibus,quasi alumnum disciplinæ meæ.Curt.lib.7. Oro,quæsõque,ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum,commilitonem vestrum ne dicam regẽ,deseratis.Nonius putauit tam actiuè,quàm passiuè accipi posse, quo nomine reprehenditur à Valla. In qua significatione improprie vsus est Plin.lib.3.cap.5.Terra omnium terrarum alumna, eadem & parẽs numine deũm electa.De Italia dictum.Sic Corn.Tac.in dialog. de Clar.Orator.Est,inquit,magna ista & notabilis eloquẽtia,alumna licentiæ,quam stulti libertatem vocant.

Aloë,ἡ ἄλοη.Ital.*Herba di aloè*.Gal.*Herbe trespamere,de laquelle se fait l'aspre aloë*. Hisp.*Hierua barbosa*.}Herba amarissimi succi,quæ à quibusdam Semperuiuum marinum appellatur.Rebitit vermibus & putredini,ac vilii vtilis est.Gignitur in India & in Arabia,herba odoris grauissimi,foliis pinguibus,& crassis,& in modicũ latitudinem se fundentibus,strigiatis,& in spinulas retusas desinentibus.¶Plus aloës quàm mellis habere, Prouerbialis metaphora perinde declarans, ac dicas, plus molestiæ quàm voluptatis.Apud Plautũ alicubi legitur,vitã hominis plus aloës quàm voluptatis habere.Et Iuuen.de vxore, Plus aloës quàm mellis habet.

ALOEVS,ὁ Ἄλωεύς,Nomen Gigãtis,Titanis,& Terræ filij:cuius vxor Iphimedia à Neptuno violata duos peperit filios,Otum,& Ephialtẽ,quos Aloeus pro suis educauit:vnde & Aloidæ Ἀλωάδαι appellati sunt.Hi quũ Gigãtibus superis bellũ inferentibus,opẽ ferrẽt,Apollinis & Dianæ telis cõfixi sunt.Virg.6.Aen.Hic & Aloidas geminos,immania vidi

Corpora,qui manibus magnum rescindere cælum Aggressi.

Alogia,ἀλογία.Latinè irrationalitas,vt ita dicã,interpretari potest,quũ scilicet quauis in re à rectæ rationis dictamine recedimus. Augustus ad Cæsilanũ,pro immodico conuiuiorũ luxu accepit. Attẽdite(inquit) quẽadmodũ Dominicę diei nõ paruo prandio reficiatur,sed alogia declectetur.Sicut enim animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur,quibus similes sunt ventri deditiitia immoderatum conuiuium,quo mens,(in qua ratio dominatur)ingurgitatione vescẽdi ac bibendi quodammodo obruitur,Alogia nũcupatur.¶Dicitur etiã Alogia,quũ princeps liberalitate,gratiáq;,necessitas reddendarum rationũ cuipiam remittitur.

ALOGIANI,ἀλογίανοι.Hæretici fuerũt,sic vocati tanquam sine verbo. propterea quòd ἐκ τοῦ λόγου,hoc est Dei filio,qui Patris verbũ appellatur,diuinitatem non agnoscerent,Ioannis Euangelium respuentes.

Aloës,es,{ἄλοη.Ital.*Mandragora*.Gal.*Mandragore*.Hisp.*Mandragola*.}Herba est vim habens sopotificam,quæ alio nomine Mandragora dicitur.

ALONE,es(vt apud Melam legitur)siue Alona,æ,Ἄλωνα Ptolemæo, Fluuius est Hispaniæ in sinu Iberitano.Est & Alone,ἄλωνη,insula inter Lebedum & Teon repentè enata.Plin.lib.2.cap.9.

ALONI,Populi Mesopotamiæ Gordyæis iuncti,per quos Zerbis fluuius in Tigrim cadit.Plin.lib.6.cap.26.

ALONTIGICES,Hispaniæ populi in cõuẽtu Hispalensi.Plin.li.3.ca.1.

ALONTIVM.Vide ALYNTIVM.

ALOPE,es,Ἄλοπη,Thessaliæ ciuitas est apud Plin.lib.4.cap.7.dicta ab Alope Cercionis,siue vt aliis placet)Actoris filia.Enumerantur & aliæ quinque eiusdem nominis ciuitates:quas vide apud Stephanum.

ALOPECE,ἀλωπέκη,Insula est Bosphori Cimmerij apud Plin.lib.4.ca.12. ¶Est & altera eiusdem nominis insula,è regione Smyrnæ sita,in mari Aegæo:quæ recensetur à Plin.lib.5.cap.31.

Alopecia,ἀλωπεκία,Morbus in capite humano,& barba,ex vitio humorum,qui fit cum profluuio capillorũ.Dicta à vulpe,quã Græci vocant ἀλώπηκα:quòd ea crebrò id genus morbi patiatur.Plinius,Lingua herba est,quæ circa fontes nascitur,cuius radix combusta & trita,alopecias emendat.¶Est & Alopecia Strab.lib.11,Insula Maeotidis paludis, ante ostia Tanaidis,Mygdorum domicilium.

Alopecus,qui alopecia laborat.

Alopecias,Piscis marini genus,apud Plin.lib.32.cap.11.

Alopecides,ἀλωπεκίδες,Canũ genus,ex cane & vulpe prognatũ.Pollux.

ALOPECONESVS,ἀλωπεκόνησος,Oppidum est,teste Stephano,in Hellespontiaca Chersoneso,ex oraculo nomen adeptum,quo iubebantur Athenienses ibi vrbem cõdere,vbi vulpinos catulos repetissent. Circa hanc vrbem præstantissima tubera nasci,autor est Plin.lib,19.cap.3.Est præterea eiusdem nominis insula,ante Thraciam Cherronesum,non procul à Cæla,eiusdem Cherronesi portu,de qua Plin.4.cap.12.

ALPESA.Oppidũ est Celticæ,regionis Hispaniæ vlterioris.Plin.li.3.ca.1.

Alopecurus,ἀλωπέκουρος,pen.prod.& fem.gen.Herba est,spicã habens mollem & lanuginem densam,non dissimilis vulpium caudis:vnde & nomen habet.Vide Plin.lib.20.cap.17.

ALOROS,ἄλωρος,Ptolemæo,Macedoniæ vrbs,autore Pomp.lib.2.

Alosæ,ἀλόσαι.Pisces sunt sic dicti à Gallis & Campanis:quos Hispani *Sauales*:Itali,*Chieppe*.Hetrusci autem & Veneti,vetere seruato nomine *Clupeas*:Galli,*Alose*,appellant.Apud Aristotelem verò,Strabonem, Aelianum,Oppianum,& Athenæum Trissas legere est,quam vocem Alosam interpretatur Gaza.Ausonius in Mosella,Stridentesque facis opsonia plebis alosas.

ALOSTICI,Hispaniæ populi in conuentu Hispalensi.Plin.lib.3.cap.1.

ALPES,{ἄλπεις,πρὸ ἀλπείων ἐόντων,*Alpi*.}A' candore niuium dictæ sunt, quæ perpetuis ferè niuibus albescunt. Sabini enim Alpum dixere, quia perpetuis Latini Album:vnde Alpium nomen.Silius, -clausas nimbis rupes,suppostáque cælo, Saxa vocat. Sunt autem montes altissimi,qui Galliam Transalpinam à Citalpina diuidebant,nunc verò promotis finibus termini sunt Italiæ.In longitudine centũ millia passuum patent,à supero mari ad inferum,vt Celsus tradit,Liuius verò tria millia stadiorum. Hinc fit Alpinus,na,num,ἀλπικός,pen.prod. Plin.Gentes Alpinæ,& venti Alpini,qui ab Alpibus flant.Vnde & Cisalpinus,na,num & Transalpinus,compositi.

ALPESA,Oppidum est Celticæ regionis in Hispania vlteriori,apud Plin. lib.3.cap.1.

Alpha,ἄλφα.Nomen primæ Græcorum literæ.Vnde pro principe,capite,& antesignano accipitur.Martial.lib.2,Non ipse Codrus alpha penulatorum.Et li.5,Quod alpha diui Codri penulatorum.Vbi videtur Prouerbiali quadam figura significare,Codrum fuisse primum penulatorum:hoc est,inter plebeios & pauperes primum tenuisse locum. Alpha enim pro principio,sicut ω magna pro fine sumitur,vt in Apocal. scriptum reperitur,ἐγὼ εἰμὶ Α καὶ Ω Ego sum rerum omnium summa.

ALPHEAS,ἀλφειάς.Dicitur Arethusa apud Ouid.li.5.Met.2.Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis.Vbi alludit ad fabulã,qua fertur Arethusam Alphei amatorisvim fugiente in fonte sui nominis esse cõuersam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHENVS, Nomen est sutoris apud Horat. lib. 1. Serm. - vt Alphenus vafer in omni, Abiecto instrumento artis, clausáque taberna, Sutor erat, &c.

ALPHESIBOEA, ἀλφεσιβοία. Phlegei fluminis filia, quam Alcmæon donato illo monili, quod Eryphilæ matri detraxerat, in vxorem duxit.

ALPHESIBOEVS, ἀλφεσιβοῖος. Nomen pastoris, apud Virg. Aeglog. 5. παρὰ τὸ ἀλφεσίβους βόας, quasi innentens boues.

ALPHEVS, Pertres syllabas, & pen. prod. ἀλφειός, Vulgò, *Rosca*. Fluuius est in Elide Peloponnesi regione, quem Pausanias lib. 5. tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Siciliæ fontem desinere. Quæ in re sequutus est Poëtarum fabulas, qui Arethusam venatricem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam: cui quum ille vim adhibere pararet, Dianæ misetatione in fontē sui nominis esse conuersam, occultisq; meatibus, ne amatoris vndis pollueretur, in Siciliam vsq; fugisse, tandémque in ea parte Syracusanæ vrbis, quæ Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse. Alpheúmq; Amatæ Nymphæ desyderio eódē esse insecutum. Virg. 3. Aen. - Alpheū fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare, qui nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis. Verùm hæc fabulosa esse constat: quum Alphei aquæ nusquam absorbeantur, vt docet Strabo lib. 6. cúlq; ostium manifestè videatur inter Ichthyn promontorium, & Haliarum oppidum.

ALPHEONIAE DIANAE TEMPLVM, Locus est ad Alphei fluminis ostium, ab Olympia stadiis octoginta distans. Strabo lib. 8.

ALPHION, ἀλφεῖον, Lacus in Perrhea, vitiligines tollens. Plin. li. 31. cap. 2.

ALPHIVS, Fœneratoris nomen, à quo primùm profecta esse dicitur celebris illa sententia, Vel optima nomina, non appellando, mala fieri. Huius meminit Horat. in Epod. Ode 2.

Alphos, ἄλφος. Species est vitiliginis, corporis superficié maculis albis, inique subasperis, & non continuis, quasi guttis quibusdam aspergens: differtque ab ea specie, quam μέλαιναν, hoc est nigram vitiliginem vocat Celsus, solo colore. A' Leuce verò distinguitur, quòd hæc plus habeat albedinis, altiúsque descendat, adeò vt & carnem contingat, ac pilos coloret. Alphi autem minus albescunt, solámque contingunt cutem. Vide Celsum ad finem lib. 5.

ALPINVS, Malus quidam Poëta fuit, qui Memnonis Auroræ filij bella descripsit, sed tam malè, vt ab Horatio dicatur, Memnona suis carminibus iugulare. Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, &c.

ALSA, Fluuius est Venetiæ, Aquileiam præterfluens. Plin. lib. 3. cap. 18.

ALSIA. Villæ nomē est, ditionis Mediolanensis, in Varisiensi præfectura. Vide Annotationes Alciati in Cornelium Tacitum.

Alsine, nes, ἄλσινη, Herba est, quam Muris auriculam vocant Itali, Galli *Mouronem*, & hortorū muris peculiariter delectetur. Vide Plin. li. 26. ca. 4.

Alsiosus, vide ALGEO.

ALSIVM, ἄλσιον Ptolemæo, Vrbs est Tusciæ litoralis, quam hodie *Santam Seuerinam* vocant. Plin. lib. 3. cap. 5.

ALSVS, Nomē est pastoris apud Virg. li. 12. Aen. Podalirius Alsum Pastorē, primáq; acie per tela ruentem Ense sequēs nudo supereminet.

Altanus, pen. prod. Genus venti siue flatus, è terra consurgentis. Ital. *Vento da terra*. Gal. *Vent qui souffle de la terre en la mer*. Hisp. *Viento que corre de la tierra à la mar*. Plin. lib. 2. cap. 43. Nanque & è fluminibus, & è niuibus, & è mari etiam tranquillo videmus & alios ventos, quos vocant Altanos, è terra consurgere: qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi vocantur: si pergunt, Apopæi.

Altare, Ab altitudine dictum est. Nam antiqui in ædificiis à terra eleuatis sacra faciebant diis superis: in terra, diis terrestribus: in effossa diis infernalibus. βωμός. Ital. *Altare*. Gal. *Autel*. Hisp. *Altar*. Plin. lib. 15. cap. 30. Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria arxque debeant. ¶ Altare superis tantùm consecratum erat: Ara tam superis, quàm inferis.

Altè, vide ALTVS.

ALTELVS, Romulus dictus est, siue quòd in tellure altus fuerit à lupa: siue quòd rebus gestis excelsus ac gloriosus esset: seu quòd à Tatio Sabinorum rege in colloquium postulatus, alternis vicibus audierit ac loquutus fuerit. Nam sicut à macro Marcellus, à vafro Vafellus: ita ab alieno Altellus fit. Hæc Festus.

Alter, altera, alterū, genitiuus alterius, pen. cor. Græcè ἕτερος & ἄλλος. Ital. *Altro, l'vno de due*. Gal. *L'autre, le second*. Hisp. *Vno de dos, ò segundo en orden*. & de vno ex duobus dicitur: vt Annibal in transitu Alpium amisit alterum oculum. Siue de vna duarum partium. Cicero, Duplices similitudines esse debent, vnæ rerū, alteræ verborū. Virg. 5. Aeg. Aurea mala decem misi, ecas altera mittā. Alius verò, ἄλλος de pluribus dicitur: vt, Alij virtuté præponunt, alij voluptaté, alij indolentiam. ¶ Interdum tamé Alius de duobus dicitur, & tunc idé feré significat, quod diuersus. Alia est facies mea, alia ma. ¶ Item Alter ponitur pro secundo è duobus, pluribúsve: vt, Altero mense repudiauit vxorem: &, Hic est alter annus belli Punici: id est secundus à belli Punici origine. Cicc. de Senect. Nec nunc quidem adolescētis vires desydero. Is enim erat alter locus de vitiis senectutis. Plin. lib. 35. Tabulas plureis pinxit, è quibus vnam in foro, alteram in comitiis, duas in Pompeij porticibus videmus. ¶ Aliquando pro aduerso, (autore Festo) & nō bono, vt in Auguriis, Altera appellatur auis, quæ vtiq; prospera non est. ¶ Vnus, aut alter, idem valet, quod Vnus, aut duo. Cic. pro Clu. Quum is vnū iam & alterū diem desyderaretur. Idem Attic. Vt factum Dolabellæ laudarem, adductus sum tuis vnis & alteris literis. Terent. in And. Postquàm amans accessit vnus. & item alter, pretium pollicens. Quem tamen in locum Donatus annotauit, Alterum de tribus dici, quòd totidé essent Chrysidis amatores. ¶ Alter ego, elegās locutio, pro homine mihi charissimo artissimáque necessitudine deuincto. Cic. Att. lib. 2, Me ipsum accuso, deinde te, quasi alterum me. Idem lib. 2. Epist. Fam. Quum si reliquissem, dicerent iniqui, nō me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterū me reliquissem. Olim per primam & secundam nominum inflexionem declinabatur, sicut Niger, a, um. Vnde apud Terent. in Heaut. legitur datiuus Alteræ. Hoc ipsum (inquit) alterō dū narrat forte audiit:

Alter, têtis, pen. prod. ἄλτηρ, & genere masculino, Significat massam plūbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasiis vtebantur. Mart. lib. 14,

Quid pereunt stulto fortes altēre lacerti? Exercet melius vinea fossa viros. Dictus alter est ab ἅλλομαι, quod est salio. Nam massulis huiusmodi plumbeis vtraque manu se librabant, qui saltu se exercebant. Videtur plerisque aspirari oportere, Halter.

Alteras, Antiqui dicebant pro Aliàs. Festus.

Altercor, caris, Significat mutuò iurgia iactare, criminari, & clamosè inficiari, & aduersam partem tueri. διαμάχομαι, ἀντιλέγω, ἐρίζω. Ital. *Contendere, contrastare*, Gal. *Debatre l'vn contre l'autre, noiser, tenser l'vn à l'autre*. Hisp. *Contender y porgar con disputacion*. Cæsar Bel. ciui. 3, Qua ex frequentia T. Labienus prodiit, summissa oratione loqui de pace, atq; altercari cum Vatinio incipit. ¶ Dicitur & Alterco. Terent. in Andr. Scio, cum patre tuo altercasti dudum.

Altercatio, Concertatio, contentio, qualis erat inter actorem, & reum quando non perpetua oratione, sed intercisis iurgiis sese mutuò impetebant. διαφορά. Ita. *Altercatione, contesa di parole*. Gal. *Debat, controuerse, crierie, d'auocats l'vn contre l'autre*. Hisp. *Disputa contenciosa*. Cicc. de Clar. Orat. Nulla est altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. Idē de Nat. deor. Otiur mihi magna de re altercatio cum Velleio. Liuius, Altercatio inde, non sermo fuit.

Altercator, oris. Qui altercatione vtitur, non perpetua oratione. ἐριστής, ἀμφισβητητικός. Ita. *Chi contende de parole*. Gal. *Noiif, debatteur contre vn autre*. Hisp. *Contendedor con porfia*. Quintil. lib. 6. cap. 4, Bonus altercator vitio iracundiæ careat. Idem. Nec turbidus, & clamosus sit altercator.

Altercum, siue Altercangenum, Apud Arabes herba est, quæ à Græcis ὑοσκύαμος, id est Faba porcina: à Latinis Apollinaris appellatur. Plinius lib. 25. cap. 4.

Alternatim, aduerb. Significat per vices. ἀμοιβαίως. Ital. *A vicenda, scambieuolmente*. Gal. *L'vn apres l'autre, par fois*. Hisp. *A las vezes vno, a las vezes otro*. Quadrig. Annal. lib. 3, Item gaudium, atque ægritudinem alternatim sequi. Nonius.

Alternè, aduerbium, à nomine Alternus, Id est alternatim, seu alternis vicibus. ἀναμάξ. Plin. lib. 11. cap. 37, Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.

Alternus, adiectiuum à nomine Alter: Quod fit alternatim, seu Alternis vicibus. ἀμοιβαῖος, ἀναμάξιος. Ital. *Duo doppo l'altro*. Gal. *L'vn apres l'autre*. Hisp. *Alas vezes*. Cic. de Orat. Pedes aut Heroos, aut Choreos, aut alternos esse oportet. Virg. Aeglog. 7, Alternis igitur contendere versibus ambo Cœpere. Alternis diebus, ἡμέραν παρ' ἡμέραν.

Alternis, aduerb. Significat Vicissim. Nunc vnum, nunc aliud. ἄλλοτε, ἄλλοτε, ἐν μέρει. Ital. *Vno doppo l'altro*. Gal. *L'vn apres l'autre*. Hisp. *A las vezes vno y a las vezes otro*. Virgil. Aeglog. 3, Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

Alterno, as, are, Vicissim alterum duorum ponere. ἀμοιβάζειν, ἐναλλάττειν, παραλλάττειν, ἐπιμεθιστάναι. Ital. *Alternare, scambiare*. Gal. *Faire maintenant l'vn maintenant l'autre, changer par fois*. Hisp. *Dezir ò hazer à vezes*. Colum. lib. 5, Dabimus operam in ordinibus disponendis, vt pari ordine vernaculas & Atinias alternemus. Hinc Alternatio, per vicem successio.

Alterō, as, pen. cor. Vario, & quasi alterū facio. ἑτερόω. Ital. *Alterare*. Gal. *Varier, faire autre*. Hisp. *Mudar*. Ouid. in Fast. Ille suam faciem transformat, & alterat alter.

Alteratio, ἑτέρωσις, quam Philosophi definiūt esse progressionem ab vna qualitate in alteram.

Alterplex, A' veteribus pro duplici positum inuenitur. Festus.

Altertam, pro Alterutra veteres posuerunt. Festus.

Alteruter, Quuis è duobus, siue alter ex duobus. ἑκάτερος, ὁποτερονῦν. Ital. *O l'vno ò l'altro di due*. Gal. *L'vn de vous qu'il soit*. Hisp. *El vno ò el otro de dos*. Cicc. in Verrem, Video necesse esse alterutrum. Cæl. Cicc. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, vt etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum.

Alterutrinque, aduerb. Videtur significare ab alterutra parte. ἑκατέρωθεν. Ital. *De amendue le parti*. Gal. *De deux costez*. Hisp. *De vna y otra parte*. Plin. lib. 10. cap. 7, Eadem in causa alterutrinque modus est.

Althæa, ἀλθαία Suidæ: Ital. & Hisp. *Malauisco*. Gal. *Guimauue*. Alterutrū è maluarum generibus est, syluestre scilicet: cui grande folium, & radices candidæ. Virg. Hibiscum, vulgus autem Seplasiorum, Bismalam vocat. Dicitur autem ἀλθαία ab ἀλθαίνειν, id est mederi, quasi Medicam dixeris. ¶ Est & Althæa proprium Meleagri matris nomen: quæ vt fratrum suorum cædem vlciscereturà Meleagro filio suo perpetratam fatalem illius stipitem igni imposuit, filiúmq; vnà cum illo exussit. Vide infrà in dictione MELEAGER.

Altimeter, à Geometris vocatur instrumentum quo metiuntur alta.

ALTINVM, pe. prod. ἄλτινον. Vulgò, *Altino*. Vrbs olim in litore Venetiæ florentissima fuit: à qua Altinates populi dicti sunt. Plin. lib. 3. Epistol. Arrianus Maturius Alternatium est princeps.

Altisonus, a, um. ὑψηχής. Ital. *Che fa gran suono*. Gal. *Qui jonne haut & clair, ou d'en haut*. Hisp. *Que suena alto*. Quod ex alto sonat, poëticum est. Cic. 3. Tuscul. Septum altisono carmine templum. Idem 1. de Diui. Hic Iouis altisoni subitò priuata fatelles, &c.

Altitonans, pen. cor. ὑψιβρεμέτης. Ital. *Altitonante*. Gal. *Qui tonne d'en haut*. Hisp. *Lo que truena de alto*. Qui ex alto tonat. Cicc. de Diui. Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.

Altiuolans, pen. cor. Qui altum volat. ὑψιπέτης. Ital. *Altiuolante*. Gal. *Volant en haut*. Hisp. *Cosa que buela alto*. Cic. 2. de Diui. - at Romulus pulcher in alto Quærit Auentino, seruat genus altiuolantum.

Altiuolus, a, um, Idem. Plin. lib. 10. cap. 19, Sunt feré omnes altiuolæ, præter nocturnas.

Altor, oris, & Altrix, Vide ALO.

Altrinsecus, ἑτερόθεν. Ital. *Altronde*. Gal. *De l'autre costé*. Hisp. *Dela vna, ò dela otra parte*. penul. corr. aduerbium ab Alter formatum, significat ab altera, vel ab vtrauis parte. Lactant. lib. de Opificio, Aureis duas, quarum duplicitas incredibile est quantam pulchritudinem præ se ferat, quòd tum pars vtraque similitudine ornata est, tum vt venientes altrinsecus voces facilius, colligantur. ¶ Item significat iuxta alteram partem. Plaut. in Pseud. Assiste altrinsecus, atq; onera hunc maledictis. Idem in Rud. In enficulo mei nomen patris, pòst altrinsecus est securicula, ité aurea literata. ¶ Quandoq; in altiore parte. Apul. li. 3, Tectū

scando

Universidad de Sevilla Biblioteca

scandulare cõscendit, quod altrinsecus ædiũ patte perfabili nudatũ, ad omnes Orientales cæteróſq; aſpectus perunium. Et li.5, Altrinsecus ædiũ horrea ſublimi fabrica perfectè magnis cõgeſta gazis conſpicit.

Altrouerſum, aduerbium antiquum ex Alter, & Verſus, iu, vel verſus alteram partem. {*Irisuon* Ital. *Verſo altrone.* Gal. *Vers l'autre part, vers l'autre voitte.* Hiſp. *Dela otra parte.* } Plaut. in Caſi. Verum autem altrouerſum quũ eam mecum rationem puto, eius eſſet mecum poſtulatio.

Altus, ta, tum, quum eſt nomen, ſignificat idem quod Sublimis, aut editus. {*Alto* Ital. *Alto, profundo.* Gal. *Haut.* Hiſp. *Alto, ò hondo, como el cielo ò el mar.* } Interdum etiam idem quod profundus, βαθὺς: vt quum puteũ altum aut mare altum dicimus. Quinetiam Altũ ponitur pro ipſo cælo. Virg. 4. Aen. Hæc ait, & Maia genitũ demittit ab alto. ¶ Et pro ipſo mari profundiore, & à terris remoto. Idem 1. Aen. Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Saluſt. Et piſcatoria ſcapha in altum nauigat. ¶ Per tranſlationem quoque ponitur pro excellenti, glorioſo. Virg. 3. Aeneid. Te ſine nil altum mens inchoat. ¶ Et pro magno. Idem 10. Aen. Sic pater ille deũm faciat, ſic altus Apollo. ¶ Tranſfertur & ad incorporea, pro recondito, ſeu profundo. Idem 9. Aeneid. -quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Idem 1. Aeneid. -manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis.

Altè, aduerbium qualitatis, modò Excelſè, ὑψηλῶς: modò profundè, βαθέως ſignificans. {Ital. *Altamente, profondamente.* Gal. *Hautement, en haut.* Hiſpa. *Alto ò hondamente.* } Virg. 6. Aeneid. Ergo altè veſtiga oculis. Liu. 1. ab Vrb. Ferrum haud altè in corpus deſcendit.

Altiùs, comparatiuum. Cic. 2. de Diuin. Quum terra aratetur, & ſulcus altius eſſet impreſſus.

Altitudo. {ὕψος. Ital. *Altitudine, altezza, profondita.* Gal. *Hauteſſe, hauteur.* Hiſp. *Altura, dignidad, hondura.* } Proprie eſt rei alicuius ſublimitas: vt, Altitudo turris. ¶ Dicitur etiam altitudo fluminis, vel maris, quæ eſt profunditas, βάθος. Plin. lib. 10. cap. 33, Merops nidificat in ſpecu, ſex pedum deſoſſa altitudine. Cic. 7. Verr. Totum opus eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo.

Alueus, pen. corr. {κῦτος. Ital. *Canale ò letto del fiume.* Gal. *Canal, auge.* Hiſp. *La madre ò valle por donde corre el rio.* } Proprie dicitur foſſa, per quam fluuius deſluit. Virg. Aſſuetæ ripis volucres, & fluminis alueo. ¶ Ad huius ſimilitudinem etiam vas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur. Cic. pro Cælio, Ex quibus requiram, quomodo latuerint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

affatim omnia supereſſe ſignificamus. Tranſlatum à fabula quæ vatiè narratur apud Autores. Quidam ad hunc modum narrant: Rhea Ioué enixa metu Saturni Patris liberos recéns natos deuorare ſoliti, infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus Nymphis, Adraſtea & Ida Meliſſei filiabus. Hæ nutricauerunt illum lacte cuiuſdam capræ, cui nomen erat Amalthea, quam Iupiter iam adultus ob acceptũ beneficium in ſidera retulit. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officij præmium, hanc adiiciés facultatem, vt quicquid optaſſent, id illis ex eo cornu largiter ſuppullularetur. Ouid. li. 5. Faſt. paulò diuerſius fabulã narrat. Nais Amalthea Cretea nobilis Ida, &c. Aliter narrat Diod. Sicu. li. 4. ca. 5. Rurſum aliter lib. 6. ca. 2. vide Strab. lib. 10. Philoſtratus Dionem ſophiſtam appellat Amaltheæ cornu, velut omni genere virtutum expolitum. Plutarchus irridens Paradoxa Stoicorum, qui ſuo ſapienti tribuunt vniuerſa, diuitias, libertatẽ, ſanitatem, & regnum, Qui Stoicam, inquit acceperit Amaltheam.

Amalthea & Amaltheum, villæ Attici & Ciceronis nomen: vel potius Bibliothecæ inſtructiſſimæ in villa. Cic. ad Attic. lib. 1. 8. & lib. eodẽ, epiſt. 11. ad finem; Velim ad me ſcribas cuiuſmodi ſit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τυποθεσία: & quæ poëmata, quáſque hiſtorias de Ἀμαλθίᾳ habes, ad me mittas. & lib. 2. epiſt. 16.

AMANA, ἄμανα, Ciuitas Mediæ, Ptolemæo.

Amando, das, Aliò mando, ſiue aliò deputo, ablego, aliquò mitto, vt à nobis amoueamus. ‖ ἀποπροβάλλομαι, ἀποπέμπω, ἀποδιατοπῶμαι. Ital. *Scacciare altrone.* Gal. *Enuoyer hors de chez ſoy, enuoyer quelque part.* Hiſp. *Embiar de ſi.* ‖ Cic. pro Roſc. Amandauerat hunc ſic, vt eſſet in agro, actantummodo aleretur ad villam, vt commodis omnibus careret. Idé pro dom. ſua ad Pontif. Me expulſo, Catone amandato.

Amandatus, a, um, Gell. lib. 12. cap. 1, Neque multo minor amandati ad nutricem aliam filij, quàm morte amiſſi obliuio eſt.

Amandatio, onis. ‖ ἀποπροβολή. Ital. *Il mandare lontano.* Gal. *Enuoy hors de chez ſoy, eloignement de ſoy.* Hiſp. *Embiada de ſi.* ‖ Cic. pro Roſc. Taménne hæc attenta vita & ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

AMANDRA, Regio ad Indum fluuium, in quatuor diuiſa populos, Peucolaitas, Arſagalitas, Geretas, & Aſpos. Autor Plin. lib. 6. cap. 20.

AMANIDES PORTAE, ἀμανίδες πύλαι, Dicuntur Angustiæ Amani montis, in quas ille deſinit à Tauro diſcedens. Vide Strab. lib. 4.

AMANOIDES, ἀμανοειδὴς, Ciliciæ promontorium, Pomponio ſic dictũ, quòd formam effigiémque Amani circumnauigantibus exhibet. Hermolaus.

Amans, amanter, Vide AMO.

AMANTHES, Populi ſunt in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tum ſalis, tum carbunculorum, gemmarúmque copia eſt, adeò vt ex ſale domos ſibi extruere dicantur, Autor Solinus.

AMANTIA, ἀμαντία, Ciuitas Macedoniæ, Ptolemæo. Cic. 11. Philip. C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnam vrbem, & grauem: tenet opinor Buſſidem, tenet Amantiam, &c.

AMANTINI, ἀμαντῖνοι. Ptolemæo, Amates Plinio, Populi ſunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Vngaria dicitur.

Amanuenſes, Dicti ſunt ſerui, quorum opera & manu in ſcribendo perinde ac ſcribarum vtimur. Hi & A' manu, dicuntur, ‖ ὑπογραφεῖς. Ita. *Serui che s'adoprano à ſcriuere.* Gal. *Clercs qui ſerment à eſcrire, Secretaires.* Hiſp. *Los que eſcriuen lo que otro dize.* ‖ Sueto. in Nero. Ne diſpenſatoribus quidem aut amanuenſibus exceptis. Vide in A.

AMANVS, ἄμανος Stephano, prod. Pars Tauri montis, qua Syria à Cilicia diuiditur. Strabo lib. 11.

AMARACVS, pen. cor. Cynatæ regis Cypri puer, qui caſu lapſus, dum ferret vnguenta, fregit alabaſtrum. Deinde, quum nimio dolore contabuiſſet, verſus eſt in ſampſuchum, quæ ex eius nomine Amaracus cœpta eſt appellari, ἀμάρακος, ἀμάρακον. Virg. 1. Aeneid. -vbi mollis amaracus illum Floribus & dulci aſpirans complectitur vmbra. Plin. lib. 21. cap. 22, Sampſuchum, ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimum, & odoratiſſimum, ſcorpionibus aduerſatur, ex aceto & ſale illitum. Herbam hanc vulgò *Amoracum* vocamus.

Amaracinũ, ἀμαρακῖνον, pen. cor. ſiue ſampſuchinũ, σαμψύχινον. Oleum ſeu vnguentũ, quod fit ex amaraco, ad excalefaciendos, emolliendóſque nemos, vt Plin. ſcribit lib. 21. Lucretius, -poſtéſque ſuperbos Vngit amaracino, & foribus miſer oſcula figit. Et iterũ, ſicut amaracini blandum ſtactæque liquorem. Huius vnguenti nobiliſſimus odor locum fecit prouerbio, Nihil cum amaracino ſuis: quod Aulus Gellius, extremo lucubrationum ſuarum capite eleganter torquet in quoſdam ingenio pinguiore homines, & à Muſarum ſacris alienos, qui elegantiores literas, quas non aſſequuntur, miro ſupercilio contemnunt.

AMARAMIS, vt refert Ioſephus, fuit nomen patris Moſis.

Amaranthus, ἀμάραντος, Herba eſt ſpicam verius habens, quàm floré, eámque purpuream, ab immortalitate nomen trahens: vnde, Immortales amaranthi, nunquam enim marceſcit. Fitque ab ἀ priuatiua particula, & μαραίνομαι, ſiccor, tabeſco. Plin. lib. 21. cap. 8, Amarantho non dubiè vincimur. Galli *Paſſeuelours* vocant.

AMARANTHI, ἀμάραντοι. Populi inter Colchos, apud quos Phaſis fluuius oritur: vnde & Amaranthius à quibuſdam appellatur. Stephanus.

AMARBI, Populi Scythiæ, Hyrcanis proximi: quorum meminit Pli. li. 6. cap. 13, Strabo lib. 11. Amardos vocat.

AMARDVS, Mediæ fluuius, Ptolemæo.

Amarus, a. um. ‖ πικρός. Ital. *Amaro.* Gal. *Amer.* Hiſp. *Amargo.* ‖ Quod cõtrarium eſt dulci. Virg. 1. Aegl. Et falices carpetis amaras. Plin. Eſſe debet guſtu amarum. ¶ Tranſlatè pro aſpero. Virg. 11. Aen. Hoſtis amarè quid increpitas? Cic. Atti. Amaritié me fecit ſenectus. Plaut. in Pſeud. non ſine prouerbij ſpecie ait dulce & amarum pro lætis & triſtibus. Amans adoleſcens de epiſtola amicæ, Dulce amarúmq; vnà nunc miſces mihi. Idem in eadem fabula, Dulcia atque amara apud te ſum eloquutus omnia.

Amareſcere, Amarũ fieri. ‖ πικραίνεσθαι. Ital. *Diuenir amaro.* Gal. *Deuenir amer.* Hiſp. *Amargar.* ‖ Palladius, Amygdalus, ſi rodatur, amareſcit.

Amaritudo, & Amator pro eodem accipiuntur: nam ſignificant ſuauitatem & aſperitatem illam, quã Græci ‖ πικρίαν. Ital. *Amaritudine.* Gal. *Amertume.* Hiſp. *Amargura* vocant: ‖ quum ſcilicet lingua adeò detergitur, vt etiam exaſperetur. Huiuſmodi enim ſapores amaros vocari, docet Plato in Timæo, & poſt eum Gal. lib. 1. de Facult. Simp. medica. Virg. 2. Georg. At ſapor indiciũ faciet manifeſtus, & ora Triſtia tentatum ſenſu torquebit amaror. Plin. lib. 11. cap. 37, Ideo tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingantur.

Amarities, ei, Idem quod amaror: & per tranſlationem accipitur pro ſolitudine & dolore. Catul. Multa ſatis luſi: nõ eſt dea neſcia noſtri, Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.

Amarulẽtus, Valde amarus. ‖ πικρός. Ital. *Pieno di amaritudine.* Gal. *Fort amer, plein d'amertume.* Hiſp. *Amargo.* ‖ vt, Succus amarulentus. Per metaphorã ponitur pro animi dolore in inuidiam, aut maleuolentiam exacerbato. Gellius, Amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit.

AMARYSIA, ἀμαρυσία, Dianæ cognomen eſt, tractum (vt Pauſaniæ videtur) ab Amarintho Euboææ vico, vbi ſumma cum veneratione colebatur Diana.

AMARYNTHVS, ἀμάρυνθος, Vicus eſt Euboææ inſulæ iuxta Eretriam, in quo Diana colebatur, quæ inde Amaruſia dicta eſt. Strabo lib. 10.

AMASENVS, pen. prod. Fluuius Volſcorum. ¶ Eſt & alius in Sicilia eodem nomine, de quo Ouid. lib. 15. Metamor. Necnon Sicanias voluẽs Amaſenus arenas.

AMASIA, ἄμασεια, pen. prod. Oppidum Cappadociæ, quod Iris fluuius præterfluit, Strabonis Geographi patria, vt idé Strabo teſtatur lib. 12.

AMASIAS, ἀμασίας Straboni, Fluuius eſt Germaniæ inter Rhenũ & Albim, iuxta Emdã Phryſię orietalis metropolim, in Oceanũ illabés. Germani ſua lingua *der Ems* vocant. Plin. & Pomp. Melæ Amiſius dicitur.

AMASIS, ἄμασις, pen. prod. Nomen proprium regis Aegypti, cuius tumulus fuit vna pyramidum, dicente Luca. lib. 9, Non mihi pyramidum tumulis euulſus Amaſis. Hic legem condidit, vt quiſque quotannis apud præſidem rationem vitæ redderet, demonſtrarétque vnde viueret, aut quo quæſtu ſuſtẽtaretur, qui hoc nõ faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Aegyptiis tranſtulit ad Athenienſeis. Regnauit eodem tempore in Aegypto, quo ſeptem Sapientes in Græcia floruerunt. Multa de hoc Plutarchus in Sympoſio ſeptem Sapiẽtum, & Diogenes Laërtius in vita Periandri.

Amaſius, ἐραστής, vel Amaſia, ἐρωμένη, Qui vel quæ amat vel amatur. ‖ Ital. *Innamorato.* Gal. *Amoureux.* Hiſ. *Enamorado.* ‖ Gell. li. 19. c. 9, Audite ac diſcite, noſtros quoq, antiquiores poëtas amaſios ac venerios fuiſſe.

Amaſſo, pro Amauero, ſcripſit Laberius & Plautus in Mil.

AMASSI, Plin. lib. 6. cap. 7, Populi circa Mæotim.

AMASTRIS, ἀμάστρις. Metropolis Paphlagoniæ, quæ antea Cromna dicebatur: poſtea Amaſtris appellata ab Amaſtri, muliere Perſica, filia Oxyathræ, fratris Darij: iam (vt aliis placet) ab Amaſtri quadam Amazone. ¶ Eſt & vrbs Bithyniæ, Ptolemæo.

AMATH, Nomen filij Chanaan, qui (autore Ioſepho) Amathenes inſtituit, qui & Amathei dicuntur.

AMATA, à Pontifice appellabatur virgo Veſtalis, quum ad miniſterium Veſtæ capiebatur: quòd prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem idcirco dicebatur, quòd veluti bello capta à parente, vel ab eo, in cuius poteſtate erat, manu à Pontifice maximo apprehenſa abducebatur.

AMATAE, Populi Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 20.

AMATHA, orum, ἄματα. Regio Arabiæ. Vnde Amathæi, ἀματαῖοι Arabiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 28. Horum meminit Ioſephus lib. 1. Antiq. cap. 12, & Stephanus.

AMATHE, es, ἄματη Stephano, Oppidum eſt Phœnices, & alterum Siciliæ. Ab vtroque deducitur gentile Amathæus, ἀματαῖος.

AMATHVS, pen. corr. thuntis, ἄμαθος, Cypri ciuitas eſt Veneri ſacra in qua & Adonis colebatur. Virg. lib. 10, Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera. Ouidius, Piſcoſámque Gnidon, granidámque Amathunta metallis.

Amathunteus, tea, teum, pen. prod. Idẽ lib. 10, Lactanteis vitulos, Amathunteáſque bidenteis.

Amathuntius, tia, tium. Virgilius in Cyri, Quòd ſi animo quouis alio iactaris amore: Nam te iactari, non eſt Amathuntia noſtri Tam rudis, vt nullo poſſim cognoſcere ſigno. Vbi tamen in caſtigatioribus exemplaribus non Amathuntia legitur, ſed Amathuſia.

Amathuſij, ἀματόεντες, Cyprij ſunt ab Amathunte vrbe. Strab. lib. 8.

AMATHVS, amathi, ἄματος Fluuius Pylon vrbem, Neſtoris patriã præterlabens: à cuius nomine Pylos ipſa Amathoëſſa videtur appellata. Hic etiam Pamiſus vocatur. Strabo lib. 8, & Mamaus, & Arcadicus. Autor Strabo lib. 8.

AMATHVSIA, ἀμαθουσία, Inſula in mari Cilicio, ab Amathunte vetuſtiſſima vrbe ſic appellata. Nunc Cyprus dicitur. Plin. lib. 5. cap. 31.

Amathuſiacus, a, um, a diectiuum. Ouid. Metamor. 10. Lactanteis vitulos Amathuſiacáſque bidentes.

Amatio, Amator, Amatorius, Vide AMO.

Amauroſis, ἀμαύρωσις, Latinè dicitur oculorum obſcuritas, quum ſine vllo euidenti vitio, & citra dolorem, viſus obſcuratur: quod ſolet contingere ex obſtructione nerui viſiui.

AMAXA, ἄμαξα Stephano, Bithyniæ locus: à quo gentilia Amaxæus ἀμαξαῖος, & Amaxites, ἀμαξίτης.

AMAXIA, ἀμαξία. Ciliciæ vrbs eſt, materia ad fabricandas naues maximè abũdans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strab. li. 14.

AMAXOBII, Populi inter Sarmatas. Vide HAMAXOBII.

AMAXITVS, ἀμαξῖτις Stephano, Troadis locus, ara duodecim deorum inſignis, quam Agamemnon conſtruxit. ¶ Hinc Amaxitani dicuntur.

Amaxiti incolæ, quos Apollodorus Amaxitenos, ἀμαξιτηνούς, appellat. Meminit huius loci Plin. lib. 5. cap. 30, & Strabo lib. 13. ¶ Eſt præterea Amaxitus, oppidum in ſinu Doridis, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

AMAZONES, ἀμαζόνες, penul. corr. Fœminæ bellicoſiſſimæ Scythiam iuxta Tanaim primùm, deinde ad Thermodoonta incolẽtes, quæ magnam Aſiæ partem occupauere. Dictæ Amazones, eo quòd mammis careremtur: ab ἀ priu. & μαζὸς mamma. Mos enim fuit Amazonibus, interfectis maribus, quos genuiſſent, ſeruare fœminas, earúmque infantiũ mammas dextras inurere, ne impedimento eſſent ad pugnam conſerendam, & ne ſagittarum iactus impediretur. Vel Amazones ab, ἀ & μαζὸς,

Universidad de Deusto Biblioteca

ἀμβρόσιον, id est pulte, seu pane, quasi sine pane, eo quòd non pane vescerentur, sed carnibus. Alij ab ἄμβροσ & ζω, cum aspiratione in principio, tanquam in commune viuentes, dictas putant. Stephanus dictas putat a nympha Amazonide, filia Samornæ. Fuere & in Libya Amazones, vnde Silius Ital. lib. 3, Hasbiten Harbæ filiam Amazonica pelta insignem facit. Alij ab Amazone puella, Dianæ sacerdote, & regina Ephesi, Amazones volunt appellatas.

Amazonia ἀμαζονία, Illarũ regio dicitur. ¶ Amazonum cantilena, ἀμαζονίζειν, in delicatos & parum viros. Philostrat. in Apollonij vita li. 4. ¶ Amazones pro pauperioribus, & tenuiori promiscuóque victu vtentibus, apud Græcorum scientissimos reperiuntur, veluti qui mazam, id est panem, non habebant. Vide Cæl. lib. 5. cap. 31. & Hermolaum in Plin. lib. 6. cap. 7.

AMAZONIVS, Mons Cappadociæ, præter cuius radices labitur Thermodoon flumius. Plin. lib. 6. cap. 5.

Ambactus, ambacti, apud Ennium, inquit Festus, lingua Gallica significat seruum. Cæsar lib. 6 Bell. Gall. Eorum vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos, clientésq; habet.

Ambages, pen. prod. Significat verborum circuitus. ἀμβαγμός. Ital. *Giro de parole, circuito.* Gal. *Propos ambigu, ambagon.* Hisp. *Los rodeos de palabras.* Virg. lib. 2. Georg. -non hic te carmine ficto Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

Ambagiosus, sa, sum, Quod abundat ambagibus. ἀμβαγικός. Ital. *Pieno di giri.* Gal. *Plein d'obscurite & ambiguité.* Hisp. *Lleno de rodeos.* Gell. Neque præcepta dicunt, sed lubrica atque ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa & vera.

AMBARRI, à Cæsare inter Galliæ Lugdunensis populos numerantur.

Ambarualis, hostia, ab ambiendis aruis dicta, victimæ genus erat quotannis pro frugibus sacrificari solitum. Solebant enim huiusmodi hostiis, antequam cæderentur, arua lustrari. Virg. Térque nouas circum felix eat hostia fruges. Festus tamen ab Ambo, videtur compositionẽ deducere, dicens, Ambaruales hostiæ appellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus sacrificabantur. Huic autem sacrificio præfecti erant sacerdotes numero XII, à Romulo primùm instituti, quos Fratres Aruales vocabant, de quibus latius suo loco.

Ambarum, Odoramenti genus est, quod ab Actio, recentioribúsque Græcis ἀμβὰν appellatur, quo di teste Ruel. lib. 1. cap. 27. vulgò *Ambra grisea* vocatur.

AMBE, ἄμβη, Ciuitas est Arabiæ fœlicis, Ptolemæo.

Ambedo, ambedis, ambedi, ambedere, ex Am, & Edo, id est circumedere. ἀμβεδέω. Ital. *Rodere, ò mangiar tutt' intorno.* Gal. *Manger & ronger tout autour.* Hisp. *Comer en derredor.* Plaut. Mere. Suæ vxoris dotem ambedisse oppidò mihi Illud videri mirum, vt vna illæc capra Vxoris simiæ dotem ambederit.

Ambesus, a, um, Circunquaq; esus. ἀμβεβρωκώς. Ital. *Roduto d'intorno.* Gal. *Rongé tout à l'entour.* Hisp. *Comido en derredor.* Virg. 3. Aen. Quàm vos dira fames, nostræque iniuria cædis Ambesas subigat malis absumere mensas. ¶ Legitur & Ambesti, tertia persona ab Ambedo, quemadmodum Esti ab Edo. Reliqua tempora & personæ regulariter per tertiam verborũ declinationem inflectuntur.

Ambegni, à veteribus bos & veruex appellabantur, quum ad corũ vtraque latera agni in sacrificium deducebantur. Festus.

AMBIANI, hinc AMBIANENSES, ἀμβιανοί, Populi sunt Galliæ Belgicæ, quos Plin. lib. 4, Bellouacis coniungit. Gallicè *Amiens.*

Ambidentes, Oues dictæ à veteribus inueniuntur, quæ in vtraq; mandibula habeant dentes. Hæ & bidentes dicuntur. Autor Festus.

Ambidexter, ἀμφιδέξιος, ὁ ἀμφοτερόχειρ. Ital. *Dritto & mancino.* Gal. *Gaucher & dextrier.* Hisp. *Diestro de entrambas las manos.* dicitur, qui ita lęua manu vtitur, vt dextra.

AMBIGATVS, Celtarum rex fuit, qui vbi maiorem vidit suorum multitudinem, quàm vt commodè ab ea regione ali possent, Bellouesum & Sigouesum sororis suæ filios cum magna Senonum parte ad quærendas nouas sedes, alterum in Italiam, altetum ad saltus Hercynios misit. Vide Liu. ab Vrb. cond. lib. 5.

Ambigo, gis, pen. cor. ex am & ago, proprie significat circumago, circundo. ἀμφάγω. Augustus. Quibus muris ambigere. Vnde & Ambactus, & Ambages. ¶ Item Ambigere, est dubitare. ἀμφιβάλλομαι, ἀμφιβολῶ. Ital. *Dubitare, stare in dubio.* Gal. *Estre en doubte, estre en difference.* Hisp. *Dudar.* Cic. in Orat. Quum de vero ambigetur. Vnde Ambiguum. ¶ Item discordem esse, litigare. ἀμφισβητῶ. Terent. in Heaut. Simo & Crito, vicini nostri, hic ambigunt de finibus: me accepere arbitrum.

Ambigitur, impersonale. Cic. 3. Verr. Si de hæreditate ambigitur.

Ambiguus, a. um, Dubiũ, quod in ambas agi partes animo potest. ἀμφίλογος. Ital. *Ambigno, dubio.* Gal. *Ambigu, doubteux.* Hisp. *Cosa dudosa a dos partes.* Licet de pluribus intelligi quandoque possit. Lib. 1. ad Heren. Ex ambiguo controuersia nascitur, quum scriptum duas sententias aut plureis significat, hoc modo, Tullius meus hæres Terentiæ vxori XL. pondo vasorum argenteorum dato, quæ volet. Post mortem eius pretiosa vasa, & exlata magnificè petit mulier. Filius se, quæ ipse vellet, in triginta pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. ¶ Habet etiam Ambiguus nonnunquam genitiuum, quemadmodum Dubius. Corn. Tacit. lib. 2, Tiberium anceps cura distrahere, vine &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne fluuius Magneſiæ, iuxta quem Apollinem Admeti regis pecus paſciſſe Poëtæ fabulantur. Alij ſcribunt Amphryſus. Vide infrà.

Ambubaiæ, Sunt (Porphyrione autore) mulieres vagæ, ac viles, quibus nomen ab ebrietate balbutientium verborum videtur eſſe inditum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. Hora. Ambubaiarum collegia, &c.

Ambubeia, Herba eſt, quam alij Ambugiam, alij Intubum agreſtem, & notiori nomine Cichorium appellant. κιχώριον.

Ambulacrum, vide AMBVLO.

AMBVLATRI, A' Plinio lib. 4. cap. 19. referuntur inter populos Galliæ Aquitanicæ.

Ambulo, las, Eo, incedo, gradior. ζ βαδίζω, περιπατέω Ital. *Andare, Caminare. Paſſeggiare.* Gal. *Aller, cheminer, ſe pourmener.* Hiſp. *Andar, paſſearſe.* ζ Cic. Attic. Si enim rectè ambulauit is qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. Plin. lib. 10. cap. 66. Mures Aegyptij bipedes ambulant, ceu Alpini. ¶ Aliquando Ambulare, eſt animi cauſa ſe exercere, ἀγυμναζεσθαι. Plautus, abiit ambulatum: id eſt Abiit vt ſe exerceat animi cauſa. Idem in Menæch. Conuiuæ ambulant ante oſtium. ¶ Transfertur etiam ad alia, vt quum dicimus, Ambulare maria, Cic. 2. de Finib. Ambulant naues, Cato de Re rusti. Ambulant aues, Plin. lib. 10. cap. 18. ¶ Huius compoſita ſunt. Anteambulo, ante alios ambulo: à quo Anteambulones, Deambulo, Inambulo, Obambulo, & Perambulo, quorũ ſignificata, vide ſuis locis.

Ambulatio, ζ βάδισις, περίπατος Ital. *Spaſſeggiamento.* Gal. *Allée, pourmenement.* Hiſ. *Aguella obra de andar paſſeandoſe.* ζ Ipſe actus eſt ambulandi. Cic. 5. de Finib. Conſtituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Eſt & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum. Vitru. lib. 5. cap. 9. Citrea theatra ſunt porticus & ambulationes. Cicer. ad Qu. fratr. epiſt. 17. Sed tamen nihil ei reſtabat, præter balneatia, & deambulationem & auiatium.

Ambulatiuncula, diminutiuum. Cic. ad Cæl. Cum vna mehercule ambulatiuncula, atque vno ſermone noſtro omneis fructus prouinciæ non confero. ζ μικρὸς περίπατος Ital. *Paſſeggiamento piccolo.* Gal. *Petit pourmenoir.* Hiſp. *Pequeño lugar para ſe paſſear.* ζ

Ambulator, Qui huc & illuc ambulat. ζ περιπατητικός. Ital. *Caminatore.* Gal. *Qui aime à ſe pourmener, vn conuent.* Hiſp. *El que anda como paſſeandoſe.* ζ Colu. lib. 3. cap. 8. Villicus (vt ait Cato) ambulator eſſe non debet.

Ambulatrix, ζ βαδίστρια. Cato cap. 134. Ad cœnam ne quò eat, néve ambulatrix ſiet.

Ambulatorius, a, um. ζ περιπατικός, περιπατητικός. Ital. *Paſſeggiante, che paſſeggia.* Gal. *Qu'on fait marcher & aller ça & là.* Hiſp. *Coſa para andar.* ζ Qui ambulat aut mouetur: vt Turris ambulatoria, quę rotis & machinis admouebatur muris, ad vrbes oppugnãdas, vt ſcribit Vegetius. Hirt. de bel. Alex. Quæque partes vrbis inferiores erant, has altiſſimis turribus denorum tabulatorum munierant: præterea ambulatorias totidem tabulatorum confecerant. Plin. lib. 21. cap. 14. Operculum à tergo eſſe ambulatorium.

Ambulacrum, pen. prod. Eſt locus ad ambulandum, vbi commodè ambulari poteſt animi cauſa. ζ περίπατος Ital. *Loggia, portile.* Gal. *Pourmenoir, galerie, lieu à ſe pourmener.* Hiſp. *El logar para ſe paſſear.* ζ Feſtus, Ambulacra, ambulationes, Plinius, Tam fora atque gymnaſia, & pro ſuis extenta porticibus ambulacra miremur.

Amburbiale, vel Amburbium, Sacrificij genus erat, quo ciuitas luſtrabatur: ita dictum, quòd victima, antequam immolaretur, vrbem ambiebat: vnde & ipſæ victimæ Amburbiales dictæ ſunt, eadem forma, qua Hoſtiæ ambaruales, quæ circum arua ducebantur, antequam caderentur, vt fruges fœlicius prouenirent.

Amburo, pen. prod. Circumuro. ζ περικαίω. Ital. *Bruſciar d'ogni parte.* Gal. *Bruſler au tour, dems bruſler.* Hiſp. *Quemar en derredor.* ζ Plaut. in Epidi. Nam ille quidem Vulcani irati eſt filius: quaquà tangit, omne amburit.

Ambuſtus, ſta, ſtum, Circumuſtus. ζ περικαυμένος Ital. *Abbruſciato d'intorno ſcottato.* Gal. *Bruſlé autour, ou à demi.* Hiſp. *Quemado al derredor.* ζ Cicc. pro Domo ſua, Qui deniq; ambuſtas fortunarum mearum reliquias ſuas domos comportari iuberent. Plin. li. 10. cap. 33. Hirundinum pulli ad cinerem ambuſti multis morbis medentur.

Ambuſtio, onis, verbale. ζ ἐγκαυσις. Ital. *Scottatura, arſura.* Gal. *Bruſture, eſchaudure.* Hiſp. *Quemadura al derredor.* ζ Plin. lib. 23. cap. 4. Myrteum oleũ medetur eruptionibus, & ambuſtionibus.

Amecum, & Amecam, Pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius, In lacu Auerno mulierem fuiſſe amecabundam, ſcripſit, hoc eſt Amantem.

AMELAS, Lyciæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 27.

Ameles angulus, ἀμελὴς γωνία, id eſt neglectus angulus, de eo dicebatur qui ſupinus & oſcitabundus deſideret, nihil bonarum rerum tentans. Ainnt in Libya iocum eſſe, qui ἀμελὴς γωνία, hoc eſt ſecurus angulus vulgò dictus ſit: ob id forte, Te, quòd neglectus & incultus iaceret, ſcriptum reperitur ἀμελὴς γωνία, id eſt, negligentis angulus. Recenſent Zenodotus & Heſychius.

AMELIVS, Philoſophus Apamienſis, diſcipulus Plotini, Porphyrij magiſter, Ammonij & Origenis coætaneus. Suidas.

Amella, Herba quæ naſcitur iuxta Mellam Galliæ fluuium, à quo nomẽ accepit. Amellus flos eius. Vide Serui. in illud Virgil. 4. Georg. Eſt etiã flos in pratis, cui nomen Amello. Fecere agricolæ.

Amen, אמן, ἀληθῶς. Dictio Hebræa, Verè aut veritas: particula ad confirmandum aliquid. Deute. 27. 16. Reſpondebitque vniuerſus, populus אמן Amen, id eſt verè, vel veritas, erit hoc. Aquila interpretatus eſt Fideliter, Septuaginta, Fiat: quòd ea quæ ſupra dicta ſunt vera ſint.

Amens, Qui à mente ſua diſceſſit, hoc eſt qui ſine cõſilio, animóque eſt, quo ſapimus. ζ ἄφρων Ital. *Furioſo, pazzo.* Gal. *Inſenſé, fours de ſens, forcené.* Hiſp. *Sin ſeſo.* ζ Cicc. 1. de Fin. An me tam amentem putas, vt apud imperitos iſto modo loquar? Quidam Dementem ab Amente ita diſtinguunt, quòd Demens ſit, qui non cogitat quid agat, aut loquatur: Amens, qui prorſus inſanit.

Amentia. ζ ἄνοια Ital. *Pazzia.* Gal. *Forcenement.* Hiſp. *La perdida del ſeſo ò la locura.* ζ Terent. in And. Cur meam ſenectutem ſollicito huius amentia? Cic. 3. Tuſc. Nec minus illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem nominauerunt amentiam, eandémque dementiam.

Amentum, Omne ligamen, veluti lorum, quo media haſta religatur, vt iaci longius poſſit. ζ λῶρον, ὅ γε τον ἀκοντίῳ Ital. *Ogni ſorte di legame.* Gal. *Lien courroye, comme de quoy on lie vn ſoüet ou vn dard pour le getter plus roide.* Hiſp. *Amiento para tirar.* ζ Silius lib. 14. Haſta iunatur amento. ¶ Hinc Amentatæ ſoleæ, & Amentata iacula dicuntur. Cicc. de Orato. Amentatas haſtas ab alio accipere, eáſque Oratoris viribus, lacertiſque torquere. Metaphoricè dixit pro argumentis aliunde petitis, quaſi teli, quibus vtatur Orator. ¶ Et Amentare apud Lucanum pro iacere, aut circundare, aut amento munire, Iaculum amentauit habena.

AMERIA, ἀμέρια, Stephano, Vulgò *Amelia.* Ciuitas in Vmbria, ante Perſicum bellum annis nouingentis ſeptuaginta quatuor cõdita: vide Salix Amerina apud Plin. lib. 24. cap. 9. ¶ Et, Amerina retinacula, pro viminibus. Virg. 1. Georg. Atque amerina parant lentæ retinacula viti. Vbi Seruius Amerina retinacula, virgas de quibus vites religãtur: quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Roſciana fecit Cicero mentionem.

Amerimnon, ζ ἀμέριμνον Ital. *Sempre viua.* Gal. *Ioubarbe.* Hiſp. *Hierua puntera.* ζ Herba eſt quæ alio nomine Aizoon maius appellatur. Autor eſt Plin. lib. 25. cap. 13. Nomen habet ab eo quòd curam & ſollicitudinem leuare putetur. ἀμέριμνον enim idem eſt quod ſolicitudinis expers.

Amerina, Species eſt falicis arboris, quæ & Sabina appellatur. Plinius lib. 24. cap. 9. Amerinæ nigræ ſemen cum ſpuma argenti pari pondere pſilothrum eſt.

AMERIOLA, Oppidum in Latio. Plin. lib. 3. cap. 5.

Ames, amitis, maſculini generis, Pertica aucupalis. Horatius in Epodo, Aut amite leui rara tendit retia. Pallad. lib. 9. cap. 12. Nunc in amitibus apparet aucupium noctuæ.

AMESTRATVS, ἀμήστρατος, Siciliæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Ameſtratini, ἀμηστρατῖνοι. Autor Stephanus. Horum meminit Cicc. 1. actio. in Verr. Quid Ameſtratini miſeri, impoſitis ita magnis decumis?

AMESTRIS, ἀμέστρις, Regina fuit Perſarum, vxor Xerxis, de qua multa Hero, lotus.

Amethyſtus, ἀμέθυστος. Gẽma eſt diluto violæ colore, fulgore purpuræ, non prorſus igneo, ſed in vini colorem deſinente: ita dicta ab ἀ priuatiuo, & verbo μεθύσκω, quod eſt inebrio: ſiue quòd ebrietati credatur reſiſtere, vt Ariſtoteli cum Magis conuenit: ſiue vt Plinio placet quòd vſque ad vini colorem accedens, prius quàm eum deguſtet, in violam deſinat. Plin. lib. 37. cap. 9, quinq; enumerat amethyſti ſpecies, ex quibus palmam tribuit Indico. ¶ Amethyſtus quoque à nonnullis vocatur vinæ quædam ſpecies virium tam infirmarum vt nullo modo inebriet: vnde Plin. lib. 14. cap. 2. eam ſua ætate Inerticulam appellatam fuiſſe teſtatur. ¶ Ab Amethyſtus fit adiectiuum Amethyſtinus, a, um, quod ex amethyſto cõſtat, aut quod amethyſti colorem refert. ¶ Item Amethyſtinatus, amethyſtino colore ornatus, ſicut purpuratum dicimus veſte purpurea exornatum. Martia. lib. 2. Hic quem videtis greſſibus vagis lentum, Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

Amethyſtizontes carbunculi, ἀμεθυστίζοντες ἀνθρακίσκοι. Optimum carbunculi genus, cuius extremus igniculus in amethyſti violam exit. Plin. lib. 37. cap. 7.

Amia, Piſcis eſt pelamidi ſimilis, cuius incrementum ſingulis diebus intelligitur. Plin. lib. 9. cap. 15.

Amiantus, ἀμίαντος. Lapis eſt friabilis in modum lanæ, alumini ſciſſili adeò ſimilis, vt pro eo à Sophiſtis ſupponatur. Vulgus Gallorum vocat *Alumen plumeum*, falsò exiſtimans ſpeciem eſſe aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quòd ab igne non conſumatur. Texitur quoque in veſtes & mappas: quæ ſordidatæ, igni purgantur. Diſcernitur ab alumine ſciſſili, quòd hoc aquæ innatet: amiantus autem mergatur. Guſtu quoque dignoſcitur: nam alumen ſciſſile ſubſtantiæ tenuitate linguam mordeat, & tandem exulceret, amiantus verò acrimoniæ omnis, mordacitatiſque expers eſt. Adhæc, Amiantus in ignem coniectus, perpetuò durat: alumen autem liqueſcit, bullaſque excitat.

Amicinum, penulti. prod. Vtris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Feſtus.

Amicio, cis. pen. corr. cini, amictũ. ζ ἀμπέχω, ἀμπεχόνην. Ital. *Veſtire.* Gal. *Veſtir, affubler.* Hiſ. *Veſtir.* ζ vnde Amictus. ¶ Eſt autẽ Amicire, veſtire. Horat. Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Suet. in Veſp. Diſſaluabatur, & calciabat ipſe ſeſe, & amiciebat. ¶ Veteres Amicibor dicebãt, p amiciar. Plaut. Subnixus alis me inferã, atq; amicibor glorioſé.

Amictorium, Veſtimentum puellare, candidum, & ſubtiliſſimum, ex lino. ζ ἀμπεχόνιον, Ital. *Boccaſſino.* Gal. *Vn habit de fin lin ſeruant aux filles.* Hiſp. *Veſtidura de lino.* ζ De quo Mart. in Diſtichis, Mammoſas metuo, teneræ ne trade puellæ, Vt poſſint niueo pectore lina frui.

Amictus, cta, ctum, particip. Idem quod veſtitus. ζ ἀμφιεσμένος Ital. *Veſtito.* Gal. *Veſtu, couuert.* Hiſp. *Veſtido.* ζ Cic. 2. Philip. Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus.

Amictus, us. ζ ἱμάτιον, ἀμπεχόνη, ἐπίβλημα, ἀμπεχόνημα. Ital. *Sopranveſte.* Gal. *Veſtement habit.* Hiſp. *Veſtidura.* ζ Veſtis, quæ ſupponitur aliis veſtibus, quaſi pallium. Cicc. 5. Tuſcul. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen. Tibullus, Fruſtra iam veſtes, fruſtra mutantur amictus. ¶ Prouerbiali figura dixit Catullus, Contra nos tela iſta tua euitamus amictu. id eſt, facilè depellimus non ſecus quàm muſcarum inſultus.

Amiculum, Genus veſtimenti, autore Feſto, à circumiectu dictum. ζ ἀμφίασμα. Ital. *Manto.* Gal. *Manteau.* Hiſp. *Cierta veſtidura.* ζ Cic. 2. de Diuin. Viſus eſt in ſomnis amiciæ eſſe amictus amiculo. Valer. Maxi. Detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis aureo amiculo, iniectóque ei laneo pallio. ¶ Inde Amiculatus, amiculo indutus.

Amica, æ. Quam quis amat inhoneſtè. ζ ἐρωμένη. Ital. *Amica, amoroſa.* Gal. *Amie, amoureuſe.* Hiſp. *Amiga.* ζ Horat. Epiſto. 1, Vt nox longa quibus mentitur amica, dieſque. Terent. in And. Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida é Pamphilo eſt.

Amicula, diminutiuum ab Amica. ζ τὴν ἐρωμένην. Ital. *Amichetta.* Gal. *Amourette, petite amie.* Hiſp. *Pequeña amiga.* ζ Plin. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam. Suet. in Calig. Quoties vxoris vel amiculæ collum exoſcularetur.

Amicus,

Amicus, substantiuum, Benevolus, necessarius, qui honesto amore aliquem cõplecticur, & indissolubili familiaritatis iure ei est coniunctus. {φίλος. Ital. Amico. Gal. Amy. Hispa. Amigo.} Paulus Iureconsultus, Amicos appellare debemus, non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus. ¶ Huius contrarium est Inimicus. ¶ Amica quando ad virtutem refertur, inhonesta res est, quasi concubina: tu verò nõ amicus es, sed amator eius: quoniam amator est, qui ad tempus & veneree amat: & amor huiusce modi Amatio dicitur. Plaut. Nimis penè inepta, atque odiosa res est amatio est. Donatus, Amicus animi est, Amator corporis: amator ad tempus, amicus in perpetuum. Cice. 5. Verr. Poteritne Alba tuus antiquissimus nõ solùm amicus, verumetiam amator absoluere? ¶ Mores amici noueris, non oderis, φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσεις δὲ μή. Porphyrion in Horat. hunc versum prouerbialem fuisse ait: quo admonemur, in amicorum moribus quædam vitia dissimulanda sic vt intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne seuerior & oculatior in obseruandis amici malis subuertas amicitiam. ¶ Amicorum communia omnia, τὰ τῶν φίλων, κοινά. Ex hoc Prouerbio Socrates colligebat, omnia bonorum esse vitorum nõ secus quàm deorum. Deorum, inquit, sunt omnia. Boni viri deorum sunt amici: & amicorum inter se communia sunt omnia. Bonorum igitur virorũ sunt omnia. Refertur apud Euripidẽ in Oreste in Phœnic. & in Andromacha: apud Terẽt. in Adelph. apud Cic. 1. Offic. & 1. de Leg. Citatur ab Aristo. lib. Moral. 8. & à Plat. de Leg. 5. ¶ Amicus certus in re incerta cernitur. M. Tull. in Læl. Senarium hunc ex Ennio citat prouerbij specie. Quo significatum est amici fidẽ in rebus aduersis explorari. ¶ Nihil homini amico opportuno amicius. Gratissimũ est officiũ quod præstatur in tẽpore: contrà intempestiuum officium plerunque molestum esse solet. ¶ Viri infortunati procul amici, Ἀνδρὸς κακοῦ πρόσοικος οὐκ οἶδεν φίλους. Paræmia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum aduolant ac deuolant. Adnolant, vbi res secundæ: deuolant, ingruente rerum tempestate. ¶ Felicitas multos habet amicos, ὄλβῳ πολυφίλῳ. Notior est sententia, quàm vt requirat interpretẽ. ¶ Amicus magis necessarius quàm ignis & aqua, Ἀνακγαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. Hyperbole prouerbialis, admonens neminem esse tam diuitem aut potẽtem, quin opus habeat amicorum officiis. Ob id ipsum Latini amicos necessarios vocant, vt amicitiam necessitudinem. Cicer. ad hoc alludens ait in Læl. Hodiéque vulgus indoctum habet in ore quod est verissimum. Tolerabilius viui sine pecunia quàm sine amicis. ¶ Nouos parans amicos, ne obliuiscere veterum, Νέους φίλους κτῶ, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου. Torqueri potest & ad mutua studia, ad quæ conuenit nonnunquam respicere, etiam posteaquam diuersæ te addixeris disciplinæ. Hermol. Barbar. in Epist. quadã ad Picũ Mirãd. ¶ Mendico ne parentes quidẽ amici, Πτωχῷ φίλους οὐδ' οἱ γονῆς. Diuitiæ cõciliãt amicos: paupertas nec illos habet amicos, quos natura coiunxit. ¶ Vnus Deus, & plures amici, Εἷς θεὸς, καὶ πολλοὶ φίλοι. Hesiodo tamẽ non probatur πολυφιλία, neq; rursum ἀξυφία. ¶ Amicos tragœdos emulatur, τοὺς ὑποκρινομένους τραγῳδοὺς ἀγωνίζεται. Suidas è Didymo citat, addens dici solitum de iis qui sese accommodarent, & morum seueritatem sumerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab histrionibus. ¶ Amico amicus. Terent. in Phormio. Solus est homo amico amicus. Apollodorus in Phormione sic legit, ἀνὴρ ὑπόκρισις φίλῳ τὸν φίλον. Sic Aristoph. apud Athenæum. Quadrabit in eos qui nullum officium refugiunt, modò gratum faciant amicis. ¶ Lingua amicus, λόγῳ γλυκὺς φίλος, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed beneuolentiam oratione præ se fert. ¶ Cum amico nõ certandum æmulatione. Cum amico & benemerito non est suscipiendum certamen, nequid obscuretur amicitia propter æmulationem huiusmodi comitem contentionum. Id innuit Homer. in Odyss. ϛ'. -τίς δὲ φιλοξείνῳ μάχοιτο ad est, -quis nanque benigno cum hospite pugnet? ¶ Pereant amici, dum vnà inimici intereant. Versiculus refertur à Cic. in Orat. pro Deiotaro vt prouerbio iactatus. Congruet in illos qui nec inimicis parcunt, nec amicis, modo quod impense cupiunt assequantur. Versus autem est immanis: quum humanitatis sit & inimicos multos finere, ne lædas amicos. ¶ Neque nullis fis amicus, neque multis. Carmen illud Hesiodi, sicut & alia pleraque, cessit in prouerbiũ: Μήτε πολυξεῖνος, μήθ' ἁξεῖνος κυλίκεσσι. id est, Nec multis, aut nec nulli dicaris amicus. Aristot. lib. Moral. 9. tanquam prouerbio iactatum citat, quòd prorsum citra vllius amici consuetudinem viuere, ferinum atque iniucundum esse videatur: rursum nec vehementer amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere. Diuersa tamen sentit Cice. in Læl. & Plutarch. in comméta. περὶ πολυφιλίας. ¶ Vbi amici, ibi opes. Plaut. in Truculento: Verum est verbum quod memoratur: Vbi amici, ibidem opes. Citatur & à Fabio Prouerbij vice, lib. Orator. Inst. 5. Sensus est, potiores esse amicos quàm pecuniam, & ad vitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm absque amicis opes. ¶ Valeat amicus cum imminco, -ἐρρέτω φίλος ὅστις ἰσχνός. Quadrat in eos qui toti ad se spectant, nec amici magis quàm inimici tationẽ habẽt, cuiusmodi fertur Timon ille Misanthropos. ¶ Vsque ad aras amicus, μέχρι δεῦρο φίλος τις εἶ. Hoc respondit Pericles amico cuipiam, qui eum rogauerat vt in causa quadã falsum deieraret. Admonet Adagium, nonnunquam quo consulamus amicorum commodis, eorúmq; voluntati morem geramus, fas videri paululum à recto deflectere: verùm cæterum longè diuersa parans in animo, quadrabit illud ex Homer. Odyss. σ'. -ἄλλα δέ οἱ κραδίη Μελιχίοις ἐπέεσι, νόῳ δέ οἱ ἄλλα μενοίνα. id est, -Animum præmollibus isti Lenibat dictis, at mens diuersa parabat.

Amiculus, Diminutiuũ ab Amicus. {φιλίσκος. Ital. *Amicheto.* Gal. *Petit amy.* Hisp. *Pequeño amigo.*} Cice. 5. Verr. Decimus amiculus meus. Horat. in Epist. Dísce docendus adhuc, quæ censet amiculus. Amiculus dulcis, Catull.

Amicus, ca, cum, adiect. Benevolus, amicitia coniunctus. {φίλος. Ital. *Cosa legata in amicitia.* Gal. *Allié par amitié, agreable.* Hisp. *Cosa amiga ó amigable.*} Cice. Attic. Mihi nemo est nec amicior, nec iucundior, nec charior Attico. Idẽ ad Qu. Frat. Prætores habemus amicissimos. ¶ Iunctum cũ re inanimata, significat vtile, siue gratum: vt, Amicus pratis humor, Amica frugibus æstas, Amicum plantis sydus. ¶ Si tibi amicum, nec mihi inimicum, Plato in Theæteto, Ἀλλ' εἰ ἐστί σοι Θεόδωρος φίλος, ἀλλ' οὐκ ἐμοὶ ἐχθρός. Φασὶν οὖν οὐ πάνυ σπουδαῖον εἶναι. id est, si illud tibi amicum, Theodote, nec mihi est inimicũ. Vsus erit, quoties alienæ obsequimur voluptati.

Amicè, aduerbium, Cum amore & benevolentia. {φιλοφρόνως, εὐμενῶς, φίλως. Ital. *Amichevolmente.* Gal. *En amy, amiablement.* Hisp. *Amigablemente.*} Cic. in Lælio, Qui mihi tantùm tribui dicis, quàtum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicè. Idem de Fin. 1, Quos tu paulò ante, cùm memoriter, tum etiam erga nos amicè, & benevolè collegisti. ¶ Amiciter, aduerb. pro Amicè. Plaut. Pers. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam Danunt. &c.

Amicabilis, lis, le. {φιλικός. Ital. *Conuenirate ad amita.* Gal. *D'amy, amiablement fait.* Hisp. *Cosa digna de amigo.*} Plaut. Mil. Vos modò porrò vt occepistis, operam dare amicabilem. Hoc est, quam dare debet amicus.

Amico, as, are, Concilio, propitium reddo. {συνάγω εἰς φιλίαν, συμφέρω. Ital. *Far amico.* Gal. *Faire amy.* Hisp. *Hazer amigo.*} Stat. 3. Theb. Ac prior Aeclides solita prece numen amicat.

Amicitia. {φιλία. Ital. *Amicitia, amistà.* Gal. *Amitié.* Hisp. *Amistad.*} ab Amicus, est studiorum omnium voluntatúmque consensus. Cic. in Læl. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum, humanarúmque rerum cum benevolentia & charitate summa consensio. Cuius contrarium est Inimicitia. Ennius, Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero. Sed in frequentiore vsu Inimicitiæ dicuntur plurali tantùm numero. ¶ Ollæ amicitia, χύτραι φιλίαι &. Feruet olla, viuit amicitia, ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. In amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non benevolentia conciliat. ¶ Amicitiæ personam detrahere, τὸ πρόσωπον ἀφελεῖν τῇ φιλίᾳ, dicimur, quum aperte quę sentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clausum est, id præ nobis ferimus. Vultus enim ab animo discrepans, persona verius est quàm vultus. ¶ Amicitia stabilium, felicitas temperantium. Arist. Moral. Eudem. 7. Οὐδὲν λέγουσιν, ὅτι ἡ φιλία τῶν βεβαίων, καὶ σωφρόνων ἐστίν. Quo admonemur, Amicitiam quidem virtute (quæ sola est stabilis, fortunæque ludibriis non obnoxia) conciliari oportere: felicitatem verò hominis non in facultatibus sitam esse (quę cupiditatem animi non explent, sed irritant) verum in hoc vt suã quisque fortunam bene consulat. ¶ Amicitias immortales esse inimicitias mortales esse oportet: T. Liuius vice prouerbij sumi refert lib. 10. de bell. Maced. & Asiatico. ¶ Multas amicitias silentium diremit, πολλὰς φιλίας ἀπέσπασε σιωπή. Admonet adagium assiduo conuictu ac frequentius alloquiis necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Meminit huius Adagij Arist. lib. Moral. 8.

AMILCAR, aris, pen. genitiui cor. ἀμίλκας. Punicũ nomen est, quo dicti sunt aliquot illustres Carthaginiensium duces, quorum præcipuus fuit Annibalis pater, qui filium irreconciliabili illo erga Romanos odio primus imbuit. ¶ Fuit & alter Alexandri magni tempore, qui quum ciues sui crescentes Alexandri vires extimescerent, exulem se fingens, ad eius castra transfugit. Receptus itaque ab Alexandro in militiam, & consilijs adhibitus, suis omnia ciuibus in tabellis ligneis, cera superducta perscribebat.

Aminæum, Genus vitis: vnde Aminæa vua. & Aminææ vites. Virgilius, Sunt & aminææ vites firmissima vina. A' regione autem ita vocabãtur: & Aminæi fuerunt, vbi nunc Falernũ est, vt Macrobius testatur. Quod facit vt mirer Seruium tantum Grammaticum scripsisse Aminæũ dictum quasi sine minio, hoc est sine rubore, quoniam natura album est. Alij Ammineum scribunt, geminato m. pen. cor. Vnde & versum Virgilij suprà citatum sic restituerunt, Sunt etiam Ammineæ vites, &c.

AMIPSIAS, Ἀμειψίας. Poëta comicus Athenien sis, Suidæ.

AMISIVS, Fluuius est Germaniæ, quem Amasiam à Strabone vocati suprà diximus. Hinc in Frisia Orientali iuxta Emdam ciuitatẽ in Oceanum influit. Germani hunc fluuium sua lingua *der Ems* vocant, quasi Emisium dicas.

AMISVM, Ἄμισον. siue Amisus, Ἄμισος. Stephano, Oppidum est insigne in confinio Paphlagoniæ, & Cappadociæ, distans à Sinope CXXX. M. pas. de hoc Plin. lib. 6. cap. 2.

Amita, penul. corr. Theop. Patris mei soror, quasi à me tertia sit, atque auia videri possit, vel quia à patre meo amata est. {πατρὸς ἀδελφή, ἢ πατρὸς πατρὸς ἀδελφή. Ital. *Zia.* Gal. *Tante du coté du pere.* Hispa. *La tia, hermana de mi Padre.*} Nam plus sorores à fratribus, quàm fratres diligi solent, propter dissimilitudinem personarum, quæ ideo minus dissensionis habent, quo minus æmulationis. Maior amita dicebatur, aui & auiæ amitaficut & Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. Liuius, Adolescens inde se ad Ebutiam amitam contulit.

AMITERNVM, Ἀμίτερνον, Vrbs Campaniæ, ex qua Crispus Salustius natos perhibetur. Hodie Aquila dicitur. Plin. lib. 3. cap. 5.

Amiternus, adiect. vt, Amiterna cohors apud Sil. Ital. lib. 8. Item Amiternus ager. Mar. lib. 13, Nos Amiternus ager fœlicibus educat hortis.

AMITHAON, Patet Melampi vatis. Stat. Theb. 3, -soleis tibi cura futuri Amphiaraë datur, iuxtáque Amithaone creto Iam senior, sed mente virens, Phœbóque Melampus. ¶ Amithaonia domus. Propert. Mox Amithaonia nupta futura domo.

AMITHOSCYTA. Regio Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

AMITINENSES. Italiæ populi in tractu Hetruriæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

Amitini, pen. prod. autore Nonio dicuntur ij, quorum alter ex fratre, alter ex sorore est genitus. {οἱ ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἐκ τῆς ἀδελφῆς ἀνεψιοί. Ital. *Figlioli da fratelli & sorelle, cugini germani.* Gal. *Cousins germains, les fils du frere & de la sœur.* Hisp. *Primos hijos de hermanos.*} Duorum autem fratrum filij Patrueles, sororum verò liberi Consobrini appellantur.

Amitto, Dimitto, seu abire permitto. Ἀποπέμπω. Ter. Heaut. Nam si semel tuũ animũ intellexerit, Prius proditurũ te tuã vitã & prius Pecuniã omnẽ quàm abs te amittas filiũ, Hui, &c. Plaut. in capt. ¶ Item Amittere significat perdere. {ἀπόλλυμι. Ital. *Perdere.* Gal. *Perdre.* Hisp. *Perder.*} Salust. Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo vocatur. ¶ Item ignoscere. Idem in Eunucho, Vnam hanc noxam amitte, si aliam

Universidad de Deusto
Biblioteca

si aliam admisero vnquam, occidito. ¶ Item adimere. Plaut. in Asi. Cur ergo minitaris te tibi vitam esse amissurum?

Ammi, ios, ἄμμι Dioscoridi, Herba est caule rotundo, surculis multis & exiguis, folio oblongo, angusto, per ambitum incisuris dimisso, flore paruo & candido, umbella anethi, semine multo exiliore, quàm cuminum, gustu origanum præ se ferente, acri nimium & subamaro, radice candida & capillosa, à nonnullis Pipercula dicitur. Apud Plinium lib. 20. cap. vlt. legitur genitiuus Ammij, tanquam à nominatiuo Ammium. Anethi, inquit, & fœniculi seminis, & anisi, & ammij. Officinis vocatur Ameos.

AMMÒN, onis, ἄμμων Suidæ, siue (vt alij malunt) Hammon, Iupiter appellatus fuit, qui in desertis Libyæ sub arietis forma colebatur. Cuius appellationis ratio hæc fuisse traditur: Quum Liber pater per desertũ Libyæ exercitum duceret, vniuersa iam Asia deuicta, & siti admodum laboraret, imploraſſe à patre auxilium dicitur. Quo facto, apparuisse ei extemplò arietem: quem dum fugientem persequitur, peruenisse illo duce ad fontem amœnissimũ. Quapropter desyderio potitum, existimasse arietem illum fuisse Iouem, eique templum miræ magnitudinis in arena constituisse, & Deum vocasse Ammonem, hoc est Iouem arenarium. Sunt qui dicant lingua Aegyptia Ammon Iouem dici: hinc corrupto nomine Ammonem vocitatum. Alij tradunt Ammonem dictum ab Ammone quodam pastore, qui primus illic templum ædificauit. Huius meminere Suidas, & Aristophanes ἐν ὄρνισιν.

Ammochrysus, Gemmæ nomen, ἀμμόχρυσος. Plin. lib. 37. cap. 11, Arenarum ũmilitudo est in ammochryso, velut auro arenis misto.

Ammodites, ἀμμοδύτης, Serpens est viperæ similis, arenosi coloris, vnde & nomen accepisse videtur. A' nonnullis Cenchrias dicitur, quòd caudam habeat duram instar milij. Aet. lib. 13. cap. 25.

AMMONETHVS, Insula Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

AMMONIA, ἀμμωνία. Regio mediterranea Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia, quæ ἄμμος Græcis dicitur.

Ammoniacum, ἀμμωνιακόν. Est gutta siue lacryma ferulæ in Libya nascentis, quæ à Dioscoride Agasyllis, à Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis, quas Græci ἄμμους appellant, propterea quòd ab arbore sua destillans, in subiectas arenas decidat, atq; in iis in grumos quosdam thuris more concrescat. Aut certè ab Ammone Ioue, qui in desertis Libyæ in locis arenosis templum habebat, circa quod hoc ferulæ genus præcipuè nascebatur. Plin. Ammoniaci lacrymam vocat, eo (opinor) consilio, nequis homonymia deceptus, Ammoniacum salem intelligeret, qui ab Ammoniaci gutta omnino est diuersus. Vide Dioscor. lib. 3, & Pli. lib. 12. cap. 23.

Ammoniacus sal, ἀμμωνιακὸν Dioscoridi, Terræ sulfugo est in Libyæ arenis crescente luna efferuescens, aluminis scissili non dissimilis, glebis oblongis, venisque in longitudinẽ rectis. Inuenitur potissimũm in tracta Cyrenaico, & iuxta Iouis Ammonis templum, vbi ab accolis effoditur, terræ tumorem, veluti certissimum indicium sequentibus. ¶ Ammoniaci igitur nomẽ sortitus est, aut ab arenis sub quibus inuenitur, aut ab Ammonia regione Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam præstantissimus etui perhibetur. Vide Plin. lib. 31. cap. 7, & Dioscor. lib. 5. Hodie natiuo, verõq; Ammoniaco sale caremus: nam qui à Sepiariis nobis offertur, factitius est.

Ammonis cornu ἄμμωνος κέρας, Gemma est aureo colore, arietini cornus effigiem repræsentans, quæ somnia vera afferre perhibetur. Autor Plin. lib. vlt. cap. 10.

Ammonitrum, ἀμμωνίτρον. Massa est constans ex arena molis trita, & tertia parte nitri: ex qua recocta fit vitrum purum & candidum. Plin. lib. 36. cap. 26.

AMMONIVS, ἀμμώνιος, Alexandrinus philosophus fuit, Origenis & Porphyrij coætaneus: de quo vide Euseb. in Hist. Ecc.

AMMOTHEA, ἀμμοθέα Nymphæ nomen est, ita dictum ἀπὸ τῆ ἄμμου καὶ θέω, quasi per arenam currens.

Amnenses, Amnium accolæ. ¶ Quelli ch'habitano appresso i fiumi. Gal. Ceux qui demeurent pres des riuieres. Hisp. Moradores cerca del rio. ¶

Amnestia, ¶ ἀμνηστία Ital. Dimenticanza, oblio. Gal. Oubli, oubliance. Hisp. Oluidanza. ¶ Cum accentu in penultima, Latinè præteritorum in perpetuũ obliuio dicitur, quasi lex obliuionis: ab ἀμνήστευτος id est immemor fio, obliniscor. Cic. 1. Phil. Ieci fundamenta pacis, Athenienſiumq; renouaui vetus exemplum, Græcum etiam verbum ἀμνηστεύειν vsurpaui, quod tum in sedandis discordiis vsurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam discordiarum perpetua oratione delendam censuit.

Amnis, ¶ ποταμός. Ital. Fiume, Gal. Fleuue, riuiere. Hisp. El rio. ¶ Fluuius: ab Am, circum, & No, fluo, quoniam flexuoso meatu labitur, vel ab Ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideóq; cornuta pinguntur. Nec desunt, qui à Græco ἀμνίω deduci malint, quod etiam Suidas fluuiũ interpretatur. Hinc etiam ἀμνίδες τῆς τάφρου à Callimacho dici putant, pro amnicis. Sic enim habet ille in Hymno Dianę, Δὸς δὲ μοι ἀμφιφόρτους ἀμνίδας, ἄμμιγα νύμφαις. Hoc est, Da mihi famulas Amnifidas viginti Nymphas. Verùm hoc potius deductum videtur ἀπὸ τῆ ἄμμου, quod proprium nomen est fluuij in Creta, à Suida quoque commemorati: quod etiam Callimachi interpres annotauit his verbis: ἀμνισὸς πόλις μέν ἐστι Κρήτης ἀπὸ τῆ ἄμνιδός τε, Κυνηγοῦς, id est Amnisus fluuius Cretæ, à quo Amnisidas, hoc est Cretica. Virgil. 1. Georg. Atque alius latum funda iam verberat amnem. Plin. lib. 10. cap. 32, Halcyones subeunt & in amnes. ¶ Ponitur & pro torrente. Virgil. 4. Aeneid. Ruunt de montibus amnes.

Amnicola, læ. ¶ Quello ch'habita appresso'l fiume. Gal. Qui habite pres de riuiere. Hispa. El morador que mora cerca del rio. ¶ Amnis accola. Ouid. 10. Meta. Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos.

Amnicus, a, um, Significat fluuiale. ¶ ποτάμιος. Ita. Di fiume. Gal. De riuiere. Hisp. Cosa pertenesciente al rio. ¶ vt Strips amnica, apud Apuleium. Pli. lib. 3. cap. 35, Insula in Sao Matubatris, amnicarum maxima.

AMNVS, Insulæ Dolicæ in Arabia fluuius. Plin. lib. 6. cap. 28.

Amo, amas, amare, maioris vis est, quàm diligere. ¶ φιλεῖν. Ital. Amare. Gal. Aimer. Hisp. Amar con affection. ¶ Cicer. Dolabellæ, Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere: tantùm tamen accessit, vt mihi denique nunc amare videar, antè

dilexisse. In eodem sensu idem Cicero ad filium, Sed tamen vt scirem eum non à me diligi solùm, verumetiam amari. Terentius tamen eum non à me diligi solùm, verumetiam amari. Terentius tamen eum non à me diligi solùm, verumetiam amari. Terentius tamen

bem uvec grauè ſ ſine. Hiſp. *Aparta, arredrar.*} Plin. lib. 11. cap. 10. Amoliuntur omnia è medio. Terentius per tranſlationem in Andr. pro recedo poſuit. Proinde hinc vos amoliminiuā mihi impedimento eſtis. ¶ Accipitur & pro refellere. Quintil. lib. 3. cap. 13. Videndum etiam an ſimul nobis plura aggredienda, an amolienda ſingula.

AMOMITVS de Senibus primarim condidit volumen, ſicut Hecataeus de Hyperboreis Plin. lib. 6. cap. 17.

Amomis, pen. prod. ἄμωμις. Herba eſt, teſte Plinio, amomo ſimilis, minus tamen nodoſa, & durior, minuſque odorata.

Amomum, ἄμωμον, pen. prod. Frutex eſt, ex ligno ſe connoluens in racemi modum, flore paruo, ceu candidæ violæ, foliis vitis albæ ſimilibus. ¶ Eſt autem triplex, Armeniacum, Medicum, & Ponticum. Aetius ſcribit, amomum viribus eſſe acoro ſimile, ſed ſiccius (ξηρότερον) acorum digeſtiuum verò magis (πεπτικώτερον) amomum.

Amor, ἔρως. Ital. *Amore.* Gal. *Amour.* Hiſp. *Amor.*} Plus eſt, quàm beneuoleatia, licet plerunq; pro eodem accipiantur. Ex amore enim naſcitur benenolentia, ſicut oſtendit Cic. Amor enim (ex quo amiciria nominata eſt) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Differt autem Amor à Charitate: quòd Amor ſit genus, Charitas ſpecies. Ille ad omnes pertinet animantes, hæc ad homines tantùm. ¶ Eſt autē Amor (vt inquit Auguſt. lib. de Amicitia) animæ rationalis affectus, per quē ipſa aliquid eum deſyderio quærit, & appetit, ad fruendum, per quem & fruitur eo, & cum quadam ſuauitate interiori amplectitur, & conſeruat adeptum: vt, Amor quietis, φιλησυχία. ¶ Amor ſingulari numero plerunq; honeſtus eſt: vt, Amor fraternus, Amor patris in filium. Cic. Incenſus ſum amore incredibilium virtutum tuarum. Poteſt tamen & in venereā partem accipi, & tunc (ſecundum Auguſtinum) cupiditas aut libido vocatur. Virg. Omne adeò genus in terris hominúmque ferarúmque, Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres In furias ignémque ruunt: amor omnibus idem. ¶ Amor (inquit Plautus) melle & felle fœcundiſſimus eſt, guſtu dulce dat, amarum ad ſatietatem uſque aggerit. Amor formæ (ait Seneca) rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus, ferùm minimè conueniens animæ ſoſpiti vitium: turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. ¶ Amores verò plerunque laſciui ſunt. Cic. pro Cælio. Mulier amorum turpiſſimorum quotidie fœdera feriens. Idem 4. Tuſc. Atq; horum omnium libidinoſos eſſe amores videmus. ¶ Nonnunquam tamen etiam honeſtos amores dicimus. Idem lib. 4. Offic. Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides, quæ ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. ¶ Amor item pro cupidine (quem veteres Deum amoris eſſe finxerunt) accipi ſolet. Propert. Quicunq; ille fuit puerū qui pinxit amorem.

AMORGES, ἀμόργης. Fuit ex Darij ducibus vnus, qui à Caribus inſidiis circumuentus, vnà cum Dauriſe, & Siſamace, & Myrſe Gygis filio fuit obtruncatus. Herodot. lib. 5.

Amorgine, ἀμόργινον. Ital. & Hiſp. *Parietaria, vitreola.* Gal. *Paritaire* vocant.} Herba eſt quæ notiore nomine Helxine dicitur. Dioſcor. lib. 4.

AMORGOS, ἄμοργος. Inſula vna ex Sporadibus. Strabo lib. 10. & Plinius lib. 4. cap. 12.

AMORRHAEI, ἀμορραῖοι. Populi dicti ſunt ab Amor patre Sichem, vel ab Amorrhæo filio Canaan.

Amouco, ues, pen. corr. id eſt abigo, ſiue remoueo. {ἀπωθῶ. Ital. *Rimouere.* Gal. *Oſter.* Hiſp. *Quitar alguna coſa de otra.*} Plaut. in Amphitryone, per tranſlationem dixit, Amouī è foribus maximam moleſtiam, id eſt abegi, ſiue abire compuli: quia prius dixerat, Abigam ego iam hunc venientem ab ædibus. Quo item modo Terentius in Adelph. vſus eſt, Ego hunc amouebo. Cic. ad Attic. Et nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue.

AMPE, ἄμπη. Oppidum Arabiæ non procul à Mari rubro: cuius meminit Herod. lib. 6. Gentile eſt Ampæus, ἀμπαῖος, Stephanus.

AMPELIA, Ciuitas eſt Cretæ inſulæ apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Ampelopraſon, ἀμπελόπρασον. Herba eſt foliis porri, ſed anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. Naſcitur in vinetis, vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus Porrum vinearum vocat.

Ampelitis, dis, ἀμπελῖτις. Terra eſt bituminī ſimilis, circa Seleuciam Syriæ naſcens, qua ruſtici vites illinere ſolent, ad necandos vermiculos, oculos illarum depaſcentes, quos Ipas, ſiue Scinipas vinitores appellant. ¶ Eadem & Pharmacitis φαρμακῖτις dicitur, quòd vitium morbo medeatur. De hac Dioſc. lib. 5, & Gal. lib. 9. Facult. Simpl. med.

Ampelodeſmos, ἀμπελόδεσμος. Plin. lib. 37. cap. 23. Herba eſt, qua vites reuīgari ſolent apud Siculos: qui quamuis ſalicibus abundent, quia tamen earum vincula duriuſcula ſunt, malunt eam ad rem ampelodeſmo vti.

Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα. Vitis nigra, herba eſt foliis ſmilacis, ſed uraioribus, clauiculis quibuſdam obuia quæque complectens. Semen habet racemoſum, intus herbaceum, ſed vbi maturuerit, nigrum. Radicem foris nigram, intus buxei coloris. Vitis nomen inde nacta videtur, quòd ſerpat in modum vitis, quódque arbores, fruticéſq; clauiculis ſuis, velut pedamenta, apprehendat. Nigræ autem cognomentum à radicis, ſeminiſque nigredine videtur eſſe ſortita.

Ampelos, ἄμπελος, à Græcis dicitur, quam nos vitem appellamus. ¶ Eſt & nomen ciuitatis Macedoniæ, apud Plin. lib. 4. cap. 10. ¶ Ptolemæus quoque Ampelon vrbem in Creta collocat, Stephanus aliam in Cyrenaica regione. ¶ Eſt præterea Ampelos, ſiue Ampelos, promontorium Sami inſulæ è regione Drepani Icariæ inſulæ. Autor Strabo lib. 14.

Ampelos leuce, ἄμπελος λευκή. Herba eſt, quæ aliis nominibus Bryonia, Pſilothrum, & à Latinis Vitis alba dicitur. Vitis quidem, non quòd re vera ſit vitis, ſed quòd ad eius ſimilitudinem accedat: nam & ſarmenta habet & folia, & capreolos, ſatiuæ viti ſimilia, omnia tamen lūr ſuniora. Alba verò, à radicis colore dicta putatur.

AMPELOESSA, Oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima eſt. Autor Plin. lib. 5. cap. 18.

Ampelos agria, ἄμπελος ἀγρία. Labruſca, id eſt vitis agreſtis. Plinius lib. 23. cap. 1.

AMPELVSIA, ἀμπελουσία. Nomen eſt promontorij in ea Africæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, à vitium copia impoſitum. Pli. li. 5. ca. 1.

AMPHAPALTIA, Locus eſt Cretæ, apud Strabonem, in ipſius inſulæ deſcriptione.

Amphemerinos, ἀμφημερινός, Febris ſpecies eſt, quam quartanam exquiſitam vocant medici. Fit ex pituita extra vaſa putreſcente.

AMPHIALA, Oppidum eſt Atticæ. Strab. lib. 9.

AMPHIARAVS, pen. prod. ἀμφιάραος, Argiuus Oeclei, aut (vt alij malunt) Lini & Hypermneſtræ filius, vates & Augur fuit, futurorum peritiſſimus: qui quum præmideret fore, vt in bello Thebano interiret, domi latitauit. Tandem tamen ab vxore proditus, inuitus à Polinyce ad bellum eſt pertractus: vbi, quum fortiter pugnaret, vnà cum curru terræ hiatu abſumptus eſt. Vide hæc latius apud Statium.

AMPHIAS, ἀμφίας, Tarſius fuit, qui ex infima ſorte ad ſummas opes euectus, quum amicum, tanquam degenerem, multis probris affeciſſet tandem, velut reſipiſcens, ſubiecit, Sed & nos ex iiſdem feminibus ſumus. Quæ vox ab aſtantibus ſumma lætitia excepta eſt.

Amphibia, ἀμφίβια. Animalia tam in terris, quàm in aquis viuentia. Amphibion Græci dicunt, quod eſt duplicis vitæ. Colum. li. 9. Venio nunc ad aues, quas Græci vocant ἀμφίβια, quia non tantùm terreſtria, ſed aquatilia quoque deſyderant, ab ἀμφιβιοῦν, quòd in ambobus elementis degant. Varr. 4. de lin. Lat. Græci ea quæ in aqua, & in terra poſſunt viuere, vocant amphibia. Hæc Cic. Ancipites beſtias vocat lib. de Natur. deor. 1. Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in vtraque ſede viuentes.

Amphibolia, ἀμφιβολία. Ambiguitas.

Amphibologia, ἀμφιβολογία. Dubium dictum, ſermo dubiam ſententiam indicans. Figura quæ fit vitio compoſitionis, quum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modò fit per duos accuſatiuos à verbo infinito rectos: vt, Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. ¶ Modò per verbum commune: vt quum dicimus, Cato iniuſtè criminatur: incertum eſt enim, an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium. ¶ Modò per participium: vt, Vidi ſtatuam auream haſtam tenentem. ¶ Modò per homonyma: vt ſi quis dicat Aciem, nec exprimat oculi, vel gladij, vel exercitus. Poteſt etiam fieri aliis modis.

Amphibolon, ἀμφίβολον, Ambiguum dicitur, quaſi vtrinque percutiens, ἀπὸ τοῦ ἀμφιχυ βάλλειν.

Amphibrachus, ἀμφίβραχυς, pen. corr. Pes eſt ex prima & vltima breuibus, media producta: ſic dictus, quòd in vtraq; parte breuem habeat vt Timere. Ab ἀμφί, vtrinq;, & βραχύς, breuis. ¶ Huic opponitur Amphimacrus, qui breuem habet ſyllabam inter duas lōgas, vt Aequitas.

Amphicauſtis, ἀμφικαυστίς, Hordeum montanum, quod & ὕσπρον Græci vocant. Vide Ruellium.

AMPHICTYONES, ἀμφικτύονες, Publicum Græciæ concilium, vt ſcribit Cic. de Inuent. lib. 2. Vnde decreta Amphictyonum citat Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte. Conflabat autem Amphictyonum conuentus ex ſeptem Græciæ ciuitatibus, vt docet Strabo lib. 9. Vnde autem Amphictyonum nomen deducatur, docet Dionyſius li. 14. Amphictyonem Heleni filium commentum eſſe Amphictyonicum concilium, cui ab ipſius nomine nomen indiderunt. ¶ Hinc Amphictionicus, ca, cum: vt, Leges Amphictyonicæ, quibus ad concordiam colendam inuitabantur. ¶ Amphictyonum conceſſus, Ἀμφικτυονικὸς συνέδριον. De ſequenti grauium virorum conuentu. Vel venuſtius fuerit adagiū, ſi per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentum, qui ſibi tamen Solones eſſe videantur.

Amphicyrtos, ἀμφίκυρτος, à Græcis appellatur quod eſt vtrinque decliue & gibboſum. Hinc fit vt & Lunam ἀμφίκυρτον vocemus peculiari epitheto, quum nondum ſemiplena eſt, circa decimum ſcilicet aut duodecimum à coniunctione diem: tunc enim cornua & conuexitatem quandam oculis noſtris exhibet. ¶ Eſt & Amphicyrton, lignum quoddam incuruum, quo onera geſtari ſolent, non diſſimile illi, quo mulieres quibuſdam locis aquam geſtitant, æqualibus vtrinque ſtipulis propendentibus.

AMPHIDAMAS, ἀμφιδάμας, Buſiridis fuit filius, quem Hercules vnà cum patre hoſpites immolante, interfecit.

AMPHIGENIA, ἀμφιγένεια, Oppidum Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, cuius meminit Statius 4. Theb. Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia, Pianāque Meſſene, montanaque nutrit Ithome. Meminit eiuſdem & Homerus.

AMPHILOCHI, ἀμφίλοχοι, Acarnaniæ populi, Argo Amphilochicum incolentes.

AMPHILOCHVS, ἀμφίλοχος, Athenienſis philoſophus, & agriculturæ ſcriptor, vt teſtis eſt M. Varro lib. 1. de Re ruſtica. ¶ Fuit & Amphilochus filius Amphiarai vatis ex Eriphyle ſuſceptus, vt in Odyſſea teſtatur Homerus.

AMPHILYTVS, ἀμφίλυτος, Ariolus ex Acarnania, qui Piſiſtrato tertiò Athenarum tyrannidem repetenti autor fuit, vt noctu Athenienſes inuaderet. Herodot. lib. 1. Hic diuina pompa fungens Amphilytus Acarnan, vir ariolus, Piſiſtratum cui aſſiſtebat, adiit, atque hæc hexametro carmine vaticinatus eſt, inquiens, Eſt nummus proiectus, item ſunt retia tenta, Nocte meant thynni claro ſub ſydere lunæ.

AMPHIMACHVS, ἀμφίμαχος, Cteati filius, vnus ex quatuor ducibus Epeorum: de quo Homerus in Catalogo.

AMPHIMALIS, ἀμφίμαλις, Sinus eſt Cretæ inſulæ, vt teſtis eſt Ptolem.

Amphimacrus, & Amphimacer, ἀμφίμακρος, pen. corr. pes ex tribus ſyllabis conſtans, prima & vltima longis, media correpta: vt, Pallidi. Sic dictus, quòd vtraque parte longam habeat ſyllabam, ἀμφὶ enim vtrinq; ſonat, & μακρὸς longum. Eſt autem contrarius Amphibracho.

Amphimalla, {ἀμφίμαλλα. Ital. *Veſte peloſa di amendue le parti.* Gal. *Habit velu de deux coſtez.* Hiſp. *Veſtidura velloſa dentro y fuera.*} Erant tunicæ gauſapinæ, ex vtraque parte pilos habentes, quę & Gauſapia dicebantur. Plin. lib. 8. cap. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra, ſicut villoſa etiam ventralia. Quæ verò ex altero tantùm latere villos habebant, Heteromalla dicebantur.

Amphimaſchala, ἀμφιμάσχαλα, Veſtes erant libertorum, duas habentes manicas: Heteromaſchala autem, quæ ſeruorum veſtes erant, vnam tantùm habebant manicam. Vtrāque nomen acceperunt ab axillis, quæ à Græcis vocantur μασχάλαι.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AMPHIMEDON, Nomen Libyci cuiusdam, qui in Aula Celphei regis aduersus Perseum pugnans, occisus est. Ouidius 5. Metamorph.

Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam.

AMPHINOME, ἀμφινόμη. Nympha, à circumpascendo, quod proprium est aquarum, quæ ripas & litora circunquaque depascuntur.

AMPHION, ἀμφίων, pen. prod. Iouis & Antiopes, vel secundum aliquos, Mercurij filius, à quo accepta lyra adeò suauiter canebat, vt saxa ad Amphion Thebanę conditor vrbis, Saxa mouere sono testudinis. Quod ideò fictum, quia eloquij suauitate homines rudes, & incultis moribus ad obsequij ciuilis pellexit disciplinam. Quod idem Horatius exposuit: nam quum dixisset, Sono testudinis, addidit, Et prece blanda. Ferunt hunc inuenisse Musicam. De Amphione lib. 1. Apollonius Rhodius in Argonauticis. ¶ Hinc Amphionius, a, um.

AMPHIPOLIS, ἀμφίπολις. Ciuitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quòd eam Strymon amnis circunfluat.

Amphippi, ἀμφίπποι. Milites, qui duobus equis in bello vtuntur, & ex fesso in recentem transiliunt. Liu. lib. 2. belli Punici Desultores vocat: & equi ipsi Desultorij appellantur.

AMPHIRRHOE, ἀμφίῤῥοη, Nympha, ab vndecunque fluendo.

AMPHISBAENA, siue (vt aliis placet) Amphisibæna, ἀμφίσβαινα, ἀμφισβαίνω. Serpens est in Libyæ desertis, duo habens capita: vnde & circulatis tractibus creditur incedere. Lucanus lib. 9. Et grauis in geminum surgens caput amphisibæna.

AMPHISCII, ἀμφίσκιοι. Appellantur ij, qui sub æquinoctiali habitant circulo, eo quòd quadruplici verberentur vmbra. Nam Sole existente in alterutro punctorum æquinoctialium, hoc est in principio Arietis aut Libræ, vmbra eorum matutina iacitur versus Occidentem, vespertina versus Orientem. Sole autem Cancrum, aliquódve ex cæteris signis Septentrionalibus perambulante, vmbram habent Australem: contrà verò Septentrionalem, Sole sub Capricorno aliquóve alio Australium signorum iter faciente.

AMPHISSA, ἄμφισσα. Vrbs Locrorum, qui Ozolæ dicuntur: ita appellata, teste Stephano, quòd vndique montibus cingatur. Luc. lib. 3. Phocaicas Amphissa manus, scopulosáque Cyrrha. ¶ Hinc Amphissæi, ἀμφισσαῖοι, qui Delphicum templum diripuerunt, apud Demosthenem in oratione pro Ctesiphonte.

AMPHISTRATVS, ἀμφιστρατος, pen. corr. Statuarij nomen apud Plin. lib. 36. cap. 5.

Amphitanc, ἀμφίτανκ. Gemma, quæ alio nomine dicitur Chrysocolla. Inuenitur in ea Indiæ parte, in qua formicæ eruunt aurum, colore auri, figura quadrata, traditúrque natura eius eadem, quæ magnetis, nisi quòd aurum quoque trahere dicatur. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10.

Amphitapa, ἀμφίταπα. Ital. *Veste peloſa di amendue le parti.* Gal. *Habillement velu de deux coſtez.* Hisp. *Veſtidura velloſa dentro y fuera.* Athenæo, vestis genus vtrinq; villos habens. Varro, Alterum bene acceptum dormitis genus vtrinq; villos habens. Varro, Alterum bene acceptum dormitis sub amphitapa bene molli. Lucilius, Pluma, atq; amphitapæ, & si quid aliud deliciarum. ¶ Vtitur hoc vocabulo Vlpianus in l. vestis. ff. de auro & arg. leg. Pro eodem etiam legimus Amphimallon.

Amphithalamus, Cubiculi genus est, quasi duplex thalamus. Vitruuius lib. 6. cap. 9. In prostadis autem dextra & sinistra cubicula sunt collocata, quorum vnum Thalamus, alterum Amphithalamus dicitur.

Amphitheatrum, ἀμφιθέατρον. *Amphitheatro.* Gal. *Amphitheatre.* pen. prod. Aedificium erat rotundum, veluti ex duobus theatris (quæ hemicycli figura erant) compositum, circunquaq; spectandi vsum præbens, Martialis lib. 1. Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.

Amphitheatralis, le, adiectiuum, Ad amphitheatrum pertinens: vt, Ludi amphitheatrales: Amphitheatrale spectaculum. Plin. lib. 11. cap. 14.

Amphitheatrica, charta, ita dicta à loco confecturæ, cui quartus locus tribuitur à Plin. lib. 13. cap. 12.

Amphithetum, ἀμφίθετον. Poculi genus est, quod vtrauis ex parte stare potest. Erasmus in Prouerbiis, ex Hesychij sententia, credit esse poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur & reponitur, quod genus Hollandi Busum vocant. Neq; absurdum fortassis fuerit dicere, esse poculi genus circa medium, quū clausum est, ventricosum, vtrinq; basim habens cui insistat: quod si aperias, diuiditur in duo æqualia pocula, in sese, si claudas, cocuntia. Qua etiam forma salina fieri cōsuenerunt, & hac tempestate etiam pocula ex auro & argēto fiunt. Quicquid id est, constat certè magnum fuisse poculum, quo vti solebant, quum strenuè potare volebant: vnde manssit prouerbium, Ex amphitheto bibisti: quum aliquem ad ebrietatem vsque bibisse volumus indicare.

AMPHITHOE, ἀμφιθόη. Nymphæ nomen est, à circumcursitando dictum, ab ἀμφὶ circum, vndequaque, & θέω curro.

AMPHITRITE, tes, ἀμφιτρίτη, pen. prod. Oceani & Doridos filia quæ fingitur à Poëtis esse vxor Neptuni: & per metonymiam ponitur pro mari. Nomen deductum est ab ἀμφιτρίβω, hoc est, à circunterendo, quòd mare terram vndique terat, & laniret. Ouid. Metamorph. 1. -nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

AMPHITVS, ἄμφιτος. Alter ex Castoris & Pollucis aurigis. Plin. li. 6. ca. 5.

AMPHITRYO, ἀμφιτρύων. Princeps Thebanus Alcæi filius, & Alcmenæ Herculis matris coniux. ἀμφὶ & τρύω gemo, vel τρύχω vexo. Plaut. tamen Amphitruo scribit, aut quòd vetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant: aut quòd υ Græcum idem sonat ac u exile Latinum: vnde & Phruges, dicebant, quos nos Phryges, & Sullam, quem nos Syllam. ¶ Hinc deducitur Amphitryonides patronymicum, & per epenthesim Amphitryoniades, quo Poëtæ vtuntur pro Hercule, Amphitryonis reuera filio, quanuis ob rerum gestarum magnitudinem nonnulli originem eius ad Iouem retulerint. Virgil. 8. Aeneid. Interea quum iam stabulis saturata moueret Amphitryoniades armenta.

Amphora, ἀμφορεύς. Ital. *Anfora.* Gal. *Vaiſſeau à vin tenant la huittiéme partie d'vn muy.* Hispa. *Cantara ò arroua.* pen. corr. Vasis fictilis genus, duas habens ansas: vnde & nomen accepit, quòd scilicet ansis vtrinq; apprehensis ferretur: ab ἀμφὶ καὶ φέρω. Horat. in Arte, -amphora cœpit Institui, currente rota cur vrceus exit? Erat autem hoc vasis genus vino asseruando in primis accommodatum. Idem 3. Carm. Nec Læstrygonia

Bacchus in amphora Languescit mihi. ¶ Erat præterea Amphora, mensuræ genus, capiens congios octo, hoc est quadraginta octo sextarios. Alio nomine Quadrantal dicebatur, à mensuræ eius figura, quę omni ex parte pedem habebat quadratum. Cic. pro Fonteio, Itaque Tiburium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegisse. Idem in Verrem, Iam non quæro, vnde quadringentas amphoras mellis habueris.

Amphoralis, le, Quod est vnius amphoræ capax. ἀμφορεῖος. Plin. lib. 37. cap. 2. Idem Xenocrates autor est, vas amphorale visum, & aliqui ex India crystallum sextariorum quatuor.

Amphorarius, ἀμφορεύς φέρων, Qui mercedis gratia amphoram portat.

AMPHRYSVS, ἄμφρυσος, vel ἄμφρυτος. Stephano, penul. prod. Fluuius Thessaliæ: iuxta quem armenta regis Admeti Apollo pauisse traditur. Lucan. lib. 6. Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.

Amphrysius, a, um, ἀμφρύσιος. Virgil. 6. Aeneid. Quæ contrà breuiter fata est Amphrysia vates. ¶ Item Amphrysiacus, ca, cum, Papinius, Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi. ¶ Est & nomen duarum vrbium. Vide suprà AMBRYSVS.

Amplector, cteris, amplexus, Idem est quod circunnectere, circumplicare. ἀγκαλίζομαι, περιβάλλω. Ital. *Abracciare.* Gal. *Embraſſer.* Hisp. *Abraçar.* Plaut. in Cistellaria, Anus ei amplexa est genua. ¶ Ponitur & Amplecti pro amare. Eos enim amplecti solemus, quos vehementer amamus. Cic. Epist. Famil. lib. 5, Libenter amplector talem animum.

Amplexus, us, ui, nomen, Ipse amplectendi actus. ἀγκάλισις. Ital. *Abbracciamento.* Gal. *Embraſſement.* Hisp. *Abraçamiento.* Cic. 1. de Diuinat. Puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Amplexor, aris, ἀγκαλίζομαι, amplexari, frequentatiuum ab amplector, ferè pro primitiuo ponitur. Cic. 2. Academ. Quas mirificè Plato amplexatus erat. Idem Epist. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur: vt, &c. ¶ Amplexo vetustè pro Amplexor. Accius Alemæone, Postremò amplexa: fructum, quem dij dant, cape. Ex Nonio.

Amplus, a, um, Dicitur magnum, spatiosum, quod latè patet, & per multa diffunditur. πλατύς, εὐρύχωρος. Ital. *Ampio, ſpacioſo.* Gal. *Ample, ſpacieux.* Hisp. *Ancho.* Ad Herennium, Loci præter modum ampli vagas imagines reddunt. Virg. 1. Aen. Vocémque per ampla volutant Atria. ¶ Est item Amplus, idem quod Græcis ἄξιος, hoc est, dignitate multa, & autoritate præditus. Cic. pro Sext. Roscio, Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruēnit. Idem de Amicitia, Suósq; omnes sese esse ampliores volebat.

Amplè, aduerbium, Copiosè, magnificè. ἱκανῶς, πλατέως. Ital. *Ampiamente.* Gal. *Amplement.* Hisp. *Anchamente.* Cic. 2. de Finib. Si ne hæc quidem satis amplè, satis honestè dici putas. Idem 6. in Verr. Exornat amplè, magnificéq; triclinium. ¶ Amplius, vide infrà. ¶ Amplissimè: vt, Amplissimè gerere honores, hoc est, cum summa amplitudine & dignitate. Cic. 4. in Verrem.

Ampliter, aduerbium, pro amplè: vt, Ampliter acceptus: hoc est cum magno apparatu, & copia. Ampliter sumptum facere.

Amplius, aduerbium, significat Plus. πλέον. Ital. *Più.* Gal. *Plus largement, dauantage.* Hisp. *Mas.* Et quandoq; iungitur ablatiuo. Cęsar Comment. 7. Ita vt non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. ¶ Quandoq; accusatiuo. Virgil. 1. Aeneid. noctem non amplius vnam Falle dolo. ¶ Quandoque nominatiuo. Cæsar Comment. 5, Amplius octingentæ, quæ vno erant tempore, à litore discesserant. ¶ Ponitur etiam pro Præterea, ἔτι. sine casu. Cic. de Aruisp. respon. Quid enim, si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset?

Amplitudo, vt Cic. lib. 2. de Inuent. scribit, Est potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. Ital. *Amplitudine, ampiezza.* Gal. *Longueur & largeur, maieſté & dignité.* Hispa. *Anchura, honra.* Idem ad Lentulum, Tuæ sapientiæ magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua grauitate positam existimare. ¶ Amplitudo corporis. Plin. in Epist. Nam meatus animæ, quæ illi propter amplitudinem corporis grauior & sonantior erat.

Ampliuagus, ga, gum, pen. cor. πολυπλανὴς, πολύχωρος. Quod in amplum vagatur. Autor ad Heren. lib. 4. Ampliuagas imagines reddunt.

Amplio, plias, Augeo, protraho, dilato. πλατύνω, μεγαλύνω. Ital. *Ampliare, amplificare.* Gal. *Amplifier, accroiſtre, augmenter.* Hisp. *Enſanchar ò eſtender.* Vt, ampliare ætatis spatium, Martial. lib. 10. Ampliare vires, Plin. lib. 23. cap. 2. Ampliare plagam, Celsus lib. 7. cap. 5. ¶ Pertinet etiam hæc vox ad iudicia. Ad Heren. lib. 4, Nam quid fuit iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis? aut istum hominem nefarium ampliaueritis? Liu. lib. 4. ab Vrbe con. scribit Posthumiam virginem Vestalem amplia tam, deinde absolutam pro collegij pontificum fuisse sententia, hoc est per ampliationem in secundam actionem interposita dilatione protractam, vt scilicet bis causam dicere posset. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nam aut statim sententia dicebatur à iudicibus, si absoluendus esset reus: aut amplius pronuntiabatur, si causa obscurior esset: & tunc duabus hisce literis N. L. iudices significabant sibi non liquere quid esset statuendum, causamque denuò esse dicendam. ¶ Hinc Ampliatio nascebatur, ἀναβολὴ, ἀναίρεσις. quæ appellata videtur, quasi amplius dicendi pronuntiatio. Quia qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendam causam redibat. De hac ampliatione intelligit Cicero tertia in Verrem actione, quum ait, Etsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existiment non primò iudicare. Differt autem Ampliatio à Comperendinatione, quòd Ampliatio certum numerum actionum non habebat: Comperendinatio, iteratam actionem in tertium diem. Cic. in Verr. Act. 2, Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea vel iudicati primò poterat, vel amplius pronuntiari.

Amplifico, as, Augeo, Amplius reddo, extollo. αὐξάνω. Ital. *Amplificare.* Gal. *Amplifier, agrandir.* Hisp. *Mucho honrar ò enſanchar.* Cic. 1. de Natu. Deor. Eámque facultatem amplificauit Academia. Idem 3. Tusc. Nam attrectatu sæuum amplificatis dolorem. Idem pro Domo sua, A' populo semper sum defensus, amplificatus, atque ornatus.

Amplificator, verbale. αὐξητής. Ital. *Chi augmenta.* Gal. *Eſlargiſſeur, agrandiſſeur,*

Hisp. Enfanchador. } Qui rem aliquam, aut personam maiorem aut ampliorem reddit. Idem 3. Tusc. Pythagoras non solùm nominis inuentor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit.

Amplificatio, onis, augmentatio. {ἀνξησις Ital. *Aumento, accrescimento.* Gal. *Accroissement, amplification.* Hisp. *Enfanchamiento.* } Cic. 1. Offic. Nec verò amplificatio rei familiaris, nemini nocens, vituperanda est. ¶ Apud Rhetores autem Amplificatio (definiente Cicerone in Partitione) est grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

Amplustre, Vide APLVSTRE.

AMPSAGA, ἀμψαγα. Ptolemæo, Flumius est Mauritaniæ Cæsariensis: cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 2.

AMPSALIS, ἀμψαλις, Ciuitas Sarmatiæ in Asia, Ptolemæo.

Ampulla, gemino ll, Vasis genus ex vitro, aut alia materia, ad seruandum oleum in balneis, item in mensa ad aquam vel potionem, abiósq; vsus accommodatum. {λαγυνος Ital. *Ampolla.* Gal. *Fiole, bouteille.* Hispa. *Ampolla ò redoma de vidro.* } Apul. in Floridis, Hippias prædicauit ampullam quoque olearium, quam gestabat semet sibi fabricatam. Cic. lib. 4. de Finib. Si ad illam vitam quæ cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam vitam potius cui hæc adiecta. Erat autem hoc vasis genus turgidum, veluti ventre inflato: vnde per translationem dixit Horatius, Proiicit ampullas & sesquipedalia verba: pro eo quod est verba tumentia & suffiata abiicit. Vtebantur etiam Romani ampulla ad hauriendas potiones. Sueto. in Domit. Prandebatque ad satietatem, vt non temere super cœnam præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculam daret. ¶ Est etiã Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam vocamus, Græci modò φυσαλλα, modò φλυκταινα appellant.

Ampullarius, rij, substantiuum, Artifex ampullarum. {λαγυνοποιος. Ital. *Artefice di ampolle.* Gal. *Faiseur de telles fioles.* Hispa. *El que haze ampollas.* } Plaut. Rud. Ni erit tam syncerum, vt quiuis dicat ampullarius, Optimũ esse opere faciundo eorium, & syncerissimum.

Ampullarius, a, um, adiectiuum. λαγυνικος, vt, Ampullariæ vnctiones. Plautus Stic. Vel vnctiones Græcas sudatorias, Vel alias malis malacas ampullarias.

Ampullaceus, a, um, Quod ex ampulla est. {λαγυνοειδης Ital. *A foggia di ampolla.* Gal. *Enfié comme vne bouteille.* Hisp. *Cosa intachada como ampolla.* } Vt, Frustum ampullaceum. Colum. lib. 8. cap. 2. Plaut. in Menæch. videtur vocare mulierem magnificè cultam, ampullaceam.

Ampullacea pyra, Quæ ab ampullæ forma nomen habẽt. Plin. li. 15. ca. 15.

Ampullor, laris, ab Ampulla, pro superbio, turgeo. {Ita. *Insuperbire, gonfiare.* Gal. *Deuenir gros & enflé, emponier.* Hisp. *Ampollarse ò hinchiarse.* } quo verbo vsus est Sueton. in Domitiano. & Horat. 1. Epist. An tragica desæuit, & ampullatur in arte.

Amputo, tas, penult. corr. Circumputo, abscindo, seu aufero. {λοπαω, ἀποτεμνω, ἀποκοπτω. Ital. *Potare, mozzar via.* Gal. *Rongner, coper à l'entour.* Hisp. *Cortar en derredor.* } Cic. 3. de Finib. Quæ sit scientia atq; ars agricolarum quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

AMPYCVS, ἀμπυκος, Titanoros filius, qui ex Chloride, vt ait Apollonij Commentator, Mopsum augurem suscepit, à quo Ampycides appellatur. Ouid. lib. 12. Metam. Nec tu credideris tantùm eccinisse futura, Ampyciden Mopsum, &c.

AMSANCTVS, Locus est in medio Italiæ apud Hirpinos, sulphureas habens aquas, quæ quod vndique syluis angustiisque clausæ sint, tam pestilentem emittunt odorem, vt propius accedentes eo enecentur. ¶ Hinc factus est locus fabulæ, in Amsancti vallibus, inferorum spiraculum esse. Cic. 1. de Diuin. Quid enim non videmus, quam sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, vt & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ vidimus. Virg. 7. Aeneid. Est locus Italiæ in medio sub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris Amsancti valles, &c.

Amula, pen. corr. Genus vasculi ad aquam gestandam, quod religionis & expiandorum malorum gratia gestabatur, περιρραντηριον, dictum quasi amola, ab amoliendis periculis. Huius diminutiuum Amulula.

Amuletum, pen. prod. Omne genus remedij aduersus cuncta mala medicamenta, & præsertim contra veneficia. ἀλεξιφαρμακον πασῶν μαγειῶν. Plin. Infantibus alligatur succinum amuleti ratione, formam vasculi habens. Græci etiam λαιπτομια hæc vocant, καὶ δ λαιπτομιστ, quod est amoliri, summouere, depellere. Dictio hæc frequens est apud Plinium.

AMVLIVS, ἀμυλιος, Potæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratri abstulit, atque omnem eius stirpem virilem necauit. Fratris quoque filiæ, Rheæ Syluiæ, per speciem honoris, quum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Liu. 1. ab Vrbe.

Amurca, ἀμυργη. Ital. *Fece d'oglio.* Gal. *La lie d'huille.* Hispa. *Alpechin de azeyte.* } Sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ sequuntur, Fæces vocantur. Virgil. Georg. 1, Et nigra perfundere amurca. Hoc nomen per c, scribitur, sed profertur per g: vt fit in Caius, & Cneus. Amurca contra culices & limaces vim habet maximam. Hinc Examurcatus, sordibus purgatus.

Amurcaria dolia, in qua amurca infunditur. Cato de Re rust. cap. 10, Dolia, queis vinacea constat, decem, amurcaria decem. πιθοι ἀμυργικοι.

Amussium, Ventris discernendis excogitatum organum, vt ait Cælius. Vitruuius lib. 1. cap. 6, Collocetur ad libellam marmoream amussium mediis mœnibus: aut locus ita expolietur ad regulam & libellam, vt amussium non desyderetur.

Amussis, huius amussis, fœm. gen. {τρυβλιον. Ital. *Archipendolo, squadra.* Gal. *Le coudeau ou le ligne des charpentiers, squierre.* Hispa. *Hilo de almagre que vsan los carpinteros.* } Filum est quod fabri materiarij rubrica oblinunt aut alio colore. Sic Budæus. Festus autem regulam vocat, ad quam aliquid adæquatur. Ex quo videtur innuere & Amussim & Normam idem esse. Late tamen pro omni ordine ponitur.

Amussim aduerbium, & ab eo compositum, Adamussim. {ἰσως τρυβλιῳ. Ital. *A punto.* Gal. *Auec toute diligence, a plomb, à esquierre.* Hisp. *Derecha ò igualmente.* } vt, Iudicium adamussim factum apud Gellium. ¶ Et Examussim id est rectè, castigatè, regulariter. Plaut. in Amph. Si vera hæc loquitur, examussim est optima.

Amussi alba, λευκῃ τρυβλιῳ, hoc est nullo delectu ac citra discrimen. Gell. in Noct. Attic. Nanque illi omnes & eorum maximè Græci, multa & varia lectitantes in quas res cunq; inciderant, alba, vt dicitur, linea sine cura discriminis, solam copiam sectati conuerrebant. Plutarch. in Commentario τῶν παροιμιῶν. Nonnulli sic efferunt Adagium, In albo lapide amussis alba. Vtitur Plato in Charmide, vbi Socrates ait se erga formosos adolescentes perinde esse, vt albam amussim in albo lapide, propterea quòd neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Dicitúrque vel in eos qui nullo sunt iudicio, vel in stupidos, vel in eos qui incertis probant vel significant incerta.

Adamussim, Examussim, & Amussatim, si quens est apud autores pro eo quod est exquisita diligentia atque exactissima cura. Gell. lib. 1. cap. 9.

Amussitata opera dicuntur, quæ adamussim facta sunt. ἀκριβωμενα ἐργα. Plaut. in Mil. In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles. Nonius.

Amusus, pen. prod. {ἀμουσος. Ita. *Indotto.* Gal. *Qui est sans lettres, ignorant.* Hisp. *No enseñado, no elegante.* } Inelegans, & indoctus: hoc est à Musis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica: vnde apud Comicos, qui literas se didicisse negant, aiunt se non didicisse musicam. Vitruu. lib. 1. cap. 1, Nec musicus, vt Aristoxenus: sed non amusus.

AMYCLA, ἀμυκλη, Vna è filiabus Niobes, quam tradit Pausanias cum Melibœa sorore seruatam, implorata Latonæ venia. Homerus tamen omnes interisse tradit. Hermol. in Plin. lib. 36. cap. 5.

AMYCLÆ, ἀμυκλαι, Pluraliter nomen est vrbis Laconiæ, Tyndari regia, in qua nati sunt Castor & Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus, à Laconibus condita, iuxta Setuium: cuius cines, quum Pythagoricam sectam sequerentur, & abstinerent cede animalium, nec vicinæ paludis serpentes interimerent, ab illis deleti sunt. Alij non à serpentibus, sed hostium repentino aduentu hanc vrbem deletam prodiderunt. Nam quum aliquoties falsò nuntiatus esset aduentus hostium, postea cautum est, ne quis amplius nuntiaret. Inde ex improuiso captæ sunt Amyclæ. Hinc prouerbium, Loqui volo: nam scio Amyclas tacendo periisse.

Amyclæus, a, um, adiectiuum, ἀμυκλαιος.

AMYCLAS, ἀμυκλας, Lacedæmonis filius, vt est autor Dictys Cretensis in libro quem de expeditione Græcorum in Troianos composuit.

AMYCVS, ἀμυκος. Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui eam consuetudinem habuit, vt aduenas in Bebrycium nemus ad cæstuum certamen prouocaret, & insidiis circumuentos ibidem interficeret. Quum itaque Argonautæ in Bebrycium venissent, Pollux ab eodem ad certamen prouocatus, cognitis insidiis, socios conuocauit, & ab iis adiutus Amycum interfecit. Virgil. 5. Aeneid. -qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. ¶ Amycus item vnus è Centauris fuit Ixionis & Nubis filius. ¶ Alius fuit Aeneæ comes. Virg. 9. -inde ferarum Vastatorem Amycum, &c.

AMYDON, ἀμυδων, pen. corr. Ciuitas Pœoniæ, quæ auxilia misit Troianis. Iuuen. Saty. 3. Hic alta Sycione, aut hic Amydone relicta.

Amygdala, λαι, {ἀμυγδαλη Ital. *Mandorla.* Gal. *Amande.* Hisp. *Almendra.* } pen. cor. Nux Græca, quę & Thasia dicitur. Plin. Intus nucleus amygdalę est. ¶ Amygdalũ, ἀμυγδαλον, etiã neutro genere dicitur pro fructu. Palladius, Græci asserunt nasci amygdala scripta, si aperta testa nucleum sanum tollas, & in eo quodlibet scribas, & iterum luto, & porcino ſter core inuolutum reponas.

Amygdalites, ἀμυγδαλοειδης Dioscoridi, Herba est genere tithymali, à similitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos à latitudine foliorum. Plin. lib. 26. cap. 8.

Amylon, {ἀμυλον. Ital. *Amido.* Gal. *Amidon.* Hisp. *Amidon.* } Placentæ genus quod ex tritico fiebat, aut siligine sæpius elota: ita dictum quod ἀνευ τῆς μύλης, hoc sine mola fieret. Macerabatur enim sæpius quotidie triticum aut siligo, donec ita molleſceret, vt cremor exprimi posset, qui deinde in sole siccabatur. A' vulgo Septasiorum vnica litera immutata Amydon vocatur. Rationem conficiendi amyli, vide apud Plin. lib. 18. cap. 7, & apud Catonem de Re rust. cap. 87.

AMYMONE, ἀμυμωνη, Vna ex quinquaginta filiabus Danai regis, quæ dum se in syluis iaculando exerceret, Satyrum percussit imprudẽs, qui impetu in eã facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo passa est quod à Satyro formidarat. Itaq; prægnans facta, Nauplium peperit. Vide Strabonem lib. 8. ¶ Est & Amymone apud eundem, fons iuxta Lernam, cuius meminit & Plin. lib. 4. cap. 5.

AMYNTAS, ἀμυντας. Pater fuit Philippi Macedonis. ¶ Est item pastoris nomen apud Theocritum, & Virg. 3. Aeglog. At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas.

AMYNTOR, ἀμυντωρ, Dolopum rector. Ouid. 12. Metamor. Quem dolopum rector bello superatus Amyntor. Hic, Homero teste, Iliad. 2, pater fuit Phœnicis. Ouid. 8. Metamor. Amyntore cretus Phœnix.

Amystis, ἀμυστις, Strenuæ potationis genus erat apud Thracas, quum potus ingurgitabatur, vt vinum in dolium infunditur, neque spiritu reciprocato, neque ore contracto. Vnde ἀμυστιζειν Græci dicunt, pro ingurgitare, & sine respiratione affatim bibere. Horatius lib. 1. Carm. Bassum Threicia vincat amystide. ¶ Alij Amystidem poculi speciem interpretantur, quo Thraces vtebantur, quoties ἀμυστικῳ κυτελῳ, hoc est circa labrorum contractionem, & spiritus reciprocationem, potare volebant.

AMYTHAONIA, ἀμυθαονια. Elidis pars est, teste Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

AMYTHAON, ἀμυθαων. Melampodis insignis augutis & medici pater fuit, quem ab illo Amythaonium vocat Virgil. 3. Georg. Phillyrides Chiron, Amythaoniúsque Melampus.

AMYZON, ἀμυζων Ptolemæo, Cariæ oppidum est, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

A ante N.

An, aduerbium interrogandi, & pro Nunquid ponitur, ἡ, μη. Cicero, An

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò Romulus ille, aut pastores, aut connenas congregasse videtur? ¶Sed aliquando transit in vim coniunctionis si, ὅ, quum sermo dubitatiuus est, & tunc ferè subiunctiuo iungitur: vt, Nescio an pater viuat. ¶An diuersis in locis collocatur. Primo loco. Cic. 2. Philip. An tu Narbonæ in mensas hospitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Secundo loco. Cic. 5. Vete. Errauit, an potius insaniuit Apronius? Et hic & in similibus subaudis An vel vtrum. ¶An ter repetitum. Cic. in Orat. In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, an in principijs solùm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. ¶An quater repetitum. Cic. 5. de Orat. Refert etiã qui audiant: Senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an singuli. ¶An & Ne coniungi solent pro An. Terent. And. A'nne est intus Pamphilus? Cice. in Pisonẽ, A'nne gesto. An & Ne interpositis aliquot dictionibus. Cic. lib. 1. de Finib. An partus ancillæ sitne in fructu habendus?

ANA, siue (vt apud Melam legitur) Anas, ἄνας Ptolemæo, Fluuij nomen est apud Hispanos, qui Bæticam, hoc est Granatam, à Lusitania, quam hodie vocant Portugaliam, diuidit. Vide Plinium lib. 3. cap. 1, & 22, Vulgò *Guadiana*.

Anabasis, ἀνάβασις Dioscoridi. Herba quæ Equisetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. ‖Ital. *Coda di cauallo, asprella*. Gal. *Queue de cheual, asprelle ou prele*. Hisp. *Cola de mula, yerba de mula*. ‖ Plin. lib. 26. cap. 13. Recentiores Caudam equinam vocant.

Anabasius, ἀναβάσιος, Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem disseminaturus, qualè Triptolemum fuisse in fabulis legimus, quem semina per orbem spartsurum, Cæteriscj beneficia annuntiaturum, à dea rapidissimo curru emissum fabulantur. Nomen deductum est ἀπὸ τῆς ἀναβάσεως, hoc est, ab ascensu, currum scilicet, vel equorum. Hieronymus contra Rufinum, Idcircóne cereales, & anabasij tui per diuersas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas legerent?

Anabathra, ἀναβάθρα, Scalæ, pulpita, gradus superiores scansiles, aut instrumenta scabellorum, aut subsellia: ab ἀναβαίνειν, id est sursum ascendo. Iuue. Satyr. 7. Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

ANABIS, ἀνάβις, Oppidum Hispaniæ, in tractu Tarraconensi. Ptolem.

Anabolagium, ἀναβολάγιον vel Anaboladium, ἀναβολάδιον, Sindonis genus est, quo humeri operiuntur: dictum ἀπὸ τοῦ ἀναβάλλεσθαι, quod interdum Induo significat, interdum Reicio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & quum visum esset, reiicere.

ANABVRA, ἀνάβυρα, Pisidiæ oppidum apud Strabonem lib. 12.

Anacacabea, ἀνακακάβεια, λάπαθος. A vulgo Græcorum arbuscula quædam appellatur, teste Aetio, quæ Homero Lotos dicitur: Galli Alysam & Alysarum nominant. Fructus quoque, eodem Aetio teste, à recentioribus Græcis Anacatabon appellatur: Latini vocant Fabam Græcam. Vide Ruellium lib. 1. cap. 95.

Anacampseros, otis, ἀνακαμψέρως, Herba est, cui à Magis reuocandi amoris vis tribuitur: ita dicta ab ἀνακάμπτω reflecto, & ἔρως amor. Plin. lib. 24. ca. 17. Anacampserotem celeber arte Grammatica paulo antè, cuius omnino tactu redirent amores, vel cum odio depositi.

Anacardium, ἀνακάρδιον, Arbor Indis familiaris, fructu auiculæ corculo non dissimili: vnde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. Ruellius lib. 1. cap. 37.

ANACE, ἀνάκη, Oppidum Achaiæ apud Stephanum.

Anacephalæosis, ἀνακεφαλαίωσις, pen. prod. Breuis recapitulatio, in qua repetitio rerum summatim fit. Quint. lib. 6. cap. 1. Rerum repetitio, & congregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdam Latinorum Enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos iudicis. Græcè κεφάλαιον caput dicitur in ea significatione, qua nonnulli capituli appellatione vtuntur.

ANACHARSIS, ἀνάχαρσις, Philosophus ex Scytharum genere, sapientiæ admirandæ, vt scribit Cic. lib. 5. Tuscul. qui studio cognoscendi ritus & mores Græcorum in Græciam se contulit, eodem tempore, quo septem Sapientes florebant. Huius imaginibus inscriptum erat, Lingua, ventre, pudendis abstinendum esse. Plin. tradit Anacharsim inuenisse rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur. Sed si, vt inquit Seneca, apud Homerum longè antiquior inueniatur figuli rota, non video quomodo Anacharsis esse autor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quàm simillimas esse dicebat, quòd muscas quidem, & cætera eius generis infirmiora animalcula irretirent, à fortioribus autem perrumperentur. Interrogatus autem quo pacto abstemius fieret, respondit, si ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. De genere mortis eius tradit Laertius, quòd quum in patriam se recepisset, Græcóq; ritu sacrificaret, à fratre suo Scytharum rege, fuerit interemptus.

Anachites, ἀνάχιτος. Gemma est omnium pretiosissima, quam notiore nomine Adamantem vocamus: ita dicta quòd vanos motus animiq; lymphationes credatur abigere, & aduersus venena habere vim antidoti. Vide Plin. lib. vlti. cap. 4.

Anachoresis, ἀναχώρησις. Eremus, secessus: vnde monachi eremum incolentes, & quicunque procul ab hominibus recesserint, ἀναχωρηταὶ vocantur. Cassianus in Col. Cuius sectatores anachoritæ, id est secessores meritò nuncupantur, eò quod nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vastos eremi recessus penetrasse non timeant.

Anaclintetium, ἀνακλιντήριον. Ital. *Letticiolo, materazzo*. Gal. *Lit de matelas pour se reposer sur, ou*. Hisp. *Lugar para dormir*. ‖ Lectulus, super quo quiescimus interdum, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica: & apud Lampridium in Heliogabalo, Accubitaã quibusdam quoque Stibadia dicuntur. Spart. in Ceionio Commodo. Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteris fecerat, minuto reticulo vndique inclusum.

Anacoluthos, ἀνακόλουθος, Latinè inconsequens: vnde Anacoluthon figura est, quæ non redditur quod superioribus respondeat, vt si in oratione ponatur μέν, & non sequatur δέ. Aut è contrario, quum particula quæ non nisi posteriori loco poni consueuit, sola ponitur sine ea quæ solet præcedere: vt si, verbi gratia, relatiuum ponatur sine antecedẽte.

Virg. 1. Aen. Millia quot magnis nunquam venere Mycenis. Vbi Seruius Anacoluthon esse nam dicit Quot, quum non præmiserit Tot.

ANACREON, ἀνακρέων, Nomen proprium poëtæ lyrici, à quo metra Anacreontica dicta sunt. Ortus fuit ex Teo Ioniæ ciuitate: ex qua etiã Anacreontis historicus. Amauit puerum nomine Batyllum visenda pulchritudine spectabilem. Horatius: Non aliter Samio dicunt arsisse Batyllo Anacreonta Teium. Periit acino vuæ passæ strangulatus, vt tradit Plin. lib. 7. cap. 7.

Anacrisis, ἀνάκρισις. Ital. *Essamina*. Gal. *Examen, information, question*. Hisp. *Examen, o question, ó informacion*. ‖ Quæstio de reo habita, siue ea per tormenta fieret, siue sine tormentis. ¶Item interrogatio testium, quam vulgus *Informationem* vocat. Vide Budæum in Commentarijs.

Anactorion, ἀνακτόριον, Herba est, quæ notioribus nominibus ξυρὸν Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioscor. lib. 4.

ANACTORIA, ἀνακτόρια Stephano, Oppidum est Arcaniæ, ad sinum Ambracium. Plin. lib. 4. cap. 1. ¶Est item hoc nomine Ioniæ vrbs in minore Asia, postea Miletus appellata, vt testatur idem Plin. li. 5. ca. 29.

Anadema, ἀνάδημα, pen. prod. Corona, sertum, aut simile capitis ornamentum. A' verbo ἀναδέω, corono, vel circumligo. Lucr. lib. 4. Et bene pàrta parrum fiunt anademata, mitræ.

Anadendrades, pen. corr. ἀνάδενδράδες, vocantur à Græcis vites arbustiuæ, quæ scilicet arboribus suffulciuntur.

Anadendromalache, ἀνάδενδρομαλάχη, Malua arborescens, quam Galenus 4. Therapeuticæ eandem facit cum Althæa.

Anadiplosis, ἀναδίπλωσις, pen. prod. Dici potest reduplicatio. Est enim dictionis in vltima parte præcedentis versus sitæ, in prima sequentis repetitio. Virg. Aeglog. 8. Certent & cygnis vlulæ, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.

Anadyomene, pen. corr. ἀναδυομένη, Participium fœmininum est verbi ἀναδύομαι. Latinè reddi potest Emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum est, quod Venerem habebat è mari emergentem. Vide Plin. lib. 35. cap. 10.

ANAEA, ἄναια Stephano, Vrbs Cariæ contra Samum: à qua sunt gentilia, Anæus, ἀναῖος, & Anaites, ἀναίτης. Hinc ortus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ familiæ philosophus, & historiarum scriptor egregius.

ANAETIA, ἀναιτία, Oppidum maioris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. cap. 24.

Anagallis, ἀνάγαλλις. Ital. *Anagallo*. Gal. *Mouron ou morgeline*. Hisp. *Anagel*. ‖ Herba est quam Morgelinam, vel Gallinæ morium vulgò vocari, Ruellio credimus. Duæ eius à Plinio traduntur species floris colore distinctæ. Mas enim florem habet Phœniceum, fœmina cæruleum.

Anaglypha, ἀνάγλυφα Ital. *Cose di releuo*. Gal. *Choses taillées en bosse ou relevées*. Hisp. *Vasos labrados de boril ó sinzel*. ‖ pen. corr. Dicuntur vasa, aliáue opera, sculpturis aspera, quæ scilicet ita exsculpta sunt, vt in eis imagines emineantiúsa dicta ab ἀνὰ, quod sursum significat, vel suprà, & γλύφω sculpo: eò quòd sculpturæ in superiori parte emineant. Vnde & à Gallis *Relevata* dicuntur. Eadem & Anaglypta inuenimus appellata. Plin. lib. 33. cap. 11, Nunc anaglypta in aspernatéinque incisa circa lineatum picturas quærimus. Mart. li. 1. Nec desunt tibi vera Glaniana, Nec mensis anaglypta de paternis.

Anaglyptes. ‖ ἀναγλύπτης. Ital. *Scultore*. Gal. *Taillieur, insculpteur*. Hispa. *Platero que labra por sinzel*. ‖ Sculptor, qui ita quippiam exsculpit, vt in eo imagines prominеant.

Anaglyptice, siue Anaglyphice. ‖ ἀναγλυπτικὴ, ἀναγλυφικὴ Ital. *L'arte da scolpir di releuo*. Gal. *L'art de tailler*. Hisp. *La arte de labrar de boril ó sinzel*. ‖ Ars & ratio ita sculpendi, vt in opere imagines emineant. Huic opponitur Diaglyphice, διαγλυφικὴ, quum imagines superficie operis sunt depressiores, & ita excauatæ, vt eminentes imagines ceræ, alterive corpori molli possint imprimere: cuiusmodi sunt annuli & sigilla tam publica, quàm priuata, quibus literæ, & diplomata obsignantur.

ANAGNIA, ἀναγνία Ptolemæo, Ciuitas Hernicorum in Latio, vbi Antonius sorore Augusti contempta, & Cleopatra in vxorem ducta, monetam ferири iussit. Virgil. lib. 7. Quos diues Anagnia pascit, &c.

Anagnostes, ἀναγνώστης. Latinè lector dicitur. Nam ἀναγνώσκω, lego, ἀνάγνωσις recognitio, lectio. Cic. Att. Nam puer festiuus anagnostes noster Sosistheus decesserat.

Anagyris, ἀνάγυρις, Herba est grauissimi odoris, quæ ob id à rusticis lignum putidum vocatur. Huius folia, virgásque siquis decerpserit, fœdissimo odore manus imbuit, quo non nisi frequenti lotione potest liberari. Hinc factus est locus prouerbio, vt qui sibi offutura commoueat, ἀνάγυριν κινεῖν, hoc est, Anagyrin mouere dicatur.

ANAITIS, idis, ἀνάϊτις, Deæ cuiusdam nomen, quæ in Sacasena Armeniæ regione præcipuè colebatur. Huius deæ ministerio moris erat optima tum filias forma præstantissimas dedicare: quæ vbi aliquandiu omnibus corporis sui copiam fecissent, tanquam nobiliores redditæ, deinceps viris tradebantur. Dies festus huic numini dicatus, Sacà vocabatur, quo se viri mulieribus permisti ad stuporem vino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc festa in memoriam victoriæ, quam Cyrus de Sacrarum gente retulit, esse instituta. Ferunt enim Sacas Cyri castra ingressos, quæ ille simulata fuga, epulis vinóque differta reliquerat, ita se vino obruisse, vt à Cyro omnes ad internecionem penè deleti fuerint prius, quàm possent expergisci. Strab. lib. 11.

Analecta, ‖ ἀνάλεκτα Ital. *Immondizie della tauola*. Gal. *Ce qui tombe sous la table, miettes*. Hisp. *Los relieues del manjar que sobra*. ‖ Purgamenta cœnarum, & quisquiliæ ciborum sub mensam cadentes, quæ manu colligi solent, & extra triclinium efferri. Mart. lib. 7. Colligere longa nec turpe putat dextra Analecta, quicquid & canes reliquerunt. Dicta Analecta, ἀπὸ τῆς ἀναλέγειν, hoc est à colligendo, propterea quòd manu colligerẽtur, non scopis euerrerentur. Inuentis enim lithostrotis, cæterisq; id genus pretiosioribus pauimentis, cessauit vsus scoparum. Illa enim, quòd ex minoribus testulis constabant, scopas non admittebant: vnde etiam Asarota dicebantur, quòd non verrerentur: sed quòd manu purgamenta colligi soleant, & pauimenta ipsa spongijs lauari. Mart. lib. 14. In pretio scopas testatur palma fuisse, Otia sed scopis nunc analecta dabũt.

Analectes, æ, ‖ ἀναλέκτης. Ital. *Chi raccoglie le auanzature di tauola*. Gal. *Qui recueille les miettes & autres reliquats*. Hisp. *El que barre los relieues*. ‖ Qui colligit, aut

git, aut vernit analecta. Dicitur etiam per translationem, teste Cælio Rhodig. lib. 13. cap. 31, qui multa lectione exercitatus, memoria est firmissima, ita vt quicquid vnquam legerit, vel audierit, habeat ad manum. Nomen deductum est à verbo ἀναλίσκω, quod inter cætera significat ἀναμιμνήσκειν ἐπὶ τὸ ἀναγκαῖον ἑαυτοῦ, hoc est memoria concipere, & firmiter tenere. Seneca, Suasit illi Satellius Quadratus, vt Grammaticos haberet analectas.

Analectides, ἀναλίσκιδες, Dicuntur, quibus è xylino lino, vel quauis materia, puellæ tanquam puluillis constipant scapulas prominentes, vt vi deri bene subtiles possint. Ouid. 3. de Arte amand. Conueniunt tenues scapulis analectides altis, Angulti circa fascia pectus erat. Cæl. li. 13. c. 31.

ANALITAE, ἀναλῖται, Populi Arabiæ, apud. Plin. lib. 6. cap. 28.

Analogia, ἀναλογία. Ital. *Proprietà, conuenienza.* Gal. *Analogie, proportion, conuenance.* Hisp. *Propriedad, conueniencia.* ¶ Accentu in pen. Proprietas, proportio, conuenientia, similitudo. Cic. Quod analogiam Stoici, nos appellemus conuenientiam, si placet. Quintil. lib. 1, Analogia præcipue, quam proximè ex Græco transferentes in Latinum, Proportionem vocauerunt. Hæc est eius vis, vt id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, vt incerta certis probet: vt si quæratur, funis masculini, an fœminini generis sit, ex eius diminutiuo cognoscitur, quia funiculus generis masculini est.

Analogismus, ἀναλογισμός, A' dialecticis vocatur firmissimum illud argumenti genus, quod à causa propinqua ducitur. Cui opponitur Epilogismus, qui solet sumi ab effectu, aut certè à causa remota. Dicitur autem Analogismus à verbo Græco, ἀναλογίζεσθαι, quod inter cætera significat ratiocinari, & firmissimis argumentis aliquid colligere.

Analogos, ἀνάλογος. Proportione respondens.

Analytica, orum, ἀναλυτικά. Nomen est duorum librorum Aristotelis, quibus ille iudicandi, siue (vt alij loquuntur) argumenta resoluendi, partem exequitur. Nomen deductum est à verbo ἀναλύειν, quod resolnere significat, nonnunquam etiam diiudicare. Budæus in Comment. linguæ Græcæ.

Analphabeti, ἀναλφάβητοι, A' Græcis dicuntur qui ne elementarias quidem literas nouerunt, quos Fulgentius Abecedarios appellat, in 3. Mythologicõn. Budæus in Pandectis.

Anamnesis, ἀνάμνησις, Latinè commemoratio dicitur.

Anancæon, ἀναγκαῖον, Necessariũ Latinè dicitur: Figura quum volumus ostendere necessitudinem, aut naturæ, aut temporis, aut alicuius personæ: quale est illud Democharis. Nihil valebat assidua pro fratre ac miserrimi deprecatio, quum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturæ necessitudinem extinguebat. Rutilius Lupus lib. 1.

Ananchitis, ananchitidis, ἀναγχίτης. Gemma, de qua sic Plin. lib. 37. ca. 11, Anachitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum.

Anantapodoton, ἀνανταπόδοτον. Schema est, quo Græci frequentius vtũtur quàm Latini, quum scilicet oratio aliquo membro destituitur.

Anapæstus, ἀνάπαιστος, Pes ex duabus syllabis breuibus, & ex tertia longa. Componitur ex ἀνὰ re, & παίω ferio, eò quòd reperiuntur dactylum sono reciproco. A' Græcis ἀντιδάκτυλος dicitur, quasi dactylo contrarius. Cic. lib. 3. Tuscul. Non adhibetur vlla fine anapæstis pedibus exhortatio.

ANAPAVOMENOS, ἀναπαυόμενος, Fons est in Dodone, Ioui sacer: ita dictus παρὰ τὸ ἀναπαύεσθαι, eo quòd sub meridiem quotidie desinat fluere. De hoc sic scribit Plin. lib. 2. cap. 103, In Donone, Iouis fons quum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admoueantur, accendit. Idem meridie semper deficit: qua de causa Anapauomenon vocant. mox increscens ad medium noctis exhuberat: ab eo rursus sensim deficit.

Anaphalis, ἀναφαλίς. Herba est, quæ notiore nomine Gnaphalium & à quibusdam Centunculus appellatur.

ANAPHE, ἀνάφη. Insula est vna Sporadum, inter Therasiam & Astypalæam, quam Plin. lib. 2. ca. 87, enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emerserunt. Nominis ratio à Stephano hæc traditur, quòd Argonautis intempestri luna tempestate iactatis, opportunè apparuerit.

Anaphora, ἀναφορά, seu Epanaphora, ἐπαναφορά, pen. corr. Figura quam nos Relationem seu Repetitionem dicere possumus, quæ fit quoties in principio singulorum membrorum, aut versuum eadem pars orationis repetitur. hoc modo, Vertes calumniatores apponebant, Verres de causa cognoscebat, Verres pronuntiabat. Virg. 1. Aen. Nate meæ vires, mea magna potentia solus, Nate patris summi. ¶ Anaphoræ etiã scansiones seu ascensiones signorum vocabantur, ab Oriente circuactu mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cæli varia, nunc maiores, nunc minores. Firmicus, Sed istis tandiu vitiis laborabit, quoad signi eius fuerit anaphora completa.

ANAPIS, ἀνάπις, pen. prod. Siciliæ fluuius leniter decurrens, decem stadiis procul à Syracusis in mare defluens. Ouid. 5. Metam. Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapis.

Anapologetos, ἀναπολόγητος, Latinè inexcusabilis.

Anarchus, ἄναρχος, Sine principe, vel principio. Ambr. lib. Hexam. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, ne anarchon, id est principio, carentem crederemus.

ANARIACAE Straboni, Anariaci Plinio, ἀναριάκαι Stephano, populi sunt ad mare Caspium ad Ortum incolentes: quorum oppidum Anariace, ἀναριάκη commemoratur à Stephano.

Anarrhinon, ἀνάρρινον, Quod & Antirrhinum herba est anagallidi similis, radice nulla aut perexigua, semine virulinas nares imitante: vnde & nomen habet. Galenus Butranion appellat. Galli *Oculum cati.* Vide Plin. lib. 25. cap. 10. & Ruellium lib. 3. cap. 131.

Anas, atis, pen. genitiui corr. Anis notissima ex genere amphibiorum: ita dicta ab assiduitate natandi. ¶ Ital. *Anitra.* Gal. *Cane ou canart.* Hisp. *Anade.* ¶ Martial. lib. 13. Tota tibi ponatur anas, sed pectore tantum, Et cernice sapit, extera sedde coquo.

Anaticula diminutiuum est, ¶ Ital. *Picciola anitra.* Gal. *Petite cane ou petit canart.* Hisp. *El anadeno ò anadina.* ¶ Cic. 5. de Fin. Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cernibus vti videmus boues.

Anatinus, na, num, pen. prod. ¶ Ital. *Cosa di anitra.* Gal. *De cane ou canart.* Hisp. *Cosa perteneciente à las anades.* ¶ Plaut. in Rudente, Vtinam fortuna anatina nunc vterer: vt quum exissem ex aqua, arârem tamen.

ANAS, ἄνας, Fluuius vlterioris Hispaniæ Bætieam diuidens à Lusitania: de quo Pomp. Mela lib. 2. ¶ Antiqui præterea Anatem vocabant annuum morbum, quo scilicet vetulæ laborabant. Festus.

Anatarius, Qui anates custodit, pascitve, ὀρνιθοβόλος.

Anatarius, a, um, Quod ex anate est: vt, Anatariæ plumæ: siue quod ad anates pertinet: vt, Anataria aquila, ὀρνιθοφόνος ἀετός, quæ anetes venatur. Plin. lib. 10. cap. 3.

ANASA, ἄνασα, Oppidum Carmaniæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anasphoros, ἀνάσφορος, A' quibusdam vocatur Herba, quam Græci λεπίδιον, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus. Quidam verò hoc vt plerasque alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter notha referre malunt.

Anastomosis, ἀναστόμωσις, A' medicis appellatur apertio venarum, quando scilicet venarum orificia amplius æquo aperiuntur: quod fit aut propter vasorum imbecillitatem, aut propter sanguinis ad orificia affluentis copiam. Gal. lib. 4. & 5. Methodi. Est autem nomen hoc deductum à verbo Græco ἀναστομόω, quod Latinè sonat Aperio.

Anastrophe, ἀναστροφή. Inuersio, vel peruersio dicitur. Est enim (vt docet Diomedes) duorum verborum ordo præposteros: vt, Italiam contra, pro contra Italiam.

Anathema, ἀνάθεμα. ¶ Ital. *Scommunica.* Gal. *Excommunication, execration.* Hisp. *Descommunion.* ¶ Idem quod Detestatio, vel execratio. Item, donarium, quod diis suspenditur in columna, vel pariete templi, ἀπὸ τοῦ ἀνατίθεσθαι, hoc est à seponendo, vel suspendendo: aut certè ab eo, quod nefas esset ea loco mouere. ¶ Homines quoque sacri, quorum capita deorum alicui dicata sunt, Anathemata appellantur. Vide Budæum in Comment. Linguæ Græcæ.

Anathematizo, zas, Denoueo detestor.

Anatocismus, ¶ ἀνατοκισμός. Ital. *Rinouamento d'vsure, quando l'vsura acquistata entra nel principale & fa vsura.* Gal. *Renouuellement d'vsure, quand les arrerages se baillent encor à vsure & sortissent nature de fort & principal.* Hisp. *Renouamiento de vsuras, vsura sobre vsura.* ¶ Est vsuræ anniuersaria reuolutio, & quas vsuras vsurarũ vocant. Cic. ad Attic. Interim quum in edicto trãslatitio cætesimas me obseruaturum haberem cum anatocismo anniuersario.

Anatome, mes, ἀνατομή, Dissectio, vel consectio, quum scilicet humanũ corpus dissecatur, vt venæ, nerui, & cætera à medicis conspici possint.

ANAVROS, ἄναυρος, Fluuius Thessaliæ, ex Pelio monte fluens, quasi absq; aura dictus. Lucanus lib. 6, Quiq; nec humenteis nebulas, nec rore madentem Aera, nec tenues ventos aspirat Anauros. De hoc fluuio, vel potius torrente, vide plura apud Apollonium Argonaut. lib. 6.

ANAVSIS, Apud Flaccum in Argonaut. Proceus est Medeæ, Alanorum & Heniochorum rex, postea à Stylo tuali interfectus.

ANAX, ἄναξ, Proprium viri nomen, qui fuit Cæli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cælius Rhod. lib. 5. cap. 1.

ANAXAGORAS, ἀναξαγόρας, pen. corr. Clazomenius philosophus fuit, in physicis præcellens, qui non modò generis gloria & diuitiis, verum animi quoq; magnitudine clarissimus fuit, quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et quum ab eis negligentiæ insimularetur, Quid ergo, inquit, nonne vos ista curatis? Mox abscedens, ad speculandum rerum naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei & priuatæ, & publicæ omnino negligens, & incuriosus, adeò vt cuidam ipsum ita compellanti, Nullane tibi patriæ cura est? dixerit, Mihi verò patriæ cura, & quidem summa est: digitum in cælum intendens. Hic quum post diutinam peregrinationem in patriam redisset, possessionesque desertas vidisset, Non essem, inquit, ego saluus, nisi istæ periissent. Digna profectò vox philosopho, qui pluris faceret culturam ingenij, quàm prædiorum. Vide plura de hoc apud Laërtium.

ANAXANDRIDES, ἀναξανδρίδης, Poëta Græcus, Comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas 65, vicit vna, vt scribit Suidas.

ANAXARCHVS, ἀνάξαρχος, Nomen proprium philosophi Abderitæ, sectatorisque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo comprehensus, coniectusque in pilam saxeam, quam Græci ὄλμον vocant, ibique ferreis malleis contusus, adeò toleranter perrulit asperrimos illos cruciatus, vt verbum illud memorabile conduplicauerit, Tunde, tunde Anaxarchi follem. Anaxarchum enim non tundis. Ad vltimum amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abscissam & commanducatam linguam in os eius ira patulum dicitur expuisse. Vide Laërtium.

ANAXARETE, ἀνάξαρέτη, Puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, & regia stirpe superba, quam quum Iphis infimæ sortis iuuenis perditissimè amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia sese ad fores eius suspendit: cuius funus quum Anaxarete siccis, immotisque oculis intueretur, in saxum est conuersa, vt fabulatur Ouidius lib. 14. Metamorph.

ANAXENOR, ἀνάξενος, Citharœdus fuit, quem Magnesia ciuitas valde extulit: sed magis M. Antonius, qui quatuor ciuitatum ei tributa legenda tribuit, vt scribit Strabo lib. 14.

Anaxetum, ἀνάξετον, Apud Dioscoridem lib. 3. legitur inter nomenclaturas Gnaphalij herbæ. Quanquam non desunt, qui & hoc malint intet notha referre.

ANAXILAS, ἀναξίλας, Poëtæ comici nomen, cuius meminit Suidas.

ANAXILAVS, ἀναξίλαος, Rheginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Messanæ in Sicilia conditor, qui ex testamento liberos suos Mycithi serui sui tutelæ commendauit. Mycithus autem prouinciam filij impositam, tanta fide, moderationéq; administrauit, vt Rhegini, serui imperium non detrectarent. Pueris deinde ad legitimam ætatem prouectis bona fide & imperium, & paternam hæreditatem restituit, sibique exiguo seruato viatico, reliquum vitæ priuatus peregit. ¶ Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui vnà cum Lycurgo in vincula coniectus fuit, & paulo pòst cum eodem absolutus. Vide Plutarchum in Alcibiade.

ANAXYLIDES, ἀναξυλίδες, Nomen philosophi, de quo Hieronymus cõtra Iouin. scribit, quòd in lib. 2. Philosophiæ asserat Potonam matrem Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quódque sapientiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

principem non aliter arbitretur, nisi de partu virginis editum.

ANAXIMANDER, ἀναξίμανδρος, Milesius philosophus, Thaletis auditor, primus terræ marisque circuitus descripsit, & sphæram insuper constituxit, vt inquit Laërtius. Hic dixit infinitum rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse: & partes quidem vniuersi corrumpi, totum autem esse immutabile. ¶ Præterea cylindri formæ esse terram asserunt, tantæ profunditatis, vt ad latitudinem profunditas tertia inueniatur.

ANAXIMENES, ἀναξιμένης, Philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius. Anaximandri discipulus successorque, qui eo die obiit, quo Sardis à Cyro captæ fuerunt. Hic principium rerum aëra opinatus est, quem gignere infinitum, qualitatibus finitum aiebat, cuius condensatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum verò ab æterno esse dixit: Terram ex aëre constipato, primum omnium factam latam, magnam: idcirco non absque ratione super aërem contineri: Solem, Lunam, cæteráque stellas a terra ortum habere.

ANAXO, ἄναξω. Ancæi cuiusdam filia fuit, quam quidam Alemenes matrem faciunt, non Lysidicen sororem Pitthei ex Pelope & Hippodamia, vt habet Plutarchus.

Anaxyris, ἀναξυρὶς. Herba est notissima, quam & Oxalidem Græci, & Latini Rumicem appellant. Ita dicta, quòd folia eius caleeorum soleas imitentur, quæ & anaxyrides quandoque à Græcis appellantur.

ANAZARBA, ἀνάζαρβα Stephano, Oppidum est Ciliciæ, Dioscoridis illustrissimi medici patria.

Ancæsa, dicta sunt ab antiquis vasa, quæ cælata vocamus, quòd circumcædendo talia fiant. Ipsum quoque Cælare verbum ab eadem causa dictum est, d cum l permutata. Festus.

ANCAEVS, ἄγκαιος, Samiorum rex, qui strenuissimus agricola habitus fuit. Huic, quum seruos nimio labore premeret, prædictum fuit à seruo, nullum illum eius vineæ quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis post annis, coacta eius vineæ vindemia, iussit sibi ex lacu vinũ hauriri, increpans eum, qui futurum prædixerat, vt nunquã eius vineæ vinum biberet. Iamq; calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vastare. Abiecto itaque poculo, quum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. Huc alludit Horatius, quum ait, –inter calicem supremáque labra Multa cadunt. Vide Erasmi Adagia. ¶ Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

Anceps, ancipitis. Quod vtrinque acutum est, ἀμφίστομος. Anceps (inquit Festus) significare videtur, quod ex vtraque parte caput habet, vt quit Festus) significare videtur, quod ex vtraque parte caput habet, vt securis, bipennis. Sed magis à capiendo, quòd ex vtraque parte æquè capiatur, appellatum est. Lucil. Vecte, atque ancipiti ferro effringam cardines. ¶ Accipitur pro dubio, siue ambiguo. ἀμφίβολος. ἀπαμφιπεζεν. Ital. *Dubio.* Gal. *Douteux, incertain.* Hisp. *Dudoso.* Cic. pro Marcel. Incertus est exitus, & anceps fortuna. Idem 1. de Natur. deor. Bestiæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes.

ANCHACES, Nomen ducis in exercitu Persæ contra Aeeten Colchorum regem, fratrem Persæ. Val. 6. Argon. Doctus, & Anchaces, patulo vaga vincula gyro Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

ANCHEMOLVS, ἀγχέμολος, Rhœti regis Marrubiorum filius fuit, qui quum Casperiæ nouercæ stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hæc Seruius in illud Virg. 10. Aeneidos, Hinc Sthelenum petit, & Rhœti de gente vetusta Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercæ.

ANCHIALE, ἀγχίαλη, Ciuitas Ciliciæ, de qua Strabo post Zephyrium inquit, Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac vrbe fuit Athenódorus, qui non à Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia cõditam vult Cydni matre, à quo nomen vicino flumini. Ex Stephano.

ANCHIALOS, ἀγχίαλος, Vrbs Thraciæ sita in intimo sinu, atque vbi pontus alterum sui flexum angulo finit, non procul à magna Apollonia. Hæc Pomponius. Est & Anchialos, astrologi nomen, cuius meminit Cic. lib. 2. de Diuinat

ANCHISES, ἀγχίσης, Capyos filius, ante bellum Troianum, nemorum latebras & solicitudines cohiisse fertur, gregibus & armentis intentus: quibus quum vacaret, à Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, vnde natus est Aeneas apud Simoëntа Troiæ fluuium, vt scribit Seruius. Postrò quum se Veneris concubitu vsum fuisse iactasset, à Ioue fulmine est afflatus. Propterea dicunt eum Troianorum consiliis non interfuisse. Ardente Troia, quum nulla salutis spes appareret, senio confectum Aeneas humeris imposuit, secũmque Drepanum vsq; Siciliæ vrbem vexit, vbi fatis concessit. Virg. 1. Aen. Tũc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam?

Anchora, pen. corr. Ferreum instrumentum quo naues retinentur, quod & à Græcis ἄγκυρα vocatur. vnde & Latini vocem hanc procul dubio mutuarunt, κ tenue in suam aspiratam, & υ in *e* commutantes. ἄγκυρα. Ital. *Anchora.* Gal. *Ancre, ou croc de fer de quoy on retient les nauires.* Hisp. *Ancla ò ancora de la nauo.* Cic. 7. Verr. Vela fieri præcidi anchoras imperauit. ¶ Et quia nautæ tempestate iactati, quando fœliciter nauigandi nulla spes superest, ad anchoram confugiunt, qua electa animi eodem in loco retinent, donec fœlicius nauigandi se offerat occasio: factum est vt Sacram anchoram prouerbialiter dicamus pro extremo perfugio. Vnde etiam prouerbiali figura apud Euripidem Hecuba Polydorum familiæ gentisque suæ anchorã nominat, Ὃς μόνος ἔτι ἄγκυρα ἄγκυρ' ἐμῶν. Qui iam solus generis superest anchora nostri. Dicemus itaque Anchora domus pro refugio & columna domus. ¶ Præuertit anchoræ iactum Deus, Ἀλλ' ἀντὶ ἀγκύρας πλοῖ' ἐπ' ἄγκυραν θέσαι, dicimus quum rem præter spem euenit. Traductum à nautis quibus accidit fæpenumero, vt quum mittunur anchoram iacere, in portum appulsuri, repellantur à ventis, & in mediam tempestatem reuocentur. ¶ Duabus anchoris fultus, ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν, Duabus nixus in portu, subaud. anchoris. De firmis & immotis, & qui rem suam probè constabilierunt. Meminit Atist. in Panath. Huic simile est, Bonum est duabus niti anchoris. ¶ His contrarium est, Rupta anchora, de his qui repente tanquam magnũ quiddam facturi prodiissent: deinde falsa omnium expectatione turpiter & indecore se gessissent in negotio. ¶ Sacram anchoram soluere, ἄγειν ἄγκυραν χαλᾶσαι, prouerbialiter dicitur, quoties ad extrema refugia confugitur. Translatum à nautis qui maximam ac validissimam anchoram, sacram vocant: eámque tum demum mittunt, quum extremo laborant discrimine. Vide Lucia. in Ioue, & in Drapetis, & Euripidem in Hecuba. ¶ Anchoras tollere dicitur à Varrone non sine prouerbiali specie, pro moliri discessum.

Anchorarius, ἀγκυροβάτης, Qui curam anchoræ habet, vt eam vel demittat, vel eleuet.

Anchorarius, a, um, Quod ad anchoram pertinet: ἀγκυρικός. vt, Funes anchorarij. Hircius, Storias autem ex funibus anchorariis tres fecerũt.

Anchoralis, lis, le, adiectiuum. ἀγκυροβόλιος. Plin. lib. 16. cap. 8, Vsus eius anchoralibus maximè nauium piscantiúmque tragulis. Anchoralis tractus. Liuius 7. belli Macedonici.

ANCHVRVS, ἄγχυρος, Midæ regis filius fuit: de quo hæc tradit Plutarchus in Parallel. Circa Celænon Phrygiæ oppidum, terra ingenti hiatu diuisa, quum Midæ responsum esset, futurum vt terra coiret, si res in hiatũ pretiosissimas deiecisset, Ancharus regis filius nihil hominis animа pretiosius existimans, conscenso equo, se in specum præcipitauit. Nec ita multò pòst terra in pristinam coiit figuram.

Anchusa, ἄγχουσα, Herba est lactucæ foliis, radicem habens digitali crassitudine, colore sanguineo, æstate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt. Galli vocant *Orchanettam.*

Ancile, per simplex l, pen. prod. ξάγκυλιον. Ital. *Scudetto, brochiero.* Gal. *Vn escusson court ou bouclier.* Hisp. *Escudo redondo.* Scutum breue erat, autore Festo, ita ex vtroque latere recisum, vt nullus angulus videri posset, & summum infimúmque eius latus medio pateret. Dictum ab Am & Cæsum, quasi Ancisum: vel ab ἀγκὼν, quod est cubitus: vel ab ἄκος remedium, quoniam pestilentiæ remedium fuit. Fertur Numæ Pompilij tempestate de cœlo decidisse, vnáque editam vocem, omnium potentissimam fore ciuitatem, quandiu in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cæleste posset. De hoc Ouid. lib. 3. Fastorum, Ecce leui scutum versatum lenitер aura Decidit: à populo clamor ad astra venit. Et paulò pòst, Idque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est, Quémque notes oculis, angulus omnis abest. Liu. lib. 1. Salios item duodecim Martí gradiua legit, tunicæ pictæ insigne dedit, & super tunicam, æneum pectori regmen: cæleſtiáque arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu iussit. Horat. lib. 3. Carm. hoc Ancilium declinauit, quum ait, Ancilíorum nominis, & togæ: Iuuenalis verò adiectiuum posuit, quum dixit, clypeis ancilibus.

Ancilla, ξδμωὴ. Ital. *Fante, serua.* Gal. *Chambriere, seruante.* Hisp. *Sierua esclaua, ò moça de seruicio.* Mulier serua. Nomen deductum putauit Festus ab Anco Martio, quòd is in bello magnum fœminatum numerum ceperit. Siue quòd antiqui Anculare dicebant ministrare. Ex quo dij quoq; ac deæ seruntur coli, quibus nomina sunt Anculi, & Anculę. Plin. lib. 2. cap. 63. Terra mortalium semper ancilla. ¶ Quæ semel ancilla, nunquam hera. Vt vulgò iactatum refertur in Græcis Epigram. Μήποτε δοῦλον γυναῖκα, δέσποιναν λάβητε. Ἐκ γὰρ τοιαύτης, id est, Siqua ancilla semel fuit haud vnquam dominetur, vt prouerbiũ habet. Videtur ideo dictum quòd qui ex humili fortuna subuehuntur ad res amplas, soleant esse cæteris insolentiores, minúsque tolerabiles quàm qui felices nascuntur.

Ancillula, δμωΐδιον, Diminutiuum ab ancilla. Terent. in Eunu. Nónne vbi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam, &c. Cic. 1. de Orat. Iuris scientiam eloquentiæ, tanquam ancillulam pedissequámque adiunxisti.

Ancillaris, adiectiuum, quod ad ancillam pertinet. δμωϊκός, δμωϊκός. Salust. in Ciceronem, Cui insidias in ciuitate fecisti ancillares.

Ancillariolus, ancillæ addictus, qui ancillam amat. δμωϊοφιλής. Mart. lib. 12, Ancillariolum tua te vocat vxor, & ipsa Lecticariola est: esthis Alauda pares.

Ancillor, laris. ξδμωΐδιαω. Ital. *Ministrare, seruire.* Gal. *Seruir, s'assugettir à quelqu'vn comme son seruant.* Hisp. *Seruir como esclauo ò moça.* Ministro, vel dedico me ad ministrandum, ac seruiendum, more ancillarum, quæ suis ministrant ac seruiunt heris. Cic. in Salustium, Non enim vni priuatim ancillatus sum.

Anclabra, Vasa sunt quibus sacerdotes vtebantur. Anclabris (inquit Festus) est mensa ministeriis apta diuinis. Vasa quoque in ea, quibus Sacerdotes vtuntur, anclabra appellantur. Sunt qui legant Antlabra, ἀπὸ τοῦ ἀντλῶν, hoc est ab hauriendo.

ANCON, onis, siue Ancona, æ, pen. prod. ἀγκών. Vulgò *Ancona.* Vrbs est totius Piceni celebertima, portum habens insigni opere à Traiano Cæsare extructum. Nomen habet à situ qui cubiti flexuram refert. Græci enim & cubitum, & locum cubiti modo sinuosum, ἀγκῶνα appellant. Plin. lib. 3. cap. 13. Ab iisdem colonia Ancon, appositа promontorio Cumero in ipso flectentis se oræ cubito. ¶ Fuit item Ancon, Apud Carthaginienses obscurum domicilium, in quod detrudebantur, quibus iratior erat tyrannus.

Anconisci, ἀγκωνίσκοι, Instrumenta tortoria. ¶ Item ferramenta oneribus sustinendis idonea, quæ à Gallis corrupte Angones vocantur. cuiusmodi in cellarum vinariarum columnis videmus, quibus incumbunt ligna, quæ dolia ferunt. Dicta à similitudine cubiti, quem ἀγκῶνα Græci appellant. Nam vt plerique dormientium cubitis, ita hisce ferramentis onera innituntur.

ANCVS, ἄγκος, cognomento Martius, quartus fuit Romanorum rex, Numæ Pompilij ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum ponte Sublicio Vrbi coniunxit, Romanorúmque limites ad mare vsque promouit, vbi & Ostiam condidit. Reliqua vide apud Liu. lib. 1. ab Vrb. cond. Dictum autem volunt Ancum ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, hoc est à cubito, quem incuruum habebat, nec poterat exporrigere. Vide Seruium in illud Virg. 6. Aeneid. Quem iuxta sequitur iactantior Ancus.

Ancteres, ἀγκτῆρες, Vincula sunt, quibus vulnerum labra constringuntur, ne latior fiat cicatrix. Gal. 3. Therapeut. Item pars colli, suffocationi maximè obnoxia. ἀπὸ τοῦ ἄγχειν. Vide Cælium Rhod. lib. 4. cap. 2.

Ancyloglossum, ἀγκυλόγλωσσον, Vinculum neruosum sub lingua, in pueris præsertim, quod Filum vulgò appellatur. Eximitur autem instrumẽto, quod ἀγκυλόστομον appellant. Vide Paulum Aeginetã lib. 6. cap. 29.

Anculi,

Anculi, Et Ancolæ, dij, deæque ancillarum putabantur. Festus.

ANCYRA, ἄγκυρα, Nomen duarum vrbium, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ, a qua Synodus Ancyritana, in iure Pontificio sæpe nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris nauium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex stippetias Gallogræcis miserat. Vide Stephanum & Plinium lib. 5. cap. vltim.

Ancyromachus, ἀγκυρόμαχος, pen. corr. Genus nauigij est, ita dictum, quòd anchoris, & reliquis nauigij instrumentis vehendis sit aptum.

Andabatæ, ἀνδάβαται. *Combattans à la cieca.* } Gladiatores erant, qui oculis clausis dimicabant. Cic. Trebatio, Quem antea ne Andabatam quidem defendere poteramus. De Andabatis sic scribit Erasmus, Andabatæ fuerintne populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderent in aduersarium, an potius lusus genus, vt propemodum ex Seneca licet coniicere, nondum (vt ingenuè fatear) satis compertum habeo.

ANDANIA, ἀνδανία Stephano, Oppidum est Peloponnesi in tractu Messeniaco, cuius meminit & Strabo lib. 8.

ANDANIS, ἄνδανις, Fluuius est Carmaniæ regionis, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

ANDEGAVI, Galliæ Lugdunensis populi, qui & Andes. Corn. Tacitus lib. 3, Erupere primi Andegaui ac Turonij, quorum Andegauos Acibius Auiola legatus, excita cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coercuit. Horum meminit & Plin. lib. 4. cap. 18. Vulgò *Angeuins.*

ANDELVS, ἄνδηλος, Ciuitas est Hispaniæ in Vasconia non procul à Pompeiopoli, quæ vulgò *Pampelona* appellatur: metropolis regni Nauarræ.

ANDES, inm. Populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricensi, Occanóque proximi, quos Ligeris fluuius alluit. Plin. Andegauos appellat, Cæsar Andes. Vulgò *Angiers.*

ANDES, Vicus non procul à Mantua, Virgilij patria.

Andinus, adiectiuum: vt Andinus vates: cantus Andinus. Sili. lib. 8, Mantua musarum domus, atque ad sydera cantu Euecta Andino, id est, Virgiliano.

ANDOCIDES, ἀνδοκίδης, Vnus ex decem præcipuis Atheniensium Rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachi & Nausicaæ posteris, vt ex Helanici sententia tradit Suidas.

Andrachne, ἀνδράχνη. Herba est, quæ à Latinis Portulaca dicitur.

Andrachne agria, ἀνδράχνη ἀγρία, Herba est maiori semperuiuo similis, sed solis minoribus, quæ à Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca syluestris. Vide Ruellium lib. 1. cap. 140.

Andrago, ἀνδραγώ, pen. prod. Mulier animum virilem habens, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς & ἄγω, Latini Viraginem vocant.

ANDRIA, ἀνδρία, Phrygiæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. vlt. Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

ANDRIACA, ἀνδριάκη Ptolemæo, Oppidum est in Media: & alterum in Lycia, Ptolemæo. Rursum aliud in Thracia, Straboni.

ANDRICVS, ἀνδρικός, pen. cor. Ciliciæ mons, vt inquit Strabo li. 14. Quo etiam nomine dictum est flumen quoddam eiusdem regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. lib. 5.

ANDROBIVS, ἀνδρόβιος, Nobilis pictoris nomen, qui Scyllin pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. Plin. lib. 35. cap. 11.

ANDROCLEVS, ἀνδροκλῆς, Fuit philosophus, Porphyrij discipulus, cuius ipse Porphyrius mentionem facit, vt refert Volaterranus.

Androdamas, ἀνδροδάμας, Lapis est ex genere hæmatitarum, colore nigricante pondere ac duritia insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum. Vide Plin. lib. 36. cap. 20. ¶ Est præterea Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet: vt adamas, quadrata, & semper reflellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo, quòd impetus hominum & iracundias domet, διὰ τὸ δαμάζειν τοὺς ἀνδρας, hoc est à domandis viris. De hac Plin. lib. 37. cap. 10.

ANDRODAMVS, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, vt scribit Aristoteles.

ANDRODVS, Nomen proprium filij Codri Atheniensium regis, qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit. ¶ Fuit & Alter Androdus seruus, hospes, & medicus Leonis: de quo vide historiam cognitu dignissimam apud Aulum Gellium.

ANDROGEOS, ἀνδρόγεως, Præclaræ indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Atheniensibus & Megarensibus per inuidiam occisus est, quod palæstra ceteros superaret. Quapropter suscepto à Minoe aduersus hos populos bello, primò Megarenses subegit, deinde Atheniensesibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Atheniensis Minotauro cæpit obiicere.

ANDROGYNI, ἀνδρόγυνοι, Sunt populi in Africa supra Nasamonas, vt lib. 7. cap. 2. Plin. scribit, vtriusque naturæ, inter se vicibus coëuntes. Dextera mamma his virilis, læua muliebris.

Androgynos, ἀνδρόγυνος, pen. corr. Qui vtrunque habet sexum, & maris & fœminæ: cuiusmodi fuit Hermaphroditum fuisse Poëtæ fabulantur, Mercurij & Veneris filium, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς & γυναικός. Cic. de Diuin. Quid ortus Androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit?

ANDROMACHE, ἀνδρομάχη, pen. corr. Eetionis regis Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia, & Hectoris Troiani vxor, & mater Astyanactis, quæ à virili pugna nomen sortita est. Fuit enim virili animo septa, & quædam veluti virago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Molossum filium suscepit: posteaque Heleno vati Priami filio eam vxorem tradidit, regnique portionem eidem assignauit.

ANDROMACHVS, ἀνδρόμαχος, Adulator Crassi, à quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Autor Plutarchus. ¶ Fuit & Andromachus sophista è Neapoli Syriæ, filius Zoæ, qui Grammaticam docuit Nicomediæ, Diocletiani principis tempore, vt autor est Suidas.

ANDROMEDE, ἀνδρομέδη, pen. corr. Cephei & Cassiopes filia, quæ ob matris superbiam quę se Nereidas forma antecellere gloriabatur, à Nymphis scopulo fuit alligata, & ceto deuorandæ exposita, sed Persei virtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, & cetum interemit, & Andromedem vxorem duxit. Postremò Minervæ beneficio inter alia collocata dicitur. Oritur in parte piscium duodecima.

ANDROMON, Nomen est eius qui Colophonem ædificauit.

Andron, ἀνδρών, A' quibusdam putatur esse locus in ædibus, parietibus vndique septus, sed ferè sine tecto. Plin. in Epist. Tam alti abdirique secreti illa ratio est, quòd interiacens andron parietem cubiculi hortiq; distinguit, atque ita omnem sonum medij inanitate distinguit. Festus locum esse in ædibus longitudine angustiorem, in quo viri plurimùm versantur, vt γυναικεῶνες in quo mulieres. Solebant enim viri publico festo in conuiuiis maximè à mulieribus seiungi, ne illorum moribus accumberent. Suidas quoque Andronem interpretatur locum in ædibus, in quem viri solent conuenire. Dicebatur huiusmodi locus etiam Andronitis: quòd in eo viri sine interpellationibus mulierum versarentur, vt scribit Vitruuius lib. 6. ¶ Est etiam Andron (sicut scribit Ptolemæus) oppidum infetioris regionis Nili.

ANDRONICVS, Rhodius, Philosophus Peripateticus, cuius meminit Strabo. ¶ Fuit & alius Andronicus grammaticus desidiosior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam scholam, vt refert Tranquillus. ¶ Andronicus item alius fuit historicus, qui res Alexandri scripsit, vt scribit Volaterranus. ¶ Fuit item Andronicus Liuij cognomen, poëtarum Latinorũ vetustissimi: cuius vitam vide apud Crinitũ.

Andronium, Medicamentum est, vnæ, quæ in fine faucium nasci solet, curandæ vtile. Eius confectionem vide apud Celsum lib. 6. cap. 14.

ANDROS, siue Andrus, ἄνδρος, Insula est vna Cycladum. Euboeæ adiacēs, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Andrus, insula Oceani Septentrionalis, inter Hyberniam & Britanniam. Plin. lib. 4. cap. 16.

Androsæmon, ἀνδρόσαιμον μέν. Herba est similis Hyperico, cauliculis tamen maioribus, ac magis rubētibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emittit sanguini similem: vnde & nomen habet. Αἷμα enim apud nos sanguinē significat. De hac herba vide Plin. li. 26. ca. 5.

Androsaces, ἀνδροσάκες, Herba est in maritimis Syriæ locis copiosissimè proueniens, alba, cæsens foliis, folliculos in cirris habens, & in folliculis semen. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

Anellus, } μικρὸς δακτύλιος. Ital. *Anelletto.* Gal. *Anellet.* Hisp. *Pequeño anillo.* } diminutiuum ab Annulo. Horatius in Serm. -sæpe notatus Cum tribus anellis, modo læua Priscus inani. Cic. Cuius imaginem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiā in poculis, & anellis habebant.

ANEMO, Fluuius est in octaua Italiæ regione, apud Plin. lib. 3. cap. 15.

Anemone, pen. prod. } ἀνεμώνη. Ital. *Anemone.* Gal. *Coquelourdes ou passefleur.* Hisp. *Anapolles de flor chiquita.* } Herba est florem habens eiusdem nominis, caduca leuitate statim euanescentem, quem poëtæ fabulantur ortum esse ex sanguine Adonidis ab apro interempti. Galli vocant Herbam venti, quòd flante vento floribus suis spolietur, quos illi *coquelordes* appellant. Meminit huius herbæ Nicander in Theriacis, & Theocritus in Bucol. Flos est purpureus, aspectu satis amœnus, sed nulla odoris gratia commendatus. Vnde ortum est prouerbium, ῥόδον ἀνεμώνῃ συνοικεῖς, hoc est, Rosam cum Anemone confers. Conuenit in eum qui vehementer impariatinter se componit. Dicta putatur Anemone, quòd nisi vento flante (quē ἄνεμον vocant Græci) non aperiatur.

ANEMOREA, ἀνεμόρεια Homero, Oppidum Phocidis, quod postea Anemoleam appellarunt.

Anemosphoros, ἀνεμόσφορος, Herba est ex naporum generibus, quæ receptiore nomine Bunion appellatur.

Anethum, } ἄνηθον. Ital. *Aneto.* Gal. *Anet.* Hisp. *Eneldo.* } Genus herbæ boni odoris, etiam hodie in officinis nomen retinens, ructus mouens, tormina sedans, & singultus cohibens. Plin. lib. 20. cap. 18.

Anfractus, Dicuntur obliqui viarum flexus, in sese recurrentes, ab Am & frango, quod recta via crebris mæandris vndequaque sit interrupta, } ἀνακάμψις. Ital. *Retorta & torta de via.* Gal. *Vn destour ou rond, vn destour de rue.* Hisp. *Rodeo de camino aspero.* } Cæsar, Oppidi murus ab planitie, atq; initio ascensus, recta regione, si nullus anfractus intercederet, MDD. passuum abesset. ¶ Transfertur & ad alia, accipiturque simpliciter pro quouis circuitu. Cic. de Partit. Orat. Oratio circumscripta longo anfractu. Idem de Diuinat. Iam verò quid opus circuitu & anfractu? ¶ Legitur & Anfractum neutro genere apud vetustissimos. Accius Eurysace, citante Nonio, Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta reuisam.

Angari, ἄγγαροι, teste Suida, Nuntij erant regij apud Persas, qui & ἀγγάρου vocabantur. Quod tamē nomen postea latius vsurpari cœpit, pro quibusuis qui seruorum aut iumentorum onera bamularent. Horum diuersoria, in quæ peracto diei pensō diuertebant, Angaria, ἀγγαρεῖα, vocabantur. Quod etiam annotauit Cælius Rhodig. lib. 18. cap. 8.

Angaria, } ἀγγαρεία. Ital. *Angaria, grauezza.* Gal. *Charge, contrainte.* Hisp. *Dureza à seruidumbre.* } pen. prod. Dictio Persica, vt inquit Suidas, Proprie seruitus coacta. Vnde si quis cogitur plus soluere publicanis quàm liceat, angaria est. Inde ἀγγαρεύω, cogo. ¶ Budæus sic habet, Apud Persas erat ἀγγαρικὸν δρόμημα, cursus pernicissimus equitum, vt scribit Herodotus in 8. vnde nomen Angariæ, & Perangariæ in libris iuris lectitatū manauit: est enim nomen Persicū. Nostrates *Postas*, quasi positos collocatósq; in certis locis, & semper in procinctu excubantes, appellant.

ANGARIS, Mons est Idumææ, apud Plin. lib. 5. cap. 13.

Angelus, ἄγγελος, Latinè nuntius: nam officij nomen est, non naturæ, Semper enim spiritus sunt: sed quum mittuntur, vocantur Angeli. Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntiis aptum.

ANGERONA, ἀγγερώνη, Vocitata est voluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur, cui sacra à Romanis instituta sunt, quum angina ciuitas vexaretur, ab angore tollendo sic dicta. Eius festa Angeronalia sunt vocitata. Putabant enim ab hac dea populum eo morbo promisso voto fuisse liberatum. Huic Pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciebant.

Angina, Vide ANGO.

Angiportus, quarti ordinis: & angiportum, Via est exitum non habens: vel vicus angustus & flexuosus in modum anguis: quasi angustus ad portam aditus: ab angendo & porta. } στενωπός. Ital. *Via stretta, capo, angiporto.* Gal. *Rue ruelle, ou qui est sans yssue.* Hisp. *Calle angosta ò sin salida.* } Vlpia. Angiportum à porta dictum est. Portus verò, concluſus & munitus locus est, quemadmodum & statio: ab importandis, exportandisq; mercibus nomen habens. Terent. in Adelph. Id quidem angiportum non est peruium. Cic. 4. in Verrem, Vt omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur. Idem 1. de Diuin. Ex hostreis direptum effusumque frumentum vias omnes angiportúsque conitrauerat. ¶ Alij

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Græco ἄγχω, quod significat propè, deductum volunt, quia non longius extenditur.

ANGITIA, Aeetæ filia, & soror Medeæ, quæ prima Marsis remedia contra venena fertur ostendisse. Silius lib. 8. Aeetæ prolem Angitiam matra venena fertur ostendisse. Silius lib. 8. Aeetæ prolem Angitiam matra gramina primam Monstrauisse ferunt, tactúque domare venena.

ANGLIA, {Βρεττανία. Ital. *Inghilterra.* Gal. *Angleterre.* Hisp. *Inglaterra.*} quæ Britannia ab eruditis dicitur, Insula insignis in Oceano, quæ vndique à circunfuso mari complexa est, nusquam iuncta continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa: quæ quondam ab albis rupibus, quas mare vndique abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troes incoluerunt: qui Troia diiecta fugerunt excisam patriam, Palladisq; oraculo classe in hanc insulam migrauerunt: atque gigantes tunc insulam tenentes, multis victos prælijs expugnauerunt. Hanc postmodum longo tempore, agrósque & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuisit. Atque vt linguæ pariter & gentis memoria in deuicta insula sempiterna foret, ab Angela, cuius ductu victa est, Angliam tellurem illam vocauit. Quanquam plerique Angliam veluti nostri orbis angulum prædicent dictam. Sita est (vt inquit Plin. lib. 4. cap. 16.) exaduerso Galliæ, Germaniæ, atq; etiam Hispaniæ, licet longiore interuallo. Agrippa longitudinẽ eius prodidit esse D C C C.M. passuum, latitudinẽ verò C C C.M.

Ango, angis, anxi, sine supino vsitato. {ἄγχω. Ital. *Affannare, anfiare, anfare.* Gal. *Estrangler, tormenter, angoisser.* Hisp. *Angustiar ò congoxar.*} Idem est quod cruciare, suffocare, premere, vexare. Et modò ad animum, modò quod cruciare, suffocare, premere, vexare. Et modò ad animum, modò ad corpus, modò ad vtrumque promiscuè pertinet. ¶ Ad animum. Cic. Epist. fam. lib. 16. Audio te animo angi. Gellius, Chilo præstabilis homo sapientiæ, quónam vsque debuerit contra legem, contráque ius pro amico progredi, dubitauit: eáque res in fine quoque vitæ ipso animum anxit. ¶ Ad corpus. Col. lib. 9. Cauendum est vt tenerior separetur à validioribus, quia robustus angit imbecillum. ¶ Ad vtrumque promiscuè. Gell. Dum Pyrrhus rex intra Italiam esset, & vnam atque alteram pugnam prosperè pugnauisset, satisque angerentur Romani, & pleraque Italia ad regem descuiisset. Plaut. pro absumo posuit in Aulul. Tum anxisse aquam, siquis peret. Deducitur ἀπὸ τοῦ ἄγχω, quod est suffoco, strangulo: à quo Synanche morbus faucium acutus, vt dictum est in dictione Angina. Dicimus autem, Angor animi, vel animo, ἀθυμεῖν, ἀνιᾶσθαι τῇ ψυχῇ.

Angor, oris. Corporis vel animi cruciatus. {ἀθυμία. Ital. *Affanno, doglia.* Gal. *Angoisse.* Hisp. *Angustia, ansia, ò congoxa.*} Cic. 4. Tusc. Angor, est ægritudo premens. Idem 1. de Fin. Sic robustus animus & excelsus, omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit.

Angina, pen. prod. {συνάγχη. Ital. *La schinanzia.* Gal. *Esquinancie.* Hisp. *Esquinancia.*} Genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur ac strangulantur. Imperitum vulgus medicorum Squinãtiam vocat. Dicta angina, quòd angat guttur, viámque spiritui præcludat. Plautus. Vellem me in anginam verti, vt huic aniculæ fauceis præoccuparem. ¶ Festus Pompeius indicat ioco iactatum in eos qui vino præfocantur, laborare vinaria angina, quam σύναγχὴν possis dicere.

ANGRVS, ἄγρος. Fluuius est ex Illyricis, versus Boream fluens, Herod. lib. 4. Qgin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus, planitie Tribaliam interfluens, Brongum intrat, Brongus ille, Istrum.

Anguillæ, Piscium solæ exanimes non fluitant: quas non ouo, non coitu procreari scribit Aristoteles. {ἰσχέλυες. Ital. *Anguille.* Gal. *Anguilles.* Hisp. *Anguillas.*} Dictæ anguillæ, quòd specie anguem repræsentent. Plin. lib. 9. cap. 51, Anguillę atterunt se scopulis, ea strigmenta viuiscunt, nec alia est earum procreatio. Plaut. in Pseu. Anguilla est, elabitur. ¶ Cauda tenes anguillam, ἀπ' οὐρᾶς ἔλαιον ἰσχύεις ἔχεις. Prouerbium est, in eos aptè dici solitum, quibus res est cum hominibus lubrica fide perfidisque: Aut qui rem fugitiuam atque incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint. ¶ Huic diuersum est illud, πὰρ ἰχθὺν ἔλαιον ἰσχύεις, Folio ficulno anguillam, subaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quàm vt possit, elabi. ¶ Anguillas captare, ἰσχάλεως θηρᾶν, Quadrabit in eos quibus tranquillo Reip. statu nihil est emolumenti: Proinde seditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum in suum priuatum vertant commodum. Inde ducta similitudine, quòd quum aqua stat immota, nihil capiunt qui captant anguillas: quum verò turbam ac deorsum miscent ac perturbant aquam, ita demũ capiũt. Prouerbiũ extat apud Aristoph. in Equitibus.

Anguis, Tam fœminini quàm masculini generis, serpentis genus est satis notum, & propriè illud (si Seruio credimus) quod in aquis degit. {ὄφις. Ital. *Serpente.* Gal. *Serpent, couleuure.* Hisp. *Culebra ò serpiente.*} Frequentissimè tamen etiam de terrestribus dictum inuenitur. Virg. 3. Aeglog. Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Valerius lib. 1, Sylla consul, sociali bello, quum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subitò ab vna parte aræ prolapsam anguem prospexit. Cornc. Tacit. Vnam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est. Frequentius tamen masculino genere profertur.

Anguiculus, {ὀφίδιον. Ital. *serpentello.* Gal. *Serpenteau, petit couleuure.* Hispa. *Pequeño serpiente.*} Diminutiuum ab Anguis, vt apud Cic. 5. de Finib. Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Anguifer, pen. corr. Signum cœleste, quod à Græcis dicitur ὀφιοῦχος. Colum. Anguifer quum mane occidit, tempestatem significat. Cic. de Nat. deor. Atque hæc quidem à tergo: propter caput autem Angitenens.

Anguineus, a, um, adiectiuum. Quod anguium est, aut quod ex anguibus constat. ὄφειος. Ital. *cosa da serpente.* Gal. *De serpent.* Hispan. *Cosa de serpiente.*} vt, Anguineæ comæ Medusæ, apud Ouid. 4. Tristium: & Anguineus capillus Eumenidum, apud Catullum. ¶ Item quod ad anguis similitudinem accedit: vt, Anguineus cucumer. Columel. lib. 2. cap. 9. Hoc est oblongus, & ad anguis similitudinem contortus. Plinio dicitur Extaticus lib. 20. cap. 2.

Anguinus, a, um. Idem: vt, Anguina vernatio, χρόα ὀφεως, pro pelle quam verno tempore anguis exuit. Plin. lib. 30. cap. 3. Anguinum ouum. Plin. lib. 29. cap. 3. Præterea est ouorum genus in magna Galliarum fama, omissum Græcis. Angues innumeri æstate connoluti, salinis fauces corporumque spumis artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur.

Anguimanus, ni, Elephantorum epitheton est, propterea quòd proboscis eorum quæ manus vocatur, in omnem partem, anguium more, facilè flectitur, & vertitur. Lucr. lib. 5, Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.

Anguipedes, A' poëtis dicti sunt Gigantes, quasi loripedes, quòd pedes tortuosos habuisse finguntur, sicut angues se tortuosos faciunt. ἑλικοπόδες. Ouid. 1. Metam. -qua centum quisque parabat Inijcere anguipedum captiuo brachia cælo.

Angulus, pen. corr. A' geometris dicitur id, quod resultat ex duabus lineis in idem punctum desinentibus. {γωνία. Ital. *Angolo, ò cantone, canto.* Gal. *Angle, coing.* Hisp. *Rincon.*} ¶ In ædificiis item anguli dicuntur, vbi duo parietes coeunt. ¶ Item in agris & regionibus, vbi duo latera conueniunt, atque in acutum desinunt, angulus appellatur. Cæsar 5. belli Gall. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, &c. ¶ Et quoniã anguli in ædificiis reliquis partibus ferè sunt obscuriores, & secretiores, factum est, vt angulus accipiatur pro loco quouis secreto & abdito. Terent. in Adelph. Interea in angulum aliquò abeam. Cic. in Catil. Nemò non modò Romæ, sed ne vllo quidem in angulo totius Italiæ fuit, &c.

Angellus, li, γωνίδιον. Paruus angulus. Lucr. lib. 2, Sed magis angellis paulum prostantibus.

Angulatus, a, um. {γωνιωτός. Ital. *Fatto à cantoni.* Gal. *Fait à angles.* Hisp. *Hecho à rinconez.*} Cic. de Nat. deor. Esse corpuscula quædam læuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.

Anguloſus, Habens plures angulos. {γωνιώδης. Ital. *Di piu cantoni.* Gal. *Qui a plusieurs coings.* Hisp. *Lleno de rincones.*} Plin. lib. 37. cap. 12, Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea clypeodes & rotunda, angulosis minima gratia.

Angularis, & hoc, lare. Quod habet angulos. γωνιαῖος. Cato de re Rust. cap. 15, Pilas ex lapide angulari.

Angulatim, κατὰ γωνίας. Aduerbium significans per angulos.

Angustus, a, um, ab angulus. {στενὸς. Ital. *Stretto.* Gal. *Estroit, serré.* Hisp. *Angosto, y estrecho, ò apretado.*} Arctus, eò quòd anguli semper coarctentur vt, Angusta domus. Cic. 1. de Finib. Angustissimæ fauces, Cæsar 1. bel. Ciuil. Angustioribus foliis. Plin. lib. 13. cap. 21.

Angusto, as, id est stringo. {στενοχωρέω. Ital. *Stringere.* Gal. *Estrecir.* Hisp. *Angostar, estrechar.*} Luc. lib. 5, Quà maris angustat fauces saxosa Carystos.

Angustans, Angustatus, Angustandus, participia. Catul. Cuius rei ego cælis angustans corporum aceruis. Cic. Somn. Scip. Omnis enim terra quæ colitur à vobis, angustata vericibus, lateribus latior. Seneca de Tranquil. vita, Angustanda certè patrimonia sunt, vt minus ad iniurias fortunæ simus expositi.

Angustè, aduerbium. {στενῶς. Ital. *Strettamente.* Gal. *Estroittement, serrément.* Hisp. *Estrecha y apretadamente.*} Cæsar. 3. bel. Ciu. Ad rem frumentariam expediendam, qua angustè vtebantur.

Angustia, æ, Locus arctus, & minimè amplus, cuiusmodi sunt montium fauces. {στενοχωρία. Ital. *Angustia, strettezza.* Gal. *Destroit, destresse.* Hisp. *Angostura, estrechura.*} Cæsar. 5. Bell. Gall. Tamen angustiis viarum quàm maximè potest, contrà it. Idem, Qui prior his angustias occupauerit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotij. Transfertur & ad alias res: vt, Angustia orationis, Angustia ærarij, Angustia etiam corporis & animi. Cæsar, Neminem, qui ei in tot rerum angustiis subueniret habebat.

Angustitas, atis, vetus nomen, pro Angustia. Actius, Sed angustitatem ineluſam, ac saxis squalidam. Nonius.

Anhelo, as, penult. prod. ex Am, & Halo, m, in n, mutata, significat ægrè halo: quum videlicet ex cursu, aut alio quouis labore vehementi, crebris quasi singultibus spiratur, ac respiratur. {ἀσθμαίνω. Ital. *Spirare, fiatare, ansare.* Gal. *Haleter, haleter, souffler.* Hispa. *Acezar ò sospirar desseando.*} Colum. lib. 1. cap. 3, Sed antè ad præsepia boues religari non expedit, quàm sudare, atque anhelare desierint. ¶ Vnde, & pro ardenter cupio per transtationem poni consueuit. Cicc. in Cat. Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, &c.

Anhelator, Qui est suspiriosus & pneumaticus, quod vitium consistit in spirandi difficultate. {ἀσθματικός. Ital. *Che ansa & spande grossa fiato.* Gal. *Qui a fort veut & haleine à grand peine.* Hispa. *El que mucho sospira ò acezа.*} Plin. 22, Anhelatoribus, & in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.

Anhelatus, participium. ἐκπνοὴ ἀσθματική. Ouid. in Epist. Medeæ ad Iasonem, Isset anhelatos non præmedicatus ad ignes.

Anhelatio, onis, spirandi difficultas. {ἀσθμαντικὴ πάθος. Ital. *Asmo, difficultà di respirare.* Gal. *Difficulté d'auoir son haleine.* Hisp. *Acezа ò sospiro.*} Plin. lib. 11. cap. 21, Prodest & orthopnoicis, & anhelationi.

Anhelitus, us, pen. corr. Ipse spiritus, vel respirandi actus. {ἀσθμα. Ital. *Fiato.* Gall. *Haleine, ou difficulté d'haleter comme quand quelqu'vn à couru.* Hispan. *Acezo ò sospiro.*} Plautus in Epid. Animo malè est, accipiam anhelitum.

Anhelus, a, um, Idem quod anhelans, ægrè anhelitum ducens. {ἀσθματικὸς, καὶ ἀσθμαντικός. Ital. *Che spira con difficultà.* Gal. *Qui a peine peut auoir son haleine.* Hisp. *El que mucho sospira ò acezа.*} Virg. 1. Georg. Nòlque vbi primus equis Oriens afflauit anhelis. Idem 2. Georg. Semibus medicantur anhelis: id est suspiriosis.

ANIA, Romana mulier, quam quum propinquus moneret, vt alteri viro nuberet: esse enim ei & ætatem integram, & faciem bonam: Nequaquam hoc faciam, inquit. Si enim virum bonum inuenero, vt antè habui, nolo timere ne perdam: si malum, quid necesse est, post bonum pessimum sustinere?

Anicetum, {ἀνίκητον. Ital. *Anisso.* Gal. *Anis.* Hisp. *Anis.*} A' quibusdam appellari semen, quod notiore nomine Anisum vocamus, autor est Plin. lib. 20. cap. 17, propterea quòd appetentiam excitet. A' Græcis, quæcunque orexim adiuuant, ἀνίκητα dicuntur, quasi inuicta. Non aliam etiam ob causam Dioscorides eandem appellationem anetho tribuit, lib. 3. cap. 60. Vide ea quæ ibi annotauit Marcellus Virgilius.

Anicíana, Inter pyrorum genera reponuntur. Vide Colum. lib. 5. cap. 10. & Catonem cap. 7.

Anicularis, Vide ANVS.

ANIGRVS, ani, in. pen. prod. Fluuius est Thessaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt sua vulnera. Vnde quum antea haberet aquas purissimas, Centaurorum sanguine sordidæ sunt & impuræ. Autor est Ouid. Metam. lib. vlti. Anté oibebatur, nunc quas contingere nolis, Fundit Anigrus aquas, &c.

Anilis, Anilitas, Aniliter, vide ANVS.

Anima, ψυχή. Ital. *Alma, anima, fiato, aria.* Gal. *L'ame, la vie, l'air que nous respirons.* Hisp. *Anima, ayre.* Corporum viuentium, hoc est stirpium, & animalium tam rationalium, quàm ratione carentium, pars nobilior, qua omnia quæcunque illorum viuit, alitur, sentit, aut ratiocinatur. Ea in stirpibus simplex est, quam Altricem appellant, qua scilicet illæ alimentũ attrahunt, retinent, & in vniuersas sui partes distribuunt, illisq; assimilant: & quod in alimoniam verti non potest, excernunt. Brutis verò animantibus anima duplex est, quæ à nobiliori sua actione Sentiens appellatur, sub se comprehendens altricem, non secus atque in tetragono trigonus comprehenditur. Longè autem nobilissima hominis est anima, quæ à ratione, qua solus homo vtitur, Rationalis appellatur. Hæc re quidem vna est, ex triplici autem actione tria fortitur nomina, modò Altrix siue Vegetatrix, modò Sentiens, modò Ratiocinatrix appellata. ¶ Accipitur item Anima, pro animo, pro vitâ, pro spiritu: de quibus vide testimonia in dictione Animus. ¶ Anima & vita, ζωὴ & ψυχή, de re supra modum suaui. Prouerbium natum in cubilibus, atq; inde deductum in communem sermonem quo vtũtur Iuuenalis & Martialis. ¶ Animã debet, τὸν ψυχὴν ὀφείλει. Donatus in eo loco Phormionis Terent. Quid si animam debet? admoner Prouerbium esse de eo qui immodico ære alieno teneatur, vt plus quàm omneis facultates debeat, ac denique seipsum debeat. ¶ Simili figura, Omnia præter animam tradita, dicuntur, qui nihil non dederunt aut debent præter animam, quo vsus est Cice. pro Rosc. Amer.

Animula, ψυχάριον. Ital. *Animetta.* Gal. *Petite ame, vie tendrette.* Hisp. *Pequeña anima.* diminutiuum ab Anima. Seruius Sulp. ad Cice. lib. 4. In vnius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere commoueris?

Animal, ab anima. Est substantia animata sensibilis. ζῶον, ἔμψυχον. Ital. *Animale.* Gal. *Vn animant, ce qu'a vie auec sens, comme les hommes & les bestes.* Hisp. *Animal, que tiene anima.* Plin. lib. 10. cap. 83. Bipedum solus homo animal gignit. Cic. 1. de Legib. Animal prouidum & sagax homo.

Animalis, & hoc animale, Quod est ex animali, siue quod habet in se animam. ψυχικός. Ital. *Vitale.* Gal. *Viuant & sentant, ayant ame.* Hisp. *Cosa de anima.* Vnde veteres Animales deos dixerunt, qui de animalibus essent facti, vt Penates. ¶ Animalis item dicitur spiritualis. Cic. lib. 3. Tuscul. Siue illi animi sint animales. Huius contrarium est Exanimalis, qui non est animal, vel qui sine anima est. Plaut. in Bacch. Nam neque Bellona mihi vnquam, neque Mars creduat, Ni illum exanimalem faxo, si conuenero, Nive exhæredem feecro vitæ suæ.

Animalis hostia, Dicebatur quæ ob eam solum causam mactabatur, vt eius anima Deo alicui offerretur. θυσία ψυχική. Duo enim (vt inquit Macrobius) erant hostiarum genera. Vnum, in quo voluntas Dei per extra disquiritur. Alterum, in quo sola anima Deo sacratur: quas Aruspices Animales hostias idcirco appellant.

Animabilis, le, adiect. ἐμψυχικός, καὶ ζωογονικός. Qui animã & spiritum habet. Cicer. 2. de Natur. deor. Principio enim terra sita in media parte mũdi, circũfusa vndiq; est hac animabili spirabiliq; natura, cui nomẽ est aër.

Animalitas, Pro ipsa animali essentia, τὸ ψυχικόν.

Anima, uerto, Id est animũ aliquò verto, siue sensus in illud quod fit intendo, cogito, intueor, cõsidero. ἐπιβάλλομαι εἰς τὸν, νοῶ, νοητέον γε τοῦτον, ἀνθρώπου. Ital. *Considerare.* Gal. *Auiser, prendre garde, aperceuoir.* Hisp. *Mirar y ver las cosas atento hazia alguno.* Plaut. Animaduerte hominẽ subalbidum. Cice. 1. de Diuin. Experrecta nutrix animaduertit dormientem circumplicatum serpentis amplexu. ¶ Cum accusatiuo mediãte præpositione In, significat punire. κολάζειν. Ital. *Punire.* Gal. *Punir, chastier.* Hisp. *Punir y castigar alguno.* oppugnare, verberare, iram exercere. Cice. in Verr. Act. 3. Tu qui statueras animaduertere in eos qui perperam iudicassent. ¶ Interdum sine præpositione. Idem in Verrem, Act. 2. Atque ea sunt grauiter animaduertenda peccata, quæ difficillimè præcauentur. ¶ Inuenitur etiam ablatiuo iunctum. in eadem significatione mediante præpositione A, vel Ab. Terent. in And. Ea primum ab illo est animaduertenda iniuria, id est castiganda & vindicanda.

Animaduersio, Quod modò considerationem significat. ἐπίνοια, ἐπιλογισμός. Ital. *Considerazione.* Gal. *Consideration.* Hisp. *Aquella obra de mirar hazia alguno.* Cice. 1. de Finib. Interesse enim inter argumentum, conclusionemque rationis, & inter mediorum animaduersionem. Modò punitionem, quam κόλασιν Græci vocant. Ital. *Punitione.* Gal. *Chastiement, punition.* Hisp. *Punicion, castigo.* Idem 1. Offic. Omnis autem & animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet.

Animaduersor, Punitor. κολαστής. Ital. *Chi punisce.* Gal. *Qui punit, chastieur.* Hisp. *Castigador.* Cice. 1. Offic. Si acres ac diligentes esse volumus animaduersores vitiorum, magna sæpe intelligimus ex paruis. Apuleius, Exponam breuiter, quid animaduersor meus fecit.

Animaduersus, Perspectus, cognitus. ἐπιγνωσθείς. Ital. *Conosciuto.* Gal. *Congneu.* Hisp. *Conocido.* Cæsar, Hæc re animaduersa, Cæsar iubet signa cõuerti. ¶ Item Animaduersus, qui supplicio affectus est. κολασθείς. Ital. *Punito.* Gal. *Chastié.* Hisp. *Castigado.* Paulus Iurecon. Corpora animaduersorũ, quibuslibet petentibus, ad sepulturam danda.

Animus, &, Anima, in hoc differunt, quòd anima sit vitæ, animus consilij. Nam anima, in homine est, qua viuimus, & sentimus, & mouemur: ita vt contineat vim vegetandi, mouendi, & sentiendi: quæ omnia communia sunt nobis cum cæteris animantibus. Nam ipsa aluntur, crescunt & gignunt, mouentur præterea, & sentiunt. ¶ Animus. διάνοια. Ital. *La spirito humano.* Gal. *Ame, esprit, courage.* Hisp. *Anima racional con que entendemos.* verò est, quo homines sumus, quo sapimus & intelligimus. Quæ vis non est educta de potentia materiæ, sed à Deo immortalis de nihilo creatur eodem tempore, quo & infunditur in corpus nostrũ. Cic. lib. 1. Tuscul. sic differit, Animum autem alij, animam etiam ferè nostri declarant nominari. Nam & Agere animam, & Efflare animã dicimus, & Animosos, & Bene animatos, & Ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima est dictus. Sciendum tamen est, animum pro anima plerunq; sumi, vt apud eundem in Catone, Qui si in hoc erro, quòd animos immortales credam, libenter erro. Et iterum, Sic mihi persuasi, sic sentio, quum tanta celeritate animarum, &c. Eius contrarium est Inanimis, qui anima caret. Similiter Exanimus, siue Examinis, Semianimus, qui semianimus est, ἡμιθνὴς. ¶ Plaut. in Mostel. Prouerbialiter dixit, Nihil est miserius, quàm animus cõscius. Cõscient a enim mille testes. ¶ Aliquãdo accipitur pro voluptate siue affectu & delectatione. ἡδονή. Plaut. in Edi. Captiuũ adulescẽtulã de præda mercatus est. Quid ego ex te audio? T. Hoc quod fabulor. L. Cur eam emit? T. Animi causa. L. Quot ille animos habet! Hinc fit Vnanimis, ὁμόψυχος, qui vnius est animi, id est voluntatis. ¶ Munerũ animus optimus, ἓν τὸ δῶρον ψυχὴ δώρου: Græcis hemistichiũ Heroicũ prouerbiale, quo significatur, in amicorũ munetibus nõ esse spectandũ rei missæ pretium, sed mutũ animum. ¶ Volens nolente animo, ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ. Hemistichium Homer. Iliad. lib. α'. dicendum vbi quis fingit se nolle quod cupit: vel contrà. Nonnunquam de ambigẽte, animiq; incerto dicitur, vt apud Eurip. in Hecuba. ¶ Animus habitat in auribus, ἐν τοῖσιν ἀκοῦσι τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖ ὁ θυμός. Herod. in Polym. Cuius Adagij is est sensus, quòd ex iis quæ audimus, maximè placamur aut irritatur animus. ¶ Quãdoq; pro spiritu, siue flatu, ac vento: vnde anima vel animus nomen accepit. Nam ἄνεμος Græci dicunt, quem nos Ventum. Cic. 1. Tuscul. Si anima animus est, fortasse dissipabitur. Terent. in Adel. Animum recipe, id est respira. Pro eodem etiã legitur Anima: & (vt opinor) frequẽtius quàm Animus. Cic. de Vniuer. Inter ignem & terram aqua Deus, animãq; posuit. Virg. 8. Aen. Quantum ignes, animæque valẽt. ¶ Ponitur etiam Animus pro animositate, siue fortitudine, & animi alacritate. Cic. Arti. lib. 2. Nostris animus accessit timor hostibus iniectus est. Idẽ lib. 3. Labieni aduentu noster Cneus multò animi plus habet. ¶ Animus heptaboëus, ὁπλὴς ἑπταβοεύτης, de forti dictum. Epithetum sumptũ à clypeo Aiacis, quem Homerus ἑπταβόειον appellat, quòd septem boum tergoribus esset obductus atque ob id impenetrabilis. Ouid. -dominus clypei septemplicis Aiax: Sumptum est Adagium ex Ranis Aristoph. ¶ Aut minus animi, aut plus potentiæ, ἢ φρονεῖν ἔλαττον, ἢ δύνασθαι μεῖζον. Conuenit in feroces, quorũ arrogantiæ non supperant vires: Aut, qui non timent irritare quem vincere non possint. Vtitur Plutarch. in Lacon. ¶ Mulieris animus, γυναικὸς φρήν. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. ¶ Non abiicit animum. De eo qui ne afflictissimis quidem rebus, spem aut consilium abiicit. ¶ Recipere animum. Conuenit, quum quis re subitaria consternatus, postea recipit sese. ¶ Animos quoq; plurali numero, elegãter dicimus, pro ferocula quadam animositate, quæ scilicet habeat arrogantiæ nonnihil coniunctum. Cic. pro Flacco, Remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam. Idem pro Cluentio. Notatis animos eius & spiritus Tribunitios. ¶ Legitur etiã animus pro Memoria, vt annotauit Seruius in illud Virg. 9. Aegl. Omnia fert ætas, animum quoque. ¶ Frequenter etiam Anima pro vita accipitur. Salust. Ac nobis est domi inopia, foris æs alienũ, mala res, spes multò asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Iuuenalis. I nunc, & ventis animam committe, dolato Confisus ligno, digitis à morte remotus Quatuor aut septem, si sit latissima teda. ¶ Animam quoque pro animo positam legimus, hoc est pro mente. Macrobius, Tunc enim anima libera est, & nulla corporis cogitatione impedita. ¶ Item pro vento, vt suprà ostẽdimus. ¶ Sæpe etiam pro halitu oris, siue spiritu. Plaut. in Asin. Dic, amabo, an fœtet anima vxoris tuæ? Virg. 3. Georg. -animæ & olentia Medi Ora fouent illo. Terent. Hoc vbi audiui, ad fores suspenso gradu placidè ire perrexi, accessi, astiti, animam compressi, aurem admoui. Plautus, Ne quid emittat animæ dormiens. ¶ Pro eodem etiam Græci ψυχὴν dicunt, à verbo ψυχέζω, quod est refrigero. Nam quæ plus æquo calent, anima, hoc est spiritu, refrigeramus. ¶ Anima item accipitur pro ira. Idẽ, Animam comprime. ¶ Hinc Animosus, & Animatus, pro iracundo: de quibus infrà. ¶ Varro posuit Animam pro sono. Et Phrygias audire animas. Virg. pro ipso homine. Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo, &c.

Animulus, diminut. ψυχάριον. Plautus in Cas. Mi animule mi Olympio, mea vita.

Animo, as, Fortem reddo: & quasi animum induco, siue animum incito: & sic ab Animus descendit. ἐμποιῶ, παρορμῶ, παρακινῶ. Ital. *Incorare, inanimare.* Gal. *Donner courage, encourager.* Hisp. *Esforçar, dar corazon.* Claudia. lib. 3. Qualis pestiferas animare ad prælia taxos Torus Meæra ruit. Macrobius, Animati sunt ergo veteres ad faciendam discretionẽ. ¶ Aliquando animare est animam inducere, & viuificare. ψυχόω. Ital. *Mettere l'anima.* Gal. *Bailler vie ou ame vniuante & sentante.* Hisp. *Dar anima y vida.* tũcque ab anima, siue ab animo, quum pro anima capitur, deducitur. Columel. lib. 9. Diebus quibus animantur ova, & in speciem volucrum conformantur.

Animans, substantiuum fœmin. vel neut. generis, ferè pro animali accipitur. quod Græci ζῶον vocant. Ital. *Animale, animante.* Gal. *Vn animant, qui a vie & sens.* Hisp. *Animal.* Cice. de Natu. deorum. Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis vestitæ. Idem 1. de Legibus, Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Inuenitur & genere masculino. Horatius 2. Sermo. -sed hic stylus haud petet vltrò Quenquam animantem. Cice. de Vniuersi. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua omnes reliquæ formæ concludantur. ¶ Nonnunquam latius extenditur Animantis appellatio, præsertim in neutro genere, ad omnia scilicet, quæ habent animam: vt sunt arbores, frutices, & herbæ, quibus animam alentem inesse constat, quam philosophi recentiores Vegetatiuam appellant. Itaque viuere & mori illa dicimus: nec animalia tamen, sed animantia nuncupãtur, vt docet Senec. lib. 8. Epist. 21. moral. ¶ Animans verò adiecti. ἔμψυχος. Idem est quod animam habens. Autor ad Herennium lib. 4. Sed inuentio similium facilis erit, si quis sibi res omnes animantes, & inanimantes frequenter ob oculos ponere.

Animatus, ab animo fit, sicut à tunica, Tunicatus, à galea, Galeatus: & significat idẽ quod Animo, aut voluntate aliqua affectus. ἐμψυχόω.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ital. *Disposto nell'animo ad vna impresa.* Gal. *Qui a cœur, ou courage.* Hisp. *De animo y voluntad.* } Cic. D. Bruto. Ita paratus, seu animatus esse debes, vt nihil facias nisi iussus. Id est eam voluntatem habere debes.

Animatus, participium, Qui habet animam. ἔμψυχος. Cic. Tusc. 1. Animatum quod est id motu cietur interiore & suo.

Animatio, verbale, ab animando. } ἐμψύχωσις. Ital. *Riempimento di vita.* Gal. *Don d'ame, don de vie.* Hisp. *Obra de dar anima.* } Cic. de Vniuer. Eraut autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum, atque cæleste: alterum pennigerum, & aetium: tertium terrestre: quartum diuinæ animationis.

Animatus, us, verbale nomen. Idem quod animatio. ἀνάπνευσις. Plin. li. 11. cap. 3, Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipso spiritu viuentia docuimus.

Animosus, Habens in se vehementiam animi, siue qui est elati spiritus, quique ad iracundiam est procliuior. } ψυχώδης, ψυχικός. Ital. *Animoso, coraggioso.* Gal. *courageux, hardi, de grand cœur.* Hisp. *De grande animo y esfuerço.* } Ouidius, Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris. Cic. in Cat. Ex quo fit, vt animosior etiam senectus sit, quàm adulescentia. Virgilius, Quos animosi Euri assiduè frangúntque ferúntq;. Ea quoque animæ potentia, qua ad iram incitamur, Animosa, ψυχικὴ, appellatur. ¶ Inuenitur etiam Animosus, pro nodoso, per translationem positum. Virg. 3. Georg. Luxuriátque toris animosum pectus. Vbi Seruius Animosum interpretatur nodosum: non malè tamen Animosum pectus intelligere possumus, quod animositatis indicium est.

Animosè, aduerb. } ψυχικῶς, ἐμψύχως. Ital. *Animosamente, con gran core.* Gal. *Courageusement, de grand cœur.* Hisp. *De animo y de coraçon.* } Magno animo. Cic. 4. Phil. Nec solùm id animosè & fortiter, sed considerate etiam, sapientérque fecerunt.

Animositas, Est vehementia, & impetus animi, sedem habens in corde, quam Spensippus definit esse impetum violentum partis animæ irrationalis, absque ratione & ordine mentis. } Ψυχικὸν. Ital. *Animosità, coraggio.* Gal. *Courage, grand cœur.* Hisp. *Grandeza de animo y esfuerço.* }

ANIO, Anienis, pen. prod. ἄνιον. Nomen fluuij in agro Tyburtino, qui è sublimi in vallem subiectâ præceps ferrur. Horatius, Et præceps Anio, & Tyburtilucus. Vulgò *Teverone.*

Anienus, na, num, Propertius, Siue Aniena tuos tinxerit vnda pedes. Anieni nomen indidit Anius rex Hetruscorum, qui insequens Cethegum filiæ raptorem, quum eum assequi non posset, in fluuium insiliit, ibique extinctus, vt Anio vocaretur, effecit.

Anisum, } ἄνισον Ital. *Anise.* Gal. *Anis.* Hisp. *Matalahuga.* } Herba est, caulem, folia, & flores habens fœniculo similia: vnde etiam à quibusdam Fœniculum Romanum appellatur. Semen fert in vmbellis, cibis condiendis in primis vtile, herbæ suæ nomine Græcis, Latinis, Germanis, & Gallis cognitum. Plin. lib. 20. cap. 17, Anisum à Pythagora inter pauca laudatur, siue crudum siue decoctum. Item, Viride aridúmve omnibus quæ condiuntur, quæque intingũtur, desyderatum: fœtorem tollit manducatum, mox vino collutum vultum iuniorem præstat: appetentiam ciborum facit.

ANITVS, Viri Prænestini nomen, qui vnà cum Cn. Flauio, Appij Cæci scriba, Aedilis curulis fuit eo anno, quo vsus annulorum etiam plebi permissus est, quum antea Soli Senatores, & Equites annulos gestarent. Vide Plin. lib. 33. cap. 1.

ANIVS, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrum filium, Virg. lib. 3. Aen. Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos.

ANNA, ἄννα, per duplex n, Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem vidit, & Carthaginem ab Iarba Getulorum rege occupatam, relicta sede patria, ad Battum regem, qui Melitæ insulæ imperabat, cursum arripuit. A' quo iuxta veteris hospitij benignè susceptа, duos & vltrà annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionem fratrem iam eum armis aduentare didicisset, Battus veritus potentiam illius, Annam vt inde abiret hortatus est. Mox igitur mare ingressa, dum Camerinam nauigare contenderet, vi tempestatis acta, in Laurentem oram peruenit, vbi iam Aeneas pacatis rebus, & ducta vxore Lauinia, imperabat. Hic tum fortè solo Achate comitatus, in litore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantem Annam aspexisset, & vix sibi persuadere posset eam esse, tandem agnitâ compellat. Timuit illa principiò, sororis casum ante oculos ponens, postea verò ab illo benignè inuitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lauinia, amorem coniugis ita

currentibus voluitur. Sol enim per duodecim Zodiaci signa excurrẽs, annum conficit. Vnde apud Aegyptios, ante inuentas literas dracone picto suam mordente caudam indicabatur. Alij à verbo Græco ἀνανέω deriuant, quod significat renouo, quia semper renouatur. Alij à Græco ἐνιαυτός, vnde & πάννιος dicunt, quod nos Trimum. Triplex autem olim fuit annus Lunaris, triginta dies habens: Solaris, qui duodecim continet menseis, qui dicitur Solis anfractus, quum peractis trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante, ad eadem syderum loca redit: qui etiam Annus vertens dicitur. Item Magnus annus, quem esse voluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus. Et hoc fit secundum Ciceronis Hortésium, post annos duodecies mille, nongentos, quinquaginta quatuor solares. Anni verò quatuor sunt tempora, diuisa in ternos menseis. Ipsorum quoq; temporum faciũt talem discretionem vt primo mense, Ver nouum dicatur, secundo Adultum, tertio Præceps vel extremum. vnde est, Extremæ sub casum hyemis. Idem quoque de æstate, autumno, & hyeme dicendum est. Annũ primó Eudoxus, pòst Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad vltimum Cæsar deprehendit. ¶ Annus Saturni (κρόνου ἐνιαυτὸς) à quibusdam dicitur, qui est quadraginta annorum. ¶ Annus Arcadum trimestris fuit. Aegyptij Lunæ senio annum terminabant, apud quos etiam singula millia annorum quidam vixisse produntur. ¶ Prouerbiali schemate dictum à Iuuenale in vetulam iam ἐξωρεῖν quidem, & ad Veneris lusus prorsum intempestiuam, sed quæ verborum nequitijs puellam etiam dum ageret:

–Facies tua computat annos. Hoc est frontis rugæ numerum annorũ tuorum præferunt: quanquam libido nondum in te consenuit. ¶ Magnum os anni, μέγα στόμα ἐνιαυτοῦ Dicebatur quoties vberior rerum prouentus, aut vilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentius loqui, largiúsque polliceri spe prouentus vberioris. ¶ Anno senior fio. Quoties aliquid nobis magnopere molestũ significamus, senescere nos etiam vulgò dicimus. Aristoph. in Ranis. ¶ Semper superioris anni prouẽtus melior. Ἀεὶ τὰ πέρυσι βέλτιω. Quum præsentia displicent, & anteferuntur anteacta. Diogenianus. Semper metaphora ab agricolis qui semper de præsentis anni fructibus querũtur apud dominos.

Annales, Dicuntur res gestæ, quæ de anno in annum in historias redigũtur. nostrique temporis esse possunt. {ἱστορικὰ μνημεῖα, ὑπομνήματα. Ital. *Annale.* Gal. *Annales, chroniques.* Hisp. *Cronica de tiempos.*} vnde Virg. 2. Aen. Et vates, aut annales nostrorũ audire laborum. Historia res gestas narrat, & ab ætatis nostræ memoria remotas. Cic. lib. 2. de Orat. Erat enim historia nil aliud nisi annalium confectio. Gellius sic habet: Rectè annales historias appellauerit, sed non extinuò quicquid historia fuerit, annales appellare possis. sunt enim vtræq; rerũ gestarum narratio. Earũ propriè rerum sit historia, quibus gerendis interfuit is qui narrat: Annales verò, quum res gestæ plurium annorum, seruato cuiusque anni ordine, memoriæ traduntur. Quum autem non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, Diarium, ἐφημερὶς, vocatur. Præterea historia non solum res gestas longo ordine explicat, sed & cõsilia quibus gestæ sunt, exponit, & conciones facit, & acies instruit, & situs locorum describit. Annales singulorum annorum gesta breuissimè notãt. Vnde Annales Pisonis, & Sallustij historias dicimus.

Annalis, & hoc Annale, Quod ad annos pertinet. {ἐνιαύσιος. Ital. *Annale, annuale.* Gal. *Annuel.* Hisp. *Anual.*} Vnde Legem annalem dixerunt, quæ præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem. Cic. de Legib. Ciuitatem annali lege seruanto. ¶ Dicitur & tempus annale, quod est vnius anni. Varro, Et quoniam tempora duorum generum sunt: vnum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruũ, quod luna circumiens comprehendit.

Annatius, a, um, Idem quod annalis: vt, Lex annatia ab antiquis dicebatur, qua finiuntur anni magistratus capiendi, vt inquit Festus.

Anniculus, Quod est vnius anni: vt, Anniculus puer, Annicula puella, Anniculum iumentum. {ἐνιαύσιος, ἐνιαύσιον. Ital. *D'vn' anno.* Gal. *D'vn an.* Hispa. *Cosa pequeña de vn año.*} Nec de animalibus tantùm, sed etiam de inanimatis: vt, Anniculæ vites. Plin. lib. 13. Ergo plantaria instituunt, anniculásque transferunt, & iterum bimas. De pueris tamen magis dicitur per diminutionem, & iis omnibus quæ adhuc incrementum accipere possunt. Vide Vallam Eleg. lib. 1. cap. 5.

Annifer, adiect. ἐνιαυσίφορος. Plin. lib. 19. cap. 7. Quædã & radice & semine, vt cæpa, allium, bulbi, & siquorum radicem anniferorum relinquunt.

Anniuersarius, a, um, Quod singulis annis statuto tempore reuertitur, sicuti Sacra anniuersaria. {ἐνιαύσιος. Ital. *Quel che si fa vna volta à l'anno.* Gal. *Qui se fait tous les ans, d'an en an.* Hisp. *Cosa de cada vn año.*} Cic. in Verr. 6. Mercurius sacris anniuersariis colebatur. Scribit Valerius Maximus, quòd Antipater Sidonius poëta, omnibus annis, vno die natali tantùm corripiebatur febre, quæ idcirco anniuersaria dici poterat. Suetonius de August. Quasdam & anniuersarias, ac certo tempore recurrentes experiebatur.

Annona, æ, pen. prod. Ab anno inclinari videtur. {βίος. Ital. *La vitouaglia ò vittouaglia di vno anno di ogni cosa.* Gal. *Prouision de viures pour vn an, viures ou autres choses de prouision pour vn an.* Hisp. *Pan, trigo, cenada y cada cosa para viuir, vitualla.*} Hoc enim nomine non solùm fruges comprehenduntur, verùm etiam omnia quæ annus suppeditat ad alimoniam nostrã. Columel. lib. 9. Vel lactis annona permittit. Cic. lib. 2. de Diuinat. Putarem annonam in macello cariorem fore. Iuuen. His opibus nunquam cara est annona veneni.

Annonarius, a, um, Quod ad annonam pertinet. {σιτηρέσιος. Ital. *Cosa pertinente al viuere di vno anno.* Gal. *De viures.* Hisp. *Cosa perteneciente à vitualla.*} vt Lex annonaria, πρόσοδος σίτου. quam Clodius tulit, & summè populari fuit. Vegetius Annonarias expensas vocat, eas frugum pabulique species quas prouinciales militibus expendunt.

Annotinus, a. adiectiuum ab annona, quod ad annonam pertinet: vt naues annotinæ quibus annona comportatur. ναῦς ἡ σιτηγὸς τὸν σῖτον. Cæsar 5. Bell. Gall. Multitudine nauium perterritæ, quæ cum annotinis priuatisque, quas sui quisque commodi causa fecerat, amplius octingentæ vno erant visæ tempore. Quidam legunt Annonarinæ, sed mendosè.

Annosus, a, um, Quod est vetustum, quasi multorum annorum. {πολυετὴς. Ital. *Annoso, antico d'anni.* Gal. *Vieil, fort vieil.* Hisp. *Viejo de muchos años.*} vt Annosa mater, Colum. lib. 6. cap. 28. Annosum Falernum, Marti. lib. 6. Annosa ornus, Virg. 2. Aen. Annoso degit æuo, Plin. lib. 4. cap. 12.

Annotinus. {ἐνιαύσιος, ἐνιαύσιον. Ital. *D'vn' anno.* Gal. *D'vn an.* Hispa. *Cosa de vn año.*} Quod est vnius anni. Columel. lib. 4. cap. 24. Vngues custodum annotinos resecato.

Annuus, a, um, Quod vnius anni spatio continetur. {ἐνιαύσιος, ἐνιαύσιον. Ital. *Cosa d'vn' anno.* Gal. *Qui dure vn an, annuel.* Hisp. *Cosa de vn año.*} sicut Diurnum, quod diei. Cic. Cassio, lib. 15. Ad hanc prouinciam quam & senatus, & populus annuam esse volunt. ¶ Annuum quoque dicimus quod fit singulis annis. Virg. 1. Georg. –atque annua magnæ Sacra refert Cereri. ¶ Annua absolutè, dicuntur alimenta in singulos annos. Iuuen. Sunt quæ tortoribus annua præstent. Sueton. de Tibe. Peculio concesso à patre, præbitisque annuis fraudauit per speciẽ publici iuris.

Anodina, ἀνώδυνα. A' medicis appellantur Pharmaca dolorem sedantia, quæ cruciatus quidem minuunt, partem autem affectam non sanant, sed sensum eius obstupefaciunt. Ab ἀ priuatiuo, & ὀδύνη, doleo: litera euphoniæ gratia interiecta.

Anomalia, {ἀνωμαλία Ital. *Disegualità.* Gal. *Inegualité.* Hisp. *Desigualdad.*} Inæqualitas: & est Analogiæ contraria. Gell. lib. 2. cap. 15. In Latino sermone, sicuti in Græco, alij Analogiam sequendam putauerunt, alij Anomaliam. ¶ Ἀναλογία, est similium similis declinatio: quam quidam Latinè Proportionem vocant, ἀνωμαλία est inæqualitas, declinationum consuetudinem sequens.

Anomalum, pen. cor. {ἀνώμαλον. Ital. *Disegnale.* Gal. *Inegual.* Hisp. *Desigual.*} Dicitur inæquale: ab ἀ fine, & ὁμαλὸς, æqualis. ¶ Anomalum etiam dicitur asperum, varium.

Anonis, pe. prod. quæ & Ononis, {ἄνωνις, ὄνωνις. Ital. *Bonaga.* Gal. *Bugrattes & bugrandes.* Hisp. *Gatillos, gatillos.*} Herba est ex genere aculeatarum, quam recentiores herbatij *Rectam bouis* appellant. Vide Dioscor. lib. 3.

Anonymum, pen. cor. ἀνώνυμον. Sine nomine & obscurum. ¶ Legimus autem populos esse in Africa Atlantes dictos, qui sunt anonymi, hoc est sine propriis nominibus, qui in vniuersum Atlantes tantùm vocitantur. Horum meminit Plin. lib. 5. cap. 8.

Anormis, me, Sine norma, qui aliorum normam non sequitur. {ἀνώμαλος. Ital. *Senza regola.* Gal. *Déreglé, demesuré.* Hisp. *Irregular.*} Hora. 2. Ser. Rusticus anormis, sapiens, crassáque Minerua. Vide ABNORMIS.

Anquina, pen. prod. Funis nauis, quo ad malum antenna constringitur. De qua Cinna, Atque anquina regit stabilem fortissima cursum.

Anquirere, Antiquum est verbum. {ἀνακρίνειν Ital. *Informarsi, far' inquisitione.* Gal. *Faire information ou enqueste, s'informer.* Hisp. *Buscar por informacion.*} Liu. 4. bel. Pun. Seu legibus, seu moribus mallet, anquireret. Id est vt vulgò loquimur, *faceret inquisitionem*, siue *informationem*: quod Cicero tum Quærere, tum inquirere in aliquem dicit. Budæus.

Ansa, Vasis auris, vtrinq; prominens, quæ scilicet manibus teneri solet. {λαβή. Ital. *Manico d'ogni vaso.* Gal. *Anse ou courroye, par laquelle on tient quelque vaisseau ou autre chose.* Hisp. *Asidero ò corchete, macho y hembra.*} Virg. in Sileno. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. ¶ Ansa quoque Manubriũ, vel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde ponitur quandoque pro fibula, seu fixula quæ calceis insuitur. ἀγκύλη. Tibullus. Ansáque compressos alligat arcta pedes. ¶ In catenis quoque Ansæ vocãtur annuli ex quorum connexione tota constat catena. ¶ Prouerbiali figura dicetur, In eásdẽ ansas veniisti, ἐς ταὐτὰ ἐμπέσοις λαβὰς ἐλλυόμενος, in eã qui sic irretitus est, vt quocũq; se vertat, teneatur, nec explicare se possit. Plato in Phæd. & Lucia. in Hermotimo. ¶ Per translationẽ Ansa ponitur pro occasione. Cic. de Amicit. Quinetiam necesse erit cupere, vt quàm sæpissimè peccet amicus, quò plures det sibi tanquã ansas ad reprehendendum. Idem pro Planc. Si locus habet reprehensionis ansam aliquam. ¶ Hinc Prouerbialiter dicitur, Ansam quærere, λαβὴν ζητεῖν. pro captare occasionem. Plaut. Persa. Annon vides hunc ansam quærere. Sic, Ansam præbere, λαβὴν παρέχειν. Aristopha. in Lysistrat. & Plat. lib. de legib. 3.

Ansula, diminutiuum ab Ansa. {βρόχος. Ital. *Anella della catena.* Gal. *Anelette ou petite courroye pour tenir quelque chose.* Hispa. *Eslauon de cadena.*} quo vsus est Augustus. lib. 8. Confes. pro annulo quo hunt catenæ, licet per translationem. Ex voluntate (inquit) peruersa facta est libido; & dum seruitur libidini, facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis (vnde catenam appellant) tenebar me obstrictum dura seruitute. ¶ In calceamentis quoq; Ansulæ vocantur fibulæ, quibus ligãtur. Vale. lib. 8. cap. 13. Mirificè & ille artifex, qui in opere suo moneri se à sutore de crepida & ansulis passus, de crure eum disputare incipientem, supra plantam ascendere vetuit.

Ansatus, adiectiuum, Quod ansam habet. {ὁ κυνηγός. Ital. *Cosa di vn manico.* Gal. *Qui a anse par là on puisse prendre.* Hisp. *Cosa con asas ò asideros ò corchetes.*} vt, Vas ansatum. Colu. lib. 9. ca. 15. Ansatus homo, Plautus Persa, Subnixis aliis me inferam, atque amicibor gloriosè. r. Sed quis hic ansatus ambulat? Ansatum hominem ioco dixit, qui incedit vtroque brachio ansarum in modum ad latera applicato: siue, vt ipse loquitur, qui subnixis aliis sese infert.

Anser, Auis est nota. {χὴν. Ital. *Oca, papero.* Gal. *Oye ou jars.* Hisp. *Ansar ò pato ò ganso.*} Hæc nocturnas excubias celebrat: vigilias enim suas clangore testatur. Anseres olim publicè in Capitolio alebantur, quòd custodibus omnibus sopitis, Romanos ad defensionem arcis excitauissent, & accem suis veluti excubiis à Gallorum vi seruassent. Anserum autem alij domestici, alij agrestes, de quibus Plin. lib. 10. ca. 22. ¶ Anser item nomen poëtæ, quem Ouidius procacem vocat lib. 2. Trist. Cinna quoque hic comes est, Cinnáque procacior Anser.

Anserinus, a, um, Quod est Anseris. {χηνεῖος. Ital. *Cosa di oca.* Gal. *D'oye.* Hisp. *Cosa de ansar.*} Plinius, Tubera, & quæcũque emolliri opus sit, efficacissimè anserino adipe curantur.

Anserculus, li, diminutiuum. {χηνάριον. Ital. *Vn papero, pollo di oca.* Gal. *Oyson, petite oye.* Hisp. *Pequeño ansar.*} Colu. lib. 8. ca. 14. Ne noceri possit excussis anserculis, quos enecant vrticæ.

Antacæi, ἀνταῖοι, Pisces sunt delphinos magnitudine æquantes, quos ad Mæotin & Borysthenis ostia, in glacie effodi autor est Strabo lib. 7.

Eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eorum naturam vide apud Aelia.lib.13.cap.7.

Antachates, ἀνταχάτης, Gemma, ex Acharæ generibus, myrrham redolens quum vritur, & ob id mulieribus grata. Plin.lib. 37.cap.19.

Antæ, arum, tantùm pluraliter. Ostiorũ latera dicuntur, παραστάδες, à quibus Antepagmenta dicuntur ornamenta valuarum, quæ antis appigũtur, hoc est affiguntur. Festus. ¶ Antes sunt extremi ordines vinearum: vnde etiam nomen trahunt Antæ, quæ sunt latera ostiorum. Idem, Antes quadraturæ, vnde & Antæ dictæ sunt quadræ columnæ. ¶ Anta in singulari legitur apud Vitruuium: & Antarius, apud eundem lib. 19.cap.3. His explicatis antarij fines ante laxi collocentur.

ANTAEOPOLIS, ἀνταιόπολις, Aegypti oppidum, cuius incolæ dicuntur Antæopolitæ. Stephanus.

ANTAEVS, cum diphthongo, & sine h, ἀνταῖος, Gigantis Libyci nomen, Neptuni ex Terra filij, magno ac procero corpore: quippe qui in quadraginta cubitos excreuerit. Hic cum Hercule cõgressus, quoties mẽbrorũ labore defecta esset, tactu terræ recreabatur. Qua re animaduersa Hercules, altè sublatũ terræ contactu prohibuit, pectoriq; suo arctius astrictum enecuit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem, apud Tygæum oppidum in sepulchro Antei, cadauer inuenisse. Eusebius in Chronicis scribit, Anteum palæstricæ artis fuisse doctissimum, & quoruncunque certaminum, & ob id se arbitrari fictum, quòd fuerit filius Terræ, & quòd viribus restauraretur ab ea.

ANTALCIDES, Fuit nomen proprium viri Lacedæmonij, qui præ cæteris visus est honore præstitisse. Plutarchus in vita Pelopidæ.

Antanaclasis, ἀντανάκλασις, ad verbum transferri potest, Ex aduerso refractio. Figura, quum id quod ab altero dictum est, non ea mente, qua dictum est, intelligitur: sed in aliam, aut contrariam accipitur. Vide Quintil.lib.8.cap.3.

ANTANDROS, ἄνταν δρος, Phrygiæ vrbs. ad Meridiem posita, quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. Virg.3.Aen. Classémque sub ipsa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Antapodosis, penult.corr. ἀντιπαράδοσις Figura est, quum media primis, & vltimis respondent: vt, Vestrum hoc factum reprehendo. P.c. non meum, ac pulcherrimum quidem factum, verùm (vt dixi) non meum, sed vestrum.

Antarcticus circulus, ἀντάρκτικος κύκλος, qui Arctico ex diametro opponitur, terraque obiectu à nobis cerni non potest. Huius circuli centrum Polus antarcticus appellatur, qui Arctico polo oppositus est, & alio nomine Australis appellatur.

Ante, Modò aduerbium, modò præpositio est. {Ital. *Prima, innanzi.* Gal. *Parauant, au parauant.* Hisp. *Ante, delante.* } Aduerbium, quando nulli deseruit casui, & significat Antea, πρότερον. Virg. Aeg.1, Anté leues ergo pascentur in æthere cerui. Hoc enim accidit multis præpositionibus. Nec mirum, quando aduerbiis etiam quibusdam liceat vim præpositionis assumere: vt, Pridie Calendas, pridie Nonas. ¶ Itaque Apud, Circum Ante, Post, & reliquæ, tunc præpositiones iure appellantur, quando casibus adiunctæ transitionem facere ostenduntur, quod est proprium ipsarum: quando verò sine casibus ponuntur sunt aduerbia. ¶ Sciendum quòd Ante & Post, quũ casibus præponuntur, accusatiuũ exigunt: vt, Ante multum, Post multum: quum verò casibus subiiciuntur, ablatiuum. Plaut. in Asin. Vix anno póst exegi. Nisi malis dicere, pòst ibi esse aduerbium. ¶ Ante præpositio, πρό, extra compositionem, quandoq; personam, quandoq; locum, quandoq; tempus denotat: vt, Ante ora parentum, Ante templum, Ante duos annos. ¶ Cõposita plerunq; significat ficut sonat, & componitur cum dictione incipiente ab A: vt, Anteambulo: à c. vt Antecapio: c, vt Anteeo: f, vt Antefero: g, vt Antegradior: l, vt Antelucanus: p, vt Antepono: s, vt Antesto. ¶ Ab Ante fiunt deriuatiua, Antica, Anticum, Antes, Antenna. & huiusmodi.

Antea, Aduerbium eiusdem significationis cum Ante, componitur ex Ante, & ea, vt ostendit Priscianus, quanuis tantùm tempus denotet. {πρότερον. Ital. *Innanzi, prima.* Gal. *Par ci deuant, deuant ce temps là.* Hisp. *Antes o delante.* } Horat.Ep.11, Pecti, nihil me, sicut antea, iuuat Scribere versiculos amore perculsum graui.

Ante alios, Plus aliis, prius aliis, vel præter alios, πρὸ τῶν ἄλλων. Virg.11. Aen. Ille mihi ante alios fortunatúsque laborum Egregiúsque animi. Idem 3.Aen. O' fœlix vna ante alias Priameia virgo.

Anteactus, particip. ex ante, & Actus. Præteritum significat: vt Anteacta vita. {Ital. *Cosa fatta innanzi.* Gal. *Fait deuant* Hisp. *Cosa hecha delante.* } Cic. pro M.Marcello, Ille quidem fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum capit. Idem 5.in Verr. Nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem, nihil anteactæ vitæ existimationem.

Anteambulo, pen.corr. anteambulonis, {προπομπός. Ital. *Studiero che camina auanti al suo signore.* Gal. *Estuyer allant deuant son seigneur.* Hisp. *Escudero que anda adelante.* } ab ante & ambulare, qui aliquem superiorem honoris causa præcedens comitatur. Matt.lib.10. Anteambulones & togatulos inter, Centum merebor plumbeos die toto. Sueto.in Vespas. Dum eum identidem per cõtumeliam anteambulonẽ fratris appellat.

Antecanis, à Cicer. de Natura deorum dicitur sydus illud quod à Græcis πρόκυων dicitur inde nomen habẽs quòd ante maiorem Canem exoritur. Hic, teste Higino, in lacteo circulo est defixus, pedibus æquinoctialem circulum tangẽs. Spectat ad Occasum, vtpote qui inter Geminos & Cancrum sit constitutus. Tres tantùm habet stellas. Ab aliquibus Abticanis appellatur, sed illorum error ex Græcæ dictionis compositione facilè deprehenditur.

Antecapio, Præuenio, anticipo. {προλαμβάνω. Ital. *Preuenire, anticipare.* Gal. *Preuenir, anticiper, preoccuper.* Hisp. *Venir delante.* } Salust. Consul optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, antecapere, nequid eo spatio nouaretur. Tacit.lib.20. Quia pontem Mosæ fluminis anteceperat.

Antecaptus, participium, προληφθείς. Liu.lib.5.ab Vrb. Non loco castris antecapto, non præmunito vallo. ¶ Anteceptus etiam legitur si locus mendo vacat. Cicer.1.de Nat.Deor. Quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem.

Antecedo, pen.prod. Præcedo, anteuado, & constituitur tam cum accusatiuo, quàm cum dativo. {προάγω τινά. Ital. *Precedere, andare innanzi.* Gal. *Aller deuant, preceder.* Hisp. *Yr ò estar delante.* } D.Brutus Ciceroni, Bidno me Antonius antecessit, itinere multo maiore fugiens, quàm ego sequens. Cicero pro Archia, Celeriter antecedere omnibus ingenij gloria contigit.

Antecedens, participium. πρόσων. Plinius, Antecedens annus. Cicero, Antecedens dignitate.

Antecessor, oris, Qui antecedit. {πρόδρομος, πρόσκοπος. Ital. *Quel che corre à camina innanzi.* Gal. *Auant-coureur.* Hisp. *Antecessor, ò que esta delante.* } Suet. in Vitel. Irruperant iam agminis antecessores, & singula rimabantur.

Antecessio, onis. πρόληψις, πρόοδος. Cic.1.Offic. Cõsequẽtia cernit, causas rerũ videt, earúmq; progressus, & quasi antecessiones nõ ignorat.

Antecessus, siue Antecessum, Dicitur id quod prius datur, vt póst aliquid recipiatur, πρόδοσις. Seneca libro quarto de Benefic. Vnde apud me recipiatur, πρόδοσις. Seneca libro quarto de Benefic. Vnde apud me cui debeam scio, aliis post longam diem repono, aliis in antecessum est. Et alibi, Sed non ero difficilis, bene credi tibi scio: itaque in antecessum dabo.

Antecello, Idem est quod præcello. {ὑπερέχω. Ital. *Auanzare, vincere.* Gal. *Exceller, estre plus auancé.* Hisp. *Sobrepuiar à otro, adelantarse.* } Cice.pro Cornel. Qui eloquentia cæteros antecellis. Idem Offic.1, Omnes partici. pes sumus rationis, præstantiæque eius, qua antecellimus bestiis.

Antecellens, tis, participium. ὑπερέχων. Cicer. pro Muræ. Qu. Catulũ humanitate, sapientia, integritate antecellentem.

Antecœnium, Cibus, qui ante cœnam sumitur: vulgò Merenda. {τὸ μετ' ἄριστον. Ital. *Merenda.* Gal. *Le recincr ou gouster.* Hisp. *Merienda ò comida ante dela cena.* } Apul.lib.2. Prorsus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antecursor, Qui præcurrit: ab Ante, & Cursor. {πρόδρομος. Ital. *Chi corre innanzi, staffiere.* Gal. *Auant-coureur.* Hisp. *Corredor, ò atajador del campo.* } Cæsar 1.Bell. Ciui. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso. Idem 5.Bell. Gall. Hora circiter tertia ab antecursoribus de Crassi aduentu certior factus.

Antedico, is, ere, Prædicere. {προφωνῶ. Ital. *Indouinare.* Gal. *Predire, dire deuant.* Hisp. *Dezir delante.* } Cice.2.de Diuin. Hæc qui antedicunt, quam rationem sequantur, vides.

Ante eo, tam dativo, quàm accusatiuo iungitur: & significat antè vado, præcello. {προέρχομαι, ὑπερέχω. Ital. *Andare innanzi.* Gal. *Aller deuant, preceder.* Hisp. *Ir delante.* } Cic.2.Offi. Barbarum districto gladio iubebat anteire. Plaut. in Amphitry. Virtus omnibus rebus anteit Cic. Offi.lib.2, Cæteros virtute anteeunt. Salust. in Iug. Et quum omneis gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.

Ante expectatum, siue Antexpectatum, vna dictione (vt Sernio placet in illud Virgilij, Antexpectatum positis stat in agmine castris) ponitur pro aduerbio temporis, & idem est quod Anté vel citius, quàm expectabatur. πρὸ τῆς προσδοκίας, ἢ ἀπροσδοκήτως.

Antefero, pen.corr. Antepono. {προτιμῶ. Ital. *Anteporre.* Gal. *Preferer, priser plus.* Hisp. *Poner delante.* } Cice. Cecin. Quum vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem.

Antelatus, partici. {προτιμηθείς, προκριθείς. Ital. *Preferito, più stimato.* Gal. *Preferé, eleué sur les autres.* Hisp. *Antepuesto, puesto delante.* Cic. de Prouinc. Cõs. Quum ipsæ cæteris omnibus esset omni honore antelatus. ¶ Anteferendo. Horat.2.Epist. Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo.

Antefixa, Dicuntur quæ ex opere figulino sub tectis affiguntur sub stillicidio. Festus.

Antegenitalis, penul.prod. adiectiuum, προγενικός. Plin.lib.7. cap.55. At quanto facilius certiúsque, sibi quenque credere, ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento?

Antegredior, Antevado. {προπορεύομαι, προπαρέρχομαι. Ita. *Andare innanzi.* Gal. *Marcher deuant, preceder.* Hisp. *Andar delante.* } Cice.1.Offici. Quicquid est quod deceat, id tum apparet, quum antegressa est honestas. Idem de Nat.deor. Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur solem.

Antehabeo, Idem est quod Præfero. {προτιμῶ. Ital. *Anteporre.* Gal. *Preferer, estimer plus.* Hisp. *Poner delante.* } sicut contrà Posthabeo, postpono. Tacit.lib.4. Ne diuulgata atque incredibilia auidè acceptaueris, neq; in miraculum corruptis, antehabeas.

Antehac, Non modò significat Ante hoc tempus. {πρότερον. Ital. *Per adietro, per passado.* Gal. *Par ci deuant, au parauant.* Hisp. *Adelante.* } Terent. in And. Nã quod antehac fecit, nihil ad me attinet, id est Ante hoc tẽpus, siue hactenus, vel vsq; modò. Sed etiam, Ante illud tẽpus: sicut Posthac, nõ tantùm post hoc, verumetiam post illud tempus. Salustius, Sic erat accensa libidine, vt sæpius peteret viros, quàm peteretur. sed ea sæpe antehac fidem prodiderat. id est Ante illud tempus.

Anteloquium, προπαλέφη, primus in loquendo locus, seu principatus loquendi. Macrob. Huic assensi omnes, prætextato anteloquium detulerunt. Id est, primas loquendi vices, ait Budæus.

Antelucanus, a, um, Quod est ante lucẽ. {ἀμφίλυκος, λυκαυγής. Ital. *Auanti giorno.* Gal. *Qui est ou est fait deuant le jour.* Hisp. *Ante dela luz del dia.* } Cice. M.Catoni. Ex antelucano tẽpore vsq; ad horam decimã magna multitudine hostiũ occisa. Sic & Antelucanæ cœnæ. ¶ Antelucani flatus, ἀμφίλυκοι ἄνεμοι, Venti sunt diluculo flantes, verno præsertim tempore, sole autẽ inuanescẽte cadẽtes. Oriũtur ex vicinis fluminibus, aut conuallibus, aut ex sinu aliquo, neq; vltra terræ conspectum feruntur.

Antelucùlò, aduerb. quasi ante lucem. {λυκαυγῶς. Ital. *Auanti giorno.* Gal. *Deuant jour.* Hisp. *Delante el luz.* } Apul.lib.1. Optimum itaque factu visum est, antelucùlò furtim euadere.

Antemeridianus, {μεσημβρινός. Ita. *Auanti mezzo di.* Gal. *De deuant midi.* Hisp. *Cosa antes del medio dia.* } ab anté, & Meridies, Quod est, vel fit ante meridiem. Plin.lib.36.cap.15. Antemeridiano Ludorũ spectaculo edito. Cic. Atti. lib.3. Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi.

ANTEMNAE, ἄντεμνα, cum m, ante n, Vrbs Sabinorum, quasi ante amnem dicta, quòd eam amnis præterfluat, de qua Virgil.lib.7, Antemnæ Tegmina tuta cauant capitum.

ANTEMVS, untis, ἄντεμος, Fluuius est Colchidis, Coraxos vrbem præterfluens. Plin.lib.6.cap.5.

Antenna, {κεραία. Ital. *Antenna.* Gal. *Le bois qui trauerse le mast du nauire à quoy est lié le voile.* Hisp. *Antena de la nao.* } per duplex nn, Lignũ per transuersum in malo positum, in quo velum alligatur, à circumtenendo dicta. Plin.lib.1, Non antennas solùm, verùm ipsa nauigia contorta frangens. Virg.3.Aen. Cornua velatarum obuertimus antennarum.

ANTENOR, ορος, Troianus fuit, patriam prodidisse existimatus: quia & legatos, qui ad reperendam Helenam venerant, suscepit hospitio, & Vlyssem intra mœnia dissimulato habitu cognitum non indicauit. Capta Troia, adiunctis sibi Henetis & Paphlagonibus, in intimum maris Adriatici sinum sese contulit, ibique vrbem condidit nō procul à mari, quam de nomine sui Antenorum appellauit. Postea Patauium dictum est, & hodie Padua. De hoc Virgil. 1. Aeneid. Antenor potuit mediis elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus. Et paulò pòst, Hic tamen ille vrbem Patui, sedesque locauit Teucrorū. Et Liuius meminit in principio primi libri.

Ante oculos, ὀφθαλμῶν. Minus est, quàm Coràm. Nam Coràm proximitatem significat. Ante oculos potest etiam de remotiore loco intelligi, modò extra conspectum non sit. Terent. in Eunuc. Quæ mihi hi ante oculos amatorem coràm adduxti tuum.

Anteoccupo, anteoccupas, pen. cor. προκαταλαμβάνω. Ital. *Preuenire, preoccupare.* Gal. *Preuenir, anticiper.* Hisp. *Tomar de primero.* Cice. in Orat. Vt anteoccupet quod putat opponi. Fortassis rectius legeretur diiunctim.

Antepagmenta, Sunt vasorum ornamenta, quòd ante vasa appingātur, id est affingantur: vel quòd appingātur antis, seu vasis, προσπήγμασι. Cato cap. 14, Fullonicam vnam, antepagmenta, vasa, torcula duo. Sunt qui legant Antipagmenta.

Antepilani, In Romana militia secundæ aciei milites erant, scutati omnes, robustioris ætatis, qui, quòd ferè ex optimatibus essent, & armis maxime insignes, etiam principes sunt appellati. Dicti autem sunt Antepilani, quòd ante Pilanos, hoc est ante Triarios, qui pilis pugnabāt, prælio capesserent. Ita enim apud Romanos, teste Liuio, acies instruebatur, vt primo loco hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentium collecti: qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus scutatis, quos Antepilanos vocari diximus, in interualla ordinum recipiebantur: principésque in eorum locum succedebant: hastati autem post eos subsequebantur. Si à principibus quoque non satis fœliciter esset pugnatum, à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, vnóque facto agmine, iam nulla spe post se relicta, vnà omnes in hostē procedebant. Ex his itaq; Triarij, qui nouissimi prælium iuibant, Pilani dicti sunt, quòd pilis præcipuè in bello vterentur. Erat autem Pilum teli genus longum pedes quinque & semis, Romanis familiare: quemadmodū Sarissæ Macedonibus, & Gesa Gallis. Principes verò scutati, qui ante hos in acie consistebant. Antepilani dicti sunt. Hæc ferè Liu. lib. .ab Vrb. cond.

Antepono, nis. Proprie est, appono, vel ante aliquem pono. προτάττω. Ital. *Anteporre.* Gal. *Mettre deuant.* Hisp. *Poner delante.* Plautus in Curcul. Quid antepones Veneri ieiunium? ¶ Sæpe etiam accipitur pro Præferre, προτιμῶ. Cicer. in Lael. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

Antequam, penult. cor. πρίν, πρίν ἢ. Ital. *Auanti che, prima che.* Gal. *Deuant que, auant que.* Hisp. *Antes que.* Aduerbium temporis, quod modo iunctum legitur, modo diiunctum, aliquo scilicet interiecto. Iunctum construitur cum subiunctiuis. Cicer. 1. Philip. Antequā de Repub. P.C. dicam. Diiunctum cum indicatiuis. Virg. 4. Aen. Ante pudor quàm te violo, &c. Autor est Diomedes. Illa tamen differentia (nisi forte corrupta sunt Autorum loca) non semper obseruatur. Cicer. pro Mure. Antequam pro Muræna dicere instituo. Idē Attico, Antequam discedimus. Virg. in Georg. Ante nouis ruheant, quàm prata coloribus. Cicer. pro Rab. Quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses.

Anterius, Antehac vel prius ἔμπροσθεν. Fit enim ab ante: sicut à post, Posterius, & à Sub, Subterius, quo vsus est Boëthius. Sido. ad Domitium, Quænam potissimum anterius caulibus nostris culina fumaret.

Antermini, Qui circum terminos prouinciæ habitant. Festus. ἐκτόπιοι.

ANTEROS, ότος, ἀντέρως. Veneris est & Martis filius: cuius meminit Cicero lib. 3. de Nat. deorum.

Anterotes, ἀντήρωτες, Gemmæ sunt ex generibus amethystidis quibus Plin. lib. 37. cap. 9.

ANTES, ἄντης. Mons est Achaiæ, non procul ab Argis. Plin. lib. 4. cap. 5.

Antes, Nomen ab Ante deductum, quo significantur eminētes lapides, siue vltimæ columnæ quadratæ, quibus sustinetur fabrica. πρόμαχοι. Hinc dicti videntur Antiani magistratus in vrbibus, qui semestre magistratum exercent: qui, velut antes columnæ, totius vrbis onera sibi incumbentia sustinent. ¶ Antes etiam dicuntur primi ordines vitium: sic dicti, quòd antesteant, & se primos offerant. Virg. lib. 2. Georg. Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

Antesignanus, Signorum, hoc est vexillorūm propugnator, siue defensor. ὑπασπιστής. Ital. *Capitano di bandiera, Confalonniere.* Gal. *Qui marche en bataille deuant le Pere enseigne ou le gonfon.* Hisp. *Alferez.* Nam signum pro vexillo militari ponitur. Liu. 4. Signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos, recipiuntur. Signifer est, qui vexillum fert. Liuius ibidem. Ita primo statim prælio, quum Dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbasset, legionum inde signa inferri propere iussit, signiferūmque ex suis vnum cunctantem occidit.

Antesto, as, Cum dariuo constituntur, significatq; antecello. προέστηκα. Ital. *Stare innanzi.* Gal. *Estre deuant, estre plus auancé.* Hisp. *Estar delante.* Cic. de Inuent. Omnibus corporum viribus antesteterunt. Gell. lib. 9. Qui & viribus & magnitudine, & adolescentia, simúlq; virtute exteris antestabat, id est antecellebat. Sed hoc per translationem: nam propriè significat ficut sonat. Vnde Antistes, & Antistita, de quibus infra.

Antestor, aris, teste Budæo, Vetus est Iurisconsultorum verbum, significans accipere in testem. Apud veteres enim qui aduersarium in ius pertrahere volebat, prius aliquem de præsentibus antestabatur, hoc est attestabatur, vel testem capiebat, eius attingens auriculam, & sic interrogans. Licetne antestari? illo autem respondente, Licet: tum iniecta manu aduersarium in iudicium rapiebat. Solos autem liberos antestari fas erat: serui autem testes esse non poterant. Ad hoc alludit Horat. lib. 1. Serm. Sat. 9, quum ait, quò tu turpissime magna Exclamat voce, & licet antestari? ego verò Oppono auriculam: rapit in ius. Hanc etiam iuris solennitatem elegantissimè depinxit Plautus in Persa, Age (inquit ibi Sannio) ambula in ius leno. DORP. Quid me in ius vocas? SAT. Illic dicam apud Prætorem: sed ego in ius voco. DORP. Nónne antestaris? SAT. Tuan' ego causa carnifex cuiquam mortali libero aureis atteram? Quare autem antestantes testium aures apprehendamus, docet Plin. lib. 11. cap. 45. Est (inquit) in aure ima meniotis locus, quam tangentes attestamur.

Anteuenio, Præuenio. προφθάνω. Ital. *Venire innanzi.* Gal. *Auancer, venir deuant, venir auāt.* Hisp. *Venir delante.* Salust. in Iug. Aperi tramites occultos exercitui. Metello anteuenit. Plaut. in Trin. dativo iunxit, pro Coràm, sine obuiam venio: Tempori huic hodie anteueni.

Anteuerto, Præcedo, præuenio, anticipo. προφθάνω. Ital. *Anticipare, mettersi ciu camino.* Gal. *Deuancer, anticiper.* Hisp. *Prenenir o anticipar.* Cic. in Lael. Idipsum quum tecū agere conaret Fannius anteuertit, id est præuenit.

Anteuolo, as. προπέτομαι. Ital. *Volare auanti.* Gal. *Voler deuant.* Hisp. *Volar delante.* Virg. 9. Aen. Anteuolans tardum præcesserat agmen.

ANTEVORTA. Dea est Romanorum, quòd futura prospiceret.

Anteurbanus, a, um. Quod est vrbi propinquum προάστιος. Vnde Anteurbana prædia dicuntur, vrbi propinqua. Festus.

Antexpectatum, Vide ANTE EXPECTATVM.

Anthalum, ἄνθαλον. Malum est rotundum, magnitudine mespili, in locis Aegypti arenosis nascens, non procul à Nilo, quòd bellariorum vicem in secundis mensis apud Aegyptios obtinet. Vide Plin. li. 20. ca. 15. Theophrastus Anthali malum vocat, ab Anthalo plāta, in qua nascitur, quam Plinius cyperi folia habere tradit.

ANTHANA, ἄνθανα. Stephano, Vrbs est Laconica, ita dicta ab Anthe Neptuni filia, vt ex Philosophani sententia tradit Stephanus.

ANTHARIS, Rex Longobardorū Theolindæ maritus, quum sex regnasset annos, insidiis domesticorum apud Ticinum extinctus est venenato poculo. Autor Paulus Diaconus de rebus gestis Longobardorum.

Anthedon, pen. prod. ἀνθηδών. Mespili arboris genus, pomum sereus minus cæteris, sed odore præstātius, & quod diutius seruetur. Flos amygdalæ flori similis. folium magna ex parte fissum, quod antequam decidat, valde rubescit. Non fuit in Italia hæc arbor Catonis tempore. Vide Plin. lib. 15. cap. 20.

ANTHEDON, ἀνθηδών. Vrbs est Bœotiæ, habitata quondam Thracibus, de qua Pompon. & Strabo lib. 9. Nomen habet vt Stephanus existimat ab Anthedone Neptuni pronepote, aut certè ἀπὸ τοῦ ἄνθος τῆς θαλάττης, hoc est quòd omnium floridissima sit. Sita est in extremo litore Bœotiæ, è regione Euboeæ insulæ. Vnde Homerus ἀνθηδόνα ἰηνεμόεσσαν, hoc est vltimam vel extremam Anthedonem appellat.

ANTHEMION, ἀνθεμίων. Vir Troianus, Simoisij pater. Autor Homerus lib. Iliad. 4. De Simoisio, vide suo loco.

ANTHEMIS, ἀνθεμίς, Insula est Thraciæ adiacens, quæ & Imbrasus aliquando vocata fuit, & Parthenia, à Parthenio fluuio: motiore nomine Samothrace appellatur. Strabo lib. 10.

Anthemis, ἄνθεμις. Herba est frutescens folio: quam nonnulli Leucanthemida, alij Leucanthemum, nonnulli Melanthemon vocant. Hanc medici recentiores barbarè *Camomillam* vocant. Ruellius lib. 3. cap. 68. & Plin. lib. 22. cap. 21.

ANTHEMVSIA, ἀνθεμοῦσια. Oppidum est Mesopotamiæ, ad Aborram flumen situm. Strabo lib. 16.

Anthericeum, ἀνθήρικον. Balsami genus tenui & capillacea coma. Antherices enim Aristæ dicuntur.

Anthericus, ἀνθήρικος. Scapus est, sine caulis Asphodeli herbæ: quam Hastuliam regiam quidam hodie appellant. Vide Plin. lib 22: cap. 2: ¶ Huius herbæ caules Herodotus antherices vocat, teste Suida: quos & tenaciores ait esse, quàm vt frangi queant. Hinc locus factus, Proverbio, Anthericum metere, Ἀνθήρικον θερίζειν. Quadrat in eum qui laborem inanem ac sterilem caperent.

Anthias, ἀνθίας. Piscis nomen est, qui circa Cheliodonias Asiæ insulas capitur: cuius naturam vide apud Plin. lib. 9. cap. 19.

ANTHEVS, ἀνθεύς cum h, Antenoris filius fuit, quem Paris amauit, & imprudens interfecit. Quo nomine etiam dictus est vnus ex Aeneæ ducibus: de quo Virgilius, Anthea Sergestúmque vocat.

ANTHIA. ἄνθεια. Vrbs fuit propinqua Pylo, sub ditione Agamemnonis, vna eorum quas ille Achilli obtulit, vt secum in gratiam rediret: vt scribit Home. lib. Iliad. 9.

Anthinum mel, ἀνθινὸν μέλι, vocatur, quod Vere factum est, quoniam ex floribus faui construuntur, quos Graeci ἄνθη appellant. Mel verò æstiuum vocatur ὀπώρινον, quòd Graeci omneis fructus æstiuos nominant ὀπώρας, quoniam id tempus per excellentiam Horam vocant.

ANTHIVM, ἄνθιον. Oppidum Thraciæ, de quo sic Plinius in Thraciæ descriptione. Astice regio, inquit, oppidum habuit Anthium, nunc est Apollonia.

ANTHO, ἀνθώ. Fuit Amuli Albanorum regis filia.

ANTHORES. Nomen est propriū viri, de quo Virg. lib. 10. Aen. Egregiū Anthorem latus inter & ilia figit, Herculis Anthorem comitem.

ANTHOS, ἄνθος. Vnus ex filiis Nestoris est: & Latinè flos interpretatur. Hinc carduelis Anthus dicitur, quòd flore pascatur. Vide ANTHVS.

Anthrax, ἄνθραξ. Ital. *Carbone, carbonchio.* Gal. *Charbon en medecine.* Hisp. *Carbon o carbonclo.* Latinè carbo. ¶ Est & anthrax, gemmæ nomen pretiosissimæ, rubræ & transluciditæ dicta ab igniti carbonis similitudine: vnde & à Latinis Carbunculus dicitur. ¶ Hoc præterea nomine medici vocant vlceris genus (teste Gale. lib. 6. de Compos. medic. secundum genera) celeriter crustam faciens, cum vehementi totius circunstantis particulæ inflammatione.

Anthracites, ἀνθρακίτης. Gemma est, in qua veluti scintillæ ignis discurrere videntur. Plin. lib. 37. cap. 7.

Anthracinus, ἀνθρακῖνος. Color niger, à carbone, quòd carboni similis sit: siue quòd huiusmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus. Varro de Vit. past. Propinquæ adolescentulæ, etiam anthracinis, proximo amicto nigello, capillo demisso sequuntur luctum.

Anthriscum, ἄνθρισκος, Herba est scandici adeò similis, vt eadem videri posset, nisi tenuioribus & odoratioribus foliis ab ea distingueretur. Peculiaris eius laus est, quòd fatigato venere corpori succurrat, tāmq; senio marcescentes cœtus excitet, & alba fœminarum fistat profluuia. De hac Plin. lib. 20. cap. 15.

Anthropographus, ἀνθρωπόγραφος. Dictus est Dionysius, quòd nihil aliud quàm homines pinxerit. Plin. lib. 35. cap. 10.

Anthro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anthropomorphon, ἀνθρωπόμορφον, à Pythagora dicta est herba quædam somnifera, quam alio nomine Mandragoram appellamus: ab humana nimirum forma impositio nomine, quam radix eius vtcunque videtur imitari.

ANTHROPOPHAGI, ἀνθρωποφάγοι, Populi Scythiæ, qui humana carne vescuntur. Hi populi sunt ad Orientem ac Septentrionem Massagetis vicini, circa quos tristissima solitudo, & mare, quod Thabin vocant. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 30, & Gellium.

Anthropomorphitæ, ἀνθρωπομορφῖται, Dicti sunt, qui simplicitate rustica Deum ἀνθρωπόμορφον esse, hoc est humanam formam, & membra habere arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæresis.

Anthus, ἄνθος. Auis est, quæ aduentu equorū herbæ pabulo pulsa, vt iniuriam vlciscatur, hinnitum irridendo imitatur. Plin. lib. 10. cap. 42.

ANTHYLLA, ἄνθυλλα, Aegypti vrbs est, autore Herod. lib. 2. quæ reginæ in calceamenta dabatur.

Anthypophora, ἀνθυποφορά, Figura est apud Rhetores, quam Quintilianus Subiectionem vocat, quum tacitæ aduersariorum obiectioni occurrimus, eorúmque nobis dicta, sententiásque proponimus, in hoc tantùm, vt illis respondeamus. De hac Iul. Rufinianus lib. 2.

Anthyllion, ἀνθύλλιον, Herba est lenti simillima, quæ in vino pota, vesicæ vitiis liberat, & sanguinem sistit. Plin. lib. 26. cap. 8.

Anthyllis, ἄνθυλλις, Herba est chamæpityos similitudine, flore purpureo, graui odore, radice inutili. Plin. lib. 26. cap. 8.

ANTIA, ἀντία. Vxor fuit Prœti Argiuorum regis, Abantis filij.

Antia lex, Dicebatur quâ Antius Restio tulit: quæ licet optima esset, luxurię tamen obstinatione nullo abrogante obliterata est: propter quod Restionem ipsum tradunt, quandiu postea vixit, foris non cœnasse, ne legem à se latam contemnere videretur. Vide Macrob. lib. 3. cap. 17.

Antiæ, Sunt muliebres capilli, in fronte demissi, quòd ante faciē siti sint, ἔμπροσθιοι. Ital. *Capelli de donne.* Gal. *Cheueux de femmes.* Hisp. *Copete de los cabellos.*

Antiades, ἀντιάδες à Paulo Aegineta dicuntur tonsillæ, quum in tumorē obdurtuerunt, cibi, potúsque, & spiritus viam præcludentes.

ANTIATAE, ἀντιάται, Dicti sunt populi Italiæ, qui Antium vrbem Latij maritimam incolebant. Apud hos fuit insignis Fortunæ templū, quam Antiatem Fortunam vocauere. Horat. lib. 1. Carm. O diua, gratum quę regis Antium. ¶ Antiates plurimum classe valebant: cuius rei indicio id esse potest, quòd deleto à Romanis Antio rostra nauium in foro affixa nomen fecerunt loco, vnde ad populum concio haberi solet. Vide Titum Liuium, 1. Dec. lib. 6.

Antibacchius, ἀντιβακχεῖος, Pes Bacchio contrarius. Constat ex duabus longis & vltima breuiuv. Natura.

ANTIBACCHIAE, Insulæ sunt in sinu Aethiopico, Bacchis oppositæ, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Antica, Vide in dictione POSTICA.

Anticantharus, ἀντικάνθαρος, à quibusdam appellatur flos, quem Romani Lilium agreste vocant.

Anticanis, Vide ANTECANIS.

Anticategoria, ἀντικατηγορία, Latinè dici potest Recriminatio, siue mutua accusatio: & est genus controuersiæ iudicialis. Quint. lib. 3. cap. 12. Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem quæ ἀντηγορία vocatur.

Anticatones, ἀντικάτωνες, Dicti sunt duo libri, quos Cæsar contra Catonem scripsit. Sueton. Reliquit & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. Iuuen. Sat. 6. -quæ psaltria penem Maiorem quàm sint duo Cæsaris Anticatones, Intulerit. Nomē est compositū ex Græco & Latino. Nam (vt Quintilianus inquit) ex peregrino & nostro cōponuntur dictiones: vt, Epitogium, & Anticato.

Anticellium, Herba est lenti simillima, quæ & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

ANTICHTHONES, ἀντίχθονες, Populi qui habitāt in Zona hyemali. Hos Martianus seiungit ab Antœcis & Antipodibus, qui Zonam nobis aduersam & contra pedes nostros habitant. Pomponius tamen videtur Antichthones pro Antipodibus accipere.

Anticipo, as, Ante capio, præuenio. ἀποπροκαταλαμβάνω, προλαμβάνω. Ital. *Anticipare.* Gal. *Anticiper, s'auancer de prendre, occuper deuant.* Hisp. *Yenir delante.* Virg. in Rosis, Strictior eoos præcesserat aura iugales, Aestiuū suadens anticipare diem. Cice. Attic. Quod igitur prohcis, qui anticipas eius rei molestiam, quam triduo scituras fis?

Anticipatio, onis, verbale. προλῆψις. Ital. *Anticipatione.* Gal. *Anticipation.* Hisp. *Obra de venir delante.* Cic. 1. de Nat. Deor. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationē quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus?

ANTICITES, ἀντικίτης, pen. cor. Amnis Sarmatiæ Asiaticæ, non procul à Rhombite minore in Mœotim influens. Strabo lib. 11.

ANTICLEA, pen. prod. ἀντίκλεια, Fuit mater Vlyssis, quæ quum duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Sisypho latrone, Aeoli filio, capitur & adulteratur. Alij dicunt quum Laërtæ iam nupsisset, & ad oraculum perge-ret. Alij dicunt quum Laërtæ iam nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho latrone, & vt multi putāt, ex eo Vlyssem concepisse. Quod Aiax apud Ouid. 13. Meta. vitio vertit Vlyssi, -& sanguine cretus Sisyphio.

ANTICRAGVS, ἀντίκραγος, Mons Lyciæ, Cragi oppositus teste Strabone lib. 14.

ANTICYRA, ἀντίκυρα, pen. corr. Insula ad sinum adiacens Maleacum, & Oetam montem, cuius meminit Strabo lib. 9. vbi autore Plinio, helleborum rutissimè fumitur. Ouid. lib. 4. de Pont. I, bibe, dixissem, purgātes pectora succos, Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Vnde quoties insanum hominem significare volumus, Anticyra egere: aut Nauiget Anticyras, πλεύσεται εἰς Ἀντίκυραν. Prouerbialiter dicimus. Horatius elegantet nouauit adagij quasi facié, quum ait in Sermo. Nauiget Anticyras. Quibus verbis stoicum insanum significat. Idem, Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquam Tonsori Licino commiserit. ¶ Est & Anticyra ciuitas iuxta Cyrrham in Phocide regione, in Corinthium conuersa sinum, ab Anticyreo quodam, Herculis ætate: Cappariſſus ab Homero dicta. Hanc alij Anticyrrham appellant, duplicato r. Videtur enim inde nomen accepisse, quòd sita sit in promontorio in mare excurrente, è regione Cyrrhæ.

Anticyricon, ἀντικυρικόν, Sesamoidis herbæ species, similis Erigeronti, quæ in Anticyra insula crescit.

Antidora, pen. prod. ἀντίδωρα. Ital. *Remuneratione, guiderdone.* Gal. *Recompense d'vn don, la pareille.* Hispa. *Galardon.* Sunt remunerationes, aut quæ à nobis pro acceptis muneribus redduntur. Vipianus titul. de petitio. hæredita: Planè si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, velut genus quoddam hoc esset permutationis.

Antidosis, pen. cor. ἀντίδοσις, Latinè retributio: significat enim quicquid ex aduerso datur, ab ἀντιδίδωμι, retribuo.

Antidotum, pe. cor. ἀντίδοτον. Ital. *Rimedio contra'l veneno.* Gal. *Contrepoison, drogue, breuuage contre vn autre.* Hisp. *Medecina contra ponçoña.* Remedium, siue medicamentum quod contra venena datur. Nam & ipsa antidota ferè venena sunt: vt sit antidotum, quasi venenum datum contra venenum, ἐξ ἀντικρὺς δίδωμι, id est Contra & Do. nā contraria contrariis curantur. Quintil. li. 7. Tyrannus suspicatus à medico suo datum sibi venenum, torsit eum. Et quum id dedisse se negaret, accersit alterū medicum. Ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum. ¶ Dicitur & Antidotus, genere fœminino. Gell. lib. 14. Huius regis antidotus celebratissima, quæ Mithridatios vocatur.

ANTIGENES, pen. cor. ἀντιγένης. Nomen pueri rustici, apud Virgilium in Daphnide, At tu sume pedum, quod, me quum sæpe rogaret, Non tulit Antigenes.

ANTIGENIDES, ἀντιγενίδης, Autore Suida, Thebanus musicus, tibicen, Philoxeni discipulus, qui primus calceamenti Milesiis lasciuioribus vsus fuisse dicitur. Huius meminit Plin. lib. 16. cap. 36. Hic etiam, vt auctor est Cice. in Bruto, discipulo frigenti ad populum ait, Mihi cane & Musis. De eo vide Gell. lib. 15. cap. 17, & Valer. lib. 3. cap. 7.

Antigerio, Veteres pro Valde, & pro Statim vtebantur, quasi antequam res gereretur. Festus.

ANTIGONE, ἀντιγόνη, Oedipodis Thebanorum regis filia, quæ patri exco à Creonte in exilium acto, se viæ ducem præbuit: fratribusque suis Polynici & Eteocli mutua cæde interemptis, contra Creontis edictū, funebre officium præstitit: ob quam pietatem postea vnà cum Argia Polynicis coniuge iussu tyranni est interfecta. Hæmon quoque nobilis adolescens, qui mutuo eius amore tenebatur, sua sese manu ātumulum eius iugulauit. ¶ Fuit etiam hoc nomine vna filiarum Priami, quæm quum formæ suæ fiducia nimis arrogātem reddidisset, à Iunone in ciconiam mutata est. Vide Ouid. lib. 6. Meta.

ANTIGONIA, ἀντιγόνεια, Oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. cap. 33, & Strabo lib. 13. Est præterea eiusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

ANTIGONVS, ἀντίγονος, pen. cor. Nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa sua in Græcos beneficia Euergetes est dictus. Nam quū Cleomenem Lacedæmoniorum regem prælio vicisset, Spartámque cepisset, militem victorem ab omni iniuria continuit, priſtinámque ciuitati libertatem restituit.

Antigrapheus, ἀντιγραφεύς. Ital. *Contrascrittore.* Gal. *Controlleur.* Hispa. *El que debuxa sacando de otra cosa.* Dicitur, cui id muneris iniunctum est, vt obseruet pecuniam, quam in vsum principis, vel ciuitatis collegerunt exactores. Hos Cicero Custodes appellat, in oratione pro lege Agraria contra Rullum, & de Reditu suo. Et Vlpian. lib. 3. de administ. tutor. Budæus in Annotationibus.

Antigraphum, ἀντίγραφον, Dicebatur Antigrapheorum nota, siue diuersum exemplar.

Antilena, ἀντηλήνιον. Ital. *Pettorale.* Gal. *Poitral de cheual.* Hisp. *Pretal de bestias.* Qua pectus iumenti cingitur: sicut Postilena, quæ sub cauda ponitur.

Antilepsis, ἀντίληψις, Græcè dicitur, quam Latini intercessionem, vel interiectionem nominant.

ANTILIBANVS, ἀντιλίβανος, Mons est Libano oppositus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiæ desinens, qui sunt supra Damascum. Vide Strab. lib. 16.

ANTILOCHVS, ἀντίλοχος, pen. cor. Nestoris filius maior natu, quem in bello Troiano Memnon Autoræ filius interemit. Vnde patris precę motus Achilles Memnona occidit. Ouidius autem vult ab Hectore fuisse occisum Antilochum. Ita enim ait in Epistola Penelopes, Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore cæsum, Antilochus nostri causa timoris erat.

Antilogia, ἀντιλογία, Dici potest contradictio, refragatio, vel quasi contraria oratio.

ANTIMACHVS, ἀντίμαχος, Colophonius poëta Græcus. Is quū poëma quoddam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes, præter Platonem, quòd minimè illud intelligerent, discessissent, Plato, Mihi, inquit, pro omnibus. Hæc Cicero. De eodem Plutarchus in Lysandro. Hic aggressus belli Thebani materiam, vigesimum quartum volumen impleuit, antequam duces Thebas vsque perduceret. ¶ Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterum Aegyptium, patria Heropolitanum, qui Cosmopœiam heroico carmine conscripsit: alterum poëtam Melicum cognomento Psecam. ¶ Fuit idem præter hoc etiam alius Antimachus Troianus, qui donis Alexandri auróque corruptus, impedimento fuit, quo minus Helena redderetur: quin pro concione Troianos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in vrbe veniſſet cum Vlysse, redire ad suos sinerent: sed in vrbe asseruarent, trucidarēntque, Homero autore lib. Iliad. 11.

Antimelon, ἀντίμηλον. Ital. *Mandragora.* Gal. *Mandragore.* Hisp. *Mandragola.* Herba est Dioscoridi, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimetabole, ἀντιμετάβολη, Latinè dici potest Ex aduerso mutatio. Figura qua verba declinata reperiuntur: vt, Non vt edam viuo, sed vt viuam edo.

Antinomia, ἀντινομία, Est quum duæ leges casu colliduntur, & euentu, vt inquit Budæus. Quintil. lib. 7. cap. 8, Proximum est de legibus contrariis dicere: quia inter omnes artium scriptores constat, in antinomia duos esse scripti & voluntatis status, &c.

ANTINOE, Stephano, Vrbs Aegypti, ita dicta ab Antinoo Adriani amasio, vt scribit Hieronymus in Iouinianum.

ANTINOVS, Nomen vnius ex procis Penelopes, apud Onid. in Epist. Penelopes. ¶ Fuit præterea Antinous, puer quidam Bithynicus tanta formæ elegantia, vt Adrianus Cæsar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam constituerit, & vrbem quandam Aegypti Antinoen à nomine eius appellarit. Hæc Pausanias.

ANTIOCHIA, Syriæ vrbs est, ad Orontem fluuium sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicanore cõdita, & à patris sui nomine Antiochia appellata, vt tradit Strabo lib. 15. Stephanus Byzantius duodecim alias enumerat eiusdem nominis vrbes, quarum vnam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimat. ¶ Alterã in Mesoporamia, quæ & Mygdonia, & Asibe appellatur: in qua Apollophanes Stoicus, & Pharnuchus Persicæ historiæ scriptor, nati dicuntur, Vulgò Aleppo. ¶ Tertiam in Pisidia constituit, cuius meminit & Strabo lib. 12. ¶ Quartam inter Cauam Syriam, & Arabiam, Semiramidis opus. ¶ Quintam in Cilicia, ad Pyramum fluuium. ¶ Sextam in Pietia, quæ & Arados à Syris appellatur. ¶ Septimam ad Callirhoem lacum. ¶ Octauam ad Taurum monte, in Comagena regione. ¶ Nonam in Scythia. ¶ Decimam in Catia, quæ & Pythopolis fuit appellata. ¶ Vndecimam in Margiana, ab Antiocho Sotere conditã. ¶ Duodecimam eãdem facit cum Tarso Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochensis, .

ANTIOCHVS, Nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filij, huius nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnauit annis xx. ¶ Secundus Antiochus, huius filius, dictus Achios, regnauit annis xv. veneno ab vxore Laodicea extinctus. ¶ Tertius Antiochus Gallericus. ¶ Antiochus quartus, Rex, cognomento Magnus, regnauit annis xxxvi. Dictus est etiam Hierax, quòd accipitris more in rapiendis alienis vitam duceret. Hic Ptolemæum Philometorem prælio superauit. ¶ Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis siue illustris, qui regnauit annis xi. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala intulit Iudæis. ¶ Sextus Antiochus Syriæ & Asiæ rex, dictus est Eupator. ¶ Fuit & alius Antiochus Ascalonita, philosophus, Ciceronis, Brutique præceptor.

ANTIOPA, Nycteï filia fuit, & vxor Lyci Thebanorum regis. Hanc quum Iupiter in Satyrum mutatus compressisset, Lycus repudiauit, vxorémque Dircen superinduxit, quæ Antiopam in carcerem conjecit. Verùm instante partus tempore, illa ruptis vinculis, in Cithæronem montem se recepit, vbi & Amphionem & Zethum peperit: qui à pastoribus inuenti & educati, maternæ iniuriæ vltores extiterũt, Lyco cum Dirce vxore interfecto. Vnde locus factus Prouerbio, Antiopæ luctus, . Dici consueuit vbi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Alij paulò aliter tradunt hanc fabulam, Lycum non maritum Antiopæ, sed fratrem Nycteï.

Antipagmenta. Vide ANTEPAGMENTA.

Antiparastasis, Figura est frequens Demosthenis & Ciceronis, habens confessionem quandam coniunctam cum maiore inficiatione. Sic Demosthenes aduersus Leptinen, vbi docuit etiã apud maiores in vsu fuisse, vt viris fortibus præmia persoluerentur, postea ostẽdit, se sine causæ detrimento, eius contrarium posse confiteri. neque ex eo sequi, immunitates illa ætate viris de republica bene meritis concessas, siue manifesta aliqua culpa esse eripiendas, nisi ostenderet aduersarius, idem quoque à maioribus esse factitatum. Sic etiam Cice. in Orat. pro Rabirio Posthumo, vbi ostendit falsum esse, Rabirij manu occisum esse Saturninum, subdit. Si integrum sibi esset, libentissimè se hoc confessurum, & meritum eo nomine præmium petiturum, quòd eiusdem seditiosum é medio sustulisset.

ANTIPATER, pen. corr. Nomen proprium poëtæ Sidonij, seu ex Tyro Phœniciæ, Stoicæ sectę, qui post Panætium de officiis scripsit. Hic quo die natus fuit, eodem quotannis febre laborauit. Et quũ diu vixisset, postquam ætatis suę tempus destinatum appropinquasset, eo die & eodem morbi genere consumptus est. Hic Antipater nobili epigrammate in Sappho, decimam inter musas eam cooptat. Ex tempore innumerabiles penè versus faciebat, vt testantur Cicero & Quintilianus. ¶ Antipater alius, Iolai filius fuit, é Pasiura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiam rei militaris, literatissimus, vt tradit Suidas. De hoc Antipatro sic scribit Plutarchus, Antipater successor Alexandri in regno Macedoniæ, post bellum Athenien sibus illatum, legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, respondit se in amicitia permansurum, si sibi Demosthenes, & Hyperides dederentur: si eius præsidium in Munichian, id est Athenarum arcem recepissent: si denique absumptam in eo bello pecuniam, acceptáque damna resarcirent. Quibus illi conditionibus consenserunt. ¶ Item Antipater Tyrius, philosophus Stoicus, & Catonis Vticensis præceptor, vt autor est Plutar. in Cato. ¶ Alius item Tarsensis philosophus, vt idem autor est. ¶ Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, vir maximus & potẽtia prædirus, de quo Volaterranus in historia Hierosolymitana. ¶ Fuit & Antipater Hieropolitanus Sophista nobilis, præceptor liberorum Seueri principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac eidem magister epistolarum fuit, vt est autor Philostratus. ¶ Fuere & alij huius nominis, inter quos fuit Cassandri Macedonum regis filius.

Antipates, Gemmę nigræ species, non transluentis, quæ in lacte decocta, id myrrhæ simile facit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Antipathia, Naturalis rerũ differentia siue repugnãtia: ad verbum sonat contra passionẽ, cui opponitur Sympathia, , quæ mutuã quandã rerum inter se cognationem significat. Plin. lib. 32. ca. 2, Quod ad repugnantiã rerum attinet, quam Græci antipathiã vocant, nihil est venenatius vsquã quàm in mari pastinaca. Idem lib. 34. ca. 15, A rubigine vindicatur cerussa & gypso, & liquida pice. Hęc est temperatura, à Græcis antipathia dicta. Est igitur antipathia inter ea, quæ veluti naturali quodam odio inter se dissidentiv brassica antipathiam quandam habet cum vite. Contrà ostrea & concha sympathiã habẽt, quòd plenilunio plenæ sint: & decrescente luna decrescant.

Antipelargesis, pen. prod. siue Antipelargia. {. Ital. *Remunerazione de benefici.* Gal. *Recompence, la pareille.* Hisp. *Remuneracion del bien hecho.*} Est mutua acceptorum beneficiorum compensatio. Græci enim vocant, de nobis bene meritis officiorum vicissitudine respondere. Sumpta est metaphora à ciconiis, quas illi vocant. Illis enim naturalis quædam pietas insita est, qua parentes senio defectos alunt, & quum sub hyemem mutandã sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes alis sustinent. Quod etiam Latini quidã ad imitationem Græcorum Ciconiare vocauerunt.

Antiperistasis, pen. prod. . Latinè circumobsistentia, reciprocatio, compressio vndique circunfusa: per quam vbi calidum est, inde frigus expellitur: vbi frigidum est, inde calor expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calent, quia illo se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

ANTIPHATES, pen. corr. Rex fuit Læstrygonum, Melampodis, seu vt alij volunt, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum exteris Læstrygonibus humana carne vescebatur. Politianus, Et Lamium Antiphaten, & virgam, & pocula Circes. Dicitur & Antiphates. ¶ Antiphates alius, filius nothus Sarpedonis, vt est apud Virg. li. 9, Et primum Antiphaten, is enim se primus aiebat The bana de gente nothum Sarpedonis alti. Hic Aeneam in Italiam secutus, à Turno Rutulorum rege occisus est.

ANTIPHELLVS, Oppidum Lyciæ apud Plin. lib. 5, cap. 27.

ANTIPHON, Rhamnusius orator antiquus, Athenis & præcepta dicendi tradidit, teste Quintiliano: quo neminem melius orauisse causam capitis, quum seipse defenderet, locuples est autor Thucydides lib. 8. Huius meminit Cice. in Bruto.

ANTIPHVS, Priami filius ex Hecuba, quem Agamemnon vnà cum Iso fratre, sed illegitimo thoro nato, in bello Troiano interfecit. ¶ Antiphus, filius Thessali & nepos Herculis, qui cum fratre Phidippo dux triginta nauium cum aliis Græcis ad Troiam nauigauit, vt est apud Home. lib. Iliad. 2.

Antiphona, pen. prod. . Vox reciproca, duobus choris alternatim psallentibus. Antiphonas Græci primi composuerunt, & apud Latinos sanctus Ambrosius instituit. Exhine in cunctis regionibus Occiduis vsus increbuit.

Antiphrasis, pen. cor. Sermo per contrarium intelligẽdus: vt, Parcæ, quia nemini parcant. Sic Manes, quòd non sint boni: Manum enim antiqui bonum dicebant.

ANTIPODES, pen. cor. . Dicuntur qui contra nos positi sunt cõtrariis vestigiis. Cic. 4. Acad. Nónne etiam dicetis esse é regione nobis, é contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? ¶ Declinatur Antipus, tipodis, vel antipodos. De his copiosè Ioachimus Vadianus in Melam.

ANTIPOLIS, Apud Ptole. vrbis nomẽ est in Gallia Narbonẽsi. Galli pauculis literis immutatis, etiam hodie *Antiblam* vocant.

Antipophora, Vide ANTHYPOPHORA.

Antiprosis, pen. prod. , Figura est quando casus pro casu ponitur: vt, Vrbem quam statuo, vestra est. Componitur enim ex pro, casus, à cado.

ANTIPYRGVS, Vrbs Libyæ est Marmaticæ, quæ eadem esse creditur, quam vulgò *Lucho* vocant.

Antiquus, Idem quod vetus siue priscus: ab Ante & Aeuum, vt Varroni placet. {. Ital. *Antico.* Gal. *Ancien, antique, vieux ou vieil.* Hisp. *Antiguo ò viejo.*} Virgil. 2. Georg. -antiquáque domos auium. ¶ Quoniam verò quę antiquiora sunt, ferè meliora esse consueuerant, vt mores, vinũ, & similia: factum est vt antiquum pro probo, bono, & simplici dicamus. Terẽt. in And. Pol Crito hospes, antiquum obtines. Cice. pro Sext. Roscio, In qua muliere vestigia antiqui officij remanent. Sic & Antiquius dicimus, pro meliore, chariore, potiore, . Cice. ad Atti. lib. 1, Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. Idem 1. de Inuent. Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. ¶ Prouerbialiter dicimus, per antiquum diem, de re admodum abstoleta priscáque. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi quod hodie non inscitè iactatur in scholis philosophorum, Magno Platonis anno.

Antiquatius, a, um, Qui verba ab vsu remota, & commentarios pontificũ, & vetustissima fœdera, & exoletos scrutatur autores, vt ex his contrahat, quæ non intelligantur, vtque quædam solus scire videatur. {. Ital. *Amator de la antiquità.* Gal. *curieux de l'antiquité* Hisp. *Amador de las antigvedades.*} Huuen. Ignotósque mihi tenet antiquaria versus. Sueto. in Augu. Cacozelos, & antiquarios pari studio spreuit.

Antiquitas, pro vetustate. {. Ital. *Antiquità, vechiezza.* Gal. *Antiquité, ancienneté.* Hisp. *Antigvedad ò vejez.*} Cic. 1. de Finib. Quod quàm magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarãt, in quibus tam fabulis multis, támque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorũ patria reperiuntur. ¶ Antiquitas, pro ipsis antiquis. Plin. lib. 12. ca 18, Cinnamomum & casias fabulosa narrauit antiquitas. ¶ Item in alio significatu accipitur apud Sallustium, Seruio teste, Tantum antiquitatis, cuiusque maioribus pro Italica gente fuit. Id est, antiqui & præcipui amoris siue charitatis, ab eo quod est antiquum pro charo.

Antiquitus. {. Ital. *Per il passato & anticamente.* Gal. *Anciennement, d'ancienneté.* Hisp. *Antiguamente, y viejamente.*} Idem quod olim, vel tempore antiquorum. Cæsar lib. 6. Bell. Gall. Quòd summa autoritas antiquitus erat in Heduis.

Antiquo, as, Euacuo, aboleo, abrogo, irritum facio. {. Ital. *Votare, scancellare, indebilire, far vano.* Gal. *Abolir, mettre hors d'vsage, desfaire.* Hisp. *Quitar de vso lo antiguo.*} Vnde legem antiquatam dicimus, quã populus suffragiis suis improbauit, nec perferri passus est. Abrogatam autem dicimus legem, quæ quum accepta fuerit, & perlata, postea contraria lege fuerit sublata. Liuius, Omnium rerum causa vobis antiquãdas censeo istas rogationes. Cic. 3. de Leg. Vos item, vt video, legem antiquastis sine tabella.

Antiquatio, onis, verbale, Abolitio, abrogatio. {. Ital. *scancellamento.* Gal. *Decriement, abolition.* Hisp. *Quitamiento del antiguo.*} Gel. Facta mox est antiquatio legis.

Anti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiquè,aduer. Hoc est ad motem antiquorum: vt, Antiquè dictum. {ἀρχαϊκῶς. Ital. *Antichamente.* Gal. *Anciennement, à la maniere antique.* Hisp. *Antiguamente.*} Horat. 1. Epist. Si quædam minus antiquè, si pleraq; dure Dicere credat eos.

ANTIRRHIVM, ἀντίῤῥιον. Promontorium est Aetoliæ, situm ad ipsum sinus Corinthiaci ostium, è regione Rhij, quod est Achaiæ promontorium, ab Antirrhio septem tantùm stadiorum freto diuisum. Thucydides vtrunque Rhium appellat, cognominibus tantum ea distinguens. Nam quod in Peloponneso est, Achaicum cognominat: alterum Molycricum, à vicina vrbe Molycria.

Antirrhinum, ἀντίῤῥινον. Herba est eadem cum illa, quam suprà Anarrhinon appellauimus, de qua vide Plin. lib. 25. cap. 10, & ea quæ suprà annotauimus in dictione ANARRHINON.

Antiscorodon, ἀντισκόροδον. Herba est ex generibus allij, quæ & Vlpicũ, & Allium Cyprium appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 6.

Antisophistes, æ, ἀντισοφιστής. Quint. Vrbanéque Virginius interrogauit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset.

Antispoda, siue Antispodia, ἀντισπόδα. Dioscoridi, ἀντισπόδια Galeno, Vocãtur à medicis omnia ea quæ eãdem cum spodio habent facultatem, quæque in spodij inopia pro eo possunt supponi. Quid autem sit Spodos, siue spodium, vide suo loco.

Antismos, quod hic corruptè legebatur, vide ASTEISMOS.

ANTISSA, ἄντισσα. Stephano, Lesbi insulæ oppidum est, ex quo Terpander nobilis Citharœdus originem traxit. Gentile est Antissæus, ἀντισσαῖος.

Antistes, itis, Exante & sto, tam fœminini quàm masculini generis, à verbo antiquo Antisto, pro antesto, quòd cæteris antestet, id est excellat. {ἀρχιερεύς ἢ ἀρχιέρεια. Ital. *Antiste, presidente.* Gal. *Premier entre les autres, prelat, president.* Hisp. *Prelado, presidente.* } Et erant primarij templorum singulorum sacerdotes, qui sacris præerant, déque futuris responsa dabant. Ouid. 4. de Pont. Non sinit illa sui vanas antistitis vnquam Esse preces. Liu. 1. ab Vrbe. Potitij ab Euandro edocti, antistites sacri eius per multas ætates fuerunt. Valer. lib. 1, Ne dex vetustis ritibus esset eius per multas ætates fuerunt. Valer. lib. 1, Ne dex vetustis ritibus esset antistes. ¶ Per translationem verò Antistes dicitur, qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet. Vnde Seruius Sulpitius, Quintil. teste lib. 11. cap. 1, Iuris antistes appellatus est. Item Platonis sapientiæ antistes.

Antistita, æ, {ἀρχιέρεια. Ital. *Abadessa, ò prioressa.* Gal. *Abesse, qui a charge des choses sainctes.* Hisp. *Muger prelada.* } Gell. lib. 13. cap. 19. Sacerdotes quoq; fœminas M. Cicero Antistitas dicit: Sacerdotes, inquit, Cereris, atque illius fani antistitæ.

Antistitium, Excellentia, & apex, & quasi antistitis dignitas, {ἀρχιερωσύνη. Ital. *Eccellenza.* Gal. *Eminence, excellence.* Hisp. *Prelacia.* } Martianus Capella, Antistitio præminebat Athanasia.

Antistitor, pen. cor. Præses, præfectus, quasi antestator. {ἱερεύων. Ital. *Presidente, prefetto.* Gal. *Le maistre de l'oeuure.* Hisp. *Prelado, presidente.* } Columel. lib. 4. Neque enim singulis totidem antistitores possit dare, qui obseruent, quique præcipiant, ne acerbæ vuæ demetantur.

ANTISTHENES, ἀντισθένης, pen. corr. Socraticus philosophus, acutus magis quàm eruditus, præceptor Diogenis. Hic quum magno auditorum concursu docuisset Rhetoricam, audito Socrate, diuisse fertur ad discipulos, Abite, & magistrum quærite: ego enim iam reperi: statimq; quæ habebat, & publicè distributis, nihil sibi præter palliolum reseruauit. Patientiam, & duritiam in Socratico sermone adamauit, vt scribit Cicero lib. 3. de Orat. ad Qu. fra. ¶ Fuere item alij tres eodem nomine: vnus è schola Heraclitj, alius Ephesius, tertius Rhodius historicus. vt tradit Diogenes Laertius.

Antisto, as. are, antiquum verbum pro Anresto, id est antecello. {ἀρχιερωσύνην. Ital. *Essere presidente.* Gal. *Presider.* Hisp. *Ser presidente en alguna dignidad.* } Cato cap. 156, Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. Lucret. lib. 5, Herculis antistare autem si facta putabis, Longius à vera multò ratione ferêre.

Antistœchon, ἀντιστοιχον, Literarum permutatio, quum scilicet litera pro litera collocatur: ab ἀντὶ pro, & στοιχεῖον, elementum: vt Sella pro sedda, & Magalia pro magaria, l pro r. nam Magal pro Magar dicitur, quod Pœnorum lingua villam designat.

Antistrophe, ἀντιστροφή. Dicitur quum inter coniuncta duo, quæ à sese mutuò pendeant, fit alterna conuersio: vt, Seruus domini, & Dominus serui. ¶ Lyricis autem Poëtis Antistrophe est saltationis genus, quo modò in dexteram, modò in sinistram choros agerent, ac reuocarent.

ANTITAVRVS, ἀντίταυρος, Tauri montis pars est, reliquis Tauri partibus opposita: insignis olim Comana ciuitate, & Bellonæ fano. Strabo lib. 11. & 12.

Antithesis, ἀντίθεσις, pen. cor. Color rhetoricus, quum contraria contrariis opponuntur. Quintilianus Contentionem vocat.

Antitheton, pen. cor. ἀντίθετον, Figura est, qua contrariis opponuntur contraria, vt apud Ouid. 1. Metamor. Frigida pugnabant calidis, humentia siccis, Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. Persius, -crimina ralis Librat in antithetis, doctas posuisse figuras Laudatur. Cic. ad Brutum. Semper hæc quæ Græci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum necessitate ipsa efficiunt.

Antitypum, ἀντίτυπον, penul. corr. Latinè exemplar, similis formæ, vel contrarium.

ANTIVM, ἄντιον, Vulgò, *Nettuno.* Vrbs Latij. Volscorum caput, Romanorum colonia: dictum, quòd ante alias vrbes in ipso litore sita sit, ad otium, rerúmque vrbanarum variationem accommodata. Habebat hæc vrbs celeberrimum Fortunæ templum. Horat. 1. Carm. O diua, gratũ quæ regis Antium. ¶ Hinc Antiates dicti sunt vrbis huius incolæ: de quibus vide suprà suo loco.

Antlare, ἄντλαω, Vetustissimi dicebant pro haurire, verbo à Græcis mutuato. Liuius Andronicus, Floré antlabant liberi ex carchesio. ¶ Hinc Exhantlare, exhaurire, de quo infrà.

Antlia, æ, {ἄντλια. Ital. *Instromento con che si caua acqua.* Gal. *Vn engin à tirer de l'eau.* Hisp. *Anoria para sacar agua.* } Machinula ad hauriendam aquam

excogitata. Nam ἀντλᾶν, Latinis haurire est. Mart. lib. 9. Curua laboratas antlia tollit aquas. Et Fest. Antlare, haurire: à Græco ἀντλέω, id est haurio. Liu. Florem antiabant liberi ex carchesiis.

ANTOECI, ἀντοῖκοι. Populi trans æquinoctialem habitantes circulum, tótque graduum latitudine ab eodem Austrum versus distantes, quot nos versus Septentrionem. Ita dicti, quòd zonam nobis, non contrariam, vt Antipodes, sed dimersam incolant.

ANTONINVS, cognomento Pius, Romanorum Imperator, qui Aelio Adriano successit. Hic quum filium non haberet, M. Antoninum Philosophum adoptauit, eúmque moriens imperij successorem reliquit. ¶ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Seuerum, Romanum tenuit imperium. ¶ Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino successit.

ANTONIVS, ἀντώνιος. Nomen viri proprium. Antoniorum familia Romæ nobilissima, vetustissimáque fuit, vtpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

ANTONIVS GNYPHO, Ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus, Romæ docuit Rhetoricam, & poëmata in domo Iulij Cæsaris pueri adhuc. Cuius etiam scholam Cicero, & alij nonnulli clari adolescentuli frequentasse dicuntur. Fuit alioqui miti facilique natura: nec vnquam aliquid de mercedibus pactus, eóque plura ex discentium liberalitate consequutus est. Vixit annos quinquaginta. Ex Tranquillo.

ANTONIVS MVSA, Medicus fuit Augusti temporibus, qui Cæsarem periculosissimè ægrotantem, potu balneisque frigidis sanitati restituit. De hoc Plin. lib. 29. cap. 1, & Horat. lib. 1. Epist.

MAR. ANTONIVS ORATOR, Triumviri auus, de quo sic scribit Cicero in Bruto, Nunc ad Antonium Crassúmque peruenimus. Nam ego Græcis existimo, hos Oratores fuisse maximos, & in his primùm cum Græcis existimo, hos Oratores fuisse maximos, & in his primùm cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam æquatam. Omnia veniebant Antonio in mentem: eáque suo quæq; loco vbi plurimum proficere & valere possent, vt ab imperatore equites, pedites, leuis armatura, sic ab illo in maximè opportunis orationis partibus collocabãtur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, vt iudices illo diuente nonnunquam viderentur non satis parati ad cauendum fuisse. Verba ipsa, non illa quidem elegantissimo fuerunt sermone: itaque diligétet loquendi laude caruit, neq; tamen est admodum inquinatè loquutus, interfectus est à Mariana factione, vnà cum pluribus aliis clarissimis ciuibus, quorum capita in rostris pependere. ¶ Huius filij M. & C. Antonij fuere: quorum M. Antonius gratia Cottæ Consulis, Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariæ & totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & prouincias omnes depopulatus est. Et ad postremũ inferens Cretensibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc Sallustius ait perdundæ pecuniæ genitum, & vacuum à curis, nisi instantibus. Autor Pæd. ¶ C. Antonius, alter Oratoris filius, multos in Achaia spoliauit, nactus de exercitu Syllano equitũ turmas: quo nomine à Græcis tractus est in ius ad M. Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Cæsar, etiam tum adolescentulus: & quum Lucullus id, quod Græci postulabant, decreuisset, appellauit Tribunos: iurauitque se ideo eiurare, quòd æquo iure vti non posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores, sexennio post petitionem Consulatus, senatu mouerunt: causáque subscripserunt, quòd socios diripuisset, quòd iudicium recusasset, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mancipasset, bonáq; sua in potestate non haberet. Prædianus. Hunc item Cicero in Verri. vocat in exercitu Syllano prædonẽ, in introitu gladiatorẽ, in victoria quadrigatium. Nam inter eos fuit, qui iussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitauerunt. Hic cum Cicerone Consul fuit: eíque maximè est aduersatus, vt qui Catilinæ coniurationi faueret. Placatus ab eo demum pactione prouinciæ, rectáque de Republica sentire persuasus est. ¶ M. Antonio, Oratoris filio, tres filij fuerunt. M. L. & C. quorum M. Antonius postea Triumuir, causa & fax totius belli ciuilis extitit. Nam quũ esset Tribunus plebis, Cæsarísq; partibus in ciuitate tutandis sese imparem videret, vnà cum C. Curione (qui & ipse Tribunus plebis erat) conducto vehiculo, habitúq; maximè miserabili, in Galliam ad Cæsarem profugit, eúmq; adhuc hærentẽ, ad bellum sine mora suscipiendũ inflammauit. Cæsarem quoque occisum laudauit pro rostris: vestémq; eius sanguinolentam ostendens, & testamentũ recitans, quo ille Pop. Romano drach. 75, viritim legauerat, perfecit vt percussores ob metum ab vrbe profugerent. Deinde quum D. Brutum Mutinæ obsideret, hortante Cicerone, à Senatu hostis iudicatus est: & ab Hirtio & Pansa Consulibus, & Octauio adhuc adolescentulo, ingenti prælio superatus. Post hæc Triumuiratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cæsarem inito, Brutum & Cassiũ in Macedonia apud Philippos superauit. Quo bello confecto, Octauius valetudinis causa Romam rediit: Antonius in Græciam Asiámque profectus, honore, quaquauersus proficiscerétur, ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidens. Lepido Africa obtigisset, multos per Orientem reges & tetrarchas debellauit. Inter quos Antigonum Iudæorum regem securi percussit: quod antea Regum nulli contigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eique regna multa concessit in Syria. Fuluiam vxorem statim inito Triumuiratu repudiauit, ac Octauiam Augusti sororem duxit: quam & ipsam deinde ob Cleopatram contẽpsit. Ad bellum Parthicum, Ventidium legatum misit, qui interfecto Pacoro, regis filio, ab Antonio missus Romam, triumphauit. Inde Cleopatra in Aegyptum remissa, per Armeniam Arabiámque profectus, copias vndiq; contraxit. Cum Phraate Medorum rege prælio congressus, ac victor, eum vsque ad Araxem fluuium persequutus est. Dein in Armeniam reuersus, eius regem in triumphum Alexãdriam duxit. Repudiata igitur Octauia, causa fuit inter eum & Octauium dissensionis. Quo cum postremò ad Actium nauali prælio congrediens, superatus est: Alexandriámq; confugiens, atq; ibidem ab eodẽ obsessus, gladio sponte occubuit, anno ætatis 56. Huius viri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit. Nec ob res malè gestas quicquã de solita voluptate remisit. Hæc ex Plutarcho.

¶ L. Anto

Universidad de Deusto Biblioteca

¶L. Antonius Triumuiri frater, apud Perusiam ab Octauio obsessus, fameque adactus, venit in deditionem cum CCC. aliis: quibus, vt ait Florus in Epitome Liuij, Octauius pepercit: vt verò Tranquillus, omnes ad aram Cæsaris necari crudeliter iussit. ¶C. Antonius, Lucij & Marci frater, in Macedonia à Bruto captus, Ciceronis & Hortensij Manibus, inferias misit: est. Autor: Plutarchus in Antonio, & Bruto. ¶Antonius Iulianus rhetor Romæ, perquam fuit honesti atque humani ingenij: doctrina quoque ista vtiliore ac delectabili, veterumque elegantiarum cura & memoria multa fuit. Adhæc scripta omnia antiquorum tam curiosè spectabat, aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium ab eo factum examussim diceres.

Antonomasia, ἀντονομασία. Dici potest, pro nomine, id est, vice nominis positio. Diomed. Antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum, loco eius fungitur: vt est, Arma, virúmque cano: vbi intelligitur Aeneas. Fit autem tribus modis: Ab animo: vt, Magnanimus Anchisiades, id est Aeneas: A' corpore: vt, Ipse arduus, id est Polyphœmus. Extrinsecus: vt, Infœlix puer, atque impar congressus Achilli, hoc est Troilus. ¶Inde Antonomastice, hoc est per Antonomasiam.

Antræ, arum, autore Festo. Dicuntur conualles, vel arborum interualla.

ANTRONIA. Pomponio Melæ ciuitas est Magnesiæ, regionis Thessaliæ, quæ à Stephano, & Strabone Antron ἄντρων dicitur: ab antris nimirum vtroque nomine deducto, quorum magnam circa hanc vrbem copiam fecerant molarium lapidum fodinæ. Circa hanc vrbem procerissimi gignebantur asini: vnde factum est, vt Antronius asinus, prouecbio dicatur de homine corpulento & robusto, in quo tamen ingenium & animi vigor desideretur.

Antrum, ἄντρον, σπήλαιον Ital. *Antro, spelonca.* Gal. *Fosse sous terre, caverne, creux.* Hisp. *La cueua.* ¶ Latinè specus vel caverna. Virg. 6. Aen. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. Mart. lib. 13. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.

Anubias, adis, ἀνουβίς, A' quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & vulgò Cimicaria, seu Pulicaria. Legitur hæc vox in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quam tamen à peritioribus inter nomenclaturas nothas, falsóque Dioscoridi attributas video numerari.

ANVBIS, Genitiuum facit Anubis, vel hidis, ἄνουβις, Lingua Aegyptiaca dicitur canis, sub cuius forma colebatur Mercurius, vt inquit Seruius. Virgil. 8. Aeneid. Omnigenúmque deum monstra & latrator Anubis. Ouidius in Elegiis, Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi. Diodorus scribit, Anubim filium fuisse Osiridis, qui canem gestabat, tanquam armorum insignia. Ex quo Aegyptij canem venerantur, & Anubim deum canino capite effingunt.

Anulus, Pro digitorum ornamento à circuitu vocatus est, siue à rotunditate, quasi annus. Græci à digitis δακτύλιον appellauerûnt. ¶ Ital. *Anello.* Gal. *Anneau, vne verge a mettre au doit.* Hispa. *Anillo.* ¶ Cic. 5. Verr. Sæpe enim nostri imperatores superatis hostibus, optimè Republica gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt. ¶Fuerunt homines tam inepti, qui anulos etiam digitos à Latinis vocari crederent, adducti autoritate Plauti in Pœnulo. Atque, vt opinor, digitos in manibus non habent. A. o. Quid iam? M. II. quia incedunt anulatis auribus. Sed hi profectò nimis pueriliter delirant, neq; Poëtæ iocum assequuntur. Irridet enim ibi poëta Pœnorum morem, qui, acsi digitos in manibus non haberent, anulos à manibus ad aures transferebant. Apud nos prisci Vngulum & Vnguinum vocabant: posteà & nostri & Græci, Symbolon dixere. Nam Symbolum, nota est & signum. Anuli autem equestris ordinis notæ erant. ¶Condulum quoque & Condalium veteres anulum nuncupauere, teste Festo. Plaut. in Trin. In thermodolio condalium ei oblitus. Mos fuit veterum gerere anulum in digito sinistræ manus, qui est minimo proximus. Eius rei duplex redditur ratio à Macrobio. Prior, quia in eo digito gemma anuli ab omni læsione esset tutissima: altera, quia dissectis humanis corporibus, repertum est, neruum quendam tenuissimum (vt credi vult) ab eo digito ad cor hominis peruenire. Et ideò visum est veteribus, vt ille digitus anulo, tanquam corona, circundaretur. ¶Primus Prometheus fertur circulum ferreum, incluso lapide, digito circundedisse, qua consuetudine homines vsi anulos habere cœperunt. Anuli autem per diminutionem dicti à circulis & anis, qui sunt circum brachia & circum crura. Anulos homines primum gestare cœperunt quarto à pollice digito, quòd eâ vena quædam ad cor vsque pertingat, quam notandam ornandámque aliquo insigni veteres putauerunt. Apud Romanos anuli de publico dabantur, & non sine discrimine: nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris solidi. Anulum aureum neque seruus, neque libertinus gestabat in publico: sed anulo aureo liberi vtebantur, libertini argenteo, serui ferreo. Apud veteres vitra voom anulum vti, infame habitum viro. Gracchus in Mæuium, Considerate Quirites sinistrâ me habitum viro. Gracchus in Mæuium, Considerate Quirites sinistrâ me habitum viro. Cæsar, cuius autoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem: eo, cuius autoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, vt mulier est ornatus. Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit anulos, causam præferens, quòd pecunia ei immensa crescebat. Fœminæ non vsæ sunt anulis, nisi quos virginì sponsus miserat: neque amplius quam binos anulos aureos in digitis habere solebant. Inter genera anulorum sunt, vngulus, Samothracius, Tynius. Vngulus est gemmatus, vocatúsque hoc nomine: quia sicut vngula carni, ita gemma anuli auro accingitur. Samothracius aureus est quidem: sed capitulo ferreo, à loco ita vocatus. Tynius purus est, primùm in Bithynia fabricatus, quam olim Tynam vocabant. Flaccus, Lugente mea vita nec smaragdus beritáfque mihi Flacce nec nitentes per candidam margaritam quæro, nec quos Tyrica lima polinit anellos nec iaspios lapillos. Isidorus de Etymologiis. ¶Arctum anulum ne gestato, μὴ φόρει στενὸν δακτύλιον. Hoc est interprete D. Hieronymo, Ne vixeris anxiè: & ne temere in seruitutè conijcias, aut in eiusmodi vitæ instituum, vnde te non queas extricare. Siquidem quisquis anulo angustiù gestat, is sibi quodammodo vincula iniicit. ¶In anulo Dei figuram ne gestato, οὐ δακτύλιον θεοῦ ποιήσεις. Fortassis admonet non passim admiscendam Dei mentionem. ¶Per medium anulum traharis oportet, διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι. In eum quadrabit qui sit vehementer extenuato gracilique corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Aristoph. in Pluto, Διὰ δακτυλίου γάρ σε ἕψειν' ἐοικότως: id est, Itaque profectò per anulum me traxeris. Verba sunt anus volentis se videri vsqueadeo maceratam atque exhaustem dolore, vt per anulum trahi posset. Equidem opinor adagium esse sumptum à lusu quo ouum arcto maceratum per anulum trahitur. Cuius rei meminit Plin. lib. 10. cap. 16. ¶Anulus, item Fluuius est Mauritaniæ, in quo elephantes luna noua apparente se abluunt. Plin. lib. 8. cap. 1. Autores sunt in Mauritaniæ saltibus, ad quendam amnem, cui nomen est Anulo, nitescente luna noua, greges elephantum descendere, ibique se purificantes, solenniter aqua circunspergi, atque ita salutato sydere in syluas reuerti.

Anularius. ¶ δακτυλιοποιός. Ital. *Orefice, che fa anelli.* Gal. *Orfevre qui font anneaux.* Hisp. *Platero que haze los anillos.* ¶ Artifex qui anulos facit. Cic. 4. Acad. An tibi erit quærendus anularius aliquis, quoniam gallinarium inuenisti, Deliacum illum, qui ova cognosceret?

Anularis, re, Quod anuli est: vt Digitus anularis dicitur, qui proximus est auricolari. δακτυλικός. Quare autem veteres in hoc potissimùm digito anulos gestauerint, vide Macrobium lib. 7. Satur. cap. 13.

Anulatus, δακτυλιοφόρος. Annulis ornatus. Plaut. in Pœnulo, Quid iam? quia incedunt eum anulatis auribus.

Anus, us, generis fœminini, & prima correpta, Vetula dicitur, ab annorum multitudine ita vocata, quum antiqui consonantem non geminarent. ¶ γραῦς. Ital. *Vecchia.* Gal. *Vieille.* Hisp. *Vieja.* ¶ Vel ab ἀ, & νοῦς sensus, intellectus: quòd iam deliret, & quodammodo mente careat. Cic. 1. Tusc. Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista quæ vos videlicet, si physica non didicisseris, timeretis? ¶Anus bacchatur, γραῦς βακχᾶται, in eos dici solitum qui præter ætatem indecorè lasciuiunt. ¶Anus hir cissans, γραῦς τιτυρίσσουσα, de anu adhuc intempestiua libidine prurienti: &, vt ait Plautus, catullienti. Aristophan. in Pluto. ¶Anus cothonissat, γραῦς κοθωνίζουσα. De vetulis indecorè lasciuientibus. Κόθων enim tomulentum significat: inde fictum verbum κοθωνίζω. ¶Anus hircum olet, γραῦς ἀναθυᾶ. De vetula libidinante: propterea quòd alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incensis. ¶Anus saltat, γραῦς χορεύει. In eum conuenit, qui indecorè quippiam facit: velut si senex ludat nucibus: aut si theologus rhetoricis floscul is lasciuiat: aut princeps exemplo Neronis mulceatur. ¶Expecta anus meum filium te suauiaturum, μένε γραῦ ἵνα σε καὶ παῖδα φιλήσῃ. Nam priusquam adolescat puer, illa decesserit. Vtimur, quū sera spes offenditur. ¶Anus velut equus profundam habebit fossam, γραῦς, ὡς ἵππος, τὸν χαράδραιον πηφήσεται. De iis qui penitus abiiciuntur, tanquam prorsus inutiles. ¶Præstat anum irritare quam canem, πολὺ κρεῖττον ἦν ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύνα. Refertur ex Menandro.

Anicula diminutiuum. ¶ γραιδίον. Ital. *Vecchierella.* Gal. *Vieillotte, vieille radotée.* Hisp. *Viejezuela, ò pequeña vieja.* ¶ pro vetula. Cic. pro Flac. Aniculæ minimè suspitiosæ purgat se. ¶Anicularum deliramenta, γραώδη. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire vetulæ, quum tamen sexus vitio vitium ætatis accedens nugacitatis morbum conduplicat. Extat prouerbium apud Platonem in Theæteto.

Anilis, & hoc anile, Quod est anus, vel quod ad anum pertinet. γραώδης. Virg. 4. Aen. -illa gradum studio properabat anili.

Anicularis, & hoc aniculare. Idem est quod Anilis. ἀγραόδης. Aug. Delirare tibi videor, auare, quum hæc loquor: aniculatia tibi videtur hæc verba.

Anilitas, atis, Senectus. ¶ γραῦς χάους γῆρας. Ital. *Vecchiezza di vecchia.* Gal. *Vieillesse des femmes.* Hisp. *Vejez de la vieja.* ¶ Catul. Vsque dum tremulum mouens Cana tempus anilitas, Omnia omnibus annuit.

Aniliter, aduerbium, γραώδως. Cic. 3. de Nat. deor. Neque id dictis superstitiosè atque aniliter: sed physica constantique ratione.

Anus, ni, Generis masculini, & prima producta, pars posterior, verenda. ¶ πρωκτός. Ital. *El buco, donde esce el purgamento del ventre.* Gal. *Le trou par ou se purge le ventre.* Hisp. *El culo.* ¶ Cic. Pæto. Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? si turpe est, ne alieno quidem: si nó est, suo pocius. Dicitur & alio nomine Podex.

Anxius, a, um, Solicitus, mœstus, ab ἄγχω. ¶ περιαλγής. Ital. *Anxio, solecito.* Gal. *Chagrin, qui est en grande facherie & soucy.* Hispa. *Congoxoso ò diligente.* ¶ Proprie tamen quid sit. Cic. 5. Tusc. ostendit his verbis. Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia sæpe sint: alij ad metum, alij ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in aliis anxietas, vnde anxij: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Estque aliud iracundum esse, aliud iratum: vt differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neque anxij semper anguntur.

Anxiè, aduerbium, Solicitè, curiosè. ¶ φροντιστικῶς. Ital. *Anxiamente, con affanno di cuore.* Gal. *Auec soucy facherie & chagrin.* Hisp. *Congoxosamente.* ¶ Salust. in Iugurt. Nobis satis compertum est, illum magis honore Macij, quã iniuria sua excruciatum: neque tam anxiè laturum fuisse, si adempta prouincia alij, quàm Mario, traderetur. Plin. lib. 11. cap. 52. Ne in se quisque & auguria anxiè quærat.

Anxietas, & Anxietudo. ¶ ἀθυμία. Ital. *Anxietà, affanno di cuore.* Gal. *Chagrin & soucy.* Hisp. *Congoxa.* ¶ Cic. de Republ. vt citat Nonius, Quartáque anxietudo prona ad luctum, & mœrens semper. Plin. lib. 7. cap. 53. Quem cuenti anxietate diximus mortuum. Iuuen. Sat. 13. Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat.

Anxifer, pen. cor. Quasi angorem, anxietatémque ferens. ἀλγεινός. Cic. li. 2. Tusc. Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices. Ibidem 1. de Diuin. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

ANXVR, tam masculini, quàm neutri generis, Vrbs est Italiæ, quam nunc *Terracinam* dicunt. Mart. Siue salutiferis cãdidus Anxur aquis. Horat. 1. Ser. Sat. 5, Millia tum prauis tria repsimus, atq; subimus Impositum saxis latè candentibus Anxur. ¶Dicitur autem Anxur, vt Seruius docet) quia ibi colebatur Iupiter Imberbis, quem ideirco Anxurum, quasi ἀνένξυρον vocabant, quasi ἄνευ ξυροῦ. hoc est sine nouacula. Virgil. Aen. 7. Circæúmque iugum, queis Iuppiter Anxurus armis Præsidet.

ANYCIR, siue ANYGRVS, vide suprà ANIGROS.

ANYTVS, Ἄνυτος, Rhetor Atheniensis fuit, acerrimus Socratis inimicus: à quo & reus peractus est. Horatius 1. Sermon. Sat. 4, -quæ lia vincunt Pythagoram, Anitique reum, doctúmque Platona. De hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

vide Plutarchum in vita Socratis.

A ante O.

AONES, ἄονες, Neptuni filius, vt dicit Lactantius, qui factione suorum ex Appulia pulsus, nauigio ad Euboëam venit, & inde se in Bœotiam contulit, vbi populis montes habitantibus imperauit, eósque Aones, ex suo nomine appellauit: à quibus Neptuni filius est habitus, quam Onchesti ditissimi cuiusdam Appuli filius fuerit, ex Parichia coniuge: filium Dramantem reliquit, qui ei in regno successit. Perottus.

AONIA, ἀονία, Regio Bœotiæ, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quem factione ex Appulia pulsum, in Bœotiam tradunt venisse, ac de suo nomine montanam regionem Bœotię vocitasse Aoniam, & incolas ipsos Aonas.

Aonius, ἀόνιος, adiectiuum. Ouid. 1. Metamor. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

Aonis, idis, ἀονίς, Patronymicum fœmininum: quo Poëtæ frequentissimè vtuntur pro ipsis Musis. Iuue. Sat. 7. -aprúsque bibendis Fontibus Aonidum.

AORNOS, ἄορνος πέτρα, Fuit petra apud Indos præceps & inuia, monumentis historicorum celebrata, ita dicta ob admirandam altitudinem, quasi ipsis etiam auibus inaccessa. Scribit Plutarchus, Alexandrum, quum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse, Nunc locus iste facillimus est captu. ¶ Est & Aornos locus in Epiro, ita dictus à pestifera auibus exhalatione, teste Plinio in Proœmio lib. 4. ¶ Hoc etiam nomine dictus fuit lacus inter Puteolos & Baias, qui postea Auernus est appellatus. Vide infrà.

AORSI, ἄορσοι, Populi Scythiæ intra Imaum, quos Ptolemæus collocat non procul ab Iaxarte fluuio, qui in mare Hyrcanum defluit. Strabo lib. 11, duplices facit Aorsos, quorum alteros maris Caspij oram maxima ex parte tradit tenuisse, alteros iuxta Tanaim habitasse, quos superiorum exules esse opinatur. Plin. verò lib. 4. cap. 12. Aorsos quosdam in Europa collocat iuxta Hamaxobios.

Aorta, ἀορτή, Arteria est omnium maxima, ex sinistro cordis ventriculo exoriens, spiritum vitalem in totum animantis corpus deferens, natiuúmq; calorem per diastolen & systolen temperans. Hæc vbi primùm à corde emersit, imparibus sectionibus bifariam diuiditur: quarum altera, quæ minor est, sursum fertur, omnibus, quæ sunt supra cor partibus; vasorum propagines præbitura. Altera, quæ maior est, fertur deorsum, partibus omnibus inferioribus arterias immittens. Ex Galeno de dissectione arteriarum, & lib. 16. de Vsu partium.

AOROS, ἄορος, Cretę ciuitas, ab Aorta Nympha ita appellata: quę alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, vno ex Curetibus. Ex Stephano.

AOTI, pen. prod. ἄοται, Populi sunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Istro. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 11.

AOVS, pen. prod. ἄους, Fluuius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet: non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Aeantem appellent, teste Plin. lib. 3. cap. 23.

A ante P.

APAEI, ἀπάοιοι, Populi in Aethiopia sub Aegypto, Memnonibus ad Austrum proximi: de quibus Ptolemæus lib. 4. cap. 8.

Apage, ἄπαγε. Ital. *Lena via, leuate via.* Gal. *Oſté, oſtez, arriere de la, retire toy.* Hiſp. *Quita allà.* & Apagete, dictio Comica, ducta à verbo Græco ἀπάγω, quod significat abduco, abigo, remouco. Plaut. in Curcul. Apage hanc eauiculam. Apuleius, Apagete factorem extremæ latrinæ. Varin. ad Ciceronem, Apagete cum nostro Sex. Seruilio, nam mehercule ego illum quoque amo.

Apagesis, pen. corr. (quod & ipsum frequens est apud Comicos) Familiariter corripientis est, & significat Aufer, vel remoue si vis. ἄπαγε δή. Apul. Apagesis iam cruentos deos. Vel etiam absolutè, pro Abi si vis. Plaut. in Pœnulo, Apagesis, negotij in muliere quantum vna est.

Apalæstri, ἀπαλαίστρους, Græci vocant ignaros palæstræ, hoc est qui sese in lucta non exercuerunt.

APAMIA, siue Apamea, ἀπάμεια, Vrbs celeberrima in Tetrapoli Syriæ, à Seleuco Nicanore condita, & à nomine vxoris eius ita appellata: vt testatur Strabo lib. 15. ¶ Est & Apamia, Parthorum ciuitas, Heracleæ, & Rhagis finitima: de qua apud eundem lib. 11. ¶ Tertia est in ora maritima Bithyniæ, inter Rhyndaci & Ascanij ostia, Antiochi Epiphanis opus: cuius meminit Stephanus, & Ptolemæus lib. 5. cap. 1. ¶ Quartam collocat Plin. lib. 5. cap. 29. in ipso Marsyæ fluminis ostio, vbi scilicet Marsyas in Mæandrum influit, quem antea Celænas, deinde & Ciboton ait appellatam. Hanc Strabo ab Antiocho Sotere conditam scribit, & à nomine Apamiæ matris eius (quæ Artabazi filia fuit, & vxor Seleuci Nicanoris) Apamiam fuisse appellatam. Fuit hæc vrbs olim clarissima, totiúsque Asiæ emporium post Ephesum celeberrimum.

APAMESTE, Oppidũ in ea Italiæ parte, quæ olim Magna Græcia dicta est. Huius incolæ dicuntur Apamestini: quorum meminit Plinius lib. 3. ca. 11.

Aparctias, ἀπαρκτίας, Ventus ab Arcto flans, hoc est à Septentrione.

Aparine, ἀπαρίνη, Lappæ genus, quod alio nomine Philanthropos appellatur, quòd vestibus hominum adhærens eos amare videatur.

Apate, ἀπάτη, Genus intybi apud Theophrastum, quam Theodorus Fraudem conuertit, eo quòd gustantes amaritudine decipiat.

Apathes, ἀπαθής. Ital. *Senza passione, & perturbatione.* Gal. *Sans paſſion.* Hiſp. *Sufregado, sin turbacion.* Latinè dicitur sine passionibus, sine vlla animi perturbatione, quasi impassibilis, quem Stoici volebant esse sapientem. Negabant enim sapientis esse aut dolore, aut voluptate, aut metu, aut odio, aut misericordia commoueri. Plin. lib. 7. cap. 20. scribit quosdam sapientiæ sectatores toruitate quadam naturæ dura & inflexibili præditos, humanis affectibus caruisse, qui & ipsi Apathes nominantur. ¶ Vnde Apathia, ἀπάθεια, Animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

APAVORTENI, ἀπαυορτηνοί, Regio est Scythiæ, in qua est Hyrcania prouincia.

Apeliotes, tæ, pen. prod. ἀπηλιώτης, Ventus est ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subsolanum vocant.

Apella, Dici potest sine pelle. λοπαδίρριος. Ital. *Circunciſo.* Gal. *circoncis.* Hiſp. *Circuncidado.* Quo nomine vocati sunt Iudæi circuncisi. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 5. -credat Iudæus apella, Non ego.

Apella, apellæ, masc. gene. aut potius com. ge. ἀπελλής, μος. Nomen fictum ab A priuatiua particula & nomine Pellis. Dicitur autem de Iudæis: qui, vt notum est, circuncidi solent. Horat. 1. Serm. Saty. 5. -Credat Iudæus Apella.

APELLES, Apellis, ἀπελλῆς, Nomen pictoris eximij, patria Coi, qui omnes prius genitos, futurósq; postea artificio superauit, & picturæ plura solus prope contulit, quàm cæteri omnes. Fertur Alexandrum Macedonem à nullo pingi voluisse, quàm ab Apelle. De hoc Ouidius, Si nunquam Venerem Cois pinxissет Apelles, Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. De hoc vide multa apud Plin. lib. 35, cap. 10.

Apelleus, a, um, adiectiuum. Sat. lib. 5. Syl. Vt vel Apelleo vultus signata colore.

Apello, Vide ASPELLO.

APENESTE, Lege APAMESTE.

APENNINVS. ἀπεννῖνος ὄρος. Vulgò *Il monte Apenino.* per duplex nn, vel Apœninus cum œ, diphthongo, vt scribit Seruius, quasi aspes Pœni, quòd eas Annibal primus superauit. Mons est, qui Italiam mediam diuidit, incipitque, à Genua, & supra Carnos incumbit. Eius descriptionem vide apud Lucanum.

Apenninigena, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino versatur: vt, Apẽninigenæ pastores. Claudia. Apẽninigenis cultas pastoribus aras.

Apenninicola, Idem. Virg. 11. Aeneid. Apennınicolæ bellator filius Auni.

Apepsia, æ, ἀπεψία. Ventriculi vitium est, quod Latini Cruditatem appellant: quum scilicet cibi in ventriculo non immutantur: sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Quomodo autem differat à dispepsia, & à tertia specie, quam Græci βραδυπεψίαν vocant, vide in dictione DYSPEPSIA.

Aper, Porcus syluester, à Græco πήρ. remota prima litera. Ital. *Porco ſeluatico, cinghiale.* Gal. *Sanglier, porc ſanglier.* Hiſpa. *El jauali, puerco montes.* Iuuenalis, -quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum. Varro de ling. lib. 4. Apri ab eo, quòd in locis asperis versantur: nisi à Græcis deductũ malis, qui hos πήρους vocant.

Aprinus, πρήνιος. Ital. *Cinghiarino, coſa di cinghiale jauali.* Gal. *De porc ſanglier.* Hiſp. *Coſa de puerco jauali.* ab Apro deducitur: vt, Aprina caro. Sic enim quidem debet secundum analogiam. Antiqui tamen scribebant Apinus. Plin. lib. 8. cap. 51, Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diuiso apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

Aperio, ex Ad & Pario (vt inquit Priscianus) abiecta d, (quia d, sequente p, nonnunquam abiicitur) Significat patefacio. ἀνοίγω. Ital. *Aprire.* Gal. *Ouurir.* Hiſp. *Abrir lo ſerrado.* Terent. Fores aperi. Habétque a, correptam. Iuuen. Protulit, vt mos est, & aperta palluit agna. ¶ Quandoq; detego. Hinc Macrobius ait, inniores solitos esse non tam honoris, quàm valetudinis causa, maioribus caput aperire. Statius, -sic fatus aperto Ense vocat socios. ¶ Per translationem, Aperire ponitur pro exponere. Plaut. Age iam & hoc ænigma aperi nobis. ¶ Item, pro nudare. Cic. Verentur enim, ne siquo casu acciderit, vt partes corporis quædam aperiantur aspiciantur non decorè. ¶ Item pro vulnerare. Iuuen. Fuste aperire caput, candelam apponere valtis. ¶ Aperire fenestram, ianuam, repagula, & similia, prouerbialiter dicitur, pro, occasionem ac velut ansam ministrare. ¶ Huius verbi composita sunt, Adaperio, aperio, & Exaperio.

Aperte, aduerbium, Clarè, manifestè. φανερῶς. Ital. *Apertamente.* Gal. *Apertement, clairement.* Hiſp. *Claramente.* Cic. Attico, Quæ verba aperte indicant, posse rationem haberi etiam absentis. ¶ Hinc Apertius, & Apertissimè. Idem pro Qu. Rosc. Planius, & apertius dicam. Idem Attico, Lætitiam apertissimè tulimus omnes.

Apertio, onis, verbale, ἄνοιξις. Ital. *Apertura.* Gal. *Ouuerture.* Hiſpa. *Obra de abrir.* Varro 1. de Re rust. cap. 63. sub terra qui habent frumentum in iis, quos vocant syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita vt quibusdam intercluſa sit anima.

Apertura, ræ, ἀνοίγησις. Idem. Vitruu. lib. 5. cap. 5, Contráque eas cellas relinquentur aperturæ inferiorum graduum cubilibus, &c. Idem lib. 10. cap. 9, Circa frontem eius figuntur tabulæ, relictis semipedalibus aperturis, ad aquam intrò concipiendam.

Apes, vel, Apis, in nominatiuo singulari. μέλισσα. Ital. *Ape.* Gal. *Mouche à miel.* Hiſp. *Abeja.* Colum. lib. 10, Nam quanto grandior apis atque rotundior, tanto peior. Ouid. lib. 13. Metamor. Non apis inde tulit collectos sedula flores. ¶ Hoc nomen compositum existimant pleriq; ab ἀ sine, & pes, quòd sine pedibus nasci videantur, dicente Virgilio, Trunca pedum primo. Sed quum non seruet analogiam, sicut cætera composita, Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, edis, magis simplex iudicandum est. Creantur apes ex boum fimo, sicut crabrones ex equorum, fuci ex mulorum, vespæ ex asinorum excrementis. ¶ Neque mel neque apes, μήτε μέλι, μήτε μέλισσα. In eos dici solitum, qui recusant incommodum ferre quod fit cum commodo quopiam cõiunctum. Veluti, siquis apes, quòd sint aculeatæ nolit perpeti, is nec melle quidé quod optat, fruetur. Tryphon ex Sappho poëtria Lesbia. ¶ In apes irruisti, ἐς μέλιτος ἐπῆλθες. Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum, immergitur: quemadmodum euenire solet iis qui imprudentes in apum nidos incidunt.

Apecula, siue Apicula diminutiuum, Parua apes. μελίττιον. Plin. lib. 7, Quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam, & nauem quam apicula pennis absconderet.

Apiarium, Locus vbi apes considunt, hoc est vbi aluei apium tenentur, quod Mellarium, siue aluearium nominatur. μελισσών. Ital. *Luogo dove ſtanno l'api.* Gal. *La ruche, lieu ou ſe nourriſſent les mouches à miel.* Hiſp. *El colmenar.* Colum. lib. 10, Non est dubitandum, quin in ædificio iunctum apiarium maceria circumdemus, sed in ea parte, quæ tetris latrinæ sterquilinique, & balnei odoribus libera est. Idem lib. 8. cap. 14.

Apiarius, Qui curat siue qui possidet apes, μελισσουργός. Ital. *Gouernatore ò poſſeditore dell'api.* Gal. *Celuy qui a la charge & gouuernement des mouches à miel.* Hiſpa. *Colmenero.* Plin. lib. 31. Prouentum enim sperant apiarij largè floreſcente thymo.

Apiastrum, μελισσόφυλλον. Herba est, qua apes mirum in modum delectantur: vnde & Melissophyllon, & per syncopen Meliphyllon appellatur.

Vulgò

Vulgò *Melisse*. Vide latius in dictione MELISSOPHYLLON.

Apiastra, *μελισσοφύλλου*, Auis dicitur, quæ apeis comedit. Alio nomine Merops dicitur: de quo vide infrà suo loco.

Apiatus, a, um, ab apibus: sicut à vermibus Vermiculatus. Dicitur quod apium impressam habet similitudinem: vt, Apiata mensa, apud Plin. lib. 13. cap. 15. vbi de mensis cedrinis loquitur.

APESVS, suntis, pen. corr. *ἄπεσος*, Montis nomen est, qui Nemeæ superiacet, vbi Theseus Ioui primùm operatus creditur. Dictus ab heroe, cui Apesas nomen erat. Papinius, Mons erat audaci seductus in æthera dorio, Nomine Lernæi dicunt Apesanta coloni, Gentibus Argolicis olim sacer. In castigationibus tamen exemplaribus hoc loco apud Statium Aphesanta legitur à nominatiuo Aphesas. Apud Plin. autem lib. 4. cap. 5, Apesas absque aspiratione.

Apex, icis, Proprie virga in summo Flaminis pileo, in cuius extremo modica lana est: quod primùm constat ad Albam Ascanium instituisse. *acuta hasta*. Hodie pontificum insula hoc nomine appellari potest. Valer. lib. 1, At Sulpitio inter sacrificandum à capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. ¶ Plerunque tamen sumitur pro summa verticis parte, quòd longè sit à pedibus, & pro cuiuscunq; rei summitate acuminata. ¶ Ital. *La sommita di qualche cosa*. Gal. *La pointe ou sommet de quelque chose*. Hisp. *El altura ò cumbre de qualquier cosa*. ¶ Colum. li. 5, Eiúsq; velut apex pronus imminens vocatur. Cic. verò transtulit ad summam rei alicuius dignitatem: Apex, *κορυφὴ*, inquit, senectutis est autoritas, quanta fuit in M. Cælio Metello.

Apiculus, diminutiuum, Paruus apex. *ἀκροκόμιον*. quod & apiculum dicitur. Festus, Apiculum, filum est quo Flamines velatum apicem gerunt.

Apexabo, onis, Intestinum sanguine plenum, admisto pingui: sic dictum quòd in summitate quiddam, quasi in capite apicem habet. Varro lib. 4. de ling. Latina.

Aphaca, æ, siue Aphace, es, *ἄφακη*, Herba est in aruis nascens, paulò altior lente, tollis admodum tenuibus, terna aut quaterna semina nigra in siliquis ferens. Hæc Plin. lib. 27. cap. 5. Ruellius eandem esse putat cum ea, quam vulgus Viciam agrestem appellat.

Aphæresis, pen. corr. *ἀφαίρεσις*. Dici potest abscissio. Figura quæ à principio dictionis literam vel syllabam aufert: vt, Pone metum, pro Depone. Ex *ἀπὸ καὶ αἵρεσις*.

APHAREVS, per tres syllabas. pen. cor. *ἀφαρεύς*, Patris Lynceï nomẽ est: à quo Ouid. Lynceum prolem Apharetam vocat lib. 8. Metamorph.

APHESAS, antos, Montis nomen est supra Nemeam. Vide Apesus.

Apheteria, *ἀφετήρια*. Ital. *Steccie*. Gal. *La barriere ou le lieu duquel partoient les cheuaux pour courir*. Hisp. *La cuerda que empareja los caualos*. ¶ Græci dicunt carceres, vnde equi emittuntur ad cursum. ¶ Sunt & Apheteria, vt inquit Suidas, organa ad expugnandas vrbes accommodata.

APHIDANTES, *ἀφιδάντες*. Populi sunt ex Molossis (vt inquit Stephanus) ita dicti ab Aphidante rege.

APHIDNAE, arum, *Ἀφιδναί* Stephano. Locus celebris in Attica. Seneca in Hippol. -paruas alius Calcet Aphidnas.

Aphracta, *ἄφρακτα*, Sunt aperta, intectáque nauigia. Cic. ad Attic. Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Idem ad Tironem, Nosti aphracta Rhodiorum, nihil est quod minus fluctum ferre possit. ¶ Legitur & Aphractus mascul. gene. Cic. ad Attic. lib. 6, Nos Etesiæ vehementissimè tardarunt: detraxit viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum.

APHRICA, tertia orbis pars. Vide AFRICA.

Aphrodisia, *ἀφροδίσια*. Dicuntur Veneris festa, vel venereæ voluptates.

APHRODISIAS, *ἀφροδισιάς*, Insula est in mari Persico, vbi Persis à Carmania disperitur: sic dicta, quòd in ea Venus quàm religiosissimè colerétur: alio nomine *κηλὶς* dicta. Insulæ huius meminit Plin. lib. 6. ca. 25. ¶ Est præterea Aphrodisias Ciliciæ oppidum teste Stephano. ¶ Est itẽ insula in Oceano Hispanico, nõ procul à Gadibus: de qua Pli. li. 4. c. 22.

APHRODISIVM, *ἀφροδίσιον*, Oppidum fuit in Latio maritimum quod postea mutato nomine Antium dictum est. De hoc Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Apud Græcos hoc nomine significatur statua Veneris, atque adeò res ipsa venerea. Vnde & *ἀφροδισιάζειν* dicunt, pro eo quod est Rem veneream exercere.

APHRODITE, *ἀφροδίτη*, Veneris cognomen est, dictũ *Ἀπὸ τῆς ἀφρῆς*, hoc est à spuma. Venerem enim ex spuma maris ortam esse Poëtæ fabulantur.

APHRODISIVM, *ἀφροδίσιον*, Cariæ promontorium est Pomponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium Ptolemæo vrbs Africæ. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem alitore.

APHRODISIVS, *ἀφροδίσιος*, Præsul Bituricensis, Petri discipulus, genere Aegyptius, qui diem suum obiit apud Bituriges, teste Volaterrano.

Aphronitrum, *ἀφρόνιτρον*. Ital. *schiuma di salnitro*. Gal. *Escume d'vne sorte de salpetre*. Hisp. *Alauron*. ¶ Spuma nitri: de qua Plin. lib. 31. ca. 10. & Mart. lib. 14. Rusticus es? nescis quid Græco nomine dicat? Spuma vocor nitri, Græcus es? Aphronitrum.

Aphron, Plinio herba est ex generibus papaueris, foliis (si propius intuearis) passerum speciem repræsentãtibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumeo. A' Dioscoride *μήκων ἀφρώδης*, Hoc est spumeum papauer, appellatur. De hoc Plin. lib. 20. cap. 19.

Aphroscorodon, *ἀφροσκόροδον*, Genus est allij maioris incrementi, quod à Plinio Vlpicũ vocatur. Nominis ratio diuersa traditur. Nam Colum. ab Aphris nomen sumpsisse existimat. Vlpicum (inquit) quod quidam allium Punicum vocant, Græci Aphroscorodon. Plin. à spuma dictum existimat, quam gignit in pulmentariis quibus adhibetur: ita enim habet li. 19. ca. 6. Vlpicum quoq; in hoc genere Græci appellauerunt alliũ Cyprium, præcipuè Aphricæ celebratum inter pulmentaria rutis, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum interescat spuma.

Aphroselenus, *ἀφροσέληνος*, Lapis alio nomine Selebites dictus, *ἀφὸ τοῦ ἐν ὑγρῷ μᾶλλον ἢ ἐν τῷ πυρὶ σελήνου παραλλάσσειν*. Nascitur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderosus. A' Latinis etiam Lunaris lapis appellatur. Vide Dioscoridem lib. 5.

Aphthæ, *ἄφθαι*, Exulcerationes sunt in summo ore, infantibus peculiares, prouenientes vitio lactis quo nutriuntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ætate prouectioribus, quum ora illis intumescunt, rubescúntque, calidis humoribus eò commeantibus. Vide plura apud Cælium Rhodig. lib. 9. cap. 20.

APHTHONIVS, *ἀφθόνιος*, Sophistæ cuiusdam nomen, qui in Rhetorica Hermogenis *προγυμνασμάτων*, hoc est præexercitationes conscripsit, quæ etiam hodie extant.

Aphya, *ἄφυα*, Piscis genus, candidum, molle, ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde Prouerbiũ. Aphya ad ignẽ: in ea quæ celeriter interunt, aut consumũtur. Pisces huius meminit Aristoteles li. 6. Animal. Theodorus Apuam vertit. Athenienses *πλωτὸν ὄψον*, hoc est mendicorum opsonium vocare solent, ob nimiam rei vtilitatẽ. Cic. Att. lib. 4. Aphyam populi vocat sentinam, & sordes populi. Quare (inquit) vt homini curioso, ita perscribere ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique etiam quid de te fiat, ad me velim scribas. Vide Cælium lib. 5. cap. 19.

Aphythacoras, Ctesias (referente Plinio) arbores quasdam esse voluit iuxta Hypobarum Indiæ fluuium, electrum ferentes: vocéq; hac prædulcem suauitatem significari tradidit. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

APHYTE, es, *ἄφυτα* siue Aphytis *ἄφυτις*, Oppidum est Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytæi, *Ἀφυταῖοι* Stephano.

Apianus, na, num, Quod apes auidæ sumunt, *μελισσοφύλου*. Vnde Apianæ vuæ dictæ sunt, quas muscæ infectant: nunc vulgò à muscis, *Moscatelle* dicuntur. Plin. lib. 13. cap. 2, Apianæ, apes dedere cognomen, præcipuè earum auidæ. Colum. lib. 12. cap. 34. Passum si ex vua apiana facere voluetis, vuam apianam integram legito. Idem lib. 3. cap. 2. Magnis etiam dotibus tres apianæ commendantur, omnes feraces, iugóque & arboribus satis idoneæ: generosior tamen vna, quæ nudis foliis est. Nam duæ lanatæ quanuis frondibus, & palmitum pari facie fluxuræ, qualitate sunt dispariles, quum tardius altera recipiat cariem vetustatis. Pingui solo feracissimæ, mediocri quoque fœcundæ, præcoqui fructus. Ideóque frigidis locis aptissimæ, vini dulcis, sed capiti, neruis, venisque non aptæ, nisi maturè lectæ. Pluuiis, ventísq; & apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Apia, *ἄπιον*. A' Græcis arbor dicitur, quam Latini Pyrum vocant.

Apicæ oues, Dictæ sunt, quæ non amplo corpore sunt, nec multam lanã habent circa corpus totum. *ὀφελὴς ἔριον*. Ital. *Pecore che non hanno molta lana*. Gal. *Brebis pelées sous le ventre*. Hisp. *Las ouejas que tienen el vientre lampino*. ¶ Plin. lib. 8. cap. 48. In ipsa oue satis generositatis ostenditur breuitate crurum, ventris vestitu: quibus nudus esset, Apicas vocabãt, damnabántque. Idem scribit Varr. lib. 2. cap. 2.

Apicula, Vide APES.

Apiculus, Vide APEX.

APIDANOS, *Ἀπιδανός*, Fluuius est Thessaliæ, cui Enipeus, Melas, & Phœnix miscentur, quos ipse secum in Peneõ defert, vt habet Lucanus li. 1. -it gurgite vasto Apidanus, nunquámque celer, nisi mistus Enipeus.

APINA, & TRICA, Duo oppida Appuliæ fuerunt, quæ Diomedes euertit tanta ignominia, vt in prouerbij ludibrium transierint. Quoties enim rem nullius pretij ostendere volumus, Apinas & Tricas nominamus. Mart. lib. 13, Sunt Apinæ, Tricæque, & si quid vilius istis.

Apinæ, pen. corr. Nuces vocantur, (inquit Perottus) quæ cutem verius, quàm putamen, adeò mollem habent, vt simul mandatur. Apud Plinium tamen lib. 15. cap. 20. vnde Perottus hæc ad verbum descripsit, Sapineum hoc nucis genus, non Apinam, nominatum inuenimus.

Apiria, *ἀπειρία*, Inexperientia. Cic. de Fin. vertit Infinitionem. Quarum, inquit, incursionem non solùm videamus, sed etiam cogitemus infinitionem ipsam, quam apiriam vocant.

APIS, Bouis nomen apud Aegyptios, quẽ pro deo colebant: alio nomine Serapis dictus. Corpore erat niger, cãdida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cãtharo fiotatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demersum Aegyptij, indicto iustitio, veste scissa, & laceratis crinibus defunctum plangebant: inuento verò alio mirificè lætabantur. Responsa autem dare non vt reliqua oracula solitus, sed si manu oblatum pabulum sumpsisset è consulentibus, secundos euentus, atque omnia prospera decernebat: si verò abnueret, omnia sinistra portendebat. Ideo quum à Germanico Cæsare pabulum oblatum renuisset, funestum omen & indubiam necem, quæ paulò pòst sequuta est, prænuntiauit. Hæc Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 2. & eadem fere Marcellinus lib. 22.

Apiscor, eris, Cuius præteritũ volunt esse Aptus sum, idẽ est quod acquiro. *πορίζειν*. Ital. *Acquistare*. Gal. *Recouurer, ioüir*. Hisp. *Alcançar ò desseando*. ¶ Verbũ est penè obsoletum, quod nonnisi apud antiquissimos legitur. Lucr. li. 1, Nec ratione animi, quâ quiuis possit apisci. Idẽ lib. 6, Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci. Ex aliis alios auidi cõtagia morbi. Huius composita sunt Adipiscor & indipiscor: de quibus suis locis.

Apístos, (Quod hactenus hic perperam pro gemmę nomine lectum est) lege Apsyctos.

APICIVS, *Ἀπίκιος*, Omnium nepotum fuit princeps, cui patrum visum est & principum congiaria, & Capitolij vectigal comessationibus deuorasse, nisi suæ etiam gulæ monimentum posteris reliquisset, conscriptis de gulæ irritamentis aliquot libris. Hunc vixisse suo seculo testatur Seneca in lib. de Consolat. ad Albinam.

Apium, Herba est hortẽsis. *σέλινον*. Ital. *Petrosemolo*. Gal. *Persil*. Hisp. *Perexil*. ¶ Ex hac fiebant apud antiquos coronæ victoribus in Nemęorum sacris certaminibus. Inu. Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita saltu Prostitui, Graiáq; apium meruisse coronæ. Quidam hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant: vnde est illud dictum, Quòd apex hoc ferre solebat Victoris, veterũ fieret dum more triũphus, Ipse sibi talem prior imposuisse coronam Dicitur Alcides. Alij hoc nomen ab apibus deductum putant, quæ illo præcipuè delectari putantur. ¶ Ne inter apia quidem sunt, *Οὐδ' ἐν σελίνοις εἶσιν*: pro eo quod est, Ne ingressum quidem, aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab iis qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitus extremus ille hortorum ambitus apio conserebatur, quem qui nondum præterissent, velut in horti limine adhuc esse videbãtur. Aristoph. in Vespis. ¶ Apio opus est, *Ἐπὶ σελίνου δεῖται*. Ita loquebantur quoties morbum capitalem

pitalem inuitebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarch. in Sympoſiacis.

Apium montanum, Herba eſt cicutæ foliis, quæ Apium agreſte vocatur, in montibus ferè, locisque petroſis naſcens: vnde & nomen habet, ὀρεοσέλινον. Ita. *Petroſemolo agreſte.* Gal. *Perſil de mont agne.* Hiſ. *Perexil montesino.*

Apium paluſtre, Herba eſt apio ſatiuo maiori ſic dicta, quòd in paludibus, & aquoſis locis proueniat, ἑλεοσέλινον. Ital. *Petroſemolo della acqua.* Gal. *Perſil de marets.* Hiſp. *Perexil delagua.*

Apium ſaxatile, Herba eſt ſemen proferens ammeos ſemini non diſſimile, ſed odoratius: quæ quoniam in Macedonia optima naſcatur, vulgo Petroſelinum Macedonicum vocari cœpit, πετροσέλινον. Naſcitur in petris: vnde & nomen accepit. Pro hoc officinæ hippoſelinum perperam ſubſtituunt, quæ eſt herba à petroſelino omnino diuerſa, quam Latini Oluſatrum appellant. Vide ſuo loco.

Aplanes, pen. prod. Dicitur non vagus, inerrabilis. ἀπλανής. Macrob. li. 1. de Som. Prima illa ſtellifera ſphæra, quæ proprio nomine dicitur cælum, Aplanes apud Græcos vocatur, continens & arcens cæteras.

Apluſtre, & in numero plurali Apluſtra, vel Apluſtria, Nauis eſt ornamentum in ſummitate mali: & omnino ſcribendum eſt abſque m, quia apud Poetas inuenitur prima correpta: quæ, ſi per m, ſcriberetur, ratione poſitionis neceſſariò produceretur. Cic. in Arato, Nauibus aſſumptis ſiniſtantia quærere apluſtra. Feſtus vtroque modo ſcribi poſſe exiſtimauit. Apluſtria, inquit, nauium ornamenta: quæ quia erant amplius, quàm eſſent neceſſaria vſui, etiam Ampluſtria dicebantur. Hæc ille. Nos contrà putamus, non ab aduerbio Amplius, hoc nomen deduci, ſed ab ἀ, priuatiua, & verbo πλέω, quòd ad nauigationem non ſit neceſſarium.

Aplyſiæ, ἀπλυσίαι, Illotarias vertit Theodorus, Spongiarum genus viliſſimum, maximas habens fiſtulas, & reliquam partem admodum ſpiſſam, ita dictum, quòd elui non poſſit. Vide Plin. lib. 9. cap. 45.

Apocha, æ, pen. corr. Schedula eſt, qua fatemur nobis de pecunia eſſe ſatisfactum. ἀποχή. Ital. *Quitanza.* Gal. *Quittance.* Hiſp. *Aluala de paga y finy quito.* Vulgò *Quittantiam* vocant. ¶ Antapocha verò eſt, quam debitor dat creditori. ¶ Acceptilationis autem nomen generalius eſt, quàm Apochæ. Illa enim quamuis liberationem cõtinet, etiamſi nulla præuenerit numeratio, Apocha autem ſolùm dicitur, quum pecunia ſoluta eſt. Vlpian. de Acceptil. l. Si acceptolatum.

Apocope, ἀποκοπή, Amputatio, ex ἀπό, quæ Re vel Ab ſignificat, & κόπτω, ſcindo, amputo. Figura, quando vltima litera, vel ſyllaba tollitur, vt Peculi pro peculij.

Apocopi, ἀποκοπῶνται. Ital. *Caſtrati* Gal. *Chaſtrez.* Hiſpa. *Caſtrados hombres.* Dicti ſunt à Iulio Materno caſtrati, quaſi execti, & ſpoliati.

Apocrotus, Idem quod durus, aſper, rigidus, ἀποκρουστός. Firmicus lib. 7. Naſcentur ſerui: miſeri, apocroti, oligochronij, & infœlices.

Apocryphus, a, um, pen. corr. ἀπόκρυφος. Ital. *Aſcoſo, ſecreto, non prouato, non autentico.* Gal. *Apocryphe, caché ſans autheur.* Hiſ. *Eſcondido, coſa que no tiene autoridad.* Latinè abſconditus, ſecretus, ex ἀπό quæ exaggerat rem, & κρύπτω, abſcondo. Illa verò ſcriptura dicitur Apocrypha, cuius occulta origo eſt, & in qua licet inueniatur aliqua veritas, tamen propter multa falſa, non habet ſcripturæ canonicæ pondus. Qui verò ſint apocryphi libri, quære in Decr. diſt. 15. cap. Sancta Rom. eccleſia.

Apocynon, ἀπόκυνον, Officulum in ranæ ſiniſtro latere, quod ſi in aquam deiectum fuerit, ſtatim feruere ferunt: amorem eo & iurgia ſi in potionem addatur concitari: multàque præterea alia de hoc tradit magica vanitas. Sic dictum, quoniam canum impetus eo cohibentur. Vide Plinium lib. 32. cap. 5.

Apodes, pen. corr. ἄποδες. Aues quædam, ex genere hirundinum, ita dictæ quòd careant vſu pedum. Alio nomine Cypſelli dicuntur, volant plurimùm, nidificant in ſcopulis atque in editioribus domibus. Quies eis niſi in nido nulla: aut pendent, aut iacent. Plin. lib. 10. Plurimùm volant, quæ Apodes vocantur, quia carent vſu pedum.

Apodixis, Euidens probatio, demõſtratio, ſiue experimentũ. ἀπόδειξις. Ital. *Prouua euidente, demonſtratione chiara.* Gal. *Preuue euidente, demonſtration claire.* Hiſp. *Fuerte demonſtracion.* Vnde Apodixes grammatici Quintil. vocat potentiſſimas Geometrarum demonſtrationes.

Apodos, pen. prod. ſcribitur enim per η, ἀπώδης. Eſt vox galli intempeſtiua, ſiue immatura, & vox, quæ neque choro, neque fidibus concordat.

Apodoſis, pen. corr. Schema iucundiſſimum, quum præcedentium membrorum ſingulis ſingulæ particulæ reſpondent. ἀπόδοσις. Exemplum eius eſt apud Terentium in Andria, Adeón' me ignauũ putas? Adeón' potrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, Vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor Commoueat, vt ſeruem fidem? Ibi enim conſuetudo feritati, amor inhumanitati, pudor ingratitudini reſpondet. Latinè redditionem ſonat.

Apodyterium, Spoliatorium. Locus in quo loturi, aut ſudaturi veſtes deponebant, quas capſarij ſeruabant. ἀποδυτήριον. Ital. *Luoco da laſciare i drapi quando ſi va in ſtuffa, ſpoliatoio.* Gal. *Lieu ou on laiſſe les habillemens, quand on veut entrer dens les eſtuues.* Hiſ. *Lugar donde ſe ponen los deſtrajos.* Quam ἀποδύεσθαι exuere dicitur. Plinius ad Apollinarem, Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſterium amplũ atque opacum.

APONINVS, Vide APENNINVS.

Apogæum, ἀπόγαιον. Ab Aſtrologis vocatur pars media cæli, quæ & μεσουράνημα dicitur: ſicut contrà Hypogæum, pars ima cæli appellatur. Vide Cælium Rhodig. lib. 2. cap. 21.

Apogæi, Venti ſunt à terra flantes. ἀπόγαιοι. Ital. *Venti da terra.* Gal. *Vens de terre.* Hiſp. *Vientos de la tierra.* Plin. lib. 2. cap. 43.

Apographum, Exemplũ & deſcriptio libri & imago tabulæ. ἀπόγραφον. Ital. *Eſſemplare.* Gal. *Copie ou double, tranſcrit ou extrait.* Hiſpa. *El dechado para labrar ò pintar.* Latinè Deſcriptum, & Exſcriptum dicitur. Vnde Cic. libros ſuos philoſophicos Apographa vocat, quaſi ſcriptorum Græcorum imagines & exempla. Plin. lib. 35. cap. 11. Huius tabulæ exemplar, quod Apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

Apolactizo, as, ἀπολακτίζω, Calcibus inuado. Per tranſlationem Patuiſcio, contemno. Plautus in Epid. Auxilia mihi, & ſuppetiæ domi ſunt: apolactizo inimicos omnes.

APOLECTI, ἀπόλεκτοι, Senatores erant, ſanctiũſq; conciliũ, quod ex delectis viris conſtabat: ita dicti παρὰ τὸ ἀπολέγεσθαι, eo quòd ex multis ſoleant delegi. Liu. lib. 6. belli Maced. Vbi quum in concilio delectorum, quos apolectos vocant, Phaneas & quæ impetrarentur, & quæ ipſis pro pœ accidiſſent, expoſuiſſet. Ibidem, Concilium quidem vniuerſæ gentis Aetoli poſt dimiſſos Romanos non habuerunt: per apolectos autem (ita vocant ſanctius concilium, quod ex delectis conſtat viris) id agitabant, quomodo res in Græcia nouarentur. ¶ Eſt & genus piſcis, ex pelamidum genere. Plin. lib. 9. cap. 15, Pelamides in apolectos, parti culatimque conſectæ in genera cybiorum diſpartiuntur. Idem lib. 32. c. 11, Pelamis earũ generis maxima, apolectus vocatur, durior tritone.

Apolis, idis. ἄπολις. Ital. *Bandito.* Gal. *Banni, eſtranger.* Hiſp. *Deſterrado, ò fuera de ſus tierra.* Latinè extortis dicitur, qui caret ciuitate, quales ſunt exules, aut deportati, aut in metallum damnati, quibus ciuitatis ius ademptum eſt, Martianus l. Quidam. de pœnis. ¶ Item quidam apolides ſunt, vt ſunt in opus publicum perpetuò dati, & in inſulam deportati.

APOLLO, inis, Ἀπόλλων. Creditus fuit Deus: quem Græci etiam Φοῖβον, hoc eſt Solem, appellant. Cui, vt Macrobius inquit, vatiæ fuerunt poteſtates. Nam fuit autor carminis, præſes vaticinij, ſagittandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit, & citharam adinuenit. ¶ Vnde Adagium. Quid tibi Apollo cecinit? Hoc eſt, quid tibi reſpondit? Alluſum eſt autem ad Apollinis citharam quam illi tribuunt poetæ. Vſus eſt Aeſcyl. in Aiace Locrenſi. Refertur à Zenodoto. Conueniet, vbi quis à principe redeuntem percunctabitur quid reſponſi tulerit, τί ἀπὸ Διὸς ἀγγέλλεις. ¶ Idem dicitur Liber, quòd liberè vagetur per aërem. ¶ Nomius etiam, id eſt paſtor, dictus eſt ab eo, quòd Admeti regis pauerit armenta. Apollinis tripodem vas aureum fuiſſe conſtat trium pedum, à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum quum vxorem duceret. Porphyrius ait eundem eſſe Solem apud ſuperos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria inſignia circa eius ſimulachrum videmus: Lyram, quæ nobis cæleſtis harmoniæ imaginem monſtrat: Grynæum, quod terrenum numen oſtendit: Sagittas, quibus infernus deus iudicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus eſt vt quidam exiſtimant, ἀπὸ τοῦ ἀπόλλυειν, quod perdere ſignificat, ſiue deſtruere, quòd non paucos nimio æſtu crederetur extinguere. Vnde etiam ſpicula ei aſſignauit vetuſtas: quæ tamen non dextera geſtat, ſed ſiniſtra, quòd ad iuuandum promptior ſit quàm ad nocendum. Vnde etiam nonnulli παρὰ τὸ ἀποκρούεσθαι τοὺς νόσους, hoc eſt ab abigendis morbis, Apollinem dictum exiſtimant.

Apollineus, a, um, adiectiuum Φοιβεῖος: vt Apollinea ars, pro arte medica. Ouid. lib. 3. Triſt. Nullus, Apollinea qui leuet arte malum, eſt. Et ars Apollinea, pro arte vaticinandi. Ouid. in Ibin, Apollinea clarus in arte ſenex. Tireſiam intelligit.

Apollinares Ludi, Qui in honorem Apollinis fiebant: de quorum inſtitutione vide Liuium. ἀπολλώνια. Cic. ad Attic. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt. Vide de his plura librum de legibus Romanis ab Aldo in lucem emiſſum.

APOLLODORVS, Ἀπολλόδωρος, Nomen pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergameni. Apollodori ſex memorantur. Primus Athenienſis Comicus. Secundus Celeus, cuius comœdiæ fuerunt Philadelphi, & Siſyphus. Tertius Tarſenſis Tragicus. Quartus item Athenienſis Grammaticus, Ariſtarchi diſcipulus. Quintus Pergamenus rhetor, præceptor Calidij, qui docuit Auguſtum. Sextus Alexandrinus Comicus, Menandri æmulus.

APOLLONIA, Ἀπολλωνία, Oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari adiacet, Corinthiorum colonia, optimis olim inſtituta legibus. Vulgò his temporibus *Valona* nominatur. De hac Strabo, Condidere Apolloniam Corinthij Corcyræique ab Acante fluuio ſtadiis decem, à mari ſexaginta. ¶ Eſt & Apollonia inter inſulas Thraciæ, cis Iſtrum amnem locata. ¶ Eſt & Apollonia ciuitas in Creta, & alia in Syria. Vide Stephanum.

APOLLONIATAE, Ἀπολλωνιάται, Populi Apolloniæ. Valer. Max. lib. 1, Apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt.

APOLLONIVS, Ἀπολλώνιος, Nomen philoſophi Alexandrini, qui Rhodi vixit, vnde & Rhodius appellatus eſt. ¶ Fuit etiã hoc nomine Alabandenſis Philoſophus, dictus à Suetonio clariſſimus dicendi magiſter, ſub quo (vt Plutarchus ſcribit) Cic. & Cæſer diſcipuli fuere. Præter hos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoricus Philoſophus, & magus, cuius vitam ſcripſit Philoſtratus, Græcorum omnium mendaciſſimus. Fertur hic dum Epheſi vitã ageret, & fortè in multitudine diſputaret, per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus & elinguis ſtetiſſe, atq; vbi primùm loqui potuit, exclamaſſe, Euge Stephane, pulchrè, Stephane percute ſceleratum: pulſaſti, vulneraſti, & interfeciſti.

Apologia, ἀπολογία. Ital. *Apologia, difeſa.* Gal. *Apologie, defenſe.* Hiſ. *Reſpueſta, eſcuſacion.* Reſponſio vel ſatisfactio, defenſio ſeu excuſatio, quæ & Apologeticon, & Apologema, ἀπολόγημα dicitur: vnde Apologeticus liber, quo nos expurgamus, aut aduerſatio ſatisfacimus.

Apologus, pen. corr. ἀπόλογος. Ital. *Fauola.* Gal. *Fable.* Hiſpa. *Fecion, ò nouela fingida.* Fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur. nam eſt quædam ex humilibus rebus compoſita forma ac ſpecies accõmodata ad ridendum, quæ & Apologia dicitur. Cic. 2. de Orat. Et ad hoc genus adſcribamus etiam narrationes apologorum. Vide Quint. lib. 5. ca. 11.

Apologo, as, Poſtulo. ἀπολογοῦμαι. Senec. Epiſt. 47, Et ſæpe illum inuicem apologauit. Gallicè dicitur *Brocarder.*

Apologatio, onis. ἡ μυθολογία. Quint. li. 5, ca. 11, Noſtrorũ quidã, non ſanè recepto in vſum nomine, Apologationem vocant. De fabulis loquitur.

Apomeli, itis, ἀπόμελι, Potus confectus ex maceratis aqua fauis, medium inter mulſam & oxymeli locum obtinens: cuius plurimus eſt vſus circa Peloponneſum: vt ſcribit Galenus lib. 8. Method.

APONVS, pen. corr. ἄπονος, Fluuius ſeu fons calidis aquis, haud longè à Patauio, vel vicus ipſe, in quo Balneæ ſunt. Lucan. lib. 6, Colle ſedens, Aponus terris vbi fumifer exit, Atque Antenorei diſpergitur vnda Timaui. Aponus autem dicitur non tam quòd morbis medeatur, quàm quòd ſine dolore remedium afferat.

Apophaſis, pen. corr. ἀπόφασις, Negotiatio, abnuentia, depulſio. ab ἀποφάσκω. Vide de hac figura Quint. lib. 9. cap. 2. ¶ Apophaſis etiam dicitur ca

talogus & index bonorū: qualis ferè fieri solet à morte alicuius. Iurisperiti suo quodam more vocant Inuentarium. Dicitur autē Apophasis in hac significatione ab ἀποφαίνω, quod est, in rationes tutelæ refero.

Apophlegmatismi, ἀποφλεγματισμοί, Vocantur remedia, quæ in ore retenta, vel manducata, aut linguæ subdita, noxios quosque humores ex capite detrahunt. Fit à verbo Græco ἀποφλεγματίζω, quod est capitis pituitas expurgo.

Apophyades, ἀποφύαδες, Latinè Appendices vocari possunt, quæ scilicet reuelloni assuuntur. Vnde & Aristoteles ἀποφύαδας vocat intestinorum appendices, quæ & ἐπιφύαδες dicuntur.

Apophoreta, pen. prod. ἀποφόρητα. Ital. *Mancia.* Gal. *Estrenes.* Hisp. *Cosas que se dan como presente.* ¶ Munera quæ dari solebant Saturnalibus: quem morem hodie quoq; seruamus mense Decembri, in natali Saluatoris die. ¶ Munuscula quoque quæ à cœna conuiuis dabantur domum auferenda, etiam Apophoreta dicebantur: ita dicta à verbo Græco ἀποφέρω, quod auferre significat. Suetonius in Domit. Dabat sicut Saturnalibus vitis apophoreta, ita per Calendas Martias fœminis.

Apophthegma, atis, ἀποφθέγμα. Brevis & acuta sententia, siue argutum dictum, non cuiuslibet, sed illustrium tantum virorum. Vnde Plutarchi Apophthegmata. Cic. 1. Offic. Multāque multorum facetè dicta, vt ea quæ à sene Catone collecta sunt, quę vocant ἀποφθέγματα. Ital. *Sentenza ouero detto breue.* Gal. *Apophthegme, breue parole sentencieuse.* Hisp. *Dicho gracioso y sentencioso.*

Apoplectici, ἀποπληκτικοί, Sunt quorum videlicet & corpus, & mens stupet ictu fulminis, aut morbo. Celsus lib. 3. cap. 26, vocat Attonitos.

Apoplexia, ἀποπληξία. Ital. *Gocciola.* Gal. *Apoplexie, quand on est entrepris de tous les membres.* Hisp. *Apoplexia enfermedad.* ¶ siue Apoplexis, Est stupefactio neruorum totius corporis cum ptiuatione sensus & motus. Ita dicta à verbo Græco ἀποπλήσσω, quod est percutio, afflo, attonitum reddo. Celsus li. 6. ca. 26: Attonitos quoq; raro videmus, quorū & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem capite proximè sequenti: At resolutio neruorum frequens vbiq; morbus est: sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres autores illud Apoplexian, hoc Paralysin nominauerunt, nunc vtrunque Paralysin appellari video.

Aporior, aris, Verbum ex Græco ἀπορέω tractum, quo Vetus interpres Testamenti noui vsus est 2. ad Cor. cap. 4. Significat autem modò hæreo, & consilij inops & perplexus fum modò ad summam angustiam redigor modò indigeo.

Aporia, æ, ἀπορία, Indigentia, vel dubitatio, & consilij inopia.

Aporon, ἄπορον, Controuersiæ genus inexplicabile, cuius exemplum proponitur à Gellio lib. 9. cap. 15.

Aporrogas, ἀπορρώγας, Græci vocant defluxus quosdam aërios, qui ad terram labentes, stellarum casus imitantur.

Aposiopesis, ἀποσιώπησις, pen. prod. à Cicerone dicitur Reticentia, à Celso Obticentia, alij interruptionem appellant. Nam est quasi interceptum silentium. Figura indignantibus familiaris, in qua verbum extrinsecus subintelligitur. Virgil. 1. Aeneid. Quos ego! deest enim Puniam, vel quid simile. Quintil. lib. 9, Omne in quo aliquid deest, Aposiopesis potest appellari.

Apostata, pen. corr. ἀποστάτης. Ital. *Sfratato, ribelle.* Gal. *Apostat rebelle.* Hisp. *Cosa rebelde à que rebela.* ¶ Defector, siue desertor: vt qui à duce suo ad hostes transfugit, aut à Christianis ad Ethnicos, vel Iudæos. Monachos quoque, qui ab instituto suo resiliunt, Apostatas, vocamus. Huiusmodi autem defectio, Apostasia ἀποστασία appellatur.

Apostato, as, pen. corr. ἀποστατέω. Ital. *Ribellare.* Gal. *Rebeller, se reuolter.* Hisp. *Rebelar.* ¶ Rebello, absisto, & oppugno quod antea defendebam, Cyprian. ad Corn. Eos qui velut apostatauerunt, & ad seculum, cui renunciauerunt, reuersi, gentiliter viuunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra Ecclesiam pernicialia arma suscipiunt.

Apostema, atis, pen. prod. ἀπόστημα. Ital. *Posta, postema.* Gal. *Apostume.* Hisp. *Botor.* ¶ Est tumor præter naturam, cum pus ex phlegmone resolutum in quendam quasi sinum colligitur: vel etiam nulla præcedente phlegmone, cum humor quidam acris statim ab initio in parte aliqua colligitur, spatiúmque sibi moliens vel inter duas tunicas, vel sub certis membranis, nimia distentione eam excoriat. Tria autem præcipua horum sunt genera, quorum singula propriam appellationem sunt sortita à rebus in ipsis contentis. Nam si quiddam melli simile contineant, Melicerides μελικηρίδες appellantur. Si pingue quippiam in morem seui, Steatomata, στεατώματα. Quòd si pulpis similitudinem referat quod in iis continetur, Atheromata ἀθηρώματα dicuntur. Dicitur autem Apostema à verbo Græco ἀφίστημι, quod est abscedo: vnde & Latini verbum ex verbo exprimentes, Abscessum appellarunt. Cels. lib. 2. cap. 1, Abscessus corporis, quæ Apostemata Græci nominant. Pli. li. 20. cap. 23, suppurationem interpretatur: Caro (inquit) eius interior clauis pedū & suppurationibus medetur, quæ Græci vocant Apostemata.

Apostolus, ἀπόστολος, Latinè missus, siue nuntius dicitur, ab ἀποστέλλω mitto. Apostolorum autem quatuor sunt genera. A' Deo missi, non per hominem, vt Moses: à Deo, sed per hominem, vt Iesus Naue: per hominem tantùm, sicut nostris temporibus multi fauore vulgi in sacerdotium subrogati sunt: ex se autem, sicut sunt ipsi pseudoprophetæ. ¶ Apostoli etiā dicebātur literæ dimissoriæ: de quibus Alciatus de Rerum & verb. signifi. ¶ Athenis quoq; Apostoli, magistratus quidā erāt, quorum officium erat rectè atq; ordine curare atq; instruere classem.

Apostrophe, ἀποστροφή, dici potest conuersio: Figura quum sermonem à iudice vel auditore ad absentem aliquem conuertimus. Te nunc alloquor Africane, cuius mortui nomen splendori ac decori est ciuitati. ἀποστρέφω enim auerto.

Apostrophus, ἀπόστροφος, Collisionis nota, in fine alicuius dictionis, denotans vocalem præcedentis dictionis elisam propter hiatum: vt ἀφ' ἑστίας, pro ἀπὸ ἑστίας.

Apotelesma, ἀποτέλεσμα, Effectus horoscopi, hoc est quicquid exitum ex astrorum compositione & aspectu mutuo affectum, in natali hora cuiusque efficit. ¶ Hinc Apotelesmatici, ἀποτελεσματικοί, post Homeri ætatem dicti sunt, qui nunc Mathematici & Chaldæi vocantur: quorum curiositas nihil reliquit, quod planetarum non subiiceret potestati: vt in primum librum Iliad. annotauit Eustathius.

Apotheca, ἀποθήκη. Ital. *Cantina, bottega.* Gal. *Boutique, lieu ou on serre quelque chose pour la garder.* Hisp. *Bodega o taverna o tienda.* ¶ Cella vinaria, vbi vinum & conseruatur & venditur. Plin. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ: nec alia res maius incrementum sentit. Idem, Vina in apothecis Canis ortu mutantur. Dicitur etiam Apotheca statio, in qua res venales exponuntur.

Apotheosis, ἀποθέωσις. Ital. *Consecratione, deificatione.* Gal. *Deification, consecration.* Hisp. *Consagracion.* ¶ Consecratio, seu deificatio, relatio in numerum deorum: quæ quibus cæremoniis apud Romanos fieri soleat, eleganter scribit Herodia. lib. 4.

Apotomia, ἀποτομία, Maior pars semitoni, quæ à Latinis discissio dicitur testiā verbo Græco ἀποτέμνω, quod est abscindo.

Apoxyomenos, ἀποξυόμενος. Signum æreum Lysippi, quod à M. Agrippa ante thermas suas dedicatum Tiberius Cæsar detraxit, & in cubiculum suum transtulit: quod tamē, populi clamoribus adactus, posteà reposuit. Erat autem imago distringentis sentia dicta à verbo Græco ἀποξύω, quod est distringi.

Apozema, ἀπόζεμα. Ital. *Acqua cotta con varij condimenti.* Gal. *Apozeme, decoction.* Hisp. *Cozimiento de muchas cosas.* ¶ Aqua cocta cum variis condimētis, decoctū ex herbis. A' verbo Græco ἀποζέω, quod est defrueſco.

Apparatus, & Apparitio, Vide APPARO.

Appareo, es, pen. prod. ἐμφαίνομαι. Ital. *Apparire.* Gal. *Apparoistre, estre veu.* Hisp. *Aparecer.* ¶ Significat Videor. Virgil. 1. Georg. Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. ¶ Est etiam de improuiso se ostendere. Cic. Quum equites Antonij apparuissent. ¶ Item obedire, & præstò esse ad obsequium, παρεῖναι. Virgil. lib. 12. Hæ Iouis ad solium, fatisque ad limina Regis Apparent. ¶ Appatete, comparere. Terent. in Eunucho, Ille autem bonus vir nusquam apparet. Plin. in Epist. Interceptúne sit à suis, an cum suis, dubium, certè non ipse, non quisquam ex seruis eius apparuit.

Apparitio, Ostensio dicitur. ἐπιφάνεια. Ital. *Apparitione.* Gal. *Apparition, ostension.* Hisp. *Aparecimiento.* ¶ Et Apparitio, pro præstatione officij, seu præsentia ad obsequendum, cuiusmodi solet esse Apparitorum erga magistratus. Cic. ad Thermum, Ego quum antè studiosè commendabam Marcilium, tum multò nunc studiosius, quòd in longa apparitione singularem, & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abstinentiam, modestiámque cognoui.

Apparitores, Dicti sunt quòd appareant, & præstò sint ad obsequium, ἀκόλουθοι, δορυφόροι, οἱ παρόντες. Ital. *Apparitori, birri.* Gal. *Appariteur, commis sergeans, huissiers & hedeaux.* Hisp. *Que estan en pie para seruir à otro.* ¶ qui & Statores dicuntur, vt sunt ij qui magistratibus circumstāt, parati ad obsequendum. ¶ Quandoque apparitores tabellariorum officio fungebantur. dabatur enim comes magistratibus, qui & salarium à Repub. licet paruum, accipiebat. Cic. in Ver. Act. 5, Tuus apparitor parua mercede populi conductus.

Appatitura, Ipsum ministerium, παρεδρεία. Scribit Suet. lib. de Grammaticis, Orbilium apparituram fecisse magistratibus: significans eum fuisse apparitorē ministrumq; magistratuum: quod Græci vocant παρεδρεύειν.

Apparo, as, pen. cor. Paro, comparo, præparo, cum magnificentia quadam & splendore adorno, παρασκευάζω, ἑτοιμάζω. Ital. *Apparare, apparecchiare.* Gal. *Appareiller, appreſter, faire appreſt.* Hisp. *Aparejar con mucho aparado.* ¶ Cic. 3. Philip. Facilius apparabitis ea quæ necessitas postulat. Idem pro lege Manilia. Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte Vere suscepit, media æstate confecit. Idem ad Qu. Fratrem, Ludos apparat magnificentissimos, sic inquam, vt nemo sumptuosiores.

Apparatus, παρασκευή. Ital. *Apparecchio.* Gal. *Appareil, appreſt.* Hisp. *Aparato.* ¶ Apparatio, præparatio, & proprie cum quadam magnificentia. Cic. 3. Philip. Quid prandiorum apparatus proferam?

Apparatio, Idem quod apparatus. παρασκευασμός. Cice. 2. Offic. Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum. Idem 1. de Inuent. Propterea quòd ex his suspicio quædam apparationis, atque artificiosæ diligentiæ nascitur.

Apparatè, aduerbium, Cum apparatu. μετὰ παρασκευασμοῦ. Ital. *Con gran apparecchio.* Gal. *Auec grand appareil.* Hispa. *Con mucho aparejo.* ¶ Cice. Attico, Itaque & edit, & bibit ἐδίως, & iucundè, opiparè sanè, & apparatè. Liu. 1. bel. Maced. Ludi magnificè, apparatéque facti.

Appello, as, Nomino. ὀνομάζω, προσαγορεύω. Ital. *Nominare, appellare.* Gal. *Nomer, appeler.* Hisp. *Llamar o apellidar con vozes.* ¶ Cic. 3. Offi. Pub. Scipione, qui primus Africanus appellatus sit. ¶ Item Appellare, est comiter seu familiariter compellere, alloqui, vocare. συμπαίζειν, προσλαλεῖν. Cic. pro Cluentio, Appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blandissimè potest. ¶ Hinc etiam Appellare, teste Vlpiano de Iniuriis, est blanda oratione alicuius pudicitiam attentare, πειρᾶσθαι τῆς σωφροσύνης. ¶ Interdum significat accusare. Liuius, Blactius Dasium de proditione appellabat. ¶ Item auxilij, vel testimonij gratia quempiam implorare. Cic. pro Sexto Roscio, Te nunc Publi Scipio appello. ¶ Appellare debitorem, est rem nobis debitam à debitore exigere. Quintil. Appellabatur à creditoribus, vt solueret debitum. ¶ Interdum etiam est post sententiam, tanquam iniquam, ad superiorem iudicem prouocare, ἐπικαλεῖσθαι τὸν δικάσαντα, ἐφεῖναι, ἔφεσιν λαμβάνειν. Ital. *Appellare da vn giudice ad vn' altro.* Gal. *Se pourter pour appelant, appeler deuant vn autre juge.* Hispa. *Apelar de vn juez para otro.* ¶ Vlpianus, Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Dicimúsq; Appello principem, & ad principem. ¶ Appellare ex aduerso, Est nomina per antistrophen imponere. τὰ κατ' ἀντιστροφὴν. Vt qui herbam illam, omni duritia carentem ἀλόγιστα vocauit, quasi totam osseam.

Appellator, oris, verbale, Qui appellauit, hoc est qui ab aliquo iudice ad alium prouocauit. Cic. 6. Verr. Quo quidem die nihil ægrius factum est multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstineretur.

Appellito, as, are, frequētatiuū. Vnde Est. Appellitauisse, p. appellauisse.

Appellatio, Idem quod compellatio, allocutio, προσηγορία, προσφώνησις. Interdum idem quod nominatio. Cic. pro Domo sua, Regum appellationes vænales erant. ¶ Apud Iurisconsultos Appellatio significat prouocationem, quum ob sententiam iniquam, maioris iudicis auxilium implorames. Vide supra in verbo APPELLO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Appello,lis,appuli,appulsum,Applico,admouco.{προσπελάζω.Ital. *Arriuare,giungere,accostarsi.*Gal.*Aborder,arriuer,mener à bord.*Hisp.*Empuxar hazia otra cosa,venir.*} Cic.2.Ver.Quum Persę mille numero nauium classem Delum appulissent.Idem Attico,Quum ad villam nostram nauis appelleretur.Virgil.3. Aeneid. Hinc me digressum vestris deus appulit oris. ¶Legitur etiam appellere absolutè & sine casu, pro accedere.Cic.2.de Diuinat. Visus est in somnis pastor ad me appellere. Hinc Appulsus, us, Pro accessu pecoris ad aquam. προσέλασις, προσβολή. Iureconsultus, Totum corrumpat pecoris ad aquam appulsum. ¶ Appellere animum, significat animum ad aliquid agendum intendere, προσέχειν, ὁρμᾶν. Terent.in Prolog.And.Pœta quum primum animum ad scribendum apperit.in Prolog.And.Poëta quum primum animum ad scribendum appulit. ¶Interdum idem quod adduco compello, cogo. Plaut. in Asin. Argenti viginti minæ me ad mortem appulerunt,id est adduxerunt.

Appendo,is,di,sum,Suspendo,quasi ad aliquid pendo.{προσπελάω.Ital. *Sospendere,attaccare.*Gal.*Pendre à quelque chose.*Hispa.*Colgar vna cosa à otra.*} vt,Appendi vuam ad tigna.Plin. Atque vuas iam maturas ad solem appendere. ¶Est etiam Appendere,ad stateram, lancemque ponderare. {προσπελάζειν.Ital.*Pesare.*Gal.*Poiser,bailler à poix.*Hisp.*Pesar.*} Cic. in Anto. Vt iam appendatur pecunia,non numeretur. ¶ Item Appendere , adiungere:vnde Appendix.

Appensus,participium,Suspensus.προσπεπελασμένος.Cic.5. Tusc. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit. ¶Appensum aurum,Liu.5.ab Vrbe.

Appendix,Dicitur quod alij adiunctum est , quasi ex alio pendeat. {πρόσφυσις, προσθήκη.Ital.*Pendice, giunta.*Gal. *Dependence,accessoire.*Hispa. *Lo que cuelga à otra cosa.*} Cic.in Horten.Vidit, quod videndum fuit , appendicem animi esse corpus. ¶Est & Appendix genus spinæ , ita dictum, quòd baccas puniceas habeat de se pendentes , quæ & ipsæ Appendices nominantur. De hac Plin.lib.24.cap.13.

Appendicula.μικρὰ προσθήκη.Cic.pro Rabir.Est enim hęc causa,quò ea pecunia peruenerit,quasi quędã appẽdicula causæ indicatæ, atq; dãnatæ.

Appeto,is,pen.corr.Auidè cupio.{ὀρέγομαι,ἐπιθυμῶ,ἵεμαι.Ita.*Appetire, desiderare.*Gal.*Conuoiter,desirer ardemment.*Hisp.*Dessear.*} & tam in bonum, quàm in malum,sicut Expeto, capitur, nisi quòd in Expeto maior vis est propter Ex,quæ maximam in se vim continet.Curtius, Hærebat interea cupiditatem pudorémq;,& quo modestius quod expectabat appeteret,eò pertinacius oblaturos esse credebat. Falluntur itaq; qui differentiam hanc assignant inter Appetere & Expetere. Expetere cum ratione esse, Appetere qualitercunq;:& Expeti bona,planéq; honesta:Aptione esse, Appetere qualitercunq;:& Expeti bona,planéq; honesta:Appetores vsi sunt,& Expeto ad inhonesta atq; mala. Cic. Cas. Tu puer me appetisti,ego autẽ semper ornamento te mihi fore duxi.Idẽ li.4.Tusc. Quoniam vt bona natura appetimus, sic & à malis natura declinamus. Quòd autẽ Expeto etiam ad voluptates,& quandoq; ad maximum malum pertineat, Cic.ostendit li.1.Offi.Expetuntur diuitię cùm ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Ad maximum malum. Cic.in Pisonem,A' me quidem etiam pœnas expetistis. quibus coniuratorum manes mortuorũ expiaretis,id est requisistis , siue flagitastis. ¶Construitur frequenter cum ablatiuo intercedente præpositione,sicut apud Quint.lib.9,Ex cognitione rerum, exemplorúmq; quibus in primis instructus debet esse Orator, ne omnia testimonia expetat à litigatore.¶Aliquando tamen pro requiro,sine desydero,solo accusatiuo contentũ est.Plau.in Cassinę prologo.Nos postquã populi rumore intelleximus studiosè expetere vos Plautinas fabulas. ¶Appeto verò, præter eam,quam prædiximus,significationẽ, ponitur pro Adeo:quia sicut dicimus Adeo Prætorẽ,ita Appeto Prætorem.¶Interdũ Appetere significat instare,appropinquare,ἐγγίζω,ἐπείγομαι:vnde,Appetit dies, dicimus, Appetit nox, vesperascit,&c.¶Interdum pro Aggredi, ἐπιβάλλω:vnde dicimus appetere vitã alicuius,pro eo quod est,Morte alicui moliri.Cic. pro Sexto Roscio,Filij vita infesta, ferro atq; insidiis appetita. ¶Item Appetere oculos,pro Inuadere.Liu.lib.7,Leuans se alis,os,oculósque hostis rostro & vnguibus appetit. ¶Hieronymus ad Vital.pro Amare posuit,quum inquit,Impendio precor, vt in amore quo nos appetere cœpisti,ad finem vsq; perdures. ¶Ab Appeto fiunt Appetitor,ἐπιθυμητής, Appetitus,& Appetẽtia:Appetitio,pro desyderio,ὄρεξις.Plin.li.19, A' stomacho fastidium auferunt, cibiq; appetentiam faciunt lactucæ.

Appetens, Nomen ex participio.{ἐπιθυμητικός.Ital. *Desideroso.* Gal.*Auare,conuoiteux.*Hispa.*Desseoso.*} Idem quod rei alicuius auidus. Sall. in Catil.Alieni appetens,sui profusus.Cic. de Amic. Nihil est appententius similium sui.

Appetitio,tionis, Motus est & impetus animi, quo ad aliquid agendum impellimur, {ὁρμή.Ital.*Appetito,desiderio.*Gal.*Apetit, desir d'auoir quelque chose.*Hisp.*Desseo.*} Cicc.2.de Finib. Appetitio animi , quæ Græcè ὁρμὴ dicitur. ¶Accipitur & pro appetentia cibi, quam Græci ὄρεξιν vocant. Gell.lib.16. cap.3, Quòd quum antehac semper edundi fuerit appetens ,nunc post imperatam inediam tridui , omnis eius appetitio pristina elanguerit. ¶Item pro conatu aliquid apprehendendi, Cic.1.de Diuinat. Nam quum dormienti ei Sol ad pedes visus esset , ter eum scribit frustra appetiuisse manibus , quum se conuoluens Sol elaberetur,& abiret:eosque Magos dixisse,ex triplici appetitione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum portendi.

Appetentia,Idem quod appetitio,seu cupiditas, motúsve animi , quo ad aliquid agendum impellimur. {ὁρμή.Ital.*Appetito.*Gal.*Apetit,desir.*Hisp. *Desseo.*} Cicc.4. Tusc. Vt ægritudo quasi morbum aliquem doloris efficiat, motus recessum quendam animi & fugam,lætitia profusam hilaritatem , libido effrænatam appetentiam. ¶Appetentia cibi, ὄρεξις. Plin.Cibi appetentiam lactucæ.

Appetitus,us,Concupiscentia,impetus animi , quo ad rem aliquam impellimur:cuius sedem Philosophi constituerunt in iecore.ὁρμή.Cic.3. Offic.Duplex est animorum vis atque natura. Vna pars in appetitu posita est,quæ est ὁρμὴ Græcè,quæ hominem huc atque illuc rapit. Altera in ratione,quæ docet,& explanat quid faciendum,fugiendúmve.

Appianum,ni,Coloris viridis genus,apud Plin.lib.35.cap.6.

APPIANVS,ἀππιανός,Alexandrinus nobilis historicus,qui Adriani imperatoris temporibus claruit. Scripsit Romanæ historiæ libros XXII,

quorum nouem tantùm ad nos peruenere.

Appingo,egi,actum , compositum est à Pango , Idem significans quod addo,vel adiungo.{προσπήγνυμι.Ital. *Aggiungere.*Gal.*Ajouster.*Hisp.*Añadir à otra cosa.*} Cic.ad Attic.lib.2, Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid noui. ¶Alterum est Appingo, xi, ctum, compositum à Pingo,quod significat iuxtà pingo.Horat.in Art.Poët. Delphinum syluis appingit,fluctibus aprum.

APPION,ἀππίων,Nomen fuit Grammatici Aegyptij,Plistonici filij , qui à laboris magnitudine cognominatus est Mocthus. Hunc Tiberius Cæsar per contemptum Cymbalum mundi appellabat , quum publicæ famæ tympanum potius videri posset. Immortalitate à se donari scripsit,ad quos aliqua componebat. De hoc etiam Iosephus scribit, quòd esset malus & indoctus,totiúsque vitæ temporibus importunus calumniator omnium , cor asini habens. Tu vide Iosephum. Floruit temporibus Dionysij Halicarnassei & Iosephi.

APPIVS CLAVDIVS, Qui postea Cæcus cognominatus fuit , inter oratores numeratur à Cicerone in Bruto. Hic cum C. Fabio Censor creatus; viam ex lapide quadrato strauit , quæ à Porta Capena Brundusium vsque duceret.Aquam quoque, quæ ab illo Appia dicta est,in vrbem duxit. Idem postea cæcus factus , quum audisset Romanos de Pyrrhi pace consultare,in Curiam sese deferri iussit,grauissimaq; oratione obtinuit,ne cũ Pyrrho, nisi prius Italia decessisset,pax iungetur.

Appia via,ὁδὸς ἀππία,Via erat Romæ saxo quadrato strata per portam Capenam,Capuam, vel,vt alij volunt,Brundusium vsque ducens , ab Appio Claudio Cæco strata.Cic.pro Cælio,Appius Claudius Cæcus pacem Pyrrhi diremit,aquam adduxit,viam munuit.

Appiana poma.ἀππιανὰ μῆλα.ab Appio ex Claudia gente cognominata: odor his maximus est,ferè coronearum,magnitudo non multò inferior.Plin.lib.15.cap.14.

Applaudo, Significat Allido.ἐπικροτῶ. Apule.lib.9, Incussis in campesteriorum pedum calcibus,protinus applaudo terræ. ¶Aliquando Applaudere,est manuum,vel pedum plausu fauorem ostendere. {Ital.*Applaudere.*Gal.*Fraper les mains & vne contre l'autre en signe de faueur.*Hisp.*Dar fauor.*} Plaut.Pseud. -si vultis applaudere, Atq; approbare hanc gregem & fabulam, in crastinum vos vocabo. Cicc. pro Sext. Quid ego nunc dicam, quibus viris,aut cui generi ciuium maxime applaudatum

Applausor,oris verbale, Qui applaudit. {ἐπικροτητής.Ital. *Chi applaude ò batter delle mani.*Gal.*Frapant ses mains en signe de faueur.*Hisp.*El que da fauor.*} Plin.in Panegy.Idem ergo populus ille aliquando scenici Imperatoris spectator & applausor,nunc in Pantomimis quoque adulatur.

Applausus,a,um, participium, ἐπικροτηθείς. Ouid.4.Meta.Ille cauis velox applauso corpore palmis Desilit in latices.

Applausus,us,nomen.{κρότος ἐπικρότησις.Ital.*Applauso,batter delle mani.*Gal.*Applaudissement.*Hisp.*Obra de dar fauor à otro.*} Cic.2.de Diuin. Ennius qui magno applausu loquitur,assentante populo,&c.

Applico,as,pen.cor.ui,atum,& applicui, applicitum, Significat appello, προσπέμπω, προσπελάζω, συμπελάζω, Adiungo , annecto, ἐπιζεύγνυμι, προσπήγνυμι, προσπελάω, προσβάλλω, & construitur cum dativo , vel accusativo mediante Ab.{Ital.*Applicare,accostare, aggiungere.*Gal. *Faire arriuer,accommoder,apliquer.*Hisp.*Arrimar vna cosa à otra.*} Virg.1.Aen.Quæ vis immanibus applicat oris.Cic.Appio Pul.Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt, id est adiunxerunt.Lib.2.ad Heren.Qui in itinere se tam familiariter applicuerit,id est se sociauerit. Terent. in Andria, Tum ille egens forte applicat primùm ad Chrysidis patrem se, id est confert vel recipit.

Applicatio,verbale, Actus ipse applicandi. {ἐφαρμογή, προσπελασμός.Ital. *Applicatione.*Gal.*Aplication.*Hisp.*Arrimadura à otra cosa.*} Cic.1. de Orat. Cui Romæ exultare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset,intestatóque esset mortuus, nónne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotũ, patefactum in iudicio , atq; illustratũ est patrono? Idẽ in Lælio,Quapropter à natura videtur mihi potius, quã ab indigentia orta amicitia:applicatione magis animi cum quodã sensu amãdi,quàm cogitatione,quantum illa res vtilitatis esset habitura.

Applicatus,& Applicitus, Participium. προσπελασθείς, ἐφαρμοσθείς. Cæsar 5.Bel.ciu. Applicatisque nostris ad terram nauibus. Plin. in Epist. Applicitum est in cubiculo hypocaustum perexiguum.

Applodo,is,pen.prod.Omnino idem est quod Applaudo.ἐπικροτῶ.Veteres enim Plodo dicebant,quod nos Plaudo. ¶Applodere fulgetris, apud Plinium est fauere,testarique honorem illo motu.

Apploro,as,are,Deponere apud aliquem suos fletus. {προσδακρύω.Ital. *Piangere appresso alcuno.*Gal.*Plorer auprez.*Hispa.*Llorar cerca.*} Horat. lib.3. Carm. Contráque lucrum nil valere candidum Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.

Appluda, pen. prod. Antiquis idem significabat quod furfur, vt docet Gell.lib.11.ca.7.πιτύρων.Plin.li.18.ca.10,docet appludã vocari purgamenta milij,& panici,& zizaniæ,quũ in frumento palea dicatur.Dicta Appluda ab applodẽdo,quòd propter tenuitatẽ,quia minutissima est, spiritu deliciatur.Næuius,Ne hercle appluda est hodie,quã tu,leuior.

Appluere,{προσπελάζω.Ital.*Piouere vicino.*Gal.*Plouoir auprez.*Hisp.*Llouer cerca.*}ex ad & pluere:idem quod pluere vel iuxta pluere. Plin.li.9.ca.16. Quippe & harundines quanuis palude prognatæ:non tamen sine imbre adolescunt, & aliàs vbicunque pisces in eadem aqua assidui , nisi appluat,exanimantur.

Applumbo,as,{προσπελαδέω.Ital.*Impiombare.*Gal.*Plomber.*Hispa.*Soldar con plombo.*} Applumbare,idem quod simplex plumbare.Vlpia:in l.2.de sepulcro violat.Idem quærit, si statua neque applumbata fuerit , neque affixa,an pars monumenti affixa sit,&c.

Appono,apponis,pen.prod. Appositi,appositum, pen.corr. {προσπίπτω, προσβάλλω, προσπελάω, προσπελάζω, προσπέμπω.Ital.*Mettere appresso.*Gal. *Mettre auprez,apposer.*Hisp.*Anadir vna cosa à otra.*} Cic.1. Philip. Aristarchus qui notam apponebat ad malum versum. Idem 1. Verri. Reticulúmque ad nares sibi apponebat plenum rosæ.Ouid.1.Amor.Eleg.5.Appositi medio membra leuanda toro.

Appositus,a,um, Quod est iuxtà, vel ad aliquid positum. {προσκείμενος. Ital.*Posto appresso,atto,accommodato.*Gal.*Mis auprez,apposé,ajouté.*Hisp.*Anadido à otra cosa,idoneo y acomodado.*} Cic.de Inuen.Gladium propè appositum è

vagina

Universidad de Deusto Biblioteca

vagina eduxit, & illum alterum occidit. ¶ Aliquando sumitur pro eo, quod est conueniens ad propositum, ἐπιτήδειος. Idem ibidem, Eam ipsam scripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus partibus pertentare, siquid aut ad id appositum sit, quod nos interpretemur: aut ei quod aduersarius intelligat, aduersetur.

Apposite, aduerbium. Conuenienter, aptè. {ἐπιτηδείως. Ita. *Accomodamente, propiamente. Gal. Bien, & proprement, conuenablement.* Hisp. *Conuenientemente.*} Cice. Att. lib. 8. Cætera apposite tibi mandabo. Idem de Iuuent. Officium eius facultatis videtur, dicere apposité ad persuasionem.

Apporrigo, apporrigis, pen. corr. exi, apporrectum, {παρορέγω. Ital. *Porgere appresso. Gal. Estendre au pres.* Hisp. *Estender cerca.*} apporrigere, iuxta porrigere. Ouid. 2. Metam. Infantemq; videt apporrectúmq; draconẽ.

Apporto, {πορτάω. Ital. *Portare, conducre. Gal. Aporter, amener.* Hispa. *Traer alga.*} apportare, Idem quod afferre significat: & ei contrariũ est Asportare. Sæpius tamen pro aduehere accipitur. Plaut. Stich. Magnásq; apportauisse diuitias domum. Cic. 3. Verr. Lapis aliquis exædendus, & apportandus fuit machina sua. ¶ Apportare, Nuntiare. Terent. Andr. Quidnam apportas? hoc est, quidnam nuntias? quid affers noui?

Apposco, is, appoposci. {παρακαλέω. Ital. *Domandare altre quella che ti viene. Gal. Demander dauantage, ou par dessus.* Hisp. *Demandar sobre lo demandado.*} apposcere, ex ad & posco, Insuper poscere. Terent. Heaut. Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.

Apporus, Valdè potus, qui multum potauit. {ὑπέλαρος. Ital. *Chi ha ben beuuto. Gal. Qui a bien beu, ivre.* Hisp. *El que bevio demasiadamente.*} Plaut. in Curcul. Postquam cœnari, atq; apporari, talos poscit in manum. Idem in Amphi. Credo equidem dormire Solem, atque apporum probè.

Apprehendo, & in carmine Apprendo, Significat attrecto, capio, vel ad me traho. {λαμβάνω, ἅπτω. Ital. *Apprendere. Gal. Prendre auec la main, empoigner.* Hisp. *Tomar ò prender.*} Cic. de Natura Deor. Vites clauiculis adminicula, quasi manibus apprehendunt. Virg. 2. Aen. Quó res cunq; loco Panthu quam prendimus arcem?

Apprimè, pen. prod. aduerbium, Significat In primis, egregiè, valde. {εἰς τὰ πρῶτα. Ital. *Sopra tutto, in prima, grandemente, molto. Gal. Grandement, excellentement.* Hisp. *Primera y principalmente ò señaladamente.*} Terent. in And. Nã id arbitror apprimè in vita esse vtile. ¶ Fit ab antiquo nomine Apprimus, quo veteres vsi sunt pro longè primo, vt docet Gell. li. 7. c. 7. citans illud ex Liuij Odyss. Ibi deniq; vir summus apprimus, Patroclus.

Apprimo, is, ere, ex Ad. & Premo. {πρεσσω, πιέζω, πιέζω. Ita. *Premere. Gal. Presser ou serrer.* Hisp. *Apretar.*} Plin. lib. 24. ca. 9. Sedare ventris dolores assueuerunt impositam, ita vt tunica cinctúq; corpori apprimeretur.

Approbus, pen. corr. Valde probus. {πρόβατος. Ital. *Molto buono. Gal. Bon & honneste.* Hisp. *Mucho bueno.*} Gellius, Et in versu est Cæcilij poëtæ comici, Hierocles hospes est mihi adolescens approbus.

Approbo, as, are, Idé quod simplex probo, vel etiã vehementer probo. {ἐπαινέζω. Ital. *Laudar grandemente, approbare. Gal. Approuuer, trouuer bon.* Hisp. *Aprouar alguna cosa por buena.*} Cic. 4. Acad. Nec tamen ego is sum, qui nihil vnquã falsi approbé. Idé App. Quicquid feceris, approbabo.

Approbatio, verbale, ἐπαίνεσις. Cic. 2. Tusc. Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio.

Approbator, oris, verbale, Qui aliquid probat. ἐπαινέτης. Cic. Att. Quãuis nõ fueris suasor & impulsor profectionis meæ: approbator certè fuisti.

Appromitto, is, Pro altero promitto. {ὑπισχνέομαι. Ita. *Promettere per vn altro. Gal. S'obligar pour vn autre, promettre pour luy.* Hispa. *Prometere por otro.*} Cice. Attico, De Oppio factum est vt volui: & maximè quòd nccc appromisisti: quæ quidem ego vtique vel vsuram facta solui volo.

Appromissor, oris, verbale. ὑπισχνητής. Vlpianus, Appromissorem vocat fideiussorem l. In omnibus. ff. de solutionibus.

Appronare, in genua, dictum est, pro eo quod est ingeniculari, vt antiqui dicebant. {ἀναπτλωτιάω. Ital. *Inginocchiarsi. Gal. S'agenouiller.* Hisp. *Arrodillar, hincar las rodillas.*} Apul. lib. 1, Planiore in ripæ margine implicitus, in genua appronat se, auidius affectans portionem. Videtur esse compositum ex Ad præpositione & nomine Pronus: vnde gemino p, scribendum est.

Appropero, as, are, Idem quod propero, vel valde propero, accelero. {σπεύδω. Ital. *Affrettare. Gal. Se haster, s'auancer.* Hisp. *Apressurarse en venir.*} Teren. id And. -postquam ante ostium Me audiuit stare, approperat. Cic. Att. Quare appropera, & vale. ¶ Approperatũ op^, id est acceleratũ. Liu. 4. ab Vrb. Cœptúmq; opus adeò approperatũ est, vt Sole orto, &c.

Appropinquo, as, are, Propinquũ fieri aut loco, aut tempore. {ἐγγίζω. Ital. *Accostarsi. Gal. Aprocher, venir pres.* Hisp. *Acercarse ò allegarse.*} Cæsar 1. Bel. Gal. Heduos finibus Bellouacotũ appropinquare cognouerant. Cic. ad Qu. fra. Sed eius rei maturitas neq; dũ venit, & tamẽ iã appropinquat.

Appropinquatio, verbale. Cice. de Sene. {πρόσαντλησις. Ital. *Auuicinamento. Gal. Approchement.* Hisp. *Acercamiento, allegamiento.*} Quarta restat causa, quæ maximè angere, atque solicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis.

Apricus, a, um, pen. pro. {ἀπηλιώτης, ἡλιώδης, πρόζειλος. Ital. *Esposto al sole, aprico. Gal. Tourné vers le soleil, ou le soleil bat, abri.* Hisp. *Cosa abrigada, que esta al abrigo.*} Idem quod Soli expositus, quasi ἀπὸ φοίνικος, hoc est sine frigore, φ, aspirata in π, suam tenuem conuersa. Virgil. 2. Georg. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. ¶ Apricus homo, vel Aprica anus, quę Sole gaudet. Idem 5. Aeneid. Apricis statio gratissima mergis.

Apricor, apricissimus. Colum. lib. 11. cap. 3. Nonnulli hanc eandem locis aprioribus à Calendis Martiis deponunt. Idem lib. 9. cap. 14, Dum adhuc autumni reliquiæ sunt, apricissimo die purgatis domiciliis.

Apricari. Est in aprico loco esse, hoc est in loco Soli exposito versari. {ἀλιαζομαι, ἡλιάζομαι. Ital. *Essere su luogo aprico, stare al sole. Gal. Estre en l'abri, se tenir au soleil.* Hisp. *Abrigarse en lugar abrigado.*} Varro in ministeriis, Licet videre multos quotidie in hyeme in Sole apricari. Plin. lib. 36, de columbis, Apricantur aliæ scalpentes sese. Cic. in Cutone, Vbi enim potest illa ætas aut calescere, vel apricatione melius, vel igni, aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubrius?

Apricatio, onis, {ἡλίασις. Ital. *Aprico. Gal. Abri.* Hisp. *Abrigo.*} verbale. Cic. Att. Sibi habeat suam fortunam, vnam mehercule tecum apricationé in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istiusmodi regna.

Apricitas, atis, Est hybernus ille tepor in locis apricis. ἡλιασία. Columella lib. 8. cap. 15, Cum apricitate diei gestiunt aues. Idem lib. 7. cap. 7, Si diei permittis apricitatẽ. Plin. lib. 6. cap. 36, Apricitatis inclytæ regio.

APRIES, ἀπρίης. Psammis Aegypti regis filius, cui in regno successit. Hic, vt testatur Herodotus lib. 2. Ab Aegyptiis, qui à se ad Amasim defecerant, strangulatus est & sepultus in paternis monumentis.

Aprilis, Mensis dictus est, quasi aperilis, quòd terram aperiat. {ἀπρίλιος, ἀπρίλιος, ἀπρίλλιος. Ital. *Aprile. Gal. Le mois d'Auril.* Hisp. *El mes de Abril.*} Nam verna temperie plantarum germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quasi aphrilis ab ἀφρὸς spuma, quòd Venus, cui hic mensis sacer est, ex spuma maris fingitur nata. Horat. 4. Carm. -Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. ¶ Accipitur præterea adiectiuè: vt Nonis Aprilibus. Cic. ad Leu. Quinetiã Marcellino, & Philippo Consulibus, Nonis aprilibus mihi est senatus assensus.

Apronia, Herba est, quam alij Vitem nigram, alij Bryoniam, alij Chironiam, alij Gynecanthen vocant: ἄκανθος μέλαινα. Plin. lib. 23. cap. 1.

Apsis, idis, Vide Absis.

Apsyctos, ἄψυκτος, Gemma est nigra & ponderosa, rubentibus venis distincta: ita dicta quasi irrefrigerabilis. Nam semel igni excalfacta, septem diebus calorem seruat. Autor Plin. lib. 36. cap. 10.

APSORVS, ἄψορος, Insula in mari Adriatico, adiacens Liburniæ, in qua ciuitas eodem nomine, vt Ptolemæus lib. 1. scribit.

APSVS, ἄψος, Fluuius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, nõ procul à Dyrrachio: de quo Strabo lib. 7. Luca. li. 5, Tellus quam volucer Genusus, quam mollior Apsus Circumeunt ripis.

Apsychon, ἄψυχον, Inanimatũ, quod est sine anima, & spiritu non potest.

APTERA, ἄπτερος, neutri generis. Vrbs in Lycia & altera in Creta à Sirenibus vocatur, quòd victæ ibi cantu à Musis, præ mœrore, exutæ pennis in mare desiluissent. Autor Stephanus.

Aptorum, aptoti, pen. prod. Interpretatur sine casu. Sunt enim aptota nomina, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur: vt Frugi, Nihili, Nequam, Fas, Nefas. Autor Donatus in 2. Editione. Hęc alio nomine dicuntur indeclinabilia.

Aptus, ta, tum, Dicitur quod ad aliquid accommodatum est. {ἐπιτήδειος, ἁρμόδιος, πρόσφορος. Ital. *Atto, accommodato, secondo. Gal. Bien sortable, conuenable, propre.* Hispa. *Cosa idonea y atmada.*} Persius Sat. 1, Si fortè quid aptius exit. ¶ Interdum Aptum dicitur necessarium. Cic. lib. 3. de Fin. Itaq; natura fumus apti ad totius consilia ciuitatis. ¶ Interdum elegans, vt apud eundem lib. 1. de Orat. Ita porrò verbis est aptus & pressus, vt nescias vtrum sententiæ oratione, an verba sententiis illustrentur. Idem 1. Offi. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos. ¶ Interdum connexum. Virgil. lib. 2. Georg. -ipsos è torquibus aptos, Iunge pares. Huius compositũ, & contrarium est Ineptus. ¶ Est etiam Aptus participiũ ab Apiscor, idem significans quod Adeptus. Varro, Ea omnibus ostentat, quę bello est aptus.

Aptè, {συμφερόντως, ἐπιτηδείως. Ital. *Propiamente, accomodamente. Gal. Conuenablement, proprement.* Hispa. *Conuenientemente.*} aduerbium qualitatis, aptius, aptissimè, conuenienter & accommodatè. Cic. 1. de Fin. Quum inciderit, vt id aptè fieri possit. Plin. li. 16. ca. 25. Ratio aptius reddetur ab hoc tertio volumine. Idem lib. 19. cap. 5. Patilibus tamen aptissimè. ¶ Aptè dicere. Cic. 1. Offic. Quod est Oratoris proprium, aptè, distinctè, ornatè dicere. Idem 1. de Orat.

Apto, as, Conuenienter aliquid rei alicui iungo, seu accommodo. {ἁρμόζω. Ital. *Adattare, accommodare. Gal. Approprier, accommoder, ajuncer.* Hisp. *Atauiar ò ayuntar vno con otro.*} Construitur cum datiuo vel accusatiuo mediante Ad. Cic. in Philip. Cuius deniq; fortunæ studia tantæ laudi & gratulationi tuę se non aptarint? Idem 3. de Ora. Hoc verbũ est ad id aptatũ, quod antè dixerat. ¶ Huius composita sunt Adapto, & Coapto.

Apua, æ. Piscículus est minimus & vilissimus, quem Græci, quòd ex pluuia nascatur, ἄφυα vocant. Vide Plin. lib. 31. cap. 8. & ea quæ suprà annotauimus in dictione Aphya.

APVANI. Vulgò *Genuesi*, Ligures sunt, teste Liu. lib. 10, Sempronius (inquit) è Pisis in Apuanos Ligures vastando aperuit saltus, &c

Apud, præpositio est, quæ nunquam composita reperitur: appositа verò casibus, quandoq; locum denotat. {παρά, πρός. Ital. *Appo, appresso, presso. Gal. Auprez, aboz, de mant.* Hispa. *Cerca.*} vt, Apud Mantuam hæc scripsi. ¶ Quandoq; personam: vt, Apud Regem. ¶ Quandoq; loci & personæ coniunctionem: vt, Cœnaui apud Pompeium. Sed quum ad personam refertur, plerunque familiaritatem significat, non dominium: vt, Fuit apud te, id est tecum, vel domi tuæ. Penes verò & potestatem, & personam, & dominium, (id cum datiuo.) Ouid. lib. 1. Fast. Me penes est vnum vastis custodia mundi. Quanquam etiam sine dominij significatione aliquando inueniatur: vt latius docebimus suo loco. ¶ Apud aliquando accipitur pro In: vt apud Terentium in Andria. De Dauo modò apud forum audiui. ¶ Apud se dicitur esse qui omissis negotiis se in recessum recipit. Cic. li. 1. de Orat. Marcus verò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio. Magis tamen videtur Apud se, in hoc Ciceronis loco accipi pro, Domi suæ: quemadmodum frequẽter apud Terentium, Apud nos, pro Domi nostræ.

APVLIA, *Puglia*, Italiæ regio, mari Adriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionẽ tenuit, dicta est. ἰαπυγία. Corripit autem hoc nomen primam syllabam, & vnico p, scribendum est: assumit tamen interdum alterum p, vt eandem producat. Secundam autem syllabam semper producit. Contrà Appulus semper primam producit & corripit mediam. Horat. lib. 3. Carm. Nutricis extra limen Appuliæ. Iuuenal. Vendit agros, sed maiores Appulia vendit. vbi & prima producitur. ¶ Hinc Apulus, a, um, siue Appulus, adiect. Luca. lib. 5. Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.

Apyrinon, ἀπύρηνον, Genus est malí Punici dulcissimi, ita dictum, quasi ἀπὸ πυρήνων, hoc est, sine nucleo: non quòd prorsus nucleis careat, sed quòd eos habeat minus lignosos. Quo fit, vt & acinos habeat blandiores & minus amaros. Plin. lib. 13. cap. 19. Mart. lib. 13, Lecta suburbanis mittúntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes: quid tibi cũ Libycis? ¶ Legitur & adiectiuum Apyrinus, a, um: vt Apyrinus fructus, hoc est dulcis, nucleisque minus lignosis, quales habent apyrina. Col. lib. de arboribus cap. 23, Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fructum vinosum: posteà verò etiam dulcem, & apyrinum faciet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apyrum sulphur, ἄπυρον θεῖον. Plin. lib. 35. cap. 15, vocat sulphur viuum, quòd ignem non est expertum: ἄπυρον enim Græci vocant incoctum, & quod igni non est admotum. Vnde & Apyri tripodes ἄπυρα τρίποδες dicebantur, qui ignibus intacti erant, vt qui non culinario vsui, sed domorum templorumque ornatui dicati erant.

Apyrotus, ἀπύρωτος, Gemma igniti carbonis similitudinem referens, quam Ouid. 7. Metamorph. Pyropum vocat, Latini Carbunculum: inde Apyrotus dicta, quòd ignem non sentiat. Plin. lib. 37. cap. 7. Principatum habent Carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes: ob id à quibusdam Apyroti vocati.

A ante Q

Aqua, cõponi videtur ex à & qua: quasi à qua viuamus. ὕδωρ. Ital. *Acqua.* Gal. *Eaue.* Hisp. *Agua.* ¶ Vnde aqua & igni interdici solebat damnatis. Aquam & ignem sumebant nuptæ, & qui funus persecuti fuerant, redeuntes ignem supergrediebantur aqua aspersi. quod purgationis genus vocabant suffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus videtur imperare. Terras enim deuorant aquæ, flammas necant, scandunt in sublime, & ipsum quoq; sibi vendicant cælum. Quid esse mirabilius potest, quàm stare in cælo aquas? At illæ non modo in tantam altitudinem, sed secum quoq; piscium examina, & lapides rapiunt. Eædem eadem, sed secum quoq; piscium examina, & lapides rapiunt. Eædem eadem dentes omnium terra nascentium causa fiunt: fruges, arbores, frutices iuuant: migrant in cælum vt vitalem animam deferant herbis. Præterea alibi calidæ sunt, alibi frigidæ, alibi tepidæ, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ sulphutis, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris. Aliæ acidæ sunt, aliæ salsæ, & cunctæ hominum tantùm causa videntur erupisse. Generatim neruis prosunt omnes: aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis: aliæ exinaniunt aluos, aliæ sanant vulnera, aliæ capiti auribúsq;, & oculis priuatim medentur: aliæ sterilitatem mulierum, & virorum infamiam abolere produntur, nonnullæ iuuant calculosos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollunt vitiligines, aliæ podagris prosunt, aliæ tertianas febres discutiunt, aliæ dentes sistunt, aliæ vngulas etiam iumentorum indurant, aliæ subtiliores faciunt sensus, aliæ memoriam auferunt, aliæ obliuionem inducunt, aliæ canoras voceis faciunt. Hæc Perottus ex Plinio, quibus illud præterea addit, se deduxisse aquas in agro Viterbiensi, quæ lethargicos, & hydropicos & colicos curant, luxatos statim sanant, dentes ea collutos sistunt, scabiem, lichenas, vitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino sublato fastidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferunt, venerem debilitatem excitant, calculorum vitia discutiunt. Hæc ille. Alij aquam, quasi æquam, hoc est, æqualem dictam volunt, ablato e, quòd aqua, uisi ventis agitetur, nihil sit æqualius. ¶ Aspersisse aquam prouerbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Plaut. in Bacch. Euax aspersisti aquam. Idem Trucul. Aspersisti aquam, iam rediit animus. Mutuo sumptum ab iis qui in deliquio, quam Græci λειποθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum reuocantur. ¶ Aquam bibens nihil boni parias, ὕδωρ δὲ πίνων μηδὲν ἀγαθὸν τίκτει: Cuius prouerbij sensus est, à poëtis nihil præclarum aut venustum prosiciscí, si bibentur aquam, hoc est, si pauperes fuerint, & tenui victu. Demetrius Halicarnass. ¶ Inaniter aquam consumis, Κενῶς ἀναλίσκεις ὕδωρ. In eos quadrabit qui frustra suadent. A' prisco more iudiciorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. ¶ In aqua hæret. In eos competit qui sic implicantur negotio quopiam, vt se nequeant extricare. Cic. 3. Offic. de Epicuro. Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, vt aiunt. Transtatum apparet vel à fluitantibus: vel certè ab Oratorum clepsydra. ¶ Aquam cribro hausit, κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ, ἐπὶ ἰμπίνει: In aqua scribis, πρὸς ὕδωρ γράφεις: In aqua sementem iacis, εἰς ὕδωρ σπείρεις: Aquam in mortario tundere, ὕδωρ πολεῖν, & simi les paræmiæ, in eos quadrant qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, ἐφ' ὕδωρ κακός. In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos; propterea quòd antiquitus infames habebantur, multóq; omnium contemptissimi, qui litigatibus aquam subministrare consueuerunt. ¶ Aquam igni miscere, πῦρ ὕδατι μιγνύναι: inter prouerbia quibus ἀδυνάτῳ significamus, referendum est. Pugnat enim aqua cum igne Plutarch. in libello πρὸς πρῶτον ψυχρόν. ¶ Mitte in aquam, βάλε εἰς ὕδωρ. hoc est aufer è medio. Dicitur vel in hominem vel in rem exitio dignam. Tractum à supplicio quorundam qui in profluentem aut mare mittebantur. ¶ Aquam è pumice postulas, pro eo quod est, frustra ab alio petere, cuius ipse, à quo petas, maximè sit indigus. ¶ Cœno puram aquam, turbans, nunquam inuenies potũ, βορβόρῳ ὕδωρ καθαρὸν μεταποιῶν οὐκ ἐνεγκεῖν πώποτε. Dici solitũ, vbi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminat, amissis iis quæ sunt turpissima.

Aquula, diminutiuum ab aqua. ὑδάτιον. Cic. lib. de Orat. Quæ mihi videtur nõ tam ipsa aquula, quæ describitur, quàm Platonis oratione creuisse. Et lib. 2, Vbi non seclusa aquula teneatur, sed vnde vniuersum flumen erumpat. ¶ Est & Aquula Ptolemæo oppidum Hetruriæ: vnde Aquulenses, quos Aquenses vocat Plin. lib. 3. cap. 5.

Aquæductus, us, ui, ab aqua ducenda. ὑδραγωγία. Ital. *Acquedotto.* Gal. *Conduite d'eaue.* Hisp. *Aguaducho para traer agua.* ¶ Est enim aquarum deductio, hoc est quum alicunde aqua deriuatur, vt per cuniculos impositis canalibus alió inducatur, siue ad bibendum, siue ad irrigandum, vt est videre apud Iulium Frontinum in libro de Aquæductibus Romanorũ. Erat autè apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per subterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Vtriusque generis etiá hodie Romæ nõ pauca extant vestigia. Vipia. de Setuit. rust. præd. Seruiturgs tusticorũ prædiorum sunt hæ, Iter, actus, via, aquæductus.

Aquærlicium. Dicitur quum aqua pluuialis remediis quibusdam elicitur: quod in magnis siccitatibus aliquando factum creditur.

Aquæ niuales. mensæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur vt essent salubriores. ὕδατα νιφετώδη. Postea colonnatio & sacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Aquagium, quasi aquæ agium, Idem quod aquæductus, ὑδραγωγία, ὑδραγωγεῖον. Pomp. l. hoc iure. de aqu. quotid. Dum ne fundum domino, aut aquagium ruinosius deterius faciat.

Aqua interens, Morbus est, quem Græci Hydropen appellant: quum inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgescit. ὕδρωψ, ὑδρωπικός. Nonius,

Aqua interens, hydrops morbus, quasi aqua inter cutem. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A' Celso Aqua inter cutem appellatur. Ita enim habet ille lib. 3. cap. 21, Longus verò fieri potest morbus eorum, quos aqua inter cutem malè habet. Plinius vocat Aquam subter cutem fusam.

Aqualicus, pen. corr. Aluus, quò sordes defluunt. Item genus quoddam lati intestini, ex quo farcimina fieri solent. Apicius, Reple aqualicum, sic vt laxamentum habeat, ne dissiliat in coctura.

Aqualiculus, diminutiuum est ab aqualicus, Vas est in quo porci sorbent. ὑγρόφυον. Ital. *Aib o, albuolo da porci.* Ital. *Auge ou mangent les porceaux.* Hisp. *Baxo ò barriga, Dornajo donde comen los puercos.* ¶ Per translationem pro ventre siue aluo sumitur, tam occulta, quàm apparente, in quam sordes fluunt. Persius Sat. 1, -nugaris, quum tibi calue Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.

Aqualis, gen. masc. Genus vasis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & Martello dicitur, teste Varrone. ὑδρία. Ital. *Vrna.* Gal. *Eguiere, pot à eaue.* Hispa. *Iarro de agua para beuer.* ¶ Plaut. in Cure. Date isti sellam vt sedeat, & aqualim cum aqua.

Aquariola. Dicuntur lotrinæ, in quas lotura proiicitur: nec in culina tantùm, sed & in triclinijs, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Aquarioli. Dicuntur mulierum impudicarum sordidissimi affectæ. Festus. ἀκολουθητὴς πορνῶν νῦ. Ital. *Roffianelli.* Gal. *Maquereaux.* Hisp. *Alcahuetes.*

Aquariolum, siue aquarium, ὑδατοχεῖον. Locus in quem sordida aqua demittitur, qui & Lauarrina dicitur à lauando, & per syncopen, Latrina.

Aquarium, ij, Locus in flumine, aut alia quauis aqua, ad quem animalia potum aguntur. ὑδροπότιον, ὑδρεῖον. Ital. *Luoco da abbeuerare.* Gal. *Euuer, abreuoir.* Hisp. *Abrenadero donde beuen bestias.* ¶ Cat. cap. 1. Si poteris, sub radice montis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, boûmque ibi aquatium.

Aquarius, a, um, Quod ad aquam pertinet, ὑδατικός. vt, Cos aquatia, Res aquaria. Gell. Re aquaria defectos. Plin. lib. 34, Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies.

Aquarius, rij, Vndecimum signum Zodiaci, est proximum Capricorno, quod oritur x v. Calend. Februar. ὑδροχόος. Ital. *Acquario.* Gal. *Verſeau des douze signes du ciel.* Hisp. *Aguador.* ¶ Fabulantur Poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quem Iupiter, eius pulchritudine captus, ab aquila in cælum raptum, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquarius sulcus, Qui aquam educit. ἔνυδρος ὑδατικός. Colum. lib. 2, Crebrósque sulcos aquarios, quos, & nonnulli Elices vocant.

Aquaticus, ca, cum, Qui in aqua degit, ἔνυδρος, sicut Terrestris, qui in terra viuit. Plin. Terrestres & aquatici pisces.

Aquatilis, pen. cor. Idem quod aquaticus. ὑδατικός. Plin. lib. 9. c. 12, Aquatilium tegmẽta plura sunt. Cic. 1. de Nat. deo. Bestiarũ autẽ terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes.

Aquor, aris, verbum castrense est, Aquã haurio, siue aquam fero, ad vsum exercitus, vel alterius rei. ὑδρεύω, ὑδροφορέω. Ital. *Cauar' acqua, andar per acqua.* Gal. *Prendre eaue, se fournir d'eaue.* Hisp. *Ir por agua para el Real.* ¶ Curtius, Quum miles aquarum profectus esset. Virgilius. Sub mœnibus vrbis aquantur. Vide in dictione ADAQVO.

Aquatio, onis, verbale, Actus aquandi, hoc est aquam ad castra afferendi. ὑδρεία. Ital. *L'andare, l'andare à pigliar acqua.* Gal. *Puiſement d'eaue ou aport, abreuement.* Hisp. *El traer del agua para el real.* ¶ Cæs. 4. bel. Gal. Tamen sese non longius millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit.

Aquator, oris, Qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu, facit. ὑδροφόρος. Ital. *Chi va per acqua per fornire uno exercito.* Gal. *Porteur d'eaue, celuy qui fournit d'eaue au camp.* Hisp. *Aguador del real.* ¶ Cæs. 1. bel. Ciu. Hæc consultantibus, eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquatus, ta, tum, Aqua infusus. ὑδρωδής. Ital. *Adacquato, acquoso.* Gal. *Arrouſé d'eaue, ou on a mis de l'eaue.* Hispa. *Aguado.* ¶ vt Aquatum vinum. Interdum idem quod aquosus: vt, Lac aquatum. Plin. li. 28. ca. 9. Omne autem vernum aquatius æstiuo.

Aqueus, a, um, Quod ex aqua est. ὑδατώδης. vt, Color aqueus.

Aquosus, sa, sum, Quod copiam aquæ habet. ὑδατώδης. Ital. *Acquoſo, abondante d'acqua.* Gal. *Plein d'eaue, aqueux, fort humide.* Hisp. *Lleno de agua.* ¶ vt, Hyems aquosa. Colum. lib. 4. de ficis, Locis, inquit, frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces ferito. ¶ Huius compositum, & contrarium est Inaquosus. ἀνυδρος.

AQVAE AVGVSTAE, ὕδατα σεβαστά. Vrbs in Gallia Aquitanica, Ptolemæo. Hanc Vulgò *Baionam* vocant.

AQVAE CALIDAE, ὕδατα θερμά. Vrbs Britanniæ insulæ, Ptol.

AQVAE MORTVAE, Hodie vocatur oppidum Narbonensis prouinciæ, ad alterum ex Rhodani ostiis situm. Ptolemæus Marianas fossas appellat, à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ostreis (vt scribit Strabo) abundantem. De hac fossa vide Plinium lib. 3. cap. 4. & Melam lib. 2. & Strabonem lib. 4. Vulgò. *Aigues mortes.*

AQVAE SEXTIAE, ὕδατα Σέξτια Ptolemæo, Vrbs Galliæ Narbonensis, iuxta quam sunt aquæ calidæ, quæ ægros curare solentibus appellatæ à Sextio quodam Romanorum duce, qui perdomitis Salybus oppidum hoc extruxit. Autor est Strabo lib. 4.

Aquifolia, Species est ilicis, mespilum foliis referens, πυρακάνθου, ἢ πυρακάνθου. Theophrasto: vnde & Mespilus syluestris, μεσπίλος ἄγριος à nonnullis appellatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 13, & lib. 27. cap. 8.

AQVILA, Vrbis nomen est in Brutiis, ex ruinis Furconij antiquissimi oppidi à Longobardis ædificatæ. Volaterr.

Aquila, ἀετός. Ital. *Aquila.* Gal. *Aigle.* Hisp. *Aguila.* ¶ Regina auiũ, quam poëtæ Iouis alitem, eiusdémq; armigeram appellant, & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura, quia sola auium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniuentibus potest aspicere. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à Plinio, Melænaetos, quæ & valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Perenon Homerus, Latini Planeum, & Anatariam vocant: Percnopterus: Oneõs, & Haliæetus. ¶ Aquila non captat muscas, ἀετὸς δ' οὐ θηρᾶται μυῖας. quo significatur, summos viros negligere minutula quæpiam. Animus enim excelsus res humiles despicit. Aut egregiè do-

ctæ

Universidad de Deusto Biblioteca

gię docti nonnunquam in minimis quibuſdam labuntur. Et maximis occupati negotiis ad puſilla quædam conniuent. Eſſertur & citra negationem adagium, ἀετὸς μυίας οὐ θηρεύει, Aquila venatur muſcas, quoties magnis minima ſunt curæ. ¶ Aquila nubibus, ἀετὸς ἐν νεφέλαις: plerique interpretantur de re magna quidem illa, ſed quam non facile aſſequaris: alij de iis qui longe reliquis præcellunt. Ariſtoph. in Equit. ¶ Iupiter aquilam delegit, Ζεὺς ἀετὸν ἐξέλεξε. vbi quis aſciſcit ſibi præclaros, fuiſque rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix prouocat, ἀετὸν κορώνη ἐρεθίζει. Locus fuerit adagio ſi quando leuiuſculus quiſpiam homuncio qui nequit prodeſſe queat, neque lædere, maximis viris allatrat. ¶ Aquilæ ſenectæ, ἀετοῦ γῆρας. In ſenes dicebatur bibaces magis quam edaces. ¶ Aquila thripas aſpicient, ἀετὸς θρῖπας ὁρᾷ. De magnis qui puſilla negligunt. Eſt enim θρὶψ auicula minutiſſima, aut vermiculi genus. ¶ Aquilam teſtudo vincit, Accipi poteſt per ironiam: aut ſimpliciter, vbi quis potentiorem arte vincit: & quod viribus non poteſt, aſſiduitate conficit. ¶ Aquilam volare doces, ἀετὸν διδάσκεις πέτεσθαι. In eos competit qui monere quempiam conãtur in ea re, in qua quum ſit ipſe exercitatiſſimus, nihil eget doctore. ¶ Aquila præterea, ſydus cæleſte eſt, cuius ala dextera circulũ æquinoctialẽ attingit, ſiniſtra autẽ nõ longè à capite Ophiuchi videtur figurata. Roſtrũ eius à reliquo corpore diuidit circulus à Cancro ad Capricornũ peruenientes. Exoriente Leone, occidit: exoritur autẽ cum Capricorno. Habet in capite ſtellam vnam, in vtraq; ala vnã, & vnam in cauda. ¶ Eſt etiã Aquila, piſcis nomẽ ex genere planorum, quem & Græci ἀετὸν appellant: teſte Plin. lib. 9. cap. 24.

Aquilinus, a, um, {αἰετῶδης. Ital. *Aquilino*. Gal. *D'aygle*. Hiſp. *Aguileño, coſa de aguila*. {vt Aquilinæ vnguæ, Plaut. in Pſeud. An tu inuenire poſtulas quenquã coquũ, Niſi ſit miluinis & aquilinis vnguibus? Vbi Aquilinas vngulas dixit, pro manibus rapacibus, quales ſunt vngues aquilarum.

Aquiliferi. Dicti ſant ſigniferi in Romana militia, ἀετοφόροι: ab aquila, quã Romanis legionibus Marius in ſecundo Conſulatu ſuo proprie dicauit: fuitque tanquam princeps totius legionis ſignum. Cæſar. 3. bell. Ciu. In eo prælio quum graui vulnere eſſet affectus aquilifer. Habuerũt & Romani alia quatuor ſigna, videlicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ ſingulos ordines anteibãt. Item & dracones: vnde Draconarij. Poſtea tamen, repulſis cæteris, vnam ſeruauerunt aquilam.

Aquilegium, Aquæ collectio, & aquæductus. ὑδρεῖον. Plaur. Si pluet, aquilegio inuabo.

AQVILEIA, Ἀκυλεία. Vulgò, *Aquilea*. Carnorum metropolis, iuxta quã deſluit Timauus: à legendis aquis dicta. Martialis, Et tu Ledæo fœlix Aquileia Timauo. Plinius Aquileiam collocat in decima regione Italiæ. Fuit autem Romanorum colonia duodecies mille paſſibus à mari ſita. Ad eam flumine aduerſo onerariis nauigatur nauibus per Natiſonem fluuiũ. Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæpe ſcripſit: & Rufinus Græcè Latinéque eruditus, qui Ioſephum conuertit in Latinum, cuius archetypum eſt Mediolani in ſancti Ambroſij fano, Longobardis characteribus carioſiſſimis.

Aquilex, pen. cor. Qui aquam colligit, ducit, & proprie qui ſignis quibuſdam fontes nouit inueſtigare. {ὑδροσκόπος. Ital. *Colui che raccoglie l'acqua*. Gal. *Maiſtre Fontanier*. Hiſ. *El que coje agua derramada, ò el que conoce donde ay agua*. {Varro. At hoc pacto vtilior te Tuſcus aquilex. Plin. Subeſſe aquas credunt, & hoc habent ſignum aquileges.

AQVILIVS, Ἀκύλιος. Cognomẽ Iuriſconſulti, factum à colore ſubnigro.

AQVILO, pen. cor. Ventus Septentrionalis, frigidus & ſiccus, ita dictus à vehementiſſimo volatu inſtar aquilæ. {βορέας. Ital. *Aquilone, Borea*. Gal. *Le vent de Biſe, vent de Septentrion*. Hiſp. *Regañon, viento entre Norte y Solano*. {De hoc ſcribit Ouid. lib. 6. Metamor.

Aptus mihi vis eſt, qua triſtia nubila pello,
Et freta concutio, nodoſas que robora verto,
Indurõque nines, & terras grandine pulſo.
Idem ego quum fratres cælo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliántque cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego quum ſubij conuexa foramina terræ,
Suppoſuique ferox imis mea terga cauernis,
Solicito manes, torũmque tremoribus orbem.

Flat autem hic ventus, teſte Plin. lib. 2. ca. 47, inter Septentrionem & ortum ſolſtitialem, è regione Cauri.

Aquilonaris, re. adiect. βόρειος. Cic. de Nat. deo. Sed etiam regio, quę tum eſt Aquilonaris, tum Auſtralis.

Aquilonius, a, um, vt Loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin. lib. 27. cap. 13. Omnes verò herbæ vehementiores effectu viribuſque ſunt in frigidis locis, vt in Aquiloniis.

Aquius color, Fuſcus & ſubniger. Ab aqua. {ὑδατώδης χρῶμα. Ital. *Foſco, alquanto negro*. Gal. *Brun, tirant ſur le blanc & ſur le noir*. Hiſp. *Vn poco negro*. {Nam quum antiqui duos omnino naturales colores noſcerent, album ſcilicet & nigrum, interueńit is quoque qui ita neutri ſimilis eſt, vt taſcilicet & nigrum, proprietatem trahat: quem potiſſimùm ab aqua nominauerunt, cuius incertus eſt color. Plaut. in Pœnu. Statura haud magna, corpore aquilo. Suet. in Auguſt. Naſum à ſummo eminẽtiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidúmque.

Aquiminarij, Dicuntur omnia vaſa deferũdis aquis deputata. ὑδρεῖα. Florentinus Iuriſconſultus li. 34. Digeſt. Nam & pelues argẽteas, & aquinarios argenteos in ſupellectili eſſe non dubitatur.

AQVINVM, Ἀκουῖνον Ptolemæo, Vulgò *Aquino*. Oppidum eſt Latij, aut (vt aliis placet) Campaniæ. Cic. 2. Phil. Quũ Romã proficiſcens ad Aquinum accederet, obuiam proceſſit magna ſanè multitudo.

AQVIS GRANVM. Germaniæ nobiliſſima ciuitas, prius Vegerra dicta. Caroli Magni ſepulcro nobilitata. Vulgò *Aquiſgrano*.

AQVITANIA, Ἀκουϊτανία. Regio, & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Vulgò *Guienne*. Hæc à Circio Oceanũ habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur: ab Occaſu Hiſpaniam: à Septentrione Lugdunẽſem prouinciam: à Meridie Narbonẽſem. In ea Tholoſa, & Burdigala ciuitates. ¶ Hinc Aquitanus, na, num: vnde Aquitani populi, Ἀκουϊτανοί.

AQVITES, pen. cor. Sacerdotis nomen apud Phaſidem. Val. Flac. lib. 6.

-magnique ſacerdos Phaſidis actois Aquites errabat in agris.

A ante R.

Ara, Quaſi anſa, vt Varroni placet, dicta eſt à tripodibus, quòd ſacrificãtes anſas tenebant: vel potius, quia precantes manibus aras apprehenderent. {βωμός. Ital. *Altare*. Gal. *Autel*. Hiſp. *Ara, ò altar*. } Hinc Virg. 4. Aeneid. Talibus orantem dictis, arãſque tenentẽ Primò ergo Aræ dictæ, deinde commutatione literarum, aræ. Sunt qui aras ab ardendo deriuent, quòd in his victimæ adolerentur. Alij ab ἀρήσασθαι, quod eſt oro. {vnde & ἀρὰ oratio dicitur, } quòd in ſacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Vnde celebratur nobilis illa Periclis ſententia, Ad aras vſq; me amicum eſſe oportere: qua ſignificatur, neminẽ amici cauſa aut peierare, aut quippiã inhoneſtũ facere oportere. ¶ Quibus nec ara neque fides. Ariſtoph. οἷς οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔτε ὅρκος μέτα id eſt. Queis nec ara nec fides nec vlla iurãti fœdera. De vehemẽter perfidis. Dictũ eſt in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides. ¶ Tãquam ad aram confugere, prouerbiali figura dicimus quũ extremũ refugium intelligi volumus. Inde ſumptũ, quòd olim qui extrema neceſſitate vrgebantur, ad aras deorum ſolerent confugere, vnde nefas erat quemquam extrahere. Cicer. vſus eſt hoc prouerbio, in Orat. pro Roſc. lib. 3. de Natur. deor. & 4. act. in Verr. & Plaut. Moſtel. ¶ Pro aris focíſque dimicare dicimur quum nobis de re chara ſetiáque certamen eſt ineũdum, ſortitque animo pugnãdum. ¶ Eſt etiam Ara ciuitas, Arabiæ regia, necnon & inſula Arabiæ adiacens, vt ſcribit Ptolemæus. Habet autem hoc nomen priorem ſyllabã productam. Hara autem cum eandem corripit, & ſignificat porcorum, ſeu ſuium ſtabulum. ὑφορβεῖον. Ouid. in Epiſt. Penelopes ad Vlyſſem, Tertius immundæ cura fideiis haræ. De hoc plura ſuo loco.

Arabarches, ἀραβάρχης. (vt pulchrè oſtendit Alciatus lib. 1. Prætermiſſorum. Dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Aegyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia ἀραβαρχία vocatur. Super hac re extat Conſtitutio Val. Grac. Theod. Imp. in hæc verba, Vſurpationem totius licẽtiæ ſubmouemus circa vectigal arabarchiæ, per Aegyptum atque Auguſtaneam conſtitutum, nihilque ſuper tranſductione animalium vendicari permittimus. Hinc facile intelligi poteſt ſententia horum verſuum apud Iuuenalem, Atque triumphales inter quos auſus habere Neſcio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches. Inuehitur enim in T. Alexandrum natione Aegyptium, quem Araharchen vocat, hoc eſt Aegyptiũ publicanum.

ARABIA, Ἀραβία. Regio inter Iudæam & Aegyptum, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus Arabiam interpretatur, ſacram. ¶ Eſt autem triplex Arabia, ſecundum Plin. lib. 2. Vna fœlix, Εὐδαίμων Ἀραβία: altera Petræa, πετραία: tertia deſerta, ἐρημία: de quibus plura in dictione ſequenti. In Arabia eſt mons Sina, qui & Oreb, in quo Moſes legem accepit. In eadem & Phœnix auis naſcitur & Sardonix gẽma. ¶ Arabia Petræa, ἀραβία ἡ πετραία. Sic dicta à Petra veteriſſimo oppido, pars illa Arabiæ, quæ eſt Aegypto Iudææque confinis. Autor Ptolemæus. Straboni ac Plinio alio nomine Nabathæa dicitur. ¶ Poſt Petræam, ſequitur alia Arabiæ pars, Arabia deſerta Ptolemæo vocata, Straboni autem Scenitis, Σκηνῖτις καλουμένη, quòd gẽs vaga & ſine ædificiis in tentoriis habitet. Hæc à Meridie montibus Arabiæ Fœlicis cincta eſt, à Septentrione Meſopotamiam habet, ab Occidente Petræã. ¶ Cauam arabiam ſerere, τὴν κοίλην Ἀραβίαν ἀροῦν. Pro fruſtra ſudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam ſumere. Lucia. in Apologia. ¶ Arabia Fœlix Meridiem verſus, inter duos ſinus Arabicum, & Perſicum, veluti peninſula excurrit, fluminibus ſcatens: quæ, vt Strabo ſcribit, bis quotannis, vt India, ferítur ob fœcunditatem. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Arabs, bis, ἄραψ. Gentile nomẽ eſt, quo is ſignificatur, qui ex Arabia ortum traxit. Virg. 8. Aen. -omnis eo terrore Aegyptus, & Indi, Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Arabius & Arabicus, ἀραβικός, adiectiua, vt arabicus odor, Plaut. Merca. Virg. lib. 7. Hircanique Arabique parant. Proper. Nec ſi qua Arrabio lucet bombyce puella, vbi metri cauſa legendum eſt Arabio. ¶ Arabius tibicen Ἀραβικὸς αὐλητής: aut, Arabius nuntius, Ἀραβικὸς ἄγγελος. In eos dici ſolitum, qui à ſemel cœptis nũquam deſiſtunt. Adagium hinc natum exiſtimant, quòd olim ſola mancipia muſicam exercerẽt, quæ plerunque ex Arabia producebantur. Citatur ex Menãdro, illiúſque meminit Iul. Pollux.

Arabicè, Aduerb. vt Arabicè olere, id eſt bene olere, & odoribus Arabicis. ἀραβικὴν ὄζειν.

Arabilis, Vide ARO.

ARABVS, Ἄραβος. Apollinis fuit filius ex Babylone, vt inquit Plin. lib. 7. cap. 56, quem medicinæ artis quidam voluerunt extitiſſe repertorem. ¶ Eſt & Arabus lapis, teſte Plin. lib. 36. cap. 21, eburnei candoris, qui in puluerem redactus, aptiſſimus eſt dentifricijs.

ARACHNE, ἀράχνη. nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio auſa fuiſſet cum Pallade certare, victrice dea percuſſa radio, in araneam eſt commutata. Verum hoc à poëtis fictum eſt. Conſtat enim, autore Plinio, Arachnẽ linum & retia inueniſſe: Cloſterem autem filium eius fuſos in lanificio. Suidas ſcribit ἀράχνιον filũ eſſe & licium tenuiſſimũ: ἀράχνη fœminini generis, telam, ſeu texturam: maſculino genere ἀράχνης, puſillum animal ita dictum, quòd rara molliáque habeat veſtigia.

ARACHOSIA, Ἀραχωσία. Regio eſt Scythiæ Aſiaticæ. Drangianis, & Gedroſiis finitima: cuius præcipuæ ciuitates ſunt Alexandria, & Arachotus. Ἀραχωτός, quæ regioni nomen dedit. Vide Strabo. lib. 11, & Ptolem. lib. 6. cap. 20.

ARACHTHVS, ἀράχθος, Fluuius eſt Epiri non procul à Nicopoli, in ſinũ Ambracium influens. Meminit huius fluuij Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolemæus lib. 3. cap. 14.

Araciæ ficus, Dicuntur albæ, pediculo minimo, latiſſimæ, de quibus Pli. lib. 15. cap. 18.

ARACYNTHVS, Ἀράκυνθος, Mons eſt Acarnaniæ, teſte Plinio lib. 4. cap. 2. ¶ Eſt & alter in Attica mons eiuſdem nominis: de quo Virgilius 2. Aeglo. Amphion Dircæus in Arctũro Aracyntho. Sunt tamen qui putent ibi Virgilium perſonæ paſtoritiæ rationem habuiſſe: videóque in Attica montem collocaſſe, qui re vera eſt in Acarnania: cuius generis

pleraque etiam apud Theocritum animaduertimus. Stephanus præterea Aracynthium in Bœotia collocat: à quo Mineruam Aracynthiam dictam scribit.

ARADVCA, ἀραδοῦκα, Vrbs Lusitaniæ, quæ vulgò ab Hispanis *Arzua* dicitur. De hac Ptole. lib. 2. cap. 5.

ARADVS, ἄραδος &. Insula est, siue potius vrbs in petra sita, habens in ambitu septem circiter stadia, distans à Phœnice, cui adiacet, viginti stadiis. Estque, vt tradit Strabo lib. 16, vna ex Phœniciæ vrbibus, quę Tripolim efficiunt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Huius etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 30. In Phœniceo, inquit, mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua obiectam Andromedam beluæ ferunt, iam dicta Arados inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (vt autor est Mutianus) è fronte dulcis aqua tubo coriis facto vsque à vado trahitur. E regione huius insulæ, ad Meridiem, vrbs est huic opposita, quæ olim Antarados, hodie *Tortosa* vocatur.

ARAE FLAVIAE, Vrbs Germaniæ, non procul à Danubio fluuio, quam Germani sua lingua *Nordlingen* vocant.

ARAETHYREA, ἀραιθυρία. Regiuncula est Achaiæ propriè dictæ, postea Asophis dicta, vrbem habēs eiusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat, ἀραιθυρέα ἐρατεινὴν eam appellans. De hac Plin. lib. 4. cap. 5, & Strabo lib. 8.

ARAGVS, ἄραγος &. Fluuius Massagetarum agrum irrigans: cuius meminit Strabo lib. 11.

ARAMEI, Teste Pli. lib. 6. cap. 17, ab antiquis dicti sunt Scythæ, alio nomine Sacæ à Persis appellati.

Aranea, æ. ἀράχνη. Ital. *Tela de ragni, ragnatela.* Gal. *Toile d'araigne, araignée.* Hisp. *La tela arãna que hazẽ el arañe.* ¶ fœminino genere, Tela seu rete araneorum. Ouid. 4. Meta -non illud opus tenuissima vincant Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno. ¶ Repetitur quandoque tamen Aranea pro ipso animali. Virg. 4. Georg. Laros in foribus suspēdit aranea casses. Ouid. 6. Meta. Stamen & antiquas exercet aranea telas.

Aranens, nei, Animal culum ex genere insectorum, quod Græci ἀράχνιον appellant. Ital. *Ragno, aragna.* Gal. *Araigne.* Hisp. *Aranha.* ¶ Huius multa sunt genera: vnum tamen præcipuum, nullíq; incognitum, quod miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. in Asin. Iussin' columnis deiici opera araneorum? Idem in Sticho, Vt operam omnem araneorum tergam, & texturam improbem, deiiciámque eorum omnes telas. ¶ Sunt & ex araneorum genere Phalangia, Italiæ ignota (vt scribit Plin. lib. 29. ca. 4.) quorum noxij morsus, corpus exiguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, quas vide apud eundem loco iam citato. Sunt & alia araneorum genera, quæ latius explicat idem Plin. lib. 11. cap. 24. ¶ Araneatum telas texere, τὸ ἀράχνια ὑφαίνειν, est in re friuola, nullíúsque frugis infinitum atque anxium capere laborem. Refertur à D. Basilio initio enarrat. Hexamer. ¶ Est præterea Araneus, vitium peculiare vitibus & oliuis, quũ veluti telæ inuoluunt fructum, & absumunt. De hoc Plin. lib. 17. ca. 24. ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: de quo Plin. lib. 9. cap. 48, & lib. 32. cap. 11. ¶ Araneus mus, Animal est ex genere mustellarum, morsu venenato: quod si orbiram transierit, statim emoritur. μυγάλη. De hoc Plin. lib. 8. cap. 58, & Aelianus lib. 8. cap. 39.

Araneolus, cum accentu in antepen. diminut. est ab Araneus. ἀραχνίδιον. Virg. in Cul. Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum.

Araneosus, a, um, Araneatum faciem habens. ἀραχνοειδὴς. Ital. *Pieno de ragni, simile à tele di ragno.* Gal. *Araigneux, plein d'araignes, semblables aux toiles d'araignes.* Hisp. *Lleno de arañas ò telarañas.* ¶ vt, Araneosus caulis. Plin. lib. 21. cap. 15. Huic similis est spina illa quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò follis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis. lib. 24. cap. 12.

ARARIS, pen. cor. & per apocopen Arar, ἄραρ, Fluuius Galliæ Lugdunẽsis, à monte Vogeso per fineis Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Luc. lib. 6, -Rhodanúmq; fluentem Præcipitauit Arar. Hodie *Saona* dicitur. ¶ Alius est ab eo qui per Heluetios lapsus, hodie Arola, vulgò *Ar*, dicitur.

ARARVS, ri, ἄραρος &. Fluuius Scythiæ Europææ, in Istrum influens: cuius meminit Herod. lib. 4.

Aratio, Aratiuncula, Arator, Aratro, Aratrum, Vide ARO.

ARATOR, Poëta Christianus, Romanus Subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta hexametro versu conscripsit, vt notat Volaterranus.

ARATVS, ἄρατος &, Poëta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cuius Phænomena extant Græcè, & Latinè à Cicerone adhuc adolescente versa. ¶ Fuit & alter Aratus, dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam à tyrannide liberauit: de quo Cic. 3. Offic.

ARAVRIVS, ἀραύριος &. Ptolemæo, vel (vt Straboni placet) Rauraris, Fluuius est Galliæ Narbonensis, non procul à Massilia.

ARAVSIO, Ciuitas est Galliæ Narbonensis, prope Auenionem, principatu nobilissimo insignis, vulgò *Aurange*. Huius oppidi meminit Plin. lib. 3. cap. 4, & Strabo lib. 4.

ARAXES, ἀράξης, Fluuius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniámque ab Atropatia diuidens. De hoc sic scribit Pompo. lib. 3, Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniæ secat, iabitur placidus, neque in vtram partem eat, quan quam intueari, manifestum. Quum in asperiora deuenit, hinc atque illinc rupibus pressus, & quanto angustior, tantò magis pernix. Frangit se subinde ad opposita cautium: atque ob id ingẽti cum murmure, sonánsq; deuoluitur, adeò citus, vt quà ex præcipiti casurus est, in subiectam non declinet statim vndam, sed vltrà quàm canalem habet, euehat plus iugeris spatio, sublimis, & aquis pendentibus semetipsum sine alueo ferens. Deinde vbi incuruo, arcuatóque amne descendit, fit tranquillus, iterum per campos tacitus, & vix fluens, in littus elabitur. Hæc ille. Meminit huius fluuij & Plin. lib. 6. cap. 9.

ARAXVM Plinio, ἄραξος &. Ptolemæo, Promõtorium in occidua parte Peloponnesi non procul à Patris. Vide Pli. lib. 4. cap. 5, & Ptole. di. 3. ca. 6.

ARBA, ἄρβα. Plin. lib. 3. cap. 21. Insula est ante Illyricum. Ptolemæus verò lib. 2. cap. vlti. Arbam ciuitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illyrico adiacens.

Arbilla aruina, Id est pinguedo corporis. Festus.

ARBII, ἄρβιοι ἀρίστοις Stephano. Populi sunt Indis finitimi, non procul ab Arianis, & Gedrosiis: ita dicti ab Arbi vicino fluuio. Recensentur à Plio. lib. 6. cap. 23.

ARBIS, ἄρβις. Fluuius est in finibus Carmaniæ, non procul ab Arianis & Gedrosiis: à quo vicini populi Arbij, ἄρβιοι, dicũtur. Vide Pli. lib. 7. ca. 2.

Arbiter, tri, pen. cor. Iudex non à lege datus, sed ab iis qui litigãt, lectus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando, id est existimãdo. ¶ διαιτητὴς. Ital. *Giudice arbitro.* Gal. *Arbitre.* Hisp. *El juez arbitro ò arbitrario.* ¶ Eius enim officium est iudicare, non prout iuris sit, sed pro vt ipse æquum esse existimet. Iudex verò ex officio dictus est. Terent. in Heaut. Simo & Crito vicini hîc ambigunt de finibus, Me cœpere arbitrum. Cæsa. 3. bell. Ciui. De his rebus quum ageretur apud Cæsarem, ísque maximè vellet pro communi amico atque arbitro controuersias regum componere. ¶ Legitur & fœmininum Arbitra. Ambrosius lib. 1. Officio. Conscientia vera atque incorrupta, pœnarum, præmiorúmque arbitra.

Arbitrarius, Dicitur quod alicuius arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorũ more, qui totius controuersiæ suo arbitrio finiendæ potestatẽ habent. ¶ αἰρετὸν ἀμείβον. Ital. & Hisp. *Arbitrario.* Gal. *Arbitraire.* ¶ Illi enim nõ ad summum iuris rigorem, sed quod ipsis æquissimum videretur, solent decidere. Vnde Arbitraria pœna dicitur, quæ non lege statuta est, sed iudicis arbitrio relicta. Martianus, Quam celebrem coperẽt, fictor arbitrarius variabat. Plautus in Amph. Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.

Arbitratus, us, Arbitrium, voluntas, opinio. ¶ Ἡγεμὼν. Ital. *Parere, volunta.* Gal. *Arbitrage, auis & opinion.* Hisp. *Parescer, Voluntad.* ¶ Plaut. Amph. Mane, arbitratu tuo iusiurandum dabo. Cice. in Læl. Cuius disputationis sentẽtias memoriæ mãdaui, quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Arbitrio, siue Arbitratiè, aduer. κατὰ διαιτητὴν. Idẽ quod pro arbitrio, hoc est pro voluntate. Plaut. Pœn. Nunc pol ego perij certò, haud arbitrariò.

Arbitrium, trij, Sententia est quæ ab arbitrio statuitur. ¶ διαίτη. Ital. *Sentenza arbitraria.* Gal. *Sentence d'arbitre, arbitrage.* Hisp. *sentencia des juez arbitrario.* ¶ Interdum dicitur potestas arbitro data. Vnde Arbitrium suscepisse dicitur, qui partes iudicis suscepit. Cice. in proœmio Offic. Iudicio, arbitrióque nostro, quantum quoquo modo videbitur, hauriemus. ¶ Interdum idem est quod opinio siue voluntas. γνώμη, τὸ αὐτὸ ξυνετὸν: vt, Omnia pro meo arbitrio facio, id est vt mihi videtur, & vt opinor faciendum. Cicer. 1. de Fin. ad arbitrium suum scribere.

Arbitror, traris, pen. corre. Existimo, censeo. ¶ οἰήσομαι. Ital. *Giudicare, pensare, estimare.* Gal. *Arbitrer, donner sentence par arbitrage, penser, cuider, estimer.* Hisp. *juzgar como arbitro, pensar.* ¶ Cice. 6. Verr. Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Terent. Hæcy. Neque enim quenquam esse arbitror. ¶ Interdum accipitur pro speculari, κατασκοπεῖν, & inquirere, seu auscultare. Plautus in Aulul. Hinc ego huc & illuc potero, quid agant arbitrarier. ¶ Apud Iurisconsul. Arbitrari, pro iudicare ponitur, & litem arbitrio finire: quod & διαιτεῖν à Græcis dicitur. Vlpianus de receptis arbit. Siquis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quò minus arbitretur, pœna committetur.

ARBOR, Piscis est in Oceano Gaditano, tam vastis dispansus ramis, vt freetum nunquam ingressus credatur. Autor Plin. lib. 9. cap. 4.

Arbor, oris, notæ significationis nomen: cuius appellatione cõtinentur plantæ maiores, & dissolutu contumaces, quæ simplici candice, ramisque brachiorum more porrectis assurgunt: cuiusmodi sunt olea, vitis, quercus, & similes. ¶ δένδρον, καὶ δένδρεον τό. Ital. *Albero, arbore.* Gal. *Arbre.* Hisp. *Arbol.* ¶ Plinius in proœm. li. 12, Summúmque munus homini datum, arbores, syluæque intelligebantur. ¶ Dicitur & Arbos in nominatiuo. Virg. 4. Georg. Obuiáque hospitiis teneat frondentibus arbos. Hinc Festus, Arbosem pro arbore antiqui dicebant, & Robosem pro robore. ¶ Arborem fici, sicut Arborẽ ficum dici posse, ostendit Colu. lib. 6. quum ait, In serobem fici arbusculam deponito. Ibidẽ, Tum arborem fici detrunca. Cice. pro' Flacco, Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Quod est contra Laurentium Vallam. ¶ Annosam arborem transplantare, γεγονὸν μεταφυτεύειν. In eos dicitur qui sero atq; exacta iam ætate conantur dediscere quibus diu iuuenes assueuerint. Aut simpliciter de iis quæ frustra molimur. ¶ Post folia cadent in te arbores. Quoties admonebimus, leuiores iniurias siquis ferat, sequi atrociores: Veluti arborũ decidua folia negliguntur: verùm aliquando fit vt ipsæ arbores putres in caput subiecti decidant. Plaut. Mench. ¶ Arbore deiecta quiuis ligna colligit, Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλλέγεται. Siquem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, quisque quod potest diripit: iam enim sibi putant impunè fore. ¶ Generosioris arboris statim planta cum fructu. Quo id innui videtur, egregia benéque nata ingenia, statim matureſcere, & ad frugem peruenire.

Arborarius, a, um, adiect. δενδρώδης: vt, Arborarius picus, δρυοκολάπτης, qui in arboribus nidificat. Plin. lib. 30. cap. 16, Eo vsque qui arborarij pici rostrum habeant. Arboraria falx, apud Catonem cap. 11.

Arborator. Nomen verbale, ab Arboro, ras, quod significat eum qui arbores putat: qui & Frondator dicitur. ¶ δενδροτόμος &. Ital. *Potatore d'alberi.* Gal. *Celuy qui plante, esmonde & cultiue les arbres, jardinier.* Hisp. *El que corta los arboles.* ¶ Plin. lib. 18, Frondem medio die arborator ne cædito. Colu. lib. 11. cap. 3, Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus solsor, aut fœmisector, nec minus arborator & vinitor.

Arborescere, Arborem fieri, vel in arborem crescere. ¶ δενδρώδης. Ital. *Farsi albero.* Gal. *Deuenir arbre, croistre en arbre.* Hisp. *Hazerse poco à poco arbol, arboleçer.* ¶ Plin. lib. 19, Tradunt autores, in Arabia maluas septimo mense arborescere.

Arboretum, δενδρών. Vide paulò pòst in dictione ARBVSTA.

Arboreus, rea, reum, Quod est arboris. ¶ δενδρώδης &. Ital. *D'arbore.* Gal. *D'arbre.* Hispani. *Cosa de materia de arbol.* ¶ Virgilius lib. 1. Georgi. Arborei fœtus alibi.

Arbuscula, diminutiuũ ab Arbor. ¶ δενδρίον. Ital. *Arboscello.* Gal. *Arbrisseau, petit arbre.* Hisp. *Pequeño arbol.* ¶ Varro lib. 3. de Re rusti. In eo arbusculas esse

esse oportet, quæ ferant glandem. ¶ Significat etiam machinulam, quæ Græce ἀγωγεὺς dicitur, in qua versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis: de qua Vitruu. lib. 10. cap. 17. ¶ Arbuscula, præterea nomen est mulieris cuiusdam mimæ. Horat. 1. Serm. Satyr. viti. -nam satis est equitem mihi plaudere, vt audax, Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.

Arbusta, Loca consita arboribus vitiferis, hoc est vlmis, populis, vel similibus, in quibus vites extendi solent, vel ipsæ etiam arbores vitibus consitæ, & in ordinem digestæ. {φύτευσις, ἀμπέλων. Ital. *Luoghi doue sono molte alberi, arborate, brusle.* Gal. *Boscage, ou bois, lieu planté d'arbres ou se nourrit & croit la vigne appuyée d'iceux. pepinere.* Hisp. *Arboledas de arboles.* } Col. lib. 5. cap. 5, Qui vineam vel arbustum constituere volet, seminaria prius facere debebit. Docet etiam Plinius quomodo arbustum sit faciendum. ¶ Rursus arbustum, Locus est in quo arbores sunt ad fructum consitæ, sicut Salictum, vel Salicetum, in quo sunt salices. Hoc & Arboretum aliqui vocant. Gell. lib. 17. cap 2. Conualles, inquit, & arboreta magna erant. ¶ Arboreta ignobilius verbum est, Arbusta celebratius.

Arbustiuus, a, um, adiectiuum: vt, Arbustiuæ vites, quæ arboribus applicantur, & in sublime procedunt. ἀναδενδάδες, δενδρίτιδες. Pallad. Locum, quem arbustiuis vitibus destinabis implere. Colu. de arboribus ca. 16. Arbustiuam vitem, quàm putare, tam alligare diligenter oportet.

Arbusto, stas, Agrum arboribus consero ad maritandas vites. {δενδρεύω. Ital. *Piantar' alberi per sostegno delle viti.* Gal. *Complanter d'arbres, garnir d'arbres pour soustenir la vigne.* Hispa. *Plantar arboles para vinas.* } Plin. lib. 17. cap. 23. Transpadana Italia, præter supradicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, arbustat agros.

Arbutus, penul. cor. Arbor folio citro similis, sed taris frondibus, cuius fructus Arbutum, seu vnedo vocatur. {κόμαρος. Ital. *Corbe Zolo, albatro.* Gal. *Arbosier.* Hisp. *Madroño, arbol conocido.* } Hæc arbor in Arabia exere scit in altitudinem 50. cubitorum. Virg. Aegl. 7, Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.

Arbutum, Pomum rubrum syluarum, quod Plinius vnedonè vocat, quòd asperitate sua pluta edi non possint. {κόμαρον. Ital. *Corbe Zolo.* Gal. *Arbousse, fruis d'arbosier.* Hisp. *Madroño.* Virg. lib. 2. Georg. Dant arbuta syluæ. Duo eius traduntur esse genera, Comaron, & Memecylon. De quo vide pluta apud Plin. cap. 24. lib. 15.

Arbuteus, a, um, Ex arbuto factum. {κομαρέος. Ital. *Cosa fatta di corbe Zolo.* Gal. *Qui est d'arbosier.* Hisp. *Cosa de madroño.* } vt, Arbuteæ crates, & Arbuteæ virgæ. Virg. 1. Georg. Arbuteæ crates & mystica vannus Iacchi. Idé 11. Aeneid. -& molle pheretrum Arburis texunt virgis.

Arca, cæ, Scrinium, capsa. {κιβωτός. Ital. *Arca, cassa.* Gal. *Coffre, huche, arche.* Hisp. *Arca ò caxa de guarda.* } ab arcendo dicta: vt inquit Varro lib. 4. de ling. Lat.) quòd ab ea clausa arceantur fures. Cic. in Parad. Animus hominis duces, non arca, appellari solet.

Arcula, diminutiuum, Parua arca. { κιβώτιον. Ital. *Cassetta.* Gal. *Cassette, petit coffre ou huche.* Hisp. *Arquilla, ò pequeña caxa.* } Cic. 2. Offic. Præmittebatq; de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, & nequod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. ¶ In auspiciis quoque Arcula dicebatur, teste Festo, auis, quæ aliquid fieri vetabat: ab arcendo nomen habens, quòd consulétem à re aliqua aggrediunda arceret, hoc est prohiberet. ¶ Est & arca vrbs Cœlesyriæ, antiquum adhuc nomen inter Barbaros retinens: cuius meminit Ioseph. lib. 5. Antiq.

ARCADIA, Ἀρκαδία. Peloponnesi regio intima, à mari vndique remota: ab Arcade Iouis filio ex Calisto Lycaonis Arcadiæ regis filia, sic appellata. Hæc, vt Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia à Pelasgo rege magno, sapiente viro, qui vitæ cultioris autor eis fuit, & victum ex stirpibus herbarum arborúmque frondibus transtulit ad glandem, maximéque ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantis, & aliquando Parrhasia dicta est, teste Stephano. Arcas autem quum Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plinius hanc vniuersam, veluti pensante equorum incursus natura, in montes 76. attolli. Habet hæc regio asinos procerissimos, qui ob corporis magnitudinem in prouerbium abierunt. Habet & lapidem asbestou, hoc est inextinguibilem. Oppida eius præcipua sunt Mantinea, Tegea, & Stymphalus. Montes Pholoë, Cyllene, Lyceus, Mænalus, & Nonacris. Fluuij Ladon, & Erymanthus. ¶ Arcadiam me postulas. Ἀρκαδίαν με αἰτεῖς. Diogenianus Prouerbij duplicem ostendit vsum. conuenit enim vel in magna, vel in vtilia petenté. Herodot. lib. 1. innuere videtur natum ex Oraculo.

Arcadicus, ca, cum, Ἀρκαδικός. Quod est ex Arcadia: vt, Arcadici mores. Arcadicum pecus, Arcadicum germen, Ἀρκαδικὸν βλάστημα. De grandibus & ignauis dici solitum. Arcades enim olim malè audierunt ob stuporem ingenij.

Arcas, cadis, Ἀρκάς. Nomen Iouis filij ex Calisto, à quo Arcades originem ducunt. ¶ Est & gentile ab Arcadia. Ouid. 5. Fastor. Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur. ¶ Arcades imitantes, Ἀρκάδας μιμούμενοι. Zenodotus indicat dictum in eos qui aliis non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quod comœdias à se cõscriptas aliis edendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quòd Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis suóque ritulo nũquam hostem vllum superarunt: verùm alij suppetias ferentes, persæpe. Vnde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi.

Arcadius, a, um: vt, Arcadius deus, pro Pane, apud Propertium. Arcadium sydus, Vrsa, vel Arctos. Senec. in Oedipo.

ARCADIVS, Ἀρκάδιος, Theodosij filius, Romanorum imperator fuit cũ Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de Syntaxi conscripsit. Suidas.

Arcanum, Dicitur secretum, absconsum, occultum, ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent. {ἀπόρρητον. Ital. *Secreto.* Gal. *Vn secret, chose secrette.* Hisp. *Secreto y guardado.* } Potest & ab arce dici, quæ tutissima pars vrbis est. Virgil. 1. Aeneid. Longius & volnens, fatorum arcana mouebo. ¶ Qui continet arcanum. Conuenient in eum qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effutit. Sumptum est ex Homeri versu, Odyss. φ. -τῷ οἵ κλῆς ἐν χερσὶ κεῖται πολυδαίδαλος, id est, huic pennis dicta erebant. ¶ Arcanè, & Arcanò, aduerbia, ἀπορρήτως, κρυφαίως. Columel. lib. 3. cap. 2, Sed de hac sententia, quanquam & ipse paulò antè id censuerim, quid tamen Arcanius iudicem, suo loco mox dicam. Cæsar 1. bel. Ciui. Ipse arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur.

Arcanus, a, um, adiectiuum. {ἀπόρρητος, κρυφαῖος. Ital. *Secreto.* Gal. *Secret, cache.* Hisp. *Cosa secretta y guardada.* } vt, Arcanus homo, qui quæ audit, tacet, & continet optimè. Plaut. Caue sic dixeris me dixisse hoc. P. Dixisti arcano satis. Arcanus sensus. Virg. 4. Aenei. -solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

Arcatus, Vide ARQVATVS.

Arcella, Videri potest diminutiuum ab Arcera, de qua infrà. Vnde Arcellæ vitis quæ in formam arceræ disposita est. Colum. lib. 3. cap. 21. de distinctis generibus vitium loquens, Hinc pares his hęluolæ respondent, illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ basilicæve conueniunt. Fortassis arcellatæ legendum vt cap. 2. Vnam etiam præcocem vitem, nobis ante hoc tempus incognitã, Græca consuetudine Dracontion vocari comperimus, quæ fœcunditate iucunditatéve arcellatæ, basilicæque, & Biturieæ cõparari possit, generositate vini, Amineæ. Et paulò antè, Omnium quas cognouimus, copiosissima arcellata.

Arceo, es, cui, Sine supino vsitato. (Nam arcitum non dicimus: licet in compositis Exercitum dicamus, & Coërcitũ) Idem fere est quòd propulso, abigo, & propriè, prohibeo ne accedas. {κωλύω, ἀπείργω. Ital. *Stare discosto, rimuouere, impedire.* Gal. *Garder d'approcher, chasser, empescher.* Hisp. *Estreñir, arredrar, apartar de lugar.* } Cic. in Catil. Tum tu Iupiter hunc à mœnibus vrbis arcebis. Idem 4. Philip. Brutus illum non vt consulem recepit, sed vt hostem arcuit. ¶ Aliquãdo legitur pro stringo, siue coërceo. Virg. 2. Aenei. Teneras arcebant vincula palmas. ¶ Arcere vim hostium, est vim vi propulsare, & operam dare ne noceãt. Liu. 1. ab Vrbe. Ad arcendam vim aduenarum, armati ex vrbe atque agris concurrunt. ¶ Arcere aquam pluuiam. Idem pro Muræna, Ille scit vt hostium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. ¶ Ab arceo fiunt Arx, arcis, Arctus, a, um, & Artus pro membris: de quibus infrà suo loco.

Arcesso, sis, ab Arceo nascitur, & significat accuso, siue ad accusandum eo. {καλέω, ἐγκαλέω. Ital. *Accusare.* Gal. *Accuser.* Hispa. *Acusar.* } Etenim accusare alium, est à maleficiis eum arcere. Et hoc modo constituitur cum genitiuo, & aliquando cum ablat. Libro 1. ad Herennium, Accessitur Cæpio maiestatis. Cicero lib. 2. Officio. atque etiam hoc præceptum officij diligenter retinendum est, ne quem vnquam innocentem iudicio capitis arcessas. ¶ Est & Arcesso, aduoco, siue ad vocandum eo. {μεταπέμπομαι. Ital. *Chiamare.* Gal. *Mander, appeler.* Hispa. *Llamar.* } ab Adcio, d, in r, mutata. Antiqui enim (teste Prisciano) d, literam mutabant in r, nos in c. Plautus in Amphit. Blepharonem arcessiat, qui nobiscum prandeat. Cicero pro Rosc. Amerì. Quum ab aratro qui nobiscum prandeat. Cicero pro Rosc. Amerì. Quum ab aratro qui nobiscum prandeat. Cicero pro Rosc. Amerì. Quum ab aratro arcessebantur, qui Consules fierent. ¶ Interdum arcessere est præoccupare, vel ante tempus distrahere. Cicero, Quando arcessentur? quo genere vectura?

Arcto, ctas, frequentatiuum est formatum ab Arctum, inusitato supino verbi arceo, idem significans quod constringo. {στενόω. Ital. *Stringere.* Gal. *Serrer pres, estreindre, estrecir.* Hisp. *Estrechar, Estrenir ò apretar.* } Colum. lib. 12. cap. 43. Nonnulli adiecto defruto, contenti sunt transuersas perticas arctare. Plin. lib. 17. cap. 23, Quando contineri debet vimine, perticas arctare. Plin. lib. 17. cap. 23, Quando contineri debet non arctari. ¶ Estiré Arctare, angustius facere. Plin. lib. 3. cap. 6, Etiamnum angustias eus arctantibus insulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur. Mart. atriáque immodicis arctat imaginibus.

Arctus, cta, ctum, Angustus, strictus, ab arcendo, id est constringendo. {στενός. Ital. *Stretto.* Gal. *Serré, estroit.* Hisp. *Estrenido, estrecho.* } Cic. 3. Verr. Mihi credite, arctioribus apud Populum Romanũ laqueis tenebitur. Arctè aduerbium, στενῶς. Colu. lib. 3. In triburum fictile vel cornu arctè inserito.

Arcera, Ab arca deducitur, & significat plaustrum tectum vndique ex tabulis, quasi arca quædam magna, vestimentis instrata, vt inquit Asconius, quo vehiculi genere & senes & ægroti cubantes vectabantur. {φορεῖον. Ital. *Lettiga.* Gal. *Chariot couuert de tous costez, comme vne litiere ou chariot branssant.* Hisp. *Andas.* } Gell. lib. 20. cap. 1.

ARCESILAS, Siue (vt apud Laërtium legitur) Arcesilaus, ὁ Ἀρκεσίλαος, Philosophus fuit, ex Pitane Aeolica ciuitate ortus, qui relicto natali solo, Sardeis se primùm, deinde & Athenas contulit: vbi imitto Crantorem, deinde & Polemonem audiuit. Post hæc eximius & ipse Philosophus effectus, mediam primus Academiam inuexit. Fuisse autem traditur miro ingenij acumine, sed nimia in disputando pertinacitate. Fuit enim assertor ἀκαταληψίας: vnde & Ignorantiæ magister à Lactantio appellatur. Hic est ille, quem Cic. lib. 5. de Finib. ait euertisse omnem philosophiam, quemadmodum Gracchi euerterunt Rempub. Induxit enim philosophiæ quoddam genus ἀπόστασιν, hoc est quòd subsistere non potest, asserens nihil omnino sciri posse: quod certè absque repugnantia intelligi non potest. Si enim sciamus nihil sciri posse, falsum est nihil sciri posse, quum iam aliquid sciamus.

ARCESILAVS, pen. prod. Vnus è quinque ducibus Bœotorum, qui ad Troiam cum quinquaginta nauibus aduenerunt. Homer. lib. Iliad. 2.

ARCESIVS, Ἀρκείσιος, Iouis fuit filius, pater Laërtis, vt testatur Vlysses apud Ouid. 13. Meta. Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi, Iuppiter, huic, &c. scilicet Arcesio.

ARCHADIVS, Grammaticus, lege ARCADIVS.

Archaissimus, ἀρχαιότατος. Latine Antiquitas dicitur. Figura est, vetustè aliquid dictum significans. Terent. Aene. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Vbi Donatus, Plerique omnes pro vna parte orationis dixere veteres. Ibidem, Ille instat factum. Vbi Donatus, Instat factum, ἀρχαιότροπον, vetustè, id est instat dicere factum esse.

ARCHAGATOS, ἀρχάγαθος, Medicus ex Peloponneso, Lysaniæ filius, qui primus è medicis Romam venit, L. Aemilio, & M. Liuio Coss. anno vrbis D. XXV. cui & ius Quiritium datum est, & taberna in compito Acilio. Hic primò Vulnerarius cognominatus est: miréque gratus aduentus eius initio fuit: mox à sæuitia secandi vrendiq; Carnifex appellatus. Hæc Plin. lib. 29. cap. 1.

ARCHANDER, Ἄρχανδρος, Phthij Achæi filius, & Danaï generis de quo Herodo. lib. 1.

Archarius, Præfectus & moderator dicitur. {οἰκονόμος. Ital. *Sopraſtante.* Gal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gal. *Recteur, gouverneur.* Hisp. *Regidor, Antepuesto.* } Paulus ad Romanos, Salutat vos Eraſtus archarius ciuitatis, ἄρχη à noſtris principium, à quo ἄρχω impero, præſum.

ARCHIDICVS, ἀρχίδικος, Poëta comicus, ſcripſit contra Democharem Demoſthenis propinquũ. Fabulæ ipſius, Theſaurus & Diamartanon. Autor Athæneus in Dipnoſophiſtis.

ARCHELAVS, ἀρχέλαος, Philoſophus Athenienſis, ſeu Mileſius, qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor ſucceſſórque Anaxagoræ, à quo Socrates Philoſophiam audiuit. Hic Phyſicam philoſophiam ex Ionia Athenas inuexit: éſtque Phyſicus appellatus, quòd in eo defecerit philoſophia naturalis, Socrate Ethicen introducente. Quanquam ne hic quidé Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honeſto, & de æquo philoſophatus eſt. ¶ Fuit & alter Archelaus Antenoris Troiani filius, quem Homerus ſcribit rei militaris peritiſſimum fuiſſe. ¶ Alius fuit quem Homerus ſcribit rei militaris peritiſſimum fuiſſe. ¶ Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam deſcripſit. ¶ Alius de rerum naturis carmine ſcripſit. ¶ Alius Oratoriam docuit. Autor Diogenes Laertius.

ARCHEMOLVS, Vide ANCHEMOLVS.

ARCHEMORVS, ἀρχέμορος, Lycurgi Thracum regis filius, & Hypſipyles Thoantis filiæ alumnus: quæ quum ſitientibus qui ad Thebarum expeditionem proficiſcebantur, Langiam fontem oſtenderet, Archemorum puerum ſuper viridi herba depoſuit, qui à ſerpente vulneratus periit. Vnde fons ille Archemorus vocitatus eſt, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus, quem Nemæos ludos appellarunt. Vide Statium lib. 6. Theb. ¶ Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ouidius Antegorum nominat.

ARCHEPTOLEMVS, ἀρχεπτόλεμος. Filius Iphyti, auriga Hectoris, Enipeo interfecto à Diomede ſuffectus.

Archetypus, ἀρχέτυπος, pen.cor. adiectiuum, Eſt quodcunq; ita primùm fabricatum eſt, vt exemplar reliquis ſit. Martial. lib. 8. Archetypũ Myos argentum ſe dicit habere. Idem lib. 3. Sic tanquam tabulas, ſcyphóſq; Paule. Omnes archetypos habet amicos. ¶ Eſt & Archetypum ſubſtantiuum, quo ſignificatur primum exemplar quod quis ſibi imitandum proponit. } Ital. *Modello.* Gal. *Le patron, l'exemplaire premier.* Hiſ. *El original de donde ſe ſaca el exemplo.* } Plin. Iunior ad Antonium, Vt pictores pulchrã abſolutámque faciem, raro niſi in peius effinguntiita ego ab hoc archetypo labor & decido. ¶ Dicuntur etiam Archetypa, ſigna, ſtatuæ, vaſa, & tabulæ, non ad aliorum ſimilitudinem efficta, ſed à nobili quopiam artifice primùm confecta. Martial. lib. 8, Archetypis vetuli nil eſt odioſius Aucti.

Archezoſtis, ἀρχίζωνος, Dioſcoridi. Herba quam Latini vitem albam vocant, Græci etiam ἄμπελον λεύκην, ſatiuæ viti foliis, ſarmentis, & pampinis ſimillima. Vide Plin. lib. 23. cap. 1. & Ruel. lib. 3. cap. 153.

ARCHIAS, ἀρχίας, Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorũ clarorum Oratorum, præſertim Luculloru: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum ciuitatibus donatus. Ciceroni in primis familiaris. Hic quum diſcederet é Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adſcribi in eandem voluit: quod & ſua virtute, & Luculli amicitia facilè impetrauit. Poſtea verò mota ei de ciuitate controuerſia, quã eo nomine in iudicium vocatus eſſet, defenſus eſt à Cicerone, breui quidem, ſed tamen ornatiſſima, illa oratione, quæ etiamnunc extat, in qua multa de poëticæ, atque adeó ipſius Archiæ laudibus obiter admiſcentur. ¶ Fuit item Archias, qui condidit Syracuſas, vt ſcribit Volaterranus. ¶ Rurſum alius Hybleus quidam Præco celebertimus: qui ter vicit Olympia, & Pythia: vbi icon ipſius & epigramma Græcũ. Pollux. ¶ Alius item fuit Mitylenæus, muſicus.

Archiater, & Archiatrus, tri, ἀρχίατρος. Medicorũ princeps. ἰατρὸς enim medicus, ἀρχὸς princeps dicitur. Hic vulgò Protomedicus appellatur. Archiater dictus eſt Aeſculapius, tanquam præſes deúſque medicorum. ¶ In codice Imperatorio legimus, priuilegiis Imperatoriis archiatros decorari.

ARCHIBIVS, ἀρχίβιος. Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ ſub Traiano principe. ¶ Fuit etiam alter eiuſdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conſcripſit in Callimachi Epigrãmata. Vtriuſque meminit Suidas.

ARCHIDAMVS, pen.cor. ἀρχίδαμος, princeps Lacedæmoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienſes deficientes recepit: in bello contra Pilum primus è naui proſiliens, nec vulneratus eſt, nec ſcutum amiſit. Denique aduerſus Amphipolim ſtrenuè decertauit. Inſimulatus poſtremò, quòd Agnonis Thraciæ regis amicitiæ ſtuderet, damnatus eſt, vt ſcribit Suidas. ¶ Archidamicum bellũ, Ἀρχιδάμιος πόλεμος, de bello ſæuo crudeliſque dicebatur.

ARCHIGENES, pen.cor. Ἀρχιγένης, Medicus fuit ex Apamia Syriæ ciuitate, Agathini diſcipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Traiani temporibus. Hæc Suidas. In hunc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, ſæpiſſimè inuehitur Galenus. Meminit eiuſdem & Iuuena. Satyr. 7, -tunc corpore ſano Aduocat Archigenem.

Archigerontes, ἀρχιγέροντες. Latinè Principes ſenatũ, ſeu ſummi ſenes. Alciatus de epiſc. & cler. C.

Archigrammatei, } ἀρχιγραμματεῖς. Ital. *Gran cancellieri.* Gal. *Chanceliers.* Hiſp. *Chancilleres.* } Dicti ſunt ſcribarum principes. Vnde ſcribit Plutar. Eumenem Cardianum fuiſſe archigrammatea, Alexandri Magni.

ARCHILOCHVS, penul.corr. Ἀρχίλοχος, Nomen poëtæ Lacedæmonij. Hic fuit inuentor carminis Iambici, quod ab eo Archilochium vocatur: quo Lycamben quendam, quòd filiam ſibi pactam alteri locauiſſet, ad ſuſpendium creditur adegiſſe. Horat. in Arte poët. Archilochum proprio rabies armauit Iambo. ¶ Archilochia edicta Ciceroni ſunt contumelioſa & virulenta, ad Atticum, lib. 2. Itaque Archilochia in illuio edicta Bibuli populo ita ſunt iucunda, vt eum locum in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, tranſire nequeamus: ipſi ita acerba, vt tabeſcat dolore. Sic ad finem epiſtol. præcedentis. ¶ Archilochi patriam, Ἀρχιλόχου πατρίδα. Diogenianus teſtatur dici ſolere de mordacibus ac maledicis. Archilochi poëtæ mordacitas vulgò celebratiſſima fuit. ¶ Alius fuit Archilochus Neſtoris filius, qui patrem in expeditione Troiana ſecutus, à Memnone interfectus eſt. ¶ Alius fuit Siculus, qui Africam vrbem condidit.

Archimagirus, pen.prod. } ἀρχιμάγειρος. Ital. *Maſtro de cuochi.* Gal. *Maiſtre cuiſinier, maiſtre queux.* Hiſpa. *Maeſtro cozinero.* } Princeps & magiſter coquorum, qui coquinæ præeſt: μάγειρος enim Latinè coquus. Iuue. Finxerunt pariter librarius, archimagiri.

Archimandritæ, pen.prod. } ἀρχιμανδρῖται. Ital. *Abbadi, priori, guardiani, Generali.* Gal. *Abbez, prieurs, Pronciaux.* Hiſp. *Prelados de monges y ſemejante dignidad.* } Dicuntur præpoſiti conſectaneæ turbæ, haud longè diſſimiles ab epiſcopali dignitate: ita dicti quòd principes mandræ & agminis ſint. Mandræ quoque ſignificant ſpeluncas, in quibus greges ſolent ſtabulari. Hinc Epiſcopi archimandritæ à Græcis dicti poſſunt

Archon, ontis, ἄρχων. Summus principatus Athenis, sicut Suffes apud Carthaginienses, Romæ Dictator. Fuerunt enim, teste Suida, Archontes nouem, quorum sex Thesmothetæ, hoc est legislatores dicebantur, vnus Rex, vnus Polemarchus, & præter hos vnus qui per excellentiam Archon dicebatur. De hoc magistratu sic scribit Budæus, Archontes qui fuerint, non plane constat. Suidas nouem fuisse autor est, & inter eos numerat Thesmothetas: rectè, vt opinor, quum idem sentire videatur enarrator Demosthenis: quippe qui Archontas etiam Tesmotheras appellet. Sed ex his vnus erat princeps collegij & præfectus, qui & Hegemon & Prytanis vocabatur. Prytanes autē erāt numero quinquaginta, decimam partem consilij & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem κυκλοφορίαν, hoc est magistratum eum gerentes, & in singulos menses vices mutantes. Verùm is, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, simili etiam ratione Prytanis dictus est. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atque ideo quæstionis iudex dictus est, & quæstor: ita hic Archon Athenis iudicibus præsidebat. Cicero de Fato, Morietur Epicurus, quum duos & septuaginta annos vixerit, archonte Pytharato.

Archontici, ἀρχοντικοί. Hæretici quidam à principe appellati, qui vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse principum dicebant, & negabant resurrectionem carnis.

ARCHYTAS, pen. cor. ἀρχύτας. Hesiti, siue (vt alij malunt) Muesarchi filius, Philosophus fuit Pythagoricus, patria Tarentinus, qui Platonem aduersus Dionysij insidias præstitit incolumem. Hic in Mathematicis maiorem humano captu progressum fecisse traditur, adeò vt & cubum primus inuenerit, & columbam ligneam tam affabrè effinxerit, librauerit, & inflauerit, vt viuæ volatum imitaretur. Primus etiam platagen, hoc est crepitaculum puerorum traditur inuenisse, quo pueros nunquā intetquiescentes, & à periculosioribus ludis auocaret. Hinc factus est locus prouerbio, Archytæ crepitaculum, Ἀρχύτου κρόταλον, quo garrulos, desipientes, & puerilia tractantes, ad Archytæ platagen dicimus recidisse.

Arcifinius ager dictus est, quia certis linearum mensuris, non continetur, sed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborū: vnde & in his agris nihil subsecuorum interuenit. Sic in libro variorum autorum de limitibus. Siculus autē Flaccus, Occupatorij, inquit, agri, quos quidam arcifinales vocant: ij autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos eiecerunt, publicè atq; vniuersaliter territorium dixerunt, intra quos fines ius ducendi esset: deinde vt quisque virtute colendi occupauit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. Hæc apud Frontinum leguntur. Ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus: qui, postea, interuentu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit. in his agris nullum ius subsecuorum interuenit. Arcifinales agri, & Arcifinij dicuntur, quorum fines deprehendi non possunt.

ARCILAIS, ἀρκιλαΐς. Oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico. Ptolemæus.

ARCINNA, ἄρκινα. Oppidum est Daciæ. Ptolemæo.

Arcio, arcis, arcini, arcirum, pro Indere, & adigere accepisse videtur Cato de Re rust. cap. 40. Antiquum est verbum.

Arcitenens, adiectiuum, Apollinis epitheton, ab arcu tenendo, quòd semper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. τοξοφόρος. Virgil. 3. Aenei. Quam pius arcitenens oras & littora circum Errantem Mycone celsa, Gyarōque reuinxit. Ouid. 1. Metamor. Huic Deus, arcitenens, & nunquam talibus armis Ante, nisi in damis, capreisque fugacibus vsus Perdidit, &c.

Arcophthalmon, ἀρκόφθαλμον. A' quibusdam appellatur herba', quæ Chrysogonon Dioscoridi dicitur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus numerantur.

Arcophyton, ἀρκόφυτον. Ex iis nomenclaturis, quæ Bechio, seu, Tussilagini herbæ in quibusdam Dioscoridis exemplaribus tribuuntur.

Arctomys, ἀρκτόμυς. Animal habens similitudinem muris & vrsi.

ARCTONNESVS, pen. prod. ἀρκτόννησος. Oppidum est Milesiorum, ad Propontidem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plinius lib. 5. cap. vlti.

ARCTON, ἄρκτον. Mons, qui imminet Cyzico, ita dictus à Iouis nutricibus, quas illic in ἄρκτους. id est in vrsas migrasse traduut.

Arctophylax, pen. cor. ἀρκτοφύλαξ. Sydus iuxta maiorem Vrsam, alio nomine Bootes. Cicero in Phænom. Arati. Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes. Latinè Vrsæ custodem interpretari possumus: nam veluti custos quidā Vrsæ adhibitus, à tergo eam subsequitur. Simili etiam ratione Bootes appellatur, quod in modum bubulci plaustrum sequatur: rustici enim Septentriones Plaustra vocant. Fabulātur autem poëtæ, hunc esse Calistus ex Ioue filium, cui nomē Arcadi fuit.

Arctos, ἄρκτος. Apud Græcos vrsum, vel vrsam significat. Quo fit, vt pro duobus signis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Vrsæ appellātur. ¶ Sunt autem Arcti duæ Septentrionali polo, velut axe quodam, nixæ, Arctico circulo clausæ, & ita collocatæ, vt vtraq; resupinata, altetius contegat caput: sed caput eius quæ superior est, ad caudam inferioris contendat. Alteram maiorem Vrsam siue Elicen: alteram minorem Vrsam, siue Græcorum lingua, Cynosuram, id est Canis caudā nominant. Illam Græciæ populi notare soliti, hanc Sidonij obsecuant inter nauigandum. Ouid. Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur Sidoniis, Elicen Graia carina notat. Elicem scribit Hesiodus Calistō Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuisse. Hanc studio venationis inductā, relicto patre, sese in syluas contulisse, factāmq; vnā ex comitibus Dianæ, à qua quum mirifice amaretur, quodam die solam in syluis inuentam, à Ioue compressam fuisse. Quod facinus quum aliquandiu celasset, tandē iussam cū cæteris virginibus lauari, tumore vteri crimen detexisse. Quamobrem indignatam deam, in Vrsæ effigiem eam commutasse, quæ Græcis ἄρκτος appellatur: in ea specie non multò pōst filium peperisse, quem Arcada nominauit: à quo postea dicta est Arcadia Peloponnesi regio. ¶ Ab Arcto oritur Arctous, Arcticus, & Antarcticus.

Arcticus, a, um, adie. ἀρκτικός. vt, Polus arcticus, hoc est Septētrionalis, cui oppositus est Antarcticus polus, hoc est Meridionalis.

Arctous, ἄρκτος, pen. prod. adiecti. ab Arcto, Idem quod Septētrionalis. Mart. lib. 10. Fœlices quibus vrna dedit spectare coruscum Solibus arctois, syderibusque ducem. ¶ Arctous orbis, Luca. lib. 1. Arctoa sedes, & arctous polus, Seneca in Hercule Oetæo.

Arcturus, ἄρκτουρος. Stella in signo Bootæ post caudam maioris Vrsæ, cuius ortus & occasus tempestates facit: dictus Arcturus παρὰ τὴν οὐρὰν τῆς ἄρκτου, hoc est ab Vrsinæ caudæ similitudine. Virgil. 1. Georg. At si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco.

Arcula, Vide ARCA.

Arculata, Circuli qui è farina in sacrificiis fiebant. Festus.

Arcus, huius arcus, quartæ tantum declinationis. Instrumentum est notum, è quo sagittæ eiaculantur. τόξον. Ital. & Hispa. *Arco*. Gal. *Arc*. ‡ Ouid. 1. Meta. figat tuus omnia, Phœbe, Te meus arcus, ait. Cic. de Senect. Appius animum intētum, tanquam arcum habebat. Dictus est autem Arcus ab arcendo, quòd eminus arceat hostem, non comminus propulset, quemadmodum ensis aut hasta. ¶ Est præterea Arcus, curuatura in ædificiis, quæ alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab arcendo, hoc est continēdo, vel constringēdo ædificio. καμάρα, τόξον. Cicero, Iam enim atriolum, & arcus duos absoluerat. ¶ Arcus ité, siue vt Nonio placet) Arquus, ἶρις, accipitur pro arcu cæleſti, quem pluuio tempore variis coloribus expressum in nubibus conspicimus. Horat. in Arte. Quum flumeo Rhenum, aut pluuius describitur arcus. In hac autem significatione, etiam per secundam declinationem inflexum legitur. Cicero 2. de Natu. Deor. Cur autem arci species in deorum numerum non reponitur? Ennius genere fœminino protulit. Formatur autem arcus cæleſtis hoc modo: Dum enim Sol in nubibus rarescētibus ex aduerso refulserit, radiósque suos directa linea humori nubilo trāsfundens impresserit, fit repercussio splendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicās, arcus speciē formar. Sicut enim impressa cera anuli imaginem exprimit, sic nubes ex aduerso ex rotunditate Solis figuram sumentes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet autē hoc nō semper, sed quum rarescunt nubila cæli. Nam rursus quum coëunt in se nubes atque densantur, confestim arcus forma resoluitur. In nubium enim densitate, arcus imperfecto gyro complectitur. Deniq; sine Sole & nubibus nunquam apparet arcus. Quadricolor autem est, quia ex omnibus elementis in se rapit species. De cælo enim trahit igneum colorem, de aquis purpureum, de aëre album, de terris colligit nigrū. Nonius hoc discrimen statuit inter Arcum, & Arquum, vt Arcus dicatur fornix suspensus: Arquus autem nonnisi qui in cælo apparet, quem Irim poëtæ dixerunt. Vnde etiam Arquatos dictos vult, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Verùm eam differentiam non vsquequaque obseruari, abūde magno illud est argumento, quòd & arquatum dicimus pro camerato, & Arquites pro sagittariis.

Arculus, Diminutiuum ab arcus, τοξάριον, à quo fit aliud diminutiuum Arcellus. ¶ Arculus præterea, teste Festo, dictus est Deus, qui tutelam gereret arcarum. ¶ Item Arculus, vt idem Festus testatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad sustinenda commodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienses, postea ad alias quoque nationes translatus, vt virgines nubiles Dianæ sacra capite gererent in canistris, (vnde Canephoræ κανηφόροι dictæ sunt) circulis quibusdā suppositis, vt firmius inhærerent: hoc ipso Dianæ fidem facientes, se virginitatis pertæsas cupere exuutorari.

Arcuo, as, are, In modū arcus curuare. ἐκκαμπύλιζω, καμπυλόω, κυρτόω. Ital. *Piegar' in modo d'arco, inarcare*. Gal. *Faire en voulte, courber en forme d'arc*. Hisp. *Encoruar*. ‡ Plin. lib. 29. cap. 6. Illam autem, quæ nō arcuatur, Sepa Græci vocant, alij Scolopendram.

Arcuatus, a, um, partic. Curuatus in modū arcus. ἐκκυρτωτός. Ital. *Inarcato*. Gal. *Voulte, courbé en forme d'arc*. Hisp. *Encornado*. ‡ Liu. 1. ab Vrbe. Addid sacratium Flamines bigis cutru arcuato vehi iussit. Plin. in Epist. Sicut initio tentatum erat arcuato opere. ¶ Dicitur etiam Arcuatus, correptus ictero, hoc est morbo regio: de quo vide infrà ARQVATVS.

Arcuatim, aduerb. In modū arcus. ‡ ἀλλαχόθεν, κυκλοτερῶς. Ital. *A foggia di arco*. Gal. *En façon d'arc*. Hisp. *A guisa de arco*. ‡ Plin. lib. 29. cap. 6. Millepeda, ab aliis cētipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tractúq; cōtrahens sese.

ARDEA, Ἄρδεα. Nomen vrbis in Latio, Turni & Rutulorū regia, à Danae Persei matre: vel, vt alij malunt, à Dauno Pilumni filio condita, & à feruore regionis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab Vrbe est posita. Martialis, Ardea solstitio, Pæstanáq; rura petātur. Quiq; Cleonæo sydere feruet ager. Seruius Ardeam dictam ait, quasi arduam, id est magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio auis Ardeam dictam vult. Hanc vrbem post Turni mortem igne consumptam, & in auem sui nominis commutatam esse fabulatur. Ouid. 14. Metamor.

Ardeates, pen. prod. Ἀρδεάτης. Populi sunt Ardeæ incolæ.

Ardeas, atis, adiecti. Cic. 3. de Natu. deor. Cui in Agro Ardeati rem diuinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.

Ardea, Auis quædam, quasi ardua, quoniam volando alta petit. ἐρῳδιός. Ital. *Hierone*. Gal. *Heron*. Hisp. *Garça*. ‡ Virg. 1. Georg. Atq; altam supra volat ardea nubem. Huius diminutiuum est Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur ab Aristotele: Leucon, ab albedine dictum: Arestias à fulgore astrorum: & Pelos, ab aduerbio πέλας, quod prope significat, quoniam hoc tertium non ita altè volat.

Ardelio, Homo inquietus, & huc atque illuc semper volitans, saliens, & omnibus negotiis sese immiscens. ‡ πολυπράγμων. Ital. *Inquieto, che vorrebbe fare ogni cosa*. Gal. *Qui se tient fort empressé*. Hisp. *Hombre ligero, sin holgança, ó perdido por gloriosear*. ‡ Mart. ad Attā. Vis dicā quid sis, magnus es ardelio.

Ardeo, ardes, arsi, arsum, significat Concremor, flagro, deflagro. ‡ καίομαι, πυρόομαι. Ital. *Ardere*. Gal. *Ardre, bruster*. Hisp. *Arder*. ‡ Virgil. 5. Aen. Nanque volans liquidis in nubibus arsit arundo. ¶ Per translationem Ardere ponitur pro ardenter, seu impatienter amare, siue alicuius rei cupiditate, vel studio teneri: & nè modò cum accusatiuo, modò cum ablatiuo construitur. Virgil. 2. Aeglog. Corydon ardebat Alexim. Horat. in Epod. Non aliter Samio dicūt arsisse Batillo Anacreonta Teiū. Cic. Quoniam nimio videndi te desyderio ardebam. Et cum infinitiuo, Virgil. Patriæque mori pro mœnibus ardent. Plin. Ardeo te videre.

¶ Inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Interdum pro festinare, σπεύδω. Vnde Ardens, pro festinante, ingenioso, acutóque ponitur, quòd instar ignis omnia penetret: sicut econtrario Segnis dicitur tardus, quasi sine igne. Virg. 1. Aeneid. Instant ardentes Tyrij. ¶ Interdum pro fulgorem emittere. αἴθω. Idem 4. Aeneid. Tyrióque ardebat murice lana. Vnde & ardens, αἴθων, pro fulgido, seu flammeo. ¶ Interdum furere, vel irasci, vt apud eundem lib. 10, Proxima quæque metit gladio, latumq; per agmen Ardens litem agit ferro, te Turne superbum Cæde nouа quærens. Huc pertinent illa Ardere, bello, auaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, iracundia, inuidia, &c. ¶ Huius composita sunt, Exardeo, ἐξάπτομαι; Inardeo, & Perardeo, in quibus præpositio auget vim significationis.

Ardesco, scis, Ardens fio: iterum atque iterum ardeo, ardorem concipio. φλέγομαι, ἐκφλέγομαι. Ital. *Diuenire ardente.* Gal. *S'alumer, s'embraser.* Hispa. *Hazerse ardente.* Virg. 1. Aeneid. Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo. ¶ Inde Exardesco, & Redardesco.

Ardens, nomẽ ex participio. φλεγμονώδης. Ital. & Hisp. *Ardente.* Gal. *Ardent.* vt, Ardentissimæ dies horæ. Plin. lib. 31. cap. 1. ¶ Ardentissimus color. Pli. lib. 21, ca. 4, Addidere alij Milesiam, cuius sit ardentissimus color.

Ardenter, aduerb. φλεγμονῶς. Plin. lib. 12. cap. 19. Austros ibi tam ardenter flare, vt æstatibus syluas accendant.

Arsurus, participium futurum. Ouid. 14. Meta. Luridáque arsuro portabat membra pheretro.

Ardor, oris, Vehemens calor, & incendium. καῦμα, ατος. Ital. *Ardore.* Gal. *Ardeur, vehemente chaleur.* Hispa. *Ardor, calor estraño.* Cice. 4. Academi. Fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. lib. 14. cap. 16. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores.

ARDISCOS, ἄρδισκος, Teste Aristarcho, fluuius Scythiæ, cuius meminit & Herodo. lib. 4.

ARDYS, ἄρδυς. Filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit, vt scribit Herod. lib. 1.

ARDVENNA, Sylua est mitæ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Treuirorum finibus, ad Nemios vsque pertigit, & in longitudinẽ, teste Cæsare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgò *Ardene.*

Ardum, Veteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucilij ex libro 27, Ardum miserrimum, atque infœlix lignum fabucum vocat.

Arduus, a, um, Altus & ascensu difficilis, ὑπέρτατος, ἀναφὴς. Ital. *Arduo, alto, difficile, malagueule.* Gal. *Haut & mal-aisé à attaindre.* Hisp. *Alto y arriscado.* Ouid. 2. Metamor. Ardua prima via est. ¶ Per metaphoram accipitur pro difficili, laborioso, & molesto. Salust. in Catil. At mihi quidem tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem, & autorem rerum: tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Quod verbũ exponens Gell. lib. 4. cap. 15, inquit, Sed Arduum, Salustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Græci δυχερὲς, aut χαλεπὸν appellant, quod est cùm difficile, tum molestum quoque & incommodum, & intractabile. Plin. lib. 2. ca. 46. Tam ardua inuentu perquirere, inter bella præsertim & infida hospitia. ¶ Hinc nascitur prouerbium, in arduis contanter agendum. quo admonemur, in arduis ac periculosis negotiis non esse præcipitandum consilium.

Arduitas, atis, Altitudo. ὑψηλότης. Ital. *Alteza.* Gal. *Hauteur difficile à monter.* Hisp. *Altura arriscada.* vt, Montium arduitas atque asperitas. Varro 1. de Re rust. cap. 10.

Area, Propriè dicitur locus purus in vrbe sine ædificio, quem Græci πλατεῖαν dicunt. ἄλως καὶ ἀλών. Ital. *Area, piazza.* Gal. *Aire, place sans bastiment.* Hisp. *Era.* Dicta Area, quod ardore solis sit facta arida, & nõ possit quicquam generare. Quidam ab Ara deducunt, quòd sicut ara pura est, ita areæ in vrbe, siue vico, loca pura sunt, id est sine ædificio. Vel quòd sicut aræ flammis, ita areæ solis ardore torreantur. ¶ Valla, Campus, est planities ampla & grandis, ideóque spatiosæ plateæ areæve, campi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus Martius: nam locus huiusmodi vocatur area. Cice. in Paradoxis. Etenim si callidi isti rerum æstimatores, prata & areas quasdam magni æstimant, quòd ei generi quasi nocere nihil potest. Suetonius tamen in Cæsare posuit Aream pro loco puro accommodato foro extruendo, quum inquit. Forum de manubiis inchoauit, cuius area super sestertium millies constitit. ¶ Item area dicitur solum terreũ, seu planities glabra, id est locus purgatus, coæquatúsque & cylindro consolidatus, plateis amplitudine similis, vbi frumenta aresciunt & teruntur. Virg. lib. 1. Georg. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro. Colu. lib. 1, Area quoque si terrena erit, vt sit ad triturам satis habilis, primùm radatur. ¶ Prouerbiali figura dicimus, In area latitas, ἐν ἄλῳ ἀφανίζῃς. De eo qui in eo versatur negotio, vt non possit non esse conspicuus. Aut, qui sic latitat, vt à nemine tamen nõ conspiciatur. nam in area nullæ latebræ. ¶ Ité Area, & per diminutionem Areola, est terra probè subacta, atque sata, seu serenda: quales sunt in hortis quadrata quædam & bene subacta, & coæquata spatia, in quæ mox semina iaciantur. Columel. Areæ sic informandæ sunt, vt facilè runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. ¶ Apud Geometras Area sumitur pro spatio vacuo in aliqua figura, vt in triangulo, vel quadrangulo. ¶ Item Area morbus est capitis cum profluuio capillorum: ita dictus quòd areas quasdam, hoc est loca capillis nuda in capite efficiat. Celsus lib. 6. ca. 4. Arearum genera duo: commune vtrique, quòd emortua summa pellicula, pili primùm extenuantur, deinde decidunt. Ea quæ ἀλωπεκία appellatur, sub qualibet figura dilatatur: fit & in capillo, & in barba. Id verò, quod à serpentis similitudine ὄφιασις appellatur, incipit ab occipitio, & duorum digitorum latitudinem non excedit. Hæc ille. ¶ Area præterea à quibusdam nominatur species vel imago sidereæ claritatis, illustrata vndique, quæ & ἄλως à Græcis dicitur: differens ab iride, quòd hæc aduerso sole appareat: area verò totum sidus ambitu suo cingat. Vide Commentarium de Mundo, qui Aristoteli adscribitur.

Areola, diminutiuum ab Area, ἀλώνιον. Colum. lib. 6, Quum terram bene subegeris, areolas facito. ¶ Aliter accipitur à Geometris, pro spatio scilicet in figuris vacuo inter lineas.

ARECOMICI, orum. Populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanũ, in Occasum versũ, quorum metropolis est Nemausum. Vulgò *Nunes.*

De his Plin. lib. 3, cap. 4, & Pompon. lib. 2. Strabo Aricomiscos vocat, Ptolemæus Arecomios.

ARELATE, ἀρέλατη, Ciuitas est in Mediterraneo Narbonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni eò deducti sunt. Vulgò *Arle.* ¶ Est & Germaniæ ciuitas in Norico, Ptolemæo, quæ vulgò *Linz* appellatur.

ARMORICA, æ, Galliæ comatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluuio diuisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Plinio lib. 4. capite 17, Vulgò *Guiene.*

ARENA, ἄρλων, Peloponnesi ciuitas est iuxta Pylũ, quæ flumine Minyeio abluitur. Vrbis huius meminit Hom. lib. 2. Iliad. & Strab. lib. 8.

Arena, Tenuissimus puluis & aridus, ideóq; ab ariditate deductum nomen quidam existimant. ἄμμος. Ital. *Arena sabbione.* Gal. *Sable, areine, sablon, graue.* Hisp. *Arena.* Caret enim omni humore & succo, vnde & *sablon, graue.* Hisp. *Arena.* Caret enim omni humore & succo, vnde & *sablon, grauier.* Virgil. 4. Aenei. Littus arenosum Libyæ. Arenosus, sa, sum, Quod arena abundat. ψαδρὸς, ψαμμώδης. Ital. *Arenoso, pieno d'arena.* Gal. *Sablonneux, plein de sable.* Hisp. *Cosa llena de arena.* Plinius, Litus non arenosum, sed alga, & fluuiorum sordibus plenũ. Virgil. 4. Aenei. Littus arenosum Libyæ. Arenula, diminutiuum ab Arena. ψαμμάδιον. Ital. *Minuta sabbia.* Gal. *Menu sablon.* Hisp. *Arena delgada.* Arena tenuissima. Plin. lib. 30. cap. 5, Arenulæ, quæ inueniuntur in cotnibus cochlearum, cauis dentium inditæ statim liberant dolore.

Areo, res, rui, Aridus sum. ξηραίνω. Ital. *Essere secco.* Gal. *Se secher.* Hisp. *Secarse.* Plaut. in Rud. Vtinam fortuna nunc anatina vterer, vt quum exissem ex aqua, arerem tamen. Plin. lib. 13. cap. 4, In totum arentes Thebaides. Quidam hoc verbum ab ara deducunt, in qua quæ diis immolabantur, torreri solebant. Alij verò per cõtrarium sensum, ἀπὸ τοῦ ἄρδω, quod significat irrigare, quòd aridũ minimè sit irrigatum. Huius composita sunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo, & Subareo: de quibus suis locis.

Arefacio, Aridum facio. ξηραίνω, ἀναλίσκω, σκληρύνω. Ital. *Seccare.* Gal. *Secher ou desecher quelque chose.* Hispa. *Secar otra cosa.* Cato de Re rustica cap. 69, Postea amurcam eximito, & arefacito. Plin. lib. 13. ca. 22, Quidam caulem incidunt per messes, & in ipsa excauant radice, quo succus confluat, arefactúmque tollunt. ¶ Huius passiuum est Arefio, ξηραίνομαι, pro exiccor.

Arescо, scis, Aridus fio. ξηραίνομαι, κεκαύνομαι, ἀναλίσκομαι, ἐξικμάζομαι, κεκαυλοῦμαι. Ital. *Seccarsi.* Gal. *Deuenir sec se secher.* Hisp. *Hazerse seco.* Autor ad Heren. lib. 2, Nihil lachrym a citius arescit. Idem in Part. Citò arescit lachryma, præsertim in alienis malis. ¶ Huius composita sunt Adarescо, Inarescо, Obarescо, Perarescо, Exarescо, siue Exareo. quorum significata vide suis locis.

Aridus,

Aridus, da, dum penul. corr. Siccum, quod naturalem humorem amisit, ξηρὸς, ξηρὰ, ξηρὸν, ἀνυγρὸς. Ital. *Secco.* Gal. *Sec, aride.* Hisp. *Seco, enxuto de toda humidad.* ¶ vt, Bons aridus. Catull. At qui corpora ficciora cornu, Aut siquid magis aridum est. ¶ Interdum ponitur pro puro & lucido. Plaut. in Ruden. Argento arido. ¶ Interdum pro horrifico, acuto, quum de sono loquimur: quia ea quæ arida sunt, quum frangi cœperint, nimium atque horrificum sonum edũt. Virg. lib. 1. Georg. & aridus altis Montibus audiri fragor.

Ariditas, quæ & Aritudo dicitur, Siccitas. ¶ ξηρασία, ξηρότης. Ital. *Aridità, secchezza.* Gal. *Secheresse.* Hisp. *Secura.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 35. Sitit enim araneus, & omnem humorem absorbens ariditatem ampliat. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 12. Quòd & bestiolæ siquæ propè nascuntur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

Aritudo, pro parsimonia apud Plaut. in Rud. Qui semper sernas gloriam aritudinis.

AREOPAGVS, penul. prod. Ἄρειος πάγος. Stephano, Vicus erat Athenis à templo Mattis sic cognominatus, vbi primum iudicium capitis actum fuisse scribit Plin. lib. 7. Nam quum Mars Halirrhothium, Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ suæ intulerat, occidisset, à Neptuno homicidij reus factus est, causâque à duodecim diis in Areopago cognita, sex sententiis est absolutus. Meminit huius iudicij Hellanicus 1. Historia. Libanius quoque pereleganti declamatione Mattis causam tuetur.

AREOPAGITAE, pen. prod. Ἀρεοπαγῖται. Illi dicebantur, qui in templo Martis iudicabant: quod iudicium exquisitissimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur Ἄρης, homicidij crimine reus factus esset à Neptuno, iudicantibus duodecim diis, in eo pago sex sententiis absolutus est, vt Stephanus Byzantius docet, & multi alij Græci. De his vide copiosius apud Alexandrum ab Alexandro lib. 3. cap. 5. & li. 4. cap. 11, & lib. 6. cap. 11. Apud Cælium Rhodig. Antiq. lect. lib. 7. cap. 19. Budæum in Pandectis, & Eras. in Chiliad. qui duas ab hac voce ortas parœmias recensent. Vna est, Areopagita, Ἀρεοπαγίτης. De tristi seueróque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer incorrupto. Inuenitur & Σκυθικώτερος Ἀρεοπαγίτου. id est, Tristior Areopagita, Allusit ad hoc prouerbium Cic. ad Attic. lib. 1. & 4. Alteta est, Areopagita taciturnior, Ἀρεοπαγίτης σιωπηρότερος. Dicebatur de eo qui commissum arcanum optimè contineret.

AREOPOLITAE, penult. prod. Ἀρεοπολῖται. Qui habitant Areopolim. Areopolis autem ciuitas est Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. De qua in dictione MOAB.

Arepennis, apud Gallos mensura est dimidij iugeri, qua illi agros suos metiuntur. Columel. lib. 5. cap. 1, Galli Candetum appellant in areis vibanis spatium centum pedum: in agrestibus autem pedum c t. quod aratores Candetum nominant, semiingerum quoque Arepennam vocant.

Arestum, ἄρεστον. Vnico r. Latinè sonat placitum, à verbo ἀρέσκω placeo. Hinc factum est, vt sententiæ Præfecti Prætorio, quæ appellatione rescindi non possunt, Aresta dicantur. Budæus.

ARETA, Ἀρέτη. Fuit Aristippi philosophi filia, quæ ei successit in schola, summum bonum in voluptate, quæ maximè sensum moueret, posuit. Huius filius fuit Aristippus, qui quòd à matre philosophiam hauserit, μητροδίδακτος cognominatus est. Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacum regis vxor: de qua Homerus in Odyss.

Aretalogus, pen. cor. ¶ ἀρεταλόγος. Ital. *Garrulo, loquace, ciarlatore, ciancIatore, anauatore.* Gal. *Ioueur de moralité, farceur, plaisanteur.* Hisp. *Compuedor de nouelas fingidas, el que parla vanamente.* ¶ Porphyrione teste, garrulus & loquax dicitur in ostentationem virtutis: vnde nomen deducitur: ἀρετὴ enim virtus est, & λόγος sermo. Suet. in Aug. Frequentius aretalogos & festos & solenneis, nonnunquam tantùm ioculariratem celebrabat: Iuuen. Satyr. 15. -risum fortasse quibusdam Mouerat, vt mendax Aretalogus. ¶ Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendaciis auditores mouet arte verborum. Sed tunc contra Porphyrionem ab ἀρέσκω placeo, fieret, vt sit Aretalogus, facetus, vrbanus, quique sermonis lepòre oblectat auditores.

ARETHVSA, Ἀρέθουσα, Virgo venatrix, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cuius vim quum effugere non posset, Dianæ miseratione in fontem sui nominis dicitur comutata: qui ne amatoris aquis pollueretur, per subterraneos cuniculos in Siciliam aufugit, & iuxta Syracusas vbertimo aquarum gurgite emergit. Vnde & Syracusæ Arethusides dictæ sunt, forma patronymici fœminini. Ouid. lib. 4. Fasto. Vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis Claudius. ¶ Fuit & Arethusius fons Smyrnæ: tertius in Chalcide: quartus in Ithaca: quintus in Eubœa: sextus in Bœotia prope Thebas. Didymus octo eius nominis fontes cõmemorat: adeò vt epitheton esse putetur cuiuscunque fontis, ab irrigando. ¶ Est præterea Arethusa, lacus Armeniæ maioris, pondera omnia sustinens, & nitrum nebulis exhalans: per quem Tigris fluuius tanto feruet impetu, vt aquæ non commisceantur. Vnum ei piscium genus est, & hoc transcurrentis fluuij alueo non miscetur, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant. Autor Plin. lib. 6. cap. 27. ¶ Est & Arethusa locus Syriæ munitus iuxta Emesam sexdecim millibus passuum: à qua Arethusij, vt inquit Strabo. ¶ Est item Arethusa vrbs vna Eubœæ, altera Syriæ, autore Volaterr. auo.

ARETIVM, Ἄρητιον. Arezzo. Ciuitas Tusciæ, à Græcis condita eo tempore quo populus Israël sub Iudicibus regebatur: à qua incolæ dicti sunt Aretini. ¶ Vasa quoque fictilia, quæ in ea fiebant, Aretina appellabantur. Mart. lib. 4. Aretina nimis spernas ne vasa monemus: Laurus erat Tuscis Porsena fictilibus.

Arteria, æ, Aqua quæ inferis libabatur, seu vas vini quod adhibebatur sacris, & à Fero deducitur. Festus.

ARGAEVS, Ἀργαῖος. Pelopis fuit filius, & Alectoris pater. ¶ Alius fuit Licymnij, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregrè perijt, cuius crematos cineres Hercules retulit, vt iusiurandum, quod dederat se illum reducturum, seruaret. Hunc dicunt primum fuisse qui crematus sit, & ab eo deinde morem seruatum. ¶ Est item Argæus, Cappadociæ mons arduus, & perpetuis pruinis rigens, cui Mazaca ciuitas Cappadocum metropolis subiacet. Ἀργαῖος. Autor Strabo lib. 12.

ARGANTHONIVS, Ἀργανθώνιος. Rex fuit, vt testatur Herodotus lib. 1, in Arna ciuitate Bœotiæ. ¶ Fuit item Arganthonius, Tartessiorum rex in Hispania, quem Plinius ait vixisse CXX annos: Silius autem CCC, qui eius meminit lib. 3, Arganthoniacos armat Carteia nepotes. Rex proauus fuit humani ditissimus æui, Ter denos decies emensus belliger annos.

ARGATHON, Ἄργαθον. Mons in Mysia, vbi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rhesi coniuge, cui & Argathon, vt monti quoq; nomen fuit.

ARGEA, pen. prod. Loca quædam Romæ appellantur, quòd in iis sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. Hæc Festus. Liuius Argeos vocat masculino genere. Sic enim scribit lib. 1. ab Vrbe, Multa alia sacrificia locáq; sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit. A Varrone lib. 4. de Ling. Lati. Argeorũ sacraria appellantur. Reliqua (inquit) vrbis loca olim discreta, quum Argeorum sacratia in septem & viginti partes vrbis fuit disposita.

Argema, atis, penul. breui. ἄργεμα. Morbus est oculorum, quum scilicet albidum quoddam vlcus oculi infestat circulum, quem Irim Græci dicunt: quod mali genus affine est illi, quod Latinis Albugo vocatur, Græcis etiam λεύκωμα. Plin. lib. 29. cap. 6, Eadem vis est in gallinacei felle alligato ad argema & albugines. Apud eundem (nisi fortè vitiata sit lectio) legitur & Argema, æ, per primam nominũ declinationem: vt lib. 20. cap. 5, Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxere. Item cap. 9. libri eiusdem, Folia trita cum oleo argemas iumentorum sanant. Quibus tamen in locis nonnulli legunt Argemos. A Græcis certè ἄργεμος & ἄργεμον indifferenter effertur.

Argemon, Herba est apud Plinium lib. 24. cap. 19, quæ Iuppa canaria dicitur.

Argemone, es, pen. prod. Ἀργεμώνη. Herba est syluestri papaueri omnino similis, ita dicta ab effectu, quòd oculorum albugines, quæ argemata appellantur, sanet. Vide Dioscor. lib. 2. cap. 169. Plinius Argemoniam appellat, lib. 25. cap. 9.

ARGENVSA, Ἀργένουσα. Stephano, Insula est Lesbo adiacens, iuxta Argemon promontorium in qua Alcibiades extinctus est. Plin. lib. 5. ca. 31, Arginusam vocat.

ARGENTINA, vel ARGENTORATVM, Ἀργεντόρατον. Ptolemæo, Vrbs Galliæ, ad Rhenum fluuium: quam tamen Germani habitant, sicut pleraque alia eis Rheoum oppida. Vulgò *Strasburg* dicitur.

Argentum, Metallum est post aurum pretiosissimum, quod gignitur (si chymistis credimus) ex argento viuo, & sulphure albo. ¶ ἄργυρος, ἄργυρον. Ital. *Argento.* Gal. *Argent.* Hisp. *La plata.* ¶ Eius spuma vulnera sanat, neque sinit superfluas carneis excrescere, & sordeis eordis mundificat. ¶ Argentum factum dicitur, quod elaboratum est, & in vasa, aliámve supellectilem fabricatum: Græci ἀργυρώματα appellãt. Pompo. ff. de auro & argen. legat. Argento facto Qu. Mutius ait, vasa argentea contineri, veluti trullas, paropsides, pelues, & his similia. ¶ Huic opponitur Argentum infectum, hoc est rude & nondum laboratum. ¶ Argentum signatum, ab eo dicitur pecunia argentea, quod signum principis, vel magistratus habeat impressum. Ἄργυρον. Seneca 1. de Benefic. Libẽtius donabo argentum factum, quàm signatum. ¶ Interdum etiam Argentum absolutè positum legimus pro argento facto, siue supellectili argentea. Plautus, Tu esto lectisternator, tu argentum eluito. Cicero, Quum essent tricinia strata, argentúmque expositum in ædibus. ¶ Itẽ pro argento signato, hoc est pecunia argẽtea. Terent. in Phor. Emunxi argento senex. Idem in Heaut. Argentum in cudo. ¶ Argentum primò signatum est anno Vrbis 485, Quinto Fabio Consule, quinque annis ante bellum Punicum primum. Nota argenti bigæ & quadrigæ fuerunt: inde Bigati, & Quadrigati nummi appellati sunt. Aureus verò nummus 62, anno post argenteum percussus est, in quo primò Consulum, deinde Imperatorum capita imprimi cœperunt, & ab iis sæpe nomina accepere. Argenti venæ, Ἀργυρῖτις φλέψ. ¶ Argentum pusulatũ, vide infrà, statim post dictionem PVSTVLA. ¶ Argentum accepi, imperium vendidi, Plautus pronerbij quadam specie, in Asinaria dixit. Nihil hac sententia decantatius, Qui accipit beneficium, perdit libertatem. ¶ Argenti fontes loquuntur, Ἄργυρον κιδώνιος λαλοῦσι. Hoc adagio notabantur ij qui stolidè quidem atque indoctè, sed arroganter tamẽ & confidenter loquerentur, opibus videlicet suis freti.

Argentarius, rij, substantiuè, Qui argentum exercet. hoc est apud quem pecuniam deponimus, quam tempore locóve alio nobis reddat. ¶ τραπεζίτης, ἀργυρομοιβός. Ital. *Cassiere, banchiere.* Gal. *Banquier, changeur.* Hisp. *Cambiador ó banquero publico.* ¶ Plautus in Curcul. Habent hunc morem plerique argentarij, vt alius alium poscant, reddant nemini. Eundem etiam Trapezitam & Mensarium appellamus. Idem ibidem, Ibi me interrogat. Ecquemin Epidauro trapezitam Lyconem nouerim. Cic. pro Flacco, Ciuitas, in qua nummus nullius moueri potest, sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis. ¶ Proptie autem Argentarij dicuntur (vt docet Iureconsl. ff. de eden.) maiores mensarij qui multorum pecunias acceptas custodiunt, quum opus fuerit, reddituri, & quorum officium atque ministerium publicam habet causam: hique rationes conficiunt. Autor est Seneca, argentarios præesse publicis actionibus. Vide Budæi Annotationes in Pandectas.

Argentarius, ria, rium, adiectiuum, ἀργυρικός. Ital. *Cosa d'argento, ouero ch'appartiene all' argento.* Gal. *D'argent, apartenant à argent.* Hisp. *Cosa perteneciente á la plata.* ¶ Quod est argenti, aut ad argentum pertinet: vt, Argentaria metalla. Plin. lib. 33. cap. 5, Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum est. Ratio argentaria, id est pecuniaria. Cato de Re rust. cap. 2, Rationem putare argentariam, & frumentariam. ¶ Auxilium argentarium. Plautus in Pseud. Spero alicunde hodie me bona opera, aut mala, tibi inuenturum esse auxilium argentarium.

Argentaria, riæ, Mensa, taberna ve argentarij, vel etiam officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur. ¶ ἀργυροπωλεῖον, ἀργυροπωλεῖα. Ital. *Banco, Zecca, ò bottega dove si batte l'argento.* Gal. *Boutique ou forge ou on bat ou forge l'argent.* Hisp. *Plateria, ò la casa de la moneda.* ¶ Plaut. in Epidi. Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias. ¶ Significat & Argentaria officium seu functionem argentarij. Vlpianus tit. de eden. Sed & quod solui cõstituit argentarius, edere debet nã & hoc ex argentaria venit.

Argen

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Argentariam facere vel exercere ἀργυροπρατικὴν ἐργάζεσθαι. Idem eodē titulo, Is etiam qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur, vbi argentariam exercuit.

Argentatus, ata, atum, Argento tectus. ἠργυρωμένος. Ital. *Copérto d'argento.* Gal. *Argenté, couuert ou vestu d'argent.* Hispa. *Cosa plateada por defuera.* ¶ Liuius 9. ab Vrbe, Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis lineæ candidæ.

Argenteus, a, um, Quod est ex argento. ἀργύρεος. Ital. *Fatto d'argento.* Gal. *D'argent.* Hisp. *Cosa toda de materia de plata.* ¶ vt, Argēteus denarius, & Argenteæ sphæræ, apud Plinium. Argenteum solium, argenti splēdorem referens, apud eundem lib. 16. cap. 18. Argentea amica, quæ argento vendita est. Plaut. in Pseud. Quid ego ex te audio? amicam tuam esse factam argēteam. ¶ Argēteis hastis pugnare, ἀργυραῖς λόγχαις μάχεσθαι, dicuntur qui, quum negotium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum quod pecunia non explicetur. Ortam aiunt parœmiam ab Oraculo quodam Apollinis, qui Philippo regi consulenti quo pacto posset victoria potiri, respondit ad hunc modum, Ἀργυραῖς λόγχαις μάχου καὶ νικήσεις πάντας. id est, Argenteis pugna telis, atque omnia vinces. ¶ Bos in quadra argentea, βοῦς ἐν τετραγώνῳ ἀργυρᾷ. In eos qui personam sustinent officiū aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen sunt vsui, nisi ad voluptatē aut fastū.

Argentosus, Cui immistum est argentum. ἀργυρώδης. Ital. *Che tien d'argento.* Gal. *Plein d'argent, argenteux.* Hisp. *Cosa que esta mezclada con plata.* ¶ vt, Aurum argentosum. Plin. lib. 33. cap. 5, Ita ferruminatur aurum quod argentosum vocant.

Argentifodina, næ, Vbi foditur argentum, quam Argenti minam vocamus. ἀργυρεῖον, ἀργυρωρυχία. Ital. *Miniera d'argento.* Gal. *Mine d'argent.* Hisp. *Minero de donde sacan plata.* ¶ Plin. lib. 33. cap. 6, Odor ex argentifodinis iniucus est omnibus animalibus, sed maximē canibus.

Argentum viuum, Genus est metalli liquidi, argentum colore, fluida verò consistentia a quam referens: vnde & nomen accepit. ὑδράργυρος. Aristoteles ἄργυρον χυτὸν, hoc est fusile, seu liquidum argentum vocat. ¶ Ital. *Argento viuo.* Gal. *Vif argent.* Hisp. *Azogue.* ¶ Huius duæ sunt species, Natiuum, seu Fossitium, & Factitium, quod ex minio excoquitur. Vtrūq; Hydrargyros Dioscoridi dicitur. Plinius Hydrargyron ab argēto viuo distinguit, quod fossile est & natiuum, Argentum viuum, quod ex minio purgatur, Hydrargyron appellans. Sic enim habet lib. 3. cap. 3, Aes inaurari argento viuo, aut certe hydrargyro legitimum erat. Vtraque species pestilentem exhalat odorem, auramque planè exitialem.

Argentangina, Vocabulum est Latinum, ex Græco ἀργυραγχὴ effictum: quo significatur angina ex argenti, hoc est pecuniæ cupiditate proficiscens. Vnde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia corrupti reticent ea quæ ad Reipublicæ commoda iudicant pertinere. Vide infrà in dictione ARGYRANCHE.

Argestes, ¶ Ἀργέστης. *Vento di maestro.* ¶ Ventus flans ab occasu æstiuo qui à Latinis Corus & Caurus dicitur. Plin. lib. 2. cap. 47, Ab occasu æquinoctiali Fauonius, ab occasu solstitiali Corus: Zephyron & Argesten vocant.

ARGEVS, gea, geum, Ἀργεῖος, Denominatiuum deductum ab Argis Peloponnesi vrbe, idem significans quod Argiuus. Horat. lib. 4, Carminū, Tybur Argeo positum colono. ¶ Argei quoque, teste Varrone, dicebantur scirpeæ effigies, quæ per virgines Vestales iaciebantur singulis annis in Tyberim per pontem Sublicium.

ARGIA, pen. prod. Ἀργεία. Adrasti regis Argiuorum filia, & vxor Polynicis: de cuius in defunctum maritum pietate, vide Statium lib. 12. Theb.

ARGIAE, pen. prod. Ἀργεῖαι, Insulæ sunt numero viginti, Cariæ adiacentes: vt scribit Plin. lib. 5. cap. 31.

ARGILETVM, Locus erat Romæ iuxta Palatium, ita dictus (vt quidam volunt) ab Argo Argiuorum duce, qui ab Euandro hospitio exceptus, quum in affectati regni suspicionem venisset, ab Arcadibus, inscio (vt volunt) Euandro, est occisus. Cui postea Euander tumulum erexit, quē de nomine eius Argiletum appellauit. Hue alludit Virg. 8. Aen. Et letū dōcet hospitis Argi. Alij Argiletum dictum putant, quasi Argilletum, ab argilla, hoc est creta, cuius eo in loco erat magna copia. Vtranque opinionem refert Varro lib. 4. de Ling. Lati.

Argilla, ἄργιλλος. Ital. *Creta, terra.* Gal. *Argille.* Hisp. *Barro ò arzilla.* ¶ Terra cretosa, & candida, qua figuli vtuntur ad vasa facienda. Cice. in Piso. Quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus? Horat. 2. Epist. idoneus arti Cuilibet, & argilla quiduis imitabitur vsu. Sunt qui vnico l ferībant, quod etiam conuenire videtur cum Græca origine: contrà tamen vsus obtinuit.

Argillaceus, a, um, ¶ Ἀργιλλώδης. Ital. *Cosa fatta di creta.* Gal. *Chose d'argille, ou glaueux & pretant comme argille.* Hisp. *Cosa de materia de barro.* ¶ Quod ex argilla est, aut quod tenax est in modum argillæ. Plin. lib. 17. cap. 7, Est enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

Argillosus, a, um, ¶ Ἀργιλλώδης. Ital. *Abondante di creta.* Gal. *Argilleux plein d'argille.* Hisp. *Lleno de barro.* ¶ Abundans argilla: vt, Loca argillosa. Plin. lib. 21. ca. 4, Seri nec pinguibus vult, nec argillosis locis. Colles argillosi. Columel. Olea maximē collibus siccis, & argillosis gaudet.

ARGILVS, pen. cor. ἄργιλλος. Herod. lib. 7. hist. teste, Vrbs fuit Aemathiæ, non procul ab ostiis Strymonis fluuij versus occidentem.

ARGINVSA, æ, Ἀργινοῦσαι. Insula est exigua, Lesbo adiacens inter Methymnam & Mitylenen, iuxta Argennum promontorium: vnde & nomen habet. Meminit huius insulæ Plin. lib. 5 cap. 31. Stephanus ἀργέννα vocat. Strabo autem lib. 13, tres facit insulas Arginusas modico interuallo discretas.

ARGIPHONTES, Ἀργιφόντης. Cognomen est Mercurij, tractum ab Argo centoculo, Iūs custode, quem Iouis iussu interfecit. Mythologici interpretantur Argum sphæram esse stellatam, quòd illi insit species quædam cælestium oculorum. Io autem terram esse volunt, quam Aegyptij in hieroglyphicis literis bouis imagine exprimunt. Hāc Argus, hoc est cælum stellatum nocturno tempore despuet videtur obseruare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quū luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earūmq; conspectum mortalibus eripit. Vide Macrob. Satur. lib. 1. cap. 19.

ARGIPPAEI, orum, Ἀργιππαῖοι, Populi sunt Scythiæ, iuxta Sarmatas & Thussagetas, ab ipsa natiuitate calui, simis naribus, & ingenti mento, proptio quodam oris sono, ex arboribus victitantes. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur iniuria, propterea quòd sacri putentur. Idem finitimorum controuersias dirimunt, & ad se confugientes tuentur ab iniuria. Plura de his Herod. lib. 4.

ARGISSA, ἄργισσα, Thessaliæ ciuitas est prope Peneum, condita à filiis Larissæ, deinde Argusa vocata, vt scribit Strab. lib. 9.

ARGO, genetis fœminini. Ἀργώ. Prima nauis fuisse creditur, qua Iason, vnà cum flore iuuentutis Græciæ, in Colchida nauigauit, vellūsq; aureum, à Medea adiutus, in Græciam reportauit. Volunt autem hanc nauem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus, ad charum nauem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus, -

mihi inter patinas exhibes argutias. Cicc. Sed nihil est, quod illi non adsequantur istis argutiis.

Argutiola, læ, diminutiuum. Gell. lib. 2. cap. 7. Argutiola quippe hæc frucla atque inanis est. λεπτολόγημα, σοφισμάτιον.

Argutor, aris, pen. prod. depon. ab Argutus fit, & significat procaciter loquor, teste Nonio. {πολυλογοῦμαι, ἀδολεσχῶ. Ital. *Parlare arguamente.* Gal. *Iaser, trop subtilement arguer.* Hisp. *Parlar arguidamente.*} Nævius, Quandoque ad ludos venit, alii quum tacerent, totum diem argutatur, quasi cicada. ¶ Est & argutari, subsilire. Titinnius in Fullonia, vt citat idem Nonius, Terra hæc est noua, quasi vbi tu solitus argutari, pedibus cretam dum compescis, vestimentáque lanas.

Arguto, as, ιλιγγιῶ. Propertius, Illa mihi totis argutat noctibus ignes. id est arguté obiicit.

Argutatio, Strepitus. {ἀνωφελὴς ἀνθρώπου ἀδολεσχία. Ital. *Parlamento importuno.* Gal. *Iaserie, caquet.* Hisp. *Obra de mucho y demasiado parlar.*} Catull. Paluinúsq; peraéque, & hic & illic Attritus, tremuliq; quassa lecti Argutatio, inambulatióque.

Argutator, oris, verbale. {σοφιστὴς, σοφιστής. Ital. *Sofista.* Gal. *Iaseur, sophiste.* Hisp. *El que mucho, ò demasiadamente parla.*} Gellius lib. 17. cap. 5. Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio. Argutatorem pro sophista argutulo, vel argumentatore accipit.

Argumentum. {ἐπιχείρημα, πίστις. Ital. *Argomento.* Gal. *Argument.* Hisp. *Argumento.*} Quintil. est ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. ¶ Sumitur interdum etiam pro materia, quæ aliquo in opere tractatur: quam Græci ὑπόθεσιν vocant. Cic. Quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictum est. Sic dicimus Argumentum Comœdiæ, quod Græci Periocham vocant, id est summam totius Comœdiæ, paucis versibus expressam. ¶ Interdum pro coniectura. Idem in Catil. Certissima argumenta, atque indicia sceleris. Idem 2. Verrina, Quæ res pertenui nobis argumento indicióque patefacta est. ¶ Item pro sententia, ab Arguo, pro demonstro. Cic. lib. 2. Offic. Tabulæ verò nouæ quid habent argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundum? Argumentum præterea pro ingenioso artificio ponitur. Idem 6. Verr. Ex ebore diligentissimè perfecta erant ædificia in valuis. Sic alibi legimus Argumenta rotarum, & Argumentosa opera, pro ingeniosis.

Argumentor, aris. {ἐπιχειρῶ, συλλογίζομαι. Ital. *Argomentare.* Gal. *Argumenter, amener raisons pour prouuer quelque chose.* Hisp. *Argumentar.*} Rationibus nitor ad aliquid probandum. Cic. 3. Verr. Nonne argumentamur, quò ista pecunia peruenerit? Item de Fin. 1. Sed & argumentandum, & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.

Argumentatio. Est rei propositæ, per argumenta probatio. {ἐπιχείρημα. Ital. *Argomentatione.* Gal. *Probation ou preuue par raison ou conseillure.* Hispa. *Argumento sacado.*} Autor ad Herenn. lib. 1. Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant. Cic. 2. de Orat. Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Idem lib. 1. de Inuent. definit hoc modo. Argumẽtatio, est inuentũ ex aliquo genere, rem aliquam, aut probabiliter ostendens, aut necessariò demonstrans.

Argumentosus, sa, sum. Quod est factum magno argumento, hoc est artificio. {πολυλόγιος. Ital. *Argomentoso, ingeniolo.* Gal. *Artificiel, ingenieusement fait.* Hisp. *Lleno de argumentos, sutil.*} Quintil. lib. 5. cap. 10. Vulgóq; paulò numerosius opus, dicitur argumentosum, id est nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoque Argumentosa opera vocamus, id est ingeniosa.

ARGVS, ου. Nomen proprium regis Argiuorum, filij Apis, à cuius nomine Argiui appellati sunt. Hoc regnante cœpit vti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliúnde seminibus. Et post obitum Deus haberi cœpit, templo & sacrificiis honoratus. ¶ Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transuectus est. ¶ Fuit & alius Argus, πανόπτης, à Græcis cognominatus, quòd totus oculis scateret, quem Poëtæ fabulantur à Iunone constitutum fuisse custodem Ius Inachi filiæ, quam Iupiter in iuuencæ formã commutauerat. Hunc postea Mercurius Iouis iussu interfecit: vnde & ἀργειφόντης cognominatus est. Iuno autem oculos eius, auis suæ, hoc est pauonis caudæ inseruit. ¶ Hinc, Argum fallere, prouerbialiter dicimus de vehementer astuto. Hanc fabulam latissimè describit. Ouid. lib. 1. Metamorph. Mythologici Argum interpretantur sphæram esse stelliferam, innumeris oculis, hoc est stellis refulgentem: Mercurium autem Solem esse volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellarum lucem obscurat. Vide Macrob. 1. Satur. cap. 19. vnde, & ἀργοφόντης cognominatus est, quòd Argum peremerit. Mysticè autem Argus est cælum stellatum, luce distinctum, quibus ineſſe quędam species cælestium videtur oculorum. ¶ Argus quoque vocatus fuit nauis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta est, qua Iason, vnà cum Minyis in Colchidem vectus est.

ARGYRA, ας, ἄργυρος. Ciuitas Siciliæ, vnde se Diodorus Siculus otiundum facit à qua Argyrini. ¶ Est & Argyra, Taprobanæ insulæ metropolis: cuius incolæ dicuntur Argyritæ, ἀργυρῖται Stephano.

Argyranche, es, ἀργυράγχη. A' Græcis dicitur, quam Latinorum quidam verbum ex verbo exprimentes, Argentanginam appellauere, cuius vocabuli hæc traditur fuisse origo. Milesiorum legati Athenas missi, quũ Demosthenem postulatis suis magnopere aduersari viderent, pecunia eum corrumpunt, nequid in posterum commodis ipsorum obsisteret. Postridie itaque, quum res denuo apud populum ageretur, Demosthenes collum fasciis obuoluit, anginá; se laborare simulauit. Qua re audita, quidam ex populo, cui ficus subolebat, non synanchen illam, sed argyranchen esse exclamauit. ¶ Hinc prouerbio locus factus est, vt argyranche laborare dicantur, qui pecunia muti redditi sunt, eáque supprimunt quæ ex Reipublicæ vsu esse nouerunt.

Argyraspides, ἀργυράσπιδες, dicuntur, qui argentea scuta ferunt. Sic Chrysaspides, ab aureis clypeis nominati. Lampr.

ARGYRIPPA, ἀργύριππα Stephano, Apuliæ ciuitas est, à Diomede condita: quam primùm à nomine relictæ patriæ Argos Hyppium appellauit. Postea corrupto vocabulo Argyrippa dicta est, & Arpi. Virg. li. 11. alterum p, abiecit, metri causa. Ille (inquit) vrbem Argyripam patriæ

cognomine genus. Victor Gargani condebat Iapygis aruis.

Argyritæ, arum, pen. prod. ἀργυρῖται. Agones quidam dicebantur, ab argenteo, pecuniariove præmio. Budæus.

Argyritis, {ἀργυρῖτις. Ital. *Schiuma d'argento.* Gal. *Escume d'argent.* Hisp. *Espuma de plata.*} Spuma argenti dicitur. Plin. lib. 33. cap. 6. Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin.

Argyrocopus, {ἀργυροκόπος. Ital. *Banchiere, ò colui che tratta l'argento.* Gal. *Changeur ou qui oeuure en argent.* Hispa. *Cambiador ò Esculpidor y batallador de plata.*} A Græcis appellatur numularius, campsor, vel ipse etiam argenti sculptor. παρὰ τὸ ἀργυρὸν κόπτειν, hoc est ab incidendo argento.

Argyrologus, {ἀργυρολόγος. Ital. *Camerlengo, Tesoriere.* Gal. *Tresorier.* Hispa. *Contador mayor.*} A' Græcis vocatur, quem Latini Quæstorem appellant, cuius officium est, vt argentum, hoc est pecuniam colligat, & in ærarium, siue fiscum redigat.

Argyrodamas, ἀργυροδάμας. Lapillus argenti nitoré habens, vt adamas, de quo Plin. lib. 37. cap. 10, addubitat, sitne idem cum eo quem Andro domanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones, {ἀργυρογνώμονες. Ital. *Banchieri.* Gal. *Banquiers.* Hisp. *Los cambiadores.*} Vocantur à Græcis pecuniæ permutatores, quos Latinè Campsores vocamus, quasi pecuniæ spectatores dicas.

ARGYRONDAS, ἀργυρώνδας. Aetoliæ fluuius, ita dictus ab argenteo aquæ candore.

ARGYROTOXOS, ἀργυρότοξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

ARIA, ἀρία. Regio est inter Indos & Parthos sita, iuxta Gedrosios, & Drangianos: quam recentiores Geographi *Turquestam* vocant. ¶ Est etiam Aria, insula in Ponto, versus Colchos, Marti sacra, aliàs Chalceritis dicta. Plin. lib. 6. cap. 12.

Aria, ἄρια. Arbor est, apud Theophrastum, hyemis initio fructificans, materie tã dura, vt necesse sit, prius quàm terebretur, aqua eam macerari.

ARIARIGNES, ἀριαρίγνης. Fuit Darij filius ex filia Gobryæ, qui vnà cum Præaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herodotus lib. 7.

ARIADNA, ἀριάδνη. Filia Minois regis Cretæ ex Pasiphaë vxore, cuius industria Theseus ab Athenienſibus Cretam missus à Minotauro deuorandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, euasit, occiso prius Minotauro. Theseus autem eius amore captus, quum in patriam reuerteretur, eam abduxit: sed prioris beneficij immemor, abductam in Insula Chio, seu Naxo periurus deseruit, quam Bacchus postea in vxorem duxit, eiúsque coronam nouem stellis ornatam, quam à Venere acceperat, astris intulit, vocatúrque corona Gnosia. Postremò à Diana sagitta dicitur occisa, eo quòd virginitatem non seruasset.

Arianis, ἀριανὶς. Herba ignei coloris, cuius tactu Magi tradũt ligna oleo perunctа accendi. Nascitur apud Arianos: quæ est Scythica gens, Gedrosiis finitima, à quibus & nomen accepit. De hac Plin. lib. 24. ca. 18.

ARIARATHES, ἀριαράθης, Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in societatem acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariaratheam ciuitatem condidit in finibus Cappadociæ: de qua Stephanus.

ARICANDVS, Fluuius est Milyadis, (quæ est minoris Asiæ regiuncula, in confinio Pamphyliæ, Cariæ, & Lycaoniæ sita) qui in Limyrum amnem influit. ¶ A' fluuij huius nomine vicinum oppidum Aricanda appellatur. Vtriusque meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

ARICIA, ἀρίκια. Vrbs in Italia, quam ædificauit Hippolytus Thesei filius, & à nomine coniugis Ariciam appellauit. Abest ab Vrbe ad decimum lapidem. Martial. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. Lucanus. Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Aricinum nemus, Erat iuxta Ariciam vrbem, in quo Aegeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

Aricinus lacus, erat iuxta Aricià vrbem, qui Speculum Dianæ vocabatur: in quo nunc quoq; insulæ proceris arboribus nobiles conspicinntur.

ARICOMISCI, Populi in tractu Narbonẽsis Galliæ, trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. Plin. lib. 3. cap. 4, & Pomponius lib. 2. Arecomicos vocant: Ptolemæus Arecomios. De his sic scribit Strabo lib. 4. Vlteriores fluuij (Rhodanum intelligit) partes Volcæ, quos Aricomiscos appellant, maximum incolunt spatium, quorum portus & nauium receptaculum Narbo dicitur.

Arida, ἴτεον. Ital. *Buglossa saluatica.* Gal. *Bugloſſe sauuage ou herbe à bouc.* Hisp. *Hierua de la buera.*} Herba est, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur, de qua Dioscor. lib. 4.

Aries, tis, pen. corr. Mas ouium, & dux gregis, qui integer est: & tenetur ad generandam sobolem. {κριὸς. Ital. *Montone.* Gal. *Mouton, belier, beliu.* Hisp. *Carnero.*} Verucx verò, cui inuersi vel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus est aries, quòd aris imponi ad sacrificia soleret. Virgil. 3. Aeglog. Ipse aries etiam nunc vellera siccat. ¶ Arietem emittit, Ἄρια ἀφίησιν. In rixæ pugnæque cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum susceptur, fœcialem mittebant qui arietem adductum, in hostium fines immitteret: hoc significans pacto, ciuitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. Autor Diogenianus. ¶ Aries cornibus lasciuiens, κριὸς ἐπὶ κεράτων λάγνευσις. Diogenianus ostendit conuenire in magnos ac lasciuos. Pruriunt cornua arietibus bene pastis. ¶ Arietis ministerium, κριοῦ λειτουργία. Suidas & Zenodotus sic referunt, quasi dici solitum de officio in ingratos collocato. Siquidem aries cornibus ferit pascentem. Hesychius ita refert, quasi congruat in eos qui spe cuiusuis præmioli inferiunt indignis. Quum pueros inuitamus ad ministeriũ, pollicemur aliquid, puta talos aut nuces. ¶ A' cuius similitudine bellica machina Aries appellatur. Veget. lib. 4. cap. 14. Materia ac tabularis testudo contexitur, quæ ne flammis exuri possit, corio siue cilicio vestitur. Intrinsecus recipit trabem, quæ si adunco prefigitur ferro, falx vocatur, ab eo quòd incuruata est, vt ex muris lapides extrahat. Si verò caput ipsius ferro regitur, aries appellatur, quòd instar arietini capitis fieri soleret: vel quòd habet durissimam frontem, qua subruat muros: vel quòd more arietum retrocedit, vt vehementius feriat. Cæsar lib. 7. bell. Gall. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Cic. 1. Offic. Quantus murum aries percusserit. Liu. 1. ab Vrbe, Quum effractis portis, stratisve ariete muris. Plin. lib. 7. cap. 56. Equum, qui nunc Aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Troiam ferunt in-

uenisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

neniſſe. Eadem & Teſtudo dicitur, à ſimilitudine naturæ teſtudinis: quia ſicut illa modò reducit caput, modò profert, ita eiuſmodi machina interdum reducit caput, interdum effert, vt vehemétius feriat. ¶ Eſt & Aries cæleſte ſignum, primum in Zodiaco. ¶ Aries etiam marinus piſcis, ſiue marina belua eſt, candore tantùm cornibus aſſimilatis. De hoc Plin. lib. 9. cap. 44. Graſſatur (inquit) aries, vt latro: & nunc grandium nauium in ſalo ſtantium occultatus vmbra, ſiquem nandi voluptas inuitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piſcantium cymbas ſpeculatur, occultúſque adnatans mergit.

Arietatius, tia, rium, Quod ad arietem pertinet, ſeu quod arietis habet ſimilitudinem. κριώδης. Vitruuius, Conſtituebatur autem in ea arietaria machina.

Arietinus, na, num, pen. prod. Quod eſt ex ariete. ἐξ Ἀρνείου. Ital. *Di montone.* Gal. *De belier.* Hiſp. *De carnero.* Plin. Arietinum iecur ad id vtile eſt.

Arieto, as, pen. corr. Percutio, deiicio. κριοπλήττω. Ital. *Percuotere, cozzare.* Gal. *Heurter des cornes, cotir, jetter par terre.* Hiſ. *Dar en vayuen, ò topetar.* Tractum ab arietum ſimilitudine, cuius firmiſſimum caput & ſolidiſſima cornua faciunt, vt magno impetu quicquid obiecetis percutiant & deiiciant. Plautus in Truc. Quis proteruè noſtras ædes arietat? Curtius, Macedo gladium cœperat ſtringere, quem occupatum complexu, pedibus repente ſubductis Dioxippus arietauit in terram.

ARII, ἄριοι. Populi ſunt iuxta Indiam, Gedroſiis & Drangianis finitimi. Herod. lib. 4. hiſtor.

ARIMANIVS, Ἀριμάνιος. Plutonis cognomen apud Perſas.

ARIMASPI, ἀριμασπόι. Populi Scythię Europæ, verſus Aquilonis exortum, vt lib. 7. Plinius refert, qui vnicum in media fronte habent oculum, & cum gryphis auri cuſtodibus continuè præliantur.

ARIMINVM, Ἄριμινον. Vulgò *Arimino.* Ciuitas Italiæ, à flumine propinquo eiuſdem nominis ſic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, ſicut & Rauenna: verum vtraque accepit Romanos inquilinos. Habet autem hæc ciuitas portum non ignobilem, non procul à Rubicone amne, qui olim Italiam à Gallia diſcernebat. Aedificata eſt autem anno ante Chriſti exortum ducenteſimo, ſeptuageſimo, Ptolemæo Lagi filio Aegyptiis imperante, P. Sempronio & Appio Claudio Conſulibus. Ad quam viſendam, compoſitis Siciliæ rebus, Sempronius nauigauit. Eam Octauius ampliauit, & à Liburnis dirutam Dionis nauigauit. Eam Octauius ampliauit, & à Liburnis dirutam Dionyſius reposuit, fuſiſq; Liburnis arcum triumphalé in ea extruxit.

ARIMPHAEI, Ἀριμφαῖοι. Sunt populi Aſiæ ſeptentrionalis prope Riphæos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam fœminæ, quàm mares, comam tondent. De his Ammianus ſic habet, Vbi montes Rhiphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, iuſti homines, & morum placiditate cogniti.

ARIMVS, Rex Myſiæ, ſeu Mœoniæ. Autor Varro, Xanthum citans antiquum rerum ſcriptorem.

Arinca, Gallicum eſt vocabulum, quo, teſte Plinio, ſignificatur frumenti genus, quod Græci Olyram, Latini Siliginem vocant. ὄλυρα. Vide Ruellium lib. 2. cap. 21.

ARIOBARZANES, Ἀριοβαρζάνης. Cappadocum rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeij partes aduerſus Cæſarem fouit.

Ariolus & Ariolor, Vide Hariolus.

ARION, pen. prod. Ἄριων. Citharœdus nobilis fuit, & Poëta lyricus, ex Methymna Leſbi ciuitate ortus, qui primus dithyrambos creditur inuenisse. Hic quum ex Italia, vbi ingentē pecuniæ vim arte ſua meruerat, Corinthum traiiceret, viderétq; à nautis, qui opibus ſuis inhiabāt, ſibi inſidias ſtrui, nonnihil ſpatij ab aliis ſibi concedi poſtulauit, quo, veluti cygnus moriturus, ſuas ſibi exequias caneret. Quod quum impetraſſet, ſtans celſa in puppi, carmen orthium diis marinis cecinit: quo peracto, ſe in mare præcipitem dedit: ſtatimq; à delphino exceptus, ad Tænarum Laconiæ promontorium eſt peruectus: vnde ſeſe ad Periandrum Corinthiorum tyrannum contulit: qui emiſſis nauigiis cum militibus, nautas comprehendit: qui rem, vti geſta erat, confeſſi, grauiſſimo ſupplicio eius iuſſu ſunt affecti. Refert hiſtoriam hanc, ſiue potius fabulam, Herodotus lib. 1, & Plutarchus in Sympoſio ſeptem Sapientū.

Ariſaron, Ἄρισαρον. Herba eſt exigua, radicem habens: oluæ magnitudine, maiore acrimonia, quàm Aron. A' Plinio Aris appellatur.

ARISBE, ἀρίσβη. In agro Troiano ciuitas fuit, ab Achille euerſa. ¶ Item alia in Leſbo inſula. Vide Strab. lib. 13.

Ariſta, Ab ariditate dicitur, quòd ſit omnino arida. ξηρότητος, ἀπὸ τῆς ξηρότητος. Ital. *Spiga.* Gal. *La barbe de l'eſpi de blé, ou l'eſpi.* Hiſp. *Eſpiga.* Sunt enim Aristæ, extremæ ſpicæ partes, quæ primæ areſcunt, quæ veluti aculei quidam, ſiue ſpinæ, frumentum ab animum minorum morſu tuentur. Cicero in Catone, Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra animum minorum morſus munitur vallo ariſtarum. ¶ Apud Poëtas quandoque accipitur pro ipſo frumento. Virgil. 1. Georg. Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. ¶ Nonnunquam etiam pro ipſa æſtate. Idem 1. Aeglog. Poſt aliquot mea regna videns, mirabor ariſtas, hoc eſt poſt aliquot æſtates, ſiue aliquot annos.

ARISTAEVS, Ἀριστεύς. Filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluuij Arcadiæ, qui deinde in Arcadia regnauit, & primus apū, olei, & mellis vſum, lactiſq; coagulum demonſtrauit, & alia quamplurima adinuenit: vt refert Iuſtin. lib. 14. Primus quoq; apum ex bubulis viſceribus reparandarum rationem traditur inueniſſe. Nam quum Eurydicæ Orphei vxori amore eius captus, vim inferre conaretur, illa per auia fugiens, morſu ſerpentis eſt occiſa: in cuius vltionē Nymphæ omnes apes perdiderunt. Quapropter matris auxiliū implorauit, quæ illum ad Proteā conſulendū perduxit: à quo infortunij cauſam edoctus, Eurydicen ſacrificiis placare iuſſus eſt: quod quum faceret, tauróſq; quatuor & totidem iuuencas immolaret, ingens apum multitudo è bobus erupit, atq; hoc pacto apes ſuas recuperauit, vt ſatis copioſè tradit Virgilius ferè in fine lib. 4. Georg. ibi, Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia Tempe, &c.

ARISTAGORAS, Ἀριστάγορας. Fuit præfectus exercitus Datij contra Græcos, teſte Herod. lib. 5.

ARISTARCHVS, Ἀριστάρχος. Nomen Grammatici, qui tantum ſibi in Homeri poemate permiſit, vt verſus quos vellet, velut ſuppoſititios partus, ab Homeri familia ſubmoueret. Vnde etiam hodie Ariſtarchos vocamus alienorum ſcriptorum cenſores. ¶ Alius fuit Tegeates, poëta Tragicus, cuius meminit Horatius, Fiet Ariſtarchus. ¶ Fuit item alius Mathematicus.

ARISTEAS, Ἀριστέας. Patria Proconneſius, nobilis poëta fuit, qui Cræſi & Cyri temporibus claruit. Scripſit Theogoniam, & tres libros eorum carminum, quæ Arimaſpea dicuntur. Suidas.

ARISTIDES, Ἀριστείδης. Cognomento δίκαιος, id eſt iuſtus, Athenis à Themiſtocle in adminiſtrāda Repub. diſſenſit, quum eſſet diuerſis moribus: Catoni alter, Cæſari Themiſtocles comparandus. Autor Plutarchus: Catoni alter, Cæſari Themiſtocles comparandus. Autor Plutarchus: Hic tanta fuit rei familiaris tenuitate, vt quoties Imperator dechus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOLAVS, Pictor, Pausiæ discipulus, è seuerissimis pictoribus fuit. Eius opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. cap. 11.

ARISTOMACHE, Nomen sororis Dionysij tyranni & vxoris Dionis. Vide Plutarchum in vita Dionis.

ARISTOMACHVS, pen. corr. Solensis quidam fuit, qui tanto apum amore flagrauit, vt annis duodesexaginta nihil aliud egerit. Quinetiam librum de eorum cura, & ratione melificij edidit. ¶ Fuit & alter Aristomachus, qui de arte vini apparandi volumen conscripsit. Vtriusque meminit Plinius: illius quidem, lib. 11. cap. 9. huius vero, lib. 14. cap. 19.

ARISTOMENES, pen. corr. Nomen Messenij viri, qui iustissimus fuit, vt scribit Hieronymus. Hic Lacedæmoniis quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hyacinthia, tapuit de choris ludentium virgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, excessit de finibus Spartanorum: quúmque eas comites eius vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum, quasdam non parcentes interfecit, cæteris metu coërcitis. Redemptæ postea à cognatis puellæ, quum Aristomenem viderent cædis reum fieri, tandiu ad patriam non sunt reuersæ, quandiu iudicum aduolutæ genibus, defensorem pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, vt sæpe Lacedæmonios deciperet: quorum sæpe vrbem ingressus est, & aliquando captus, atque in vincula coniectus, calliditate sua aufugit: quod quum semel atque iterum & tertiò fecisset, tandem occisus est à Lacedæmoniis, & execto corpore inuentum est cor eius pilosum fuisse.

ARISTON, onis, pen. genitiui cor. Sculptor, cuius meminit Plin. li. 34. c. 8. ¶ Et iurisconsultus quidam doctissimus apud Gel. lib. 11. ca. 18.

ARISTONICVS, Eunuchus fuit, summus alioqui belli dux, cuius fidelis opera Ptolemæo plurimum in bello profuit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. Vtriusque meminit Suidas.

ARISTONIDES, Statuarij insignis nomen, qui quum Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentem, eiúsq; pœnitentiam vellet exprimere, ferrum, & æs miscuit, vt ferri rubigine per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. Plin. lib. 34. cap. 14.

ARISTONYMVS, Insignis Comœdiarum scriptor fuit, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus floruit, cuius etiam bibliothecæ fuit præfectus. Suidas.

ARISTOPATRA, Mater Crateri cuiusdam, qui sub Alexandro militauit, vt autor est Strabo.

ARISTOPHANES, pen. corr. Poëta comicus ex Lindo Rhodi oppido, lege verò Atheniensis, patre Philippo: maledicus, & in carpendis hominum vitiis liberrimus ac mordacissimus: inuentor tetrametri & octometri versus. Filios habuit Aratota, Philippum, Philetærum, Comicos omnes. Docuit fabulas LIIII. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollet, vt Dionysio roganti aliquem eius sermonis eruditum, autorem hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus. ¶ Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenodoti & Dionysij. Autor Suidas. Aristophanis Grammatici Quintil. lib. 1. mentionem facit.

ARISTOPHON, Pictoris nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

Aristophorum, pen. corr. Vas quo prandium defertur: Latinè discus. ἄριστον enim prandium dicitur, φορῶ porto.

ARISTOR, oris, penul. genitiui correpta. Crotopi filius fuit, & pater Argi centoculi, qui ab eo Aristorides vocatur. Ouid. 1. lib. Metamorph. Donec Aristoridæ seruandam tradidit Argo.

ARISTOTELES, pen. corr. Nomen Stagiritæ philosophi. Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum, matrem verò Phæstiaden. Fuit paruus, gibbosus, & dissormis, balbutiens, sed diues, vt qui socius, & præceptor, & secretarius Alexandri esset. Septendecim annos natus, Athenas profectus est, vbi viginti annis Platonis se auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam euocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quàm fuerit charus, vel illud vnum abundè magno est argumẽto, quòd Stagiram patriam eius, quam diruerat, in gratiam eius instaurauerit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas rediit, & in Lyceo tredecim annis philosophiam professus est. Postea accusatus, quòd de diis non rectè sentiret, cedens inuidiæ, abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transegit. Excessit ætatis anno LXIII, sub idem ferè tempus, quo & Demosthenes extremum vitæ diem clausit. De hoc Quintilianus, Quid Aristotele magis quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum clariorem putem. ¶ Hinc fiunt adiectiua Aristoteleus, & Aristotelicus.

ARISTOXENVS, Tarentinus, Mantineæ tamen agens, philosophus & medicus nobilissimus, audiuit patrem & Lamprum philosophum Erythræum, dein Zenophilum Pythagoreum, postremò Aristotelem, cui morienti commitium dixit, quòd Theophrastum sibi in scholæ successione præponeret. Scripsit omnis generis libros, musicos præsertim. Suidas. Hic animum dixit harmoniam esse, vt tradit Cicc. in Tusc. ¶ Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeò delicatus fuisse dicitur in hortorum cura, vt vesperi lactucas mulso irrigaret, vt luxuriosius fucrescerent, & saporis essent præstantioris. Autor Suidas.

Arithmetica, Numeralis scientia, quæ tractat de numeris & supputandi ratione. Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, & Geometria, & Astronomia istius auxilio egent. Plin. lib. 35. cap. 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmeticè & Geometricè. Dicta Arithmetica. ἀπὸ τοῦ ἀριθμεῖν, hoc est, à numerando.

Aritudo, Vide AREO.

ARIVS, Fluuius qui Ariam regionem irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arij populi. De hoc Plin. lib. 6. cap. 23.

Arma, ab armis dicuntur, id est humeris, à quibus dependent, vt inquit Festus: vt scutũ, gladius, tela, & ea quibus præliamur. {Ital. *Arme & armi*. Gal. *Armes, armeures, harnois*. Hisp. *Las armas para armar*.} Seruius docet Arma esse, quæ armos tegunt. Varro ab arcendo Arma dicta existimat, quòd his arceamus hosteis: vt fustes, lapides, & huiusmodi. Quidam à verbo Græco deriuant. ἁρμόζω, id est conuenire. Inutilia enim sunt arma, nisi ita quadrent corpori, vt neque ampliora sint, neq; angustiora: vt neque corpus lædatur angustia, neque amplitudine impediatur. Sed re vera non solùm hoc nomine bellica, sed etiam omnium fere artium instrumenta intelliguntur. Vnde rusticorum arma vocamus, rastra, ligones, & huiusmodi. Virgil. 1. Georg. Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. ¶ Arma coquinaria sunt, lebes, patella, tripos, olla. Plautus, Quàm eleganter instructum coquinariis armis. ¶ Arma studiosorum, stylus, pugillares, libri. Plinius, Cuius arma erant, non venabulum, & lancea, sed stylus & pugillares. ¶ Nautarum quoq; & pistorum instrumenta arma dicuntur. Virg. lib. 5. Aen. Colligere arma iubet, validisque incumbere remis. Et lib. 1. -cerealiaque arma Expediunt. ¶ Quandoque Arma capiuntur pro bello, sicut toga pro pace: vt, Cedant arma togæ. ¶ Fraudes quoque & consilia, Arma dicentur. Virgil. 2. Aen. -& quærere conscius arma. ¶ Omnibus armis præsidiisq; destitutus prouerbialiter dicitur qui prorsus omni caret auxilio, quod & indicabimus hoc versu, qui est Iliad. φ. Γυμνὸς ἀσπίδος καὶ ἀπὸ κράνεος ἐτύγχανε. id est, Et clypeo simul & galea nudatus & hasta. ¶ Bis interimitur qui suis armis perit. Mimus est prouerbialis, incertum cuius Senecæ titulo celebratur, sed falsò, hoc est, Magis dolent incommoda quibus ipsi dedimus occasionem.

Armatura, Habitum armorum, vel ipsa arma significat. {Ital. *Armatura, armadura, armadura militare*. Gal. *Armure*. Hisp. *Armadura*.} Cic. Att. lib. 6, Habet autem cohortes quadragentarias, nostra armatura XXX. id est similibus, quibus nos armari armis. Veget. lib. 3. cap. 14. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuuenibus. Leuis armatura, Cicero. γυμνῆτες. Thucyd.

Armifer, a, um, adiectiuum, Arma ferens. ὁπλοφόρος. Silius lib. 6. Queis cedat toga, & armiferi gens sacra Quirini. ¶ Armifera dea, periphrasis Mineruæ. Ouid. ad Liuiam. ¶ Armiferum aurum. Sene. in Medea.

Armiger, armigeri, pen. corr. Qui lanceam, scutum, galeámque ferens, armatum equitem in prælio sequitur. {ὁπλοφόρος, ὁπλίτης. Ital. *Scudiere di lancia, scudiero*. Gal. *Escuyer qui porte les armes apres son maistre*. Hisp. *Escudero que trae las armas, ò escudo*.} Et planè apud antiquos Armigeri fuerunt summi viri, vt Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Aeneæ. Plin. lib. 35. Pinxit Apelles Clytum equo ad bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem.

Armipotens, Armis valens. {ὁπλοκράτης, ἀλκιμήτης. Ital. *Potente nell' arme*. Gal. *Puissant en armes*. Hisp. *Poderoso en armas*.} Vnde Pallas siue Bellona, armipotens dicitur. Cicero, Antequam iret in exilium, Nam ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, téque particeps connubij, socia regni, regia Iuno, téque Tritonia armipotens, Gorgonia Pallas, Minerua. Virgil. 2. Aeneid. Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram Procumbit.

Armisonus, noræ significationis, vt Pallas armisona. Virgil. 3. Aen. -tum numina sancta precamur Palladis armisonæ.

Armo, mas. Armis induo, seu munio. {ὁπλίζω. Ital. *Armare*. Gal. *Armer, equiper*. Hisp. *Armar*.} Virgil. 8. Aeneid. Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset. Plancus ad Cic. Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Liu. lib. 2. de bello Pun. Itaq; & muri reficiebantur, & propugnaculis armabantur. ¶ Composita sunt, Dearmo, Exarmo, obarmo, & perarmo, quorum significata vide suis locis.

Armati, Dicuntur non solùm, qui scutis telisque parati sunt, sed etiam qui glebis, aut saxis, aut fustibus instructi. {ὁπλισμένοι. Ita. *Armati*. Gal. *Armez*. Hisp. *Armados*.} Cice. pro Cecin. Armatos, si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sunt. Idem pro dom. sua, Incredibili armatus audacia. Idem 1. Philip. Quid legati egerint nondum scimus: at verò erecti, citati, armati animis esse debemus. ¶ Armatos Virgilius subsantiue dixisse videtur pro Militibus, Arduus armatos mediis in mœnibus adstans Fundit equus.

Armator, ὁπλίτης, & Armatrix, verbalia sunt ab Armo, as.

Armatus, huius armatus. Idem quod armatura. ὁπλισία. Liu. 7. bell. Macedon. Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Hoc est paribus & similibus armis induti.

Armamenta, Armorum congregatio. {ὁπλοθήκη, σκεύη. Ital. *Munitione d'arme & cose simili*. Gal. *Munitions & instrumens seruans à quelque chose que ce soit*. Hisp. *Ayuntamiento de armas*.} Vnde nauium instrumenta vel munimenta, sicut funes & vela, Armamenta dicuntur. Columel. lib. 4, Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministríque. Dicuntur tamen etiam de aliis rebus. Nam Plin. etiam vinitorum instrumenta, armamenta vocat.

Armamentaria, Repositoria armorum sunt, & ferè naualium, quæ Armamenta vocari, paulo antè ostendimus. {ὁπλοθήκη, σκευοθήκη. Ital. *Luogo da riporr l'armi, luogo da munitione, arcenale*. Gal. *Lieux ou on serre toutes sortes d'vtensiles*. Hisp. *Armaçon para guardar armas*.} Armamentum insigne Athenis Philon fabricauit, mille, (teste Plinio,) capax nauium. Liuius de bello Maced. Conflagrarunt & horrea regia, armamentariũ cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Vitur etiam hodie amplissimum armamentarium Venetus, quod illi sua lingua *Arcenale* vocant.

Armarium, rij, ab armis, Locus vbi cibaria, libri, & similia recondũtur. {ἀρμάριον. Ital. *Armario*. Gal. *Armoire*. Hisp. *Armario para guardar cosas*.} Plautus in Capt. Cellas refregit omneis intus, recluditque armarium. ¶ Huius diminutiuum est Armariolum, ἀρμάριον, paruum armarium. Plautus in Truc. Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

ARMENIA, Regio Asiæ inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium vsq; mare protensa: ab Armeno quodam Rhodio (vt ex Antipatri sententia tradit Stephanus) ita appellata. Et vt Plin. lib. 6, autor est, dupler est: maior scilicet, & minor, Maior post Mediam ad Occidentẽ occurrit. Ea (vt ait Ptolemæus) à Septentrione Colchidem habet, Iberiam, & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis curium, qui Cappadociam, minorem Armeniam, & Syriam Comagenem relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspij assurgunt: à Meridie Mesopotamiam atq; Assyriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuij: Anti-taurus, qui ab Euphrate scissus & Mediam percurrens, postremò Abus appellatur: Gordiæus, ex quo Tigris oriretur: Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis disterminant: Caspij, qui vergunt ad Medos: & Caucasij, qui septentrionalia, Iberiam versus, Albaniámque concludunt. Flumina sex, Cyrus, qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam Albaniámque dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphratésque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur amomum. ¶ Armeniam Hebræi Arath vocant. In ea ciuitas insignis Artaxata.

Armenius, a, um, adiectiuum, Quod est ex Armenia. Horatius 1. Epod. Cantabet Agrippæ, Claudi virtute Neronis Armenius cecidit. Virg. 5. Aeglog. Armenias curru subiungere tigres.

Armeniacus, a, um: vt, Mala Armeniaca. μῆλα ἀρμενιακά. Poma sunt medium quendam locum obtinétia inter persica & pruna. Sunt enim midiora persicis, sed citius matureſcunt. Ossibus ad prunum, carne ad persicum quàm proximè accedunt. Dioscorides alio nomine Præcocia vocari testatur. Galenus verò lib. de Aliment. facult. & lib. 7. Simpl. medica. Armeniaca discernit à præcocibus: hæc que illis multò præstantiora esse testatur. Illud tamen fatetur, vetus Armeniacorum nomen sua etiam ætate in vsu esse desiisse, & vtranque speciem nullo discrimine præcocium nomine appellari cœpisse.

Armentum, inquit Festus, id genus pecoris dicitur, quod est idoneum ad opus armorum: vt sunt equi & boues. {ἀγέλη. Ital. *Armento.* Gal. *Harde, troupeau de gros bestail.* Hispa. *Ganado mayor, como buey ò canallo.*} Nam equis in bellum curritur, elypei verò boum coriis armantur. Varro autem boues, Armenta vocari voluit, quasi Aramenta, tertia litera sublata, quòd eorum præcipuè opera in arandis agris vtamur. Vnde Columel. lib. 7. Inmenta & armenta nomen à re traxere, quòd nostrum laborem vel onera subnectando vel arando, iuuarent. Proprié itaque Armenta boues dicuntur & equi: quanuis etiam alia maiora animalia eo nomine dici possint quanuis sint ad arandum, aut ad gestanda arma inutilia. Nam cerui, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur à Virg. lib. 1, quum ait, Hos tota armenta sequuntur. De hoc vide plura in dictione Grex.

Armentalis, le. Quod est ex armento. ἀγελαῖος. Virg. 11. Aeneid. Hic natum in dumis interque horrentia lustra, Armentalis equæ mammis, & lacte ferino Nutribat teneris immulgens vbera labris.

Armentarius, rij, Armenti custos. {ἀγελάρχης. Ital. *Custode de l'armento.* Gal. *Gardeur de gros bestail comme vacher, bouuier.* Hisp. *Guardadero de ganado mayor.*} Virg. lib. 3. Georg. -omnia secum Armentarius Aphet agit, tectumq; laremque. Luer. lib. 6, Præterea iam pastor, & armentarius omnis.

Armentosus, Armentis abundans. {ἀγελώδης. Ital. *Ricco ò abondante di bestiame.* Gal. *Plein ou abondant en gros bestail.* Hisp. *Lleno de ganado mayor.*} Gell. lib. 11. cap. 1, Quòd Italia tunc essent armentosissima.

Armentinus, na, num, Quod est ex armento. {ἀγελαῖος. Ital. *Cosa di armento.* Gal. *Du troupeau de gros bestail.* Hisp. *Cosa de aquel ganado.*} Plin. lib. 28. cap. 17, Fimi cerui ni, maximè subulonis, sed & bubuli: de armentinis loquor, &c.

Armentitius, a, um, Idem significat. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 10, In alimoniis armentitium pecus sic continendum.

Armillæ, arum. {Ital. *Abbigliamenti militari, come braccialetti d'oro & simili.* Gal. *Brasselets.* Hisp. *Manillas ò mancuernas del escudo ò braço.*} Sunt ornamenta in circulorum modum, quæ viri militares ab Imperatoribus donata, in sinistris brachiis gerere consueuerunt. Hæc Priscianus brachialia vocat: quemadmodum Græci βραχιόνια. Dicuntur autem Armillæ ab armis, quòd antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. vnde arma ab his dependentia armillæ sunt vocata. Liu. lib. 1. Additur fabulæ quòd Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo gemmatósq; magna specie annulos habuerunt. Quod Galli Vulgò *Blason*, Budæus Armillam vocat. vnde Armillati cursores, quos postas dicimus: videlicet quia id insigne gerunt, quod potest armilla aut spinter dici.

Armillatus, Dicitur qui armillas habet, ψελλιώτης. Propertius, Atque armillatos colla Molossa canes. ¶ Fuit & Armillatus nomen viri, qui sub Nerone & Domitiano vixit.

Armille, neutri generis, Instrumentum, & apparatus versutiarum, ab armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius lib. 6, Ad armille redit.

Armillum, Vas vinarium in sactis, ita dictum, quòd ab armo, id est humero deportaretur. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. Etiam nunc pocula, quæ vocant Capulas, & Capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est vrceoli genus vinarij.

ARMILVSTRVM, Festum apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant, & sacrificantes canebant tubis. Item locus in quo huiusmodi ludi fiebant. Varro hoc nomen ab ambitu lustri dictum existimat: quòd ibi circunferretur pompa, & equi currerent.

Armon, Plin. lib. 19. cap. 5. Rhaphani syluestris genus Pontica lingua dici ostendit, quod Latini Armoracion vocant.

ARMORICAE CIVITATES, A Cæsare appellantur ciuitates Galliæ ad Oceanum occidentalem sitæ: quas incolebant Rhedones, Curiosolites, Osismi, Cadetes, & Vnelli.

Armoracca, cæ, ἀρμοράκιον, teste Palladio, Agrestis Rhaphanus est. Plinius Armoracium vocat, sic scribens lib. 19. cap. 5. Etiámnum vnum syluestre: Græci ἄγριον vocant, Pontici Armon, alij Leuce, nostri Armoracion, fronde copiosius, quàm corpore. ¶ Est & hoc nomine fluuius, qui de montibus Arabiæ descendens in stagnum Asphaltiten erumpit, diuidens Moabitidem & Ammonitidem. Ioseph. lib. 4.

Armus, Humerus. {ἄμος. Ital. *Homero, spalla.* Gal. *L'espaule ou l'extremité d'icelle.* Hisp. *Espalda.*} Virgil. lib. 3. Georg. Densa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Differt tamè Armus ab humero. Nam humeri proprié eorum sunt, qui recti in cælum spectant: vnde homini soli humeros esse dicimus. Virgil. 4. Aeneidos, Os humerósque deo similis. Armi verò sunt brutorum: (quanuis & de hominibus quandoque dicantur.) Horat. Sat. 4. Fœcundi leporis sæpius sectabitur armos.

ARNATES, Apud Plin. lib. 3. cap. 14, populi sunt in sexta regione Italiæ, ab Arma Vmbrorum ciuitate ita dicti.

ARNE, es, ἄρνη. Ciuitas est iuxta situm Maliacum, primum à Bœotiis inhabitata, deinde à Thessalis occupata: vt est autor Thucydides. lib. 1. Bel. Pelopon. ¶ Sunt & aliæ eiusdem nominis ciuitates, quæ recensentur à Stephano.

ARNOBA, vt habet Plinius, Abnoba vt Ptolemæus, Arbona vt Cornelius Tacitus, Mons est ex aduerso Rauraci Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide Plin. lib. 4. cap. 11.

Arnoglossum, {ἀρνόγλωσσον. Ital. *Plantagine.* Gal. *Plantein.* Hisp. *Llanten.*} Latinè, Lingua agni, vulgò Plantago dicitur. ἀρνὸν enim Græci agnum dicunt. γλῶσσαν linguam. Hæc alio nomine dicitur Heptapleuros, id est habens septem costas. nam in folio eius sunt septem costæ. Sunt enim septem nerui instar costarum animalium. Vide Ruellium lib. 1. cap. 20, & lib. 2. cap. 58.

ARNVS, ἄρνος. Vulgò, *Arno.* Fluuius est Hetruriæ, Florentiam alluens, etiam hodie nomen seruans.

Aro, aras, Proprié significat terram iam proscissam rursus vomere euertere. {ἀρόω. Ital. *Arare.* Gal. *Arer, labourer la terre.* Hisp. *Arar y labrar la tierra.*} Inarando magnopere seruãdum est Catonis oraculum. Quid Plinius. In arando magnopere seruãdum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. ¶ Alienum arare fundum, ἀλλοτρίαν ἀρόω γῆν ἀροῦν, prouerbiali metaphora dictũ est pro eo quod alienũ est agere negotium, aut cum alienis vxoribus habere rem. Plaut. Fundum alienum arat incultum, familiarem deserit, id est alienas mulieres subagitat, vxorem suam deserit. ¶ Composita huius verbi sunt Dearo. Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro.

Aratio, onis, Ipse arandi actus. {ἄροσις. Ital. *Aratione.* Gal. *Labourage, labour.* Hisp. *Aquella obra de labrar la tierra.*} Plin. lib. 18. cap. 20, Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur. ¶ Citra arationem citráque sementem, quæ citra operam nostram casu nobis eueniunt, ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Græci. ¶ Nonnunquam sumitur pro ipso aruo seu agro culto. Nam (vt rectè inquit Valla) nomina quæ positionem habent in io, latius significare solent: nec actionem modò, sed rem etiam & corpus significant. Cic. 5. Verr. Quum dederint Apronio quod popposcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem suum? Plin. lib. 27. cap. 8, Nascitur in arationibus.

Aratiuncula, læ, diminutiuum. {ἀρούριον. Ital. *Picciola terra da arare.* Gal. *Petite terre labourable, petit labourage.* Hisp. *Pequeña tierra para arar.*} Plautus in Truculento, Malè vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim volo habere aratiunculam pro copia apud vos. a. Non atuus hîc, qui arari soleat, sed pascuus est ager.

Arator, Qui arat. {ἀρότης. Ital. *Aratore.* Gal. *Laboureur de terre.* Hisp. *Gañan que ara la tierra.*} Et sumitur tam pro boue, quàm pro homine bouem ducente. Plin. lib. 18. cap. 19, Arator nisi incuruus, præuaricatur. Quod prouerbij speciem habet. præcipit enim Plinius vt arator aruum primùm rectis sulcis proscindat, mox & obliquis subigat. Id fieri vix potest nisi toto corpore incumbat labori, vnde & Virgilio dictus est curuus arator. Cæterùm præuaricari est à recto sulco diuertere. Conueniet igitur in negotium quod absque magnis sudoribus peragi non potest.

Arabilis, le, verbale, Quod arari potest. ἀροτὸς. Plin. lib. 17. cap. 5, Contrà in Byzantio Africæ illum centena & quinquagesima fruge fertilem campus, nullis, quum siccus est, arabilem tauris.

Aratro, as, pen. pro. siue Artro, litera vna per syncopen ablata, quasi arando itero. {ἀροτριάω. Ital. *Sauesciare.* Gal. *Labourer la terre pour la seconde fois.* Hispa. *Arroyar, ò tornar à arar lo sembrado.*} Significat autem segetes iam natas rursus arando proscindere, quod impinguandi causa fit. Plin. lib. 18. cap. 20, At illi messes duplicatæ docuerunt quod nunc vocant arrare, id est arattare, vt credo tunc dictum. Hoc fit vel incipienti calamo, quum iam is bina vel terna emiserit folia.

Aratrum, tri, penul. prod. {ἄροτρον. Ital. *Aratro.* Gal. *Vne charrue, vne araire.* Hisp. *Arado para arar.*} dictum ab Aro verbo, sicut à Lauo Lauacrum, & à Simulo Simulacrum. Instrumentum est quo aratur. Virgil. 7. Aeneid. Et terram centum vertebat aratris.

AROMA, penul. corr. ἄρωμα, Lydiæ, siue Mæoniæ oppidum est, cuius meminit Strabo lib. 14.

Aromata, ἀρώματα. Sunt quæ Vulgò *Species* dicuntur, vel alia etiam odoramenta. Collum. lib. 12. cap. 20, Deinde quum videbitur mediocriter calere defructum, reliqua aromata contusa, & cibrata paulatim insperges.

Aromaticus, a, um, adiect. ἀρωματικὸς. Odorem habens aromatum.

Aromatopola. {ἀρωματοπώλης. Ital. *Aromatario, speciale.* Gal. *Especier, vendeur de drogues.* Hisp. *Especiero.*} Qui aromata vendit, quem nos Aromatarium dicimus.

Aromatites, ἀρωματίτης, Gemma, quæ in Arabia gignitur: ita dicta, quòd myrrhæ odorem habeat. Plin. lib. 37. cap. 10, Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni: sed & in Aegypto circa Pisas, vbique lapidosa, & myrrhæ coloris, & odoris, ob hoc regionis frequentata. ¶ Est item Aromatites, vinum aromatibus conditum. Plin. lib. 14. cap. 13, Lautissima erant apud priscos vina myrrhæ odore condita. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Hoc vini genus quo pacto confici soleat, docet Dioscor. lib. 5.

Aron, ἄρον, Herba est è bulborum genere, teste Plin. lib. 19. cap. 5. scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, canle recto duorum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoq; eius in aceto decocta manducantur. Officinæ corrupto, vt solent, nomine *Iarum* appellant. Quidam ex Vulgo *Pedem vituli*, alij *serpentariam minorem* vocant.

ARPINVM, ἄρπινον, pen. prod. Ciuitas inter Foram & Aquinum, porrecta in monte, ex qua orti fuere M. Cicero, Plautus Comicus, & C. Marius, qui septies Consul fuit. Vnde Arpinas, atis, quod modò substantiuum est, significans eum, qui Arpini natus est. Modò adiectiuum, ea denotans quæ ad id oppidum aliquo modo pertineant. Cicero pro lege Agraria, Meus paternus auitúsque fundus Arpinas.

Arquatus, a, um, siue Arcuatus, adiectiuum ab Arcus. Dicitur quicquid arcus figuram vllo modo imitatur. {ἀψιδωτὸς. Ital. *Inarquato.* Gal. *Combé en forme*

Universidad de Deusto Biblioteca

in forme d'arc, voulté. Hisp. *Arcado, corcobado.* } Ouid. 11. Meta. Dixit, & arquato cælum curuamine signant. ¶ Vnde opera illa quibus aqua duci solet, Arquata dicuntur, quòd multis arcubus æqualiter distantibus fulciantur. ¶ Arquatus morbus est, quem regium nominant, sic dictus à colore cælestis arcus, quem poëtæ Irim vocant. Nam Antiqui per Q, Arquus scribebant, quod nos per C. arcus. Celsus lib. 3. cap. 14. Aequè notus est morbus quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Plin. lib. 26. ca. 24, Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur multo. Regius autem dicitur, vt ait Ouid. Molliter excelsa quoniam curetur in aula. ¶ Dicuntur etiam Arquati, quos Græci ἀκτερικοὺς vocant, quòd virentibus oculis arqui cælestis coloren imitentur. Et dicimus Arquatum pecus, quod morbo ictérico, id est regio, laborat. Colum. lib. 7, Bilis æstiuo tempore non minima pernicies, potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arquato.

Arquites, Dicebant antiqui arcu præliantes, quos nunc sagittarios vocant. } τοξόται. Ital. *Sagittari, arcieri.* Gal. *Archers.* Hisp. *Archeros ò flecheros.* } Vide suprà in dictione Arcus.

Arreptitius, Qui à dæmone rapitur, qui etiam Abreptitius dicitur, ἀνδρομανὴς. Veteres Arreptitium dicebant laruatum, quasi à laruis, arreptum. Perottus.

Arrha, rhæ, & Arrhabo, onis. pen. corr. } ἀρραβὼν. Ital. *Arra, caparra.* Gal. *Arres, denier à Dieu.* Hispa. *Senal de la compra.* } vtrunque sumitur pro eo quod dari solet ad confirmationem contractus. Plin. lib. 33. cap. 1, Argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiámnum annulo exiliente, ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior. Terentius, Ea relicta arrhaboni est.

ARRIA, Romana fuit mulier (licet alij Pataninam faciant) quæ damnato Pæto marito suo, corpus gladio fodit, quem vulnere educens, ipsi Pæto querenti dedit, vt idem faceret. Mart. Casta suo gladium quum traderet Arria Pæto, Quem de visceribus traxerat ipsa suis.

ARRIANVS, ἀρριανὸς, Philosophus fuit Nicomediensis, qui Romæ Adriani temporibus floruit: à quo etiam summis honoribus eruditionis nomine est affectus. Scripsit Epicteti Philosophi vitam, & Alexandri Magni historiam, quæ opera etiam hodie in bibliotheca Vaticana asseruantur. ¶ Fuit etiam Poëta quidam hoc nomine, cuius versibus Tiberium Cæsarem vnicè delectatum ferunt.

Arrideo, es, Ridendo applaudo, vel risu lætitiam ostendo. } συγγελάω. Ital. *Ridere verso alcuno.* Gal. *Rire à quelqu'vn, soubrire.* Hisp. *Reir à la risa de otro que se rie.* } Cicero de Somnio Scipionis, Hic leniter arridens Scipio. ¶ Accipitur & pro placeo. Idem Attico, Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet.

Arrigo, is, pen. corr. arrexi, arrectum, arrigere, Ex ad & rego compositum, significat erigere. } ἀνορθόω, ὀρθόω. Ital. *Arrizzare, rizzare su.* Gal. *Dresser en haut.* Hisp. *Enhestar lo caido.* } Virg. 10. Aen. Comásque arrexit, ¶ Arrigere aliquem, siue alicuius animum, per metaphoram. Salust. Eos non paulò Marius oratione sua arrexerat. ¶ Arrigere aures. Terent. in Andria, Arrige aures Pamphile. Virgil. Aeneid. 1, Arrectisque auribus adstant. ¶ Arrigere aures alicui sermone aliquo. Plaut. Rud. Suo mihi hic sermone arrexit aures. Vnde prouerbij loco à Diogeniano refertur, Auribus arrectis, Ὦτα ἑστῶτα. Quadrat in illos, qui sitienter atq; auidè auscultant quæ dicuntur, aut expectant quid dicendu sit.

Arrectus, Participium. Virg. 4. Aen. Arrectæque horrore comæ. ὀρθὸς, ἀνάρθρος. Ital. *Dritto.* Gal. *Dressé, droit, eſtendu.* Hisp. *Enhestado.*

Arrectarius, adiectiuum à participio Arrectus. ὀρθὸς. Quod est arrectum. Vt asser arrectarius in crastitio patiete, qui arrectus est: sicut Transuersarius, qui in transuersum ponitur. Vitruu. lib. 2. cap. 8. Etiam qui sunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum & transuersatiorum dispositione.

Arripio, is, Ad me rapio, attraho, apprehendo. } ἁρπάζω. Ital. *Torsi per forza.* Gal. *Empoigner rudement, rauir & prendre soudain.* Hisp. *Arrebatar.* } Cic. in Caton. Non cani non rugæ repente auctoritatem arripere possunt, sed honestè acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos. Idé pro Sestio, Qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit. Idem 2. de Nat. deor. Quærit apud Xenophontem Socrates, vnde animam arripuerimus. ¶ Aliquando significat vehementer ad me rapio: Liu. lib. 1. Tum Tarquinius, necessitate iam cogente, vltima audere: ipse multo & ætate & viribus validior, medium arripit, ælatúmq; è Curia, in inferiorem partem per gradus deiicit. ¶ Aliquando, subitò euado. Plaut. in Curcul. Vix me foras arripui. ¶ Aliquando celeriter rapere, inuadere. Virgil. 2. Aeneid. Hanc arripe velis.

ARRIVS, ἄρριος, Philosophus Alexandrinus fuit, tanto in honore apud Augustum habitus, vt aliqua ex parte Alexandrinorum salutem illi deberi faretetur. Tribus enim ex causis se Alexandrinis pepercisse aiebat: primum ne vnà cum vrbe Alexandri Magni memoriam videretur delere: secundò propter vrbis ipsius pulchritudinem, tertiò propter Arrium Philosophum. Autor Plutarchus in Antonio. ¶ Fuit etiam hoc nomine Hæresiarcha quidam, à quo Arriana secta originem cepit.

Arrodo, dis, pen. prod. arrosi. Idem quod rodere, vel circunrodere significat. } κατατρώγω, περικόπτω. Ital. *Rodere attorno.* Gal. *Ronger à l'entour.* Hispa. *Mucho roer à vn derredor.* } Plin. lib. 11, cap. 30, Semina arrosa condunt formicæ ne rursus in fruges exeant è terra. ¶ Arrodere Rempublicam, per translationem. Cic. pro Sestio, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta miteduia Remp. niteretur arrodere.

Arrogo, as, pen. corr. Assumo, vendico, plus satis mihi tribuo, arroganter præsumo. } ἀξιῶ μόνον τοῦτο, ἃ δικαίως. Ital. *Attribuirsi troppo.* Gal. *S'attribuer trop.* Hisp. *Atribuye se, ò atribuyr à si lo que no tiene.* } Huic opponitur Derogo. Cic. pro Sexto Roscio, Non enim tantum mihi derogo, (tametsi nihil arrogo) vt te copiosius putem, quàm me, posse dicere. Hieronymus in Prologo Esdræ. Interrogent Hebræos, & ipsis autoribus translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Cicer. 7. Philip. Ego itaque pacis (vt ita dicam) alumnus, qui quantuscunque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuissem. ¶ Item Arrogare, } υἱοποιῶμαι. Ital. *Adottare vno per figliuolo.* Gal. *Adopter & prendre à fils.* Hisp. *Adoptar al emancipado.* } Est in filium ac familiarem asciscere: à quo fit Arrogatio, quæ est, quum is qui asciscit aliquem in filium, interrogatur an velit illum iustum sibi filium esse: & is qui asciscitur rogatur, an id fieri patiatur. Vel ideo Arrogatio dicitur, quòd per populi rogationem fiat. Vide Aulum Gell. lib. 5. cap. 19.

Arrogans, Qui sibi temere atque insolenter tribuit, quæ in eo non sunt. } ἀλαζών. Ital. *Arrogante, presuntuoso.* Gal. *Arrogant, presomptueux, outrecuidé.* Hisp. *soberuio, El que se atribuye lo que no tiene ni merece.* } Cæsar 3. bell. Ciu. Statuerat enim hos prius iudicio populi debere restitui, quàm suo beneficio videri receptos: nec aut ingratus in ferenda gratia, aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. Arist. in Ethicis, Arrogans præclara, & ea quæ non insunt, & maiora quàm insint, sibi fingit. Dissimulator verò, aut inesse sibi negat, aut imminuit.

Arrogantia. Per quam temeritas atque imprudentia vanam sibi comparat autoritatem. } ἀλαζονεία. Ital. *Arrogantia, presuntione.* Gal. *Arrogance, presomption, outrecuidance.* Hispa. *Presuncion y soberuia.* } Cæs. 3. Bel. ciu. Accidisse igitur his quod plerunque hominibus nimia pernicia atque arrogantia accidere solet, vti eò recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulò antè contempserint.

Arroganter, Superbè. } ἀλαζονικῶς. Ital. *Arrogantemente, presuntuosamente.* Gal. *Arrogamment, presomptueusement.* Hisp. *Presuntuosa y soberuiamente.* } adverbium. Cic. 1. de Orat. Si aspere, si arroganter, si turpiter, si sordidè, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Arrhostema, atis, vel Arrhostia, æ, } ἀῤῥωστία, ἀῤῥωστήμα. Ital. *Malatia.* Gal. *Maladie.* Hisp. *Enfermedad.* } Latine ægrotatio, ab ἀῤῥωστέω, ægroto. ¶ Arrhostos, ἄῤῥωστος, ægrotus. Cic. 4. Tusc. Deinde ægrotationes, quæ appellatur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisque item oppositæ contrariæ offensiones.

Arrugia, Cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum. } ὀρύσσω γῆν. Ital. *Fossa donde si cana l'oro.* Gal. *Mine d'or, lieu fouz terre d'ou on tire l'or.* Hispa. *Mina ò donde se saca el oro.* } Vide Plin. lib. 33. cap. 4.

Ars, } τέχνη. Ital. & Hisp. *Arte.* Gal. *Art, science, mestier, industrie.* } Multipliciter dicitur. Nam quædam est ars, quæ in speculatione tantùm consistit, vt Astrologia: & hæc Theotice, id est speculatiua dicitur, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta. Quædam in agendo, quæ actu perficitur: & Practice, id est actiua dicitur, vt saltatio. Quædam in effectu, quæ operis, quod est oculis subiicitur, consummationem, finem accipit, qualis est pictura: & sic definitur, Ars, est recta ratio rerum faciendarum. Dicta ars ἀπὸ τοῦ ἄρτου, id est à virtute, quam Græci vniuscuiusque scientiam vocant. ¶ Est etiam Ars, quæ constat ex præceptorum collectione, ab Arceo, ctas, quòd arctis præceptis, id est angustis & breuibus concludatur, vt est Ars Seruij. Ars Donati, Ars Prisciani. ¶ Ars etiam astutia, siue sit in virtute, siue in vitio, dicitur, qua quis non facilè falli, sed magis alios fallere potest, quæ Græcè quoque dicitur τέχνη. Virgil. 2. Aeneid. Dolis instructus & arte Pelasga. ¶ Ab Ars fiunt composita. Iners, Solers, Artifex, & diminutiuum Articula, τεχνίον, τεχνάριον. ¶ Caput artis est decere quid facias. quo vtitur Quintil. lib. Institut. Orator. 11. Id vsurpare licebit non solùm vbi quid fiet parùm decorè, verùm etiam quum negabimus quibuslibet quidquis esse decorum. ¶ Duodecim artium, δωδεκατέχνους appellabant callidum, versutum, versipellem, vafrum ac variis instructum dolis. ¶ In dolio figulatem artem discere. ἐν πίθῳ κεραμεικὴν μανθάνειν. De iis qui protinus maximis in rebus artificij sui capiunt experimentum, quum paulatim à minutis ad summa proficisci conueniat. Neq; enim figulus statim à dolio, id est, vase maximo artem auspicatur, sed à pusillis quibusdam vasculis, in quibus non sit graue dispendium, siquid secus accidat. ¶ Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Locus est Ciceronis Tusc. Quæst. lib. 1. quo admonemur, vt quarum rerum sumus periti, in his duntaxat disputandis tractandisq; versemur: quarum verò sumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis vindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, néve sutores vltra crepidam iudicemus. ¶ Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus, λιμὸν ἀνθρώποις τὸν ἀεὶ φεύγειν τέχνη, hoc est, Vnicum confugium in egestate est ars. ¶ Simile huic est, Artem quæuis alit terra, τὴν τέχνην πᾶσα γαῖα τρέφει. Quo significatum est, certissimum viaticum esse eruditionem aut artificium aliquod.

Artifex, Qui artem aliquam exercet, aut nouit: dictus quòd arte quippiã faciat. } τεχνίτης, τεχνικός. Ital. *Artefice.* Gal. *Ouurier.* Hisp. *Hazedor de alguna arte ò obra.* } Cic. 4. Acad. Quam si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? Quint. lib. 2. cap. 14, Artifex est, qui percipit artem. Festus, Artifices dicti, quòd scientiam suam per artus exercent, siue quòd artè opera inter se arcent, qua ex causa etiam artes appellatæ sunt.

Artificium, Ars & scientia. } τέχνη. Ital. *Artificio.* Gal. *Artifice, finesse, ruse.* Hisp. *Arte para hazer alguna cosa.* } Cæsar 7. Bell. Gall. Neque actę victiæ Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. Cicero pro Cluentio. Nisi fortè hæc causa est, quòd medici nihil præter artificium, oratores etiam autoritatem præstare debent. ¶ Artificium pro fraude, dolo. Cic. Act. Quorum artificiis effectum est, vt Respublica in hunc statum perueniret. Idem 4. Verr. Audit hæc etiam Verres, & primo illo suo leuiore artificio Heraclitum aggredi conatur.

Artificiosus, a, um, Plenus artificio. } τεχνικός. Ital. *Artificioso.* Gal. *Artificieux, ingenieux, fait de main de maistre.* Hisp. *Cosa mucho hecha por arte.* } Cic. 2. de Fin. Epicurus autè, vt opinor, nec non vult, si possit, plane & apertè loqui, nec de re obscura, vt physici: aut artificiosa, vt mathematici, &c. Sic artificiosa eloquentia, apud eundem, de Inuentione. ¶ Dicitur & Artificiosus, qui aliquid arte facit. Cicer. 2. de Natu. deo. Zeno igitur naturã ita definit, vt eam dicat esse igoem artificiosum ad gignendum.

Artificiosè, aduerbium. } τεχνικῶς. Ital. *Artificiosamente, ingeniosamente.* Gal. *Artificieusement, auec art.* Hisp. *Artificialmente.* } Cic. 1. de Orat. Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta, generatim componerent.

Artificialis, le. Quod arte factũ est. } τεχνικός. Ital. *Artificiale.* Gal. *Fait d'art, artificiel.* Hisp. *Cosa que se hazè ò que se puede hazer por arte.* } Huius compositum, & anthiteton est Inartificialis, Qui arte caret. ἀτεχνος. Quintil. lib. 5. cap. 5, Aliis probationibus æque inartificialibus soluitur.

Artificialiter, aduerbium, Artificiosè, τεχνικῶς. cui opponitur Inartificialiter, ἀτέχνως, hoc est sine arte. Idem lib. 2. cap. 18, Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Artitus, pen. prod. Dicitur bonis artibus instructus. Fest.

ARSACES, ἀρσάκης, pen. corr. Nomen proprium Parthorum regis, cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæsitum, constitutúmque ab eo regnum, vt omneis deinde reges suos Arsaces, appellauerint, quemadmodum Aegyptij reges suos vocauerunt Ptolemæos. Quin & Parthi ipsi ab eo dicti sunt Arsacidæ.

ARSAGIA, ἀρσαγία, prius vocata Europus, Vrbs est in Media, sic à Parthis appellata. Autor Strabo lib. 11.

ARSANIAS, ἀρσανίας, Fluuius est Armeniæ: qui cum Tigri circiter quatuor passuum millia fluit: deinde diuisus, in Euphratem illabitur. Meminit huius fluuij Plin. lib. 4. cap. 24.

Arsenicum, ci, {ἀρσενικὸν. Ital. *Arsenico, Orpimento.* Gal. *Orpin, arsenic.* Hisp. *Oro pimente.*} Genus est coloris lutei, quod à Plinio auripigmentum vocatur, eó quòd in picturis auri colorem referat. Duo eius sunt genera, natiuum, & factitium. Natiuum rursus est duplex; alterum crustosum & in squamas scissile, aureo colore micans, nullisque materiæ permistum. Hoc à nonnullis vocatur foliatum. Huius generis magnam vim Caius princeps auri auidissimus, excoqui iussit, & fecit plane aureum excellens, sed tam exiguum, vt detrimentum sentiret. Alterum genus glandis effigie, pallidius, & colore sandaracham referens. Hoc ignobilius est, nullúmque ex eo excoquitur aurum. Sæpe in eadem inuenitur gleba cum sandaracha: à qua solo colore differt & coctione, vim alioqui eandem habens. Ex hac specie fit Arsenicum factitium: quod quo pacto fiat, vide apud Dioscoridem lib. 5.

Arsenogonon, ἀρσενόγονον, Herba ferens semen testibus simile: ita dicta, quòd vino, in quo macerata est, epoto, mares generari credantur, quemadmodum Thelygono fœminæ. Autor Plin. lib. 26. cap. vlt.

ARSENOTHELEAS, ἀρσενοθήλεας, Deos antiqui esse dixerunt vtriusque sexus participatione, quasi masculo fœminos. Quo nomine quædam quoque animalia ab Aristotele nominantur semetipsa inuentia.

ARSENARIA, ἀρσινάρια Ptolemæo, Mauritaniæ Cæsariensis colonia, tribus passuum millibus à mari sita. Recensetur à Plinio lib. 5. cap. 2, & à Ptolemæo lib. 4. cap. 2.

ARSENIVM, ἄρσενιον, Germaniæ oppidum apud Ptolemæũ lib. 2. cap. 11.

ARSIA, Hetruscorum sylua fuit, Romanorum cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

ARSICORAS, Sardorum rex tempore Annibalis, vt scribit Liuius.

ARSINOE, ἀρσινόη. Fuit filia Ptolemæi, Lagi filij, qui Aegyptum post Alexandrum tenuit, & vxor Lysimachi regis Macedoniæ, forma præstantissima: à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater vrbem cõdidit in Cyrenaica regione.

Arsis, ἄρσις, Latinè vocis elevatio: sicut & θέσις positio vocis: vt, Arma: ar, elevatio est: ma, positio. In his duobus per diuisionem pedes legitimi colliguntur.

ARTABANVS, pen. prod. ἀρτάβανος. Vltimus Arsacidarum fuit Parthorum rex, quem Artaxerxes miles Persa interemit, suisque regnum restituit, quod post Darium regem ab Alexandro victum semper penes Parthos fuerat. ¶ Fuit & alter Artabanus, Hystaspis filius, & patruus Xerxis, quem expeditionem in Græciam parantem frustra conatus est ab instituto reuocare. In ipsa quoque expeditione quum Regis consilia identidem improbare videretur, veluti militiæ inutilis, ad regni administrationem in Persidem remissus est: vbi postea Xerxem obtruncauit. Vide Herod. lib. 7. & Iustinum lib. 2.

Artaba, æ, siue Artabe, es, ἀρτάβη, Mensura est frumentaria apud Persas capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. Autor Herod. lib. 1.

ARTABAZVS, ἀρταβάζος. Armeniæ rex fuit, filius Mithridatis, vir in tã remota barbaria omnium tamen literarum peritissimus. Hic quòd exercitum Antonij Parthis prodidisset, ab eo Alexandriæ ad ludibrium per vrbem circunductus, tandem in carcere necatus est. ¶ Fuit & alter hoc nomine, ex ducibus Xerxis, qui re infœliciter aduersus Græcos gesta, cum paucis suorum effugit. De hoc Herod. lib. 9.

ARTABRI, orum, ἄρταβροι. Hispaniæ populi in extremis finibus Lusitaniæ, ad Septentrionẽ & Occasum, auro, argento, & stanno abũdantes: ita dicti ab Artabro vicino promontorio. Meminit horũ Strab. lib. 3.

ARTACA, siue Artace, ἀρτάκη, In Cyzicenorum insula, mons est arboribus plenus, in fronte habens quandam parnam insulam eodem nomine: propè est promontorium, quod Nigri appellatur: id in præternauigatione est è Cyzico Priapum delatis. Hæc Strabo lib. 12, & 13. ¶ Est etiam Artace Stephano Phrygiæ oppidum, Milesiorum colonia: quod tamen Ptolemæus lib. 5. cap. 1. villam appellat. Plinius portum.

ARTACENA, æ, ἀρτακηνή. Regio est Syriæ, Lyco & Capro fluuiis irrigata, in qua Dariũ ab Alexandro victũ fuisse tradit Strabo in princ. li. 16.

ARTACHAEES, ἀρταχαίης. Vnus fuit ex ducibus Xerxianis, totius exercitus, vno Rege excepto, procerissimus, quippe cui ad staturam quinq; cubitorum quatuor tantum digitorum deerat latitudo. Hunc apud Acanthum (vbi fossæ ducendæ præerat) fato functum, Xerxes primio sepulturæ honore est prosequutus.

ARTAXATA, orum, ἀρτάξατα. Clarissima Armeniæ vrbs, ad Araxem amnẽ sita, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo & nomen accepit. Alio nomine Artaxiasota, ἀρταξιάσωτα, appellata, teste Strab. lib. 11.

ARTAPHERNES, ἀρταφέρνης. Hystaspis filius fuit, & frater Darij, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit: vt scribit Herod. lib. Historiarum 7.

ARTAXERXES, ἀρταξέρξης, Nomen proprium Xerxis filij, qui Longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic ex concubinis, cxv. filios suscepisse traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darium, Ochum, & Ariarathen: quorum Darius à patre Rex declaratus, leuem ob causam cum quinquaginta ex fratribus aduersus eum rebellauit: qui postea separati, ad vnum omnes cum vxoribus & liberis iussu Regis sunt interfecti. Ab hoc profecta est celebris illa sententia, Beneficium addere longè magis regale esse, quam auferre. Fuit & alius Artaxerxes, Cyri iunioris frater, cognomento Memor. Huic quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtulisset, iucundè suscepit, Per Solem, inquiens, hic is mihi videtur, quem vrbem quoque ex parua magnam reddere posse existimem.

ARTAYCTES, ἀρταύκτης, Persa fuit, Sesti præfectus sub Xerxe, qui quum multa nefariè perpetrasset, tandem à Xantippo Atheniensium duce captus, viuus palo suffixus est. Herod. lib. 7.

ARTEATAE, ἀρτεάται, Gens fuit Persica, ita dicta ab Artea Persidis regione: de qua Stephanus, & Herod. lib. 1.

ARTEMBARES, ἀρτεμβάρης, Vir in primis clarus inter Medos, cuius filius quum à Cyro adhuc puero, & incognito, iniuria affectus esset, Artembares eum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit, vt regius puer, & Astyagis nepos agnosceretur. Herod. lib. 1.

ARTEMIDORVS, pen. prod. ἀρτεμίδωρος. Gnidius Philosophus fuit, Bruto familiaris: à quo quum coniurationis in Cæsarem factus esset particeps, oblato Cæsari libello, rem ordine exposuit: sed ita iam vrgente fato cecidit, vt Cæsar libellum, tanquam alio tempore lecturus, in sinum reiiceret, qui postea ipso interfecto inuentus est. ¶ Fuit & alter Artemidorus, Philosophus Daldianus (est autem Daldis Lydiæ ciuitas) qui de somniis, auspiciis, & chiromantia libros quatuor conscripsit. ¶ Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomento Pseudaristophanem, qui rei culinariæ voces congessit.

ARTEMIS, ἄρτεμις, Diana, siue Luna, quasi ἀειτόμις, id est aërem secans, vt quidam volunt: vel quòd integros faciat partus. Strab. lib. 14.

ARTEMISIA, ἀρτεμισία, Mausoli Cariæ regis vxor, quæ insignis pudicitiæ fuisse perhibetur, & virum vltra humanæ affectionis fidẽ amasse creditur. Nam & mortui cineres vino commistos ebibit: & memoriæ eius tam splendidum erexit sepulchrum, vt magnifica omnia monumenta, Mausolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata. ¶ Est & Artemisia, herba insignis, absinthij modo fruticosa, maioribus foliis, pinguioribúsque: cuius duo sunt genera, alterum latioribus foliis, alterum minoribus & tenerioribus, non nisi in locis maritimis nascens. {Ital. *Artemisia.* Gal. *Armoise.* Hisp. *Artemisa.*} Nomen accepisse putatur ab Artemisia regina, quum antea Parthenis diceretur. Alij ab Artemide cognominatam putant, quoniam priuatim medicatur fœminarum malis. Vide Plin. lib. 25. cap. 7.

ARTEMISIVM, ἀρτεμίσιον. Vt Demosthenes pro Ctesiphõte docet, promontorium Eubœæ est. ¶ Artemisium item lucus est prope Ariciam, Dianæ sacer, quasi Dianium dictum: Latini Nemus, & agrum vicinum Nemorensem dixerunt, vnde & Nemorensis rex, dictus est sacerdos illius regionis.

ARTEMISIVS, ἀρτεμίσιος, Apud Macedonas mensis Maius dicitur: quo nomine etiam vocatur mons Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.

ARTEMITE, ἀρτεμίτη, Insignis est Ciuitas quingentis stadiis à Seleucia distans. Autor est Strabo lib. 15.

ARTEMIVS, ἀρτέμιος, Romæ fuit præfectus carceris, qui vnà cum vxore Candida, & Paulina filia iacent in via Aurelia, martyres sub Adriano principe. Autor Volater.

Artemon, monis, ἄρτεμων, Quid sit inter eruditos non satis conuenit. Baysius credit esse velum maximum in naui, eo argumẽto fretus, quod etiam hodie Veneti maximum nauis velum hoc nomine vocant. Alciatus verò credit esse velum additicium, quod scilicet maiori velo additur & assuitur dirigendæ nauis causa. Nam Græci ἀρτᾶν dicunt assuere, vel appendere: ἄρτημα, appendicem. Alij verò volunt esse nauis antennam, ex qua velum suspenditur. Vitruu. lib. 10, docet Artemonem esse, quam nostri Trochleam, Græci ἐπάγκωνα vocant. Hae autem in nauibus funes ductarij trahuntur, & armamenta explicantur, vt meritò additamentum magis, quàm pars nauis esse videatur. Ait idem scriptor, machinas id genus tractorias ad onerandas naues esse accommodatas, fierique his trochleis nauium subductiones.

ARTEMON, Medicus, quem Plin. lib. 28. ca. 1, ex hominis cremati calua aquam propinasse scribit aduersus morbum comitialem. ¶ Alius item pictor nobilis fuit, cuius opera enumerat Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Artemon præterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho regi adeò similis, vt Laodice, necato Antiocho, regni successionem per eum fuerit adepta, vt tradit idem Plin. lib. 7. cap. 12. ¶ Alius fuit Artemon adolescens certatim adamatus à mulieribus ob insignem formam. Vnde locus factus prouerbio, Versatilis Artemon, ὁ περιφορητὸς Ἀρτέμων. De iis dici solitum quorum gratia vehementer decertatur.

ARTEMONA, ἀρτεμώνη, Apud Plautum dicta est mulier quædam: ab ἀρτάζω, perficio, quòd perficeret quæ vellet, quòd esset egregiè dotata.

Arteria, {ἀρτηρία. Ital. *Arteria, la canna della gola, strozza.* Gal. *Artere.* Hisp. *Donde passa el ayre.*} Latinè significat venam vitalem, seu semitam, in qua est vitalis spiritus. Plin. lib. 11, cap. 37. Inter hos latent arteriæ, id est spiritus semitæ. Gell. lib. 3. cap. 10, & lib. 17. cap. 11, & lib. 18. ca. 10, Arteria est, inquit, conceptaculum spiritus naturalis misti confusique cum sanguine, in quo plus spiritus est & minus sanguinis, quæ motu, atque pulsu habitum & modum febrium demonstrat. ¶ Antiqui Arterias vocant Pulsus. Super arterias locantur venæ, præterquam in dorso, in quo magna arteria est posita super venam. Læduntur arteriæ, si antequam vox benè permulsa est, acri clamore compleantur. Ergo interualiis longioribus vti conuenit. recreatur enim spiritu vox, & arteriæ reticendo acquiescunt. ¶ Ponitur quandoque vena pro arteria. Persius. Tange miser venas, & pone in pectore dextram, Nil calet hic. Neque enim venas ægrotorum, sed arterias pertentamus. Celsus lib. 3, Si protinus venæ conciderint, & sæpius eodem die: si inter plures accessiones vis perinde corporis deest. Dicta est autem Arteria ab eo, quòd aër, hoc est spiritus in ea seruetur, quasi τὸν ἀέρα τηροῦσα. ¶ Aspera arteria, τραχεῖα ἀρτηρία. Est fistula exterior colli, ab ore protensa ad pulmonem, per quam spiritus attrahitur & emittitur.

Arthritis, idis, {ἀρθρῖτις. Ital. *Infermità ò dolor di giouture.* Gal. *Goutte.* Hispa. *Enfermedad de los artejos ò articulos.*} Morbus articularis, ita dictus, quòd τὰ ἄρθρα, hoc est articulos & iuncturas infestet.

Arthriticus, {ἀρθριτικὸς, ὁ ἀρθρίτικος. Ital. *Gottoso.* Gal. *Goutteux.* Hispa. *Enfermo de los artejos.*} Qui laborat arthritide, hoc est morbo articulari. ἄρθρον enim apud Græcos articulum significat. Cicero ad Pætum, Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere.

ARTIGIS, ἀρτίγις Ptolemæo. Hispaniæ ciuitas, in tractu Bætico, alio nomine Alhama dicta.

Arto, tas, Vide suprà ARCTO.

ARTOCMES, ἀρτόχμης. Vnus fuit è Xerxis ducibus, qui Darij filiam vxorem duxit, vt testis est Herod. lib. hist. 7.

Artocopus, pecul. corr. {ἀρτόκοπος. Ital. *Pistore, Panattiere, fornaio.* Gal. *Boulengier,*

Universidad de Sevilla Biblioteca

longum finitur. Hisp. *Hornero que cuez en horno el pan.* ¶ Pistor, seu factor panis. quanquam & pro dispensatore accipitur, cui panis distribuendi officium incumbit. Iuu. Satyr. 5, Salua sit artocopi reuerentia.

Artocreas, atis. Ἀρτοκρέας, ατος. Ital. *Pasticcio di pane & di carne.* Gal. *Pasté de chair.* Hisp. *El pastel de carne.* ¶ neut. gen. sicut simplex κρέας, ατος, Cibi genus est ex pane & carne minutim concisa confectum. Quod quo pacto fieri consueuerit, vide in eo libello, qui Apicij nomine circumfertur. Sunt qui inflectant per primam inflexionem: an rectè, ipsi viderint: certè apud Apicium legitur nominatiuus Artocreas. Ita etiam videtur exigere tum analogiæ, quam habet cum simplici. Neque obstat Persij autoritas Satyr. 6, -oleum artocreásque popello Largiorem prohibes? Nam doctorum omnium iudicio, Artocreas ibi est accusatiuus singularis, neutri generis.

Artolaganus, ni, pen. corr. Ἀρτολάγανος, Panis genus delicatissimi, quod cum pullo vino, lacte, oleo, & pipere coquebatur, vt placet Ruellio lib. 2. cap. 14. Plin. lib. 18. cap. 11. Panis ipsius varia genera persequi superuacuum videtur: aliàs ab opsoniis appellari, vt ostrearij: aliàs à deliciis, vt artolagani. Cic. Pæto, lib. 9. Epist. Dediscendæ sunt tibi sportellæ, & artolagani tui.

Artopta, Ἀρτόπτης. Ital. *Femma che cuoce il pane, ouero istromento da cuocerlo.* Gal. *Boulengiere ou femme, ou cuit & rostit le pain.* Hispa. *Hornera que cuez en horno el pan.* ¶ A quibusdam dicitur mulier, quæ coquit panem in clibano vel in furno: ab ἕψω, coquo. Erat enim id officium mulierum: neque ante bellum Persicum (teste Plin. lib. 18. cap. 11.) Romani, pistores suos habuerunt. Plaut. in Aulul. Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto. At Pollux dicit esse instrumentum artocopi, in quo panes torrebantur. Alij accipiunt pro vase in quo farina subigitur.

Artoptitius panis, Qui ex fermento duriore conficitur, torrétúsque in artopta. Plin. lib. 18. cap. 9. Siligineæ farinæ modius Gallicæ, viginti duas libras panis reddit: Italicæ duabus tribúsve amplius in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras. Vide Ruell lib. 2. cap. 14.

ARTOTYRITAE, Ἀρτοτυρῖται, Populi, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerebant enim panem & caseum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuisse celebratas.

Artus, artuum, artubus, pluralis tantum numeri. Ἄρθρα, ων, λ. Ital. *Nodi.* Gal. *Membres.* Hisp. *nudos, ò miembros del cuerpo.* ¶ Proprié dicuntur nodi in corpore animalis, ex duorum ossium coëuntibus extremitatibus resultantes: ita dicti ab arctandis, hoc est continendis & colligandis ossibus. Virgil. lib. 5. Et magni membrorum artus. Quidam sic distinguunt Artus à membris, quòd Artus ossa cum neruis & venis: Membra autem proprié vocemus carnem artus tegentem. Vnde Membrana, superior Membri pars, hoc est pellis. Sed hæc sæpenumero confunduntur. ¶ Apud Plautum in Menæch. Artua dicuntur, à nominatiuo Artu, Ita mihi imperas, vt ego huius membra, atque ossa, atque artua Commiuuam illo scipione, quem ipse habet.

Artuo, tuas, ab Artus fit Ἀρθρόω. à quo Deartuo, quod est per artus diuido. Maternus lib. 5, Vt hic artuatis viscerum partibus, membra omnia crudelis artificij præfidi proferantur.

Articulus, diminutiuum ab Artus, & ponitur pro iunctura siue nodo vel parte membri. Ἄρθρον. Ital. *Nodo, giuntura.* Gal. *Iointclure, nœud.* Hispa. *Nudo, artejo, articulo.* Articulis membra distinxit. ¶ Sed & in vite dicuntur articuli, nodi ex quibus gemma erumpit. Cic. in Catone, Itaque ineunte Vere, in iis quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorũ, ea quæ gemma dicitur. ¶ Articuli etiam in montibus dicuntur. Plin. in calce operis, Etenim contingit recurrentis Italiæ positio in partem vtilissimam, & inter ortus occasúsq; mediam, aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli vbertate. Vbi montium articulos videtur accepisse pro colliculis, & cliuis molliter surgentibus, qui editioribus montibus, veluti corpori membra, sunt annexi. ¶ Sic articulos fidei, tanquam membra religionis nostræ dixerunt. ¶ Interdum ponitur pro digito, vt apud Ouid. lib. 2. de Ponto, At reditus iam quisq; suos amat, & sibi quid sit Vtile solicitis supputat articulis. ¶ Interdum pro momento, καιρός, & tempestiua rerum faciendarum hora, siue puncto, ἀκμή, seu alicuius rei aut temporis particula. Terentius in Adelphis, Vide vt in ipso articulo (τὸ αὐτὸ τοῦ καιροῦ) oppressit eam. ¶ Item Articulus membrum est periodi, quod etiam à Græcis κῶλον appellatur: de quo Autor ad Herennium lib. 4. Articulus habetur, quum singula verba interuallis distinguuntur cæsa oratione. ¶ Similiter Articulus, ἄρθρον, à Grammaticis dicitur particula, quæ in declinandis nominibus discernendi generis causa præponitur: cuiusmodi sunt apud Latinos Hic, hæc, hoc: apud Græcos ὁ, ἡ, τό. Quanquam est & aliud genus articulorum apud Græcos, quos illi subiunctiuos vocant, eundem vsum præstantes, quem relatiua apud Latinos. ὅς, ἥ, ὅ.

Articularis, & hoc re, Quod ad articulos pertinet. Ἀρθρικός. Ital. *Pertinente à gionture.* Gal. *Apartenant aux iointures.* Hisp. *Perteneciente à artejos ò articulos.* ¶ vt, Articularis morbus, ἀρθρῖτις, ita dictus, quòd per omnes artus vagetur. Hoc morbo Ennius laborasse fertur. Serenus, Si verò articulos tales inimica per omnes Hæserit, ex ficu betas cum melle iugabis, Vel pelagi latices, simul & Baccheia dona Sumere curabis, nimio sed parcito vino. Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Articulatus, a, um, Idem Plin. lib. 11. cap. 20, Articularios morbos sedat, canisque morsus. Idem lib. 20. cap. 9. Podagræ autem, morbisque articularibus illini cum ruræ, coriandri, & salis mica, hordei farina.

Articularius, ij, substantiuum, Qui articulari morbo laborat. Ἀρθρικός. Ital. *Gottoso.* Gal. *Goteux.* Hisp. *Gotoso.* ¶ Plaut. Merc. Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.

Articulatim, Significat per articulos. Κατὰ ἄρθρους. Ital. *Per le gionture, à pezzo à pezzo, di punto in punto, distintamente.* Gal. *Par les iointures, de point en point, distinctement.* Hisp. *De articulo en articulo, distincta y partidamente.* ¶ Plaut. in Epid. Hem isthic homo te articulatim occidit senex.

Articulatè, Idem. Inde dicimus Articulatè pronuntiare, id est distinctè & quibusdam veluti articulis. Interdum ponitur pro claré, aperté. Cic. Att. Valebis igitur, & puellæ salutem articulatè dices.

Articulatio, onis. Ἄρθρωσις. Plin. lib. 16. cap. 25. Claréque & tunc cernitur exteresentium cacuminum Articulatio.

Articulosus, a, um, Plenus articulis. Ἀρθρώδης. Ital. *Articuloso.* Gal. *Plein de iointures & de nœuds.* Hisp. *Lleno de nudos.* ¶ Plin. lib. 24. ca. 16, Alij radice longa, veluti signata, articulosáque monstrauere, tribus omnino calculis. Quintil. lib. 4. cap. 5. Euitanda vtique maximè concisa nimium, & velut articulosa partitio.

ARTYNIA, Stagnum est minoris Asiæ, Olympo Mysiæ monti propinquum, & iuxta Miletopolim ciuitatem, ex quo Rhyndacus fluuius, antea Lycus denominatus, effluit, Asiam & Bithyniam disterminans. Plin. lib. 5. cap. 32.

ARVALES FRATRES, Dicti sacerdotes, quos Romulus primus instituit, séque inter illos duodecim fratres appellauit: quorum officium erat Cereri, & Baccho pro frugum & vini vbertate ambaruales hostias mactare: quæ idcirco Ambaruales dicebantur, quòd antequam mactarentur, ter circum arua ducebantur. Virgil. in Georg. Térq; noua circum felix eat hostia fruges. Et sacerdotio Acca Laurentia, quę postea populum Romanum hæredem instituit, Romuli nutrix, tribuit tæniolas albas, & spiceam coronam pro religiosissimo insigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos non nisi vita finitur, exulésque & captos comitatur.

ARVERNI, ὁρίονται Stephano, Galliæ populi ad Ligerim siti, qui multis hominum millibus cum Vercingentorige contra Cæsarem profecti sunt, quum prius aduersus Maximum Aemilianum & Domitium Aenobarbum etiam ducentis hominum millibus confixissent. Strabo lib. 4. Vulgò *Auuergne & Auuergnats.*

Aruina, pen. prod. Durum pingue inter cutem, vt autor est Seruius. Ἀλοιφή. Ital. *Grasso, lardo.* Gal. *Graisse, saing dous.* Hispa. *Grassa que esta puesta sobre la carne.* ¶ Virgil. lib. 7, Pars lucis clypeos, & lucida spicula tergent Aruina pingui.

ARVISIVM, Chij insulæ promontorium. Inde Aruisia vina. Virgil. in Daph. Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar. Nunc adiecta vna litera *Mareusia* dicitur.

ARVNCA, Vrbs fuit antiquissima in Italia, ab Ausone condita.

Aruncus, a, um. Virg. 7. Aenei. Atque equidem meminit (fama est obscurior annis) Aruncos ita ferre senes. Idem lib. 10, -occurrit Halæsus Aruncæque manus. Rectius scribitur Aurunca, & Auruncus.

Aruncus, Villus est à caprarum mento dependens. Κρόκη. Ital. *Barbetta della capra.* Gal. *Barbe de chieure.* Hisp. *La barua de las cabras ò cabrones.* ¶ Pli. lib. 8. ca. 50, Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant.

Arundo, Aquaticus frutex. Κάλαμος. Ital. *Canna.* Gal. *Canne, roseau.* Hispa. *Cana.* ¶ Liu. 7. bel. Pun. Erat autem pleraq; ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta. ¶ Et quoniam ex arundinibus fiebant sagittæ, quandoq; Arundo ponitur pro sagitta. Virg. lib. 7. Aen. -actáque multo Pérque vterum sonitu, perque ira venit arundo.

Arundineus, nea, neum, Quod est ex arundine. Καλάμινος. Ital. *De canna.* Gal. *De canne ou roseau.* Hisp. *Cosa tosca de cana.* ¶ Plin. lib. 10. cap. 29, Addita in transuersas labras fronde arundinea. ¶ Scipioni arundineo inniti, apud Hebræos in prouerbio fuisse videtur 4. Reg. cap. 18. Isai. cap. 36. Ezechiel. cap. 29. De eo qui spes suas figit in iis, qui non solùm non possunt esse præsidio, verum etiam nocent destituto. Siquidem arundineus scipio non modo non sustinet innitentem, verum etiam manum penetrat ac vulnerat.

Arundinaceus, a, um, Similis arundini. Καλαμώδης. Ital. *Cosa che ha forma di canna.* Gal. *Semblable à vne canne ou roseau.* Hisp. *Cosa semejante à la cana.* ¶ vt Folium arundinaceum. Plin. lib. 18, cap. 7, Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.

Arundinetum, pen. prod. Locus arundinibus abundans. Καλαμών. Ital. *Luogo dane pieno canne, canneto.* Gal. *Le lieu ou croissent cannes ou roseaux.* Hispa. *El canaueral, lugar donde nacen canas.* ¶ Sicut Salictum & Oliuetum dicimus, pro locis in quibus magna est copia salicum, & olearum. Plin. lib. 10. cap. 32, Minores halcyones in arundinetis canunt.

Arundinosus, a, um, adiectiuum, Abundans arúdinibus. Καλαμώδης. Ital. *Pieno di canne.* Gal. *Plein de roseaux ou de cannes.* Hisp. *Lleno de canas.* ¶ Catull. Quæque Ancona, Cnidúmque arundinosum Colis.

Arundifer, adiect. Ferens arundines. Καλαμοφόρος. Ouid. 5. Fast. Tybris arundiferum medio caput extulit alueo.

ARVNS, Vates Thuscus fuit diuinandi scientia insignis. Luc. lib. 1, Acciti vates, quorum qui maximus æuo, Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ, &c. ¶ Est item nomen viri, qui Camillam occidit, de quo Virg. lib. 11. Aeneid. ¶ Fuit etiam hoc nomine Tarquinij Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum lacum facta est, Iunium Brutum interemit, & ab illo vicissim (dum vterque hostis potius feriendi, quàm corporis sui tegendi rationem habet) hasta traiectus est. Vide historiam apud Liuium lib. 2. ab Vrb.

ARVPENVM, Iapodum oppidum in confinio Istriæ, & Illyrici: cuius meminit Strabo lib. 4. & 7.

Aruspex, Vide infrà in dictione HARVSPEX, ὑπερσκόπος.

Arutim, ui, ab arando dictum, Ager aratus, necdum satus, qui tamen sementi datur. Ἄρουρα. Ital. *Campo.* Gal. *Champ labouré, terre labourée, semée ou à semer.* Hisp. *Campo que se labra y siembra.* ¶ Varr. 1. de Re rust. cap. 39, Aruum, quod aratum, nec satum est. Salust. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, quàm arno ibudent. ¶ Pro eodem etiam dicitur Ager aruus. Plaut. Truc. Non aruus hic, qui arari soleat. Sed pascuus est ager.

Arx, Ab arceo, quia arcet, id est, phibet hostes accedere. Ἀκρόπολις, ἄκρα. Ital. *Fortezza, castello, difesa.* Gal. *Forteresse, chasteau de defense, haute tour.* Hisp. *Fortaleza roquera, ò alcaçar de ciudad.* ¶ Est enim locus vrbis in monte situs natura munitus. Inde etiam summitates montium & cuiuscunque altitudinis, ex quibus facilè possunt depelli hostes, Arces dicuntur. Vel (vt Solinus inquit) ab Arcadibus dicta est Arx, qui munitissimos quosque colles sub Euandro tenuerunt. Virg. 1. Aen. Quo res summa loco Pantheu? quam prendimus arcem? Cic. in Paradox. Hoc opus in apertum vt profetas, nihil postulo: nõ enim est tale, vt in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiæ: sed tantùm vt ex eadem officina exisse appareat. ¶ Translatè hac voce vtimur quum tutissimum ac validissimum præsidium significamus. Cic. in Verr. actí. 6. Idem ad vos priuatim, iudices, confugit, vtitur hac lege qua iudicium est communi arce sociorum.

Rursus in eadem: Hic locus est igitur vnus quo perfugiant, hic portus, hæc ara, hæc ara sociorum. Idem pro Rosc. Comœd. Item pro Sylla. Idem in Epist. Fam. ad Lentul. quod erat in causa præcipuum, arcem vocat. Non potuit inquit, magis in arcem causæ illius inuadere. ¶ Arcem ex cloaca facere, prouerbialiter dicuntur qui rem hominémve nihili laudibus magnificis attollunt. Cicc. pro Cn. Plancio, Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è sepulchro venerari pro Deo. neque enim insidiarum periculum vllum neque mortis fuisse. In cuius verbis & illud prouerbij figuram habet. Lapis è sepulcro, de homine nullius potentiæ.

ARYANDES, ἀρυάνδης. Aegypti prætor fuit à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore quum æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. Autor Herod. lib. 4.

A ante S.

As, assis, Libra, à Græcis μνᾶ. Mna, Mina à nostris, interpositione i, literæ: quæ ex nonagintasex drachmis conficitur, siue duodecim vnciis. ἀσσάριον. Vncia verò ab vno dicitur. ἕγκια. ¶ Sextans, Vnciæ duæ, quasi sexta pars assis. ἑκτημόριον. ¶ Quadrans, Vnciæ tres, quarta pars assis qui & Triuncium dicitur. τριτημόριον. ¶ Triens, Quatuor vnciæ, tertia pars assis. τριημόριον. ¶ Quincunx, Vnciæ quinq;. ¶ Semis, Vnciæ sex, dimidium assis, siue selibra, id est media pars libræ, quasi semias. ἡμιλίτριον. ¶ Septunx, Vnciæ septem. ¶ Bes, Vnciæ octo, dempto triente ab asse, quasi Des. διμοιρία. ¶ Dodrans, Vnciæ nouem, ab asse dempto quadrante, quem & Nonuncium dicimus. τρημοιρία. ¶ Dextans, Vnciæ decem, dictus, quòd assi desit sextans, hoc est vnciæ duæ. ¶ Deunx, Vnciæ vndecim, quasi vnica dempta ex asse vncia. ¶ Aeris autem minima pars Sextula dicitur, quòd sit sexta pars vnciæ. ¶ Semuncia. Dimidia pars vnciæ. ¶ Sicilicum, Semunciæ dimidium, ita dictum, quòd semunciam secet. Sicilire enim antiqui dicebant, quòd veteres volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hæreditatem & quiduis simile, id Assem appellauerunt, & partes vncias. Vnde illud Plinij de luna lib. 2. cap. 14, Haud dubium est lucere dodranteis semuncias horarum ab secunda adiicientem vsque ad plenum orbem. ¶ Vnde etiam habemus, Ex asse hæredem fecit, ἐξ ὅλης κλήρου id est totius hæreditatis. Suetonius in Cæsare, Nouissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes, Octauium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. ¶ Interdum etiam As dicitur numus æreus libralis, quòd esset vnius libræ, ita dictus ab ære. Horatius, Quem si diminuas, vilem redigatur ad assem. Valebat autem as (inquit Budæus) quaternos denariolos nostros, paulò pluris. Inde dupondius, ex duabus libris. Et Sestertius, duarum librarum & semissis. Interdum Triens, Quadrans, Quincunx, & similes partes assis apud poëtas accipiuntur pro calicibus, aut mensura poculorum. Propertius, Quum fuerit multis exacta trientibus hora. Martialis, Te conuiua leget mixto quincunce. ¶ Componitur autem As cum eo quod est Tres, & fit Tressis. Persius, Hic Dama est, non tressis Agaso. ¶ Ex Octo & As, fit Octussis. Horat. Quanti empta? Parni. Quanti ergo? Octussibus. Et sic per omnes numeros vsque ad centum, vt Centussis. Persius, Et centum Græcos curto centusse licetur.

ASAR, ἄσαι, Vicus est Peloponnesi in agro Corinthio non procul è Genea ciuitate, vt autor est Stephanus.

ASACHAE, Populi sunt in montibus Aethiopiæ, qui abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere, viuentes elephantorum venatu. De his Plinius lib. 8, Asichæ vocantur Aethiopes, apud quos maximi nascuntur dracones.

ASAGVS, Fluuius est Heracleam alluens, ciuitatem sitam ad radices mõtis Oetæ, teste Liuio lib. 5. de bell. Maced. Pli. li. 4. ca. 10. Apilam vocat.

ASAEA, ἄσαια. Nomen est proprium montis. Autor Suidas.

ASAEVS, ἄσαιος, Vnus fuit ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Autor Homerus lib. 11. Iliad.

ASANDER, dri, ἄσανδρος, Viri proprium, apud Strabonem li. 7, qui Tauricam Chersonesum à continente separauit, ducto per eius Isthmum muro, à sinu Carcinitico vsque ad Mæotim paludem.

Asarum, pen. corr. {ἄσαρον. Ital. *Asaro*. Gal. *Cabaret*. Hispa. *Asarabaccara*.} teste Plinio lib. 2. cap. 13, Herba est folia habens similia hederæ, rotundiora tamen & molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, semen acinosum, saporis calidi, & vinosi. Hæc herba etiam hodie, (vt Ruellio credimus) Gallorum lingua *Asarum* appellatur, *Baccara*, & *Cabara*. Id certum est vel Dioscoridis testimonio eandem herbam esse cum ea, quæ alio nomine Baccar siue Baccaris sine aspiratione dicitur: at Baccharis aspirate alia herba est, quam describit Dioscor. lib. 13. cap. 51. quæ in cotonis expetebatur.

Asarotum, pen. prod. ἀσάρωτον, Pauimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inuentum: sic dictum, quòd verri non debeat. Nam deducitur ab ἀ priuatiua particula, & σαίρω, verro, scopo. Scopæ quoque à Græcis σαῤῥα dicuntur. Solebant quippe purgaméta cœnarum, quæ ἀσάλακτα vocantur, è pauimento euerri, dum subtegulanea pauimenta in vsu erant. Postea asarotis inuentis, cessauit vsus scoparum, manibúsq; colligi purgamenta cœperunt, pauimenta verò spongiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis asarotis, quæ miro artificio paruulis testulis in varios colores tinctis, & imagines pictis strauit. Nam Pergami in asaroto columbam effecit bibentem, quæ aquam capitis vmbra offuscabat, alia sibi escam eripiente. Papinius lib. Syluarum, varias vbi pacta per arteis Gaudet humus, superántque nouis asarota figuris. De hoc vide plura apud Plin. lib. 36. cap. 25.

Asbestinum, {ἀσβεστῖνον. Ital. *Loro che non si abbrugia*. Gal. *Vne sorte de lin qui ne bruste point*. Hisp. *Cierto lino que no se quema*.} Genus est lini, quod ignibus non absumitur. Vtuntur id vocant, ardentésque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendentes igni magis, quàm possent aquis. Vocatur autem à Græcis Asbestinum ex argumento naturæ. Hæc Plin. lib. 19. cap. 1.

Asbestus, {ἄσβεστος. Ital. *Cosa che non se puo spegnere*. Gal. *Chose qu'on ne peut esteindre*. Hisp. *Cosa que no se puede apagar*.} Latinè inextinguibilis: & nomen lapidis est, ferrei coloris, in montibus Areadiæ nascentis, qui quam ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, vt non possit extingui, de hoc Plin. lib. 37. cap. 10.

Asbolus, Numeratur ab Ouid. 3. lib. Metamorph. inter canes Actæonis. Nomen est fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente. Nomen est fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente. ἄσβολος enim apud nos fuliginem sonat.

ἄσβολος. Verbs Thessaliæ Stephano.

ASBOTVS, pen. prod. ἄσβωτος, Verbs Thessaliæ Stephano.

ASBYLVS, Crotoniata, cuius meminit Pausanias, & Plato in libris de Republica.

ASCA, Oppidum est Arabiæ, apud Strabonem lib. vlti.

Ascalabotes, æ, ἀσκαλαβώτης, Animal venenatum, ex genere stellionum,

¶ Fuit & alius Asclepiades Prusiensis medicus, qui lapsu scalarum interiit. ¶ Fuit & alius Asclepiades poëta, à quo carmen Asclepiadeum dictum est.

Asclepias, adis, ἀσκληπιάς. Herba est, ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numerosas: ita dicta ab Asclepio inuentore. De hac Dioscor. lib. 3. & Plin. lib. 26. cap. 5.

ASCLEPIODORVS, pen. prod. ἀσκληπιόδωρος. Nobilis pictor fuit, quo nemo fœlicius symmetriam membrorum obseruauit. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Fuit & Asclepiodorus Alexandrinus, singulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionem cognitionemque herbarum & lapidum. Inquit Suidas.

ASCLETARION, ἀσκλητάριον. Mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat se discerptum iri à canibus: ea' propter à Domitiano iussus est interfici, & accuratissimè sepeliri, vt vanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempestate disiecto funere semiustum canes discerpsere.

ASCONIVS Pædianus, Grammaticus fuit & Historicus, sub Nerone clarissimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios. Hic LXXIII, ætatis anno captus luminibus, XII, postea summo cum honore, & hominum gratia vixit annos, autore Eusebio.

Ascopera, ἀσκοπήρα. Ital. *Saccheto, borsa di cuoio.* Gal. *Vne pouchette ou sachet de cuir.* Hisp. *Saco pequeño, ò costal de cuero.* Sacculus pelliceus, marsupium: dictum ab ἀσκὸς & πήρα. Sueto. in Nero. Alterius collo ascopera deligata. Ex quo datur intelligi, cullei symbolum fuisse deligatū Neronianæ statuæ: quoniam matricida fuit.

ASCRA, ἄσκρα. Vicus Bœotiæ in aspero & sterili loco, in dextra parte Heliconis, Hesiodi patria. De quo Gell. lib. 2, Ascram ius miserum penes hic Helicona colebat, Hyberno dirum, triste æstu, optabile núquam.

Ascræus, a, um, adiect. ἀσκραῖος. Virg. 2. Georg. Ascræumque cano Romana per oppida carmen. Et Ouid. 6. Fast. Ascrææ oues.

Ascribo, psi, ptum, ex Ad & Scribo, Significat subscribo, hoc est ad scriptum aliquod, nomen vel sententiam meā subiungo. προσγράφω, προσεπιγράφω. Ital. *Sottoscriuere, attribuire.* Gal. *Ajouster à ce qui est escrit, attribuer.* Hisp. *Escriuir matriculando, atribuyr y escriuir persona para alguna cosa.* Cic. de Leg. 1, Ascribito me fratris sententiæ. & de Opt. genere Orat. Qui Thucydidem laudauit, ascribet suæ nostram sententiam. Idem Attico, Nam quòd me nō esse ascriptum vides, id est nomen meum. Sic ad Qu. fratrem, In qua primum erat, quòd antiquior in tuis fuisset ascripta literis, quàm in Cæsaris. Idem ad Atti. Igitur tu quoque salutem vtrique ascribito. ¶ Significat quoque asciſco. Cic. pro Archia, Venit Heracleā, quæ quum esset ciuitas antiquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam ciuitatem voluit. id est ciuis fieri voluit, & aliis natis ciuibus adiungi. ¶ Dicimus autem ascribere ciuitati, in ciuitatem, vel in ciuitate. ¶ Item Ascribere, est attribuere, adiungere, vel assignare. Cicero, Quòd vulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. Vbi cum dativo poni vides. ¶ Cum præpositione verò In vel Ad, Idem Offic. lib. 3, Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit vt se in amicitiam tertium ascriberent. Et ad Qu. fratrem, Hunc ad tuum numerum libenter ascribito. ¶ Et in malam partem, pro imputare. προσγράφω, ἐπιλογίζομαι. Cicero, Neque mihi negligentiam velim ascribas. ¶ Ab Ascribo Ascripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, vt cæteris coloni adderentur. ¶ Item Ascripti milites, qui supplendis legionibus ascribebantur: quos etiam Accensos dicebant, quòd ad legionum censum essent ascripti. Et velatos, quia vestitu inermes sequebantur exercitum. Et Ferētarios, quia fundis præliaturi, ea modò ferrent, quæ in hostes iacerent. Et Rorarios, quòd id hominum genus antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicarent.

Ascriptitius, Allectus, qui ad aliquam rem ascriptus est. προσγραπτός, προσγραφόμενος. Ital. *Colui che è ordinato à qualche cosa.* Gal. *Enregistré, escrit, comme vn officier nouuellement creé & ajoûté au nombre ancien.* Hispa. *Persona escrita para alguna cosa.* vt qui vulgò in collegiis magistratuum Extraordinarij vocantur. ¶ Et Dij ascriptitij, qui diis maiorum gentium opponuntur: de quibus Budæus in Pandectis. ¶ Item ciues ascriptitij, quòd natis ciuibus adiuncti, se iam in alterius imperium dedideruut.

Ascriptor, oris, Qui rei alicui nomen suum ascribit, alterīusve acta approbat. προσγραφεύς. Cicero pro Domo sua, Denique ille nouimus Ligur vxnalis ascriptor, & subscriptor tuus, quem M. Papirij sui fratris esset testamento & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit. Idem ad Quir. post red. Itaque is fuit non modò salutis defensor, verumetiam ascriptor dignitatis meæ.

Ascriptiuus, Idem est, quod Ascriptitius, apud Plautum in Menæch. Idem astuc aliis ascriptiuis ad legionem solet.

ASCVRIVM, ἄσκυριον, Vrbs Liburniæ Ptolemæo. Plin. lib. 3. cap. 22, Ascriuium appellat.

ASCVLVM, ἄσκουλον, Oppidum est Piceni, memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabricio Romanis Consulibus: vt latè ostendit Plutarchus in vita Pyrrhi.

Ascyron, ἄσκυρον, Herba est hyperico similis, comas habens, quæ manibus tritæ, succo sanguineo manant: vnde & Androsæmon appellatur. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

ASDRVBAL, ἀσδρούβας, Gener Amilcaris patris Annibalis fuit, qui post eius mortē septem annos imperium tenuit, fauente factione Barchina: demum à seruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus est in medio suorū. Comprehensus deinde à circūstantibus seruus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem semper ridētis præbuit. Autor Liu. lib. 21. ¶ Asdrubal item alius fuit Annibalis frater, qui quum in Italiam traiecisset cum magnis copiis, vt fratri suppetias ferret, iuxta Trasimenū lacum à Cl. Nerone, & M. Liuio Salinatore Consulibus, victus est, & occisus: capútque eius præcisum in Annibalis castra proiectum est. Historiam hanc vide latius apud Liu. in 2. bello Punico. & Plutarchum in Annibale. ¶ Fuit præterea Asdrubal, cui Caluo cognomen erat, qui in Sardiniā dux classis missus, tempestate reiectus est ad insulas Balcares, vbi tantisper, quoad quassas reficeret naues, resedit. De quo plura apud Liuium. ¶ Asdrubal præter hos alius fuit dux bello tertio Punico à Scipione Æmiliano tanta clade superatus, vt mox ciuitatis sequuta sit deditio. Huius vxor, quū pateis antè diebus à viro impetrare non potuisset, vt ad victorem transfugeret, in medias vrbis flammas sese cum filiis iecit. Autor Liu. lib. 51. ¶ Asdrubal item, Gisconis filius, cuius meminit Plutarch. in vita Scipionis.

ASELLIVS SEMPRONIVS historicus, & Tribunus militaris sub Scipione Æmiliano apud Numantiā, qui illud bellum literis mandauit. Citatur sæpe testis à Gellio. ¶ Asellius item Claudius, eques Romanus, Tribunus militum, sub Claudio Nerone, qui apud Lucanos memorāda fortitudinis exempla edidit. Huius meminit Volaterranus.

ASIA, ἀσία, pen. cor. Nomē tertiæ partis orbis, quo ad numerū: nam quo ad magnitudinem, dimidia reperitur. ¶ Est autem duplex Asia: maior scilicet & minor. Asia minor in quatuor partes diuiditur, in Phrygiā, Lydiam, Mysiam & Cariam. Maior autem Asia distinguitur ab Europa Tanaide fluuio: ab Africa autem Nilo. Dicta est autem Asia ab Asia nympha, Oceani & Tethyos filia, Iapeti coniuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: siue, vt quidā volūt, ab Asio, Manei Lydi filio. ¶ Ab Asia fit Asius, sia, sium, Asiacus, Asiaticus, Asianus, & Asis, idis: de quibus infrā. ¶ Est & Asia, ἀσία λίμνη, Nomen paludis in Mysia, prope Caystrum fluuium, à quo vicinos campos Asia prata vocauit Virg. 1. Georg. Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circū Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. In hac autem significatione Asia primam syllabam producit: aliter eandem corripit: vt, Europa atque Asia pulsus.

Asiacus, a, um, ἀσιακός, Possessiuum ab Asia formatum. Ouid. 11. Metam. Ecquid, vbi Asiacas casuras aspicis arces, Ingemis?

Asiaticus, a, um, ἀσιανικός. Idem quod Asianus, vel Asiacus. Cic. de Claris Orat. Genera Asiaticæ orationis duo sunt. Sic Asiaticæ pecuniæ, apud eundem pro lege Manilia.

Asianus, a, um, ἀσιανός. Denominatiuum ab Asia formatum: vnde Asiani oratores dicti sunt, qui inflato & redūdāti orationis genere vtebātur, cuiusmodi ferè fuit oratio eorū, qui in Asia aut nati erāt, aut instituti.

Asis, idis, Possessiuum fœmininum, patronymica forma ab Asia deductū, ἀσίς, ἀσιάς. Ouid. 9. Metamor. -celetique carina Aegeas meritis aquas, & in Aside terra Mœnia constituis.

ASIARCHAE, ἀσιάρχαι. Viri erant communi Asiaticarum ciuitatum consensu delecti, qui communia negotia curarent: de quibus Strabo libro 14.

ASIDA, æ, Oppidum mediterraneum in Bætica, Hispaniæ regione: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

ASILAS, ἀσίλας, Augurīs nomen, qui Aenex in auxilium venit contra Turnum. Virgilius lib. 10, Tertius ille hominum, diuúmque interpres Asilas, &c.

Asilus, pen. prod. ἀσίλος. Ital. *Tafano, ò tauano.* Gal. *Taon, vne mouche fort pleine qui molestе fort les bœufs & les vaches.* Hispa. *Moscarda que alunyenta las vacas ò vaſes.* Muscæ genus, gregibus maximè infestū: vnde etiam à Græcis Oestros appellatur. Hoc infecto Iuno pellicem Io mutatam in iuuencam adegit ad insaniam. De hoc Virg. 3. Georg.

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Pluribus Alburnum volitans, cui nomen Asilo.
Romanum est, œstrum Graij vertēre vocantes,
Asper, acerbā sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta. Nascitur è latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluuiis supernatant. Vnde circa aquas magna asilorum copia, vbi id genus bestiolarum est.

Asina, Asella, Vide ASINVS.

ASINE, es, pen. corr. ἄσινη. Vulgò *Fanerommi.* Oppidum Peloponnesi in sinu Messenio. Luca. lib. 8, Quas asine cautes, & quas Chios asperat vndas. ¶ Hinc Sinus Asineus, Strab. lib. 8. & Pomp. Mel. lib. 2. ¶ Asine item insula est vna ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli vocant, in mari Adriatico, cuius meminit Pompo. lib. 2. & eius interpres Vadianus.

ASINIVS, ἀσίνιος, Viri nomen Asiniorum Romæ illustris familia fuit: ab asinis dicta, sicut Porciorū à porcis. Ex hac familia erat Asinius Pollio Augusti familiaris, cui Quintilianus multam tribuit inuentionem, summámque diligentiam: tam longè tamen à Ciceronis iucunditate & nitore dicit abesse, vt seculo prior videatur. Huius filius Asinius Gallus librum conscripsit de Comparatione patris sui & Ciceronis: quem idcirco Aulus Gellius monstrum vocat vetius, quàm hominem. Vide Aulum Gell. lib. 7. cap. 1.

Asinus, ὄνος, ὁ. Ital. *Asino.* Gal. *Asne.* Hisp. *Asno, animal domestico.* Animal notum, cuius fœmininum est Asina, ὄνος, ἡ. M. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 8. Ex equa enim & asino fit mulus: contrà ex æquo & asina hinnus. Asini in Achaia optimi sunt Arcadici, in Italia Reatini: vt tradit Plin. lib. 8. cap. 45. ¶ Ab equis ad asinos, Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, prouerbiali figura dicimus vbi quis à studiis honestioribus ad parum honesta defluxit: Aut vbi qui à cōditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius Sophista in epistola quapiam, τὸ δὲ λεγόμενον, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μετακεκόμφθω, id est iuxta prouerbium, Ab equis ad asinos transiimus. ¶ Huic dimersum est illud Plaut. in Aulular. Ab Asinis ad boues transcendere, pro eo quod est, ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. ¶ Ab asino delapsus, ἀπ' ὄνου πεσών, in eos dicitur qui inconsultè quippiam agunt & imperitè: aut in eos qui à præsentibus cōmodis, quibus ob inscitiam vti nesciunt, excidunt. Vtuntur hoc adagio Plato lib. de Leg. 3. Plutarch. in Gryllo, & Aristoph. in Nubibus. ¶ Asinus ad lyram, ὄνος πρὸς λύραν, subaudi ἀκροατής, auscultator. In eos qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassisque auribus. Rectè etiam torquebitur in eos qui indecorè tentant artificium cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent. ¶ Germanum huic est, Asinus ad tibiam, ὄνος πρὸς αὐλόν. Dicēdum vbi quis ea quæ scitè dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. ¶ Asinus asino, & suis sui pulcher, ὄνος ὄνῳ κάλλιστος, καὶ ὗς ὑΐ. Id est simile simili placet. Conuenit vbi inter inhonestos similitudo morum & instituti conciliat benevolentiā: veluti quum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. ¶ Asinus balneatoris, ἄλυπος ὄνος βαλανείου. Dictum est in eos qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus capiunt. Plutarch. in libel. περὶ τῶν φίλων λυπῶν. Οὐδὲν δὲ κέρδος, ἀλυπότερον ὄνος βαλανείου, ξύλα καὶ φόρτια κομιζομένου, καὶ πληγὰς καὶ ὕβρεις ἀναπαμπαλάμου, κόπον δὲ μὴ μετέχοντος, μηδὲ ἄλλως μηδὲν ὠφελουμένου, id est, Nihil inde capiens commodi, velut

Universidad de Deusto
Biblioteca

asinus balneatoris qui ligna & sarmēta defert, semper fumo ac fauillis oppletus, nūquam autem particeps balnei, neque teporis, neque munditiei. Loquitur de diuite parco & sordido, qui quum sit onustus diuitiis, non vtitur tamen. ¶ Asini caput ne laues nitro, ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνε νίτρῳ. Ne multum sumptus operæve impendas in rem vilem ac sordidam. ¶ Asini mandibula, ὄνου γνάθος. Conuenit in edaces, alioqui stolidos & ignauos. ¶ Asini mortes, ὄνου θάνατοι, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos qui narrarent absurda, ridiculáque dictu. Suidas.

¶ Asinus compluitur, ὄνος βρέχεται. Dicitur in eos qui maledictis nihil omnino commouerentur. Quemadmodum asinus ob cutis duritiem adeò pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fustem sentiat. ¶ Asinus esuriens fustem negligit, ὄνος πεινῶν ῥοπάλας ἀμελεῖ. In eos conuenit qui ventris compendiive gratia quamuis contumeliam perferunt. Refert Aristot. li. 3. Moral. ¶ Asinus in paleas, ὄνος εἰς ἄχυρα, subaudiendum, incidit. Dici solitum vbi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus forte fuerit aliquis quo vel præcipuè gaudeat. Cōueniet & in hūc vsum vbi quis insciti rem cōtaminat, veluti si barbarus & illiteratus bonū autorem malis commētariis inquinet. Adagiū ab euentu natum nemo non videt. ¶ Asinus inter simias, ὄνος ἐν πιθήκοις. Vbi qui incidit in homines nasutos & contumelioſos, ipse stolidus, à quibus impunè rideatur. Gell. lib. 1. cap. 23. ¶ Consimilem habet cum proximo sensum, Asinus inter apes, ὄνος ἐν μελίτταις. Dici solitum vbi quis infeliciter incidit in homines improbos atque importunos. ¶ Asinus in vnguento, ὄνος ἐν μύρῳ. Quum deliciæ adhibentur iis quos haudquaquam decent, neque qui vel vti norunt illis, vel delectantur. ¶ Asinus stramenta mauult quàm aurum. Aristot. Moral. Nicomachi. 10. disputans non eandem omnibus esse voluptatem, quum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis homo, citat Heraclitum qui dixerit, ὄνοις σύμπαντα ἀκαθάρτων ἥδιον χοῦς τροφὴ ἢ χρυσὸς πεφυκέναι, id est, Asinos stramenta malle quàm aurum: quòd asinis pabulum auro sit iucūdius. ¶ Asinus portans mysteria. ὄνος ἄγων μυστήρια. In eum dicebatur qui præter dignitatem in munere quopiā versabatur: Aristoph. in Ranis ¶ Rex aut asinus, Βασιλεὺς ἢ ὄνος. hoc est aut victor aut victus. Eustathius Odysseæ sextum enarrans librum ostendit metaphoram ductam ab iis qui ludunt sphæra, quibus qui vicisset, rex appellabatur: qui victus fuisset, huic asino nomen erat. Vtitur Plato in Theæteto. ¶ Asinum sub frænum currere doces. hoc est doces indocilem. Horat. Infelix operam perdas, vt si quis asellum In campū doceas patētem currere fræno. ¶ E tardigradis asinis equus prodit, Ἐκ βραδυπόδων ὄνων ἵππος ἄγαγεν. Quum clarus euadit quispiam obscuro genere natus: aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. ¶ Ab asino lanam, ὄνου πώκας ζητεῖς. De iis qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt. Aristoph. in Ranis. ¶ Eundem sensum habet, τὸν ὄνον κεῖρε, Asinum tondes. De iis qui rem absurdam atque inutilem aggrediuntur, propterea quòd asinum neque pectere possis propter villos: neque tondere, quum lanam non habeat. Aristophanes in Ranis. ¶ De asini vmbra, Γαίρειν ὄνου σκιάν: pro eo quod est, de re nihili. Sophocles, Aristophanes, & Plutarch in vita Demosthe.

Asellus, diminutiuum ab Asinus. {ὀνάριον. Ital. *Asinello.* Gal. *Asnon, asnichon, petit asne.* Hisp. *Asnillo, pequeño asno.*} Mart. lib. 6. Hūc verò acuto capite, & auribus longis. Quæ sic mouentur, vt solent, asellorū. ¶ Asellus etiā est nomen piscis, sic dicti, quòd sit colore cinericio, sicut asinus: quem vulgò *Merlasium* vocamus. De quo vide Plin. lib. 9. cap. 17. ¶ Est & nomen duarum stellarum in signo Cancri. Plin. lib. 18. cap. 35. Sunt in signo Cancri duæ stellæ paruæ Aselli appellatæ.

Asella, diminutiuum ab Asina. {ὀνίσκη. Ital. *Asinella.* Gal. *Petite asneſſe.* Hisp. *Asnilla, pequeña asna.*} sicut Asellus, ab Asinus. Ouid. 3. de Arte, Vt rudit à scabrā turpis asella molā.

Asinarius, adiectiuum, Quod ad Asinos pertinet. {ὀνικός. Ital. *Cosa pertenente ad asino.* Gal. *D'asne, apartenant à vn asne.* Hispa. *Cosa que pertenesce à asno, de asno.*} vt, Mola asinaria, quam circumagit asinus. Et Asinaria Plauti comœdia, ita dicta, quòd de Asinorum venditione tractet.

Asinarius, rij. Qui asinos pascit vel custodit. {ὀνηλάτης. Ital. *Asinaro.* Gal. *Asnier.* Hisp. *Asnero.*} Cato de Re rusti. ca. 10. Operarios quinque, bubulcos tres, subulum vnum, asinarium vnum. Suet. in Aug. Apud Actiū descendenti in aciem, asellus cum asinario occurrit.

Asininus, a, um, adiectiuū, Quod est asini. {ὀνεῖος. Ital. *De asino.* Gal. *D'asne.* Hisp. *Cosa de asno.*} vt, Pullus Asininus. Varro 2. de Re rusti. cap. 8. ¶ Lac asininum. Plin. lib. 28. cap. 10, Asinino lacte poto venena testinguūtur.

Asio, ōnis, ὠτός. Auis est ex genere noctuarum, minor bubone, plumas erectas habens aurium modo. Plin. lib. 10. cap. 25. Otis bubone minor est, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: vnde & nomen illi: quidam Latinè Asionem vocant.

ASIS, idis. Vide suprà post ASIATICVS.

ASISIVM. Vide ASISIVM.

Asomatos, {ἀσώματος. Ital. *Senza corpo.* Gal. *Sans corps* Hisp. *Lo que no tiene cuerpo.*} Id est sine corpore, & impalpabilis. Cic. 1. de Natur. deo. Quòd verò sine corpore vllo Deū vult esse, vt Græci dicunt, ἀσώματον, id quale esse possit, intelligi non potest. Sic conuertso Origenes σωματικὸν appellat id, quod solidum, & palpabile est.

ASIVS, ἄσιος. Filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ, sed ex diuersis patribus, & Hectoris auunculus. Hic etiam Priamo aduersus Græcos auxilium tulit, vt Home. 1. Ilia. tradit. Fuerunt & alij huius nominis, quorum passim meminit Homerus. ¶ Est & Asius, Ptolemæo, Senonum fluuius, iuxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (vt opinor) cum eo, quem Plinius Aesim appellat.

ASIVS CAMPVS, siue Asium prarum, ἄσιος λειμών. Campus est vliginosus, iuxta Caystrum Mysiæ fluuium, de quo suprà in dictione ASIA.

Asmatographi, ἀσματογράφοι. Dicti sunt Poētæ, qui ad barbiton, citharam, aliúdve musicum instrumentum cantica conscribebant: cuiusmodi fuere Automedes, Demodocus, & Lares Cocytei, & Ithacenſis Phemius: vt post Demetrium Phalereum refert Cælius Rhodiginus lib. 7. cap. 4.

ASOPIS, idis, ἀσωπίς. Regiuncula est Peloponnesi, in tractu Achaiæ propriè dicta circa Phliuntem: ita dicta ab Asopo fluuio, cui adiacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, teste Plinio lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. etiam Asopiam appellat.

ASOPIADES, patronymicum masculinum, ἀσωπιάδης. Quod apud Poëtas accipitur pro Aeaco, Asopi nepote, qui pater fuit Aeginæ matris Aeaci. Ouid. lib. 7. Meta. Huic Asopiades, Petis irrita, dixit, &c.

ASOPVS, ἄσωπος. Fluuius Peloponnesi, è Chronio mōte mediam præterfluens Corinthi regionem, in sinum labitur Corinthiacum. Est & alius eiusdem nominis fluuius in Bœotia, qui Thebas, Plateas, & Taliis eiusdem nominis fluuius in Bœotia, qui Thebas, Plateas, & Talius

Perſ. quid aſper. Vtile nummus habet. Suet. in Nero. Exigitque ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum.

Aſperitas, atis, contraria lenitati. {τραχύτης. Ital. *Aſprezza.* Gal. *Aſpreté, rudeſſe, mauuaiſtié.* Hiſp. *Aſpereza.*} Cic. 4. de Fini. Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarũ nec differendi ſpinas probauit. ¶ Aſperitas animi, ſiue animæ, pro difficultate ſpirandi. Plin. lib. 22. cap. 24. Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur.

Aſpere, aduerb. Durè, & inſolenter. {τραχέως, χαλεπῶς. Ital. *Aſpramente.* Gal. *Aſprement* Hiſp. *Aſperamente.*} Cic. de Amicit. Vt igitur & monere, & moueri, proprium eſt veræ amicitiæ: & alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter nita, &c. Idem 1. de Orato. M. Cato Galbæ grauis atque acer inimicus, aſperè apud populum Romanum, & vehementer eſt loquutus.

Aſperiter, pro eodem apud Næuium in Pullis, Vbi tu nequaquam cubares aſperiter. Nonius.

Aſpero, as, pen. cor. Aſperum facio. {τραχύνω. Ital. *Inaſprire.* Gal. *Faire aſpre & rude.* Hiſp. *Aſperear, hazer aſpero.*} Colu. lib. 9. Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur, ne ſint volantibus lubrici. Virgilius pro Coagulo, ſiue durum facio, poſuit, Aenei. 3. Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat vndas.

Aſpredo, pen. prod. Idem quod aſperitas. τραχύτης. Celſus lib. 5. cap. 27. Interdum ſimile his, quæ vocant Græci κερδολαμψίαν, aſpredine quadam, & magnitudine ſua.

Aſpretudo, inis. τραχυτής. Celſus lib. 6. cap. 6. Atq; alia quoq; vtilia ſunt, quæ ad extenuandam aſpretudinem fiunt, de qua protinus dicam.

Aſpretum. ti. pen. prod. Locus aſper & abruptus. {τραχύς. Ital. *Luogo aſpro.* Gal. *Lieu aſpre & mal vni.* Hiſp. *Lugar aſpero, eſpinal.*} Liu. 9. ab Vrb. Ad hæc ſaxa erant, & temerè iacentia, (vt fit) in aſpretis. Idem 5. bel. Macedo. Tabernacula ſtatuere in aſpretis, & inæquabili ſolo difficile erat.

Aſpergo, gis, ſi, ſum, ex Ad, & Spargo, quaſi ad aliquid ſpargo, vel aliquãtum madefacio. {ἐπιπάσσω, βρέχω, δεύω. Ital. *Spargere, ſprezzare.* Gal. *Arrouſer, aſperger.* Hiſp. *Derramar ò rociar.*} Regit autem vel accuſatiuum ſolum. Plautus Aſperſiſti aquam, iam rediit animus. ¶ Vel accuſatiuum cum datiuo. Virg. lib. 3. Geor. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & vmbræ, Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus. ¶ Vel accuſatiuum eũ ablatiuo. Plant. in Epid. Ah, guttula pectus mihi ardens aſperſiſti. ¶ Vel accuſatiuum cum præpoſitione Ex. Cic. Fami. 6. Quæ eſt igitur (inquies) ſpes ab irato, eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, ẽ quo ſit leuiter aſperſus.

Aſperſio, onis, {ῥάντισις. Ital. *Sprezzo.* Gal. *Aſperſion arrouſement.* Hiſpa. *Aquella obra de derramar ò rociar.*} Cic. 2. de Legib. Nam illud vel aſperſione aquæ, vel dierum numero tollitur.

Aſpergo, inis, Significat actum ipſum aſpergendi, vel madefactionem. ῥαντισμός. Virg. Aen. lib. 3. Saliſa ſpumant aſpergine cautes. Plin. lib. 36. cap. 22. Aſpergine & gelu pruiniſque rumpuntur in teſtas.

Aſperſus, huius aſperſus, nomen. ῥάντισις. Plin. lib. 11. cap. 53. Quæ inſecta appellauimus, omnia olei aſperſu necantur.

Aſpergillum, {ῥαντήριον. Ital. *Aſpergolo.* Gal. *Aſperge ou guepillon.* Hiſp. *Rociadero.*} Inſtrumentum, quo aqua nos aſpergere ſolemus. Sipontinus.

Aſpernor, aris, compoſitum à Sperno, Recuſo, auerſor, non agnoſco, faſtidio. {καταφρονῶ. Ital. *Sprezzare.* Gal. *Meſpriſer, rejetter, contemner.* Hiſp. *Menoſpreciar.*} Terent. in Phormione, Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.

Aſpernabilis. Qui eſt dignus vt aſpernetur. {ὀλιγωρητός. Ital. *Degno d'eſſere ſprezzato.* Gal. *Deprisable, refuſable.* Hiſp. *Digno de ſer menoſpreciado.*} Gell. Nonnunquam apud meipſum ſoleo res eiuſmodi paruas quidem minutáſque, & hominibus non bene eruditis aſpernabiles, &c.

Aſpernatio, Contemptus. {καταφρόνησις. Ital. *Diſpregiamento.* Gal. *Meſpris, & rejectement.* Hiſp. *Menoſprecio.*} Cic. 4. Tuſcul. Quarum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt.

ASPHALTITES, ἀσφαλίτης, Lacus eſt Iudææ, bitumen gignens: vnde & nomen habet. ἄσφαλτος enim bitumen ſignificat. Nullum corpus viuum in eo ſubmergitur: vnde & Mare mortuum dicitur. Autor eſt Plin. lib. 5. cap. 15, & 16. & Iuſt. lib. 36.

Aſphodelus, li, {ἀσφόδελος. Ital. *Aſphodello.* Gal. *Aſphodille.* Hiſp. *Gamonito.*} Herba eſt, quam alio nomine Anthericon vocãt, qua Lucianus fingit manes veſci apud inferos. Eius duæ ſunt ſpecies, ſexu diſcretę. Matẽ Albucũ nominant, fœminã Haſtulam regiam: quòd, dum floret, regij ſceptri effigiem referat. Vide Plin. lib. 20. cap. 17, & Ruel. lib. 2. cap. 99.

Aſpicio, is, Ex ad & Specio, antiquo verbo (teſte Varrone) e in i mutata. Intueri, oculos in rem aliquam intendere. {ἐφορῶ, ἐμβλέπω. Ital. *Vedere, guardare.* Gal. *Regarder, auiſer.* Hiſp. *Mucho mirar.*} Plaut. in Aſin. Si quem alium aſpexerit, cæca continuo fiet. Teren. in And. -interea inter mulieres, Quæ ibi aderant, fortè vnam aſpicio adoleſcentulam.

Aſpectus, us, Viſus & intuitus cuiuſcunque animalis. {ὄψις, ἐπόψεως. Ital. *Aſpetto, veduta.* Gal. *Regard, veuë.* Hiſp. *Aſpecto ò viſta.*} Virgil. 1. Aeneid. -teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Cic. 1. Tuſc. Quod iis ſæpe vſu venit, qui quum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, vt aſpectũ omnino amitterent: ſic mentis acies ſeipſam intuens nonnunquã hebeſcit. Idem de Vniuer. Qua ex coniunctione cælum ita actum eſt, vt ſub aſpectum & tactum cadat. ¶ Atticus aſpectus, Ἀττικὸς βλέπων, perinde eſt quaſi dicas os impudens. In eos dicebatur, qui vultu ipſo præ ſe ferebant impudentiam, dicendique confidentiam. Nam hoc vitio notati ſunt Atticorum mores. Ariſtoph. in Nubib. ¶ Titanicus aſpectus, Τιτανώδης βλέπειν, id eſt, Titanicum tueri, hoc eſt, vultu titanico obtineri. Titanicum autem torum vocant ac cuiuſmodi fuiſſe feruntur veteres illi Titanes. Lucian. in Timone.

Aſpecto, as, Sæpe, aut fixè aliquem intueor. {ἐφορῶ. Ital. *Guardar fiſſo.* Gal. *Regarder ſouuent.* Hiſp. *Mirar à menudo.*} Plaut. in Amphy. Cælum aſpectat, obſecuabo quam rem agat. Virgil. 1. Aeneid. Auerſáſque aſpectat deſuper arces.

Aſpectabilis, le, Dignum quod aſpiciatur. {θεατός, ἀξιόλογος. Ital. *Coſa degna di eſſer mirata.* Gal. *Digne d'eſtre veu & regardé.* Hiſp. *Digno de ſer mirado.*} Cic. de Vniuerſit. Deus animal vnum aſpectabile, in quo omnia animalia continentur, effecit. ¶ Interdum id quod videri poteſt. Idem de Vniuerſi. Corporeum, atque aſpectabile, itémque tractabile omne neceſſe eſt eſſe quod natum eſt.

Aſpidiſci, ἀσπιδίσκοι. Breuia ſunt ſcuta, & in ſcuti modum orbiculata ornamenta. Cæl. lib. 15. cap. 16.

Aſpilates, ἀσπιλάτης, Gemma eſt ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in auium quarundam nido inueniri: traditque eam ex cameli pilo ſplenetici alligatam, malo illorum mederi. ¶ Eſt & altera eodem nomine argentei coloris, lymphatis vtili. Vtriuſque meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

Aſpiro, ras, penult. prod. Idem quod afflo ex Ad, & Spiro, ſed d, abiicitur. {πνέω. Ital. *Spirare, fauorire.* Gal. *ſouffler, aſpirer.* Hiſp. *Dar aliento y fauor à otro.*} Virgilius. Aſpirant auræ in noctem. Habet autem vel datiuum, vel accuſatiuum cum præpoſitione ad. Et per metaphoram ponitur interdum pro Auxilium præbere, fauere, ἐπαρήγω, ἐπαρήξω. Virgil. 2. Aeneid. Aſpirat primo fortuna laboti. Tractum à nauigantibus, quibus ſpirantes aurę fauent. ¶ Interdum pro Incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, ἐπιπνέω: vt Scipio aſpirat ad Conſulatum. ¶ Interdum pro iuxtà accedere, ſeu propè tangere. ἐφάπτω. Gell. lib. 1. ad horum autem ſynceritatem veritatémq; verborum an aſpirauerit Cæcilius, conſideremus. Cic. Trebatio, Vitro etiam accerſitum ab eo, ad quem cæteri non propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt.

Aſpiratio, onis, verbale, Actus ipſe aſpirandi, hoc eſt inſpirandi, nempe dum aërem in corpus intromittimus. {ἐπίπνοια. Ital. *Aſpiratione, ſoffio.* Gal. *Aſpiration, ſouffliement.* Hiſp. *Obra de dar aliento ò favor.*} Cic. 2. de Natura deor. Animantes autem aſpiratione aëris ſuſtinentur. Cic. de Diuina. Nam ſi obſcurior, quaſique caliginoſa ſtella extiterit, pingue & concretum eſſe cælum, vt eius aſpiratio grauis & peſtilens fumra ſit. ¶ Eſt item aſpiratio, ſpiritus aſper, quo literas quaſdam vegetiore ſono efferimus. δασεῖα. Cic. 3. de Orato. Maiores nuſquam niſi in vocali, aſpiratione vtebantur.

Aſpis, idis, {ἀσπὶς. Ital. *Aſpe, aſpide.* Gal. *Serpent nommé Aſpic.* Hiſp. *Biuora.*} Serpens paruus, tardi viſus, tam præſens habens venenum, vt nullum ſit morſus remedium, niſi vt partes læſæ confeſtim amputentur. Huic animali tantus eſt amoris affectus, vt vix vnquam ſine compare vagetur. Itaque ſiquis alteram interemerit, tanta eſt alteri vltionis cura, vt interfectorem perſequatur: vnúmque eum in quantouis hominum agmine agnitum infeſtet: pertumpit omnes difficultates, permeat ſpatia, nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Hæc Plin. lib. 8. ca. 28. Aſpis, ſi Lucano credimus, in ſola Africa naſcitur, quamuis & in noſtrũ orbem auaritia inuexerit. Ita enim de ea ait lib. 9. Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem Sponte ſua, Niloque tenus meritur arenas. Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur Hue Libycæ mortes, & fecimus aſpida merces. Sunt autem plures aſpidum ſpecies, diſparéſque effectus ad nocendum: de quibus vide Aelia. lib. 9. à capite 20. vſque ad caput 29. ¶ Eſt & Aſpis, inſula in mari Lycio, de qua Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Eſt item Aſpis, promontorium in litore Africæ, à forma clypei dictum, vrbem habens eiuſdem nominis, quæ à Latinis Clypea dicitur. Silius. In clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis. Strabo lib. 6. Coſura inſula eſt ante Aſpidem ſita, Carthaginienſem vrbem, quam Clypeam vocant.

ASPIRDON, pen. prod. ἀσπιρδών, Phocenſium vrbs, vt tradit Pauſanias. Hanc Euſtathius vocatam Apricam dicit, tum quod hybernationi locus amœnus ſit, tum ad differentiam alterius, cuius meminit Homerus in catalogo lib. 2. Iliad.

Aſplenum, ni, penul. prod. {ἀσπλήνιον. Ital. *Scolopendria.* Gal. *Ceterach.* Hiſp. *Doradilla.*} Herba ita dicta, quòd lienem imminuat: de qua Plin. lib. 27. cap. 5. Hanc alij Scolopendrion, vel Scolopẽdram vocant: Arabes Ceterach: quod nomen vulgus pharmacopolarũ adhuc retinet. Quam autem pharmacopolæ falſo Scolopendram vocant, eſt ea quam Dioſcorides Phyllitim appellat.

ASPORENVS, ἀσπωρηνός, Mons eſt prope Pergamũ Aſiæ vrbem: ab aſperitate & ſterilitate dictus. Habet celebre Cybeles templum, quod ab eo etiam Aſporenum, & dea ipſa Aſporena dicitur.

Aſportare, Auferre, quaſi hinc aliò portare. {ἀποφέρω. Ital. *Leuar da vn luogo, & portar à vn' altro.* Gal. *Tranſporter d'vn lieu en vn autre* Hiſp. *Llenar de alguna lugar.*} Terent. in Phormio. Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Cic. in Parad. Multa de ſuis rebus ſecum aſportarent. Virg. 2. Aeneid. Nec comitem te hinc aſportare Creuſam. ¶ Huius contrarium eſt Importare.

Aſportatio, onis, verbale, Aſportandi actus. {ἀποφορά, ἐξαγωγή. Ital. *Il portare vna coſa da vn luoco ad vn altro.* Gal. *Tranſport d'vn lieu en autre.* Hiſpa. *Obra de llenar de lugar.*} Cicero 6. Vert. His pulchritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit, quòd eorum demolitio atque aſportatio difficilis videbatur.

Aſſa vox, vt Nonius ſcribit, ore tãtum prolata, nullis tibiarum, aut aliorum organorum vocibus admiſtis. Caro de libe. edu. Melos alterum in cantibus eſt bipartitum: vnum, quod eſt in aſſa voce: alterum, quod vocant organicum. Bud. in Pand.

Aſſa, in neutro genere, vel aſſæ carnes eadem ratione dictæ ſunt, qua vox aſſa, ἀπλῶς, ἀψοφεί. Aſſum enim apud veteres ſolum ſignificat, vel merũ vel quòd ſolo igne ſine aliquo liquore coctæ eſſent, vel quòd ſine condimento aliquo, aut adiumento alieni ſaporis ſolent edi. Eadẽ etiam figura, Merum dicimus, vinum ſolum & purum, quod nihil aquæ habeat admiſtum. Sic etiam Vox aſſa dicitur, vox ſola, quę nulla organorum ſymphonia adiuuatur.

ASSACANI, Indiæ regio eſt, in qua eſt Magoſa ciuitas regionis totius caput. Strabo lib. 15.

Aſſamenta, orum, neutrum plurale, {τὰ ἐκσκαλμάτα. Ital. *Tauole da ſegare.* Gal. *Ais de bois de ſente, membrures.* Hiſp. *Entabladuras.*} Tabulæ ſunt ſectiles, quæ aſſes ſiue potius aſſeres aliàs dicuntur, non abſimiles ſcandulis, quibus recta tegularum vice aliquando tegi ſolent. Plin. lib. 16. capi. 4. Ob id cardinibus, aſſamentiſque portarum vtiliſſima.

ASSARACVS, ἀσσάρακος, Trois filius fuit, auus Anchiſæ, & pater Capyos. Virg. 3. Georg. Aſſaraci proles.

Aſſara

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assaratum, Autore Festo, Potionis genus erat ex vino & sanguine tẽperatum, quòd Latini ptisci Sanguinem Assir vocabant.

Assecla, Ab assequendo nomen deductum, quod significat eum, qui alicuius commodi spe alterum assectatur, eiq; ad nutum præsto est. {ἀκόλουθος. Ital. *Seguitatore.* Gal. *Page ou seruiteur allãt apres son Seigneur, suiuant.* Hisp. *Aquel que acompaña seguiendo.* } Liu. lib. 5. Et eõ deuoluit rem, vt aut Patricij, aut Patriciorum assectæ habendi Tribuni plebis sint. Cice. in Salust. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pessima, & idem postea adulter.

Assentio, tis, si, sum, & Assentior, iris. {σύνειμι δόξῃ, συγκατάθεσις, συνανεύω, ὁμολογέω. Ital. *Consentire.* Gal. *Consentir, accorder.* Hisp. *Consentir.* } Idẽ quod consentio, siue in eadem sum sententia. Cice. Lentulo lib. 1. Epistol. Nam aduertebatur, Pompeij familiares Volcatio assentire. Idem 1. de Orato. Tibi Senatus breuiter impoliteque dicenti maximis est de rebus assensus.

Assensus, us, verbale, Approbatio, cõsensus, {συγκατάθεσις. Ital. *Consentimẽto.* Gal. *Consentement, accord.* Hisp. *Consentimiento con otro.* Cic. 4. Acad. Quare qui aut visum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit è vita.

Assensio, onis, aliud verbale eiusdem significationis. Cic. 4. Acad. Neque peccare quenquam, nisi assensione. Idem lib. 1. Acade. Sed ad hæc quæ visa sunt, & quasi accepta sensibus, assensionem adiungit animorum, quam esse vult in nobis positam, & voluntariam.

Assensor, Qui alicui assentit. {σύμψηφος. Ital. *Chi consente.* Gal. *Qui consent.* Hisp. *El que consiente.* } Cicero Toriano, Quotidie commemorabam, te in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, & me tibi.

Assentor, aris. {κολακεύω. Ital. *Adulare.* Gal. *Flater.* Hisp. *Halagar y lisongear.* } Significat (vt scribit Valla lib. 5. cap. 68.) insidiosè, & conciliandæ alicuius vtilitatis gratia, effusius, & plerunque falsò, quempiam laudo. Et proprié assentamur voce, adulamur gestu, blandimur tactu. ¶ Ponitur autem aliquando absolutè. Cic. Ne assentari viderere. ¶ Aliquando cũ dativo. Idem in Bruto, Cur ita sentiam, non dicam, ne me tibi assentari putes. ¶ Aliquando cum accusatiuo. Terent. in Eun. Postremò imperaui egomet mihi Omnia assentari.

Assentatio, onis, verbale, Actus assentandi. {κολακεία. Ital. *Adulatione, lusinga.* Gal. *Adulation, flatterie.* Hisp. *Halago, lisonja.* } Liu. 1. bel. Maced. Assentatione immo dica pudorem oneratis. Cice. de Amici. Semper auget assentatio id quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.

Assentatiuncula, diminutiuum. {μικρὰ κολακεία. Cice. ad Lucceium, Vereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gloriam videar.

Assentator, oris, Qui assentatur. {κόλαξ. Ital. *Adulatore.* Gal. *Flateur, amadoueur.* Hisp. *Lisongero.* } Cice 3. Offi. Non benefici, neque liberales, sed pernicioſi atque assentatores iudicandi sunt.

Assentatorie, aduerbium. {κολακικῶς. Ital. *Con adulatione & lusinghe.* Gal. *Par flaterie, Flatueusement.* Hisp. *Con halagos y lisonja.* } Cic. ad Qu. fr. Dubitare te non assentatorie, sed fraternè vero.

Assequor, eris. Nanciscor præeuntem, ad eum quem sequor, peruenio. Ital. *Giungere, arriuare, acquistare.* Gal. *Suiure & atteindre, paruenir iusques a quelque chose.* Hisp. *Conseguir y alcançar.* } Cice. Att. lib. 1, Ad te quid scribam, nescio. Si enim es Romæ, iam me assequi non potes: sin es in via, quum me fueris assecutus, coram agemus. ¶ Per transl. tionem accipitur pro æquare. Cice. 5. de Legib. Quem imitaris, nunquam assequére. Idem Lentulo, Nullam partem tuorum erga me meritorum videar assequutus. ¶ Quandoque pro acquiro. ἐπιτυγχάνω. Idem Post reditum ab exilio, Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assequuti.

Assector, aris, Alteri honoris gratia assiduè comitatum præsto. {παρέπομαι. Ital. *Seguire, seguitare.* Gal. *Suiure souuent aucun, le conuoier.* Hisp. *Acompañar seguiendo.* } Cic. de Orat. Quum ædilitatem Crassus peteret, eúmq; maior natu & consularis Sergius Galba assectaretur, quòd Crassi filiam Cn. filio suo despondisset.

Assectatio, onis, {παρακολούθησις. Ital. *L'accompagnare, il seguire.* Gal. *Suite ordinaire, accompaignement, conuoy.* Hispa. *Obra de assi acompañar.* } Cice. pro Muræ. Hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem, &c.

Assectator, oris, Qui assiduè comitatum præstat. {ἀκόλουθος. Ital. *Chi accompagna vno per camino ò per la cita.* Gal. *Qui fait compagnie a vn autre par le chemin ou en la ville, suiuãt.* Hisp. *Aquel que assi acompaña à otro.* } Cic. 7. Verr. Quum ab eo vetus quidam assectator ex numero amicorum non impetraret, vt, &c.

Asseres, Tabulæ secules, dicti ab assidendo, quòd admoueantur, hæreántq; parietibus, trabibúsque. {σανίδες. Ital. *Tauole da segare.* Gal. *Ais, membrures de bois fendu ou scié.* Hisp. *Tablas cortadas.* } Huius nominatiuus singularis est Assis asseris, sicut puluis, siue etiam Asser. Plinius, Vernisque asseribus contabulare pauimenta oportet. ¶ Hinc Asso, as, de quo infrà. Palladius asseres quernas dixit. ¶ Asserum structuram Coassationem vocamus, vt à tabulis Tabulationẽ. ¶ Interdum Asseres accipiuntur pro lignis, quibus vtebantur lecticarij. Sueton. in Cali. Ad primum tumultum lecticarij eum asseribus aggressi sunt. ¶ Dicitur & Assis, is, pro eodem: vnde & diminutiuum Assiculus. Colu. lib. 6. ca. 18, Assibus roboreis compingitur solũ. Et paulò pòst, Nec exire alia parte prohibentibus aduersis assiculis. ¶ Hinc fit Assula diminutiuũ. ¶ Asserculus autem diminutiuum est ab Asser, ris. ἀσσάριον. Colu. lib. 12. cap. 50, Itaque quum lacus extruxeris, asserculos inter se distantes, semipedalibus spatiis supra solum ponito.

Assero, ris, penul. correp. asseui, assitum. Iuxtà semino, vel iuxtà planto. {καταφυτεύω. Ital. *Seminar appresso.* Gal. *Semer, planter ou enter aupres.* Hispa. *Sembrar cerca alguna lugar.* } Cato de Re rust. Arbores facito, vti bene maturatæ sint, vitésque vti satis multæ asserantur.

Assero, ris, asserui, assertum. Significat affirmo, approbo. {βεβαιόω. Ital. *Affermare, approuare.* Gal. *Asseurer, affermer, asseuerer.* Hisp. *Affirmar porfiando.* } Cice. Officio. 3, Quòd siqui proscribunt villam bonam (vt ipsi asserunt) benéque ædificatam. ¶ Asserere item iuris verbum est, idé significans quod vendicare, suúmque esse dicere, κατακυριεύω, ἀπολαμβάνω. ¶ Vnde asserere in libertatem, est affirmare aliquem, qui seruus creditur, esse liberum. ἐλευθερῶ εἰς ἐλευθερίαν. Contrà Asserere in seruitutem, est aliquem qui pro libero se gessit, tanquam seruum suũ vindicare. Liu. lib. 3. ab Vrbe condi. M. Clodio cuenti negotium dedit, vt virginem in seruitutem assereret, hoc est vindiciarum iudicio pro serua vindicaret. ¶ Sic etiam dicimus, Asserere se ab iniuria mortalitatis, aut obliuionis, pro eo quod est, rerum gestarum, aut scriptorum monumentis, à quadam obliuionis, aut mortalitatis seruitute, cui alioqui simus obnoxij, se vindicare. ¶ Frequens etiam locutio est apud veteres, Asserere manu, pro eo quod est, in libertatem vindicare. Terent. in Adelph. Nam ego illam liberali causa manu assero. Vbi Donatus, Verba, inquit, sunt iuris. Nam & Assertores dicũtur vindices alienæ libertatis: & ipsa causa liberalis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. Item apud Plaut. in Curcul. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali causa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri. ¶ Legimus etiam Asserere se, absoluté dictũ, pro vindicare se in libertatem. Ouid. lib. 3. amor. Scilicet asserui iam me, fugique catenas.

Assertor, βεβαιωτής, dicitur is qui aliquem in seruitutem, aut etiã in libertatem vindicat. Prioris exemplum est apud Liui. lib. 3. ab Vrbe condit. Assertor nihil opus multitudine concitata ait, se iure grassari. Vbi Assertor nihil opus multitudine concitata ait, se iure grassari. Vbi Assertorem intelligit M. Clodium, qui ab Appio Claudio submissus, virginem in seruitutem petebat. Posterioris exempla passim occurrunt. Mart. lib. 1, Assertor venias, satisq; præstes. Item alibi, Qui Curios loquitur, assertoréque Camillos. Vocat autem Camillum assertorẽ, hoc est publicæ libertatis vindicem, quòd populum Romanum à Gallorũ seruitute in libertatem vindicauerit. Contrarium eius est Desertor, qui patriam, principem, aut clientem in periculo deserit.

Assertio, Ipse asserendi actus, hoc est affirmatio. βεβαίωσις. Cic. 1. Acad. Quibus de causis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quéquam, neque assertione approbare. ¶ Inuenitur nonnunquam positum pro ipsis vindiciis, siue liberali iudicio. Fabius lib. 3. cap. 8, Sitne liber, qui in assertione est.

Asseruio, is, ire, idem quod Inseruio, obsequor. {ὑπηρετέω. Ital. *Seruire.* Gal. *Seruir à quelque chose, s'y addonner.* Hisp. *Seruir en sirvor de otro.* } Cice. 4. Tuscul. Qui volunt exclamare magis, toto corpore contentioni vocis asseruiunt.

Asseruo, as, Seruo, custodio. {φυλάττω. Ital. *Conseruare, custodire.* Gal. *Conseruer, garder.* Hisp. *Guardar.* } Cice. 3. Verr. Tum iste imperat, dumtaxat iudicaretur, hominem vt asseruarent. Idem pro Archia, Quum Appij tabulæ negligentius asseruatæ esse dicerentur.

Asseuero, as, Constanter & seuerè affirmo, in affirmatione persisto. {διαβεβαιοῦμαι. Ital. *Affermare, approuare.* Gal. *Affermer, asseurer, acertener.* Hisp. *Affirmar porfiando.* } Cic. 1. Aca. Nemo vlla de re potest contendere, neq; asseuerare, sine certa aliqua eius rei & propria nota. Idem de clãris Orato. Magni interest, coram videre, quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret.

Asseueror, passiuum. Cice. 4. in Verrem, Quæ est ista defensio? vtrum asseueratur in hoc, aut tentatur?

Asseueranter, & Asseueratè aduerbia, {βεβαίως. Ital. *Affirmatamente.* Gal. *Asseurément, en affermant.* Hisp. *Con affirmation porfiando.* Cic. ad Attic. Statius scripsit ad me, loquutum secũ esse Qu. Ciceronẽ valde asseuerãter, se hæc ferre nõ posse. Idem 4. Acad. Multò etiam asseuerãtius, in Syria, quum esset mecum, & paulò antè quàm esset mortuus. Gel. lib. 17. cap. 5. Tragœdias Poëtarum nobilium scitè atq; asseueratè actitauit.

Asseueratio, verbale, Affirmatio. {βεβαίωσις. Ital. *Affirmatione.* Gal. *Affirmation, asseurance.* Hisp. *Obra de affirmar.* } Quint. lib. 4. cap. 2, Quũ præsertim quorundam probatio sola sit in asseuerationẽ & perseuerãtia, &c. Plin. lib. 9. cap. 4, Tanta autorum asseuerationẽ commendatur.

Assicco, as, Diligenter sicco. {ξηραίνω. Ital. *Seccare.* Gal. *Faire secher diligemment.* Hisp. *Secar.* } Columel. lib. 12. cap. 15, Tum rursum in sole assiccauit.

Assiccesco, is, Siccum fieri. {ἀφυαίνομαι, ἀποξηραίνομαι. Ital. *Seccarsi.* Gal. *Deuenir sec, se secher.* Hisp. *Secarse.* } Colu. lib. 12. cap. 9, Expressos in cratibus pandere, dum assiccescant.

Assidelæ, Mensæ ad quas sedentes Flamines sacra faciebant. Festus.

Assideo, assides, penultima correpta, compositum est à Sedeo, Idem significans quod iuxtà sedeo. {παρεδρεύω. Ital. *Sedere, assidere.* Gal. *Estre assis aupres ou joignant.* Hispa. *Assentarse cerca de otro, como por da consejo.* } Verbum est neutrum, sicut suum simplex. Cicero pro Planco, Huic assident, pro hoc laborant. ¶ Habet etiam interdum accusatiuum virtute præpositionis, ex qua componitur. Salustius in Iugurth. Adherbalem dextra assedit. Quanquam hoc aliqui velint esse ab Assido. ¶ Salustius teste Priscíano, passiuè protulit, Oppidum amissum assideri, eodem modo, sicut dicimus, Obsideri & Circunsideri: quod certè rarissimum est. ¶ Assideo etiam accipitur pro similis sum. Horat. Parcus ob hæredis curam, nimiúmque seuerus, Assidet insano. id est similis est insano.

Assessio, onis, verbale. {παρεδρεία. Ital. *Assistenza.* Gal. *Assistence.* Hispa. *Obra de estar assentado cerca de otro.* } Cice. Mario, Quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei, &c.

Assessor, Nomen verbale ab Assideo, cuius officium est assidere Præsidi atque consulere in causis, cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis. {παρεδρεύων. Ital. *Assessore.* Gal. *Assesseur ou conseiller.* Hisp. *Assessor, que cerca de otro se assienta como por dar consejo.* } Cice, 1. de Diui. Lacedæmoniis regibus suis Augurem assessorem dederunt.

Assessura, ræ, Vlpian. de proxenetis, Facilius quod Græci ἐγγυοδοκησίαν appellant, peti apud eos poterit, siquis fortè conditionis vel amicitiæ, vel assessuræ, vel alicuius alterius huiusmodi proxeneta fuerit.

Assestrix, fœmin. verbale, Quæ iuxtà sedet. παρεδρεύω, ῶ. Afranius, Dimittit iam assestricẽ, me ad sese vocat. Nã verbalia fœminina si formentur à supinis in sum definentibus, assumũt literam t, vt Expultrix, Tonstrix, Assestrix: & nõ temere aliud inuenias verbale in Trix, præter hæc tria, cuius masculinum terminetur in sor.

Assido, dis, pen. prod. quemadmodũ & suum simplex Sido. Idem penè significat quod Assideo, sed cum motu quodam: vt sit quasi, ad assidendũ me demitto. {καθέζομαι. Ital. *Porsi à sedere.* Gal. *S'assoir, se mettre aupres.* Hisp. *Poner sino ò cerco à lugar.* } Caret proprio præterito & supino. Capit autẽ præteritũ à verbo Assideo, propter significationis affinitatem, & tẽporũ similitudinẽ: quæ vix alia ratione, quã accentu, dignoscas. Vnde in illo Salustiano. Adherbalem dextra assedit, Priscianus vult esse præteritum

Universidad de Deusto Biblioteca

rectum ab Assido: non proprium tamen, sed mutuarum à verbo Assideo. Nescio quid hic somniarint qui hoc verbum Assido & simplex Sido actiuum esse voluerunt: quibus significationis natura refragatur. Nihil enim aliud significant, quàm ad sedendum, vel assidendum, descendo. Neque statim sequitur, si Assido accusatiuum habere inueniatur, esse verbum actiuum, quum etiam Accedo eadé ratione esset verbum actiuum. Hoc enim fit ex natura duntaxat præpositionis. Neque etiam leuius peccauerunt qui penultimam huius verbi corripi voluerũt: quod certe falsum est, quum & simplex & reliqua composita eandé producant. Virg. 6. Aeneï. Sedibus optatis gemina super arbore sidũt. Ouid. lib. 1. Metamor. Iussit & extendi campos, subsidere valles. Multa alia hoc in loco congesta erant, quæ quòd partim falsa essent, partim inutilia, omnia resecuimus.

Assiduus, Iugis, continuus: quòd in ea re, quam quis frequenter agit, consedisse videatur. {ασσιδυος πραγμα, συνεχες. Ital. *Assiduo, continuo, frequente.* Gal. *Assida, continuel.* Hisp. *Cosa continua y acostumbrada.* } Liui. 3. Bell. Macedon. Accedebat, quòd alter decimum iam propè annum assiduus in oculis hominum fuerat. ¶ Aliquando Assiduus dicitur frequens. ¶ Assidui etiam dicebantur, qui locupletes erant, & facilè, quum id tempus postulabat, munera populo præstabant. Cice. in Topi. Lex Aelia iubet vindicem assiduum esse. Vide Gell. lib. 16. cap. 10. Et Assiduus qui asse suo, id est sua pecunia, & sine stipendio militabat. Et nunc ab asse, id est ære dando deducitur.

Assiduitas, Diligentia: {το συνεχες. Ital. *Assiduità, diligenza.* Gal. *Assiduité, diligence.* Hispa. *Continuacion y diligencia.* } Cice. 1. Academio. Quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. Cice. 2. de Natura Deor.

Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi neq; admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident. E contrario Desides dicuntur segnes & otiosi.

Assiduè, Frequenter. {εκδιαιτως, συνεχως. Ital. *Assiduamente, diligentemente.* Gal. *Continuellement, ordinairement.* Hisp. *Continuamente.* } Virg. 2. Aegl. Tantùm inter densas, vmbrosa cacumina, fagos Assiduè veniebat. Terét. in Heaut. Quid te futurum censes, quem assiduè exedent. Cic. de Clar. Orat. Assiduissimè autem mecum fuit Dionysius.

Assiduò: Idé quod assiduè. Plaut. Mil. Dum tale facies, quale assiduò edes, Communicabo te semper mensa mea.

Assigno, as, Attribuo, constituo. {αποδιδωμι. Ital. *Assegnare.* Gal. *Assigner, bailler par assignation.* Hisp. *Assignar ò constituyr.* } Cice. pro Domo sua, Inferiorem ædium partè assignauit genti suæ Clodiæ. Idem 3. Verr. Hoc quoque attendite, appatitores à Prætore assignatos habuisse decumanum. ¶ Interdum idem quod imputare, tribuere. Autor ad Heren. li. 1, Sed si tardius hæc quàm studes, absoluetur, tum rerum magnitudini, tum occupationibus assignare debebis.

Assignatio, verbale, Idem significans quod attributio. {αποδοσις, διανεμησις. Ital. *Distributione, assegnatione.* Gal. *Distribution, assignation.* Hisp. *Obra para assignar.* } Cice. Rutil. Quum Cæsar Syllanas venditiones & assignationes tutas esse velit, quò firmiores existimétur suæ. Sic assignationes agrorum, apud eundem 4. Philip. & de lege Agraria.

Assilio, lis, pen. cor. assilui & assiliui assultum, ex Ad & Salio, Saltu ad ré aliquam me conferto. {επιπηδαω. Ital. *Assalire, assaltare.* Gal. *Saillir contra quelque chose.* Hisp. *Saltar hazia alguna cosa, acometer con impeto.* } Cice. 3. de Orat. Nec assiliendum est statim ad illud genus. ¶ Accipitur pro Oppugno, inuado, aggredior. Ouid. lib. 13. Meta. Quum sæpe assiluit defensæ mœnibus vrbis. ¶ Etiam Assilire dicitur de Animalibus maribus, quum fœminas ineunt. Colu. lib. 7, Nam nisi prius ea marem conciuit assilientem, admissarium calcibus proturbat.

Assultus, us, ui, verbale, Actus assiliendi. {αποπηδησις. Ital. *Assalto.* Gal. *Assaut.* Hisp. *Obra de saltar assi, ò acometer con impeto.* } Virg. 5. Aene. Nunc hos, nunc illos aditus, omnémque peretrat Arte locum, & variis assultibus irritus vrget.

Assulto, as, are, frequentatiuũ. {επιπηδαω. Pli. li. 9. ca. 42, assultant i. li protinus. Idẽ lib. 8. ca. 40, Mox ingruit assultans, cõtrahi belluã exurgens.

Assultim, aduerb. Per saltus, vel more salientium. {κατα επηδησεις, επιπηδητικως. Plin. lib. 11. ca. 24, Phalangia ex his appellantur, quorum noxij morsus, corpus exiguũ, varium, acuminatũ, assultim ingredientium.

Assimilis, le, ex Ad & Similis, Prorsus similis. {ομοιος. Ital. *Simile, assomegliante.* Gal. *Fort semblable, moult ressemblant.* Hisp. *Semejante.* } Cice. 2. de Natu. deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. Plaut. Mer. Quasi tu nunquam quicquam assimile huic facto feceris.

Assimiliter, aduerb. Similiter. {ομοιως. Ital. *Similmente.* Gal. *Semblablement.* Hisp. *Semejantemente.* } Plaut. Bacchid. Assimiliter hodie mihi obtigit.

Assimilo, las, Similem facio, vel comparo. {ομοιοω. Ital. *Assomegliare.* Gal. *Comparager, parangonner, rendre semblable.* Hisp. *Semejar.* } Cic. 4. Verr. Literę, liturę que omnes assimilatæ & expressæ, de tabulis in libros transferuntur. Ouid. 1. de Trist. Assimilémque sui longa assuetudine fecit, Grandia si paruis assimilare velis.

Assimulo, las, Fingo aliquid esse, quod te vera non est. {υποκρινω, σκιαν ποιω. Ital. *Simulare, fingere.* Gal. *Simuler, feindre ce qui n'est point, contrefaire.* Hisp. *Fingir lo que no es.* } Teren. in And. Nunc tuum est officium, has bene vt assimules nuptias. Cice. 3. Offic. Vlysses furorem assimulauit, ne quò iret. ¶ Assimulari passiuè. Terent. Eunuch. Tum pol ego is essem verè, qui assimulabar.

Assimulatio, verbale. {σκιαποιησις, υποκρισις. Plin. lib. 11. ca. 49. Contrà mulierum paucis prodigiosa assimulatio.

Assipondium, Pondus vnius assis, siue libræ. {λιτρα. Ital. *Il peso d'vna libra.* Gal. *Le poix d'vne liure.* Hisp. *Libra entera de doze onças.* } Varro de ling. Lat. Quod vnum pondo, Assipondium dicebatur, id ideo, quòd as erat libræ pondus.

Assis, is, Tabula sectilis. {πινακις. Ital. *Tauola, asse.* Gal. *Vn ais.* Hisp. *Tabla ò ripia ò cabrio.* } Plinius, Quernisque assibus contabulare pauimenta oportet. Vide suprà in dictione ASSERES.

Assula, diminutiuum ab assis, Tabella. {σκανδαλιδιον. Plaut. in Merc. At etiam cesso foribus facere his assulas?

Assulatim, Id est minutatim. {κατα σκανδαλιδια. Ital. *Minutamente.* Gal. *Par esclats, en menues pieces.* Hisp. *A tillas, à astillas.* } Plaut. in Menæ. Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atque hunc senem exossem reddam: dedolabo assulatim viscera.

Assulosè, aduerb. Idem quod assulatim. Plin. Calamus melior qui assulosè potius, quàm rhaphani more frangitur.

ASSISIVM, Vmbriæ vrbs est, quã Ptolemæus Aesisium vocat. *Aesesis.*

Assisto, is, Adsto, præsentem me exhibeo. {παραστημι, παραγινομαι. Ital. *Stare, essere presente.* Gal. *Assister, aller auprez.* Hispa. *Estar cerca de alguna cosa.* } Teren. in Adelph. Hic propter hunc assiste. ¶ Aliquando significat patrocinari, quod prisci Adesse dicebant. Sic enim eleganter dicimus, Tibi adsum: &, tibi assisto, pro eo quod est Aduocatus sum, causamq; tuam defendo.

ASSIVS. Vide ASSVS.

Asso, as, Tabulis sterno, vel operio. {σανιδω. Ital. *Intauolare.* Gal. *Plancher ou pauer d'ais.* Hisp. *Entablar, assar.* } à quo Contasso, pro contabulo. Vitruuius, Quum assarum fuerit, super altera coassatio struatur, clauisque fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. ¶ Item Assare etiam vtimur pro cibum ad ignem torrere. Vnde inassare. Plin. lib. 30. ca. 10, Alij in cibo, in ligneis verubus inassatum.

Assarius, a, um, Idé quod assus, siue assatus. {ὀπτος, ἐψητος. Ital. *Arrosito.* Gal. *Rosti.* Hisp. *Assado.* } Cato de Re rust. cap. 132, Daps Ioui assaria pecuina, vrna vini Iunoni castæ.

Assatura, Carnes assæ. {ὀπτησις. Flauius Vopiscus scribit Aurelianum Imperatorem conuiuium de assaturis maximè dedisse.

Associo, as, are, Socium se adiungere. {συναγω, συνειμι, κτλ. Ital. *Accompagnare.* Gal. *Associer, coupler, joindre pour compaignon.* Hispa. *Acompañar al ygual.* } Stat. 1. Theb. } -solers tibi cura futuri Amphiarae datur: iuxtáq; Amychaone eretus Associar passus. ¶ Significat & adaptare, & coniungere. Claudianus, -cornua summis Associant malis.

Assolet, pen. cor. Idem quod simplex Solet. {ωθησθαι, ειωθα. Ital. *Suole.* Gal. *La coustume est, ou a de coustume.* Hisp. *Atucho acostumbra, suele.* } Legitur autem in tertiis tantum personis, & ferè impersonaliter. Cic. de Amici. Quum in hortos D. Bruti commentandi causa (vt assolet) veniissemus. Liui. 1. ab Vrbe, Vbi illuxit, paratis omnibus, vt assolet, vocari ad concionem vtrunque exercitum iubet. Cic. 2. de Natu. deor. Gracchus ad senatum retulit, Senatos ad quos assoleret, referendum censuit. Nonnunquam etiam personaliter. Terét. in And. Adhuc Archillis, quæ assolẽt, quæq, oportet Signa ad salutem esse omnia, huic esse video.

Assono, nas, pen. cor. Sonitum reflecto, vel sono respondeo. {αντηχω. Ital. *Ribombare.* Gal. *Resonner, retentir, sonner auec.* Hisp. *Hazer retumbar y resurtir la voz.* } Persius Satyr. 1, Euyon ingemiscat, reparabilis assonat Echo. Ouidius 3. Metamor. Planxerunt Dryades, plangentibus assonat Echo.

ASSVERVS, sicut testatur Iosephus, fuit Cyrus, Xerxis filius, qui post Darium patruum Persidis rexit imperium. Hunc Cyrum idem dicit Artaxerxem apud Græcos vocatum fuisse, cognomẽto Longimanũ, qui regnauit quadraginta annis.

Assuesco, is, ex Ad, & Suesco compositum. Est vsu discere, & eniti longa cõsuetudine aliquid facere. {ἐθιζω, συνηθιζω, συνεθιζομαι. Ital. *Auezzarsi, assuefarsi.* Gal. *S'accoustumer, se duire, auoir de coustume.* Hisp. *Acostumbrarse.* } Cice. 5. de Finib. Quo in loco ad fluctum, aiunt, declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere. Virg. 8. Aene. -ma cernere facta Assuescat.

Assuetus, Vsitatus, {συνηθης, ειωθως. Ibis. Ital. *Assuefatto, auezzato.* Gal. *Accoustumé, vsité & duit.* Hisp. *Acostumbrado.* } ab Assuesco, scis. Plin. Assuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis. Cice. pro Plancio, Vicinitas non assueta mendaciis.

Assuetudo, Consuetudo. {συνηθεια. Ital. *Vsanza, consuetudine.* Gal. *Accoustumance, vsage.* Hisp. *Costumbre.* } Ouid. 2. de Arte, Nihil assuetudine maius. Idem 1. de Tristib. Assimilémque sui longa assuetudine fecit. Tacit. lib. 18, Degenerabat à labore ac virtute miles assuetudine voluptatũ, & contemptu ducis.

Assuefacio, cis, ex Ad præpositione, & duobus verbis, nempe Sueo, sues, & Facio compositum: Est vsu docere. {ἐθιζω. Ital. *Assuefare, auezzare.* Gal. *Accoustumer, duire.* Hisp. *Acostumbrar à otro.* } Cice. de prouin. Conf. Imperio populi Romani parére assuefecit. ¶ Huius passiuum est Assuefio. Cice. 3. de Orato. Quorum sermoni assuefacti qui erunt, non poterunt non lautè loqui. Liui. 2. bell. Puni. Ea secretis viri alieni assuefacta sermonibus.

Assumo, mis, pe. prod. Modò significat accipio. {προσλαμβανω. Ital. *Assumere, prendere.* Gal. *Prendre vers soy, retirer vers soy, s'attribuer.* Hisp. *Tomar à su cargo.* } Cice. Neque id onus inuitus assumpsit. ¶ Modò tribuo, attribuo, arrogo. {προσεπιποιουμαι, προσεπιζομαι. Idem 1. Offic. Si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare.

Assumptio, onis, verbale. Acceptio. {προσληψις. Ital. *Presa.* Gal. *Prinse.* Hisp. *Tomamiento.* } Cic. 3. de Fin. Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum, &c.

Assumptiuus, verbale, Quod assumit. Cice. 1. de Inuentio. Ac iudicialis quidem ipsa in duas distribuitur partes, absolutam, & assumptiuam. Et paulò pòst, Assumptiua est, quæ ex se nihil firmi dat ad recusationem, &c.

Assum, Vide ADSVM.

Assuo, assuis, pen. cor. assui, assutum, penul. prod. {συρραπτω. Ital. *Cucire vna cosa all'altra.* Gal. *Coudre a ou sur vn autre, rapetasser, empiercer.* Hisp. *Coser vna cosa à otra.* } Suendo annecto. Horat. in Art. poët. Purpureus latè qui splendeat vnus & alter, Assuitur pannus.

Assurgo, gis, rexi, Est honoris vel benevolentiæ causa surgo, vel erigor. {ἀνιστημι, ἐγειρω, ἐξανιστημι. Ital. *Leuarsi.* Gal. *Se leuer, se dresser contre, se leuer deuant quelqu'vn.* Hispa. *Leuantarse à otro, por honrarlo, ò leuantarse.* simpliciter. } Virgilius 5, Aeglog. Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. ¶ Ponitur figuratè pro cedere. Ausonius, Assurgit Musæ nostra Camœna tuæ. Virgil. 2. Georg. Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus. ¶ Accipitur item pro excrescere, & altum fieri. Virg. 3. Georg. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu latè, septémque assurgit in vlnas. ¶ Sic etiam plantas dicimus assurgere, quum crescunt, & in altitudinem accipiunt incrementũ. ¶ Colles quoque assurgere dicuntur, qui non ardui sunt, sed acclues, quique paulatim

tim in altitudinem tendunt. Colum. lib. 2, Collem molliter assurgentem, montem sublimem & asperum, sed nemorosum & herbidum maximè probauerunt.

ASSVS, si, geminato ss, ἄσσος, Vrbs est Troadis, teste Strabo. lib. 13, & natura, & arte munita, ab ea parte qua mare spectat, arduũ & erectum ascensum habens. Vnde factus est locus vulgatissimæ illi Stratonici sententiæ, Qui celeri passu Assum it, magnũ vitæ periculum adit. Circa hanc vrbem sarcophagus effodiebatur, à quo cadauera omnia in eo condita, intra quadragesimum diem solis dentibus exceptis, absumebantur. Autor Plin. lib. 36. cap. 17. Ex hac vrbe ortum traxit Cleanthes Stoicus philosophus, qui Zenoni in schola successit, quam ipse Chrysippo tradidit. ¶ Asus autem vnico s, siue (vt apud Plinium legitur) Asum, Cretæ oppidum est: de quo infrà suo loco.

Assius, a, um, ἄσσιος, adiectiuum est ab ea vrbe deductum: vnde Assius lapis, quoddam sarcophagi genus, in quo condita cadauera, intra dies quadraginta, vnà cum ossibus, solis dentibus exceptis, consumuntur, vt iam dictum est. Vide Plin. lib. 36. cap. 17.

Assus, a, um, Idem est quod torrefactum, eo quòd igni assudescit. (vt Varroni placet lib. 4. de ling. Lati.) Sudendo enim assum distillat ob calorem. ‡ Ital. *Arrosto, arrostito.* Gal. *Rosti.* Hisp. *Cosa assada.* ‡ Vel dicitur assum (vt Nonius mauult) quasi solum: (quemadmodũ merum, solum dicimus) quoniam in opsoniis sine pigmento saporis alieni assæ carnes inferebantur. Vide ASSA.

ASSYRIA, ἀσσυρία, Regio est maioris Asiæ, quam Ptolemæus ab ortu Mediæ parte terminat, ab Occasu Mesopotamia, à Septentrione parte minoris Armeniæ, iuxta Niphatem montem, à Meridie Susiana. Plin. lib. 5. cap. 12, Assyriam docet Syriæ partem esse, quæ postea vocata est Adiabene. Strabo autem longè latiores Assyriæ fines assignat, eo nomine comprehendens Babyloniam, & maximam circumiacentium regionum partem. Eadem & Syria à Græcis vocata est, teste Iustino lib. 1, & Herod. lib. 7. quanquam multo latiores Syriæ fines fuerunt, quàm Assyriæ ¶ Dicta est autem Assyria, teste Augustino, lib. 15. de Ciui. Dei, ab Assur filio Sem.

Ast, Coniunctio est, qua Poëtæ carminis gratia vtuntur, pro At, siue Sed. ‡ Ital. *Ma.* Gal. *Mais.* Hisp. *Mas.* ‡ Virg. 1. Aene. Ast ego, quæ diuũm incedo regina.

ASTA, ἄστα, Ciuitas est Bæticę, inter sacrum promontorium, & Herculeas columnas, de qua Plin. lib. 3. cap. 1. ¶ Est & Asta, Insubriæ vrbs, nõ longè à Nouaria distans. De hac Claudianus, -nec plus Pollentia rebus Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astæ. Meminit & Plinius lib. 35. cap. 12.

ASTABORAS, vel ASTABORES, teste Plin. lib. 5. cap. 9, Alter est ex alueis Nili, qui Meroën insulam à sinistra alluit: ille verò, qui à dextera parte est, Astusapes appellatur. Strabo verò Astaborem fluuium esse docet diuersum à Nilo, circa Meroën insulam in Nilum influentem.

ASTACES, ἀστάκης. Fluuius est in Ponto, Asiæ regione, cuius aquis irrigati campi oues pascunt, nigro lacte accolas alentes. Autor Plin. lib. 2. cap. 103.

Astaci, ἀστακοί, Ex genere sunt cancrorum, apud Plin. lib. 9. cap. 31.

ASTACVM Plinio, siue ASTACVS, ἄστακος Stephano & Straboni, Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Astaco quodam Neptuni, & Olbiæ Nymphæ filio. A quo vicinus sinus Astacenus appellatus est, testibus Plin. lib. 5. cap. vlt. & Strabo. lib. 12. ¶ Fuit & altera eiusdem nominis vrbs in Acaruania, quæ & ipsa propinquo sinui Astaceno nomen fecit: teste Strab. lib. 10.

Astaphylinos, Pastinaca syluestris, quæ & Staphylinos dicitur. Vide Ruelli. lib. 3. cap. 41.

ASTAPVS, Straboni fluuius est circa Meroën, in Nilum influens, qua in re à Plinio nonnihil videtur dissentire. Plinius enim Nilum ipsum suprà Meroën Astapum asserit vocari, quòd sæpe terra receptus, velut è tenebris in lucem erumpat (sic enim vocant Aegyptij aquas è tenebris emergentes) Nili autem nomen antè non assumere, quàm se concordibus aquis iunxerit. Vide Strab. lib. 17, & Plin. lib. 4. cap. 9.

Astaphis, idis, ἀσταφίς. Ital. *Vua passa.* Gal. *Raisin confit, passer, passerilles.* Hisp. *Vua passa à passadas.* ‡ A nobis vua passa vocatur. Plin. lib. 23. cap. 1, Vua passa, quam Astaphida vocant, stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. ¶ Viri senis astaphis calnatia, ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς πάχυνσις, id est, viri senis velut vua passa cranium. Admonet adagium, inualidum & flaccidum esse senile corpus exhausto succo carnibúsque adesis.

Astaphis agria, ἀσταφὶς ἀγρία. Ital. *Staphisseria, semenza de fratti.* Gal. *Staphis agria.* Hisp. *Auarraz.* ‡ Herba est cauliculis nigris, rectis, foliis labrusci: fert folliculos verius, quàm acinos, virides, similes ciceri. Hæc à Romanis, teste Dioscoride. Pediculatis herba dicebatur, eò quòd nucleos haberet phthiriasi curandæ vtiles. Vocatur & Staphis agria, prima vocali à capite sublata. Nam quã ἀσταφὶδα Attici, reliqui Græci σταφίδα aplant. Quinetiam hodie ab Officinis Staphis agria dicitur.

ASTAROTH, Antiqua ciuitas Og regis Basan, in qua habitauerunt gigantes, & postea cecidit in sortem tribus Manasses, regionis Bethaniæ. Sunt autem duo castella in Bethania hoc vocabulo, nouem inter se millibus separata, inter Aderam & Abellam vrbeis.

ASTARTE, ἀστάρτη, Syriorum numen erat, quam alio nomine Atergatim aut Derceto nominatam volunt. Cicer. 3. de Natu. deor. vult fuisse Venerem, quæ Adonidi nupsit. Hanc sacræ literæ Astarten Sidoniorum deam vocant: cui Salomon rex vni pallacatum suarum obsequi volés, altaria condidit.

Asteismos, ‡ ἀστεϊσμός. Ital. *Gentilezza, vrbanità, ciuilità.* Gal. *Gentillesse, ciuilité, courtoisie.* Hisp. *Nobleza, hidalguia, ciuilidad.* ‡ Latinè vrbanitas: & est tropus multiplex, numerosæq; virtutis. Nam Asteismos putatur quicquid rustica simplicitate caret, & facetis satis vrbanitate exponitur, vt apud Virg. 3. Aeglog. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui. Id est pro pœna ei contingat, vt diligat Mœuium peiorem Poëtam. Atq; idé iungat vulpes, & mulgeat hircos. Id est faciat ea quæ contra naturam sunt. Nam ἀστεῖος, vrbanus, ἀστείως, vrbanus sum.

Aster, & Astrum, ‡ ἀστὴρ, ἄστρον. Ital. *Stella.* Gal. *Estoille.* Hisp. *Estrella, ò planeta.* ‡ hoc modo inter se differunt: quòd hoc congregationem significat stellarum, vel signum ex stellis coactum, vt est Leo, Libra, &c. Illud verò vnam tantùm stellam. Apud Græcos etiam eadem obseruatur differẽtia, ἀστὴρ enim apud illos vnicam tantùm stellam, ἄστρον sydus totum significat. Suidas, Ἀστὴρ ἄστρον διαφέρει· ὁ μὲν ἀστὴρ ἓν τι ἐστί· τὸ δὲ ἄστρον σύστημα πολλῶν ἀστέρων, ὁ γὰρ ἀστροθέτης μίαν καλεῖ ἄστρον. Cicero. Quum autem ver esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, &c. Idem de Vniuer. Has igitur ob causas nota sunt astra.

Asteriscus, ἀστερίσκος, diminutiuum. Signum est ad partem stellæ similitudinem, quo vtimur quum aliquid in scribendo omissum est, vel quum variant exemplaria. Hieronymus, Qui editioni antiquæ Theodotionis miscuit asteriscos & obelos.

Astrifer, ri, Ferens astrum. ‡ ἀστροφόρος. Ital. *Che porta le stelle.* Gal. *Qui porte astres ou estoilles.* Hisp. *Cosa que tiene en si estrellas.* ‡ Martia. lib. 8, An tua multifidum numerauit lana Timauum, Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit.

Aster samius, ἀστὴρ σάμιος, Species est terræ cuiusdam ad multos medicinæ vsus conducentis, quæ in Samio insula effoditur: ita dicta à stellæ imagine quæ illi imprimi sigillo consueuit. Huius terræ meminit Galen. lib. 9. Simpl.

Aster Atticus, ἀστὴρ ἀττικός, Herba est Plinio, quæ quòd præsens est inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & vulgò Inguinalis. Vide Plin. lib. 25. cap. 5.

ASTERIA, æ, vel ASTERIE, es, ἀστερία. Nomen Latonæ sororis propriũ. ¶ Est & Asteria Deli, & Rhodi insularum nomen, teste Plin. lib. 4. cap. 12, & lib. 5. cap. 31. ¶ Significat & gemmam, inclusam quandam lucem pupillæ modo continentem, quæ opposita Soli, radios regerit candicanteis. Plin. 37. cap. 9.

Asterias, ἀστερίας, Auis ex genere ardeolarum, à fulgore astrorum. Plin. lib. 10. cap. 60.

Astericum, ci, ἀστερικόν. Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, & Vrceolaris herba, eò quòd vitreis vrceolis detergendis in primis sit idonea. Nascitur in tegulis, parietinisque: vnde & Parietaria, & Muralis herba vulgò dicitur. De hac Plin. lib. 22. cap. 17.

Asteriscus, ἀστερίσκος, Vide ASTER ATTICVS.

ASTERION, ἀστέριον, Ciuitas Thessaliæ, sic dicta, quòd in alto sita monte, velut astrum quoddam procul aspicientibus fulgere videatur, vt tradit Stephanus, qui eam suæ ætate Pyresiam vocatam asserit. ¶ Est & altera vrbs eius nominis in Syria. ¶ Est & fluuius Achaiæ, in Nemæa sylua leniter fluens, & fructuum iuxta ripam abundantissimus, vt testis est Lactantius. ¶ Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum, de quo Plin. lib. 4. cap. 5. ¶ Est & herba quædam hoc nomine apud Pausaniam, in agro Argiuo nascens ad ripam fluuij eiusdem nominis, cuius folia Iunoni sacra accolæ in coronas nectunt. ¶ Asterion item ἀστερίων, Cometæ filius, qui Iasonem Colchos nauigantem secutus est: vt habet Apollonius. Valer. lib. 1. Argon. -celer Asterion, quem matre carentẽ Cleuæus gemino fouit pater amne Cometes.

Asterion, rij, ἀστέριον, Species est aranei, cuius morsu genua labefactãtur, vt tradit Plin. lib. 29. cap. 4. ¶ Est & Asterion herba quæ & Spondylium dicitur, quòd semen habeat Asterij animalculi figura. Vide Dioscorid. lib. 3. in descriptione Spondylij.

ASTERIS, pen. cor. ἀστερίς, Insula est in medio Sami, & Ithacæ sita, Straboni libro 1.

Asterno, is, ere, astraui, astratum, Iuxtà sterno. ‡ ἀστρωννύω. Ital. *Distendere.* Gal. *Coucher & estendre au pres.* Hisp. *Derribar algo haziẽdo otra cosa.* ‡ Ouidius vtitur eius passiuo 2. Metamor. Nocte diéque vocant, asternuntúrque sepulcro.

ASTERVSIA, ἀστερουσία. Mons Cretæ ad Meridiem, mare aspiciens: à quo & Asternsia Indiæ vrbs nomen habet, quòd illic Cretenses coloniam collocarint. Huius incolæ Asterusiani vocantur, & Asterusij, ἀστερούσιοι Stephano.

Asthmaticus, enm h, ‡ ἀσθματικός. Ital. *Chi spira con difficulta, chi ha l'asmo.* Gal. *Pouſſif, qui a son alaine à grand difficulté.* Hisp. *Cosa que tiene difficil respiracion.* ‡ Anhelus & spirosus dicitur: quum scilicet spirare sine sono & difficultate quispiam non potest. ¶ Id autem morbi genus Asthma, ἄσθμα vocatur, hoc est spirandi difficultas.

ASTICE, ἀστική, Regio est Thraciæ, supra Bosphorum, Ponto Euxino imminens cuius vrbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Deuelton, & Phinopolis. De hac Plin. lib. 4. cap. 11.

ASTIGI, Ciuitas Bæticæ, à qua Astigitanus ager. Plin. lib. 3. cap. 1.

ASTIOCHIA, vide ASTYOCHIA.

Astipulor, pen. cor. Assentior. ‡ ἀποδέχομαι, ὁμογνωμονῶ, συνηδέσθαι. Ital. *Consentire.* Gal. *Consentir à quelque chose.* Hisp. *Consentir con otro, y otorgar.* ‡ Liuius 9. bel. Macedon. Non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alienis momentis animi circumagi, astipularique irato Consuli Tribuni plebis.

Astipulatio, Assensus. ‡ συναίνεσις, συγκατάθεσις. Ital. *Consentimento, accordo.* Gal. *Consentement & accord.* Hisp. *Consentimiento.* ‡ Plin. lib. 29. cap. 1, Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

Astipulatus, us, Attestatio, vel Assensus. Plin. lib. 7. cap. 47, Consecratus est vinus, sentiénsque, oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatu.

Astipulator, oris, Qui assentitur. ‡ συνδοξάζων. Ital. *Chi si accorda ò concorre in opinione con alcuno.* Gal. *Qui s'accorde à aucun & est de son opinion.* Hisp. *El que assi consiente con otro.* ‡ Cicer. 4. Acad. Sed illud falsum esse & Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus.

Astituo, is, astitui, astitutum, compositum ex Ad & Statuo, Iuxtà statuo, præsentem exhibeo. ‡ παρίστημι. Ital. *Collocare.* Gal. *Renger, agencer.* Hispa. *Establecer.* ‡ Autor ad Herennium lib. 1, Aegrotum in lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius astituemus. ¶ Est item Astituo, Suo in loco colloco. Plautus in Capt. Iuben', an non iubes astitui aulas, patinas eiui?

Asto, as, astiti, astitum, Significat præsens, aut firmus, seu erectus sto. ‡ παρίστημι. Ital. *Esser presente, estar firmo in piede.* Gal. *Estre pres, assister, estre debout pres quelque chose.* Hispanicè, *Estar en pie cerca de otro.* ‡ ¶ Ponitur interdum absolutè. Plautus in Capti. Ego miser vix asto præ formidine. Idem in Cistel. adolescens asta, atque audi. ¶ Interdum cum datiuo. Idem in Cas. Stultus contriui diem, dum asto aduocatus cuidam cognato

Universidad de Buenos Aires

ἀστοῦ ατο μεν. ¶ Interdum cum præpositione In. Idem, Cõtinuò in genua astanti. ¶ Et cum Ad. Cice. pro Archia, Quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. ¶ Aliquando significat Simpliciter sto. Virgilius, Arrectisque auribus astant. ¶ Interdum Sum, quum de rebus loquimur quæ cadere non possunt: vt quum dicimus terram astare.

ASTOMI, ἄστομοι. Indiæ populi sine ore, anhelitu tantùm vinctes, & odore: ab ἀ, priuatiua, & στόμα, quod Latinè os significat. Plin. lib. 7. cap. 2.

ASTRAEA, ἀστραία, Astræi & Auroræ, siue (vt alij malunt) Iouis & Themidos filia, Iustitiæ antistita, quam Poëtæ fabulantur aureo illo seculo è cælo in terram migrasse, & tandem mortalium sceleribus offensam cælum occupuisse. Ouid. 1. Metamorph. Vltima cælestum terras Astræa reliquit.

ASTRAEVS, ἀστραῖος, Vnus fuit ex Titanibus, qui cõtra deos arma sumpserunt. Hic cũ Aurora ferunt concubuisse, & ex ea ventos genetasse: qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Oui. 14. Meta. Aeráq;, & tumidum subitis concursibus æquor Astræi turbant, & cunt in prælia fratres.

Astragalus, pen. cor. {ἀστράγαλος. Ital. *Tallone*. Gal. *Vn osselet qui est au talon, ou le bout d'vne eschanche de mouton, duquel on joue au lieu de dez, garigaun*. Hil. *Cunicol.* } Os est pedis in animalibus quibusdam supra calcaneũ, quod à Latinis Talus dicitur. ¶ Astragalus item ludi genus erat, in quo astragalis, hoc est talis vtebantur, iisque aut naturalibus, aut ad earum similitudinem ex ebore, aliáve materia effictis: de quo ludi genere vide plura in dictione Talus. ¶ Astragali quoque dicuntur septem spinæ vertebræ, quibus collum incumbit, quos σπόνδυλους ἑπτὰ αὐχένος Suidas appellat. Vnde Home. lib. 10. Odyss. Elpenorem tradit in Circes ædibus de scalis delapsum, astragalos fregisse. ¶ Est item Astragalus, (vt ex Dioscoride colligit Ruellius) herba quam Montanum vel rusticum cicer appellamus. ¶ In ædificiorum quoque columnis Astragalus erat cælaturæ quoddam genus, ab herbæ forsasse huius similitudine dictum: cuius meminit Vitruuius, quum ait, Astragali faciendi sunt octauæ partis.

Astragalizo, {ἀστραγαλίζω. Ital. *Giocare à dadi*. Gal. *Iouer au garignon ou au dez*. Hisp. *Jugar al cunicol.* } Græcum est verbum, idem significans quod talis ludo. Vnde Astragalizontes, ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes, quo nomine dictum fuit opus nobilissimum Polycleti ex ære, quod duos habebat pueros, talis ludentes: de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

Astrapias, ἀστραπίας, Gemma est colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens discurrentes. vnde & nomen accepit. De hac Plin. lib. vlt. cap. 11.

ASTREVS, ei, dictio dissyllaba, ἄστρεος, Nomen vnius ex iis, qui à Perseo in aula Cephei regis sunt occisi. Ouid. 5. Metam. Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.

ASTRAPAEVS, ἀστραπαῖος, Dictus est Iupiter, ab Astrape, quæ est coruscatio. ¶ Item Astrapæus ventus, qui fulgetras excitat.

Astringo, Vnio, coniungo, contraho, coarcto. {στρέφω. Ital. *Stringere, ligare*. Gal. *Serrer, Estreindre, lier, contraindre*. Hisp. *Apretar mucho*. } Columel. lib. 1. Quum omnes surculos, quos arbor patietur, dimiseris, libro vlmi vel vimine arborem astringito. Virg. 1. Georg. Seu durat magis, & venas astringit hiantes. ¶ Per translationem Astringere ponitur pro obligare, ἐνέχω: & sic genitiuo iungitur, sicut Gellius notauit Sabinũ scripsisse, Qui alienum tacens lucrifaciendi causa sustulit, furti astringitur, siue scit cuius sit, siue non scit. ἐνέχεται κλοπῆς. ¶ Quandoque pro promittere: quia promissa, vincula fidei dicuntur. Terent. in Eunuc. Meam astringo fidem. ¶ Est item Astringere, σφίγγω, medicorum verbum, quod significat Densare, & poros, siue meatus contrahere.

Astrictio, verbale, {στύψις, στρόφος. Ital. *Stringere, asprezza*. Gal. *Restriction, asprete*. Hisp. *Apretamento, aspreza*. } Actus siue facultas astringẽdi. Plinius Gustus amari cum astrictione.

Astrictorius, a, um, Quod astringit. {στυπτικός. Ital. *Cosa che vale per stringere*. Gal. *Qui restreint ou peut restraindre*. Hisp. *Cosa para mucho apretar*. } Plin. lib. 24. cap. 13. Paliuri folia astrictoriam vim habent.

Astricte, aduerb. Arcte. {στρογγύλως, στενῶς. Ital. *Strettamente*. Gal. *Estroictement, serrement*. Hisp. *Apretadamente, estrechamente*. } Cic. 3. de Orato. Qui putat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo nõ astricte, sed remissius, numerosam esse oportere.

Astrios, otis, Gemma crystallo propinqua, quæ si astris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit. Plin. lib. 37. cap. 9.

Astrobolismus, ἀστροβολισμός, Arborum vitium est, quum Caniculæ æstu (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον appellat) humore absumpto arescunt. Latinorum nonnulli Siderationem interpretãtur. ¶ Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiam ossibus exarescit: quod mali genus στρουθιλωτικὸς à Galeno appellatur.

Astroites, ἀστροίτης, Gemma quæ oculis piscium similis esse perhibetur. Autor Plin. lib. 37. cap. 9.

Astrolabium, ἀστρολάβιον, Instrumentũ ex quo astrorũ motus colligũtur.

Astrologia, ἀστρολογία, Scientia tractans de cognitione & motu astrorũ: quæ & Astronomia dicitur: quanquam non desunt, qui hæc ita distinguant, vt Astrologia sit, quæ de motu astrorum disserit: Astronomia autem, quæ de iudicijs agit ad vitam fortunámque pertinentibus. Verũm hæc differentia non obseruatur. Cicero de Senectute, In astrologia C. Sulpitium audiuimus. Idem 3. de Diuinat. Eudoxus in astrologia facilè princeps.

Astrologus, siue Astronomus, ἀστρολόγος, ὁ ἀστρονόμος, Qui astrologiæ, siue astronomiæ gnarus est. Cice. 2. de Diuinat. Quid astrologus? cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortum puerorum salutaris sit, Saturni, Martisve contraria? Astrologorum prædictiones, apud eundem, ibidem.

ASTROPHE, (Quod hìc pro vna ex Pleiadibus corruptè legebatur) vide ASTEROPE.

Astrum, ἄστρον, Vide in dictione ASTER.

Astruo, is, inxrà struo, & ædificiũ ædificio iungo, {οἰκοδομῶ. Ital. *Fabricare appresso, fortificare, confirmare*. Gal. *Bastir & edifier proignant autruy*. Hisp. *Fabricar, affirmar o confirmar*. } Colu. lib. 1, Nam quum veteri astruitur recens ædificium, quasi surgenti reluctans, oneri cedit. ¶ Hinc per translationem pro affirmare sumitur. Plin. lib. 18. cap. 12, Periti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c.

ASTV, generis neutri, vt cornu, Pro ciuitate Atheniensi, quam ἄστυ vocabant, sed à Latinis muratur y, in u, & fit Astu, vt inquit Priscianus. Ter. in Eunuch. An in Astu venit? Probus Aemylius in Alcibiade, Postquã in Astu venit, concione aduocata verba sic fecit. ¶ Apud Latinos verò Astu, siue Astus, idem est quod calliditas, πανουργία, quæ & Astutia dicitur. Festus Pompeius, Astu apud Poëtas astutiam significat: cuius origo à Græco ἄστυ, hoc est ab oppido deducitur, in quo qui versati assiduè sunt, cauti & acuti esse videntur. Vide infrà in dictione ASTVS.

Astu, aduerbialiter pro astutè ponitur, πανούργως. Terent. in Eunuc. Quòd si astu rem tractauit, dij vostram fidem Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno?

Astus, adiect. videtur finxisse Plaut. Trucul. -si venerit Ne istum ecastor hodie astis confertum fallaciis.

ASTVRA, ἄστυρα. Flumen Latij, & insula in fluuij ostio. Plin. lib. 3. cap. 5. Antium colonia, flumẽ Astura, & insula. Et li. 53, Tenuit & nostra memoria nauem Caij principis ab Astura Antium nauigantis. Ab aliquibus etiam Stura dicitur. Vnde Festus, Stura, flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.

ASTVRIA, æ, ἀστυρία, Regio Hispaniæ in tractu Tarraconensi, Arrabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Asturcones vocati sunt.

Astur, ris, ἀστύρης, Gentile nomen est, eum significans, qui ortus est ex Asturia Tarraconẽsis Hispaniæ regione. Martialis pro possessiuo vsurpauit, Asturem equum dicens, pro Asturico, siue Asturicensi. Ita enim habet in Distichis, Hic breuis ad numerũ rapidos qui colligit vogues, Vênit ab armiferis gentibus Astur equus. ¶ Est item Astur, Hetrusci cuiusdam proprium nomen, qui Aeneæ suppetias tulit aduersus Turnum: de quo Virg. lib. 10. Aeneid.

Asture, ἀστύρεις. Sunt Hispaniæ populi memoratissimi, Gallecis, Arrabris, Vardulis, & Cantabris proximi, auri fodinis & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. Plin. lib. 8. Meminit Asturum multis locis lib. 5. Silius. Eorum tractus, Asturiæ nomen habet.

Asturica Augusta, Hispaniæ Tarraconẽsis vrbis in finibus Asturiæ. Prole.

Asturcones, Equi ab Asturia regione Hispaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est: vt tradit Plin. lib. 8. ca. 42. Silius li. 3, His paruus sonipes neq; matri notus, at idem Aut incõcussu glomerat vestigia dorso, Aut molli pacata celer trahit esseda collo. Talem gressum Græci ὄμβρικον vocant, à bonitate cursus. Latini dicunt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & tollutim glomerandis.

Astus, us, masculini generis. πανουργία. Idem quod astu, vel astutia, à Græco ἄστυ, quod Latinis oppidum sonat. Nam qui in vrbibus frequentes sunt, solent esse callidiores. Silius lib. 16, Non ars aut astus belli, vel dextra deerat. Callidi astus, Seneca in Troade. Acris astus, Valerius 2. Argonaut.

Astutus, ta, tum, adiectiuum, Versutus, cautus. {πανοῦργος. Ital. *Astuto, malitioso*. Gal. *Fin, caut, ruse, malicieux*. Hisp. *Astuto y cauteloso*. } Seruius, Proprie astutos malitiosos vocamus. Cice. 2. Verr. Ita fiet, vt tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc consilium necessarium. Idem 3. Officio. Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni: sed versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Plaut. Casi. Nec fallaciam astutiorem vllus fecit poëta.

Astutia, tiæ, Calliditas, malitia. {πανουργία. Ital. *Astutia, calidità, malitia*. Gal. *Ruze, finesse, malice, cautele*. Hisp. *Astucia, cautela*. } Cice. 5. de Fini. Quibus abest ad præcauendum intelligendi astutia. Terent. in Eunuch. -nunc abest ad præcauendum intelligendi astutia. Terent. in Eunuch. -nunc opus est tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia.

Astutè, aduerb. Callidè, versutè, {πανούργως. Ital. *Astutamente*. Gal. *Finement, cautelesement*. Hisp. *Con astucia*. } Cice. ad Qu. Frat. Nihil tamen nec temerè dicere, nec astutè reticere debeo.

ASTYAGES, ἀστυάγης, Cyaxaris filius, Persarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambysi mediocris dignitatis Persæ nupta, Cyrum peperit: quem auus, in somnijs quibusdam exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiaribus, necandum tradidit. Qui quum tam crudele ministerium per seipsum nollet exequi, Mitradati regio bubulco onus illud iniunxit. Erat Mitradati vxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canem sonat. Hæc tum fortè mortuum ediderat partum, quem pro Cyro magnificè curat sepelit: Cyrum autem ipsum, tanquã filium suum, domi educit. Qui postea ab auo agnitus, & in Persidem ad parentes remissus, simulátque adoleuit, Harpagi instinctu auo bellum intulit, eúmque in prælio captum, quoad vixit, penes se habuit. Ex Herod. lib. 1.

ASTYALVS, vide ASTYLVS.

ASTYANASSA, ἀστυάνασσα, Helenæ Menelai vxoris ancilla lasciuissima, dominámque prorsus se dignam nacta, quæ prima de variis cõcubitus modis librum conscripsit: cuius exemplum postea imitatæ Philænis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Autor Suidas.

ASTYANAX, ἀστυάναξ. Vnicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus post inchoatum bellum inter Troianos & Græcos, quem Vlysses, antequam naues è Sigeo' soluerent, è turri mira inhumanitate dedit in præceps, ne quid reliquiarum superesset, quod excidium Troiæ, & populi ruinam vlcisceretur. Hector vt plurimum vocabat Scamandrium. Virg. lib. 2. Aen. Parnúmque manu Astyanacta trahebat. Latinè princeps ciuitatis sonat, quasi ἀνὴρ ἄστεος.

ASTYDAMAS, ἀστυδάμας, Atheniensis, & filius eiusdem nominis, ambo Tragici poëtæ fuerunt: pater etiam summus philosophus, & Socratis auditor. Suidas.

ASTYDAMIA, ἀστυδάμεια, Ormeni filia, quam Hercules, parte prius occiso rapuit. Ouid. Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.

Astylis, idis, ἀστυλὶς, Lactucæ latioris genus sine caule, quæ ob insignẽ frigiditatẽ Veneri maximè creditur resistere: vnde & Eunuchion, & Spadonion à nonnullis est appellatum. Vide Ruell. lib. 1. cap. 20.

ASTYLVS, ἄστυλος, Vnus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoscens, fratres monuerat, ne bellum aduersus Lapithas assumerent: sed exorto in nuptijs bello, ipse sibi timẽs, vnà cum Nesso Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ouid. 12. Metamorph. Astylus

ille

ille etiam metuerit vulnera Nessi, Ne fuge, ad Herculeos, inquit, seruaberis arcus.

ASTYLVS, ἄστυλος. Crotoniata cursor tribus Olympicis continuis vicit, stadio, diaulo & dolicho. Quòd autem in vltimo se Hieronis magistrũ ac Syracusanum à præcone declarari fecerit, Crotoniatæ irati, statuam eius fregerunt, bona insuper publicauerunt. Autor Pausanias. Meminit eius Plato in legibus, qui eum non tam cursu, quàm perpetua virginitate clarum prædicat. ¶ Fuit præterea Astylus quidam Troianus, à Meneptolemo occisus, teste Homero in prin. 6. Iliad.

ASTYMEDVSA, ἀστυμέδουσα. Oedipi fuit vxor, hanc enim repudiata matre, quam prius matrimonio sibi coniunxerat, sed incognitam, in vxorem duxit) quæ vt liberis prioris coniugis infensum parentem faceret (vt ferè omnium nouercarum mos est) apud patrem eos accusauit, tanquam qui se de stupro appellassent, quapropter Oedipus iratus regnũ cruentum reliquit.

ASTYNOME, ἀστυνόμη. Chrysæ Apollinis sacerdotis filia (vnde & Chryseis dicta est,) quæ Chryse oppido à Græcis expugnato, in prædæ diuisione Agamemnoni cessit. Quam tamen postea, pestilentia ab Apolline immissa adactus, patri restituit. Autor Home. 1. Iliad.

ASTYNOVS, ἀστύνοος, Princeps quidam Troianus, quem Diomedes in bello Troiano interfecit, vt scribit Home. lib. 5. Iliad.

ASTYOCHIA, penul. prod. ἀστυόχεια. Actoris filia fuit: quæ quum sola in summum paternæ domus cœnaculum ascendisset, à Marte compressa ereditur. ¶ Fuit & altera eiusdem nominis, quam Hercules rapuit, & ex ea Tlepolemum genuit: de qua Home. in Cata. nauium.

ASTYPALAEA, ἀστυπάλαια. Insula est in mari Carpathio, aut certè Icario, è regione Cnidi, oppidum habens eiusdem nominis. De hac Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Astypalæa oppidum in Cô insula, cuius meminit Strabo lib. 14.

ASVS, siue ἄσυς Stephano, siue (vt apud Plinium legitur) Asum, Oppidũ est Cretæ insulæ mediterraneum: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

ASYCHIS, ἄσυχις, Aegyptiorum rex, post Mycerinum, cuius opus fuit latericia pyramis apud Memphim, vt testatur Herod. lib. 2.

Asyla, Herba est, qua sibi pecora medentur, siquando anagallidem fœminam imprudenter gustauerint. Latini Ferum oculum appellant, teste Plin. lib. 26. cap. 13.

Asylum, {ἄσυλον Ital. *Luogo priuilegiato & inuiolabile.* Gal. *Temple ou il ya franchise, lieu de franchise.* Hisp. *Lugar priuilegiado para los malhechores.*} Templum, aliúsve equius locus inuiolabilis, & consecrationis lege tutus à direptione. ad quem confugientes sine summo piaculo auelli non poterant. Dictum Asylum ab ἀ. priuatiuo, & verbo συλάω, quod est, rapio, prædor, & sacrilegio polluo. Seruius tamen Asylum dictũ mauult, quasi ἄσειλον, à verbo σύρω, quod est traho: propterea quòd inde auelli quempiam nefas esset. ¶ Asylum autem primùm Athenis sibi constituerunt Herculis posteri, veriti vim eorũ, qui ab illo fuerant vexati. Statius 12. Thebaidos. Fama est, defessos acie post busta paterni Numinis Herculeos sedem fundasse colonos. ¶ Hos deinde imitatus Romulus, & ipse Romæ asylum constituit inter Capitolium & Palatium in sacro luco, quod Quercetum dicitur. Vnde Pædianus. Totus populus Romanus à principio tres fuerunt tribus: Tatienses vna, à Tatio rege: Ramnes altera, à Romulo: Luceres tertia, à Lucomone, siue à luco, quem lucum Asylum vocauerat Romulus. De hoc Virg. lib. 8. - hinc lucũ quẽ Romulus acer Asylum Retulit. Scribit Liu. lib. 5. bel. Maced. Templum Apollinis Delij fuisse Asylum atque sacra templa à Græcis vocari Asyla. ¶ Ad asylũ confugere, prouerbialiter dicimus, quum extremũ refugium intelligere volumus. Cicer. actione in Verrem 3. Se quæstorem prohibitum esse dicebat quominus è phano Dianæ seruum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret.

Asylia, ἀσυλία. Ius libertatis, immunitatis & veniæ, quod is consequebatur, qui ad asylum confugiebat: quod immunitatis genus etiam hodie obseruari videmus in iis, qui ad diuorum templa confugiunt. Budæus in Annotationibus in Pand.

Asymbolus, {ἀσυμβολος Ital. *Franco da pagare lo scoto.* Gal. *Franc d'escot.* Hisp. *El que come y no escota.*} Qui symbolum non dedit, & sine collatione accessit ad conuiuationem. Terent. in Phorm. Téne asymbolum venire vnctum, atque lautum è balneis, &c.

Asymphonia, ἀσυμφωνία. Latinè inconsonantia. ἀσύμφωνος, discors.

Asyndeton, ἀσύνδετον, siue Asyntheton, ἀσύνθετον. Dici potest, incompositum, vel disiunctum. Est enim figura, quum plura sine coniunctionis vinculo proferuntur, vt, Veni, vidi, vici.

Asyntheta, ἀσύνθετα. Plin. appellat crystalla, quæ pura sunt, & sine vitio.

Asystaton, ἀσύστατον, Idem quod instabile, aut adeò repugnans, vt subsistere non queat. Vnde genus cuiusdam philosophiæ quod Arcesilas introduxit ignorantiæ magister, à Gellio Asystaton appellatur. Affirmabat enim Arcesilas, scire hoc vnum scire, quòd nihil sciri posset. Cuius assertionis veritas subsistere non potest. Nam si hoc scias, nihil sciri posse: sequitur aliquid esse quod sciatur. Sic inducitur dogma sibiipsi repugnans, sexéque dissoluens.

A ante T.

At, Particula principiis apta, præsertim quum aut indignationem, aut dolorem exprimere volumus, vt iræ æstum, aut querelas significantius ostendere valeamus. {ἀτά. Ital. *Ma.* Gal. *Mais.* Hisp. *Mas, empero, pero mas.*} Virg. 2. Aeneid. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Dij (si qua est cœlo pietas, quæ talia curet) Persoluant grates dignas. Terent. At tibi dij dignum factis exitium duint. Quandoque superiorum dictorum diseretiuum est: vt apud eundem in Andria, At mihi scrupulus vnus restat. ¶ Quandoque rerum differentiam denotat: vt, Scipio est bellator, at Cato Orator. ¶ Quandoque ponitur pro Saltẽ. 3i. Ouidius. Crudeles somni quid me remisistis inertẽ? At semel æterna nocte premenda fui. Et apud Virg. 1. Aeneid. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, At sperate deos memores fandi atque nefandi. ¶ Quandoque aduersatiuum. Virg. 4. Aen. At regina graui iamdudum saucia cura. Nam quum Aeneas quiesceret, Regina turbabatur, quod est cõtrarium. ¶ Componitur cum Enim, vt, Atenim, ἀτὰρ γάρ, vel δ' ἐπεί. Est autem hæc particula antiypophoris in primis accommodata. Cicero. de Natu. deor. Atenim minora dij negligũt: sic enim dicitis. Idem in Diuinat. in Verrem, At enim istum soli Siculi persequuntur, ciues Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt.

ATABVLVS, ἀτάβολος, Ventus Apuliæ peculiaris: vnde etiam Apulus peculiari epitheto appellatur. Horat. 2. Serm. Satyr. 5, Incipit ex illo Montes Appulia notos Ostentare mihi quos torret Atabulus. Quẽ locum explicans Porphyrion, Atabulum dictum ait, παρὰ τὸ τὴν ἀτὴν βάλλειν, hoc est à noxa, detrimentóq; inferendo. Est enim frigidissimus, teste Plin. lib. 17. cap. 24. & si flauerit circa brumam, omnia exurit, frigore arefaciens, vt nullis postea possint solibus recreari.

ATABYRIA, ἡ, ἀτάβυρια, Vnum est ex vetustis Rhodi insulæ nominibus, ductum ab Atabyro rege, vt Plinio placet lib. 5. cap. 31. siue (vt alij malunt) ab Atabyri, editissimo totius insulæ monte.

ATABYRIS, ἀτάβυρις, Mons est editissimus totius Rhodi insulæ, Ioui Atabyro sacer: cuius meminit Strab. lib. 14.

ATACINI, orum, ἀτακῖνοι, Populi Narbonensis prouinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonem Martium fluit: à quo & nomen acceperunt. Meminit horum Pompon. lib. 2, & Hermolaus in Plinium: qui etiam Atacinorum familiam Romæ illustrem, nomen hinc traxisse existimat.

ATAEON, (quod hîc perperam legebatur) vide ACTAEON.

ATALANTA, ἀταλάντη. Schenei, vel vt alij malunt, Iasij Argiuorum regis filia, virago, & forma, & viribus corporis præstans, quæ prima aprum Calydonium sagitta vulnerauit. Hæc quum mira corporis velocitate præstaret, & à nuptiis omnino abhorreret, syluis tantum & venatui sese oblectabat, procisque suis cursus certamen proposuit, in quo victura, mortis pœna: victorem, coniugij sui præmium sequeretur. Multis itaq; superatis, tandem ab Hippomene, Veneris consilio victa, nupsit victori: quúmque in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reuerentia, cum illo concubuisset, in leænam conuersa est, & Hippomenes in leonem. Vide fabulam apud Ouid. lib. 10. Metamorph. ¶ Fuit & Atalanta, vxor Acasti, regis Iolci, quæ Pelei amore capta, quum ab eo repulsum tulisset, amore in odium cõmutato, Peleum apud virum detulit, quòd vim sibi inferre conatus esset. Quamobrem Acastus vxoris delationi temerè fidem habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorũ in Cholchica nauigatione socius fuerat) in auxilium vocatis, Acastũ prælio superauit, captáq; Iolco, Atalantam supplicio affecit. Ex Suida. ¶ Est & Atalanta, fons in portu Cyphantarum: dictus quòd ibi venatrix fœmina situ & æstu languida consederit, & petra venabulo eius percussa, laticem præbuerit, sicut scribit Pausanias.

ATALANTE, es, ἀταλάντη, Exigua est insula Eubœæ adiacens, è regione Opuntiorum: cuius meminit Thucyd. lib. 2.

ATARGATA, apud Strab. lib. 16, dea cuiusdam nomen est, quæ apud Assyrios colebatur. Ab aliis Atergatis dicitur. Vide infrà.

ATARNA, ἡ, ἄταρνα Stephano, Vrbs fuit in ora Mysiæ, è regione Lesbi.

ATARNES, ἀτάρνης. Darij Persarum regis frater, filius Hystaspis, cuius filiam vnicam nomine Phratagunam Darius vxorem duxit: vt testatur Herod. lib. 7.

Atat, Interiectio est paulatim percepti atque intellecti mali. ἀτὰ, ἀτὰ ὀτοτοῖ. Terent. in Eunuch. Atat, data hercule verba mihi sunt. Seruius in Arte, Atat, est aliquid de improuiso deprehendentis. Quandoque est interiectio timoris. Terent. in Eunuch. Atat mi homo formidolosus es!

Atauus, pen. corr. Est abaui, vel abauiæ pater. {ἀτταππάππος Ital. *Terzo auolo.* Gal. *Arayeul ou pere grand du bisayeul.* Hisp. *Tercero abuelo.*} Terẽt. in Phormio. - memoriter Progeniem vestram vsq; ab auo atque atauo proferens. Cic. pro Cæl. Non patrem tuum videras, non patruũ, nõ auum: proauum, atauum audieras Consules fuisse?

ATAX, ἄταξ. Fluuius est Galliæ Narbonensis, ortum habens ex Pyrenæo monte, qui infunditur in mare Tyrrhenum. Lucan. lib. 1, Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

ATE, ἄτη Latinis Noxa dicitur. Ab Homero dea fingitur, quæ homines malis implicat, mentésque seducit, & perturbat: cui repellendæ & placandæ Litæ Iouis filiæ oppositæ sunt, quæ tanto sunt tardiores, quanto noxa est grauior. Vide Erasmum in Adagio, Ira omnium tardissimè senescit.

Atechnia, pen. cor. ἀτεχνία, Ruditas, imperitia. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Ater, a, um, Obscurum, nigrum, ab atterendo dictum, quòd quæ atterũtur, liuorem contrahant. {μέλας. Ital. *Nero, oscuro.* Gal. *Noir, obscur.* Hispa. *Negro, obscuro y no limpio.*} Cic. 5. Tuscul. Alba & atra discernere nõ poterat Democritus luminibus amissis. Terent. in Adelph. Tam excoctã reddam atque atram, quàm carbo est. ¶ Atra bilis, succus est frigidus & siccus, qui ex multa adustione atrum colorem contraxit: Græci μελαγχολίαν vocant. Cicer. 3. Tuscul. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi verò atra bili solùm mens, ac non sæpe vel itacundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. ¶ Interdum Atrum capitur pro funesto: vnde Atri dies, aduersi, & infœlices vocabantur, quibus Romani insignem aliquam cladem acceperant: vt dies ante quartum Calend. Nonas, vel Idus, ater habebatur. quòd ante quartum Calend. Sextiles clades ad Cannas credatur accepta. Gell. lib. 5. cap. 17.

Atratus, a, um, Adiectiuum ab ater. {μελανείμων. Ital. *Fatto nero.* Gal. *Noirci, portant le deuil.* Hisp. *Hecho negro, o vestido de vestiduras negras.*} vt, Atratus Fluuius, atro colore tinctus. Cic. 2. de Diuin. Quid, quòd fluuius atratus sanguine fluxit? ¶ Atratus item, veste lugubri indutum significat. Cicer. in Vatin. Cedò, quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Atritas, atis, Nigredo. {μελανότης. Ital. *Nerezza, negrezza.* Gal. *Noirceur.* Hisp. *Negror, negrura.*} Plaut. in Pœn. Ita replebo atritate, vt atrior multò fiet. Quàm Aegyptij. ¶ Aliquando pro immanitate capitur. Gellius Atrorem dicere maluit, lib. 2. ca. 26, Rubidus autem est rufus, atrore nigroréque multo mistus.

Atror, oris, pro Atritate. Gell. lib. 2. ca. 26, Rubidus autem est, rufus, atrore, nigroréque multo mistus.

Atramentum, Ab atro colore dicitur. {μέλαν τό. Ital. *Inchiostro.* Gal. *Encre, peinture noire.* Hisp. *Tinta para escriuir, ò tinta delos pintores, ò tinta delos zapateros.*} cuius duo sunt genera, scilicet Scriptorium, μέλαν γραφικόν, Herm. quod

quod & Librarium dicitur, quòd librarij in transcribendis libris eo vterentur. & Tectorium, à tectoris, quo pictores vtebantur. Cicero ad Quint. Frat. Calamo. & atramento temperato, charta etiam dentata res agitur. ¶ Ebur atramento candefacere, dixit Plautus pro, genuinæ, formæ cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud nativum obscuretur magis quàm illustretur. Proinde lena puellæ naturali forma præditæ, tamen cerussam ad oblinendas malas postulanti, vna, inquit, opera ebur atramento candefacere postules. ¶ Est & Sutorium atramentum, quod in inficiendis pellibus sutores coriarij vsurpant, χάλκανθον. Vulgò hoc à vitri similitudine Vitriolum nominant. Plin. lib. 34. cap. 22, Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento Sutorio: appellant enim Chalcanthum. Cic. lib. Epist. 9. ad Patrum, Iam pater eius accusatus est à M. Antonio: Sutorio atramento absolutus putatur. Subesse videtur prouerbium. Sentit, opinor, hominem absolutum fuisse indicum corruptela, non citra infamiam. ¶ Atramentum pro sanguine est sepiis. Plin. lib. 9. cap. 29, Vbi sensere se apprehendi, effuto atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur.

Atramentarium, Vasculum, quo atramentum continetur. μελανοδοχεῖον. Ital. *Calamaro doue se tien l'inchiostro.* Gal. *Cornet à encre.* Hisp. *El tintero de tinta para escriuir.*

Ateramna, ἀτήραμνα, A' Theophrasto appellantur legumina coctu contumacia: cuiusmodi Plato ea esse tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram ceciderunt. Græcis enim ἀτήραμνος, idem est quod inocciput, & indomitus. Vide Ruelli. lib. 2. cap. 58.

ATERGATIS, ἀτέργατις, quam & Atargatam & Derceto Strabo lib. 16. appellat, Deæ cuiusdam nomen, quę apud Ascalonem Syriæ ciuitatem colebatur. Hanc Plinius prodigiosam Atergatim vocat, quòd simulachrum eius monstro simile effingeretur, superiore parte mulierem, reliqua piscem referens. Hanc ferunt fuisse matrem Semiramidis, quæ ob amissam pudicitiam tantum animo dolorem concepit, vt sese in lacum præcipitem dederit: quúmque cadauer eius ab vrinatoribus inueniri non posset, creditum est eam in piscem fuisse transformatam. Quo factum est, vt deinceps à piscium esu vicini populi religiosissimè abstinerent. Vnde & Atergatim dictum volunt, quasi ἀτεργατεῖν, quod Syris sine piscibus sonat. Macrob. 1. Saturn. duo fuisse Assyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrabantur: per Adad nimirum Solem, per Atergatim terram intelligentes. Vide Cælium Rhod. lib. 23. cap. 5.

ATERNVS, Fluuius est Italiæ, in ora Frentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plin. lib. 3. cap. 12, & 13.

ATESTE, Ciuitas regionis Venetæ, vt tradit Plin. lib. 3. cap. 19.

ATHAMAS, ἄθαμας Suidæ, Aeoli fuit filius & Thebarum rex, qui Nephelen in vxorem duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit. Sed quum Nephele furore Liberi patris concitata, in syluas abiisset, Athamas liberis suis Ino Cadmi filiam superinduxit nouercam: quæ priuignos identidem apud Patrem accusans, eò illos compulit, vt conscenso aureo arietè (quem quidam ex Neptuno & Theophane genitum tradũt, & eius vellus à Phryxo mari consecratum, postremò inter sydera relatum) fuga sibi consulerent. Quapropter Iuno irata Furias in Athamantem immisit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, vt quum Ino ad se euntem videret, hanc lexnam, & filios suos eiusdem catulos arbitratus, raptum Learchum ex filiis alterum saxo illiserit. Quod Ino videns cum Melicerta altera prole fugiens, se ex rupe in mare præcipitem dedit, & deorum miseratione in deam marinam mutata est: quam Græci quidem Leucothean, Latini autem Matutam appellant. Vide infrà in dictione Ino. ¶ Hinc Athamantis, id est Helle eiusdem filia.

Athamantiades, Id est Phryxus, Melicertes, vel Learchus Athamantis filius. ¶ Athamas etiam est Thessaliæ mons, vt habet Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Est etiam fluuij nomen, qui decrescente luna ligna sibi admota incendit, vt autor est Ouid. 15. Metamorph. Admotis Athamantis aquis incendere lignum Narratur, minimos quum Luna recessit in orbes.

ATHAMANES, ἄθαμανες, Populi sunt Aetoliæ: de quibus Plin. lib. 4. ca. 2.

ATHANASIVS, ἀθανάσιος, Præsul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis præsule, olim Diaconus in concilio Niceno fuit. Arianorum deinde maximas perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem confugit. De quo plura Volaterranus.

Athanatos, penult. corr. ἀθάνατος. Ital. *Immortale.* Gal. *Immortel.* Hisp. *Cosa que no puede morir.* ‡ Dicitur immortalis, quod nomen Deo opt. max. conuenit. ¶ Fuit item Athanatus, vir incredibili corporis robore, quippe quem thorace plumbeo quingentorum pondo, & cothurnis totidem pondo indutum, per scenam ambulantem Plinius se vidisse testatur lib. 7. cap. 20.

Athara, ἄθηρα, Medicamentum ex olyra, siue siligine, infantibus vtilissimum: quo tamen & adultos illinunt. Vide Plin. lib. 22. cap. 25.

ATHENAE, arum, ἀθῆναι. Ciuitas Græciæ totius celeberrima disciplinarum omnium altrix, & amplissimarum coloniarum fœcundissima genitrix, in ea Achaiæ parte sita, quæ quòd magna sui parte littoralis est, olim Acte, & deinde Attica vocata fuit, quasi Actica. Hanc Cecrops primus condidit, vnde & Cecropia dicta est: postea à Mopso Mopsopia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & à Minerua Athenæ. Græci enim Minervam ἀθηνᾶν dicunt Horat. 2. Epist. Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ. Cic. 1. de Orat. Vt omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit: atque illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inuenta est, & perfecta. Tres autem (vt quidam astruunt) fuere Athenæ, ab vnis Athenæi: ab alteris Athenienses: ab aliis Athenopolitæ dicti sunt.

Athenienſis adiectiuum, ἀθηναῖος. Cicero pro Flacco; Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras distributæ putantur. ¶ Athenienſium inconsulta temeritas, Ἡ τῶν Ἀθηναίων δυσβουλία. Quadrat in eos quibus malè consulta vertunt bene. Nam id olim vulgo tributum est Athenienſibus quòd ipsi quidem sero citò consultarent, parùmque prospicerent: verùm Minerua ciuitatis præses illorum male instituta bene vertere consueuit.

ATHENAEVM, ἀθήναιον, Locus erat Mineruæ dicatus, ad quem Poëtæ, aliique scriptores Græci scripta sua deferebant, quemadmodum Poëtæ Latini ad Apollinis templum. Accipitur item pro auditorio publico, ad quem conueniebant studiosi, vt aut Poëtas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philosophos aliarumve disciplinarum professores audirent. Dictum est autem Athenæum, ὅτι ἡ Ἀθηνᾶ, hoc est à Minerua, studiorum antistita. Iulius Capit. Postea verò vbi adoleuit in Athenæo controuersiis declamauit, audientibus etiam Imperatoribus suis. Lampridius, Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum vel Poëtarum causa frequenter processit. ¶ Est & Athenæum promontorium Campaniæ, non procul à Pompeiis in extrema sui parte Minervæ sacellum habens, ab Vlysse conditum. Autor Strabo lib. 5.

ATHENAEVS, ἀθήναιος, Cilix Peripateticæ sectæ philosophus fuit tempore Augusti. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammaticus Naucratites, qui sub M. Antonino claruit, qui libros Dipnosophistarum varia eruditione refertos conscripsit: quos Hermolaus Byzantius in Epitomen contraxit. Plura de hoc vide apud Suidam.

ATHENION, ἀθήνιων Pictor insignis fuit, Glaucionis Corinthij discipulus, cuius opera numerantur à Plin. lib. 35. cap. 11.

ATHENODORVS, ἀθηνόδωρος, Philosophus fuit, Augusti familiaris, quem quum natura ad iram procliuiorem videret, hoc illum præcepto instruxit: Quum ira, Cæsar, te ceperit, nihil prius neque dixeris, neque feceris, quàm ipsa quatuor & viginti elementa literarum Græcarum tecum ipse percurreris, & memoria recensueris: vt ita concitatio illa, quæ momentosa est, mente alió traducta, parui temporis interiectu languescat. Hic fuit discipulus Dionysij Areopagitæ. Composuit opus varium, quod Διάφορον inscripsit. ¶ Fuit & Athenodorus sculptor eximius. Plin. lib. 34. cap. 5.

ATHENOPOLIS, ἀθηνόπολις, Oppidum Massilienſium. Plin. lib. 3. cap. 4.

Atheos, ἄθεος, Impius, qui negat Deum esse.

Atheromata, ἀθηρώματα, Tubercula sunt ex genere apostematum: ita dicta, quòd humorem pulti similem in se contineant. Nam ἀθήρη, Græcis pultis genus est ex olyra siue siligine confectum. Vide Galen. lib. vlt. Methodi.

Ather, eris, ἄθηρ. In hordeo dicitur summa spicæ cuspis: vt ex Galeni autoritate docet Ruellius lib. 1. cap. 2.

ATHESINVS, pen. prod. Ἄθεσις. Fluuius effluens è lacu, qui in Apennino est, supra Carnos incũbente, & labitur in Istrum. Autor Strabo li. 4.

ATHESIS, ἄθεσις, pen. corr. Fluuius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam diuidit: deinde per latas Padi paludes gradiẽs, non longè à Brundulo portu in Adriaticum mare influit. Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò *Adice.*

Athleta, pen. prod. ἀθλητής. Ital. *Maestro di lotta.* Gal. *Luitteur.* Hisp. *Luchador.* ‡ Pugil & luctator dicitur: ab ἆθλον, quod est certo. Pollux hoc nomine Gymnicos omnes intelligit, παλαιστὰς, δρομεῖς, πύκτας, διαύλους, καὶ ἁπλῶς πάντας ἀθλητάς, hoc est luctatores, cursores, pugiles, item disco & saltu certantes. Cic. 2. Tuscul. Faciunt idem quum exercentur, athletæ.

Athletica, Absolutè dicitur pro arte certandi. ἀθλητική. Vnde apud Iurisconsultum legitur, ignominiosos non esse, qui athleticam virtutis gratia exerceant.

Athleticus, a, um, ἀθλητικός, Quod athletarum est: vt, Athletica certamina.

Athleticè, Id est opumè & firmissimè. Plautus in Bacchid. Benéne vsque valuit? c. Pancraticè, atque athleticè.

Athlothetes, ἀθλοθέτης. Certaminum iudex: quo verbo vtitur Suetonius. Athlothetæ in gymnicis ludis erant: hoc est curatores, constitutoresq; certaminum, iidem qui βραβευταὶ, & Agonothetæ. Horum erant lictores mastigophori, id est flagriferi, ad summouendam turbam, & cohibendas seditiones. Budæus.

ATHOS, ἄθως Stephano, Vulgò *Monte sancto.* Mons inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, vt vsque ad insulam Lemnon vmbram porrigere dicatur. ¶ Vnde locus factus prouerbio, Athos celat latera Lemniæ bouis, Ἄθως τὰ λήμνιου βοὸς πλευρὰ κρύπτει βάσις. Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriam cuiusquam obscurat, aut alioquin obsistit. Tradunt in Lemno bouis fuisse simulachrũ ingens, cãdido factum lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus interuallo, tamen ob summam celsitudinem obscurat vmbra sua. Ita dictus à Gigante eiusdem nominis. Situs est hic mons in Chersoneso, quæ Chalcidicæ regioni angusto isthmo annectitur: quem Xerxes bellum Græciæ inferens, perforauit, montémque ipsum à continente abscidit. Huc alludit Iuuen. Sat. 10, creditur olim Velificatus Athos. Seruius in illud Virg. 12. Aeneid. Quantus Athos, aut quantus Eryx: Athon metri necessitate, non Athos legendum præcipit: existimans nimirum posteriorem syllabam corripi. Qua tamen in re fallitur, quum apud Græcos ἄθως scribatur per ω magnum.

ATIMETVS, penult. prod. ἀτίμητος. Libertus Cæsaris fuit, vt deprehenditur ex inscriptione sarcophagi, quem Homonææ vxori suę defunctæ posuit cum elegantissimo Epitaphio: cuius exemplum videto infrà in dictione HOMONAEA.

ATINA, penult. prod. ἄτινα Ciuitas iuxta Pontinas paludes: dicta à morbis, qui Græcè ἄτιμα dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Martia. lib. 10, Quo ciue ptisica gloriatur Atina. ¶ Inde Atinates populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Atinia, æ, Genus vlmi, rarissimam ferens sameram (ita enim vlmi semen vocant) eámque inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. Columel. lib. 5. cap. 15.

Atizoës, ἀτίζοης, Gemmæ species argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi. Vide Plinium lib. 37. cap. 10.

ATLANTICAE INSVLAE, ἀτλαντικαὶ νῆσοι. Vulgò *Isole beate,* ‡ quas Beatas vocant, septem quidem hæ sunt, parvo inter se diuisæ mari, decem millibus stadiorum ab Atlante distantes. Imbres illic rari mediocresque, venti autem plurimum suaues ac roriferi. Solum verò pingue: nec arari vllo modo, plantarive desyderat, sed etiam ex se absque vllo humano studio fructum producit, dulcem quidem & otiosam multitudinem nutrire sufficientem. Aer syncerus, ac temperatus, & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflant venti, vt Boreas & Aquilo, propter longinquitatem per vasta & inania incẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentes spatia fatigantur, & deficiunt priusquam ad eas insulas perueneriint. Qui verò à mari perflant Argestæ & Zephyri, tacos quidem & temperatos imbres ex pelago afferunt. Plurima verò per humiditatem aëris cum summa facilitate nutriunt, vt etiam apud Barbaros increbuerit fides, ibi Elysios campos esse, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

ATLAS, antis. ἄτλας, Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cælum sustinuisse dicitur, quòd primus cursum Solis & Lunæ, syderúmque omnium verè rationes, vigore animi, solertiáque deprehenderit. Hic fuit Promethei frater, qui quum monitus esset oraculo, vt caueret à Iouis filio, nullum hospitio susciperet: quod Perseus Iouis ex Danaë filius indigné ferens, ostendit ei caput Gorgonis, quo conspecto Atlas in montem conuersus est tam excelsum, vt eius cacumen cerni nequeat. Hinc factus est locus fabulæ, vt Atlas rex Mauritaniæ cælum humeris suis fulcire dicatur. Ferè è medio monte nubes incipiunt: hyeme & æstate niuem habent. Columnam cæli indigenæ appellant. ¶ Atlas cælum, Ἄτλας τὸν οὐρανόν. Subaudiendum ὑπεστήριξεν, id est, sustinuit. Dici solitum de iis qui sese magnis & molestis inuoluunt negotiis, ipsiq; sibi malum accersunt. Nam hic Cælum hospitio excepit: deprehensus autem quòd illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum. ¶ Ab eo monte populi incolentes Atlantes dicuntur, qui soli sunt anonymi, hoc est sine nominibus. nam in vniuersum Atlantes nominantur: singulis nullum proprium nomen imponitur. Solem orientem, occidentémque dira imprecatione contuentur, vt exitialem ipsis agrisq. Neque insomnia visunt qualia reliqui mortales. Plinius, Solinus, Herodotus autores. Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. August. lib. 18. de Ciuit. Frater Promethei Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur: vnde occasionem fabula inuenit, vt eum cælum portare confingeretur: quanuis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cæli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Diodorus lib. 4. Ferunt Atlantem astrologiæ fuisse peritissimum, déque sphæra primùm inter homines disputasse: qua ex re visus est cælum suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphæræ inuentione. Scribunt quidam duos esse montes in Mauritania Atlantes dictos: alterum columnis Herculis viciniorem, alterum in interiore Libya. Remotior ab Atlante rege in eum conuerso dictus est, quem cæli columnam nominant. Tres autem Atlantes fuisse memorantur. Vnus rex Italiæ, & pater Electræ vxoris Coryti. ¶ Alter rex Arcadiæ, & pater Maiæ, ex qua natus est Mercurius. ¶ Tertius Maurus, qui dictus est Maximus. Hic primus nauim construxit, nauigauitque: ¶ Sumitur nonnunquam à Poëtis Atlas pro hominis simulachro, sustinente columnas ædium, aut ipsum ædificium, ad similitudinem Atlantis cælum humero torquentis, qui etiam Latino vocabulo Telamones appellantur. Fiebant autem ferè gibbosa figura, more eorum, qui onera dorso gestant: erántque omnino duo, interdum auersi, interdum se inuicem spectantes. Martialis, Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. ¶ Est & Atlas, teste Herodoto, li. 4, Fluuius ex Hæmo monte nascens, & Aquilonem versus in Istrum defluens.

Atlanticus, a, um, ἀτλαντικός: vt, Atlanticum mare, id est ea pars Oceani, quæ Mauritaniam ab Occidente alluit: ita dictum ab Atlante monte, qui eam Oceani partem respicit. Cicero de Somnio Scipionis, Omnis terra quæ colitur à vobis, parua quædam insula, circumfusa illo mari quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terra. *Mar Oceano.*

Atlanteus, a, um. pen. prod. Horat. 1. Carm. Atlanteúsque finis Concutitur. Pleiades Atlanteæ, apud Ouid. 5. Fastorum.

Atlantides, æ, & per epenthesim Atlantiades. ἀτλαντιάδης, ἢ ἀτλαντιάδου. Patronymicum masculinum: quo Poëtæ vtuntur pro Mercurio Maiæ filio & nepote Atlantis. Ouidius 8. Metamorph. Venit Atlantiades positis caduciferalis.

Atlantis, idis, siue Atlantias, adis, ἀτλαντὶς, ἢ ἀτλαντιὰς. Patronymicum fœminum, significans filiam vel neptem Atlantis. Virgil. 8. Aeneid. Electra Atlandide ereptus. Silius lib. 16. Virque Atlantiadum subfecerat ora sororum. Vbi Atlantiades sorores vocat Pleiades: de quibus suprà. ¶ Atlantides, ἀτλαντίδες, Vergiliæ dictæ sunt: Atlas enim ex Pleione Oceani filia, vt ait Higinus, (vt alij, Deucalionis,) habuit quindecim filias, quæ vno vocabulo Atlantides dicuntur. Verùm quinque ex his Hyades sunt nominatæ, à fratre Hyante à sororibus plurimum dilectæ: reliquæ Pleiades à matre dictæ. ¶ Vergiliæ dicuntur, quia cum Vere exoriuntur. Et sunt septem, quarum sex clarissimè apparent: septima verò, quia Sisypho nupsit, non videtur. Cicero ait Hyadas à pluendo dictas. Nostri Suculas vocant à suibus, quoniam sues luto gaudent. Indicant enim pluuias.

Atlantius nodus, Primus spinæ articulus vocatur à Plin. lib. 28. cap. 8.

Atnepos, ótis. Filius abnepotis, vel abneptis. *Nieto de mio nieto.* Ital. *Nipote de mio nipote per dritta linea.* Gal. *Le nepueu de mon nepueu en droitte ligne.* Hisp. *El tercero nieto ò nieta del nieto.*

Atnepris, Filia abnepotis, vel abneptis. Instit. lib. 3. *Bisnieta.* Ital. *Figliuola della nipote in terza generatione.* Gal. *La niepce de ma niepce en droitte ligne.* Hisp. *La tercera nieta, nieta dela nieta.*

Atocion, ἀτόκιον, Dicitur omnis medicina quæ conceptum abigit, hoc est fœtum partus intercipit. Plin. lib. 29. cap. 4. Tertium genus est eodem phalangij nomine araneus lanugmosus, grandissimo capite: quo dissecto inueniti dicuntur intus vermiculi duo, adalligatique mulieribus ceruina pelle ante Solis ortum, præstant, ne concipiant. Vis ea annua est, quam solam ex omni atocio dixisse fas sit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.

Atomus, pen. corr. gen. fœm. ἄτομος. Ital. *Atomo, indiuisibile.* Gal. *Choſe ſi petite qu'on ne la ſauroit partir.* Hisp. *Cosa no partible en partes, que no se puede partir.* ¶ Corpusculum minutissimum, quæ τομὴ, id est sectionem non recipit. Nam atomos insecabilis dici potest, ab ἀ, & τέμνω, diuido, seco. Vnde & Atomi dictæ sunt quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quæ infusis per fenestram radiis Solis, videmus. Vnde Epicurus ex suis atomis mundum struit, & vniuersa conformat, & eatundem dissolutione dissoluit. Cic. 1. Acad. Quid est enim magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos) concursione fortuita loqui? ¶ Sunt etiam atomi in corpore, vt lapis quum diuiditur vsque ad minutiam quæ diuidi & secari non possit. ¶ Dicitur etiam eadem ratione Atomus, minimum, & insecabile temporis momentum. ¶ Similiter in numeris vnitas.

ATOSSA, Filia fuit Cyri, quæ primùm Cambysi, & post eius mortem Dario nupsit. Herod. lib. 3.

Atque, Coniunctio connexiua est. ἠμέν. Ital. *Insiemamente.* Gal. *Et meſmes, enſemblément.* Hisp. *Semejantemente.* ¶ Virgil. –genus vnde Latinum, Albaníque patres, atque altæ mœnia Romæ. ¶ Quandoque aduerbium, quod pro Quàm, poni solet, ἐπιτατικῶς: vt Persius, –qui tu impunitior exis, Atque hic? Suetonius in Cæsar. Velut grauius atque ipse sensisset. Cicero in Catil. Simulachrum Iouis contrà, atque antea fuerat, ad Oriẽtem conuersum. Idem de Somnio Scipionis, Stellæ errantes versantem conuersum. Idem de Somnio Scipionis, Stellæ errantes versantem conuersum. Idem Attico, Hoc ad officium retrò, contrario modo, atque cælum. Idem Attico, Hoc ad officium meum æquè, atque vllam rem pertinet. ¶ Quandoque pro celeriter & statim, ἐξαίφνης δὲ. Virg. Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. ¶ Quandoque pro festinè, & intrepidè geminatum inuenitur. Ennius, Atque atque ascendit super muros Troiana iuuentus. ¶ Quandoque pro Postquam. Plaut. in Amphit. Neque se Luna mutat quoquam, atq; exorta est semel. ¶ Atque adeò, particula est augmentatiua: qua vtimur, quum significantius grauiúsque verbum leuiori subiungimus. Cic. pro Sext. Roscio, Hoc consilio, atque adeò hac amentia impulsi. Idem Att. lib. 1, Ego princeps in adiutoribus, atque adeò secundus fui.

Atqui, Sed, sed enim, at enim. ἀμέλει, ἀλλάμεν, ἀτάρ. Ital. *Ma certamente, percioche.* Gal. *Mais toutesfois.* Hisp. *Mas, empero mas.* ¶ Terent. in Adelphis, Atqui ex me hic non est natus, sed ex fratre. Cic. pro Milone, Atqui ex celso loco superiorem se fore putabat Milo.

Atractylis, ἀτρακτυλὶς. Ital. *Specie di cardo.* Gal. *Eſpece de chardon qu'on appele ſaffran baſtard.* Hisp. *El cardo huſo.* ¶ Spina est, ex qua mulieres colus faciebant, vnde & nomen habet. Eius duæ sunt species, quarum vnam Carthamum agrestem, alteram Carduum benedictum vocant officinæ. Vide Plinium lib. 21. cap. 17, & Ruellium lib. 3. cap. 55.

ATRAMITAE, Populi Arabiæ fœlicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

ATRANI, Populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

ATRATINVS, Oratoris nomen est, qui Cælium accusauit, defendente Cicerone.

ATRAX: ἄτραξ. Fluuius Aetoliæ: à quo Atraces quidam populi cognominati sunt, vt scribit Plin. lib. 4. ¶ Est item Atrax, Thessaliæ oppidum: à quo Hippodamia Pirithoi vxor Atracis Ouidio dicta est: & Atracia ars, Statio pro Magia, quæ apud Thessalos plurimum viguit.

Atraces, penult. correp. ἄτρακες. Populi sunt Aetoliæ, quibus nomen dedit Atrax fluuius per agrum eorum in mare Ionium illabens. teste Plinio lib. 4. cap. 2.

Atracis, idis, ἀτρακὶς. Gentile fœmininum ab Atracibus deductum Aetoliæ populi: aut etiam ab Atrace Thessaliæ ciuitate. Vnde Ouidius Hippodamiam Pirithoi vxorem Atracidem vocauit. Atracis (inquit) ambiguos traxit, in arma viros.

Atracius, a, um, ἀτράκιος. Possessiuum deductum ab Atracia Aetoliæ regione: siue ab Atrace Thessaliæ oppido. Vnde Atraciam artem Statius appellauit Magiam, quæ apud Thessalos plurimum viguit. Sic enim habet ille libro 1. Thebaid. –qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color.

ATREBATES, Apellantur à Cæsare populi inter Belgas, quos hodie Artesienses vocamus. Vulgò *Arras*, vel, *Artois.*

Atrebaticæ vestes, χιτῶνες ἀτρεβατικαί. Vestes erãt coloris xerampelini, hoc est siccatis vitium frondibus similes, quæ apud Atrebates optimæ fiebant. Suidas Atrabaticas vocat, alij Atrabapticas, à coloris scilicet nigredine. Vide Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10.

ATREVS, dissyllabum, ἄτρεὺς. Pelopis & Hippodamiæ filius fuit, pater Agamemnonis & Menelai: qui ab ipso Atridæ dicti sunt. Fratrem habuit Thyestem, qui fratris vxori stuprum intulit. Atreus verò fratri filium epulandum apposuit. Ob quæ facinora, Sol, ne pollueretur, cursum retrorsum dicitur conuertisse. ¶ Hinc prouerbiali figura dicimus, Atrei oculi, Ἀτρέως ὄμματα, de torno truculentóque aspectu. His enim oculis in Tragœdiis inducebatur Atreus.

Atreus, a, um, ἀτρεῖος. Adiectiuum est, trium syllabarum. Statius 8. Theb. Precor, Atrei siquid tibi sanguinis vnquam.

Atrides, dæ, pen. prod. ἀτρεΐδης. Pluraliter Atridæ, arum, Atrei filij, Agamemnon & Menelaus. Virgil. 1. Aeneid. Atridas, Priamúmq;, & Troiam ambobus Achillem. Atrides minor, & maior. Ouid. 12. Metamorph. Non minor Atrides, non bello maior, & æuo. ¶ Non soli Atridæ amãt vxores. Dici solitum, quoties significabimus suam cuique dolere iniuriam, contumeliam aut damnum: nec oportere quenquam impunè lædi. Homer. Iliad. 1. Ἢ μοῦνοι φίλεσθ' ἀλόχους, μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι; id est, Num solis hominum Atridis affectus amórque Vxorum est.

ATRIA, Oppidum fuit insigne Tuscorum, portam habens insignẽ non procul à Padi ostiis: à quo vicinum mare Atriaticum vocatum est, & postea Adriaticum. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Atridies. Vide suprà in dictione ATER.

Atricapilla, μελαγκόρυφος, Auis est ex ficedularum genere. Festus, Melancoryphi, genus auium, quæ Latinè vocantur Atricapillę, eò quòd summa earum capita nigra sint.

Atriũ, atrij. ἔσω αὐλή. Ita. *Cortile, corte de la caſa.* Gal. *Premiere ſale d'vne maiſon, l'entrée de la grand' ſale.* Hisp. *El portal dentro de caſa, primera parte de la caſa.* ¶ Prima pars domus, quæ continet mediã aream in quã collecta ex omni tecto pluuia descendit, & in qua prisci (vt ait Cato) aperto ostio epulabãtur, vbi etiam pecunias & cætera pretiosiora seruabãt: seruósq; quibus tanquam honoratioribus earum rerum custodia committebant, Atrienses appellabant. Vitru. li. 6. In vrbe atria proxima ianuis esse debent. Gell. lib. 6. ca. 5, Animaduerti enim quosdã haud quaquã indoctos viros, opinari vestibulũ esse partẽ domus primorem, quam vulgus Atrium vocat. Dictum Atrium ab Atriatibus Hetruriæ populis, vt inquit Varro lib. 1. de lingua Latina, quia id genus ædificij Atriæ primum in Hetruria fit institutum: vel quòd à terra oriatur, quasi Arterium: vel quòd atrũ esset ex fumo culinæ. In atrio enim tria erant habitacula: vestibulum, locus sportularum, qui & ipse Sportula dicebatur, vbi proponebãtur eo die quæ dono

quæ dono danda erant: & culina: quanquam Vestibulum proprie locus sit ante ædes. Vide suo loco.

Atriolum, ἀυλίδιον. Parvum atrium. Cicero ad Qu. fr. Quo in loco te in porticu fenibere aiunt, vt atriolum fiat: mihi, vt est, magis placebat. neque enim satis loci esse videbatur atriolo.

Atrici. {ἀυλικοὶ. Ital. *Portinari, portieri.* Gal. *Portiers, huissiers de sale.* Hisp. *Los porteros dela casa.*} A' Iureconsultis dicuntur, qui excubant ad atrium, qui & ad limina vocantur, & Atrienses.

Atrienſis. {ἀυλικὸς. Ital. *Maestro, ò portinaro di sala.* Gal. *Maistre de sale, portier.* Hisp. *Portero de la casa.*} Is erat, cui credebatur cura atrij: est autem seruus præpuus in familia. Cicero in Piso. Serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atrienſis. Colum. lib. 12. ca. 3, Tum sistere atrienſibus, vt suppellectilem exponant.

Atriplex, ἀτράφαξις, Dioscoridi, Herba est sylvestris & hortensis, frigidæ & humidæ substantiæ. {Ital. *Armola, trapese, reppese.* Gal. *Arroches, bonnes dames.* Hisp. *Los armuelles, yerua.*} Aluum mollit & ictericis prodest: ab atro colore, vt quidam aiunt, quòd homines liuidos & decolores faciat. Macer, Atriplicem tritam cum nitro, melle & aceto, Dicunt appositam calidam sedare podagram. Accusatur hæc herba à Pythagora, quòd hydropicos homines faciat, & regium morbum inducat. Atreplexum veteres dixere, teste Festo.

ATROPATIA, ἀτροπατία Stephano, Altera est ex partibus Mediæ: ita dicta ab Atropato duce, qui eam à Macedonum vi tutatus est. Media enim in duas distributa est partes: quarum altera Media maior appellatur: cuius metropolis sunt Ecbatana. Altera minor, quæ & Atropatia dicitur. Vide Strabonem lib. 11.

ATROPATVS, ti, ἀτροπάτιος, Vide ATROPATIA.

ATROPOS, pen. corr. ἄτροπος. Vna ex tribus Parcis. ita dicta, quasi immutabilis, quòd ad nullius preces conuertatur. Copiosius in dictione PARCAE.

Atrox, Asper, crudelis, quòd qui atro vultu sunt, asperitatem & sæuitiam præ se ferunt. {ἀτρὼξ. Ital. *Atroce, crudele, aspro.* Gal. *Cruel, felon, outrageux, sans pitié.* Hisp. *Inhumano, terrible, y cruel.*} Terentius in Hecyr. Incredibili re, atque atroci percitus. Virgil. 1. Georg. Ecce inimicus atrox magno stridore per auras Insequitur Nisus. Festus à Græco nomen hoc deriuat, quòd illi ἀτρέπτα appellant, quæ cruda sunt: siue ab eo quòd atroces nihil de se timeant: ἀτὼς enim significat timere. Vnde & pro constanti quandoque ponitur. Horatius lib. 2. Carm. Ode 1, Et cuncta terrarum subacta, Præter atrocem animum Catonis.

Atrocitas, atis, Crudelitas. {ἀτρότης, ἀτρὼτης. Ital. *Atrocità, crudeltà.* Gal. *Felonie, cruauté, outrage.* Hisp. *Inhumanidad y crueldad.*} Cic. 6. Verr. Donec populus, atque vniuersa multitudo atrocitate rei, misericordiáque commota, senatum clamore coëgit, &c.

Atrociter, aduerb. {ἀτρῶς. Ital. *Crudelmente, atrocemente.* Gal. *Cruelement, felonnement.* Hisp. *Inhumana, y cruelmente.*} Crudeliter. Cicer. pro Rosc. Amer. Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus, etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Atrophia, æ, ἀτροφία. Macies vel totius corporis, vel alicuius tantùm partis, proueniens ex vna vel pluribus naturalis facultatis partibus vitiatis: vt si contingat, exempli causa, partis alicuius facultatem attractricem adeò esse imbecillam, vt alimentum suum attrahere non possit, necesse erit eam partem nutrimento suo destitutam, macie extenuari & veluti exaresctere. Idem censendum est, si alia quænis ex facultatibus naturalibus munus suum exequi non queat. Qui autem hoc morbi genere laborant Atrophi, ἄτροφοι, appellantur. Vide Galenum in tractatu de Symptomat. differen. & Celsum lib. 3. cap. 22.

ATTACVM, ἄτταγον, Hispaniæ oppidum in tractu Celtiberorum. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

ATTA, ἄττα, Ciuitas Arabiæ fœlicis, autore Ptolemæo lib. 6. cap. 8.

ATTABES & Numenius latrones fuerunt famosissimi, adeò vt Praenerbio locum fecerint, Conuenerunt Attabas & Numenius.

Attæ, Teste Festo, dicti sunt, qui per vitium crurum, aut pedum, plantas à terra non subleuant, & atterunt magis terram, quàm ambulent: quod cognomen fuit Quintio poëtæ. Horat. lib. 2. Epist. ad Augustum, Recte, nèene crocum, floresque perambulet Attæ Fabula, si dubitem clament periisse pudorem. Cuncti penè patres, ea quum reprehendere coner, Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit.

Attagen, pen. corr. gen. masc. & Attagena, æ, ἀττάγας Suidæ, Auis Asiatica inter nobilissimas habita, maximè verò quæ in Ionia nascitur, & inter esculentiores, aues præcipuo sapore censebatur. {Ital. *Picello detto Francolino.* Gal. *Oiseau nommé Francolin.* Hisp. *El francolin aue preciosa.*} Plin. lib. 10. cap. 48, Attagen maximè Ionius celebratus, vocalis aliàs, captus verò obmutescens, quondam existimatus inter raras aues. Martialis, Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum. ¶ Attagen, Ἀττάγας, Suidas indicat hoc cognominis prouerb. ioco dici solere in seruos stigmaticos: quòd hæc auis plumas habeat variis colorum notis distinctas. Aristoph. in Auibus.

ATTALVS, ἄτταλος, pen. corr. Nomen Pergami regis, pecunia ditissimi, & splendida, abundantique supellectile: à quo omnia magnifica, Attalica dicta sunt: vt inquit Plin. lib. 8. cap. 48. Propertius, Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. Hic quum liberis careret, populum Romanum testamento suo hæredem instituit. ¶ Fuit & Attalus nomen medici, cuius meminit Plin. lib. 32. cap. 8.

ATTALIA, æ, ἄτταλα Stephano, Oppidum est Aeolidis, apud Plin. li. 5. cap. 30. ¶ Item alterum in Pamphylia: cuius meminerunt Ptolemæus lib. 5. cap. 5, & Strabo lib. 14. Vulgò *Satalia.*

Attamen, Coniunctio est composita ex Ad & tamen, idem significans quod Veruntamen. {ἀλλ' ὅμως. Ital. *Nondimeno.* Gal. *Neantmoins, mais toutesfois.* Hisp. *Empero.*} Cicero in Epist. Attamen ne mirere vnde hoc acciderit. ¶ Aliquando etiam legitur diuisa. Idem 3. de Orat. Atque ei si nequaquam parem eius ingenio, at pro nostro tamen studio, meritam gratiam referre debemus.

Attegiæ, arum, Id est mapalia, & tuguria. {σκηνίδια, ἀττεγίαι. Ital. *Capanne.* Gal. *Attaisonnete à berger, loge, cabanne.* Hispa. *Choças, cabañas ò casas pobres.*} Iuuen. Diuae Maurorum attegias castella Brigantum.

Attegrare, Veteres dixerunt pro Integrare, siue augere. Festus.

ATTEIVS PHILOLOGVS, Libertinus Athenis natus, quem Capito Atteius iurisconsultus eius patronus, inter grammaticos rhetorem, & inter rhetores grammaticum fuisse ait. Eum iuuisse scripta Salustij in componendo autor est Pollio. Coluit familiarissimè Salustium, eóque mortuo, Pollionem. Autor Tranquillus.

Attelabus, ἀτέλαβος, Paruæ locustæ species est, quæ alis caret. Vide Plinium lib. 29. cap. 4.

ATTELLA, ἄτελλα. Oppidum Campaniæ, inter Capuam, & Neapolim, quam nunc *Auersam* dicimus.

Attellanus, a, um. adiectiuum. Cic. Cluuio, Loquutus sum de agro vectigali municipij Attellani.

Atellanius, a, um, aliud adiectiuum. Cic. 2. de Diuin. Totum omnino fatum etiam Atellanio versu iure mihi esse irrisum videtur.

Atellanæ, ἀτελλάνια ἐπιμύθια. Latinæ sunt fabulæ, quæ ab Atella Oscorum ciuitate sumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ personæ inducebantur, & argumentis dictisq; iocularibus respondebant satyricis fabulis Græcis. Proprié autem Atellanicum dicebatur exordium. Liu. lib. 7. Iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus factitare cœpit, quæ exordia postea appellata, conferráque fabellis potissimùm Atellanis sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus.

Attempero, as, Idem est quod Adapto. {ἀρμόττω. Ital. *Accommodare.* Gal. *Addresser vers quelque part.* Hisp. *Atauiar.*} Senec. epist. 30. Sic gladiator, tota pugna timidissimus, iugulum aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat.

Attemperatè, aduerbium, Idem significans quod Tempestiuè. {ἐπιτηδείως. Ital. *Temperatamente, con modestia.* Gal. *En temps & lieu, tens à point.* Hispa. *A buen tiempo.*} Terent. in Andr. Itáne attemperatè venit hodie in ipsis nuptiis?

Attendo, Aduerto, cogito, consydero, & quasi animum intendo. {προσέχω τὸν νοῦν. Ital. *Attendere, considerare.* Gal. *Estre attentif, estendre ses yeux ou son esprit vers quelque choſe.* Hisp. *Considerar, estar atento.*} Ponitur autem interdum absolutè. Cicer. 2. de Inuent. Si diligenter attendimus, hæc apta esse inter se intelligemus. ¶ Nonnunquam cum accusatiuo, Ibidem, Hoc autem in horum locorum expositione oportebit attendere. Idem pro Archia, Quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis. ¶ Aliquando accusatiuus mutatur in ablatiuum, Terentius, Nunc quid peram mea causa, æquo animo attendite. ¶ Suetonius iunxit datiuo, Inter liberales disciplinas attendit & iuri, id est operam dedit. ¶ Ponitur quoque cum præpositione Ad. Terent. in Adelph. Nimium ad rem in senecta attenti sumus. ¶ Dicimus etiam Animum attendere, pro intendere, & mentem in re aliqua fixam habere. Cic. 3. Offic. Et quum animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam, προσοχὴ τοῦ νοῦ. ¶ Hinc Attentos, φιλοπόνους, dicimus, auditores, qui ad ea quæ dicuntur, intendunt animum. Cicer. 3. de Nat. deor. Præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem. ¶ Et attentum patremfamilias, id est cōsyderatum, prudentem. Cicero pro Quintio, Quintius fuit P. Quintij huius frater, sanè exterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus: vna in re minus consyderatus, qui, &c. ¶ Et Attentam vitam, pro diligente & curiosa. Cicer. pro Roscio Amer. Tamen ne hæc attentata vita & rusticana, relegatio, atque amandatio appellabitur.

Attentio, vt Speusippus inquit, Est intentio animi ad discendū. {προσοχή. Ital. *Attentione.* Gal. *Attention, soing d'auir en ſoy quelque choſe.* Hisp. *Attencion.*} Cic. 3. de Orat. Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, &c.

Attentè, aduerbium, Id est animo intento. {φιλοπόνως. Ital. *Attentamente.* Gal. *Attentiuement, soigneuſement.* Hisp. *Con attencion.*} Cicero ad Catonem, Scis enim, quàm attentè te audire soleam.

Attento, as, ex Ad & tento. {πειράω. Ital. *Tentare.* Gal. *Atenter, eſſaier, eſprouuer.* Hisp. *Tentar.*} Plin. in præfat. lib. 6, Nemo apud nos quidem, qui attentauerit. Cic. in Orat. Melius est præterire quàm attentatum deserere.

Attenuo, as, Significat subtilem facio, minuo. {λεπτύνω. Ital. *Attenuare, assottigliare.* Gal. *Amenuiſer, attenuer, apetiſſer, amoindrir.* Hispa. *Adelgaçar lo gruesso.*} Ouid. 4. Trist. Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas, Præterquàm curas attenuare meas.

Attenuatè, aduerbiū. {λεπτομερῶς, λεπτῶς. Ital. *Attenuatamente, sottilmente.* Gal. *Petitement, ſobrement, chichement.* Hisp. *Adelgaçadamiente.*} Cic. de Claris orator. Oratorum bonorum duo sunt genera: vnū attenuatè, pressèq; alterum sublatè, ampléque dicentium.

Attenuatio, onis, verbale. {λεπτυσμός. Ital. *Attenuatione, diminutione.* Gal. *Amoindriſſement, diminution.* Hisp. *Adelgaçamiento.*} Autor ad Her. lib. 4, Defensoris narratio simplicem expositionem debet habere cum attenuatione suspitionis.

Attero, attriui, attritum, Est rem aliquam ad aliam terere, & quodam modo confricare: vt, Atterere gladium cori. {τρίβω. Ital. *Fregare.* Gal. *Fretter l'vn à l'autre, frotter d'quelque choſe.* Hisp. *Gaſtar vſando la coſa, fregar.*} Plin. lib. 9. cap. 5, Anguillæ atterunt se scopulis. ¶ Significat & commi nuere. Columel. lib. 5. cap. 6, Nam demissum ex eo palmitem germinantem inferior atteret, & fructum decutiet. Virgil. 4. Georgic. -aut errans bucula campo Decutiat torem: & surgentes atterat herbas.

Attritus, tior, tissimus, {τριμμένος. Ital. *Vſato, conſumato, frosto, frollo.* Gal. *Vſé, conſumé, frotté, frais.* Hisp. *Gaſtado vſado.*} Nomen ex participio, Cic. 6. in Verrem, Vt tactus eius, ac mentum paulò sit attritius: quòd in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verumetiam osculari solent. Attritæ opes, apud Liuium, pro imminutæ.

Attritus, us, pen. prod. verbale. {τρῖμμα, παράτριμμα. Ital. *Fricamento, conſumamento.* Gal. *Frottement, vſure.* Hisp. *Gaſto por vſo.*} Plin. lib. 9. cap. 45, Contactos pisces, attritúque petræ scalpentes prurītum, inuadit.

Attestor, aris, In testem accipio. {μαρτύρομαι. Ital. *Accettar per teſtimonio, affermare.* Gal. *Prendre vn appeler à teſmoing, atteſter, teſmoigner.* Hispa. *Tomar por teſtigo, ò dezir teſtimonio.*} Cic. pro Mil. Is qui ita natus est, & ita consuevit, te Magne tamen attestatetur. Plin. lib. 11. cap. 45, Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur. Pro eodem veteres dicebant Antestor. Vide suo loco. ¶ Ponitur etiam nonnunquam pro testimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium dicere, vel affirmare. Plin. in Præfatio. lib. 4, Hoc atteſtabatur vel inimico iudici ſe approbari poſſe.

Attexo, is, ere, attexui, attextum. Addo, adiungo. {ἐπεισάγω. Ital. *Teſſere*. Gal. *Ioindre auec, ajouſter auec*. Hiſp. *Texer ſobre otra coſa, añadir*.} Cic. de Vniuerſ. Vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. Varro lib. 2. ca. 5, Nos interea ſecundum actum de maioribus attexamus. Cæſar, Pinnæ, loricæq; ex craticibus attexuntur.

ATTHIS, idis, ἀττίς, Cranai filia, à qua regio Attica (vt quidam exiſtimant) dicta eſt, quũ prius Actica ab Actæone diceretur: ſiue ab Actxo rege, vt Fauorino & Lycophroni placet: ſiue ab ἀκτή, quod litus ſignificat, propterea quòd ea regio, ſicut ſcribit Strabo, magna ex parte litoralis ſit. Qua voce etiam vtuntur Latini. Virgil. 5. Aeneid. At procul in ſola ſecretæ Troades Acta Amiſſum Anchiſen flebant. Præcipuæ regionis huius ciuitates fuerunt Athenæ, Eleuſis, Marathon, & aliæ nonnullæ. ¶ Atthidem præterea Poëtæ Luſciniam appellant, ad fabulam nimirum reſpicientes, qua Philomela Pandionis Athenienſium regis filia in hanc auem dicitur eſſe transformata. Martia. Sic vbi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

ATTICA, ἀττική. Regio eſt Achaiæ, ab agro Megarenſi vſque ad Sunium promontorium extenſa: olim Acte appellata, & Actica, quòd maxima ex parte litoralis ſit, teſte Strabo. lib. 9. Vrbes præcipuas habet Athenas, Eleuſinem, Marathonem, & alias nonnullas.

Atticus, ca, cum, ἀττικός. Quod ex Athenis eſt, vel quod ad Athenas pertinet: vt, Regia Attica, ἀττικὴ. ¶ Atticus aduena, Ἀττικὸς πάροικος. In vicinos & feroces vicinos dicebatur. Duris apud Zenodotum ait ex Arlentos & feroces vicinos dicebatur. Duris apud Zenodotum ait ex Arcadum moribus natum, quòd olim finitimos è ſedibus ſuis exigere conſueuerint. Craterus inde manaſſe putat quòd Athenienſes, qui Samum miſſi fuerant, indigenas expulerint. Ariſt. lib. Rhetor. 3. Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod aſciti ſunt, vt ſuperiores eiiciant. ¶ Attica bellaria, Πέμματ' Ἀττικὰ: de lautitiis & cupediis. Transferri poteſt ad rem quamcunque maiorem in modum ſuauem ac iucundam. Plat. Polit. lib. 3. ¶ Lepos Atticus, Attica eloquentia, pro ſumma. Tetent. Eunuch. Dixin' in hoc Atticam eſſe eloquentiam? ¶ Huic finitimum eſt, Attica muſa, Ἀττικὴ μοῦσα: pro venuſta lepidáque oratione. Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticum. ¶ Atticus teſtis, Ἀττικὸς μάρτυς, legitur in Collectaneis Diogeniani pro probatiſſimo atq; incorruptiſſimo teſte. Quod ſi quis per ironiam torqueat in teſtem vanum, non inconcinnè dixerit. ¶ Attica fides, Ἀττικὴ πίστις, legitur apud eundem de minimè vanis, miniméque periuris: inde natum, quòd apud Atticos templum eſſet Fidei deę conſtructum, cuius etiam meminit Plautus in Aulularia. ¶ Atticus in portum, Ἀττικὸς εἰς λιμένα: In eos dicebatur qui illic virtutem oſtentare ſolent vbi tutum eſt, atque vbi nihil opus. A' nautis Atticis ſumptum, qui portum ingreſſuri, oſtentandi ſui gratia, magnificè ſeſe gerebant: in ipſa re, hoc eſt in prælio nauali, non perinde ſtrenui.

Atticè aduerb. ἀττικῶς: vt, Atticè loqui, hoc eſt lingua Attica. Cicero de Claris orat. Nam ſiquis eos, qui nec inepte dicunt, nec odioſè, nec putidè, Atticè putat dicere, is rectè niſi Atticum probat neminem.

Atticiſmus, ἀττικισμός, Eſt quædam peculiaris Attici ſermonis elegantia. Cic. de Clar. orat. Et ille Latinus Atticiſmus ex interuallo reguſtãdus.

Atticiſſo, as, Atticè loquor, ἀττικίζω. Plautus, Non atticiſſat, ſed Siciliſſat. Nam quemadmodum Attici inter Græcos omnes ornatiſſimè loquebantur, ita Siculi omnium peſſimè. Vnde etiam Cic. Qu. Cæcilium irridet, quòd linguam Græcorum non Athenis, ſed in Sicilia didiciſſet.

Attigo, ſine n, Idem quod Attingo: nam ſicut Tango, ita & Tago dicimus. Plautus in Muſtel. Abſcedite, telis ne attigant.

Attiguus, Proximus, ab Attingendo, ſicut Contiguus à Contingendo. ἐφαπτός. Apul. lib. 4. Contra proeliue mõtis attigui, fuga, me liberaui.

ATTILIVS REGVLVS. Conſul Romanus, qui primo bello Punico quum Carthaginienſes ſæpe vicilſet, tandè per inſidias captus, & poſtea Romam miſſus eſt à Carthaginienſibus pro permutandis captiuis: ſed quum Romam veniſſet, ipſemet permutationem diſſuaſit, & Carthaginem rediens, crudeliſſimè eſt necatus. De hoc multa Cic. lib. 3. Offic.

Attilus, pen. prod. Piſcis ſatis grandis, qui in Pado inertia pingueſcens, ad mille aliquando libras captus eſt, catenato hamo, nec niſi boum iugis extractus. Plin. lib. 9. cap. 15.

Attineo, attines, attinui, {ἔχειν τινὰ. Ital. *Ritenere*. Gal. *Retenir*. Hiſpa. *Retener*.} Ex ad & Teneo: Idem ſignificat quod Tenere. Plaut. Capt. Nunc iam cultros attinet. Tacit. li. 1. Ni proximi prehẽſam dextrã vi attenuiſſent.

Attinere, Pertinere, decere, conuenire. {πρόσηκε, ἀνήκει. Ital. *Pertenere, conuenire*. Gal. *Il apartient, il conuient, il eſt beſoing*. Hiſp. *Atener ò pertenecer algo*.} Terent. in Adelphis. Iámne me vis dicere, quod ad te attinet? Aliquando ſignificat iuxtà, ſiue in manibus tenere. Plautus in Capt. Nam ſenex eſt in tonſtrina, nunc iam cultros attinet.

Attingo, gis, attigi, attactum, Leniter tango: minus eſt enim quàm tango, vt inquit Donatus. {ἅπτομαι, ἐπιψαύω. Ital. *Toccare legiermente*. Gal. *Attoucher, toucher tant ſoit peu*. Hiſp. *Alcançar tocando alguna coſa*.} Terent. in Adelph. Tetigine tui aliquid? AE. Si attigiſſes, ferres infortunium.

Attactus, us, verbale. {ἁφή. Ital. *Toccamento*. Gal. *Attouchement*. Hiſpa. *Tocamiento*.} Virgil. 7. Aeneid. Illic inter veſtes, & læuia pectora lapſus Volitur attactu nullo.

Attollo, is, Eleuo, erigo. {ἐπαίρω. Ital. *Eleuare, inalzare, togliere*. Gal. *Leuer haut, eſleuer*. Hiſp. *Alçar ò quitar*.} Liu. Quũmque ſe quiſque attollere, ac leuare veller. ¶ Aliquando ponitur pro Aufero. Pacuuius, Cuſtodite iſtum vos, ne eum quis attollat, neve quis attingat. ¶ Aliquando pro Affero. Plaut. in Caſina. Quid ſi propius attollamus ſiamuſq; obuiam? Hoc verbum facit præteritum Attuli. Diomedes. Affero, attuli, quoniã & à fero Tuli dicimus: quanquam & id perfectum quod eſt attuli, ex alio verbo proficiſci reperimus apud veteres, ex eo quod eſt Attollo.

Attondeo, es, attondi, attonſum. {ἐπικείρω. Ital. *Radere, tondere à ſtoſo*. Gal. *Toudre tout au tour, raire*. Hiſ. *Mucho treſquilar*.} Tondere, omnino tondere. Plaut. Caſin. Sed vtrum ſtrictimne attonſurum dicam eſſe an per pectinem, Neſcio. ¶ Attondere aliquẽ auro, per metaphoram. Plaut. Bacch. -is me ſcelus Auro vſque attondit doctis indoctum dolis.

Attondens, particip. ἐπικείρων. Virgil. 2. Georg. -curuo Saturni dente relictam perſequitur vitem attondens.

Attonſus, particip. ἐπικεκαρμένος. Celſus lib. 4. cap. 3. Neque inutile erit caput attonſum habere. Cic. 5. Tuſcul. vt Epaminundas, Conſilius noſtris laus eſt attonſa Laconum.

Attono, attonas, attonui, ἐκπλήσσω. Verbum rariſſimè lectum: quod ſtupefacere videtur ſignificare. Ouid. epiſt. 4. Aut quas ſemideæ Dryades Faunique bicornes Numine contactas attonuere ſuo.

Attonitus, Conſternatus fulmine, aut morbo ſtupefactus. {ἐκπεπληγμένος. Ital. *Stupefatto, attonito*. Gal. *Eſtonné, Eſbay, Eſperdu*. Hiſp. *Atronito, eſpantado*.} Seruius, Attonitus dicitur, cui caſus vicini fulminis, & nudo eſpauentado.} Seruius, Attonitus dicitur, cui caſus vicini fulminis, & nudo ſonitus tonitruum dant ſtuporem. Virgil. 3. Aeneid. Talibus attonitus viſis ac voce deorum.

Attonitè, aduerb. ἐμβροντήτως, ἐκπληκτικῶς. Pli. li. 30. c. 1, Britãnia, hodiéq; eam attonitè celebrat tantis cæremoniis, vt dediſſe Perſis videri poſſit.

Attraho, his, Ad me traho, allicio. πείθω. Ital. *Allettare*. Gal. *Attirer, attraire, tirer à ſoy*. Hiſp. *Traer à ſi*.} Ciceto Attico, Quum id malum, quod vitare poteras, vltro accerſas, atque attrahas.

Attractio, Verbale, ἕλκυσμός. Attractionem apud Quintilianum legimus pro eo poſitũ, quod Donatus aduerbia congregandi vocat: qualia ſunt Sũmatim, Viritim, Oſtiatim & id genus ſimilia. Eiusverba ſunt li. 1. c. 4.

Attractus partic. ἑφελκυσθείς. vt Attractus ſpiritus. Virg. 3. Georg. Tum verò ardentes oculi atque attractus ab alto Spiritus, interdum gemitu gravis. Intelligit difficilem reſpirationem.

Attrecto, Significat manibus tracto, palpo. {μεταχειρίζομαι, ψηλαφάω. Ital. *Maneggiare*. Gal. *Manier, taſter, toucher doulcement*. Hiſpa. *Tratar ſobajando la coſa*.} Plau. in Perſa. Ne me attrecta ſubigatrix. Liu. ab Vrbe, Quòd id ſignum more Hetruſco, niſi certæ gentis ſacerdos, attrectare non eſſet ſolitus. Sic Cic. de Aruſp. Reſpon. Attrectare contaminatis manibus. Et Virg. 2. Aen. Attrectare ſacra. Cic. pro Cælio, Eſt enim dictum ab illis, fore qui diceret vxores ſuas à cœna redeuntes attrectatas eſſe à Cælio.

Attrectatus, us, verbale. {ψηλάφησις. Ital. *Maneggiamento*. Gal. *Maniement, attouchement par pluſieurs fois*. Hiſp. *Sonajamiento*.} Cic. 2. Tuſcul. Nam attrectatu, & quaſſu ſæuum amplificatis dolorem.

Attremo, is, ere, Ad vocem alicuius contremiſcere. ἐπιτρομέω. Statius 8. Theb. Dixerat, atque illi iandudum regia triſtis Attremit oranti.

Attribuo, is. Impono, committo, aſſigno, aſcribo, deſtino, tribuo, {ἐπιτίθημι, ἀναγράφομαι, ἀποτίμημα. Ital. *Aſſegnare, attribuir*. Gal. *Attribuer, bailler, aſſigner*. Hiſ. *Attribuir à alguno ò dar*.} Liu. Cæterorum curam mandatum C. Flaminio Quæſtori attribuit. Cæſar lib. vlt. Noſtri ſicut ſuperioribus diebus, vt cuiq; erat locus attributus, ad munitionẽ accedunt. ¶ Vnde Attributæ pecuniæ, quas nũc *aſſignationes* dicimus ἀποτεταγμένα χρήματα. Varro de Lingua Latina. Tributum, inquit, dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Ab hoc ea quæ aſſignata erat, Attributum dictum. Ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia vt militi reddant, Tribuni ærarij dicti. Id quod attributum erat, Aes militare dictum.

ATTROPATIA. Vide ATROPATIA.

ATTYLA, ἄττιλας. Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere, qui ſubacta Pannonia, Italiam ingreſſus, Aquileiam ſubuertit, & in Germaniam tranſiens plurimas vaſtitates edidit: indéque domum reuerſus, dum nouis nuptiis operam dat, vino plenus, effuſo è naribus multo ſanguine ſuffocatus eſt. Hic tot cladibus rem Chriſtianam afflixit, vt apud omnes Dei flagellum fuerit appellatus.

ATVACVTVM, ἀτουάκουτον. Ptolemæo, Vrbs eſt inter Tungros, poſt Tabullam flumen ſita. Sunt qui Antuerpiam eſſe credant: ſed hoc Ptolemæi deſcriptioni non conuenit. Antuerpia enim ſita eſt ad Scaldem fluuium, qui etiam à Cæſare eodem nomine dicitur, Oceanio; ſinu alluitur: Tungri verò in Mediterraneo ſunt, multùm à Scalde diſſiti.

ATYS, ἄττις. Apud Poëtas pueri formoſiſſimi nomen eſt, quem Cybele caſto amore adamauit, eúmque ſacris ſuis præfecit ea lege, vt perpetuò caſtitatem conſeruaret. Sed quum poſtea voti ſui parum memor, Sangaritidem nympham compreſſiſſet, ab irata dea in furorem actus, teſtes ſibi execuit: quúmque etiam manus ſibi afferre conaretur, miſeratione Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. Vide Ouid. 10. lib. Metamorph. ¶ Atys alius fuit Crœſi. Lydiæ regis filius, qui quum antea ſemper mutus fuiſſet, in eo tandem prælio, quod Lydiæ ſeruitutem attulit, quum Cyri militem videret ſublato enſe patri ſuo cædem illaturum, nimia loquendi cupiditate linguæ vinculum abrupit, clarãque voce patris ſui interitum deprecatus eſt. Autor Herod. li. 1. ¶ Atys alius fuit ex Hercule & Omphale proguatus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta eſt: & Tyrrhenum, à quo Tyrrheni appellati ſunt, de quibus Strabo lib. 5. ¶ Atys alius fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, in Andromedes nuptiis occiſus eſt à Perſeo. corripit autem primam. Ouid. lib. 5. Metamorph. -erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita Limniace vitreis peperiſſe ſub vndis Creditur.

ATYS SYLVIVS, Albæ Syluij filius, quem Euſebius Aegyptum Syluium vocat. Hic quum viginti nouem annis regnaſſet, Capy filio relicto, diem clauſit.

Atypus, pi, ἄτυπος, Dicitur, qui non ſatis expedito plectro linguæ vtitur: quaſi aërem non feriens, vel quaſi non ſatis verba exprimens, conformánſve. Gell. lib. 4. ca. 2, Balbus autem, inquit, & atypus vitioſi magis, quàm morboſi ſunt. Huius vitij meminerũt & Iuriſconſ. de Aedil. edict.

A ante V.

Au, Interiectio eſt conturbatæ mentis. Terent. in Andr. Dicturáne quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram. Au, interiectionẽ eſſe ſilentium iniungentis, docet Linacer ex Terentij Eunucho, Au, ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Quod tamen rectius Hau, per aſpirationem legitur.

AVANTICI, ἀουαντίκοι. Ptolemæo, Populi Heluetiis finitimi, quos Ptolemæus lib. 2. cap. 9, inter Sequanos collocat.

AVARICVM, Oppidum fuit Biturigum, flumine & paludibus cinctum: de quo multa apud Cæſarem de bello Gal. Sunt qui credant hoc oppidum eſſe, quod Galli vocant *Vierron en Berry*.

Auarus, quaſi auidus xris. {φιλάργυρος, φιλοχρήματος. Ital. *Auaro, auido, ingordo*. Gal. *Auaricieux, chiche, conuoiteux de biens*. Hiſp. *Auariento, à codiciſo*.} Dicto cõpoſita eſt (vt Nigidius voluit, referente Gellio) ſiue (quod Gellio magis placet) ſimplex nomen eſt, ab auendo dictum: & ſemper in repro

in reprehensione est. ¶Auidus verò ab auendo, etiam in laude ponitur. Salustius. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Horat. 1. Epist. Semper auarus eget. Terent. in Eunuch. Ab meretrice auara. Auara terra dicitur, quum id, quod in se recipit, ampliore fœnore non reddit.

Auaritia, Cupiditas. {φιλαργυρία. Ital. *Auaritia.* Gal. *Auarice, chicheté, conuoitise de bien.* Hisp. *Auaricia ò codicia.*} Cice. 4. Tusc. Auaritia est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens, & penitus insita. Terent. in Phormio. Quia egens relicta est misera, ignoratur patens, Negligitur ipsa: vide, auaritia quid facit.

Auarities, Cic. Idem Lucretius. Denique auarities, & honorum cæca cupido, Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Iuris.

Auarè, aduerbium, Tenaciter. {φιλοκερδῶς. Ital. *Auaramente.* Gal. *chichement, auaricieusement, ycharsement.* Hisp. *Auaricia y codiciosamente.*} Cice. 3. Offic. Nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.

Auariter, aliud aduerbium eiusdem significationis: quod nonnunquam etiam accipitur pro auidè. Plautus Cur. Hoc vide, vt ingurgitat impura in se merum auariter.

Auceps, aucupis. Qui vel quæ aues capit. {ὀρνιθηρεύς. Ital. *Vccellatore.* Gal. *Oiselleur, prenent d'oiseaux.* Hisp. *Cazador delas aues.*} Colum. lib. 8. cap. 10, Qui ab aucupibus in hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiuorum. Plaut. Asin. Auceps quando conuinnauit aream, effundit cibum, aues affluescunt.

Aucupium, & Aucupatio, Auium captio. {ὀρνιθηρία. Ital. *Vccellazione.* Gal. *Oiselerie, chasse aux oiseaux, prinse d'oiseaux à la glu ou autrement.* Hispa. *Caça de aues.*} Plaut. in Asin. Hic noster quæstus aucupij simillimus est. ¶Per translationem accipitur pro illecebris. Cic. de Oratore, Sic minimè animaduerteretur delectationis aucupium.

Aucupor, pen. corr. deponen. Aues capio. {ὀρνιθηρῶ, ἰξεύω. Ital. *Vccellare, cercare.* Gal. *chasser aux oiseaux, tendre aux oiseaux, tendre à quelque chose.* Hispa. *Cazar aues, Buscar.*} ¶Per translationem verò significat artificio quodam & solertia quæro. θηράω: vt, Aucupari gratiam alicuius. Cicero ad Lucceium lib. 5, Non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. ¶Aucupari rumusculos imperitorum hominum, Cic. lib. 3. de Legibus. ¶Reperitur etiam Aucupo, as, voce actiua. Plautus Mostel. Circumspice, dum nunquis est Sermonem nostrum qui aucupet. Idem in Asinaria, -paulisper mane, Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.

Aucupatorius, a, um, Quod ad aucupium pertinet. {Ἰξευτικός. Ital. *Cosa che appartiene à pigliare vccelli.* Gal. *Apartenant à prendre oiseaux.* Hisp. *Cosa pertenesciente à cazar aues.*} Vnde aucupatorij calami viscati, quibus vtimur ad capiendas aues. Plin. lib. 16. cap. 36, Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem.

Audeo, audes, ausus sum, Significat fidentem esse. {θαρρῶ. Ital. *Ardire, Essere audace.* Gal. *Oser.* Hispa. *Osar.*} Plautus, Vix domo egredi audet. ¶Iungitur aliquando cum accusatiuo. Ouid. li. 6. Metamorph. Et nihil est, quod non effræno captus amore Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammas. ¶Aliquando temere præsumere. Virgil. 12. Aeneid. -hæc præmia, qui me Ferro ausi tentare ferunt.

Audens, participium, Non timidus. {θαρσαλέος. Virgil. 10. Aeneid. Audentes fortuna iuuat.

Audens, nomen ex participio. {θρασύλεως. Quint. lib. 9. Illa adhuc audentiora, & maiorum (vt Cicero existimat) laterum, quæ prosopopœiæ dicuntur. Virgil. 6. Aeneid. Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito.

Audendũ, θαρρητέον. Tibul. 1. Eleg. Audẽdũ est, fortes adiuuat ipsa Venus.

Audenter, aduerbium, Idem quod audacter. {θρασέως, θαλμηρῶς. Ital. *Audacemente.* Gal. *Hardiment.* Hisp. *Osadamente.*} Tacitus lib. 4, Quidam audentius apertis in collibus visebantur.

Ausus, a, um, participium, θαλμήσας. Liuius, Exules, obærati, ausi capitalia plerique. Ouid. 3. Trist. Conscia percussit meritorum pectora Colchis Ausa, atque ausura multa nefanda manu.

Ausum, ausi, nomen substantiuum. τόλμημα. Silius lib. 5, Funditur vnanimo visu, & concordibus ausis Pilorum in Pœnos nimbus. Virgil. 6. Aeneid. Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

Audax, modò fidens dicitur. {θαλμητὴς. vel quod ἀπερίσκεπτον est, θαλμητὴς. Ital. *Audace, ardito, temerario.* Gal. *Hardi, temeraire, audacieux, auenturieux.* Hisp. *Atreuido, osado, sin prudencia.*} Virgil. 5. Aeneid. Quique nedum cui fu valet, & qui viribus audax. Modò temerarius. Plautus, Pergin' audax hoc facinus persequi?

Audaculus, diminutiuum. Gell. Aderat reprehẽsor audaculus verborum.

Audacia. {θράσος. Ital. *Audacia, ardire, temerità.* Gal. *Audace, presumption, temerité.* Hisp. *Osadia, Atreuimiento.*} inquit Speusippus, est securitas qua quis malum neque futurum expectat, neque præsens horrescit. Et ferè accipitur in malam partem pro nimia confidentia, qua quis sine vllo aut periculi metu, aut pudoris respectu rem aliquam temere aggreditur. Cicero, Nec vires eis, nec audacia, nec tela defuere. Salustius, Audacia pro muro habetur.

Audaciter, & Audacter per syncopen. {θρασέως. Ital. *Audacemente.* Gal. *Hardiment, audacieusement.* Hisp. *Osadamente.*} Cicero pro Rosc. Multa sceleratè, multa audaciter, multa improbè fecisti. Idem de Clar. Orat. Magis audacter, quàm parate veniebat ad dicendum.

Audio, audis, audiui, auditum, Proprie significat sonum auribus accipio, ἀπὸ τῆς ἀυδῆς, id est à voce, cuius proprium est vt audiatur. {ἀκούω. Ital. *Vdire.* Gal. *Ouir, escouter.* Hisp. *Oyr.*} ¶Virgil. audiendi vocabulum etiam ad ea transtulit quæ auribus & sensu carent, quum ait lib. 1. Georg. -& frustra retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. ¶Aliquando Audire est intelligere, aduertere. Virgil. 1. Aeneid. Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. ¶Interdum est audita petenti concedere. Virgil. 9. Aeneid. Audiit, & genitor cæli de parte sinistra Intonuit læuum. ¶Interdum credere, accedere. Cic. in Tuscul. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait. ¶Interdum præcipienti parere, ἐπακούειν, ὑπακούειν. & hoc tam cum accusatiuo, quàm cum datiuo. Cicero, Audies te, id est auscultabis tibi. Nam audire præcepta alicuius dicimus, quum eis paremus. ¶Cum datiuo. Idem, Et audiens esset huic ordini, id est obediens. ¶Inuenitur & Audio cum aduerbio bene, quod significat commendor, laudor. εὖ λέγω ἀκούω. Aristophanes. Terent. Benedictis si certasset, audisset bene. ¶Huius verbi composita sunt, Exaudio, Inaudio, bene vel perfectè audio. Plaut. Inaudisse, inquit, pro Valde audisse. Cice. Pansæ, pro simplici posuit, Quorum etiam illa vox, de qua ego ex te primùm inaudieram. Inauditum tamen dicitur pro eo quod nunquàm auditum est, ἀήκοον & ἄκουστον: vt, Res inaudita. Cic. pro Ligario, Rem certè nouam & ante hunc diem inauditam. Et Inauditum quandoque dicitur, quod non audit, ἄκουστον. Varro, Animalium aliud alio sensu catet, quædam enim à natura gignuntur aut inodorata, aut inaudita. ¶Obaudio etiam veteres dixerunt pro non obedio: & Subaudio, quod modò parum audio significat, modò intelligo.

Auditio, Ipse audiendi actus. {ἀκρόασις. Ital. *L'vdire.* Gal. *L'ouir.* Hisp. *Obra de oyr.*} Cic. 5. de Fin. Dãntq; se ad laudendum, fabellarũmq; auditione ducuntur. Audientia, pro eodem. Plaut. Exurge præco, fac populo audientiam. hoc est, fac vt populus audiat. Cic. 1. Verr. Quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura sit. ¶Hinc Auditiuncula, diminutiuum. Gellius lib. 13. cap. 18, Auditiuncula quadam de Catonis familia aspersus est.

Auditorium, Locus vbi auditur præceptor, aut Orator. {ἀκροατήριον. Ital. *Auditorio.* Gal. *Auditoire, parquet d'audience.* Hisp. *Lugar para oyr.*} Quintil. lib. 2. cap. 11, Sed cuius rei gratia plenum sit auditorium. ¶Per metonymiam accipitur pro ipsa auditorum turba. Plin. in Epist. Nam proximè frequenti auditorio inter se coràm multi ordinis nostri clarè iocabantur. ¶Auditorium etiam pro foro & tribunali ponitur. Paul. in l. contra. de re iud. Is qui ad maius auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruerit, contumax non videtur. ¶Significat etiam Auditorium proprie scholam Rhetorum, Grammaticorum, aut Philosophorum, in qua discipuli præceptorem audiunt, aut certè disputationibus aut declamationibus sese exercent: atque ita foro opponitur. Quintil. lib. 10. cap. 1, Sed alia ratio est litium & disputationum, fori & auditorij, præceptorum & periculorum.

Auditor, oris, verbale, Discipulus, qui professorem audit, aut Rhetorem declamantem, aut Poëtam carmina sua recitantem. {ἀκροατής. Ital. *Auditore.* Gal. *Auditeur.* Hisp. *Oydor.*} Cic. Attic. lib. 16, Sed notentur Erilogarij, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat. Iuue. Saty. 1, Semper ego auditor tantùm.

Auditus, tus, sensum audiendi significat, hoc est potentiam illam, qua soni percipiuntur. {ἀκοή. Ital. *Vdito.* Gal. *Ouye.* Hispa. *El sentido de oyr.*} Plin. lib. 10. cap. 69, Auditus cui hominum primò negatus est, huic & sermonis vsus ablatus. Cice. pro Marc. Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.

Aue, Verbũ defectiuũ. in secunda persona singulari Aue, & plurali Auete: in infinitiuo Auere, teste Diomede li. 1. χαίρει. Martial. li. 5, Exprimete, Ruffe, fidiculæ licet cogant Aue Latinum, χαίρει non potest Græcum.

Aucho, is, Abduco, siue aliò veho. {ἀγω. Ital. *conducre altrone.* Gal. *Charier ou porter d'vn lieu en autre.* Hisp. *Traer a alguna lugar.*} Suet. in Cæs. Stipendiarium quoque pronuntiatum, & abstrahentibus statim eripuit, occultauitque apud se diu, & mox ex præfectura proficiscens in Hispaniam, inter officia prosequentium facesque lictorum lectica sua auexit. Terent. in Adelph. Is venit, vt secum auehat.

Auellana, næ. {λεπτοκάρυα. Ital. *Nocciuola, nosella, nochia.* Gal. *Noisette, auelines, noix de haue.* Hisp. *Auellana.*} Nux est corylli arboris, quæ alio nomine dicitur nux Pontica, quòd in Asiam, Græciamq; primò è Ponto venerit: eadem & Prænestina dicitur, quòd Prænestini his abundent, siue (vt Macrobio placet) quòd Prænestini ab Annibale obsidione cincti, his nucibus famem toleruerint. Primùm autem dictæ sunt Abellinæ ab Abellino Campaniæ oppido, quod à Virgilio appellatur Abella, à Silio Auella. Plin. lib. 15. cap. 21, Cæteris quicquid est, solidum est: vt in auellanis, & ipso nucum genere, quas antea abellinas vocabant.

Auello, lis, auelli, & auulsi, auulsum, A' loco vello, abstraho, aufero. {ἁρπάζω. Ital. *Sbarbicare, stoppare à forza.* Gal. *Arracher, retirer à force, oster bon gré mal gré.* Hisp. *Arrancar de lugar.*} Cic. de Sen. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur. Virgil. 2. Aeneid. Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium. Terent. in Andr. Ita magnæ, vt sperem posse auelli, id est abduci, disiungi.

Aulsor. ἁρπακτής, & Aulsio, ἁρπαγή, verbalia. Plin. lib. 17. cap. 10, Aut enim semine; roueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut aulsione. Idem lib. 9. cap. 45, Vbi aulsorem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur.

Auena, æ, pen. prod. Herba est nota ex frumentaceo genere, equorum præcipuè pabulis nascens, tritico foliis & culmo similis, semen habens eiusdem nominis, è summo pendens culmo, locustarum quandam similitudinem referens, duplici crure diuaricatarum. {βρόμος. Ital. & Hisp. *Auena.* Gal. *Auoine.*} Nomen accepisse putatur ab eo, quòd ad fructum non veniat. Numeratur enim inter vitia segetis, veluti quidam frumenti abortus. Solis enim cælique vitio interdum accidit, vt triticum, hordeúmve in auenam degeneret. Nonnunquam etiam idem euenit vitio seminis, si illud aut imbecillum fuerit, aut carioſum. Vide Plin. lib. 16. cap. 17. ¶Est & alterum auenæ genus, quæ Auena Græca à Plinio vocatur, & à Græcis ἀγρίλωψ, quòd morbum cuiet eiusdem nominis. Hæc in hordeo nasci gaudet, vt lolium in tritico, multiplicique radice solum emacians, illi præripit alimentum. ¶Ponitur interdum Auena, pro calamo, siue culmo segetis, ex quo pastores sibi fistulas cõficere solent: quò fit, vt & pro stylo, siue charactere bucolico accipiatur. Virgil. 1. Aeglog. Syluestrem tenui musam meditaris auena.

Auenaceus, a, um, Quod ex auena confectum est. {ὁ ἐκ βρόμου. Ital. *Di auena.* Gal. *D'auoine.* Hisp. *Cosa de materia de auena.*} Plin. li. 30. Vel cum farina hordeacea, vel auenacea.

Auenaria, Cicadæ species est, quam nonnulli Frumentariã vocant; quoniam simul cũ frumentis arescentibus apparet. Autor Pli. lib. 11. ca. 27.

AVENIO, onis. {ἀουήνιον Stephano: Vulgò, *Auignon.*} Oppidum est Narbonensis Galliæ, ad Rhodanum, Cauarum metropolis: de quo Plin. lib. 3. cap. 4. Hodie Pontificiæ ditionis est. Clementi enim sexto eius nominis Pontifici, vrbem hanc cum vicino agro vendidit Iohanna Siciliæ regina: vt est videre apud Volaterranum.

AVENTINVS, ni, pen. prod. ἀουεντῖνος. Vnus ex septem vrbis Romæ mon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus, cuius radicem Tyberis præterlabitur: ita dictus ab auibus (vt ex sententia Nævij refert Varro) quarũ ob situs opportunitatem, amnisq; vicinitatem maxima ibi copia erat. Vel ab Auentino Albanorum rege, qui in eo extinctus est, & sepultus. ¶ Vel ab aduentu hominum, qui ad Dianæ templum, quod eo in monte à communi Lario conditum fuit, commeabant. ¶ Vel ab aduectu: quod Varroni magis probatur. Erat enim hic mons à reliquis paludibus diiunctus. Vnde ratibus ad eum aduehebantur, quadrantem pro naulo persoluentes. ¶ Fuit item Auentinus, cognomẽto Syluius, Albanorũ rex, Romuli Syluij filius, & pater Procæ, à quo nonnulli Auentino monti (in quo sepultus est) nomen factum existimant. ¶ Est præterea Auentinus apud Virg. 7. Aen. nomen filij Herculis ex Rhea, qui Turno aduersus Aeneam suppetias tulit.

Auentinus, na, num, adiectiuum: vt, Arx Auentina, apud Ouid. 6. Fast. Et Auentinum iugum, apud eundem lib. 3.

Aueo, es. Verbũ defectiuum sine præterito, & supino, Significat concupisco. ἐγλίχομαι. Ital. *Desiderare, appetire.* Gal. *Souhaiter, desirer, conuoiter.* His. *codiciar.* Cic. lib. 1. Offic. Itaq; quum sumus negotiis curisq; vacui, tum auemus aliquid audire, & discere. Idem ad Attic. lib. 1, Valde aueo scire quid agas. ¶ Auere etiam à nimia cupiditate, pro gaudere ponitur. Vnde salutantes quoque Aue, χαῖρε, dicimus, id est gaude & lætare.

Auens, participium. Horat. 2. Serm. -non est mihi tempus auenti Ponere signa nouis præceptis.

AVERNVS, ἄορνος. gen. masc. in plurali Auerna, orum, Lacus Campaniæ, propè Baias, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen esse rudis vetustas credidit. Vulgò *Lago de Tripergola.* Vnde & pro inferorũ sede à Poëtis vsurpatur. ¶ Dictus Auernus, quasi ἄορνος, hoc est auibus carens, siue quòd aues superuolantes graui eius odore enecentur, siue quòd sulphureæ exhalationes aërem vsq; adeò extenuent, vt aues sustinere non possit. Lucr. lib. 6, Principio quòd Auerna vocant, non nomẽ id ab re Impositum est, quia sunt auibus contraria cunctis. Strabo lib. 6, Contiguus Baiis Lucrinus adest sinus, intra quem Auernus est.

Auernus, a, um, adiectiuum. Ouid. 10. Metamor. Ne flectat retro sua lumina, donec Auernas Exierit valles. Virgil. 2. Georg. Tyrrhenúsq; fretis immittitur æstus Auernis.

Auernalis, le, adiectiuum: vt, Aquæ Auernales, Horat. 5. Epod. Auernales nymphæ; Ouid. 5. Metamorph.

Auerruncare, Idem est quod Auerto, vel depello, quod putatur à runcando deductum esse. ἀποτρέπειν, ἀποτρόπαιος. Ital. *Discacciare, rimouere.* Gal. *Oster & deschasser, pousser & chasser ce qui nuist.* His. *Roçar, ò arrancar matᵒᵒes.* Est autem runcare, herbas vel frutices noxios, ex agro euellere. Liu. 8. ab Vrbe, Placuit ad auerruncandam Deũm iram, victimas cædi. ¶ Inde Auerruncasso, pro eodem, Lucillus lib. 26, Dij maluerint meliora, atque amentiam auerruncassint tuam.

AVERRVNCVS, ci, Dei nomen erat apud Romanos, qui mala auerruncare, hoc est depellere, atque auertere putabatur. ἀποτρόπαιος. Cuiusmodi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos idcirco ἀλεξικάκους, ἀποτροπαίους, καὶ ἀποτρόπους appellabant. Pacuuius apud Varro. lib. 6. de Ling. Lat. Deus qui meis rebus præest Auerruncus.

Auertæ, tarum, Sunt lora (vt Budæus scribit in Annot. Post.) latiora, quæ per terga equi iugalis excurrũt, sub alis eius succincta. Accursius Auertam, equorum pectorale vult esse, ita dictũ, quòd auersum collocetur: sicut Postilena Plauto incuruum illud corium dicitur, quod à sella in caudam definit: ab eo, quòd post sellam sit. Aleiato placet, hoc vocabulo ornamentum capitis intelligi, quo habenæ figuntur: & id quoq; ab auertendo, quòd equi per eam vertantur, prout sessori visum est.

Auerto, is. Aliò verto, amouco. ἀποστρέφω. Ital. *Rimouere, volgere altrone.* Gal. *Détourner, tourner d'autre coustè.* His. *Boluer, empuxar de algua lugar.* Virg. 1. Aeneid. Nec posse Italia Teucrorum auertere regem. Plautus in Amphitryone, -te volo vxor colloqui. Quò te auertisti nunc? ¶ Huius antitheton est Aduerto. Vnde Aduertere oculos, vel mentem dicimus, pro eo quod est, ad rem aliquam aciem oculorum vel mentis intendere. ¶ Auertere autem est remouere, & aliorsum flectere. Cic. de Amicit. Tu velim animum parumper à me auertas, Lælium loqui ipsum putes. ¶ Est item Auerto nonnunquam idem ferè quod Interuerto, hoc est intercipio, & efficio ne res ad eum perueniat, cuius est. Cic. 3. in Verrem, Is auersa pecunia publica aufugit. Et paulò antè, Hic in quæstura pecuniam publicam Cn. Carboni Cos. datam auertit. Idem in Frumentaria, Frumentum auersum à Republica abreptum ab aratoribus.

Auersus, a, um, Qui faciem à nobis auertit, tergumq; ostendit. ἀποστρεφόμενος. Ital. *Quello che volge le spalle ver noi.* Gal. *Qui a le dos tourné, détourné, tourné d'autre coste.* His. *El que buelue las espaldas.* cuius antitheto est Aduersus, ἐναντίος, qui faciem, anteriorémq; corporis partem nobis obiectã habet. Cic. 3. de Orat. Aduersus, & auersus impudicus es, hoc est ab anteriore parte, & à posteriore. ¶ Sic hostes aduersos aggredi dicimur, quũ eos à fronte inuadimus: auersos autem, quum fugientes à tergo adorimur. ¶ Per metaphoram Auersum vocamus iratum, iniquum, contrarium, & malè cupientẽ. Cic. ad Atti. li. 8, Deos auersos esse à salute populi Romani. Idem eidẽ lib. 7, Ille auersissimo à me animo est. Virgil. 4. Aen. Talia dicentem iandudum auersa tuetur. Vbi Seruius, Auersa, inquit, hoc est irata. Nam si intueretur, quomodo auersa, nisi irata? ¶ Auersa Venus, dicitur præposterus coitus, qui infandus est, & execrandus. κάπυγιστόν. Iul. Capitol. de Clodio Albino, Mulierarius fuit inter primos amatores, auersæ veneris semper ignarus, & taliũ persequutor.

Auersor, oris, ἀποστάτης. Cic. 7. Verr. Verres ille vetus proditor Consulis, translator quæsturæ, auersor pecuniæ publicæ.

Auersio, onis, Verbale: vt In auersione emere, In auersione venire, per auersionem vendere, per aduersionem conducere, Auersione locare, Modestinus. l. Qui officij. de contrahenda empt. & vendit. Res in auersione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit, etiam si res assignata non sit. Vipian. in l. Siquis vina. de periculo & comm. rei vend. Si in auersione vinum venit, custodia tantum præstanda est. Legitur emendatè à Budæo Auerso, quòd venditor periculum à se in emptorem auertat.

Auersor, aris, Detestor, abominor, ab aliqua re, quam odio habeo, vultum auerto, vt illam repellere videri possim. ἀποστρέφομαι, ἀποστυγέω. Ital. *Abominare, volgere il volto in altra parte.* Gal. *Tourner le dos, détourner sa face, ne daigner regarder, reietter.* Hisp. *Detestar, mal agorar.* Ouid. in Fast.

Officióque leuem non auersatus honorem. Colum. Nam nec tubos auersatur capra.

Auersatio, verbale. ἀποστροφή, ἀποστυγία. Quintil. lib. 8. cap. 3, Ego certè mihi cernere videor eorum qui aderant tantam auersationem, ac timidam verecundiam.

Auertor, eris, deponens, Idem quod Auersor, hoc est contemno, vel spernо, ἀποτρέπομαι, à moribus, & consuetudine hominum ducta significatione. Ab iis enim quæ nobis sunt contemptui, faciem nostrã auertimus. Boëthius, Heu heu, quàm surda miseros auertitur aure, id est spernit, dedignatur. ¶ Aliud est Auertor passiuum ab Auerto: à quo fit Auersus, de quo suprà.

AVFEIA AQVA, Olim dicta fuit, quæ postea Martia dici cœpit, omnium aquarum toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris salubritatisque laude cæteris prælata. Oritur in vltimis montibus Pelignorum: tisque transit Marsos & Fucinum lacum: mox specu mersa, in Tyburtina se aperit, nouem passuum millium fornicibus perducta. Primus eam in Vrbem ducere auspicatus est Ancus Martius, vnus è Regibus: postea Qu. Martius rex in Prætura: à quibus Martiæ aquæ nomen accepit, quum antea Aufeia diceretur. Hæc ferè Plin. lib. 31. cap. 3.

Aufero, aufers, abstuli, ablatum, ex Ab, & Fero compositum, (teste Cicerone in Oratore) Significat tollere. ἀποφέρω, ἁρπάζω. Ital. *Togliere, rapire.* Gal. *Oster, emporter, prendre.* His. *Quitar alguna cosa de lugar.* Teren. in Andr. Vos isthæc intrò auferte. Cicero 3. de Finibus, Commentarios quosdam, inquam Aristotelicos, quos hìc sciebam esse, veni vt auferrem, quos legerem dum essem otiosus.

Ablatus, participium. ἁρπαχθείς. Val. Flac. 6. Argonaut. nec ablatam sequitur, quæritve sororem.

AVFIDENA, æ, penult. prod. αὐφιδῆνα, Oppidum est in quarta regione Italiæ, sub Ferentanis situm, teste Ptolemæo. lib. 3. cap. 1.

AVFIDENATES, αὐφιδηνάται. Populi, quorum Plinius inter Samnites meminit, lib. 3. cap. 11.

AVFIDIVS, Cognomento Lurco, qui primus pauones saginare aggressus est, ex eo quæstu reditum sexagenorum millium sestertiorum percipiens. Autor Plin. lib. 10. ca. 20. ¶ Aufidius Bassus, nobilis historicus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis historiam conscripsit.

AVFIDVS, di, αὔφιδος. Straboni, pen. corr. Fluuius est in Hirpinorum montibus nascens, & præter Cannusium in mare Adriaticum influens: quem ex clade Cannensi Romanorum sanguine aliquandiu rubuisse, tradit Liuius in tertio bello Punico. Vulgò, *Fauto in terra de Barry.*

Aufugio, is, pen. corr. Aliò fugio. ἀποφεύγω. Ita. *Fuggire altroue.* Gal. *S'enfuir, eschaper.* His. *Huyr à lugar, ò de lugar.* Terent. in Hecyra. -deniq; hercle aufugerim Potius, quàm redeam, si eò mihi redeundum sit. ¶ Inuenitur aliquãdo accusatiuo iunctum, quemadmodũ simplex Fugio. Cic. 1. de Natu. deor. Andromeda aufugiens conspectũ mœsta parentis. ¶ Sæpe etiam absolutè, & sine casu. Idem in Epist. ad Varinium, Dionysius, quum multos libros surripuisset, nec se impunè laturum putaret, aufugit. ¶ Interdum cum ablatiuo mediante præpositione A, Ab, vel Ex, Liuius, Iam aliquantum spatij ex eo loco, vbi pugnatum est, aufugerat.

AVGA, æ, vel Auge, es, vel Augea, æ, αὐγή, ἡ αὐγέα. Mater fuit Telephi, quã Euripides dicit ab Alæo patre (quum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in vrna quadam cum Telepho filio impositam, & in mari demersam esse: sed Palladis prouidentia vrnam ad Cayci ostia transmissam euasisse, & Augen à Teuthrante exceptam, eidem nupsisse: illúmq; Telephum pro filio educasse, & regni successorem instituisse. Verba sunt Strab. lib. 13. Aliter Diodorus lib. 5, Auge (inquit) mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre deprehensa grauida esse, nauclero cuidam tradita est submergenda. Sed antequam ad mare peruenirent, vrgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit, qui postea inuentus à pastoribus Corithо regi datus est, & Telephi nomẽ ne appellatus, quòd à pastoribus inuentus esset pendens ab vberibus ceruæ. Auge verò à mercatoribus, qui illam à nauclero dono acceperant, in Cariam ad Teuthrantem regem delata est, vbi postea à Telepho filio fuit agnita.

AVGASII, αὐγάσιοι. Populi sunt inter Massagetas, apud Strephanum.

AVGEAS, αὐγέας Suidæ, Athenienſis Comicus fuit, vt est autor Athenæus. ¶ Fuit & Augeas Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Vide infrà AVGIAS.

Augeo, es, xi, auctum. Maius facio, amplifico, addo, accessionem facio, cumulo, multiplico. αὔξω, αὐξάνω. Ital. *Accrescere, far maggiore.* Gal. *Croistre, augmenter, multiplier.* Hisp. *Acrecentar.* Et tum ad res, tum ad personas refertur. ¶ Ad personas. Cic. ad Attic. Auctus Antonij beneficio sum. ¶ Ad res. Idem in Verrem, Nam locupletissimi cuiusq; census extenuarant, tenuissimi auxerant. Et ad Quint. Fr. Cæsaris in nos amorem, quibuscunque poterimus rebus, augebimus. ¶ Hinc componitur Adaugeo & Exaugeo. ¶ Ab Augeo fiunt Aucto, as: Auctus, a, um, αὐξητός. Auctus, us, Auctor & Augesco, scis. ¶ Augifico, nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius, Et tabes numeros augificabit suos.

Augesco, scis. Cresco, incrementum accipio. αὐξάνομαι. Ital. *Accrescere, aumentarse.* Gal. *Croistre, prendre accroissement, ou croissance, deuenir plus grand ou plus gros.* Hisp. *Acrecentarse.* Sumitur enim passiuè, & semper intransitiuè ponitur. Plin. lib. 11, Augescunt corpora dulcibus, atque pinguibus, & potu minuuntur siccis & aridis, & siti. Cicero in Catil. Quæ & succo terræ, & calore solis augescens, primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

Auctus, us, verbale. αὔξησις. Ital. *Accrescimento.* Gal. *Accroissement, multiplication.* Hisp. *Acrecentamiento.* Liu. 4. ab Vrbe, Cuius rei præmium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere. Plin. Epist. 95, Fontis mira natura: ter in die statis auctibus & diminutionibus crescit, decrescitque. Plin. lib. 4. cap. 12, Auctu immenso aquarum.

Auctum, Vocabatur spatium circi, quod super definitum modum victoriæ adiungebatur. Festus.

Auctio, onis, Nomen ab Augeo. Significat augmentum. αὔξησις. Vnde etiam ponitur pro venditione, quæ fit per augmentum pretij, ὠνή. Ita. *Vendita all'incanto.* Gal. *Vente de biens, au plus offrant & dernier encherissant, criée au plus offrant, encant.* Hisp. *Almoneda à quien da mas.* quum fit publica rerum

rum prius rerum venditio, & res traditur plus offerenti. Iuuenalis, Si coniugis auctio fiat. Plautus in Stich. de auctione parasitica loquens, Nunc auctionem, inquit, facete decretum est mihi. ἐκκυρηκτόν. ¶ Auctio verò hastæ. Est venditio publica bonorum eorum, qui damnati, proscriptique fuerunt. Nam hastæ subiiciebant ea, quæ publicè venundabantur, sicut in bello capta. Inde hastam Cæsaris refixisse scribit Cicero, qui alibi ait, Bis iam vidimus hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subiacere præconis.

Auctionor, penult. prod. Per auctionem vendo. {ἐκκυρηκτάνω, ἀποκηρύττω τὰ ἐκ τῆς ἁλώσεως ἀγαθά. Ital. *Vendere all'incanto.* Gal. *Vendre publiquement au plus offrant. Vendre à l'encan.* Hisp. *Almonedear, vender en almoneda.*} Cic. pro Quintio. Næuius hominem multis verbis deterret, ne auctionetur.

Auctionarius, adiectiuum: vt, Auctionaria atria, τὰ πολυτελῆ, in quibus auctio fiebat. ἐν ἀγορᾷ ἀγάλματα. Cic. de Lege Agr. Vt in atriis auctionariis potius, quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur.

Aucto, as, Frequentatiuum est verbi Augeo. αὐξάνω. Plaut. in Amph. Et vt res, rationesque vestrorum omnium Bene expedire voltis, peregrèq; & domi Bono atque amplo auctare perpetuo lucro. ¶ Huius compositum est Adaucto. Accius, Quibus rem suam, & patriam nostram quondam adauctauit pater.

Auctito, as, frequentatiuum ab Aucto: vt, Auctitare pecunias fœnore, apud Tacitum. αὐξάνω.

Auctarium, rij. Quod super mensuram vel pondus iustum adiicitur: vt cumulus in modio. {ἐπίμετρον, ἀπόλημμα, ἐπίθημα. Ital. *Accrescimento, buon peso, buona misura.* Gal. *Surcroist, le pardessus qu'on donne outre le poix, nombre ou mesure.* Hisp. *Colmo de la medida, ò sobornal.*} Item quod ad iustum pretium adiicitur. Plaut. Auctarium adiicito vel mille nummùm plus quàm poscet.

Auctor, nomen verbale ab Augeo, Pro eo qui auget: cuius fœmininum est Auctrix. {αὐξητής. Ital. *Accrescitore.* Gal. *Qui donne accroissement.* Hispa. *creçedor.*} ¶ Autor verò, quem Græci αὐθέντην & αὐτουργὸν dicunt, sine c, scribendum est. Videtur enim fieri à Græco αὐτεργός: quo is significatur, qui per seipsum, suóq; artificio aliquid perficit. {Ital. *Autore.* Gal. *Auteur inuenteur, ouurier.* Hisp. *Autor, que da autoridad à alguna cosa.*} Cic. 2. Offi. Apud Homerum optimum autorem nulla talis est de Vlysse suspitio. Legitur & in fœminino genere. Ouid. lib. 4. Fast. Optima tu proprij nominis autor eris. Figuratè; per obliquos, sicut alia verbalia in or desinentia, neutris adiungitur. Virg. lib. 10, Italiam petit fatis autoribus, esto. Est autem Autor, quasi operis factor. Vnde Poëtæ, cæteriq; operum conditores dicuntur Autores. Valla lib. 4. cap. 32, & lib. 5. cap. 30, Neq; solùm qui opus aliquod facit, sed qui princeps est, & primus iubet vt aliquid fiat, aut inductor, persuasorve, Autor vocatur: vt si quis populum ad bella concitauit, vel qui concordiam persuasit, belli vel concordiæ autor fuit. Cic. li. 3. Offic. Atq; huius deditionis ipse Posthumus qui dedebatur, suasor, & autor fuit: quasi dixisset, suasor & persuasor. ¶ Autor etiam significat promissorem, vt apud Liu. lib. 2, Autores sumus rutam ibi maiestatem Romani nominis fore. ¶ Item primum propugnatorem siue defensorem, aut vindicem. Idem, Sed vt inuentor legis Voleto, sic Lectorius collega eius autor cùm recentior, tũ actior erat. Item eum, cui quis fidem habet. Idem, Agitatus deinde consiliis ex omni parte assentiendo multis autoribus trepidauerat. ¶ Item primum denuntiatorem. Idem, Iisdem autoribus cognitum est Aequos, Volscósq; summa vi bellum apparare. ¶ Similiter approbatorem. Idem lib. 3, Multiq; erant, qui mollius consultum dicerent, quòd legum ab eis latarum patres autores fuissent. ¶ Is etiam in quo est ius, potestas, dignitas, nec ab alio pendet, potest dici Autor: à quo Autoritas, αὐθεντία est appellata. Vnde illud apud Liuium, Decreuerunt, vt quum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres autores fierent, hoc est si autoritatem suam interponerent, & ratum haberent. ¶ Autores sententiæ sunt, quorum sententiam sequimur. ¶ Autores pupilli in quorum administratione res eius sunt. Paulus Iureconsultus, Etiam si non interrogatus tutor, autor fuit, valet autoritas eius: quum se probare dicit quod agitur, id est autorem fieri.

Auctificus pen. corr. adiectiuum. Quod auget, quódve momentum aliquod affert ad incrementum. {αὐξητικός, αὐξολογός. Ital. *Quello ch' accresce.* Gal. *Qui fait croistre, qui donne croissance.* Hisp. *El que haze acrecentamiento.*} Lucret. lib. 2, Nec porrò rerum genitales, auctificique Motus, perpetuæ possunt seruare creata.

Augmen, inis. {αὔξησις. Ital. *Accrescimento.* Gal. *Augmentation, accroissement.* Hisp. *Acrecentamiento.*} Idem quod augmentum. Lucr. lib. 3. Perfectum corporis augmen. ¶ Augmine donare, pro augere. Idem lib. 2, Vnde abeunt, minuunt: quò venére, augmine donant.

AVGEA, siue Augea, pen. prod. αὐγεία Stephano, Nomen est duarum vrbium, quarum altera in Locride est, cuius in Catalogo nauium meminit Homerus: altera in Laconia.

AVGEAS, siue Augeas, pen. prod. αὐγείας, Nomen regis Eleorum ab Hercule interfecti. Huic bubile erat capiens tria boum millia, nunquam repurgatum ante Herculis aduentum, vnde etiam inter Herculis labores enumeratur huius stabuli repurgatio. ¶ Augiæ stabulum repurgare, prouerbialis allegoria in hominem aut in rem maiorem in modum inquinatam. Græci sic effetunt. Αὐγείαν διατρέπειν. Lucian. in Pseudomante.

Augur, auguris. {οἰωνοσκόπος, οἰωνοσκόλος, ὁ ἐπ' οἰωνοῖς μαντευόμενος. Ital. *Augure, indouinatore.* Gal. *Deuin ou Deuine par le chant, vol ou autre geste des oyseaux, augur.* Hisp. *El que adeuina por agueros.*} Qui ex volatu, pastu, aut cantu auium futura diuinatrix dictus, teste Festo, ab auium garrit

Universidad de Deusto
Biblioteca

essent delecti.

Augustei termini dicebantur in locis montanis positi, rotundi: quòd Augustus eos recensuit, & vbi fuerunt, lapides aliquos constituit, omnémque terram suis temporibus remensurari voluit, ac veteranis militibus assignati.

Auidus, Cupidus, ab auendo, hoc est à cupiendo. ¶ Ital. *Auido, ingordo, desideroso.* Gal. *Conuoiteux, desireux, cupide.* Hisp. *Codicioso y auariento.* ¶ Terent. in Heaut. Sed habet patrem quendam auidum, miserum, atque aridum. Plin. lib. 12. cap. 1, Vt est natura hominum nouitatis auida.

Auiditas, atis. ¶ Ital. *Ardente appetito & desiderio.* Gal. *Conuoitise, desir aspre & ardent, auidité.* Hisp. *Codicia y auaricia.* ¶ Cic. de Senect. Habeóque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem aurit, potionis & cibi sustulit. Idem 3. de Finib. Erat enim, vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec saturari poterat.

Auidè, aduerbium. ¶ Ital. *Auidamente, fieramente.* Gal. *Ardêment, âprement, de grand affection.* Hisp. *Codiciosamente.* ¶ Cicer. de Senect. Græcas literas senex didici, quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. De hoc etiam in dictione AVARVS.

Auis, Voluctis omnis, quæ oua parit, & pennis decorata est. ¶ Ital. *Vccello, augello.* Gal. *Oiseau.* Hisp. *Aue que pone y saca huenos.* ¶ Ita dicta (vt quibusdam videtur) ab auiis, hoc est locis secretioribus, quibus aues maximè delectantur. Autor ad Heren. lib. 1, Auium dulcedo ducit ad auium. Volucres autem πτηνὰ dicuntur, quæcunque volare possunt. Vnde apes, vespæ, muscæ, & papiliones, volucres quidem sunt, non tamen aues. Vespertilio quoq; à quibusdam inter aues non numeratur, eò quòd pennatus non sit, sed pennarum loco alas habeat membranaceas, & quatuor pedes contra auium naturam: quo fit, vt media quædam species inter auem & murem esse videatur: tametsi Valla ab auiũ genere eum non excludat. ¶ Alba auis, λευκὸς ὄρνις, prouerbialiter à M. Tullio in Epist. Fam. lib. 7. dicitur pro re noua atq; auspicata. Quadrabit & in rem admodum ratam & inusitatam, quòd aues perpaucæ sint hoc colore. ¶ Bonis aut malis auibus dicimus, quum rem feliciter aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. ¶ Auis ex auibus, ὄρνις ἐκ τῶν ὀρνίθων, prouerbij forma dictus est Aristophani per ironiam vir nobilis, quasi bonus ex bonis prognatus. ¶ Mutarũ aues, μυτῶν ὄρνιθες, non absque prouerbij specie Theocritus in Thalysia appellat Poëtas, quòd Lusciniarum in morem assiduè canant sua poemata. ¶ Meliores nanciscì aues, Κρείσσονα οἰωνῶν πυθέσθαι, dicuntur, quibus post res aduersas succedunt prosperiora. ¶ Nisi siqua vidit auis, πλὴν εἴ τις εἶδεν ὄρνις. Hyperbole prouerbialis, de re vehementer occulta. Aristoph. in Auib. Οὐδεὶς εἶδεν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν εἴ τις ὢν ὄρνις, id est, Nemo meum vidit thesaurum, nisi forsan siqua auis vsquam. Vide Suidam.

Auicula, diminutiuum, Parua auis. ¶ Ital. *Vccellino, augellino.* Gal. *Oiselet, petit oiseau, ponsin.* Hisp. *Auezilla, ò pequeña aue.* ¶ Gellius lib. 1, Auicula est parua, nomen est Cassita, nidulaturque in segetibus.

Auiarium, auiarij. ¶ Ital. *Luogo da tenere vccelli & volatili.* Gal. *Voliere, lieu ou on nourrit oiseaux, cage, nué.* Hisp. *Lugar, donde se crian aues.* ¶ Locus in quo aues nutriuntur, vel clauduntur, vel custodiuntur, vel quò se aues recipiunt: ita dictum ab auibus, sicut Apiarium ab apibus. Cic. Quinto fratri, Nihil restabat, præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. Colu. lib. 8. ca. 1, Quæ nos similiter appellamus, apũ cubilia apiaria, vel nantium volucrũ, quæ stagnis piscinisq; lætantur, auiaria: vel etiam pecudum syluestriũ, quę nemoribus clausis custodiuntur, viuaria. ¶ Auiaria quoque à Virgilio dicuntur loca nemorosa, & secreta, quæ auibus abundant. Sic enim habet 2. Georg. Sanguineis inculta rubent auiaria baccis. Vbi Seruius, Auiaria secreta nemorum, quæ aues frequentãt.

Auiarius, Qui curam auium gerit. ¶ Ital. *Colui che tiene cura d'vccelli.* Gal. *Oiselier, qui pense les oiseaux en volieres ou cages.* Hisp. *El que cria ò guarda aquellas aues.* ¶ Colum. lib. 9. de Gallinis, Sic tamen vt illustria sint loca, quo commodius habitet auiarius. Dicitur & Auicularius.

Auilla, quasi ouilla, Agnus recentis partus. Festus.

Auius, a, um, Quod longius distat à via, aut quod est sine via. ¶ Ital. *Senza via, sfuiato, disuiato.* Gal. *Sans chemin ne voye, esgaré.* Hisp. *Desaminado.* ¶ Virgil. lib. 2. Georg. Auia tum resonant auibus virgulta canoris. Sallust. in Iugurt. Ipse nocturnis, auiis itineribus ignoratus, repentè Romanos palantes aggreditur. Lucr. Auia Pieridum peragro loca, nullius antè trita solo. Idem, Auius à vera longè ratione vagaris.

Aula, Propriè est principium domus ventis perflatile, vt annotauit Athenæus. ¶ Ital. *Palazzo, corte de principe.* Gal. *Vne sale, la cour du prince, maison royale.* Hisp. *Palacio de los grandes.* ¶ Vnde apud Homerum loca subdialia hoc nomine intelliguntur. Verùm quoniam principum ædes habere solent amplissima hypæthra, factum est vt auia pro regia ponatur. Seneca, Notissima vox est eius, qui in cultu regum consenuerat, quum quidam illum interrogaret, quomodo ratissimam rem in aula consequutus esset, senectutem, Iniurias, (inquit) accipiendo, & gratias sæpe agendo. ¶ Antiqui Aulas dicebant, quas nos Ollas, id est, vasa figulina, quibus cibaria coquuntur. Plautus in Amphitryone, Optimo iure infringatur aula cinerius in caput. ¶ Huius diminutiuum est Aulula, à qua Plauti comœdia Aululatia vocata est, hoc est parua olla. ¶ A quo rursus fit aliud diminutiuum Auxilla, vt est autor Festus.

Aulicus, ca, cum, denominatiuum. ¶ Ital. *Di corte.* Gal. *De cour, de sale.* Hisp. *Cosa de palacio de grandes.* ¶ vt, Aulicus apparatus. Et Aulicus, substantiuè, Qui aulæ sectator est assiduus. Suetonius in Nerone, Nam fortè accidit, vt in publica fama Alexandrina nauis nuntiaretur, puluerem luctatoribus aulicis aduexisse.

Aulæum, aulæi, vel (quod magis in vsu est) Aulæa, orum, pluraliter, αὐλαῖα ἢ τὰ αὐλαῖα. Sunt vela picturata, & versicolori textura spectabilia, quæ à Græcis πέπλοι ποικίλοι μεγάλοι, & περιπετάσματα nominantur, quibus in splendido aliquo apparatu parietes obtenduntur. ¶ Ital. *Panno d'arazzo, Razzo.* Gal. *Tapis, tapisserie.* Hispa. *Alcatifa de pared con figuras.* ¶ Dicta Aulæa ab aula Attali Asiæ regis, in qua primùm inuenta sunt. Vnde etiam Attalica aulæa vocantur. Propertius, Nobilis aulęis porticus Attalicis. ¶ Beluata tapetia, ζῶντα, dixit Plautus, à textura belluarum, quæ in aulæis intexuntur. Singularis numerus legitur apud Ciceronem in Oratione pro Cælio, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. ¶ Legitur & Aulæa fœminino genere apud Qu. Curtium, Nec quicquam (inquit) eorum quæ inuicem iactata erant, Rex ignorabat, quum post aulæam, qua lectos abduxerat, staret.

AVLERCI, apud Cæsarem, Galliæ Celticæ populi sunt, ad Oceanum, siti, inter ciuitates Armoricas. Orontius credit eos esse, quos hodie vocamus Rhotomagenses, Vulgò *Roan.*

Auletes, pen. prod. ¶ αὐλητὴς. Ital. *Suonatore di piffaro, cantore.* Gal. *Chantre ou ioueur de fleuste, menestrier.* Hisp. *Tañedor de flauta.* ¶ Latinè dicitur Tibicen, à Græcis etiam Aulœdus. Cic. pro Muræna, post quum id assequi non potuissent, isthuc potissimum sunt delapsi, vt aiunt in Græcis artificibus, eos auletas esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Hinc locus factus prouerbio, Aulœdus sit qui citharœdus esse non possit. ¶ Fuit & Auletes cognomen Ptolemæi, patris Cleopatræ, qui præter reliquam vitæ mollitiem, etiam choraulam exercuit: vnde nomen nactus est. Hic ab Alexandrinis regno exactus, ad Pompeiũ confugit: à quo Senatui commendatus est, & à Gabinio in regnum reductus. Autor Strabo lib. 17.

Auleticus, ca, cum, pen. corr. αὐλητικὸς τῶν αὐλῶν. Hoc est tibiis idoneus: vt Auleticus calamus. Plin. lib. 16. cap. 36, Orchomenius est continuo foramine peruius, quem Auleticon vocant.

Aulettris, αὐλητρὶς, Mulier tibicina est. nam αὐλὸς tibia est.

Aulicoqua, Antiqui dicebant, quæ in aulis, hoc est ollis coquuntur. Vnde Aulicoqua exta dicuntur, in ollis elixa. Autor Festus.

AVLIS, lidis, αὐλὶς. Regiuncula est saxosa Bœotiæ, è regione Chalcidis oppidi Eubœæ, vnà cum oppido eiusdem nominis, quod portum habet exiguum, quinquaginta non amplius nauium capacem. Huc Græcorum classem conuenisse ferunt, Troianis bellum illaturam: ibidémq; maris tempestate retentum Agamemnonem filiam suam Iphigeniam Dianæ sacrificasse. Strab. tamen lib. 9. placet, non in hunc portum tam angustum, Græcorum classem coactam fuisse, sed in alterum maiorem & profundiorem, qui Tanagræorum vico proximior est.

Aulœdus, αὐλῳδὸς, Qui tibiis canit, quas Græci αὐλὸς vocant. Cicero pro Muræna, In Græcis artificibus eos aulœdos esse aiunt, qui citharœdi fieri non possent. Emendati codices legunt auletas non aulœdos.

AVLOCRENE, nes, pen. pro. Regiuncula minoris Asiæ, in conuentu Apameno, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi Platanus ostenditur, ex qua pependit Marsya victus ab Apolline. Plinius lib. 16. ca. 14, & lib. 15. cap. 19.

AVLON, αὐλὼν, Mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, ferax boni vini. Mart. lib. 13, Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon. In eo est & oppidum eiusdem nominis. ¶ Est & nomen duarum vrbium, quarum vna est in Macedonia, alia in Cilicia.

AVO Pomponio, Auus Ptolemæo, Fluuius est Hispaniæ citerioris, qui Celerinorum populorum supra Bracaras & Gromos agrum alluit. Vide Melam lib. 3, & Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

Auoco, as, pen. corr. Aliò voco. ¶ ἀποκαλέω. Ital. *Chiamare altroue.* Gal. *Rappeler, reuoquer.* Hisp. *Llamar à lugar.* ¶ & per translationem Abstraho, disiungo, auerto. ἀποστρέφω. Lactant. lib. 1, Et ad studia pacis à rebus bellicis auocauit. Cic. pro Roscio Amer. Non necesse est omnes cõmemorare Curios, Marios, deniq; Mamercos, quos iam ætas à præliis auocabat.

Auocamenta, αἱ ἀποκαλοῦσαι τῶν ἀνιαρῶν ἀσχολιῶν. Sunt negotia iucundiora, siue solatia, animum à mœrore auocantia, id est reuocantia. Plin. in Epist. Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere auocamenta, & cicatricem pati possit. Budæus.

Auolo, as, pen. corr. Aliò volo, siue aliò subitò discedo. ¶ ἀφίπταμαι. Ital. *Volar altroue.* Gal. *S'en voler se partir viste.* Hisp. *Volar de lugar.* ¶ Cic. ad Atticum, Experiar certè vt hinc auolem.

Aura, ¶ αὔρα. Ital. *Aura, vento piacenole.* Gal. *Vn petit vent doux, l'air.* Hisp. *Aire, viento sotil ò resplandor.* ¶ Vetus Ieniot, teste Seneca in Naturalibus quæst. Virgil. lib. 4. Aen. –at illi Dulcis compositis spirabat crinibus aura. ¶ Interdum ponitur pro splendore. Idem in 6, Discolor vnde auri per ramos aura refulsit. ¶ Interdum pro afflatu & fauore: quia quum fit aura æstate, videtur æstuantibus fauere. Idem ibidem, Iam quoq; nimium gaudens popularibus auris. ¶ Horatius per translationem posuit pro venustate, & illecebris mulierum, & quodam quasi philtro, quo illæ amantes ad se alliciunt. Sic enim habet 2. Carm. Ode 9, Te suis matres metuunt iuuencis, Te senes parci, miseræq; nuper Virgines nuptæ, tua ne retardet Aura maritos. ¶ Metaphora sumpta est à nauigantibus, quorum cursum aduersi ventorum flatus sæpe remorantur. Hinc Cicero prouerbij specie dixit, in Verrem actio. 6. Video quid egerim: erigit se, sperat sibi auram aliquam posse afflare in hoc crimine: id est ostendi spem. Fit autem (vt quidã volunt) Aura ab aëre, quòd motus aër & splendoré faciat & ventũ: & proculdubiò Græcum est. Suidas, αὔρα, ἡ πνοή. Aura, inquit, id est spiritus, vel, si mauis flatus.

AVRAS, αὔρας, Fluuius ab Hæmo in Istrum defluens. Herod. lib. 4.

Aurata, ¶ χρυσόφρυς. Ital. *Orata.* Gal. *Dorée.* Hispa. *Doradilla.* ¶ Piscis, qui ab auri colore nomen accepit: cuius amator Sergius, Orata cognominatus est, vt refert Macrobius, quasi Aurata: sicut Plostrum pro Plaustrum. Martial. lib. 13, Non omnis pretium, laudémq; aurata meretur.

Aureæ, Sunt fræni, qui circa aures equorum religantur, imò pars habenæ, quæ circa aures ponitur. ¶ παρήνη. Ital. *Testiere.* Gal. *Chanfrain.* Hisp. *Frenos.* ¶ Festus.

AVRELIA, æ, αὐρηλία, Nomẽ matris Cęsaris Dictatoris: vt est videre apud Sueton. in Cæsare. ¶ Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit, à Sabinis (vt Festo credimus) oriunda, cui locus publicè designatus erat, in quo Soli sacra faceret. ¶ Ex hac Aurelij pleriq; illustres Romani originem traxerunt, primùm Auselij dicti, sicuti Papyrij, qui postea Papyrij.

Auris, huius auris, form. gen. ¶ οὖς, ὠτός. Ital. *Orecchia.* Gal. *Oreille.* Hisp. *Oreja.* ¶ ab auriendo dicitur aspiratione detracta, quòd vocem accipiat, & quasi haurire videatur. Hinc Virgil. 3. Aeneid. –Vocémq; his auribus hausi. hoc est intellexi. Terent. Phorm. Astiti, animam compressi, aurem admoui. ¶ Alij à Græco αὐδὴ deduci malunt, quod vocem significat, quæ solo aurium instrumento percipitur: aut certè à verbo Audio: vt Aures dictæ sint, quasi Audes. Intelliguntur autem hoc nomine tam cartilagines foris prominentes, quàm ipsa foramina. Lucret. lib. 6. Solisitæ porrò, plenæque sonoribus aures. ¶ Aures item dicuntur in rebus inanimatis,

inanimatis,quibus rem aliquam apprehendimus, quas alio nomine Ansas vocamus. Virgil.1.Georg.Binæ autem,duplici aptantur dentalia dorso. ¶Hinc Inauris,ἐνώτιον,& Auritus,οὐατώδης:de quibus infrà. ¶Auribus prouehi,ἐπ' ὠσὶ φέρεσθαι,dicitur,quando audiētes aliquid delectabile,laborem pedum non sentimus,tanquam aures nos vehant. Apuleius.Me vsque ad istam ciuitatis portam meis auribus prouecto. ¶Ad ambas vsq; aures,μέχρι τῶν ἀμφωτίδων,impleri dicuntur qui supra modum ingurgitauerunt.Sumpta metaphora à vasculis ad ansas vsque impletis.Extat apud Suidam.¶Cæcus auribus & mente,τυφλὸς τὰ ὦτα καὶ τὴν διάνοιαν,id est, Tu simul & aure, & mente & oculis excus es. Quadrat in hominem planè stupidum. ¶Auris dextra tinnijt. Quo significatur alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude.Idque Plinius testatur,vulgò quandoque creditum fuisse,vt qui laudaretur absens,ei dextra tinnitet auris:qui vituperaretur, sinistra.Lucianus in Dialogo meretricis.¶Ad Deorum aures peruenit,εἰς θεῶν ἔλθοι.Vbi facinus aliquod clanculum patratum, rescisciturab iis, qui possunt vel remunerari rectè factum,vel punire secus admissum. Simile est,Iouis auribus seruare.¶Procul auribus nūtius veniat,-μὴ ἐπακούσαι τοῦτο ἄγγελος ἄλλος,id est-procul absit nuncius aure.Sermo deprecantis malè auspicatum. Suidas ex Callimacho citat.¶Home.item Iliad.σ.¶Purgatis auribus,pro attentis & vacuis, prouerbium respit. Plautus in Milite,Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.¶Ne ad aures quidem scalpendas otium est.Prouerbialis est hyperbole,quum ne minimum quidem ocij superesse significamus, Lucianus in bis accusato, Οὐδ' ἐπιτρίψαι τὸν ὦτον ἔχει.Φασὶ,χαλεπὸν ἄνδρα,id est,Ac ne tantisper otiosus, vt aurem.sicut aiunt, scalpere vacet. ¶Aurem vellere, Veteres dicebant pro admonere,à prisco ritu sumpta figura, quo in ius ducturi quempiam,aurem vellicabant,attestantes eum quem quasi testem meminisse volebant.¶In vtramuis dormire aurem, est animo otioso, securo, vacuóque esse, Terent.Heaut. Vtitur eo & Basilius in epistola quadā, sed malam in partem,ita vt supinam securitatem intelligi velit.Menander in Plotio apud Gell.Ἐν' ἀκροτομήσω τὸν ἐπίκλωρόν μου μίσθωσον,id est, In aurem vtranque, quandoquidem dotata est, cubet. Eodem sensu dixit Plinius,In dexteram aurem.

Auricula,quanuis diminutiui formam habeat,non tamen parnam aurem significat,sed exteriorem auris partem,aut certè mollem illam particulam,quæ etiam infima,vel lima auris appellatur.λοβός,ἀκρόν.Cice.Qu. frat.Ad inimicitias res venisset,si cum Esermino Samnite Pacideianus cōparatus videretur:auriculam forsasse mordicus abstulisset:cum Clodio quidem certè rediisset in gratiam.Adagium est,quod conuenit in eū qui quantūuis indignetur,magis cupiat quàm possit lædere.¶Martialis tamen pro tota aure posuisse videtur,quum ait lib.5, Auriculam Mario grauiter miraris olere: Tu facis hoc,garris Nestor in auriculā. ¶Demittere auriculas vulgò dicitur qui sua spe frustrantur:& qui dejecto sunt animo,auriculas super humeros habere ait Plato lib.3. de Rep.το.τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες,id est,Auriculas super humeros habētes.hoc est animis dejectis & ægris.Flaccus, Demitto auriculas vt iniquæ mentis asellus, Quum grauius dorso subijt onus.¶Auricula infima mollior,hyperbole Prouerbialis in homines minimè iracundos, leniq; ingenio præditos.Nihil est enim in humano corpore mollius aut flexibilius lentiúsq; quàm ea auriculæ pars, quæ nec osse rigeat, neq; cartilagine durescat,neque neruis intendatur. Cice.ad Qu.Frat. lib.2.Tu quemadmodum me censes oportere esse in republica & in nostris inimicitiis,ita & esse & fore auricula infima scito molliorem. Vide Ammian.lib.19.

Auricularius,a,um.{ὠάριος.Ital.*Cosa pertinente all' orecchia.* Gal.*Des oreilles ou des apartenances des oreilles.* Hisp.*Cosa pertenesciente à la oreja.*} Quod ad aures pertinet.Vnde Auricularij specillū,chirurgorū instrumentū,quod curandis purgādisve auribus adhibetur.¶Pro eodē etiam dicimus Auricularis,& hoc auriculare:vt, Vermiculatio auricularis, quū putridę aures vermibus scatēt.Et auricularis digitus,Paruus,quo aures mūdārur.

Auriscalpium,Instrumentum quo aures purgantur.ἀτοκόπιον.Ital..*Il cura orecchie.* Gal.*Vn curoreille.* Hisp.*Instrumento para limpiar las orejas.*

Auritus,a,um,pen.prod.{ὠάτης.Ital.*Chi ha grande orecchie,buono vdita,& attente ad vdire.* Gal.*Qui a grandes oreilles,bonne ouye,& attentif à ouir.* Hisp.*Cosa de grandes orejas,ò que las escuchā,ò que oye mucho.*} Qui magnas habet aures.Virg.3.Aen.Auritósq; sequi lepores.¶Auritus itē dicitur,qui bene audit.Horat.li.1.Carm.Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus.¶Auritus populus,apud Plaut.in Asin.id est aures intentas habēs.

Aurichalchum,Vide ORICHALCVM.

Auriga,pen.prod.& generis communis.secundum Priscianum, Qui vel quæ currū regit.{ἡνίοχος.Ital.*Carratiero.* Gal.*Chartier ou rouliet.* Hisp.*Carretero,ò el que rige el carro.*} Quæ vox ab aureis agēdis dicta videtur. Sunt autem Aureæ,vt suprà ex Festo docuimus,lora quædā,quæ circa equi iugalis aures religantur.Virgil.12.Aene.Circumstant properi aurigæ, manibúsque lacessunt Pectora plausa cauis.

Aurigo,as,currum rego.{ἡνιοχῶ.Ital.*Menare,o guidare la carreta.* Gal.*Charier, mener & gouuerner vne charette.* Hisp.*Regir el carro.*} Suet.in Cali.Nec vllis, nisi ex Senatorio ordine aurigātibus. Idem in Neron.Mox & ipse aurigare,atque etiam spectari sæpius voluit.

Aurigor,aris,Moderor,rego.ἡνιοχεύω.Vatro Modio,Natura aurigatur,nō necessitudo.

Aurigatio,onis,verbale.{ἡνιοχεία.ἡνιοχήσεως.Ital.*L'officio di menare carro.* Gal. *conduitte de charette.* Hisp.*Obra de regir ò gouernar carro.*} Gell.lib.17. cap.8, Quibus verbis delphini amantis,& pueri non abhorrentis, consuetudines,lusus,gestationes,aurigationes refert.

Aurigarius,{ἡνιοχικός.Ital.*Carratiero.* Gal.*Chartier.* Hisp.*Carretero.*} videtur vsurpari à Sueton.in Nero.cap.5.pro eo qui curam habet instruēndi aurigas in spectaculis.Perfidiæ verò,inquit tantæ,vt non modò ardi aurigas in spectaculis.Perfidiæ verò,inquit tantæ,vt non modò ardi aurigarios pretiis rerum coemptarum,sed & in prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

Aurigo,ginis,pen.prod.Morbus regius:à colore auri,quē bilis pertotum corpus diffusa repræsentat.{ἴκτερος.Ital. *Itericia, morbo regio, da color d'oro.* Gal. *Maladie qu'on appelle jaunisse.* Hisp. *La itericia, dolencia de los ojos,*} ¶Hinc Auriginosus,ἰκτερώδης dicitur,qui eo morbo laborat.

Auripigmentum,ti,{ἀρσενικόν.Ital.*Orpimento.* Gal.*Orpin,arsenic.* Hisp. *Oropimente.*} Genus est coloris quod in Syria inuenitur in summa tellure, auri splendore,sed fragile,lapidum specularium similitudine.Vide Plin. lib.33.cap.4.Duo autem sunt auripigmenti genera:quæ vide suprà in dictione ARSENICVM.

Aurora,æ,pen.prod.Prima diei lux,qua sub solis aduentum aër illustratur.{ἠώς.Ital.*L'aurora.* Gal.*L'aube du jour, le point du jour.* Hisp.*El alua que antecede el dia.*} Item tēpus ipsum,hoc est prima pars diei,qua lux quædam dubia in Oriente cernitur aduenīente sole. Varro 6.de ling.Latiu. Aurora dicitur ante solis ortum,ab eo, quòd ab igne Solis aureo aër aurescit.¶Poëtæ fingunt Auroram deam esse Tithoni coniugem, & matrem Memnonis,quæ quòd maritum habeat senem,relicto eius cubili,ortum solis antecurrit.

Aurum,ri,{χρυσός.Ital.& Hisp.*Oro.* Gal.*Or.*} Pretiosissimum omniū metallorum,ab aura,hoc est à splendore ita appellatum:aut certè à Græco ἄνδρος,quod diuitem & potentem significat.Plin.lib.33.cap.2, Vtinā posset è vita in totum abdicari aurum,sacra fames, vt celebertimi autores prodidere,prosciissum commitis ab optimis quibúsque,& ad perniciem vitæ repertum.¶Aurum factū,χρυσὸς εἰργασμένος dicitur, quod artificis manu aliquem in vsum est laboratum. Vlpia.l.Qu.Mutius.ff. de auro & arg.leg.Cui aurum vel argentū factum legatum est, si fractum,vel collisum fuerit,non continetur.Seruius enim existimat, aurum,vel argentum factum id videri,quo cōmodè vti possumus.¶Huic opponitur Aurum infectum,hoc est rude,& non laboratum. Virg.10. Aen.-Sunt auri pondera facti, Infectiq; mihi.¶Aurum signatum, est pecunia ex auro cusa.Vlpian.Si autem aurum,vel argentū signatū legatum est,id paterfamiliās videtur testamēto legasse,quod aliqua forma est expressum.¶In eadem etiam significatione legimus aurū, absolutè,& sine vlla adiectione positum. Plaut.in Aulul. Effodio aulam auri plenam.¶Ponitur item Aurum pro ornamentis muliebribus, ex auro confectis.Terent.in Eunuch.Interea aurum sibi clām mulier demit,dat mihi vt auferam.¶Aurum coronarium,quod Imperatori triūphaturo in coronam decernebatur. Triumphalis enim corona, quæ antiquitus incorruptis adhuc Romanorum moribus ex lauro fiebat, postea ex auro fieri cœpit.¶Aurum igni probatum,χρυσὸς πυρὶ δεδοκιμασμένος, dicitur is cuius fides rebus aduersis explorata spectatáque est.Vtitur hac similitudine M.Tull.in Epistol.Famil. Pindarus item in Nemeis hymno 4.pluresq; alij probatissimi autores.¶Auro habet suppactum solum,Prouerbiali figura dixit Plaut.in Bacchid.de prædiuite, cui tanta suppetat auri vis,vt pedibus calcet.

Auratus,a,um,Quod in superficie habet aurū.{ἐπίχρυσος,χρυσοῦς. Ital.*Dorato,indorato.* Gal.*Doré.* Hisp.*Dorado por parte de fuera.*} Cice.Post red.in sen.Lentuli beneficio excellenti atque diuino non solùm reducti sumus in patriam,sicut nonulli clarissimi viri,sed equis insignibus, & curru aurato reportati.Sueton.in Nero.Piscatus est reti aurato,purpura,coccóque funibus nexis.Abusiuè tamen Auream domum,& auream portam dicimus pro aurata. Milites aurati.Liu.9.ab Vrbe,Tunicæ auratis militibus verticolores.

Auramentum,Videtur instrumentum esse effodiendo aut purgando auro accommodatum.χρύσωμα.Plin.lib.33.cap.3,Hispania strigiles vocat auri parvulas massas,quod super omnia solùm in massa auramēto capitur,quum cætera in metallis reperta igni perficiantur.

Aurarius,a,um, adiectiuum,{ἐκ χρυσοῦ,ἐργαστήριον.Ital.*Di oro.* Gal.*D'or.* Hisp.*Cosa pertenesciente à oro.*} vt Auraria metalla.Plin.lib.37.cap.12. Aurarium negotium,Plaut.in Bacchid. Auraria fodina,Vbi foditur aurum:quæ & Aurifodina dicitur.χρυσωρυχία.Ital.*Miniera da cauare oro.* Gal. *Miniere ou mine d'or.* Hisp.*El minero de donde se saca el oro.*} Plin.lib.34.ca.4.

Aurarij,Aurifices,qui aliquid ex auro conficiunt,aut inaurant.{χρυσοχόοι. Ital.*Orefici.* Gal.*Orfevres.* Hisp.*Plateros que labran en oro.*} ¶Aurarij etiā fautores dicuntur,teste Seruio,à nomine Aura, quod nonnunquam pro fauore accipitur.

Aureus,substantiuum,Nummus est ex auro cusus.χρυοῦν.Pli.lib.33.ca. 10,Immane tabulæ pretium accepit,aureos mensura,non numero.

Aureus,a,um,Quod ex auro est cōfectum.{χρυσοῦς,χρυσέος.Ital.*Cosa fatta d'oro.* Gal.*D'or,fait d'or.* Hisp.*Cosa de oro toda manera.*} Cice.4 Phil. Sedebat in rostris Cæsar,in sella aurea coronatus.¶Item quod auri colorē habet.Virg.3.Aeglo.Aurea mala decem misi:cras altera mittam.¶Interdum enim idem quod pulchrum. Idem 10.Aen.-at non Venus aurea contrà Pauca refert.¶Aureo piscari hamo dicūtur, qui mediocris commodi cupiditate periculū adeunt, vt maximarū rerū faciant iacturam.Fit enim nonnunquā vt pisces hamum etiam ipsum secū auferat. Cōmemoratur inter facetè dicta Octauij Cęsaris à Suetonio.¶Aureos montes polliceri,χρυᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι.Prouerbialis hyperbole,de iis qui immensa promittunt,spēsque amplissimas ostentantiā Persarū arrogantia ducta,qui propter auri venas montes aureos iactabāt.Plaut.& Terent.¶Aureæ compedes,χρυσοῖ σφιγκτῆρες,Prouerbiali metaphora dicitur seruitus splendida,& amabilis:qualis est ferè anlicorum vita.Diogenes in epistola quadam scriptum reliquit,Aristippum in aula regia, aureis teneri compedibus,ne posset auolare.Horat.de amica formosa,-renētque grata Compede vinctum.

Aureolus,a,um,diminutiuum ab adiectiuo Aureus, Aureolum collum, auri colorem referens,Varroni 3.de Re rusti.cap.9.Aureolus libellus, Cice.4.Acad.Malum aureolum,Catullo.

Aureolus,substantiuū,diminu.ab Aureo numo.Matt.li.5,Qui crepat aureolos,forsitan vnus erit. Idē li.10,Aureolos vltro quatuor ipse petit.

Auricomus,pen.cor.Qui aureos crines,seu auream comam habet.{χρυσοκόμης.Ital.*Biondo.* Gal.*Qui a les cheueux jaunes comme fin or,qui a le chef doré.* Hisp.*Lo que tiene cabelladura de oro.*} Vnde Phœbus vocatus est Auricomus. Barauus auricomus,Silius lib.3.

Auriferus,a,um, Quod fert aurum.{χρυσοφόρος. Ital.*Che produce oro.* Gal. *Portant or.* Hisp.*Cosa que tiene ò trae oro.*} Vnde Aurifera flumina dicuntur, Tagus in Hispania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Asia, Ganges in India.Aurifera arbor. Cice.2.Tusc.Auriferum nemus, Plin.lib.5.cap.1.Aurifera terra,Martial.lib.10.

Aurifex,ficis,Faber aurarius, qui auri laborandi artifex est.{χρυσοχόος. Ital.*Orefice.* Gal.*Orfevre, ajmant d'or.* Hisp. *Platero que labra oro.*} Cice.1. Orat.Ad ea probanda,quæ non aurificis statera,sed quadam populari

Universidad de Deusto
Biblioteca

trutina examinantur. Plinius, Velut aurificum arte alteruis inter folia candicantibus margaritis.

Aurificina, pen. prod. Pro aurificis officina.

Aurifur, qui furatur aurum. χρυσοκλόπος. Plaut. Et mihi hoc aurifur est.

Auriger, ta, rum, adiectiuum, χρυσοφόρος: vt auriger taurus. Cicc. 2. de Diuin. Aurigeris diuûm placantes numina tauris. Arbor auriger a, Valerius 8. Argonaut.

Aurilegus, pe. cor. Qui aurû legit, ideſt furatur. χρυσολόγος, χρυσοκλόπος.

Aureſco, is, χρυσίζω, χρυσόω. Var. de ling. Lati. lib. 6. Aureſcit aër dixit.

AVRVNCA, Latij ciuitas fuit. Ab Auſonæ Vlyſſis & Calypſus filio condita: à qua Aurunci dicti fuerunt veteſtiſſimi Latij populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Auſcat pedam, Dixerunt veteres pro vermiculo piloſo, qui ſolet in frõde naſci cum multis pedibus, teſte Varr. lib. 6. de Ling. Lati.

AVSCI, Populi ſunt Aquitaniæ in Gallia. Plin. lib. 4. cap. 19.

Auſculari, Veteres pro oſculari dicebãt. Et ab oſculo, hoc eſt paruo ore deducitur, quod auſculum dicebant. Feſtus.

Auſculto, Cum accuſatiuo ſignificat Audio, & diligẽter attendo. ἀκροᾶσθαι. Ital. *Auſcultare, ydire, ſtar attento.* Gal. *Ouir, eſcouter.* Hiſp. *Oyr eſcuchando, eſcuchar.* Hinc illud Catonianum, Auditis enim, nõ auſcultatis, tanquam pharmacopolam. ¶ Auſculta & perpẽde ex Homero Conueniet quoties ſignificabimus nos aliquid dicturos quod ad rem pertineat, quódq; tarum ac certum futurum ſit. ¶ Aliquando obedio, ſed cum datiuo. πείθομαι, σοὶ πείθομαι. Tetent. in And. Pamphilúmne adiutem, an auſcultem ſeni. ¶ Item Aſpicio, cerno. Aſian. Primigno, (vt citat Nonius) Iudos hinc auſcultaui procul. ¶ Hinc Auſcultatio, ἀκρόασις. & Auſcultator, ἀκροατὴς, verbalia.

AVSER, vel AVSERIS, Fluuius eſt Hetruriæ, non procul à Luca. Strabo lib. 5. Aeſarem vocat. Vulgò *Serchio.*

Auſim, auſis, auſit, ponitur pro Audeam, audeas, audeat. τλαίην. Liuius in Proœmio lib. 1. ab Vrbe, Nec ſi ſciam, dicere auſim. Virgil. 1. Georg. Auſim vel tenui vitem committere ſulco.

AVSONIA, ἀυσονία. Olim pars Italiæ dicebatur, in qua ſunt Beneuẽtum, & Calesiita dicta, teſte Feſto, ab Auſone quodam Vlyſſis & Calypſus filio, qui & Auruncã traditur condidiſſe. ¶ Huius regionis incolæ proprié Auſones ἄυσονες dicti ſunt, & Auſonij: quanquam id nomen poſtea toti Italiæ fuerit communicatum.

AVSONIVS, ἀυσόνιος, Sophiſta, ſcripſit epiſtolas & alia quędam ad Nonum, vt ait Suidas. ¶ Fuit & Auſonius poëta Gallus, patria Burdegalẽſis, cuius extant epigrammata & op uſcula quædam.

Auſonium mare, ἀυσόνιος πέλαγος, ἀυσονίου πέλαγος, Ionij maris pars eſt, quæ ab Orientali Siciliæ parte vſq; ad Salentinos extenditur. in tres diuiſa ſinus, vt ex Polybij ſentẽtia tradit Pli. li. 3. ca. 5. & 10. Strabo li. 5, alio nomine Siculũ mare vocari teſtatur. Auſoniũ autẽ dictũ putatur, ab Auſonibus populis, qui eo in tractu primùm habitarũt autore Plin. li. 3. ca. 10, quod tamẽ loco iam citato negat Strabo. Feſtus ab Auſone quodã Vlyſſis & Calypſus filio mari huic nomen factum exiſtimat.

Auſpex, icis, Proprié dicitur qui ex auium volatu, cantu, aut paſtu futura diuinat: quem & Augurem appellari, ſuprà oſtendimus. οἰωνιστὴς. Ital. *Pronoſticatore.* Gal. *Pronoſticateur, Augure.* Hiſp. *Adeuino de agueros de auer.* Cic. ad Atti. lib. 1. Latores & auſpices legis curiatæ. ¶ Auſpices etiam dicebantur νυμφόκλητοι, παράνυμφοι, qui nuptiis contrahẽdis præerant, à parte ſponſi adhibiti, quemadmodum pronubæ à parte ſpõſæ. Ita dicti ab auſpicando, quòd de nuptiarum ſucceſſu auſpicia ſumerẽt. Vnde apud Suetonium legimus, Sporũ puerum Neroni nupſiſſe, dote inter auſpices conſignata. ¶ Auſpicem præterea vocamus, cuius ductu, & autoritate rei aliquid gerimus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 7, Nil deſperandum eſt Teucro duce, & auſpice Teucro.

Auſpicialis, le, Quod ad auſpicium pertinet. οἰωνοσκοπικὸς: vt, Auſpicialis piſciculus, qui aliquid portendit, aut ſignificat futurũ. Pli. lib. 32. cap. 1.

Auſpicium, cij, Augurium, diuinatio ſumpta ex geſtu vel cantu auiũ: cuius inuentionem Tireſiæ Thebano aſſignat Plin. lib. 7 cap. 56. οἰωνισμὸς, οἰωνοσκοπία. Ital. *Auſpicio.* Gal. *Conſideration des choſes à venir par contempler & obſeruer le vol ou cri d'oiſeaux ou telles choſes.* Hiſp. *El agnero, tomado de los aues.* ¶ Dictum Auſpicium, quaſi auiſpecium. ab auibus ſpectandis: quemadmodum Augurium, quaſi auigarrium, ab auium ſcilicet garritu, quem auſpicantes obſeruabant. Cic. 2. de Diuin. Nihil publicè ſine auſpiciis neque domi, neq; militiæ gerebatur. Auſpiciorum duo fuiſſe genera Dion narrat: vnum ſine obnuntiatione: alterum cum obnuntiatione. Vtroq; generis poteſtas agẽdi cum populo, tollebatur: primo, vel ſi nulla omnino ſigna de cælo monſtrarentur, nec obnuntiaretur quidquam: altero quum cæleſti aliquo ſigno viſo, quod publicam calamitatem portendere videretur obnuntiaret is, qui auſpicabatur, ei, qui agere cum populo vellet. Vtrunq; genus, lege lata, ſuſtulit P. Clodius Trib. Pleb. Ciceronis inimicus: de quo ſic in oratiõe pro Sextio, Iiſdem Conſulibus ſedentibus atq; inſpectantibus, lata lex eſt, ne auſpicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet. Ex Cõmentariis Aldi in orationem pro Sextio. ¶ Sumitur etiam latius, vt ad alia diuinandi genera extendatur. Cic. 3. de Diuin. Fulmen optimum auſpicium habetur, ſi ſiniſtrum fuerit. ¶ Ponitur & pro ductu, fortuna, & autoritate. Virg. 6. Aen. En huius, nate, auſpiciis illa inclyta Roma Imperium terris animos æquabit Olympo. ¶ Nonnunquam etiã pro imperio & poteſtate. Idem 4. Aene. Communem hunc ergo populum, paribũſque regamus Auſpiciis. ¶ Dicimus & Meis auſpiciis, pro meo arbitrio, meo Marte, meiſque præſidiis. Virg. 4. Aen. Quòd ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis, & ſponte mea componere curas.

Auſpicor, aris, Auſpicia ſumo, de cælo ſeruo, ex auium cantu geſtúq; futura diuino, de rei euẽtu aues conſulo. οἰωνοσκοπῶ. Ital. *Augurare, comminare.* Gal. *Conſiderer par les oiſeaux, diuiner, excommeacer.* Hiſp. *Adeuinar por agueros, començar.* Cice. 1. de Nat. deor. Gracchus quum pomerium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. ¶ Et quoniam veteres nihil niſi auſpicatò gerebant, fit vt Auſpicari dicamus pro incipere, & negotium aliquod aggredi. Sueton. in Aug. Militiam auſpicantibus non tribunatum modò legionum, ſed etiam præfecturas alarum dedit. id eſt militiã incipientibus & ſolhei auſpicio inchoantibus. Colu. lib. 2. Poſſit ab Idibus Ianuariis auſpicari cuiuſcunq; officia.

Auſpico, as, Antiqui dixerunt pro Auſpicor. Plaut. in Perſa, Ego auſpicani in hunc diem. Idem in Rud. Non hodie iſti auſpicaui rei. Nonius.

Auſpicatò, aduer. εὐοίωνως. Ital. *In buona hora.* Gal. *A la bonne heure, de bonne fortune.* Hiſp. *Con buena dicha y aguero.* Idẽ ſignificans q; Augurato, hoc eſt rite.

Universidad de Deusto Biblioteca

tion de alguno, entrepuesto juramento, ò otra cosa. ¶Cice. lib. 1. Offic. Mercedem ait esse authoramentū seruitutis. Vbi authoramentum capitur, pro illa obligatione, quā mercenarius accepta mercede, cogitur seruire. Seneca, ad finem operis. Magno authoramento labor peruenit.

Authoratus, Authoramento obligatus, mercede conductus: quod nomē ad gladiatores refertur, qui vitam suam venalem habent, vilique mercede ad apertissima pericula sese addicunt, *ἀνωμότης*. ¶Huic opponitur Exauthoratus, hoc est authoramento solutus. Plin. lib. 14. Vindemiatorem autorathum dixit, hoc est mercede conductum, & sublimitate vitæ periclitantem. Idem lib. 36. populum Romanum Authoratū appellat, in spectaculis periclitantem, instar gladiatorum. A' Liuio Authoratus proditor dictus, quasi obligatus. Manil. lib. 5, Astronomicōn, ministros perpetuo quasi epitheto Authoratos vocat, tanquam perpetuos mercenarios, obligatósque dominis, à quibus mercede comparantur. sic enim ait, Atque authoratos in tertia iura ministros. Sic Seruius dixit solos parentes habere potestatem authorandi.

AVTINI, *αὐτῖνοι*, Hibernię populi sunt Ptolemeo.

Autochthones, *αὐτόχθονες*. Epitheton est Athenienſium, & aliorū nonnullorum populorum: quasi indigenæ, & in eodem nati solo quod incolant, eiúsque terræ primi cultores, vt quæ illis sedes eadem sit & origo. Cice. Atti. lib. 7. Curius autem ipse sensit quantum vellet à me diligi, & eo sum admodum delectatus: & mehercule est, quam facilè diligas, *αὐτόχθονα* in homine vrbanitas: id est ingenita, natiua.

Autodidactus, *αὐτοδίδακτος*. Qui seipsum magistrum habet, qualis fuit diuus Augustinus Ecclesiæ doctor eximius.

Autographum, *αὐτόγραφον*. Ital. *Escritto di propria mano.* Gal. *Escrit de la main de celuy qui en est autheur.* Hisp. *Escritura de su propria mano.* ¶Dicimus propria manu scriptum. Vnde Autographa epistola, *αὐτογράφου ἐπιστολή*, apud Suetonium in Augusto, ipsius manu scripta significatur. ¶Antigrapha verò, rescripta.

Autolecythus, pen. cor. *αὐτολήκυθος*. Mendicus, Scurra. Nam *λήκυθος*, est vtreolus olei, *αὐτὸς* ipse: quoniam non aliud possidet, ait Suidas. Vide Erasmi Adagia.

AVTOLYCVS, *αὐτόλυκος*, Fur maximus perhibetur, auus paternus Sinonis, & materuus auus Vlyssis. Martial. lib. 8. Non fuit Autolyci tam piceata manus. ¶Alter fuit Parnassi incola, de quo Strabo li. 9. scribit, quòd furto vicinorum bona surripuerit.

AVTOLOLES, pen. cor. *αὐτολόλαι*. Populi sunt Africæ ad Atlantem montem. Vide Plin. lib. 5. cap. 1, & 2. & Silium lib. 3, Necnon Autololes lenibus gens iguea plātis, Cui sonipes cursu, cui cesserit ineitus amnis: Tanta fuga est.

AVTOMALAX Ptolemæo, AVTOMALA Straboni, Castellū est in intimo Cyrenaici sinus recessu situm. Sunt, qui hodie *Estam* vocari credāt.

Automata, *αὐτόματα*. Sunt instrumenta arte mechanica ita subtiliter fabricata, vt sua sponte, nullāq; apparente causa moueantur: qualia sunt horologia, machinæq; versatiles. *αὐτόματον* enim interpretatur vtroneum, & suæ sponte. Scribit Vitruuius hydraulicas machinas & aquarum expressiones Automatas à Ctesibio primò repertas fuisse. ¶Mors naturalis & fatalis dicitur à Demosthene *αὐτόματος*: quasi suæ sponte, & nulla extrinsecus vi coacta.

AVTOMEDON, pen. cor. Nomen aurigę Achillis. Virg. 2. Aen. -& equorum agitator Achillis Armiger Automedon.

Automolæ, siue Automoli, *αὐτόμολοι*, A' Græcis dicuntur profugi. Pomponius scribit, Aethiopum alios vocari à vitæ spatio Macrobios: alios, quia ex Aegypto aduenere Automalas. ita enim Græci profugos appellant.

AVTONOE, noes, *αὐτονόη*, Cadmi Thebarum conditoris, & Hermiones filia fuit, & Actæonis ex Aristæo maret, qui & ipse à nomine matris, Autono eius vocatur ab Ouid. lib. 3 Metamor.

Autonomia, *αὐτονομία*, Libertas viuendi suis legibus.

Autonomus, pen. cor. *αὐτόνομος*, Qui viuit suis legibus.

Autophoros, pen. prod. *αὐτοφόρος*, A' Iurisconsultis vocatur fur manifestus, qui scilicet in ipso furto, aut cum re furtiua antè quàm (quò destinauerat) pertuhisset, est deprehensus. Vetustissimi enim Græci *φῶρα* vocauerunt, quem recentiores *κλέπτην* vocant.

Autopyros, pen. cor. *αὐτόπυρος*. Epitheton panis, ex quo furfures non sunt sublati, quasi totum in se triticum non imminutum habens. Celsus lib. 2. cap. 17, Firmius est triticum, quàm milii: idipsum, quàm hordeum: & ex tritico firmissima siligo, deinde similа: deinde cui nihil ademptum est, quod autopyron Græci vocant: infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Ex quibus Celsi verbis satis constat, non eundem esse panem autopyron cum eo, quem Cicero Cibarii vocat. Autopyros enim (qui & *πυρίτης* à Galeno appellatur) is est, ex quo nihil neq; pollinis neq; furfuris excretum est. Cibarius verò dicitur, cui bona pars pollinis adempta est, quiq; magna ex parte furfuraceus est, quem Paulus Aegineta *ἰσοπυρὸν* videtur appellare.

AVTRICVM, *αὐτρικον*. Apud Ptole. lib. 2. cap. 8. Galliarum vrbs esse creditur, quæ vernacula lingua *chartres* appellatur, à Cæsare Carnutum.

Autumnus, *ὀπώρα, φθινόπωρον*. Ital. *Autunno.* Gal. *L'autonne.* Hisp. *Otono.* ¶ Vna ex quatuor anni partibus, inter æstatem & hyemem media, qua vindemia fit, & arborum fructus colliguntur. Vnde etiam ab augendo quidam autumnum dictum putant, quòd eo tempore coactis fructibus, agricolarum opes maximè augeantur. Virg. 1. Georg. Quid tempestates Autumni, & sydera dicam? Idem 6. Aen. Quàm multa in syluis Autumni frigore primo Lapsa cadunt folia. ¶Pulchrorum etiam autumnus pulcher est, *τῶν καλῶν καὶ ὀπώρα καλή*. Metaphora prouerbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem qui iam pubescentem atque exoletum Agathonem in conuiuio suauiabatur. Quadrat igitur in ea, quæ quum naturā sint egregia, ne tum quidem fastidienda videntur quum maturuerint.

Autumnitas, Autumni tempestiuitas: sicut Oliuitas, quando olea legitur. *ὀπωρότης*. Cato de Re rust. ca. 5, Circum oleas autumnitate ablaqueato. Idem cap. 156, Prima autumnitate, quum pluuia est, tum maximè ab aqua periculum est.

Autumnus, a, um, vt, Aequinoctium autumnum, Plin. lib. 19. cap. 6.

Autumnale, adiectiuum, *ὀπωρινός*: vt Tempus autumnale. Varr. li. 1. ca. 39. Nónne videmus alia florere verno tempore, alia æstiuo, neque eadem autumnali, quæ hyberno?

Autumo, as, pen. cor. Existimo, censeo, affirmo. *ὑπολαμβάνω*. Ital. *Stimare, pensare, credere, & affermare.* Gal. *Estimer, penser, penser, croire & affirmer.* Hisp. *Juzgar ò pensar, creer.* ¶Cice. in Topic. Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri. Plautus, Nisi hoc ita factum est, perinde vt factum esse autumo, non causam dico, eum quin simules probri. Vide Gellium lib. 15. cap. 3.

Auus, *πάππος*. Ital. *Auolo.* Gal. *Ayeul, pere grand.* Hisp. *Abuelo.* ¶ Patris, vel matris pater, ab æuo nominatus, quòd patre antiquior sit: vel à Græco *ἀὸς*, quod siccum significat & aridum. Aut certè à verbo *ἄω*, quod inter cætera significat clamo, strepo. Est enim ætas illa clamosa, & impendio loquacior.

Auunculus, Non est diminutiuum, quia non seruat significationem integri, sed est matris meę frater. *θεῖος ἀπὸ μητρὸς, μητράδελφος*. Ital. *Zio da lato di matre.* Gal. *L'oncle du coſté de la mere, le frere de la mere.* Hisp. *Hermano de la madre.* ¶Sic dictus, quòd æquè tertius à me, vt auus est, sed non eiusdē iuris: ideóq; vocabuli facta diminutio est, perinde ac minor auus. Vel dicitur Auunculus, q̄ aui locū teneat, & proximitate tueatur sororis filios: quēadmodū frater patris, à patre Patruus, *πατράδελφος, θεῖος ἀπὸ πατρὸς* appellatur, quòd sit quasi alter pater. Vnde & ipsi fratrum ac sororū filij, nepotes ex fratre & nepotes ex sorore dicūtur. Cice. 3. de Finib. Eámq; controuersiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo, diuino ac singulari viro. ¶Auunculus maior, *θεῖος ὁ μείζων* Theophilo, est auiæ maternæ frater. Persius, Maior auúculus exit.

Auia, æ. Patris vel matris mater. *μάμμη*. Ital. *Auola ò paterna, ò materna.* Gal. *La mere grand, soit du coſté du pere ou de la mere.* Hisp. *Abuela de padre ò de madre.* ¶Cic. de Arusp. respon. Tete Cn. Lentule, cuius ab auia Mater deūm manibus esset accepta, spectatorem esse voluit.

Auitus, a, um, penul. prod. Quod ab auo, aut auia ad nos peruenit. *πατρῷος, πάτριος*. Cice. in Verr. Acti. 1, Nulla res cuiusquam tam patria, atq; auita fuit, quæ non ab eo imperio istius abiudicaretur.

Auxilium, lij, Subsidiū, adiumentum, quam & opem Latinè dicimus. *βοήθεια*. Ital. *Aiuto, aita.* Gal. *Aide secours.* Hisp. *Ayuda.* ¶Cic. in ea oratione quam habuit antequam iret in exilium, In meis miseriis diuinū aliquod auxilium, & numen ostendite. Idem pro Rabi. Dij quorū ope & auxilio hæc respub. gubernatur. ¶Accipitur & pro ipsis militibus, qui alicui auxilio mittebantur. Cice. 6. Philip. Non vt ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. ¶In qua tamen significatione frequentius vtimur plurali numero. Idem in Parad. Magna equitum & peditum auxilia. Idem pro Deiotaro, Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Dictum autem putator Auxilium ab Augendo, quòd vires eius augeat, cui accedit. ¶Post bellum auxilium, *μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία*. Quoties serius adhibetur remedium. Refertur a Suida.

Auxilior, aris, Adiuuo, auxilio sum: & datiuo cōstruitur. *βοηθῶ*. Ital. *Aiutare, aitare.* Gal. *Aider, secourir, donner aide, confort & secours.* Hisp. *Ayudar à traer gente para ayuda.* ¶Terent. in Adelph. Vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliari.

Auxiliaris, & Auxiliarius, Opifer, medicinalis, suppetias ferens. *βοηθητικός, ἐπικουρικός, συμμαχικός*. Ital. *Aiutatore d'altri.* Gal. *Secourable, qui aide.* Hisp. *Ayudador.* ¶Plin. lib. 23. cap. 1, Vinūmque & acetum ex his factum, auxiliarem contra eandem vim habent. A finius Pol. Ciceroni, Militē non modò legionarium, sed ne auxilierium quidem vllum quoquam misi. ¶Auxiliaria cohors, apud Ciceronem de Prouinciis consularibus.

Auxillam, Ollam parualam Antiqui dicebant, vt inquit Festus.

AVXIMVM, pen. prod. *Αὔξιμον*. Piceni vrbs: à qua Auximates populi dicti sunt, quorum meminit Plin. lib. 3, Vulgò *Osimum* dicitur.

A ante X.

Axamenta, Carmina quæ à Saliis in vniuersos homines componebantur. Festus.

AXANTOS, Insula est in Oceano Septentrionali post Hyberniam. Plin. lib. 4. cap. 16.

Axare, Antiqui pro nominare posuerunt. Festus.

AXENVM MARE, *Ἄξενος πόντος*, Olim dicebatur quod hodie Ponticū, & Euxinum dicitur: sic à truci accolarum barbarie appellatum. *Ἄξενος* enim inhospitalis est. Nam, vt Strabo lib. 7. tradit, solebāt Scythæ, maris huius accolæ, hospites immolare, eorúmque carnibus vesci, caluisq; vti loco poculorum. Ouidius de Ponto, Frigida me cohibent Euxini littora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

AXIACAE, *Ἀξιάκαι*. Populi sunt Sarmatiæ Europææ, inter Tyran & Borysthenem amnes, Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axiace fluuio, ex Peucinis iugis nascente, qui Carpatho monti adhærent. Hos autem populos iustissimos fuisse tradit Pomp. lib. 2, vt qui furti omnis ignari, nec sua custodirent, nec aliena contingerent. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12. & Ptole. lib. 3. cap. 5.

AXIACES, *Ἀξιάκης*. Fluuius est Sarmatiæ Europææ, in Peucinis iugis nascens, qui Carpatho monti cohæret: à quo vicini populi Axiacæ nominati sunt: vt docent Mela lib. 2. Ptole. lib. 3. cap. 5, & Plin. lib. 4. cap. 12.

AXIES, Mulieres dicebantur, siue dij vnà agentes, Festus.

Axilla, *μασχάλη*. Vide ALA.

AXIOCHVS, *Ἀξίοχος*, Nomen Philosophi, cui Plato librum de morte scripsit, & dicauit.

Axim, pro egerim. Pacuuius Peribœa, Vt quæ egi, ago, vel axim verruncent bene. Nonius.

Axinomantia, *ἀξινομαντεία*, Genus magicæ diuinationis, per dolabellas securésq; quas Græci *ἀξίνας* vocant. Plin. lib. 36. ca. 19. de gagate lapide, Hoc dicuntur vti Magi in ea, quam vocant axinomantiam.

Axioma, *ἀξίωμα*. Ital. *Dignità, sentenza, parlar perfetto & intero.* Gal. *Autorité, dignité, vne maxime.* Hisp. *Dignidad, sentencia.* ¶ penult. prod. Dignitas, & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum: vel etiam auctoritas, quam *ἀξίωμα* Græci vocant. Dictum Axioma, à verbo Græco *ἀξιόω*, quod inter cætera, significat dignum iudico. ¶Axiomata item à Dialecticis dicuntur disciplinarum principia, & propositiones quędam demonstrabiles, quæ in communi sensu conceptúque versantur, neq; vlla egēt probatione, sed per seipsas fidem faciunt: cuiusmodi est illud,

Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ sunt æqualia eidem, inter se quoq; æqualia esse necesse est. ¶ Accipitur item Axioma, pro oratione perfecta, veri aut falsi significatiua, quam Cicero nunc Pronuntiatum, nunc effatum, Varro Profatum & Proloquium appellat: nonnulli ex recentioribus Propositionem nominant: cuiusmodi sunt, Annibal Pœnus fuit: Scipio Carthaginem deleuit. Gel. lib. 6. cap. 8. Et omnino quicquid ita dicitur plena atq; perfecta verborum sententia, vt id necesse sit aut verum, aut falsum esse, id à Dialecticis ἀξίωμα appellatum est. ¶ Est præterea Axioma, quod alij Adiunctum, alij Connexum dixere, συνημμένον ἀξίωμα, nonnulli ex recentioribus Propositionē hypotheticam appellauere. Cuius generis sunt hæc, Si Plato ambulat, Plato mouetur: Si dies est, sol est super terram.

AXION, ἄξιον, Frater fuit Alphesibœæ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur: vel, vt sentire videtur Ouidius, à filiis Callirhoes.

Axis, {ἄξων. Ital. *Asse, cardine, polo.* Gal. *Le bois rond autour duquel les roues tournent.* Hisp. *Exe de carro ò de carreta, tabla, ripio, cabrio.*} Proprie significat lignum illud teres, circa quod rota currus vertitur: ita dictum ab agēdo, quòd rota circa illud agatur, hoc est moueatur. Virg. 3. Georg. Pōst validō nitens sub pondere faginus axis. ¶ Nonnunquam tamen figuratè pro toto curru ponitur: vt apud Iuuenalem, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. ¶ In cælo item, Axem vocant mundi diametron, hoc est lineam quandam imaginariam, quæ ab vno mundi cardine in alterum tendit. ¶ Alio modo pro ipsis polis accipitur, qui & Cardines dicuntur, quòd circa eos rotari orbis videatur. Vnus Australis, siue Antarcticus ἀντάρκτικος appellatur, Arctico oppositus, qui terræ obiectu à nobis cerni non potest: alter Septentrionalis, siue Arcticus, siue Arctous, aut Boreus, βόρειος, qui nunquam occidens, semper conspicitur. Virg. 1. Georg. Hic vertex nobis semper sublimis, at illū Sub pedibus Styx atra videt, manésque profundi. Cic. 1. Tusc. Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, vnde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. ¶ Altera Australis ignota nobis, quā vocant Græci ἀντίχθονα. ¶ Item Axis dicitur totum cælum. Virg. 4. Aen. -vbi maximus Atlas Axem humero torquet, id est cælum substinet. ¶ Item Axes, tabulæ sectiles sunt, inquit Festus, quæ & à Græcis Axones appellantur, cuiusmodi erant Athenis, quæ leges Solonis habebāt insculptas. Gel. lib. 2. cap. 12, In legibus Solonis illis antiquissimis, quę Athenis axibus ligneis inciſæ sunt. ¶ Axis quoq; fera est in India, linnuli pelle, pluribus candidioribúsque maculis, sacra Libero patri, vt est autor Plin. lib. 8. cap. 21.

Axitiosi, à veteribus dicti sunt factiosi, quum plures vnà quid agerent, faceréntque. Autor Festus.

AXIVM, ἄξιον λίθος, Vrbs in Mysia inferiori, Ptolemæo. vulgò *chiba.*

AXIVS, ἄξιος, Vulgò *Vardari*, Fluuius Macedoniæ, in sinum Thermaicū influens, de quo Plin. lib. 4. cap. 10, Europus, inquit, ad Axium fluuiū, & paulò pòst, Mox in ora Ichnæ fluuius Axius.

AXON, ἄξων, Ionum fluuius in minore Asia Plin. lib. 5 cap. 27.

AXONA, æ, pen. cor. ἄξων. Fluuius est in extremis finibus Rhemorū. Ausonius in Mosella, Non tibi se Liger anteferret, non Axona præceps.

Axungia, {ἄξιγξ ὕειος Dioscoridi, ἄξυγξον Aeginetæ. Ital. *Sogna, sungia.* Gal. *Oing ou vieil oing.* Hisp. *Vnto ancjo, como para untar exes.*} Interior porci pinguedo inueterata: ab axe plaustrorum vngendo dicta, vt facilius circa eum rota vertatur. Hęc quanto vetustior, tanto vtilior est, & multas vircis habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus vescitur. Vide Plin. lib. 28. cap. 9.

AXYLVS, ἄξυλος. Phrygis cuiusdam nomen est, singulari beneuolentia, & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Troiam interemit: vt tradit Home. Iliad. 6.

A ante Z.

AZA, æ, ἄζα. Oppidū est Armeniæ minoris, cuius meminit Pli. lib. 6. ca. 9.

AZAN, anis, ἄζαν. Mons est Arcadiæ, Cybele deorum matri sacer, à quo nonnulli vicinam regionem Azaniam vocatam volunt: quam tamen Stephanus ab Arcadica quadam muliere nominatam mauult, cui Azano nomen erat. Statius, Venit & Ideis vlulatibus æmulus Azan.

Azania, æ, ἀζανία Stephano, Regio est Arcadiæ: ita dicta, à monte editissimo, cui Azan nomen est: siue (vt Stephano placet) ab Arcadia quadā muliere, quæ Azano dicebatur, vt dictum est. ¶ Azanæa mala, Ἀζαναῖα κηλά. Dicti solitum vbi quis in re perdifficili & infrugifera, plurimum sumeret laboris, aut vbi res esset cuipiam cum homine difficili, morosо, intractabili, tenaci. ¶ Huius regionis incolæ Azanes dicti sunt, ἄζανες. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim in tres præcipuos diuisi erant populos. Parrhasios, Azanes, & hisce recentiores Trapezuntios. ¶ In hac regione fons fuit, cuius aquam gustantibus tantum deinceps aquarum oboriebatur, fastidium, vt ne odorem quidem earum ferre possent. Non me latet, plerosque in ea fuisse sententia, Azanij fontis aquas, vini, non aquæ fastidium generare: quorum iudicio quo minus subscriberem, fecit Eudoxi ipsius autoritas, cuius verba ex sexto de terræ circuitu libro refert Stephanus hunc in modum. Ἐν κρήνῃ τῆς Ἀζανίας, ἣ νέον γενομένοις τῷ ὕδατι ποιεῖ μὴ δύνασθαι πιεῖν τὸ ὕδωρ διὰ κόρον. Huic fonti contrariam vim obtinet, qui in agro Clitorio est, cuius aquas qui gustauerit, abstemius redditur, vt tradit Plin. lib. 31. cap. 2, & Ouid. 15. Metamorph.

AZANI, norum, ἄζανοι Stephano, Oppidum est in ea parte Phrygiæ, quę Epitectica cognominatur, de quo Strabo lib. 12.

AZIRIS, ἄζιρις Ptolemæo, Ciuitas est Armeniæ minoris.

AZOTVS, ἄζωτος, pen. prod. Vrbs Syriæ, inter Ascalonē & Ioppen, quam, vt ait Stephanus, condidit quidam è Mari rubro profugus, ex nomine vxoris suæ Azæ. Hæc est vna è quinq; Philistinorū vrbibus, quondā clarissima. ¶ Est & Azotus, vrbs Achaiæ, cuius meminit idem Stephanus.

Azotius, a, um, adiectiuum, ἀζώτιος: vt, Viri Azotij, ἀζώτιοι, qui Azotum habitant.

Azymus, a, um, {ἄζυμος. Ital. *Senza leuato, à fermento.* Gal. *Sans leuain.* Hisp. *Cenceño ò sin leuadura.*} Sine fermento: vnde Azymi panes, hoc est infermentati. ¶ Per translationem accipitur pro syncero, & non elato. Nam infermentata consperſio non attollitur.



Litera muta est, quæ non in sonum suum, sed in sonū e literæ finitur. Hanc Græci βῆτα nominant. Gerit virturem & potestatem mediā inter p, & ph. Quare nos ob literarum affinitatem dictiones Græcas traducentes, nonnunquam p, & ph in illam conuertimus, vt quum apud Græcos πύξος scribatur, apud nos buxus: & quod illi ἔμφα, nos ambo trāscribimus. ¶ At è contrario, quod illi per b scribunt, nos in ph, commutamus: vt θρίαμβος, triumphus. ¶ Conuertitur quandoque b in u, euphoniæ, vel differentiæ causa, idque in duobus tantum verbis, teste Cicerone, Aufero, pro Abfero, Aufugio, pro Abfugio. ¶ Transit etiam in f: vt, Sufficio: in c, vt Occurro: in g, vt Suggero: in m, vt Summitto: in p, vt Nubo, psi.

BAAL, βαὰλ Suidæ, ait Aug. est nomē apud Tyrios, quod datur Ioui. Nā Baal Punici videntur dicere dominū, vnde Baalsamen, quasi dominum cæli: dicūt: Samen quippe apud eos cælū appellatur. Vide in BAHAL.

BABACTES, βαβάκτης, Vnū ex nominibus Bacchi, ἀπὸ τῶ βαβάζειν, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgiis inconditos quosdam vlulatus edebant.

Babæ, βαβαί, aduerb. Græcū: pro quo nos interiectione admirantis Papæ vtimur. Plaut. Pseud. Babæ, nunc demum mihi animus in tuto est loco.

BABBA Plinio, βαββά Stephano, Africæ oppidum est, ad Atlantem montem. Huc ab Augusto colonia translata est, & à nomine auunculi Iulia campestris appellata. Plin. lib. 5. cap. 1.

BABYLON, βαβυλών, pen. cor. Vrbs nobilissima, ad Euphratem fluuium sita, olim Chaldææ totius caput, à qua magna Mesopotamię, Assyriæq; pars Babylonia appellata est: vt scribit Plin. lib. 6, cap. 26. Hanc Strabo lib. 16, à Semiramide conditam tradidit. Hebræorum verò literæ originem eius ad Nimbrod gigantem referunt: & à linguarū confusione ita nominatam volunt. Hæc postea à Nino vel Semiramide instaurata, mœnibus ac hortis pensilibus, templóq; ac arce maximè fuit admirabilis: campi planitie vndique conspicua, natura loci lætissima, cæloq; facie, mœnibus paribus per quadrum dispositis. Murorum eius vt credibilis relatu firmitas, & magnitudo: vtpote qui in latitudine cubitos quinquaginta habuerint, in altitudinem ducentos. Ambitus eius quadringentorum octoginta stadiorū fuisse traditur. Euphrate fluuio mediam eam interfluente. Murus coctili latere atque interfuso bitumine compactus. Quem tam latum fuisse quidam scribunt, vt quadrigæ sibi inuicem occurrentes, facilè pertransire possent. Vnde & inter septē spectacula orbis numeratur. Fossa extrinsecus latè patens, vice amnis circunfluit. A' fronte murorum centum portæ æreæ. Hæc vrbs quum aliquando defecisset, & Semiramis circa cultum corporis occupata esset, soluta adhuc altera crinium parte, ad eam recuperandam cucurrit: nec prius decorē capillorum redegit in ordinē, quàm vrbem in suam potestatem restitutam vidit. ¶ Est & Babylon Aegypti castellū, vt ait Strabo lib. 17, natura munitū, à Babyloniis quibusdam conditum, qui relicta patria, sedem ibi permittente Rege, sibi delegerant. Hic postea collocata fuit vna ex tribus legionibus, quæ Aegypto præfidij gratia impositæ erant. A' Ptolemæo Babylis βαβυλὶς appellatur. Non procul distat à Delta Nili insula, eam partem spectans, in qua sita est Memphis, amplissima Aegypti vrbs, quæ hodie Cayrum appellatur.

Babylonia, βαβυλωνία, Regio est maioris Asiæ, à Septentrione Mesopotamiæ partem spectans, ab Ortu Susianā, à Meridie sinus Persici parrem, & ab Occasu Arabiam desertam: ita dicta à Babylone vrbe splendidissima, quæ olim Assyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

Babylonicus, a, um, βαβυλωνικός, Possessiuum à Babylone formatum: vnde Babylonicæ vestes, & Babylonica stragula dicta sunt, quæ diuersos colores habebāt, intextos: quod genus Babylone maximè celebratū fuit, teste Plin. lib. 8. cap. 48. ¶ Eadem & Babylonica substantiuè dicuntur. Plinius loco iam citato, Metellus Scipio Babylonica tricliniaria sestertiūm octingentis millibus væniisse, in criminibus Capitonis posuit.

Babylonius, βαβυλώνιος, Gentile nomen à Babylone formatum. Cic. 2. de Diuin. Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta millia annorum in perdiscendis experiundísque pueris, quicunq; essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. Babylonius, adiectiuum. Lucan. lib. 6, Mœnia mirētur refugi Babylonia Parthi.

BABYRSA, Castellum munitissimum Atropatiæ regionis Mediæ propè Artaxata vrbem, Strabo lib. 11.

Baccæ, geminato cc, & sine aspiratione, continent intra sui nominis ambitum fructus diuersorum generum, lauri, oliuæ, corni, myrti, & aliorū huiusmodi. {τὰ ἀκρόδρυα. Ital. *Frutti minuti d'alberi come le chiocciole.* Gal. *Graine qui croist aux arbres, ou menu fruit, comme de laurier, d'olmier.* Hisp. *El fruto menudo como aζeituna.*} Differunt ab Acinis, quòd Acini densius nascantur, vt in vuis: Baccæ dispersius, & rarius. Vide Plin. lib. 15. cap. 14, & Vallam lib. 6. cap. 14. Cice. 1. Tusc. Ergo arbores ferat diligēs agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. Idem 1. de Diui. Vt agricola quum florem oleæ videt, baccam quoq; se visurum putat. ¶ Baccæ egent oleo, τὰ σταφυλὰ ἀλοίτου ἰλαδέ. De re absurda & incredibili. Neq; enim credibile est, illi opus esse oleo, vnde nascitur oleum. E' baccis autem oliuarum exprimitur oleum. ¶ Est & Bacca, Gēma candida, & baccæ more rotunda, quam & vnionem dicimus. μαργαρίτης. Virg. in Culice, -nec Indi Conchea bacca maris pretio est.

Baccifer, Ferens baccas, Plin. lib. 16. cap. 10, Ex omnibus sola baccifera. Seneca in Oedip. Hedera baccifera.

Baccula, diminutiuum, Parua bacca. Plin. lib. 25, Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, vt cappares.

Baccatus, a, um. Gemmatus, vnionibus seu margaritis ornatus. ἀβάπτιστος. Virg. 1. Aeneid. -collóque monile Baccatum.

Baccalia, Lauri species est, à baccarum fertilitate dicta. De qua vide Plin. lib. 15. cap. 30.

Baccharis, is, βάκχαρις Dioscoridi, Herba est radice odorata, folio aspero, magnitudine inter violam & verbascum, angulosо caule, quæ coronis admisceri solet. Rustici in Gallia *Dina Maria chirotheca* appellant, vt tradit Ruell. lib. 3. cap. 37.

BACCHVS, Βάκχος. Iouis ex Semele filius, putatus est deus vini, & pro ipso vino poni consueuit. Hic multinominis fuit. nam primùm Dionysus, deinde, Liber pater dictus est, & postremò Bacchus, vt Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quas βακχεύσεις, hoc est insanientes, & immodestè se gerentes, in Indiam expeditionem putans, multas secũ habuisse fertur. Idem & Osiris dicitur, & Bromius, & Lenæus. A' Græcis etiam Δίμητωρ, quòd bis natus fuisse, & duas quasi matres habuisse fingatur. Ferunt enim Semelen ex Ioue iam grauidam, quum ab amatore deo (qui sibi daturum quicquid petiisset, per Stygiam paludẽ iurauerat) Iunonis dolo hoc sibi munus rogasset, vt talis secum, qualis cum Iunone solebat, nocte vna concumberet, fulmine fuisse exustam, puerumque vtero exemptum, Iouis femori fuisse insertum: quem ille postea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris est enixus. Hic orbem ferè terrarum petagrauit: multas nationes domuit: Indos debellauit, & primus omnium triumphauit, vectus Indico elephanto, vt scribit Diodorus. Primus emere ac vẽdere instituit, & diadema regum ac triumphum inuenit. Dictus etiam Bacchus fertur, λὰπὸ τῆ βαχῆν, hoc est à vociferando & vlulando, adiecta litera κ, quo vastior ille Mænadũ sonus in ipso Dei nomine redderetur. ¶ Cicernus Bacchus Ἐριβόητος Διόνυσος. De re vehementer contempta. Sumptum adagium à potu ex leguminibus cõfecto, qui vinum imitatur. ¶ Crudelis Bacchus, ὠμηστὴς Διόνυσος. Baccho quondã vinos homines sacrificare mos erat: vnde inerudeles conuenit, siue quòd temulentia feroces reddat & immites. ¶ Nihil ad Bacchum, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Vbi quis ea nugatur quæ ad rem præsentem nihil attinent: quæ oppidò quàm elegantes dicimus ἀπροσδιόνυσα. ¶ Multi thyrsigeri, pauci Bacchi, πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι, id est, pluteis thyrsigeros paucos est cernere Bacchos. Carmen heroametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatũ est, compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Baccha, bacchę, βάκχη, μαινὰς. Bacchi sacrificula, quę & Mænas, & Thyas, & Bassaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoq; anno ad Citheronem montem cateruatim cum Thyrsis cõuenientes, vt ibi Bacchi Orgia magno cum vlulatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. Ouid. 9. Metamorph. Vtq; tuo motæ, proles Semeleia, Thyrso Ismatiæ celebrãt repetita triennia Bacchæ. Cic. Fab. lib. 7, Bacchis verò vbi est apud me locus? At pulchellæ sunt: noui optimè, & sæpe vidi. ¶ Bacchæ more, βάκχης τρόπον. De tetricis ac taciturnis dictitari solitũ, quòd essent huiusmodi Mænades illæ, Bacchico afflatæ furore: Autor Diogenianus. At Iuuenalis retulit ad vitam intemperantem. Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Bacchanal, vel Bacchanale, διόνυσον, βακχεῖον, Locus in quo Bacchi festa celebrantur. Plau. in Aulu. Ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatũ. Bacchanalia, quæ & Dionysia, διόνυσια. Bacchi festa, in quibus viri per noctẽ fœminis & teneræ ætati turpiter miscebantur per dolũ. Vnde est illud apud Iuue. Satyr. 2, Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. Hæc à multis Græciæ vrbibus triennio quoq; celebrabantur. ¶ Est autẽ hoc nomen pluralis numeri tantùm: facitq; genitiuum Bacchanalium, vel Bacchanaliorum: quod & in cæteris festorum nominibus obseruatur.

Bacchari, βακχεύειν Ital. *Imparazzare, furiare.* Gal. *Furoncer, s'ire; fol & enragé, viure dissolument.* Hisp. *Baloquecerse, embriagarse.* Proprie est Bacchantum, quæ furore quodam correptæ, magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quãquam & latius sumitur pro furere, insanire, & clamoribus, tumultúque omnia implere. Virg. 4. Aene. Sæuit inops animi, totámque insensa per vrbem Bacchatur: qualis commotis excita sacris Thyas, vbi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnúsque vocat Cithæron.

Bacchatus, partic. Virg. 10. Aen. Medias Italûm bacchata per vrbes. ¶ Legitur Bacchatus, in Passiua significatione, pro eo quod est à bacchantibus frequentatus, aut peragratus. Virg. 2. Georg. -virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Vbi Taygeta bacchata, dixit ea forma, qua alibi, Terra acti regnata Lycurgo. Sed hoc rarius.

Bacchans, antis, aliud participium. Cic. 4. in Catil. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis.

Bacchatio, onis, verbale, βάκχευσις. Cic. 3. Verr. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis. Huius verbi compositum est Debacchor.

Bacchatim, aduerbium significat, More bacchãtium. βακχικῶς. Apul. Quin igitur sotor huuc primum bacchatim discerpimus?

Baccheis, idos, βακχὶς. Denominatiuum fœmininum à Baccho formatũ. Stat. 2. Syl. Qualis si iubeas Ephyres Baccheidos altum Culmen ab Inoo fert semita tecta Lechæo.

Baccheus, a, um, per tres syllabas, quarũ penultima producitur. βακχεῖος, Possessiuum à Baccho deductum. Colu. lib. 10, -per omissa silẽtia Musis Pierij nemoris Bacchea voce frementem. Virgilius *e* diphthongũ dinidens, per quatuor syllabas extulit, lib. 1. Geotg. Quid memorandũ æquè Baccheia dona tulerunt?

Bacchicus, a, um, βακχικὸς, Possessiuum à nomine Bacchus deductũ. Ouid. 1. Trist. Deme meis hederas Bacchica serta comis.

Bacchides, pen. corr. βακχίδης, Patronymicum masculinum à Baccho formatum, quo significatur Bacchi filius vel nepos. ¶ Fuit & Bacchides nomen vnius ex satrapis Assyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio aduersus Machabæos missus, ab illis est interfectus.

Bacchium, siue Baccheum, pen. prod. βακχεῖον, Genus vasis vinarij, quo in sacrificiis Bacchi vtebantur. Quin ipsum etiam Bacchi templũ à Græcis hoc nomine appellatur.

Bacchius, substantiuũ, Genus pedis est ex tribus syllabis constans, quarũ prima breuis est, reliquæ duæ longæ. βακχεῖος: vt, Honestas. Hoc pedis genere vtebantur in carminibus sacrorum Bacchi: cui contrarius est Antibacchius, constãs ex duabus longis & vltima breui: vt, Fortuna.

BACCHIADAE, βακχιάδαι. Dicti fuerunt qui è Corintho exules in Siciliam deuenerunt, & vrbem inter Pachynum & Pelorum ædificãtes Siculi facti sunt. ¶ Hi à Bacchia Dionysij filia originem duxerunt. Strabo lib. 8. de Corintho loquens, Bacchiadæ, inquit, annis fermè cc. vrbem dominatione tenuerant, & tyranni locupletissimi, & numero plurimi, & genere clari euadẽtes, emporium ipsum adempto metu fructuosum possidere, &c. Ouid. 3. Metamorph. Et qua Bacchiadę bimari genus orta Corintho Interna æquales posuerunt mœnia portus.

Baceli, βάκελοι. Ab Augusto dicti sunt stulti, teste Suetonio, à Bacelo quodam eunucho, (vt Alciatus credit) qui corpore quidẽ procero fuit, sed adeò stolidus, vt cesserit in prouerbium, ἦσθα βακέλου βάκελος ἄλλος, id est, Bacelo similis, &, Bacelus es. In cinædos ac parum viros dictũ, sed animo stupidos.

Bactrionem, Dicebant genus vasis longioris manubrij, quod alij trullam appellant. Festus. De vsu autem huius vasis, vide infrà in dictione TRVLLA.

BACTES, βάκτης, Bacchi nomen, quemadmodum & Babactes, λὰπὸ τῆ βάζω, id est clamo, vociferor. Solent enim Baccho, hoc est vino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodã, & incondito clamore repleri.

BACTRA, orum, βάκτρα. Scythię prouincia, vltra Assyriam, à flumine Bactro cognominata. Virg. li. 2. Geor. -neq; Bactra, neq; Indi Laudibus Italiæ certent. Eius prouinciæ populi Bactri, Bactrij, & Bactriani, βάκτροι, βάκτριοι, καὶ βακτριανοὶ vocati sunt, quorũ rex fuit Zoroastres, magicę artis inuentor. Bactrianũ regnum olim mille vrbibus fuisse inclytum ferunt. ¶ Bactra item siue Bactrum (vt apud Plinium legitur lib. 6. ca. 16.) oppidũ est eiusdem regionis, Bactrianorum regum regia, & totius regni caput, ita dictũ à Bactro fluuio, quũ antea Ariaspe appellaretur. De Bactrianorũ moribus memoriæ proditum est ab Onesicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales vocãt, quibus parẽtes morbo, ætatéve confectos obiiciunt dilacerandos. Mulieres autem earum splendido cultu & vnguẽtis vti, à seruis & ancillis multo magis quàm viros colit, nec nisi equo insidentes, magnóque & auri & gemmarũ apparatu excultas, in publicum prodire: matrimonij autem castitatem nõ seruare, sed tam seruis, quàm aduenis promiscuè sese commiscere: nec à viris eo nomine accusari, quibus ipsæ dominari videntur.

BACTROS, Fluuius est in finibus Scythiæ Asiaticæ, à quo Bactra regio, & Bactrum vrbs nomen sumpsit. Luca. lib. 3, Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros Includit gelido, &c.

Baculus, li, masculini gen. Fustis, stipes, scipio: pro quo legitur & Baculũ neutri gen. ξύλον, βάκτρον, βακτηρία. Ital. *Bastone.* Gal. *Bastõ.* Hisp. *Cayado ò bordon.* Ouid. lib. 15. Met. Baculúmque tenens agreste sinistra. ¶ Absque baculo ne ingreditor, ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε. Inermis ne sis: verùm semper ad manũ sit quo depellas siquis forte quærat lędere. ¶ Viro seni maxillæ baculus, ἀνδρὶ γέροντι αἱ γνάθοι βακτηρία. Dici solitũ de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copiosiore victu cogũtur vti, quo quod senecta deterit, vtcunque farciatur cibo.

Bacillum, neutri generis diminutiuum. ξύλιον βακτήριον. Ital. *Bastoncello.* Gal. *Bastonnet, petit baston.* Hisp. *Pequeño cayado ò bordon.* Cic. lib. 2. de Fini. bo. Bacillum aliud inflexum & incurnatum, aliud ita natum. ¶ Bacillus in masculino genere in vsu non est: à quo tamen videtur manasse compositum Imbecillus, a, um, & Imbecillis, imbecille. Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

BAGVNTIVS, Pánoniæ fluuius est, in Saũ influẽs. Autor Pli. li. 3. ca. 25.

BADAS, syriæ fluuius est, Memnonis sepulchro nobilitatus. Strab. li. 15.

BADACVM, ci, βάδακον, Ciuitas est Norici, apud Ptolem. lib. 2. cap. 14. quam nonnulli putant eandem esse cum ea, quam hodie à *Saltzburgum* vocant.

Badius color, Is est quem & Phœnicem vocamus, à colore dactylorũ, quas φοίνικας vocant Græci. φοινίκεον χρῶμα. Idem & Spadiceus dicitur, & Baius: ab eo quòd termitem vnà cum fructu à palma reuulsum, Græci μάδιξ, ἐκ βαδὸς appellant. Vide Thylesij libellum de coloribus.

Badizare, βαδίζειν. Significat ire. Plautus in Asinar. Demam hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas.

BAENIS, βαῖνις. Apud Strab. lib. 3, Fluuius est Lusitaniæ, omnium eius regionis fluuiorum longè maximus, cuius fons est apud Cantabros. Alio nomine vocatur Minius.

BAETIRAE, βαιτῖραι, Vrbs Gallię Narbonẽsis. Ptol. li. 2. ca. 10. fortè *Beziers.*

BAETICA, βαιτικὴ. *Il regno de Granata.* Hispaniæ regio Australis, à Lusitania Ana fluuio discreta: ita dicta à Bæti amne, qui eam mediam perfluit. De hac Plin. lib. 3. cap. 1. & 2. Hodie bona huius regionis pars *Granata* dicitur, à grani tinctorij copia, quod Græco nomine Coccum appellamus.

BAETIS, is, βαῖτις, Fluuius est vlterioris Hispaniæ, qui ex Tarraconensis agri finibus labens, Australémq; Hispaniæ regionẽ quæ ab eo Bætica appellatur, mediâ percurrens, tandem non procul à Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur. Huius fluuij aquis lanas optimè tingi, autor est Martialis, quum ait, Bætis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingit aquis.

Bæticola, læ, pe. cor. Accola Bætis fluuij. Silius lib. 1, -& vulgus Iberum, Bæticolásque viros spatiis agitabat iniquis.

Bæticus, ca, cum, adiect. βαιτικὸς, vt Bæticus color, obscurus, qui & pullus dicitur, & Hispanus, & Natiuus. Nam in Bætica Hispaniæ regione vellera natura pulla sunt, ex quibus tenuiores sibi vestes conficiunt, quæ fidelissimè colorem suum seruant, neque facilè maculis inficiuntur.

Bæticatus, a, um, aliud adiectiuum, Pullatus. Martia. lib. 1, Et bæticatus, atque leucophæatus.

BAETVLO, βαιτύλων, Hispaniæ fluuius est in Tarraconensi tractu circa montem Iouis, non procul à Barcinone in mare influens. Hispani hodie sua lingua *Besonem* vocant. Meminit huius fluuij Pomponius Mela lib. 2. ¶ Est item Bætulon oppidi nomen in eodem tractu: quod recensetur à Plin. lib. 3. cap. 3, & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Bætylus, i, βαίτυλος, dicitur saxũ illud fasciis obuinctũ, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, vt testatur & Hesychius. Vnde locus factus prouerbio, Etiam bætylum deuorares, καὶ βαίτυλον ἂν κατεπίνατε. In voracem & omnia concoquentem.

BAGOAS, βαγώας. teste Curtio, Eunuchus fuit, ab Alexandro Magno tam piter adamatus. Hunc Orsines satrapes inter Persas nobilissimus, quũ Regis amicos omnes muneribus affecisset, solum prætertit, admonitúsque à quodam, cum regi esse charissimum, respondit, se amicos Regis, non scorta colere.

BAHAL, βαὰλ. numero singulari, inquit Hieronymus, Tyriorum Deus habebatur. Babalim pluraliter, deos siue idola significat. & est masculini

Universidad de Deusto
Biblioteca

lini generis. Vbicunque enim in fine Hebraicæ dictionis IM syllabam legimus in numero plurali, est generis masculini. Vbi autem OTH, numero plurali, generis fœminini.

BAIAE, arum, Βαΐαι. Ciuitas Campaniæ, secus Campanum mare sita, situs amœnitate, & aquarum salubritate celeberrima: ita dicta à Baio Vlyssis socio illic sepulto. In huius agro aquæ calidæ sunt, & ad voluptatem, & ad varios morbos cõmodæ. Silius, docet ille tepentes Vnde ferant nomen Baiæ, comitémque dedisse Dulichiæ puppis stagno sua nomina monstrat. Horatius lib. 1. Epistol. Nullus in orbe sinus Baiis prælucet amœnis. ¶ Hinc fit Baianus, a, um: vt sinus Baianus, qui hinc Miseno monte, illinc Puteolis clauditur. Baiana litora, & Oræ Baianæ, apud Statium.

Baiulo, as, Porto. {Βαστάζω. Ital. *Portare*. Gal. *Porter sur ſes eſpaules*. Hisp. *Leuar ò traer carga acueſtas*.} Plautus in Asinaria, Ego baiulabo, tu, vt decet dominum. ante me ito inanis. Quintilianus lib. 6. cap. 1, Ego te baiulare non possum.

Baiulus, pen. corr. Operarius, & propriè qui vecturas onerum corpore suo, victus quærendi gratia portat. {Φορτοβάστης, φορτηξ, ὁ βαστάζων. Ital. *Facchino, baſtaſo*. Gal. *Portefaix, crocheteur, gaignedenier*. Hisp. *Baſtaje ò ganapan*.} Cic. in Parad. Vtrum potius de bonis est quærendum quid baiuli atq; operarij, an quid homines doctissimi senserint? Idem 2. de Orato. Remigem aliquem, aut baiulum nobis oratorem describi?

BAIVS, Seruio, Βαῖος, vel Baias Straboni, Βαΐας. Vnus ex sociis Vlyssis fuit, à cuius nomine Baiæ appellatæ creduntur. Vide BAIAE.

Baius color, Idem est cum spadiceo, siue badio, in equis in primis laudatus, {Φοινικοῦν χρῶμα. Ital. *Baio*. Gal. *Baye, bayard*. Hisp. *Vayo*.} ita dictus est παρὰ τὸ βάλος, quo nomine Græci appellant palmæ termitem vnà cum fructu auulsum qui huius est coloris.

Balæna, æ, Vastissima maris belua, ex genere cetorũ, quam Plinius tradit in Oceano Indico ad quaternũm iugerum magnitudinem crescere. Græcis φαλαίνα dicitur, παρὰ τὸ εἰς φῦσαν ἀναλίσκ. Vnde & Latini Balænam appellarunt, φ aspirata in β mediam suam conuersa. Vide Plin. lib. 9. cap. 3. 4. 6. {Ital. *Balena peſce*. Gal. *Baleine*. Hisp. *Ballena*.}

BALANEA Plinio, Βαλάνεαι Stephano, Oppidum in confinio Syriæ & Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

BALANI SARDIANI, βάλανοι σαρδιανοί, A Græcis olim appellabantur, quas nos Castaneas dicimus. Primum enim Sardibus creduntur prouenisse: vt tradit Plin. lib. 15. cap. 23.

Balanus, ni, pen. corr. gene. fœm. βάλανος, Generale nomen est, omnia continens, quæ apud nos Glandis vocabulo comprehenduntur. Præcipuè tamen hoc nomine dactyli appellãtur, & oliuæ, & siqua sint alia, quæ nucleos intus habent. ¶ Balanus myrepsice, βάλανος μυροψική, Dioscoridi, Fructus est arbusculæ, myricæ similis, magnitudine nucis auellanæ, ex cuius cortice odoriferus liquor exprimitur, quem vocant Oleum balaninum. Sunt qui credant esse glandem eam, quam vulgò nucem muscatam vocant: quibus tamen non arbitror adhibendam fidem, quum descriptio ei non conueniat. Constat enim glandem myrepsicam ligneso intus esse osse, quod nux odorata non habet. Statius itaq; Ruellio crediderim nucem odoratam, quam nos Muscatam vocamus, veteribus fuisse incognitam. Glandem autem myrepsicam Plinius vno nomine vocat Myrobalanum, quasi dicas glandem vnguentariam. Ita enim de eo scribit lib. 12. cap. 21, Myrobalanum, Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto disterminat, commune est, nascens vnguento, vt ipso nomine apparet. Quo item indicatur, glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Fructus, magnitudine auellanæ nucis. Hactenus ille. Myrobalanum Celsus videtur accepisse pro vnguento ipso, quod ex glandis myrepsicæ commisto liquore conficitur. Ita nanque ait lib. 4. ca. 9, Fit ex vnguento & palmulis, quod Myrobalanon vocant. Ad hanc etiã significationem alluisse videtur Matt. lib. 14, Quod nec Virgilius nec carmine dixit Hometus, Hoc ex vnguẽto constat, & ex balano. Nam si de glande ipsa intelligas, non video quomodo dicat Myrobalanum constare ex balano & vnguento. ¶ Balanus etiam à Græcis vocatur extrema membri virilis pars, quam etiam Latinè Glandem vocamus. ¶ Hoc etiam nomine dicuntur, quæ à pharmacopolis vocantur *Suppoſitoria*, quæ ad subducendam aluum podici inseruntur: ita dicta, quòd figura glandis similitudinem referant.

Balanites, huius balanitæ, βαλανίτης. Gemma subuiridis, & Corinthio similis æri, secante mediam flammea vena. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Balanitis, idis, βαλανῖτις. Genus castaneæ rotundius, & maximè purgabile, & sponte prosiliens: à rotunda glandis effigie ita appellatum. Plin. lib. 15. cap. 23.

Balanatus, ta, tum, adiectiuum, Hoc est balanino oleo perfusus. Persius Satyr. 4, Tu quum maxillis balanatum gausape pectas.

Balaninus, na, num, aliud adiectiuum, Ex balano factum: vt, Balaninum oleum. Plin. lib. 23, Balaninum oleum repurgat varos. Idem lib. 13. ca. 1, Increuit deinde Mendesium, balanino resina mista.

Balare. Proprium est vocis ouis, aut hœdi. {Βληχᾶσθαι. Ital. *Belare*. Gal. *Beller*. Hisp. *Balar las ouejas ò corderos*.} Quintil. lib. 1. cap. 5, Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi indicio vetustatis niteretur. Ouid. 4. Fast. Tactáque fumanti sulphure balet ouis. Silius lib. 15, cui mille sub altis Lanigeræ balant stabulis.

Balito, as, frequentatiuum. Plautus in Bacch. Pastor harum dormit, quum ex eunt Sic à pecu balitantes.

Balatus, us, nomen. {Βλαγή, βλάγμα. Ital. *Voce di pecora ò di agnello*. Gal. *Beellement, cri de brebis*. Hisp. *El balido de ouejas ò corderos*.} Plinius, Gustatum à pecore, capriſque balatum concitat.

Balarrones, inquit Festus, & Blateas, antiqui appellabant, bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis raditur. ¶ Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretij videtur accepisse Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5, quum inquit. Videbo iam vos balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra. ¶ Dicti autem putantur Balatrones à balatu & vaniloquentia, vt annotauit Porphyrion in illud Horatij 1. Ser. Satyr. 1, Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne Mœstum, ac solicitum est cantoris morte Tigelli.

Balaustium, {Βαλαύστιον. Ital. *Fior di pomo granato*. Gal. *La fleur d'vn grenadier*. Hisp. *Flor del granado*.} Flos mali punici, vtilis non modò medicinis, sed etiam tingendis vestibus, quas sibi concolores facit. Propriè autẽ hoc nomine appellatur sylvestris punicæ flos: nam sativæ Cyprius dicitur. Balaustinus, a, um, pen. corr. vt Balaustinus color, à floris huius similitudine dictus.

Balbus, Qui vitio linguæ non bene potest exprimere verba, & obscurè loquitur. {Ψελλός. Ital. *Balbo*. Gal. *Begue*. Hisp. *Tartamudo*.} Persius Satyr. 1, Rancidulum quiddã balba de nare loquutus. Cic. 1. de Orat. Quũmq; ita balbus esset, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, &c.

Balbè, aduerbium, Obscurè, imperfectè, blæsè. Nonius ex Varrone.

Balbutio, tis, Imperfectè loquor, quadam linguæ hæsitatione & confusione trepido. {Ψελλίζω, ψελλὰ ῥήματα. Ital. *Balbettare*. Gal. *Begueyer, parler mal & indiſtinctement*. Hisp. *Tartamudar*.} Horat. in Serm. Balbutit Scaurũ prauis fultum malè talis. Cic. 5. Tusc. Me quidem autore etiam Peripatetici, veterésque Academici balbutire desinant aliquando.

Balbucinari, significat lingua balba loqui, sicut senes, ψελλίζ, ψελλίζ.

BALDRACA, Puella generis obscuri, peregrinæque conditionis, quæ quannis multarum rerum ob paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni imperatori, quãuis multa promittenti, vt scribit Volaterranus.

BALEARES, {Βαλεαρίδες. Vulgò *Maiorica & Minorica*.} Duæ insulæ ante Hispaniam, 30000 passuum interuallo à se inuicem distantes, quarum maior, quæ Orientem spectat, 100000 passuum longitudinè habet, circuitum autem passuum 480000: cuius præcipua oppida olim fuerunt Palma, & Pollentia. Alterius in 60000 tantùm passuum longitudo extenditur: circuitus autem in passuum 150000. ¶ Dictæ Baleares, (vt quidam volũt) à Baleo quodam Herculis comite ibi relicto. Aut certè ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc est à iaculando, propterea quòd fundæ iaculatione Balearum peritissimi habiti sunt. Tradit enim Lycophron, & post eum Florus lib. 3. cap. 8, eam hisce in insulis obseruatam fuisse consuetudinem, vt esurientibus filiis à matribus ientaculum in sublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, nisi prius funda deiecissent. A Græcis dicti sunt γυμνήσιοι, eo quòd nudi aliquãdiu vitam egisse dicantur, nec vestibus vtentes, nec calceis. In hisce insulis tantus olim cuniculorum prouentus fuit, teste Plin. lib. 8. cap. 52, vt in eos præsidia militare ab Augusto petere fuit coacti. Hodie ab Hispanis, quorũ imperio parent, Maiorica, & Minorica appellantur. ¶ Baleares etiam dicuntur incolæ harum insularum. ¶ Inde fit possessiuum Balearis, & are. Virg. lib. 1. Georg. Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

Balearicus, ca, cum: vt, Balearica funda. Ouid. 2. Metam. Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit: volat illud, & incandescit eundo. ¶ Balearica vina. Plin. lib. 14. cap. 7, Balearica vina ex insulis, conferuntur Italiæ primis. Balearicæ cochleæ, quæ herbis non viuunt, sed vuæ modo inter se cohærent, à terræ cauis non prorepentes: vnde & cauaticæ à Balearibus appellantur. Autor Plin. lib. 8. cap. 39.

BALIARDVS, Philosophus quidam Gallicus ac Peripateticus, Parisiis prodiit vir doctissimus, ab orthodoxis tamen in quibusdam aberrans, à quibus nec per synodum iussu regis Ludouici huius gratia coactam quelli potuit, sed in quodam loco deserto, cum sociis nonnullis omne æuum abstinendo exegit. Volat. lib. 22.

BALIAS, siue Balius, (nam & in Græcis quibusdam codicibus βαλίας legitur, in aliis βάλιος,) Vnus fuit ex equis Achillis, à Balio colore ita dictus. Commemorat autem Homer. lib. 16. Iliad. tres Achillis equos, quorum duos Baliam & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro vẽto, & Podarge Harpyia prognatos: tertium autem mortalem, nomine Pedasum.

BALESIVM, autore Plinio, Apuliæ oppidum est maritimum, non procul à Brundusio. Plin. lib. 3. cap. 11.

BALIENVS, Auunculus Catilinæ, Lucretium Asellã, consulatum contra voluntatem Syllæ ad perturbandum ciuitatis statum petentem, occidit iussu Syllæ tunc Dictatoris, accusatus postea, ac damnatus. Pædianus.

BALIMENSES, Populi in Latio, qui aliàs Trebulani dicuntur. Plinius lib. 3. cap. 5.

Balinæum, {Βαλανεῖον. Ital. *Bagno*. Gal. *Baing ou eſtuues*. Hisp. *Baño*.} & Balineæ, arum. Idem quod Balneum & Balneæ, arum. Cice. Atti. lib. 2, Balineum calefieri iubebo. Plaut. Pœnu. Nũmnam ita balineis circũductus pallio? Plin. Epist. 3, Quid balineum illud, quod plurimus sol implet & circumit? Dictum autem putatur Balineum, λὸ ἀπὸ τῶν βαλάνων, hoc est à glandibus, quæ in balneis succendi solent. Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquissimos, cortices verò earum igni alimenta præbuisse.

Balius color, {Βαλία χροιά. Ital *Baio*. Gal. *Bay, bayard*. Hisp. *Vayo*.} In equis laudatissimus est, à quo Homerus vnum ex equis Achillis Balium, siue Baliam appellauit. Nonnulli varium interpretantur, maculisque multis distinctum. Thylesius autem in libello de coloribus, eundem esse existimat cum eo qui & Spadiceus, & Baius, & Badius, & Phœniceus appellatur.

Ballaria, æ, A Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λυχνὶς στεφανωματικὴ, hoc est Lychnis coronaria, & à Gallorum vulgo *Candelaria* dicitur. Vide Ruel. lib. 3. cap. 57.

Ballista, gemino ll, à βάλλω, Iacio: Machina est qua saxa torquentur, vel sagittæ. De saxa iaciente (quæ & maior ballista appellari potest,) Valer. Maxi. lib. 1, Quum telorum iactu perforari nequiret (intelligit serpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad vltimum ballistarum tormentis vndique petitam, silicum crebris & pondetosis verberibus procubuisse, &c. Et siue trabs, quæ versilis appellatur, fuerit, siue alterius generis, modò saxa maiora & grauiora iaciat, hoc nomine intelligitur. ¶ De sagittas iaciente (quæ & minor) Lucan. lib. 2, Tortáque per tenebras validis ballista lacertis Multifidas iaculata faces. Et D. Hieronymus contra Iouin Ballista quanto plus retrahitur, tanto fortius emittitur. Hanc Græci βάλιστρα. Ital. *Baleſtra*. Gal. *Arbaleſte, inſtrument de guerre à jetter pierres ou autres choſes*. Hispa. *Trabuco ò ingeño, balleſta*.} dicunt, quam & Phœnicas inuenisse Plinius tradit lib. 7. cap. 56, aliis Saturnum à Ioue pulsum & in Græciam profugũ ballistarum vsum docuisse scribentibus.

Ballista

Balliſtarium, Locus vbi ſita eſt balliſta. Plautus, Intenta eſt balliſta probè, quam ego haud multò pòſt emittam è balliſtario. Vbi etiam Balliſtam accipere videtur pro telo.

Ballote, βαλλώτη. Ital. *Marrubio nero.* Gal. *Marrubium noir.* Hiſp. *Marrubio negro.* ¶ Herba eſt marrubio ſimilis, quæ & Melãpraſion à Græcis appellatur. Officinæ Marrubiaſtrum vocant, aut Marrubium nigrum. Vide Dioſc. lib. 3. Plin. lib. 27. cap. 8. & Ruelli. lib. 3. cap. 58.

Balluca, æ. Vide BALVX.

Balneum, βαλανεῖον. Ital. *Bagno.* Gal. *Baing ou eſtuues.* Hiſp. *Baño.* & in plurali numero Balneæ, arum, vel Balnea, orum. Loca ſunt publica vel priuata, in quibus aut ſanitatis, aut abſtergendarum ſordium cauſa lauamur. Cicero Terentiæ vxori, Labrum ſi in balneo non eſt, fac vt ſit. Idẽ Arrio, Balneum calefieri iubebo. Idem pro Sext. Roſcio. Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roſcius. Illud autem ferè obſeruatur à ſcriptoribus: vt Balneæ, vel Balnea in plurali numero de publicis tantùm dicantur: Balneum in ſingulari, locus in domo noſtra, vbi priuatim lauamur. Ratio huius diuerſitatis videtur, quòd in publicis balneis plura ad lauandum fuerint loca. Habebant enim mulieres lauationes ſuas à viris ſeparatas. Erant præterea in balneis tria veluti cœnacula, (niſi regiones malis appellare) quorum ſummum plenum erat aëris calidi, qualia hodie ſunt Germanorum hypocauſta: hæc balneorũ pars Laconicum vocabatur. In medio cœnaculo erant aquæ calidæ: in imo, frigidæ. Ex his facilè oſtendi poteſt quid ſit diſcriminis inter Balneas, & Thermas. Balnea enim, tantùm dicuntur in quibus lauamur. Vnde ſumma illa balneorum pars, quam Laconicum vocari diximus, & cryptæ quædam ſiccæ in litore Baiano calidi aëris plenæ, balneorum appellatione non veniunt, quæ tamen Thermæ aptè dici poſſunt. Thermæ enim dicuntur quæcunque loca calida, ſiue illa ſicca ſint, ſiue calidis lotionibus accommodata. Frigidum itaque balneũ ſub Thermarum appellationem non venit. Nam θέρμη calorem ſignificat. Valla in Raudenſem huiuſmodi ponit differentiam, vt Thermæ dicantur quæ natura calidæ ſunt, Balnea etiam quæ calefiunt igni. Quod non omnino verum eſſe conſtat multis tum Martialis, tum aliorum teſtimoniis, qui Neronis & Titi balnea Thermas vocant, quæ certè igni calefiebant. Vnde autem dicatur Balneum, vide ſuprà in dictione BALINEVM. ¶ Teneri calidis balneis, ἁπαλοὶ θερμολουτίαις: In molles & luxu diffluentes dicebatur. nam antiquitus calida balnea deliciarum nomine taxata fuiſſe vel Hometus teſtis eſt, Odyſſ. 8, inter voluptariæ vitæ delicias ea commemorans. ¶ Herculana balnea, Ἡράκλεια λουτρά. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Ariſtoph. in Nebulis. ¶ Quid cani & balneo? πρὸς κύνα καὶ βαλανεῖον; Quadrabit in eos qui ad rem quampiam prorſus ſunt inutiles: ita vt in balneo nullus eſt omnium canum vſus. Hoc Adagio vtitur Lucianus aduerſus inerudituin, & in Parãſito.

Balneolum, diminutiuum eſt. Iuuen. Sary. 7, -quum iam noti celebréſque poëtæ Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos Tentarent.

Balneatia, orum, Ea pars villæ, ſiue ædium, in qua balneæ ſunt, & nõnunquam etiam ipſum balneum. τὰ λουτρὰ, τὰ βαλανεῖα. Ital. *Luoco da bagni ò ſtuffe.* Gal. *Le lieu ou la maiſon ou ſont les baings & eſtuues.* Hiſp. *El lugar donde ay baños.* Cic. ad Qu. Fratr. li. 3, Sed tamen nihil ei reſtabat præter balneatia, & ambulationem, & aleatium. Ibidem: In balneariis, aſſa in alterum apodyterij angulum promoui. Columel. lib. 1. cap. 6, Balneatia, Occidenti æſtiuo obuertantur, vt ſint poſt meridiem, & vſque in veſperum illuſtria.

Balnearius, a, um, ſiue Balnearis, re, Quod ad balneũ pertinet. βαλανικός. Ital. *Coſa pertinente à bagni ò ſtuffe.* Gal. *Eſtant du baing, ou eſtuues.* Hiſp. *Coſa del baño.* vt, Veſtis balnearis, Seruus balnearius, Item Balneatia inſtrumenta, cuiuſmodi ſunt ſtrigiles, ampulla olearia, linteа. Pro quibus etiam Balneatia abſolutè dixit Apul. lib. 3, Milonem iuſſit cum balneatibus aſſequi.

Balneator, βαλανεύς. Ital. *Maeſtro de bagno, ſtuffaro.* Gal. *Maiſtre des baings ou eſtuues.* Hiſp. *El bañador.* Qui curam habet balnearum. Cic. pro Cęl. Familiaris facta erat balneatori. Plaut. Truc. Omnes amatores balneatores ſient. ¶ Huius fœmininum eſt Balneatrix, βαλανεῖς, Mulier cui balnei curandi cura incumbit.

Balneatorius, a, um. ¶ Balneator, βαλανεύς. Id nominis vulgato conuitio dicebatur in hominem alienarũ rerũ plus ſatis curioſum. Propterea q̃ huiuſmodi genus hominũ, quoniã in otio viuit, neq; ſuis negotiis diſtinetur, aliena curare cõſueuit. Quod ad balneũ pertinet. βαλανεύσιμος. Marcianus Iureconſ. Inſtrumẽto balneatorio legato balneatores continentur, quoniam ſine his balneæ vſum ſuũ præbere non poſſunt.

BALSA, βάλσα. A' Plin. lib. 5. cap. item 5, numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. ¶ Eſt etiam hoc nomine vrbs Luſitaniæ, non procul à Sacro promontorio, & Anæ fluuij oſtiis, quæ vulgò nunc *Tauila* dici creditur. Commemoratur à Plin. lib. 4. cap. 22, & Ptolem. lib. 2. cap. 5.

Balſamum, neutri generis, βάλσαμον. Ital. & Hiſp. *Balſamo.* Gal. *Baume.* Arbuſcula vni terrarum Indææ quondam conceſſa, viti ſimilior quàm myrto. Virg. 2. Georg. Quid tibi odorato referam ſudantia ligno Balſamaque, & baccas ſemper frondentis acanthi? Seritur malleolis, vt vitis, & colles implet vinearum modo, ſuſtinens ſeſe ſine adminiculis. Intra tertium annum eſt fructifera: proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Præfertur omnibus odoribus. Inciditur vitro, lapide, oſſeiſve cultellis, & ſuccum emittit eximiæ ſuauitatis, quem Opobalſamum dicunt. Nam ὀπὸς Græcis ſuccus eſt. Summa Opobalſami probatio eſt, vt lac coagulet, & in veſte maculas non faciat. Lignum quoq; eius in pretio eſt, Xylobalſamum appellatum, quod officinæ vnguentariorũ pro ſucco ſubſtituebãt. Carpobalſamum, fructus balſami: καρπὸς enim Latinè fructus. Vide Plin. lib. 12. cap. 25.

Balſamelæon, βαλσαμέλαιον. Succus eſt oleo perſimilis, qui ineunte autumno, ex imis balſami fruticis partibus ſcarificatis profluit: vt poſt Actium refert Ruell. lib. 1. cap. 35.

Balſaminus, na, num, adiectiuum pen. corr. vt, Balſaminum oleum. βαλσάμινον. Plin. lib. 23. cap. 13, Balſaminum longè pretioſiſſimum omnium, vt in vnguentis diximus, contra omnes ſerpentes efficax.

Balteus, & Balteum in ſingulari, in plurali neutrum tantum. ζωστὴρ. Ital. *Correggia, cinta da ſpada.* Gal. *Baudrier.* Hiſp. *Vanda de Caualliero.* Militare cingulum, vel zona bullis ornata. Virg. 12. Aen. -infœlix humero quo apparuit alto Balteus. Varro, Qui gladiatores balteũ cingulũ è corio habebant. Liu. lib. 9, Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant.

BALTIA, Inſula eſt in mari Germanico, quæ mari Baltico nomen dedit. Meminit huius inſulæ Plin. lib. 4. cap. 13.

Balux, lucis, Minutior auri particula ab Hiſpanis dicitur, cuiuſmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inueniuntur, nullãq; opus habẽtes coctione. A' Græcis χρύσκονις, quaſi aurea arena dicitur. Hiſpani, *Oro de lauar na agoa* vocant. Plin. lib. 33. cap. 4, Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniuntur ita maſſæ. Necnon in puteis etiam denas excedentes libras. Palaeras Hiſpani, alij Palacranas: idẽ, quod minutum eſt, Balucem vocant.

Bambacion, βαμβάκιον, βάμβακος, καὶ βαμβάκη Suidæ, Lanæ genus candidiſſimum, in exiguo naſcens frutice, quem nonnulli Goſſipion, plures Xylon appellant, teſte Plin. lib. 19. ca. 1. Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non diſſimilem, quæ dehiſcens velut inculcatum lanæ glomus detegit, ex qua deinde veſtes fiunt, quæ à nonnullis Bambacinæ appellantur, è peritioribus Xyliuæ, vel Goſſipinæ. Vulgus *Cotonum* vocat, à ſimilitudine fortaſſe illius lanuginis, quæ fœtis in malo cotoneo gignitur. Vide Ruel. lib. 2. cap. 150.

Bamballo, vocabulum eſt ignominioſæ appellationis. Cic. Philip. 3.

BAMBORVM, Flumen Mauritaniæ crocodilis & hippopotamis refertum, vt ſcribit Plin. lib. 5. cap. 1.

BANBYCE, βαμβύκη, Straboni Meſopotamiæ ciuitas eſt, ſiue (vt Plinio placet) Syriæ Cœles, in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis, hoc eſt ſacra ciuitas appellatur, & Edeſſa. Vide latius in dictione EDESSA.

BANASA, Apud Plin. lib. 5. cap. 1, Romanorum colonia eſt in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

Banauſus, βάναυσος. Ital. *Mecanico, artigiano, artiere.* Gal. *Mecanique, artiſan.* Hiſp. *Suzio, Hazedor de alguna arte ò obra.* Propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quique opera ſua igni cõficit. βάυος enim Peloponneſius caminus eſt, & αὔω, incendere. Per tranſlationem tamen latius ſumitur ad viliores omnes operas, quæ manum opificio victum quæriteant. Id quod & Hieronymus annotauit lib. 1. aduerſus Pelagium. Ariſtot. in Polit. inter ſeruum & banauſum hoc vnum intereſſe ait, quòd ille natura ſeruit, Banauſus mercede.

Banchus, βάγχος. Piſcis marini genus, quẽ & Myxona vocari autor eſt Plin. lib. 32. cap. 7. ¶ Eſt & Banchus inter mugiles minimus, quem Ariſtoteles Chelonem vocat.

BANVRRI, Getuli ſunt, incolæ Tingitanæ prouinciæ, vt ſcribit Plin. lib. 5. cap. 2.

Baphia, pennl. prod. βαφεῖα. Ital. *Tintoria.* Gal. *Teinturerie, le lieu ou on teind.* Hiſp. *Tintorería, lugar de tintores.* Dicuntur loca tincturæ, in quibus tinguntur panni: nos Tinctoria dicimus. Lampridius in Alexand. ſcribit Probum fuiſſe baphiis præpoſitum. βαφὴ enim tinctura dicitur: vnde Dibapha, bis tincta.

BAPTAE, βάπται. Athenis erant ſacerdotes Cotyttûs, impudicitiæ deæ, cui nocturna ſacra peragebant, ſaltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicti autem ſunt Baptæ, ἀπὸ τοῦ βάπτειν, quòd qui ſacris illis initiabantur, aqua calida tingerẽtur. Iuue. 2. Sat. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotyttо. In hos Eupolis Comœdiã conſcripſit, quam ab illorũ nomine Baptas appellauit, in qua mollitiem eorũ & libidinẽ depinxit. Quam ob cauſam ab illis in mare præcipitatus eſt, & ſubmerſus. Vide plura de his apud Suidam, & Politianum Miſcellaneorum ca. 10.

Baptes, βάπτης. Gẽma eſt mollis, ſed præſtantiſſimi odoris. Plin. li. 37. ca. 10.

Baptiſmus, & Baptiſmum, βαπτισμός, & Baptiſma atis, βάπτισμα, Latinè immerſio vel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. Ital. *Battesimo.* Gal. *Baptesme.* Hiſp. *Baptiſmo.* Gregorius, βάπτισμα Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo Spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Primùm enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipſa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.

Baptiſterium, βαπτιστήριον. Ital. *Lauatoio.* Gal. *Cuue, ou autre grand vaiſſeau dans lequel on ſe laue, lauoir.* Hiſp. *Lauador, lugar do ſe lauan.* Eſt veluti lacus quidam, ex ligno aut lapide ædificatus, in quo lauandi gratia mergi ſolent. Hoc in cellis, id eſt in locis ſecretioribus ſolet conſtitui: quarum aliæ Caldariæ ſunt, in quibus calida lauamur: aliæ Frigidariæ, in quibus lauamur frigida: aliæ Tepidariæ, in quibus tepida aqua abluimur. Plin. Iun. ad Apollinarem, Cella frigidaria, in qua baptiſterij amplum, atque opacum.

BARACVM, βάρακον. Oppidum Africę in tractu Cyrenaico, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. item 5.

BARACVRA, βαρακούρα. Emporium Indiæ extra Gangem, autore Ptole. lib. 7. cap. 2, hodie *Bangella* ciuitas fœcundiſſima, & regnũ latiſſimum.

BARAGASA, Aethiopiæ oppidum, de quo Plin. lib. 6, ca. 29. Aliqui vnum Aethiopiæ oppidum vltrà ponunt in litore, Baragaſa.

BARAMALACVM, Nabathæorum oppidũ non ſpernendum in ea parte Arabiæ, quæ eſt contermina Syriæ, vt autor eſt Plin. lib. 6. cap. 28.

BARATHRVM, βάραθρον. Ital. *Abiſſo, profundità.* Gal. *Abiſme, gouffre, lieu profond & dangereux.* Hiſp. *Lugar ſin hondon.* Locus Athenis fuit immenſę profunditatis, in imo mollis & cœnoſus, quem noxios, & damnatos detrudebant. Hinc factum eſt, vt loca omnia profunda, vnde quis emergere non poſſit, ab illius ſimilitudine Barathra dicãtur: cuiuſmodi apud inferos Tartarum fingunt Poëtæ, qui Bis patet in præceps tantùm, tenditque ſub vmbras Quantus ad ætherium cæli ſuſpectus Olympum. ¶ Hoc etiam nomine appellãtur terræ cauitates, quæ fluuios hauriunt, aliis in locis rurſus emerſuros. Tranſfertur quoque ad alia. Martialis Barathrum fœmineum, pro locis muliebribus dixit. Idẽ ſtomachi imum hiatum Barathrum appellauit, quum ait, Extremo ructue ſi venit à barathro. Horatius de Lurcone quodam loquens lib. 1. Epiſtol. 16, vſurpat pro inglauie & voragine. Apud Demoſthenem ponitur pro pernicie, vt annotauit Harpocration.

Barba, Vtroque numero, nõ ſolùm hominum, ſed & brutorum quadrupedum eſt. γένειον. Ital. & Hiſp. *Barba.* Gal. *Barbe.* Plautus Bacchi. Cano capite, atque alba barba. Virgil. 1. Aeneid. Squallentem barbam, & contre

Universidad de Deusto
Biblioteca

concretos sanguine crines. Horat. lib. 1. Serm. Vtque lapi barbam vatiæ cum dente colubræ Plin. lib. 28. Afferunt & magi sua commenta: primum omnium, rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari. Silius numero plurali etiam de homine dici posse ostendit lib. 15. Indociles unc propexis in pectora barbis Verrere humam. Huius nominis composita possunt declinari secundum tertiam & secundam declinationem: vt Imberbis, & hoc imberbe: & Imberbus, a, um, quod est sine barba. ¶ Ante barbã doces senes, πρὸ τῶν γερόντων διδάσκεις τὸν νέον. Quum imberbis maiorem natu docet. Est autem figura prouerbialis, quod ait Persius Ante pilos. ¶ Barba non facit Philosophum, οὐ φιλοσόφου τὸ πώγωνα τοῦ φιλοσόφου ποιεῖν. Plutarc. Conuenit in eos qui barba palliógi philosophos se profitentur, quum cætera cultui non respondeant. ¶ Πρεσβύτου πώγων. De prælonga barba dicebatur. Aristophanes in concionatricibus. ¶ Barba tenus sapientes, Κατὰ πώγωνα σοφοὶ ἦσαν, Κατὰ πώγωνα σοφισταὶ ἦσαν, Κατὰ πώγωνα φιλόσοφοι. id est, Barba tenus sapientes & sophistæ & philosophi. Vsurpatur apud Plutarchum. Huc alluſit Horatius quum ait, -tollit sapientem pascere barbam. ¶ Barbam vellere, τὸν πώγωνα τίλλειν. Sumptum à gestu, quo summum contemptum ac ludibrium significamus.

Barbula, læ, diminutiuum. ξ πωγωνάριον. Ital. *Piccola barba.* Gal. *Barbette, petite barbe.* Hisp. *Pequeña barua.* ξ Cicero pro Cælio, Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbaris illis: non hac barbula, qua ista delectatur, sed, &c.

Barbatus, Dicitur qui barbã habet. ξ γενήσιον. Ital. *Barbuto.* Gal. *Barbu.* Hisp. *Barbado, con barba.* ξ Vnde illud, Si promissa facit prudentem barba, quid obstat Barbatus possit quin caper esse Plato? Cic. 1. de Natu. deorum. Isto enim modo dicere licebit. Iouem semper barbatum. Barbati pro uerbiali ioco apud Romanos dici consueuerunt, homines priscis ac simplicibus moribus, rusticanæque veritatis: quòd illic sero receptum sit barbam radere aut tondere. Plin. lib. 8. cap. 59. Cice. 4. de Finib.

Barbatulus, diminutiuum: vt Barbatuli iuuenes, & Mulli barbatuli. νεογένειοι. Cic. in Parad. Barbatulos mullos exceptare de piscinis. Idem ad Attic. lib. 1. Concursabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ.

Barbiger, ra, rum, adiectiuum, Qui barbã gerit. ξ πωγωνοφόρος. Ital. *Chi porta barba.* Gal. *Qui porte barbe.* Hisp. *Cosa que tiene ò trae barba.* ξ vt Barbigeræ pecudes. Lucret. lib. 5, Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta Barbigeras pecudes: hominiq; quæ est acre venenum.

Barbitium. Ponitur pro barba. Apuleius, Hircino barbitio Philosophum mentiebatur.

BARBARIVM, βαρβάριον, apud Strabo. lib. 3, Promontorium est Lusitaniæ, inter Tagi & Chalybis ostia.

Barbarolexis, βαρβαρολεξία. Figura, quia dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiscemus orationi: vt Gaza & Magalia, apud Virgilium.

Barbari, ξ βάρβαροι. Ital. *Rozzi nel parlare, mal costumati di lingua & prouincia estima.* Gal. *Barbares, qui ne sont point de nostre langue, estrangers, rustiques, mansaniers.* Hisp. *Peregrinos en lengua y costumbres.* ξ Factitio nomine, inquit Strabo lib. 14, dicti sunt ab initio, qui difficulter, asperè, atque duriter loquebantur, quasi dotiloqui, & crassilingues: quemadmodum blæsi atq; balbi dicuntur, qui lingua impediti sunt. Dicti Barbari à βάρβαρ absona voce, in quam peregrini homines Athenas aduentantes, quum primùm Græcè loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui crassè loquuntur, Barbati dicuntur: quales olim habiti sunt omnes gentes, præter Græcos. Vnde Plautus Nœuium Poëtam Latinum, Barbarum dixit. Nunc etiam ab hoc nomine exempti sunt Latini, quòd hi initiorem linguam habeant ac magis cultam. Quinetiam inter hos, si quis non rectè proferat, barbarè loqui dicitur. In summa, Barbari dicuntur illiterati, malis moribus, feri, crudeles. Cic. pro Fonteio, Immanis, ac barbara consuetudo hominum immolandorum. ¶ Barbarus ex trinio, βάρβαρος ἐκ τριῶν. In hominem dicebatur extremæ humilitatis ac prorsum nullius pretij: perinde quasi dicas, extremum ac vilem seruulum alicunde è triuiis emptum non dono datum aut domi natum. Lucianus.

Barbarè, aduerbium, βαρβαρικῶς, βαρβαρικῶς. vt, Barbarè loqui. Cic. 2. Tusc. Vt enim si Grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur.

Barbaricus, a, um, pen. cor. βάρβαρος. Eiusdem significationis est cum Barbarus, hoc est ferus, & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Virgilius Barbaricum aurum dixit, pro multo, aut ex Barbaria aduecto, Aen. 2, Barbarico postes auro, spoliisque superbi Procubuere. ¶ Barbarica pauimenta, quæ & Subtegulanea dicebantur, ex testis tusis, tudere, & calce constantia, & fistucis pauita: de quibus Plin. lib. 36. cap. 25. ¶ Cœnum barbaricum, βόρβορος βαρβαρικός, pro vehementi stupore mentis apud Plato. de Rep. lib. 6.

Barbaricum, neutri generis. Clamor exercitus dicitur: quòd eo vociferandi genere Barbari vtantur. Festus.

Barbaricarij, Textores artificésque barbaricæ vestis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Aliter Phrigiones dicuntur. Alciatus.

BARBARIA, pen. cor. βαρβαρία. Barbarorum regio, & gens fera. Cice. 3. in Catil. Quale bellum nulla vnquam Barbaria cum sua gente gessit.

Barbaries, ξ βαρβαρότης. Ital. *Barbaria, inciuilità, crudeltà.* Gal. *Barbarie, inciuilité, cruauté, inhumanité.* Hisp. *Barbarie, fiereza, crueldad.* ξ Ad imitationem pertinet, & significat inciuilitatem feritatémque. Cic. pro Corn. Balbo, Inueteratam quandam barbatiem ex Gaditanorum moribus disciplináque deleuit. ¶ Accipitur etiam pro ipsis barbaris. Idem 1. de Natura deorum, Aegyptij, & Syri, & ferè cuncta barbaries. ¶ Item pro vitioso, & inquinato sermone. Idem de clar. Orat. Sed omnes tum ferè, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Barbarismus, βαρβαρισμός. Est contra Romani sermonis legem, aut scripta, aut pronuntiata vitiosè dictio. Fitque duobus modis, scripto & pronuntiatione: & hoc quadrifariam, adiectione, detractione, mutatione, transpositione, literæ, syllabæ, téporis. Adiectione literæ, vt Reliquias Danaûm, pro reli quias: syllabæ, vt Mauors pro Mars: temporis, vt Italiam fato profugus, vbi prima syllaba quum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, vt Argyripa, pro Argyrippa, apud Virgil. 11. Aen. syllabæ, vt Salmẽtum, pro Salsamentum: temporis, vt, Fertere Leucaten, auróque effulgere fluctus. Mutatione literæ, fit barbarismus, vt Olli pro illi: syllabæ, vt Pernucies, pro pernicies: tempore, vt Vnius ob noxã. Transpositione literæ, vt Tymbre, pro Tymber: temporis, vt dominus penultima producta.

BARBESYLA. Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conuentu Gaditano: & fluuius, qui vrbi nomen fecit: Vide Plin. lib. 3. cap. 1.

Barbitos, βαρβίτος, penul. cor. gene. masc. Instrumentum musicum quod pulsatur plectro vel calamo. Horat. lib. 1. Carm. ode 32. Age dic Latinum barbite carmen, Lesbio primum modulate ciui. Fœminino autem genere vsus est Ouid. in Epistol. Sapphûs ad Phaonem, Nec facit ad lachrymas barbitos vlla meas. ¶ Dicimus etiam Barbiton in neutro genere. Ausonius in Philomusum, Hoc genere & chordas & plectra & barbita conde.

BARCE, βάρκη. Vna est ex quinque Libyæ Cyrenaicæ vrbibus, quæ Pentapolim efficiunt: ita primùm dicta à Barce regina: postea Ptolemais appellata: vt testantur Strabo lib. vlt. & Plin. 5. cap. item 5.

Barcæi, βαρκαῖοι. Regionis huius incolæ. Virg. 4. Aen. Hinc deserta siti regio, lateéque furentes Barcæi. ¶ Est item Barcæ promontorium in occidua Africæ parte, Oceano imminens: cuius meminit. Plin. lib. 5. ca. 1.

BARCENIS, Sylua est Germaniæ, Suenos à Cheruscis diuidens. Volaterranus credit eam esse, quæ hodie Sylua nigra vocatur, non procul ab agro Badensi.

BARCHA, Cognomen fuit nobilissimæ apud Carthaginienses familiæ, ex qua fuerunt Annibal & pater eius Amilcar. ¶ Inde Barchina factio est, quæ Barcharum potentiæ fauebat, & eorum in gerendo bello autoritatem sequebatur. Frequens eorum mentio est apud Liuium lib. 2. bell. Punic.

BARCINO, pen. cor. βαρκίνων Ptolemæo, Vrbs est apud Hispanos, totius tractus Tarraconensis celeberrima, quæ vulgò *Barcelona* dicitur. Ausonius ad Paulinum, Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.

BARDERATE, Vrbs est Galliæ Togatæ ad Apenninum. Auror Plinius lib. 3. cap. 5.

BARDESANES, Βαρδησάνης, Nomen proprium historici Babylonij, qui in duo dogmata Indos gymnosophistas diuidit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samaneos: qui tantæ continentiæ sunt, vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluuium, vel publico orizæ & faminæ alantur cibo: & quum Rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum cælestium, omnium Chaldæorum excellétissima fuit. Cuius mentionem facit Euseb. lib. 6. Præparat. Euang.

Bardocucullus, Genus vestis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare soliti erant imbrium tempore in castris milites, & in agris rustici. Martial. Gallia Santonio vestit te bardocucullo, Cercopithecorum penula nuper erat. ¶ Sunt qui dicant Bardocucullũ esse tegmen capitis villosum, cuius vsus translatus sit à populis Galliæ, qui dicuntur Bardi.

Bardus, Stultus, à tarditate ingenij. ξ βλαξ. Ital. *Stolto, pazzo, grosso.* Gal. *Morne, lourdaut, estourdi.* Hisp. *Grossero, sonso, que poco sabe.* ξ Cice. pro Cecin. Nimis audacem, nimisque bardum. Idem de Fato, Stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd iugula concanata non haberet. Bardi etiam apud Gallos vates erant, aut philosophi, qui virorum fortium laudes decantabant: de quibus Lucanus, Plutima securi fudistis carmina Bardi.

BAREA, Oppidum est Hispaniæ citerioris, Bæticæ tamen adscriptum, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

BARGENI, Populi sunt Africæ, ex Troglodytis, vt scribit Plin. lib. 6. cap. 29, in descriptione sinus Maris rubri. Troglodytici, & Aethiopici.

BARGVS, Thraciæ fluuius est in Hebrum cadens. Plin. lib. 4. cap. 11. Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus.

BARGYLIA, orum, βάργυλλα vel. Stephano, Oppidũ est Cariæ, ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegasi ictu interiit. ¶ Vnde Bargyllitici campi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

BARGYLVS, Mons Syriæ, in confinio Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Baris, βᾶρις, Apud Aegyptios dicebatur cymba, qua cadauera vectabant ad sepulturam. Propert. lib. 3, Baridos & contis rostra Liburna sequi. ¶ Est item Baris Pamphyliæ oppidũ, in præfectura Pisidica: cuius meminit Ptole. lib. 5. cap. item 5.

BARIVM, βάριον Ptolemæo, Apuliæ oppidum est, teste Plin. lib. 3. cap. 11. quod seruato antiqui nominis aliquo vestigio, vulgò *Barri* vocatur. Horat. 5. Saty. 5, Bari mœnia piscosi. Vbi Bari dixit, pro Barij.

BARNICHIVS, βαρνίχιος, Fluuius est Peloponnesi, in Alpheum influens qui & Enipeus appellatur à Strab. lib. 8.

Barones, pro viris fortibus, quidam putant esse Latinum, citántque locũ Cicer. ad Attic. lib. 5, Apud Patronem & reliquos Baroneste in maxima gratia posuit. Quum tamen variet lectio: sintque qui legant Patrones. id est Epicureos: alij Varrones.

Baroptenus, Plin. lib. 37. cap. 10, gemma est nigri coloris, sanguineis & albis nodis distincta.

Barrus, ri. ξ ἐλέφας. Ital. *Elephante.* Gal. *Elephant.* Hisp. *Elefante, animal conocido.* ξ Maximum animalium terrestrium, quod Elephantem vocant Græci patiter & Latini. Horat. in Epod. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? ¶ Hinc Ebur dictum putãt elephanti dentes, quòd sit è barro.

Barritus, us, pen. prod. ξ ἐλέφαντος βρύγμος. Ital. *La voce dell' elephante.* Gal. *Le cri d'vn elephant.* Hisp. *Bramido de los elephantes.* ξ Vox elephantis. ¶ Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum, qui fit quum vtræq; acies se iunxerint. Autor Vegetius.

BASABOCATES, Galliæ populi sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 19, Pictonibus vicini.

Basaltes, æ, βασάλτης. Genus est marmoris ferrei coloris, & duritiæ, ab Aegyptiis in vicina Aethiopia inuentum: cuius generis longè maximũ Vespasianus Cæsar in templo pacis dedicauit. Autor Plin. lib. 36. cap. 7.

BASANISAE, vel (vt aliis placet) BANISAE, per tres syllabas, βασανίσαι, ῶν βανίσαι, Populi sunt Thraciæ Stephano.

Basanites, tis, βασανίτης, Lapis ex quo fiunt cotes. Plin. lib. 36. cap. 20. Experimẽ

perimentum ejus esse in cote ex lapide basanite. Dictus basanites, ἀπὸ τοῦ βασανίζειν, quod est explorare, vel examinare: vnde & βάσανος dicunt Græci pro indice, cuius attritu exploratur aurum.

Bascauda, Vas Britannicum, postea in Romanorũ vsum receptum. Iuuen. Satyr. 12. Adde & bascaudas, & mille escaria. Mart. li. 14. Barbara de pictis venit bascauda Britannis: Sed nec iam manuit dicere Roma suã.

BASERA, pen. prod. βασηρα. Oppidum Phœnices, Stephano.

BASILEA, æ, pen. prod. βασιλεια. Rauracorum vrbs celeberrima, ad Rhenum fluuium in agro Gallico sita, à Germanis tamen (vt pleraque eis Rhenum adita habitata, eadem, aut certè proxima ei, quæ Augusta Rauracorum Ptolemæo appellatur. Vulgò *Basle*.

BASILEI, orum, βασιλεις Strabonis, Populi sunt Sarmatiæ Europææ, ad vtranque Istri ripam incolentes, Iazygibus, & Vrbis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus, hoc est, pastoribus constantes: eidem (opinor) cum iis, quos Pomponius à regijs moribus Basilidas vocari tradit.

BASILEA, βασιλεια, Insula in Oceano septentrionali, immensæ magnitudinis, distans à Scytharum littore tridui nauigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 13.

Basilica, æ, ἡ βασιλικὴ. Ital. *Luogo publico douue se fanno le facende d'importãza. Palazzo.* Gal. *Maison royale, maison magnifique, maison de prince, Hostel de ville.* Hisp. *Casa real, palacio.* ¶ Principiò dicta fuit domus ampla & spatiosa, causarum cognitioni destinata: dicta ab eo, quòd principes eò ad ius dicendum conuenirent: aut rectè, quòd Græci ἐξ βασιλικὴν appellatione etiam iudicem intelligerent, astipulante etiam Hesiodo, qui δωροφάγους appellat βασιλῆας, hoc est donivoros iudices, interprete Budæo. Plin. in Epist. Descendebam in Basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam. Erat autem Basilica templo persimilis, ambulationibus amplissimis instructa, ad quam multi tota ex vrbe, alij causas agendi, alij consultandi, alij aliud agendi gratia confluebant. Vnde venustam in primis est illud Cicer. ad Attic. lib. 2, Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. Postea etiam basilicæ ædificatæ fuerunt in vsum negotiatorum, eæque in locis calidissimis, forõq; proximis: vt haberent mercatores, quò se hybernis mẽsibus subitò ingruente tempestate possent recipere. Vide Vitru. lib. 5.

Basilicus, a, um, ἡ βασιλικὸς. Ital. *Regale d'arte.* Gal. *Royal, magnifique, somptueux, grand.* Hisp. *Real, ò perteneciente al rey.* ¶ Regius, siue regalis. Plaut. in Cap. Basilicas ædiciones, atque imperiosas habet. Et in Pseu. Basilicus status, & basilicus victus, id est regalis & excellens, & Basilica facinora, hoc est regia. ¶ Basilica nux, siue Basilicon absolutè, βασιλικὸν κάρυον, Iuglandis genus optimum, quod & Persicum dicitur, quòd ex Perside primùm fuerit aduectum. Dictum autem videtur Basilicon, siue à præstantia, quòd inter nuces principatum obtinere videatur: siue à regibus, qui eas primi à Perside in Græciam transtulerunt: vt non obscurè innuit Plin. lib. 15. cap. 22.

Basilicè, aduerbium, βασιλικῶς, Regiè, magnificè, splendidè, egregiè. Plautus in Pœnulo, Basilicè ornatus incedit, & affabrè ad fallaciam.

BASILICVS SINVS, βασιλικὸς κόλπος, qui Ioniam, Asiæ minoris regionem alluit. Plin. lib. 5. cap. 29.

BASILIDAI, βασιλίδαι, Populi sunt Sarmatiæ Europææ, Gerrho amne à Nomadibus diuersi, ab Hercule & Echidna genesis originem trahentes: ita dicti à regijs moribus, vt tradit Pomponius lib. 2. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12.

BASILIDES, βασιλείδης, Nomen proprium cuiusdam hæretici, qui trecentos sexaginta quinque cælos esse credebat, quo diernum numero annus includitur: cuius sectatores dicti sunt Basilidiani.

Basilinda, βασιλίνδα, Ludi genus est, quo Rex sorte creatus, negotij aliquid ministro similiter sorte creato imperat.

BASILIS, βασιλὶς, Ciuitas Arcadiæ, Stephano.

Basiliscus, ἡ βασιλίσκος. Ital. & Hisp. *Basilisco.* Gal. *Vn serpent nommé Basilic.* ¶ Genus serpentis, quod (teste Plin. lib. 8. cap. 21) in solitudinibus Africę habitat, candida in capite macula, velut quodam diademate adornatum. Acutissimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos serpentes sibilo fugat, vt solus regnare videatur. Lucanus lib. 9, Sibilaque effundens cunctus terrentia pestes Ante venena nocẽs, latè sibi submouet omne Vulgus, & in vacua regnat Basiliscus arena. Latinorum nonnulli Regulum vocant.

BASILIVS Magnus, βασίλειος ὁ μέγας, Cæsariensis fuit, qui vnà cum Gregorio Nazanzeno, & Iohanne Chrysostomo sub Valente indefessus Christianæ religionis contra Arianos extitit propugnator.

BASILIVS, βασίλειος, Fluuius inter Euphratem & Tigrim fluens: cuius meminit Strabo lib. 16.

BASINNI, βασσινοὶ, Populi Arabiæ, Stephano.

Basio, as, Vide BASIVM.

Basis, ἡ βάσις. Ital. *Basi, sostegno.* Gal. *Vn soubassement de colomne ou d'autres choses soustenement.* Hisp. *El pie de la columna, ò otra cosa.* ¶ A' nostris dici potest Sustentamentum. Sunt enim bases, fulcimenta, & quidam veluti pedes columnarum, statuarum, seu fabricarum, quæ à fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ sustinent pondus. Cic. 5. Tuscul. Animaduerti columellam non multùm è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri: quò quum patefactus esset aditus, ad vniuersam basim accessimus: apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum. A' qua simihtudine orbiculi illi, quibus vasa in mensis collocantur, ne totalia polluantur, vocati solent bases. Trebatius Iureconsult. de Legat. lib. 3. Cui Corinthia vasa legata essent, & bases huic quoque horum vasorum collocandorum causa paratas, debeti respondit. ¶ Est & Basis, figura in narrationibus, quum omnia pedetentim insinuandi gratia proferuntur, vt apud Terentium in Eunuch. Matri mercator dono dedit, mater vbi accepit, &c.

Basium, sij, Idem quod osculum vel suauium. ἡ φίλημα. Ital. *Bacio.* Gal. *Vn baiser.* Hisp. *El beso, como de enamorado.* ¶ Martial. lib. 2. Basia dimidio quòd das mihi Posthume labro, Laudo, licet demas hinc quoq; dimidium. Donatus tria ponit osculandi genera, Osculum, Basium, & Suauium: quæ sic distinguit, vt oscula sint officiorum, basia pudicorum affectuũ, suauia libidinum vel amorum. Quæ differentia aut nulla est, aut certè non obseruatur: vt latius infrà ostendemus in dictione Osculum. Hic satis fuerit hoc ostendere, basia sæpenumero impudicorum affectuum esse. Catullus ad Lesbiam, Da mi basia mille, deinde centum. Idem paulò pòst, Ne tantum sciat esse basiorum. Et mox, Tam te basia multa basiare, Væsano satis, & super Catullo, Quæ nec pernumerare curiosi Possint, nec mala fascinare lingua. Idem ad Iuuentium, Nunquam iam posthac basia surripiam.

Basio, basias, ἡ φιλῶ. Ital. *Basciare.* Gal. *Baiser.* Hisp. *Besar como enamorado.* ¶ Martial. lib. 7. Et totam Line basiare Romam. Basiate basia Catul. lib. 7.

Basiatio, verbale, ἡ φίλησις. Ital. *Basciamento.* Gal. *Baisement.* Hisp. *Obra de besar.* ¶ Martial. lib. 6. Hybernas Line basiationes. Idem lib. 7. Quæris quot mihi basiationes Tuæ lesbia sint satis superque.

Basiator, φιλητὴς, verbale, Martialis.

BASSARIS, is, vel idis, βασσαρὶς, Bassarei, hoc est Bacchi sacrificula, Persius Satyr. 1, Et sectum vitulo caput ablatura superbo Bassaris. ¶ Est etiam vestis genus ad talos vsque demissa, qua in Bacchi sacrificiis vtebantur sacerdotes. Dictus autem est Bacchus Bassareus à Bassara Lydiæ oppido, vbi præcipuè colebatur: vel ἀπὸ τοῦ βάζω, quod est clamo, quòd eius sacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarẽtur. Horatius lib. 2. Carm. Ode 18, Non ego te candide Bassareu Inuitum quatiam.

BASSITANI, Straboni lib. 3, Populi sunt Hispaniæ, in tractu Bætico, qui & Bastuli dicuntur.

BASSOROPEDA, Regio Medorum Armeniæ contributa, vt tradit Strabo lib. 11.

BASSVS, Poëta Epicus, cuius fuit, teste Quintiliano, vehemens, ac poëticum ingenium: nec ipsum senectute maturum, præueniente fato, quemadmodum & Valerio Flacco contigit. Item, Aufidius Bassus, historicus. Quintiliani temporibus, qui bellum Germanicum scripsit. ¶ Cæsius item Bassus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo sic scribit Probus, Cæsium Bassum poëtam Lyricum fama est in prædiis suis, ardẽte Vesuuio, & latè vagantibus ignibus, cum villa sua flagrasse. Quintilianus quoque se eum vidisse ait. ¶ Bassus item Romanus medicus fuit, cuius vnguentum arthriticum citatur ab Aetio lib. 12. ¶ Prętet hos fuit Bassus martyr sub Decio clauis ferreis confixus. Autor Volaterranus.

BASTARNAE, βαστάρναι Stephano, Populi sunt Sarmatiæ Europææ, ad Borysthenem amnem non procul à Peucinis: quorum meminerunt Ptolemæus lib. 3. cap. 5, Plin. lib. 4. cap. 13, & Strabo lib. 7.

BASTVLI, Bæticæ Hispaniæ populi prope Turbulos, quorum oppida sunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod & ab Hispanis Vbida. Mõs item Calpe, circuitu quidem non magnus, cæterùm adeò erectus, vt procul aspicientibus columnæ effigiem repræsentet. Vide Straboncm lib. 3, Ptolemæum lib. 2. cap. 5, & Plin. lib. 3. cap. 2. & 3.

Bat, Vox est qua vti solemus quum quempiam cortipimus, iubemusque eum tacere. Plaut. Pœnul. Quid opus est? P. Portin', aliam rem vt cures. c. at. P. bat. c. cruciot. P. cor dura. c. Non possum. P. fac possis.

BATA, orum, βάτα, τά, Vicus est & portus in Sarmatia Asiatica, supra Bosphorum Cimmerium, non procul à sinu Cercetico. Vide Ptolemæum lib. 5 cap. 9, & Strabonem lib. 11.

BATALA, Antiquissimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Liuio commemoratum.

BATALVS, li, βάταλος, Ephesius tibicen fuit, teste Libanio, qui omnium primus in scena calciamentis fœmineis vsus est, & fractis cantibus artem tibiarum emollijuit. Vnde factum est, vt effœminati & parum viri, prouerbiali figura, Batali à Græcis dicantur: quo etiam cognomento Demosthenes ab inimicis notatus est, vt ipse testatur in oratione pro Ctesiphonte.

BATAVIA, Germaniæ prouincia duobus Rheni alueis bona ex parte inclusa, quæ hodie *Hollandia* appellatur.

Batauus, a, um, pen. indifferente. Lucanus lib. 1, Vangiones, Batauique truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Cornelius Tacitus de situ Germaniæ. Omnium harum gentium virtute præcipui Batani, non multum ex ripa, sed insulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperij fierent. Manet honos, & antiquæ societatis insigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec Publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantùm in vsum præliorum sepositi, velut tela atque arma bello reseruantur. Hæc ille. Fuerũt autem Batani olim crassitiæ, & stupiditatis notati: quo fit, vt Auris Batana, prouerbio dicatur de crasso, stupido, & nullius iudicij homine. Vide Erasm. Adag.

BATAVODVRVM, βατουόδουρον Ptolemæo, Batauorum oppidum ad Rhenum fluuium, cuius meminit Tacitus Annalium lib. 11. Creditur idem esse cum eo, quod in agro Traiectino hodie Vicom appellant.

BATEA, siue Batia, pen. prod. βάτεια, Filia Teucri Scamandri fluuij filij, vxor Dardani. Diodorus lib. 5.

BATHYLLVS, li, βάθυλλος, Poëta Tragicus fuit insignis, in Comœdijs non æquè felix. ¶ Fuit item Bathyllus, Samius adolescens, Anacreontis Poëtæ amasius. Horatius in Epod. Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium.

BATIAE, βάτιαι, Ciuitas est mediterranea Epiri, cuius meminit Strabo libro 7.

Batiola, βάτιον. Vasis genus, quo vinum, è cado haustum ad mensam ferebatur. Plautus in Colace, vt citat Nonius, Batiolam auream octo pondo habebat.

BATIEA, pen. prod. βατίεια Stephano, Locus est editus in agro Troiano, qui & Ili tumulus appellatur, teste Strabone lib. 13.

Batillum, ἡ πάτταλος. Ital. *Badile.* Gal. *Vne pallete à feu.* Hispa. *Badil, ò la pala de hierro.* ¶ Ferreum instrumentum est similitudine palæ, quo pruna colligitur: primùm Batulum dictum, quasi patulum: à quo deinde diminutiua forma deductum est Batillum. Plin. lib. 33. cap. 8, Batillis ferreis, candentibus, ramento argenti impositio, quod candidum permanet, probatur. Apicius de petasone, Et armillam illius candenti batillo vtis, & melle contegis. ¶ Batillum etiam rustici vocant ferreum instrumentum, quo ad sulcos, ilices, fossásque in agris faciundas vruntur. Varro 3. de Re rust. cap. 6. Itaque pastorem earum cum batillo circuire oportet, ac stercus tollere ac conseruare: quod & ad agri culturam idoneum est. ¶ Est item Batillum messorum instrumentum, quo Picentes vtebantur. Idem 1. de Re rust. cap. 50, Altero modo metunt, vt in Piceno:

ceno: vbi ligneum habent incuruum batillum, in quo sit extremo ferrula ferrea: hæc quum comprehendit, fascem spicarum desecat, & stramenta stantia in segete relinquit, vt postea succidantur.

BATINA, pen. prod. βατίνα, oppidum Apuliæ. Vnde Horat. 3. Carm. ode 4. -saltúsque Batinos & aruum.

Batiocus, masc. gen. prima breui, ἡ βάτιος. Ital. *Il boccale.* Gal. *Vaisseau à vin, vn broc.* Hisp. *Vn genero de vaso para tener vino.* Genus vasis à quo vinũ è cado haustum ad mensam fertur. Plautus.

Batis, idis, vel Batus, ti. βατίς, ὁ βάτος. Piscis mollis & delicatissimi species est, quem Plin. lib. 32. cap. vlt. enumerat inter eos qui mari peculiares sunt. ¶ Hinc βαλδονιῶτις homines delicatos, & gulæ proceres Græci appellant. Huius piscis fel recens quidem, sed vino inueteratum auribus medetur, teste Plin. lib. 32. cap. 7.

Batis, Herba est fruticosa, pingui folio in modum portulacæ, sed crassiore, latiusculo, & gustu salso, floribus candidis, & semine libanotidis, quam Dioscorides κελίμυρσον, siue κελίμυρσος appellat. Ital. *Finochio marino, herba di san Pietro.* Gal. *Creste marine, bacille, percepierre.* Hisp. *Perexil de la mar.* Eius duo sunt genera, quorum alterum in locis petrosis & marinis nascens, ad nos defertur sale & aceto conditum. Hoc officinæ *Cretam marinum* appellant. Alterum in hortis nascitur, quod Plinius à quibusdam Asparagum Gallicum vocari tradit. Columella Olus chordum appellauit, quasi serotinum, quemadmodum & Fœnum chordum dixit Varro, quod autumnali demum tempore colligitur. Vulgus *Bacillus* vocat, quasi baticulas. Vide Dioscoridem lib. 2. & Ruellium lib. 2. cap. 61.

BATO, βάτων, Historicus fuit Sinopæus, qui historiam de rebus Persicis scripsit. Strabo lib. 12.

Batos, βάτος, Frutex spinosus, lenta habens flagella per terram sparsa quem Latini Rubum appellant: de quo Dioscorides lib. 4. cap. 40. Diuersas eius species vide apud Ruellium lib. 3. cap. 93.

Batrachites, βατραχίτης. Lapis ranæ viridi similis, colore atque effigie. Plin. lib. 37. cap. 20.

Batrachium, pen. corr. βατράχιον. Coloris species, quo ante inuentas personas faciem obungebant. Vnde apud Athenienses, Pausania autore, forum Batrachium erat, à colotibus denominatum. ¶ Est & genus herbæ quam & Latini Ranunculũ vocant, de qua Plin. lib. 25. ca. 13. ¶ Est & Batrachium chymistis chrysocollæ quoddam genus, ex diuino, quem vocant, latice proueniens, cui tanta inest veneni vis, vt vel solo halitu incautum interficiat. Vide Cælium Antiq. lect. lib. 28. ca. 9.

Batrachomyomachia, βατραχομυομαχία. Ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem Homerus conscripsit libellum.

Batrachus, chi, pen. corr. βάτραχος. Medicis est tumor quidam sub lingua nascens cum inflammatione, quam ranulam vocat Auicenna. ¶ Est item Batrachus piscis mari peculiaris, apud Plin. lib. 32. cap. 11. ¶ Fuit præterea nobilis hoc nomine statuarius ex regione Laconica, qui vnà cum Scauro, Octauiæ templa Romæ extruxit porticibus inclusa: de quo Plin. lib. 36. cap. 5.

BATTIADES, Dictus est Callimachus Poëta Elegiographus, à Battro patre. Ouid. in Ibin, Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin, Hoc ego deuoueo tẽque tuósque modo.

BATTIS, βαττίς, Puella fuit formosissima, quam Philetas Poëta Elegiographus adamauit, suisque carminibus celebrauit. Ouid. lib. 1. Trist. Nec tantum Coo Battis amata suo.

BATTON, onis, βάττων, Poëta Comicus fuit, cuius tres fabulæ enumerantur à Suida.

Battologia, βαττολογία. Verborum redundantia, eiusdem rei vitiosa repetitio. Nomen deductum est à Batto quodam inepto Poëta, qui in carmine suo eadem sæpius repetebat, eandémque iterum atque iterum occinebat cantilenam. Huic opponitur Laconismus, quum Lacedæmoniorum more sermonis studemus compendio.

BATTVS, βάττος, Pastoris nomen est apud Ouidium 2. Metamorph. quem Mercurius in indicem commutauit. ¶ Fuit item Rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quem linguæ adeò impeditæ fuisse ferunt, vt verbum βαττολογεῖν ab eo originem traxisse putetur. ¶ Batti silphium, βάττου σίλφιον, Græci nouũ & rarum quempiam honoré prouerbio vocant. Aristoph. in Pluto. ¶ Battos item inepti cuiusdã Poëtæ nomẽ est de quo paulo antè in dictione BATTOLOGIA.

BATVLVM, Castellum est Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxilium venerunt aduersus Aeneam. Virgil. lib. 7. Aeneid. Quique Rufas, Batulúmque tenent, &c.

Batuo, is, Verbero. βάλλω. Ital. *Battere.* Gal. *Battre, meurdrir.* Hispa. *Batir ò sobajar.* Plaut. in Casina, Quid quæso potius, quàm sculponeas, quibus batuatur tibi os, senex nequissime? Suetonius de Calig. Mirmillonem è ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sica. Cicero Peto, transtulit ad rem obscœnam, quum inquit, Equidem iam etiam non obscœna verba pro obscœuis fuoc. Batuit enim, impudenter; Præcidit, multo impudentius. atqui neutrum est obscœnum.

Batus, ti, βάτος, Hebraicæ mensuræ genus fuit, teste Iosepho Antiquitatum lib. 8. quæ continebat sextarios 72, vt docet Budæus in Commentario de Asse.

Baubari, deponens, βαΰζειν. Ital. *Abbaiare.* Gal. *Abayer.* Hisp. *Ladrar, specialmente los cachorros.* Factitium verbum à voce canum quum latrant. Lucil. lib. 5. Et quum deserti baubantur in ædibus omnes.

BAVCIS, βαυκίς, Anus paupercula est apud Ouidium lib. 8. Metamorph. quæ cum Philæmone marito Iouem & Mercurium suscepit hospitio.

BAVLI, Villæ nomen est, quæ inter promontorium Miseni Baiarúmq; lacum flexo mari alluitur. Seruius causam nominis inde factam memorat, quòd olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus, & eam sepsit, qui locus primò Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

Baxeæ, ἐκπώματα, οἷς ἐχρῶντο οἱ φιλόσοφοι. Ital. *Pianelle, Zoccoli.* Gal. *Vne maniere de patoufles ou sabotes, de quoy vsoient les philosophes.* Hispa. *Chinelas ò alcorques.* Sunt crepidæ & calciamenta: & proprie calcei philosophorum, vt ostendit Apuleius in libro de Asino aureo, qui ait, Nec quid pallio, baculóque, & baxeis, & hircino barbitio Philosophum fingeret. Plaut. in Menæch. Quis is est periculus? qui exergentur baxeæ?

B ante D

Bdellium, βδέλλιον, Arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod & ipsum Bdellium vocatur. Maximè commendatur quod in Bactriana nascitur: quanquam & in Arabia, & in India, & Media, & Babylonia proueniat. Galenus lib. 6. Simp. duo bdellij constituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius est, magisque resinosum: Arabicum transluciduis & siccius. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 12. cap. 9. & Dioscoridem lib. 1. cap. 69.

B ante E.

Beatus, a, um, Fœlix, fortunatus, qui ita est sua sorte contentus, vt eam cum nullo velit commutare. μακάριος. Ital. *Beato.* Gal. *Heureux, bienheureux, bien fortuné.* Hisp. *Bienauenturado y perfecto.* Qui sint dicendi beati, Seneca lib. 2. Epist. declarat his verbis, Hoc nos docet beatum non eum esse, quem vulgus appellat ad cuem pecunia magna confluxit: sed illum cui bonum omne in animo est, erectum & mirabilia calcantem: qui neminem videt, cum quo se commutatum velit: qui hominem ea sola parte existimat, qua homo est: qui natura magistra vtitur, ad illius leges componitur: sic vivit quomodo illa præscripsit: cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum conuertit: certus iudicij, inconcussus, intrepidus: quem si aliqua vis mouet, nulla perturbat: quem fortuna quum in eum quod habuit telum nocentissimum vi maxima intorsit, pungit, non vulnerat. Sed talem hactenus videre haud licuit. Nemini enim summa illa beatitudo, nisi exuto corporis impedimento, potest contingere: adeò vt vetissima videatur Solonis illa apud Poëtam sententia, -scilicet vltima semper Expectanda dies homini est, dicique beatus Ante obitum nemo supremáque funera debet. Cic. lib. 5. Tusc. Hos existimo beatos, qui sint in bonis nullo adiuncto malo. ¶ Accipitur & pro diuite: quæ significatio ex vulgi opinione tracta est, quòd solos diuites fœlices existimat. Iuuenal. Sat. 1, -optima summi Nunc via processus vetulæ vesicæ beatæ. Horat. lib. 2. Carm. Ode 4, Nescias, an te generum beati Phyllidis flauæ decorent parentes. ¶ Transfertur & ad alia. Vnde Beatam vocem dixit Quintilianus pro sonora, & rata, cuique ad perfectionem nihil desit. ¶ In beato omnia beata, -ὦ ὀλβίου ὀλβία πάντα. Theocritus. Vsus erit si dicas, ab homine docto omnia doctè fieri, à pio piè, à rege regaliter. ¶ Non est beatus, esse quisquis nesciat, Seneca lib. Epist. Familiar. 16. Sensus est, haud esse satis tradi felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Huc alludens Virgil. O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas. ¶ Nihil est ab omni parte beatum. Horat. in Odis. Prouerbialem habet sententiam, quam Græci sic efferunt, Οὐκ ἔστι ὃν οὐ τὰ πάντα κακὰ μοχθηρὰ, id est, Felix per omnia nullus est mortalium. Hunc senarium citat Aristoteles li. Rhetor. 2.

Beatulus, pen. corr. diminutiuum. μακαρίτης. Persius Sat. 3. -tandémque beatulus alto Compositus lecto.

Beatè, aduerbium. μακαρίως, εὐδαιμόνως. Ital. *Beatamente.* Gal. *Heureusement, bienheureusement.* Hispa. *Bienauenturadamente y perfectamente.* Fœliciter, & sine mali alicuius contagione. Cic. 1. de Finib. Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè viuendum refertur. Idem in Paradox. Profectò nihil est aliud bene beatéque viuere, nisi honestè & rectè viuere.

Beatitas, & Beatitudo. μακαριότης. Ital. *Beatitudine.* Gal. *Beatitude, felicité.* Hisp. *Bienauenturança.* Ciceronis seculo vocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putauit vsu fieri posse molliora. Sic enim scribit lib. 1. de Natur. deor. At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit, (vtrunque enim durum, sed vsu mollienda verba sunt) verùm ea quæcunq; est, cur aut in Solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem aternam figura membrisque corporis vacuam, cadere non potest?

Beo, as, Beatum facio, & per translationem consolor. μακαρίζω. Ital. *Beatificare, beare.* Gal. *Faire heureux, donner felicité.* Hispa. *Hazer bienauenturado, ò beatificar.* Plaut. in True. Hoc me beat saltem, quoniam perduelles vicit, & domum compos laudis reuertit. Terentius in And. O' factum bene, Beasti, metui à Chrysíde. ¶ Hinc Beatus, beatior, beatissimus: de quibus paulo antè.

BEBIVS, cui cognomen fuit Massa, Delator insignis fuit Vespasiani temporibus, cuius meminit Iuuenalis Satyra prima, -quem Massa timet, quem munere palpat Carus. ¶ Fuit & Bebius Pamphilus Comicus Romanus, cum P. Cornelio, eo anno, quo Numæ Pompilij libri ægro C. Petilij effossi sunt. Vide Valerium Maximum lib. 1. cap. 1.

BEBRIACVM, ci, Vicus est inter Cremonam, & Veronam, apud quem Vitellius Othonem superauit. Iuuenal. Sat. 2, Bebriaci in campo spolium affectare Palati. Com. Tacit. Annalium lib. 18, Eo die, quo Bebriaci certabatur, auem inusitata facie apud Regium Lepidi celebri luco conseditse in colle memorant, nec deinde cœtu hominum, aut volantium alitum territam, pulsámve, donec Otho se ipse interficeret. Hunc vicum Itali hodie *Labinem* vocant.

Bebriacensis, se, adiectiuum: vt. Aues Bebriacenses, ita dictæ quòd eius pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem & Vitellium commissa est, primùm in Italia apparuerunt. Plin. lib. 10. cap. 49. Venêre in Italiam Bebriacenses bellis ciuilibus trans Padum, externæ & nouæ aues, (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie, paulùm infra columbas magnitudine, sapore gratæ.

BEBRYCES, βέβρυκες Stephano: vel Bebrycij, Populi à Thracibus oriundi, qui eam partem Asiæ incoluerunt, quæ postea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta est: vt est videre apud Strabonem lib. 7. & 12. Hos Arrianus originem à Bebryce trahere vna filiarum Danai scribit, quæ vnà cum Hypermnestra præter iussa patris viro peperit. quare fugiens parentem, vnà cum viro in hæc loca peruenit, incolásque ritus docuit Aegyptios: pro quibus meritis regionem ab eius nomine Bebryciam ferunt appellaram. Tenebant olim totum tractum vsque ad Ephesum & Magnesium Ioniæ oppidum, vt scribit enarrator Apollonij, Charontem adducens autorem, qui dicit Lampsacenorum regionem, olim Bebryciam appellatam. Ex Volaterrano.

BEBRYCIA, βεβρυκία, Regio est minoris Asiæ ad Propontidem, postea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis, & Bithynia à Bithyno rege appellata. ¶ Bebryces populi eiusdem regionis, quos Strabo lib. 7, & 12, Thraces fuisse putat. ¶ Bebrycium nemus, de quo suprà in dictione AMYCVS.

Bebrycius, a, um, βεβρύκιος. Possessiuum à Bebrycia, Asiæ regione. Virg. 5. Aeneid. -qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

BEBRYX,

BEBRYX, ycis, βέβρυξ. Rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quos etiam à Pyrene illius filia nomen traxisse, idem autor est. ¶ Est item Bebryx, nomen gentile, eum significans, qui ex Bebrycis ortus est: de quo vide paulò ante in dictione BEBRYCES. Huius autem nominis obliqui indifferenter efferuntur à Poëtis, secundam syllabam modò producentibus, modò corripientibus. Valerius Flaccus 2. Argonaut. Bebrycis, & Scythici procul inclementia saxi. Silius lib. 3, Possessus Baccho sexus Bebrycis in aula.

Bechion, βήχιον. Herba est, Latinè Tussilago dicta, quia tussim sedat. Vnde etiam Bechion à Græcis dicitur παρὰ τὸ τὰς βήχας ἰᾶσθαι, hoc est à tussi sananda. Plinius libro 26. cap. 6, Officinæ Vngulam caballinam vocant.

Bechica Medicamenta, βηχικὰ φάρμακα, à medicis appellantur quæ tussi medentur. βῆξ enim Græci tussim appellant.

BECHIRES Plinio, βήχιρες Stephano, populi Themiscyræ, Asiæ regionis, Cappadociæ contermini: de quibus Plin. lib. 6. cap. 4. Hi quum Attilæ ductu in Italiam venissent, vinúmque antea ipsis incognitum gustassent, breui mortalium omnium bibacissimi euaserunt.

BEDA, Natione Anglus, ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Iohanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa soluentes, Hispaniam inuaserunt: ex quo Beda literis Principes ad eam recuperandam solicitauit. Græcè Latinéque eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorum & in Lucam. Autor Volaterranus.

BEDVINI, Ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt, quapropter Hæretici sunt appellati. Ii nulla ratione, inermésque vnà cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non posse, fatóque omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. Volaterranus.

BEELPHEGOR, βαλφεγώρ. Idolum fuit Moabitarum, nomine Beel siue Baal, quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno: vt annotauit Cælius Rhodig. Antiqu. lib. 13. cap. 23.

BEELZEBVB, βαλζεβοὺλ, Idolum fuit Accaronitarum: quo nomine idolum muscæ significatur. Bel (inquit Hieronymus) & Beel, & Baal, idem Hebræis est: nam iis vocibus indicatur idolum. Zebub autem muscam signat: vnde Beelzebub (etiamsi Beelzebul Græci pronuntiant) tanquam muscæ dicatur idolum. Sed & pro dæmonarcha ponitur, hoc est dæmoniorum principe.

BERGIOS, (quod hic pro Neptuni filio corruptè legebatur) lege BERGION.

BELA, Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis vectigalibus immunes fecit. Primus Byzantios nummos, argenteámque monetam percussit. Decessit post annos regni tres, membris equi lapsu fractis. Fuêre quatuor huius nominis Pannoniæ reges, vt autor est Volaterranus lib. 8.

BELBINA, βίλβινα, Strabo lib. 9, Insula è regione Anaphystiorum, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

Belbiton, (quod hic corruptè legebatur) Vide BOLBITON.

Belbus, quæ & hyæna, θοῦρα. Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctem humanos gemitus, vt homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes deuoret.

Belenium, βίλενιον. Aristoteli, (si modò Aristotelis opus sit, quod de plantis nomine eius circumfertur) olim delibutorium in Perside venenum erat: translatum autem in Aegyptum & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Crateias medicus Helenium Aegyptium vocat. Vide Ruellium lib. 2. cap. 12.

BELGAE, arum, βίλγαι, Populi Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Scaldem fluuios siti, in quindecim olim populos diuisi. Plin. lib. 4. cap. 17, Gallia omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorũ genera diuiditur: à Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumnã Celtica, eadémque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania.

Belgicus, a, um, adiectiuum: vt, Essedum Belgicum, Currus quoddam genus, apud Belgas primùm inuentum. Virgil. 3. Georg. Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Belgium, gij, apud Cæsarem 3. bell. Gall. Oppidum est inter Belgas, aut certè ipsa Belgarum regio.

BELGITES, Pannoniæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 25.

Belion, βίλιον, Herba, quæ à Dioscoride πόλιον ἡμερὸν, hoc est Polium montanum appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus numerantur.

BELIPPO, Oppidum Hispaniæ Bæticæ in conuentu Gaditano, apud Plinium lib. 3. cap. 1.

BELISARIVS, βελισάριος Suidæ, Fœliciſſimus pro Iustiniano principe belli dux fuit, qui Persas in Oriente, Gothos in Italia, Vuandalos in Africa prælio superauit, eorum rege Gilismere in triumphum ducto. Hic tam strenuus belli dux & in hostibus perdomandis fœliciſſimus, inuidiam vincere non potuit. Nimia eius potentia eum apud Iustinianum in suspicionem affectati imperij adduxit, qui vtrunq; ei eruit oculum. Quare quum principis ingratitudinem aliter vlcisci non posset, exiguum extra vrbem tugurìolum extruxit, vbi per omnem vitam, à prætereuntibus stipem emendicauit: illud identidem repetens, Da obolum Belisario, viator, quem inuidia, non culpa cæcauit. Vide Crinitum, & Volaterranum.

BELLA, Vide ABELLA.

Bellaria, orum, plur. num. Fructus, & cibi saccharo aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secundæ mensæ appellantur. {πραλία, ἐπιδόσιμα, πάρεργα, παράβρωμα. Ital. *Frutti & confettioni doppo pasto*. Gal. *Le dernier mets, la desserte de table*. Hisp. *La mesa dela fruta*.} Macrobius in Saturn. Adhuc dicente Furio, secundæ mensæ illata bellaria nouo sermoni principium dedere. ¶ Vina quoque dulciora est inuenire in comœdiis antiquioribus hoc vocabulo appellata, dictáque esse ea Liberi bellaria. Gellius lib. 3. cap. 11.

Bellator, Bellatrix, Bellax, Vide BELLO.

BELLEROPHONTES, tæ, seu Bellerophon, tis, βελλεροφόντης, Fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore conspicuus, & virtutis maximæ. Hic quum à Sthenobœa vxore Prœti de coitu interpellatus esset, veritus hospitalis Iouis iram, lasciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulsa mulier, apud virum innocentem hospitem accusauit: qui hospitij iure motus, illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis ad Iobatem socerum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis, Iobates in vltionem criminis ad Solymos domandos Bellerophontem misit, vt sub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verùm quum & Solymos facilè vicisset Bellerophontes, & aliis plerisque periculis obiectus, semper victor rediisset, postremò ad interimendam Chimæram missus est: quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegasum equum, summa cum laude superauit. Quapropter Iobates virtutem iuuenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte vxorem dedit: ex qua Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam suscepit, vt lib. 6. Iliad. refert Homerus. Quod quum audisset Sthenobœa, sibiipsi mortem conciuit. Bellerophontes autem fœtici rerum successu elatus, quum in cælum euolare cum Pegaso conaretur, immisso à Ioue œstro, equo excussus est, deciditque in eum campum, qui postea Aleius appellatus est. Pegasus autem à Ioue inter sydera est relatus. Hic primùm Hipponous dictus est, Bellerophontes postea appellatus, à Bellero quodam Corinthiorum primate, quem de medio sustulit. ¶ Bellerophontis literas, βελλεροφόντεια γράμματα. Subaudiendum verbum aliquod accommodum sententiæ, affert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgò literas Vriæ vocant. neque dissimilis est historia apud Hebræos.

BELLERVS, βέλλερος, Corinthiorum primas quidam, à quo interfecto Bellerophontes dictus est, quum antea Hipponous diceretur. Vide Cælium Rhodig. lib. 15. cap. 9.

Bellica, cæ, Dicebatur columella illa ante templum Bellonæ, super quam iaciebant hastam quum bellum indicerent. Festus.

Bellicum, ci, substantiuum, {τὸ πολεμικόν. Ital. *suono dalla trombetta quando suona à l'arme*. Gal. *Le son de la trompe quand on sonne à l'arme*. Hisp. *Sonedo de bozina para acometer pelea*.} Sonus tubæ, quo signum dabatur militibus ineundæ pugnæ. Vnde Bellicum canere, proprié est milites tubæ cantu ad prælium animare. Per metaphoram accipitur pro instigare seu inflammare ad dissidium. Cic. 6. Philip. Atq; iidem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. de Orat. Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. Idem pro Murænæ, Simulátque motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

BELLITANI, Populi Ederaniæ, quæ est regio citerioris Hispaniæ ad Iberum fluuium. Plin. lib. 3. cap. 3.

BELLONA, æ, pen. prod. βελλώνα, Bellorum dea, & Martis soror. Virg. 9. Aen. Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. Huic proprio sanguine sacerdotes sacrificabant. Ante Bellonæ templum columna erat, quę bellica dicebatur, super quam hastam iaciebat Fecialis bellum indicens: vt post Festum annotauit Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 12.

Bellonarij, sacerdotes Bellonæ, qui lacertos humerósque concidebant, sanguine suo Bellonæ sacrificantes. Acron.

BELLOVACI, βελλοάκοι, Populi Galliæ, qui Belli gloria Belgas omnes superarunt, quos Cæsar, duce eorum interfecto, in potestatem redegit.

BELLOVACVM, penul. corr. Oppidum Bellouacorum, apud Cęsarem Comment. lib. 8. Vulgò *Beauuais*.

Bellum, Proprié est discordia hostium, arma sibi mutuò inferentium: cui opponitur Pax. {πόλεμος. Ital. & Hisp. *Guerra*. Gal. *Guerre, bataille*.} Item eorum illud tempus, quo hostes in armis sunt. Prælium autem est conflictus ipse, & hostium congressio, quæ & pugna dicitur, & certamen: quanuis hoc etiam nudis verbis petagi possit. Hęc differentia nõ obscurè colligitur ex Liuio, quum ait, Populum Ro. nullo bello, multis verò prœliis fuisse superatum. Item ex loco Virg. 11. Aen. Infantem fugiens media inter prœlia belli Extulit exilio comitem. ¶ Aliquando tamen Bellum capitur pro prœlio. Sallustius, In eo bello trecenti milites desyderati. Dictum bellum (vt Priscianus sentit) per antiphrasim, quòd minimè bellum sit. Alij à bono deducunt: non tamen per contrarium, sed quòd boni gratia bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam iniuriam, pacémque parandam. Alij à duello derivant, abiecto d, & digamma in b, conuerso. Festus à belluis, quòd belluarum sit mutuo se laniatu conficere. ¶ Dulce bellum inexpertis, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. Elegans quum primis & multorum literis celebratum adagium. Citatur ex Pindaro. Sunt quędam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas nisi facto periculo. ¶ Multa in bellis inania, πολλὰ κενὰ ἐν πολέμῳ. De inani suspicione aut pauore sine causa oborto, quem Græci πανικὸν vocant. ¶ Non licet bis in bello peccare, ἁμαρτεῖν ἐν πολέμῳ δὶς οὐκ ἔστιν. In rebus periculosis non tutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite: nec est secundo erroti locus. Vel quòd in bello (quia cuncta tumultu peragantur) non detur spatium reuocandi restituendi q; si quid perperam sit institutum. ¶ Initium belli. Ἀρχὴ πολέμου. vbi quis prior lacessit iniuria, seu conuicio. ¶ Talia gignit bellum, τοιαῦτα ὁ πόλεμος πόλεμον ἐξεργάζεται, id est, Similia bellum calamitosum perficit. Senarius est M. Tullij epistol. ad Qu. Fratr. lib. 1. quo sentit, è dissidiis eorum qui Remp. administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad priuatam discordiam plusculum habebit gratiæ. ¶ Bello parta, ἐκ πολέμου. Vbi quis immodicè insumeret. Solemus enim celerius ac temere profundere si quid hostibus sit ereptum.

Bellicus, a, um, adiectiuum, Quod ad bellum pertinet: vt Bellica disciplina. {πολεμικός. Ital. *Di guerra*. Gal. *Bellique seruant à la guerre*. Hisp. *Cosa perteneciente à la guerra*.} Cic. 2. de Natur. deor. Bellica corona, quę bellatoribus victoribus dabatur. Plin. li. 16. c. 4. Ouid. 3. Fast. Dea bellica Pallas.

Bellicosus, a, um, Fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. {πολεμικός. Ital. *Feroce*. Gal. *Belliqueux, vaillant en guerre*. Hispa. *Mucho guerreador*.} Sallustius in Iugurtha, Libyes quàm Getuli, minus bellicosi erãt. Liu. 9. ab Vrbe, Cepisse enim eos non Romam, sed quod multò bellicosius fuerit, Romanam virtutem, ferociámque.

Bellicosè, aduerbium, Fortiter, ferociter, vt virum bellicosum decet. {πολεμικῶς. Ital. *Ferocemente, gagliardamente, bellicosamente*. Gal. *Vaillamment, belliqueusement*. Hisp. *Brauo ó bellicosamente*.

Bellicrepa, Genus veteris saltationis à Romulo institutæ, in qua cum armis saltabant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bellifer,a,um,Bellicosus,ad bellum gerendum idoneus. πολεμικὸς πολεμοφόρος. Claudianus in Rufinum, Quid belliferam communibus vrũt Italiam maculis?

Belliger,a,um, Ad bellum gerendum idoneus. ἐνόπλιος, πολεμιστής. Ital. *chi guerregia*. Gal. *qui fait la guerre*. Hispa. *cosa que haze ò trae guerra*. ἐ Martialis lib. 15, Hermes belligera superbus hasta.

Belligero as, Bello, bellum gero. ἐνοπλίζω. Ital. *Guerreggiare*. Gal. *Guerroyer, faire ou mener guerre*. Hisp. *Guerrear*. ἐ Cic pro Fonteio, C. Marius qui isti par in belligetando esse possit. Ennius apud eundem lib. 1. Offic. Non cauponantes bellum, sed belligerantes. Liuius primo lib. tertij Belli Punici, Et cum Gallis tumultuatum magis, quàm belligeratum.

Bellipotens, pen. corr. Qui bello pollet. ἐνοπλοδυνάμενος. Statius Theb. 2, Bellipotens cui torua genas horrore decoro Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon. Cicc. 3. de Diuinat. Aeacidæ bellipotentes magis fuit, quàm sapientiæ potentes.

Bello, as, Oppugno, bellum gero, confligo. ἐνοπλίζω. Ital. *Combattere, guerreggiare*. Gal. *Guerroyer, mener ou faire guerre*. Hispa. *Guerrear, haze guerra*. ἐ Plin. lib. 5. cap. 1, Romana arma primùm Claudio principe in Mauritania bellauere, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum vlciscentis liberto Aedemone. Cic. pro lege Man. Fuit proprium pop. Rom. longè à domo bellare. ¶ Est & Bellor, atis, deponens. Virgil. 11. Aen. Et pictis bellantur Amazones armis. ¶ Composita sunt Debello & Rebello: de quibus infrà suis locis.

Bellator, oris, Bellicosus, vel qui bellum gerit. ἐνοπλιστής. Ital. *Combattitore, guerriere*. Gal. *Guerroyeur, homme de guerre*. Hisp. *Mucho guerreador*. ἐ Cic. 4. Tusc. An accusatori maiores nostri maiora præmia quàm bellatori esse voluerunt? ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. Vide Virg. li. 10, equum animosum & ad prælium incitatum Bellatorem vocat, quum inquit, -& inter Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.

Bellatrix, cis, Mulier quæ bellum gerit, seu bellicosa. ἐνοπλιστρία. Ital. *Guerriera*. Gal. *Guerriere, femme vaillante en guerre*. Hisp. *Guerreadora*. ἐ Virg. 1. Aen. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

Bellax, acis, adiectiuum, Idem quod bellicosus, vel belli appetens. πολεμικὸς, μαχητικὸς.

Bellus, Vide BONVS.

Bellosus, a, um, Vetustum est nomen, Idem significans, quod bellicosus. πολεμικὸς. Cælius apud Nonium, Tantum bellum suscitare conati aduersarios contra bellosum genus.

BELON, βίλων, per simplex l, Nomen vrbis, & fluuij in Hispania Bætica, Straboni lib. 3.

Belone, βελόνη, per simplex l, Piscis est, qui alio nomine dicitur Acus: vtroque nomine à tenui, recta, & oblonga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus. De hoc Plin. lib. 9. cap. 51, Acus, inquit, siue belone, vnus piscium dehiscentę propter multitudinem vtero parit: à partu coalescit vulnus: quod & in cæciliis serpentibus tradunt. Vulgò *Angusigula* dicitur.

Belos, eos, βέλος. Sagitta, telum, ἀπὸ τοῦ βάλλω. quod significat iacere. ἐ Ital. *Saetta*. Gal. *Sagette, fleche*. Hisp. *Saeta, ò vira, ò flecha*. ἐ Caius de Verb. sig. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eóque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur.

Belua, æ, siue (vt alij malunt) Bellua geminato ll, Immanis fera. θήρ, θηρίον. Ital. *Bestia*. Gal. *Beste cruelle & sauuage*. Hisp. *Bestia comun à tierra ò à mar*. ἐ A Bello, hoc est bono, vel pulchro, κατ' ἀντίφρασιν, (vt quidã existimant) dicta: aut (vt aliis placet) à substantiuo Bellum, quòd bestiarum sit, bellum sibi mutuò inferre, quibus natura ad hoc ipsum arma videtur concessisse. Terent. in Eunuch. Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas? ¶ Belua etiam per conuitium dicitur in hominem. Terent. in Phorm. Sed quid pertimui autem beluam? Idem in Eunucho, Age nunc belua, credis huic quid dicat?

Beluata tapetia, Dicta sunt à Plauto in Pseud. beluarum figuris picta, intextáque. ζωωτά.

Beluinus, a, um, Quod est beluæ: vt Beluina rabies. θηριώδης. Ital. *Bestiale*. Gal. *De beste, bestial, cruel*. Hisp. *Bestial, cosa de bestia*. ἐ Ambr. Tum ipsa habitudo corporis suauis & grata, vt neque beluina vastitas horrori sit, nec gracilitas infirmitati.

Beluosus, a, um, siue Belluosus, Quod abundat beluis. θηριώδης. Vnde Oceanus dictus est beluosus, κατὰ τὸ πλῆθος, à beluarum multitudine & magnitudine, quæ ibi sunt. nam inter beluas marinas numerantur balenæ, pristis, physeter, & orca. Horat. 4. Carm. Te beluosus qui remotis Obstrepit Oceanus Britannis.

BELVNIVM, *Monte Belunio*, Venetiarum oppidum in Italia, vt Patauium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plin. lib. 3. cap. 19.

BELVS, βῆλος, per simplex l, Nomen proprium primi regis Assyriorum & patris Nini, à Sole deductum, qui Assyriorum lingua Bel dicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babylonij, diuinisque eum honoribus sunt prosequuti. ¶ Fuit item Belus, cognomento Priscus, Epaphi, vel (vt alij malunt) Neptuni, & Libyes filius, cui Isis post Apidis mortem nupsit, regnante Athenis Cecrope. Huius filij fuerunt Danaus, & Aegyptus, quem alij Aegisthum vocant: à cuius etiam nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ sunt: vt paulò antè ostendimus suo loco. ¶ Hoc etiam nomine dictus fluuius Syriæ, vbi primò repertum fuisse vitrum Plinius scribit lib. 5. cap. 19. Ioseph. lib. 1. belli Iudaici, stadiis, ait, duobus à Ptolemaide Belum amnem distare, iuxta quem sepulchrum Memnonis sit, & vitrea in rotunda valle arena, quã venti ex circundatis iugis conuehant, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla. ¶ Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didûs, vir militaris scientiæ peritissimus, qui Cyprios Phœnicum littus infestantes piratica subegit, vt est apud Virgil. lib. 1. Aeneid. -genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum. &c Alio nomine dicebatur Metres, vt ait Seruius. ¶ Belus Stephano, Oppidum est Hispaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem forrassis cum eo, quod à Plinio Belon appellatur. ¶ Belus, gemma est vitrea specie, magnitudine nucis iuglandis in Arbelis nascens, vt ex Democriti sententia refert Plin. lib. 37. cap. 10.

Belides, huius Belidæ, βηλίδης, pen. long. Patronym. masc. quo significatur filius, seu aliquis de genere Beli. Virgil. 2. Aen. Fando aliquid si forte tuas pernenit ad aures Belidæ nomen Palamedis, &c.

Belis, huius Belidis, βηλὶς, Patronym. fœm. quo significatur filia vel neptis Beli. Vnde Belides dictæ sunt quinquaginta filiæ Danai, Beli filij: quas quum Aegisthus Danai frater (quem alij Aegyptum vocant) totidem filiis suis peteret vxores, Danaus despondere noluit: didicerat enim ex oraculo, se à genero interfectum iri. Sed postea coactus à fratre, promisit se Aegisthi petitioni satisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias subornauit, vt clàm se cultris armarent, & viros iam vino luxuriáque sopitos iugularent. Virgines itaque patri obedientes captato tempore necarunt viros, vnaquæque suum, excepta sola Hyperamnestra, quæ Linceo seu Lino viro suo pepercit, qui postea occiso Danao, regnum apud Argos inuasit. ¶ Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum dolium, prouerbio celebratur, pro barathro quodam inexplebili, & insatiabilis cupiditatis homine. Fingunturenim à poëtis; Danai filiæ apud inferos eo supplicij genere perpetuò damnatæ esse, vt dolium quoddam pertusum aqua conentur implere, vnde tantum effluat, quantum illæ possint infundere. Ouid. 4. Metamorph. Molirique suis lethum patruelibus ausæ, Assiduè repetuntur, quas perdant, Belides vndas. Vide BELVS.

Beli oculus, Gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, pupillam pingens nigrã è medio aureo colore lucentem. Vide Pli. lib. 37. cap. 10.

BEMARCHIVS, βημάρχης, Ex Cæsarea Cappadociæ sophista, qui scripsit res gestas Constantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quasdam & orationes. Autor Suidas.

BEMBINA, βεμβίνα Stephano, Nemeæ vicus est, quem Hellanicus Bembinon, βέμβινον, appellat, vnde Nemeeus leo à Poëtis Bembinatis belua dicitur. Plaut. in Mil. Bembinatidis beluæ instar, hoc est Nemeæi leonis instar.

BEMBINADIA, Regio Arcadiæ inter Clitorium & Cleonem oppida. Plin. lib. 4. cap. 6. Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemeæa, Bembinadia vocitata. Sic enim legit Hermolaus: cuius verba hæc sunt, Legendum est Bembinadia, fuit enim vicus Bembina: vnde Nemeæus leo à Poëtis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite vbi dicitur, Bombamatides elutum instar: cogitent legentes, an emendandum sit, Bembinatidis beluæ instar, hoc est Nemeæi leonis instar. Vide BEMBINA.

BENACVS, pen. prod. βήνακος. Vulgò *Lago di garda*. ἐ Lacus Cisalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem aiunt aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire pisces, quos indigenæ Carpiones vocant, nusquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluuius excurrit in Padum. De hoc lacu Virgil. lib. 2. Georg. Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.

Bendidia, βενδίδια, Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originẽ sumpsere. Vide Cęliũ Rhodig. Lect. antiq. li. 18. c. 23.

BENES, es, βένης Stephano, Oppidum Cretę, sub Gortyne sita: cuius incolæ dicuntur Benęi, βένιοι.

BENEVENTVM, βενεβέντον Ptolemęo, βενέβεντον Suidę & Stephano, Hirpinorum vrbs, quæ quum eò colonia duceretur, boni ominis causa ita vocari cœpit: nam antea Maleuentum vocabatur. Vulgò *Beneuento*. Hęc vrbs à Diomede condita fertur: apud quam XXX millia Samnitum cæsa fuerunt Sulpitio & Petilio Consulibus. De hac Plin. lib. 3. cap. 11.

Bene, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, Vide Bene in BONVS.

Benna, æ, teste Festo, Lingua Gallica genus est vehiculi. Vnde Combennones, in eadem benna sedentes. Cato de Re rustica, cap. 23, Bennæ emantur, oleæ caducæ saliantur.

BERECYNTIA, βερεκυντία, (inquit Seruius) Mater deũm, dicta à monte Phrygiæ Berecynto: cuius vltima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthum dicimus. ¶ Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nam Ripæi montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus, quum Riphæos montes Scythiæ significamus. Hæc Seruius in illud Virgil. lib. Aen. 9, Ipsa Deũm fertur genitrix Berecyntia, &c.

BERECYNTVS, βερεκύντιος Stephano, Nomen montis est Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo Cybele mater deũm priscorum ritu colebatur: vnde Berecintia dicta est. Plin. lib. 16.

Berecynthius, a, um, adiect. βερεκύνθιος: vt Cornu Berecyntium, apud Horatium 1. Carm. hoc est, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ sacerdotes. ¶ Tibia Berecyntia, Idem 3. Carm.

BERENICE, es, pen. prod. βερενίκη, Ptolemæi Lagi vxor, & regina Aegypti, à cuius nomine Ptolemęus Philadelphus eius filius, insignem vrbem, quam in sinu Arabico condidit, Berenicen appellauit. Autor Plin. lib. 6. cap. 29. ¶ Fuit & alia eiusdem nominis Aegypti Regina, Ptolemęi Philadelphi & Arsinoes filia, quæ Ptolemæo Euergetæ fratri suo nupsit: qui quum paucis à nuptiis diebus, in Asiam expeditionem fuscepisset, Berenice crinem se detonsuram vouit, si ille saluus reuerteretur: cuius voti damnata, abscissam comam in templo Veneris conseruauit: quæ quum postridie non apparuisset, ægrè id ferenti Regi, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, inter sydera collocatam affirmauit, septem ei figura vacuas ad caudam Leonis ostendens stellas, in quas Berenices crinem mutatum asserebat. ¶ Fuit item Berenice, Herodis Antipatri filij ex Salome sorore neptis, cuius meminit Strabo lib. 16. ¶ Berenice præterea à Valerio Maximo appellatur lib. 8. cap. 6, quam Plin. lib. 7. cap. 41. Pherenicen vocat, cui soli ex mulieribus, quòd filia, mater, & soror esset Olympionicarum, concessum est vt gymnicos ludos posset spectare, fœminis omnibus interdictos.

BERENICE, es, βερενίκη, Multarum vrbium nomen est, quarum prima in Libya Cyrenaica est, in extimo maioris Syrtis cornu sita, vna ex iis quæ Pentapolin efficiunt: de qua Plin. lib. 5. ca. 5. ¶ Secunda, ad sinum Arabicum, à Ptolemęo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipso solstitij die hora sexta vmbras penitus absumi tradit Plin. lib. 6. cap. 29. ¶ Tertiam cognomento Panchrysõn, & quartam Epidiren dictam, enumerat idem Plinius loco iam citato. ¶ Duæ præterea eiusdem nominis vrbes recensentur à Stephano, quarum alteram in Cilicia collocat, alteram Chium olim vocatam asserit.

Berenices coma, κόμη βερενίκης, Sidus ad caudã leonis situm, ex septem constans

constans stellis, trigoni figura collocatis: ita dictum à capillis Berenices, Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Euergetæ fratris sui vxoris, quos quum illa vota soluendi gratia deuondisset, & postridie nusquam appareret, in hasce stellas creditum est esse commutatos. Vide latius paulò ante in dictione BERENICE.

BERENICIDAE, βερνικίδαι, Ptolemaicæ tribus populi apud Athenienses Stephano.

BERENICIS, idis, βερνικίς, Tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Bereniceu vrbem Lucanus lib. 9, -nam quicquid puluere ficco Separat, aut tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes.

BERGIDVM, βεργίδιον, Oppidum Ilergetum, in eo tractu Tarraconensis Hispaniæ, qui Vasconibus proximus est.

BERGION & ALBION, Gigantes filij fuêre Neptuni, ab Hercule interfecti, vt scribit Pomponius Mela lib. 2. vide suprà ALBION.

BERGOMVM, Oppidum est Italiæ, trans Padum, à Plinio in nona Italiæ regione collocatum, etiam hodie nomen retinens. ¶ Hinc Bergomates eius oppidi incolæ dicti sunt.

Beryllus, Vide BERYLLVS.

BERNAVA, Apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, non procul à Cæsarea Augusta, Celtiberis & Bessetanis ad Orientem proximum. Vulgò, *Benauar.*

BEROE, βέροη, Epidauria fuit anus, & nutrix Semeles, in quam se mutauit Iuno, Semele persuasura, vt à Ioue veram illius formam peteret, qua cum Iunone congredi soleret vt superius de Baccho dictum est. Ouidius Metamorph. 3. Ipsáq; erat Beroë Semeles Epidauria nutrix. ¶ Beroes quoque quendam Dorycli Ismarij coniugis meminit Virg. lib. 5, Fit Beroë Ismarij coniunx longæua Dorycli, &c. ¶ Est idem Beroë Stephano, vrbis nomen in Macedonia, non procul à Pella, Alexandri Magni patria: quæ alias Beroëa, siue (vt quidam malunt) Berrhoëa vocatur. vide infrà suo loco.

BEROEA, siue BERRHOEA, βέροια Stephano, βέρροια Suidæ, Vrbs Macedoniæ ad Haliacmonem fluuium sita, non procul à Pella, Alexandri Magni patria. Meminit vrbis huius Plin. lib. 4. ca. 10. Vulgò *Veria.* ¶ Est etiam in Caus Syriæ huius nominis oppidum: in quo Bassianus Rhetor natus traditur à quo dicti sunt Beroenses, βεροιεῖς, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 23.

BERONICE, Vide BERENICE.

BEROSVS, Collis est Tauromenitanorum, tres habens fontes, sine remedio, & sine dolore mortiferos. Plin. lib. 2. cap. 103.

BEROSVS, Caldæus fuit, Astrologiæ peritissimus, cui propter admirandam prædicendi futura scientiam, Athenienses in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. Autor Plin. lib. 7. cap. 37.

BERSABE, Vrbs Iudææ, quæ Puteus iuramenti interpretatur, quia quum ibi habitaret Abraham cum Abimelech inactatis septem ouibus in fœdus mutuò iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promissionis possessa à populo Iudæorum, postquam reuersus est ex Aegypto, & tenditur vsque ad Dan, spatio in longum CLX milliuum, sicut scribit Hieronymus ad Dardanum.

BERSANE, Vidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno adamata. Autor est Diodorus.

BERYLLVS, βήρυλλος. Bostrenæ vrbis Arabiæ Præsul fuit, qui quum plurescté pro religione scripsisset, postremò omnia corrupit, peregrina quædam adducens, & procul à veritate abhorrentia. Quamobrem conuocata Præsulum non paucorum synodo, maximè annitente Origene ad sanitatem reductus est. Vide Volaterranum lib. 6.

Beryllus, βήρυλλος, Gemma est subuiridis, & transparens, vix alibi vnquam quàm in India reperta: cuius nouem enumerantur species apud Plin. lib. 37. cap. 5. Probatissimi tamen sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Propertius lib. 3, Et solitum digito beryllon adederat ignis.

BERYTOS, pen. prod. Βηρυτός. Vrbs est Phœnices, in ora Libano monti subiecta, Iustiniani temporibus legum studiis celebertima. Vulgò *Barutum* vocant. Hinc Berytia vina, hodie quoque nominatissima: de qua Plin. lib. 15. cap. 17.

Bes, bessis, masculini generis, compositum est ab Asse, octo significans vncias. διμοιρία. Festus, Bes appellatus est, quòd bis triens sit: quamuis dura compositio fiat bessis extriente. Cicero ad Atticum, Fœnus extriente factum erat bessibus. Plin. lib. 18. cap. 11. Græci in binos semodios farinæ satis esse besses fermenti constituere. ¶ Legitur & nominatiuus Bessis apud Festum, modò emendata sit lectio, Bessis, inquit, vnciæ octo, triens quatuor. ¶ Bes etiam est Geometrarum mensura, continens octo partes iugeri in duodecim partes diuisi. Vide Columellam lib. 5. cap. 1.

BESA, simplici s, βῆσα. Fons est Thessaliæ inter ossam & Olympum, iuxta Cyceium oppidum: de quo Strabo lib. 8. ¶ Est & Bessarabus nomen in agro Atticoteicuius meminit idem Strabo lib. 9.

BESSA, geminato ss, βῆσσα Stephano. Campus est Locridis, densis arbustis refertus: vnde & nomen accepit. βῆσσαι enim saltus à Græcis nominantur. Vide Strabonem lib. 9. ¶ Est & Bessa eiusdem regionis oppidum, apud Stephanum.

BESSICVS, βησσικός Stephano, Insula est exigua Propontidis, XVIII. M. passuum circuitu, è regione ostij Rhyndaci fluuij. Vide Plin. lib. 5. cap. vlt.

BESSIPPO, βησσιππώ Ptolemæo, Hispaniæ Beticæ portus, & oppidum non procul à Mellaria vrbe, patria Pomponij Melæ, vt ipse testatur Geographiæ suæ libro secundo.

BESSARA, βησσαρά. Ciuitas est Assyriæ apud Ptolemæum lib. 6. cap. 1.

BESSI, βησσοί, Populi Thracum teste Plin. lib. 4. cap. 11. magna ex parte Hæmum montem incolentes, rapto & latrociniis victitantes, de quibus Ouid. li. 6. Trist. Viuere quàm miserum est inter Bessósq; Getásq;

BESSYGA, pen. corr. βησσυγα, τά, Emporium in India, vbi & amnis Bessygas: vnde Bessygitæ populi, qui humana carne vescuntur. Stephanus.

Bestia, Crudelitatem videtur exprimere. {θηρίον. Ital. *Bestia.* Gal. *Beste.* Hisp. *Bestia, animal bruto y fiero.*} Belua, magnitudinem, & quasi monstrositatem. Fera opponitur cicuri. Vlpianus, Bestias accipere debemus magis ex feritate, quàm ex animalis genere, quæ proprio morsu vel vngueibus sæuiunt: vt pardi, leones, tigrides: à vastando. ¶ Bestiæ Ciceroni etiam pisces & volucres appellantur 5. Tuscul. Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse volutat: alias volucres cælo frui libero: serpentes quasdam esse gradientes. Item de amicitia, Quòd si hæc apparent in bestiis volucribus, agrestibus, nantibus, &c. ¶ Bestia quoque prænomine Lucij commemoratur à Sallustio inter eos, qui cum Catilina aduersus Rempub. coniurarunt. ¶ Bestia bestiam nouit, ὑγιὲς δὲ ἡ θὴρ θῆρα. Nouit profectò fera ferum. Aristot. lib. Rhetor. 1. Congruet vbi conuenit inter duos pariter improbos. ¶ Ne bestiæ quidem ferre possent. Prouerbialis hyperbole est apud M. Tullium actione in Verrem 5. Postremò vt odor Apronij deterrimus oris & corporis, quem, vt aiùt, ne bestiæ quidé ferre possent, vni isti suauis & iucundus videretur,

Bestiola, læ, diminutiuum, θηρίδιον. Plin. lib. 11. ca. 5. Apes aluearia illinunt amaritudinibus succis contra aliarum bestiolarum auiditates.

Bestiarij, Dicebantur qui cum bestijs depugnare damnati erant. θηριομάχοι. Hinc à Seneca ludus bestiariorum nuncupatur, quo bestiarij depugnabant. Cicero pro Sestio, Præclara ædilitas, vnus leo, ducenti bestiarij. Idem in Vatinium, Milonem dicas gladiatoribus & bestiarijs obsedisse Rempublicam.

Beta, tæ, Herba est notissima, etiam hodie nomen retinens, quæ quòd insipida sit, fatua peculiari quodam Epitheto appellatur. ἠλίθιον. Ital. *Beta, bietola.* Gal. *Porée, poree, bette.* Hispa. *Aselgas.* ¶ Martialis lib. 13, Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O quàm sæpe petet vina, piperque coquus? ¶ Betæ quoque à Diogene appellabantur homines molles & ineptiæ. Vnde & betizare dixit Augustus, pro languere, & effœminari. Vide Cælium lib. 17. cap. 11.

Betanomantia, (quod in quibusdam editionibus huc irrepserat fuit ingestum) Vide BOTANOMANTIA.

BETARMONES, βεταρμώνης. Ab Homero Corybantes vocantur, Odyss. 8.

BETHACARVM, Vicus inter Hierosolymam & Thecuam in monte situs. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa.

BETHANIA, βηθανία, Villa secundo milliario ab Hierusalé, in latere montis Olineti, Marthæ, ac Mariæ memoria insignis. ¶ Est & altera Bethania trans Iordanem, vbi Iohannes quòdam baptizabat. Volaterranus.

BETHEL, Vrbs Samariæ, quam Iebusæi condiderunt, quæ prius vocabatur Luza.

BETHLEHEM, βηθλεέμ, Nomen ciuitatis Dauid, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, Christi seruatoris nostri natalibus insignis. Nunc viculos esse dicitur, qui ab Ioppe quadraginta millibus distat. Ex hac ciuitate ortus, atque ibidem in regem vnctus est Dauid. Ibi Rachel occubuit: & sepulchrum Iesse patris Dauid ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem milliario positus, contra Meridiem, in itinere, quo itur Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora sua pauit, loco Bethlehem nomen imposuit, quod domus panis interpretatur: propter eum panem qui ibi de cælo descendit. A Stephano βηθλεὲμ appellatur neutro genere, & plurali numero. ¶ Hinc Bethlehemitæ, penult. product. dicti sunt eius incolæ.

BETHPHAGE, pen. prod. βηθφαγή, Vici nomen est in Iudæa, non procul ab Hierosolymis, quod Syris domum oris, vel maxillæ sonat.

BETHSAIDA, βηθσαϊδά, Galilææ ciuitas, Petri, Andreæ & Philippi patria, ad Lacum Tyberiadis sita.

BETHSAMES, Nomen vrbis Galilææ, vbi Dominus perhibetur multa signa fecisse: à qua Bethsamitæ populi.

BETHSVRA, & Bethsuræ, tantum plurale, pen. prod. Munitum fuit Iudæorum præsidium: de quo multa lib. 2. Machabæorum.

BETIS, fluuius Hispaniæ vlterioris. Vide BAETIS.

Beto, is, Vado, quasi beneito. Varro, Mulierem, quòd parere ea non poterat, foras betere iussit. Plautus Culcul. Si illa ad me beret.

Betonica, βετόνικα Dioscoridi. {Ital. *Betonica.* Gal. *Betoine ou vetoine.* Hisp. *Betonica.*} Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula, teste Plin. lib. 25. cap. 8. ¶ Est & altera Betonicæ species, teste Aegineta, herba vnicaulis, ramulos habens pulegij, sed tenuiores, & gustu fatuos, quæ à superiore, specie differt, non effectu.

Betulla, gemino ll, *betulus.* Arbor est virgis aptissima, cortice candidissimo: quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt, & ex ea fasces conficiebant, qui Magistratibus solebant præferri. Huius meminit Plin. lib. 25. cap. 8.

BETVLO, Hispaniæ fluuius est in tractu Tarraconensi, Barcinonensem agrum irrigans. Rectius scribitur Bætulo per diphthongum. Vide suprà suo loco. Vulgò *Becon.*

B ante I.

Bixon, βίξων, Vini factitij genus erat, valetudinis causa excogitatum. Fiebat ex vuis ad solem siccatis, & aqua marina: dictum est à cura, quia multũ in eo condendo labotis adhibebatur: siue quia violentum esset, & efficax contra morbos: siue à festinatione atque impetu. Plin. lib. 14. cap. 8, Apud Græcos iure clarissimum nomen accepit, quod appellauerunt Bixon, ad plurimos valetudinum vsus excogitatum. Fit autem hoc modo, Vuæ paulum ante maturitatem decerptæ, siccantur acri sole, ter die versatæ per triduum, quarto exprimuntur: dein cadis sole inueterantur.

Barchi, βίαρχοι. Qui præsunt commeatibus, vitæq; necessariis comparandis. βίος enim Græcis non modò vitam, verumetiam victum significat.

BIANOR, βιάνωρ. Nomen viri, qui & Oenus dictus est, filius Mantus fatidicæ, & Tusci fluminis, qui Mantuam vrbem à nomine matris appellauit. Virg. Aeg. 9, -nanq; sepulchrum Incipit apparere Bianoris, hic vbi densas, &c. ¶ Fuit idem vnus ex Troianis principibus qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Home. lib. Iliad. 11.

BIAS, Biantis, βίας. Nomen philosophi Prienensis, qui fuit vnus ex septé Græciæ sapientibus. Hic (Laërtio teste) vir fuit totus regius, & ciuium suorum princeps, quos diu aduersus pericula tutatus est. Sed tandem capta patria, quum vniuersi fugerent, rerum pretiosissimarum farciculis onusti, ipséque ter rogaretur, cur ex bonis suis solus nihil secum ferret, respondit, Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona sua non numerabat.

BIATIA Ptolemæo, Oppidum est Hispaniæ Tarraconẽsis, fortasse idem cum eo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum eo, quod hodie *Beza* nominatur.

BIBLIA, siue (vt alij vocant) Billia, Vxor Duellij Romani, qui primus Romæ ex nauali certamine triumphauit: quæ tantæ pudicitiæ fuit, vt illo seculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium. De hac memoriæ proditum est, quòd quum Duellio in iurgio quodam, oris graueolentia obiecta esset, eóque nomine à viro illo accusaretur, quòd vitij eius ipsum nunquam monuisset. Bibliam respondisse, id quidem se facturã fuisse, nisi vitos omnes etediuisset ita olere.

Biblia, bibliorum, plur. num. βιβλία, Libri. quo nomine Libri sacri per excellentiam appellantur.

Bibliographus, βιβλιογράφος, Librarius, παρὰ τὸ βιβλίον, καὶ γράφω.

Bibliosathas, à Demetrio Trœzenio dictus est Didymus Grammaticus: quoniam supra ter mille quingentos libros conscripsit. Vide Cœlium lib. 19. cap. 9.

Bibliopõla, ὁ βιβλιοπώλης. Ital. *Libraio, venditore de libri.* Gal. *Libraire, vendeur de liures.* Hisp. *Librero.* ‡ pen. prod. Qui libros vendit. Mart. Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon. Plin. iunior, Bibliopolas Lugduni esse non putabam: ac tamen libentius ex literis tuis cognoui venditari libellos meos. Componitur autem ex βιβλίον, quod est liber, & πωλῶ vendo, per ω in prima.

Bibliotaphi, βιβλιοτάφοι. Ab eruditis appellantur, qui vt soli sapere videantur, librorum aliquid insignium nacti, nemini eorum copiam faciunt, sed in arca, velut in sepulchro quodam, inclusos asseruant.

Bibliotheca, pen. prod. ἡ βιβλιοθήκη. Ital. *Libraria.* Gal. *Librairie, estude, chambre aux liures.* Hisp. *Libreria.* ‡ Tam librorum per se magnus numerus, quàm locus vbi libri sunt, appellatur, vt lib. 32. Digestorum scribit Vlpianus. Cice. ad Sulpi. Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, quum multos libros surripuisset, &c. Latinis Libraria dicitur. Gell. Forte in libraria ego, & L. Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus. ¶ Est & bibliotheca titulus, siue inscriptio, qua Diodorus historiam suam nominauit. Plin. in Proœmio operis, Apud Græcos desiit nugari Diodorus, & Bibliothecas historiã suam inscripsit. Bibliothecæ (vt scribit Vitruuius) ad Orientem spectare debent. Vsus enim librorum matutinũ expostulat lumen.

Bibliothecalis, le, Quod est bibliothecæ: vt apud Martianum, Bibliothecalis copia.

BIBLINA, æ, βιβλίνη, Thraciæ regio, vino generoso insignis, quod Biblinum ab ea appellatur: tametsi alij à biblia vite appellatum malint. Demus autem Delius Biblinum vinum Naxium interpretatur, eo quòd Biblus Naxi insulæ fluuius sit. Vide Stephanum.

Biblo, is, verbum est factitium, à similitudine soni, qui fit in vase, Næuius: Biblit amphora. Festus.

Biblos, βίβλος, fœm. gen. Iuncũ significat, item Aegypti arborem, quę & Papyrus, cuius cortice ad chartas, ligno autẽ ad nauigia vtebantur. Lucanus lib. 3. Nondũ flumineas Memphis contexere biblos Nouerat.

BIBLVS, βίβλος, Naxi insulæ fluuius, à quo nonnulli Biblinum vinum nominatum putant. Vide suprà in dictione BIBLINA.

Bibo, bibis, bibi, bibitum, Potum hausio, humorem attraho. ‡ πίνω. Ital. *Bere.* Gal. *Boire.* Hisp. *Beuer.* ‡ Plaut. in Stic. Vide quot cyathos hos bibimus. Virg. lib. 11. etiam his iunxit, quæ vim attrahendi humoris nullam habent, Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit, virgineũmq; altè bibit acta cruorem. ¶ Bibere etiam accipitur pro auscultare, seu studiosè audire. Horat. lib. Car. 2, Pugnas, & exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus. ¶ Inuenitur etiam passiuum huius verbi Bibo in tertia persona. Iuuen. -sed nulla aconita bibuntur Fictilibus.

Bibax, & Bibosus, Qui est bibendi auidus, vel nimius potator. ‡ πότης, πολύκος Ital. *Beuitore, cinciglione.* Gal. *Grand beueur, qui boit beaucop.* Hisp. *Gran benedor.* ‡ Gell. lib. 3. cap. 12. Bibendi auidum P. Nigidius in Commentariis Grammaticis bibacem & bibosum dicit. Laberius, Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. ¶ Bibosus tamen (si Gellio credimus) vocabulum est nouum, & à Laberio vocum innouatore confictũ. Nomina enim in osus, potius fiũt à nominibus, quã à verbis.

Bibaculus, diminutiuum à nomine Bibax, Qui largius & frequentius bibit. φιλοπότης. ¶ Item nomen fuit Poëtæ, quem Hieronymus in Chronicis Cremonæ natum scribit, paulò minorem Ciceronе.

Bibacitas, atis, Naturalis propensio ad largius bibendum. φιλοποσία. Ital. *Eccessiuo bevere.* Gal. *Boiserie excessiue.* Hisp. *El hablito y vbra de mucho beuer.*

Bibesia, æ, Vocabulum est à Planto confictum: pro nimia bibendi auiditate. φιλοποσία, quemadmodum & Perediam idem dixit pro fame, & voracitate. Festus.

Bibulus, a, um, Quod facilè sorbet. ‡ πότης πονηρός. Ital. *Che bene volontieri.* Gal. *Qui boit volontiers.* Hisp. *Que se passa como papel.* ‡ Virgilius ad Messalam, Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo. Lumen enim bibit oleum, id est ardendo consumit. ¶ Vnde & Bibulorum cognomen ductum est, & Bibula papyrus, quæ sorbet atramentum. Lucanus, Conficitur bibula Memphitis charta papyro. ¶ Hinc fit Metibibulus, de quo alibi. ¶ Horatius passiuè dixit Bibulum Falernum:

Potores bibuli media de nocte Falerni,
Oderunt porrecta negantem pocula.

BIBRACTI, Heduorum oppidum est apud Gallos, autore Cæsare. Hodie Sequanis, hoc est Burgundis annumeratur. Vulgò *Beaulse.*

BIBVLVS, Collega Cæsaris fuit in consulatu, nomine potius quàm re. Cæsar enim solus quicquid visum erat, inconsulto collega, pro suo arbitrio gerebat. Vnde quicquid illo anno factum erat, homines vrbani Cæsare & Cæsare Coss. gestum dicebant. Vide Erasmum in Apoph. Extat etiam apud Tranquillum in vita Cæsaris ea de re distichon huiusmodi, Non bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est. Nam bibulo fieri Consule nil memini.

Biceps, Biclinium, Bicolor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis, Vide BIS.

BICVRDIVM, Βικούρδιον Ptolemæo, Germaniæ vrbs est, quam *Erfordium* vocant.

BIDINI, Populi sunt Siciliæ, Citeriis, & Cacinnis vicini: vt autor est Plin. lib. 3. cap. 8.

BIENDIVM, Citerioris Hispaniæ portus est, apud Plin. lib. 4. in descriptione citerioris Hispaniæ.

BIGARGITANI, Populi sunt Hispaniæ in tractu Tarraconensi. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

BIGERONES, Aquitaniæ populi sunt, apud Cæsarem, Tarbellis & Sontiatibus vicini.

BIGERRA, Βίγαρρα Ptolemæo, Hispaniæ ciuitas est, Setabis contermina, quæ hodie *Beiar* ab incolis vocatur.

BILAEVS, βίλαιος, Fluuius est Ponti, in finibus Paphlagoniæ, non procul ab Heraclea. Vide Plin. lib. 6. cap. 1.

BILBILIS, βίλβιλις, Oppidum Celtiberorum in Hispania Tarraconen. ad Salonem fluuium, optima ferri temperatura nobilem. Ex hoc oppido Martialis poëta originem traxit, vt ipse multis in locis testatur. Vulgò *Calatayut.*

Bilis, ‡ χολή. Ital. *Colera.* Gal. *Colere, fiel.* Hisp. *Colera, hyel.* ‡ Nomen est commune duobus præcipuè humani corporis humoribus: quorum alter, qui calidus est & siccus, ab aureo colore Flaua bilis appellatur. Alter, qui frigidus est & siccus, quoniam nigræ fauillæ colorem imitatur, Atra bilis dicitur. Vtrunq; genus rursus in duas primarias species finditur: in naturalẽ scilicet, & non naturalem. ¶ Bilis flaua naturalis (quæ bilis appellationem sibi peculiariter vendicauit) rursus duplex est. Quædam enim apta est nutritioni, quæ vnà cum sanguine miscetur in venis: partim vt ille hoc veluti vehiculo commodius penetret in venas exiliores, partim vt alat partes naturæ suæ affines, hoc est calidas & siccas. Deinde munere suo functa, quod reliquum est, vnà cum sudoribus foras effluit per poros. Hæc tenuis humoris permistione mutatur in bilem pallidam, quæ & ipsa à naturali quàm minimum recedit. ¶ Altera excrementitia est, & inepta nutritioni, quæ à sanguine expurgata recipitur in vesiculam bilis, quam χολήδοχον Græci appellant, & inde proprio meatu in intestina delabens, deiectionem stimulat, & tingit excrementa. ¶ Non naturalis iterum in quatuor distinguitur species, in vitellinam, λεπτοχολή, quæ fit ex bile pallida, acrimonia caloris non naturalis vsta: in porraceam πρασοειδῆ: in æruginosam ἰώδη, & in eam quæ cæruleo colore glastum imitatur, vnde ἰσατιδώδη à Græcis appellatur. Tres hæ posteriores species potissimùm fiunt in ventriculo, ex alimentis acribus, vt porro, sinapi, & similibus: ex quibus primùm fit porracea bilis, deinde æruginosa, & postremò cærulea. Nonnunquam etiam in iecinore ex vitellina vehementius vsta, vt accidere solet in morbis ardentissimis. ¶ Atra bilis & ipsa in Naturalem diuiditur, quam proprie μέλαινα χολή, id est atrum succum, siue succum melancholicum medici appellant, & Non naturalem: & Naturalis rursus in aptam nutritioni, quæ miscetur sanguini in venis, aliteq; partes frigidas & siccas, ossa scilicet, & cartilagines: & in Excrementitiam, quæ nihil aliud est quàm excrementum sanguinis, quod à iecore lien ad se allicit: eiúsque tenuissima parte alitur, reliquum per proprium meatum (quem & Stomachum vocant) in ventriculum regurgitans, vt illum astringat & roboret: vbi munere suo functa, vnà cum excrementis per intestina deijcitur. ¶ Non naturalis autem (quę propriè Atra bilis dicitur,) in triplici est differentia. Alia enim fit ex succo melancholico, putredinis aut caloris vi in cinerem quodammodo conuerso. Alia ex bile vitellina, primùm in porraceam, deinde in æruginosam, & postremò in cæruleam mutata. Alia ex pituita in venis putrescente, & vehementius vsta. Hæc tam exactè discutere, ad medici fortasse officium magis attinebat: verùm quoniam hic tam crasse impegisse videbamus Dictionarij huius constructores, vt atram bilem eam esse traderent, quæ à vesicula fellis excipitur: flauam autem bilem intestinorum vitium interpretarentur, visum fuit hæc paulò altius repetere, vt intelligerẽt vel rei medicæ imperiti, aliud esse speciosis doctorum titulis lectori fucum facere, & putria falsamenta (quod dici solet) origano condire: aliud ex fumo lucem præbere, & præter summam fidem & diligentiam, iudicij etiam nonnihil ad opus aliquod afferre. ¶ Accipitur item Bilis pro ira, quæ à bile excitatur. Horat. 2. Sermon. Sat. 2. -tantum maledicit vtrique, vocando Hanc Furiam, hunc aliud, iussit, quod splendida bilis. ¶ Inest & formicæ & serpho bilis, Ἔστι καὶ μύρμηκι καὶ σίρφῳ χολή. Admonet adagium nõ esse contemnendum inimicum quempiam, nec vllum temere lacessendum: quandoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillum quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in homunculos nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes, ira vt solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal non dissimile formicæ.

Biliosus, a, um, In quo bilis abundat. ‡ χολώδης. Ital. *Colerico, chi facilmente si corruccia.* Gal. *Bilieux, colere, facile à courroucer.* Hisp. *Atelancolico ò colerico.* ‡ vt, Sanguis biliosus, Sputum biliosum, apud Cornelium Celsum.

BION, βίων, Borysthenites philosophus fuit, & sophista callidus, qui philosophiam vatio orationis flore vestiuit. Hic primùm Cratetis Cynici Philosophi auditor fuit: à quo sese ad Theodorum contulit. Fertur hic dixisse ad eum qui fundos suos ingluuie vorauerat, Terra Amphiarai absorbuit, sed terram tu. ¶ Fuerunt & alij eiusdem nominis Philosophi, quos vide apud Laërtium.

Biothanatos, ‡ Ital. *Vccise violentemente.* Gal. *Occis violentement.* Hisp. *Matado forçosamente.* ‡ βιοθάνατος, ex βία violentia, & θάνατος mors: id est violenter mortuus: vt est qui ferro, vel alia vi interficitur, & non sua, id est naturali morte moritur, quæ naturaliter contingit: & mors ipsa Biothanata dicitur, quæ per vim infertur. De qua intellexit Virgilius, quũ dixit, Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed misera ante diem. Scribit Lampridius prædictum fuisse Heliogabalo ipsum biothanatum futurum. Iul. Firm. Si luna, inquit, applicuerit se Saturno defi ciens lumine, faciet mattes biothanatas interire. Seruius ait Biothanatorum animas non recipi in originem suam.

BIPEDIMVI, Galliæ in Aquitania populi, de quibus vide Pli. li. 4. ca. 19.

BIRACELLVM, Thuscię oppidum est Ptolemæo, hodie *Vicarellum.*

Bis, aduerbium, Duabus vicibus. ‡ *Bis.* Ital. *Due fiate.* Gal. *Deux fois.* Hisp. *Dos vezes.* ‡ Cic. de Amicit. Bis vnà Consules. Plinius, Vt aliquæ bis die pariant. Multa habet composita, de quibus modò dicemus.

Biceps, itis, Qui habet duo capita. ‡ δικέφαλος. Ital. *Cosa che ha due capi.* Gal. *Ayant deux testes ou deux sommitez.* Hisp. *Cosa que tiene dos cabeças.* ‡ Pli. li. 10. cap. 62. Serpentes coëunt complexu, adeò circunuolutæ sibi, vt vna existimari biceps possit. Cice. 1. de Diuin. Et si puella nata biceps esset.

Biclinium,

Bichnium, Locus vbi duo lecti sunt: sicut Triclinium, vbi tres. {δικλίνιον. Ital. *Luogo dove stanno due letti.* Gal. *Chambre ou il ya deux lits dressez.* Hispa. *De dos lechos ó mesas.*} Est autem hæc dictio ex Latino & Græco composita: nam Bis Latinum est, & κλίνη Græcum, quod lectum significat. Plautus in Bacchid. In Bichnio cum amica sua vterque cubitum eatis.

Bicolor, adiectiuum. Duorum colorum. {δίχρωμος. Ital. *Di due colori.* Gal. *De deux couleurs.* Hisp. *Cosa que viene dos colores.*} Plin. li. 10. ca. 52, Intus omne ouum volucrum bicolor. Ouid. 11. Metamorph. Myrtea sylua subest bicoloribus obsita baccis.

Bicornis, ne, Quod habet duo cornua. {δίκερως. Ital. *Di due corna.* Gal. *Ayant deux cornes ou deux fourchons.* Hispa. *Cosa que tiene dos cuernos.*} vt Bicorne ferramentum, Columel. lib. 10. cap. 5. Bicornes furcæ, Virgil. 1. Georg. Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes.

Bicorpor, {δίσωμος. Ital. *Di due corpi.* Gal. *Ayant double corps.* Hispa. *Cosa que tiene dos cuerpos.*} Omnis generis. Duorum corporum. Cice. 2. Tuscul. Hæc bicorporem afflixit manum.

Bicubitalis, le, Quod duorũ est cubitorum. {δικύβιτος. Ital. *Di due cubiti.* Gal. *Qui a deux coudees de long.* Hispa. *Cosa que tiene dos codos de medir.*} vt Bicubitalis caulis, Plin. lib. 20. cap. 23.

Bidental. Locus erat, aut ædificium fulmine tactum: ita dictum ab oue bidente, quæ ad prodigij procurationem à sacerdote immolata, ibi sepelichatur. Horatius, Minxerit in patrios cineres, an triste bidental Mouerit incestus: certé furit, ac velut vrsus. Nonius Marcel. Bidental dici vult, quòd binæ pecudes mactarentur.

Bidentes, Quidã intelligunt oues, aut alia pecora, quæ per ætatem duos dentes altiores habent. Nam Higinus dicit, Quæ bidens hostia, oportet dentes habeat octo, sed ex his duos cæteris altiores, per quos appareat ex minore ætate in maiorem transcendisse. Alij Hostias bimas, id est duos annos habentes, hoc nomine intelligunt, quòd in cõmentariis ad ius Pontificũ pertinentibus legatur Bientes primò dictas, deinde litera ex superfluo interiecta (sicut in Redeo) ad hiatum duarum vocaliũ præcauendum. Ergo bidentes primò dictæ sunt quasi Biennes: postea autem vocabulo longo vsu loquendi corrupto, quæ prius Biennes dicebantur: postea bidentes sunt dictæ. Vide Gell. lib. 10. cap. 4. Virgil. 6. Aeneid. Totidem lectas de more bidẽtes. ¶ Item Bidens, ὀργυιά. Pollux, vbi σιδήρου γεωργικὸν ὄργανον, instrumentum rusticũ fossoriũ, quod duos dentes habeat. Iuuenalis, Viue bidentis amans, & culti villicus horti.

Biduum, Spacium duorum dierum: à quo biduanus, a, um: vt Biduanæ induciæ. {δυοήμερον. Ital. *Il spatio di due giorni.* Gal. *L'espace de deux jours, deux jours entiers.* Hisp. *El espacio de dos dias.*} Terentius in Eunuch. Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum. Saltem vt concedas solum. ¶ Biduo continenti, significat duobus diebus continentibus. Suetonius in Calig. Per hunc pontem vltro citro commeauit biduo continenti.

BIENDIVM, Citerioris Hispaniæ portus. Plin. lib. 4.

Biennis, Qui est duorũ annorum. {δυέτης. Ital. *Di due anni.* Gal. *De deux ans.* Hisp. *Cosa de dos años.*} Plin. lib. 2. cap. 82. Vtpote quum quidam annuo & bienni spacio durauerint.

Biennium, Spatium duorum annorum. {δυετία. Ita. *Di due anni.* Gal. *Deux ans entiers, l'espace de deux ans.* Hisp. *Cosa de dos años.*} Cic. de Amicit. Primò Gabinia lege: biennio autem post Cassia.

Bifariam. {δίχως. Ital. *In due parti.* Gal. *En deux parties, en deux sortes, en deux manieres.* Hisp. *En dos partes.*} & Trifariam, τριχῶς, aduerbia sunt, quibus significatur quod duobus vel tribus modis, vel quod in duas vel tres partes fari potest. Cic. 3. Tusc. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt. nam duæ, &c. ¶ Sic Multifariã, Omnifariam, Plurifariã significat multorum generũ, omnis generis, plurium generum: siue in multas, in omnes, & in plures partes: siue quod multis, omnibus, & pluribus modis fari potest. Dicimus etiã Bifariè, Trifariè, Multifariè, &c.

Biferus, a, um, Quod bis quotannis fructum fert. {δυφόρος διφόρος. Ital. *Che fa frutto due volte all anno.* Gal. *Portant deux fois l'an.* Hisp. *Cosa que trae dos vezes cada año.*} Virgil. 4. Georg. Biferique rosaria Pæsti. ¶ Biferæ ficus, Colum. lib. 5. cap. 10. Fabulantur poëtæ Alcinoi Phæacum regis poma fuisse biferа, hoc est bis quotannis fructum protulisse.

Bifidus, a, um, pen. corr. Quod in duas partes fissum est. {δίχηλος. Ital. *Fesso in due parti.* Gal. *Qui est fendu ou se fend en deux.* Hisp. *Cosa hendida en dos partes.*} Plin. lib. 11. ca. 37. Lacertis bifida & pilosa lingua. Ouid. 4. Metamorph. -bifidóque relinquit Rima pedes.

Bifidatus, a, um, adiectiuum. Idem quod Bifidus. Plin. lib. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone, lateribus in sese bifidatis, bellas primùm demonstrauere gemmas.

Biforis, re, Quod habet duas ianuas. {δίθυρος. Ital. *Che ha due porte.* Gal. *Ayant deux huis qu'on ouure çà & là.* Hisp. *Cosa que tiene dos aguieros ó puertas.*} Ouid. 3. de Ponto, Nox erat, & bifores intrabat Luna fenestras. Biforis cantus. Virgil. 9. Aeneid. Vbi affuetis biforem dat tibia cantum. Vbi Seruius, Biforem, bisonum, imparem.

Biformis, is, & hoc Biforme, Duas habens formas. {δισώματος. Ital. *Di due forme.* Gal. *Double de forme, ayant deux formes.* Hisp. *Cosa que tiene dos formas ó figuras.*} Virgil. 6. Aeneid. -mistúmque genus, prolésque biformis. Colum. lib. 10, Inter lasciuos Satyros, Panásque biformes.

Biformatus, a, um, adiectiuum. Idem quod biformis. δισώματος. Cic. 2. Tuscul. Non biformatus impetu Centaurus ictus corpori infixit meo.

Bifrons, tis, Qui duas frontes habet. {διπροσωπος. Ital. *Di due fronti.* Gal. *Qui a deux faces, ou deux visages.* Hispa. *Cosa que tiene dos frontes.*} Est autem hoc Iani epitheton, quem ideo dicimus bifrontem, quòd præterita sciuerit, & futura præuiderit: vel quia superùm, & inferùm ianitor est. Virg. 12. Aeneid. Latonæque genus duplex, Ianúmque bifrontem.

Bifureus. Geminas furcas habens. {ἀμφίκυρτος. Ital. *Biforcato.* Gal. *Qui a deux fourchons, fourchu.* Hisp. *Cosa de dos horcas.*} vt, Bifurcum ferramentum. Colum. lib. 3. cap. 18. Bifurci ramusculi, Idem lib. 5. cap. 11.

Biga, Currus duobus equis vecti: ita dicti, quasi Biiugi, quòd duorum equorum iugo agantur. {ἅρμα συνωρίς. ζεῦγος. Ital. *Carreta di due caualli, Biga.* Gal. *Charrois ou charrete de deux chevaux, deux chevaux attelez l'vn auec l'autre.* Hisp. *La yunta de dos caballos.*} ¶ Equi verò ipsi Biiugi, Biiugésve dicuntur. ¶ Sic Quadrigæ, quæ à quatuor equorum iugo trahi solét: & equi ipsi, Quadriugi. Virgil. 5. Aeneid. Et nox atra polum bigis subuecta tenebat. Apud veteres tamen Bigam, & Trigam, & Quadrigam inueni-

mus. Sueton. in Tib. Vix vnius bigæ adiectione honorari passus est. Papin. in Theb. Roriferum gelida tenuauerat æëra biga. Plin. In summo Mausoleo est quadriga marmorea. Bigas primùm iunxerunt Phrygij, quadrigas Erichthonius, teste Plin. lib. 7. cap. 56.

Bigamus, {δίγαμος. Ital. *Remaritato.* Gal. *Remarié.* Hispa. *Casado dos vezes.*} Qui duas vxores duxitã quo Bigamia, γάμος, enim nuptiæ dicuntur. Sipontinus.

Bigati, Numi bigas impressas habentes. Plin. lib. 33. cap. 3. Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ: & inde bigati, quadrigatique dicti. Tacitus de Germ. Pecuniam probant veterem, & diu notã ferratos, bigatósque.

Bigemmis, me, Quod habet duas gemmas. Colum. lib. 5, Pro materiis longioribus pollices quaternùm aut quinùm gemmarum relinquuntur, pro custodibus autem bigemmes reseces efficiunt in ea.

Bigenera. Animalia ex diuerso genere nata, vt Leopardus ex leæna & pardo, non (vt aliqui putant) ex leone & panthera. ἄσσης. Varro li. 2. de Re rust. Nã multi & hinni bigeneri, atq; infititij, non suopte genere ab radicibus. Ex equa enim & Asino fit mulus: ex equo & asina hinnus.

Bigonæ, Geminæ dicuntur, quia bis vna die natæ sunt. Festus.

Biiugi, Equi dicuntur, quum bini ad vnum iugum nexi sunt. {δίζυγος. Ital. *Due caualli ad vn giogo.* Gal. *Accouplé à couplé d'vn autre, ateléz ou attelez vn autre.* Hispa. *Dos cauallos de vna yunta.*} Martialis, Gestatus biiugis Regulus esset equis. Virgil. 10. Aeneid. Interea biiugis infert se Lucagus albis.

Bilanx, cis, Statera, quę duas habet lances. {ζυγός. Ital. *Bilancia.* Gal. *Balance.* Hisp. *Peso de dos balanças.*} alio nomine Libra dicitur. Perottus.

Bilibris, bre, duarum librarum. {δίλιτρος. Ital. *Di due libre.* Gal. *Pesant deux livres.* Hisp. *Cosa que pesa dos libras.*} Martial. lib. 11, Nunc vt emam grandémve lupum, mulúmve bilibrem. Plin. lib. 18. cap. 11, Ex aqua, hordeóque bilibres offæ.

Bilinguis, Qui duas habet linguas, hoc est qui modò vnum, modò aliud loquitur: vel qui aliud dicit, & aliud cogitat. {δίγλωσσος. Ital. *Di due lingue, Bilingue, fallace.* Gal. *Qui parle deux langues, Trompeur qui tantost dit d'vn, tantost d'autre.* Hisp. *El que tiene dos lenguas, engañoso.*} Vide etiam pro fallaci posuit Virg. 1. Aen. Quippe domũ timet ambiguã, Tyriósq; bilingues.

Bilix, adiectiuum à Licium: {δίμιτος. Ital. *A treccia à due fili.* Gal. *Renforcé à deux fil, tissu en double.* Hisp. *Cosa que se teze con dos hilos.*} vt Bilix lotica à Virgilio dicta, quæ duo licia & fila in summitate haberet ad ornatum, lib. 12. Aeneid. -rumpitque infixa, bilicem Loricam.

Bilustris, stre: vt, Bellum bilustre, quod duo lustra, hoc est decem annos durauit. {δεκαετία. Ital. *Di due lustri.* Gal. *De dix ans, qui a duré deux fois cinq ans.* Hisp. *Cosa de espacio de dos lustres.*} Ouid. 2. Amor. Pergama quum caderent bello superata bilustri.

Bimaris, re, adiectiuum, pen. corr. {δίθαλασσος. Ital. *Cosa posta tra due mari.* Gal. *Qui est entre deux mers.* Hisp. *Cosa que participa de dos mares.*} Quod inter duo maria situm est: vt Bimaris Corinthus. Horat. 1. Car. Aut Ephesum bimarisve Corinthi Mœnia.

Bimater, Agnomẽ Bacchi, quòd duas matres habuerit, Semelen, & Iouẽ, matris fungentem officio. δισσοτοκος. Vide suprà in nomine BACCHVS.

Bimembris, Duarum partium, quasi membrorum. {δίμελος. Ital. *Di due parti.* Gal. *Ayant doubles membres, ou deux membres.* Hispa. *Cosa que tiene dos miembros.*} Ouid. Et malè confusum pedibus, formáque bimembri. ¶ Et Bimembres substantiuè, pro Centauris. Ouid. 22. Metamorph. Ecce ruũt vasto trepidi clamore Bimembres. Virgil. 8. Aeneid. -tu nubigenas inuicte Bimembres, &c.

Bimensis, huius bimensis, Tempus duorum mensium. {δίμηνος. Ital. *Spatio di due mesi.* Gal. *L'espace de deux mois, deux mois entiers.* Hispa. *Spacio de dos meses.*} Liuius Dec. 3, Et ad opera quæ locassent probanda, anni & bimensis tempus prorogaretur.

Bimestris, stre, Duos menses habens, aut duos annos à luna computatos. {δίμηνος. Ital. *Che ha due mesi.* Gal. *De deux mois.* Hispa. *Cosa de espacio de dos meses.*} Horat. lib. Carm. -& poreo bimestri Cum famulis operum solutis. Sic Trimestris, Quadrimestris, Quinquemestris -Plin. Castrati agnos, nisi quinquemestres, præmaturum existimant.

Bimulus, pen. corr. Qui in bimatu est, hoc est qui duos annos ætatis habet. {δίετος. Ital. *Di due anni.* Gal. *De deux ans.* Hisp. *Cosa de espacio de dos años.*} Et proprié de iis dicitur (teste Valla) quæ post eam ætatem adhuc incrementum possunt arripere: vt puerum proprié bimulum dicas, bouem aut canem non ita.

Bimus, δίμος, Trimus, Quadrimus, Quimus (vnde Bimarus, Trimatus, Quadrimatus, Quimatus) pro eo quod ætatem habet duorum, trium, quatuor, aut quinque annorum. Cato de Re rust. cap. 17, Dum sint nuces bimæ, inde semen excidet. Varro de Re rust. ca. 5, Vnum anniculũ, alterum bimum. Bima sententia. Cic. ad App. De hac quoque sententia bima decedat. id est qua censuit, vt per duos annos remanerem in prouincia. Plinius, Vita fœminis quindecim annis longissima, mantbus vigintí: robur in quimatu. Sueton. in Augu. Quadrimus patrem amisit. Plin. lib. 11. cap. 21. Vita vespatum bimatum non transit.

Bini, æ, a, Proprié distributiui numeri vox est, idem significans quod duo per singula. {δύο δύο. Ital. *Duerni, à due à due.* Gal. *Deux ensemble, double ensemble.* Hisp. *Cada dos ó de dos en dos.*} Cic. 4. Verrina, Describebat censores binos per singulas ciuitates Timarchides. id est duos in singulis ciuitatibus. Idem Attico, Pompeius distribuit binos singulis partibus familiarũ, hoc est vnicuiq; duos. ¶ Sic Binos, ternos, quaternos, aut quinos dicimus milites incedere, hoc est duos, tres, quatuor, aut quinq;, in singulis lineis aut ordinibus. ¶ Nonnunquam etiam simpliciter accipitur pro duobus: & sic frequentius iis iungitur, quæ singulari numero destituuntur. ¶ Sic binas literas dicimus, & Bina castra, non duas literas aut suo castra. Cic. 6. in Verr. Cn. Pompeius cum P. Vectio intra bina castra colloquutus est. Idem 2. in Verr. Vt dies 45. inter binos ludos tollerentur. Nam castra pro militum tentoriis: & ludi pro magnificis & splendidis spectaculis, singularem numerum non agnoscũt. ¶ Aliquando tamen etiam in hac significatione iis coniungitur, quæ vtrunque habent numerum: sed hoc frequentius apud Poetas. Virg. 1. Aeneid. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Idem 8. Aen. Frænáque bina meus quæ nunc habet aurea Pallas. ¶ Interdum etiam in oratione soluta. Plin. lib. 9. cap. 30. In nostro mari loligines capiuntur quinũm cubitorum, sæpe binũm. Cic. 3. de Orat. Demosthenes vna cõtentione

tione verborum, binas contentiones vocis & remissiones continebat.

Binomius, Dicitur qui geminum habet nomen: vt Ister, & Danubius, Iulus & Ascanius. διώνυμος. Ital. *Di due nomi.* Gal. *Qui a deux noms.* Hispa. *Cosa que tiene dos nombres.*

Binominis, ne, Idem. Ouid. 14. Metam. Inde sub Ascanij ditione binominis Alba Résque Latina fuit.

Bipalium, ἄμυξ. Ita. *Vanga.* Gal. *Vne houe ou besche, bouyau à faire fosses ou fossez.* Hisp. *Cierto instrumento para cauar.* Instrumentum rusticũ, quo terra foditur. Varro, Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, & arundinetũ: id prius bipalio vortito, &c. Liu. 5. ab Vrb. Ibi ab Legatis sa lute data, &c. seu fossam fodiens bipalio innixus, seu quum araret, &c.

Bipalmis, me, Duorum palmorum. δισπάλαιος. Ital. *Di due palme.* Gal. *De deux palmes de long, Large ou profond.* Hispa. *Cosa que tiene dos palmos en luengo.* Varr. 3. de Re rust. cap. 7, Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub ordines singulos, tabulæ fixæ sint bipalmes, quo vtantur vestibulo, ac prodeant.

Biparus, a, um, Qui vel quæ bis peperit. δίτοκος.

Bipatens, pen. corr. Quod ex vtraque parte aperitur. δίπυρον. Ital. *Che s'apre da due parti.* Gal. *Ayant deux ouuertures.* Hisp. *Cosa abierta en dos partes.* vt, Bipatentes portæ, pro geminis. Virg. 2. Aen. Portis alij bipatentibus adsunt. Idẽ lib. 10, Considunt tectis bipatentibus. Hoc est vtrinq; apertis.

Bipedalis, le. δισπιδαῖος, δισπόδης. Ital. *Di due piedi.* Gal. *De deux pieds de long, Large ou profond.* Hispa. *Cosa que tiene dos pies.* Quod habet longitudinem duorum pedum: vt, Trabs bipedalis. Cæs. bell. Gall. lib. 4, Insuper bipedalibus trabibus immissis.

Bipedanus, a, um, siue Bipedaneus, Idem quod bipedalis. Colum. lib. 2. ca. 2. Frumentis autem sat erit, si æquè bona suberit, bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedum abundè est. Idem lib. 4. ca. 1, Quippe seminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri fossores, adiecto dodrante super altitudinem bipedaneam.

Bipennis, ne Quod duas habet pennas, δίπτερον. Plin. lib. 11. cap. 28. de insectorum pennis, Nullis eorum pennæ reuiuiscunt auulsæ: nullum, cui aculeus in aluo est, bipenne est. ¶ Bipenne item dicitur, teste Nonio, quod vtrinq; est acutum. Virg. lib. 11, -ferro sonat acta bipenni Fraxinus. ¶ Est & Bipennis. πέλεκυς. Ital. *Bipenne, scure da due tagli.* Gal. *Besague.* Hisp. *Hacha de ambas partes aguda.* substantiuum quod significat securim, aliúdve instrumentum ex vtraque parte aciem habens. Virgil. 2. Aeneid. Ipse inter primos correpta dura bipenne Limina perrumpit. Idem 4. Georg. Vre sata, & validam in vites molire bipennem.

Bipennifer, a, um, Ferens bipennem. πελεκοφόρος. Ital. *Portatore di tal scure.* Gal. *Qui porte vne besague.* Hisp. *Cosa que trae aquella hacha.* Ouid. 8. Metamor. Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas. Idem 5. Trist. Ossa bipennifери sic sint malè pressa Lycurgi.

Bipertio, is, & Bipertior, iris, vel bipartior, In duas partes diuido. διχάζω. Ital. *Dividere in due parti.* Gal. *Partir en deux.* Hisp. *Partir en dos partes.* Columel. lib. 11. cap. 2, Vndecimo Calendas Maias Ver bipertitur, pluuia, & nonnunquam grando. Cic. in Cat. Atque ibi in proximis villis ita bipertiti fuerunt, vt Tyberis inter eos & pons interesset.

Bipertitò, Bifariam, dupliciter. δίχα. δίχη. Ital. *In due parti.* Gal. *En deux parts ou parties.* Hisp. *En dos partes.* Cic. de Inuen. Nam id fit bipertitò: nam tum causa, tum res ipsa remouetur. Cæs. 1. bell. Gall. Romani conuersa signa bipertitò intulerunt. Hoc est duobus locis.

Bipes, bipedis, adiect. Quod habet duos pedes. δίπους. Ital. *Chi ha due piedi.* Gal. *Ayant deux pieds.* Hispa. *Cosa que tiene dos pies.* Iuuen. -atque alium bipedem sibi quærat asellum. ¶ Ponitur etiam substantiuè, eò quòd facilè in eo intelligatur substantiuum. Cic. pro domo sua. Hoc ministro omnium non modò bipedum, sed etiam quadrupedum impurissimo. ¶ Bipedum nequissimus. De homine vehementer improbo, quique vel pecudes nequitia superet. Vsus est Cic. pro Domo sua, & Plin. in Epist.

Biremis, Nauis, quæ duobus remorum ordinibus agitur: ab Erythræis (vt creditur) primùm inuenta. δίκροτος. Ital. *Fusta.* Gal. *Naure à double rang d'auirons ou de rames.* Hisp. *Naue de dos ordenes de remos.* Plin. lib. 7. cap. 57, Biremem Demosthenes autor est Erythræos fecisse: triremem Thucydides, Amoclen Corinthium: quadriremem Aristoteles Carthaginienses. Virgil. Aeneid. Geminásque legit de classe biremes.

Bisellium, lij, Subsellium duorum capax. δίεδρον. Ital. *Sedia capace di dui.* Gal. *Vne selle ou siege pour deux.* Hisp. *Silla de dos assientos.* Autor Varro li. 4. de lingua Latina.

Biseta, Porca dicitur, à cuius ceruice setæ bifariam diuiduntur, quum iam esse incipit maior ætate sex mensium. Festus.

Bisextus, siue Bissextus, Dies intercalaris, qui quarto quoque anno interferitur, vt anni ratio cum cursu Solis conueniat. ἐμβολιμαῖος ἡμέρα. Ital. *Bisiesto.* Gal. *Bissexte.* Hisp. *Bisiesto.* Inuenta est autem hæc intercalandi ratio à Cæsare Dictatore. Is enim quum animaduertisset, Solem cursum suum conficere diebus 365, & horis circiter sex, quarto quoq; anno diem vnum curauit adiiciendum. ¶ Dictus est autem bissextus, quòd bis, hoc est duobus diebus continuis numerarent, sexto Calendas Martias, duos videlicet dies pro vno computantes. Vnde qui est natus bisexto Calendas, nihil refert (vt inquit Celsus de verborum sign if. l. Quum Bisextus.) vtrum priore, an posteriore die natus sit, quum illud biduum pro vno tantùm die habeatur. Erat autem huic intercalationi constitutus dies certus, qui est post XXIII. Februarij diem inter Terminalia iam peracta, & Regifugium. Februarius verò duabus de causis huic rei aptissimus visus est, tum quòd pauciissimos haberet dies, tum etiam quòd inter menses vltimum haberet locum. Nam quũ antea decem tantùm essent menses, quorum primus erat Martius, duo postea in fine sunt adiecti, Ianuarius & Februarius.

Bisulcus, Qui vngulas non solidas habet, sed scissas. δίχηλος. Ital. *Chi ha l'vgne fesse.* Gal. *Fourché, fourchu.* Hispa. *La que tiene las vnas hendidas.* Plin. lib. 11. cap. 37, Cornigera vna parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, seuo pinguescunt: bisulca, scissíve in digitos pedibus, & non cornigera adipe. Ouid. 7. Metamorph. Pulueremque solum pede pulsauere bisulco. ¶ Accipitur & latius pro omni eo quod in duas cuspides diuisum est. Vnde bisulcam caudam dixit Plin. lib. 9. cap. 29. & Bisulcos arborum surculos, Columella de Arboribus cap. 6.

Bisultor, Martis cognomen, à bis vlciscendo impositum. Augustus enim,

quum Brutum & Cassium vicisset, & signa à Parthis recepisset, Marti templum dedicauit, quem bisultorem cognominauit, quòd primùm C. Cæsaris, deinde & Crassorum necem vltus esset. Ouid. 5. Fast. Ritè deo templúmque datum, noménque Bisultor.

Biuium, Quod duas vias habet, sicut Triuium, Quadriuium, quod tres aut quatuor habet anfractus. ἄμφοδος. Ital. *Di due vie.* Gal. *Deux chemins, vne fourchée, carrefour de deux voyes ou sentiers.* Hisp. *El lugar donde se rencuentran dos caminos.* Virg. 9. Aeneid. -locum insidiis conspeximus ipsi, Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

Biuius, adiectiuum, ἀμφοδικός. Virgil. 11. Aen. Vt liuias armato obsidam milite fauces, id est, quæ ad duo loca ducunt. ¶ Biuius agrorum cultus, per metaphoram, Varro 1. de Re rust. cap. 18.

Biumbres, ἀμφίσκιοι, Populi sunt quicunque inter Tropicos cancri habitant ad Meridiem: quandoque enim incidentes habent vmbras quum à Meridie sol ad gnomonem accedit rectum, ad subiacens planum: quandoque autem in aduersum, quum sol in aduersum consistit. Verba sunt interpretis Strabonis lib. 2.

BISALTIA, βισαλτία Steph. Regio Thraciæ libera, ad Strymonem amnem: ita dicta à Bisalte Solis & Terræ filio, aut à Bisalte vicino fluuio.

BISALTAE, βισάλται Stephano, Populi liberi Thraciæ ad Strymonem amnem, teste Plin. lib. 4. cap. 11. qui famem in bello lacte concreto, & sanguine equino tolerant. Virgil. 3. Georg. Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Bisaltis, idis, βισαλτίς, Gentile fœmininum à Bisaltia Thraciæ regione formatum. Ouid. 6. Metamorph. -tu visus Enipeus Gignis & Aloïdas, aries Bisaltida fallis.

BISANTHE, βισάνθη Stephano, Oppidum est Thraciæ, non procul à Melane fluuio, eóque oppido, cui μακρὸν τεῖχος, hoc est longus murus nomen est. Vide Plin. lib. 4. cap. 1.

BISARGIS, βισαργίς. Oppidum Hispaniæ in tractu Tarraconensi, ad Iberum fluuium: cuius meminit Ptolemæus lib. 7. cap. 6.

Bison, βίσων Pausaniæ, Animal ferum & deforme prolixitate iubarum, & reliquo corpore, cerui figura, media fronte inter aures vnum cornu habens. Mart. in Amph. Illit cessit atrox bubalus, atque bison.

BISTONIA, æ, βιστονία, Regio Thraciæ, inter Nessum & Hebrum fluuios, ita dicta à vicino lacu, quem Bistonidem appellant: siue (vt quibusdam placet) à Bistone rege. ¶ Bistona prætetea Stephano oppidum est eiusdem regionis non procul ab Abderis.

BISTONES, βίστονες, Populi Thraciæ, inter Nessum, & Hebrum fluuios, ita dicti à Bistonide lacu, siue (vt Stephano placet) à Bistone rege. ¶ inde βίστωνις, patronymicum fœmini generis, quod sæpissimè tamen accipitur adiectiuè & possessiuè. Ouid. in Epistola Paridis ad Helenam, Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.

Bistonius, a, um, βιστώνιος, possessiuum: quod Poëtæ suo more accipiunt pro Thracio. Ouidius, Brachia Bistonia candidiora niue. Idem, Fessaque Bistonia membra lauabis aqua.

Bistonis, βιστωνίς, siue Bistonius lacus, in Bistonia Thraciæ regione est, non procul ab Abderis oppido: in quo natantia omnia demerguntur: vnde & nomen accepit, à verbo scilicet Græco, βυθίζω, quod est demergo. Vnde & Bystonis per y Græcũ scribendũ videtur. Stephanus tamen & Suidas βίστων, βιστωνία, & βιστωνὶς scribunt, per quartam Græcorũ vocalem.

BISVRGIS, Straboni lib. 7. Germaniæ est fluuius, sexcentis à Rheno stadiis distans. Pomponius Visurgim appellat lib. 3.

BITHIA, Pharaonis filia, quæ Mosen adoptauit.

Bithus & Bacchius nobile par gladiatorũ fuit, quorum mentionẽ quoq; Suetonius, pares arte, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi cõtendunt inter sese, ita vt neuter alteri velit concedere, non intempestiuiter dicemus Bacchiũ cum Bitho cõmissum. Hor. in Serm.

BITHYAE, βιθύαι, Populi sunt Thraciæ, apud Stephanum, quorum autor fuit Bithys Martis, & Setæ sororis Rhesi filius. ¶ Bithyæ quoq; mulieres fuerunt in Scythia, in singulis oculis binas habẽtes pupillas, ideóq; visu effascinantes: vt ex sententia Apollonidæ tradit Plin. lib. 7. cap. 2.

Bithymum mel, Vide infrà in dictione THYMVM.

BITHYNIA, βιθυνία, Regi minoris Asiæ, aduersa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ (vt Solinus scribit & Seruius) primùm Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. In Bithynia Libyssa est, vbi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thymos populos trãsisse ex Thracia, qui deinde Bithyni dicti sunt, & regio ipsa Bithynia. Claud. Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur. ¶ Ex Bithynia fuerũt viri in disciplinis memorabiles. Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filij eius mathematici, & Cleophanes orator ex Myrlea, & Asclepiades medicus Prusiẽsis.

Bithynicus, a, um, βιθυνικός, Quod Romanorum quibusdam in cognomen cessit à deuicta nimirum Bithynia. Martial. Iam te rem factam Bithynicé credis habere. De origine Bithynorum vide latius apud Strabonem lib. 12. Herodotum lib. 7. & Dionysium Afrum de Situ orbis.

Bithynus, a, um, aliud adiect. βιθυνὸς Stephano. Iuuen. Quanquam & Cappadoces faciant, equitésque Bithyni. Vbi illud animaduertendum est, à Iuuenale corripi primam nominis huius syllabam, quæ à cæteris omnibus producitur.

BITHYNIVM, βιθύνιον Stephano, Ciuitas in Bithynia, à qua Bithyniatæ & Bithynienses populi dicti sunt.

BITIAS, fuit vnus ex Carthaginiensium principibus. Seru. in illud Virg. 1. Aen. Tum Bitiæ dedit increpitans, &c. ait Bitiam fuisse præfectum classis Punicæ. Meminit etiam Bitiæ cuiusdam Virgil. lib. 9. qui frater Pandari fuit ex Alcanore Troiano, & Hiera. Hi cum Aenea post Troiæ excidium in Italiam venerunt, & quum apertis etiam portis ausi essent Rutulos, absente Aenea, lacessere, ab iisdem sunt trucidati.

BITON, βίτων, Alter fuit ex filiis Argiæ sacerdotis, & frater Cleobis: de quibus sic scribit Cic. 3. Tusc. Primùm Argiæ sacerdotis filij Cleobis & Biton prædicantur. Nota fabula est. Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru vehi ius esset satis longè ab oppido ad fanum, morarentúrque iumenta: tunc iuuenes ij, quos modò nominaui, veste posita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aduecta in fanum, precata à Dea dicitur, vt illis præmium daret pro

ret pro pectore, quod maximum homini dari possit à Deo. Post epulatos cum mane adolescentes somno se dedisse, manè inuctos esse mortuos. Hæc ille.

BITVITVS, Aruernorũ rex in Gallia, specie colloquij comiter hospitio inuitatus, à Cn. Domitio & vinctus est, & Romam deportatus.

Bitumen, inis, Limus quidam est tenax, & sulphurei odoris, in Iudææ lacu emergens, qui inde Asphaltites dicitur {ἄσφαλτος. Ital. *Bitume.* Gal. *Terre limoneuse ò limon gluant comme poix, bruslant comme souffre.* Hisp. *El betun generalmente.* } Inuenitur & durum in Syria, non procul à Sidone, terreq; glebæ, vel earum carbonum similitudine, qui in vsum ferrariarum fabricarum è terra effodiuntur. ¶ Est præterea & liquidum bitumen, in Zacyntho insula, & circa Babylonem nascens, & in agro Apollionatarum, quod Græci πίσσα ἄσφαλτον appellãt, argumento picis & bituminis. ¶ Gignitur & pingue, liquoris oleacei, in Sicilia, Agragãtino fonte inficiens riuum: quo incolæ vtuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Huius generis Bitumen apud Prutenos ex saxis effluit, ex quo maris frigiditate, in quod defluit, succinum siue electrũ coalescit. Apud Babylonios bitumen calcis vsum præbet, ita ferruminatis Babylonis muris. Vide plura apud Plin. lib. 35. cap. 15.

Bitumineus, a, um, {ἀσφάλτου. Ital. *Di Bitume.* Gal. *De bitumen.* Hisp. *Cosa de betun.* } vt Bitumineæ vites. Ouid. 15. Metamor. Siue bitumineæ rapiunt incendia vites.

Bitumino, as, Bitumine linio. ἀσφαλτόω. Vnde aqua bituminata, apud Pli. lib. 31. cap. 6, cui admistum est bitumen, vel quæ per venas terræ bituminosas transit, ὕδωρ ἀσφαλτωτόν.

BITVRGIA, æ, Βιτυργία. Oppidum fuit Tusciæ, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1, non procul à Manliana, hodie Pontificum villa.

BITVRIGES, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, teste Pli. lib. 4. ca. 10, quorum frequens est mentio apud Cæsarem. Hi vno die viginti oppida incenderunt, vt Cæsarem pabulatione & commeatu prohiberent. Horũ metropolis Auaricum erat: hodie *Bourges en Berry.* Singularis nominatiuus est Biturix, quo vsus est Luca. lib. 1, Et Biturix, longisque leues Axones in armis.

BIZEN, Ciuitas Thraciæ. Stephanus, Βίζη, πόλις Θρᾴκης, τὸ τῶν ἐθνῶν Βιζηνός. Plin. lib. 4. ca. 11, Biziam vocauit: Bizia, inquit, arx regũ Thraciæ, Terei nefasto crimine, inuisa hirundinibus.

BIZIA, Arx est regum Thraciæ, teste Plin. lib. 4. cap. 11, ad quam hirundines non aduolant. Eius rei causa ad Terei incestum, & Prognes flagitium referur à Græcis scriptoribus. Vide BIZEN.

BIZON, Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam, & Calatidem situm, magna ex parte terræmotibus haustum. Plin. lib. 4. cap. 11, & Strab. 7.

B ante L.

BLABERVRA, βλαβήρων. Oppidũ est Tarraconensis Hispaniæ non procul à Pyrenæis montibus: cuius meminit Stephanus in voce *Iuliaca.*

BLABNA, trissyllabum, Ponti regio fera, per quam Amnias flumen labitur. Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator, Nicomedis Bithyni copias fudit us deleuit, haud quidem præsens, sed per legatos: vnde ille cum paucis domum fugiens seruatus est, & inde in Italiã nauigauit. Verba sunt interpretis Strab. lib. 12.

Blæsus, Qui linguam habet impeditam, aut qui inter pronuntiandũ aliquam literam aut excludit, aut malè profert, {βλαισός, τραυλός. Ital. *Balbo, tardo à parlar.* Gal. *Begue.* Hispan. *Tartamudo.* } quo vitij genere Demosthenem laborasse accepimus, qui aliquandiu primam artis suæ literam enuntiare non potuit. Iuuen. Blæsis atque mero titubantibus. Mart. lib. 5. Et nomen blæso garriat ore meum. Idem li. 10. Os blæsum tibi, debilisque lingua est. ¶ Græci etiam hoc nomen ad alia membra transferunt, Blæsósque appellant, quibus membrum aliquod solutum est, quos & paralyticos appellamus: & generaliter omnes eos, quibus aliquod est membrum quod actiones suas commodè obire nõ possit, quódve situ aut figura sit deforme: quales sunt qui crura habent in diuersum acta, quos Latini Valgios, & Vatios appellant. Vide Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 1, & Budæ. in Annotatio. Pand.

BLANDA, Italiæ oppidum in agro Bruttio, non procul à Bato flumine, & Parthenio portu. Plin. lib. 3. ca. 5. ¶ Est & Blanda, siue Blande, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta Larnum flumen. Vulgò, *Blanes.*

BLANDVS, Fluuius est Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta oppidum sui nominis. Autor Plin. lib. 3. cap. 3.

Blande, & Blanditer, vide BLANDVS.

Blandior, iris, Assentor, adulor, blanditias dico. {κολακεύω, ἡδυλογοῦμαι, γοητεύομαι. Ital. *Lusingare, piacere.* Gal. *Flater, amignarder, amignoter, amadouer.* Hisp. *Halagar ò lisongear.* } Cic. de Amicit. Qui aduersario assentatur, & litigare se simulans, blanditur. Idem pro Placco. Cur matri blanditur? cur epistolis & mattis & sororis imbecillitatem aucupatur? ¶ Refertur & ad sensus interiores, pro eo quod est placeo, arrideo, animum vel affectum titillo. Cic. 1. Acad. Vide quàm suauiter voluptas sensibus blandiatur. Blãdior calamitatibus meis, dixit Quintilianus, pro eo quod est mitigo, lenio calamitates, vel æquo in calamitatibus me animo gero.

Blanditus, us, ui, Ipse blandiendi actus, siue blanditiæ, & quædam quasi illecebræ sensum titillãtes. {χαυλιασμός, ἡδυλογία. Ital. *Il lusingare.* Gal. *Aplan dissement, flaterie.* Hisp. *Lisonja ò halago.* } Lucret. lib. 2, Vt res per Veneris blanditum secla propagent.

Blanditus, a, um, particip. à verbo Blandior. Plin. lib. 10. ca. 23, Hanc principio blandita peregrinatione auidè profectam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit. Vbi Blanditam peregrinationem dixit, pro grata, iucunda, quæque principio adblandiebatur & arridebat.

Blandus, adiect. Placidus & comis in sermone, & hilaris. {χαυλιάζων, εὐφωνήτης. Ital. *Piacevole* Gal. *Plaisant, attrayant, courtois, gracieux, doux en parler.* Hisp. *Cosa blanda ò halagueña.* } Cic. ad Atti. Scis me minimè esse blandum. Terent. in Heey. At tu ecastor morem antiquum obtines, Vt vnus hominum homo te viuat nunquam quisquam blandior.

Blandulus, a, um, diminutiuum ab adiectiuo Blandus.

Blande, adnerbium. {ἁπαλῶς, μειλιχίως. Ital. *Piacevolmente.* Gal. *Doucement, gratieusement, courtoisement.* Hisp. *Lisongeramente, ò halagueñamente.* } Cic. ad Atticũ, Sed amabo te, mi Attice: vidésne quàm blandè? Idem pro Cluen. Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus vt blandissimè potest.

Blanditer, Idem quod blandè. Plaut. Pseud. Magis cogito, fæuiter, blanditérne alloquar.

Blandiculus, & Blandicellus, Diminutiua sunt à Blãdus: sicut ab eo quod est Mollis, fit Molliculus & Mollicellus. Nam Blandicus & Mollicus (à quibus nonnulli hæc trahi voluerunt) Latinæ linguæ periti non agnoscunt. Inde Blandicella verba, apud Festum.

Blandidicus, Qui blãdè loquitur, {χαριλόγος. Ital. *Che da belle parole.* Gal. *Parlant doucement.* Hisp. *El que habla con lisonja.* } Plaut. Pœnu. Nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo tres facile corios cõtriuisti bubulos.

Blandifico, Blandum facio. ἡμέω. Perottus.

Blandiloquus, pen. prod. Qui blanda verba loquitur. {χαριλόγος. Ital. *Lusinghiere.* Gal. *Beau parleur, parlant doucement.* Hispa. *El que habla lisonjas, ò halagos.* } vt, Vox blandiloqua. Senec. in Agam. Quid voce blandiloqua mala consilia dictas?

Blandiloquens, pen. corr. Idem Macrob. 2. Satur. Submissi placidè blandiloquens oratio.

Blandiloquentulus, Diminutiuum. ἁβροεπιχειρήτως. Plaut. Trinum.

Blandiloquentia, tiæ, {χαριλογία. Ital. *Parlar piacevole & gratioso.* Gal. *Douce langage, beau parler, papelardise.* Hisp. *Hablar de lisonja.* } Cic. 3. de Natu. deor. Mam & ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.

Blandimentum, ti, Idem quod blanditia, oblectamentum, illecebræ, χαριλογία, ἁπαλότης. Cic. pro Cælio, Multa enim blandimenta nobis natura ipsa genuit.

Blanditia, æ, & Blanditiæ, tiarum. Adulatio, illecebræ. {χαριλογία, ἁπαλότης. Ital. *Carezze, lusinghe.* Gal. *Flaterie, blandissement.* Hisp. *Lisonjas ò halagos.* } Plaut. in Bacch. Viscus meum vestra est blanditia. Cicc. pro Planc. Facilis est illa occursatio, & blanditia popularis: aspicitur, non attrectatur. Idé 1. de Finib. Blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti.

BLANDVSIA. In agro Sabino regio est, in qua Horatius habuit villam, & in ea fontem, quem celebrat eleganti carmine, cuius principium est, O' fons Blandusiæ splendidior vitro, &c.

Blapsigonia, βλαψιγονία, quasi prolis detrimentum, Quum apes morbo, ignauia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt. Plin. lib. 11. cap. 19. A' βλάπτω noceo, & γόνος fœtus, siue proles.

BLASCO βλάσκων, Insula in Rhodani ostio, prope Metinam. Plin. lib. 3. cap. 5. & Strab. lib. 4.

Blasphemia, penul. corr. {βλασφημία Ital. *Bestemmia.* Gal. *Blaspheme.* Hisp. *Maldicion, maldezimiento.* } Execratio, maledictio, vituperatio, contumelia, & quasi nocens dictum, sacrilega infamatio, vel obtrectatio nefaria. Budæus.

Blasphemo, as, {βλασφημῶ. Ital. *Bestemmiare.* Gal. *Blasphemer.* Hisp. *Maldezir, malagorar.* } pen. prod. Significat execror, maledico, & verbis calumniã infero, ac dignitati honorique alterius derogo.

Blatero, as, & Blatio, is. {φλυαρῶ, φλυαρίζομαι. Ital. *Parlare goffamente, cinguettare.* Gal. *Babiller, parler mal, begueier.* Hisp. *Hablar vana y vazíamente.* } Veteres dicebant pro incondite & inaniter loqui: vt sunt, qui extra propositum loquuntur, vel verba immoderata emittũt, & quorum lingua (vt ait Gell. lib. 1. cap. 15. tam prodiga, infrænisque sit, vt fluat semper & æstuet colluuionem verborum teterrima. Hoc hominum genus Loculeios, & Blateronas, & Linguaces Latini direrunt. Plaut. in Amphit. Quí, malùm, intelligere quisquam potis est, ita nugas blatis? Idem in Aulul. Vbi tu es, quæ blateraueris iam vicinis omnibus, me meæ filiæ daturum dotem? Sunt autem factitia verba, à camelorum voce tracta, qui quum vocem edunt, blaterare dicuntur. Quidam tamen à Græco deducunt, apud quos βλαξ dicitur, qui se inaniter iactat: quapropter c, literam addentes, blacteronem & blacterare existimant scribendum. Ouid. de Philomela, (si tamen credamus hoc carmen esse Ouidij) produxit, Blacterat hinc aries, & pia balat ouis. Horat. in Serm. sine c, & prima correpta, Audit, quum magno blateras clamore, furisque.

Blatero, onis, Homo immoderatæ loquacitatis, & tactantiæ: à blateràdo dictus, {βλαξ Ital. *Cicalone, ciarlone.* Gal. *Babillard, bauart, Languart.* Hisp. *Hablador, parlero y mentiroso.* } Gel. lib. 1. ca. 15, Nec minus insigniter veteres quoq; nostri, hoc genus homines in verba prouectos, loquutuleios, & blateronas, & linguaces dixerunt.

Blatta, Vermis, qui alueatia lædit: à βλάπτω, noceo, {σῆψ. Ital. *Tarma.* Gal. *Vermine, comme cloportes & semblables qui rongent les laines & habillements.* Hisp. *Polilla.* } Colu. lib. 10, appellat Lucifugas blattas. Martialis tamen posuit pro verme libros & vestes rodente. Constrictos (inquit) nisi das mihi libellos, Admittã tineas, truncisq; blattas. Horat. in Serm. -cui stragula vestis, Blattarũ ac tinearum epulæ, putrescit in arca. ¶ Blatta etiã ponitur pro purpura. Sidon. in Paneg. Pontus castoria, blattã Tyrus, æra Corinthus. ¶ Blattã recentiores scriptores vermiculũ Bombycẽ intellexerũt, cuius textu vestes fericæ cõficerẽtur: vnde Blattea vestis, & Blatteũ paludamentũ apud Lampridiũ, Capitolinúmq; pro serico & pretioso: vel (vt Paulus Aegineta) pro purpura: quoniã Indicum conchyliũ vulgò Blatta dicitur. Sic Cassiodorus in Epistolis Blatteum pro purpureo cepit, Chamelæon (inquiẽs) modò prasina, modò cyanea, modò Blattea varietate se cõmutat. ¶ Eutropius scribit Neronem solitũ piscari reti aureo blatteis funibus annexo: quũ ab Orosio dicatur purpureis. ¶ A' quo colore Blatta etiam frumentum dicitur, quod rubidum sit, fementi accommodatius, in purpuram declinans.

Blattaria, Herba est verbasco similis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo: hæc abiecta blattas in se contrahit: vnde & nomen accepit. Plin. lib. 25. cap. 9.

Blatteus, a, um, Purpureus, {πορφυροῦς. Ital. *Rosso.* Gal. *Rouge, vermeil.* Hisp. *Roxo à vermejo.* } Eutropius in Nerone, Nero inusitata luxuria fuit, vt qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lauaretur vnguentis, hamis aureis argenteisque piscaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur. Suetonius vocat purpureos, Piscatus est (inquit) reti aurato, purpura, coccóque funibus nexis. Orosius. Luxuriæ, inquit, tam effrænatæ fuit Nero, vt retibus aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebãtur. Cassiodorus in Epistol. Chamæleon modò prasina, modò cyanea, modò blattea varietate se commutat.

Blax, {βλάξ. Ital. *Troppo delicato, pazzo.* Gal. *Luxurieux, delicat.* Hisp. *Luxurioso, delicado, Bono.* } Stolidus, mollis, delicatus, lasciuus, qui nescit res discernere, & qui se inaniter iactat. Festus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Blechnon, βλέχνον Dioscoridi, Herba est notissima, quam Græci πλεγάδα, Latini Filicem appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Blechon, βλέχων, Plinio Syluestre est pulegium, simile origano, minoribus foliis quàm satiuum: quod à pecore gustatum balatu excitat: vnde etiam literæ vnius commutatione βλῆχον appellatum est ἀπὸ τῆς γλήχωνος, sic enim Græci Pulegium vocant. Vide Plin. lib. 20. cap. 14.

BLEMMYES, Plin. lib. 5. cap. 8, siue Blemyes vnico m, βλέμμυες Stephano, Populi sunt in Aethiopia versus Austrum, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis: ita dicti, (Stephano teste) à Blemye quodam, vno ex tribus ducibus, qui sub Dionysio in iis regionibus militarunt. Hi alio nomine Bleptæ vocantur.

BLENAE, narum, Populi sunt Africæ, facié in pectore habentes. Claudianus, errat Per Meroën, Blenásq; feros, atrámq; Syenen. Quo tamẽ loco Blemyas legendum crediderim. Vide in præcedenti dictione.

Blennos, Stultos esse Plautus in Bacchid. indicat, qui ait, Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Festus.

Blepharo, βλεφαρώδης. Dicitur superciliosus homo, qui habet supercilia magna. Plaut. in Amph. Raptant pro mœchis: Blepharo captus arbiter.

BLEPTAE, βλέπται. Populi Africani, sine capitibus, habentes oculos in pectore. Eosdem & Blemyas vocat Pompo. lib. 1.

BLERANI, Italiæ populi in tractu Hetruriæ Cortonensibus, & Capenatibus vicini. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

BLITERAE, Oppidum prouinciæ Narbonensis de quo Plin. li. 3. cap. 5. In Mediterraneo (inquit) colonia Arelate Sextanorum, Bliteræ Septumanorum, Arausio Secundanorum.

Blitum, βλῖτον Dioscoridi, βλίτον Suidæ. Ital. *Biedami, blito.* Gal. *Blete.* Hisp. *Bredos.* Olus est betæ foliis, teste Hermolao, ineris, nullíusque saporis aut acrimoniæ. ¶ Inde Bliteũ dicitur, quod vile est & nullius pretij. Vnde apud Menandrum (teste Plin. lib. 20. ca. 21,) vxores per conuitium Bliteę vocantur à maritis, & apud Plaut. in Truc. Meretrix blitea.

B ante O.

Boa, æ. Serpentis genus est, quod in miram magnitudinem excrescit: ita dictũ, quòd lactis bubuli succo primùm alatur. De hac sic scribit Plin. lib. 8. cap. 14. Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tantam magnitudiné exeuntes, vt duo Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in alno spectatus sit infans. Aluntur primò bubuli lactis succo: vnde & nomen traxere. Hæc ille. ¶ Est etiã Boa morbi genus, quũ corpora pabularũ multitudine rubent, à fimo bubulo, cuius litu maximè tollitur, ita dictum. Pli. lib. 28. ca. 18, Boas fimus bubulus abolet: vnde & nomen traxere. Idem lib. 26. cap. 11, Ebuli folia contrita, & è veteri vino imposita, boam sanant, id est rubentes pabulas. Creditur hic morbus esse, qui pueros præcipuè infestat, quem *Rubellam* vocant.

BOAGRIUS, Locrensium amnis, siue potius torrens, qui Thronion vrbem præterfluit: interdum tam exiguus, vt ne pedes quidem transeũtis tingat: interdũ tam latus, vt ad bina diffundatur iugera. Strabo lib. 9.

Boalia, Boarius, vide BOS.

Boaria, lappa, Herba nota, cuius radix è vino pota, articulis mirificè prodest.

BOBIVM, Oppidum est ad Apœnini iuga situm, vbi cœnobium dicitur à Theolinda regina Longobardorum extructum: quo in loco nuper huiusmodi libri reperti sunt: Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitij carmen, LXX. epigrammata, Terentianus Maurus de literis, syllabis, & metris omnis generis, Cæsius Bassus, Velius Lõgus de Orthographia, Adamantius Martyrius de litera & muta B, & V, vocali, Probi Catholica, Cornelij Frontonis Elegantiæ Latinæ, Seruius grammaticus de litera, Liber persimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum, Paraphrasis super sex Virgilij libris, Trium Aeglogarum Virgilij enarrationes: & alia præterea multa, quæ Volaterranus enumerat.

BOCALIVM, Arcadiæ oppidum est, iuxta Megalopolim & Catinã, teste Plin. lib. 4. cap. 6.

Bocas, inquit Festus, Genus piscis: à boando, id est clamãdo appellatum. Hæc ille. Βῶκες (vt ex Speusippo annotauit Hermolaus) sunt leucomænides, hoc est mænæ cãdidiores, quas nos *Girros*, siue *Girrulos* vocamus.

BOCATIVS, Scriptor Italus fuit, sua lingua quàm Latina tersior. Scripsit Latinè Genealogiam deorum, de illustribus mulieribus, item de fluminibus & montibus, & pleráque alia sua lingua.

BOCCHYRIS, penul. prod. βόκχυρις, Rex quidam fuit Aegyptiorum, qui iustè syncerèque iudicasse fertur, adeó vt eius nomen in prouerbium venerit iustissimè iudicantium.

BOCCHVS, Rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Iugurtham Syllæ tradidit. Vide Salust. in Iugur.

BOCENSES, Sardiniæ populi, teste Plin. lib. 3. cap. 7.

BOCHIANA, Oppidi nomen Troglodytarum. Apud Plin. lib. 6. cap. 29, in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici & Aethiopici.

BOCCORI, qui & Concordienses, Populi sunt Lusitaniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 22.

BODERIA, Ptolemæo, Aestuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum in Vita Agricolæ.

BODINCOMAGVM, Oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dictum à Pado, qui Ligurũ lingua Bodincus fuit appellatus, quasi fundo carens. Plin. lib. 3. cap. 16.

BODINCVS, Ligurum lingua dictus fuit Padus fluuius, propter immensam altitudinem, quasi fundo carens. Vide in præcedenti dictione.

BOEA, Oppidum est Peloponnesi in sinu Argolico, non procul ab Epidauro, vt scribit Plin. lin. 4. cap. 5, in descriptione Achaiæ.

BOEBE, es, βοίβη. Oppidum est Cretæ, non procul à Gortyne. Stephanus. ¶ Est & Boebe Thessaliæ oppidum, lacui adiacens, qui ab eo Boebeis appellatur. Strabo lib. 9.

BOEBEIS, idis, siue Boebias, adis, siue Boebeis, idis, βοιβηὶς & βοιβιὰς, & βοιβηὶς λίμνη Stephano, Lacus in Thessalia ad radices Ossę. Lucanus lib. 7, Ire per Ossæam rapidus Boebeida sanguis. Valer. Flac. Perderet & pingui miseros in Boebide crineis.

BOEMIA, Regio Germaniæ, trium ferè dierum longitudine, & totidem latitudine. Hercynia sylua vndique cincta, & Albi fluuio irrigata: ab Oriente spectans Moranos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Noricũ, à Meridie superiorem Pannoniam, quæ Austria hodie dicitur. ¶ Huius

incolæ Boëmi appellãtur, lingua & moribus à Germanis omnibus distincti. Vide plura de his apud Aeneam Syluium, qui Boëmorum historiam conscripsit Vulgò *Boëmia.*

BOEOCIA, βοιωτία. Regio est in finibus Græciæ, Euboeæ insulæ obiecta ab Attica autem Cithærone monte discreta: ita dicta (vt nonnulli putant) à boue, cuius ductu Cadmus peruenit ad eũ locũ vbi postea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationé alludit Ouid. 3. Metam. quum ait, Bos tibi, Phœbus ait, solus occurret in aruis. Nullũ passa iugum, curuíq; immunis aratri: Hac duce carpe vias, & qua requieuerit herba, Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato. ¶ Alij alias afferunt nominis huius rationes: quas vide apud Stephanum. ¶ Olim etiam Aonia dicta est, & Ogygia, & Hyantis, & Messapia, & Cadmeis Thucydidi. ¶ Hinc Bœoti βοιωτοὶ, dicti sunt regionis huius incolæ, qui stupiditatis, & crassi ingenij nomine malè audierũt. Hinc est illud Horat. lib. 2. Epist. Bœotium in crasso iurares aëre natum.

Bœotius, a, um, adiectiuum. Cice. 1. de Diuin. Quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus, vt Bacis Bœotius, & Epimenides Cres. ¶ Bœotia auris, βοιώτιον ὠτίον. In pingui iudicio hominem quadrat. Bœotorum stoliditas compluribus prouerbijs locum fecit. Simillimum illi, Auris Batana. Diogenianus meminit Adagij. ¶ Bœoticũ ingenium, βοιωτικὸς νοῦς, pro stupido & stolido. Quicquid enim insulsum esset ac stolidũ, id Bœoticũ dicebatur. Lucia. in Ioue Tragœdo, Κρονικὸν τοῦτο εἶπες καὶ ἀληθῶς βοιωτικὸν. id est, Istud quod dixisti, prorsus agreste est, & vehementer Bœoticum. Horat. in Epist. Bœotum in crasso iurares in aëre natum. ¶ Eundem sensum habet, Bœotica sus, ὁ βοιώτιος ὗς. Vetustissimum adagium. Qui enim priscis temporibus Bœotiam regionem incolebãt, βοιωτοὶ appellabantur, gens barbara & agrestis: proinde quidam deprauata voce, pro, ὗες, ὕες, id est sues appellabant, Idque scomma cessit in prouerbium. ¶ Bœotica cantilena βοιωτικὸν μέλος, dicebatur si quibus rerum initia tranquilla ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Natum ex historia: nam Bœotij primùm liberam ac pacatam agebãt vitam: deinde mortuo Laio in varias calamitates inciderunt, vt illorum cantilena à læto initio in luctum desiisse videatur. Citatur à Zenodoto. ¶ Bœotica ænigmata, βοιώτικα αἰνίγματα, dicebantur obliquè atque obscurè dicta, quæque perdifficilè percipi possent.

Bœotus, a, um, aliud adiectiuum. Ouid. 12. Meta. Bœotáque tellus Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.

Boëthi, βοηθοί. Ital. *Coadiutori.* Gal. *Qui donnent ayde & secourables.* Hisp. *Los que ayudan, ayudadores.* à Græcis adiutores dicuntur, ἀπὸ τῆς βοηθείας, hoc est ab adiuuando. Vnde scribarum adiutores Boëthi vocantur ab Imperatore in l. Vnicuique. C. de Prox. sacr. scrin. Hinc etiam Seuerin. Boëthius dictus est, non Boëtius, vt vulgò scribitur.

BOETHIVS, Zenone imperante ob affectatæ liberratis suspicionem à Theodorico rege exilio dãnatus, deinde custodiæ traditus, pluta conscripsit. Tandem simul cum Symmacho senatore, socero suo, aliisque præstantibus viris interficitur, vt ait Eusebius.

BOETVS, Ineptus quidam poëta fuit Tarsensis, qui Philippensem Antonij victoriam carmine conscripsit: quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasij etiam Tarsensis præfecturam est assequntus. Vide Strab. lib. 14.

BOETVS, vt inquit Strabo, Hispaniæ fluuius, ex eisdem nascens locis, ex quibus Anas, & Tagus.

BOGADIVM, Ptolemæo oppidum est Germaniæ, quod hodie *Forstleiff* vocatur.

BOGES, Fortissimi cuiusdam Persæ nomen est, qui ab Atheniẽsibus obsessus, quum nihil commeatus supereesset, maluit vxorem primùm & liberos, deinde seipsum interficere, quàm viuus in hostiũ manus peruenire. Herod. lib. 7.

BOGVD, dis, penul. genitiui correpta, Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana vocata est, teste Plin. lib. 5. cap. 2. ¶ Fuerunt autẽ plures eiusdem nominis, ex quibus postremus fuit, qui in Actiaco bello Antonij partes sequutus, ab Agrippa supplicio affectus est. A' Strabone Bogus dicitur lib. 8. barbara voce in suauiorem sonum, & terminationem declinationi aptiorem transmutata.

BOGVS, Vide BOGVD.

Boiæ, arum, βοῖαι, Genus vinculorum tam ligneorum, quàm ferreorum, teste Festo, seu torquis damnatorũ, quòd quasi iugum in boue sit. Plautus in Asin. Carceres, numellas, pedicas, boias, torréisque acetrimos.

BOIANVM, Hodie Bouianũ, Oppidi nomẽ est inter Sãnites, Ptolemæo.

BOII, βόιοι Straboni, Populi fuerunt Galliæ Lugdunẽsis, teste Plin. lib. 4. cap. 18, qui putantur agri Borbonienſis tractum incoluisse. Hi postea Alpes transgressi, iuxta Padum consederunt, vbi & Laudam Pompeiam vrbem condiderunt, teste eodem lib. 3. cap. 17. Iidem postea à Romanis expulsi, in Germaniam se contulerunt, teste Strabone lib. 7. vbi Hercyniæ sylnæ partem incoluerunt quæ Pannoniis proxima est: quæ regio ab eis primùm Boiohemia, & postea abiectis aliquot literis Boëmia appellata est.

BOIN, Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. Plin. lib. 5. cap. 5.

BOION, Βοίων Stephano, Doridis oppidũ in Græcia, teste Plin. lib. 4. ca. 7, Doris (inquit) in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

BOLA, βῶλαι Stephano, Oppidum agri Campani in Italia: cuius meminit T. Liuius. Vnde Bolani, Coriolanis & Fidenatibus vicini, apud Plin. lib. 3. cap. 5, Virgil. 6. Aeneid. Pomerios, Castrúmque Inui, Boliámque Corámque.

BOLBVLAE, Insulæ nomen in mari Aegæo, non procul à Teo vt refert Plin. in descriptione insularum ante Asiam, lib. 5. cap. 31.

BOLBITINVM, à Plin. lib. 5. cap. 10, numeratur inter ostia Nili.

Bolbiton, ti, βόλβιτον. Ital. *Letame di bue.* Gal. *Fiens de bœuf.* Hisp. *Estiercol de buey.* Græcis simum significat, & propriè bubulum: vnde Imbulbitare dictum putat Festus, pro eo quod est, puerili stercore inquinare. Plin. lib. 28. ca. 17, Fimi ceruini, maximè subulonis, sed & bubuli, de armentinis loquor (quidã Bolbiton vocant) cinis, cochleariorũ triũ in mulsi hemina bonis fœminæ in mulieribus efficax, & ex altero sexu in viris.

BOLENTIVM, Pannoniæ superioris oppidum est, apud Ptolemæum, quod illi sua lingua *Kochesperg* vocant.

Bole

Bolenia, Gemma, quæ nimbo inuenitur glebæ similitudine. Plin.lib.37. cap.10.

Boletus, σαλίων, Beginetę genus fungi, inter omnes optimi: de quo abũde Plin.lib.22.cap.22. Iuuen. Vilibus ancipites fungi ponentur amicis Boletus domino, sed qualem Claudius edit.

BOLINGAE, Populi sunt Indiæ. Plin.lib.6.cap.19.

Bolis, idis. ‡ βολὶς. Ital. *Dardo.* Gal. *Vn flamboeau comme vn dard apparoissant en l'air.* Hisp. *Dardo, que se lança o embia.* ‡ A' Græcis dicitur hasta missilis, iaculum ἀπὸ τῆς βολῆς, iacio. Ad cuius similitudinem faces quædã igneæ bolides vocantur, quæ in suprema aëris regione gignuntur. Pli.lib.2. cap.26. Duo genera earum: lampades vocant, plane faces: alterum bolidis, quales Mutineñibus malis visum est. Distant, quòd faces vestigia longa faciunt, priore ad dẽte parte: bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitẽ. ¶ Bolis ‡ μολυβδοσφαῖρα, βολὶς. Ital. *Vn piombo à peso legato ad vna corda per tentare & tastare il fondo della acqua.* Gal. *Vn poix attaché à vne corde, qu'on jette en la mer pour sauoir si on est loing ou pres de la terre, Vne sonde.* Hisp. *La falda ò sonda para medir el agua.* ‡ etiam est perpendiculum nauticũ, hoc est funis cum plumbeo aut ferreo pondere annexo, quo nautæ maris altitudinẽ explorant. Eius meminit Lucas in Act. Apost.

Bolus, pe.prod. ‡ βῶλος. Ital. *Boccone.* Gal. *Vn morceau, vne bouchée.* Hisp. *Pedaço ò parte dello entero.* ‡ Cuiusque rei fructum: vnde Bolum terræ, glebam dicimus: Bolum argenti, massam argenteam. Terent.in Heaut. Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus. Quod dici solet, inquit Erasmus in Chiliad. quoties commoditas, quæ iam propemodum tenebatur, inopinatò præripitur: translatione (vt ait Donatus) ab animalibus sumpta, quibus auferitur præda. ¶ Ne bolus quidem relictus, Οὐδ' ἴλιγγος λελειμμένος, hoc est nec vel pauxillum. ¶ Tribus bolis. Plautus in Cure. Si vis tribus bolis, velim chlamydem. Tribus bolis dixit, pro, compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum Terentius accipere videtur pro eo quod Græci vocant βλωμόν. Quod autẽ continuo deuoratur, tribus bolis edi dicitur. ¶ Bolus autem penultima breui, iactum significat, vel rete ipsum piscatorium, quod Fundam vocamus. Plaut.in Rud. O Neptune lepide, salue. Nec te aleator vllus est sapientior: profectò Nimis lepidè iecisti bolum, periurum perdidisti. Verba sunt Trachalionis serui ad Neptunum existimantis lenonem naufragio periisse. Perdere autem, perimere & euertere interdum significat: vnde iocus resultat. Aleatores enim & piscatores bolum iaciunt. Perdidisti igitur Neptune hominem perditissimum, id est lenonem maximè perdendum, propterea Neptune aleam pulchrè iecisti, pulcherrimum iactum fecisti. Hæc ex Budæo in Pand.

Bolus Armenia, βῶλος Ἀρμενία, Gleba est terræ, quæ inuenitur in ea Armeniæ parte, quæ Cappadociæ conterminа est, colore ochræ, mitam ad deliccandum vim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara est inuentu. Nam quam Seplasiarij hodie pro bolo Armenia vendunt, aut ex Hispania, aut ex Normannia aduehitur, penè ad tubricã accedens.

BOMARES, Asiæ populi sunt à Caspijs montibus Orientem versus incolentes, vt autor est Plin.lib.6.

Bombax, A' veteribus vsurpatum est pro aduerbio contemnentis, vel negligentis. Plaut.in Pseud. Fur.3.babæ. r.fugitiue. 3.bombax.c.fraus populi.3.planissimè.

BOMBOS, Ciliciæ fluuius. Plin.lib.5.cap.27, Præterea intus flumina Liparis, Bombos, Paradisus.

Bombus, ‡ βόμβος. Ital. *Rebombo.* Gal. *Son de trompette qui n'est cler, ou bourdonnement a mouches à miel.* Hisp. *Zumbido, ò sonido ronco.* ‡ Sonus tubarũ raucus, nec valde acutus: vox tracta ab ipso sonitu, sicut mugitus boum. Persius, Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. ¶ Est etiam Bombus sonus apum.

Bombilo, as, pen.cor. ‡ βομβέω. Ital. *Ribombare.* Gal. *Bourdonner ou bruire comme font les mouches à miel.* Hisp. *Zumbar como las abejas.* ‡ est Bombum emitto, & propriè est apum. Autor carminis de Philomela, Bombilat ore legens munera messis apis.

Bombilatio, Sonus apum. βόμβος.

Bombylius, βομβύλιος, Apis quoddam genus obstreperum, à bombo, quem edit, appellatum: ingens, sed ad mellificium inutile: fauos sibi nectit è luto. Hinc prouerbiali figura, Homo bombylius, βομβύλιος ἄνθρωπος, dicitur verbosus, multique strepitus, exterùm inutilis.

Bombylis, Vermis genus est, ex quo necydalus, & deinde bombyx procreatur. Plin.lib.11.cap.22. Est & alia bombycum origo è grandiori vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde, quod vocatur Bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus Bombyces.

Bombyx, ‡ βόμβυξ. Ital. *Verme da far la seta, bizatto.* Gal. *Ver à soye.* Hisp. *Gusano dela seda ya perfecto.* ‡ pen.y, Vermis genus est similis erucæ, qui apud Indiam, Aethiopiam, & Seres in aranearũ morem tenuissima fila ducit ad vestem faciendam. Primùm bombylis, deinde necydalus, demũ bombyx appellatus. De hoc Aristoteles & Plinius ferè idem tradunt. ¶ In sex mensibus bombyces telas araneorum mundè texunt, ad vestem luxúmque fœminarum, quæ bombycina appellantur. Primò eas in filũ torquere, & rursus texere inuenit mulier Pamphila Latoi filia.

Bombycina, orum, βομβύκινα, Vestes sunt tenuissimæ, ex bombyce confectæ. Martial. Fœmineum lucet sic per bombycina corpus.

Bombycinus, a, um, pen.cor. ‡ βομβύκινος. Ital. *Fatto di seta.* Gal. *Fait de soye de vers.* Hisp. *Cosa de seda ò de sirgo.* ‡ Quod ex bombyce est confectum: vt, Panniculus bombycinus, apud Iuuen. Satyr.6, -quarum Delicias & panniculus bombycinus vrit.

BOMI, βῶμοι, Aetoliæ colles sunt: quorum incolæ Bomij, βωμεῖς, commemorantur à Thucydide lib.3.

BOMILCAR, Carthaginiensis fuit, Amilcaris filius, qui quũ apud suos in suspicionem venisset, quòd cum Agathocle sentiret, in crucem sublatus est. Vide Iustinum Trogi abbreuiatorem lib.33.

BOMITAE, Oppidi nomen est in Amano monte, qui Syriam à Cilicia dimit. Plin.lib.5.cap.22.

Bomolochus, pen.cor. βωμολόχος, Dictus est apud Græcos, qui facilis, atque idem humilis, omnia lucri gratia perferi iocando, cauillandóq; quales apud nos Scurræ appellãtur, qui vt sumptuosioribus cœnis intersint, à nullo scurriliratis genere se continent. ¶ Sed propriè qui alitari insidiantur vt furentur oblata, quasi ἐπὶ τὰς βωμὰς λαχόντες. Vide Cœl. Rhodig. Antiq. lect. lib.10. cap.6.

Bona caduca, Bonadea, Bonæ filei possessor, Bonæ frugi hominem, Bona hæreditaria, Bona venia, Boni cõsulere, Vide BONVS.

Bonasus, βόνασος, pen.prod. Fera est, quæ, vt scribit Aristoteles, in monte Mesapo, qui Pæoniæ ac Mœsiæ limes est, inuenitur, cuius meminit & Plin.lib.8.cap.15. Habet caput taurinum, corpus verò & iubas equi: latiore tamẽ corpore est quàm bos, sed pilo molliore quàm iuba equina, & compositiore, color pili totius corporis flauus, iuba prolixa & ad oculos vsque demissa. Cornua adunca, multo flexu in se recuruata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: vocem simile boui emittit: caret superiore dentium ordine, cutis hirsuta habet, & pedes bisulcos: Ab Aeliano Monops appellatur. Meminit eius & Solinus, qui circa Lydiam & Phrygiam bonasum nasci tradit.

BONNI, (quod hic corruptè legebatur) Vide BOMI.

BONONIA, Princeps Hetruriæ colonia, Felsina olim vocitata, in octaua Italiæ regione: vt tradit Plin.lib.3.cap.15. Vulgò *Bologna.*

BONOSVS, Romanorum tyrannus mitæ bibacitatis: de quo Aurelianus illud celebratur, non vt viueret illum esse natum, sed vt biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam nõ vino prudentior: & quantum bibisset, tantundem reddebat vesica ad æquilibrium. Hunc ad laqueum quum coëgisset Probus imperator, iactatum est militari ioco, Amphoram pendère, non hominem.

Bonus, na, num, Dicitur qui opponitur malo. ‡ ἀγαθός. Ital. *Buono.* Gal. *Bon.* Hisp. *Cosa buena generalmente.* ‡ Cic.2.Offic. Vir bonus innumerabilibus officiis & laudibus continetur. ¶ Bonum absolutè à Philosophis appellatur, quod sui causa expetitur. Vnde Aristoteles τ' ἀγαθόν, hoc est bonum appetitus sensitiui obiectum facit. Idque duplex est, Verum, & Apparens. Voluptas enim corporis tanquam bonum expetitur, non quòd re vera bonum sit, sed quòd eiusmodi appareat. Summum autẽ bonum appellabant, quod esset rerum omnium expetendarum extremum: quod Stoici in vita naturæ conueniente, Epicurei in animi voluptate, siue indolentia, Cyrenaici in voluptate corporis, alij alijs in rebus collocabant. Peripatetici triplicia constituunt bona, animi, corporis, & fortunæ. Quò fit, vt opes & facultates à nostris etiam Bona, κτήσεις, χρήματα appellentur. Cicc. pro Cecin. Ad incertum reuocari bona, fortunas, possessionésq; omnium. Idem in Topicis, Mulier, cui vir bonorum suorũ vsumfructum legauit. ¶ Bonum item dicitur, quod exequitur officium suum, quódque actiones suas probè obit. Hinc si virum bonum dicimus, intelligimus probum: si bonum militem, fortẽ: si bonum Imperatorem, prudentẽ: si bonum Grammaticum, literatũ: si bonum Oratorem, facundum: si bonum iudicem, iustum. Sic econtrario, Malum generale est nomen, & turpia simul, & detrimentosa complectens. Vnde malum virum dicimus flagitiosum: malum militem, imbellem: & sic de reliquis. ¶ Aliquando Bonum sumitur pro bonitate: vt quum dicimus, Ex æquo & bono iudicare. ¶ Aliquando pro magno. Sallustius, Bona pars militum inde discesserat. ¶ Aliquando pro nõ vili, quia (vt Donatus ait) boni nõ sunt vites. Terent.in Phormio. Illam ciuem esse Atticam bonam, bonis prognatam. ¶ Aliquando pro vtili: vt bonum est pecuniæ parcere. ¶ Item pro otio & quiete: sicut Malum, pro labore. Seneca, Delicatus, & bono semper assuetus. ¶ Item pro misti, & fauente. Statius, -tu corda paumper Huc aduerte libens, atque has bonus accipe voces. ¶ Item pro pulchro, Vnde forma bona, apud Terent.in And. ¶ Item pro apto & idoneo. Virgil.2. Georg. -& bona bello Cornus. ¶ Item pro docto. Horatius, Quandoque bonus dormitat Homerus. ¶ Bona caduca, Facultates quæ hæredem nõ habent, vel quæ non habent firmitatem, quales sunt res damnatorum. ¶ Bona dea, quam veteres Faunam, siue Fatuã, siue Sentam dixere. ἀγαθὴ θεός. Hanc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo illam, dũ vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen eius audierit, propter quod illi in occulto mulieres sacrificabant, & Bonam deam appellabant. Vide Alexandrum ab Alexan.lib.6.cap.8. ¶ Bonæ fidei possessor, Esse videtur, qui rem possidet nõ suam, quam tamen suam esse putat, & eũ qui vendidit, ius vendendi habuisse, puta procuratorẽ, aut tutorẽ fuisse, κακοπίστου ἐπιτρόπου. Contrà verò Malæ fidei possessorem dicimus, qui nec rẽ suam possidet, & eam scit suam non esse. ¶ Bona fides, ἀπάτη, χρεοπίστη & Bona fide, ἀπατηλῶς. ¶ Bonæ frugi hominem, dicimus cum laude, hoc est vtilem & bonũ. χρηστόν. Apuleius lib.4, Statui iam dolis abiectis asinum me bonæ frugi dominis exhibere. Hæc loquendi formula vetus admodum videtur, & penè obsoleta: frequentius tamen apud Plautum & veteres Iurisconsultos occurrit, quàm vt librariorum culpę debeat ascribi. Illud tamen dubium non est, vsitatius dici Bonæ frugis hominem, quàm Bonæ frugi. Ad bonam frugem redire, hoc est ad bonos mores, probitatemq;. Reliqua vide infrà in dictione FRVGI. ¶ Bona hæreditaria, ex patrimonio prouenientia. κλῆρος. ¶ Bona venia, Dicimus, quod est sine ira, sine indignatione. ἀπονεύσει. Terent.in Phorm. Adolescens, primum abs te bona venia peto. ¶ Boni consulere, hoc est Bene statuere, in bonam partem, vt aiunt, accipere. ‡ ἀγαπᾶν. Ital. *Pigliare in buona parte.* Gal. *Prendre en bonne partie.* Hisp. *Tomar en buena parte.* ‡ ¶ Boni ad bonorũ conuiuia vltro accedunt. Αὐτόμολοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν, id est, Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum. Hexameter prouerbialis, tunc vsurpandus vbi vir bonus fiducia virtutis & amicitiæ, quæ generalis inter omneis probos intercedit, ad sui similem accedit, nõ expectatis vulgaribus istis inuitatiunculis. ¶ Bona Cillicon, Ἀγαθὴ Κίλικων. Subaudiendum facit aut habet. Conuenit vbi quis malefactis ac fœdis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cillicon quidam, natione Milesius qui prodita Prienensibus Mileto patria ampliter quidem, sed fœdè ditatus est. Is quum proditionem moliens rogaretur quidnam esset facturus, respondit, πάντ' ἀγαθά, id est, omnia bona. ¶ Ego ex bono in bonum traductus sum, Ἐγὼ μὲν οὖν τῷ κρείττονι εἰς κρεῖττον μετέστην. Suidas indicat dici solitum de iis qui bonum institutum bono commutant. Innuit autem natum à quodam qui ex bono citharœdo factus sit poeta tragicus. ¶ Bonum malum fit tempore haud datum suo, κακὸν τὸ κακὸν οὐ ποιεῖ, μὴ καιρὸς ᾖ. Nihil gratum quod intempestiuum. Pharmacum in tempore datum saluti est: secus datum, mortem affert.

¶ Bonorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Bonorum myrmecia, ἀγαθῶν μυρμηκιά. De immensis opibus. Nã Myrmecia Græcè significat cauernam aut agmen formicarum. ¶ Eodem sensu dicimus, Bona terræ, τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, de bonis & immensis & omnigenis: quasi dicas, quicquid terra pro gignit omniũ rerum pareus.

Melior, & hoc melius, Comparatiuum à Bonus. ξ ὁ καὶ ἡ βελτίων, τὸ βέλτιον, καὶ τὸ μᾶλλον ἀγαθός, ἀγαθὴ, ἀγαθόν, βέλτιος. Ital. *Migliore*. Gal. *Meilleur*. Hisp. *Mejor*. ξ Cicer. Attic. Hircium per me meliorem fieri volunt. Idem pro Flac. Phrygem plagis fieri meliorem. Idem de Atuſp. meliore loco eſſe. Deteriore ſtatu eſſe, contraria.

Melioreſco, is, Meliorfio. ξ βελτιῶμαι. Ital. *Diuenir migliore*. Gal. *Deuenir meilleur*. Hiſp. *Mejorarſe*. ξ Colum. lib. 2. cap. 10, Napus denexam amat & ſiccam, tenuique propiorem terram, atque ſabuloſis, glareoſiſque aruis melioreſcit.

Optimus, Superlatiuum eſt à Bonus. ξ ἄριστος, κράτιστος, βέλτιστος. Ital. *Ottimo, perfetto*. Gal. *Treſbon*. Hiſp. *Muy mucho bueno, perfecto*. ξ ¶ Optimo iure prædia eſſe dicuntur, eſſe immunia prorſus ſunt, id eſt vt nunc loquũtur, alaudialia. Cicer. de Leg agr. Optimo enim iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima conditione ſunt. Quint. in Proœm. lib. 1. Optima facere quàm promittere maluerunt.

Optimè, aduerbium. ξ ἀρίστως, κρατίστως, βέλτιστα, μάλιστα, κάλλιστα &c. Ital. *Ottimamente*. Gal. *Treſbien*. Hiſp. *Muy bien*. ξ Cicer. ad Qu. Frat. Si perficiunt optimè, ſi minus, &c. Idem Epiſt. Fam. Sed hæc tu melius vel optimè omnium. ¶ Ponitur aliquando pro opportunè. Terentius in Eunuch. Adeſt optimè frater.

Optimitas, atis, Vtilitas, commodum. ξ ὠφέλεια. Ital. *Vtilità, commodo*. Gal. *Vtilité, commodité*. Hiſp. *Prouecho*. ξ Plautus, Maximas optimitates, gaudióque offertiſſimas Suis heris ille vnà mecum pariet.

Optimas huius optimàtis, communis gene. ξ οἱ πρῶτοι, οἱ ἐν τῇ πόλει τὰ πρωτεῖα φέροντες. Ital. *Primi, nobili*. Gal. *Les principaux d'vne communauté, les plus nobles perſonnages*. Hiſp. *Hombres buenos y nobles*. ξ Optimates dicuntur, vt ait Perottus, qui primum in ciuitate locum tenent: vel quòd opulentiores ſunt & in maiori cenſu, vel quòd in primis opem ferre poſſunt oppreſſis. Cicero pro Seſtio ſic dicit. Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorum qui verſari in Repub. atque in ea excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt. Qui ea quæ faciebant, quæque dicebant, iucunda volebant eſſe, populares. Qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. Ibidem. Omnes optimates ſunt qui neque nocentes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti. Priſcianus lib. 5. Optimates ſunt qui defendunt Senatorem: populares, qui defendunt populũ. Cicc. Attico lib. 10. Vide, ne dum puder te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit, eligas. ¶ Optimates matronæ. Cicc. ad Trebatium lib. 7.

Bellus, a, um, per duplex ll. diminutiuum eſt à bonus. ξ ἁβρός. Ital. *Bello, buono*. Gal. *Beau, beau, gentil, honneſte*. Hiſp. *Bello y bueno*. ξ Varro, Ita cum eis bellum geras, vt bella omnia domum auferas, id eſt bona omnia. Idẽ, Venio nunc ad vltimum teſtamentum, quod dicitur phyſicon, in quo Græci belliores, quàm Romani noſtri. ¶ Et quoniam bonum, quandoque pulchrum ſignificat, (vt apud Terentium. Forma bona fortaſſe) Bellum quoque pro pulchro accipitur: vt Bellus puer, Bella puella. Bellum corpus. Martialis, Bella es, nouimus, & puella: verum eſt. Hinc Belli homines aliquando boni & prudentes: aliquando formoſi atque elegantes, & feſtiui dicuntur.

Bellior comparatiuum, de quo paulò antè citauimus ex Varrone teſtimonium. κομψότερος.

Belliſſimus, ſuperlatiuum, Idem ſignificans quod optimus, vel pulcherrimus. κομψότατος. Terent. Adelph. Ego iam proſpiciam mihi, atque vnumquodque quod erit belliſſimum, Carpam.

Bellatulus, a, um, Vocabulum blandientis eiuſdem ſignificãtiæ cum Bellulus. Plautus. Cur ergo non imus cubitum bella bellatula?

Bellulus, a, um, diminutiuum formatum à Bellus, Idem quod pulchellus. ξ καλλίων, ον, κομψότερος. Ital. *Bellino*. Gal. *Joliet, joli gentil*. Hiſp. *Bello vn poco*. ξ Plautus in Mil. Aedepol equidem bellula es. A quo aduerbium Bellule. Plautus, Nam nutus bellulè ſe habet.

Belliatus, a, um. adiectiuum. Idem quod Bellulus. Plaut. in Rud. Hem tibi aquam mea tu belliata. Sunt tamen qui hoc in loco Bellatula legere malint quàm Belliata.

Bellè, aduerbium Idem quod pulchrè. ξ καλῶς. Ital. & Hiſp. *Bellamente*. Gal. *Gentiment, joliment, bien*. ξ Plautus Trucul. Qui iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habent. Dolabella Ciceroni. Terentia minus bellè habuit: ſed certum ſcio tam conualuiſſe eam. Cicero Terentiæ, Belliſſimè vel mecum, vel in noſtris prædiis eſſe poteris.

Bellitudo, ánis, Ornatus, pulchritudo. Feſtus. κάλλος, &c.

Bonitas, Capitur pro virtute, & honeſtate, atque iuſtitia. ξ ἀγαθότης. Ital. *Bontà*. Gal. *Bonté*. Hiſp. *Bondad*. ξ Cic. 2. Offic. Quum enim fide aliqui bonitatémque laudant, dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris mices. Huic contraria eſt malitia. ¶ Frequentius tamen Bonitas pro benignitate, & quadam ingenij ſimplicitate ponitur. Plinius, Bonitas, & ſimplicitas vrotis, Malitia econtrario pro verſutia: vnde Malitioſum, callidum ac verſutum dicimus. Cicero, Virtutis contraria eſt vitioſitas. ſic enim malo, quàm malitiam, appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam Malitia certi cuiuſdam vitij nomen eſt. Vitioſitas omnium. ¶ Eſt & alia Bonitas, non ex induſtria, ſed ex natura prouenieus. Idẽ 2. Offic. Quæ & bonitate ingenij multi aſſequuntur, id eſt excellentia & dote ingenij. Huic ſimiliter contraria Malitia eſt. Plinius, Quod modò cœli, modò terræ malitia facit.

Bene, *Ô*. Ital. *Bene*. Gal. *Bien*. Hiſp. *Bien ò buenamente*.] aduerbium, à Bonus formatum. Terent. in Andr. O' factum bene. ¶ Aliquando ponitur pro commodè: vt Bene habito. Cicc. 2. Offici. Domus bene & ratione ædificata. ¶ Interdum fœliciter, ſiue proſperè. Cicc. 3. de Diuin. Quę autem deorum inconſtantia eſt, vt primis imminutis extis, bene promittant ſecundis? ¶ Nonnunquam pro valde Idem de Lege agraria cõtra Rullum. Adoleſcens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Idem 3. de Orato. Habetis ſermonem bene longum. ¶ Bene cogitare, εὖ φρονεῖν, vel malè cogitare, κακῶς φρονεῖν referuntur ad alterum, ſignificántque beneficium, aut perniciem. Plinius, Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem & liberaliorem reddes. Cic. de Senectu. Carthaginem diu malè cogitantem non prius timere deſinam, quàm exciſam cognouero. ¶ Bene de te mereor, εὖ σοῦ σε, id eſt bona in te confero, aut bene ro. ¶ Bene de te mereor, εὖ σοῦ σε, id eſt bona in te confero, aut bene tracto. ¶ Bene vertere, κακῶς φέρειν, Eſt in vtilitatem vertere: ſicut Malè tracto. ¶ Bene vertere, κακῶς φέρειν, Eſt in perniciem. Bene volo tibi, amo. εὐνοῶ σοι, &c. Hinc Beneuolus, εὐνοϊκὸς, & beneuolentia, quæ eſt inclinatio animi cum deſyderio bene faciendi.

Benedico, ξ εὐλογῶ, εὐφημῶ. Ital. *Laudare, benedire*. Gal. *Bien dire d'aucũ, le louer, en parler en bien*. Hiſp. *Dezir bien de alguno*. ξ Beneloquor, duæ ſunt ſeparatæ dictiones: & conſtruitur cũ datiuo. Cic. pro Seſt. Cui bene dixit vnquam bono? bene dixit? imò quem &c. Nonnunquam vna eſt dictio, quæ in ſacra Scriptura accipitur pro laudo, quod non temerè inuenias apud veteres. teſte Valla lib. 1. cap. 12.

Benedicta, εὐφημία, Bona verba, placida, & beneuolentia plena: quibus opponuntur Maledicta. Terent. in Phorm. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶ Bene dicta etiam diuiſis dictionibus dicimus pro iis quæ commodè, prudenter, & appoſitè dicta ſunt. Cicc. de Natu. deor. lib. 1, Bene dicta, malè interpretari. Idem de Clar. Orato. Philoſophia mater omnium bene dictorum, beneque factorum.

Benedicè pen. cor. aduerb. εὐφήμως. Plautus Aſin. Aliam, atqi olim, quum illiciebas blandè ad te & benedicè.

Benefacio, Rectè, & quod me decet, facio. ξ καλῶς ποιῶ. Ital. *Ben fare*. Gal. *Faire bien, faire du bien*. Hiſp. *Bien hazer*. ξ Terent. in Eunuc. Benefacis: meritò te amo. Vbi Donatus, Benefacis non iudicantis, ſed gratias agentis eſt. ¶ Benefacio cum datiuo, eſt beneficium in aliquem confero, de aliquo bene mereor. Cic. 2. de Inuentio. Ab iis quibus benefeceremus, malè tractari.

Benefactum, ſubſtantiuum, Beneficium. ξ εὐεργέτημα. Ital. *Ben fatto, beneficio*. Gal. *Bien fait, benefice*. Hiſp. *El bien hecho, ò beneficio*. ξ Liu. 5. bell. Pun. 3. Reſpondit, nv plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quàm paucis his annis maleficia eorum, &c. Cicc. 2. Offic. Benefacta malè collocata, malefacta arbitror. ¶ Bene facta item dictis dictionibus dicuntur, quæ rectè atque ordine geſta ſunt. Idem 4. Tuſcul. Omnia enim bene facta in luce ſe collocari volunt. Idem de Senec. Multorum bene factorum recordatio iucundiſſima eſt.

Beneficus, Liberalis, qui beneficium præſtat. ξ εὐεργέτης. Ital. *Beneficio, che fa beneficio*. Gal. *Liberal, qui fait volontiers plaiſir & ſeruice*. Hiſp. *Bien hechor y franco*. ξ Cicero 1. de Natura Deorum, Vt enim omittam vim & naturam deorum, ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos, & benignos fuiſſe. ¶ Comparatiuum habet, beneficentior, & ſuperlatiuum Beneficentiſſimus. Cicero, ibidem, Iupiter optimus, id eſt beneficentiſſimus. ¶ Legitur tamen & Beneficiſſimus apud antiquos: vt apud M. Catonem, De Ptolemæo rege optimo & beneficiſſimo.

Beneficiarius. Qui beneficium accepit. ξ εὐεργετούμενος. Ital. *Quello che ha riceuuto beneficio*. Gal. *Qui a receu plaiſir ou biensfait d'autruy*. Hiſp. *El à quien ſe da el beneficio*. ξ Vnde à veteribus Beneficiarij dicti ſunt illi, quos Imperator ſuo beneficio promouiſſet in militia. Cæſar lib. 1. belli Hiſpanici. Petreius verò non deſerit ſeſe, armat familiam: cum hac, & Prætoria cohorte certamen init, barbariſque equitibus paucis, beneficiariis ſuis.

Beneficium, Meritum, ξ εὐεργέτημα. Ital. & Hiſp. *Beneficio*. Gal. *Benefice*. ξ Cic. Plantio lib. 10. Quod ſi erit factum, & Rempub. diuino beneficio afficeris, & ipſe æternam gloriam conſequêre. Terent. in Eunucho, Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium Chærea. Ibidem, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Beneficentia, æ, Benignitas. Beneficiorum collatio. ξ εὐεργεσία. Ital. *Beneficenza*. Gal. *Largeſſe, liberalité, vouloir de bien faire à quelqu'vn*. Hiſp. *Aquella obra de bien hazer*. ξ Cicc. 1. de Natu. deor. Quid eſt melius aut præſtantius bonitate aut beneficentia?

Beneuolens, Idem eſt quod beneuolus. Plaut. in Capt. Ecquem alium beneuolentem videris. Idem in Mercatore, Non ſum moleſta, ſed beneuolens.

Beneuolus, a, um, adiectiuum, Benè cupiens alicui. ξ εὔνους. Ital. *Beninolo*. Gal. *Bien voulant, portant bonne affection à quelqu'vn*. Hiſp. *Amigable y bien quiſto*. ξ Terent. in Hecy. Facilem, beneuolúmque lingua tua iam tibi me reddidit. Cicc. 2. in Verrem, Beneuolo animo me, vt magnopere cauerem, præmonebat. ¶ Beneuolus trucidatior, ἰσχνὸς σφάκτης, prouerbiali figura dicitur, qui quum ſummam adferat pernicicm, tamen beneuolentiæ ſpeciem admiſcet.

Beneuolè, aduerbium, pen. cor. Benignè, amicè. ξ εὐμενῶς. Ital. *Benignamente*. Gal. *D'vn bon vouloir*. Hiſp. *Bienquiſta y amigablemente*. ξ Cicc. de Amici. Et hæc accipienda amicè, quum beneuolè fiunt.

Beneuolentior, oris, comparatiuum à Beneuolus, ſiue ab antiquo Beneuolens: quo Plautus idẽtidem vtitur, vt paulò antè oſtẽdimus ſuo loco. Cicc. lib. 1. Epiſt. Beneuolentior tibi quàm fueram, nihilo ſum factus. Idem alibi, Nam beneuolentior quàm ſemper fui, eſſe non poſſum.

Beneuolentia, æ, Studium, fauor, amor. ξ εὐμένεια. Ital. *Beniuolenza*. Gal. *Beneuolence, amour & bon vouloir enuers quelqu'vn*. Hiſp. *Amiſtad y bienquerencia*. ξ Cicc. 1. Offic. Beneuolentia beneficiis capitur maximè. Idem 3. de Orat. Hæc omnia beneuolentiam maximè conciliant. ¶ Intempeſtiua beneuolentia nihil à ſimultate differt. Ἄκαιρος εὔνοια ἐχθρᾶς ἄλλο φέρει, id eſt, par odio importuna beneuolentia. Senarius eſt Græcis prouerbij vice celebratus. Quadrabit in eos qui dũ officioſi ſtudẽt eſſe, nõ habita temporis ratione, nocent, aut moleſti ſunt ſedulitate.

Benignus, Liberalis, munificus, à bene gignendo, vt quibuſdam videtur. ξ ἐπιεικὴς, ἐλεύθερος, εὐπρεπής. Ital. *Benigno, liberale*. Gal. *Courtois, benin, liberal, gratieux*. Hiſp. *Franco y liberal*. ξ Vnde Benignam terram dicimus, fructus abundè reddentem. Plinius de Aegypto, Nulla eſt benigniot tellus, nullus ager feracior. Cic. 2. de Nat. deor. Ne homines quidẽ, niſi imbecilli eſſent, futuros beniguos, & beneficos fuiſſe. Plaut. Rud. Quãdo ergo tibi benignus fuit.

Benignè, aduerbium, Liberaliter, amicè, beneuolè. ξ ἐλευθερίως, εὐπρεπῶς. Ital. *Benignamente*. Gal. *Courtoiſement, liberalement, gratieuſement, benignement*. Hiſp. *Liberalmente*. ξ Cicero 1. Officio. Nam vt opera benignè fit indigentibus aut pecunia. Idem pro Flacco, Iſta ciuitas neque ſeuerè

Flaccum

Universidad de Sevilla Biblioteca

Hæcum ob quæ nauit, neque benigne defendit. Idem in Vertem Act. 4. Frumentum inquit me abs te emere oportet. Optime. Modium denario, Benigne ac liberaliter.

Benigniter. Idem quod Benigne. apud Titinium in Geminis, vt citat Nonius, Nimium te patrocinari censeo benigniter.

Benignitas, tatis, Liberalitas, munificentia. {Φιλοτιμία, ἐλευθεριότης. Ital. *Benignità, beneficenza.* Gal. *Courtoisie, liberalité, benignité.* Hisp. *Largueza, liberalidad.*} Terent. in Eunuch. - nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus, Benignitas est in quantitate rerum, aut in facilitate præstantis. Nam plerunque ingrata dona sunt, in quibus facilitas non apparet. Cic. 1. Offic. Ne maior benignitas sit quàm facultas.

BOOS-COTIS, βοὸς κοίτη, Hellespōti vrbs est, quæ Germanicopolis postea dicta est. Plin. lib. 5. cap. vlt.

BOOSVRA, βοὸς οὐρά, quasi Latinè Bubulam caudam dicas, Vrbs est Cypri insulæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Autor est Strabo lib. 14.

BOOTES, tis, vel Bootes, tæ, βοώτης. A bone deductū nomen. Latinè Bubulcus, cęleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci plaustrum sequi videtur. ¶ Fuit autem Bootes (vt refert Higinus) Iouis ex Callisto filius, nepos Lycaonis regis Arcadiæ, qui vnà cum matre in cęlum est translatus, & illi veluti custos appositus. Cic. 2. de Natu. deor. Septentriones autem sequitur Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes. Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arcton. Ouid. Arctophylax formam terga sequentis habet. Iuue. Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. Habet quatuor stellas in dextra manu, quæ non occidunt. Gel. lib. 2. cap. 21.

BORAMA, Phœnices oppidum est, non procul à Beryto. Autor Strabo lib. 16.

BORCANI, Populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, vt autor est Plin. lib. 3. cap. 11.

BORCORE, Thraciæ oppidum, Eumeniæ & Parthenopoli vicinum, vt autor est Plin. lib. 4. cap. 11.

Boreas, reæ, {Βορέας. Ital. *Borea.* Gal. *Vent de bise.* Hisp. *Regnon, viento entre Nercy Solano.*} Ventus frigidus & siccus, spirans inter Septentrionem, & exortum solstitialem, teste Plinio lib. 2. cap. 47. à quo Hyperborei montes nomen traxerunt. ¶ De hoc in dictione AQVILO. ¶ Dictus Boreas, διὰ τὸ βοᾶν, ἀφ' ἧς quoniam vt violenti flatus est, ita etiam sonori. Virgil. 1. Georg. - aut Boreæ penetrabile frigus adurat. ¶ Fuit item hoc nomine Thrax quidam Strymonis filius, raptor Orithyiæ, Erichthonij Athenarum regis filiæ: vnde poëtis fabulandi occasio subministrata est, Orithyiam à Borea vento fuisse raptam, eique Zethen & Calain peperisse.

Boreus, a, um, pen. prod. {Βόρειος. Ital. *Settentrionale.* Gal. *Septentrional.* Hisp. *Cosa de aquel viento.*} Idem est quod Septentrionalis: vt Axis Boreus, qui & Polus arctieus dicitur. Ouid. 4. Trist. Vita procul patria peragēda sub axe Boreo est.

Boreæ. Gemmæ sunt ex Iaspidum generibus, cælo autumnali matutino similes: vnde & Aerizusæ appellantur. Vide Plin. lib. 37. cap. 8.

BORESTOMA, pen. corr. Βορίστομα. Vnum est ex ostiis Danubij fluminis. Plin. lib. 4. cap. 12. de Danubij ostiis. Primum ostium Peuce: mox ipsa Peuce insula: à qua proximus alueus appellatus, XIX. M. passuum magna palude sorbetur. Ex eodem aluco & suprà Istropolin lacus gignitur LXIII. M. passuum ambitu: Halmirin vocant. Secundū ostium, Naracostoma appellatur. Tertium, Calostoma iuxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma & insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula ora & ostia tanta sunt, vt prodatur in XL. M. passuum longitudinis vinci mare, dulcémque intelligi haustū.

BORCODI, Asiæ populi, in insula Asgilia, teste Plin. lib. 6. cap. 28. in descriptione Arabiæ.

BORION, siue Boreon, pen. prod. Βόριον. Ptolemæo, Africæ promontoriū est, quod maiorem Syrtim includit, dicente lib. 5. ca. 4. Promontorium quod maiorem includit, (Syrtim intelligit) Borion appellatur. Huius etiam meminit Strabo lib. 17. Vltra Berenicen est paruum quoddam promontorium nomine Borium, quod est Syrtis ostium.

BORON, Est Troglodytarum oppidum, vt tradit Plin. lib. 6. cap. 29.

Borsycites, Plin. lib. 37. ca. 11, Gemma est, in nigro ramosa, candidis aut sanguineis frondibus.

Boryptes, Gemma nigra, sanguineis & albis nodis. Plin. lib. 37. cap. 10.

BORSIPPA, Βόρσιππα, Ciuitas est Mesopotamiæ, Dianæ & Apollini sacra, in qua præcipuè viguit lanificium. Circa hoc oppidum maxima est vespertilionum copia, qui ad esum condiuntur. Strabo lib. 16.

BORYSTHENES, pen. corr. {Βορυσθένης. Vulgò *Neper.*} Fluuius Scythiæ secundum Istrum omnium maximus, cuius aquæ ad potandum sunt suauissimæ, & magnos pisces alunt nulla habentes ossa. ¶ Est item Borysthenes oppidum, quod Borysthene amne abluitur: vnde & nomen accepit. ¶ Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. lib. 7. & Prole. lib. 3. cap. 5. Pomponius Mela Borysthenidem appellat lib. 2. ¶ Est & insula eiusdem nominis, ante fluuij huius ostia sita: cuius etiam meminit Ptolemæus loco iam citato. ¶ Lacus quoque est eiusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Borysthenidæ, Βορυσθενῖται. Stephano, Populi ad Borysthenem amnem, Olbiam vrbem incolentes, quæ & ipsa Borysthenes, siue Borysthenis appellatur. Proper. Glocia ad hybernos lata Borysthenidas.

Borysthenius, a, um, adiectiuum. Ouid. 4. de Pont. Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyaspes.

Bos, bouis, {βοῦς. Ital. *Bue.* Gal. *Bœuf.* Hisp. *Buey.*} generis communis, datiuum & ablatiuum pluralem Bōbus per syncopen facit, & more veterū Būbus. Colu. lib. 2. Nihil dubium quin equis melius quàm bubus res conficiatur. Cic. de Nat. deor. Quid de bubus loquar? Idem de Senect. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouem viuum. ¶ Hinc fiunt adiectiua, Bouinus, a, um: cuius diminutiuū est Bouillus, Bubulus, Bucerus, ra, rum, & Boarius, a, um: vnde Forum Boariū, vbi vendebātur boues. ¶ Dictus Bos, διὰ τὸ βόσιν, quod est pasco, quòd homines pascat laboribus suis. ¶ Iuuenci autem in bubulo genere dicuntur iunjores, qui iam viruli esse desierunt, secundo scilicet ætatis anno: ita dicti à iuuentute, teste Varro. lib. 2. de Re rust. cap. 5. Vbi quatuor ponit ætates in genere bubulo: vt prima sit vitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorū. ¶ Bos ad præsepe, βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. In emeritos dici consuevit, quique iam ob ætatem otio vitæque molliori indulgent. Efferor ad hunc modū, βοῦς ἀνὴλός, bos in stabulo. Cōgruit & in eos qui nullis negotiis exercentur, sed turpi otio atq; abdomini seruiunt. ¶ Bos apud Iesiphum pulcherrem mouet, βοῦς ἐφ' ἁλὶ σπεύδει τανηλεγέϊ. Vbi quis ad suum ipsius malum volens lubensq; ducitur. Nam boues vt sunt mansueti, facile se præbent vinciendos, neque grauatim obtemperant iugo. ¶ Si bouem nō possis, asinum agas, εἰ μὴ βοῦν ἔχοις, ὄνον ἐλαύνειν χρεών. id est, si non potes vt vis, vtcūq; potes facito. Autore Suida. ¶ Volentem bouem ducito, καὶ ἑκόντα βοῦν ἕλκειν. Vtere illorū opera qui ex animo faciunt. Refertur ab interprete Theocriti. ¶ Ex ipso boue lora sumere, Ἐκ τοῦ βοὸς τὸν ἱμάντα λαμβάνειν, dicuntur, qui quo lædant quempiam, id ab ipso quem lædunt accipiunt. ¶ Expecta bos aliquando herbam, μένε βοῦ ποτὲ χόρτον. Dicendum vbi quid sero contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustatura herbam enatam. ¶ Boues messis tempus expectantes, βόες ἀμητὸν ἐπιτρομέοντες. Dici solitum vbi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. ¶ Immolate boues, βουθυτεῖτε, tanquam prouerbialiter dicebantur qui amplos magnificosque sumptus facerent. ¶ Bos in ciuitate, βοῦς ἐν πόλει. Dicitur vbi quis ad nouos honores euehitur. Lysias bouis imaginem æream in arce collocatam Athenis. ea res in vulgi iocum cessit: nam in agris boum vsus est, non in vrbibus. ¶ Bouem in faucibus portat, βοῦν ἐν τοῖς γνάθοις φέρει. In eiusdem olim dicebatur, vt indicant Zenodotus & Suidas. ¶ Bos in lingua, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ. In eos qui non audent quod sentiunt dicere. Translatum vel à robore animantis, quasi linguam opprimens non sinat eam eloqui: vel hinc quòd Atheniensium nummisma quondam bouis obtinuit figuram. ¶ Bos alienus subinde foras prospectat, βοῦς ἀλλότριος ἐκ θυρέων ἐκκύπτει. De iis qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur, eóque sæpius deuiderant.

Boalia, βοήλια. apud antiquos Atticos, quæ & Bupetiæ, siue Bupetij dicuntur. Ludi boum gratia instituti.

Boarius, a, um, adiectiuum, Quod ad bouem pertinet: vt Boarium forum Romæ dicebatur locus in quo vendebantur boues. βοῦς ἀγορά. Huius meminit Plin. lib. 28. cap. 2. & lib. 34 cap. 2.

Boo, as, Mugio, clamo, à βοάω, vel à boum mugitibus. {μυκάομαι. Ital. *Mugghiare, ribombare.* Gal. *Beugler, on mugit, crier en bœuf ou taureau.* Hisp. *Resonar, bramar el buey o vaca.*} Plautus in Amph. Tela frangunt, boat cælum fremitu virūm. ¶ Ex Boo, bois, boere, eiusdem significationis, verbum antiquum. Varro Parmenone, vt citat Nonius, Freunt citi, strepunt, bouunt. Pacuuius Medea apud eundem, Clamore & sonitu resonantes bouunt. ¶ Bouare dicuntur boues, quum vocem emittunt, teste Varrone lib. 6. de Lingua Latina: verùm Boare magis est in vsu. ¶ Hinc Reboo, as.

Bostar, Locus vbi boues stare consueuerunt. βουστάριον.

Bouatim, Ad similitudinem bouis. Nigidius Figulus apud Nonium, Sunt etiam adsimilanter dicta hæc, Canatim, Suatim, Bouatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Bouillia. Dicuntur loca, in quibus boues morantur. {βουστάσιον. Ital. *Stalle de buoi.* Gal. *Estable à bœufs.* Hisp. *Corrillos para ganado vacuno.*} sicut Ouilia in quibus oues. Colum. lib. 2. Domitis armentis duplicia bouilia sunt: hyberna, atque æstiua. Eadem etiam Bubilia dicuntur. Plautus Persa, - enim metuo, ne possim In bubile reticere, ne vagentur. Cato ca. 4. Bubilia bona, benéque ædificata, &c.

BOVILLAE, arum, βοίλλαι. Stephano, Oppidum fuit in Latio, haud procul ab vrbe Roma, via quæ Ariciam ducebat, vt inquit Asconius. Nam ad Bouillas interfectus est Clodius, Aricia rediēs. Dictæ Bouillæ, quasi bouis illæ, quòd eò vulnerata bos sua trahens intestina deuenerit. Vnde populus Bouillanus dictus est.

Bouillus, a, um, {Ital. *De bue.* Gal. *De bœuf.* Hisp. *Cosa de buey.*} Idem est quod bouinus, licet sit diminutiuum. Plinius, Bouillæ carnis iure facilè curator. In eadem significatione dicimus & Bubulus.

Bouinor, aris, penul. prod. Conuitior, & quasi in aliquem mugio. λοιδορέομαι. Vnde Bouinatores dicti sunt, λοίδορος, quos derisores dicimus: & Bouinatio, λοιδορία, conuitium. Hæ tamen dictiones ab Aulo Gel. lib. 11. cap. 7. numerantur inter obsoletas, & desitas: easque (iuxta sententiam Cæsaris) non minus quàm scopolum præcipit esse fugiendas.

Bubsequa, pen. cor. Bubulcus qui boues sequitur. {βουκόλος. Ital. *Guardiano de buoi, vaccaro.* Gal. *Bouuier, vacchier.* Hisp. *Vaquero o boyero.*} Sidonius ad Eutropium. Si relinquare inter bubsequas rusticanos subulcósq; runcantes, tunc est tibi summa votorum beatitudo.

Bubulcus, Qui bobus arat, siue qui boues fundi aratorios pascit. {βουκόλος. Ital. *Bifolco, boaro.* Gal. *Bouuier.* Hisp. *Boyero.*} Cic. 1. de Natu. Deorū. Hoc verò eum somnio commotum, mane bubulcò præsto ad portam fuisse: quæsisse ex eo quid esset in plaustro.

Bubulcitor, aris, pen. corr. Bubulci officium facio. {βουκολῶ. Ital. *Fare offitio di bolce.* Gal. *Traitter les bœufs, faire offitce de bouuier.* Hisp. *Hazer officio de boyero.*} Plautus in Stel. Decet me amare, & te bubulcitarier.

Bubulus, a, um, pen. cor. adiectiuum à bone formatum, Idem significans quod Bouinus. {Ital. *Bouino.* Gal. *De bœuf ou vache.* Hisp. *Cosa de bueyes ò vacas.*} Plin. Stomachum exulceratum lactis asinini ac bubuli potius reficit. Colum. lib. 7. Deficari bubula vrina conuenit. Pro eodem dicimus & Bouillus.

Bucetia, æ, Boum armentarij, siue bubuli generis grex. Lucr. lib. 2. Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles Bucetiæque greges.

Bucerus, pe. cor. βούκερως, Bubuli generis epitheton, idem significās quod bubula habens cornua, ἀπὸ τοῦ βοὸς, καὶ τοῦ κέρας. Ouid. in Metamor. - armētáque bucera pauit.

Bucolica, orum, βουκολικὰ. Pastorale carmen, ita dictum ἀπὸ τοῦ βουκόλων, hoc est à bubulcis: quod pastorum genus apud rusticos maximo habetur in pretio.

Bucolicon, βουκολικὸν. Genus est Panacis, quod ex Macedonia affertur: ita dictum, quòd armentarij succum eius sponte profluentem excipiant. Vide Plin. lib. 25. cap. 4.

Bucula, per simplex c, diminutiuum est à boue, vaccam iuuenē, & adhuc tenerā

teneram significans. ¶Ital. *Vacchetta.* Gal. *Bouueau ou bouuillon, geniſſe ou geniſſon.* Hiſp. *Pequeña vaca.* ¶Plinius, Eidem morbo buculæ iecur contritum prodeſt. Virg. lib. 1. Georg. –aut bucula cælum Suſpiciens patulis captauit naribus auras. ¶Item Buculus maſculinum, Paruus bos. Colu. lib. 6. cap. 2, Quum deinde buculos comprehenderis, perducito ad ſtabulum, & ad ſtipites religato.

Boſchis, idis, Voluceris eſt (teſte Colu. lib. 8. cap. 15,) quæ clauſa paſcitur, quemadmodum anates, & coturnices.

BOSGOEDARIZA, Locus eſt in confinibus maioris Armeniæ ſitus, Autor Strabo lib. 12.

Boſmorus, Teſte Strabo. lib. 15, frumenti religioſi genus eſt, tritico minus, apud Indos inter amnes prouenies, quod excuſſum protinus torreturiiuramentóq; adiguntur meſſores, non aſportaturos prius quàm exerint, ne ſemen in alias terras tranſferri poſſit. Apud Diodorú Boſphoron vocatum legimus, corruptis (vt videtur) exemplaribus.

BOSPHORVS, pen. corr. βόσπορος. Græcè, ſine aſpiratione: & ita ratio vera poſtulat, Anguſtas maris fauces ſignificat, à meabili bouis trãſitu impoſito nomine, vt teſtatur Plin. lib. 6. cap. 1, quaſi ὁ βοὸς πορεία. Sunt autem duo Boſphori, Thracius & Cimmerius, tanta vterque anguſtia, vt & alitum cantus, & canum latratus ab vlteriore littore inuicem audiantur: manente etiã humanæ vocis inter duos orbes commercio, niſi quum id auferunt venti. ¶Thracius Boſphorus iuxta Byzantium eſt, quingentorum non amplius paſſuũ freto, Aſiam dirimens ab Europa: quà Darius pater Xerxis copias ponte tranſuexit. Valerius Flaccus fabulatur Io puellam in vaccam commutatam, per haſce anguſtias in Aſiam tranauiſſe: indéque fretum illud Boſphori nomen traxiſſe. Sic enim ſcribit lib. 4. Argonaut. Iámque dies, atque aura vocant, rurſúſq; capeſſunt Aequora, quà rigidos eructat Boſphorus amnes. Illos, Nile, tuis nondum dea gentibus Io Tranſierat fluctus: vnde hæc data nomina ponto. Vulgò *El ſtrecho de conſtantinopla.* ¶Alter in introitu eſt Mæotidos paludis, iuxta Tauricam Cherſoneſum, duorum millium paſſuum latitudine, per quem palus Mæotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius Boſphorus dicitur à Cimmeriis populis, qui partem eius frigidiſſimam incolunt. Vnde qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerij appellantur. ¶Inter Boſphorum Thracium & Cimmerium, vt ex Polybij ſententia ſcribit Plin. lib. 4. cap. 12, interiacent millia quingenta.

Boſphoranus, & Boſphorius. Cic. pro L. Man. Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet. Ouid. 2. Triſt. Egerit Ionio, Boſphorióque mari. ¶Eſt item Poſphorus Stephano, duarum vrbium nomen: quarum alteram ad Sinum Cimmerium, & fretum eiuſdem nominis collocat: quæ & Boſphoropolis dicitur: alteram in India conſtituit.

BOSTRA, βόστρα, Phœnices ciuitas eſt, ad mare ſita. Strabo lib. 16.

Boſtrychites, βοστρυχίτης, Gemma crinibus mulierum ſimilis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Boſtrychus, βόστρυχος. Dicitur capillus plexus, & cæſaries in modum muliebris comę ornata, Firmicus lib. 3. Venus criſpos crinium facit, & boſtrychis comatos, id eſt capillis muliebribus cæſariatos.

BOTIAEI, ſiue Bottiæi duplicato t, βοττιαῖοι, Populi ſunt Thraciæ quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

BOTIEVM, βοτιεῖον Stephano, Oppidum Phrygiæ, Attæam habens paludem ſale fœcundam.

Botanomantia, βοτανομαντία, Magiæ ſpecies, quæ fit per herbas, qua Circem & Medeam excelluiſſe Poëtæ prodiderunt.

BOTRODIVS, Vicus non longè à Segobria: quondam oppidum, ſed à Tiberio Graccho dirutum, vt refert Polybius.

Botrus, tri, Vua, racemus: à Græco βότρυς, quod ἀπὸ τοῦ βόσκειν πολύν, Moſchopulus deduci arbitratur. Ital. *Grappolo, racemo.* Gal. *Grape de raiſin.* Hiſ. *Gajo en que ſe juntan las vuas.*

Botryo, onis, βοτρύων, Botrus, vel vua, præſertim conditicia. Martia. lib. 11, Nec toto dignam ſe botryone putat.

Botrytis, Cadmiæ ſpecies, quæ teſtudini ærariarum fabricarum voę modo adhæret: vnde & nomen habet. Vide Gale. lib. 9. Simp.

Botrypes, (quod hic pro nomine gemmæ corruptè legebatur) vide BORYPTES.

Botrys, βότρυς Dioſcoridi. Herbæ genus, quod alio nomine Ambroſia, & à quibuſdam Artemiſia vocatur: ita dictum, quòd circa imum caulem ſemen habeat in ramulis, vuarum modo dependens, odore vinoſo. βότρυω enim Græci racemum vocant. Vide Plin. lib. 26. cap. 4.

BOTRYS, βότρυς Stephano, Oppidum eſt Phœnices, cuius mentionem facit Plin. lib. 5. cap. 20, in deſcriptione montis Libani.

Botrytes, βοτρίτης, Gemma, quæ incipienti vuæ ſimilis eſt, alia nigra, alia pampinea. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Botulus, ſiue Botellus. ¶Ital. *Saiciccia.* Gal. *Sauciſſe, boudin, andouille.* Hiſp. *Morcilla, ò longaniça.* ¶Farciminis genus ex carne ſuilla: à bolia, id eſt ſtrutilis carnis, vt quidam putant, appellatus. Mart. lib. 5, Et pultem niueam premens botellus. Idem lib. 14, Qui vénit botulus medio tibi tempore brumæ, Saturni ſeptem venerat ante dies.

BOVIANVM, Samnitium colonia vetus, dicente Plin. lib. 3. cap. 12, Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixere, colonia Bouianum vetus, &c.

Box, ocis, βόξ. Genus piſcis marini, à boando, vt putatur, dictum: cuius meminit Plin. lib. 32. cap. vlt. Vide ſuprà BOCAS, & Boces.

B ante R.

BRABANTENSES, Mons, quem Liu. lib. 4. de bello Macedonico decem millibus paſſuum à Lacedæmone diſtare dicit.

Brabeutæ, βραβεῦται, à Græcis dicuntur iudices ſpectaculorum, qui victoribus in certamine exhibent præmium & coronas: qui verò præfectus eſt certaminis, ἀγωνοθέτης dicitur. Græci (autore Philoſtrato) Iudis Olympicis decem iudices præfiſere ſolebant. Sueto. de Ner. Nec aliter certamine gymnica Græcia tota ſpectauerat, quàm Brabeutarum more in ſtadio humi aſſidens. Suidas, βραβεῦσαι, διαιτῆσαι, κρατῆσαι, ἀθλητὰς, καὶ βραβεῖον ἐπιτιθέναι ἀθλητῇ. Sunt & Brabeutæ, funebrium pomparum cutatores, quos etiam Latinè Deſignatores vocamus: qui ſcilicet eunq; incedendi ordinem præſcribunt. Vide Annotationes Budæi.

Brabium, peu. prod. & per literam b, in ſecunda ſyllaba, βραβεῖον, Dicitur victoria, vel certaminis præmium.

BRACARI, ſiue BRACARES, Populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Minium fluuium, qui vnum conſtituunt ex ſeptem Hiſpaniæ citerioris conuentibus, quem Bracarum conuentum vocat Plin. lib. 3. ca. item 3, Nunc, inquit, vniuerſa prouincia diuiditur in conuentus ſeptem, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem, Bracarum. Ptolemæus lib. 2. cap. 6, Brætaros appellat, eóſque inter Callecos annumerat: eorúmque metropolim Brætaram Auguſtam vocat.

Braccæ, ¶ βρακία, ἀναξυρίδες. Ital. *Braghe.* Gal. *Brayes.* Hiſp. *Las bragas.* ¶ A quibuſdam accipiuntur veſtes fluxæ, intonſæque, ac varij coloris, quibus vtebantur frigidioris plagæ gentes, vt inquit Diodo. lib. 6. & à quibus Braccata Gallia vocata eſt Narbonenſis prouincia, quòd veſtes ferret intõſas, & varij coloris. Braccis vſos fuiſſe Scythas docet Ouidius, ſcribens, Pellibus, & laxis arcent mala frigora brachis. Vide Alexandrum ab Alexando lib. 5. cap. 18, & Gell. lib. 10. cap. 21. Pomponius Mela, Braccati ſunt, inquit, totum corpus Sarmatæ, & niſi, quà vident etiam ora veſtiti. Sueto. in Cæſ. Idem in curia Galli braccas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. Corn. Taci. lib. 8, ſic ait, Ornatum Cecinnæ municipia, & coloniæ in ſuperbiam trahebant, quòd verſicolori ſagulo braccas, barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur. Alij ſcribunt. Brachæ per h, ſed ſine ratione, ſit enim à Græco βράκκα, vnde bracęæ, quaſi βράκκαι.

Braccarij, Braccarum veſtium confectores. Lampridius. Ob quod Alexander imperator, vectigal inſtituit braccariorum, linteonum, & pellionum.

Braccatus, Braccis indutus. Cic. pro Font. Si exiſtimatis eos hic ſagatos, braccatóſq; verſari animo demiſſo, atque humili, vt ſolent ij, qui affecti iniuriis ad opem iudicum ſupplices, inferioréſq; confugiunt. ¶Bracatam Galliam, Plinij teſtimonio, conſtat dictam eſſe Galliam Narbonenſem, Romanorum prouinciam, à braccis genere veſtis, quo eius regionis homines præcipuè vrebãtur. Hæc Alpibus ab Italia diſcernitur, & Varo amne. Reliqua autem Gallia à ſtudio nutriendæ comæ Comata dicta eſt.

Brachium, ¶ βραχίων, ὁ &c. Ital. *Braccio.* Gal. *Bras.* Hiſp. *Braço.* ¶ Aliquãdo totum membrum cum manu comprehendit. Virgil. lib. 5. Et euincta tollit brachia palmis. Aliquando ab humero ad cubitum, id eſt pars ſuperior, quæ Armus dicitur. Nam armos humeros cum brachiis, ſed non econtrario dicimus: à cubito verò, vſque ad vertebram manus, Lacertus nuncupatur. Ouid. lib. 1. Metamorph. –laudat digitóſque manũſque Brachiáque & nudos media plus parte lacertos. ¶Molli brachio, & leni brachio, aliquid fieri dicimus, quum indiligentem operam ſignificamus. Cice. lib. Epiſt. ad Attic. 2. & 4. ¶Tranſfertur interdum ad maris & montium ſinuoſos flexus. Ouid. 1. Meta. –nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Brachiolum, li, diminutiuum. βραχιόνιον. Catul. Mitte brachiolum teres, Prætextate, puellulæ.

Brachiale, ¶ περιβραχιόνιον χρυσοῦν Theodoro. Ital. *Giontura della mano, & manile.* Gal. *Braſſelet ou mancheron, ornement de bras.* Hiſp. *Muñeca de la mano: braçal ò manilla.* ¶ Dicitur nodus, quo manus cum brachio iũgitur coarctatúrq;. Vel ſic. Brachialia, περιβραχόνια, Brachiorũ ornamenta, & tegumenta, ſicut Ventralia ventris, Frontalia frontis, Tibialia tibiarũ. Plin. lib. 18, Lais. & Salpe canum rabioſorum morſus, & tertias quartanáſque febres aiunt leniri, menſtruo in lana arietis nigri, & argenteo brachiali incluſo.

Brachiatus, ta, tum, Quod eſt ad brachiorum modum factum, & ad vites præcipuè pertinet. βραχιονιδὴς. Columel. lib. 6, Alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant, quibus cordi eſt in brachia vitem componere,

BRACHMANES, vel Brachmanæ, βραχμᾶνες Stephano, Indiæ ſapientes diligentiſſimi ſyderum obſeruatores. Horum vitam deſcripſit Bardeſanes Babylonius (vt ſuprà admonuimus) qui Gymnoſophiſtarũ duo tradit genera: quorum illi, qui ex generis ſucceſſione veluti hæreditariam ſapientiæ poſſeſſionem amplectebantur, Brachmanes dicti ſunt: qui verò electione ad philoſophiæ profeſſionem aſſumebantur, Samanei. Ad hos profectus eſt Apollonius Thyaneus, vt Iarcham in ſolio aureo ſedentem de ſyderum motu audiret diſſerentem. vt teſtatur Hieronymus in præfatione Bibliorum.

BRACHODIS, βραχώδης. Promontorium eſt Africæ propriè dictæ, in extimo Syrtis paruæ cornu. Autor Prole. lib. 4. cap. 3.

BRACHYBII, à Dionyſio vocantur Aethiopes à vitæ breuitate. Siquidem quadrageſimum annum non excedunt.

Brachycatalecton, βραχυκατάληκτον, Breuis terminatio verſus, cui deſunt in fine, ſyllabæ. Nam in eo, vt perfectus ſit, deeſt integer pes. Vnde & metrum Brachycatalectheum dicimus.

Brachylogia, βραχυλογία, Breuiloquium, Laconiſmus. Vide Quintiliani lib. 9. cap. 3.

Bractea, & Lamina (vt ſcribit Valla lib. 4. ca. 57,) ſic differunt, quòd Lamina craſſior eſt, ex qua armatura conficitur, & qua incenſa olim homines torquebantur. Poteſt autem eſſe ferrea, ærea, & argentea, electrea, orichalcea, plumbea, aurea, lignea, cornea, ſine ex alia materia. Bractea tenuis magis eſt, & ſua ſponte plicabilis, quæ crepitat. ¶ τὸ πίτηλον, ἐλάσμενον δ' ἀργύρου ἢ χάλκου ἢ τινος ἄλλου μετάλλου. Ital. *Foglietta d'oro ò d'argento ò di altro metallo ben ſottile.* Gal. *Fueille d'or ou d'argent ou d'autre metal.* Hiſp. *Chapa ò hoja de metal.* ¶ Virgil. lib. 6, Sic leni crepitabat bractea vento. Bracteis inaurari ſimulachra ſolebant, ſed vnguibus plerunq; auferebantur. Martial. An magis aſtuti deraſa eſt vngue miniſtri Bractea. Et ſeruus qui bractea deraſerat (apud Suetonium) damnatus eſt. ¶Dicta Bractea παρὰ τὸ βράσσειν, hoc eſt à reſonando.

Bracteola, diminu. τὸ πέταλλιδιον. Foliorum auri, alterĩúſve metalli. Iuuenal. Qui bracteolam de Caſtore ducat.

Bracteator, Idem quod Bractearius. ¶ ὁ τὸν πέταλον πωλῶν. Ital. *Battitore di tai ſogli.* Gal. *Batteur d'or ou d'argent.* Hiſp. *El batihoja.* ¶ Firm. Quicũque habuerit horoſcopum in XVII. parte Scorpij, erit aurifex, inaurator, & bracteator.

Bractearius, Qui bracteas facit: cuius ars, Bractearia: & Bracteatũ, quod

bra

bracteis tegitur. Bud. in Pand. ἀπὸ τῶν βράκτεων.

BRACTIA Insula, vide BRATIA.

BRACCARA Augusta, Oppidum Tarraconensis Hispaniæ, non procul à Minio fluuio. Vide Ptole. lib. 2. cap. 6. & quæ suprà annotauimus in dictione BRACARA.

BRACADA, pen. cor. Βράγαδα. Fluuius qui iuxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu eum ballistis & catapultis serpens centum & viginti pedes longus occisus est. In castigatis tamen codicibus Bagrada nominatur hic fluuius, non Bragada.

BRANA, Turdulorum oppidum est in Hispania, in conuentu Corduben. Plin. lib. 3. cap. 1.

BRANCHIDÆ, Apollinis Didymei sacerdotes sunt apud Posideum, oppidum & promontorium Ioniæ: qui locus, teste Plin. lib. 5. cap. 29, prius Branchidarum oraculum dicebatur, deinde Didymei Apollinis: à littore distans stadiis 20. Vide Strab. lib. 14.

Branchiæ, arum, {βράγχια} Ital. *Branche, barbole di pesce.* Gal. *L'ouye ou l'oreille des poissons.* Hisp. *Las agallas del pesce propriamente.* } Dicuntur in piscibus, secundum ceruicem foliorum more hiantes partes, quibus anhelitū reddere ac per vices recipere existimantur. Plin. lib. 9. cap. 18. Branchiæ nō sunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorso.

Branchus, βράγχος. Raucedo, & asperæ arteriæ passio, quum humor ad guttur descendit, ita vt mandente intetiore pellicula vox rauescat. Vnde & Arteriacum hoc vitium appellant, quod asperam arteriam peculiariter infestet. Contingit etiam interdum citra humoris defluxum, nimia vociferatione, vel frigidi aëris inspiratione, vt & Aegineta asserit, & experientia ipsa confirmat.

BRANCHVS, vt scribit Lactantius, Filius fuit Apollinis, ex filia Iaucis & Sucronis coniuge susceptus, qui quum Apollinis nialas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitque vaticinari, & subitò nusquam apparuit: post hoc ingens templum est ei ædificatum, quod Branchiadon nominarunt. Idem autor alibi dicit Branchum, quendam Thessalum fuisse, ab Apolline maximè dilectum, cui post mortem in suo templo sacra fieri idem iussit. ¶ Hinc Apollo Branchiades dictus est, & Branchiadę communes Apollinis & Branchi sacerdotes, qui Apollinis Didymei oraculo præfuerunt. ¶ Branchi meminit Statius lib. 3. Theb. & Strabo lib. 14.

BRANGOLI, Populi sunt Indiæ, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 20.

BRASIDAS, Βρασίδας. Lacedæmoniorum dux fuit, qui circa Amphipolim cum paucissimis cinctus ab Athenien sibus, qua hostium copię rarissimæ erant, sibi ferro iter aperuit. Vide Suidam.

Brassica, pen. cor. {κράμβη} Ital. *Cauoli.* Gal. *Choux.* Hisp. *Verças generalmente.* } Herba est vulgò caulis nomine notissima dicta quasi Præsecta, teste Varrone, quia ex eius scapo, quem maximum habet, folia minutatim præsecantur. Cato de Re rusti. cap. 156. & 157. Brassicarum tria facit genera, vnum extensis foliis, caule magno: alterum crispo folio, quam Apianam vocant & Selinadam: tertium minutis caulibus. Huic herbæ tantum tradituri esse eā vite dissidij, vt vitis, si prope se sata sit brassica, in diuersam refugiat partem. Cic. de Nat. deo. Iam verò vites sic clauiculis vdminicula, tanquam manibus apprehendunt, atq; ita se etiguntvt animantes: quinetiam à caulibus, brassicisque, si propè sata sint, vt à pestiferis, & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte cōtingere.

BRAVTIA, Insula est, vna ex iis quæ Illyrico adiacent. Scribit enim Plin. lib. 3. cap. vlt. Illyrici oram, quòd vadosum ibi sit mare, mille amplius insulis frequentatam esse: inter quas enumerat Brattiam, bubus & capris laudatam.

BRAVRON, Βραυρών, Atticæ oppidum, vbi Dianæ Brauroniæ sacellū est. Autor Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

BRAVVM, Βράουμ, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis, sub Cantabris sita autore Ptolemæo, quæ eadem esse creditur cum ea quam illi sua lingua *Burgos* vocant.

Brauium, Vide BRABIVM.

Bregma, βρέγμα, à Medicis propriè appellatur pars anterior capitis supra frontem capillis tecta: quæ & Sinciput à Latinis dicitur: quanquā etiam frequenter apud Græcos pro toto capite positum inuenitur.

BRANDA, à Poëtis breuitatis causa appellatur Apuliæ vrbs Brundusiū, Vide suo loco.

BRENNVS, vel (vt aliis placet) Brenno, Βρέννος, Dux Gallorum, qui Brennoram Venetiæ vrbem ędificauit, quæ postea literarū mutatione Verona dicta est. Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens, primum Romanos apud Alliam fluuium profligauit: deinde ad Vrbem pergens, eandem cepit totámque exussit, præter Capitolium, in quo nobilior iuuentus confugerat: sed quum & illud aggrederetur, in quo Romani cum illo conuenerunt, vt acceptis aliquot auri talentis, obsidionem relinqueret. Quum igitur aurum penderetur, ipse dux gladiū suum vagina educens, & hunc pensari imperauit: sed quum hoc Romani, vt rem iniustam, recusarent, atque ita inuicem cōtenderent, Camillus exul, qui absens Dictator creatus erat, collectis iis qui Roma profugerant, Gallos ex improuiso adortus est: qui relicto auro, cum maximo suorum detrimento fuga sibi consulere coacti sunt. Camillus verò eos continuò persequens, ex Italia expulit. Postremò Brennus Apollinis Delphici templum prædæ causa ingressus, ira numinis se interfecit. Propertius, Torrida sacrilegum testantur limina Brennum. Vide quoque Prouerbium, Quid victis, nisi dolor?

Brephotrophia, βρεφοτροφεῖα, Latinè paruulorum hospitalia: quibus infantes exposititi aluntur. βρέφος enim infans nominatur, τροφὴ educatio. De quibus in Decretis 21. q. 8.

BRETIVM, Promontorium est Achaiæ, teste Plin. lib. 4.

BRETENA, Vrbs Italiæ sub Venetia: Ptolemæo, *Brixianum* hodie.

BRETOLAEVM, Ptolemæo, Lusitaniæ oppidum est, quod hodie *Britium* dicitur.

BREVCI, Teste Pli. lib. 4. ca. 35, sunt Pannonię populi ad Saum fluuium.

BREVNI, Plinio inter Alpinas gentes numerantur. Sic enim scribit li. 3. cap. 20, Gentes Alpinæ deuictæ, atq; sub imperium populi Romani redactæ, Triumpilini, Canuni, Vénotes, Venonetes, Hisarci, Breuni, &c.

Breuis, & hoc breue. Dicitur quod oppositur longo. {βραχύς} Ital. *Breue, certo, picciolo.* Gal. *Bref ou brief, court.* Hisp. *Cosa breue ò corta.* } Cic. pro Archia. Quid est, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus? Horat. 4. Carm. sed Cynaræ breues Annos fata dederunt.

Breui, aduerbium, {ἐν βραχεῖ} Ital. *Brevemente.* Gal. *En bref, en peu de temps, incontinent.* Hisp. *Breue y certamente.* } Quod significat paucis verbis, sine breuiter, vel breui tempore. Cicero Curioni, Breui tamen sic habeto, in eum statum tēporum tuum reditum incidere. Potest esse & ablatiuus, vt subintelligatur Tempore. Cic. in Vere. Breui postea mortuus est. Idem ad Terentiam suam scribens cum tempore coniunxit, Etiam illud verendum est, ne breui tempore fames in vrbe sit. Et ad Octauium posuit cum præpositione In, O miseram, & in breui tam celerē, & tam vanam reip. commutationem. Aliter Gell. lib. 13. cap. 17. Fuit autē, inquit, Aeschylus non breui antiquior Euripide: hoc est non multò tempore ante Euripidem.

Breuio, as, are. {βραχύω} Ital. *Abbreuiare, accortare.* Gal. *Abreger, accourcir.* Hisp. *Abreuiar, acortar.* } Quint. lib. 1. cap. 19. Qua & breuiate quædam, & exornate, saluo modò Poëtæ sensu, permittitur.

Breuia, um, βραχέα Thucydidi, Vadosa loca sunt in mari, nauibus insidiosa. Virg. Aenei. 1. In breuia & Syrtes vrget.

Breuiarium, Compendium, summatim, opus concisum. {ἐπιτομή} Ital. *Sommario.* Gal. *Abregé, sommaire.* Hisp. *Libro abreuiado.* } Plin. lib. 18. Verum vt pariter omnis culturæ breuiatiū peragatur. Suet. in Augu. Fecit & breuiarium totius Imperij, quantum militum sub signis vbiq; esset, quantum pecuniæ in ærario, & fiscis, & vectigaliorum residuis.

Breuiloquens, tis, {βραχυλόγος} Ital. *Chi parla brevemente.* Gal. *Qui dit en peu de parolles ce qu'il veut.* Hisp. *El que habla brevemente.* } Cic. ad Attic. lib. 7. Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit.

Breuiloquentia, siue Breuiloquium, {βραχυλογία} Ital. *Il parlar breue & corto.* Gal. *Bref & court parler.* Hisp. *El hablar abreviado.* } Cic. de Repub. ex Gel. lib. 12. cap. 1, Breuiloquentiam in dicendo colat.

Breuiloquus, Qui aliquid paucis scribit, aut dicit. βραχύλογος.

Breuitas, tatis, Vt breuitas arboris, Breuitas diei. {βραχύτης} Ital. *Brevità.* Gal. *Brieueté.* Hisp. *Brevedad ò cortedad.* } Cic. Offic. lib. 2, Breuitatis causa vno exemplo contenti erimus.

Breuis item, & Breue, masculini & neutri generis, à quibusdam dicuntur in eo significato, quo vulgus vsurpat Breue Apostolicum, βραχέα. Lampridius, Milites suos sic vbique scivit, vt in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militātium, Flauius Vopisc. in Aurel. Breue nominum conscripsit.

BRIAREVS, Βριάρεως, Gigas, Cœli & Terræ filius, quem Poëtæ finxerint centum habuisse brachia, & quinquaginta vētres. Hunc fingit Homerus, quum Pallas, Iuno, Neptunus, aliiq; ex diis nonnulli, aduersus Iouem coniurassent, persuasum à Thetide in cælū ascendisse, vt Ioui suppetias ferret, deósque coniuratos illius aduentu territos à cœpris destitisse, & cum Ioue in gratiam rediisse. Hæc Home. 1. Iliad. vbi etiam hoc addit, à superis quidem Briareum dictum fuisse, ab hominibus autem Aegæonem. Alij Briareum inter eos numerant gigantes, qui aduersus Iouem conspirarunt: vnde à Virgil. lib. 6, cum aliis monstris in vestibulo inferorum collocatur. Dictus Briareus à corporis robore. Nam βριαρὸν Græci pro forti dicunt, & robusto.

BRIAS, adis, Βρίας, Vrbs est Pisidiæ regionis in Asia. Autor Strabo li. 12, Artemidorum antiquum scriptorem citans.

BRIGANTES, Βρίγαντες. Hyberniæ populi sunt, teste Ptole. lib. 2. cap. 2. Horum ciuitas hodie *Ganaforda* vocatur.

BRIGANTIVM, Oppidum est Rhatiæ, ad lacum Acronium, siue Podamicum, qui & Brigantinus ab oppidi huius nomine appellatur.

BRIGIANI, Populi inter Alpinas gentes Plin. numerantur lib. 3. cap. 20.

BRILESSVS, Atticæ mons est Plin. lib. 4. cap. 7.

BRILETVS, Atticæ mons, in quo bina lepotibus sunt tocinora, cernis renes quaterui pennatis autem & squamosis nulli, vt scribit Plinius lib. 11. capi 37. Suspicor eundem esse cum eo, quem idem lib. 4. cap. 7, Brileissum vocat: vnde & Briletus scribendum videtur Atticorum more, qui dictiones eas, quæ κρητῖς per duplex ττ scribi solent, geminato σσ efferunt.

BRIMO, Βριμώ. Vnum est ex Hecates, siue Proserpinæ nominibus: ἀπὸ τοῦ βρεμᾶσθαι, hoc est à terrendo impositum: eò quòd nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur: vt ex Apollonij interpretibus annotauit Cælius Rhodig. lib. 11. cap. 16.

BRISA, æ, Βρίσα, Promontorium Lesbi, in quo Dionysius colitur, qui ab eo Brisæus appellatur. Stephanus.

Brisa, æ, Vinaceorum massa, ex qua vini vel aquæ affusione fit vinum secundarium. Colu. lib. 12. cap. 39, Postea vinaceos calcare, adiecto recētissimo musto, quod ex aliis vuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris: tum permiscere, & subactam brisam prælo subiicere, passumq; secundarium statim vasis oblinitis includere, ne fiat austerius.

BRISABRII, Indiæ populi trans Indum fluuium, quorum mentionem facit Plin. lib. 6. cap. 20, in descriptione Indi fluminis.

BRISEIS, pen. prod. Βρισηΐς, Lyrnesia puella fuit, à patre Brise ita appellata, quum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lyrnesso vrbe, Achilli victori in sortem cessit, & postea ab Agamemnone erepta, implacabilis dissidij causa fuit inter Agamemnonem, & Achillem. Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neque vnquam adduci potuit vt arma sumeret, donec Patrocli mors nuntiata eum ad vindictam extimulauit. Extat huius Briseidos ad Achillē epistola apud Ouidium in Epistolis Heroidum.

BRITANNIA, {Βριτανία} Straboni. Ital. *Inghilterra.* Gal. *Angleterre.* Hisp. *Inglaterra.* } per duplex nn, insula in Oceano septentrionali, omnium, quæ Europæ adiacent, maxima: vnde & orbem alterum quidā ex Poëtis appellauere: à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam nauigantibus primò apparent. Hodie in duas diuisa est partes: quarum alteram, quæ in Septentrionē vergit, Scoti incolunt, Caledoniæ syluæ nomine cognitam: alterā, quæ cultior est, & Belgis vicinior, Angli tenent. Saxoniæ populi, prioribus incolis, qui Britones dicebātur, inde expulsis. Hæc ab Ortu Germaneo, ab Occasu Hybernico, à Septētrione Caledonio Oceano abluitur:

ad Mo

ad Meridiem verò angusto freto à Belgis dirimitur. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis inuenitur, qui ardet in aqua, & oleo restinguitur. Vrbem habet Londinum, nunc *Londra*, copia negotiatorum celebrem. Inter Septentrionem & Occidentem (vt celebres Geographi tradunt) duæ sitæ sunt insulæ, Britannia, & Hybernia paulò minor Britannia, vltra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modicis spatiis inter se distinctæ. Apud Britannos longissimus dies septemdecim horarum deprehenditur, & æstate lucidæ sunt noctes, autore Plinio.

Britannicus, a, um, ξ *Βρεττανικός. D'inghilterra, inglese.* ξ Possessiuum est à Britannia deductum. Iuue. Saty. 7, Quantum delphinus balæna Britannica maior. Cic. 3. de Natu. deor. Qui æstus maritimi, vel Hispanienses, vel Britannici, eorúmque certis temporibus vel accessus, vel recessus, sine Deo fieri nónne possunt.

BRITANNVS, ni, *Βρεττανός*, Gentile à Britannia insula deductum. Virgil. Aeglog. 1, Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Britannica, Plin. lib. 25. cap. 3. herba est foliis oblongis & nigris, radice item nigra, neruis & dentibus salutaris, & contra anginas, & serpentũ morsus efficax remedium habens. Huius flores Vibones vocãtur, quibus ante tonitrua degustatis, milites aduersus fulminum ictus prorsus secuti reddebantur. Scribit Plinius loco iam citato, promotis à Germanico trans Rhenum castris, in maritimo tractu fontem fuisse inuentũ aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes decíderent, compagésq; in genibus soluerentur. Ei autem malo Britannicam herbam auxilio fuisse, à Frisiis Romano militi commonstratam.

BRITANNICVS, Nomen fuit filij Claudij Cæsaris, ex Messallina, quem primò Germanicum, & mox Britannicum, appellauit: qui quanuis adhuc infans à patre in castris sæpe circunlatus fuisset, & militibus commendatus, Neronis tamen opera veneno subiatus est: vt est videre apud Tacitum lib. 13.

BRITIVM, Lusitaniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

BRITOMARTIS, Puella fuit ex Gortyne Cretę ciuitate, Iouis & Charmes filia, Dianæ in primis chara, alio nomine Dictynna appellata, *ἀπὸ τῶν δικτύων*, hoc est à retibus, quorum vsum in venatione traditur inuenisse. Hanc Minos Cretæ rex fertur adamasse, cuius vim quum alioqui effugere non posset, ex alta sese rupe in mare præcipitauit. Vide Virgilium in Ciri, & Diodorum lib. 5.

BRITONA, Puella Cretensis fuit insigni forma, & Dianæ in primis dilecta, quæ quum Minois vim alioqui declinare non posset, in fluuium se præcipitauit: leuius rata vitæ, quàm pudicitiæ iacturam facere. Hæc à Diodoro lib. 5, & Virgilio in Ciri, Britomartis dicitur.

BRITONES, Vulgò *Bretons*, Populi sunt minoris Britanniæ, quæ est Galliæ Celticæ regio, ad mare Oceanum sita, Northmannis, ac Pictauis contermina. Hi olim Britanniam insulam dicuntur incoluisse, indéque ab Anglis Saxoniæ populis expulsi, in aduerso littore sedes fixisse. Iuuenalis, Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquam.

BRIVATES, Lugdunensis Galliæ portus apud Ptole. lib. 2. cap. 8.

BRIXENTES, Populi Alpini, Lepontiis finitimi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20.

BRIXIA, Vulgò *Brescia*, Vrbs est Transpadanæ regionis, opus Cenomanorum, qui post Insubres in Italiã venerunt, Liuio & Polybio testibus. ¶ Est item Brixia fluuius Elymaidis, quæ est regio Persidi finitima.

BRIXILLVM, Vulgò *Bercello*, Oppidum Herturiæ apud Mutinam, Pli. lib. 3. cap. 15, in descriptione octauæ regionis Italiæ.

BRIZO, *Βριζώ*, Apud Delios vaticiniorum, quæ ex somniis sumũtur, Dea habita est: eique scaphas omni genere bonorum plenas, solis piscibus exceptis offerebãt. Dicta autẽ putatur Brizo, ab eo quòd *βρίζειν* prisci Græci pro dormire dicebant. Vide Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 10.

Brochus, adiectiuum est, idem significans, quod Broncus. Vide suo loco.

Brochon, Arbor est nigra, magnitudine oleæ, folio robotis, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat. Hanc aliqui Malachram, alij Maldacon appellant. Autor Plin. lib. 12. cap. 9.

BROMIVS, *Βρόμιος*, Bacchi cognomen, *ἀπὸ τοῦ βρόμου*, id est à fremendo: vel *ἀπὸ τοῦ βροντῆς*, hoc est à tonitru, eò quòd natus sit cum tonitru, eius genitrice fulmine perempta.

Bromos, *βρῶμος*, Herba est folio & culmis tritico similis, in summo semen habens simile locustis duplici crure diuaricatis, iumentorum potius, quàm hominum nascens pabulo. Latini Auenam appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. vlti.

Bronchus, *βρόγχος*, Corpus quoddam est cartilagineum, Galeno, secundum asperam arteriam, quod & *βρόγχος* appellatur: ita dictum *παρὰ τὸ βρύχειν τὸν τοῦ πνεύματος*, quòd sit ita. ¶ Accipitur & pro gutture: vnde *βρογχοκήλη* dixerunt pro gutturis tumore.

Bronci, (vt Nonius scribit) Dicuntur qui producto ore, & dentibus prominentibus sunt. Plin. lib. 11. ca. 37. Labra, à quibus Bronci Labeones dicti. Lucil. in Saty. Broncos nouit Lanius dente eminulo. Hic est Rhinoceros. Varro de Re rust. lib. 1, nõ Broncos, sed Brochos canũ vocat. Ex eo, inquit, enatis duobus dentibus, dextra & sinistra paulò eminulis superioribus, directis, potius, quàm brochis, & acutis. ¶ Hinc Brochitas. Pli. lib. 11. cap. 37. Senectus in equis & exteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, superciliorum canitie.

Bronchocela, *βρογχοκήλη*, Tumor magnus & rotundus in cervice inter cutem & asperam arteriam, qua modò caro hebes, modò humor aliquis includitur: interdum etiam minutis ossibus pili immisti. Creditur gigni hoc vitium assiduo potu aquæ, quæ ex niuibus resoluitur: vnde iis præcipuè peculiare est, qui Alpibus sunt vicini: Subaudis scilicet & Pedemontanis. Qui hoc vitio laborant, Gutturosi dicuntur.

BRONGVS, gi, *βρόγχος*, Fluuius est ex Illyrico Boream versus fluens, & excepto Angro, in Istrum influens. Herod. lib. 4.

BRONTES, Vnus ex ministris Vulcani, qui Ioui cudunt fulmina, *παρὰ τὸν βροντῆν*, hoc est à tonitru dictus. Tres autem præcipuè à Virgilio numerantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes, & Pyracmon, quem Ouid. 4. Fast. Acmoniden appellat. Hos Hesiodus in Theogonia Cæli & Terræ filios facit: quanquam alij ex Neptuno & Amphitrite natos malint. Virg. 8. Aen. Ferrũ exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

Bronteum, pen. prod. *βροντεῖον*. Machina erat sub scena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui sonũ imitabatur: quod genus Claudiana tonitrua Festus appellauit, à Claudio Pulchro inuentore.

BRONTEVS, Dictus est Iupiter, à *βροντή*, quod est tonitru.

Brontia, æ, *βροντία*, Gemmæ nomen, quæ cum tonitruis cadere creditur, testudinis capiti similis. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

BROTEAS, & AMMON, Gemini fratres fuerunt, cæstibus clari, qui à Ibineo occisi sunt in aula regis Cephenorum. Ouid. lib. 5. Metamor. Hinc gemini fratres Broteásque & cæstibus Ammon Inuicti, vinci si possent cæstibus enses. Phinica cecidere manu.

BROTHEVS, per duas syllabas, Vulcani filius fuit, qui itrisus propter oris deformitatem, coniecit se in ignem, & vitam incendio finire maluit, quàm omnium ludibrio esse expositus. Ouid. in Ibin. Quódque ferunt Broteum fecisse cupidine mortis, Des tua succenso membra cremanda rogo.

Bruchus, ξ *βρῦχος*. Ital. *Ruga che mangia le herbe.* Gal. *Chenille, vne vermine qui mange les herbes.* Hisp. *El pulgon que roe las viñas.* ξ Genus vermis, è locustarum genere, sine alis tamen herbas & arborum frondes etodens: vnde & nomen accepit. *παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν.*

BRVLLITAE, Populi Asiæ, quos Ephesiorum conuentui attribuit Plin. lib. 5. cap. 29, Ephesum (inquit) alterum lumen Asiæ remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani, inferiores & superiores, Myso Macedonenses, Mastaurenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dios Hieritæ.

Bruma, Dicitur dies solstitij hyemalis, qui est ad 18. Calend. Ianua. quo die fit in Capricorno hyemale solstitiũ. ξ *χειμερινὴ τροπή*. Ital. *Il mancare di de tutto l'anno.* Gal. *Les plus courts iour de l'an, le milieu de l'hyuer.* Hisp. *Los menores dias de todo el año.* ξ Cic. 2. de Diuin. Num & musculorum iecuscula bruma dicũtur augeri, & puleium aridum florescere brumali ipso die. ¶ Ponitur quandoque pro hyeme, aut rectè pro frigidissima illa hyemis parte, qua dies breuissimi sunt. Virg. Georg. Frigida sub terra humidũ quem bruma tegebat. Mart. lib. 1, At quum December canus, & bruma imporens Aquilone rauco mugiet. ¶ Inde Brumalis, adiectiuum: vt, Brumale tempus, & Brumalis dies, apud Cic. 2. de Diuin. Dicta Bruma, quasi *βραχεῖα ἡμέρα*, id est breuis dies.

Brumalia, à Romanis dicebantur Bacchi sacra, quæ & Liberalia dicebãtur: quæ bis quotannis celebrabantur, semel XI. Cal. Martij, atq; iterũ XVII. Cal. Septemb. *διττὰ ὀνόματα*. Plin. Priora & posteriora Vinalia appellãt. Brumalia autem à Brumo dicebantur: quo nomine Romani Bacchum appellabant. Vide Cæl. Rhodig. lib. 28. cap. 25.

BRVMVS, Vide BRVMALIA.

BRVNDVLVM, Portus, quem Athesis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens facit. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò *Brondolo.*

BRVNDVSIVM, ξ *Βρεντήσιον* Stephano, Vulgò *Brandizzo, brandizio.* ξ Vrbs Calabriæ, ad mare Adriaticum sita, via Appia eousq; perducta, & portu insigni nobilis, ex quo Romanis tritissimus olim fuit in Græciã transitus: ita dicta à ceruini capitis similitudine, quod Brũdusiũ Messapij sua lingua appellabãt. Græci Brenteſiũ appellãt, à Bréto quodã (si Stephano credimus) Herculis filio. Ex hac vrbe Pacuuius poëta ortum traxit.

BRVSA, lege PRVSA.

Bruscum, Tuber est acetis arboris intortius crispum: nã quod simplicius spar sum est, Molluscum dicitur. Autor Plin. lib. 19. cap. 19.

Bruta, Arbor est soli Orienti cognita, cupresso fuiæ similis, albicantibus ramis, odore cedri, circa Pasugrin nascés, in Zagro monte. Vide Plinium lib. 12, cap. 17. ¶ Sunt qui hanc arborem hodie in Europa passim nasci existiment, eandémque esse cum secundo sabinæ genere. Vide Ruell. lib. 1. cap. 59.

BRVTII, *Βρέττιοι*, Italiæ populi, in eo tractu, qui hodie Calabria dicitur, post Laum fluuium incipiẽtes, & in fretum Siculum in modum peninsulæ procurrentes: dicti quasi bruti & obscœni. Fuerunt enim Brutij, serui & pastores Lucanorum, qui inde aufugêre, & furtim in regione consederunt, vbi Consentia est, quæ fuit eorum metropolis: quam regionem prius Ausones habitauerũt. Hi multo pòst tempore, & ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam plenè deleti fuere, sine dignitate, sine honore, ad seruilia opera semper coacti. Hæc regio, (vt autor est Strabo lib. 6,) Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentiam est Pandosia, vbi Molossorum rex Alexander trucidatus est. ¶ Est & Rhegium ciuitas olim potẽtissima, in extrema agri Brutij parte sita, vbi Siciliam ab Italia tradunt fuisse abscissam.

Brutianæ parmæ, Dicta sunt scuta quibus Brutij vtebantur.

Brutiani, à Romanis dicebantur, qui officia seruilia magistratibus præstabant, nomine tracto à Brutiis: qui quòd primi Annibali adhæsissent, & cum eo perseueraſſent, donec ex Italiæ discederet, hac ignominia à Romanis notati sunt, vt vilissima quæque munia per illos obirẽt. Vide Alexand. Genial. dier. lib. 1.

Brutius, a, um, aliud adiectiuum, à Brutiis Italiæ populis: vnde Brutia pix, secundus liquor qui ex tæda excoquitur, & aceto coagulatur: doliis, aliisque vasis illinendis vtilis, ab alia pice lentore differens. Primus autẽ tædæ liquor Cedrium appellatur, quo Aegyptij defunctorum corpora incorrupta conseruabant. Vide Plin. lib. 16. ca. 11, Huiusmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: vnde & nomen accepit.

BRVTIVM, Promontorium Italiæ extimum: vbi Sicilia olim agro Brutio adhæsit. Plin. lib. 3, Primus Europæ sinus à Calpe extimo Hispaniæ monte ad Brutium vsque promontorium immenso ambitu flectitur. Ptolemæus Scyllæum appellat. Vulgò *Bursano in Calabria.*

BRVTOBRIA, æ, *βρυτοβρία* Stephano, Oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico, quod & Brutina appellatur. Dicta Brutobria quasi Bruti ciuitas, ea forma, qua Selymbria, & Polyobria: in quibus Bria ciuitatem significat.

BRVTORVM familia Romæ in primis fuit illustris, ex qua primus fuit L. Iunius Brutus, à stultitia, quam Tarquinij metu simulabat, ita cognominatus. Hic exactis regibus, ciuitatéque in libertatem vindicata, primus Romæ cum L. Tarquinio factus est Consul: trebúsque multis præclarè gestis, tandem eo in prælio, quod ad Regillum lacũ commissum est, occubuit: eúmque matronæ, vt fortissimum muliebris pudicitiæ vindicem, annum integrum luxerunt. ¶ M. Brutus, vnus fuit ex

Cæsa

Cæsaris Dictatoris percussoribus, qui in campis Philippicis ab Octauio & Antonio victus, necem sibi conscuit. ¶Decius Brutus, acerrimus publicæ libertatis propugnator fuit, qui Mutinæ aliquandiu ab Antonio obsessus, eáque obsidione Hirtij & Pansæ opera liberatus, tandem à militibus suis desertus est, & ab hostibus occisus.

Brutus, a, um, adiectiuum. {ἀναίσθητος. Ital. *Grane, sardo, insensato.* Gal. *Insensé, sans raison, bestial.* Hisp. *Bruto, bestial y sin seso.*} Dicitur stupidus, grauis, tardus, hebes, insensatus, cui Sapiēs opponitur. Cyprianus ad Demet. Nullus effectus offert lumen cęco, sermonem surdo, sapientiam bruto: quum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Horat. lib. Carm. Brutam tellurē dixit, pro graui & tarda, quod terræ perpetuum est. ¶Inde bruta animalia pro tardis, & irrationalibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Bruta existimantur animalia, quibus cor durum riget. vbi Bruta animalia accipit pro hebetioris, tardioríque intellectus. Inde Iunij Bruti cognomen, qui se stolidum simulauit.

Brya, bryæ, Pumilus quidam frutex in Achaia appellatur, quem Dioscorides μυρίκην, Romani Tamaricen appellant, Vulgò, *Tamarice.* Gal. *Bruyere, dequoy on fait les verges à nettoyer les habillemens.* Hispa. *Tamariz, ó atamarisco.* Eius duo sunt genera, satiuum, fructum ferens galliæ similem: & syluestre, nihil ferens præter muscosum florem. Vide Plin. lib. 13. cap. 21.

BRYANION, βρυάνιον, Thesprotiæ ciuitas Stephano.

BRYAXIS, Insignis statuarius fuit, qui cum Leochare, & Timotheo, Mausoleum in Caria ex marmore excidit. Plin. lib. 36. cap. 5.

BRYAZON, Amnis Asiæ in Bithynia Plin. lib. 5. cap. 32.

BRYGES, βρύγες, Populi Thraciæ fuerunt: qui postea Phryges dicti sunt, à quibus Phryges Asię populi originem traxerunt. Autor Strabo lib. 7. Stephanus Brygas in Macedonia collocat.

BRYGION, Inter vrbes Macedoniæ Plinio ponitur lib. 4. cap. 10.

BRYLLIVM, βρύλλιον, Propontidis oppidum Stephano.

Bryon, βρύον. Villosum quiddam est, in quercu præcipuè, in cedro, & in populo nascens, quod Latini Muscum arborum appellarunt. Vide Dioscoridem lib. 1. cap. 20. ¶Est & Bryon herba quædam quam Plinius Lupum salictarium, officinæ Lupulum appellant: cuius flore Galliæ aliquot & Germaniæ populi ceruisiæ suæ saporem cōmendāt. Vide Ruellium lib. 2. cap. 141.

Bryon marinum, βρύον θαλάσσιον, Herba est marina, lactucæ foliis, rugosa, & veluti contracta sine caule, exeuntibus è radice foliis. Nascitur in scopulis maximè, testisque terra comprehensis. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

Bryonia, βρυωνία, Herba est, sarmenta, capreolos, & folia habens satiuæ viti non dissimilia, omnia tamen hirsutiora. Alio nomine Vitis alba à nostris, & à Græcis ἄμπελος λευκή appellatur: à nonnullis etiam Philothrum, quòd acinos ferat rubentes, quibus cotiarij ad tergora depilanda vtuntur. Vide Plin. lib. 23. cap. 1, & Dioscoridem lib. 4. cap. 165.

BRYSAI, Thraciæ populi, apud Plin. li. 4. ca. 11, in descriptione Thraciæ.

BRYSANI, Cyconum vicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur, lib. 6. cap. 17.

BRYSEA, Vrbs Laconiæ, à qua Bacchus Bryseus cognominatus est, quòd ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryseum dici putant ab antiquo verbo βρύω, quod est scaturio: quoniam ex alueatibus mella, vel ex vuis musta exprimere primus docuit. Alij Bryseum potius quàm Bryscum volunt cognominatum, à byrsa, hoc est pelle, quam in bello inducebat. Nam teste Diodoro lib. 5, Bacchum in prælijs pardalium pel libus vsum constat. Byrsa autem corium ac tergus significat.

BRYSEVS, βρυσεύς, Vnum ex agnominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod significat inundare & madefacere: vel (vt alij malunt) à Brysea Laconiæ ciuitate. Vide dictionem præcedentem.

BRYSIAE, βρυσιαί, Vrbs Elidis Stephano.

Bryton, βρῦτον, Potionis genus ex hordeo, cuius meminerunt Sophocles in Tiptolemo, & Aeschylus in Lycurgo: Aristoteles πῶμα vocat.

B ante V.

Bu, ßŭ, Particulam solebant magnis & amplis rebus præponere, à magnitudine scilicet bouis. Hinc Bupædas, magnos pueros: Bupodas, magnos pedes: Bulimiam, magnam famem dixere.

Bua, Puerorum infantium potio est. βοῦα Aristophani. Varro, Quum cibum ac potionem Pappas & Buas vocent, & matrem Mammam, & patrem Tatam. Lucil. lib. 8, Quū vinolentus diceret, vini buas designauit.

Bubalus, pen. corr. {βοῦβαλις. Ital. *Bufolo.* Gal. *Buffle, bœuf sauuage.* Hisp. *Busalo, animal conocido.*} Animal est simile bouiuel syluestris bos, colore niger, fortissimis cruribus, & brenibus, respectu sui corporis: cornua habet longa & inflexa nigráque, parui pili, & paruæ caudæ, præterea est magnæ velocitatis. Plinij ætate bubali Romæ erant solo nomine noti: vnde non mirum videri debet, si cerui aut vituli figura esse dixerit. Primi autem bubali creduntur ex Africa esse aducti: nunc autem tanta eorum in Italia copia est, vt vix alio animali ad agriculturam vtantur.

Bubalinus, a, um, vt Thorax Bubalinus. {Ita. *Corazza o corazzina di bofalo.* Gal. *Vn cuiret de buffle.* Hispa. *Jubon de bufalo.*} Bubalina stragula à Iureconsulto dicta sunt, quæ equis insternī solebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus stragula ad equos. Bayfius.

BVBALVS, Pro pictoris nomine, vice BVPALVS.

BVBASTIS, βουβαστις Herodoto, siue Buhastus, βούβαστος Stephano. Aegypti vrbs, in qua quotannis conuentus celebrabatur in honorem Dianæ: quæ & ipsa Bubastis ab vrbis huius nomine fuit appellata. Ouid. 9. Metam. -cum qua latrator Anubis, Sanctáq; Bubastis. ¶Hinc Bubastites nomos, appellabatur quædam ex Aegypti præfecturis, vrbi huic proxima: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

BVBASVS, Cariæ regio est, cuius mulieres ab Ouidio vocantur Bubasides, quum inquit lib. 4. Metam. Bubasides videre nurus.

BVBELVM, Natio est, vel oppidum Cyrenes, teste Plin. lib. 5. cap. 5.

BVBETANI, Campaniæ populi, Cotiolanis vicini. Autor Plin. lib. 3. ca. 5.

Bubetia, Vide BVPETII.

Bubile, Vide BOS.

BVBINDA, Fluuius est in Otientali latere Hyberniæ apud Ptolemæum lib. 2. cap. 2.

Bubino, as, pen. prod. Menstruo mulierum sanguine inquino: cuius compositum est Imbubino. Lucil. apud Nonium, Hæc te imbubinat: at hic nonus à te imbulbitat. Nam Imbulbitare, βολβοπιέζειν, est pueri stercore fœdare. Tractum à fimo, quod βίαβος Græci vocant.

Bubo, nis, {βοῦας. Ital. *Allocco.* Gal. *Chathuant, hibou.* Hisp. *Bubo.*} generis masc. & fœmi. secundum Priscianum, Auis feralis, debilis ad volandum, in cauernis commorans, à bouis mugitu, quem imitari videtur, ita appellata. Ouid. lib. 8. Metam. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Virgil. lib. 4, Soláque culminibus feralis carmine bubo. ¶Bubones, βουβῶνες, tumores quidam sunt præter naturam, in quacunque corporis parte prouenientes, sed maximè circa inguina: vnde & nomen acceperunt. Nam & inguina ipsa Græci βουβῶνας appellant. ¶Bubo canit luscinię. Καὶ ἔστιν τὸ σκάπτειν ἀηδίστερον γαμεσκοῦ, id est, Bubóque montanus philomelis occinat ipsis. Quum infans suadere conatur eloquenti, aut ineruditus docere doctissimum.

BVBON, βοῦβων, Ciuitas est Cabaliæ, quæ Lyciæ est regiuncula, tribus oppidis habitata, Onoanda, Balbura, & Bubone, Autor Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit, quemadmodum & Balburam ab alio latrone, nomine Balbuto.

BVBONA, Boum dea habita est, quemadmodum Pomona pomorum.

Bubonium, βουβώνιον, Herba est, quæ alio nomine Aster Atticus dicitur à capitulis quibusdam quæ in excumine habet, stellæ in modum radiata. Latinis etiam Inguinalis appellatur eadem ratione qua à Græcis Bubonium, quòd scilicet præsentaneum sit affectorum inguinum remedium. Vide Plin. lib. 27. cap. 5.

Bubonocele, βουβωνοκήλη, Teste Manardo, hernię species est, quum intestinum aut omentum non intra scrotum descendit, sed in inguine retentum, ipsum tumefacit. Latini Inguinis ramicem appellant.

BVBVLA, (quod hic pro Libyæ Cyrenaicæ oppido male legebatur) vide BVLVBA.

BVCA, Oppidum est Frentanorum in quarta Italiæ regione, Autor Plin. lib. 3. cap. 12.

Bucardia, βουκαρδία, Lapillus bubulo cordi similis, in Babylone tantum nascens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bucca, cæ, Otis concauitas intra malas à mento ad oculos, quæ spiritu à pulmone reuocato & oppressis labiis retento inflatur. {κόγχη, γναθός. Ital. *Bocca.* Gal. *Bouche.* Hisp. *Boca.*} Horat. lib. 1. Serm. Quid causæ merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Plautus in Truc. pro maxillis exteriotibus posuit, Quæ istas buccas tam bellè purpurissatas habes: id est ipsas malas. ¶Et Ionus ille qui ex inflatione buccarum erumpit, fictitio nomine Scloppus dicitur. Persius, Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas. ¶Buccas inflare est τὰς γναθους φυσᾶν. & apud Lucianum κομφῶδες, Quicquid in buccam venerit scribere aut loqui dicimus: pro eo quod est, Quicquid in mentem venerit, ex tempore & impræmeditate, αὐτοσχεδιάζειν. Cic. ad Atti. Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit scribito. ¶Item Bucca, tuba dicitur. Iuuen. Saty. 6, Et Phrygia vestitur bucca tiara. Hinc Buccina.

Buccula, per duplex cc, diminutiuum à Bucca, oris parte: id est pusilla bucca. {γνάθιον. Ital. *Bocchina.* Gal. *Petite bouche, bouchette.* Hisp. *Pequena boca.*} Apuleius lib. 6. de Asino, Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manúque ad os suum relata combasiauit. Quandoque ponitur pro parte cassidis, per quam mittitur spiritus, ita dicta, quòd buccam tegat: vnde & buccatum tegmen à Cæsare appellatur. Cassis enim caput, buccula autem barbatas partes armat. Aut certè pro summo galeæ cono, in quo defiguntur cristæ, quòd buccæ paruæ habeat similitudinem. Iuuenalis, Lorica, & fracta de casside buccula pendens.

Buccella, diminutiuum à buccea. {ψωμίον.

Buccea, cęæ, A bucca fit pro ore, & significat frustulum alicuius rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commodè capit: quod & Bolus dicitur. {ψωμός, ψωμίς, βλωμός. Ital. *Boccone.* Gal. *Bouchée, morceau.* Hisp. *Bocado que cabe en la boca.*} Augustus Cæsar ad Tiberium, Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbathis id ieiunium seruat, quam ego hodie seruaui, qui in balneo demum post horam primam noctis, duas buccas manducaui priusquam vngi inciperē. Marti. li. 7, Buccas dixit pro Bucceas, vel Buccellas: Buccis (inquit) placentæ sordidas linit nappas.

Buccellatum, Panis castrensis & frumentacei genus. {ψωμὸς παξιμάδιον. Ital. *Pan biscotto, pan biscottato, biscoto.* Gal. *Biscuit, pain bescuit.* Hisp. *Vizcocho.*} de quo Spartianus scripsit, Pescennium Imperatorem prohibuisse pistores exercitum sequi, ac iussisse milites omnes buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. Ammianus verò sic scribit, Viginti dierum frumentum, ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad vsus diuturnitatem exco ctum, buccellatum, vt vulgò appellant, humeris imposuit libentium militum. Vbi buccellatum accipere videtur pro pane nautico, quem vulgus *Biscoctum* appellat. Dictum est ex eo, quòd in buccellas, & quasi tessellata frusta confectum sit. In Codicis volumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum, carnem verucinam accipere debere.

BVCELLARIVS, Suidas Buccellarios Gallogræcos fuisse scribit: & Buccellatiorū regionem, Gallogræciā. Copiosus Alciatus li. 6. Disiunct.

Buccina, næ, pen. corr. Proprie est cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur: ita dictum à bucca: quum tubam significat. {σάλπιγξ, βουκινητήριον. Ital. *Corno tromba.* Gal. *Vn cornet.* Hisp. *Bozina para tañer.*} Hieronymus ad Dar. Bucca vocatur tuba apud Hebræos: deinde per diminutionem Buccina dicitur. Varro, Orphea vocari iussit qui quum eò veniisset, cithara cantare iussus, buccinam inflauit. Ouidius, -caua buccina sumitur illi Tortilis in latum. ¶Est quoque buccina pastoralis, qua oues & porci appellantur. Colum. lib. 7, Ad quem saturę pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo, quasi receptui canitur. nam id quoque semper crepusculo fieri debet, vt ad sonum buccinæ, pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consueseat. ¶Buccinas à tubis nonnulli sic distinguunt, quòd illæ ex recuruis animalium cornibus: tubæ ex ære, argentóve confici soleant, ad animos militum & equorum inflammandos. Apuleius certè lib. 3. Florid. buccinam manifestè à tuba secernit, quum ait, Siquidem vox hominis & tuba tudiore tortuior, & lyræ concentu variatior, & tibiæ quæstu delectabilior, & fistulæ susurro iucundior, & buccinæ significatu longinquior. Sæpe tamen Buccinam pro tuba positam inuenimus, aut certè pro instrumento tubæ simili, eundem in bello vsum habente. Cicero pro Murę. Te gallorum, illum buccinarum cantus excitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia, cuius meminit Dionysius, quo nomine etiã dicta est insula, Pontiani pontificis exilio, & morte clara.

Buccino, pen. cor. Buccina cano. {σαλπίζω. Ital. *Sonare di corneto.* Gal. *Corner.* Hisp. *Tañer con aquella bozina.* } Varro 2. de Re rustica, Primùm quum inclusérunt, quum buccinatum est, aperiunt, vt exire possint, &c.

Buccinator, Qui buccina canit, ad incitandos ad prælium militum animos. {σαλπιστὴς, βυκανητὴς. Ital. *Sonatore di corneto.* Gal. *Corneur, trompeteur ou trompete.* Hisp. *Tañedor de bozina.* } Cæsar 2. Bell. ciui. Qua te animaduersa Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem castrorum in tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reduxit. ¶ Per translationem etiam Buccinatorem pro laudatore ponimus. Cicero Tironi. Quòd polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantíque animo facias.

Buccinum, ni, Idem quod buccina, hoc est cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur, σάλπιγξ, βυκανητήριον. ¶ Buccinum item conchæ genus, purpura minus, quod petris adhærescit, & circa scopulos legitur. Plin. lib. 9. cap. 36, vno in loco vtranque significationem expressit. Buccinum est, inquit, minor concha, ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur: vnde & causa nominis, rotunditate oris in margine incisa.

Bucea, per simplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus est.

Bucentaurus, βουκένταυρος & Ducentoro. Venetiis, cõposita dictio à βοῦς, quod magnum quiddam signat, & Centaurus, id est magna nauis Centauro insignita. Veteres enim solebant magnis rebus βοῦς syllabam præponere, à magnitudine scilicet bouis.

Bucentes, {βουκέντης. Ital. *Tafano.* Gal. *Taon.* Hispa. *Moscarda que abuyenta las vacas ò reses.* } Tabanus à pungendis bobus. κεντεῖν enim pungere significat. Latini hoc insecti genus Asilum vocant. Græci alio nomine οἶστρον. Non dissimile est apibus, quanuis maiore corpore, armentis præcipue infestum. Vide ASILVS.

Bucentrum, βούκεντρον, Stimulus quo boues agitantur.

Bucephalus, βουκέφαλος, penultima correpta, quasi bouis caput: quo nomine dictus est equus Alexandri, ab aspectu toruo, seu ab insigni taurini capitis armo impressi. In cuius demortui memoriam, Bucephalam Indiæ vrbem condidit. ¶ Est etiam Bucephalus herba eadem cum tribulo: ita dicta, quòd bubuli capitis imaginem referat duobus cornibus & ictu. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem.

BVCEPHALA Plinio, βουκέφαλα Stephano, Indiæ oppidum est ad Hydaspem fluuium, ab Alexandro Magno conditum, & à nomine Bucephali equi ita appellatum, qui ibi interfectus fuit, eo in prælio, quo Alexander Porum vicit. Vide Plin. lib. 6. cap. 20.

BVCEPHALAS, βουκέφαλας, Portus est in sinu Saronico, non procul ab Isthmo Peloponnesi: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Buceras, βούκερας. Herba est Theophrasto, quæ notiore nomine Fœnogræcum appellatur: ita dicta à figura seminis, quod corniculorum similitudinem quandam præ se fert. Vide Plin. lib. 24. cap. vlt.

BVCHIA, (quod hic pro Ioniæ loco perperam legebatur) vide BVTIA.

BVCINNA, Insula est exigua Siciliæ adiacens, à Lilybæo promontorio in Africam vergens. Vide Plin. lib. 3. cap. 8.

BVCOLION, βουκόλιον, Laomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbarea Nympha Pædasum & Aesepum suscepit. Autor Homer. 6. Iliad.

Bucranium, βουκράνιον. Herba est, Galeno alio nomine Antirrhinon appellata. Vide Ruellium lib. 3. cap. 131.

BVDA, Vngariæ, siue Pannoniæ metropolis est, non ita procul à Danubij ripa dissita: olim munitissimum totius Germaniæ propugnaculum nunc Turcarum ditioni paret, vt penè tota Pannonia. Germani vocant *Offen.*

BVDEA, βούδεα, penultima longa, Stephano Magnesiæ ciuitas, à Budeo quodam conditore dicta: à qua etiam Minerua, quæ in ea ciuitate colebatur, Budea dicta est. Homerus βούδεια appellat. ¶ Est & Budea Phrygiæ oppidum Stephano.

BVDDA, Gymnosophistarum apud Indos princeps extitit, quem illi ex virginis latere natum fuisse, credi voluerunt. Cælius Rhodiginus lib. 14. cap. 1.

BVDII, βούδιοι, Mediæ populi Stephano.

BVDINI, βούδινοι, Scythiæ Europææ populi, non procul à Borysthene amne, Gelonis, Thussagetis, & Basilidis finitimi. quorum meminit Pli. lib. 4. cap. 12.

BVDORAE, insulæ duæ prope Cretam insulam, vt scribit Pli. lib. 4. ca. 12.

BVDORGIS, à Ptolemæo dicta creditur, Germaniæ ciuitas in Schlesiæ tractu, quæ hodie Vratislania dicitur, Vulgò *Breslaw.*

BVDORIS, Germaniæ vrbs est, sub ditione Comitis Palatini: Vulgò *Heydelberg.*

BVDORVM, βούδορον, Promontorium est apud Salaminem. Stephanus.

Bufo, {φρῦνος. Ital. *Botta, rospo.* Gal. *crapaut.* Hispa. *sapo ò escuerço.* } Rana terrestris venenata. Virgil. 1. Georg. Inuentúsque cauis bufo, & quæ plurima terræ Monstra ferunt.

BVGES, Amnis est Scythiæ Europææ, qui flexum Mæotidis secat, vt autor est Pomponius Mela. Supra Bugen verò, amnes sunt Agarus (quem Sagarim Ouidius nominat) & Lycus, clarissimi, Ptolemæo. Plin. autore lib. 4. cap. 12. Buges lacus est, non fluuius, à Coreto Mæotidis sinu petroso discluso dorso, & fossa in mare emissus.

Bugloſſum, siue Buglossos, {βουγλωσσον. Ital. *Borrana, borragine.* Gal. *Bourroches ou bugloſſe.* Hisp. *Borraja, yerua nota.* } Herba est officinis & herbariis *Borragi* nomine nota: diuersa ab ea quam vulgus hodie *buglossam* vocat. nam ea Cirsion est, siue Buglossum maius. Dictum autem est Buglossum à linguæ bubulæ similitudine. ¶ Alio nomine Euphrosynum dicitur, propterea quòd in vinum deiecta animi hilaritatem gignere credatur. Vide Plin. lib. 25. cap. 8.

Bugones, βουγόνοι, à Græcis dictæ sunt apes, quoniam ex boue putrefacto nasci perhibeantur. Varro de Re rusti. lib. 2. cap. 5.

Bulapathum, βολάπαθον. Herba est ex Lapathi generibus, ab oxylapatho sola radicis altitudine differens. Vide Plin. lib. 20. cap. 21, & Ruellium lib. 2. cap. 49.

Bulbine, es, teste Plin. lib. 20. cap. 9. Herba est, porraceis foliis, rubicundo bulbo, quæ vulnetibus mirum in modum vtilis est. Officinæ Mau-

rorum vocabulo *Bubigerim* appellant, teste Ruellio lib. 2. cap. 100.

Bulbito, as, penultima correpta, βολβίτζω, Puerili stercore fœdo. Vide in dictione Bubino.

Bulbus, {βολβὸς. Ital. *Cipolla maligia.* Gal. *Eſchalote.* Hispa. *Vn cierto genero de cebolla.* } Latinè Allium agreste, siue Allium marinum, caulem & folia habens lilio similia: cæpæque genus est non absimile Ascaloniæ, quod venerem impendiò excitat. Martialis lib. 12. Quum fit anus coniunx, venerem impendiò excitat. Martialis lib. 12, Quum fit anus coniunx, venerem impendiò excitat. Martialis lib. 12, Quum fit anus coniunx, venerem impendiò excitat. Martialis lib. 12, Quum fit anus coniunx, quum sint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quàm satur esse potes. Columel. lib. 10, -quæque viros acuunt, armántque puellas, Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi. ¶ Generaliter verò apud ideoneos autores bulbi sunt radices rotúdæ, membranis suis tunicatæ, siue pluribus capitulis coagmententur, vno folliculo omnes ambiente, siue quadantenus distinctæ separentur: cuiusmodi sunt croci, narcissij, colocasiæ, scillæ, & arundinum. {Ital. *Scalogni che naſcono con piu cipolette attaccate inſieme.* Gal. *Toute racine ronde ayant pluſieurs tayes & pelures l'vne ſur l'autre, comme lis, ſafran, oignon.* Hisp. *Qualquiera raiz como de cebollas.* } Pallad. Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia antè habita sarriemus summa diligentia, ne oculos circa radices nascentes, & minores bulbos fauciemus, qui à matre subtracti, atque in alios digesti ordines, noua lilieta formabunt. Idem, Violarum plantæ, & croci bulbi serendi sunt. Varro & Apicius ita scribunt, Aqua decoquant bulbos, qui veneris vsum quærunt. ¶ Ex bulborum genere Cato maximè celebrauit Megaricos: ita dictos, quòd è Megaride Attici agri regiuncula mittebantur. Alij Scillam nobilissimam faciunt, medicamenti, & aceto exacuendo natam. Vide Plin. lib. 19. cap. 5. ¶ Bulbos quærit, βολβοὺς ζητεῖ. locus prouerbialis in eos, qui iuxta Persium, Obstipo capite defigunt lumina terræ.

Bulbosus, adiect. {βολβώδης. Ita. *Pieno di picciole coperte nella radice.* Gal. *Ayant pluſieurs petites teſtes comme oignons en la racine.* Hisp. *Coſa què tiene mucho de tal raiz.* } vt Radix bulbosa, in qua bulbi conspiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. lib. 21. cap. 17, Semipedali radice, bulbosa, mollibus aut quatuor agnatis.

Buleuta, tæ, {βουλεύτης. Ital. *Conſigliere, Senatore.* Gal. *Conſeiller de ville, eſchevin.* Hispa. *Conſejero, Senador.* } Latinè dicitur consiliarius, senator, decurio, à βουλὴ, Senatus, Consilium. Plin. in Epist. Claudiopolitani quoque in depresso loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam Buleutæ abdunt beneficio tuo.

Buleuterion, {βουλευτήριον. Ital. *Luogo ò ſala dove ſi fanno i conſigli, corte.* Gal. *Senat, Cour.* Hisp. *Senado, lugar donde eſta el conſejo.* } Græci vocant ædificium amplum, consiliis publicis destinatum. Latinè Curiam vocare possumus. Cic. 4. Ver. Deinde vt in curia Syracusis, quem locum illi Buleuterion vocant. Plin. lib. 36. cap. 15, insigne buleuterion. Cyzici fuisse tradit, sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, vt eximerentur trabes sine fulturis, ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum fuit, posteaquam Coclite Horatio defendente ægrè repulsus est.

Bulga, gæ, autore Festo, Sacculus erat ex corio, aut alia materia confectus, quo circumferebant peregrinantes pecuniam, aut alia viæ necessaria tà Græcis ab equis, quibus ferebatur, ἱππαγὴν appellabatur. {Ἱππαγὴν πήρα. Ital. *Bolgia, beſaccia.* Gal. *Bougete de cuir.* Hispa. *Boſſa de cuero.* } Lucil. Sat. lib. 6, Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus, Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet ipse: Cum bulga cœnat, dormit, lauit: omnis in vna Spes hominis bulga: hac demùm acta est cætera vita.

BVLGARIA, à recentioribus appellatur Europæ regio supra Thraciam, inter Danubium & Pontum Euxinum sita, Daciæ & Mœsiæ conterminа. ¶ Hinc Bulgari dicti, qui eam regionem incolunt.

Bulimia, {βουλιμία, ἡ βούλιμος. Ital. *Gran fame.* Gal. *Grand faim.* Hisp. *Grande hambre.* } Immodica appetentia interpretari potest, quum scilicet cibo quantollibet sumpto fames non extinguitur. ¶ Componitur ex βοῦ particula, quę magnum quid indicat in compositione, & λιμὸς fames. ¶ Est & Bulimia, siue Bulimos, Galeno 2. Aphor. orificij ventriculi morbus, & casus appetētiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, sed non habet eam amplius adiunctam. Et in hoc differt ab appetentia canina, quæ perpetuò cibum appetit, sumptúmq; statim euomit.

BVLIS, βοῦλις, Phocidis oppidum inter Parnassum & Heliconem situm: ita dictum à Bulone conditore. Hinc Bulij & Bulienses. Cicc. in Pisonem, Parthenij & Bulienses illusi.

Bulla, βοῦλλα, Insigne erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima. Hinc deductus mos, vt prætexta, περιπόρφυρος, quæ magistratuum erat, etiam in vsu puerorum nobilium vsurparetur ad omen & vota conciliandæ virtutis, ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt. Erat hæc bulla rotunda (vt Macrobius scribit) in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, vt bullam inspicientes, ita demum se homines esse cogitarent, si corde præstarent. Romani deposita adolescentia eam exuebant. ¶ Dicta est autem Bulla, teste Macrobio, παρὰ τὸ βούλου, hoc est à consilio: quòd effrænis illius ætatis impetus, consilio præcipuè esset regendus. Primus autem Tarquinij Prisci filius, quòd se in bello viriliter gessisset, bulla aurea donatus est, & toga prætexta. Deinde omnibus pueris facta est communis, quorum parentes Curulem magistratum gessissent. Libertinorum verò filij, horum in collo pro bullæ decóre gestabant. Ascon. Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi communiens pectus pùerile. A' cuius rei specie (Plutarcho autore in Problem.) dicta bulla, {πομφόλυξ. Ital. *Ampolla, ſonaglino d'acqua.* Gal. *Bouteille, ou bouillon, s'eſleuant ſur l'eaue quand il pleut ou autrement.* Hispa. *Barbuja ò ampolla.* } tumor quidam excrescens tam in aqua quum bullit, quàm in vrina quum spumam facit, & repente euanescit. Ex quo etiam prouerbialiter apud Varronem dicitur, Homo bulla, quòd scilicet similis bullæ vita hominis sit fluxa, & momento caduca. Plaut. in Asin. accepit bullam pro capite clauorum, Iussisti in splendorem dari bullas has foribus nostris? Nam clauorum capita more bullæ quasi turgentia formata sunt, & splendent ad fores decorandas. Sic Cic. tradit Verrem bullas aureas, ex valuis templi magnificentissimis abstulisse. ¶ Bullæ

etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

riam dicuntur ornamenta, quibus cingula decorantur. Calphur. in Buco. Alterna vtrinque lateralis cingula bullat. ¶ Apud Apuleium lib. 6. accipitur pro ornamentis illis orbiculatis extuberantibúsque, quibus tanquam oculis ephippia equorum, & pectoralia, & habenæ ornari solent: ait enim, Bullis multis aureis inoculatorum, veluti stellis relucentem.

Bullula, diminut. Parua bulla. Cels. lib. 2. de Vrina, Aut si quasdam, inquit, maculas repræsentet, vt si bullulas excitet.

Bullatus, ta, tum, Bulla insignitus. {Ἐμβολὴ κεκοσμημένος. Ital. *Ornato di bolle.* Gal. *Semblant aux bouillons ou boutelles d'eau, orné de bagues.* Hispa. *Cosa llena de bollones ó chatones.*} Vestis bullata, in qua erat bulla. ¶ Accipitur pro inani, tumido, & inflato. πεπληρωμένος κενῶς, πομφολυγώδης. Persius. Non equidem hoc studeo, bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat. Bullatas nugas prouerbij specie appellans inanem perstrepentium vocum congeriem, in quibus nihil subsit solidioris sententiæ.

Bullio, is, iui, itum. {Ζέω. Ζεσταίνω. Ital. *Bollire.* Gal. *Bouillir.* Hispa. *Bullir como la que hierue.*} Significat fernere, dictum à bullis, quas in aqua feruida videmus. Celsus lib. 5. cap. 19. Aut spumæ argenti selibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec bullire desierit, cui paulum ceræ sit adiectum. ¶ Huius compositum est Ebullire de quo vide suo loco.

Bullo, as, Idem quod Bullio. Cato de Re rust. Vinum Græcum hoc facito: Musti quadrantalia viginti in ahenum, aut plumbum infundito, ignem subdito, vbi bullabit vinú, ignem subducito. Plin. Magna signa sunt vrinæ bullantis, & crassæ. ¶ Sic Ebullo, id est erumpo, strepo. Persius, O si ebullet patrui præclarum funus.

BVLLA REGIA, Liberum est Numidiæ oppidum, teste Plin. lib. 5. ca. 3.

BVLLETVM, Βούλητον, Britanniæ insulæ oppidum, apud Ptolem. lib. 2. cap. 3.

BVLLIONES, Barbari incolæ Macedoniæ, dicente Plin. lib. 4. cap. 23, Apollonia quondam Corinthiorum colonia, VII. M. passuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nympheum accolunt Barbari, Amantes, & Bulliones. Hæc Plinius.

BVLLIS, idis, Βουλλίς, Oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet, non procul ab Apollonia, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Plinius Bullidensem coloniam vocat, lib. 4. cap. 10. & populos ipsos Bullliones, lib. 3. cap. 23.

BVLVA, {Βόλυα. Vulgò *Bodone.*} Oppidum Liburniæ, non procul à Drilone fluuio, Ptolemæus lib. 2. cap. 17.

BVLVBA, Libyæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 5.

Bumamma, siue (vt apud Macrob. lib. 3. Saturnal. ca. 7 legitur) Bumammia vna. est eadem quę & Bumastos dicitur. Vide in sequenti dictione.

Bumastos, Βούμαστος, fœm. gen. Vuæ genus, eraßioris mammæ cuiusdam modo intumescentis: à βοῦς augmentatiua particula, & μαστὸς mamma: quasi magnam mammam dixeris. Plin. lib. 14. ca. 1, Tument verò mammarum modo bumasti.

Bumelia, Βουμελία, Fraxini species in Macedonia amplissima & lentissima, cuius folia contra serpentes succo expresso ad potum, & impolita vlceribus maxime prosunt. Plin. lib. 16. cap. 15.

Bunias, adis, Βουνιάς, Napi species est, diuersa à Bunio. Plin. lib. 20. cap. 4, duas napi species facit, quarum altera Bunion, altera Bunias vocatur. Bunion autem angulosis foliorum caulibus esse tradit, eiúsque decoctum purgationibus fœminatum, & vesicæ, & vrinæ vtile esse: idque Dioscorides à Romanis Scopam regiam vocari asserit. ¶ Buniada autem idem Plinius chaphano, & rapo similem facit, cuius semen antidotis, quæ contra venena fiunt, admisceri tradit. Hodie Bunias napi nomine nulli non cognita est. ¶ Bunium autem id esse, quod vulgus Gallorum *Carpentarium* herbam vocat, plerique suspicantur. Vtrinque autem generis appellatio à tumente radicis figura tractum videtur. Nam colles, terræque tumores βουνοὺς Græci appellant. Napum autem Buniadis nomine ne Columella quidem ignorauit, qui sic scribit lib. 10. Atq; Amiterninis defertur bunias aruis.

Bunion, Vide BVNIAS.

BVNITIVM, Βούνιτον, Vrbs Germaniæ in climate magis Septentrionali: de qua Ptolemæus lib. 2. cap. 11.

BVNNVS, Βόννος, Illyridis oppidum est: cuius gentile est Bunnius, Βόννιος. Stephanus.

Bupædas, βουπαιδᾶς, Magnos pueros dicunt Græci, qui ferebant finem excrescendi. Latini vocant Exoletos.

BVPALVS, li, Βούπαλος. Pictoris insignis nomen, qui quum Hipponactem Poëtam deformi figura pictum omnium risu exposuisset, tam mordaci ab eo carmine fuit petitus, vt laqueo vitam finierit. Horat. in Epod. Qualis Lycambæ spretus infido gener, Aut acer hostis Bupalo. Bupali huius meminit & Plin. lib. 36. cap. 5.

BVPHIA, Βούφια, Sicyoniæ vicus apud Stephanum.

Buphonum, βούφονον, Genus herbæ, quæ à bobus deuorata anginam procreat, eósque necat. Græcè quippe φόνος, dicitur mors. Hanc herbam quidam Camelæontam vocant: alij Cynozolon, quòd fœtore eius ricini è canum auribus decidant. ζέω enim canis, ζέω fœtere. Vide Plin. lib. 22. cap. 18, vbi tamen Viophonum legitur, non Buphonum.

Buphthalmus, βουφθάλμος, Herba est, quam Romani Boariam appellauere, cauliculis tenera & subrenuibus, foliis fœnicali, floribus luteis, maioribus quam anthemidis, & bubulorum oculorum similitudinem referentibus: vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 25. cap. 8. ¶ Bupbthalmos etiam apud Dioscoridem recensetur inter appellationes Sedi, siue Sempervini maioris.

Bupleuron, βούπλευρον, Herbæ nomen, quam sic describit Plin. lib. 22. cap. 22, Bupleuron in sponte nascentium herbarum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis, longisque, capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate in Medicina, à Glaucone & Nicandro.

BVPRASIVM, βουπράσιον. Epæorum oppidum, Elidi finitimum: cuius meminit Homerus in Catalogo nauium. Plin. lib. 4. cap. 5, Achaiæ propriè dictæ annumerat.

Bupresti, βουπρῆστις, vt scribit Plin. lib. 30. cap. 4, Animal est ex genere cantharidum, scarabeo longipedi simile, venenatum, ratum in Italia. fallit inter herbas bouem maximè, vnde & nomen inuenit. Apud Iureconsul. Tirulo Ad legem Corneliam, scribitur, Si cui temere pigmentarij dederint pytiocampas, aut bupreστes, quæ ambo venenata sunt, teneri pœna legis Cornelię de sicariis & veneficis. ¶ Est & Buprestis herbæ genus, quam in laudibus eiborũ habuere. Vide Ruellium lib. 2. ca. 127.

Bura, siue Burris, Pars aratri posterior, quæ manu bubulci tenetur: dicta, quasi βοὸς ἄρμα, quòd ad similitudinem bubulæ caudæ sit incuruata. {Ἰτέα. Ital. *Stanco dell' aratro.* Gal. *Le bout de la charrue, le manche.* Hisp. *La manga ó cola del arado.*} Varro lib. 1. de Re rustica. Et sæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Virgil. lib. 1. Georg. Continuò in syluis magna vi flexa domatur In Burim.

BVRA, Βοῦρα, Achaiæ propriè dictæ vrbs, ad sinum Corinthium sita, olim florentissima, nunc vna cum Elice vicina vrbe, maris impetu haustæ: de quo Ouid. lib. 15. Metamorph. Si quæras Eliceu, & Buran, Achaidas vrbes, Inuenies sub aquis: & adhuc ostendere nautæ Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis. Plin. lib. 2. cap. 92. Pyrtham & Antissam circa Maxotim pontus abstulit: Eliceu & Buram in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent.

BVRCHANA, Insula (vt lib. 3. cap. 15. Plinius docet) in Oceano Germanico: à Romanis Fabaria, à frugis similitudine sponte prouenientis appellata.

BVRDEGALA, siue (vt apud Suidam legitur) Burdigala, Βουρδίγαλα. Galliæ Aquitanicæ vrbs clarissima, Ausonij Poëtæ patria. Strabo Burdigallam appellat. Vulgò *Bordeaux.*

Burdo, Dicitur qui ex equo & asina natus est. {Ἡμίονος. Ital. *Mulo nato da cauallo & asina.* Gal. *Mulet né d'vn cheual & d'vne asnesse.* Hisp. *Bordegano ó de cauallo y asna.*} Vtitur hac voce Vlpianus Iureconsule. de Legat. iij. l. item legato.

BVRGVNDIA, Galliæ prouincia Celticæ, locatus titulo insignis, quum antea sub Regibus fuisset: à qua Burgundi & Burgundiones. Eam olim Sequani ac Hedui tenuerunt. Burgundiones Plin. lib. 4. cap. 14. inter genera Germanorum ponit: sic enim scribit. Genera Germanorum quinque. Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Catini, Gutones. Vulgò *Bourgongne.*

BVRNISTAE, Plin. lib. 3. cap. 22, Populi Illyrici sunt, Scultinis & Aibonensibus finitimi.

Burrhamicum, Genus vasis, Festo.

Burrhanium, Genus potionis, lac sapa mistum, à rufo colore nomen ductum. Festus.

Burrhus, Ital. *Rosso.* Gal. *Rouge, vermeil.* Hisp. *Roxo ó bermejo.*} Color à veteribus dicebatur, qui hodie Rufus dicitur. Græci enim πυῤῥὸν rubrum, seu rufum vocant, vnde qui ex prælarga potatione rubescunt, Burrhi, siue Byrrhi sunt appellati: & Burrhæ, vestes ruficoloris.

BVRSAONENSES, Hispaniæ citerioris populi sunt, Calagurritanis, & Complutensibus vicini. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

BVRTINA, Apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, Iergetum ciuitas est in Hispania Tarraconensi. Vulgò *Borja.*

BVSAE, Βοῦσαι, Herod. lib. 1. populi sunt Medorum, quos subegit Dioces.

Bufelinum, Βουσέλινον. Herba est satiuo apio similis, foliáque caulis breuitate, & rufa radice ab eo differens. Autor Plin. lib. 20. cap. 12.

Busicon, Βούσικον. Ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine Matisca dicitur. Ex Festo.

BVSIRIS, pen. prod. Βούσιρις, Neptuni & Libyes filius, Epaphi filius, crudelissimus Aegyptiorum tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argiuis imperauit. Hic quum hospites omnes Ioui immolaret, ab Hercule in Aegyptum delato, quum eosdem illi insidias pararet, vnà cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe, & ministris arę interfectus est. ¶ Huius dictionis media syllaba producitur. Virg. 3. Georg. -quis aut Eurysthea durum, Aut illaudati nescit Busiridis aras? Ouid. in Epist. Heroid. Sit vidisset cultu Busiris in ipso. Statius tamen lib. 12. Thebaid. (si modò emendata sit lectio) corripuit: sic enim ibi legitur, Non tot cruentus monstris Busiris, infandúmque dedisti Cercyona. ¶ Est & Busiris nomen vrbis in Aegypto, ad Nilum fluuium, à Busiride condita: in qua fuit templum magnum Isidis. Hinc Busiritica præfectura, apud Strabonem lib. 17.

Bustuarij, Gladiatores dicti sunt, qui ante sepulchra in honorem defuncti digladiabantur. {Ταφὸν μαχηταί. Ital. *Spadacini.* Gal. *Spadassins, ioueurs d'espee.* Hisp. *Esgremidores de espada.*} Cicero in Pison. Si mihi cum illo bustuario gladiatorem, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset.

Bustum, Proprié dicitur locus, in quo mortui cadauer combustum est, & sepultum. {Τάφος. Ital. *Tomba, Sepolcro, Sepoltura.* Gal. *Sepulcre, tombeau, lieu ou l'on brusle les morts.* Hisp. *La Sepultura, Sepulcro.*} Dicitúrq; Bustum, quasi bene vitum. Hæc Festus. Seruius verò in 12. Aen. Pyra, (inquit) est lignorum congeries: Rogus, quum ardere cœperit dicitur: Bustum verò, iam exustum vocatur. Quem ordinem seruat Poëta dicens, Constituere pyras. Item, -subiectisque ignibus atris, Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos. Item postea, -semiustaq; seruant Busta. Liuius quoque lib. 5. scribit locum fuisse inxta Aequimelium, nomine Busta Gallica, quoniam illic acernatos cumulos suorum defunctorum ex pestilentia vsserant Galli. Cicero verò lib. 2. de Legibus. Bustum appellauit tumbam, aut monumẽtum. Pœna (inquit) fuit Solonis lege constituta, si quis bustum aut violasset, aut deiecisset. Sueton. in Cæs. Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. Cicer. ad Attic. Vnas video à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad bustum Basilij vulneratus, & despoliatus est.

BVTADAE, Βουτάδαι, Populi Attici ex Aegeide tribu, apud Steph.

Buteo, Ex accipitrum genere auis est, quam Græci ἀνώμερο testium vocant, ὄρνις enim testiculus dicitur. Huic aui Phœmonoë Apollinis filia in auguriis principatum dedit. {Ital. *Sorte di uccello di rapina.* Gal. *Busard.* Hisp. *Vn genero de aue arrebatadora.*} ¶ Buteonum item nobilis Romæ familia fuit, ita dicta à buteone aue, quæ prospero auspicio in Fabij ducis naue consedit, referente Plin. lib. 10. cap. 8.

BVTES, Βούτης, Filius fuit Amyci, Bebryciorum regis, qui ob sæuitiam patris ab Argonautis cæsi, regno pulsus, paruo nauigio Drepanum in Siciliam confugit, vbi à Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est: à qua quum ob formæ, morumque & ætatis elegantiam diligeretur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius concubitu vsus, Erycem filium ex ea suscepit: & quoniam Lycaste ob eximiam pulchritudinem Venus vocabatur, datus est locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem suscepisse. Contra Virg. lib. 5. Aen. Buten à Darete iuxta tumulum Hectoris occisum tradit, inquiēs, Idémq; ad tumulum, quo maximus occubat Hector, Victorem Buten immani corpore, qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat: Perculit, & fulua moribundum extendit arena. ¶ Alius fuit Butes Troianus, à Camilla occisus, vt est idem autor lib. 11. ¶ Comentarius Apollonij, alterius quoque Butæ meminit, filij Ceeropis cuiusdam. ¶ Est & Butes, Scytharum fluuius, cui propinqui sunt Agathyrsi & Sarmatæ.

BVTHIA, βουθία, Ioniæ oppidum, teste Stephano, aut certè regiuncula, vt idem refert ex sententia Theopompi.

BVTHROTVM, siue BVTHROTOS, neu. ptod. Romanorum colonia est, teste Plin. lib. 4. cap. 1. in finibus Epiri, ad sinum Ambracium: Apud Græcos nominatiuus est βουθρωτός. Stephanus de Vrbibus, βουθρωτὸς νῆσος καὶ πόλις ἐπίνειος, ἐγγὺς Κερκύρας. Sic etiam Ouid. lib. 13. Metamorph. -Epiros ab his, regnatáque vati Buthrotos Phrygio. Cicero ad Tironem, Septimum iam diem Corcyræ tenebamur. Quintus autem Frater & filius Buthroti. Seruius explicans illud Virg. 3. Aeneid. -portúq; subimus Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus arcem: Arcem, inquit, Buthroti, id est, Buthrotum. Ex quo loco (si emendata esset lectio) videretur Buthroti, genitiuum esse concisum per synizesin à nominatiuo Buthrotum: quem tamen nusquam arbitror reperiri. Quo fit, vt apud Seruium Buthrotum legendum putem: & ita in vetustissimis quibusdam exemplaribus scriptum inuenimus.

Buthysiam, βουθυσίαν, magnum sacrificium appellauere, qualis est Hecatombe, & immolatio magnarum hostiarum. Suet. in Nero. Inter Buthysiæ apparatum barbam primam posuit. Deducitur à βοῦς augmentatiua particula, & θύσια, quod hostiam, vel sacrificium significat. Plautus Buthytas appellat sacerdotes.

BVTHOS, Vide BVTOS.

BVTOS, βοῦτος, Oppidum est Aegypti, apud Ptolemæum lib. 4. cap. 5. & Plin. lib. 5. cap. 10. Stephanus alterum eiusdem nominis oppidum in Gedrosia collocat.

Butomum, βούτομον, Frutex est in paludibus nascens, folia ferens iridis proxima, ex vna radice non singulos scapos, sed plures veluti virgas emittens, ad vitilium nexus vtiles. Frondibus autem boues maximè oblectantur: vnde & nomen accepit. Vulgus hodie *Iuncum cabacinum* appellat. quod ex foliis eius sportulæ texantur, quibus ficus & vuæ passæ ad nos afferuntur. Vide Ruellium lib. 2. cap. 127.

BVTRIVM, trij, βούτριον, Oppidum Italiæ, non procul à Rauenna, cuius meminit Strabo lib. 5.

BVTVA, Plinio inter oppida Liburniæ recensetur, lib. 4. cap. 12.

BVTVNTINENSES, Populi sunt Calabriæ in Italia, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Buttubata, Veteres vsurpauerunt pro eo quod nugatorium est, & nullius valoris. Festus ex Næuio.

Butyrum, ζ βούτυρον. Ital. *Butiro*: Venetiis, *Onto fortile*: Alibi, *Smalzo*. Gal. *Beurre*. Hisp. *Manteca*. ζ Portio lactis pinguior, quę frequenti agitatione, à sero separatur: dictum Butyrum, quasi βοὸς τυρός: hoc est bubulus caseus. Fit enim (teste Plin. lib. 28. cap. 9.) ex lacte bubulo vt plurimum. Habet autem penultimam syllabam indifferentem, quanuis apud veteres poëtas non temere inuenias. Macer & Serenus corripuerunt: Sidonius verò, aliíque nonnulli produxerunt.

BVXENTVM, πυξὸς, Oppidum Lucaniæ, quod Græci Pyxunta vocant, buxo arbore, quæ copiosa illic prouenit. Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò, *Belueder*.

Buxus, ζ πύξος. Ital. *Bosso*. Gal. *Bouys*. Hisp. *Box*. ζ Arbor exigua, semper virens & tonsilis. Producit ex se viscum, & semen, seu granum, quod Cartegon dicunt, omnibus animalibus inuisum. Lignum habet adeò durum, vt cariem non sentiat, & tam ponderosum, vt in aqua subsidat. Hoc Buxum appellatur. Nam in plerisque nominibus arbores sunt fœminini generis: fructus verò & ligna neutri. Virgil. Dant arbuta syluæ: Cruentáque myrta: & Cerea pruna: Volubile buxum. Quandoque tamen Buxus dicitur pro ligno. Virgil. lib. 9. Buxóisque vocat Berecyntia mater. Ex Buxo fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad vsus plurimos.

Buxeus, a, um, Quod ex buxo est, vel quod buxi colorem imitatur. ζ πύξινος. Ital. *Di bosso*. Gal. *De bouys*. Hisp. *Cosa de madera o de color de box*. ζ Martialis, Et tres sunt tibi Maximina dentes, Sed planè piceíq; buxeíq.

Buxetum, Locus buxis consitus. ζ πυξεών. Ital. *Luogo doue sono molti bossi*. Gal. *Bocage de bouys*. Hisp. *Boxedal, lugar de aquellos arboles*. ζ Martia. Non otiosis ordinata myrtetis, Viduáq; platano, tonsilíque buxeto Ingrata lati spatia detinet campi.

Buxosus, a, um, Quod buxo simile est. ζ πυξοειδὲς. Ital. *Pieno de bossi, simile al bosso*. Gal. *Plein de bouys, ou fort ressamblant à bouys*. Hisp. *Lleno de box, ò semejante al box*. ζ vt, Lignum balsami buxosum. Plin. lib. 12. cap. 25. Ex hoc buxosum est optimum, quod est odoratissimum.

Buxifer, Ferens buxum. πυξοφόρος. vt, Buxifer Cytorus, Camillo.

BVZAE, Plinio inter Indicas gentes ponuntur, lib. 6. cap. 20.

BVZERI, Gens Themiscyræ regionis in Asia. Plinius lib. 6. cap. 4. Vide BYZERES.

BVZIGEVS, Mons est Thessaliæ, Plin. lib. 4. cap. 8.

B ante Y.

BYBASSVS, βύβασσος. Cariæ oppidum Stephano, ita appellatum à Bybasso pastore, qui Aesculapium maris tempestate in Cariam delatum seruauit.

BYBE, βύβη, Thraciæ oppidum apud Stephanum, cuius incolæ Bybi, βύβιοι appellantur à Stephano.

BYBLESIA, Cariæ regio, ab Isthmo Cnidiorum initium sumens: de qua sic scribit Herodotus lib. 1. Nam quum initium Byblesiæ ex peninsula auspicetur, sintque Cnidij propemodum circūflui, eam partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem verò Symanum, Rhodiúmque mare: reliquam frontem, hoc est Isthmum, qui pene exiguus est, nempe quinque stadiorum, Cnidij tentauerunt perfodere.

BYBLIS, idis, βύβλις Suidæ, Filia Mileti fuisse fertur ex Cyanee nympha, quæ à fratre Cauno, cuius amore deperibat, repulsa, impatientia amoris in fontem sui nominis est mutata. Vide latius totam fabulam apud Ouidium 9. Metamorph.

BYBLIS, βύβλις, *Milo*, Parua maris mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Melos dicta. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum & Acyton vocant. Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plinij lib. 4. cap. 12.

BYBLVS, Est Phœnices vrbs, Beryto vicina, in qua Adonidis olim insigne fuit templum. Eam tyranno oppressam Pompeius liberauit, illo secuti percusso. Sita est in excelso quodam loco, non procul à mari. Hæc ex Strabonis lib. 16. Hodie Gæta.

BYCVS, Sarmatiæ Europæ fluuius est apud Ptolemæum, qui Pomponio Buges dicitur.

BYLLIS, βύλλις, apud Stephanum, Illyrici oppidū est, quod à Ptolemæo βύλλις appellatur: & in ea parte collocatur Macedoniæ, quæ Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio: vbi & Plin. Bullidensium meminit.

BYMAZVS, βύμαζος, Vrbs Pæoniæ, Stephano.

Byrsa, ζ βύρσα. Ital. *Cuoio*. Gal. *cuir*. Hispa. *Cuero*. ζ Corium ac tergus Græcis dicitur: vnde & βυρσεὺς coriarium appellarunt. Hinc arx in media Carthaginiensium vrbe Byrsa appellata. Dido enim quum fratrem fugiēs in Africam peruenisset, emit ab Iarba rege tantum soli, quantum taurino tergore posset circundare. Dissecto deinde tergore in munitissimas laminas, tantum loci eo circundedit, quantum arci extruendæ sat esset. Ad hanc fabulam alludit Virgilius quum ait.

Mercatique solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

Byssus, ζ βύσσος. Ital. *Bisso*. Gal. *Creste, sin lin*. Hisp. *Cierto genero de lino muy delicado*. ζ Tenuissimi lini genus, proximum ab asbero dignitatem obtinens, ex quo subtilissimæ fiunt vestes, quæ mulieribus olim præcipuè in deliciis erant. Plinius circa Elim Achaiæ nasci credidit: Pollux verò ex India & Aegypto gigni prodidit. Philostratus autor est, byssum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem sibicibus æquiparatur. Quam quum vidisset Apollonius, gauisus est, quod fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset.

Byssinus, a, um. ζ βύσσινος. Ital. *Che è di tal lino*. Gal. *De creste ou de soye*. Hisp. *Cosa de materia de aquel lino*. ζ Quod ex byisso confectum est: vt, Byssinæ vestes, quæ lutei coloris erant, & fulgore aurum imitabantur: quanquam postea inuenta est ratio byssum quouis colore inficiendi.

BYZANTIVM, ζ βυζάντιον. Vulgò *Constantinopoli*. Turcis, *Ceterondum*. ζ Vrbs Thraciæ, ad ipsum sita Bosphorum, primùm à Pausania Spartanorum rege condita: postea à Constantino in maius aucta, & sacri Imperij sede eò translata, ab illius nomine Constantinopolis dicta est. Hodie non sine grauissima orbis Christiani ignominia, crudelissimi Turcarum tyranni patet impetio. ¶ Est item Byzantium, Libyphœnicum regio in Africa: quam sic describit Plin. lib. 5. cap. 4. Libyphœnices appellantur, qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio ducentorum quinquaginta millium passuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruspina, Tapsus. Hæc ille.

Byzantius, a, um, adiectiuum: vt, Littora Byzantia, Ouid. 1. Trist. Byzantij exules, Cic. pro Domo sua.

BYZERES, penult. prod. βύζηρες Stephano. Populi in Ponto, qui Strabo. ni Byzares vocantur, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. Valer. Flac. 5. Argo. Byzerésque vagi, Philyræque à nomine dicta Littora. Plin. lib. 6. cap. 4, Buzeros vocat. ¶ Ab his portus quidam Ponti, Buzericus βυζηρικὸς λιμὴν appellatur: cuius meminit & Stephanus.

C



Litera muta est, quæ ante n, sequente vocali in eadem syllaba ponitur, sed profertur sub voce g, ob cognationem literarum, vt Cnidius, Cneus. Transit etiam per compositiones & derivationes in g, vt Quadringenti, pro quadrincenti. In s, vt Parco, parsi. In x, Duco duxi, Nocco noxa.

CABALACA, Albaniæ in Asia oppidum. Pli. li. 6. ca. 10. Prævalent oppida Albaniæ, Cabalaca: Iberiæ, Harmastis iuxta flumen, &c.

CABALIS, κωβαλὶς, Oppidū est Cabalię regionis Asiæ, cuius meminit Stephanus. ¶ Est autē Cabalia Lyciæ pars.

CABALES, κωβαλεῖς. Populi sunt Lyciæ regionis, quarum regio Cabalia appellatur: in qua sunt vrbes, Oenoanda, (quam Strabo Oenandron vocat) Balbura, & Bubon. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & Herodotum lib. 4.

Caballus, Equus, ζ ἵππος. Ital. & Hispa. *Cauallo*. Gal. *Cheual*. ζ Lucil. lib. 2. Succussator terri, tardíque caballi. Varr. in Parm. Alius caballum arboris ramo in humili alligarum reliquit. Seneca Epist. 87. O' quantum erat eius seculi decus Imperatorium, triumphalem, Censoriúmque super omnia, hoc est Catonem, vno caballo esse contentum.

Caballinus, a, um, pen. prod. ζ ἱππικὸς. Ital. *Di cauallo*. Gal. *De cheual, apartenant à cheual*. Hisp. *Cosa de cauallo*. ζ vt, Caballina caro, Plin. lib. 28. cap. 20. ¶ Caballinus fons, est in monte Helicone Bœotiæ, quam Pegasus in eo loco saxum feriens, aperuit. ἱππουκρήνη. Vnde & Pegasens vocatur. Autor Strabo. Vide infrà in dictione HELICON.

CABASSVS, κωβασσὸς, vel Cabessus κωβησσὸς Homero, Oppidum Cappadociæ: quod tamen alij trans Hæmum montem collocant. ¶ Appion verò vicum esse ait inter Tarsum, & Mazacam. Vide Stephanum.

CABELLIO, Narbonensis prouinciæ oppidum est, prope Druentiā fluuium & Carpētoractę. A' Strabone Caballio vocatur. Vulgò *Cauaillon*.

CABERA, Protei filia fuisse fertur, quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totidémque nymphas Caberides: quibus omnibus dicata fuisse templa, autor est Strabo lib. 10.

CABERON, Asiæ fluuius est, vt tradit Plin. lib. 6. cap. 23, in descriptione Carmaniæ.

CABIRIA, æ, κωβειρία. Oppidum citerioris Asiæ, quod Cabirij inhabitabant. Sunt & Cabirij Bœotij populi. Vtrinsque autor Stephanus.

CABVLLINVM, κωβούλλινον Ptolemæo, Sequanorum oppidū est ad Arasim, quod alio nomine Catalaunum, Gallice *Chalon sur Saone* dicitur.

CABYRA,

CARVRA, æ, Fons Mesopotamiæ, præter aquarum omnium nauitam, egregiè odorato: cuius fabulosum rationem reddunt, quod Iuno eo aliquando fuerit perfusa. Vide Plin.lib.31.cap.3.

CARYSTVS, ἡ Καρυστος. Vrbs in Thracia, vt inquit Polybius.

CACA, Soror fuit Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicasse, & ob id meruisse ibidem diu ara sacrisque venerari. Sed longè aliter Virg.lib.8.& Ouid.lib.1.Fast.sentiunt.

Cacabo, as, pen.corr. Propriè est vocis perdicum. {καγκαβίζω, ἡ καγκαβισμός. Ital. *Cantare de starne*. Gal. *Chanter comme la perdrix*. Hisp. *Cantar de la perdiz*.} Ouid. de Philomela (si modò id carmen Ouidij dicendum sit) Cacabat hinc perdix, hinc graciat improbus anser.

Cacabus, pen.corr. Vas æneum in quo pulmentarium coquimus. {λέβης, κάκκαβος. Ital. *Lauezzo, calderone*. Gal. *Chaudiere ou chauderon, marmite*. Hisp. *Caldera para cozer al fuego*.} Plin.lib.25.cap.6, Succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine. Paulus Iureconsul. Inter abenum quod supra focum pendet, & cacabum non multum interest. Nam hoc pulmentarium coquitur in illo aqua ad potandum calescit. Antiqui enim calidam & frigidam cœnis adhibebant. Apicius, Capita porrorum simul elixabis in cacabo nouo, vt aqua ad tertiam deferueat.

Cacalia, ἡ κακαλία. Herba est, quæ & leontice vocatur, in montibus ferè nascens, folia ferens candida, & magna, inter quæ semen dependet eiusdē nominis minutis margaritis simile. Aurores Plinii.25.cap.11, & Dioscor. lib.4.ca.108. Officinis *Caua* agreste vocatur, teste Ruellio li.3.ca.128.

CACCABE, es, ἡ Καρχηδών. Olim appellata fuit vrbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Vide Stephanum in dictione Καρχηδών.

Cacephaton, ἡ κακέφατον, vel Cacophaton, ἡ κακόφατον, Durior in oratione sonus, ex mala vt plurimum compositione nascens: quale est illud, Numerum cum nauibus æquat. Item illud, O fortunatam natam me Consule Romam. ¶ Huic contraria est Euphonia, εὐφωνία.

Cachexia, ἡ καχεξία. A' medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur: quod fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiam si illo vacant, alimentum tamen in sui substantiam non conuertunt. Qui hoc vitio laborant, Cacectici κακεκτικοί appellantur.

Cachinnus, Solutus risus, à sono risus fictum vocabulum. {καγχασμὸς γέλως. Ital. *Riso immoderato*. Gal. *Ris demesuré, mocquerie, risée à pleine gorge*. Hispa. *Risa con carcajada*.} Iuuenalis, Sed facilis cuius rigidi censura cachinni. Persius, Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. Hinc Seneca præcipit, vt risus sit sine cachinno, vox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantum dicitur, sed & de quouis alio sono vehementiore. Catullus, Procedunt, leuitérque sonant clangore cachinni.

Cachinnor, aris, deponens: & Cachinno, as, neutrum, Immoderatè rideo. {καγχάζω. Ita. *Ridere immoderatamente*. Gal. *Rire à pleine gorge ou demesurément*. Hisp. *Reyr demasiadamente, ò dar carcajadas de risa*.} Cicer. 5. Verrina, Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit. Lucret.lib.4. Quam famulæ multæ fugitant, furtúmque cachinnant. ¶ Dicitur & de alio quouis sono vehementiore. Accius, Sæua sonando crepitu clangentes cachinnant.

Cachinnatio, Dissolutior risus. {καγχασμὸς χάσκη. Ita. *Riso dissoluto*. Gal. *Grand ris, risee*. Hisp. *Risa demesiada*.} Cic.4. Tusc. Vt tidere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.

Cachla, Plin.lib.25.cap.8, Herba est, quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. Vide suprà.

Cachryes, ἡ κάχρυς. Sunt oblonga paniculorum modo nucamenta, quæ squamatim compacta propendent è ramis. Crescunt hyeme, Vere dehiscunt in flauentes squamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete, picea, cæterisque id genus arboribus conspiciuntur. Vide Plinium lib.16.cap.7.

Cacia, {κακία. Ital. *Astutia, vitiosità*. Gal. *Astuce, malice*. Hisp. *Malecia, astucia*.} Græca dictio in Latinorum vsum non recepta, quam Cicero vitiositatem interpretari mauult, quàm malitiam: quum Vitiositas nomen sit generalius ad omnia vitia pertinens. Malitia specialius. Apud veteres Malitia inter adiaphora hoc est indifferentia connumerabatur, quasi sit & bona, & mala: vt dolus bonus, & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude, Te ciuem summa omni malitia.

CACIDIRI, Inter celeberrimas Scytharū gētes. Plin. ponūtur li.6.ca.17.

CACIRINI, Siciliæ populi. Latinæ cōditionis, vt scribit Plin.lib.3.ca.8.

Caco, Aluum exonero, ventris onus depono, excerno. {χέζω. Ital. *Cacare*. Gal. *Chier, aller à la selle*. Hisp. *Cagar*.} Martialis, Ventris onus mileto (nec te puder) excipis auro: Basse bibis vitro, carius ergo cacas.

Cacatus, a, um, Excrementis fœdatus. κεχεσμένος, κεχεσμένος. Catullus, Annales Volusi cacata charta.

Cacaturio, ris, Desyderatiuum à Caco. {χεζησάω, χεζητιάω. Ital. *Hauer voglia di andar del corpo*. Gal. *Auoir faim de chier, vouloir aller à selle*. Hispa. *Auer gana de cagar*.} Martial.lib.11.in Vacer. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cacochyla, siue Cacochyma. κακόχυτα, & κακόχυμα. Dicuntur illa quæ malum succum habent: quibus contraria sunt Euchyla, εὔχυλα, & Euchyma, εὔχυμα.

Cacodæmon, {κακοδαίμων. Ital. *Spirito notturno, spirito maligno*. Gal. *Esprit malin, foullet, phantosme*. Hisp. *Fantasma que parece de noche, Angel malo*.} A' nostris Larua, aut malus genius interpretatur.

Cacoethes, Dictio tetrasyllaba neutrius generis, & pen.prod. {κακόηθες. Ital. *Cattiua creanza, mala consuetudine*. Gal. *Mauuaise nourriture, mauuaise coustume*. Hisp. *Mala costumbre*.} Mala & præpostera consuetudo. Nam κακὸν ἦθος malum, & ἔθος mos vel consuetudinem sonat. Iuuenalis pro ambitione malum, & ἔθος more vel consuetudinem sonat. Iuuenalis pro ambitione sumpsisse videtur per translationē, quæ quū semel animo insederit, non facilè amoueri potest. -tenet (inquit) insanabile multos Scribendi cacoethes. Hermolaus in Castig. Bud. in Pādect. Politianus Miscel. ca.49. ¶ Cacoethe præterea à medicis appellantur vlcera maligna, quæ quum omnia rectè atque ordine feceris, non tamen curantur: quia in ipso vlceris loco, Galeno teste, inest maligoitas, sanari ea prohibens, quum in aliis vlceribus malorū humorum influxus aliunde recipiatur.

Cacostomachos, {κακόστομαχος. Ital. *Quello che ha debole stomacho*. Gal. *Qui a mauuais estomac*. Hisp. *El que tiene estomago enfermo*.} Qui malum ac debilitatum stomachum habet, hoc est ventriculum. Os enim ventriculi, qui stomachus dicitur, pro ipso ventriculo sumi solet. Cic. ad Tironem, De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè orationes eius non probo: nus enim dandum tibi non fuit, quum κακόστομος esses.

Cacosyntheton, κακοσύνθετον. Mala, seu deformis compositio: vt apud Virgilium, Tecta fatigamus hasta.

Cacotechnia, κακοτεχνία. Ars mala interpretatur, & ad perniciem inuenta. Quintilia.lib.2.cap.20, Cacotheniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

Cacozelia, κακοζηλία. Dicitur mala & indecora affectatio, quoties insciè virtutem aliquam imitantes in vitium labimur. Veluti siquis Atticissimum affectans, ieiunus fiat & aridus: aut contrà copiæ studens, in ineptam incidat loquacitatem, Cacozeliæ genere peccare. Quintil. lib.2.cap.3.

Cacozelus, pen.prod. κακόζηλος. Ineptus imitator.

Cactos, κάκτος. Herba est, teste Plinio lib.21. cap.16, in sola Sicilia nascens, quæ caules habet è radice emissos, & in terra serpentes, quos etiam Cactos vocant. Athenæus eam esse credit, quæ Latinis Carduus, Græcis cinara vocatur.

Cacubalum, Herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis Strychnos, à Latinis verò, quòd strumis medeatur, ab effectu Strumum appellatur. Vide Plin.lib.27.cap.8.

Cacula, pen.corr. Militis seruus, fustibus, clamísque ligneis armatus ad tutelam dominorum. {Ἡ καλάνη ἀκόλουθος. Ital. *Ragazzo, seruitore, masnadiere in guerra*. Gal. *Vn gouiart d'homme de guerre*. Hispa. *Mozo ò rapaz del escudero*.} Dictus κάλον ἢ κάλαμον, hoc est à lignis quæ ferebat. Plaut. Video caculam militarem me futurum.

Cacumen, pen.prod. Summitas cuiusque rei. {κορυφή. Ital. *Cima, sommità*. Gal. *Sommet ou cocpeau de quelque chose*. Hisp. *cumbre ò alura*.} vt, Cacumina montium, cacumina arborum. Cæsar 7. Gall. Itaque truncis arborum, aut admodum firmis ramis abscissis, atque horum delibratis atq; præacutis cacuminibus, perpetuæ fossæ quinos pedes altæ ducebantur. Virg.6, Aeneid. dehinc summa cacumina linquunt.

Cacuminare, Acutum reddere. {ἀκονάω. Ital. *Far acuto, appuntare*. Gal. *Faire pointu ou agu*. Hisp. *Encumbrar, ò alçar, ò empinar*.} Ouid.3. Metamorph. Dat spatium collo, summásque cacuminat aures. De Actæone loquitur in cervum mutato.

Cacuminatus, a, um, adiectiuum. {ἀκονητός. Ital. *Acuto, pontuto*. Gal. *Agu, pointu*. Hisp. *Agudo, empinado*.} Plin.lib.10.cap.52, Auium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aquatilium rorunda, reliqua ferè fastigio cacuminata.

CACVS, κάκος. Filius fuit Vulcani, qui Latium vndiq; latrociniis & incendiis infestabat: demum Hercules quoque ex Hispania occiso Geryone, redeuntis, & apud Euandrum hospitantis boues noctu rauda traxit in antrum suum: quas quum manè diminutas cerneret Hercules, nec quorsum etrassent scire posset, fortè fortuna ad hoc antrum peruenit: sed quum vestigia omnia foras versa videret, cum reliquis abiit. Abeūtibus autem cæteris, occlusæ boues aliarum desyderio mugierunt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudem cognouit, raptaque clauа iratus recurrit, sed Cacus spelunca fretus, in eadem se abscondit, clausis foribus ingenti saxo. Quod Hercules videns, ad montis cacumen tendit, & ad extremum deiecto silice, qui antri ori summo incumbebat, intrepide desiliens, Cacum strangulauit, boúesque suas recepit, vt copiosè describit Virg.lib.8. ¶ Sunt qui affirment hunc Cacum Euandri fuisse seruum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio vastauerit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ouidius fabulatur illum tricipitem fuisse, quum inquit, Mænalio iacuit fulus tria tempora ramo Cacus, &c. Veritas tamen secundum philologos & historicos hoc habet, hunc fuisse Euandri nequissimum seruum, ac furem. Nominatus autem malum à Græcis κακὸς dici, quem ita illo tempore Arcades appellabant, postea translato accentu Cacus dictus est, vt Helene Helena. Ignem autem dictus est vomere, quòd agros igne populabatur. Hunc soror sua eiusdem nominis prodidit. Vnde etiam sacrum meruit, in quo ei per virgines Vestæ sacrificabatur. Hæc Seruius enarrans eum Virgilij locum lib. Aeneid. 1. *Hic spelunca fuit vasto submota recessu, Semihominis Caci, &c.*

Cadauer, pen.prod. Corpus mortuum, à cadendo (vt inquit Hieronymus) ab eo quòd post mortem cecident. Sic Hebræi נבלה à radice נבל, cecidit: & Græci πτῶμα παρὰ τὸ πίπτειν, cadere, deducunt. {τὸ νεκρὸν ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι τὸ πτῶμα. Ital. *Corpo morto*. Gal. *Vn corps mort, charongne*. Hisp. *Cuerpo de animal muerto*.} Cæsar 7. bel. Gall. Quid hominum millibus octoginta vno loco interfectis, propinquis, consanguineisque nostris animi fore existimatis, si penè in ipsis cadaueribus prælio decertare cogentur? ¶ Transfertur & ad alia, vt etiam de oppidis solo æquatis quandoq; dicatur. Setu. Sulp. Ciceroni, Tot oppidorum cadaueta proiecta iacent. Seruius etiam à Carendo deducit. ¶ Vinum cadauer, τὸ ψυχρὸν πῶμα. Prouerbiali figura dixit Sophocles in Antigone -ἀλλ' οὔτε τῷδε τῷ πόσει ζῶν οὔτε νῦν θανὼν ἐμοῦ γε κῆδος οὐδὲν ἔσχεν οὐδέν. id est, -hunc ego viuere Haud arbitror, viuum at cadauer iudico. In eos dicetur qui sic viuunt vt nihil dignum vita agant.

Cadaueroſus, a, um, {νεκρώδης. Ital. *Pieno di carogne*. Gal. *Pourri comme charongne, hideux*. Hisp. *Cosa semejante à cuerpo muerto*.} Quod cadaueris similitudinem habet: vt, Cadaueroſa facies, apud Terentium in Hecyra.

CADDVSII. Strab.li.11, populi sunt Mediæ, prope Albanos & Caspios.

CADENA, Regia fuit, in vrbis modum instructa in montibus Lycaoniæ, vt autor est Strabo lib.12.

CADI, orum, apud Strabonem lib. 12, Phrygiæ vrbs est: quam tamen nonnulli ad Mysiam pertinere dicunt.

Cadiſcus, Vasculum quo suffragia colliguntur. Græcè καδίσκος, diminutiuum à cadus. ¶ Est etiam Cadiscus mons Cretæ, Plin.lib.4.cap.12.

Cadmites, καδμῖτις, Gemma, quam cæruleæ interdum bullæ cingunt.

CADMEA, καδμεία, autore Plutarcho in vita Pelopidæ, Arx fuit Thebana: licet nonnunquam pro ipsa sumatur vrbe.

Cadmeus, a, um, Idem est quod Thebanus: Stat. -pudeat Camea iuuentus. ¶ Cadmea victoria, καδμεία νίκη, hoc est Thebanorum victoria: quod prouerbij vim habet, quoties significare volumus, tam magno

constitisse victoriam, vt non ita multum interfit inter victoris sortem, & victi. Trachum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasmum in Adagiis. Stephanus autor est, ipsam etiam Carthaginem olim Cadmeam fuisse appellatam.

CADMEIS, idis, pen. prod. κεκαδμεῖς, Regio est Achaiæ, è regione Eubœæ sita, quæ postea dicta est Bœotia. Autor Thucydides Belli Peloponnesiaci lib. 1.

Cadmia, κάδμεια, Corpus est metallicum: cuius duo sunt genera: alterũ, quod in riuis & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris sunt metalla: idque Cadmiam lapidosam vocat Gale. lib. 9. Simpl. Nam re vera nihil aliud est quàm pyrites æreus, ex quo excoquitur æs. Atq; hoc quidẽ cadmiæ genus etiam Plinio cognitum fuit: qui eius sic meminit lib. 34. cap. 1. Fit & æs è lapide æreo, quem vocant Cadmiam. Item cap. 10, eiusdem libri, Nanque ipse lapis, ex quo fit æs, Cadmia vocatur. ¶ Alterum est genus cadmiæ, quod in ærariis officinis inuenitur: idque rursus duplex: Nam quod ex fuligine siue fauilla, quæ ex fornace perpetuò egeritur, sensim colligitur, altioribúsque ædium partibus, in quibus æs excoquitur, adhærescit, Botrytis appellatur, quòd vuæ quandam imaginem repræsentet. Alterum in fornacibus ipsis inuenitur supra diphryges, crustæ similitudine: vnde & Placitin appellauere. Vide Gal. lib. 9. Simpl. & Agricolam de metallica.

CADMVS, κάδμος, Agenoris Phœnicũ regis filius fuit, qui à patre missus ad quærendam Europam sororem, iussúsque siné ea non reuerti, desperato reditu, Thebas in Bœotia condidit. Ab huius nomine ipsæ etiam Thebæ Cadmeę dicuntur à Cadmo conditore. Propertius. Quũ tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. Postea autem à Zetho, & Amphione regno pulsus, ad Illyrios sese contulit: vbi deorum miseratione, & ipse, & vxor in serpentes mutati sunt. Filias habuit Semelen, Agauen, Ino, & Autonoen. ¶ Ferunt Cadmum decem & sex literas è Phœnicia in Græciam detulisse, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ τ υ. His Palamedem Troiano bello quatuor adiecisse, ξ θ φ χ: & totidem post eum Simonidem Melicum, ζ η ψ ω. Aiunt quoque Cadmum historiam inuenisse, & primum prosaicam orationem instituisse. Paulò iunior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius verò hoc adscripsit Pherecydi. Fertur item inuenisse auri metalla, atque conflaturam. ¶ Est & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluuius fluit. Autor Strabo lib. 12, & Plin. lib. 5. cap. 26.

Cadmeius, a, um, per quatuor syllabas, καδμεῖος, vt Aemon Cadmeius. Stat. Theb. 8. —leuius Cadmeius Aemon Tela rotat.

Cadmeis, idis, fœm. gen. patronymicum à Cadmo, καδμηΐς. Ouid. 4. Metamorph. Aequora distringunt summis Cadmeides alis.

CADMVS, item Milesius fuit, teste Suida, Orpheo aliquantò recentior, qui de Mileti origine, & rebus Ionicis lib. 4, conscripsit. Hic primus fuisse creditur, teste Plin. lib. 5, cap. 29. qui prosam orationem scribere aggressus sit: vt iam fusius dictum est.

Cado, is, cecidi, casum, Propriè significat corruere, vel præcipitari, vel labi. ⁊πίπτω. Ital. *Cadere, morire, cascare.* Gal. *Cheoir, tomber.* Hisp. *Caer, morir y acontecer.* ⁊ Cic. in Ora. Si semel constiterit, nunquam cadet. Ponitur autem cum dativo. Plaut. in Menæ. Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus quum te pater à patria auehit? MEN. Septuennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum. Plin. lib. 16. cap. 22, Cadunt plurimis autumno. de foliis loquitur, quæ maximè illo tempore arbores amittunt. ¶ Cum præpositione Ab. Plin. lib. 16. cap. 18. de auibus, Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Cicero per aduerbium dixit, Magnum tamen periculum non adibit: alte enim cadere non potest. ¶ Cum præpositione De. Cic. de Fato, Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atq; ita perire. ¶ Cum præpositione Ex. Plin. lib. 17. cap. 10, Perfringi solum debet suprà ex Nouemb. mense in Februarium: quo solutæ, sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Habet hoc verbum multas egregias & venustas translationes, locutionésque. Terent. in Adelph. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum: Virtutes narro. CTES. meas? is y. tuas. homini ilico lachrumæ cadunt Quasi puero, gaudio. Virg. Aeglo. 1, Et iam summa procul villarum culmina fumant, Maioréque cadunt altis de montibus vmbræ. Idem, Cadit & Ripheus iustissimus: pro Occidit, moritur. ¶ Ité Cadere commodè, opportunè, optatè: pro euenire, contingere. ¶ Cadere in suspicionem, in cogitationem, in deliberationem, in offensionem, pro Incidere, venire. ¶ Cadere causa, vel à causa: pro Amittere litem. ¶ Cadere formula: pro Rem ipsam per formulas non rectè explicare. ¶ Cadere animum, cadere oculos, vultus, verba, &c. pro Frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cic. in Orat. Quòd verba melius in syllabas longiores cadunt. pro Terminant, desinunt. Idem ad Atticum, Accedit illud, si maneo & illum comitatum optimorum & clarissimorum ciuium desero, cadendum in vnius potestatem: pro Venire, redigi, poni. Tracta est metaphora à ludo talorum. Tunc enim talus fœliciter cadere dicebatur, quum in summitate Venerem, hoc est numerum septenarium ostenderet, aut etiam senionem: contrà finistrè vel infœliciter cadere dicebatur, quum vnionem, quem illi Caniculam vocabãt, in summo latere ostenderet. ¶ Hinc etiam res nobis fœliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro voto obtingit. Cic. ad Att. Nihil mihi fœlicius cadere potuit. ¶ Cadere in curru M. Tullius lib. de Clar. Orat. dixit, propter eo quod est, expetita laude frustrari. Metaphora sumpta est à publicis certaminibus pedibus aut equis currentium. ¶ Huius composita sunt, Accido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quæ habent penultimam correptam. ¶ Derivativa sunt, Casa, Caso, as, & Cusito, de quibus infrà.

Casus, us, propriè idem quod ruina, à cadendo. ⁊πτῶσις. Ital. *Caso, fortuna, ruina.* Gal. *Cheute, ruine, cas, fortune.* Hisp. *Caso y fortuna, o cayda.* ⁊ Curtius. Inopinato rhedæ casu oppressus. ¶ Interdum idem quod fortuna, vel inopinatus euentus. συμπτώματα, πάθη. Cic. de Amic. Vt si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo incideriot. ¶ Modò calamitas & infortunium. συμφορά. Virgil. 2. Aen. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. ¶ Casus temerarius à Græcis αὐτόματος dicitur: à Cicerone Temeritas. ¶ Item casus dicuntur vocabulorum formæ, quibus in aliam atque aliam cadunt effigiem. Hinc etiam veteres Caseum, antiquum dicebant, quasi iam cadentem.

Caso, sas, are, Frequenter cado: à quo fit aliud frequentatiuum Casito, as. ⁊πτοκάζω ἢ πτωχεύω πτώχευμα. Ital. *Cadere spesso.* Gal. *Cheoir souuent, cheoir par le mesme.* Hisp. *Caer muchas vezes.* ⁊ Paul. Iureconsul. de seruit. vrb. prædio. l. Seruientes, Si antea ex regula casitauerit stillicidium, postea vel ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest.

Caducus, a, um, pen. prod. Non solum momentaneum significat, quod facile cadit, sed & id quod cadere facit. ⁊πτωτικός. Ital. *Caduco, mortale, fragile.* Gal. *Caduque, corruptible, ruineux, allant en decadence.* Hisp. *Debil, que se gerauente puede caer.* ⁊ ¶ Vnde Caducus morbus, quòd correptum faciat cadere. Firmic. lib. 7. Si luna in horoscopo fuerit inuenta, stultos, lentos, fatuos & caducos efficiet. Plin. lib. 17. In drupis quoque, quæ matureſcentes tunc sunt præcipuè caducæ, id riguis magis euenit, etiam si non ceciderint, fastidiendis. ¶ Quandoque Caducus mortuus dicitur. Virgil. lib. 6. Hinc multum fleti ad superos, bellóque caduci Dardanidæ. ¶ Caduca hæreditas dicitur, quum hæredes ceciderunt, hoc est quæ legitimum hæredem non habet. ¶ Caducarij, qui huiusmodi hæreditatem accipiunt. ¶ Caducum, quod sub aliqua conditione legatum est. Iuuen. Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. ¶ Caduca auspicia veteres dicebant, quum aliquid in templo excidit, veluti de manu virgæ. ¶ Caducæ literæ γράμματα ἀνεπιτήδεια, quæ obscuriores sunt, & visum propemodum fugiunt. Plin. lib. 13. cap. 12, Scabritia leuigatur dente, conchâue, sed literæ caducæ fiunt.

Caducitet, aduerbium antiquum, teste Nonio, Idem significans quod præcipitanter, σφαλερῶς. Varro, Frigidos nimbos aqua ista caducitet ruentes pertimuerunt aquatiles querquedulæ natantes.

Cadiuus, pen. prod. Quod per se cecidit. ⁊ἐκπεπτωκώς. Ital. *Caduto da per se.* Gal. *Qui cheoit auſſeément & de luy meſmes* Hisp. *Cosa que por si se cae como fruta.* ⁊ vnde Cadiua poma dicuntur, quæ non manu collecta, sed sua sponte in terram ceciderè: & Cadiua folia, quæ per se ex arboribus cadunt. Plinius, Colligi mala post æquinoctium autumnale, cadiua separari, stramentis, storiis, paleísve sterni.

Caduceum, Mercurij virga fuisse fertur, qua ille ad dissidia & discordias tollendas vtebatur: à cadendo dicta, quòd contentiones & bella cadere faciat. ⁊κηρύκειον. Ital. *Vna verga picciola che portauano gl' ambaſciatori & mediatori di pace.* Gal. *Vne verge blanche que portoyent ceux qui alloyent ambaſſade pour la paix.* Hisp. *Vara del Embaxador.* ⁊ Nam quemadmodum per Fœciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Non immeritò itaque Mercurio qui orationis deus, & deorum nuntius habebatur, assignatum est caduceum, quòd dissidentium animi oratione præcipuè sedentur. Caduceum Aegyptij in speciem duorum draconũ, maris & fœminæ figurauerunt, qui parte media sui voluminis, nodo, quem Herculeum vocant, sibi alligantur, primísque partibus reflexi, in modum circuli oscula iungunt. Hanc virgam Apollo dicitur inuenisse, & Mercurio donauisse, lyra vicissim ab illo accepta. De draconibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem: Mercurium, quum hanc virgam manu tenens in Arcadiam proficiscereretur, duos serpentes pugnantes inuenisse, virgáque interposita dicto citius prælium diremisse. Ad cuius rei memoriam posteri caduceum duorum draconum similitudine fecerunt, qua etiam in palæstra reliquísque certaminibus tollendis vsi sunt. ¶ Hasta caduceum, δόρυ κηρύκειον. Dici solitum quoties aliquis simul & minaretur & ad concordiam inuitaret.

Caduceator, dicitur legatus qui pacem petebat: à caduceo quem manu gestabat. ⁊κήρυξ. Ital. *Ambaſciadore.* Gal. *Ambaſſadeur de paix.* Hisp. *Embaxador.* ⁊ Cato, Caduceatori nemo homo nocet. Liu. 6. bel. Pun. Asdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, &c.

Caducifer, nomen quo Mercurius vocitatus est. Quum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordem ad Atlantidum numerum instituisset, quòd Maia mater eius ex illarum numero esset: ac nõ multò pòst deprehensus fuisset ab Apolline boues suas abigere, quò facilius veniam ab eo impetraret. Apollini traditur concessisse, vt lyram à se primò inuentam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt virgam quandam Mercurio dedisse: quam quum manu tenens, in Arcadiam proficiscereturinuentos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes: quo viso, virgam interposuisse, & dicto citius prælium diremisse. Qua re conspecta, huiusmodi virgam pacis gratia creditum est esse constitutam. ¶ Vnde factum est, vt legati pacis Caduceatores dicerentur, posterique eius rei exemplo Mercurio virgam deinceps duorum draconum similitudine vbique affinxerint. Huius virgæ potestatem describit Virgilius Aeneid. 4,

Quum virgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.
Illa fretus, agit ventos, & turbida tranat Nubila.

CADVENI, Sardaniæ iurisdictionis in Caria populi, vt autor est Plinius lib. 5. cap. 29.

Cadurcum, Tentorij, siue culcitra, qua merces tegũtur: à Cadurcis Galliæ populis, vt inquit Plinius, apud quos lini præstantia palmã obtinet in culcitris. Iuuenalis, Institor hybernæ tegetis, niueíq; cadurci. Sunt qui putent esse vela illa pensilia, quæ lecto obtenduntur: aut etiam tegmen quoddam quadratum, quale est illud, sub quo principes in solennioribus pompis vehi videmus. Iuuen. —violato pœna cadurco.

CADVRCI, κάδουρκοι, Galliæ Aquitaniæ populi, Pli. li. 4. c. 19. Vulgò *Cahors.*

Cadus, ⁊κάδος. Ital. *Botte, botta.* Gal. *Vne cuue.* Hisp. *Vasija de vino.* ⁊ Vas vinarium, quo vinum conditur, vt vult Acron: cuius prima corripitur. Martialis, In Vaticanis condita musta cadis. Continet cõgios decem, vel (vt alij volunt) duodecim. Primi in Alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

CADVSII, κάδουσιοι. Asiæ populi, inter mare Caspium, & Pontum. Strabo libro 11.

CADYTIS, Vrbs Syriæ maxima, Herodoto lib. 2.

CAEI, (quod hic pro insulæ nomine corruptè legebatur) Vide CEA.

Cæcias, καικίας, Ventus qui ita flare dicitur ab Aristotele, non vt nubes propellat, sed vt ad se vocet. Flat inter Aquilonem & exortum Aequinoctialem. Plin. lib. 2. cap. 47, Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes. De hoc vide multa apud Erasm. in Adagiis.

CAECILIA, prænomine Caia, Tarquinij Prisci vxor, maximi animi mulier, &

Universidad de Sevilla Biblioteca

lier. & lanificij peritissima. quæ prius Tanaquil dicebatur. Vide Plinium lib. 8. cap. 48. & Liuium lib. 1. ab Vrbe.

Cæcilia, Genus ferventis cæci, vnde & nomen accepisse videtur. Colum. lib. 7. Est & magnorum animalium noxium virus. Nam & vipera, & cæcilia sæpe quum in pascuo bos improuidè supercubuerit, lacessita onere nocuum imprimit.

CAECILIVS Epirota, libertus Attici equitis Romani, ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium, & alios poëtas nouos prælegere cœpisse: quod etiam Domitij Marsi vesticulus indicat, Epirota cæteroquin nutricula vatum. Ex Tranquillo. Huius etiam meminit Martialis. ¶ Cæcilius Gallus, in disciplina iuris, atque legibus pop. Rom. noscendis, interpretandisque sententia, vsu auctoritateque illustris fuit tempore Gellij: cuius etiam ipse meminit: dicitque librum scripsisse de Verborum significatione, quæ ad ius ciuile pertinerent. ¶ Cæcilius item Claudius Isidorus, qui C. Asinio Gallo, & Martio Cyrino COSS. ad VI. Calend. Febr. testamento suo edixit, quanuis multa ciuili bello perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor millia CXVI. Iuga boum tria millia DC. reliquum pecoris CCIVIII milliam numerato HS. DCM. Autor Plin. lib. 33. cap. 10. ¶ Fuit & Cæcilius Calactianus, (Calactis autem ciuitas Siciliæ est) Iudæorum religionis sectator, qui Romæ docuit sub Augusto vsque ad Adrianum. Scripsit librum contra Phrygas: Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demosthenis & Ciceronis, & alia. Autor Suidas. ¶ Præter hos Cæcilius Argiuus, versificator fuit, qui scripsit de piscibus. Autor Suidas. ¶ Cæcilius item Statius, poëta Comicus, quem Cice. ad Atticum, malum Latinitatis autorem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Ennij contubernalis: quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Ennium: sepultus in Ianiculo. Autor Eusebius.

CAECINVM, καικινον Stephano, Oppidum in finibus Italiæ, inter Locros & Rheginos, à Cæcino vicino amne ita appellatum.

CAECINOS, καικινος, Fluuius in finibus Italiæ, qui Rheginum agrum à Locrensi diuidit. Plin. lib. 3. cap. 10.

Cæcubum, καικυβον Straboni. Vinum generosissimum: sic dictum à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos nascitur. Plin. lib. 4. Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Martial. lib. 13. Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

Cæcus, Oculorum vitium carens, quasi oculis captus. {τυφλός. Ital. *cieco.* Gal. *Aueugle.* Hisp. *ciego.*} ¶ Quandoque idem est quod Insidiosus, occultè malus, latens, tacitus, qui videri non potest. κεκλεμμενος. Columel. lib. 1. Ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Cicero contra Rullum. Cur hoc est tam obscurum atque cæcum? Idem de Orat. Res cæcæ, & ab aspectu iudicio remotæ. Sic Virgilius etiam Vada cæca, & Cæcos scopulos vocat: qui ita sub aquis occultantur, vt oculos fallant. ¶ Transfertur etiam ad animum: vt quum aliquem Cæcum esse auaritia, furore, amore, aut odio dicimus. Cicero pro Sextio Roscio. Ipsos cæcos reddit cupiditas, atque auaritia. ¶ Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non videmus. ¶ Vestigia quoque cæca dicuntur, quæ in obscura aut incognita via versantur. Virgil. 6. Aeneid. Cæca regens filo vestigia. ¶ Idem Locus cæcus dicitur in quo non videmus. Cæcæ fossæ, excl aditus, qui sunt obsepti. ¶ Cæcum vallum, in quo præacuti pali affixi herbis vel frondibus occultantur. ¶ Item Cæcum intestinum, quod inter ileon, & colon situm, paruo oblongóque ventri simile est: cæcum appellatū ab eo, quod ingressum exitui aduersum non acceperit, sed hos tam vicinos habeat, vt plerunq; in vnum coire, & exitu carere videatur. ¶ Vel cæco appareat, prouerbialis hyperbole frequens apud autores, de re vehementer perspicua. ¶ Cæcus cæco dux, τυφλος τυφλῳ ὁδηγος. Adagium euangelicis quoque literis celebratum. quo vti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad prouerbium M. Tullius lib. de Finib. vltimo. ¶ Cæci præscriptio, τυφλὸς παρακελευσις, dicitur absurda, quoties ipse qui præscribit, non intelligit quid dicat. Socrates apud Platonē in Theæteto. ¶ Huic prorsus simile est, Cæca speculatio, αλαυσκοπια. ¶ Neq; cæcum ducem, neque amentem consultorem, μητε τυφλὸν ὁδηγον, μητε ἀνοητον βουλευτην. Subaudiendum, adhibeas. Disce, sed à doctis. Cōsilium pete, sed à consultis. ¶ Quid cæco cum speculo? τι τυφλῳ και κατοπτρου; Citatur à Stobæo versiculus ex Epicharmo, τι γὰρ κεκτῆσθαι χρὴ τυφλῷ κατοπτρον; id est, Luminibus orbo cū speculo quid est rei? Quorsum opus est libris illitterato? quò regnū iuueni stulto? quò diuitias ei qui nesciat eti?

Cæculus, diminutiuum à Cæcus. ¶ Est & nomen proprium filij Vulcani: huius mater quum iuxta ignem sederet, forte fortuna scintilla quædam in eiusdem gremium euolauit, ex qua mulier concepit: peperitq; filium, quem postea ob oculorum paruitatem Cæculum vocauit: à quo Cæcilios ortos putant, quorum familia Romæ nobilissima fuit. Hic collecta multitudine, postquam diu latrocinatus esset, Prænestinam ciuitatem in montibus condidit: & quum ad ludos vicinos populus inuitasset, cœpit eos admonere vt secum habitarent, & pro gloria iactare se filium Vulcani: Quod quum illi non crederent, inuocato Vulcano vt se filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circundatus. Quo facto commoti omnes, simul habitauerunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hæc Seruius in illud Virgil. lib. 7. Aeneid. Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis: Vulcano genitum pecora inter agrestia regem Inuentumque focis, omnis quem credidit ætas, Cæculus, &c.

Cæcitas, atis, Tam ad corpus, quàm ad animum refertur. {τυφλοτης. Ital. *cecita, l'esser cieco.* Gal. *Cecité, aueuglement.* Hispa. *Ceguedad.*} Cicc. de Aruisp. resp. An tibi luminis obesset cæcitas plus, quam libidinis? Idem pro Dom. su. Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa.

Cæcigenus, ni, Qui cæcus natus est. {τυφλογονος. Ital. *Nato cieco.* Gal. *Aueugle né.* Hisp. *Nacido ciego.*} Lucret. lib. 2, Nam quum cæcigeni, solis qui lumina nunquam Asperere tamen, cognoscant corpora tactu.

Cæco, as, Cæcum facio. {τυφλω. Ital. *Accecare.* Gal. *Rendre ou faire aueugle.* Hisp. *cegar à otro, hazer ciego.*} Plin. de viris illustrib. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, vt sacra Herculea seruos publicos edocerent: vnde cæcatus est. Cice. 4. Philip. Sed spes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorum. Idem pro Domo sua, Argenti & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum. Cuius composita sunt Excæco, quod est valde, seu perfectè cæco. Plin. Vt quum lauator, si oculos attingat, excæcet. Obcæco, de quo infrà.

Cæcutio, is, Parum video. {ἀμαυλαύσσω. Ital. *Veder poco, esser huomo.* Gal. *Estre aueugle, ne voir gueres, ou ne voir pas clair.* Hispa. *Cegar à cegueras.*} & Cæcutiens, quasi semicæcus. Varr. Vtrum oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi seruos in armis contra dominos? Hieronymus ad Paul. Vt rarus sit, qui non earum cæcutiat lectione.

Cæculto, as, Obtusum visum habeo, & quasi cæco similis sum. {ἀμαυλαύσσω. Ital. *Veder poco, contrafare i ciechi.* Gal. *Ne voir pas fort clair, Auoir les yeux comme eblouys.* Hisp. *Contrahazer à algun ciego.*} Festus, Cæcultare est cæcos imitari. Plaut. Nūmnam mihi oculi cæcultant? ēstne hic nostet Hermio?

Cæditiæ tabernæ, Dictæ sunt à Cæditio quodam, qui eas in via Appia ædificauit.

Cædo, is, cecidi, pen. prod. cæsum, verbum actiuum. Percutio, ferio, verbero. {τυπτω, τιτυπτω, μαστιζω. Ital. *Percuotere.* Gal. *Frapper, couper, trancher, tuer.* Hisp. *ferir ò matar à hierro.*} Terent. in Andr. Verberibus te cæsum in pistrinum Daue dedam. ¶ Interdum idem quod amputo vel abscindo. Cic. 3. de Diui. Arbores simul cum luna senescentes tempestiuè cædi. Et paulo pōst, Qui robur illud cecidit, dolauit, inscripsit. ¶ Item Occido. Virg. 2. Aen. Cædantur vigiles. ¶ Ponitur quandoque pro immolare: vt apud eundem, Cædunt binas de more bidentes. ¶ Item pro frangere. Cic. 5. Verr. Cædere ianuam saxis, instare ferro. ¶ Cædi testibus, apud eundem ad Qu. Fratrem, est testium multitudine vrgeri, premi, conuinci. ¶ Huius composita sunt, Abscido, Cōcido, Circuncido, περιτεμνω. Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido, & Succido: quorum pen. producitur. ¶ At Cedo sine diphthongo, cessi præterium, & supinum cessum facit, multāque significat. {χωρεω. Ital. *Ritirarsi, dar luogo, accordarsi con alcuno.* Gal. *Se retirer, donner lieu, ceder, obeir.* Hisp. *ir, dar lugar à otro.*} Nam quandoq; Cedere significat abire, & locum victori dare. ἐκχωρω. Cice. Cui quidem exercitus nostri, imperatorésque cesserunt. ¶ Quandoque discedere, euitare atque subtrahere. Plaut. Cedamus imbri. Hinc Cedere iræ, ἐκδιδωμι & ὑπεικω, dare locum iræ, & quasi ab ira discedere. ¶ Cedere bonis, Discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditori, ἐκχωρω τῶν ὄντων. ¶ Cedere iuri, discedere à iure, ius quod habemus, alteri tradere: quod & De iure cedere, dicimus. ¶ Cedere item, Est in ius alicuius venire: vt, Cedunt mihi ea bona, id est in ius meum veniunt. ¶ Et cum accusatiuo mediante In. Hier. super Mat. Ita fiebat. vt oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in sacerdotum lucra cederet. ¶ Et cum ablatiuo, Omnia ex sententia cedunt. Io magnopere fortunatos, quibus & rectè & secus instituta feliciter cedunt. ¶ Rursus cedere ponitur pro dare. Enn. Saluere optima corpora, cedite manus vestras, meāsque accipite. ¶ Pro concedere, obsequi, non repugnare. παρεχω χωραν. Virgil. 2. Aeneid. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. ¶ Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem, Cesserit Ausonio si fors victoria Turno. ¶ Pro incidere. Plaut. Aulul. In hostem absolutus cedas. ¶ Inuenitur & Cedò imperatiuum, Die. φερε δη μοι: nec habet aliam personam, nisi tantum Cedite pluraliter, habétq; primam correptam. Terent. in Andr. Cedò, cuium puerum apposuisti hic ante ianuam? Cic. in Cato. Cedò, qui vestram Remp. tantam amisistis? id est, dic. Terent. in Phorm. posuit pro Da. Quin tu mihi argentum cedò? HOR. imò vxori tu cedò. ¶ Cedere diem, χρεοῦς τλαι γενεσθαι, inquit Vlpianus, significat incipere debere pecuniam: sicut Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. ¶ Cedere è vita, est mori. Cice. de Clar. Orat. Hortensius è vita cessit. Huius verbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ὑποφευγω. Retrocedo, Secedo, & Succedo: quæ habent penult. productam.

Cęsus, particip. à Cędo. {κεκομμενος. Ita. *Tagliato, battuto.* Gal. *Taillé, battu, tué.* Hisp. *Cosa hecha à otro, muerta.*} vt, Cæsis copiis. Cic. ad Brut. lib. 10. Cæsis victimis. Idem ad Attic. lib. 2. Cæsæ arbores, Plin. lib. 16. cap. 12.

Cæsum. Vide CAESA.

Cæsura, æ, propriè Incisura. {τομη. Ital. *Taglio.* Gal. *Coupe, taillade, incision.* Hisp. *Cortadura.*} Plin. lib. 17. Ante Calendas Martias crescit ad brumam vsque, definitque quum durescere incipit hoc signum, quod tempestiuam habet cæsuram. ¶ Cæsura item in carmine dicitur, quum in medio versus vox pronuntiātis quasi incidit, pedis alicuius principio finem dictionis terminante. Hæc quadrifariam diuiditur, alia Penthemimeris dicitur, siue semiquinaria, alia Hepthemimeris, siue Semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. ¶ Penthemimeris est, quū post duos primos pedes superans syllaba inuenitur, quæ dictionem terminet: vt, Arma virúmque cano. &, Italiam fato: habet enim ex quinq; dimidium. ¶ Hepthemimeris est, quum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans inuenitur: vt, Arma virúmque cano Troiæ. Continet enim septenarij medietatem. ¶ Trochaica est, quum post duos pedes trochæus partem orationis perficit: vt, Nil nostri miserere. ¶ Bucolica, quum post quatuor pedes syllaba superat in partem orationis desinens, & inuenitur trochæus partem orationis terminans: vt, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Cæsuratim, Significat Succinctè, breuiter, per cæsuræ cōmata. {κομματικως. Ita. *Succintamente, brieuemente.* Gal. *Succinctement, briefuement.* Hisp. *Cortando, breuemente.*} Vtitur hac voce Sidonius in Epistola quadam ad Claudianū.

Cæsim, aduerbium significat cædendo, siue per incisionem gladij. {ὡς κοπτομενοις, κατακοπας, τμηδὸν. Ita. *A pezzi, à minuto, à brano à brano, da taglio.* Gal. *Par membres.* Hisp. *Cortando, à cuchilladas, de miembro en miembro.*} sicut Punctim. ὡς παλλόμενοις, pungendo. Lin. bel. Pun. Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem. Colum. lib. 5, Maior autem pars operis in vineam ductim potius quàm cæsim facienda est, id est cum maturitate potius, quàm vno impetu. ¶ Cessim verò gemino ss, & sine diphthongo aliud significat: de quo vide infrà suo loco.

Cæsio, onis, verbale, Idem significans quod incisio. {τμησις. Ital. *Tagliatura.* Gal. *Coupure.* Hisp. *Cortadura.*} Colum. lib. 4. cap. 33. Et post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atque in pallum formata, ferè vsque

in alteram cæsionem perennat.

Cæsitium,tij,Linteolum erat purum & candidum: dictum quòd cædendo ad candorem peruenirettel quòd oras circunciſas haberet. Plaut. in Epid.Linteolum cæſitium.Ex Nonio.

Cædes,dis, Mors ferro, aut alia vi illata, præſertim ab eo qui occidere, aut ferire volebat. {φόνος.Ital.*Vccisione,morte violenta.* Gal.*Meurtre, tuerie.* Hiſp.*Muerte con fuerça, ò matança à hierro.*} Cice.in Bruto, Nam quum in ſylua ita facta ſua cædes eſſet. Ouid.8. Metamorph. -modo vulnera fratrum. Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago. Plin.lib.14. cap.13, Inuenimus inter exempla Mecenij vxorem, quòd vinum biberet è dolio, interfectam fuiſſe à matito, eúmque cædis à Romulo abſolutum. ¶Inde dicimus aliquem commiſiſſe cædem. ¶Huius diminutiuum eſt Cædicula.

Cæduus,adiectiuum, κοπτὸς, vt Cædua ſylua quæ ſcilicet teligioſa non eſt,ſed quoties opus eſt,ad ignis vel ædificiorum vſum cæditur. {κοπτὸν ξύλον,λαξευτὸν,λατόμητον.Ital.*Bosco da tagliare.* Gal. *Taillis.* Hiſp.*Bosque que ſe corta ò puede cortar.*} Plin.lib.13. cap.4, Cæduæ palmarum ſyluæ. ¶Contrà Incidua ſylua dicitur,quæ non cæditur.

Cælatura,Vide CAELO.

Cælebs, generis communis, Vir ſine vxore, aut mulier ſine marito viuens. {ἄγαμος.Ital.*Huomo ouer donna non maritati.* Gal.*Qui n'eſt point marié ſans femme.* Hiſp.*Varon ſoltero ò muger ſoltera.*} Dictus cælebs (vt inquit Hieronymus) quòd cælo dignam vitam agat, qui coitu careat. Auguſt.Cælebs qui non habet vxorem, vel quæ non habet maritum: qualia ſunt numina in cælo, quæ abſq; coniuge ſunt, ſi agapetas non attendamus.Hi accipiunt Cælibes non tam pro vxore carentibus, quã pro caſtis & omni venere abſtinentibus. Sed proprié dicitur Cælebs, qui vxorem non habet,etiam ſi concubinas habeat.Nam Cælebs & Maritus contraria ſunt.Matti.li.12, Corrũpis ſine talione cælebs.Hoc eſt corrũpis alienas vxores,quum ipſe viuas in cælibatu,nec habeas vxorem,quam illi viciſſim poſſint corrumpere.Quint. Nam clarus,an obſcurus:magiſtratus,an priuatus:ciuis,an peregrinus: liber, an ſeruus: maritus,an cælebs:parens liberorum,an orbus ſit. Cic. de Legib. Cælibes eſſe prohibento.Inde dicimus Torum cælibem, & vitam cælibẽ, actam in cælibatu.Ouid.Quæ ſi non fuerat,cælebs te vita deceret.

Cælibatus,us,Pro vita,quæ agitur ſine vxore.{ἀγαμία Ital. *Lo ſtato di caſtità ò di non eſſer maritato.* Gal.*Eſtat d'vn homme non marié.* Hiſp.*Soltura de no ſer caſado.*} Mart.Conſtituit Mercurius pellere cælibatum. Sueton. Verùm amiſſa vxore Lepida,duobúſque ex ea liberis,manſit in cælibatu.

CAELESTINI,Populi Vmbriæ ſunt,qui à Plin.lib.3. cap.14,in ſexta Italiæ regione collocantur.

Cælla,potus genus ex frugibus confecti: cuius meminit Plinius libro 22.cap.25.

Cælibaris haſta dicebatur,qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occiſi ſteriſſet, vt ſicut illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris,ſic cum viro noua nupta eſſet copulata. Feſtus.

CAELIVS,Mons vrbis Romæ ex ſeptem: à Cælio Vibeno nobiliſſimo duce Tuſco dictus: quòd Romulo aduerſus Latinum regem cum auxiliaribus venerit: à quo Cælimontia, aut Cælimontana porta.Hunc montem Tullius Hoſtilius vrbi addidit,ibique ipſe habitauit,quò frequentius habitaretur,vt inquit Liuius.In eo habitauit Ennius poëta. ¶Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

CAELIVM,Oppidum Calabriæ,non procul à Brunduſio, apud Plinium lib.3,cap.11.

CAELIVS,Orator acerrimo ingenio fuit, diſcipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintiliani elogium.Longiore illum vita,& meliore mente dignum fuiſſe.Hic poſtea ab Atratino quodam accuſatus,quòd cum Catilina conſpiraſſet in perniciem Reip. quódq; aurum à Clodia Clodij ſorore extorſiſſet,eique venenum propinaſſet, defenſus eſt à Ciceronе elegantiſſima illa Oratione,quæ hodie quoque habetur in manibus. ¶Alius fuit Cælius Pontius,Prætor vrbanus,cui ius dicenti, quũ picus capiti eius inſediſſet,ab Aruſpice reſponſum eſt,dimiſſa aue,hoſtium victoriam fore:occiſa;Reipublicæ:eum tamen interiturum, qui eam occidiſſet:intrepidè tamen auem occidit:vnde non ita multò póſt cum quadraginta ſuæ familiæ hominibus eſt interfectus.

Cælo,as,ſculpo.{γλύφω Ital. *Scolpire,intagliare.* Gal.*Graver,ou eſtoffer.* Hiſpa. *Labrar de buril ò ſiuzel,ſiuzelar.*} Cic.1.de Diuinat.Hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento,& noſter expreſſit Archias verſibus.Virg. Cælatáq; in auro Fortuna facta virũm. ¶A' quo Cælata vaſa dicuntur,quæ veteres Aneæſa vocabant,quòd circuncidendo fiant:& Cælum γλυπτήριον, ipſum inſtrumentum, quo quippiam cælatur. Plin. lib.33, conſtruxit hoc verbum inſtar eorum,quæ pretium ſignant.L.Craſſus,inquit,orator duos ſcyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertiis centum:confeſſus eſt tamen,nunquam ſe his vti propter verecundiam auſum.

Cælatura, Ars eſt cælandi, aut ipſa ſcalptura & inciſio. {γλυφή Ital.*Intagliamento,l'arte di tal lauore.* Gal.*Grauure ou eſtoffeure, meſtier de graver.* Hiſp. *Obra de ſiuzel ò la arte de ſiuzelar.*} Plin.lib.19. cap 4. Supérque piſtrinarum operibus, & cælaturis viuere. Idem lib.35. cap.12, Qui plaſticen marrem ſtatuariæ,ſculpturæque,& cælaturæ eſſe dixit.

Cælator,oris.{γλυπτὴς.Ital.*Scultore,intagliatore.* Gal. *Graueur ou eſtoffeur.* Hiſ. *El que labra de ſiuzel.*} Quintil.lib.2.cap.4, Cælator cælum deſyderat,& pictor penicilla. ¶Argenti cælatores.Plin.lib.34.cap.8.

Cælamen,inis,Idem quod cælatura. γλυφή. Ouid.13. Metamor. -neque enim clypei cælamina nouit Oceanum, & terras, cũmque alto ſydere cælo.

Cællo,cælliis,diphthongo,& gemino ll. ſcriptum,Verbum antiquum,& quo ſolùm in cõpoſitis vtimur, ſignificat percutio,aut frango. πταίω, πταίω. Præteritum facit Cecidi, vel culſi, & ſupinum Culſum. ¶Hinc fiunt compoſita Percællo, Procællo, & Recællo. Quorum ſignificata vide ſuis locis.

CAELOS,Thraciæ pontus apud Plin.lib.4.cap.11.

Cælum,Inſtrumentum,quo vtuntur argentarij, dum vaſa ſculpunt, aut quo ſculptores, aut ſtatuarij vtuntur in ligneis, aut lapideis ſimulachris ſcalpẽdis. {γλυπτήριον,γλυφεῖον Ital.*Scalpello.* Gal. *Burin ou autre inſtrument a graver.* Hiſp.*Siuzel ò buril.*} Vnde eſt illud,Cælo fabricata Myronis.

Cælum,{οὐρανὸς.Ital.& Hiſp.*Cielo.* Gal.*Le ciel,les cieux.*} Vno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ eſt ſupra elementum ignis, quam philoſophi Aethera appellant: ita dictum à celando, hoc eſt occultando: quòd inferiora omnia celet, & regat: ſiue à ſtellarum imagine quæ in eo quodammodo cælatæ apparent. Ambroſius lib. Hexam. Cælum, quòd impreſſa ſtellarum lumina habeat,quaſi Cælatum appellatur: ſicut argentum, quod ignis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Varro Cælum,quaſi κοῖλον,hoc eſt cauum, dictum putat: & ſic per æ, diphthongum ſcribendum videretur. Cic. pro Pomp. Pompeium omnes,ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum,ſed de cælo lapſum intuentur. ¶In cælum ferre vel tollere,Eſt ſummis honoribus afficere.κορυφοῦν. Cic.Attic.lib.3,Salaminij nos in cælum decretis ſuis ſuſtulerunt. ¶De cælo detrahere, Eſt de ſummo honoris gradu deturbari. Cice.6. Philip.Collegam de cælo detraxiſti. ¶Philoſophi, decem cælos eſſe dixerunt, quorum ſeptem à planetis appellauere:octauum, ſydereum, ſeu ſtellatum:nonum verò, quum neſcirent cuius conditionis eſſet,vocauerunt cælum aqueum.cryſtallinúmve, non à frigiditate, ſed tranſparentia,quòd per illud ſydera appareant,& pelluceant. Decimum ſo cum ſibi vendicat cælum illud, quod vltimum philoſophi putantes,Primum mobile vocauerunt. Vndecimum cælum beatorum ſedes, ab Ethnicis philoſophis ignoratum, quod ideirco Theologi Empyreum vocauerunt,non quòd calore, ſed ſplendore & claritate cæteris antecellat. ¶Sunt igitur vndecim cæli,ſcilicet cælum empyreum, primum mobile, cælum cryſtallinum, cælum ſtellarum, cælum Saturni, cælum Iouis,cælum Martis,cælum Solis, cælum Veneris, cælum Mercurij,& cælum Lunæ.Hæc fuſius tractantur in lib.de Cælo ab Ariſtotele.Cic.4. Tuſcul.Cælum hoc in quo nubes,imbres,ventique coguntur,quod & humidum, & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ. ¶De cælo ici, eſt fulmine affari.Cice. lib.2.de Diuin. Summanus de cælo ictus. ¶De cælo ſeruare,Eſt cæli ſtatu obſeruato, auſpiciis obnuntiare.Auſpicia enim non niſi ſereno cælo,rata erant:contrà fulmine aut pluuia turbabantur.Cic.in Vatinium, Quòd eo die ſcires de cælo eſſe ſeruatum. Idem Attico lib.2, Milo proſcripſit ſe per omnes dies comitiales de cælo ſeruaturum. ¶Plin.lib.11.cap.37,cælum capitis,cranium videtur appellaſſe,eo quòd caput totum eo tegatur,vt inferiora hęc cælo:Hoc (inquit) eſt viſcerum excelſiſſimum, proximúmque cælo capitis, hoc carne,ſine cruore,ſine ſordibus. ¶Interdum Cælum ſumitur pro aëre. Virgil.1.Aeneid.Matia ac terras,cælúmq; profundum. Idem Georg.1, -& varium cæli prædicere morem. Vbi Seruius Cæli,id eſt aëris.Lucret.In hoc cælo qui dicitur Aër.Plin.lib.2, Et hoc Cælum appellauere maiores,quod alio nomine Aëra.Hinc grandines ſunt,& pruinæ,imbres, procellæ, turbines ventorum. ¶Cælum οὐρανὸν antiquiſſimum deorum fingunt Poëtæ,qui Terra ſorore in matrimonium ducta, Saturnum, Batillum, Dogana, & Atlanta genuit. A' cuius nomine formoſiſſimum ſupremum corpus Cælum dicunt fuiſſe appellatum. ¶A' cælo ad terram,ἀπὸ οὐρανοῦ μέχρι γῆς. Prouerbialis figura,perinde valent ac ſi dicas,quacunq; de re,ab extremo initio vſq; ad ſupremum finem. Plaut. in Perſa. ¶Neque cælum, neque terram, attingit, Οὔτε γῆν, οὔτε οὐρανὸν ἅπτεται. De re vehementer abſurda atque aliena, quæque nulla vicinitate pertineat ad id de quo agitur:Lucian.in Pſeudomante. ¶Cælum digito attingere, prouerbiali hyperbole dicuntur qui longè ſupra mortalium conditionem,ac diis proximi eſſe videntur: Cice. ad Attic. lib.2. ¶In cælo eſſe aliquem,prouerbiali hyperbole dicimus, qui eſt ſupra modum fortunatus ac glorioſus.Cic. ad Attic.lib.2. ¶In cælum expuis,εἰς οὐρανὸν πτύεις. id eſt, Facis quod in tuum ipſius recidat caput. Aut,obloqueris iis qui facilè poſſint lædere. ¶In cælũ iacularis, εἰς τὸν οὐρανὸν τοξεύεις.Eſt apud Zenodotum & Suidam,de iis qui fruſtra laborant:aut qui audent eos laceſſere,quos non poſſunt lædere.nihil enim ferire poteſt qui in cælum ſagittam torquet,niſi quòd deos videtur petere. ¶Cælo ac terræ loqui prouerbij ſpecie dicuntur,qui fruſtra vociferantur.Sic enim ſolent,qui diffidunt hominum preſidiis, exclamare, ô cælum,ô terra.Theognetus apud Athæneum. ¶Mare cælo miſcere. Prouerbialis hyperbole, pro eo quod eſt, omnia perturbare, nihilque non facere.T.Liuius,Quid eſt quòd cælo terram,terræ cælũ miſceant? Lucian. in Dialogo Promethei & Mercurij. ¶Cælum territat.Prouerbialis hyperbole apud Virgil. -& cælum territat armis. Conuenit in minaces & feroces, Thraſonéſque magniloquos. ¶Toto cælo errare, prouerbium eſt,in eos qui vehementer aberrant.quod vſurpat Macrobius Saturnal.lib.3. ¶Adhuc cælum voluitur. Prouerbium quo vti licebit,quoties ſignificabimus adhuc ſupereſſe ſpem, & nondum omne tempus,quod melioris fortunæ ſolet occaſionem adducere, exactum eſſe.Theocr.in Charitib.Οὔπω μᾶνες, ἄνερ ἔπραμε' ἐρχομένοιο,οὐδ' ἐνάωρες.id eſt, Nondum deſeſſus prouoluere deſiit æther Menſes atq; annos.Quod enim vnus annus negat, alter vitro defert.

Cæleſtis,ſte,Diuus,diminus,è cælo exiſtens.{οὐράνιος.Ital.*Celeſte.* Gal.*Celeſte,de l'air,du ciel,diuin.* Hiſp.*Celeſtial.*} Virgil.1.Aen. Tantæne animis cæleſtibus iræ? Liu.4.ab Vrbe, Siccitate eo anno plurimum laboratum eſt:nec cæleſtes modò defuerunt aquæ,ſed terra quoque ingenito humore egens. ¶Cæleſtes etiam ſubſtantiuè dicimus pro cælitibus, & diis ſuperis.Cice.6.Philip.Quid eſt, quod de voluntate cæleſtium dubitare poſſimus? Idem 2.Offic.Hercules,quem hominum fama beneficiorum memor in cæleſtium concilio collocauit.

Cælicola,Qui vel quæ cælum habitat. {οὐράνιον.Ital.*Habitatore del cielo.* Gal. *Celeſte,qui habite au ciel.* Hiſp.*Morador del cielo.*} Virgil.2.Aeneid. Me ſi cælicolæ voluiſſent ducere vitam.

Cælicus,a,um,οὐράνιος.Idem eſt quod Cæleſte:vt,Cælica regna.

Cælifer, Athlantis epitheton eſt, quem poëtæ ob inſignem Aſtrologiæ peritiam finxerunt ſuſtinere cælum. οὐρανοφόρος.Virg.6.Aen. -vbi cælifer Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Cælites,cælitum,penult.corr.Dij cæleſtes, qui cælum inhabitant. {θεοὶ οὐράνιοι. Ital.*Dei celeſti.* Gal.*Celeſtes,habitans au Ciel.* Hiſp.*Los dioſes ò ſanctos del cielo.*} Cælum autẽ appellabant veteres,illam mundi partẽ,quam nos Aetheram,ſiue Aethereum mundum vocamus:hoc eſt omne illud,quod eſt ſupra elementum ignis.Vnde Solem & Lunam,& cæteros planetas inter deos cæleſtes numerabant. Cic.2.de Diuin.Ego deũm genus eſſe ſemper dixi.& dicam cælitum.Idem in Som.Scipion.Et grates, inquit,tibi ag-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Sevilla Biblioteca

rage Somne Sol, vobisque reliqui cælites. ¶ Legitur & apud Ouidi. 5. de Fasto, singulare Cælite: Quale tamen potui de cælite, Binte, secreui Vestæ, procul positus carmen in ora dedi. Vbi vocat Augustum Cælitem.

Cælitus, pen. cor. aduerb. Significat è cælo: sicut Diuinitus, à Deo. ἐξουρανίως. Hieronymus, Tandem cælitus inspiratus præcisam morsu linguam in efcalaatis se faciem expuit.

Cæmentum, ξυλλίς. Ital. *Pietre & simile materia da murare.* Gal. *Moellon, bocaille.* Hisp. *Cimento o pared de piedra mampuesta.* ‡ à Cædo, vt quidam putat. Sunt enim Cæmenta, omnis rudior materia, qua ædificia consurgunt: quales sunt rudes lapides nulla arte ad ædificiũ accommodati aut politi, sed quales inueniũtur temerè congesti. Fodinas quoq; rustici Campaniæ Cæmentarias appellãt. Liuius, Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Colu. lib. 9. Sub porticibus quadratæ hæc cæmentis, vel etiam latereculis extruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipso opere, id est ædificio, quod structo lapide erigitur. Plinius, Pallidus lapis in cæmento raro vtilis: licet enim contra iniurias fortis, ad structuram tamen infidelis est. ¶ Interpres vtitur in Bibliis pro calce, aqua, fabulóq; fermentata. Habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.

Cæmentarij, χαλικοδόμοι. Dicuntur Cæmentorum, hoc est ædificiorũ, quæ ex lapidibus sunt, structores, quos Fabros murarios appellant.

Cæmentitius, a. um. Quod ex cæmento est. ξυλλιδῶδες. Ital. *Fatto de rotame di calce.* Gal. *Fait de moelon.* Hisp. *Cosa edificada de tal manera.* ‡ vt, Parietes cæmentitij. Vitru. lib. 2. cap. 8. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ.

CAENE, καινὴ Ptolemæo, Sinus Laconici oppidum, non procul à Tænaro promontorio. ¶ Hinc Cænites portus apud Plin. lib. 4. & Cæneus Iupiter dictus est. Ouid. Victos ab Oechalia Cæneo sacra parabat Vota Ioui. ¶ Cæne item parua quædam insula in mari Siculo in Africam versa, cui vicina est Gaulos & Melite, Plinio scribitur lib. 3. cap. 8.

CAENEVM, *vulgo*, Promontorium est Euboææ ad Septentrionem, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

CAENEVS, Elati filius, à prima ætate puella fuit forma venustissima, adeò vt Neptunus illius forma tractus, cum ea concubuerit: in mercedem autem cocubitus petiit illa vt in virum mutaretur, & esset inuulnerabilis: quod factũ est. ¶ Vnde locus factus prouerbio, inuulnerabilis es, vt Cæneus, ἀτρωτότερος ἢ Καινέως. de iis qui lædi non possunt. Cæterùm quum postea Cæneus superbia elatus contemptis diis, juberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam iurare. Iupiter illius superbiam vltus est. Nam pugnans cum Centauris, quum ferro violari non posset, tanta arborum mole oppressus est, vt viuus sub terram detruderetur, atque hoc modo interiit. Post mortem autem in auem mutatum dicit Ouid. lib. 12. Metamorph. -salue Maxime vir quondam, sed auis nunc vnica Cæneu. Virg. verò lib. 6. Aen. post mortem in sexum rediisse dicit, It comes & iuuenis quondã, nunc fœmina Cæneus, Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

CAENICA, Thraciæ regio. Plinio autore lib. 4. cap. 11.

CAENINA, à Plinio inter Latij oppida nominatur, lib. 3. cap. 5. Hinc Caninenses populi, à Romulo victi, vt est videre apud Liu. lib. 1. ab Vrbe.

CAENIS, (vt fabulatur Ouid. lib. 12. Metam.) Thessalica puella fuit, quæ à Neptuno compressa, ab eo muneris loco impetrauit vt in virum trãsformaretur, nullisque vnquam vulneribus posset sauciari. Mutato itaq; sexu etiam nomen mutauit, & ex Cænide factus est Cæneus. Hic in prælio Lapitharum, quum nullo teli genere lædi posset, congesta arborum mole, obrutus est, & in Cænidem auem transformatus.

CAENITES. pen. prod. Achaiæ portus fuit, non procul à Saronico sinu, querno nemore exornato. Plin. lib. 4. cap. 5.

CAENYS, καινὺς, Italiæ promontorium est, quod aduersum habet Pelorum in Sicilia. XII. stadiorum interuallo. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Cæpe, gen. neut. & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: vnde & prima vocalis diphthongum accepit. ξρόμμυον. Ital. *Cipolla.* Gal. *Oignon.* Hisp. *Cebolla.* ‡ Plin. lib. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis separatim semen cæpe causa seritur, separatim cæpe seminis. ¶ Dicitur & Cæpa, cæpe Ouid. 4. Fast. Cædenda est hortis eruta cæpa meis. ¶ Cæparũ plura sunt genera, nobilissima Ascalonia, ab Ascalone oppido Iudææ, Nam vt refert Strabo lib. 16, Ascalonitensium regio præcipuè fert cæpas. Columella, Pompeiam vel Ascaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cæpa oculos mordet, vnde à Græcis nomen impositũ κρόμμυον, quasi pupillam oculi cõprimi cogeret, sicut scribit Aristoteles in Problematibus. Vnde Lachrymosa dicitur à Columella. ¶ Cæpas edere aut olfacere, κρόμμυα ἐσθίειν. dicebantur ioco prouerbiali, qui lacrymari viderentur. Ductum est hinc prouerbium, quòd cæparum odor vt est acris, consueuerit lacrymas oculis excutere. ¶ Quis vsus cæpis putidis? τὸ χρεῖα πυθομένῳ κρόμμυα. De rebus aut etiam hominibus reiiculis, & quorum vsus nusquam est vsus. Etenim quum cæpe sit herba per se vilissima, simul atque computruit, nihil esse potest abiectius.

Cæpula, diminutiuum à Cæpa. Pallad. Hoc mense cæpulas seris.

Cæpitius, a, um, & Cæpitium substantiuum, Secundum Priscianum, pro eo quod est ex genere cæparum.

Cæpetum, pen. prod. κρόμμυον. Gell. lib. 20. cap. 7. Cæpetum reuirescit, & congerminat decedente luna. Quo loco legitur & cæpitium, id est, teste Prisciano, cepe.

Cæpina pen. prod. est locus cæpis consitus, vel ipsarũ cæparũ vno in loco consitarum multitudo. ‡ ὁ κρομμύων, κρομμύων πλῆθος. Ital. *Luoco seminato de cipolle.* Gal. *Le lieu ou croissent les oignons, oignonniere, cives, ciuots, ognons.* Hisp. *Cebollino, ò simiente de cebolla.* ‡ Columel. lib. 11. cap. 3. Cæpina magis frequenter subactam postulat terram, quàm altius conuersam. Et paulò pòst, Sed Cæpina vel sæpius, certè non minus debet quàm quater sarriri.

CAERITORI, Hispaniæ citerioris populi sunt. Plin. lib. 4. cap. 20.

Cæta, & eius derivata, vide CERA.

CAERE, χαιρὴ Stephano, neutro genere, & indeclinabile, Vrbis insignis nomen in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quondã Agyllam nominatam, & à Pelasgis è Thessalia profectis conditam fecunt. Deinde verò Lydis, quos postea Tyrrhenos nominauerunt, aduersus Agyllinos bellum gerentibus, quum quidam murum subiens, vrbis eius nomen percõtatus fuisset, eique à Thessalo quodã de muro χαῖρε responsum esset, eo veluti omine à Tuscis accepto, captam postea vrbem, mutato priori nomine, Cære vocauere. Verum tam splendidæ, tamque glorioſe ciuitatis, Strabo li. 5, asserit, vix vlla sua ætate extitisse vestigia. & solo vicinorum balneorum nomine, quæ Cæretena dicebantur, fuisse celebratam. Festus, Cæremoniarum causam aliqui ab oppido Cære dictam existimant. ¶ Declinatur & Cæres, itis. pen. obliquorum correpta. Virg. Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. ¶ Legitur & ablatiuus Cærete, penul. prod. tanquam à nominatiuo Cæres, etis. Virgil. 10. Aeneid. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in armis. Quanquam non desunt, qui Cærete ibi adiectiuum esse contendant. ¶ Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatæ sunt, in quas Censores referri iubebant quos notæ causa suffragiis priuabant. Nam Vrbe à Gallis capta, quum Cæretani eos qui vnà cum sacris æternóque Vestæ igne ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent, Romani deinde restituta in statum meliorem vrbe, satis malignam illis gratiam retulerunt. Nam ciuitate quidem eos donauerunt, suffragij autem ius eis non concesserunt. Hinc factum est, vt quum aliquem ignominia & contumelia dignum volumus significare, Cærite cerã eũ dignum esse dicamus.

Cæremoniæ, pen. cor. ἱερουργίαι καὶ θεῶν. Ital. *Cerimonie.* Gal. *Cerimonies.* Hisp. *Las ceremonias.* ‡ vel ab oppido Cære, vel à carendo dictę sunt. Nam Vrbe à Gallis capta, quum Vestales virgines simulachra deorum ex hostibus erepta traduceret, in oppidum Cære potissimũ conuenere, vbi benignè fuerunt hospitio susceptæ, donec à Gallis ciuitas per Camillũ liberata fuit. In cuius beneficij memoriam Romani præstiterunt, vt omnis diuinus cultus Cęremoniæ à Cęre diceretur. Liu. lib. 5. scribit. L. Albinum de plebe virum, virgines sacerdotes, sacrãq; plaustro Cære inuenisse: vnde Cæremoniis sit enarũ nomen. Macrob. lib. 2. cap. 3. innuit Cæremonias à carendo dictas. Seruius Sulpitius (inquit) Religionem esse dictã tradidit, quæ propter sanctitatẽ aliquam remota & sepolita à nobis sit, quasi à relinquendo dicta, vt à carendo Cęremonia. In quo exemplo illud notandum est, dici etiam Cæremonia in singulari. Cęsar 7. bell. Gall. Quod more eorum grauissima cæremonia continetur.

Cærere, vide CAERE.

CAERETVM, Vmbriæ oppidum inter Spoletum ac Nursiam, à quo Cærerani appellantur, totum orbem vano quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quam causam ferè continuè peregrinantur, familia atque vxoribus domi relictis.

Cæruleus, a. um. Quod cæli puri, & nubibus vacui colorem imitatur quasi cæluleus. κυανοῦς. Ital. *Color verdaue ò d'azzuro.* Gal. *De couleur bleuë comme le ciel.* Hisp. *Color verde ò azul escuro.* ‡ Vnde & mare, quòd à cælo colorem suum accipit, propriè Cæruleum dicimus. Virg. 12. Aeneid. Fontésque fluuiósque voco, quæq; ætheris alti Religio, & quæ cæruleo sunt numina ponto. Sic etiam Cic. lib. 1. de Natu. deor. Neptuni oculos dixit esse cæruleos, ad maris nimirum colorem respiciens.

Cærulus, a, um, penul. corr. Idem est quod Cæruleus. γλαυκὸς. Catullus, Cærula verrentes abiegnis æquora palmis. Et apud Virg. lib. 10. Aen. Freta cærula.

Cærulum, substantiuum, seu potius in plurali numero Cærula, pro mari frequentissimè accipitur apud poëtas. Virg. 3. Aenei. Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.

Cæruleum, Arenæ genus est, quæ in auri atque argenti metallis nascitur pictorum vsui: cuius tria sunt genera, Aegyptiũ, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. lib. 34. cap. 12. & 13.

Cæsa, quæ & incisa vocantur, sunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα vocant: differũntque à membris, quæ κῶλα. Membrum enim est pars periodi ex pluribus verbis absolutè aliquid significans, hoc modo, Et si vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipiẽtem. Cæsum autem pars orationis ex duobus aut pluribus verbis nõdum quicquam absolutè significans, hoc modo, Et si vereor, iudices, ne turpe sit. Cæsa oratio dicitur quum non efficiuntur membra ex connexione verborum, sed singula verba aliquid significantia proferũtur, hoc modo, Quis est ille Gellius? Armiger Catilinæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori. ¶ Veteres etiam Cæsa vocabant, quæ postea Gæsa dicta sunt: quæ erant tela Gallis peculiaria, sicuti Romanis pila, & Macedonibus sarissæ. Varro, Qui gladiis cincti sine scutis, cum binis cæsis essent.

CAESAR, καῖσαρ, Cognomen Iuliorum est. Ille enim qui primus Cæsaris nomen adeptus est, ab eo dictus fertur, quòd cæso matris vtero fuerit natus. Vel ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Maurorum Cæsar appellatur. Vel quòd oculis cæsiis, hoc est glaucis fuerit. Vel à Cæsarie, cum qua natus proditur. Iulius autem Cæsar, à quo familia Cæsarum postea protogata est, non est natus cæso vtero materno, qui matrem Aureliam habuit, quam amisit quum in Gallia bellum gereret: cuius etiam patet Cæsar est nuncupatus, qui Prætura functus Pisis obiit. Hic Iulius Cæsar omnem Galliam quæ à saltu Pyrenæo, alpibúsque, & monte Gebenna fluminibúsque Rhodano & Rheno continetur, nouem annis in prouinciæ formam redegit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Agressus est & Britannos, ignotos antea, superatísque pecunias & obsides imperauit. Deinde quum obtinere non potuisset vt sui absentis in Consularibus comitiis ratio haberetur, arma in patriam conuertit: neminéque repugnante Galliam Cisalpinam, Picenum, Vmbriam, & Hetruriam occupauit: Pompeiúmque Italia expulit. Post hæc in Hispaniam transgressus validissimas Pompeij copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superauit. Pompeium funestissimo in campis Phatsalicis prælio superauit. Ptolemæum in Aegypto subegit. In Africa deuicit Scipionem & Iubam: in Hispania liberos Pompeij. Triumphauit quinquies: primùm de Gallis, postea de Alexandria, deinde de Ponto, & Africa, & de Hispania. Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos: de quibus Suetonius. ¶ Cæsares præterea duo alij fuerunt, Caius, & Lucius: quorum Caius Poëta Tragicus fuit, & Orator, (vt testatur Pædianus) frater vterinus Catulli Oratoris: cuius & Cicero

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic meminit in Bruto, C. Cæsar, L. F. & superioribus, & æqualibus suis omnibus præstitit, oratórque fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo vnquã vrbanitate, nemo lepóre, nemo suauitate cõditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdem Tragœdiis lenitas eius siue nervis perspici potest. Hactenus Cicero. ¶ Lucius verò, huius frater, Prætor, & Consul fuit: ambo Syllam sequuti, iussu Marij interfecti sunt, quo tẽpore item M. Antonius Orator, Crassi æqualis, simili fato periit. ¶ Cæsar præterea alius fuit, prænomine Lucius, M. Antonij Triumuiri auũculus, Pompeianarum partium, missus vtrinque aliquoties Orator de pace: Postremò inter proscriptos ab Octauio relatus est, & interfectus: in cuius locum obtinuit Antonius, vt M. Cicero item proscriberetur. Vide Plutar. in Augusto, Cicerone, & Antonio.

CAESAREA, penul. prod. καισάρεια Stephano, Vrbs Palæstinæ in littore Maris magni, quæ turris Stratonis vocabatur: sed postea ab Herode in honorem Cæsaris nobilius ædificata, Cæsarea est appellata: in qua idẽ Herodes in honorem Cæsaris magnificam domũ albo marmore constructit. Vbi nepos eius Herodes ab Angelo percussus, eò quòd non dedisset honorem Deo, cõsumptus à vermibus expirauit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus est. ¶ Altera Cæsarea Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæsaris ad radices montis Libani ædificata, vbi duo fontes, Ior scilicet, & Dan oriuntur. ¶ Tertia Cappadociæ, sic à Tiberio nominata, pulso Archelao, quum antè Maza diceretur. Autor Eusebius. ¶ Quarta Mauritaniæ, nobili portu insignis, antè Iol vocitata: quam quum Iuba Ptolemæi pater muniret, Cæsareã appellauit, Autor Strabo lib. 17.

CAESARAVGVSTA, καισαραυγοῦστα, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis: quam Strabo Augustam Cæsaream nominat: antea Numantia dicta, teste Pomponio. Vulgus Hispanorum *Saragossam* vocat.

Cæsareus, a, um: vt Domus Cæsarea. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. Vultus Cæsarei. Idem 2. de Ponto, eleg. 8.

Cæsarianus, a, um, Cicc. ad Atti. lib. 16, Facilè me ille esset assequutus: aiunt enim eum Cæsariana vti celeritate.

Cæsaries, riei, Coma. A' crebra cæsione: ideóque propriè virorum est. ξυρὰ κόμη. Ital. *Zazzera*. Gal. *Perruque*. Hisp. *Cabelladura*. } Plaut in Mil. Vide cæsaries quàm decet. ¶ Cæsaries promissa, id est longa, apud Liu. bel. Pun. 8. ¶ Vnde Cæsariati, comati dicuntur. Plaut. in Mil. Qui miles admutilatur cæsariatus.

CAESARIENSES, Ioniæ populi, in Ephesiorum conuentu. Plin. lib. 5. cap. 29, Ephesum verò, alterum Asiæ lumen, remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani.

CAESARIENSIS MAVRITANIA, Vide infrà in dictione MAVRITANIA.

CAESARIVM, Aegypti emporium est, & secessus quidam. Strabo lib. 17.

CAESAROBRICENSES, Lusitanicæ Hispaniæ populi, apud Plin. cap. 22. lib. 4.

CAESENNA, Vrbs Flaminiæ prouinciæ, à cædendo, quòd exiguo amne cæsa, id est diuisa sit: vel quòd ager eius duobus fluminibus, Sapi, & Rubicone sit diuisus. ¶ Hinc Cæsennates dicti sunt, Cæsennam habitantes: & Cæsennaria vina, quæ inter generosa numerabantur. Vulgò *Cesena*.

Cæsion, Cæsim, Vide CAEDO.

Cæsius color, Oculorum proprius est, quem & Felineum à felium oculis nonnulli appellauerunt. } γλαυκὸν χρῶμα. Ital. *Color del cielo, azzurro*. Gal. *De couleur du ciel, pers*. Hisp. *Turquesado, color de cielo*. } quemadmodum & Græci γλαυκὸν, quod noctuinorum oculorum similitudinem repræsentet. Est autem hic color subuiridis, igneo quodam splendore intermicans: qualem in leonis oculis potissimùm conspicimus. Huiusmodi oculos Minervæ Poëtæ tribuerunt bellorum præsidi, vtpote præferocis animi indices: vnde & γλαυκῶπις à Græcis, à nostris Cæsia peculiari epithero appellatur. Est autem hic color diuersus à cæruleo, manifestè eos distinguente. Cic. 1. de Nat. deor. vbi sic habet, Apollinẽ semper imberbem, cæsios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni.

Cæsones, pen. prod. Qui cæso matris vtero nati sunt. Plin. lib. 7. cap. 9, Primúsque ex Cęsarum familia, à cæso matris vtero dictus: qua de causa & Cæsones dicti.

Cæspes, gen. masc. à Cædo fit, & significat terram cum herba auulsam, seu in modum lateris cæsam. } βῶλος. Ital. *Cespo, cesputo, zappa*. Gal. *Motte de terre, glazon, bliette de terre herbue*. Hisp. *Cesped, tierra con yerua*. } Virgil. 1. Aeglo. Pauperis & tuguri congestum cæspite culmen. ¶ Ex cæspite agger castrensis fit. Luca. lib. 1, Et subitus rapti munimine cæspitis agger Præbet securos intra tentoria somnos. Docet Veget. lib. 3. qua altitudine, ac latitudine cæspes circuncidi debeat.

Cæspitius, a, um, Quod sit ex cæspitibus. } ὁ ἐκ τῶν βώλων πεποιημένος. Ital. *Fatto di terra & di herba*. Gal. *Fait de mottes de terre*. Hisp. *Cosa hecha de cespedes*. } Vnde Tribunal cæspititium, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flauius Vopiscus, Deinde concursus ad cæspititium tribunal. ¶ Aræ cæspititiæ, ex cæspite congestæ. Iulius Capitol. Centum aræ vno in loco cæspititiæ extruuntur.

Cæspito, as, penul. corr. } προσκόπτω βαλλω. Ital. *Scapuccciare, inciampare*. Gal. *Bronsher, trebucher*. Hisp. *Tropeçar, tropeçando*. } Pede aliquid percutio, quo quasi ruere cogar: vt sit Cæspitare, quasi ad cæspitem offendere, vel in cæspitem ferri.

Cæspitatores equi, qui sæpe in cæspitem, vel lapidem, aut aliquid huiusmodi impingunt.

Cæstrum, Instrumẽtum, quo ebur cauatur. Plin. lib. 35. cap. 11, Lala Cyzicena perpetua virgo M. Varronis inuenta, & penicillo Romæ pinxit, & cæstro in ebore imagines mulierum maximè, &c. Ibidem, In encaustice pingendi duo fuisse antiquitas genera constat, cera, & in ebore cæstro, id est, viriculo, donec classes pingi cœpẽre.

Cæstus, us, Genus clauæ pilas plumbeas foris bubulis appensas habens, quo Daretem & Entellum pugnasse legimus: à cædẽdo dictum. πυγμή. Virgil. lib. 5, Sin crudo fidit pugnam committere cæstu. ¶ Cestus verò cesti, siue diphthongo sumitur pro cingulo, & zona illa virginea, quam maritus prima nocte dissoluebat: & est fœmi. gene. quãuis & masculini reperiatur: à variis punctis sic dicta: κεστὸς enim pungere est, & picturare. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipsa Martem, & Iuno Iouem conciliabant, à Poëtis Cestus, κεστὸς dicitur. Martialis, Vt Martis reuocetur amor, summiq; tonantis, A' te Iuno petit cestos, & ipsa Venus. Vnde cestum veneris, τὸν κέστον τῆς ἀφροδίτης habere dicũtur qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. ¶ Sed & lorum, aut opus interpunctum, acúve pictum, commune ornamentum fœminarum, Cestos Græci vocant. } Ital. *Centura di donne*. Gal. *Ceinture d'espousée*. Hisp. *Correa ò cinta de la muger*. } ¶ Proinde Celsus Africanus, contra quem scripsit Origẽ. 24. libros edidit, quos à rerum varietate κέστους appellauit. Hinc Incestus: & Cestilus diminutiuum.

Cæsuliæ, A' vetustissimis dicti sunt, qui cæsis sunt oculis. Festus.

Cæsum, Cæsi, Vide CAEDO.

Cæsura, Cæsuratim, Cæsus, Vide CAEDO.

Cætera, cæterum, absque recto masculino in singulari numero vsitato, ex Græco, ἀφ' ἑτέρου, id est & alius. } Ital. *Il resto, l'altre cose*. Gal. *L'autre, la reste*. Hisp. *Lo restante*. } Terent. in Hecy. Quàm fortunatus cæteris sum rebus. Cic. 4. Acad. Cætera series deinde sequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi cæterum purum apposuerat. ¶ Cætera doctus, figurata locutio, deriuata à Græcis, qui τὰ πρόσθεν præpositionem frequenter subaudiunt. Cicc. 1. de Natur. deor. Non solùm enim poëta suauis, verumetiam cætera doctus, sapiénsque traditur. Martialis, Visceribus bonus est, cætera vile sapit, id est quantum ad cætera. ¶ Nominatiuo singulari Cæterus in masculino genere vsus est Cato de Re rust. cap. 22, vbi sic habet, Cęterus ornatus domi Pompeiis emptus est.

Cæterò, aduerb. } Τὰ λοιπὰ, εἰς τὸ λοιπὸν. Ital. *Quanto al resto*. Gal. *Au reste, au demeurant*. Hispa. *Allende de esto*. } Plin. lib. 10. cap. 58, Palumbes fœmina incubat, postmeridiana in matutinum, cæterò mas: hoc est quod reliquum est temporis.

Cæteroquin, pro Alioquin. } ἄλλως τε, εἰ δὲ μή. Ital. *A trastante, oltre di questo*. Gal. *Sans cela, autrement*. Hisp. *En otra manera*. } Cicc. de Orat. Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic subtilis: quę, nisi quòd solum, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum.

Cęterùm, } μέντοι. Ital. *Ma, quanto al resto*. Gal. *Toutesfois, neantmoins*. Hisp. *Mas*. } coniunctio, siue aduerbiũ, pro Sed, siue id quod dicere solemus, Quod reliquum est. Plaut. Pœn. Dehinc cæterùm valete.

Cæterà, etiam quandoque aduerbialiter capitur pro Deinceps. τὰ λοιπὰ. Virg. 9. Aeneid. Cæterà parce puer bello. Curtius, Cæterà opimã prædam fore. Id est in posterum.

CAETOBRIX, καιτόβριξ, Lusitaniæ vrbs est, alio nomine dicta Cetobria. Ptole. lib. 2. cap. 5. Vulgò *Cetzimbra*.

Caia, Caianus, vide CAIVS.

CAICVS, καΐκος, pen. prod. Fluuius est Mysiæ, in Theutrania nascens, & per campum sui nominis in Elaiticum sinum defluens. Virg. 4. Georg. Saxosúmque sonans Hypanis, Mysúsque Caicus.

CAIETA, Nomen mulieris Troianæ, quam alij Aeneæ, alij Ascanij, alij Creusæ nutricem faciunt. Hanc Aeneas ab inferis reuersus fato cessisse inueniens, eam non longè à Baiano sinu sepeliit: ibique & vrbem condidit, quam vnà cum adiacenti portu Caietam dixit. Virgil. lib. 7, Tu quoque littoribus nostris Aenęia nutrix, Aeternam moriens fama Caieta dedisti. Strabo autem lib. 5, Caietam à sinus curuitate appellatam existimat, Laconum idiomate, qui curua omnia ita solent nominare. Vulgò *Gaeta*.

CAINAS, Indiæ fluuius nauigabilis, Brachmanarum agrum irrigans. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

CAIVS, γαΐος, Pronomen à parentum gaudio sumptum. Et est dictio disyllaba, nisi per diæresim exi, consonante facias vocalem, vt apud Martialem, Peruigil in pluma Caïus ecce iacet. Profertur per G, & notatur per C, quæ inuersa Ↄ, mulierem Caiam declarat, Quintiliano autore lib. 1. cap. 13. Cicc. pro Murę. Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari. Apud priscos autem pro domino ponebatur, sicut & Caia γαῖα pro domina. Vide Plutarch.

Caianus, a, um. Statius lib. 4. Sylu. Emptum plus minus esse Caiano.

Calæ, teste Seruio, à maioribus dicebantur fustes, quos portabant serui sequentes dominos ad prælium: vnde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autẽ dicebant Calas. Lucil. Scinde calam, vt caleas. id est scinde lignum, & focum accende, vt calefias.

Calabra curia, Romæ erat proxima casæ Romuli, à calando, id est vocando dicta, quòd ibi ante fastorum cognitionem Pontifex conuocata plebe pronuntiabat, quot dies inter Calendas & Nonas intercederent. ¶ Hinc Curia ipsa, teste Macrob. lib. 1. cap. 15, Calabra dicta est, quòd in ipsam populus calaretur.

CALABRIA, pen. cor. καλαβρία. Extrema Italiæ regio est, peninsulæ formam referens, cuius Isthmus est, vnius diei via, quæ à Tarento Brundusium ducit. Aliis nominibus Massapia, & Salentina, & Peucetia dicta est, teste Strabo. lib. 6, & Plin. lib. 3. cap. 11, Oppida eius præcipua sunt Brundusium, & Hydrus totius Italiæ extremum. Horat. 1. Carm. Ode 31, Non æstuosi grata Calabriæ Armenta.

Calaber, bri, Calabriam incolens. ¶ Et Calaber, bra, brum. Ouid. lib. 3. de Arte, Ennius emeruit Calabris in montibus hortos. Dicitur καὶ ἡ καλὴ, καὶ βέλτιον, quòd sit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur.

Calabricus, a, um: vt Calabrica olea. Colu. lib. 12. cap. 49. Veruntamen habetur præcipua in hos vsus olea Calabrica, quam quidem propter similitudinem, oleastellum vocant.

Calabri, καλαβροί, Calabriæ populi in finibus Italiæ, quorum regio Calabria est, fructibus in primis abundans: quos quoniam hospitibus obtrudebant, sibi alioqui nulli vsui futuros, factum est vt Dona Calabri hospitis in prouerbium cesserint, pro nullius pretij muneribus, quæ donanti oneri magis sunt quàm vsui.

CALAENVS, καλαινός. Fõs Lyciæ, apud Stephanũ, qui & Calbius dicitur.

CALAGVRITANI, Hispaniæ citerioris populi in conuentu Cæsaraugustano: quorũ alij Nascisci, alij Fibularenses cognominati sunt. Vtrorumque oppidum Calagurium dictum est.

CALAIS, Boreæ ex Orithyia coniuge filius alatus, qui vnà cum Zethe fratre similiter alato cum Argonautis Colchos profectus est. Qui in expeditione, quum à Phineo rege humaniter essent accepti, Harpyias, quæ

quæ regnum illius infestabant, persequi constituerunt: quas quum te alarum auxilio & sagittandi peritia in Plotas vsque insulas fugassent, ab Inde admoniti sunt, ne Iouis canes vlterius persequerentur. Inde itaque retrorsum conuersi, duas illas insulas, in quibus Harpyias reliquerant, à conuersione sua Strophadas appellarunt, quum antea Plotæ dicerentur. Posteriorem ab Hercule occisi dicuntur, & in ventos commutati, qui Canicula exortum dies ferè octo præcedunt: vnde ἀελλόπους, id est præcurrentes appellantur. ¶ Est etiam Calais gemma sapphyro similis, candidior tamen, & litoroso mari similis. Hanc plerique eandem esse existimant cum Augite.

Calamagrostis, καλαμαγρωστις. Graminis genus, foliorum magnitudine ad arundinem penè accedens, iumenta apud Babylonem, (vbi iuxta vias copiosè nascitur) enecans. Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

Calamarium, {καλαμαριον. Ital. *Pennaiuolo*, Gal. *Calamar, ou escritoire*. Hisp. *Caxa de escreuanias*.} Theca, id est repositorium calamorũ: quod & Theca calamaria dicitur.

Calamentha, pen. prod. apud Colu. lib. 4. cap. 27, ponuntur pro fragmentis veterum calamorum, hoc est pedamentorum, quæ ex calamis, hoc est ex arundine fiebant.

Calamintha, æ, {καλαμινθη. Ital. *Nipotella*. Gal. *Poulliot sauuage, ou Herbe au chat*. Hisp. *Leuantade*.} Herba est montibus familiaris, folia habens ocymi incana, surculos aridos, caules angulosos, & florem purpureũ. Hoc autem calaminthæ genus officinæ, seruata propemodum antiqua appellatione, Calamentum vocant. ¶ Sunt & aliæ duæ Calaminthæ species: quarum altera pulegio est similis, & figura & odore, licet aliquãto maior sit: vnde & pulegium syluestre à vulgò appellatur. ¶ Altera menthastro similis, foliis oblongioribus, caule & ramulis maioribus, quàm superior. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 34, & Ruell. lib. 3. cap. 30.

CALAMIS, idis. Nomen statuarij, qui equos absolutos & perfectos effinxit. Ouidius. Vendicat vt Calamis laudem, quos fecit equorum. Huius meminit. Plin. lib. 34. cap. 8, & Quint. lib. 12. cap. 10.

Calamistrum, {καλαμιστρις. Ital. *Ferro da increspare i capelli*. Gal. *Vn instrument ou fer pour grillet ou friser les cheueux*. Hisp. *Hierro para encrespar los cabellos*.} generale est, κνώδαλον. Acus maior, qua calefacta, & adhibita, crispantur capilli. Cicero post Redi. Non te illius vnguentorum odor, nõ vini anhelitus, non fons calamistri notata vestigijs, in eam cognitionem adducebat. ¶ Vnde Calamistratus puer, καλαμιδωτός, pro crispulo, cirratóque, qui anulatos capillos habet. Cice. ibidem. Cur in heluationibus huius calamistrati saltatoris, tam eximia virtus tandiu cessauit? Plautus in Asin. Quisham istuc tibi accredat, cinæde calamistrate? Varro refert calamistrum parati ob ornatum, quod calefactum in cinere capillos ornet. Qui autem calamistrum administrat, à cinere Cinerarius, & Cinisso vocatur.

CALAMISVS, Locrorum oppidum. Plin. lib. 4. cap. 3.

Calamochnus, καλαμόχνοι. ἀδόξοις. Est salsa quædam lanugo in locis palustribus calamis remotioribus ad nascens, ex aqua dulci & marina, vbi se miscent. ¶ Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin. lib. 22. cap. 10.

CALAMOS, Phœniciæ oppidum in ora subiecta Libano monti. Plinius lib. 5. cap. 20.

Calamitæ, {καλαμίτιδες. Ital. *Ranocchi piccioli*. Gal. *Petites grenoilles*. Hisp. *Ranas pequeñas que se hallan cabe el cañaueral*.} Ranæ minimè sunt, & viridissimæ, quæ à quibusdam Dryopetæ vocantur: sic dictæ quòd inter calamos versentur. Plin. lib. 32. cap. 7.

Calamites, Gem. na, à Calamo nomen habens, quòd plures simul iunctæ inueniantur. Plin. lib. 37 cap. 10.

Calamus, {κάλαμος. Ital. *Canna sottile, penna da scriuere*. Gal. *Roseau ou canne, tuyau de blé, chaume, chalumeau, gluot*. Hisp. *Caña, ò paja como de trigo: caña para escriuir ò otra*.} pen. cor. Arundo magis minuta, habens internodia longa & recta, ex qua sagittæ apud diuersas gentes fiebant. Virg. Aeglo. 3, -quum Daphnidis arcum Fregisti, & calamos. Plin. lib. 16. Calamis populi Orientis bella cõficiunt. ¶ Est & Calamus, quo scribi solet. Primi enim calami ex arundine conficiebantur. Martialis in distichis. Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus: Texantur reliqua tecta palude tibi. ¶ Est & calami genus concauum & fistulis, quas Syringas vocant, conficiendis accommodatum. Ad quod videtur alludere Virgi. Aeglog. 6. Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum. Huius primum inuentorem fuisse Pana volunt poëtæ. Idem Aeglo. 2, Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. ¶ Calamus item est virga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos pisces: similiter virga ad capiendas aues visco illita. Martialis, Galbula decipitur calamis, & retibus alex. ¶ Aliquando accipitur pro stipula, & pro quacunque re tereti, ac fistulosa ad similitudinem arundinis. Vnde arborum quoq; ac vitium calamos dicimus, id est teretes particulas & virgas ad ferendum in terra aptas. Plin. Qui si longius efferantur pomorum calami, sapis infixos optimè custodire fucum arbitrantur. ¶ Est etiam Calamus mensura sex cubitorum & palmi. ¶ Calamus odoratus, κάλαμος μυρσινίτης Dioscoridi, arundini similis est aspectu multis geniculatus nodis, casiæ sapore, tactu mollis, & quum frangitur, sciffilis, intus araneosus, locum in quo nascitur, suauissimo replens odore. Prouenit in Arabia, India, & in Syria iuxta Libanum montem. Vide Plin. lib. 12. cap. 20. ¶ In officinis appellationem retinet.

Calamitas, tis, Grando, quòd comminuat calamos, hoc est culmos, & segetes. {καλαζα. Ital. *Grandine, Calamita, miseria*. Gal. *Calamité, malencontre, perte, malheur, misere, propremont greste qui rompt le tuyau du blé*. Hisp. *Daño que haze la tempestad, generalmente daño, ò desastre ò perdida qualquiera*.} Plautus Casi. Profectò hercle non fuit quicquam oletum, Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquã. Terent. in Eunuc. Ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Sed translatio in hoc exemplo est. Ibi enim calamitas pro infortunio & miseria accipitur, siue æruma. συμφορά.

Calamitosus, pen. prod. adiectiuũ, {χαλεπός. Ital. *Rouinato dalla tempesta, dalla grandine & mali tempi*. Gal. *Subiet à greste & a estre gasté par le mauuais temps*. Hisp. *Perdido por daño que haze la tempestad*.} Quod calamitate lædi solet. Plin. lib. 18. cap. 7. Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum: quia tollitur antequam triticum occuper rubigo. Calamitosus ager apud Catonem: & calamitosum cælum cap. 1. & cap. 35. ¶ Calamitosus etiam, æruminosus est, malis calamitatibũsq; prægrauatus, inquit Nonius. {καλαπάτως, καλαδύαιμων, ἀθλίως. Ital. *Preso da miserie, disgratie, mortifia*. Gal. *Miserable, poure malheureux, calamiteux, affligé à ennuy & facherie*. Hisp. *Cosa perdidosa ò desastrada*.} Cice. 1. Verr. Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitosósque defendere.

Calamitosè, aduerbium. Miserè, {δυστυχῶς, ἀθλίως. Ital. *Meschinamente*. Gal. *Malheureusement, miserablement, pitteusement*. Hisp. *Perdidamente*.} Cice. 3. Offi. Nam quod aiunt, minima de malis, id est vt turpiter potius, quàm calamitosè: an est vllum maius malum turpitudine?

Calantica, Tegmen muliebre quod capiti innectitur. {ναυτία. Ital. *Coffia di donna*. Gal. *Sorte de couuerchief ou chaperon de femme, calote ou Champaigne*. Hispanicè. *Vn cierto tocado de mugeres que se dize cofia*.} Cicero in Clod. Tũne, quum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares, &c.

CALANVS, pen. prod. κάλανος, Fuit philosophus ex Gymnosophistis Indis, qui sequutus Alexandrum Magnum extra Indiæ fines, quum apud Pasagardas ægrotare cœpisset, facta pyra, & aurea lectica superimposita, in ea cubans combustus est, stramentis opertus. Fertur, quum Alexander Magnus rogaret eum, siquid vellet, dixisse, Propediem te videro. Quod non multò post contigit: nam in Babylone paucis post diebus Alexander mortuus est. Lege Arrianum de gestis Alexandri. Indi autem quoscunque sapientem Calanon vocant, vt scribit Suidas.

CALAPIS, Pannoniæ amnis est, in Saum influens iuxta Siscíam, duobus alueis insulam efficiens, quæ *Segestica* vocatur. Plin. lib. 3. cap. 25.

CALARIS, Ciuitas in Sardinia apud Plin. lib. 2. cap. 108, cuius meminit & Claudianus de Bello Gildonico. Vide in dictione SARDINIA.

Calaritani, Sardiniæ populi, ac Meridiem siti: quibus Calaris oppidum nomen fecit, cuius meminit Plin. lib. 2. cap. 108. Vulgò *Caller*.

Calaritanum, Sardiniæ promontorium Africam spectans: apud Pli. lib. 3. cap. 7.

Calasis, autore Festo, Vestis genus fuit apud veteres, quod Græci καναύκας vocant. Sunt qui dicant tunicæ muliebris nodum esse, quo circa cervicem connectitur.

Calata comitia, Vide in dictione COMITIVM.

CALATHE, κάλαθη, quam alij Calathum vocant. Nomen vbi ad Herculis columnas sitæ. Autor Stephanus. Plinius verò lib. 4. cap. 12, Calathusam insulam esse asserit in mari Aegæo, non procul à Chersoneso sitam.

Calathus, pen. corr. ab aliquibus Qualus, & Quasillus: ab aliquibus Fiscella, Vas vimineum, secundum Porphyrionem, in quo mulieres pensa vel tramam reuoluunt: aut in quo flores, vel fructus, aut aliquid id genus ferunt. {κάλαθος, πλάνος. Ital. *Sesta, paniere*. Gal. *Panier de cliffe ou d'osier*. Hisp. *Canasta de varas*.} Virgil. in Alexi, -tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis. Ouid. lib. 4. Fastorum. Hæc implet calathos lento de vimine nexos: Hæc gremium, laxos degrauat illa sinus. Erat autem calathi forma superne latior, paulatim in augustum desinens, qualem etiam in turbine conspicimus. Accipitur interdum pro calice ad sacrificium apto, Virgilius in Daphnide, Vina nouum fundã calathis Ariusia nectar. Seruius ait esse vas æneum in quo lac, vel recens caseus distrahitur.

Calathiscus, diminutiuum, καλαθίσκος. Parvus calathus. Catullus, Ante pedes autem candentis mollia lanæ Vellera, virgati custodiebant calathisci.

Calathiana viola, Flos est præter violarum naturam Autumno prouenions lutei coloris, foliis minutis, sine odore: à calathi figura ita appellatus. Vide Plin. lib. 21. cap. 6.

CALATHVS, Filius Iouis & Antiopes, vt autor est Home. in Odyss.

CALATHVSSA, καλάθουσα, à Plin. lib. 4. cap. 11, numeratur inter insulas desectas, quæ inter Chersonesum, & Samothracen interiacent.

CALATIS, κάλατις Stephano, Thraciæ ciuitas, nõ procul à Tomis, Ponto Euxino imminens: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11. & Strabo lib. 7. ¶ Ex hac ciuitate ortus fuit Ister Poëta, qui de ratione scribendæ Tragœdiæ opus insigne conscripsit.

CALATIAE, καλατίαι, Indiæ populi apud Stephanum. ¶ Calatiæ prætereà inter vrbes Italiæ ponuntur à Plin. lib. 3. cap. 5, non procul à Bouillis, & Casino.

Calatores, κλήτορες. Dicebantur serui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quòd semper vocari possent ob necessitatem seruitutis.

CALAVREA, siue Calauria, καλαύρεια Stephano, Insula est in sinu Argolico contra Trœzenem, nulla alia re, quàm morte Demosthenis nobilior. In hac etenim insula templum erat Neptuni, quò Demosthenes, audito Archiæ satellitis Antipatri aduentu, confugit, & ne viuus in Antipatri potestatem perueniret, hausto veneno ex calamo, vitam finiuit. Hanc nonnullis in locis Calabriam appellatam inuenimus, sed mendosè. Dulgò *Sidra*.

Calbei, Autore Festo, dicebantur apud veteres armillæ, quibus triumphantes vtebantur, & milites ob virtutem donabantur.

CALBIS, Cariæ amnis, vt scribit Pompo. Mela lib. 1.

CALBIVS, Vide Calænus.

CALCE, A Strabone lib. 5, numeratur inter Campaniæ ciuitates, non procul à Theano Sidicino.

Calcendix, Festo, conchæ genus est.

CALCHAS, antis, κάλχας. Propriũ nomen Græci auguris, Thestoris filij (à quo Thestorides à Poëtis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionem Troiæ profectus est: & quoniam diuinandi arte plurimùm præstabat, eius consilio multa gesta sunt. Nam in Aulide ostendit quomodo placata Diana, venti sedari possent: & apud Troiã in castris docuit, qua ratio Apollinis placandi, vt pestilentia cessaret, foret: & ex passere, quæ cum nouem pullis à Dracone vorabatur, indicauit decennalẽ obsidionem Troiæ futuram. Quapropter inter cæteros Achilli acceptissimus erat, adeò vt eius præsidio plerũque defenderetur, præcipuè verò quum suaderet Chryseidem patri reddendã esse. Tum enim Agamemnon nõ solùm in vatem, sed etiam in ipsum Achillem incensus ferebatur. Diruta autem Troia reuersus cum Amphilocho Amphiarai filio terrestri itinere, Colophonem (quæ vrbs est Ioniæ) quũ in luco Apollinis Clarij extra vrbem apud fanum in Mopsum præstantissimũ Augurem

Universidad de Deusto
Biblioteca

gurem incidisset, artis peritia ab illo superatus, dolore contabuit, quòd proposita sibi à Mopso captifico (vt refert Hesiodus) aut, vt Pherecydes mauult) siue grauida, coniicere non potuisset quot in illa sicus essent, quótve hæc vtero fœcolas gereret: quod tamen Mopsus sine vllo errore diuinauit. De Calchante vide multa apud Home. lib. 1. Iliad. & Virg. 2. Aeneid.

Calciftraga, æ, Herba est in maritimis petris ferè nascens, à calculis frangendis ita dicta: κατεαγών: de qua vide Plin. lib. 27. cap. 9, & Ruellium lib 2. cap. 129.

Calcioli, (q. Thio corruptè legebatur) vide CARTIOLI, & CARSEOLI.

CALCIOPE, κάλκιοπη. Filia Aeetę Colchorum regis, soror Medeæ & Absyrti, & coniunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. Ouid. in Epist. Helenæ ad Paridem, Non erat Aeetes, ad quę despecta rediret Non Ipsea parens, Calciopéque soror.

Calco, & calceus, vide CALX.

Calculus, Lapis breuis terræ admistus: sic dictus, quòd molestiam calcantibus exhibeat: vel, quòd calcem. hoc est pedem offendat. ψῆφος, λίθιον. Ital. *Sasso piccolo.* Gal. *Petite pierre, grauoir, la pierre ou gravelle, mettre au getton à compter ou iouer.* Hisp. *Pedrezita.* ‡ Virg. 2. Geor. Tenuis vbi argilla: & in dumosis calculus atuis. Cic. 1. de Orato. Demosthenes comicis in os calculis summa voce versus multos vno spiritu pronuntiabat. ¶ Est item Calculus, Lapillus in renibus, aut vesica generatus, meatum vrinæ prohibens, asperrimúmque gignens cruciatum: quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & setarum capillamenta. ¶ Qui autem eo morbo laborant, Calculosi dicuntur. Plin. lib. 20. cap. 21, Hic & calculosis, & inflationi, & torminibus illinitur. Celsus lib. 7. cap. 26, de curatione calculosorum. A' Græcis λιθωσικοὶ, λιθιῶντες. Plin. lib. 21, Vtuntur ad alopecias, lichenicos, opistotonicos. ¶ Item Calculus, ψῆφος dicitur, quem Latronem seu Latrunculum antiqui appellauerunt, vulgus *teccum* vocat. Martialis, Hic mihi bissena numeratur tessera puncto. Calculus hic gemino discolor hostę perit. Quoniam, autem calculis subducere rationes solemus, calculus pro ipsis rationibus ponitur. Hinc Reuocare, siue Reducere ad calculum, est aliquid exactius supputare. Cic. de Amicitia, Hoc est quidem nimis exiguè & exiliter ad calculum reuocare amicitiã, vt par sit ratio acceptorum & datorum. Idem Itaque tibi concedo, vt si te alicuius dati penitet, ad calculum reducas. ¶ Calculis item olim suffragia colligebant, candidis absolutionem, nigris condemnationem significantibus: vnde factum est, vt Calculum pro suffragio, sententia, & iudicio ponamus. ¶ Hinc que prouerbialiter, Album calculum addere, κάλλιστον ψῆφον προσθεῖναι. pro approbare, subinde legimus apud doctos. ¶ Connæ calculus, κόννου ψῆφος. In hominem aut rem nihili, nullíusq; momenti. Prouerbium manauit à Conna quopiam citharœdo. ¶ Calculo mordere, ψῆφον δάκνειν, dicuntur qui suffragio lædunt aut vlciscuntur hominem. Aristoph. ἐν ἀχαρνεῦσι. ¶ Plurium calculus vincit, πλείων τὸν εὐείσων ψῆφος νικᾷ. Quoties in consilio ceditur multitudini.

Calculator, A' Calculis, id est lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant. ψηφιστής. Ital. *Chi fa conto, calculatore.* Gal. *Calculeur, conteur, dessour de conte.* Hisp. *Contador como con contante.* ‡ Martial. lib. 10, Nec calculator, nec notarius velox Maiore quisquam circulo coronetur.

Calculosus, a, um, Calculis plenus. ‡ λιθώδης, λιθιάσις. Ital. *Pieno di pietruccie.* Gal. *Pierreux.* Hisp. *Pedregoso.* ‡ Columella, Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Et apud Plin. lib. 35. cap. 14. Calculosum solum.

CALDVS, militari ioco dictus est Claudius Cæsar, pro Claudio, quemadmodum & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Nerone. Sueto. in Tiberio. In castris tyro etiamtum propter nimiã vini auiditatẽ pro Tiberio, Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone, Mero dictus est.

CALEDONIA sylua. In ea parte Britanniæ fuisse putatur, quæ hodie Scotia dicitur, sæuissimis olim vrsis nobilitata. Martialis, Nuda Caledonio sic viscera præbuit vrso. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonij dicuntur à poëtis. Idem, Quinte Caledonios Ouidi visure Britãnos. Corripit autem hoc nomẽ in hac significatione antepenultimam syllabam, secundam verò producit. Apud Græcos enim scribitur per ε. Contrà quum Aetoliæ syluam significamus, secunda syllaba scribitur per y, Græcum, & vbique corripitur, sequens autem producitur, eo quòd apud Græcos scribatur per ω. Vide plura de hoc suo loco.

CALEGIA, Ptolemæo Germaniæ ciuitas putatur inter Saxones, quam vulgò *Wittembergam* vocant.

CALENA, apud Ptolemæum ciuitas in Anglia esse creditur, quæ hodie Oxonia appellatur. Vulgò *Oxford.*

Calendæ, καλάνδαι Plutarcho, Primus dies mensis: à καλῶ voco. Tunc enim Pontifex calato, id est vocato populo quot dies à Calẽdis ad Nonas supererent, pronuntiabat. Confluere autem Nonarum die in Vrbem populus solebat, vt addiscerent quid eo mense in diuinis, humanisque rebus facto opus esset. ¶ Hinc Nonas quidam dictas putant, quasi nouæ initium obseruationis: vel quòd ab eo die ad Idus nouem putentur dies. Apud Thuscos Nonæ plures habebantur, quòd nono quoque die Regem suum salutarent, & de suis consulerent negotiis. ¶ Sciendum, quum dico Tertio Calendas, certum semper diem me significare: Ad tertium verò Calendas, etiam incertum, vt qui est circiter tertium Calendas.

Calendaris, re. Quod ad Calendas pertinet, vt Iuno Calendaris dicta, quòd Calendarum dies ei sacer esset. Macrob. lib. 1. cap. 14. Idus, inquit, Ioui dedicatæ, Calendæ Iunoni: vnde Laurentes Calendarem Iunonem appellauẽre.

Calendarius, a, um. Idem est: vt, Calendarius liber. κατάγραφος, ἐφημερίς.

Calendaria. Dicebantur tabulæ, ab obseruatione singulorum mensium: vt Diaria, à singulorum dierum ratione obseruata. ¶ Accipitur etiam Calendarium apud Iurisconsultos pro negotiatione nominum faciẽdorum. Vlpianus, Calendarij quoq; curatio & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus, Itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, id est nominibus faciendis destinatæ essent, fideicommisso cedere solent. Budæus.

CALENVM, κάλης, teste Plinio, Campaniæ oppidum est, non procul à Capua, in cuius agro mite & generosum vinum nascitur. ¶ Inde Calenî populi dicti, qui hanc vrbem, aut agrum vicinum incolunt. Horũ meminit Plin. lib. 3. ca. 5. ¶ Hoc etiam oppidum Cales, Calium, in numero plurali appellatum inuenitur. Virg. 7. Aeneid. -quique Cales liquunt, amnisque vadosi Accola Vulturni. Item Horat. lib. 4. Carm. Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis. Vulgò *carmola.*

Calenus, a, um. κάλινος, possessiuũ, à Calibus, siue Caleno Campaniæ vrbe deductum. Horat. lib. 1. Carm. Ode 20, Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes vuam.

CALEPIVM, κάλιπιον, Oppidum in Cenomanis, ad XIIII. lapidẽ à Bergomo Brixiam versus, ad colles in sinistra parte positũ: à bonitate vini denominatum. κάλος bonus, & πίνω bibo.

CALESTRA, Oppidum est Thessaliæ ad mare situm, iuxta quod Axius fluuius in mare Aegæum defluit. Herod. lib. 7.

CALETE, Ignobilis insula inter Samothracen & Chersonesum, Plinio lib. 4. cap. 12.

CALETI, vel (vt alij volunt) Caletes, Populi sunt Galliæ Belgicæ ad mare, contra Britanniam, quorũ vrbs à Ptolemæo Gesoriacũ nauale vocatur hodie *Calez.* Plin. lib. 19. ca. 1, Caduci, Caleti, Ruteni, Bituriges, vltimíq; hominum existimati Morini, imò verò Galliæ vniuersæ, vela rexunt. ¶ Apud hos erat Itius portus, ex quo breuissimus erat in Britãniam traiectus, cuius frequens est mentio in Commentariis Cæsaris.

CALETRANVS AGER, non longè à Vadis Volaterranis in Thuscia, Plinius, In eadem parte oppidorum veterũ nomina retinent agri Crustumius, Caletranus.

CALIANASSA, & CALIENERA, vide CALLIANASSA, & CALLIANIRA.

CALICADNVS, vide CALYCADNVS.

Caliculus, vide CALIX.

Caliendrum, Ornatus est muliebris capitis, vel certè coma ascititia, vt interpretatur Acron in illud Horat. 1. Serm. Altum Saganæ caliendrũ Excidere, atque herbas, atq; incantata lacertis Vincula cum magno risũque iocóque videres.

Caliga, pe. cor. ‡ κάλιγα. Ita. *Armatura dalle gambe, gambiere, calze.* Gal. *Chausse, botine & chaussure de guerre iusques à my iambe garnie de clous.* Hisp. *Calça cierta armadura à vestidura de piernas.* ‡ Tegumentũ tibiarũ: cuius diminutiũ est Caligula. Cic. 2. Phil. Cum caligis & lacerna cucurristi. Pli. lib. 7. ca. 43. Quanquam Massurius autor est, bis in triumpho ductum. Cicero Mulionem castrensem suffarraneum fuisse: plurimi iuuentam inopem in caliga militari toleraſſe. ¶ Caliga Maximini, vulgò dictatum est in homines insulsos & immodicæ procititatis. Id adagij refert Iulius Capitolinus in vita Maximini imperatoris.

Caligatus, ta, tum, adiectiuum. ‡ καλιγοφόρος. Ital. *Calzato di tali calze.* Gal. *Portant bottines, chaussé de telle chaussure.* Hisp. *Cosa armada de aquella armadura.* ‡ vt Miles caligatus. Iuuenalis, Veniam caligatus in agros. ¶ Dicebantur autem milites caligati, tenuissimæ sortis, & postremarum classium milites. Nam primæ & secundæ classis milites ocreas æneas gestabant. Autor est Liu. lib. 1. ab Vrbe condita.

Caligarius, a, um: vt, Caligarius clauus. ‡ ὁ τῶν καλιγῶν γομφοκόμος. Ital. *Che serue à tali calze.* Gal. *De botines, seruant aux botines.* Hisp. *Cosa para aquella armadura.* ‡ Plin. lib. 10. cap. 18, In quibus pisces omnibus annis Virgiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præacutis, clauorum caligariorum effigie. Idem lib. 34, Aliud breuitate sola placet, clauisque caligariis.

Caligaris & hoc caligare. Idem Plin. lib. 22. cap. 22, Si enim caligaris clauus si ferri vel chalybis aliqua rubigo, &c.

Caligo, pen. prod. Tenebræ, obscuritas, opacitas, aëris spissitudo. ‡ ζόφος. Ital. *Nebia folta.* Gal. *Obscurité, tenebrosité, esbloüissement.* Hisp. *Escuridad ò cegueda.* ‡ Virgilius 4. Aeneid. Quis globus ô ciues, caligine volutur atra?

Caliginosus, a, um, γνοφώδης, ζοφώδης, pro obscuro dicitur. Cice. 1. Tuscul. Vt penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

Caligo, as, Cęcutio. ‡ ἀμαυρόω. Ital. *Offuscare.* Gal. *Estre esbloüy, ne voir gueres clair.* Hisp. *Escurecerse, ò cegarse.* ‡ Plin. lib. 20. cap. 22, Inungunt quoque scabras genas, aut caligãtes oculos cum melle. ¶ Caligare in sole apud Quint. lib. 1. cap. 2, legitur, vt eleganter, ita & prouerbialiter dictũ, pro eo quod est in re clarissima excutire: idque solet accidere vitiosis oculis qui nihil vident in luce quàm maximè perspicua, videlicet sensum debilem obruente vi splendoris.

Caligans, partici. ἀμαυρούμενος. Virg. 4. Georg. Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus.

Caligatio, onis, verbale. ‡ ἀμαύρωσις. Ital. *Offuscatione.* Gal. *Esbloüissement.* Hisp. *Escuridad ò cegueda.* ‡ Plin. lib. 20. cap. 8, Aquilæ misto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, & caligationes, suffusionésque oculorum.

CALIGVLA, Dictus fuit Caius Imperator: à caligis quas margaritis refertas primus portauit: vel potius à caliga militari, qua frequenter in exercitu vtebatur ad conciliandos sibi militum animos. Id enim militibus gratissimum fore credebat, si Imperatorem vestibus nihil à gregario milite differre viderent. Ausonius, Caius cognomen caligæ cui castra dederunt. In exercitu enim natus erat.

Calim, Veteres pro Clãm vsurparunt. Autor Festus.

CALINGAE, Populi sunt Indiæ maritimæ, quorum fœminæ quinquennes feruntur concipere, octauum autem vitæ annum non excedere. Autor est Plin. lib. 6. cap. 17.

CALINGII, Arabiæ populi, quorum oppidum est Mariaba. Autor Plin. lib. 6. cap. 26.

CALINIPAXA, Indorum oppidum, non procul à Gange fluuio. Plin. lib. 6. cap. 17.

Calix, ‡ κάλιξ Ital. *Calice.* Gal. *Calice, coupe, hanap.* Hisp. *Vaso, como de vidro, para beuer.* ‡ Genus poculi quo bibimus: ita dictum quòd eo calidam bibebant: nam & calidam, & frigidam conuiuiis veteres adhibebant. Plautus in Capti. Aulas calicésque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

erant. ¶ Quandoque ponitur pro maiori vase. Cicer. 1. Tusc. Quid? hunc calix multi impingendus est, vt plorare desinat. ¶ Quandoque pro vase in quo legumina & olera coquuntur. Ouid. lib. 4. Fast. Stant calices, minor inde fabas, alius alter habebat. Varro, Calix à caldo, quòd in ea calida puls apponebatur. ¶ Multa cadunt inter calicem supremáque labra. πολλὰ μεταξὺ πίλυ καὶ χειλυ ἄκρου. Adagiũ est, quo monemur, nihil tam certum spetari, neque quicquam tam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat intervertere, adeóque non esse rutum ventoris fidere, vt vix etiam illa sint certa, quæ manibus teneamus.

Calenlus, li. Diminutiuum à Calice deductum, quum vas potorium significat. {κυλικιον. Ital. *Calicetto.* Gal. *Gobelet, petit hanap.* Hispan. *Pequeno vaso.*} Cato de Re rustica cap. 108, Vinum si voles experiri, duraturum sit, necne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouum indito.

Calla, Herbæ genus est ato simile, in arationibus nascens, vsúsque eosdẽ habens quos arum. ¶ Est & altera callæ species, quàm Anchusam nonnulli, alij Rinocliſiam appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Callæi, οἱ κάλλαιοι. Gallinaceorum barbæ dicũtur, eò quòd colorem purpureum, quem καλλαϊκὸν, Græci dicunt, imitantur. Vide Cælium Rhodig. lib. 11. cap. 16.

Callais, idis, καλλαὶς. Gemma est ex viridi palescens, oculi figura extuberans, leuitérque adhærens petris, nõ vt agnata, sed vt eisdem apposita. Nascitur in finibus Indiæ, amplitudine conspicua, sed fistulosa, & sordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 8.

CALLAICI, καλλαϊκοὶ à Ptolem. lib. 2. cap. 6, appellantur Hispaniæ Tarraconensis populi ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Astatibus finitimi: qui à Plinio Galleci appellantur.

Calleo, Callens, Vide CALLVM.

Callarias, Piscis est mari peculiaris, ex asellorum genere, ni minor esset. Vide Plin. lib. 32. cap. vlt.

CALLET, Oppidum vlteriotis Hispaniæ, in conuentu Gaditano. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

CALLIAE, καλλίαι, Vna ex tribus Aetoliæ vrbibus, teste Stephano.

CALLIANASSA, καλλιάνασσα, & Callianira, καλλιάνειρα, duo Nymphãrũ matinarum nomina: alterum à bene imperando, alterum à viris honestandis dictum.

CALLIARVS, ri, καλλίαρος. Locrorum oppidum, ita dictum à Calliaro Odœdoci, & Laonomes filio: vt ex sententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit huius oppidi & Strabo lib. 9.

CALLIAS, καλλίας. Athenicnsis poëta fuit; Comœdiarum scriptor, quem Schœnion appellatum fuisse Suidas tradit, quòd ob paupertatem funes torqueret. ¶ Callias item Lacoplutus cognominatus, dux Atheniensium nobilis, contra Artaxerxem missus. Autor vtriusque Suidas. ¶ Callias Methymnæus Grammaticus, quem Strabo dicit Alpheum, Sapphóque poëtas enarrasse.

Calliblepharon, καλλιβλέφαρον, Medicamen accommodatum vitiis oculorum, præsertim quum palpebræ cohærescunt, & vlcera oculorũ malè curata sunt. Plin. lib. 21. cap. 4.

Callicia, Herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

CALLICRATES, καλλικράτης, Sculptor fuit, qui formicas, & id genus minora animalcula, tam parua fecit ex ebore, vt earum partes cerni nõ possent, Vide Plin. lib. 36. cap. 8.

CALLIDORVS, καλλίδωρος, Viri proprium nomen, quasi munus pulchritudinis.

CALLIDROMVS, καλλίδρομος, Mons est iuxta Thermopylas. Plin. lib. 4. cap. 7.

Callielæa, καλλιέλαια. Olea satiua. Vide Ruel. lib. 1. cap. 104.

Callidus, Callidè, Callidiras, vide CALLVM.

Calligonon, καλλιγόνον. Herba est (quam nonnulli Sanguinariam dicunt) à multitudine seminis, & densitate fructicis sic dicta. Plin. lib. 27. ca. 32. Dicitur & Polygonon.

CALLIMACHVS, pen. cor. καλλίμαχος, Nomen poëtæ Cyrenensis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. ¶ Fuit & alius historicus Aegyptius, filius Batti & Mesatmæ discipulus Hermocratis Iasei Grammatici. Vixit apud Ptolemæum Philadelphum vsque ad Euergeten, bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poëmatis genus attigit. In aduersarium poëma acerbissimum scripsit, quem ficto nomine Ibin appellat: vnde Ouidius poëta nomen, & argumentum mutuatus est. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliáque complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat, præter elegiam vnam inlauacrum Palladis, & quosdã hymnos in deos. ¶ Callimachus alius sculptor fuit, qui se πεζοτέχνην nominari voluit, quasi artis interpolatorem, & qui eã in tenuiorem exquisitioremque disciplinam reduxisset. πέζειν enim liquefacere conflaréque est. Nam ipse primus lapidem perforauit, minutatimque tractauit. Autor Pausanias.

Callimus, καλλιμος, Lapis est ex genere aetitarum: de quo Plin. lib. 37. cap. 21.

CALLINICVS, καλλίνικος, Sophista Syrus, vel Arabs, qui Athenis professus est. Scripsit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatrã, de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Autor Suidas.

Callion, καλλίον, ἢ χειρονάκτιον, Herba est, quàm aliis nominibus Solanum somniferum, Halicacabum, & Vesicariam appellant. Vide Plin. lib. 21. cap. 31.

Callionymus, καλλιώνυμος. Genus piscis, cuius fel cicatrices sanat, & carnes oculorum superuacuas consumit. Plin. lib. 32. cap. 7.

CALLIOPE, pen. corr. καλλιόπη, Vna Musarum, & quidem præstantissima, quæ etiam Calliopeia, καλλιόπεια dicitur: sicut Penelope Penelopeia: à pulchra voce dicta. Præest heroicis versibus. ¶ Est item Calliope, oppidum Parthorum, Stephano.

CALLIPIA, καλλιπία. Fons est Ephesiorum, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

CALLIPIDAE, καλλιπίδαι, Populi Scythici, Hypanim fluuium accolentes, vt autor est Herodotus.

CALLIPOLIS, καλλίπολις, Vrbs Thraciæ in extremo Hellesponti, è regione Lampsaci, à quo quadraginta tantùm distat stadiis: vt scribit Strabo lib. 13. ¶ Est item Callipolis Peloponnesi ciuitas, in tractu Occidentali, non procul ab Araxo promõtorio, inter Cyllenen & Patras: cuius meminit Pompo. Mela lib. 2. ¶ Callipolis præterea insula est maris Aegæi, vna Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

CALLIPPOS, καλλίππος, Philosophus, qui honestati voluptatem adiunxit, sicut & Dinomachus.

CALLIPPVS, καλλίππος, Atheniẽsis, Platonis auditor, interfectus à Syracusanis, quòd tyrannidem post Dionysium aggredere tur, Dionémq; patriæ liberatorem prodidisset. Plutarchus in Dione.

CALLIROE, καλλιρόη. Fons apud Athenas. Papinius lib. 12. Thebaid. Et quos Calliroë nouies errantibus vndis implicat. Hic postea à tyrannis reparatus, εὐκρηνος dictus est: Valla ex Thucydide. Nouem fistulas vertit. Martianus de hoc fonte, Fontes multi Atticæ, inter quos Calliroë prædicatur.

CALLIROE, item Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberauit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat, à quo quũ se desertam videret, vitam laqueo finiuit. ¶ Fuit item Calliroë, Acheloi fluminis filia, quæ Alcmæoni nupsit, vt suprà docuimus in dictione ALCMAEON.

Callíscere, Vide CALLVM.

CALLISTE, καλλίστη, Insula maris Aegæi, vna Sporadum, alio nomine Thera appellata. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Callistephanos, καλλιστέφανος, Genus est oleastri, quo victores Olympiorum coronabantur: vnde & nomen accepit. Autor Pausanias.

CALLISTHENES, pen. corr. καλλισθένης, Nomen philosophi Olynthij, Alexandro Magno familiaris, eiusdémque sub Aristotele condiscipulus, quem ille postea in Asiam accersiit, vt res suas memoriæ proderet. Huic nocuit immodica libertas, grauitásq; inuisa Regi, quũ haudquaquam assentantium accommodatus ingenio esset. Nam quum Alexander ex Persico bello arrogantior factus, regio more adorari vellet, acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, palàm dictitans, Alexandrum nõ adorandum esse: quæ res & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. ¶ Siquidem Alexander Callisthenem propter adorationis Persicæ interpellatum morem, coniurationis conscium fuisse criminatus est, cùmque truncatis membris, abscisísque auribus, ac naso, labiísque deformatum, cum cane in cauea clausum circumferri iussit: diúque totum tandem nemuit. Vide hæc latius apud Qu. Curtium de Gestis Alexandri.

CALLISTO, ûs, καλλιστώ. Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Ione compressa, grauidáque effecta, quum vnà cum Pallade lauaretur, tumore vteri prodita, & ab ea repulsa, Arcadem filium in syluis peperit: à quo postea Arcadia dicta est. Hæc postea à Ione in vrsam commutata, & Iouis miseratione in cælo collocata, maiorem efficit vrsam: quæ & Arctos à Græcis dicitur. Proper. lib. 2. Calisto Arcadios etrauerat vrsa per agros: Hæc nocturna suo sidere vela regit.

CALLISTRATVS, pen. cor. καλλίστρατος, Nomen statuarij, cuius meminit Plin. lib. 24. cap. 8.

Callistruthiæ, ψυκτρόγια, Ficorum omnium frigidissimæ. Plin. lib. 15. cap. 18.

CALLISTVS, κάλλιστος, Libertus fuit Claudij Cæsaris potentissimus, qui ipsum etiam Crassum opibus longè superauit. Hic scenam Romæ ædificauit, triginta solidis ex onyche columnis fultam. Vide Plin. lib. 36. cap. 7. & lib. 33. cap. 10.

Callitrichon, καλλίτριχον, Herba est, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quòd multos & pulchros crines nutrisat. nam in vino cocta cũ semine apij, adiecto oleo copiosè, & fluere capillum prohibet, & crispũ densúmque facit. Dioscorides Adiantum appellat: quo nomine & Plinius vtitur lib. 22. cap. 21. Aliud (inquit) adianto miraculum: æstate viret, bruma non marcescit: aquas respuit perfusum, mersúmque sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur: vnde & nomen à Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam Callitrichon vocãt, alij Polytrichon: vtrunque ab effectu. Hæc ille. ¶ Legitur & nominatiuus Callitrix. Idem lib. 26. cap. 14, Astragali radix in puluere trita, humidis vlceribus prodest. item callitrix decocta in aqua.

Callitrix, icis, καλλίτριξ. Animal est ex genere simiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plinius lib. 8. cap. 54, Callitriches toto penè aspectu à similis differunt: barba est in facie: cauda latè diffusa primoti parte. Hoc animal negatur viuere in alio, nisi Aethiopiæ, quo gignitur, cælo.

CALLON, κάλλων. Statuarius nobilis fuit, qui 87. Olympiade floruit: teste Plin. lib. 34. cap. 8, & Quint. lib. 12. cap. 10.

Callus, in masculino genere, & Callum, li, (vtroque enim modo dicitur:) Est cutis labore viæ pedibus, aut alio opere in manibus, partéve alia corporis densior facta, cuiusmodi est in suis rostro, cernice bouis, animalium plantis, & duritia illa quæ in manibus ex labore nascitur. {κάλλος, κάλλη. Ital. *Callo, picciola durezza nelle mani per lauorare, ò nei piedi per caminare troppo.* Gal. *Cal, durillon, quand la peau est endurcie, comme es mains par trop labourer, & aux pieds par trop cheminer.* Hisp. *El callo de pie ò mano ò de otra parte.*} Plautus in Persa, Plus calleo quàm aprugnum callum callet. Est autem Callum aprugnum caro apri callosior, & ob id saporis iucundioris. ¶ Et in Captiuis, Quanta fumini absumedo? quanta callo calamitas? ¶ Vnde Callum obducere dolori, vel labori, per metaphoram dicimus, pro eo quòd est, longa assuetudine ita nos comparare, vt laboris, vel doloris molestiam non admodum sentiamus. Cicer. lib. 9. Epistol. Famil. Consuetudo diuturna callum iam obdurit stomacho meo. Idem 2. Tusculan. Et ipse labor quasi callum quoddam obduxit dolori, πεπάρωκε.

Callosus, adiectiuum, Durus, callis plenus. {κάλλωδες. Ital. *Pieno di calli.* Gal. *Plein de cals & durillons, dur comme vn cal, rabouteux.* Hisp. *Cosa llena de callos.*} Colum. lib. 3. cap. 1. Humido loco seiet non rectè mandari fructus tenèri & amplioris acini, sed callosi, & angusti. Autor Carminis ad Pisonem, quod Ouidio à quibusdam tribuitur, Humida callosa quum pinseret hordea dextra.

Calleo, les, lui. Propriè callosus sum. {πωλάω. Ital. *Fare il callo.* Gal. *Auoir de cals & durillons.* Hispanicè, *Hazer callos, ser calloso ò tener callos.*} Plautus in Pseud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pseud. Neq; ego homines magis asinos vnquam vidi: ita plagis costæ callent quos dum ferias, tibi plus noceas. ¶ Transfertur & ad animum. Cicero Sulpicio, Atqui in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. ¶ Interdum Callere, est perfectè scire. {Italicum. Italicum. Sapere perfettamente. Gallicum. Sauoir par experience quelque chose, & entendre bien. Hispanicum. Saber muy bien.} quòd sicut pes vel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus versatur. Et sic neutrum transitiuum est. Persius, Discenda, tacendáque calles. Horat. in Arte, Legitimúmque sonum digitis callemus & aure. ¶ Huius compositum est, Occalleo: à quo Occalesco, de quo suo loco.

Callens, nomen. Plin. lib. 21. cap. 31, Halicacabi radicem bibunt qui sunt vaticinandi callentes.

Callescere veteres dixerunt pro callescere, siue occalescere. Cat. Aures nobis callescunt ad iniurias, id est occalescunt. Nonius.

Callidus per duplex ll, Astutus: differtque à versuto, quòd callidus sit ille (vt scribit Cicero) cuius animus vsu, vt manus opera concalluit: Versutos, cuius mens celeriter versetur. {Græcum. Italicum. Scaltrito, astuto. Gallicum. Fin, rusé, rusé, bien appris, prudent. Hispanicum. Astuto y recatado.} Cicer. 4. Academi. Ego enim, vt agitator callidus priusquam ad finem perueniam, equos sustinebo.

Callidè, aduerbium. Astutè, vafrè, malitiosè. {Græcum. Italicum. Astutamente, accortamente. Gallicum. Finement, par ruse. Hispanicum. Astuta y recatadamente.} Cic. 3. de Orato. Callidè, argutéque dicere. Idem 2. de Finib. Sed omnia callidè referentem ad vtilitatem.

Calliditas, atis. Vafritia, astutia. {Græcum. Italicum. Accortezza, astutia. Gallicum. Finesse, ruse. Hispanicum. Astucia y recatamiento.} Cicero 1. Offic. Scientia, quæ est remota ab iustitia calliditas potius quàm sapientia appellanda est.

Callis, lis, Via exilo per durata. {Græcum. Italicum. Calle, strada. Gallicum. Chemin frayé. Hispanicum. Camino hondo y estrecho.} Virg. lib. 8, Raru per occultos ducebat semita calles. Idem 4. Aeneid. -prædámque per herbas Conuertant calle angusto.

Calo, as, {Græcum. Italicum. Chiamare. Gallicum. Appeler. Hispanicum. Llamar.} Idem est quòd voco. Hinc dicta sunt Comitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi solent, aut Regis sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum causa. Dicta autem sunt Calata comitia, quòd classes per ordinem calarentur, hoc est vocarentur. Equites enim vocabantur primi octoginta deinde primæ classis centuriæ, & deinceps suo ordine cæteræ inferiores classes. Budæus.

Calator, pen. prod. Fest. Calatores serui {Græcum} quia semper ob necessitatem seruitutis vocari possent.

Calones, {Græcum} caleri ex ligno facti. Festus. Italicum. Zoccolo di legno. Gallicum. Sabot en galloche. Hispanicum. Sabato hecho de madera.

Calones, pen. prod. {Græcum} Italicum. Seruetori di gente d'armi. Gallicum. Les gouyards des gendarmes. Hispanicum. Los lenadores que lleuan lena al real.} serui militum castra sequentes dicuntur, qui clauas ligneas & fustes gerebant, vel qui militibus ligna subministrabant. {Græcum}. Horatius, Hunc perminxerunt calones atque caballi. Liu. 3, Bel. Pun. Impedimenta subsequi iussit, calones, lixásque, & inualidos milites vallum ferre. Quidam tamen Calones à calando deriuant, quòd ad ministerium aduocarentur ali; à Calendis, quòd Calendarum die cibaria caperent pro toto mense.

Calophanta, {Græcum}, Derisor. Plautus in Cure. Calophantam, ac sycophantam.

Calopodion, {Græcum}, Calceamenti ligneí genus est, quod alio nomine dicimus Soccum, & per diminutionem Socculum.

Calopus, {Græcum}, Animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans, austerum ac velox, cornibus longis, quibus arbores deiicere fertur.

Calor, & Caliditas, {Græcum. Italicum. Calor. Gallicum. Chaleur. Hispanicum. Calor natural ò defuera.} Idem significant à calendo, Plaut. in Mil. -nam mihi nimius calor Comburebat gutturem.

Caldor, doris, Idem quod Calor. {Græcum}. Varro lib. 1. de Re rust. ca. 55. Olea lecta, si nimium diu fuerit in aceruis, caldore fraceſcit, & oleum fœtidum fit.

Calidus, a, um, à calore fit. Modò feruentem significat. {Græcum} Italicum. Caldo. Gallicum. Chaut. Hispanicum. Caliente. Virg. Aeneid. 9, Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen. ¶ Modò ferocem, inconsultum. Pacuuius, Caue sis, ne nimis calidè loquaris, & turbam concites. ¶ Modò velocem. Varro, Quum hæc dixisset, ecce calidus quidam nauicularis irrumpit in curiam. ¶ Dicitur & Caldus per syncopen. Martialis, Frigida non deerit calda petenti.

Caldarium, Ahenum quo aqua calida hauritur: vel in quo aqua igni admouetur. {Græcum. Italicum. Caldaio. Gallicum. Chaudiere. Hispanicum. Caldera.} ¶ In balneis item Caldarium erat locus in quo calida lauabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigida: & Tepidarium, in quo tepida.

Caldarius, a, um: vt, Caldaria cella, in qua frigida lauabantur. Plin. lib. 5. Epi. Frigidariæ cellæ connectitur mediatim sol benignissimè præsto est caldariæ magis: prominet enim. ¶ Caldarium æs, ex quo caldaria, hoc est ahena fiebant. Plin. lib. 34. cap. 8.

Caleo, les, lui, per simplex l. Feruco, calidus sum. {Græcum. Italicum. Scaldarsi. Gallicum. Estre chaut. Hispanicum. Escalentarse.} Plaut. in Rud. Os ubi calet. Virgil. 1. Aen. Centum calent aræ. ¶ Calere dicitur res per translationem, dum adhuc recens est. Plaut. Pœn. Ateuim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur. Tracta metaphora à fabris ferrariis, qui ferrum candens simul ac igni exemerunt, statim cudunt, ne mora interposita durum fiat, & intractabile. ¶ Aliter tamen calere res apud Cic. accipitur 3. in Verrem, Posteaquam satis calere res Rubrio visa est: quæso (inquit) Philodame, &c. id est vbi vidit eos inflammatos & accensos multa compotatione. ¶ Composita sunt Concaleo, & Incaleo. ¶ Caletur impersonale à Caleo.

Calesco, scis, Calidus, vel calidior fio. {Græcum. Italicum. Scaldarsi. Gallicum. S'eschauffer, deuenir chaut. Hispanicum. Escalentarse.} Plin. lib. 20. cap. 21, Succúsque tribus modis exprimitur in fictili, calefcitq; in eo in sole modicé. Ouid. 6. Fast. Est deus in nobis, agitante calescimus illo. ¶ A' quo Concalesco, & Incalesco.

Calefacio, & Calfacio, Calidum reddo. {Græcum. Italicum. Scaldare. Gallicum. Eschauffer. Hispanicum. Calentar à otra cosa.} Plin. lib. 21, Chrysochomæ radix calfacit & stringit. Cic. 2. de Natu. deor. Partim ad calfaciẽdum corpus igni adhibito. ¶ Transferrur & ad animum. Cicero ad Qu. fr. lib. 3, Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius, id est vexarat, exagitarat.

Calefactus, partici. {Græcum. Italicum. Scaldato. Gallicum. Eschauffé. Hispanicum. Escalentado.} Ouid. in Ibin, Vtque perit primò plenum flauentis arenæ Nondum calfacti velitis hasta solum.

Calfactus, us, nomen. {Græcum. Italicum. Scaldamento. Gallicum. Eschauffement. Hispanicum. Escalentamiento.} Plin. libro 29. cap 3, Cibo quot modis inueni,

tet: aut si quis dissimulet esse se quod est. ¶ Caluũ vellis, φαλακρὸν εἶναι. Vbi manem operam quis sumit, aut vbi quis auferre conatur quo vacat is à quo petitur. Veluti si quis à paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam.

CALVCVLA, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ ex stipendiariis. Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgò *Cabra*.

Calumnia, Vexatio alicuius in litibus per fraudem, & frustrationẽ: aut rei alicuius malitiosa interpretatio. {καλουμνία. Ital. *Calumnia*. Gal. *Calomnie*. Hisp. *Acusacion falsa, calumnia*.} Nonius malitiosam & mendacem infirmationem interpretatur. Cic. 1. Offic. Existunt sæpe iniuriæ, calũnia quadam nimis callida, atque malitiosa iuris interpretatione. Idẽ in Sallust. Sed est quædam calumnia, quam vnusquisque nostrũm, testante animo suo ferr de eo qui falsum crimen bonis obiectat.

Calumnior, aris, Significat per fraudem & subdolam rationem causa vincendi in litibus, mendaciis alios vexo: vel falsa crimina intendo. {καλουμνιάω, συκοφαντέω. Ital. *Calumniare*. Gal. *Calomnier, desguiser la verité pour blasmer quelqu'vn*. Hisp. *Acusar falsamente, calumniar*.} Cicc. ad Varronẽ, Nam quòd antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. ¶ Domestici thesaurũ calumniatis, τὸν οἰκεῖον θησαυρὸν καλουμνιᾶτε. hoc est, tua ipsius carpis lacerãsq; conueniet & in illos qui sua ipsorũ arcana nõ celant.

Calumniator, Qui calũniam facit, id est qui falsum crimen obiicit. {συκοφάντης. Ital. *Calumniatore*. Gal. *Calomniateur*. Hisp. *Calumniador, falso accusador*.} Vnde in lege duodecim Tabularum, Calumniator idem patiatur quod reus, si conuictus fuerit. Cicc. pro Cluent. Est hic Ennius egens quidam calumniator mercenarius Oppianici.

Calumniosus, Qui calumniam inferre solet, συκοφαντικός. Augustinus, Nemo illic calumniosus tendiculam verborum requirit.

Calumniosè, aduerbium. συκοφαντικῶς.

Caluo, caluus, Vide CALVA.

Calx, pro calcaneo, extrema pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur, à calcando dictus. {πτέρνα, σφυρόν. Ital. *Calcagno*. Gal. *Le dessoubs du talon*. Hisp. *Calcanar, ò coce, golpe del pie ò del calcañar*.} Virg. 5. Aen. Calcémq; terit iam calce Diores. ¶ Vnde & pro fine metaphoricè ponitur: vt, A vertice ad calcem. Cicero, Quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. ¶ Ad calcem peruenire, pro eo quod est, ad metam finémque. Prouerbialem habet figuram quoties ad aliud quippiam deflectitur quàm ad corpus humanum. Cicc. lib. de Amicit. Vt quũ æqualibus possis viuere, cum quibus tanquam è carceribus emissus, eum iisdem ad calcem, vt dicitur peruenire. Simile huic reperitur apud eundẽ lib. de Senect. Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari. ¶ Aliquando pro ictu calcis, & percussione pedum, plagáque. λάκτισμα. Terent. in Phor. -nam quæ iniustitia est, Aduorsum stimulos calces. Iuuenalis. Aut dic, accipe calcem. ¶ Et tam pro calcaneo, quàm percussione modò masculino, modò fœminino genere vsurpari solet. Silius, Iam compos voti ferrata calce cruentat Cornipedem. Virgilius. Cornipedémque citum ferrato calce fatigat.

Calcar, caris, penul. prod. Ferreus stimulus ad vrgendos equos: sic dictus, quòd ad calcem alligetur. {πλατάγιον, κέντρον. Ital. *Sprone*. Gal. *Vn esperon*. Hispa. *Espuela de hierro*.} Ouidius, Non opus est celeri subdere calcar equo. Cicc. de Orato. Quod dicebat Isocrates doctor singularis, se calcaribus in Ephoro egere: contrà autem in Theopompo frænis vti solere. ¶ Currenti calcar addere, prouerbialis metaphora, pro eo quod est, cum qui sua sponte ad rem aliquam satis incitatus est, vehementius adhuc inflammare. τὸν τρέχοντα διεγεῖραι. ¶ Tolle calcar, ἆρον πλάτταγον ἀπὸ πτέρνης. id est, tolle calcar vltorium. Aristopha. in Auib. -ἆρον πλάτταγον, εἰ μάχῃ. tolle calcar: si pugnas. In eum dici solitũ qui iam vltionẽ parat.

Calcaneus, & Calcaneum (vtroque enim modo dicitur) Pars posterior pedis imi. {πτέρνα. Ital. *Calcagno*. Gal. *Le talon, le derriere du pié ou se mettent les esperons*. Hisp. *Calcañar*.} Virgil. in Moreto. Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Calceus, à calce, Pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium. {ὑπόδημα, πεδίλιον. Ital. *Scarpa*. Gal. *Soulier*. Hisp. *Zapato*.} Cicc. lib. 1. de Inuent. Si multus erat in calceis puluis, ex itinere eum venire oportebat. Plaut. in Truc. Iam quos capiam calceos? ¶ Dextrum pedẽ in calceo, siniſtrũ in peluim, δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, δεύτερον εἰς πεδίλιον. Subaudi vetbum ad sententiam accommodum, Mittit, autponit. Suidas ex Aristophane citat, atque dici solete in eos qui se norunt commodè ad rei præsentis conditionem applicare, próque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam sustinere personam. ¶ Ne supra pedem calceus, μὴ ὑπὲρ τὸ πεδίλιον τὸ ὑπόδημα. id est ne maiora vitibus suscipias: aut ne magnificentius te geras, quàm pro tua conditione. Lucian. in imagin. & in Gallo.

Calceolus, diminutiuum à calceus, {ὑποδημάτιον. Ital. *Picciola scarpa*. Gal. *Petit soulier, scarpin*. Hisp. *zapatillo*.} Cicc. 1. de Natu. Deo. Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.

Calcearium, ij, in singulari numero pluralis vim habet: quemadmodum & Vestiarium. ὑποδημάτιον, ἱματιοθήκη. Nam quum alicui calcearium, aut vestiarium legatum dicimus, non calceum vnum, nõ vestem vnam significamus, sed tantum vestium, aut calceorum, quantum illi corpori honestè tegendo, pedibúsque armandis fuerit satis. Vlpian. de Alim. leg. Diaris, vel cibariis relictis, neque habitationem, neque vestiariũ, neq; calcearium deberi palãm est.

Calceolarius, Qui calceos conficit. {ὑποδηματοποιός. Ital. *Calzeolaio*. Gal. *Cordonnier*. Hisp. *zapatero*.} Plaut. in Aul. Propôlæ, linteones, calceolarij.

Calceamen, & Calceamentum pro ipso calceo. {ὑπόδημα. Ital. *Scarpa, ò altra vestito del piede*. Gal. *Chaussure*. Hisp. *zapato ò qualquier calçado*.} Plin. lib. 19. Hinc calceamina, & pastorum vestis. Cicc. 5. Tuscul. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.

Calceatus, us, Idem quod calceamen. Plinius, Itaque longo itinere sine calceatu atteruntur pedes. Idem lib. 11. cap. 45, Pes imus vestigio carnosa: qua de causa in longiore itinere sine calceatu fatiscunt.

Calcio, & Calceo, as, Calceos induo. {ὑποδέω. Ital. *Calzare, ò ferrar muli, ò caualli ò asini*. Gal. *Chausser*. Hisp. *Calçar los pies, ò herrar las bestias*.} Et modò accusatiuum habet eius rei, qua quis calceatur, modo ablatiuũ. ¶ Accusatiuo iunxit Plin. lib. 36. cap. 5, Arcesilaum quoque (inquit) magnificat Varro, cuius se matmoream habuisse leænam tradit, aligerósque lu-

dentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calciarent soccos, omnes ex vno lapide. ¶ Ablatiuo autem idem iunxit lib. 7. cap. 20, Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. Item Gell. Die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calciatos. ¶ Calciari item equi dicuntur, quum pedes eorum aduersus saxorum iniuriam ferramentis muniuntur. Testimonium vide apud Suetonium in Vespasiano. ¶ Huius compositum est, Excalcio, de quo suo loco.

Calcitro, as, pen. cor. Pede percutio. {λακτίζω. Ital. *Trare di calci*. Gal. *Ruer des pieds, regimber*. Hisp. *Acocear*.} Plin. lib. 30. cap. 6. Mulas non calcitrare quum vinum biberint. ¶ Hinc Calcitrones dicti sunt equi, qui calcibus infestant. {ἵππος λακτιστής. Ital. *Cauallo ò mulo che trauo di calci*. Gal. *Cheual qui rue & regimbe*. Hisp. *Cauallos acoceadores*.} Gell. lib. 4. cap. 2, Equus mordax aut calcitro, vitiosus, non morbosus est. ¶ Huius compositum est Recalcitro.

Calcitratus, us, nomẽ verbale, Actus ipse calcitrandi. {λακτισμός. Ital. *Percosso con calci*. Gal. *Regimbement, ruade*. Hisp. *Obra de acocear*.} Plin. lib. 8. cap. 44, Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

Calcitrosus, Qui sæpe calcibus ferit. {λακτιστήν. Ital. *Solito à calcitrar*. Gal. *Qui a de coustume de ruer & regimber*. Hisp. *Cosa acoceadora*.} Colu. lib. 2, Iuuencũmque teste tractum, calcitrosum reddit.

Calco, as, Proprie significat pede comprimo. {πατέω, καταπατέω. Ital. *Premere co'l pie, calcare*. Gal. *Fouler aux pieds, mettre le pié dessus*. Hisp. *Hollar ò acocear con los pies*.} Virgil. lib. 12. Aeneid. -Miſtáque cruor calcatur arena. Idem 3. Trist. -Durum calcauimus æquor. Plinius, Ita ferratis vectibus calcari solent, parietésq; fimbriter. Carbones calcare, ἀνθρακεύειν, διαλοᾶν. Calcare solum, terram, πατεῖσθαι. Pedibus calcare, λακτίζειν, ἐκλακτίζειν. Terra animantium vestigiis calcata, καὶ γῆ ζώων ἴχνεσι πατουμένη. Transfertur etiã ad animum: vt idem significet quod contemno. Autor carminis ad Pisonem, Ratáque non humilem calcat fastosa clientem. ¶ Sic dicimus, Calcare voluptates, aut alias animi passiones. ¶ Cõposita sunt, Conculco, Inculco, & Proculco. ¶ Tuam ipsius terram calca. Adagium est, quo iubebimus cuipiam, vt in suo loco se contineat, neque se recipiat in nostra. Theocrit. in Hodœpo. τὸν σὸν τρέχε μᾶλλον, τὰν πὰν ἁμέραν, id est, Quin propriam calcans terram, querceta teneto. Conueniet vbi parum fidemus alicui, nec volemus in domesticam recipere cõsuetudinẽ.

Calx, fœminini generis, Lapis vstus, ex quo arcuæ admistione fit intritatu ita dictus à calcando. nam ita lapides simul astringit, vt calcati videantur. {ἄσβεστος, ὁ. Ital. *Calcina*. Gal. *De la chaux*. Hisp. *La cal*.} Cicc. pro Mil. Repente lyntribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuexit. Palladius, Calx quæ erit ex spisso & duro saxo, structuris conuenit: ex fistuloso verò, aut molliore lapide, rectoriis adhibetur vtilius. Vide Plin. lib. 36. cap. 23.

Calcaria fornax, In qua calx conquitur, {κάμινος ἀσβέστου. Ital. *Fornace da calcina*. Gal. *Fournaise à chaux, chaufour*. Hisp. *Calera ònde se cueze la cal*.} sicut Sulphuraria, in qua sulphur. Plin. lib. 17. cap. 9, Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere è calcariis fornacibus. ¶ Est autem adiectiuum Calcarius, a, um. ¶ Calcarius verò substantiuè, qui præest fornaci calcariæ. {καυστὴς ἀσβέστου. Ital. *Chi cuoce la calcina nelle fornaci*. Gal. *Qui fait la chaux, chaufournier*. Hisp. *El calero que haze la cal*.} Cato de Re rusti. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Calcata ædificia. Dicuntur calce contecta: τοιχοχρισμένα: quam artem Loricationem & Tectoriam appellant, & præcipuè si læue politúmve fuerit, vt supetinduci possit peniculus vel albarium, vel pictura, vel aliud quippiam ad venustandam structuram.

Calcatorium, apud Palladium lib. 1. cap. 18, videtur esse semita quædam editior in cella vinaria, inter duos lacus. Verba eius sunt hæc. Cellam vinariam Septentrioni debemus habere oppositam, ita instructam necessariis, vt nõ vincatur à fructu: sic autem dispositam, vt basilicæ ipsius forma calcatorium habeat altiore loco constructum: ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sunt, gradibus tribus ferè, aut quatuor ascendatur. Et paulò pòst, Quòd si cupis, locum suum deputabimus: is locus ad calcatorij similitudinem, podiis brevibus, & testaceo pauimento solidetur. ¶ Dictum autem videtur Calcatorium, siue à calcando, hoc est eundo: siue ab opere calcato, hoc est loricato, quo conficiebatur.

CALYBA, κάλυβα, Thraciæ vrbs est, à Philippo Alexandri patre condita ex Strabo. lib. 7.

CALYCADNVS, κάλυκάδνου. Ciliciæ fluuius est, Seleuciã præterlabens, iuxta Sarpedonem promontorium. Strabo lib. 14.

CAVIDIVM, Italiæ oppidum est in via Appia, qua Brundusium itur. Strabo lib. 5.

CALYDNA, κάλυδνα. Insula est vna Sporadum, Calymnis proxima, teste Plin. lib. 4. cap. 12. Homerus Iliad 2. duas facit Calydnas insulas. Vide Strabonem ad finem lib. 10. ¶ Est etiam teste Stephano, Calydna oppidum Cariæ, cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 27. Vnde Calydneus, κάλυδνεύς. nomen Gentile.

CALYDON, pen. cor. κάλυδὼν Stephano, Aetolorum ciuitas, regia Oenei patris Meleagri: à qua regio vicina Calydonia, κάλυδωνία, dicitur. Distat à mari septem millium quingentorum passuum spatio, per quam Euenus fluit. Lucanus, Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Euenos Calydona secat. ¶ Ab hac etiam vrbe vicina sylua Calydonia dicta est, in qua Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit, quem & ipsi poëtæ Caydoniũ aprum vocant. ¶ Fuit præterea in ea Britanniæ parte, quam hodie Scotiam vocant, Caledonia sylua. Sed hoc ferè obseruant poëtæ, vt quum Aetoliæ syluam denotare velint, secundam nominis huius syllabam per y, Græcum scribant, eandémque corripiant, producant autem antepenultimam. Contrà quum Britanniæ Syluam sunt declaraturi, secundam syllabam per e, scribant, eandémque producant, correpta antepenultima. De quo plura suo loco.

Calydonius, a, um, & Calydonis, dit. Ouid. lib. 8. Metamor. Plangunt se matres Calydonides.

CALYMNA, κάλυμνα. Insularum duarum nomen est inter Sporadas non procul à Calydna. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CALYPSO, κάλυψω. Nympha Oceani & Tethyos filia: vel (vt aliquibus placet) Atlantis. Regnauit in Ogygia insula, Lacinio promontorio adiacente, quam postea à nomine ipsius Calypsus insulam nominarunt: vbi Vlyssem naufragum humaniter excepit, & in septimum vsq; annũ apud se retinuit, coniugium illi suum & immortalitatem offerens: quæ tamen ille patriæ, & Penelopes suæ amori omnia posthabuit, Vide Homerum Odyss. lib. 5.

Calyptra, æ, κάλυπτρα. Genus vestimenti, quo mulieres capita tegebant: à καλύπτω, tego.

Calyx, ὁ κάλυξ. Ital. *Guscia ò pelle di qualche frutto come di noce ò mandole, bottone ò boccolo di rosa, cioè quelle parti che tengono chiuse prima che sfoglisca.* Gal. *Bouton de rose ou autre fleur ou la petite peau ou pelure qui couure le fruit, comme vne noix ou amande.* Hisp. *El cuero como de castaña ò bellota.* ¶ Significat folliculũ, quo primum flos, & deinde semen herbarum, vel fructus arborum cooperitur: vt amygdalæ, nuces, & castaneæ habent suos calyces. παρὰ τὸ καλύπτω, hoc est à contegendo. Plin. lib. 15. ca. 22, Necnon & honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento, puluinari primùm calycis, mox lignei putaminis.

Calyculus, diminutiuum. Plin. lib. 16. cap. 44, Quod verò in spina fullonia gignitur hypophæston, calyculis inanibus, foliis paruis.

CAMACAE, Populi inter Scythicas gẽtes Plin. cõmemorãtur li. 6. ca. 17.

CAMAE, Populi inter Scythicas gentes. Plin. lib. 6. cap. 17.

CAMALDVNVM, Plinio oppidum est Britanniæ lib. 2. cap. 75. Vulgò *Dunealtre.*

CAMARA, κάμαρα Stephano, Vrbs Cretæ est, Lato prius dicta. *Camera.*

CAMARICA, Ptolemæo, est vrbs Hispaniæ, quam alio nomine Victoriam vocant.

CAMARINA, κάμαρίνη Stephano, Palus est Siciliæ (teste Seruio) iuxta oppidum eiusdem nominis, cuius aquæ quum fœtore suo pestem generarent, cõsuluerunt Apollinem, expedirẽtne ipsis Camarinam exiccati: quibus ab Apolline responsum est, Camarinam non esse mouendam. Neglecto tamen oraculo siccauerunt paludem, per quam mox ingressis hostibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Hinc manauit prouerbium, Camarinam mouere, pro eo quod est, sibi malum accersere. ¶ Alij dicunt Camarinam fruticem esse, cuius ramos siquis commoueat quatiátque, tetrum quẽdam edere odorem. Vide Erasmi Adagia. Vulgò *Cammarana.*

CAMBALA, Cambalorum, Asiæ locus est in Cyspiretide regione, vbi auri metalla effodiuntur. Strabo lib. 11.

CAMBALIDVS Mons, Caucasi ramus in Susianis. Plin. lib. 6. cap. 27.

Cambio, is, psi, Cõmuto. ἀμείβω, ἀλλάττω. Ital. *Cambiare.* Gal. *Changer.* Hisp. *Cambiar, ò trocar.* ¶ Apud antiquos verò Cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere: à quo Campso, as, quod est iter flecto.

CAMBODVNVM, Vindelicorum vrbs est in Germania. Hodie Monachum. Vulgò *Munchen.*

CAMBOLECTRI populi, inter Galliæ Narbonensis gentes Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19.

CAMBYSIS, Aethiopiæ vrbs est. Plin. lib. 6. cap. 23.

CAMBYSES, penul. prod. Καμβύσης, Mediocris dignitatis Persa fuit, cui Astyages Persarum & Medorum rex, Mandanen filiam suam collocauit: ex qua natus est Cyrus, qui postea victo auo, regnum inuasit. ¶ Cãbyses item alius fuit, Persarum & Medorum rex, Cyri filius & superioris Cambysæ nepos: qui patriis regnis Aegyptum adiecit: sed offensus illorum superstitionibus, Apidis, cæterorumque deorum ædes dirui iussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui in Libya deserta arenis obrutus, vniuersus interiit. Vide Herodo. lib. 1. & 2. ¶ Est etiam hoc nomine fluuius Hyrcaniæ, ortum habens in montibus Caucasiis, Septentrionem versus per Iberos & Albanos defluens. Autor Plin. lib. 6. cap. 13.

CAMELANI. Italiæ populi sunt, qui à Plin. lib. 3. cap. 14, in sexta Italiæ regione collocantur, Narnienſibus, & Nucerinis vicini.

CAMELIDES. Insulæ duæ sunt, Ioniæ adiacentes, non procul a Mileto Autor Plin. lib. 5. cap. 31.

Camella, Genus vasis est apud Ouidium lib. 4. Fastorum, vbi sic habet,

Dum licet, apposita, veluti cratêre, camella,
Lac niueum potes, purpureámque sapam.

Camelopardalis, ὁ καμηλοπάρδαλις. Ital. *Giraffa.* Gal. *Giraffe, bestre ressemblant au chameau & panthere.* Hisp. *Girafa, animal raro.* ¶ Animal est cameli proceritate, colore panthêræ, maculis veluti florentibus variegatum: postremæ infra aluũ partes humi subsident, sicut in leonibus videmus, humeri pedésque priores, atque item pectus præter cæterorum membrorum rationem procera, tenuis ceruix: camelo capite simile, pedibus & cruribus boui. Plin. lib. 8. cap. 18.

Camelus, simplici l, ὁ κάμηλος. Ital. *Camelo.* Gal. *Chameau.* Hispa. *Camello.* ¶ Animal quadrupes, quod cum prolixa, collum oblongum habet. Sitim per triduum tolerat, sed quum inuenit aquam, tantum bibit, vt & præteritæ, & futuræ siti satisfaciat. Bactri camelos mittunt & Arabes, vt scribit Diodorus: sed in hoc differunt, quòd Arabici in dorso bina habent tubercula. (hos Dromedarios vocãt) Bactriani singula. De camelis multa Plin. lib. 8. cap. 18. Cice. 2. de Natu. deor. Cameli adiuuantur proceritate collorum. Horat. 2. Epist. Diuersum confusa genus panthêra camelo. ¶ Camelus vel scabiosa complurium asinorũ gestat onera, κάμηλος καὶ ψωρώδη πολλὰ ὄνους ἀναβαστάσαι φορτία. De iis qui vsque adeò præcellunt quosdam, vt etiam senes, aut alioquin ægroti, præstantiores tamen sint illis integris: aut de iis qui rebus parum prosperis, tamen plus valent ob pristinæ fortunæ reliquias, quàm alij rebus integris. Vsus est Synesius. ¶ Est & Camelus funis nauticus, quo anchoræ religantur. De quo aliqui intelligunt illud in Euangelio, Facilius eſt camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cælorum.

Camelinus, a, um, adiect. καμήλειος. Ital. *Di camelo.* Gal. *De chameau.* Hispa. *Cosa de camellos.* ¶ vt Camelinum lac. Plin. lib. 28. cap. 9, Dulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis.

Camelarius, ij, masc. gen. καμηλίτης. Ital. *Guardiano ò cameli.* Gal. *Celuy qui meine les chameaux.* Hisp. *El que cura los camellos.* ¶ qui custodit, pascitq; camelos. Budæ.

Camelopodion, τὸ καμηλοπόδιον, Herba est quibusdam, quam Dioscorides πύρεθρον, Latini Marrubium vocant.

Camera, pen. cor. ¶ καμάρα. Ital. *Volto.* Gal. *Voulte, berceau, comme celuy qu'on font aux jardins pour soustenir la vigne en treille.* Hisp. *Bouedа.* ¶ Arcus ædificii sustineus, tectúmque deuexum & incuruatum: quod & Fornix & Testudo à Latinis appellatur. Seruius deductum existimat ab adiectiuo Camurus, quod curuum significat & inflexum. Cice. ad Qu. Fr. Cameras quasdam non probaui, mutarique iussi. Salust. in Catil. Eum muniunt vndique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris.

Camerarius, a, um, adiect. ¶ καμαρικὸς. Ital. *Di pergola ou volto.* Gal. *De treille ou berceau.* Hisp. *De bouedа.* ¶ Plinius loquens de cucurbitis, lib. 19. cap. 5, Inde hæc duo prima genera, camerarium & plebeium, quod humi repit. Camerarium, genus cucurbitæ vocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi serpit.

Camero, as, are, ¶ καμαρῶ. Ital. *Edificare in volto.* Gal. *Voulter.* Hisp. *Edificar de bouedа.* ¶ Cameram, id est fornicem & testudinem facio: à quo Concamero. Plin. lib. 24, Dinocrates architectus Alexandri, Arsinoes templũ concamerare inchoauerat.

Cameratus, a, um: vnde Concamerata loca, dicimus testudinea, hoc est quæ fornicibus constant. ¶ Ita. *Fatto in volto.* Gal. *Voulté.* Hisp. *Cosa hecha de bouedа.* ¶ ¶ Camerata vehicula, quæ Græci καμαρωτὰ vocant, qualia sunt pensilia, quibus matronæ gestantur: cuiusmodi etiam hodie fiunt corio contecta.

CAMERACVM, oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Picardiæ. Vulgò *Cambray.*

CAMERINVM, καμέρινον Ptolemæo, Vulgò *Camerino*, penulti. prod. Vmbriæ vrbs præclara, à curuitate situs ita appellata: quam Liuius scribit P. Scipioni in Africam traiecturo, cohortem vnam sexcentorum militum præbuisse.

Camertes appellati sunt Vmbriæ populi, in montibus Piceno contermi. nis: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14, & Strabo lib. 5. Cice. pro Cornel. Balbo, Neque Fulginarium, neque Camertium fœdere esse exceptum. Rectus singularis est Camers. Silius lib. 8, Et armis vel callet laudande Camers. Adiectiuum est. Cice. pro Syll. In agro Camertifi. ceno, vel Gallico.

Camertinus, a, um. Cic. pro Corn. Bal. Is igitur M. Annium Appium fortissimum virum, singulari virtute præditum, ciuitate donauit, quum Camertinum fœdus sanctissimum, atque æquissimum sciret esse.

CAMERIVM, Latij oppidum iuxta Collatiam apud Plin. lib. 3. cap. 5.

CAMESES, siue CAMESIS, Italiæ indigena fuit, consors Iani, qui cum illo bonam Italiæ partem Tyberi vicinam possedit, potentia ita participata, vt regio Camesene, oppidum Ianiculum vocaretur.

CAMILLA, Καμίλλη, Regina Volscorum, Metabi & Casmillæ filia, cuius pater Metabus, propter inuidiam suorum pulsus, Dianæ eam vouit: quum autem iam adolesceret, solis armis studuit: iámque in omni armorum genere instructissima, Turno & Latinis aduersus Aeneam in auxilium venit, & post multas res præclarè gestas, ab Arunte occisa est: vt copiosè describit Virg. lib. 11, matrisque vocauit Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam.

Camillus, Propriè puer ingenuus, qui flamini diali ad sacrificia ministrabat. Antiqui enim Camillos & Camillas vocabant ministros & ministras impuberes in sacris. Vnde Mercurius Hetrusca lingua Camillus, quasi deorum minister dictus est.

CAMILLVS. Qui & alter Romulus dictus est, Romanorum suæ ætatis clarissimus fuit, qui Veios toto decennio obsessos per cuniculos cepit. Nec multo pòst, quum crimini illi daretur, quòd albis equis triũphasset, & prædam iniquè diuisisset, die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeam concessit. Mox quum Galli Senones vrbem diripuissent, ipsúmque Capitolium artissima premerent obsidione, absens Dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intentos, incautos oppressit. Post hæc Populũ Romanum Veios migrare volentem, elegantissima illa, quæ apud Liuium legitur, concione retinuit: in qua omnes vrbis dotes laudésque licet agnoscere. Tertiùm deinde Dictator creatus, Satricum sociam Pop. Romani vrbem, ab impetu Latinorum tutatus est. Quartùm Dictator ad sedandam populi seditionem factus, valetudinem excusauit aliúmque sibi subrogandum curauit. Quintùm Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superauit. Postremò Romæ octogenarius pestilentia interiit, (ex Liuio, & Plutarcho,) qui Gallos, qui capta vrbe Capitolium obsidebant, Italia expulit, patriámque in libertatem vindicauit. Vitam eius vide apud Plutarchum.

Caminus, ὁ κάμινος. Ital. *Fornace, camino.* Gal. *Fournaise, cheminée.* Hisp. *Horno, ò chemínea.* ¶ pen. prod. Latinè fornax dicitur. Virg. lib. 3. Aeneid. Ruptis flammam expirare caminis. Iuue. Satyr. 10, Iam stridunt ignes, iam follibus atque caminis Ardet adoratum populo caput. ¶ Est etiam structura quæ fumum excipit, vel locus, in quo ignis struitur. Cice. ad Atti. Luculento camino vtendum censeo. Sueto. in Vitel. Nec antè in prætorium rediit, quàm flagrante triclinio ex conceptu camini.

Camino, as, are. ¶ καμινεύω. Ital. *Far una fornace.* Gal. *Faire fournaise ou enfoncer de fournaise.* Hisp. *Hazer horno ò chemínea.* ¶ Facere in modum fornacis. Plin. lib. 16. cap. 6, Acetui confertis taleis recentibus luto caminantur. Idem lib. 17. cap. 15, In prunis palmo amplius, & vbique caminata fossura ore compressiore sint.

CAMIRVS, κάμιρος. Vrbs fuit in Rhodio, ita dicta à Camiro Herculis filio, quem ex Iole Euryti regis filia, susceperat: cuius meminit Home. in Catalogo nauium.

Cammaron, κάμμαρον. Herbarum venenosissima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum existimant à radicis flexura, quam Dioscorides scorpionis caudæ assimilat. ¶ Mandragoram item herbam nonnulli Cammaron appellant.

Cammarus, pen. cor. ¶ ἀστακός. Ital. *Gambaro.* Gal. *Escrivisse de mer.* Hisp. *El camaron.* ¶ Piscis est ex cancrorum genere, molliorem testam habens pro cute. Vide Plin. lib. 32. cap. 8. Marti. lib. 2, Concolor in nostra cammare lance rubes.

Camœ

Camœnæ, rum, or diphthongo, Musæ, Iouis & Memoriæ filiæ, à cantus amœnitate ita dictæ. Varro autor est, ab antiquis Carmœnas, & Caimœnas dictas fuisse, quæ postea abiecto r, vel l, Camœnæ appellatæ sunt. Aliter Festus, Camœnæ (inquit) à carminibus sunt dictæ, vel quòd canunt antiquorum laudes, vel quòd sint cattæ mentis præsides. Virg. 3. Aegiog. Aeternis dicetis, amãt aiterna Camœnæ. ¶ Dicimus etiã Camœna numero singulari. Persius Satyr. 5. –tibi nunc hortãte Camœna Excutiẽda damus præcordia. Seneca in Med. Ille vocali genitus Camœna.

CAMPANIA. χωρογραφία. Vulgò *Campania.* ζ Regio Italiæ fertilissima, in qua fuminum est Liberi patris (vt venustè à Plinio dictum est) & Cereris certamen sic dicta, quòd campestris sit. Iuuenalis, Promida Pœnio dederat Campania febres. A' qua Campani, qui in ea habitant. Vrbes præcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliásque complures.

Campanus, a, um, adiectiuum: vt, Vrbs Campana. Virg. 10. Aeneid. Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. Littus Campanum, Statius 3. Syl. Morbus Campanus, Horat. 1. Serm. Campanum ob morbum in faciem permutata iocatur. ¶ Campana superbia, dici solet pro intoleranda arrogantia. Cic. in oratione pro Rull. aliúsque locis vbi colonos capuæ in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ ait esse collocatos.

Campe, æ, plur. num. tantùm & neut. gen. Vermis genus hortensis, herbas & arborum frondes insectans, à verbo Græco κάμπτω, quod est flectere: eò quòd flexo obliquis tractibus corpore progrediatur. Colum. lib. 10. Nec solum teneras audens erodere frondes Implicitus conchæ limax hirsutaque campe. ¶ Hinc Hippocampæ, pisces, qui & equi appellantur, à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt.

CAMPI DIOMEDIS, in Apulia sunt: & est regio quæ Diomedi cessit in Apuliæ diuisione.

CAMPONI, Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur lib. 4. cap. 19.

CAMPSIANI, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Straboni lib. 7. Sunt (inquit) alij Germaniæ populi, indigentia magis laborantes: Suganbri, Chambi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Camphani, cæterique complures.

Camplor, oris, qui ex pecuniæ permutatione lucrum facit. κερματιστής.

Campus, Est gradè atq; amplum spatium terræ planæ, vt plateæ, areæ &c. ζ πεδίας. Ital. *Campo.* Gal. *Vn champ, vne plaine.* Hisp. *Campo raso, a vega y para labrar.* ζ Oppius 3. bell. Ciuil. Sed quum esset inter bina castra campus circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit. Virgil. 7. Aeneid. Filius ardentes haud secius æquore campi Exercebat equos. ¶ Dictus Campus à capiendo, quòd animalium, seu rerum aliarum multitudinem facilè capiat: seu quòd veteres ex agro tantum plano capiebant fructus. Solet tamen accipi pro qualibet re, in qua quis studium habeat. Cic. 4. Acad. Quam sit enim campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta cogimus? Latissimum dicendi campum alio loco dixit Cicero, pro vberitate materiæ, quam vocant. ¶ Martis campus, Ἄρεως πεδίον. Suidas ex Alexãdridis Pisandro. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi viderentur, quique rem vi non iudicio gerẽrẽt: & quibus ius est in armis, quos Heliodus eleganter composita voce ἐνοπλίους vocat. Cæterum in quo quis valet, id Græci campum illius vocant. ¶ Obliuionis campus, λήθης πεδίον. Dicetur vel de vehementer obliuiosis, vel de rebus commentitijs, ac friuolis quæ ouisquam sint. Aristoph. ¶ Famis campus, λιμοῦ πεδίον. In ciuitates dicitur ingenti fame pressas. Est autem locus quispiam hoc nomine. ¶ Venti campus, ἀνέμου πεδίον. In hominem instabilem, ieiunum & inconstantem dicebatur. Refertur à Diogeniano. Nam in planitie venti liberius huc atque illuc dimagantur, nullo coërciti obstaculo.

Campestris, stre, denominatiuum à Campo formatum, πεδιάς: vt, Campestres operarij, qui in campo Martio seruilem operam candidato imperticbantur. ¶ Campestria, Loca plana, à Campo deductum nomẽ. πεδιὰς χώρα. ¶ Campestria item dicuntur genitalium succinctoria, eò quòd ludentes in campo vestibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant fossis campestribus tecti virilia. ζ περίζωμα. Ita. *Le braccle.* Gal. *Des brayes a luicter.* Hisp. *Bragas mariueras.* ζ Horatius, Penula solstitio, campestre nimbus auris. Vnde qui ita succincti sunt, Campestratos vulgus appellat.

CAMPVS LAPIDEVS, λιθώδης, πεδίον. Galliæ Narbonensis campus est, centùm ferè stadiorum diametrum habens, lapidibus quo singuli manum implent plenissimus: sub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli suppeditatur vbertas. In medio fossæ scatent aquæ, salisque vis magna. Vniuersa circumadiacẽs ora, ventis exposita est: validissimè autem Melamborij venti procellis infestatur: quo saxa ipsa volui traduntur, hominésq; ex curribus excuti, & vi ventorum armis vestibusq; nudari. Huius rei originem ad huiusmodi referunt fabulam, Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filiis pugnantem, quum deficientibus telis in vitæ discrimen venisset, Iouem patrem orasse, vt sibi tela administraret: statimque imbrem lapideum ea in loca decidisse, quo gigantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura apud Strabonem lib. 4.

Camura, æ, pen. prod. Vasis genus, quod opertum in nuptijs ferebant, in quo erant nubentis vtensilia. Festus.

Camurus, a, um, Idem quod inflexus, seu curuus. ζ καμπύλος, καμπυλόγωνος. Ital. *Torto, piegato.* Gal. *Courbe ou courbé, camus, recrogneullé.* Hisp. *Retuerto o de honeda.* ζ Virgil. 3. Georg. Camuris hirtæ sub cornibus aures.

Camus, mi, Genus vinculi. ζ κημός, φίμωτρον. Ital. *Laccio, fune.* Gal. *Frein bride ou licol.* Hisp. *Lazo, cuerda.* ζ Plautus in Cal. posuit pro fune quo damnati alligantur furcæ, quum ait, Cammam & furcam feras. ¶ Item equorum retinaculum, frænum, & muliebre ornamentum. ¶ Græcis etiam Cadũ iudicialem significat, coni figuram referentem, in quem iudices calculos conijciebant. ¶ Est & genus tibiæ, pabuli, & lilij, & quædam herba. ¶ Item mechanicum instrumentũ igniferum. ¶ Chamos aspiratum, idolum est, quòd alio nomine dicitur Beelphegor, vt inquit Hieronymus.

CANA, siue CANAE, Straboni lib. 13. promontorium Asiæ, quod contra Lectum consurgens, Adramyrenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. ¶ Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, situm in agro Canzo. ¶ Cana præterea vicus Galilææ est, & vrbs Lycaoniæ.

Canabis, Vide CANNABIS.

CANACE, κανάκη, Aeoli filia fuit, & Macarei soror: de qua Ouidius scribit in Epist. 11.

CANNACHE, ab Ouidio 3. Metamorph. numeratur inter canes Actæonis: quod nomen ἀπὸ τοῦ κανάχου, hoc est à clamore & strepitu impositum videtur.

CANAIVS, Amnis Aeolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.

Canalicolæ, pen. corr. Forenses homines pauperes: dicti quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Canalis, pen. prod. & tam masculini quàm fœminini generis, à canna fit, vna litera detracta. Est autem Canalis lignum ad cannæ similitudinem cauatum, quo aqua deducitur. ζ σωλήν. Ita. *Canale, condotto.* Gal. *Canal, conduit, ef fuset, tuyau.* Hisp. *Canal.* ζ Festus, Canales per quos aqua confluit in vrbe lapide stratis. Virgil. 3. Georg. –greges ad stagna iubeto Currentem illiquis potare canalibus vndam. ¶ Dicitur & hoc Canale. Statius lib. 1. Syl. Flumina demerso trahit intemerata canale.

Canaliculus, diminutiuum à Canalis in masculino genere. ζ σωληνάριον. Ital. *Picciolo canale.* Gal. *Petit canal, petit efuset, tuyau.* Hisp. *Cano pequeño.* ζ Columel. lib. 9. Largiore cibo celerius pinguescit: semper tamen etiam canaliculi mitio repleti apponuntur.

Canalicula, diminutiuum, Parua canalis. σωληνάριον. Gell. lib. 7. cap. 11. Ipsum autem Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdam, seu fistulas, &c.

Canaliculatus, a, um. Quod est in canalis modum factum. ζ σωληνοειδὴς. Ital. *A foggia di canale.* Gal. *Fait en façon de canal ou tuyau.* Hisp. *Cosa acanalada.* ζ Plinius lib. 19. Quibusdam anguita & canaliculata, vt cuminо: paucis foliacea & lata, vt atriplici.

Canalitius, a, um, adiectiuum. ζ σωληνώδης. Ital. *De canale.* Gal. *De canal ou tuyau.* Hisp. *Cosa de cano.* ζ vt, Canalitium aurum, dicitur in puteis effossum, quod venarum canalibus per saxa vagatur huc atque illuc, & per latera puteorum. Plin. lib. 33. cap. 4. Quod puteis foditur, canalitium vocant alij Canalense, marmoris glareæ inhærens.

CANAN, dicta est Arabia à Cam, qui in ea confedit: à qua Cananæi. Hæ fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quia princeps eius, & conditor cultum à patre non accepit, malè dictus ab eo itaque ignorantiam Dei vitiatis minoribus reliquit.

Cananæa, κανανῖτις, Syriæ regio à Canaam filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, à se Cananæam nuncupauit.

Cananitis, dis, κανανῖτις, pen. corr. possessiuum est patronymici fœminini formæ deductum à nomine Canaan, vt Regio Cananitis.

Canaria, Herba est, quam vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus, quòd canes ægroti ea præsentem vomitum eliciant. Plin. lib. 25. cap. 8. ¶ Inuenerunt & canes canariam, qua fastidium deducunt, eámque in nostro conspectu manducant: sed ita, vt nunquam intelligatur quę sit: etenim depasta cernitur. Ruellius humilem esse herbulam ostendit, foliis tritici multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodijs tibiarum modo in se infertis, quæ tracta suis ex vaginulis exeruntur: cuiusmodi spicæ loco paniculam habens: denique folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans.

CANARIA, Insula est Atlantici Oceani, ad lęuam Mauritaniæ, vna ex iis quas veteres ob insignem aëris temperiem, Fortunatas vocauere. Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, vt ex Iubæ sententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32. Hodie omnes illæ insulæ, quas veteres Fortunatas dixere, vno nomine Canariæ appellantur: quarum nobilissima est Palma, præstantissimo saccharo, quod Canarium vocant, insignis. Vulgus nomen retinuit.

CANARII, Africæ populi sunt circa Atlantem, habitantes in saltibus plenis elephantorum, ferarum, & serpentum: ita dicti, quòd canum victus ipsis promiscuus sit. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.

CANAS, Oppidum Lyciæ regionis Asiaticæ. Lycia quòdam (inquit Plin. lib. 5. cap. 27,) LX oppida habuit, nunc XXXVI habet. Ex his celebertima, præter supradictas, Canas, Candyba.

CANASTRAEVM, κανάστραιον, Promontorium est Macedoniæ, Pallenæ proximum, in sinu Thermaico. Plin. lib. 4. cap. 10.

CANATHA, κάναθα Stephano, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

Cancanos, κύκανος, Herba est Galeno, quæ Dioscoridi & Plinio, Calcalia dicitur, & Leontice. Vide Ruellium lib. 3. cap. 128.

Cancelli, lorum, Ligna aut ferramenta, modicis interuallis in transuersum instar retis inuicem annexa, quibus scenæ, & tribunalia atq; fenestræ muniri solent, additisque eorum præcindi. ζ κιγκλίδες, διάδρομοι. Ital. *Gelosie ferrate.* Gal. *Treillis, clautes rayes.* Hisp. *Rexas o verjas de hierro para apartar.* ζ Et apud priscos ferè semper fuerunt ærei, quorum multi extãt per basilicas distributi, ad lignorum similitudinem fabrefacti, quorum lineolæ altrinsecus in quincuncem superpositæ foramina linquunt, quibus quum aër aspectui; admittatur, prohibetur accessus. secnátq; vsus eiusmodi claustra vineis pro valuis, foribusque apponi. Cicero pro Sestio, Tantus est à fori cancellis plausus excitatus. ¶ Cancellos alicui circundare, per translationem dicitur pro eo quod est, limites quosdam angustos cuipiam præscribere, extra quos non liceat euagari. Idem pro Quintio, Si extra hos cancellos, quos mihi ipse circumdedit, declinauero. ¶ Sunt & cancelli loca cancellatim, hoc est tessellatim facta transuersariis liguis accommoda sessui. Ouidius, Cancellis primos imposuisse pedes. ¶ In sacris literis Cancelli vocantur specilla foraminibus plena, & transuersim plagulis fenestrata, quas vulgus *Zelosyras* vocitat. Vnde in Prouerbijs, De fenestra domus meæ per cancellos perspexi iuuenem cancellos. Hos deliciosos. Cic. lib. 1. de perfecto genere dicendi, appellat Transennas, ab oculorum videircet & foraminum transitu: ait enim, Quasi per transennam præterecuntes strictim aspicimus.

Cancello, as, are. Columel. lib. 4. cap. 2. de vite loquens: Hæc autem quæ toto prostrata corpore, quum inferius solum quasi cancellauit atque irretiuit, eratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis angitur, nec alitet quam si multis palmitibus granata deficit. ¶ Aliquando significat Concido, dilanio, dispungo, erado, deleo. ζ ἀλείφω. Ital. *Cancellare, cassare, sotto rui.* Gal. *Canceler, rayer, casser.* Hisp. *Trunear, cassar o borrar*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſer como la eſcriptura. ¶ Nam ſicut ex tranſuerſo ducuntur ligna in cancellis, ita delendis ſcripturis tranſuerſo calamo nocæ, lineæque atramentariæ. Iureconſ. tit. De his quæ in teſtamento delentur. Cancellarat quis teſtamentum, vel induxerat.

Cancellatus, a, um, adiectiuum. Quod cancellorum figuram imitatur. ¶ κανελλατος, ἀφ' ὦ. Ital. *Fatto a graticcio.* Gal. *Fait en façon de treillis ou de rez.* Hiſp. *Coſa apartada con rexas.* ¶ Plin. lib. 3. cap. 20. Durißimum dorſo tergus, ventres molles, ſetarum oullum tegumentum: nec in cauda quidem præſtires molles, ſetarum oullum tegumentum: nec in cauda quidem præſtitit (ſed dum abigendo tædio muſcarum, nauigaſſet & tanta vaſtitas ſentit) ſed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo quum cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo quum exeunti recipere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehenſas enecant. Vbi Cancellatam autem appellat, quibuſdam cancellis diſtinctam; hoc eſt teſſellatim quadratâ, & in modum capſularũ factam.

Cancellatim, Ad ſimilitudinem cancelli. ¶ κανελλιδον. Ital. *A ſcacchi.* Gal. *En façon de treillis, en maniere de rez.* Hiſp. *A partes, à manera.* ¶ Plin. lib. 11. ca. 37. Teretiſtrum aliis venter denticulatæ aſperitatis, aliis cancellatim mordacis.

Cancellarij, ¶ κιγκελλοφυλακες. Ital. *Scriuani, cancellieri.* Gal. *Chancelliers.* Hiſp. *Chancilleres.* ¶ Degenerante iam tum paulatim lingua Latina, dicti ſunt ſcribæ principum, quorum opera illi in conficiendis, examinandiſve diplomatibus vtebantur. Vtitur hac voce Flauius Vopiſcus, ſcribens à Catino Imperatore factum eſſe præfectum vrbis vnum ex Cancellariis ſuis.

Cancer, cri, ¶ καρκινος. Ital. *Cambaro.* Gal. *Eſcreuiſſe.* Hiſpan. *Cangrejo.* ¶ Piſcis genus eſt mollem teſtam habens pro tegumento, cuius multæ ſunt ſpecies, quas vide apud Plin. lib. 9. ca. 31. ¶ Eſt item Cancer vnum ex duodecim Zodiaci ſignis, à quadam cancri piſcis ſimilitudine ita dictum: eo quòd Sol menſe Iunio ſignum hoc perambulans, paulatim incipit à nobis recedere, & curſu retrogrado ferri, in modum cancri. Refert Higinus, hunc fuiſſe cancrum, qui à Iunone in Herculem, cum Hydra Lernæa pugnantem, immiſſus fuit: qui quum pedem eius momordiſſet, ab Hercule occiſus eſt, & à Iunone inter ſydera collocatus. ¶ Cancer item. ¶ καρκῖνος, καρκινωμα. Ital. *Cancaro, infermita.* Gal. *Chancre.* Hiſp. *El cancer o enfermidad.* ¶ morbus eſt ab atra bile effernescente proficiſcens, cum alias corporis partes, tum mulierum mammas in primis infeſtans, quę menſtruo non purgantur. Dictus Cancer, vel quòd paulatim ſerpat circuiti piſcis ſimilitudine: vel quòd venas circa ſe habeat extentas, inſtar brachiorum cancri: vel quòd pertinaciter hæreat, vt ſolet cancer, ſiquid chelis apprehenderit. Eſt autem & in hac ſignificatione, vti in duabus præcedentibus, maſculini generis & ſecundæ declinationis. Cato de Re ruſtica. Eadem braſſica vulnera putrida, cancoſque purgabit, ſanoſque faciet. ¶ Grammaticorum nonnulli in hac ſignificatione neutri generis eſſe tradiderunt, & tertiæ declinationis, decepti Ouidij loco, quem opinionis ſuæ corroborandæ cauſa ſolent adducere, Vtque malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere, & illæſas vitiatis addere partes. Qua in re nimium profectò puerliter fallantur, non animaduertentes, adiectiuum Immedicabile, non cum nomine Cancer, ſed cum dictione Malum, cohærere. ¶ Cancros Orci, dixit Apuleius, pro faucibus, & tenacibus ſtationibus, quaſi cancellos. ¶ Cancros leporis comparas, κληρονομε δικαιον καὶ νομιζεται. De ſupramodum diſſimilibus. Etenim vt leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota eſt. ¶ Cancer leporem capit, καρκινος λαγων αιρει. De re nequaquam veriſimili, dictúque abſurda, velut ſi quis dicat, ab indoctiſſimo ſuperari doctum. ¶ Cancrum rectè ingredi doces, κριον ὀρθα βαδιζειν διδασκεις. De eo qui docet indociles. Refertur in Plutarchi Collectaneis: pertinétque ad genus ἀδυνατων. ¶ Huic finitimum eſt quod ait Ariſtophan. in pace, Οὐκουν πεισεις τον κριον ὀρθα βαδιζειν· Οὐδ' ἐστι τοῦτο πραγματος πεισεις ἀνηρ νοῦν. Id eſt, Ambulet vt cancer rectà, haud effeceris vnquam: Nec quicquam efficies vbi res erit antè peracta. Hoc velut oraculum poëta facetus pronunciat, Quod à natura ſit iuſſitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum, obliquè ingredi.

CANCHLEI, Arabiæ populi, Cedreis, & Nabathæis finitimi. Autor Plin. lib. 5. cap. 11.

Canchrys, κάγχρυς, Libanotidis fœcũdæ ſemen eſt, Dioſcoridi li. 3. c. 70.

CANDACE, es, κανδάκη Suidæ, Aethiopum regina fuit, tempore Auguſti, quæ maximi animi mulier, tantique in ſuos meriti fuit, vt omnes deinceps Aethiopum reginæ, eius nomine fuerint appellatæ. Strabo li. 17. Candace per noſtra tempora Aethiopibus imperauit, viriius ſanè mulier, ſed altero oculo capta. Plin. lib. 6. cap. 29. Regnare fœminam Candacem: quod multis iam annis nomen ad Reginas tranſiit.

CANDARA, κάνδαρα, Paphlagoniæ oppidum, tribus ſchœnis à Gangris diſtans, & Thariba vico. Gentile eſt Candarenus, κανδαρηνός.

CANDARIA, Promontorium eſt in Coo inſula. Autor Strabo lib. 14.

CANDAVIA, Mons eſt in ea parte Macedoniæ, quæ in mare Adriaticum tergit, LXX M. paſſuum à Dyrrhachio diſtans. Lucanus lib. 6. Deuia quà vaſtos operit Candauia ſaltus. Plinius Candauias montes, multitudinis numero appellat, lib. 3. cap. 23.

CANDAVLES, κανδαύλης, Lydorum rex fuit, qui quum vxorem haberet formoſiſſimam, non contentus ſecreta voluptatum ſuarum conſciẽtia, eam Gygi amico nudam oſtendit: quo facto ſodalem forma Reginæ captum ex amico hoſtem fecit, & tanto propoſito præmio in necem ſuam pellexit, vxorémq; & regnum dotale veluti in manum tradidit.

Candaulus, κανδαυλος, Opſonij genus fuit ex carne elixa, pane, & caſeo Phrygio, cum anetho, & pingui iure. Vide Cælium Rhod. lib. 20. ca. 14.

CANDAX. Vide CANDACE.

CANDESORA, Palus Phœnices, in radicibus Carmeli montis: de qua Plin. lib. 36. cap. 26. Pars eſt (inquit) Syriæ, quæ Phœnice dicitur, finitima Iudææ intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ Cãdebœa nominatur. Ex ea creditur naſci Belus amnis.

Cándefacio, Vide CANDEO.

CANDEI. Populi ſunt in ſinu Arabico, qui, quòd ſerpentibus veſcantur, Ophiophagi vocantur. Autor Plin. lib. 6. cap. 29. Pomponius lib. 3, in deſcriptione ſinus Arabici.

Candela, Á candore lumnis dicitur. ¶ λαμπας, κηρος. Ital. *Candela.* Gal. *Chandelle, torche, cierge, ou telle choſe eſclairante.* Hiſp. *Candela, candil.* ¶ Iuuen. Satyr. 9, Candelam apponere valuit. Plin. lib. 13. cap. 13. Lapidem fuiſſe quadratum circiter in medio, arctè vinctum candelis quoquò verſus. Loquitur de lapide in quo reperti ſunt lib. Numæ. Hermolaus, Candelæ, inquit, ſunt quacunque conſtant materia, ſcirpis, tæda, ſeno, cera: vti mirum non ſit, libros Numæ candelis inuoluros tradi. Candelas febare, Colum. lib. 2. cap. 22.

Candelabrum pen. prod. ¶ λυχνιον, κηρυπιον. Ital. *Candeliero.* Gal. *Chandelier.* Hiſp. *El lugar donde ſe pone el candil.* ¶ dicitur, quòd in eo candelæ figantur, autore Feſto. Cice. 6. Verr. Iam verò lectos æratos, & candelabra ænea. Sic 4. Verr. Martial. de candelabro Corinthio, Nomina candelæ nobis antiqua dederunt Non norat parcos vncta lucerna patres.

Candeo, es, ui, Candidus ſum. ¶ λαμπω εἰμι. Ital. *Eſſere bianco.* Gal. *Eſtre blãc.* Hiſp. *Emblanquecerſe.* ¶ Virgil. 4. Aeneid. Candentis vaccæ media inter cornua fundit. Ouid. 11. Metam. Candida de nigris, & de candentibus atra ¶ Significat etiam ignitum eſſe. ¶ πύρωσις, ἐκπύρωσις. Ital. *Diuenir di fuoco.* Gal. *Eſtre embraſé, ou voluire & eſtre blanc de force d'eſtre embraſé & cuit au feu.* Hiſp. *Encenderſe.* ¶ Cic. 1. Offic. Qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum.

Candeſco, ignitus fio, ignesco. ¶ πυρῶμαι. Ital. *Diuenir di fuoco.* Gal. *S'embraſer, deuenir feu.* Hiſp. *Encenderſe.* ¶ Ouid. 2. Metamorph. Cutrúſque ſuos candeſcere ſentit. ¶ Candeſcere etiam album fieri ſignificat. Tibullus lib. 1, Liceátque caput candeſcere canis.

Candetum, Galli appellant in areis vrbanis ſpatium centum pedum, quaſi Centeatum: in agreſtibus autem pedum centum quinquaginta quadratorum inſtum Candetum vocant. Ex libello variorum autorum de Limitibus.

Candor, oris, Albedo ſplendori coniuncta. ¶ λαμπρότης. Ital. *Biancheza, candore.* Gal. *Blancheur, lueur, pureté, bonne foy.* Hiſp. *Blancura con luſtre.* ¶ Plautus in Men. O', ſolem vides, ſtatim vt occæcatus eſt, præ huius corporis candoribus. Plin. lib. 12. cap. 14, Thus probatur candore. Cic. 2. de Nat. deor. Nam ſolis calor & candor illuſtrior eſt, quàm vllrus ignis: quippe qui immenſo mundo tam longè latéque illuceat. Dicitur & permetaphoram candor animi à Cicerone multis in locis, pro ſyncerítate & puritate animi.

Candefacio, Candidũ facio. ¶ λαμπαινω. Ital. *Imbiancare.* Gal. *Faire blanc, blanchir.* Hiſp. *Emblanquecer.* ¶ Plaut. in Moſtel. Vna opera ebur atramento candefacere poſtules. ¶ Aliquando etiam Candefacere. ¶ ἀκροχολιζειν. Ital. *Scaldare talmente vna coſa che ti paia bianca.* Gal. *Eſchauffer tellement quelque choſe qu'on la face reluiſante & comme blanche.* Hiſp. *Encender.* ¶ Eſt candentem, hoc eſt ignitum reddere. Plin. lib. 34. cap. 8. Vbi inter lapides candefactos funditur.

Candico, as, pen. cor. Candorem habeo, ſubcandidus ſum. ¶ ὑπολαμπω. Ital. *Eſſere vn poco bianco.* Gal. *Eſtre blanc, tirer ſur le blanc.* Hiſp. *Ser blanco por de fuera.* ¶ Plin. lib. 8, Inſigne ei in dextro latere candicans macula.

Candicantia, æ, pro albedine. ¶ λαμπρομήδες. Ital. *Biancheza.* Gal. *Blancheur, couleur blanchaſtre, tirant ſur le blanc.* Hiſp. *Blancura.* ¶ Plin. lib. 37. Fictitiæ ſacrificationis candicantiam fugiunt.

Candidatus, ¶ λαμπαδηφορις, λαμπαδιαφορος. Ital. *Veſtito di bianco.* Gal. *Veſtu de blanc, blanchi.* Hiſp. *Coſa veſtida de veſte blanca.* ¶ Alba veſte indutus. Plaut. Rud. Ergo vos æquius erat candidatas venire, hoſtiatáſque. Item qui luce quadam nitente perfuſus eſt. Vnde Lactantius immortalitate nos veluti candidatos eſſe, eleganter dixit. ¶ Candidati etiam dicebantur, qui ad alicuius magiſtratus, aut digniratis petitionem aſpirabant, ἀπο τῆς λαμπρότητος τῆς ἐσθῆτος οἱ ἀξιοῦντες, à toga candida, quam per id tempus induebant, ſiue ad denotandum integritatem, quòd ſolus hic color ſyncerus ac purus, & minimè inquinatus eſt: ſiue, vt perſpici ab omnibus poſſet, eos pecuniam non habere, qua ciues corrumperent. Ire autem candidati per comitia ſolebant, ſuadendo, rogando, ſubmittendo ſe omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices oſtendẽdo. Cicero pro Muræna. Nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quæ liberalitatem magis ſignificat, quàm largitionem. Inde per tranſlationem aliarum quoque rerum petitores. Candidati dicuntur, ſicut à Quintiliano, Candidatus eloquentiæ, & à Plinio in Paneg. Candidatus gloriæ, & immortalitatis: ab Hieronymo, Candidatus fidei. Ex quibus oſtẽditur Candidatus conſtrui cum genitiuo: vt ſit Candidatus Cõſulatus, Præturæ, Quæſturæ, qui petit Conſulatum, Præturam, Quæſturam.

Candidus, da, dum, ¶ λαμπρος, λευκος. Ital. *Candido, bianco.* Gal. *Blanc, reluiſant, reſplendiſſant.* Hiſp. *Blanco con luſtre.* ¶ Proprié dicitur, quod lucenti quadam habet albedinem: vnde niuem candidam, & Cygnum candidum magis propriè dixeris, quàm album. Seruius in 3. Geor. Aliud eſt candidum eſſe, id eſt quadam nitenti luce perfuſum: aliud album, quod pallori conſtat eſſe vicinum. ¶ Sumitur etiam Candidum, πῦρ, pro ignito: vnde Ferrum candidum vocamus, quum accenſum eſt & ignitum. ¶ Et quia inter colores candidus puriſſimus eſt, accipitur etiam Candidum pro puro, & ſyncero, & minimè fucato. Horat. 1. Epiſt. Albi noſtrorum ſermonum candide iudex. Et cãdidus ſermo, λαμπρὸς λόγος, Græcis dicitur oratio dilucida perſpicuáque, à colore qui inter cæteros plurimum, habet lucis. ¶ Interdum candidus ponitur pro Fœlici: tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: aduerſum nigro lapillo deſignãt. Catullus, Fulſere verè candidi tibi ſoles. Horat. li. 1. Ser. -hæccine ſolem Tam nigrum eſſe mihi? id eſt triſtẽ & exitioſum.

Candidè, Idem ſignificans, quod purè, ſyncerè & benignè, ¶ ἐλευθερίως. Ital. *Dalmente da bene, di puro cuore.* Gal. *A la bonne foy, ſimplement.* Hiſpa. *ſimplemente y verdaderamente.* ¶ Cælius Ciceroni, Cauendum tibi erit, ne parum ſim plicites, & Candidè poſſiſſe inimicitias videaris.

Candidules, a, um, diminutiuum. λαμπρυλλος. Cic. 5. Tuſcul. Candiduli dentes, venuſti oculi, color ſuauis.

Candido, as, Candidum facio. ¶ λαμπω. Ital. *Imbiancare.* Gal. *Blanchir, faire blanc.* Hiſp. *Emblanquecer.* ¶ Pomponius, Veſtem lixiuio candidans. Plinius, Cuius radice vtuntur ad candidandos capillos.

Candifico, as, Idem. λαμπω. Næuius, Poliens ſeſe, & ſuccis herbarum candificans cutem.

Candidatorius, a, um. πυρρακτιλλικος: vt, Candidatorium munus. Cice. ad Attic. lib. 1, Nos in omni munere candidatorio fungendo ſummam adhibebimus diligentiam.

CANDIDVM, λαμπη, Zeugitanæ regionis (quæ propriæ Africa dicitur) promontorium eſt. Sunt enim in minore Africa tria promontoria, teſte Plinio

Plinio lib.5. Candidum, circa quod Scipio in Africam proficiscens copias suas exposuerit: mox Apollinis, aduersum Sardiniæ, & Mercurij aduersum Siciliæ: quo in altum procurrentia, duos efficiunt sinus, Hipponensem, & Diarrhytum.

CANDIOPE, κανδιόπη. Oenopionis filia & Orionis soror (vt Theodotius asserit) quam quum frater in venatione in antrum traxisset, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum suscepit: quod quum Oenopion resciuisset, indignatus, filium exulatum abire iussit, qui oraculo edoctus versus Oreatem in Thraciam cum Candiope & paruo filio delatus est, ibique ob insignes virtutes in magno pretio fuit.

Candoloceus, in vitibus quid dicatur, docet Colum. lib. 5. cap. 4, his verbis, Nonnullos tamen in vineis characatis animaduerti, & maximè beluenaci generis, prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobruere, deinde rursus ad arundines erigere, & in fructum summittere, quos nostri agricolæ Mergos, Galli *Candoseces* vocant.

CANDYBA, κάνδυβα, æ. Stephano, Lyciæ regionis ciuitas est, vbi laudatur Oenium nemus. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.

CANENS, entis, Nympha fuit, Pici Laurentũ regis vxor, quæ quum virum à Circe in auem mutatum supramodum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tybetis, vbi hæc contigerunt, nomen suum reliquit. Fabulam hanc vide latius apud Ouidium 14. Metamorphoseos.

CANE, Oppidum Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.

Caneo, Vide CANVS.

Canentas, Capitis ornamenta veteres dixere. Festus.

Canephora, pen. corr. κανηφόρος. Virgo dicitur, quæ more Attico sacra in cistulis repositi capite sustinebat, κάνεα enim Græci dicunt, quæ nos Canistra, & per diminutionem Canistella. Cic. 6. in Verrem. Habe Canephoras, decorum simulacra restitue.

Cani, canorum, Vide CANVS.

Cania, æ, Vtricæ syluestris genus. Plin. lib. 21. cap. 15, Et in syluestri quæ dicitur Cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

Caniceæ, Furfures ab antiquis dicebantur, teste Festo, eo quòd canes iis pascerentur. Vnde Canicaceum panem, furfureum dicimus. Pacuuius, Qui apud te, quasi seruus, est canicaceum panem.

Caniceps, Genus animalis faciem caninam habens. κυνοκέφαλος. Plin. lib. 7. cap. 2, tradit in Asiæ montibus genus hominum esse canino capite, pro voce latratum edentium, quos vocat κυνοκεφάλους: nos etiam Canicipites vocare possumus.

Canicula, Vide CANIS.

CANIDIA, Vnguentaria fuit Neapolitana, in quam, tanquam in veneficam, sæpe inuehitur Horatius.

CANINIVS, Septem horarum Consul fuit, in quem iactarum est scomma illud Ciceronis, Mira fuit Caninij Consulis vigilantia, qui toto suo Consulatu somnum non vidit.

Caninus, Vide CANIS.

Canis, gen. comm. ὑλακτικὸν. Ital. *Cane*. Gal. *Chien ou chienne*. Hisp. *Can, perro*. } Animal latrabile: piscis marinus: & luditalatis signum, quod vnum duntaxat punctum continebat: ideò damnosus canis appellatur. Propertius, Semper damnosi subsiluere canes. Canis animal à canendo dicitur, quòd nocte in custodia, & in venando signum voce det. Terent. in Phorm. Introiit in ædes ater alienus canis. De hoc Colum. li. 7. ca. 12, Quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiã vel furem prædicat, quàm ille latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis denique vitor aut vindex constantior? De genere autem & natura canum, vide Plin. lib. 10. cap. 63, & Xenophontem in opere de Venatione. ¶ Canis ad cibum, κύων ἐπὶ σῖτον. De iis qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo ostenso allicunt. ¶ Teipsum non alens, canes alis, ἀνὴρ ὢν ἄφιλον, κύνας τρέφεις. In eum dicebatur, qui quum per inopiam sibi quæ sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur aut equos aut famulos habere domi, splendidisque vestibus indui. ¶ Cum cane simul & lorum, σὺν κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα. Eudemus indicat dici quoties simul omnia pereunt, vt nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod periit. ¶ Canidas paleas, asino ossa, κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστᾶ. Quum res præposteræ distribuitur: veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito flosculos & gladium, balteúmve, militi librum. ¶ Canis ad proprium vomitum, κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐξεμὸν. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando sunt expiati. Refertur in Epist. D. Petri. ¶ Digna canis pabulo, ἄξια κύνας ἢ βρώματος. Fermè perinde valet ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non vsquequaque reiiciendum atque inutilem. ¶ Canem excoriatam excoriare, κύνα δέρειν δεδαρμένον. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti. Aristoph. in Lysistrata. Diogenianus ait conuenire in eos qui frustra sumunt operam. Sunt qui putant magis quadrare quum quis affligit afflictum. ¶ Canis festinans cæcos parit catulos, ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει. In eos iaciebatur, qui nimio festinandi studio, rem parum absolutam edunt: vt si quis operis parum elimati præcipitet editionem. Galenus lib. de Semine. ¶ Canis in præsepi, κύων ἐν φάτνῃ. In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neque reliquos item sinunt vti. Quemadmodum canis in præsepi nec ipse vescitur hordeo, & equum vetat vesci. Lucian. aduersus indoctum. ¶ Obiicere canibus agnos, πρόβατα τοῖς κυσὶν ἔρριπται, dicebatur qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus & exercitatis exponeret, quòd agnus sit animal omnium maximè imbelle. Refertur à Diogeniano. ¶ E canis podice, ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ. Dictum videtur à Luciano pro eo quod est, rebus anxijs atque angustis, quòd ea pars arctior sit huic animanti, quamobrem & exeernunt difficilius. ¶ Canis fauiês in lapidem, κύων ἐς τὸν λίθον ἀγανακτέων. Competit in eos qui mali sui causam imputant non ipsi autori, sed alteri cuipiam. Plato de Rep. & Pacuuius apud Nonium. ¶ Inuitis canibus venari. Hoc adagio Plautus in Sticho significare videtur non satis feliciter succedere quod à nolentibus extorquetur. ¶ Canis vindictam, κυνὸς δίκη. Macedonicum adagium in eos qui præter expectationem pœnas dant iis quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tragici poëtæ interitu, qui à canibus fuit discerptus. ¶ Canis sydus le-

porem fugientem sequitur: habet in lingua stellam vnam, quæ propriè appellatur Canis, magnam quidem & splendidam: in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cælo, maior scilicet & minor: sed Canem dicendo, maiorem intelligimus. Minor enim canis Canicula dicitur: quæ quia integrum diem in ortu atque occasu Canem præcedit, à Græcis προκύων vocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. Cicero, Antecanem. Procyon Graio qui nomine fertur. Oritur XVII. Calend. August. Occidit, sed non tota, post dies quadraginta: idque dierum spatium, Dies caniculares appellamus, eo quod sydus hoc iis diebus in medio cæli centro sit, coniunctúmque cum Sole duplicet calorem, quo dissoluuntur corpora, & euaporantur. Dicta Canis, quòd corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere videatur.

Canicula, diminutiuum à Cane, quum est fœm. gen. } κυνίδιον. Ital. *Vna picciola cagna*. Gal. *Petite chienne*. Hisp. *Perra pequeña, perrica*. } Cic. 3. de Nat. deor. At illud non modò non arrogantis, sed potius prudentis, intelligere se habere sensum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro signo exlesti, ἀστερισμῷ. Colum. lib. 10. Quámq; peracto solstitio vsque ad ortum Caniculæ, qui fere dies triginta sunt. ¶ Hinc Caniculares dies, αἱ ἀμφὶ τὸν ἐπιτέλλοντα κύνα ἡμέραι. ¶ Dicebatur præterea, hoc nomine tali latus, quod vnitatem ostendebat, in quod conuerso talo, deponebatur ab eo qui iactauerat. nummus vnus, aut quãtum inter se pacti fuerant, sine aliquo lucro: ideireo damnosa canicula vocabatur. Persius, -damnosa canicula quantum Raderet. ¶ Canicula item genus piscis marini, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

Caninus, a. um, Quod est ex cane. } κυνοῦς. Ital. *Di cane*. Gal. *De chien, des apartenances des chiens*. Hisp. *Cosa de can ò perro, perruno*. } Plinius, Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Vnde Canini dentes, post primores: de quibus in dictione DENS. Et Caninum prandium abstemium: in quo nihil vini potatur, quoniam canis vinum non bibit. Vide Aulum Gellium lib. 13. cap. 29. Canina cœna, Idem. Plautus in Cas. Hãc iho, caninam cœnam spero meliorem fore. Et canina facundia. Salustius apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula, Canina, vt ait Appius, facundia exercebatur Hieronymus ad Rusticum monachum. Pomparum ferculis procedunt in publicum, vt caninam exerceant facundiam.

Canarius, a. um, Quod ad canem pertinet. } κυνικὸς. Ital. *Canino, cagnesco*. Gal. *De chien*. Hisp. *Cosa de can ò perro, perruno*. } vt, Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarium. Plin. lib. 18. cap. 3. Augurio canario agendo dies constituatur, prius quàm fœmenta vaginas exeant, & antè quàm in vaginas perueniant.

Canarim, aduerbium significans ad similitudinem canis, } κυνιδὸν. Ital. *Cagnescamente in cagnesco*. Gal. *En chien, en façon de chien*. Hisp. *En manera de can ò perro*. } Sicut Bouatim, ad similitudinem bouis. Cuigidius Figulus in Comment. Grammat. vt citat Nonius, Sunt etiam assimilanter dicta hæc Canatim, Suatim, Bouatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Canistrum, & Canister, } κάνεον. Ital. *Canestro, cesto, paniere*. Gal. *Panier ou corbeille faite d'osier*. Hisp. *Canasta*. } Fiscella, cista vimineaà Græco κάνεον, ε. in ι. mutato. Virgilius Cereémque canistris Expediunt. Palladius, Salygnis canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. ¶ Hinc fiunt diminutiua Canistellum & Canistellus. κανάδιον, κανίσκιον.

CANIVS, Poëta fuit temporibus Martialis, eique familiaris: qui natura ita hilaris erat, vt semper rideret. De quo idem Martial. lib. 1. epigram. ad Maximum.

Canna, } κάννα, Νομ. Ital. *Canna*. Gal. *Canne, roseau*. Hisp. *Caña*. } Arundo, licet minor sit, & maior calamo. Ouidius, Et pigram velabat canna paludẽ. Colum. lib. 5, de arundineto. Ea est autem senectus, quum vel exaruit situ, & inertia plurium annorum, vel ita densatum est, vt graciles, & cannæ similis arundo prodeat. Strabo scribit in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine verò digiti minoris cannas nasci.

Canneus, a, um, adiectiuum, Quod ex cannis conficitur. } καλάμινος. Ital. *Di canna*. Gal. *De canne ou roseau*. Hisp. *De caña*. Vnde Columella, Canneas tegetes vocat, stoias ex cannis confectas, quæ ad excipiendum aluam arboribus substerni solebant. Sic enim ait lib. 12. cap. 50, Vrceis quibus oleum progeritur, cannex tegentes, quibus oliua excipitur.

Cannetum, Vbi cannarũ copia est. } καλαμὼν. Ital. *Canneto*. Gal. *Lieu ou croissent les cannes ou roseaux*. Hisp. *Cañaueral, Lugar donde naces cañas*. } Palladius, Lilieta, canneta ponenda sunt.

Cannabis, } κάνναβις. Ital. *Canapo*. Gal. *Du chanure, chenevis*. Hisp. *El cañamo*. } pen. corr. Herba est, ex qua fiunt chordæ. Persius, Tun' mare transiliat? tibi torta cannabe fulto Cœna fit in transtris? ¶ Dicitur & Cannabum. Palladius lib. 3. cap. 6. Hoc tempore cannabum seris.

Cannabaceus, a. um, & Cannabinus. a. um, Quod est ex cannabe. } κανναβίνος. Ital. *Di canape*. Gal. *De chanure*. Hisp. *Cosa de cañamo*. } Columel. lib. 7, Cannabinisque funibus cornua iuuencorum ligato.

CANNAE, arum, κάνναι, tantum pluraliter, Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus. Lucanus lib. 7, -non illum Pœnus humator
Consulis, & Libya succensæ lampadæ Cannæ
Compellunt, hominum ritus vt seruet in hostes.

Cannenses, Populi Cannas inhabitantes, Corinensibus & Collatinis vicini, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Pugna Cannensis, Propertius lib. 3, Cannensis calamitas, Cicero de Clar. Orat.

CANNENVFATES, Populi sunt insulani, Batauis finitimi, apud Plin. lib. 4. cap. 15.

Canitiæ cameræ, Dicuntur in agrestibus ædificiis ex cannis constructæ. καλαμῶνες, καμάραι, vt est apud Palladium lib. 1. titu. 13.

Cano, is, cecini, cantum: sed eius composita faciunt præteritum in ui, diuisis syllabis, significãtq; propriè canere, voce modulari. } ᾄδω. Ital. *Cantare*. Gal. *Chanter*. Hisp. *Cantar*. } Plin. lib. 10. cap. 29, Merula canit æstate, hyeme balbutit. Cic. 4. Acad. Quum cornix cecinerit. ¶ Hinc canere poëtæ dicuntur: quoniam versus rhythmica ratione compositos, cantando pronunciare consueuerunt. Virg. 1. Aeneid. Arma virúmq; cano. ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organáve pulsat, aut qui tibias inflat. Cic. 1. Tusc. Igitur Epaminondas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur. Idem 2. de Orat. Quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse non potest. ¶ Canere receptui, σημαίνειν ἀναχώρησιν, ἀνακλητικὸν σημαίνειν, significat post conflictum milites à pugna reuocare, quod fit cantu tubarum & clangore. Liu. 6. bel. Pun. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed Fiaccus receptui canit iussit. ¶ Contra, Canere bellicum, σημαίνειν πολεμικόν, vel πολεμικὸν σημαίνειν. Et milites tubæ clangore ad bellum accendere. Cicin Orat. Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. ¶ Sed quia veteres laudare, & vaticinari versibus solebant, factum est, vt Canere pro laudare capiatur. Virg. 7. Aen. Regémq; canebant. Et pro vaticinari. Idem 6. Aen. Ipsa canas oro. Et pro prædicare, & cum quodam, vt exaudiri possit, canore proferre. Martialis, Quicquid fama canit, donat arena tibi. ¶ Canere eandem cantilenam dicimus, qui molestus est, sæpius eadem inculcans. Terentius in Phorm. Cantilenam eandem canis. ¶ Iutus canere dici solet is, qui primari cõmodi studiosus, quicquid agit, id omne ad domesticam fert vtilitatem. Cice. in Rullum aduersus legem agrariã, Atq; hoc carmen hic Tribunus plebis nõ vobis, sed sibi intus canit. ¶ Haud canit paternas cantiones, οὐ πατρῴαν ᾠδὴν μέλπει. De eo iactatum, qui à paternis moribus degeneraret. ¶ Canis, ἄδειν ἔπος, pro, nugaris, ineptis, frustra loqueris. etenim qui canũt non videntur rem seriam agere. ¶ Frustra canis, ἄκαιρα ἄδειν. De iis qui frustra suadent. ¶ Sibi canere, ἰδίᾳ ᾄδειν, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo.

Cantio, onis. Idem quod cantus. ¶ ᾠδή. Ital. *Canto, canzone.* Gal. *Chant, chanson.* Hisp. *Canto, ò cancion.* ¶ Plautus in Sticho, Lepidam & suauem aliquam cantionem occipito.

Cantiuncula, diminutiuum, ᾠδάριον. Cic. 5. de Fin. Vidit Homer. probari fabulam non posse, si cantiunculis cantus vir irretitus teneretur.

Canor, oris, Cantus, & elegantia quædam, ac consonantia. ¶ μελῳδία. Ital. *Canto, concento, eleganza.* Gal. *Son accordant.* Hisp. *Canto acordado, lindeza, gala ò gentileza.* ¶ Ouid. lib. 5. Metamorph. Nec tamen illic canor mulcendas natus ad aures. Virgil. 4. Georg. ...nanque morantes Martius ille æris rauci canor increpat.

Canorus, a, um, adiectiuum, Vocalis, sonorus. ¶ λιγυρὸς φωνὴς, μεγαλόφωνος. Ital. *sonoro, canoro.* Gal. *Resonnant, doux & accordant.* Hisp. *Cosa que mucho suena ò resuena.* ¶ Plautus in Pœn. Canora hic voce tinnire temperent. Cicero de Senect. Omnino canorum illud in voce splendescit. Virg. 6. Aeneid. Threicia fretus cithara, fidibúsque canoris.

Canorosus, a, um, Idem. Gellius, Collectam coactámque vocem, & magis claros, canorosósque sonitus facit.

Cantilena, Carmen, canticum. ¶ μελῳδία, ᾠδή. Ital. *Canzone.* Gal. *Chanson.* Hisp. *Cancion, canto.* ¶ Cic. 1. de Orat. Neque ex scholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum iactatione, denuntiatione, & rumore. Brutus ad Cice. lib. 11. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denuntiatione periculi, sperare eos, te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totã istam cantilenam ex hoc pendere, vt quàm plurimum intricemus. ¶ Cantilenam eandem canis, τὸν αὐτὸν ᾄδεις ᾠδήν. De eo qui molestus est sæpius eadem inculcans, nihil enim odiosius quàm quod semper idem est. Dorio in Phormione Terent.

Canticum, Propriè est elegans & lasciuus cantus. ἀδή. Quintilianus, Sit poëtæ lectio cum suauitate quadam grauis, & non quidem prosæ similis (quia carmen est, & se poëtæ canere testantur) non tamen in canticum dissoluta.

Cantor, & Cantrix, Verbalia qui vel quæ cantus exercet. ¶ ψάλτης, ᾠδός. Ital. *Cantore.* Gal. *Chanure.* Hisp. *Cantor.* ¶ Plaut. Trin. Cantrices, cistellatrices, nuntij, raptores panis & peni. Cic. 1. de Orator. Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Mentiuntur multo cantores, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. In eos quadrabit qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cantores hoc modo spectantes vt delectent ac placeant, pleraque canunt in laudem auditorum falsa. Aristot. lib. 1. Metaph.

Cantus, us. à Cano. Est inflexio vocis, & pro cantione cuiuscunq; rei dicitur. ¶ μελῳδία. Ital. *Canzone.* Gal. *Chant, chanterie.* Hisp. *Cancion.* ¶ Virgil. 8. Aeneid. Tum Salij ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt euincti tempora ramis. Cic. de Orat. 2. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri potest? ¶ Cantus etiam pro incantatione, seu magicis carminibus accipitur. Tibull. -nempe hæc eadem se dixit amores Cantibus, aut herbis soluere posse meos.

Canto, as, frequentatiuum à Cano. ¶ ᾄδω. Ital. *Cantare.* Gal. *Chanter.* Hisp. *Cantar.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 26. Mares cantant in vtroque genere. Terent. in Eunuc. Cantatum pronocemus Pamphilam. Plaut. in Epid. Conducta veni, vt cantarem liberis tuis. ¶ Item Cantare, pro incantare. Virg. in Pharmaceutria, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantando, dum incantatur. Nam gerundiuus modus ab omni verbo similiter procreatur: vnde modò Cantando à passiuo, ait: quum supra ab actiuo dixerit, Cantando tu illum. ¶ Cantare item pro celebrare, tollere laudibus, ὑμνεῖν, ἐγκωμιάζειν. Cic. ad Attic. Nam, vt scis, iam pridem istum canto Cæsarem. Ab hoc verbo fiunt Cantatio, ᾠδή. ¶ Composita sunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cantito, as, pen. corr. frequentatiuum à Canto frequentatiuo formarum. ¶ πρακτικὰ ᾠδίαν. Ital. *Cantar souente.* Gal. *Chanter souuent.* Hisp. *Cantar muchas vezes.* ¶ Terent. Adelph. Factarum credo, vt habeas qui cum cantites. Cic. de Clar. Orat. Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, &c.

Cantatus, participium. ᾀσθείς. Statius 1. Syl. Asteris & Battis totam cantata per vrbem.

Cantator, Qui consuevit canere. ¶ ᾠδὸς, μελῳδός. Ital. *Cantore.* Gal. *Chantre.* Hisp. *Cantor.* ¶ Martial. lib. 13. Cantator cygnus funeris ipse sui.

Cantatrix. ¶ ψάλτρια. Ital. *Cantatrice.* Gal. *Chantereſſe, chanterelle.* Hisp. *Cantora.* ¶ Claudia. Imploret cithara, cantatricésque choreas.

Cantamen, inis, pro incantatione accipitur. ¶ γοητεία. Ital. *Incantamento, incanto, incantesimo.* Gal. *Enchantement, chanchon.* Hisp. *Obra de encantar de palabras, encantacion.* ¶ Propert. O vtinam magicæ nossem cantamina Musæ.

CANNOBVS & CANOBITAE, Vide CANOPVS.

Canon, κάνων, Tributum erat frumentarium, quod Aegyptus, Africa, & Sicilia statum populo Romano quotannis pendebant. Asconius Pedianus tria facit tributorum genera, Canonem, vt in portoriis & vectigalibus: Oblationem, vt in vini distractione: & Indictionem, quæ & Collatio, & Collecta dicitur à Cicerone lib. 2. de Oratore.

Canon, onis, pen. gen. corr. ¶ κανών. Ital. *Regola.* Gal. *Reigle.* Hisp. *Regla.* ¶ Latinè regula. Cic. ad Titon. Sed heus tu, qui κανόνες esse meorum sermonum soles, vnde illud tam ἄκυρον, valerudini fideliter inseruiendum. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta armis ex eo petentes, velut à lege quadam. ¶ Canon etiam lorum scuti, in quod brachium immittitur.

Canonicus, a, um, Regularis, κανονικός.

Canor, Canorus, Canorosus, Vide CANO.

CANOPICVM, Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa, & Minor Africa Plinio dicitur, oppidum est, eodem autore lib. 5. cap. 4. ¶ Est item Canopicum vnum ex Nili ostiis Africæ proximum, quo Aegyptus à Libya Marcotica dirimitur. Plin. lib. 5. cap. 30.

CANOPITANVM, Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, siue Africæ minoris. Plin. lib. 5. cap. 4.

CANOPVS, pen. prod. κάνωπος. Suidæ, Ciuitas Aegypti distans ab Alexandria CXX stadiis, ex qua ortum ferunt Claudianum poëtam: dicta, quasi Canobus, à Canobo Amyclæo Menelai nauis gubernatore, ibi sepulto. Nam deuicta Troia in Aegyptum vi ventorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu serpentis, quem Hæmorrhoida vocant, amisit, in eiúsque memoriam vrbem condidit, relictis ibi iis, qui ad nauigandum inutiles erant. Hæc salubris ætis benignitate homines allicit. Iuuen. Saty. 15. sed luxuria quantum ipse notauit, Barbara famoso non cedit turba Canopo. Virgil. 4. Georg. Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum. Vulgò *Damieta.* ¶ Est ibi Nili ostium, quod Canopicum κανωπικὸν στόμα vocant, cuius meminit Strabo lib. vlt. Plin. lib. 5. cap. 10, Pompon. lib. 1. Ammianus lib. 22. Sunt exemplaria quædam in quibus Canobum & Canobitas legimus. ¶ Est præterea Canopus syderis nomen, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 22, in descriptione Taprobanæ insulæ.

Canopitæ, pen. prod. Qui Canopum habitant.

Canopicus, a, um, possessiuum à Canopo. Varro, Nobis Sarpedæ murmur, quum simus Canopici.

Canta, pro cantata veteres vsi sunt. Festus.

CANTABRI, κανταβροί, Vulgò *Biscayos & Lepuzcoa.* ¶ pen. corr. Hispaniæ Tarraconensis populi sunt Asturibus finitimi: à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi effera sunt, & nullam vitam sine armis esse existimant. Silius Ital. Cantaber ante omneis hyemisque, æstúsque, famisq; Inuictus. Et mox, Nec vitam sine Marte patiquippe omnis in armis Lucis causa sita est, damnatum viuere paci. ¶ Cantabrorum regio Cantabria, κανταβρία dicitur. Memoriæ proditum est, Cantabros solitos canere pæana lætitiæ suffixos cruci ab hostibus.

Cantabrius, a, um: vt, Cantabria gens.

Cantabricus, a, um: vt Cantabricum bellum, & Cantabrica herba: de qua Plin. lib. 25. cap. 8.

Cantarus, Vide CANTHARVS.

Cantes, pluralis numeri tantum, & fœm. gen. Fistulæ sunt organorum.

Cantator, Cantatrix, Cantatio, Vide CANO.

Cantharias, Gemmæ species, quæ scarabæorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρους vocant scarabæos. Plin. 37. cap. 11.

Cantharis, cantharidis. ¶ κανθαρίς. Ital. *Cantarella verde & lucida come ver, che si pasce su i rouistici.* Gal. *Cantaride, ver ou mouſche verde & venimeuſe.* Hisp. *Abadejo, animal pequeño ponçoñoso.* ¶ Vermis terrenus viridis, auri colore superlucens: in summitate ramorum fraxini & oliuæ nascens: cuius succus in venas ingressus, & venenum interimit, & humano corpori applicitus, vesicas plenas humore facit. Ouidius, Cantharidum succos dante parente bibat. Plin. lib. 29. cap. 4. In cantharidibus magna quæstio: quoniam ipsæ venena sunt potæ, vesicæ cum cruciatu præcipuo. Cice. ad Pætum, lib. 9. Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. ¶ Cantharis etiam à quibusdam appellatur herba, quæ κανθὶς Dioscoridi, Latinis Fumaria, & Officinis *Fumus terræ* dicitur.

CANTHAROLETHROS, κανθαρόληθρος. Locus Thraciæ exiguus, à cantharo exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus.

Cantharus, κάνθαρος, pen. corr. Poculum quod Baccho tribuitur, sicut Scyphus Herculi: à cantharo, nauigij genere. Plin. lib. 35. cap. 11. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. Virg. Aeglog. 6. Et grauis attrita pendebat cãthārus ansa. Vlpianus scribit Cantharos esse, per quos aquæ saliunt. ¶ Et Cantharus, piscis nomen est apud Plin. lib. 32. cap. 11. Columel. lib. 8. Nam & halecula modò capta, & cantharus, exiguúsque gobio. ¶ Est item Cantharus Græcis, quem Latini Scarabæum vocant, ex genere insectorum, qui circa animalium simum ferè versatur, pilulas ex eo conficiens, aper sisque pedibus volutans. De hoc multa Plin. lib. 11. cap. 28, & Aristophanes, in Cantharo. Vide Cælium lib. 8. cap. 5. ¶ Aetnæus cantharus, Κανθαρὸς ὁ Αἰτναῖος. De magnis & fædis. Aristoph. ¶ Cantharus pilularum. Adagium est in eos qui castigari sæpius, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinacius fouent. Quod enim est animali ingenitum, nulla prorsum arte vicetis. Ductum adagium à pilularum, id est, orbiculatium stercorum illa voluratione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cælius lib. 8. cap. 5. ¶ Est item Cantharus, cæleste signum in Aquario, ex tribus constans stellis. ¶ Cantharus item Comicus Atheniensis fuit, cuius scripta memorantur à Suida.

Cantherium, κανθήριον, Vehiculi genus, de quo Seneca Epist. 87, M. Cato Censorius cantherio vehebatur Aethiopico.

Cantherius, κάνθηλος ἢ ἡμίονος. Ital. *Cantliero.* Gal. *Chantier ou cheuron.* Hisp. *Perche de la parra.* ¶ Genus ingi in vinea, de quo Columel. lib. 4. cap. 12. Itaque aut veteres, ne nouæ radicem agant, arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annectuntur singulæ transuersæ pertice, in imã partem ordinis: quod genus ingi Cantherium vocant rustici. ¶ Cantherius equus, ἵππος ὁ ἐκτομίας ἕνεκα ἐκτμηθείς. Ital. *Cauallo castrato.* Gal. *Cheual chastré, hongre.* Hisp. *Cauallo castrado.* ¶ Cui testes amputati sunt, vt sit mansuetior.

fuctior. Varro, Et ideò quòd semine carent ij, Cantherij appellantur. distat ab equo sicut capus à gallo. ¶ Cantherij item dicuntur qui subnici solent à fabris materiariis, dum moles arborum secant: Vulgus cabalos vocat. ¶ Item Cantherij tigna dicuntur. Vitruu. lib. 5, Et Cantherij prominentes ad extremam suggrundationem. Supra cantherios templa. ¶ Item Cantherius, vt autor est Varro, mons est in Sabinis.

Cantheriolus, diminutiuum, pro paruo pedamento. καμψικιον, γομφιον. Columel. lib. 11. cap. 3, Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi Cantheriolis interpositis, rigorem stylorum conseruato, &c.

Cantherium, ij, um, adiectiuum. Plautus in Menæch. Certè hæc mulier cantherina visu astans somniat. Solent enim equi stantes somniare, autore Plin. lib. 10. cap. vlt. ¶ Cantherinum hordeum. Colum. lib. 2. ca. 9, Proximus est his frumenti visus hordei, quod rustici hexasticum, quidam etiam cantherinum appellant. ¶ Cantherinum lapathum, Latini Rumicem appellant. Plin. lib. 20. cap. 21.

Cantheriatus, a, um, Colum. lib. 5. Quæ pedaminibus adnixæ, singulis iugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant.

Canthus, thi, {κανθός. Ital. *Il ferramento che va intorno à una ruota.* Gal. *Le fer du tour d'une roué les bandes d'une roué.* Hisp. *Cinche dela rueda de carreta.*} Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Persius. Verrentem sese frustrà sed habere canthum. ¶ Canthos etiam Græci angulos oculorum vocãt.

CANTHVS. Abantis filius fuit, qui ab his, qui Argonautica scripserunt, numeratur inter Argonautas.

CANTIOBRIS, κανθιοβρις. Ptolemæus lib. 2. cap. 11, Vrbs est Germaniæ ad Albim fluuium, quæ Vulgò *Hamberga* dicitur.

Canticum, Cantilena, Cantio, Cantito, Vide CANO.

CANTIVM, κάντιον Vulgò *Kent*, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Britanniæ est promontorium, à quo regio ipsa Cantia dicta est, & ciuitas Cantuana, Vulgò *Cantuberi*.

Cantor, Cantus, Vide CANO.

C. CANVLEIVS Tribunus plebis, rogationes duas tulit, Vt connubia plebis cum patribus essent communia: & vt alter Consul de plebe crearetur. Orationem eius aduersus Consules vide apud Liu. lib. 4.

Canus, a, um, Cui canent, siue albent capilli præ senectute. {πολιός. Ital. *canuto, bianco.* Gal. *Chenu, grison, qui a les cheueux blancs.* Hisp. *Blanco, ò cano de cabellos.*} Plaut. in Asin. Cano capite cuculum vrot ex lustris rapit. Idẽ in Bacch. Cano capite, atque alba barba. ¶ Transfertur & ad alia: vt, Cani montes albi ex niue. ¶ Cana fides. Virgil. 1. Aen. Cana fides & Vesta. Vbi Nonius, Canam fidem, veterem, & antiquam interpretatur. ¶ Cana veritas. Varro in Endæ. Et ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna.

Cani, orum, subst. tãmè, pluraliter tantùm, {πολιαί. Ital. *I capegli canuti.* Gal. *Blancs cheueux, grisons, chenus.* Hisp. *Las canas dela cabeça.*} Capilli albi in capitibus senum. Cic. de Senect. Non cani, non rugæ repentè autoritatem adferre possunt.

Caneo, es, ui, Propriè de capillis dicitur in senibus, quum albescunt. {πολιοῦμαι. Ital. *Venir canuto.* Gal. *Grisonner, grisonner, deuenir chenu & blanc.* Hisp. *Encanecer.*} ¶ Per translationem de aliis etiam rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ hoc est albæ sunt, matutino rore aspersæ. Virgil. 3. Georg. Luciferi primo quum sydere frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Idem 2. Georg. Et glauca canentia fronde salicta.

Canesco, is, Canos fio: & propriè de senibus dicitur, quum capilli eorum in albedinem vergunt. {πολιοῦμαι. Ital. *Diuenir canuto.* Gal. *Grisonner deuenir chenu & blanc.* Hisp. *Encanecer.*} ¶ Per translationem de aliis etiam rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ hoc est albæ sunt, matutino rore aspersæ. Virgil. 3. Georg. Luciferi primo quum sydere frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Idem 2. Georg. Et glauca canentia fronde salicta.

Canescens, tis, Propriè de capillis dicitur in senibus, quum albescunt. {πολιούμενος. Ital. *Venir canuto.* Gal. *Grisonner deuenir chenu & blanc.* Hisp. *Encanecer.*} ¶ Per translationem de aliis etiam rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ hoc est albæ sunt, matutino rore aspersæ. Virgil. 3. Georg. Luciferi primo quum sydere frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Idem 2. Georg. Et glauca canentia fronde salicta.

Canities & Canitudo, Capillorum albedo, qualem in senibus conspicimus. {πολιότης. Ital. *BiancheZza, canutezza.* Gal. *Blanchissure de cheueux, blancheur vieillesse, quand l'homme est chenu & grison.* Hisp. *Canas dela cabellos.*} Plin. Et ipsa tam canitie venerabilis. Idem lib. 11. cap. 37, Canities homini tantum, & equis. Plautus, Stultus est aduersus ætatem & capitis canitudinem. Varro Aboriginum, Sed neque vetulus cantherius, quàm nouellus, melior nec canitudini comes virtus.

CANVSIVM, κανούσιον. Apuliæ oppidum ad Aufidum fluuium, laudatissimæ lanæ ferax, quę Canusina dicitur, cuius color rutilus. Vulgò *Canossa.*

Canusinatus. Dicitur qui est in iuris Canusina veste. Martial. lib. 9, Vt canusinatus nostro Syrus assere sudet.

Capacitas, Vide CAPIO.

CAPANEVS, per tres syllabas, pen. corr. καπανεύς. Argiuus fuit, qui vnà cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, quum scalas muris admouere vellet, à Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus est locus fabulæ, Capaneum quum deorum contemptor esset, à Ioue fulmine esse percussum. Vegetius lib. 4. de Re militari. Qui scalis (inquit) in obsidione vrbium stantur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, à quo primum scalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, vt fulminibus dicatur extinctus. Vnde Ouid. lib. 4. Tristium, Quum eecidit Capaneus subitò temerarius ictu.

Capaneus, a, um, adiectiuum tetrasyllabum, & pen. prod. καπανεύς, Capanea pinus apud Statium 8. Theb. -capaneáque pinus Iam procul Aonius voler agnoscenda cæteruis.

Capaneius, a. um, aliud adiectiuum. Statius 12. Thebaid. Ausa ante alias Capaneia coniunx.

CAPARA, καπάρα. Vrbs est Hispaniæ, in tractu Lusitaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 5.

CAPARITIE, à Plin. 5. cap. 9, numeratur inter Aegypti præfecturas, quas vocant Nomos.

Capax, Vide CAPIO.

Capedo, inis. Vas ampium & capax, à capiendo dictum. {λέβης χερνιβεῖα. Ital. *Vaso da sacrificio.* Gal. *Vn grand vaisseau, qui n'estoit de grand valeur, & seruoit aux sacrifices.* Hisp. *Vaso para sacrificar.*} Plin. lib. 37. cap. 2. Sed Nero, vt par erat, principes vicit omnes, quadringentis sestertiorum millibus capedinem vnam parando. Cic. in Paradox. Minúsne graues diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur.

Capeduncula, diminutiuum. κανουλάριον, κανίδιον. Cic. 3. de Natu. deor. Docebo meliora me didicisse colendis diis immortalibus iure pontificio, & more maiorum, capeduncules, quas Numa nobis reliquit.

Capella, Vide CAPER.

CAPENA, pen. prod. Oppidum vicinum Romæ, iuxta fontem Aegeriæ. ¶ Capena porta Romæ, à Capena vrbe, quam Italus rex ædificauit, vt inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam itur: vt Frontinus lib. de Aquæduc. ¶ Dicta est & triumphalis, quòd triumphantes per eam potissimùm in vrbem inuehi soleant. Hodie portam *D. Sebastiani* vocant.

Capenas, atis, pen. prod. Fluuius qui Feroniam prætерlabitur. Silius li. 13.

Caper, pri, Mas castratus in genere caprino. {τράγος. Ital. *Capro.* Gal. *Vn bouc chastré.* Hisp. *El cabron ò chibo castrado.*} Martialis, Dum ingulas hircum, factus est ipse caper. Nam Virgilius impropriè Capram pro hirco posuit, quum dixit, Vt gregis ipse caper: ita etiam impropriè hirtum animal Virum appellauit. ¶ Dicitur Caper siue Capra à carpendis virgultis: rodit enim omne virgultum, & in primis vites, propter quod Baccho immolari caper solebat.

Capra, quasi carpa, quòd virgulta carpat: vel quòd capter aspectu vel à crurum crepitu. Vnde & Crepas eas antiqui vocabant. {αἴξ. Ital. *Capra.* Gal. *Chieure.* Hisp. *Cabra.*} Pallad. de Re rust. lib. 2. ca. 3, Studiosè enim de agrestibus fruticibus pascuntur atque in locis cultis virgulta carpentibus: à carpendo Capræ nominatæ. ¶ Matris vt capra dicitur, ἡ μητρὸς αἴξ καλεῖται. In spurios dictum videtur, quorum pater incertus est: eaque gratia à matre denominãtur. Ductum ab hœdis qui in capribus à matre dignoscuntur: nam à patribus haudquaquam possis. Potest & in iocum verti prouerbium, veluti siquis per lusum neget se patrem agnoscere, matrem scire. ἡ μητρὸς αἴξ καλεῖται, id est. Matris velut capra vocor. ¶ Capra ad festum. αἴξ ἐπὶ τὸν ἑορτάν. Dici solitum vbi quis in tempore ad negotium aliquod accederet. Aut vbi quis commodè in suam perniciem offert sese. Nam in festis, maximè Bacchi, capram immolabant. Refertur à Plutarch. ¶ Liberæ capræ ab aratro. ἡμίστιχον αἶγες ἀέροντες. Hemistichion est heroici carminis prouerbiale, dictum olim ab iis qui se ab onere quopiam aut molestia liberatos gloriarentur. ¶ Est etiam Capra signum cæleste, quæ (vt poëtis placet) Amaltheæ capra fuit, cuius lacte educatus est Iupiter: quare postea rerum potitus, inter astra eam collocauit. Colum. lib. 11. cap. 2. Decimo Calend. Ian. Capra occidit manè, tempestatem significat. ¶ Capram cælestem orientem conspexerunt. αἶγα τὴν ἐγγύαν ἐπιτέλλουσαν ἐθεάσαντο. Hoc dici solitum in eos quibus omnia feliciter, ęque animi sententia succederent, propterea quòd antiquitus opinione vulgi comprobatum est, qui capram illam Iouis aitricem & ob id in siderum relatam numerum, consprexissent, quicquid votis concipierent, eius compotes futuros.

Capella, æ, diminutiuum à Capra. {αἰγίδιον. Ital. *Capretta.* Gal. *Cheureute, petite cheuere.* Hisp. *Cabra pequena.*} Colum. lib. 7. cap. 6. Anniculæ, vel bimæ capellæ (nam vtraque ætas partum edit) submitti hærdum non oportet. Virg. Aeglog. 3, Tityre pascentes à flumine reice capellas.

Capratius, Custos, exercitórque caprarum. {αἰγοβοσκός, αἰγοφύλαξ. Ital. *Capraio.* Gal. *Gardeur de cheures, cheurier.* Hispan. *Cabrerizo que garda cabras.*} Varro 2. de Re rust. cap. 3, Is enim quum in suburbano haberet agrum iugerum mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset, &c. Colum. lib. 3. cap. 10. ¶ Capratius in æstu, αἰγοβοσκὸς ἐν κυνάγῃ. In hominem insatiatæ aut etiam intempestiuæ libidinis dictitabatur. Nam his horis caprarij, diu seductis gregibus in vmbra latitant, lasciuire soliti scribuntur. Autores Zenodotus & Suidas.

Caprea, pen. corr. {δορκάς, ἀπὸ τοῦ δέρκω, id est à videndo. Ital. *Capra saluatica.* Gal. *Cheure sauuage.* Hisp. *Cabra montes.*} Animal syluestre, non solùm videns, seu perspiciens acerrimè, sed & aliis visum præbens. ¶ Asserunt enim medici huic animali intra viscera humorem quendam inesse, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosque visus exacuat. Martialis in distichis, Pendentem summa capream de rupe videbis: Cassuram speres, decipit illa canes. Caprearum genera vide apud Plin. ¶ Est & Caprea vitis, dicta (vt inquit Varro) quòd pariat capreolum. ¶ Ne caprea contra leonem. μὴ κατὰ λέοντα δορκάς. hoc est, ne longè inferior cum potentiore decertes. Diogenia. & Suidas.

Capreolus, li, diminutiuum à Capreus. {δορκάδιον. Ital. *Capriolo.* Gal. *Petit cheureul sauuage.* Hisp. *El hijo dela cabra montes.*} Virg. Aeglog. 2. Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti Capreoli, (partis etiam nunc pellibus albo. ¶ Sunt etiam Capreoli, clauiculi intorti in vitibus & veluti quidam cirrhi in teneritoribus pampinis apparentes, quibus vitis, veluti manibus quibusdam, adminicula complectitur. {αἱ ἐλικες καὶ μιτύλοι. Ita. *I viticci, cose tralci con che le viti si legano à i pali & intra se.* Gal. *Les petis tenons des vignes dequoy elles se tiennent, lient & entortillent, entour quelque chose pour s'aider a monter plus haut.* Hisp. *Cercillos ò tijeretas de la vid.*} Præterea Capreolus, Instrumentum rusticum est bicorne. {Ital. *Instrumento à modo d'una Zappa con due denti da cauar à piedi delle viti.* Gal. *Instrument de fer qui a deux cornes pour mouuoir & rompre la terre.* Hisp. *Azada de dos dientes para cauar.*} Colum. lib. 11. cap. 3, Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis (quod genus bicornis ferramenti est) terra commoueatur.

Caprigenus, a. um. pen. corr. Quod est ex capratum genere. {αἰγοειδὴς. Ital. *De specie de capra.* Gal. *Qui est du genre des cheures.* Hisp. *Cosa de linage de cabras.*} Plautus in Epid. Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Caprile, {αἰγίλη. Ital. *Caprile.* Gal. *Le lieu & estable ou les cheures logent, pare à cheures.* Hisp. *Establo ò aprisco de cabras.*} pen. prod. Locus vbi capræ seruantur: sicut Ouile, vbi oues. Plin. lib. 28. cap. 10, Atque in totum difficilius se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè conualescunt.

Caprimulgus, Dicitur qui capras mulget. {αἰγοβοσκός, αἰγοφύλαξ. Ital. *Quello che mulge capre.* Gal. *Tette cheure.* Hisp. *Ordeñador ò chupador de las cabras.*} Catul. Suffenus vnus caprimulgus aut fossor Rursus videtur. ¶ Caprimulgi, Aues sunt merulæ aspectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non videntur, nec ipsi vident: intrant pastorum ita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bula, caprarúmque vberibus propter siccum lactis aduolant, qua iniuria emoriuntur vbera. Hoc Aristoteles à caprarum mammis, αἰγοβόλους vocat. Plin. lib. 10. cap. 40.

Caprinus, a, um, Idem quod capreus. {αἰγεῖος. Ital. *Caprigno, di capra.* Gal. *De cheures, des apartenences de cheure.* Hisp. *Cosa de cabras.*} vt, Caprinus grex, Liu. 1. bel. Pun. Caprina pellis, Cic. 1. de Natu. deor.

CAPER, Straboni lib. 12, Fluuius est qui Laodiceam Cariæ vrbem cum Lyco, & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.

Capripes, pen. corr. capripedis, αἰγίπους αἰγίποδος. Qui pedes caprinos habet Propert. lib. 3. Eleg. 17. Capripedes calamo panes hiante canent.

Capricornus, Vide suo loco.

Caprificus, Vide suo loco.

Capero, as, pen. corr. Frontem rugis contraho, & asperitatem vultus ostendo. {συνάγω τὰ ὀφρύα. Ital. *Crespar la fronte.* Gal. *Rider, renfrongner.* Hisp. *Rugar la frente.*} quod à crispis caprorum frontibus, vel à cornuum caprinorum similitudine tractum est. Vnde & Caperatum, rugosum dicitur. συνοπτικὸν. Plautus, Quid illud est, quòd illi caperat frons seueritudine?

Capesso, Vide CAPIO.

CAPETVS, pen. corr. Albæ rex fuit, Capyos filius, & Tyberini pater.

CAPHAREVS, trissyllabum, pen. prod. καφηρεύς. Euboeæ mons altissimus versus Hellespontum, ad quem Græcorum classis à Troia rediens Nauplij dolo magna ex parte allisa, naufragium fecit. Nam quum ab Vlysse Palamedes eius filius proditionis falso accusatus, iniquo Græcorum iudicio esset interemptus, Nauplius, vt iniustam filij necem vlciscereture, obscura nocte redeuntibus Græcis ex Caphareo promontorio ignem ostendit: vnde illi portum arbitrantes, impegerunt in scopulos.

Caphareus, a, um, adiectiuum tetrasyllabum: vt, Saxa Capharea, Propertius lib. 3, Saxa triumphales fregere Capharea puppes, Naufraga quum vasto Græcia tracta salo est.

Capharnaum, seu potius Capernaum, καπερναοῦμ. totius Galilææ metropolis fuit, multis Christi Seruatoris miraculis nobilitata.

CAPHERIS, Inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracen sunt, numeratur à Plin. lib. 4. cap. 12.

Caphura, καφοῦρα, Actio, & Actuatio Indiæ arbor est tantæ magnitudinis, vt sub singulis hominum centuriæ possint quiescere. Nascitur in montibus mari vicinis, materie leui, & ferulacea: gummique exudat eiusdem nominis, quod à recentioribus vnguentis admiscetur: cuius longè maximus est prouentus, quum cælum fulgetris coruscat. Officinæ *camphoram* appellant.

Capidulum, Genus vestimenti, (inquit Festus) quo caput tegebatur.

Capillus, Quasi capitis pilus. {τρίχωμα. Ital. *Capello.* Gal. *Cheueu ou perruque, poil.* Hisp. *Cabello de la cabeça.*} Cic. in Pisonem, Erant illi compti capilli, & madentes cinnamomi fimbriæ. Quauis & pro omni pilo sumatur. βοῦς. Plin. lib. 7. cap. 3, Ossibus humanorum capitum bibere, cutibúsque eum capillo pro mantilibus ante pectora vti. Gellius capillum pro hœdino pilo posuit, quum ait, Nam si ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, constat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem.

Capillaceus, Adiectiuum. {τριχώδης. Ital. *Di capello sottile come capelli.* Gal. *De cheueux, délié & menu comme cheueux.* Hispa. *Cosa de cabellos.*} Plin. lib. 12. cap. 25. Balsamum tenui & capillacea coma, quod vocant entheriston.

Capillo, as, are, Est capillos facere. {τριχόω. Ita. *Mettere capegli.* Gal. *Faire auoir cheueux, produire cheueux.* Hisp. *Hazer cabellos.*} Plin. lib. 37. ca. 11, Polythrix in viridi capillatur, sed defluuia comarum facere dicitur.

Capillatus, a, um, Qui crines longiores habet. {περιχαιτὴς. Ital. *Capigliato, di longhi capelli.* Gal. *Cheueln, qui porte longs cheueux, qui a grosse perruque.* Hispa. *Cosa de luengos cabellos.*} Cicero de lege Agr. Non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

Capillamenta, Dicuntur ipsi capilli. {τριχώματα. Ita. *Crini.* Gal. *Cheueleure, perruque.* Hisp. *Los pelos.*} Apul. lib. 2. de Asin. Tanta est capillamenti dignitas, vt quauis auro, veste, gemmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat, tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri. Plin. lib. 21, Herba croci est folio angusto, penè in capillamenti modum. ¶ Transfertur quoque ad herbas & arbores. Colum. lib. 5, Qui non solùm in eo errabant, quòd primi anni capillamenta seminum intecta patiebantur, &c.

Capillare, huius capillaris, neut. gen. {τριχῶδον, ἐμπλαστρον. Ital. *Reticella.* Gal. *Vne coiffe.* Hisp. *El almuenga, ò capillejo de muger.*} Reticulum muliebre, quo capillos inuoluunt. Martial. lib. 5, Non erubescit murice aureo nobis Diuidere mœchæ pauperis capillare. ¶ Capillaris, & Capillata arbor appellabatur, in qua tonsum capillum adolescentes suspendebant, quando deponebant comam, deo eam sacrantes. Erat & in vrbe Roma, teste Festo, arbor antiquissima, quam supra trecentos & septuaginta annos duraisse compertum est, quæ capillata appellabatur, quòd Virginum Vestalium capillos ad eam deferre mos erat: cuius arboris meminit & Plin. lib. 16. cap. 44.

Capillitium, Idem quod capillamentum. κόμη. Sic enim à capillo Capillitium dicitur, vt à famulo Famulitium, à latellite Satellitium. ¶ Capillitium flauum. Apul.

Capillus Veneris, Herba sic dicta, quòd delapsos post alopeciam capillos recreat: siue quòd capillorum fluores coërcet. {πολύτριχον. Ital. *Capel venere.* Gal. *Capille veneris.* Hisp. *Culantrillo de pozo.*} Plin. Adiantum, Polytrichon, & Callitrichon appellat.

CAPILLATI, Populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. cap. 20, Capillatorum plura genera ad confinium Ligustici maris.

Capio, is, cepi, captum, significat Accipio. {λαμβάνω. Ital. *Pigliare.* Gal. *Prendre, conceuir, comprendre, tenir.* Hisp. *Tomar.*} Virg. lib. 4. Georg. Cape sacra manu, cape tobora pastor. Sed differunt: quia Capere est cum affectu: Accipere quum quis non sic accipit, vt habeat. Ideo, vt Vlpianus scribit, non videtur quis capere, quod est restituturus. Et capere est sponte, vel non sponte: Accipere tantùm sponte. Vnde dicimus, Cepi labores, Cepi molestiam, Cepi vel suscepi inimicitias: Accepi calamitatem, cladem, contumeliam, vulnus. Valer. Maxi. Vt non coactus ensem accipere, sed sua sponte sumere videretur. Habet interdum reciprocum vsum: vt idem sit, Cepi voluptatem: &, Cepit me voluptas, Cepisti dolorem, ἐδυμώθην ὑπ' ἀλγηδόνος, Cepit te dolor, ἐδύμωσε ἄλγηδών. ¶ Quandoq; significat facere. Terent. in Andr. Non si capiundos mihi sciam inimicos homines omnes. ¶ Quandoq; delectare, αἱρπάζω, inescare, irretire, ex tralatione ferarum, venatúsq;. Horat. 2. Serm. Te coniunx aliena capit, meretricula Dauum. ¶ Quandoq; propitiari. Lucr. lib. 2, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. ¶ Quandoq; decipere, πλανάω. Virg. 2. Aen. Captiq; dolis, lachrymisq; coactis. ¶ Quandoq; eligere, αἱρέω. Terent. in Heeyr. Quum illum gnatum cepimus. ¶ Quandoq; perperam apud eundem in Heauton. Dum abs te absum, omnes mihi labores quos cepi, fuere leues. ¶ Quandoq; tenere, χρατέω: vt in Eunucho, Dij boni quid turbæ ædes nostræ vix capient. ¶ Quandoq; inuadere, occupare, χράομαι. Cic. Nauem quandam piratarum præda onustam cepere. Varro. Quid hic venator non capit? Hinc Vincti, Captiui dicuntur, quòd non sui iuris sint, sed in potestatem aliorum redacti. αἰχμαλώτοι. Quoniam autem qui ira capti sunt, non sunt amplius sui iuris, sed libertate priuati, ideo Captos quandoq; pro priuatis, siue impeditis accipimus. ¶ Mente capti, amentes, hoc est qui mentis compotes non sunt. Capti oculis, πεπηρωμένοι, qui officio oculorum priuati sunt. ¶ Aliquando Capere, est amore accendere: vnde Capti amantes dicuntur. Lucilius, Ne aspectu & forma capiare aliena. ¶ In summa hoc verbum sua habet significata pro diuersitate rerum, cum quibus iungitur: vt, Capere manu, est comprehendere: Capere oculis, videre: Capere auribus, audire: Capere mente, intelligere: Capere consilio, eligere: Capere astu vel dolis, decipere: Capere cantu aut voluptate, delectare. Virgil. 4. Georg. Carmine quo captæ dum fusis mollia pensa Deuoluunt. ¶ Capere consilium, est deliberare, συμβουλεύω λαμβάνω. Cicero, Quum autè consilium hoc princeps cepisset. ¶ Capere rationem, est modum inuenire, μηχανάομαι. Plautus, Rationem cepi, vt & amanti obsequerer, & patrem non offenderem. ¶ Huius verbi composita sunt, Accipio, à quo Præaccipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio, Suscipio & Vsucapio, quæ antepenultimam correptam habent. ¶ Deriuata sunt quæ sequuntur Auceps, Forceps, Princeps, Municeps, Particeps.

Captus, us, Comprehensio, capacitas, intelligendi facultas. {χωρητικὸν. Ital. *Capacita, la potenzia ò possanza d'alcuno a fare ò intendere qualche cosa.* Gal. *Capacité & portée.* Hisp. *El tomo de algo para hazer ò entender algun a cosa.*} Cic. lib. 2. Tusc. Græci homines non satis animosi, sed prudentes, vt est captus hominum: quasi diceret, tam prudentes, quàm capax prudentiæ est hominum natura. Apuleius dixit, supra captum cogitationis: pro eo quod est suprà quàm quispiam cogitatione capere & complecti possit. ¶ Accipitur item Captus pro sorte & conditione. Terent. in Adelph. Præterea (vt captus est seruorum) non malus: hoc est, vt se habet seruorum conditio, sicut exponit Donatus.

Captura, æ, Actus ipse capiendi feras, aues, aut aliquid eiusmodi. {ἄγρα, λῆψις. Ital. *Presagine.* Gal. *Prinse, proye, gaing.* Hisp. *El tomo.*} Plin. li. 19. ca. 1, Ad piscium & alitum capturam. ¶ Interdum præda, quæ capitur. Idem lib. 10. cap. 10, Platea nominatur aduolans ad eas quæ in mari sese mergunt, & capita earum morsu corripiens, donec capturam extorquent. ¶ Accipitur & pro quæstu. Suet. in Calig. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua, ex capturis prostitutarum, quantum quæque vno concubitu mereret.

Captio, Ipse actus accipiendi, seu id per quod quis capitur. {λῆψις. Ital. *Aquel atto da pigliar.* Gal. *Prinse.* Hisp. *Aquella obra de tomar, assechança.*} Cic. de Clar. Orator. Quanta esset in verbis captio, cùm in cæteris rebus, tum in testamentis, &c. ¶ Captio, deceptio. {δόλος, ἀπάτη. Ital. *Fraude, inganno.* Gal. *Deception, fraude.* Hisp. *Engaño.*} Plautus Epid. Verùm si plus dederis, referam: nulla in ea re captio est.

Captiuncula, diminutiuum. Gell. τὸ ἀπατηλίδιον. Quid autem legis istius propugnatores in illa captiuncula faciēt, in qua hæc esse necesse est.

Captiosus, sa, sum, Quod capit, seu decipit, & dolis plenū est. {ἀπατηλός. Ital. *Captioso.* Gal. *Plein de tromperie, tromperur, amadoueur.* Hispa. *Engañoso con assechança.*} Gell. Non esse captiosis quæstionibus respondendum. Cic. pro Quint. Roscio, Quo nihil captiosius, neq; indignius dici potest.

Captiosè, aduerbium. {ἀπατηλῶς, δολερῶς. Ital. *Ingannenolmente, astutamente.* Gal. *Finement, tromperusement, par finesse & tromperie.* Hispa. *Engañosamente.*} Cic. 4. Acad. Sic me, inquit, antè sustinebo, nec diutius captiosè interroganti respondebo.

Captiuus, Qui in bello captus est, & in hostium potestate detinetur. {αἰχμάλωτος. Ital. *Cattiuo, prigione.* Gal. *Captif, prins des ennemis.* Hispa. *Captiue, prisionero.*} Cic. 8. Philip. Diutius seruitutem perpessi sumus, quàm captiui frugi & diligentes solent. Virg. 9. Aeneid. Præterea bis sex genitor lectissima matrum Corpora, captiuósque dabit.

Captiuitas, Ipsa detentio. {αἰχμαλωσία. Ital. *Cattiuità.* Gal. *Captiuité, fermande aux ennemis.* Hisp. *Captiuidad.*} Tacitus, Quocunque oculos Romanus intenderet, captiuitatem, cædémque, & dira omnia oculis obuersari.

Capto, frequentatiuum à Capio: licet à primitiui significatione nonnihil decisca. {ἁρπάζω, ἁρπάσω. Ital. *Cercar via & modo da pigliar per inganno.* Gal. *Guetter & taschier a prendre, cercher le moyen d'auoir quelque chose.* Hisp. *Assechar para tomar.*} Idem est quod blanditiis & illecebris aliquid venari vt. Hic obsequendo captat auram populatem. Cic. in Pis. Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum, captare plausus, vehi per vrbem, conspici velle. Martial. Capto tuam (pudet heu) sed capto, Maxime, cœnam: Tu captas alias, iam sumus ergo pares. ¶ Aliquando Captare, est conari, decipere. ἄρσις, αἴρω. Terent. in Hecyr. Iniurium est autem vlcisci aduersarios: aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi! Martial. lib. 9. Dum me captares mittebas munera nobis, Postquam cepisti, das mihi Rufe nihil. ¶ A' Capto rursus deducitur Captito, aliud frequentatiuum.

Captatio, Venatio. {θήρα, θήρευσις. Ital. *Lusinghe, piacenolezze fatte per hauer qualche cosa.* Gal. *Le soing ou guet ou pourchas qu'on fait pour auoir quelque chose.* Hisp. *Assechança.*} Plinius in Proœm. lib. 14, Postquam cœpit esse captatio in quæstu fertilissimo.

Captator, Venator. {θηρευτής. Ital. *Chi lusinga, adulatore per hauer qualche cosa.* Gal. *Pourchassant & faisant le guet pour auoir quelque chose, amadoueur.* Hispa. *Assechador para tomar algo.*} Cic. Captator ille populatis auræ.

Captatorius, a, um, {θηλακώδης. Ital. *Fraudolente.* Gal. *Fraudulent, deceueur.*

Hisp

Hisp. *Capitania*.] Captationis scriptura, & captatoriæ institutiones: id est adulatoriæ, & interpretantur Papinianus & Cains Iurisconsulti quæ scilicet ideo factæ sunt vt virilium hæres scribaris, aut saltem legatum consequaris ab eo, quem instituis. Nam Captare, proprie est illecebris, dono, obsequio, & maiorum spe aliquid aucupari.

Capesso, is, ivi, itum, secundum Priscianum, verbum actiuum, Idem quod capio, siue ad capiendum eo. *Ἐφίεμαι, ὁρμῶμαι, ἁπλώνομαι.* Ital. *Capere, pigliare.* Gal. *Prendre, empoigner.* Hisp. *Tomar.*] Sallust. lib. 2. Histor. Decreta, vt solet, rebus per dies capessiuit. Liuius lib. 1. Ergo vt ventum est ad pugnam, capessit fugam. Similiter Apuleius. Dum simul illi & gratias agerem, & dona capesserem. ¶ Virgilius posuit pro Exequendum suscipio, Mihi iussa capessere fas est. Cicer. 1. Officior. Capessere Rempub. *Ἅπτεσθαι πολιτείας.* ¶ Plautus in Asin. pro Immitto, recipio. Quo magis te in altum capessis, tam æstus te in portum reflet. Idem in Amph. Nunc pergam hanc imperiū exequi, & me domum capessam.

Capax, acis, om. gene. Quod capit, seu continet, aut continere potest. *Δεκτικός, ἱκανός.* Ital. *Capace.* Gal. *Capable, contenant.* Hisp. *Cosa en que mucho cabe.*] Plin. lib. 10. cap. 53. Hirundines veteto capaci. Idem lib. 12. cap. 1. Capax quindecim conuiuarum triclinium. Cicero in Orato. Tamen non semper implet autor meus, ita sunt animi, & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desyderant.

Capacitas, tatis, *Χωρητικὸν, ἐπιχωρητικὸν.* Ital. *Capacita.* Gal. *Capacité, grandeur de lieu ou il peut beaucop de choses.* Hisp. *Aquella capacidad de caber.*] Locus qui capere & continere potest. Cicero 1. Tusc. Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tanquam in aliquo vase, ea quæ meminimus infundantur?

Capis, idis, *κισσύβιον, σκύφος, ἄρυστις.* Pocoli genus est à capiendo. Liu. lib. 10. ab Vrbe. Qui Iouis Opti. Maxim. ornatu decoratus, curru aurato per vrbem vectus in Capitolium ascenderit, si conspiciatur cum capite & limo, capite velato victimam cædat. Huius diminutiuum est Capidula.

CAPIS SENAE, Asiæ populi, Capissam vrbem habent, quam diruit Cyrus. Hæc Plin. lib. 6. cap. 33.

Capisterium, Genus vasis rustici, quod tamen (vt Georgius Merula inquit) Scaphisterium melius dicitur. *σκαφίς.* Colum. lib. 2. cap. 9. Quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit: & semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum.

Capistrum, Capistro, capistras, Vide CAPVT.

CAPITALIA, Mons est totius Iudiæ altissimus. Plin. lib. 6. cap. 20.

CAPITOLINVS, M. Manlij fuit cognomen, qui vrbe à Gallis capta, assumptis mille iuuenibus, arcem Capitolinā ab hostium iniuria defendit: vnde & nomen inuenit. Hic quū postea in suspicionem affectati regni venisset, ab ea ipsa rupe Capitolina, quam seruauerat, præcipitatus est. ¶ Fuit etiam Historici cognomen, qui Cæsarum vitas conscripsit.

CAPITOLIVM, *καπιτώλιον*, alij *καπετώλιον*, Templum erat Iouis in cliuo Tarpeio, dictum à capite hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Antè enim Tarpeia arx dicebatur, à Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, atque sepulta fuit.

Capitatus, Capitellum, Capitium, Capito, Capitulatum, Capitulatim, Capitulum, Vide CAPVT.

Captias, *κάπτιας*, Gemma est ex Iaspidum generibus, quondam veluti fumo infecta, vnde & nomen accepit. Plin. lib. 37. cap. 9.

Capnion, Vide CAPNOS.

Capnitis, *καπνῖτις*. Herba est eadem cum fumo terræ. ¶ Est item Capnitis Cadmiæ species tenuissima, quæ à fornacibus flāma atq; flatu egesta, cameris, lateribūsq; fornacum adhæret. Vide Plin. lib. 34. cap. 10.

CAPNOBATAE, pen. corr. *καπνοβάται*, Mysiæ populi dicti sunt, quasi fumi conscensores, quòd tranquillam agant vitam, solis sacrificiis, & deorum cultibus intenti. Vide Strab. lib. 7.

Capnos, *καπνός*. Ital. *Fumo*. Gal. *Fumee*. Hisp. *Humo*.] Fumus. Hinc *καπνίαι*, dicta sunt ligna sicca, quæ sine fumo ardent. Et, Vinum Capnias, *οἶνος καπνίας*, hoc est fumosum. ¶ Capnos etiam, siue Capnion, *καπνίον* Dioscoridi, Herba est, quæ & Fumus terræ vocatur: nascitur in segete hordeacea. Hęc lachrymas vt fumus prouocat. Plin. lib. 16. cap. 7. & lib. 25. capite 13.

Capnomantia, *καπνομαντία*, Diuinationis genus, quod fiebat ex fumi dissectione, qui è thure in ara accenso emanabat. Qui verò hoc augurij genere vtebantur, Capnomantes dicti sunt.

Capo, Vide CAPVS.

CAPOTE, Asiæ mons est, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Plin. lib. 5. cap. 24.

Cappa, *κάππα*, Nomen literæ Græcæ, pro qua Latini vtuntur c. Graeci (vt Suidas docet) quum malum hominem volunt prouerbio signare, vnum cappa: quum pessimum, tria habere cappa dixerunt, volentes eum intelligi esse Cretensem, Cilica, Cappadocas: qui singularis fuisse improbitatis existimantur. Vide Erasmum in prouerbio, Tria *κάππα* pessima, *κρῆς κάππα κάππαρις*.

CAPPADOCIA, *καππαδοκία*, Cappadocia, Pontica regio est; vt scribit Solinus, quæ læuo latere vtrasque Armenias, Comagenemq; tangens, dextro multis Asiæ populis circunfusa, ad Tauri iuga & Solis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armenia maiore diuidit. Appianus minoris Armeniæ partem, Ptolemæus verò minorem Armeniam esse scribit. ¶ Dicta Cappadocia à Cappadoce amne, antè Leucosyria vocata. ¶ Vnde Cappadoces Leucosyri. Hinc Cappador, cis, *καππαδόξ*, penult. corr. pro eo, qui est ex Cappadocia. Lucanus lib. 2. Cappadoces mea signa timent. Persius, –nec sit præstantior alter Cappadocas rigida pingues clausisse catasta.

Cappadocus, a, um, possessiuum. Mart. lib. 10. Nec de Cappadocis eques catastis.

Cappadocius, cia, cium, apud Apuleium.

CAPPAGVM, Hispaniæ oppidum est in Bætica prouincia, Gaditani conuentus. Plin. lib. 3. cap. 1.

Capparis, *κάππαρις*. Ital. *Caparri*. Gal. *Des capres*. Hisp. *Alcaparra*.] pen. corr. Frutex est firmioris ligni, senticosus, & humilis, baccis oleæ, sed minoribus, quibus fatiscentibus emicat flos roseus, candidus, odoratūsq; qui postquam decidit, glans extuberat oblōga, seminis acinosi plena. Nascitur præcipuè in parietinis, hoc est muris veteribus, & spelaeticis prodest: feritur quoque in locis siccis, area circum effossa, parietēq; ex lapidibus circunducto, ne latius euagata, flentes reddat agros. Flos, & baccæ ūr ciborum condimentis laudantur, eò quòd & expetentiam excitent, & lienem laxent, & pituitam per alnum exigant. Colu. Capparis, & tristes insulæ, ferulæq; minaces. ¶ Dicitur & Cappar. Pallad. Hoc mense mentha & pastinaca, thymum, & origanum, & cappar.

CAPRARIA, Insula in mari Tusco seu Ligustico capris abundans, quam Græci Aegilon dicunt. Plin. lib. 3. cap. 6. Vulgò *Isola de capri.*

CAPRARIA, apud Plin. lib. 5. cap. 18, Vnum est ex ostiis Padi fluuij.

CAPREAE, *κάπρειαι*, & *κάπρεαι*. Stephano, Insula vltra Surrentum Campaniæ vrbem circiter octo millia passuum, teste Plin. lib. 3. cap. 6. Tiberij secessu infamis, & abundans cōtrariorum multitudine, quę ex Italia profluentes, illic principio autumni capiuntur.

CAPRIA, Lacus est apud Straboneni in descriptione Pamphyliæ, lib. 14.

Capricornus, *αἰγόκερως*. Ital. *Capricorno*. Gal. *Capricorne, ou signe, ou ciel de vingt estoilles.* Hisp. *Vn signo del cielo.*] Cæleste signum, quod Pana fuisse existimant, qui in Aegypto repentino aduentu Typhonis gigantis perterritus, posteriorem partem in effigiem pisis, priorem verò in formam hirci commutauit: cuius ingenium admiratum Iouem fecisse hāc figuram in cælum transtulisse. ¶ Alij volunt Capricornum Iouis fuisse collactaneum. Amalthea enim, cui Iupiter nutriendus datus erat, quū ipsa lac non haberet, aluit eum lacte caprę, quæ duos habebat hœdos, quos Iupiter vnà cum matre in cælum transtulit. Stellam habet in naso vnam, in pectore duas, in pede duas, inter scapulas septem, in ventre sex, in cauda duas. Cicero 2. de Nat. deor. Tum genibus valido de pectore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe.

Caprificus, ci, pen. prod. Ficus est ex syluestrium genere numquam maturescens: sed quod ipsa non habet, aliis tribuens. *Σῦκον.* Ital. *Fico salvatico.* Gal. *Figuier sauuage.* Hisp. *Cabrahigo.*] Gignit enim culices, qui ad ficus alias aduolantes, ipsis maturitatem conferunt. Vide Plin. lib. 15. cap. 19. Dictam autem volunt Caprificum à carpendo, quòd parietes & macerias, atque adeò saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Martialis, Marmora Metallæ scindit caprificus.

Caprificari, Ficum proprium est, quum culices ex caprifici fructu, (quos Grossos appellant) ad ipsas aduolantes, lacteum humorem in eis contentum absumunt, eāsque ad maturitatem perducunt. *σῦκα ἐξορμᾶν.* Plin. lib. 16. cap. 27. In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens euocatur: sequenti tertius: hoc fici caprificantur.

Caprificatio, onis, *ἐξόρμησις, σύκων ὄρσις*, (vt hacteenus interpretari sunt quotquot Onomastico huic manus sunt admouit) in arboribus dicitur, quoties illarum cortex cultello findituř, vt commodius prorumpant, & crescant, similitudine caprifici, quæ ruptis muris immeascens exit. Qua in re quàm longè à veritate aberrarint, satis docebunt Plinij verba lib. 15. cap. 15, quæ hic subiecimus. Caprificus (inquit) culices patitur hi fraudati alimento in matre, putri eius tabe, ad cognatam volant, morsūque ficorum crebro, hoc est auidiore pastu, aperientes ora earum, atque ita penetrantes, intus solem primò secum inducunt, cerealēsque auras immittant foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc est infantiam pomi absumunt: quod fit & sponte. Ideòq; sicetis caprificus permittitur ad rationem venti, vt flatus euolantes in ficus ferant. Inde repertum, vt illatæ quoque alibunde, & inter se colligatæ, iniicerentur fico: quod in macro solo & aquilonio non desyderatur: quoniam sponte arescunt loci situ, rimisque eadem, quæ culicum opera, causa perficit: necnon vbi multis pulsis, quod euenit maximè frequenti vti appositu. Namque & pulueri vis siccandi, succumque lactis absorbendi: quę ratio pulueris, & caprificatione hoc quoq; præstat, ne decidant, absumpto humore teneris, & cum quadā fragilitate ponderosis. ¶ Ex quibus Plinij verbis constat, Caprificationem nihil aliud esse quàm rationem quandam perficiendi, vt culices è grossis enati ad ficus aduolent, humoreq; earum lacteo consumpto, ad maturitatem eas perducant. Id autem solet fieri duobus modis: aut enim circum ficeta ita solebant disponi caprifici, vt ventorum flatu culices è grossis enati ad ficus ferrentur: aut grossi aliunde petitæ, & colligatæ, in arborem iniiciebātur.

Caprificialis dies, Vulcano sacer fuit, quo Attici æstiui mellis vindemiam auspicabantur. Vide Plin. lib. 22. cap. 25.

Caprigenus, Caprille, Caprimulgus, Caprinus, Vide CAPRA.

Caprona, arum Iubæ, seu comæ in fronte deuexæ, quasi à capite pronæ. *κρωμύωνες.* Ital. *Capelli che sono nella fronte, come delle donne.* Gal. *Les cheueux qui pendent au deuant du front, le touffe qui pend deuant les yeux, comme des cheuaux.* Hisp. *Los copetes, cabellos dela frente.*] Lucil. lib. 7. Satyr. (vt citat Nonius) Aptari caput, atq; comas finitare capronas. Altas, frontibus immissas, vt mos fuit illis. Hę alio nomine dicūtur Antię. Ex Festo, & Nonio.

CAPROTINAM Iunonem veteres dixerint, quòd illi Nonis Caprotinis sub sacrificio sacta fierent ab ancillis simul & liberis. Nam polt vrbē captam, quum sedatus esset Gallicus tumultus, exhausta Respub. finitimi opportunitatem inuadendi Romani Imperij aucupati, præfecerūt sibi Postumiū Liuium Fidenatium Dictatorem: qui feciale ad Senatū misso postulauit, vt si vellent reliquias suæ vrbis non deleri, matres familiās & virgines omnes sibi dederentur. Quumq; patres essent in accipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (vt alij malunt) Tutela, assumptis cæteris omnibus ancillis, matrūfamiliās, virginumq; habitu sumpto, nomine dominarū ad hostes transiit, prosequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ quum à Liuio in castris distributæ essent, hostes plutimo vino prouocauerunt, diem festum apud se esse simulantes: quibus somno obrutis, ex caprifico dato signo hostes trucidati sunt. Memor itaq; populus Romanus accepti ab ancillis beneficij, omnes iussit manumitti, dotēmq; eis ex publico assignauit: diemq; ipsum Nonas Caprotinas appellauit, ab illa caprifico, ex qua signum acceperat: sacrificiumque annuum Iunoni Caprotinæ sub caprifico instituit: cui etiam fac. ex caprifico ad rei memoriam adhibebatur.

Capruncelum, Vas fictile, sic dictum quòd capax sit. Festus.

Capsa, Cista & repositorium, à Capio, quòd res in se reconditas capiat: vel à *κάπτω*, quod est curuo. *Κιβώτια, κυβωτία.* Ital. *Cassa.* Gal. *Coffre, casse, layete, boiste.* Hisp. *Caxa ò arca.*] Cic. in Diuin. in Verr. Mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero.

Capsula, diminutiuum: à quo Capsella. *κυβώνιον.* Plin. lib. 30. cap. 11, Stellionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

lionem inclusum capsulis subiiciunt capiti. Catull. Huc vna è multis capsula me sequitur.

Capsarius.{κιβωτοφόρος}. Ital. *Cassiere, chi porta la cassa ò libri.* Gal. *Qui porte les coffrets, paniers ou coffres.* Hisp. *El que lleua la caxa, ò el libro al escuela.* } Qui mercedis gratia, seruanda in balneis vestimenta suscipit, custos capsarum. Sueto in Nerone, Constat quosdam cum pædagogis & capsariis vno prandio pariter necatos. ¶ Item Capsarius, qui portat libros, inquit Vlpianus.

Capsaces, pen. corr. Vas olearium. {λήκυθος}. Ital. *Boccale da l'oglio.* Gal. *Vne teille à huille.* Hisp. *Cangilon para tener aceyte.* } Cyprianus lib. 2. Epist. Fidelia fratris non deficiet, & capsaces olei non minuetur.

Capsis, Antiqui dicebant pro eo, quod est Cape si vis: sicut Sodes, pro si audes Capsit, prehenderit, teste Festo. Obsoletum verbum à Capio, quod est prehendo.

CAPSITANI, Populi sunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Captatio, Captator, Captatorius, Captio, Captiuncula, Captiosus, Captiuus, Captiuitas, Capto, Captatura, Captus, Vide CAPIO.

CAPVA, κρουνή Stephano, *Capua.* Totius olim Campaniæ vrbs præstantissima, quam Vulturnus amnis interfluit: à camporum latitudine in quibus sita est, ita dicta, vt inquit Cicero. Liuius à Capy Samnitium duce dictam existimat. Alij à falcone, sub cuius augurio condita est, qui prisca Thuscorum lingua Capys dicebatur. Virgilius à Capy Aeneæ commilitone, qui eam condidit. Strabo, quòd esset x II vrbium caput, hoc est ipsa duodecima reliquis vndecim præesset, dictam existimat. Quidam à capacitate, quòd omnem vitæ fructum capiat. Eustathius etiam ab vrbe, cui nomen campus esset: vel à camporum planitie & abundantia, vt Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chilone c o s s. ex ædificata eam tradit. Suetonius certè in Cæsare Dictatore, vrbis huius originē & nomenclaturam ad Capyn conditorē refert. in cuius sepulchro æneam tabulam inuentā tradit, quæ Cæsari necem denuntiabat.

Capula, {λαβίδιον. Ital. *Vaso longo da bere per tenere in mano con i manichi.* Gal. *Long vaisseau pour boire ou pour oster l'huille d'vn autre vaisseau, auec manches.* Hisp. *Vaso de dos asas.* } Vas vinarium, quo veteres vtebantur: ita dictum, quòd facilè capi posset. Varro, Capis, & minores capulæ à capiendo nominantur, quòd ansatæ sint: vel à Græco, quòd Calpim & Calpium, digitatos, ansatósque crateras, Erythris fingi solitos Philemon, & Pamphilus scripsere. ¶ Capulis item vtebantur in vasis olearijs deplendis, χάειν. vnde & verbum Capulare manauit: de quo postea.

Capulator, Qui capulis oleum deplet. Colum. lib. 12. cap. 50.

Capulo, as, are, {χεῖν ἔλαιον. Ital. *Votare orci ò altri vasi d'oglio, cauar l'oglio.* Gal. *Desemplir les vaisseaux d'huille, puiser huille & la tirer & mettre de vaisseau en autre.* Hisp. *Trassegar el aceyte del alpechin.* } Dolia olearia capulis deplere. Cato de Re rust. cap. 67. Ligna in torculario ne cædat, oleum frequenter capulet.

Capulus, & Capulum, à capiendo. Id quo mortui efferuntur. {νεκροφόρον, θήκη}. Ital. *Il cataletto da portar i morti, sepolcro.* Gal. *Vn farcueil ou vne biere ou on met vn corps mort.* Hisp. *Las andas ò lechiga de muerto, sepulcro.* } Item ipse sarcophagus, quòd corpora capiat. ¶ Et Capulus item. {κώπη, λαβή}. Ital. *Manico di spada over pugnale.* Gal. *Vn manche par lequel on tient quelque chose.* Hisp. *El cabo ò empuñadura del cuchillo.* } Manubrium gladij, quòd manu capiatur. Virgil. 2. Aeneid. Capulo tenus abdidit ensem. Suet. in Calig. Veniam, inquit, veniam, & hic mecum: capulum gladij crebrò verberans, quo cinctus erat.

Capularis, re, adiect. vt, Capularis senex, id est morti contiguus, & mox capulo efferendus. {νεκροφόρος}. Ital. *Il vecchio che ha gli piedi nel cataletto.* Gal. *Vieillard, qui est sur le bord de sa fosse.* Hisp. *Viejo cercano ala muerte.* } ¶ Reū item capularem dicebant, quòd capulo dignus esset. ¶ Stamen capulare, pro vita breui etiam capulo vicina. Plaut. in Asin. Tam capulari ista mine tibi diu videor viuere.

Capus, pi, & Capo, onis, {ἀλεκτρυὼν εὐθύμιος. Ital. *Capone.* Gal. *Chapon, coq chastré.* Hisp. *Capon.* } Gallus cui testes sunt auulsi. Varr. 3. de Re rust. Villaticę gallinę, mares galli, capi fœmimares, quòd sunt castrati. Idem, Ex gallo gallinaceo castrato fit capus. Sipōtinus, Galli quibus testes auelluntur, libidinis abolendæ causa, vt magis pinguescant, capi vocantur: quum meritò Galli à similitudine sacerdotis Matris deūm dici posse viderentur. Itaq; à contratio sensu Gallos appellatos quidā existimāt.

Caput, itis. {κεφαλή. Ital. *Capo, testa.* Gal. *La teste, le chef.* Hisp. *Cabeça.* } Dicitur totum illud quod collo sustentatur: inde dictum quòd ab eo initium capiunt nerui, per quos totum in corpus distribuitur sensus & motus. In summo enim à natura collocatum est, quòd in eo regimen totius animantis resideret. Alij κατὰ κεφαλῆς, quod est caput, vel κατὰ κεφαλῆς, eiusdem significationis. Terent. in Adelph. Colaphis tuber est totum caput. ¶ Partes capitis distinguuntur: nam eminentior pars Vertex appellatur. Tum corona capitis diuiditur in Frontem anteriorem, & Occiput posteriorem partem: media verò sunt Tempora, quibus aures inhærent. ¶ Aliquando Caput dicitur origo & principium. ἀρχή. Cicc. pro Flacco, Caput est omnium Græcorum concitandorum Heraclides ille Temnites. ¶ Aliquando quod est in re quapiam præcipuum, & ad quod vnum reliqua omnia cōferuntur, caput prouerbio vocamus. Terent. in Adelph. Te esse huic rei caput. Sic à capite arcessere, Cicc. 2. de Orat. 1. de Legib. in Topic. & Tuscul. ¶ Aliquando pro vita ponitur: vt, Capitis res est, id est de vita periculum est. Plaut. in Trinum. Ei nimirum crederem, cui si capitis res fiet, nummum nunquam credam plum beum. ¶ Capitis aliquem arcessere, Cic. γραφὰς ἐπί τινι ἀγῶνας, Plato. ¶ Capitis causam dicere, Cicc. κίνδυνον γραφῆς φεύγειν. Thucyd. ¶ Capitis damnari, capitis condemnari, Cicero, γραφὰς φεύγειν ἁλῶναι, Laertius. ¶ Aliquando pro summa prima in pecunia, à qua fœnus aut alius quæstus fit, veluti rei principium: quam & Sortem dicūt. {ἀρχαῖον. Ital. *Principale somma.* Gal. *Le principal, le premier argent ou denier qu'on baille à vsure, la fort.* Hisp. *El caudal en la vsura.* } ¶ Capita item initia partium in libris, quæ capitula apud vulgares dicuntur. Gell. Quod in capite superiore à Critolao scriptum esse diximus. ¶ Caput facere dicitur de suppurationibus, quum apostemata franguntur. Plin. de furunculis, Remedio sunt quæ diximus folia trita cum polenta, si non caput fecerint. ¶ Capite

censi, dicebantur eiusmodi qui in plebe Romana per quàm pauco, aut nullo ære censebantur, οἱ τὸ ἀπὸ πλούτου. Budæus, à censione capitum, quòd solis capitibus censerentur. Horum opera Romani in bellorum, quòd solis capitibus censerentur. Horum opera Romani in bello rum, quòd solis capitibus censerentur. Horum opera Romani in bello rum, quòd solis capitibus censerentur. Horum opera Romani in bello r

Universidad de Deusto Biblioteca

por, id est crassiorem summitatem cuiuscunque rei. {κεφαλὶς, κεφάλωσις. Ital. *capitello*. Gal. *Teste, pomme teste*. Hispa. *Capitel, como de columna ò pilar*.} Plinius, Inde ramuli assurgunt sua capitella gerentes. ¶ Item Capitellum dicitur Epistylium, id est caput columnarum: nam Basis, inferior pars est huius: & Capitulum vocatur. Plin. lib. 36. cap. 23, Spinæ subditæ, & capitella addita. ¶ Recentiores insuper medici Capitellum sumunt pro vase illo duplici, in quo reponuntur herbæ, aromata, & similia, vt igni supposito ex eis aqua exprimatur.

Capitium, interpretε Nonio, Capitis tegumentum est. {κεφάλωμα ἢ κεφαλίδιον. Ital. *Beretta*. Gal. *Chaperon ou cape que les femmes portent au temps de pluye*. Hisp. *Sombrero, sombrero*.} Contrà Varro non obscure innuit muliebre tegumentū fuisse, quo illæ pectus vinciebant: & à capiendo, id est comprehẽdendo, nõ à capite esse deductū. Capitium (inquit lib. 4. de Ling. Lati.) quod pectus capit, id est comprehendit. Idem lib. 4. de Vita pop. Rom. vt citat Nonius, Neq; id ab orbita matrũfamiliãs institutũ, quòd ex pectore & lacertis essent apertis, nec capitia habebãt. Vlp. l. Vetus. ff. de Aur. & argẽt. leg. Muliebria sunt veluti stolæ, pallia, capitia, zonæ.

Capitones, Dicuntur duri, qui nunquam de sua sententia immutantur, vt apud Plaut. in Persa. {ἀτεγκτικοί. Ital. *Testarecci, di suo capo, ostinati*. Gal. *Testus, grosses testes, opiniastres*. Hisp. *Porfiados, confirmados, hombres de cabeça*.}

¶ Dicitur & Capito qui magnum habet caput. Cic. 1. de Natu. deo. Redeo ad deos, ecquos insigni nota strabones, aut petulos esse arbitramur; ecquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones? ¶ Est item Capito, piscis apud Catonem de Re rust. cap. 158.

Capitosus, a, um, κεφαλώδης. Qui magnum caput habet. ¶ Interdum dicitur qui est duri capitis, qui & Cerui colus appellatur.

Capitulatum, Dicitur quod in summo crassum quiddam habet in morem capitelli. κεφαλωτὸν. Plin. Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitulata.

Capitulatim, aduerbium, Per capita. {Ital. *Per capitoli, per parti*. Gal. *Par petis sommaires & articles*. Hisp. *De capitulo en capitulo*.} Plin. lib. 2. cap. 12, Nunc confessa de iisdem breuiter atque capitulatim attingam.

Capitulum, diminutiuũ, Significat paruum caput. {κεφάλιον. Ital. *Picciol capo*. Gal. *Teſtelette, petite teſte*. Hisp. *Pequeña cabeça*.} Plaut. Curc. Vbi quid surripuere, operto capitulo caldum bibunt. Est & vox blandientis. Idẽ, Meum capitulum, meus ocellus. Terentius, O' lepidum capitulum.

¶ Aliquando dicitur initium sententiæ, quod per metaphoram etiam caput vocatur. κεφάλαιον. Cic. 1. de Legib. Nec verò ferẽt, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse: in quo scripsit, Nihil curare Deum, nec sui, nec alieni. ¶ Itẽ Capitulum dicitur caput columnarum. Plin. lib. 36. cap. 23, Quoniã capitulis Corinthiorũ eadẽ est altitudo, &c.

¶ Est præterea Capitulum vrbs Italiæ propter Bouillas, & Calatias.

CAPYS, κάπυς. Nomen Troiani cuiusdam, qui Capuam ædificauit. Virg. lib. 10. Et Capys, hinc nomen Capuanæ ducitur vrbi. Huius meminerunt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius. Item interpres Quinti Calabri poëtæ in lib. 12, qui cum maiestate Homeri videtur quasi contendere. ¶ Fuit item Capys, filius Assaraci, & pater Anchisæ. Ouid. in Fastis, — Tros est generatus ab illo: Assaracum creat hic, Assaracúsque Capyn. ¶ Capys item Syluius, Albanorum rex, & Capeti pater.

Cara. Radix est herbæ eiusdem nominis, qua lacti admista Hircius scribit Cæsaris exercitum diu inopiam leuasse.

CARABIS, κάραβις. Fluuius est apud Seras, Scythiæ populos, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Carabus, pen. corr. κάραβος. Genus canci. Plin. lib. 9. cap. 31, Cancrorũ genera catabi, astaci, maiæ, pagari, hetacleotici, leones, & alia ignobiliora. Catabi à cæteris cancris cauda distant. In Phœnice Ιππεις vocantur tantæ velocitatis, vt consequi non sit.

Caracalla, læ, Indumenti genus fuit ad talos vsque demissum, ab Antonio Imperatore populo datum: vnde & Caracallæ agnomen inuenit. Autor Sextus Aurelius in Antonino.

CARACRA, Oppidum esse in Hispania creditur, quod hodie vulgò *Guadalaiara* dicitur.

Caralitanum, & Caralitani, (quæ huc perperam ingesta erant) vide CALARITANVM, & CALARITANI.

CARAMBIS, κάραμβις. *Campo piſcello*. Promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formam, quod longo spatio pelago incumbens, Scythicæ obiectum peninsulæ, Euxinum Pontum bimarem videtur efficere.

CARAMBVCIS, Fluuius est Scythiæ ad montes Rhiphæos. Plinius lib. 6. cap. 13.

CARANA, Ponti oppidum, à quo Caranensis regio dicitur: vt scribit Strabo lib. 12. Geographiæ.

CARANITIS, Præfectura est Armeniæ maioris. Plin. lib. 5. cap. 24.

CARANVS, Macedoniæ rex, cuius historiam pluribus persequitur Iust. lib. 7. Eius etiam meminit Solinus cap. 12. ¶ Est item Caranus Aradiorum portus in Phœnice prope Paltum vrbem. Vide Strab. lib. 16.

CARASENI, Populi Tauricæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 12.

CARASTASCI, Plin. lib. 6. cap. 7, Populi sunt circa Mæotim.

CARBANA, ἡ, κάρβανα, Vrbs Lyciæ est, apud Stephanum.

CARBANIA, Pomponio Melæ lib. 2. commemoratur inter paruas insulas Tyrrheni maris, Italiæ adiacentes.

Carbas, {ἄψ. Ital. *Garbino*. Gal. *Garbin*. Hisp. *Viento abrego*.} A' Vitruuio appellatur ventus ab occasu brumali flans, quem vitatiore nomine Africum vocamus. Itali *Garbinum* vocant, nomine à Carba (vt videtur) deducto.

Carbasus, pen. cor. {κάρπασος. λίνον λεπτόν. Ital. *Lino ſino*. Gal. *Fin lin*. Hisp. *Vn genero de lino preciosso*.} In singulari frequentius fœminini generis, interdum etiam masculini, in plurali verò neutri. Papinius in Achilleid. Nec mora iam dextras Ithaceia carbasus auras Poscit. Propert. Exhibuit vinos carbasus alba focos. Apud Valerium Maximum in masculino genere inuenitur. Ita enim ait lib. 1, Quum carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit. Est autem carbasus genus lini nitræ tenuitatis in Hispania primùm repertum, vt scribit Plin. lib. 19. cap. 1, Ex carbaso fiebant vela nauium, quæ & ipsa Carbasa, κάρπασα, dicuntur. Virgil. 3. Aeneidos -& auræ Vela vocant, tumidóque inflatur carbasus Austro. Nonius docet Carbasum esse pallium, quo fœminæ amiciuntur opulentiæ causa, vt sotico, aut tenui lino. Virgil. 8. Aeneid. -eum tennis glauco velabat amictu Carbasus.

Carbaseus, a, um, Ex carbaso factus, {ὀθόνειος. Ital. *Fatto di lino*. Gal. *De fin lin*. Hisp. *Cosa de aquel lino preciosso*.} Cicc. 7. Verr. Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. ¶ Carbasei ventι. Tibul. lib. 3, Post hæc carbaseis humorem tollere ventis.

Carbasinus, a, um, vt Carbasina vela, apud Plin. lib. 19. cap. 1, Λινα κρόκαι. Quint. Curtius, Carbasinis vestibus Indi & Arabes corpora velant, quæ sunt auro, purpuráque distincta.

Carbasineus, a, um, Idem Varro de Vita pop. Rom. lib. 4, Eadem postea carbasineo magis, vt pellibus tegerentur togæ.

Carbatinæ, καρβατίναι. Calceamenti tustici genus, ex recentiore corio bubulo; vnde Carbatinæ crepidæ, apud Catullum. Aristo. lib. 1. de Animalibus, scribit camelos calciari carbatinis, ne scilicet in exercitu longiore itinere fatiscant.

CARBILIVS, cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticã mercede docuit. Huius autem patronus Carbilius, cognomẽto Ruga, primus Romæ vxorem, quòd sterilis esset, repudiauit, præstito ante iuramento, se vxorem liberorum causa quærere. Autor Gellius.

CARBO, κάρβων. Prænomine Cneus, ter Consul fuit, & in tertio Cõsulatu iussu Popeij, qꝫ Marianas partes sequeretur, dum alnũ exonerabat, in Sicilia fuit interfectus. ¶ Fuit & C. Carbo huius frater summus Orator, cuius meminit Cic. in Bruto, qꝫ voluntaria morte se à iudicũ feueritate vindicarit. ¶ Fuit & alius Carbo huius filius, quẽ Cicero Oratorem nõ satis acutũ fuisse ait, verborum tamen grauitatem ei tribuit, & naturalem quandam orationis autoritatem. Hic ab exercitu suo interfectus fuit, quem bellis ciuilibus solutum ad disciplinã reuocare conabatur.

Carbo, onis. Proprie dicitur, quum extincta fuerit pruna. {ἄνθραξ. Ital. *Carbone*. Gal. *Charbon*. Hisp. *Carbon*.} Perfluit, Illa prius creta, mox hęc carbone notasti. Terent. Adelph. Tam excoctam reddam, atq; atrã, quàm carbo est. ¶ Aliquando dicitur Carbo, quum est ignitus. Plin. lib. 18. Et quum cinis in foco concrescit, & quum carbo vehementer perlucet.

Carbunculus, diminu. Paruus carbo. {ἀνθράκιον. Ital. *Piccolo carbone*. Gal. *Petit charbon*. Hisp. *Pequeño carbon*.} Plaut. in Most. Amburetur misero ei corculum, vt carbunculus. Ad Heren. lib. 4, Ipse à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret. ¶ Est item Carbũculus, tumor præter naturam, siue vlceris genus celeriter crustam faciens, cum vehemẽti partis inflãmatione: ita dictus à carbonis igniti similitudine. {ἀνθράκιον. Ital. *Carbuncello*. Gal. *Apoſtume nommée charbon*. Hisp. *El carauncol*.} Eius hæ notæ sunt. Rubor sit, supérque eum non minimum pustulæ eminent, maximè nigræ, interdum subliuidæ, aut pallidæ. In his fanies esse videtur, infrà color est niger, ipsum corpus aridum & durius quàm naturaliter oportet. Plin. lib. 23. cap. 4, Nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

¶ Est item Carbunculus, Gemma igniti carbonis similitudinẽ referẽs, ipsisq; etiam noctibus lucens, & quibusdam quasi radijs refulgẽs: quæ apud Indos, & Garamãtas inuenitur. {ἀνθρακίτης. Ital. *Pietra preciosa detta carbonchio*. Gal. *Pierre precieuſe appelee eſcarboncle*. Hisp. *El carauncol piedra*.} Plin. lib. 37. ca. 7, Principatum habent carbunculi, à similitudine igniũ appellati, quum ipsi nõ sentiant ignes: ob id à quibusdam Apyroti vocati. ¶ Sumitur quandoq; Carbunculus, pro terra, vbi tessellæ lapideæ, & nigræ reperiuntur. Palladius, In Ianuario mense carbunculus, nisi stercoretur, macras vineas reddit. Plin. li. 18, Maximæq; sabulũ humidũ, aut carbunculum, aut tophaceam formam. ¶ Hinc Carbũculosus ager dicitur, in quo id genus carbunculi abundat. Colu. lib. 3. cap. 11. Nam carbũculosum agrũ nisi stercore iuues, macras vineas efficere dixerũt. Plin. lib. 31. ca. 3. Sabulũ masculum, & arena carbunculosa certas promittit venas, stabilesq; & salubres. ¶ Carbunculus præterea in vitibus & arboribus dicitur, quum earum flores aduruntur, & ad carbonis siccitatem nigredinemq; rediguntur. κάρκινος ὀφθαλμός. Plin. lib. 17. cap. 24, Syderatio tota è cælo constat: quapropter & grando iis in causis intelligi debet, & carbũculatio, quod pruinarũ iniuria euenit. Hęc enim Verno tẽpore inuitatis, & erũpere audentibus satis mollibus infidẽs, aduritlactescentes germinum oculos: quod in flore carbunculum vocant.

Carbunculo, as, neut. absolutum, & Carbunculor, aris, deponens, pro eo quod est, carbonis similitudine aduro, seu inflammo. {ἀνθρακίζω. Ital. *Eſſere infiammato come carbone*. Gal. *Eſtre enflambé & rouge comme vn charbon*. Hisp. *Abrasarse la tierra*.} Plin. lib. 23. cap. 3, Succus eorum carbunculantibus circa oculos vlceribus, & pustulis, procidentique pupillæ efficax. Idem lib. 12. cap. 7, Verùm & his fuã iniuria est, atque cæli intemperie carbũculantur, fiuntq; semina cassa, & inania. Idem lib. 18. ca. 28, In hoc temporis internallo res summa vitium agitur, decretorio vuis sydere illo, quod Caniculam appellauimus: vnde carbunculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exustæ.

Carbonarius, substantiuum, Qui carbones conficit. {ἀνθρακεύς. Ital. *Carbonaro*. Gal. *Charbonnier*. Hispa. *Carbonero*.} Plautus in Cast. Sine modò rus veniat, remittam ad te virum Cum furca in vrbem, tanquam carbonarium.

Carbonarius, a, um, adiectiuum, {ἀνθρακικὸς. Ital. *Di carbone*. Gal. *De charbon, des apartenances de charbon*. Hisp. *Cosa pertenciente à carbon*.} vt, Fornax carbonaria. Carbonarium negotium exercere. Plin. de Viris illust. Nam pater eius, quamuis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.

CARBVLO, Aurore Plin. lib. 3. ca. 3, Oppidũ est Bætiæ prope Cordubã.

CARCASES, Populi sunt Narbonensis Galliæ, quorũ oppida sunt Anatilia, Aeria, Bormannico, Macina, & Cabellio. Autor Plin. lib. 3. cap. 4.

CARCASVM, à Plin. lib. 3. cap. 4, vocatur oppidum Galliæ Narbonensis, quod hodie *Carcaſſonam* vocant.

CARCATHIOCERTA, Armeniæ maioris vrbs Tigri proxima, vt autor est Plin. lib. 6. cap. 11.

Carcer, ceris, Locus in quo seruantur noxij: vel vndecunque quis exire prohibetur: quasi Coarcer, à coercendo, vt docet Varro: quòd vincti in eo custodiri prohibeantur exire. {δεσμωτήριον, φυλακή. Ital. *Carcere, prigione*. Gal. *Priſon*. Hisp. *Carcel, lugar de priſion*.} Liu. lib. 1, Carcer ad terrorem increscentis audaciæ, media vrbe, imminens foro ædificatur. Cicero 7. Verr. Cur carcer ædificatus? cui tot supplicia in improbos

more maiorum cõstituta? ¶ Vnde & in circo, vnde emittebantur equi, Carceres sunt appellati, quòd cõtinerentur equi, ne inde exeant, antequam magistratus signum miserit. ¶ βαλβίδες, ἀφετήρια. Ital.: *Luogo donde si partono i cavalli per correre al palio, o simile.* Gal. *La barriere, ou le lieu duquel partissent les cheuaux pour courir aux ieux de prix publiques.* Hisp. *La cuerda que empareja los caballos.* ¶ Terminum autem ad campi finem, vbi cursum sistunt, Metam dicimus. Hinc metaphoricè Carceres pro principio, Metam pro fine ponimus. Et licet quidam dicant in singulari tantum significare custodiam publicam, in plurali currentium equorum repagula, vel fines, qui equis ad metam currere volentibus opponuntur, Cicero tamen vtrunque indifferenter posuit. Nam in Catone sic inquit, Nec verò velim quasi decurso spatio, ad carceres à calce reuocari. Et lib. 4. ad Heren. Quasi siquis ad Olympiacum cursum venerit, & sterterit vt emittatur, impudentéque illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet. ¶ Hinc dicimus, A' carcere, ἀπὸ βαλβίδων, pro ab ipso rei principio. Et, A' carceribus, ἀπὸ βαλβίδων, pro eodem. ¶ Carceres interdum pro finibus, seu captiuis poni solent: Græcè ἀποφράγματα, idque per metonymiam, continens pro contentis: quemadmodum etiam Ergastula cepe accipimus pro iis, qui ergastulis sunt inclusi. Cic. in Epist. Quacunque fuit, ergastula solui.

Carcerarius, a, um, Quod ad carcerē pertinet. ἀναγκαῖος ἐκ τῶν δεσμωτηρίων, ἢ ἐκ δεσμωτηρίου. Plaut. in Capti. Aegrè mihi est, hunc quæstum facere carcerarium.

CARCHEDON, pen. prod. καρχηδών. A' Græcis appellata est vrbs Africæ totius olim potentissima, infestissimáque Romani imperij æmula. Vnde Carthaginienses ipsi ab iisdem Carchedonij καρχηδόνιοι appellitati. Hinc etiam Plautus Comœdiam suam Pœnulum Carchedonium nominauit. ¶ Carbunculos quoq; Garamanticos Plinius autor est lib. 37. ca. 7. ab huius vrbis opulentia Charcedonios fuisse vocatos, non quòd circa Carthaginem inuenirentur, sed quòd à Pœnis negotiatoribus Romam asseferētur. Dicta Carchedon à Cerchedone conditore, cuius meminit Appianus. Sed vulgatior fama est, conditam fuisse à Didone. De hac multa Eustathius in Dionysium.

Carchedonius, καρχηδόνιος λίθος. Genus inter metalla æris repertum, vilissimum, minimáque idem fragile, & colore incertum ac virentium in caudis pauonum, columbarúmque collo plumis simile. Alio nomine Smaragdites dicitur. Vide Plin. lib. 37. cap. 5.

Carchesium, καρχήσιον. Poculi genus. Virg. 5. Aeneid. Hic duo rité mero libans carchesia Baccho. Tradunt Iouem, quando cum Alcmena concubuit, in pretium ei concubitus carchesium aureum dedisse. ¶ Est autem id vasis genus procerum, ac circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingentibus. ¶ Est præterea Carchesium in nauibus suprema pars mali, à qua veli latera, quæ Cornua vocantur, vtrinque diffunduntur: à cuius figura Asclepiades, referente Macrobio, vascula eiusdem nominis dicta arbitratur. ¶ Mali autem nauium in tres omnino partes distinguuntur: quarum infima Perna vocatur, media σφενδόνη, suprema Carchesium. Plura de hoc vide apud Macrobium, Grinitum, & Bayfium.

CARCINA, καρκίνη. Ciuitas est Scythiæ Europææ, à qua sinus Carcinites. Plin. lib. 4. cap. 12. & Pompo. lib. 2. vbi & Carcinites amnis, eam ciuitatem præterfluens, vt autor est Ptole. lib. 3. cap. 5.

Carcinethron, καρκινήθρον. Genus herbæ, quod Græci Polygonon vocant: cuius succus naribus infusus supprimit sanguinem: & cum vino potus cuiuslibet partis profluuium excretionésque cruentas inhibet. Gentes latam Latini vocant. Plin. lib. 27. cap. 12.

Carchitas, καρχίτας. Gemma est marini cancri colore. Plin. lib. 37. ca. 11.

Carcinodes, Vide CARCINVS.

Carcinoma, pe. prod. καρκίνωμα. Ital. *Cancaro.* Gal. *Chancre, maladie es parties superieures.* Hisp. *Cancer ò cancamo.* ¶ Cancer morbus: de quo Plin. lib. 20. cap. 9. Cato de Re rust. Et liquid in mammis vlceris natum, & carcinoma, brassicam tritam apponito, sanum facit. Celsus tria facit eius genera: primum Carcinos, quum vlcus quidem pressum est, sed quæ circa sunt, intumescunt: secundum sine vlcere: tertium quod Thymum vocat. Vide plura in dictione CANCER.

Carcinus, pen. cor. καρκῖνος. Ital. *Gambaro granchio, cancro.* Gal. *Vn cancre.* Hisp. *Cangrejo.* ¶ Cancer animal, & signū cæleste. Vide in dictione CANCER. Luca. lib. 9. Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens, Humidus Aegoceros. ¶ Est item Carcinus, καρκῖνος. duorum poëtarum Tragicorum nomen, quorum alter Athenaeus fuit, alter Agrigentinus: quorum scripta enumerat Suidas.

Carcinodes, neut. gen. καρκινῶδες, Vitium, seu morbus, cancri naturā imitans, similique modo serpens. Plin. lib. 20. cap. 17. Narium quoque carcinodes consumit illitum ex aqua.

Cardaces, Apud Persas appellabantur, qui ex rapto viuebant: nā Carda apud eos bellicosum, & violentum significabat. Autor Strabo lib. 11.

Cardamine, καρδάμινη. Ital. *Bassamita, mecca aquatica.* Gal. *Mente aquatique.* Hisp. *Berros buenos de la agua.* ¶ Sisymbrij genus est, quod Officinæ Nasturtium aquaticū vocant. Vide Dioscor. lib. 2. ca. 117. & Ruel. lib. 2. ca. 60.

Cardamomum, καρδάμωμον. Fructex est amomo similis, odoratus, oblongo semine & angulosō: metitur eodem modo quo amomum. Vide Plin. lib. 12. cap. 13.

Cardamon, κάρδαμον. Ital. *Agreto.* Gal. *Cresson alenois.* Hisp. *Mastuerco, malpica.* ¶ A' Græcis vocatur herba, in hortis passim proueniens, quam Latini Nasturtium hortense vocant. Cardamum autem dictum putatur ἀπὸ τοῦ καρδίαν, quòd cor foueat, & in syncope illa, quam Cardiacam vocant, plurimum valeat. Alij diuersa ratione vti, sic dictum arbitrantur, quòd caput edomet, quasi κατὰ δάμον. Nam aceem mentis obsidens, suo feriens aculeamento, & igneā vi præditum caput tentat. Capitis tamen vitia purgare creditur: vnde ortum est prouerbium, ἐδὼν καρδάμου, hoc est Edē nasturtium: in eos dici solitum, quibus sanum non est cerebrum.

CARDAMYLA, καρδάμυλαι. Vbi fuit Peloponnesi propinqua Pylo, sub dominio Agamemnonis: vna earum quæ reconciliationis ergò Achilli ab Agamemnone offeruntur, apud Home. lib. 9. Iliad.

CARDIA, siue CARDINEA, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præerat, quasi Cardina. Vide CARNA.

Cardia, καρδία. Ital. *Cuore.* Gal. *Cœur.* Hisp. *Corazon.* ¶ Latinè Cor: quanquā etiam à priscis medicis, teste Galeno, pro superiori ventriculi orificio ponebatur: quo pacto ipsum etiam Hippocratem aliquando loquentem esse ostendit. Hinc factum est vt Cardiacus morbus dictus sit, non qui cor, sed ipsum infestet ventriculum: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & venenatis, in ventriculo congestis, nimióque dolore syncopen afferentibus, quam Cardiacam appellant.

Cardiacus, aci, Pro illo qui cardiaco morbo tentatur. καρδιακός. Cic. 1. de Diuin. Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis. Iuuen. Cardiaco nunquam exitium misturus amico. ¶ Est & Cardia nomen vrbis in Thracia, ad Melanen sinum, à cordis similitudine vocata, teste Plin. lib. 4. cap. 11.

Cardialgia, καρδιαλγία. Dolor cordis, & mentis tristitia. Item ventriculi erosio, quæ & Cardiogmos dicitur. Vide iustā.

CARDINEA, Dea, quæ & Cardina dicta est, cardinibus præesse dicebatur.

Cardinum, (quòd hic pro nasturtio hortensi perperam legebatur) vide CARDOMVM.

Cardiogmus, mi, καρδιασμός. Morbus est ventriculi, eorum habens ex humoribus acribus & mordacibus ipsum ventriculi orificium (quod prisci Græci, teste Galeno, etiam καρδίαν appellarunt) intolerabili punctione erosione que infestantibus, nonnunquam etiam syncopen inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu est prædita, propter insigne par neruorum ad eam à cerebro transmissum. Quo fit vt dolores ea in parte sint maximi, quibus quum vires ferendis partes non sint, solet subsequi ea syncope, quam stomachicam vocant.

Cardisce, καρδίωνες. Gēma est, quæ fit ex draconis cerebro, viuēti abscisso: alio nomine Draconias dicta. Plin. lib. 37. ca. 10. Draconites, siue draconias é cerebro fit draconū: sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmascit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, vt moriens, mascit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, vt morientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur. E Cardisce.

Cardo, inis. Ferramentum circa quod fores vertuntur. ἐπίστροφος, στρόφιγξ. Ital. *Cangliero.* Gal. *Le gond d'vn huis ou porte, le pinot d'vne porte, le tenon qui se met en vne mortaise.* Hisp. *El quicio sobre que se buelue la puerta.* Virg. 6. Aeneid. Fotibus cardo stridebat aheneis. Plaut. in Amphit. Pessē effregisti, farpe, foribus cardines. Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, siue Cardinea, quæ cardinibus præerat, quasi Cardina. ¶ Cardines etiam dicuntur duæ cæli partes immobiles sibi mutuò oppositæ, quarum altera est ad Septentrionem, altera ad Austrum. Græci πόλους vocant: vnde etiam stella Boreali polo proxima, quæ est in cauda minoris Vrsæ, Polaris stella vocatur: non quòd sit polus ipse, sed quòd sua circumuolutione circulum minimum efficiat, cuius polus est centrum. Linea autem illa recta, quam Astronomi ab vno cardine ad alterum imaginantur: proprié Axis appellatur. Sepe tamen Cosmographi Cardinū nomine quatuor præcipuas cæli regiones intelligunt, Ortū, Occasum, Septentrionem, & Meridiem. ¶ Cardo etiam in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à Meridie ad Septentrionem: sicut Decumanus vocatur limes ille, qui secat agrum ab Exortu ad Occasum, vt inquit Plinius, & Columella. ¶ Ponitur interdum Cardo pro opportunitate, καιρός, εὐκαιρία. Virgil. 1. Aeneid. Haud tanto cessabit cardine rerum. Quod Seruius inde tractum existimat, quòd in prouerbio dicitur, Res in cardine est. &, Circa id verti cardinem dicimus, in quo summa rei est.

Cardinatus, a, um, ἐκ τοῦ ἀρθρίτου ξύλου. Tignum cardinatum. Vitru. lib. 10. cap. 21, Coniuncta capitibus transuersario cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato.

Cardinalis, & Cardineus, Adiectiua sunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli vti sunt pro præcipuo seu principali.

Cardopos, καρδοπος. Ital. *Cassa dal pane.* Gal. *Coffre au pain.* Hisp. *Caxa del pan.* ¶ Significat arcam panariam.

CARDVCHI, καρδοῦχοι Stephano, Parthorum populi, ad Tigrim fluuiū: quorum meminit Strabo lib. 16.

Carduelis, κάρδουελις. Ital. *Cardarello, Cardellino.* Gal. *Chardonneret, ou chardonnerette.* Hisp. *Iirguerito aue.* ¶ Auis parua, capite rubro, alis luteis, albo nigróque distinctis: dicta quòd carduorum semine pascatur. Plin. lib. 10. cap. 24. Minimæ auium cardueles imperata faciunt nec voce tantùm, sed pedibus & ore pro manibus.

Carduus, Herba vulgò nota, à qua Carduelis auis appellata, κνῆκος. Ital. *Cardo.* Gal. *Chardon.* Hisp. *El cardo generalmente dicho.* ¶ Virgil. 1. Georg. -segnisque horreret in aruis Carduus.

Care, Vide CARYS.

Careētum, Vide CARYX.

CARENSES, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensibus vicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

CARENTANI, Italiæ populi sunt, in quarta regione à Plin. lib. 3. cap. 11, locati, prope Frentanos.

Careo, es, carui, & cassus sum, & carirum, & cassum, secundum Priscianum, est rem desyderatam non habere: & proprié de eo dicitur, teste Cicerone, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus. στερεῖσθαι. Ital. *Mancare, esser senza.* Gal. *Auoir faute de ce qu'on voudroit bien auoir.* Hisp. *Carecer.* ¶ ita enim ait Tuscul. lib. 1. Triste est nomen ipsum Carendi, quia subiicitur hæc vis, Habuit quis, non habet, desyderat, requirit, indiget. Et mox, Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere velis: inest enim velle in carendo, nisi quum tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te sentias: etiam hīc facilè patiare. Hactenus Cicero. Ex quo patet, Carere non modò de iis rebus dici, quæ ad nostrum vsum, naturámque accommodatæ sunt, sed etiam de aliis: vt, Carere febri, Carere dolore, Carere molestia, & his similia. ¶ Construitur autem hoc verbum aliquando cum genitiuo. Terent. in Heautont. Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, Quos cepi deues, præterquam tui carendum quòd erat. ¶ Aliquando cum in accusatiuo. Plautus in Cur. Sed quid est, quòd luber perditum dicere te iri? Quia id, quod amo, careo. ¶ Sæpius verò cum ablatiuo: vt, Carere domo, patria. Cicero pro Milone, Comprehēsus est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat: extorta est confitenti fica de manibus: caruit foro postea Pompeius, caruit senatu, caruit publico: id est in

forum

forum non venit, in senatu non fuit, in publico non versatus est. Idem de Finib. lib. 1. Itaque non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & voluptatem: illud enim ipsum quod quibusdam medium videtur, quum omni dolore caret, non modò voluptatem esse, verumetiam summam voluptatem. Et Epistol. Famil. lib. 6. Aegypta ad me venit pridie idus Aprilis: etsi mihi nuntiauit te plane febri carere, & bellè habere, tamen quòd negauit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit. Quod autem Plautus in Curcul. dixit, Caruisne febri te heri, vel nudiustertius? hypallage quædam est, & præposteræ orationis inquisitio. ¶ Aliquando ponitur pro abesse. Cicc. Atticum lib. 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimùm togam puram dedi.

CARES, numero plurali, Κᾶρες. Populi Cariæ, qui sub Minoë Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asiæ minoris partem meridionalem occupauerunt, quæ Rhodum spectat, ab eáque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara eius oræ rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem clarissimè ostendit Cice. in Orat. pro L. Flacco, Vestra, inquit, Asia, vt opinor, constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc prouerbiũ, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria, nonne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimùm esse faciundum? ¶ Huius itaque populi mores prouerbiis aliquot fecere locum: vt, Cum Care carizas, πρὸς Κᾶρα κᾶρίζειν. Hoc est, Rustice agis cum rustico, barbarè loqueris cum barbaro, crassè cum crasso. ¶ In Care periculum, εἰς Κᾶρα τὸν κίνδυνον, subaudi facito. Hoc est in homine aut re viliore fac periculosam experientiam, in qua si parum feliciter cesserit, non multum sit dispendij faciendum.

CARIA, Καρία. Vulgò Καρία. Regio minoris Asiæ inter Lyciam, & Ioniã. Strabo Cariam à Borea Mæandro flumine clausit, ab Occidente Icario, & Myrtoo pelago, à Meridie Rhodiensi, ab Ortu Lyciis, & aliis gẽtibus, magnámque Tauri montis partem in Caria conclusit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ meridionalis est. Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria auium dicitur inuenisse. Huius populi Cares, Κᾶρες dicti, de quibus vide suprà. ¶ Multitudo Imperatorum Cariam perdidit, πολλοὶ στρατηγοὶ κακὸν ἀπέλιπον, Multi duces deperdidere Cariam. Admonet Senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli patetur, sed pro sua quisque libidine rem gerit.

Caricus, a, um, pen. corr. Καρικός. Quod est ex Caria: vt Carica chatta. Statius 4. Syl. Chartæ Thebaicæve, Caricæve. ¶ Caricus hircus, Καρικὸς τράγος. Diogenianus indicat dictitatum de vilibus & contemptis. Plato Καρικὸν ἀνθρώπιον. Caricum homuncionem, dixit pro vili nihilique. ¶ Sic More Carico, Καρικὴν κατὰ Καρικὰ, fieri dicebatur quod sordidè incompositéque fiebat, præsertim in rebus obscœnis. ¶ Carica musa, Καρικὴ μοῦσα. De lugubri aut rustica, atque indocta seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poëtam aut oratorem indoctum. ¶ Caricum sepulchrum, Καρικὸς τάφος. De re magnifica sumptuosáque. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

CARESVS, Κάρησος. Fluuius est Troadis, Homc. 12. Iliad. celebratus, cuius Plinius ait nulla sua ætate extitisse vestigia. lib. 5. cap. 30.

CARETHA, Insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Careum, siue Carium, Plinio, Κάρυον. Dioscoridi, Herbæ genus est, gentis suæ cognomento ita appellatum, semen habens eiusdẽ nominis. Athenæus Pastinacam maiorẽ interpretatur, vulgata pastinaca multò præstantiorem. Officinæ Carui appellant. Vide Ruell. lib. 3. cap. 43.

Carex, fœminini generis, Herba & acuta & durissima, similis spatho, vliginosis & palustribus locis plurima nascens. Βούκε. Virg. 4. Georg. Et carice pastus acuta. Colu. lib. 11. cap. 2. Filix quoque, aut carex vbicũque nascitur, Augusto mense rectè extirpatur: melius tamen circa Idus Iul. ante Caniculæ exortum.

Carectum, ti, Locus caricibus plenus. Βουκόλιον. Virg. 3. Aeglo. Tu post carecta latebas. Colum. lib. 6. cap. 12. Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur vngulæ.

Carica, æ, Genus fici, à loco sic dictum. Plin. lib. 15. cap. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores in ficorum genere, caricas, & minores eius generis, quæ coctona vocant. Cic. 2. de Diuinat. Quum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

Carico, as, pen. corr. Καρύω, Φορτίζω. Idem est quod onero. Hieronymus, Origenes maiora cogitans, propriumque ingenium ferre non sufficiens, oneribus maioribus caricabat se: & quum sic incedere non posset, ruina magna deuolutus est.

CARICON, Καρικὸν, Locus est in Memphide, à reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromẽphitæ appellati sunt. Autor Strephanus.

Caries, tiei, Putrilago ex vetustate. Σαπία. Ital. Tarlo. Gal. Pourriture de bois & vermoulissure, moisissure. Hisp. Carcoma de madera ò de otra cosa. } Lucil. lib. 4. Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculiq;. Auson. I, tineas, cariemq; pati te charta necesse est. Propriè autem Caries in lignis dicitur, quum à vermiculo, qui à Græcis σὴς dicitur, eroduntur. Colum. lib. 12. Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente, ab vigesima vsque in trigesimam, quia sic cæsa iudicatur carie non infestari. Plinius, Cedri oleo peruncta materies nec tineam, nec cariem sentit. Idem lib. 12. Celeriter ea cariem sentit.

Cariosus, a, um, Quod est carie plenum. } Σαθρός. Ital. Roduto, corrotto da tarli. Gal. Fort vermoulu, pourri & corrompu. Hisp. Cosa carcomida de carcoma. } Columel. lib. 4. Alia summouenda, quæ vel cariosa, vel iusto breuiora sunt. Ouid. 1. Amor. Quid precer iratus? nisi vos cariosa senectus Rodat. Colu. lib. 2. ca. 4. Quam terram rustici variam, cariosámque appellant. Vide Catonem cap. 34, & Plin. lib. 17. cap. 5.

CARILLI AE, arum, Piceni oppidum fuit, à Romanis secundo bello Punico deletum. Meminit huius oppidi Silius lib. 8, -& exhaustæ mox Pœno Marte Catillæ.

Carina, næ, penult. prod. Pars nauis est, quam aluum, aut ventrem vocant, hoc est ipsa nauis concauitas. } Καρὰ, κάλυξ. Ital. Il fondo della naue. Gal. Le fond du nauire, la carine. Hisp. Carena, el hondo dela naue. } Est & infima trabs, cui inædificatur nauis, quæque illi est pro fundamento. Ouid. 14. Metamorph. -medisque carina Subdita nauigiis, spinæ mutatur in vsum. Idem lib. 2. de Pon. Dum mea puppis erat valida fundata carina. Cæsar 1. bel. Ciuil. Carinæ primùm, ac statumina ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium viminibus contextum coriis integebatur. Poëtæ τῷ μέρει τοῦ ὅλου Carinam pro tota accipiunt naui. Virg. 1. Georg. Quum iam portum tetigere carinæ. Idem 4. Aen. Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.

Carinare, Est in modum carinæ formare, } κατὰ τὸν τῆς νεὼς ἄλγ πίσσειν, κυρτοῦν. Ital. Fabricare à guisa di fondo di naue. Gal. Former en maniere de fond de nauire, cauer. Hisp. Dar carena al hado de la naue. } Plin. lib. 9. Saliunt pectines, & extrà volitant, seque & ipsi carinant, id est sua sibi concha instrumentum porrigunt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex testa efficiunt. ¶ Aliquando Carinare est probra obiicere, quòd qui se mutuis probris infectantur, sint infimæ sortis homines, sicut & carina nauis pars est infima.

Carinatus, a, um, adiectiuum est à carina deductũ idem significans quod concauus, & in carinæ modum incuruatus. } κυρτοειδὴς, κεκυλισμένος. Ital. Fatto come vn fondo di naue. Gal. Caué & fait en façon de fond de nauire. Hisp. Hecho à guisa de hondo de naue. } Plin. lib. 11. cap. 17. Pectus homini latum, tantùm reliquis carinatum. Idem lib. 9. cap. 30. Concham esse acuti modo catinatam.

Carinatim, Significat ad similitudinem carinæ.

CARINAE, arum, Nomen vici Romani ad pedẽ cliui Capitolini, in quo fuit domus Pompeij. Virg. 8. Aen. -passimque armenta videbat Romanóque foro, & lautis mugire Carinis. Varro Carinas dici putat ab eo, quòd hinc oriretur caput sacræ viæ. κάρηνα. Latinè caput dicitur.

CARINI, Germaniæ populi. Plin. lib. 4. cap. 14.

Cariosus, Vide CARIES.

CARIOSVELITES, Galliæ Lugdunẽsis populi sunt apud Pli. li. 4. ca. 18.

CARISA, Cognomine Aurelia, ciuitas est Hispaniæ, ad flatim fluuium, in Gaditano conuentu. Plin. lib. 5. cap. 1.

Caritas, Vide CARVS.

CARIVS, Κάριος, Nomen filij Iouis & Torrhebiæ qui circa Torrhebiũ lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiuisse, & ab eis Musicam didicisse, eámque apud Lydos propagasse. Quapropter diuinos honores apud suos meruit, templo illi magnificè extructo in monte, qui & ipse Carius à nomine eius appellatus est. Autor Stephanus.

CARMANIA, Καρμανία, Vulgò Nersinga. Regio est Indis contermina, quam duplicẽ esse Ptolemæus tradit: cultam alterã, alteram desertam. Huius regionis incolæ Carmani dicũtur, Ichthyophagi cognominati, quòd solis piscibus vescantur, quorum etiam coriis vestiuntur. Pomp. lib. 3. Carmani siue veste, & fuge, siue pecore, ac sedibus, piscium cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuti.

CARMELVS, Κάρμηλος, pen. prod. & vnico l, duorum montium nomen, teste Hieronymo, quorum alter est in Galilæa, ad Australem plagam, in quo habitauit Nabal Carmelus maritus Abigail: alter Phœnices, iuxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit. Posterioris huius meminit & Plin. lib. 5. cap. 19, Promontorium, inquit, Carmelum, & in monte oppidum eodẽ nomine, quondam Ecbatana dictum.

Carmen, quasi canimen à canendo, dici potest quicquid est metricè scriptum. } Ἆσμα. Ital. Verso. Gal. Chanson, vers, rithme, poësie. Hisp. El cantar, cancion, verso. } Vnde Virg. 3. Aen. versum vnum carmen dixit, -& rem carmine signo. Aeneas hæc de Danais victoribus arma. Et duos similiter, in Daphnide, -tumulo superaddite carmen. Daphnis ego in syluis, &c. Tota insuper Aeneis, heroicum carmen dicitur: item Aeglogæ vniuersæ, carmen bucolicum. ¶ Quandoque Carmen dicitur incantatio, ἐπῳδὴ, vt, Carmina de cælo possunt deducere lunam. ¶ Dicebantur etiam Carmina apud veteres, formulæ quædam conceptis verbis ad solennitatem aliquam compositæ. Vnde Iurisconsulti illi vetustissimi dicuntur habuisse carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Cicc. pro Mutæ. Prætor interea, ne pulchrũ se, ac beatum putaret, atque aliquid ipse suæ sponte loqueretur, ei quoque carmen cõpositum est, cum exteris rebus absurdum, tum verò nulli vsui. Istam viam dico, inite viam, &c. ¶ Erant & Saliis sua carmina, quæ Saliaria vocabant, Marti peculiariter dedicata. ¶ Habebant & Feciales suum quoddam carmen ad res repetendas, & bellum indicendum destinatum. ¶ Habebant & Patres patrati sua carmina, quibus ad ferienda fœdera vtebantur: quorũ formulam depingit Liu. lib. 1. ab Vrbe cond. ¶ Erat aliud carminis genus in vrbium obsidionibus solenne, quo dij tutelares, ne cum illis quoque bellum susceptum videretur, solent euocari. Hoc, teste Macrobio, ferè his verbis constabat, Si deus, si dea est, cui populus, ciuitásque Carthaginiensis est in tutela: téque maximè, qui huius vrbis tutelam recepisti, precor, veneróque, veniámq; à vobis peto, vt vos populum, ciuitatémq; Carthaginiensem deseratis: loca sacra, templa, vrbémque eorum relinquatis: absque iis abeatis, eíq; populo & ciuitati metum iniiciatis, proditique Romam ad me, meósq; veniatis: nostráque vobis loca, tẽpla, sacra, vrbs acceptior, probatiórq; sit, mihi populóque Romano, militibúsq; meis præpositis sitis, & sciamus intelligamúsque. Si ita feceritis, voueo vobis, templa ludósq; facturum. Erat & aliud carminis genus, quo hostium exercitus solẽt deuoueri, cuius formam Macrobius tradit Saturnal. lib. 3. cap. 9.

CARMENTA, Καρμέντα, & Carmentis, Euandri matertita cognominata à carminibus, quibus dabat responsa, (erat enim fatidica mulier) quum propriè Nicostrata vocaretur. ¶ Hinc Carmentalis porta quæ postea Scelerata dicta est, quòd per eam sex & trecenti Fabij cum clientum quinque millibus egressi, aduersus Hetruscos ad amnem Cremeram omnes interfecti sunt. Virg. 8. Aen. Et Carmentalem Romano nomine portam. Ouid. 2. Fast.

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,
Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exisse trecentos:
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

Carmino, as, are, Est pectere, & lanas ab immunditiis repurgare. } χτενίζω, ξαίνω. Ital. Pettinare, cardare. Gal. Carder ou peigner la laine. Hisp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carmenare carẽ lana. ¶Plin.lib.19,ca.1,Iustũ est è quinquagenis fasciũ libris quinas denas carminari. Idem lib.9.ca.38, Quinis lana potat horis, rursúsque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem.

Carminatio, verbale, *κνηστικὸν, ξεστικὸν.* Plin.lib.11, Hanc ab his quoque gigni, subigique vnguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

Carminatores dicti sunt, qui lanas pectunt, cúsque ab adhærentibus sordibus repurgant.

CARMVN, *κάρμουν.* Est locus in Messenia, & templum Apollinis in Laconia, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneso.

CARNA, *κάρνα* siue CARDINEA, Dea quæ vitalibus humanis seu cardinibus præesse existimabatur. Ouid.lib.6.Fast. Prima dies tibi Carnea datur: dea cardinis hæc est. Hæc striges nocturnas, puerorum (vt dicebant) cunas infestantes, à limine summouebat.

CARNAPAE, Populi sunt circa Mæotin. Plin.lib.6.cap.7.

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificium, Carnuarij, Carnosus, Vide CARO.

CARNE, *κάρνη.* Phœnices oppidum est ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum: cuius meminit Plin.lib.5.cap.20. ¶Est item Carne Stephano, Aeolidis ciuitas: à qua fit gentile Carnæus: à superiori verò Carnites.

CARNEADES, *κρνεάδης*, Cyrenæus nouæ Academiæ princeps fuit, qui aduersus Zenonem Stoicæ sectæ principem scripturus, cerebrum helleboro candido purgauit, ne quid ex corruptis stomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & constantiam vigorémque mentis labefactaret. Hic tanta eloquentia præditus fuisse perhibetur, vt quum Romam cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus venisset, M.Catoni reddiderit legationem suspectam: qui identidem Senatum monuit, vt ab illorum eloquentia cauetet, qua quicquid vellent etiam ab inuitis possent extorquere. Autor est Gell.lib.16. Idem etiam penè dicit Quint.lib.12.cap.1. ¶Fuit & alter Carneades, Philosophus Atheniensis, Anaxagoræ discipulus, cuius meminit Suidas.

CARNI, *κάρνοι.* Populi sunt Istris finitimi, ab ea parte qua Alpes Iuliæ Aquileiæ incũbunt, qui à Plinio collocãtur in decima regione Italiæ ad Tergestem fluuiũ, qui in Venetiarũ ora in sinum Adriaticũ influit.

CARNODVNVM, *κρνοδούνον*, Oppidum est Vindelitiæ, ad Danubiũ, teste Ptolem.lib.2.cap.13.

CARNVNTI, Populi Germaniæ inter Danubium & syluam Hercyniã, in confinio Pannoniæ. Plin.lib.4, Superiora inter Danubium & Hercynium saltum vsque ad Pannonica hyberna Carnunti tenent, Germanorúmque ibi confinium est.

CARNVNTVM, Oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ, inter Danubium & Hercynium saltum. Plin.lib.vlt. Abest centum M. passuũ à Carnunto litus Pannoniæ, quò à Germania succinum importatur.

CARNVTES, siue Carnuti, *καρνοῦτες.* Galliæ Lugdunensis populi, Andegauensibus, & Turonensibus finitimi: apud quos Druydes suas habebant sedes, teste Cæsare lib.6.Comment. Horum oppidum est Carnutum, quod Galli sua lingua *Chartres* appellant.

Caro, nis, Proprie mortuorum animalium est, quòd careat anima, inquit Donatus. ¶*κρέας, σάρξ.* Ital.& Hisp. *Carne.* Gal. *Chair.* ¶At Hieronymus inter Carnem & Pulpam sic distinguit, vt caro sit quæ sanguine, venis, ossibus, neruisque constringitur: pulpa, quę manducatur. eò quòd pulsetur, & concidatur. Plin.lib.6.ca.10, Agriophagi, pantheratum & leonum carnibus maximè vescentes: Pãphagi, omnia mandentes: Anthropophagi, humana carne vescentes. ¶Et non solùm de animalibus, sed etiam de piscibus pomisque Caro dicitur. Plin.lib.9.cap.17, de mullis piscibus: Et aliorum piscium carne. Idem lib.16.cap.38, Atque in toto corpore arborum cutis, sanguis, caro, nerui, venæ, ossa, medullæ. Quidam hoc nomen à Græco deriuant, *κρέας*, à quo fit Creo verbum.

Carnarius, Qui carnes vendit: ac etiam qui carne delectatur. ¶*κρεοπώλης.* Ital. *Beccaio.* Gal. *Boucher, cherentier.* Hisp. *Carnicero, amador de carne.* ¶Martia. lib.11, Carnarius sum, pinguiarius non sum. Hoc est, carnosa muliere delector, pingui non delector.

Carnarium, ¶*τὸ κρεῶον.* Ital. *Carnaio.* Gal. *Soller, boucherie.* Hisp. *Lugar donde se guarda la carne.* ¶Propriè locus, vbi caro salsa suspenditur, seu reponitur. Plin. Quippe è macello, aut carnario viuendum est. Plaut. in Capt. Ad. ueniens modò deturbauit totum cum carne carnarium. ¶Quandoque etiam dicitur locus vbi carnes tantummodo venduntur. *κρεοπώλιον.* Plaut. Cœnam è carnario emit, iam factus satur. Varro Tabernam carnariam vocat. ¶Interdum Carnarium accipitur pro ipsa carne, sicut Cibarium pro cibo. Plaut. Qui mihi carnarium parauit, ridiculus, ad ientandum. ¶Carnarium item instrumentum dicitur cum pluribus vncis, quibus succidiæ, hoc est carnes solitæ appenduntur.

Carnarius, a, um, Quod ad carnem pertinet, *κρεικὸς*: vt Carnaria taberna, vbi carnes venduntur.

Carneus, a, um, Quod ex carne est. ¶*σαρκώδης.* Ital. *Di carne.* Gal. *De chair, charnel.* Hisp. *Carnal, cosa de carne.* ¶Cornu Gallus, Carnis ad officium carnea membra placent.

Carnifex, Qui carnes ex hominibus facit. ¶*δήμιος.* Ital. *Boia, manigoldo.* Gal. *Boucher, bourreau, meurtrier.* Hisp. *Seyon ó verdugo delos hombres.* ¶Cic.7. Verr. Aderat ianitor carceris carnifex Prætoris, mors terrórque sociorum, & ciuium lictor. ¶Hinc Excarnifico, as, pro exercuio. Terent.in Heaut. Huiusmodi semper comminiscere, vti me excarnifices.

Carnificina, æ, penult. prod. Locus publicus, in quo iussu magistratus homines sontes à carnifinibus occiduntur. ¶*κολαστήριον.* Ital. *Luogo della giustitia.* Gal. *Le lieu ou on fait mourir les malfaicteurs, gibet, tuerie.* Hisp. *Lugar donde atormentan los hombres.* ¶Plaut. Quid si desperatis rebus carnificinam petat? Suetonius de Tiberio, Carnificinæ eius ostenditur locus Capreis, vnde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare iubebat. ¶Carnificina item dicitur ipsa excarnificatio & cruciatus. Plaut. in Capti. Vel carnificinam hanc facilè possunt perpeti. Cicero pro Sestio, Non ea est medicina, sed carnificina atque crudelitas. Cato, Carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis & crudelitatibus, *βάσανοι.* Vbi societas (inquit) vbi fides maiorum? insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque ignominiam te facere ausum esse? Plaut. in Cistel.

singulari vsus est: Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Cice.1.Tuscul. per translationem vsus est. Nam quum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum excarnificatum atque conficit.

Carnificium, Ipse actus carnificis, quod & Carnificina dicitur. ¶Carnificium cribrum, adiectiuè, legitur apud Plautum in Mostel. O carnificium cribrum quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.

Carnifico, as. Corpus humanum in frusta disseco, more carnificis. ¶*κρεουργῶ, ἀνατέμνω.* Ital. *Stracciare, sbrenare.* Gal. *Tuer en bourreau, faire mourir.* Hisp. *Despedaçar, encarniçar.* ¶Liu.4.bel.Pun. Quod vbi tribuni militum Gracchо nuntiauerunt, neminem stantem iam vulnerari hostem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladiis humana capita esse, signum dari propere iussit.

Carniuorus, penul.cor. Carnes vorans. ¶*σαρκοφάγος.* Ital. *Deuoratore de carne.* Gal. *Qui deuore & mange chair, goulu de chair.* Hisp. *Tragador de carne.* ¶Vnde dicimus aquilam carniuoram, quòd carnibus vescatur. Plin.lib.10. Serratorum dentium carniuora sunt omnia.

Carnosus, a, um, Carne, seu musculis abũdans: vt Carnosum femur, Carnosum palatum. ¶*πολύσαρκος.* Ital. *Carnoso, grasso, corpulento, pieno di carne.* Gal. *Charnu.* Hisp. *Cosa de mucha carne, carnuda.* ¶Plin.lib.11.cap.37, Sed in gustatu linguæ vice carnosum aquatilibus palatum.

Carnulentus, Adiectiuum, Idem qudd Carnosus. Solinus cap.61. Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. De camelis.

Carnositas, Musculorum plenitudo, qualis in obesioribus esse consueuit. *πολυσαρκία.*

Caruncula. A' Caro diminutiuum est. ¶*σαρκίον, κρεάδιον.* Ital. *Carnicina.* Gal. *Vn peu de chair, vn morceles de chair.* Hisp. *Carne poca ò pequeña.* ¶Caruncula verò à Carnis nominatiuo antiquo. Cice.2.de Diui. An eu, inquit, caruncula virulinæ mauis, quàm Imperatori veteri cedere? Celsus, Si vna crassa caruncula quasdam exiguas, quasi capillos habet.

CARODVNVM. Vide CARNODVNVM.

CARONIVM, *κάρωνιον*, Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, in tractu Callaicorum, non procul à Nerio promontorio. Autor Ptolem.lib.2. cap.6. Vulgò *cherga.*

Caromemphitæ, Vide CARICON.

Caros, *κάρος.* Crapularis redundantia: à *κάρω* perturbo, vexo, agito: siue à *κάρωσις*, quod est capite aggrauor, oblidor, velut ab oppressura capitis, & ingenij offensione. ¶Apud Medicos Caros est somnus iusto profundior, prouenies ex humore frigido, & viscido, cerebrum, & præcipuè anteriores eius ventriculos occupante, sensúmque partier & motum ad tempus impediente, spiratione tamen integra relicta. Hęc Gal. lib.4. De locis affectis cap 2.

Caros, *κάρω.* Dioscoridi lib.3. semen est exiguum, anisi proportione respondens, cuius radix pastinacæ modo. Estur, ab Edo, Plaut. & Ouid. estur. Plinio Careum, siue Carium dicitur. Officinis *Carui.*

Carotides venæ, *κατωτίδες φλέβες.* Circa colli iugulum sunt. quæ & *ἐκτενεῖδες* Aristoteli, id est insulares dicuntur. Carotides appellatæ, quòd iis vehementius compressis, Caros morbus gignatur.

CARPASIVM, Cypri insulæ oppidum est. apud Plin.lib.5.cap.31. Stephanus Carpasiam, *κάρπασίαν*, vocat, & à Pygmalione conditam asserit. ¶Carbasiam etiam nonnulli appellarũt insulam inter Cretam & Rhodum sitam, quæ notiore nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carbasiam malnit appellare, quòd ad ventum *καρπίαν*, hoc est Africum, sita videatur.

CARPATHVS, pen.corr. *κάρπαθος*, vulgò *Scarpanto.* Insula contra Aegyptum, media inter Rhodum & Cretam, ducentorum stadiorum circuitum habens, quatuor insignis vrbibus: à qua vicinum mare ad Aegyptum vergens Carpathium, *καρπάθιον πέλαγος*, *La mar de Scarpanto*, dictum est. Home.2.Iliad. duabus literis transpositis *κάρπηθος* appellat. *Νίσυρος Νίσυρόν τ' εἶχον, Κάρπηθός τε, Κάσπθον τε.* ¶Carpathius leporem, *Καρπάθιος τὸν λαγών.* Dicebatur in eos qui sibi rem noxiam accerserẽt. Hinc deductum Adagium quod quum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verùm vbi eius animantis magna vis increuisset. vt est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœpere. Referunt & interpretantur Iulius Pollux 5.lib. de rerum vocab. & Aristot. lib. Rhetor. 3.

CARPATVS, sine aspiratione, *κάρπατος*, Mõs est Iazygibus Metanastis, & Dacis imminens, & in Mysiam inferiorẽ ad ipsa penè Danubij ostia excurrens. Vide Ptolemæum in tabula nona Europæ. Vulgò *Crapaltz.*

CARPENTORACTE, Plin.lib.3.cap.4, Ciuitas est Galliæ Narbonensis. Vulgò *Carpentras.*

Carpentum, Vehiculi genus, ita dictum, quasi Carmentum, à Carmenta Euandri matre. ¶*ἅρμα.* Ital. *Cocchio, carretta.* Gal. *Vn chariot branlant.* Hisp. *Vn cierto genero de carro.* ¶Ouid.lib.1.Fast. Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant: Hæc quoque ab Euandri dicta parente deor. Plin. de viris illust. A' qua iussa turba recedere, quum domum rediret, viso patris corpore, mulionem euitantem super ipsum corpus carpentum agere præcepit.

Carpentarius, Faber qui carpenta facit, faber lignarius. ¶*ἁμαξοποιός.* Ital. *Legnaiuolo.* Gal. *Charpentier.* Hisp. *Carpintero.* ¶Hieronymus, Carpentarius artifex fecit scamnum. ¶Carpentarius equus, qui carpentum ducit. ¶Carpentarium opus, quod ad fabrum lignarium pertinet.

CARPETANI, *καρπητανοί.* Populi, quos Plin.lib.3.ca.3, in Hispania collocat ad Tagum fluuium, iuxta Vaccęos.

Carpheotum, Thuris genus purissimum & candidum, quod autumno legitur ex partu æstiuo. Autor Plin.lib.12.cap.14.

Carphos, Herbæ genus, quæ alio nomine Fœnogræcum dicitur, & Buceras à similitudine cornuum bouis: à nonnullis etiam ægoceras. quòd semen eius caprarum cornibus simile sit. Græci *τῆλιν* nominant. Plin. lib.22.cap.19. Nec fœnogræco minor autoritas, quod Telin vocant, alij Carphos Ital. *Fien Greco* Gallicè *Senegre.* Hisp. *Alforua, alholua.*

CARPI. Populi sunt Africæ in Zeugitana regione, quæ minor Africa dicitur. Plin.lib.5.

Carpinus, pen. corr. ξύλα. Arbor nota de acetum genere. Colu. lib. 6. Quinetiam cornus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & salix à plerisque in hoc ipsum disponitur. Palladius, Carpinus vltima arbor.

Carpineus, a, um, Ex carpino factum. Plin. lib. 16. cap. 45. Hygianus manuorias ruinæ carpineæ fieri iubet.

Carpio, onis, à Benaci lacus accolis appellatur piscis vni huic lacui peculiaris, quem aureis arenulis victitare tradunt. Caue autem accipias pro illo pisce, quem carpam vulgò dicimus: nam longè ab eo diuersus est. Vocatur autem Carpa à quibusdam Cyprinus.

CARPIS, Scythiæ fluuius est. Herod. lib. 4.

Carpo, pis, carpsi, ptum, Decerpo, ξύλα καὶ καρπὸν. Ital. *Torre, cogliere, pigliar se alcũ mouto &c.* Gal. *Cueillir, prendre doucement, user & oster sans violence.* Hisp. *Tomar sacar sin violencia, coger.* ¶ Virgil. Aegl. 9. Insere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes. Idem 3. Georg. Lucifer primo cum sydera frigida turba Carpamus, dum mane nouum, dum gramina carent. ¶ Item eligere. Terent. in Adelph. Vnumquodque, quod erit bellissimum carpã. ¶ Item reprehendere, διασύρειν. Martialis, Carpere vel noli nostra, vel ede tua. ¶ Ab hac significatione ortum est Adagium, Carpet citius aliquis, quàm imitabitur, μωμήσεταί τις ῥᾳδίως ἃ μιμήσεται. Apte dicetur de re quapiam artis absolutæ atque inimitabili. nam res egregias multò procliuius est carpere quàm æmulari. ¶ Item lædere: vt, Carpit enim vires paulatim, vritque videdo Fœmina. ¶ Carpere viam, est ambulare. ¶ Carpere vitales auras, est haurire spiritũ. ¶ Carpere lanam, est pectere, & attenuare, ξαίνειν ἶσθι. Virg. lib. 1. Georg. Nec nocturna quidẽ carpentes pensa puellæ Nescinere hyemem. ¶ Carpere linum, est euellere. ¶ Carpere cibum, est pasci. ¶ Composita sunt, Decerpo, Excerpo, & Discerpo. de quibus vide suis locis.

Carptim, aduerbium, Hinc atque illinc carpendo, non ipsam seriem sequendo. ἁρπαγῶς. Ital. *Per partecelle, scegliendo de quà & de là.* Gal. *Par ci par là, en trauaillant & prenant çà & là par parcelles.* Hisp. *A pedaços.* ¶ Salust. in Catil. Statui res gestas populi Rom. carptim, vt quæque memoria digna videbantur, perscribere.

Carptus, huius carptus, & Carptura, ræ, ἁρπαγὴ, ἁρπαγμὸς. Ital. *Scarpimento, Gal. Cueillette, cueillement.* Hispa. *Obra de coger, cogimiento.* ¶ Ipse decerpendi actus, & nonnunquam id quod decerpitur. Plin. lib. 24. ca. 10, Flos cuiusque generis trium digitorum carptu, dysenterias & aluum citam emendat, in vino austero bis die potus, hoc est quantum tres digiti decerpere possunt. Varro 2. de Re rust. ca. 16, Nec non etiam aliud discrimen sequantur in carptura, &c.

Carptor, oris, verbale, ἁρπαγεύς. Ital. *Carpitore.* Gal. *Reprenneur.* Hisp. *Reprehendedor.* ¶ Qui reprehendit. Gelli. lib. 19. cap. 7. Quale illud est, quod vituperones suos, subductis supercilij carptores appellauit.

Carpobalsamum, καρποβάλσαμον, Balsami fructus est. Nam καρπὸν Græcis fructum significat. Vide Plin. lib. 12. cap. 25.

CARPOCRATES, καρποκράτης, Nomen cuiusdam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

Carpophorus, pen. cor. καρποφόρος. Latinè fructifer. Hieronymus ad Eust. de morte Paulæ: Salue Ephratha regio vberrima, atque καρποφόρος, cuius sterilitas Deus est. Fuit etiam Carpophorus proprium nomen cuiusdam ex familiaribus Domitiani Cæsaris, cuius in conficiendis feris dexteritatem extollit Martialis in Amphitheatro.

Carptim, Carptus, Carptura, Carptor, Vide CARPO.

Carpophyllon, li, καρποφύλλον, Genus lauri, nõ nisi in montibus nascẽs, foliis mollioribus: vnde etiam ad opera topiaria longè aptissimũ perhibetur, & ad coronas conficiendas accommodatissimum: de quo Plin. lib. 15. cap. 30.

CARRHA, æ, κάρρα, Ciuitas Arabiæ ad Rubrum mare: à qua Carrhæi dicti sunt populi. Plin. lib. 6. ca. 28. Chatræis latissimos & fertilissimos agros. ¶ Sed Carrhæ, arũ, κάρραι Stephano, Ciuitas Mesopotamiæ trans Edessam, Crassi & Romani exercitus cruore nobilis. Luca. li. 1, Assyrias Latio maculamit sanguine Carrhas.

Carrus, & Carrum, Currus quatuor rotarum, cuiusmodi erant quibus exercituum impedimenta vehebantur: à sono, vt quidam putant, & rotarum stridore dictus. ἅμαξα, ἁμάξιον. Ital. *Carro.* Gal. *Char ou chariot.* Hisp. *Carro ò carreta.* ¶ Cæsar, Inter Carros, impedimentáque prælium commiserunt. Hircius lib. 6, Pompeius eo die per viarum angustias carra complura, multósque lanistas retraxit. Cæt. bel. Gal. lib. 1, Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt.

Carruca, pen. cor. Genus vehiculi duas habens rotas, quod & Cisium dicitur. ἅμαξα τροχήλατος, ἁμαξίδιον. Ital. *Carrucola.* Gal. *Petit char ou chariot.* Hisp. *Carreta para llenar cargos.* ¶ Martial. lib. 5, Nec feriatus ibat ante carrucam. Plin. lib. 33. cap. 11, At nos carrucas ex argento cælare inuenimus.

Carrucarius. ἁμαξεύω. Ital. *Carrettare.* Gal. *Charretier.* Hisp. *Carretero.* ¶ Qui carrucam regit. Vlp. in l. Item quæritur. in princ. ff. locat. Si cisiarius, id est carrucarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit.

Carrucarius, a, um, ἁμαξικός. Quod ad carrucam pertinet. Pomponius. Pleraque mulas carrucarias tales esse, vt transiungi non possint.

CARSEOLI, Oppidum est in via Valeria, non procul à Pelignis, à quo ipsi etiam incolæ Carseoli dicuntur. Horum meminit Ouidius 4. Fastor. Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

Carceolanus, a, um. Ouid. 4. Fast. -nam dicere certam Nunc quoque lex vulpem Carseolana verat.

CARTA, sine h. nomen vnius ex Darij satrapis, apud Curtium.

Cartallus, li, σπυρὶς, Græca dictio significans canistrum.

CARTEIA, καρτηία Ptolemæo, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in tractu Bastulorum, ad radicẽ Calpes promontorij. Tarteſſos, πρότερον à Græcis dictum. Vulgò *Tarifa.*

Carteſius, a, um, vt Litus Carteſium, in quo fieti angustiæ sunt.

CARTENNA, Augusti colonia in Mauritania Tingitana. Plin. lib. 5. ca. 1.

CARTHAEA, καρθαία Stephano, Vrbs in Cea insula. Hæc apud Plin. lib. 4. cap. 12. corruptè (vt suspicor) Cartheia appellatur: certè apud Stephanum per αι diphthongum scribitur.

Carthæus, a, um. Ouid. lib. 12. Metamorph. Transit & antiquæ Cartheia mœnia Ceæ.

Carthæus, a dicticuum. Idem 10. Metamor. Nanque sacer Nymphis Carthæa tenentibus arua Ingens cerua erat.

CARTHAGO, Vrbs Africæ totius celeberrima, quæ post Troianum bellum (vt docet Eusebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Aemiliano penitus euersa. καρχηδών. ¶ Est & alia Carthago in Hispania, quam Asdrubal condidit, quæ Noua perpetuo epitheto dicitur, ad differentiam Carthaginis Libycæ. Vulgò *Cartagena.* Hinc etiam à sparti copia, quod in eius agro copiosissimè prouenit, Spartaria appellata est. Carthaginis autem nomen quidam à Cartha oppido haud procul à Tyro dici putant: Cicero verò lib. 2. de Natura deorum, scribit dictam à Carthagine Herculis filia, quum Byrsa prius diceretur.

Carthaginiẽsis, καρχηδόνιος, Dictio sex syllabarum est: nam autore Prisciano inter a, & e, interponitur nũc eum lib. 4, Si tertiæ sint declinationis, abiiciant extremam genitiui, & assumunt, ensis, vt Pistor, Pistoris, Pistoriensis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. Ennius, Hostem qui ferret, mihi erit Carthaginiensis.

Carthegon, Buxi granum est. Plin. lib. 16. cap. 30.

CARTII, Populi Persiæ, vt scribit Strabo lib. Geograph. 11.

Cartilago, inis, Pars similaris corporis ex spermate genita, quæ tamen neque os est, neque caro, sed quoddam intermedium, qualis est tota auris, & extremæ partes ossium motoriorum. χόνδρος. Ital. *Cartilagine, tenerume, come è quel de l'orecchio.* Gal. *Cartilage, tendron ou tendrillon, comme celuy de l'oreille ou du nez.* Hisp. *Tetilla.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 4. Insecta non videntur habere cartilaginem. Idem lib. 9. cap. 14, Planorum piscium alterũ est genus, quod pro spina cartilaginem habet.

Cartilagineus, a, um, Quod ex cartilagine constat. χονδρώδης. Ital. *De cartilagine.* Gal. *De cartilage.* Hisp. *cosa de tetilla.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 37, Sed auriculæ omnibus, exceptis quæ cartilagineæ appellauimus.

Cartilaginosus, a, um. χονδρῶδες. Plin. lib. 11. cap. 25, Quod maximè laudant cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, nunmeq; lignosum.

Caruncula, Vide CARO.

Carus, a, um. Idem est quod gratus, dilectus, iucũdus, suauis, φιλόφρων. Ital. *Caro pretioso, diletto.* Gal. *Cher, precieux.* Hisp. *Aguadecido, caro en precio.* ¶ Virg. 4. Aegl. Cara deũm soboles. Cicero post reditũ ad Quirites, Mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea cariores. ¶ Et quia quod omnibus gratum est, magno pretio solet vendi, hinc est factum vt Carum etiam significet, quod magno constat. Cice. 2. de Diuin. Putarem annonam in macello cariorem fore. Sunt qui ita distinguant, vt Charus per aspirationem significet idem quod dilectus: Carus sine aspiratione, quod magno vẽditur. Hanc tamen differentiam non esse veram, vel ex eo solùm ostẽditur, quòd alteram significationem ex altera videmus esse deflexam. Satius itaque erit vtrunque sine aspiratione scribere, quum dictiones sint prorsus Latinæ. Nam iis qui à Græca dictione χάρις deducẽ volunt, refragatur primæ syllabæ quantitas, quæ in dictione Carus producitur, quum χάρις eandem corripiat.

Carè, aduerbium à Carus. πολυτίμως. Ital. *Caramente, de gran pretio.* Gal. *cherement, à grand prix.* Hisp. *Mucho precisado.* ¶ Magno pretio, & pluris quàm pro rei valore: vt, Carè æstimare. Carè venire. Cice. ad Brutum, Valde carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit. Varro, Quæ pingues, veneunt carè.

Caritas sine h. à careo, significat exuberans rei alicuius pretium, et penuria fere & raritate prouenientem. πολυτιμία. Ital. *Carestia, inopia.* Gal. *Chareté, grand prix.* Hisp. *Carestia ò carezza de precio.* ¶ Cice. 5. Verr. Biennio prouinciam obtinuit, quum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. Liu. lib. 11, Caritas primum erat annonæ. Differunt autem Caritas & Inopia: quòd Caritas sit rerum penuria, quæ adhuc extant: Inopia earum, quæ non extant. Cic. pro Domo sua, Qua ex re primùm caritas nata est deinde inopia.

CARVSII, Populi sunt Troglodytis finitimi pariter & Aethiopibus, in finibus Africæ, ad latus meridiem spectans inhabitantes. Sipontin.

CARYA, κάρυα. Ciuitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostibus cõtra Græciam consensit: vnde postea à Græcis deleta fuit. Vitr. lib. 1.

CARYANDA, καρύανδα. Lacus est & insula eodem nomine Cariæ regionis, non procul à Myndo. Ex Strabonis Georg. lib. 14.

Caryatides, Statuæ muliebres in ædificiis, vt ait Vitruuius. sicut viriles, quæ mutulos, aut columnas sustinent, Telamones à nostris, ἀνδρίαντες à Græcis appellatæ. Nã euersa Carya Peloponnesi ciuitate, & interfectis viris, matronæ in seruitutẽ adductæ fuerunt. nec passi sunt victores eas stolas deponere, vt æterno seruitutis exemplo graui contumelia pressæ, pœnas pendere viderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerunt, earum imagines ædificiis publicis designauerunt oneri ferẽdo, vt etiam posteris pœna Caryatidum memoriæ traderetur.

Caryca, pe. cor. καρύκη. Genus edulij ex sanguine & variis cõdimẽtis constans. quod & καρυκεύμα à Græcis dicitur. Vide Cæl. Rhod. li. 27. ca. 23. ¶ Carica verò per i nostrũ ficus est. vt suprà docuimus suo loco.

Caryites, per tres syllabas, media producta, Tithymalli species, foliis myrti acutis & pungentibus. Vide Plin. lib. 26. cap. 8.

Caryon, ij, neut. gen. κάρυον. Quanuis Græcis generale sit ad omne nucis genus vocabulum, vnde κάρυον πόντικὸν auellanam, & κάρυον βασιλικὸν, iuglandem appellant, peculiariter tamen, κατ' ἐξοχὴν, hoc sibi nomen iuglandes vendicarunt. Plin. lib. 15. ca. 22. Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum.

Carynus, a, um, adiectiuum: vt, Carynum oleum. Idem lib. 23. cap. 4, E nuce verò inglande oleum, quod carynum appellauimus alopecis vtile est, & tarditati aurium infusum.

Caryopos, pi, καρυόπους, Genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plin. lib. 12. cap. 28. In Syria gignitur & cinnamon, quod Caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multum à surculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia.

Caryotæ, siue Caryotides, καρυωτίδες, Palmulæ genus est in Iudæa præcipuè circa Hiericuntem nascens: ita appellatum à capitis grauedine, quam gignit. Plin. lib. 13. cap. 4, Ab his caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem, sed & succo vberrimæ: ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti: vnde pomo nomen. Varro lib. 2, Non scitis palmulas caryotas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ryotas Syriam parere, inuectas in Italiam non posse: Papin. in Syluis, Prægnantes caryotides cadebant.

CARYSTOS, siue CARYSTVS, Κάρυστος, Euboeæ insulæ oppidum, in litore situm, ad radicem Ochæ montis, è regione Andri: cuius meminerunt Plin. lib. 4. ca. 12, & Pompo. lib. 2. Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobilissimum, & maculatum varietate in primis commendatum, quòd à loco Carystium appellabãt. de quo vide Strabonem lib. 10, & Plin. li. 36. cap. 6. Luca. lib. 5, Quà maris anguitat fauces fixosa Carystos.

Carysteus, a, um, pen. prod. Ouid. 3. Fastor. Quáque Carysteis frangitur vnda vadis.

Carystius, a, um. Plin. Epistol. 101, Vitem quatuor columellæ Carystiæ subeunt.

Caryum, Vide CARYA.

Casa, Domus rustica: ita dicta, quasi cana, vt nonnulli existimant, eò quòd primi agricolæ in cauis montium, hoc est in antris solerent habitare. Καλύβη. Ital. *Casa*. Gal. *Logette, maisonnette, teute*. Hisp. *Casa pagiza o choça*. Alij à casu, id est ruina deductum malunt: propterea quod rustica ædificia, quum ex leuiore ferè materia conficiantur, minus sint diuturna, magisque ruinæ obnoxia. Virg. 2. Aegl. Atque humiles habitare casas, & figere cerues: Hircius lib. 6. Et harpagones ad casas, quæ stramentis ab nostris hybernorum causa ædificatæ erant, diruedas. Varr. 2. de Re rust. cap. 10, Qui autem sunt in saltibus, & syluestribus locis pascunt, & non in villa, sed casis, repentinos imbres vitant. ¶ Fores habet tectas, vt pastorum casæ, τὴν θύραν ἔχει πεπηγμένην ὥσπερ αἱ τῶν ποιμένων. Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi viuentes, semper occlusis foribus: quòd pastores procul ab hominum commercio semotos vix vnquam quisquam interuisat. Diogenianus.

Casula, pen. corr. καλύβιον. diminut. Plin. lib. 35. cap. 10. Casula Protogenes contentus in hortulo suo.

Casabundus, Crebrò cadens, πίπτων. Festus.

Casitia. Dicitur mulier quæ casam custodit. κλωσίς. Festus.

CASANDRA, Insula in Oceano meridionali, contra Persidem. Pli. lib. 6. cap. 25. Contra Persidem, inquit, insulæ, Philos. Casandra, Aracia, &c.

CASANDRVS, inquit Plin. lib. 6. cap. 25, Insula est deserta in Oceano, Indiam versus.

Caseus, ea, eum, τυρός. Ital. *Vecchio*. Gal. *Vieil, ancien*. Hisp. *Cosa muy antigua*. Significat vetus: cuius verbi origo Sabina est. Ennius, Quam primùm casci populi genuere Latini. Refert Varro Manilij nomine celebratam fuisse hanc sententiam, Caseum duxisse easeam non mirabile est, id est verulam nupsisse seni. Vide Erasmi Adagia.

Caseus, A' coëundo, vel (vt inquit Varro) à iacte coacto dicitur. τυρός. Ital. *Formaggio*. Gal. *Fourmage*. Hisp. *Queso*. Fit ex lacte coagulato, hœdino in primis, vitulinóve coagulo. Virgil. in Buc. Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi. Cice. de Senectu. Villa quæ tota locupletes est, abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. ¶ Caseus musteus, id est recens & mollis, qui magis alibilis, quàm vetus & aridus. Caseus oxyga lacticus commendatur à Galeno, dicitúrque quasi acetosum lac. nam Græci τὸ ὀξὺ acetum vocant, & γάλα lac. ¶ Caseorum varia genera vide apud Plin. lib. 11. cap. 42. ¶ Si caseum haberem, non egerem opsonio, εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐδεόμην ὄψου. Dicendum vbi quis minimis vilissimisque contentus. Refertur apud Plutar. in Laco.

Caseale, lis, neutri generis, Locus aluo eronerãdæ destinatus: quam Sellam familiarem vocat Varro. Colu. lib. 2. cap. 15, Nam vbi greges quadrupedum versantur, quædam quotidie, vt culina, & caseale: quædam pluuijs diebus, vt bubilia & ouilia debent emundari. ¶ Sunt tamen qui existimant Caseale declarare locum in quo aut fit, aut seruatur caseus, τυροκομεῖον, τυροφορεῖον locúmq; Columellæ sic intelligi debere, vt caseale (hoc est locus conficiendi casei) sicut & culina quotidie purgetur.

Caseatius, a, um, adiectiuum, A' caseo formatum: vt Taberna caseatia. Vlpia. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vend. Aristo Cerelio Vitali respondit, non putare se, ex taberna caseatia fumum in superiora ædificia iure immitti posse, nisi eius rei seruitutem talem admittat. τυροκομεῖον, τυροπωλεῖον.

Casia, vnico s, quanuis apud Græcos κασσία gemino σσ, scribatur, Frutex est Theophrasto, salicis Ameriæ magnitudine, multis surculosisque brachiatus ramis, crassiore quàm cinnamomum, sarmento, solóq; cortice commendatus. Virg. 2. Georg. Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui. Dios. lib. 1, tria facit præcipua casiæ genera: vnum ex nigro purpurascens, & rosæ odorem referens. Zyger appellatum: alterũ longius & angustius, & fistulis plenũ, aromatum & vini mistum odorem repræsentans: quod Arabum lingua Lada, ab Alexandrinis autem mercatoribus Daphnitis dicitur. ¶ Tertium genus, superioribus paulò vilius, quod Rubum mosylicum vocitarũt. ¶ Hyginus autor est, à Latinis Casiam appellari cocci Cnidij fruticem, quem Græci Cneorum vocant, & Thymelæã: cuius folia & in coronamenta veniunt. Vnde est illud apud Virg. 2. Aegl. Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis, quanquam ibi casiam herbam quandam, non fruticem videtur designare. ¶ Casia fistularis, κασσία συριγγώδης, à recentioribus medicis appellatur, quam ex doctioribus nonnulli Siliquam Aegyptiam malũt nominare. Est autem siliqua oblonga & teres, concretum intus atramentum continens, non vna coalescens serie, sed ex interuallis lignosis tenuibusq; membranis septum, ossãque quædam habens immersa, non dissimilia iis, quæ nostra profert siliqua.

Casignete, κασσιγνήτη, Herbæ genus est, apud Pli. lib. 24. ca. 17, ita dictum, quòd eum sui generis herbis tantùm nascatur. Eandem & Dionysionymphadem appellant, quòd vino mire conueniat.

CASILINI. Italiæ populi sunt, in agro Campano, quorum oppidũ etiam Casilinum appellabatur, quod Plinij temporibus interciderat, vt ipse testatur lib. 9. cap. 5.

CASINA, pen. cor. Plauti fabula est, nomen habens à Casina ancilla, quã Stalino senex, eiúsque filius, certatim deperibant. Scribitur autẽ vnico s, vt facilè colligi potest ex fabulæ eius argumento, in quo versum literæ capitales Casin æ nomen exprimunt.

CASINVM, pen. prod. Campaniæ oppidum est in Italia. Silius lib. 4, Mittebant saxa & nebulosi rura Casini. Huius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Casius mons, κάσσιος ὄρος, trans Pelusium est, extremum Nili ostiũ, in ea Arabiæ Petrææ parte, quæ ab hoc monte Casiotis Ptolemæo appellatur: in quo & Iouis Casij templum erat, & Magni Pompeij tumulus ab eo in Adriano instauratus, vt in Adriano testatur Capitolinus. ¶ Est & in Syria Antiochena Casius mons supra Seleuciam, cognomine Pieriam, vt autor est Plin. lib. 5. cap. 22, cuius altitudo in directum est quatuor millium passuum. ¶ Ptolemæus præterea lib. 5. cap. 18, Casium quendam montem collocat in Mesoporamia, non procul à Singra altero eiusdẽ regionis monte: cuius meminit & Suidas.

Casius, a, um. Lucanus lib. 10, Lucifer à Casia prospexit rupe.

CASIOTIS, κασσιῶτις Ptolemæo, Regiuncula est Arabiæ Petrææ, Pelusio ostio ab Aegypto diuisa: in qua Casius mons est, Pompeij Magni tumulo insignis: à quo & regio ipsa nomen accepit.

Casmar, Senex dicitur Oscorum lingua. Festus.

Caso, as, are, A' cado, frequentatiuum, Vide CADO.

CASOS, penul. cor. κάσος, Vulgò *Caso*. Insula iuxta mare Carpathium ambitu octoginta stadiorum, in qua est oppidum eiusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, qui eò colonos deduxit: à quo & Casius mons nomen traxisse creditur. Meminit huius insulæ Plin. lib. 4. ca. 12, & lib. 5. cap. 31.

CASPIAE PORTAE, κασπίαι πύλαι, Angustiæ sunt circa mare Caspiũ, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, teste Solino, in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, vt vix plaustro sint peruiæ. Non satis tamen conuenit inter autores ad quam maris partem coniungantur. Quidam Amazones portis Caspriis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidere: sed illæ Caucasię fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoq; principis comminatio ad Caspias portas (vt inquit Plinius) ad eum trãsitum respiciebat. Verùm mons Taurus tribus in locis interruptus, quasi portis quibusdam pertransitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantùm Caspiæ portæ appellantur, quæ apud Medos existũt, sicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has transitus est ex Babylone, & Perside ad mare Caspium. Vnde etiã Caspię dictę sunt. ¶ Iuga verò Caspia procul hinc absunt, & ad Armenios, vlteriorésque populos pertinent.

CASPII, Populi Scythiæ ad Caspium mare, vt autor est Pomp. li. 3. apud quos sæuissimi sunt canes, vt scribit Valer. Flacc. lib. 6.

Caspium mare, κασπία θάλασσα, *Mar di bacan*. Immensæ magnitudinis lacus est inter Caspios & Hyrcanos montes, à quibus nomen accepit. Huius maris accolæ Turcæ fuisse creduntur, qui deinde cæli clementioris desyderio adducti, primùm Armeniis, deinde reliquis Asiæ populis sua sede pulsis, & bona Europæ parte occupata, à sinu Persico aduso; mare Adriaticum imperium suum extenderunt.

CASPERIA, Rhæti regis Marrubiorum vxor fuit, quæ cum Anchemolo priuigno corpus commiscuit. Vide ANCHEMOLVS. ¶ Est item Casperia oppidum in Sabinis, fortasse idem cum eo, quod Silius Casperulam vocat. Virg. 7. Aen. Qui Terricæ horrentes rupes, montémque Seuerum, Casperiámque colunt.

CASPERVLA, Sabinorum oppidum est, apud Silium vt dictum est.

CASPIRVS, penult. prod. κάσπειρος, Vrbs Parthorum, finitima Indiæ: cuius incolæ cursu velocissimi sunt, vt ex Dionysij Bassaricis annotauit Stephanus.

CASSANDRA, κασσάνδρα, Priami & Hecubæ filia, quæ quum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis sui copiam promisit, si vates ab illo fieret: quod Apollo se facturum iuramento firmauit. Sed quum illa promissis non staret, iratus deus fecit vt eiusdem vaticiniis nulla fides adhiberetur, quum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea desponsata fuit Chorœbo, vt ait Maro, (Homerus verò Orthryon eum nominat) qui in auxilium Troianis veniens in postrema nocte periit. Hanc quoque Aiax Oileus in Minervæ templo vitiauit, vt superius auditum est. Tandem deuastata Troia, Agamemnoni in sortem contingit, cui omnia fata, quæ à coniuge seruarẽtur, prædixit: sed more solito nihil ei creditum est. Veniens igitur cum Agamemnone domum, cum eodem in conuiuio iussu Clytæmnestræ occisa est. Virg. 3. Aene. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. ¶ Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quã Bellerophõti nupsisse Homerus autor est. ¶ Est & Cassandra oppidum, & Cassandria colonia, de quibus infrà in POTIDAEA.

CASSANDANE, Filia fuit Pharnaspi, vxor Cyri, & mater Cambysæ teste Herodoto histor. lib. 2, quam immatura morte sublatam & Cyrus ipse defleuit, & publico regnorum suorum luctu decorari voluit.

CASSANITAE, κασσανῖται, Populi sunt in litore maris rubri incolentes. Stephanus.

CASSERA, Macedoniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 10, in descriptione Macedoniæ.

CASSINVM, Teste Varrone lib. 6. de Ling. Lati. oppidum Samnitium fuit, qui à Sabinis ortum traxerãt: ita dictum à vetusto nomine Caseus quod Sabinorum lingua auti quum significabat: vnde & forum vetus, Cassinum appellatum est.

CASSIODORVS, κασσιόδωρος, Rauennas fuit, Theodorici Gothorũ regis præceptor, qui ex Senatore factus monachus, Psalterium Danidis explanauit. Extant & eius ad Theodoricum Epistolæ. Volaterranus.

CASSIOPE, siue CASSIOPEA, κασσιόπη, Cephei regis Aethiopum vxor, & Andromedes mater: quæ quòd gloriaretur Nereidibus sese corporis pulchritudine præstare, illarum indignationẽ incurrit. Nymphæ enim iactantia eius irritatæ, incredibilis magnitudinis cetum immiserunt, filiámq; eius vnicam, nomine Andromedem, saxo alligarunt, cetóque deuorandã proposuerunt: quę tamen Perfei virtute liberata, eidem nupsit. Cassiope verò tandem generi meritis in cælum translata traditur, & in siliquastro sedens, vertente sese cælo, resupinato capite ferri, pedibus ipsius in ipsa Arctici circuli circunductione positis. Aestiuum circulum capite, & dextra manu tangit, & prope Medeam circulo lacteo diuiditur, nõ procul à Cephei signo. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite eius stella ostenditur vna, in vtroq; humero singulæ, in mamilla dextra clara vna, in lumbis vna, in sinistro femore

duæ,

dux,in genu opa,in pede ipsius dextro vna,in quadrato, quo signum eius circunscribitur vna, in vtriusque angulis singulæ cæteris clarius lucentes. ¶Est item Cassiope, oppidum Epiri mediterraneum, à quo Cassopæi populi dicti sunt, quorum meminit Plinius in Proœmio lib.4. Stephanus Cassopam ἐπώνυμον, appellat. ¶Item oppidi nomen in Corcyra insula, apud eundem lib.4.cap.12, quod Ptolemæo Cassiopolis dicitur.

Cassis,hmus cassis, masculini generis, Rete præsertim venatorum, quòd cassum, hoc est rarum sit. {Δίκτυον Ital. *Rete*. Gal. *Vn rets à venoer*. Hisp. *La red*.} Vnde & à raritate Rete dictum. Ouid.2.de Arte, Incidit in casses præda petita meos. Virg.4.Georg. -aut missa Minervæ In foribus læros suspendit aranea casses.

Cassiculus, diminutiuum à Cassis, Pro reti. {Δικτύιον. Ital. *Piccola rete*. Gal. *Petit rets*. Hisp. *Pequeña red*.} Hieronymus, Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos. ¶Dicitur & Cassiculum neutri generis. Festus, Cassicolum, reticulum à cassibus per diminutionem dictum.

Cassis,huius cassidis, fœminini generis, Galea, quòd vacua sit ad caput recipiendum. {κύνη. Ital. *Elmo, elmetto*. Gal. *Heaume, armet, sellette, salade, bassinet*. Hisp. *Capacete*.} Plaut.in Trinũ. Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput. Iuuenalis, Fracta de casside buccula pendens. Cæsar 7.Bell.Galli. Mulionésque cum cassidibus, equitum specie, ac simulatione circumuehi iubet. ¶Dicitur & Cassida, a. Propertius, Aurea cui postquam nudauit cassida frontem. Virg.11.Aeneid. Aurens ex humeris sonat arcus, & aurea vati Cassida. Vbi Seruius, Cassida, accusitiuus Græcus pro nominatiuo Latino Cassis.

Cassita,pen.prod. Auis, quam alij Alaudam, alij Galeritam dicunt. {κορυδαλὸς Ital. *Lodola*. Gal. *Aloueite*. Hisp. *Capada ó cogujada, aue conocida*.} Plin.lib.10,ca.37. Vide apud Gellium apologũ de cassita, lib.2.cap.29.

Cassiteros,pennũ corr. κασσίτερος. Latinè plumbum album dicitur. Plin. lib.34.cap.16, Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretiosissimum candidum à Græcis appellatum cassiteron. ¶Vnde Cassiterides, κασσιτερίδες, insulæ decem in Oceano, ex aduerso Celtiberiæ, in quibus plumbum album effoditur. Plin.lib.4.cap.16, Ex aduerso Celtiberiæ complures sunt insulæ, Cassiterides dictæ Græcis, à ferilitate plumbi.

Cassitias, Visci genus in abiete & larice nascens, Sipontinus.

CASSIVS, κάσσιος. Viri proprium qui magister equitum fuit. ¶Sp. Cassius regni affectati crimine damnatus, cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici Consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim Populúsque Rom. non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum supericcit. In solo autem ædem Tellumi fecit. Autor Valerius lib.6.cap.3. ¶Cassius c o 2. à Tigurinis Gallis pago Heluetiorum, qui à ciuitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est: milites qui ex ea clade supererant, obsidibus datis & dimidia rerum omnium parte, vt incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt, tempore quo Iugurtha pulsus est à Mario, Liui.lib.65. Cæsar Belli Gall.lib.1, Tigurinus pagus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, & eius exercitum sub iugum miserat. ¶L. item Cassius Trib.ple. C. Mario, L. Flacco c o s s. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam rulitiis quibus, vt quem populus Rom. damnasset, cuive imperium abrogasset, in Senatu non esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in Consulatu. Autor Pædianus. Cicero pro Roscio Amerino. L. Cassius ille, quem populus Roma. verissimum & sapientissimum iudicem putabat, &c. ¶L. Cassius, dux Pompeianus, cum decem nauibus, ardente bello ciuili, transiit ad Cæsarem. ¶Cassius item Longinus Iurisconsultus, quòd C. Cassij percussoris Cæsaris nomen ac stemmata haberet, iussus est à Nerone mori: pronepos fuit Seruij Sulpitij, ac Eques Romanus, vt scribunt Tranquillus & Pomponius. ¶Fuit & Cassius Seuerus, de quo Quintilianus sic scribit lib.10.cap.1, Cassius Seuerus, si cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum in eo, & acerbitas in ira, & vrbanitas, & vis summa: sed plus stomacho, quàm consilio dedit. Hæc ille. Huius Cassij scripta ex Senatusconsulto abolita sunt, vt autor est Tranquillus. ¶M. Auidius Cassius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipse res in Germania gerit contra Marcomannos, defecit. Itaque relicto bello, Imperator eum cum exercitu petit ac superat. Caput ei ablatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. ¶Cassius præsul Narniensis tempore Totilæ regis Gothorum, cui occurrens, animum placauit, ne ciuitati noceret. Meminit huius Grego.3.Dialogo. ¶Cassius poëta Parmensis fuit, cuius ingenium in scribendo carmine mite concitatum & promptum prædicat Horat.1.Serm.sat.10,

-at siquis pedibus quid claudere senis
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus, Hetrusci
Quale fuit Cassi rapido seruentius amni
Ingenium: capsis quem fama est esse libris que

Ambustum propriis. Hic aliquot generibus stylum exercuit: inter quę opera elegiaca & epigrammata eius laudantur. Hic est qui in partibus Cassij & Bruti Tribunus militum militauit: quibus victis Athenas se contulit. Quintus Varrus ab Augusto missus vt eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit, vnde multi crediderunt Thyestem Cassij Parmensis fuisse. Scripserat enim multas alias tragœdias. Acron in illud Horat.1.Epist.41, Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat.

Cassianus,pen.prod.adiect. Cic.pro Milo Itaque illud Cassianum.

Cassius,aliud adiectiuum: vt. Cassia via. Cicero 12. Philip. Tres ergo, vt dixi, viæ tà supero mari, Flaminia tab infero, Aurelia: media, Cassia. Ibidem, Hetruriam, discriminat Cassia. Item, Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam.

Casso,as, Vide QVASSO.

CASSOPA,pen.prod. κασσώπη Stephano, Oppidum est Molossorũ, quod à Plinio Cassiopem vocari suprà ostendimus.

Cassus,a,um, Quod est inane & vacuum, fragile, atque omni re carens. {Κάσσος. Ital. *Casso, vacuo, vota*. Gal. *De nulle valeur, vain & friuole*. Hisp. *Vano, vazio*.} vt, Cassa nux à Plauto & Horatio dicta. Lucanus, Cassa faude parat. Plaut.in Aul. Virginem habeo grandem, dote cassam, atone illocabilem. Virg. Lumine cassum: & Aethere cassos, dixit pro vita priuatos & vacuos. Vnde & Cassis, & per diminutionem Cassiculus. ¶Hinc Incassum, aduerbium.

CASTABALA, κασταβάλα Stephano, Ciliciæ oppidum, apud Plin.lib.5. cap.27.

CASTALIVS, κασταλία, In Phocide, ad radices Parnasi montis, fons non procul à Delphis: vnde & Apollini, & Musis sacer creditur: ita dictus à virgine Castalia, quæ Apollinem fugitans præcipitata, & in fontẽ versa est: à cuius nomine Musæ ipsæ Castalides appellantur.

Casta mola, Dicebatur sacrificij genus, quod Vestales virgines faciebant. ἄζυμον πῆγμα.

Castanea, {κάστανα. Ital. *Castagne*. Gal. *Chastaigne ou chastaignier*. Hisp. *Castaña, ó castaño arbol*.} A Castano Magnesiæ vrbe, vt putant, dictarum fructum, quàm ipsam arborem significat. Virg.2.Aegl. Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Plin.lib.10.cap.20, Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, peiduraudi perui cacia.

Castanetum, {τὸ κάστανον, τόπος ἔνθα βέλτιστα ἐνίσταται. Ital. *Castagneto*. Gal. *Chastaigneraye, lieu planté de chastaignes*. Hisp. *Castañar, lugar de castaños*.} Locus castaneis consitus. Colu.lib.4.ca.33, Propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt.

Castaninum oleum, Ex castaneis factum.

Castè, Vide CASTVS.

Castellum, Castellanus, Castellani, Castellatim, Vide CASTRVM.

Casteria, τὸ κωπηρέσιον, Significat locum, vbi quum nauigatio conquieuerit, remi & gubernacula reponuntur. Plautus, Quin si potest reposui remum sola egò in casteria, Vbi quiesco. Lactantio dicitur pertica, quã in naui hortator remigium tenet, qua si incesserit, remiges non desinunt: si deposuerit, conquiescunt à labore.

CASTHENES, Thraciæ sinus iuxta Byzantium. Pli.lib.4. in descriptione THRACIAE.

Castificus, Vide CASTVS.

CASTIANIRA, κασσιάνειρα, Vxor Priami pulcherrima, quam ex Aesymo Thraciæ vrbe duxit vxorem, & Gorgythionem ex ea genuit Homerus lib.Iliad.8.

Castigo,as, pe.prod. Proprie verbis reprehendo, quasi castum, id est honestum ago. {κατηγορέω, ἐλέγχω. Ital. *Castigare*. Gal. *Chastier, corriger, reprendre*. Hisp. *Castigo ó corrego*.} Virg.5.Aene. Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. ¶Quandoque Castigare est vindicare, punire, κολάζειν. Idem lib.8, Castigãtque dolos, subigitque fateri. ¶Hinc Castigatus dicitur correctus, emendatus, κολασθείς. Cic.1.Tuscul. Videlicet, vt obmutuerit, non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor.

Castigatio, castigationis, verbale, {κόλασις. Ital. *Castigamento*. Gal. *Chastiment, reprehension*. Hisp. *Castigo y correccion*.} Actus castigandi, Cic.1.Offic. Animaduersio, & castigatio omnis contumelia vacare debet.

Castigator, oris, {ὁ κολάζων, ἐλεγκτής. Ital. *Colui che castiga & riprende*. Gal. *Chastieur, correcteur*. Hisp. *Castigador y corregidor*.} Qui reprehendit, & obiurgat. Plaut.in Trin. Ibo ad meum castigatorem. Horatius in Arte, Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero: censor, castigatórque minorum.

Castitas, Vide CASTVS.

Castimonia, Castus, huius castus, Vide CASTVS.

CASTOLOGI, A Plinio numerantur inter Belgas, lib.4.cap.17.

CASTOLVS, pen. prod. κάστολος. Lydiæ vrbs, ita dicta à Doribus conditoribus, quos Lydi κάστολους appellant. ¶Hinc Castoli campus, κάστολου πεδίον, apud Cenophontem. Vide Stephanum.

Castor, κάστωρ, Animal ex genere amphibio, quod Latinè fiber Ponticus appellatur: ex cuius testiculis medicamentum conficitur, quod Castórium, κάστορι, medici appellant. Hic comprehensa hominis parte, non antè, quàm fracta concrepuerint ossa, morsum resoluit. Habet caudam piscium, cæterà species lutræ, pilus mollior plumæ. Et licet sint qui dicant castora castrare se, ne à venatoribus capiatur, quòd sciat se expeti propter testiculos, qui medicinis adhibentur: Sestius tamen diligentissimus medicinæ conditor, negat testes amputari ab ipso castore, cuum capitur: quinimo paruos esse ait, subtilitatósque, & adhærentes spinæ, nec adimi sine animalis vita posse: verùm folliculos geminos esse ex vno nexu dependenteis, qui amputentur, quorum vis medica sit. Plinius lib.32.cap.3, Spectabilis naturæ potentia in his quoque quibus & in terris & in aqua victus est: sicut & fibris, quos Castores vocant.

Castoreus,a,um, adiectiuum: vt, Castoreus odor. Plin.lib.12.ca.24, Aspalathi probatio est in colore rufo vel igneo, tactúque spisso, & odore castoreo, hoc est fœtido & putri, vel acuto. ¶Castoreum item appellatur pharmaci genus, ex castoriis auulsis testiculis (vt creditur) compositum. Idem lib.26.ca.11, Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo, & verbenaca ex vino.

Castoreã, ornm, autore Plin.lib.32. cap.3. vocantur testes castoris.

CASTOR, & POLLVX, κάστωρ, καὶ πολυδεύκης. Fratres gemini fuerũt, Iouis ex Leda filij, qui & Tyndaridæ passim à poëtis appellantur, quemadmodum & Helena soror ipsorum, Tyndaris. Hi, vbi primùm adoleuerunt, mare piratis liberauerunt, & ob id dij maris habiti sunt, quos in tempestate nautæ solent implorare. Post hæc Colchos cum Argonautis profecti sunt: qua in expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem, insidias sibi struentem interfecit. Deinde domum reuersi, Helenam sororem à Theseo raptam, receperunt, Aphidna vrbe, Theseo absente, expugnata. Tandem quum Castor diem suum obiisset, ferunt Pollucem (qui eodem cum Helena ouo natus, immortalis erat) fratris desyderio à Ioue petisse vt immortalitatem suam eum fratre posset partiri: qua re impetrata alternis eos & mortem oppetisse, & reuixisse. Cui fabulæ occasionem dedit Geminorum natura, quorũ altero oriente, alter occidit. & econuerso. A Græcis διόσκουροι, hoc est Iouis filij, καὶ ἐξοχὴν appellati sunt, & inter deos apotropæos, hoc est malorũ depulsores, sunt annumerati: quibus etiam Romæ insigne dedicatum erat templum in foro, quòd Romanis aduersus Latinos periculoſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

culosissimo in prælio suppetias tulisse crederentur. Nam (vt Dionysius lib. 6. Antiquitatum scribit) in pugna ad lacum Regillum apparuerunt forma angustiore, incedentes equitatum Romanum aduersus Latinos, hastisq; feriebãt, propellebantq; aduersarios, socios verò cohortabantur. Quæ potissimũ causa fuit, vt Latini fugarentur, & castra caperentur. Idem mox visi sunt sudorem equorum abluere iuxta fontẽ Iuturnæ, deinde è conspectu mortalium se subduxerũt. ¶ Hinc Aedes Castor adiuerbium iurandi, quasi per ædem Castoris, quo solæ mulieres vtebantur, quemadmodum viri soli per Herculem iurabant: Aedepol verò erat iusurandum tam viris quàm mulieribus commune.

CASTOR, ορος. Medicus antiquissimus, docuit piperium herbam (quam alio nomine Siliquastrum nominant) bibi contra morbos comitiales. Autor Plin. lib. 20. cap. 17.

CASTRA CORNELIA, Locus Zeugitanæ Africæ. Plin. lib. 5. cap. 4.

Castrametor, Vide CASTRVM.

Castrata, Siliginis genus est apud Plin. lib. 18. cap. 9, quod in Campania proueniebat, Pisano magis rufum.

Castrensis, Vide CASTRVM.

CASTRIMONIENSES, Italiæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 5, Cubulteerini, Castimonienses, Cingulani, &c.

CASTRITIVS, Syllanæ factionis vir fuit, qui quum Placentię magistratum gereret, Cn. Carboni à Placentinis obsides petenti ne ad Syllam deficerent, constanter denegauit, minantéque Carbone se multos gladios habere, Et ego, inquit, annos. ¶ Fuit & T. Castritius Rhetorices professor Romæ, Adriani temporibus, cui eruditionis, morumq; nomine in primis erat charus. Vide Gell. lib. 13. cap. 10.

Castro, as, are, Proprie est virilia amputare. ἐκτέμνειν, ἐκτομίαν ποιεῖν. Ital. *Castrare*. Gal. *Chastrer*. Hisp. *Castrar*. ¶ Iuuenal. -nullus ephebum Deformem sæua castrauit in arce tyrannus. Plin. lib. 19. ca. 32. Verres, iuuencos, arietes, hœdos, decrescente luna castrato. ¶ Licet & de quacunque truncatione, siue priuatione quandoque dicatur. Pacuuius, Vt esset aliquis qui linguam eius castraret. ¶ Castrare aluearia, Est alueos finis spoliare, & mellis vindemiam facere: quod qua ratione faciendum sit, docet Columel. lib. 9. cap. 15.

Castratio, verbale, ἐκτομή, ἐκτομία. Ital. *Castramento*. Gal. *Chastrement*. Hisp. *Castradura, castracion*. ¶ Virilium amputatio. Colum. lib. 16. cap. 26, Id optimum genus castrationum quod adhibetur tenerę ætati.

Castratura, ræ, Idem. ἐκτομή. Plin. lib. 18. cap. 9. Iustum est è grano Cãpanæ (quam vocant castratam) è medio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinque.

Castrum, numero singulari, Locus est muris munitus. χάραξ. Ital. *Castello, Castello, vn fort, bourg*. Hisp. *Lugar ò villa cercada de muralla ò adarue, castillo*. ¶ dictus à casa, quòd sit coniunctio quædam casarum. Cic. ad Catonem lib. Epistol. 15, Vallo & fossa oppidum circundedi: sex castellis, castrisque maximis sepsi.

Castra, plurali numero, appellantur loca in quibus milites tentoria fixerunt: vel ipsa tentoria, in quibus milites diuersantur. στρατόπεδον. Ital. *Campo, alloggiamento, steccato*. Gal. *Le camp, le fort*. Hisp. *Real de la hueste*. ¶ Cice. ad Atti. Quum Cæsar ad oppidum castra haberet. Vnde & de nauibus Virgilius dixit: Nos castra mouemus, quoniam in illis milites essent. Cæsar 5. Bell. Gall. Atque iis imperat, vt coactis omnibus copiis, castra naualia de improuiso adoriantur, atque expugnent. Dicta à castri similitudine, quòd fossa, vallóque quasi muro circundari solent.

Castellum, diminutiuũ à Castro. Paruus vicus muris circundatus. ¶ κωμόπολις, ὀχύρωμα, κώμη. Ital. *Castello*. Gal. *Petit chasteau, forte place, bourg*. Hisp. *Castillo*. ¶ Cice. pro Cerin. Eccipse Ebutius in castellum venit. Cæsar, Cunctis oppidis, castellisque desertis. ¶ Dicebantur etiam Castella, quædam in aquæductibus receptacula, ex quibus ad omnes viarum anfractus, aqua per vncias & digitos diuidebatur. Frontinus, Omne plumbum, & omnes impensæ ad aquæductus, & castella, & lacus pertinentes, inde erogantur. ¶ Qui autem eiusmodi castellis præerant, Castellarij dicti sunt.

Castellanus, a, um: ¶ Ital. *Cosa de castello*. Gal. *De chasteau*. Hisp. *Cosa de castillo ò villa*. ¶ vt Castellanus triumphus, id est de castello capto actus. Cic. de Clar. orat. Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos.

Castellani, dicti qui castellum habitant. κωμῆται. Ital. *Habitatori de castelli*. Gal. *Qui demeurent au chasteau, ou qui en ont la charge*. Hisp. *Los que moran en los castillos, ò que los guardan*. ¶ Liuius 4. bell. Macedo. Decem millia populatium cum castellanis agrestibus in armis habuit. Salust. in Iugur. Iret castellanorum angustum, vndique præcisum. Dicti autem sunt Castellani à castello ea forma qua ab oppido Oppidani, & à Vico vicini. Est & castellanus, qui castelli curam & defensionem suscipit, φρούραρχος.

Castellatim, aduerbium, Quasi curmatim per castella. ¶ Κατὰ φρούρια. Ital. *Di castello in castello*. Gal. *De chasteau en chasteau*. Hisp. *De castillo en castillo, de villa en villa*. ¶ Liuius lib. 7. Vt hosteis & nocturno pauore attonitos, & circa collem castellatim dissipatos, aggrederentur.

Castrametor, pe. prod. Castra loco, siue puno. ¶ στρατοπεδεύω. Ital. *Accampare, attendare*. Gal. *Camper, asseoir le camp*. Hisp. *Assentar real*. ¶ Liu. 9. ab Vrbe, Eò Consules cum valido exercitu venerunt: & primò circa saltus, quũ vtrinque ad hostem iniqua via esset, cunctati, castrametatique sunt.

Castrensis, & hoc castrense, Quod ad castra pertinet. ¶ στρατικός. Ital. *Cosa di campo*. Gal. *Du camp, des apartenant au camp*. Hisp. *Cosa de real ò de la hueste*. ¶ Vnde Castrenses Vigiliæ, quæ in castris disponuntur. ¶ Castrense peculium, est quod à parentibus vel cognatis in militia agenti donatũ est: vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: quod, nisi militaret, non acquisiturus fuisset. ¶ Et Castrensia bona dicuntur, quæ licet in militia filiofamilias non acquirantur, ita tamen sunt ipsius acti acquisita in militia fuissent: vt sunt ea quæ ex officiis acquiruntur. ¶ Ordo castrensis, qui in castris semutur pro vniuersiusq; officio. Milites enim Centurioni parebant, Centuriones, Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli, & Magister equitum Dictatori.

CASTRVM NOVVM, Italiæ oppidum est, non procul ab ostiis Tyberis, apud Pompo. lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Cornero*.

Castula, læ. Palliolum quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur, Varro, Castulam mulier sumpserat pro succula. Haec & στρόφιον, & Prætinctorium appellatur.

CASTVLONENSES, Populi sunt Hispaniæ in cõuentu Carthaginiẽsi, apud Plin. lib. 3. cap. 3, Quorum oppidum Castulon in Bætica est regione, ad Anam fluuium. Vulgò *Castona la vieja*.

Castus, a, um, Purus, cõtinens, & à libidinis labe immunis. ἁγνός, καθαρός. Ital. *Casto, immaculato*. Gal. *Chaste, qui n'est point corrompu*. Hisp. *Casto ò religioso*. ¶ Plaut. in Pœnul. Eo sumus gnatæ genere, vt deceat nos esse à culpa castas. Virg. 2. Georg. Casta pudicitiam seruat domus. Vnde dicimus castas, Virg. 2. Georg. Casta pudicitiam seruat domus. Vnde dicimus Vxorem castam, & Castum cantum, in quo nihil est lasciniæ: & Castam nouum, quæ se ab alienis continet. ¶ Item pro pio & religioso. Virg. 6. Aen. Qui que sacerdotes casti, dum vita maneret.

Castus, huius castus, per quartam declinationẽ. Idem quod castitas. Varro, Et religiones & castus id possunt, vt ex periculo eripiant nostro.

Castè, castius, castissimè, Id est pudicè, continenter. ἁγνῶς. Ital. *Castamente*. Gal. *Chastement, purement*. Hisp. *Castamente*. ¶ Cice. pro Lege Manil. Caste, integréque versatus est labor meus in priuatorum periculis. Idem de Arusp. respon. Quod quũ Deiotarus religione sua castissimè tueretur.

Castitas, & Pudicitia pari putantur: quum sit pudicitia ab iniuria turpiũ libidinum liberata castitas & ab his continens est & remota, præterea & religiosa mundities & puritas. ¶ σωφροσύνη, ἁγνότης. Ital. *Castitade, pudicitia*. Gal. *Chasteté*. Hisp. *Castidad*. ¶ Cic. 2. de Legib. Ei colendæ virgines præsunt, vt adiugiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura fœminarum omnem castitatem pati.

Castimonia, Castitudo, Idem significant quod castitas. ἁγνότης. Liu. lib. 9. bell. Macedon. Decem dierum castimonia opus esse. Accius, Ibi fac, ibi cunctam antiquam castitudinem.

Castificus, a, um, ἁγνοποιός. Seneca in Hippol. Expelle facinus mente castifica hotridum. id est quæ te castum faciat.

CASVENTILLANI, Italiæ populi in sexta regione, apud Plin. lib. 3. cap. 14.

CASVENTVM, Fluuius est in sinu Tarentino, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

CASVRGIS, Ptole. lib. 2. cap. 11, oppidum est in Septentrionali parte Germaniæ. Quidam longitudinis & latitudinis coniectura ducti arbitrantur idem esse cum Praga, Boëmiæ totius capite.

CATABANES, Populi sunt Arabiæ desertæ, apud Plin. lib. 5. ca. 11. quorum meminit & Strabo lib. 16.

Catabasis, κατάβασις. Inferior solis meatus, vel descensus.

CATABATHMVS, κατάβαθμος, Vallis est & oppidum in finibus Cyrenaicæ regionis, ea in parte qua Cyrenaica à Marcotide dirimitur, LXXXVI M. passuum à Parætonio distans. Carabathmi autem à re ipsa nomen accepit, eo quòd ea in parte qua Marcotidem contingit, admodum decliuis sit, quódque nõnisi præcipiti descensu adeatur. Nam καταβαίνειν, descendere est: vnde κατάβασις, & κατάβαθμος idem quod descensus. Plin. lib. 5. cap. 5, Finis Cyrenaicus Carabathmus appellatur, oppidum, & vallis repente conuexa.

CATACECAVMENE, κατακεκαυμένη. Mæoniæ regio, nõ procul ab Epheso, arboribus carens, vite excepta, quæ generosissimum fert vinũ, quod κατακεκαυμένον appellant. Vide Strab. lib. 13.

CATACETI, Asiæ populi, circa Mæotin, vt docet Plin. lib. 6. cap. 7.

Catachresis, penul. prod. κατάχρησις, Tropus, quem nos Abusionem, vel Vsurpationem dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt: vt, quum piscinam dicimus pro natatione, in qua nulli sunt pisces. Simile est illud, Faciésque simillima lauro: nam Facies propriè hominis est. Dicta Catachresis κατὰ τὸ κατακρᾶσθαι, quod est abuti.

Catacliſta, κατακλιστός, Vestis vndique clausa: dicta à verbo κατακλάω, id est vndique claudo.

Cataclysmus, κατακλυσμός. Ital. *Diluuio*. Gal. *Deluge d'eaue*. Hisp. *Diluuio, reboſſadera*. ¶ Diluuium & inundatio dicitur. Varro 1. de Re rusti. cap. 1, Thebæ, quæ ante cataclysmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens est cataclysmi mentio apud veteres philosophos. Illi enim magnũ quendam annum imaginabantur, cuius hyems esset Cataclysmus, Ecpyrosis verò æstas.

Catacrisis, κατάκρισις. Ital. *Condennagione*. Gal. *Condemnation*. Hisp. *Condenacion*. ¶ Condemnatio, decretum, sanctio: à verbo Græco κατακρίνω, quod est condemno, statuo, sancio. Vtitur hac voce Cicero in Epitol. ad Atticum.

Catadromus, pen. corr. κατάδρομος. Ital. *Vn luogo ò piaza da correre*. Gal. *Lice, espace à courir*. Hisp. *Carrera ò lugar donde corren*. ¶ Latinè decursorium. κατάδρομος enim decurro. Sueton. in Nero. Notissimus eques Romanus elephanto insuper sedens, per catadromum decurrit, id est per stadium, in quo equites decurrere solebant imaginato prælio, vt fit sæpe in Gallia, principe spectante: *Lusus* vocant. ¶ Est etiam, teste Vitruuio, machinæ genus hoc nomine, qua architecti vtuntur ad subleuanda vel demittenda onera: quæ apud Iurisconsultos Catadromus ῥοπεῖον vocatur, quasi dicas Decursorium grue, à figura fortassis, quòd collum haberet extensum more gruis: quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporiis, ad exonerandas nauigia accommodatas, quas etiã hodie *Grues* vocamus. ¶ Fuit & alius catadromi vsus, cuius meminit Iulius Pollux lib. 4. cap. 19, quum ex sublimi theatri parte per machinam quis dilapsus aliquem rapit, & secum sursum asportat: vt quũ Aurora Memnonem rapiebat, aut Iupiter Ganymedem, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere videtur intelligenda esse verba Pauli Iurisconsulti, lege penul. de Actio. empti.

CATADVPI, Aethiopium populi ad nonissimum Nili cataracten, vbi inter occursantes scopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, vt nimia soni vehementia auditus instrumentum vitient, & accolas planè surdos reddant. Plin. lib. 5. ca. 9. de Nilo fluuio. Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus ad lacum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataracte inter occursantes scopulos non fuere immenso fragore creditur, sed ruere. Vulgò *Montes de Nilo*.

Catagraphe, κατάγραφος. Futuræ picturæ deliniatio est, quam & descriptionem vocant Latini. ¶ Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicuntur, ex vno tantùm latere sese ostendentes, interprete Plin. lib. 35. cap. 8.

Cataleſt

Catalecticum metrum, κατάληκτος, Dicitur cui vna tantùm deest syllaba, vt apud Horatium, Mea renidet in domo lacunar. Est enim senarium Iambicum perfectum, vna syllaba minus. Acatalecticum, ἀκατάληκτος dicitur, quòd legitimo fine claudatur, cuique ad perfectionem nihil deest. Net fonte labra prolui caballino. Est enim Iambicum senarium perfectum.

Cataleptis, κατάληψις, Occupatio, comprehensio, cognitio. Cic. 4. Acad. & lib. 3. de Finibus. Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet. ¶ Est præterea Catalepsis medicis, affectus cerebri, & potissimum posterioris eius partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri ventres, præcipuè posteriores, occupantibus, respiratione tamen integra manente, oculisque vt in vigilia, apertis.

Catalogus, pen. corr. {κατάλογος}. Ital. *Catalogo, tavola.* Gal. *Vn rolle ou rollet.* Hisp. *Memorial de sy escrivan muchos.* } Sermo vel scriptura quæ numerum, vel ordinem recenset. Plautus in Milite, Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum fiet. ¶ Vltra catalogum vixit, ὑπὲρ τὸν καταλογαῖον. De eo dicebatur, qui multum ætatis viueret, vt iam præscriptum illum annorum numerum præterisse videretur. Est, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida.

Catamidiare, Verbum Græcum est, ad Latinam declinationem deflexum, quo labascente iam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli vsi sunt pro deridere. {καταμυκᾶσθαι. Ital. *Beffare, dileggiare.* Gal. *Infamer quelqu'vn publiquement.* Hisp. *Poner alu vergonça.*} Spartianus de constitutionibus Adriani loquens, Decoctores bonorum suorum, si suæ autoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iussit: id est, deridendos omnibus per theatrum præberi. Græco καταμυκάομαι, quod deridere, & ludibrio habere significat. Vnde id propemodum ludibrij genus esse suspicor quo polygami afficiuntur, id est qui multis vxoribus abutuntur, quum mitellari in scalario suggestu lasciuientis plebeculæ scurrilitates obaudire perficta fronte ad aliquot horas coguntur: *mitrare* id appellant: Cui non dissimile est illud, quod Traducere Latinè dicitur. Budæus.

Catamitus, pen. prod. Puer, quo quis ad præposteram venerem abutitur, παρὰ τὸν Γανυμήδη. Græci mercedem dicunt, quasi κατὰ μισθόν, id est propretio. Cicero 2. Philip. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. Ergo vt te catamitum nec inopinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. Ausonius, Aut Iouis Elysij tu catamitus eris.

CATANA, pen. corr. κατάνη. Stephano, Siciliæ oppidum, ad radicem Aetnæ montis situm, patria Charondæ, inter Athenienssium legislatores in primis celebrati. Catanæ simulachrum fuit Cereris, teste Cic. 7. Verr. quod à vico non modò tangi, sed ne aspici quidem fas erat. Legitur & Catina per tertiam vocalem in secunda syllaba. Silius lib. 13, Tum Catina ardenti nimium vicina Typhœo. Vulgò *Catania.*

Catanance, καταναγκή. Dioscoridi, Herba est, qua ad amorem veneficia Thessalæ mulieres vtebantur: vnde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt. Eius duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicem gracilem, iuncémq;: capitula autè sex aut septè, in quibus eruo simile semen est, quod quum hiecatur, ad speciem vnguium exanimati milui contrahitur. Alterû exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, oliuæ magnitudine: folia autem figura colorèque oleaginis similia. Posterius hoc genus Officinæ *Eisimum* appellarunt: nam superius Herbatus nostris est incognitum.

CATAONIA, Καταονία. Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Halymone irrigata. Autor Plin. lib. 6. cap. 2, & 3.

Cataphylis, κατάφυλλος. Herba est pulicaris, quæ Psyllion Dioscoridi dicitur. Est autem ex iis nomenclaturis, quæ veluti nothæ à doctioribus ex Dioscoride abiectæ sunt.

Cataphractus, κατάφρακτος. Ital. *Armato d'ogni parte.* Gal. *Gendarme armé de toutes pieces.* Hisp. *Hombre armado de todo.* } Vndique munitus à verbo Græco καταφράσσω, quod est obsepio, & munio. Vnde Cataphractæ naues dicuntur, quas nos constratas, aut tectas dicimus. Seruius in 11. Aen. Cataphracti equites, qui & ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habent. Salustius, Et sequebantur equites cataphracti. ¶ Est etiam Cataphracta, καταφράκτης, lorica, sine thorax militaris. Vnde Vegetius scribit exercitum Romanum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum. Et Liu. lib. 37. Pedites loricatos cataphractos vocat.

Cataphractarij, Qui cataphractis muniti sunt. Lampridius de Alexandro, Cataphractarios, quos illi cibanarios vocant, decem millia in bello intereminus.

CATAPHRYGAE, Hæretici qui in Phrygia fuerunt, vt Montanus, Priscilla, & Maximilla. Hi Spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum asserebant.

Cataplasma, atis. {κατάπλασμα. Ital. *Empiastro.* Gal. *Emplastre.* Hisp. *Emplastro.*} Malagma quod constat ex floribus eorúmque iureulis, & axungia. Plin. lib. 20. cap. 16, Dalion herbatim parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Catapotia, {καταπότια. Ital. *Pilole.* Gal. *Pillules & autres medecines qu'on auale sans macher.* Hisp. *Pildoras que se tragan.*} Pilulæ dicuntur, διὰ τὸ καταπίνειν, quod est deuorare, vel bibere proprie: quoniam neque estur, neque iungitur id genus, sed deuoratur. Plin. lib. 26. cap. 8, Est & semen in vsu cum melle decoctum ad catapotia, soluendæ alui gratia.

Catapulta, τα, καταπέλται. Machina bellica, qua tela, aut saxa excuti solent. Plautus in Curc. Atq; ita te nemo torquebo, vt catapultæ solent. Cæsar 2. bel. Ciui. Centones insuper intercesserunt, ne aut tela tormentis emissa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent.

Catapultarium pilum, hoc est sagitta, siue iaculum, quod catapulta, emittitur. Plaut. Curc. Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

Cataracta, siue Cataractes, siue etiam geminato r. Catarrhacta, vel Catarrhactes, καταῤῥάκτης, ὁ καταῤῥάκτης. Locus est abruptus, & præceps in flumine, vnde aqua ruit potius, quàm fluit. Plin. lib. 5. cap. 9, de Nilo flumine. Vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataractæ inter occursantes scopulos, non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Dictæ autem sunt Cataractæ à verbo Græco καταράσσω, siue καταῤῥήσσω, quod inter cætera significat, cum impeti decido. Dicuntur item Cataractæ, portæ quædam ex funibus aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti possunt, cuiusmodi in vrbium portis videmus, ad hostium irruptionem propulsandam accommodatas: item in fluminibus quibusdam emittendæ, vel retinendæ aquæ idoneas. | Ital. *Le saracinesche delle porte. Le cataratte che se trauano fu quando si da l'acqua à molino à i prati.* Gal. *La herse ou le gril de la porte d'vne ville qu'on monte & laisse on deuale quand on veut.* Hisp. *La compuerta de la ciudad ò fortaleza.* } Liuius, Pendulas & recidenteis portas cataractas. Idem, Porta cataracta deiecta clausa erat: item partim funibus subducunt in tantum altitudinis, vt subire recté possent. ¶ Est item Catarrhactes, Pamphyliæ fluuius post Olbiam, ita dictus, quòd magno cum impetu defluat. Strabo lib. 14, Post Olbiam est qui Catarrhactes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus ab alta petra descendens, adeò vt longissimè strepitus audiatur. Meminit huius fluuij & Pomponius Mela lib. 1, in descriptione Pamphyliæ. ¶ Sunt præterea Cataractæ, aues quædam fulicis similes, sed dentatæ, oculósque habentes coloris igniei, cætero corpore candido, quæ nusquam terrarum apparent, nisi in insula Apuliæ adiacenti. Diomedis tumulo nobiles: vbi & aduenas Barbatos clangore infestant, Græcis tantum adulantur, miro discrimine, veluti generi Diomedis hoc tribuentes. Vide plura de iis apud Plin. lib. 10. cap. 44.

CATARI, Pannoniæ populi sunt. Plin. lib. 4. cap. 25.

CATARNIA, (quod corrupté hic legebatur) Vide CATAONIA.

Catarrhus, {κατάῤῥους. Ital. *Catarro, fessa, distesa.* Gal. *Reume, catarrhe.* Hisp. *Romadizo.*} Latinè fluxio, siue destillatio. Differt à Coryza, & Brancho. κόρυζα enim dicitur, quum pituita nares tantùm obsidet, Grauedo Latinè dicta: Catarrhus verò, quum faucibus, palatóque: at βράγχος, quò & guttur, & arteria corripitur: ob id & Artericum quandoq; id vitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri Destillationes, quia Græcè καταῤῥοαὶ nominantur in commune. Dictus est autem Catarrhus à καταῤῥέω, defluo, destillo.

Catarrhytus, pen. corr. {καταῤῥύτος}. Ital. *Bagnato, arroseé.* Hisp. *Regado.* } Latinè irriguus, à verbo Græco καταῤῥύω. Vnde etiam Plin. lib. 5. cap. 4. Hipponem Africæ oppidum Catarrhytum vocatum fuisse tradit propter aquarum irrigua.

Catascopium, {κατασκόπιον. Ital. *Pregata.* Gal. *Vn brigantin, petit nauire pour espier & descouurir pais.* Hisp. *Naue para atalayar.* } Genus nauigij exploratorij, quòd circumquaque speculetur. Cic. ad Attic. Aphracta Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud catascopium.

Catascopus, {κατάσκοπος. Ital. *Spia, spione.* Gal. *Espie, espion.* Hisp. *Atalaya, varon que atalaya.* } Latinè speculator. Est enim σκοπεύειν speculari.

Catasta, τὸ κατάστα. Luciano. Locus erat vbi venales serui exponebantur, à κατατίθεμαι verbo Græco, quod significat expono. Tibullus lib. 2. Eleg. 3.

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coëgit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

¶ Est & Catasta machina lignea, longæ & magnæ compedis forma, qua serui vincti tenebantur. Plin. lib. 35. cap. 18, Talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ.

Catastroma, pen. prod. καταστρώμη. Nauis partem significat, per quam nautæ discurrunt. Latini Transtra vocant.

Catastrophe, καταστροφή. Latinè subuersio, volumen, δίπλη ἢ πτύξις, id est à conuertendo. Vnde etiam extrema pars fabulæ καταστροφὴ appellatur, quòd in ea res turbulentæ in lætum conuertantur exitum, vt in Comœdiis fieri solet: aut contrà quòd res lætæ tristem sortiantur exitum, vt in Tragœdiis. ¶ Transumitur etiam pro cuiusuis rei exitu, & pro ipsa etiam morte ponitur, quæ est extremus nostræ vitæ actus.

Cataryposis, καταύπωσις. Figura est, quæ fit quum aliquid ad typum, hoc est formam alterius describitur: vt apud Virgil. lib. 4. Aeneid. Omnia

Mercurio similis, vocémque coloremque,
Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Catax, à Veteribus dictus est, teste Festo, qui hodie Claudus.

Catechesis, pen. prod. κατήχησις. Dicitur institutio, vel institutio rerum sacrarum, quæ viua voce tradi solet iis, qui sacris mysteriis initiabãtur. Nam Aegyptij theologi, à quibus hic ritus fluxisse creditur, nefas arbitrabantur arcana suæ religionis scripto committere: fatisque illis vsum est, eos qui illorum mysteriis vellent initiari, viua voce institui, & ita religionis suę cęremonias veluti per manus ad posteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitiua Ecclesia, qui ad Baptismum admitti cupiebant, prius fidei Christianæ mysteria ab Apostolis viua voce accipiebant. Huiusmodi institutionis genus κατήχησις appellabant, διὰ τοῦ κατηχεῖν, quod est viua voce instruere. Illi autem qui ad hunc modum sacris mysteriis initiabantur, κατηχούμενοι dicebantur.

Catechumenus, pen. corr. κατηχούμενος. Qui sacris nondum est initiatus, sed adhuc imbuitur elementis religionis, necdum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria fidei viuæ vocis ministerio concredebantur. Budæus.

Categoremata, κατηγορήματα. Prædicamenta. Cic. 4. Tusc. Distinguitur illud etiam, vt libido sit earum rerum quæ dicuntur de quodam, aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: vt Habere diuitias, Capere honores.

Categoria, {κατηγορία. Ital. *Accusa.* Gal. *Accusation.* Hisp. *Acusation.*} Accusatio, à κατηγορία, Accuso: vnde & κατήγορος, Accusator. ¶ Categoriæ item siue Categoremata Aristoteli dicuntur Prædicamenta. Quin & positiones quædam à Dialecticis Categoriæ nominantur, quæ prædicatorias Latinè dicere possumus: à κατηγορεῖν, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ versari videntur omnis quæstio, Οὐσία, id est essentia, Qualitas, Quantitas, Ad aliquid, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas verò Categorias constat (vt inquit Augustinus in Dial.) propterea quòd non possunt nisi à subiectis agnosci. Quis enim quid sit homo posset agnoscere, nisi sibi hominem ponat ante oculos, quasi subiectum hominis?

Catella, diminutiuum à catena. Vide CATENA.

Catellus, Vide CATVLVS.

Catena, Vinculum est ferreum, quo vel seruos, vel captiuos, vel animalia irretimus, ne effugiant. {κάτη. Ital. *Catena.* Gal. *Chaine.* Hisp. *Cadena hecha de eslauones*

Universidad de Deusto Biblioteca

ασμενος. ¶Ita dicta, quòd se capiendo teneat, quia in ea anulus anulum capit. Liu. 1. ab Vrbe, Iniectæ Turno catenæ. Cic. 7. Verr. Iste hominibus miseris, innocentibúsque iniici catenas imperat. ¶Transumitur etiam ad incorporea. Seneca ad Lucil. Vna est catena quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. Cic. pro Sestio. Hanc terram immanémque beluam vinctam auspiciis, alligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis soluit subitò legum Consul. &c.

Catenatus, a, um. ¶πεδήτης. Ital. *Catenato*. Gal. *Enchaisné*. Hispa. *Encadenado*. ¶Cæl. ad Ciceronem, Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. Martial. lib. 7, Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. ¶Catenati labores, per translationem, hoc est sese vicissim sequentes. Martial. li. 1, Expectant curæque, catenatique labores.

Catenatio, ¶δεσμὸς, σύζυγία. Ita. *Congiuntione, legamento*. Gal. *Coniunction, liaison*. Hisp. *Encadenamiento de cadenas, atadura*. ¶Pro coniunctione & arctatione stricta trabium vel aliarum rerum inter se. Vitruu. lib. 2. cap. 9. Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firma recipiunt catenationes.

Catenarius, a, um. ἁλυσιδῶτος, δεσμώτης. Senec. lib. 3. de Ira, Irascetis catenario cani, & hic, quum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur causa custodiæ.

Catenula, diminutiuum à catena. ἁλυσιγίον. Ital. *Catenella*. Gal. *Chaisnette, petite chaine*. Hisp. *Cadenilla ò Pequeña cadena*.

Catella, vel Catellum, aliud diminutiuum, κάλλιον. Liu. 9. bell. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis & fibulis donauit. Plaut. Cure. Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes ferreo. Horat. 1. Epist. Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,

Sæpe perisce lidem raptam sibi fleutis.

Caterua, Proprié Gallorum legio. ¶τάξις. Ital. *Compania*. Gal. *Vne bande de gendarmes, vne multitude de gens*. Hisp. *Compañia*. ¶sicut Phalanx Macedonũ: eáque certo numero constabat. Nam autore Vegetio lib. 2. cap. 2, in caterua erant sena militum millia. Horat. 1. Epist. Dum fugiunt equitum turmæ, peditúmque cateruæ. Plerunque tamen pro quauis multitudine sumitur. Cic. 1. Tusculanarum, Cateruæ contradicentium. Idem pro Muræna, Posthumius obuiam cum bene magna caterua sua venit. Virgil. 2. Aeneid. Magna comitante caterua.

Cateruarij, Cateruatim conglobati. ¶οἱ συστρόφοι. Ital. *Visti infretta*. Gal. *Vns en compagnie*. Hisp. *Apuntados en compaña*. ¶Suetonius in Augusto, Sed & cateruatos oppidanos inter angustias vicorum temere & sine arte pugnantes. Cateruarios vocat vulgare, & non dispositos.

Cateruatim, aduerbium, Per varias cateruas. ¶ἀναδὸν. Ital. *In frotta*. Gal. *Par bandes*. Hispa. *Decompaña en compaña*. ¶Plin. lib. 10. cap. 24, Sturnorum generi proprium cateruatim volare. Liuius bell. Pun. 3, Iam primi conseuerant manus, quum alij cateruatim currerent. Gallicè, *par bandes*. Columella lib. 3, cap. 19, Sed illud etiam dicendum est, an plurium generum vites habendæ sint, eæque separatæ, & distinctæ specialiter, an confusæ & mistæ cateruatim.

Catharmata, καθάρματα, Hostiæ, quæ pro peste, alióve morbo expiando immolabantur diis. Romani Piacula vocabant. ¶Erat autem interdum hostia humana, interdum ex brutorum genere, in cuius caput mala omnia, quæ ciuitati imminebant, sese credebant auertere.

Catharticus, a, um, ¶καθαρλικὸς. Ital. *Purgatiuo*. Gal. *Purgatif*. Hisp. *Purga para purgar*. ¶Quod purgat: vnde Medicamentum catharticum dici potest, quod nos Purgationem vocamus. Celsus, Sed medicamenta stomachum fere ledunt: ideóque omnibus catharticis aloë miscenda est.

Cathedra, dræ, ¶καθέδρα. Ital. *Sedia*. Gal. *Vne chaire, vn siege*. Hisp. *Catedra ò silla*. ¶Propriè est sella sublimior professorum, recitatorum, aut declamatorum. Martial. lib. 11, De cathedra quoties surgis. Iuuenalis, Cuius apud molles minima est iactura cathedras. Horat. 1. Serm. Saty. 10, Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Cathedratios, Philosophos vocat Seneca, vmbratiles illos, quibus satis est de virtute in cathedris garrire. οἱ ἐπὶ καθέδρας φιλόσοφοι.

Cathedralitij, orum: vt, Cathedralitij serui, qui in cathedra herum deserunt. οἱ βαυλίζοντες τὸν κύριον ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὰ καθέδρας. Martialis,

Quum cathedralitios portet tibi rheda ministros,
Et Libys in longo puluere sudet eques.

Catholicus, ¶καθολικός. Ital. *Catolico, vniuersale*. Gal. *Vniuersel*. Hisp. *Vniuersal*. ¶Dici potest vniuersalis, quasi circa omnia versetur. fit enim ex κατὰ, id est circa & ὅλος totum. ¶Inde etiam Catholicon medicamentum, quod omnibus humoribus simul vacuandis vtile est. Item præcepta vniuersalia, vel perpetua, catholica vocant, ait Quintil. lib. 2. cap. 13.

CATHON. Insula à Pomponio inter Cycladas numerata, à Plinio tamen prætenta, nisi quis Cothonem, quam Plinius in Laconico sinu esse ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

CATI, Pro Germaniæ populis, Lege CHATTI.

CATI FONS, Dicebatur ex quo aqua Petronia in Tyberim fluebat, quia in agro erat cuiusdam Cati. Autor Festus.

CATILINA, Ciuis Romanus fuit, coniuratione contra patriam inita notissimus: cuius impij conatus Ciceronis prudentia oppressi sunt, Lucan. lib. 7, Pacificas fœuus sensit Catilina secures. Vide Saluttium de bello Catilinario.

Catillus, Catillones, Catillatio, Catillo, Vide CATINVS.

CATILLVS, Filius fuit Amphiarai, qui cum fratribus Cora & Tiburto in Italiam venit, ibique reliquis adiuuantibus Tibur condidit, & à nomine fratris nomen imposuit. Virg. 7. Aen. Catillúsque acérque Coras, Argiua iuuentus. Silius lib. 8, & Tibur Catillæ tuum. In emendatioribus tamen Virgilij exemplaribus Catyllus legitur per y.

Catinus, pen. prod. quod & Catinum dicitur, Vas immensum escarium, quo pultem aut iurulenti quid ponebant: à capiendo appellatum. ¶τρύβλιον. Ital. *Catino, conca*. Gal. *Vn plat ou escuelle*. Hisp. *Plato ò escudilla*. ¶Persius Saty. 5, -positum est algente catino dutum olus, & populi cribro decussa farina. ¶Catinus item dicebatur vas, in quo metalla purgabantur. Plin. lib. 33. cap. 44. Quæ è catino iactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. ¶A' Catinus fit diminutiuum Catillus: à Catinum Catillum, vel Catinulum, κατύλλιον. Colum. lib. 12. cap. 57, Hanc misturam quum in catillo compositeris, oleum superfundito. Vide Bayfium de Vasculis.

Catillus, siue catillum, diminutiuum, πρυβλίδιον, Parnum vas escarium. Columella lib. 12. cap. 57, Hanc misturam quum in catillo compositeris, oleum superfundito. ¶Est etiam pars superior molæ, sicut meta pars inferior. ¶τὸ ἐπιμύλιον. Ital. *Macigno sorano*. Gal. *Le dessus d'vne meule de moulin*. Hisp. *Muela de encima para moler*. ¶Paul. in l. Quum de lanionis. §. idem consultus. ff. de fundo instructo.

Catillones, Qui catillos lingunt, & pro gulosis accipi solent. ¶λίχνοι λιμῶδοι, ἢ λιχνοί, πρυβλία λείχοντες. Ital. *Quelli che leccano i piatti, Mangioni, ingordi*. Gal. *Lecheplats, gourmant, friant*. Hisp. *Golosos, los que lamen los platos*. ¶Catillones etiam dicebantur lupi Tyberini, inter duos pontes capti, quòd stercora circa ripas catillarent, id est deuorarent. Vide Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 16.

Catillo, as, are, Catinos lingere. ¶λιχνίζω. Ital. *Leccare i piatti*. Gal. *Lecher les plats*. Hisp. *Lamer los platos*. ¶Plaut. in Cas. Operam vxoris polliceor foras, Quasi catillatum.

Catillatio, Graue opprobrium obiiciebatur hominibus generosis, siqui prouincias amicas populi Romani expoliassent, quòd eorum bona ligurisse viderentur. λιχηνεία. Festus.

CATIZI, teste Plin. lib. 4. cap. 11, Pygmæi dicti sunt, qui circa Geraniam Thraciæ vrbem incoluerunt, à gruibus (vt creditur) fugati.

CATONVM familia ex Tusculano municipio ortum traxit: ex qua primus Romam sese contulit M. Porcius Cato, postea Censorius appellatus, persuasione atque amicitia Valerij Flacci adductus. Hic tribunus militum in Cilicia fuit: Prætor Sardiniam subegit, vbi ab Ennio fuit Græcis literis institutus, quum iam natu grandior esset. Consul deinde cum eodem Flacco creatus, citeriorem Hispaniam sortitus est, vbi rebus fœliciter gestis, vrbium omnium muros, quæ intra Bætim erant, vno die solo æquari iussit. Autor Polybius. Hunc Plinius summis laudibus extollit, absolutum eum imperatorem, Senatorem, & Oratorem appellans. Scripsit librum de Re rust. item alium de Originibus vrbis Latij, & Orationes quasdam. Huius duo fuerunt filij, quorum alter sub Paulo Aemylio magna cum laude in Macedonia militauit. Alter, qui ex nomine matris Saloninus fuit cognominatus, patre adhuc superstite, iam Prætor designatus, extinctus est, egregiis de Iure ciuili vt luminibus relictis. Autor Gell. lib. 2. cap. 14. ¶M. Cato Vticensis, M. Portij nepos fuit, quem & vitæ, Stoicæque disciplinæ seueritate referebat. Hic nudis interdum pedibus, breuique toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens, non nisi turpibus rebus erubescere. Consulatum frustra petiit, quòd virtuti suæ fidens, populo non nimium submisse voluerit supplicare. Martiam coniugem roganti Hortensio amico liberorum causa concessit: eandémque post Hortensij mortem recepit. Id quod Cæsar auaritiæ causa ab eo factum fuisse, calumniatus est. Dimisit, inquit, inopem, vt locupletem reciperet. Toto ciuilis belli tempore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Vticam sese recepit: réq; à Scipione infœliciter gesta, perlecto Platonis de animæ immortalitate Dialogo, qui Phædon inscribitur, necem sibi conscíuit. ¶Hic tantæ fuit apud populum autoritatis ac fidei, vt de rebus incredibilibus prouerbio diceretur, vt inquit Plutarchus, τοῦτο μὴ ἐὰν Κάτωνι λέγοντι πίστευσον. Istud incredibile est, etiamsi dicat Cato. Et orator quidam quum hyperbolicãs diceret vni testi non esse credendum, adiecit, Ne Catoni quidem. Cicero Epist. ad Attic. lib. 2. Quid Cato ille noster qui mihi vnus est pro centum millibus? ¶Tertius Cato, prouerbialis est ironia in viros impendio tetricos, atque alienæ vitæ censores. Iuuenal. -habeat tam Roma pudorem tertius è cælo cecidit Cato. ¶Fuit & Cato quidã Grammaticus Syllæ tẽporibus, cuius meminit Trãquillus.

Caroblepas, καρωβλέπας. Feræ genus est, solis Aethiopibus cognitum, solo visu hominem interficiens. Plin. lib. 8. cap. 21, Est apud Hesperios, Aethiopes fons Nigris, Nili, vt pletique existimant, caput. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæterísque membris iners, caput tantum prægraue ægrè ferens, idque deiectum semper in terram: aliàs internecio humani generis, omnibus, qui oculos eius vidêre, confestim expirantibus. De eadem vide & Aelianum lib. 7. cap. 1, apud quem καρωβλέπας dicitur.

Catoche, καθοχή, Morbus est veterno similis, ex melancholicis & biliosis humoribus proueniens, cerebrum occupantibus, perpetuósque sopores inuehentibus. Latini Vigilantem soporem interpretantur. Differt à catalepsi, quòd in ea oculi maneant aperti, in catoche autem claudantur.

Catochites, καθοχίτης, Gemma Corsicæ insulæ, impositam manum velut gummi retineus. Plin. lib. 37. cap. 50.

Catogeum, κατώγειον, Domicilium subterraneum.

CATONI, Plinio populi sunt Scythiæ, circa Mæotin agentes, lib. 6. ca. 8.

Catoptromantia, καθοπτρομαντία. Diuinatio quę fit per speculum: de qua vide infrà in dictione MAGIA.

Catopyrites, κατωπυρίτης, Gemma, quæ ex Cappadocia venit. Plinius lib. 37. cap. 10.

Catorthoma, pen. prod. κατόρθωμα, Opus virtutis rectum. Cicero, Perfectum officium interpretatur, & Rectè factum.

Catorthosis, κατόρθωσις, Recta effectio. καθορθόω. Egregiè cum virtute aliquid facio. Cic. 3. de Finibus, Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant καθορθώματα, omnes numeros virtutis continent.

CATTITERIDES, Vide CASSITEROS.

CATVLARIA, Porta Romæ dicta est, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ sydus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, vt fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur. Festus.

CATVLLVS, Poëta Veronensis, natus anno ante Saluſtium, Syllæ, Mariique temporibus, in poëmatis cùm lasciuus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minimè pepercit, Iambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est, vt autor est Trãquillus. Scripsit de passere suæ Lesbiæ: celebrauit nuptias Mallij: amauit Ipsithillam, & Clodiam, quam ficto nomine Lesbiam vocat. Scripsit & alia multa. Mortuus est Romæ. Ouid. lib. 2. de Tristib. Sic sua lasciua cantata est sæpe Catullo Fœmina, &c.

Catulus, penult. corr. Propriè significat caniculum, hoc est minorem, vel iuniorem

iuniorem eandem: ab antiquo nomine catus, quod sagacem significat. {ναπαῖος. Ital. *Cagnolo, picciol cane.* Gal. *Vn petit chien ou vn petit de quelque autre beste.* Hisp. *El cachorro.*} Varro, Catulus à sagaci sensu & acuto. Cic. 2. de Natura deor. Bene igitur idem Chrysippus, qui similitudines adiungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: vt in equo, quã in equiolo: in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in puero. ¶ Sed potiùs largè pro fœtu omnium animalium, præterquam auium, siue immanium, siue mitium: vnde de colubro Virgilius, Catulos tectis atque oua relinquens. Et de leonibus Plinius, Raptor appropinquante tigridis fremitu, abiicit vnum ex catulis. Idem, Simiæ gestant catulos, quos manufactæ intra domos peperere. Idem, Murium quoq; catuli ostentum faciunt. Idem delphinum catulos nominat. Lacertarum quoq; & cæterorum serpentium soboles Catuli dicuntur. ¶ Accipitur quandoq; Catulus pro ipso cane. Apuleius, Catulos secum ducens venaticos, atq; sagaceis. ¶ Interdum pro quodam vinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatũ catulo vt accubes ferreo.

Catellus, & Catella, diminutiua à Catulus, Paruus canis, vel canicula. {ναπαῖον. Ital. *Cagnolino, cagnoletto.* Gal. *Vn fort petit chien.* Hisp. *Perrillo, ò perro pequeño.*} Plaut. in Stic. Tantillum loci, vbi catellus cubet, id mihi satest loci. Cic. de diuin. Erat autem mortuus catellus eo nomine.

Catulinus, a, um, Quod est ex catulo. {ναπαικὸς. Ital. *Di cagnolino.* Gal. *De petit chien.* Hisp. *Cosa perteneciente à cachorro perro mueuo.*} Vnde Plinius Catulinam carnem estauisse Romanos ostendit lib. 29. cap. 4, Genito manè catulo res diuina fit: & in cœnis Deũm etiamnum ponitur catulina.

Catulire, Est gestire, & coitum maris appetere. {ναποζᾶν. Ital. *Domandare il maschio con gesti, essere in caldo.* Gal. *Demander le maste.* Hisp. *Cachonda estar la perra, y todos otros animales.*} & proprie de canibus dicitur: quanuis etiam ad alia transferatur. Varro, Fœturę principium admittendi faciunt Veris principio, tum enim dicuntur catulire, id est naturæ instinctu in venerem rapi. Plautus, Quin meam vxorem vidi catulientem.

Catulitio, Proprie dicitur de canibus, quum statis anni temporibus ad venerem incitantur. {ναποζητήσις. Ital. *Quando la cagna brama il cane.* Gal. *Appetit du maste.* Hisp. *Quando la perra essa cachonda.*} Plin. lib. 16. cap. 25, ad terram transtulit, Catulitionem (inquit) vocant, gestiente natura semine accipere, eáque animam inferente omnibus satis.

CATVLORVM familia, Romæ nobilissima fuit: ex qua fuit Qu. Luctatius Catulus, qui Pœnos apud Aegades insulas nauali prælio superauit, sexcentis eorum nauibus aut captis, aut depressis. ¶ Fuit & alter Catulus, C. Marij in quarto Consulatu Collega, & in Cimbris profligandis adiutor: à quo postea rerum potito mori iussus, hausti is viuis carbonibus se præfocauit. Hic est ille Catulus, cuius postea manes Sylla Marij Iunioris morte placauit.

CATVRACTONIVM, τὸ Κατύρακτον, Britanniæ insulæ oppidum est, Ptolemæus lib. 2. cap. 3. Vulgò, *Cardeil, ò cardelia.*

CATVRIGES, Italiæ populi sunt, trans Padum à Plin. lib. 3. cap. 16, in vndecima Italiæ regione collocati.

Catus, a, um, Veteribus idem erat quod callidus, & sagax. {πανοῦργος. Ital. *Accorto, sagace.* Gal. *Caut, fin, rusé, accord.* Hisp. *Astuto y recatado.*} vnde etiam Catuli dicti sunt, teste Varrone. Horatius lib. 1. Carm. Qui feros cultus hominum recentum, Voce formasti catus, & decoræ More palæstræ. Idem in Serm. Post hæc ille catus, quantumuis rusticus, ibit.

Catus, {πανοῦργος. Ital. *Cautamente, prudentemente, scaltramente.* Gal. *Cautement, finement, accortement.* Hisp. *Cautelosamente, astutamente.*} Idem quod cautè, astutè. Plaut. Menæ. Sic decet dari facete verba, custodi Cate. Catum enim veteres acutum dicebant, teste Varrone de lingua Latina.

CAVARES, Narbonẽsis Galliæ populi sunt, quorum metropolis est Auenio. Autores Plin. lib. 3. cap. 4, & Mela lib. 2.

Cauædium, dij, (vt Plinius Iunior in Epist. dictione mutilata) siue Cauum ædium (vt Varro duabus integris dictionibus) Locus est sub dio vacuus, cinctus vndique porticibus, ad communem omnium vsum. {Ital. *Corte, chiostro.* Gal. *Vne basse cour.* Hisp. *Corradura ò encerramiento, corte.*} Huius tria sunt genera, Tuscanicum, Corinthium, Tetrastylon displuuiatum, & testudinatum. Plin. Epist. 41, A tergo cauædium, porticum, ateam, &c.

Caucalis, lis, Genus herbæ fœniculo simile, breui caule, flore candido. Plin. lib. 22. cap. 22.

CAVCASVS, καύκασος, pen. corr. Mons Indiæ editissimus ad Septentrionem versus Scythas, Indiam à Scythia dirimens, asper & inhospitalis. Virg. 4. Aen. -sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Hic fertur tantæ altitudinis esse, vt ab eo astra maiora visantur, & eorum ortus occasusque diligenter perspiciantur: quò fit vt Scythæ, eius montis accolæ, rei astronomicæ peritissimi sint habiti.

Caucasius, a, um, καυκάσιος. Virg. Aeglog. 6, Caucasiásque refert volucres.

CAVCHAE, Campi sunt, quos Tigris fluuius Septentrionem versus flexus secat. Plin. lib. 6. cap. 27.

Caucon, κάυκων, Herba est, quæ etiam Ephedra, & Anabasis appellatur. ¶ Nascitur ventoso fere tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, citris numerosis, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Hæc Plin. lib. 16. cap. 7. Vulgus *Prelam* appellat: qua mulierculæ vruntur ad purganda vasa culinaria. ¶ Est etiã Caucon Triphyliæ fluuius, à quo vicini populi Cauconες appellati sunt. Autor Strabo lib. 8.

Cauda, quam veteres etiam Codam dicebant. {οὐρά. Ital. *Coda.* Gal. *Queue.* Hisp. *Cola.*} Cic. de Orat. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. Virgil. 3. Georg. extremæque agmina caudæ Soluuntur. Vnde Caudati, & Codati, κερκοῦται dicuntur, qui caudas habent. ¶ Interdum Cauda ponitur pro virili membro. Horat. in Serm. Accidit vt quidam testes, caudámq; salacem Demeteret ferro. ¶ Cauda blandiri, κέρκῳ σείειν, dicuntur qui spe commodi cuipiam blandiuntur. Aristophanes in Equit. ¶ Ne gustaris quibus nigra est cauda, μὴ γεύσῃ τῶν μελανούρων. Interpretatur Plutarchus in Commentariis, De liberis instituendis, Ne commercium habeas cum improbis, & iis qui sunt nigris ac infamibus moribus. ¶ Cauda de vulpe testatur, ἡ κέρκος τῆ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ. In eos dici solitum qui pusilla in re cuiusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore maior ac pilosior vt non sit facilè celare.

Caudeca, Ciste llæ appellatæ sunt ex iunco, ad similitudinem caudæ equæ factæ. Festus.

Caudex, vel Codex, {κορμός, πλάτος. Ital. *Corteccia, scorza.* Gal. *Le tronc d'vn arbre.* Hisp. *Tronco de arbol.*} Dicitur in fruticibus & arboribus, id quod à radice supra terram simplex assurgit: siue in quod fruticis vel arboris à radice defertur alimentum: differtque in hoc à caule, vt caulis ad herbas, caudex verò ad frutices, & arbores pertineat. Lactantius, Caudice desecto lachrymat sua gaudia palmes. Virg. 2. Georg. Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu) Tunditur è sicco radix oleagina ligno. ¶ Est præterea Caudex plurium tabularum contextus. vnde tabulæ Codices dicuntur, quasi caudices: & naues quibus commeatus subuehuntur, Caudicariæ appellantur. ¶ Sic etiam Appius Claudius Caudex cognominatus est, quoniam primus Romanis persuasit nauem conscendere. Seneca de Breu. vitæ, Claudius is Caudex fuit ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularũ contextus, Caudex apud antiquos vocatur. ¶ Ponitur & pro duro sedili, seu pro sede meretricia, quæ plerunque ex truncis fieri solet. Iuuenalis, Horrida quale facit residens in codice pellex. ¶ Hominem præterea stultum, metaphoricõs, Caudicem appellamus. Terent. in Heut. Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. ¶ Apud veteres Caudex & Codex pro eodem leguntur, sicut Plaustrum & Plostrum. Et certè vtriusq; eadem debet esse significatio: quanuis hodie Codicem frequẽtius pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

Caudeus, a, um, {πλάτινος. Ital. *Fatto di tronco d'albero.* Gal. *Fait du tronc d'vn arbre.* Hisp. *Cosa hecha de tronco de arbol.*} Quod est ex caudice. Plautus in Rud. Ciste llam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Caudicalis, {πελεκᾶν. Ital. *Cosa atta à fendere legna.* Gal. *Propre à fendre bois.* Hisp. *Segures para hender leña ò madera.*} Ad caudices scindendos idoneus. Plaut. in Pseud. Tecum securi caudicali præficio prouinciæ, id est propono te oneri scindendorũ lignorũ: quæ caudicis nomine appellantur.

Caudicarius, a, um: vt, Caudicariæ naues, quæ commeatus per Tyberim subuehunt: quòd ex lignis grassioribus cauatis fierent. Fitque à caudice, dum pro trunco seu tabula ponitur: quæ & Codicariæ dicuntur.

CAVDIS, vel CAVDIVM, Oppidum Samnitium: vnde Caudinæ furcæ, & Caudinæ fauces, nobilitatæ insigni ignominia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus acceperunt. Lucanus lib. 2. Vitra Caudinas speranit vulnera furcas. Caudinæ fauces, apud Silium lib. 8.

Cauea, Vide CAVVS.

Cauco, es, cautum. Significat cautionem, hoc est diligentiam adhibere, prouidere, consulere, prospicere, ne aliquid præter spem accidat. {φυλάττομαι. Ital. *Schiffare, prouedere cautamente.* Gal. *Se contregarder, eschiuir pourueoir & donner de garde.* Hisp. *Huir, preuenir à alguna cosa.*} ¶ Varia huius constructio est. Interdum absolute ponitur, Plautus, Caue nemo id intelligat. Interdum cum dativo. Cic. Famil. lib. 7, Tu qui cæteris cauere didicisti, in Britannia ab esseda riis ne decipiaris, caueto. Quo in loco Cauere verbum propriè est Iurisconsultis & patronis. Illi enim dicebantur cauere suis clientibus, quum prospiciebant nequid illis damni inferretur. Cic. in Proœmio Topicorum ad Trebatium, Etenim quum tu mihi, meisque multa sæpe caniisses, veritus sum, ne si grauarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. Terent. in Eunucho, Istuc est sapere: vt hosce instruxit, ipse sibi cauit loco. ¶ Cum dativo & accusativo. Plaut. in Bachid. Hæc ita me orat, sibi qui caueat aliquem vt reperiam hominem, Isthoc milite vt vbi emeritum sibi sit, se reuehat domum: id, amabo te, huic caueas. r. Quid isti caueam? &c. Et Cato de Re rustica capite quinto, Scabiem pecori & iumentis caueto, id est videto ne scabie inficiantur: ¶ Cum dativo & ablativo mediante præpositione ab. Plautus in Pseud. -hercle, quin vt tu prædicas, Cauendum est mihi abs te iraro. ¶ Cum accusativo. Terent. in Eunuc. Quod cauere possis, stultum est admittere. Cic. ad Attic. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, vt caueret insidias. Sunt aliæ quoque in hoc genere loquendi formæ: vt, Caue facias, pro Caue ne facias. Caue faxis, pro Caue ne feceris. μὴ ποιήσαις, μὴ ποιήσῃς. Caue responderis, pro Caue ne respondeas. Quę omnia sine Vt, aut Ne, Latinè dixeris, aut etiam cum illis. Terent. in Andria, Tum id cauit, ne vnquam infamiæ ea res sibi esset. Cum Vt. Plautus in Bacchidibus, Quid isti vt caueam? ¶ Quin & in iure visus est huius verbi, quum scilicet (vt tradit Alciatus) significat securum facere. Is autem securus est, cui vel pignore, vel fideiussione consultum est. Ad hanc significationem huiusmodi locutionis genera referuntur: vt, Cauere capite, pro Capitis periculo se obligare, & alium sibi eodem vinculo obstringere. ¶ Cauere testamento. Cic. de Finib. lib. 2, Sed vt fit, etiámne post mortem coletur, idque testamento cauebitis, qui nobis quasi oraculum ediderit, nihil ad nos post mortem pertinere? Idem in Bruto, At verò (inquam) tibi ego Brute, non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum: id est nisi à te spondente satis accepero. ¶ Sic, Cauere obsidibus de pecunia, est dare obsides, quoad pecunia dissoluatur. Cauere sibi obsidibus ab aliquo, pro acceptis obsidibus se securum facere. Et, Cauere alicui obsidibus, pro obsides dare. ¶ Hinc componitur Præcaueo, quod est diligenter caueo. Terentius, Hoc tempus præcauere mihi me monet. ¶ Inuenitur & Cauo, is, in eadem significatione. Horat. in Serm. Vade, vale, caue, ne titubes, mandatáque frangas. Vbi, ue, syllabæ breuitas satis arguit tertiæ coniugationis imperatiuum esse, non secundæ, quæ necessariò produceretur.

Cautor, {φυλακικὸς, ὁ φυλακτικός. Ital. *Quello che difende gli altri.* Gal. *celuy qui garde & enseigne qu'on ne soit trompé.* Hisp. *El que defiende los otros.*} Qui cauet, & prouidet aliis: quales erant Iurisconsulti & patroni, qui consultoribus aut clientelis suis cauere solent, & prouidere nequid eaula eorum detrimenti acciperet. Plaut. in Epid. Iam cautor ipse captus est. Cicero pro Sestio, At ille sceleratissimus, ex omnium scelerum colluuione natus, parum se fœdus violaturum arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propris periculis terruisset, &c.

Cautio, onis, {ἀσφάλεια, φυλακή. Ital. *Cautione, sigurtà.* Gal. *Caution, seurte, prouueyance, asseurance.* Hisp. *Caucion ò cautela.*} Prouidentia quædam, qua auertimus, & vitamus ne quid mali nobis accidat. Cic. 4. Tusc. Quoniámque vt bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus: quæ declinatio quum ratione fiet, Cautio appellatur: eáque intelligitur in solo esse sapiente. Idem de Amicitia, Omnino omnium horum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitiorum atque incommodorum vna cautio est, atque vna prouisio, vt ne nimis citò diligere incipiamus, néve non dignos. ¶ Cautio est, loquutio frequens est apud Comicos, pro Cautione est opus, siue, Cauendum est. Terent. in Andria, Puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa; cautio est. Plaut. Pseud. Ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. ¶ Cautiones etiam à Iurisconsultis vocantur fideiussiones, aut aliæ etiam stipulationes quibus nobis cauemus, id est securos nos reddimus. *ἀσφάλεια*. Vlpian. l. Ita autem. §. Iulian. ff. de administratione tutelæ. Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus.

Cautionalis, le, adiectiuum: *ἀσφαλιστικός, ἀσφαλιστικὴ*: vt, Cautionales stipulationes Prætoriæ, apud Vlpianum de Præt. stip. lib. 46, Digest. Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species, Iudiciales, Cautionales, Communes. Et paulò pòst, Cautionales autem sunt, quæ instar actionis habent.

Cautus, Prudens, circunspectus & qui sibi scit cauere. §. *ὀλωΐτης, φρόνιμος, ἀσφαλὴς τῷ βίῳ*. Ital. *Cauto, prouidente, sicuro, scaltrito, accorto*. Gal. *Caut, fin, prudent, bien auisé*. Hisp. *Cauteloso, astuto y recatado*. } Terent. in Phormione, Vt cautus est, vbi nihil opus est. ¶ Nonnunquam pro re cui cauetur. Cic. pro Cecinna, Quo res mulieri esset cautior. ¶ Vnde Incautus, qui nescit sibi cauere. *ἀσφάλειαν, ἀνώλης*. Liuius lib. 3, In incautum hostem decumana porta erupit.

Cautè, aduerbium, Prudenter, callidè. § *πανούργως, πεφυλαγμένως*. Ital. *Cautamente, prudentemente, scaltritamente*. Gal. *Cautement, finement, prudemment*. Hisp. *Cautelosamente, astutamente*. } Plaut. in Curcul. Cautè vt incedas via.

Cautim, idem est quod Cautè. Terentius in Heaut. Sed hæc ira, vt sunt, cautim & paulatim dabis.

Cautela, læ, pro Cautione. *ἀσφάλεια*. Paulus in l. Si defunctus. §. qui ad communi. ff. de procurat. Qui ad communi diuidundo iudicium datus est, ad agendum idem, & defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Pompon. in l. Quamuis conuenit. ff. de pig. act. Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.

Cauerna, Cauernosus, Cauernula, Vide CAVVS.

Cauiares hostiæ, quæ & Cauæ. Erant partes hostiæ cauda tenus, quæ in sacrificio pro collegio Pontificum quotannis ponebantur. Festus.

Cauilla, læ, & Cauillus, li, Irrisio quædam iocosa. *παιγνιώδης*. Ital. *Scherzo*. Gal. *Mocquerie, jouyeuse, brocard, jouyeuse mocquerie*. Hisp. *Mote lastimero, escarnio*. } Plautus in Aulul. Pone hoc sic, aufer cauillam: non ego nunc nugas ago. Idem in Truculent. Quid id est, amabò isthæc ridicularia, cauillationes vis, Opinor, dicere, ita vt pauxillum differat à cauillis.

Cauillor, aris, deponens, à Caluo, is, teste Nonio, significat iocari, siue etiam irridere. *παίζω, κωμῳδῶ*. Ital. *Scherzare, beffare, ingannare*. Gal. *Se mocquer, brocarder*. Hisp. *Motejar, burlar, o escarnecer, vsar de malicias*. } Cic. 2. de Orat. Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Idem ad Quintil. Fratrem lib. 2. Præterea togam sum eius prætextam, quam erat adeptus Cæsare Consule, magno hominum risu cauillatus, Cic. 4. de Natura deor. Acq; etiam in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum. Est & Cauillari, in disceptationibus fallacia & dolo vti. *σοφίζομαι*. Hinc Cauillatio, subdola (vt Caius Iurisconsultus definit) ratio, quam confingimus nobis mendacij, vincendi tamen causa proferimus. Vnde Boethius super Topic. scribit, cauillationem partem quandam Logices esse, quum inquit, Colligendi facultas triplici diuersitate tractatur. Aut enim veris & necessariis argumentationibus disputatio decurrit: & Disciplina vel Demonstratio dicitur. Aut tantum probabilibus: & Dialectica dicitur. Aut apertissimè falsis: & Sophistica, & Cauillatoria perhibetur. Sic Seneca & Cicero Cauillationes dixerunt, quæ Græcè, *σοφίσματα* nuncupantur. Vlpianus in l. Natura. ff. de ver. & ter. significat. Cauillationis natura, quam Græci *σοφισμὸν* appellauerunt, hæc est, vt ab euidentes veris, per breuissimas mutationes disputatio perducatur. ¶ Est item Cauillatio arguta irrisio, quam Græci *κερτόμιον*, vel *παῦμα* appellant. Cic. 2. de Orat. Quum duo (inquit) sint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue, superior Cauillatio, altera Dicacitas nominata est. Suetonius in Vespas. Et maximè tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret, transferrétq; ad sales.

Cauillator, § *φιλοκερτόμων, φιλόψογος*. Ital. *Truffatore, trouator di qualche falso*. Gal. *Mocqueur, gandisseur*. Hisp. *Burlador, que vsa de malicias*. } Cic. ad Attic. lib. 1, Consul autem ipse paruo animo, & prauo, tamen cauillator, &c. Plautus, Cauillator facetus, vel conuiua commodus item ero.

Caula, læ, § *αὐλή, ὀρνεών*. Ital. *Stalla*. Gal. *Estable, taist, bergerie*. Hisp. *Establo, ò aprisco de ganado*. } Latinè stabulum dicitur, in quo oues reconduntur ad dita c. ad *αὐλὴ*, (vt quidam putant) quod non solùm atrium vel aulam, sed etiam stabulum, & omnia septa designat. Festus à Cauo Caulam deriuat, quòd antiqui ante vsum tectorum, oueis in aulra ducebant. Sed verius *ἀπὸ τοῦ κοιλοῦν*. nam etiam nunc fiunt ex viminibus septa. Virg. 9. Aen. Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili, Quum fremit ad caulas. A' veteribus verò Caula pro quocunque receptaculo accipiebatur. Lucretius lib. 6, Dispergunt animas per caulas corporis omnes.

Caulis, huius caulis, masc. gen. In herbis dicitur ipsum robur, siue stipes, id est ea herbæ pars, vnde se producunt folia aut ramusculi. § *κοαυλὸς*. Ital. *Il gambo de l'herbe*. Gal. *La tige d'vne herbe, le gros*. Hisp. *Tallo dela yerua ò planta*. } Plin. lib. 19. cap. 8. Satini autem differentiæ in folio denso, crispo, aut rariore, & leuiore: item caule tenuiore aut crassiore. Idem lib. 18. cap. 7, Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis. ¶ Similiter in arboribus & in vite Caulis dicitur, ad quem alimentum defertur, quique supra terram exurgit. Radix autem plantæ est, vnde alimentum attrahitur à terra: Ramus, quod à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Varro, Ex sarmento caules qui nati sunt, de his plurimum valent. Virg. lib. 12, Puberibus caulem foliis. Ponitur & pro quibuscunque oleribus. Iuuen. Sat. 1, Caules miseris atque ignis emendus. ¶ Caulis item in volucrum pennis dicitur calamus extrà cutem eminens, è quo plumea illa laxngo erumpit. Plin. lib. 11. cap. 49, Pennarum caules omnium auium præcisi non crescunt, vulsi autem renascuntur. ¶ In animalium quoque caudis caulis dicitur illud vnde pili nascuntur. Idem lib. 11, Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. ¶ Quandoque (sicut docet Seruius) sumitur pro virili membro: quandoque pro ferro, & pro quolibet hastili. ¶ A' Caulis fiunt composita, Vnicaulis, & Multicaulis. Idem l. 11, Est & illa differentia, quòd quædam in his multicaulia, ramosaque sunt, vt carduus.

Caulias, liæ, *καυλίας*. Succus ex caule laserpitij, qui in vas coniectus, admisto furfure, subinde concutiendo, ad marmoratem perducebatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

Cauliculus, diminutiuum à Caulis *καυλίον*. Plin. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior, tenerióreque cauliculus.

Caulesco, is, In caulem excrescо, caulem produco: § *καυλῶσις* Ital. *Crescere nel gambo & nelle foglie*. Gal. *Produire sa tige*. Hisp. *crescer el tallo*. } licet quandoque ponatur pro folia producere. vnde & Decaulescere contrarium, quod significat sine foliis fieri. *ἀποκαυλῶσις*. Plin. lib. 19, Raphanus vti iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

Caulinum vinum, iuxta Capuam prouenies, ab agro ita nominatum. Plin. lib. 14. cap. 6, Campania excitauit nuper nouis nominibus autoritatem sine cura, sine casu, ad quartum à Neapoli lapidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, & in suo agro Trebulanis.

Caulodes, *καυλώδης*. Brassicæ species est, lata habens folia, è caule exeūtia: vnde & nomen accepit. Autor Plin. lib. 20. cap. 9.

CAVLON, onis, *καυλὼν*, Oppidum est in prima Italiæ fronte apud Locros, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 10. Virg. 3. Aen. Caulonisq; arces, & naufragum Scylaceum. Quanquam ibi Poëta non tam de oppido, quàm de promontorio loqui videtur. Hanc vrbem Strabo lib. 6. Pomponius lib. 2, & Stephanus de Vrbibus Caloniā appellant, *καυλωνία*.

Cauma, atis, *καῦμα*, Latinè calor, *ἀπὸ τοῦ καίεσθαι*, quod est vror. Ital. *Calore*. Gal. *Chaleur*. Hisp. *Calor*.

Caunix, siue Caneæ, *καυνίαι*. Fici genus minutum, quod è Cauno maritima Cariæ vrbe aduehebatur. Cic. 2. de Diuinatione, Quum, M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

CAVNVS, *καῦνος*, Vulgò *Roxa*, Cariæ oppidum maritimum, è regione Rhodi, non procul ab ostiis Calbis fluuij, æstate & autumno ad inhabitandum graue, ob calorem & pomorum copiam: vt scribit Strabo lib. 14, Ob id Caunij pestilenti cælo esse dicuntur. Hos quum inuisus esset Stratonicus citharœdus, homo salibus plenus, illum ex 6. Iliad. versiculum in eos protulit, *Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίδε καὶ ἀνδρῶν*. id est, Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Colorem videlicet, quo omnes pallebant, suggillans. Caunij verò quum hominem incessissent acrius, quòd vrbem vt morbidam caperet. Ego, inquit, non morbidā dicere ausim, vbi mortui ambulant? vrbanius multò acriusq; quàm prius illudens. Ab hac ciuitate aduehebantur fici, Caneæ dictæ. Cic. lib. 2. de Diuinat. Quum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. ¶ Est etiam CAVNVS, nomen proprium viri, cuius soror Byblis impotenter illum adamauit, à quo quum esset repulsa, sibimet mortem conscisiuit. Ouid. 9. Metam. Hinc locus adagio, Caunius amor, *καύνιος ἔρως*. De fœdo amore dicebatur aut vbi quis ea desideraret, quæ neque fas esset concupiscere, neque liceret assequi. Diogenianus & Eustathius.

Cauo, Cauas, Cauatus, Couea, Vide CAVVS.

Caupo, onis, masc. gene. Esculentorum poculentorúmque venditor. § *κάπηλος, οἰνέμπορος ἀλλᾶς*. Ital. *Hoste, hostiere, tauarniere*. Gal. *Tauernier, qui vend en detail*. Hisp. *Tauernero ò ventero*. } Vlpian. in l. 1. §. caupones autem. ff. nautæ, caup. stab. Caupones autem & stabularios æquè nos accipiemus, qui cauponā vel stabulum exercent, institorésve eorum. Martial. lib. 1, Non potes, vt cuperes, vendere caupo merum. Cic. 2. de Diuin. Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter vnà facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponem diuertisse, ad hospitem alterū, &c.

Caupona, pen. prod. Vocatur tam mulier, quæ vinum & esculenta vendit, quàm ipsa taberna vinaria. § *κάπηλις*. Ital. *Hosteria, tauerna*. Gal. *Tauerne, ou boutique ou on vent en detail*. Hisp. *Tauernera ò ventera, tauerna ò venta*. } Cic. in Pisonem, Nónne tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? caupona pro oppido?

Cauponula, diminutiuum. *κάπηλα, καπηλίδιον*. Cic. 2. Phil. Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans, perpotauit ad vesperum.

Cauponaria, æ, Ars cauponandi. *καπηλικὴ*.

Cauponius, a, um, Quod ad cauponem pertinet. § *καπηλικὸν*. Ital. *Cosa che apartenga à l'hoste*. Gal. *De tauerne, des apartenences de tauerne*. Hisp. *De tauernera ò ventera*. } vt Ars cauponia. Iustinianus lib. 1, Iussitque cauponias, & ludicras arteis, & lenocinia exercere, Mattianus de fund. instr. & instr. leg. l. pictoris. Et instrumento cauponio institorum.

Cauponor, cauponaris, pen. prod. Cauponariam exerceo, vel re aliqua lucri causa ad quæstum abutor. § *καπηλεύω*. Ital. *Vendere à l'hosteria*. Gal. *Tauerner, vendre en detail, debiter*. Hisp. *Vender en tauerna, andar por tauernas*. } Ennius apud Ciceronem de Offic. lib. 1, Nec cauponantes bellum, sed belligerantes.

CAVRIVM Ptolemæo, Lusitaniæ oppidum, alio nomine Caura, vulgò *Coria*.

CAVROS, *καῦρος*, Iosula erat, quæ postea dicta est Andros, deinde Antandros. Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgò *Andro*.

CAVRVS, *αὖρος*. Ventus ab Occasu solstitiali flans, qui & Corus dicitur. Virg. 3. Georg. Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

Caussia, *καυσία*. Regium capitis tegmen apud Macedones. Valerius Maximus lib. 5, Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit causia, qua velatum caput more Macedonum habebat. Alibi etiam tenuiores causia vsos legimus. Plautus Persa, Tunicam, atque zonam, & chlamydem affero, & causiam.

Causon, vel Causo, § *καῦσος, ὁ καύσων*. Ital. *Ardore, calore excessiuo*. Gal. *Ardeur extreme*. Hisp. *Ardor, calor estraño*. } Aestus seu ardor. Inde ab Hippocrate Causon febris æstuans appellatur.

Causa, § *αἰτία*. Ital. *causa, cagione*. Gal. *cause, raison*. Hisp. *Causa ò el echaque à la occasion*. } Propriè dicitur id, ex quo, vel propter quod, vel per quod, vel à quo aliquid fit. Cic. de Fato, Causa est, quæ id efficit, cuius est causa: vt vulnus, mortis: cruditas morbi: ignis ardoris. Et paulò pòst, Nulla igitur earum est causa, nulla earum rerum sua vi efficit id, cuius dicitur causa. Differt autem Causa à Ratione: quòd Causa dicitur impulsos

ipse ad aliquid agendum: Ratio verò ordo gerendorum ex causa rerum. ¶Est & illud frequens bonis autoribus, Quid causæ est? quæ causa est, negatque quisquam poteſt, vel causam aliquam afferret &, Causam haud dicam, id est per me licet, non recusabo. Quatuor autem causarum genera scripsit Aristoteles. Materialem, ex qua aliquid fit. Formalem, per quam aliquid tale fit. Efficientem, à qua aliquid fit. Finalem, cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem Deum, causam causarum esse affirmat. ¶Per translationem tamen Causa dicitur omnis actio quam in senatu vel in foro habemus. δίκη. Vnde tria eloquentiæ genera scribit Cicero, Demonstrativum, τὸ ἐπιδεικτικὸν siue ἐπαινετικὸν: Deliberativum, τὸ συμβουλευτικὸν: & Iudiciale, τὸ δικανικὸν. Ex his tamen magis propriè causa dicitur, quæ iudicialis est: vnde & causam pro lite ac controuersia ponimus: vt, Cicero diligenter egit causam Milonis. Cic. 2. de Orat. Atque in ciuium causis, disceptationibúsque disertantur. ¶Interdum Causa dicitur occasio, ἀφορμή. Terentius in Eunucho, Iam diu aliquem causam quærebat, quamobrem aliquid infigne faceret. ¶Interdum dicitur excusatio, ἀπολογία: vt, Honesta est causa mei discessus. ¶Interdum ratio, λόγος. Ouid. lib. 1. Fastor. Tempora cum causis Latium digesta per annum. ¶Interdum origo, ἀρχή. vnde & quidam causam à casu dictam existimant, quòd initia & origines rerum, quæ causæ sunt, casu eueniant. Nonnulli à Chaos, detracta aspiratione, quòd confusa illa materia prima omnium causa fuerit. Alij à Græco καίω, quod ardorem, seu incendium significat, quòd causa sit quæ nos accendit ad aliquid agendum. ¶Alij à cauendo, quòd ea sit quæ cauet vt aliquid agatur, aut non agatur. ¶Causa item pro partibus accipitur. Lucanus lib. 1, Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni. ¶Causa deserta, ἐρῆμος δίκη, dicitur quum nemo repugnat. Translatum à iudiciis, vbi nonnunquam altera pars cedens tradit causam aduersario. Itaque deserta causa vincere, est vincere nullo contrà pugnante. ¶Huic simillimum est, Heteromolia causa, ἑτερομόλιος δίκη, λέγει δ' ὁ ἕτερος μηδέν, quòd alter duntaxat accedat. Vsurpabitur non ineleganter vbi quis damnat absentem.

Causarius, adiectiuum: vt Causarij milites, ἀσθενοῦντες, οἱ ἐξ αἰτίας λόγῳ ἀπολυόμενοι. dicuntur à Liuio lib. 7, qui propter honestam causam, puta valetudinem, à militia soluuntur, quasi valetudinarij, siue sontici, aut qui omnino causam & missionem habebant ex morbo, senectutéve. Tertius, inquit, exercitus ex causariis seniorib́usque à L. Quintio conscribatur, qui vbi mœnib́usque præsidio sit. ¶Sic Causaria missio dicitur, per quam milites soluuntur à sacramento militari. Vlpianus, Causaria, inquit, missio est, quæ propter valetudinem à laboribus militiæ soluit.

Causariè, aduerb. Martianus in l. Milites agrum, §. is etiam. ff. de re mil. Ideo & ad eum, qui causariè missus est, potest dici pertinere, quòd huic quoq; præmium præstetur. ἀσθενοῦντι δὲ ἀποδίδοται, οὐκ ἐπὶ πολλοῖς ἀποδίδοται.

Causula, diminutiuum à Causa. δικίδιον. Cic. in Orat. Sed quia & priuatas ille pleraſque, & eas ipsas aliis, & paruarum rerum causulas scripsit, videtur esse ieiunior.

Causor, aris, deponens, significat rei gestæ causam affero seu reperio, & excusationem adduco. ἐπὶ τοῖς γενομένοις αἰτιῶμαι. Ital. *Escusarse, mouerse il fatto.* Gal. *Dire & alleguer la raison ou excuse de quelque fait, s'excuser.* Hisp. *Traer causas.* Plaut. in Aul. Non causificor, quin ego illam habeam potissimũ.

Causatior, Prætextus, excusatio, vel color: quandoque ponitur pro vitio interiore, & ægritudine. ἀσθένεια. Ital. *Escusatione.* Gal. *Excuse.* Hispa. *Aquella obra de traer causas, excusacion.* Pallad. lib. 1, Si saluo capite in pulmonibus ac thorace, aut hilla est, aut rara causatio.

Causidicus, pen. corr. Dicitur patronus, qui in causis iudiciisque versatur. ῥήτωρ δικολόγος. Ital. *Auocato.* Gal. *Auocat, celuy qui plaide.* Hisp. *Abogado de pleitos.* Cic. 1. de Orat. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam, conquirimus. Iuue. Saty. 10, nec vnquam Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.

Causticа medicamenta, Sunt quæ habent vim causticam, id est vstiuã. καυστικὰ φάρμακα. Plin. lib. 2. cap. 9, Stirpium brassicæ aridorum cinis, inter causticа intelligitur. Martialis, Causticа Teutonicos accendit spuma capillos.

Causton, καυστὸν. Latinè dicitur Vstile. Plin. Quarũ caustũ ad ellychnia.

Cautè, Cautela, Vide CAVEO.

Cauteres, καυτῆρες, idem cum cauteriis, quos Palladius habendos esse in instrumento rustico præcipit.

Cauterium, rij, ἐγκαυτήριον. Ital. *Ferro da cremare.* Gal. *Vn cautere ou fer chaut.* Hisp. *Asterro para quemar.* Instrumentum est, quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui insanabiles inuri solent. Plin. lib. 22. cap. 23. Tempestiuè etiam datum cauterij vim obtinet: assuetis etiam vtilius, quàm expectibus. Præterea Cauterium in pictorum instrumentis continetur, quo bituminationes, & fortiores quæque conglutinationes concoquuntur: maximè in ea pictura, quæ ἐγκαυστικὴ appellatur, quæ fit carbonibus inustis, resolutis igne cetis. Martianus titulo De fundo instructo, sic refert, Pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiáque horum legato cedunt: item penicili, & cauteria, & conchæ.

Cauteriatus, a, um, Quod est cauterio notatum. κεκαυτηριασμένος βοῦς. vnde ab Apostolo Cauteriata conscientia dicta est.

Cautes, huius cautis, fœm. gen. Saxum asperum & abruptum. ἀκρώρεια. Ital. *Sasso aspero & grande.* Gal. *Vn rocher ou vne roche.* Hisp. *Piedra aspera.* Virg. 6. Aen. Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Plin. lib. 2. cap. 96, Iuxta Harpasa oppidum Asiæ, cautes stat horrenda, vno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens. Cæsar 3. bel. Gal. Et ab æstu derelictæ, nihil saxa & cautes timerent. Cautè loquacior, μακρὰ λαλίστερος, prouerbialis hyperbole in hominem immodicè & permolestè garrulum. Sumpta metaphora à caulibus, quæ quoniam assiduis fluctibus tunduntur, multo resonant fragore.

Cautor, Cautio, Cautionalis, Cautus, Vide CAVEO.

Cauus, a, um, Proprie concauum, vacuum: à Chaos, quod quasi vorago quædam erat inanis. κοῖλος. Ital. *Voto, cauato, concauo.* Gal. *Caue, creux.* Hisp. *Profundo, hondo, ò hueco.* Virg. 3. Aen. -dat signum specula Misenus ab alta Aere cauo. Ouid. 4. Metamorph. -quę sanguine mista recenti Coxerat ære cauo.

Cauus, siue Cauum, Locus canatus, seu concanus. κοιλαγωγὸς. Ital. *Luogo canato, hueco.* Gal. *creux, trou, tanniere.* Hisp. *El hoyo ò agujero.* Varr. Facere his cauos oportet laxiores, vbi pullos párere possint. Colum. li. 18. Deinde cauum quem feceris, furculo obturato. Idem scribit Cauum esse locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulos vt esset. Horat. 1. Epist. Macra cauum repetes arctum, quem macta subisti. Plin. lib. 10. cap. 18, Pullos in cauis educant auium soli.

Cauaticus, a, um, ἐγκοιλαγωγὸς: vt, Cauaticæ cochleæ. Plin. lib. 30. cap. 6. Sunt Balearicæ, quas cauaticas vocant, quoniã in speluncis nascuntur.

Cauo, as, Euacuo, cauum facio. κοιλαίνω, κοιλαίνομαι. Ital. *Cauare, votare.* Gal. *Cauer, creuser.* Hisp. *Cauar.* Plin. lib. 36, In Syphno lapis est qui cauatur, tornatúrque in vasa coquendis cibis vtilia. Liu. 1. bel. Pun. Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriúmq; temere ad vicinalem vsum paratarum: nouáſque alias primùm Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus. Ouid. 1. de Arte, Saxa cauantur aqua. Virgil. 3. Georg. -cauárque Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu. ¶Huius composita sunt, Concauo, Excauo, & Recauo, pen. corr. Ouid. lib. 2. Metamor. Est locus, in geminos vbi brachia concauat arcus.

Cauator, oris, Verbale. κοιλαντὴς: vt, Cauator arborum picus Martius. δρυοκολάπτης. Plin. lib. 10. cap. 18.

Cauea, caueæ, à cauo fit, significátque specum, vel antrum subterraneum. ἄντρον. Ital. *Cana sotterra.* Gal. *Caue.* Hisp. *Cueua.* Sed quoniam in huiusmodi locis esse consueuerunt ferarum cubilia caueas pro ipsis ferarum receptaculis vsurpamus. Apul. Bestiam immittimus caueæ. Suetonius, Bestiarum more quadrupedes caueæ coercuit. ¶Et ab harum similitudine pro septis ex ligno, siue ex ebore, aliáve materia factis, in quibus auiculas tenemus. ἰδιοκτήματα, αἰκίδια. Ital. *Gabia.* Gal. *Cage.* Hisp. *Jaula para las aues.* Plaut. in Curcul. Quia enim caueæ si forent conclusi, itidé vt pulli gallinacei. ¶Item Caueæ, est area in medio theatri, in qua equitum subsellia constituta esse consueuerunt, quòd velis tecta caueæ simi litudinem haberent. θεατρίσκος. Plaut. in Amphitryone, Vt conquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus. ¶Quandoque ponitur pro populi concessu. Virg. 5. Aeneid. Hic totum caueæ concessum ingentis, &c.

Cauerna, næ, Specus, vel antrum subterraneum, vel terræ concauitas. ἄντρον. Ital. *Spelonca, cauerna.* Gal. *Cauerne, creux.* Hispa. *Cueua, concauidad.* Cic. 1. de Natura deorum. Quòd magna vis terræ cauernis continetur caloris, eáque hyeme sit densior. Virg. 2. Aen. Insonuere caueæ, gemitúmque dedere cauernæ. Cic. 2. de Nat. deorum. Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam.

Cauernosus, a, um, Pro loco passim vacuo, & veluti cauernis pleno. ἀντρώδης. Ital. *Pieno di cauerne.* Gal. *Ayant plusieurs grandes cauernes, fort creux.* Hisp. *Cosa llena de cuenas.* Plin. lib. 26. cap. 8. Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa, ceu poliporum cirri, subdulces & in petris nascens.

Cauernula, læ, diminut. κοιλίς. Plin. lib. 17. cap. 11, Ipsi quà pediculis adhærent, cauernulas habent, & intus semen.

CAYSTER. Κάϋστρος Stephano, Fluuius Lydiæ, Sardibus proximus, cygnis abundans: qui multos amnes secum deferens Ephesum abluit. Dicitur ἀπὸ τοῦ καίειν, quod est, amburi, quoniam propinquus sit Catacecaumenæ, quæ pars est Ephesiæ prætorridæ & deustæ, fertilis nulla, præter vitem, arbore, sed vino præstantissimo, quod Vitruuius & Plin. Catacecaumeniten ex hac origine denominant.

Caystri campi, πεδίον τὸ Κάϋστριον Stephano, campi sunt fœcundissimi sub Sardibus, Lydorum vrbe, Cori & Hermi campis contigui, ita dicti à Caystro vicino fluuio. Virgilius Caystri prata vocat, lib. 1. Georg. Vide plura apud Strabonem, lib. 13.

CAYSTRVS, Κάϋστρος, Oppidum est Ciliciæ mediterraneum, teste Ptolemæo, lib. 5. cap. 8.

C ante E.

Ce, Syllabica adiectio est: de qua vide infrà in particula MET.

CEA, siue CEOS, (vtroque enim modo appellari autor est Plin. lib. 4. cap. 12.) Insula est sub Eubœa, bombycinarum vestium textrinis olim nobilitata. ¶In hac enim insula Pamphila Latoi filia prima adorta est bombycum telas retorquere, eásque rursus texere, vt testatur idem Plin. lib. 11. cap. 22, Hinc Ceæ vestes dictæ sunt, quæ in hac insula ex bombyce tenuissimæ texebantur in vsum fœminarum. Propertius, Et tenues Cea veste mouere sinus. Ptolemæus hanc insulam Ciam appellat, vt hodie quoque vulgus nautarum. Vrbes olim habuit tres, Carthæam, Iulidem, & Carestum.

CEADVS, Κηΐὰς ὁ. Ciconum rex fuit, pater Trœzeni, & auus Euphemi: cuius meminit Homerus 2. Iliad.

CEBES, etis, Κέβης. Thebanus fuit Philosophus, cuius etiam hodie extant Dialogi, quibus ille duplicem humanæ vitæ speciem in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidam, & Laertium.

CEBRENIA, Κεβρηνία. Regiuncula est Troadis cum oppido eiusdem nominis, non procul à Scepsi: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30. ¶Sunt & Cebrenij in Thracia, dicente Strabone lib. 13. Est fluuius quidam Arisus in Thracia, prope quem Cebrenij Thraces habitant. Multa enim apud Troes, & Thraces eisdem nominibus appellantur, vt Scæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Troianæ portæ. Item Xanthi Thraces, & Xanthus Troiæ fluuius. Item Rhesus apud Troiam fuit: Rhesus etiam Thracum rex fuit. Dicta est autem Cebrenia vel ab amne Cebrine (vt ex sententia Herodiani refert Stephanus) vel, vt alij malunt, à Cebrione Priami notho: quanquam Strabonі magis placet, Cebrionea potius à Cebrenia, vel (vt apud eum legitur) Cebrinia vrbe nomen accepisse.

Cebrenis, huius Cebrenidis, fœm. patronymicum, Κεβρηνίς. Ouid. 1. Metam. Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa. Statius in Syl. -viduæ

Cebrenidos arida luctu Flumina.

Cebrenus, pen. prod. Κεβρήνιος. Nomen gentile. Ausonius,

Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem, sic tibi pro pretio.

CEBRIONES, Κεβριόνης. Filius fuit Priami, sed illegitimo toro natus; qui à Patroclo saxo ictus, interiit. Iliad. π,

Κεβριονην τον ἠϋν ἀγαθον ταλαεργον. id est,
Cabrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

CECINNA, Fluuius est Thraciæ, ad Volaterras, autore Pomponio lib. 2. & Plin. 3. cap. 5. Vulgò *Cesena*.

CECINNA, Prænomine Aulus, Eques Romanus fuit, ex municipio Volaterrano. Ciceronis familiaris, & ab eo in causa quadam hæreditatis defensus: de qua re etiam nunc extat Ciceronis oratio. Hic tempore belli ciuilis non conuenus Pompeij partes sequi, edito etiam in Cæsarem libro, accerrimè eum insectatus est, vt est videre apud Ciceronem in Epist. Famil. ¶ Scripsit & librum de fulminum procurationes, quem Seneca se faretur imitari. ¶ Fuit etiam Cecinna quidam ex Octauij Cæsaris scribis, cuius meminit Cic. in Epist. ad Atticum. ¶ Cecinna item alius fuit, ex Vitellij ducibus, qui apud Bebriacum cum Othonianis fœliciter dimicauit. ¶ Meminit & Suetonius in Tito cuiusdam Cecinnæ, qui ob suspicionem coniurationis ab Imperatore ad cœnam inuitatus, per proditionem interfectus est.

CECROPS, Κέκροψ, Primus Athenensium rex, qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas instauravit.

Cecropius, a, um, possessiuum, Κεκροπικός. Virgil. lib. 4. Georg. Cecropias innatus apes amor vrget habendi.

Cecropia, Oppidum à Cecrope conditore: nunc est arx Athenis. Plin. lib. 7. ca. 56, Oppidum, inquit, à Cecrops se appellauit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.

Cecropis, idis, Κεκροπίς, patronymicum fœmininum.

Cecropidæ, Κεκροπίδαι, Athenienses dicti sunt, à Cecrope rege. Ouid. 7. Metamorph. Phocus in interius spatium, pulchrótque recessus Cecropidas duxit.

Cecryphalea, Κεκρυφάλεια. Promontorium, seu insula Peloponnesi, iuxta quam Athenienses ab Aeginetis prælio superati fuerunt. Stephanus.

Cecubum. Vide CAECVBVM.

CEDAR, Κηδάρ, Regio Arabiæ, vt apud Isaiam, Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (vt inquit Hieronymus) ex Ismaële Cedar & Agareni, qui peruerso nomine Saraceni vocantur, generati dicuntur.

Cēditiæ tabernæ, Aedificia quædam Romæ ita dicta à domini nomine, qui Ceditius vocabatur.

Cedo, cedis, cessi, cessum, πρόσχωρῶ. & Cedō, cedite. Vide CAEDO.

CEDREAE, Κήδρειαι, Cariæ oppidum, cuius incolæ Cedreatæ, & Cedræi appellantur. Stephanus.

CEDREI, Arabiæ populi sunt Canchleis, & Nabathæis finitimi: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 12.

Cedrarus, Vide CEDRVS.

Cedrelate, tes, fœm. gen. κεδρελάτη, Genus Cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. Cedrus magna, quam Cedrelatem vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur, dentium doloribus vtilissimam.

Cedria, κηδρία. Pix est, quæ ex cedrelate, hoc est ex maiore cedro defluit. Plin. lib. 24. cap. 2. Scabiem corporum, ac pruritum oleo & cedria mistis tollunt. Vide Ruellium lib. 1. cap. 62.

CEDROPOLIS, κηδροπόλις. Oppidum in Cariâ: à quo Cedropolitæ.

Cedrostis, κήδρωστις, Vitis alba, quam nonnulli Ampeloleucen vocant. Plin. lib. 23. cap. 1, Vitis alba, quam Græci Ampeloleucen, alij Ophiostaphylon, alij Melothron, alij Psilothron, alij Archiezostin, alij Cedrostin, alij Madon appellant. Hæc & Brionia à Dioscoride appellatur.

Cedrus, κέδρος. Arbor est perpetuò virens, iunipero non absimilis, radicibus raris, per summa terræ dispersis, folio duro, acuto mucrone capillaro, & spinoso, ligno contorto, nodoso, medulla rubente odorata, bacis myrti flauis, odoratis & esculentis, nouo fructu per autumnum cum annículo pendente. Laudatissima in Creta nascitur, item in Africa & Syriæ montibus. ¶ Cedro æterna materies, carie non sentiens, vnde classibus & domorum tectis ædificandis in primis est idonea. Vnde prouerbialiter Digna cedro dicuntur quæ promerentur immortalitatem, & eiusmodi iudicantur vt posteritati conseruari debeant. Horat. in Arte poëtica. -speramus carmina fingi posse linenda cedro. Persius item -& cedro digna loquutus. Plinius duo cedri facit genera, maioris & minoris discrimine minorem rursus in duas secans species: quas Lyciam appellat, & Phœniciam vtranque iuniperi similitudine, sed foliis differentem. Nam quæ acutum, spinosum, & durum habet folium, Oxicedrus nominatur. Altera odore præstat. Maioris item cedri duo facit genera. Nam quæ floret, fructum non fert: fructifera non floret, sed in ea antecedentem fructum nouus occupat. ¶ Cedrus in Cypro maxima nasci traditur centum triginta pedum longitudine, crassitudine autem ad quinûm hominum complexum. Vide plura de hac arbore apud Plin. lib. 13. cap. 5, Virgil. 2. Georg. Dant alios aliæ fretus, dant vtile lignum Nauigijs pinos, domibúsque cedrum, arcui cupressos. Vitruu. lib. 2. autor est, ex cedro oleum nasci, quo libri, aliáve res perunctæ, à tineis & carie non lædantur. Ad quod pertinere videtur illud Persij, Satyra prima, -& cedro digna loquutus. Ité illud Ouidij primo Tristium. Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Cedratus, a, um, κεδρωτός, Cedrino oleo perunctus. Plin. lib. 13. cap. 13. Et libros cedratos fuisse, propterea arbitrantur, quòd non tenuissent.

Cedrinus, a, um, nomen possessiuum. Quod est ex cedro, κέδρινος. Plinius lib. 13. cap. 5, Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus. Seleucia aduectus.

Cedrium, Pix liquida, & primaria quæ ex tæda excoquitur. Plin. lib. 16. cap. 11, Pix liquida in Europa è tæda coquitur naualibus muniendis, multósque ad alios vsus. Lignum eius confusum, furnis vndique igni extrà circundato, vt primus fudor aquæ modo fluat in canali. Hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis est, vt in Aegypto corpora defunctorum eo perfusa seruentur.

Cedrides, pen. corr. κεδρίδες, Fructus Cedri. Sunt Daphnides fructus lauri. Plin. lib. 24. cap. 5. Cedrides, hoc est fructus cedri, tussim sanant, vrinam ciunt.

CELADON, pen. corr. κελάδων, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens, apud Strabonem lib. 7. Georg. ¶ Est etiam Celadon nomen vnius ex iis, qui vnà cum Phineo in aula Cephei regis Aethiopum, Perseo vim inferre conati, perierunt. Ouid. 5. Metamor. Occidit & Celadon Mendisius, occidit Astreus.

CELADONE, nes, pen. prod. κελαδόνη, Oppidum Locridis, apud Stephanum: à quo Gentile, Celadoneus, a, um.

CELADVSA, æ, κελάδουσα, Exigua est insula maris Aegæi, Delo proxima, tam angusto freto ab ea diuisa, vt catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rheme, & Artemite dicitur. In hac Delij mortuos suos sepeliebant, religione scilicet prohibiti, ne quenquam in Delo inmarent. Vide Thucydidem Belli Peloponnesiaci lib. 4, & Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Sunt item Celadusæ, paruæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adiacentes: quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 26.

CELAENAE, κελαιναί, Collis est Asiæ proprié dictæ, in quo vrbs fuit eiusdem nominis, ex qua Antiochus Soter incolas trãstulit in eam, quam à nomine matris Apamiam appellauit. Autor Strabo lib. 12. Plin. verò, lib. 5. cap. 29, Celænas easdem facit cum Apamia. Tertius (inquit) conuentus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas. Circa hanc vrbem fluit Marsyas amnis: ibique volunt poëtæ Marsyum tibiarum cantu cum Apolline certasse. ¶ Celænas item alias collocat Plin. lib. 5. ca. 31, in ea parte Asiæ, quæ Phrygiæ superiecta est, iuxta Andriam, Ancyram, & Colossas.

CELAENO, κελαινώ, cum diphthongo. Fuit vna ex Harpyis. ἀπὸ τῆς κελαινότητος, hoc est à nigredine, ita appellata. Virgil. 3. Aen. Vna in præcelsa consedit rupe Celæno Infelix vates.

Celatim, Vide CELO.

Celastrus, Theophrasto, Arbor est æterna frondens coma, cultura degenerans, & omnium tardissimè fructus suos perficiens: vsus eius ad bacalos & scipiones accommodatus. Vide Ruellium lib. 1. cap. 63. & 158.

Celebris, & hoc celebre, vel Celeber, bris, bre; pen. corr. ἐπίσημος, ἀγαθὸς, ἔνδοξος. Ital. *Famoso, celebre*. Gal. *Renommé, fameux*. Hisp. *Famoso, glorioso*. ¶ Distinguitur à frequenti, quòd Frequens dicatur creber, siue de loco, siue de re animata: vt, Frequens miles, frequens Senatus, id est creber, copiosus, multus. Frequentes domus, id est crebræ, multæ. ¶ Aliquando dicitur quod ab aliis frequentatur: vt, Frequens templum, in quod multi conueniunt. Vnde & Infrequens, parum frequentatum: vt, Infrequens forum, id est quò pauci vel rari conueniunt. Phœnix infrequens auis, id est quæ rara reperitur. Cic. ad Qu. Fratrem, Sum Romæ infrequens. ¶ Celebris verò, Idem est quod Clarus, & famigeratus, & qui in omnium ore versatur. Cic. de Diuin. Nunquam illud oraculum tam celebre, aut tam clarum fuit. Idem in Verrem, Clara res est, tota Sicilia celeberrima atque notissima. ¶ Sæpe etiam accipitur pro frequenti, & hoc passim, tam ad rem, quàm ad personam relatum. Autor ad Herennium lib. 2, Locus quæritur celebrisne sit, an desertus. id est qui celebratur.

Celebritas, Frequentia & hominum cœtus. ἐπιφάνεια, συνέλευσις. Ital. *La frequentation*. Gal. *Assemblée de gens d'honneur, bon bruit, grande renommée, frequentation*. Hisp. *compañia de hombres*. ¶ Cic. ad Attic. Odi celebritatem, fugio homines. lucem aspicere vix possum. Idem pro domo sua, Nullis vnquam comitiis campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Interdum Celebritas idem est quod famæ claritas, quæ apud multos innotescimus. ¶ Φήμη. Ital. *La fama, il buon nome, l'honoranza*. Gal. *Grande assemblée d'hommes & de femmes*. Hisp. *Gloriosa fama*. ¶ Idem pro Arch. Hac tanta famæ celebritatem quum esset absentibus notus, Romam venit Quintius, ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Republica viuendum est, assuescat à puero non tetosmodare homines. Cic. 3. Offic. Itaque nos, qui in maxima celebritate atq; in oculis quondam ciuium viximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum hominum, &c.

Celebro, as, Frequento. ἐπιφοιτῶ. Ital. *Celebrare, frequentare*. Gal. *Frequenter & hanter*. Hisp. *Hazer muchas vezes alguna cosa, ò andar muchas vezes à vn lugar*. ¶ Varro, Cui non tam cura erat, vt templa deorum, quàm vt popinas celebraret. Cic. 3. de Orat. Qu. Mutij ianua maxima quotidie ciuium frequentia celebratur. ¶ Est item Celebrare, idem quod prædicare, & illustrare. ¶ ἐπαινῶ πολλοῖς. Ital. *Honorare, inuitare*. Gal. *Solemniser par assemblée de gens, honorer & faire estime*. Hisp. *Diuulgar por fama y gloria*. ¶ Cic. pro Rab. Hæc mira laus est, quæ non poëtarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur. ¶ Hinc celebrare laudibus: ἐπαινεῖσθαι, δοξάζεσθαι: & virtutum celebritatem, ἐπιφάνειαν, ἐπίδοξον ἀρετὴν, ἐπιφάνειαν dicimus. ¶ Item Celebriorem, Celeberrimum, pro illustriore, & illustrissimo. ¶ Celebrare ludos, est cum celebritate quadam ludos facere. Cic. 6. Philipp. Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati. ¶ Celebrare diem festum, est feriari. ἑορτάζειν. Idem in Catil. Quapropter Quirites celebratote illos dies cum coniugibus & liberis vestris.

Celebratio, onis, verbale, ἑόρτασις, ἐπιφάνεια, Celebrandi actus. Cic. ad Att. lib. 15, De celebratione ludorum Bruti tibi assentior. Plin. lib. 34. Quæ domus, quæ celebratio, quæ familiaris dignitas, quæ studia amicorum, quæ ex quoque ordine multitudo?

Celebratus, nomen ex participio. ἑορτασθείς. Cic. 2. Philip. Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari.

Celebrefco, Celebris fio. ἐνδοξίζω. Accius, Et qualiscunq; ama celebrefcat tua. Ex Nonio.

CELEGERI, Mœsiæ, quæ Pannoniæ iungitur, populi autor Plin. lib. 4. cap. 26, in descriptione Mœsiæ.

CELENDRAE, arum, Oppidum Ciliciæ, cum portu eiusdem nominis, apud Strabonem lib. 14, & Pomponium Melam lib. 1, in Ciliciæ descriptione. Lucanus lib. 8, -sequitur pars magna senatus Ad profugum collecta ducem, patriisque Celendris, Quo portu mittitque rates, recipitque Selinos.

CELEIA, Norici oppidum. Plin. lib. 4. cap. 24. Vulgò *Cilia*.

Celer, celeris. Idem est quod velox. ταχύς. Ital. *Presto, veloce*. Gal. *Viste, soudain, leger*. Hisp. *Ligero*. ¶ Cic. ad Octauium, O miseram, & in breui tam celerem, & tam variam Reipub. commutationem! Horat. lib. 1. Epist.

Oderunt

derunt hilarem tristes, tristémque iocosi, Sedatum celeret, agilem gnauúmque remisso. ¶Hinc Celerrimus superlatiuum: pro quo vetustissimi dicebant Celerissimus. Manilius in Iliade apud Priscianum, Celerissimus aduolat Hector.

Celero, celeras, pen. corr. Celeriter aliquid facio. {Ἐπείγω. Ital. *Far presto, affrettare.* Gal. *Haster, auancer.* Hisp. *Presto y ligeramente traer.*} Virgil. 5. Aen. Tum celerare fugam, patriàque excedere suadet. Idem 8. Aeneidos, Ergo iter incœptum celerant rumore secundo. ¶Hinc Accelero compositum: de quo suprà suo loco.

Celeritas, atis. Velocitas. {Ταχύτης. Ital. *Prestezza, velocità.* Gal. *Legereté, vitesse.* Hisp. *Ligereza.*} Cic. 7. Verr. Hæc centuripina nauis erat incredibili celeritate. Idem 1. Acad. In pedibus celeritatem, in manibus vim ponebant. ¶Celeritas in malis optima. Sophocles in Antigena. Δεύγιστον δ' ἀνδρὶ τῶν κακῶν ταχύ, id est, Vrgentibus malis celeritas optima est. Nihil enim molestius quàm diu animo diseruciari.

Celeritudo, Idem significat. Varro 3. de Re rustic. Lucius Aelius putabat dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes esset.

Celeripes, pedis, Qui leuis est pedibus. {Ἐλαφηβόλος. Ital. *Veloce.* Gal. *Leger des pié.* Hisp. *Cosa que tiene ligeros los pies.*} Cic. ad Attic. lib. 9. Venit autem eo ipso die ille celeripes, quem Saluius dixerat.

Celer, er, celerius, celerrimè, aduerbium, Velociter. {Ταχέως. Ital. *Velocemente.* Gal. *Viteement, legerement, soudainement.* Hisp. *Presstamente, ligeramente.*} Cæsar lib. 5. de bel. Gall. Illi imperata celeriter fecerunt. Cic. de Finibus, Celeriterque multa simul agitantem.

Celeranter, idem quod celeriter. Accius apud Nonium, Sed quis est, qui matutinum cursum hunc celeranter capit?

Celerarim, aliud aduerbium, pro celeriter. Sisen. histor. lib. 5, vt citat Nonius, Quo magis celeratim poterat, in insidiis suos disponit.

CELERINI, Citerioris Hispaniæ populi sunt supra Braccaras & Gronios: quorum ager Ano fluuio irrigatur, vt indicat Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

Celetes, pen. prod. κέλητες, Vocantur equi, qui ad cursum soli adhibentur, sine bigis, vel quadrigis. Latinè dicuntur Desultorij, quòd ex his facilè desiliamr. Plin. lib. 34. cap. 5, videtur Celetas posuisse pro statuis equestribus. Equestres (inquit) statuæ Romanam celebrationem habent, otto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicabant in sacris victores: postea verò & qui bigis & quadrigis vicissent. ¶Celetes item dicebantur nauigia actuaria, quæ vnico remorum ordine agebantur. Latini Celoces appelleant.

Celetizontes κελητίζοντες, à Græcis dicuntur equitantes, & equum celerem regentes. Qua voce vsus est & Plin. lib. 34. cap. 8, Hegiæ (inquit) Minerua, Pyrrhusque rex laudatur, & celetizontes pueri.

CELEVS, Duarum syllabarum, κέλης. Rex erat Eleusinæ, pater Triptolemi, cui Ceres, quòd esset ab illo excepta hospitio, commonstrauit omnem agriculturæ rationem. Hinc locus factus prouerbio, Celei supellex, pro vili & rusticana supellectile. Virg. 1. Georg. Virgea præterea Celei vilisque supellex. Ouid. item lib. 4. fastor. Plautus eum vocat Celionem: Quasi, inquit, supellex Celionis.

Celeusma, {κέλευσμα. Ital. *Grido vsato di più persone.* Gal. *Cry de plusieurs personnes, chant des mariniers.* Hisp. *Canto de marineros.*} Clamor nautarum & aliorum, quum vno aliquid iubente, omnes vniformiter respondent, quasi sibi inuicem iubentes. Martial. lib. 4. Quorum per vada tarda nauigantes Lentos figitis ad celeusma remos.

Celeustes, celeustæ, masc. gen. κελευστής. Qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator: qui à Plauto Latinè Hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ verbo Græco Celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Celia, Potus ex frugibus confectus, qui Hispanis præcipuè in vsu erat, sicut ceruisia Gallis. Plin. lib. 22. cap. vlt. ¶Est item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cuius meminit Strabo lib. 6. & Ptolemæus lib. 3. cap. 1. Vulgò *Celia in terra de Bari.*

Cella, Dicta est, quòd in ea celentur, quæ esse volumus occulta. {Ital. *Cella, guardaroba, dispensa, camera.* Gal. *Celier, garde manger, despence, chambre.* Hisp. *La cella ò camara de bodega.*} Græci ταμεῖον dicunt, in qua res esculentæ, & poculentæ reponuntur: quanuis propriè ταμεῖον cella vinaria sit. Cic. Att. lib. 14. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellámq; tradidi. Capit autem Cella significationem, pro ratione adiectiuorum, quæ illi iunguntur: vt, Cella vinaria, olearia: Cella olearia, ἐλαιών: Cella farinaria, Cella pomaria, Cella lignaria, Cella libraria, Cella casearia. Denique omnis locus, in quo quid reponitur, Cella dicitur. Cicero de Senect. Semper enim boni assiduique dómini referta est cella vinaria, olearia, mellaria, & pomaria. Terent. in Adel. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Virgil. item 4. Georg. fauorum cauernas Cellas vocauit, quum ait, Distendunt nectare cellas κοντάρια. ¶Item loca in quibus lauamur, aut vngimur in balneis, Cellæ dicuntur. Vnde Caldariam cellam, frigidariam, & tepidariam dicimus. ¶Cella item pars templi erat sacratior, in quam ingredi cuiuis fas non erat. ἄδυτον. Vnde apud Gellium legitur, Scipionem in Capitolium sæpe venisse, iussisséque cellam Iouis aperiri, ibique solum demoratum fuisse. Liu. lib. 3, In cella Iouis Optimi Maximi habitaret exul.

Cellula, æ, diminutiuum à cella, τὸ μικρὸν ταμεῖον, ολίγον. Terent. in Eun. Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Colum. lib. 8. cap. 9. Receptacula non tanquam columbis loculamenta, vel cellulæ cauatæ efficiuntur.

Cellaria, Locus vbi conditur vinum. {Cantina, camara del vino. Gal. *Celier.* Hisp. *Cilla para vino.*} Plaut. in Mil. Ego eiciar cellaria. ¶Et Cellaria, ἐπιμήλια Homero, Quæ præest cellæ. Plaut. in Mil. Iampridem, quia nihil abstulerit, succenset cellaria. Ital. *Donna che guarda la dispensa.* Gal. *Despanseure, qui a la charge du boire & du manger.* Hisp. *Despensera, botillera.*

Cellarius, Qui in cella præpositus est penui promendo vel condendo. {Ταμίας. Ital. *Prepósto alla mensa, dispensiere.* Gal. *Despensier, maistre d'hostel, qui a la charge du boire & du manger.* Hisp. *El cellero, botillero.*} Colum. Vt cibus & potus sine fraude, à cellariis præbeatur. Plaut. in Capt. Prome quoduis, te facio cellarium. ¶Hunc etiam Promum condum appellabant. Plaut. in Pseu. Promus & condus sum, procurator penui. Auson. Promúsque, quàm condus magis.

Cellarium, rij, {Ταμιεῖον. Ital. *Ripostiglio.* Gal. *Celier.* Hisp. *Cilla.*} Videtur ea figura dici, qua Granarium, Penarium, vt procella ac repositorio accipiatur. Hanc & Cellam promptuarium, seu Promptuarium appellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad victum necessaria. Plin. lib. 36. cap. 25. Quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quàm istorum cellaria. Idem & Penarium, & Penaria, seu penaria cella à penu nuncupatur. Cic. in Verrem. M. Cato sapiens cellam penuariam Reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit. Huius diminutiuum est Cellariolum.

Cellaris, re, adiectiuum, ἐπὶ ταμείου, vt Columbi cellares. Columella lib. 8. cap. 8. Hæc eadem ratione palumbos, columbósque cellares, pinguissimos facere contingit.

CELMVS, κίλμος, Nutius fuit Iouis, quem & patruelis adhuc Iupiter plurimum amauit. Cæterùm quum aliquando mortalem esse Iouem dixisset Iupiter iniuriæ memor, quum expulso Saturno regnum iam potiretur in adamantem iasudem commutauit illum. Ouid. 4. Metamor. Te quoq; nunc adamas quondam fidissime paruo Celme Ioui. Ab hoc ductum adagium, Celmis in ferro, κίλμις ἐν σιδήρῳ. Dici consuenit de his qui præternodum suis fiderent viribus tanquam inexpugnabiles inuictique cæteris.

Cello, is, sine diphthongo, Antiquissimis in vsu fuit pro cedo: nunc compositis tantum vtimur, Excello, & Præcello, quæ significant Excedo, & antecedo. Vide in dictione CAELO.

Celo, as, Abscondo, clàm habeo. {Κρύπτω, ἐπικρύπτω. Ital. *Ascondere, coprire.* Gal. *Cacher, celer, tenir secret.* Hisp. *Encubrir ò esconder.*} Construitur modò cum voo duntaxat accusatiuo. Cic. 1. de Nat. deor. Nec te me celas, vt Pythagoras solebat alienos. Lactant. lib. 5, Vtrúmne profitebitur fugitiuum se, vel pestilentem domum vendere, an celabit emptorem? ¶Modò cum duobus. Plaut. in Baech. Aedepol fecisti furtũ ærati malum, quum isthæc flagitia me celauisti, & patrem. Eodem modo Græci κρύπτειν τινά τινι vel τινός. ¶Interdum loco vnius accusatiui habet datiuum. Terentius in Phormione, Si hoc celetur patri, in metu sum. ¶Modò cum ablatiuo mediante præpositione. Cicero Trebatio, Sed Bassus nostet de hoc me libro celauit. ¶At quum passiuè ponitur, res sine persona quum quis alioquem celauit, ponitur in nominatiuo. Terent. in Eunucho, Vbi est, diu celari non potest.

Celatus, partic. {Κεκρυμμένος. Ital. *Nascosto.* Gal. *Caché, celé.* Hisp. *Escondido, encubierto.*} Terent. in And. Ibi tum examinatus Pamphilus bene dissimulatũ amorẽ & celatũ indicat. Cic. pro Cluẽtio, Nõ est profectò de illo vene no celata mater: nihil est ab Oppianico sine cõsilio mulieris cogitatũ.

Celatim, aduerbium. Idem significans, quod Clàm, vel abscondité. {Κρυφῆ. Ital. *Ascosamente, celatamente.* Gal. *Secretement, couvertement, en cachette.* Hisp. *Escondidamente.*} Gell. lib. 12. cap. 15. Sisennam citans lib. 6. Historiarum, Quàm maximè celatim poterat, in insidiis duo disponit.

Celox, Nauigij exigui genus fuit, quod vno remorum ordine agebatur: à celeritate nomen habens. κέλης, κελήτιον. Plautus in Asin. Quò hanc celocem conferam. Apuleius libro de Republica, Qui celocem regere nequit, onerariam perit. Eam Rhodij inuenerunt.

CELSENSES, Populi sunt citerioris Hispaniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 3.

CELSVS, Plagiarius fuit Horatij temporibus, qui veterum poetarum scripta suppilabat: quem sic notat lib. 1. Epist. ad Iulium Florum scribés,

Quid mihi Celsus agit monitus multúmque monendus
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo:
Ne, si forté suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

¶Fuit & Cornelius Celsus, variæ eruditionis nomine à Quintiliano commendatus: qui & Rhetoricam multò quàm antea diligentius explicauit, & de re militari diligentissimè scripsit: nullúmque penè disciplinæ genus intactum reliquit: ex quibus ab nostra tempora nihil peruenit præter octo elegantissimos de Re medica libros, qui omnium manibus teruntur.

Celsus, celsa, celsum. Altus, sublimis, excellens. {Ὑψηλός. Ital. *Alto sublime, eccellente.* Gal. *Haut, esleué.* Hisp. *Cosa alta.*} Plin. lib. 13. cap. 24. Firmiores, celsiorésq; infantes fore. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ primùm eos humo excitatos, celsos, & rectos constituit. Deduci quidam volunt hoc nomen à Cello antiquo verbo. Festus à Græco κέλης, quòd qui equo vehuntur, sublimes sint.

Celsitudo, inis, pro excellẽtia. {Ὑψος. Ital. *Eccellenza, grandezza d'animo.* Gal. *Hauteur esleuement.* Hisp. *Altéza ò grandéza de animo.*} Valla in Herodoto.

Celsitas, tatis, Altitudo, excelsitas. Ὑψος. Cic. in Officiis, Celsitas animi, & magnitudo.

CELTAE, κέλται, Populi Galliæ Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluuios, ita dicti à Celto Polyphemi filio, si Appiano credimus. Pomponius Mela. lib. 3, Populorum Comatæ Galliæ tria summa nomina sunt: terminantúrque fluuiis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanam Celtæ, inde ad Rhenum pertinent Belgæ. ¶A' Celtis etiam Celtiberi Hispaniæ populi originem traxisse creduntur, qui quum venissent ad Iberum Hispaniæ fluuium, ibique concedissent, assumpto ad nomen suum fluuij nomine, iuxta quem cõsederant, Celtiberi, κελτίβηρες, dicti sunt: & regio eorum Celtiberia. Vulgò, *Aragon.* Luca. lib. 3, profugique à gente vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi.

Celtibericus, a. um, κελτιβηρικός. Nomẽ possessiuũ. vt, Bellũ Celtibericum.

CELTIACA, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 1.

CELTICA, κελτική, Tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Garumnam fluuios sita. Plin. lib. 4. cap. 17. Gallia, inquit, Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta. A' Scalde, ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam Celtica, eadémque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania, Aremorica antè dicta.

CELTICVM, κελτικόν, Promontorium est Hispaniæ citerioris in Gallicorum tractu, in Oceanum, Occidentem versus, quàm longissimè ex-

currens: idem eum eo quod Ptolemæus Nerium, & vulgus nautarum hodie *Finem terræ* appellat. Vide Pomponium Melam lib. 3.

Celtis, Est arbor insignis magnitudine pyri, in Africa, & potissimũ circa Syrtes nascens, quæ Lotos appellatur. λωτὸς. Incisuræ in foliis crebriores faciunt ne ilices videantur: fructui magnitudo fabæ, color croci, Tam dulcis ibi cibus est, vt nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. lib. 13. cap. 17.

Celydrus, Lege CHELYDRVS.

CEMA, Narbonensis prouinciæ fluuius, ex Alpium monte Cemeno profusus. Plin. lib. 3. cap. 4.

CEMELION, Oppidum Liguriæ, non procul à portu Herculis Monœci: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

CEMENVS, κέμενος ὄρος, Mons Narbonensis Galliæ, non procul à Varro fluuio, ex quo Cema amnis profunditur: vnde & monti nomen factum videtur. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemus, κῆμος, Herba est apud Plin. lib. 27. cap. 8, cuius descriptionem se ideirco prætermittere ait, quòd solis in amatoriis vsum habeat. Dioscorides lib. 4, eandem esse ostendit cum Icontopodio. ¶ Cemus autem videtur appellata ex flotis, siue calycis figura: quoniam pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subiectum vascalum, quod Cadiscum vocabant, demitti consueuerant. Vide Ruellium lib. 3. cap. 130.

CENCHREAE, arum, κεγχρεαί, Portus est Corinthiorum, ad sinum Saronicum, quemadmodum Lechæ alter portus ad sinum Crissæum, siue Corinthiacum. Spatium autem inter duos hosce portus medium, Isthmus appellatur. Plin. lib. 4. cap. 4. Angustiæ, vnde procedit Peloponnesus, Isthmos appellantur. In eo loco irrumpentia è diuerso duo maria, omnem ibi latitudinem vorant, donec contrario incursu æquorum tantorum, in quinque M. pass. intercallo, exesis vtrinque lateribus, angusta cernice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus. Lechæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarum termini, longo & ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plaustris transuehi prohibet.

Cenchramides, κεγχραμίδες, Ficorum grana, ita dicta à milij similitudine, quod Græci κέγχρους vocant. Plin. lib. 15. cap. 19, frumenta appellat, Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.

Cenchris, huius cenchridis, κεγχρὶς, Auis ex accipitrum genere, quam Aristoteles lib. 6. de Animalib. solam ex adunco genere, quaterna, & eo plura oua parere dicit. Plin. lib. 29. cap. 6. Turturis fimus albugines extenuat: item cochlearum cinis, & fimus cenchridis. Dicta Cenchris, quasi miliaria, Latini à tinnitu vocis Tinnunculum appellant. ¶ Est item Cenchris serpens maculis plena, Thebano marmori similis. Lucanus lib. 9, Et semper recto lapsurus limite cenchris, Pluribus ille notis, variatam tingitur alnum. Plin. lib. 20. cap. 22. Serpillum aduersus serpentes efficax, maxime cenchrin, & scolopendras.

Cenchrites, κεγχρίτης, Gemmæ species, quæ veluti sparsis milij granis distincta videtur. Plin. lib. 37. cap. 11.

CENCHRIVS, κεγχρεὸς, Fluuius est Ioniæ, non procul ab Epheso, lucum Ortygiam irrigans, vbi Latona Dianam & Apollinem creditur peperisse. Tacitus lib. 3. de Ephesiorum legationibus ad senatum missis. Primum, inquit, omnium Ephesij adiere, memorantes, non vt vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam, & oleæ, quæ tum etiam manat, adnixam, edidisse numina, deorumque monitu sacratum nemus.

Cenchron, Adamantis genus est, quòd sit milij magnitudine. κεγχρὸς enim milium dicitur. Plin. lib. 37. cap. 4.

CENAEVM, Vide CAENEVM.

CENAEVS, Vide CAENEVS.

CENINA, Latij oppidum fuit, à Romulo deletum: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Rectius Cænina.

CENOMANI, κενομανοί, Fuerunt populi Galliæ Cisalpinæ, teste Plin. lib. 3. cap. 19, quorum caput Brixia fuit. ¶ Sunt etiam Galliæ Celticæ populi, Andegauis finitimi: quorum etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 18. Vulgò *Les Manceaux*: & regio ipsa Cenomania, Vnigò *Le Maine*.

Cenotaphium, ‖ κενοτάφιον. Ital. *Sepolchro, anello, deposito vacuo*. Gal. *Vne representation de sepulcre, vn sepulcre ou il n'y a rien dedans, mais seulement fert de memoire*. Hisp. *Sepulcro vazio y vano*. ‖ Vacuum sepulchrum. κενὸς enim vacuus dicitur, & τάφος sepulchrum: à θάπτω sepelire. Est enim vt capsa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Virg. 3. Aen. describit Cenotaphium sic,

Solennes tum forte dapes, & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem
Et geminas, causam lachrymis, sacrauerat aras.

Quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphium esse dicit. Cenotaphiorum autem vsum adinuenit superstitiosa veterum opinio, qui credebant defunctorum animas, si honore sepulchri carerent, stygiam paludem tranare non posse. Vnde à sacerdotibus inuentum est exequiarum genus, quod Terræ iectionem vocabant: vt etiam iis qui naufragio perissent, aut quorum corpora haberi non possent, iusta persoluerentur. Tumulum itaque ex cespitibus, aut alia materia congerebat, vbi absente defuncti cadauere, tanquam præsente, solenni quodam ritu exequiæ peragebantur. Huiusmodi autem sepulchrum, in quod nulæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium, hoc est inane sepulchrum vocabatur. Suetonius Honorarium tumulum appellat, in Claudio, Cæterum, inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps statò die quotannis miles decurreret, Galliarumque ciuitates publice supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas *representationes* in anniuersariis exequiis vocamus. Budæus.

Censeo, censes, censui, censum, pen. corr. Significat existimo, puto, arbitror. ‖ δόξαν, ἡγοῦμαι. Ital. *Estimare, pensare, giudicare*. Gal. *Penser, estimer, opiner, estre d'auis*. Hisp. *Estimar, juzgar, pensar*. ‖ Terent. in Eunucho, Censen' posse me obbrmare, &c. Liu. lib. 6. Bel. Pun. Censent eò venturum ob-

uiam Pœnum. ¶ Item constituere, deliberare, sententiam dicere, δοκεῖν καὶ γνώμην. Nam senator censet, quum sententiam dicit de re, quod sibi videtur: assentitur, quum alienam approbat. Cic. in Catil. Quid senatus censuerit, exponam. Idem pro Flacco, Cuius patrem armis pellendum à suis mœnibus censuissent. ¶ Item Censere, succensere, significat. Varr. Ne vobis censeam, si ad me referretis. ¶ Est item Censeri, æstimatis facultatibus in censum redigi. ἀποτιμᾶσθαι. Boët. in Top. Quoniam faciendi liberi tres sunt partes: vna quidem, vt censu liber fiat. Censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Censeri autem dicebantur, quum bonorum suorum censum, hoc est valorem apud Censores profitebantur: quorum etiam nomen à censu deductum est, Cic. pro Flacc. Verum esto, glorioſus fuisti, voluisti magnum agri modum censeri, & illius agri, qui diuidi plebi Romanæ non potest. ¶ Legitur & Census sum vel fui, in actiua significatione, tanquam à deponente Censeor. Idem ibidem, Census ex mancipia Amyntæ. ¶ Composita à Censeo sunt, Accenseo, Percenseo, Recenseo, & Succenseo.

Censitus, adiectiuum: vt, Censiti agri, qui emi & vænire iure ciuili poterant. Festus.

Censio, onis. Castigatio. ‖ κόλασις. Ital. *Castigatione, correttione*. Gal. *Punition & reformation, estimation, taxe*. Hisp. *Castigamiento y corregimiento*. ‖ Vnde Censionem facere dicebantur Censores, quum mulctam cuipiam irrogabant, vel equiti equum adimebant, vel senatorem senatu mouebant, vel quempiam ex plebe ærarium faciebant. Plaut. in Rud. Assume quidem, ne censionẽ semper facias. ¶ Censio hastaria vocabatur, quũ militi mulctæ nomine, ob delictum militare indicebatur vt hastas daret.

Censitor, oris, verbale ab antiquo verbo Censio, is, quartæ declinationis, Idem quod censor. Vlp. in l. Forma. §. illam æquitatem. ff. de censib. Illam æquitatem debet admittere censitor, vt officio eius congruat.

Censor, oris, Qui censuram gerit. ‖ τιμητὴς. Ital. *Censore, correggitore*. Gal. *Censeur, vn reformateur des meurs & de la police*. Hisp. *El que de los censos y costumbres, corregidor*. ‖ Censores magistri morum erant, à censendo, id est arbitrando dicti, quòd illis summum arbitrium erat aliorum morum. Vel à censu, quòd quinto quoque anno populi Rom. censum agerent. Varr. Censor ad cuius censionem, id est arbitrium censeretur populus. Cic. 3. de Legib. ex Leg. XII. tabul. Censores, populi æuitates, soboles, familias, pecuniasque censento: vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Fest. Censores dicti, quòd quisque tanti sua æstimaret, quantum illi censuissent: quod non absurdum videtur, quia & rerum & morum censores erant. Vnde Plutarchus in Aemilio, Censura maxima omnium magistratuum reuerentiæ, plurimæ potestatis, tum in aliis rebus, tum maximè ad morum emendationem. Nam senatores è senatu remouere potest, equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, censum agere, lustrum condere. Erant autem duo Censores, qui quinto quoque anno creabantur. Vide Liuium lib. 4. Decad. 1, vbi docet Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos. De censore, Censura, & Censu vide Additi. P. Manutij.

Censorius, ad hominem relatum. Eum significat, qui aliquando censura fuerit functus, τιμητικὸς: quemadmodum Consularem, & Prætorium vocamus, qui aliquando aut Consulatum gesserit, aut Præturam. Cic. 2. de Orat. Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem & Censorium. Et paulò pòst, Id autem committere, vide quàm sit homini turpe Censorio. ¶ Frequenter tamen iungitur rebus, vt Censorium dictum, quod est censoris, seu quod ad censorem pertinet, & Censoria virgula. Quintil. lib. 1. cap. 4, Veteres Grammatici non versus modò censoria quadam virgula notare, & libros, qui viderentur falsò inscripti, tanquam subditicios submouere familia permiserunt sibi, &c. ¶ Censorium non est. Cic. pro Cluent. Hominum delictum fortunæ iudicio committere, minimè censorium est. ¶ Censoriæ vestes dicebantur, quibus Censores meritò vti possent. ἐσθὴς τιμητική. ¶ Censoriam virgulam trinissimum est ab eruditis appellari iudicandi autoritate, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum.

Censura, ræ, Censoris dignitas, sicut à Prætore Prætura. ‖ τιμητεία, τιμητικὴ ἀρχή. Ita. *Dignità di Censore, Censura, reprehensione*. Gal. *Reformation, censure, office d'vn censeur*. Hisp. *La judicatura de aquel Censor, corregimiento*. ‖ Plin. lib. 14. cap. 4. Catonem ille primus, triumpho & censura super cætera insignis. Liuius lib. 4. ab Vrbe, Alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram grauem esse. Accipitur interdum pro seueritate, correctione, decreto, & lege. Plinius in Paneg. Nam vita principis, censura est, eáq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Apud Græcos censuræ genus, δοκιμασία.

Census, us, ‖ τίμημα. Ital. *Censo, intrata, rendita, tributo*. Gal. *Taxe & estimation, reuenu, reuue*. Hisp. *Pecha, canama*. ‖ Dicebatur æstimatio rerum & bonorum facta, secundum quam tributa pendebantur. Vnde, Censum agere, est recensere hominum facultates. Liuius 1. ab Vrbe, Censum instituit, rem salubrimam tanto futuro imperio. ¶ Census item, annuus reditus, & quicquid fortunarũ quis habet, πόρος, τίμημα. Iuuenalis, Protinus ad censum, de moribus vltima fiet Quæstio. Cic. 2. de Legib. A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, à trinis quinque vsque ad minam. Vnde qui centum millia æris in professionem detulissent, Censi dicebantur. Census equestris constabat ex sestertiis quadringentis. Vide Additiones P. Manutij.

Census, si, Significat eum de cuius bonis factus est census, τιμηθείς. Cic. pro Archia, Eum qui sit census, ita se gessisse iam tum pro ciue. ¶ Capite census, vide suprà suo loco.

Censualis, le. Vlp. l. Forma. ff. de censi. Forma cẽsuali cauetur, vt agri sic in cẽsum referantur. Vincula cẽsualia, idẽ ea. l. §. siquis inquit. Si quis loquilinum vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur.

Centaurea, æ, siue Centaurion, rij, κενταύριον Dioscoridi, Herba est, quæ à Chirone Centauro nomen accepit, qui ea curatus dicitur, quũ Herculis hospitis sui arma pertractanti, sagitta decidisset in pedem. Eius duo sunt genera, maius, & minus. Maioris radix, quæ sola in vsu est, in Officinis pro Rheo Pontico magno errore ostenditur. ‖ Ital. *Centonio*. Gal. *Centaure ou erroade*. Hisp. *Antonico*. ‖ Minus verò Centaurion (quod à Plinio Centaurion repton dicitur, & à nõnullis Limnesion, propterea quòd rigua amet loca) etiam hodie in Officinis nomen retinet: tametsi à quibusdam Febrifugia, & Fel terræ dicitur. ‖ Ital. *Biondella*. Gal. *Fiel de*

terre.

Universidad de Buenos Aires Biblioteca Central

terre. Hil. Ad Leonem.} Virg. 4. Georg. Centaureſi appellauit. pen. prod. Cecropium, ſimul, & graueolétis Centaurea. Vide Plin. lib. 25. ca. 6.

CENTAVRVS, Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiſo, equo eius pontus, cum ouans conſcendit. Quod ille indigne ferens, præceps in aquam ſe deiiſit, vnáque cum ſeſſore eſt exanimatus: vt ex Phlarchi ſententia refert Plin. lib. 8. cap. 42.

Centauris, Plinio, Tertia eſt centauri ſpecies, cognomento Trioreches, eò quòd qui eam ſecat, à triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap. 7.

CENTAVRI, *κένταυροι*, Theſſaliæ populi, ſecus Pelion montem habitantes, primi equo domare, & ex iis pugnare cœperunt: quo factum eſt vt à vicinis populis primùm conſpecti, membra partim humana, partim equina habuiſſe crederentur. De horum origine ſic fabulantur Poëtæ. Ixionem à Ioue deorum immortalium menſæ adhibitum, Iunonis amore captum fuiſſe, eámque de ſtupro interpellaſſe. Quod quũ illa viro ſuo indicaſſet, Iouem Ixioni nubem ſubiecciſſe in vtoris imaginem tranſformatam, eámque Ixionem pro Iunone compreſſiſſe, & ex ea Centauros genuiſſe: qui inde Nubigenæ dicti ſunt. Cui fabulæ anſam præbuiſſe viderur caſtellum nomine *νφίλη*, Cẽtaurorum ſedes. *νφίλη* enim Latinè nubem ſonat. Hi quũ in nuptis Pirithoi vino madentes ſponſam rapere conarentur, à Theſeo & Lapithis partim cæſi, partim in fugam acti ſunt. ¶ Vnde locus factus Adagio, Mens nõ inest Centauris, *νὲκ ἐνεστὶ τοῖς κενταύροις*. In vecordes & ſtultos dicebatur, & qui conarentur quod effici non poſſet. Adagium à Diogeniano refertur, iſque conuenire putat in contentioſos & alieni appetente, propterea quòd Centauris exitum attulerit rerum alienarum appetentia. Idem & Hippocentauri dicti ſunt, quòd equis inſidentes, boues aſtris agitarãt, ſtimulis ad tecta reuocarint. Eſt enim *κεντεῖν*, ſtimulare & pungere. Centaurorũ nomina, qui magis inſignes fuerũt, hæc ſunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas, Mermeros, Pholus. Hic Herculẽ ſuſcepiſſe dicitur hoſpitio. Luca. lib. 6, Hoſpes & Alcidæ magni Phole. ¶ Eſt etiam Centaurus nauis nomen apud Virgil. 5. Aen. Centauro, inquit, inuehitur magna.

CENTAVRVS, *Κένταυρος*, Fluuius Aetoliæ eſt, qui prius Euenus dicebatur, poſt Neſſi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poëtis Centaurus vocitatus.

Centenarius, Centenus, Centeſimus, Centeſimare, Centiceps, Centimanus, Vide CENTVM.

Centifolia, Roſæ genus, in Campania potiſſimùm prouenions: à foliorũ multitudine ita appellatum: de quo vide Plin. lib. 21. cap. 4.

Centigranum, Genus tritici, dictũ q; ferat centũ grana. Plin. li. 18. ca. 10.

Centinodia, Vide POLYGONON.

CENTINVM, *κέντινον*, Vmbriæ oppidum, apud Ptole. lib. 3. ca. 1. Alij Sentinum ſcribunt per S, quibus etiam Plinius ſuffragatur, qui in Vmbriæ deſcriptione Sentinatium meminit.

Centipeda, Vermis eſt pilioſus, multis pedibus arcuatim repens, ab aliquibus Multipeda, ab aliis Millepeda dictus. *σκόλοψ*. Differt à ſcolopẽdra, quæ & minor eſt, & pernicioſior, neq; arcuatim ſerpens. Autor Plin. lib. 29. cap. 6.

Centipellio, onis. Plin. lib. 28. cap. 9. de ceruis, Teſtes quoque eius inueterati, vel genitale maris ſalutariter dantur in vino: item veſtes qui centipelliones vocantur.

Centipes, Piſcis eſt alio nomine Scolopendra dictus. *ἐχενηὶς ναῦς*, dicitur à terreſtris ſcolopendræ ſimilitudine. Hic hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum egerat: deinde reſorbet. Autor Plin. lib. 9. cap. 43.

Cento, onis, Velum laneum, lana, aut tomen confertum, qualibus olim in bello vti ſoleut, ad machinas obtegendas, ne tormentorum miſſilibus perfringerentur. *κώδωνες, ἱέλυτρα, ῥάκη, ῥάκος*. Ital. *Schiauina*. Gal. *Vne choſe faite de pieces ramaſſées, amas de pluſieurs pieces & morceaux*. Hiſp. *Veſtidura o abra de remiendos*. ¶ Cæſar, Centonéſq; iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcuterent. Siſen. lib. 5. Hiſtoria. Aceto madefactis centonibus integuntur. ¶ Quidam Centonem capiunt pro Straguli genere, quod cubantibus inſterni ſolet. Cato de Re ruſt. cap. 10. & 11. Culcitras octo, inſtragula octo, puluinos ſexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris ſex. Similiter & Macrobius dum ſeropham ſub centonibus iacére ſcribit, ruſticum ſtragulum eſſe declarat. Fieri autem centones conſtat ex pannis diuerſorum colorum, vel lanis in vnum condenſatis atque conſutis. ¶ Vnde ad earum ſimilitudinem, Centonem vocant carminis genus ex diuerſis carminum fragmentis hinc atque illinc accerſitis, contextum, quaſique conſutum: Græci *κέντρωνας* vocant. ¶ Extant adhuc Homerocentones, *Ομηροκέντρωνες*. & Virgiliocentones, à Proba falconia confutiiitem alij ab Auſonio, qui etiam centonum legem præſcribit his verbis, Variis (inquit) de locis, ſenſibúſque diuerſis quædam carminis ſtructura in vnum ſolidatur verſum, vt coëant, aut cæſi duo, aut vnus, & ſequens cum medio: nam duos iunctim locare ineptum eſt. ¶ Vnde prouerbialiter dicimus farcire centones. Plaut. Epid. Quin tu, inquit, alium quæras, cui centones farcias. id eſt, quem tu glorioſis mendaciis & confarcinatis fabulamentis expleas.

Centũculus, dimi. à Cẽto, pro vili ac ſordido ſtragulo. *ἐπιπόρπημα*. Seneca lib. 11. Epiſt. Diurnũ accipit, in cẽtunculo dormit. ¶ Accipitur & pro viliori operimenti genere quod citellis ſubſterni ſolet. Liu. 7. ab Vrbe, Mulis ſtrata detrahi iubet, binis tãtum centunculis relictis. ¶ Centunculos item, teſte Dioſcoride, à Romanis vocatur herba, quam Græci Gnaphalion, & Chamezelum vocant. ¶ Ratio nominis tracta videtur à molli foliorum lanugine, quæ ad inferciendos centones tomenti inopia ſuppleri poſſet. Vide Dioſc. lib. 3. cap. 112. Plin. autem lib. 24. ca. 15. autor eſt, Centunculum Italis appellatũ fuiſſe rertium clematidis genus, roſtratis foliis, ad ſimilitudinẽ capitis penularum iacens in aruis.

CENTRONES. Populi ſunt qui inter Alpinas gentes Plin. commemorantur. lib. 3. cap. 20.

Centrum, *κέντρον*. Ital. *Centro*. Gal. *Centre, le poinct ou milieu d'vne choſe ronde*. Hiſp. *Centro*. } Punctũ ſphæræ, aut orbis mediũ. Apuleius in coſmographia, Cardinem, inquit, mundi (ſic enim dixerim cẽtrum) habet tellus. Cic. 1. Tuſcul. perſuadent enim Mathematici terram in medio mundo ſitam ad vniuerſi cæli complexum, quaſi puncti inſtar obtinere, quod Centrũ illi vocant. ¶ Centra in marmore, ſunt quidam veluti durores nodi, ad clani ſimilitudinẽ, inimica ferris: qui in intima etiã lignorum parte inueniuntur. Plin. lib. 16. cap. 39. ¶ Inueniuntur & in quibuſdã arboribus, ſicut in marmore, centra, id eſt duritia clauo ſimilis, inimica ferris. Et quædam fortè accidunt, lapide tectepto, aut comprehenſo in corpus, aut alterius arboris tamo. ¶ Eſt ité Centron cryſtalli quoddã vitium, durum & fragile, quod & Sarem appellant. Plin. lib. 37. ca. 2. Infeſtantur cryſtalli plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, occulta aliquando vomica, prædaro fragilíq; centro, & ſale appellato.

Centralis, adiectiuum, *κεντρικός*. Plin. lib. 2. Quindecies & pluribus ſuberit, quàm terra centralis interueniat.

Centroſus, a, um, *κεντρώδης*, vt, Centroſa ſcobs, id eſt ſinuoſa admodum dura, veluti centrum quod in marmore, vel rumpero inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 7. Adulterantur vitro ſimillimæ, ſed core deprehenduntur, ſicut aliæ gemmæ factitiæ mollior earum materia & fragilis, & centroſa, ſcobe deprehenduntur, & pondere, quod minus eſt vitreis, aliquãdo puſtulis argenti modo relucentibus.

Centum, Nomen numerale & indeclinabile. *ἑκατόν*. Ital. *Cento*. Gal. *Cent*. Hiſp. *Ciento*. } Cic. pro Mil. Hi centũ dies penes accuſatorẽ quũ fuiſſem, ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. ¶ Accipitur aliquando Centũ indefinitè pro pluribus. Sic, Centũ greges apud Horat. 2. Carm. Ode 16. & Centũ iuuenci apud eundẽ, lib. Epod. Cẽtum puer artium, 4. Carm. ¶ Compoſita tamen variantur, vt, Ducenti, tæ, tum, Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Noningenti.

Centies, aduerbium. *ἑκατοντάκις*. Ital. *Cento volte*. Gal. *Cent fois*. Hiſp. *Ciento vezes*. } vt, Centies circumſpicere priùs quàm, &c. Plaut. Rud. Cẽties ni s reliquit. Cicc. 1. Phil. Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties.

Centenarius, *ἑκατοντούτης*. Ital. *Di cento anni, ò cento libre & coſe ſimili*. Gal. *De cent ans, de cent liures, ou telles choſes*. Hiſp. *Coſa de numero de ciento*. } & ſimilia in arius, denotant non multiplicationem ſui, ſed numerum aliarũ rerũ quæ non nominantur: vt, Lapis centenarius, non quòd Centuplus ſit, ſed centum libratum. Homo centenarius, non quòd ſit centum geminus, ſed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregum, Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. *ἑκατοντάδες ποιμνίων*. ¶ Centenariæ cenæ dicebantur in quibus lege Licinia non plus centuſſibus, hoc eſt centũ aſſibus impendebatur, qui erant nummi breues ex ære. Feſtus.

Centenus, a, um. *ἑκατοστός*. Ital. *De cento*. Gal. *De cent*. Hiſp. *Cada vno ciento*. } Plin. lib. 11. cap. 27. Iecur maximæ vetuſtatis patiens, centenis durare annis, obſidionum exempla prodidere, hoc eſt centum. Idem lib. 31. cap. 10, Non erat apud antiquos numerus vltra centum milliaria: quæ & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena milliã, aut ſæpius dicãtur. Virg. 10. Aen. Ic grauis Auletes, centenáque athore fluctum Verberat aſſurgens. hoc eſt centum ingentibus remis.

Centeſimus, a, um. Proprié ordinis numerus eſt, ſignificans poſtremum, vel vnum ex centenario. *ἑκατοστός*. Ital. *Centeſimo, cento per vno*. Gal. *Centieſme*. Hiſp. *Ciento puesto en orden*. } Plaut. in Mil. haud centeſimam Partem dixi: neque otium ſi ſit, poſſem expromere. ¶ Interdum multiplicandi vim habet, & pro centuplo accipitur: vt quum dicimus, Centeſimum fructum agercollit, hoc eſt centies tantum quantum ſementes acceperat. ¶ Centeſima fruges, idem Plin. lib. 5. cap. 4. Ita appellatur regio CCL. M. paſſuum fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. ¶ Centeſimas Calendas, Iuriſconſulti vocant centeſimũ menſem: vnde Cẽteſimis Calẽdis aliquid dare, hoc eſt intra annos octo, & menſes quatuor: vt annotauit Alciat. in Parerg.

Centeſima, æ, Genus vſuræ, quæ centeſimo menſe explet ſortẽ, vtpote quum centum librarum ſors ſingulis menſibus libram vnam vſuræ parit, hoc eſt duodecim libras ſingulis annis. *ἑκατοστή*. Vide Budæum de Aſſe. Cicc. ad Arti. lib. 1, Nam à Cæcilij propinquis minore centeſimis nummum mouere non poſſum. Plin. l. epiſt. 205, Proinde prima quaque occaſione mitte appoſitis quidem vſuris, quas ego (non poſſum parcius) centeſimas computabo.

Centeſimare, & Decimare exercitum, caſtrenſia verba ſunt, pro eo quod eſt centeſimum, vel decimum militem ſupplicio afficere. Solent enim Imperatores, quum grauius quippiam milites deliquiſſent, eam moderationem adhibere, vt neq; vniuerſum exercitum delerent, neq; facilitate veniæ alios ad ſimilia inuitarent. Conuocatis itaq; vniuerſis, centeſimum, aut (ſi videretur) decimum quemque ſorte proditum ſecuti percutiebant, cæteróſque metu liberabant.

Cẽticeps, pitis, Qui cẽtũ habet capita. *ἑκατονταπρόσωπος*. Ital. *Di cento capi*. Gal. *Qui a cent teſtes*. Hiſp. *Coſa que tiene ciento cabeças*. } Hora. 2. Carm. Ode 13. –illis carminibus ſtupẽs Demittit atras bellua centiceps Aures.

Centimanus, Qui centum habet manus, } *ἑκατόγχειρ*. Ital. *Di cento mani*. Gal. *Qui a cent mains*. Hiſp. *El que tiene ciento manos*. } qualem fuiſſe Briareum gigantem. Virg. 6. Aen. refert. Ouid. 3. Metamor. Nec quo centimanum deiecerat igne Typœa. Cẽtimanus Gyges, Horat. 2. Carm. Teſtis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

Centumuiri, Magiſtratus Romæ, qui res iudicabant. } Ital. *Magiſtrato de cent' huomini*. Gal. *Cent perſonnes ou plus qui anciennement a Rome iugeoyent des cauſes ciuiles*. Hiſp. *Collegio era en Roma de ciento varones*. } Nam quum eſſent Romæ triginta quinq; Tribus, quæ & Curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, & Centumuiri appellati: qui licet quinq; ſupra centum fuerint, tamen quò facilius nominarentur, Centumuiri dicti ſunt. Feſtus. Cicc. pro Cecin. Et hoc loco Scæuolam dixiſti cauſam apud Centumuiros non tenuiſſe. Idem 1. de Orat. Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritios Cẽtumuiri iudicarũt?

Centumuiralis, rale, Quod ad centumuiros pertinet: vt, Iudicium centũuirale. Cicc. 1. de Orat. Quid quod item in centumuirali iudicio certatum accepimus? Centumuirales cauſæ, & Centumuiralia iudicia, & Centumuiralis haſta, &c.

Centuplex, icis, } *ἑκατονταπλάσιος*. Ital. *A cento doppi*. Gal. *Centuple, double cent fois*. Hiſp. *Ciento tanto*. } Plaut. in Perſa. Hæc niſi inde abierit, centuplex murmo rebus ſeruandis parum eſt.

Centuplicatò, aduerb. } *ἑκατονταπλασίως, ἑκατονταπλασίοσι λόγοις*. Ital. *Radoppiato cento volte*

Gal. *Cent doubles, un double cent fois.* Hisp. *Cient vezes tanto.*} Plin. lib. 6. cap. 23, Quæ apud nos centuplicato væneunt.

Centuplus, a, um. Idem quod Centuplex.

Centussis, Pecuniæ genus fuit apud Romanos, centum asses, sen (quod in idem recidit) quadraginta valens sestertios. Persius, Et centum Græcos curto centussе licetur.

Centumcapita, ἑκατονκεφάλη, Herba est ex aculeatarum genere, quæ alio nomine Eryngе alba, sine Eryngium dicitur, ἠρύγγιον, caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. lib. 22. cap. 8.

Centumpondium, Pro immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. in Asin. Ad pedes quando alligatus es, æquum centumpondium. Cato cap. 13, Cellas duas, trutinam vnam, centumpondium incertum vnum, & pondera certa.

Centunculus, Vide CENTO.

Centuria, ἑκατοντάς, πλῆθος, ἑκατοντάεια. Ital. *Compagnia de cent' huomini.* Gal. *Centeine, bande de cent hõmes.* Hisp. *Compañia de cient hombres armados.*} In re militari centum continet homines, qui sub vno Centurione sunt, quorum centenarius iustus est numerus. Cic. 2. de Diuinat. Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. ¶ Centuriæ in agris, dicebantur ducenta iugera. Centuria à Centum iugeribus vocabatur: sed mox duplicata nomen retinuit, inquit Columel. lib. 5. Sicut Tribus dictæ, primùm à partibus populi tripartitò diuisi, quæ tamen nũc multiplicatæ, pristinum nomen possident. Hae de re vide fusius in Additionibus P. Manutij.

Centurio, Dicitur qui cẽtum peditibus præest. ἑκατοντάρχης, πλήαρχος. Ital. *Centurione, capitano di cento soldati.* Gal. *Centenier, ayant sous soy & en sa charge cent hõmes.* Hisp. *Capitan de cient hombres armados.*} Cic. pro Marcello, Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem miles Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli obediebat: sed seorsum Magister equitum soli Dictatori obtemperabat. ¶ Centurio autem primæ cohortis dicebatur Primipilus, teste Plinio. Veteres quum videret commisso prælio, acies facilè turbari, vt hoc incommodum euitarent, cohortes in centurias diuisere, & singulis centuriis singulos centriones præfecerunt, qui primò Centurioni vocabantur, quemadmodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legionibus, sed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat Aquilam habebat, quod præcipuum erat signum Romanorum. Centuriones huius cohortis cæteris centurionibus digniores habebãtur. Prima centuria Primipilũ vocabatur, quòd circa signa grauis armaturæ constituta erat. Centurio ipse: primipili centurio dicebatur, & Primipilus: hic non modò Aquilæ præerat, sed quatuor centurias, hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita consequebatur & commoda. Martialis, Grata pudens meriti tulerit quum præmia pili.

Centurio, centurias, In centurias ordino. ἑκατονταρχῶ, τάσσω κατὰ, ἑκατοντάεια. Ital. *Ordinare soldati à cento à cento.* Gal. *Mettre par centeine, distribuer par bandes.* Hisp. *Ordenar los hombres armados de ciento en ciento.*} Cic. ad Quirites post reditũ, Ego quum homines in tribunali Aurelio palãm conscribi, centuriarique vidissem. ¶ Ager centuriatus, qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducenta iugera distribuit. Et milites Centuriati, qui in cẽturias ordinabantur. τεταγμένοι. Liu. lib. 29, Scipio postquam in Siciliam traiecit, voluntarios milites ordinauit, centuriauitque. ¶ Centuriata comitia, vt Asconius scribit, dicuntur, quum ab omni sexu & ætate fertur suffragium: quòd per centenas turmas diuisus erat populus Romanus. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicuntur milites non primæ, sed secundæ centuriæ, vbi ad insidiandum maximè collocabantur. Vnde Succenturiatus dicitur, quasi in insidiis positus. Terent. in Phorm. Nunc priòr adito tu, ego in insidiis ero hic succenturiatus. Si quid deficies. Propriè autem Succenturiare significat explendæ centuriæ gratia militum numerum supplere, vel in locum occisorum, vel exautoratorum militum, alios substituere. Gellius eleganter ad cibos transtulit, quum in locum ciborum qui auferentur, alij statim substituuntur.

Centuriatus, us, nomen, Dignitas & officium centurionis. ἑκατονταρχία. Cic. pro lege Manil. Quem enim possumus Imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu væneant centuriatus, atq. væncrint? Liu. 2. bel. Pun. Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conueniissent. Cic. in Pison. Quid centuriatus palãm venditos?

Centuriatim, Significat per centurias. κατὰ πλῆθος, κατ' ἐκατοντάδα, ἑκατονταδόν. Ital. *Per centenaia, à cento à cento.* Gal. *Par centeines.* Hisp. *De batalla en batalla.*} quemadmodum Tributim, per tribus. Cic. pro Flacc. Distributis partibus, tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus.

Centurionus, ab antiquis dicebatur, teste Festo, qui postea Centurio appellatus est, sicut Curionus, & Decurionus, qui nunc Curio & Decurio nuncupantur.

CENTVRIPE, es, siue Centuripæ, arum κεντυρίπη Ptolemæo, Oppidum est Siciliæ sub Aetna monte, Symætho fluuio & Catanæ vrbi proximum, vt tradit Strabo lib. 6. ¶ Hinc Centuripini populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. Et Crocum Centuripinum, apud eundem li. 21. cap. 6. Vulgò *Centorbe.*

Cepæa, Plinio, Herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus arenosis, gustu amara.

Cepe, siue Cepa. Vide CAEPA.

Cephalalgia, κεφαλαλγία. Generale nomẽ est ad omnes capitis dolores: continétque sub se Hemicraniam, Cephalcam, & similes.

CEPHALAS, κεφάλας. Promontorium altum & syluosum maioris Syrtis littoris, Strabo lib. vlt.

CEPHALEDIVM, Straboni, Cephaledis Plinio, Oppidũ est Siciliæ, nõ procul ab Himero fluuio. Vide Pli. li. 3. ca. 8, & Strab. li. 6. Vulgò *Cifalu.*

CEPHALOTOMI, κεφαλοτόμοι. Colchicæ regionis populi. Autor Plin. lib. 6. cap. 5. in descriptione regionis COLCHICAE.

Cephalea, κεφαλαία. Diuturnus, & inueteratus capitis dolor, à sono, splẽdore, vel odore vehementiore, & nonnũquam à mœsti potu proueniẽs, Differt ab hemicrania, quòd ea dimidiam tantùm capitis partem infestet, Cephalea totum caput occupet. Plin. lib. 20. ca. 13, Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò si cephalea, cum farina ordeacea, vel aceto. Sed & Celsus Cephaleã cautum quoddam pestilẽnsque malum appellat.

CEPHALENE, κεφαλλήνη, vel Cephalenia, κεφαλλωνία, cum e, longo post l, Insula Ionij maris, à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Deioneo filio dicta. De hac Strabo lib. 10, Non dubitauere plerique Cephalenei

Cera, æ, Ital. & Hisp. *Cera.* Gal. *Cire.* ¶ Satis notæ significationis est, quod quicquid ex fauis expressō remanet. Plin. lib. 21. ca. 14. Cera ex expressis fauis, sed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris macerato, pro lenimentis igni in nouo fictili. ¶ Eadem cera, ἐκ κηρίων, idem fauum, dicebantur prouerbiali figura, qui vno ore idem affirmarent, qui inter se conspirassent. Ductum à fauorum cellulis inter se connexis, quæ cera tenax, sibique hæreas: siue quòd olim in ceratis tabellis scribebant. Vnde & Horatius, Cera laudatur eadē. ¶ Imis ceram, quod est delere penitus, sic vt nullum omnino meditationis vestigium extet. ¶ Cerum auribus obdis, κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐναντιάζεις. In eos qui recusant audire vel æqua vel iniqua. Natum ab Vlysse cera, qua suas ac sociorum aures obturat, apud Homerum, aduersus Sirenarum cantilenas. ¶ Cera tractabilior, κηρὸς ἁπαλωτέρης. De vehementiore docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabilique, & in quemuis habitum sequaci. Horatius, Persius. ¶ Cera etiam veteres, ante inuentum papyri vsum, pugillares suos obducere solebant: vnde etiam pro cæratis & pugillaribus positum inuenitur. Iouenal. Nonne libet medio cera implere capaces? Quid tuus? Plin. Epist. lib. 1, Erat in proximo non venabulum aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabar aliqua, annotabámque vt si manus vacuas, plenas tamen cetas reportarem. ¶ Hinc profectæ sunt illæ loquendi formulæ, quæ sæpe apud veteres occurrunt. In prima cera. In secunda cera. Ima cera, & Extrema cera Romani enim sua testamenta in tabulis ceratis perscribebant. Suet. in Cæs. Qu. Pedium ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera, hoc est in vltima parte testamenti. ¶ Inter ceras optima creditur Punica candidissima, proxima maximè fulua.

Cerula, æ, diminutiuum, ἠρύθριον. Cic. ad Attic. lib. 16, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Cero, as, Idem est quod ceta obduco, ἐπιχρίω. Ital. *Incerare.* Gal. *Cirer, enduire ou couurir de cire.* Hisp. *Encerar.* Colu. lib. 12. ca. 50, Sexta quoq; oliuitate dolia cerari oportere, antiqui dixerunt. Hinc Tabulæ ceratæ dicebantur, cera superinductæ. ¶ Hinc fit compositum Incerare. Iuuenalis, Genna incerare deorum.

Cerificare apes dicuntur, quum ceram faciunt. ἐκκηριωτίζειν. Ital. *Far cera.* Gal. *Faire cire.* Hisp. *Hazer cera.* Plin. lib. 9. cap. 28. Quū cerificauere, fluxos habent succos. Quædam tamen exemplaria hoc in loco habent, fœtificauere.

Ceratura, æ, Ipsa ceratio. ἐπίχρισις. Ital. *Ceramento.* Gal. *Ciroment, cirure.* Hisp. *Encerramiento.* Colu. lib. 32. ca. 10, Cætera non credidetim, propter olei succum, ceraturam pati.

Ceratū, siue Cerotū, κήρωτον. Ital. *Ciroto.* Gal. *Cerot.* Hisp. *Cerota.* Malagmatis genus, quod vulneribus solet superimponi: constat ex rebus siccotoribus, & igni appositum mollescit, sed corpori admotum durescit, & pertinacius hæret. Dictum videtur à cera, quæ ferè omnibus ceratis adhiberi solet. Plin. lib. 13. cap. 22, Faciémque inuadunt ignes sacri, ob id cerato prius illinunt.

Cerarium, Apud Cic. 5. Verri, videtur accipi pro eo quod ceræ nomine pecuniæ creditur: cuiusmodi est quod etiam hodie pro diplomatū sigillis exoluimus. Cic. 5. Verr. Ex omni pecunia quam oratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primùm pro spectatione, & collybo, deinde nescio pro quo cerario.

Ceteus, a, um, Quod ex cera fit. κήρινος. Ital. *Fatto di cera, ò di color di cera.* Gal. *De cire, fait de cire, ou de couleur de cire.* Hisp. *Cosa hecha de cera ò de color de cera.* Vt Imago cerea. Cic. 3. de Nato. deor. Vt enim si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod cōmutari nō posset. ¶ Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili. Horatius, Cereus in vitium flecti, monitoribus asper. ¶ Item pro flauo. Virg. 2. Aeg. Addam cerea pruna, à ceræ videlicet colore. ¶ Inde siceduláe pingues ab Accio cereæ vocantur, transluerente nimirum per earum flauā pinguedine. Quandoq; pro vncto. Martialis, Cerea si pendet lumbis, & trita lacerta.

Cereus, substantiuū. κηρίον, τὸ κηρίνιον. Ital. *Cero, torchio.* Gal. *Vn cierge, vn chandelle de cire, vn torche.* Hisp. *Cirio.* Est funale, vel candela ex cera confecta. Martialis, Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.

Cereolus, diminutiuum. Hieronymus, Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant huiusmodi cereolis illustrandos.

Cerinus, a, um, Quod ceræ simile est. κήρινος, κηροειδὴς. Ital. *Simile alla cera.* Gal. *Semblable a cire, de couleur de cire.* Hisp. *Cosa semejante a la cera,* ¶ vt cerinus color. Plinius, Sunt & nigra, ac lana latiora cerina, atque purpurea. Cerini smaragdi, apud eundem lib. 37. cap. 5. Plaut. in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum subtemelige vestimentum: quod & Melinū ab eodem dicitur à mellis colore, quod μέλι Græci appellant.

Cerosus, a, um, Quod ceram admixtam habet. κηρώδης. Vnde mel cerosum dicitur, nondum satis expurgatum. Plin. Liquore veluti mellis cerosi.

Cerachates, æ, Gemma est ex achatæ generibus, ceræ colorem præ se ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceraitis, κηραῖτις. A' quibusdam appellatur herba, quæ Græcis τίλις, Latinis Fumogorcum dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis similem.

CERAMICVS, κεραμικὸς, Cariæ sinus est nō lōgè ab Halicarnasso nobilissima vrbe. Autor Pomp. li. 1, in Cariæ descriptione, & Plin. lib. 5. ca. 29. ¶ Ceramici ité duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas scribit his verbis, Athenis Ceramici, loci duo erant: vnus in ciuitate, alter extra ciuitatem: in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebātur, funebriq; oratione ornabātur. Qui verò in vrbe erat, locus erat, & cetra constituráq; sedes meretricibus. ¶ Fuit præterea Ceramicus Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida autore, in quo lampadum certamina peragebantur, de quibus vide Erasmum in Proverbiis. Lampadē tibi cursu trado. ¶ Ceramici meminit etiā Plinius, cuius ex frigehmotexto verba hæc sunt, Opera Praxitelis sunt Athenis in Ceramico. Potest autem videri ex eo deriuatum, quòd κέραμος tegulam significet.

Ceramites, Gemma est testæ colorem habens, vnde & nomen accepit: nam κέραμος testam, vel tegulam sonat. Meminit huius gemmæ Plin. lib. 37. cap. 10.

CERAMVS, κέραμος. Oppidum Cariæ, in conuentu Alabandico: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Cerarium, Vide CERA.

Ceras Amalthea, κέρας ἀμάλθειον. Dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quæ (vt fabulantur Poetæ) Iouem caprino lacte nutriuit. Vide infrà CORNVCOPIAE.

Cerasbola, κεραςβόλα. Semina sunt, quæ tempore sementis bubula cornua si attigerint, ea veteres crediderunt neque igni consumi, neque facilè coqui. Vnde & ἀκεράσβολα nominat Plutarch. in Sympoſiacis, quasi incoctilia. ¶ Hinc homines duri, & contumaces non inuenusta metaphora κεραςβόλοι appellantur.

Cerastes, æ, κεράστης. Genus est serpentis, quod teste Plin. lib. 8. cap. 23, quadrigemina cornua præfert, simillima arietū, vnde & nomen habet. Mam κέρας, ατος, Cornu dicitur. Lucan. Spinaque vagitorquēte cerastę.

CERASTAE, Insulæ sunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Aethiopiæ. Autor Plin. lib. 5. cap. 9.

CERASTIS, κεράστις ἡ καὶ κεραστία Stephano, Dicta est Cyprus, quoniam homines ceraitas cornibus infigues eam olim tenuisse quidam scribunt. Alij quòd procurrentibus promontoriis, velut infestis cornibus assurgat. Vulgò *Chypre.*

Cerasus, si, pen. cor. κερασέα, Ital. *Ciegio arbore.* Gal. *Cerisier.* Hisp. *Cerezo arbol conocido.* ¶ Arbor nota, à Cerasunte Ponti ciuitate sic dicta: quam primum Lucullus deleuisset, inde illam Romam transtulit, & à ciuitate Cerasum appellauit. Sanè arbor Cerasus dicitur, fructus verò Cerasum. ¶ κέρασον. Ital. *Ciegia frutto.* Gal. *Cerise.* Hisp. *Cereza fruta.* ¶ Ouid. de nuce, Aufert hæc cerasus, stipes inanis erit. Plin. lib. 15. cap. 25, Cerasorum Apronianæ maximè rubent. Et paulò pòst. Inter Cerasa principatum obtinent Duracina. Gal. lib. 1. de Alimen. κερασίνα vocat. Cerasa Aquitanica dici possunt, quæ Galli vocant *des Guisnes,* quòd ab Aquitania quæ ab illis *Guienne* appellatur, primùm sint aduecta. ¶ Dicitur & Cerasum pro arbore. Colum. Cerasi & ruberes, & armeniacæ, & amygdalæ, quæ primæ florent, possunt inseri commodè.

CERASVS, suntis, κερασοῦς. Vulgò *Cesson.* Vrbs Ponti à Lucullo expugnata: vnde cerasa primùm in Italiam translata sunt. Hieronymus ad Marcel. Accepimus & cauistrum cerasis refertum talibus, & tam virginali verecundia rubentibus, vt ea nunc à Lucullo delata existimarē: quidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit: vnde de patria arbor nomen accepit. Pompon. Raræ vrbes. Cerasus & Trapezus maximè illustres.

CERATHVS, fluuius Cretę, Gnossium vrbē præterlabens: à quo & Gnossus ipsa aliquando Cerathus vocata fuit, teste Strabo. lib. 10.

Cerathen. a, um, Virgil. in Cyri, Carpathi ū fugiēs & flumina Cerathea.

Ceratia, tiæ, Genus herbæ, de qua Plin. lib. 26. cap. 8, Ceratia vno folio, radice nodosa & magna, in cibo cœliacis & dysentericis medetur.

Ceratias, Comæ genus. κόμης κέρας. hoc est à cornu, cuius speciem habet. Plin. lib. 2. ca. 25, Ceratias cornus speciem habet, qualis fuit quum Græcia depugnauit apud Salaminā.

Ceratinæ, κερατίναι. apud Quintilianū, vocantur argumentationes quædam sophisticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiam argumenta cornuta vocantur: dictæ à cornibus, hoc est à materia ipsa qua vterentur verborum: cuiusmodi est Quod non perdidisti, habes: cornua non perdidisti: cornua ergo habes.

Ceratium, κεράτιον, Minimum pondus, quod apud nos Siliqua dicitur: tres verò siliquæ conficiunt obolum. ¶ Ceration item Græcis appellatur arbor siliquas ferens corniculorum similitudine: vnde & nomen habet. Latini Siliquam Græcam appellant. Colu. lib. de Arbo. cap. 25. Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον vocant, deinde persicum ante bruniam per autumnum setito.

Ceratonia, κερατωνία. Galeno arbor est, quæ Latinis Siliqua dicitur, cuius fructus etiā Græco nomine Ceration appellatur, propterea quòd corniculorum similitudinem referat.

Ceratum, Vide CERA.

Ceraunobolus, κεραυνοβόλος. Dicta est Apellis tabula, in qua tonitrua, fulgetra, & fulgura pinxerit a dicta, quasi γὰρ κεραυνὸν βάλλει, hoc est fulmen torquens. Plin. lib 35. cap. 10.

Ceraunia, æ, Gemma est candida. Plin. lib. 37. cap. 9, Est inter candidas & quæ Ceraunia vocatur, fulgorem syderum rapiens.

CERAVNIA, siue CERAVNII, κεραύνια. Montes sunt Epiri, in mare vsq; extensi, vbi Ionium mare ab Adriatico separatur: a dicti ἀπὸ τῶν κεραυνῶν, hoc est à fulminibus, quibus sæpe impetuntur. Vulgò *Montes de Chimere.* Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. Quum poteram recto transire Ceraunia velo. Vt fera vitarem saxa, monendus eram. Luca. lib. 5, ntæque maligno Ambraciæ portus, scopulosa Ceraunia nautæ Summa timent. ¶ Pro iisdem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 3. Qui vidit mare turgidum, & Infames scopulos Acroceraunia. Plin. in Procem. lib 4. Tertius Europæ finis Acroceraunis incipit montibus. ¶ Sunt & Ceraunij mōtes in Asia, in Caspium pelagus obuersi, vt est autor Pomp. lib. 1, Quin & Taurus mons in vniuersum Ceraunius appellatus fuit, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

CERAVNI, Populi sunt Dalmatiæ, apud Plin. lib. 3. cap. 22.

CERAVNVS, κεραυνὸς. Cognomen vnius ex Ptolemæis Aegypti regibus, ab audacia & ingenij velocitate impositum. Autor Pausanias. ¶ Est item Ceraunus, Cappadociæ fluuius, ita dictus quòd fulminis velocitatem imitari videatur. Nam κεραυνὸς, Græci fulmen appellant. Meminit huius fluuij Plin. lib. 6. cap. 3.

Ceraunium, Tuberis genus, in Thracia nascens. Plin. lib. 19. cap. 5.

CERBERVS, Apuliæ amnis. Plin. lib. 3. cap. 11.

CERBERVS, pen. cor. κέρβερος. A' poëtis fingitur esse canis triceps, inferorum custos: quem ab Hercule catena ab inferis tractum esse iidem fabulantur. Mythologici tertiam interpretantur: dictúmque volunt Cerberum, quasi κρεοβόρον, hoc est carnem vorantem: quod terræ proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit. ¶ Alij serpentem fuisse volūt in Tænaro Laconiæ promontorio, cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur esse aditus, Ditis canem dixerunt: quem quū Hercules trucidasset, nata est fabula, Canem tricipitem interemisse: quanquam hoc alij ad virtutem eius, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempsit ac domuit. ¶ Cerberus etiam dictus est canis

Alexandri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alexandri Epirotæ, leonibus congredicns.

CARCASI, Aegypti populi, iuxta quos scinditur Nilus, in Pelusium fluctus, & Canopum. Autor Herodot. lib. 2.

CERCEIS, κερκηΐς, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia: ita dicta à texendo. κέρκος enim radium textorium significat.

CERCETAE, Populi sunt ad Pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teste Plin. lib. 6. cap. 5, & Strabone lib. 11. Pompon. lib. 1. Cercetticos vocat.

CERCETI, Montes sunt Thessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8. In Thessalia sunt quatuor atque triginta montes, quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa, &c.

CERCINA, Insula est maris Libyci cum vrbe eiusdem nominis, ex aduerso minoris Syrtis sita. Autores Pompo. & Plin. lib. 5. cap. 7.

CERCINITIS, Patua insula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem versus ponte iungitur. Autor Plin. lib. 5, in descriptione insularum quæ sunt ex aduerso Africæ.

Cercitani, κερκίτλαι, Pausanias Grammaticus ait vocari remonis genus, à populis inuentoribus qui Cercitæ appellabantur in terra India.

Cercius, qui & Circius dicitur, Ventus est violentissimus Galliæ Narbonensi peculiaris, reliquis cæli partibus ignotus. Vide Aulū Gell. lib. 2. cap. 22. & Plin. lib. 2. cap. 47.

CERCOPES, pen. prod. κέρκωπες, Populi fuerunt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagitij genere abstinerent, à Ioue in simias mutati sunt, vt fabulatur Ouid. 14. Metamorph. ¶ Cercopes, item fratres duo fuerunt, Passalus, & Achemon, siue (vt apud Suidam legitur) Acmon: de quibus vide suprà in dictione ACHEMON. ¶ Cercopum cœtus, κέρκωπος κέρκωπες. De conciliabulo conuentúque versutorum & improborum hominum dicebatur.

Cercopitheeus, pe. prod. {κερκωπίθηκος. Ital. *Gatto mammone*. Gal. *Vn marmot, voire espece de singe ayant queue*. Hisp. *Gato paue*.} nomen compositū ex κέρκωψ, quæ dicitur cauda, & πίθηκος simia, quasi simia caudata, quam *marmonem* vulgò dicimus. Plin. lib. 8. Cercopitheci nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cæteris voce sunt. Martial. lib. 13.

Callidus emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret, cercopitheeus eram.

Cercos, (quod hic pro accipitris genere corruptè legebatur.) Vide CIRCOS.

Cercurus, κέρκουρος, Nauis Assiana prægrandis, autore Nonio, à Cypriis inuenta, teste Plin. lib. 7. cap. 56. Plautus in Sticho, Cercurum, quo ego me maiorem non vidisse censeo. Est item Cercurus, viilissimi oleris genus: vnde natum est illud Græcorum prouerbium, κακὸς κέρκουρος οὐ λαχάνισε, id est, Est & cercurus inter olera.

CERCYON, κέρκυων, Latro fuit insignis, quem Theseus totam Atticā regionem latrociniis infestātem, immani ferocia & membrorum robore curuantem trabet, & altissimas pinus ad terram trahentem, vt hoc modo hominas discerperet, apud Eleusim Atticæ vrbem interemit. Ouid. lib. 7. Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis. ¶ Fuit & Cercyon Thessaliæ rex, qui Aloxeu vrbem ab Alopes filiæ suæ nomine appellauit.

CERCYRA, κέρκυρα, Insula est maris Ionij, quæ à Latinis litera vna immutata Coreyra dicitur. Vulgò *Corphu*.

CERDANITAE, κερδανῖται. Populi fœlicis Arabiæ Stephano.

CERDONIA, Oppidum est in via Appia, qua iter erat Brundusium. Strabo lib. 6.

Cerdo, Artifex sordidus, & qui arteis illiberaleis quæstus gratia exercet, quales sunt sutores veterum calecorum, qui à Suetonio Veteramentarij appellantur. {βάναυσος. Ital. *A vitere vile, che solamente attende al guadagno*. Gal. *Cordonnier, sauetier ou cerroieur, artisan*. Hisp. *Official de algun arte de ganancia*.} Mart. lib. 3, Ebrius esinee enim faceres hoc sobrius vnquam,
Vt veiles cotio ludere cerdo tuo. Cic. 1. de Natu. deo. Orpheum poëtā docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse cerdonis. Dicti autem sunt Cerdones, à Græco κέρδος, quod lucrum significat: vnde & Lucriones à Latinis appellantur. ¶ Cerdo etiam nomen fuit hæretici, à quo Cerdoniani, qui Christum nec natum à fœmina, neque habuisse carnem, nec verè mortuum, vel quicquam passum, sed simulasse passionem dicebat.

Cere, Vide CAERE.

CEREALIS, quæ alio nomine Ebura dicitur, Plinio commemoratur inter Hispaniæ Bæticæ vrbes, lib. 3. cap. 1.

Cerealis, Vide CERES.

Cerebrum, inquit Plinius, Est viscerum excellentissimum, proximúmq; cælo capitis, sine carne, siue cruore, sine fordibus. {ἐγκέφαλος. Ital. *Cervello*. Gal. *cerueau, ou cernelle*. Hisp. *Meollo de la cabeça*.} Hic habet sensus arcem, hic culmen altissimum, hic mentis est regimen. Cic. 1. Tusc. Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quādam partem esse animum: sed alij in corde, alij in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. A cerebro proficiscitur somnus. Quæ cerebrum non habent non dormiunt.

Cerebellum, dimin. {ἐγκεφάλιον. Ital. *Cervellino, piccol cervello*. Gal. *Petit cerueau*. Hisp. *Pequeno meollo dela cabeça, ò la nuca del meollo*.} Plin. lib. 29. ca. 5, Morsis à cane rabido, ne rabiosi fiant, cerebello gallinaceo occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt posteriorem cerebri partē, quam μεσεγκεφαλίδα Græci appellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus seclusam, eóque duriorem & sicciorem: cuius pars extrema per spinæ fistulam illapsa, in ossis sacri imum trahitur: à qua duriores nerui, vt ex arbotis caudice rami, proferuntur.

Cerebrosus, Cui vitiatum est cerebrum, quiq; præceps fertur in iram, to-cūsij; suo consilio hæret, & obstinatus à nemine persuadetur, & iracūdiæ obtemperās, sine ratione fertur. {κεφαλῆς, καὶ ἄλγος. Ital. *Cervel leggiero, stituato*. Gal. *Cerueleux, fort cholere, ouertueux, ubriné & vigoreux*. Hisp. *Loco, como sin meollo*.} Horat. lib. 1. Ser. Donec cerebrosus prosiliit vnus. ¶ Dicitur & de brutis. Colu. lib 2. Quod eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipuè bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddit.

CERES, Dea frugum putabatur, à creando dicta. Saturni & Opis filia, quę peculiari epitheto Alma dicitur, quia nos alit: vel (vt Cic. lib. 4. de Nat. deor. scribit) dicta est, tanquam geres, à gerendis frugibus, casu prima litera immutata. A Græcis δημήτηρ quasi γημήτηρ dicitur: hoc est, terræ mater, & cunctarū frugū creatrix sit, & altrix. ¶ Græci Cererem etiam Thesmophoron vocant, hoc est legumlatricē, quia antequā illa agriculturæ vsum docuisset, homines nulla lege viuebant: postea verò Cereris beneficio, monstrato vsu frugum, cœprum est de agrorum fini, bus, qui antea nulli erant vsui, disceptari: quam primam volunt fuisse legum & iuris originem. ¶ Hæc quandoque Luna dicitur, sicut Liber pro Sole ponitur. Virg. lib. 1. Georg. -vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres. ¶ Ponitur interdum Ceres pro ipso pane, sicut Liber pro vino. Terent. in Eunuc. Sine Cerere & Baccho friget Venus. ¶ Cereri sacrificant, Dici solitum, siquando in conuiuio deesset vinum, proptereā quòd in huius sacris nefas esset inferre vinum. Plaut. in Aulu.

Cerealis, le, Quod ad Ceretem pertinet. δημητριακός. ¶ Cereales autē ędiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant: quorum creandorum autor fuit C. Iulius Cæsar. ¶ Cereales ludi, in honorem Cereris facti. Liu. 10. bel. Pun. ¶ Cœna Cerealis. Plaut. Menæch. Cereales cœnas dat, ita mensas extruit, &c. ¶ Cereale papauer. Virgil. 1. Georg. Necnon & lini segetē, & cereale papauer. Vbi Sernius Cereale papauer, vel quod est esui, sicut frumentum: vel quo Ceres vsa est ad oblitionem doloris.

Cerealia, orum, δημήτρια, νος. Dicūtur sacra Cereris à Triptolemo institutа, quæ Plin. etiam li. 24, Thesmophoria vocat, à Cerere Thesmophora, hoc est legislatrice. Plutarchus quoq; Adonia vocat. Hæc autē festa tanta religione celebrabantur, vt feriæ pollutæ crederentur, siquis eo tempore cū vxore concubuisset. Vnde extat elegans Elegia apud Ouidium, qua cū Cerere expostulat & eius festo sibi cum amica concumbere non liceret. Præterea in sacrificiis Cereris vinum nō adhibebatur. Vnde Plaut. in Aulul. Iocandi ansam sumpsit, Megadorum Cereri nuptias esse facturum, quòd nihil ad nuptias vini esset allatum.

CERETVM, & CERETANI, Vide CAERETVM.

Ceria, æ, Potionis genus ex frugibus confectum, quo vtuntur Hispani. Plin. lib. 12. cap. 15.

Cerinthe, es, vel Cerintha, æ, κηρίνθη. Genus herbæ est, mellis cum cera misti saporem habens. Virgil. 4. Georg. -Cerinthæ ignobile gramen. Habet folium candidum, incanum, capite concauo, cuius flomen. Habet folium candidum, incanum, capite concauo, cuius florum apes sunt auidissimæ. ¶ Dicitur & Cerinthus κήρινθος, & à Dioscoride Ceranthe, ab Aristotele Erithace. Vulgò eam vocare solent *Carbinum*, in Hetruria præsertim & Liguria: quia flatu Africi nasci creditur, quem (vt inquit Vitruuius) Carbam nautæ, vel Carbinum coguominant.

CERINTHVS, κήρινθος, Oppidum in Eubœa insula. Plin. lib. 4. cap. 13.

CERINTHVS, Hæreticus, cuius meminit Dionysius, quum de Iohānis reuelatione differit. Cerinthus, inquit, affirmabat futurum regnum CHRISTI voluptarium, mores suos fassus, quòd guiæ luxuriæq; deditus esset. Irenæus etiam scercriora ipsius in primo sui operis manifestat. Ex Eusebij lib. 3.

Cerinus, Vide CERA.

Cerion, κηρίον, Vlceris genus, achoribus simile, maiusculis foraminibus, in quibus sanies melli similis, instar fauī apum continetur, vnde & nomen accepit, nam κηρίον Græcis fauum significat. Plin. lib. 20. cap. 4, Sanat radix vlcera concreta in modum fauī, quem Cerion appellant. Idem lib. 23. cap. 7, Cum melle item vlceribus, quæ Ceria vocantur, illinuntur.

Cerites, pen. prod. κηρίτης, Gemma est cerei coloris: cuius meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

CERITES, pen. cor. Vide suprà in dictione CAERE.

Ceritus, pen. prod. quasi cereritus, hoc est Cereris ira & indignatione vexatus, ἐνθουσιῶν. Nam in Cereris sacris furore corripiebantur. Et sicut à Baccho Bacchantem dicimus, sic à Cerere Ceritum. Horat. in Serm. Ceritus fuit, aut commotæ crimine mentis: id est insanus & furiosus. Plaut. in Amph. Tu certè laruatus es, aut ceritus. Idem, Iube hanc pro cerita circunferri.

CERMORVM, Oppidum Macedoniæ apud Plin. lib. 4. cap. 10. in descriptione Macedoniæ.

CERNA, vel CERNE, Insula est Aethiopici maris, de qua sic Plin. scribit cap. 31. lib. 6, Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula aduersa Aethiopiæ, cuius neque magnitudo, neque intercuallum à continente constat. Aethiopas tantum populos habere traditur.

CERNETANI, qui & Mariani dicti sunt, Italiæ populi sunt, iuxta Casinū & Bouillasitta dicti à Cerneto oppido, cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 5.

Cerno, is, creui, cretum, Video. {βλέπω. Ital. *Vedere*. Gal. *Veoir, regarder*. Hisp. *Mirar, ò ver con los ojos*.} Virgil. 3. Aene. Cernimus astantes nec quicquam lumine torno Aeneæos fratres. Et 2. Aeneid. Ardentes clypeos atque æra micantia cerno. ¶ Transfertur & ad sensus interiores, vt idē sit quod animaduertere, siue considerare. Cice. in Topi. Verecundē tu quidem, vt omnia, sed tamen vt facilè cernerem te ardere studio, mecum, vt tibi illa traderem, egisti. Idem lib. 3. Epist. Cerno iam animo, quantoomnia vberiora futura sint. ¶ Quandoque iudicare, statuere, deliberare. Cice. de Legib. Quotcunq; Senatus creuerit, populúsve iusserit, tot sunto: regio imperio duo sunto. Lucilius. Postquam præsidium castris educere creuit. Pacuuius. Et æquum & rectū est quod postulas, iurari cernant. ¶ Quandoque diuidere, secernere, cribrare. {διαττύω, cribro. Ital. *Cernellare, vagliare*. Gal. *Cribler, sasser, tamiser*. Hisp. *Cernar, garandar, cernir*.} quod & Incernere dicitur: vnde & Incernicula cribros vocamus. Plin. lib. 18. cap. 11, Rursus quæ trāsiit, arctiore cernitur. Vnde & Crines dicti sunt, qi sint discreti. ¶ Quandoque dimicare. {συμφορεῖσθαι, ἀγωνίζεσθαι. Ital. *Combattere, combattere*. Gal. *Se fascher, combatre*. Hisp. *Contender y pelear*.} Plaut. Pro partia Amphitryo dum cernit. ¶ Quandoq; adire, vnde Cernere hæreditatem filij parentum dicti sunt. ἀποδέχεσθαι τὴν ἐπιδικαζομένην εἰς ἑαυτὸν κληρονομίαν, ὁ ἐστιν. Cic. ad Dolabellam, A te peto, vt me hanc quasi falsam hęreditatem alienæ gloriæ sinas cernere. Composita huius verbi sunt Concerno, Decerno, Discerno, Excerno, Incerno, Secerno, Succerno, quorum significationes vide suis locis.

Cretio, onis, verbale, Solēnitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cic. ad Att. lib. 11, Galeonis hæreditatem creui. Duco enim cretionem

nionem fuisse simplicem, quoniam ad me nulla missa est. Varro 5. de Ling. Lati. Facito videant te hæredem: itaque in cretione adhibere iubent testes. Theodosius Imper. lib. 6. C. tit. de iure delibet. Cretionum scrupulosam solemnitatem hac lege penitus amputare decreuimus. ἐπὶ τῷ ἐκκλησίαν ἐπικληθῆναι, ἢ τὸ κλῆρον ἐπικληθῆναι.

Cernuus, a, um, Propriè inclinatus, quasi qui terram cernat. κυπτάζων. Ital. *Chino inchinato*. Gal. *Penchant, enclué vers la terre*. Hisp. *El que mira la tierra baxo*. ¶ Virg. lib. 10. Erectóque incúbit cernuus armo. Vbi Seruius, Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quasi in eam partem qua cernimus. Vnde & pueri quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt labuntur, Cernui vocantur: vt etiam Varro in ludis theatralibus docet.

Ceroma, ατος, Oleum quo sese athletæ perungere solent, adhibito quodam terræ genere. Cælius lib. 4. cap. 26, vocat κηρωτὸν: cui si ludor accessisset, κηρωμὰ vocabatur ab iis, qui nimis Attici videri volebãt, vt inquit Galenus. Arenam autem qua Athletæ se aspergebant, post huiusmodi vnctionem ἄφη vocabant. Martialis, Et flauescit haphe. Fiebat autem ceroma ex oleo, terráque nec ex omni terra, sed ex quibusdam generibus, quibus robustiora fieri corpora, & ad tolerandos æstus, atq; algores reddebantur firmiora: & erat albida quædam terra pertenuis, ex Albano agro, & rubrica, & Baianus puluis. Adhibebatur autem oleum, tum ad agilitatem præstandam, vt corpora lubrica fierent: tum quòd natura olei est, tepefacere membra, & contra algores munire. Terra verò ad indurandos magis artus, & aduersus æstum firmandos admiscebatur. Stat. de Pal estris, Postquam oleo gausa cutis, petit æquor vterque Procursu medium, atque hausta vestitur arena, Tum madidos artus alterno puluere siccant. ¶ Ponitur & pro loco in quo palæstritæ vngebantur, quem Vitruuius κηρωτήριον vocat. Plinius, Iidem palæstras athletarum imaginibus & ceromata sua illustrant.

Ceromaticus, a, um, Quod ceromate perunctum est. Iuuen. Saty. 3, Et ceromatico fert niceteria collo.

Cerostrotum, pen. prod. κηρόστρωτον, Compositum à κέρας cornu, & στρωτὸς stratus: & est picturæ genus, quum ex cornibus rameuta tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inseruntur. ¶ Principiò hoc ex ligni bracteis fieri cœptum, postea cœpere tingi animalium cornua, dentes elephantorum secari, lignúmque ebore distingui, mox totum operati. Plin. lib. 11. Nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ Cerostrota, picturæ genere dicuntur. Proprie tamen dicuntur Corostrata, cornibus strata: sicut Lithostrota, lapidibus strata.

Cerotum, Vide Ceratum in CERA.

Cerrus, Arboris glandiferæ species est, cuius glande suilla caro firmior redditur. αἴγιλωψ. Plin. lib. 16. ca. 6. Glans optima in quercu atq; grandissima, mox æsculo: nam roboti paruas. Cerro tristis, horrida, echinato calyce, ceu castaneæ.

Cerrinus, a, um: vt, Cerrinus calix. Pli. lib. 30. cap. 10, Quidam pectus eius bibendum censent, & in cerrino calice.

Cerreus, a, um: vt, Cerrea glans Plin. lib. 16. cap. 6. de glande fagina loquês, Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram.

Certè, Vide CERTVS.

Certo, as, Aliquando rei bellicæ cõuenit, pro pugno, seu prælior. ἀγωνίζομαι. Ital. *Contendere, combattere*. Gal. *Debatre auec quelqu'vn, combatre*. Hisp. *Contender y pelear*. ¶ Tacitus lib. 21. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus ambiguè certauit. ¶ Aliquando extra hanc significationẽ, est omni re contendo: & tam in bonam partem, quàm in malam accipitur. ¶ Cum datiuo. Virgil. Aeglog. 5, Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. ¶ Cum ablatiuo. Terentius, Benedictis si certasset, audisset bene. ¶ Cum ablatiuo & præpositione De. Liuius, Aricini atque Ardeates de ambiguo agro quum sæpe bello certassent. ¶ Cum præpositione Cum, Salust. Sed vt mos est illius gentis, equitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare. ¶ Cum præpositione Inter. Cicero, Reliquum est, vt officiis certemus inter nos. ¶ Et cum aduerbiis Mecum, Tecum, Secum. Plin. Iun. Nam mihi satis est certare mecũ. ¶ Hinc componuntur Decerto, & Concerto.

Certamen. Conflictus, qui fit inter duos aut plures. ἀγὼν, ἄθλος, ἀμφισβήτησις. Ital. *Battaglia, abattimento, contrasto*. Gal. *Debat, combat, estrif*. Hispa. *Pelea, contencion y porfia*. ¶ Ouid. 10. Metamor. Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. ¶ Interdum res ipsa de qua certatur, scilicet vter colliham sagitta feriat, vter prior decurtat ad metas. Virg. 2. Georg. Velocis iaculi certamina ponit in vlmo. ¶ Græca certamina celebratissima hæc fuerũt, Olympia, Pythia, Isthmia & Nemæa. in quibus Græci magnos honores constituerunt victoribus athletis. Nam Olympia iuxta Olympiam Elidis ciuitatem quinto quoque anno in honorem Olympij Iouis celebrabantur: & qui vicisset corona ex oleastro, qui Philostephanus dicitur, donabatur: institutáque sunt anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia: in eóque certamine Hercules primus coronatus est. ¶ Pythia, Apollini sacra erant, in memoriã Pythonis serpentis ab Apolline occisi institura. Vnde & nomen tenuerunt. Ex hoc certamine victor coronam lauream cum malis reportabat. Nam quòd Ouidius Pythiorum victori æsculeam coronam videtur tribuere lib. 1. Metamorph. (quum ait:

Néve operis famam posset delere vetustas,
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunque manu, pedibúsve, rotáve
Vicerat, æsculeæ capiebat frondis honorem)

id nõ ex animi sententia affirmat, sed vt cõmodiorem faceret transitũ ad fabulam Daphnes. Subdit enim, Nondum laurus erat. ¶ Isthmia, ab Isthmo Peloponnesi, vbi celebrabantur in honorẽ Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui vicisset, coronã ex pinu reportabat. ¶ Nemæa, à Nemea sylua in memoriã Archemori Lycurgi filij fiebant, quorum victores apio coronati abibãt. De hisce quatuor factis Græciæ certaminibus extat etiam hodie nobile Archiæ poëtæ Græcum epigramma:

Τέσσαρά εἰσιν ἀγῶνες ἐν Ἕλλασι τῶνδε κρατῆσαι ἱεροί.
Οἱ δὲ δύο βροτέαις. οἱ δὲ δύο ἀθανάτοις.
Ζωοὶ λαοτύποις, πάλαι μὲν θανάτῳ, νῦν δὲ μόνοις μύθοις.
Ἄλλα δὲ τῶν, κόσμῳ, μῦλα, σίλλυβα, πίτυς.

Id est,

Quatuor Argiuis certamina sacra feruntur,
Bina hominum natis, binăque cælitibus:
Phœbo ipsique Ioui, Archemoro & patruo Melicertæ.
Poma, oleastra, apium, præmia primus erant.

Hæc certamina etiam Ludi plurali numero dicuntur, & spectacula. ¶ Certamen significat etiam priuatam contentionem. Salust. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. ¶ Certamẽ, prælium. Cic. 4. de Finib. Sed vt magnum, & difficile certamen inieras, quum tibi cum capitali aduersario dolore depugnandum videretur, excitatæ omnes cogitationes fortitudinis & patientiæ. Planeus Ciceronis, Aut ipse à certamine belli tam necessarij me remouissem. ¶ Certamen non accipit exceptiones, ἄμαχος ἀγὼν ἐκλύσεως. Plat. lib. de Legib. ἔκθυμος γὰρ ἀγὼν ἐκτροπὰς ἢ φόβου ἢ ἡδονῆς φεύγει. id est, Verùm aiunt certamen non admittere cauillationes. Locus erit prouerbio, quum quis in magno præsentaneóque periculo, velit tergiuersari, & occasionem expectare.

Certatio, onis, Actus contentióque certantium. φιλονικία. Ital. *Contesa*. Gal. *Debat, combat*. Hisp. *Contencion y porfia*. ¶ Cic. 3. de Natu Deor. Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio. Idem 2. de Legib. Ludis publicis (quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat) populatem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto.

Certatim, adærb. Cum certamine, contentione & æmulatione. φιλονείκως. Ital. *Agara, a chi fa piu presto*. Gal. *A l'enuy l'vn de l'autre, à qui mieux mieux*. Hisp. *contenciosa y porfiadamente*. ¶ Virg. li. 8. Tunc lecti iuuenes certatim, atræque sacerdos Viscera tosta ferunt taurorum. Suet. in Aug. Senatus & in funere ornando, & in memoria honorãda eo studio certatim progressus est.

Certatus, us, ui, nomen. Idem quod certamen. Stat. lib. 3. Syl. -ridétque benigna Parthenope gentile sacrum, iudósque virorum Certatus, & parua suæ simulachra coronæ.

Certus, a, um, Clarus, & indubitatus, à Cerno prò video, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt. βέβαιος, πρόδηλος. Ital. *Certo, chiaro*. Gal. *Certain & asseuré*. Hisp. *cierto, no dudoso, claro*. ¶ Plaut. Merum. Quid illud sit negotij, iubet scire me, ex hoc vt sim certus metu. Gell. Certi sumus nõ ignorare te quid vna appellatur. ¶ Interdum Certus dicitur cõstitutus, hoc est tantus & talis quantum ac qualem volumus. Vnde Certũ vulnus fecisse aliquem dicimus, quum nec plus nec minus fecit, quàm voluit. Mart. O quàm certa fuit liberatri dextera ferro. ¶ Interdum discretus, ἀφωρισμένος. Hinc certos ferè plurali numero dicimus pro eo quod est Quosdam, quasi à cæteris discretos. Cic. Is enim cum certis aliis ad Cæsarem missus, paulò antè discesserat. Salust. Apud lacera certos locauit. ¶ Item Certus, firmus, non vacillans, πιστός. Ouid. Da mihi quod petitur certo committere telo. ¶ Et Certum dicimus deliberatum, in quo plerunque adiungitur dictum cum infinitiuo vt, Certum est mihi in Asiam nauigare. βέβουλευμαι γάρ. Virg. in Gallo, Certũ est in syluis inter spelæa ferarum Malle pati. Terentius. Si ita certum est tibi, ἐὰν οὕτω βεβουλευμένον ἔῃ. ¶ Certo certius, prouerbiali tropo dicimus, quod prorsus indubitatum haberi volumus. Vlpia. Pandect. lib. 23. Titu. de Testam. tutel. Testamento dar sponsores non esse cogendos satisdare rem saluam fore, certo certius est.

Certior, & Certius, cõparatiua, pro cõpertiore, exploratiore, & peritiore. Sene. in Hipp. loquês de Cupidine, Ipsúmq; Phœbũ, tela qui nerue regit, Figit sagitta certior missa puer. Facere certiorẽ, δηλοῦν, παραγγέλλειν, est notũ facere, indicare, & dicere ita esse. Cic. 6. Verr. Adsunt Segestani clientes tui, socij populi Romani atq; amici: certiorẽ te faciunt, P. Africanum Carthagine deleta, &c. Plaut. in Cas. Face me certiorem quid meus vir me velit. Terent. Phorm. Quantum potes, me certiorẽ face.

Certioro, as, Certiorem facio. δηλῶ, παραγγέλλω. Ital. *Certificare*. Gal. *Certiorer, faire sauoir, asseurer*. Hisp. *Certificar y auisar*. ¶ Quod verbũ non temerè alibi reperias, quàm apud Iurisconsultos. Vlpianus, de eo qui pro tut. l. j. Sed necessarios pupilli non certiorauit. Idem l. j. ff de Acti. empt. & venditi. Hæc ita vera sunt, si emptor ignorauerit seruitutes: quia non videtur esse celatus qui scit: nec certiorari debuit qui non ignorauit.

Certisso, certissas, Certus fio. Pacuuius apud Nonium, Vocant cocos, vnde certissent.

Certitudo, à certus, βεβαίωσις, πληροφορία. Ital. *certezza*. Gal. *Certitude, asseurance, seureté*. Hisp. *certidumbre*. | Vnde Incertitudo, notæ significationis.

Certè, aduerbium affirmantis. φιλαλήθως, δῆτα. Ital. *Certo, certamente, sicuramente*. Gal. *Certainement, asseurement, sans doute*. Hisp. *Ciertamente, affirmando*. ¶ Cic. de Finib. 3, Satisne hoc conclusum videtur certè. ¶ Interdum idem quòd certò, σαφῶς: hoc est clarè, & manifestè. Cice. Qu. Fratri, Certè enim scio, te feciss cum causa. Idẽ Attico, Quod te molestè ferre, certè scio. ¶ Interdum idem est quod saltem. Cice. pro Marcello, Victi sumus igitur: aut si vinci dignitas non potest, certè fracti, & abiecti.

Certò, Clarè, liquidò. σαφῶς. Ital. *chiaramente*. Gal. *Clairement*. Hisp. *claramente*. ¶ Terent. in Eunuch. Hoc certò scio, Rhamnusium se esse aiebat, Cicero in Epistolis, Etsi certò scio, &c.

Cerua, Ceruarium, Vide CERVVS.

CERVARIA, Locus est in Galliæ & Hispaniæ confinio, non procul à tẽplo Venetis. Pompo. lib. 2.

Ceruchus, pen. prod. κήρυχος. Ital. *Cornuto*. Gal. *Cornu* Hisp. *Cerui, cosa que tiene cuernos*. ¶ Latinè dicitur Cornutus: quasi κέρατα ἔχων. In nauibus autem Cerychi dicuntur rudentes antennarum cornua firmantes, funíq; habentes in puppe ansas, ad quas religantur. Flaccus 1. Argon. Temperet vt tremulos Zethes, fratérque ceruchos. Hesychius Ceruchos vocat, quasi τὰ κεράατα τῶν ἱστίων.

Ceruical, Vide CERVIX.

Cerui, Animalia satis notarita dicta quòd magna cornua gerant, quasi gerui, g in c mutata. ἔλαφοι. Vel ἀπὸ τοῦ κέρατος. hoc est à cornibus, quæ primùm bimis oriuntur, simplicia quidem & recta ad subularũ similitudinem: quamobrem Subulones per id tẽpus appellantur. ¶ Ital. *Cerui*. Gal. *Cerfs*. Hisp. *Ciernos, animales conocidos*. ¶ Pli. lib. 8, cap. 32, Ceruis quoq; est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium. ¶ Cerui item dicuntur furcæ, quæ ad casæ sustentationem figuntur, ad similitudinem cornuum cerui. Virgil. 2. Aeglog. Atque humiles habitare casas, & figere ceruos. ¶ Ceruus canes trahit, τοὺς κύνας ὁ ἔλαφος ἕλκει. Adagiũ est

inter

inter ea quibus ἐδώδιμον seu præposterum quippiam significamus. Præposterum est enim vt ceruus venetur canes.

Cerua, uæ, fœmininum. Plin. lib. 25. cap. 8, Simplicius ceruæ monstrauere elaphoboscon, de qua diximus.

Ceruarius, a, um, adiectiuum à ceruo deductum, ἐλαφόδης. Vnde Lupus ceruarius, Ital. *Lupo, ceruiero.* Gal. *Loup ceruier.* Hisp. *Lobo ò gato cerual.* (Non Aristoteli, si Theodoro credimus) dicta est fera, lupi effigiem habens, & Pantheræ maculas, nomine (vt opinor) à ceruina pernicitate imposito. Plin. lib. 8. cap. 22, de lupis, Sunt in eo genere qui Ceruarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni arena spectatum diximus. ¶ Ceruarium venenum, Plin. lib. 27. cap. 11, Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant.

Ceruinus, a, um, Quod ad ceruum pertinet. ἐλαφόδης. Ital. *De ceruo.* Gal. *De cerf.* Hisp. *Cosa perteneciente al ciervo.* vt, Ceruinum cornu. Varro 3. de Re rust. Circum caueas eorum incendendum cornu ceruinum, nequa serpens accedat. Ceruinus color, qualis est pellis cerui, vel castaneæ. Palladius lib. 4. cap. 13, Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, ceruinus, giluus, &c. Pellis ceruina. Horat. 1. Epistol. —venatibus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula, Militat in syluis catulus. ¶ Ceruinus vir, ἐλαφόδης ἀνήρ, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis quàm viribus. Ceruus enim animal cursu perniciſſimum, & in venatu pedibus quærit salutem.

Ceruisia, ζῦθος. Ital. *Cerueza.* Gal. *Cerueise.* Hisp. *Cerueça.* Potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipue ex hordeo madefacto, & rursus cibanis siccato, addito lupi salictarij flore: quò potus genere etiã hodie pleraq; Galliæ, & Germaniæ loca, Britanniáque vniuersa, vini inopiam supplent. Plin. lib. 22. cap. 25, Ex iisdem fiunt & porus, zythus in Aegypto, cælia, & cetia in Hispania, ceruisia & plura alia genera in Gallia.

Ceruix, Posterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinã, ἰνιον, αὐχήν. Ital. *Coppa.* Gal. *Chanon du col, le col.* Hisp. *Cerueç del cuello.* Quæ autem anterior est, Gula dicitur. Ceruicis hæc commoditas est, vt ad dextram, sinistrámve, prorsum, retrorsúmque vertatur. Constat enim ex ossibus orbiculatim vertebratis, ex quibus fit ad circunspectum facilis. Hinc est quòd qui nec flecti, nec cogi possunt, ceruicis duræ perhibeantur. Vnde dicimus hominem duræ ceruicis, quasi indomabilem, siue inexorabilem, atque contumacem: qui & Ceruicosus dicitur. ἀντήρατον. Antiqui verò (vt Quintilianus ait) Ceruices pluraliter dicebant, primúsque Horteusius Ceruicem dixit. Cicero in Var. Inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. Cato, Si caput aut ceruices dolẽt, ea lotio caldo lauito.

Cernicula, diminutiuum. τὸ ἀνχένιον, ὁ μικρὸς αὐχήν. Cice. 5. Verr. Taménne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturũ, & populo se ad coronam daturum?

Ceruicale, & per apocopen Ceruical, pen. prod. Significat ceruicis sustẽtamentum, & munimentum, cui scilicet dormientis caput, & ceruix innituntur. προσκεφάλαιον. Ital. *Guanciale.* Gal. *Chouet ou trauerſam, couſſin de lit, ou oreiller.* Hisp. *El almohada ò cabeçal para la cabeça.* Iuuenalis, Conducit comites, sellam, ceruical, amicas. Mart. Tinge caput nardi folio, ceruical olebit. Plin. lib. 10. ca. 20, Sunt qui ante solis ortum ceruicalibus subiici efficaciter putent.

Cerula, Vide CERA.

Ceruſſa, pen. prod. Plũbo in acuto aceto soluto comparatur. ψιμύθιον. Ital. *Biacca.* Gal. *De la ceruſſe, fard.* Hisp. *El alua yalde.* Vitruuius docet quomodo fiat, dicens, Rhodij in doliis sarmenta collocantes, aceto suffuso super sarmenta collocant plumbeas massas deinde ea operculis obturant, ne spiramentum obturata emittant: post certum tempus aperientes, inueniunt è massis plumbeis ceruſſam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt æruginem. Ceruſſa verò quum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex casu didicerunt homines, ex eo multò meliorem vsum præstari, quàm quæ de metallis per se nata foditur. Vtcũque igitur ita ceruſſa comparetur, neque acutum, neque lancinans quicquam habet. neque distrahens, sed emplasticum, ac refrigerans. Vsta autem, inquit Aetius, pura ceruſſa mutatur in id quod Syricum nuncupatur: medici Sandyca vocant. Vide Gale. lib. 9. Simpli. & Plin. lib. 34. cap. 8.

Ceruſſatus, a, um, ψιμυθιωθείς. vt, Ceruſſatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia ceruſſa vtuntur. Martial. lib. 2, Ceruſſata timet Sabella solem. Ceruſſata cutis, Ceruſſatæ buccæ, Mart. lib. 7, Cic. in Pisonem.

Ceryx, κήρυξ, Latinè præco & caduceator. vnde Eusebius scribit à Nerone Cerycas fuisse certamine superatos. Seneca ad Serenum. Non vir nisi Consul aut Prætanis, aut Ceryx, aut Suffes administrare Rempub. hoc est caduceator & magistratus ad Rempub. gerendam.

CESCOS, κίσκος, Pamphyliæ, seu, vt Suidæ videtur, Ciliciæ, cuius ciues ob vecordiam stultitiámque vulgò malè audiebant. Iuxta Cescum vrbem fluuius erat, cui nomen, ἄνους, id est amens. Vnde tractum prouerbium. Cescon habitas, κίσκων οἰκεῖς. In stupidum & bardum dicebatur. Quadrabit & in cætum aut conciliabulum hominum stultorum.

CESENA, Oppidum est Piceni non procul à Cliterna etiam hodie nomẽ retinens. Plin. lib. 3. cap. 15.

Cespes, Vide CAESPES.

CESSERO, Narbonensis Galliæ oppidum, in tractu Meminorum, non procul à Carpentoracte. Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgò *Caſtres.*

Cesso, as, Abstineo, ab opere vaco. παύομαι. Ital. *Ceſſare, indugiare, abſtenere.* Gal. *Ceſſer, ceſſer tardif.* Hisp. *Ceſſar, tardarſe ò abſtenerſe.* Virg. 7. Aegl. Et siquid cessare potes, requiesce sub vmbra, id est (inquit Seruius) si potes breue otium tibi persuadere. ¶ Dicimus autem Cessare in re aliqua, & Cessare à re. Cice. Neque vnquam in suo studio atque opere cessauit. Liui. Nec ex quo castris castra collata sunt, cessatũ à leuibus prælijs est. ¶ Item Cessare, ἀργεῖν, διατρίβειν, tardare, remorari, diutius immorari in re aliqua faciendã, & eam negligentius agere. Virg. 6. Aeneid. Cessas in vota, precésque id est tardus es in vota facienda. Terent. in Eunuch. Paululum si cessassem, Pythia. Domi non offendissem, ita iam adornabar fugam. Idem in Adelph. Aeschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur. ¶ Et Cessare dicimus eos quorum officium desyderamus Gellius in fabula eaſſitæ, Amici isti magnam in partem cessatores sunt, ἀεργοί. Breuiter sic accipe, quòd Cessare interdum significat nihil agere, vacare: interdum conquiescere, vel respirare, & hic duobus modis absolutè ponitur, vt apud Cice. de Natu. deor. Cur tam multos deos nihil agere, & cessare patitur? & apud Terent. in Eunu. & Adelph. vt dictum est. Quũ verò pro intermittere, desistere, desinere, vel finẽ facere ponitur, habet alium secũ infinitiuum. Cice. ad Qu. fratrem, Si te quoque inimici vexare cœperint, ne cessaris me certiorem facere vt accurram. Terent. in Andr. Cessas alloqui. & in Phormio. Absenti vbi te indignas, séque dignas contumelias nunquam cessauit hodie dicere, id est toto die nihil aliud quàm contumelias locutus est. ¶ Huius compositum est Concesso.

Cessator, oris, verbale à Cesso, as, Cunctator, otiosus, qui cessat, & nihil agit. μισάργυρος, χολαύδης. Ital. *Indugiatore, otioſo.* Gal. *Ceſſeur, muſard, oiſeux, faictard, lache en beſongne.* Hisp. *Tardio, eſpacioſo.* Gell. Amici isti magnam in partem cessatores sunt. Cicero. Pæto lib. 9, Hæc tibi antea non rescripsi: non quò cessator esse solerem, præsertim in literis: sed quia, &c.

Cessatus, a, um, participium sine verbi origine, sicut Reguatus, & similiter nam Regnor, aut Cessor non dicimus. ἀργολεσχῆσαι. ¶ Hinc Cessata arua, id est neglecta, & non culta. Ouid. 4. Fasto. Largáque prouẽit cessatis messis in aruis.

Cessatio, onis, verbale, μισάργυρος, χολαύδης. Ital. *Indugio.* Gal. *Relãche, oiſiueté, lacheré.* Hisp. *Tardança.* Cice. 1. de Natu. deor. Profecto Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. Colum. lib. 2. cap. 1, At econtrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.

Cestícillus, autore Festo, Circulus est quem mulieres imponunt capiti, quò commodius onera ferant.

Cestrospendona, κεστροσπόνδυλα, Telum erat semicubitale, bipalme spiculum infixũ habens digiti crassitudine, cui ad libramen pinnæ tres, veluti sagittis, solent, circundabantur. Nomẽ inuenit à figura, & vsu, quorum vtrunque medium habet inter telum & fundam. κέστρος enim Græcis teli genus est, Persico bello inuentum. σφενδόνη autẽ id est quod Latini fundam vocant: nam fundæ modo librabatur. Inuentum autẽ fuit hoc teli genus, autore Liu. in bello Macedo.

Cestreus, duabus tantùm syllabis, κεστρεύς, Piscis genus, qui & Cephalus, & mugil vocatur, publicis adulterorum suppliciis destinatus apud Athenienſes. Vide Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 4. ¶ A' cuius natura tractum est adagium. Cestreus ieiunat, Κεστρεὺς νηστεύει. De famelicis & voracibus dici consueuit. Vnde & qui fame oscitant, κεστρεῖς dicuntur, & κεστρεύειν.

CESTRIA, Epiri oppidum. Plin. lib. 4. cap. 1. & Cestrini. Cestriæ incolæ, eodem autore, in Proœmio lib. 4.

CESTRVS, κέστρος. Fluuius est Pamphyliæ, apud Strab. lib. 14.

Cestrum, κέστρον, Instrumẽtum quo cauatur ebur Suidas putat esse genus teli Persico bello inuenti. Latini Viriculum appellãt. Iulius Pollux pro stimulo, siue stylo accipit. ¶ Est & Herba Cestron, quæ & Betonica dicitur, à varietate remediorum, & efficacia nomine imposito. Plin. li. 25, cap. 8. Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autẽ Serratula, à Græcis Cestron, aut Psychotrophon.

Cestus Veneris, vide in dictione CAESTVS, & Politian. Misc. cap. 11.

Cetarij, Vide CETVS.

CETHEGVS, Orator fuit facundissimus Africani maioris ætate, quem Ennius (vt Quintilianus refert) Suadæmedullam vocat. Meminit eius & Cicero in Bruto. ¶ Fuit etiam Cethegus vnus ex principibus Catilinariæ coniurationis: cuius frequens est mentio apud Ciceronem in Catilinam.

CETII, Populi sunt Asiæ, Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius fluuio nominati. Strabo lib. 13.

CETIVS, Mons est in Norico, Germaniæ regione. Ptolem. lib. 2. cap. 14. Vulgò *Calemberg.*

Cetra, træ, Scutum, breue oreum, quo vtuntur Afri, & Hispani. πέλτη, τὸ πέλτιον. Ital. *Targhetta, brocchiero.* Gal. *Vne petite targe & bouclier dequoy vſoyent les Eſpagnols & ceux d'Afrique.* Hisp. *El adarga ò eſcudo de cuero.* Virg. 7. Aenei. Læuas cetra tegit. Liui. 1. bell. Puni. Hispani sine vlla mole in vtres vestimentis coniectis, ipsi cetris superpositis incubantes, flumen transnatauere. ¶ Hinc Cetrati dicti sunt milites cetris muniti, quos Peltistas vocant. πελτοφόροι, πελτασταί. Cæsar bel. Ciui. lib. 1, Erant legiones Afranij tres, Petreij duæ, præterea scutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ vlterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta. Liui. lib. 1. bel. Maced. Nocte cetratos, quos Peltistas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.

Cetus, κῆτος. Ital. *Ogni ſorte di peſci ſmiſurati & grandiſſimi.* Gal. *Grand poiſſon de mer, comme dauphin, marſouin, balene & ſemblables.* Hisp. *Pece muy grande, como ballena.* Nomen est maioribus omnibus marinis piscibus commune, iis præsertim qui animal pariunt, nõ ouum: cuiusmodi sunt balenæ, orcæ, priſtes, thynni, & similes. ¶ Vnde Cetarij appellantur, teste Nonio, qui maiores in mari pisces capiunt. Plin. lib. 32. cap. 1, Cetos sexcentorum pedum longitudinis. & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse tradit Iuba, pinguique eius negotiatores & omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, vt asilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro iisdem plurali tãtum numero, nullãque casuum inflexione. Virg. 5. Aenei. Immania cete.

Cetarius, Qui cetos, hoc est marinos pisces maiores capit, aut vendit. κητοπώλης. Ital. *Venditore ò peſcatore di groſſi peſci.* Gal. *Poiſſonnier qui vend de grands poiſſons de mer.* Hisp. *Peſcador ò vendedor delos almadrauas.* Colu. li. 8, Salsamentorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis euerruntur, præberi conuenit. Varro. Aduertis cetarios, quum videre volunt in mari turmas, ascendere in malum altè, vt penitus per aquam perspiciant.

Cetariæ, arum. Loca iuxta mare stagnante lacu, in quibus thynni & alij huiusmodi pisces capiuntur & saliuntur. τὰ κητοτροφεῖον. Ital. *Peſcaria de gran peſci.* Gal. *Poiſſonnerie de grands poiſſons de mer.* Hisp. *Almadraua de atunes.* Plin. li. 37. ca. 5, Ferunt & in ea insula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis.

Ceu, aduerbium similitudinis, Idem significãs quod Tanquã, vel Quasi: magisque est Poëtarum, quàm Oratorum, sed quo multi, & præsertim Plinius,

Plinius, vnotos, ἐλίκων, ἑίνος. Ital. *Corne.* Gal. *Comme, quasi, tout ainsi que.* Hisp. *Assi como.* ¶ Virgil. 1. Aeneid. Aduersi rupto ceu quodam turbine venti Confligunt. Plin. lib. 8. cap. 16, Incremento terga ceu quodam incitamento flagellantur.

Ceus, æ, Genus vaccæ humilioris. Colu. lib. 6. ca. 23, Melius etiam in hos vsus alimnæ vaccæ probantur, quas eius regionis incolæ Ceuas appellant. Eæ sunt humilis staturę, lactis abundantes: propter quod remotis earum fœtibus, generosum pecus alienis educatur vberibus.

CEVTI, populi Citeriores Hispaniæ, in conuentu Lucensi: de quibus Plinius lib. 3. cap. 3.

Ceuere, σκολιοπερκάζειν, καλαμαύλειν, πλαγιάζειν. Aristophani in Auibus, *ultimum*, penul. prod. Est clunes mouere, quod fit adulando, vt in canibus videmus. Persius: An Romule ceues?

CEVS, Vide COEVS per œ, diphthongum.

CEYX, ycis, pen. genitiui prod. κήϋξ Suidæ, rex fuit Thraciniæ, Luciferi filius, & maritus Alcyones filiæ Aeoli, qui quum ob casum fratris in accipitrem mutati, ad Clarium oraculum consulendum nauigaret, tempestate deprehensus est & submersus. Quare quum statuto tempore non rediret, Alcyone multa quotidie vota pro viri salute suscipiebat. Tandem in somnis monita, naufragio eum periisse, quum ad deflendũ miserabilem viri casum mane ad litus veniisset, vnde ille soluerat, cadauer quoddam fluctibus ad litus vidit expelli: quod quum viri sui esse cognouisset, ac per vndas ad illud exilire vellet, deorum miseratione in Alcyonem conuersa, ad os mariti aduolauit: qui & ipse oscula vxoris sentiens, in Alcyonem commutatus est. Fabulam hanc refert Ouid. 11. Metamorph.

C ante H.

CHAA, Peloponnesi vrbs est, Lepræo proxima, ad campum Ephasium: cuius causa bellum inter Arcades & Pylios conflatum est. Vide Strabonem lib. 8.

CHABA, Vicus est Aegypti apud Strab. lib. 16.

CHABARENI, χαβαρηνοί, Populi Scythici, ad Chalybem fluuiũ habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nanciscì poterãt, mammas crudas edebant, & pueros deuorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

CHABRIA, Vicus est Aegypti in ea parte quæ Arabiæ est contermina. Strabo lib. 17.

CHABRIAS, χαβρίας, Athenienſis philosophus, & Imperator inclytus. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum ceruorum duce leone, quàm leonum duce ceruo. Huius res gestæ recensentur à Demosthene in oratione aduersus Leptinem.

CHADISIA, χαδισία, Fluuius est, & oppidum eiusdem nominis in Cappadocia, siue Leucosyria, in finibus Themiscyriæ, non procul à Lycasto, Autor Plin. lib. 6. cap. 3.

CHADRAMOTITAE, χαδραμωτῖται, Populi sunt Arabiæ, Troglodytis proximi. Plin. lib. 6. cap. 28.

CHAEREMON, onis, χαιρήμων, Poëta Comicus, cuius fabulas enumerat Suidas. ¶ Fuit & alter eiusdem nominis, qui Hieroglyphica scripsit: cuius etiam meminit Suidas.

CHAEREPHON, χαιρεφῶν, Athenienſis philosophus fuit, discipulus Socratis: qui tam pertinaciter philosophiæ incubuit, vt maximũ inde pallorem & maciem contraxerit. Inde ortum est prouerbium, ὠχρὸς διὰ χαιρεφῶντα: hoc est, Nihil à Chærephonte differs, quoties hominẽ pallore & macie confectum volumus indicare. Autor Suidas.

CHAERIS, χαίρις, Citharœdus ineptus fuit, cuius meminit Aristophanes in Comœdia quæ inscribitur ἀπὸ χαίριδος. Suidas.

CHAERONEA, χαιρώνεια, Vicus est Bœotiæ, Plutarchi patria, Athenienſium clade nobilitatus. Huius meminit Plin. lib. 4 cap. 7.

Chærophyllon, χαιρέφυλλον. Herba est, pastinacæ erraticæ, siue dauci folio, aliquanto tenuiore, radicula candicante, subamara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam chærephylli nomen recentius est, à comæ luxuria, & aspectus iucunditate (vt videtur) impositum. Hodie à vulgo herbariorum Chærefolium appellatur, Græca & Latina voce in vnam coalescentibus.

CHALAEON, teste Plin. lib. 4. cap. 3, Locrorum portus, v II. M. passuum distans à Delphis.

Chalasis, χάλασις, à medicis appellatur laxatio articulorum, quum scilicet ex lassitudine nimióve labore, aliáve ex causa euenit vt laxatis vinculis membrum excidat: vt si radius in brachio à cubito subinde euertatur: ita vt locus quidam in medio vacuus relinquatur.

Chalasis, pen. prod. Tunicæ genus, quod & Græci χάλασιν vocant, à laxitate: vel (vt quidam dicunt) nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica submittitur.

CHALASTRA, χάλαστρα, Vrbs Macedoniæ, iuxta quam Axius influit in Thermæum sinum, inquit Strabo à Chalastra, proximo portu dicta.

Chalastricus, strica, um, adiectiuum: vt, Chalastricum nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10.

Chalaza, § χάλαζα. Ital. *Ghiandola, natta.* Gal. *Glande, glandule.* Hisp. *Granço.* § Collectio sub cute, & buboni, & Aegyptiæ fabæ similis, dolorem, si tãgatur, afferens: à Latinis Grando dicitur.

Chalazias, χαλάζιας, Gemma, quæ grandinum colorem, & figuram habet, adamantinæ duritiæ. Plin. lib. 37. cap. 11.

Chalazion, χαλάζιον, Tuberculum est in oculorũ palpebris, nõ dissimile illi, quod à Græcis κριθὴ appellatur: diuersæ tamen figuræ, & mobile, si huc atque illuc pellatur. Recentiores mediti Grandinem appellant.

Chalcanthum, § χάλκανθον. Ital. *Vetriolo.* Gal. *Vitriol, ou couperose.* Hisp. *Caparrosa.* § Corpus est metallicum, quod à Latinis, Atramẽtum sutorium appellatur. ¶ Est autem duplex, fossile & factitium. Fossilitium aliquando est cæruleum, aliquando pallidum, aliquando candidum & pellucidum in morem vitri: vnde & *Vitriolum* à vulgo appellatur. ¶ Factitium verò ex aqua pluuia fit per metalla defluente in lacunam, quæ inde ab iis, qui ad metalla sunt damnati, in vasa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concrescit. Dictum Chalcanthum, quasi flos æris. Atramenti autem sutorij nomen accepit, quòd ex eo aqua dissoluto cotium denigretur. Vide de hoc plura apud Dioscor. lib. 5, & Apud Plin. lib. 34. cap. 11.

CHALCE, χάλκη, Insula est cum oppido, circa Rhodum. Plin. lib. 5. ca. 11.

CHALCEDON, χαλκηδών, Vulgò *Calcedonia*, Vrbs Bithyniæ, iuxta Bosphorum Thracium, ex opposito Byzantij. Hanc Megarenses condidere, Cæci idcirco appellati, quòd non potius oppositum litus elegissent, in quo postea conditum est Byzantium, tanto fœliciore modis omnibus sede. Hic olim magna synodus celebrata est, quæ inter octo numeratur, quibus Ecclesia præcipuum impertitur honorem.

Chalceos, Herbæ genus est, apud Plin. lib. 21. cap. 18, spinosos habens aculeos.

CHALCERITIS, idis, Insula est in Ponto Marti sacra. Vnde etiam Aria dicitur. Plin. lib. 6. cap. 12.

Chalcetum, Herbæ etiam genus est apud eundem lib. 26. cap. 7. Itẽ herba Chalcetum è vineis contrita imponitur.

CHALCIA, Insula maris Aegæi, quam inter Sporadas Plinius enumerat, lib. 4. cap. 15.

CHALCIDENE, Syriæ fertilissima regio, vt scribit Plin. in descriptione Cœles Syriæ lib. 5.

CHALCIOPE, penultima correp. χαλκιόπη, Aeetæ regis Colchorum filia fuit, soror Medeæ, & vxor Phryxi. Huius meminit Flaccus lib. 9. Argonaut.

Chalceuticæ, χαλκευτικὴ, Aetaria fabrica. Nam χαλκεὺς, Faber ærarius est, quem excusorem Quintilianus interpretatur.

Chalcis, chalcidis, χαλκὶς, *idos*. Serpentis venenosi genus est è genere lacertarum, quasdam ærei coloris lineas in tergo habens: vnde & nomẽ habet. Plin. lib. 32. ca. 3, Quippe aduersus scorpiones ex vino bibuntur, aduersus phalangia & araneos ex mulso: aduersus chalcidas cum myrtite. Idem lib. 29. ca. 5, Lacertæ, quam hi sepa, alij Chalcidem appellant. Chalcidis lacertæ meminit & Aristoteles de animalibus. ¶ Est & Chalcis Homero auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinũ cum aquila gerens. Plin. lib. 10. cap. 8, cymindis vocat. ¶ Est & Chalcis, piscis quidam ex genere chombrorum, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

CHALCIS, idis, χαλκὶς, Vulgò *Negropont.* Euboeæ vrbs præcipua, ab Aulide, Bœotiæ portu, exiguo euripo diuisa. vetus Athenienſium colonia: ita dicta (si Stephano credimus) à Chalcide filia Asopi: aut certè, quòd æreariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. ¶ Est & alia Chalcis, agri Corinthij oppidũ. ¶ Tertia Aetoliæ, Acheloo fluuio irrigata. ¶ Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Sunt & aliæ eiusdem nominis vrbes, quæ enumerantur à Stephano.

Chalcidicus, a, um, χαλκιδικὸς, possessiuum à Chalcide formatum. Virg. 6. Aenei. Chalcidicáque leuis tandem superadstitit arce. Vbi Chalcidicam arcem vocat Cumas, Chalcidensium coloniam.

CHALCITIS, χαλκῖτις. Insula est è regione ostij Rhindaci, Bithyniæ fluuij. ¶ Est item Chalcitis corpus metallicum, mediæ inter mysi & soryfabulantiæ illo crassior, hoc tenuior: vnde & in metallis inter hæc duo media inuenitur. Dicta Chalcitis, tum quòd ad æris colorem rendat, tum quòd ea res augeatur. Hodie Sepiarij pro Chalciti Chalcanthũ substituunt. Vide Gal. lib. 9. Simp. & Plin. lib. 34. cap. 12.

Chalcites, χαλκίτης. Gemma ærei coloris, sed nigrioris. Plinius libro 37. cap. 11.

Chalcophonos, χαλκόφωνος, Gemma, quæ illisa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chalcosmaragdos, χαλκοσμάραγδος. Gemma ex genere smaragdorũ, æneis venis turbida. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chalcus, Exiguum pondus erat apud Atticos, quod decies sumptum, Obolum conficiebat. Plin. lib 31. cap. vlti. Drachma Attica denarij argentei habet pondus: eademque sex obolos pondere efficit: obolus decem chalcos.

CHALDAEA, cum æ diphthongo, χαλδαῖα χώρα, Asiæ maioris regio, Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon ciuitas magna. Chaldæos Arphaxat instituit, & à se Arphaxatæos nominauit, vt inquit Iosephus. ¶ Chaldæi, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt, qui diuturna obseruatione syderum, scientiam putantur effecisse, vt prædici posset quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. Horum multa erant genera. Nam quidam Orcheni dicebantur, quidam Borsipeni: alij aliis nominibus, pro ratione sectarum, quas amplectebantur. Tantum autem hac in arte valuerunt Chaldæi, vt quicunque Astronomiam iudiciariam profiterentur, quamuis in seiunctissimis regionibus orti, ab iis dicti fuerint Chaldæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. ¶ Chaldæos quoque sua ætate, dictos fuisse Ponti populos, qui antea Alizones & Chalybes dicebantur, autor est Strabo lib. 12.

Chalepi, versus, χαλεπὰ κώλα, Dicuntur duri, asperi, ac prolatu difficiles, qualis est versus Virgilianus, Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

CHALESTRA, Vide CHALASTRA.

CHALISIA, χαλισία, Vrbs Libyæ, & alia Ponti, tertia Amazonum. Vide Stephanum.

CHALYBES, χάλυβες, cũ y correp. Populi in Ponto iuxta Thermodontem fluuiũ, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, teste Strab. lib. 12, Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Virgilio, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrũ. ¶ Ponitur tamẽ quandoq; Chalybs. § χάλυβ. Ital. *Acciale.* Gal. *Acier.* Hisp. *El hierro labrado.* § pro ipsa ferri materia. Ouid. lib. 4. Fast. Aes erat in pretio: chalybis iam massa placebat. Virg. 8. Aenei. Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit. Lucanus, Chalybem, frænósque momordit. ¶ Est & Chalybs fluuius in Hispania, in quo ferrum optimè temperatur: iuxta quem & Chalybas populos collocat Iustinus lib. vlt. de quibus Grammaticorũ nonnulli putant intelligendũ illud Virgilij, At Chalybes nudi ferrum.

Chamæacte, ctes, § χαμαίακτη. Ital. *Ebulo.* Gal. *Herbe appellée Ieuble.* Hisp. *Hierba.* § Sãbuci genus est humilius, quod à Latinis Ebulũ appellatur. Plin. lib. 24. cap. 8, Sambucus habet alterũ genus magis syluestre, quod Græci Chamæacten, alij Helion vocant, multò breuius.

Chamæcerasi, χαμαικέρασοι, Ex cerasorum genere humillimæ, terna ratiõ altitudinis cubita excedentes. Plin. lib. 15. ca. 25, Sunt & Macedonica paruæ arbotis, taróque tria cubita excedentis: & minore etiammum frutice chamæcerasi.

Chamæcyparissos, χαμαικυπάρισσος, Herba quæ ex vino pota, contra

venena

venena serpentium omnium, scorpionúmque pollet. Plin. lib. 24. ca. 15. Ruellius docet, pumilum esse frutecem, in hortis seri solitum, foliis incanis, cupressi arboris folia odore & figura referentibus. Vnde & à vulgo *Cypressus* appellatur.

Chamæcissos, χαμαικισσος. Genus hederæ, quæ nunquam se ab humo attollit. Composita dictio ex χαμαι, quod humi siue ad terram significat & κισσος hedera. ¶ Sic Chamæplatani, vocantur humiles platani, & coactæ brevitatis.

Chamædaphne, χαμαιδαφνη, Plinio, ¶ Ital. *chamedaphne*. Gal. *Laurecle*. Hisp. *Laurel baxo, laureola*. ¶ Herba est in hortis seri solita in funiculi modum sese porrigens, & vicina quæque vinciens, vnde & Vincapervinca ab eodem appellatur. Folia habet lauro similia, ideo chamædaphne, hoc est, parua laurus appellatur: flore autem violæ simile, de hac Plin. lib. 21. ca. 11, Dioscoridi καλλιστη δαφνοειδης dicitur. ¶ Est & altera Chamædaphnes species, cuius idem Pli. meminit lib. 24. ca. 15, Chamædaphne (inquit) vnico ramulo est, cubitali fere, folio tenui, lauri similitudine: cuius semen rubens admistum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani *Laureolam* aut *Lauraginem* appellant: Dioscorides autem, & Galenus hanc solam chamædaphnes nomine nouerunt.

Chamædrys, ¶ χαμαιδρυς. Ital. *Querciuola, chalamandrina*. Gal. *Germandree*. Hisp. *Camedreos*. ¶ Herba est Plin. lib. 24. cap. 15, quæ Latinè Trissago dicitur. Aliqui eam Chamædropen, alij Teucrion appellauere. ¶ Dicitur autem Chamædrys quasi humilis & terrestris quercus. Vulgò *Sarramula* appellatur, teste Ruell. lib. 3. cap. 56.

Chamælæa, χαμαιλαια. Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. lib. 25. cap. 7, Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba Chamælea, granum cocci ferente. Idem lib. 24. cap. 15, Chamælæa similitudinem foliorum oleæ habet: sunt autem amara, odorata, in petrosis, palmum altitudine non excedente. Vulgus à foliorum similitudine *Olivellam* vocat.

Chamæleon, chamæleonis, χαμαιλεων. Herba est ex genere aculeatarum: ita dicta à varietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Quibusdam in locis viscum gignit sub alis foliorum: vnde & Ixia appellatur. Eius duo sunt genera, album, & nigrum, radicis colore distincta. Album Latini Carduũ syrium, quòd sues enecet, officinæ Cardopatium appellant. ¶ Ital. *Cardo mariu, cardo maculato*. Gal. *Chardousse*. Hisp. *Cardo pinto*. ¶ Nigrũ Latini Vernilagium, vel Carduum nigrũ. ¶ Ital. *Camelaune nero*. Gal. *Chardonnette de quoy on fait prendre le laict à faire fromages*. Hisp. *Cardo pinto negro, cardo aliogero*. ¶ Vide Plin. lib. 22. cap. 18.

Chamæleon, tis, χαμαιλεων. Quasi parvus leo, animal est diuersa varietate conspersum, vt pardus, & ad colores quos videt, conuersione facillima variatur, præter ad rubrũ & albũ. ¶ Ab hac colorũ mutatione oritur paræmia: Chamæleonte mutabilior χαμαιλεοντος ευμεταβολωτερος. Cópetit in hominem versipellem, siue inconstantẽ, ac pro tẽpore sese vertẽtem in omnem habitũ. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quòd crura habet recta & excelsiora. Latera ventri iunguntur, vt piscibus, & spina simili modo. Eminet rostrum simile suillo, cauda prælonga in tenuitatẽ desinẽs, & implicãs se viperinis orbibus: vngues aduncꝰ, motus tardior, vt testudini, asperũ corpus, vt crocodilo: habet oculos corpori cõcolores, nunquã eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento: latet hyeme, vt lacerta. Vide plura de chamæleonte apud Plin. lib. 28. cap. 8.

Chamæleuce, χαμαιλευκη. Herba quæ Tussilago dicitur: nascitur circa fluuios, folio populi, sed ampliore Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus vocat *Vngulam caballinam*. Barbarus Populaginem & Bechion.

Chamæmelon, ¶ χαμαιμηλον. Ital. *Chamomilla herba*. Gal. *Herbe qu'on appele chamomille*. Hisp. *Manzanilla yerua conocida*. ¶ Herba est vulgò nota, ab odore mali sic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores *Chamomillam* barbarè vocant. Eius tria sunt genera, floribus tantum distantia, Leucánthemon, Chrysanthemon, & Eranthemon: de quibus latius suis locis.

Chamæmyrsine, χαμαιμυρσινη. Frutex ex quo scopæ fiũt, aliàs Ruscus. Nonnulli sylvestrem myrtum vocant, ex quo fit oleum chamæmyrsinum. Vide Plin. lib. 23. cap. 9.

Chamæpeuce, χαμαιπευκη. Herba est folia habens laricis foliis similia, lumborum & spinæ dolóribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæpitys, yos. ¶ χαμαιπιτυς. Ital. *Chamepitio*. Gal. *Iue sauuage*. Hisp. *Pinillo*. ¶ Herba est Plin. lib. 24. cap. 6. à Latinis Ajuga, siue (vt alij legunt) Abiga vocata, ab abortu scilicet, quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Eius tria sunt genera: vnũ sesquipedalibus furculis, flore & odore pinus: alterum brevius, & incanum: tertium foliis scabris, digitali caulis crassitudine. Vulgus *Iuam* appellat.

Chamerops, opis, χαμαιροψ. Herba est myrtheis circa caulem geminis foliis; capitulis Græculæ rosæ, quæ ex vino pota, lateri, renibus, conuulsis, & ruptis medetur. Autor Plin. lib. 26. cap. 8. Ruellius eandem esse existimat, quam à Mithridate inuentore Mithridation appellant.

Chamæripes, χαμαιριπης, Arbores sunt ex specie dactylorum quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur, folio latiore, ac molli, & ad vrinalia vtilissimæ. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

Chamæsice, χαμαισικη. Herba est lentis folia habens nihil se attollẽtia, in aridis petrosisque nascens. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæteræ, quæ & Chamæterides, χαμαιτηριδες, à Græcis dicuntur, humiles & depressæ imagines: quales sunt seruarum & pedissequarũ, quæ ferè humi sedentes fingũtur. χαμαι enim Græcorum aduerbium Latinè significat Humi. Scribit Plin. lib. 36. ca. 5, Scopam fecisse Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Seruilianis hortis, duásque chamæteras circa eam.

Chamæzelon, χαμαιζηλον. Herba est teste Plin. lib. 27. ca. 10. quam quidam eandem esse credunt cũ gnaphalio, cuius folia ita alba, & mollia sunt, vt planè videantur tomẽtum, & pro tomento vsurpentur. ¶ Est & alius Chamæzeli genus, quod & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinquefolium appellatur: cuius meminit idem Plin. lib. 25. cap. 9.

CHAMADES. Pars est Tauri montis, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Chamelopardalis, & Chamelus, Vide CAMELOPARDALIS & CAMELVS.

CHAMOS, teste Hieronymo, deus erat Tyriorum & Ammonitarũ, quẽ admodum Astarte, dea Sidoniorum, quam coluit Solomon.

CHAONIA, χαονια, Pars montana Epiri: licet quandoque sumatur pro tota Epiro.

Chaones, χαονες, Populi à Troiani Helenifratre Chaone nominati: quem quum Helenus in venatione imprudens occidisset, ad extincti solacium, regni sui populos à nomine eius Chaones, & regionem Chaonium, regni sui populos à nomine eius Chaones, & regionem Chaonium, regni sui populos à nomine eius Chaones, & regionem Chaon

Universidad de Deusto Biblioteca

significat ioco, faceté cauillor. ¶ Sumitur etiam pro figura illa, quæ alio nomine ἐπιτροπὴ à Græcis dicitur, qua scilicet dura dictu mitius & gratius proferuntur: vt si roganti, An se quispiam quæsuerit, respondeas, Bona fortuna: item si vixisse dicas, quem mortuum esse velis significare.

CHABILAVS, Χαβίλας, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegeatas prælio domuit.

Charis, charitis, χάρις, Latinè gratia, festiuitas, beneficium, munus. ¶ A' quo Charisma, χάρισμα, in eadem significatione.

CHARISIAE, Χάρισιαι, Vrbs Arcadiæ, ita dicta à Charisio Lycaonis filio. Stephanus.

CHARISIVS, Χαρίσιος, Nomen cuiusdam Grammatici, quem Prisciani citat. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atticus, cuius meminit Cicero in Bruto libro 2. ¶ Est & panis, seu (vt Suidas ait) placentulæ species.

Charistium marmor, (quod hic vt vitiosè scriptum erat, ita perperam interpretatum) Vide CARYSTIVM.

Charistia, χαρίσια neutri generis & numeri pluralis, Festa vocabantur quibus cognati conueniebant, & munera mutuò mittebant. Ouidius lib. 2. Fast.

Proxima cognati dixere Charistia chari:
Et venit ad socios turba propinqua deos.

Valer. lib. 2. Conuiuium etiam solenne maiores instituerunt, idq; Charistia appellauere, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.

Charitas, & Charus, Vide CARITAS & CARVS.

CHARITES, Χάριτες, Gratiæ tres finguntur, Aglaia, Thalia, & Euprosyne, Iouis & Eurynomes, (vt in Theogonia tradit Hesiodus) aut Veneris & Liberi filiæ: quas veteres nudas pinxerunt, quòd gratias inter amicos minimè deceat esse fucatas. Tres autem ea ratione dicuntur, quòd vna beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Pinguntur iuuenes, ne beneficij memoria senescat. Ridentes, quòd hilariter dandũ sit. Et quum duæ nos aspiciant, vna pingitur auersa: quo significari volũt, quòd pro accepto beneficio duplex à nobis gratia debeat reuerti.

Charitonius, a, um, adiectiuum, Χαριτώνιος, Interpretatur gratiam venalem habens. Vnde propriè puellis conuenit, quæ gratia sua ad quæstum & ad expilandos amatores abutuntur.

CHARMANDE, Χαρμανδη, Vrbs est trans Euphratem, iuxta portas Babylonias. ¶ Gentilia sunt Carmandæus, & Charmandites Steph.

CHARMIS, Χάρμις, Sardiniæ oppidum, Carthaginiensium opus. ¶ Gentile Charmites, Stephano.

CHARMIONE, Χαρμιόνη, (vt scribit Plutarchus in vita Antonij) Cleopatræ ancilla fuit, spontaneam dominæ mortem imitata.

CHARON, Χάρων, Lampsacenus historicus, qui tempore primi Darij floruit. Scripsit Aethiopica libris duobus: item Creticia, Græcanica, & alia. ¶ Charon item Carthaginiensis historicus, qui Tyrannorũ quot-quot in Asia Europâq; fuerunt, item illustrium virorum & mulierũ vitas conscripsit. ¶ Tertius eiusdem nominis, Naucratita fuit historicus, qui de sacerdotibus, regibus, & gestis Aegyptiorum historicus scripsit.

CHARON, tis, Χάρων, A' poëtis dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad aliam ripam transuehit. De hoc Virgil. lib. 6. Aen. ¶ Hinc ortum adagium, Charontis ianua, Χαρώνδε θύρα. De imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur vna è carcetis ianuis per quam damnati iudicum sententijs ad supplicium educebantur. Referunt Zenodotus, Hesychius & Suidas.

CHARONEA, orum, Χαρώνεια, Regio Asiæ est, ad Mæandrum fluuium vicina Hierapoli, Characi, Magnesiæ, & Myunti, terram habens cauernosam, putridam, & incendiis obnoxium. Vide Strabonẽ ad finem lib. 11.

CHARONEA PORTA, Χαρωνὶς πύλη, Appellabatur vna ex portis Athenensis nomophylacij, per quam damnati ad supplicium ducebantur.

CHARONIVM, Χαρώνειον, Antrum est inter Trallis & Nysam, vbi ægroti solennibus quibusdam superstitionibus à morbis liberari credebantur. Vide Strabonem lib. 14.

CHARONDAS, Χαρώνδας, cognomento Thurius, patria Catanæus, Athenienses leges quasdã tulit, quibus quum capitis pœnam statuisset in eos qui gladijs armati concioni interessent, imprudenter, vt tute veniebat, gladio accinctus in cõcionẽ prodijt. monitus deinde ab eo qui proximè astidebat, quum culpam dissimulare posset, gladio quo accinctus erat incumbens, violatæ legis à se pœnas exegit. Valer. lib. 6. ca. 5.

CHAROPS, Χάροψ, Homero Iliad. 11. Vir Troianus, Hippasi filius, & Socij frater, quos ambos vno die Vlysses interemit. ¶ Est & nomen eiusdam inter Epirotas primarij, qui Tito Quintio Flaminio Consuli Romano contra Philippum bellum gerenti, fauit. Autor Plutarchus in vita eiusdem Flaminij.

Charopus, pen. corr. ἠρέμα βοῶν. Ital. *Amabile, piacevole, gratioso.* Gal. *Amable, plaisant & gracieux.* Hisp. *Agradable, amoroso, o blando.* Latinè amabilis, blandus, gratiosus dicitur, à χάρις, & ὤψ, ὠπὸς, aspectus. Vnde Charopus color, χρῶμα χαροπὸν, qui dilutam habet viriditatem, igneo quodam splendore intermicante: qualem in leonum oculis conspicimus.

Charta, ἠρέμα χάρτης. Ital. *carta.* Gal. *Carte, papier, liure, ou feuillet de liure.* Hispa. *La carta ò hoja del libro.* Cum ch aspirato, Papyrus in qua scribimus, propriéque ea quam veteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant, cuius species, variáque nomina, & præparandi rationem vide apud Plin. lib. 13. cap. 11. 12. & 13. Quanquam etiam latius Chartæ nomen postea cœpit extendi, vt etiam de is dicatur quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunq; materia conficiuntur. Suetonius in Nerone, Plumbeam chartam supino pectore sustinuit. Plin. lib. 13. cap. 11. Chartam Alexandri Magni victoria repertam, autor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: antè non fuisse chartarum vsum: palmatum foliis primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. ¶ Charta virgo, quæ nunquam peperit: hoc est quæ nondum transcripta est, dicitur à Martiale, Custodit ipse virginis pater chartæ. Patere enim dicuntur chartæ, quum ex iis exempla sumuntur. ¶ Item Charta, vrbs Tyri dicta est, ex qua & Dido orta fertur, & ab eius nomine à sese conditam vrbem Carthaginem appellasse.

Charteus, Chartulanus, & Chartaceus, a, um, quod est ex charta, ἐκ χάρτου. Ital. *De carta.* Gal. *Fait de carte.* Hisp. *Cosa de carta.* ἠρέμα Vipian. de leg. 3. Quòd si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ.

Chartarius, a, um, ἠρέμα & χαρτικὸς, vt, Chartariæ officinæ. Plin. 18. cap. 10. Hoc ærariæ officinæ, chartariæque vtuntur.

Chartula, diminutiuum, χαρτίον. Hieron. Volo in chartulis meis ineptias scribere.

Chartophylacium, χαρτοφυλάκιον, Scrinium est, vel cõclaue, vel ipsa etiam domus, in qua chartæ asseruantur. Latini Tabularium vocant, nam φυλακὴ, custodia est, φυλάκιον, custodio.

Charus, a, um, Vide CARVS.

CHARYBDIS, Χάρυβδις, Vulgò *Galofaro.* & Scylla, duo mõstra sunt in freto Siculo: de quibus Virg. 3. Aen. Dextrum Scylla latus, leuum implacata Charybdis Obsidet. ¶ Est autem Charybdis locus, sicuti scribit Salustius, iuxta Tauromenitanum litus. existúque fabula Charybdim mulierem fuisse rapacissimam, quæ quum Herculis vaccas rapuisset, à Ioue fulminata est, & in hoc monstrum conuersa. ¶ Est igitur Charybdis mare periculosum nautis, quod contrarijs fluctuum cursibus collisionem facit, & rapta quæque absorbet & reiicit. Ouidius. Et vomit ejectas sæua Charybdis aquas. Seneca ad Lucilium. Scyllam saxum esse, & quidem terribile nauigantibus, optimè scio: Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desydero. Hac nos cernores, vtrum vno tantùm vento agatur in vertices, an omnis tempestas mare illud contorqueat, & an verum sit, quicquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia tralu. Thucydides lib. 4. scribit esse fretum inter Rhegium mare & Messanam, à quo breui spatio Sicilia à continente distet, & Charybdim appellatum. ¶ Euitata Charybdi in Scyllam incidi, τὸν χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ Σκύλλῃ περιπίπτω. Hoc est, dum vitio grauius malum, in alterum diuersum incidi.

Chasma, tis, ἠρέμα χάσμα. Ital. *Fessure, apertura.* Gal. *Grande ouuerture comme vn abisme ou gouffre.* Hisp. *Hendedura, ò abertura como de boca.* ἠρέμα Latinè hiatus, fissura, rictus, à χαίνω, Hio. Fit autem Chasma non solum in cælo, sed etiam in terra. Vnde ait Iureconsultus de censibus l. Forma. §. quare si. Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem reuelari. Ammianus eleganti vocabulo Chasmaticum appellat terræmotum, quo patefactis subitò vorarinis, terrarum partes per hiatum absorbentur.

CHATTI, Populi sunt Germaniæ, non procul à Rheno. Plin. lib. 4. ca. 14.

Chaus, ἠρέμα λύκος ἄγριος. Ital. *Lupo ceruario.* Gal. *Loup cervier.* Hisp. *Lobo cerual.* ἠρέμα Lupi species est, pardorum maculas habentis, quem alio nomine Lupum cernarium vocant. De quo Plin. lib. 8. cap. 19, ita scribit. Pompeij Magni primùm ludi ostenderunt chaum, quem Galli Rhaphium vocant, effigie lupi, pardorum maculis. Et paulò pòst eodem lib. cap. 21. Sunt in eo genere qui Cernarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni arena spectatum diximus.

Chelæ, arum, ἠρέμα χηλαὶ. Ital. *Branche di gambari à di granchi.* Gal. *Les bras & parties de dant du scorpion.* Hisp. *Brazos de escorpion ò de cangrejo.* ἠρέμα Scorpionum & cancrorum brachia ita dicta è forficulis denticulatis, quos Græci χηλὰς vocant. Virg. 1. Geor. Quà locus Erigonen inter, chelásque sequentes. Ambrosius de cancro loquens, Et periculosum est, inquit, si chelam eius includat.

Chelidonia, siue Chelidonium, χελιδόνιον, Herba, ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χελιδόνια dicuntur. Eo enim auium genere adueniente, nascitur, & discedente exinguitur. Ferunt etiam hirundines oculos pullis suis excæcatis ea herba restituere. Plin. lib. 8. cap. 27. & lib. 25. cap. 8. ¶ Chelidoniæ duæ sunt species, quarum maior etiam hodie in officinis nomen retinet. ἠρέμα Ital. *Celidonia.* Gal. *Chelidoine, eſclere.* Hisp. *Celidonia.* ἠρέμα Minorem autem, quòd strumis medeatur, quas Scrophulas nonnulli vocãt, siue quòd strumosam habeat radicem, Scrophulariam appellant. ἠρέμα Ital. *Fauoſella.* Gal. *Herbe aux eſcrouelles, conſoude de preſtre.* Hisp. *Scrofularia menor.* ἠρέμα ¶ Chelidonia item vocatur Fauonius ventus, à die sexto ante Februarias Idus, vsque ad VII. Cal. Martias: eò quòd iis diebus hirundines primùm conspici incipiant. Autor Plin. lib. 2. ca. 47. ¶ Est etiam Chelidonia, gemmæ non altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis: vnde & nomen accepit. De hac Plin. lib. 37. cap. 10. ¶ Item genus aspidis, vt Galenus autor est. ¶ Chelidonia præterea inter ficorum genera recenſetur Plinio lib. 15. cap. 18. & Colum. lib. 10. Purpureæque chelidoniæ, pinguésque marisceæ.

Chelidoniæ, χελιδονίαι νῆσοι Stephano. Duæ sunt insulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, pestilentissimi aëris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea. Circa has insulas anthias piscis maxima in copia capitur: vt est videre apud Plinium.

CHELIDONIVM, χελιδόνιον, Vnum est ex Tauri montis promontorijs, Plin. lib. 5. cap. 27. Taurus mons ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio disterminatur.

Chelonia, χελωνία, Gemma est Indicæ testudinis oculo similis, quam Magorum vanitas tradidit linguæ impositam, futurorum diuinationem præstare. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

CHELONITIS, χελωνῖτις, Insula est in sinu Arabico, apud Plinium lib. 6. ca. 28.

Chelonium, Vide CHELYS.

CHELONOPHAGI, χελωνοφάγοι. Populi sunt in Carmaniæ angulo, non alia quàm testudinum carne vescentes, earúmq; testis casas tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proueniunt, vt iugulæ iugulis casis tegendis sufficiant, & nauigantibus Chelonophagis scapharum vsum præbeant. Vide Plin. lib. 6. cap. 25. & Strabonem lib. 15.

Chelydros, ἠρέμα χέλυδρος. Ital. *Teſtudine marina.* Gal. *Tortue de mer.* Hisp. *Galapago de la mar.* ἠρέμα Est testudo marina. Nam χέλυς testudinem Græcis, & ὕδωρ aquam significat: quasi testudinem aquaticam dixeris. ¶ Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, eiuantes illud Iuuenalis, Donant arcana chelydros. Quo tamẽ in loco alij cylindros legere malunt.

Chelys, χέλυς. Ital. *Teſtudine.* Gal. *Vne tortue.* Hisp. *Galapago.* ἠρέμα Proprie est testudo animal, quanuis etiam pro instrumento musico accipitur, quod & Latini Testudinem appellant. Nam ex testudine prima facta est cithara à Mercurio, cõsumpta iam carne, sed superstitibus neruis. Ouid. ad Pison. Pulsatur manibus Phœbea chelys. Canora chelys. Seneca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chelonium, ξ χελώνιον. Ital. *La scorza dispora la testuggine.* Gal. *La couuerture & coquille d'vne tortue.* Hispa. *La cobertura del galapago.* ξ Budæus. Testudinis tegumentum est. Nam testudinem Græci χελώνην appellant.

CHEMNIS, Pomp. Melæ, siue CHEMMIS, χέμμις Herodoto, insula est in quodam Aegypti lacu natans: quod omnino incredibile videtur, quum augustum Apollinis templum, & lucos sustineat.

CHENA, næ, χῆνα, Vrbs Laconiæ, á qua Gentile Chenieus.

Chenalopeces, χηναλώπηκες, ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautioribus vtuntur Britanni. Vide Plin. lib. 10. cap. 22. Est autem nomen ἀπὸ τοῦ χηνὸς καὶ ἀλώπηκος, hoc est ex anser, & vulpe compositum: vnde & Vulpanserem Aeliani interpres transtulit. Anserem enim specie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis iniuriam facile propulsat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, vt interim pullis elabendi spatium præbeat. Vide Aelianum lib. 15. cap. 31.

Chenisc us, χηνίσκος. Latinis anserculus est. Vnde & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anseris similitudinem effictum erat, Chenisci appellarit. Apuleius, Puppis intorta chenisco. Lucianus in eo Dialogo, qui πλοῖον ἢ εὐχαὶ inscribitur, Ὡς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπῆρτηντο ἐφ' ἑκατέρα κεκλιμένη χηνίσκοι χρυσοῖ ἐπεσήμαινον καὶ τὰ ἀνάλογα ἡ πρῷρα ἐνεῤῥύθμιστο εἰς τὸ ἄκρον ἀπηκριβωμένη τῷ ὑπόπτερος εἶναι καὶ ἰσχνὴ τῷ ὄντι ἠκτέρωστο. Hoc est, Vt verò ipsa quidem pupis paulatim assurgit inflexo aureo chenisco ornata (hoc est, inflexa, atque aureum anserculum supernè habens impositum) è regione autem æqua proportione prora prominet in anteriorem partem lõgè porrecta, cognominem naui deam. Isidem videlicet vtrinque additam habens. Idem in veris narrationibus, Ὡς τὸ μὲν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπετέτριγε, καὶ ἀνέπτατο. Hoc est, Chenisceus enim (siue anserculus) qui ad puppim erat, repente alis plaudere cœpit, & clangorem edere. Formam chenisci vide apud Baysium de re nauali.

CHENOBOSCIA, χηνοβοσκία. Vrbs Aegypti, é regione Diospolis, ab anserum, vt videtur, pascuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. ¶ Huius incolæ dicuntur Chenoboscitæ, qui circa Crocodilos occupantur.

Chenoboscion, pen. prod. χηνοβόσκιον. Locus vbi asseres, aliæque id genus nantes volucres aluntur: nam χὴν, χηνὸς, anser dicitur. Colum. lib. 8. cap. 14. Qui verò greges nantium possidere student, chenoboscia constituant.

Chenomycon, Herba, ad cuius aspectum expauescunt anseres. Aliis nominibus Nyctegretum dicitur, & Nyctilops, eò quòd noctibus luceat. Vide Plin. lib. 21. cap. 11.

Chenopus, dis, χηνόπους, Latinè anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quæ habet effigium anserini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8, Ceras ex omnium arborum satorũmque floribus confingunt, excepta rumice, & chenopode.

Chenotrophia, æ, pen. prod. χηνοτροφία. Nantium volucrum auiaria.

CHEOPES, siue CHEOPS, Aegypti rex fuit, Mycerini pater, cuius opus est maxima totius Aegypti pyramis, ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuisse dicitur, & pro apio, cæpa, & allio mille sexcenta talenta expendisse. Autor Herodotus lib. 2.

Cheramides, Genus lapilli pretiosi, qui (vt Strabo libro vltimo refert) Mauritaniæ campestribus nascitur. Plin. lib. 37. cap. 10, Cheramides eadem esset, quam Ostraciten vocant, nisi quòd hanc cærulæ interdũ bullæ cingunt.

Cheria, A' quibusdam appellatur Raphanus syluestris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruellium lib. 2. cap. 123.

Chernites, χερνίτης, Lapidis genus est ebori simillimi, in quo defunctorum cadauera condebantur. Plin. lib. 36. cap. 17, Mitior est autem conseruandis corporibus, nec absumendis, cheruites ebori simillimus: in quo Darium conditum ferunt.

CHERRONESVS, χερρόνησος, quasi χερσόνησος, ἀπὸ τοῦ χέρσος καὶ νῆσος: Terra est in insulæ modum mari cincta, vno tantum, eóque angusto spatio continenti adiuncta: Latini Peninsulam vocant. Quinque autem insigniores commemorantur Cherronesi: quarum celeberrima Achaiæ adhærens, Peloponnesus appellatur. ¶ Secunda, quæ à vicina continente Thracia dicitur, cuius Isthmus ab Occasu Melane sinu, ab Ortu Propontide abluitur. ¶ Tertia, quæ Saxoniæ adhærens, à Cimbris, qui eam tenuerint. Cimbrica appellata est: hodie Dania dicta. Vulgò *Dinamarca.* ¶ Quarta inter Pontum Euxinum, & Mæotidem paludem sita, à Tauris Scythiæ Europæ populis Taurica appellata. ¶ Quinta, quam Auream cognominant, in Iudia sita, supra Gangem, Ortum versus, iuxta sinum quem Magnum appellat Ptolemæus.

Chersina, æ, Genus est testudinis terrestris, in aridissimis Africæ desertis, toscido humore viuens. Autor Plin. lib. 9. cap. 10.

CHERSIDAMAS, χερσίδαμας, Vir Troianus, quem Vlysses in bello interemit, vt scribit Homerus lib. 11. Iliad.

CHERSONESVS, χερσόνησος, Idem quod Cherronesus. Vide suprà.

Chersydros, χερσύδρος, Serpens, qui tam in aquis, quàm in terris morat: nam componitur ex χέρσος terra, & ὕδωρ aqua, quasi viuens in terra, & in aqua.

CHERVSCI, χηρῦσκοι, Populi Germaniæ circa Albin: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 14.

Chia terra, χία γῆ, Terra est albida, siue cineritia, Samiæ similis, quæ cutem erugat, totúmque corpus amabili coloris bonitate commendat. Autor Dioscorides lib. 5. cap. 101.

Chia ficus, siue Chia absolutè, σῦκον χίον, Fici species est, grato quodam sapore palatum pungens, vinique veteris, salísque saporem referens. Martial. lib. 7, Infanti melimela dato, fatuáque mariscas:

Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia placet. Idem lib. 13,

Chia seni similis Baccho, quem Setia misit:
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

CHIDNAEI, χιδναῖοι, Populi iuxta Pontum: teste Orpheo in Arg.

CHIDORVS, Fluuius est Macedoniæ, per Mygdoniam in Axium influens, vnus ex iis qui à Xerxiano exercitu dicuntur fuisse epoti. Vide Herodotum lib. 7.

Chilias, χιλιάς, Numerus qui mille continet. Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chiliarchus, ξ χιλίαρχος. Ital. *Colonello di mille fanti.* Gal. *Colonnel de mille hommes.* Hisp. *Capitan de mil hombres.* ξ Qui præest mille hominibus. A' Græcis tamen scriptoribus, quoties de Romanorum militia sermo est, Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari, quemadmodum in ciuitate Dematchus, δημαρχος, pro tribuno, plebis, nam autore Iosepho, ordo in Romanorum militia hic erat: vt milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos Græci Chiliarchos vocant, mane conuenirent salutatum. Hecatontarchi autem dicebantur Centuriones, qui centum militibus præerant. Pentecosiarchi, qui quingentis, Decarchi, qui & à Latinis Decuriones, qui decem militibus præerant.

Chiliophyllon, χιλιόφυλλον. Herba est, quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba, στρατιωτικὴ, dicitur. Chiliophylli nomen accepit à multitudine foliorum.

Chiliodynamis, χιλιοδύναμις Dioscoridi, Chiliodyname Plinio, Herba est quæ alio nomine Polemonia dicitur, à regum certamine, qui eius inuentionem sibi certatim vendicauerunt. Chiliodynamis autem à Cappadocibus nominata est, propter varios in medicina vsus. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Chilones, χίλωνες, Quibus immodica sunt labra, qui & à Latinis Labeones dicuntur. Nam χεῖλος Græcis labrum est.

CHILO, χίλων, Philosophus Lacedæmonius, vnus ex septem sapientibus Græciæ. Eius (Plinio teste lib. 7. cap. 32.) tria hæc aurea præcepta fuerunt. Delphis in templo Apollinis consecrata: scilicet, Nosce teipsum, Nihil nimium cupias, Comes æris alieni atque litis, est miseria. Quin & funus eius, quum victore Olympiæ filio, gaudio expirasset, tota Græcia prosequuta est.

Chimastrum, χείμαστρον, Vestis est rusticorum, qua hyeme vtuntur, ἀπὸ τοῦ χειμάζειν, quod nobis sonat, hyemare.

CHIMAERA, χίμαιρα. Mons est Lyciæ igniuomus, in cuius cacumine leones habitant: in medio autem, vbi pascuis abundat, capræ: in radicibus autem serpentes. Hinc factus est locus fabulæ, Chimæram monstrum esse, quod flammas euomat, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Lucretius, Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra. Ouid. 6. Meramorphoseos,

Quoque Chimæra iugo mediis in partibus hirsum,
Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.

Et quoniam Bellerophontes Glauci filius montem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc fere Seruius in illud Virgil. 6. Aeneid. -flammisque armata Chimæra. Plin. lib. 2. cap. 106, Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & qui sem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui verò terra aut fœno, Ouidius Ctesias tradit.

Chimerinos, pen. corr. χιμερινός, Græcis idem est quod hybernus, siue hyemalis. Martialis de Earino,

Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos essem:
Horrida si brumæ sydera, Chimerinos. ¶ Hinc Capricorni Tropicus, ad quem accedente sole, dies breuissimi fiunt, à Græcis Chimerinos appellatur: quemadmodum & à nobis Brumalis. Plaga quoque Australis habitabilis, à Cosmographis Chimerine appellatur. Duæ enim sunt plagæ orbis habitabiles: quæ à nobis incolitur, ἡμερινὴ nominatur: altera quam incolunt Antichthones, Chimerine, à nobis Hyemalis: quæ quòd ad Austrum deflexa sit, Australis quoque nuncupatur, quum nostra Septentrionibus supposita sit.

CHIONE, χιόνη. Nobile scortũ fuit, nomen habens à candore niuis. χιὼν enim Græcè niuem significat. Iuuenalis, Et dubitas alta Chione deducere sella. In hanc erat festiuum illud Martialis Epigramma lib. 5,

Digna tuo cut sis, indignáque nomine dicam.
Frigida es, & nigra es: non es & es Chione. ¶ Fuit & Chione filia Dædalionis, cuius nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurienſi nupsit.

CHIOS. ξ χίος. Vulgò *Scio, ò Chio.* ξ Insula in Aegæo noningentorum circiter stadiorum ambitu, Ioniæ adiacens, inter Samum & Lesbum, in qua laudatissima nascitur mastiche. Hanc Ephorus prisco nomine Aetaliam, Cleobulus Chiam appellauit, à Chione Nympha, siue à niue alij & Macrin & Pityusam. Montem habet Pellenæum, & Marmor Chion: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur: & promontorium Aruisium, à quo Aruisia vina. ¶ Habet autem hoc nomen quum primitiuum est, penultimam correptam. Lucan. lib. 8, Quas Asine cautes, & quas Chios asperat vndas. Sunt qui quadrigeminam Chium esse putent: vt prima sit Chios insula, cum oppido eiusdem nominis: secunda Cariæ vrbs, sub monte Pelleneo: tertia in Euboea: quarta in Chersoneso Rhodiorum, iuxta Triopiam.

Chius, a, um, pen. prod. χῖος. Tibul. lib. 2,

Nec mihi fumosos veteris proferte Falernos
Consulis, & Chio soluite vincla cado.

Hæc insula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum historicum, & Theocritum sophistam.

Chiragra, pen. corr. ξ χειράγρα. Ital. *Gotta di mano.* Gal. *Douleur & goutte aux mains.* Hisp. *Gota, dolencia delas manos.* ξ Morbus articularis manus infestans. Martialis. Sed nil patrono potrigit, hæc chiragra est.

Chirager, & Chiragricus, χειράγριος, Qui chiragram patitur.

Chiridota, χειρίδωτος, Tunica prolixa vltra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira dicitur. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiecit, quòd cum chiridota tunica, id est manicata, accubuerit. Has vestes Plautus vocat manuleatas. ¶ Dicta est autem chiridota ἀπὸ τοῦ χεῖρας, hoc est à manibus quas tegebat.

Chirographum, ξ χειρόγραφον. Ital. *Scritto di mano.* Gal. *Escrit signé ou cachet de sa main, seing manuel.* Hispa. *Escriptura de propria mano.* ξ Est quod nostra manu perscripsimus in fidem alicuius. Asconius scribit Chirographa dici, in quibus tantum quæ gesta sunt, scribi solet. In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Iuuen. Vana superuacui dicunt chirographa ligni. Cic. 3. de Nat. deor. Id quoque L. Labienus fecit, quum chirographum sex primorum imitatus est.

Chirographarius adiectiuum: vt, Debitor chirographarius, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice. Vlpian. in l. Si vt certo. §. Idem denique

denique ff. Commodati. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographarium debitorem tuum cauere fecerit, &c.

CHIROCNETVM, Insula est ante Lyciam, è regione Chimæræ montis, de qua Plin. lib. 5. cap. 31.

Chiromantia, χειρομαντεία. In manibus diuinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, à μαντεία καὶ χείρ.

Chironion, χείρωνιον, Tertium panacis genus, ab inuentore Chirone Centauro, ita dictum folium lapatho simile, florem aureum, radicem paruam habens. Plin. lib. 25. cap. 4. ¶ Est præterea Chironium herba eadem cum centaurio maiore: ita dicta à Chirone Centauro qui ea curatus est dicitur, quum Herculis arma pertractando telum in pedem decidisset. Vide suprà in dictione CENTAVREA.

CHIRON, onis, χείρων, Centaurus, Saturni & Phillyræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtæ, Saturnum, quum Phillyram Oceani filiam adamaret, eiúsque frueretur concubitu, Opis vxoris interuentu turbatum, subitò se in equum conuertisse, Phillyram autem ex eo grauidam effectam, fœtum peperisse, cuius anterior pars hominem, posterior equum referret, eúmque Chironem nominasse: qui vbi primùm adoleuit, in syluas sese contulit, ibique herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum euasit: à quo etiam Centaurion herba nomen accepit, & Chironium vlcus, quod maximè sit in pedibus & cruribus, duas habens oras calentes, tumentésque dolore modico: sic dictum, quòd Chironis opem exigat. Et prouerbialiter Chironium vulnus, χείρωνιον ἕλκος, immedicabile malum appellamus: aut quòd Chiron immedicabile vulnus accepit in pede, vnde & periit: aut quòd manum Chironis vt sanetur, exigat. Hic postea à Peleo & Thetide accitus, propter probitatem, peritiam, & iustitiam, quibus cæteris multum antecellebat. Achillis pædagogus est, quem & citharæ artem & herbarum & vsum docuit. Ab eodem & medicinam Æsculapius, & Astrologiam Hercules dicuntur accepisse. Postremò quum Herculem hospitio suscepisset, armáq; eius pertractaret, euenit vt sagitta quædam hydræ Lernææ veneno imbuta, illi in pedes decideret. Quod malum quum nulla ope sanari posset, diríssimis cruciatibus conficiebatur: mori tamen non potuit, quòd vtroque parente immortali natus esset. Tandem quum à superis impetrasset vt immortalitatem sibi morte liceret commutare, cælum translatus est: vbi & Sagittarij signum efficit.

Chironia vitis, χείρωνος ἄμπελος, Herba est smilacis folijs, clauiculis suis arbores vitis modo conscendens, pro semine acinos habens vuæ modo dependentes, initio herbaceos, postea nigricantes, radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, ἄμπελος μέλαινα appellatur. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

Chironomus, ‡ χειρονόμος. Ital. *Giuocatore di mano, danzatore di morescha con mouere di mano* Gal. *Ioueur de mouresques, ou celuy qui apprend à mouuoir les mains & à faire la contenance.* Hisp. *El que danza por personajes.* ‡ Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur: quanuis etiam ad reliqui corporis gestus transferatur. Iuuenal. Satyr. 6, Chironomen Ledam molli saltante Batillo. Tuccia vesicæ non imperat. ¶ Inde χειρονομεῖν Græcis idem est quod manibus gesticulari: cuius verbi participio vsus est idem Iuuenalis Satyr. 5,

Structore interea (nequa indignatio desit)
Saltantem spectas, & χειρονομοῦντα volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur. Vbi χειρονομοῦντα dixit, quasi manibus gesticulantem, & certo quodam manuum gestu escas diuidentem.

Chironomia, ‡ χειρονομία. Ital. *Moresche con mouare di mano.* Gal. *Sceance de faire gestes des mains, moresque.* Hisp. *Dança por personajes.* ‡ Manuum gesticulatio inter saltandum, vel saltationis quoddã genus, quod manuum gesticulationem habebat adiunctã: cuiusmodi olim fuit Pyrrhica. Quinct. li. 1. cap. 19, legem gestus interpretatur: à χείρ manus, & νόμος lex: sunt enim manuum motus quidam præscripti, quibus saltantes vtuntur: quod potissimum in Græcorum vsu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc vrbis moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chirotheca, ‡ χειροθήκη. Ital. *Guanto.* Gal. *Gant.* Hisp. *El guante.* ‡ Manuum vagina, quæ etiam Manica dici solet. Cic. in Phil. Solet enim citò ipse accipere manicas. Græci etiam Dactylothecam vocant.

Chirurgus, ‡ χειρουργός. Ital. *Cerusico.* Gal. *Cirurgien.* Hisp. *Cirugiano que cura con manos.* ‡ Medicus vulnerarius, à manuum operatione sic dictus. Martialis lib. 2, Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Chirurgicus, a, um, χειρουργικός: vt Ars chirurgica, Instrumentum chirurgicum.

Chirurgia, ‡ χειρουργία. Ital. *Cirurgia.* Gal. *Cirurgie.* Hisp. *Aquella arte de curar con las manos, cirugia.* ‡ Licet nomen generale sit ad omnẽ artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione coniunctam: propriè tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, vel vstione, aut alia quauis ratione, quæ manu administretur, morbos curat. Cicero ad Atticum Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. Celsus in proœmio lib. 1, Medicinæ, Iisdémq; temporibus tres partes medicina diducta est, vt vna esset quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam Dixeticen, secundam Pharmaceuticem, tertiam Chirurgicen Græci nominauerunt.

Chlamys, ydis, χλαμύς. Ital. *Sopraueste militare.* Gal. *Manteau ou cape, habit de gendarme ou temps passé.* Hisp. *Vestidura redonda como manto.* ‡ Propriè vestis militaris, pallio breuior multò, ac strictior. Virgil. 8. Aeneid. -ipse agmine Pallas Iu medio chlamyde & pictis conspectus in armis. Plautus, Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opus esse chlamyde, machæra, & petaso. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Iureconsulti verò inter vestimenta puerilia numerant chlamydes, A' Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas autor est. Quidam deducunt à χλιαίνω, tepefacere.

Clamydatus, adiect. Qui est chlamyde indutus. χλαμυδηφόρος. Plaut. in Pseu. Quis hic homo chlamydatus est? aut vnde est? aut quem quæritat?

Chlamydula, diminut. χλαμύδιον, Idem, Tu sume chlamydulam.

Chlæna, æ, χλαῖνα. Vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim tempore, superiniiciebatur. Latinis Læna appellatum. Vnde natum est apud Græcos prouerbium, οὐδεμίαν ἔχει χλαῖναν ἐν θέρει· ἐπὶ τῶν μὴ καιρίως ἀναλισκόντων τὰ ἐπιτήδεια. Hoc est, Aestate lænam deteris. In eos dici solitum qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur. ¶ Dicta est autem Chlæna, vt putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, hoc est à calfaciendo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

CHLAMYDIA, æ, χλαμυδία. Vulgò τὰ ἐλάτια, Insula est maris Aegæi, vna Cycladum, quæ notiore nomine Delos appellatur. Autor Plin. lib. 4. capite 12.

Chlorion, χλώριον, Auis est lutei coloris, perpetuas cum cotuo inimicitias exercens, altero alterius ouis insidiante. Vide Plin. li. 10. ca. 29. & 74.

CHLORIS, χλωρίς. Florum dea, eadem cum ea quæ à Romanis Flora dicta est: quæ quum Zephyro nupsisset, à marito muneris loco impetrauit vt florum omnium haberet potestatem. Ouid. 4. Fastorum, Chloris eam, quæ Flora vocor. De hac Claudianus de Raptu Proserpinæ. ¶ Fuit & chloris quædã Amphionis & Niobes filia, quæ Neleo nupsit, eique Nestorem, aliósque complures filios peperit. Hæc postea ob matris superbiam, quæ se Latonæ præferre non verebatur, vnà cum fratribus & sororibus, Apollinis & Dianæ telis fuit interfecta. Fabulam refert Ouid. 6. Metamor.

Chlorites, χλωρίτης, Gemma est herbacei coloris, quæ in scyllæ auis ventre inueniri creditur. Hanc Magi ferro includi iubent, tanquam ad prodigiosa quædam miracula vtilem. Vide Plin. lib. vlti. cap. 10.

CHLORVS, Fluuius est Ciliciæ prouinciæ, cuius meminit Plin. li. 5. ca. 27.

Choa, siue Chus, χόα, χοῦς. Mensuræ genus fuit apud Græcos, Romanum capiens congium, hoc est sextarios sex, siue cotylas Atticas duodecim. Vide Budæum de Asse.

Choaspites, χοάσπιτος. Gemma est viridis, auri fulgore intermicante: ita dicta à Choaspi fluuio in quo innenitur. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

CHOASPIS, χοάσπης. Medorum fluuius ad fines Persidis in Tigrim defluens: cuius aquæ tam suaues sunt, vt finitimi reges non alia aqua ad pocula vtantur. Tibullus lib. 4, Nec quà vel Nilus, vel regia lympha Choaspis Profluit.

CHOATRAE, Populi sunt ad Maeotin. Autor Plin. lib. 6. cap. 5.

Chœnix, chœnicis, χοῖνιξ. Nomen mensuræ duos capiens sextarios. Hac mensura setuis olim frumentum in cibum administrabantur domini. Vnde Pythagoræum ænigma est, Super chœnice non sedendum, hoc est per inertiam & otium alienum cibum non esse sectandum, sed suã quenque industria sibi vitæ necessaria debere parare.

Chœnicion, χοινικίον, Instrumentum est chirurgorum, quo minora ossicula exscant. Latini Modiolum vocant. Celsus lib. 8. cap. 3. Excidituer verò os duobus modis: si paruulum est, modiolo: si spatiosum, terebris.

Chœrades, ‡ χοιράδες. Ital. *Scrofole.* Gal. *Escrouelles.* Hisp. *Lamparones.* ‡ Nihil aliud sunt quàm indurati adenes, in collo præcipuè, in alis, & inguinibus nascentes: Latino vocabulo Strumæ appellatæ. Chœrades autem dictæ videntur, ἀπὸ τῶν χοίρων, hoc est à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

CHOERILVS, pen. corr. χοιρίλος. Poëta fuit Samius, seruili conditione natus, qui quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto Historico exceptus est & institutus. Scripsit Atheniensium victoriam contra Xerxem: cuius carminis nomine in singulos versus singulos accepit aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis, (cuius in expeditione comes erat) vt in vita illius tradit Plutarchus. Horatius autor est, etiam Alexandri Magni gesta scripsisse Chœrilum, & pro singulis versibus singulis Philippeis fuisse donatum. Sic enim scribit lib. 2. Epistolarum,

Gratus Alexandro Magno quondam fuit ille
Chœrilus, incultis qui versibus, & malè natis
Retulit acceptos, regale numisma, Philippos.

Sunt qui tradant Alexandrum hac lege cum Chœrilo pepigisse, vt pro singulis bonis versibus singulos acciperet Philippos, pro singulis autem malis singulos colaphos: opere autem perfecto vix septem fuisse inuentos, qui possent probari. ¶ Fuit & alter Chœrilus, poëta tragicus. Vtriúsque meminit Suidas.

CHOLARGVS, χολαργός, Vicus est in agro Atheniensi, tribus Aeamantidis. Stephanus.

Cholas, Lapis est ex genere smaragdorum, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis incidi, referente Plin. lib. 37. cap. 5.

Cholera, choleræ, ‡ χολέρα. Ital. *Colera.* Gal. *Cholere.* Hispa. *El humor colera.* ‡ Morbi genus est præcipitis, in quo & vomitus, & deiectio simul fiunt. Corn. Celf. lib. 4. ca. 11, Primò faciendæ est mentio choleræ, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul & deiectio & vomitus est, præterque hæc inflatio, intestina torquentur: bilis suprà infráque erumpit, primùm aquæ similis, deinde vt in ea recens caro lota esse videatur: interdum alba, nonnunquam nigra vel varia. ¶ Accipitur & pro bile, χολή. Lamprid. Alexander, inquit, Cæsar iudices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo viderei: commotione animi & stomachi choleram enomebat.

Choliambi, χωλίαμβοι, Qui & Scazontes dicuntur, dicti quasi claudi iambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt. Versus sunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis distantes, quàm quòd in quinta sede semper habeant iambum, in sexta verò spondeum.

CHOLOBETENE, χολοβατηνή, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit.

Cholobetenus, Gentile est. χολοβατηνός. Stephanus.

Choma, atis, neut. gen. χῶμα. Agger, siue tumulus. Budæus in Pandectas, Chomata sunt aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibúsque Nili aqua coërcetur. Vipianus de extraor. crimi. l. Saccularij, In Aegypto qui chomata rumpit.

CHOMPSO, χομψώ, Insula Nili inter Aethiopiam, & Aegyptum: cuius meminit Herodotus lib. 2. Gentile est Chompsœtes, χομψοίτης.

Chondros xiphoides, χόνδρος ξιφοειδής, A' medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi officio superiori respondens: ita dictum quòd acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chondros, ‡ χόνδρος. Ital. *Cartilagine, tenerume, come è quel de l'orecchi.* Gal. *Cartilage,*

cartilage, tendron ou tendrillon. Hisp. *Tenilla.* } Græcis pars est similaris, in corpore animalis, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem dutitiem obtinens, quam Latini cartilaginem vocant.

Choragium, Choragus, Choraules, Vide CHORVS.

Choramnæi, χωρομναῖοι, Genus quoddam hominũ syluestre in Perside, tantæ velocitatis, vt cervos comprehendant cursu. Stephanus.

CHORASMIE, es, χωρασμίη, Vrbs Parthorum, Orientem versus: cuius incolæ Chorasmij commemorantur ab Herodoto lib. 3. in catalogo Xerxiani exercitus.

Chordus, da, dum, Quod serotina fœtura natum est: ὀψίγονος: vt, Chordi agni, qui post tempus debitum nascuntur: quos vulgus vocabulo inde deducto, Chordiscos vocat. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1, Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, & remanserunt in voluis intimis: vocant χορδὸν: inde Chordi dicti. Plin. lib. 8. cap. 47. de ouibus loquens, Gerunt partum diebus c 1, postea concepti invalidi: Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus: vnde plerique serius nati Chordorum cognomen traxerũt. ¶ Vnde Chordi cuiusdam Cremerij meminit Suetonius: item alterius Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quintilianus quoque lib. 1, à diligenti præceptore exigit, vt nominum origines curiose scrutetur: cuiusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus & Posthumus. ¶ Transfertur & ad inanimata: vnde Chordum fœnum dicitur, quod autumno secatur. Colum. lib. 7. cap. 3. Aluntur autumnali fœno, quod Chordum vocatur. ¶ Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ serò matureſcunt. ¶ Apud plerósque animadvertimus Cordam scribi sine aspiratione: quæ tamen scriptura repugnat etymo, quod paulò antè è Varrone adduximus.

Chorda, dæ, } χορδή. Ital. *Corde de gli instrumenti musicali.* Gal. *Corde à instrument de musique.* Hisp. *Cuerda.* } Fumiculus in instrumemo musico, qui Latino vocabulo fides dicitur. Cic. 3. de Orato. Nam voces, vt chordæ, sunt intentæ, quæ ad quenque tactum respondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna parua. Ouid. 5 Metamor. Caliope querulas præterat pollice chordas. Atque hæc percussis subiungit carmina nervis. ¶ Eadem oberrare chorda, prouerbialiter dicuntur, qui vel in simili re crebrius peccant, vel eulpam eandem iterum atque iterum committunt. Horat. in Arte poët. –& citharœdus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Chordapsus, } χορδάψος. Ital. *Dolor de viscere, di stomaco.* Gal. *Iliaque passion.* Hisp. *La colica dolencia.* } Morbus est intestinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum vocant. Eadem etiam ratione Græci χορδάψους vocauere, τοὺς πρὸς τὰς χορδὰς: ita enim intestinum vocant, quod peculiariter hoc morbo infestatur.

Chorea, rex. Choraules, Choreuma, Vide CHORVS.

Choriambus, χοριαμβος, Pes ex prima & vltima productis, duabus mediis breuibus: vt, filiolis. Dictus Choriambus, quòd ex choreo, hoc est trochæo constet, & iambo.

CHORINÆVS, Rutuli cuiusdam nomen, ab Asyla Troiano interempti apud Virgil. lib. 9, Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asylas.

Chorius, siue Choreus, χορεῖος, Pes, qui alio nomine dicitur Trochęus, constans ex duabus syllabis, prima longa & secunda breui: vt, Musa.

Chorobates, χοροβάτης, pen. corr. Est regula longa circiter pedes x x, quę habet transuersaria aquarum librationibus dicata, vt est videre apud Vitruuium lib. 8. cap. 6.

Chorographia, Chorographus, Choroistates, Vide CHORVS.

CHOROPHVS, Athenientis quidam, qui primus figlinam inuenit, vt testatur Plin. lib. 7. cap. 56. ¶ Est item Chorœbus, adolescentis nomen apud Virgil. 2. Aeneid. cui Priamus Cassandram filiam suam desponderat, qui etiam suprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion stultum inducit: quem etiam sequutus Virgilius, sententiam ei tribuit, sanæ mentis homine indignam, Dolus, an virtus quis in hoste requirat? Turpissima enim victoria censeri debet, quæ dolo quæritur.

Chorographia, χωρογραφία, Regionis alicuius particularis descriptio. Geographia verò, est totius terrarum orbis descriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicuius descriptor.

Chorus, ri, } χορός. Ital. *Coro, Moltitudine di quelli che cantano overo saltano.* Gal. *L'assemblee des danses.* Hispa. *Corro, compania de personas que dançan o bailan.* } Proprie multitudo est canentium, aut saltantium. Nam multorum vocibus, & concentu constat, vt Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priscos ex secuis symphoniacis comparabatur. Vnde apud Iureconsultos lib. 3. de Legatis, Si chorus legetur, perinde est ac quasi singuli homines legati sint. ¶ Et à χορὸς (secundum Platonem lib. 2. de Legibus) quæ est lætitia, deducitur. Festus à corona deriuat, habetque primam correptam. Virg. 6. Aeneid. Illa chorum simulans, euantes orgia circum Ducebat Phrygias. Vbi Seruius, Chorum, hoc est multitudinem in sacra collectam. Idem 1. Georg. Omnis quam chorus, & socij comitantur euantes. Vbi rursus Seruius, Chorus proprie est coæuorum cantus, atque saltatio. ¶ Transumitur & ad res incorporeas, sumiturque pro consentienti rerum aliquarum multitudine. Cic. 3. Offic. Potest igitur quicquam vtile esse, quod sit huic tanto virtutum choro contrarium? Hieronymus ad Dardanium scribit Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur. ¶ Incertum chorus, ἀγύναιον χορός. De cœtu lasciuientium dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα θέσθαι: est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi vendicare partes. ¶ Extra chorum saltare, ἐκτὸς χορὸν ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit aut facit à re quam proposuit alienum aliquid. Etenim quo cheros agunt, certis limitibus, certisque numeris Cadstricti mouentur, vt liberum non sit quò libet euagari.

horagium, gij, } χορήγιον. Ital. *Ornamento, apparecchio da representare comedie ò tragedie.* Gal. *Le lieu ou est l'equipage des joueurs de farces, comedies ou tragedies, leur ornemens & apareil.* Hisp. *Cierto instrumento para la dança.* } Proprie ædificium amplum post frontem, vnde prodibantur omnia ad ludos necessaria Vitruuius lib. 5, Post frontem porticus sunt constituendæ, vt quũ imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò se recipiat ex theatro: chorągiąq; tasamentum habeant ad chorum paran-

dum, vti sunt Porticus Pompeianæ. ¶ Festus Choragium interpretatur, ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur cuius præfectus dicitur Choragus, χορηγός. Plautus in Trinummo, Ipsa ornamenta à Chorago hæc sumpsit suo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. Autor ad Herennium lib. 4, Aut aliquod fragile fallæ choragium gloriæ comparetur. Apuleius lib. 5. de Asin. Iam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur. ¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγῶ, quod est suppedito, subministro.

Choragus, gi. } χορηγός. Ital. *Chi ha cura di ginochi publici, chi mena la danza.* Gal. *L'entrepreneur des jeux publiques, celuy qui fournit tout, & mene la dance.* Hispa. *El guiador de corro ò danza.* } Dux chori & suppeditator instrumenti iudicii, & expensarum, inquit Budæus. Plautus in Persa, Sed ἐφόδια ornamenta: τ, abs choragio sumito. Suetonius in Augusto,

Quum primum istorum conduxit mensa choragum,
Séxque deos vidit, Mallia séxque deas.

Choraules, vel etiam Choraula, } χοραύλης. Ital. *Suonatore de instromenti com piffari.* Gal. *Celuy qui sonne de la flouste auec jeux, menestrier, qui fait dancer au son de la flouste.* Hisp. *El que tañe enel corro ò en la danza.* } A' choro & tibiis dicti sunt, qui modulantur ad choros, vel qui in choro fistulas inflant. χορὸν nanq; chorum, & tripudium significat, αὐλὸς verò fistulam, seu tibiam: vnde Choraulæ dicti, quòd tibiis ad choreas canunt. Martialis lib. 11, Non sit quum citharœdus aut choraules. Plin. lib. 37. ca. 1, Præterquam Ismeniam choraulę, multisq; fulgentibusq; vti solitum. Apuleius, Erat quidem iuuenis satis corpulentus, choraula doctissimus. Iuuen. Saty. 6, Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion, Aut Claphyrus fiat pater, Ambrosiúsq; choraules. ¶ Choraules monumentarij, μνημεῖον αὐλητής, sunt tibicines, qui ad sepulchra defunctorum canebant, quales prisci Siticinas vocant, qui apud sitos, id est defunctos canunt.

Choraula, χοραύλη, appellatur ars tibicinum. Vnde Strabo culpat Ptolemæum Aegypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chorea, rex, } χορεία. Ital. *Ballo.* Gal. *Dance.* Hisp. *Dança ò baile.* } penultima indifferente, à χορεύω salto, pro ipsa saltatione vsurpatur. Virgil. 6. Aeneid. Pars pedibus plaudunt, choreas, & carmina dicunt. Idem, Immemores nostri festas duxere choreas.

Choreutes, χορευτής, Quilibet ex choro vocatur. Budæus.

Choreuma, χορεύμα. à Platone vocatur cauticum, quod à choro canitur & saltatur.

Chorocitharistæ, } χοροκιθαριστής. Ital. *Quelli che cantano & suonano in coro.* Gal. *Chantres ou menestriers qui chantent, ou sonnent aux dances.* Hisp. *Los tañedores de corro ò danza.* } Qui in choro citharizant: sicut psallocitharistæ, qui psallunt, id est canunt ad citharam. Suetonius in Domit. Certabatur etiam & prosa oratione, Græcè, Latinéque: ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Chorodidascalus, li, } χοροδιδάσκαλος. Ital. *Maestro di coro.* Gal. *Maistre de cœur ou de la chapelle.* Hisp. *Maestro de danza.* } Magister est chori, Platoni & Aristoteli. Budæus.

Choroistates, χοροστάτης, Chori præcentor, est quem vulgus *Intonatorem* vocat, qui scilicet chorum symphoniacum moderatur.

CHOSROES, χοσρόης, Persarum rex fuit, Græcæ philosophiæ peritissimus, qui sibi Aristotelem non minus familiarem reddidit, quam Demosthenes Thucydidem. Huius vitam & studia latissimè exequitur Suidas.

Chreston, χρηστόν, Lutubi erratici species, quæ Aegyptio nomine Cicherium, Romano Ambubeia appellatur. Chreston appellatur ab insigni vtilitate, teste Plin. lib. 20. cap. 8.

CHRESTVS, χρηστός, Nomen Byzantij Sophistæ fuit, qui Adriani temporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Autor est Philostratus.

Chria, χρεία, Est cõmemoratio alicuius dicti vel facti, vel vtriusq; simul, celebrem habens demonstrationem: vt Isocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus verò dulces. Est autem vna ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. Aphthonius in Progymnasm. definit χρεία hoc modo, χρεία ἐστὶ λόγου μνημονευτικοῦ συντόμου ἢ πράξεως ἢ ῥήσεως ἢ τοιούτου τινὸς ἀναφορά. hoc est, Chria breuis est commemoratio, commodè ad personam aliquam relata. ¶ Chriæ vsum & genera latius exequitur Cælius Rhodig. lib. 26. cap. 27. Dicta Chria, quòd maximè sit vtilis & necessaria. χρεία enim, & vsum & necessitatem significat.

Chrisma, atis, χρῖσμα, Vnguentum, siue vnctio: à verbo χρίω, vngo: vnde & CHRISTVS, χριστὸς, vnctus.

CHRISTODORVS, χριστόδωρος, Poëta Aegyptius fuit ex Copto vrbe, tempore Anastasij Imperatoris, qui Isaurica conscripsit, hoc est Isauricæ vrbis expugnationem. ¶ Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui aucupij rationem, item vitam Diuorum Cosmæ, & Damiani carmine complexus est. Vtriusque autor Suidas.

Chromata, χρώματα, Præter vulgatam illam apud Græcos significationem, qua colores denotantur, quæ propria visus sunt obiecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & Colores à Latinis appellantur. ¶ Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur vna ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur.

Chrombus, Genus piscis est, cuius tres enumerantur species, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. Plin. lib. 32. cap. 11.

Chromios, χρομίος, Filius Nelei, & Chloridos, qui in ea pugna, quam Pylij & Messenij aduersum Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est. ¶ Alius fuit Priami filius, in bello Troiano à Diomede interfectus. ¶ Fuit & Chromius quidam Argiuus, qui ea in pugna, quę ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argiuos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis euasit. Autor Herodotus lib. 1.

Chronia, orum, χρόνια, Saturni festa.

Chromis, apud Plin. lib. 32. cap. 11, Piscis est in aqua nidificans. ¶ Fuit etiam hoc nomine Herculis filius: de quo Papinius, It Chromis, Hippodamúsque alter satus Hercule magno.

Chronica, orum, gen. neut. } τὰ χρονικά. Ital. *Cronica, annali.* Gal. *Chroniques, annales.*

Universidad de Sevilla Biblioteca

Hisp. Cronica à historia de tiempos.} non Chronica, ex, (vt indocti vsurpant) Annales, siue historiæ, tempotum memoriam conseruantes, quibus scilicet res gestæ, seruato temporum ordine digeruntur. ¶ Inuenitur & Chronicus, ca, cum. Gell. lib. 17. cap. 21, Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci, Latini atque Romani viri. ¶ Chronici, qui de temporibus scribunt. Plin. lib. 35. Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum errore non dubio.

Chronisso, as, χρονίζω. Græcum verbum est, idem significans quod moror, subsisto, & ex itinere identidem quiesco. Quo verbo vsus est Lucretius lib. 3. Et satiati agni ludunt, blandéque chronissant.

Chronos, χρόνος. Ital. Tempo. Gal. Temps. Hispa. Tiempo.} Latinè tempus dicitur. Cic. 2. de Nat. deor. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & cõuersionem spatiorum ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet: χρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est spatium temporis. Hinc factus est locus fabulæ, Cronon, hoc est Saturnum, filios suos deuorare, & eosdem rursus euomere: qua nihil aliud significatur, quàm temporis successu omnia gigni & rursus consumi.

CHRYSA, æ, siue Chryse, es, χρύση. Oppidum fuit Troadis, Apollinis Sminthij delubro insigne: cuius meminerunt Plin. lib. 5. cap. 30, Strabo lib. 13, & Homerus Iliad. 1. Ouid. 13. Metamorpho. Chrysenque, & Cillan Apollinis vrbes. ¶ Stephanus item Chrysen quandam collocat circa Lemnum, & ipsam Apollini sacram. ¶ Est item Chryse insula Indiæ adiacens, de qua paulò pòst.

Chrysalis, dis χρυσαλὶς, Erucæ genus est ex rore nascens, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio. Vide Plin. lib. 11. cap. 23.

Chrysanthemon, χρυσάνθεμον, Genus est anthemidis siue chamæmeli, luteis per ambitum foliis à leucanthemo distinctum, de quo separatim agit Dioscorides lib. 4. Meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26. cap. 8.

CHRYSANTVS Alexandrinus, Romæ, quò iuuenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac tecta saxisque obrutus fuit, Volaterranus.

CHRYSAOR, χρυσάωρ, Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, vt & Pegasum, natum scribit Hesiodus in Theogonia.

CHRYSAS, χρυσᾶς. Vulgò Dusano. Fluuius est Siciliæ, teste Cicerone, qui de eo sic scribit 6. Verr. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanum eius est in agro prope ipsam viam, quâ Assoro itur Ennam. In eo Chrysæ est simulacrum præclarè factum è marmore.

CHRYSAORIS, idis, χρυσαορὶς. Cariæ ciuitas à Lyciis condita, quæ postea Adrias nominata est: vt ex Apollonij sententia refert Stephanus.

Chrysaspides, χρυσάσπιδες, Appellati sunt milites armati clypeis auro exfatis.

CHRYSE, χρυσὴ Stephano. Insula est ante ostium Indi fluuij, tam ferax auri, argentique metallis, vt nonnulli prodiderint, solum eius aureum esse, atque argenteum. Huius insulæ meminit Plin. lib. 6. cap. 22.

Chryselectrum, χρυσήλεκτρον, Electri species in colorem luteum declinans: de quo Plin. lib. 37. cap. 4.

Chrysendeton, pen. corr. χρυσήνδετον. Vasis genus aureis crustis illigatum. Martialis lib. 8, Si videre potes miseri chrysendeta Cinnæ.

CHRYSEIS, idis, χρυσηὶς. Apollinis sacerdos fuit, pater Astynomes, quæ à nomine eius Chryseis cognominata fuit: quam quum Græci, expugnatis Thebis Cilicis, vrbe Eetionis, abduxissent, & Agamemnoni in prædæ diuisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus exornatus, ad Græcorum castra accessit, filiámque sibi petiit restitui. Quod quum impetrare non potuisset, Apollinis auxilium implorauit, qui tam grauem Græcis pestilentiam immisit, vt Agamemnon patri puellam restituere fuerit coactus. Cuius loco quum Achilli Bryseidem eripuisset, indignè id ferens Achilles, in posterum à prælio omni abstinuit, donec morte Patrocli nuntiata, intermissa arma recepit. Autor Homerus lib. 1. Iliad.

CHRYSEIS, pen. prod. χρυσηὶς. Chrysæ Apollinis sacerdotis filia fuit, quæ vero nomine Astynome dicta fuit: Chryseis à nomine patris cognominata. Vide in dictione CHRYSES.

Chrysippea, peæ. Herba à Chrysippo inuentore dicta: cuius meminit Plin. lib. 26. cap. 9.

CHRYSIPPVS, χρύσιππος. Apollonij filius, patria Solensis, siue (vt alij maluut) Tarsensis, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, auditor Zenonis & Cleanthis: post quos etiam scholæ præfuit. Ingenij acumine plurimum valuit, vt qui in multis etiam à præceptoribus dissenserit. Vnde per itoniam Chrysippeum acumen vsurpatur in stupidum. In dialectica clarissimus fuit: ita vt non illepidè dicerent quidam, Si apud deos dialectica haberetur, non temere alia esset, quàm quæ à Chrysippo inuenta fuit. Scripsit librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem philosophum Cyrenæum, perlectis Chrysippi libris, ita dixisse, Nisi Chrysippus esset, ego non essem. De exitu eius varia traduntur. Quidam volunt à discipulis ad sacrificium vocatum, quum vinum dulce affatim hausisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atq; ita quinto demum die fato concessisse, annos iam natum circiter ries & septuaginta. Alij ferunt, nimio risu expirasse. Nam quum ficus rure allatos asinum comedentem videret, ancillæ iussisse aiunt, vt & vinum asino bibendum daret: eiusq; dicti verbamtate tantopere sibi placuisse, vt nimio risu fuerit suffocatus. Mortuo Athenienses statuam posuerunt in Ceramico. ¶ Fuit præterea Chrysippus filius Pelopis, quem quum pater valde amaret, nouerca eius Hippodamia indignè ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, qui illum interfecerunt: ob quam rem à Pelope pulsi, in exilio vitam degerunt, donec pater è viuis excederet.

Chrysites, χρυσίτης. Gemma est in Aegypto nascens, quæ alio nomine Philogynos dicitur, ostreæ similis Atticæ. Plin. lib. 37. cap. 10. Numeratur item Chrysites inter genera lapidis mortariorum, à Plin. li. 36. c. 22.

Chrysitis, χρυσῖτις, quæ dicatur, docet Plin. lib. 33. cap. 6, his verbis, Fit (inquit) in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti: genera eius tria: optima, quam Chrysitin vocant: secunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditin. Et plerunque omnes hi colores in iisdem tubulis inueniuntur. Probatissima est Attica, secunda Hispaniensis. Chrysitis ex ipsa vena fit: Argyritis, ex argento: Molybditis plumbi ipsius fistura, quæ Puteolis fit: vnde & nomen habet. ¶ Est item Chrysitis herbæ genus, quæ alio nomine Chrysocome appellatur: de qua vide paulò pòst in dictione CHRYSOCOME.

Chrysoberylli, χρυσοβήρυλλοι, Beryllí quidem pallidiores, sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est autem Beryllus, gemma proxima smaragdis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chrysocolis, χρυσοκόλλις, A' quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex iis nomẽclaturis, quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus reiiciuntur.

Chrysocarpum, χρυσόκαρπον. Hederæ species est, ab aureo acinorum colore ita appellata. Autor Plin. lib. 16. cap. 34.

CHRYSOCERAS, χρυσόκερας, Vulgò Pera, Promontorium Thraciæ ad Bosphorum situm: in quo situm est oppidum Byzantium libertæ conditionis, antea Lygos dictum. Autor Plin. lib. 4. cap. 11. Ratio nominis ducta est partim à figura, quæ cernino cornu simillima est: partim à prouentu, quòd maxima ibi pelamidum copia accipiatur.

Chrysocolla, χρυσοκόλλα. Humor qui in metallis per venas desluit, crassescente humore, rigoribus hybernis, vsque in duritiam pumicis. Laudatissima est in ærariis metallis: proxima in argentariis: tertia in auratiis, detertima in plumbariis. In omnibus autem iis metallis fit & cura, multùm insita naturalem, immissis in venam aquis leniter hyemeto ta, vsque in Iunium mensem, deinde siccatis in Iunio & Iulio: ita vt plane intelligatur, nihil aliud esse chrysocollam, quàm venam puteam. Natiua autem ab hac duritia multùm distat, quam luteam vocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam quam luteam appellant, vt natiuam ementiatur. Hæc autem duo genera in vsu sunt pictoribus. ¶ Est & tertium chrysocollæ genus, quod aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum: vnde & nomen accepit. Temperatur autem Cypria æruginc, & pueri impubis vrina, additto nitro. {Ital. Borrax. Gal. Colle ou ſouldure d'or, borax. Hispa. Borrax à azucar.} Vide plura de hac re apud Plin. lib. 33. cap. 5.

Chrysocome, χρυσόκομη, Herba est, quæ alio nomine Chrysitis appellatur. Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis, opacisque nascens.

Chrysocomus, pen. corr. χρυσόκομος. Comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ sunt solis aureæ.

Chrysogonum, χρυσόγονον, Herba est folio querno, flore coronatij verbasci, radice rapi, vehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & imposita cum aceto, muris aranei morsibus auxiliatur. Autor Dioscorides lib. 4. cap. 46. Nomen autem accepit ab aurei seminis colore.

CHRYSOGONVS, χρυσόγονος. Syllæ libertus, factor Roscij Amerini, vt est apud Ciceronem in oratione pro Roscio Amerino. ¶ Fuit & Chrysogonus martyr, teste Volaterrano, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec consulatus, nec vllius honoris pollicitatione per Diocletianum à fide auerti potuit, ingulatus est ad scalas Gemonias. Latinè fœtum aureum sonat: nam χρυσὸς aurum, γόνος fœtum significat.

Chrysolachanon, {χρυσολάχανον Dioscoridi herba est eadem cum atriplice. {Ital. Arenula, trapeſe, repeſe. Gal. Herbe nommée Arroche, ou Bonnes Dames. Hisp. Armuelles.} Plin. verò lib. 27. cap. 8. duo facit Chrysolachani genera: vnum in pinetis nascens, lactucæ simile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chrysolampis, χρυσόλαμπις, Lapillus in Aethiopia nascens, noctu ignei coloris, licet die palleſcat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chrysolectrum, Vide CHRYSELECTRVM.

Chrysolithus, χρυσόλιθος, pen. corr. Lapis pretiosus, aureo nitore translucens. χρυσὸς auram, λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ouid. 2. Metam. Per iuga chrysolithi, positæq; ex ordine gemmæ. Vide Plin. lib. 37. c. 9.

Chrysoma, atis, χρύσωμα, Græci vocant, quod nos aurum factum, quod scilicet in vasa, aut alium vsum laboratum est.

Chrysomallos, χρυσόμαλλος, Epitheton est arietis illius, quo Phryxus trans Hellespontum vectus est: ab aureo nimirum vellere, quod illi Poëtarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλλὸς vellus significat, siue lanam.

Chrysomela, χρυσόμηλα. Mala sunt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinantia, & incisuris quibusdam crispata: eadem, vt opinor, cum iis quæ Virgilius Aurea mala appellat. Vide Plin. lib. 15. cap. 11.

Chrysos, Piscis aurei colotis, cuius Ouidium in Halieuticis meminisse autor est Plin. lib. 32. cap. 11. ¶ Sunt qui suspicentur eundem esse, quem nunc Auratam dicimus.

CHRYSOPOLIS, χρυσόπολις, teste Plin. lib. 5. cap. vlt. oppidum est Bithyniæ, prope Chalcedonem, ita dictum, quòd Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ ciuitatibus. ¶ Est & altera Chrysopolis in Cilicia teste Stephano.

Chrysopaſtus, χρυσόπαστος, Auro aspersus. πάσσω enim spargo significat.

Chrysoprasus, pen. corr. χρυσόπρασος, Gemma est ex genere topaziorum, à porracea viriditate nonnihil in auram declinans. πράσον enim Græci Porrum vocant. Inde Prasinus color, id est porraceus. Vide de hac gemma Plin. lib. 37. cap. 8.

CHRYSORRHOAS, χρυσορρόας, Fluuius est Syriæ circa Damascum incipiens, qui penè totus derivationibus exhauritur. Autor est Strabo lib. 16, & Plin. lib. 5. cap. 18. ¶ Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter aureas arenas: vt autor est idem Plin. lib. 5. cap. 29.

CHRYSOTHEMIS, χρυσόθεμις, Filia Agamemnonis & Clytemnestræ, soror Orestis, Electræ & Iphigeniæ: vt scribit Home. lib. 9. Iliados.

CHRYSORRHOAE, χρυσορρόαι, Populi dicti ad Phasim fluuium, quòd in his locis (vt inquit Strabo) auriferi torrentes sint. Vnde fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo.

Chrysospermon, χρυσόσπερμον, A' quibusdam appellatur herba, quæ notiore nomine Semperuiuum maius appellatur.

CHRYSOSTOMVS, χρυσόστομος. Nobilissimi scriptoris Ecclesiastici cognomen, patria Antiocheni, Episcopi autem Constantinopolitani, ab eloquentiæ suauitate impositum. Latinè sonat Os aureum.

CHRYSOTHOAS, Vide CHRYSORRHOAS.

CHRYXVS, Ducis Boiorum nomen est apud Silium Italicum lib. 4, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Brennum Senonum Gallorum ducem eius originem refert.

CHTHONIA, χθονία, Vnum ex vetustis Cretæ insulæ nominibus, teste Stephano in dictione ἀρκτε.

Chus, χοῦς, siue Choa. Genus mensuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, siue corylas Atticas duodecim. Budæus.

Chymus, χυμὸς, quamuis apud Græcos quemuis succum significet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro massa sanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è ventriculo per mesenterium attracto: quæ deinde exactius in venis excocta, & per earum orificia ad vniuersas corporis partes delapsa, vertitur in illarum alimentum, instauratque quod à calore naturali fuerat dissipatum.

Chytra, ἡ χυτρά. Ital. *Pentola*. Gal. *Vn pot*. Hisp. *La olla*. ‡ & Chytron, vel etiam Chutron. Latinè olla. Inde Chytropus, odis, Olla quæ habet pedes, vel instrumentum ferreum, super quod olla apud ignem collocatur. ‡ χυτρόπους. Ital. *Pentola con i piedi*. Gal. *Pot a trois pieds*. Hisp. *Olla con sus pies para cozer*. ‡ Cato, Vbi in chutra feruefeceris id lotium, sub sellam supponito pertusam.

CHYTRIVM, χύτριον, Locus Ioniæ, in quo postea Clazomenæ conditæ fuerunt.

C ante I.

CIA, κία, Ptolemæo, Vulgò *Zea*, Insula est sub Euboea, non procul ab Attica, quę à Plinio & Stralbone Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas ciuitates, Iulidem, Carthæum, & Caressum. Hinc deducitur adiectiuum Cius κιῶος & κῖος per crasin.

Cibale, Cibarium, Cibo, Vide CIBVS.

Ciborium, κιβώριον, Dioscorides interpretatur vtriculos quosdam in faba Aegyptia (quam & Colocasiam vocat Plinius) vesparum fauis similes, in quibus fabæ sunt bullarum modo emergentes. Idem & Cibotium appellari testatur, quasi scriniolum: propterea quòd seratur faba hæc indito in madentem glebam semine, sicque in aquam proiecto. Habet autem faba Aegyptia folia latissima, petasi, siue gaieti similitudine, quibus Alexandrini pro poculis & catinis vtebantur, testibus Plin. lib. 20. cap. 15, & Strabone lib. 17. ¶ A' quorum etiam similitudine, poculi quoddam genus Cibotium, siue Ciborium vocari autor est Athenæus. In qua etiam significatione vsus est hac voce Horat. lib. 2. Carm. Ode 7, Obliuioso lænia Massico ciboria exple.

CIBOTVS, Asiæ ciuitas est eadem cum Apamia. Autor Plin. lib. 5. ca. 29.

Cibus, Omne id quo vescimur. ‡ σῖτος, ἐδωδή, βοσκή. Ital. *cibo*. Gal. *Viande*. Hisp. *Cebo, mantenimiento, manjar*. ‡ Donatus cibum distinguit à victu, quòd Cibus etiam delicatis præbeatur. Victus in paruis, aridisque alimoniis constitutus sit. Terentius in Andria, Lana ac tela victum quæritans. Idem in Eunucho, Vidén' otium & cibus quid faciat alienus? Ibidem, Cibum nonnunquam capiet cum ea. ¶ Deorum cibus, θεῶν τροφή. De præstantis epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit Deos nectare atque ambrosia victitare, nec ob id vnquam senescere. Sueton. in Nerone. ¶ Cibum in matellam ne immittas, πόδον εἰς ἀμίδα μὴ ῥιπτάσῃς. Interpretatur Plutarchus, ne sermonem vrbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus est animi: is corrumpitur & putescit si in animum infimcerum incideret. ¶ E' flamma cibum petere, Terent. in Eunu. dixit in parasitũ, pro quiduis cibi causa pati ac facere.

Cibo, as, Cibum infero, alo, nutrio. ‡ τρέφω. Ital. *Nodrire, cibare*. Gal. *Nourrir, seruir de viande, bailler à manger*. Hisp. *Criar, y mantener*. ‡ Colum. lib. 9, Atque ea genera, quæ intra septa villæ cibantur, fere persequuti sumus.

Cibaria, orum, Alimenta non modò hominum, verumetiam quorumuis animalium, ‡ τὰ βόσκημα, ἐδώδιμα, ἐδέσματα. Ital. *Nodrimento, cibo*. Gal. *Nourriture, viande, pension, despence, viures*. Hisp. *Mantenimiento, cebo*. ‡ Cic. ad Attic. lib. 6, Respondi, me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem vsus. Cic. pro Sext. Rosc. Assibus cibaria publicè locantur. Cato de Re rust. cap. 60, Bubus cibaria annua in iuga singula lupini modios CXX, &c.

Cibarius, a, um, Quod ad cibum pertinet. ‡ τροφήσιμος, πλουσίος. Ital. *Cosa che appartien al cibo*. Gal. *Apartenant a nourriture, bon a manger*. Hisp. *Cosa de mantenimiento*. ‡ Macrob. lib. 3. Satur. Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Cato enim sumptuarias leges, cibarias appellat. ¶ Cibarius panis, μᾶζα πυρὸς καθαροῦ. Aeginetæ, dicitur panis secundarius, qui fit ex farina secundaria ex qua flos antè excussus est. Cornelius Celsus lib. 2. cap. 17, Firmius est triticum quàm milium: dipsum quàm hordeum & ex tritico firmissima siligo: deinde simila: deinde cui nihil ademptum est, quod αὐτόπυρον Græci vocant. Infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Hæc ille. Cic. lib. 1. Tusc. Cui quum peregrinanti in Aegyptum, comitibus non sequutis, cibarius in capsa panis datus esset, nihil visum illo pane iucundius. ‡ Ital. *Pane grossolano, secondario*. Gal. *Gros pain, pain de mesnage, pain bis duquel on n'a rien tiré*. Hisp. *Pan baço*. ‡ ¶ Cibarium vinum, pro ignobili. Varro, Potus meus vinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodem dicitur pro sordido & plebeio: ait enim, Tuus frater cibarius fuit Aristoxenus. ¶ Cibarium oleum. Colum. lib. 12. cap. 50, Cauendum est itaq; ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cibatus, huius cibatus, Idem ferè quod Cibus. ‡ σῖτος, βοσκή. Ital. *Cibo, refectamento*. Gal. *Nourriture, mangeaille*. Hisp. *Mantenemiento, cebo*. ‡ Plin. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Plautus in Mil. Interclude inimicis commeatum: tibi muni viam, Qua cibatus commeatúsque ad te & legiones tuas Tutò possit peruenire.

Cibalis, & hoc cibale, Quod ad cibum pertinet. ἐδώδιμος. Varro, Est enim hæc omnium rerum, quas cibali causa cupimus, liquentium maximè alibile, & id auillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum est in omnibus, quotquot videre contigit, Dictionarij huius editionibus: quum tamen in emendationibus Varronis exemplaribus, Cibi causa legatur, non cibali. Locus Varronis est de Re rust. lib. 1. cap. 11: quem ideo indicare visum est, vt & lectori diligentiæ nostræ fidem faceremus, & ne quippiam, animi potius nostri somnio, quàm optimorum exemplarium fide freti, videremur emendasse.

Cibilla, æ, ‡ Ital. *Mensa*. Gal. *Table ronde*. Hisp. *Mesa redonda*. ‡ teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina, Mensa erat escaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata habebat, & postea rotunda. ¶ Festus item Cibillam interpretatur mensæ rotundæ genus: apud quem tamen Cillibam corruptè legi putauerim, pro Cibilla.

CIBYRA, æ, κιβύρα, Ptolemæo, Oppidum Asiæ propriè dictæ, non procul à Mæandro fluuio. Cic. 6. in Verrem. Hosce opinor Cibyræ quum in suspicionem venissent ciuibus, fanum expilasse Apollinis. Et paulò pòst, Cibyram cum manibus syngraphis venerat.

Cibyrates, vel Cibyrata, nomen gentile. Cic. ibidem, Eò quum venio, Prætor quiescebat: fratres illi Cibyratæ inambulabant.

Cibyraticus, a, um, possessiuum. Ibidem Immittebantur illico Cibyratici illi canes, qui inuestigabant, & persecutabantur omnia.

Cicada, τέττιξ. Ital. *Cicala*. Gal. *Cigale*. Hisp. *Cigarra ò chicharra*. ‡ Insecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lambit, non nisi æstiuis mensibus apparens: vnde & Cicadam quidam dictam volunt, quasi citò cadentem, hoc est euanescentem. Virg. 3. Georg. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Idem Aeglog. 2, At mecum raucis (tua dum vestigia lustro) Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Plin. lib. 11. cap. 26, autor est, cicadam ex omnibus quæ viuunt, sine ore esse, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ simile, quo rorem lambit, & pectus ipsum fistulosum, quo vocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ prouenunt, & nouissimæ pereunt: maiores, quæ canunt, vocantur Achetæ. ¶ Cicadæ pem comparas, τέττιγι πολὺ μεγίστῳ συγκρίνεις. Conuenit in res supra modum impares, propterea quòd cicada cùm maior, tum canora, quũ si non modò minuto corpusculo, verumetiam pene muta. Lucianus. ¶ Cicadis pleni, τεττίγων ἀνάπλεως. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac iam desitis vtentes. Antiquitus enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere. ¶ Cicada vocalior, τεττίγων ἐρασμιώτερος. Dici solitum in hominem impendio garrulum aut admodum muticum: propterea quòd hoc insectum rore duntaxat viues, cantu potissimum delectetur.

Cicatrix, cis, Proprie est signum vulneris obducti, quasi circa cutem, vel quasi occecatrix. ‡ οὐλή. Ital. *Il segno della ferita ò piaga*. Gal. *Cicatrice, la marque qui demeure apres la plaie*. Hisp. *Señal que queda de la herida*. ‡ Est enim callosa caro pro cute inducta, vbi hiatus vulneris, quod iam coierit, fuerat. Terent. in Eunuch. Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas Ostentat. Cic. 7. Phil. Lucrentam ipse plagam accepi, vt docet cicatrix. ¶ Hinc Cicatricare, teste Festo, pro eo quod est cicatricem ducere. ¶ Cicatrix refricari dicitur, quum dolor temporum spatio iam mitior, renouatur. Cic. in Rullum, Ne aut refricare obductam Reip. cicatricem videret.

Cicatricosus, Cicatricibus plenus. ‡ οὐλώδης. Ital. *Pieno di segni de ferite*. Gal. *Plein de cicatrices*. Hisp. *Lleno de señales de heridas*. ‡ Colum. de Arb. cap. 11, Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. Quintil. lib. 4. ca. 1, Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate destitui, nusquam turpius quam vitiosum prooemium posse videri, vt cicatricosa facies.

Ciccum, Dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est in malo punico velut cellularum discrimen. Festus, Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum.

Cicer, ris, Genus leguminis. ‡ ἐρέβινθος. Ital. *Cece*. Gal. *Pois chiche*. Hisp. *Garbanço*. ‡ Plin. lib. 18. ca. 12, Ciceris natura est, gigni cum falsilagine: ideo solum vrit, nec nisi madefactum pridie, ferri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. 2. Serm. Saty. 6, -inde domum me Ad porri, & ciceris refero, laganiq; catinum. Idem in Arte poët. dixit, Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, déque ima plebe quempiam significans.

Cicera, æ, ‡ Ital. *Cicercola*. Gal. *Cicerole, vne sorte de pois ciches*. Hisp. *La garuanza, legumbre*. ‡ Leguminis genus, à Columella inter pabula annumeratum, à cicercula solo differens colore. Est enim obsoletior & nigro propior. Græcis τέρις dicitur, si Theodori versioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam & eruilium vertit.

Cicercula, æ, Leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutius, inæquales angulos habens, veluti pisum. ‡ λάθυρος. Ital. *Cicerchia*. Gal. *Cerri, pois cerres*. Hisp. *Cicercha*. ‡ Plin. lib. 18. cap. 12, Est & Cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens, veluti pisum. Columel. lib. 2. cap. 10, Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario, aut Februario seri debet, læto loco, cælo humido.

Cicerculum, neut. gen. Genus sinopidis. Plin. lib. 35. ca. 6, Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarij. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius, quæ ex Africa venit, octoni asses: Cicerculum appellant.

CICERO, κικέρων, Cuius vitam Tyro Tullius eius libertus tribus voluminibus scripsit, teste Pædiano. Præceptores se habuisse fatetur in philosophia quidem Philonem Academicum tunc Romæ commorãtem: in iure ciuili, Scævolam: in dialectica, Diodotum Stoicum: in dicendo, Apollonium Mollonem. ¶ Sex. Roscium Amerinum patricidij reum, natus annos XXIII, vt tradit Nepos, vt alij, XXVII, defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit. Asiam, simulata valetudinis causa abiit: vbi se (vt ipse ait) recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclémque Adramyttenum, Dionysium Magnesium, & Menippum Carem audiuit: Rhodi verò Apollonium Mollonem magistrum dicendi habuit. Ferúntque Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audiuisse, ac protinus exclamasse, quòd solam Græcis dicendi relictam gloriam videret ad Latinos per eum transferri. Postea quum multis muneribus in Rep. functus esset, Consul coniurationem Catilinæ repressit, legem Agrariam repulit, Murænam defendit. Cuius vitam omnem, & vitæ studia vide apud Plutarchum. ¶ Cicero eius filius inter eos qui à parentibus degenerauerunt, ponitur Valerio. Binos eum congios hausisse solitum scribit Plinius: per temulentiámq; M. Agrippæ scyphum impegisse. ¶ Quintus Cicero Marci frater, legatus Cæsaris in Gallia primum, deinde ad regendam Asiam Proconsul missus, admonetur à fratre per epistolam totius officij. Duxit vxorem Pomponij Attici sororem. Miserandus demum eius exitus. Proscriptus enim vnà cum filio, (quando & Marcus frater) rogauit percussorem, se ante filium interfici: filius contrà, se ante patrem. Vterque igitur sinul interfectus. Autor Appianus.

Ciceronianus, a, um, Quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: vt, Ciceroniana simplicitas. Plin. in Præfatione totius operis.

Cichorium, pen. prod. κιχώριον Dioscoridi, Herba est, quam alio nomine lara

Universidad de Sevilla Biblioteca

ex intubo erraticum vocant. {Ital. *Cicoria, radicchio.* Gal. *De la cichorée.* Hisp. *Chicoria, yerua conocida.*} Plin. lib. 20. cap. 8. Cichoriam refrigerat in cibo sumptam. Idem lib. 19. cap. 8. Est & erraticum intubum, quod in Aegypto Cichorium vocant. Horatius dictionis huius penultimam (vt labam) produxit, corripuit autem antepenultimam, perinde acsi apud Graecos κιχώριον scribi retur. Me (inquit) pascunt olivae, Me cichoria, leuesque malvae. Posterior versus est Dactylicus Alemanius Acatalecticus, constans duobus dactylis, & duobus spondaeis.

Cici, κίκι, ἡ ἄρεως, Frutex est paruae fici magnitudine, folia habens platano similia, maiora tamen nigrioráque, & maiore laeuore mollia, semen vlcera Aegyptia asperis, quod cortice nudatum ricino vermi simile est: ex quo colligitur id, quod Ricininum oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris vtile. Ab huius seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem Ricinum appellant, quemadmodum & Graeci κρότωνα. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 145. & Plin. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie *Catapuntium maiorem* vocat.

Cicinus, a, um, adiectiuum, vt, Oleum cicinum, κίκινον ἔλαιον Dioscoridi, quod & Ricininum appellari, paulo ante docuimus. Plin. lib. 23. cap. 4. Oleū cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldae mēsura.

CICIMENI, Populi ex laxamatarum genere, à Medis orundi, Tanaim fluuium accolentes: quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Cicina, (quod hic pro aue nocturna legebatur) Vide CICVMA.

Cicindela, pen. prod. {μυκτερμηκὼς. Arist. Ital. *Mosca picciola detta lucio, che luce di notte.* Gal. *Ver ou mouche luisante de nuict, au temps que les bleds sont meurs ou fuits.* Hisp. *La luciernega.*} Genus muscarum, quod nocte lucet ignium modo, laterum & clunium colore: à Graecis λαμπυρὶς dicta. Quidam Noctiluam, alij Nitedulā vocant. Non ante matura pabula, aut post desecta conspicitur: nunc pennarū hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis, quē Vulgō *Lampadem* vocant, Cicindela appellatur, quae nocte tota feruatur accensa, & lampyridis instar lucet.

CICONES, penult. corr. κίκονες, Populi Thraciae, iuxta Hebrum fluuium inhabitantes. Tibul. Nam Ciconum ille manus aduersis reppulit vndis. Virg. 4. Georg. -spretae Ciconum quo munere matres Discerptum late iuuenem spargere per agros.

Ciconia, Auis quae serpentibus pullos nutrit, teste Plin. lib. 10. cap. 23. {πελαργὸς. Ital. *Cicogna.* Gal. *Cigogne.* Hisp. *Cigueña.*} Iuu. Satyr. 14. -serpente ciconia pullos Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta. Ouid. 4. Metamorph. -sumptis quin candida pennis Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro. ¶ Quo etiam nomine ab Hispanis vocatur lignū rostratum, quo è puteis hauriri aqua solet: quod & Telonem agricolae vocant. ¶ Item Ciconia mensurae genus est, siue instrumenti, quo rustici vti solent in fuicis & fossis ducendis, ne qua pars aliis aut profundior esset, aut latior. Colum. li. 4. Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti maiores nostri regulam fabricauerunt, in cuius latere virga prominens, ad eam altitudinem, quae deprimi sulcum oportet, contingit summam ripae partem. Id genus mensurae Ciconiam vocant rustici.

CICONIVS, κικώνιος, Nomen eius qui Brixiam condidit.

Cicuma, ae, Auis est nocturna, teste Festo. Caelius lib. 17. cap. 11, nycticoracem interpretatur.

Cicur, cicuris, pen. corr. adiectiuum, significans, quod ex fera factum est mansuetum. {ἥμερος. Ital. *Animal di saluatico fatto domestico.* Gal. *Apriuoisé, priué, qui hante auec les hommes.* Hispa. *Cosa domestica, doméada y manssa.*} vt aper, cornus, leo, & quicquid cicurari, id est mansuefieri potest. Quod enim à fero diuersum est, id Cicur dicitur. Cic. 5. Tuscul. Earum ipsarum partim solinagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terráque tectas. ¶ Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Varr. de Lingua Latina lib. 6.

Cicuro, as, Mansuefacio, verbum vetus: quod alio verbo dicitur, Exarmo. {ἡμερόω. Ital. *Domesticare.* Gal. *Apriuoiser.* Hispa. *Amanssar los animales fieros.*} Varro de Lingua Latina.

Cicuta, pen. prod. {κώνειον. Ital. *Cicuta herba.* Gal. *Ciguë, herbe venimeuse.* Hisp. *La cicuta planta nota.*} Herba venenosa, teste Plin. lib. 25. cap. 13, caule viridi & geniculato, altior cubitis, in cacuminibusque ramosa, foliis coriandri tenuioribus, graui odoratu, semine anisi crassiori, radice concaua, nullius vsus: nam semini tantum & foliis refrigeratoria vis est. Cicutae famam Athenienses auxerunt, succo eius capitali iudicio damnatis necem inferentes. Iuuen. Saty. 7. -hunc inquam vidistis Athenae, Nil praeter gelidas ausae conferre cicutas. ¶ Est item Cicuta (vt Serinus docet) in cannis, calamisve, quod interceptum est inter duos nodos. Virgil. 2. Aeglog. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

Cidaris, tis, pen. corr. κίδαρις. Tegumentum capitis, quo Persarum reges peculiariter vtebantur, albis maculis in exrulei coloris fascia intermicantibus. Q. Curtius lib. 3. Cidarim regum capitis vocant insigne. Hieronymus item autor est, Hebraeorum Pontifices cidari vti solitos, in qua Dei nomen habebant insertum.

Cieo, es, Cio, is, ambo ciui, citum faciunt: sed à Cieo, es, fit Citum, pen. corr. à Cio verò producitur. Ouid. lib. 1. Metamor. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Idem lib. 1. Trist. Accitus toties in genus omne ioci. ¶ Et Cieo quidem significat turbare, commouere. {ἐγείρω, κινέω. Ital. *Mouere, turbare.* Gal. *Prouoquer, esmouuoir.* Hisp. *Mouer, turbar y llamar.*} Virgil. 4. Aen. Tonitru caelum omne ciebo. ¶ Cio verò, voco proprie. Proprie autem dixi, quoniam Cire aliquando mouere est: sicut & Ciere vocare, adeò vt alterum pro altero quandoque sumi posse videatur. Virgil. 6. Aen. Misenum Aeolidem, quo non praestantior alter Aere ciere viros, Martémque accendere cantu. Colum. lib. 7. cap. 5. Cio, is, posuit pro commoueo. Nullo (inquit) tempore, & minimè aestate vtile est, boues in cutsum concitari: nam ea res cit aluum. Liu. lib. 1, Principes vtrinque pugnam ciebant.

Citus, Celer, velox. {ἰθὺς. Ita. *Veloce.* Gal. *soudain, viste.* Hisp. *Muy ligero.*} Liu. 6. bel. Pun. Eques citus ab Roma venit. Salust. Modò citus, modo tardus incessus eius. ¶ Hinc Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quàm famam reor. Citissimus omnium rediit. ¶ Est & Citus participium à Cieo, pro citatus vel agitatus. Virgil. lib. 8. Aen. Haud procul inde citae Metium in diuersa quadrigae Distulerant.

Citò, aduerbium. {Ἴσως, ἰθέως. Ital. *subito, tosto, presto.* Gal. *Tost, soudainement.* Hisp. *Presto à ligeramente.*} Terent. in Eunuc. Citò hunc deduci ad militem. Cic. Varr. lib. 4. Quid ergo potissimum scribam: quod velle te puto, citò me ad te esse venturum.

Citius, comparatiuum. Terentius in Hecyra. Qua me propter exanimatum citius educi foras. Virg. Aeneid. 1, Haec ait, & dicto citius tumida aequora placat.

Citissimè, superlatiuum. Plin. lib. 16. cap. 4. Citissimè ascias retundit.

Cito, as, frequentatiuum à Cieo, quod est voco. {σοι κελεύω νῦν. κίτασθε μοι. Ital. *Citare, chiamare.* Gal. *Apeller, hastier, faire assauoir.* Hisp. *Llamar.*} Et modò est iudiciale verbum, pro In ius vocare, iubere adesse, & diem alicui dicere: modò verò extra forum, pro fidem autoritatémque alicuius obtestari, & (vt nonnulli) allegare, siue (quod Latinis magis probatur) laudare ponitur. ¶ De primo significationis genere Cicero pro Cluentio, Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, vt re semel atq; iterum praeiudicata, condemnatus in iudicium venerit. Et in Verrem 4, Citat reum, non respondet: citat accusatorem, citatus accusator M. Pacilius, nescio quo casu, non respondit, non adfuit. ¶ De altera significatione. Idem de Natu. deor. lib. 1, Tu ipse paulò ante quum tanquam Senatum philosophorum citares, summos viros despere dicebas. ¶ Citare etiam incitare, prouocare. {κινέω, κινῶ. Ital. *Incitare, sprouuere.* Gal. *Inciter, prouquer.* Hisp. *Mouer.*} Caesar 3. Bel. Ciuil. protinúsque equo citato, Laridam contendit. Liu. lib. 1, ab Vrbe. Age sanè omnes citatis equis aduolant Romam. Colum. lib. 8. Ne immaturis herbis citetur aluus.

Citatus, participium, siue nomen ex participio. Idem quod acceleratus, vel citus, aut velox. {ἰθὺς. Ital. *Chiamato, citato, veloce.* Gal. *Apres, hasté, auancé, leger, viste.* Hisp. *Llamado, ligero.*} Apuleius. Citato, non testudineo gressu. Liu. li. 8. bel. Pun. Citato gradu in hostē ducebant. Idē, Citato vadere equo. Liu. 7. bel. Pun. Nec ea nocte quae sequuta est pugnam, citatiore quā inde venerat agmine, die sexta ad stationes suas atq; ad hostem peruenit. Ibidem lib. 2. Quàm citatissimo poterant agmine sese abripuerunt.

Citatim, aduerbium. {ἰθέως. Ital. *Presto.* Gal. *soudainement, viuement.* Hisp. *Presamente, presto.*} Celeriter. Hirtius de bell. Afric. Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

CITIS, cis, κίτις, Nomen proprium Phoenicis filij, à quo dicta est Cilicia.

CILICIA, κιλικία, Vulgò *Caramania.* Regio est in minori Asia, Syriae proxima, tota ferè campestris, Tauro monti subiecta: quae à Cilice nomen sortita est, quem priscina aetas penè vitra aeuum memoriae abscondit, Phoenice ortum, qui apud Gentiles antiquior Ioue de primis terrae alumnis habebatur. Haec regio ab Oriente Amano clauditur, à Septentrione Tauri iugis, ab Occidente Pamphylia. Huius metropolis est Tarsos, quam interfecat Cydnus amnis. ¶ Ciliciae portae, qua Taurus patet ad Antiochiam. Vulgò *Golfe de la giazza.* ¶ Ciliciae populi Cilices appellantur, de quibus paulò post. ¶ Gentile foemininum est Cilissa, sicut à Phoenix Phoenissa: quod & adiectiui vice positum aliquando legimus. Ouid. in Ibin, Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla, Quótve ferat dicam terra Cilissa crocos.

Ciliciensis autem denominatiuum est, non gentilicium. Praefectus, vel Proconsul Ciliciensis. Cicer. Qu. fr. lib. 1, Nam si te interioribus vicinis tuis Ciliciensi & Syriaco antepones, valde magnum facis.

Cilicius, a, um, possessiuum: vt, Ciliciae portae, hoc est Amani montis angustiae, quibus Cilicia à Syria dirimitur. ¶ Ciliciū exitium, κιλικιανὸν ὄλεθρον. De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam quam exercebant & assiduas hostium depraedationes infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. ¶ Cilicij imperatores, κιλικιάρχαι, dicebantur homines hirsuti & pilis obsiti. Vnde & saga pilis contexta, Cilicia vocantur. Autor Diogenianus.

Cilix, gentile est, significans eum qui è Cilicia ortus est. ¶ Cilices, piratae fuerunt, quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit, & eorum postea fideli opera vsus est in bellis suis naualibus aduersus Caesarem. Luca. lib. 3, Itque Cilix iuxta, iam non pirata, carina. ¶ Crocus Cilix, pro Cilicio. Lucret. lib. 2. Et quum scena croco Cilici perfusa recens est. ¶ Cilix haud facile verū dicit, Dionysius Epist. ad Rufum scholasticum, λέγει δὲ οὐ πάνυ ἀκριβῶς τὸν κίλικα, id est, Vetus verbum est, Cilices haud facile verum dicere. Quadrabit in hominē autdū luceri, & ob id saepenumero dicentem non quae vera sint, sed quae vtilia.

Cilicium, cij, à Cilicibus populis dictum est, apud quos (vt inquit Varro 2. de Re rust. cap. 11.) Cilicia primùm confecta sunt. {κιλίκιον, δερρίς. Ital. & Hisp. *Cilicio.* Gal. *Vne haire, vne cilice.*} Cicer. 3 in Verrem. Quum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret. Fiùt autem ex villis hircorum atq; caprarum adhibeturque (vt Vegetius inquit) ad excipiendum impetum sagittarum. ¶ Asconius scribit Cilicia tecta esse ex pilis, in castrorum vsum atq; nauarum. ¶ Inde Cilicina vestis, quae ex Cilicio est, vel ei similis. {τὸ ἐκ κιλικίου ὑφασμένον ἱμάτιον. Ital. *Vestimento tessuto di pili di diuersi animali.* Gal. *Vne haire, vestement de poil de chieure ou de boue.* Hisp. *Vestidura de pelos como de cabras y otros animales.*}

Cilium, {Ital. *ciglio.* Gal. *La peau qui couure les yeux dessus & dessous en les cilians.* Hisp. *La pestaña o parpado del ojo.*} teste Plin. lib. 9. cap. 37. Antiqui vocauerunt extremum superioris genae ambitum: vnde & Supercilia. Genas autem intelligit Plinius folliculos quibus oculus integitur, & à quibus palpebrae, hoc est pili dependent. ¶ Alij Cilia intelligunt folliculos ipsos quibus oculus integitur. Nam quas Graeci vocant βλεφαρίδας, Theodorus Cilia vertit. Lactantius quoque de Opific. oculos ciliorum teguminibus occultatos scribit. ¶ Cilium (inquit Festus) folliculus, quo oculus tegitur: vnde & Supercilium. ¶ Idem alibi, Supercilium dicitur quòd super cilium sit, id est integumentum oculi superius.

Cillibae, pen. corr. Vide CIBILLA.

Cilleo, Antiqui vsurpauerūt p moueo. {κινέω. Ital. *Mouere.* Gal. *Mouuoir.* Hisp. *Mouer.*} vnde etiā Furcillae appellatae sunt. Autor Seruius lib. 2. Georg.

CILLA, κίλλα, Vrbs prope Thebas Aetoneas, vbi Cillei Apollinis templum erat, vt habet Strabo lib. 13. Ouid. 13. Metamorph. Chrysenque & Cillan Apollinis vrbes.

Cillibantes, κιλλίβαντες, Instrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello scuta imponebant fatigati: vt ex Aristophane annotauit Caelius lib. 8. cap. 16.

Cillibantum, Vide CYLIBANTVM.

CILLVS, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad Oenomanum veniſſet, obiit: cuius nomine Cilla oppidum, templúmque Cillei Apollinis à Pelope conditum eſt. Strabo lib. 13.

Cilones, φαξοί. Dicti ſunt quorum capita oblonga, & compreſſa ſunt: vel quibus frons eminentior eſt, ita vt à dextra ſiniſtráque recisa videatur. Cic. in Saluſt. Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, &c.

Cima, Vide CYMA.

Cimacia, Vide CYMATIA.

CIMBRI, κίμβροι. Populi fuerunt Septentrionales, Saxonici maris peninſulam incolentes, quæ ab ipſis Cimbrica Cherroneſus dicta eſt, anno ab Vrbe condita ſexcentesimo & quadrageſimo vnà cũ vxoribus & liberis Narbonẽſem prouinciã ingreſſi, à C. Mario ad internecionẽ fuerũt deleti. Refert Valer. Maximus, Cimbros, & Celtiberos in acie gaudio exultare cõſueuiſſe, tanquã gloriosè & fœliciter eſſent exceſſuri: lamentari verò in morbo, quaſi turpiter eſſent periturí. Hodie Dani appellantur, & qui ipſum peninſulæ iſthmũ inhabitant, Holſatij. Vulgò, *Dinamarca.*

CIMBRICA CHERRONESVS, Vide CIMBRI.

Cimex, Vermiculus eſt odore fœdus, ex ligno naſcens, chartiſque & paleis. κορίς. Marti. lib. 11, Nec toga, nec focus eſt, nec tutus cimice lectus. Plin. lib. 27. cap. 9, Folia cimicem necant. Idem lib. 29. cap. 4. Veluti cimicum animalis fœdiſſimi, & dictu quoque faſtidiendi natura, contra ſerpentum morſus, & præcipuè aſpidem, valere dicitur.

CIMMERII, κιμμέριοι. Populi fuerunt à Scythis orundi, dexteram Ponti partem habitantes, non procul à Boſphoro, qui à nomine ipſorum Cimmerius appellatus fuit: vbi & oppidum fuit nomine Cimmerion. Hi ũetem craſſum habuiſſe feruntur, & denſis exhalationibus nebuloſum: quod & ipſum Homerus teſtatur Odyſſ. lib. 11, vbi ſic habet,

Ἐνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε,
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι οὐδέποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων καταδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
Οὔτ' ὅτ' ἐπ' οὐρανὸν εἰσαναβαίνῃσιν ἀστερόεντα,
Οὔθ' ὅτε δὐς πάλιν ἔρχεται ἐξ οὐρανόθεν πρὸς ἐρεβεννὴν
Ἀπ' ἴπτ' ἐξ ἀλὸς ἐλθὼν πέσησι δυσόμενος θρόνονδε.

¶ Hinc Cimmeriæ tenebræ prouerbio celebrantur, pro denſiſſima caligine. Lactan. lib. 4, O cæcum pectus, ô mentem Cimmeriis, vt aiunt, vmbris atriorem! Ephorus ſcribit Cimmerios in Italia quoque fuiſſe iuxta lacum Auernum, eóſque in ſubterraneis habitaſſe domiciliis, quorum morem patrium eſſe, vt nemo ſolem aſpiciat: noctu verò egrediantur. Eorundem meminit & Feſtus. Cimmerij (inquit) dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas, in ea regione in qua conuallis ſatis eminenti ingo circundata eſt, quæ neque matutino, neq; veſpertino tempore Sole contegitur. ¶ Cimmericus Boſphorus, κιμμερικὸς βόσπορος, inde nominatur, cuius longitudo eſt ducentorum & viginti ſtadiorum.

CIMMERIS, Vrbs Phrygiæ, quæ à veteribus Edonis dicta fuit, deinde & Aſſus Apollonia & Antandros. Autor eſt Plin. lib. 5. cap. 30.

CIMOLIS, pen. prod. Paphlagoniæ oppidum eſt teſtibus Pomponio lib. 2, & Plin. lib. 6. cap. 2. ¶ Eſt etiam vrbs eiuſdem nominis in Galatia, teſte Ptolemæo lib. 5. cap. 4.

Cimolia creta, Vide in ſequenti dictione.

CIMOLVS, pen. prod. κίμωλος Suidæ, Inſula eſt in mari Cretico, è regione Zephyrij promontorij, vnde optima creta aduehitur, qua fullones vtuntur in abluendis veſtium maculis. Ouid. 7. Metamorph. Hinc humilem Myconem, cretoſáque rura Cimoli.

Cimolius, a, um, adiectiuum: vt Cimolia creta: cuius diuerſa ſunt genera, vt videre eſt apud Plin. lib. 6. cap. 17. Dioſcor. lib. 5. cap. 94, duas Cimoliæ terræ ſpecies facit, vnam candidam, alteram ad purpuræ colorem vergentem: quarum vtrique maximas in medicinis vires tribuit.

CIMON, κίμων, Athenienſis fuit, Miltiadis filius, mira erga ciues liberalitate ac munificentia: vtpote qui reſtractis agrorum ſuorum & hortorum ſepibus, ciuibus faceret poteſtatem, quod viſum eſſet, ex illis decerpendi. Domi quoque tam largo apparatu inſtruxit conuiuium, vt non modò familiæ, ſed multis etiam pauperibus vndique confluentibus abundè ſufficeret. Vide latius vitam eius apud Plutarchũ, qui eum cum Lucullo in contentionem adducit.

Cinædiæ, Lapilli, qui inueniuntur in cerebro cinædi piſcis, maris habitum colore præſagientes. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cinædus, cum æ, diphthongo, κίναιδος, κιναιδεία, Qui muliebria patitur. παρὰ τὸ κενεῖν τὸ αἰδῆ. Catullus Epigram. 22, Cinædus mollior cuniculi capillo, vel anſeris medulla, vel mola mollicella. Gellius, Nihil intereſt, quibus membris cinædi ſitis, poſterioribus, an prioribus. ¶ Alij Cinædos, quaſi pudore vacuos appellant. κένος enim vacuus, αἰδὼς pudor. Alij interpretantur ſaltatores, vel pantomimos, ἀπὸ τοῦ κινεῖν, quod libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant, & nimia agilitate ſe exercerent. Hos alio vocabulo Petauriſtas vocant, eò quòd ſaltibus leuioribus mouerentur, vt nulla durities in corpore videretur. Plautus in Aul. In fuſtibus ſum mollior magis quàm vllus cinædus. ¶ Cinædus etiam genus piſcis, de quo Plin. lib. 32.

Cinædicus, ca, cum, pen. corr. adiectiuum κιναιδικός. Plautus in Sticho, Lepidam & ſuauem cantationem aliquam occipito Cinædicam.

Cinara, Vide CINYRA.

Cinaræ, Cardui ſunt maiores, qui primùm ab Italis, mox etiam à Gallis inter præcipuas menſarum delicias habiti ſunt. ξυλίμος. Ital. *Carciofoli.* Gal. *Artichaux.* Hiſp. *Cardos que ſe labran y comemos.* Colum. lib. 10. Hiſpida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti, &c. Nominis originem referunt ad Cinaram puellam in herbam ſui nominis mutatam. Alij à cinere deductum putant, quòd cinere in primis hæc herba gaudeat ſtercorari.

CINCIA, Locus Romæ, vbi Cinciorum monumentum fuit. Feſtus.

Cincinni, per duplex nn. ξύσταται. Ital. *Capelli creſpi.* Gal. *Cheueux entortillés & frizés ou regrillés, paſſefillous.* Hiſp. *Cuedeja delos cabellos.* Sunt crines intorti, qui etiam Calamiſtrati dicuntur. Iuuenalis, Altior hic quare cincinnus? Hos capillos Martialis Anulos vocat: ait enim, Vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus. Varro, Is eſt coliculus viteus intortus, vt cincinnus. Solent autem cincinni oleo perungi. Cicero in Piſonem, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum ſimbriæ.

Cincinnatus, adiecti. qui capillos intortos geſtat. ξανθοκόμης, ὁ κανθὸς κιναιτυμένος. Ital. *Con capelli ricci.* Gal. *Teſtonné, & mant les cheueux regrillez.* Hiſp. *Coſa con aquellas guedejas.* ¶ Cicero poſt reditum in Senat. Quo victu cincinnatus ganeo non ſolùm ciuium lachrymas, verumetiam patriæ preces repudiauit? Plautus Capt. Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus. ¶ Hoc cognomen fuit L. Quintio, qui ab aratro ad Dictaturam vocatus, Aequos victos ſub iugum egit, & decimoſexto die, à quo magiſtratum acceperat, Dictatura ſe abdicauit.

CINCIVS, Romani Senatoris nomen, qui ſeculi ſui luxui infenſus, vehementiſſimus ſuaſor fuit legis Fanniæ ſumptuariæ: orationéque ad populum habita acerrimè inuectus fuit in mores ſuæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui ſolidos porcos Troianos in conuiuium inferebant. Ita enim vocabat aprum, qui incluſis minoribus animaleulis grauidus erat, quemadmodum equus Troianus grauidus erat armatis. Vide Macrob. lib. 3. cap. 13.

Cinclus, κίγκλος Suidæ. Ital. *Codatremola.* Gal. *Oiſeau qui touſiours remue la queue.* Hiſp. *Vna cierta aue que ſiempre mueue la cola.* Auis eſt exigua, perpetuò caudam mouens, vnde & Motacilla à nonnullis appellatur. Hanc poſteriore ſui parte tam debilem eſſe aiunt, vt nidum ſtruere non poſſit: ſed in alienis nidis ouà pariat. Quæ res fecit locum prouerbio, vt omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Autores Suidas & Aelia. lib. 15. cap. 28.

Cinctus, Vide CINGO.

CINEAS, κινέας Plutarcho, Vir Theſſalus fuit, Pyrrho amiciſſimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes: cuius tanta fuit eloquentia, vt Pyrrhus fateretur, plures à Cinea oratione, quàm à ſe armis eſſe ſubactos. Hic legatus Romam miſſus, vt Pyrrhi nomine de pace ageret, obſiſtente ſibi Appio Claudio Cæco, re infecta reuerſus eſt. Interrogatus deinde à Pyrrho de ſtatu Vrbis & Senatus, reſpondit, Senatum ſibi deorum conſeſſum viſum eſſe, populi autem tantam eſſe turbam, vt vereretur, ne regi cum hydra quadam Lernea res eſſet. Huic tanta fuiſſe fertur memoriæ fœlicitas, vt poſtridie quàm Romam aduentaſſet, ſine vlla nomenclatoris ope Senatui, equeſtrique ordini ſua nomina reddiderit. Autor Plin. lib. 7. cap. 24.

Ciner, Ciniflones, Vide CINIS.

CINESIAS, æ, κινησίας Suidæ. Dithyramborũ ſcriptor, qui impietatis improbitatiſq; nomine malè audiit. ¶ Fuit hoc & Pyrrhi Achillis filij cognomen, à corporis agilitate impoſitũ. Fertur enim Pyrrhicã ſaltationem vehementer excoluiſſe, & à ſuo nomine eam appellaſſe. Vnde natũ eſt prouerbiũ, κινησίου ἔμφρων κινησίας, hoc eſt Cineſiæ Pyrrhicam didicit, vel quòd in choris multo motu vteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiũt. Erat autem Cineſias corpore pigro, & fracto crure.

CINGA, Hiſpaniæ fluuius eſt in Iberum influens. Lucanus lib. 1, -quos Cinga peterrat Gurgite, &c.

Cingo, is, xi, ctum. Notę ſignificationis eſt, & cum accuſatiuo ablatiuum habet. ζώννυμι. Ital. *Cingere.* Gal. *Ceindre, enuironner, entourner.* Hiſp. *Ceñir.* Ouid. 5. Faſto. Suſtulit hoc Nymphe, cinxitque decentibus armis. Idem 2. de Ponto, Vos ego complectar, Geticis ſi cingar ab armis. Cic. 3. de Nat. deor. Diligentiúſque vrbem religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. ¶ Per tranſlationem Cingere ponitur pro circuire, & circumſepire, περιτειχίζειν. Liuius lib. 1, Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, vrbem, quam nondum munierat, cingere parat. ¶ Aliquando tamen accuſatiuo ſolo contentum eſt. Plin. Quum eum ſaltũ venatores cinxiſſent. Dictũ cingo, quaſi circum ago.

Cinctus, participium. ζωσμένος ἀλεξικλυσμός. Ital. *Cinto.* Gal. *Ceint, enuironné.* Hiſp. *Ceñido.* Cic. pro Flac. Equidem exiſtimo in eiuſmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta, partibus diſtincta, inſulis circundata eſſet, &c. Gellius, Scuto pedeſtri & gladio Hiſpanico cinctus, contra Gallum conſtitit.

Cinctus, us, A Cingo, ſicut Cingulum. ζῶμα. Ital. *Cinto, cintola.* Gal. *Ceinture.* Hiſp. *Cinto, ceñidura.* Varro de Lingua Latina, Cinctus, & Cingulum à cingendo: alterũ viris, alterũ mulieribus attributum. Quanuis & pro veſtitu ſumatur. Virg. 7. Aen. Ipſe Quirinali trabea, cinctuq; Gabino Inſignis. Porphyrio docet Cinctum tunicæ genus eſſe infra pectus aptatę, à quo Cinctutos Cethegos, Horatius nominauit. Cinctum Gabinum eſſe dicunt, togam ſic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia reuocata hominem cingat. Hoc genere veſtimenti Conſul Romanus vtebatur bellum indicturus. Hoc item veſtis genere indutos fuiſſe duos Decios, quum ſe pro exercitu deuouerent, autor eſt Liuius.

Cincticulus, diminutiuum, Amiculi genus, quod ferè ſub vmbilico præcingitur, & ad dimidium eius porrigitur. ζωμάτιον. Ital. *Cotarella.* Gal. *Petite ceinture.* Hiſp. *Pequeña cinta.* Plaut. in Bacch. Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres.

Cinctutus, a, um, pen. prod. Cinctu indutus: quod veſtis genus antiquiſſimis Romanis in vſu fuit. Vnde Horatius in Arte, quũ antiquiſſimos illos denotare veller, Cinctutos Cethegos dixit. Verba eius ſunt hæc, -ſi fortè neceſſe eſt Indiciis mõſtrare recẽtibus abdita rerũ. Fingere cinctutis non exandita Cethegis Continget. Hoc eſt iis ſeculis nunquã audita, quibus Romani cinctu vtebãtur. ¶ Alij Cinctutos intelligũt belicoſos, quaſi ad militiã accinctos: ſicut contrà Diſcinctos, molles & imbelles. Prior tamẽ interpretatio Horatij loco magis videtur cõuenire.

Cingulum, Hominis cinctorium dicitur, & proprie mulierum. ζώνη. Ital. *cintolo, cintura.* Gal. *Ceinture.* Hiſp. *Cinta de la muger.* Varro 4. de Lingua Latina, Cinctus & Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Feſtus, Cingulo noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſoluebat. ¶ In cælo quoque Cingula dicuntur, quæ & zonæ. Cicero in Somnio Scip. Certis autem terram eandem, quaſi quibuldam redimitam & circundatam cingulis. ¶ Quandoq; pro anulo ponitur, quod digitum circuit.

Cingula, læ, Qua cinguntur iumenta. ζῶμα. Ital. *Cigna.* Gal. *Ceinture pour ceindre les beſtes.* Hiſp. *Cincha del albarda.* Ouid. de Remed. Et noua velocem cingula lædat equum.

Cingriæ, Tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores eſſent, ſubtilioribus tamen modis inſonabant.

CINGVLVM, Ciuitas eſt inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam

qui etiam hodie habentur in pretio. ¶ Hinc Cingulani populi, quorum memit Plin. lib. 3. cap. 13.

Cinis, cineris, ab antiquo nominativo Ciner, hodie masc. gen. olim etiã fœmin. Ital. *Cenere*. Gal. *Cendre*. Hisp. *Ceniza*. ¶ Pulvis, in quẽ materia vsũ resoluitur. Statius li. 3. Thebaid. veteris quum regia Cadmi Fulmineum in cinerem montis lunonis iniquæ Consedit. Idem 10. Aen. Non satius cineres patriæ insedisse supremos? Idem 6. Aen. Post. quam collapsi cineres, & flamma quieuit. ¶ Sumitur & pro manibus & reliquiis funerum, siue memoria Cic. 5. in Verr. Homo importunissime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo feceris? cur hunc dolorem cineri, ossibus inusitatum? Virg. 4. Aeneid. Nec patris Anchisæ cineres manesve reuelli. ¶ Antiqui hoc nomen etiam fœminino genere efferebant. Caluus apud Nonium, Quum iam fulua cinis fueris. ¶ Minxisse in patrios cineres, olim dicebatur qui intẽperiis ageretur, cuique cuncta cederent infeliciter, acsi monumentum patris violasset. Horat. in Arte poet. ¶ Ne cinerem vitans, in prunas incidas, *μὴ πόρρω φεύγων ἀνθρακιὰν ἐμπέσῃς*. Nec sic defugias malum hoc aut illud, vt in aliud longè maius incurras.

Cineraceus, a. um. Cinetis colorem referẽs. *Cenerẽtico, cenerẽtica*. Ital. *Di color di cenere*. Gal. *Cendreux*. Hisp. *Cosa de ceniza*. | Plin. lib. 33. Terra est aliàs rufa, aliàs cineracea

Cinereus, a. um. Quod è cinere est. vel quod cinereum refert colorem.

Cinerarius, rij. pro cinisone. Carollus, Nunc tuum cinerarius Tondet os: miser, ah miser Concubine nuces da.

Cinericius, a. um. vt, Panis cinericius, *ἐγκρυφίας ἄρτος*. qui coctus est sub cinere.

Cinefacio, cinefacis, cinefacere. Est in cinerem reducere. *στάχυα, στάχυα*. A quo Cinefactus, a. um. In cinerem dissolutus. *Ἐντεφρωθὲν*. Ital. *Ridotto in cenere, fatto cenere*. Gal. *Rendut en mis en cendre*. Hisp. *Hecho ceniza*. ¶ Figuratio est (inquit Nonius) vt, Tepefactum, & Labefactum. Lucil. lib. 3. At nos horrifico cinefactum te propè busto Insatiabiliter deflebimus.

Cinisones, qui & Cinerarij dicti sunt, qui calamistris in cinere calefactis capillos crispabant. Horatius, Custodes lectica, cinisones, parasiti. *εἴ τινες ἐμπαιδίαι κατάξεστοι, ἢ ἐπὶ τοῖς μαλθακοῖς ἐμπαίκται*.

CINNA. Ciuitas Thessaliæ, à Cinno gigante, & Cœi fratre dicta. ¶ Est etiam Cinna ciuitas Hispaniæ in regno Castellæ, à qua Cinnenses populi, quos commemorat Plinius in conuentu Tarraconensi. lib. 3. ca. 3. ¶ Fuit item Cinna Marianis & Syllanis temporibus, Romanorũ omnium crudelissimus, quatuor Consulatibus functus, qui primo Consulatu, feruis ad pileum vocatis, aduersarios vicit. Octauium interfecit, Ianiculum occupauit. Iterum & tertiò se Consulem fecit. Quarto Consulatu, quum bellum contra Syllam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occisus est. ¶ Fuit etiam Poeta eruditissimus hoc nomine cuius meminit Virgil. in Bucol. Nam neque adhuc Varo videor, neque dicere Cinna Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Cinnabari, siue Cinnabarim, *κινναβάρι*. Plin. lib. 33. cap. 7. sanie. n putauit esse draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisto animalis vtriusque sanguine. Quod tamen falsum esse, manifestius est quàm vt debeat refelli. Dioscorides à minio diuersum esse ostendit, quòd Cinnabari ex Libya, minium ex Hispania afferretur: quid tamen re vera esset, non indicauit. Hoc tantùm testatus, tam exiguã eius copiam afferri solere, vt vix variandis in pictura lineis pictoribus sufficeret. Quod autem hodie Cinnabrium vocant, ex sulphure & argento viuo simul vstis conficitur.

Cinnamomum, *κινάμωμον*. Frutex est in Aethiopia Troglodytis conterminus, humilis & surculosus, duorum cubitorum altitudine omnem in cortice dotem habens: nam lignum eius, quod Xylocinnamomum vocant, propter quandam origani acrimoniam in fastidio est. ¶ Cinnamomum etiam hodie in officinis nomen retinet: Vulgus à quadam canalium figura *Canellam* appellat. Vide plura de hoc apud Plinium lib. 12. cap. 19.

Cinnamum, penulti. correpta, *κίννημον*. Frutex, siue arbuscula nascens apud Gebanitas, in finibus Troglodytarum, præstantissimum exudans odoramentum, quod & ipsum Cinnamum dicitur. Vide Plinium lib. 12. cap. 19. Ouidius 3. Fastor. Cinnama tum primùm captiuâque thura dedisti.

Cinnaris, Herba est, aurore Plinio, quæ ceruis aduersus venenata pabula est remedio. Plin. lib. 8. cap. 27. Ceruus herba cinnare venenatis pabulis resistit.

Cinnus, per duplex nn. Est plurimarum rerum, præsertim liquidarum, commistio: nam ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur, quòd *κυκεὼνα* Græci appellant. ¶ Ital. *Vna mescolanza ò mescuglio di più cose*. Gal. *Entortillement de choses, ou meslange de plusieurs choses*. Hisp. *Mezcla ò composicion de cosas diuersas*. ¶ Cicer. de Orato. Cinnus vtriusque particeps, vel vtriusque, si verum quærimus, expers. Et elegãter Picus Mirandula ad Angel. Polit. Tu ita vtrunque imples, vt vtrum magis, haud satis constet, qui & Græcam, & nostram Mineruam pulchrè amplectaris, quasi cinnus vtriusque linguæ: vt quæ insitia sit, quæ genuina, non facilè discerni possit.

CINXIA. Iuno dicebatur, quòd nuptiis præesset. *γαμηλίου*. Inito enim coniugio soluebatur cingulum, quo noua nupta erat cincta. Festus.

CINYRAS, *κινύρας* Suidæ. Cypri rex fuit, qui cum filia Myrrha, æstu nutricis deceptus, concubuit: ex qua & Adonin suscepit, quem Venus postea in deliciis habuit: qui quum maiore animo, quàm viribus, feras sectaretur, apri dente in inguine vulneratus, interemptus fuit. & in florem Anemonem conuersus. Vide Ouid. lib. 10. Meta. ¶ Vbi Naso satis indicat huius Regis regionem opulẽtissimam fuisse: vnde locus factus Prouerbio, Cinyræ opes. *κινύρου πλοῦτος*. de immensis diuitiis dici solitum. Adagij meminerunt Plato de Legib. 2. & Suidas.

CIOS, Phrygiæ emporium fuit, à Milesiis conditum in loco qui Ascania Phrygiæ appellatur. Plin. lib. 5. cap. 32.

Ciperum, (quod hic corruptè legebatur) Vide CYPERUS.

Cippus, Columnam significat, quæ cum inscriptione ad conseruandam rei alicuius memoriam solent erigi. *στήλη*. eiusmodi etiam in defunctorum monumentis erigi consueuerunt. Horatius 1. Sermo. Satyr. 8,

Hic miseræ plebi stabat commune sepulchrum, Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ne sequerentur. ¶ Cippus item instrumentum erat ligneum, quo seruorum & captiuorum pedes colligabantur.

Circa, præpositio est accusatiuo seruiens casui. Idem significans quod iuxta. *Κύκλῳ*. Ital. *Intorno*. Gal. *Enuiron, vers*. Hisp. *En derredor*. | Cice. de Lege agrar. contra Rullum. Quum Rullus Capuam & vbes circa Capuam occuparit. Idem 3. in Verr. Aiebat multa sibi opus esse, multa eorum suis, quos circa se haberet. ¶ Ponitur & pro Circiter, vt tempus denoret. Plin. lib. 9. cap. 18. Nec amplius quàm circa eum mensem visuntur. ¶ Inuenitur etiam aduerbialiter positum, & sine casu. Cicero ad Atticum lib. 2. Nostram ambulationem, & ea quæ circa sunt, velim, quum poteris, inuises. ¶ Hinc fiunt composita, Quocirca, & Circumcirca: de quibus suis locis.

Circanea, Auis dicitur quæ volando circuitum facit. Festus.

CIRCE, *κίρκη*. Solis & Perses Nymphæ filia, & Aeetæ Colchorum regis soror, veneficiorũ peritissima: quæ Sarmatarum rege, cui nupserat, veneno sublato, regnũ per scelus parto, quum crudelius imperaret, ab incolis pulsa, in Italiam profugit, & in Circæo mõte, qui antiquitus olim Latij terminus erat, & efficacissimis herbis abundabat sedem sibi delegit: vbi quum Glaucum marinum Deum adamaret, Scyllam puellã, quam ille deperibat infectis fontibus, in monstrũ marinum commutauit. Vlyssem itẽ vi tẽpestatis ad se delatũ hospitio suscepit, sociósque eius, quos in porcos cõmutauerat, eidem restituit: cui & Telegonũ filium peperit. Postremò & Picum Latinorum regem, quòd vxorẽ suam nomine Canentem sibi præferret, in auem sui nominis commutauit.

Circæus, a. um. *κιρκαῖος*. vt, Circæus mons, & Circæum oppidum, quod & Circæos quidam appellarunt. ¶ Hinc Circæenses populi. Liu. lib. 6. Ad hoc Latini Heroicique accesserunt. & Circæensium quidam. Cice. lib. 3. de Nat. deor. Circen quoque colonũ nostri Circæenses religione colunt. Circæi verò quondam insula fuit immenso mari circundata, si Homero creditur vbi Latium antiquum terminabatur. Strabo lib. 5. Post Antium Circæum est stadiorum ducentorum & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulæ circundatus. Habet etiam castellum, & Circes sacellum, & Mineruæ aram. Virg. lib. 4. Proxima Circææ raduntur littora terræ. Dives inaccessos vbi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu. Vide plura apud Home. 10. Odyss.

Circæo poculo vsus est Circeo, de homine subitò in aliũ mutato. Actione in Verrem prima: Sic repente è vestigio ex homine, rãonam aliquo Circæo poculo factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Sic dicimus: Virga Circæa, qua Circe credebatur mentem adimere, ac reddere: pendes facere, & homines.

Circæa, *κιρκαία*. Herba est strichno sativo similis, flore nigro & pusillo, semine milij magnitudine, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali. Autor est Plin. lib. 25. cap. 13. ¶ Fuerunt qui eandẽ credercẽt cum Circæo, quod tamen falsum esse ex vtriusque descriptione facilè deprehenditur.

Circæum, Herba quæ & Mandragora dicitur. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Circenses ludi, vel Circenses, sine adiectione Certaminis eurulis genus erat, in honorem Consi consiliorum dei, institutum: *ἀπὸ τοῦ ἱππεύειν* sita dictum, quòd in circo peragerentur, nõ autem ab equis (vt Seruius nugatur) in circuitu dispositis. Liuius, Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca Patribus Equitibúsque vrbis, vt spectacula sibi quisque facerent. Virg. 8. Aenei. Nec procul hinc Romam, & captas sine mora Sabinas Consessa caueæ, magnis Circensibus actis Addiderat. ¶ Circensium ludorum, scitè erant curricula solennia. Gell. lib. 3. cap. 10. ex Varrone. ¶ Circense tomentum dicitur quod fit ex summitatibus arũdinum mollibus. Ianæ similibus. Matt. lib. 14. Tomentum concisa palus circense vocatur. Hoc pro Lingonico, stramina nauper emit.

Circerus, penul. prod. Nauis Asiana prægrandis, vt inquit Nonius. Plautus in Stich. Quũ pereunctor portitores, ecquæ nauis venerit ex Asia, negant venisse. Conspicatus sum interim circerum, quo ego meliorem non vidisse censeo.

Circinus, pen. cor. Instrumentum quo circuli vertendo designãtur. *Διαβήτης*. Ital. *Sesto, compasso*. Gal. *Compas*. Hisp. *El compas*. | Plin. lib. 2. cap. 15. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata.

Circino, as, pen. cor. Rotundum facio. *Στρογγύλλω*. Ital. *Rotondare, compassare, circuire*. Gal. *Circuir, estendre en rond, tourneyer à l'entour, faire vn cercle auec le compas*. Hisp. *Rodear ò compassar con compas*. | vel Circino circulũ facio. Plin. lib. 16. cap. 18. Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam. ¶ Significat etiam Circumire: vt, Circinare auras apud Ouid. 2. Meta. Sic super Actæas agilis Cillenius arces Inclinat cursus, & easdem circinat auras.

Circinatio, onis, verbale. *Στρογγύλωσις, περιφορὰ, περιαγωγὴ, κύκλωσις*. Ital. *Circuitione, circuito*. Gal. *Entournement, environnement, tour, circuition de compas*. Hisp. *Rodeo, obra de rodear ò compassar*. | Plin. & Budæ. vt circinatio solis.

Circinatõ, aduerbium. *Στρογγύλως, κυκλοτερῶς*. Ital. *Circondatamente*. Gal. *En rond, tournoyant en rond*. Hisp. *En rodeo, en corillo*. | Plinius.

Circiter, à Circa fit. Idémque significat: & refertur modò ad tempus. *Περί, ἀμφί, σχεδόν*. Ital. *Intorno*. Gal. *Enuiron, pres ou enuiron*. Hisp. *Cerca, poco mas ò poco menos*. | Plaut. in Most. Redito huc circiter meridiem. Cæsar 1. bel. Gal. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt. Cic. ad Att. Nos circiter Calendas aut in Formiano etimus, aut in Põpeiano. Modò ad numerum Salii. in Caul. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa. Modò ad locum. Plaut. in Cistel. Loca hæc circiter excidit mihi. ¶ Circiter aduerbium. Cic. ad Attic. Verùm hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Maias non desiderabo. Cassius Hemina. Lapidem fuisse quadratum circiter in media arce iunctum.

Circites, pen. cor. Circuli ex ære facti, teste Festo. Est & genus oleæ apud Colu. lib. 5. cap. 7.

Circius. Ventus nulli violentia inferior: sic dictus, quòd omnia turbet, ac circumaerrat. Hic peculiaris est Galliæ Narbonensis: de quo Gellius, Galli ventum ex sua terra flantem, quem fruissimum putantur, Circium appellant à turbine, opinor, eius ac vertigine. Lucan. -solus

sua litora turbat Circius, & tuta prohibet statione Monœci. Ventus circius, quum loquare, buccam implet: armatum hominē, & plaustrum oneratum percellit. Cato Cercium, non Circium appellat. ¶ Est item Circius Tauri montis pars apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Circitores, Vide CIRCVITORES.

CIRCIVS, (quod hic pro insula Mysiæ adiacente corrupte legebatur) vide CYZICVS.

Circos, κίρκος, Auis est ex Accipitrū genere, altero pede claudus, & sperrimi augurij in nuptialibus negotijs, & re pecuaria. Autor Plin. li. 10. ca. 8.

Circueo, ablato m, vel circumeo. {περιέρχομαι. Ital. *Andare intorno.* Gal. *Aller à l'entour, environner, circuir, tournoyer.* Hisp. *Andar ò yr en derredor.* } Circūambulo, ambio. Cic. Att. lib. 4. Antonij consilia narrabat illum circuire veteranos. Rectius scribitur per m: quæ tamen inter pronuntiandū elidit ur. Vide CIRCVMEO.

Circuitor, Circuito, Circuitus, Vide CIRCVMEO.

Circulator, Circulo, Circulus, Vide CIRCVS.

Circum, Præpositio. {περί. Ital. *Intorno.* Gal. *Al entour, au tour.* Hisp. *En derredor.* } & componi solet, & separari. Separata locum tantùm significat, sicut & composita: vt, Circum theatrum. ¶ Quandoque loco adverbij ponitur. Virg. 4. Aen. A'nne vides toto properari littore circum? Componitur verò cum dictionibus ab a, incipientibus, vt Circumago: e, vt, Circuncido: d, vt, Circumdueo: e, vt, Circumeo: f. vt, Circunfluo: i. vt, Circumiacio: à quo Circumiectus: i, vt, Circunlitio: m, vt, Circummunio: m, vt, Circunnascor: p, vt, Circumpono: q, vt, Circunquaque: s, vt, Circunscribo: t, vt, Circuntuli: u, vt, Circunuento. Verùm iuncta vocalibus integra scribi, sed nō proferri debet, vt circumago, circumeo scribantur, sed proferātur circuago, circueo. Vnde Priscianus ait, Circumeo, & circumago, & similia non patetentur elisionem in pronuntiatione, si transiret in sequentem syllabam m. Si verò iungantur cum c, d, f, q, t, mutatur m, in n: vt, Circuncido, Circundo, Circunfero, Circunquaque, Circuntuli. Cum aliis remanet m, integra: vt, Circumscribo, Circumuolo.

Circūaggero, as, {περιαγείρω ἢ περιαγείρομαι. Ital. *Adunare, amuchiare.* Gal. *Assembler autour, emonceler à l'entour.* Hisp. *Amontonar en derredor.* } Plin. li. 19. cap. 5. Terra minuta, fimóq; circumaggeratas resistere frigori radices.

Circumago, gis. Significat circunduco. {περιάγω. περιάγομαι. Ital. *Menare intorno, in volta, d'ogni intorno.* Gal. *Mettre autour, tourneyer çà & là, faire tourner en rond.* Hisp. *Traer en cerco.* } Liu. 1. ab Vrbe. Prius pene, quàm Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frætris equos, terga verrunt. Plin. lib. 2. cap. 3. Circumagitur orbis vigintiquatuor horarum spatio. Apuleius. Nudúmque hominem circumagens omnibus ostendebat. ¶ Interdum insequor, fugo, ἐλαύνω. Curtius, Nec vulneratum, & fere semineem circumagere destiterunt. ¶ Inde Circumactus verbale, Conuersio: siue motus in gyrum: περιαγωγή. Plinius. In ponte prætenui duabus capellis obuiis è diuerso, circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo.

Circumambulo, as. In circuitu ambulare. {περιπατέω. Ital. *Andare ò camminare intorno.* Gal. *Aller ou cheminer à l'entour.* Hisp. *Andar ò yr en derredor.* } Paul. in l. Possideri. in princ. ff. de acquiren. possess. Vt qui fundum possidere velit, omnes glebas eius circumambulet.

Circumaro, as, are, {περιαρόω. Ital. *Arare, lauorare di intorno il terreno.* Gal. *Labourer au tour, arer tout à l'entour.* Hisp. *Labrar la tierra en derredor.* } Plin. lib. 18. cap. 3. Quantum quis vno die plurimum circumarauisset.

Circumaspicio, cis, {περιβλέπομαι. Ital. *Guardar' intorno.* Gal. *Regarder tout à l'entour, jetter sa veuë de costé & d'autre.* Hisp. *Mirar en derredor.* } Plin. lib. 8. cap. 33. Nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumaspicit.

Circuncelliones, Dicti sunt qui circum cellas vagantur. ἀλήται. Solent enim ire hac atque illac, nusquam habentes sedes.

Circuncido, dis, Circum, vel per circulum incidere & amputare. {περιτέμνω. Ital. *Tagliare intorno.* Gal. *Couper tout entour, cerner.* Hisp. *Cortar en derredor.* } Colum. lib. 5. Eiusdem spolij corticem circuncidito, & materiem delibrato. ¶ Circūcidere vinum, pro eo quod est vini vsu interdicere. Celsus lib. 4. cap. 20. Deinde vbi ad se redit, circuncidendum vinum est in totum annum. Idem lib. 6. cap. 9. In dentium autem dolore, qui ipse quoque magnis tormentis annumerari potest, vinum ex toto circuncidendum est. Id est vinum omino non est bibendum. ¶ Circunci lo absolutè positum. Cic. 5. de Finib. Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat.

Circunciſus, partic. {περιτετμημένος, κεκομμένος. Ital. *Circunciſo ò tagliato di intorno.* Gal. *Circuncis, coupé tout entour.* Hispa. *Cortado en derredor, circuncidado.* } Plin. lib. 14. cap. 19. Quod circunciſis vinaceis profluxerit. Cic. 1. de Finib. Vt sapiens solùm amputata, circunciſaque inanitate, & errore, naturæ finibus contentus.

Circuncidāneus, a, um, περιτμητικός, περιτμητός: vt Vinum circuncidaneum: quod scilicet postremò exprimitur, vinaceis, vbi fluere defierint, circunquaq; accisis. {ὁ ἀπὸ τῶν ἐκπιεσθέντων ἤδη τῶν ὑπολοίπων ὑγρῶν γινόμενος οἶνος. Ital. *Vino di torculo.* Gal. *Vin de pressurage.* Hisp. *Elagapite.* } Cato cap. 23. Tortinum mustum circuncidaneum suo cuique dolio dimidito, additóque pariter.

Circuncisitius, a, um, vt, Circunciſitium vinum, idem quod circuncidaneum. Varro de Re rust. lib. 1. ca. 54. Quum desit sub prelo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rursus premunt: & rursus, quum expressum, circunciſitium appellant: ac seorsum quod expressum est seruant, quod resipit ferrum.

Circuncisè, aduerb. {περιτόμως. Sueton. de Clar. Rhet. Tum ne vsquequaq; scholasticus existimaretur, circuncisè, ac sordidè, & tantummodo trivialibus verbis egit, verùm ratius.

Circunciſio, onis. {περιτμημή. Ital. *Circunciſione, taglio fatto tutto intorno.* Gal. *Circonciſion, retranchure & coupure tout à l'entour.* Hisp. *A quella cortadura en cerco.* } Lactant. lib. 4. cap. 17. Sed iræ atque inuidiæ suæ alias causas præferebant, quòd circunciſionem vacuè faceret.

Circunciſura, τὸ περιτμητόν. Incisio in orbē facta. Plin. lib. 16. cap. 40. Stantésque à circunciſura ficcatæ fideliores.

Circuncingo, gis. Circundo. {περιζώννυμι περιάπτω. Ital. *Circondare, cingere intorno.* Gal. *Ceindre tout à l'entour.* Hisp. *Cenir en cerco.* } Sil. lib. 10. Ceu lernæ cuncta colis circuncingentibus vltro Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem.

Circuncirca, compositum ex duabus præpositionibus, Ab omni parte, {περιφερείᾳ περί. Ital. *D'intorno.* Gal. *Deçà & delà, de tous cōtez, tout à l'entour, de tous costés.* Hisp. *Cerca ò en derredor.* } vt, Circuncirca prospicere. Plaut. in Aulul. Occepit ibi scalpturire vngulis Circuncirca.

Circuncludo, dis, circuncluſi, circunclusum, Vndiq; claudo. {περικλείω. Ital. *Serrare intio intorno, chiudere da tutti i lati.* Gal. *Enclorre, enfermer de tous costez, entourer.* Hisp. *Cerrar, encerrar en cerco.* } Plin. lib. 18. ca. 35. Si nubes solem circunclndant. Cæsar 6. bell. Gall. Hæc studiosè acquisita ab labris argento circunciudum, atque in ampliſſimis epulis pro poculis vtuntur. Loquitur de cornibus vrorum. Cic. in Catil. 5. Num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, mea diligentia circunclusum, commouere te contra Rempub. non otuiſſe?

Circuncolo, lis, circuncolui, circuncultum, Circùm habito. {περιοικέω. Ital. *Habitare intorno.* Gal. *Demourer & habiter és environs de quelque lieu.* Hisp. *Morar cerca algun lugar.* } Liu. 1. bel. Maced. Is timor omnes, qui circuncolunt Bœbeu paludem, relictis vrbibus, montes coēgit petere. Vlpia. l. 3. ff. de flumin. Flumen à riuo magnitudine discernēdum est, aut æstimatione circuncolentium, &c.

Circuncolumnium, Locus est circunquaque porticus habens, vel saltem à tribus lateribus, qualia fieri in monasteriis solent. περιστύλιον.

Circunculcare, Circuncirca conculcare. {κύκλῳ κατατρέχω. Ital. *Calcare intorno.* Gal. *Fouler aux piés tout autour.* Hisp. *Hollar, acocear ò pisar en derredor.* } Colu. lib. 5. ca. 6. Sin minus terra subacta, operiamus, & circūculcemus ipsum seminis codicem. Ibidem, Ac diligenter circunculcari.

Circuncurro, is, {περιτρέχω. Ital. *Correre intorno.* Gal. *Courir çà & là, courir à l'entour.* Hisp. *Correr en cerco.* } Quint. lib. 2. cap. 12. Hanc autem, quam nos materiam vocamus, id est res subiectas, quidam modò infinitam, modò non propriam Rhetoricen esse dixerunt, eámque artem circuncurrentem vocauerunt, quòd in omni materia doceret.

Circuncurſo, as, are, frequentatiuū à Circūcurro. {περιτρέχω. περιδρόμημα. Ital. *Correre qua & la di intorno.* Gal. *Courir de tous costés, çà & là.* Hisp. *Correr en cerco y de todas partes.* } Terent. Heaut. Hac, illac circuncurſatu inuenies dum est tamen Argentum. Plaut. Rud. Omnia iam circuncurſaui, atque in latebris omnibus Perreptaui quærere conseruam.

Circundo, {περιδέω, περιλαμβάνω Ital. *Circondare, attorniare.* Gal. *Environner, circuir.* Hisp. *Cercar y rodear.* } & Circumeo, περίειμι, inter se differunt: quoniam dicimus, Hercules circuiit terram, non Circundedit: & Anulus circundat digitum, non Circumit. Circuitus nomen vtrunque complectitur. Cic. Cato. Vallo & fossa circundedi. Plaut. in Asin. Circundato me brachiis, meúmque collum circumplecte. Cæsar 3. bel. Ciui. Octauius quinis castris oppidum circundedit.

Circundatus, particip. {περιτεθειλημένος. Ital. *Circondato.* Gal. *Environné, enclos, entouré.* Hisp. *Cercado.* } Cice. in Catil. tectis omnibus subiectos prope iam ignes, circundatósq; restinximus. Horat. Serm. 1. Satv. 2. Ad talos stola demissa, & circundata palla Plurima. Armis circundatus, id est armatus. Virg. 9. Aen. Celsus lib. 8. cap. 10. Quinto die idem faciendum, ferulæque circundandæ.

Circundolo, as, are, Est circunquaque dolare, seu polire. {περιπελεκίζω, περιξέω. Ital. *Polir intorno.* Gal. *Doler de tous costés.* Hisp. *Dolar en derredor.* } Plin. lib. 16. cap. 32. Sed maximè mirum, Antandri platanus etiam circundolatis lateribus restibilis sponte facta.

Circunduco, cis, pen. prod. In orbem duco. {περιάγω. Ital. *Menare intorno.* Gal. *Mener à l'entour.* Hisp. *Traer en derredor.* } Plaut. Aliquos mitte, circunducere exercitū. Cic. 2. Phil. Casilinū coloniā deduxisti, quò erat paucis annis antè deducta, vt vexillū videres, & aratrū circūduceres. Liu. 8. ab Vrbe. Placuit inde iam maiore conatu, animóque, ab vnius expugnatione vrbi, ad perdomandū Latium victorem circunducere exercitum. ¶ Circunducere apud Iureconsultos metaphoricè pro abolere, delere, & abrogare accipitur. Paul. l. acta. ff. de re iudic. Acta apud se habita si partes consentiant, potest iubere iudex ea die circūduci, nisi vel negotium, vel lis terminata est. Vlpia. l. Et post edictum. ff. de iud. Quòd si is, qui edictū peremptorij impetrauit, abfit die cognitionis, tunc circunducendum erit edictum peremptorium. ¶ Circunducere aliquem per dolos, est decipere. παραγράφω. Plaut. Pseud. Per sycophantiam, atq; per doctos dolos Eam circunducam lepidulè. ¶ Circunducere argento, Idem Plautus, Te velle amantem argento circunducere. Idem Bacch. Quadringentis philippeis filius me & Chrysalus, circunduxerunt.

Circunductio, Deceptio. παράγραφος. Plaut. Capt. Nec pueri suppositio, nec argenti circunductio.

Circumeo, is, it, Ambio. {περίειμι. Ital. *Andare intorno.* Gal. *Aller à l'entour, environner, circuir, tournoyer.* Hisp. *Andar, cercar en derredor.* } Liu. 1. ab Vrbe, Sed ipse Romulus circumibat, docebátque, patrum id superbia factū, qui connubia vicinis negassent. Prædia circumire, Cice. pro Cecin.

Circuitus, partic. pen. corr. {ὁ περιεχθείς, περιελημμένος, Circundūctus. Senec. in Med. Orbem circuitis cornibus alligat. Id est circunductis, & totum globum cingentibus.

Circuitus, us, ui, nomē verbale. {περίοδος. Ital. *Circuito.* Gal. *Tour, circuit, environnement.* Hisp. *El cerco ò obra de cercar alto.* } Cic. 2. de Natu. deor. Circuitus enim solis orbium quinque diebus CCCLXV, & CCCC, quarta ferè diei parte addita, conuersionem conficiunt annuam. Celsus lib. 3. ca. 5. Sed tertianarum quartanarúmq;, quarū & certus circuitus est, & finis integer est. Quint. lib. 1. ca. 10. Ergo etiam id fieri potest, vt maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur.

Circumitio, vel Circuitio, verbale. περίοδος, κύκλωσις Liu. 3. ab Vrbe. Circuitio, ac cura Aedilium plebis erat: ad eos summa rerum, ac maiestas Consularis imperij venerat. Terent. And. Ita apertè ipsam rem modò locutus, nihil circuitione vsus es. Cic. 2. de Diuin. Ergo hic circuitione quadam deos tollens, certè non dubitat diuinationem tollere.

Circumequito, as, are. Equo circumeo. {περιεφιππεύω. Ital. *Cavalcar intorno.* Gal. *Chevaucher tout à l'entour.* Hisp. *Cavalgar en cerco.* } Liu. li. 10. ab Vrbe, Nequam occultam in fraudem incautus iueret, duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare mœnia, atque explorare omnia iubet. Idem 9. bel. Pun. Cum equitibus Numidis circumequitabat vrbem.

Circunfero, penultima correpta, Circumporto, circunduco. {περιφέρω. Ital.

Ital. *Portare intorno.* Gal. *Porter deçà & delà.* Hisp. *Traer en derredor.*} Salustius, Fuere item ea tempestate, qui dicerent Catilinam, oratione habita, quum ad iusiurandum populares conscios sceleris sui adigeret, humani corporis sanguine vinum permistū patetis circumtulisse. ¶ Per translationem ponitur pro lustrare, seu purgare. Virgil. lib. 6, Idem ter socios pura circumtulit vnda, Spargēs rore leui. Nam lustratio à circumlatione dicta est, vel cæde, vel victima.

Circunfirmare, Circunsepire, circumquaque munire. {Ital. *Fermare intorno, fortificare.* Gal. *Affermir de toutes pars, munir tout autour, fortifier de tous costés.* Hisp. *Cerrar en cerco, fortalecer.*} Colum. lib. 4. cap. 17, Nam vbi magna vis & incursus est luporum, procellarúmq;, vbi frequentibus aquarum ictibus labefactatur, vbi præcipitibus cliuis velut pendens plurima prædia desyderat, ibi quasi quadrato circunfirmanda est agmine.

Circunflecto, ctis, circunflexi, circūflexum. In gyrum flecto. {Ital. *Piegare intorno.* Gal. *Tourner & retourner, faire tourner en rond, flechir à costé.* Hisp. *Doblegar à traherse en derredor.*} Virg. 5. Aen. Constituit signum nautis pater, vnde reuerti Scirent, & longos vbi circumflectere cursus.

Circunflexus, participium, Vndique flexus. ¶ Inde Accentus circūflexus, ex acuto & grani factus.

Circunflexus, us, ui, nomen. {Ital. *Repiegamento in cerchio.* Gal. *Retour flechissement de tous costés, replument à l'entour.* Hisp. *Volverse de todas partes.*} Plin. lib. 8. cap. 11, Vt & ipsos circumflexu faceli ambiant. Idem lib. 2. cap. 1, Cuius circumflexu reguntur cuncta.

Circunflo, as, are. Vndique afflare. {Ital. *Soffiare intorno.* Gal. *Souffler de toutes pars.* Hisp. *Soplar en derredor.*} Cic. 5. Ver. Sic est hic ordo quasi propositus atq; editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circumflari posse videatur. Circumflantibus Austris. Statius lib. 11. Theb.

Circunfluo, Abundo. {Gr. Ital. *Abondare.* Gal. *Abonder.* Hisp. *Abondar y ser copioso.*} Cic. in Læl. Et circumfluere omnibus bonis, copiis, atque in omni rerum abundantia viuere. ¶ Proprie tamē Circumfluere, est circum aliquid fluere, decurrere. {Ital. *Scorrere intorno.* Gal. *Couler entour, aborder de toutes pars.* Hisp. *Correr lo liquido en derredor.*} Plinius, Id oppidum circumfluit amnis. ¶ Interdum concurrere, Idem Postquam variæ vndique gentes circumfluxere.

Circunfluens, Participium vt circumfluens amnis oppidum. Cic. pro Mur. Circumfluente colonorum Arretinorum exercitu. Idem de Amicit. Circumfluens omnibus copiis Idem ad Att. Ille noster amicos semper in laude versatus, circumfluens gloria.

Circunfluus, a, um, Quod circumfluit. {Ital. *Che va fuori di intorno.* Gal. *Allant & courant tout autour, abordant de toutes pars.* Hisp. *Cosa que corre en derredor.*} Ouid. 15. Meta. Scinditur in geminas partes circumfluus amnis. Plin. lib. 2. cap. 86, Tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. ¶ Item in passiua significatione, Insula circumflua, quam aqua circumfluit. Ouid. 15. Metamor. Vnde Coronidem circumflua Tyberidis alti Insula Romuleæ facris arcessierit vrbis.

Circunforanea domus, apud Apuleium, pro ea quæ mobilis & ambulatoria est, faciis ad circumferendum.

Circunforaneæ hostiæ, Dicuntur non tam quæ circum fora, quàm quæ circum agros & vrbeis in ambaruali sacrificio circumferuntur à circumferendo dictæ.

Circunforanei, seu Circunforanei, qui circa fora crebrò versari solēt, quales nugatores, impostoresque, qui fucis & strophis captant quæstum. {Ital. *Ciarlatani.* Gal. *Qui hantent les marchés & lieux publiques.* Hisp. *Los que andan por los mercados.*} Cic. pro Cluent. Tum repente Aconitanū quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum venisset, aggreditur. Hieron. Gatrulum nescio quem rumigerulum, circumforaneum. ¶ Aes circumforaneum, quod à danistis in foro tractatur. Cic. Attic. lib. 1, Tusculanum & Pompeianum valde me delectant, nisi quòd me ære, non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. Hoc est, ære alieno, quod è foro à danistis fœnori sumpsi.

Circunforanea domus, apud Apuleium, pro ea quæ mobilis & ambulatoria est, faciis ad circumferendum {Gr. Ital.}

Circunfodio, fodis. In gyrum fodio. {Ital. *Cauare intorno.* Gal. *Fouir à l'entour.* Hisp. *Cauar ò horadar en derredor.*} Plin. lib. 17. cap. 18, Circunfodi autem omnibus annis à solstitio duūm cubitorum, scrobe pipedali altitudine.

Circunfossor, verbale. {Gr. Ital. *Chi cava di intorno.* Gal. *Celuy qui fouit à l'entour.* Hisp. *Cauador en derredor.*} Plin. lib. 17. cap. 26, Aut circumfossor iniurioso actu verberauit.

Circunfossura, æ, {Gr. Ital. *Cauatura di intorno.* Gal. *Fouissure, ou fouissement à l'entour.* Hisp. *Cauadura en derredor.*} Plin. ibidem, Cupressus aspernatur circumfossuram.

Circunforo, as. {Ital. *Forare, pertusare di intorno.* Gal. *Percer tout entour, faire trous à l'entour.* Hisp. *Horadar en derredor.*} Plin. lib. 17. cap. 27, Stipite ab ima parte circumforato.

Circunfrico, {Ital. *Fregare intorno.* Gal. *Frotter tout entour.* Hisp. *Fregar en derredor.*} Cato cap. 26, Primas scopulas in dolia facito habeas illi rei, queis labra doliorum circumfrices.

Circunfulgeo, ges. {Ital. *Splendere intorno.* Gal. *Reluire & resplendir tout autour.* Hisp. *Resplandecer en derredor.*} Plin. lib. 2. cap. 37. Hominum quoque capita vespertinis horis magno præsagio circumfulgeot.

Circunfundo, dis, Circuncirca aspergo. {Gr. Ital. *Spargere intorno.* Gal. Hisp. *Cubrir à l'entour, environner d'humeur arroser tout à l'entour.* Hisp. *Derramar ò rociar en derredor.*} Cic. 2. de Nat. deor. Terram autem esse infimam, quam crassissimus circumfundat aër. Ibidem. Principio autem terra sita in media parte mundi, circumfusa vndique est hac animabile, spiritalique natura, cui nomen est aër.

Circungelatus, particip. {Gr. Ital. *Gelato intorno.* Gal. *Glacé & gelé tout entour.* Hisp. *Elado en cerco.*} Plin. lib. 13. cap. 13, Sed qui circungelatus videri possit.

Circungemo, mis, {Gr. Ital. *Gemere intorno.* Gal. *Geindre ou gemir à l'entour.* Hisp. *Gemir en derredor.*} Horat. Epod. 16, Nec vespertinus circungemit vrsus ouile.

Circungestare, {Gr. Ital. *Portare quà & là per tutto.* Gal. *Porter par tout.* Hisp. *Traer por todas partes.*} Cic. ad Q. fratrem lib. 1, Nam eam quoque epistolam T. Catienus circungestabat.

Circunglobo, as, {Gr. Ital. *Ingemare, ammucchiare.* Gal. *Amasser, amoncheler & entortiller entour.* Hisp. *De nauar à redondear ò amontonar, en derredor.*} Pli. lib. 9. cap. 47, Adeóque nihil non gigantur in mari, vt camponarū etiam æstiua animalia, pernici molestia faciu, aut quæ capillus maximè celat, existant: & circunglobata efficiat sæpe extrahantur.

Circuniacco, ces, cui. In circuitu iaceo. {Gr. Ital. *Giacere intorno.* Gal. *Estre situé & assis à l'entour.* Hisp. *Estar en cerco.*} Liui. Nam & Lycaonia, & Phrygia vtraque, Pisidia omnis, & Chersonesus, quæque circumiacent Europæ, in vestra sunt potestate.

Circuniecto, cis, iecī, iectum, à Iacio compositum. {Gr. Ital. *Gettare intorno.* Gal. *Jetter tout en tour, espandre de toutes pars.* Hisp. *Echar en derredor.*} Liu. 3. bel. Maced. Postquam æquo latere nudato, circumiicere hastas in venientem ex transuerso hostem conati sunt. ¶ Circumiicere vallum apud eundem, pro circumædificare. Et Circumiicere ambitu extrema exili. Cic. de Vniu. Extremitatem cæli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit, hoc est circumamplexus est.

Circuniectus, a, um, pro Circumpositus, Gr. : vt, Circuniecta vrbi loca. Liuius.

Circuniectus, us. {Gr. Ital. *Il gettare intorno.* Gal. *Entourement environnement.* Hisp. *Echamiento en derredor.*} Cic. de Nato. deor. Qui terram tenero circuniectu amplectitur.

Circumlambo, bis, {Gr. Ital. *Leccare intorno.* Gal. *Lecher tout entour.* Hisp. *Lamer à lamber en derredor.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Sed supra dictis capillamenti tenuitate cæteris ad circumlambenda ora.

Circunligo, circunligas. {Gr. Ital. *Legare intorno.* Gal. *Lier tout entour.* Hisp. *Atar en derredor.*} Plin. lib. 17. ca. 10 Proderit toto cæspite circunligari. Liu. 1. bell. Puni. Id sicut in pilo quadrantum stuppa circuligabatur, linebántque picē. Cicer. 2. de Diuin. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circuligatus fuerit angui.

Circunlinio, linis, lini, litum, Circum vngere, vel fricare, aut aliquid leniter digito, aut aliquo instrumēto alicui rei circumin ducere, & molliter ac leniter circum imprimere: non autem crassè. {Gr. Ital. *Ongere intorno.* Gal. *Oindre tout entour.* Hisp. *Untar en derredor.*} Plin. li. 8, Nec pictura, in qua nihil circunlinitum est, eminet.

Circunlino, in præterito, circunlini, vel circunleui, & circunlini. Est circumcirca leniter induco. Gr. Plinius, Circunlini ædificia fimo bubulo, vtilissimum.

Circunlitio, onis, Actus ipse circunliendi. ¶ In picturis item circunlitiones dicebantur, supremæ operis expolitiones: quemadmodū etiam hodie in vsu est, vt tabulæ iam perfectæ iampeti gummi illinātur. Gr. Plin. lib. 53. cap. 11. Hic est Nicias de quo dicebat Praxiteles, interrogatus quæ maximè opera probaret sua in marmoribus. Quibus Nicias manum admouisset tantum circunlitioni eius tribuebat.

Circunluo, luis, lui, Circunfluo. {Gr. Ital. *Scorrere intorno.* Gal. *Lauer & mouiller tout autour.* Hisp. *Correr lo liquido en derredor.*} Liu. 5. bel. Punī. Quo in Peninsulæ modum pars maior circunluitur.

Circunluuio, onis, verbale. Gr. Est, quum partem alicuius agri rapidus amnis in alueum suum impulerit, & in modum insulæ circumuoluerit: quæ ipso iure vicinoris erit. Valla. Cic. 1. de Orato. Gentilitatum, agnationum, alluuionum, circunluuionum, &c.

Circummitto, {Gr. Ital. *Mandar intorno.* Gal. *Enuoyer par tout ou de tous costés.* Hisp. *Embiar en derredor.*} Liu. 4. ab Vrbe, Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit Idem 2. ab Vrbe, Vincebátque auxilio loci paucitas, ni iugo circummissus Veiens, in verticem collis euasisset.

Circummulcere, Molli attactu circuncirca abblandiri. {Gr. Ital. *Lusingare intorno.* Gal. *Atoucher doucement de tous costés, & quasi amignoter.* Hisp. *Halagar en derredor.*} Plin. lib. 28. cap. 3. Ex qua familia legatus Hexagon nomine à Consulibus Romæ in dolium serpentium contectus, experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Circummunio, Circunsepio, circunroboro, {Gr. Ital. *Fortificare intorno.* Gal. *Fortifier vn munir de toutes pars.* Hisp. *Fortalecer en derredor.*} Colu. lib. 3, Priusquam pomarii cōstituas, quàm magnum habere voles, circummunito macerie aut fossa. ita vt non solùm pecori, sed nec homini transitus sit. Plaut. Capt. Ita vinclis custodiisq; circummuniti sumus.

Circummunitio, verbale. Gr. Cæsar, Id ne fieri posset, obsidione, oppidique circummunitione fiebat

Circumnascor, {Gr. Ital. *Nascere intorno.* Gal. *Naistre entour, naisquir ou croistre à l'entour.* Hisp. *Nacer en derredor.*} Plin. lib. 2. cap. 103, Lacus Sinnaus in Asia circunnascente absinthio inficitur.

Circumobruere, {Gr. Ital. *Coprire di terra intorno.* Gal. *Couurir de toutes pars, emoloper & cacher du tout en quelque chose.* Hisp. *Enterrar à amegar en derredor.*} Plin. lib. 19. cap. 5. Confert alterna folia circumobruere.

Circumpadanus, a, um, Qui habitat in circuitu Padi. *Chi habita intorno al po.* Liu. 1. bell. Puni. Consistere iussis militibus Italiam ostentat, subiectósque Alpinis montibus circumpadanos campos. Plin. lib. 14. ca. 20, Ligusticæ maximè, circumpadanisque mustis vtilitas.

Circumpango, {Gr. Ital. *Figere in terra di intorno.* Gal. *Ficher & attacher entour, faire tenir & herdre à l'entour.* Hisp. *Plantar en derredor.*} Plin. li. 17. cap. 13, Ramis terra circumpactis.

Circumpauio, uis, Circumpauire. {Gr. Ital. *Battere, percuotere di intorno.* Gal. *Dresser & aplanir en frapant tout entour.* Hisp. *Pisonear en derredor.*}

Circumpedes, pen. corr. Idem qui & A pedibus dicuntur. {Gr. Ital. *Seruitori di tauola.* Gal. *Seruiteurs qui sont à l'entour de leur maistre, qui luy assistent.* Hisp. *Mozos despuelas.*} Cic. 2. in Verr. Seruos artifices pupilli quum haberet domi circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat.

Circumplector, cteris, {Gr. Ital. *Abbracciare intorno.* Gal. *Embrasser tout entour, environner.* Hisp. *Abraçar en derredor.*} Cicc. de Vniuer. Vndique est eos circumplexus. Plin. lib. 13. cap. 10, Tam vastis arboribus, vt terni nequirent circumplecti.

Circumplexus, us, nomen. {Gr. Italicè *Abbracciamento, circonduzione.* Gallicè, *Embrassement, estouvement, environnement.* Hispa. *Rodeamiento.*} Plin. lib. 10. cap. 63. Lacertæ, vt ea quæ sine pedibus sunt, circumplexu venerem nouere.

Circumplico, as. pen. corr. Circunnecto. {Gr. Ital. *Auuiluppare di intorno intorniare.* Gal. *Enuelopper tout entour, entortiller.* Hisp. *Plegar en derredor.*}

Universidad de Deusto
Biblioteca

dor.} Cic.1 de Diui. Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Circumpono, nis, {περιτιθημι. Ital. *Mettere intorno.* Gal. *Mettre entour.* Hisp. *Poner en derredor.* } Horat. 2. Serm. Saty. 4, Primus & inueni piper album cum sale nigro Incertum, putis circumposuisse catillis.

Circumpotatio, onis, verbale à Circumporo. περικλυσμός. Cicer. 2. de Legib. Hæc prætetea sunt in legibus de vnctura, quibus ferculis vnctura tollitur, omnisque circumpotatio.

Circunrado, dis, {περιξύω. Ital. *Radere intorno.* Gal. *Raser tout entour, ratisser al'entour.* Hisp. *Raer ò arrebatar en derredor.* } Plin. lib. 17. cap. 26, Veluti detractio sanguinis circunrasi corticis. Colu. lib. 4. cap. 29. Huius traductis si non est facultas, tum detractum viti quàm recentissimum eligitur sarmentum, & leuiter circunrasum.

Circunretio, tis. Impedio, & implico. {περιπλίνω. Ital. *Inuiluppare intorno, impedire.* Gal. *Entourer & envelopper cõme d'vn rez.* Hisp. *Embolver en derredor, empachar, ò embaraçar.* } Lucr. lib. 5, Circunretit enim ius, atq; iniuria quemque, Vnde etiam exorta est, ad eum plerunque reuertit. Cic. 7. in Verrem, Num ego tibi vllam salutem, vllum perfugium puté, quum te implicarum seueritate iudicum, circunretitum frequentia populi Romani esse videam?

Circunrodo, dis, penul. prod. {περιδρόκω, περικατέδω. Ital. *Rodere intorno.* Gal. *Ronger tout entour.* Hisp. *Roer en derredor.* } Plin. lib. 32. cap. 2, Polypum hamos appetere, brachiisque complecti, non morsu, nec prius dimittere quàm escam circunroserit. ¶ Circunrodere per translationem accipitur pro meditari, & quodãmodo ruminare. Cic. ad Att. lib. 4, Quid quòd iam (dudum enim circunrodo quod deuorandum est) subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία. ¶ Item pro detrabo, obtrecto. Horat. 1. Epistol. Dente Theonino quum circunroditur.

Circunscalpo, pis, περιγλύφω. Ital. *Grattare di torno.* Gal. *Gratter ou graver entour.* Hisp. *Escarvar ò rascar. Esculpir ò raspar.* } Pli. lib. 20. ca. 5, Radice eius circunscalpti dentes dolore liberantur.

Circunscarnifico, cas, {περιτέμνω σάρκα. Ital. *Far intorno piccolini taglietti fin la persona, per cio il sangue ò strutto humore n'esca.* Gal. *Escarnifier & enciser ou cerner à l'entour.* Hisp. *Sajar en derredor.* } Plin. lib. 22. cap. 23, Pedum clauos circunscarnificatos ferro, mittum ceræ extrahit.

Circunscindo, dis, {περιτέμνω ἐξ ὁπάσης μέρους. Ital. *Tagliare da ogni parte.* Gal. *Enciser & couper de toutes pars.* Hisp. *Cortar ò tajar en derredor.* } Liui. 2. ab Vrbe, Quò ferocius clamitabat, eo infestius circũscindere, & spoliare lictor.

Circunscribo, bis. Colligo, comprehendo, intra finem quendam complector, definio. {περιγράφω. Ital. *Circonscrivere.* Gal. *Escrire à l'entour, borner, mettre tout entour.* Hisp. *Terminar.* } Cic. 6. Philip. Virgula stantem circunscripsit, talisque vt respõderet, priusquam ex illa circunscriptione excederet. Lactantius, Cuius sententiæ summam breuiter circunscribo, vt neque religio vlla sine sapientia sit, nec vlla sine religione probanda sapientia. Columella, Diophanes Bithynus Vticensem eorum, Dionysii Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circunscripsit. Cic. in Parad. Exilium terribile est illis, quibus circunscriptus est habitandi locus. id est constitutus. Idem pro Rab. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. ¶ Per translationem accipitur pro circumuentio & decipio. {περιγράφω. Ital. *Frodare, circonuenire.* Gal. *Decevoir, circonvenir.* Hisp. *Engañar.* } Idem 1. Acad. Alterum est, quod captiosis & fallacibus interrogatiunculis circunscripti & decepti quidam, quum eas dissoluere nõ possunt, desciscunt à veritate. Plin. lib. 7, Vana mortalitas, & ad circunscribendam seipsam ingeniosa.

Circunscripte, aduerb. {ὀλιγαχόθεν τινός. Ital. *Brevemente, con misura.* Gal. *Brefvement, en certains limites.* Hisp. *Breue y distinctamente.* } Cic. 2. de Nat. deor. Idque ratione concludimus, singulàsque res diffinimus, circunscripteque complectimur.

Circunscriptor, ὁ περιγράφων καὶ ἐξαπατῶν. Qui fraude priuat aliquem bonis. Iuuen. Saty. 15, -pupillum ad iura vocantem Circunscriptorem.

Circunscriptio, onis, verbale. {περιγραφὴ, διορισμός. Ital. *Misura, limitatione.* Gal. *Descriptions du tour, limitement.* Hisp. *Medida, termino.* } Cic. 1. Tusc. Quum totam terram contueri licebit, eiúsque eũ finem, formam, circunscriptionem, tum & habitabiles regiones. Verborum quadam circunscriptione comprehendere concludereq; sententiam, Cic. de Clar. Orat. ¶ Circunscriptio, pro deceptione & fraude. {περιβολὴ κλέμματος, ἀπάτη. Ital. *Inganno, falsità.* Gal. *Tromperie, surprinse, deception.* Hisp. *Engaño.* } Cic. pro Cluent. Quum omnis ab his fraus, omnes insidiæ, circunscriptionésque adolescentium nascerentur.

Circunseco, cas, Circuncido. {περιτέμνω. Ital. *Tagliare intorno.* Gal. *Couper tout à l'entour.* Hisp. *Cortar en derredor.* } Colu. lib. 7. cap. 5, Tuberculum cui subest vermiculus, ferro quàm cautissimè circunsecari oportet.

Circunsecus, aduerb. pen. cor. Significat in circuitu, à lateribus. Apule. lib. 5, Quique circunsecus venantur.

Circunsedeo, des, & Circunsideo, des, circunsedi, circunsessum, Significat circundare, obsidere. {περικαθῆμαι, περικλείω. Ital. *Assediare d'ogni intorno.* Gal. *Se seoir à l'entour, estre assis autour, assieger, tenir le siege à l'entour.* Hisp. *Poner cerco à algun lugar.* } Cæl. ad Cic. lib. 8, Nisi si mauult Pompeium Brundusij circunsidere. Cic. ad Attic. lib. 9. Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet, fuga prohibet. ¶ Circunsident item, qui assident vtrinque alicui. Cic. 4. in Catil. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atq; amantissimi præsentis mœrore non mouear, horumque omnium lachrymis, à quibus me circunsessum videtis.

Circũsessio. {περικαθέδρευσις, περικλεισμὸς, περικαθημένη. Ital. *Assedio di una città.* Gal. *Assiegement, assiete à l'entour.* Hisp. *Obra de poner cerco à algun lugar.* } Cic. 3. in Verr. Te huius circunsessionis tuæ causam & culpã in alios trãstulisse.

Circunsepio, pis. {περικλείω, περιφράττω. Ital. *Fare vna siepe d'intorno, cinchiudere una cosa ragione.* Gal. *Clorre & munir d'vne haye ou d'autre chose tout à l'entour.* Hisp. *Cercar de soto ò soto en derredor.* } Cic. ad August. Sed quoniam cohortibus armatis circunseptus Senatus. Liui. 1. ab Vrbe, Consciusque deinde, malè quæsendi regni ab ipso aduersus se exemplum capi posse, armatis corpus circunsepsit.

Circunsero, ris. {περιφυτεύω. Ital. *Seminare ò piantare d'intorno.* Gal. *Semer ou planter à l'entour.* Hisp. *Sembrar ò plantar en derredor.* } Plin. lib. 21. cap. 12, At genistas circunseri alueatim gratissimum.

Circunsido, dis, Idem quod circunsedeo, nisi quòd modum quendãm habeat coniunctum: vt Circunsidere dicãtur qui se iam ad sedendũ comparant coniunctum: vel qui ipso actu oppidũ, vel arcem castris vel exercitu circundant. Liu. 9. ab Vrbe, Et spe abiecta Satriculæ tuendæ, Plistiam ipsi socios Romanorum, vt parem dolorem hosti redderent, circuncidunt.

Circunsignare, {περιτίθημι σημεῖον, περιγράφω. Ital. *Segnare ò bollare.* Gal. *Marquer à l'entour.* Hisp. *Señalar en derredor.* } Colum. lib. de Arbo. cap. 26, Eam duobus digitis quadratis circunsignato, vt medio gemma sit.

Circunsisto, is, pro circundo ponitur: siue ad obtinendũ, defendendum, seu offendendũ circunsto. {περίστημι. Ital. *Stare intorno, circondare.* Gal. *Estre entour, environner quelqu'vn, & se trouuer autres de luy pour l'assaillir, defendre ou autrement.* Hisp. *Estar en derredor, cercar y rodear.* } Liu. lib. 1, Centuriones Metium circunsistunt. Cæsar, Siquis grauiori vulnere accepto decidérat, circunsistunt. id est circũ astabant faucres ei, & tela ab eo arcẽtes. Virgilius, Astesili tandem ciues infanda furentem Armati circunsistunt.

Circunsono, as, are, Vndiq; sono. {περιήχω. Ital. *Sonare d'ogni intorno.* Gal. *Bruire & retentir de toutes pars, sonner à l'entour.* Hisp. *Sonar en derredor.* } Liu. 9. bel. Maced. Eos deducere in locum, qui circunsonet vlulatibus cantũq; symphoniæ, & cymbalorum, & tympanorum pulsu, ne vox quiritantis, quum per vim stuprum inferatur, exaudiri possit. Idẽ 3. ab Vrbe, Iussa miles exequitur, clamor hostes circunsonat.

Circunspergo, gis. {περιραντίζω. Ital. *Spargere intorno.* Gal. *Espandre & estendre tout entour, espartir çà & là.* Hisp. *Derramar ò rociar en derredor.* } Colu. li. 11. cap. 2, Magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circunspergere, &c.

Circunspicio, cis, ex Circum & Specio, verbo antiquo, quod aspicio significat. {περισκοπῶ. Ital. *Guardare d'ogni intorno.* Gal. *Regarder à l'entour, prendre garde de tous costés.* Hisp. *Mirar en derredor.* } Estque Circunspicio, huc atque illuc oculos verto, & circumfero: omnia oculis collustro. Iustin. lib. 1, Primò latebras circunspicit. Cic. pro Roscio. Circunspicit, æstuat. Terent. in And. Circunspicio, nusquam. ¶ Significat etiam animaduertere, & diligenter videre, siue consyderare. Cic. 4. Acad. Deinde quum dicant, posse accidere sapienti, vt quum omnia fecerit, diligẽtissimèque circunspexerit, existat aliquid quod & verisimile videatur. ¶ Circunspicere se, pro Gloriari & seipsum admirari, sibi placere. Cic. Vsque eone te diligis, & magnificè circunspicis, vt, &c.

Circunspectus, significationis est actiuæ, & significat eum qui in omnem partem circunspectat, hoc est qui prudens est & sagax. {περιφυλακτικὸς, περισκεπτικός. Ital. *Circonspetto, prudente, che prende quanto deve fare.* Gal. *Considéré, auisé, posé, prudent, qui preuoit à tout ce qu'il doit faire.* Hisp. *Prudente y sabio, ò astuto.* } Columella. Nã illa solennia sunt omnibus circunspectis, vt ergastuli mancipia cognoscant.

Circunspecto, as, frequẽtatiuum. {ἐξετάζω πανταχόθεν, περιβλέπομαι. Ital. *Riguardare con diligentia.* Gal. *Regarder souuent çà & là, & diligemment.* Hisp. *Mirar en derredor muchas vezes y con diligencia.* } Terent. in Eunu. Et properãs venit: nescio quid circunspectat. Cic. 2. de Nat. deor. Iam verò illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiæ, vt in pastu circunspectent, vt in cubilibus delitescant.

Circunspectus, passiuè, περισκεπτός. Qui circunspicitur: vt, Verba non circunspecta, id est non perpensa, & consyderata. Ouid. 5. Fast. Verba mouent iras nõ circunspecta deorũ. Vires non circunspectæ. Ouid. 5. Meta. Sed furit, & cupiés alto dare vulnera collo Nõ circũspectis exactũ viribus ensem Fregit in extrema percussę parte columnæ. Id est non circunspiciens quò vires, & feriendi impetum rectè dirigeret.

Circunspectus, us, ui. {περισκόπησις, περίσκεψις. Ital. *Auiso, riguardo à fare qualche cosa.* Gal. *Veuë & regard de tous costés.* Hisp. *Recatamiento de mirar.* } Actus ipse circunspicendi. Cic. 12. Philip. Hæc ego in vrbe prouideo: facilis est circunspectus, vnde exeam, quò progrediar: quid ad dexterã, quid ad sinistram sit. Plin. lib. 11. ca. 37, Cernix flexilis ad circunspectũ, articulorum nodis iungitur.

Circunspicientia, Idem Gell. lib. 14. cap. 2, Multa & anxia cura, & circunspicientia indigens.

Circunspectio, aliud verbale. Cic. 4. Acad. Sin ex circunspectione aliqua, & accurata consyderatione, quod visum sit, id se dicent sequi, tamen exitum non habebunt.

Circunspectè, aduerbium. περισκοπτικῶς. Quintil. lib. 9. cap. 2, Parcius & circunspectius faciendum.

Circunspectator, & Circunspectatrix, verbalia. ὁ περισκοπῶν, καὶ ἡ περισκοποῦσα. Plaut. Aul. Exeundum hercle tibi hinc est foras Circunspectatrix cum oculis emissitiis.

Circũspicuus, à Circũspicior, Qui circunquaq; aspici potest. περίοπτος.

Circunstipo, as, Comitum agmine cingo: vt, Amotes nurum circunstipante, Claud. 2. Panegyr.

Circunsto, stas, circunstiti, circunstitum, Circundare. {περίστημι. Ital. *Stare intorno, circondare.* Gal. *Estre entour, se tenir debout à l'entour, entourner.* Hisp. *Estar en derredor, cercar y rodear.* } Cic. ad Atti. lib. 1, Vt me circunsteterint, vt aperte iugula pro meo capite P. Clodio ostentarint. Idem in Catil. Fortissimi ciues, qui circunstant senatum. Ouid. 3. Metamorph. Ad circunstantes vertit sua brachia syluas.

Circunstãtia, æ, Actus ipse circunstandi. {Ital. *Circonstantia.* Gal. *Circonstance.* Hisp. *Aquel estar assi.* } Gell. lib. 3, cap. 7, De loci importunitate, & loci circunstantia. ¶ Circunstantiæ item περίστασις, quæ in vnaquaque controuersia quæri solent, & quasi quæstionem circunstant. Ex circunstantia ducere argumentum, Quintil. lib. 5. cap. 10.

Circunstatio, onis, verbale. περίστασις. Gel. lib. 7. cap. 4, Ea circunstatio militum Corona appellata fit.

Circunstrepo, pis, In circuitu strepitum facio. {περιψοφῶ. Ital. *Far strepito intorno.* Gal. *Faire bruit à l'entour.* Hisp. *Hazer estruendo en derredor.* } Tacitus, Tum certatim exteri circunstrepunt.

Circunstruo, struis. {περιοικοδομῶ. Ital. *Edificare intorno.* Gal. *Edifier à l'entour.* Hisp. *Componer à edificar en derredor.* } Plin. lib. 11. cap. 6, His deinde fores quoque latiores circunstruunt. Idem lib. 19. ca. 8, Ripisque vndiq, circunstructis lapide.

Circunsudo, das. {περιῤῥέω. Ital. *Sudare da ogni parte.* Gal. *Suer de toutes parts.* Hisp. *Sudar de todas partes.* } Plin. li. 14. ca. 1, Stipatę vinaceis circũsudãtibus.

Circun

Circumfuo, fus, {περιχέω}. Ital. *Cuocire da ogni banda.* Gal. *Couure à l'entour.* Hisp. *Cozer derredor.* } Plin. lib. 34. cap. 16, Vitilibúsque nauigiis circunfusis conuehuchi.

Circumtego, gis, Circuncirca opetio. {περικαλύπτω}. Ital. *Coprire intorno,* Gal. *Couurir tout à l'entour.* Hisp. *Cubrir en derredor.* } Plaut. Mil. Meus herus elephanti corio circumtectus, non suo est. Cælum circumtegit omnia, Lucr. lib. 1.

Circumtexo, xis, {περιπλέκω, ἐκ πλέκω ἐφ' ἑαυτῷ}. Ital. *Tessere intorno.* Gal. *Tistre à l'entour.* Hisp. *Texer en derredor.* } Virg. lib. 1. Aenei. Et circumtextum croceo velamen acantho.

Circumtogium, ti, Amictus genus, quod purpuram circum habeat. Festus.

Circumtondeo, des, {περικείρω}. Ital. *Tondere tutto, dà ogni banda.* Gal. *Tondre tout autour à l'entour.* Hisp. *Trasquilar en derredor.* } Sueton. in Augusto cap. 45, Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse comperetat, per trina theatra virgis cæsum relegauerit.

Circumtrono, nas, {περιβρομέω}. Ital. *Tonare, far gran romore di intorno.* Gal. *Tonner & faire bruit à l'entour.* Hisp. *Tronar en derredor.* } Horat. 2. Serm. Satyr. 3, -quem cepit vitrea fama, Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis. Sil. lib. 6. Iámq; vbi feralem strepitu circumtonat aulam Cornea gramineum persultans vngula campum.

Circumtremo, mis, {περιτρέμω καὶ περιτρόμεω}. Ital. *Tremare intorno.* Gal. *Trembler de tous coßés.* Hisp. *Temer ò temblar en derredor.* } Lucr. lib. 1, Atque ideo totum circumtremere æthera signis.

Circumuado, pen. prod. {περικαλέω}. Ital. *Assalire d'ogni intorno.* Gal. *Enuironner, assaillir de toutes parts, surprendre.* Hisp. *Acometer en derredor.* } Liui. 2. bel. Maced. Repentè anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta, Barbaros circumuasit.

Circumuagus, gi, περικλυόμενος ὠκεανῷ, vt, Oceanus circumuagus. Horatius Epod. 16, Aetherææ moles circumuaga flammæ. Autor carminis ad Pisonem. Periphrasis est Solis.

Circumuallare, Vallo munire. {περιτειχίζω, περιβάλλω χάρακι}. Ital. *Fortificare d'ogni intorno di baluardi ò palificata.* Gal. *Enuironner de rempars, murailles & remparer.* Hisp. *Cercar fortalecer de palizada ò baluarte.* } Cæsar 7. bell. Gall. Oppidum oppugnare instituit, idque biduo circumuallauit. Cicc. ad Attic. lib. 9, Quū mihi epistola afferetur à Lepta, circumuallatum esse Pompeiū. Terent. Adelph. Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non potest.

Circumucho, is, ere, Circum porto. {περικάνω}. Ital. *Menare intorno.* Gal. *Porter çà & là, transporter à l'entour.* Hisp. *Traer en derredor.* } Liu. 3. ab Vrbe, Dictator quantum nocte prospici poterat, equo circumuectus, contéplatúsque qui tractus castrorum, quæque forma esset.

Circumuectio, onis, verbale, {περιφορά}. Ital. *Esso portare ò passare intorno.* Gal. *Portage ou transport à l'entour.* Hisp. *Obra de traer en derredor.* } Cicc. ad Attic. lib. 2, Illud tamen quod scribit, animaduertas velim de portotio circumuectionis.

Circumuecto, as, frequentatiuum, περιάγω καὶ περιφέρω. Virg. 2. Georg. Singula dum capti circumuectamur amore.

Circumuenio, Idem quod circundo. {περικαλέω}. Ital. *Circondare.* Gal. *Enuironner, enclorre.* Hisp. *Cercar en derredor.* } Liu lib. 1, Vt & hostibus circumuenirí se à tergo ratis terror ac fuga miceretur. Sallustius, Petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore sperabat, hominem nobilem, familiarem, & omnibus necessitudinibus circumuentū. ¶ Aliquando decipere seu insidiis inuoluere. {πλάνεω, παγιδεύω}. Ital. *Fraudare, ingannare.* Gal. *Circonuenir, surprendre, tromper.* Hisp. *Salcar ò tomar de salto, engañar.* } tractum à venatoribus, qui feras laqueis retibus, & canibus circumuenire solent. Cicc. lib. 2. Officio. Suum quisque teneat, & neque tenuiores propter humilitatem circumueniantur, nec locupletibus ad sua vel tenenda, vel recuperãda obsit inuidia. ¶ Aliquãdo opprimere. Sallustius, Cuiq; optimo literas mittit se falsis criminibus circumuentum. Sic Liu. lib. 1, Fœnore circumuentam plebem dixit.

Circumuertere, {περιστρέφω}. Ital. *Voltarsi di intorno.* Gal. *Faire tourner à l'entour.* Hisp. *Boluer en derredor.* } Plaut. Persa, Iam à foro argentarij abeunt, in cursu totula circumuertitur. ¶ Circũuertere aliquem argento, Plaut. Pseud. Aut de pacto faciunt confuūs dolis, Qui me argento circumuertant. Id est dolis auferunt à me argentum.

Circumuersari, {περιστρέφομαι}. Ital. *Andare, practicare per tutto.* Gal. *Aller tout autour, tourner à l'entour.* Hisp. *Andar ò conuersar en derredor.* } Lucr. lib. 6, Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt, Quærentes viã, circumuersantur, & ignis Semina conuoluunt è nubibus.

Circumuestire, {περιέννυμι περιβάλλω}. Ital. *Vestire d'intorno.* Gal. *Vestir & couurir à l'entour, cacher de tous coßés.* Hisp. *Vestir en derredor.* } Plin. lib. 17. cap. 23, Vernacula putatio derectis per ramos vitium crinibus, circumuestit arborem. Cicc. 3. de Orato. Quando quidem ille circumuestit dictis, sepit seduló.

Circumuincio, cis, {περιδέω}. Ital. *Ligare di intorno, da ogni banda.* Gal. *Lier tout autour.* Hisp. *Atar en derredor.* } Plaut. Rud. Quasi murteta iuncis, item ego vos virgis circumuinciam.

Circumuiso, circumuisis, frequentatiuum à circũuideo. περιόπτω. Plaut. Sed angues oculis omnibus circumuisere.

Circumuolo, las, {περιπέτομαι}. Ital. *Volare intorno.* Gal. *Voler à l'entour.* Hisp. *Volar en derredor.* } Sil. lib. 17, Iaculo circumuolat alite campum, Horat. 2. Serm. Saty. 1, Mors atris circumuolat alis.

Circumuolatus, participium passiuum, à Circumuolor. περιπέτομαι. Plin. lib. 10. cap. 32, Halcyonem videre rarissimum est nec nisi Vergiliarum occasu, & circa solstitia brumámve, nunc aliquando circumuolata, statim in latebras abeuntem.

Circumuolito, frequentatiuum iterum atque iterum circumuolo. {περιπέτομαι πολλάκις καὶ πολλάκις}. Ital. *Volare spesso per qua & per là.* Gal. *Voleter, ou voltiger à l'entour.* Hisp. *Volar muchas vezes en derredor.* } Huius proprius vsus est apud Virg. lib. 1, Georg. Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo. ¶ Columella per translationẽ pro Crebrò viso, seu pro Celeriter circundo, vsus est, An honestius dixerim mecœnatij salutatoris mendacissimum aucupium, circumuolitantis limina potentiorum.

Circumuoluere, {περιστρέφω}. Ita. *Volgere intorno.* Gal. *Enteruillir autour, se tourner autour.* Hisp. *Boluer en derredor.* } Plin. lib. 10. cap. 16, Serpentes coëunt complexu, adeò circumuolutæ sibi, vt existimari biceps possit. Virgil. Interea magnum sol circumuoluitur annũ, Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.

Circus, ci. m. sicn. gen. {κύκλος}. Ital. *Cerchio, circolo.* Gal. *Cercle, rondeau, entour, circuit.* Hisp. *Cerco, circulo, rodeo, ò rodilla de cabeça.* } Omnis in gyrum ambitus: à circumeundo, secundum Seruium. Mathematici definiunt eum, figuram planam, vna tantum linea contentam, in cuius medio punctus sit, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, inter se sint æquales. Et differt Circus à Globo, quod circus est planities rotunda, vt circuitus: globus soliditas vndique rotunda, vt est sphæra, & flaminum glomera. ¶ Circus κίρκος. Athen. lib. 13, etiam dicitur locus muris septus, in quo eurulia certamina peragebantur. Virg. lib. 3, -mediisque in valle theatri Circus erat, Cic. 3. Phil. Nescis heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse? Fuerunt autem tres Circi Romæ: Circus maximus inter Palatium & Auentinum: Circus Flaminius, qui & Apollinaris: & Circus Neronis in Vaticano. ¶ Candẽs Circus, κύκλος γαλακτώδης, id est orbis lacteus. Cicc. in Arato, Vidisti magnum candentem serpere circum, Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. Idẽ in somnio Scipionis. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas Circus elucens, quem vos, (vt à Graiis accepistis) orbem lacteum nuncupatis. De Circo & Circula vide plura in Additionibus P. Manutij ad calcem huius dictionarij adiectis.

Circulus, diminutiuum à Circus. {κύκλος}. Ital. *Circolo, cerchio.* Gal. *Cercle, entour.* Hisp. *Circulo ò rodeo ò rodilla de cabeça.* } Figura est annularis. Cicc. 2. de Natu. deor. Quūmque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus, (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autẽ circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur, &c. A' mathematicis definitur esse figura plana, vna tantum linea contenta, in cuius medio punctos est, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, sunt æquales. ¶ Hæc omnium planarum figurarum est perfectissima: vnde Circularem scientiam dicimus, pro absoluta, omnium scientiarum cognitione, quam Græci ἐγκύκλιον παιδείαν vocant. ¶ Circulus per translationem pro cœtu hominum in orbem collectorum sumitur. } Ital. *compagnia in luoco publico per ragionare.* Gal. *Compagnie d'hommes faisans vn cercle pour raisonner.* Hisp. *El corrillo d'hombres.* } Facit lib. 3, Nec ignoro in conuiuiis & circulis incusari istũ, & modum posci. Liu. lib. 4, Decade 5. In omnibus circulis atq; etiã (si diis placet) in conuiuiis, sunt qui exercitus in Macedoniam ducant.

Circularis, re, adiectiuum. } Ital. *Circolare* Gal. *Chose de cercle.* Hisp. *Cosa de cerco, de corrillo.* } Quod ad circulum pertinet. κυκλικός: vt, Figura circularis. ¶ Circulares item magistratus dicuntur, qui in orbem deferuntur, quæ & ἐπιδέκτους ἀρχὰς ἀπὸ δήμου à Demosthene appellantur.

Circulator, Qui hominum cœtu circundatus, fabulis eos aut præstigiis oblectat, quive in foro, hominúmve coronis sese ostẽtare solet, quem & Circumforaneum dicimus. {ἀγύρτης, ἀγύρτρια}. Ital. *Il canta in banco, ciarratano.* Gal. *Bateleur, qui amasse le peuple à l'entour de soy, comme vn vendeur de triacle.* Hisp. *El que junta al pueblo para que vea lo que haze, charlatan, ò charlatana.* } Cicc. lib. 5. Epist. Circulator auctionum notissimus. Apul. lib. 1. de Asino, Circulatorem aspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto deuorasse. Paul. Iurecons. ff. de Extraord. crim. In circulatores qui serpentes circunferunt, & proponunt, si cui ob eorum metũ damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur. Dictus Circulator à circulo, hoc est hominum corona.

Circulatrix, icis, {ἀγύρτις}. Ital. *Donna che va ballando, ò altre cose per guadagno.* Gal. *Bateleuse, femme qui va d'vn coßé & d'autre comme vn bateleur.* Hisp. *La que anda en corrillos.* } Quæ in foro, hominúmq; circulis versatur, spectatores aut saltando, aut canendo, aut lasciuoribus fabulis remorans, eáque sibi ratione victum quærens. Mart. lib. 10. Linguam circulatricem dixit pro petulanti & maledica. Vernaculorũ inquit, dicta, sordidum dentem, Et fœda linguæ probra circulatricis, Poëta quidam elancularius spargit.

Circulatorius, a, um, Quòd ad circulatorẽ spectat. {ἀγυρτικός}. Ital. *Cosa pertinente à buffone, à ciarratano.* Gal. *De bateleur.* Hisp. *Cosa para los corrillos y chalatan.* } Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam vim orandi, non circulatoriam voluptatem spectandam, hoc est garrulam illam circulatorum festiuitatem non esse aucupandam. Idem Quintil. lib. 2. ca. 4, Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, ex vix surgendi mora, circulatoriæ verè iactationis est.

Circulatim. Significat per circulos. {κυκλόθεν}. Ital. *Circondatamente.* Gal. *Tout autour.* Hisp. *De corrillo en corrillo.* } Suet. In summo publico luctu, exterarũ gentium multitudo circulatim suo quæque amore lamentata est.

Circulo, as are, pro circundare legitur. {περικαλέω}. Ital. *Cerchiare, circondare.* Gal. *Enuironner.* Hisp. *Cercar, hazer cerco.* } Colu. lib. 12, Isque debebit antè circulari fossula, quæ repleatur lapidibus & calce. Cicc. de Clar. Orato. posuit pro In circulum caput circunferre: Videt (inquit) oscitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem.

Citris, {κίτταρ}. Ital. *Ledola.* Gal. *Alouette.* Hisp. *Cogujada.* } Est auis, quã alio nomine Alaudam dicimus. Hanc poëtæ fabulantur fuisse Scyllam Nisi regis filiam, quæ quum patrem fatali crine spoliarum Minoi prodidisset, mutata est in auem Cirim. Nominis huius etymon Ouidius deducit à Græco verbo κείρω, quod est tondeo: alludens nimirum ad fabulam, qua Scylla purpureum Nisi patris crinem fertur totondisse. Sic enim ait lib. 7. Metamor. -plumis in auem mutata vocatur
Ciris, & à tonso est hoc nomen adepta capillo.

Cirnea, æ, Vas vinarij. nam κεράω misceo significat. Plaut. in Amph. Inde impleui cirneam.

CIRRHA, æ, Vrbs est in Phocide ad radicẽ Parnassi mõtis: à qua cãpi vicini Cirrhæi dicti fuere. Plin. lib. 4. cap. 3. Et Apollo Cirrhæus, & Templa Cirrhæa, hoc est ædes Apollinis, apud Senecam in Hercule Oetæo.

Cirri, à quibusdam appellantur capilli contorti, ac perinde crispati, quales picus Martius, & alauda, & genus in capitibus gerũt. {βόστρυχοι, πλόκαμοι}. Ital. *Capelli crespi.* Gal. *Vne touffe de cheueux retors les vns contre les autres.* Hisp. *La guedeja delos cabellos.* } Olitoreorum etiam capillamenta dicuntur Cirri. Mart. lib. 7. Et olitoreorum rapere liuidos cirros. ¶ Alij cirros capillos capitis attonsos putant, à κείρω attondeo, incido. Cato de liberis educandis, Itaque Ambraciæ primùm puerilem dẽtem, item cirros ad Apollinem ponere solent.

Cirratus, id est capillatus. {βοστρυχώδης}. Ital. *Chi ha molti capelli.* Gal.

Qui a les cheueux crespes & par touffeaux. Hisp. *qui tienne crespos los cabellos.* ¶ Persius, Téne citratorum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas? ¶ Inde Citratos vocat pueros, qui comam nutriunt, quam Veneri consecrent detonsam.

Cirri, κίρροι, ab Hippocrate vocantur varices, hoc est tumores pedum, & nonnunquam circa imam partem ventris, atque adeò circa ipsos testes. Aristoteles ἰξύας vocat.

CIRTA, siue portus Cirtha, κίρθα. Numidiæ fuit vrbs munitissima in qua Iugurtha Adherbalem necauit, vt est videre apud Sallust. in Iugur. Vide & Strab. lib. vlti. Vulgò *Constantina.*

Cis, κίς, Vermiculus in tritico præcipuè & ordeo nascens, seminâque illa cuspide sua exiguis foraminibus penetrans: à cuius similitudine etiam pumex lapis κισηρὶς Græcis appellatur, quòd fistulosus sit, & multis foraminibus pertusus.

Cis, & Citra, ἐντὸς, ἐνὶ μέρει, ἐπιθάτερα μέρη. Ital. *Di qua.* Gal. *Deçà.* Hisp. *A quende.* ¶ differunt, quòd Cis magis propriis nominibus fluminũ vel montium præponi solet: reliquis magis Citra: vt, Cis Rhenum, Cis Padum, Cis Alpes, ἐπὶ τάδε τοῦ ἄλσεως. Citra forum, citra templum, hoc est ab hac parte templi, aut fori. ¶ Harum duarum præpositionum significationi opponitur Vltra, quod significat Trans, vel ab alia parte: vt, Vltra Apenninum, Vltra Padum. Hæ autem particulæ Citra, Intra, Vltra, vt docet Gellius, apud veteres singulis syllabis appellabãtur Cis & Vls. Dicebatúrq; Cis Tyberim, & Vlbs Tyberim: mox dici cœptũ est, Citra Tyberim, & Vltra Tyberim, & intra Calendas, Citra Calendas. ¶ Cis etiam per compositionem nominibus nouorum, vel fluuiorum coniungitur: vt, Cisalpinus, Cispadanus. Et quamuis habeat vim localẽ, per translationem tamen, & in tempore, & in aliis rebus vti possumus: vt, Cis definitum tempus venistis fecit, Vltra tempus à nobis datũ venistis. Cis naturæ leges, hoc est minus quàm patiantur naturæ leges. ¶ Citra etiam quandoque pro Sine χωρὶς ponitur. Columella, In agricultura volũtas facultásque citra scientiam sæpe magnam dominis afferunt iacturam. Sueto. in Cæs. Alij citra Senatus, populiq; autoritatẽ, id est sine autoritate. Quint. lib. 1, Tum neque citra Musicen Grammatice potest esse perfecta. Plin. lib. 3, Citra fastidium nominẽtur. ¶ Quandoque ponitur pro Ante: vt, Citra Calendas: id est ante Calẽdas. Suet. in August. Solebat etiam citra spectaculorum dies, siquando quid inusitatum, dignúmque cognitu, &c. ¶ Fit autem Citra à Cis.

Citerior, à Citra, vel à Citer, vocabulo obsoleto. ἐγγύτερος. Ital. *Più vicino verso.* Gal. *Qui est plus proche de nous.* Hisp. *Cosa de mas aquende.* ¶ Cic. ad Atti. lib. 12, Hircius ad me scripsit, Sextum Pompeium Corduba exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem. Aetas citerior. Vale. lib. 8. ti. de studio & industria. Citerioris ætatis metas, sed nõ parui tamen spatij Chrysippi vinacitas flexit. Hoc est ad recentiorem nostrãque propiorem ætatẽ pertinet. Quæ enim nobis proxima sunt, citima appellantur. Cice. de Vniu. Hanc autem citimam è mediana linea ditexit ad læuam sed principatum dedit superiori. Idem in Somn. Scip. Ex quibus erat ea minima, quæ vltima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

Citimus, penul. corr. superlatiuum à Cis, vel Citra, vel potius ab antiquo nomine Citer. Idem est quod proximus nobis. Vnde Citima vocantur, quæ in cælo infima sunt, & nobis proxima. ἐγγύτατα. Ital. *Molto più di qua, più propinquo à noi.* Gal. *Tresprochain de nous.* Hisp. *Cosa de muy mas aquende.* ¶ Cice. in Somn. Ex quibus erat ea minima, quæ vltima cælo, citima terris luce lucebat aliena.

CISALPINA GALLIA, quæ & Citerior Gallia, & Gallia togata dicitur, fluuio Rubicone finitur, cuius basim Alpes efficiunt. Vulgò *Lombardia.* Cic. pro Lege Manil. Inde quum se in Italiam recepisset, duabus Hispaniis & Gallia Cisalpina præsidiis ac nauibus confirmata, &c.

CISAMVS, κίσαμος, Vrbs est Cretæ apud Ptolemæum, quæ hodie Ephitisa appellatur. Vulgò *Chisamopoli.*

CISAPENNINA ITALIA, à Catone in Orig. dicitur quæ respectu Romanorum cis Apenninum montem est: sicut Transapennina, quæ trans Apenninum est.

CISIANTHI, Populi sunt inter Scythas, qui Oceanum accolunt, Cimmeriis vicini. Plin. lib. 6. cap. 13.

Cisium, Genus vehiculi, duas habens rotas. ἅρμα δίτροχον. Ital. *Vn certo carro che ha due rote.* Gal. *Vn certain chariot a deux rouës à porter gens.* Hisp. *Vn genero de carro à andas.* ¶ à quo Cisiarij, qui cisium regunt. Cic. Deliuit in quadam cauponula atque se ibi occultans, perpotauit ad vesperum: inde cisio celeriter ad vrbem vectus, domum venit capite inuoluto.

Cisiarius, Cisi moderator siue auriga. ὁ ἐπὶ τοῦ ἅρματος δίτροχου ἡνίοχος. Ital. *Carratiero.* Gal. *Charetier & mouteur de chariot a deux rouës.* Hisp. *Carretero, el que rige aquellas andas ò carro.* ¶ Iureconsl. lib. 29. Digest. Si cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit, & seruum quassauit, vel occidit, puto ex locato esse in eum actionem.

Cispello, as, are, apud vetustissimos inuenitur pro eo quòd est in citeriorem partem pellere. Plaut. in Amphit. Inde optimè cispellam vitium.

CISPIVS, Mons in vrbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Cispij dictus, vt inquit Festus. Varr. li. 1. de Ling. Lati. Exquilinus est Cispius mons sexticeps apud ædem Iunonis Lucinæ.

CISSA, Ptolemæo fluuius est Ponti, in ea parte, qua Cappadociæ cohæret. Vulgò *Quisa.*

Cissanthemos, pen. cor. κισσάνθεμος, Altera cyclaminij species est, quam vulgus hodie (teste Ruellio) *Dona Maria figillum* vocat.

CISSEVS, κισσεύς, Rex Thraciæ, pater Hecubæ vxoris Priami, à quo Cisseis patronymicum: vt Hecuba Cisseis, apud Euripidem.

Cissibium, Ligneum poculũ ex hedera, quod Græci κισσύβιον ἢ κισσήβιον vocant. Meminerunt Theocritus & Homerus, Pollux ait poculum illud pastorale sic dictum, quòd hedera circundatum sit: nam κισσὸς hederam significat.

Cissites, κισσίτης. Gemma est ad similitudinem folij hederæ candicans. Plin. lib. 37. ca. 11. Cissites in candido colluceat, hederæ foliis, quæ rotã tenent. Et apud eundẽ eusdẽ lib. ca. 10. Cissites circa Copton nascitur candida. & videtur intus habere partum, qui sentiatur etiam strepitu.

Cissus, κισσός, Hederæ genus est, quæ sola sine adminiculo subsistit, neque arboris aut muri, alteriúsve pedamenti eget sustentaculo, vnde etiam Orthocissus à Græcis dicitur, quasi recta hedera. Fabulantur Græci Cissum Liberi patris pusionem in hanc herbam conuersum, ei nomen fecisse.

Cista, κίστη. Ital. *Cesta, Paniero, canestro.* Gal. *Panier, corbeille, coffre ou bahu.* Hisp. *cesta.* ¶ Genus vasis viminei, apud Colu. lib. 12. cap. 52. Ouid. 2. Metam. Clauserat Actæo texta de vimine cista. ¶ Fit etiam Cista ex assibus Cæsaris. Cic. ¶ in qua conduntur & pecuniæ & alia vsui nostro necessaria. Cice. ¶ in Verr. Quaternos H-S, quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Iuuen. Nanq; vetus Græcos seruabat cista libellos.

Cistula, κιστίον. Ital. *Piccol paniero.* Gal. *Petit panier, petit coffre ou bougette.* Hisp. *Cestilla.* ¶ Mart. lib. 1, Parcæ cistula non capax oliuæ. ¶ Hinc aliud diminutiuum Cistella. Terent. in Eunuc. Cistellam Pythia domo effert cum nutrimentis. ¶ A' quo rursus Cistellula. Plaut. Rud. Vbinam ea fuit cistellula? Autor ad Heren. lib. 1, Cistellam pro vase posuit, quo suffragia populi in creandis magistratibus, legibúsque ferendis colligebantur, quum ait, Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedenti ille nihilominus cistellam detulit.

Cistifer, a, um. ὁ κιστηφόρος. Qui fert cistã. Martia. Nupsisti Gellia cistifero.

Cistellatrix, icis, ἡ κιστηφόρος. Plaut. Trin. Nox datur, ducitur familia tota, Cistellatrices, cistellatrices nuntij, renuntij, raptores panis & peni. Videtur significare ancillam, quæ canistrum fert hederæ.

Cisterna, Locus in quo colligitur aqua pluuia per eutipos & canaliculos sub stillicidio positos, ad imbres suscipiẽdos. ὑδροφύλαξ, τὸ ὀμβρίων ὑδάτων. Ital. *Cisterna.* Gal. *Cisterne, lieu à recueillir l'eauë de pluie pour le garder.* Hisp. *Cisterna ò algibe de agua.* ¶ Vlp. l. prima. ff. de fonte. Cisterna aquam viuam nõ habet. Et quidem cisternæ imbribus concipiuntur, sed per glareã immissam in spongias purificatis. Idem l. Vulgaris. §. Sed & si de nauì immissam in spongias purificatis. Idem l. Vulgaris. §. Sed & si de naui. immissam in spongias purificatis. Idem l. Vulgaris. §. Sed & si de naui. immissam in spongias purificatis. Idem l. Vulgaris. §. Sed & si de naui. ff. de furt. Et quidem si cisterna vini sit, quid dices? aut aquæ cisternæ? ff. de furt. Et quidem si cisterna vini sit, quid dices? aut aquæ cisternæ? ff. de furt.

Cisterninus, a, um. ὁ ἐκ τῶν ὑδροφύλακων. Ital. *Di cisterna.* Gal. *De citerne.* Hisp. *Cosa de cisterna ò algibe.* ¶ Colu. lib. 12. cap. 43, Tota deinde vasa in aqua fontana, vel cisterninа ponderibus impositis mergi.

Cistus, κίστος. Ital. *Cisto.* Gal. *Cisse.* Hisp. *cerraios.* ¶ quem & Citraron vocant, siue Cissaron. Est frutex maior thymo, foliis ocymi: cuius duo sunt genera, floris colore distincta. Masculus enim flotem habet rosaceum, fœmina album. Vide Plinium lib. 24 cap. 10. Vulgus Rosaginem, siue Rosam caninam appellat. Sub hoc frutice nascitur hypocisthis: de qua suo loco.

CISTHENA, Pomp. lib. 1, vrbs est Aeolidis in Isthmo, qui est inter Elaiticum sinum & Idæum. A' Plinio Cisthene vocatur lib. 5. cap. 30.

Cistophorus, κιστοφόρος, Numi species, sic dicti à Canephoris Palladis Atticæ virginibus ministris, quarum imaginem habebat impressam. Cice. ad Atti. lib. 11. Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & vicies. Huius pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere. Idẽ pro Domo sua, Vt si in Asia cistophorum flagitaret.

Cistula, Vide CISTA.

CITARII, Populi Siciliæ, Autor Plin. lib. 5. cap. 8.

Citatus, Vide CITO, citas.

Citeria, Appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa vehi Romæ solebat. Gato in M. Cæcilium, Quid ego cum illo decertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum? Festus. Citeriæ itaque conuitium in homines impendio loquaces olim iactarum est. Vnde speciem Prouerbij habebunt orationes huiusmodi, Citeria loquacior: &, per hoc mutam dicas citeriam. vnus cum multis citeriis certare possit.

Citerior, Citherius, Vide CITRA.

CITHAERON, κιθαιρών, pet i nostrum, Mons est Bœotiæ, teste Strabone, cuius radicem Asopus amnis alluit. Seruius credidit alterum esse ex iugis Parnasi: quod omnium Geographorum iudicio secus se habet. Est enim Cithæron mons à Parnaso discretus, & ab eo plusquam triginta passuũ millibus dissitus. Hic mõs Libero patri sacer erat: vnde etiam ibi eius Orgia celebrabant. Oui. 3. Meta. Vadit, vbi festus faciẽda ad sacra Cithæron Cantibus & clara Bacchantum voce sonabat.

Cithara, pen. corr. κιθάρα. Ital. *cetera.* Gal. *Vne harpe.* Hisp. *Harpa, instrumento.* ¶ Instrumentum musicum, alio nomine Lyra appellata, quam Hieronymus scribit effici in modum Δ literæ, cum chordis viginti quatuor, & per digitos variis vocibus, tinnulisque ictibus in diuersis modis concitari. Plin. lib. 7. cap. 56. Citharam Amphion: vt alij. Orpheus: vt alij Linus inuenit. ¶ Citharam Virgilius pro ipsa musica & harmonia accepit, 12. Aen. Augurium, citharámque dabat: celeréque sagittas. Quint. lib. 2. cap. 8, Nam sicut cithara, ita oratio perfecta nõ est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta neruis consentiat. ¶ Non omnes qui habent citharam, sunt citharædi. Varro de Re rust. lib. 2. Quo significatum est, compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Citharœdus, κιθαρῳδός. Ital. *Chi canta su la cetera, citarista.* Gal. *Harpeur, joueur de harpe en partie.* Hisp. *El que tañe la harpa.* ¶ Qui cithara canit: & propriè (vt Moscopulus annotauit) qui & citharam pulsat, & ore accinit. Iuue. Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion, Aut Graphysus fiat pater. Cice. 5. Tusc. At vocem citharœdi non audiunt.

Citharœdicus, ca, cum, κιθαρῳδικός: vt Citharœdica ars, apud Plin. lib. 9. cap. 8, & Citharœdicus habitus. Sueton. in Nerua, Item statuas suas citharœdico habitu.

Citharista, κιθαριστής, qui citharam tantùm pulsat, non etiam accinit: nam is (teste Moscopulo) propriè dicitur Citharœdus. Cic. 3. Verr. At etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpè audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit.

Citharistria, κιθαριστρία. Ital. *Quella che canta su la cetera.* Gal. *Femme qui joue de la harpe.* Hisp. *La muger que tañe la harpa.* ¶ Quæ cithara canit, sicut à tympano tympanistria. Terent. Phorm. Continuò quandam nactus est puellulam Citharistriam. Ibidem Terentius eandem vocat Fidicinam, Ille, qui illam amabat fidicinam. ¶ Sunt autem Citharistes, & Citharistria, verbalia, à Græco verbo, κιθαρίζω, quod est cithara cano.

CITHARISTA, siue Citharistes, κιθαριστής. Promontorium Galliæ Narbonẽsis: testibus Ptole. li. 2. ca. 10, & Antonino, qui in suo Itinerario ab hoc promontorio Massiliã vsq; nauigio triginta millia passuum facit.

Cit

Citimus, Vide Citra in CIS.

Citra, præpositio, Vide in dictione CIS.

Citro, Vide in dictione VLTRO.

Citrus, Arbor est duorum generum: quarum altera lauri folio perpetuo virens, eadem est cum malo medica, quæ citrium malum gignit, oris graueolentiam emendans, & vestium commẽdans odorem, cassémq; à tineis conseruans. {ὁ μηλέα περσικὴ, vel μηδικὴ, vel ὁ κεδρομηλέα. Ital. *Citrouero*. Gal. *Citronier, arbre qui porte les citrons*. Hisp. *Cidras, madera mas preciada que alerce*. } Altera syluestri cupressо similis est, & caudice & folio, & odorata, in Mauritania præcipuè nascẽs: vnde in Italiam ad pretiosissimarum mensarum materiam adnauigabatur, quæ & Cedrinæ appellantur à Plin. lib. 13. ca. 15. Hæc arbor ab Homero Trogete, à quibusdam etiam Thyia appellatur, præcipuam in radicis crispitudine dotem habens. ¶ Citrum, neut. gen. citri arboris lignum. Varro 3. de Re rust. cap. 2. Nuncubi hic vides citrum, aut aurum? Mart. lib. 9. Et testudineũ mensus quater hexaclinon, Ingemuit citro non satis esse suo. Idem lib. 10. -& citrum vetus, Indicósque dentes.

Citreus, a, um, Quod ex citro confectum est. Cice. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream, à Q. Lutadio Diodoro (qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Romanus factus est) omnibus scientibus Lilybæi abstulisti. Citream mensam cum aurea comparat Martialis in Distichis, Accipe fœlices, Atlantica munera, mensas: Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Citrinus color, A citri similitudine dictus. Plin. lib. 19. cap. 5. de cucumere loquens, Crescunt, qua coguntur, forma, in Italia virides, & quam minimi: in prouinciis quàm maximi, & citrini, aut nigri.

Citreus, a, um. adiectiuum, vt Citrea malus, quæ & Medica, μηδικὴ, nominatur. Arbor est toto anno pomifera, aliis cadentibus, aliis maturescẽtibus, aliis subnascentibus pomis. Folia habet lauri, intertexantibus spinis, fructum verò aureo colore, & odore gratissimo: quem Virgil. 2. Georg. mitis laudibus celebrauit, ibi, Medica fert tristes succos tardúmque saporem Felicis mali. Præcipuæ mali huius dotes sunt, oris graueolentiam commendare, & vestes à tineis illæsas conservare. Varia citrei mali genera vide apud Ruell. lib. 1. cap. 69, & Amatum Lusitanum in Dioscoridem cap. de citreis.

Citta, κίττα. Deprauatus mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetunt, quod ferè contingere solet secundo aut tertio à conceptu mense, ex alimento in ventriculo corrupto. fœtu existente tam imbecilli, vt nutrimentum consumere non possit. Hinc fit, vt copiosæ in ventriculo redundantiæ accumulentur, quæ varium absurdúmque gignunt appetitum, vt carbonum, cretæ, & similium. Eam ob causam Græci malum hoc κίττα, hoc est picam, appellauere, ab auis eius varietate sumpta similitudine.

Cittampelos, κιττάμπελος. Herba est quæ Dioscoridi Helxine, & officinis Parietaria dicitur. Vtitur hac appellatione Paul. Aegi. lib. 6.

CITTIVM, κίττιον, Oppidum Cypri: vnde Citticus Zeno, κιττιεὺς apud Laërt. lib. 7.

Cittosis, κίττωσις. Vuarum vitium est, quum acini à racemis dilapsi pereunt. Vide Cæl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 6. cap. 1.

Ciuis, huius ciuis. Vrbis colonus, à coëundo (vt Ciceroni probatur) q̃ vinculo quodam societatis ciues in vnum coëant cœtum, & sub iisdem legibus viuant. {πολίτης, ιδος. Ital. *Cittadino*. Gal. *Citoyen ou citoyenne*. Hisp. *Ciudadano*. } Cice. in Catil. Serui me hercule mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquẽdam putarem. Idem 1. de Finib. Debeo profectò, quantuncunque possum, in eo quoq; elaborare, vt sint opera, studio, labore meo, doctiores ciues mei. ¶ Ciuis & Peregrinus opponuntur. Cic. 6. Verr. Apud Segestanos repertum esse indices scitote neminem, neque liberum, neq; seruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Idem, Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis visebatur.

Ciuitas, Proprié est collecta ciuium multitudo, ad eodem iure vinẽdum. {πόλις. Ital. *Città*. Gal. *Cité, bourgeoisie, assemblée de ville, amas de citoyens*. Hisp. *Ciudad, compañia de ciudadanos*. } Cice. de Somn. Scipi. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hanc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtúsque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Idem pro Sestio, Tum conuenticula hominũ, quæ postea ciuitates nominatæ sunt. ¶ Ciuitas, & Vrbs in hoc differunt, q̃ incolæ dicuntur ciuitas, vrbs verò complectitur ædificia. Cice. 4. Academi. Aristoteles & Xenocrates, quos Antiochus sequi volebat, non dubitauissent quin & Prætor ille esset, & Roma vrbs, & eam ciuitas incoleret. Idem pro P. Sylla. Etenim in qua ciuitate res tantas gesserim, meminit, & in qua vrbe intelligo. ¶ Aliquando Ciuitas dicitur ius ciuium: vnde Ciuitate donare, πολιτείαν δίδωμι. Vsurpatiué tamen dicitur vrbs, hoc est ipsa mœnia, & ædificia. ¶ Capere ciuitatem, Plat. in Dialogo, qui Sophista inscribitur. Prouerbialiter dixit, pro rem difficilem assequi. Neq; enim ciuitas primo statim impetu capitur. ¶ Magna ciuitas magna solitudo, ἐρημία μεγάλη ἐστὶ μεγάλη πόλις. Quadrabit in vrbes aut domos, agros aut hortos, aut aliud id genus quidpiam amplum quidem & spatiosum, sed parum excultum: Aut in librũ ingẽtem quidem illum, verum impolitum & illimatum. ¶ Sermoũ ciuitas, ἀθρόα πόλις. De cœtu conuictúque hominum improborum, furaciũ aut ignobilium dici potest.

Ciuilis, & hoc ciuile, Quod est ciuium, seu quod ad ciues pertinet. {πολιτικός. Ital. *Ciuile*. Gal. *Politique, apartenant aux citoyens*. Hisp. *Cosa de ciudad, ciuil*. } vt Ciuilis mos, Ciuile ius, Ciuile odium, Ciuile bellũ, Ciuilis homo, qui est peritus eorum quæ ad administrandam Reimpub. pertinẽt. Cic. 7. Phil. Itaque ego ille, qui semper autor pacis fuiscuique pax, præsertim ciuilis, quamquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Idem ad Att. lib. 7. Genus belli quod sit, videsne ita ciuile est, vt non ex ciuiũ dissensione, sed ex vnius perditi ciuis audacia natum sit. ¶ Vndæ ciuiles, id est curæ, & solicitudines. Hor. 1. Epist. Nũc agilis fio, & versor ciuilibus vndis. Studia ciuilia. Cic. pro Font. Si inimico testi credi nõ oportuit, inimicissimo Marcello Crassus, & Fimbriæ Scaurus, ex ciuilibus studiis, atq; obtrectatione domestica, quàm huic Galli?

Ciuilior, & Ciuilius, πολιτικώτερος, ον, cõparatiua. Ouid. 4. Trist. Eleg. 4. Ipse pater patriæ, quid enim ciuilius illo?

Ciuilitas, {ἡ πολιτικὴ. Ital. *Ciuiltà*. Gal. *ciuilité, honneſteté, police*. Hisp. *ciuilidad ò policia*. } Comitas, facilitas & moderatio quædam atque modestia, magis ciui hominique politico, quàm Imperatori conuenientes, quam Augusto tribuit Suetonius cap. 51. Clementiæ ciuilitatisque, inquit, eius multa & magna documenta sunt. Iulius Capitolinus laudat Antoninum Pium, quòd Imperatorium fastigium ad summam ciuilitatem deduxerit.

Ciuiliter, aduerb. {πολιτικῶς. Ital. *Ciuilmente, cittadinescamente*. Gal. *Ciuilement*. Hisp. *Ciudadanamente, politicamente*. } Cic. 1. Offic. Vt enim quũ ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero capitis & famæ fortunarúmque. Sat. 5. Posciimus vt cœnes ciuiliter id est vt tibi sit panis idem qui aliis communis. iisdemque ferculis vtaris: non vt tyrannico more, aut regio cœnes. Ouid. 12. Metamor. Exercet memores plusquam ciuiliter iras.

Ciuicus, a, um, pen. corr. {πολιτικὸς. Ital. *Ciuadinesco, ciuile*. Gal. *Cuyen*. Hisp. *Ciuil, de ciudad*. } Idem quod ciuilis: v. c. Ciuica corona, quam ciuis ciui, à quo seruatus fuisset in prælio, testem vitæ dare solebat, ex fronde querna, quoniam cibus antiquissimus è quercu capi consueuerat. Cice. pro Planc. At id etiam gregarij milites faciunt muti, vt coronam det ciuicam, & se ab aliquo seruatos esse fateatur.

CIVS, κίος. Fluuius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluẽs, medium interfecans Hæmum: vt scribit Herod. lib. 4. ¶ Fuit item Cius Bithyniæ oppidum, postea Prusias appellatum. Hoc (vt testatur Strabo lib. 12.) Demetrius euertit vnà cum Myrica, huic vicina: eáque Prusiæ Zeliæ dedit, qui vtranque rursus à ruinis excitans, Cium, à se Prusiada, Myrleam verò ab vxore Apamiam nominauit.

C ante L.

Clabula, Vide CLAVOSA.

Clades, {φθορὰ, ὄλεθρος. Ital. *Calamità, ruina*. Gal. *Deſconfiture de guerre perte ou bataille, victoire perdue*. Hisp. *Estrago, ò mortandad à huero*. } Strages, ædes multorum, calamitas siue detrimentũ in prælio aut alio modo acceptum, παρὰ τὸ κλάω, vt quidã existimant, quod est amputo, siue frango: aut certè ἀπὸ τοῦ κλαίειν, hoc est à flendo siue lugendo: quanquam nõ desunt, qui à cadendo cladem dictam existimãt, aut à calamis communuendis, quasi Calamidem. Plin. lib. 16. cap. 32. A quo deinde tempore maiestas populi Romani resurrexit, quæ ante vastata cladibus fuerat. Cice. de Clar. Orat. Cursum ingenij tui Brute, premit hæc importuna clades ciuitatis. Virg. 12. Aen. & subita turbatos clade Latinos.

CLAEON, κλαίων. Fons est iuxta Celænas Phrygiæ oppidum, ab esse fu fluens dictus, κλαίω enim idẽ quod fleo. Huic vicinus est alter fons Gelon, ἀπὸ τοῦ γελᾶν, hoc est à ridendo appellatus. Refert Plin. ex Theophrasto lib. 31. cap. 2.

Clam, præpositio ablatiui casui seruiens. {λάθρα, κρύφα. Ital. *celatamente, di nascoso*. Gal. *En cachette, secrettement*. Hisp. *Occulta y escondidamente*. } Idem significat quod secretò, siue latenter: vt Clàm patre egisti. Plaut. in Amphi. Is amare occœpit Alcumenam clàm viro. ¶ Iungitur aliquando & accusatiuo. Plaut. Caf. Bona multa faciam clam meam hanc vxorem. Cice. in Salust. Timeo ne facinora eius clam vos esseut. ¶ Quandoque reperitur loco aduerbij posita. Virg. 1. Aen. Clàm ferro incautum superat, secumus amorum Germanæ. ¶ Hinc compositum Perclàm, quod est valde occultè.

Clanculum, diminutiuum est à Clam. {λαθραίως, κρυφίδιον. Ital. *Di nascoso, celatamente*. Gal. *Secrettement, en cachette*. Hisp. *A escondidillas*. } Terẽt. in Eunuc. In cellulam ad te patris penum omne congerebam clãculum. Ibidem, Venisse clanculum per impluuium. ¶ Clanculum accusatiuo iunxit Terent. in Adelph. -postremò alij clanculum Patres quæ faciũt, quæ fert adolescentia: Ea ne me celet, consuefeci filium.

Clancularius, a, um, Occultus, latens. {κρυπτὸς, κρυφαῖος. Ital. *Occulto, segreto*. Gal. *Secret, caché, secoyen*. Hisp. *Escondido secreto*. } Martial. lib. 10. Vernaculorum dicta, sordidum deorem, Et fœda linguæ probra circulatricis, Poëta quidam clancularius spargit, Et vult videri nostra. &c.

Clandestinò, pen. prod. Occultè, secretò, latenter. {κεκρυμμένα, κρυφίδιον, κρύφα. Ital. *Secretamente, occultamente*. Gal. *En cachette, secrettement*. Hisp. *Escondidamente, à escondidillas*. } Lucilius, At enim dicis, clãdestinò tibi, quod commissum fuerat. Plaut. in Mil. Nam hoc negotij clandestinò vt agerem, mandatur mihi.

Clandestinus, a, um, pen. prod. Occultus, secretus. {κρυφαῖος. Ital. *Occulto, secreto*. Gal. *Secret, caché*. Hisp. *Escondido, secreto*. } Liu. 4. ab Vrbe, Quum patres clandestina denuntiatione reuocari ad diem certam. Manlius li. 1, Et clandestinis surgentia fraudibus arma. Sili. lib. 7, Ceu clandestinò traheretur fœdere bellum.

Clamor, Vox intensa, & maiore cum impetu prolata. {κραυγή, βοή. Ital. *Grido*. Gal. *clameur, cri huyement*. Hisp. *clamor ò voz grande*. } Plin. in Epist. Turbidóque clamore postulauerat simul & oppressérat. Cic. 6. in Verr. Interea ex clamore fama tota vrbe percrebruit, expugnari deos patrios. Virgil. 5. Aeneid. -te sonat clamoribus æther. ¶ Antiqui etiam Clamos dicebant, sicut Arbos.

Clamo, as, are, Est vociferari. {βοᾶν, κλάζειν. Ital. *Gridare, chiamare*. Gal. *Crier, huyer, braire*. Hisp. *Llamar dando voZes*. } Plautus in Mercur. Nec tolerant, vt æquum est, patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. Cicero ad Atticum, lib. 5, Id clamare omnes qui aderant, nihil impudentius, &c. Terent. in Adelph. Clamant omnes, indigoissimè factum esse. ¶ Clamare item pro dicere, & affirmare accipitur. Cicero 3. in Verr. Quum tutores H-SLXXX, millibus ad opus, ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. ¶ Quandoque vocare. κλᾶν, ἐπικαλεῖσθαι. Virgil. 4. Aeneid. Per medios ruit, ac morientem nomine clamat. Ouid. 2. Metamorph. Aspicit hanc, visámque vocat, clamata refugit. Idem 6. Metamorph. Ipsa videbatur terras spectare relictas, Et comites clamare suas. ¶ Clamare, conqueri. Terent. in Adelph. Mihi quidem non placent: Et clamo sæpe. Liu. 3. ab Vrbe, Clamant fraude fieri, quòd foris teneantur exercitus. Cic. pro Cluent. Quum & de suo, & de vxoris interitu clamaret, testamentúmque mutare cuperet, &c.

Clamito, as, are, frequentatiuum. {κραυγάζω συχνὸν καὶ πολλάκις κράζω. Ital. *Gridare spesso*. Gal. *Crier souuent, ou dire à haute voix*. Hisp. *Llamar dando voZes muchas voZes*. } Terent. in Andr. -clamitent Me sycophantam, hæredita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæreditatem persequi.Cic.2.Tusc.Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse quæ anteà de dolore senssisset ipse. Terent.in Adelph.Venit ad me sæpe clamitans. Quid agis,Mitio?

Clamator verbale,{κραυγαστής,κεκραγώς.Ital.*Chi grida,ò chiama alcuno.* Gal.*Vn crieur ou criard,braiard,celuy qui crie.* Hisp.*Vocinglero, pleno de gridi.Llamador.*} Qui clamat.Cic.3.de Orat. Quare Cotacem istum vestrum patiamur nos quidé pullos suos excludere in nido,qui euolét clamatores odiosi ac molesti.Mart.lib.12,Non venit ablatis clamator vetus lacernis.

Clamatorius,a,um,κραυγαστικός:vt,Clamatoria auis, in augurijs dicebatur, quæ alio nomine Cluina,& Prohibitoria appellabatur,ab effectu impediendorum auspiciorum.Hanc Plin.lib.9. cap. 15, numerat inter aues seculo suo incognitas. Clamatorium genus. Cicero ad Quintum Fratrem lib.3.

Clamosus,a,um,à nominatiuo Clamos,quod clamore obstrepit, vociferatúrque.{κραυγαστικός.Ital.*Strepitoso,pieno de gridi.* Gal.*Criard,plain de crierie.* Hisp.*Gritador.*} Iuuenalis, Securum iubeant clamoso insistere circo. Quintil.Non turbidus,non clamosus sit altercator.

Clango,is,xi,vel gui,Tuba cano,vel increpo.{κλάγγω.Ital.*Trombettare,sonare da trombe.* Gal.*Faire retentir,resonner comme fait vne trompette.* Hisp.*Sonar la bozina ò trompeta.*} Valer.Flac. -ter inhorruit æther, Luctificũ clangentem tuba. ¶Clangere item dicuntur anseres, vt est videre apud Colu.lib.8.cap.13. ¶Aquilis item clangorem tribuit autor Philomela apud Ouidium,Dum clangunt aquilæ.

Clangor,Sonus tubarum est.{κλαγγή.Ital.*Il sono delle trombe.* Gal.*Son de trompette.* Hisp.*Son,ò sonido de trompeta.*} Virg.2.Aen.Exoritur clamórque virũm,clangórque tubarum. Licet etiam dicatur de sono anserum, & aliarum rerum clarè strepentium.Cic,2.Tusc. de Prometheo, Iouis fatelles(intelligit aquilam)pastu dilaniat fero. Tum iecore opimo fœta & saciata affatim,Clangorem fundit vastum. Columella de anseribus lib.8.ca.13,Eiúsque generis anser præcipuè rusticis gratus est, quod nec maximam curam poscit, & solertiorem custodiam præbet, quàm caput:nam clangore prodit insidiantem.

CLAMPETIAE,Locus Italiæ,in Brutijs apud Plin.lib.3,cap.5.

CLANIVS,κλάνις Stephano,Fluuius Campaniæ iuxta Acerras vrbem, crebris eius inundationibus bona ex parte hausta:vt annotauit Seruius in illud Virgil.2.Georg. Vacuis Clanius non æquus Acerris. Plin. lib.3.cap.5,Glanicum vocat,eundémque esse testatur cum Lyri, Minturnas interfecante. Stephanus Glanin appellat, Sillurúmque piscem ab eo Glanium vocari existimat.Plinio tamen Glanis Thusciæ fluuius est iuxta Arretium:de quo infrà suo loco.

Clareo,Clarifico,Clarigo,Claritas,Vide CLARVS.

CLARIAE,Populi sunt Thraciæ apud Plin.lib.4.cap.11, in descriptione Thraciæ.

CLAROS,κλάρος,Vulgò *Calmo*,Ioniæ ciuitas. Apollinis oraculo nobilis,iuxta Colophonem. Hanc Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quæ quum patriæ cladem lugeret & suam,manantibus vberibus lacrymis fontem fecit:vnde Claros, κλαὸς ἀπὸ κλαίειν locus appellatus.Neatchus verò autor est,inde huic vrbi nomen factum,quòd Apollini per sortem Claros obtigit. Nam sortem, κλῆρον Græci nominant.Hinc Apollo Clarius dictus est, qui illic & fanum habuit,in quo responsa, epota aqua edebantur. ¶Est & Clarus insula in mari Myrtoo,& ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ouid.1. Metamor. -mihi Delphica tellus, Et Claros & Tenedos,Patareáque regia seruit.

Clarium oraculum, In Ionia fuit iuxta Clarum oppidum, non procul à Colophone:à quo Clarius Apollo dictus est:ibi enim specus fuit & lacuna,cuius potu mira oracula,reddita sunt,breuiore tamen vita bibẽtium.κλάδιον μαντεῖον.Huius Plin.lib.2.cap.103,& alicubi Macrobius meminerunt.

Clarus,a,um,Propriè dicitur quod est lucidum,non obscurum:{φωτεινός, λαμπρός.Ital.*Chiaro, lucente.* Gal.*Clair.*Hisp.*Claro.*} vt, Clara dies.Cic.in Somn.Scip.Ostendebat autem Carthaginem de excelso,& pleno stellarum,illustri,& claro quodam loco.Virg.1.Georg.Et claro syluas,cernes Aquilone moueri. ¶Figurate tamen pro insigni atque excellenti accipitur,{ἐνδοξος.*Chiaro.*Ital.*Nobile,illustre.*Gal.*Illustre,noble, qui a grand renõmée,illustre.* Hisp.*Noblery esclarecido en fama.*} & eo,qui veluti fulgore quodam famæ resplendet.qui & Inclytus dicitur:quamuis plus sit Inclytus,quàm Clarus, propter In, quæ ibi auget.Cic.1.de Finib.Claris & fortibus viris commemorabilis. Plaut.in Trin.In occulto iacebis,quum te maximè clarum voles. ¶Item quoniam quæ clara sunt, ab omnibus cernuntur,clarum etiam pro aperto, & manifesto sumitur.σαφὲς.Cic.7.in Verr.Res erat clara,neque solùm argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur.Idem 4.in Verr. Vt in re tam clara,tam testata. ¶Interdum ponitur pro audibili aut sonoro:vt Clara vox,ἠχοφωνία.Cic.pro Syl.Atque vt idem omnes exaudiant,clarissima voce dicam.

Claré,aduerbium,{σαφῶς.Ital.*chiaramente.* Gal.*clairement.* Hisp.*Claramente.*} Terent.in And.Vude est:die claré. Cic.ad Attic.lib.1, Varietas in re nulla sit,aperteque loquantur,& iam claré gemant.Cælius Cic.lib.8, Ex quo proprius ea contentio, quàm fieri necesse est, accedit,eo clarius in periculum apparet.

Clarisonus,a,um,{ἐκφωνος.Ital.*Di chiaro suono.* Gal. *Qui sonne clair.* Hispa, *Cosa que suena claro.*} vt, Voces clarisonæ.Catul.Clarisonas imo fudisse è pectore voces.Cic.in Arat.Hunc à clarisonis auris Aquilonis ad Astrum Condens.

Claritas,Luciditas,{φαεινότης,λαμπρότης.Ital.*Chiarezza,splendore.* Gal.*Clarté,splendeur.* Hisp.*Claredad esclarecimiento de fama.*} vt, Claritas solis. Plin. lib.2.cap.8,Claritatis tantæ est vesper.Idem lib.18,cap.11, Emicántq; fontes Oraxi oculorum claritati. ¶Aliquando excellentia & splendor. ἐυκλεια.vt,Claritas generis.Claritas rerum gestarum.Cice.1.Offic.Facilior & tutior,& minus aliis grauis,aut molesta vita est otiosorũ:fructuosior autem hominum genero, & ad claritatem, amplitudinémque aptior,eorum qui se ad Rempublicam,& ad res magnas gerẽdas commodauerunt.Idem ad Sulp.Quæ, quanquam ex multis pro tua claritate audiam,tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. ¶Interdũ facilitas,perspicuitas:vt,claritas orationis.

Claritudo,dinis,Idem quod Claritas, Festo ac Nonio testibus Salust. Quumprætertim tam multæ,variæque sint artes animi,quibus summa claritudo paratur. ¶Claritudo vocis,ἐυφωνία. Gell.lib.7.ca.5, Histrio claritudo paratur. ¶Claritudo vocis,ἐυφωνία. Gell.lib.7.ca.5, Histrio in terra Græcia fuit suma celebri,qui gestu & vocis claritudine, & venustate cæteris antestabat.

Claro,as,Clarum facio.{δοξάζω.Ital.*Far chiaro.* Gal. *Monstrer manifeste, declarer.* Hisp.*Esclarescer y aclarar,hazer claro.*} Ausonius, Pollet Aristides, veteres qui clarat Athenas.Cice.1.de Diuin.ex antiquo poeta. Iupiter excelsa clarabat sceptra columna Horat. -illum nũ labor Isthmius Clarabit pugilem. Lucret.lib.4, Multáque in his rebus quærendum, Clarabit pugilem. Lucret.lib.4, Multáque in his rebus quærendum, Clarandum est ,planè si res exponere aemus, multáque nobis Clarandum est ,planè si res exponere aemus. ¶Hinc Declaro,as.

Clareo,es,ui,Clarus sum,vel manifestus, seu notus sum.{ἐκφανὴς,φαιδρός,γνώριμος.Ital.*Esser chiaro,illustre,noto,manifesto.* Gal.*Estre clair,auoir bruit & renommée.* Hisp.*Esclarecerse,hazerse esclarecido ò famoso.*} Ennius apud Cice.3. Officio.Ergo póstque magísque viri nunc gloria claret.Idem de Sene. Turpilius Pædio,cuius aduentu insula hodie claret Cyprus. ¶Claret lumen.Ennius Telamone(vt citat Nonius) Nam ita mihi Telamonis patris,atque facies proaui Iouis grata est,atque hoc lumen candidum claret mihi.¶Clarere,id est apparere.Cic.in Arato,Propterea quòd ad claret mihi.¶Clarere,id est apparere.Cic.in Arato,Propterea quòd ad æstatis primordia clarent.¶Claret,pro clarum est.Lucre.lib.6, -quod æstatis primordia clarent.¶Claret,pro clarum est.Lucre.lib.6, -quod in primo quo que carmine claret ¶Claret mihi,id est intelligo, Clau. in primo quo que carmine claret ¶Claret mihi,id est intelligo, Clau. in Paneg. -ventura potestas Claruit Ascanio, subita quum luce coorta maram Innocuus flagraret apex.

Clarescо,scis,{ἐκφανὴς γίνομαι.Ital.*Farsi chiaro,manifesto.* Gal.*Deuenir clair & manifeste.* Hisp.*Esclarecerse.*} Clarus, vel clarior fio.Quint.lib.6,cap.4, Nec tantum hoc ipsis monitoribus clarescit:quidam faciunt aperte quòd rixemur.Virg.2.Aen.Clarescunt sonitus,armorúmque ingruit horror.

¶Hinc fit compositum Inclarco,quod est valde clareo:à quo fit Inclarescо,quod est valde clarus fio.σαφηνίζω.

Clarifico,as,Clarum facio,illustro.{λαμπρύνω.Ital.*Far chiaro.* Gal.*Claisser, esclarcir.* Hisp.*Esclarecer y aclarar otra cosa.*} Plin.lib.20.ca.13, Alterum est nigrius,quod capitis vitia purgat.visum clarificat.

Clarigo,as,pen.cor.Res claré repeto,Bellum indico. {ἀπαιτῶ ἢ πόλεμον. Ital.*Intimare la guerra.* Gal.*Denoncer la guerre aux ennemis s'ils ne veulent faire raison.* Hisp.*Demandar lo robado.*} A vocis claritate dictum, quasi clarigo,sicut Litigo litem ago:Læuigo,læue ago:Mitigo, mite ago.Plin. lib.22,Hæc semper & legati quum ad hostes,clarigatumque mitterentur, vsi:id est res raptas claré reperitum.Erat autem Romanis in more, quum bellum indicere alicui volebant,vt Paterpatratus oroficisceretur ad hostium exercitum,& præfatus quædam solennia verba, clara voce diceret se bellum indicere ob certas causas,quòd scilicet pecus abegissent,nec reddidissent,quòd noxios receptassent, quòd agrum vastassent,quòd socios læsissent,aut aliquid simile.

Clarigatio.{ἀπαίτησις ἢ πόλεμου οὗτος ἀδικουμένος ἄγειν προσῆκε.Ital.*Generale concessione di pigliare pregioni,& farli pagare pena ò taglia, intimatione di guerra.* Gal.*Denoncement de guerre à ceux qui ont fait tort,s'ils ne veulent venir à raison.* Hisp.*Aquella demanda de lo robado.*} Belli denuntiatio,vt ex verbo Clarigo satis apparet. ¶Accipitur & pro exactione nummaria, maximè quæ principis,vel Reipub.edicto conceditur.Liu.lib.8.In Veliternos veteres ciues Romanos,quòd totics rebellassent,grauiter seuitũ, & muri deiecti,& Senatus inde abductus,iussitq, trans Tyberim habitare:vt eius,qui eis Tyberim deprehensus esset, vsque ad mille passus 200,pondo clarigatio esset:nec prius quàm ære absoluto,is qui cepisset,extra vincula captum haberet.

Classis,Aequiuocum est,significat enim nauium multitudinem.στόλος, ναῦς ἢ πολλαί,hoc est à lignis,vel potius tudentibus vel:quanuis abusuè pro vna tantum naui ponatur.Virgil.lib.6, Lyciæ ductorem classis Orontem. ¶Significat & ciuium partes pro census ratione distributas.μοῖρα τις.Nam Liui.de Seru. Tulli rebus gestis scribit, vrbem in quinque classes diuisam,censúmque ab eo institutum fuisse,rem saluberrimam tanto futuram imperio,quò pacis bellique munia, non viritim,vt antea,sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum classes centuriásque ad hunc ordinem ex censu descripsit. Qui centum millia æris, aut maiorem censum haberent,inter primarios numerabantur, & sub primæ classis titulo.Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta senum,quadraginta iuuenum.Seniores,ad vrbis custodiam:iuniores,vt foris bellum gererent.Arma his,galea,clypeus,ocreæ,lorica,omnia ex ære hæc,vt tegumenta corporis essent.Præterea tela in hostem, hasta, & gladius.Additæ sunt fabrorum duæ centuriæ,quæ sine armis stipẽdia facerent:datum munus,vt machinas in bello ferrent. ¶Hinc Classici,huius primæ tantũ classis homines dicebantur, qui(vt docet Gell. lib.7.cap.13,)centum & viginti quinque millia æris, amplius ve, censi erant. ¶Hinc etiam Classici testes, hoc est assidui, & locupletes:qui (vt inquit Festus)signandis testamentis adhibebantur, hoc est primæ classis homines,quasi primæ autoritatis, & idonei veritatis censores. ¶Et metaphoricῶs Classicos autores vocat Gell.lib.19.cap.8, Quasi primæ notæ scriptores,Latinæque elegãtiæ testes idoneos, cuiusmodi sunt,Cicero,Cæsar,Salustius,Virgilius, Ouidius, Horatius, T.Liuius. ¶Ex iis verò qui intra centum ad septuagintaquinque millia erant censi,viginti seniorum,& totidem iuniorum centurias cõscripsit, quibus pro scuto clypeus & reliqua omnia arma,præter loricam, sunt imperata.¶Tertia classis à septuagintaquinque ad quinquaginta millia. Arma,vt in superiore,præter ocreas. ¶In quarta classe à quinquaginta ad viginti quinque millia,centuriæ viginti seniorum, viginti iuniorum. Arma mutata,nihil præter hastam,& verutum,datum. ¶Quinta classis centurias triginta habuit,fundas lapidésque missiles gerentes. Et homines quintæ classis, pro tenuibus, & minimæ autoritatis dicuntur, οἱ τὸ ἥμισυ τῶν λοιπῶν. In his erant accensi, cornicines, tibicines in tres centurias digesti,qui non vltra vndecim millia censebantur. ¶Et infra classem,&,extremæ classis vitos infimæ notæ licebit appellare. Creata est præterea vna centuria quæ fuit immunis militia. Infra classem autẽ esse dicebantur,secundæ classis, cæteratúmque omnium classium,qui minore summa æris,quàm classici illi,censebantur.¶Significat & Classis,equitum ordines.Virg.3.Aenei. Scio me Danais è classibus vnum. Vnde & Classis procincta,παρασκευασμένη στόλος, dicitur exercitus instructus,

Universidad de Sevilla Biblioteca

ſiclae. ¶Apud antiquos Claſſes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus vocamus. ¶Claſſes quoque in ſcholis ſunt ordines diſcipulorum. Quintil. lib. 1. cap. 2. autor eſt, à præceptoribus ſuis pueros olim in claſſes diſtributos, ordinémque diſcendi ſecundum vires ingenij datum. ¶Latinis in ſua claſſe manere dicuntur qui non deſerunt vitæ inſtitutum: & Claſſem ſuam deſerere, qui mutant.

Claſſicus, a, um, Quod eſt claſſis, vel quod ad claſſem pertinet. καυϛικός: vt Claſſicum bellum, bellum nauale. Propert. lib. 2. Et canetem Siculæ claſſica bella fugæ. ¶Et Claſſici, οἱ ναυτικοὶ, οἱ πλεόντες, οἱ δὲ ἐμπόρῳ, primæ tantum claſſis homines, de quibus mox. ¶Etiam Claſſici dicebantur Præcones, κήρυκες, Qui tuba vel cornu iuſſu magiſtratuum ex arce vel circum muros populum ad comitium vocabant. dicti à Calendo, id eſt vocando, ſiue à clangore. Vnde Claſſica pro ipſis tubis, σάλπιγξ, βυκανιστήριον. Virgil. lib. 7. Claſſica nanque ſonant. Vbi Seruius, Claſſicum dicimus, & ipſam tubam, & ſonum. ¶Claſſicum autem eſt ſterilis tuba. Liu. lib. 5. Vocatis claſſico ad concilium militibus. ¶Claſſicum item incundæ pugnæ ſignum appellatur, quod tuba dari ſolet: vnde Claſſicum canere, σημῆναι, τὸν ἐφόδιον, hoc eſt ſignum dare, quo milites pugnam incant. Contrà, Canere receptui, ἀναπλεῖν, eſt à pugna reuocare. ¶Accipitur etiam latius Claciſſi vocabulum pro quouis tubæ ſono, qui prodeunte imperatore, aut eius iuſſu in caſtris fieri ſolet. Cæſar 3. bel. Ciu. Pompeius paucis pòſt diebus in Theſſaliam peruenit: ſuum cum Scipione honorem partitur, claſſicumque apud eum cani, & alterum illi iubet prætorium tendi. Virg. 2. Georg. Necdum etiam audierant inſtari claſſica.

Claſſiarij, Propriè dicuntur claſſis milites, qui ſcilicet in claſſe ſtipendia merent. ναύται. Hirtius lib. 3. bel. Ciuil. Itémque per equites diſpoſitos aqua prohibere claſſiarios inſtituit. Sueton. in Galba, Nam quum claſſiarios, quos Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat, ad priſtinũ ſtatum redire cogeret. Apuleius vſurpauit pro tubicine. aut eo qui claſſicum canit, quum ait. Et laudum eius claſſiiarius, atq; aſſiduus præco. Vbi pro eodem penè videtur accepiſſe Præconem laudum & Claſſiarium. Quo in loco Perottus mentem Apuleij non ſatis aſſequutus, arbitratur Claſſiarios pro potentioribus accipi, quos alio nomine vocabant Aſſiduos.

Clarerna, à Pomponio Mela lib. 2. numeratur inter oppida Piceni.

Clathrus, & Clathrum, vtroque modo dicitur. ϛ κλεῖθρα, à κλείω, claudo. Ital. *Stanga*. Gal. *Barre, barreau, treillis, claie*. Hiſp. *La red ò rexa ò verga para cerrar vna puerta*. ϛ Sunt autem Clathri, ligna quibus tranſuerſis aliquid munimus, ſepimúſue, vt feneſtræ, quæ Vulgò *Ferrate* dicuntur. Horat. Obiectos caueæ valuit ſi frangere clathros. Columella poſuit pro lignis cancellatim cõpactis, quibus glebæ contũduntur. Hirpicè Varro appellat.

Clathro, as, ſignificat clathris claudere. ϛ κλεῖθροω. Ital. *Stangare, mettere la ſtanga*. Gal. *Barrer, fermer de barres ou treillis*. Hiſp. *Cerrar vna puerta con rexas ò verga*. ϛ Colum. lib. 9. Satis eſt autem vacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſque etanſuetis ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. ¶Hinc Feneſtra clathrata apud Plautum in Milite. Nam certò neque ſolarium apud nos eſt, neq; hortus vllus, neque Feneſtra, niſi clathrata.

Claua, Fuſtis teres ad clani ſimilitudinem capitatus. ϛ κόλον, κορυνὶς, ῥόπαλον. Ital. *Mazza*. Gal. *Vne maſſue*. Hiſpa. *La porra*. ϛ Cice. 6. in Verrem. Qui primo quum obſiſtere ac defendere conarentur, male mulctari, clauis ac fuſtibus repelluntur. Idem de Senect. Sibi igitur habeant alij arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, ſibi pilam, &c. Plinius de lino, Interdum deinde in filo politur, illiſum crebrò in ſilice ex aqua, rectúmque rurſus tunditur clauis, ſemper iniuria melius. ¶Hinc Claua Herculis, qua ille vtebatur, quam quis Herculi extorquere prouerbialiter dicitur, qui ſibi vendicare conatur quod alius iam potentior occupauit.

Clauator, Qui huiuſmodi claua vtebatur, inquit Feſtus: ſeruus ſcilicet, qui claua armatus dominum comitabatur. ῥοπαλοφόρος, κορυνοφόρος. Plaut. Merc. Egomet mihi comes, clauator, eques, agaſo, armiger. Idem Rud. Aedepol eccum clauator aduenit.

Clauiger, Qui clauam fert. κορυνοφόρος. Ouid. 7. Metamor. Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem. Idem 15. Metamorph. -illic lauêre Bimembres Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clauatius, Vide CLAVIS.

Clauatus, Vide CLAVVS.

CLAVDIA, κλαυδία. Nomen virginis Veſtalis, quæ quum in ſuſpicionem ſtupri veniſſet, & ſimulachrum matris Ideæ in vado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam ſuam, ſertur cingulo duxiſſe nauem, quam multa hominum millia trahere nequiuerat. Eadem quum patrem triumphantem ab inimico Tribunoplebis de curru derrahi animaduerteret, pietate mota, in currum inſiliit, patrémque tam arctè eſt amplexa, vt diuelli non potuerit: quo facto populum tam acriter in Tribunum concitauit, vt ille vitæ metuens deſiterit ab incepto. Autor Valerius lib. 5. cap. 4.

CLAVDIA, Plin. lib. 3. cap. 24. Notici oppidum eſt, quod à Ptolemæo Claudiuium appellatur. Vulgò *Cloſterneuburg*.

CLAVDIA familia, Ab Appio Clauſo Sabino cognomẽ accepit, qui poſt exactos reges cum quinquemillibus clientum Romam venit, partémq; vrbis habitandam accepit. ¶Ex hac familia fuit Appius Claudius Cæcus, qui viam Appiam ſtrauit, & aquam Appiam in vrbem duxit, Pyrrhumq; intra vrbem non eſſe recipiendum, ſua ſententia obtinuit. Ex hac familia Nerones & Druſi originem traxerunt. Nam Nerones Sabinorum lingua fortes, & ſtrenui dicuntur. Druſi autem cognominati à Claudio Druſo, qui occiſo Druſo Gallorum duce primus libi, & poſteris hoc cognominis indidit. Autor Tranquillus in Claudio. ¶Fuit & Appius Claudius Regillianus, vnus ex Decemuiris legibus ſcribendis creatis, ſumma inter collegas autoritate, qui poſt multa imperioſè & crudeliter geſta, tandem Virginiæ amore captus, ſubmiſſo quodam ex libertorum numero, nomine Clodio, in ſeruitutem eam aſſerere eſt conatus. Quare intellecta, accurrens è militia pater, exiguum cum filia colloquendi ſpatium petit, eámque paululum extra turbam abductam, quum alia ratione pudicitiam eius & libertatem aduerſus Decemuiri libidinem tueri non poſſet, non inuitam interfecit: quo nomine Decemuir in carcerem conjectus, ſibi manus intulit. ¶Praeter hos fuit & Claudius Appius, Caudex cognominatus, quòd primus Romanis autor fuerit candices ſecandi & claſſis conficiendæ. Hic Carthaginienſes Meſſana expulit: Hieronem prælio victum apud Syracuſas, in deditionem accepit. ¶Fuit & Claudius Nero, Liuij Salinatoris in Conſulatu collega, qui Aſdrubalem ſecundo bello Punico Annibali fratri ſuppetias ferentem, acie ſuperauit, occiſique caput in fratris caſtra abiiciendum curauit.

Claudiana tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher inſtituit, vt ludis factis poſt ſcenam cõiectus lapidum ita fieret in circumactum pelnum, vt veri tonitrui ſpeciem repræſentaret. Vide ſuprà BRONTHEVM.

CLAVDIANVS, κλαυδιανός, Poëta Aegyptius, vt Græci & Latini affirmant, & ipſe de ſe teſtatur. Floruit ſub Theodoſio, & Honorio Auguſtis. Scripſit de Raptu Proſerpinæ libros tres. Item laudes Honorij, Arcadij, Stiliconis, Olibrij, & aliorum, cum aliquot inuectiuis.

CLAVDIOPOLIS, κλαυδιόπολις, Cappadociæ vrbs, cuius mentionem facit Plin. lib. 5. cap. 24.

CLAVDIVS, κλαύδιος. Nomen Romani Imperatoris, & Caligulæ patrui. Hic Britanniam inſulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adiecit imperio. Poſtremò ab Agrippina vxore veneuato boleto ſublatus eſt, vt Nero filius imperio potiri poſſet. ¶Fuit & alius Claudius Romanorum item Imperator, qui Gothos Illyricum vaſtantes bello adortus, incredibili clade ſuperauit. Vnde in Curia clypeum aureum, & in Capitolio auream ſellam habere promeruit. Sed quum duobus fere annis imperaſſet, apud Smyrnam morbo interiit.

Claudito, Vide CLAVDO.

Claudo, is, ſi, ſum, Obſtruo, obſero, includo. ϛ κλείω. Ital. *Chiudere, ſerrare*. Gal. *Clorre, fermer*. Hiſp. *Cerrar*. ϛ Virgil. lib. 3. Georg. Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant. ¶Interdum ponitur pro Circuire, ſiue circundare, περικλείειν: ita enim interpretatur Nonius illud Virgilij Aegloga 6. Dictææ Nymphæ memorum tam claudite ſaltus. ¶Interdum pro obſiſtere, arcere: apud eundem lib. 10. Ecce maris magna claudit nos obice pontus.

Clauſus, a, um, ϛ κεκλεισμένος, ὁ κλεῖς. Ital. *Chiuſo, ſerrato*. Gal. *Clos, fermé*. Hiſp. *Cerrado*. ϛ Cice. Act. 1. in Verrem, ſtatuerunt ſe nihil tam clautum neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimi, promptiſſimúmque eſſet. Vlpianus l. Si quis graui. § ſubuenitur autem ff. ad ſenatuſcon. Sylle. clauſos (εἱργμένους) pro vinctis accipit, ſi modò vincti ſint, vt omni modo erumpere non poſſint.

Clauſum, ſubſtantiuum, pro tecto, ſiue loco concluſo. ϛ κλεῖθρον. Ital. *Luoco chiuſo, formato, ſtabile*. Gal. *Enclos, vn clos, lieu fermé, ou taillé*. Hiſ. *Lugar cerrado*. ϛ Columella lib. 9. cap. 8. Nam diebus requies danda eſt, & infundendi grati apibus liquores, quibus intra clauſum alantur. Virg. 4. Georg. Sic poſitum in clauſo linquunt.

Clauſtrum, Clauſura, ſiue quo aliquid clauditur. ϛ κλεῖθρον. Ita. *Chioſtro, claſtro*. Gal. *Cloſture*. Hiſp. *Cerradura ò encerramiento*. ϛ Plaut. in Curc. Nam ſonitum, & crepitum clauſtrorum audio. Virg. 7. Aen. portarum ingentia clauſtra. Cicero pro Flac. Omnes ſinus, promontoria, litora, inſulas, vrbes maritimas claſtris imperij noſtri contineri. ¶In plurali tam maſculini quam neutri generis eſt. Apud antiquos Cloſtra pro Clauſtris dicebantur.

Clauſtrarius, Qui ſepta & cætera ad claudendum opera facit. κλεισιουργός.

Clauſula, Dicitur id quod aliquid claudit, hoc eſt finit. ϛ τὸ πέρας, καὶ τὸ τέλος. Ital. *Coſa che chiude, fine*. Gal. *La fin & achevement de quelque choſe*. Hiſpa. *Cerradura*. ϛ Plin. lib. 11. cap. 45. Vngues, qui clauſulæ nernorum ſummæ exiſtimantur, omnibus his, ruribus & digiti. ¶Item pro exitu. Cic. pro Cæcin. Mimi ergo eſt iam exitus, non fabulæ: in quo quum clauſula non inuenitur, fugit aliquis è manibus: deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur. ¶Hinc etiam Clauſula pro ſententia accipitur, quam Græci κῶλα dicunt, ita dicta, quòd ſententiam claudat. ¶Nonnunquam etiam accipitur pro ſententia, quæ epiſtolam vel carmen claudit, quam Vulgò *Concluſionem* vocamus. Cic. Famil. 2. Quoniã mihi nullum ſcribendi argumentum eſt, vtar ea clauſula, qua ſoleo.

Claudus, quaſi pedibus clauſus, id eſt impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus femoribuſve vitiatis, æquis paſſibus incedere non poteſt. ϛ χωλός. Ital. *Zoppo*. Gal. *Boiteux*. Hiſpa. *Coxo*. ϛ ¶Vnde etiam Appius Claudius, à quo Claudia familia originem traxit, primùm Appius Clauſus dicebatur. Plautus in Aulul. Quaſi claudus futor domi ſedet totos dies. ¶Si iuxta claudũ habitatis, claudicare diſces, ἢν χωλὸ παρακύπτῃς, κατακλάζειν μαθήσῃ. Plutarc. de liber. educan. Prouerbiũ admonet pernicioſam improborum hominum conſuetudinem, propterea quòd cùm corporis, tum maxime animi vitia contagio ſerpunt in vicinum. ¶Claudi more tenere pilam, prouerbialiter in Piſonem dixit Cicero, pro nullo defecti nullóque iudicio tenere ac ſequi quicquid doctum indoctúmque ſit. ¶Claudos optimè virum agit, ἄριστα χωλὸς εἶναι, ſiue vt alij leguut, ἰχθύς. Dici ſolitum vbi quiſpiam ſuam ſortem vel parum egregiam anteponit alienæ tametſi præſtantiori.

Claudico, as, are, Altero tantùm pede incedo, vel alterum pedem infirmum, & inſtabilem, aut curtum habeo, aut vacillo. ϛ χωλεύω. Ital. *Zoppicare, andar Zoppo*. Gal. *Clocher boiter*. Hiſ. *Coxquear*. ϛ Cic. lib. 2. de Orat. Nam quod Spu. Carutio grauiter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, & ob eam cauſam verecundanti in publicum prodire, &c. ¶Tranſlatè dicitur de omni eo, quod ſuis partibus rectum non eſt. Cic. 1. de Finib. Qui vetentur, ne ſi amicitiam propter noſtram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quaſi claudicare videatur. Liuius 2. bel. Pun. Si altera parte claudicet Reſpublica malis conſiliis ac bonis, idem iuris & poteſtatis eſt.

Claudicatio, verbale. ϛ χώλανσις. Ital. *Eſſo andar Zoppo*. Gal. *Boitement, clochement*. Hiſp. *Coredad*. ϛ Colum. lib. 6. cap. 12. Sanguis demiſſus in pedes, claudicationem affert. Cic. 1. de Nat. deor. In quo ſtante atque veſtito, leuiter apparet claudicatio non diformis.

Claudicatus, Idem: hoc eſt ipſum claudicandi vitium. κωλάνσις. Plinius, Repulſu durioris materiæ claudicatem illico affert.

Clauicula, Clauiculus, Vide CLAVVS.

Clauis, Eſt quo oſtia, arculæ, & id genus multa, & clauduntur, & aperiuntur. ϛ κλεὶς. Ital. *Chiaue*. Gal. *Clef*. Hiſp. *La llaue*. ϛ à Clàm quòd quæ celare volumus, hac claudere ſoleamus. Cato de Re ruſt. cap. 13. Seriam

vnactum vnam clauem torcolario vnam. Cicero pro Domo sua. Scilicet ... annonæ sporcissimo, omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claues lege tua tradidisti. Habet & clauum in accolatiuo. Plautus in Moist. Clauum mihi harumce ædium nunc iam iube afferri. ¶ Vnde Conclauia, loca quæ sub vna eademque clave clausa sunt: & Conclauatus locus, vna clave clausus. Clauem Theodoros Samius primo mortalium fecit. Clauicularius κλειδοποιός. ¶ Clauo figere ligna, & firmare, qua Fabri clauiculares κλειδοῦσθαι. ¶ Clauo figere, & secum iores aperire conatus, τὸ κλειδί τε ξυμφέρειν. Et ἀξίωσιν τοῦ ἄγειν ἀνοιγόμενος. Quum res præposterè geritur, veluti si quis metu libertos iubeat emancipare, seruos beneficiis sibi adiungere.

Clauicula, diminutiuum à clauis, vel à claua virga. κλειδίον. Ital. *Cupelli della vite con i quali s'appiglia a quello che incontra.* Gal. *La vrille ou tendon de la vigne auquoy elle se lie & s'attache à ce qu'elle rencontre.* Hisp. *El cercillo ó tijereta de la vid.* ¶ Dicitur quoque Clauicola capreolus, siue pampinus in vite. Cic. de Senect. Vitis quidem, quæ natura & ea fuca est, & nisi fulta sit, fertur ad terram, eadem, vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

Clauiculatus, Qui clauiculam, id est virgam vel clauem gerit. κλειδοῦχος.

Clauarius, Appellatus est Suetonij pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo Imperatorio inter milites dispertiendo. Vnde Cornelius Tacitus scribit, Clauarium, donatiui nomen esse, qui ait, Seditioæ militum voces terrebant Clauarium: donatiui nomen est.

Clauicula, Surculus arboris vel fruticis vtrinque præcisus, & plantationi aptus: quam & Taleam vocant Latini. ξύλαριον, ξύλον, κλάδος. Ital. *Cavallo.* Gal. *Vn plan ieune fraischement ou greffe d'olmier.* Hisp. *Vn estaca propria para plantar.* ¶ Varro lib. 1. de Re rust. cap. 40. Demum in oleagineis teminibus arboris sidendum, vt hinc de tenero ramo ex vtraque parte æquabiles præcisa, quas alij clauolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

Clauitrarius, Clauistrum, Clausula, Vide CLAVDO.

CLAVSVS, antea Claudius dictus. Rex fuit Sabinorum qui post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit, & susceptus, habitandam vibis partem suscepit, ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, vt habetur apud Maronem libro 7. Lecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar. Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Clauus, dictus est quòd claudat, figat, atq; contineat: à claudendo. nam ideo clauum figimus, vt claudat seu contineat aliquid. ἧλος. Ital. *Chiodo.* Gal. *Vn clou.* Hisp. *Clauo.* ¶ Cæsar 3. bel. Gall. Trabibus ex pedalibus in altitudinem trabibus contexa clauis ferreis digiti pollicis crassitudinem ¶ Clauum clauo pellere. ἧλον τῷ ἧλῳ ἐκκρούειν. Lucianus in Philopseude. ἐγὼ ἦλον ἦλῳ ἐκκρούω τὸν ἦλον, id est Et clauo, quo erant, extundis clauum. Locus est prouerbio, non modo quum vitium vitio, malum malo, dolum dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: verum etiam quoties rem vtcunque molestam diuersa molestia profligamus: vt quum libidinum incitamenta laboribus obtundimus, curam amoris aliis maioribus curis domamus. ¶ Clauus item nauis est gubernaculum, siue temo, quod eam dirigat, rectamque teneat. πηδάλιον. Cic. in Cat. Hic autem clauum tenens, quietus sedet in puppi. ¶ Hinc prouerbium, dum clauum rectum teneam. Significat autem non imputandum cuentum prosperum artifici, modo is præstiterit quod artis est. Quintil. lib. 2. Institu. ¶ Vinum caret clauo, τὸ ἄοινον οὐκ ἔχει πηδάλιον. Quo significatur ebrietatem nihil cõsilio, neq; moderate vel dicere vel facere. Obruitur enim ratio, quæ claui vice lubrios moderatur ac gubernat. ¶ Puriot clauo, παροιμία. Comparatio prouerbialis de re vehementer incepta aut moribus vsdemq; integris, & incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus agitatur, vt nihil sordidum possit hærere. Adagium referunt à Suida. ¶ Item Clauus genus tuberculi, quod & ἄκον Græci appellant, rotunda specie, coloris albi: sit in plantis digitisque pedum maximè sic appellatum, quia ita pungit, vt quasi clauus ferreus infixus videatur. Nam caro durescit in callum semper fere pungentem. ¶ Alij Clauum intelligunt, quem ὀφθαλμὸν Græci, Ceilus, Plinius nasum appellat, loca durities à phymate differentem. Aegineta definit esse tumorem cum abscessu, à crassis humoribus genitum, qui in cauernis præcipue locis contulit, mitis alioqui, nisi profundior fuerit: nam tunc malignitatem habet coniunctam. Eo morbo Silius Italicus interisse fertur, Plin. Epist. 51. Erat illi natus insanabilis clauus, cuius tædio ad mortem irremediabili constantia decurrit. ¶ Finit & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ Claui nominantur oculorum. ¶ Arbores quoque clauum huiusmodi patiuntur, qui & Fungus & Patella dicitur, vt inquit Plin. lib. 17. cap. 24. Idem scribit clauos innasci natibus, & purgari succo pyxacanthi. ¶ Sunt & Claui caligares, à caligis muniribus quibus tutiebantur. Idem lib. 9. cap. 8. In quibus prices omnibus annis Virgilianum exortu exsistunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie. ¶ Præterea Clauus est vestimenti genus, veluti quibusdam clauis aureis distinctum: quod & a palmatum similitudine Palmatum vocabatur, & à verrucis clauo similibus Verrucata vestis: quòd latior ipsa vestis erat. Latusclauus dicebatur. πλατύκλαυον. Hæc soli Senatores & Patricij induebantur. Horat. lib. 1. Serm. -& latum demisit pectore clauum. ¶ Vnde Laticlauos appellati Senatores legimus. Suetonius de Nerone, A laticlauo, cuius vxorem stuprauerat, cæsus. Vide LATVSCLAVVS. ¶ Ab Ouidio Clauus simpliciter dicitur pro Senatoria dignitate, illo versu, Curia restabat, claui mensura coacta est. Suetonius de Aug. Clauo nec lato, nec angusto.

Clauatus, a, um. Quod est aculeis clauorum modo prominentibus circundatum. ἧλωσις. Nam & clauatæ vestes, πλατύκλαυα ἱμάτια, hinc vocantur quas vulgus à verrucis clauo similibus Verrucatas appellat, etiam non ex auro, sed aut ex cocco, aut alijs coloribus verrucas habeant. Lampridius in Ale Commodum neque optimum neque nimis parcum, sed nitoris fumini fuit: cui tamen vt pura mantilia mitterentur sæpius cocco clauata, aurata verò nunquam. ¶ Hinc etiam Clauata dicuntur vestimenta clauis intexta, vel calceamenta clauis confixa. Et clauati fuerunt, quòd soleas habeant clauis intertextas. Clauata vero sunt vestimenta quæ ex auro, aut ex cocco, aut aliis coloribus clauos & verrucas habent. Quæ autem cum auro, Auroclauata dicuntur. & Auroclauata vestes, à textura aureorum clauorum. ¶ Clauus annalis, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium, per annos singulos, vt per eos numerus colligeretur annorum. Apud Liuium scribitur Dictatorem creatum fuisse causa tantum figendi claui ad pestilentiam sedandam. Hinc Clauo trabali beneficium figere, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod est, alta mente beneficium reponere, & inextinguibili memoriæ commendare: de quo vide infrà in dictione TRABALIS. ¶ Præclauium, pars vestis quæ ante clauum texitur. Afranius apud Nonium, Tertium diem præclauium vnum texere.

Clauiculus, diminutiuum à clauo. ἧλιον. ¶ Significatur etiam hoc nomine Capreolus in vite, qui ἕλιξ Græcè, & Pampinus à nostris dicitur.

Clauiculatus, a, um, Clauiculis instructus. κλειδωτός, κλειδοῦχος.

CLAZOMENAE, penult. corr. κλαζομεναί. Vrbs Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Grynia nominabatur, vicina Colophoni: vnde & Apollo Grynæus dictus est apud Virgilium, quòd ibi esset eius oraculum.

CLAZOMENIA, Insula ante Ioniam quæ & Marathusa, μαραθοῦσσα, dicitur: à qua Clazomenij, κλαζομένιοι, Ioniæ populi originem traxerunt.

CLEANTHES, κλεάνθης, Nomen philosophi, qui Zenonis Citiensis schola successor excepit: Hic Phani Asij filius, egregius pugil, quum Athenas veniisset, Zenoni adhærens, generosè philosophatus est, & in eisdem permanut dogmatibus. Hic quum valde pauper esset, mercenariam vitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hauriebat: per diè verò in studiis exercitabatur, vnde Phreantes appellatus est, quasi puteos hauriens. Tradunt illum quæ à Zenone audierat, ossibus boum, & testis fictilibus perscribere solitum, quum pecunia non supperetet ad chartas emendas. Huius insignis diligẽtia & acerrima censura abit in prouerbium. Nam quum aliquid summa cura industriaque elaboratum volumus significare, dicimus illud ad Cleanthis lucernam esse emigilatum.

CLEARCHVS, κλέαρχος. Philosophus fuit, cuius meminit Hieronymus contra Ioui. ¶ Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux. Hic docebat exercitui Imperatorem plus, quàm hostem metui debere. Auct. Frontinus lib. 4.

Clema, κλῆμα. Herba est tithymali generibus assignata. Cyparissiæ non absimilis quæ Dioscoridi Pityusa, Officinis Esula dicitur. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 148. & Ruellium lib. 3. cap. 246. ¶ Clema item Plinio inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur.

Clematis daphnoides, κλῆμα ἡ δαφνοειδὲς. Ital. *Prouenca.* Gal. *Pernoche.* Hisp. *Cerninca.* ¶ Herba est sarmenta habens prælonga, iunceæ crassitudinis folia autem lauri: vnde & Daphnoides cognominata est. Notiore nomine Vinca pernica dicitur quæ & clematis Aegyptia appellatur. ¶ Vnde locus factus prouerbio. Clematis Aegyptia. κλῆμα ἡ αἰγυπτία. Phaleteus Demetrius refert id ioco dici solitum in eos qui corpore præter modum procero atque arto colore essent. ¶ Est & altera Clematis ramis rubentibus, quibus se arboribus circumuoluit, vt similax: vnde ab Officinis Volubilis maior appellatur. Ital. & Hisp. *Flammola.* Gal. *Liseron.* ¶ Commemoratur & tertia Clematidis species à Plin. lib. 24. cap. 15. Italis *Centumnervia* appellata, eadem fortasse cum ea, quam Dioscorides Gnaphalium appellat.

Clemens, tis, Lenis, mitis, mansuetus, humanus, qui remittit de eo quod potest prosequi. ἥμερος, ἱλαρός. Ital. *Clemente, piacevole, liberale, mansueto.* Gal. *Doux, humain, misericordieux, paisible clement.* Hisp. *Atrue, manso, y templado.* ¶ Cic. 5. de Finibus. Etsi satis clemens fui in disserendo, tamen interdum tolero subiraſci. Differt à Placido, quòd Clemens sit circa reste agentes, Placidus circa delinquentes: & clementis est nullos lædere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus vultu. Terent. in Adelph. Ille suam semper egit vitam in otio, in conuiuiis, clemens, placidus nulli lædere os, arridere omnibus.

Clementia. Quæ est illius, qui nunquam irascitur. ἡμερότης, ἱλαρότης. Ital. *Clemenza, benignità.* Gal. *Clemence, douceur quand la personne ne se courrouce pas aisement.* Hisp. *Aquella mansedumbre y templança.* ¶ Cic. de Inuent. Clementia est, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. Terent. Adel. Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia. Cic. 7. Verr. Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperij in tantam crudelitatem, inhumanitatémque esse conuersam.

Clementer, aduer. Modestè & moderatè. ἡμέρως. Ital. *Benignamente, dolcemente.* Gal. *Doucement, sans courroux, gracieusement.* Hispa. *Manso y templadamente.* ¶ Cic. 6. Verr. Leuiter hominem, clementérque accepit. ¶ Clementer, & moderatè ius dicere, apud Cæsarem 3. bel. Ciuilis. ¶ His contraria sunt, Inclemens, Inclementia, & Inclementer.

CLEMENS historicus, scripsit de regibus & imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum, de figuris Isocratis. Autor Suidas. ¶ Clemens item Alexandrinus præsul, Pantherij discipulus, Origenis præceptor, floruit sub Seuero, & Antonino principibus. Hieronymus & Eusebius lib. 6.

CLEOBIS, κλεόβις. Alter fuit ex Argiæ sacerdotis filiis, qui cum fratre Bitone, quum iumenta morarentur, iugum subiit, matrisque currum ad fanum pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater superos precata est, vt filiis præmium darent, quod longè maximum homini dari posset à Deo. Postridie itaque ambo inuenti sunt in lecto mortui: tanquam ita diis iudicarint, maiorem homini fœlicitatem non posse obtingere, quàm statim ex huius modi eripi calamitatibus. Vide supra in dictione BITON.

CLEOBVLVS, Κλεόβουλος. Lyndius, Euagoræ filius, vnus ex septem sapientibus. Huic fuit filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumetis dicta, quæ extant hexametro ænigmata quædam conscripsit. Meminit puellæ huius Plutarchus in conuiuio septem sapientum.

CLEOCRITVS, κλεόκριτος. apud Comicos taxatur vt mulierosus, & cinædus, & obscurus, & vt Cybeles filius. Nam in mysteriis Rheæ mollis tantùm interfuit. Vnde id nominis conuitiæ iaciebatur in cinædos ac molles & parum viros. Hæc Suidas.

CLEODAMAS, κλεόδαμος. Thasius philosophus, Platonis tempore in geome

geometriæ dicit. ¶ Alius Cleodamas Achnæus (Achne autem ciuitas est Thessaliæ) scripsit de cura equorum, autore Stephano.

CLEONOEA, pen. prod. Κλεωνόη, Nymphæ nomen, matris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cælium lib. 16. cap. 19.

CLEOMACHVS, Κλεόμαχος, Magnesius pugil, qui in cinædi cuiusdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inuentor fuit Sotades, postea Alexander Aetolus, sed in soluta oratione Lysis etiam adhibito cantu. Autor Strabo.

CLEOMBROTVS, Κλεόμβροτος, Pausaniæ filius, Lacedæmoniorum dux: qui priusquam de uiueretur cum Epaminunda hoste senuire, temere cum eo pugnauit, seque & patriam in præceps dedit. nam & ipse vulneratus occubuit, & exercitus deletus est. ¶ Fuit & alter huius nominis, Academicæ sectæ philosophus, qui quum libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem astruit, relegisset, seipsum ex sublimi saxo præcipitauit, vt citius ad beatorum cœtum perueniret. Cic. in Tuscul.

CLEOMEDES, Κλεομήδης, Astypalæensis pugil fuit, incredibili corporis robore, qui quum Epidaurum quendam pugilem interfecisset, victoriæ præmiis fraudatus, doloris impatientia insanus factus est: Astipalæamque reuersus, se in puerorum ludum recepit, apprehensamque manu columnam, cui rectum innitebatur, mediam confregit, plurimósq; pueros ruina tecti oppressit. Quamobrem quum ad supplicium peteretur, se in sepulchrum quoddam coniecit, adductúmque operculum intus tanta vi retinuit, vt ne à multis quidem simul adnitentibus posuerit reuelli. Concisso deinde ferramentis sepulchro, Cleomedes neque viuus inuentus est, neque mortuus. Consulto itaque oraculo Apollinis quid de illo actum esset, responsum est, Vltimus Heroum Cleomedes Astypalæus.

CLEOMENES, Κλεομένης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono victus ad Ptolemæum regem confugit, à quo primùm magno in honore habitus, mox calumnia cuiusdam Nicagoræ regi suspectus redditus, in carcerem plenum captiuorum coniectus est, qui omnes instinctu Cleomenis mutuis concurrentes vulneribus spontanea morte se tyranni crudelitati eripuerunt. Cuius facinoris quum Cleomenem autorem fuisse Ptolemæus comperisset, mortuum excoriari iussit, & cruci affigi. Plura de hoc Plutarchus in vita eius.

CLEON, Κλέων, Cleæneti filius, dux Atheniensium in reipublicæ administratione aduersari solitus Niciæ Nicerati filio, qui missus in Thraciam cum exercitu, multas vrbes cepit. Eum insectatur Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur Ἱππῆς, id est Equites. ¶ Fuit & Cleon poeta, qui argonautica scripsit: à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est, vt eius enarrator scribit. ¶ Fuit item Cleon Halicarnasseus orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. Autor Suidas.

CLEONE, Κλεωνή, & Cleonæ, narum, mediocre oppidum, distans ab Argis stadiis centum viginti, à Corintho nonaginta, non procul à Nemæa sylua. Ouid. 6. Metam. -humilésq; Cleonæ, Et Nelea Pylus.

Cleonæus, a, um, Κλεωναῖος, vt Leo Cleonæus, qui & Nemæus. Lucanus, Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

Cleonicion, Κλεονίκιον, Herba eadem cum clinopodio, teste Plin. lib. 24. capite 15.

CLEONYMVS, Κλεώνυμος, Athenienſium dux fuit timidissimus, qui in prælio abiecto clypeo suos deseruit: vnde & ῥιψάσπις dictus est. Hunc insectatur Aristophanes in Nubibus.

CLEOPATRA, Κλεοπάτρα, Aegypti regina, Auletæ filia, soror & vxor Ptolemæi vltimi, mulier impudicissima, à Cæsare primùm adamata: cui filium Cæsarionem peperit: deinde ab Antonio iustæ vxoris loco habita fuit, relicta Octauia Augusti sorore. Postea victo apud Actium prælio nauali Antonio, admotis corpori aspidibus sese interemit.

CLEOPHANTVS, Medicus, cuius memi:it Plin. lib. 23. cap. 16. ¶ Fuit & Cleophantus, pictor Corinthius, vt scribit idem Plin. lib. 35. cap. 3.

CLEOPHON, Κλεοφῶν, Poëta tragicus Athenienſis, cuius nonnullæ fabulæ commemorantur à Suida.

CLEOSTRATVS, Κλεόστρατος, Antiquissimus philosophus, qui primus in Zodiaco signa Arietis, & Sagittarij deprehendit. Autor Plinius lib. 2. cap. 8.

CLEOXENVS, & Democritus, Κλεόξενος & Δημόκριτος, historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam ab illis inchoatam fatetur se absoluisse Polybius Megalopolitanus. Autor Suidas.

Clepo, is, ipsi, ptum. ‖ Ital. *Rubare, furare.* Gal. *Desrober, oster & desturner secretement & en cachete.* Hisp. *Hurtar.* ‖ Furor, furto surripio: tractum à verbo Græco κλέπτω. vnde Cleptum, furto subtractum. Liu. Siquis clepsit, ne populo scelus esto, néve cui cleptum erit. Plaut. Rape, clepe, harpaga. Cic. de Rep. Non modò vt Spartæ rapere, vbi & pueri clepere discunt.

Clepsydra, pen. corr. ‖ Ital. *Horologio di acqua.* Gal. *Vn certain vaisseau lequel pelit à petit iettoit l'eaue par vn trou, duquel on se seruoit pour horloge.* Hisp. *El reloxe de agua que fue antiguamente.* ‖ Vas quoddam vitreum gracilitet fistulatum, quod æqualibus dimensionibus signatas horas ostendebat. Ad cuius etiam fundum erat foramen quod aquam guttatim emitteret, & ita horæ per aquæ diminutionem, quot essent, videri poterant. Dicta est autem Clepsydera ab aquæ furto, quòd aquam aut celet, aut furetur. Cic. 3. de Orat. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat. Martialis lib. 6, Septem clepsydras magna tibi voce petenti Arbitet inuitus Cæciliane, dedit. ¶ Consimilia sunt hoc tempore clepsydris vascula illa apud nos vsitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum coarctantur: ex quibus puluisculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Apud veteres oratoribus acturis causas forenses præscribebatur tempus dicendi datis clepsydris, quibus exhaustis, amplius dicere vetabantur. Plinius in Epist. Dixeram horis penè quinque: nam tribus clepsydris, quas spatiosissimè acceperam, sunt additæ quatuor. ¶ Est item Clepsydra astronomicum organum, sydera dimetiens. Martianus, Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. ¶ Est item Clepsydra nomen fontis, in arce Messeniorum, in Arsinoe alterum fontem influens. ¶ Fuit & Athenis in arce eiusdem nominis fons, ita dictus, quòd flare incipientibus Etesiis abundet, ilsdémq; desinentibus exaresca:. Vide Cælium Rhodig. lib. 18. cap. 39.

Cleromantia, æ, κληρομαντεία. Diuinationis genus, quod fit per sortes.

Clerus, ri, κλῆρος, Vermiculus est, teste Aristotele, in alueorum pauimentis nascens, quo exarescente, velut aranea obducitur alueus, & faui carie pereunt, ipsis scilicet vnà cum fœtu putrefactis: quod vitij genus Clerum quoque eruditiores appellant, hoc est faui fœtúsque putrefactionem. Plin. lib. 1. cap. 16, clerum interpretatur apum abortum, & quandam amaræ cœræ duritiem, quum inde fœtum apes non educerint, morbo impeditæ, aut infœcunditate naturali. ¶ Græcis item κλῆρος sortem significat, vel hæreditatem: vnde Cleronomus, κληρονόμος, hæres: & Cleronomia κληρονομία, hæreditas.

CLIBANVS, κλίβανος, Mons est in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio. cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 10. ¶ Est item Clibanus oppidum Isauricæ, quæ est Asiæ regio, inter Ciliciam & Pamphyliam sita: de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.

Clibanus, ni, ‖ κλίβανος. Ital. *Tegghia, testo.* Gal. *Vn test.* Hisp. *Horno.* ‖ Instrumentum placentis potius, & id genus cibis, quàm pani coquendo dicatum, quod antiquitus ex testa, seu opere figulino fieri solebat, postea etiam ex ferro, vel ære. Columel. lib. 5, Scrobem clibano similem esse debere, vt imus, quàm summus, patentior sit, vt latius radices agantur. Plin. lib. 19, Cortices quoque decussi clibanis & furnis præbent vsum. Differt autem Clibanus à furno, quòd hic maior sit, & immobilis: Clibanus autem minor, vt quocunq; visum fuerit, possit transferri. ¶ Hinc κλιβανίτης ἄρτος à Græcis appellatur, qui non in furno, sed in clibano coctus est: quem Varro lib. 4. de Lingua Latina, Testuarium appellat, quod scilicet in calido testo (sic enim clibanum testaceum appellat) coqueretur.

Clibanarius, Qui bene ferro & armis munitus certamen init, κλιβανάριος. Nazarius in Panegyrico ad Constant. Operimento ferri, equi, atque homines obsepti: clibanariis in exercitu nomen est. Dicti Clibanarij, quoniam more testudinis arcuatis armis (quæ clibani forma est) vtebantur. Ammianus Marcellinus Clibanarios eosdem esse tradit, cum iis, qui Græco nomine appellantur Cataphracti.

CLIDEMVS, penult. prod. Κλείδημος, Scriptor antiquissimus fuit, cuius opus de plantis sæpe citatur à Theophrasto. Scripsit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

Clidium, κλείδιον, Thynni ingulus est, qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni membratim cæsi cetuice, & abdomine commendantur, atque clidio, recenti dũtaxat, & tum quoq; grani ructu: cætera parte plenis pulpamentis sale asseruantur.

Cliduchus, κλείδουχος, Græcis clauigerum significat. ἀπὸ τοῦ κλεῖς, hoc est à claue. Plin. lib. 34. cap. 8, Fecit & quadrigas, bigásque, & cliduchon eximiæ formæ.

Clies, Qui sub tutela & patrocinio alterius est: & est correlatiuum Patroni. ‖ κλάκης, Ital. *Cliente.* Gal. *Vassal de quelque seigneur, celuy qui s'est mis en la protection & defense d'vn autre.* Hisp. *Encomendado à algun amigado.* ‖ nam Patronus defensor causæ est dictus, quasi pater: Clies autem defensione indigens, id est litigator, qui patronum colit & sequitur, vt ab eo defendatur. Sed vt rectius vim vocabuli intelligas, scito quemadmodum Budæus in Pande. scribit, moris fuisse apud antiquos, vt prouinciales & socij populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modò publicè, sed etiam priuatim: iisque vt clientes eorum dicerentur, inter se verò hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitudo, vt clientes perpetuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni obseruantia atque obsequio colerent, & venerarentur. Cicero in Diuinat. in Verrem. Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimúmque ducebant, ab hospitibus, clientibúsve suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia pop. Rom. ditionéque essent, iniurias propulsare, eorúmque fortunas defendere. Quinetiam (vt idem scribit) quos *Vasallos* vocare solent, Clientes appellare possimus: & Clientelam, obseruantiam ipsam: & obsequium, quod *Homagium* dicunt, Clientelaris officij sponsionem, agnitionémque.

Clienta, tæ, femininum, quo vsus est Plautus in Mil. Habeo eccillam clientam meam, meretricem adolescentulam. Idem in Rud. Iam clientas reperi.

Clientela. Clientum multitudo, qui potentem aliquem ciuem, principémve fauore prosequuntur, & cuius dignitatem factionémque tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. ‖ πελατεία. Ital. *Sicurta clientela.* Gal. *Le domaine, la protection & sauuegarde des seigneurs enuers leurs vassaux & subjets.* Hisp. *Aquella encomendacion, y seguridad.* ‖ Cic. ad Atti. lib. 14, Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam iudicem. ¶ Item Clientela dicitur clientum officium erga patronos: vnde Committere, vel conferre se in clientelam alicuius, est sese alterius clientem profiteri, & eius patrocinio, siue (vt Gallorum vulgus loquitur) *Saluegardiæ* se committere. Terentius in Eunuch. Thais patri se commendauit in clientelam & fidem.

Clima, atis, ‖ κλίμα. Ital. & Hisp. *Clima.* Gal. *Climat, region, traict de pais.* ‖ Græca dictio, quæ spatium significat duobus respondens parallelis, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur. Vitruu. lib. 1. cap. 1, Disciplinam verò medicinæ nouisse oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt.

Climax, ‖ κλῖμαξ. Ital. *Scala.* Gal. *Eschele, degré* Hisp. *Escalera.* ‖ Latinè scala vel potius scalæ: est figura, quæ dicitur Gradatio: qua paulatim veluti per scalas ascendimus: vt apud Ouidium, Viderat hanc, visámque cupit, potitúrque cupita.

Climactericus, ca, cum, κλιμακτηρικός, Latinè dici potest Scalaris. ἀπὸ τοῦ κλιμακτῆρος, quo nomine Græci scalarum gradus significant. Vnde numerus climactericus dicitur, ad quem per gradus, & veluti scalas quasdam paulatim ascendimus: qualis est numerus, qui ex nouem nouenarijs resultat. Nam vnitas ter sumpta conficit ternarium. Ternarius in se ductus, nouenarium. Nouenarius autem nouies sumptus conficit vnũ & octoginta, qui est numerus Climactericus. Hunc autem numerum in humanæ vitæ annis maximè formidabilem esse, à veteribus proditum est, quippe qui raro sine vitæ, aut fortunarum periculo soleat

transmitti. Hoc enim anno ætatis Plato philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes geometra diem suum obferunt: alij annum ætatis sexagesimum tertium in primis periculosum iudicarunt, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis, quem etiam Climacter a vocabant. Vnde Augustus Caium nepotem lætum natalem diem suum celebrare iubet, quòd annum illum omnibus senibus periculosissimum euasserat. Fuerunt etiam qui annum vndequinquagesimum maximè formidarent: partim quòd sit numerus quadratus, quem potentissimum credidit antiquitas: partim etiam quòd ex septenario septies multiplicato resultet: cui inter omnes numeros veteres plurimum detulerunt: adeò vt per omnem viram septimum quenq; annum periculosum & crisimum esse volnerint, sed quum præcipuè qui per ternas hebdomadas ascenderet, qualis est annus primus & vigesimus, qui ex tribus septenariis constat: item quadragesimus secundus, & sexagesimus tertius, & omnium maximus octogesimus quartus.

Clingo, Veteres pro Cingo vsurparunt: à Græco κλώθω. Festus.

CLINIAS, Κλινίας, Musicus, & philosophus secte Pythagoreæ, qui si quando ad iram prouocaretur, sumpta statim cithara, motus animi leniebat haud aliter quàm Achilles, quum iratus stabat ad litus, animi sui dolorem citharæ cantu lenichat. Autor Aelianus de Varia historia.

Clinice, ces, κλινική, Medicina, quę victu, & pharmacis corporibus medetur. Diuiditur enim Clinice in duas partes, in Diæteticen, quæ victu medetur: & Pharmaceuticem, quæ medicamentis curat. Plin. lib. 29. cap. 1, Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo Dei, qui auxiliatus fuisset, vt postea similitudo proficeret, excripsisse ea traditur: atque (vt Varro apud nos credit) iam templo cremato, instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

Clinicus, pen. corr. κλινικός, Medicus qui diæta curat, aut medicamentis: dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare solet, quasi Lecticularius. Martialis, Sote filia clinici, id est medici. ¶ Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti sunt, vt surgere è lecto non possint, nullâque amplius de eorum salute spes sit. Plin. lib. 25. cap. 5, Medetur ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini, melancholicis, stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

Clino, as, ξκλίνω. Ital. *Chinare*. Gal. *Incliner*. Hisp. *Inclinar, ò abaxar*. ξ Græcum est, idem significans, quod inclino: & licet non sit in vsu, eius tamen composita vsurpantur, quæ sunt Acclino, Declino, Inclino, & Reclino: de quibus suis locis.

Clinamen, inis, neut. gen. ξ ἔκκλισις. Ital. *Inclinatione*. Gal. *Deſtournement, & inclination à coſté*. Hisp. *Inclinacion*. ξ Idem quod inclinatio, siue propensio. Lucretius de inclinatione elementorum & primorum corporum. –sed ne res ipsa necessum Intestinum habeat cunctis in rebus agendis, Et deuicta quasi cogatur ferre, patique: Id facit exiguum clinamen principiorum, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Clinopodion, κλινοπόδιον, Herba est serpillo similis, surculosa, palmi altitudine. Nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens: vnde & nomen accepit. Hæc Plin. lib. 24. cap. 15, Putatur esse eadem quam Officinæ *Pulegium montanum* appellant.

CLIO, κλίω, Vna Musarum ex nouem, apud Hesiodum in Theog. κλέω & κλείω, id est à gloria, quòd poëtis gloria ex carmine nascatur.

CLISTHENES, κλεισθένης, Primus ostracismi autor apud Athenienses, primúsque eo genere exilij mulctatus. Vide Cælium lib. 21. cap. 44. ¶ Clithenem video, κλειθένην ιγ΄. Suidas refert, & ait conuenire in eos qui læui derasáque sunt cute. Nam is mos Clistheni, barba derasa semper esse, quo iuuenis etiam dum videretur. Effertur & ad hunc modum, κλεισθένους ἀκρατέστερον, Clisthene intemperantior. De cinædo & deliciis effœminato.

CLITARCHVS, κλείταρχος, Historicus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cuius etiam res gestas conscripsit, sed ea vanitate, vt fidem Historici non mereatur. Autor Quintilianus.

Clitellæ, arum. Dicuntur, quibus farcinæ colligatæ mulis, & id genus vectonis, portantur, qui Vulgò *Basti* vocantur. ξ σάγαι, ἀποσάγια, ἀχάνδυτα σκεύη. Ital. *Basti*. Gal. *Le bat qu'on met ſur vn mulet, afin qu'on mette deſſus ſon fardeau*. Hisp. *Los albardas ò enſalmas*. ξ Horat. in Satyr. Hinc muli clitellas tempore ponunt. Cic. ad Att. lib. 5. Clitellæ hinnì sunt impositæ: hoc est homini inepto & nequaquam idoneo delegata est prouincia. vide Erasmi Adagia. ¶ Hoc etiam nomine significatur locus Romæ, teste Festo, propter similitudinem clitellarum, & in via Flaminia loca quædam deuexa subinde, & accliuia. ¶ Item quoddam tormenti genus, teste eodem.

Clitellarius, Qui clitellis vtitur. ξ ὑποζυγιοφόρος, ὑποδοσίφορος. Ital. *Che porta la baſta*. Gal. *Qui porte faux deſſus ſon dos ainſi vn bat*. Hisp. *Coſa de albarda*. ξ Vnde clitellarij muli dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neque desultorij: nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Plaut. in Most. Mulionem, mulos clitellarios Habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt, oneris quicquid imponas, vehunt.

CLITERNIA, Pomponio lib. 2. Italiæ oppidum est, in tractu Appuliæ, ad Garganum montem, Vulgò *Celano*. Ptolemæo Citernum.

CLITOMACHVS, κλειτόμαχος, pen. corr. Philosophus Carthaginiensis, Athenas venit, annos natus quadraginta, audiuitque Carneadem, cuius & successor fuit, tres sectas sectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conscripsit, de quo Cic. lib. 3. Tusc. mentionem facit. ¶ Clitomachus alter, Arbiera, & Panerastes nobilis fuit, qui pudicitiæ castræ fuisse dicitur, vt canes si forte coeuntes vidisset, statim vultum auerteret: in conuiuio siquis sermo lasciuus incideret, statim surgens abiret. Autor Aelianus de Varia historia.

CLITOR, oris κλείτωρ, Oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo vicinus fons Clitorius appellatur, ei qui gustauerit, vini fastidium inducens. Meminit huius oppidi Ptolemæus lib. 3. cap. 16.

CLITVMNVS, Agri Falisci flumen est, cuius aquæ potatæ candidos faciunt boues. Autor Plin. lib. 2. cap. 103. Virgil. 2. Aeneid. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima. Silius, Et lauat ingentem profundens flumine tacto Clitumnus taurum.

CLITVS, κλεῖτος, Mantij fuit filius, qui ab Aurora raptus nunquam

postea apparuit. ¶ Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, eidémque charissimus, tum quod filius esset nutricis ipsius, tum quòd ab illo in dubio vitæ discrimine fuisset seruatus. Hunc tamen in conuiuio quodam liberius in Persicos mores inuectum, rex iam temulentus spiculo traiecit. Cuius facti eum postridie tanta cœpit pœnitentia, discussa iam ebrietate, vt totum triduum cibo abstinuerit, decreueritque omnino inedia sibi necem consciscere, amicúmque optimè de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægrè admissa amicorum consolatione, qui Clitum iure occisum asserebant, sumptuosissimo cum funere sepeliuit. Historiam hanc vide latius apud Arrianum, Qu. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.

Cliuius, a, um, adiectiuum, Difficilis, arduus: vt, Cliuia auspicia, *ai ἀναπεφραγμέναι ἀλεκτορομαντίαι*, quæ aliquid (inquit Festus) fieri prohibebant. nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Cliuia: vnde & Cliui.

Cliuina auis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à cliuis auspiciis dicta, quę, teste Festo, dicebantur aduersa, quibúsque aliquid fieri prohibebatur. Hanc auem suo seculo fuisse incognitam, autor est Plin. lib. 9. cap. 15.

Cliuus, ui, Est locus molliter arduus, & pro colle ponitur. ξ γεώλοφος. Ital. *Scoſa da vna montagna all'ingiu, pendente, collina*. Gal. *Vne pente montaigne ou n'a pas grand' pente, la pente & deſcente d'vne montagne*. Hisp. *La cueſta arriba, ò la cueſta abaxo*. ξ Virg. 9. Aeglog. –qua se subducere colles Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo. ¶ Cliuus Capitolinus. Cic. ad Att. lib. 2. Quem ego in cliuo Capitolino te signifero à principe collocaram. ¶ Huius composita possunt esse tam secundæ quàm tertiæ declinationis: vt, Acclinus, a, um, & Acclius. & hoc accliue. Declinus, & Decliuis: Proclinus & Proclivis: quæ habent penultimam productam. Dictus Cliuus à clino pro inclino. Vide Vallam lib. 4. cap. 43.

Cliuulus, li, diminutiuum à Cliuus. ξ γεωλοφία. Ital. *Piccol collina*. Gal. *Vne petite montaignete, vn petit tertre*. Hisp. *Pequeña cueſta*. ξ Colum. lib. 8. cap. 36, Duos parietes aduerso cliuulo inædificatos habet.

Cliuosus, a, um, adiect. Frequenter habens cliuos. ξ βουνώδης. Ital. *Pendente ſmontoſo*. Gal. *Qui a pluſieurs montaignetes, inegal, ayant pluſieurs pentes & deſcentes*. Hisp. *Coſa llena de cueſtas*. ξ vt Cliuosa loca. Col. de Arboribus cap. 4, Curandum autem est, vt locis aridis & cliuosis altius vites deponantur, quàm si humidis & plauis. Virgil. 2. Georg. Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.

Cloacæ, pen. prod. Loca cana, siue ea publica sint, siue priuata, quò sordes confluunt. ξ ἀφοδεῦσαι. Ital. *Cloace, chiauche*. Gal. *Vn eſgout, par ou s'en vont les immondices de quelque lieu*. Hisp. *El albañar ò do acuden las priuadas*. ξ Vnde Areen facere ex cloaca, dicit Cicero in Oratione pro Plancio, pro eo quod est, rem humilem & nullius ferè momenti supra modum extollere. Fistulæ quoque, fossæ & viæ illæ subterraneæ parietibus in modum aquæ ductus munitæ, per quas aquæ pluuiæ extra vrbem vel in flumina dilabentes, vrbis sordes secum rapiunt, Cloacæ dicuntur, ἀγωγοί, quòd vrbem immunditiis purgent. ¶ Dicta est autem Cloaca (vt putatur) à colluendo, quasi colluaca. Festus à Cloacando, hoc est inquinando deriuat: quum tamen potius contrà, Cloacare verbum à cloaca deductum videatur. Cic. pro Cecin. Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerúmque controuersiis interdicit. Plautus verò in Curcul. stomachum immundæ vetulæ & aluum, Cloacam nominauit. Age, inquit, effunde hoc citò in barathrum, properè profue cloacam.

Cloacale flumen, Caro dixit, pro cloacatum omnium colluuie: vt annotauit Festus.

Cloacare, Inquinare. ξ κοπρίζω. Ital. *Imbrattare, macchiare*. Gal. *Souiller*. Hisp. *Enſuziar ò manzillar*. ξ vnde Cloacam dictam putauit Festus.

CLODIA Romana, (à qua Cicero prædium emere volebat) copiosa & locuples fœmina fuit, de qua sic Cic. ad Att. lib. 13, Sed quando, inquit, Clodia Romæ futura est, & quanti rem æstimas, eo prorsus expecto: non quin illud malim, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

CLODII FORVM, Italiæ oppidum in octaua regione, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 13.

CLODIORVM FAMILIAM, à Clodio Aeneæ socio dictam putauit Festus. Verius tamen est, Clodios (qui & Claudij dicuntur) à Sabinis ortum traxisse, nominisque originem cepisse ab Appio illo Clauso, qui primus ex ea familia cum quinque clientum millibus se Romæ contulit.

CLODIVS, prænomine Publius, Adolescens fuit nobilis ex antiquissima Claudiorum familia, sed ciuis factiosus, & notissimæ libidinis: vt qui & tres sorores per incestum polluerit, & in sacris Bonæ deæ muliebri veste deprehensus sit. Hic grauissimas cum Cicerone inimicitias exercuit: cui, vt maius negotium facesseret posset, Tribunatum plebis petiit: quem quum per leges obtinere non posset, quòd Patritius esset, cuidam ex plebe se adoptandum dedit: atque ita tribunatum nactus, non quieuit, donec Ciceronem per vim ciuitate expelleret. Verùm quum & Pompeio molestus esse cœpisset, & optimum quenque lacessiret, placuit Senatui Ciceronem ab exilio reuocari: qui in vrbem reuersus, Milonis auxilio inimici impetum compescuit: à quo etiam Clodius ipse in via Appia fuit interfectus. De hoc sic scribit Cicero ad Attic. lib. 1. Credo (inquit) te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eò muliebri vestitu virum, idque sacrificium quum virgines instaurassent, mentionem à Qu. Cornificio in senatu factam: is fuit princeps, ne tu forte aliquem nostrum putes. postea rem ex s. c. ad Virgines atque Pontifices relatam: idq; ab iis nefas esse decretum: deinde ex s. c. Cōsules rogationem promulgasse: vxori Cæsarem nuntium remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clodij ductus operam dat, vt ea rogatio quam ipse fert, & fert ex s. c. & de religione, antiquetur. Hactenus Cic. ¶ Fuit & Clodius Pulcher, orator Romæ inter patronos simul cum Cicerone in causa Scaur. Pædianus. ¶ Clodij cuiusdam meminit Plutarchus in Numa, qui temporum argumentum scripsit. ¶ Sex. Clodius rhetor Siculus, Latinæ, Græcæque eloquentiæ professor, male ocularis, familiaris, ac præceptor M. Antonij triumuiri, cuius meminit Cicero in Philip. & Tranquillus. ¶ Clodius Quirinalis Arelatensis, rhetor, Romæ docuit, circa Neronis tempora, teste Eusebio. ¶ Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, post mortem Pertinacis

principis

principis ab exercitu imperator salutatus, & à Seuero iuxta Lugdunum acie superatus. Autor Herodianus.

CLOELIA, Nobilis virgo Romana fuit, quæ cum aliis nonnullis virginibus Porsenæ Hetruscorum regi obses data, deceptis custodibus vna cum reliquis virginibus incolumis ad suos per Tybetim remauit. Quamobrem Romani nouam in fœmina virtutem nouo honoris genere ornandam rati, statuam ei equestrem in summa sacra via posuerunt. Autor Liuius 1. ab Vrbe.

CLONIVS, κλόνιος, Vnus è quinque ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam nauigauerunt, vt scribit Homerus lib. Ἰλιάδος ε.

Cloſtrum, Idem quod claustrum, κλοιστρον. Cato de Re rust. cap. 13, Trullas ligneas duas, claues cum cloſtris.

Clota, Ptolemæo, Aestuarium maris in Britannia insula, exiguo tertæ spatio à Bodottia altero æstuario diremptum. Cornel. Tacit. in vita Agricolæ Glotam vocat.

CLOTHO, κλωθώ, Vna parcarum, quæ humanæ vitæ stamina dispensant. Græcè κλώθω, Circunuoluo, neo, destruo. De his nonnihil Orpheus in hymnis, pluráque tradit in magica sua, sed inuoluta, & obscura. Hesiodus autem in Theog. Themidos filias facit, & Iouis: Clotho, Lachesin, & Atropon, & θεαὶ αἵτινες ἀνθρώποισιν ἐπὶ γενεῆς τε καὶ ἀνδρῶν τε.

Cludo, is, Idem quod claudo: quo verbo veteres vtebantur. {κλείω. Ital. chiudere, serrare. Gal. Clorre, enclorre, enfermer, entourer. Hisp. cerrar.} Cic. 2. de Nat. deor. Ipsum autem mare sic terram appetens litoribus cludit. Martial. lib. 11, Sed mors vocis iter properauit cludere blandæ. In veteribus quoque numismatibus legimus, Ianum clusit.

CLVENTIVS, Ex municipio Latino, accusatus à matre Sassia, quòd Oppianicum vitricum interfecisset, defensus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

Cluco, es, ere, Pethiberi, putari, nominari. {κλόω. Ital. Essere stimato, nominato. Gal. Estre reputé, auoir le bruit. Hisp. Ser estimado y nombrado.} Plautus in Tri. Ita sis, vt nomen cluet. Idem in Epid. Senati qui columen cluent, id est habentur, & reputantur columen Senatus. Idem in Pœn. Vt volupe est homini mea soror, si quod agit, cluet victoria, id est victoriæ tribuatur. ¶ Dicimus etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, quod sæpe pro splendeo accipitur. Prudentius. Qui patria virtute cluis. Cicer. de clar. orat. Tum duo Cæpiones multùm cluentes consilio, & lingua, plus autoritate tamen & gratia subleuabant. ¶ Interdum etiam pro purgare. Plin. lib. 15. cap. 29. Depositis armis in eo loco, qui nunc ligna Veneris Cluaciuæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.

Clumæ, Sunt folliculi hordei. Festus. κλωπία, κύρεα.

Clunadum, Culter sanguinarius: quòd ad clunes dependeat, vel quia clunes hostiarum diuidat. Autor Festus.

Clunis, nis, sæpius in plurali Clunes, clunium, Nates, siue natium tumor: tam masculini quàm fœminini generis. {νυγαί. Ital. Natiche. Gal. La fesse. Hisp. Las nalgas.} Iuuenalis, Tremulo descendunt clune puellæ. Plautus, Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Horatius. Quòd pulchræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix. ¶ Hinc Simias clunas appellatas volunt, quòd clunes tritas gerant.

Cluniculus, diminutiuum. εἰ πυγίδιον. Gellius, Cæteratum animi atque altilium nisi tantum apponatur, vt à cluniculis inferiore parte saturi fiat, conuiuium putabant inopia sordere.

CLVNIA, Oppidum est Hispaniæ in extremis Celtiberorum finibus. Vnde vnus ex Hispaniæ citerioris conuentibus Clunienſis dictus est. Vulgò *cindadreal*. Sunt enim septem (inquit Plin. lib. 3,) Carthaginienſis, Tarraconenſis, Cæsarauguſtanus, Clunienſis, Asturum, Lucenſis, Bracarum.

CLVPEA, quæ & Clypea dicitur, Vulgò *Quipia*, Ciuitas Africæ propriè dictæ, in promontorio Mercurij sita, ita dicta à clypei figura: vnde & Aspis dicitur, teste Solino, quod etiam annotauit Hermolaus in Plinium, & Vadianus in Melam. Silius lib. 3. In clypei speciem curuatis turribus Aspis. Lucanus lib. 4. Et Clupeam tenuit stationis littora notæ. Ptolemæus verò duas vrbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarum vnam Clypeam, alteram Aspidem appellat. ¶ Clupea etiam exiguus piſciculus est apud Plin. lib. 9. cap. 15, qui venam quandam in faucibus Thynni erodens, ipsum exanimat.

CLVSINVS, Dictus est Ianus, quòd pace templi eius portæ clauderentur. Virgil. 1. Aeneid. Claudentur belli portæ, furor impius intus Sæua sedens super arma, & centum vinctus aheneis.

Cluſinum far, Adorei, siue farris genus est candidius: ita dictum à Clusio Hetruriæ vrbe. Columella lib. 2. cap. 6, Adorei autem vidimus in vsu plerunque genera quatuor. Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi. Far, quod vocatur Vermiculum, rutilum: atque alterum candidum: sed vtrunq; maioris ponderis quàm Clusinum. Semen semestre, quod dicitur Alicastrum.

CLVSIOLVM, Oppidum Vmbriæ, quod interiit: cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 14.

Cluſios, Galli nominant dæmones quosdam, quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aëreo compositos.

CLVSIVM, Oppidum est Tusciæ mediterraneum, vbi Porsena Hetruscorum rex sepultus creditur. Plin. lib. 36. cap. 13, Vulgò *Clusi*.

CLYMENE, pen. corr. κλυμένη, Oceani & Tethyos filia, Iapeti vxor, teste Hesiodo in Theogonia: de qua Virgilius lib. 4. Georg. Inter quas Clymene curam narrabat inanem. ¶ Fuit & altera Clymene mater Phaëthontis, vt scribit Ouid. lib. 1. Metamorph. quæ quum forma valeret, Soli placuit, qui concubitu eius potitus, ex ea Phaëthontem, & sorores genuit. Ouid. lib. 1. Metamorph. Et tulit ad Clymenen Epaphi conuitia matrem. ¶ Inde Clymenis, idos, patronymicum & Clymeneius, a, um: vt, Clymeneia proles, id est Phaëthon. ¶ Tertia fuit ministra Helenæ decoris oculis prædita, vt est apud Homerum lib. 3. Iliad. Huius meminit & Ouidius in Epistola Helenes ad Paridem, Cætera per socias Clymenen, Aethrámque loquemur. Quæ mihi sunt comites, consiliúmque duæ.

Clymenos, siue Clymenon, κλύμενον. Herba est fabæ caulem ferens, quadratum, folia plantaginis, folliculis supra caulem in se inflexis, vt in polypporum cirrhis. Ita dicta à Clymeno rege, teste Plin. lib. 25. cap. 7.

Vulgus hodie partim *Cyprium*, partim *Saponalem* appellat.

Clypeus, & Clypeum, sine Clupeus, y, in u, conuersa. {ἀσπὶς. Ital. *Scudo*. Gal. *Bouclier, targe, rondelle*. Hisp. *Escudo ò paues*.} scutum maius, & tantum peditum, sicuti Scutum equitum, Seruio autore. Liu. li. 6, Clypeis antè Romani vsi sunt: deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Dicti Clypei, ἀπὸ τοῦ κλύπτειν, quòd celent totum corpus: vel à clepere, quod est furari ab ictibus. Plin. lib. 35, cap. 5, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc est sculpendo, cælandóque deduxit: vt dicatur clypeus quasi γλύπτος, id est sculptus, g, in c, mutata. Scutis, inquit, qualibus pugnatum est apud Troiam, continebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum: non vt peruetsa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo. ¶ Clypeum quoque (vt Festus scribit) Antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum.

Clypeatus, Clypeo munitus. {ἀσπιδοφόρος, ἀσπιδήφορος. Ital. *Armato di brocchiero*. Gal. *Garni de bouclier*. Hisp. *Escudado, armado de escudo*.} Plaut. in Cure. Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Sic apud Virg. 7. Aeneid. Clypeata agmina. Insequitur nimbus peditum, clypeatáque totis Agmina densantur campis.

Clyſmus, κλυσμός, Latinè purgatio, siue lotio dicitur. Vnde Cataclysmus, de quo suprà.

CLYTAEMNESTRA, κλυταιμνήστρα. Nomen proprium vxoris Agamemnonis, quæ ob amorem Aegisthi adulteri virum occidit. Vnde etiam ab Oreste filio in patris vltionem fuit occisa: de qua Euripides in Oreste, & Homerus in Odyssea.

Clyſter, eris, pen. prod. κλυστήρ, quod & Clysterium, κλυστήριον dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere: nam clystere aluum ægrotantium iuuare, seu purgare solemus. {Ital. *Cristero*. Gal. *Clystere*. Hisp. *Crystel*.} Plin. Cucurbita infusa clysteribus, intestinorum omnium vitiis medetur. Macer tamen huius nominis penultimam corripit. Appositis digitis aut intus clystere fusis: quem ea in re non imitabimur. ¶ Accipitur item Clyster pro ipso instrumento, quod ad proluenda ventris recrementa sedi inseritur, quódque intestinorum (vt ita dicam) lauamentum aluo iniicitur. Vlpian. l. Item si obstetrix. ad leg. Aquil. Siquis per vim, vel per suasum alicubi medicamentum infudit, vel ore, vel clystere. ¶ Orticularius clyster. Celsus lib. 7. cap. 27, Idem humor rosa mixtus in ipsum vulnus orticulario clystere agendus est.

CLYTIA, æ, vel Clytie, es, κλυτίη, Vna fuit ex Oceani nymphis aliquãdiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoë concubitum Orchamo patri eius indicauit. Quare iratus Apollo, Clytien grauissimo odio prosequutus est. Illa verò amoris impatientia cibo & potu abstinens, manè orientem, & vesperi occidentem spectabat Apollinem: & quacunque ille iter faciebat, Glytie oculis sequebatur. Vnde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in heliotropium. Fabulam hanc refert Ouid. lib. 4. Metamorph.

CLYTIVS, κλυτίος, Filius Laomedontis, & frater Priami, vt refert Homerus lib. 20. Iliad. ¶ Est & Clytius, adolescentis nomen apud Virgilium lib. 10. Aeneid. quem Cydon quidam in deliciis habuit.

C ante N, & O.

Cnecion, κνήκιον. Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum, & Amaracum vocamus: quanquam non desunt qui hanc nomenclaturam adulterinam existiment, & inter eas numerandam, quas inter Dioscoridis notha reiiciunt doctiores.

CNEMIDES, κνημίδες, Oppidum Locrorum ad sinum Opontium, secundum Daphnuntem, è regione Cæci Eubœæ promontorij: à quo Locrorum quidam Epicnemidij cognominati sunt. Vide Strabonem lib. 9, & Pomponium lib. 2. Plinio Cnemis dicitur singulari numero, lib. 4. cap. 7.

Cneoron, κνέωρον. Frutex est coronarius, cuius duo sunt genera, nigrum & candidum: vtrunque germinat post æquinoctium autumnale, diúq; fioret. Hyginus Cãnam interpretatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9. Dioscorides item thymelæam herbam Cneorum, & Cnestrum appellat.

CNEVS, κνεῖος, per c, scribitur, sed profertur per g. Prænomen fuit Romanis peculiare: à næuo (vt volunt) tractum, quòd eo prænomine præcipuè nominarentur, qui næuum aliquem nascentes attulissent. Festus à Græco γίγνεσθαι deducit.

Cnicus, vel Cnecus, κνικὸς Dioscoridi, nonnullis κνῆκος, Herba est, oblonga habens folia, incisuris diuisa, aspera & aculeata: ex cuius ramulis diuulsis sanguineus effluit liquor. Ruellius Cartamum satiuum vocat.

CNIDOS, κνίδος, Vulgò *Cabo crio*. Est vrbs, in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis, in qua Venus colebatur: vnde Cnidia dicta est. Potest etiam scribi Gnidos per g. ¶ Est & herbæ nomen, de qua Plin. lib. 21. cap. 16. Vnde Cnidium oleum, quod fit è grano cnidio: de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

CNOPYPOLIS, κνωπόπολις, Ioniæ ciuitas, quæ alio nomine Erythra dicitur. Stephanus.

Coa vestis, siue substantiuè Coa, in plurali numero, subtilissimum erat vestis genus ex bombyce, adeò tenue, vt corpus pelluceret, βομβύκινον ὑφάσμα. Dictum à Co insula, Vulgò *Lango*, in qua & bombycen nasci solere, sicut in Cea insula, autor est Plin. lib. 11. cap. 23, Ouid. de Arte amãdi, Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. Siue erit in Cois, Coa decere puta. Fuerunt qui etiam Cois in nominatiuo dici putarẽt pro hac veste, decepti autoritate Horatij in Satyr. Altera nil obstat, Cois tibi penè videre est, Vt nudam. Qui profectò error nimium est puerilis, quum Cois ibi non nominatiuus sit, sed ablatiuus. Eadem & Ceæ vestes dicuntur, à Cea insula, in qua Pamphila Latoi filia prima rationem inuenit bombycum telas retorquendi, eásque rursum texendi: vt testatur Plin. lib. 11. cap. 22.

Coaccedo, dis, simul accedo. {συμπαρέρχομαι, συμπαραγίνομαι. Ital. *Accostarsi insieme*. Gal. *Approcher auec les autres, estre mis auec*. Hisp. *Allegarse, ò acercarse juntamente*.} Plaut. Cure. -quia de illo emi virginem Triginta minis, vestem, aurum, & decem pro his coaccedunt minæ.

Coaceruo, aui. Cumulo, congero, addo. {συμπαρθέω, συμφορέω. Ital. *Accrescere congregare, ammassare, ragunare*. Gal. *Entasser ensemble, amonceler monceau sur monceau, ramasser*. Hisp. *Amontonar ò ayuntar*.} Liuius 5. ab Vrb. Armorúmque

Universidad de Deusto
Biblioteca

rúmque cumulos, vt mos illis est, coacernare. Cæsar 2. belli Gallici, His delectis, & coacernatis cædaueribus. Cic. 2. pro lege Agr. Antè pecuniæ coguntur, & coacernantur, quàm gleba vna ematur.

Coacernatio, onis. {σωωθροισμος, σωωθροισις. Ital. *Accumulatione, ammassamento.* Gal. *Entassement & amoncelement ensemble.* Hispa. *Amontonamiento.* } Cic. in Part. Atque hæc quidem vtique, maxime in peroratione faciendi: alter frequentatione argumentorum, & coacernatione vniuersi: alteri si planè causam redarguendo explicaris.

Coacesco, ex Con, & Aceso, sed n abiicitur, significat simul seu totum acidum fieri. {σωξινιζω. Ital. *Diuenir acido.* Gal. *S'enaigrir, deuenir aigre.* Hisp. *Acedarse.* } Cicero in Car. Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas naturæ vetustate coacescit.

Coactilia, Inuoluera dicuntur, vestibus inuoluendis, circunferendisque idonea. Vlp. l. argumento, de Auro, & argento leg. Aristo etiam coactilia vesti cedere ait, & tegumenta subsellioru, huic legato cedetur.

Coacto, Coactura, Coactor, Coactus, Vide COGO.

Coaddo, Simul adde. {αφροθιδωμι. Ital. *Aggiungere insieme.* Gal. *Ajouster auec, mettre ensemble.* Hisp. *Ayuntar con vno.* } Cato cap. 40. Sumito tibi furculum durum, eum præacuito: falicem Græcam discindito, argillam, vel cretam coaddito.

Coaduno, In vnum cogo. {ἑνίω, συνάγω. Ital. *Addunare.* Gal. *Assembler ensemble, faire venir l'vn à l'autre.* Hisp. *Ayuntar diuersas cosas en vno.* } Plinius de viris illustribus. Ipsi coadunatis pastoribus, ciuitatem condiderunt. Brachium statuæ coadunatæ, Iulianus in l. Tigni appellatione. §. idem est. ff. ad exhib.

Coædificare, arctè ædificare, ædificiis frequentare. {συνοικοδομέω. Ital. *Fare insieme fra edificij.* Gal. *Edifier ensemble, ajouster bastimens pres l'vn de l'autre.* Hispa. *Edificar juntamente.* } vt, Coædificatus locus, cui opponitur Vastus. Cicc. in Partit. Culti, an inculti: celebres, an deserti: coædificati, an vasti.

Coæquo, as, are, Idem quod æquare. {ὁμαλίζω. Ital. *Agualiar.* Gal. *Egaler.* Hisp. *Igualar vna cosa con otra.* } Sallust. Sed quoniam coæquare gratiam omnium difficile est. Colum. lib. 3. cap. 13, Duabúsque gemmis supra terram eminere passi, reposita humo cætera coæquant.

Coæqualis, le, Idem quod æqualis. {ἰσος, ὁμαλὲς. Ital. *Vguale.* Gal. *Egal, pareil.* Hisp. *Igual.* } Colum. lib. 8. cap. 14, Atque vbi se paulum confirmauit, in gregem coæqualium compellitur.

Coæquus, a, um, Idem quod æquus. ἰσος, ὁμαλὲς. Plin. lib. 6. cap. 29, Mitúmque dictu, ex innumeris populis pars coæqua in commerciis, aut latrociniis degit. Quo tamen loco in castigationibus exemplaribus, Aequa legitur, non Coæqua.

Coæuus, Eiusdem æui. {ὁμηλιξ. Ital. *D'vna istessa età.* Gal. *D'vn mesme aage.* Hisp. *Cosa de vna mesma edad.* } Cic. in Vatin. Hunc tu mortem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer, aut adolescens inter coæuos fueras?

Coætanei, Qui eadem ætate vixerunt. {ἡλικιῶται. Ita. *D'vna medesima età.* Gal. *D'vn mesme aage.* Hisp. *Cosa de vna mesma edad, y tiempo.* } Portius Latro in decla. in Catil. Marco siquidem Catoni, aut Scipioni Coætaneo suo. Vide suprà in dictione AEQVALIS.

Coagitatio, onis, Agitatio. {συνκινησις, κινησις, συνδιαχυσις. Ital. *Smouimento.* Gal. *Emotion & aemeuement de l'vn auec l'autre.* Hisp. *Obra de meçclar o agujar.* } Cic. de Nat. deor. Anima coalescit primum ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum.

Coagmento, as, Conungo, & compares coniunctiones cogo, ac stringo. {συναφεις, συνδρομὴν ζω, πλεκτὸν ζω. Ital. *Connungere.* Gal. *Assembler & joindre l'vn auec l'autre, coller ensemble.* Hisp. *Trauar vna cosa con otra.* } Cic. in Catilinam, Viuendi finis est optimus, quum integra mente, certisque sensibus, opus ipsa suum, eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. ¶ Et translatè, apud eundem de Orat. Verba enim verbis quasi coagmentare negligat. id est ne nimium diligens sit in verbis coniungendis. ¶ Plinius passiuum protulit, Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim vestitis.

Coagmenta, Coniunctiones arctæ, & compares, à cogendo, id est stringendo. {συναφαι, συνδρομὴ, συλλογὴ, συμπλοκὴ. Ital. *Commissioni.* Gal. *Assemblements, assemblees.* Hisp. *Aquellas trauaçones.* } Plaut. Most. Viden' coagmenta in foribus?

Coagmentatio. {συναφεια. Ita. *Vnione, assemblamento.* Gal. *Assemblement, assemblage, collement.* Hisp. *Engradamiento, trauaçon.* } Cic. 1. de Natu. deor. Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis?

Coagulo, as, Cogo, constringo. {πηγνυω. Ital. *Far attaccare & appigliare insieme.* Gal. *Faire prendre auec pressure.* Hisp. *Cuajar con cuajo.* } Gell. Semen in vtero mulieris primis septem diebus conglobatur, coagulatur, fitque ad capiendum figuram idoneum. Plin. lib. 12. cap. 25, Summa probatio est, vt lac coaguliet.

Coagulatio, verbale. {ἰμασιτουρα, πηξις. Ital. *Presa, congiuntione.* Gal. *Prinse & conjonction, congelation, espoississement.* Hisp. *Aquella obra de cuajar con cuajo, cuajamiento.* } Plin. lib. 18. cap. 10, Nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione.

Coagulum, à cogendo, id est densando, siue stringendo, dicitur illud quo ad densandum lac vtimur. {πυτία. Ital. *Caligatione, coagolo, conaglio.* Gal. *Pressure.* Hisp. *El cuajo.* } Tibul. Et miscere nouo docuisse coagula lacte. Ouid. 13. Metamorph. Lac mihi semper adest niueum: pars inde bibenda Seruatur, partem liquefacta coagula durant. ¶ Per metaphoram, quicquid connectit ac coniungit, Coacogulum dicitur. Gel. Vinculum illud coagulum animi, atque amoris.

Coalco, les, Coh. xreo, concresco. {συναυξανω, συναφὴνομαι. Ital. *Crescere, aumentare.* Gal. *S'ajoindre & coupler auec quelque chose, se nourrir & croistre auec.* Hisp. *Crecer vna cosa con otra.* } Plin. lib. 15. cap. 1, Vnisi pinguissimo solo coalere non possit. Gel. lib. 12. cap. 1, Cuius in corpore eiusque ex sanguine concretus homo & coalitus sit. Tacit. Vetustate imperij coalita audacia.

Coalesco, is, coalui, Concresco. συναυξανομαι, συμφὺομαι. Colum. de Arboribus, Sic interposito triennio coalescet ficus oliuæ. Liu. lib. 1, Vocata ad consilium multitudine, quæ coalescere in populi vnius corpus nulla re, præterquam legibus, potuit, iura dedit. Sallust. Hi postquam conuenerant in vna turmula, dispari genere, dissimili lingua, alij alio more-

uentes, incredibile memoratu est quàm facilè coaluerint. ¶ Eius simplex protulit Varro lib. 1. de Re rusti. Quemadmodum quicquam seri, aut coalescere, aut nieti possit.

Coamicus, ci, {συμφιλος. Ital. *Amico dell'amico.* Gal. *Amis ensemble, qui s'entreaiment.* Hisp. *Amigos juntamente con otros.* } Cicero de Amic. ex Comœdia quadam antiqua, Hodie me ante omnes coamicos stultos senes Versaris atque lusetis lautissimè.

Coangusto, as. {συνστενοχωρεω. Ital. *Stringere.* Gal. *Estrecir, restraindre & faire plus estroit.* Hisp. *juntamente y con otros estrechar.* } Cic. 3. de Legib. Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest.

Coangustor, aris, passiuum. συνστενοχωρεομαι. Celsus lib. 7. cap. 17, Quò facilius claudatur, vel certè coangustetur.

Coarctare, Comprimere, intro cohibere. {ἀνελιττω, πιεζω. Ital. *Stringere, comprimere.* Gal. *Estrecir, enserrer, presser ensemble.* Hisp. *juntamente estrechar, cosas apretar.* } Cic. 1. de Orat. Sed tu hoc nobis da Scæuola, & perfice, vt Crassus hæc quæ coarctauit & perangustè refersit in oratione sua, dilatet nobis, atque explicet.

Coarctatio, {ἀνελιξις, πιεσις. Ital. *Stringimento.* Gal. *Estrecissement, enserrement.* Hispa. *Estrechamiento ò angustura.* } id est cohibitio, & compressio vndiq; circunfusa: dictio frequens apud Physicos. Liu. 7. bel. Pun. Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat.

Coarguo, is. Reprehendo, redarguo, indico. {ἐλεγχω. Ital. *Riprendere, manifestare.* Gal. *Reprendre, connaincre.* Hisp. *Redarguir, descubrir lo secreto.* } Cic. de Inuen. Aut aliis quoque constitutionibus factum coarguetur. Liu. 2. ab Vrb. Sed eam occasionem, vt literæ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, expectabat. Plin. lib. 11. cap. 16, Quam probabilem alias sententiam furorum euentus coarguit.

Coaspernor, coaspernaris, ætus sum. {ἀμα τῳ τροπῳ καταφρονεω. Ital. *Sprezzar con altri.* Gal. *Mespriser auec les autres.* Hispa. *Menospreciar con los otros.* } Tacit. lib. 17. Laudata olim & militari fama celebrata seueritas eius, augebat coaspernantes veterem disciplinam.

Coassio, as, per duplex ss, quod & Coaxo dicitur pro contabulo, {σανιδωω. Ital. *Intauolare, tauolare.* Gal. *Assembler auec, entabler.* Hisp. *Entablar con tablas.* } Vnde Coaxatio, σανιδωσις, contabulatio, ab axibus: quamuis reuera asseres tabulæ non sint, teste Vitruuio, sed crassior & angusta in modum paruæ trabis materia: ab assidendo parietibus atque tignis appellata, vt inquit Festus. Plin. lib. 36. cap. 15, Necessarium binas per diuersum coassationes substerni. ¶ Est & Coaxare, proprium vocis ranarum. κοαξ. Autor Carminis de Philomela, Garrula limosis rana coaxat aquis.

COASTRAE, siue potius CHOATRAE, Indiæ populi sunt, apud quos arbores in tantam altitudinem excrescunt, vt ne sagittis quidem queat adæquari. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Lucan. lib. 1, Aethera tangentes syluas liquere Choatræ.

Coaxo, Coaxatio, Vide COASSO.

Cobio, Piscis quidam ex genere chromborum. Plin. lib. 32. ca. 8. Chromborum genera Cyprinus, Chalcis, Cobio.

Cobion, Septima tithymali species est apud Plin. lib. 26. cap. 8. quæ λιθυσπερμος, hoc est arborescens Dioscoridi cognominatur.

COBORIS, Insula est in sinu Arabico, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

COBRYS, κωβρος, Vrbs Thraciæ: à qua fit gentile Cobrytes, κωβρυτης. Stephanus.

COCALVS, κωκαλος, Siciliæ rex, ad quem Dædalus ex Creta aufugit, quê illuc vsque persequutus est Minos Cretensium rex: sed à Cocali filiabus (vt Aristoteles refert) interfectus est.

COCANICVS, Siciliæ lacus, ex quo salem Cocanicum nominamus. Autor Plin. lib. 31. cap. 7.

Coccum, ci, vel etiã Coccus. {κοκκος. Ital. *Grana, cocco.* Gal. *La graine dequoy on fait l'escarlate.* Hisp. *La grana para tenir.* } Est granum ex arbuscula ilici simili, vel ex rubenti gramine nascens: Vulgo *granum* dicitur: quod ad purpuram tingendam adhibetur. Plin. lib. 21. cap. 8, Luxuria, vestibus quoque prouocauit eos flores, qui colore commendantur. Hos animaduerto tres esse principales: vnum in cocco, qui in rosis micat: gratius nihil traditur aspectu, & in purpuras Tyrias, dibaphásque, ac Laconicas. ¶ Coccum à Dioscoride κοκκος βαφικὸς dicitur, hoc est granum tinctorium. Frutex est fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color lanarum præcipuus: cuius copia summa in ea parte Hispaniæ, quæ Tudertana appellatur: vt est autor Strabo lib. 10.

Cocceus, siue Coccineus, a, um, Quod cocci, hoc est, grani tinctorij colorem habet: {κοκκοβαφὴς, κοκκινος. Ital. *Di grano, granatino.* Gal. *D'escarlate.* Hisp. *Cosa de grana.* } vt, Coccinei acini, apud Plinium, & Coccea indumenta, apud Lampridium.

Coccinum, substantiuum, pen. corr. Vestis coccinea, κοκκινος ἱματισμος. Martial. Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ. Idem, Si fuerit fœnus, coccina quid faciunt?

Coccinatus, Dicitur qui coccineis vestibus est induros. {ἐνκεκοκκισμενος ἐσθητι λαμπρῳ. Ital. *Vestito con habito di scarlato.* Gal. *Vestu d'escarlate.* Hisp. *Cosa vestida de grana.* } Martial. lib. 5, Clamat coccinatus Euclides.

Coccinus, a, um, pen. corr. Quod cocco tinctum est, siue quod cocci colorem refert. {κοκκινος. Ital. *Di grano, granatino, di scarlato.* Gal. *D'escarlate.* Hisp. *De grana.* } Hic Color exuberantiam quandam ac splendorem roboris ostendit, qui & Spadiceus, & phœniceus, & Roseus vocatur. ¶ Coccina vestis, cocco infecta.

Coccineus, a, um, aliud adiectiuum, κοκκινος, ον: vt, Coccinei acini. Plin. lib 21. cap. 31, Quos inuitat hederæ florum similitudo, in duobus eius generibus: quorum alterum, cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant. Coccineum autem colorem non eundem esse cum purpureo, ostendit Vlp. l. Sicut lana. de leg. 3. Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: sed coccum non continebitur: buccinum, & ianthinum continebitur.

Coccys, ycis, {κοκκυξ. Ital. *Cuculo.* Gal. *Vn oyseau appelé cocu ou coucou.* Hisp. *Cadillo.* } Auis est ex genere accipitrum, quanus aduenis vuguibus ereat, verno tempore procedens, & sub Canículæ exortum sese occultans. Latini Cuculum appellant. Oua parit singula in alienis nidis, & maximè palumbium: cuius rei causa putatur, quòd sciat se reliquis auibus esse inuisam. Vide Plin. lib. 10. cap 9. Hinc κοκκυζειν Græci dicunt, pro eo quod est coccycis more eandem semper ingerere cantilenam, quam

quam & κοκκυστὸν appellant. ¶ Astutior coccyce, μεχανικώτερον κόκκυκα, dicebatur qui astu sibi consuleret. ¶ Est & Coccyx, piscis cuiusdam nomen, apud Græcos, quem & Latinorum nonnulli Cuculum vocant.

Cocerum, Edulij quoddam genus, ex melle & papauere confectum: sic dictum, quòd ad ignem coquatur.

Cochlacæ, Dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem. Festus. Vide in sequenti dictione.

Cochlea, {κόχλος, ὁ κοχλίας. Ital. *Lumaca, bumbo.* Gal. *Vn limaçon auec coquille, ou coquille de limaçon, Escargot.* Hisp. *Caracol.*} Ex genere est limacum, & proprie is qui testam habet. Nam limax, quamuis aliquando generis potiorem, proprie tam de iis dicitur qui testa carent. Cochleæ autem nomen ita proprium est quæ domicilium suum circunferunt (siue ex terrestres sint, siue aquatiles) bina prætendentes cornua, quibus iter explorant, quòd oculis sint destitutæ. Plautus in Pœn. Vicisti cochleam tarditudine. Idem in Cap. Quasi quum caletur, cochleæ in occulto latent. Plin. lib. 18. cap. 17. Limaces nascuntur in vicia, & aliquando è terra cochleæ minutæ erodentes eam. ¶ Cochleæ vita, κοχλίας βίος. De iis qui parcè paruòque viuunt, aut contracti à negotiis luceque forensi semoti. Plutarch. ¶ Cochlea etiam in torculari vocatur lignum erectum, striias habens paulatim ascendentes, quod dum vertitur, attollit trabem preli, aut demittit. Galli sua lingua *Visam* vocant. ¶ Est præterea Cochlea hausitorium organum, quod Vulgò *Pompam* vocant: cuius machinæ conficiendæ rationem Vitruu. lib. 10. cap. 11, describit, sic inquiens, Est autem cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ, sed non tam altè tollit quàm rota. ¶ Cochlea etiam est genus ostij. Varr. 2. de Re rust. Ostium habere humile, & angustum, & potissimum eius generis quod Cochleam appellant, vt solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solent. ¶ Cochleæ etiam lapides sunt ex flumine, rotundi ad cochlearum similitudinem, quæ & Cochlacæ, κοχλάδες, ἢ κοχλακες dicuntur. ¶ Similiter Cochlea, siue Cochlis, idis, turris dicitur, siue scalæ rotundæ, ad cochlearum similitudinem, quibus in editiorem partem ædium per circuitum conscendimus: quemadmodum & torculatia instar cochlearum facta, Cochleæ nominantur. Huius diminutiuum est Cochleola.

Cochlearium, rij, Mensura minima rerum liquidarum, quæ duodecies sumpta explet cyathum. Cyathus enim continet mystra duo. Mystri tertia pars est cyame, quæ capit duo cochlearia. Plin. lib. 21. cap. 17, Arida rusa hydropicis datur in aqua, cochleatij mensura. ¶ Est & Cochleatium, cochlearum viuarium, in quo cochleæ propagationis ergò asseruantur. Varro 3. de Re rust. cap. 14, Nam & idoneus sub dio fumendus locus cochlearis, quem circum totum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non libertos earum, sed ipsas quæras.

Cochleare, & per apocopen Cochlear, Instrumentum quo cochleæ, & alia huiusmodi vescendo sumuntur. {δίοδξ. Ital. *Cocchiaio.* Gal. *Cuiller ou cuillere.* Hisp. *Cuchara.*} Martialis in Distichis, Sum cochleis habilis, sed non minus vtilis ouis: Num quid scis potius, cur cochleare vocer? ¶ Cochleare crescet, δίοδξ ἄξει. Chrysippus apud Zenodotum & Aristophanis interpretem ait, hanc paræmiam dici solere in pusillos homunciones per ironiam: nam cochleare & pusillum est & contortum.

Cochlidium, quod & Cochleam & Cochlidem vocamus: {κοχλίδιον. Ital. *Scala à modo di lumaca.* Gal. *Vne vis.* Hisp. *El caracol para subir al alura.*} Scalæ rotundæ, per quas in turrim, vel in editiorem ædificij partem conscendimus. Strabo libro vltimo, Hæc est etiam altitudo quædam manufacta, turbinea, petrosæ ripæ persimilis, in quam per cochlidium ascenditur.

Cochlites, Gemmæ sunt, quæ in Arabia ingentibus glebis nascuntur, & septem diebus cum melle coquuntur, donec terreum vitiosúmque putarem amittant. Vide Plin. lib. 37. cap. 12.

COCLES, Vir Romanus, qui Porsenæ regi (vt docet Liuius libro 2. Decad. 1,) per Sublicium pontem transire conante, solus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à sociis frangeretur: quo fracto, se cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licet læsus in coxa fuerit, Tyberim tamen tranando ad suos peruenit. Vnde est illud ab eo dictum, quum ei in comitiis coxæ vitium obiiceretur, Per singulos gradus admoneor triumphi mei. Huius meminit Valerius lib. 3. cap. 2. Virgilius quoque Aeneid. 8.

Illum indignanti similem, similémque minanti
Aspiceres, pontem auderet quod vellere Cocles.

Cochites, pen. corr. Luscos dixerunt antiqui, hoc est qui vnum tantum haberent oculum, quasi Ochites. {μονόφθαλμος. Ital. *Losco, c'hanno vn' occhio solo.* Gal. *Borgne, qui ne voient que d'vn œil.* Hisp. *Mezquinos de vn ojo.*} Nam & Cyclopas Cochites legimus, vnum oculum in fronte habentes. Plautus in Curcul. Vnocule salue. Ex Cochitum prosapia te esse arbitrorinam sic sunt vnoculi.

Cocolobis, Hispanis vuæ genus est, quam Dyrrhachini Basilicam vocant. Eius duo sunt genera, quæ vide apud Plin. lib. 14. cap. 2.

Coctibilis, Coctilis, Coctiuus, Coctus, Cocus, Vide COQVO.

Coculum, Vas æneum coctionibus aptum. χύαλιον. Plautus, Aeneis coculis exocta est mihi omnis materia. ¶ Alij Cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur obsonia. Autor Festus.

COCYNTHVM, κώκυνθος, Italiæ promontorium, quod Meridianam plagam spectans, Ionium, & Siculum mare discriminat. Polybius lib. 2, & Plin. lib. 3. cap. 10.

COCYTIA, κωκύτια, Sacra erant, quæ fiebant in honorem Proserpinæ, quam Pluto rapuit: à Cocyto inferorum fluuio nominata. Autor Porphyrio in illud Horatij in Epod. Inultus vt tu riseris Cocyta.

COCYTVS, pen. prod. κωκυτός. Latinè dicitur luctus: quo nomine dictus est Inferorum fluuius à Styge profluens. κωκύειν enim gemere aclamenrari significat. Virgil. 6. Aen. Cocyti stagna alta vides, Stygiámque paludem. Claudius, -presso lachrymarum fonte resedit Cocytus, tacitis Acheron obmutuit vndis.

Codam veteres dicebant, quam caudam dicimus. Varro, Sed vt canis sine coda. Nonius.

CODANVS, Sinus maris est ante Albim fluuium, totius Germaniæ maximus, in quo sita est Scandinauia incompertæ magnitudinis insula. Plin. lib. 4. cap. 13.

CODANONIA Pomponio, Insula est vna ex Hemodibus, earum, quæ in Codano sinu sunt, longe maxima: fortasse eadem cum illa quam Plin. Scandinauiam vocat.

CODETA, autore Festo, Dicta sunt ab antiquis loca trans Tyberim, quòd in iis virgulta nascerentur equinis caudis similia.

Codex, qui & Caudex. Truncus, vel stipes arboris, cui cortex detrahitur. {κορμός. Ital. *Tronco.* Gal. *Le tronc d'vn arbre.* Hisp. *El tronco del arbol.*} Colum. lib. 4. cap. 8, Nec tam celeriter radiculæ inueterato tam codice enascuntur. ¶ Codex robustus, pro supplicij genere apud Plautum in Pœnulo, Ego iam detrudam ad molas, Inde porrò ad puteum, atque robustum codicem. Locus dicitur Festo Pompeio, quò præcipitabatur malefactorum genus. ¶ Codex etiam dicitur liber. Cic. 3. Verrina, Itaque L. Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercessit, quòd ille aliter atque edixerat decreuisset. ¶ Codex item in negotiatorum rationibus, dicitur præcipuus liber, data continens & accepta, in quem transferuntur omnia, quæ in aduersariis ad tempus scribuntur. Cicero pro Qu. Roscio, Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersariis patere contendit. Litura codicis, Cic. 5. Verrina, Legere codicem, Cicero in Vatinium. Referre in codicem, Cicero pro Sylla. Scribere codicem, Cicero pro Roscio Com.

Codiculus, diminutiuum à Codex, dum pro libro ponitur. Paruus codex. βιβλίον.

Codicillus, diminutiuum à diminutiuo Codiculus. {γραμματεῖον. Ital. *Codicello.* Gal. *Liuret, memoire, breuet, lettres.* Hisp. *El codicillo del testamento.*} Sunt autem Codicilli literæ, hoc est epistolæ. Cic. ad Qu. fratrem lib. 2, Epistolam hanc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Idem Leptæ lib. 6, Simul vt accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui è Balbo per codicillos, quid esset in lege. Budæus in secunda edit. Annot. scribit Codicillos esse diplomata, id est chartulas complicatas, & lino traiectas, obsignatasque.

Codicillaris, re, adiectiuum. ἐκ τῶν διπλωμάτων. vt, Potestas codicillaris. Lampridio, est potestas conficiendi codicillos, quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur, vel qua mandatur munus publicum, Iudices. C. de dignit. lib. 12.

Codicariæ naues, Erant naues grauiores & firmiores, è codicibus, hoc est crassioribus truncis confectæ. Varro, Antiqui plures tabulas coniunctas Codices dicebant: à quo naues codicarias in Tyberi appellamus. Salustius, sit quanquam ad id naues codicariæ occultè per hyemem fabricatæ aderant.

Codiaminon, Plin. lib. 21. cap. 11, Herba est bis quotannis florens. Vere & Autumno, æstates atque hyemes fugiens. Ruellius bulbi genus esse existimat, cuius flos Codion appellatur. Vide ipsum lib. 2. cap. 100.

Codion, Flos est bulbi mittio Veris, atque iterum sub æstatis exitum erumpens, frigus simul & æstum fugiens. Vide Ruelli. lib. 2. cap. 100.

CODRVS, κόδρος, Nomen proprium regis Athenienſis, qui pro patriæ salute certissimæ se morti obiectauit. Responsum enim acceperant Peloponnesiales, ita demum se superaturos, si hostium regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu paupertis, eósque in suam necem per iurgia prouocando, à nullo cognitus, fecit fidem oraculo: vnde Virgilius 5. Aeglog. -si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Huius tanta fuit nobilitas, vt locum fecerit prouerbiali hyperbolæ. Nam quum nobilitatem cuiuspiam volebant extollere, eum Codro nobiliore esse dicebant. Generosior Codro, εὐγενέστερος κόδρου: aut, Antiquior Codro, πρεσβύτερος κόδρου. Per ironiam etiam dici poterit in istos qui maiorum famosis imaginibus & natalium antiquitate gloriantur. ¶ Hinc Codridæ dicti sunt Codri posteri.

COELA, κοίλη, Atticæ regiuncula est, Miltiadæ, & Thucydidis sepulchris nobilitata: cuius meminit Marcellinus in Vita Thucydidis.

COELESYRIA, siue Syria Cœle, κοίλη συρία. Ea Syriæ pars est, teste Strabone lib. 16, quæ vltra Seleucidem in Aegyptum & Arabiam recedit, propriéque ea, quæ Libano & Antilibano includitur: ita dicta à cauitate, quam Græci κοίλην nominant. Pomponius Mela lib. 1, Syria latè litora tenet, terrásque etiam latius introrsus, aliis aliísque nuncupata nominibus: nam & Cœle dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene.

Cœliacus morbus, κοιλιακὸς νόσος. Qui inferius stomachi orificium infestat, quod à Græcis dicitur πλῆξις. ¶ Hunc morbum Celsus lib. 4. cap. 12, describit his verbis, In ipsius ventriculi porta consistit is, qui & longus esse consuevit. κοιλιακὸς à Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, doloríque eius est. Aluus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremæ partes frigescunt, difficulter spiritus redditur. ¶ Qui hoc morbo laborant, etiam Cœliaci κοιλιακοὶ appellantur. Plin. lib. 25. cap. 1, Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos iuuat. ¶ Medicinæ etiam, quibus huic malo occurritur Cœliacæ dicuntur. Varro, Quin ex floribus nucis Græcæ & cornu cœliacas fieri, atque vrina pota reuici. Plin. lib. 20. cap. 18, Ego tamen damnauerim collyriis addi: multóque magis, quas vocant lexipyretas, quásque pepticas & cœliacas.

COELOS, κοῖλος, Thraciæ portus est, vbi Lacedæmonij ab Athenienſibus nauali prælio superati sunt. Mela lib. 2. Est & portus Cœlos, Athenienſibus & Lacedæmoniis nauali acie decernentibus, Laconicæ classis signatus excidio. Quæ Pomponij verba nonnulli referunt, ad prælium illud nauale, quo Lacedæmonios vicerunt Athenienſes, Thrasyllo, & Thrasybulo ducibus. Alij ad Alcibiadem referre malunt, quem Lacedæmonios iuxta Thraciæ Cherronesum nauali prælio superasse, autores sunt Plutarchus & Iustinus.

Cœlostomia, κοιλοστομία. Vitium pronunciationis, quum vox ex recessu oris velut è cauo quodam auditur.

Cœlum, li, Vide CAELVM.

Cœmeterium, {κοιμητήριον, à κοιμάω sopio. Ital. *Cimitero.* Gal. *Cimitiere.* Hisp. *cimenterio de muertos.*} Idem est quod dormitorium. Vnde locum sepulturæ destinatum vocant Cœmeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorum dormitorium. A' quibusdam dicitur Sepulcretum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coëmo, mis, Idem quod emo, vel coemptionem facio. {ἀγοράζω. Ital. *Comperare.* Gal. *Acheter ensemble.* Hisp. *Comprar junto.* } Terent. Coëmisse, hinc quæ illuc veheres, multa. Cic. 5. Verr. Deinde ipsos sibi frumentum coemisse.

Coemptio, συνώνημ, verbale quo Iurisconsulti ferè vtuntur, pro imaginario venditionis genere, quo vxor veniebat in ius mancipiúmque mariti, aut filius adoptiuus in ius mancipiúmque adoptantis. Cic. 1. de Orat. Nam neque illud est mirandum, qui, quibus verbis coemptio fiat, nesciat: eundem eum mulieris, quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere.

Cœna, cœnæ. Apud antiquos dicebatur (autore Festo) quod nunc est prandium. Vesperna autem dicebatur, quam nunc cœnam dicimus: à κοινὸς, quod est communis, quia multi in commune cœnare consueuerunt. {Græcè δεῖπνον. Ital. *cena.* Gal. *Va souper.* Hisp. *La cena.* } Plin. in Epist. Apponitur cœna non minus nitida, quàm frugi, in argento puro & antiquo. Cic. 5. Tusc. Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Quæ sit cœna recta, vide in dictione Recta. ¶ Deorum cœnæ, pro dulcibus & gratis dicuntur, quòd illi ambrosia victitare crediti sint. Horat. 2, Serm. Saty. 6. ¶ Pontificum cœnæ, Sumptuosæ dicuntur & opiparæ. Horat. 1. Carm. Ode 14.

Cœnula, diminutiuum. {δειπνίδιον. Ital. *Cena picciola.* Gal. *Petit souper.* Hispa. *Cena pequeña.* } Cic. 5. Tusc. Quid vos hesterna, inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere? Martial. lib. 10. Vna ponetur cœnula mensa.

Cœno, as, aui, & cœnatus sum, Cœnam sumo. {δειπνέω. Ital. *Cenare.* Gal. *Souper.* Hisp. *Cenar.* } Plaut. in Most. Hic apud nos hodie cœnes. Cice. ad Qu. fratrem. Eo die cœnaui apud Crassipedem. Idem 5. Tusc. Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum contentius ambularet, quæsitúmque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, Se, quò melius cœnaret, obsonare ambulãdo famem. Cœnare me doce, δειπνεῖν με δίδαξον. Prouerbiali figura dictum ab Aristophane in Ranis. Tempestiuiter vsurpabitur siquando docere, præire, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negotij de quo disceptatur.

Cœnatus, Qui cœnauit. {δεδειπνηκὼς. Ital. *Chi ha cenato.* Gal. *Qui a soupé.* Hisp. *El que a cenado.* } vt Pransus, Potus, Lotus, qui prandit, potauit, lauit. Cic. pro Deiot. Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere?

Cœnatum est. Liu. 2. ab Vrb. Nam quum pridie, quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, & cœnatum forte apud Vitellios esset, &c.

Cœnaturio, Cupio, vel appeto cœnare. {δειπνητιῶ. Ital. *Disiderare di cenare.* Gal. *Auoir faim de souper, apeter le souper.* Hisp. *Auer gana de cenar.* } quam significationem habent ferè in rio desinentia: vt, Mulier parturit, id est nititur vt pariat. Martial. In omnibus Vacerra quòd conclaubus consumit horas, & tota die sedet, cœnaturit, non cacaturit, id est laborat vt cœnet.

Cœnito frequentatiuũ. Frequenter cœno. {μεσημβρὶς καὶ συχνὰ δεῖπνα δειπνῶ. Ital. *Cenare o mangiar spesso.* Gal. *Souper ou manger souuent.* Hispa. *Cenar o comer muchas vezes.* } Cic. lib. 9. Epist. Itaque non desino apud illos, qui nunc dominantur, cœnitare. Idem Treb. Ego si foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuissem.

Cœnaculum, à cœnando nomen assumpsit, Locus ad cœnandum idoneus. {δειπνητήριον, ἐπάνω, ἀνάγαιον, στρωτήριον. Ital. *Luogo da cenar, cenaculo.* Gal. *Le lieu ou on soupe, coambre haute.* Hisp. *La sala para cenar.* } Varr. Sicut Penarium, vbi penus: vbi cubabant, Cubiculum: ita vbi cœnabant, Cœnaculum. Sed postquam in superiori parte cœnitare cœperãt, superior domus vniuersa Cœnaculum dicta est, ad quod scalis, siue cochleis ascenditur, vt scribit Festus. Hęc autem incolebant tenuiores, & inquilini, vt Iuuen. Satyr. 10. docuit, Latetanorum obsidet ædes Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles, id est ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant. Cice. de lege Agr. Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam atque suspensam, &c. Solet tamen Cœnatio, & Cœnaculum, & Diæta accipi pro loco in quo æstate cœnatur.

Cœnatio, Locus ad cœnandum aptus, qui in vna domus, & hortis potentiorum erat. {δειπνητήριον. Ital. *Luogo da cenare.* Gal. *Le lieu ou on soupe.* Hisp. *La sala bassa para cenar.* } vnde Iuuenalis, Et algentem rapiet cœnatio solem. Suetonius in Neron. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice inundi circumageretur.

Cœnatiuncula, diminutiuum. τὸ μικρὸν δεῖπνάριον. Plin. in Epist. Fons oritur in monte per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu factaubi paulum retentus, in Larium lacum decidit.

Cœnacularia, æ, Quæstus qui fit ex cœnaculorum ablocatione. ἡ χρηματικὴ ἐκ τῶν στρωτηρίων. Vnde cœnaculariam facere, siue exercere, dicebantur, qui domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabant, vt inde quæstum facerent, pluris in summam locando. στρωτηριάζειν ἢ ἐπὶ μισθῷ. Vlpia. l. Si vero. § sed & si quis. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt. Si quis cœnaculariam exercens, modicum hospitium sibi retinuerit, reliquum locauerit pluribus, omnes tenebuntur. ¶ Sic cœnacularius homo, ὁ ἐπὶ μισθῷ οἰκῶν, qui cœnaculum conduxit. Idem l. Solutum. §. plane. ff. de pignorat. actio. Videtur autem tacite, & cum domino ædium hoc conuenisse, vt nõ pactio cœnaculatij proficiat domino, sed sua propria.

Cœnaticus, a, um. Quod ad cœnam pertinet. {σοι, τὰ πρὸς δεῖπνον. Ital. *Ciò che s'appartiene a cena.* Gal. *Chose apartenante au souper.* Hisp. *Cosa de cena o para cenar.* } vt, Apparatus cœnaticus, Sermo cœnaticus. Varr. Cœna cœnatica, & spes cœnatica, id est spes cœnandi. Plaut. Cap. Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi vna spes cœnatica.

Cœnipeta, pen. corr. Qui ambit alicuius cœnas, & parasiti sæpe personam induit. ὁ ἐπὶ δεῖπνα ἐλθών.

Cœnatorius, a, um. Quod ad vsum cœnæ pertinet. τὸ δειπνητικόν.

Cœnatoria, orum, plurali numero, pro velte cœnatoria, cum qua discumbere in conuiuiis solebant, quæ & alio nomine Triclinaris roga dicebatur. τὰ ἐξωτερικὰ τοῦ δείπνου. Martial. lib. 10, Pugnorum reus, ebriæque nocti. Cœnatoria mittat aduocato.

Cœnobium, {κοινόβιον. Ital. *Conuento de frati, done si viue à commune.* Gal. *Monastere, lieu ou on vit en commun.* Hisp. *El monasterio.* } Locus vbi communis vita ducitur. κοινὸς enim communis, βίος vita. ¶ Hinc Cœnobitæ, pen. prod. qui in commune viuunt.

COENONVM, Ptolemæo, Vrbs esse creditur Germaniæ quæ Vulgò *Laubemberg* vocatur.

Cœnum, Lutum dicitur. {βόρβορος. Ital. *Fango.* Gal. *Bourbier, fange, boue.* Hisp. *El cieno.* } Plin. lib. 4. cap. 12, Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno. Cic. 4. Tusc. Sic se dicere omnes stultos insanire, vt male olere omne cœnum. ¶ Per metaphoram ponitur pro abiecto & nullius dignitatis homine. Cice. pro Sestio, Habeo quem opponam labi illi, atque cœno. ¶ Cœno putam aquam turbans, nunquam inuenies potum, βορβόρου οὐδὲν λαμπρὸν μιαίνων, ἀπὸ ὁρμῆς πίνων. Dici solitum, vbi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminat admixtis iis quæ sunt turpissima.

Cœnosus, a, um. Plenus cœno. {βορβορώδης. Ital. *Pieno di loto, fangoso, sporca.* Gal. *Bourbeux, fangeux, boueux.* Hispani. *Lleno de cieno.* } Columel. lib. 7. cap. 10, Nec vlla re magis gaudet, quàm riuis, atque cœnosis locis volutari.

Coco, cois, coiui, coitum, ex Con, & Eo, sed n abijcitur, & est tam actiuum, quàm neutrum: significatque conuenio, coniungo, aduno, contraho, socio, colligo, congrego. {συνίημι, συνάγω, συλλέγω, συνίστημι. Ital. *Congiungersi, ragunare insieme.* Gal. *Conuenir, s'assembler ensemble.* Hisp. *Ayuntarse.* } Terent. in Eunuch. Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeo. Virgil. lib. 11, -coëant in fœdera dextræ Quã datur. Lactan. de ira, Denique si atomorum & coitio & conglobatio efficeret omnia. ¶ Cicero cum accusatiuo vsus est, pro iri. 2. Philip. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coissés, aut nunquam diremisses. κοινωνίαν κοινωνῆς ἢ οὐ. Gellius protulit passiuum, Coibatur societas inseparabilis. Nam proprie Coiri societas dicitur, Sic ab Vlpiano Societas coita, pro contracta & collecta accipitur. ¶ Coire etiam aliquando concumbere dicitur, ὁμιλεῖν. Lactan. lib. 5. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit. ¶ Aliquando congredi, συμπλέκεσθαι. vnde Coitio pro congressu. Terent. in Phorm. -vide quid agas: prima coitio est acerrima. Si eam sustinueris, post illam iam, vt lubet, ludas licet. Vbi bona translatio à prælio, nam & Congredi milites, & coire dicuntur. ¶ Est item Coire, idem quod conuenire, aut congregari, ex communi consensu, & ferè in deteriorem partem, hoc est ad facinoris aliquid perpetrandum. Cicero pro Cluentio, Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit.

Coitus, pro concubitu. {ἔκκλισις. Ital. *Assembramento, vnione.* Gal. *Assemblé, amas.* Hisp. *Ayuntamiento, conjuncion.* } Gel. lib. 9. ca. 2, Hippocrates autem diuina vir scientia, de coitu venereo ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixere.

Coitio, pro eiusdem conuentu, congregatione, aut conspiratione. Cicer. pro Planc. Dubitatis an coitio facta sit.

Cœpi, verbum defectiuum, à Cœpio, pro incipio, quod apud antiquos in vsu erat. {ἐπιχειρῶ, ἐπιτίθεμαι, ἄρχομαι. Ital. *Cominciare.* Gal. *Commencer.* Hisp. *Començar.* } Cato, Cœpiam seditiosa verba loqui. Nunc tantum præterito eius tam pro suo tempore, quàm præsenti vtimur cum suis derivatis. Cœperam, Cœpissem, Cœpero, Cœpisse, Cœptum ire. Terent. in Adelph. Prius olfecissem, quàm ille quicquam cœperit. Salust. in Catil. Sed ea tempestate cœpere se, quisque magis extollere. Virg. 3. Georgic. Sin in processu cœpit crudescere morbus.

Cœptum, ti, pro principio. {τὸ κεφάλαιον, ἀρχή. Ital. *Cominciamento, impresa.* Gal. *Commencement, entreprinse.* Hisp. *Comienço.* } Ouid. 1. Metamorph. -dij cœptis (nam vos mutastis & illas) Aspirate meis.

Cœptus, huius cœptus, Idem ἀρχή. Gell. lib. 2. cap. vlt. Nos verò vt cœptus noster est.

Cœpto, as, are, Idem quod incipere. {ἐπιχειρέω, ἐπιτίθεμαι. Ital. *Cominciare.* Gal. *Commencer.* Hispa. *Començar.* } Plautus in Mercur. Cur istuc cœptas consilium? Terent. in Eunuc. Quid cœptas Thraso?

Coëquito, as, are, {συναναβαίνω. Ital. *Caualcar insieme à paro.* Gal. *Cheuaucher ensemble.* Hisp. *Cauagar juntamente.* } Liuius lib. Bell. Maced. Coëquitauerant autem sex millia equitum.

Coërceo, es, ex Con, & Arceo, sed n, abiicitur, & a, in r mutatur, significatque restringere. {κωλύω, συνείργω. Ital. *Reprimere, constringere.* Gal. *Restraindre, reprimer, serrer.* Hispan. *Restreñir, refrenar.* } Cice. in Lal. Quem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputans, coërcet ars agricolarum. ¶ Item refrenare, continere. Lactantius libro 3, Illud satis est ad coërcendum furiosi hominis errorem. ¶ Item circundare, siue simul stringere. Ouidius libro 1. Metamorpho. Vitta coërcebat positos sine lege capillos. Lucan. libro 4, -campósque coërcet Cinga rapax, hoc est cingit, aut circundat. ¶ Item compellere, lib. 3. ad Herennium, Prudentiæ partibus vtemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus: quum alterum sequi, alterum vitare coërcemur. ¶ Alij ita significationem huius verbi distinguunt, vt aliquando vim in se contineat, atque castigationem, aut certe reprehensionem, atque animaduersionem, & pro repellere, siue puniri ponatur: aliquando simpliciter sine vi, pro contingere, complecti, comprehendere: proprie tamen de iis quæ aut diffluunt, aut præter modum erumpunt.

Coërcitio, verbale à Coërceo, Idem est quod cohibitio, vel castigatio. {κωλύσις. Ital. *Castigo.* Gal. *Reserrement, empeschement, arrest, restraint.* Hispa. *Refrenamiento o represion.* } Liuius lib. 4. ab Vrbe, Pronuntiauerúntque ex collegij sententia, C. Valerio Cosse damnum, aliámve coërcitionem, aduersus intercessionem Collegæ delectus causa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros. Fit autem hoc verbale regulariter à supino Coërcitum. ¶ Vnde etiam participium Coërcitus. Ouid. in Epistol. Heroid. Clausa domo teneor, grauibúsque coërcita vinclis. ¶ Legitur & verbale Coërtio, & fortasse sæpius quam Coërcitio: quod dici potest aut per syncopen factum esse à verbali Coërcitio ablecta media syllaba: aut (quod verisimilius videtur) ab antiquo verbo Arcio: quod etiam apud Festum legitur, quod ratione analogiæ facere debet supinum Artum, sicut Farcio, fartum, & Sarcio sartum. ¶ Inde Compositum Coërcio mutatione primæ vocalis in secundam, fieri à farcio, Refercio, & supinum Coërtum, sicut a refercio Refertum. Itaq; inuenimus regulare verbale Coërtio: quanquam Arcio, & Coërtio

nunc

quæ non sunt in vsu. Poterimus itaque vtrouis modo scribere Coërcitio, siue Cœrtio.

Cœtus, cum œ, diphthongo, Conuentus, congregatio, à coëundo, id est conueniendo in vnum. {συνοδία, σύλλογος. Ital. *Conuento, congregatione.* Gal. *Assemblée de gens, &c.* Hisp. *Compañia, conuento.* } Cice. de Senect. O' præclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium cœtúmque proficiscar, quúmque ex hac turba & colluuie excedam! Idem 2. de Finibus. Quid enim necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, hic voluptatem in virtutum concilium adducere? Seneca lib. 3. Declamatio. Cœtum esse ait nomen magnæ multitudinis coëuntis ex consensu quodam.

COI. Olim Hœnodo, per œ, diphth. Fuit Terræ filius frater Iaperi & Typhoei, quos omnes vno partu à Tellure quinta luna genitos esse fabulatur Virg. lib. 1. Georg. Cœúmque Iapetúmque creat, sœuumq; Typhœa, Et coniuratos cœlum rescindere fratres.

Coëxercitatus, συμγεγυμνασμένος. Quintilia. lib. 2. cap. 17. Artem constare ex præceptionibus consentientibus & coëxercitatis ad finem vtilem vitæ.

COGAMVS, Fluuius est Mœoniæ, ad radicem Tmoli montis: de quo Pli. lib. 5. cap. 29.

Coggygria, Arbor est adrachnæ non absimilis, fructum lanugine, quam Pappum vocant, amittens: quod nulli alij arbori euenit. Vide Plinium lib. 13. cap 22.

Cogito, as, frequentatiuum à Cogo, propterea quòd mens plura in vnũ cogit: vnde quæ sibi videtur optima, vel vtilissima elicere potest. {ἔννοια, διάνοια. Ital. *Pensare.* Gal. *Penser.* Hisp. *Pensar.* } Nam Cogo & Cogito, sic se habent, vt Ago, & Agito, Facio & Factito. Veruntamen hic modò animus hoc verbum sibi vendicauit, vt nõ quod alibi, sed quod in animo colligitur, cogitati propriè iam dicatur. Cogitare itaque est sensus interiores ad originem suam reuocare, siue mentem agitare, & veluti in mora esse consilij explicandi. Cice. lib. 5. Tuscul. Viuere docto viro, est cogitare. Idem lib. 2. de Legib. Nam illo loco libentissimè soleo vti, siue quid mecum ipse cogito, siue aut scribo, aut lego.

Cogitatio, Quæ est velut Coagitatio, id est longa consilij explicãd zigitatio. {διάλογισμος, διάνοια. Ital. *Pensiero, pensamento.* Gal. *Penssement, pensée.* Hisp. *Pensamiento.* } Plin. lib. 11. cap. 37. Sic magna cogitatio obcæcat. Cice. ad Attic. Meas cogitationes omnes explicaui tibi superioribus literis.

Cogitatò, Cogitatè, & Cogitatim Festo, aduerbia pro Consultò, Accuratè. {ἐπιτηδευτικῶς. Ital. *Pensatamente.* Gal. *Auisément, auec y auoir pensé.* Hisp. *Aduerdy à sabiendas.* } Cice. pro Archia. Quæ verò accuratè, cogitatèque scripsillet, ea sic vidi probari, vt ad veterum scriptorum laudem peueniret. Idem 1. Offic. Sed in omni iustitia permultum interest, vtrũ perturbatione aliqua animi, quæ plerique breuis est, & ad tempus, an consultò, & cogitatò fiat iniuria.

Cogitabilis, le. {νοητὸς. Ital. *Cosa da pensare.* Gal. *Qu'on pense.* Hisp. *Cosa digna de pensar.* } Senec. Epist. 59. Cogitabile est, quod est generale.

Cogitatum, ti, Iubitantiuum. {διάνοημα, διανόημα. Ital. *cosa pensata.* Gal. *Vne chose que nous pensons.* Hisp. *Cosa pensada.* } Cice. 1. de Lege Agr. Vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur.

Cognati, Ab eo dicti putantur, quasi vna, communitétve nati, vel ab eodem orti progenitore. {συγγενεῖς. Ital. *Parenti.* Gal. *Prochains & alliés, parens.* Hisp. *Los parientes.* } Plautus in Pœn. Vos meæ estis filiæ ambæ, Et hic cognatus vester huiusce fratris filius. Cicero, Pro reditu Pompilij nulli cognati & affines deprecati sunt. ¶ Plinius per translationem posuit pro simili, & eiusdem generis. Eadem (inquit) causa est, vt pleræque alitum oculos hominum potissimum appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, veluti ad cognata sua desyderia tendant, id est sibi proxima, & suæ naturæ quodammodo similia. ¶ Cognatorum autem significatio latius extenditur, quàm Agnatorum. In cognatis enim agnati continentur, non autem contrà cognati in agnatis. ¶ Consobrini cognati quidem dicuntur, quum agnati tamen non sint. Illi enim soli, qui paterna linea nobis coniunguntur, Agnati vocantur: Cognati etiam illi, qui materno genere ũobis sunt coniuncti.

Cognatio, onis, Modò naturæ est, & sanguinis. {συγγένεια. Ital. *Parentela, Gal. Parenté, alliance.* Hisp. *Parentesco.* } Cice. 7. Verr. Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est. Idem 4. Verr. Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxima manna tua putabatur. ¶ Modò aliarum rerum etiam Cognatio dicitur, id est coniunctio, & similitudo. Cice. pro Archia, Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & cognatione quadam inter se continentur.

Cognitor, Vide COGNOSCO.

Cognomen, Quod ab euẽtu imponitur alicui. {ἐπώνυμον. Ital. *Cognome.* Gal. *Surnom, sobrenom.* Hisp. *El sobrenombre.* } Cice. 1. de Finib. Nec; cum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, &c. Idem 7. Verr. Quid de Apollonio Diocles filio Panormitano, cui Gemino cognomen est, præteriri potest? Liu. 1. ab Vrbe. Manlit Sylnius postea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. ¶ Expedit plura habere cognomina, ἵνα μᾶλλον ἐν ὀνόματι μέρος τι ἁλῷ ἑκάστη. Conuenit in eos qui multa simul profitẽtur, quo quæstum faciant vberiorem. Aut qui diuersarum sunt partium.

Cognomentum, ὄνομα μικρόν. Cice. pro Mil. Gallinius cognomento Schola. Idem 2. de Finib. Si aut de industria facias, vt Heraclitus cognomẽto, qui σκοτεινὸς perhibetur, &c.

Cognominес, Qui e iosdem nominis sunt. {ὁμώνυμος. Ital. *Che hanno medesimo nome.* Gal. *Qui ont vn mesme nom ou surnom.* Hisp. *Los que son del mesmo nombre.* } Sic à Plauto duæ sorores Bacchides nominatæ, vocantur cognomines. Declinatúrque hic & hæc Cognominis, & in geniti. huius cognominis. Nam apud Plautum legitur, Illa mea cognominis fuit. Idem Bacchid. Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines? Plin. lib. 6. cap. 2. Quo loco Henetos adiicit Nepos Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat.

Cognomino, as, Cognomen impono. {ἐπωνυμέω. Ital. *Mettere sopra nome.* Gal. *surnommer, donner vn sobrequet.* Hisp. *Dar sobrenombre.* } Fit autem ex Con, & Nomino, n, in g, mutata. Plin. lib. 21. cap. 3. Suario cognominabatur, propter similitudinem Suarij cuiusdam negotiatoris. Idem lib. 33. cap. 10. Postea diuites cognominati, dummodò notum sit, cum qui prius acceperit hoc cognomen decoxisse creditoribus suis.

Cognoſco, is, {γινώσκω. Ital. *Cognoscere, intendere.* Gal. *Connoistre, entendre, auoir connoissance, sauoir.* Hisp. *Conocer de nueuo.* } ex Con, & Noſco, mutata n, in g, vt fiat consonantior vox. Est autem Cognoscere, nosse eos qui prius incogniti erant: quum Agnoscere, ἐπιγινώσκειν dicatur propriè de olim notis. Virgilius 4. Aegloga, Incipe parue puer risu cognoscere matrem. Varro, Vereor, ne me quoque dum reuertero, præter canem agnoscat nemo. Confunduntur tamen hæc sæpenumero. Donatus, Cognoscere est diligenter, attentéque considerare. Terentius in Heeyra. Postquam ipse sese, & illam, & hanc quæ domi erat, cognouit satis. ¶ Cognoscere ex literis, nuntiis, & id genus, idem est quod certiorem fieri Cic. 1. ad Atticum lib. 2. De me Imperatore, scribis te ex Philotimi literis cognouisse. Idem 1. lib. Epistola. Familia. Quæ hic agantur, quæque acta sint, ea te ex literis multorum, & nuntiis cognouisse arbitror. ¶ Interdum idem quod intelligere. Cicero in Horten. Vnde autem facilius quàm ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reipubli. disciplina cognoscitur? Terentius, Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum cognosces. ¶ Interdum Concumbere, verecundiæ causa: vt in Euangelio, Et non cognouit eam. ¶ Aliquando ad forum pertinet: vt Cognoscere de hæreditate, est iudicium de hæreditate exercere. *Auoir la connoissance.* ¶ Cognoscere de actis alicuius, est de actis eius inquirere, *s'enquester d'aucun.* ¶ Cognoscere causas, est in causis iudicis officio fungi, *Iuger des causes.* Cice. lib. 2. Offic. Adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognouit.

Cognitio, Iudicium, Iudicatio. {γνῶσις. Ital. *Conoscimento, conoscenza.* Gal. *Connoissance.* Hisp. *Conoscimento.* } Cic. 1. Acad. Cœlestia autem vel procul esse à naturæ cognitione censeret. Idem 2. de Natu. deor. Quæ primùm eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, vt deorum cognitionem cælum intuentes capere possent.

Cognitor, oris, Qui cognoscit. {ὁ γνώστης. Ital. *Cognoscitore.* Gal. *Connoisseur, connoissant, qui connoist.* Hispa. *Conocedor.* } Cicero de Atupiscum respon. Quum in me cognitorem harum omnium rerum, illa flamma coniiciebatur. Idem 6. Verr. Homines tenues pletunque ad ea aduenium loca, quæ nunquam antea viderunt: vbi neque noti esse iis, quò venerint, neque semper cum cognitoribus esse possint. ¶ Est & Cognitor forense verbum, quo olim appellabantur qui hodie Procuratores iudiciales dicuntur. Cic. 1. in Verr. Me defensorem calamitatum suarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorẽ causæ totius esse voluerunt. Idem pro Sexto Rosc. Quid interest inter eum qui per se litigat, & qui cognitorem dat? Quanuis propriè Cognitor is dicatur, qui litem alterius coram eo, cui datus est, tractat. Procurator autem absentis nomine actor est. ἐπίτροπος, Asconius, & Budæus in Posterioribus annotationibus.

Cognitus, ti, Idem quod notus. {γνωστὸς. Ital. *Cognosciuto.* Gal. *Connu.* Hisp. *Conocido.* } Cice. 1. Offic. Incognita pro cognitis ne habeamus, vitandum. ¶ Cognitior, id est magis notus. Ouid. 4. Trist. Sed magis hæc, quo sunt cognitiora, grauant. ¶ Cognitissimus, superlatiuus. Catullus, Tibi hæc finisse, & esse cognitissima Ait Phaselus.

Cognobilis, Qui cognoscitur. {γνώριμος. Ital. *che si cognosce.* Gal. *chose qui se peut connoistre.* Hisp. *Cosa que se puede conocer.* } Gellius, His solis cognobiles fuerunt.

Cogo, is, coegi, coactum. Ex Con, & ago, in quo a, & n, abiiciuntur, nisi in supino, vbi seruatur a. Est autem Cogere, in vnum colligere. {συνάγω. Ital. *Ammassare, accumulare.* Gal. *Faire venir ensemble, assembler, amasser.* Hisp. *Ayuntar.* } Cice. lib. 1. Tusculanarum, Cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Tetent. in Heaut. Quasi talenta ad quindecim coëgi. ¶ Quandoque vrgere {ἀναγκάζω, διαζώννυμι. Ital. *Spingere dentro, costringere, sforzare.* Gal. *Contraindre.* Hisp. *Constreuir.* } Idem li. 3. Officio. Diogenes contrà, Num te emere coëgit? ¶ Quandoque mulgere. κάζειν. Sic enim interpretatur Nonius illud Virgil. 3. Aeglo. Cogite oues pueri, si lac præceperit æstus. Et nuper, frustra pressabimus vbera palmis. ¶ Quandoque coagulare, congelare, densare, siue durum facere. πήγνυσι. Idem lib. 4 Georg. -nam frigore mella Cogit hyems, eadémque calor liquefacta remittit. ¶ Quandoque imprimere, seu intus ponere. κατατίθημι. Idem Quadrifidam quercum cuneis vix forte coactis Scindebant. ¶ Quandoq; in ordinẽ ponere. διατίθημι, vt omnes arbores in sulcum cogendæ sunt. ¶ Cogere aliquem in ordinem, est eum cæteris parem facere, neque plus ei deferre quàm cæteris, & quasi coërcere intra ordinem & statum reliquorum. Gallicè *Mettre au rang des autres.* Liu. lib. 5. bel. Pun. Nunquid videtis, inquit, vos in ordinem coactos esse? Idem Decad. 5. lib. 3. Eo facto auocatam ad se concionem questus Tribunus, & in ordinem se coactum, ex Capitolio, vbi erat concilium, abiit.

Coactio, onis. {συναγωγὴ ἀργυρίου, εἴσπραξις. Ital. *Accumulatione.* Gal. *Amas, cueillete.* Hisp. *Ayuntamiento.* } vt, Coactio argentaria, munus ipsum cogendi pecunias. Sueto. in Vesp. Vbi deinde venia, & missione impetrata, coactiones argentarias factitauit.

Coactor, oris, {ὁ συλλογεὺς ἀργυρίου. Ital. *Chi constrigne, ò ragunа, come danari.* Gal. *Amasseur, collecteur.* Hisp. *Constreuidor, ò cogedor, como de pechos ò mauedas.* } Qui pecuniam cogit, hoc est colligit, quo nomine dicebãtur qui nunc *Receptores particulares.* Cice. pro Cluen. Ne multa perquiritur à coactoribus inuenitur ea fertula ad Stratonem perueniisse.

Coactus, huius coactus. Idem quod Coactio. Cic. lib. 4. Verr. Eum quoq; ostendam, siquando iudex sit datus, coactu illius, quod non senserit iudicasse. Idem ad Brutum, Coactu tuo scribam quod sentio.

Cohæreo, es, Idem fere quod adhæreo. {συνέχομαι. Ital. *Attenersi.* Gal. *Tenir auec ou contre quelque chose, tendre à icelle, s'entretenir.* Hisp. *Allegarse a alguno con otro.* } Cice. lib. 1. Acade. Neque enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi continerentur: neque vim sine aliqua materia. ¶ Cohærere dicitur res aliqua, quando negotio cõuenit & concordat. Terent. And. Hem, Paululum obsoni, ipsus triste, de improuiso nuptiæ: Non cohærent.

Cohæresco, scis, ĩdi, ere Cice. de Natu. deo. Quæ intellectio inani cohæ-

rescunt tamen inter se,& aliæ aliàs apprehendentes continuantur.

Cohærentia,tiæ,§ συνάφεια,νέξυσις.Ital.*Vnione,congiongimento.* Gal.*Vnion & conjonction,entretenement.*Hisp.*Allegamiento.*§ Cicer.de Natu.deorum, Iam verò circuitus Solis & Lunæ,reliquorúmque syderum quanquam etiã ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent.

Cohærarius,rij.Videtur pro eo accipi posse quem lingua Gallica appellat *Adiouncl*.Cicer.3.de Legib. At siquid erit quod extra magistratus cohæratio vsus sit,qui cohæret,populus creato,eiq; ius cohærendi dato.

Cohæres,huius cohæredis,Qui simul hæres institutus est. § συνκληρονόμος.Ital.*Herede insieme.* Gal.*Coheritier,heritier en partie.*Hisp.*El que es heredero con otro.*§ Plin.Epist.116,Libertos eius,eosdémque cohæredes suos, falsò,vt veneficij reos,detulerat ad principem.Idem in Panegyr.Quid si cohæredem non à filio accipiat? Cic.lib.3.ad Attic. Dolabellam video Liuiæ testamento cum cohæredibus esse in triente.

Cohibeo,es,ex Con,& Habeo,quasi mecũ habeo,& retineo apud me, constringo,fræno. § κατέχω, κωλύω.Ital.*Constringere, reprimere, refrenare.* Gal.*Contenir,arrester,refraindre, reprimer.* Hisp.*Refrenar ò reprimir.*§ Plinius, Et impetum furentis blanda oratione cohibuit.Plaut.in Mil. Cohibete intra limen etiam vos parumper,hoc est continete.

Cohibitio,verbale, Ipse cohibendi actus. § κώλυσις, ἀναχώρησις.Ital.*Restringimento.* Gal. *Contrainte, prohibition, defence.* Hisp.*Refrenamiento ò represion.*§ Cicer.lib.5. in Verrem.Cohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni,non voluntatem.

Cohonesto,stas,stare,Idem quod honestare,decorare. § τιμῶ μᾶ, πιμάω. Ital.*Far honore,honorare.* Gal.*Faire honneur,honnorer,mettre en honneur.* Hispa. *Hazer honra,ò honrar.*§ Cicero,Antequam iret in exil. Tantùm à vobis illud Equites Romani & peto & rogo, vt quem sæpenumero vestra laude cohonestatis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.

Cohorreo,es, vel Cohorresco,scis, Magno horrore afficior. § φρίττω. Ital.*Spauentar tutto,tremar di paura.* Gal.*Auoir grand' peur & frayeur,trembler de peur.* Hisp.*Espeluçarse,ò temblar de miedo.*§ Cicer.in Somn.Scipio.Quem vt agnoui,equidem cohorrui.Idem 3.de Orat.Nanq; tum latus ei dicenti condoluisse,sudorémque multum consecutum esse audiebamus: ex quo quum cohorruisset cum febri domum rediit, diéque septimo est lateris dolore consumptus.

Cohors,A cohortando dicta est,quòd Tribunus eam vt sequatur hortari solear:seu quòd ipsa se mutuò frequenter ad pugnam hortetur. § σπεῖρα, πλῆθος.Ital.*Compagnia di fanti à piedi.* Gal.*Bande de gens de guerre ou autres gens.* Hisp.*La batalla ò esquadra de hombres de pie.*§ Cæsar 3.bel.Gall. Illi eductis quatuor cohortibus, quæ præsidio castris relictæ, integræ ab labore erant. Est autem propriè Cohors peditum, sicut Turma equitum.Cicer.pro Marcel. Huius gloriæ, Cæsar, quam es paulò antè adeptus,socium habes neminem:nihil tibi cohors,nihil turma decerpit.Hoc est neque pedites tibi quippiam decerpunt, neque equites. ¶ Cohors etiam pro congregatione quorunc ũque hominum ponitur. Sueton.in Galba.Per hæc gratissimus Claudio,receptúsque in cohortem amicorum,magnæ dignationis est habitus. Horat.1.Epist. Quid studiosa cohors operum struit? ¶ Item pro comitatu & satellitio,& familia magistratus,qui ibat in prouinciam. ¶ Vnde Cohors prætoria, quæ Consuli aut Prætori in prouincia præsto semper erat, quasiq; latus eius cingebat.Cicer.in Verr. Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meministis.Horatius,Laudat Brutum,laudátque cohortem.Erant autem duæ Prætoriæ cohortes:vna euocatorum, altera voluntariotum, qui Proconsules in expeditionem comitabantur, vt vsu rerum peritiores,domum redirét. ¶ Est & Cohors,locus cinctus parietibus,quo gallinas,anates,& id genus reliqua habere in villa solemus. ἕρκος. Ouidius,Absoluetat multas illa cohorti aues.Vnde etiã militares cohortes dictæ videntur.Varro 4.de Ling.Lati.Cohors,quòd vt in villa ex pluribus tectis coniungitur,ac quiddam fit vnum, sic ex manipulis pluribus copulatur cohors.In villa verò Cohors dicitur,quòd circa eũ locum pecus coërceretur. ¶ Hinc Cohortales gallinæ,σπόρος ἕρκιος vocantur apud rei rusticæ scriptores,quæ in cohorte domi aluntur. Possunt etiam dici Cohortes ab horto. nam quum veteres Hortos, vicos dicerent,quòd qui arma ferre possent,ibi nascerentur,inde cohortem dixerunt,manum hominum ex eodem vico ad pugnam exeuntium: quòd illi essent ex eodem horto,id est vico geniti. Nam & Galli(vt est apud Cæsarem)hoc modo pugnabant,quisque enim pagus per se pugnam capiebat ¶ Dicitur & Cors pro auium septo. Varro, In vrbana quoque domo,cortẽ facere poterimus,in qua pascere ciconias,grues, pauones,gallinas,anseres,& similia dabitur,ad vsus quotidianos.Martialis, Raucæ cortis aues. ¶ Cortalis, iervs, Gallina cortalis in corte nutrita.Columella in Præfatione totius operis, Et vt à pecoribus recedam,quorum in parte auium cortalium & apium cura posita est.

Cohortari,Id est simul, aut vehementer hortari. § παρακέλλω, παραινέω. Ital.*Essortare.* Gal.*Exhorter,amonnester,remonstrer.* Hisp. *Induzir ò atraer por razones.*§ Cicero ad Terent.lib.14, Eum vt potui, per literas cohortatus sum.

Cohortatio,onis,verbale. § παράκλησις,παραίνεσις Ital.*Essortatione.* Gal.*Exhortation,exhortement.* Hisp.*Induzimiento con razones.*§ Cicero ad Brut. Erectior Senatus erat,non sententiis solùm nostris,sed etiam cohortationibus excitatus.

Cohum,Lorum,est quo temo buris cum iugo colligatur:à cauo dictũ, inquit Varro, siue (vt Festus maunlt) à cohibendo. ¶ Cohum etiam poëtæ cælum dixerunt:teste eodem Festo,à chao,ex quo putabant cælum esse formatum.

Coinquino,nas.penult.corr.Idem quod simplex inquino. § κατεπιμολύνω, συμμολύνω.Ital.*Imbrattare.* Gal.*Souiller auec soy,diffamer,gaster ensemble.* Hisp.*Enfoziar.*§ Columel.lib.8, Totam progeniem coinquinat:siquidem celeriter tum alia pecora,tum præcipue oues contagione vexantur.Horatius, -merdisque coinquinet albis.Cicer.de Natu.deor. Periculum matres coinquinare regias.

Cois,Vide c o a vestis.

Coix,cis,κόιξ.Genus stirpis,cuius folia ad texendum sunt vtilia, similia iunceis,atque palmeis.Autor Strabo. ¶ Est item Coix, vas farinarium, ex arborum corticibus contextum,quòd Dores κόϊν appellant.

COLAICVM, Promontorium est Taprobanæ insulæ. Autor Plin.lib.6, cap.22.

Colaphus,& Colaphum,pen.cor.Est alapa.§ κόλαφος.Ital *Guanciata,mostaccio,punzone.* Gal.*Vn soufflet ou coup de la main ou du poing sur la ioue.*Hisp. *Bofetada.*§ Terent.in Adelph.Colaphis tuber est totum caput. Sic Colaphos infringere alicui, κολαφίζειν,pro illidere, infligere apud eundẽ & Colaphos incutere,apud Iuuenalem.πλήσσειν τινὰ κόλαφον.

Colaphizo,as,§ κολαφίζω.Ital. *Dar de pugni,dar punzoni.* Gal.*Soufflter, donner vn soufflet.*Hisp. *Dar Bofetadas.*§ Pugno clauso verbero,colaphum impingo. Græcum verbum est,quod apud Latinos extra Sacras literas haud temere reperias.

COLAPIS,siue Calapis,Pannoniæ fluuius est, in Saum influens iuxta Siscium,gemino alueo insulam efficiens, quæ Segestica appellatur:de hoc Plin.lib.3.cap.25.

Colapiani,Pannoniæ populi,iuxta quos Colapis fluuius in Samm influit: vnde & nomen acceperunt.Meminit horum & ibidem Plinius.

Colasis,κόλασις,Genus pœnæ est quod adhibetur castigandi vel emendandi gratia. Eustathius in 3.Ethicorum interpretatur refrænationem affectuum.

COLAXES,apud Flaccum lib.6.Argon.nomen est cuiusdam Psaltæ,Iouis ex Ora nympha filij,qui ab Iasone fuit interfectus.

Colax,κόλαξ,Latinè assentator dicitur:à κολακεύω,adulor.

Colchicum,κολχικόν.Bulbus est agrestis,exitu autumni croceum edens florem,& posterius folia pinguiora quàm bulbi,caule semipedem alto,semine rufo.Quidam Ephemeron lethale appellant. Gustatũ enim fungorum more iugulat.Maxima eius copia in Colchide nascitur:vnde & nomen accepit. Officinæ Hermodactylon appellant.Vide Dioscor. lib.4.cap.72.

COLCHIS,dis,κολχίς.Regio Asiæ iuxta Pontum, regnum Aeetæ regis, & Medeæ patria,Cotace monte (qui est Tauri pars)à Septentrione, ab Ortu Iberia,à Meridie Phaside,ab Occidente Euxino ponto clausa.Huc ferunt Iasonem cum Argonautis nauigasse,Medeaque artibus adiutum,aureum vellus retulisse. ¶ Huius regionis incolæ dicuntur Colchi,κόλχοι.

Colchicus,a,um,possessiuum,κολχικός.Horat.2.Carm.Ille & venena Colchica, Et quicquid vsquam concipitur nefas Tractauit.

Colchiacus,a,um, Propert. Colchis Cholchiacis vrat ahena focis. Vbi ipsam Medeam gentilitio nomine Colchidem appellat.

Coles,is,Dicitur hasta,siue virga membri virilis, vnde dependent colei. αἰδοῖον.Eius suprema pars Glans dicitur,Græcè βάλανος: pellicula verò, quæ glandem tegit, Præputium vocatur, Celsus lib.6. capi.18, De colis morbi & curationibus: Igitur si ex inflammatione coles intumuit, reduci que summa cutis, aut rursus induci non potest multa calida aqua fouendus locus est. Vbi verò glans contecta est, &c. Paulò pòst, Sursúmque coles ad ventrem deligandus est. Ibidem, Interdum autem per ipsa vlcera, coles sub cute exesus sic vt glans excidat.

Colis,huius colis, vnico l, Est tener in vite vel in herba ramusculus, quem in vite etiam Pampinum vocant. § κλῆμα,κλῆμις. Ital.*Germoglio di vite, ò altra herba.* Gal. *Vn rejetton de sarment de vigne, vne tige.*Hisp. *La cola verça.*§ Varr.de Re rust.lib.1.cap.31,Pampinare,est ex sarmento coles, qui nati de iis,qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere,reliquos decerpere,ne relictis colibus sarmentum nequeat ministeare succum.

Coliculus,diminutiuum.κόλιον. Colu.lib.11.cap.2, Sed & faba eandem culturam exigit,si iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis excreuerit.Varro lib.1.cap.31,Ex altera parte caprea, quòd parit capreolum,is est coliculus viteus intortus,vt cincinnus.

Coleus,Testis,siue testiculus per diminutionem. § κοιλεών.Ital.*Testimone,cioè testicolo.* Gal.*Couuillon.*Hisp. *La turma ò cojon del animal.*§ Cicer.Pæto, lib.9, Testes,verbum honestissimum in iudicio,alio loco nimis:at honesti colei Lanuuini,Cliternini nõ honesti.Dicitur etiam Culeus apud Poëtas quinta vocali pro quarta supposita,ratione carminis.Martial. Quum depilator Chreste culeos portas.

COLIDOS,pen.corr.Insula in Oceano Indico, Veneri sacra, quæ tantæ altitudinis esse perhibetur,vt illuc aues non aduolent.

Colina,per simplex l, § μαγειῖον. Ital.*Cucina.* Gal.*Cuisine.* Hispa.*Cozina.*§ à Colo is,quam postea Culinam, deinde à coquendo Coquinam vocauere:quòd ibi colebant ignem locupletiorem.

Coliphium,κολίφιον,Panis genus, quo athletæ vtebantur: ita dictum ἀπὸ τοῦ κόλου, τοῦτ ἔστι.hoc est à robore membrorum : vel ἀπὸ τοῦ κόλου.Est enim Colix subcinericius panis.Plaut.Coliphia mihi ne incocta detis. Iuuenal.Saty.2,Luctantur paucæ,comedunt coliphia paucæ. Martial. lib.7.Quum coliphia sexdecim comedit.

Colla,læ,§ κόλλα Ital.,*Colla.* Gall.*Colle.*Hispani. *La colla ò engrudo.*§ à Græcis dicitur quod nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Vtimur autem tantùm eius compositis : vt Sarcocolla, Ichthyocolla, Chrysocolla.

Collabi, § κόλλαβον.Italicè. *Pinoli della cetera, ò d'altri istromenti.*§ Græco vocabulo appellantur fidium epitomia, hoc est, clauiculi in cithara,aut testudine, quibus intenduntur & remittuntur fides. Cælius lib. 9.cap.16.

Collabor,beris, Labi, vel simul cum alio labi. § πίπτω, συμπίπτω. Ital. *cadere.* Gal.*Estre en danger de cheoir, tomber ensemble.* Hispa.*Caer con otro.*§ Plaut. Truc.Clanculum collapsus est hic in corruptelam suam.Ouid.6. Meta.Hæc frustra fugiens collabitur.

Collapsus dicitur is,cui præ dolore concidit animus. § συμπεπτωκώς, συγκεκλιμένος. Ital.*Caduto,guasto,rotto.* Gal.*Cheut auec vn autre ou de tout costé, abatu & ruiné.* Hisp.*Caido juntamente con otro.*§ Virgil.8.Aeneidos, -hæc genitor digressu dicta suprema Fundebat:famuli collapsum in tecta ferebant.

Collabasco, scis, scere, Ruinam minitari. § συμπίπτω.Ital.*Crollarsi, essere disposto à cadere.* Gal.*Estre prest ou commencer de cheoir auec vn autre.* Hispa. *Caer ò ser dispuesto à caer con otro.*§ Plaut. Sticho, -si labant Res lassæ, itidem amici collabascunt.

Colla

Collabefio, fis, collabefieri. {καταπίπτομαι, κατεάομαι, καταῤῥέω. Ital. *Esser rotto, guasto & corroso.* Gal. *Estre gasté, rompu & destruit.* Hisp. *Ser gastado y perdido.* } Cæsar 2. bel. Ciuil. Illæ adeò grauiter incitatæ conflixerunt, vt vehementiſ simè vtræque ex concurſu laborarent: altera verò perfracto roſtro tota collaberetur.

Collabefacto, as, ate, Idem quod ſimplex labefactare. {λυμαίνω. Ital. *Guastare, rouinare, corrompere.* Gal. *Faire chocir ou esbranler, rompre & gaster.* Hisp. *Gastar, corromper.* } Ouid. 1. Faſtor. Et factum motu collabefactat opus. Vnde Collabefactari teſtula, ἐξοστρακίζεσθαι, ſignificat eiici ex vrbe per ſignum teſtarum, quod exilij genus Oſtraciſmum vocabant.

Collabello, Labra adiungo. Laberius apud Nonium, Perge iam, collabella oſculum, hoc eſt, iunctis labris oſculare.

Collachrymo, & Collachrymor, dicitur. {συνδακρύω, συμπαραδακρύω. Ital. *Lagrimare, piangere.* Gal. *Pleurer incontinent.* Hisp. *Llorar.* } Cic. in Som. Scip. Ad quem vt veni, complexus me ſenex collachrymauit. Idem pro Seſtio. Et quoniam me huc prouexit oratio, huſtrio caſum meum toties collachrymauit. Terent. in Andr. Triſtis intetim nonnũquam collachrymabat. Pleriſque videtur ſcribi ſine aſpiratione.

Collachrymatio. {συμπαράκλαυσις. Ital. *Pianto inſieme.* Gal. *Pleur, pleurement.* Hisp. *Lloro.* } Cic. 2. de Orato. Signa doloris tui verbis, ſententiis, voce, vultu, collachrymatione denique oſtendens.

Collactaneus, ὁμογάλακτος. Ital. *Fratello di latte.* Gal. *Nourri d'vn meſme laict, frere de laict.* Hisp. *Collaço, hermano de leche.* } Qui eiſdem mammis eſt nutritus: ſicut Collacteus, qui vno & eodem lacte. συγγαλακτοβώτης. Iuue. Saty. 6, Quid dicat notæ collactea Mauræ. Martia. Sed quòd ſororis eius amica & indiſcreto fœdere collactea videretur.

Collare, huius collaris. Vinculi genus, quo eanum colla aſtringuntur, quod Mellum vocant antiquitas. {περιτραχήλιον, περιδέραιον. Ital. *Collare.* Gal. *Collier.* Hisp. *Collar.* } Fit ex corio firmo cum clauis capitatis. Varr. 2. de Re ruſt. Ne vulnerentur à beſtiis, imponuntur his collaria.

Collaria, tiæ, κόλπος. fœmin. generis, pro ferro rotundo, quo conſtringuntur colla malefactorum. Plaut. in Capt. Hoc quidem haud moleſtu'ſt iam, quòd collus collaria caret.

COLLATIA, Ciuitas fuit in prima regione Italiæ, quã Tarquinius conſtituiſſe dicitur, qui (vt erat ſuperbus) eam ex collocata pecunia conſtituit: vnde & Collatia dicta eſt. Poteſt tamen fieri vt ab Albanis fundata ſit, & aucta à Tarquinio. Autor Seruius enarrans illud Virg. 6. Aeneid.

Hi tibi Nomentum & Gabios vrbémque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

COLLATINVS, Tarquinij cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus poſt exactos reges cum Iunio Bruto factus eſt Conſul. Poſtea non aliam ob cauſam, quàm quòd Tarquinius appellaretur, populo ſuſpectus, magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, & in exilium proficiſci. Liu. 2. ab Vrbe.

COLLATINA PORTA Romæ, à Collatia oppido prope Romam ad quod per eam portam fiebat iter. Feſtus.

COLLATINA DEA, Quæ collibus præſidebat.

Collatio, Collatus, Vide CONFERO.

Collaudo, das, Laudo, approbo. {ἐπαινῶ. Ital. *Lodare.* Gal. *Louer en compagnée, louer enſemble.* Hisp. *juntamente alabar.* } Cicero Lentu. Illud tibi affirmo, vt quum redieris, ab omnibus collaudẽre.

Collaudatio, onis, verbale. {ἐπαίνεσις. Ita. *Laude, commendatione.* Gal. *Louange, collaudation.* Hisp. *Alabança.* } Cic. 1. de Inuentio. Primum ſcriptoris collaudatione, & loco communi, &c. Liu. 2. bel. pun. Cuius collaudationẽ quum Tribuni plebis impedire conarentur.

Collegæ, arum, penul. prod. dicuntur duo vel plures in dignitate & honore ſocij. {συνάρχοντες. Ital. *Compagnons en office.* Gal. *Compagnons en magiſtrat ou office.* Hisp. *Compañeros en officio ò en collegio.* } ita dicti, teſte Varone, quòd ſimul lecti ſint. Vnde Conſules & Prætores Collegæ erant, teſte Gellio lib. 13. cap. 14. quòd ſcilicet iiſdem comitiis creabantur. Plaut. Aſin. Id virtute huius collegæ, meáque comitate factum eſt Cicero 4. Verr. Qui ſe non Timarchidis, ſed ipſius Verris collegam & ſocium eſſe dicebat.

Collegium. Quod eſt propriè collegarum ſocietas. {σωδιφρωτεία. Ital. & Hisp. *collegio.* Gal. *college, compagnee, aſſemblée, congregation.* } Tres numero collegium facere exiſtimauit Horatius Priſcus, quod magis ſequendum affirmat Marcellus, quàm quod plerique ſcripſerunt, maiorem ad id numerum neceſſarium eſſe. Plaut. in Menæch. Captum ſit collegium augurum. Cic. 6. Verr. Tum ex ampliſſimo collegio decemuirali, &c. ¶ Collegium item congregationem, & ſocietatem quorumcunque hominum ſignificat. Plin. in Epiſt. Tu domine diſpice, an inſtituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum centũ. ego attendam, nequis niſi ſaber recipiatur.

Colleuo, as, Leuius reddo, mitigo. {συναπαμβλύνω. Ital. *Attigare, far lieue.* Gal. *Soulager, aleger.* Hiſpa. *Amatiſar ò ablandar.* } Plin. lib. 23. cap. 1, Prodeſt renibus, tocinori, & interaneis veſicæ: colleuat enim ea. De muſto loquitur.

Colliberti, dicuntur, qui ab eodem domino, cuius ſerui fuerunt, libertate donati ſunt. {συναπελεύθερος. Ital. *Serui di vno iſteſſo patrone, & poi franchi.* Gal. *Compagnons en ſeruitude & liberté.* Hisp. *Los que de ſieruos fueron juntamente libros.* } Plautus in Pœnulo, Quin herele collibertus meus faxo eris. Paul. in l. duo. §. duo. ff. pro ſocio. Duo colliberti ſocietatem coierunt, &c.

Collibet, vel Collubet. In tertiis tantum perſonis, idem eſt quod Libet, aut placet. {συνδοκεῖ. Ital. *Piace, è grato.* Gal. *Il plait, il vient à gré.* Hisp. *Autojarſe ò plazer algo.* } Saluſtius in Ciceronem, An non ita à pueritia vixiſti, vt nihil flagitioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet? Horat. 1. Sermo. -ſi collibuiſſet, ab ouo Vſque ad mala citaret, Io Bacche. Plaut. Amphit. Vtcunque animo collubitum eſt meo. Cicer. ad Craſſum lib. 15, Vt ſimulac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurrat.

Colliciæ, interprete Feſto, tegulæ ſunt, per quas aqua in vas defluere poteſt. Solent & in agris humidioribus colliciæ conſtitui, per quas aqua in foſſas eliceretur. {ὀχετοί, αἱ ὑπορροαί. Ital. *Solchi, per i quali l'acqua ſi ſcola da i campi.* Gal. *Foſſés & grans raions de terres par ou s'escoulent les eaus, raues.* Hisp. *Los ſulcos maiores en que acuden los menores.* } Plin. lib. 18. cap. 19. In vſu eſt, & collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quæ in foſſas aquam deducant. Columella Colliquias vocat, lib. 2. cap. 8. Sed quamuis (inquit) tempeſtiuè ſementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patentes liras, crebróſque ſulcos aquarios, quos nonnulli helices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atq; inde extra ſegetes deriuemus.

Collido, is, penul. prod. Simul percutio. {συμπλήσσω, συμπαραβάλλω. Ital. *Percuotere inſieme.* Gal. *Fraper l'vn contre l'autre, choquer, heurter contre.* Hisp. *Herir vna coſa con otra.* } Cic. 3. de Natu. deo. Humor ita mollis eſt, vt facilè premi collidique poſſit. Quintil. lib. 2. cap. 13. Iam collidere manus, terræ pedem incutere, pectus, femur, frontem cedere, multum ad pullatum circulum facit. Colu. lib. 12. cap. 16, Ne inter ſe pondere ſuo preſſe colligantur. Lactant. de Ira, Duriſſimi rigoris materiæ ſi ictu vehementiore collidantur, ignis excutitur.

Colliſio, Quæ eſt duorum, aut plurium corporum mutua confricatio: συγκρότησις, συμπαράβασις, πρόσκρουσις. Ital. *Il battere inſieme piu coſe.* Gal. *Froiſſure de deux choſes l'vne contre l'autre, choc l'vn à l'autre.* Hiſpa. *Herida de vna coſa con otra.*

Colliſus, huius colliſus. Idem Plin. lib. 9. cap. 35, Ceu ſono quoque & colliſu ipſo margaritarum.

Colligo, is, penultima correp. In vnum redigo. {συλλογίζομαι, συναθροίζω, συνάγω. Ital. *Cogliere, ridurre ad vno.* Gal. *Cueillir & mettre enſemble, amaſſer.* Hiſp. *Coger ò cunclur.* } Virgil. lib. 5. Aeneid. Colligere arma iubet, validiſque incumbere remis. ¶ Quandoque aufero, Lucilius, Ruis huc, & colligis omnia furtim. ¶ Quandoque lego, decerpo. Virgil. in Roſis, Colligе virgo roſas. ¶ Quum verò dicimus, Colligo me, colligis te, tunc pro reficere, & quaſi dilapſum ſpiritum recipere ponitur. ἀναλαμβάνειν, ἀναλαμβάνεσθαι. Cic. lib. 2. de Orat. Craſſus colligendi ſui cauſa ſe in Tuſculanum contulit. Idem lib. 4 Tuſcu. Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſſiparas animi partes curſas in ſuum locum congerere? Quòd ſi alium caſum addamus, vt Colligit ſe in arma, idem eſt quod parauit, munituque, ἀναλαμβάνει. Colligit ſe in iram, id eſt excitat. Virgil. lib. 12. Aenei. Subſtitit Aeneas, & ſe collegit in arma.

Colligere rationem, λογίζεσθαι. Dicitur rectè computare, ita vt quæ colligenda ſunt, colligantur: & quæ deducenda, hoc eſt, detrahenda, detrahantur.

Collectio, onis, verbale. {συναθροισμός, συλλογισμός. Ital. *Raccolta, ammaſſamento.* Gal. *Collection, amas.* Hiſp. *Ayuntamiento, cosecha.* } Cic. pro Pompo. Vt eorum collectio diſperſa celeritatem perſequendi retardaret. ¶ Collectiones etiam dicuntur tumores præter naturam, ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus collecti. Plin. lib. 22. cap. 8, In cibo ſumptum, & illitum, collectiones, ſuccúſque decocti ventrem ſoluit. Idem lib. 27. cap. 8, Præcipua ficeandi ei, ſpiſſandique vis, & collectiones omnes, inflammationeſque cohibendi. De bryo herba.

Collecta, æ. Quæ à pluribus colligitur: Symbolum alias dicitur: {σύμβολον. Ital. *Raunata, raccolta.* Gal. *Cueillette, cotte, quand chacun contribue & baille ſa part.* Hiſp. *La coſecha.* } & vulgò Scotum, Gallicè, *L'eſcot.* Cicc. 3. de Orato. Quoniam collectam à conuiua Craſſe exigis.

Collectaneus, nea, neum, Quod miſtum eſt, & ex diuerſo vſu conflatum: vt Aes collectaneum. {συμπαραβεβλημένος. Ital. *Coſa adunata.* Gal. *Ramaſſé & recueilly.* Hiſp. *Coſa cogedẽça.* } Plinius lib. 34. cap. 9, Maſſa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. ¶ Vnde Collectanea, orum, dicuntur ſcripta, quæ ex pluribus excerpta locis, in vnum lecta ſunt.

Collectiuus, a, um, συλλογιστικός. Quod colligit. Quintil. lib. 7. cap. 2, Ratiocinatiua atque collectiua quæſtio orietur.

Colligo, as, penul. corr. ſimul ligo. {συνδέω. Ital. *Legare ad vno.* Gal. *Lier enſemble.* Hiſp. *Atar en vno.* } Plautus in Amphi. Neque eum colligare quiuit quiſquam in cunabulis. Terentius in Eunuch. Colligauit primùm eum miſeris modis. Cicero pro Rabir. perduelli. ictor, colliga manus. ¶ Colligare ſe cum aliis, per tranſlationem. Cicero ad Pætum lib. 9, Quid faciat tamen non haber, ita ſe cum multis colligauit. Id eſt impediuit, & irretiuit. Cicero in Orato. Annorum ſeptingentorum memoriam vno libro colligauit. Id eſt complexus eſt.

Colligatio, verbale. {συνδεσμός. Ital. *Ligamento di più coſe inſieme.* Gal. *Liaiſon enſemble.* Hiſp. *Atadura en vno.* } Cicc. 1. de Orat. Quin colligationem cauſarum omnium perſpiciat animo, &c. Idem 1. Officio. Arctior verò colligatio eſt ſocietatis propinquorum.

Colligatum, ſubſtantiuum: vt, Omne colligatum ſolui poteſt. τὸ δεδεμένον πᾶν λυτόν. Cicc. de Vniuerſi.

Collimare, Oculorum proprium eſt, quum eos in angulum retorquentes, obliquè aliquid aſpicimus, penitúſque in rem aliquam defigimus: quemadmodum ſagittarij ſolent, quum aliquid ſibi ad ictum deſignant. {στοχάζομαι, ἐποπτεύω. Ital. *Trare à mira.* Gal. *Viſer à quelque choſe, tirer au blanc, toucher au blanc.* Hiſpanicè, *Tirar à puncta.* } Plautus Collimatis oculis ad vmbram meam. Cicero lib. 2. de Diuinatione videtur poſuiſſe pro eo quod eſt, ſignum oculis deſtinatum ferire. Quis eſt (inquit) qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? Quanquam non deſunt, qui Collineet, ibi malint legere, quàm Collimet. Gell. lib. 9. cap. 1. At ſi in editiora mittas, & ad percutiendum ſuperne aliquid, manum & oculos collines: quo modus à te datus fuerit, eò telum ibit, quod ieceris.

Collimitor, aris, ari, ὁμορέω, ex cum & limitor. Soli. ca. 25. Gelonis Agathyrſi collimitantur.

Collimitatus, penultima producta, adiectiuum: Solin. cap. 53. Ipſa phrygia Troadi ſuperiecta eſt. Aquilonia parte Galatiæ collimitata.

Colliminium, ij, ὁμορία γῆ, Cottio limitum. Solin. cap. 62. Hoc eſt colliminium, in quo limes Perſicus Scythis iungitur.

COLLINA PORTA, Romæ in colle Quirinali ſita: vnde & nomen accepit. Ouidius, Templa frequentari Collinæ proxima portæ Nunc decerpi Siculo nomina rege tenent. Eadem nunc Salaria vocatur: quod nomen quoque viæ eſt in quam exit. Cornelius Tacit. Tertium agmen per Salariã Collinæ portæ appropinquabat: per eam ſalem Sabini deferebant, ideo Salaria vocitata:

Collineo, as, Ad rectam lineam dirigo, oculos in ſcopum intendo, & nonnunquam rem deſignatam iaculo contingo. {στοχάζομαι, ἐποπτεύω. Ital.

Veder dritto, dare in brocca. Gal. *Tirer droit au blanc, fraper dedans le blanc.* Hisp. *Tirar à mirada.* ¶ Cicero lib. 5. de Finibus, Vt si cui sit propositum collineare hastam aliquò, aut sagittam. Idem 2. de Diuina. Quis est enim qui totum diem iaculans non aliquando collineet? Quam lectionem eruditis magis video probari, quàm quæ in vulgatis editionibus occurrit, Collimet.

Collino, collinis, pennul. corr. collini, colliui, colleui, collitum, {συγχρίω, συναλείφω. Ital. *Stropicciare dolcemente di piu cose insieme, come fa chi unge qualche cosa.* Gal. *Oindre & frotter de quelque chose.* Hisp. *Vntar juntamente.* ¶ Idem quod linere. Columel. lib. 6. cap. 17, Pastinacæque agrestis semina & succus armoraceæ cum melle collinita oculorum sedant dolorem. Quo in loco legitur Collinita: quæ vox est à Collinio, collinis, penult. corr. colliui, collinitum, collinire siquidem à Collinio, collitum esset. ¶ Collinere item Coinquinare. Plaut. Mostel. Pulchrum ornatum turpes mores cœno collinunt. ¶ Crines puluere collinere, Horat. 1. Carm. Ode 15.

Collinus, Vide COLLIS.

Colliquesco, scis, Idem quod liquesco. {συντήκομαι. Ital. *Diuenir liquido.* Gal. *Se fondre ensemble.* Hisp. *Derretirse.* ¶ Columel. lib. 12. ca. 22, Vsque eo, dum ea quæ addideris, in pice colliquescant. ¶ Colliquefacere. συντήκω. Cicero pro Cluent. In pane datum venenum faciliúsne potuit, quàm in poculo latentius potuit additum, in aliqua parte panis quàm si totum colliquefactum in potione esset.

Colliquiæ, arum, Vide COLLICIAE.

Collis, per duplex ll, Minor mons, à colendo dictus. {βουνὸς, λόφος. Ital. *Colle, collina, monticello.* Gal. *Tertre, coustau ou coste, montaiguette, le penchant d'vne montaigne.* Hisp. *El cerro, ò collado del monte, pequeño monte.* ¶ Varro, Quòd primùm ex agro fructus capiebant, Campus dictus est: posteaquàm superiora loca colere cœperunt, à colendo, Colles appellauerunt. Cicero 5. Verr. Quos ego campos antea, colliésque nitidissimos viridissimósque vidissem. Idem pro Cluent. Quum quædam in collibus, vt solet, controuersia pastorum orta esset. ¶ Colles Romæ septé fuerunt: vnde & Septicollis dicta est: Palatinus scilicet, Quirinalis, Auentinus, Cœlius, Viminalis, Exquilinus, & Tarpeius, siue Capitolinus. ¶ Colles item dicuntur dorsi eminentiæ, vtrinque à spina (quæ in medio depressa, quandam vallem ac speciem referre videtur) colliculorum modo extantes.

Colliculus, per duplex ll, Significat paruum collem. λόφος, γήλοφον. Apuleius lib. 1. Flor. Colliculus sepimine consectatus.

Collinus, a, um, penul. prod. {ὁ ἐν τῷ βουνῷ, vel ὁ ἐκ τοῦ βουνοῦ. Ital. *Cosa di montagna, di colle.* Gal. *De petite montaigne, de coste ou coustau.* Hisp. *Cosa de tal cerro ò collado.* ¶ vt, Collina vinea, quæ in colle plantata est. Colu. lib. 12. ca. 21, Eius defruti sextarius in duas vinas musti adiicitur, si mustum ex vineis collinis est: sed si ex campestribus, &c. Collina vina, in collibus nata. Collina aqua, Colu. lib. 1. ca. 5. Tertia putealis vel collina, vel quæ non infima valle reperitur.

Colloco, as, are, Pono. {τίθημι. Ital. *Collocare, riponere.* Gal. *Colloquer, mettre & poser, asseoir.* Hisp. *Assentar.* ¶ Cicero 7. Verr. Vbi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat. Idem 1. Officiorum, Quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos, beneficium collocari puto. Idem ad Brutum, Maximo clamore atque plausu in rostris collocatus sum.

Collocatio, verbale, {θέσις, πῆξις. Ital. *Collocatione, riponimento.* Gal. *Assiette, collocation, posement.* Hisp. *Aquel assentamiento de vno con otro.* ¶ Cic. 3. de Orato. Sequitur continuatio verborum, quę duas res maximè, collocationem primùm, deinde modum quendam, formámque desyderat.

Collocupleto, as, are, Idem quod simplex locupleto. {πλουτίζω. Ital. *Arricchire.* Gal. *Enrichir, faire plus copieux & plus riche.* Hisp. *Enriquecer à otro.* ¶ Terent. Heauton. Dum propterea te exulem patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te. Antiphila. Ad Heren. lib. 2, Exornatio est, qua vtimur rei honestandæ & collocupletandæ causa.

COLLODIS, Insula est Sardiniæ adiacens, de qua Plin. lib. 3. cap. 7.

Colloquor, eris, colloqui, Simul loqui. {συνομιλεῖν. Ital. *Ragionare, parlare.* Gal. *Parlementer ensemble, deuiser, parler ensemble.* Hisp. *Hablar vno con otro, parlar.* ¶ Terent. Eunuch. Videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus. Cicero 1. de Orato. Hoc vno præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus.

Collocutio, verbale, {συνομιλία. Ital. *Parlamento, parole hauute insieme.* Gal. *Deuis, parlement ensemble.* Hisp. *Habla vno con otro.* ¶ Cicero 1. Tusc. Nec verò id collocutio hominum, aut consensus efficit.

Colloquium, quij, Idem quod collocutio. συνομιλία, συνδιαλογία. Liuius 1. ab Vrbe, Priusquam dimicent, opus esse colloquio. Cicero 2. Philip. Amicorum absentium colloquia epistolæ. Plin. lib. 10. ca. 49, Sanguinem quisquis ederit, intellecturus sit animum colloquia.

Colluceo, ces, cere, Idem quod simplex luceo. {φέγγω, λάμπω, φαίνω. Ital. *Lucere, risplendere.* Gal. *Reluire.* Hisp. *Luzir, ò resplandecer.* ¶ Virgil. lib. 5. Aene. —quæ iam infœlicis Elisæ Collucent flammis. Cicero 2. de Natu. deor. Nam solis calor & candor illustrior est, quàm vllius ignis, quippe qui immenso mundo tam longè latèque colluceat.

Colluco, as, pen. prod. apud Catonem significat profanæ syluæ ramos officientes lumini decido. {κλαδεύω, κλαδεύσιμον. Ital. *Sboscare, tagliare rami di selua ombrosa.* Gal. *Esbrancher, effarter, couper d'vn arbre les branches qui l'offusquent.* Hisp. *Podar los arboles.* ¶ Columel. lib. 2. cap. 22, Neque arborem feriis collucare permittitur.

Colluctor, ctaris, Simul luctor. {συμπαλαίω. Ital. *Giocare alla lotta, lottare insieme.* Gal. *Luicter ensemble.* Hisp. *Luchar vno con otro.* ¶ Plin. lib. 27. cap. 2, Cum eo solo colluctatur, velut pari intus inuento.

Colluctatio, verbale, {συμπαλαισμός. Ital. *Lotta, giuoco delle braccia.* Gal. *Luicte contre vn autre.* Hisp. *La lucha de vno con otro.* ¶ Columel. lib. 6. cap. 2, Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Colludo, dis, dere, Simul ludere. {συμπαίζειν. Ital. *Scherzare, burlare insieme.* Gal. *Se jouer ensemble.* Hisp. *jugar vno con otro.* ¶ Cicero 4. Verr. Nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset quàm suæ. Virgil. lib. 1. Georg. Aut summa nantes in aqua colludere plumas. ¶ Colludere apud Iureconsultos dicuntur inter se litigantes, quum actor & reus litem inter se simulant, altérque se patitur superari, vt tertio cuipiam

præiudicium afferatur: vel quum alter ex procuratoribus causam domini prodit: & quum vincere posset, patitur tamen sese condemnari. {συνεπικερδεύειν, συμπεζεύειν. Ital. *Ingannar l'vn l'altro, quando due parti s'accordano per ingannare vn terzo.* Gal. *Quand les deux parties qui plaident, ou leurs procureurs s'entendent ensemble, & colludent pour tromper vn tiers.* Hisp. *Hazer collusion entel pleyto.* ¶ Vlpianus l. Eleganter. ff. de dolo malo. Si dolo malo procurator passus sit vincere aduersarium meum, ita vt absolueretur, puto actionem de dolo non competere, si paratus sit reus transferre iudicium in se sub exceptione hac, Si collusum sit.

Colluſio, nis, verbale, Colludendi actus. {συμπαιδιά, συμπαίγνιον. Ital. *Esso burlare, ouero giuocare insieme per ingannare vn terzo.* Gal. *Collusion, quand les parties s'entrentendent ensemble.* Hisp. *Aquelle collusion entel pleyto.* ¶ Cicero 5. in Verrem, Quum verò verbo iudicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis sociis tuis, atque adeò procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere?

Colluſor, oris, Qui cum altero ludit. {συμπαίκτωρ. Ital. *Che giuoca con vn altro.* Gal. *Qui se joue auec vn autre, qui fait collusion.* Hisp. *El que haze aquella collusion, jugador.* ¶ Cicero 2. Philip. Hunc tu compransoribus tuis, & collusoribus diuidebas.

Colluſoriè, aduerbium. συγκαπηλικῶς. Vlpianus l. si seruus plurium. ff. de legatis primo, Si hæreditatis iudex contra hæredem pronuntiauerit non agentem causam, vel colluſoriè agentem, nihil hoc nocebit legatariis.

Collum, per duplex ll, Pars corporis caput sustentans: à Colo, is, quia hæc præcipuè pars torquibus ac monilibus ornari consueuit. {τράχηλος, αὐχήν. Ital. *Collo.* Gal. *Le col.* Hisp. *El cuello.* ¶ Cicero 5. in Verrem, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. ¶ Hinc Decollo, & Subcollo, de quibus suis locis. ¶ Legitur & Collus apud Plautum in Captiuis, Collus collaria caret. Collum obstrictum, τράχηλος παρεστραμμένος, seu Collum obtortum, verbum est iuris: nam in ius collo constricto rei trahebantur. Plautus in Curc. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem. Hieronymus, Obtorto me in ius trahit. Vnde qui vi compellitur, obtorto collo trahi dicitur. Cicero pro Cluent. Nec quicquam prius est factum, quàm vt illum persequeretur, & collo obtorto adsubsellia reduceret, vt reliqua posset perorare. Idem 6. Verr.

Colluo, is, idem est quod lauo. {πλύνω. Ital. *Lauare.* Gal. *Lauer auec quelque chose.* Hisp. *Lauar, ò lauar juntamente.* ¶ vt Colluere os, Colluere dentes dicimus: & Colluere guttur apud Persium. Item Colluere amphoram, apud Catonem de Re rustica capi. 88, Amphoram defricato, collitóque: puram impleto aqua pura. Plin. lib. 20. cap. 6, Vel si decocta aqua colluantur.

Colluſtro, as, are, Circunspicio, {περισκοπῶ. Ital. *Guardare intorno.* Gal. *Esclairer ça & la.* Hisp. *Mirar en derredor.* ¶ Virg. 3. Aen. Omnia colluſtrans, hanc primùm littore classem Conspexi venientem. Cicero 5. Tusc. Ego autem quum omnia colluſtrarem oculis, animaduerti columellam, &c. Idem in Oratore, In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant.

Colluſulo, penultima corre. Fœdo, dedecoro. {μολύνω. Ital. *Sporcare.* Gal. *Souiller & gaster, diffamer & deshonnorer.* Hisp. *Ensuziar o afear la hermosa.* ¶ Plaut. in Trinum. Hæc famigeratio te honestet, & me colluſulet, si sine dote duxerit.

Colluuies, ei, fœminini generis, Sordes, aut immunditiæ quæ ex concursu alicuius rei contrahuntur. {συρφετός. Italicè, *sporcheZZa, sporcitia, bruttura.* Gallicè, *Amas d'ordures & fanges.* Hispanicè, *suZio, suziedad.* ¶ Plini. lib. 24. cap. 19, Medetur & suibus hæc effossa sine ferro, & addita in colluuiem poturis, vel ex lacte & vino. ¶ Colluuies per translationem apud Cicero. ad Atticum lib. 9, Et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perspicitur futura, colluuie regnare.

Colluuio, onis: Idem, Et per translationem. Cic. pro Sest. Ille nefarius ex omnium scelerum colluuione natus. Colluuio rerum, pro permistione & confusione. Liu. lib. 3, Necui in colluuione rerum contumeliæ maiestatem suam offerrent.

Colluuiaria, orum, Dicta sunt in ductibus aquarum, per quæ colluuies & immunditiæ eiectantur, ἀχετοί. Vitruu. lib. 8, Etiam in ventre colluuiaria sunt facienda, per quæ vis spiritus relaxetur.

Colluuiaris porcus dicitur, qui in colluuie nutritur, cibo permisto. Festus.

Collybus, bi, penultima correp. {κόλλυβος. Ital. *Il cambio, perdita de la ragion.* Gal. *Change, tare & dechet de l'or ou argent, sort pour le change ou autrement.* Hisp. *Lo que gana el cambiador con el cambio.* ¶ Id derrimentum pecuniæ est quod in ratiociniis Emptionem auri appellant, & vulgò Cambium dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda est, & apud numularios aliis speciebus commutanda. Vt si argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiata in vna prouincia, alio quo genere permutanda sint rato, receptóque, & promulgato in ea prouincia: id idem, quod ex summa apud numularium deciditur, & veluti deperit, Collybus verbo Græco appellatur. Cicero 5. in Verrem, Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula, Nam collybus esse quí potest, quum vtantur omnes vno genere numorum? Vbi Collybum appellat pecuniæ permutationem, & numorum quasi intertrimentum. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου ἀπαρχή, id est pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus in Pandect. Cicero ad Atticum, De Cælio, vide quæso nequa lacuna sit in auro: ego ista non noui: sed certè in collybo est detrimenti satis, &c.

Collybiſtes, æ, siue Collybiſta, {κολλυβιστής. Ital. *Banchiere.* Gal. *Changeur, banquier.* Hisp. *El cambiador que trueca moneda.* ¶ Numularius qui ex pecuniæ permutatione quæstum facit.

Collyra, penulti. corr. κόλλυρα, Panis triangulus & modicus, quem Itali *Tortam* vocant, Plautus in Persa, Collyræ facite vt madeant Cælius lib. 2. cap. 30.

Collyrium, ij. κολλύριον. Ital. *Medecina da occhi.* Gal. *Apareil pour les yeux.* Hisp. *Medicina para los ojos.* ¶ Medicamentum oculorum. Horat. 1. Sermo. Satyr. 5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. Celsus lib. 5. Nec ignoro multis placuisse linamentum in modũ collyrij compositum, tractum melle demitti. ¶ Non tamen solis oculis collyrium adhiberi, sed aluo quoq; subiicitur in cura equorum & boum, vt auctor est Columella, qui lib. 6. cap. 6. scripsit, Salis sextans cum decẽ cepis conteratur, & admisto melle decocto, collyria immittuntur aluo, atque ita cratus bos agetur. ¶ Hoc etiam nomine peculiariter vocatur quoddam terræ Samiæ genus, diuersum ab astro Samio, propterea quòd creditum eius vsus sit in collyriis. Vide Dioscor. lib. 5.

Colo, as, priore prod. ἕλκω. Ital. *Colare.* Gal. *Couler, passer par vn sac, ou estamine.* Hisp. *Colar como por coladero.* ¶ Manilius. Et colare vagos inductis retibus amnes. Est autem Colare pauxillatim liquorem aliquem, stillatimq; emittere, vel rem aliquam per colum purgare. Apuleius lib. Flo. de Gymnosophistis. Non illi norunt aruum colere, vel autumno colare, vel equum domare. ¶ Vnde & Cola dicta, per quæ liquor emittitur. *idem* Virg. in Georg. Colaque præterea fumosis diripe tectis.

Colo, is, colui, cultum, Adoro, veneror. σέβομαι, λατρεύω, προσκυνέω. Ital. *Adorare, riuerire.* Gal. *Honnorer, auoir en reuerence.* Hisp. *Adorar o hazer reuerencia.* ¶ Virg. lib. 9. Aenei. Summe deum sancti custos Soractis Apollo, Quem colimus. ¶ Hinc Cultus & Cultura, quã Græci λατρείαν vocant. Colimus item pares amore & officio, vt minores humanitate & beneficiis: hoc est prosequimur amore, officio, & similibus. Plaut. Cistel. Quia me colitis, & magnifactis. Terent. Adelph. Et nos coluit maximè. ¶ Item Colere, exercere. ἀσκεῖν, ἐπιτηδεύειν. Liu. lib. 1. Abi, nuntia Romanis, Cælestes ita velle vt mea Roma caput orbis terrarum sit, proinde rem militarem colant. ¶ Item habitare. οἰκεῖν, κατοικεῖν. Ital. *Habitare.* Gal. *Habiter, demourer.* Hisp. *Morar.* ¶ Plautus in Aulul. Hanc domum iam multos annos ego possideo & colo. Virgil. 2. Aeglo. Pallas, quæ condidit arces Ipsa colat. Vnde & Cælicolas dicimus, quòd cælum colant, id est habitent, tanquam quidam cæli coloni. ¶ Item diligere. φιλεῖν. Ital. *Amare con honore.* Gal. *Aymer auec honneur.* Hisp. *Amar con honra, honor.* ¶ Teren. in Heaut. Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt. ¶ Item ducere. ἀγρεύειν. Virg. lib. 3. Georg. Hanc olim veteres vitam coluere Sabini. ¶ Item arare, seu quouis modo terras aptare. γεωργεῖν. Ital. *Lauorare.* Gal. *Labourer.* Hisp. *Labrar la tierra.* ¶ Columel. lib. 1. Nam vbi sedulò colitur ager. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus suis locis. ¶ Item ornare. κοσμεῖν. Plaut. Quin tu te colis, antequam exeas domum? Cic. Erat enim non tam grauis, quàm elegans & faceta & culta oratio. ¶ Huius composita sunt Accolo, Circumcolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo. pen. corr.

Cultus, cultior, cultissimus adiectiuum. κεκοσμημένος, ἐπιτετηδευμένος, γεωργούμενος. Colu. lib. 2. cap. 8. Nam quanto est cultior, tanto latior aruis conspicitur. Idem lib. 1. cap. 1. Nam is demum cultissimum ruri habebit qui & colere sciet, & poterit & volet. Animus cultus. Cic. 2. Tuscul.

Cultus, tus, verbale est à verbo Colo, vnde etiam totidem penè habet significata quod suum primitiuum. Interdum enim Colo significat terram ad suscipiendum semen præparo. Inde Cultus, est huiusmodi terræ præparatio. γεωργία. Ital. *Lauoro.* Gal. *Labourage, labour, cultiuement.* Hisp. *Labrança.* ¶ Cice. 2. de Leg. Nullius agricolæ cultu stirpes tam diuturnæ seminantur. ¶ Cultus idem quoque significat quod ornatus, siue ornatio. κόσμος, κατασκευή. Ital. *Ornamento.* Gal. *Ornement.* Hisp. *Hornamento, acatamiento al mayor.* ¶ vt Cultus corporis, cultus animi. Cic. 1. Offic. Ob easq; causas studeat parare ea quæ suppeditent & ad cultum & ad victum. Plin. lib. 33. cap. 1. Fabricarem etiam deum fibulas, & alia muliebris cultus. ¶ Cultum etiam deorum dicimus, hoc est venerationem. Græci λατρείαν vocant. Cic. 1. Tuscul. Hæc (philosophiam intelligit) nos primùm ad illorum cultum, deinde ad iustitiam hominum erudiuit.

Cultio, onis. Idem quod cultus. Cic. 5. in Verr. Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris?

Culrum, ti, substantiuum: vt Pinguia culta. Claudianus in laude Sirenæ.

Cultor, oris, verbale. λατρεύτης, ἐπιτηδευτής, γεωργός. Liuius 4. ab Vrbe. Famem cultoribus agrorum timentes. Cice. 2. de Natu. deo. Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c. Idem 1. Offic. Sunt his alij multum dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidijs agendum putent, veritatis cultores, fraudis inimici.

Cultrix, verbale fœmininum. γεωργὸς ἐργάτις. Cice. 5. de Finibus. Earúmque augendarum & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, &c.

Cultura, ræ. Idem quod Cultus: ἐργασία, γεωργία. vt Cultura agri. Cice. 5. in Verr. Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus & cultura continentur, &c. Idem 2. Tuscul. Ager, quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.

Colonus, ni, à colendo, id est habitando, siue ab agrorum cultura. ἔποικος, γεωργός. Ital. *Contadino habitatore.* Gal. *Metayer, laboureur, fermier, celuy qui habite en certain lieu ou il a esté enuoyé par son superieur hors son pais.* Hisp. *Pobl ador vezino de algun lugar, morador, ò labrador de la tierra.* ¶ duo significat. Nam aliquando coloni dicuntur, qui à metropoli (sic enim ciuitas dicebatur quæ coloniam emittebat) in alium locum habitandi causa deducebantur: isque non propriis, sed metropolitanorum vtebant legibus. Cice. 1. de Natu. deorum. Quanquam Circen quoque coloni nostri Circienses religiosè colunt. Virgilius 1. Aeneidos. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. Ascribere colonos nouos, Cicero 2. Philipp. Assignare agros colonis, Cicero 1. de Lege Agrar. Deducere colonos, Cice. 2. de Leg. Agr. ¶ Quandoque verò Coloni, agrorum cultores dicuntur. γεωργοί. Cice. pro Cecin. Qui colonis habuit conductum de Cesennia fundum. Virgil. 1. Aeneid. Vt quamuis auido parerent arua colono. Columel. lib. 1, Comiter agat dominus cum colonis faciémq; se præbeat.

Colona, næ, Dicitur coloni, hoc est agricolæ vxor. Ouid. de Nuce, Et condit lectas parca colona nuces. Idem 4. Fastor. habebat
Rus breue cum duro parca colona viro.

Colonus, a, um, adiectiuum, Quod culturæ idoneum est, γεωργικός. Ital. *Cosa da lauorare, ò affittata.* Gal. *Donné à quelqu'vn pour labourer.* Hisp. *Cosa para labrar.* ¶ Cice. 5. Phili. Vti C. Pansa, A. Hirtius Consules, alter, ambóve cognoscerent qui ager colonus esset.

Colonia. Genus ad habitandum aliquam terram missa: ab incolendo, hoc est inhabitando terram dicta. ἀποικία. Ital. *Colonia, habitatione.* Gal. *Metairie, ceste, laboureur ou a enuoyé pour habiter.* Hisp. *Poblaçon, pobladores de algunos estrangeros.* ¶ Cæsar 8. belli Gall. in togatam Galliam mittit ad colonias ciuium Romanorum tuendas. Cicero de lege Agraria contra Rullum. Hoc in genere, sicut in cæteris Reipublicæ partibus, est operæpretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, vt non oppida Italiæ, sed propugnacula imperij esse viderentur. Idem 1. Officio. In alias domos, tanquam in colonias exeunt. ¶ Colonarum aliæ Latinæ, aliæ ciuium Romanorum dictæ sunt, aliæ ex vtrisque coniunctæ: nonnullæ ex peditibus vel equitibus, quum in agrum bello captum stirpis augendæ causa mitterentur. Bononia. Latina colonia est: Mutina & Parma, Romanorum ciuium. ¶ Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim nouis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latij, vt possent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ, id est vt ius petendi magistratus in ciuitate Romana adipiscerentur. ¶ Erant præterea coloniæ quibus ius Italiæ dabatur. Coloniarum autem huiusmodi ratio erat. Quum in vrbe Roma multos ex veteribus, nouisque incolis, pauperrate premi intellectum erat, adeò vt censui soluendo non sufficerent. Triumuiri à Senatu creabantur, qui locis primùm consyderatis, in quibus Reipublicæ expediret propugnaculum constitui, noua edicta proponebant, danda esse nomina ab illis qui nouam coloniam deduci vellent: sicque vrbs pauperibus exonerabatur & rei familiaris pondere prauari, ad nouas quibus indigerent diuitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, sex, aut septem agri iugera, & quandoque plura. ¶ Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officium, à colenda terra. Paulus. Serui qui coloniæ ascripti erit, ad periculum colonipertinebit. Græcè ἐγγεγραμμένοι τῇ γῇ. Plautus in Pseud. Det nomen ad molariam coloniam.

Colonicus, a, um. Quod est coloni, seu quod ad colonum pertinet. γεωργικός. Varro, Atque etiam leges colonicas tollis.

Colonicum pecus. Dicitur hirsutum, quum molle dicatur tectum. Plin. lib. 8. cap. 47. Ouium summa genera duo tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis delicatius, quippe quum tectum subris vescatur. ¶ Cohortes colonicæ. Cæsar. Cohortes duas, quæ colonicæ appellabantur, quum eò casu venissent, tuendi oppidi causa apud se retinent. ¶ Decuriones colonici. Sueton. in August. Ex optimo quoque genere suffragiorum, quæ de magistratibus vrbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent.

Colocasia, κολοκασία. Faba Aegyptia, latissima habens folia, ex quibus Alexandrini sibi pocula conficere solebant. Pallad. Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus. Amant humilium locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè semper possunt, si tanquam cireta tegumentis defendantur à frigore.

Colocasium, neutro genere, dixit Virgil in Pollio. Miscãque ridenti colocasia fundet acantho. Vide suprà in dictione CIBOTIVM.

Colo-cynthis, idis, κολοκύνθις. Ital. & Hispanicè. *Coloquintida.* Gal. *Courge sauuage, coloquinte.* ¶ Syluestris cucurbitæ genus est, satiua minus, mediocris pilæ magnitudine fructum ferens, purgationibus alui accommodatum. Vide Plinium lib. 20. cap. 3. Vulgus herbariorum *coloquintam* vocat.

Colomestrum, Romani appellauerunt secundam aconiti speciem, teste Dioscoride, quam idem & Cynoctonon, & Lycoctonum, à canibus & lupis necandis cognominat.

Colon, pen. prod. κόλον. Ital. *Vno intestino & budello che tiene i fiuchi sotto i rognoni, & passa inuerso il fondo dello stomacho.* Gal. *Vn intestin ou boyau depuis la rongnon dextre iusques au senestre, passant sur le fond de l'estomach.* Hisp. *La tripa ancha.* ¶ Est crassius intestinum, tabulatum, ex quo excrementa cum accipiunt colorem, quo egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habens, ad renem sinistrum religatum. Gell. lib. 17. cap. 11, aluum vocat: Ac deinde, inquit, aridiora ex iis incrementa in aluum conuenire, quod Græcè κόλον dicitur. Celsus lib. 1. cap. 8. Laxius intestinum, vertit: Et si, inquit, laxius intestinum dolere consuecit, quod κόλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, vt concoquat aliquis, vt lectione & aliis generibus exerceatur: vtatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis, denique omnimodo frigus euitet: cémque dulcia omnia, leguminaque, & quicquid inflare consueuit. ¶ Est autem Colon, quintum in ordine intestinorum, medium inter Cæcum, & Rectum locum obtinens. Primùm per iecoris caua obrepit, vbi folliculum bilis attingens, illique nonnunquam annexũ, amarorem colorémque luteum contrahit: indéque paulùm exurgens, ventriculi fundo insternitur: & rursus ad sinistrum hypocondrium contendens, iliem accumbit: posthæc in posteriora demergitur, cohærétq; reni sinistro: à quo demum laxius apud coxam sinistram eminet. ¶ Serenus dictionis huius priorem syllabam contra artem corripuit, quum ait. Quum colon inuisum morbi genus intima carpit, Mande Galeritam voluctem quam nomine dicunt. Aut pauidi, leporis madefacta coagula pota. Nisi quis forte Colum, ibi malit legere, Latina terminatione, vt posterior syllaba per ellipsim absumatur. ¶ Est item Colon Græcis, quod Latinè Membrum vocamus: vnde per translationem etiã membra orationis Cola nuncupantur, quòd ex iis, veluti membris, constet periodus. Cicero de Claris orator. Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, distinctiebat orationem libentius. Hinc Monocholon carmen dicitur, quod vnimembre est, hoc est simplex & ex vno tantum carminis genere constans: Dicolon, hoc est bimembre, quod ex duobus versuum generibus constat: & sic de aliis.

Colicus, ca, cum, adiectiuum. κωλικός. vt Colicus dolor, qui in colo generatur. & Colicus homo. Plin. lib. 20. cap. 4. Praxagoras & iliosis dandos

cen

Universidad de Deusto
Biblioteca

censet: Pliſtonicus, & colicis. Colicon medicamentum ad dolorem inteſtini pleuritis. Celſus lib. 1. cap. 14.

COLONAE, Troadis locus eſt, non procul à Lampſaco, Mileſiorum colonia. ¶ Sunt & aliæ Colonæ ad exteriorem partem Helleſponti, ſtadiis centum & quadraginta ab Ilio diſtantes. Meminit vtriuſque loci Strabo lib. 13.

COLONIA AGRIPPINENSIS, Vbiorum ciuitas potentiſſima, cis Rhenum fluuium ſita, ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ vt ſociis quoque nationibus potentiam ſuam oſtentaret, in hoc oppidũ, vbi genita erat, coloniam ex veteranis deduci impetrauit. Autor Tacitus Annal. lib. 12.

COLONIS, Inſula eſt in ſinu Argolico, contra Hermionium agrum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

COLONOS, κολωνός, Agger fuit, ſiue locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus à liberis exulans dicitur commigraſſe: vnde Sophocles tragœdiam de Oedipi calamitatibus conſcriptam, Oedipum Coloneum appellauit. ¶ Erat autem hic locus Neptuno ſacer, vbi etiam equeſtris eius ſtatua fuit, quemadmodum & Theſei, Pirithoi, Adraſti & Oedipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à ſolitudine, hominúmque odio μισάνθρωπος cognominatus eſt. Hæc Pauſanias in Atticis. ¶ Pollux verò lib. 7, autor eſt, duo huius nominis loca in Attica fuiſſe: alterum ἐν πόλει appellatum, in quem confugit Oedipus: alterum in foro iuxta Euryſacum ἀγοραῖος cognominatum. ¶ Vnde locus factus prouerbio, Sero venisti, ſed in Colonum ito. ὀψὲ ἦλθες, ἀλλ' εἰς κολωνὸν ἴθι. Dicebatur in eos qui poſt tempus aduenirent: aut quid mercede quippiam facerent.

COLOPHENA, Æ, κολοφήνη, Cappadociæ pars eſt, Sebaſtiam, & Sebaſtopolin vrbes habens. Vide Plin. lib. 6. cap. 3.

Colonus Colonia, Vide COLO.

COLOPHON, pen. prod. κολοφών. Vrbs eſt Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. Colophonij nauales opes ſatis amplas habuere, & in equeſtribus certaminibus tantum excelluere, vt victoriam ſibi certam pollicerentur, quibus Colophonius acceſſiſſet equitatus. ¶ Hinc factus eſt locus prouerbio, κολοφῶνα ἐπέθηκε, hoc eſt Colophonem addidit, quum ſumma operi manus imponebatur. ¶ Colophonia ferocitas, κολοφωνία ὀξύτης. In inſolentes qui ferociter deſpiciunt, & affligũt humiliores fortunæ homines: Aut in eos quibus ſua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia ſuperbiáq; eius gentis. Diogenianus. ¶ Ex Colophone originem duxerunt Minermus tibicen, & poëta Elegiacus. Xenophanes Phyſicus, & Polymaſtus Muſicus: quibus nonnulli ipſum etiam adiiciunt Homerũ. Virgilius in Ciri, Quæ Colophoniaco Scyliæ dicuntur Homero.

Colophonia, æ, κολοφωνία. Herba eſt, notiore nomine Scammonia appellata, ſuccum habens eiuſdem nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ vrbe, vnde laudatiſſima aduehebatur. Vide Dioſcoridem lib. 4. cap. 152.

COLOPS MAGNVS, κόλοψ ὁ μέγας Ptolemæo, Zeugitanæ prouinciæ vrbs hodie *Giger*, regia ciuitas.

Color, oris, Obiectum proprium viſus, corpora omnia nobis conſpicua reddens. ἡ χρόα. Ital. *Colore*. Gal. *Couleur*. Hiſp. *El color*. Cicer. 1. de Legi. Color autem albus præcipuè decorus Deo eſt, cùm in cæteris, tum maximè in textili. Terent. Eunuch. Color verus, corpus ſolidũ, & ſucci plenum. Ibidem, Qui color, nitor, veſtitus. Cicer. 5. Verr. Iſti color mutans eſt, vultus, oratio, mens. Duo ſunt principes colores, Albus ſcilicet & Niger: alij non dicuntur colores, niſi per participationẽ. ¶ Nullius coloris, prouerbialiter à Plauto in Pſeudolo, is dicitur qui modis omnibus ignotus eſt. ¶ Colores item appellantur ipſa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cuiuſmodi ſunt cretula, purpuriſſum, cæruleum, auripigmentum, cæruſſa, ſinopis, & ſimilia. Plin. lib. 35. cap. 6. Sunt autem colores auſteri aut floridi: vtrunque natura aut miſtura euenit. Floridi ſunt, quos dominus pingenti præſtat, minium, armenium, cinnabaris, &c. Et paulò pòſt, cap. 17, Sed & in officina imperitè multa differenti ſilentium comiter inadebat, rideri eum dicens à pueris qui colores tererent. ¶ Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis, id eſt figuræ, quæ à Græcis χρώματα dicuntur, & σχήματα. Nam (vt ſcripſit Cicero) ſunt actori, vt pictori, colores ad narrandum. ¶ Hinc aliquem ſuis pingere coloribus, eſt talem deſcribere qualis eſt. Cicer. ad Attic. lib. 5. Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, ſubitò deformatũ, non ſine magno dolore vidi. Horat. in Arte, Nec ſic incipias tragico deſcendere colori, Ve nihil interſit, Dauſne loquatur, an audax Pythias. ¶ Accipitur item Color pro velamento, fuco, ſiue prætextu, quo veritas obſcuratur, aut culpa excuſatur. Iuue. Satyr. 6. Sed iacet in ſerui complexibus, aut equitis: dic, Dic aliquem ſodes, dic Quintiliane colorem: Hæremus. Dic ipſa. Olim conuenerat, inquit, Vt fateres tu quod velles, nẽcnon ego poſſem Indulgere mihi. ¶ Dicitur & Color, ſicut Arbos & Iepos.

Coloro, ras, pen. prod. Colorem induco. χρωματίζω, ἐπιχρωματίζω, χρώζω. Ital. *Colorare, dar colore*. Gal. *Colorer, bailler & donner couleur*. Hiſp. *Colorar de algun color*. Cuius contrarium eſt Decoloro. Cicer. 1. de Nat. deorum. Formare, fucare, colorare, animare non poſſent. Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur. ἀποχρόω. vt eſt videre in facie ægroti, quæ pallorem contrahit, aut liuorem: coloratur id cuius alia fuit, quàm ſit, facies. ¶ Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Maxim. lib. 8. ca. 2, Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorãdo. ¶ Coloratæ vuæ. Columel. lib. 11. cap. 2, Quum coloratas & perlucidas vuas animaduerriſſent. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata. Cicer. de Clar. orato. Quòd non eſt eorum vrbanitate quadam quaſi colorata oratio. ¶ Coloratus, Pro fucato. Seneca Epiſt. 15, Quæ ſcribit vnde veniant, ſcio: non ſunt ficta, nec colorata. ¶ Coloratior. Plin. lib. 16. cap. 12, Quidam arbitrantur in montoſis copia præſtantiorem fieri ac coloratiorem.

Colorinus, a, um, adiectiuum: vt, Coloriæ veſtes, quæ ex lana non tincta, hoc eſt natiua colore factæ ſunt. Valla lib. 6. cap. 53.

COLORBASVS, Nomen hæretici, qui vitam omnium hominum in ſeptem ſyderibus conſiſtere affirmabat.

Colos, κόλος, Fera eſt Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum & arietem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad curſum, naribus porum attrahens. Autor Strabo lib. 7.

COLOSSAE, arum, Oppidum Phrygiæ non procul à Laodicea, quod ſub Nerone, teſte Oroſio, cum Laodicea & Hierapoli terræ motu cõcidit. Meminit huius oppidi & Plin. lib. 5. cap. 31.

Coloſſus, κολοσσός. Ital. *Coloſſo, ſtatua grande*. Gal. *Statue demeſurément grande*. Hiſp. *Eſtatua grande*. Dicebatur ſtatua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lyſippi diſcipulo ex ære, altitudine LXX, cubitorum. Vnde etiam inter ſeptẽ orbis miracula numeratur. ¶ Hinc Coloſſi magnitudine, κολοσσαῖος πρὸς μέγεθος. Prouerbialis apud Lucianum hyperbole, in homines prægrandi corporis mole.

Coloſſeus, adiectiuum, κολοσσαῖος, ἀντὶ τοῦ μέγας. Ital. *Di forma di gran ſtatua*. Gal. *Enormement grand, de grandeur enorme*. Hiſp. *Coſa aſſi grande*. Quod ſignificat altum, & ad coloſſi formam factum. Plinius lib. 35. cap. 7, Nero princeps iuſſerat ſe coloſſeum pingi CXX. pedum in linteo. ¶ Pro eodem etiam legimus Coloſſicus. Plin. lib. 34. capite 8. Item duo ſigna quæ Catulus in eadem ædẽ poſuit palliata: & alterum coloſſicum nudum.

Coloſſinus color, κολοσσινὸς χρῶμα. à Coloſſe Troadis vrbe nomen accepit, vbi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter eandorem fulgens, & purpuram. Vide Thyleſium in libello de colotibus.

Coloſtrum, & Coloſtra, æ, Spongioſa lactis denſitas à partu prima. γαλαθηλίς. Ital. *Capo di latte, fior di latte*. Gal. *Caillé ou caillebot laict eſpois, comme le premier qui vient aux mammelles, laict troublé*. Hiſp. *Coloſtro de leche nueua*. Martial. lib. 13, Surripuit paſtor, quæ nondum ſtantibus hœdis. De primo matrum lacte coloſtra damus. Palladius, Coloſtram vocant paſtores illud exiguum lactis, in quo eſt ſpiſſior natura.

Coloſtratio, tionis. Morbus eſt quo lactentes tentantur, ſi biduo à partu maternum lac guſtauerint, denſato in caſei ſpeciem lacte. Ideò infantibus ſtatim à partu nutricis non matris lac exhibere conuenit, quia matris exitioſum eſt. Plin. lib. 11. cap. 41, Pullis earum, vbi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lethale eſt. ¶ Genus mali vocatur coloſtratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Coloſtrati dicuntur. Plin. lib. 28. cap. 9.

COLOTES, Nomen pictoris Teij, cuius meminit. Quintil. lib. 2.

Colotos, κόλωτος, vel Colotes. κωλότης, penultri. prod. Ariſtoteli lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem vocant, Itali *Tarantulam*. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

COLOVS, κόλος. Lacus eſt Lydiæ, quadraginta ſtadiis à Sardibus diſtans, qui & Gygæus à Poëtis nominatur, iuxta quem & Dianæ templum fuit cognomento Coloënæ, vbi ſimiæ ſolennibus diebus ſaltare dicebantur. Vide Strabo. lib. 13.

COLVE, es, κόλαι, Ioniæ ciuitas fuit, cuius meminit Plinius libro 5. cap. 29.

Colpos, κόλπος, à rei anatomicæ peritis appellatur ea vberum pars quæ in ſe, tanquam in ſinu quodam lac continet, vnde & nomen accepit. ¶ Nam κόλπους Græci ſinum vocant, hoc eſt litoris obliquitatem, quibuſdam veluti brachiis mare amplecteutem. Vide Cælium lib. 4. cap. 4.

COLVBAE, Populi Plinio inter gentes Indicas numerantur lib. 6 ca. 19.

Coluber, penultima correpta, Serpens qui vmbras nemorum incolit. ὄφις. Ital. *Serpe ſerpente, biſcia*. Gal. *Couleure*. Hiſp. *Culebra*. Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra ſerpit: Draco, temploſue ſæpe confunduntur. Plin. lib. 32. cap. 5, Coluber eſt in aqua viuens: huius adipem & fel habentes, &c. Ouid. 15. Metamorpho. -niueiſque frequens Sinueſſa colubris. Hieronymus ad Præſid. Coluber ad bibendum veniens, in aqua venenum deponit, ne eum venenum aqua concretum occidat. Nudum hominem timet, veſtitum perſequitur, caput tamen ſuum celat, vbi ſcit eſſe mortem ſuam. Serpens quidem ſi ſemel calcaneo percutiatur, moritur: ſin verò iterum percutiatur, confirmatur: Brumali tempore infirmior efficitur, & à ſoricibus vincitur. Igitur ante hyemem circa ſe colligit ſegetes, vt illæ ſibi eſcam præbeant. ¶ Colubrum in ſinu fouere, ὄφιν ἐν τοῖς κόλποις θάλπειν, dicitur qui complectitur amore ſtudióque proſequitur hominem ingratum, & alias quando per occaſionem nociturum. ¶ Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucil. lib. 20. Satyr.

Iam diſrumpetur medius, iam vt Marſus colubras
Diſrumpit cantu, venas quum extenderit omnes.

COLVBRARIA, Inſula eſt in mari Liguſtico, quæ à Græcis Ophiuſa vocatur. Vulgò *Dragonera*. Vtranque nomen ductum eſt à ſerpentum noxiorum multitudine, quibus tota inſula infeſtatur. Plin. lib. 5. cap. 5, Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus.

Colum, i, penult. prod. Vas eſt ex viminibus contextum, ad vinum colandum aptum. ὀθόνιον. Ital. *Colatoio*. Gal. *Vn couloir*. Hiſp. *Colador para colar coſa liquida*. Virgil. 2. Georg. Colàque prelorum fumoſis dimpe tectis. ¶ Colum niuarium, vas ex lapide ſpongioſo factum, ad colãdas niues. ¶ Colum etiam eſt genus morbi, quem primus in Italia ſenſiſſe Tiberius princeps dicitur, quum prius ignotus eſſet. Plin. lib. 26. cap. 1.

Columbus, & Columba, Auis nota. περιστερά. Ital. *colombo, colomba*. Gal. *Coulon ou pigeon*. Hiſp. *Paloma*. Virg. 2. Aenei. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Martial. Nec violes teneras præduro dente columbas. Varro lib. 3. cap. 7, duo facit columbarum genera, quæ in periſterotrophio eſſe ſolẽt: vnum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus villæ à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorẽ naturalẽ ſummis locis in tectis captãt: alterum columbarũ genus clementius, quod cibo domeſtico intra limina paſcitur. Columbæ agreſtes à colore Liuiæ dicuntur, quaſi liuidæ: domeſticè verò, Cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, vel è contrario naſcitur genus tertium columbarum: à noſtris Miſcellæ dicuntur, ob duorum generum commiſtionem. Columbos eſſe in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui ſemper indulgent. Diſtinguuntur autem columbæ à palumbis, quòd hi ferè, & maiores ſint, & in arboribus aut ſepibus nidificent: columbæ minores, & manſuetiores, vt quæ cibo domeſtico intra limina paſcantur. Vade prouerbialiter dicimus, Mitior colũba, πραότερος περιστερᾶς,

de ho

de hominibus incredibili manſuetudine prædito. Huic ſimile eſt, Sedens columba, κάθηται πέλεια. Nam columbæ cunctim auolant, fallunt cæteros permixtæ volucres: quum ſedent, nihil mitius ac imprudentius. ¶ Sunt præterea palumbes columbis longè viuaciores: viuunt enim (vt quidam tradiderunt) in ſeptingeſimum, & quadrageſimum annum, quum columbarum vita octo fere annorum ſpatio ſit concluſa. Vide Plin. lib. 10. cap. 34. & 35.

Columbarius, ij. Qui columbas curat. ζ περιστερεμπολικός. Ital. *Chi ha cura di colombi.* Gal. *Qui a la charge des colons ou pigeons.* Hiſp. *El que cria las palomas.* ζ Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. Ipſæ propter pullos, quos habent, vtique arcentur, nè à coruo occiſæ, aut accipitre intereeptæ, quos columbarij ſolent interficere.

Columbarium, rij. Locus vbi habitant colũbæ. ζ περιστερεών, περιστεροτροφεῖον. Ital. *Palombaia.* Gal. *Colombier, lieu ou habitent ou chaſſent pigeons loges.* Hiſp. *Palomar, lugar donde crian las palomas.* ζ Palladius, Columbarium poteſt accipere ſublimis vna turricula in prætorio conſtituta, læuigatis & dealbatis parietibus. Propriè tamen Columbarium, loculamentum in peripteroctophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. cap. 7. Singulis paribus columbaria fiat rotũda in ordine crebra. Columbaria ſingula eſſe oportet, vt os habeant quo introire & exire poſſint. Colu. lib. 8. cap. 8. Paxillis adactis tabulæ ſuperponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant, præpoſitis veſtibulis, per quæ ad cubilia perueniant.

Columbinus, a, um. Quod eſt ex columbis. ζ περιστερέϊος. Ital. *Coſa de colombi.* Gal. *De pigeon.* Hiſp. *Coſa de palomas.* ζ Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus. Columbinum ouum, Horat. 2. Sermo. Saty. 4. Pulli columbini. Varro 3. de Re ruſt. Qui ſolent ſaginare pullos colũbinos, quo pluris vendant, ſecludunt eos, quum iam pluma ſunt tecti.

Columbaris, re, adiectiuum. Idem quod Columbinus. περιστερικός. vt Cobare ſtercus, & Columbaris cella. Colu. lib. 9. Cæterum cibos iuxta parietem conuenit ſpargi: quoniam fere partes hæ columbari carent ſtercore.

Columbatim, aduerbium. Ad ſimilitudinem columbæ. περιστερόδον. Vnde, Columbatim oſcula iungere frequens eſt apud Catullum.

Columbar, Genus vinculi. Plaut. in Ruden. Illic in columbum credo leno vortitur. Nam in columbari collus haud multò póſt erit.

Columella, Vide COLVMNAE.

Columellares dentes, Caninis proximi. οἱ χαυλιόδοντες ὑπὸ τοὺς κυνόδοντας, οἱ τοῖς κυνόδουσι παραλλάττοντες. Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 7. Incipientes quartum agere annum, itidem eiiciunt, & totidem proximos eorum quos amiſerunt, & incipiunt naſci, quos vocant Columellares.

Columen, pen. correp. à Columus, id eſt Culmus, ſignificat culmen, vel columnam. ζ κίων, ἐρέισμα. Ital. *colmo, trezo, ſommità de alcuna coſa.* Gal. *ſupport & appuy, ſur quoy eſt ſouſtenue & appuyée quelque choſe.* Hiſp. *Cumbre de coſa alta.* ζ Varr. 3. de Re ruſti. ca. 7. Quod habetur in turribus, ac colũmbus villæ. ¶ Per tranſlationem accipitur pro ſuſtentatione, ornamento, & ſalute. Terent. in Phor. Bone cuſtos ſalue, columen verò noſtræ familiæ, Cui commendaui filium hinc abiens meum. Vbi Donatus, Columen familiæ, ſuſtẽtatio, decus: vnde Columnæ dictæ. Plaut. in Caſt. Sed eccum egreditur ſenati columen, prætidium populi.

Columis, me, pen. cort. Sanus, integer. ζ ὑγιής. Ital. *Sano ſano.* Gal. *ſain, entier.* Hiſp. *Entero, ſano, y no ſo.* ζ Plaut. in Trin. Neque ita, vt ſit data, columen tenere illi & detraxiſſe autument. Inde incolumis pro eodem: quod eſt vitatius.

COLVMNA REGIA, Ciuitas in agro Brutio, vt eſt apud Pompo. lib. 2. Hunc locum Græci κίωνα vocant, id eſt Columellam. Ea turricula modo eiecta, ex aduerſo turrem in Peloro ſitam reſpicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Columna, Dicta eſt, quòd culmina ſuſtineat. ζ Ital. *Colonna, pilaſtro.* Gal. *Colonne, pilier, pilaſtre.* Hiſp. *Columna, pilar.* ζ *Pilares* vulgò a noſtris vocatur. Inter columnas, κίονας, & Pilas, πίλας, hanc differentiam eſſe volũt, quòd columnæ vno ſcapo conſtant, id eſt lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem ſtructura conſtant aut lapidea, aut cæmentitia, aut latericia. Non raro tamen etiam ſtructiles columnas apud veteres legimus. ¶ A columna fit Intercolumnium, μεσοκίον, quod eſt ſpatium inter columnas. Lib. 4. ad Heren. Aedes intercolumnium, angulum, formicẽ. Columnarum tria ſunt genera: teretes, quadrangulæ, ſtriatæ. Quæ ſuperponuntur columnis, Epiſtylia, hoc eſt Capitella: quæ ſupponuntur, Baſes, ſiue Spiræ dicuntur. Ipſum autem columnæ corpus Scapus vocatur, teſte Budæo. Antiqui, teſte Quintiliano, Columam dicebant, detracta n. litera, pro Columna. Vnde per diminutionem Columella dicitur, pro Columnella Cæſar 2. bell. Ciuil. Primum trabes in ſolo æquè longè diſtantes inter ſe pedes quatuor collocantur: inq; eis columellæ, pedum in altitudinem quinque, defiguntur, &c.

Columnatus, adiectiuum, Columna ſuſtentatus. κιονωτός. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 5. Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemiſſa in tholum qui eſt vltrà rotundus, columnatus, vt eſt in æde Catuli, ſi pro parietibus feceris columnas.

Columella, pen. prod. diminutiuum eſt à columna. ζ κιόνιον, κιονίσκος. Ital. *Colonnella.* Gal. *Petite colonne.* Hiſp. *Pequena columna.* ζ Cicc. 1. de Legibus, Nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus digitis altam. Cato cap. 10. Trapeti columellam ferream, quæ in milliario ſtat. ¶ Eſt & cognomen Lucij Moderati, genere Gaditani qui de agricultura tam verſu, quàm proſa elegantiſſimè ſcripſit. ¶ Appellatur præterea Columella à medicis quædam veluti pellicula, in fine palati dependens, vt in hiante homine conſpicitur: quæ ſi inflammetur, & terretem nacta fuerit figuram, Columella, κίονις: ſi verò rotundam, Vua, σταφυλή appellatur.

Columnatio, Columnarum extructio. κιόνωσις. Apuleius li. 3. Florid. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio? proſcenij contabulatio? ſcenæ columnatio?

COLVMNAE Herculis, στῆλαι Ἡρακλεῖαι, duæ eſſe perhibentur in Occidẽte: quia ex Oceano mare noſtrum intrantibus duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abilam vocant: alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuiſſe finxerunt, ſed Herculem diremiſſe colles. Aliqui tamen hos montes procul ſpectantibus gemi-

nas columnas videri dicunt. Alij dicunt columnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorum, ad quas proficiſci ſolebant qui nauigationem abſoluiſſent, tanquam Herculi ſacra facientes. ¶ Ad Herculis columnas, ἐπὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας, iam olim Prouerbio dicebatur, vt admonet Pindari interpres. Sic enim vulgò dici ſolere, πέρα τῶν Γαδείρων καὶ τῶν στηλῶν, id eſt Quæ vltra Cades inacceſſa. Quo ſignificatur, vltra columnas Herculis nun eſſe quò progrediare. Si quis ergo præterea quidquam audis requirat, id perinde eſſe, ac ſiquis vltra columnas ab Hercule fixas conetur tranare.

Columus, A' veteribus dicebatur, qui nunc Culmus.

Colurnus, a, um, κόρνινος. Dicitur quod eſt ex materia cornũ: teſte Seruio in illud Virgilij, Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Feſtus tamen à corno arbore deduci ait, his verbis, Colurna haſtilia, ex corno arbore facta potius, quàm ex colyro.

Coluri, Duo ſunt circuli in ſphæra ſeſe mutuò ad angulos rectos ſphærales diſpescentes circa polos mundi Zodiacúmque ita interſectãtes, vt vnus eorum per principia Arietis & Libræ ferantur: alter per principia Cancri & Capricorni: dicti ab imperfecta ſui cõſectione, quippe Græci κολοβὸν imperfectum vocant. nunquam enim integri apparent: nam pars in Antarcticum vergens, noſtris ſe non ingerit obtutibus. Boëthius de Arith. lib. 1 & Macrob. in Somn. Scipi. ¶ Colura quoque animalia ſunt caudam non habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in ſacrificiis non offerebantur.

Colus, li maſculini generis, Tormẽti genus, quod fit ex corio: ſicut ſcribit Feſtus.

Colus, ii, feminini generis, tam quartæ, quàm ſecundæ declinationis. Inſtrumentum quod penſa continet, à quo fuſo fila ducuntur, habẽtque penult. corr. ζ ἠλακάτη, ἄτρακτος. Ital. *Rocca da filare, conocchia.* Gal. *Vne quenoille.* Hiſp. *Rueca para hilar.* ζ Ouid. lib. 4. Meta. Et colus, & fuſus digiti cecidere remiſſi. Cicc. 2. de Orat. quid tu Aegilla mea, Quãdo ad me venis cum tua colo & lana?

Colutea, κολουτέα. Theophraſto, Arbor ſylueſtris apud Theophraſtum 1. de plantis, fructum ferens in ſiliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni ætate haud temerè alibi quàm in Lipara inſula naſcebatur: hodie etiam in Gallia paſſim prouenit, *Bagonnade* nomine vulgò nota. Vide Ruel. lib. 1. cap. 70. ¶ Colutcum autem neutro genere Plautus in Perſa videtur appellaſſe quoddam mali genus. Commiſce (inquit) mulſum: ſtruthea, coluteaque appara.

Colycæ, arum. Specus quædam, in quibus aphronitrum inuenitur, teſte Plin. lib. 31. cap. 10.

Colymbades, κολυμβάδες. Ital. *Oline condite.* Gal. *olives confites, qui nagent en ſaumure.* Hiſp. *Aceitunas.* ζ Vocabantur oliuæ quædam cõditiæ, διὰ τὸ κολυμβᾶν, quod innatare eſt: propterea quòd propter ſuam leuitatẽ ſalſiginis innatabant. Plin. lib. 23. cap. 3. Colymbades ſordida viſcera purgant, inutiles difficultatibus vrinæ. Qua autem condituræ ratione hoc oliuæ genus ſoleat parari, vide apud Ruel. lib. 1. cap. 104.

Coma, æ. ζ κόμη. Ital. *chioma, zazzera.* Gal. *Perruque ou cheueleure.* Hiſp. *cabella ſuelta.* ζ Capillus, interprete Feſto, aliqua cum cura compoſitus. διὰ τὸ κομᾶν, hoc eſt ab ornando dictus: vnde & Comete Latini deduxerunt. Cicc. 3. Tuſcul. Scindens dolore identidem intonſam comam. Ouid. 2. Meta. Permulcetque comas, chlamydemque vt pendeat apte Collocat. ¶ Circumtondere, comã περικείρειν τινὸς κομήν. Græcis in prouerbio eſt pro eo quod eſt, ludibrio habere. Nam id luſus gratia fieri ſolet ſtupidis vt eis non ſentientibus, cæſaries circumtondeatur. Lucianus. ¶ Seruus quum ſis, comam geris, σὺ δὲ κομᾷς δοῦλος ὤν. De eo qui præter decorum quippiam faceret. Ariſtoph. in Auib. & Suidas. ¶ Coma metaphoricè etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Virgil. 4. Georgic. Ille comam mollis tam tum tondebat achanti. Ouid. 2. Amorum, Frigidaque arboreas mulceat aura comas.

Comans, comantis, participium ſine verbo, qui longiorem habet comam. κομήτης. Plin. lib. 10. cap. 62. Equæ comantes gloria ſuperbiunt. Virgil. 2. Aenei. -ſic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeique inſigne decorum Induitur. Equorum colla comantia, apud Virgil. 12. Aeneid.

Comatus, a, um, participium ſine verbo, Qui longiorem habet comam. ζ κομήτης. Ital. *Capellato, con gran chioma.* Gal. *Cheueleu, ayant longs cheueux.* Hiſp. *Coſa de luengos cabellos.* ζ Mart. lib. 1. Caluus quum fueris, eris comatus. Silua comata, Catullus Epig. 4. Vnde

Comatulus, pen. corr. diminutiuum à Comatus. Vnde Hieronymus Comatulos pueros dixit.

Comoſus, a, um. Item aliud adiectiuum. ζ κομώδης. Ital. *Capellato, con gran chioma.* Gal. *Fort cheueleu, ayant force branches & fueilles.* Hiſp. *Coſa de luengos cabellos.* ζ Plin. lib. 16. cap. 6. Hemeris vocatur, breuior, & in orbem comoſa. Idem lib. 29. cap. 26. Comoſiſſimum ex omnibus maximè cauliculis.

Coma, atis. κῶμα. Morbus grauem ac diuturnum inducens ſomnũ, quẽ Latini Veternum interpretantur. ¶ Eſt & altera Comatis ſpecies, quam Vigilantem ſoporem nonnulli appellant, quum neque lumina, vrgente ſomno, attollere, neque tranquillè dormire poſſumus, aliis atque aliis imaginationibus ſomni tranquillitatem identidem interpellantibus. Autor Galenus in eo Commentario, quem de Comate nominatim inſcripſit.

Como, is, vide ſuo loco.

COMAGENA, vel Comagene, pen. prod. κομαγηνή. Pars Syriæ, ſupra Ciliciam in Ortum ſita, trans Amanum montem, excurrens vſque in Meſopotamiam, à qua Euphrate fluuio diriminur. ¶ Hinc Comagenum medicamẽtum dictum eſt, quod fiebat ex adipe anſerino, in vaſe æreo cum cinnamo multa niue obruto, addita etiam herba quæ Comagena appellabatur. Plin. lib. 10. cap. 22. Repetit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur, adipem anſerum in vaſe æreo cum cinnamo multa niue obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad vſum præclari medicaminis, quod à gente dicitur Comagenum. Idem lib. 29. cap. 4. Fit ex anſerum adipe medicamentum in Comagenæ Syriæ parte, cum cinnamo, caſſia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis vaſis niue, odore iucundo, &c. ¶ Comagenus, a, um, Iuuenal. Satyr. 6.

Spon

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens calidæ pulmone columbæ
Tractato. Armenus vel Comagenus aruspex.

Comagene, Herbæ nomen, de quâ in dictione præcedente.

COMAGA, æ, fem. Ciuitas est in conuallibus Antitauri montis insigni Bellonæ fano celebris. ¶ Inde Comani dicuntur facti seruî Bellonæ, quorum Strabo suâ ætate supra sex millia fuisse tradit, qui omnes sacerdotis imperio parebant, & statis quibusdam Bellonæ festis sese mutuis laniabant vulneribus. ¶ Fuerunt & Comana Pontica, eidem deæ consecrata, fani etiam exemplo à Comanis Cappadociæ sumpto, in quo etiam simili ritu Bellonæ sacra fiebant. Vtriusque est autor Strabo lib. 12.

Comaros, ‡κόμαρος. Ital. *corneggiolo*. Gal. *Arbousier*. Hisp. *Madroño arbol conocido*. ‡ Arbuti genus est, cuius etiam pomum Græci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem. Plin. lib. 15. ca. 24. Duobus vnedonem nominibus appellant Græci, Comaron & Memecylon. Ex quo apparet totidé esse genera & apud nos.

COMARI. Populi inter Scythas, ad Caspium mare incolentes, quorum meminit Pompo. Mela lib. 1. in descriptione ASIAE.

COMARVS, ari, κόμαρος, Portus est ad sinum Ambracium, iuxta Nicopolim, isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Autor Strabo lib. 7.

COMATA Gallia. Vno nomine appellata est omnis Gallia Transalpina, à studio nutriendæ comæ: sicut Narbonensis, Gallia Brachata dicta est, à Brachis vestimenti genere, quo regio illa peculiariter vtebatur. Plin. lib. 4. cap. 17. Galliam Comatam in tres partes diuidit, easdem distinctas. Inter Scaldem & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garumnam, Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunensem Galliam appellat. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitaniam vocat. Ex hac descriptione satis constat Galliam omnem quæ à Cæsare describitur, vno nomine vocari Galliã Comatam, excepta fortassis Romanorum Prouincia, quæ Gallia Brachata dicta fuit.

COMBE, æ. Asopi filia fuit, quæ prima æneam armaturam traditur inuenisse: vnde & Chalcis est cognominata: à qua etiam Chalcidi vrbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ouid. lib. 7. Metamorph.

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.

Combennones, Interprete Festo, dicti sunt in eadem benna sedentes. Benna autem vehiculi genus fuit. Gallis præcipuè vsitatum.

Combibo, bis. Simul bibo, compoto. ‡συμπίνω. Ital. *Bevere in compagnia*. Gal. *Boire ensemble*. Hisp. *Beuer juntamente*. ‡ Plin. lib. 17. cap. 11, Vt solem pluuiasque combibant. Colu. lib. 12. cap. 16, Quæ quum ius combiberit, simili mistura vas suppleatur. Ouid. Epistol. 11, Et cogor lachrymas combibere ipsa meas. ¶ Combibere artes, per translationem. Cic. 3. de Fini. Sed tamen infici debet his artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior.

Combibo, combibonis, masculini generis, Compotor. ‡συμπότης. Ital. *Compagno à bere*. Gal. *Compagnon a boire*. Hisp. *Bueuedor con otro*. ‡ Lucil. lib. 6, Quando quidem reperi magnis combibonũ ex copiis. Cic. Pæto, lib. 9, In his controuersiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Combino, as, pen. prod. Coniungo, conglutino. συνδέω. Spontinus.

Combinatio, quam Græci ἐμζεῦξιν vocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Virg. 9. Aenei. Me me adsum qui feci.

Combretum, Herbâ est baccari similis, sed procerior, foliorum exilitate vsque in fila extenuata. Autor est Plin. lib. 21. cap. 6.

Comburo, is. pen. prod. ex con, & vro. b, interposita, simul cum aliis vro: vel, vt suum simplex, vro, cremo, exuro. ‡συμπρήθω. Ital. *Abbruciare, consumare*. Gal. *Brusler tout, faire ardre ensemble*. Hisp. *Quemar, ò quemar prestamente*. ‡ Cic. pro Cluent. Puer ante noctem mortuus, & postridie, antequam lucesceret, combustus est. Idem de Natu. deo. Libri Protagoræ in concione combusti. Et ad Quint. fr. lib. 1, Fomo vt combureretur, tota plaudente prouincia. ¶ Et per translationem. Plaut. in Mil. -nam mihi nimis calor Comburebat gutturem.

Come, Herba est, quam Barbam hircinam vocant: à comæ similitudine, quòd folia in circuitu spargat. περιφύλλων. Plin. lib. 21. cap. 15. & lib. 17. cap. 12.

Comedo, is. pen. cor. & Comedo, comes, comest, in infinitiuo Comedere, vel Comesse. Idem significat quod suum simplex Edo. ‡ἔδω. Ital. *Mangiare*. Gal. *Manger*. Hisp. *Comer*. ‡ Mart. Scævola in comedis quod omnes, nullus apud te. Plaut. in Trin. Quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti. Cicero. Sed ad extremum pollicetur prolaturum se quæ comest. ¶ Suuium Comesum & Comestũ. Salustius. Comesa matrimonia. Comesa patrimonia. Vbi translatè ponitur proconsumere, dissipare.

Comedim, pro Comedam, scripserunt veteres: quod & Nonius obseruauit. Plaut in Bacchid. Quod dem scortis, quódque in lustris comedim, congræcet pater. Cic. ad Pætum, Cura, si me amas, vt valeas: me ego te iacente bona tua comedim.

Comedo, onis, & Comedus, di. pen. corr. Qui bona sua consumit, vt interpretatur Festus. ‡κωμῳδός. Ital. *Vorago mangiatore, diuoratore, chi mangia tutto ad vn tratto*. Gal. *Gouluy, glouton qui despend tout son bien*. Hisp. *El comilon ò tragon*. ‡ Varro apud Nonium. Putat fore hoc, quod hinc comedonibus conuenit vsu, quibus nota voluptate quum edunt, duntaxat gula gaudet.

Comessor, aris, ‡κωμάζω. Ital. *Banchettare, far conuito*. Gal. *Manger & banqueter dissolument*. Hisp. *Comer como en boda ò confradia y demasiadamente*. ‡ Comessari, post cœnam epulari. Sueton. in Domitian. Conuiuabatur frequẽter & large, sed penè raptim, certe non vltra solis occasum, nec vt postea vt comessaretur, Liu. lib. 10. Bell. Maced. Demetrium post cœnã, qua sodales acceperat, dixisse. Quin comessatum ad fratrem imus? Intromittere comessatum. Cicer. & Terent.

Comessus, tis, Idem quod Comessator. ‡κῶμος, κωμαστής, κωμάζων. Ital. *Chi fa banchetti*. Gal. *Banqueteur, dissolu, & à heure indeue*. Hisp. *Comilon*. ‡ Curtius lib. 9, Siquid victis saltem aduersus comessantes animi fuisset, mille hercle viri modò sobrij, septem dierum crapula grauem in suo triumpho capere potuerunt. Modo comessantium aliquid agere, Liuius 3 ab Vrbe.

Comessationes, Conuiuia sunt nocturna post cœnam, & alia intempestiua: sicut Merenda, cibus qui ante cœnam sumitur, & Ientaculum ante prandium. ‡δεῖπνα πρὸ δείπνου. Ital. *Mangiamenti*. Gal. *Banquets ietez dissolus comme a tres souper & heure indeue*. Hisp. *Comida demasiada*. ‡ Suet. in Vitel. Epulas tristatiam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula prandia, cœnas & comessationes. Cice. in Catil. Quòd si in vino & alea comessationes solum & scorta quærebat, essent illi quidem despectãdi, sed tamen essent ferendi. Legitur hic & Comessatores. Idem pro Cæl.

Comessabundi, & Comessatores, Qui comessationibus indulgent. ἐπικωμαστικός. Cic. pro Cæl. Non idem iudicum comessatorũmq; conspectus. Liu. 9. ab Vrbe, Temulento agmine comessabundus incessit. Habet autem hoc nomen primam productam, Martialis, Non Albana mihi sit comessatio tanti.

Comes, itis, commun. gen. Qui vel uæ sequendo aliquem se maiorem comitatur. ‡συνόδευτος, συνοδοιπόρος, ἑταῖρος. Ital. *Compagno*. Gal. *compagnon de chemin, celuy qui tient ou fait compagnie, comme l'inferieur au superieur*. Hisp. *Compañero menor que sigue à otro mayor*. ‡ Cic. de Amici. Neque se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Lucan. lib. 6, Scire Senatus auet, miles te Magne sequatur, An comes. ¶ Aliquando tamen comitum appellatio paribus conuenit, vt quum plures idem iter arripientes, sibi mutuò comitatum præstant. συνοδοιπορεῖν. Plaut. Epid. Age, age, absolue, atque argẽtum numera, ne comites morer. Autor ad Herennium, Qui quum ante lucem surrexisset, comitem suum inclamauit. Prius enim dixerat. Et secum aliquantum numorum ferẽtem est comitatus. ¶ Differt enim Comes à Socio & Sodali, quòd Comes dicatur, qui quouis modo alterius sequitur ductum: Socius plerunque in negotiis seriis, rebus, & fortunæ arbitrio subiectis. Sodalis ἑταῖρος in leuioribus ac sæpe voluptuosis, vtpote qui eiusdem erant collegij, vnáque epulabãtur. Vnde Cicero Norbanum Quæstorem suum appellat Sodalem. Idẽ de Senectute, Epulabar cum Sodalibus omnino modicé. ¶ Comes verò pro dignitate etiam generis communis est, quanuis apud vulgus fœmina Comitissa dicatur. ¶ Ab Ammiano Largitionum comes dictus est, qui præerat largitionibus imperatoris. ¶ Alij pro dignitate Cemarchum κόμητα vsurpant.

Comitor, pen. cor. depon. Sector, affectior, comitem me exhibeo. ‡συνακολουθῶ, ἑπομαι. Ital. *Accompagnare*. Gal. *Accompagner, suiure, tenir, ou faire compagnie à quelqu'vn*. Hisp. *Acompañar al mayor*. ‡ & propriè est minorum erga maiores. Plinius, Quicunque eum comitati fuerant. Idem, Funerantium more comitantur exequias. ¶ Pro eodem & Comito, as, actiuè dicitur. Ouid. lib. 2. de Ponto, Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Et lib. 14. Metamorph. Nostráque adulantes comitant vestigia. Idem 8. Meta. Et nostros comitate gradus, & in ardua montis Ite simul. ¶ Comitor etiam in passiua significatione nonnunquam inuenitur. συνακολουθοῦμαι: vnde non malè inter verba communia potest numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus potest deprehendi, quod tam eum significat, qui alterũm honoris aut officij causa deducit, quàm eum qui deducitur. Cice. 2. de Inuentio. In itinere quendam profici scentem ad mercatum est comitatus. Idem in Catil. Molestè fero, quòd parum exierit ab vrbe comitatus.

Comitatus, participium à Comitor, actiuè & passiuè accipitur. ‡συνακολουθήσας, ἑπόμενος, συνοδοιπορήσας. Ital. *Accompagnato*. Gal. *Accompagné*. Hisp. *Acompañado*. ‡ Actiuè. Plinius. Quicunque eum comitati fuerãt. Passiuè Cic. Inuect. 2. in Catil. Illud etiam molestè fero, quòd ex vrbe parum comitatus exierit. Virg. 1. Aenei. Ipse vno graditur comitatus Achate. ¶ Idẽ in significatione passiua Incomitatus posuit, quum ait,

Sæpius Andromache ferre incomitata solebat.

Comitatus, comitatior, comitatissimus. Cic. 5. Tusc. Puero vt vno esset comitatior. Plin. lib. 10. cap. 37, Est enim ars illis, inter se blandiri, & corrumpere alias, furtóque comitatiores reuerti. ¶ Sic Comitatissimum hominem dicemus, quem vulgò *Bene associatum* dicunt. Budæus.

Comitatus, ûs, ‡συνοδεία, συνακολούθησις. Ital. *La compagnia, il seguito*. Gal. *compaignée, accompaignement, train*. Hisp. *El acompañamiento*. ‡ Ipsi comites dominum, vel patronũ, vel alium quemuis officij vel honoris gratia subsequentes, οἱ συνακολουθοῦντες. Cice. ad Lepidum. Eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Salust. in Catil. L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, vt in ponte Miluio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 3. de Legib. Auspicia, vt multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ quasi sæpe comitia populi temere essent coacta, obnuntiatione Augurum disturbata fuerunt

Comessans, Comessatio, Comessator, Comessabundus, Vide COMEDO.

Cometes, vel Cometa, pe. prod. generis masculini, Stella crinita. ‡κομήτης. Ital. *Cometa*. Gal. *Vne comete*. Hisp. *Cometa del cielo*. ‡ Luca. lib. 1, Ignota obscuræ viderunt sydera noctes, Ardentémque polum flammis, cælóque volantes Obliquat per inane faces, crinémque timendi Sydetis, & terris minitantem tegna cometen. Cice. 2. de Natu. deor. Tum facibus visis cælestibus, tum stellis his, quas Græci cometas, nostri cincinnatas vocant, quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ. Virg. 1. Georg. -nec diri toties arsere cometæ. ¶ Est etiam nomen proprium vnius ex Argonautis apud Vale. Flaccũ patet Asterionis.

Comicus, ci, Vide COMOEDVS.

COMINI, Populi fuerunt Italiæ, in tractu Aequicolarum. Plin. lib. 3. cap. 12. In hoc tractu interierũt ex Aequicolis Comini, Tadiates, Acedici.

Cominus, aduerb. ‡ἐκ χειρός, ἐκ μάχης. Ital. *Da presso*. Gal. *De pres*. Hisp. *Cerca y quasi con las manos*. ‡ Non est idem quod prope, sed (vt sic dicam) à prope: quẽadmodum Eminus, à longè: vt. Cominus te incessebant lapidibus: hoc est è propinquo loco. Cic. 2. de Diuin. Nunc cominus agamus, experiamúrque, &c. Idem pro Cecin. Neque conflictu corporum, neque ictu cominus, neque coniectione telorum. ¶ Significat etiam Statim, sine intermissione. Virg. lib. 1. Georg. Quid dicam iacto qui semine cominus arua Insequitur.

Cominia, Genus olivæ apud Plin. lib. 15. cap. 3.

Comis, Humanus, benignus, facilis & suauis, qui non grauatè aliis inserit. ‡ἥμερος, φιλόφρων. Ital. *Benigno, facile, piacevole, humano, suaue*. Gal. *Doux, gracieux*.

Universidad de Sevilla Biblioteca

ble, traitable, humain. Hisp. Cortes, tratable, humano. } Cic. 2. de Fin. Quasi quis illum neget & bonum virum, & comẽ, & humanum fuisse. Hæc pro Com. Barbo. Comes benigni, suaues, faciles homines dicũtur.

Comitas, Humanitas, & morum suauitas. {φιλοφροσύνη. Ital. Gratiosità, piacevolezza, cortesia. Gal. Doucur, gracieuseté, courtoisie, humanité. Hisp. Humanidad, cortesia. } Cic. de Amicit. Sed amicitia remissior esse debet, & liberalior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatémque proclivior.

Comiter, Suauiter, manſuetè. {φιλοφρόνως. Ital. Cortesemente, piacevolmente, affabilmente. Gal. Gracieusement, courtoisement, doucement, humainement. Hisp. Cortes y humanamente. } Comiter ac benignè appellare aliquem. Liu. 2. ab Vrbe, Quid? Fest. Comiter excipitur: sanguine iunctus erat.

Comitia, orum, plurali numero, Conuentus populi, qui fiebat quando magistratus creabantur: simul itando sic appellata. {ἐκκλησία, καὶ τὰ ἐκκλησιαστικά. Ital. Congregatione, consiglio, ragunanza. Gal. Assemblées ou congregations du peuple ou magistrats pour consulter & deliberer de quelque chose. Hisp. Los dias que son para elegir dignidad. } Ex comitiis autem alia erant Consularia, alia Prætoria, alia Quæstoria, alia Tribunitia, alia Aedilitia: quibus scilicet Consules, Prætores, Quæstores, Tribuni, aut Aediles creabantur. Illæ enim coitiones populi ad creandos magistratus, & ad leges ferendas, dicebantur Comitia: quorum alia Calata erant, alia Centuriata, alia Curiata. ¶ Calata comitia vocabantur, quæ pro collegio Pontificum haberi solebant, aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa. ¶ Curiata (simile est apud Græcos ἐν φυλαῖς) quæ ex curiis, id est tribubus, quæ triginta quinque erant, & ex censu & ætate per lictorem curiarum procurari, id est connocari solebant. ¶ Centuriata, quæ habebantur in creandis Consulibus, quum centuriatim, id est per singulas centurias calculus vnus pro suffragio ferebatur. Et hæc per cornicinem ex regionibus & locis diuulgabantur. Dionysius lib. 7. Hictor. scribit in comitiis curiatis omnem potestatem creandi magistratus fuisse penes populum, in centuriatis penes diuites. ¶ Comitium, tij, singulari numero, locus erat Romæ iuxta forum & curiam, ita dictus à coeundo (teste Varrone) eò quòd populus tum litium, tum curiatorum comitiorum causa eò soleat coire. Cicc. 4. in Verr. Quid? hoc ferendum cuiquam putas? huius argento domus vestras, huius signis & tabulis forum, comitium ornatis? Idem pro Sestio, Quum forũ, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerisque occupauissent, impetum faciunt in Fabritium. Tempus comitiorum habendorum id erat quod augures designabant. ¶ Antiqui præterea commune, & amplissimum concilium, Comitium appellabant. Vnde est illud in x II. tabulis, De capite ciuis, nisi per maximum comitium, ne ferunto. Ex Cic. 3. de Leg.

Comitialis, le, Quod ad comitium pertinet. {ἐκκλησιαστικός. Ital. Pertinente al assembramento. Gal. Des apartenances des assemblées du peuple ou des magistrats. Hisp. Cosa perteneciente à tales dias ò congregaciones. } vt, Dies comitialis, qui comitiis gerendis aptus, huc dicatus est, quo cum populo agi licebat, vt inquit Macrobius, & quo populus Romanus conuenire solebat ad suffragium ferendum. Cic. ad Quint. fratr. Confecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Ioue autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. ¶ Comitialis morbus. {ἐπιληψία. Ital. Mal caduco, Venetiis, la bruta. Gal. Maladie qu'on appelle vul gairement, le mal saint Iean, epilepsie, mal caduc. Hisp. Gota coral, ò morbo caduco. } qui cum totius corporis conuulsione principes cerebri operationes tollit, toto cerebro, vel duobus eius ventriculis affectis. Gignitur ex crassis humoribus, spiritus meatum in cerebri ventriculis obstruentibus, neruorum principio seipsum concutiente, vt quod noxium est, excutiat. ¶ Dictus Comitialis, quòd comitia vitiare dicerentur. Interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo cecidisset. Cato, Quod comitia prohibere solet, nec id quidem mihi vitium fuit. Serenus, Est subiti species morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis suffragia iusta recusat. Sæpe etenim membris acri languore caducis Concilio populi labes horrenda diremit. Ipse Deus memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptũ, talis quem sæpe ruina profudit. ¶ Hic morbus alio nomine dicitur sacer, & morbus maior, propter grauitatem: quoniam homo subitò concidit, & spumæ ore mouentur. Docet etiam Aristoteles hunc morbum à priscis Herculeum fuisse nominatum, quia Hercules laborasse eo fertur: idque ex atra bile pituitæ contingere tradit. Plato & Apuleius diuinum nuncuparunt, quòd animi partem rationalem, quæ longè sanctissima esse videtur, obtineat. Græci ἱερὸν νόσημα vocant, à verbo Græco ἱστάναι, quòd sensus comprehendat & vincat, ita vt eo correpti à mortuis non magnopere differre videantur. ¶ Comitialis homo, ἐπίληπτος, qui hunc morbum patitur. Plin. Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitque. ¶ Plautus tamen Comitiales homines in Pœnulo appellat litigiosos, qui in comitio propter lites quasi habitare videntur, inquietantes tribunal Prætoris, qui si nihil est litium, litem serunt.

Comitialiter, aduerbium. ἐπιληπτικῶς. Plin. lib. 22. cap. 21, Folia heliotropij contractionibus medentur, etiamsi id comitialiter accidat. id est etiam si contractiones fiant ex morbo comitiali.

Comitiarius, adiectiuum, ἐκκλησιαστικός: vt Comitiaria statio, quæ in modum comitiorum celebratur. Liu. 3. bel. Pun. In hac comitiatia iam duorum exercituum statione, principes Nolanorum muntiant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fieri.

Comitiatus, us, ἐκκλησία. Dicitur populi in comitio congregatio. Cic. 3. de Legibus, Tum leges præclarissimæ de x II. tabulis translatæ duæ: quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat.

Comitiati Tribuni militares, qui dicantur, docet his verbis Asconius Pedianus in 2. contra Verr. Tribunorum militarium duo genera. Primum eorum, qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari solent. Alij sunt comitiati, qui Romæ comitiis designantur.

Comito, & Comitor, Vide COMES.

Comma, atis, {Ital. Incisione, taglio, distintione. Gal. Incision, coupure. Hisp. Cortadura, retallo puesto en la escriptura. } per duplex m, κόμμα: incisio: à κόπτω, incido, minutissimæ distinctionis genus est, quod Incisum à Latinis dicitur, ut Cicero ipse etiam Cæsum, eò quòd incidat Cola & Periodos. Constat enim periodus omnis ex commatibus & colis, tanquam partibus. Ex his cola, dicuntur partes maiores periodi, quum scilicet oratio pene est perfecta, ita tamen vt animus audientis nondum conquiescat. Commata verò dicuntur minimæ periodi particulæ, in quas cola rursus, velut in partes dissecantur. ¶ Commata etiam dicuntur aquarum emissoria, & incisa, primum in Aegypto ad hoc inuenta structaq; vt pro arbitratu accolarum Nilus vicissim admittatur in campos aruales, aut intra alueum contineatur. Vlpian. de extraordinar. cognit. l. Sacculatij. Commata (inquit Budæus) & Discopi, qui in aggeribus fiunt. ¶ Comma præterea (teste interprete Aristophanis in Pluto) est genus vilissimi nomismatis. Vnde ortum Adagium, Mali commatis, πονηροῦ κόμματος, Subaudiendum, ἀνθρώπου. homo. Dicebatur de improbo, contempto & reiiculo homine. Aristophanes in Pluto, Ἔστι δ' εἶναί τ' πονηρὸν κόμμα τοῦτον, id est, Videtur esse non probati commatis.

Commaculo, as, Idem quod maculo. {βεβηλόω. Ital. Macchiare. Gal. Semaculer du tout, souiller. Hisp. Ensuziar. } Commaculare se ambitu, metaphoricè. Cic. pro Cælio, Nunquam enim tam Cælius amens fuisset, vt se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret. ¶ Commaculare manus sanguine alicuius. Virgil. de Medea, Aeglog. 8. Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. Id est polluere nece filiorum suorum.

Commadeo, mades, Idem quod simplex madeo. {βεβρεγμένος εἶναι. Ital. Essere humido. Gal. Estre tousiours ou mouillé comme estre. Hisp. Mojarse. } Cato cap. 156, Coquito vsquedum ex commadebit bene; aquam defundito.

Commanducare, Dentibus molere. quod Cic. Mãdere dicit. {μασᾶσθαι. Ital. Mangiare, masticare. Gal. Mascher fort & tout ensemble. Hisp. Comer ò mascar. } Plin. lib. 29. cap. 8, Quum priores ob religionem eam minimè commanducarent. Valerius, Protinúsque dentibus abscissam, & commanducatam linguam in eum exputt.

Commanducatus cibus, dicitur à Plin. lib. 20. cap. 3, multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quem Mansum Quintilianus vocat, μασηθὲν βρῶμα.

Commanducatur, deponens, apud Lucilium lib. 4, legitur pro comedit, vel deuorat. Assecutus (inquit) nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexum.

Commanducatus, us, {βρῶσις. Ital. Il masticamento sotto i denti. Gal. Masticheure entre les dents. Hisp. Mascadura ò comida. } Plin. lib. 24. cap. 4, Vlcera commanducato impositoque efficacissimè sanari.

Commanipulo, onis, Miles eiusdem manipuli, apud Spartianum, Bud.

Commeditor, aris, Idem quod simplex meditor. {μελετῶ. Ital. Pensare, imaginare. Gal. Penser diligemment à quelque chose. Hisp. Pensar, imaginar. } Auctor ad Herenn. lib. 3, Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos assumpserimus, egregiè commeditari oportebit, vt perpetuò nobis hærere possint. Lucret. lib. 6, Et fragiles sonitus chartarum commeditatur. Id est exercet, facit, reddit.

Commemini, Idem quod simplex memini. {μεμνημαι. Ital. Me e souenuto. Gal. I'ay souuenance. Hisp. Recordarse. } Cic. 1. Tuscul. Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum. Idem 1. de Orat. Idem Qu. Seruium Galbam, (quem hominem probè nosse & commemminisse se aiebat) pergrauiter reprehendere solebat.

Commemoro, pen. corr. Commonefacio, in memoriam reduco. {ἀναμιμνήσκω. ἀναλαμβάνω, λέγω. Ital. Ricordare, mettere in memoria. Gal. Faire memoire & mention, raconter, rementenoir. Hisp. Recordar. } Cic. in Catil. Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ causa, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Idem pro Quintio, Nam quid hoc indignius, aut iniquius dici, aut commemorari potest?

Commemoratio, verbale. {ὑπόμνησις. Ital. Ricordanza. Gal. Mention, recit. Hispa. Recordacion. } Terent. in Andr. -nam ista hæc commemoratio Quasi exprobratio est immemoris beneficij.

Commemorabilis, le, Dignus qui commemoretur. {ἀξιομνημόνευτος, ἀξιόλογος. Ital. Degno de cui sene faccia memoria. Gal. Digne de memoire ou d'estre raconté. Hisp. Digno de ser recordado. } Cic. de Natur. deor. Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre possum. Plautus Pseud. Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

Commendo, as, ex, Con, & mando. Idem quod laudo. {ἐπαινῶ. Ital. Laudare, raccommandare. Gal. Recommander, louer, bailler en garde. Hisp. Encomendar ò alabar. } & sic duobus ferè constitui solet modis. Nam quandoque accusatiuum tantum habet. Cic. Post reditum, Quum cum, præter simulatam tristitiam, nulla res commendaret. Valer. Max. lib. 10, Quapropter non ludicram artem commendauit. ¶ Quandoque vltra accusatiuum construitur cum alio accusatiuo mediante Apud, aut huiusmodi præpositione: vt, Commendaui te apud prætorem. ¶ Quandoque post accusatiuum iungitur datiuus, & significat quasi charum quid committo. ἐπιτρέπω, sed non recedit à significatione verbi Laudo. Semper enim fit cum charitate & laude eius, qui commendatur. Cicc. Qu. Fratri, Quàm multos mecum egisse putas, vt se Statio commendarem? Plaut. Qualine amico mea commendauit bona? Probo & fideli & fido. Cic. 3. de Finib. Quorum vterque tibi testamento liberos suos commendauit. Terentius Eunuch. Ego me tuæ commendo & committo fidei.

Commendatus, a, um, participium, Idem quod commissus, laudatus, aut fidei alicuius concreditus. {ἐπαινετός. Ital. Laudato, tenuto in gran stima. Gal. Recommande & loüe. Hisp. Encomendado y alabado. } Cicc. pro Rosc. Amer. Cui fama mortui, fortunæ viui commendat & sunt atque concreditæ. Plancus Ciceroni, Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

Commendatus, nomen, ex participio. ἐπαινετός. Cic. pro Corn. Bal. Quis est enim nostrum, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia, commendatior? Idem ad Brutum, Quum ipsi per se tibi commendatissimi sint.

Commendatio, onis, verbale. {ἔπαινος. Ital. Raccommandatione. Gal. Recommendation, louange. Hisp. Encomienda. } Cic. ad Lent. lib. 1, Nostra, cæterorúmque amicorum commendatione gratissimus in prouincia fuit. Idem, Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui.

Commendator, & Commendatrix, ὁ ἐπαινέτης, ἡ ἐπαινέτρια. Qui vel quæ commendat aliquem alteri, Cic. 1. de Legib. Sed profectò ita se res habet, vt quotiam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemque virtutum, ab ea viuendi doctrina ducatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Commendatitius, a, um: vt Commendatitiæ literæ, in quibus aliqui commendantur. {συστατικὸν ἐπιστολή. Ital. *Lettere di recommendatione.* Gal. *Lettres de recommendation.* Hisp. *Letras de encomendar.*} Cic. Antonio lib. 5, Etsi statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias.

Commendabilis, le, Dignum quod laudetur. {ἐπαινετός. Ital. *Che è degno di essere laudato.* Gal. *Digne destre loué.* Hisp. *Digno de ser encomendado y alabado.*} Colum. lib. 5. cap. 6, Sed vt densum arbustum commendabile fructu & decore est, sic vbi, &c.

Commentaculum, culi (inquit Festus) Virga qua in sacris vtebantur ad sacrificia euntes, vt à se obuios homines amouerent.

Commensus, Vide COMMETIOR.

Commentor, Commentitius, Commentum, Vide COMMINISCOR.

Commeo, as, ex Con, & Meo, aliquò se conferre, animo redeundi abire, vltro citróque ire. {φοιτᾶν. Ital. *Andare, venire.* Gal. *Aller & faire vn voiage, passer d'vn lieu en autre, voiager.* Hisp. *Passar por algun lugar, yr, y venir.*} Colum. lib. 1. cap. 3, Qui libentius commeaturus sit, si vexationem viæ non reformidet. Plaut. in Rud. Eum ad carnificem est æquius, quàm ad Venerem commeare. ¶ Inde Commeatus dari dicitur, id est tempus quo ire & redire cõmodè possis. Lactan. lib. 3. Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam cõmearet? Terent. in Hecyra, Nam senex rus abdidit se, huc raró in vrbem cõmeat.

Commeatus, us. Facultas abeundi, siue quod dicitur *Saluus conductus*, quẽ dat imperator militi, præpositus inferiori, eundi quò velit ad præscriptum diem reuersuro. {ἐξοδία, ἐφόδιον. Ital. *Licenza, saluocondotto.* Gal. *Congé de s'en aller sauf conduit.* Hisp. *Licentia para passar por algun lugar, saluoconducto de principe, ò capitan.*} Autor ad Herenn. Ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ intercluserint. Liu. lib. 23, Magna pars sine commeatibus dilabebatur. ¶ Aliquando accipitur pro cibariis ad alimoniam exercitus, aut Reip. aut multitudinis, vel etiam priuati alicuius. {σιτοδία, ὁ σῖτος μόνον, καὶ ὄψα. Ital. *Vettouaglia.* Gal. *Viures pour passer quelque temps.* Hisp. *Las vituallas.*} Cic. pro leg. Manil. Iam commeatu & priuato, & publico prohibemur. Cæsar 1. bell. Ciuil. Reliquas merces commeatũsq; ad obsidionem vrbis, si accidat, reseruant. ¶ Vnde, Trium dierum commeatus dicitur, quum instare paupertas extrema significatur. Aristoph. in Acharnens. καὶ μ' ἐπιτρέψεις σπεῖσαι ἐμαυτῷ τρισὶν, id est, Mihique vt reseruem cõmeatum tridui. ¶ Aliquando pro transitu multitudinis. Apuleius lib. 6, Sed cuneatim stipato cõmeatu difficultates transabiremus.

Commercor, aris, Idem quod mercari, vel multas res simul mercari. {ἐμπορεύω. Ital. *Comperare.* Gal. *Marchander ou acheter ensemble.* Hisp. *Mercar, ò mercar juntamente.*} Plautus Capt. Pater captiuos commercatur alios, tantum studens, vt natum recuperet.

Commercium, Est libera commeandi contrahendique facultas, concessa iis qui merces vltro citróque conuehunt. ἐμπορία. ¶ Aliter Commercium est vicissitudo dandi & accipiendi: à Con, & Merces: mercium commutatio, quę victus causa inuenta fuit, συναλλαγὴ καὶ μεταβολὴ, ἀλλαγὴ, ἐπιμιξία. Plinius in Paneg. Diuersásque gentes ita commercio miscuit, vt quod genitum esset vsquam, id apud omnes gentes natum esse videretur. ¶ Accipitur & pro vsu & consuetudine, σύνηθεια, & tunc præpositioni Cum, iungitur. Cicero de Senectute, Nec habet vllum cum virtute cõmercium. Plautus in Bacch. Quid tibi commercij est cum diis damnosissimis? Idem in Aululatia, Quid tibi mecum est commercij, senex?

Commereo, res, vel Commereor, reris, Committo, malè ago, delinquo, pecco. {ἁμαρτάνω. Ital. *Errare, meritare.* Gal. *Meriter, deseruir, faillir.* Hisp. *Pecar, merescer.*} Terent. in Andr. Quid feci? quid commerui? aut peccaui pater? Vbi Donatus, Commerui, maioris culpę est: Peccaui, multò minoris, vel leuioris. Idem in Phormione, Nam si te senserit timidum pater esse, arbitrabitur Commeruisse culpam. id est (inquit Donatus) commisisse. Idem in Hecyra, Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim? Quæ nunquam quicquam erga me commerita est pater, Quod nollem: & sæpe quod vellem meritam scio. Vbi Donatus, Aduerte, (inquit) proprietatem Commerendi & Merendi. Meren bona dicimus, Commereri mala, id est delinquere, peccare. Ergo hic Meritam, pro præstitisse dixit. Cic. de Orat. Interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè diceret. ¶ Interdum etiam in bonam partem accipitur pro mereri. Plaut. in Mostel. Quid grauaris, quasi gratiam non commeream?

Commetior, tiris, Idem quod metiri. {μετρέω. Ital. *Misurare.* Gal. *Mesurer & compasser.* Hisp. *Medir.*} Cic. 1. de Inuent. Nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium, & videre, poteritne aut magnitudo negotij, aut multitudo rerum in eo transigi tempore.

Commensus, us. ui, Symmetriam significat. {συμμετρία, τὸ μετρεῖν. Ital. *Misura.* Gal. *Mesure, mesurement.* Hisp. *Medida.*} Vitruuius lib. 3. ca. 1, Reliqua quoque membra suos habeat commensus proportionis, &c.

Commeto, as, peu. cor. Vetustissimi dixerunt pro commeo, hoc est ito, aliquò me confero. φοιτᾶν. Næuius. Quum ad lupam nostram tam multi crebró commerant lupi.

Commigro, as, Idem est quod migro, & habitationem in locum aliquem transfero. {μεθίσταμαι. Ital. *Andar ad habitar altroue.* Gal. *Aller loger, demourer ou habiter en autre lieu.* Hispa. *Mudar casa en otro lugar.*} Terentius in Andria, Mulier quædam abhinc triennium commigrauit huic vicinię. Liuius 5. ab Vrbe, Quid si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri Aequi, Volsciue faciant, vt commigrent Romam? Cicero ad Quintũ fratrem lib. 2. Sed vt spero, paucis mensibus post Calend Quintiles in tuam commigrabis.

Commilitones, Dicuntur qui simul militant. {συστρατιῶται. Ital. *Compagni alla guerra.* Gal. *Compaignons d'armes & de guerre.* Hisp. *Compañeros en la guerra.*} Suetonius in Cæsa. Nec milites suos pro concione, sed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam & ipse vnus esset ex numero militum. Cic. pro Deiot. Hic verò adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

Commiles, tis. {ὁ συστρατιώτης. Ita. *Compagno di guerra.* Gal. *Compaignon de guerre.* Hispa. *Compañero en la guerra.*} Cæsar bel. Ciui. Commilitesque nonnulli graniores sermones militum vulgò dutius accipiebant.

Commilitium, Ipsa belli societas. {συστρατεία. Ital. *Compagnia di guerra.* Gal. *Compaignie de guerre, societé en la guerre.* Hisp. *Compañia en la guerra.*}

Iustinian. lib. 1, Deinde cogitatione legum sacrarum, tum vetusti per tot bella commilitij, orat misereatur ciuium exulum. Tacitus lib. 1, Chauci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. ¶ Apud Apuleium etiam Commilitia legitur fœminino genere.

Comminiscor, Fingo, vel excogito: ab antiquo verbo Meminiscor: vnde & Reminiscor. {συμπλάττω, πλάσσω. Ita. *Fingere, imaginare.* Gal. *Controuuer, excogiter, forger.* Hisp. *Pensar ò fingir.*} Teren. in Hecyra, Aliquid tu hisce comminiscentur mali. Cic. 4. de finibus, Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur. Liu. 7. bel. Maced. Nihil aduersus tale machinationis genus parare aut comminisci oppidani conabantur.

Commentus, participium actiuæ significationis. {Ital. *Che ha trouato.* Gal. *Controuueur, forgeur, qui a excogité.* Hisp. *Fingidor.*} Cic. 2. de Nat. deo. Monogrammos deos & nihil agentes commentus est Epicurus.

Commentus, passiuè. {συμπλασθείς. Ital. *Finto, simulato.* Gal. *Feint, controuué.* Hisp. *Fingido, falso.*} Ouid. 6. Meta. Dat gemitus fictos, commentáque funera narrat.

Commentari, frequentatiuum est à Comminiscor, Cogitare, agitare, tractare, mentionem facere, disputare. {λαλιὰν ἔχειν, περὶ μυθολογίας. Ital. *Trattare, disputare, dichiarare.* Gal. *Penser & songer à quelque chose, inuenter & controuuer.* Hisp. *Pensar, disputar, tratar, glosar libros.*} Cice. ad Attic. lib. 4, Verumtamen idipsum mecum in his locis commentor, vt ista improbem. Idem in Læl. Quum in hortos D. Bruti commentandi causa (vt assoleo) venissemus, hoc est tractandi vel disputandi. ¶ Interdum significat cõminisci, confingere fallaciam. πλάττειν. Plaut. in Casin. Vt citò commentatus est, ecquid te pudet? ¶ Interdum commentarium scribere, scribendo aliquid componere. ὑπομνηματίζειν. Plin. lib. 18. ca. 25, Id eo ipso anno, quum commentaremur hæc, notatum est, prouentum eorum ter repetito frigore exinctum.

Commentatus, participium, quod modò passiuè accipitur. {συμπεπλασμένος, συμπλασθείς. Ital. *Trouato, imaginato.* Gal. *Penssé, songé, controuué.* Hisp. *Fingido.*} Cic. ad Tironem lib. 16, Isque diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, vide vt probare possit te non peccasse. ¶ Modò actiuè. Cice. Attic. lib. 4, Quum in villa Metelli complures dies commentatus esset.

Commentatio, verbale, Meditatio, atque contemplatio. {μελέτημα, ἐπιμέλεια. Ital. *Pensamento di qualche cosa.* Gal. *Penssement à inuenter, & controuuer quelque chose.* Hisp. *Pensamiento para hallar alguna cosa.*} Cic. 1. Tusc. Tota enim philosophorum vita, vt ait idem, commentatio mortis est.

Commentariensis, {ὑπομνηματογράφος. Ital. *Guardiano de registri, pensiero ouero d'atti publici.* Gal. *Celuy qui fait registre, comme vn geolier des prisonniers qu'il reçoit.* Hisp. *El que haze registros, come vn carcelero.*} Qui in commentarium custodias refert, & velut diarium custodiarum conficit. Budæus Ascouius in eum locum Cic. 3. Verr. Accensus Neronis, Accensus, inquit, nomen est ordinis, & promotionis in militia, vt nunc dicitur principis vel Commentariensis, aut Cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. Paulus in L. In fraudem. §. A' debitore. ff. de Iure fisci, Quoties apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, vt meritò his vti liceat: eáq; manu Commentariensis annotanda sunt. Secundum hoc commentarienses sunt quibus commentarij Imperatoris commissi sunt, vt est hodie thesaurus charrarum. In l. Ad cõmentariensem, C. de custodia reorum, pro eo accipitur, qui custodiam & periculum reorum præstat, ita vt reo elapso talione ipse puniatur. Et in l. finali, Commentariensis singulis mensibus de personis reorum & numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus ad iudicem referre debet.

Commentarium, Commentarius, & Commentarij, orum, plurali numero, pro vna eadémque significatione sumuntur, scilicet pro libris in quibus non latè diffuséq; res, sed quàm breuissimè possunt, explicantur, simplicitérque, & quasi per capita describuntur. {ὑπομνηματισμός, ὑπομνήματα, ὑπομνηματίδιον, μνημόνευμα. Ital. *Registro, giornale, memoriale.* Gal. *Registre, memoires, papier journal.* Hispa. *La minuta dela obra.*} Cice. in Brut. Non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Sic Cæsaris Commentarij dicuntur, quos Plutarchus ὑπομνήματα appellat, inquiens, Καίσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι γράφει: in quibus ad exequendam historiam aliis videtur materiam subiecisse. Vnde Seneca lib. 3. Decla. Sine commentario nunquam dixit Seuerus Cassius, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Gel. Est adeò Probi Grammatici commentarius satis curiosè factus. Et iterum, Nonnulli Grammatici qui commentaria in Virgilium composuerunt. Idem, Noster Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis composuit, scriptum reliquit. ¶ Præterea Commentarius quandoque dicitur ipse commentator, ὑπομνηματογράφος, hoc est qui commentarium composuit. Seruius super primo Georg. Superfluam mouent quæstionem commentarij. ¶ A' Commentarium, fit diminutiuum Commentariolum. ὑπομνημάτιον. Cic. 4. de Finib. Quæ quidem res effecit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neq; à commentariolis suis discedere.

Commentitius, a, um, Fictum, & ad tempus commentum, & excogitatum. {πλαστὸς, πεπλασμένος. Ital. *Finto, fittitio.* Gal. *Controuué & feint.* Hisp. *Cosa fingida ò falsa.*} Cic. 1. de Orat. Vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. Idem 4. Academ. Nére fueris commentitiis rebus assensus.

Commentor, oris, verbale. {εὑρετής. Ital. *Inuentore.* Gal. *Controuueur.* Hispa. *Fingedor.*} Qui aliquid comminiscitur, siue excogitat: vt, Vuæ commentor dicitur Bacchus, id est inuentor. Ouid. 3. Fastor. Luce sua ludos vuæ commentor habebat.

Commentum, Significat fictionem, vel aliquid ingeniosè excogitatum. {πλάσμα. Ital. *Commento, fittione.* Gal. *Inuention, chose controuuée.* Hisp. *Fiction ò gloss.*} Tetent. in Andr. Atqui ipsis commentum placet. Cice. de Clar. Orat. Vt sua commenta, & scripta meminisset. Deducitur à verbo Comminiscor, quod facit supinum Commentum.

Comministro, as, are, Idem quod ministrare. {ὑπηρετῶ. Ital. *Ministrare.* Gal. *Ministrer seruir, assister.* Hisp. *Ministrar.*} Plin. lib. 28. cap. 8, Super omnia est, quòd extremam fistulam intestini contra iudicum ac potestatum iniquitates commonstrant, & ad successus petitionum, iudiciorúmque, ac litium euentus.

Commi

Comminor, aris, ari. Idem quod minor. {ἀπειλέω. Ital. *Minacciare.* Gal. *Menacer.* Hisp. *Amenaçar.*} Sueton. in Cæs. cap. 62. Vt aquilifero minanti cuspide sit comminatus.

Comminatio, vel bale. {ἀπειλή. Ital. *Menaccia.* Gal. *Menasse, commination.* Hisp. *Cosa de amenaçar, amenaça.*} Plin. lib. 7. cap. 45. Taurus in aspectu generositas, torua fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus, sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans, spargénsque in altum arenam, & solius animalium eo stimulo ardescens. Cicc. 3. de Orat. Orationis autem tonitrus tanquam armorum est, vel ad vsum comminatio, & quasi petitio, vel ad vehementem ipsa tractatio.

Comminuo, nuis, {σμικρύνω, λεπτὸν ἢ ἰσχνὸν ποιῶ. Ital. *Minuire.* Gal. *Briser, grueger, mettre en pieces, demincer.* Hisp. *Desmenuçar.*} Plaut. in Barchid. Nisi mauultis fores & postes comminui securibus. Plin. lib. 20. ca. 4. Satiui verò decocti, mane poti, ad ternos cyathos, comminuunt, & eiiciunt calculos.

Comminus, Vide COMINVS.

Commisceo, sces, scere. Idē quod permisceō. {συμμίγνυμι. Ital. *Meschiare, mescolare.* Gal. *Meſler ensemble, mixtionner l'vn parmi l'autre, brouiller.* Hisp. *Mezclar.*} Plaut. Perſa, Commisce mulsum, strutheā, coluteāque appara. Cicc. 2. de Nat. deor. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & in mare, & in fœmina commisceudorum corporum mitæ libidines.

Commistus, participium. {συμμεικτὸς, συμμεμιγμένος. Ital. *Mescolato.* Gal. *Meſlé, mixtionné.* Hisp. *Mezclado.*} Virgil. 2. Georg. Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

COMMISENA, συμμισηνὴ. Armeniæ pars est apud Strabonem lib. 11.

Commiserésco, scis, scere. Idem quod misereſcere. {οἰκτίζω. Ital. *Hauer misericordia.* Gal. *Auoir pitié & compaſsion.* Hisp. *Auer misericordia.*} Terent. in Hecyra, Ibi demum ita ægrè tulit, vt ipsam Bacchidem, Si adesset, credo ibi eius misereſceret.

Commiseror, raris, tari. Idem quod miserari, seu misericordiam mouere, οἰκτείρω. Cic. 1. in Verr. Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit?

Commiseratio, verbale. {οἰκτιρμὸς, ὁ οἶκτος. Ital. *Pietà, compaſsione.* Gal. *Pitié & compaſsion qu'on a d'autrui.* Hispa. *Aquella misericordia.*} Cicc. 1. de Orat. Quid de Qu. Regis commiseratione dicam?

Commissus, Commissūræ, Vide COMMITTO.

Commitigo, as, pen. corr. Significat mitigare. {πραΰνω, μαλάττω. Ital. *Mitigare.* Gal. *Adoucir, amollir.* Hisp. *Amanſar ò ablandar.*} Terent. in Eunoch. Tibi vti commitigari videam scandalio caput. Vbi Donat. Commitigari, est tundendo deprimi, atque deponi.

Committo, tis, Alicuius fidei trado. {παραθήκην, παρακατάθεσιν Ital. *Commettere, dare in guardia.* Gal. *Donner en garde, commettre.* Hisp. *Encomendar, confiar.*} Terent. in Eunuc. Quem lupo commisisti. Idem in And. Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Ibidem, Nec satis digna cui committas primo partu mulierem. Quandoque Committere est iniungere aliquid faciendum, & quasi commendare. ἐπιτρέπειν. Cic. lib. 6. Epist. Fam. Negotio impedio, quo minus susceptum negotium pro tua fide & diligentia, ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam difficilémque commisit, gerere possis. Idem pro domo sua. Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem sunt commissa. ¶ Quandoque peccare. ἁμαρτάνειν. Cic. 1. in Verrem, Ego etiam, quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum. Virg. 1. Aeneid. Quid meus Aeneas in te committere tantum? Quid Troes potuere? ¶ Quandoque sociare, coniungere. συνάπτειν. Virg. 3. Aen. Delphinum caudas vtero commissa luporum. ¶ Quandoque facere, perpetrare. ἐπιτελεῖν. Salust. in Catil. Sempronia, quæ multa sæpe virilis audaciæ commiserat. ¶ Quandoque incipere. ἐπιτάττειν, κελεύειν. Virgil. lib. 5. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. Salustius, Quibus dictis mox prælium commiserat. πρὸς μόνον κίνδυνον. ¶ Quandoq; idem quod permittere, vel occasionem præbere, ἐφιέναι, idque ferè negatiue, subsequente particula Vt. Cicc. ad Atticum lib. 1. Non committam posthac vt me accusare de epistolarum negligentia possis. Idem 6. Philip. Ego nolo ciuem committere vt morte mulctandus sit. Aliquando etiam sine negatione. Idem lib. 2. Offic. Periculosum ipsi est, tum etiam fordidum ad famam, committere vt accusator nominetur. ¶ Quandoque in contentionem deducere. συμβάλλειν, συστήσειν, συμπλέκειν. Suetonius in Calig. Nec cessauit ex eo criminari alterum alteri, atque inter se omnes committere: id est in certamen mittere. ¶ Committere prælium, est præliari. μάχεσθαι. Cic. lib. 4. Epist. Fam. Sed vt rationem ineam, quo die prælium Pansa commisit, eodem die à Gadibus naues profectæ sunt. ¶ Propriè tamen ratione præpositionis Con, significat simul mittere, siue simul iungere. συνάπτειν. Gellius, Gordium nomen est vrbis, quam Sangarius amnis interfluit: magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet: nec nisi tenue discrimen obiiceret, maria quæ nunc diuidit, committeret. Vide plura de hoc verbo apud Vallam lib. 2. cap. 38, & lib. 3. cap. 62.

Commissus, participium. {σπουδαζόμενος, συμπεπλεγμένος, ἐπιτεταγμένος. Ital. *Dato in guardia.* Gal. *Commis & baillé en garde.* Hisp. *Encomendado, confiado.*} Cic. pro Fonteio, Atque ita, vt commissus sit fidei, permissus potestati. Virgil. 5. Aeneid. Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Committendus, aliud participium. Cic. ad Atti. lib. 10. {Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur vlla.

Commissum, substantiuum. Delictum peccatum. {ἁμάρτημα. Ital. *Peccato.* Gal. *Cas commis, fait, peché.* Hisp. *Pecado.*} Cic. pro Sylla, Ecquod huius factum aut commissum, non dicam audacius, sed quod cuiquam paulò minus consyderatum videretur, &c.

Commissio, onis, verbale. {συμπλοκὴ σύστασις. Ital. *La contesa tra due ò piu.* Gal. *Aſſemblement de quelqu'vn contre vn autre, comme de ceux qui doment ſonſler, irritation à ſe ioindre pour ſe battre.* Hisp. *Acometimiento, comission.*} Quo propriè significatur binorum vel pugilum, vel muscotum, vel poëtarum, vel thetorum exhibitio, ad artis aut virium ostentationem. Huiusmodi autem certaminibus Prætores, velut Agonothetæ præsidebant. Sueto. in Augusto. Compoſi tamen aliquid de se, nisi & setiò, & à præstantissimis, offendebatur: admonebátque Prætores ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. Plin. Epist. 144. Proximis sacerdotalibus ludis productis in commissione pantomimis, quum simul theatro ego & Quadratus egrederemur, &c.

Commissorius, a, um. vt. Lex commissoria, id est exceptio adiecta actioni, contra quam si quid commissum fuerit, conuentio reſcindatur. Vide Vlpianum in l. Si fundus. ff. de leg. commiſ.

Commissūræ, Inicturæ, quales sunt tabularum & aliarum rerum. {ἁρμογαὶ, ἁρμολογίαι. Ital. *Commiſſure, gionture.* Gal. *Ioinctures, conjonctions.* Hisp. *Commiſſuras ò trauaçones.*} Cic. de Vniuerſ. Deinde in orbem torsit, vt & ipsæ secum, & inter se ex commissura, quæ è regione esset, iungerentur. Idem 2. de Nat. deor. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad actus flexibus accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionē?

Commodum, di, pen. corr. Vtile, emolumentum, opportunitas. {ὄφελος, ὠφέλημα. Ital. *Commodo, commodità.* Gal. *Profit & emolument, commodité, aiſance.* Hispa. *Prouecho.*} Cuius contrarium est Incommodum pro damno. βλάβη. Lib. 2. ad Herenn. Causa est, qua inducit eum commodorum spe, aut incommodorum vitatione. Et infrà. Hic accusator in spe commodi cupiditatem ostendet aduersarij, & in vitatione incommodi formidinem augebit. ¶ Aliquando vtrouis modo accipi possunt, vt apud eundem in Hecyra. Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum est ferre. Commodūm adnerbium, significat Iam tunc: id temporis, eo momento. {Ἄρτι. Ital. *Appunto appunto, à tempo.* Gal. *Bien à point, bien a propos, de bonne fortune.* Hisp. *Prouechoſamente, à buen tiempo, con ſaçon.*} Apul. Commodùm limen euaserant, & fores ad pristinum statum integræ resurgunt. Idem lib. 1. Igitur ineffeaci celeritate fatigatus, commodùm vespera oriente ad balnea processeram. Gell. lib. 2. Taurus sectatoribus commodùm dimissis, sedebat pro cubiculi foribus. ¶ Commodùm sequente Quum, significat Vix, vel tantùm. Cic. ad Atti. Commodùm discesseras heri, quum Trebatius venit. ¶ Item pro opportunè. Plaut. Merc. Commodùm obuiam veniēs patri. Item in Mil. Hem, te ipsum quæro, commodùm vir lepidissime.

Commodè, Idem significat, quod Cōmodùm: {ἐυχρήστως, καλῶς, ἐπιτηδείως, ἐξ ἡμέρου. Ital. *Ben appunto, ben al propoſito.* Gal. *Aiſément, à propos, commodément, bien à point, bien à propos.* Hisp. *Prouechoſamente, à buen tiempo, con ſaçon.*} vt Commodè agere, audire, &c. id est benè vel optimè, aptè. Cic. Fam. lib. 1. Sed ex illo senatusconsulto, quod te referente factum est, tibi decernit vt regem reducas, quod commodè facere possis, id est commodo tuo, facilè, sine molestia. Quo loquendi modo quasi per parenthesim interposito, vti solemus.

Commodius, & Commodissimè. Cic. ad Attic. lib. 13. Posthac enim poterimus commodius colere in Tusculano. ¶ Hinc etiā formauit Plaut. in Sticho diminutiuū Cōmodulè, - hoc cōuiuiū est. Pro opibus nostris, satis commodulè nuciibus, fabulis, faculis, Olea interpro lupillo, &c.

Commodus, da, dum, Vtile, aptum, tempestiuum, siue opportunū. {εὔχρηστος, ἐπιτήδειος, ἐξ ἡμέρου. Ital. *Commodo, vtile.* Gal. *Conuenable, opertun, profitable, traitable & de bonne ſorte.* Hisp. *Idoneo y prouechoſo.*} Terent. in Andria, Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus nō vidi. Vbi Donus admiratur, quòd in ipso articulo periculi supernenerit Crito. Plin. in Epistolis. Hinc illa ita funus parauit, ita duxit exequias, vt ignoraret maritus: quinimo & quoties cubiculum eius intraret, viuere filium, atque etiam commodiorem esse simulabat. id est paululum iam à morbo esse confirmatum. Cornelius Cels. Sed inter omnia maximè commodum est modicè exercere.

Commoditas, Aptitudinem quandam conuenientiámque significat & vtilitatem. {ἐυχρηστία, ἐπιτηδειότης. Ita. *Commodità, commodo.* Gal. *Commodité, aiſance, opertunité.* Hisp. *Prouecho.*} Cic. 4. de Finib. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, támque productæ temporibus, támque multæ. Quid. Epist. 15, Cogimur ipsius commoditate frui.

Commodo, as, pen. corr. Obsequor, commoditati alicuius inseruio, seu commoditatem præsto. {ὠφελῶ. Ital. *Far piacere, ò ſeruitio, accommodare, à aiutare.* Gal. *Faire plaiſir ou ſeruice, aider.* Hispa. *Hazer ſeruicio, aprouechar à otro.*} Cic. ad filium, Cui ego quibuscunque rebus potero, libentissimè commodabo. Cic. Cæsari, Quicquid ei commodaueris, erit mihi gratum. ¶ Contrà Incommodo, molestus sum, & noceo significat. λυμαίνω. Terent. in Andr. Magis adeò, vt mihi incommodet, quàm vt obsequatur gnato. ¶ Commodare item, est vtendum dare, hoc est alicuius rei vsum ad tempus concedere. {χρῆσιν τινὰ δίδωμι. Ital. *Impreſtare.* Gal. *Preſter.* Hisp. *Preſtar.*} Cic. Dando & accipiendo, mutuandisque facultatibus, ac commodandis nulla re egemus. ¶ Nec rei tantùm mobilis cōmodatio dicitur, vt Vlp. existimauit, sed etiam soli. Plaut. Quum ædes pauperi accommodasset. lib. 4. ad Heren. Ait cuidam ædes maximas ad nuptias commodasse. ¶ Et licet (vt multi asserunt) commodentur, quæ reddantur in eodem numero & specie, vt vestis, equus, liber: mutuentur quæ non redduntur eadem numero, sed specie, vt vinum, frumentum, numi: Cicero tamen in Verrem Act. 6, vsus est etiam de iis quæ non eadem redduntur, sed similia. At publicè (inquit) commodasti, non sine magno quidē prouincię Siciliæ q; detrimēto, tritici modios sexaginta.

Commodata res, Propriè intelligitur, si nulla mercede accepta vel constituta, vtenda res data est. χρῆσις τις χρήσιμος. Nam commodatum debet esse gratuitum. ¶ Hinc Commodatarius, cui res data est commodatō.

COMMODVS, M. Antonini Philosophi filius fuit, patri dissimillimus, cui etiam in imperio successit. Vitam eius, eáque dignum exitum vide apud Herodianum lib. 1. De hoc sic scribit Ausonius in Tetrastich.

Cæsarum, Commodus insequitur pugnis maculosus arenæ,
Threcidico princeps bella mouens gladio.
Elisо tandem persoluens gutture pœnas
Criminibus, fassis matris adulterium.

Commœreo, Totus, vel in totum tristor: {συλλυπῶ. Ital. *Contriſtarſi, condolerſi ramaricarſi.* Gal. *Se contriſter, ſe douloir.* Hisp. *Entriſtecerſe.*} Plaut. in Epid. Nescio ædepol quid tu timidus es, trepidas Epidice, Ita voltum videor videre commœruisse.

COMMONES, Insula est adiacens Ephesо vrbi, vt autor est Plin. li. 5. ca. 31.

Commolior, iris, iri. Idem quod molior. {μηχανῶμαι. Ital. *Mouere con diſſicultà.* Gal. *Machiner de tout ſon pouuoir quelque choſe.* Hisp. *Difficultoſa ò ingeniſamente mouer y diſponer.*} Cic. 3. de Nat. deor. Nec quem dolū ad eum, aut machinam commoliar, Scio quicquam.

Commolo, lis, lere. Mola contero. {σπαλάσσω. Ital. *Macinare.* Gal. *Moulder, & froiſſer*

& fouffer auec vne meule. Hisp. Moler.} Colum. lib. 12. cap. 50, Cauendum est itaque, ne ex ea fiat oleum cibarium, quod vno modo vitari poterit, si protinus illatu de agro bacca, commolita & expressa erit.

Commoneo, es, pen. corr. Idem quod admoneo, & construitur cum genitiuo. {Ital. Ammonire. Gal. Amonnester, auertir, faire souuenir. Hisp. Amonestar.} Quintil. Grammaticos sui officij commonemus. Terent. in Andr. Aliorum exempla commouent. Ad Heren. lib. 4, Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commouebant.

Commonitus, participium. {Ital. Ammonito, auertito. Gal. Amonnesté, auerti. Hisp. Amonestado.} Liu. 4. bell. Maced. Commonitósq; in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret dimisit.

Commonitio, verbale. {Ital. Ammonitione, auertimento. Gal. Amonnestion, auertissement. Hisp. Amonestacion.} Quintil. lib. 4. cap. 2, Non inutilis erat in extrema parte commonitio.

Commonefacio, cis, Commoneo, in memoriam adduco. {Ital. Ammonire. Gal. Auertir & faire souuenir, remonstrer, & amonnester. Hisp. Amonestar.} Salust. in Cic. Videlicet vt nos commonefacias quàm conuersa sit Respublica, quum in ea domo habitares, &c. ¶ Huius pestilium Commonefio. Cic. 7. in Verrem, Nemo est quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Commonstro, as, are, Idem quod simplex monstro. {Ital. Mostrare. Gal. Monstrer & enseigner. Hisp. Mostrar.} Terent. in Heauton. Parentes meos vt Commonstres. Cic. 2. de Orat. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.

Commordere, Idem quod simplex mordere. {Ital. Mordere. Gal. Mordre. Hisp. Morder ò maldezir.} Plin. lib. 24. cap. 11, Nomen accepit, quòd à cane commorsos rabiem sentire non patitur.

Commorior, reris, simul morior. {Ital. Morire insieme. Gal. Mourir ensemble. Hisp. Morir juntamente.} Plin. lib. 27. cap. 2, Mirúmque exitialia per se ambo quum fuerint duo venena, in homine commoriuntur, vt homo supersit.

Commorientes, Nomen fabulæ Plauti. Terentius in prologo Adel. Synapothnescontes Daphili comœdia est, Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Commoro, as, are, {Ital. Tardare, indugiare. Gal. Demeurer. Hisp. Tardasse,} Plin. lib. 19. cap. 6. ad finem, statúmque quæ deuorauere aues stupentes manu capiuntur: & si paulum commorauere, sopitæ.

Commoror, taris, Idem cum simplici Moror. {Ital. Dimorare si soggiornare. Gal. Sejourner, demeurer & s'arrester quelque temps. Hisp. Morar, tardarse en alguna lugar.} Cic. ad App. lib. 1, Fuitque mecum familiariter triduum illud, quo ego Ephesi commoratus sum. Idem in Orat. Vt verser sæpe multis modis eandem & vnam rem, & hæreat in eadem, commoretúrque sententia. ¶ Commorari aliquem, est detinere, & in mora tenere. {Ital. Tardare, indugiare. Gal. Tarder, retarder. Hisp. Detardar à otro.} Plautus Merc. Male facis, properantem qui me commorare, sol abit.

Commoratio, verbale, {Ital. Dimora. Gal. Demeurance, sejour pour quelque temps. Hisp. Habitation.} Quod interdum pro habitatione sumitur. Cic. ad Leptam lib. 6. Nam & villa, & amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. ¶ Interdum pro mora, seu tarditate. {Ital. Tardanza. Gal. Tardement, arrest. Hisp. Tardanza.} Cic. Quint. frat. lib. 3, Quòd multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum. ¶ Commoratio, figura Rhetorica. Autor ad Heren. lib. 4, Commoratio est, quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eódem sæpius reditur.

Commortalis, le, vt, Commortalis natura. Colum. lib. 3. cap. 10. Sed interdum (quod ait diuinus autor Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ea consectandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ consequi nequeamus.

Commosis, pen. prod. Primum mellificij fundamentum, ex tenaci & viscosa constans materia: ita dictum à Græco nomine κόμμι, quod nos Gummi dicimus. Vide Plin. lib. 11. cap. 7.

Commouco, es, pen corr. Perturbo. {Ital. Perturbare, commouere. Gal. Remuer, esmouuoir, troubler Hisp. Mouer ò perturbar.} Terent. in Andr. Commoui hominem. ¶ Interdum significat, à proposito deflecto, & quod volo, persuadeo. Cic. lib. 1. Epist. Visi sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere. ¶ Interdum lædere. Colum. lib. 2. Ne in radicem maiore nixu vomis impactus colla commoueat. ¶ Interdum recedere. Cic. Tironi, Tu & cura vt valeas, & ce illhinc ne temere commoueas.

Commotus, participium. {Ital. Commosso, smosso, conturbato. Gal. Esmeu, ebranlé, agité, tourmenté. Hisp. Mouido, perturbado.} Idem quod motus, vel concussus. Commotæ columnæ, apud Cic. 3. in Verr. Tripodes commoti. Seneca in Medea, -tripodas agnosco meos Fauente commotos dea. ¶ Nonnunquam idem quod perturbatus. Terent. Phor. Quidnam ille commotus venit?

Commotior, comparatiuus. Cic. de Clar. Orat. Habitus est sanè (vt ita dicam) luculentus patronus, asper, maledicus, genere toto pauló fortidior atque commotior.

Commotio, verbale. {Ital. Turbatione, smouimento. Gal. Esmotion, esmouuement, esbranlement. Hisp. Mouimiento, perturbacion.} Perturbatio: vt, Commotio animi. Cic. lib. 3. Tusculanarum, Alicui rei commotionem iniicere. Quint. lib. 5 cap. 10.

Commotiuncula, diminutiuum. Cic. ad Attic. lib. 12.

Commulceo, ces, Mollio placo. {Ital. Placare, far molle. Gal. Adoucir, amadouer. Hisp. Amansar al fauido, amollentar.} Gellius lib. 7. cap. 3. In principiis autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacare iudices debent: sensúsque eorum expectatione causæ suspensos regentes, honorificis verecundisque sententiis commulcere, non iniuriis atque imperiosis comminationibus confricare.

Communio, nis, nire, Circummunire. {Ital. Fortificare intorno. Gal. Fortifier à l'entour, munir & asseurer de toutes parts. Hisp. Fortalecer à guarnecer.} Plautus Rud. Oppidum magnum communibo. Cæsar, Præsidia disponit, castella communit, quo facilius, si se inuito transire conarentur, prohibere possit.

Communitus, participium, Septus, firmatus, fultus. {Ital. Fortificato. Gal. Fortifié. Hisp. Fortalecido.} Cic. 5. in Verr. Situs vrbis communitus & præclarus ad aspectum. Idem pro Cecinna, Quid refert habere fundum, si parum sit communitum ius?

Communis, ne, quod multorum est, & non priuatum ab iisdem muniis, siue muneribus: {Ital. Commune. Gal. Commun, qui est à vn chacun. Hisp. Comun, de muchos.} vnde & Immunis deducitur. Vsus eius multiplex est. ¶ Interdum ponitur sine casu. Cic. Offic. 1, Magnum est enim eadem habere monimenta maiorum, eisdem vti sacris, sepulchra habere communia. ¶ Interdum cum datiuo. Plaut. in Rud. Mare quidem commune certum est omnibus esse. ¶ Cum datiuo & ablatiuo, præeunte præpositione Cum. Cic. Fam. 13, Cum patrono Epicureo mihi omnia communia sunt, nisi quòd in philosophia vehementer ab eo dissentio. ¶ Et aliquando sine datiuo. Cic. de Senect. Quod illud est crimen senectutis, quum illud videatis cum adolescentia esse commune? ¶ Cum genitiuo. Terent. in Adelph. Commune omnium vitium, quòd nimium ad rem attenti sunt senes. Cic. in Verr. Communis omnium inimicus. ¶ Cum præpositione Inter. Terent. in Adelphis, Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. ¶ Communes dies, apud veteres erant qui alio nomine vocabantur Intercisi, κοιναὶ ἡμέραι: ita dicti quòd diis hominibúsque essent communes. Erant enim medij inter festos, & profestos: & quibusdam horis fas erat ius dicere, quibusdam non. Nam quum hostia cædebatur, fari nefas erat: cæsa autem & porrecta, fari licebat: rursus quum adolebatur hostia, non licebat.

Commune, nis, substantiuè, pro communi Republica, inquit Asconius. {Ital. Commune, communità. Gal. Communauté, commun, republique. Hisp. Comun, ò comunidad, ò republica.} Cic. 3. in Verr. Pro Quæstore vero quomodo iste commune Myliadum vexarit, &c. Idem 4. in Verrem, Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, quum videret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, à communi Siciliæ?

Communiter, aduerbium. {Ital. Communemente. Gal. Communement, en commun, ensemblement. Hisp. Comunmente.} Cic. de Senect. Quo vtetur nostrum communiter vteretur. Cic. 2. Offic. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animaduertunt.

Communitas, tatis. {Ital. Communità. Gal. Communauté, societé, communication. Hisp. Comunidad.} vt, Communitas vitæ & victus. Cic. 6. Phil. Quę vobis potest cum hoc gladiatore, conditionis, æquitatis, locationis esse communitas? Consociatio hominum atque communitas, Cic. 1. Offic. Communitas homini cum Deo, Cic. 1. de Nat. deor.

Communio, onis, idem quod communitas, vel participatio. κοινωνία, κοινώνημα μετάδοσις. Cic. pro Corn. Balb. Ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis continere videtur. Idem 1. de Legib. Inter quos porrò est communio legis, inter eos communio iuris est.

Communico, as, pen. corr. à nomine Communis, significat communem facere, participare, conferre, impartiri: vt quum quod priuatum est, fit vniuersorum. {Ital. Communicare, conferire. Gal. Communiquer, bailler part, faire participant. Hisp. Communicar ò dar parte.} Varia huius verbi constructio est. ¶ Cum accusatiuo. Cic. de Amicitia, Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens, communicándo, leuiores. ¶ Cum accusatiuo & ablatiuo habente præpositionem Cum. Cic. pro Cornel. Balbo. Est enim in populum Romanum grauc, non posse vti sociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare. Idem Fam. 16, Nam vt illa omittam, quæ ciuitate teste fecisti, quum mecum inimicitias communicasti, id est quando ostendisti te etiam esse inimicum aduersariorum meorum, &c. Idem ad Attic. Nihil mihi scito nunc tam deesse, quàm hominem cum, qui cum omnia, quę me cura aliqua afficiunt, vnà communicem. id est cum quo ea loquar, quæ vehementer me iam solicitant. ¶ Cum accusatiuo & præpositione Inter. Cic. Sed hæc (vt spero) breui inter nos communicabimus. ¶ Interdum præter præpositionem Inter, vel Cum, habet & alteram præpositionem De. Cic. Fam. 15, Tum vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Idem Lentulo Fam. 1, Etenim Pompeium, qui mecum sæpissime non solùm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis tempore illis non sæpe in Senatu fuisse.

Communicatio, verbale. {Ital. Communicatione. Gal. Communication. Hisp. Communicacion.} Cic. pro Corn. Balb. Cuius autoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio, & communicatio ciuitatis.

Commurmuro, ras, Idem quod simplex Murmuro. {Ital. Mormorare. Gal. Murmurer auec autres, ou auec soymesme. Hispa. Murmurar.} Plin. lib. 10. cap. 23, Pythonos comen vocant in Asia patentibus campis, vbi congregatæ inter se commurmurant. Silius lib. 15, Clauso commurmurat ore.

Commurmuror, aris, deponens. Cic. in Pisonem, ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, vt scriba ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus sit, &c.

Commuto, as, pen. prod. Idem quod muto, permuto. {Ital. Mutare, commutare. Gal. Changer, muer. Hisp. Trocar vna cosa con otra.} quod fit, quum vna res pro alia datur: quúmque quis alteri quod habet, concedit, vt aliud quippiam assequatur. Cic. 5. Verr. Vt nõ modò eorum agris vectigal nouum nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum, néve vendundis aut tempus, aut locum commutarent. Plin. in Epist. Librum tuum legi, & quàm diligentissimè potui annotaui, quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer. ¶ Commutare verba, μεταφέρειν τοὺς λόγους. Est pro bonis dictis mala ingerere, id est iracundia in maledicta compelli, altercari, & iurgia habere. Terent. in Andr. Nunquam hodie tecum commutaturum patrem vnum esse verbum. Idem in Andria, Vt est ille bonus vir, tria non commutabitis hodie verba inter vos.

Commutabilis, le. Quod facile mutatur. {Ital. Che si muta & cangia facilmente. Gal. Qui se mue & change facilement. Hisp. Cosa que se puede trocar con otra.} Cicc. de Amic. Nam quum amicitiæ vis sit in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus, qui fieri poterit, si ne in vno quidẽ quoq; vnus animus erit, idemq; semper, sed varius, commutabilis, multiplex?

Commutatus, ta, tum, verbale. {μεταβολὴ. Ital. *Mutatione, cambiamento, mutamento.* Gal. *Changement, mutation.* Hisp. *Trueco de vna cosa con otra.*} Lucret. lib. 1, -quapropter quoniã quæ diximus antè In cõmutatum veniũt.

Commutatio, onis, ἀντίστροφη, aliud verbale eiusdem significationis. Cæsar 5. bell. Gall. Propter crebras commutationes æstuum. ¶Est & commutatio Rhetorum figura, de qua vide ad Herennium lib. 4.

Como, is, psi, ptum. Significat comam compono, orno. {κομῶ. Ital. *Ornare la chioma, comare.* Gal. *Accoustrer, coiffer, attiffer.* Hisp. *Encabellar, aderezar.*} Terentius in Heautont. Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Ouid. 2. Amo. Comere sed solas digna Cypassi deas. Tibul. lib. 1, Nec nitidum pectus comperit arte caput.

Comptus, a, um. Ornatus, politus. {κεκομμένος, ἠσκημένος. Ital. *Ornato, acconciato.* Gal. *Orné, attiffé.* Hisp. *Atauiado, polido.*} Plaut. in Mil. Capite compto, ctines vittásque habeat. Virgil. 10. Aeneid. Sanguine turpantem comptos de more capillos. Lucan. lib. 10, Quem formæ confisa suæ Cleopatra, sine vllis Tristis adit lachrymis, simulatum compta dolorem, &c. Vnde diminutiuum Comptulus, κομψός.

Comptus, huius comptus, verbale. {ἐξάσκησις, κόσμησις. Ital. *Ornamento, acconciamento.* Gal. *Ornement & attiffement.* Hisp. *Atauio.*} vt, Virginei comptus apud Lucretium, lib. 1. id est cultus puellares.

Comœdia, {κωμῳδία. Ital. *Comedia.* Gal. *Comedie.* Hisp. *Comedia, fabula fingida.*} Fabulæ genus, ciuilis priuatæque vitæ imaginem, velut in speculo repræsentans: quemadmodum contrà in Tragœdia, reguin præcipuè & aulicorum mores depinguntur. Nam in Comœdia non nisi humiles, aut saltem priuatæ personæ: in Tragœdia verò principes, heroes, atq; adeo dij ipsi introducuntur. Quòd si in Comœdia, deorum aut principum personas contingat admisceri, ex non propriè Comœdiæ, sed Tragicocomœdiæ appellantur. Adhæc, in Comœdia turbulentum principium læta ferè, excipit Catastrophe: contrà, Tragœdiæ tristissimus ferè est exitus. ¶Iisdem è literis Comœdia & Tragœdia componitur, ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων τραγῳδία γίνεται, καὶ κωμῳδία γραμμάτων. Conuenit in eos qui eadem de re norunt diuersa fingere: aut qui eadem opera diuersa possint. ¶Dicta est autem Comœdia ἀπὸ τῶν κώμων, hoc est à vicis, vt quidam volunt: propterea quòd Athenienſibus nondum in vrbem coactis, & adhuc per vicos dispersis, prima poëmatis huius rudimenta à iuuentute inuenta credantur: siue, vt alij malunt, à Como lasciuiæ & comessationis deo: cui iuuentus indulgens, rudia & inculta carmina profundebat: quibus quos videbatur, nominatim perstringebat. Verùm quum eo genere licentiæ Poëtæ nimis petulanter abuterentur, atque optimi cuiusque nomen inuaderent, lege cautum est ne hoc poëmatis genere cuiquam in posterum vti liceret. Vertère ergo stylum (vt inquit Horatius) formidine fustis: & in veteris Comœdiæ loco noua successit, in qua ficta argumenta tractare cœperunt, & humanæ vitæ similitudinem, veluti penicillo quodam exprimere. Cice. 1. Offic. Duplex omnino est iocandi genus, &c. Alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modò Plautus noster, & Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt. Idem de Clar. Orat. Eius improbitatem veteres Atticorum Comœdiæ notauerunt.

Comœdus, di, {κωμῳδὸς. Ital. *Che recita le comedie, istrione.* Gal. *Joeur de comedies, ou l'Auteur qui les a faites.* Hisp. *El representador de comedias.*} Qui repræsentat Comœdias, siue Comœdiarum actor: sicut Calliopius apud Terentium, & Q. Roscius apud Ciceronem. Facere Comœdum in pronuntiando, Quintil. lib. 2. ca. 12. Fieri Comœdum ex pessimo histrione, Ciceropro Roscio Comœdo.

Comicus, κωμῳδοποιός, κωμικός. Ital. *Compositor de comedie.* Gal. *Poete comique, l'auteur d'vne comedie.* Hisp. *El poeta escriptor de comedias.*} Qui Comœdias componit, vt Terentius, Plautus, & similes. Plin. lib. 13. cap. 1, Hoc erat celeberrimum Menandri poëtæ comici ætate.

Comicus, a, um, adiectiuum, {κωμικός. Ital. *De comedia.* Gal. *Comique, de comedie.* Hisp. *Cosa pertenesciente a las comedias.*} vt, Comicus versus, Pli. li. 14. cap. 14. Artificium comicum, Cic. pro Rosc. Comœdo, Nemo enim illũ ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. ¶Res comica, Horat. in Arte. Versibus exponi tragicis res comica non vult.

Comœdicè, aduerbium, Significat mansuetè, suauiter, {κωμῳδικῶς, ἁπαλῶς. Ital. *Mansuetamente, soauemente.* Gal. *Doucement, souefuement.* Hisp. *A manera de comedia, suauemente.*} sicut Tragœdicè, crudeliter. Plautus, Euge astitistis & dulcè, & comœdicè. Festus.

Comosandalos, κομψοσάνδαλος. Flos est quem notiore nomine Hyacinthum nominamus, vt tradit Pausanias: ex quo Hermionenses solennibus Chthoniæ deæ festis coronas complicabant.

Comosus, Vide COMA.

Comotriæ, {κομώτριαι. Ital. *Che ornano le chiome.* Gal. *Femmes qui ornent & attiffent les cheueux, & font les paſſefillons aux filles.* Hisp. *Las que aſcy tan la cabelladura.*} Latinè comptrices dici possunt, vel ornatrices, quæ ornandæ comæ habent peritiam. Romæ Vestæ ministræ, autore Festo, Comotriæ dictæ fuerunt, quæ sex erant numero, vt singulæ partes populi, singulas haberent Sacrorum ministras.

Comotrion, κομώτριον. Dicitur instrumentum quo comptrices capillos adornant. Latinè Calamistrum appellatur, vel Discerniculum.

Compactus, Compactio, Compactilis, Vide COMPINGO.

Compago, ginis, & Compages, compagis, pen. prod. Coniunctio, & compositio. {ἁρμολογία. Ital. *Congiontione.* Gal. *Ioincture, aſſemblement, aſſemblage.* Hisp. *Ayuntamiento.*} Ouid. 1. Metam. Atque ita disparibus calamis compagine ceræ Inter se iunctis nomen tenuisse puellæ. Cic. de Senect. Nam dum sumus in his ineluſi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur. Pacuuius, Saluete gemini mei compages sanguinis. Virgil. 1. Aen. -compagibus arctis Claudentur belli portæ.

Compagino, as, pen. corr. Coniungo, copulo, à nomine Compages, siue Compago, quæ coniunctionem significant. {συναρμολογέω. Ital. *Congiongere, giongere inſieme.* Gal. *Conjoindre, joindre enſemble.* Hisp. *Ayuntar vna cosa con otra.*} Aug. Vt autem simus membra eius, vnitas nos compaginauit.

Compar, Idem quod par. {ἴσος. Ital. *Pari, simile, vguale.* Gal. *Pareil, egal, ſemblable.* Hisp. *Cosa vgual à otra cosa.*} Liuius, Comparem eladem ad Aegatos insulas Carthaginiensium prælio nauali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia cesserc. Idem lib. 1. ab Vrbe. Id enim demum compar connubium fore. ¶Inuenitur & Compar substantiuum pro socio, seu coniuge. Plaut. in Cas. Meus soccr, compar, commaritus, villicus. id est socius, vel æqualis. Plin. lib. 18. cap. 25. Coniuga fermè vagantur, nec nisi cum compare vita est. Rhetores Comparid esse dicunt, quod duabus aut pluribus sententiis breuibus, & inter se paribus exigitur. παρίσωσις.

Comparabilis, Comparatiuus, Vide COMPARO.

Comparco, comparsi, comparsum, {φείδεσθαι, φειδωλεύειν, ἐφεισμένως. Ital. *Risparmiare, sparagnare.* Gal. *Espargner.* Hisp. *Guardar, ser escasso.*} Comparcere, Idem quod parcere. Terent. Phorm. Quod ille vnciatim vix de demenso suo Suum defraudans genium, comparsit miser.

Compareo, res, Idem quod Apparco. {φαίνεσθαι. Ital. *Comparere.* Gal. *Comparoistre, ſe trouuer.* Hisp. *Comparecer, aparecer.*} Plaut. Aulul. Qui modò nusquam comparebas, modò quum compares, peris. Cic. 7. Verr. Quærite nunc vestigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant. Liu. Prima luce nec autor, nec causa terroris comparuit. ¶Comparere pro extare. Liuius, Visebantur enim excellentia eius genetis ornamenta à Marcello consectata, quorum exigua pars comparet.

Comparo, comparas, pen. corr. Multiplicis vsus est. significat enim aliquando comparationem facere, siue adæquare. {συμβάλλειν. Ital. *Comparare, aſſimigliare.* Gal. *Comparer, accompaigner, conferer enſemble.* Hisp. *Comparar vna cosa a otra, igualar.*} Et tunc habet vel datiuum. Cic. de Amic. Memineram Paulum, videram Caium, sed ij nec comparantur Catoni maximo & spectato viro. Vel ablatiuum cum præpositione Cum. Idem de Sene. Quæ sunt igitur voluptates corporis cum autoritatis præmiis comparandæ? Vel accusatiuum cum præpositione Inter. Idem Offi. 3. Etenim non modò pluris putare quod vtile videatur, quàm quod honestum: sed hæc etiam inter se comparare, & in his dubitare, turpissimum est. Vel cum præpositione Ad. Terent. in Eun. Act. 4. Scen. 4, Hau, ne comparandus hic quidem ad illum est. Vel accusatiuum solum, sine præpositione. Cic. in Bruto, Vt crebrò conferant pugnantia, comparent contraria. ¶Sæpe etiam Comparo accipitur pro constituo, adapto. {συμπεριλαμβάνω. Ital. *Adattare, accommodare.* Gal. *Aparailler, apreſter.* Hisp. *Aparar.*} Cic. de Nat. deor. Ego me ita comparaui. Et, Natura ita comparatum est, id est constitutum. ἁρμοστὸν. Terent. in Phorm. Quàm insquè comparatum est, hi qui minus habent Vt semper aliquid addant diuitioribus. ¶Item præparo, paro: quæ videtur propria esse significatio huius verbi. {προσκευάζω. Ital. *Apparare, apparechiare.* Gal. *Faire prouiſion, acquerir.* Hisp. *Aparejar.*} Cic. Verr. 2, Vt erat inter suos copiosus, conuiuium comparabat. Sic Comparare copias, exercitum: & per translationem, Comparare risum, dolum, insidias, malum alicui. ¶Item do. Idem ibidem, Et omni genitu ac dolore certa merces comparabatur. ¶Item socio, coniungo. συνάπτω. Plaut. in Asin. Prehende auriculas, compara labella labellis. ¶Item compono, machinor. συνκαλύπτομαι. Sisen. lib. 4. Hist. Eos qui hoc malum publicum clandestinis consiliis comparauerint. ¶Et cõparare, emere, πορίζομαι, κτᾶσθαι, κτᾶσθαι. Cato de Re rust. Prædium quum comparare cogitabis, sic in animo habeto. Liu. lib. 1, Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum missi, alij in Volscos, alij Cumas. ¶Item, habita ratione rerum & hominum, aliquid statuo: & Comparatio, eiusmodi constitutum. Liu. His Volsci sine sorte, sine comparatione prouincia data. id est sine conuento, & certo constituto. ἀσυμβάτως. ¶Accipitur etiam pro quærere, siue acquirere. Cic. Offic. 2. Prima est adolescenti commendatio ad gloriam, siqua ex bellicis rebus cõparari potest. Idem de Orat. Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparaui. Et pro Quintio, Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui.

Comparatio, verbale. Idem quod apparatus. {παρασκευή. Ital. *Apparechio.* Gal. *Apareil, apreſt.* Hisp. *Aparejo.*} vt, Comparatio noui belli. Cice. pro lege Manil. ¶Item acquisitio, vt, Comparatio voluptatis. Cic. 2. de Finib. ¶Item constitutio. Liuius, His Volsci sine sorte, sine comparatione prouincia data est. ¶Est etiam id quod Analogia Græcè dicitur. Cicero de Vniuersitate. ¶Comparatio item dicitur, rei vnius cum alia ex aliqua similitudine collatio, quæ à Græcis παραβολὴ dicitur. {Ital. *Comparatione.* Gal. *comparaiſon.* Hisp. *comparacion, cotejamiento.*} Cic. 1. Offic. Primùm igitur de honesto, tum de vtili, post de comparatione eorum disserendum.

Comparatè, aduerbium, Alterius cõparatione. παραβολικῶς. Cic. in Top. Quum autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè. Simpliciter, Expetendáne sit gloria: Comparatè, Præponendáne sit diuitiis gloria.

Comparabilis, le, Quod cum alio potest comparari. {παραβλητός. Ital. *Che ſi puo comparare.* Gal. *Qui eſt à comparager, qu'on peut comparager & conferer auec vn autre.* Hisp. *Cosa que se puede comparar.*} Cic. 1. de Inuentione, Comparabile autem est quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet: cuius partes sunt tres, imago, collatio, & exemplum.

Comparatiuus, a, um, Quod per comparationem adhibetur. συγκριτικός. vt, Comparatiua iudicatio. Cice. de Inuent. Deinde oportebit illam ipsam comparatiuam iudicationem exponere, tanquam causam deliberatiuam. Hinc etiam Grammatici Comparatiuum gradum appellarũt, cuius proprium est superare positiuum in ea qualitate quam obtinet: licet quandoque pro positiuo ponatur. ¶Est autem Comparatio, vt docet Priscianus, ad vnum vel ad plures, tam sui generis, quàm alieni quamuis Græci honoris causa suæ gentis magis, quàm ratione veritatis dicant, non posse ad multos sui generis fieri comparationem. Statius lib. 8. Thebaid. Sed pectora flectas, Et melior sis quæso deis. Valer. Max. lib. 4, Idem sentit Fabricius Licinius, honoribus & autoritate omni ciue temporibus suis maior. Et lib. 7. Tertium te importunitorem superioribus habere cœpimus rectorem. ¶Comparatiua & superlatiua, quæ à præpositionibus veniunt, præter suam constructionem ablatiui & genitiui, aliquando accusatiuo iunguntur. Cic. ad Octauium. Propius vrbem. Salust. Proximè Hispaniam Mauri sunt.

Compasco, is, Simul pasco. {συνοἰκονομέω. Ital. *Pascere con gl' altri.* Gal. *Paiſtre enſemble, donner à manger enſemble.* Hisp. *Apacentar con otros.*} Varro, Colonus in agro furculario ne capras compascat. Pli. li. 9. ca. 54, Nuper excogitatum famè longæ aduectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Compascor,pascitum.Varro 1.de Re rust.cap.1,Messe facta, spicilegium venire oportet,aut domi legere stipulam:aut si sunt spicæ raræ,& operæ carè,compascí. ¶ Ius compascendi habere,Scæuola in l. Testatrix. § pactus ff.de fundo vend.

Compascuus adiectiuum,vt Ager compascuus,apud Ciceronem in Topicis, qui reiectus est ad pascendum communiter vicinis. {κοινόβοσκος ἀγρός. Ital. *Pascuo comunale.* Gal. *Pasturage commun.* Hisp. *Tierra que se pasta en comun.*} Valerius lib.6.cap.7,Ius compascuum,pro compascendi.

Compedes,pen.corr.& fœmin.gen. à nominatiuo singulari Compes, Vinculi genus,quo captorum pedes constringuntur.{πέδαι, πεδοκλῖται. Ital. *Ceppi.* Gal. *Ceppes, autres liens, comme ceux de quoy on lie les pies aux esclaues & malfaicteurs.* Hisp. *Prision de pies como con grillos.*} Plautus in Cap. Vbi ponderosas, crassas capiat compedes. Terentius in Phorm. Molendum vsque in pistrino,vapulandum, habendæ compedes.Cicer. Attic.lib.8, Age iam has compedes,falces (inquam) hos laureatos referre ex Italia quàm molestum est.

Compeda dæ,Antiquè.Varro Parm.Lepusculi timentes, hoc quadrangulum dedit Drama rete nexile, ac visum fugæ, lineásque compedam. ¶ Legitur etiam nominis huius numerus singularis, præsertim ablatiuus Compede.Horatius, Ninali compede vinctus. Iuuenalis Satyr.4, Squalidus in magna latebit compede fossor.Colum.lib.8.cap.2.Eas, quasi compede,cohibentur feri mores. Genera compedum sunt Numellæ,Boiæ,Pedicæ,Neruus.

Compedio,compedis,pen.cor.compedui,ditum.{πεδάω. Ital. *Legare i piedi.* Gal. *Lier les pies.* Hisp. *Atar los pies.*} Significat pedes ligare,& vincire. Varro,Domum intro,& pedes corrigit compedio. Hinc

Compeditus,participium, Compedibus ligatus. {πεπεδημένος. Ital. *Legato ne ceppi.* Gal. *Lié par les piés en vn ceps, ou autrement qui empesche par les piés.* Hisp. *Atado con los pies.*} Plaut.in Capt.In lapidicinas compeditum condidi.

Compellatio,onis.Vide COMPELLO,as.

Compello,is,compuli,compulsum.Propriè significat (inquit Seruius) directa,vel diuersorum generum animalia eodem cogere.{συναλαόω, συναθροίζω. Ital. *Spigarre & mettere insieme la vna greggie.* Gal. *Serrer ensemble, mettre ensemble.* Hisp. *Juntar o echar en vno, como lo ganados.*} Virgil.lib.7,Compulerántque greges Corydon & Thyrsis in vnum. Et Plautus in Pœn. Canes compelluntur in plagas lepide lucum. ¶ Quinetiam de hominibus dici solet.Cic.de Inuent.Qui dispersos homines in agris, & in tectis syluestribus abditos,ratione quadam compulit in vnum locum, & congregauit. ¶ Accipitur & pro cogo,adigo,& inuitum ad aliquid faciendum adduco. {ἀναλαμβάνω. Ital. *Constrignere.* Gal. *Contraindre.* Hisp. *Compeler, constreñir.*} Plin.lib.36.cap.5,Quòd Hipponax indignatus, amaritudinem catminum distrinxit in tantum,vt credatur aliquibus ad laqueũ eos compulisse. ¶ Et per translationem. Plaut. in Asin. Quæ volet faciemus,qui hosce amores Nostros dispulsos compulit. Cicer.Acad.4, Quum sit enim campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias,& in Stoicorum dumeta compellimus?

Compulsus,participi. {συναναγκάζω. Ital. *Constretto.* Gal. *Contraint.* Hisp. *Constreñido.*} Cicer,pro Marcel. Omnes enim qui ad illa fato fumus nescio quo Reip. misero funestóque compulsi. Ventis compulsus, Virgil.1. Aen.Liuius lib.1.ab vrb.Compulsis deinde in oppida Aequis.

Compello,as,Alloquor. {προσλαλῶ, προσφωνέω. Ital. *Inuellare, chiamare.* Gal. *Parler à quelqu'vn, l'appeller.* Hisp. *Llamar para hablar juntamente.*} Plaut. in Amphi. Compellemus sic hominem.Virgil.lib.2, -vitro fiens ipse videbar Compellare virum.Cicero post Reditum in Sen. Neque solùm id dixit,sed quos ei commodum fuit, compellauit. ¶ Aliquando infamo, accuso. κατηγορέω. Suetonius in Cæsa. Eodem modo Nonium quæstorem,quòd compellari ad se maiorem potestatem passus esset,&c.Cic.ad Attic.lib.1,Nigidium minari in concione,se iudicem qui non adfuerit, compellaturum,id est incusaturum.

Compellatio,verbale. {κατηγορία, ὄνειδος. Ita. *Biasmo, reprezzo.* Gal. *Correction de parole, blasme.* Hisp. *Castigo con palabras.*} Cic.ad Cornificium,Itaque crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, seque in vrbem recepit inultus.

Compellutco,ces,cere, λαπάττω. Vnde Compellucidus. pen. corr. λαμπρός. Plaut.in Persa,Nihil est mactum,nihil è nigro cõpellucidum.

Compendium,Est id quod parsimonia quadam seruamus. {ἀνάλωμα. Ital. *Lo spargnio.* Gal. *Gaing venant d'espargne.* Hisp. *Poco gasto ò espensa.*} sicut è contrario Dispendium quod vel incuria,vel immoderatione profundimus,aut perdimus. Plin. Bubulas carnes caules caprificí magno lignorum compendio percoquunt. Idem, Magno id lignorum dispendio fit,addito sale:nam pecus qui integro die vix possunt. ¶ Compendium dicitur etiam vtilitas, lucrum. {ὠφελία. Ital. *Vtilità.* Gal. *Profit.* Hisp. *Prouecho.*} sicut Dispendium, damnum. ζημία. Tibull. Nec vagus ignotis repetens compendia terris, Proferat externa nauita merce ratem. Idem lib.4. ad Heren. Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atque auaritia. ¶ Compendium,pro via compendiaria & breui accipitur.Plin.lib.5.cap.5, Compendium viæ quatridui deprehensum est. ¶ Item Compendiũ,quæuis breuitas dicitur, in qua tamen vtilitas est:quales sunt libri in quibus breuiter summa operis alicuius colligitur. ἐπιτομή. Vnde Plaut. in Mil. Quàm potes,tam verba confer ad compendium.

Compendifacio,cis,Orationis compendio vtor. {συντέμνω, μηδὲ ὅλα. Ital. *Parlare, ò fauellare brieuemente.* Gal. *Parler brieuement, gaigner & profiter en quelque chose.* Hisp. *Hablar ò dezir breue.*} Plaut.in Mostel.Orationis operã compendifacito. ¶ Nonnunquam etiam lucrifacio. Plaut. in Persa, Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies.

Compendiosus,a,um,Valde vtilis. {λυσιτελής. Ital. *Molto vtile.* Gal. *Vtile, profitable.* Hisp. *Mucho prouechoso.*} Colum.lib.1, Quod & per partes nonnunquam damnosum est,in summa tamen sit compendiosum.

Compendiarius,a,um, Brevis,succinctus,& veluti ad certam metam per compendium ducens. {συντόμως. Ital. *Breue,succinto.* Gal. *Court & abregé.* Hisp. *Cosa de poco.*} Cicer.lib.2. Offic. Præclare, Socrates hanc viam ad gloriam proximam,& quasi compendiaria dicebat esse, siquis ita ageret,vt qualis haberi vellet,talis esset.

Compendiario,aduerbium. {συντόμως. Ita. *Per lo piu corto camino, brevemente.* Gal. *En bref, par les plus courts chemins, bien souuent.* Hisp. *A breuemente.*} Senec.

Epist.119,Ad maximas diuitias te compendiariò voco.

Compenso,as,Ex æquo retribuo,refundo,quasi pari pondere rependo. {ἀντιμισθόω, ἀντιμισθοφορέω. Ital. *Compensare, remunerare.* Gal. *Recompenser,* {ἀντιμισθοφορέω, ἀντιμισθόω. Ital. *Compensare, remunerare.* Gal. *Recompenser, bailler l'vn pour autre l'autre.* Hisp. *Recompensar, Galardonar.*} Cic. pro Murena, Atque hæc à nobis petunt omnia: neque vlla re alia, quæ à nobis consequuntur,nisi opera sua compensari putant posse. Ouid. Epist.5, Tot tamen amissis te compensauimus vnum. Valer.Max. Tarditatémque supplicij grauitate compensat.Claud.in Rufinum, Supplicijsque noxam grauiori numina pœna Compensant.

Compensatio. {ἀντιμισθία. Ital. *Recompensa* Gal. *Recompense.* Hisp. *Recompensacion.*} Quæ est(autore Modestino l.1.ff.de compensat.) debiti & crediti inter se contributio. Cic.5. Tusc. Itaque hæc vsurum compensatione sapientem,vt voluptatẽ fugiat. Ad Heren.lib.4, Fortitudo est contẽptio laboris & periculi,cum ratione vtilitatis & compensatione commodorum.

Comperendino, as, pen. corr. Significat de die in diem differo. {εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀναβάλλω. Ital. *Prolongare di dì in dì.* Gal. *Differer iusques à demain ou trois iours, delayer.* Hisp. *Dilatar de tercero en tercero dia.*} Cic. 1. Verr. Tua ratio est,vt secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem. ¶ Comperendinati autem reus dicebatur, quum iudices adhuc incerti quid deberent pronuntiare, causam in aliud tempus differebant. ¶ Dictum est autem Comperendinare, quasi in diem perendinum differre. Dicebatur enim propriè Comperendinatio(teste Gellio) quando reus in tertium diem reiiciebatur. Quum verò in posterum diem causa differebatur hoc, Diem diffundere, appellabant.Vide Gell.lib. 14 cap. 2. Accipitur tamen pro quantumuis longa iudiciali dilatione.Cicer.5 in Verr. Vt his ludorum diebus interpositis,nemo illum comperendinatum iudicaret?

Comperendinus,a,um,vt Dies comperendini, quibus vadimonium iuberi licet,vt inquit Macrobius. κύριαι ἡμέραι. Vide Valerium li.2.ca.33, & Budæum in Annotationibus.

Comperendinatio,Quæ est(sicut docet Asconius) ab vtriusque litigatoribus inuicem sibi denuntiatio in perendinum diem, ne scilicet alterius litigatorum imparatus tergiuersari posset. ἀναβολή. Ital. *Dilatione.* Gal. *Dilation, delay, delayement.* Hisp. *Dilacion.*

Comperendinatus,us,ui,idem.Cic.5.in Verr. Adimo enim comperendinatum,quod habet lex molestissimum,bis vt causa dicatur. Vbi Asconius,Comperendinatum(inquit) pro Comperendinatione posuit.

Comperio,& Comperior deponens,differunt autore Diomede. quòd Comperiri est ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. {πυνθάνομαι, ἀκούω. Ital. *Tener per certo.* Gal. *Sauoir pour certain.* Hisp. *Auer por cierto.*} Salust.in Iugurt. Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide,quàm ob ea quæ prædicabat,simul & Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse. ¶ Comperire verò ab alio cognoscere. {ἐξευρίσκω. Ital. *Trouare.* Gal. *Trouuer.* Hisp. *Hallar.*} Terent.in Andr. -item alio die Quærebam:comperiebam nihil ad Pamphilum Quicquam attinere. Latamen differentia,vt pleræque aliæ Grammaticorum,ab vsu toribus passim contemnitur. ¶ Compertum est mihi, & Exploratum est mihi: hoc est per inuestigationem cognoui πεπυσμένος Aristoteles, & κατεσκεμμένος.

Compertus, participium, seu nomen ex participio. {πεπυσμένος, πεπειραμένος. Ital. *Quello che si sa di certo per esperientia.* Gal. *Qu'on sait au vray, certain & bien entendu, connaissant.* Hisp. *Cierto.*} Sueton.in Tib.Cæs.cap.35, Equiti Romano infamandi gratiam fecit, vt vxorem in stupro genere compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante iuurat.id est deprehensam. ¶ Compertus stupri. Liu. 2. bel. Pun. Tum quòd duæ Vestales eo anno Opimia atque Floronia stupri compertæ.

Comperto, absolutè, Id est quum compertum esset. Tacit.lib.3, Neque dum comperto,quos ira vis perculisset.Iabolenus in l. Pantomimus. § pro hærede.ff.de acquir.hæred.Pro herede gessisse filium placuit,qui moriens,comperto matrem suam intestatam decessisse,&c.

Compernes,di,euntur homines genibus plus iusto coniunctis,vt Festo placet,vel qui longos habent pedes,vt interpretatur Nonius. οἱ μακρὰ σκέλη ἔχοντες, μακρόποδες, οἱ ἀκρόποδες. Lucil.lib.17. Satyr. Compernem, aut varam fuisse Amphitryonis coniugem Alcmenam.

Compes,Vide COMPEDES.

Compesco,is,Cohibeo, contineo, coërceo: quasi ab eodem (vt Festo placet)paceo contineo. {κατέχω, κωλύω. Ital. *Raffrenare, contenere.* Gal. *Retenir, refrener, retenir, retarder.* Hisp. *Refrenar.*} Plin.lib.20.cap.7,Semimetto & ex vino poto libidinum imagines in somno compesci. Plinius in Epist.Nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Iuuen.Digito compesce labellum.

Competo,is,pen.corr. Honorem, vel coniugium, vel aliud quicquam cum alio peto. {συμμετέχω. Ita. *Competere.* Gal. *Demander ce que demande vn autre, & tendre ou pretendre ce qu'il pretend.* Hisp. *Competer.*} Plin. de Viris illustr.Et vnam speciosam duobus competentibus, pater puellæ conditionem tulit. ¶ Aliquando Competere, teste Nonio, εἶναι partem esse vel conuenire συμμετεῖν, συμπίπτειν. Vnde in æstimatione rerum dicimus,Hoc illi competit.Senec. Nihil ei magis competebat, Columel. lib.2. Nec omnino cunctabimur, quò minus sub tectum congeratur vel si non competet,vt aut in villam fœnum portetur, aut in manipulum colligatur:cetè in metas extrui conueniet. ¶ Item quandoque, animi vel corporis parte aliqua compotem esse: &, vt Nonius inquit, constanter valere.Salust.lib.1.Hist.Si verò quam formidine attonitus, neque animo,neque auribus,aut lingua competeret.

Competitores,Dicuntur qui in magistratibus,officiis, & honoribus petendis concurrunt:{συμμετέχοντες. Ital. *Competitori.* Gal. *Competiteurs, ceux qui briguent & demandent vn mesme office.* Hisp. *Competidores con otros.*} Cicer.ad Att.lib.1,Competitores qui certo esse vi iebantur, Galba & Antonius.

Competitrix,icis. ἀνταγωνίστρια, συναγωνίστρια. Cicer. pro Muræ. Nam nos quoque habuimus scenam competitricem.

Competentia,pro conuenientia. {ἁρμονία. Ital. *Competenza, conuenevolezza.* Gal. *Competence, conuenance.* Hisp. *Competencia.*} Gell.lib. 2. Comprehensi autem mensura Herculani pedis, secundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus est.Idem lib.14.ca.1,Ad eandem competentiam nasci non queunt.

Competenter,Mediocriter. {μετρίως. Ital. *Mediocremente.* Gal. *Mediocrement.* Hisp.

Hiſpa. *Comedientemente.* ¶ Vlpianus Sol. matrimon. l. Si quum dotem. Quæſtus filio & patri competenter conſulatur. Paulus in l. 16. ff. de teſtib. Qui falſa vel varia teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, a iudicibus competenter puniantur.

Compilo, as, pen. prod. Vndique ſurripio. ¶ *Συλλαβάζομαι, περισυλάω.* Ital. *Pigliare ogni parte.* Gal. *Voler & deſrober, & quaſi ne laiſſer vn ſeul poil.* Hiſp. *Robar ſaluando.* ¶ Dictum à *πιλῶ*, quod eſt complano, non à pilis vellendis, cuius prima compitur: aut certe ab eo quòd Pilotas fures Græci appellant. ¶ Vnde Compilare & Expilare hæreditatem dicimus: id eſt fraudare & diripere. Cic. 1. de Nat. deor. Tot millia latrocinantur morte propoſita: ain omnia, quæ poſſunt, ſana compilant. Plaut. in Menæch. Vbi vbi compilet clanculum, quicquid domi eſt. Horat. —ne me Compilaſſe putes Criſpini ſcrinia lippi. ¶ Interdum Cogo. ¶ *ſυλλέγω.* Ital. *Giungere, o cogere inſieme.* Gal. *Aſſembler, aſſembler.* Hiſp. *Ayuntar en vno.* ¶ & in vnum congero: vnde Cõpilatores, qui multa in vnum cogunt. *ſυλλογεῖς.*

Compilatio, verbale. ¶ *ſυλλογή.* Ital. *Pillamento, rubbamento.* Gal. *Pillement, pillage.* Hiſp. *Aquella obra de robar y ſaltear.* ¶ Cic. Cæl. lib. 2. Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt mihi gladiatorum compoſitiones, vt vadimonia dilata, & Chreſti compilationem mitteres?

Compilatus, a, um. Qui furtum paſſus eſt, (teſte Nonio) quòd qui è domo ſupellectilem detrahunt, æquare omnia & complanare videantur. *ἀφανιλοφῶν.*

Compingo, is, compegi, compactum, Compoſitum à Con & Pango, contrudo, compello, detrudo. ¶ *ſυμπήγνυω.* Ital. *Cacciare, ſpingere.* Gal. *Chaſſer, pouſſer, ſerrer.* Hiſp. *Empuxar.* ¶ Plaut. in Amph. Quid faciam nunc, ſi tres viri me in carcerem compegerint? Cic. 1. de Orat. Tanquam in aliquod piſtrinum detrudi & compingi videbam. Plautus Menæch. Et ob eam rem te in carcerem eſſe compactum ſcio. ¶ Interdum compono, coniungo. ¶ *ſυναρμόζω.* Ital. *Commettere.* Gal. *Compoſer & aiuſter proprement enſemble.* Hiſp. *Componer o ayuntar.* ¶ Virgil. 2. Aeglog. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. Cic. 3. de Fin. Quid enim aut in natura (quæ nihil eſt aptius, nihil deſcriptius) aut in operibus manu factis tam compoſitum, tamque compactum & coagmentatum inueniri poteſt? Huic opponitur Incompactum, hoc eſt diſiunctum, male compoſitum. *ἀνωφελῶς.* ¶ Poteſt etiam eſſe compoſitum à Pingo. Lactant. lib. 7. Vt ſummam illam, quæ continet vniuerſa, & compingerent, & adimplerent.

Compactum, pro connecto, vel compromiſſo. Sueton. in Iul. Productúſq; pro roſtris autores ex compacto nominare. ¶ Compacto, vel de compacto aliquid agere, id eſt ex compoſito, *κατ' ἐυμηλίαν, ἐκ συνθήκης, ἐκ τολυπράγμ.* Plaut. Capt. Nemo ridet: ſani exemplo rem de compacto geri. Liu. 5. ab Vrbe, vt multò verſimilius ſit, compacto eam rem, & communi fraude Patritiorum actam. Verùm hoc potius videtur à verbo Paciſcor eſſe deductum.

Compactio, verbale, Compoſitio, coniunctio. ¶ *ſύμπηξις, ſυνδεσμός.* Ital. *Aſſembramento, conſtringimento.* Gal. *Aſſemblement & liaiſon enſemble.* Hiſp. *Ayuntamiento.* ¶ vt Compactio membrorum. Cic. 5. de Finib. Videamus ea quæ terra gignit, corticibus, & radicibus valida ſeruari: quod contingit animalibus ſenſuum diſtributione, & quadam compactione membrorum.

Compactilis, le. ¶ *ſυμπηκτός.* Ital. *Congiunto, ammaſſato.* Gal. *Entaſſé, amoncelé.* Hiſp. *Ayuntado, o ayuntable con otro.* ¶ Quod compactum eſt. Plin. lib. 11. cap. 18. Optimæ apes breues, variæque, & in rotunditatem compactiles. Vitruuius lib. 4. cap. 7. appellat trabes compactiles, ſubſcudibus compactas. Et lib. 10. cap. 17. Compactiles poſtes.

Compita, pen. corr. Dicuntur loca quæ petuntur, hoc eſt adeuntur per diuerſas vias: cuiuſmodi ſunt triuia & quadriuia, in quæ plures coeunt viæ. ¶ *Τριόδους.* Ital. *Luoghi à i quali ſi va per diuerſe vie.* Gal. *Carrefours, ou carrefour.* Hiſpa. *Encruzijada de muchas vias.* ¶ Ouid. in ternas compita ſecta vias. Virgil. 2. Georg. Præmiaque ingentes pagos, & compita circum. ¶ Antiquis in vſu erat & Compitus, maſcul. gen. vt annotauit Nonius. Varro de Scenicis originibus lib. 3. Vbi Compitus erat aliquis.

Compitalia, orum, Feſta quæ in compitis peragebantur, à Seruio Tullio diis Laribus inſtituta, vt eſt autor Plin. lib. 37. cap. vlt. *ἀμφιδρόμ.* Cato de Re ruſt. cap. 5. Rem diuinam, niſi Compitalibus, in compito, aut foco ne faciat.

Compitalitius, a, um: vt Dies compitalitius, quo compitalia celebrabantur: & Deus compitalitius, qui compitis & viis præeſt. *ἀγυιεύς.* Vide plura de his apud Gellium lib. 10. cap. 24. Compitalitiæ ambulationes Cic. ad Attic. lib. 7. Ego quoniam 1111. Nonas Ian. compitalitius dies eſt, nolo eo die in Albanum venite moleſtus familiæ. Et ad eundem, lib. 2. Sed hoc ambulationibus compitalitiis reſeruemus.

Compitalicia, orum, ſubſtantiue. Cic. in Piſon. Tu quum in Calendas Ianuarias compitalitiorum dies incidiſſent, Sex. Claudium, &c.

Compitalis, le, adiectiuum. Sueton. in Aug. Compitales lares ornare bis anno inſtituit, vernis floribus, & æſtiuis.

Complaceo, Valde placeo. ¶ *ἐξαρέσκω.* Ital. *Piacere ſommamente.* Gal. *Complaire, fort plaire.* Hiſp. *Complazer.* ¶ Terent. in Andr. Poſtquam amare cœpit, tibi cõplacita eſt. Præteritũ facit Complacui, vel Complacitus ſum: vt in ſuperiore exẽplo, & apud Plautum in Rudente, Hoc Deo complacitũ eſt.

Complaco, cas, Idem quod placo. ¶ *ἱλάσκομαι, ἱλάσκομαι.* Ital. *Placare.* Gal. *Apaiſer & adoucir.* Hiſp. *Aplacar ò amanſar.* ¶ Gell. lib. 7. ca. 3. In principiis autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare ſibi, & complacare iudices debent.

Complano, as, pen. prod. Plano, planum reddo. ¶ *χαμαλάω, ὁμαλόω.* Ital. *Spianare.* Gal. *Aplanir, vnir.* Hiſp. *Allanar las coſas aſperas.* ¶ Cato cap. 151. Dimidiatum digitum terram altam ſuccernito id bene tabula, aut manibus, aut pedibus Complanato. Cic. pro Domo. Sp. Melij regnum appetentis domus eſt complanata, id eſt deſtructa, ſolo æquata. Cæſar, Sed propè iam conſtituta opera quum complanarent, id eſt perficerent, extremam manum imponerent.

Complaudo, dis, dere. Plauſu certatim comprobare. ¶ *χροιλω, κροτολίζω.* Ital. *Battere con mani & piedi per ſegno di commendare qualche coſa.* Gal. *Frapper des mains, & aprouuer quelque choſe.* Hiſp. *Fauoreſcer a otro con las manos.* ¶ Cic. de Amic. Stantes complaudebant in re ficta.

Complector, complexus ſum, Amplector, comprehẽdo. ¶ *περιπλέκομαι,*

λαμβάνω. Ital. *Abbracciare, comprendere.* Gal. *Embraſſer, comprendre.* Hiſpa. *Abraçar, prender.* ¶ Terent. in And. Accurrit, mediam mulierem complectitur. Cic. pro Roſc. Quo vno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur. Cic. in Somn. Scip. Me arctior quàm ſolebat ſomnus complexus eſt. *ἐυδιεγερῶ δ' ἐλυσθῶ ἐκλείθω ὕπνῳ.* ¶ Complector te amore, id eſt amo te: quod & ſine ablatiuo dicitur. Cic. Curioni. De ipſo T. Annio tantùm tibi polliceor, te maioris animi erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem. ¶ Complector cogitatione, cogito: Complector animo, conſydero. *τὸ νῷ ἀναλάμβ.* Cic. in Cat. Etenim quum complector animo, quatuor reperio cauſas, cur ſenectus miſera eſſe videatur. ¶ Complector etiam paſſiuè legitur. Scæuola in l. Si ſic ſtipulatus ſim. ff. de verb. obl. Nam ſicut & ipſius, & hæredis caput, ita & ipſius vis & hæredis vel ſæpius facta complectitur, vt condemnetur quanti intereſt.

Complexus, a, xum, participium, ¶ *ἀμπλέξας, ἐναγκάς.* Ital. *Chi tiene abbracciato.* Gal. *Qui tient entre ſes bras.* Hiſp. *Coſa que abraça.* ¶ Cic. de Somn. Scipionis. Complexus me ſenex, *ἀγκαλίδας με, τὰς ἀμφικάλυφθ.* Sic eodem loco, Terra complexa medium locum, *ἡ δὲ περιλαβοῦσα τὸν μέσον ὃ κόσμου τόπον.* Sic Virgilius, Inter ſe complexi. *ἀμφιλαβόντες ἀλλήλους.*

Complexus, participium paſſiuum. ¶ *ἀναλαμβάνομαι, περιπλεκόμ.* Ital. *Abbracciato.* Gal. *Embraſſé.* Hiſp. *Abraçado.* ¶ Cic. pro Roſc. Amer. Atque eiuſmodi, quo vno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur.

Complexus, us, nomen à Complector. *ἐναγκαλισμός.* Ital. *Abbracciamento.* Gal. *Embraſſement, enuironnement.* Hiſp. *Abraçamiento.* ¶ Plautus in Amph. Meus Amphitruo vno cubiculo Alcmenam complexu tenet. Cice. pro Font. Num etiam de mattis hunc complexu, lectiſſimæ, miſerrimæque feminæ vobis inſpectantibus auellet, atq; abſtrahet? ¶ Complexus pro amore. Cic. 5. de Fin. Serpit ſenſim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis, poſt vicinitatibus cũ ciuibus, & iis qui publicè ſocij, atq; amici ſint deinde totius complexu gentis humanæ.

Complexio, verbale. Idem quod Complexus. *ἐνπλοκή, συμπλοκή.* Cice. in Orat. Nec aceruatim multa frequentans, vna complexione desiciet. ¶ Complexiones, copulationes & adhæſiones. Cice. 1. de Fin. ¶ Complexio item à Rhetoribus appellatur, quod Græci *ἐλκυσμὸν.* Latinorum nonnulli Argumentum cornutum appellant. duas habens partes, quarum vtram conceſſeris, non effugis reprehenſionem.

Compleo, ex Con & Pleo, Ad ſummum, ſeu penitus impleo. ¶ *πανσυμπληρόω, συμπληρόω.* Ital. *Empire pienamente, compire, finire.* Gal. *Combler, emplir.* Hiſp. *Henchir ò complir, acabar.* ¶ Gell. Ventus à latere feriens nauem vndis compleuerat. ¶ Reperitur etiam ſine ablatiuo. Cic. de Somn. Scip. Quis eſt qui complet aures meas, tantus & tam dulcis ſonus? ¶ Per tranſlationem pro finire. *πληρόω.* Idem in Car. Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit annos. ¶ Interdum pro ſupplere, perficere, integrare. Saluſt. Duas legiones inſtituit, cohortes pro numero militum complet.

Completus, a, um, Perfectus, abſolutus. ¶ *ἐκπλεως.* Ital. *Fornito.* Gal. *Acheué, abſolu.* Hiſp. *Acabado.* ¶ Cic. in Orat. Aures perfecto, completóque verborum ambitu gaudent.

Complementum, Idem quod Complexio, vel ſupplementum. ¶ *πλήρωμα.* Ital. *Empimento.* Gal. *Accompliſſement, achevement.* Hiſp. *Hinchimiento.* ¶ Cic. in Orat. Inculcata, reperias ioania quædam verba, quaſi complementa numerorum. Com. Tacit. li. 1. Addito maieſtatis crimine, quod tum omnium accuſationum complementum erat.

Complexus, Complexio, Vide COMPLECTOR.

Complico, Simul plico. ¶ *συμπτύσσω.* Ital. *Piegare inſieme.* Gal. *Enueloper & plier l'vn dans l'autre.* Hiſp. *Plegar juntamente.* ¶ Plaut. in Rudent. Dum tibi hanc rudentem, quam trahis, complico. Ad hunc modum dicimus Complicare epiſtolam, pro eo quod eſt claudere. Cic. ad Attic. Quum complicarem hanc Epiſtolam, &c. ¶ Significat etiam contrahere, & quod latum erat, anguſtum reddere: vt quum dicimus, Complicare vela. Eius contrarium eſt Euoluo, quod ſcilicet implicatum & inuolutum erat, expedio, Cic. 3. Offic. At verò ſiquis voluerit animi ſui complicati notionem euoluere.

Complodo, is, pen. prod. Concutio, collido. ¶ *ἐνλαβέω.* Ital. *Battere le mani ò i piedi.* Gal. *Batre les mains ou le piés.* Hiſpa. *Senajar las manos ò los pies.* ¶ vt Complodere manus, Complodere pedes. Eſt manuum vel pedum colliſione ſtrepitum edere. Quintil. lib. 11. Nam & complodere manus, ſcenicum eſt, & pectus cædere. Seuec. lib. 1. de Ira. Cõploſe ſæpius manus.

Comploro, ras, Deſleo, deploro. ¶ *ἀναθρηνέω, κατακλαίω, θρηνέω.* Ital. *Piangere inſieme, compiangere.* Gal. *Ploret enſemble, faire lamentation & deuil.* Hiſp. *Llorar juntamente con otros.* ¶ Liu. 5. ab Vrb. Complorati omnes pariter viui mortuique, totam penè vrbem lamentis impleuerunt. Cic. pro Domo ſua, Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes fineris.

Comploratus, us, ui, ¶ *ἀλόφυρσις, θρῆνος.* Ital. *Lamentatione.* Gal. *Pleur, lamentation.* Hiſpa. *Lloro.* ¶ vt Comploratu iuſto proſequi mortuos, Liuius 5. bell. Punici.

Comploratio, verbale, id eſt Lamentatio. Liuius 6. bell. Pun. Comploratio eorum, flebiléſque voces.

Complures, Complura, & Compluria, ſine numero ſingulari. Idem quod multi. ¶ *ἐυχεῖς, συμπολλοί.* Ital. *Molti.* Gal. *Pluſieurs enſemble.* Hiſpa. *Muchos.* ¶ Gellius poſitiui eſſe gradus, non comparatiui (lib. 5. cap. 21.) docet. Cæſar lib. 8. bel. Gall. Quod vbi accidit, compulres hoſtium magno noſtrorum impetu puſi vulnerantur. Cic. 4. Verr. Dicebant ſcyphorum paria complura, hydrias argenteas. Terentius Hecy. Vbi illic dies eſt, complures accerſi iubet. Idem Phorm. Noua hic compluria. Vbi Donatus, Secundum regulam locutus eſt Terentius. nam hoc Complure, & hæc Compluria dicitur. Sic veteres, quod noſtri dempta ſyllaba Complura dicunt. Sic Cato Originum 2. Fana hoc loco compluria. Cic. in Orat. Confirmandi genera compluria. Credo, quia veteres hoc Plure, non hoc Plus dicebant.

Compluſculi, orum, diminutiuum. ¶ *ὀλιγοπολλοί.* Ital. *Alquanti.* Gal. *Quelques vns, quelque moyẽ nombre.* Hiſ. *Algunos pocquillos mas.* Plau. Rud. Non hercle adoleſcens, iam hos dies compluſculos Quenquam iſthic vidi ſacrificare. Terent. Hecy. —dies cõpluſculos Bene cõueniebat ſanè inter eas.

Compluries, aduerbium. Factum ab eo quod eſt Compluria, & ſignificat

sæpe. ¶ πολλάκις. Ital. *Più & più volte.* Gal. *Plusieurs fois, par plusieurs fois.* Hisp. *Muchas vezes.* ¶ Cato, Contumelias mihi dixisti compluries. Plautus Per fa. Me uo hercle verè sensi ego iam compluries.

COMPLVTENSES, Hispaniæ populi, ue à Compluto vrbe dicti. Plinius lib. 3. cap. 3. Vulgò *Alcalaenses.*

Compitum, ti. ¶ ὁ ἀγρὸς οὗτος ἢ ὁδὸς οὐδέποτε γίγνεται. Ital. *Fogna, luogo dove la pioggia de piu parti si raccoglie.* Gal. *Voie gontiere, ou il gout, ou la pluye de plusieurs toicts s'assemble.* Hisp. *El passo de casa.* ¶ A' pluuia dicitur locus in ædibus, quo de diuersis tectis aqua pluuialis defluit. Columella lib. 4. cap. 24. At si longius, quàm ritus agricolarum permittit, & à capite vitis emicuerit & brachiis in alterum compluuia pertenderit, &c.

Compluuius, a, um, adiectiuum: ὑετῷ ἢ ὄμβρῳ διαλείπων. vt, Compluuius lacus: qui ex pluuia aqua colligitur. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 13. Vna, vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua saliat, qui intra stylobatas quum venit, sic semipiscina.

Compluuiatus, adiectiuum. Ad compluuij modum factum: vt, Compluuiata vinea. Plin. lib. 17. cap. 21. Quinque generum vineæ sunt: aut ipsæ per tectam palmitibus, aut per se vite subiecta, vel cum adminiculo sine iugo, aut pedatæ simplici iugo, aut compluuiatæ quadruplici. Et paulò pòst, Compluuiata copiosior vino est, dicta à cauis ædium compluuiis. Varro 1. de Re ruſt. cap. 8. Iugationis species duæ: vna directa, vt in agro Casinino: altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, vt in Italia pleræque.

Compono, is, pen. pro. Simul pono, coniungo. ¶ συντίθημι. Ital. *Componere, mettere insieme.* Gal. *Composer mettre ensemble proprement, agencer, assembler & joindre.* Hisp. *Componer cosas diuersas.* ¶ Virgil. 8. Aen. Componens manibúlq; manus, atq; oribus ora. ¶ Item disponere, cõstituere, συντάττειν, κατασκευάζειν. Cic. pro Deiotaro, Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat. Idem 3. de Orat. Collocationis est componere, & struere verba, sic vt nève asper eorum concursus, nève hiulcus sit, sed quadammodo coagmentatus & læuis. ¶ Accipitur etiam pro ædificare. οἰκοδομεῖν. Virg. 3. Aen. Quàm tuta possis vrbem componere terra. ¶ Item comparare. ¶ συμβάλλειν. Ital. *Comparare, assimigliare.* Gal. *Comparager, confirer.* Hisp. *Cotejar.* ¶ quoniam quæ comparantur, iuxta se ponuntur. Salust. in Iugurtha, Vbi Metelli dicta cum factis componit. Virg. 1. Aeg. Sic paruis componere magna solebam. ¶ Quandoque ornare. κοσμεῖν: nam compositio apta ornatum affert. Idem 4. Georg. Dulcis compositis spirauit crinibus aura. ¶ Quandoq; colligere. συλλογίζεσθαι. Cic. in Diuinat. in Verr. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis, ex aliis orationibus compositum dedit. ¶ Quandoq; reficere, recreare. Virg. 4. Georg. Vix defessa senem passus compone nerue membra. ¶ Quandoq; lenire. παύειν. Ambros. lib. 1. Offic. Cauere debemus ne in perturbatione prius incidamus, quàm animos nostros ratio componat. ¶ Quandoq; finire, claudere. Virg. 1. Aen. Antè diem clauso cõponet vesper olympo. ¶ Quandoq; concordare. συναλλάττειν, πρᾳΰνειν. Plaut. in Curc. Si possim hæc inter vos cõponere. Virg. Aen. 3. Non nostrũ inter vos tantas componere lites. Quandoq; conuenire, pacisci. συντίθεσθαι. Vnde dicimus Ex cõposito aliquid agere, ἐκ συνθήκης, pro eo quod est, ex conuentione, vel quemadmodũ inter nos cõuenit. Pli. Nihil non ex composito fecimus, pactum seruauimus. ¶ Quandoq; fingere, simulare. πλάττειν. Salust. Non sunt composita mea verba: parui id facio, ipsa virtus satis ostendit. Plaut. Quas iste fabellas composuit?

Compositus, Compositior, Cõpositissimus, nomen ex participio. ¶ διηρθρωμένος, κατεσκευασμένος. Ital. *Cõposto, bene ordinato, fatto con ordine.* Gal. *Composé, bien ordonné, fait tout a propos.* Hisp. *Compuesto, atauiado.* ¶ Liu. 8. secundi bel. Pun. Acrior impetu atq; animis, quàm compositior vllo ordine pugna fuit. Cic. 2. in Ver. Et ex accusatione perficiam vt nemo vnquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur. Idem ad Attic. lib. 6. Admiratus sum, vt vidi obsignatam epistolam, breuitatem eius: vt aperui, rursus πολυγραμμίαν interularum, quæ solent tuæ compositissimæ & clarissimæ esse.

Compositus per syncopen. Virgilius 1. Aeneid. —nunc placida compostus pace quiescit.

Compositò, ablatiuus vice aduerbij. ¶ σκοπίμως, εἰς παρασκευήν. Ital. *Pensatamente, con animo deliberato.* Gal. *De fait appensé, tout à propos, de propos deliberé.* Hisp. *Con deliberacion.* ¶ vt Compositò aliquid agere, hoc est simulatè, & data opera. Terent. in Phorm. Compositò factum est, quomodo hanc amans habere posset sine dote.

Compositè, aliud aduerbium, Idem significans quod aptè. ¶ συντεθειμένως. Ital. *Ordinatamente, per ordine, propriamente.* Gal. *Auec bonne ordonnance, par ordre, proprement.* Hispa. *Adonada y atauiadamente, con orden.* ¶ Cicc. 1. de Orat. Sin oratoris nihil vis esse nisi compositè, ornatè, copiosè eloqui. id est eleganter.

Compositor, oris, verbale. ¶ συντάκτης, συγγραφεύς. Ital. *Compositore di qualche cosa.* Gal. *Qui compose & assemble quelque chose.* Hisp. *Componedor ò acabador.* ¶ Cic. in Orat. Non enim inuentor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia. Ouid 2. Trist. Plus sibi permisit compositore suo.

Compositio, onis, verbale. ¶ διάταξις, διάθεσις, σύνταγμα. Ital. *Compositione.* Gal. *Composition, assemblement proprement fait, accord.* Hisp. *Composicion.* ¶ structura, confectio: vt Compositio vnguentorum. Plin. lib. 20. cap. 24. Sed discessuri ab horrentibus rebus, vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus. Cic. 2. de Legib. Totaque huius iuris compositio pontificialis magnam religionem cæremoniámque declarat. Idem 1. Offic. Apta compositio membrorum. ¶ Interdum idem quod dispositio. Cic. 1. Offic. Ordo est compositio rerum aptus atq; accommodatis locis. ¶ Nonnunquam idem quod pactum, conuentio, transactum compromissum. Idem 5. Philip. Pacis, concordiæ, compositionis autor esse non desiit. ¶ Compositio, discordiarum pacificatio. Cæs. 1. bel. Ciu. Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere.

Compostura, ræ, vel Compostura. Cato de Re ruſt. cap. 25. Trapetus emptus est in Sueſſano nummis quadringentis, & olei, P. 1. composturæ nummis sexaginta, &c. Gell. lib. 3. cap. 20. Solœcismus est impar & inconueniens compostura partium orationis.

Comporto, as, Congero, in vnum locum porto. ¶ συμφορέω. Ital. *Portare in vn luogo.* Gal. *Porter ensemble.* Hisp. *Traer acreestas juntamente.* ¶ Cic. in Pison. Quum seruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Castoris luce & palàm cõportarentur. Comportare frumentum ex agris in loca tuta. Cic. ad Attic. lib. 5. Horat. 2. Serm. Si quis emat citharas, emptas comporret in vnum.

Compos, Dicitur qui habet, vel assequutus est aliquid. ¶ ἐγκρατὴς ἀνὴρ ἀλλ' οὐκ ἀνεύθυνος. Ital. *Colui che ha ottenuto qualche cosa.* Gal. *Iouissant & ayant quelque chose, ayant en sa puissance.* Hisp. *El que alcança alguna cosa.* ¶ Valerius lib. 1. Imperatores compotes victoriarum. Plaut. in Capt. Atque ita me Rex deorum atq; hominum fecit patriæ compotem. ¶ Compos animi, qui animum suum habet in potestate, vel qui habet sanum animũ. νοῦν ἔχων, σώφρων. Terent. in Adelphis, Vix sum compos animi, ita ardeo in iracundia. ¶ Huic opponitur Impos: vt Impos animi, pro insano, furioso, amente, qui animo sanus non est, quive animi instrumentum habet vitiatum. Plaut. in Capt. Eripite illi gladium, quæ sui est impos animi. ¶ Sic Compos voti, & Impos voti. Cicero, Nam quo modo victores illi cimus voti compotes, qui quicquid volunt faciunt: sic victos econtrario voti impotes, qui non possunt facere quod volunt. ¶ Legimus etiã nonnunquam Compos miseriarum: vt etiam in malam partem accipiatur. Plaut. in Epid. Cedò manum mihi, accipe ærumnarum, & miseriarum compotem. id est qui simul tecum miserias sit habiturus. Sunt autem Compos & Impos generis communis, composita ab antiqua & inusitata voce Pos, potis: vnde & possum & Possideo. Pos autem idem est quod Potes, cuius genitiuo Potis nunc loco nominatiui vtimur. Perſ. Nec potis es nigrum vitio præfigere theta. Virgil. 5. Aeneid. Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo. Terent. in Phorm. Adulescens primum abs te hoc bona venia peto, Si tibi placere potis est, vt respondeas mihi. Hoc est si potest, siue possibile est. Quod autem Perſius dicit, Qui potes vis dicam? iugaris. Pote pro Potis accipitur metri causa. Similiter apud Propertium, Qui pote quisq; in ea conterat arte diem. ¶ Iungitur quandoque Compos cum ablatiuo. Salust. Neque animo, aut lingua satis compos. Liu lib. 3, Prædáque ingenti cõpotem exercitum, suis etiam rebus recuperatis, quæ populationc agrorum amissæ erant, reduxit. Quo in loco comporem, quasi affluentem & larum significare puto. Sæpius tamen genitiuo iungitur.

Compositè, & Composito, aduerbia, Vide COMPONO.

Comporo, as, pen. prod. Simul poto. συμπίνω. Ital. *Bevere con gl' altri.* Gal. *Boire ensemble.* Hisp. *Beuer vnos con otros juntamente.*

Comporatio, onis, Conuiuium. ¶ συμπόσιον. Ital. *Il bere di compagnia.* Gal. *Beuuette auec autre, beuuerie auec autres.* Hisp. *Beuida de vnos con otros.* ¶ Cicc. de Senect. Bene maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt melius quam Græci, qui hoc idem tum Compotationem, tum concœnationem vocant.

Compotor oris, verbale. ¶ συμπότης. Ital. *Compagno al bere.* Gal. *Compaignon à boire.* Hisp. *Bevedor que beue con otros.* ¶ Cic. 2. Philip. Tum adhibes inquam magistrum suffragio tuo, & compotorum morum rhetorẽ. ¶ Odi memorem compotorem, μισῶ μνήμονα συμπότην. In eos qui quæ inter amicos & inter pocula dicuntur liberius, foras eliminant. Lucianus in Lapithis, & Martialis.

Compotrix, cis, femininum. ¶ συμποτικὴ. Ital. *La compagna al bere.* Gal. *Compagne à boire.* Hisp. *Bevedora que beue con otras.* ¶ Terent. in Andr. Quia compotrix eius est.

Comprædes, Appellantur eiusdem rei sponsores. συνεγγυηταί. Festus.

Compransor, oris, Qui simul prandet. ¶ συναριστητής. Ital. *Che fa banchetti con altri.* Gal. *Qui disne auec vn autre, compaignon au disner.* Hisp. *El que come con otros.* ¶ Cic. 2. Philip. Hunc tu agrum compransoribus, & colluſoribus diuidebas.

Comprecor, aris, à Precor compositũ est, idẽ significans quod simplex. ¶ δεήσομαι. Ital. *Pregare.* Gal. *Prier affectueusement ou solennellement.* Hisp. *Rogar.* ¶ Teren. in Adelph. Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorẽ accersat. Comprecari cœlestium fidem, dixit Catullus, pro eo quod est, Deorum auxilium implorare: Cœlestiúmque fidem suprema comprecor hora.

Comprecatio verbale. ¶ κατευχή, εὐχή. Ital. *Preghe, supplicatione.* Gal. *Priere solennelle, supplication.* Hisp. *El ruego.* ¶ Genus precationis, quæ solenni quodam ritu ab vniuerso populo fiebat apud Romanos, vt docet Gellius lib. 13. cap. 21. Liu. 9. bel. Maced. Nulli vnquam concioni, Quirites tam non solùm apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret, &c. Nos Supplicationes vocamus, quæ eam voce veteres vsi sunt.

Comprehendo, is, comprehendi, hensum, Proprièest manu capio. ¶ λαμβάνω, συλλαμβάνω. Ital. *Pigliare, comprendere.* Gal. *Comprendre, empoigner, entendre.* Hisp. *Prender.* ¶ Plaut. in Aulul. Dicant, coqui abstulerunt, comprehendite, Vincite, verberate, in puteum condite. Cicc. de Natur. 1, Quid opus manibus, si nihil comprehendatur? Sic Comprehendere hostem, & comprehendere aliquem in fuga, apud Cæsarem, & Comprehendere arma, apud eundem, pro capere. ¶ Sed per translationem ponitur aliquando pro percipere, vel intelligere. Cic. Famil. lib. 6. Quæ didicisti, quæq; ab adolescentia pulcherrimè à sapientissimis viris tradita, memoria & scientia comprehendisti, iis hoc tempore vtare. In qua significatione dicimus quoq;, Comprehendere animo, mente, ratione, sensibus intelligentia &c. ¶ Aliquãdo ponitur pro perstringere, concludere, vel complecti. Cic. Att. Cato verbis inculentioribus & plurimis rem eandem cõprehenderat. Idem de Orato. Ac ne plura, quæ sunt pene innumerabilia, consector, comprehẽdam breui. ¶ Aliquando pro prosequi. Cic. Famil. 13. Sed vt redeam ad id vnde cœpi, vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis, id est complexus fueris. Quemadmodum idem ad Curionem scribens, inquit, De ipso T. Annio tantùm tibi pol liceor: te maioris animi, grauitatis, constantiæ, benevolentiæ erga te, si complecti hominem voluerit, habiturum esse neminem.

Comprehensum, substantiuè, καταληπτόν. Cic. li. 4. Acad. Quũ quamobrẽ ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniticonstituti.

Comprehensibilis, le. καταληπτός. Cicc. 1. Academ. Id autem visum, quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile.

Comprehensio. ¶ κατάληψις. Ital. *Intelligenza, apprensione.* Gal. *Comprehension, empoignement, prinse ou surprinse.* Hisp. *El prendimiento.* ¶ Cicc. lib. 3. de Finib. Cogitationes, comprehensionésque rerum. Idem 4. Acad. Perceptio & comprehensio. ¶ Accipitur item pro ipso comprehendendi, siue capiendi

Universidad de Sevilla Biblioteca

quid iudicio Cic.1. Philipp. Nam quum comprehensio sontium, meæ animæ fuerit, Senatus fuerit.

Comprimis, pe.prod Idem quod in primis. Cic.pro Quintio. L.Albius vir bonus, & comprimis honestus.

Comprimo, is, pe.corr. Premo, vt vuæ comprimuntur, quo vinum effluat. Ital. *Comprimere, stringere, premere.* Gal. *Estraindre, serrer, clorre.* Hisp. *Apretar, apretar.* Plaut. Pseud. Comprimere dentes videor cõe aliquo modo. ¶Item cohibeo, compesco. Plaut.Rud. Comprime hunc lic.si tuus est. Terẽt.in Heaut. At tu tibi istas posthac comprimito manus. Plaut.in Amph. Ego tibi istã hodie scelestæ cõprimam linguam. ¶Cõprimere audaciã alicuius. Cic.ad Cato. ¶Comprimere, cum hoc est sistere, cohibere. Celsus lib.6.ca.18. In hoc autem cum neq; acribus cibis vtendum, neque asperis, neque aluum comprimentibus. ¶Comprimere, supprimere. Cic.ad Atti.lib.3, Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat: sed ita compresseram, vt nunquam emanaturum putarem. ¶Comprimere virginẽ, pro vitiare. Liui.1.ab Vrbe. Compressa Vestalis, quum geminum partum edidisset, &c. Martialis, Villica vti duri compressa est nupta colono,

Incaluit quoties saucia vena mero.

Compressus, us, ui, Pro coitu. Plaut. Nunc ad amicam decimo die Athenas viso. Quam grauidam hic reliqui compressu meo. Terentius Adelph. -virgo ex eo Compressu grauida facta est.

Compressiuncula, culæ, diminutiuum, Plautus, Dulces amantium compressiunculæ.

Compressio, onis, verbale. Ital. *Chiusura, strettura.* Gal. *Serrement, estraincte.* Hisp. *Apretamiento, obra de apretar.* Cice.de clar.Orat. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Compresse, aduerbium, Succinctè, arctè. Cic.1.de Fin. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat: quòd latius loquerentur Rhetores, Dialecti ci autem compressius.

Comprobo, bas, Idem quod approbo. Ital. *Lodare, affermare, approuuare.* Gal. *Approuuer du tout, trouuer bon, auoüer.* Hispa. *Aprouar.* Cæsar 5.bell.Gall. Comprobat hominis cõsilium fortuna. Cic.4. Verr. Eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero. Laudare, & vehementissimè comprobare, Cicc.pro leg.Manil.

Comprobator, toris, verbale. Ital. *Che approua & lia grata vna cosa.* Gal. *Qui approue & a agreable.* Hisp. *Approuador, el que aproua.* Cic.1.de Inuent. Deinde eius facti qui sint principes & inuentores, qui denique autoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli.

Comprobatio, tionis. Ital. *Approbatione.* Gal. *Approbation, louange.* Hisp. *Aprouacion.* Cic.5.de Fin. Quis est tam dissimilis homini, qui nõ moueatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?

Compromitto, Est præsente vtriusque litigatoris promissione, litem arbitrio boni viri submitto. Promittebat enim vterque se arbitri sententiæ paritrum. Ital. *Compromettere, far compromesso.* Gal. *Compromettre, faire vn compromis, & se rapporter à arbitres.* Hisp. *Comprometer.* Cice. ad Quint.Frat.lib.2, Tribunitij candidati compromiserunt H-S. quingenis in singulos apud M.Catonem depositis, petere eius arbitratu, vt qui contrà fecisset, ab eo condemnaretur.

Compromissum, Dicitur potestas decidendi controuersiam aliquam data arbitro à litigatoribus per vtriusque promissionẽ, qua pollicit sunt se eius iudicio obtemperaturos, aut mulctam, quæ inter eos conuenerat, persoluturos. Ital. *Compromesso, l'accordo di stare al giudicio dell' arbitro.* Gal. *Compromis, promesse & accord de croire aux arbitres.* Hisp. *Compromisso.* Cice.ad Cornif.lib.12, Sed à magistris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi sese, quo minus id facerent, compromisso & iureiurando impediri. Compromissum facere de re aliqua. Cice.pro Rosc. Comœdo. Quæ quũ ita sint, quæro abs te quid ita de hac pecunia, de his ipsis H-S. 1000, de tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sumpseris. Ex compromisso ad arbitrum ire, Proculus in l. Societatem. ff. pro socio.

Compromissarius, adiect. Cõpromissarius index. Callistratus in l. Cũ lege Iuli. ff. de recep. arb. Nemini licere minorem viginti annis compromissarium iudicem eligere.

COMPSACVS, Fluuius est Thraciæ, non procul ab Abderis, in Bistodinem lacum influens. Autor Herod. lib.7.

COMPSANI. Hi prope morum populi in Italia. Plin.lib.3.cap.11.

Comptum (inquit Perottus) genus libaminis quod farina conspersa faciebant. Apud Festum tamen, à quo hanc vocem ille iisdem verbis seruatis, in Dictionarium suum transtulit, Coniptum legitur, non Comptum, à verbo nimirum Græco, quod est puluere aspergo.

Comptus, participium, & Comptus, us, Vide COMO.

Compugno, as, are, Simul pugno, & per metaphoram verbis cõtendo. Ital. *Contendere.* Gal. *Combattre, s'entrebattre, ou estreuer ensemble.* Hisp. *Pelear vno con otro.* Gell.lib.14.cap.5, Eaque inter eos contentio quum longius duceretur, nou arbitratus ego operæpretium esse, hæc ista diutius audire, clamantes oppugnantésque illos reliqui.

Compulso, as, Identidẽ collido. Ital. *Vrtare contra qualche cosa.* Gal. *Heurter contre quelque chose.* Hisp. *Herir vna cosa con otra.* Colum.lib.1, Eadem quæ semper mare conspicit, cõpulsatur ac fluctu conspergitur.

Compungo, compunxi, ctum, Idem quod pungere. Ital. *Pungere.* Gal. *Poindre, eguillonner, piquer fort & ferme.* Hisp. *Punçar.* Columel.lib.8.cap.14, Cauendúmque est, ne aut aculeis vriceæ compungantur. ¶Sensum compungere dicuntur, quæ sensus offendũt, vt splendor oculos, gustum amaritudo, tactũ res vel calidæ nimis, vel frigidæ, vel asperæ, auditum soni vehementia, de quo vide Lucre.lib.2.

Compũctus, Signarus. Ital. *Segnato.* Gal. *Marqué de points, noté & piqué au visage, comme vn esclaue fugitif.* Hisp. *Señalado.* Cice.lib.2.Officio. Barbarum, & eum quidem (vt scriptum est) compunctum notis Threciis, districto gladio iubebat arcere.

Compunctio, verbale. Ital. *Puntura, doglia di fianco.* Gal. *Poisture, eguillonnement.* Hisp. *Punçadura.* Pli.lib.21.ca.19, Hæc quoq; potio mulieres ex abortu purgat: laterũ cõpunctiones tollit, & veficæ calculos.

COMPSA, Bithyniæ oppidum, ad Thracij Bosphori augustias situm, non procul à Calcedone. Autor Plin.lib.5.cap.vlt.

Computo, as, pen.cor. Idem quod putare, siue ramos superuacuos abscindere. Ital. *Potare, brosfare.* Gal. *Poucr, couper.* Hisp. *Podar y cortar arboles.* Frequentius tamen ad mentem refertur, pro existimo, iudico, siue reputo. Ital. *Giudicare, estimare.* Gal. *Estimer, penser en pyger.* Hisp. *Pensar, estimando, juzgar.* Plin.lib.9.cap.15, Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabritius in triumphum tulerint, & imaginetur eorum fercula. Lactant.lib.3, Eamq; hominum sapientiam pro summa stultitia computat. ¶Item connumero, siue rationes subduco, quod vulgò dicitur *Computum facio.* Ital. *Numerare, computare.* Gal. *Conter, faire conte, calculer.* Hisp. *Contar por numero.* Cice.in Lælio dixit, Ad calculum reuocare. Plin.in Epist. Si computes annos, ex quum tempus. Plin.lib.18.cap.6. Si computetur impendium operæ. Plaut.in Mil. Dextera digitis ratione computat, feriens femur. ¶Interdum imputo. Plaut.in Merc. Computat vxor, id est imputat.

Computatio, verbale. Ital. *Computo, calculo.* Gal. *Conte, calcul.* Hisp. *Cuenta.* Plin.lib.17.cap.22, Operarum ista computatio est. Idem lib.12.cap.18. Minima computatione millies centena millia.

Computabilis, le, Ital. *Che si puo computare.* Gal. *Contable, qu'on peut & qu'on doit conter.* Hisp. *Cosa que se puede contar.* Quod cõputari potest, & numerari.

Computresco, scis, Idem quod putresco. Ital. *Putrefare, corrompersi, diuentar putrido.* Gal. *Se pourrir auec, deuenir pourri.* Hisp. *Podrirse,* vel quũ variæ res mutuo contactu putrescunt. Plin.lib.15.ca.13, Propterea arbitrarier eos non computruisse, Colu.lib.5.cap.10, Quoniam mutuo contactu aut computrescent, aut vermibus interibunt. Plin.lib.31.cap.7. Capillum denigrant sanguisugæ, quæ in nigro vino diebus L X. computruere.

COMVM, Ptolomæo, Vulgò *Como.* Ciuitas Galliæ cisalpinæ iuxta Larium lacum. Hæc primùm mediocris erat colonia trans Padum, à L. Scipione deducta, & deinde à Pompeio instaurata: postremò autem à Iulio Cæsare multis partibus aucta, missis eò quinque millibus colonorum: quo tempore etiam pro como Nouum comum cœpit appellari: & incolæ Nouocomenses, qui antea Comẽtes dicebantur. Meminit huius oppidi Plinius in nona regione Italiæ, lib.3.cap.17.

COMVS, Deus apud veteres habitus comessationum, nocturnarúmque saltationum præses: in cuius militia autorabãtur iuuenes, qui coronati nocte cum facibus, muscisque instrumẽtis ad amicarum fores saltandi canendique gratia concurrebant, procacitérque lasciuiebant, vt fores nonnunquam effringerent, quod optimè describit Philostratus, Imagine tertia. ¶Hinc Commessari verbum, & Comessatio, vt inquit M.Varro. Item Crepalocomus, vinolentorum hymnus apud Aristophanem in Ranis.

Con, & Cum, idem significant. Ital. *Con.* Gal. *Auec.* Hisp. *Con.* Sed Cum tantum separata, Con verò semper composita reperitur, & significat simul: vt, Coniungo. ¶Interdum contrà, vt Contendo. ¶Interdũ valde, vt Concrepo. ¶Et est sciendum quòd quando componitur cum dictione à vocali, vel ab h, incipiente, semper n, abiicitur: vt Coapto, Coërceo, Cohorror, Cohibeo in Comedo, n, mutatur in m, vt Cogo, n & a tolluntur. Quando cõponitur cum b, m & p, trãsit n in m, vt Combibo, Commoueo, Compareo: cum verò d, f, g, n, q, s, t, i, & u, consonantibus, manet n integra: vt Concutio, Condo, Confugio, Congero, Coniecto, Connecto, Conquiro, Consequor, Contineo, Conuenio. In reliquis n mutatur in sequentẽ literã: vt, Colligo, Colluuies, Corrigo.

Comamen, Conamentum, Vide CONOR.

Conaros, ab Alexandrinis appellatur frutex quidam aculeatus, teste Agathocle, qui à Dioscoride Paliurus vocatur. Vide Ruellium lib.1.cap.107.

Conatus, Vide CONOR.

Concaco, cas. Ital. *Imbrattar con merda.* Gal. *Embrener & chier dessus.* Hisp. *Ensuziar con estiercol.* Senec. Puto concacaui me. Idem, Quid autem fecerit nescio, omnia certè concacauit.

Concædes, concædium, plura.num. Sepimenta, siue munitiones ex cæsis arboribus confectæ. Tacit.lib.1, Romanus agmine propero syluam cæsam, limitémque à Tiberio cœptum scindit, castra in limite locat, fossam ac tergũ vallo, latera concædibus munitur. Vide Cæs. Rhodig. lib.5.cap.vlt.

Concaleo, les, Idem quod caleo. Ital. *Scaldarsi.* Gal. *S'eschauffer de toutes parts.* Hisp. *Escalentarse.* Plaut.in Amph. Prius ahis quàm lectus, vbi cubuisti, concaluit locus. Varr.3.de rustic.cap.16, Concaluit stomachus vt digerat multa facilius.

Concalefacio, cis, vel Cõcalfacio, cis, Calidum reddo. Ital. *Scaldare alcuna cosa.* Gal. *Eschauffer de tous costés.* Hisp. *Escalentar à otro.* Cice.2. de Oratore, Et ait idem, quum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare.

Concalefio, fis, neutropassiuum. Ital. *Essere caldo.* Gal. *Deuenir chaut.* Hisp. *Ser caliente.* Varro 1.de Re rust.cap.9, Curator oportet circumeat, diebus interpositis aliquot, ac vertere oua, vt æquabiliter concalefiant.

Concalefactus, a, um. Ital. *Scaldato.* Gal. *Eschauffé.* Hisp. *Escalentado.* Cic.1.Tusc. Illa verè funditus reiiciamus in individuorũ corporum leuiũ & rotundorum concursationem fortuitam: quam tamen Democritus concalefactum, & spirabilem, id est animalem esse voluit.

Concalefactorius, a, um. Plin.lib.21.cap.10, Vis et concalefactoria, hoc est excalefaciens, & nata calorem excitare.

Concalesco, scis. Calidum fieri, vel calidũ esse. Ital. *Scaldarse.* Gal. *Deuenir chaut.* Hisp. *Escalentarse.* Cic.1.Tusc. Calidior est enim, vel potius ardentior animus, quàm est hic aër, quem modò dixi crassum, atque concretum, quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra terrena principiorum genere confecta ardore animi concalescunt.

Concalleo, les, Idem quod Calleo, callos acquiro, callis obducor. Ital. *Far il callo.* Gal. *S'endurcir, secouuir cals & durillons aux piés & aux mains ou autres lieux.* Hisp. *Hazer callos, ò hazer se callo.* Cic.3.de Nat.deor. Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur: Callidos autem, quorum tanquam manus opere, sic animus vsu concaluit.

Concamerare, Est ad formicis formã & arcuato opere ædificare.

Universidad de Deusto Biblioteca

ποιῶ. Ital. *Fabricare in volto.* Gal. *Voulter, edifier en voulte.* Hisp. *Hazer edificio de bouveda.* } Vitruuius, Interualla aut concameranda, aut solidanda fistucationibus. Pli. li. 11. ca. 24. Specus ipsa, qua cõcameratur architectura.

Concameratio, Verbale. κεραμώσις, ὀροφωσις. Concamerationes dicuntur ædificia quæ arcuato opere fiunt. Plin. lib. 6, Si hypogæa, concamerationésque instituentur, fundationes eorum fieri debent crassiores. Sabinus in l. Si cui ædes. ff. de leg. 3. Conclaue quod supra cõcamerationem alterarum ædium esset. ¶ Concamerationes etiam dicuntur pergularũ hortẽsium tecta, ad arcuati operis similitudinem facta, quæ aut vitibus, aut alio opere topiario ad opacanda ambulacra solẽt obduci.

Concastigo, as, Idem quod castigo. } συνφορτίζω, πολλὰ δίδω, πολλάζω. Ital. *Castigare.* Gal. *Chastier.* Hisp. *Castigar ò corregir.* } Plaut. Trin. Nam ego amicũ concastigabo pro commerita noxa.

Concauus, Sinuosus, vacuus. } κοίλος. Ital. *Concauo.* Gal. *Creux, caué.* Hisp *Profundo ò hueco.* } cuius antitheton est Conuexus. Vnde Concauitas. Cice. 2. de Nat. deor. Speluncarum concauas altitudines, saxorũ asperitates. Ouid. 4. Metam. -impulsáque tympana palmis, Concauáque æra sonant. Cic. de Fato, Stupidum esse Socratem dixit & bardũ, quòd ingula concaua non haberet.

Concauo, uas, are. Idem quod simplex Cauare. } κοιλόω, κοιλαίνω. Ital. *Cauare.* Gal. *Cauer.* Hisp. *Cauar.* } Concauate brachia in duos arcus, id est insectere & sinuare, vt formam imitentur duorum arcuum. Ouid. 2. Metam. Est locus in geminos vbi brachia concauat arcus Scorpius.

Concedo, dis, pen. prod. pro Do, permitto. } μεταχωρίω, ὑφίεμαι. Ital. *Concedere, permettere, dar licenza.* Gal. *Ceder à quelqu'vn se partir & faire place à vn autre, atroyer.* Hisp. *Dar ò otorgar.* } Terent. in Adel. Hui meruisti nunc si de tuo iure concessisses paululum, &c. Cice. Diuinat. in Verrem, Da mihi hoc, concede quod facile est. ¶ Item recedere. ἀναχωρέω. Terent. in Hecyr. Hîc video me esse inisam immeritò, tempus est aliò concedere. Liu. 2. bell. Puni. Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam, in hyberna concesserat. Idem, Quæ quum agerentur, hostes in loca altiora concessere. ¶ Aliquãdo credere, consentire. συγχωρέω. Terẽt. in Phorm. Nunquámne hic hodie concedes mihi, neque intelliges? Cic. in Lælio, Quòd si rectum statuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab his quicquid velimus, perfecti quidem sapientia sumus.

Concessum, si, substantiuum. συγχώρησις. Cic. pro Cælio, Sed abhorret non modò ab huius seculi licentia, verùm etiam à maiorum consuetudine atque concessis. Id est, permissionibus atque constitutionibus.

Concessus, us, ui, pro permissu. } κατάθεσις. Ital. *Permissione, concessione.* Gal. *Permission, congé, ottroy.* Hisp. *Otorgamiento.* } Cic. pro Cæl. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati.

Concessio, onis, Idem quod concessus. συγχώρησις. Cice. ad Attic. Et nostra concessione omnem vim sui iuris amiserint.

Concelebro, bras, Idem quod celebro, hoc est frequento. } θοινῶ. Ital. *Celebrare.* Gal. *Celebrer ensemble, feter, solemniser.* Hisp. *Muchas vezes hazer alguna cosa.* } Concelebrare diem festum, est feriari, ἑορτάζειν. Concelebrare conuiuium, vel exequias, est cum quadam celebritate exhibere, vel instruere. Cic. de Pet. Consul. Et in conuiuiis quæ facere te oportet, & amicis tuis concelebrentur, & passim, & tributim. Liu. 8. ab Vrb. Quantum militaribus studiis funus vlium concelebrari potest.

Concelo, as, ate, Idem quod celo. } ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω. Ital. *Celare.* Gal. *Celer, tenir caché.* Hisp. *Encobrir.* } Cel. lib. 11. ca. 9, Non id postea concelauit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignauit.

Concenturio, as, Dictum est à Plau. in Pseud. pro colligere. Concenturio (inquit) in corde sycophantias. Nonius. *sic ἐγκεντρίσας συναγείρω.*

Concentor, Concentio, Concentus, Vide CONCINO.

Conceptaculum, Conceptiuæ, feriæ, Conceptio, Conceptus, Vide CONCIPIO.

Concerno, is, Idem quod Cerno. } βλέπω. Ital. *Vedere.* Gal. *Veoir clairement & de tous costés.* Hisp. *Atirar ò ver con los ojos.* } Qu. Cice. de Petit. Consul. Quòd si fatis grati homines essent, hæc tibi omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno.

Concerpo, pis, ex Con, & Carpo, Idẽ quod Discerpo, lacero. } διασπάω, διασπαράσσω. Ital. *Stracciare, rompere.* Gal. *Dechirer, mettre en pieces, rompre en pieces.* Hisp. *Despedaçar.* } Liui. 8. bel. Macedo. Libtúmque rationis eius, quum Lucium fratrem afferre insisset, inspectante Senatu suis ipsum manibus concerpsisse, indignatum, &c. Plin. lib. 10. cap. 18, Ille autem protinus concerpsit.

Concerptus, partici. } διασπασθείς. Ital. *Fatto in pezzi.* Gal. *Dechiré & mis en pieces.* Hisp. *Despedaçado.* } vt Concerpta linteola. Plin. li. 28. cap. 15. & lib. 31. cap. 3.

Concerto, tas, Simul certo, contendo. } ἀμφισβητῶ. Ital. *Contendere, combattere.* Gal. *Debatre, combatre, estre en noise.* Hisp. *Contender y pelear vno con otro.* } Cic. Antequam irer in exil. Nunc igitur si lingua est concertandum, innocentiæ virtute fretus supero. Terent. in Adel. Quid istuc Sannio est, quod te audio Nescio quid concertasse cum hero?

Concertatio, onis, verbale. } ἀγωνισμός, ἐρεσμός. Ital. *Contesa, disputa.* Gal. *Noise, debat, dispute.* Hisp. *Contienda de vno con otro.* } Plin. lib. 20. cap. 18, Qua de causa magna concertatio extitit.

Concertatorius, a, um. } ἀγωνιστικὸς, ἐριστικός. Ital. *Contentioso, guerregiante.* Gal. *Contentieux, noiseif, Qui gist à debatre entre les parties.* Hisp. *Cosa contendedora, cosa para contender con otro.* } Cice. de Clar. Orato. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator syncerus, & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatiuus, a, um. Quint. lib. 7. cap. 3, Mutua accusatio, quam Græci ἀντεγκλήματα vocant, nostri quidam concertatiuam.

Concesso, as, Idem quod simplex Cesso, hoc est, quiesco, ab opere vaco. } ἀναπαύω. Ital. *Cessare.* Gal. *Cesser, mouser.* Hisp. *Cessar ò tardarse.* } Plaut. in Pœnul. Postquam aurora est, nunquam concessauimus lauari, aut fricari, aut ornari.

Concessatio verbale, Cessatio, quies. } ἀναπαυσις. Ital. *Cessamento.* Gal. *Cesse de faire quelque chose, ennuy, amusement auec vn autre.* Hisp. *Cessamiento, tardança.* } Colu. lib. 11. ca. 1, Nam vt in itineribus conficiundis dimidio maturius peruenit is qui gnauiter, & sine vllis concessationibus permeat, &c.

Concha, æ, } κόγχη. Ital. *Testa & pesci con guscio duro.* Gal. *Couche en coquille, poisson en coquille.* Hisp. *Concha de pescado.* } Græca vox est, qua significatur omne genus piscis firmiorem habẽs testam. Quinetiam testæ ipsæ duriores propriè Conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum atque concharum. Ouidius. Ostrea quæ in conchis tuta fuere suis. Columella, Implicitus conchæ limax. ¶ Concharum genera enumerat Plin. lib. 9. cap. 33. & earum naturam explicat eodem lib. cap. 25. In conchis nascuntur margaritæ, vt ibidem docet Plinius. ¶ Vasis quoque genus quoddam cõcauum, ac superius parulum, Concham vocamus. } κύτος. Ital. *Conca, vaso.* Gal. *Vn certain vaisseau creux & large, comme vn bassin.* Hisp. *La cuenca, ò pila de agua.* } Plinius, Rursus tunditur, deinde lauatur in cõchis, siccatúrque. Alio nomine Alueo & Alueolos dicimus, & præsertim in longum porrectos, ligno excauato. more lyntrium, quæ vocẽtur Monoxyla. ¶ Item genus vasis vinarij, in quod è dolio hauritur vinum. Iuuen. Quum bibitur concha. ¶ Aliquando ponitur pro tuba. Virg. 7. Aen. Sed tum fortè cana dum personat æquora concha. Ouid. lib. 1. Meta. Cæruleum Tritona vocat, conchâque sonanti Inspirare iubet. His buccinis vtebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Conchæ verò linguam habere, & Veneri esse consecratam, autor est Aelia. lib. 3. ¶ Conchæ Cyteriacæ dicebantur, quæ margaritas producebant, mulierum ornatui præcipuè conuenientes: & ob id Cytheriacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. Martial. Læuior ô conchis Gallæ Cytheriacis. Vocantur alio nomine conchæ margaritiferæ.

Conchatus, pen. prod. adiect. κογχειδὴς. In morem conchæ curuatus. Plin. lib. 10. cap. 20. de pauone, Simul vmbræ quosdam repercussus cæteris qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda.

Conchis, huius conchis. κόγχις. Fabæ genus, siue edulium ex fabis. Iuue. Satyr. 3. Cuius conche tumes? qui tecti scetile gorrum Sutor, & clivi veruecis labra comedit? Sunt qui dicãt esse fabam cum cortice sorbilem. ad differentiã fabæ frixæ, quę sine cortice coquitur: à similitudine concharum, quo fracto cortice velut implicita conchis suis caruncula videatur. Mart. lib. 13. Si spumet rubra conchis tibi pallida testa. Lauorum cœnis sæpe negare potes. Huius diminutiuum est Conchicula.

Conchos. κόγχος. Mazæ genus, præ cæteris laudatum. Quo enim nomine apud Græcos significatur oculorum concauitas. Vide Ruell lib. 1. cap. 20. & Cælium Rhodig. lib. 15. cap. 1.

Conchyle, lis, pen. prod. vel Conchylium, lij. } κογχύλη, κογχύλιον. Ital. *Cocciglia.* Gal. *Coquille, couche, poisson dont on tire le cramesin.* Hisp. *Concha para teñir el carmesi.* } Genus conchæ, idem cum murice. cuius sanie pretiosissimæ lanæ tingebantur, austerum in glauco colorem, & irascenti mari similem referentes. Est autem diuersum à purpura. teste Pli. li. 9. ca. 11. Conchylia, inquit, & purpuras omnis ora asperit. Cice. in Pisonem. Extructa mensa non conchylia aut piscibus, sed multa carne subrancida. ¶ Ponitur quandoque Conchylium pro ipso colore. sicut & purpura, & murex. Plin. lib. 9. cap. 36, Concharum ad purpuras & conchylia eadem est materia. ¶ Alio nomine Ostrum dicitur, eò quòd ex marinatum concharum testis eximatur. Conchylium itaque, Muricem, & Ostrum in eadem significatione accipimus. Virgil. 4 Aeneid. Tyrioq; ardebat murice læna. Idem 2. Georg. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. Iuuen. Satyr. 5, Horum ego non fugiam conchylia? hoc est luxuriosas vestes, & murice infectas. ¶ Conchylium nonnunquam generale nomen est ad omnes conchas. Pli. lib. 9. cap. 36. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia: tanta duritie aculeo est.

Conchyliatus, a. um, κογχυλιωτὸς. Ital. *Tinto di violato, vestito di habito violato.* Gal. *De coleur violette.* Hisp. *Cosa de carmesi, vestidura de carmesi.* } vt Conchyliata vestis, quæ murice tincta est. Plin. lib. 9. cap. 39. In conchyliata veste cæteta eadem sine buccino. Conchyliata petistromata, quæ infecta sunt succo conchyliorum. Cic. 2. Phil. Conchyliatis Cn. Pompeij petistromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

Conchyta, tæ, masculi gen. Qui conchylia quærit in mari. } κογχύτης. Ital. *Pescatore de tali peschi.* Gal. *Celuy qui recueille les conches sur le bord de la mer, ou qui les peche pour teindre.* Hispa. *El pescador de aquellas.* } Plaut. in Ruden. Salnete fures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Dicũtur etiam Conchyliarij.

Concido, is, pen. prod. concidi, concisum. simul vel minutatim cædo. } συσπάω, κερματίζω. Ital. *Tagliare minutamente.* Gal. *Couper en pieces & menuement, hacher menu.* Hisp. *Hazer ò matar.* } Plinius. Caro eius cõcisa ac decocta adhibenda est. Colu. lib. 12. cap. 8, Concisíque sectiui porri quantũ videtur adiicito. ¶ Item frangere. κερματίζω, Plinius, Et Nucleus dentibus concisus super vulnus imponitur.

Concisus, part. συγκεκομμένος, Cõcisa oratio, Quæ nõ cõtinua, sed veluti mẽbratim cæsa est. κεκομμένος λόγος. Et cõcisus sonus, fractus.

Concisè, aduerb. συντόμως. Quintil. Quanquam ea nõ est tam minutè ac concisè in orationibus vtendum, quàm in disputationibus.

Concisura, ræ, Seneca Epist. 101, Defit sanè varietas marmorum, & concisura aquarum è cuniculis interfluentium.

Concido, is, pe. cor. concidi, cõcasum, Corruo, in totũ cado. } καταπίπτω. Ital. *Cadere.* Gal. *Tomber, cheoir.* Hisp. *Caer.* } Lact. lib. 7, Et muri omnium ciuitatum concident. Plaut. in Amph. Vt quisquis institerat, concidit crepitu. Colu. lib. 8, Atque alia genera pecorum, quum pestilentia vexantur, prius morbo & languoribus marcescunt: solæ capellæ, quamuis opimæ atque hilares, subitò concidunt. Cice. 3. Tuscul. Quòd si cui, vt ait idem, simul animus cum re cõcidit, à grauioribus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis.

Concico, es, ere: vel Concio, is, ire, Eiusdem significationis. Nam modò significant conuocare. } συγκαλέω. Ital. *Conuocare.* Gal. *Faire venir, appeler.* Hisp. *Llamar.* } Liu. 1. ab Vrb. Deinde ne vana vrbis magnitudo esset, accendæ multitudinis causa, vetere concilio condentium vrbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam è terra sibi prolem emẽtiebantur. Liu. lib. 5. bel. Pun. 2, Galli, quos spes prædæ conciuerat. ¶ Modò commouere, concitare. } κινῶ. Ital. *Commouere, concitare.* Gal. *Exciter, esmouuoir.* Hisp. *Mouer.* } Terent. Heaut. Fortasse vnũ aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. Plaut. Asinar. Tu ergo face vt illi turbas & lites concias.

Concitus, pe. prod. part. à Concio. } κινούμενος. Ital. *Mosso, concitato.* Gal. *Esmeu, prouoqué, incité.* Hisp. *Cosa mouida.* } Luca. lib. 5, Inde tuũt toto cõcita pericula mundo. A Concieo verò caudẽ correptam habet. Vale. Flac. li. 1,

Quis tibi Turne dolor, rapido quum concitus æstu Respiceres?

Concitor, toris, Verbale, κινητὴς vel belli concitores. Tacitus lib. 4.

Concito, as, per c, Frequentatiuum, à Concieo, commouco, perturbo, extimulo. {παροξύνω, παροξυσμὸς. Ital. *Concitare, commouere.* Gal. *Esmouuoir fort, prouoquer, inciter.* Hisp. *Mouer, ò perturbar.* } Cic. lib. 4. Acad. Quo enim spectant, quum artificia tolli quæretis à nobis, nisi vt opifices concitentur? ¶ Sic Concitare discordiam, apud eundem, & Concitare equum contra aliquem Liu. 1. ab Vrbe.

Concitatus, particip. vt, Concitatus ardore animus. {παροξυσμὸς, παροξυντὸς. Ital. *Commosso, concitato.* Gal. *Esmeu, prouoqué, incité.* Hisp. *Mouido.* } Cic. 2. de Finib. Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus. Cic. de clar. Orato.

Concitatus, immen. vt, Concitatior cursus, id est celerior. Liui. lib. 4. bell. Maced. Concitatissimi equi. Idem 5. bel. Maced.

Concitator, toris. {ὁρμητὴς, παροξυντὴς. Ital. *Prouocatore, incitatore.* Gal. *Qui esmeut & prouoque, esmouueur, prouocateur.* Hisp. *Mouedor.* } Qui commouet. Cæsar 3. bel. Gal. Quòd Cotybeus autor belli, concitator multitudinis esset interfectus.

Concitatrix, fœminin. κινητὴς, παροξυντὴς, vt, Concitatrix vis. Plinius lib. 26. cap. 10.

Concitatio, onis, Commotio. {ὁρμὴ τῆς ψυχῆς κίνησις. Ital. *Smouimento, incitamento.* Gal. *Esmotion, esmeute.* Hisp. *Mouimiento.* } vt, Concitatio multitudinis, apud Cic. pro Cluent. Vehementiores animi concitationes, apud eundem ad Qu. frat. lib. 1.

Concilium, lij, à concalando, siue conciendo, hoc est à conuocando, Senatus, vel cœtus consiliariorum. {συνέδριον, σύλλογος. Ital. *Ragonata de popolo ò prelati a determinare qualche cosa.* Gal. *Assemblée, compagnée, bande de gens d'vn accord.* Hisp. *Concilio ò consejo.* } Virg. 10. Aene. Concilium que vocat diuûm pater atq; hominum rex. Cæsar 2. bel. Ciuil. Quibus de causis concilio conuocato de summa rerum deliberare, &c. ¶ Concilium etiam pro coagmentatione siue copulatione ponitur. Lucr. lib. 1. Corpora sunt porrò partim primordia rerum, Partim concilio quæ constant principiorum. ¶ Est etiam Concilium flos Iasionis herbæ, vnico constans folio, sed ita implicato, vt plura videantur. Plin. lib. 22. ca. 22. Iasione (inquit) olus syluestre habetur in terra repens, cum multo hastæ flore fert candidum, Concilium vocant.

Concilio, as, Beneuolum facio, aut amore cõiungo. {φιλοποιῶμαι, ἐπιτηδειῶμαι, συνάγω. Ital. *Conciliare, pacificare.* Gal. *Acorder, moyenner d'accorder, apointer, vnir, ioindre par accointance & amitié quelques vns.* Hisp. *Conciliar vnenos amigos, ò alegrar, ò enamorar, ò atraer amigo.* } Liu. lib. 1. Aeneas aduersum tanti belli terrorem, vt animos Aborigin ũ sibi conciliaret, &c. Reconciliare verò quis dicitur, quũ post inimicitias rursus aliquem in gratiã reducit καταλλάττω. ¶ Item contrahere, seu comparare: & hoc tam in malum, quàm in bonum. κτῶμαι, ἐπιτηδεύω. Plaut. in Trin. Meus gnatus me ad te misit, inter se atq; tuos affinitatẽ vt conciliaré, & gratiã. Terẽt. in Heaut. Exeo ergo, vt parem concilié. Sic dicimus, Concilio mihi odiũ, inimicitias, quod est quasi cõparo, acquiro. Sic & Reconcilio. Quint. Nam & plus autoritatis afferunt ea, quæ nõ præsentis gratia litis sunt comparata, & laudem sæpe maiorem quàm si nostra sint, reconciliant.

Conciliatus, particip. {συνεπαγόμενος, εἰκειούμενος. Ital. *Conciliato, assembrato, vnito.* Gal. *Assorti, ioint, accointé, attrait.* Hisp. *Traido con halagos, hecho amiga.* } Femina conciliata viro, Catullus. ¶ Conciliatum mãcipium, pro empto. Terent. Prodi malè conciliate: id est, magno pretio empte, vt interpretatur Donatus.

Conciliatus, nomen adiectiuum. Quint. lib. 4. cap. 2. Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatiorem, dociliorem, & intentiorem.

Conciliatus, us, verbale. {ἕνωσις, συνάφεια. Ital. *Vnione, congiongimento, assembramento.* Gal. *Vnion, association, accointance.* Hisp. *Ayuntamiento, mezcladura, mezcla.* } Lucret. lib. 2. Ne quicquam commutari sine conciliatu. id est sine congregatione & coagmentatione seminum. Inde Densus & paruus conciliatus apud eundem pro densa & parua mistione.

Conciliator, toris, Conciliationis interpres. {συνεκτικὸς, συμφιλιωτὴς. Ital. *Conciliatore, seruale.* Gal. *Moyenneur, qui fait l'accointance, & est le moyen de ioindre & vnir quelques vns.* Hisp. *conciliador de vnenos amigos, el que assi halaga y enamora.* } Conciliator suillæ carnis lanius, Varro lib. 2. cap. 5.

Conciliatrix. Dicitur mulier, quæ vicos mulieribus, & vxores viris conciliat, inquit Festus. {συνεκτικὴ. Ital. *Colei que concilia & causa le amicitie.* Gal. *Moyenneresse, celle qui moyenne les accointances & amitiez.* Hisp. *Conciliadora de vnenos amigos.* } Plaut. Mihi Itaque esse, ancilla conciliatrix dicebat mihi. Cic. 1. de Natu. deo. Non vides quàm blanda cõciliatrix, & quàm sui sit lena ipsa natura. Idẽ de Ami. Conciliatrix amicitiæ virtutis opinio. Idẽ 1. de Leg. Oratio conciliatrix est humanæ maximè societatis.

Conciliatricula, læ, diminutiuum. Ἀκολὴ, καὶ μικρὰ συνεκτικὴ. Cicer. pro Sest. Erat enim hominum opinioni nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Conciliatio, Ipse conciliandi actus. {σύναψις, συμφιλίωσις. Ital. *Vnione, congiongimento.* Gal. *Accointance, apointement, vnion & amitié, des vns auec les autres.* Hisp. *Obra de conciliar vnenos amigos.* } Cic. 4. Acad. Honestum autem, quod ducatur à conciliatione naturæ. ¶ Conciliatio etiam pro conuentione. συνθήκη. Plaut. Extat conciliatio, seruanda promissa.

Conciliatura, tæ, pro conciliatione. Seneca Epistol. 98. Cum Clodius iisdem vitiis gratiosus, quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa eausæ dictione.

Conciliabulum, Locus in quem concilium conuenit. {σύλλογος, συνέδριον. Ital. *Luogo dove si fa concilio.* Gal. *Petite assemblée de gens, ou le lieu ou se tient le conseil.* Hisp. *El lugar do se ayuntan à concejo.* } Plaut. in Bacchid. Quid si ad te veniat desubito prandium, aut potatio fortè, aut cœna, vt solet fieri in istis conciliabulis? Idem in Trin. Ne penetrarem me vsquam, vbi esset damni conciliabulũ. Liuius, Qui nundinas & conciliabula obire solẽt.

Conciliabundus, à Concilio verbo, Conciliatorem agens, conciliatoris munere fungens. συνεκτικὸς, συναγωγός.

Concinnus, Idem est quod compositus, & ornatus, politus, facetus. {ἁρμόδιος, εὐπρεπὴς, κόσμιος. Ital. *Concinato, adorno, pulito.* Gal. *Ioint, ioli, gentil, mignon, assemblé & ajancé proprement.* Hisp. *Aparejado, polido, limado.* } ex Con. & Cinnus: vt Oratio concinna, id est compta, & aptè compositia. εὐσχήμων καὶ κόσμιος. Cicero Qu. frat. Mihi enim curæ tectorium vt concinnum sit. Idem de Clar. Orat. Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm venustæ & concinnæ. Plautus in Persa, Sat pol concinna facie.

Concinno, as, per duplex nn, Aptè compono, & quasi conuenire facio. {συναρμόζω, συναρμόττω. Ital. *Adornare, accointare.* Gal. *Ajancer, accoustrer & dresser, parer & adorner proprement.* Hisp. *Aparejar, afeytar, ò adobar mezclando cosas.* } quod vernacula lingua dicimus *Accoutrer.* vt, Pellis concinnata est ad calceos. Plaut. Anceps quando concinnauit aream, escas effudit. Concinnare vestem, Concinnare viam, Concinnare lutum, apud eundem Plautum. Concinnare vinum, Plin. lib. 14. cap. 20. Concinnare pelles, pro perpolire, apud eundem.

Concinnator, pen. prod. verbale: vt, Concinnatores causatum vel redemptores. ἀγοραῖοι, συκοφάνται, ἐπηρεάται. Vlp. in l. Nec quicquã ff. de offi. procon. Circa aduocatos patientem esse Proconsulem oportet, sed cũ ingenio, ne contemptibilis esse videatur: nec adeò dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat.

Concinnatorius, a, um: vt Vasa concinnatoria. Paul. in l. Instrumentum ff. de penu leg. Instrumentum pistrini, item vniuersa vasa concinnatoria, penu non continentur.

Concinnitas, tis, Ornatus, elegantia. {κατασκευὴ, ἁρμονία. Ital. *Ornato, eleganza.* Gal. *Ajancement, parement, beauté, elegance.* Hisp. *Aparejo, limadeza, ò gala.* } Cic. de Clar. Orato. At quid citram fractum, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, cõcinnitate puerile? Ibidem, Ornata sententiarum concinnitas.

Concinnè, aduerbium, Ornatè, compositè, conuenienter. {κατασκευαστικῶς. Ital. *Ornatamente, conuenientemente.* Gal. *Proprement, mignonnement, ioliment.* Hisp. *Limadamente, galana y conuenientemente.* } Cic. 2. de Orat. Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non peritè. Idem pro Quintio, Hunc rogat blandè, & concinnè.

Concinnatitius, a, um, Quod breuiter collectum & aptè situm est. ἐπιμονώτερος. Apule. lib. 2. Nam Milonis boni concinnaritiam mensulam iogatus accubueram.

Concinnitudo, Conuenientia. ἐυλογία, ἁρμονία. Cicer. lib. 2. de Inuentio. Splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum.

Concino, is, nui, concentum, Simul cano. {συνᾴδω. Ital. *Cantare insieme, ò in compagnia.* Gal. *Chanter en partie, accorder auec autre en accords.* Hisp. *Cantar con otro.* } Cic. 4. Tuscul. Hæc quum pressis & flebilibus modis concinuntur, difficile est, &c. ¶ Per translationem sumitur pro conuenio, consono. συμφωνῶ. Idem 1. de Natu. deor. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare. ¶ Accipitur & pro prædicere, vaticinari. Idem pro Sest. Hæc tum à me, tanquam fata, in ipsa re gerendæ concinebantur.

Concentor, in Decretis canonicis dicitur is, qui consonat & concinit canenti. συνῳδὸς. ¶ Sicut Succentor, qui voce subsequens canendo respondet. ¶ Præcentor, qui vocem præmittit in cantu.

Concentio, onis, verbale à concino. {συμφωνία. Ital. *Accordo de voci, armonia, conformamento.* Gal. *Accord de voix, melodieux chant & accez sons, conformement.* Hisp. *Canto accordado y dulce consonancia.* } Cic. pro Sest. Nam quum ageretur Togata, simulans, vt opinor, cætera tota, clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.

Concentus, us. Harmonia ex diuersis resultans vocibus. {συμφωνία. Ital. *Concento, consonanza, melodia.* Gal. *Accord de voix, chant melodieux & accordant.* Hisp. *Canto acordado y dulce.* } Virg. lib. 1. Georg. Hinc ille auũ concentus in agris. Cic. in Som. Scip. Qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter concentus efficit.

Concio, is, conciui. Cõuoco. {ἐκκλησιάζω. Ital. *Conuocare, chiamare più persone.* Gal. *Assoler à soy.* Hisp. *Llamar, conuocar.* } vt, Concire multitudinem, Liuius. ¶ Item commouco. {κινῶ. Ital. *Commouere.* Gal. *Esmouuoir, mouuoir.* Hisp. *Mouer.* } Terent. in Heaut. Portasse vnũ aliquod verbum inter eas iram hanc concierit. Vide CIEO. & CONCIEO.

Concio, onis, à Concio, is, vnde significat. Scilicet suggestum vnde verba fiunt. {ἐκκλησία. Ital. *Ragonata, ragunanza, & luogo ridotto, dove monta & sta chi parla al popolo.* Gal. *La chaire ou monte estant qui in arengue, ou le lieu ou se tient le conseil.* Hisp. *Lugar de donde habla el que razona al pueblo ò lugar do se ayunta el consejo.* } Liu. lib. 1. Vocato ad concilium populo, summissis fascibus in concionem ascendit. ¶ Item multitudinem populi assistentis, conuocatã vel magistratus iussu, vel oblatã sacerdotis, vel autoritate eius qui cum populo est actur[us], quam Græci vocant. {Ital. *Ragonata di popolo.* Gal. *Assemblée de peuple, le conseil assemblé.* Hisp. *El consejo de todos ordenes, ò ayuntamiento de gente vna.* } Cic. in Epist. Cõcio quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet. Salust. Itaque concione aduocata, huiusmodi orationem habuit. ¶ Tertiò orationem ipsam. λόγος ἀγορεύσεως, quæ ad populum habetur. {Ital. *Oratione à formare de chi parla al popolo ragunato.* Gal. *Harangue au peuple.* Hisp. *Razonamiento que se haze al consejo, ò sermon.* } Cic. Dolabellæ. Leges concionem tuam, nihil illa sapientius.

Conciuncula, læ, diminutiuum. Cic. ad Attic. lib. 2. Quæ mihi videtur vna conciuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.

Concionor, penul. prod. Orationem habeo. {δημηγορῶ, ἐκκλησιάζω. Ital. *Far oratione, ò predicar.* Gal. *Harangueer, raporter à l'assemblée, preschar, remonstrer au peuple.* Hisp. *Razonar en consejo, ò predicar.* } Cicc. in Epistol. Familia. Quòd quum Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet se consentire cum Antonio, Cicero in Tuscul. Quæ quum ita sint, magna tamen eloquentia est vtendum, atque ita velut superiore è loco concionandum.

Concionabundus, di. Idem ferè quod concionans, concionem habens, concionatorem agens. {δημηγορῶν. Ital. *Chi fa oratione.* Gal. *Harangueur, faiseur de harangue.* Hisp. *El que mucho razona al consejo.* } Liui. 5. ab Vrb. Hæc pro palam concionabundus, in dies magis augebat iras hominum. Idem 3. ab Vrbe. Hæc propè concionabundus circumibat homines.

Concionator. Est qui orationem habet. {δημηγορῶν. Ital. *Oratore.* Gal. *Orateur.* Hisp. *El que razona al consejo.* } Hieronymus in Prolog. Salo. Ecclesiastem Græco nomine appellat. Cic. 4. in Catil. Intellectum est quid interfuit inter lenitatem concionatorum, & animum verè populatem.

Concionatorius, a, um, Quod ad concionem pertinet. {δημηγορικὸς. Ital. *che appartiene ò serue ad vn assembramento, ò all' oratione.* Gal. *Appartenant aux congregations & assemblées, ou à l'oraison.* Hisp. *Cosa para razonar alli.* } Gel. Ecce autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem pro tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem venit.

Concionalis. {ἀγορᾶιος, δημηγορικός. Ital. *Atto à concionare.* Gal. *Propre à preſcher ò haranguer.* Hiſp. *Dicho de predicar, ò razonar aſsi.* } Qui idoneus eſt ad concionandum: aut qui concionari conſueuit, qualis hodie vulgò *Prædicator* appellatur. Curius Cic. Quod quidem ſi inter vos ſenes concionale venale proſcripſerit, egerit non multũ. Concionalis clamor. Cic. ad Qu. fratrem lib. 2, Sed eodẽ die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus propè concionali.

Concionarius, a, um, δημηγορικός. Idem. Cic. ad Qu. frat. lib. 2, Vehementer eſſe prouidendum ne opprimatur, cocionario illo populo à ſe propè alienato.

Concipillo, as, apud Neuium, ponitur pro corripio, & inuoluo, vt anno tauit Feſtus. Qua voce vſus eſt & Plautus in Truculẽ. -quem ego Affatim iam concipillabo. συναρπάζω.

Concipio, is, pen. cor. Simul capio, apprehẽdo. {συναρπάζω. Ital. *Pigliare piu coſe inſieme.* Gal. *Prendre pluſieurs choſes enſemble.* Hiſp. *Tomar muchas coſas juntamente.* } Vnde Concipere mulieres dicuntur, quum genitale ſemen apprehenditur ad fœtum faciendũ. {κυοφορεῖσθαι, κύειν. Ital. *Concipere.* Gal. *Conceuoir.* Hiſp. *Concebir.* } Lactant. lib. 3. Quid, quòd vxor poteſt eſſe cõmunis, filius non poteſt: quoniam concipi non niſi ex vno neceſſe eſt? ¶ Transfertur ad animũ, pro εἰς νοῦν λαβεῖν, ἐπιβουλεύειν, διανοεῖσθαι. Quint. Nec tantum concipere animo ſcelus potui. ¶ Hinc Conceptus mentis, ἔννοια, dicuntur, quæ comprehendimus & imaginamur. ¶ Et apud Geometras, communes animi Conceptiones vocantur ea, quæ omnes tanquam manifeſta & indubitata profitentur: vt Omne totum eſt maius ſua parte. &, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent inter ſe, æqualia ſunt. ¶ Interdum Concipere eſt deliberare ac deſtinare. βουλεύεσθαι. Senec. Ianudum animo conceperat quid eſſet acturus. Virgil. 12. Aeneid. Aut tu bella cie, conceptúmq; excute fœdus. ¶ Interdum congregare, in vnum reducere. συναθροίζειν. Colu. li. 1, Ne quum à vertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat. Idem, Sed ampla ſtabula ſic ordinentur, vt nequis humor influere poſſit, & vt quiſque ibi cõceptus fuerit, quàm celerrimè dilabatur. ¶ Concipere verba, frequens eſt apud veteres, pro eo quod eſt Certam quandam verborum formulam alicui dictare, quam ille totidem verbis referat. Vnde Concipere verba iuramenti, eſt præmeditari, præſcribere & dictare iuraturo, quibus verbis velimus fieri iuramentum. Liu. lib. 7. ab Vrbe, Proculi inde ire omnibus iuſſis, cultrum ſtringit, & ſuper lectũ ſtans, ferro intento, niſi in quæ ipſe concepiſſet, verba iuraret, ſe patris eius accuſandi cauſa concilium plebis nũquam habiturum, ſe eum extemplo transfixurum minatur. Conceptis itaque verbis iurare, eſt iuramentum præſtare certa quadam verborum formula ab eo qui iuramentum defert, præmeditata & præſcripta. ¶ Ad hunc etiam modũ veteres dixerunt Concipere vadimonium, hoc eſt dictare formulam vadimonij. Cic. ad Qu. fratrem, Negat in tanta multitudine eorũ, qui vnà eſſent, quenquam fuiſſe qui vadimonium concipere poſſet.

Conceptus, a, um, particip. Apprehenſus, ſiue diſtinatus, ac contractus. {συνθεὶς, συναλγήσας. Ital. *Concetto, generato, pigliato, preſo.* Gal. *Conceu & engendré, pris & receu.* Hiſp. *Concebido, tomado.* } Cic. de Aruſp. Reſp. Ex virginis furtiuo ſtupro conceptus. Concepta æſtu peſtis. Colu. lib. 7. ca. 5.

Conceptus, us, ui, pro ipſo fœtu. {κύημα. Ital. *Coſa concetta ò generata.* Gal. *Ce qui eſt conceu & engendré.* Hiſp. *Lo fruto ò lo que la hembra pare.* } Plin. li. 20. cap 22, Non edendum grauidis, niſi mortuo conceptu. ¶ Conceptus, Actus ipſe concipiendi, idem quod conceptio. σύλληψις. Cic. 1. de Diui. Quædam etiam ex hominum pecudúmve conceptu & ſatu, oſtentorũ exercitatiſſimi interpretes extiterunt.

Conceptio, onis, Idem quod conceptus. {σύλληψις. Ital. *Concettione.* Gal. *Conception.* Hiſp. *Concebimiento.* } Plin. lib. 21. cap. 22, Chryſippus & conceptionibus eam putat conferre multum. Contra naturam conceptio, Cic. 2. de Diui. ¶ Formularum conceptio, Paulus in l. Actio negotiorum. ff. de neg. geſt. In extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt. ¶ Conceptio apud Grammaticos ſchema eſt, quum vnum genus cõcipit, hoc eſt ſimul apprehendit aliud genus, vel vna perſona aliam.

Conceptaculum, aut **Conceptabulum,** Quod aliquid continet. {ὑποδοχή, ἀποδοχεῖον. Ital. *Recettacolo.* Gal. *Le lieu ou quelque choſe eſt gardée, miſe ou conceuë, receiſſeau.* Hiſp. *Lugar donde algo ſe recoje.* } Vt vena eſt conceptaculum ſanguinis, id eſt in qua ſanguis continetur. Plin. lib. 11. cap. 37, ſuperbiæ aliubi conceptaculum, ſed in ſupercilijs ſedem habet.

Conceptiuæ feriæ, Sunt quæ quotannis à magiſtratibus vel ſacerdotibus in dies certos, vel incertos concipi cõſueuerunt. ἀναδεικνύναι ἡμέρας τινάς. ¶ Erãt autem apud veteres quatuor publicarũ feriarum genera. Nam aut Stativæ erant, quæ certis & fixis diebus quotannis obſeruabãtur, & eodẽ ſemper die in faſtis annotabantur: nos hodie Feſta immobilia vocamus. Aut Conceptiuæ, quæ quotannis quidem fiebant, ſed modò hoc, modò illo tempore, vt magiſtratui videbatur, quales erant Latinæ feriæ, Sementinæ, Compitalia, & Agonalia. Imperatiuæ verò, quæ quotannis fieri non conſueuerant, ſed propter valetudinem Principis, aut inſignem victoriam, aut etiam imminens periculum à magiſtratu imperabãtur. Nundinæ autẽ feriæ erant ruſticorũ cauſa, nono quoq; die inſtitutæ, vt quũ octo diebus in agris fuiſſent, ad emẽda neceſſaria nono die in vrbem conuenirent. Vide hæc latius apud Macrob. lib. 1. Satur. cap. 16.

Concito, concitas, Vide CONCITO.

Conclamo, as, are, Simul clamare. {συμβοᾶν. Ital. *Gridare inſieme, gridare.* Gal. *Crier enſemble, s'eſcrier.* Hiſp. *Llamar dando voZes.* } Cic. 6. Phil. Quum vos vniuerſi vna mente atque voce iterum à me conſeruatã eſſe Rempub. conclamaſtis. Tacit. lib. 1, Conclamant patres, corpus ad rogum humetis Senatorum ferendum. ¶ Conclamare pro ſimplici Clamare. Cæſar 1. bell. Gall. Quos quum apud ſe in caſtris Arioviſtus conſpexiſſet, exercitu ſuo præſente conclamauit quid ad ſe venirent. ¶ Conclamare vaſa, militaris eſt locutio, pro denuntiare inter milites, vt vaſa colligant: quod fiebat quum exercitus moturus erat caſtra. ἀναζευγνύναι στρατόπεδον. Cæſar lib. 1. bel. Ciu. Quo cognito, ſignũ dari iubet, & vaſa militari more cõclamari. ¶ Conclamatũ eſt, hoc eſt tranſactum & finitum eſt. {πέπρακται. Ital. *Egli è finito.* Gal. *Tout eſt fait.* Hiſ. *La coſa eſtà acabada.* } Quod locutionis genus ab iis tractũ putatur, qui morientibus aſſiſtũt. Solent enim illi cadauerum recens exanimatorum faciem identidem frigida abluere, nominéque eorum clara voce inclamare, ne forte ſyncope correptos pro mortuis funeratẽt. Nam qui animi deliquium patiuntur, mortuis ſimillimi ſunt: vnde & nonnullos pro mortuis elatos, & à rogo relatos accepimus. Quum itaq; affuſa ſubinde frigida, nominéq; ſæpius inclamato nihil proficeretur, poſt vltimã conclamationem re iam deſperata comburebantur. ¶ Hinc Corpora conclamata dicuntur, hoc eſt deplorata, quibuſq; extremũ hoc cõclamationis præſtitum eſt officium. Lucanus, -corpora nondum Conclamata iacent.

Conclamatio, onis, verbale. {κοπετὸς, κοπτόομος. Ital. *Crido di più genti.* Gal. *Cri de pluſieurs gens.* Hiſp. *Aquello llamado con boZes.* } Clamor multorum, Seneca, Quum aliqua conclamatio eſt, quomodo exeat, non quid eſferat, quærit.

Conclamito, tas, frequentatiuum. συχνὸν κοπτόομαι. Plaut. Marc. Conclamitare tota vrbe, & prædicare.

Conclanatæ res, inquit Feſtus, quæ ſunt ſub eadem claue.

Conclaue, penul. prod. neut. gen. Locus ſecretior in interioribus tectis, vnam habens clauem communem domeſticis, intra quem multa loca clauſa ſunt adhærentia triclinio. {μυχὸς. Ital. *Conclaue, luogo ſecreto.* Gal. *Vne chambre auec ſa garde robbe ou eſtude fermées ſous vne clef, ou lieu à ſe retirer ou enfermer quelque choſe.* Hiſp. *Camara encerrada ò retrahida.* } Terent. in Eunucho, Dum apparatur, virgo in conclaui ſedet. Cic. 1. de Diuinat. Conclaue illud vbi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet proxima nocte corruit. Idem 3. de Orato. de Scopæ interitu ioquens, Hoc interim ſpatio conclaue, vbi epulabatur Scopas, concidit. Quintilianus eandem referens hiſtoriam, Triclinium appellat, quod à Cicerone dicitur Conclaue. Verba eius ſunt hæc, Vix illo limen egreſſo, triclinium illud ſupra conuinas corruit.

Conclauium, idem ſignificat. Plautus in Aulul. Et conclauium mihi peruium facitis.

Concludo, is, pen. prod. Simul claudo, vel me vnà cum alio in eodẽ loco includo. {συνέχω, κατείργω, συνκατακλείω. Ital. *Rinchiudere, imprigionare.* Gal. *Enfermer, cloure, eſſerrer.* Hiſp. *Cerrar.* } Terent. in Adelph. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam id tutiſſimum eſt. Cic. de Vniu. Intelligentiam in animo, animum in corpore concluſit Deus. ¶ Item perorare, id eſt orationem terminare. {συμπεραίνειν, ἐπιλέγειν. Ital. *Concludere, finire.* Gal. *Conclurre, acheuer.* Hiſp. *Concluir, acabar.* } Cic. 4. Verr. Vt aliquando totam huius generis orationem concludam, ac definiam.

Concluſio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, noſtri modò Perorationem, modò Cumulum vocant. Nam Cumulus propriè aceruus eſt, & in concluſione omnia, quaſi in vnum aceruum colliguntur. {Ital. *Concluſione, fine.* Gal. *Concluſion, fin.* Hiſp. *Concluſion, fin.* } Vocis moderatio & verborũ concluſio, Cic. 3. de Orat. Acutæ concluſiones, Quint. lib. 5 cap. 14. Subtilis, & ad morem Dialecticorum formata concluſio, Idem lib. 7. cap. 4.

Concluſiuncula, diminut. apud Cice. 4, Acad. τὸ συμπερασμάτιον.

Concoctio, Vide CONCOQVO.

Concœnatio, onis, Verbale à cum & cœna, tertia longa. Cice. de Senect. Conuiuium Græci tum compotationem, tum concœnationẽ vocant. συμπόσιον εἰ δὲ πόσις ἐστὶ μόνη συμπόσιον ἐστί· εἰ δὲ σιτία ἐστὶν ὁμοῦ καὶ πόσις.

Concolor, oris, omnis gen. Eiuſdem coloris. {ὁμόχρως. Ital. *D'vn medeſimo colore.* Gal. *De meſme couleur.* Hiſp. *Coſa del color que es otra coſa.* } vt Concolor cicatrix, Plin. lib. 28. cap. 9. Et lib. 10. cap. 19, Turdis color æſtate circa collum varius, hyeme concolor. Virg. 8. Aen.

Candida per ſyluam cum fœtu concolor albo
Procubuit. viridique in littore conſpicitur ſus.

Concoquo, quis, pen. cor. Idem quod ſimplex Coquo. {πέσσω. Ital. *Cuocere & ben padire.* Gal. *Cuire, digerer, meurir.* Hiſp. *Cozer, digerir la viande.* } Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 10, Ad focum ligna afferre & cibum concoquere. ¶ Concoquere etiam frequentiſſimè accipitur pro eo quod eſt mutare cibum in qualitatem corpori noſtro conueniẽtem. Martia. lib. 1, Bene concoquit Charinus, & tamen pallet. Cice. 2. de Nat deor. Eadémque hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere: eáſque quum ſtomachi calore concoxerit, euomere. ¶ Interdum etiam metaphoricẽs accipitur, pro æquo animo ferre, & pati. Liu. lib. 4. ab Vrbe, Vt quem Senatorem concoquere ciuitas vix poſſet, regem ferret. Tracta eſt tranſlatio à concoctione, quæ fit in ſtomacho. ¶ Concoquere odium. κατακόψαι χόλον, ἀτίωτον τλῆναι λόγον, ὀργὴν πεπαῦσθαι. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 3, De epiſtola Vatinij riſi: ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, vt eius iſta odia non ſorbeam ſolùm, ſed etiam concoquam.

Concoctio, verbale, Vna ex naturalis animæ facultatibus, qua cibus mutatur in qualitatẽ parti nutriendæ conuenientem. {πέψις. Ital. *Digeſtione, il padire.* Gal. *Digeſtion, cuiſſon, meuriſſement.* Hiſp. *La digeſtion de la viande ò manjar.* } Concoctionis autem partes ſunt tres, quarum prima in ventriculo, ſecunda in iecore & venis conficitur, tertia in ipſis partibus nutriendis. Plinius, Multúmque in ſummo cibo concoctionibus confert vel ſolio, vel ſemine.

CONCORDIA, æ, Venetiæ oppidũ, nõ procul ab Altino, & flumine Liquentia: cuius meminit Pli. lib. 3, ca. 18. Vulgò *Concordia.* ¶ Eſt itẽ Concordia cognomẽto Iulia, Hiſpaniæ Bæticæ oppidũ, in cõuentu Hiſpalenſi, teſte eodẽ Pli. lib. 3. cap. 1. Huius incolæ dicuntur Concordienſes, quorum meminit idem Pli. lib. 4. cap. 20. ¶ Concordia item dea apud Romanos, cuius ædem C. Flauius, Cn. filius dedicauit in area Vulcani ſumma inuidia nobiliũ, teſte Liu. lib. 9. ab Vrbe Cic. pro Domo ſua. Si ſedem ipſam ac templũ publici conſilij religione Concordiæ deuinxiſſet. ¶ Cella concordiæ. Cic. 2. Phil. Quum in hac cella Cõcordiæ, (ô dij immortales) in qua me Conſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt, &c.

Concordialis, Herba eſt ſylueſtri papaueri ſimilis, quæ quòd argemari oculorum medeatur, à Dioſcoride Argemone eſt appellata. ἀργεμώνη.

Concorporo, In vnum corpus redigo. {συναρμογέω. Ital. *Incorporare.* Gal. *Incorporer.* Hiſp. *Incorporar.* } quod fit, quum duæ, pluréſve res miſtæ vnũ quid efficiunt. Plin. lib. 22. cap. 24, Semper mulſum ex vetere vino, facilimèque cum melle concorporatur.

Concors, A cõiunctione cordis dicitur, qui vnius cordis, ſiue vnius animi eſt. {ὁμόνους, ὁμογνώμων. Ital. *Concorde, d'vn accordo.* Gal. *D'vn meſme cueur &*

Universidad de Deusto Biblioteca

voiage.& vne mesme fantaſie & volonté. Hiſp. *coſa concorde.* } Cice. 1. Tuſcul. Aliis cor ipſum rapimus videturue ex quo Excordes, Vecordes, Concordeſque dicuntur. Plin. lib. 7. ca. 12. Diuerſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem eſſe taxationem. ¶ Parcæ concordes. Virg. 4. Arg. Talia ſecla ſuis dixerũt currite fuſis, Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

Concordia, Vnanimitas, & conſenſus diſcordiæ contrarius. *ὁμόνοια* Ital. *Concordia, accordo.* } Gal. *Concorde, accord.* Hiſp. *La concordia.* } Saluſtius, Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Dicitur Concordia a cor, & congruente. Cic. 1. Verr. Tantámque habebat morum ſimilitudo coniunctione atque concordiã vt, &c. ¶ Diſcors concordia, dicitur rerum, quæ quum inter ſe diuerſæ ſint, tamen commixtæ vnum quoddam corpus conficiunt, dum vna alterius vires temperat & coërcet. *ἐκ διαφόρων τὸ μέγιστον* Ouid. 1. Metamor. Quippe vbi temperiem ſumpſere humórque calórque, Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus. Quumque ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat: & diſcors concordia fœtibus apta eſt. Horat. 1. Epiſtol. Quid premat obſcurum lunæ quid proferat orbem, Quid velit & poſſit rerum concordia diſcors. ¶ Diſcordem concordiã vocat Lucanus ſimulatam amicitiam: vt quum illũ amplecti & colere videmur, quem tamen tacito odio proſequimur. Verba eius ſunt lib. 1. de Cæſare & Pompeio, Temporis exigui manſit concordia diſcors, Pãxque fuit, non ſponte ducum: nam ſola futuri Craſſus erat belli medius mota ¶ Concordia fulciuntur opes etiam exiguæ: Sententia prouerbialis eſt apud Home. Iliad. γ'. *Συμφρτὸ δ' ἀρετὴ καὶ ἀνὴρ ἀνδρῶν ἐσθλὸν μάλα μᾶλλον*, id eſt, Coniuncti pollent etiam vehementer inertes. Hac cõueniet vti, ſiquando ſignificabimus non eſſe contemnendam amicitiam aut ſimultatem multorũ, etiam ſi fuerint alioquin imbecilles, & quorum ſingulos quiuis facile contemnat.

Concorditas, atis. Pro concordia apud Pacuuium aliósq; veteres. *ὁμόνοια.* Concorditatem (inquit) hoſpitio adiunctam, & perpetẽ probitatem confermetis.

Concorditer, Vnanimiter, pari conſenſu. *ὁμονοητικῶς.* Ital. & Hiſp. *Concordemente.* Gal. *Tout d'vn accord.* } Cic. pro Rab. Et tibi acerbior patrui mors eſt, quem nunquam vidiſti, quàm illi eius fratris, qui cum concordiſſimè vixerat.

Concordare, Conuenire, concordem eſſe. *ὁμογνωμονῶ.* Ital. *Concordare, accordare, eſſere d'accordo.* Gal. *Accorder, eſtre d'vn meſme cœur & courage.* Hiſp. *Concordar vna coſa con otra, ſer de acuerdo.* } Terent. in Phorm. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam ſenectutem oblectet. Ouid. 10. Meta. Et ſenſit varios, quanuis diuerſa ſonarent, Concordare modos.

Concratitius, a, um, adiectiuum. *συνθετός* Ital. *Parete à clauſura di tauole.* Gal. *Fait de clayes iointes & miſes enſemble, comme vne cloiſon d'ais ou membrures trauerſantes l'vne ſur l'autre.* Hiſp. *La pared texbiqueà ſarzo.* } Significat quod ex conſertis cratibus fit. Inde paries concratitius dicitur, qui inſertis cratibus conſtruitur. Papin. in l. Si fratres ff. pro ſocio, Si vicini ſemipedes inter ſe contulerint, vt ibi concratitium parietem inter ſe ædificarent, ad onera vtriuſque ſuſtinenda, &c.

Concredo, is, Idem quod credere, ſeruandum dare, & fidei alicuius tradere. *συνθέτω* Ital. *Credere, commettere alla fede.* Gal. *Bailler tout en garde, s'en fier du tout à vn autre.* Hiſp. *Confiar el empreſtido.* } Plaut. Aul. Sed mihi anus huius obſecrauit concredidit theſaurum auri. Cicer. pro Quint. Alphenus cui tu rem tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas. Propert. lib. 1. Sed quoniam non es veritus concredere nobis, Accipe commiſſæ munera lætitiæ. Concredere mari naugia, Colu. in Præf. lib. 4. Veritis aliquid concredere, Catul. Cic. pro Roſc. Am. Cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ ſunt atque concreditæ.

Concreduo, duis, dixere veteres. Plaut. Aul. Ne tu in me mutaſſis nomẽ, ſi hoc concreduo. Idem Caſin. -ei ego amorẽ omnẽ meũ Concredui.

Concremo, as. pen. cor. Idem quod Cremo. *κατακαίω.* Ital. *Abbruſciare.* Gal. *Bruſler tout en vn comp.* Hiſp. *Quemar.* } Plin. lib. 32. cap. 18. Periti rerum aſſeuerant, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero principeps nouiſſimo pompæ ſuæ die concremauit. Concremare igni, Liu. 6. ab Vrb. Vrbs concremetur. Sen. Theb.

Concrepo, as. pen. cor. Perſono. *ἀλαλάζω* Ital. *Fare ſtrepito, riſonare.* Gal. *Crier ou crier iuſques, comme vn lyon, duquel les gouſſes ſont ouuertes ou roullées.* Hiſp. *Dar bramido, dar reſido la que ſe quiebra.* } Et pluſ eſt, quam ſono. Nam Conibi auctiuum eſt. Terent. Sed oſtium concrepuit. Plaut. Bacchid. Sed hoc concedam, nam concrepuerunt fores. Concrepare digitis, Cice. 3. Offic. Concrepare gladiis ad ſcuta. Liui. 8. bell. Puni. ¶ Concrepare actiuè poſitum. Ouid. 3. Faſt. Rurſus aquam tangit Temeſæáq; concrepat æra.

Concreſco, concreui, concretũ. Simul creſcere, vel conglutinari. *συμφύομαι* Ital. *Creſcere inſieme.* Gal. *Croiſtre enſemble.* Hiſp. *Crecer juntamente.* } Non raro tamen accipitur pro congelari, & coagulari. *συμπήγνυμι.* Ital. *Aggliacciarſi.* Gal. *S'entreprendre s'aſſembler & comme geler par mateaux, ſe congeler, ſe figer.* Hiſp. *Cuajarſe.* } Cice. 2. de Natu. deor. Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque conſereſceret. Virgil. 3. Georg. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Sic etiam dicimus. Lac vel aërem concreſcere, pro condenſari.

Concretus, participium. *συμπαγής.* Ital. *Groſſo, ſpeſſo, compoſto di più coſe.* Gal. *Aſſemblé, conjoint & eſpoiſ, congeié & figé.* Hiſp. *Cuajado, ayuntado.* } Cic. 1. Tuſcul. Craſſus hic, & concretus aër. Aër concretus in nubem cogitur, Idem 2. de Nat. deor. Cælum craſſum atque concretum, & Aër purus & tenuis, velut oppoſita ponit Cic. 1. de Nat. deorum.

Concretum, ti, ſubſtantiuum, Coniunctum & conglutinatum. Cice. 1. de Natu. deor. Quæ nihil concreti habeat, nil ſolidi, nil expreſſi.

Concretus, us, ui. *συνουσία* Ital. *Aſſembramento di più coſe che ſi indureſcono, & inſpeſſiſcono.* Gal. *Aſſemblement de choſes liquides, quand elles s'epoiſſiſſent & inſpeſſiſſent.* Hiſp. *Obra de ſe cuajar, cuajamento.* } Plin. lib. 12. cap. 16. In plenum autem probatio eſt minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis ſuci.

Concretio, onis. *σύνοψις* Cic. 1. de Nat. deor. Idem facit in natura deorũ, dum individuorum corporum concretionem fugit.

Concriminor, naris. Idẽ quod ſimplex criminor. *ἐγκαλῶ* Ital. *Incolpare.* Gal. *Blaſmer quelqu'vn, & luy mettre à ſus quelque cas.* Hiſp. *Culpar, acuſar.* } Plaut. Milit. Vt ſic concriminatus ſiet aduerſus militem meus Conſeruus.

Concrucior, aris. Doleo, torqueor. *συνάλγω* Ital. *Eſſere tenciato.* Gal. *Eſtre enſemble tormenté, eſtre affligé auec.* Hiſp. *Ser atormentado.* } Vt Concruciari omni corpore. Lucret. lib. 3. Et quaſi quum caput, aut oculus tentante dolore Læditur in nobis, non omni concruciamur Corpore.

CONCVBIENSES. Populi ſunt in Vmbria ſexta Italiæ regione, vt eſt apud Plin. lib. 3. cap. 14.

Concubo, as, penul. corr. hinc, quod vſitatius eſt. Concumbo, is, ſimul dormio, ſimul quieſco. *συγκοιμῶμαι* Ital. *Dormire in compagnia.* Gal. *Coucher auec, coucher enſemble, habiter auec vne femme.* Hiſp. *Acoſtarſe à dormir con otro.* } & per tranſlationem coeo, *συγγίνομαι* Cice. 1. de Inuentio. Si peperit, cum viro concubuit. Ouid. 3. de Arte. Credere vix poſſum, nili cogat credere partus Vos ego cum veſtris concubuiſſe viris. Terent. in Heaut. Nam aiunt tecum póſt duobus concubuiſſe eam menſibus. Tibul. lib. 1. Eleg. 8. At Venus inuenit puero concumbere furtim.

Concubitus, us, Coitus, *συνουσία, μῖξις.* Plin. lib. 10. cap. 63. Cæteris animalibus ſtati pe. tempora anni concubitus: homini omnibus horis dierum, noctiúmque. Celſus lib. 1. Concubitus neque nimis concupiſcẽdus, neque nimis pertimeſcendus.

Concubinus, *παλλακός*, & Cõcubina *ἐυνάστρια.* Quòd ſimul cubent. Quintil. lib. 1. cap. 3. Noſtras amicas, noſtros concubinos vident. Cice. 1. de Orat. Mater in concubinæ locum ducereture.

Concubinatus, us. ui. Plaut. Pœn. Illam minorem in concubinarum ſibi Volz emere miles quidam. Sueton. in Neron. cap. 28. Super ingenuorum proãgogia, & nuptiarum concubinatus, Veſtali virgini Rubriæ vim intulit.

Concubium. } Ital. *Il tempo della notte più ſilente, & più cheto.* Gal. *Le temps de la nuit le plus quoy, quand tout le monde s'eſt retiré.* Hiſp. *El ſilencio de la noche quando todos duermen.* } Noctis primus ſomnus: ita dictum quòd eo tempore ferè omnes cubent. hoc eſt illa pars noctis quæ eſt inter primam facem, & noctem intẽpeſtam. *ἀπονυκτίον, τὸ μέσον νυκτῶν.* Secabatur enim apud veteres illos Romanos diei & noctis tempus in diuerſas particulas, quas propriis ſuis nominibus diſcernebant. Incipiebant autem diem ciuilem à medio noctis: quòd illud tempus finis eſſet præcedentis diei, & principium ſubſequentis. Tempus proximum De media nocte, vocabant. Deinde Gallicinium, quum Galli canere incipiunt. Inde Conticinium, quũ canere deſinunt galli. Poſtea diluculum, tempus ante lucem vocatur. Poſt hoc proximum eſt Manè, quum lux ſolis apparet. Sequitur deinde illud tempus quod Ad meridiem vocamus: deinde Medius dies, quem Meridiem, quaſi Medidiem vocamus. Tempus quod meridiem ſequitur, A' meridie vocatur: deinde ex ordine ſubſequuntur Suprema tempeſtas, Veſper, Creſpuculum, quum crepera, hoc eſt dubia lux eſt. Deinde illud tempus, quo lumina accenduntur, quod antiqui Prima face appellabant. Proximum huic tẽpus vocatur Concubium: inde Nox intempeſta: ita dicta, quòd illud tempus intempeſtiuum ſit rebus agendis. Quod reliquum deinde eſt temporis, Ad mediam noctem dicitur. Hæc ferè tradit Cenſorinus de Die natali, 19. cap. & Macro. Satur. lib. 1. cap. 2. Nox concubia. Siſen. lib. 4. Hiſtor. Ipſi legati concubia nocte oppido digreſſi, iam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt. Plin. lib. 20. ca. 6. Alij excoquunt ipſum, & nocte concubia in plumbeum vas condunt. Cice. 1. de Diuin. Qui vt cœnati quieſcerent, concubia nocte viſum eſſe in ſomnis ei qui erat in hoſpitio, &c.

Concubitor, Qui cum alio cubat. *συγκοιμητής* Quanuis per tranſlationem accipiatur pro eo qui rem veneream exercet.

Conculco, Idẽ quod calco, calcibus premo, obtreto. *καταπατῶ, ἐκπατῶ.* Ital. *Conculcare, premere.* Gal. *Pefteler, marcher ſus, fouler aux piés.* Hiſp. *Hollar ò acocear ò piſar.* } Cice. ad Atti. lib. 8. Conculcari, inquam, miſeram Italiam videbis proxima æſtate ab vtriuſque municipiis ex omni genere collectis. Proterere & conculcare aliquem, Cic. pro Flacc.

Conculcatio, is. *καταπάτημα.* Ital. *Calpeſtamento de piedi.* Gal. *Foulement de piés.* Hiſp. *Obra de hollar, ò acocear, ò piſar.* } Plin. lib. 8. Obturbata conculcatione prius aqua aliter potu non gaudet.

Concupio, pis, Idem quod cupio. *ἐπιθυμῶ* Ital. *Diſiderare* Gal. *Conuoiter, deſirer ſouhaitter, appeter.* Hiſp. *Codiciar.* } Cic. pro Quintio, Sicut tu ſemper ſummè concupiſti.

Concupiſco, ſcis, eiuſdem ſignificationis. Cice. 4. de Fini. Vt ſiquis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat. Idem 1. Academi. Nihil enim deſyderabile concupiſcant.

Concupiſcor, paſſiuum. Plin. lib. 11. cap. 6. Id ſe facturas conſciè, quod concupiſci poſſit. Cic. 4. Tuſcul. Lætitia vt adepta iam aliquid concupitum efferatur & geſtiat.

Concupiſcentia, Quæ eſt bonarum æquè, ac malarum rerum appetitus. *ἐπιθυμία.*

Concuro, as, idem quod ſimplex Curo. *κατεπείγω* Ital. *Hauer cura.* Gal. *Auoir ſoing & ſouci.* Hiſp. *Curar.* } Plaut. Bacch. Pro dignitate obſonij hæc concuret coquus.

Concurro, tis, Simul curro. *ὁμοδρομῶ, συντρέχω* Ital. *Concorrere.* Gal. *Courir enſemble vn vers vn meſme lieu, choquer.* Hiſp. *Correr juntamente.* } Cice. 4. Verr. Tantus in curia clamor factus, vt omnes concurrerent. Terent. in Eunucho, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij. ¶ Concurrere dicuntur milites, quum irruunt in hoſtem. Cice. ad App. lib. 10. Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit, & ſine metu concurrit. Virgil. 1. Aeneid. -audétque viris concurrere virgo. ¶ Tranſfertur ad inanimata. Terent. in Heaut. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animũ exaugeant. Id eſt conueniunt & congruunt. ¶ Concurrere, *συρρέω*, cõfluere. Celſus lib. 2. ca. 12. Si in ſtomachũ quædã bilioſa concurrunt.

Concurritur, imperſonale: vt, Concurritur vndique ad commune incendium reſtinguendum. Cicer. 10. Phil. ¶ Concurritur pro committitur prælium. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. Militia eſt potior, quid enim? concurritur, horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. Virg. 4. Georg. Erumpunt portis, concurritur.

Concurſus, us, nomen verbale. *συνοδός, μάχη* Ital. *Venuta, aſſembramento, rincontro.* Gal. *Acourement & aſſemblement, rencontre, choc de l'vn contre l'autre.* Hiſp. *Aquel encuentro.* } Plaut. Epid. Fit concurſus per vias. Cice. ad Brut. Concurſus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cursus est ad me factus.

Concursio,onis,aliud verbale.συνδρομή.Cic.1.de Finib.Ille atomos quas appellat,id est corpora indiuidua propter soliditatem,censet in infinito inani ita ferri,vt concursionibus inter se cohæreſcant.

Concurso.as,are,frequentatiuum.{τροχάζω θέειν. Ital.*Correre quà & là.* Gal.*Courir çà & là courir de toutes parts.* Hisp.*Correr de todas partes.*}Cicc.pro Sexto Rosc.Qui armati noctes diesque concursabant. Huc illuc casu,& temere concursare,Idem 2.de Nat.deo.Luere.lib.2. Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes Concursant.

Concursator,oris.{θεϊδρομος. Ital.*Corriero, che corre sempre quà & là.* Gal. *Coureur,vaudeur,qui ne fait que courir çà & là.* Hisp.*Encontrador muchas vezes, el que corre de todas partes.*}Liu.2.bel.Maced.Ita nec eques regius equiti par erat,insuetus ad stabilem pugnam,nec pedes concursator.

Concursatio,onis.{θεϊδρόμησις. Ital.*Il correre quà & là,concorso di gente.* Gal. *Course de çà & là de plusieurs ensemble.* Hisp.*Aquella obra de encontrar muchas vezes.*}Cic.pro lege Agr.Quàm acerba,quàm formidolosa,quàm quęstuosa concursatio?

Concutio,tis,Commoueo.{λαμβάνω.Ital:*Commouere,crollare.* Gal. *Ebranler,secouer,hocher,faire trembler* Hisp. *Mouer,ò sacudir vno con otro.*} Terent. in Eunu.At quem deum? qui templa cæli summa sonitu concutit,Ouidi.1 Metamor.Terrificam capitis concussit terque quaterque Cæsariem.Valer.Flac.lib.6, -quascunque libet nunc concute mentes. Virgil.5.Aene.Casu concussus acerbo.

Concussus,us,ui,Commotio.{πάταγος.Ital.*Crollamento,conquassamento,commossione.* Gal.*Secouement,ebranlement,emotion.* Hisp.*Sacudimiento.*}Pli.li.35. cap.16.Coquitur in calicibus crebro concussu.

Concussura, pro Concussione vtitur Tertullianus in libro de Fuga in persecutione.

Condalium,Anuli genus, teste Festo,δακτύλιος. Plaut.in Trinu.Intereósne homines condalium redipisci postulas?Et paulò antè. In thermo polio condalium est oblitus. Dictum autem videtur Condaliũ, ἀπὸ τῶν γονάτων.hoc est à digitorum articulis,siue nodis, qui anulis exornantur:quanquam & Condyli,siue Conduli nomine etiam anulum significari,idem Festus est autor.

CONDALVS,κόνδυλος.Mausoli Cariæ regis in Lycia præfectus, mirus pecuniæ emungendæ artifex:de quo tradit Aristotę in Politicis, quòd quum Lycius maximo comæ nutriendæ studio teneri animaduerteret,occasionem sibi eam oblatam ratus, qua auri quamplurimũ & sibi posset congerere,& ad regem mittere,literas sibi à Mausolo allatas simulauit:quibus illi iuberentur comam tondere,& ad regem mittere:si tamen mallent aliquãtulæ pecuniæ iacturam facere,sed daturum operam vt in Græcia comæ coëmerentur,& pro Lyciis ad regem mitterentur.Quam conditionem Lyciis auidè accipientibus,mitũ dictu quantam eo commento pecuniæ vim extorserit.

CONDATE,Ptole.lib 2 cap.8.Rhedonum vrbs est in Gallia, quam credimus esse eandem cum ea quam hodie vocant *Reins en Bretaigne.*

Condecet,penulti.corr.à Decet compositum:idem significans, quod simplex.{πρέπει. Ital.*Conuenire,star bene.* Gal.*Il apartient bien, il sied bien, il conuient.* Hisp.*Honestamente conuenir.*}Plaut.Pseud.Sed vide an ornatus hic me satis condecet. Idem Amph. Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.

Condecenter,{πρεπόντως.Ital. *Conuenevolmente, propriamente, acconciamento.* Gal.*Proprement,seamment,convenablement.* Hisp.*Conuenientemente.*} Gell.lib. 6,cap.12,Commodè hæc quidem omnia,& condecenter.

Condecẽtia.{ἁρμονία.Ital.*Convenevolezza,proprietà* Gal.*Proprieté & bien seance.* Hisp.*Conuenencia.*}Cice.3.de Orato.Sic verbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam, sententiis verò ad grauitatem orationis vtatur.

Condecoro, penultima correp.Orno,honesto.cohonesto.{κοσμέω.πρέπω.Ital.*Ornare.*Gal. *Orner & parer, embellir.* Hispa. *Hermosear con alguna gracia.*} Terent.in Prologo Hecyræ, Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos. Plin.lib.35.cap.10, Dignis digna loca picturis condecoraũt.

Condecorè, aduerbium. {κατὰ τὸ πρέπον. Ital. *Honorevolmente, ornatamente.* Gallicè, *Honnorablement, honnestement.* Hispanicè, *Hermosa y graciosamente.* Gellius lib.14.capi.4, Condignè me hercule, & condecore Chrysippus depinxit.

Condemno,as,ex Con,& Damno,Propriè iudicis est, quum multam reo,vel pœnam per sententiam irrogat.{κατακρίνω,κατακρίνω. Ital. *Condennare.* Gal.*Condamner.* Hispa.*Condenar.*} Et construitur cum ablatiuo,vel genitiuo.Cice.3.de Orato.Cuius responso sic exarserunt iudices,vt capitis hominem innocentissimum condemnarent.Idem pro L. Flacco,Scævola aliis multis criminibus condemnatus. ¶Extenditur etiam interdum condemnandi verbum etiam ad accusatorem, vt idem sit quod reum peragere,vel efficere vt quis damnetur.Cic.2.Verr.Ego hoc vno crimine illum condemnem necesse est. ¶Item extra forum: vt, Condemnare aliquem negligentiæ, inertiæ, impudentiæ, hoc est negligentiæ,inertiæ,vel impudentiæ vitio eum affinem vel obnoxium iudicare.Cic 2.de Orat.Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare,pòst etiam impudentiæ.Cic.Tironi.Etiam sceleris condemnat generum suum. Idem Curioni, Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.

Condemnator.κατακριτής.etiam pro accusatore qui reum peregit, apud Tacitum lib.4.Vbi Domitium Afrum vocat condemnatorem Claudię Pulchræ,quum antè retulisset,fuisse ab eo accusatam.

Condemnatus voti,Vide latè in verbo DAMNO.

Condenso,as,are,Cogere,spissare.{συστέλλω.Ital.*Condensare,inspessire.* Gal.*Espoissir,rendre ou faire espois.* Hisp.*Espessar.*} Columel.lib.7. Torrido sale contingitur, rursus ponderibus condensatur. Cato.cap.40, Hæc vnà bene condensato,quam maximè vti lutum fiat. Pro eodem etiam apud antiquos legitur.

Condenseo,ses,set.Luer.lib.1,Quod si forte aliquis,quum corpora dissilluere, Tum putat id fieri,quia se condensent aër, Errat.

Condensus,a,um,{πυκνός.Ital.*Spesso,serrato in se.* Gal.*Espois serré & amassé.* Hisp.*Espesso.*}Plin.lib.10.cap.73,Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore. Condensi acies,Condensa turma,Liu.lib.6.bel.Puni. & Hirci.lib.5. Condensæ columbæ,Virg.2.Aeneid.Condensa arboribus vallis,Liu.5.bel.Pun.

Condepso,is, etc. {πλάττω μαλάττω. Ital. *Mescolare, mischiare.* Gal.*Pestrir & emollir,mettonner.* Hisp.*Mezclar.*} Commiscere. à Græco δέλω. tractum. Pomponius Nuptiis,Partem insipui, concluſui, condepsui. Hæc Nonius Cato cap.76,Postea farinæ l.11. Conspergito, condepsitóque.

Condico,is,pen.prod.Simul determino,constituo,denuntio. {διαλέγομαι,κηρύσσω.Ital. *Determinare,annonciare.* Gal.*Determiner, denoncer.* Hisp. *Determinar ò denunciar.*}Iustin.lib.3,Nam inducias,quas proprio nomine condixerant,ex sociorum persona rumpebant.Idem,Hi per epistolas inuicem se confirmantes, locum tempúsque coëundi condicunt, bellum communibus viribus instruunt. ¶Item paciscor,ineo.Liu.lib, 2.ab Vrbe,Hoc anno induciæ,quæ antea semper negatæ fuerant, cum Latinis condictæ sunt. ¶Dicimus etiam Condicere cœnam pro prædicere,seu prænunciare,seu promittere.Sueto.in Tib.Sex.Claudio libidinoso ac prodigo seni cœnam ea lege condixit,nequid ex consuetudine immutaret.Inde Condicta cœna,hoc est promissa, vel denuntiata.Sueto.Velut ad subitam, conditámque cœnulam inuitaret populum. ¶Condicere rem aliquam,Iurisconsultis vsitatissimum est,pro repetere.Iul.l.Si alienum.ff.de mortis causa don.Si alienam rem mortis causa donauero,eáque vsucapta sit, verus dominus condicere eam non potest.Plaut. Hic scit posse sibi condici, si conualuerit donator. ¶Condicere rerum,aut litium,antiqui dixerunt,pro denũciare res aut lites.Liu.lib.1.ab Vrbe,Quarum rerum,litium,causarum condixit Pater patratus populi Romani Quiritium, Patripatrato priscorum Latinorum:hoc est quas res,lites,causas Paterpatratus denuntiauit.

Condictum,Quod in commune est dictum,id est promissio, seu pactum inuicem factum.ὁμολογημένον.Festus.

Condictio(vt docet Festus)in diem certum eius rei de qua agitur,denũtiatio est.{παραγγελία ἐπαγγελία. Ital. *Actione personale.* Gal.*Denonciation à partie,action personnelle.* Hisp.*Denunciacion en persona.*} ¶Condiscere enim priſca lingua,est dicendo denuntiare. ¶Actio in personam Condictio appellatur.Vlpia.in l.actionum genera.ff.de actio.& oblig.Actionum genera duo sunt.In rem,quæ dicitur Vendicatio:& in personam, quæ Condictio appellatur.

Condictitius,a,um:vt.Actio condictitia,qua aliquid condicimus,& repetimus:in iure ciuili Condictio vocatur.Vlpia.in l.Si duo.§.idem Iulianus.ff.de iureiurando.Idem Iulianus scribit,eum qui iurauit furtum se non fecisse,videri de toto iurasse:atque ideo neque furti, neque condictitia teneturiquia condictitia,inquit, solus fur tenetur. De condictione furtiua intelligit.

CONDICRAMMA,Carmaniæ oppidum,apud Plin.lib.6,cap.23.

Condignum,Pro digno ab aliquibus vsurpatur.{ἄξιον. Ital. *Degno.* Gal. *Digne.* Hisp. *Digno.*} Plaut.in Amph.Aecastor condignum donum,qualis est,qui donum dedit.Gel.lib.3 cap.7,Pulchrũ facinus, Græcarũm; facundiarum magniloquentia condignum

Condignè,aduerb.{ἀξίως.Ital.*Degnamente,comme si conuiene.* Gal.*Dignement, comme il apartient.* Hisp.*Dignamente.*}Plaut.Cas.Noctu vt condigné recubes curabitur. Condigné & condecoré. Gell.lib.14.cap.4.

Condio,dis,condiui,vel condij,conditum,penul.prod.Sapidum facio, quod fit quum epularum sapor,sale,aut pinguedine,seu aromatibus commendatur.{ἁλίζω, παρασκευάζω, ἀρτύω. Ital.*Condire, far saporito.* Gal. *Assaisonner, adoucir, confir, donner saueur.* Hispa. *Adobar ò guisar manjares.*} Iuuenalis.Et quadringentis nummis condire gulosum Fictile. Cicero ad Gall.lib.7,Herbas omnes ita condiunt. Idem 5.Tuscul.Labore in venatu,sudore,cursu,fame,siti condiebant epulas Lacedæmonij. ¶Et per translationem,Condire tristitiam hilaritate.Cice.ad Atticum, Hilaritatem illam,qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.

Conditus,penul.prod.nomen ex participio. {ἡδυσμός, ἡδυσμός. Ital. *Assagionato,condito,addolcito,ò fatto saporoso.* Gal.*Confit,assaisonné,adouci, assauoré.* Hisp.*Adobado,herbo dulce.*}vt,Condita oratio,per metaphoram,salibus quibusdam aspersa.Cice.2.de Orato.Nec enim concio maior vnquam fuit, nec apud populum grauior oratio, quàm huius contra collegam in censura nuper:neque lepõre,& festiuitate conditior.Idem de Senec. Faciunt conditiora cibaria,aucupium,& venatio.

Conditio,onis,secunda syllaba prod.Actus ipse condiendi.{ἡδυσμός,ἀρτυσμός. Ital. *Condimento, assaggionamento.* Gal. *Assaisonnement, sauſse, confiture.* Hisp.*Aquel adobe,el adobado ò guisado.*}Cic.1.de Natu.deor. Perspicuum est enim quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones,quò corporum lenocinia processerint.

Conditus,us,pen.prod.Idem quod conditura.ἄλυσις. Colu.lib.12.ca.12, Vuas itémque olivas conditui legere licet.

Conditor,oris,pe.prod.{ὁ ἀρτυτής. Ital.*Chi fa condire,ò assaggionare le cose.* Gal. *Qui fait faire sauſses ou confitures.* Hisp.*El que haze adobado ò guisado, el que adoba assi.*}qui fercula condit. Cice.post reditum.Hi sunt conditores instructorésq; conuiuij:iidem expendunt atque æstimant voluptates.

Condimenta,Dicuntur gulæ irritamenta, quæ ad condienda obsonia sunt,{ἡδύσματα.ἀδύσματα.Ital.*Che serue à condire.* Gal.*Confitures, assaisonnement,sauſse.* Hisp.*Aquel adobo.*} Cice.lib.3. Officio.Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse nonnihil, vtilitatis certè nihil habebit.Plaut.Cas. -coquos equidem nimis Demitor,qui tot vruntur condimentis:eos eo Condimento vno non vtier,quod præstat omnibus.Cic.1.de Fin.Audio dicentem,Cibi condimentum esse famẽ, potionis sitim. ¶Facetiæ in omnium fermonum condimenta,apud eundem 2.de Oratore.

Condimentarius,Dicitur qui condimenta cõficit, aut vendit.μυροπώλης. ¶Est & Condimentarius,a,um,adiectiuum,quod ad condimenta pertinet.ἀρτυματώδης. Plin.lib.9.cap.8, Hæc apud nos habet vocabulum aliud.Satureia dicta,in condimentario genere.

Conditaneus,Modò à condendo hoc est recondendo, siue reponendo: modò à condiendo fit,& significat quod condi,vel condiri potest.ἀρτυτός.ἀρτυματώδης.Vnde apud Varronem,Conditaneam oleam in agro crasso & calido maximè ferre conuenit.

Conditura,æ,Idem quod condimentũ.ἄρτυμα. Colu.lib.12.ca.4. Vasa autẽ fictilia,vel vitrea plura potius quàm ampla:& eorũ alia picata;

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

erat, nonnulla tamen pura, pro vt conditio condituræ exegerit. Seneca Epist. 96. Inuenire sunt mille condituræ quibus auiditas excitaretur.

Condisco, is, re, Idem quod disco. {μαθήσω, συμμαθήτης. Ital. *Imparare.* Gal. *Apreudre.* Hisp. *Deprender.* } Plaut. Pseud. Ego istuc aliis dare condisci: mihi obtrudere non potes Palpum. Cic. pro Planc. Condiscas ceteo, mihi paulò diligentius supplicare.

Condiscipulus, li, Qui cum alio discit. {συμμαθητής. Ital. *Compagno ad imparare.* Gal. *Compagnon d'escole, compagnon d'estude ou d'apprentissage.* Hisp. *El que es discipulo con otro.* } Cic. 1. Tusc. Dicæarchō verò cum Aristoxano æquali & condiscipulo suo, doctos sanè homines omittamus.

Condiscipulatus, us, συμμαθητεία. Iustin. lib. 12, Multum profuere & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi.

Condiscipula, læ, fœmininum apud Martialem lib. 10, Hac condiscipula, vel hac magistra Esses doctior, & pudica Sappho. συμμαθήτρια.

Condo, dis, didi, In interiorem locum ad custodiam do, repono, recondo. {κατατίθημι, κρύπτω, κατακρύπτω, κατακρύπτομαι, κατακλείω. Ital. *Ascondere, riporre.* Gal. *Cacher, serrer, musser.* Hisp. *Encerrar, esconder.* } Plinius, Fornicæ condunt æstate, quibus hyeme fruantur. Virgi. 2. Aeneid. Et nota condunturin aluo. Plinius, Si libeat credere, vt sub vna sicuturmæ cōdantur equitum. ¶ Quandoque constituo, ædifico, quasi simul do. κτίζω. vt, Troiani Romam condiderunt. Et, Cicero multos libros condidit, id est composuit. συντίθημι. Sallustius in Catil. Vrbem Romam, sicuti ego accepi, condidere, atque initio habuere Troiani. Cicero 1. de Diuinat. Nempe eò Romulus regiones direxit, tum quum vrbē condidit. Virg. 2. Aeglo Pallas quas condidit arces Ipsa colat. ¶ Quandoq; potior: sic enim interpretatur Nonius illud Virg. lib. 7. Aen. Optato condūntur Tybridis alueo. Huius composita sunt Abscondo, & Recondo.

Conditor, pen. cor. à verbo Condo, Qui aliquid facit, vel rei alicuius autor. {ἀρχηγέτης, ἀρχηγός, κτίστης, κτίστορ. Ital. *Autore, fattore.* Gal. *Autheur, fondateur, inuenteur.* Hisp. *Compondor de obra, autor.* } vt Conditor legum, Plaut. in Epid. Conditor disciplinæ militaris, Plin. in Epist.

Conditorium, à condendo, Locus in quo aliquid reponitur. {κοιμητήριον. Ital. *Sepulchro, avello, monumento.* Gal. *Vn lieu à serrer quelque chose, & specialement vn sepulchre.* Hisp. *La sepultura.* } Vnde & pro sepulchro ponitur, in quo mortuorum corpora, aut cinetes reconduntur. Petronius Arbiter, In conditorium etiam prosequuta est defunctum, positúmque in hypogæo Græco more corpus custodire cœpit. Suetonius accipit pro ipsa capsa, in qua mortui reconduntur, quū ait, Alexandri Magni conditorium aureum fuisse. ¶ Conditorium muralium tormentorū, apud Ammianum, pro repositorio machinarum. Plin. Epist. 96, Tam rara in amicis fides, tam parata obliuio mortuorū, vt ipsi nobis debeamus conditoria construere, omniáque hæredum officia præsumere.

Conditius, a, um, Quod conditum est & seruatum. {κατάθετος. Ital. *Cosa condita y seruata.* Gal. *Serré, cachè, gardé.* Hisp. *Cosa guardada en lugar.* } Colum. lib. 9 de Columbis, Duobus aut tribus modò mensibus acceptant conditicia cibaria, cæteris seipsas pascunt seminibus agrestibus.

Conditiuus, a, um, Quod cōditum, seu repositum est, siue quod aptè condi, & seruari potest. {κατακτός, κατακτέος. Ital. *Cosa facile da conseruarsi.* Gal. *De garde, bon à garder, ou qu'on serre pour garder.* Hisp. *Cosa buena à ser guardada y seruada.* } Varro lib. 1 de Re rust. Conditiua mala, struthea, cotonea, scantiana, multea, in loco arido & frigido superposita palex, seruari rectè putant. Columel. lib. 8, Itaque manè, priusquam procedant in pascua, conditiuis cibis sustinendæ sunt, ne immaturis herbis citetur aluus.

Conditiuum, ui, substantiuum, pro sepulchro. Senec. Epist. 61, Qui verò latitant, & torpent, hi in domo sunt, quomodo in conditiuo.

Conditio, siue c, à Condo, is, fit: & pro fortuna, siue sorte, aut qualitate fortunarum, temporum, & rerum poni solet, {κατάστασις. Ital. *Conditione.* Gal. *Estat & condition.* Hisp. *El estado y condicion.* } Cic. O' miseram conditionem administrandi Consulatus. Idem 3. Tusc. Nihil est enim quod tam obtundat eleuétque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, & meditatio conditionis humanæ. Conditiones pacis, hoc est conuentiones, pacta, leges. Cicero in Epist. Feruntur omnino conditiones pacis ab illo, vt Pompeius eat in Hispaniam ¶ Homo bonæ conditionis, qui in bona fortuna est, hoc est qui dives est. ¶ Aliquādo electionem & conuentionem denotat. Sic apud Terentium amatores Chrysidis tulerunt conditionem (αἵρεσιν) si vellet eis morem gerere, se daturos illi pretium: ipsa verò accepit conditionem, id est pactioni promissionique consensit. Terent. Heaut. Harum duarum conditionum nunc vtram malis vide.

Conditionalis, le. {συνημμένος. Ital. *Conditionale.* Gal. *Conditionel, mis auec condition.* Hisp. *Cosa de tal partido, estado y condicion.* } Martia. in l. Quum hæres, ff. de acquir. hær. Solus hæres futurus est omnino, nisi habeat in conditionalem partem substitutum.

Conditionaliter, aduerbium. {συνημμένως, συνθηκικῶς. Ital. *Conditionalmente, sotto condizione.* Gal. *Conditionellement, auec condition.* Hisp. *Condicionalmente, con condicion.* Instit. de leg. § longè magis. Sed si conditionaliter enuntiata fuerit causa, aliud iuris est.

Condus, {ὁ ταμίας, ταμιεῖον. Ital. *Dispensiere.* Gal. *Celuy qui serre pour garder, dispensier.* Hisp. *El que encierra los mantenimientos.* } Dicitur is qui condendis, hoc est reponendis cibis præpositus est: quemadmodum Promus, qui cibum promit, hoc est profert. Et quia eiusdem ferè officium esse solet, cibos promere & recondere, factum est vt qui ei muneri præesset, composito nomine Promuscódus diceretur. Plaut. Pseud. Conduspromus, procurator peni.

Condoceo, ces, Idē quod doceo. {διδάσκαλον. Ital. *Insegnare, instruire.* Gal. *Enseigner, instruire.* Hisp. *Enseñar.* } Hirc. lib. 5, Eóque frænato, vti condoceretur.

Condocefacio, Instruo, assuefacio. {συμπαιδεύω, ἐθίζω. Ital. *Instruire, ammaestrare, insegnare.* Gal. *Enseigner & faire apreudre, instruire.* Hisp. *Enseñar doctrina.* } Cic. 5. Tusc. Nemo est enim qui eorum bonorum animum putet esse iudicem, cúmque condocefaciat, vt ea quæ bona, maláve audiantur, possit contemnere.

Condoleo, les, Proprie est dolore alterius commoueri. {συναλγέω, συμπάσχω, συμπονέω. Ital. *Dolersi.* Gal. *Se douloir, auoir douleur auec.* Hisp. *Doler.* } Quanquam etiam non rarò pro simplici accipitur. Plaut. Truc. Nam mihi de vento misere condoluit caput. Cicc. 3. de Orato. Nanque tum latus ei dicēti condoluisse, sudorémque multum consecutum esse audiebamus.

Condolesco, is, idem Cic. 1. Acade. Quúmque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturáque & condolescere, & concupiscere, & extimescere, & efferri lætitia dicerent.

Condono, as, idem quod Dono. {δωρέομαι. Ital. *Donare.* Gal. *Donner volontairement, donner à pur don.* Hisp. *Dar graciosamente.* } Plaut. Menæch. Ego illam non condonaui, sed sic vtendam dedi. Cic. ad Philip. Proconsulem. Vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimùm condones. Cicc. 2. Offic. Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant. ¶ Condonare peccatum, est ignoscere. {συγγινώσκω. Ital. *Perdonare.* Gal. *Pardonner, remettre & quiter.* Hisp. *Perdonar.* } Salust. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam. Cæsar, Monet, vt in reliquū tempus omnes suspiciones vitet, præterita Diuitiaco fratri cōdonare dicit.

Condonatio. {χάρισμα. Ital. *Donatione, largheZZa.* Gal. *Donation, largesse.* Hisp. *Donacion.* } Cic. 2. Verr. Simul in iure dicēdo bonorum, possessionúmq; contra omnium instituta addictio, & condonatio.

Condonatus, particip. συγχωρηθείς. Condonatum iudicium alicui, quo reus absolutus aut condemnatus est in gratiam alicuius, Cicc. ad Atticum, lib. 2.

Condormio, mis, Simul dormio. {συνκαθεύδω. Ital. *Dormire insieme.* Gal. *Dormir auec, ou quand les autres.* Hisp. *Dormir vno con otro.* } Plaut. Most. Abimus omnes cubitum, condormiuimus.

Condormisco, is, ere, Plaut. Rud. Obsecro hospes, da mihi aliquid loci, vbi condormiscam paruū. 3. Istic vbiubi vis condormisce, nemo prohibet, publicum est. Idem Milite, Qui libitum est illi, condormiscam.

Condrillon, siue Condrilla Plinio, κονδρίλλη. Dioscoridi, Herba est caule & flore ambubeiæ, hoc est agresti intubo similis, vnde & intybi speciem aliqui esse dixerunt: tota tamen tenuior est. Inuenitúrque in imis ramulis gummi, fabæ magnitudine, similitudine masticches, quod tritū, & cum myrrha in linteolo oliuę quantitate fœminis subditum, menses earum ducit. ¶ Est & alterum condrillæ genus, folium habens veluti circunrosum, oblōgum, per terram stratum, caulem liquore lactis madentem, radicem tenuem in mucronem desinentem, inanem, rotundam, flauescentem, eodem liquore plenam. Vtriusque Condrillæ meminit Dioscor. lib. 2. cap. 125.

Condris, siue potius Chondris, herba est, quam nonnulli Pseudodictamum vocant: & ferè vbique crescit, dictamo folio similis, ramulis minoribus. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

Conduco, is, pen. prod. simul, duco, congero. {συνάγω. Ital. *Congregare, conducre.* Gal. *Amener, mener ou aporter auec soy.* Hisp. *Llevar ò traer.* } Varr. Manè suscitat rostra, populum in fora conducit. Cicc. 2. de Inuent. Tūc Crotoniatæ publico de consilio virgines in vnum locum conduxerunt, & pictori quas vellet eligendi potestatem dederunt. ¶ Interdum conuerto. Lucil. Et virtute tua & claris conducere chartis. ¶ Interdum pretio vtendum accipio, mercede operam alicuius emo. μισθόομαι. Cic. pro Cœlio, Cœlius domū conduxit in palatio. Idem pro Murę. Si mercede conducti obuiam candidatis issent. Plaut. Cædendum conduxi ego illum. Idem in Pseud. Quantulo argenti te conduxit Pseudolus? ¶ Conducere etiam is dicitur, qui pretium accipit pro re aliqua faciendā: quod & Redimere dicitur μισθοῦν. Vlpianus, Siquis seruum docendum conduxerit. Cicc. de Diuin. 2, Qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendā. ¶ Conducit, in tertia persona vel conducere in infinito, significat vtile esse. συμφέρει, συμβαίνει. ¶ Et si de homine loquamur, cum datiuo tantùm construitur. Columel. lib. 1, Nam id minimè conducit agricolæ. ¶ Si autem de re alia, tunc quoq; accusatiuum mediante præpositione admittit. Plaut. in Capt. Vt potissimum quod in rem rectè conducat tuam, id petam, id prosequar corde, animo, atque vitibus. Et iterum ibidem, Nam si ea memorem quæ ad ventris victum conducunt, mora est. Cicc. Lentulo, Et Reipubli. rationibus putem conducere. ¶ A' conduco, fit participium Conductus, a, um, {μισθωτός. Ital. *Tolto à prezZo.* Gal. *Loué, pris à louage.* Hisp. *Cosa alquilada.* } Plaut. Epid. -parabo Dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit. Idem Aul. Abi, opera huc conducta est vestra, non oratio. Cic. pro Sest. Erat autem contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis.

Conductum, substantiuum: vt, Habere aliquid conducti. Cic. pro Cluent. Solet enim extra portam aliquid habere conducti.

Conductor, otis, verbale, Qui rem aliquam, aut operam alicuius pecunia conducit. {μισθωτής. Ital. *Che prende alcuno à prezZo per suo bisogno.* Gal. *Qui prend à louage d'vn autre.* Hisp. *El alquilador que alquila de otro.* } vt, Fundi conductor, hoc est inquilinus. ¶ Item qui pretio opus aliquod faciendum suscipit. Cic. ad Qu. fratrem lib. 3. Nicephorum villicum tuum sanè probaui: quæsiuique ex eo quid ei de illa ædificatiuncula Laterij, de qua mecum loquutus es, mandauisses. Tum is mihi respondit, seipsum eius operis HS XVI. conductorem fuisse: sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretium: itaque id se omisisse.

Conductio, onis. {μίσθωσις. Ital. *Esso prendere à fitto, à nolo.* Gal. *Louage, ou alouage de besongne, ou autre chose.* Hisp. *Alquiler ò arrendamiento.* } Cicc. pro Cecin. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. ¶ Conductio, pro collectione. Cic. 1. de Inuent. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet in breuibus id sosū, quod conficitur exponere.

Conducibilis, le, Quod vtile est, λυσιτελής, ἀνύσιμος. Plaut. in Bacchi. Non ego istuc facinus mihi conducibile esse arbitror. ¶ Item quod conduci potest.

Conductitius, a, um, Quod conduci solet, siue ex eorum numero est quæ conducuntur. {μισθωτός. Ital. *Che è solito à conduresi.* Gal. *Qui se loue, mercenaire.* Hisp. *Cosa alquilada.* } Plaut. in Epid. Sed vna res me turbat, ratióque, Apœcidi quomodo ostendam fidicinam aliquam conductitiam. ¶ Conductitia domus tamen dicitur, quæ conducta est. συμμισθωτός. ¶ Sic conductitis operis, dicitur mercenaria, quæ conducta est. Varro, Omnes hi agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut vtrisque:liberis autem, quum ipsi colunt, vt plerique paupercúli cũ sua progenie, aut mercenariis & conductitiis operis liberorum.

Condulus, Idem quod anulus, teste Festo. {δακτύλιος}. Ital. *Anello*. Gal. *Aneau*. Hisp. *Anillo*. {ita dictus, vt videtur, ἀπὸ τοῦ κρύπτειν, hoc est à digitorum articulis: aut nodis siue quòd anulis digiti exornari soleant, siue quòd in digitis anuli veluti nodi quidam emineant. Prisci etiam Vngulum vocauerunt, & Symbolum, teste Plin. lib. 33. cap. 1.

Conduplico, as, are. Idẽ quod simplex Duplico. {διπλόω}. Ital. *Raddoppiare*. Gal. *Redoubler*. Hisp. *Juntamente doblar*. {Terent. in Phorm. Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. ¶ Diuitias conduplicare. Lucret. lib. 3. Cic. 1. de Diuin. Tenebræ conduplicantur.

Conduplicatio, onis, {διπλασιασμός}. Ital. *Doppiamento*. Gal. *Redoublement*. Hisp. *Dobladura*. {Plaut. in Pœn. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio? ¶ Est & conduplicatio, figura Rhetorum. Autor ad Heren. lib. 4. Conduplicatio est vnius verbi vel plurium iteratio.

Condurdon, Herba est solstitialis, flore rubro, quæ è collo suspẽsa comprimit strumas. Vide Plin. lib. 26. cap. 5.

Condus, Vide CONDO.

Condyloma, atis, pen. prod. κονδύλωμα. Tuberculum insanabile (vt Iulius Pollux inquit) quod nascitur circa coronam ani, siue podicis, sanguinem iugiter profundens: ita dictum à similitudine condylorũ, hoc est nodorum, qui in digitis, stricta in pugnum palma, eminent. Curationem huius morbi vide apud Celsum libro 6. cap. 18. Vulgus vocat *Morbum S. Fiacrij*.

Condylus, pen. cor. {κόνδυλος}. Ital. *Giontura, nodo delle ditta*. Gal. *Ce qui est bossu & eminent és os, comme les nœuds & les cheuilles, & les jointures des doits, des piés & autres parties*. Hisp. *juntura ò nudo de los artejos*. {Iunctura, & nodus articulorum in digitis eminens, stricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti, vt scribit Aristoteles, tenuos habent condylos, pollex verò duos. Græci etiam κόνδυλον pugnum vocant, qui fit complicatis digitis in condylos. Vnde Plutarchus scribit, eum quem Castor condylo percussisset, statim mortuum. Martia. lib. 1. Caput illi virga comminuens, eisdem quibus fuerat eblandita ictibus crebris, cõplicatisq; in condylos digitis vulnerabat.

CONE, Insula ad ostium Istri. Lucanus lib. 3. -& barbara Cone
Sarmaticas vbi perdit aquas, &c.

Confabulo, as, are, & Confabulor, aris, Colloquor. {συνομιλῶ}. Ital. *Fauellare*. Gal. *Parler, raconter fables & fornettes*. Hisp. *Hablar*. { Plaut. Most. Hisce hodie hanc confabulabunt fabulam. Plaut. Cistel. Saluam eccam, sed ego rem magnam tecum Confabulari volo.

Confarreatio, Genus erat sacrificij inter virum & vxorem, in signum firmissimę coniunctionis: sicut Diffarreatio simile erat sacrificium, quo coniuges per confarreationem coniuncti, dissoluebantur. Sed huiusmodi matrimonij aut diuortij genus solis sacerdotibus erat in vsu. Autor est Boëthius in Top. Cice. Plin. lib. 18. cap. 3, Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: nouæque nuptiæ farreum præferebant. Corn. Tacit. lib. 4, Nam partitios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex quels vnus legeretur vetusto more: neque adesse, vt olim, eam copiam, omissa confarreandi consuetudine, aut inter paucos retenta.

Confatalis, le, Quod eadem fari necessitate tenetur. συμπαραφάσκων. Cice. de Fato. At si ita fatum sit, Nascetur Oedipus Laio: non poterit dici, siue fuerit Laius cum muliere, siue non fuerit: copulata enim res est, & confatalis.

Confector, Confectio, & Confectura, Vide CONFICIO.

Confercio, is, ex Con, & Farcio, significat compleo. {ἐμφορέω, συμπλήθω}. Ital. *Empire*. Gal. *Empir, farcir, encaisser*. Hisp. *Henchir, embutir ò recalcar*. { Plin. lib. 12. cap. 15, Myrrham passim à vulgo coemptam in folles conferciunt. Varr. de Re rusti. Quo facto non modò desistant pugna, sed etiam conferciunt se lingentes.

Confertus, participi. Idem quod condensatus. {συμπεπυκνωμένος}. Ital. *Pieno, ripieno*. Gal. *Ramassé & serré ensemble, rempli, plein*. Hisp. *Recogido, lleno*. { Cæsa. Neque à tanta multitudine coniecta tela conferti vitare poterant. Cice. in Catil. Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, vnguentis oblíti.

Confertus, a, um, à quo Confertior, Confertissimus. {πυκνός, συνεστραμμένος}. Liu. 9. ab Vrbe, Præterquam quòd cõfertiores ceterat. Ibidem, In confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibidem, Eò se in confertissimam turbam recepit.

Confertim, aduerbium, Densè. {πυκνῶς, συνεστραμμένως}. Ital. *In uno mucchio, insieme*. Gal. *En un tas, ensemblement, serrément*. Hisp. *Recogidamente*. { Liui. Quum confertim Romani, vt solent, densatis excepissent curis. Idem de bel. Maced. Confertim pugnant & cædunt.

Confero, confers, In vnum fero, congero. {συμφέρω}. Ital. *Portare in un luogo*. Gal. *Porter plusieurs choses en un lieu*. Hisp. *juntamente traer à lugar*. { Columel. lib. 1, Sitque vtrique proximum horreum, quò conferatur rusticum instrumentum. Cice. lib. 3 Offici. Omnes curas cogitationésque meas conferebam. Ponitur aliquando pro confero, hoc est cõmigo. Vnde Conferre pedem, {ἴχνος χωρεῖν πρός τι}, est pedem pedi conferere, & loco non cedere. ¶ Conferre manum, est pugnare, manum conferere. Virg. 9. Aeneid. Et conferre manum, & procedere longius audet. Et paulò antè, Conferte manum furor, iráque monstrat. ¶ Conferre gradum, est gradum coniungere, & æquis passibus incedere. Idẽ 3. Georg. Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos. Idem 6. Aeneid. -iuuat vsque morari, Et conferte gradum, & veniendi discere causas. ¶ Conferre signa. Est duorum exercituum signa in eundem locum ferre, animo ineundæ pugnæ. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis signa contulerat. ¶ Conferre etiam cũ accusatiuo loci sæpe significat idem quod Eo, vel Accedo. Cic. in Epistol. Exclusus ab Antiochia Dolabella in Laodiceam se contulit. Idẽ 3. de Orat. Quum Aeschines cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset. ¶ Quandoque pro disputo, seu in comparationem deduco, συμβάλλω. Et dicimus, Confero te illi, & cum illo. Quid Confer Amyclæis meditatũ vellus aheneis, Murice cum Tyrio, turpior illud erit. ¶ Quãdoq; pro paro, dispono. Plaut. in Curc. Ita tuum conferto amorem semper, si sapis, Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro. ¶ Quandoq;

pro impono, inficio, transfero. ἐπιτίθημι. Idem in Amph. Ne posterius in me culpam conferas. ¶ Quandoque pro cõmunico. Terent. in Heaut. Syrus cum illo nostro consuescat, conferúntque consilia adolescẽtes, id est simul communicant, κοινοῦσθαι. ¶ Quandoq; pro coniungo. συνάπτω. Cice. ad Octauium, Nam vt ordiar à principio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis. ¶ Conferre verba in pauca, λόγῳ βραχεῖ συνάγειν, pro concludere, reducere, & verborum compendio vti. Plautus, Nunc verba in pauca conferam. ¶ Quandoque pro transfero, traduco, aliò fero, μεταφέρω. Terent. in Eunu. Metuet semper, quę ipsa nunc capit fructum nequaudo iratus tu aliò conferas. Idem ibidẽ, Vsqueadeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba, verba dum sint. Verum enim si ad rem conferentur, vapulabit. id est deducentur. ¶ Quandoque pro vtilitatem affero, seu prosum, συμφέρω, συντείνω. Columel. lib. 1, Cæterùm & ad æstiuos cẽperandos calores, plurimum conferunt saliétes riui. ¶ Conferre beneficium in aliquem, est aliquem beneficio afficere, vel beneficium apud aliquem collocare. Exempla passim occurrunt apud Cicero. in Offic.

Collatio, Dicitur quod in vnum confertur. {ἔρανος, εἰσφορά}. Ital. *Tributo, contributione*. Gal. *Taille sur le peuple, ce que chacun baille en commun pour sa portion*. Hisp. *Contribucion ò pecho*. {Budæus, Collationem anti qui vocabant, quæ iudicio alias Latinè dicitur: vulgus *Talcam* vocat. Plin. in Panegy. Nam mihi cogitanti eundem de collatione remisisse, donatiuum tribuisse, congiarium obtulisse, &c. Liu. 4. ab Vrbe, Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi: & quia nondum argẽtum signatum erat. æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, spatiosam etiam collationem faciebant. ¶ Est item Collatio nonnunquam idem quod comparatio. {σύγκρισις}. Ital. *Comparatione, similitudine*. Gal. *Comparaison*. Hisp. *comparacion*. { Plaut. in Mil. Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum, Haud vereor, ne nos subdola perfidia peruincamur. ¶ Collatio (inquit Cice. 2. de Inuentione) est oratio rem cũ re ex similitudine conferens.

Collatus, participium. {συμβεβλημένος}. Ital. *Assembrato, dato, comparato, portato & posto*. Gal. *Assemblé & apporté ensemble, baillé & fourni, joint & mupres l'vn de l'autre*. Hisp. *Cosa conferida ò juntamente trayda*. {vt, Collatis signis, collato pede, collata dextra, collato marte, pugnare, συστάδην μάχεσθαι. quod significat vnum in locum perlatis signis, ad pugnam congredi.

Collatitius, a, um, {εἰσφορητός, συμπαράφερτος}. Ital. *Portato da molti*. Gal. *Baillé & porté par plusieurs*. Hisp. *Cosa trayda y conferida de muchos*. {Quòd collatum est. Apul. lib. 4, Choraula doctissimus collatitia stipe demũ parabatur. Collatitia instrumenta, Seneca in consolatione ad Martiam, vocat ea quæ à pluribus commodantur. Collatitiis & ad dominum reditis instrumentis scena adornata est. Sic Quintilianus, Declama. 8, Collatitiam vocat sepulturam, quæ à pluribus confertur.

Collatiuus, a, um, Idem quod Collatitius, quod scilicet à pluribus collatum est: vt Collatiuum sacrificium. {ἐξ εἰσφορᾶς θυσία}. ¶ Collatiuum autem ventrem vocat Plautus, magnum & turgidum, eò quòd in eum edulia multa conferantur. ¶ Collatiuum etiam neutro genere dicimus, eadẽ forma, qua Donatiuum, pro pecunia quam populus principi vel Reipublicæ confert.

Collator, oris, verbale à confero. {ἐπιτιθείς, συμφορίων}. Ital. *Donatore di qualche cosa*. Gal. *Qui contribue, qui baille sa part, qui fournit auec les autres*. Hisp. *Aquel que conferisce*. { Plaut. Curc. Symbolorum collatores apud forum piscarium.

Collatus, us, ui, συμβολή, φορά. Hircius de bell. Hispa. lib. 6. In collatu, pati erant conditione.

Conferrumino, Vide FERRVMINO.

Confertus, a um, & Confertim aduerbium. Vide CONFERCIO.

Conferua, quid sit, declarat Plin. lib. 27. cap. 9. his verbis, Peculiaris (inquit) est Alpinis fluminibus conferua, appellata à conferruminando, spõgia aquarum dulcium vernus, quàm muscus, aut herba, villosæ densitatis atque fistulosæ. Curatum ea scio omnibus ferè ossibus confractis prolapsam ab arbore alta putatorem, circundata vniuerso corpori, aquam suam inspergentibus, quoties inaresceret, &c.

Confercueo, es, Simul ferueo, vel idem quod simplex Ferueo. {ζέω}. Ital. *Bollire, o bollire insieme*. Gal. *S'eschauffer & bouillir*. Hisp. *Hervir, ò hervir juntamente*. {& per translationem pro quouis modo incalesco. Horat. 1. Sermo. Sat. 2, -mea quum conferbuit ira. ¶ Accipitur item Confercueo, pro ferruminor, coëo, consolidor. Celsus lib. 8. cap. 10, Siquando ossa non conferbuerint, quæ sæpe soluta, sæpe mota sunt, in aperto deinde curatio est: possint enim coire. Et paulò pòst, Solent interdum diuersa inter se ossa conferuere: eóque & breuius membrum fit, & indecorum. ¶ Hinc Conferua herba nomẽ accepit, quòd ea ossa fracta conferuerit, hoc est ferruminentur: de qua vide paulò antè.

Conferuesco, cis, idem Colum. lib. 12, Nec postea tangitur, donec conferuescat.

Confestim, Statim, euestigio. {παραχρῆμα, παραυτίκα}. Ital. *Incontinente, subito*. Gal. *Sur le champ, subit, incontinent*. Hisp. *Luego, subitamente*. { Cæsar 5. belli Gall. Cæsar præmisso equitatu, confestim legiones subsequi iussit. Cic. 5. Phil. Rem administrandam arbitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo.

Confibula, læ, à Catone cap. 12. de Re rusti. numeratur inter instrumenta torculari necessaria, cuius præcipuus erat vsus, vt dehiscentibus arboribus inducerentur, ad hiatum earum comprimẽdum. σφηκὸς ὑπὸ τὰ διῳγμένα τῶν δένδρων τοιοῦτος. Verba Catonis sunt hæc, Seriam (inquit) tres, fibulas x 1, vectes x 1, cõfibulas ligneas queis arbores comprimat, si dehiscent, & cuneos sex.

Conficio, confeci, confectum, compositum ex Con & Facio, Facio, perficio, exequor. {τελειόω, ἀπαρτίζω, τέλος τίθημι}. Ital. *Finire, effettuare, fornire*. Gal. *Parfaire & consommer, achever*. Hisp. *Acabar*. { Cic. Famil. 5, De Dionysio, si me amas, confice: quancunq; ei fidẽ dederis, præstabo. Idẽ, Confeci, quæ iussisti omnia. ¶ Huc pertinent variæ loquendi formæ. Cic. Phil. 9, At ille properans, festinánsque, mandata nostra conficere cupiens. ¶ Conficere officiũ legationis, apud Cæs. bel. Ciuil. 3. ¶ Conficere nuptias. Terent. in And. Nã satis credo, si adnigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. ¶ Conficere negotium. Plaut. in Cist. Nemo exibit: omnes intus conficient negotium. Vbi id erit factum,

ornamenta ponent. ¶ Conficere pacem. Cic. pro Flacco, Pacem maritimam summa virtute, atque incredibili celeritate confecit. Terent. in Hecyr. In mentem venit: nanque adolescens quàm maximè sine spe erit, tam facillimè Boni patris pacem in leges conficiet suas. ¶ Conficere iter. Cic. ad Attic. Nunc iter conficiebam, assuosa & puluerulenta via. ¶ Sic Conficere annos, vitæ cursum, curriculum. Cic. 1. de Nat. deor. Sol cursus annuos conficit, cuius lustratione menstruo spatio luna complet. ¶ Conficere annales, librum: pro scribere, componere. ¶ Conficere pecuniam, pro curare, comparare. Cicero pro Syll. Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut versura, aut tributo. ¶ Conficere exercitum. Cic. pro Leg. Manil. Pompeius difficili tempore exercitum confecit. ¶ Conficere bibliothecam. Cic. ad Attic. lib. 1. Velim cogites id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. ¶ Conficere bellum. τὸν πόλεμον συγκροτεῖν. Cic. Fam. 5, Nam si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiam. ¶ Admittit quoque in hoc genere præpositionem. Cic. ad Quint. fr. De nostra Tullia tui mehercule amantissima, spero cum Crassipede nos confeciisse, id est transegisse. Idem Attic. 12, Sed hęc coram videbimus, ita tamen, vt hac ætate fanum absolutum sit. Tu tamen cum Appella Chio confice de columnis. ¶ Conficere cibum, est maudere, & dentibus molere. Cic. de Nat. deor. Eorum aduerti acuti morsu diuidunt escas, infimi autem conficiunt, id est conterunt. Plin. lib. 26. cap. 8, Alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit. ¶ Conficere argentum, pro decoquere, & dilapidare, seu malè absumere. Terent. in Phorm. -egomet ire senibus Sunium Dicam ad mercatum, ancillulam emptum quam dudum durxit Geta. Nam quum hic non videant me, conficere credant argentum suum. Sic patrimonium conficere. Cic. pro Flacc. Patrimonium, quod hic nobiscum confi cere potuit, Græcorum conuiuiis maluit dissipare. Et Plaut. in Capt. Quia me, meámque rem, quod in te vno fuit, Tuis sceleslis fallidicis fallacis dilacerauisti, deattuauistique opes. Confeciti omnes res atque rationes meas, id est perdidisti quicquid ad hanc rem perficiendam excogitaueram. Cic. pro Marcel. Nihil est enim opere aut manufactum, quod aliquando non conficiat aut consumat vetustas. ¶ Conficere hominem, est vulneribus interficere & dilaniare: & proprie hoc verbum (vt inquit Donatus) conuenit gladiatoribus iis qui grauissimis vulneribus se mutuò dilaniant. Cic. in Pison. Plagis confectum ante oculos tuos cecidisse. Liuius ab Vrbe 1, Prius itaque quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, & alterum Curiatiũ conficit. Quin & Lactantius lib. 2, hoc verbum non inuenustè ad elementorum pugnam transumpsit. Ignis quidem (inquit) permisceri cum aqua non potest, quia sunt vtraque inimica: & si cominus venerint, alterutrum quod superauerit, conficiat alterum necesse est, hoc est perdat & consumat. ¶ Transfertur quoque ad molestiarum, dolorúmque magnitudinem, & idem ferè est quod enecare, & excruciare. ¶ Et interdum actiuè. Cic. ad Attic. 11, Me conficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua leuara, ero vnà cum eo, qui negotium gerit. ¶ Interdũ passiuè, & cum ablatiuo. Cic. Offic. 3, Quid si Phalarim crudelem tyrannum & immanem, vir bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spoliare possit, nónne faciat? Idem Fam. 4, Quanquam enim nulla meipsum priuatim pertulit iniuria: nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non vltro mihi Cæsar detulerit: tamen nihilominus eis conficior curis, vt hoc ipsum, quòd maneam in vita, peccare me existimem. ¶ Interdum absolutè. Idem, Conficior veniisse tempus, quum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere possim.

Confectio, verbale. {ἀπέργασις. Ital. *Perfettione, effetto fornire.* Gal. *Acheuement, accomplissement.* Hisp. *Acabamiento.*} Cic. pro Flac. Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio vlla recitatur. Belli confectio, Cicer. 14. Philip. Annalium confectio, Idem 2. de Orat. Escarum confectio à lingua adiuuari videtur, apud eundem 3. de Nat. deor.

Confector, oris. {ἀναιρέτης, συντελεστής. Ital. *Chi iongge, chi mette à fine.* Gal. *Qui acheue, met à fin & consomme.* Hisp. *Acabador, consumidor, confacionador de cosa diuersas.*} Cic. 2. de Nat. deor. Atque hic noster ignis, quem vsus vitæ requirit, confector est, & consumptor omnium: idemque quodcunque inuasit, cuncta disturbat ac dissipat.

Confectura, æ. {κατασκευή, ποίησις. Ital. *Fattura di qualche cosa, che le da l'essere.* Gal. *Façon, acoustrement.* Hisp. *La confacionadura.*} Plin. lib. 13. cap. 12. Proximum amphitheatricæ datum fuerat, à confectoræ loco. Columel. lib. 9. cap. 14. Confectura mellis.

Confido, is, pen. prod. Nihil addubito, fidem in aliquo repositam habeo, pro certo duco. {πίστις, πεποίθησις. Ital. *Confidare, sperare.* Gal. *Se fier, se tenir asseuré, croire fermement, esperer.* Hisp. *Confiar, esperar, atreuerse.*} Iungiturq; verbis tam præsentis, quam præteriti & futuri temporis: vt etiam annotauit Valla lib. 5. cap. 50. Cic. ad Atti. Confido rem, vt volumus, esse. Idem 6. in ver. Ego mei officij rationem confido omnibus probatam fuisse. Idem 4. Tusc. Quem te & opto esse, & confido futurum. ¶ Confidere arcæ alicuius. Cic. Attic. lib. 1, Ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito, hoc est confide futurum vt pretium tibi ex arca nostra persoluatur. ¶ Sibi confidere, est seipso niti, & aliunde non pendere. Cic. de Leg. Vir excellens & fortis confidere sibi debet, & suæ vitæ, & actæ, & consequenti.

Confidens, entis, nomen ex participio, quòd ferè in malam partem accipitur, pro audaci, impudenti, improbo, quique leges & iura contemnit. {θαρσαλέος, θρασύς. Ita. *Ardito, assicurato, che non teme nulla.* Gal. *Hardi, asseuré, qui ne s'estonne point, outrecuidé.* Hisp. *Atreuido y osado.*} Terent. in Phorm. Homo confidens, quòd illum dij omnes perdant. Virg. 4. Georg. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras Iussit adire domos? ¶ Aliquãdo tamen Confidens ponitur pro constanti, & graui. {μεγαλόφρων.} Terent. in Andr. Nescio quis senex venit modò, ellum confidens, catus. Vbi Donatus, Confidentem pro constanti non in mala significatione posuit. Sæpius tamen in deteriorem partem accipitur. Cic. Tusc. 3, Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. ¶ Ductum verbum à confidendo, quod laudis est. Ex quibus Ciceronis verbis constat, quòd laudis sit confidere: Confidens verò & confidentia ab ipso verbo facta in vitio ponantur.

Confidentia, Quæ est audacia cum improbitate coniuncta. {θράσος. Ital. *Confidenza, assicuranza, ardimento.* Gal. *Audace, outrecuidance, hardiesse, confiance, asseurance.* Hisp. *Atreuimiento, osadia.*} Terent. in Andr. O' ingentem confidentiam! Cic. pro Cecin. Quali verò aut in iudicio possit idem improbitas, quod in vi confidentia. Plaut. in Aulul. Scapularum confidentia, virtute vlmorum fieri.

Confidenter, Constanter. {μεγαλοφρόνως. Ital. *Arditamente, con confidenza, sicurtà.* Gal. *Asseurement, hardiment, audacieusement, par outrecuidance.* Hisp. *Atreuida ò osadamente.*} Plaut. Quæ non deliquit, decet audacem esse confidenter. ¶ Quandoque etiam temerarie, θρασέως. Accius, Qui in puellæ domum tam confidenter irrupit.

Confidentiloquius, θρασυλογώτερος, comparatiuum à Confidentiloquus deductum: quo vtitur Plautus in Trinum. -nihil est profectò (stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis, Neq; confidenti loquius, neque periurius quàm, &c.

Confisus, pen. prod. participium. {πεποιθώς, πιστεύσας. Ital. *Che si fida.* Gal. *Qui a fiance qui s'est fié, asseuré.* Hisp. *Que se fia.*} Virgil. 5. Aen. O' animum cælo & pelago confise sereno, Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Copia & facultate causæ confisus. Cicero pro Rosc. Comœdo.

Confisio, onis. {πεποίθησις, τὸ πίστευσθαι. Ital. *Fiducia, confidenza.* Gal. *Confiance, asseurance ferme.* Hisp. *Confiança ez buena parte.*} Cic. 4. Tusc. Est in fiducia, id est firma animi confisio, sententia quædam est, & opinio grauis, non temerè assentiens.

Configo, pen. prod. confixi, cõfixum, Ferè idem est quod simplex figo, vel transfigo. {προσηλόω. Ital. *Conficcare.* Gal. *Fichet, ferrer, attacher.* Hisp. *Inclauar, enclauar.*} vt Configere tabulam acutis, Colum. lib. 7. cap. 3. Configere sagittis, Cic. 4. Acad. ¶ Configere tabulas inter se, Cato ca. 21. ¶ Configere curas omnes in salute Reipublicæ, per metaphoram dixit Cic. 7. Phil. pro eo quod est, omnes cogitationes ad salutem Reipublicæ dirigere. Nisi (inquit) talis Consul esset, vt omnes vigilias, curas, cogitationes in Reipublicæ salute configeret, Consulem non putarem. ¶ Dicimus etiam Configere spem nostram in aliquo, pro eo quod est, spem nostram in aliquo repositam habere. ¶ Configere cornicum oculos prouerbialiter dicitur, teste Erasmo in Adagiis, pro eo quod est, veterum scientiam nouo inuento obscurare, efficereque vt superiores nihil scisse, nihil vidisse videantur. Aut certè (vt interpretatur Budęus) callidos homines & versutos, astutia & callliditate superare. Cicero pro Muræna, Inuentus est scriba quidam, Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixit.

Confixus, participium. {προσηλωμένος. Ital. *Fermato.* Gal. *Percé, fiché.* Hisp. *Herrado, hincado.*} Cic. 12. Philipp. Meminerant, eius sententia confixũ Antonĩ.

Configuro, as, are. {συμμορφόω. Ital. *Figurare.* Gal. *Faire de pareille figure & forme.* Hisp. *Figurar.*} Colum. lib. 4. cap. 20, Ne prauitas statuminum ad similitudinem sui vicem configuret.

Confingo, gis, Idem quod simplex fingo. {συμπλάττω. Ital. *Fare, fingere.* Gal. *Bailler forme & façon à quelque chose.* Hisp. *Hazer y fingir.*} Plin. lib. 10. ca. 33, Hirundines eadem materia nidos confingunt. ¶ Significat etiam commiscere, commentari: vt, confingere dolum inter se. Plau. Capt. Cic. 5. Verr. Concedes, non hoc crimen nos in te confingere. Idem pro Deiotaro, Id vos & à viro optimo, & ab homine minimè stulto cogitatum esse confingitis.

Confictus, participium. {συμπλαστός, ἐπίπλαστος. Ital. *Finto, simulato, contrafatto.* Gal. *Feint, simulé, contrefait.* Hisp. *Cosa fingida ó contrahecha.*} vt, Confictæ lachrymæ. Terent. in Andr.

Confictio, confictionis. {σύμπλασις. Ital. *Fattura, il contrafare.* Gal. *Feinte, fiction, contrefaicture.* Hisp. *Fingimiento.*} Cic. pro Roscio Am. Criminis confictionem Exucius suscepit.

Confinis, pen. prod. Conterminus, eosdem habens fines. {ὅμορος.} Ital. *Confinante.* Gal. *Tenant & aboutissant à vn autre, limitrophe, frontier.* Hisp. *Vezino ò cercano en terminos.*} vnde Confines agros dicimus, quorum fines coniuncti sunt. Liu. li. 4. ab Vrbe, Excursiones inde in confinem agrum Labicanum factæ fuerunt. ¶ Confinis meus etiam dicitur, qui agrum, aut villam habet mece contiguam, vel vicinam. Martialis lib. 2. Vexat sæpe meum Patruus confinis agellum.

Confine, per translationem. Idem ferè quod simile. Quint. lib. 6. cap. 4, Et confine est quod dicitur per suspicionem.

Confinium, nij, Est finis agri, vbi cum altero coniungitur. {μεθόριον. Ital. *Confine.* Gal. *Limite frontiere, aboutissement de deux choses l'vne à l'autre.* Hisp. *Vezindad en terminos.*} Cic. lib. 2. Offic. Conuenit autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum: in omniq; re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilè, multa multis de iure suo cedente. ¶ Per translationem pro quauis vicinitate, aut propinquitate ponitur. Colum. li. 4, Mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni malíq; posita est. Lactantius, Ex quorum confinio natus exoriès, æquali porrectus iugo, vtranque aciem simul & discernit & munit.

Confinia, ium, pluralis numeri, declinationis tertiæ. Seneca li. 1. de Ira, In confiniis hostis arcendus est.

Confio, is, passiuæ significationis. Idem quod fio, siue conficior. {γεματίζομαι. Ital. *Essere fatto.* Gal. *Estre parfait & acheué.* Hisp. *Ser hecho.*} Colum. lib. 5. cap. 25, Tria igitur stercoris genera sunt præcipua: quod ex animibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Idem li. 1. ca. 8, Sic enim curabit, vt & panis diligenter confiat. Terent. in Adelph. Hoc confit, quod volo. Virg. lib. 4. Aeneid. -nunc qua ratione, quod instat. Confieri possit, paucis (aduerte) docebo.

Confirmo, as, are, Firmum facere, robur addere. {κραταιόω, στηρίζω. Ital. *Confermare.* Gal. *Conforter, fortifier, rendre fort.* Hisp. *Confirmar ò fuerçar.*} Cicero pro lege Manilia, Mithridates autem & suam manum iam confirmarat. Idem ad Qu. fratrem lib. 1, Erige te, & confirma, siqua subeunda dimicatio erit, Idem Philipp. 1, Pax denique per eum, & per liberos eius cum præstantissimis ciuibus confirmata est. ¶ Aliquando assueuerare. {πιστόομαι, πείθω. Ital. *Affermare.* Gal. *Affermer, confermer.* Hisp. *Affirmar.*} Cic. lib. 4. Academ. Maximè verò virtutum cognitio confirmat, percipi & comprehendi multa posse. Idem de Amic. Nemo vnquam erit, &, (vt confirmare possum) nemo certè fuit.

Confirmator. {βεβαιωτής, στηρικτής. Ital. *Chi assicura ò mantiene alcuno.* Gal. *Celuy qui asseure & respond, respondeur & pleige.* Hisp. *Confirmador, fiador.*} Cic. pro Cluentio,

Cluentio, Vnus & alter dies interceſſerat, quum res parum certa videbatur, ſequeſtet & confirmator pecuniæ deſyderabatur.

Confirmatio, onis. {βεβαίωσις, πιστώσεως. Ita. *Conformatione.* Gal. *Confirmation, renfort, aſſeurance.* Hiſp. *Confirmacion.*} Ciceto de Finibus. Inuenta vitæ via eſt, confirmatióq; omnium officiorum. ¶Eſt & Confirmatio orationis Rhetoricæ pars, argumenta continens, quibus cauſæ noſtræ fidem quærimus, autoritatem, & firmamentum, de qua Cic. 1. de Inuent.

Confirmitas, tatis. κομψεία μη, ἰσχυροποίησις. Plaut. Milite. Os habet, linguam, perfidiam, militiam, atque audaciam, Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

Confiſcare, Eſt in fiſci ius reducere. {δημεύω, δημοσιῶ. Ita. *Confiſcare.* Gal. *Confiſquer.* Hiſp. *Confiſcar ò publicar los bienes.*} Aſconius, Quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, factum eſt vt Fiſcus pro publica pecunia, & inde Confiſcare dicatur. Suetonius in Octa. Aug. ca. 101, Legionariis trecenos nummos, quam ſummã repræſentari iuſſit: nam & confiſcatam ſemper, repoſitámque habuerat. Hæreditates confiſcare, Suetonius in Domitiano. ¶Confiſcare item non ſolùm de bonis, ſed etiam de hominibus dicitur. Suetonius in Cali. Et quondam proximo colluſori demandata vice ſua, progreſſus in atrium domus, quum prætereuntes duos equites Romanos locupletes ſine mora corripi, confiſcarique iuſſiſſet, exultans rediit, dicens, ſe nunquam fœliciore alea vſum. Vide FISCVS.

Confiteor, eris, confeſſus, Profiteor, agnoſco, fateor. {ὁμολογῶ. Ital. *confeſſare.* Gal. *Confeſſer.* Hiſp. *Confeſſar por fuerça.*} Lactant. lib. 5, Vt doceret quibus pœnis affici oporteret, qui ſe cultores Dei confiterentur. Plaut. in Capt. Hæc tu eadem ſi confiteri vis, ex re tua feceris. Terentius in Heautont. Egóne confitear meum non eſſe filium, qui ſit meus? ¶Nonius aſſignat hanc differentiam inter confiteri & profiteri, quòd illud neceſſitatis, hoc voluntatis ſit. Cicero pro Mauil. Hoc ego non ſolum confiteor, verumetiam profiteor.

Confeſſus, a, um, Quod modò actiuè accipitur. {ὁμολογήσας. Ital. *chi ha confeſſato, quando gli è ſtato richieſto.* Gal. *Qui à confeſſé ce qu'on luy a demandé.* Hiſp. *El que confeſſa.*} vt, Reus confeſſus. Ouidius 2. de Ponto, Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei. ¶Aliquando paſſiuè. {ὁμολογούμενός & ὁμολογηθείς. Ital. *Coſa chiara, manifeſta, ſenza dubio alcuno.* Gal. *Confeſſé & reconneu.* Hiſp. *Confeſſado y reconoſcido.*} vt, Confeſſa res, hoc eſt clara & de qua nulla eſt controuerſia. Cic. lib. 5. Verr. Confeſſa res eſt, & manifeſta. ¶Ex confeſſo. Quintil. lib. 3. cap. 5, Et vituperare quæ ex confeſſo ſunt turpia. ¶In confeſſo eſt. Seneca de Benefic. lib. 3. cap. 11, Horum in confeſſo merita ſunt. ¶In confeſſum venire. Plin. Epiſt. 302, Vt neceſſe ſit, in ea re, quæ & in confeſſum venit, & exemplis defenditur, deliberare.

Confeſſio, onis. {ὁμολόγησις. Ital. *Confeſſione.* Gal. *Confeſſion.* Hiſ. *Confeſſion.*} Liuius lib. 1. ab Vrbe. Ea erat confeſſio, caput rerum Romam eſſe. Cic. li. 6. in Ver. Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à teſtibus, vrgetur confeſſione ſua, manifeſtis in maleficiis tenetur.

Confeſſor. {ὁμολογητής. Ital. *Chi ſi confeſſa.* Gal. *Qui ſe confeſſe.* Hiſp. *El que confieſſa.*} Non is qui peccata alterius audit, vt imperitum vulgus appellat: ſed qui propria confitetur rogatus.

Conflages, pen. prod. dicuntur loca, in quæ diuerſi conflant venti, à Conflo, as, Feſtus.

Conflagrare, Eſt ardere, aut flammis conſumi. {κατακαίομαι. Ital. *Ardere, abbruſciare.* Gal. *Bruſler, eſtre tout en feu, ardre & eſtre enflambé.* Hiſp. *Arder, ò ſer encendido.*} Plin. lib. 34. cap. 5, Cuius baſis conflagrauit curia incenſa, P. Clodij funere. Plin. de Viris illuſtr. Fulmine ictus cum regia conflagrauit. ¶Conflagrare inuidia, eleganter dicimus pro inuidia grauari, aut inuidioſum eſſe. Liu. 10. bel. Maced. Si innocens ſum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non poſſim, deprecor.

Conflare, Simul flare, quum ſcilicet diuerſi venti ſimul ſpirant. {συμπνέω. Ital. *Soffiare, gonfiare.* Gal. *Souffler fort en enſemble.* Hiſp. *Soplar, reſpirar juntamente.*} ¶Item flando congerere. Statius lib. 9. Trebaid. -conflataque ventis Tempeſtas. ¶Interdum eſt ſufflare. φυσῶ. Plin. lib. 35. cap. 11, Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero. ¶Interdum liquefacere & fignare, χωνεύω, quia hoc non niſi conflato igne fieri poteſt. Vnde Conflare argenteam ſupellectilem, eſt liquefacere, & in maſſam redigere: & Conflata pecunia, hoc eſt fignata. ¶Interdum ex compoſito, & conſenſu multorum adorno. Cic. lib. 3. in Verr. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium eſt. συντεθειμένον, ἐπιβεβουλευμένον, συνειλεγμένον. ¶Interdum conetare, contrahere, & vt plurimum de malis dicitur, συντίθημι, ἐπιτίθημι. Dicimus enim, Tu tibi hodie conflaſti inuidiam, inimicitias, odium. Saluſt. Magnam illi inuidiam conflauerant. Item, Mihi conflaui æs alienum: quod eſt, feci me debitorem alienæ pecuniæ. Idem, Alienum æs grande conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret. Quibus correſpondet, Diſſoluo æs alienum: quod eſt, æs alienum quod conflaueram, reſtituo. Cicero, Patri perſuaſi vt æs alienum filij diſſolueret. ¶Interdum congregare. Lactantius lib. 1. Ita conflauit ex his omnibus populum. ¶Interdum, conficere, creare. Idem lib. 7. Et quicquid eſt in hoc opere mundi, conflauit ac perfecit ex nihilo. Virg. lib. 1. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem, hoc eſt cuduntur, fabricantur.

Conflatile, pen. corr. Quod conflando factum eſt χωνευτόν. qualia ſunt ſigna ænea, aurea, aut argentea.

Conflatura, ræ, Conflandi ratio. {χώνευσις. Ital. *Fabrica.* Gal. *Porgement de quelque choſe par fonte.* Hiſp. *La fundicion de metales.*} Plin. lib. 7. cap. 56, Argentum inuenit Erichthonius Athenienſis, vt alij, Ceaticus: auri metalle, & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.

Conflatio, χώνευσις, verbale, pro Conflatura. Senec. 3. Natur. Quæſt. Et illa quæ in conflatione noſtris placet, huic transferenda puto.

Conflecto, is, xi, xum, συστρέφω, à quo participium Conflexus. {συνεστραμμένος & κεκαμμένος. Ital. *Piegato.* Gal. *courbé* Hiſp. *Corvado, piegado.*} Plin. lib. 2. cap. 44, Montium verò flexus crebrique vertices, & conflexa cubito, vt confracta in humeros iuga.

Confligo, igis, penult. prod. Dimico, acie decerno, prælium committo. {συμβάλλω, συμμίσγω. Ital. *Combattere, far fatto d'arme.* Gal. *Combatre, debatre, frapper & heurter l'vn contre l'autre.* Hiſp. *Pelear y romper batalla.*} Saluſt. Optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio quamprimum confligere. Cæſar 7. bell. Gall. Fore vti pars cum ciuitatis parte confligat.

Conflicto, as, are, & Conflictor, aris, deponens, Pugno, pereutio, affligo. {ἀγωνίζομαι, διαγωνίζομαι, διαπολεμῶ. Ital. *Combattere, far giornata.* Gal. *Combatre en combat.* Hiſp. *Pelear y dar batalla.*} Terent. Phorm. Nec cum huiuſmodi vnquam vſus venit vt conflictares malo. Tacit. lib. 5, Plura per ſcelera Rempublicam conflictauiſſet. Cic. de Aruſp. reſponſis, Cum his conflictari, & pro patriæ ſalute quotidie dimicare, omnino moleſtum eſt. Terent. in Andr. Qui cum ingeniis conflictatur huiuſmodi. Autor ad Herennium li. 2, Malo magno eſt hominibus auaritia, ideirco quòd homines magnis, & multis incommodis conflictantur.

Conflictatus, participium, Agitatus, vexatus. {ὀχλούμενος. Ital. *Chi è affitto, veſſato, tormentato.* Gal. *Affligé, vexé, tourmenté.* Hiſ. *Afligido, atormentado.*} Plin. li. 23. ca. 1, M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus graui morbo pedum. Conflictatæ ſæuiſſima hyeme volucres. Plin. lib. 18. cap. 25.

Conflictatio. {ὀχλήσεως, πιέσεως. Ital. *Conflitto, battimento di vna coſa con l'altra, veſſatione.* Gal. *Combat entre quelques vns, vexation de pluſieurs les vn contre les autres.* Hiſp. *Affligimiento, aquel rompimiento, pelea.*} Gell. li. 16. ca. 3, Totius exercitus conflictatione oppugnatus ſerpens inſitatæ immanitatis.

Conflictio, onis, Conflictus, contentio, colliſio, concurſus. συμβολή. Cic. 1. de Inuentione, Conſtitutio eſt prima conflictio cauſarum, ex depulſione intentionis profecta. Idem de Partiti. Rerum inter ſe pugnantium conflictio. Quintil. lib. 3. cap. 6, Sonus eſt duorum inter ſe corporum conflictio.

Conflictus, us, ui. Idem quod Colliſio. σύγκρουσις. Cic. 2, de Diuin. Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit.

Confluere, Simul fluere. {συρρέω, συμπίπτω. Ital. *Concorrere inſieme.* Gal. *Couler enſemble, ſe joindre ou couler l'vn auec l'autre.* Hiſp. *Correr juntamente lo liquido y humido.*} Plinius lib. 13. cap. 12, Et in ipſa exeanant radice, quò ſuccus confluat. ¶Et per tranſlationem pro conuenire. Cic. 2. Tuſcul. Quod accidet etiam noſtris, ſi ad hæc ſtudia plures confluxerint. Ennius in Epid. Id ego expetior, cui multa in vnum confluunt, quæ mecum pectus pulſant.

Confluens maſc. gen. Eſt alueus in quem duo flumina conueniunt. {συμβολή. Ital. *Corrente, congiongimento di due fiumi.* Gal. *Vn conflant ou deux riuieres s'aſſemblent.* Hiſp. *El lugar do ſe juntan dos rios.*} Liu. 1. ab Vrbe, Vbi Anienem tranſit, ad confluentes collocat caſtra.

Confluctuari, impersonale. κυματοῦμαι, σκευωρεῖσθαι. Seneca in Medea. -haud aliter metu Confluctuatur ira pietatem fugat, Irámque pietas.

Confluus, conflua, confluum, Quod ſimul fluit.

Confluxus & Confluuium, Quo multi riui ſimul fluunt. σύῤῥους.

Confluges, penult. prod. Loca ſunt, in quæ riui diuerſi defluunt, σύῤῥους. Nonius.

Confodio, is, Idem quod Fodio. {ὀρύσσω. Ital. *Fodere, cauare.* Gal. *Fouir tout outre, percer en fouiſſant.* Hiſp. *Cauar ò horadar.*} Plin. lib. 17. cap. 10, Confodi iubent menſe Aprili. Plaut. Aul. His apud me confodere hortum iuſſi. Interdum idem quod transfigo. διατείνω.

Confoſſus, participium, hoc eſt transfixus. {διατετρωμένος, διαπεπαρμένος. Ital. *Cauato, ferito, impiegato.* Gal. *Percé, nauré, bleſſé.* Hiſp. *Cauado, herido.*} Virgil. 9. Aen. Tum ſuper exanimem ſeſe proiecit amicum Confoſſus, &c.

Conferdusti, apud veteres dicebantur fœdere coniuncti. Feſtus.

Confœta ſus, dicebatur quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Feſtus.

Confore, Compoſitum à verbo defectiuo Fore, Idem ſignificans quod futurum eſſe. {ἔσομαι. Ital. *Hauere ad eſſere.* Gal. *Deuoir eſtre, eſtre à auenir.* Hiſ. *Venidero, que ha de ſer.*} Teren. in And. -reſtat Chremes Qui mihi exorandus eſt: & ſpero confore.

Conforire, Veteres vſurparunt pro fœdare, aut coneacare. Pomp. Conforiſti me. Ex Diomede.

Conformis, conforme, Quod eſt eiuſdem formæ. {σύμμορφος. Ital. *Conforme, ſimile, vguale.* Gal. *Conforme, ſemblable.* Hiſp. *Coſa conforme ò ſemejante.*} Per tranſlationem ſumitur pro conuenienti & congruo. ἐμφερές.

Conformo, mas, Proprié ſignificat in formam redigere, & configurare. {μορφόω. Ital. *Formare, dar forma à qualche coſa.* Gal. *conformer, donner forme, ſi gouuer.* Hiſp. *Formar y dar figura à la coſa.*} Cic. 1. de Fin. Genuit & conformauit nos natura ad maiora. Colum. lib. 9, Diebus quibus animantur ouа, in ſpeciem volucrum conformantur. ¶Vnde & pro conuenire, adaptare, aſſimulare ponitur. Cic. Lent. Veruntamen ipſe me conformo ad eius voluntatem. Idem pro Archia poëta, Animum & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam.

Conformatio, verbale. {ἁρμόττουσα, κατασκευή. Ital. *Conformità de membri, ammaeſtramento.* Gal. *Forme, façon, trait, projet.* Hiſp. *Conformacion, conformidad y ſemejança.*} Cic. 1. Tuſcul. Quaſi verò intelligant, qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. ¶Eſt etiam Conformatio color rhetoricus, de quo vide Priſcianum in præexercitamentis Rhetorices.

Conformatus, participium. {διατετυπωμένος. Ital. *Conformato.* Gal. *Conformé, formé.* Hiſp. *conformado.*} Cic. lib. 3. de Nat. deor. Mundus à natura conformatus.

Confornico, as, are, In fornicem formare; apud Vitruuium lib. 4. cap. 1. καμαροῦν. Ital. *Far in volto.* Gal. *Faire tout en voulte, voulter enſemble.* Hiſp. *Hazer edificio de boueda.*

Confouco, confoues, ère, Simul fouere. {θερμαίνω, ζωπυρέω. Ital. *Tener calda qualche coſa, couare.* Gal. *Tenir chaudement, entretenir en chaleur.* Hiſpa. *Abrigar ò abraçar.*} Cato cap. 5, Circum oleas autumnitare ablaqueato, & ſtercore addito confouento.

Confremio, is, Idem quod Fremo, vel ſimul fremo. {ἀμφιβρέμω, συμφρύαττω. Ital. *Fremere.* Gal. *Bruire de toutes parts ſi-mir, faire grand bruit.* Hiſp. *Hazer ruydo ò ſonido de ira y furor de coraçon haſta prorumpir en vozes.*} vt Agmina confremunt, Stat. lib. 1. Syl. Cælum confremuit, Silius lib. 16 Omnes confremuere, Ouid. 1. Metamorph.

Confrico, as, are, Proprie ſimul fricare, vt quum duo corpora mutuo tactu ſeſe atterunt. {συνεφίω. Ital. *Fregare inſieme.* Gal. *Frotter enſemble vn de tous coſtés.* Hiſp. *Fregar vna coſa con otra.*} ¶Interdum idem quod ſimpler Frico. ψάω, τρίβω. Plau. Aſin. Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. Colum. lib. 2. cap. 3, Boues quum ab opere diſiunxerit, ſubfrictos

Universidad de Deusto

ſtrictos confricet, manibúſque comprimat deorſum, & pellem reuellat.

Confringo, is, Idem quod frango. {Διαῤῥήγνυμι. Ital. *Frangere, rompere, ſpezzare.* Gal. *Rompre & briſer heurtant l'vn contre l'autre, heurter enſemble.* Hiſp. *Quebrar.*} Plaut. Capt. Aulas, calicéſque omnes confregit. Confringere conſilia. Cic. 3. in Verrem, Confringat iſte ſanè vi ſua, conſilia ſenatoria, quæſtiones omnium perrumpat. ¶ Confringere nauem, pro naufragium facere. Terent. in Andr. Nauem confregit apud Andrum.

Confractus, participium. {Συμπεπτωκὼς, συντετριμμένος. Ital. *Rotto.* Gal. *Rompu, briſé.* Hiſp. *Quebrado.*} Plaut. Rud. Confracta nauis eſt illis. Id eſt naufragium fecerunt.

Confragoſus, Idem eſt quod præruptus, aſper & durus. {Τραχὺς. Ital. *Aſpro, rotto, male vnito, pietroſo, duro.* Gal. *Aſpre, deſrompu, raboteux, dur & mal-aiſé.* Hiſp. *Coſa aſpera y dura.*} Liu. 8. ab Vrb. Confragoſa loca, & obſitos virgultis tenebant colles.

Confragus, confragi. Lucan. lib. 6. -& confraga denſis Arboribus dumeta tegunt, id eſt aſpera & inacceſſa.

Confugio, is, ere, Idem quod fugere. {Καταφεύγω. Ital. *Fuggire.* Gal. *Fuir vers quelqu'vn.* Hiſp. *Huyr à lugar.*} Cic. 4. in Ver. Quid te futurum eſt? Quò confugies. In agros confugere. Cic. Attic. lib. 3. Confugere in arcem, Cic. 2. Tuſcul. Confugere ad aliquem auxilij gratia. Liu. lib. 1. Inde Turnus Rutulique diffiſi rebus ſuis, ad florentes Hetruſcorum opes, Mezentiúmque regem eorum confugiunt. Virgil. 1. Aen. Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco. Cic. 1. Tuſc. Priamum tanta progenie orbatum, quum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit.

Confugium, gij, {Καταφυγὴ. Ital. *Riſugio, luoco donde ſi fugge per ſaluarſi.* Gal. *Refuge, le lieu ou on ſ'enfuit pour ſe ſauuer.* Hiſp. *El lugar adonde huymos por guarir.*} Ouid. 4. Triſt. Qui veritus non ex portus aperire fideles Fulmine percuſſæ confugiúmque ratt. Commune confugium ægris animantibus. Statius 12. Thebaid.

Confulcio, is, ire, Idem quod Fulcio. {Ἐμπείρω, στηρίζω. Ital. *Soſtentare, fortificare.* Gal. *Soutenir.* Hiſp. *Suſtentar.*} Corpora confulta exiguis interuallis. Lucret. lib. 2.

Confulgeo, es, ere, Reſplendeo. {Ἀναλάμπω. Ital. *Riſplendere.* Gal. *Reluire de tous coſtez.* Hiſp. *Reſplandecer.*} Plaut. Amph. Totæ ædes confulgebant tux, quaſi eſſent aureæ.

Confundo, dis, Perturbo, & omnia in vnum miſceo. {Συγχέω, συνταράσσω. Ital. *Confundere, perturbare.* Gal. *Brouiller, meſler enſemble.* Hiſp. *Confundir, perturbar.*} Plaut. Moſt. Quaſi quum vnâ multa iura confundit coquus. ¶ Venerem confundere cum multo vino, id eſt libidinem cum ebrietate confundere. Ouid. 2. Triſt.

Confuſus, participium, Perturbatus. {Συγκεχυμένος. Ital. *Confuſo, meſcolato inſieme ſenza ordine.* Gal. *Confus, meſlé, brouillé.* Hiſp. *Mezclado, confuſo.*} Liu 6. ab Vrb. Confuſam eam ex recenti morſu animi, quum pater forte vidiſſet, percontatus, Satin' ſalua? ¶ Migrat & in nomen: vnde Confuſior pauor apud Plin. lib. 7.

Confuſurus, a, um, futuri temporis participium. Ouid. 6. Metamorph. -ſed faſque, nefaſque Confuſura ruit, pœnæque in imagine tota eſt.

Confuſio, onis, Perturbatio. {Σύγχυσις. Ital. *Confuſione, turbamento, diſordine.* Gal. *Confuſion, & trouble, deſordre.* Hiſp. *Confuſion y mezcla.*} Confuſio omnium rerum, Cic. 2. de Fin. Perturbatio vitæ, & magna cõfuſio. Idem 1. de Natur. deor. ¶ Confuſio, pro animi perturbatione. Plin. Epiſt. 22.

Confuſè, aduerb. {Συγκεχυμένως. Ital. *Confuſamente, meſcolatamente, ſenza ordine.* Gal. *Confuſément, pelemeſle, l'vn parmi l'autre.* Hiſp. *Confuſa y mezcladamente.*} Cic. 1. de Ihuent. In preſentia tantummodo numeros & modos, & partes augmentandi confuſè & permiſtè diſperſimus, pòſt deſcripté & electé.

Confuſim, aliud aduerbium. Plin. lib. 18. cap. 16, Vnum de ea & cytiſo volumen Amphilochus fecit confuſim.

Confuto, as, pen. prod. Refello, diluo, redarguo. {Ἀναιρῶ, ἐλέγχω. Ital. *Confutare, abbattere, conuincere, riprouare.* Gal. *Confuter vn refuter, rejetter.* Hiſp. *Confutar, deſtruir como los argumentes de otro, vencer.*} ab antiquo verbo Futo, ſi Feſto credimus, quos antiquos vſos ait pro arguo. Cic. 2. de Diuin. Cotta ſic diſputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. ¶ Interdum idem quod conuincere: ſic enim interpretatur Nonius illud Terentij in Phormione, Confutauit verbis admodum iratum patrem. ¶ Apud antiquos etiam legitur pro commouere, ſeu confundere. Titinnius Setina, vt citat Nonius, Coquus magnum ahenum, quando feruit, paula confutat trua. ¶ Nonnunquam etiam pro committere. Varco Manio, apud eundem, Harum ædium ſumma atria confutabant architectones.

Confutatio, Contrariorum locorum diſſolutio. Ἀναίρεσις. Autor ad Heren.

CONGEDVS, Amnis eſt Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim, qui per agri planitiem fluens, exiguum lacum efficit tepentibus aquis. Mar. lib. 1. Tepida natabis lene congedi vada, Molléſque Nympharum lacus.

Congelo, as, pen. corr. Conglacio, frigore aſtringor, coeo, coagulor. {Κρυστάλλωμαι, συμπήγνυμαι. Ital. *Aggelare, Agghiacciare.* Gal. *Congeler, geler du tout, faire prendre enſemble & tenir.* Hiſp. *Elar ò enfriar otra coſa.*} ¶ Per tranſlationem etiã accipitur pro eo quod eſt in otio degere, præ otio marceſcere, quod & Frigere dixit Terent. Cic. Cælio lib. 2. Epiſt. Erat in eadem epiſtola Veternus ciuitatis: gaudebam ſanè, & congelaſſe amicum noſtrum lætabar otio.

Congelor, paſſiuum Colum. lib. 1, Oleum quod minus prouenit, ſi congelatùr fiacceſſit.

Congelatio, verbale. {Πῆξις ὑπὸ ψύχους. Ital. *Gelura, gelamento.* Gal. *Congelation, gelure, gelement.* Hiſp. *Elamiento, obra de elarſe.*} Plin. lib. 31. cap. 5, Minui certè liquorem omnem congelatione deprehenditur.

Congemino, as, are, Idem eſt quod ſimplex Gemino: hoc eſt duplico. {Διπλῶ, διπλασιάζω. Ital. *Raddoppiare.* Gal. *Redoubler, venir double ou gemeau. Doblar.*} Plaut. Amph. Tu peperiſti Amphitryonem, ego alium peperi Soſiam: Nunc ſi pateram patera peperit, omnes congeminauimus. ¶ Inuenitur etiam poſitum pro multiplicare. Virgil. lib. 12. Aen. -& crebros enſibus ictus Congeminant.

Congeminatio, verbale. {Διπλασιασμὸς, διπλασιασμός. Ital. *Raddoppiamento.* Gal. *Redoublement.* Hiſp. *Doblidura.*} Plaut. Pœn. Quid hoc eſt conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

Congemo, is, ere, Simul gemo, & condoleo. {Συνοδύρομαι. Ital. *Gemere inſieme & dolerſi.* Gal. *Gemir auec, ſoir gemir & pleurer.* Hiſp. *Gemir juntamente y dolerſe.*} Cic. pro Muræna, Congemuit Senatus frequens, neque tamen ſatis ſeuerè pro rei indignitate decreuit. Lucret. Quid mortem congemis & fles? Virg. 2. Aen. tranſtulit ad fragorem cadentis arboris, Vulneribus (inquit) donec paulatim euicta, ſupremum Congemuit.

Congenero, as, are, Adiungere, aſſociare. {Συνοικειῶ. Ital. *Generare, accompagnare.* Gal. *Apoindre auec, engendrer.* Hiſp. *Ayuntar, y acompañar.*} Accius apud Nonium, Quem mihi congenerat affinitas.

Congenitus, pen. corr. {Συμφυὴς. Ital. *Nato inſieme.* Gal. *Né & procreé auec.* Hiſp. *Naſcido juntamente.*} Plin. lib. 11. ca. 39. Pili congeniti non deſinũt. Idem lib. 16. cap. 2.

Congener, huius congeneris, pen. corr. adiectiuum, vt Degener. Eiuſdem vel conſimilis generis. {Ὁμογενὴς. Ita. *Che è della medeſima progenie.* Gal. *D'vn meſme genre ou eſpece.* Hiſp. *El que es de vn meſmo genero y linage.*} Plin. lib. 15. cap. 24, Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni.

Congenulare, Eſt genu replicato cadere, vel genibus flecti. {Γονυκλοτῶ. Ital. *Inginocchiarſi, cader ginocchione.* Gal. *S'agenouiller, ſe mettre a genoux.* Hiſp. *Arrodillarſe.*} Cæcilius, Ipſe regis ferit pectus, aduerſum congenulas, percuſſu deiicit dominum. Siſenna lib. 3. Hiſt. Multi plagis aduerſis icti & congenulati. Ex Nonio.

Conger, Vide CONGRVS.

Congeries, Vide CONGERO.

Congermino, as, are, Coaleſcere, coniungi, vel conſociari. {Συμφύομαι. Ital. *Germinare.* Gal. *Germer enſemble, s'aller & croiſtre l'vn parmi l'autre.* Hiſp. *Brotar y echar los arboles.*} Varro rerum hum. lib. 3. Poſtea cum his vnam Rempublicam coniuncti & congerminati tenuere.

Congerminaſcere. Quadrigarius apud Nonium, Facite exemplo eorum vt vos cum illis congerminaſcere ſciatur.

Congerro, onis, Cum quo familiariter verſamur, & facetè confabulamur. {Συναγωνιστὴς. Ital. *Compagno à ſcherzare, à dar boffonerie.* Gal. *Compaignon à caqueter & plaiſanter.* Hiſp. *El que deſpuarria en vanas palabras con otros.*} Plau. in Truc. Nequam veniunt ad ſcorta congerrones, hoc eſt quaſi ſimul cum ſcortis garrientes. Idem Moſtell. Nunc ego me illac per poſticum ad congerronem conferam.

Congero, is, pen. corr. Congrego & coaceruo. {Συναγείρω. Ital. *Congregare, adunare, ammaſſare.* Gal. *Porter pluſieurs choſes en vn lieu, amaſſer, aſſembler.* Hiſp. *Amontonar.*} Tibul. Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro. Cic. pro leg. Manil. Quas & à maioribus acceperat, & ipſe bello ſuperiore ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat. Terent. in Eunuc. Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam.

Congeſtus, participium. {Συνηθροισμένος, συναγωγεύς. Ital. *Ammaſſato, ammucchiato.* Gal. *Amaſſé, amoncelé, entaſſé l'vn ſur l'autre.* Hiſp. *Amontonado.*} Cic. 2. de Diui. Grana tritici in os pueri Midæ congeſta.

Congeries, ei, Coadunatio, cumulus, agger. {Συμφόρημα, συναγωγεύς. Ital. *Ammaſſamento di coſe ſenza ordine l'vna ſopra l'altra.* Gal. *Amas, monceau, tas.* Hiſp. *Monton ſobre monton.*} Plin. lib. 10. cap. 43. Ita deſcendere pauentem expreſſiſſe tali congerie, quæ potuto ſufficeret. Bonorum congeries, Claudius 8. Paneg. Pulueris congeries, Lucanus lib. 8. Syluæ congeries, Ouid. 9. Metamorph.

Congeſtus, us, ui, Συμφόρημα. Colum. lib. 9. Congeſtu culmorum & frondium ſupertegemus. Congeſtus arenæ, Lucretius lib. 6. Copiarum congeſtus, Tacitus lib. 18.

Congeſtitius, a, um, Quod congeſtum eſt. {Συναγωγεύς. Ital. *Ammaſſato, ammucchiato.* Gal. *Amaſſé, amoncelé, entaſſé l'vn ſur l'autre.* Hiſ. *Coſa amontonada.*} Colum. lib. 2. cap. 10, Non detetius tamen etiam pinguibus arenis, vel congeſtitia humo proueniunt. Locus congeſtitius, non ſolidus adiacienda fundamenta. Vitruuius lib. 3. cap. 3, Si autem ſolidus non inuenietur, ſed locus erit congeſtitius, &c.

Congiarium, rij, Munus imperatorium, (vt ſcribit Seneca lib. 4. de Benefic.) quo donabatur populus, ſicut donatiuo milites. {Δῶρον πρὸς ἱππέας. Ital. *Dono ſplendido, imperiale.* Gal. *Liberalité faitte au peuple.* Hiſp. *Don magnifico, como de Emperador.*} Sic Plin. in Panegyr. laudat Traianum, quòd congiarium populo dediſſet, quo locupletatæ ſunt tribus, quum donatiuum milites accepiſſent. Huius congiarij diuerſæ fuerunt ſummæ: Tiberius enim congiarium Populo trecentos nummos viritim dedit: Caligula congiarium populo bis dedit tricenis ſeſtertiis: Nero quadragenos nummos populo diuiſit. ¶ Eſt & congiarium menſuræ genus, apud Paulum Iureconſult. Quintil. lib. 6, Congiarium commune eſt liberalitatis atque menſuræ.

Congius, gij, Menſuræ liquidæ genus eſt, capiens ſex ſextarios. Alio nomine dicitur Chus, χοῦς, χόος. Plin. lib. 14. cap. 10, Libram & quadrantem in congios duos muſti macerant. Ab hoc menſuræ genere Nouellius Torquatus Mediolanenſis dictus eſt Tricongius, quòd vnico hauſtu, inſpectante Tiberio Cæſare, tres ſiccaſſet vini congios. de quo vide Plin. lib. 14. cap. 22.

Congialis, le, adiectiuum: vt. Fidelia congialis, quæ congium capit. Plaut. Aulul. Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Congiarius, ria, rium, χοεῖος, οἰκία, οἰκεῖον: vt. Congiarius cadus, qui congium continet. Plinius. Ipſe quum rediit ex Aſia, millia cadum congiariũm diuiſit amplius centum. Vide Budæum.

Conglaciare, Eſt in glaciem conuerti. {Κρυστάλλομαι. Ital. *Agghiacciare.* Gal. *Se glacer & congeler.* Hiſp. *Enfriarſe, elarſe.*} Cic. 2. de Natura deor. Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue, pruinàque concreſceret. Cælius Cic. lib. 8, Curioni noſtro Tribunatus conglaciat. Id eſt prorſus nihil agit Curio.

Conglobo, as, pen. corr. A' Globus fit, ſignificátque coaduno. {Συμπλέκω. Ita. *Adunare, ammaſſare.* Gal. *Entaſſer & aſſembler en vn rond, ſerrer tout entour.* Hiſp. *Emboluer ò amontonar.*} Liu. lib. 8. ab Vrbe, Qui Latinorum pugnæ ſuperfuerant, multis itineribus diſſipati, quum ſe in vnum conglobaſſent, Veſtia vrbs receptaculum fuit.

Conglobatio, onis, {Συστροφὴ, συνειλημένη. Ital. *Addunation.* Gal. *Amas en rond.* Hiſp. *Emboluimiento, amontonamiento.*} Seneca Natur. Quæſt. 1, Multa conglobatione ignium indigens, quum ingens eorum orbis maturini amplitudine ſolis interdum exuberet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conglobatus, participium. ‡ συνεπλωδ@. Ital. *Ammassato, adunato.* Gal. *Amassé en rond.* Hisp. *Cosa embolada y amontonada.* ‡ Conglobatum corpus in pilæ modum. Plin. lib. 9. cap. 46.

Conglobatim, aduerbium. ‡ ἀθρόως, σωρηδόν. Ital. *In mucchio, in monte.* Gal. *En vn tas, en rond.* Hisp. *En vn monton.* ‡ Quod significat per globos. Quo vsus est Liuius 5. Bel. Punic.

Conglomero, as, are, à Glomus, eris, Inuoluere, super addere. ‡ συνελίττω. Ital. *Rauuiluppare, insieme gettare, sopraggiungere.* Gal. *Emmonceler ensemble, faire ou mettre en pelotton.* Hisp. *Emboluer, ò deuanar hilado.* ‡ Ennius Thyeste, Heus mea fortuna vt omnia in me conglomeras mala!

Conglomerati, passiuè. Lucretius lib. 3, Quàm tenui constet textura, quámque loco se Contineat paruo, si possit conglomerari.

Conglutino, as, Glutine ferrumino: & per metaphoram coniungo, copulo. ‡ συλλωμῶ. Ital. *Incollare insieme, coniungere insieme.* Gal. *Coller, ioindre ensemble, assembler.* Hisp. *Engrudar ò trauar en vno.* ‡ Cic. de Senect. Sic homi nem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura dissoluit.

Conglutinatio, Verbale. ‡ συλλωμάσις. Ital. *Assembramento, congiontione.* Gal. *Assemblement, conjunction.* Hisp. *Ayuntamiento, engradamiento, trauazon.*

Congræcor, aris, deponens, & Congræco, as, neutrum. Compotationibus indulgere, genialem vitam agere. ‡ κωμάζω. Ital. *Tauernare, sbeuacchiare, cuccumare.* Gal. *Viure en faire à la mode de breee, yurongner, & gourmander.* Hisp. *Andar por tauernas, Glotonear.* ‡ Plaut. in Bacch. Quódque in lustris comedam, & congræcem pater. Tractum est ex more Græcorum, qui comedam, & congræcem pater. Tractum est ex more Græcorum, qui comporationibus ac deliciis plus æquo indulgebant. Dicimus etiam in eadem significatione Pergræcor, quod magis est in vsu.

Congratulor, aris, Ob fœlicitatem alicuius vel honorem, lætitiam præ se ferre, eámque verbis, vel scriptis testari. ‡ συνᾴδω, συλχαίρω. Ital. *Congratularsi, allegrarsi.* Gal. *Declarer on'on est ioyeux de la bonne fortune auenue à quelqu'vn.* Hisp. *Alegrarse con el bien de otro.* ‡ Cic. pro Sestio, Mihi denique homines præcipuè congratulabantur.

Cógratulatio, onis. ‡ συγχαρητικὸς, φιλοφροσύνη. Ital. *Congratulatione, allegrarsi con altri.* Gal. *Congratulation.* Hisp. *Aquella allegria del bien de otro.* ‡ Cic. ad Brut. Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatióque me commouit.

Congredior, Simul gradior, coeo. ‡ συμβαίνω, συνέρχομαι. Ital. *Ridursi in compagnia, andar insieme.* Gal. *S'assembler & venir en vn lieu, s'aprocher de quelqu'vn.* Hisp. *Andar juntamente con otro.* ‡ Varro, Omnésque in vnam domum congressi simul discubuere. Item ad pugnandum, vel disputandum ire. ‡ συμβάλλω, συμπλέκομαι, ἐπέρχομαι, πρὸς χεῖρας ἰέναι. Ital. *Andare insieme à contendere, venire alle mani.* Gal. *Se rencontrer l'vn auec l'autre au combat.* Hisp. *Encontrarse con otro en pelea.* Gell. Qui ter cum hoste congressus, victor rediit. Virgil. 12. Aeneid. Vix hostem alterni, si congrediamur, habemus. Cic. 2. de Natur. deor. Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus sum.

Congrediens, participium. συμβάλλων. Cic. de Nat. deor. Sed tum congrediens cum sole, tum digrediens.

Congressus, a, um, aliud participium. συμπλακείς, συμμείς. Virgil. lib. 12. Aeneid. Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes Insequitur.

Congressus, us, ui. ‡ συμβολὴ, σύμμειξις. Ital. *Unione, assembramento.* Gal. *Haulement de gens, ensemble, abordement, assemblement.* Hispa. *Aquel encuentro.* ‡ Cic. de Amicitia, Vt congressus hominum fugiat, atque oderit. Congressu fœminarum pollui, Plin. lib. 14. cap. 12. ¶ Congressus, Pro conflictu seu prælio. Salustius, Multi in eo congressu perierunt. Cæsar 1. bel. Ciuil. Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt.

Congressio, aliud verbale. ἀπάλη, συμπλοκή. Cic. lib. 1. Philip. Eúmque à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione patrio iure & potestate prohiberet.

Congrego, as, are, à grege derivatum. Contraho, cogo, in vnum compello. ‡ συναγείρω. Ita. *Congregare, adunare.* Gal. *Congreger, amasser en vn troupeau, entroupeler.* Hisp. *Ayuntar como ganado.* ‡ Cic. 14. Philip. Ciues vnum se in locum ad cutiam congregabant.

Congregatus, participium. ‡ συναθροισθείς. Ital. *Congregato, ridotto insieme.* Gal. *Congregé, amassé, assemblé.* Hisp. *Ayuntado, amontonado.* ‡ Cic. pro Domo sua, Multitudo hominum ex seruis conductis congregata.

Congregatio, verbale. ‡ εἰς ἀγέλην συναγωγή, ταυτότης. Ital. *Congregatione, assembramento.* Gal. *Congregation, assemblée en vn troupeau.* Hispan. *Ayuntamiento.* ‡ Cic. lib. 4. de Finib. Natósque esse ad congregationem hominum.

Congregabilis, le, συναγελαστὸς. Quod facilè congregari potest. Cicer. 2. Offic. Atque vt apum examina non fingendorum fauorum causa congreganturised quum congregabilia natura sint, fingunt fauos.

Congressus, & Congressio. Vide CONGREDIOR.

Congrex. Dicitur gregi copulatus, commistúsque. ‡ συναγελάζω. Ita. *Aggiunto al gregge.* Gal. *Ajoint, & assemble au troupeau.* Hisp. *Ayuntado al ganado.* ‡ Apuleius lib. 7, Nanq; me congregem pastor egregius aliquando permisit.

Congruo, is, grui, Conuenio, consentio. ‡ συμπίπτω, ἁρμόττω, ἁρμόζω. Ital. *Confarsi, conuenire.* Gal. *S'accorder & conuenir.* Hisp. *Conuenir ò concertarse.* ‡ Tractum à gruibus, teste Festo, quæ non se segregant, siue quum volant, siue quum pascunt. Plaut. in Curg. Sanè illi inter se congruunt concorditer. Cic. lib. 4. in Verrem. Quòd suos dies mensésq; congruere volunt cum Solis lunæque ratione. Sueton. de claris Gram. Quod quidem non temerè crediderim, quum temporum ratio vix congruat.

Congruens, tis participium. Liuius, Congruens in eam rem. ‡ εἰς τοῦτο πρὸς τοῦτο ἁρμόττων. Ital. *Accordante, conuenente.* Gal. *Accordant, conuenable.* Hisp. *Conueniente.* ‡ Plin. in Panegy. Ita charitas mutua, ita congruens tenor vitæ.

Congruentia, tiæ, Conuenientia, similitudo. ‡ σύνδρομὴ, ἰσοδρομία. Ital. *Conuenienza, similitudine, accordo.* Gal. *Conuenance, similitude, accord.* Hisp. *Conueniencia, semejança, acordo.* ‡ Suetonius in Othone, Neroni insinuatus, facilè primum inter amicos locum tenuit congruentia morum. ¶ Vnde Congruum, κατάλληλον & Incongruum, ἀκατάλληλον: Congruens, & Incongruens. Lactan. lib. 2, Est autem peruersum & incongruens, vt simulachrum hominis in simulachro Dei colatur.

Congruenter, aduerbium. Conuenienter. ‡ ἁρμοζόντως, ἀρμονίως. Ital. *Conuenevolmente.* Gal. *Conuenablement.* Hispa. *Concertadamente.* ‡ Cic. 3. de Orat. Vt ad id, quodcunque agetur, aptè congruenterque dicamus.

Congruus, adiect. ἁρμόδιος. vt Congrua tempora. Claudi. 1. in Ruf.

Congrus, siue Conger, ‡ κόγγρος. Ital. *Congro pesce.* Gal. *Vn poisson appelé Congre.* Hisp. *El congrio pescado.* ‡ Piscis est oblongus, & lubricus, magnæ anguillæ non dissimilis, etiam hodie nomen retinens. Terentius. Et congrum istum maximum in aqua sinito ludere paulispper. Plin. lib. 9. cap. 20. Alii longi, vt muræna, conger.

Congylis, γογγύλις. Latinè rapum. Columel. lib. 10.

CONIADES, κονιάδης, Scriptor Græcus, cuius opus de Apparatu vini, citat Plin. lib. 14. cap. 19.

Coniates, κονιάτης, Græco vocabulo appellatur, qui parietes incrustat, aut tectorium iis inducit. ¶ Item qui athletas luctam inituros ceromate inungebat.

CONIBRICA, Lusitaniæ oppidum, vt autor est Plin. lib. 4. cap. 21, in descriptione Lusitaniæ. Vulgò *Coymbra.*

Conifera arbor, Dicitur quæ conos fert, hoc est nuces pineis similes. κωνοφόρον δένδρον. Et Coniferæ cyparissi. Coniferos, κωνοβόρους vocabant Græci, qui in Bacchi exercitu, dum in Indiam proficiscereturi, thyrsos ferebant, conis & strobilis exornatos.

Coniicio, is, Iacio, iaculor, simul iacio. ‡ ῥίπτω, βάλλω. Ita. *Gettare, gettare insieme.* Gal. *Ietter ensemble, ruer, faire aller & entrer.* Hispa. *Echar, echar con otros.* ‡ Liuius 2. ab Vrbe, Clamore subito vndique in vnum hostem tela coniiciunt. Cæsar lib. 1. Commen. Pro vallo carros obiecerant, & è loco superiore in nostros aduenientes tela coniiciebant. ¶ Coniicere se aliquò, est cum festinatione se aliquò recipere. Terent. Heaut. Hæcvbi aperuit ostium, continuò hic se coniecit intrò. Cic. pro M. Cælio, Si se in intimum balnei coniicere vellent, non satis commodè calceari & vestiri id facere possent. ¶ Coniicere se in pedes, vel in fugam, idem est quod fugere, vel fugam arripere. Terent. Phorm. Hinc me coniicerem protinus in pedes. Cic. pro Cælio, Atque illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse. ¶ Coniicere in vincula. Salust. Ex eo numero complures. Q. Metellus Celer Prætor ex senatusconsulto eius cognita in vincula coniecerat: id est ἔδησεν. ¶ Coniicere vestem in collum. Plautus in Epid. Orna te Epidice, & palliolum tuum in collum coniice: id est ἐπίβαλε. ¶ Coniicere aliquem in lætitiam, lætitia afficere. Terent. in Heaut. Sine mi, obsecro, ne me in lætitiam frustra coniicias. ¶ Per translationem verò significat interpretari, cogitare, colligere, diuinare. ‡ συμβάλλω, πτοέω. Ital. *Congietturare.* Gal. *Auoir quelque opinion par conjecture, coniecturer.* Hisp. *Coniecturar.* ‡ Terentius in Phor. Tu coniicito cætera. Et in Eunucho, Quid illud mali est, nequeo satis mirari, neque coniicere. Plautus in Cur. Mane sis, dum hanc coniicio somnium. Cic. 2. de Diuinat. Num igitur aut aruspex, aut augur, aut vates quis, aut somnians melius coniecerit, aut ex morbo euasurum ægrotum, aut ex periculo nauem, aut ex insidiis exercitum, quàm medicus, quàm gubernator, quàm Imperator?

Coniecto, as, frequentatiuum. Existimo, iudico, diuino. ‡ στοχάζομαι. Ita. *Congiettturare, far congietture.* Gal. *Conjecturer, dire son opinion sans en sauoir au vray, & quasi en deuiner.* Hisp. *Coniecturar, adeuinar.* ‡ Terentius in Eunuch. Neque scio quid dicam, aut quid coniectem. Liuius 5. ab Vrbe. Postea euentu rem coniectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli, captæ deinde vrbis, &c.

Coniector, oris. Interpres somniorum. ‡ ὀνειροκρίτης. Ital. *Interprete, spositore de sogni.* Gal. *Celuy qui predit par conjecture, deuin.* Hisp. *Deuinador, soluedor los sueños.* ‡ à coniectura, hoc est directione quadam rationis ad veritatem. Cic. 2. de Diuinat. Desert ad coniectorem quidam somniasse se, quum pendere ex fascia lecti cubicularis. Plautus in Pœnul. Nam illi quidem orationi Oedipo opus est coniectore.

Coniectura, vt ait Speusippus, est rei latentis iudicium, & est id quod quis per rationes, & signa & tempora, & huiusmodi coniicit, id est cogitat, & colligit. ‡ στοχασμὸς. Ital. *Coniettura, segnale.* Gal. *Conjecture.* Hispan. *Coniectura.* ‡ Cic. Cornific. Quantum copiarum haberes, tum ipsa coniectura consequi poteram, tum ex literis tuis cognoui. Quintilian. lib. 3. Coniectura dicta est à coniectu: id est directione quadam rationis ad veritatem: vnde etiam somniorum, atque monstrorum interpretes, Coniectores vocamus.

Coniecturalis, le, adiectiuum. Quod per coniecturam colligitur, & proponitur. ‡ στοχαστικὸς. Ital. *Cosa che se giudica per coniettura.* Gal. *Qui gist en conjectures, chose qu'on connoist, fait, & prouue par conjectures.* Hisp. *Cosa de coniectura.* ‡ ¶ Vnde Coniecturalem statum vocant Rhetores, quum per coniecturas quæritur an aliquid factum sit. Autor ad Herennium lib. 1. Coniecturalis est, quum de facto controuersia est: hoc modo, Aiax in scelus, postquam resciuit quæ fecisse per insaniam, gladio incubuit. Viuisset interuenit, occisum conspicatur, è corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit, vbi fratrem occisum, & inimicum fratris cum gladio cruentato videt, capitis accersit. Hic quoniam coniectura verum quæritur, de facto erit controuersia, & ex eo constitutio causæ Coniecturalis nominatur.

Coniecturo, as, are, Idem quod coniicere. Seneca lib. 9 Nat. quæst. Nobis coniecturare tantùm illa in occulto libet, nec cum certa inueniendi fiducia, nec sine spe.

Coniectarium. Efficax atque perfectum. ἐπαγές. Cic. 4. de Fin. Illud verò mihimet coniectarium. Nonius.

Coniectus, us, Iactus, coniectio. ‡ βολή. Ital. *Il gittare.* Gal. *Iettement.* Hispan. *El echamiento, lance.* ‡ Plin. lib. 26. cap. 4. Aethiopide herba omnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. ¶ Sic Coniectus radiorum, apud eundem: &, Coniectus oculorum, Cic. pro Planc. Non enim tribum Tarentinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum coniectum, sed solidam & robustam & assiduam frequentiam præbuerint.

Coniectio, verbale. ἐπιβολὴ, καθοδολή. Cic. pro Cecin. Neque ictu cominus, neque coniectione telorum.

Coniectus, a, um, participium. ‡ συμβεβλημένος. Ital. *Gittato.* Gal. *Ietté.* Hisp. *Echado.* ‡ Cic. de Amic. Sed existimare debes, omnium oculos in te esse coniectos: vnum te sapientem & existimant, & appellant.

Conila, æ, siue Conile, es. κονίλη. Olus est cicutæ simillimum, quod à Dioscoride Myrrhis appellatur. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quanquam doctiores malint numerare inter ea

quæ

quæ scriptori huic paulatim accreuerunt. Nicander certè in Theriacis Conilam eandem facit cum origano.

Conion, pen. prod. {κώνειον. Ital. *Cicuta.* Gal. *Cegne.* Hispa. *cegura.*} Græco nomine appellatur herba perniciosissima, publica Athenienſium pœna nobilitata, quam Latini Cicutam appellant.

CONISALVS, κονισάλβ. Deus habitus est apud Athenienſes, qui simili ferè ritu colebatur, quo apud Lampſacenos Priapus. Autor Strabo li. 3.

Conisco, as, Est cornu petere more arietum, qui procurrentes capita inter se collidunt. {κορύττω. Ital. *Affaltar con le corna.* Gal. *Coutir, heurter front contre front, comme font les moutons.* Hiſp. *Herir con cuernos.*} Quint. Caput opponis, cum eo coniſcans. Lucret. lib. 2, Vt ſatiati agni ludunt, blandéq; coniſcant.

CONISTVM, Teuthrantæ oppidum, non procul à Caico fluuio, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Coniſticæ aues, quæ à nonnullis Pulueratrices appellantur: vtroque nomine ab earum conſuetudine deducto, quòd ſe pulueri ſoleant immergere. ἰρυῶσι κονιστικαί. Vide Cælium lib. 7. cap. 26.

Coniſtica, æ, κονίστρα. Arena, ſiue palæſtra: ita nominata ἀπὸ τῆ κονίας, hoc eſt à puluere, quo athletæ ſe mutuo ſolent aſpergere.

CONISTORSIS, Vrbs Hiſpaniæ citerioris in tractu Celtico: cuius meminit Strabo lib. 3.

Coniugo, as, pen. corr. Coniungo, quaſi in vnum iugum iungo. {συζεύγνυμι. Ital. *Congiungere.* Gal. *Ioindre enſemble & aller comme font vn ioug.* Hiſp. *Ayuntar.*} Cic. 1. Offic. Eſtque ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniugauit.

Coniugata, συζυγα, συζυγίαι, συζυγικά. apud Rhetores ſunt, quæ ab vno genere veluti iugo flectuntur: vt à Iuſtitia, Iuſtus, Iuſtè, Iuſtum. ¶Hinc Locum à Coniugatis dicimus, quum ita argumentamur, Si riſus gaudium eſt, ergo & ridere, gaudere.

Coniugator, toris, συζευκτής. vt, Boni amoris coniugator, de Hymenæo dixit Catullus in Epithalamio.

Coniugatio, In verbis dicta eſt apud Grammaticos, quòd multa tempora ad vnum thema, velut iugum quoddam ſtringat. {συζυγία. Ital. *Vnion, ligamento.* Gal. *Vnion, liaiſon.* Hiſp. *Ayuntamiento.*} Cic. in Catone propriè dixit, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio & religatio.

Coniugus, pen. corr. Quod coniugatum eſt. σύζυγος. Plin. lib. 8. cap. 23. Coniuga fermè vagantur, nec niſi cum compare vita eſt.

Coniugulus, a, um: vt Coniugula myrtus, apud Catonem cap. 133. Plin. lib. 15. cap. 19, Cato tria genera myrti prodidit: candidam, nigram, coniugalem, fortaſſis à coniugiis, ex illo Cluacinæ genere.

Coniugium, Matrimonium. {συζυγία, ἱμεναίαι. Ital. *Matrimonio.* Gal. *Mariage, conjonction & lien de mariage.* Hiſp. *Caſamiento de marido è muger.*} Virg. 1. Aen. Coniugio iungam ſtabili, propriámque dicabo. Cic. 4. de Fin. Vt coniugia virorum & vxorum à natura coniuncta eſſe dicerent. Idem 1. Offic. Prima ſocietas in ipſo coniugio eſt, proxima in liberis. ¶Coniugium, pro coitu. Virgil. 3. Georg. -ſæpe ſine vllis Coniugiis vento grauidæ.

Coniugalis, le, Quod ad coniuges, ſiue ad coniugium pertinet. {γαμικός. Ital. *Matrimoniale.* Gal. *De mariage, des apartenances de mariage.* Hiſpa. *Coſa perteneciente al caſamiento.*} vt Coniugalis totus, lectus coniugum. Dij coniugales dicuntur, qui coniugiis præſunt, vt Iuno, Venus, Hymen. Seneca in Medea, Dij coniugales, túque genialis tori Lucina cuſtos.

Coniugialis, in eadem ſignificatione. Ouid. 5. Metamor. -fremitu regalia turbæ Atria complentur, non coniugialia feſta Qui canat, eſt clamor, ſed qui fera nuntiet arma. Fœdus coniugiale, Ouid. 11. Metamor. Tunc quoque manſit amor, nec coniugiale ſolutum eſt Fœdus. Iura coniugialia, Ouidius 6, Metamor. Nec mea virginitas, nec coniugalia iura.

Coniunx, ſecundum Priſcianum à Coniungo, is, ſiue Coniux ſine n, ſecundum Phocam, à Coniugo, as, Vxor, ſeu maritus. {σύζυξ. Ital. *Moglie, ouero marito.* Gal. *Le mari ou la femme.* Hiſp. *El marido ò la muger.*} Cic. ad Q. fratrem lib. 3, Fideliſſima coniunx. Ouid. 2. Metamor. Hoc certè factum coniux mea neſciet, inquit. Debita coniux, id eſt promiſſa & ſponſa. Ouid. Epiſt. 7, Quondam ſibi debita coniux. Dejectam coniuge eſſe, id eſt maritum amiſiſſe. Virgil. 3. Aeneid. Heu quis te caſu dejectam coniuge tanto Excipit?

Conium, κώνειον. Vide CONION.

Coniungo, is, xi, ctum, Simul iungo, copulo: {συνάπτω. Ital. *Congiungere.* Gal. *Conjoindre, aller, venir.* Hiſp. *Ayuntar.*} vt Coniungere boues feriis, apud Catonem de Re ruſt. cap. 138. Caſſius ad Ciceronem lib. 12, Caſtra oppido coniunxit. Virg. 2. Aeglog. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. Ouid. 8. Metamorph. -dextram coniungere dextræ. Cice. pro Cluent. Quantam vim habeat ad coniungendas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo.

Coniunctus, participium, {συνημμένος, συζευκτικός. Ital. *Congionto.* Gal. *Conjoinct, allié, venu.* Hiſ. *Ayuntado.*} vt Homines benevolentia coniuncti. Idé in Verrem, Quæ eſt enim tanta facultas & dicendi copia, quæ iſtius vitam tot vitiis, flagitiiſq; coniunctam aliqua ex parte defendere poſſit?

Coniunctus, nomen ex participio. Planeus ad Ciceronem, Sed primùm quòd ita meritos iudicabam: deinde quòd ad omnes caſus coniunctiores Reipublicæ eſſe volebam. Cic. de Amic. Tum etiam cum iis & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe M. Curium, & T. Coruncanum memoriæ proditum eſt.

Coniunctio, verbale. {σύζευξις. Ital. *Congiuntione, congiongimento, grande amicitia, confederatione.* Gal. *Conjonction, aliance, vnion, grande amitié.* Hiſp. *Ayuntamiento grau amiſtad.*} Plin. lib. 14. cap. 29, Ideò tum electa, quoniam coniunctioni & huic arbori Venus præeſt. ¶Coniunctio, pro mutua amicitia. Cic. ad Brutum, Coniunctio tua cum collega, concordiáque veſtra, quæ literis communibus declarata eſt. Societas coniunctionis humanæ. Cic. 5. de Finibus.

Coniunctè, aduerbium. {συνημμένως, συνδεδεμένως. Ital. *Congiontamente.* Gal. *Conjoinctement ou toute vnion & concorde.* Hiſp. *Ayuntadamente.*} Cice. 2. de Orat. Er ſi coniunctè ſit elatum, &c. Plin. Epiſt. 94. Huius eſt hæres Maximus noſter, quem & ipſe amo, ſed coniunctius tu.

Coniunctiſſimè & amantiſſimè cum aliquo viuere. Cic. de Amicit.

Coniunctim, aliud aduerbium. κοινῇ συμψηφιζόμενον. Cæſar 6. bell. Gall. Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur.

Coniunx, Vide CONIVGO.

Coniuro, as, pen. prod. Simul iurare, quum ſcilicet multi in alicuius perniciem iurant, hoc eſt conſpirant. {συνόμνυμι, συνωμοτέω. Ital. *Congiurare.* Gal. *Conjurer, conſpirer, ſorter enſemble de faire vne meſme choſe.* Hiſp. *Conjurar los que conſpiran.*} Salluſt. Sed anté coniurauere pauci, in quibus Catilina fuerat. ¶Interdum etiam in bonam partem accipitur, quum plures eidem iuramento honeſtam ob cauſam ſeſe aſtringunt. Vnde Mutius Scævola apud Liu. lib. 1, Trecenti (inquit) coniuranimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via grailaremur. Horatius de Arte poët. per tranſlationem poſuit pro conſentire, ſiue ſibi mutuò opem ferre, Alterius ſic Altera poſcit opem res, & coniurat amicé. ¶Eſt etiam Coniurare, ſimpliciter iurare. Gellius, Age, malitiam ſaltem defende: tu verbis conceptis coniuraſti ſciens, ſcienti animo tuo.

Coniuratio, verbale, Conſpiratio. {συνωμοσία, σύνθεσις. Ital. *La congiuratione.* Gal. *Conjuration, ou conſpiration.* Hiſp. *La conſpiracion ò coniuracion.*} Terent. in Hecy. Prò deûm atque hominum fidem, quod hoc genus eſt? quæ hæc coniuratio, Vt omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, noſtra omnia? Cic. 2. de Diuin. Mirabile autem illud, quòd eo ipſo tempore, quo fieret iudicium coniurationi in Senatu, ſignum Iouis biennio poſtquam erat locatum, in Capitolio collocabatur.

Coniurati, orum, Qui inter ſe coniurauerunt. {οἱ συνόμνυντες. Ital. *Quelli che ſon congiurati inſieme.* Gal. *Qui ont conjuré, conjurateurs.* Hiſpa. *Los que conſpiran, ò eſtan conjurados con otros.*} Cic. in Catil. Ego quanta manus eſt coniuratorum, quam videtis eſſe permagnam, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video. ¶Interdum coniungitur cum genitiuo: vt Coniuratus Getarum, qui cum Getis conſpiranit Claudia. 1. in Ruf. -tunc proditor ille Impius imperij, coniuratúſque Getarum Diſtulit inſtantes, cluſo principe, pugnas.

Conlatro, as, are, Latrans infeſto, obloquor. {κοθλακεύω. Ital. *Abbaiare.* Gal. *Abayer enſemble, abayer contre quelque choſe pour la blaſmer.* Hiſp. *Ladrar, propriamente los perros.*} Seneca de vita beata, Siquis ex his qui philoſophiam collatrant, quod ſolent, dixerit, Cur ergo melius loqueris, quàm viuis?

Conlutulo, Vide COLLVTVLO.

Connato, connatas, pen. corr. συννήχομαι, connatare, ſimul natare. Connatat nobiſcum, dixit Plautus per tranſlationem, pro, Ritualis eſt.

Connecto, ctis, Simul necto. {συμπλέκω, συνείρω. Ital. *Annodare inſieme.* Gal. *Lier & attacher enſemble, acompler, conjoindre.* Hiſpa. *Trauar vna coſa con otra.*} Quintil. lib. 5. cap. vltimo, Quæ apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolum nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt. Falces ſcalàſque connectere, Tacit. lib. 19.

Connexus, participium. {συμπεπλεγμένος. Ital. *Ligato inſieme, congionto.* Gal. *Lié enſemble, conjoinct, allié.* Hiſp. *Atado juntamente, trauado con otro.*} Cic. 2. de Nat. deor. Inde fides leuiter poſita, connexáque videtur.

Connexus, us, ui. {συμπλοκή. Ital. *Ligamento, congiuntione.* Gal. *Liaiſon, conjonction, connection.* Hiſp. *Atadura, trauazon.*} Lucre lib. 2, -differre neceſſe eſt Internalla, vias, connexus, pondera plagas, Connexu corpus adhæret. Idem lib. 3.

Connexum, xi. Pro concluſione. τὸ συνημμένον. Cic. 3. Acad. Ipſa enim ratio connexi quum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere.

Connexio, onis, Connectendi actus. σύμπλοκή. Et pro concluſione apud Quintil. lib. 3. cap. 14.

Connexiuus, a, um, συμπλεκτικός. Quod aptum eſt connectere: vt, Connexiua coniunctio, apud Gell. lib. 10. cap. 29. pro copulatiua. συνδετικός, συμπλεκτικός.

Connitor, eris, Simul, vel vehementer niti, & date operam. {συντείνομαι. Ital. *Sforſarſi, far ſuo potere.* Gal. *S'efforcer à faire quelque choſe.* Hiſp. *Eſtribar ò esforçarſe para hazer algo.*} Cic. 5. de Finibus, Quum autem paulum firmitatis acceſſerit, & animo vtuntur & ſenſibus, connituntúrque vt ſeſe erigant. ¶Conniti, pro eniti, & parere. {τίκτω. Ital. *Partorire.* Gal. *Enfanter.* Hiſp. *Eſtar la muger de parto.*} Virgil. Aeglog. 1, Hic inter denſas corylos modò namque gemellos Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit.

Conniueo, ini, vel xi, ctum, Oculos genis intego, oculos claudo, & aperio. {συναδυκτυλῶ, συμμύω. Ital. *Serrar l'occhi.* Gal. *Clorre les yeux, fermeiller ou ciller.* Hiſp. *Abaxar los parpados delos ojos.*} Plin. lib. 11, Graniores alitum inferiore gena conniuent. Idem, Columbæ & ſimilia vtraque gena conniuent. ¶Transfertur etiam ad allatvnde Gell. lib. 15, dixit, Conniuere caua ventris & ſtomachi, pro ſtipati, claudi, & contrahi. ¶Conniuere item, eſt clauſis oculis aliquid diſſimulare. συνδακτυλοῦν. Cic. 4. Philip. Quibuſdam in rebus etiam conniueo. Idem pro Cælio, Prò dij immortales, cur interdum conniuetis in hominum ſceleribus maximis? Suetonius in Cæſ. Delicta neque obſeruabat omnia, neque pro modo exequebatur, ſed deſertorum, ac ſeditioſorum inquiſitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris, id eſt reliqua connitia oculis veluti clauſis præteribat, tanquam diſſimulanter illa contueretur.

Conniuentia, æ. {συμμυσις. Ital. *Il diſſimulare, il far ſembiante di non vedere ne vdire.* Gal. *Diſſimulation de veoir quelque choſe, ſemblant de ne veoir ou apercevoir.* Hiſ. *El conſentimiento abaxando los ojos.*} Diſſimulatio. l. j. C. de fund. & ſalt. rei dom. li. 11, Quòd ſi venalis procuratorũ conniuentia vt id dein ceps tentetur admiſerit, eos grauiſſimo iubemus ſupplicio ſubiacere.

Conno, as, are, Simul nare. συννήχομαι. Connare, Simul nare. Proprium eſt piſcium.

Connatio, verbale, Plant. Connationis noſtræ conſcius: id eſt quod eandem admiremur mulierem. Sipontinus.

Connubo, connubis, pen. prod. connupſi, connuptum, {συνοικίζω. Ital. *Maritarſi inſieme.* Gal. *Se marier enſemble.* Hiſp. *Caſarſe juntamente.*} Connubere. Matrimonio iungi. Apul. Neſcientibúſque parentibus puellari ætate connupſeramus.

Connubium, Ius legitimi matrimonij, à Nubo, cuius prima producitur, quum in connubio quandoq; propter matri neceſſitatem corripiatur. {σύνοψις. Ital. *Legge del matrimonio.* Gal. *Conionction par mariage, lieu de mariage, affinité par mariage.* Hiſp. *La ley, ò drecho del caſamiento de marido y muger.*} Virg. 1. Aen. Connubio iungã ſtabili, eſt enim Syſtole figura, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

syllaba natura longa, corripitur. Cic. 1. Offic. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui.

Connubialis, le. {γαμικὸς. Ital. *Matrimoniale.* Gal. *De mariage, des apartenances de mariage.* Hisp. *Cosa de casamiento.* } vt, Carmen connubiale apud Claudianū 7. Paneg. Vincla connubialia. Statius 5. Thebaid. ἀνὴρ γαμήλιος.

Connudo, as, are, pen. prod. Idem quod nudo. {γυμνῶ. Ital. *Mudare.* Gal. *Mettre tout nud, descouurir.* Hisp. *Desnudar lo vestido.* } Plin. lib. 28. cap. 7. Iam primùm abigi grandines turbinésq; contra fulgura ipsa in mense connudata, sic auerti violentiam cœli.

Conoides, κωνοειδὴς, A Græcis dicitur quicquid coni, hoc est metæ formam habet: vn de cupressus fœmina hoc veluti proprio epitheto à mare distinguitur, eò quòd fastigium habeat in metæ formam conuolutum, quum mas extra se ramos spargat.

CONON, κόνων, Atheniensium dux fuit, qui prælio victus à Lysandro, Lacedemoniorum duce, sponte abiit in exilium ad Artaxerxem Persarum regem, cuius auxilio patriam, cui seruitutem attulerat, in libertatem restituit. Autor Plutarchus. ¶ Fuit & alius Conon Samius astrologus: de quo Propertius lib. 4. Eleg. 1. Me creat Archytæ soboles, Babylonius Oropis Horon, & à proauo ducta Cononc domus. Hic septem libros de Astrologia edidit.

CONONIENSES, apud Plin. lib. 3. cap. 4. Galliæ Narbonensis populi sunt Aquitaniæ contermini.

CONOPAS, pen. prod. κωνώπιον. Minimæ staturæ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quem Iulia Augusti neptis in deliciis habuit. Autor Plin. lib. 7. cap. 16.

CONOPEZ, es, pen. prod. κωνωπόω. Acarnaniæ vrbs est, teste Stephano, cuius incolæ Conopæi dicuntur, & Conopite.

Conopeum, {κωνωπεῖον. Ital. *Padiglione da letto.* Gal. *Courtine autour d'vn lit, pauillon.* Hisp. *Pauellon contra los mosquitos.* } Tentorium seu velum, & papilio ille lineus, vel laneus, seu bombycinus, qui toro circundatur ad arcendum culices: quo maximè vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culicendum culices: quo maximè vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos κωνωπεῖα dicunt. Inde κωνωπεῖον per ει. diphthongum. Poëtæ tamen Latini fun quodam iure abiiciunt vocalem subiunctiuā, & penultimam corripiunt. Propertius. Fœdáq; Tarpeio conopea tendere saxo. Et apud Horat. lib. Epod. Et inter signa turpe militaria Sol aspicit conopeum. Posterius carmen est Iambicum dimetri, cuius vltima sedes poscit Iambum. Ineptissimè autem lapsi sunt, qui per œ, diphthongum hanc dictionem scribendam præcepernnt.

CONOPION, κωνώπιον, Oppidum fuit ad Mœotin, vbi lupos pisces aiunt prædæ parte conductos, piscatorum retia asseruare, mercede verò fraudatos, retia & prædam populati. Autor Stephanus.

CONOPONDIA SAXIS, κωνώπιον λίθινον, Insula est iuxta quartum Istri ostium, quod Pseudostoma appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Conops, κώνωψ. A Græcis appellatur minoris muscæ genus, quod nos Culicem appellamus. Inde Conopeum, vt iam docuimus.

Conor, aris, Niti, & dare operam vt aliquid fiat. {πειρῶμαι. Ital. *Sforzarsi.* Gal. *Essayer, tascher, on s'efforce à faire quelque chose.* Hisp. *Esforçarse para hazer alguna cosa.* } Terentius in Andria, -tum autem hoc timet, Ne deseras. Pa. Hem egóne istuc conari queam? Idem ibidem. Ego Pamphile hoc se. p. Hem egóne istuc conari queam? Idem ibidem. Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo Conari manibus, pedibus, noctésque & dies Capitis periculum adire, dum prosim tibi.

Conatus, us, ni, Nisus, experientia. {πεῖρα. Ital. *Sforzo, sperienza.* Gal. *Effort, essay, entreprinse.* Hisp. *Esfuerço, experiencia.* } Cic. 1. de Nat. deor. Dedit autem eadem natura belluis & sensum, & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos: altero secernerent pestifera à salutaribus. Idem de clar. Orat. Populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit, conatúmque iracundiæ suæ morte sedauit.

Conamen, nis, Conatus, nisus. πεῖρα. Ouid. 2. Metamorph. -dextráque molarem Sustulit, & magnum magno conamine misit.

Conamentum, ti. Plin. lib. 19. cap. 1. De sparto loquens. Ad reliquos vsus laboriosè euellitur, ocreatis cruribus, manibúsque rectis manicis, conuolutum offeis, ligneisve conamentis: hoc est adiumentis, & fulcimentis ligneis.

Conquadrare, In quadratam figuram redigere. {τετραγωνίζω. Ital. *Squadrare.* Gal. *Esquarrir.* Hisp. *Quadrar vna cosa ò reduzir en quadro.* } Colu. li. 8. c. 3. Conquadratæ deinde foratis duobus aduersis parietibus inducuntur, &c.

Conquassare, Concutere est, vel confringere, conterere. {σείω καὶ ῥήγνυμι. Ital. *Conquassare, scuotere.* Gal. *Ebranler, casser & briser, froisser.* Hispan. *Sacudir, ò quebrar y gastar.* } Cato cap. 52. Qualum medium prope imum: si verò calix erit, conquassato, cum eo qualo aut calice in scrobem ponito. Corpus conquassatum, Lucretius lib. 3. Conquassari terræ motibus. Cic. 1. de Diuinatione, Apulia maximis terræ motibus conquassata est. ¶ Conquassare nationes, per translationem, pro vastare, & conterere. Cicero pro Sestio, Etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus.

Conquassatio, verbale. {σεισμὸς. Ital. *Conquassamento, crollamento.* Gal. *Ebranlement, tremblement.* Hisp. *Aquella obra de sacudir, sacudimento.* } Cic. 4. Tuscul. Itaque illa duo, morbus, & ægrotatio, ex totius valetudinis conquassatione & perturbatione gignuntur.

Conqueror, eris. Idem cum simplici Queror. {μέμφομαι. Ital. *Lamentarsi, dolersi.* Gal. *Se complaindre.* Hisp. *Quexarse de otro.* } Cic. 5. Verr. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiuis perpeti, quàm non de istius prauitate & iniuriis dolorare & conqueri mallent. Idem Metello, li. 5. Epist. Satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri.

Conquestus, us, ui, Querela. {μέμψις, αἴτησις, μῦθος. Ital. *Lamento, grammarico.* Gal. *Complainte.* Hisp. *Quexa de otro.* } Liuius 8. ab Vrbe, Tum libero conquestu coortæ voces sunt.

Conquestio, aliud verbale. Cicero ad Qu. fratrem lib. 1. Vbi nullum auxilium, nulla conquestio.

Conquiesco, Idem est quod simplex quiesco. {ἡσυχάζω, ἀναπαύομαι ἔχω. Ital. *Acquestarsi.* Gal. *Se reposer, prendre repos.* Hisp. *Reposar.* } Cic. de Fin. Videmus igitur vt conquiescere ne infantes quidē possint. ¶ Conquiescere in re aliqua, elegantèr accipitur pro re aliqua delectari. Cic. Curioni, Aetas nostra iam ingrauescens, in amore atq; in adolescentia tua cōquiescat.

Conquinisco, is, conquexi. Caput inclino. {κάρη κατατίθημι. Ital. *Chinare il capo.* Gal. *S'incliner & faire le petit.* Hisp. *Inclinar ò abaxar la cabeça.* } Plautus, Faciendum est puerile officium, conquiniscam ad fistulam.

Conquiro, is. Est diligenter quærere, & inuestigare, vel quærendo in vnum contrahere. {ζητῶ. Ital. *Cercare con diligenza.* Gal. *Chercher de toutes parts, chercher diligemment.* Hisp. *Buscar curiosamente y diligentemente.* } Cic. li. 5. in Verrem. Quum vndique homines nequissimos conquisisset. ¶ Inde Conquirere milites, est delectum militum habere.

Conquisitio, verbale. {ζήτησις. Ital. *Cercamento, inquisitione.* Gal. *Cherchement, enquisition, perquisition.* Hisp. *Aquella obra de buscar, busca con diligencia.* } vt, Conquisitio militum, est ipse militum delectus: quum scilicet Imperator pro sua autoritate, quos ei visum fuerit, ad militiam conscribit etiam inuitos: quod in maioribus tantùm Reipublicæ periculis fieri consueuit. Alioqui enim contenti erant iis qui vltrò nomina dabant. Cic. de Prouinciis Cons. Exercitus ille noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione coactus, omnis interiit.

Conquisitores, Dicti sunt homines illi, per quos milites conquirebantur. φιλόκαλοι γίνεσθε, οἱ κυβερνήται. Cic. ad Attic. Nullus vsquam delectus: nam conquisitores quærentes non audent, nec nomina dant.

Conquisitus, nomen ex participio: vt Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Cic. 5. Tusculanarum.

Conquisitè, aduerbium. Pro doctè, & diligenter. {ζητητικῶς, ἱστορικῶς ἐπιμελῶς. Ital. *Con buona informatione, diligentemente.* Gal. *Songneusement, auec toute diligence.* Hisp. *Con toda diligencia de buscar.* } Gell. lib. 3. cap. 10. Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisitè.

Conrei, Dicuntur qui simul ob eandem causam rei facti sunt. {Ital. *Correi.* Gal. *Citez ou ajournez ensemble pour comparoir deuant vn iuge rei in compagnia.* Hisp. *Acusados, y demandados juntamente en juyzio.* } Dicitio frequens est apud Iureconsultos, vt apud Vlpianum in l. Liberationem. §. nunc de effectu. ff. de Liber. legat.

Conregione, Veteres pro, E regione dixerunt. Festus.

CONSABVRENSES, Populi Hispaniæ citerioris, in conuentu Carthaginensi, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

Consalutare, Est vltrò, citróque salutationem dare. {ἀσπάζομαι ἀλλήλους. Ital. *Salutare insieme.* Gal. *S'entresaluer, saluer les vns les autres, se saluer ensemble.* Hisp. *Saludarse vno a otro.* } Cic. lib. 2. de Oratore. Qui quum inter se, vt ipsorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent.

Consalutatio, verbale. {ἀσπασμός. Ital. *Salutatione de molti ad vno ò vno ad molti.* Gal. *Salutation entre amis ou communs.* Hisp. *Salutacion vno à otro.* } Cic. lib. 2. ad Atticum, Hinc plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica.

Consanguinei, Dicuntur qui sanguine inter se connexi sunt. {συγγενεῖς, ὁμαίμονες, ὁμογάστορες. Ital. *Parenti.* Gal. *Parens du coustè du pere, d'vn mesme sang & parente.* Hisp. *Parientes dela mesma sangre.* } Plau. in Pœn. Meis consanguineis nolo te iniustè loqui. Cic. ad Attic. lib. 2. Sed suorum & nostri consanguineus, non mediocres iacit atque denuntiat. Consanguineorum appellatione continentur etiam fratres ex eodem patre nati, lib. 3. Instit. tit. de legit. agn. succes. §. 3. Itaque ex eodem patre nati fratres, Agnati sibi sunt, qui & Consanguinei vocantur. Arma consanguinea, Claudia. in bel. Gild. Turba consanguinea, Ouid. Epist. 14. Sopor consanguineus lethi. Virgil. 6. Aeneid.

Consanguinitas, Ipsa sanguinis coniunctio. {συγγένεια ὁμόσπορος. Ital. *Parentado.* Gal. *Consanguinité, parenté du coustè du pere.* Hisp. *Parentesco de sangre.* } Liuius 7. ab Vrbe, Cæritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat. Propinquus consanguinitate alicui. Virgil. 2. Aeneid.

Consano, as. Curo, sano. {ἰάομαι. Ita. *Sanare.* Gal. *Guarir.* Hisp. *Sanar.* } Columella lib. 4. cap. 24. Quo plerunq; fit, vt quod præcidi debeat, perfrin gatur, & sic vitis laniata scabratáque putrescat humoribus, nec plagæ consanentur. ¶ Consanare pro Consanescere, Vlpian. in L. Idem. ff. de Aedilitio edicto. Idem Offilius ait, Si homini digitus sit abscissus, membrive quid laceratum, quanuis consanauerit, si tamen ob eam rem eo minus vti possit, non videri sanum esse.

Consanesco, is, Sanus fio. {ὑγιάζομαι, ὑγιὴς γίνομαι. Ital. *Diuentar sano.* Gal. *Estre guari, se guarir.* Hisp. *Ir a cessar sano.* } Cic. Sulpit. lib. 4. Nunc autem hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ consanuisse videbantur, recrudescit. Colum. lib. 4. ca. 27. Tum etiam vitem minus cicatricosam reddit, quoniam id, ex quo vitide & tenerum decerptum est, celeriter consanescit.

Consarcinare, Simul sarcire significat, & nullo delectu coniungere. {συμμίγνυμι. Ital. *Cusire insieme.* Gal. *Rechanger, ajouster à la charge, rompieres & rensarcer.* Hisp. *Cosser ò zurzir juntamente.* } Gell. lib. 13. cap. 23. In quo versu non oportet alterum videri verbum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum & consarcinatum. Est enim hoc inane admodum & futile. ¶ Compositum est à Sarcino, quod apud veteres Iurisconsultos frequentissimè legitur pro sarcire, & Sarcinator pro Sartore.

Consartio, is, ire. Idem quod Sartio. {σκαλίζω. Ital. *Zappare, cauare.* Gal. *Sarcler ou biner.* Hisp. *Sachar ò escardar la terra.* } Colum. li. 11. ca. 3. Deinde fulci omnes consartiendi.

Consaucio, as, actiuum, à quo Consaucior, aris, passiuum. {συμπυοποιῶ. Ital. *Feire.* Gal. *Blesser fort, naurer.* Hisp. *Herir ò llagar.* } Autor ad Herenn. lib. 4. In hoc autē crebro & celeri vulnere corpus consauciari videtur.

Conscelerare, est scelere conspurcare. {μιαίνω. Ital. *Sporcare di scelerazgine.* Gal. *Prophaner, contaminer, soüiller de meschanceté.* Hisp. *Ensuziar algo pecando.* } Liu. 10. bel. Maced. Agite, conscelerate aures paternas: decernite crimnibus, mox ferro decreturi. Conscelerare oculos dicuntur qui nefandum aliquod facinus aspiciunt. Ouid. lib. 7. Metamorph. Cur non & specto pereuntem, oculósque videndo Conscelero?

Conscelleratus, a, um. {ἐνοχλῶ. Ita. *Pieno ò macchiato de scelerazgini.* Gal. *Soüillé & vsé de malefice, meschant tout outre.* Hisp. *Ensuziado algo pecando.* } vt Conscelerata mens. Cic. in Cat. Et pro Cluentio, Conscelerata exectio linguæ, Conscelleratus vultus. Ibidem. A filiis conscelleratissimis furiæ domesticæ & assiduæ pœnas parentum dies noctésque repetunt. Cic. pro Sext. Rosc. Amer.

Conscendo, is, Nauim ingredior nauigandi causa. {ἐμβαίνω. Ital. *Entrare in naue per nauigare.* Gal. *Monter, monter en vn nauire, s'embarquer.* Hisp. *Subir en la naue para nauegar, subir juntamente.* } Cic. 4. Acad. Quid enim conscendens nauem sapiens, num, &c. Cæs. de bell. Ciuil. Non minore animo ac fiducia, quàm antè dimicauerant, naues conscendunt. Virg. 1. Aeneid.

Aenei. Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor. ¶ Ponitur aliquando absolutè, Cic. Att. lib. 9, Idib. Martiis Pompeium à Brudusio conscendisse. Cæsar. Erat cõpletis litoribus contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent. Scopulum conscendere, Virgil. 1. Aen. Currum conscendere, Liu. 8. bell. Maced. Equum conscendere, Idem 5. bell. Maced. Conscendere in equum, Ouid. lib. 6. Metamor.

Conscenno, onis, verbale. {Imbarcamento. Ital. *Monticmento in naui, lo imbarcarsi.* Gal. *Mentement, embarquement.* Hisp. *Subida, ó subida en la naue para nauegar.*} Cic. 1. de Diuin. Eúmque dixisse remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus x x x diebus Græciam sanguine, rapinas Dyrrhachij, & conscensionem in naues cum fuga, à quo Conscensus. ἐπίβασις.

Conscientia, Vide CONSCIVS.

Conscindo, is, ere. In multas partes scindere. {Squartare. Ital. *Lacerare, spezzare, squarciare.* Gal. *Couper en pieces, decouper, decliquer, depecer, decliquarter.* Hisp. *cortar en muchas partes.*} Teren. Eun. Vestem omnem miserè discidit, tum ipsam capillo concidit. Curæ conscindunt hominem sollicitũ, Lucret. lib. 6. ¶ Conscindere sibilis, per translationem pro Exibilare, & Explodere. Cic. Att. li. 2, Tam gladiatores quàm dominos, quàm aduocati, sibilis conscissi. ¶ Conscindere aliquem, pro criminari, & alicui conuitiari. Cic. ad Att. lib. 8, Is enim me ab optimatibus ait conscindi.

Conscissura, æ, Ipsa ruptio. {Squarciatura. Ital. *Fenditura, rottura.* Gal. *Feute & brisure.* Hisp. *Hendidura, cortadura.*} Plin. lib. 34. cap. 8, Dein quum pretio periisset gratia artis, detractum est aurum, pretiosiórq; talis existimatur, etiam cicatricibus operis atque conscissuris, in quibus aurum hæserat, remanentibus.

Conscissus, {Stracciato. Ital. *Rotto in pezzi, stracciato.* Gal. *Dechiré, rompu, depecé, brisé.* Hisp. *Hendido y cortado en muchas partes.*} Vt conscissa pallula, Plaut. Truc. Epistola conscissa, Cic. Gallo, lib. 7.

Conscio, apud Horatium in Epistolis legitur pro eo quod est, alicuius rei mei conscius sum. {Essere conscio, consapeuole. Gal. *Sentir en soymesmes, se sentir coulpable.* Hisp. *Saber en mala parte, ser sabidor con otro de alguna cosa.*} Hic (inquit) murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. hoc est nullius rei sibi conscium esse.

Cõscitus, pen. prod. partic. à Cõsciscor verbo passiuo, ὁ συναινέσας, ὁ συμψηφισθείς. Plin. li. 36. c. 15. Passim cõscita nece. Quiritibus tẽdiũ fugiẽtibus.

Conscisco, is, conscíui, conscítum; Consentio, communi consilio statuo, decerno. {συμψηφίζομαι, συναινέσας. Ital. *Consentire, statuire.* Gal. *Ordonner d'vn commun consentement, decerner.* Hisp. *Consentir, establecer.*} Liu. lib. 1, Censuit, consensit, conscíuit, vt bellum cum priscis Latinis fieret. Valla li. 5. ca. 89, scribit hoc verbum ad mortẽ ferè pertinere: vt Conscíscere sibi mortem. {παραλύειν ἢ ζῆν ἐπιχειρεῖν, ἀφίεσθαι τοῦ ἐνεστῶτος βίου. Ital. *Ammazzarsi.* Gal. *Se faire mourir, se tuer.* Hisp. *Matarse á si mesmo.*} Cic. de Clar. Orat. Themistocles sibi mortem conscíuit, Idem lib. 3. Epist. Mortem mihi cur conscíscerem, causa visa non est. ¶ Per translationem ponitur pro contrahere. συναγαγεῖν. Colum. lib. 8, Diligénsq; pastor stabulum quotidie conuertit, nec pátitur stercus humorem conscíscere. ¶ Sciendum est quòd Cõsciscо, Asciscо, Descisco, Præciscо, & Rescisco, faciunt præterita in ui, sicut eorum primitiua: & Conscio quidem, Descio, & Rescio, raró sunt in vsu, sed magis Conscíscо, Descíscо, & Rescíscо. Asció & Præscio inueniuntur: quanuis Asció non ita frequẽter, sicut Præscio. Hinc Asciscо, & Præsciscо, licet magis Asciscо quàm Præsciscо, eò quòd Asció minus in vsu sit: Præscio verò magis. Quum ergo Conscíscо, Descíscо, & Rescíscо vsurpentur, non mirum est ñ Conscio, Descio, & Rescio, obsoluerunt: quoniam ferè superfluum esset in eadem significatione vtraq; haberi. E' diuerso autem, Scio, sepissimè reperitur, ratius autem Sciscо. Apud Plautum tamen legitur Siscam, in Amphitryone, Ocyus accurro, vt sciscam quid velit. Præscio in vsu est, Præsciscо minus: quod tamen & ipsum legitur apud Virgil. lib. 4. Georg. Continuóq; animos vulgi trepidantia bello Corda licet longè præsciscere. ¶ Asció apud Colum. in Præfatione, Et pecoribus parandis, conseruandisque quoniam & hanc ascimus, quasi agricultoræ partem. Quo tamen loco emendatiora Columellæ exemplaria Asciuimus habent, præterito tempore, quod ab Asciscо potius, quã ab Asció esse videtur.

Conscius, Proprié qui rem scit. {Consapeuole. Ital. *Conscio, consapeuole.* Gal. *Coulpable de quelque cas, qui sait quelque cas.* Hisp. *Sabidor con otro de alguna cosa.*} Cic. M. Rutilio, Quum & mihi conscius essem quanta te facerem. Nonius de Verb. different. Scius iunquit secum, Cõscius cum altero: quam tamen differentiam fatetur à scriptoribus non obseruari. Nam postquam Scius in vsu esse desiit, Conscius vtriusque locum occupauit. Salust. Populares conscios sceleris sui. Virgil. 1. Aenei. -& mens sibi conscia recti. Cic. 3. Offic. Sibi autem nullius essent conscij culpæ.

Conscientia, Sui scientia, siue certissima scientia, & veluti certitudo eius rei quæ animo nostro inest, siue bona sit, siue mala. {συνειδὸς, συνείδησις. Ital. *Conscienza, testimonio dell'animo nostro, rimorso.* Gal. *Conscience, remors, secon notissance de son fait.* Hisp. *El saber del coraçon.*} ¶ In bonã partẽ accepit Cic. 5. Philip. In ipsa conscientia rectè factorum satis magnus laborum fructus est. Et alibi, Nulla te tam lætam soleo, quàm officiorum meorum conscientia. Idem de Senect. Conscientia bene actæ vitæ, multorúmq; benefactorum recordatio iucundissima est. ¶ In deteriorem partem idem posuit 3. in Catil. Inuect. Recitatis literis, conscientia conuictus repentè conticuit. Idem pro Sext. Rosc. Suum quenque scelus agitat, amentiáq; afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæq; animi terrent. ¶ Conscientia mille testes. Quint. lib. Instit. Orat. 5 hanc sententiam vt prouerbialẽ citat. Sensus interprete non eget. Extat & Græcanica sententia, συνειδὸς πολλῶν λόγων ἰσχυρότερον, id est, Cõscientia verberat animum.

Conscribello, pro conscribo veteres dixerunt. ἐπιγράφω, ἐπιγράφω. Varro, Itaq; eas in ceram cõscribellauit Herculis ad litem. Idem Matcipore, Astrologi non sunt, qui conscribellarunt pingentes cœlum. Nonius. Quo loco quidam legendum putant Conscribillare, id est scarificare. Catul. Epigram. Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.

Conscribo, Simul scribo, aut simpliciter scribo. {γράφω. Ital. *Scriuere.* Gal. *Escrire, enregistrer.* Hisp. *Escriuir.*} Cice. ad Attic. lib. 12, De Antonio quoq; Balbus ad me cum Oppio conscripsit. Idem, Legem Consules conscripserunt qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Plau. Asin. Agedũ istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum. Conscribere milites, est cogere, & in certum numerum ac scriptum redigere: quod Galli dicunt *enroller.*

Conscripti, qui in Senatu scriptis annotati erant: qui per inopiam Senatorum ex Equestri ordine in Senatorũ numerũ recipiebantur. ἐγγεγραμμένοι. Liu. lib. 2, Deinde quo prius virium in Senatu frequentia etiã ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerũ, primoribus equestris gradus electis, ad trecentorum summam explcuit. Traditum inde fertur, vt in Senatum vocarentur, qui patres, quorũ conscripti essent: Conscriptos videlicet in nouum Senatũ appellabant lectos.

Conscriptio, onis, Compositio, actus conscribendi. {γραφή. Ital. *Scrittura, registro.* Gal. *Escriture, registre, rolle.* Hisp. *Escriptura en rolo.*} Cice. prò Cluentio, Falsæ conscriptiones quæstionum.

Conscco, as, are, Idem quod Secco, vel in multa seco. {τεμαχίζω. Ital. *Tagliare.* Gal. *Decouper, chiquetter.* Hisp. *Cortar.*} Plin. lib. 36. cap. 26, Acies tanta est quacunq; vt extra vilum sensum ad omnia consecet quicquid afflauerit corporis. Ouid. 3. Trist. Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sua. Conseerare in tenues membranas, Plin. lib. 30. cap. 4.

Consectio, vetbale. {ἀποκοπή. Ital. *Taglio, tacciuolo.* Gal. *Coupeure, decliquetures.* Hisp. *Cortadura.*} Cice. de Nat. deor. Arborum autem consectione, omnique materia, & culta, & syluestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum vtimur. &c.

Consecro, as, pen. corr. Idem quod Sacro, id est Deo dico, & sacrum facio. {καθιερῶ, καθιερόω. Ital. *Consacrare.* Gal. *Consacrer, dedier.* Hisp. *Consagrar.*} Cic. 1. Tusc. Quas addicti & consecrati. Plin. de Viris illustribus, Spolia opima Ioui Pherectio in Capitolio consecrauit.

Consecratio, onis, Dedicatio. {καθιέρωσις. Ital. *Consacratione.* Gal. *Consecration, dedicment.* Hisp. *Consagracion.*} Cice. pro Domo sua. Consecrationes fiebant aut à Pontificibus, aut à Tribunis plebis. Ibidem, In consecratione statuebantur aræ, quæ religionem afferrent.

Consecraneum, Quod est consecratum. {ἀκατηφιερωμένον. Ital. *Che è consacrato.* Gal. *Consacré, dedié, ayant receu & fait le serment accoustumé.* Hisp. *Cosa consagrada.*} Vocabulũ ferè in castris repertũ, qualia sunt Conterraneũ, Commilitaneum, Militaneum, Suffarraneum, Limitaneum. Iulius Capitol. in cuiusdam concionẽ quadam Maximini Cæsaris, Commilitones (inquit) sacrati, imò vere cõsecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æquè militaneam, dixit. Tertullianus Consecraneos vocat, qui quasi vni sectæ mancipati sunt.

Consectaneus, Consectarium, Consector, Consectatio, Consectator, Vide CONSEQVOR.

Consemineus, a, um, {σπόριμος, ἐκ πολλῶν σπερμάτων. Ital. *Semi & piante de diuerse sorti.* Gal. *Semé de plusieurs & diuerses semences.* Hisp. *Sembrado de diuersas sementes.*} Dicitur de re in qua varia semina commixta sunt. Vt Consemineæ vineæ sunt, in quibus diuersa vitium semina aceruatim confusa sunt, nec propriis generibus distincta. αἱ ἐκ πολλῶν συμφυόμεναι χάλλαι ἀμπελῶνες. Colum. lib. 3. cap. 21, Iam illa seminum separatio summam commoditatem habet, quòd vinitor suam cuique facilius putationem reddet, quum sit cuius noxæ sit horrus, quem deputet. Idque in vineis consemineis seruari difficile est. Sic etiam Syluam consemineam vocant, quę ex variis arborum generibus confusè consita est. Idem li. 12, cap. 46, Syluam siquis barbaricam, hoc est consemineam velit facere.

Conseminalis, Pro eodem etiam legitur apud eundem. Colu. lib. 12. c. 45. Propter quod etiam conseminalium vinearum non est tam firmum vinum, quàm si per se syncerum amnineum, vel apianum condideris.

Consenesco, conseneseis, consenui. {γηράσκω, συγγηράσκω, συγκαταγηράσκω. Ital. *Inuecchiare, diuenir vecchio.* Gal. *Enuieillir, deuenir viel.* Hisp. *Enuegecer.*} Conseneseere, Senem fieri. Plaut. Capt. Maceseo, cõsenesco & tabesco miser. Cic. 2. Tusc. Atq; Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, vt iam quod natura fert in omnibus fere rebus, consenescat, breuique ad nihilum ventura videatur.

Consensio, Vide CONSENTIO.

CONSENTIA, Ciuitas est in agro Brutio. Autor est Plinius lib. 3. cap. 5. Consentini, eius oppidi incolæ. Vulgo *Consenza in Calabria.*

Consentia sacra, Quæ ex consensu multorum sunt statuta. Festus.

Consentio, is, Conuenio, idem sentio. {συμφωνέω, συμβάλλομαι, συνομολογέω, συνειδέναι. Ital. *Consentire.* Gal. *Consentir.* Hisp. *Consentir.*} Plin. lib. 17. cap. 11, Eadem mensura Græci autores consentiunt, non altiores quàm semipede esse debere. Cic. 3. de Finib. Ratio enim nostra consentit, oratio pugnat.

Consentiens, participium. {συμφωνῶν. Ital. *Che consente & s'accorda.* Gal. *Consentant, accordant, conforme.* Hisp. *Cosa concorde.*} Cic. 2. de Diuinat. Animorum consentientium multitudine completum esse mundum.

Consensus, participium, Confessus. {συμφωνηθείς. Ital. *Accordato.* Gal. *Accordé.* Hisp. *Confessado y acordado.*} Gell. lib. 5. cap. 26, Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam & confessis, aliud quid quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt, necessariò conficitur.

Consensus, us, ui, nomen, Concordia, conuenientia. {συμφωνία. Ital. *Consentimiento, accordo.* Gal. *Accord & conuenance, consentement.* Hisp. *Conformamiento, conuenencia.*} Cic. 3. de Natur. deor. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia consensuque naturæ. Claudianus de bel. Gild. -dissensus acerbus, Et grauior consensus erat.

Consensio, vt Speusippus ait, Communio rerum omnium, cogitationũ, suspicationúmque concordia. {συμφωνία, συμπάθεια. Ital. *Consentimento.* Gal. *Consentement.* Hisp. *El consentimiento.*} Cice. ad Cass. Populi vero Romani, totiúsque Italiæ mira consensio. Idem 1. de Natura deor. Quum enim non instituto aliquo, aut more, aut lege sit opinio cõstituta, manéatq; ad vnum omnium firma consensio, intelligi necesse est, esse deos.

Consentaneus, a, um, Conueniens. {σύμφωνος, συμβολογούμενος. Ital. *Consentaneo.* Gal. *Conuenable, accordant & semblable.* Hisp. *Cosa concorde en sentencia.*} Cic. 5. de Finib. Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne studium, ad virtutem, & ad eas actiones quæ virtuti sunt consentaneæ, refertur. Idem 1. de Nat. deor. Quare quum in æthere astra gignantur, consentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam.

Consepio, is, ire, Idem quod sepire. {φραγμόω. Ital. *Circundare di siepe.* Gal. *Enclore & enfermer de hayes ou de murs.* Hisp. *Cercar de seto.*} Cic. de Senec. Cæteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum, & diligenter consitum ostendisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conseptam,pti, Quod vndique clausum, munitúmque est. {περίφραγμα. Ital. *Siepe, chiusura di qualche cosa.* Gal. *Vn clos & pourpris.* Hisp. *Lugar cercado y guarnecido con seto.*} Colum.lib.1.cap.4. Difficiliora enim consepta, non solùm pluris ædificabimus, sed etiam impensis maioribus tuebimur. ¶ Conseptum etiam fori dixit Quintil.lib.8. pro ipsis cancellis.

Consequor,pro.corr.Immediatè sequor. {ἀκολουθῶ. Ita. *Seguitare di fatto.* Gal. *Suiure & aller apres.* Hispa. *Conseguir se à otra cosa, alcançar lo que huye.*} Virgil.5.Aeneid. -quem deinde Cloanthus Consequitur. Gell.li.2. Vter dies natalis haberi, appellarique debeat, is quem nox ea consecuta est, an qui dies noctem consecutus est. ¶ Item obtineo, adipiscor. τυγχάνω. Cic.in Ver.Act.1. Quod ego meo labore, & vigiliis consecutus sum. Idem 2. Ver. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus investigare & consequi possum. Item exprimere. ἐξικνοῦμαι. Idem Cæsari Iuniori, Extrema verò quanta & qualia sint, verbis consequi non possum.

Consequens,tis,participium. συνακολουθῶν. Cic.de Senec. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes.

Consequens, nomen, Argumenti conclusio. τὸ ἐπόμενον. Cic.4. de Finib. Quum consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse verum.

Consequentia,tiæ,Consecutio. {ἀκολουθία. Ital. *Consequenza.* Gal. *Consequence, suitte.* Hisp. *La consecucion à otra cosa.*} Cic.1.de Diuinat. Qui cursum rerum euentorúmque consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt.&c. ¶ Est & Consequentiæ necessitas conclusionis, quæ ex præcedentibus infertur. Cic.ad Trebat. Ea enim dico consequentia, quæ rem necessariò consequuntur.

Consequenter,aduerbium. {ἀκολούθως. Ital. *Consequentemente.* Gal. *Consequemment.* Hisp. *Consequientemente.*} Vlp.l. Sed & siquid.§.vlt.ff. de vsufruct. & quemadmodum quis vta.& fru. Quibus consequêter fructuarius quidem acquirere fundo seruitutem non potest, retinere autem potest.

Consequiæ, Sequelæ, à consequendo, sicut ab exequendo. Exequiæ. Apuleius lib.10. Nouissimis trahebantur consequiis.

Consector,ctaris, Anidè insequor, vel frequêter sequor. {ἀκολουθῶ, παρακολουθῶ, συνακολουθῶ, διώκω. Ital. *Seguitare auidamente.* Gal. *Suiure ou poursuiure en diligence.* Hisp. *Seguir codiciosamente.*} Lactant.lib.3, Quæras ab his, quid sibi velint, quum fœminas tam rabidè consectantur, vt vix diuelli queant. Cæsar 6.bel.Gall. Redeuntes equites, quò possunt consectantur, atque occidunt. Cic.2.ad Attic. Fusum clamoribus, & conuitiis, & sibilis consectantur. ¶ Per metaphoram accipitur pro aucupati, siue affectare. ἰμπίμπλημι. Cic.in Pisonem, Leuitatis est, inanem aucupari rumorem, & omnes vmbras, etiam falsæ gloriæ consectari. Cic.1.Offi. Alexander beneuolentiam Macedonum largitione consectabatur.

Consectari,passiue.Laberius Apud Nonium, Vxorem tuam, & meam nouercam à populo lapidibus consectari video.

Consectatio,verbale. {μετάδιωξις, συνακολούθησις. Ital. *Seguire con diligenza à qualche impressa.* Gal. *Poursuitte apres quelque chose.* Hisp. *Obra de seguir codiciosamente.*} Cic.in Orat. In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus.

Consectator,& Consectatrix,verbalia. ὁ καὶ ἡ παρακολουθῶν. Cic.3. Offic. Est enim temperantia, libidinum inimica: libidines autem consectatrices voluptatis.

Consectarius,adiectiuum. ἀκολουθητικός. Cic.4. de Fin. Illud verò minimè consectarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam, quæ non possit sine honestate contingere, vt iure quisquam glorietur.

Consectarium,rij, Est argumentum breuiter astrictum, in quo conclusio necessariò sequitur antecedens. ἀκόλουθον. Cic.4. de Fin. Nunc venio ad illa tua breuia, quæ Consectaria esse dicebas: & primum illud quo nihil potest esse breuius, Bonum omne laudabile, Laudabile autem omne honestum. Omne igitur bonum honestum.

Consectaneus,a,um, Qui alios affectatur. ἀκόλουθος. vt, Consectanea turba. ¶ Hinc Consectanei dicuntur, qui aliorum opinionem vel sententiam sequuntur. ὁμόφρονες.

Consero,pen.corr.conserui,consertum,Coniungo,connecto. {συμπλέκω. Ital. *Mescolare, mischiare, immettere.* Gal. *Entremesler, entrelacer.* Hisp. *Trauar vno con otro.*} Virgil.3.Aen. Loricam consertam hamis, autó; trilicem. Idem 5.Aen. Læuibus huic hamis consertam autó; trilicé Loricam. ¶ Conserere manus est manus coniungere, & dextras mutuò apprehendere. Vnde manum conserere dicebantur litigantes, quum in agrũ, aut aliam rem, de qua controuersia erat, profecti, rem litigiosam, aut aliquam eius particulam manu apprehendebant, iúsq; suum in re præsenti vindicabant. Postea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoribúsq; aliis negotiis distentis, placuit vt litigantes sine Prætore in agrũ proficiscerentur, glebámq; inde in ius ad Prætorem deferrent, & in ea, tanquã in toto agro vindicarent, aduersariumq; ex iure manu conserctum (id enim formulæ nomen erat) ad Prætorem vocarent. ¶ Pugnãtes item manũ conserere, ἀναμάχεσθαι dicuntur, quum cominus rem gerũt, & quasi manum manui admouent. Cic.ad Att. At illum ruere nuntiãt, & iam iámq; adesse, non vt manũ conferat, (quicum enim?) sed vt fugã intercludat. Lactan.li.5, Tum inter se manus conserere coperunt, & in sidiari, & gloriam sibi ex humano sanguine comparare. ¶ Pro eodem etiam dicimus, Prælium, siue pugnã conserere. μάχεσθαι συμμιγῆ. Virg. 2.Aen. Multáq; per cæcã congressi prælia nocte Cõserimus. Liu.5.ab Vrbe, Accensis vtrinq; animis, ad arma discurritur, & pugna cõseritur.

Consertus,parti. cõnexus, cõtextus, {ἀναπεπλεγμένος, συνηρτημένος. Ital. *Mescolato, interposto.* Gal. *Entremesle, entrelacé.* Hisp. *Mezclado, trauado.*} Fab.lib.5. ca.10, Vt sunt tria tempora, ita ordo rerũ tribus momẽtis cõsertus est.

Conserte, aduerbium. {ἐμπλόκως, συμπεπλεγμένως. Ital. *Per intralasciamento.* Gal. *Par entrelacement, d'vn tenant, & dependant de l'autre.* Hispa. *Trauando y mezclando vna cosa con otra.*} Cic.de Fato, Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte, contextéque fiunt.

Consertor,toris, συναπτήρ, συναγωγεύς. Plin.lib.33.cap.1, Quòd si impedimentum potuit in ea aliquod intelligi, etiam consertoris vsu, argumentum est, manus in læua fuisse, qua scutum rapitur.

Consero,pen.corr.conserui, consitum, Locum aliquem seminibus, seu plantis oppleo. {φυτεύω. Ital. *Piantare, seminare, inestare.* Gal. *Planter, complan-*

tar ou semer. Hisp. *Plantar, sembrar, ó enxerir vna cosa en otra.*} Agri enim conseri dicuntur, semina autem vel plantæ seri. Virgil.1.Aeglog. Et quoties conseuimus agros. Lactant.lib.2, Quem in partibus Orientis omni genere ligni arborúmque conseuit. Colum.lib.11, Celerius etiam si eodem tempore stercores, & lupino vel fabã conseras.

Consitus,pen.corr.partic. {πεφυτευμένος. Ital. *Piantato, seminato.* Gal. *Planté, semé.* Hisp. *Plantado, sembrado.*} vt, Cæca mentis caligine consitus. Catullus

Consitio, {φύτευσις, φύτωσις. Ital. *Essso piantare.* Gal. *Plantement, plantage.* Hisp. *Obra de enxerir ó plantar.*} Cic.in Catone, Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricola solertius. Colum.lib.4, A' primo statim die consitionis formanda.

Consitor, toris. {φυτουργός. Ital. *Piantatore.* Gal. *Planteur.* Hispan. *Plantador.*} Ouid.4.Metamorph. Et cum Lenæo genialis consitor vuæ.

Consitura,ræ, Idem quod consitio. φυτουργία. Cic.de Repu. Quæ videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indiciis interpretabatur. Nonius.

Conserratus,a,um, Serræ in modum denticulatus. {πριονοειδής. Ital. *che ha i denti à guisa di sega.* Gal. *Chose qui a dents, comme vne scie.* Hispan. *Cosa que tiene dientes como la sierra.*} Plin.lib.11.ca.37, Sed spectatissimum insigne gallinaceis corpore conserratum: nec carnem id esse, nec cartilaginem, nec callum iure dixerimus, verùm peculiare.

Conseruatio, Conseruator, Conseruatrix, Vide CONSERVO.

Conseruo,as,are, Idẽ quod seruo, tueor, custodio, obseruo. {φυλάττω, ἐντηρῶ. Ital. *Conseruare.* Gal. *Garder, conserver, contregarder, entretenir.* Hispan. *Guardar en vno.*} Cic.ad Attic.lib.6, Iis literis respondebo: sic enim postulas? nec ἀκριβοφοιτίαν instituam, sed ordinem conseruabo tuum. Idem Attic.lib.5, Vt nos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere & conseruare patiantur. Idem Metello, Beneuolentiam certo iudicio susceptam, quoad voles, conseruabo. ¶ Interdum Conseruare, idem quod incolumem seruare, & à certissimo periculo eripere. σώζειν. Cic.in Catil. Non minus iucundi sunt dies illi quibus conseruamur, quàm quibus nascimur. Idem Antequam iret in exilium, Ego apud vos non loquar, quos conseruaui? Et paulò pòst, Qui hoc imperij domicilium sartum tectum ab omni periculo conseruaui.

Conseruatus,participium. {διασεσωσμένος, τετηρημένος. Ital. *Conseruato, guardato.* Gal. *Conserué, gardé.* Hisp. *Guardado, conseruado.*} Cic. Lentulo lib.1, Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est, quòd meos ciues, & à me conseruatos, & me seruare cupientes, spoliatos ducibus, seruis armatis obiici noluerim.

Conseruator, toris. {σωτήρ. Ital. *Seruatore.* Gal. *Conseruateur, gardien, garde.* Hisp. *Guardador.*} Cic.pro Sest. Optimatum principes, autores, & conseruatores ciuitatis. Idem Antequam iret in exilium, Vtrum vt custos actipiar, an vt proditor excludarisi vt conseruator, vestra erit ignominia: si vt appugnator, præcisa erunt omnia.

Conseruatrix,cis, σωτήρια. Cic.4. de Finibus, Omnis natura vult esse conseruatrix sui, vt & salua sit, & in genere conseruetur suo.

Conseruatio, onis. {συντήρησις, σωτηρία. Ital. *Conseruatione.* Gal. *Conseruation.* Hisp. *Aquella guarda.*} Cic.1.Offic. Etsi attentos animos ad decori conseruationem tenebimus.

Conseruus,ui, Qui cum alio eidem domino seruit. {συνδοῦλος. Ital. *conseruo.* Gal. *Seruiteur auec autre ou autres, compaignon de seruage.* Hisp. *Sierno con otro.*} Terent. Adelph. Conseruis ad eundem illis præcipio modum. Cicer.ad Cass. O' rem miseram! dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus.

Conserua,æ. {συνδοῦλη. Ital. *Compagna à seruire con altre.* Gal. *Compaigne de seruage.* Hisp. *Sierna con otras.*} Terent. Eunuc. Summa forma semper conseruam domi videbit. Varr.2. de Re rustic. Conseruabus. Scæuola in l. prædia.2.§.j.ff. de Instru.

Conseruitium,tij. συνδουλία, ὁμοδουλία. Plautus Capt. Pérq; conseruitium commune, quod hostica euenit manu.

Consessus, Vide CONSIDEO.

Consideo,es,ante penult.corr. Significat simul sedeo. {συνεδρεύω. Ital. *Sedere insieme.* Gal. *Estre assis auec ou pres d'autres.* Hispan. *Assentarse en vno.*} Cic.in Bru. In pratulo propter Platonis statuam consedimus. ¶ Aliquando significat manere. Cic.de Fin. Cuius in mente consedit iustitia. ¶ Aliquando rei humilitatem habet, & quasi denegatam altius euolandi facultatem. Cic. Consedit vtriusq; nomen in Quæstura. ¶ Aliquando ponitur pro conquiescere: vt Considere in otio. ¶ Aliquando pro sedari. Liu. Vbi ira consedit. ¶ Aliquando pro commorari, vel consistere. Cic. Philip.5, Martiam legionem Albæ consedisse sciebat.

Consessor,oris, Qui vnà cum alio sedet. {συνεδρεύων, συνεδρεύτης. Ital. *Assentato con alcuno.* Gal. *Assis auec ou pres d'vn autre.* Hisp. *El que assienta con otro.*} Cicero ad Attic. lib.1, Præclarum spectaculum mihi propono, modò te consessore spectare liceat.

Consessus, Non est consessio, sed homines in vno loco sedentes. {συνεδρίον. Ital. *Gente assentata insieme.* Gal. *Assemblée de gens assis.* Hisp. *Assentados juntamente.*} sicut Conuentus, non est conuentio, sed homines qui in vnum locum conueniunt. Cic. de Senect. Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex eis quendam, Atheniensis sciræ quæ recta essent, facere nolle.

Considero,as,are. Dispicio, iudico cogito: à sideram contemplatione, vt Festo placet, dictum. {σκέπτομαι. Ital. *Considerare.* Gal. *Considerer.* Hispa. *Considerar.*} Cic. Terentiæ, Reliquum est, quod ipsæ optimè considerabitis, vestræ similes fœminæ sint'ne Romæ. Terentius Heautont. Et quum egomet nunc mecum in animo vitam tuam considero.

Consideratus,participium. Cic. {διαλογισθείς. Ital. *Considerato.* Gal. *Considéré.* Hisp. *Considerado.*} de Arusp.resp. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum, ac multò antè meditatum.

Consideratus, nomen: vt, Consideratus homo, Qui agenda considerat, non qui consideratur. {σκεπτικὸς ἀνήρ. Ital. *Che riguarda bene à quello che fa, accorto, bene auertito.* Gal. *Vn homme bien-auisé, & bien-conseillé, qui prend fort garde à ce qu'il fait, accort.* Hisp. *El que mucho considera & mira lo que haze.*} Cic.pro Cecin. Verùm & illud consideratè hominis esse putauit. Idem pro Quintio, C. Quintius fuit P. Quintij huius frater, sanè exterarum rerum paterfamiliàs & prudens & attentus, vna in re paulò minùs consideratus, qui, &c.

Conside

Consideratio, onis. Ital. *Consideratione, auisamento.* Gal. *Consideration, aduisement.* Hisp. *Consideracion.* ¶ Cic. 4. Acad. Cõsideratio contemplatiõq; naturæ est animorũ ingeniorumq; naturale quoddam quasi pabulum.

Considerantia, æ. Idem, σκέψις, Cicer. ad Quint. frat. lib. 3. Cuius in hoc vno considerantia est, ego sustinebo vt potero.

Considerate, aduerb. ¶ *Μετὰ πολλῆς σκέψεως.* Ital. *Con molta consideratione, pensatamente.* Gal. *Considerement, prudemment, ou auec grand' consideration.* Hisp. *Consideradamente.* ¶ Cic. pro Quintio. Prætores vt considerate fieret compararunt. Ibidem. Quid feci non consideratissimè?

Consido, dis, consedi, consessum. Simul assido. ¶ *συνεδρεύω.* Ital. *Fermarsi in viaggio.* Gal. *S'asseoir, s'effasseir.* Hisp. *Assentarse en camino.* ¶ differtque à Considco, quòd illud quietem, Consido motum afferat. Colum. lib. 8, Neque aut recumbat, aut considat. Plin. lib. 24. cap. 10, Iterúmque adiecta largiore teritur, & dum considat relinquitur. Liu. 1. ab Vrbe, Deductus in arcem, in lapide ad meridiem versus consedit. Cice. ad Atti. lib. 5, Antequam alio loco consedero, neque longas à me, neque semper mea manu literas expectabis. ¶ Accipitur interdum Considere pro eo quod est sedes aliquo in loco figere. Virgil. lib. 1. Aenei. Vultis & his mecum patiter considere regnis? ¶ Interdum idem quod desidere, vel dehiscere. Liu. 3. bell. Maced. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit.

Considitur, impersonale. Cicero 3. de Oratore. Quum placuisset idem cæteris in syluam venitur, & ibi magna cum audiendi expectatione considitur.

Consignare, Est eiusdem penè significationis cum suo simplici, hoc est Signo notare, vel signum rei alicui clausæ imprimere. ¶ *σημειῶσαι, σφραγίζω.* Ital. *Sugellare, marquare, segnare, imprimere.* Gal. *Marquer d'vn sceau, seeller, empraindre.* Hisp. *Señalar, sellar, confirmar.* ¶ Sic propriè dicimus Consignare epistolas, quum illis cõplicatis anulum nostrum imprimimus. Plaut. in Cure. Eamus intrò, vt tabulas consignemus. Idem Trin. Epistolas duas, eas nos consignemus, quasi fiat à parte. ¶ Consignare pecuniã inter aliquos, est deponere. Suet. in Claud. Quam quum cõperisset super probra & flagitia, C. etiam Silio nupsisse, dote inter aruspices consignata, supplicio affecit.

Consignatus, particip. ¶ *σφραγισμένος.* Ital. *Marcato, segnato.* Gal. *Marqué, seellé, empraint.* Hisp. *Señalado, sellado.* ¶ Laudatio alicuius consignata creta, Cice. pro Flacco.

Consignatio, verbale, Sigilli impressio. ¶ *σφράγισμα.* Ital. *Sigillamento.* Gal. *Signature.* Hisp. *Selladura.* ¶ Consignationes item dicuntur quas vocamus documenta, vel chirographa. Quint. lib. 12. cap. 8, Promittit enim litigator omnia, testem, populum, paratissimas consignationes.

Consilco, es, ere, pro conticere posuit Ennius, Festus. *ἡσυχάζω.* Ital. *Tacere.* Gal. *Se taire, ne dire mot, ne faire aucun bruit.* Hisp. *Callar.*

Consilesco, is. Gell. lib. 12. cap. 1, Omnisque impatientissimæ solicitudinis strepitus consilescit.

Consiligo, inis, Herba est, teste Ruellio, quæ à Gallis *Pomelos*, quasi Pulmonea vocatur, ab herbariis *Pata leonis.* Διόσκορον Dioscoridi. Consiliginis autem nomen à rusticis ei creditur inditum, quòd in aruis inter siliginem frequentissimè inueniatur. Vide Plin. lib. 25. ca. 8, & Ruellium lib. 2. cap. 134.

CONSILINVM, Apuliæ oppidum est, teste Mela libr. 2. non procul à Tarento.

Consilio, is, lui, vel liui, consultum, Simul salio. ¶ *συνάλλομαι.* Ital. *Assalire alcuno, correre all' vno.* Gal. *Assaillir quelqu'vn, & se ruer sur luy, & luy courir sus.* Hisp. *Saltar sobre alguno, acometer con impetu.* ¶ Idem fere quod insilire & insultare. Tacit. lib. 3. Paucæ huius ipsius exercitus rurmę profligauere sequanos quanto pecunia ditiores, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Aeduos euincite, & fugientibus cõsulite. Idem lib. 5. Igitur Sinnaces patrem Abdagasem ahósque occultos consilit.

Consilium, definitore Cice. lib. 1. de Inuent. Aliquid faciendi, non faciendive ratio excogitata. ¶ *βουλή, βούλευμα.* Ital. *Consiglio.* Gal. *Conseil, auis.* Hisp. *Consejo ò consultacion.* ¶ Cice. Terentiæ, Vestrum iam consilium est, non solùm meum, quid sit vobis faciendum. Idem Attic. lib. 16, Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiã dixit esse. ¶ Quandoque sumitur pro iudicibus deputatis. Cice. pro Roscio, Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc consilium delecti estis propter securitatem. Et infrà, Dij prohibeant Iudices, vt hoc, quod maiores consilium publicum vocari voluerunt, præsidium sectorum existimetur. ¶ Dictum à Con. & Sileo, (vt quidam volunt) quòd vno consilente cæteri consileant. Siue (vt alij malunt) à Con. & Salio, eò quòd in vnam sententiam plurium mentes consiliant, & conueniant. Vt enim Exilium ab Exilio, ita Consilium à consilio descendit. Non desunt tamen qui pro consiliorum Consessu, siue iudicibus depuratis, Concilium per secundam consonantem scribendum præcipiant, & à conciendo, siue concalando hoc est conuocando, dictum velint. ¶ Consilium dare, est suadere. *συμβουλεύειν.* Quint. Quum Ciceroni dabimus consilium, vt Antonium roget.

Consiliosus, à Catone dictum, teste Gellio, lib. 4. cap. 2, pro sapiente, quique sanis consiliis abundat.

Consilio, as, Consulo, delibero, vel cõsulto. ¶ *βουλεύομαι.* Ital. *Dare ò dimandare consiglio.* Gal. *Conseiller, conseiller ou demander conseil.* Hisp. *Dar ò demandar consejo.* ¶ Consilium dare vel petere. Hirtius Cicer. in Epist. ad Atticum lib. 15. Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione vehementer expecto. Horat. Odis. 3. Tacitus lib. 18, Et rediere Bononiam omnes simul consiliaturi.

Consiliator, Dicitur qui alicui dat consilium. ¶ *βουλεύτης* Ital. *consigliero.* Gal. *conseiller.* Hisp. *Consejero.* ¶ Plin. in Epist. Ille ingerendis meis honoribus consiliator & rector.

Cõsiliarius, Qui ab aliquo in consilium adhibetur. ¶ *βουλευτὴς, σύμβουλος.* Ital. *Consigliere.* Gal. *Conseiller.* Hisp. *Consejero.* ¶ Cic 3. de legib. Augur meminisse debet, Ioui Opti. Maxi. se consiliarium, & administrum datũ. Idem 4. in Verr. interea amici & consiliarij eius molestè ferre cœperũt Heraclium profugisse.

Consiliarius, a, um, adiectiuum. Plaut. in Epid. Iam Senatum conuocabo in corde consiliarium.

Consulo, is, consului, consultum, penul. corr. cum accusatiuo, Consilium peto: ¶ *συμβουλεύομαι.* Ital. *Dimandare consiglio.* Gal. *Demander conseil.* Hisp. *Demandar consejo.* ¶ vt Consului doctos, id est à doctis consilium petij. Quintil. Ego aures consulentes meas. ¶ Inuenitur etiam apud vetustissimos in hac significatione habere duos accusatiuos. Ibo & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant. ¶ Consulo autem cum genitiuo Aequi vel boni, significat in meliorẽ partem interpretari. ¶ Ital. *Pigliare in buona parte.* Gal. *Prendre en la bonne part.* Hisp. *Tomar en buena parte.* ¶ Pli. lib. 33, Quærebat argentum auaritia, boni cõsuluit (*εὐδοκίμησεν*) interim inuenisse minium, rubentisq; terræ excogitauit vsum. ¶ Cum datiuo neutrum est, & significat consilium do. ¶ *βουλεύω.* Ital. *Dare consiglio.* Gal. *Donner conseil.* Hisp. *Dar consejo.* ¶ vt Medicus consuluit mihi. ¶ Interdum Prouideo, prospicio, & præsidium fero. *προνοέομαι.* sed hoc sæpius in rebus inanimatis fit: vt Consule honori tuo, Consule rebus tuis. Consule saluti tuæ, id est prouide. ¶ Interdum etiam de rebus animatis. Cice. Treb. Consuli quidem te à Cæsare scribis. sed ego tibi ab illo consuli mallem: hoc est mallem quòd Cæsar prouideret tibi, quàm te interrogaret. ¶ Aliquando post datiuum iungimus accusatiuum: vt Consulo tibi commodum tuum: hoc est do tibi consilium, quod sit futurum commodum. *συμβουλεύω.* ¶ Quandoque accusatiuũ cum In, pro Contra. *βουλεύομαι.* Terentius. Pessimè istuc in te, atque illum consulis. ¶ Interdum est deliberare, sed in plurali tantum & absolutè: vt Consulunt Senatores, id est deliberant. *βουλεύονται.* Cæsar 7. bel. Gal. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant consulunt. Et grauiter de se consulere, est aliquod perniciosum sibi consilium capere, quod aut vitæ, aut fortunis detrimenti aliquid afferat. Vnde de illis propriè dicitur, qui sibi manus inferunt. Liuius. Vt quicquam de se grauius consulerent, conscientia impulerat *κακῶς τι περὶ σωτηρίας βουλεύεσθαι, ἀβούλητον καὶ ἀνόητον ἀμάρτημα.*

Consulor, eris, passiuum, *βουλεύομαι*: vt Consulor de hac re id est consilium à me petitur. Cicero 5. in Verrem. Quàm inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuili consuli solent. Senatus nihil consulitur, Cicero Octauio.

Consul, is, ¶ *ὕπατος, στρατηγός*, Plutarcho. Ital. *Consolo: Fra quello il primo magistrato di Roma.* Gal. *Consul, qui est le plus grand magistrat ordinaire qu'eussent les Rommains.* Hisp. *El consul.* ¶ Summum erat apud Romanos dignitatis fastigium, post exactos reges à Iunio Bruto primum introductum ducentesimo quadragesimo quarto ab Vrbe condita anno. Dicti autem sunt Consules à Consulendo, siue quòd Reipublicæ consulerent, siue quòd à ciuibus consulebantur. De eorum officio, vide Festum de Romanis Magistratibus. Cicero in Piso. Animo Consulem esse oportet, consilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto denique munere Consulatus, omni officio. ¶ Proconsul, qui cum potestate extraordinaria ad aliquam prouinciam Consulatem administrandam mittitur. *ἀνθύπατος.*

Consularis Vir, qui Consulatum gessit, quemadmodum Prætorius, qui iam Prætoram gessit. *στρατηγικός.* Cice. Lentu. Qu. Maximo, qui filiũ Consularem amisit. ¶ Consularis ætas, in qua Consulem esse licebat: quæ erat annorum trium & quadraginta. Cice. 5. Philip. Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res magnas gerere cœpisset, nónne in tertio & tricesimo anno mortem obiit: quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quàm Consularis?

Consulariter, aduerbium. Liuius 4. ab Vrbe, Quinque consulatus eodem tenore gesti, vitáque omnis consulariter acta.

Consulatus, us, Officiũ vel dignitas, siue tempus quo Consul in Officio est. ¶ *ὑπατεία.* Ital. *Consolato, vffitio de consolo.* Gal. *Consulat, vffice de consul.* Hisp. *El consulado, dignidad de consul.* ¶ Plin. lib. 14. cap. 15, Epulo verò in tertio Consulatu suo Falernum, Chium, &c. Cice. pro Muræ. Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ: sic vt ei iam exploratus & domi conditus Consulatus videretur. De Catilina.

Consulto, as, Delibero. ¶ *βουλεύομαι.* Ital. *Consultare deliberare.* Gal. *Consulter, deliberer, faire consultation.* Hisp. *Deliberar, consultar.* ¶ Cice. 2. Offic. In quibus deliberare homines, & consultare de officio solent. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, Reipublicæ consultabant.

Consultatio, verbale, *βούλευσις* Terent. Nulla tibi Pamphile hîc iam consultatio est. Cic. 3. Offic. Sapientem & bonum virum fingimus, de eius deliberatione & consultatione quærimus.

Consultus, Quando participiũ est, significat eum qui cõsulitur, hoc est à quo consiliũ petitur: *συμβουλος*: vt Medicus consultus dixit te febri laborare. Cice. pro Mil. Nihil de eius morte populus consultus. Quandoq; nomen est, & ponitur pro prudẽti & sapienti. *σοφός.* Ouid. lib. 1. de Arte aman. Sit tibi credibilis sermo, consultáque verba. id est prudentiæ ac sapientiæ plena. Est autem nomen duobus modis, scilicet quum per se ponitur. Horat. -eris tu qui modò miles, Mercator: tu consultus modò, rusticus. vel quando habet genitiuum. Liu. lib. 10, Callidos, solertésque iuris, atque eloquentiæ consultos. ¶ Hinc dicimus Consultus iuris, & Iuris consultior, & consultissimus. *ἐμπειρότατος τῶν νόμων.* Idem lib. 1. Consultissimus iuris, vt illa quisquam ætate esse poterat. ¶ Sic Inconsultus habet tam significationem participij, quàm nominis: non tamen dici potest participium, quod non habeat verbi originem.

Consultum in neutro genere, Idem est quòd statutum, siue decretum. *συμβούλευμα.* Hinc dicimus Senatusconsultum, pro eo quod Senatus decreuit. Horat. in Epist. Qui consulta patrum, qui leges, iuráq; seruat. ¶ Dicimus etiam, Opus est cõsulto: hoc est opus est consulere, vt illud Salustij, Nam & priusquam incipias, consulto: & postquam consulueris, maturè facto opus est: id est consulere, siue vt consulas.

Consultor, oris, Qui alium consulit, id est qui consiliũ ab aliis inquirit. ¶ *ὁ συμβουλευόμενος.* Ital. *Chi dimanda consiglio.* Gal. *Qui de mande conseil.* Hisp. *El que demanda consejo.* ¶ Cice. pro Corne. Balbo, Etenim si Qu. Scæuola ille Augur, quum de iure Prætorio consuleretur iureconsultissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Camillum reiiciebat. Idem pro Muræna, Vigilas tu de nocte vt consultoribus tuis respondeas. ¶ Accipitur quandoque pro eo qui alij consulit. ¶ *σύμβουλος, βουλεύτης.* Ital. *Consultore, consigliere.* Gal. *Conseiller, qui donne conseil.* Hispa. *Consejero.* ¶ vt apud Salustium in Iugurt. Simul ab eo petit, vt fautor, consultórque filij adsit. Est in illo versu prouerbiali, Consilium

malum consultori pessimum est.

Consultrix, tricis, generis, ... Cicer. 2. de Nat. deor. Ipsius verò mundi, qui omnia complexu suo coercet & continet, natura non artificiosa solum, sed plane artifex, ab eodem Zenone dicitur consultrix, & providentissima rerum & opportunitatumque omnium.

Consultorius hostia, Erat qua divina voluntas per exta disquirebatur. ... De hac Virgil ... sectas de more bidentes. ¶ Duo enim hostiarum genera à Macrobio enumerantur: quarum altera Animalis vocatur, quum ideircò solùm hostia mactabatur, vt eius anima, hoc est sanguis & vita, Deo alicui offerretur: altera Consultoria, cuius exta ab Aruspice inspici insolent, & deum voluntas ex illis explorari.

Consulté, aduerbium, Prudenter. ... Ital. *Prudentemente, accortamente, sauiamente.* Gal. *Prudemment, sagement, auisément.* Hisp. *Aderede y à sabiendas.* } Plaut. Rud. Ille qui consulté, docte atque astutè cauet.

Consultò, aduerbium, Deliberatè. ... Ital. *Fatto à studio con animo deliberato.* Gal. *De fait à pense, de propos deliberé.* Hisp. *Aderede y à sabiendas.* } Plautus Pœn. Consultò hoc factum est, mihi vt insidiæ fierent. ¶ Consulta opera, pro Consultò dixit Gellius lib. 6. cap. 17. Non sponte, neque consulta opera. Cicer. 1. de Legi. Itaque ad hominũ commoditates & vsus tãtam rerum vbertatem natura largita est, vt ea quæ gignuntur, donata consultò nobis, non fortuitò nata videantur.

Consimilis, le, Idem quod similis. ... Ital. *Simile.* Gal. *De tout semblable fort ressemblant.* Hisp. *Semejante.* } cuius contraria sunt Dissimilis & Absimilis. Plaut. Amph. Ain' tu alterum te reperisse cõsimilem Sosiam domi? Terent. Eunuch. -& quia consimilem luserat Iam olim ille ludum. Cicer. 2. Philip. Quòd quum rem gessissem, consimilem rebus iis quas ipse gesseram, me potissimum, &c.

Consisto, is, constiti, Propriè esse iter incœptum mora interrumpere: & intransitiuè ponitur. ... Ital. *Fermarsi.* Gal. *S'arrester, demeurer, se pourpenser, se reposer.* Hisp. *Estar juntamente.* } Terentius, Otiosè nunc iam ilicò hic consiste. Vbi Donatus, Consistere, est audacter, & constanter stare. Sic Consistere in anchoris, vel ad anchoram apud Cæsarẽ. ¶ Sed transfertur: vt Consistere in sententia. Cicer. ad Quint. frat. 2, Tantus clamor à nobis (placuerat enim referre gratiam) vt neque mente, neq; lingua, neque oratione consisteret. Cato de Re rusti. cap. 126, Et si alnus non consistet, id est non desinat fluere. Varro, Vt si pluerit, aqua non consistat. ¶ Dicimus item, Salutem nostram aut spem in hoc aut illo consistere, hoc est ab illo pendere, & sine eo nullam esse. Cicer. pro Marcello, Salus Reipublicæ in mortalis vnius anima consistit. Idem 5. Philip. Quum in eo salus & vita optimi cuiusque, & libertas populi Romani, dignitásque consisteret. ¶ Consistimus quoque, quum recuperatis viribus firmiores incipimus esse, & validiores, ita vt sine vlla corporis imbecillitate possimus ingredi. Cicer. Famil. 7, In eas herbas quum incidissem in cœna augurali apud Lentulum, ranta me ... arripuit, vt hodie primùm videar consistere. Virgilius pro erigor posuit, Constitit in digitos.

Consobrini, Qui ex duabus sororibus sunt editi, quasi Consororini. ... Ital. *Cugini, filigioli di due sorelle germani.* Gal. *Cousins germains, enfans de deux sœurs.* Hisp. *Primos hijos de hermanas.* } Patrueles autẽ, qui ex duobus fratribus à Græcis dicuntur ... vel etiam ... Amitini, qui ex sorore & fratre propagantur. Sed ferè vulgus omnes istos communi appellatione Consobrinos vocat: quemadmodum & eos qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis propagantur, vel amitinis. Cicero ad Cœlium lib. 2. Nam quòd ad me Curius consobrinus tuus, vt scis, mihi maximè necessarius. Terent. Hec. -cedo quid reliquit Phania Consobrinus noster?

Consobrina, æ, Materteræ meæ filia. ... Ital. *Cugina germana.* Gal. *Cousine germaine* Hisp. *Prima hija de hermanas.* } Cic. pro Quint. Quintij consobrinam habet in matrimonio.

Consocer, ri, ... Consoceri dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Sueto. in Claudio, Appium Syllanum consocerum suum crimine incerto, nec data defensione, occidit.

Consocio, as, are, Societatem ineo, communico, coniungo. ... Ital. *Accompagnare.* Gal. *Associer, allier, & conjoindre ensemble.* Hisp. *Encompañar.* } Plaut. Rudi. Vel consociare mihi quidem tecum licet: Aequas habemus partes. Liu. 8. ab Vrbe, Sed quod tædio Imperij Romani cum Gallis gente efferata arma quondam consociassent.

Consociatus, participium. ... Ital. *Accompagnato, cioe à fatto liga.* Gal. *Associé, allié.* Hisp. *Encompañado.* } Cicer. in Parad. Qui videt domi tuæ pariter aceusatorum atque iudicum consociatos greges, qui nocentes & pecuniosos reos, &c.

Consociatio, verbale. ... Ital. *Accompagnamento.* Gal. *Accompagnement, association.* Hisp. *Compañia con otro.* } Cic. 1. Offic. Sequemurque & id quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accommodatum est.

Consolido as, are, Redintegrare, & in vnum congerere, quod prius ruptum aut diuisum fuerat. ... Ital. *Saldare, rassodare, far massiccio, rendere.* Gal. *Faire solide & massif, conjoindre ce qui estoit dissoult, reunir.* Hisp. *Soldar, ayuntar y fortalecer.* } ¶ Rationes consolidatæ, Cic. ad Ruffum li. 5, Illud quidem certè factum est quod lex iubebat, vt apud duas ciuitates rationes confectas & consolidatas deponeremus. ¶ Vsusfructus consolidatus, id est confirmatus. Vlpianus, Idem Neratius. ff. de Vsufructu accrescen. Nec nouum: nam & si duobus vsusfructus legetur, & apud alterum sit consolidatus, ius accrescendi non perit: nec ei apud quem consolidatus est, nec ab eo: & ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem & nunc amittit.

Consolidatio, onis, verbale, cuius proprium significationem dignosces ex §. Item finitur. Instit. de Vsufructu.

Consolor, pen. prod. Solatium præsto, dolorem minuo, mœrorem leuo, siue id re fiat, siue verbis. ... Ital. *Consolare.* Gal. *Consoler.* Hisp. *Consolar.* } Cicer. Marcel. lib. 4, Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quàm consolari dolorem. Cic. Sulp. Dices, Quid me istatres consolatur in tantis tenebris, & quasi perpetuis Reipublicæ? ¶ Ingenitur & in significatione passiua Asinius, Sed quum ob ea quæ speraueram, dolebam, consolabar ob ea quæ timui.

Consolo actiuum apud Varronem in Oedipo Thyestæ. Per idem tempus Oedibus Athenas exul venire dicebatur qui consolaret.

Consolabilis, le. ... Ital. *Che si può acchettare con la consolatione & conforto.* Gal. *Qu'on peut apaiser par consolation, aisé à apaiser.* Hisp. *Cosa que recibe consolacion.* } Cicer. ad Sulpi. Est omnino vix consolabilis dolor, tanta est omnium rerum amissio. ...

Consolatorius, a, um, Quod consolatur: vt Epistola consolatoria. ... Ital. *Cosa che consola.* Gal. *Consolatoire, qui console.* Hisp. *Cosa consoladora.* } Cic. Attic. lib. 13. A Cæsare literas accepi consolatorias.

Consolator, toris. ... Ital. *Confortatore, consolatore.* Gal. *Consolateur, qui console.* Hisp. *Consolador.* } Cic. 3. Tusc. Consolatores ipsos confiteri se miseros, quum ad eos impetum suum fortuna conuerterit.

Consolatio, onis, Leuamen, leuatio, doloris confirmatio. ... Ital. *Consolatione.* Gal. *Consolation, reconfort.* Hisp. *Consolacion.* } Cic. pro Milo. Nunc me vna consolatio sustentat. Idem de Clar. Orat. Ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute, adhibuisti suauissimis literis.

Consolabundus, Agens consolatorem, consolatoris officio fungens. ...

Consomnio, as, ... Ital. *Sognare.* Gal. *Songer & resuasser en son esprit en dormant.* Hisp. *Soñar.* } Plaut. Mostel. Quid is cõsomniauit? TR. Ego dicam tibi.

Consono, pen. corr. Simul sono. ... Ital. *Consonare, suonare insieme.* Gal. *Retentir, resonner.* Hisp. *Consonar.* } Varro de apibus. Quum iam euolaturæ sunt, aut etiam incœperunt, consonat vehementer, perinde vt milites faciunt, quum castra mouent. Plaut. Amph. Postquam id actum est, rubæ vtrinq; canũt, contrà Consonant terra clamorem vtrinq; efferunt. Virg. 5. Aen. Tum plausu, fremitúque virũm, stupefactaque fanetrã Consonat omne nemus. ¶ Consonare sibi, pro cõstare. Sen. Epist. 31, Vt perfecta virtus sit, æqualitas ac tenor vitæ per omnia cõsonãs sibi.

Consonans, nomen adiect. ex partic. ... Cic. in Partit. Atq; etiam est hæc distinctio in verbis: altera natura, tractatione altera. Natura, vt sint alia consonantiora, grauiora, &c. ¶ Consonantes literæ à Grammaticis dicuntur, quòd cum vocalibus, non per se sonent, ...

Consonus, a, um, ... Ital. *Conuenevole, accordante.* Gal. *Accordant & son, concordant, conuenable.* Hisp. *Cosa que suena bien con otra.* } Sil. lib. 15, Armorúmque habitus noti, & vox consona linguæ. Cic. Attic. lib. 4, Ctedo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.

Consonantia, tiæ, Vocum concordantia, quæ ... Græcè dicitur.

Consopio, pis, pire, In somnum inducere. ... Ital. *Indurre in sonno.* Gal. *Faire endormir, endormir quelqu'vn.* Hisp. *Adormecer.* } Cic. 1. Tusc. Num igitur cum curare censes, quum luna laboret, à qua consopitus putatur, vt cum dormientem oscularetur? Ibidem. Quid melius nuàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conninentem somno consopiri sempiterno?

CONSORANNI, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, vt scribit Plin. in descriptione Aquitaniæ lib. 4.

Consors, tis, Eiusdem sortis, id est conditionis & sortunæ, & qualitatis in omni re, & negotio. ... Ital. *Di vna istessa sorte & conditione* Gal. *D'vn mesme sort, compaignon & participant en quelque chose.* Hisp. *Compañero de igual suerte.* } Sappho ad Phaonẽ, Non tantum Alcæus consors patriæq; lyræque Laudis habet. Cic. 5. Verr. Sostratus & Numenius, & Nymphodorus eiusdẽ ciuitatis, quũ ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, &c. ¶ Cõsors, particeps: vt, Consors consilij publici. Plin. Epist. 167. Generis consortes, id est consanguinei, & propinqui. Ouid. Epist. 3. Socius & consors laboris. Cic. de clar. Orat. Thalami cõsors, ... Ouid. 10. Meta. -thalami consorte carebat. ¶ Consortem Propertius posuit pro simili, quum inquit, Tu qui consortem properas euadere casum.

Consortium, tij. Societas. ... Ital. *Consortio, compagnia.* Gal. *Compagnée, association, communauté.* Hisp. *Tal compañia.* } Papinius l. Si inter fratres. §. idem Papin. ff. pro socio. Si inter fratres volũtarium consortium initum fuerit, &c.

Consortio, onis. Liu. lib. 6, Quænam ista societas, quænam consortio est. Cic. 3. Offic. Dissoluatur necesse est omnis humana consortio.

Conspergo, gis, Aspergo. ... Ital. *Spargere.* Gal. *Arrouser, espandre ou espardre.* Hisp. *Esparzir ò derramar.* } Plaut. Curc. Vbi vino has cõspersi fores. Luer. lib. 2, Tempora conspergunt viridantes floribus herbæ.

Conspersus, partic. ... Ital. *Sparso, seminato.* Gal. *Arrousé, sur qui quelque chose est espandue ou esparse.* Hisp. *Esparzido ò derramado.* } Cicer. 3. de Orato. Vt porrò conspersa sit quasi verborum sententiarũmque floribus, id non debet esse fusum æqualiter, &c. Conspersum stellis caput. Cic. 2. de Natu. deor.

Conspicio, is, pen. cor. Video, cerno. ... Ital. *Guardare, mirare.* Gal. *Regarder & considerer, auiser & prendre garde.* Hisp. *Ver y mirar.* } Plaut. in Amphi. Qui ipsius equidem nunc primùm istanc tecum conspicio simul. ¶ Dicitur & de mẽte. Cicer. pro Corn. Bal. Vt conspiciatis eũ mentibus, quẽ oculis nõ potestis. ¶ Conspicere pro attendere. Cicer. pro Mur. Nõ debes M. Cato arripere maledictũ ex triuio, aut ex scurrarũ aliquo conuitio, neq; temere Consulẽ pop. Rom. saltatorẽ vocare, sed cõspicere quibus præterea vitiis affectũ esse necesse sit eum, cui verè illud obiici possit. Conspicere sibi, quæ sint in rem suam, Plaut. Trin.

Conspicior, eris, passiuum. Cicer. in Catil. Carere me aspectu ciuiũ, quàm infestis oculis omnium conspici mallem.

Conspectus, nomen ex partici. ... Ital. *Veduto.* Gal. *Veu, & regardé.* Hisp. *Mirado.* } Liu. 2. bell. Pun. Plebeium Consulem suæ plebs persecuta, turba, quàm dignitate, conspectior.

Conspiciendus, a, um, Dignus qui cõspiciatur, illustris, insignis. ... Ital. *Degno da essere veduto.* Gal. *Digne d'estre regardé & veu.* Hisp. *Digno de ser mirado.* } Autor ad Heren. lib. 1, In gestu nec venustas conspicienda, nec turpitudo fit, ne aut histriones aut operarij videamur esse. Tibul. lib. 1. Eleg. 2, Insideat celeri conspiciendus equo.

Conspectus, Pro aspectu. ... Ital. *Riguardo.* Gal. *Regard, veut.* Hisp. *Mirada, acatamento commun de todos.* } Virg. 1. Aen. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti.

Conspicuus, a, um, à Cõspicio, sicut Perspicuus, à Perspicio, Modò significat

Etar sagarem, perspicacem, acutum. {ἀγχίφρων. Ital. *Sagace, sobrillo, accorto.* Gal. *Sage, prudent, accort.* Hisp. *Sabio, prudente y astuto.* } Quintilianus, Consitutus, sagax, callidus. ¶ Modò clarum, & qui ab omnibus conspicitur. {σαφὴς. Ital. *Chiaro, manifesto.* Gal. *Clair, manifeste.* Hisp. *Claro y manifesto.* } Vnde Martialis, Conspicuum amphitheatrum appellat, li. 1, Hic vbi cõspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles. ¶ Conspicuus homo, qui in re omnium oculos conuertit. Liu. 1. ab Vrbe, Iam & Gallorum conspicuum eum nouitas diuitiæque faciebant.

Conspicor, aris, à præpositione Con, & antiquo verbo Specio, idẽ quod conspicere. {ἰδεῖν, ὁρᾶν. Ital. *Vedere.* Gal. *Voir & apercevoir.* Hisp. *Mirar y acatar.* } Terent. Eunu. Cur ego te in his conspicor regionibus? Cæsar 2. bel. Ciuil. Hanc conspicatæ naues, sublatis anchoris sequi cœperunt. ¶ Sic etiam Despicor pro Despicio. Vtrunque autem corripit penultimam, vnde clarum est, quàm pueriliter deliret qui aut à spica, aut à spiculis deriuati putant, quæ spi, syllabam producunt.

Conspicillum, Dicitur vnde clanculum conspicere possis. {ὀπτήριον. Ital. *Luoco da riguardare ò spiare, una veletta, occhiale.* Gal. *Vne guette, vn lieu dont on regarde & espie, vne fenestrelle ou des lunettes.* Hisp. *Lugar de donde podemos mirar, miradero, ò los antojos con que miramos.* } Plaut. In cõspicilio asseruabam. ¶ Item quod oculis adhibemus vt melius intuẽamur, vulgò *Ocularia* dicuntur. Idem, Cedo vitrum necesse est conspicillo vti. Sunt qui vtrobique legant Conspicillum.

Conspicillo, onis, {κατοπτήρ, ἐγκατοπτήρ. Ital. *Spione.* Gal. *Espieur, guetteur.* Hisp. *Atalayador ò mirador.*

Conspiro, tas, pen. prod. Simul spiro, conflo. {συμπνέω. Ital. *Spirare insieme.* Gal. *Souffler ensemble.* Hisp. *Soplar juntamente.* } Colu. lib. 4, Cælestes admittant imbres, eósque alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret. ¶ Per translationẽ sumitur pro consentio, siue communi animo aliquid aggredior. {ξυμβαίνω. Ital. *Congiurare, essere di accordo, fare assembramento per qualche cosa buona ò trista.* Gal. *Conjurer, faire vn complot, s'vnir & aller ensemble pour faire quelque chose, soit bien ou mal.* Hisp. *Conspirar y conjurar en vno.* } Cicer. contra Rullum, Consentite nobiscum, conspirate cum bonis. Plin. in Epistol. Proinde conspirate, consentite, maiorémque animum ex meo sumite. Colum. lib. 12, Nihil erat quod aut maritus aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab vtroque. ¶ Accipitur item Conspirare in deteriorem partem pro coniurare, & (vt Cicero loquitur) coire. συνιστάναι. ¶ Conspirare quoque ponitur pro conuoluere. {ἑλικοειδεῖν. Ital. *Auolgersi in pia cerchi come le biscie.* Gal. *Faire la roue, se tourner en rond, s'entortiller comme vn serpent.* Hisp. *Hazer cercos y roscas como las culebras.* } dictum à spiris, quæ sunt reuolutiones, siue circuli, qui in seipsos recurrunt. Vnde non inelegãter, Conspirare serpentes dicimus, quum se in orbem conuoluunt. Plin. de Viris illustri. Anguis è sedibus eius elapsus, venerabilis, non horribilis, per mediam vrbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorũ pertexit, & se in Volumnij tabernaculo conspirauit.

Conspiratio, Pro concordia & consensu. {ὁμόνοια. Ital. *Conspiratione à compagnia coniurata.* Gal. *Conspiration, vnion & complot de plusieurs ensemble.* Hisp. *Conjuracion, ò tal compañia.* } Cic. lib. 2. Offic. Magnas vtilitates adipiscimur conspiratione hominum, atque consensu. Et pro Domo sua. Hanc nostram conspirationem in Repub. bene gerẽda certi homines fictis sermonibus diremerunt. ¶ Conspiratio, pro coniuratione. συνωμοσία. Cicer. pro Deiot. Conspiratio certorum hominum contra dignitatẽ tuam.

Conspiratus, us, quo Gellius vtitur lib. 1. cap. 11.

Conspirati, orum, Qui conspirauerunt, & coniurauerunt. {οἱ συνόμοσαντες. Ital. *Congiurati.* Gal. *Ceux qui ont conjuré & conspiré contre quelqu'vn.* Hisp. *Los que conjuran ò contra alguno.* } Sueto. in Cæsa. cap. 82, Assidentem conspirati specie officij circumsteterunt. ¶ Conspiratæ res, quæ velut conflatæ sunt in vnum corpus. Senec. Epist 85, Talem esse animum nostrũ volo, vt multæ in illo artes sint, multa præcepta, multarum ætatum exempla, sed omnia in vnum conspirata.

Conspisso, as, are, Condenso. {πυκνόω, συμπυκνόω. Ital. *Spessire.* Gal. *Espessir, faire espes.* Hisp. *Espessar.* } Plin. lib. 35. cap. 6, Adulteratur Romæ creta cimolia, decocta, conspissatáque. Colu. lib. 2. cap. 18, Priusquam conspissati, & herbis colligatum sit solum.

Consponsores dicuntur, duo vel plures eiusdẽ rei sponsores. συνεγγυηταί. Cic. Attic. lib. 5. Velim des operam vt intelliges ex consponsorum tabulis, sitne ita. Idem Epist. Famil. 92, De negotio tuo, quod sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non debuam cum illo communicare.

Conspuo, is, ere, {πτύω, ἐμπτύω. Ital. *Sputare qualche cosa col sputo.* Gal. *Cracher contre quelqu'vn, souiller & ordre de crachat.* Hisp. *Escupir à otro, ensuziar con escupitajo.* } Sputo aliquem fœdo: cuius passiuum Conspuor. Plaut. Ab omnibus derisus atque consputus.

Consputo, as, are, frequentatiuum. πτυὸν πτύειν. Plaut. Curc. Culpant eum, consputatur, vituperatur. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Hora fere noua, quasi signo dato, Clodiani nostros consputare cœperunt.

Conspurco, as, are, Commaculare. {ἐμπύω. Ital. *Spurcare.* Gal. *Ordir & gaster, souiller.* Hisp. *Ensuziar.* } Colu. lib. 8 cap. 3, Nam supertiliens suis prosternit, conspurcat. Sapore tetro conspurcare huiue ventris cibos & aquam conspurcat. Sapore tetro conspurcare omnia. Lucret. lib. 6.

Constabilio, is, ire. Stabile, & firmum facio. {κραταιὸν ἀσφαλίζεσθαι. Ital. *Stabilire, fermare.* Gal. *Affermir & assurer vne chose, faire ferme.* Hisp. *Estableser, firmar.* } Plaut. Capt. Aedepol rem meam Constabilisti, quum illos bleui de præda à Quæstoribus. Terent. Adelph. Dis quidem esses Demea, Ac tuam rem constabilisses.

Constans, antis, Constantia, æ, & Constanter, aduerbium, vide CONSTO.

¶ CONSTANTIA. κωνσταντία Stephano, Cypri vrbs est, aliàs Salamis dicta. ¶ Est item Constantia, Germaniæ oppidum ad Acronium lacum, quod à Ptolemæo Cannodurum appellatur. ¶ Constantia Inita, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

¶ CONSTANTINOPOLIS, κωνσταντινούπολις. Vrbs à Constantino aucta in finibus Thraciæ: de qua in dictione BYZANTIVM. Vulgò *Constantinople.*

Consternium, Dicebatur locus prope thermas, vbi vestes deponebantur. ἀποδυτήριον.

Consterno, as, naui, natum. Perturbo, & propriè de animo dicitur, teste Valla lib. 5. {ταράττω, ἐκπλήττω. Ital. *Sbigottire, perdere d'animo.* Gal. *Espouanter, estonner, & faire perdre courage.* Hisp. *Espantar.* } Salust. Quæ victoria elati hostes, nostri territi, atque animis consternati discesserunt. Idem, Equi sine rectoribus exterriti, aut saucij consternantur. id est ἐκπλήττονται, πτοοῦνται.

Consternatio. Quæ est concitatio quædam subita ex aliquo metu: {πτοηλάκατος πτόησις. Ital. *Sbigottimento, paura.* Gal. *Effrayement, estonnement, trouble ment.* Hisp. *Espanto.* } à sternumento dedùci videtur, quòd eo toto concutimur corpore: vel potius à verbo Sterno, quod significat deijcere. Illi enim qui ictu aliquo humi sternuntur, maximè perturbantur.

Consterno, is, constraui, Idem quod Sterno, vel sternendo operio. {πυκνοῦν, πυκνόω. Ital. *Lastricare.* Gal. *Abatre & esgrauer par dessus, couurir d'abatage.* Hisp. *Derribar ese solar como en ladrillar ò llanar.* } Virg. 4. Aen. -it stridor, & altè Consternunt terram concusso stipite frondes. Sic Consternere aream silicibus & lapide, quod Galli dicunt *Pauer.* Colum. lib. 1, Area si competit, ita constituenda est, vt vel à domino, vel certè procuratore despici possit: eáque optima est silice constrata.

Constratus, a, um, partici. à Cõsterno, eris, verbo passiuo, Idem est quod tectus. {στρωτός, κατάστρωτος. Ital. *Coperto.* Gal. *Surgney ou a estendu quelque chose, couuert.* Hisp. *Cubierto.* } Cicer. pro Sest. Forum cosportibus enim Romanorum constratum exde nocturna. ¶ Inde naues constratæ dicũtur, quæ ab aliquibus vocantur tectæ, quæ scilicet sua habebant catastromata, in quibus propugnatores consistebant. Cic. 7. Verri. Erat enim sola illa nauis constrata, & ita magna, vt propugnaculo cæteris posset esse. Quæ autem carebant catastromatibus, Naues apertæ dicebantur. Hirtius de bello Alex. Magnóque impetu quatuor ad eas constratæ naues, & complures apertæ contenderunt.

Constipo, as. Idem est quod conteuso, & in vnum cogo. {ἐπισυνάγω. Ital. *Condensare, spessire.* Gal. *Enserrer ensemble, faire espois en amassant ensemble.* Hisp. *Constribar y recalcar, espessar.* } Cic. de leg. Agrar. orat. 2, Sed ne constipari quidem tantum hominum numerum posse in agrum Campanum intelligetis. Cæs. bell. Gall. Hic dies nostris longè grauissimus fuit: sed tamen hunc habuit euentum, vt eo die magnus numerus hostiũ vulneraretur, atque interficeretur, vt se sub ipso vallo constipauerant, recessúmque primis vltimi non dabant.

Constituo, Statuo, propono, decerno. {βουλεύομαι. Ital. *Deliberare, constituire.* Gal. *Mettre & poser, assigner & arrester, establir & ordonner, constituer.* Hisp. *Establecer, deliberar.* } Terent. Phor. Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare. Virg. 1. Aeneid. Qui teneant (nam inculta vident) hominésne, feræne Quærere constituit. ¶ Item locum, siue tempus determino. ἀφορίζω, πάσσομαι, διαμερίζομαι. Terent. in Eunuch. Dati amuli, locus, tempus constitutum est. ¶ Ad constitutum venire: subaudi diẽ, vel tempus. Cic. pro Cecin. Homines inermes, qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent. Cicer. Maio. Quare siquid constitutum cum podagra habes, fac velis aliam differas diem. ¶ Quandoque significat conuenire, & pactum facere. συνθέσθαι, συνέρχεσθαι. Terent. Heey. Nam constitui cum quodam hospite, me esse illum conuenturum. Cicer. 1. Offic. Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum. ¶ Constituere pecuniam, hoc est assignare, quod Græci dicunt κατατίθεσθαι τὰ ἀργύρια. ¶ Aliquando Constituere, est gubernare, moderari, regere. κυβερνᾶν, διοικεῖν. Cic. Ineuntis enim ætatis insciti a, senum constituenda & regenda est prudentia. ¶ Interdum decernere. διατίθεσθαι. à quo Constitutiones, decreta. διατάξεις, προστάγματα. ¶ Nonnunquam parare. προσκατασκευάζειν. Cicer. Tametsi erat ignarus quantũ sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur.

Constitutus, a, um, partici. Ordinatus, decretus, pactus, propositus. {διατεταγμένος. Ital. *Ordinato, determinato.* Gal. *Establi, ordonné, assigné, arresté.* Hisp. *Establecido.* } Constituta in mensem Ianuarium auctio. Cic. de lege Agra. ¶ Corpus bene constitutum, quod bono præditum est habitu, quod imperiti *Bene complexionatum* appellant. εὐκρασία εὐεξία.

Constitutus, us, Multitudo est hominum simul consistentium. σύστασις. Festus.

Constitutio, onis, Ordinatio, statutum, decretum. {διάταξις. Ital. *Constitutione, ordinatione, statuto.* Gal. *Constitution, edict, condition, ordonnance.* Hisp. *Establecimiento.* } à verbo Constituo, quod inter cætera significat decerno, sancio, præscribo, ordino. Vnde Constitutiones principum, vel pontificum dicimus, pro decretis vel ordinationibus. ¶ Interdum idẽ quod institutio: vt Religionum constitutio, apud Cic. 3. de Leg. Idem Bruto lib. 3, Illud necesse me ad te scribere, quid sentirem tota de constitutione huius belli. ¶ Constitutio corporis, est quam vulgus medicorũ *complexionem* vocat, ἕξιν. In qua significatione est vocabulum medium: vnde & bonam & malam corporis constitutionẽ dicimus, quas Græci εὐεξίαν, καὶ κακοεξίαν appellant. ¶ Est item Cõstitutio Rhetoribus, prima causarum confictio, quæ alio nomine status appellatur. στάσις. Autor ad Heren. lib. 1, Hæc exoratio in coniecturali constitutione causæ fermè semper necessaria est. Cicer. de Inuentio. Constitutiones apud Rhetores sunt quatuor, coniecturalis, definitiua, generalis, translatiua: qui status etiam dicuntur.

Constitutor, penul. prod. constitutoris. βουλευτής, διατακτής, διορισμός, Verbale, qui statuit aliquid: vt legis constitutor, apud Quint. lib. 2. cap. 6.

Constitutorius, a, um: vt Actio constitutoria. l. Neque enim. ff. de constit. pecu. Neque enim quod crescit peculium, aut decrescit, pertinet ad constitutoriam actionem.

Consto, stas, constiti, constitum, & constatum. Luca. lib. 7, Constatura fides superùm. Martial. Constatura fuit Megalensis purpura centum. Est autem Constare, Constanter permanere, perseuerare, ratum habere. {κατατυγχάνω. Ital. *Constare, perseuerare.* Gal. *S'arrester, se bonger, se tenir.* Hisp. *Ser el hombre constante.* } Cic. Epist. 13, Qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem cum salute recuperasseut. ¶ Constare sibi, est sibi similem esse, & in eadem opinione constanter permanere. κατὰ λόγον εἶναι. Idem 1. Tuscul. Et si tibi quidem constare vis, omnes quicunq; noti sunt, erúntve, nõ solùm miseri, sed etiam semper miseri. hoc est, Si hanc sententiam, Quòd mors malum sit, firmam ratámque habere

Universidad de Deusto
Biblioteca

habere vir. ¶Constare mente vel animo, est animi vel mentis compotem esse, eiúsque functiones probè obire. ¶Interdum etiam hoc verbum ad rerum venalium pretium refertur: vnde Magno vel parno aliquid constare dicimus, hoc est magno vel exiguo pretio esse comparatum. Cice. 6. in Ver. Metuisti ne æs alienum tibi cresceret, si H-S. VIM tibi constarent ea, quæ tu facilè posses vendere H-S CC. millibus? Idem Atticum, Id propè dimidio minoris constabit. ¶Cice. 1. de Natu. deor. Homo, qui ex animo constat & corpore. ¶Interdum simul stare. Sisen. lib. 4. historia. Multitudinem procul hostium cõstare videbant. ¶Interdum supperetere, ἀφθονεῖν. Iuuen. Satyr. 6, Quis ferat vxorẽ, cui constent omnia? hoc est cui nihil desit. ¶In tertia persona sumitur pro manifestũ est. ἐναργὲς ἐστι. Ital. *Essere manifesto*. Gal. *Estre certain & clair*. Hisp. *Ser claro y manifiesto*. } Cic. in Epist. Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. ¶Rursus pro conuenit. ὁμολογεῖται: vt Hoc mihi tecum constat: id est conuento tecum in hoc, & assentior tibi. Lib. 1. ad Heren. Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris scriptoribus. ὁμογνωμονεῖν. ¶Rationem constare, significat æquam, legitimámque rationem aut ostendi, aut apparere ostendi posse. Vipianus. Planè si defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei constare oportet: id est rationem eum iustam aut ostendere, aut facilè posse ostendere.

Constans, pro eo qui firmus est, & tenax propositi. } Βεβαίος. Ital. *Constante, firmo*. Gal. *Constant, ferme, perseverant*. Hisp. *Cosa constante*. } Cic. ad Lent. Hoc tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quàm constantis Senatus consilium esse videatur. Contrariũ est inconstans.

Constantia, Animi firmitudo. } Βεβαιότης. Ital. *La constanza & fermezza*. Gal. *Constance, perseverance, fermeté*. Hisp. *La constancia*. } Cice. ad Atticum, O constantiam promissi, & fidem miram! Plin. in Epist. Nam quum omnibus virtutibus abundet, tum hac præcipuè, quòd habet maximam in animo constantiam. Contrarium est inconstantia.

Constanter, aduerbium. } Βεβαίως, βεβαιότατα. Ital. *Constantemente, fermamente*. Gal. *Constamment, fermement, perseverammẽt*. Hisp. *Constantemente*. } Cice. de Amicitia, Multáque eius & in Senatu, & in foro, vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè ferebantur. Huic contrarium inconstanter.

Constratus, vide CONSTERNO.

Constrepo, is, ere, Idem quod Strepere. } κτυπῶ. Ital. *Far strepito*. Gal. *Faire bruit & noise*. Hisp. *Hazer estruendo*. } Gell. lib. 4. cap. 1, Atque omniũ horum & testimoniis & exemplis constrepebat.

Constringo, is, ere, Significat arctare. } συνδέω. Ital. *Stringere*. Gal. *Estreindre, serrer, contreindre, refreindre*. Hisp. *Apretar*. } vt Constringere farcinam, Plaut. Trin. Cice. 1. de Orat. Quæ rem dissolutam diuulsámque conglutinaret, & ratione quadam constringeret.

Constringendus, participium: vt Constringẽdum se tradere libidinibus. Cic. 1. de Finib. Victi & debilitati obiecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos.

Constrictus, aliud particip. } συνεσταλμένος. Ital. *Constretto, ligato*. Gal. *Contraint, lié*. Hisp. *Constreñido, apretado*. } vt Habere aliquem constrictum in suis vinculis, apud Quintil. lib. 2. cap. 4. Apertis verbis constricta oratio, Cice. de Claris oratoribus.

Constituere, Simul struere, ordinare, fabricare. } συνιστάναι, κτίζειν, οἰκοδομεῖν. Ital. *Costituire, ordinare, fabricare*. Gal. *Agencer, mettre, ensemble, entacer, bastir, construire*. Hisp. *Edificar, ordenar*. } Cice. in Cato. Vt nauem aut ædificium idem destruit facilimè qui constituxit: sic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura dissoluit. Cic. 2. Philip. Itaque tanti acerui nummorum apud istum constituuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Constructus, participium. } συνιστάμενος. Ital. *Edificato, amassato*. Gal. *Entassé, conjoint & mis ensemble, agencé*. Hisp. *Edificado, amontonado*. } Cice. 2. de Natu. deo. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus Constructior domus. Cic. 1. de Inuentio. Domus ea quæ ratione regitur, omnibus constructior est rebus & apparatior, quàm ea quæ temerè & nullo consilio administratur.

Constructio, verbale. } σύνταξις, οἰκοδόμησις. Ital. *Edificatione, compositione*. Gal. *Bastiment, composition, entassement*. Hisp. *Edificacion, composicion, amontonamiento*. } Cice. 4. Acad. Et totam constructionem hominis fabricata est natura. Idem 1. de Orat. Et ipsa oratio conformanda, non solùm electione, sed etiam constructione verborum.

Constupro, as, are, Idem quod Stuprare simplex. } μοιχεύω, κατὰ μοιχείαν. Ital. *Stuprare, vitiare, violare, sforzinare, tour la virginità*. Gal. *Corrompre femme ou fille, en abuser*. Hisp. *Forçar como à dona ella*. } vt Constuprare matronas, Liui. 9. bel. Pun. Qu. Cic. de Petit Consul. Qui tantum habet audaciæ, tantũ nequitiæ, tantum deniq; in libidine artis & efficacitatis, vt propè in parentum gremiis prætextatos liberos constuprarit. Idem ad Att. lib. 1, Afflicta Respublica est, empto constupratóque iudicio.

Constuprator, penult. prod. } μοιχὸς, διαφθορεύς. Ital. *Violatore di donna ò figliuola*. Gal. *Corrompeur de femmes ou filles, putier, ruffien*. Hisp. *Forçador de virgen ò muger*. } verbale. Liu. 9. bel. Maced.

Consuadeo, es, ere, Idẽ quod Suadeo. } πείθω. Ital. *Persuadere*. Gal. *Exhorter par tous moyens & induire à faire quelque chose*. Hisp. *Induzir con razones*. } Plaut. Merc. Sin ego saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo.

Consuasor, oris. } συμπείθων. Ital. *Chi conforta & esshorta*. Gal. *Amonnesteur, exhortateur*. Hisp. *Induzidor*. } Cic. pro Quint. Hæc omnia Quintius agebat autore & consuasore Næuio.

Consualia, orum, vide CONSVS.

CONSVANATES, Vindeliciæ populi, Octauij Augusti auspiciis Romano imperio subiecti, vt refert Plin. lib. 3. cap. 20.

CONSVARANI, Populi in ora Narbonensis prouinciæ, quorũ meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Consudo, as, are, Idẽ quod simplex Sudo. } ἱδρόω. Ital. *Sudare*. Gal. *Suer de toutes parts*. Hisp. *Sudar manando sudor*. } Plaut. Iube sis te operiri: beatus si cõsudaueris. Col. li. 12. ca. 7, Et sale cõsperso, biduo sub vmbra, dũ consudent, reponuntur. Cat. ca. 96. Sinito biduũ aut triduum consudent.

Consudasco, is, ere, Idem Colu. lib. 12. cap. 48, Sicque triginta dies pati consudascere.

Consuefacio, is, Vsu doceo. } ἐθίζω. Ital. *Assuefare*. Gal. *Faire accoustumer*. Hisp. *Acostumbrar à otro*. } cuius contrarium est Dissuefacio. Terent. Adelph. Nihil prætermitto, consuefacio. Ibidem, Ea ne me celet, consuefeci filium. Varro 2. de Re rust. ca. 9, Consuefaciunt quoque, vt possint alligari primùm leuibus numellis.

Consuesco, scis, cui, & consuetus sum, Pro consuetudine habeo, in consuetudinẽ accipio. } ἐθίζομαι. Ital. *Auezzare, essere consueto*. Gal. *S'accoustumer, auoir coustume ou de coustume*. Hisp. *Acostumbrarse*. } Virgil. 2. Georg. Adeò in teneris consuescere multum est. Colu. lib. 2, Iumentis præbeat medicam, sed inter initia parcius, dum consuescant, ne nouitas pabuli noceat. Idem lib. 9, Nec magis humo, quàm stagno consueuerunt. Cicer. 2. de Orato. Imò verò rogemus Antonium, qui & potest facere id quod requiris, & consueuit. ¶Interdum Consuesco est familiaritate alicuius vtor. Vnde & Consuetudinem dicimus pro vsu & familiaritate. Cice. pro Sext. Roscio, Erat mihi cum eo non modò hospitium, verumetiam domesticus vsus & consuetudo. ¶Dicitur item Consuesco de re venerea: quod & Consuetudinem habere dicitur. συνήθεια. Cic. 6. in Verrem, Huc omnes mulieres, quibus iste consueuerat, conueniebant. Idem in Phor. Quum eius consuesit olim matre in Lemno clanculum. Idem Adelph. Quid illi tandem credis animi fore misero, qui cum illa consuesit?

Consuetus, participium, & nomen ex participio. } εἰωθὼς. Ital. *Consueto, solito*. Gal. *Accoustumé, vsité, coustumier*. Hisp. *Acostumbrado*. } Terent. in And. Tum illa, vt consuetum facilè amorem cerneres. Relecit se in eum, flens quàm familiariter. Ouid. 11. Metamorp. Exprimit incessus, vultúmque sonúmque loquendi Adiicit, & vestes, & consuetissima quæque Verba.

Consuetudo, inis. } συνήθεια. Ital. *Consuetudine, vso, conuersatione, pratica*. Gal. *Coustume, accoustumance*. Hisp. *La costumbre, conuersacion, y participacion*. } Plaut. in Milit. Hoc adeò fieri credo consuetudine. Cato ad Cic. Contra consuetudinem meam hæc ad te pluribus scripsi. ¶Et pro conuersatione, ac familiaritate. Terent. in And. Vt neq; me consuetudo, neq; amor, neque pudor, &c. Cic. ad Curio. Ego te abfuisse tandiu à nobis, & doleo, quòd caruí fructu iucundissimæ consuetudinis, &c.

Consuetionem, Plautus pro Consuetudine dixit, teste Festo.

Consul, Consũlo, consulis, Vide CONSILIVM.

Consummo, as, per duplex mm, Perficio, conficio. } τελειόω. Ital. *Finire, condurre à fine*. Gal. *Consommer, parfaire, achever, mettre à fin*. Hisp. *Acabar*. } Cic. 6. Phil. Bella quæ à Consulibus gesta & consummata sunt. Idem 1. Offi. Latissimè videtur patere ea quę de officiis tradita à philosophis, & præcepta sunt, & consummata. Lact. lib. 2, Mundũ Deus, & hoc terũ naturæ admirabile opus, sex dierũ spatio consummauit. Pli. Epist. 25, Cogor petere à te, nõ solùm ob theatrũ, verumetiam ob hæc balinea, mittas architectum dispecturum vtrum sit vtilius, post sumptũ qui factus est, quoquomodo cõsummare opera vt inchoata sunt, an quæ videntur, &c. ¶Sacrum consummare, peragere sacrum. Seneca Hippol.

Consummatus, a, um, Perfectus. } τέλειος. Ital. *Consumato, perfetto, finito*. Gal. *Consommé, achevé, parfait*. Hisp. *Acabado, perfecto*. } Mart. Quod magni Thraſeæ, cõsummatiq; Catonis Columella. Nullus est cõsummatę sapiẽtię.

Consummatio, Perfectio. } συντέλεια, τελείωσις. Ital. *Perfettione, compimento*. Gal. *Achevement, perfection*. Hisp. *Acabamiento, perfecion*. } Colu. lib. 1, Hac consummatione operum, colligitur posse agrum, &c.

Consumo, is, penul. prod. In nihilum redigo. } ἀναλίσκω. Ital. *Consumare, destruggere*. Gal. *Prendre tout, consumer, employer tout*. Hisp. *Gastar*. } Solimus, Sunt etiam in Lycia saxa, quæ viuentium quoque corpora adalligata consumunt. Cice. 1. de Legib. Sed quum ea tempestas, veruſtáſve consumpserit, Salustius, Ego non rem familiarem modò, verumetiam ædem consumpsi.

Consumor, passiuum, Absumor: vt, Consumor siti. Cæsar 8. bel. Gal. Consumi incendio, Liu. lib. 7. bell. Puni. Consumi senio & mœrore, Idem 10. bell. Maced.

Cõsumptus, participium. } ἀναλωθείς. Ital. *Consumato*. Gal. *Consumé*. Hisp. *Gastado*. } Absumptus: vt, Consumptus peste, Plin. lib. 11. cap. 28. Morte consumptus, Tibul. li. 1. Consumpta oratio, Salust. in Iugurt. Consumpta & exhaucta actio, Cic. de Orat.

Consumptio, onis. } ἀνάλωσις. Ital. *Consumatione*. Gal. *Consumption, degast*. Hisp. *Gastamiento*. } Cice. de Vniuer. Itaque seipse consumptione & senio alebat sui.

Consumptor, toris, } ἀναλωτής. Ital. *Consumatore*. Gal. *Qui consume & met à fin*. Hisp. *Gastador*. } Cice. 2. de Natur. deor. Atque noster iguis quem vsus vitæ requirit, confector est & consumptor omnium.

Consuo, is, Simul suo, compono, cõiungo. } συνράπτω. Ital. *Cusire insieme, congiungere*. Gal. *Coudre l'vn a l'autre*. Hisp. *Coser vno con otro*. } Plaut. in Amphitr. Aduenisti audaciæ columen, consutis dolis. Imò equidem tunicis consutis huc aduenio, non dolis.

Consutura, ræ, Sueton. in Vitel. cap. 2, Cuius filius sectionibus & consuturis vberius compendium nactus, &c.

Consurgo, is, ere, Simul surgere. } συνανίσταμαι. Ital. *Leuarsi insieme*. Gal. *Se leuer ensemble*. Hisp. *Leuantarse juntamente*. } Salust. Consurrexere omnes, simúlque in eum impetum fecerunt. Cice. 5. ad Qu. frat. Consurrexit Senatus cum clamore ad vnum, sicut ad corpus eius accederet.

Consurgitur, impersonale. Cice. 5. Verri. Itaque in curiam venimus: honorificè sanè consurgitur.

Consurrectio, onis, } συνανάστασις. Ital. *Vno leuarsi di più genti insieme*. Gal. *Leuement de plusieurs ensemble*. Hisp. *Aquella obra de leuantarse juntamente*. } Cice. de Atusp. Resp. Cepi equidem fructum maximum & ex cõsurrectione omnium vestrum, &c.

CONSVS, Consiliorum deus putabatur, qui ideo templũ sub recto circo habebat, vt ostenderetur tectum esse debere consilium. ἐστὶ συμβουλίου.

Consualia, συνούσια, Ludi qui fiebant in honorem Consi. Liu. lib. 1, Ludos ex industria parat Neptuno equestri solennes, Consualia vocant. Plin. de Viris illustr. Quibus negatis, Iudos cõsualia simulauit, ad quos quum vtriusque sexus multitudo veniisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt. Varro 4. de Ling. Lat. Consualia dicta à Conso, quòd tum feriæ publicæ ei deo, & in circo ad aram eius ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ.

Consydero, ras, Vide CONSIDERO.

CONTRONICES, Nicomedis Bithyniæ regis vxor, ob lasciuiorem cum viro iocum à cane decerpta. Autor Plin. lib. 8. cap. 40.

Contabeo, es, vel Cõtabesco, is, Idem est quod simplex Tabesco, id est in tabem conuertor. {μαρανθῆναι, κατατήκεσθαι. Ital. *Corrompersi, ammarcirsi.* Gal. *Deuenir en cloartze, seicher tout debout, deuenir tout sec & hetique.* Hisp. *Podrirse.*} Cice. 3. Tusc. Vt Artemisia illa Mausoli Cariæ regis coniunx, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, quandiu vixit, vixit in luctu, eodémque etiam confecta contabuit. Plaut. Merc. Cor ædépol misericordia, quod guttatim contabescit.

Contabulare, Est tabulis hoc est asseribus aliquid tegere. {καταδαῦ Ital. *Intauolare.* Gal. *Plancher d'ais.* Hisp. *Entablar pared ò suelo.*} Sueto. in Calig. Aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquantò angustiorẽ Hellespontum contabulauerat. Plin. lib. 36. cap. 25, Quernisque axibus contabulare. Contabulare munum turribus, Cæsar 7. bello Galli. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerunt. Contabulate turres. Cæs. 5. bell. Gall. Turres contabulantur, pinnæ loricæq; ex cratibus attexuntur.

Contabulatio, verbale. {καταδαῦσις. Ital. *Tauolato, palco de tauole.* Gal. *Vn plancher ouiondition d'ais ensemble.* Hisp. *Entablamiento.*} Cæsa. 1. bel. Ciuil. Vbi turribus altitudo perducta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerunt, ita vt, &c. Et paulò pòst apertè declarat, quid significet contabulare.

CONTADISDVS, Thraciæ fluuius, qui Tearo auctus, influit in Agrianam. Agrianes autem in Hebrum, qui iuxta Aeneum oppidum in mare influit. Vide Herod. lib. 7.

Contagium, Vide CONTINGO.

Contamino, as, pen. corr. ex Con, & Tamino, Id est fœdo, maculo, manibus lutulentis quicquam attingo. {μιαίνω. Ital. *Contaminare, macchiare.* Gal. *Contaminer, gaster, souiller.* Hisp. *Ensuziar.*} Vnde quum res rei ita immiscetur vt neutra incorrupta maneat, contaminari dicitur. Terent. in prologo Andr. Contaminari non decere fabulas. & Liu. lib. 4, Contaminari sanguinem suum patres, confundíque iura gentium rebantur.

Contaminatus, a, um, μιαρός. Ibidé, An esse vlla maior, aut insignior contumelia potest, quàm partem ciuitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi? Huius contrarium est Incontaminatus.

Contechnor, aris, Commachinor, & fallaciam aliquam compono. {μηχανῶμαι. Ital. *Macchinare, taccagnare.* Gal. *Machiner & forger quelque tromperie & finesse.* Hisp. *Buscar cosa de engañes.*} Plaut. Pseud. Vide modò, ne illic sit contechnatus quidpiam.

Contego, pen. cor. Cooperio. {σκεπάζω, καλύπτω. Ital. *Coprire.* Gal. *Couurir.* Hisp. *Cubrir.*} Plin. lib. 15. cap. 19. Paruarum genus arborũ post autumnum simo contegunt. Cic. pro Sest. Messoria se corbe contexit.

Contectus, Particip. Cæsa contecta stramine. Ouid. 5. Metamorph.

Contemero, as, are, Contaminare, fœdare, polluere, violare. {μιαίνω, βεβηλόω. Ital. *Violare, macchiare, sporcare.* Gal. *Violer, corrompre, outrager, gaster & perdre audacieusement.* Hisp. *corromper ò ensuziar.*} Martial. lib. 1. Læ ferat ingrato leo perfidus ore magistrum, Ausus tam notas contemerare manus.

Contemno, is, psi, ptum, Sperno, vilipendo. ὑπερφρονῶ ἢ καταφρονῶ. Ital. *Sprezzare, disprezzare.* Gal. *Despriser, mespriser, n'estimer rien, ne faire conte.* Hisp. *Menospreciar.*} Plaut. in Asin. Tu verbero imperium meum cõtempsisti. Et est minus, quàm despicio. Cice. de Senect. Contemni se putat, despici, illudi. Componitur autem ex prepositione Com, & verbo Temno: quo etiam Virgilius vsus est 6. Aeneid. Discite iustitiam moniti, & non temnere dinos.

Contemptor, aris, ati, frequentatiuum à contemno. Plaut. Mirari noli, neque me contemptarier.

Contemptus, participiũ, Spretus. {ὑπερηφανεύσας, καταφρονηθείς. Ital. *sprezzato, auilito.* Gal. *Mesprisé, dequoy on n'a tenu conte.* Hisp. *Menospreciado.*} Cice. pro Sestio, Qui nullo premio proposito, preter hoc quod iam contritũ & contemptum putatur, iudicium bonorũ, omnia pericula, &c. susceperit.

Contemptus, nomen ex participio. Plaut. Pœn. Contemptiores magnæ erunt, atque auidi minus. Tenuissimus victus, atque contemptissimæ escæ, Cicer. 2. de Finib.

Contemnendus. Cic. de Clar. orat. Ne titus quidem Posthumius contemnendus in dicendo.

Contemptor, tis, verbale. {ὑπερήφανος, καταφρονητής. Ital. *Sprezzatore, che non tiene conto, ne fa stima di alcri.* Gal. *Desprisevr.* Hisp. *Menospreciador.*} Deũm contemptor Mezentius, Virg. 8. Aeneid.

Contemptrix. ὑπερήφανος. Plin. lib. 19. cap. 8, Eruca præcipuè frigorum cõtemptrix.

Contemptio, verbale. {καταφρόνησις, ὑπερηφάνεια. Ita. *Disprezzo.* Gal. *Mespris, desprisement, contemnement.* Hisp. *Menosprecio.*} Despectio. Cicer. 1. Offic. Fortitudo est dolorum laborũmque contemptio. Fortunæ contemptio, Idem in Parado.

Contemptus, us, ui, Idem ὑπερηφάνεια vt, Tu es omnibus contemptui: id est despiceris ab omnibus.

Contemptim, aduerbium. {καταφρονητικῶς, ὑπερηφάνως. Ital. *Per disprezzo, per scherno.* Gal. *Par mespris, en desprisant, sans en faire conte.* Hisp. *Menospreciando.*} Plaut. in Pœn. Ne nos tam contemptim conteras.

Contemplor, aris, Diligenter intueor, & res abditas considero. {κατανοῶ, θεωρῶ. Ital. *Contemplare, considerare le cose occulte.* Gal. *Contempler, regarder longuement, considerer.* Hisp. *contemplar ò mirar al cielo.*} verbum est ductum à templo, id est à loco qui ab omni parte aspici potest, vel ex quo omnis pars potest videri, quem Augures Templum nominabant. Cice. pro Deiot. Et id animo contemplare, quod oculis non potes. Lactant. lib. 6, Vel si cæleste lumen, quod dicimus Solem, contemplari velint.

Contemplo, contemplas. Plaut. in Asin. Hem meum caput contempla, si quidem ex re consultas tua. Ennius, Contempla, & templum Cereris ad læuam aspice.

Contemplator, oris. {θεωρός. Ital. *Consideratore, contemplatore.* Gal. *Contempleur, regardeur, qui regarde & considere.* Hisp. *El que contempla, mirador.*} vt Contẽplator cæli, Cic. 1. Tusc.

Contemplatio, Consyderatio, siue meditatio rerum occultiorum, teste Cice. 4. de Finib. {κατανόησις, θεωρία, σκέψις. Ital. *Contemplatione.* Gal. *Contemplation, penssement, cogitation attentiue.* Hisp. *La contemplacion.*} Idem 1. Acado. Est enim animorum naturale quoddam quasi pabulum, consyderatio, contemplatióque naturæ. Idem 1. de Nat. deor. Hæc est res magna, & diligenti contemplatione dignissima.

Contemplatus, us, ui. Ouid. 5. Trist. A' contemplatu summoueóq; mali.

Contemplatiuus, a, um, θεωρητικός. Vnde Contemplatiua vita, quæ contẽplationi dedita est. Seneca Epist. 95, Ars nulla contemplatiua sine decretis suis est, philosophia autem contemplatiua simul est & actiua.

Contemporaneus, a, um. Eiusdem tẽporis, coætaneus. σύγχρονος. Ital. *Del medesimo tempo.* Gal. *D'vn mesme aage.* Hisp. *Cosa del mesmo tiempo.*

Contendo, Proficiscor, itet instituo, quasi contrà tendo. {πορεύομαι. Ital. *Andare.* Gal. *Aller, s'efforcer d'aller.* Hisp. *Andar.*} Cæsar lib. 1. Ipse de quarta vigilia, eodem itinere quo hostes ierant, ad eos contẽdit. ¶ Itẽ certare. {ἀμφισβητῶ. Ital. *Contendere, combattere.* Gal. *Debatre, combatre.* Hisp. *Pelear ò porfiar.*} Virg. lib. 4. Aeneid. -quis talia demens Abnuat, aut tecum malit contendere bello? ¶ Item cum conatu, ac nixu petere, seu aliquid agere. {αἰτῶ, δέομαι, παρακαλῶ, φιλοτιμοῦμαι. Ital. *Domandare affettuosamente.* Gal. *Demander affectueusement.* Hisp. *Demandar con porfia.*} ¶ Vnde Contenta corpora dicimus, quæ omni nixu intenduntur aduersus labores, vt in arcu neruus. τὸ ἐντεταμένον τόξον. Cic. 1. Tusc. Sunt quædam animi similitudines cum corpore, vt onera contentis corporibus facilius ferantur, remissis opprimant. ¶ Item continuare. Cic. lib. 3. de Orat. Nihil perniciosius quàm sine intermissione contentio. συνεχεία. ¶ Item festinare. σπεύδω, καταλαμβάνω, ἐπείγομαι. Virg. 1. Aene. -quæ littora proxima, cursu Contendunt petere. ¶ Itẽ astringere, intorquere. συναλίσκω. Virg. lib. 4. Georg. Tanto nate magis cõtende tenacia vincla. Item compãrare. ἀντιβάλλω, παραβάλλω, συναγείρω, ἀντιπαραβάλλω. & ad verbum ἀντιπαραβάλλω, παραπλήσιον. ¶ Item extorquere, βιάζομαι. Cice. de Amici. Extremum autem præceptum in beneficiis operáque danda, nequid contra æquitatem contendas. ¶ Item iacere, dirigere. βάλλω, προτείνω. Virg. 5. Aen. Qui tamen aerias telum cõtendit in auras. ¶ Item intendere. ἐντείνω. Hinc Contendere arcum vel citharam dicimus, quum chordas intendimus. ¶ Et per trãslationem Contendere neruos ingenij, corporis, siue industriæ, hoc est vires omnes in re aliqua explicare. Cic. 2. in Verr. Magnum sanè onus, sed dignũ in quo omnes neruos ætatis industriæque mex contenderem.

Contentio, verbale, quod significat vehementem conatum ad aliquid agendum. {ἡ τῶν παρ' ἀλλήλων ὑπεροχὴν ἐξετάσεις, ἢ ἅμιλλα. Ital. *Contesa, trauaglio, fatica presa per arriuare a qualche grado.* Gal. *Effort, emploitte de sa force, debat, different, contention, noise.* Hisp. *Contencion, porfia.*} Lib. 1. ad Heren. Si nostram causam laudando exrollemus, & aduersariorum per contentionem deprimemus. Cice. 3. de Orat. Permulta tum vehementissima contentione animi, ingenij, vitium, ab eo dicta constabat. Idem lib. 1. Offic. Miserrima omnino ambitio, honorúmque contentio. ¶ Est præterea Contentio, ἀγών, oratio actis ad confirmandum & confutandum accommodata: quæ à Plin. in Epist. dicitur, Oratio pugnax & contentiosa, ἀγωνιστικὸς καὶ φιλόνεικος. Constat autem contrariis verbis, quæ ἀντίθετα, id est contrapositum pariunt. Vt illud pro Cluent. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Contentè, contentius, contentissimè, aduerbium. σπουδαίως, συντόνως. Cice. 5. Tuscul. Socratem ferunt quum vsque ad vesperam contentius ambularet, quæsítúmque esset ex eo quare id faceret, respondisse, Se, quò melius cœnaret, obsonare ambulando famẽ. Idem 2. Tusc. Genu mehercule M. Antonium vidi, quum contentè ipsa pro se lege Varia diceret, terram tangere.

Contentiosus, a, um. {φιλόνεικος. Ital. *Vehemente, contentioso.* Gal. *Contentieux, noisif.* Hisp. *Cosa porfiosa ò porfiada.*} Plin. li. 19, Oratio, de qua loquor, pugnax & contentiosa est.

Contentiosè, aduerb. φιλονείκως. vt Contẽtiosè agere, id est pertinaciter.

Contenebrare, verbum neutrum est, pro aduesperascere. {σκοτίζομαι. Ital. *Farsi sera.* Gal. *Deuenir nuit, estre nuit.* Hisp. *Hazer se tarde ò anochecer.*} Varro 1. de Re rust. Ab occasu paruo interuallo interposita ad bibendum appellunt, & rursus pascunt, quoad contenebrauit.

Contentus, vide CONTINEO.

Conterminus, ni, Finitimus, & vicinus, quasi eundem terminum inhabitans. {ὅμορος. Ital. *Finitimo, vicino, confinante.* Gal. *Voisin, terretenant, prochain en limites.* Hisp. *Cosa vezina en terminos.*} Colu. lib. 1. cap. 3, Nisi Antolieus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola Palatinis vllum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Plin. lib. 12. cap. 8, Contermina Indigens Ariana. Stabula ripæ conterminа, Ouid. 8. Metamor.

Contero, is, terere, In puluerem redigo. {συντρίβω. Ital. *Ridurre in polucre, consumare.* Gal. *Estuyer, piler, menuiser, mondre, consoner, vser, gaster.* Hisp. *Quebrar y gastar.*} Varro 2. de Re rust. cap. 7, Si fastidium saliendi est, scillæ modicum conterunt cum aqua. Conterere radicem in puluerem, Plin. lib. 26. cap. 11. Diem conterere, id est consumere, Plaut. Cas. -contriui diem, Dum adsto aduocatus cuidam cognato meo. Conterere ætatem in litibus, Cic. 1. de Legib.

Cõtritus, part. {τρίβων τετριμμένος. Ital. *Tridato, pestato, fatto in polucre, vsato.* Gal. *Broyé & froissé, vsé & degasté.* Hisp. *Quebrantado, hecho, polvo, gastado.*} Plin. lib. 20. cap. 13, Datur & dysentericis cum caseo in vino contrita. Cic. 2. de Finib. An verum est hoc vetustate contritum prouerbium, Dignus quicum in tenebris mices.

Contritor, oris, verbale. συντριπτῶν. Plaut. Persa, Contritor compedum.

Conterraneus, Dicitur qui ex eadẽ terra est. {ὁ μοχλός. Ita. *Di vna medesima terra.* Gal. *D'vne mesme terre ou d'vn mesme pais.* Hisp. *Cosa dela mesma tierra.*} Quaptopter Catullũ conterraneum suum Plin. in Præfat. prima vocat, qui non Veronæ, sed in Benaci insula natus erat. Verbum est in castris natum, quemadmodum pleraque eodem fine desinentia.

Conterreo, es, ère, Notæ significationis. {καταπλήττω. Ital. *Espauentare, dare terrore.* Gal. *Espouenter.* Hisp. *Espantar.*} Liu. 1. ab Vrb. Nouũ pugnæ conterruit genus. Conterret latratu canis aduenientem, Colu. lib. 7. ca. 12, Conterrere vultu aspectúque loquacitatem alicuius. Cic. 1. de Orato. Virg. 3. Aeneid. -aspectus conterritus hæsit.

CONTESTANIA, Regio citerioris Hispaniæ, in qua sita est Carthago noua. Autor Plin. lib. 3. cap. 3. Forte quæ hodie vulgò *Concentayna.*

Conte

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contestor, Obtestor, imploro, precor. {ἱκετεύω. Ital. *Chiamare en aiuto, protestare.* Gal. *Appeler quelqu'vn à tesmoing, protester & dire deuant tesmoings, demander ayde.* Hisp. *Rogar ayuda.* } Cice. 8. in Verr. Deos hominésq; contestans, clamare cœpit. ¶ Contestari litem (inquit Festus) dicuntur duo aut plures aduersarij, quòd ordinato iudicio vtraq; pars dicere solet, Testes estote. μαρτυρεῖσθε, ὦ παρόντες θεοί. Cic. ad Attic. li. 16, Neq; enim illi litem contestabuntur. ¶ Hinc Litis cõtestatio dicta, quæ nascitur ex petitione actoris, & responsione rei. κρίσεως ἀρχή, μαρτυρία.

Contestatus, participium. ἀπεσταλμένος. vt Contestata virtus. Cice. pro Flac. Quúmque ab hac perenni, contestatáque virtute maiorum non modò non degenerauit L. Flaccus, sed id, &c.

Contexo, is, ere. Simul texo. {συνυφαίνω. Ital. *Tessere insieme, congiungere.* Gal. *Tistre ensemble, assembler, conjoindre.* Hisp. *Texer vno con otro.* } Cice. 1. de Nat. deor. Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis confectis atque contextis homines vestiantur? ¶ Contexere, coniungere. Plin. Epist. 101, Sub his per latus omnes vineæ porriguntur, vnámque faciem longè latéq; contexunt. Contexere amores, Catullus. Contexere interrupta, Cic. 1. de Legib. Contexere carmen, Cice. pro Cælio. Contexere crimen, Cic. pro Deiotaro.

Contextus, partici. {συνυφασμένος. Ital. *Tessuto insieme.* Gal. *Tessu auec, entrelacé.* Hisp. *Texido juntamente.* } Argento & auro contextus. Tibul. lib. 1.

Contextus, us, ui. {συμπλοκή. Ital. *Tessitura, congiuntione, compositione.* Gal. *Entretissure, entrelacement, conjonction, composition.* Hisp. *Texedura, ayuntamiento, composicion.* } Cice. 5. de Finib. Pennarúmque contextu corpori tegumenta faciebat.

Contextè, aduerb. {συνεχῶς, συνεπιλήψως. Ital. *Senza diuisione ò interpositione alcuna.* Gal. *Sans interruption, l'vn estant tissu & joint auec l'autre.* Hisp. *Texendo vno con otro, ayuntadamente.* } Cic. de Fato, Omnia naturali colligatione conserte contextéque fiunt.

Contextim, aliud aduerb. {ἐξ συνοχῆς, ἐξ συμπλοκῆς. Ital. *Congiuntamente.* Gal. *Par entretissu, par entrelacement, tout d'vn train.* Hisp. *Texendo vno con otro, ayuntadamente.* } Plin. lib. 10. ca. 53, Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, penè contextim in secessu generant.

Conticeo, es, pen. cor. Simul cum cæteris taceo. {σιωπῶ. Ital. *Tacere insieme.* Gal. *Se taire tout coy, ne dire vn seul mot.* Hisp. *Callar con los otros.* } Virg. 2. Aeneid. Conticuere omnes, intentique ora tenebant. Cic. in Catil. Recitatis literis debilitatus atque abiectus, conscientia conuictus repentè conticuit.

Conticesco, is, Cum aliis tacitus fio. ἡσυχάζω. Plin. lib. 11. cap. 10, Tum repentè omnes conticescunt.

Conticinium noctis, Primum tempus quo omnia quiescendi gratia conticescũt. {ἀρχὴ τῆς νυκτὸς ἡσυχίας. Ital. *Il tempo de la notte nel quale non si sente vn Zito.* Gal. *La temps de la nuit on toutes choses se taisent.* Hisp. *La media noche quando todos callan.* } ex Polluce. Plaut. Asin. Redito huc conticinio. Macrobius tamẽ & Censorinus Conticiniũ vocant eam partẽ noctis, quę media est inter gallicinium & diluculum: & inde dictum volunt, q; galli tum conticescant. Vide ea quæ suprà annotauimus in dictione DIES.

Contigno, as, quasi tigna coniungo. {συνιστῶ, συνοικοδομῶ. Ital. *Congiungere traui.* Gal. *Assoir les soliues en vn estage de maison, & les compasser.* Hisp. *Sobradar con tablas.* } Plin. lib. 9. cap. 3. Gedrosos, qui Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni classium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis bellarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenum cubitorum longitudine reperta. De belluis iudicio maris. Cæs. 2. bel. Ciuil. Et quicquid est contignatũ, cratitus consternitur.

Contignatio. {ἁλὼς ἢ τῶν οἰκιῶν ἡ ἐπιπεδωτικὴ ἐπιφάνεια. Ital. *Vn tauolato, vn trauamento, vn solaro.* Gal. *Estage, solier, plancher de maison.* Hisp. *El sobrado ò entresuelo.* } Quæ est solarium domus, siue stratũ sit gypso, lateribúsve, siue non stratum, qualia fetè sunt solaria domorum in Apulia. Eóque pro miraculo apud Liuium refertur, bouem in tertiam contignationem conscendisse. Plin. Sesquipedalis paries, non plus quàm vnam contignationem tolerat. οἰκοδομία. Est enim superior & inferior contignatio. Galli *Estages* vocant.

Contineo, es, continui, contentum, pen. cor. Idem quod tenere, & quodammodo arripere. {λαμβάνομαι. Ital. *Tenere, contenire.* Gal. *Contenir, tenir serré & fermé, retenir.* Hisp. *Tener.* } Plaut. Rud. Perij, animo malè fit: contine quęso caput. Idem Cas. Contine pectus, face ventulũ amabo pallio. Continemus fluuium suo alueo, aut ripis, aut beluas septis. Item, Continemus nos domi, quum in publicum non prodimus. ¶ Ponitur aliquando pro moderari, temperare vel coercere. κατασχεῖν. Vnde Continens, ἐγκρατής, pro abstinente & integro: cuius contrarium est Incontinens, ἀκρατής. Lactant. lib. 3, Da libidinosum, adulterũ, ganeonem, iam sobrium, castum, continentem videbis. ¶ Aliquando est intra se tenere. περιέχει, sic dicimus, Vrbem cõtinere homines, & Locum continere locatum. ¶ Item continuare. συνέχειν, vnde & Continens, dicitur continuatum. τὸ συνεχές. Liu. Continens Imperium vsq; ad nos habebitis. Sueto. in Calig. Per hunc pontem vltro citróque commeauit, biduo continenti, id est continuo. Curtius, Omnia velut continẽti incendio ardere visa. Cic. 1. Tuscul. Sed nihil te interpellabo: continẽtem orationem audire malo. Item lib. 2. Offic. pro simul tenere posuit, συνέχειν, & quasi inuitum tenere, quum inquit, Nec vllares tam vehementer Rempublicam continet, quàm fides.

Continens, participium, Ea potest significare quæ continent. {τὰ περιέχοντα. Ital. *Che contiene.* Gal. *Joignant, s'entretenant, continuel.* Hisp. *Lo que tiene alguna cosa.* } ¶ Continẽs etiam ille dicitur qui se ab omni turpitudine continet, hoc est castus & sobrius. {ἐγκρατής. Ital. *Continente, temperato.* Gal. *Continent, modeste, sobre.* Hisp. *Aquel que se contiene delos deleytes.* } Terent. in Eunuch. -hoc nemo fuit Minus ineptus, magis seuerus, quisquam, nec magis continens.

Continens, neutri generis, à Rhetoribus accipitur pro firmamento orationis. τὸ συνεχές. Cic. in Top. Quibus autem hoc qua de re agitur, continetur, hæc Continentia vocentur, quasi firmamẽta defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit. ¶ Accipitur item Continens pro continuo, seu propinquo. Vnde Vlpianus scribit, Continẽtes prouincias accipi debere, quæ Italiæ coniunctæ sunt. Tryphon. de Excusat. tutor. l. Titius. Testaméto Romæ cõcepto, aut in eot nentibus subaudi locis.

Continens verò fœminini generis, sumitur pro terra, quæ non est insula, quam vulgò *Terram firmam* appellant, qualis est Italia. {ἤπειρος. Ital. *Terra ferma.* Gal. *Terre ferme.* Hisp. *Tierra firme.* } vt. Ex Sicilia ad continentẽ parum intercapedinis est. ¶ Nam insula est quæ mari circundatur, vt Sicilia, Sardinia. ¶ Chersonesus autem peninsula dicitur, quæ penè tota mari circundatur, aliqua tamen sui parte continenti coniungitur, vt Peloponnesus. ¶ Isthmos verò est angusta terra, peninsulam cum continente coniungens.

Continentia, fit à Continens. {ἐγκράτεια. Ital. *Continẽza, temperanza.* Gal. *Continence, abstinence, sobreté.* Hisp. *Templança, aquella obra de se contener de deleytes.* } de qua Cice. lib. 2. Offic. Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum quæ aut prodesse soleant, aut obesse: & continentiam in omni victu, omnique cultu corporis tuendi causa, & in prætermittendis voluptatibus. Huic contraria est Incontinentia. ἀκρασία.

Continenter, aduerbiũ, Modò significat parcè, sobriè & pudicè. {ἐγκρατῶς, σωφρόνως, σεμνῶς. Ital. *Continentemente, sobramente.* Gal. *Sobrement.* Hisp. *Continentemente, templadamente.* } Plaut. Quanquam illum pater arctè & continenter habet. Modò coniunctè, iugitérque. {συνεχῶς. Ital. *Continuamente.* Gal. *Continuellement, tout d'vn tenant, tout de suite.* Hisp. *Ayuntadamente, continuamente.* } Idem, Trium dierũ sitim continenter tulit. Cæsar. Belgæ cũ Germanis bellum continenter gerunt. Contrarium eius est Incontinenter, hoc est intemperanter, & impudicè. ἀκρατῶς, ἀσελγῶς.

Contentus, a, um, quum est participium à Contineor, Significat illud quod ab alio continetur. {περιεχόμενος. Ital. *Contenito, contenuto.* Gal. *Contenu & compris, content.* Hisp. *Contenido.* } Quando verò significat eũ qui animo satiatus est, neque quicquam præterea desyderat: ἀρκούμενος, nomẽ est, non participium: quando quidem neque tempus retinet, neque significationem. Terent. in Eunuch. Neque tu vno contenta eras, neque solus dedit. Vnde superflua videtur prolixa illa apud Vallam disputatio, an Contentus actiuam retineat sui verbi significationem, an passiuam: quum omnino verbi sui significationem non retineat. Neque enim Contentus is dicitur, qui continet, aut qui continetur, sed cui nihil extra sortem suam desyderat. ¶ Est etiam Contentus participium à Contendor. Idem penè significans quod Extensus. τεταμένος. Cic. in Tuscul. Ballistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graniores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.

Cõtinuus, a, um, Quod est sine interuallo, & opponitur intermisso. {ἀδιάλειπτος. Ital. *Continuo, senza internallo.* Gal. *Continuel, s'entretenant.* Hisp. *Cosa continua ò continuada.* } Plaut. in Mil. Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odiosus fier. Plin. in Epist. Littus ornant varietate grauissima, nũc continua, nunc intermissa tecta villarum.

Continuo, as, Perseuero, perago. {διαλείπω. Ital. *Continuare, perseuerare.* Gal. *continuer, ne cesser point, faire tenir ensemble.* Hisp. *Continuar.* } Apuleius, Scaphas ascendere, mari iter continuare. Sic Cõtinuare sermonem, συνεχεῖς τοὺς λόγους. Et Continuare perpotationem. Plin. lib. 14. ca. 22, Biduo, duabúsque noctibus perpotationem continuauit.

Continuatio verbale. {συνεχεία. Ital. *Intratenimento, continuatione.* Gal. *Continuation, entretenement de l'vn à l'autre.* Hisp. *Continuacion.* } Cice. 1. de Nat. deor. Est mirabilis quædam continuatio seriésque rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ, colligatæque videantur.

Continuitas, tatis, Idem quod continuatio. συνοχή. Plin. lib. 8. cap. 30, Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur, flectique, nisi circumactu torius corporis nequit.

Continuò, aduerbium. Idem est quod Statim, aut confestim. {παραυτίκα. Ital. *Di fatto, di subito, incontinente.* Gal. *Incontinent, tout sur le champ, tantost.* Hisp. *Luego, sin medio.* } Terent. in Eun. Continuò accurrit ad me. ¶ Eleganter etiam ponitur interrogatiuè, vel negatiuè pro Num ideo, vel Non ideo. Negatiuè. Cic. pro Rosc. Amer. Non continuò, si me in gregẽ sicariorũ contuli, sum sicarius. Hoc est, Si me in gregẽ sicariorũ contulerim, non ideo sequitur me esse sicarium. Interrogatiuè apud eũdem 2. de Orat. Ac si illæ seditiones saluti huic ciuitati fuissent, num continuò, si quis populi motus factus esset, id C. Norbano in nefario crimine esset ponendum? Num continuò dixit, pro Num ideo.

Continuè, aliud aduerbium. {συνεχῶς, ἀδιαλείπτως. Ital. *Senza intermissione, continuamente.* Gal. *Continuellement, sans cesse, sans intermission.* Hisp. *Continuamente, sin intermission.* } pro Assiduè. Quintil. lib. 2. cap. An virtus sit Rhetorica, Qui grana ciceris ex spatio distante missa in acum continuè & sine frustratione inserebat.

Contingo, gis, contigi, contractum. Idem quod tango. {ἅπτομαι, παραπλήσιον. Ital. *Toccare.* Gal. *Atoucher.* Hisp. *Tocar.* } Colu. lib. 1. Plurimis & his angustis illustratum fenestris, atq; à terra sic editis, ne manu contingi possint. Virg. 2. Aen. Funémque manu contingere gaudent. ¶ Ponitur & pro accidere, siue euenire: sed hoc dũtaxat in tertiis personis. {συμβαίνει, συμπίπτει. Ital. *Accadere.* Gal. *Auenir escheoir.* Hisp. *Acontecer.* } Cic. 5. Tusc. Quod non modò singulis hominibus, sed potissimis philosophis contingit. Impersonale verò cum infinitiuo: vt, Contigit mihi esse fœlici vel fœlicem. ¶ Quandoq; absolutè, vt apud Terent. Hanc mihi experiri, contigit: conueniunt mores. Ex quo datur intelligi, nõ semper seruari quod aiunt, Cõtingere esse de malis quæ sumus veriti, Obtingere de optatis, Accidere de inopinatis, tam bonis quàm malis.

Contingens, participium. ἐγγύθεν, ἀπτόμενος. Cice. lib. 2. de Diuinat. Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram penè contingens.

Contingens, nomen adiectiuum: vnde à Dialecticis Contingentia dicũtur, quæ in vtranque partem accidere possunt.

Contactus, partic. {συνημμένος, ψαυόμενος. Ital. *Toccato.* Gal. *Atouché.* Hisp. *Tocado.* } vt, Contactus religione dies. Liu. Si diem contactum religione, insignémque nomine eius loci timeant Romani.

Contactus, huius contactus, nomen. {ἁφή, συνάφεια. Ital. *Toccamento.* Gal. *Atouchement.* Hisp. *El toque.* } Colu. lib. 13. cap. 3, Contactu eius languescunt incrementa virentium.

Contiguus, a, um, Quod contingit. {συνημμένος, ἐγγύθεν. Ital. *Vicino, che si tocca.* Gal. *Joignant & touchant contre.* Hisp. *Cosa que se toca vna con otra.* } Plin. li. 2. cap. 9, Sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus. Ouid. 4. Metamor. Contiguas habuere domos.

Contagium, & Contagio, & Contages, penult. prod. Morbus qui ex contacta

tactu contrahitur, ex Con, & Tago, is, quod est tango. {συνάφεια. Ital. *Mala attaccaticcio. Gal. Attouchement, chose contagieuse, mal qu'on prent en baille à celuy qui touche ou hante avec. Hisp. La dolencia que se pega.* } Virg. Dira per incautum serpant contagia vulgus. Iuuenalis, Crescit pelluces, dedit hanc contagio labem. Cicc. 1. Offic. Contagiones malorum, quæ ab vno profectæ manant latius. Lucret. lib. 4. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

Contagiosus, a, um, adiectiuum. {ὁ ἐν τῇ συναφείᾳ φθορικός. Ital. *Contagioso, che attacca altri co'l suo male. Gal. Contagieux, qui gaste quand on approche de luy. Hisp. La cosa que assi pega.* } vt, Contagiosa febris, Contagiosus morbus, & Pestis contagiosa à Celso dicuntur, quibus qui laborant, solo contactu alios inficiunt.

Continuo, continuas, & Continuus, Vide CONTINEO, nes.

CONTINVSA, Insula Hispaniæ adiacens in freto Gaditano, aliis nominibus Gadira, & Tartessus appellata. Vide Plin. lib. 4. cap. 22.

Contollo, is, ere, συναίρω. Plaut. Aulu. Contollam gradum, id est conferam gradum.

Contophori, κοντοφόροι. Equitum genus, qui in bello contis vtebantur, hoc est hastis oblongioribus. Distinguit enim Iulius Pollux lib. 1, Onomastici, Equites in species septem, Hippotoxotas scilicet, doratophoros, contophoros, hippaspistas, scenophoros, hippagogos, & amphippos, hoc est desultorios.

Contor, aris, Verbum deductum à conto nautarum pertica, qua illi maris profunditatem explorant, idem significãs quod inquito, & tanquã conto exploro. {ἐξιχνεύω, ἐξιχνεύειν. Ital. *Scandagliare, cercare, investigare. Gal. Interroguer & demander, s'enquerir & s'enformer. Hisp. Buscar, cercar.* } Ita scribendum est sine e per o vocalem: nam Cunctor alterius est significationis: quanquam chalcographorum quorundam imperitia in quibusdam exemplaribus alterum pro altero positum inuenies. Cicc. ad Atti. lib. 11, Quumque ex eo de me contaretur, cum sibi ita dixisse narrabat, semihi esse inimicissimum. ¶ Hinc fit compositum Percontor, diligenter & exactè inquiro, & Percontator verbale.

Contorqueo, es, ere, In ambitum & gyrum torquere. {λυγίζω, στρέφω, συστρέφω. Ital. *Lanciare, trarre. Gal. Tordre, tortuer, faire tourner. Hisp. Tirar lança ò piedra.* } Plin. lib. 11. cap. 37, Erecta autem, rugarúmque ambitu contorta. Cic. 2 de Natu. deor. Non est enim ætheris ea natura, vt vi sua stellas complexa contorqueat. Ibidem lib. 3, At quàm rhetoricè, quàm copiosè, quas sententias colligit? quæ verba contorquet? vt licere cuiuis rhetori intelligas.

Contortus, a, um, participium, Dicitur id, quod quum sequitur, non conuenit cum superiore. {συστροφώδης. Ital. *Torto, distorto. Gal. Tors, recoquillé. Hisp. Torcida.* } ¶ Et contortæ res, dicuntur perplexæ, & perturbatæ, & sibiipsis minimè cohærentes. συστροφώδης. Cic. lib. 1. de Orat. Contortas res, & sæpe difficiles necessariò perdiscimus.

Contortulus, diminutiuum à contortus. Cic. 2. Tuscul. Sitne igitur malũ dolere, néene, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt, non esse malum dolorem.

Contortio, onis. {συστροφή, στρεπτωγή. Ital. *Torcimento. Gal. Estorse, estorsement.* } Hisp. *Torcimiento.* Cicc. de Fato, Maius est enim has contortiones orationis, quàm signorum ortus obitúsque perdiscere.

Contortè, aduerb. {συστροφωδῶς. Ital. *Attuppamente, & oscuramente. Gal. Tortuement, obscurement. Hisp. Torciendo, obscuramente.* } Cic. 1. de Inuent. Hic considerandum erit nequid perturbatè, nequid contortè dicatur.

Contorquendus. Cic. 2. de Orat. Qui tanquam machinatione aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus.

Contortuplicare, {Ital. *Volgere tortamente. Gal. Plier tortuement. Hisp. Torciendo bolver, plegar.* } Contortè inuoluere, quasi contortè plicare: quo verbo vlus est Plaut. in Persa, Ita sunt Persarum mores, longa nomina, Contortuplicata habemus. Hoc est adeò dura & quasi confragosa, vt vix effari possint.

Contra, {ἀντικρύ. Ita. *Contro. Gal. Contre. Hisp. Contra.* } cum genitiuo, Præpositio est, quæ & separatur, & componitur: significátque Aduersum, locúmque vel personam designat. Separata est apud Virgilium, Cõtra Neptunum, & Venerem, contráque Mineruam. ¶ Componitur autem cum dictionibus incipientibus à d, vt Contradico: c, vt Contraeo: u, vt Contraeuenio. ¶ Inuenitur etiam Contrà pro E regione, siue Ex opposito. ἐναντίως: & hoc tam cum casu, quàm sine casu. Virgil. 1. Aeneid. Italiam contra. Iuuenal. Stat contrà, starique iubet. Virg. 3. Aenei. Contrà elata mari respondet Gnosia tellus. Plaut. in Amphi. Hostes crebri cadunt, nostri contrà ingruunt. ¶ Aliquando ponitur pro vicissim, ἀνάπαλιν. Terent. in Adelph. In eo me oblecto solùm, & charum ille vt ité contrà me habeat, facio seduló.

Contractus, Vide CONTRAHO.

Contradico, Refragor. {ἀντιλέγω. Ital. *Contradire. Gal. Contredire. Hisp. Contradezir.* } Cic. 1. Tuscul. Vt quum is, qui audire vellet, dixisset quid sibi videretur, tum ego contradicerem. Idem 5. in Verrem, Quàm palàm principes contradixerint.

Contradictum, cti. Quint. in Proœm. lib. 4. Dissoluere contradicta.

Contradictio, verbale. {ἀντίλεξις. Ital. *Contradittione. Gal. Contradiction, objection contre ce qui est proposé, contredit. Hisp. Contradicion.* } Quint. lib. 2. ca. 18. Ponuntur hæ quandoque in secundo Cic. de Orato. lib. contradictiones. Id est Instantiæ & obiectiones quas vocant.

Contraho, is, contraxi, contractum, Colligo, & in vnum congrego. {συνάγω, συνάπτω. Ital. *Restringere, ragunare. Gal. Attirer ensemble, amasser, serrer, presser. Hisp. Retrechar ò encoger.* } Lactant. lib. 3. Præterea vt ad se multitudinem contrahat. Virg. 3. Aeneid. -contrahimúsq; viros. Pomponius Lentul. & Marcel. Epistol. Actic. lib. 8, Vos hortor, vt quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Contrahere auxilia, apud Liu. de bel. Pun. Contrahere pecuniam: Plin. Epist. 111. Contrahere amicitiam, Cic. de Amicit. Quæ in rerum natura, totóque mundo constarent, quæque mouerétur, ea cõtrahere amicitiam, dissipare discordiã. ¶ Quandoque compono, consto, ἐπιτάσσομαι. vt Aes alienum contraxi. Plin. Epist. 55, Vt æs alienum exolueret, contractum ex pulcherrimis causis. Cic. Qu. fr. lib. 1, Constare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligentiam, nullum æs alienum nouum cõtrahi ciuitatibus. ¶ Quandoque committo. Cic. ad Quint. fr. Ea molestissimè homines ferre debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. ¶ Quandoque paciscor, & conuentionem facio. συντίθεμαι: vt fit in emendis, vendendisq; mercibus. Idem lib. 3. Offic. Tollendum est igitur ex rebus contrahẽdis omne mendacium. Et lib. 1, Nulla vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. id est ſi negotij aliquid cum illo geras. ¶ Quandoque constringo, retraho. συνάγω. puta quum nerui contrahuntur rigore, aut metu, ita vt extendi nequeant. Vnde Contractio. συνολή. Idem 1. Tusc. Sed eo quòd in hoc est omnis animi contractio ex metu mortis. Et lib. 4, Animósque demittunt, & contrahunt, scilicet timore. ¶ Quandoque conquiro. συναγωγή. Lib. 1. ad Heren. A' nostra persona beneuolentiam contrahemus, si nostrum officiũ sine arrogantia laudabimus. Contrahere frontem, Est fronti rugas inducere. συναγαγεῖν τὸ μέτωπον. Plaut. in Prologo Amphit. Quid contraxistis frontem, quia tragœdiam dixi hanc?

Contractus, partici. {συνηλλαγμένος, συνεσταλμένος. Ital. *Storto, corto, ristretto. Gal. Retiré et amené ensemble, amassé, assemblé. Hisp. Cosa encrechada y encogida.* } vt Cõtractus exercitus, Liu. 7. bel. Pu. Cõtracta breuitas, Cic. 3. de Orat. Cõtractæ res, Idem 1. Offic. Paupertas contracta, apud Horatiũ, &c. Contracta & astricta eloquentia putanda est Dialectica. Cic. de Clar. Or. 1.

Contractus, nomen ex participio. Cic. in Parad. Accipias igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus. Colu. lib. 5. cap. 5, Sed neque spatiosiora, quàm decem pedum, neque contractiora, quàm quatuor.

Contractio, verbale. {συνηλλαγμένως. Ital. *Rittratione. Gal. Retirement ou retraite. Hisp. Encrechura ò encogimiento.* } Cic. 3. de Orat. Aut contractione breuius fieret, aut productione longius. Supercilioru cemitio & contractio, apud eundem 3. Offic. Idem 4. Tusc. Eodem enim in vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.

Contractiuncula, læ, diminutiuum. συνήλιξ, μικρὰ ἢ ἐπιλῆς συνολή. Cic. 3. Tuscul. Hoc detracto, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens: motus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

Contrecto, as, are, frequentatiuũ à cõtraho, Attingere significat, seu frequẽter tangere. {μεταχειρίζομαι. Ital. *Maneggiare, toccare spesso. Gal. Attoucher souvent & manier. Hisp. Tratar y tocar entre las manos, ò muchas veces.* } Colu. lib. 12. cap. 4, Ne contrectentur pocula. Plin. lib. 28 cap. 2, Capillum verò contrectari, contra defluuia, &c. Oculis contrectare. Tacitus lib. 3, Nam quò pertinuit nudare corpus, & contrectandum vulgi oculis permittere?

Contrectatio, onis. {ψηλάφησις. Ital. *Maneggiamento. Gal. Attouchement, maniement. Hisp. Aquel tratar entre las manos.* } Cic. 1. de Natu. deo. Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

Contrectabiliter, aduerb. ψαυστῶς, ψηλαφητῶς. Luer. lib. 4. -leuissima corpora debent Contrectabiliter canlas intrare palati.

Contraliceor, éris, éri. Ex aduerso liceor. {Ital. *Mettere all' incanto contra alcuno. Gal. Mettre & dire à l'encant contre quelqu'vn. Hisp. Poner en almoneda contra alguno.* } Cæs. 1. bel. Gall. Propterea quòd illo licente, contraliceri audeat nemo.

Contrapositus, adiectiuum; Pro oppositus. {ἀντικείμενος. Ital. *Contraposto. Gal. contreposé, mis au contraire. Hisp. Contrapuesto.* } Quint. De æquo, vero, iusto, bono, déque iis quæ sunt contrapositi, disputat.

Contrarius, à Contra fit, Significátque oppositum, & repugnans. {ἐναντίος. Ital. & Hisp. *Contrario. Gal. Contraire, repugnant, opposite.* } Cicc. de Vniuersitate, Eos qui propè copulentur, contrariáque regione, aut ponequos, aut ante labantur, &c. Cicc. de Inuentio. Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum distat.

Contrariè, aduerbium. {ἐναντίως. Ital. *Al contrario, alla riuersa. Gal. Au contraire, au rebours. Hisp. Al contrario.* } Cic. 1 de Orato. In quo aut ambignè quid sit scriptum, aut contrariè.

Contrasto, as, Aduersor, repugno, resisto. {ἀντίκειμαι, ἐναντιοῦμαι. Ital. *contrastare. Gal. Contrarier, repugner. Hisp. Contrastezar.* } Næuius, Cõtrastat mihi, nec me finit loquier.

Contrauenio, is, Exaduerso occurro. {ἀντιπαρέρχομαι. Ital. *Contraporsi. Gal. S'opposer, contrevenir. Hisp. Contraponerse.* } Cæsar 7. bel. Gal. Hoc animo, vt si qua ex parte contrauenire tur, acie instructa depugnarent. Cicc. lib. 1. Tusc. Ego verò facilè sum passus, ne in mentem mihi aliquid contrauenire, ita isti faueo sententiæ.

Contremo, is, ere. pen. cor. Idem quod simplex Tremo. {τρέμω, πτοέω. Ital. *Tremare. Gal. Trembler de peur, trembler tout estonné. Hisp. Temblar.* } Cic. 5. de Orat. Cælam tonitru contremit. Idem pro Sest. Cuius in mea causa nunquam fides vtriusque contremuit.

Contremisco, is, ere, Idem quod Contremere. Cicc. 1. de Orato. Et tota mente, atq; omnibus artubus contremiscam. Cecin. ad Cic. lib. 6. Toto corpore contremisco, non pœnæ metu, sed illius iudicij. Seneca Epistol. 66, Fortes simus aduersus fortuita, non contremiscamus iniurias non vulnera, non egestatem.

Contribuo, is, ere. Simul tribuere & conferre. {συμφορέω. Ital. *Dare insieme. Gal. Contribuer. Hisp. Contribuir con otro.* } Cic. 14. Philip. Vrbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, soluere iubeant. Ouid. 7. Metamorp. Necnon Peneus, necnon Sperchiades vndæ Contribuêre aliquid.

Contributio, verbale. συμφορά. Papin. in l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu, Lege Rhodia cauetur, vt si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione farciatur, quod pro omnibus datum est.

CONTRIBVTA IVLIA, Bæturiæ oppidum est in tractu Celtico, qui est inter Bætim & Anam fluuios. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Contristo, as, ate. Tristitia afficio. {λυπέω. Ital. *Contristare. Gal. contrister, marrir, chagriner. Hisp. Entristecer à otro cosa.* } Cæl. Cicc. lib. 8, Contristauit hæc sententia Balbũ Cornelĩũ, & scio eum questum esse cum Scipione. Valer. Flac. lib. 6. Argon. Iuppiter, heu, mœsto contristat sydera vultu.

Controuersus, a. um, Ambiguum, litigiosum, & quod est in controuersia. {ἀμφισβητήσιμος. Ital. *Litigioso, dubio. Gal. Controuersé, litigieux, dequoy on n'accorde point ensemble, different. Hisp. Contencioso, dudoso.* } Cicc. de Diui. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi sumunt pro certo, quod dubium controuersúmq; est. Idē pro Muræna, Sin aliter, etiam controuersum ius nosse & tractare videare. Gellius, Argumenta autē censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua, & minimē controuersa. ¶ Ité controuersa res, dicitur illa de qua est controuersia. Cic. de Legib. Res controuersa, & plena dissensionis.

Controuersia, Est certarum personarum de re propria contentio. {ἀμφισβήτησις. Ital. *Litigio, controuersia, contesa.* Gal. *Controuersie, debat, different, procés.* Hisp. *Question ò contienda con otros.*} Cice. Aelio Proconsuli. Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuersiam eum hodie habiturum. ¶ Sine controuersia, significat sine dubio. {ὁμολογουμένως, Idem lib. 3. Officiorum, Panætius qui sine controuersia de officiis accuratissimè disputauit.

Controuersiosus, Litigiosus. {ἐπιδικος· ἀμφισβητήσιμος. Ital. *Litigioso.* Gal. *Litigieux, contentieux.* Hisp. *Contencioso.*} Liu. li. 3, Quem enim fine hoc priuatæ rei iudicem fecisset, vt controuersiosam adiudicaret rem.

Controuersor, aris, ex Contra & Versor, per mutationem a, in o, significat contendo. {ἀμφισβητῶ. Ital. *Contendere, litigare.* Gal. *Auoir different ensemble, discorder & auoir diuerse opinion.* Hisp. *Tener questión.*} Cic. in Protag. Nunc à vobis ô Protagora & Socrates postulo, vt de isto concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi non controuersemini.

Contrucido, as, pen. prod. Idem quod trucido. {κρεουργέω. Ital. *Tagliare à pezzi.* Gal. *Meurtrir, tuer cruellement.* Hisp. *Matar despedaçando.*} Cice. pro Sest. A' quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, se abiecit exanimatus.

Contrudo, is, pen. prod. Simul trudo, compingo. {συνωθῶ. Ital. *Spingere per forza.* Gal. *Pousser dedans tout ensemble.* Hisp. *Empuxar por fuerça.*} Cic. 7. in Verrem. Et quod eodem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, &c. Contrudi in naues, Cice. in Salust. Contrudi in dolia plena vinaceorum, Varro 1. de re Rusti.

Contruncare, Est truncum, vel mutilum reddere, vel etiam imminuere. {κωλοτῶ. Ital. *Troncare.* Gal. *Rongner, oster les membres.* Hisp. *Cortar miembros.*} Plaut. in Sticho, Dum equidem hercle quod edant addas, meum ne contruncet cibum.

Contubernium, Verbum castrense, sicut scribit lib. 1. de Re mili. Vegetius, significans decē milites sub vno papilione degentes, quibus præerat decanus, siue decurio, qui caput erat contubernij. {συσκηνία. Ital. *Allegiamento.* Gal. *Vne chambrée de gens de guerre, acompagnement, societé.* Hisp. *Tienda.*} Quin ipse etiam papilio eo nomine dicebatur. Cæsar 3. bell. Ciui. Depositis in contubernio armis, vallū relinquebant. ¶ Vnde accipitur pro conuictu & sodalitate. {συνοικημα, συνοίκιον. Ital. *Compagnia di gente che viuono insieme.* Gal. *Compagnée de gens qui viuent ensemble.* Hisp. *Compañia de casa y de mesa.*} Cic. 7. in Ver. Vbi illud contubernium muliebris militiæ, in illo delicatissimo litore. Plin. in Epist. Adhuc filiū pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit, id est consuetudinem, familiaritatémque domus tuæ.

Contubernales, dicuntur, qui iisdē contubernils vtuntur: συσκηνῖται, σύσκηνοι, σύσκηνοι. Cic. ad Papy. lib 9. Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. Colu. lib. 1, Sed qualicunque villico contubernalis mulier assignata est, quæ contineat eum. Dictum Contubernium à tabernis.

Contueor, ēris, pen. prod. Fixo obtutu aspicio. {ἐμβλέπω, ἀθρῶ. Ital. *Guardare fisso.* Gal. *Regarder fermement, jetter toute sa veuë sur quelque chose.* Hisp. *Mirar.*} Cice. 1. Tuscul. Quod tandem spectaculum fore putamus, quū totam terram contueri licebit? Idem 4. de Natu. deor. Similiter facis ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, & non altero contueari, quum idem vno assequi possim. Plin. lib. 7. ca. 1, Contuentes solem immobilibus oculis.

Contuitus, us, ui, Aspectus. {θέαμα, θεωρία. Ital. *Vn guardare.* Gal. *Veuë ferme attentif regard.* Hisp. *Mirar.*} Cic. pro Sest. Facit enim, Iudices, vester iste in me animorum oculorūmque contuitus, vt mihi iam licere putē remissiore vti genere dicendi.

Contumax, pen. cor. Pertinax, propositi tenax, quique nullis rationibus à proposito potest abduci. {ἀνυπείθης, ἀπειθής. Ital. *Contumace, disubidiente.* Gal. *Desobeissant, despriseur & contemnant son superieur, rebelle, opiniastre, fier.* Hisp. *Rebelde y porfiado.*} Et proprie inferiorum est in superiores. Cice. Attic. Særam nefarium cognoui hominem, præterea in me contumacem. Autor ad Heren. lib. 1, In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus. ¶ Dictum autem volunt Contumacem siue à contemnendo, siue, vt aliis placet, à tumore, hoc est superbia. ¶ Vnde à Iurisconsultis Contumax dicitur, qui tribus propositis edictis, vel vno pro tribus, quod vulgò *Peremptorium* appellatur, Iudicisque literis euocatus, presentiam sui facere contemnit. Contumax (inquit Donatus) dicitur contemptor potiorum. Martia. lib. 2, Ne me dixeris esse contumacem. ¶ Dicitur quandoque etiam in bonam partem. Cornel. Tacitus, Contumax etiam aduersus tormenta setuorum fides.

Contumacia, Inobedientia. {ἀνυπείθεια, ἀνυπειθία. Ital. *Contumacia, dispregiamento d'autorità de maggiori.* Gal. *Fierté, desobeissance au superieur, opiniastreté.* Hisp. *Aquella rebeldia y porfia.*} Cice. pro Rosc. Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque vniuersæ vox. ¶ Accipitur aliquando in bonum, quemadmodum & Contumax. Cic. 1. Tusc. Adhibuitque liberam contumaciam, à magnitudine animi inductam, non à superbia.

Contumaciter, aduerbium, Inobedienter. {ἀνυπείθως. Ital. *Con contumacia.* Gal. *Fierement, superbement, opiniastrement.* Hispa. *Porfiadamente.*} Liui. 2. ab Vrb. Nec vlla vi domari poterant, tantum certamen animis imbiberant; seguiter, otiosè, negligenter, contumaciter omnia agere. Contumaciter spernere imperia validorum, Colu. lib. 6. cap. 2, Contumaciter repudiare morem patrium, Cice. 2. de Diuin.

Contumelia, Conuitium vel iniuria. {ὕβρις. Ital. *Ingiuria, villania di parole.* Gal. *Injure de paroles, paroles injurieuses.* Hisp. *Injuria, villania de palabras.*} Vocabulum tractum est (vt Vlpianus & Seneca aiunt) à contemptu. Terent. in Eunuch. Hancine ego vi contumeliam tam insignem in me accipiam? Cice. 5. in Verrem, retinere solius erat aratoris, atque ab iis non modò per iniuriam, sed etiam per contumeliam rātum exprimere frumenti, quantum Apronius imperasset.

Contumeliosus, Qui cōtumeliā inferre solet. {ὑβριστής. Ital. *Ingiurioso.* Gal. *Outrageux en parolles.* Hisp. *Injuriador, El que usa injuria.*} Quinc. lib. 10. ca. 7, Tam contumelioso in se ridet innocē eloquentia. Cic. Phil. 3, At quàm

contumelioſus in edictis, quàm barbarus, quàm rudis!

Contumeliosè, aduerb. {ὑβριστικῶς. Ital. *Ingiuriosamente, con oltragio.* Gal. *Injurieusement, outrageusement.* Hisp. *Injuriadamente, con injuria.*} Cic. 1. de Orato. Dimitto autem eos, non tam contumeliosè, quàm philosophum illū.

Contumulo, as, Tumulo tego. {θάπτω. Ital. *Sepelire.* Gal. *Enfouir en terre, couurir de terre, mettre en vn tombeau.* Hisp. *Enterrar los muertos.*} Martia. lib. 8, Collegitque sinu fragmenta nouissima fractis, Oris, & aggesta contumulauit humo. Humo patria contumulari, Ouid. 3. Trist. Plin. hb. 10. cap. 13, Perdices ouis stragulum molli puluere contumulant.

Contundo, is, contudi, penultima præteriti correpta, contusum, Simul, siue totum tundo, frango, comminuo, percutio. {συντρίβω, φλάω, κατακόπτω. Ital. *Pestare.* Gal. *Piler, broyer, rompre, froisser.* Hisp. *Herir ò majar.*} Horat. lib. 1. Epist. Duram qui contudit hydram.

Contusum, Confractum. {συντετριμμένον. Ital. *Pestato, rotto.* Gal. *Pilé, broyé, rompu, froissé.* Hisp. *Majado, rumpido.* Colu. lib. 7, Plus etiam eiusdem radix contusa prodest.

Contuor, eris, Video & aspicio. {ἐμβλέπω, ἰδοῦ. Ital. *Guardare.* Gal. *Regarder pres & diligemment.* Hisp. *Mirar.*} Plaut. Asi. At hercle ipsum adeò cōtuor, quassanti capite incedit. Contueor tamen frequentiori est in vsu.

Contuoli oculi, sunt in angustum coacti, continentibus palpebris: à contuendo, id est simul aspiciendo, dicti. Festus.

Conturbare, Propriè est confundere res aliquas, & inter se cōmiscere. {συγχεῖν, συνταράττειν. Ital. *Turbare, conturbare.* Gal. *Troubler & estonner* Hisp. *Enturbiar ò perturbar.*} Vnde Catullus eleganter dixit, Conturbare basia, pro eo quod est, Basiorum numerum confundere. ¶ Transfertur etiā ad animū, & significat turbationem afferre. Cic. pro Cluent. Vnum est quod me maximè conturbat. Idem 3. Officio. Incidunt, sæpe multæ causæ, quæ conturbent animos vtilitatis specie. ¶ Conturbare, absolutè, vel Conturbare tationes, frequens est apud veteres pro decoquere, & pecuniam dissipare: quod Galli vocant *Faire banqueroute.* Ital. *Fare banqua rotta.* Hisp. *Quebrar rompiendo el credito.*} Vlp. l. Quicunque. ff. de Inst. act. Deinde pecunia accepta præsenti, vt per dies singulos ei panes præstaret, cōturbauerit. Cic. pro Planc. Verùm fac me debere molestis, & in iis Plancio, vtrum igitur me conturbare oportet, an cæteris, quum cuiusque dies venerit, hoc nomen quod vrget, nunc quum petitur, dissoluere? Sic etiam accipiendum est illud apud Mart. lib. 9. Epigr. lib. 4, Grandis in æthereo licet auctio fiat Olympo, Cogantúrque dei vendere quicquid habent, Conturbabit Atlas. Hoc est etiam si superi facta auctione diuendant quicquid possident, ea tamen est æris alieni magnitudo, quo superi tibi sunt astricti, vt cælestium omnium possessiones in pecuniam redactæ satisfacere non possent tanto æris alieni cumulo. Atlas itaque vbi viderit cælum soluendo non esse, conturbabit, hoc est coniiciet se in pedes, quemadmodum mercatores solent, quum vident se non esse soluendo. Conturbator dici potest qui Gallicè dicitur *Vn banqueroutier.* Ital. *Banchieretiere, consumatore.* Hisp. *El que quiebra el credito.*

Conturbatio, verbale. {συνταραχή. Ital. *Turbamento.* Gal. *Troublement.* Hisp. *Obra de enturbiar ò perturbar.*} Ennius apud Cice. 4. Tuscul. Conturbatio est metus excutiens cogitata.

Contus, ti. {κοντός. Suidæ. Ital. *Hasta longa, picea, Lancia.* Gal. *Vne perche de marinier pour sonder le fond de l'eau, vne lance.* Hisp. *El cuento, pertiga, vara, ò tizon.*} Sudes, siue hasta longior, durióreque ad percutiendum apta. Virgil. 9. Aeneid. -telorum effundere contrà Omne genus Teucri, & duris detrudere contis. Vnde Contatos milites Vegetius appellat. ¶ Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente, qua nautæ vtuntur ad loca nauibus opportuna exploranda. Virg. 6. Aeneid. Ipse ratem conto subigit. ¶ Hinc Percontor, aris, teste Donato, pro inquiro, & quasi conto prætento.

Conuador, penul. cor. aris. Idem est quod simplex Vadari, hoc est vadimonio obstringere. {κλητεύω. Ital. *Constringere à far sicurtà.* Gal. *Bailler assignation, ajourner.* Hisp. *Coger á fiar la persona.*} Plaut. in Curcu. Vbi tu es, qui me conuadatus es venereis vadimoniis?

Conualeo, es, vel Cōualesco, Est valetudinem & robur recipere. {ὑγιάζω. Ital. *Guarire, risanarsi.* Gal. *Recouurer santé, se guarir, se renforcir.* Hisp. *Conualecerse.*} Cic. ad Cornif. lib. 12, Hircius noster tardius conualescit. Martia. lib. 10, Hæredem scripsit me Numa, conualuit. Cice. Antequam iret in exilium, Ne rei crudelitas experrecta in me, in vos conualesceat. hoc est vires & robur assumat.

Conuallis, Planities ex omni parte comprehensa montibus, collibúsq; dicta (vt inquit Varro) quasi cauata vallis. {περιώρεια. Ital. *Piano circondato de monti.* Cal. *Vne plaine enuironnée de montaignes de toutes parts.* Hisp. *Valle cercado de monte de todas partes.*} Liu. lib. 1. ab Vrb. Romani Sabinique in media conualle duorum montium redintegrant prælium. Plin. lib. 33, cap. 4, Conuallis & interualla substructis canalibus iunguntur.

Conuaso, as, penul. prod. Significat furto omnia colligo, vt inquit Nonius. {συσκευάζομαι. Ital. *Far fardello per rubare.* Gal. *Faire son paquet, trousser ses hardes, les amasser comme quand quelqu'vn s'en veut aller à la desrobée.* Hisp. *Enfardelar para hurtar.*} Terent. in Phorm. Aliquid conuasassem, atq; hinc me protinus conijcerem in pedes.

Conueho, is, ere, Comportare. {συναγείρομαι. Ital. *Portare insieme.* Gal. *Porter, ou mener, ou amasser ensemble.* Hisp. *juntamente llevar acuestas ò encima.*} Plin. lib. 12, Thus collectum Sabeam camelis conuehitur. Cicer. pro Mil. Repente lyntribus in eam insulam, materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuexit.

Conuecto, as, frequentatiuum. {συναγὰ ἢ κατάγω συναγείρω. Ital. *Portare spesso, ò condurre in carro, ò in naue.* Gal. *Porter & amasser ensemble par plusieurs fois.* Hisp. *Muchas vezes llevar juntamente.*} Virgil. 9. Aenei. Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto. Idem 4. Aeneid. -prædámque per herbas Conuectant colle angusto.

Conuector, oris, Qui in eadem nauigat naui. σύμπλοος. Cice. ad Attic. lib. 11. Quin etiam naui eius me, & ipso conuectore vsurum puto.

Conuello, is, Vello, vel auello. {συσπάω, συνείρω. Ital. *Sueller.* Gal. *Arracher.* Hisp. *Arancar en vno.*} Plaut. in Amphit. Qui tam vasto impetu has fores toto conuulsit cardine. Id est emouit. Plin. Epist. 139. Ac mihi domus ipsa nutare, conuulsáq; sedibus suis ruitura suprà videtur, Id est, emotà. ¶ Conuellere, pro auferre, abrogare, destruere. Cic. pro Com.

Balb. Cur ea quæ mutare non possumus, conuellere malumus quàm tueri? ¶Conuellere pro eo quod & Confutare dicimus. Cic. 1. de Diuinat. Hæc si reuocemus, quæ mihi quidem non videntur posse conuelli, profectò hominibus à diis futura significari necesse est.

Conuulsus, participium. {κατάσπαστος, σπασθείς. Ital. *Spasmato, ritirato.* Gal. *Spasme, retiré.* Hisp. *Pasmado.*} vt, Conuulsus musculus, hoc est cuius fibræ contractæ sunt versus suam originem. Conuulsi nerui, & Conuulsi tendones, hoc est contracti, & velut complicati. Plin. lib. 20. cap. 7, Conuulsa & luxata cæsibus tritis cũ polenta ex aqua frigida leniunt.

Conuulsio, onis. {σπασμός. Ital. *Spasmo.* Gal. *Spasme, conuulsion.* Hisp. *Pasmo.*} Plin. lib. 20. cap. 15, Ligusticum aliqui panacem vocant: stomacho vtile est, item conuulsionibus & inflammationibus. Conuulsiones vulgò *retractiones* dicuntur: de quibus Gal. lib. De locis affectis.

Conuelo, as, are. Idem quod simplex Velare. {συγκαλύπτω. Ital. *Velare.* Gal. *Voiler & couurir d'vn linge tout entour.* Hisp. *Cobrir con velo.*} Plin. lib. 17. cap. 22, Plagam omnem obliquam fieri vt facilè decidant imbres, & ad terram verti, quàm leuissima cicatrici acie falcis exacta, plagáque conuelata.

Conuentio, conuenis, Simul venire, congregari, coire. {συνέλευσις. Ital. *Venire insieme.* Gal. *Conuenir, s'assembler, venir auec autres.* Hisp. *Venir vno con otro.*} Liuius, Postera die arma capiunt, quò missi erant conueniunt. Salust. Postquam vnum in locum omnes conuenere. ¶Hinc Conuentus, συνέλευσις, σύνοδος. ¶Per translationem quandoque Concordare. {ὁμολογεῖν. Ital. *Conuenire, concordare.* Gal. *Accorder.* Hisp. *Conuenir en vno.*} Ouid. Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor. ¶Conuenire item dicimus pro eo quod est in Iudicium vocare, siue actionem aduersus aliquem instituere, δικολογεῖσθαι, quod locutionis genus frequens est apud Iurisconsultos. ¶Quandoque statuere. συνήκειν. Apuleius, Conuenimus, ad portum quamprimum ire. ¶Quandoque alioqui. εἰσπλεῖν. hinc Conuentio, εἴσπλους. Terent. in Andria. Conueni hodie aduentiens quendam mei loci hinc atque ordinis hominem. Cic. 2. Verr. Non dubitat, quin ipse Verrem conueniat, æquitate causæ, autoritate sua commouere hominem possit. ¶Quandoque aptum, conueniens, & decens esse. πρέπειν. Cic. in Horten. Nam quid veteris, ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum? ¶Quandoque placere, pactum facere, & controuersia carere, ὁμολογεῖσθαι τινας. συμφωνεῖν, sed in tertia persona frequentius: idque interdum cum nominatiuo expresso. Cic. lib. 1. de Finib. Hoc mihi cum tuo fratre conuenit, id est sine controuersia est, & concordes sumus. Nonnunquam sine nominatiuo. Iuuenal. Sæuis interse conuenit vrsis. Item Terent. in Adelph. Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent, id est dissentimus ab inuicem in his, & dissimiles sumus. Plaut. in Capt. Nunc ita conuenit inter me, atque hunc Tyndare. Et iterum, Dicito patri, quo pacto mihi conuenit de huius filio. ¶Variis itaque modis huiusmodi orationes efferimus: vt, Hoc conuenit mihi tecum, vel Conuenit mihi tecum de hoc, vel Conuenit inter nos. Sic dicimus, De pretio conuẽnit, id est concordes fuimus. ¶Conuenire in manu, vel in manum venire, vxores dicebantur, quum per coemptionem in familiam & mancipium viri, & omnium bonorum consortium veniebant. Nam (vt autor est Boëthius in Topica Ciceronis) tres erant habendæ vxoris modi: per Cõfarreationem quæ solis pontificibus conueniebat. Vsu, quum mulier non in omnium seruarum, sed in lecti tolum participationem veniebat: & Coemptione, quæ certis solennitatibus fiebat. Nam sese coemendo inuicem interrogabant. Vir ita, An mulier sibi materfamilias esse vellet. Illa respondebat, Velle. Item mulier interrogabat virum, Vtrum sibi paterfamilias esse vellet. Ille respondebat, Velle. Itaque mulier conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ Per coemptionem. Et erat mulier materfamilias. Matrona autem dicebatur, quæ tantùm vsu vxor erat. Gell. lib. 18, Matremfamilias (inquit) appellatam eam esse solam, quæ in mariti manu esset, à matris nomine nuncupatam, &c.

Conueniens, entis, Congruens, consentaneus. {σύμφωνος. Ital. *Conueneuole, che s'accorda con altri.* Gal. *Conuenant, conuenable, sortable.* Hisp. *Conueniente.*} Cic. 2. de Finibus, Nihil scriptum ab eo conueniens congruensque decretis eius reperies. Idem de Amicit. Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secundas vel aduersas, quàm amicitia.

Conuenienter, aduerbium, hoc est congruè, apte, consentaneè. {ἁρμοζόντως, σφοδρότατα. Ital. *Conueneuolemente, à punto.* Gal. *Conuenablement, à point.* Hisp. *Conuenientemente.*} Cic. 2. Offic. Conuenienter naturæ viuere, hoc est cum virtute congruere semper. Horat. Viuere naturæ si conuenienter oportet.

Conuenientia, æ, Congruentia, consensus. {ὁμολογία, ἁρμονία. Ital. *Conuenienza, conuenenolezza.* Gal. *Conuenance, accord.* Hisp. *Conueniencia.*} Cic. 2. de Nat. deor. Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam, tam variis cursibus in omni æternitate conuenientiam temporum non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Apud antiquos etiam legitur pro conuentu. Plaut. Milit. Facerent conuenientias.

Conuenæ, pen. corr. Dicuntur qui ex diuersis populis, gentibúsq; in vna mœnia conuenerunt, simúlque coaluerunt. {συνοικίσται. Ital. *Foresticri che insieme si ragunano in vn luogo.* Gal. *Qui sont venus auec autres en quelque lieu pour y habiter.* Hisp. *Estrangeros venidos con otros.*} Cic. 1. de Orat. An verò tibi Romulus ille, pastores & conuenas consilio & sapientia congregauit? Idem 5. Tuscul. Quibusdam conuenis & feris barbaris corporis custodiam committebat. Plin. lib. 5. cap. 17, In dies ex æquo conuenarum turba renascitur.

Conuentus, us, Dicitur quum homines simul venerint. {συνουσία. Ital. *Conuento, ridotto.* Gal. *Assemblée de gens les vns auec les autres, acord & conuention.* Hisp. *Lugar donde muchos concurren.*} quod tribus ferè modis fieri solet. Vno, quum significatur multitudo ex pluribus hominum generibus contracta in vnum locum. Cic. 3. Verr. Cur prudentissimas, lectissimásque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas inuitásque prodire cogis? Secundò, quum à magistratibus iudicij causa populus congregatur. Erant enim in prouincijs statuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Vnde Plinius de Hispania citeriore, Nunc vniuersa prouincia diuiditur in septem conuentus. Idem lib. 3, scribit in Bætica fuisse iuridicos conuentus quatuor, videlicet Gaditanum, Cordubensem, Astygitanum, Hispalensem. Tertiò, quum aliquem in locum frequentia hominum, supplicationis, aut gratulationis gratia colligitur. ¶Ponitur interdum pro coniugio. Iuuen. Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia nostra Tempestate paras. Quanquam verisimilius est hoc esse à nominatiuo Conuentum.

Conuentum, neut. gen. conuentionem significat. {συνθήκη. Ital. *Patto, accordo.* Gal. *Conuention, pallum, acord.* Hisp. *Conuencion, pacto.*} In Pandectis Græcis conuenta συνθῆκαι dicunt. Cic. de Orat. At verò in foro tabulæ, testimonia, pacta, conuenta, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum qui in causa versantur, tota cognoscenda est. Vlp. l. Iurisgentium §. quinimò ff. de pactis. Solemus enim dicere, pacta conuenta inesse bonæ fidei. Silius lib. 1, -ter Marte siniſtro Iuratúmque Ioui fœdus, conuentáque patrum Sidonij fregere duces. ¶Conuenta conditio dicebatur, quum primus sermo de nuptijs, & earum conditione habebatur. Autor Festus.

Conuenticulum. Plerunque in malam partem accipitur, hoc est pro conuentu seditiosorum, aut sceleratorum. {συνωμοσία. Ital. *Adunanza, mãzza.* Gal. *Petite assemblée.* Hisp. *Conuento de pocos.*} Nonnunquam etiam in meliorem partem. Cic. pro Sestio, Conuenticula hominum, quæ ciuitates nominantur. Idem pro Domo sua, Quoniam plebi quoque vrbanæ maiores nostri conuenticula, & quasi concilia quædam esse voluerant.

Conuentio, {τὸ συμφωνῆσαι, ὁμολογία, συνθήκη. Ital. *Conuentione, congregatione, patto, accordo.* Gal. *Conuenue, conuention, acord & paction ensemble, composition.* Hisp. *Conuencion, pacto, acuerdo.*} Nomen generale est ad omnia pertinẽs, (vt scribit Vlpian. l. 1. de pactis) de quibus negotij contrahendi, transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicut Conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum locum coëunt, ita qui ex diuersis animi motibus consentiunt, & in vnam sententiam concurrunt. Adeóque Conuentionis nomen generale est, vt nullum esse conuentum, nullam esse obligationem dicat, quæ non habeat in se conuentionem, siue verbis, siue re fiat.

Conuerbero, as, Idem quod Verbero. {μαστιγόω. Ital. *Battere, flagellare.* Gal. *Batre & marquer de coups ou playes.* Hisp. *Açotar con açotes.*} Plin. li. 13. cap. 22, Nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens.

Conuerro, ris, rere, Simul verro, vel idẽ quod simplex verro. {σύλλεσθαι, σαίρειν. Ital. *Scouare.* Gal. *Balier, nettoyer & amasser ensemble, ramasser.* Hisp. *Barrer.*} Plaut. Sticho. Hercle verò capiam scopas, atque hoc conuerram lubens. Ibidem, Reuerram hercle hoc, quod conuerri modò. Columel. lib. 7. cap. 8, Diligens pastor quotidie stabulum conuerrit, nec patitur stercus aut humorem consistere.

Conuerritor, apud Apuleium in Apologia pro magia, Conuerritorem pridianæ reliquiæ, acsi supinum esset conuerritum.

Conuersè, aduerbium, Pro nitidè, à verbo Conuerto. {καθαρῶς. Ital. *Netamente.* Gal. *Nettement, apres auoir bien balié & nettoyé.* Hisp. *Limpiamente.*} Cato cap. 143, Villam conuersè, mundeque habeat.

Conuersor, & Conuersatio, Vide CONVERTO.

Conuerto, Idem quod verto. {στρέφω. Ital. *Volgere, voltare, conuertire.* Gal. *Tourner ou faire tourner, muer.* Hisp. *Conuertir, bolucr.*} vt, Conuertere te domum, hoc est reuerti. Terentius in Adelph. Ego iam transacta re conuertam me domum cum obsonio. Plinius de Viris illust. Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in conspectu illorum posuerunt. Cic. 3. Offic. Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in locum annulum inuerterat. Idem lib. 1. de Orato. Ac quocunque te animo & cogitatione conuerteris, permultos excellentes in quoque genere videbis. Liuius 2. bel. Pun. In admirationem & ipsum, & omnes qui circà erant, conuerterunt. Cic. Appio lib. 4, Gratulabor tibi prius, (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me conuertar. ¶Conuertere, pro interpretari, siue ex vna lingua in aliam vertere. Cic. de Opt. genere Orato. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias. Ibidem, Quod igitur est eorum in orationibus è Græco conuersis futtidum?

Conuertor, teris, deponens, Quo antiqui vsi sunt. pro Conuerto. στρέφω. Plaut. Amph. Sed tamen in fugam se nemo conuertitur.

Conuersus, participium. {συνεστραμμένος, συστροφεύς. Ita. *Mutato.* Gal. *Tourné, changé, mué.* Hisp. *Conuertido, mudado.*} Cic. in Somn. Scipio. Huius quidem anni nondum vigesimam partem esse conuersam.

Conuersio, onis. {στροφή, ἀναπόλωσις. Ital. *Mutamento, cambiamento.* Gal. *Tournement, changement.* Hisp. *Mudança.*} vt, Conuersio veliceæ, id est inuersio & reuolutio. Plin. lib. 8. cap. 42. ¶Vuluarum conuersio, apud eundem lib. 20. cap. 22. ¶Conuersio verborum. Cic. 1. de Orato. Et efficiendum est illud modò vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius, vt membris distinguatur, vt conuersiones habeat absolutas. Neque semper vtendum est perpetuitate, & quasi conuersione verborum: sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est.

Conuersio, as, are, frequentatiuum à Conuerto. {στρέφω. Ital. *Volgere spesso.* Gal. *Tourner souuent & retourner.* Hisp. *Boluer muchas vezes.*} Cic. de Vniuers. Quippe qui ex eadem vinctus, alteráque natura, adiuncta materia temperatiore, trium partium proportione compacta, se ipse conuersans, quum materiam mutabilem arripuisset.

Conuersatio, pro consuetudine. {ἀναστροφή. Ital. *Conuersatione, prattica.* Gal. *Conuersation, frequentement.* Hisp. *Conuersation ò participacion.*} Plin. lib. 10. ca. 33, Néve cui frequentior conuersatio suspecta sit. Tutior conuersatio, Quintil. lib. 1. cap. 2. ¶Conuersatio, pro conuersione. Seneca Epist. 75, Sciãtque illa ipsa, quibus lædi videtur, ad conuersationem vniuersi pertinere: & ex iis esse, quæ cursum mundi consummant.

Conuestio, is, ire, Vestire, & exornare. {ἐμφυτεύω, κοσμῶ. Ital. *Vestire, ornare.* Gal. *Vestir, orner.* Hisp. *Vestir y ornar.*} vt, Conuestiuntur herbis prata, Cic. 1. Tuscul. Idem ad Qu. fr. lib. 3, Topiarium laudaui, ita omnia conuestiit hedera, &c. Idem pro domo sua, Ergo eius domum euersam duobus lucis conuestitam videtis.

Conuexo, Idem est quod simplex vexo. {σείω. Ital. *Disturbare, molestare, noiare.* Gal. *Fascher, ennuyer, vexer & tourmenter.* Hisp. *Fatigar ò molestar.*} Gell. lib. 10. cap. 6, Sed vtinam reuiuiscat frater, aliámque classem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me malè

Universidad de Deusto
Biblioteca

miſeram nunc conuexaûit. Verba ſunt filiæ Appij Claudij Cæci.

Conuexum, Concauo oppoſitum eſt, quod ſcilicet eſt ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cæli, quod ex omni parte ad terram verſus declinatum eſt. {κυρτόν, ἀψιδωτόν. Ital. *Piegato in arco, in volto.* Gal. *Courbé, comme ſemble eſtre le ciel.* Hiſp. *Redondo por deſuera.*} Virgil. 4. Aeglog. Aſpice conuexo nutantem pondere cælum. Idem 4. Aen. Tæder cæli conuexa tueri. Id eſt cælum conuexum.

Conuexitas, ipſa porrectio aduerſus nos. {κυρτότης, περιφέρεια. Ital. *Ingarbatura, piegatura.* Gal. *Courbement en rond.* Hiſp. *Redondez por deſuera.*} Plin. lib. 18. cap. 25, Super omnia eſt mundi conuexitatis, terrarúmque globi differentia. Idem lib. 31. cap. 3. Reperiuntur in conuallibus maximè, & quodam connexitatis cardine, aut montium radicibus. ¶ Tractum à concanitate nauium, quæ extrinſecus huiuſmodi formã habent. Vnde etiam pro eodem Carinatum dicimus, quod formam carinæ habet.

Conuicium, Contumelia, inquit Labeo iureconſul. quaſi conuocium, mutata litera: à concitatione, vel conuentu, ſine collatione vocum. {λοιδορία. Ital. *Maledicenza, ingiuria di parole.* Gal. *Injure, parole injurieuſe, moquerie, reproche.* Hiſp. *Denueſto con vozes y injurias.*} Quum enim in vnum complures voces conferuntur, Conuicium dicitur: quum autem nec in cœtu, nec vociferatione dicitur, non propriè Conuicium nominatur. Feſtus tamen à vicis, in quibus primò habitarum eſt, deriuat. Alij dicunt Conuicium eſſe maledictum cum contumelia, & à vitio deriuari, vel à Conuito, (vt Vallæ placet) vnde etiam per t, nonnulli ſcribere maluerunt. Valla tamen fatetur poſſe ſcribi per c. Significationem huius dictionis optimè oſtendit Cic. pro Cælio, Maledictum autem nihil habet propoſiti, præter contumeliam: quæ ſi petulantius iactatur, Conuicium: ſin facetius, Vrbanitas nominatur. Idem 4. Acad. Vrgebor iam omnium veſtrum conuicio. De hoc nomine vide Vallam lib. 6. cap. 52.

Conuicior, aris, Contumeliam dico. {λοιδορῶμαι. Ital. *Calonniare, dir villanie.* Gal. *Injurier, dire paroles injurieuſes.* Hiſp. *Injuriar de palabras.*} Quintil. lib. 3, Contrà ſentientibus inhumanè conuiciabantur.

Conuiciator, Qui conuicium dicit, vel facit. {λοίδορος. Ital. *chi dice parole oltraggioſe contra alcuno, ingiurioſo.* Gal. *Injurieux, meſdiſant, qui dit paroles injurieuſes.* Hiſp. *Injuriador aſsi.*} Cic. in Saluſt. Si de mea vita, atque artibus huic conuiciatori reſpondero. Idem pro Muræna, Si verè obiicitur, vehementis accuſatoris: ſin falsò, maledici conuiciatoris.

Conuictor, Conuictus, Vide CONVIVO.

Conuinco, is, Idem quod Vinco. {νικῶ, κατισχύω. Ital. *conuincere.* Gal. *Conuaincre & ſurmonter.* Hiſp. *Vencer.*} vt, Conuincere aduerſarium autoritatibus & teſtibus, Cic. lib. 7. in Verr. Idem de Amicitia, Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis pleroſque conuincunt. Idem lib. 2. in Catil. Quum ille homo audaciſſimus conſcientia conuictus reticuiſſet.

Conuiua, & Conuiuator, Vide CONVIVOR.

Conuiuo, is, ere, Simul viuere, & comeſſari. {συνευωχέομαι. Ital. *Viuere & ſta' vna ſpeſa inſieme, mangiare in compagnia.* Gal. *Viure enſemble, boire & manger enſemble.* Hiſp. *Viuir juntamente.*} Plaut. in Amphitr. Miſiſti ad me nauim Soſiam, vt hodie tecum conuiueret. Quintil. lib. 1. cap. 12, Lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex conſuetudine.

Conuiuor, aris, ari, Cõuiuium facere, aut ſimul cibum ſumere. {δαιτυμονῶμαι, ἰσοδαιτῶ. Ital. *Mangiare inſieme.* Gal. *Faire banquets, faire grand' chere, banqueter.* Hiſp. *Comer juntamente.*} Terent. in Heautont. Scottari volunt, crebrò conuiuarier. Cic. lib. 5. in Verrem, Quotidie ſolitum eſſe non ſolùm in publico, ſed etiam, de publico conuiuari.

Conuiuator, dicitur qui parat conuiuium. {δαιτυμών, ἑστιάτωρ. Ital. *chi fa conuiti.* Gal. *Celuy qui fait le banquet.* Hiſp. *El que haze combite.*} Liu. lib. 5. bell. Maced. Eſt autem res ſimillima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti conuiuatoris.

Conuiua appellatur qui eſt inuitatus ad conuiuium. {συνδεῖπνος. Ital. *Inuitato à paſto.* Gal. *Qui eſt conuié au banquet, qui deſne en ſoupe auec vn autre.* Hiſp. *Combidado.*} Cic. de Orator. Collectam à nemine exigere. Terentius in Heautont. Egomet conuiuas moror. Plautus in Aſina. Vocet conuiuam neminem, illam tu voces.

Conuiuium, à viuo fit, {συμπόσιον, συνδεῖπνον. Ital. *Conuito.* Gal. *Banquet.* Hiſp. *Combite.*} de quo Cicero de Senect. Bene enim maiores noſtri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant. Terent. in Eunuch. Vna in conuiuio erat hic, quem dico. Cicero pro Cælio, Baiis acta conuiuia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, nauigia iactant.

Conuictor, Dicitur quotidianus conuiua, & qui nobiſcum viuit familiariter. {συμβιώτης. Ital. *Famigliare della tauola, che viue inſieme.* Gal. *Qui boit & mange auec, commenſal, portionniſte.* Hiſp. *El que vive juntamente con otro.*} Horatius, Nunc quia ſum tibi Mecœnas conuictor. Suetonius in Tiber. Nihilo lenior in conuictores Græculos. Ouid. 4. de Ponto, Ille ego conuictor, denſóque domeſticus vſu. Cicero Tironi, Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos ſecum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illis probatiſſimis.

Conuictus, ûs, ui, Conuerſatio, & commercium: quòd qui vnà verſantur, ſæpe etiam vnà viuant, & epulentur. {συμβίωσις. Ital. *Converſatione, commercio.* Gal. *Nourriture ordinaire, viure auec vn autre, meſme table.* Hiſ. *Aquella biuienda en vno.*} Colum. lib. 11. cap. 1, In primis conuictum domeſticum, multóque etiam magis externum vitet. Conuictus humanus, & ſocietas. Cic. 3. Offic. Lucceius Cic. lib. 5, Vt illis te moleſtiis laxes, & ad conuictum noſtrum redeas, & ad conſuetudinem, vel noſtram communem, vel tuam ſolius ac propriam.

Conuiuale, Quod ad conuiuium pertinet. {συμποτικόν. Ital. *Coſa que appartiene à conuito.* Gal. *De banquet, des appartenances de banquet.* Hiſp. *Coſa perteneciente al combite.*} Liuius, Multáque conuiualia ex auro & argento vaſa. Conuiualia oblectamenta. Liu. lib. 9. bel. Maced. Tunc pſaltriæ, ſambuciſtriæque, & conuialia ludionum oblectamenta addita epulis. Fabulæ conuiuales. Tacitus lib. 5.

Conuoco, cas, care, Congregare, ſimul vocare. {συλλογίζω, ἀγείρω. Ital. *Conuocare, congregare.* Gal. *Conuoquer, appeler pour aſſembler pluſieurs enſemble.* Hiſp. *Llamar juntamente, ayuntar.*} Cic. 3. Offic. Piſcatores ad ſe conuocauit, & ab iis petiuit, &c. Conuocare in concionem, & ad concionem, apud eundem lib. 3. de lege Agrar.

Conuocatio, onis, {ἐκκλησία & ὄχλου. Ital. *Vchiamare, l'aſſembrare.* Gal. *Appel ou appelement, huchement.* Hiſp. *Llamamiento para ayuntar.*} Cic. Poſt reditum in Sen. Nulla ad Remp. defendendam populi Romani cõuocatio.

Conuolo, las, lare, Simul volare, & per tranſlationem concurrere, ſiue feſtinanter conuenire. {συμπέτομαι. Ital. *Volare inſieme.* Gal. *Voler enſemble, venir haſtiuement.* Hiſp. *Volar juntamente en vno.*} Cice. 3. Tuſcul. Et illi quidem pugnant, & quidem vicinorum fidem implorant: multi autem ſunt qui ſtatim conuolent. Terent. in Hecyr. -quum interea rumor venit Datum iri gladiatores, populus conuolat.

Conuoluo, is, ere, Simul voluo. {συμπεσκίω. Ital. *Volgere inſieme.* Gal. *Entortiller, emmeloper, plier en rond.* Hiſp. *Bolver juntamente en derredor.*} Plin. lib. 12. cap. 17, Atque attractis funiculis herbam eam conuolui. Idem lib. 11. cap. 9, Nigrum verò bdellium, & in offas conuolutum. Hadrobolon vocant. Cic. lib. 1. de Diuin. Quum ſe conuoluens ſol elabereetur & abiret.

Conuoluulus, pen. corr. Vermiculus minor eruca, erodens pubeſcentes vuas, quem alij Voluocem appellant à conuoluendo. quia ſe inuoluit in pampino. {κεφαλαία} Theophraſto. {Ital. *Voluolo, verme che rode l'vua creſcendo.* Gal. *Ver qui gaſte les raiſins en la vigne, qu'aucuns appellent ver coquin, les autres lourbet ou chenille de vigne.* Hiſpa. *El revolton guſano que ſe revuelue.*} à Plauto Inuoluulus, à Columella, Inuoluola, à Suida λάβρος. Plin. lib. 17. cap. 28, Simili modo, ne conuoluolus fiat in vinea, amurcæ congios duos, &c. ¶ Conuoluolus item, eſt herba per fruteta naſcens, florem ferens nullo odore, nulliſque intus crocis, tantùm candorem filij referentem, veluti rudimentum naturæ lilia facere diſcentis: dictum quòd ſeſe rei cui adhæret, inuoluat. Hæc Plinius lib. 21. cap. 4. κλημάτιον ἑτέρου. Vulgus *Campanellam* vocat, aut *Volubilem maiorem.*

Conuoti, Dicebantur iiſdem votis obligati. Feſtus.

Conus, ni. {κῶνος. Ital. *Pomo del pino & ſimili.* Gal. *Vne pomme de pin & tout tel fruit ayant ſemblable figure.* Hiſp. *La piña del pino, ò agalla de ciprez.*} Nux pinea, & cognatarum arborum fructus, pineæ nucis ſimilitudinem referens. Colum. li. 7. Remedio ſunt cupreſſini quindecim coni, totidémo, gallæ. ¶ Hinc Coniferæ arbores dictæ ſunt, quæ conos ferunt, hoc eſt nuces pineis ſimiles. Virgil. 3. Aeneid. Aeriæ quercus, aut coniferæ cupreſſi. ¶ A' nucis huius ſimilitudine Geometræ conum nominarunt, figuram ex lato in acutum deſinentem, quæ turbini contraria eſt. Serenus, Donec in anguſtum conſcendat litera conum ¶ Vnde Conides, κωνοειδὲς, dicitur, quicquid coni, hoc eſt inuerſi turbinis figuram habet. de quo plura diximus ſuo loco. ¶ In galea item Conus, appellatur ſummus apex in acuminatam deſinens figuram, cui criſtæ inſeri confluunt. {λόφος. Ital. *La cima dell'elmo ò dove ſi mette il pennacchio.* Gal. *La cime d'vn heaume ou d'vn armet ou ſemet le plumail.* Hiſp. *La creſta ò penacho del capacete.*} Virg. 3. Aen. Et conum inſignis galeæ, criſtáſque comantes.

Conuulnero, as, are, Idem quod vulnerare, vel multis vulneribus afficere. {τραυματίζω. Ital. *Ferire.* Gal. *Naurer fort, entamer & griefuement bleſſer.* Hiſp. *Herir.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Ipſe conuulneratus, & captus, ſemel per cauernam latomiarum euaſit.

Conyza, æ, κόνυζα, Herba eſt, teſte Plin. lib. 21. cap. 9, quæ alio nomine Cunilago dicitur. Vulgò à necandis pulicibus, & cimicibus, Pulicaria, & Cimicaria appellatur, teſte Ruellio lib. 3. cap. 63.

COON, ontis, κώων, apud Homerum lib. 11. Iliad. Antenoris filij nomen eſt ab Agamemnone occiſi.

Cooperio, is, ire, Tego. {καλύπτω. Ital. *Coprire.* Gal. *Couurir.* Hiſp. *Cobrir.*} Cooperire lapidibus aliquem, hoc eſt lapidare. Liu. 4. ab Vrb. Eò indignatio erupit, vt Tribunus militum ab exercitu ſuo cooperiretur lapidibus. Cic. 3. Verr. Quem iſte collegam niſi habuiſſet, lapidibus cooperiendus eſſet in foro.

Coopertus, participium. {κατακαλυμμένος. Ital. *Coperto.* Gal. *Couuert.* Hiſp. *Cubierto.*} vt, Coopertus ſceleribus. Cic. 3. Qui iſtum tot, tantis, tam nefariis ſceleribus coopertum, jurati ſententia ſua liberarent. Coopertus miſeriis. Saluſt. in Iugur. Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miſeriis, effecit, vt vbiuis tutius, quàm in meo regno eſſem.

Cooperculum, li, Quo quid cooperitur. {κάλυμμα, σκέπασμα. Ital. *Coperchio.* Gal. *Couuercle.* Hiſ. *Coberter.*} vt, Cooperculum doliorum. Pli. li. 14. ca. 21.

Coopto, as, are, Eſt eligere inter pares, aut ferè pares, autore Valla lib. 5. {ἐπιλέγομαι. Ital. *Eleggere alcuno in collegio.* Gal. *Eſtire quelqu'vn & les bailler place & quelque eſtat auec autres.* Hiſp. *Elegir con otro à ſu collegio.*} vt, Milites cooptant quem volunt ducem. Cic. pro lege Agr. Ab ea parte qui eſſet factus, is à collegio cooptaretur. Liu. 1. Decad. lib. 6, Dictatorem dici placet: dicitur M. Furius Camillus, qui magiſtrum equitum L. Aemylium cooptat.

Cooptatio, onis. αἵρεσις, ἐγκρισις. Cic. 3. de Legib. Neminem in ſummum locum, niſi per populum venire, ſublata cooptatione Cenſoria.

Coorior, iris, iri, pen. prod. vel cooreris, pen. corr. Idem quod oriri, vel ſimul oriri. {ἀνίσχω. Ital. *Naſcere.* Gal. *Se produire quand & quand, ſe ſoudre, ſe leuer.* Hiſp. *Nacer ò nacer vna coſa con otra.*} vt, Coorta tempeſtas, Cæſar 1. bel. Ciu. Cic. 3. Verr. Tum ſubitò tempeſtates coortæ ſunt maximæ. Liu. 4. ab Vrbe, Volſcos & Aequos fama affertur ſumma vi ad bellum coortos.

COOS, ſiue COS, ſiue COA, κῶς. Vulgò *Lango.* Inſula in mari Icario, Rhodo proxima, & Cariæ oppoſita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aſpectu iucundiſſima iis qui eò nauigabant. Ambitus eius quingentis & quinquaginta ſtadiis clauditur, tota fertilis, & optimo vino abundans. ¶ Eſt item vrbs eiuſdem nominis, inſulæ huius caput, in quam Coi, relicta per ſeditionem Aſtypalæa, frequentes commigrarunt. Eadem & Meropis dicta eſt, à Merope quodam terrigena, ſi Stephano credimus. Quanquam hoc nomen & Strabo agnoſcit, qui in principio lib. 15, Indiam deſcribens, Macedonas ait in India quinque millia & nouem vrbes tenuiſſe, quarum nulla minor fuerit Cõ Meropide. Ex hac inſula orti ſunt viri illuſtres non pauci, & in primis Hippocrates medicorum clariſſimus, qui primus rem medicam denſiſſima nocte latentem, in lucem reuocauit, Apelles pictor eximius, Simus medicus, Philætas poëta ac orator, Nicias Coorum tyrannus, Ariſton Peripateticus, & Theomneſtus, vir Repub. adminiſtratione in primis clarus, qui contrarias Niciæ in Repub. partes fouit.

Coot,

Cous, a, um, pen. prod. κῶος. Qui in Cô oppido siue insula natus est. Vnde Coum vmum, Coi populi. Cic. 6. Verr. Artifex Cous dicitur Apelles κατ' ἐξοχὴν Quid. Si Venetem Cous nunquam pinxisset Apelles. In primitiuo prima corripitur. Papin. in Syluis, Hunc ipse Cooplaudente Phidia. In suburbano Coi, Aesculapij templum fuit valde insigne, & multis domi opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quam postea Octauius Augustus Cæsari patri, tanquam generis parentem Romæ dicauit. Solent in hac insula fieri vestes tenuissimæ ex bombyce, ad fœminarum ornamentum, quæ Coa vocabantur. Ouid. de Arte,

Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus:
Siue erit in Coris, Coa decere puta.

COPAE, arum, κώπαι. Vrbs est Bœotiæ ad Cephisum, amœnum, & lacum, quem à nomine vrbis Copaidem appellant. Vide Strabo. lib. 9.

Copes, siue Copis, Veteres, teste Nonio, pro Copiosus posuerunt. {Κορυφ. Ital. Copioso. Gal. Copieux, abondant. Hispa. Copioso y abundante.} Plaut. Pseud. Atque ego nunc vt gloriosum faciam, & copi pectore. ¶Hinc Copona primum, deinde Caupona, taberna vinaria, propter copiam rerum quæ ibi venduntur, & ipsa etiam cauponis vxor.

COPHANTVS, Mons est apud Bactros Indiæ populos, nocturno flagrans incendio. Autor Plin. lib. 2. cap. 106.

Cophinus, peu. corr. {κόφινος. Ital. Coffino, corba. Gal. Vn coffin. Hisp. Corbe, cesto texido de vimbres.} Latinè corbis: vas est rusticum è vimine contextum. Iuuenal. Satyr. 3, -delubra locantur Iudæis, quorum cophinus, fœnúmque supellex. Idem alibi, Quum dedit ille locum cophino, fœnóque relicto. Columel. lib. 11. cap. 3, Confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis obserat.

COPHES, Indiæ fluuius est, in Indum omnium fluuiorum longè maximum influens. Pompon. lib. 3.

Copia, Ab antiquo nomine Copes, siue Copis, quod copiosum significabat. Pacuuius Peribœa, vt citat Nonius, O' multis modis varié dubium, & prosperé copem diem. Inde Copia, quod abundantiam significat. {Copia. Ital. Copia, Abundanza. Gal. Abondance ou affluence de quelque chose que ce soit. Hisp. Facultad ó abundancia.} Cic. in Parad. Etenim diuitiarum est fructus in copia: copia autem declarat satietas rerum, atq; abundantia. Idem pro Quintio, Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. ¶Copia pro commeatu, seu annona. Tacit. lib. 15, Contraque prodiderit Corbulo, Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem. ¶Copia, pro facultate & potestate aliquid faciendi, plerunque cum verbo Facio, vel Do, iungitur. ἐξουσία. Plaut. Capt. Vt mihi facias eius conueniundi copiam. Cic. 3. de Orat. Eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiam. Plin. Epist. 149, Ne ego quidem indignus, cui copiam scientiæ tuæ faciat. Terent. Heaut. -date etescendi copiam, Nouarum qui spectandi faciunt copiam. Virgil. 1. Aeneid. Postquam interrogatus, & coràm data copia fandi. ¶Copiæ cornu, vide Amaltheæ cornu, in AMALTHEA. ¶In plurali peculiariter significat exercitus multitudinem. {Στρατεύματα. Ital. Esercito. Armata, banda de soldati. Gal. Armée, bande de gens de guerre, puissances & forces. Hisp. Hueste de gentes armadas.} vt, Copiæ Cæsaris. Terent. in Eunuch. Militem secum ad te quantas copias adducere. Cic. 1. Tusc. Copias maximas duxit ad Troiam. ¶In qua tamen significatione aliquando etiam Copiam legimus singulari numero. Pompeius ad Domit. Nec solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. Idem, Etiá hortor vt cum omni copia quamprimùm ad me venias. Cic. ad Attic. lib. 8, vt Brundusium ducerem hanc copiam. ¶Contra etiam inuenimus Copias in plurali nonnunquam pro abundantia accipi, siue diuitiis, aut facultatibus. Plin. Epist. 41. Suggerunt affatim ligna proximæ syluæ: cæteras copias Othensis colonia ministrat. Cic. de Amicit. Quid autem dulcius, quàm vt plurimum copiis, facultatibus, opibus possint cætera parare? Idem 6. Verr. Vocat ad cœnam deinde ipse Prætorem, exponit suas copias omnes, multum argenteum, non pauca etiam pocula ex auro.

Copiola, diminutiuum, Significat paruam copiam: sicut Copiolæ, paruas copias. Ἀναγκαῖόν ἐστι λαβεῖν, καὶ μικρὰ ἐφόδια καὶ. Cic. in Epist. ad Brut. Recurri ad copiolas meas: sic enim eas vere appellare possum: sunt enim extenuatissimæ.

Copiosus, a, um, Abundans. {Ἐυπορος. Ital. Copioso. Gal. Copieux, abondant, ample, riche. Hisp. Abundante.} Cic. 3. Verr. Magnificè, & ornatè, vt erat in primis inter suos copiosus, conuiuium comparat.

Copiosè, Abundanter. {Ἐυπόρως, Δαψιλῶς. Ital. Copiosamente, abondantemente, ampiamente, riccamente. Gal. Abondamment, copieusement, amplement, richement. Hisp. Copiosa y abundamente.} Cic. de Senect. Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari.

Copior, aris, Castrense verbum est, pro copias cogere. {Ital. Adunare gente. Gal. A passer gens. Hispa. Ayuntar gentes armadas.} Gell. lib. 12. cap. 2, Et Romani multis armis, & magno commeatu, prædáque ingenti copiantur. Quod verbum haud facilè reperias apud ciuilium causarum oratores: exque eadem figura est, qua Lignantur, & Pabulantur, & Aquantur.

Copo, onis, apud veteres nonnunquam inuenitur pro Caupo, & Copona pro Caupona. Festus.

Copta, {κόπτας κόπτην. Ital. Biscotto. Gal. Vne sorte de gasteau, biscuit. Hisp. Turron ó pan cozcocho.} Panis durissimi genus fuit, quod è Rhodo aduehebatur: quantum conijcere licet ex Martiale lib. 14, Peccantis famuli pugno ne percute dentes: Clara Rhodos coptam quam tibi mittit, edat.

COPTVS, κόπτος. Plin. lib. 37. cap. 5, Oppidum Thebaidis, commune Aegyptiorum & Arabum emporium, vergens ad Mare rubrum vicinas habens cautes, è quibus eruuntur smaragdi. Iuuen. Saty. 15, Gesta super calidæ referemus mœnia Copti.

Copula, læ, Vinculum vel nexus, quo aliquid copulatur, hoc est coniungitur. {Ζεῦγος, συνδέσμη. Ital. Legame, laccinolo, congiontione. Gal. Vn lien, vne accouple. Hisp. Ayuntamiento, atadura.} Apul. lib. 9. Copulæ sparteæ tritura continua exulcerati. Ouid. Copula detrahitur canibus, id est vinculum colli. Plaut. in Epid. posuit Copula pro loris ad colligandum accommodatis, quum ait, Quæritant me, in manibus gestant copulas. ¶Hinc & Grammatici coniunctiones Et, Quæ, cum similibus, Copulas vocauere, quòd earum nexu verba verbis, & orationes orationibus coniungantur. ¶Dicitur & Copula, cuiuslibet rei duplex numerus. συνδυασμός. vnde Copula matrimonij.

Copulo, as, are, Colligare, vincire, coniungere. {συνδέω. συνδυάζω. Ital. Congiungere, legare. Gal. Accopler, lier ensemble, ioindre. Hisp. Ayuntar, atar.} Plin. lib. 19. cap. 19, Insociabilesque arborum naturæ copulentur. Cic. in Part. Constructióque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. Plaut. in Pœn. Quid ais tu, quando mecum caput & corpus copulas?

Copulor, aris, deponens, Idem significat. Plaut. in Epid. Cauesis cum filia mea Hanc copulari, neque conspicere. Idem in Aul. Adeunt, consistunt, copulantur dextras.

Copulatus, participium. {συνημμένος, συνδεδεμένος. Ital. Congionto, accoppiato. Gal. Conioint, accouplé. Hisp. Ayuntado, atado juntamente.} Cic. 4. Tusc. Hæc, quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, re verò copulata sunt.

Copulatus, nomen ex participio. Cic. 1. Offic. Nihil autem est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum.

Copulatio, onis, verbale, Connexio, coniunctio. {συνάφεια, συνάφεις. Ital. Congionitione, vnione Gal. Conionction, accouplement. Hisp. Ayuntamiento, atadura.} Cic. 1. de Finib. Ita effici complexiones, & copulationes, & adhæsiones inter se.

Copulatè, aduerbium. {συμπλεκτικῶς, συνημμένως. Ital. Congiontamente, vnitamente. Gal. Conioinctement, par copulation, en accouplant. Hisp. Ayuntadamente.} Gell. lib. 10. cap. 24, Diequinti, pro aduerbio: copulatè dictum est.

Copulatiuus, a, um, Quod copulat, vel copulare potest. συμπλεκτικός. Vnde Coniunctio copulatiua.

Coquo, is, xi, ctum, Est cibum esui aptum reddo {Ἑψω. πέσσω. Ital. Cuocere, cucinare. Gal. Cuire, cuisiner. Hisp. Cozer, cozinar.} Inde Carnes coctæ, dicuntur carnes elixæ, siue assæ, siue alio modo ad edendum paratæ. ὀψαρτυσία Coquere cœnam, prandium, cibum. Plaut. Asin. & Ruden. Plin. lib. 3. cap. 1, Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo, donec desinat olere. ¶Coquere bellum, & consilia per translationem, hoc est parare, & moliri clanculum. Liuius 8. ab Vrbe, Omnibus consultationibus inter se principes occultè Romanum coquebant bellum. ¶Coquit me cura. Cicero de Senectu. O' Tite, siquid ego adiuto, curámve leuasso, Quæ nunc te coquit, (τί δ' ὅτι τοι ἐγὼ δύο μοῖρα κυλίνδετον) & versat sub pectore fixa. ¶Fructus etiam coqui dicuntur, quum Solis calore ad maturitatem perducuntur. Virgil. 2. Georg. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. Plinius, Aegrescunt sexagenis diebus siti maximè, antequam fiet coquantur autumno. ¶Coquere item ventriculus dicitur, quum cibum in chilum conuertit: vnde & Coctio dicitur vna ex naturalis animæ functionibus, qua cibus mutatur in qualitatem partí nutriendæ conuenientem.

Coquito, tas, peu. corr. frequentatiuum est à Coquo: quo Plautus vsus est pro Coctitare, autor est Festus.

Coquinari, Est coquinariam artem exercere. {μαγειρεύειν. Ital. Esercitare l'arte de cuoco, cucinare. Gal. Cuisiner, faire la cuisine. Hispa. Cozinar ó cozinero.} Plaut. in Aulul. Nunquid ego vnquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum?

Coctus, a, um, à coquendo. Quod crudum non est, sed assum, elixum, aut frixum, aut alio modo cibi aptum redditum. {Ἑψητός. Ital. Cotto. Gal. Cuit. Hisp. Cozido.} Martial. lib. 3, Esse negas coctum leporem, poscisque flagella. ¶Accipitur & pro maturo: vnde & Coctura: vocamus cæli temperiem, qua fructus maturescunt.

Coctio, onis, verbale, Ipse coquendi actus. {πέψις. Ital. Cottura. Gal. Cuisson. Hisp. Cozedura.} vnde Coctionem facere, pro concoquere, & conficere cibum in ventriculo, quod vulgus *Digerere* vocat. Plin. lib. 20. cap. 9, Coquitur & in melle cibi gratia, maximè vt coctionem facias.

Coctura, æ. Idem quod Coctio, aut id quod coquitur. ἕψημα. Colum. lib. 12. cap. 18, Si quinta pars picis Brutiæ in vniuersam coctura adiiciatur, vtilissimum fit omni vindemiæ. ¶Coctura dicitur etiam cæli temperies, à perfecta fructuum coctione. Plin. lib. 14. ca 4, Quum C. Gracchus Trib. pleb. seditionibus agitatis fuit interemptus, ea cæli temperies fuisse, quam Coctura vocant, &c.

Coctito, frequentatiuum, quo Plautus sæpe vtitur. ἑψέω.

Coctiuus, a, um, pen. prod. Quod facilè coquitur, vel maturatur. {Εὐέψητος. Ital. Che facilmente si cuoce. Gal. Qui se cuit ou meurt facillement. Hisp. Cosa que presto se cuezc.} vt, Coctiua poma. Coctiuum legumen. Coctiuæ caltaneæ, id est nigræ, quæ magis in vsu sunt. Plin. lib. 15. cap. 23, Laudatior Corelliana, & ex ea facta Meterana, quam rubens cortex præfert triangulis, & populatibus nigris, quæ Coctiuæ vocantur.

Coctilis, & hoc coctile, penult. corr. {πεπτός. Ital. Cosa cotta. Gal. Cuit, fait par cuisson. Hisp. Cosa cozida.} Accipitur pro re quæ cocta est, & non cruda: sicut Fictile, quod factum est à figulo. Plin. lib. 7. Epigenes apud Babylonios septingentorum viginti annorum obseruationes syderum coctilibus lateculis inscriptas docet.

Coctibilis, bile, Quod facilè coquitur. {Εὐέψητος. Ital. Facile da cuocere. Gal. Aisé à cuire, facile a digerer. Hisp. Cosa que presto se cuezc.} vt Coctibilis caro. Plin. lib. 16. ca. 6. Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem, ac leuem, & vtilem stomacho.

Coquina, peu. prod. Locus in quo dapes coquuntur. {μαγειρεῖον, ἐσχάρα. Ital. Cucina. Gal. Cuisine. Hisp. Cozina.} Nonius, Culinam veteres coquinam dixerunt.

Coquinaria, riæ, Ars coquendi, quæ ad victum spectant. μαγειρική.

Coquinarius, a, um, Quod ad coquinam pertinet. {μαγειρικός. Ital. Ciò che à cucina s'appartiene. Gal. De cuisine. Hisp. Cosa de cozina.} Vnde Vasa coquinaria dicta à Plin. lib. 33. cap. 11.

Coctilicia taberna, apud Iulium Capitol. in Pertinace, à quibusdam interpretatur, in qua ligna vendebantur cocta, ne fumum emitterent: cuius generis fuerunt, quæ Græci ἄνθρακα vocarunt. Verba Capitolini sunt, Patet eius coctilicium tabernam in Hetruria exercuerat. Solere autem ligna coqui, autor est Vlpianus l. Ligni appellatio, de verb. signifi. Sed & titiones, inquit, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, &c.

Coculum, Vas æneum coctionibus aptum. {χαλκίον. Ital. Caldaro, olla da cuocere. Gal. Chaudron, marmite. Hisp. La olla en que se cuezc la vianda.} Plaut.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aeneis coculis excocta est mihi omnis materia. ¶Alij Cocula accipiũt pro ligulis minutis, quibus facile decoquuntur obsonia. Autor Festus.

Coquus, per q. siue Cocus per c. Qui cibos coquit, & vendit. {μαγειρος. Ital. *Cuoco, cocinero.* Gal. *Cuisinier, queux.* Hisp. *Cozinero.* } Martialis, Nempe coquum mauis scindere quàm leporem. Idem, Non satis est ars sola coco, seruire palato, Nanque coquus domini debet habere gulam. Cicero in Pis. In ea cœna coquus meus, præter ius feruens, nihil potuit imitari.

Coquulus, pen. cor. diminutiuum, Paruus Coquus. μαγειριδιον.

Cor, cordis. {καρδια. Ital. *Cuore, corazzon.* Gal. *Cœur.* Hispa. *Corazon.* } Præcipuum inter viscera, & vitæ sedes, & arteriarum ac caloris natiui, quo animal regitur, quasi fons quidam & domicilium. Vide Galenum lib. 6. de Vsu part. & lib. 7. de Anato. admini. Cic. 3. de Diuinat. Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse potest. ¶Et quoniam ex veteribus nonnulli mentis sedem in corde collocauerunt, (quod tamen secus se habet) factum est, vt Cor, pro animo siue mente positum inueniamus. Cic. 2. de Finibus. Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatum. Cic. 4. Tuscul. Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, & concordes dicti. Hinc etiam dicimus Cordi est, hoc est placet animo meo. Cic. de Amicit. Hique mihi eo magis cordi est. Idem pro Quintio, Mihi vita atida, atque horrida cordi est. Terentius Andr. Si hæ nuptiæ tibi sunt cordi. Idem Phorm. Quia vterque vtrique est cordi. ¶Cor ne edito, μη εσθιειν τὴν καρδιαν. Hoc est, Ne curis tuum ipsius animum excrucies.

Corculum, diminutiuum à Cor. {καρδιον, καρδιδιον. Ital. *Cuore picciolo.* Gal. *Petit cœur.* Hisp. *Pequeno coraçon.* } Plautus, Meum corculum, meus mollisculus caseus. ¶Fuit etiam hoc P. Nasicæ cognomen. Cic. 1. Tuscul. Et Nasica ille prudens, bis Consul, Corculum appellatus. ¶Corculum enim, teste Festo, dicebant antiqui solertem, & acutum. Plin. lib. 7. cap. 31, Catos, Corculos apud Romanos cognominatos esse refert, qui sapientia præstiterunt.

Cordatus homo, Prudens, qui solertia multa pollet & ingenio. {ἐμφρων, νουνεχης, συνετος. Ital. *Huomo prudente, coraggioso.* Gal. *Qui est d'vn bon cœur, sage & prudent.* Hisp. *Varon que tiene coraçon sabio, prudente, y astuto.* } Lactan. li. 3. Non inficior fuisse illum pantò cordatiorem quàm cæteros, qui naturam rerum putauerunt ingenio posse comprehendi. Cic. lib. 1. Tuscul. Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.

Cordatè, aduerbium, Sapienter, prudenter. {σοφως, νουνεχως, συμφερόντως. Ital. *Saggiamente.* Gal. *D'vn bon cœur, sagement, prudemment.* Hisp. *Prudente y sabiamente.* } Plaut. Pœn. Quas tu sapienter, doctè, & cordatè, & cautè, &c.

Cordax, Pes, siue mensura metrica est, quæ alio nomine appellatur Trochæus. Cicero in Orato. Trochæus, qui est eodem spatio, quo chorêus, cordax ab Aristotele appellatur.

Cordolium. Commiseratio, & quasi dolor cordis: quod vocabulum in quotidiano sermone est vsitatissimum: quo & vetustissimi autores vtuntur. {καρδιαλγια. Ital. *Cordoglio.* Gal. *Dolour au cœur.* Hisp. *El cordojo, dolor de coraçon.* } Plautus: Mihi cordolium est. Idem in Pœn. Ibi tibi erit cordolium, siquam ornatam melius fortè aspexeris. Idem alibi negat mulieri esse cordolium: nam mulier nulla cordicitus dolet ex animo.

CORA, æ, Latij oppidum, quod Corani populi tenuerunt, à Dardano orti, quorum meminit Plinius in descriptione Italiæ.

CORACESIVS, καρακησιος, Pars Tauri montis. Plin. lib. 5. cap. 27.

Coracinus, Vide CORVVS.

Coralium, {κοραλλιον. Ital. *Coralio.* Gal. *Du coral.* Hispa. *El coral.* } Frutex est mollis, sub aqua nascens, colore viridi, baccas ferens candidas, (teste Theophrasto in tractatu de gemmis) qui ex aqua exemptus, cõfestim lapidescit, tuborémque contrahit. Nascitur in mari rubro, sed vilius, laudatius in Oceano Septentrionali iuxta Orchadas insulas: item in mari Siculo circa Heliam & drepanum. Scribendum est autem Coralium vnico L. contra communem abusum. Inuenitur enim sæpe apud probatissimos poëtas antepenultima correpta. Ouidius lib. 4. Metam. Nunc quoque coralijs eadem natura remansit. Idem 15. Metam. Sic & Nunc quoque coralijs eadem natura remansit. Idem 15. Metam. Sic & Coralium quo primum contigit auras. Claudianus geminauit l, literam, vt syllabam breuem extenderet, Mergit se subitò, vellitque coralia Clotho.

CORALIVS, κοραλιος, Phrygiæ fluuius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Autor Plin. lib. 6. cap. 1.

CORALLI, Populi sunt Pontici, immanitate insignes. Ouid. lib. 4. de Pon. Hîc mea tu recitem, flauis nisi scripta Corallis?

Coralo achates, Gemma est ex Achatæ generibus, similis coralio aureis guttis distincto. Plin. lib. 37. cap. 10.

Coram, απο cum genitiuo. {Ital. *In presenza, in palese.* Gal. *Deuant, en presence.* Hisp. *En presencia.* } Præpositio est seruiens ablatiuo, quæ contrariam habet significationem præpositioni Clàm: vt, Coram Senatu oratio nem habui. Differt tamen à Palàm: quòd Coram magis ad personas certas, Palàm ad omnes refertur. Coram indiget adiectione, Palàm non indiget. Et differt ab Ante, quod Ante oculos, imago intelligi potest: Coram, proximitatem significat. Terent. in Eunuc. Quæ mihi ante oculos coram amatorem abduxti tuum.

Corambe, bes, καραμβη, καὶ καραμβος. ακανθος, Herba est nota quam nos brassicam vocamus, ita dicta quasi Corambe, παρὸν τὰ ὀφθαλμὸν τοῦ πόα τίνα, hoc est ab eo quòd oculorum pupillas haberet.

CORAX, racis, vel cacos, κοραξ. Rhetoris antiquissimi nomen, qui primus in Sicilia post Hieronis mortem artem dicendi conscripsit. ¶Huius sic meminit Cicero in Bruto, Itaque ait Aristoteles, quum subiatis iam in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudiciis repeterentur, tum primùm (quòd esset acuta illa gens, & controuersa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse. Hæc Cicero. ¶Fertur item Corax primus excogitasse, qui artem hanc mercede fuerit professus, Etiámque ea lege instituendum suscepisse, vt mercedis partem præsentem numeraret, reliquam tum demum persolueret, quum in iudicio causa perorata, victoriam reportasset. Quum itaque Tisias non putaret se in arte profecisse, causam tamen nullam reciperet, idque fraudo fieri videretur, ne reliquum mercedis præceptori persolueret, Corax hominem in ius vocat, causámque omnem in huiusmodi conflexit dilemma. Discè (inquit) stultissime adolescens, vtroque modo futurum quod postulo, siue viceris, siue condemnatus fueris. Nam à victore merces mihi ex pacto debebitur: quum ita inter nos conuenerit, vt quum primam ex iudicio victoriam reportasses, reliquum mihi mercedis persolueretur. Sin ego viceror, nihilominus iudicum mihi mercedis persoluere t

ceptore origines nominum, vnde Agrippa, & Opiter, & Cordus, & Posthumus dicantur. Varro de Re ruſt. lib.2. cap.1, per aſpirationem ſcribit Chordum, & ἀπὸ τῆς χορδῆς deriuat, quod ſignificat voluam intimam, hoc inuoluctum, quo fœtus in vtero matris inuoluitur. Latini Secundas vocant.

Cordyla, pen. prod. {χορδύλη. Ital. *Peſce picciolo generato dal thono.* Gal. *Vn petit poiſſon que les thonnies engendrent, qui par apres deuient grand, & lors s'appelle thon ou germon.* Hiſp. *Atun pequeno.*} Thynni partus vocatur, dum adhuc paruus eſt, qui poſtea Pelamidis, & poſt annum, quum iam adoleuit, Thynni nomen capit, teſte Plin. lib. 9. cap. 15. Martial. lib. 11. Mox vetus, & tenui maior cordyla lacerta.

CORESA, Helladis, id eſt, Græciæ inſula. Plin. lib. 4. ca. 12. At in Hellade, inquit, etiámnum in Aegæo Lycades, Scarphia, Coreſa, Phocaria, complureſque aliæ, ex aduerſo Atticæ ſine oppidis, & ideo ignobiles.

CORINIVM, Oppidum eſt in Pelignis, quod belli ciuilis tempore Domitius quum pro Pompeio occupaſſet, obſidione coactus Cæſari dedidit. Hanc Marſi poſtea Italicam appellauere, bellique Marſici tempore aduerſus Romanos receptaculum, atque adeò propugnaculum ſibi conſtituere: vt eſt videre apud Strabonem lib. 5. Vulgo *Penna ò campi di S. Pelino.*

Corfinienſes, eius oppidi incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Corgo, aduerbium apud Veteres, pro Profectò, quaſi ex corde ago, id eſt ſoquor. Feſtus.

Corlaceſia, Herba eſt, qua Magi tradiderunt aquam congelaciari: quo etiam nomine à Pythagora celebrata fuit, teſte Plin. lib. 24. cap. 17.

Coriaceum, Vide CORIVM.

Coriago, Infeſta (vt Columella inquit li. 6.) peſtis bubulo pecori, quum ſcilicet pellis ita tergo adhæret, vt apprehenſa manibus deduci à oſtis non poſſit. *νόσος βοὸς τοιαύτη.* Ea res non aliter accidit, quam ſi bos, aut ex languore aliquo ad macrem perductus eſt, aut ſudans in opere faciendo refrixit, aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt. Vide Columellam lib. 6. cap. 12.

Coriandrum, {κορίαννον. Dioſcoridi. Ital. *Coriandro.* Gal. *Coriandre.* Hiſp. *Culantro.*} Herbæ genus etiam hodie nomen retinens: cuius ſemen ſaccharo conueſtitum, non extremum inter bellaria locum obtinet. Vide Plin. lib. 20. cap. 20.

Coriarius, Vide CORIVM.

CORICAE, Inſulæ duæ ſunt, ante Peloponneſum. Plin. lib. 4. cap. 12.

CORINIVM, κόρινιον, Liburniæ vrbs eſt apud Ptolem. lib. 2. cap. 17, quæ Corinnium Plinio dicitur. ¶ Eſt etiam huc nomine apud Ptolemeum vrbs Britanniæ, quæ Vulgò *Claudioceſtria* vocatur.

CORINNA, κόρινα, Doctiſſimarum aliquot poëtridum nomen fuit, quarum prima Thebana fuit ſeu Tanagræa, Archelodori & Procratiæ filia, & Myrtidis diſcipula, quæ lyricorum principem Pindarum quinquies viciſſe, & Epigrammatum quinque libros edidiſſe fertur. Secunda fuit Theſbia, veterum monumentis plurimum celebrata. Tertia floruit Ouidij temporibus, ipſi poëtæ chariſſima. De hac Martial. Notat Naſonem ſola Corinna ſuum.

CORINNVS, κόρινν@-, Ilienſis poëta fuit, qui primus Iliada conſcripſiſſe creditur, & Homero maioris operis argumentum ſuppeditaſſe. Suid.

Corinthas, adis, Herba alio nomine Menais dicta, cuius ſucco in aqua decocto ſerpentium ictus protinus ſanati prodidit Democritus referente Plin. lib. 24. cap. 17.

CORINTHVS, κόρινθος, Vulgò *Corinto*, Vrbs Achaiæ, ferè in medio Iſthmi Peloponneſiaci ſita: (Iſthmos autem Græci vocant angultias, quibus à peninſula ad continentem eſt aditus) ab Ortu Saronicum, ab Occaſu Criſſæum ſinum habens, qui & Corinthiacus dicitur: duobus inclyta portubus, quorum Lechæum Ionio, Schænus Aegæo imminet mari. Vnde & Bimarem Corinthum poëtæ peculiari epitheto appellarunt. Ouid 4. Faſtor. Adriacúmque patens latè, bimarémq; Corinthum. Horat. lib. 1. Carm. Ode 7. Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenen, Aut Epheſum, bimariſve Corinthi Mœnia. Fertur autem Corinthus primò à Siſypho Iaſone Aeoli filio condita fuiſſe, & Corcyra nominata autore Strabone: poſtea Ephyre, deinde euerſa, & inſtaurata à Corintho Marathonis, ſeu Pelopis (vt Suidæ placet) ſine (vt alij malunt) Oreſtis ſeu Iouis filio, Corinthus appellata. Habuit autem hæc vrbs montem præruptum, iiſdem mœnibus concluſum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Muſis ſacer. Hanc vrbem Cicero pro lege Manilia, Græciæ totius lumen appellat. Eò enim potentiæ propter ſitus opportunitatem excreuit, vt vix Romanæ vrbi concederet: tantúmque in faſtum euaſit, vt populi Romani legatos iniurioſius appellare, & (ſi Straboni credimus) etiam ſordibus perfundere non dubitaret. Quare commoti Patres, quum etiam antea creſcentem in dies vrbis potentiam ſuſpectam haberent, bellum illi inferendum cenſuerunt. Miſſus itaque in Græciam L. Mummius, Corinthum obſedit, tandémque captam incendit, ſolóque æquauit, adeò vt vix vllum Corinthi veſtigium fuerit relictum. Quo incendio quantæ opes fuerint abſumptæ, docet Florus his verbis, Quid ſignorum (inquit) quid veſtium, quidve tabularum raptum, incenſum, proiectum eſt? Quantas opes victor & abſtulerit, & cremauerit, hinc ſcias, quòd quicquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio huic ſuperfuiſſe conſtet. Nam & æris pretioſiorem notam ipſa opulentiſſimæ vrbis fecit iniuria, quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis atque ſimulachris, æris, argenti, aurique venæ in commune fluxerunt. ¶ Non eſt cuiuſlibet Corinthum appellere, *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐλθεῖν.* Vetuſtum iuxtà ac venuſtum adagium de rebus arduis & aditu periculoſis, quàſque non ſit cuiuſlibet hominis affectare. Suidas & Gellius. ¶ Apollodorus autor eſt, fuiſſe & alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum vna fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

Corinthius, & Corinthienſis, adiectiua, quæ ſic abinuicem diſtinguuntur, vt Corinthij, κορίνθιοι, ſint qui Corinthum habitant, ſeu qui ex Corintho nati ſunt. Corinthienſes qui alibi nati ſunt, ſed negotiantur Corinthi. ¶ Vt Corinthia Videris corpore quæſtum factura, *ὡς κορίνθια ἴσως χειρομαλάξεις.* In mulierem intempeſtiuius libidinantem. Sic & Corinthiari, κορινθιάζειν. Veteribus dicebatur vulgato ioco dicebantur ij qui ſcortationibus ac luſtris indulgerent, quive lenocinium exercerét.

Corinthia vaſa, κορίνθια σκεύη, dicuntur ex ære Corinthio fuſa, quæ tanto olim in pretio habita ſunt, vt ſæpe argenti, nonnunquam etiam auri æſtimationem excederent. Aeris autem Corinthij nó naturalis erat, ſed artificio quæſita nobilitas, auro, argentóque ærі permiſto. Hæc autem metallorum commiſtio caſu primùm eſt adinuenta, confuſis ex Corinthi incendio metallis. Tria autem ſunt genera Corinthij æris, vt docet Plin. lib. 34. cap. 2. Candidum, quod nitore accedit quamproximè ad argentum: in quo ſcilicet argenti miſtura præualuit. Alterum, in quo auri fuluus color inſpicitur. Tertium, in quo æqualis temperies omnium fuit. Cic. lib. 2. Tuſcul. Scis igitur, ſiquid de Corinthiis tuis amiſeris, poſſe habere te reliquam ſupellectilem ſaluam.

Corinthiacus, a, um, κορινθιακός, Quod ex Corintho eſt. Ouid. li. 3. Triſt. Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris.

Corinthiarius, à Suetonio poſitum eſt pro amatore nimio Corinthiorum vaſorum.

Coriolana pyra, quæ dicantur, vide Plin. lib. 15. cap. 15.

CORIOLANVS, Martij ciuis Romani nobiliſſimi cognomen fuit, ab eo in memoriam Coriolorum vrbis à ſe expugnatæ vſurpatum. Hic plebis odio in exilium actus, Volſcis pop. Rom. hoſtibus ſe coniunxit, patriæque infeſtiſſimum bellum intulit: neque à quoquam aut precibus aut minis flecti potuit, niſi à Veturia matre & Volumnia vxore. Vide hiſtoriam latius apud Liuium lib. 2. ab Vrbe. Hunc Cicero in Bruto cum Themiſtocle confert, his verbis, Bellum (inquit) Volſcorum illud grauiſſimum, cui Coriolanus exul interfuit, idem fere cum Perſarum bello fuit, ſimiliſq; fortuna clarorum virorum. Siquidem vterq; quum ciuis egregius fuiſſet, populi ingrati pulſus iniuria, ſe ad hoſtes contulit, conatúmque iracundiæ ſuæ morte ſedauit. Hæc Cic. Coriolani vitam vide latius apud Plutarchum.

CORIOLI, κορίολοι Stephano, Latij oppidum fuit, à Cn. Martio expugnatum. Vnde & ipſe Coriolanus dictus eſt. ¶ Coriolani eius oppidi incolæ. Plin. lib. 2. cap. 4.

Corion, {κόριον. Ital. *Perforata.* Gal. *Millepertuis.* Hiſ. *Corazon, Yllo, mil forada.*} Herba eſt, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, ſemine in ſiliqua nigro: aliis nominibus Hypericum, & Chamæpicys appellata: teſte Plin. lib. 26. cap. 8. In officinis Hyperici nomen retinet. Vulgus *Perforata*, & *D. Ioannis herbam* appellat.

Coris, κόρις Dioſcoridi, Frutex eſt folio erucæ, ſed minore, & pinguiore, & rubente, palmum altus, ſapore grato, acri, odorato. Quidam Hypericum appellant. Plin. lib. 26. cap. 8. ¶ Eſt & aliud Hipericon, quod alij Corin appellant, folio tamaricis, & ſub ea naſcitur, ſed pinguioribus foliis, & rubentibus.

Coritus, Vide CORYTHVS.

Corium, Animalium eſt, præſertim eorum quæ craſſiorem pellem habent, ac duriorem: quanuis quandoque de quacunque pelle dicatur, etiam rerum inanimatarum. {δέρμα, κώδιον, βύρσα. Ital. *Cuoio, pelle.* Gal. *Cuir ou peau.* Hiſp. *Cuero ò cortez a.*} Cæſar 1. bel. Ciu. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Cic. 1. de Nat. deor. Quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Apud Plinium, Corium rerum eſt, non tam cutis eius, facieſque ſumma, quàm tectorium, & ſtatumen quoddam craſſius, cui & aliud quoque ſubeſſe poteſt corium. Nam in parietibus ſtruendis, ordines ipſi laterum Coria à Vitruuio dicuntur, hoc eſt quæ vulgò turba opificum appellat *Curſus.* Budæus in Annotationibus in Pand. ¶ Dicitur & Corius, maſculini generis. Plaut. in Pœno. Heri in tergo meo tres facilé corios contriuiſti bubulos. ¶ De alieno corio ludere, proverbio dicuntur qui ſecurius agunt, ſed alieno periculo. Apul. in Aſin. aureo lib. 7. ¶ Coriaceum auxilium, *σκυτίνη ἐπικουρία*, apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. Refertur apud Heſychium.

Coriaceus, Quod ex corio eſt. *σκύτινος.* Ita. *De cuoio.* Gal. *De cuir.* Hiſ. *De cuero.*

Coriarius, Qui coria concinnat, præſertim craſſiora. {βυρσοδέψης. Ital. *Cuoiaro.* Gal. *Conroyeur, ſ'habillieur de cuir.* Hiſp. *Curtidor que adobe cueros.*} Plin. lib. 17. cap. 9. In coriariorum officinis pilo madefacto. ¶ Coriarius præterea eſt frutex, ſiue herba ſylueſtris, foliis myrti, cauliculis breuibus, venena & tineas pellens: cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Alio nomine Rhus appellatur, teſte Plin. lib. 24. cap. 11.

CORNE, Collis ſuburbanus agri Tuſculani, qui olim lucum habuit faginum, antiqua religione Dianæ conſecratū: de quo Plin. li. 15. ca. vlt.

CORNEATES, Populi ſunt Pannoniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 25.

CORNELIA, κορνηλία, Matrona nobiliſſima fuit, Sempronij Gracchi vxor, & Tiberij & Caij Gracchorum mater, & maioris Africani filia, quæ à Valerio Max. laudatur, quòd matronæ Campanæ ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti, non aurum, non gemmas, non denique veſtes oppoſuerit, ſed liberos, qui maxima ſunt matronarum ornamenta. Fuit hæc mulier doctiſſima, & Latinæ puritatis diligentiſſima obſeruatrix, quæ etiam Epiſtolas tertiſſimè ſcriptas reliquit: quarum meminit & Cicero in Bruto, Legimus, inquit, epiſtolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in ſermone matris. ¶ Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat his verbis, Magni intereſt (inquit) quos quiſque audiat quotidie, quibuſcum loquatur à puero: quemadmodum patres, pædagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit. Hæc Quintilianus. ¶ Fuit & Cornelia P. Seſtij vxor, cuius meminit Cic. lib. 5. Epiſt. Famil. his verbis, Non ſatis, inquit, credidi homini prudenti tam valde eſſe mutatam voluntatem tuam: ſed poſteaquam & Cornelia tua Terentiam conuenit, & ego cum Qu. Cornelio loquutus ſum, adhibui diligentiam quotieſcunque Senatus fuit, vt adeſſem.

CORNELIORVM familia Romæ fuit in primis illuſtris: ex qua non minimi nominis fuit Cornelius ille Coſſus, qui quum Tribunus eſſet militum in exercitu, Volumnium Lartem Veientum regem occidit, ſecundáq; opima ſpolia Ioui Feretrio retulit, Coſſus cognominatus à corporis rugoſitate. Coſſos enim eos qui rugoſi ſunt, & aſpera facie, à ſimilitudine vermium, qui in ligno nutriuntur, Feſtus dicit vocari. ¶ Cornelius Aſina, quum fundum emiſſet, ſponſorq; pretij ab eo expetere, tur, poſtera die aſinam ſaeculis pecunia plenis in forum adduxit pro ſponſore, vnde cognomentum accepit. Autor Macrobius. ¶ Cornelius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Balbus, genere Gaditanus fuit, & Cn. Pompeio Magno ciuitate donatus: qui deinde eo nomine in ius accersitus, quasi per imperitiam legis eum ciuitate Pompeius donasset, Ciceronis patrocinium meruit. Hic postea ex Cæsaris familiaribus factus, plurima apud eum & gratia & auctoritate polluit. Cicero Atti. Fuit apud me Cornelius: hunc dico Balbum, Cæsaris familiarem. ¶ Cornelius Centimalus & Sulpitius Galba Consules, quum Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna vrbis trepidatione, extra vrbem cultra habuere. Plutarchus in Annibale. ¶ Cornelius Epitadius, L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum, quem Sylla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, supplenit. Tranquillus. ¶ Cornelius Gallus, Poëta fuit elegiographus, Forolulensis, qui Augusti fauore conscendit ad gradum Prætoræ. Fuit primùm summus Octauij amicus, sed postea suspicione coniurationis, quum in eius odium impegisset, sibiipsi mortem conscinit anno ætatis quadragesimotertio. Ouid. lib. 3. Eleg. Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ. Cornelius Gallus (inquit Seruius) primus Aegypti præfectus fuit, & Poëta eximius. Nam & Euphorionem Græcum transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride conscripsit libros quatuor. Hic primùm in amicis Augusti Cæsaris fuit: postea quum venisset in suspicionem quòd contra eum coniurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilij, adeò vt quartus Georgicôn, à medio vsque ad finem eius laudes teneret: quas postea iubente Augusto in Aristæi fabulam commutauit. Hic Gallus amauit Cytheridem meretricem, libertam Volumnij: quæ eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem eius consolatur Virgilius Aeg. 10. Hæc Seruius. Cytheridem autem quam deperibat, mutato nomine, Lycorim vocauit. Ouid. Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois, Et sua cum Gallo nota Lycoris erat. ¶ Cornelius Merula Consul, contra Boios in Galliam missus, duodecim millia hostium cecidit. Autor Liuius de bel. Macedon. lib. 5. ¶ Cornelius Merula, superioris nepos, Flamen Dialis, partium Syllanarum, ingresso vrbem Mario, in Iouis æde, venis succisis, se necando mortis contumelioſæ damnationem effugit: sacerdotisque sui sanguine foci vetustissimi maduere. Valerius de Morte. ¶ Cornelius Nepos, Ciceronis tempore, vir disertus, vitas illustrium virorum scripsit, quarum tantùm Pomponius Atticus extat: totiúsque æui historiam, tribus (vt Martialis verbis vtar) chartis explicuit. Huic Valerius Catullus Veronensis opus suum dedicat, vt indicat primum operis epigramma. Vide plura de hoc apud Crinitum. ¶ Cornelius Seuerus, inter poëtas Epicos ab antiquis autoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem fuisse versatum in declamationibus, qua in re ingenium suum atque eruditionem maximè probauit: quum in eodem officio essent alij complures, vt Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Ausidius Bassus. A' Fabio Quintiliano ita commendatur, vt versificator quàm poëta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa, opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum non est, propter immaturam mortem. Quod opus si absoluere potuisset, merito sibi secundum locum vendicasset, vt idem Quintilianus autor est. Extat eius carmen illud, quo eleganter defleuit Marci Ciceronis interitum: quod etiam ab Anneo Seneca magnopere commendatum est. Oráque magnanimûm spirantia penè virorum In rostris iacuere suis, sed enim abstulit omnes, Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago, &c.

Cornetum, Vide CORNVS.

Corneus, Vide CORNV, & CORNVS arbor.

Cornicen, Vide CORNV.

Cornicor, Cornicula, Vide CORNIX.

Cornicularius, Nomen est ordinis in militia, sicut Commentariensis, & Accensus. Docet Asconius Cornicularium à corniculo sic inclinari, vt à cornu Cornicinem. Nam qui corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur. Maternus videtur ostendere Cornicularium officium fuisse super sententijs damnatorum, quum ait lib. 2, Quòd si in his locis Mars se aliqua societate coniunxerit, vel si cum his fuerit inuentus, erunt homicidiis publici præpositi, & exceptores earum sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularij, aut commentarienses, sed quibus iura committuntur.

Corniculum, Vide CORNV.

CORNIFICIVS, Poëtæ eruditissimi nomen fuit, cuius egregia opera vsus est Augustus in bello Siculo. Hic milites fugientes non infacetè Galeatos lepores solebat appellare: à quibus tandem destitutus, ab hostibus circumuentus est, & occisus. Huic soror fuit nomine Cornificia, cuius carmen magno in pretio habitum fuit.

Cornigenus, Corniger, Cornipes, Vide CORNV.

CORNICARVM DIVARVM, Locus trans Tyberim erat, cornicibus dicatus, quòd in Iunonis tutela cornices esse putabatur. Autor Festus.

Cornix, {κορώνη Ital. *Cornice, Cornacchia.* Gal. *Vne corneille.* Hispa. *Corneja.*} Auis viuacissima, minor coruo, quę cæterarum auium dux esse dicitur. Annosa cornix, Horat. 3. Carm. Improba cornix, Virgil. 1. Georg. Idem 9. Aeglog. Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix. ¶ Cornix scorpium, κορώνη τὸν σκορπίον, subaudi rapuit. Quadrat in hos qui parant eos lædere, vnde tantundem mali sint vicissim accepturi. Quemadmodum Cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda vulnus accepit letale, periitque. ¶ Cornices etiam accipi solent pro iis qui se sapientiores ac duces aliorum videri volunt: vnde Cornicum oculos confingere, prouerbio dicimus, pro eo quod est veterum scientiam nouo inuento obscurare, & efficere vt priores nihil scisse videantur. Cic. pro Muræna, Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius qui cornicum oculos confixerit, & à prudentibus iuris sapientiam ipsorum compilarit. ¶ Est etiam Cornix annulus ferreus, quo ostium pulsatur, à figura, aut potius à garrulitate sic dictus.

Cornicula, diminutiuum. {κορώνη. Ital. *Picciola cornacchia.* Gal. *Corneille ou grailles emmantelée.* Hisp. *Pequeña corneja.*} Hieronymus ad Paulinum, Malo alieni operis interpres existere, quàm (vt quidam faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare. Alludit ad corniculam illam, quæ (vt est in fabulis) alienis pennis ornata, reliquis auibus aliquandiu non paruæ fuit admirationi, donec deprehenso fuco, suas quæque aues pennas reperêtes, nudam corniculam destituerunt. Quam fabulam ita tangit Horat. in Epist. -ne si repetitũ venerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus.

Cornicor, aris, pen. product. deponens, Significat more cornicum garrire. κρώζω. Pers. Sat. 5, Nescio quid tecum graue cornicaris inepte.

Cornu, & hic Cornus, secundum Priscianum, à cornore (vt scribit Varro) nominatur. {κέρας. Ital. *Corno.* Gal. *Corne, cornet.* Hisp. *Cuerno.*} Plin. lib. 28. ca. 11, Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Idem li. 11. cap. 37. Omnibus autem caua & in mucronem demum concreta sunt cornua: cernis tantum solida & singulis annis decidua. ¶ Tollere cornua, pro eo quod est, animo efferri, nunc quoq; tristissimum est. Horat. in Epo. Nanq; in malos acerrimus, Parata tollo cornua. ¶ Sic Adde. re pauperi cornua. Horat. de Baccho. ¶ Pauperè sumere cornua. Ouid. de ebrietate. Tractum à pecoribus quæ cornibus oppositis minantur. ¶ Hinc fiunt Vnicornis, μονόκερως. Bicornis, δικέρως. Tricornis, Quadricornis. ¶ Per translationẽ Cornua, fluminũ dicuntur flexus, & curuitates alueorũ, quòd multis in locis ad cornuũ similitudinem flectantur. Cic. Attic. lib. 9, Ab vtroque portus cornu moles iacimus. Valer. Flac. lib. 1. Argon. Elatis cornibus amnes. ¶ Item Cornua antennarum, significant vtranque partem antennæ. κέρατα. Virgil. 3. Aen. Cornua velatarum obuertimus antennarum. ¶ Similiter in prælio Cornua dicuntur aciei partes ab vtroque latere prominentes. κέρας. In exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu, & quod inter vtrumque est, dicitur Media acies. Terent. in Eunuc. -in medium huc agmen cum recti. Donax, Tu Simalio in sinistrũ cornu, tu Syrisce in dextrũ. Cæs. 1. bell. Gall. Ipse à dextro cornu prælium commisit. ¶ Item Cornu, σάλπιγξ, genus est tubæ obtortæ, à quo Cornicines, σαλπιγκταί, dicti sunt.

Cornucopiæ, κέρας ἀμαλθείας, Cornu fuisse existimatur, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit: hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitiis refertum, Copiæ consecrarunt: vnde apud Ouidium, Achelous rigidum fera dextera cornu Dum tenet, infregit, truncáque à fronte reuellit: Naiades hoc pomis & odoro flore repletũ Sacrarunt, diuésq; meo bona Copia cornu est.

Cornesco, scis, {κερατοῦμαι. Ital. *Diuenir duro come corno.* Gal. *Deuenir dur comme corne.* Hisp. *Hazerse duro como cuerno.*} Plin. lib. 11. cap. 49. Vrso quoque simul vt expirauerit, cornescere aiunt genitalia.

Corniculum, diminutiuum à cornu. {κερατίον. Ital. *Picciol corno.* Gal. *Petit corne.* Hispan. *Pequeño cuerno.*} Plin. lib. 11. cap. 28, Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignaua. Idem lib. 9. cap. 32. de cochleis, Oculis carent, itaque corniculis prætentant iter. ¶ Hoc etiam nomine vocatum est oppidum iuxta Tarquinios, κερνικλὼ Stephano, à quo oppidani Corniculani, κερνικλανοὶ appellati sunt. ¶ Et Corniculum, ornamenti genus, quo donabãtur milites ab imperatoribus pro re bene gesta. Liuius lib. 10, scribit Papyrium Consulem equites omnes obsignem in bellis operam, donasse corniculis, armillisque argenteis.

Cornicen. pen. cor. Qui cornu canit. {κερατίδης βυκανιστής. Ital. *Sonator di corno.* Gal. *Corneur.* Hisp. *Trompeta bastarda, ò que tañe el cuerno.*} Iuuen. Quadraginta dedit Gracchus sestertia dotem Cornicini, siue hic recto cantauerit ære. Hisce olim etiam in prælijs vtebantur, quemadmodum & tubicinibus. Lin. 2. ab Vrbe, Cornicines, tubicinesque in equos impositos canere ante vallum iubet.

Cornigenus, a, um, Quod est ex genere cornua habentium: sicut Caprigenum, quod est ex genere capratum. κερατόφυής.

Corniger, pen. corr. Gerens cornua, {κερατοφόρος, κερασφόρος. Ital. *Cornuto, che porta le corne.* Gal. *Cornu, portant cornes.* Hisp. *Cosa que tiene ò trae cuernos.*} vt Cerui cornigeri, Ouid. 7. Metamorph. Caput cornigerum, Ouid. Epist. 5. Fluuius corniger, Virgil. 8. Aeneid. Taurus corniger, apud Cic. 2. de Nat. deor. Bacchus etiam corniger dictus est, quia simulachro Liberi patris cornua adiiciebantur, quòd vini inuentor fuerit. Homines enim nimio vini potu truces redduntur.

Cornipes, pen. cor. Animal corneos habens calceos, sicut equus & capra, & huiusmodi vnguium aut pedum animalia. {κερατόπους. Ital. *Che ha pie di corno.* Gal. *Qui a les piés dur comme corne.* Hisp. *El que tiene los pies de cuernos.*} Ouid. lib. 2. Fast. Cornipedi Fauno cæsa de more capella. Nam Faunos caprinos pedes habere ferunt.

Cornupeta, pen. corr. Animal qđ cornibus petit, id est ferit. κερατόβολος.

Cornutus, a, um, Quod habet cornua. {κερατοειδής, κερατώδης. Ital. *Cornuto.* Gal. *Cornu, ayant cornes.* Hisp. *Cosa que tiene cuernos.*} Varr. 2. de Re rust. ca. 7, Aetas cognoscitur equorum, & fere omnium qui vngulas in binas habent, & etiam cornutorum. ¶ Potest etiam dici Cornutum, quod procedit ex cornu. Martial. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. Cornutæ quadrupedes à veteribus dicebantur elephantinam quos in his dentes multi dicunt, cornua sunt.

Corneus, a, um, adiectiuum nomen. {κερατίνεος. Ital. *Di corno ò color, ò come il corno.* Gal. *De corne.* Hisp. *Cosa de materia de cuerno.*} Vnde hyberna coronæ Corneæ dictæ sunt, quoniam negante tum flores terra, laminis é cornu tinctis fieri solebant. Vnde Corneum rostrum. Cic. 2. de Nat. deor. Ibi aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceróque rostro. Corneus color, qui cornu, vel corni similitudinem refert. Plin.

Corneolus, diminutiuum. {κερατάριον. Ital. *Picciol corno.* Gal. *Petite corne.* Hisp. *Pequeño cuerno.*} Cic. 2. de Nat. deor. Sed duros, & quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus: quòd his naturis relatus amplificatur sonus.

Cornus, fœm. gen. tam quartæ quàm secundæ declinationis, secundum Priscianum, Arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus similes, fructum circa solstitia ferens, primò cãdidum, postea sanguineum, {κρανέα. Ital. *Corniolo, cornolaro.* Gal. *Cornoiller.* Hisp. *El cerezo silvestre.*} Virgil. 2. Georg. -& bona bello Cornus, id est apta hastilibus. Itala corous, Virgil. Aeneid. lib. 9. Coniecto sternit iaculo, volat Itala cornus, id est telum ex corno factum.

Cornum, corni, generis neut. Fructus arboris corni. {κράνεον. Ital. *Cornola, frutto del cornolaro.* Gal. *Le fruit d'vn cornoiller, cornoille.* Hisp. *La cereza silvestre.*} Idem 5. Aeneid. -barcas, lapidosáque corna Dant rami.

Corneus, a, um, Quod ex corno est. {κράνινος. Ital. *Fatto di legno di cornolaro.* Gal. *De cornoiller, fait de bois de cornoiller.* Hisp. *Cosa de cereza silvestre.*} Plaut. Duram ac corneam virgam. Cornea pyxis, Plin. lib. 21. cap. 20. Venabula cornea, Ouid. Epist. 4. Virgulta cornea, Virgil. 3. Aeneid.

Universidad de Deusto

CORNVTVS, ὁ κορνοῦτος Suidæ, Philosophus fuit ex Lepti ciuitate Africæ, qui teste Suida, non pauciores discipulos morum comitate, quàm eruditionis nomine ad se pellexit. Floruit Neronis temporibus, à quo etiam fuit interfectus. ¶ Fuit & Cornutus Prætor vrbanus Romæ Ciceronis temporibus: de quo sic scribit lib. Epist. 10, Placuit nobis, inquit, vt statim ad Cornutum Pr. vrb. literas deferremus: qui quòd eos ss. aberant, Consulare munus sustinebat more maiorum. Item ad Attic. lib. 1. Epist. 9. Bonis vtimur Trib. pleb. Cornuto verò Pseudocatone.

CORNVS, ἡ κόρνος aspiratione, κόρνος Suidæ, Filius fuit Mygdonis, (vnde à Virgilio Mygdonides appellatur) qui incensus amore Cassandræ, quam etiam Priamus pater ei desponderat, ad Troiam venit, socero & Phrygibus laturus auxilium, quamuis à sponsa ipsi exitium, nisi abiret, esset prædictum. Nam ea nocte, qua Ilium cecidit, occisus est à Peneleo quodam Græco. Virgil. 2. Aeneid. -iuuenisque Corœbus Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus Venerat insano Cassandræ incensus amore. Vnde prouerbium, Stultior Corœbo, μωρότερος Κορόιβου, Prouerbialis hyperbole in stupidos & vecordes.

Coron, κόρον Dioscoridi, Herba est eadem cum syluestri ruta.

Corolla, Corollarium, Vide CORONA.

Corona, est quam Græci στέφανον vocant, à nostris olim Strophium, ἀπὸ τοῦ στρέφειν, quod est vertere. Postea per diminutionem Strophiolum est appellatum: deinde etiam Serta in plurali numero à serendo. Et quum videatur corona à choro dici, caret tamen aspiratione. ¶ Ita. *Corona, diadema.* Gal. *Couronne, chapeau de fleurs.* Hisp. *Corona, que se da al vencimiento.* ¶ Plaut. Asin. Tum si coronas, serta, vnguenta iusserit Ancillam ferre Veneri. Cic. 6. Verr. Vnxisse vnguentis, complexe coronis & floribus. ¶ Fuerunt autem apud Romanos diuersorum generum Coronæ in magno pretio habitæ: scilicet, Triumphalis, quæ imperatoribus post victoriam ad vrbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat: postea etiam ex purissimo auro fieri cœpta: quod etiam inde aurum coronarium vocatur. Obsidionalis, quam liberati ab obsidione dabant ei qui ipsos liberauerat ex agmine decerpto inde, vbi obsessos ille seruasset. Nam (vt ait Plinius) summum apud anciquos signum victoriæ erat, victos porrigere herbam è terra. Ciui ea, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem vitæ, salutisque perceptæ dat: & hæc erat primo lignea: postea magis placuit ex quercu, quòd ante inuentas fruges, arboris eius glandibus homines victitarint. Muralis erat, qua donabatur ab imperatore qui primus murum subiisset, inque oppidum hostium per vim ascendisset. Hæc corona, adincitandos ad oppugnationem militum animos, ex auro fiebat. Vallaris, quæ & Castrensis dicitur, similiter aurea, habens insigne valli. Hac donabatur qui primus hostium castra pugna intrasset. Naualis quoq; aurea, quibusdam quasi rostris nauium insignita, qua donari cõ sueuerat qui primus maritimo prælio in nauem hostiũ vi transiliisset. Qualis myrtea erat, qua vtebantur Imperatores, qui quantes introibant ciuitatem. Quantes autẽ Imperatores, vrbẽ introibant quum bellum non ritè indictũ erat, neq; cum iusto hoste gestũ: vtpote subactis seruis, aut piratis, aut humili alio quouis hoste: aut etiam quoties facta repentè deditione, victoria citra puluerem (quod dici solet) obtigerat. His itaque mittebatur corona ex myrto, quæ est arbor Veneri sacra, quòd huiusmodi victorias Venereas magis iudicarent quàm Martias. ¶ Vnde myrteá coronam cupere aut ambire, μυρσίνους, dicebatur qui tyrannidem aut magistratum ambiret. Suidas. ¶ Corona etiam dicitur ornamentum muliebre, Horat. li. 1. Carmi. Et scindit hærentem coronam crinibus. ¶ Item ponitur pro conuentu hominũ circunstante. ¶ ὁ ἔχων κύκλῳ περιεστῶτας, ἀγορὰν, συνέδριον. Ital. *Cerchio d'huomini.* Gal. *Vne compagnie de gens, ou amas de peuple autour quelqu'vn.* Hisp. *Cerco ò corrillo de hombres.* ¶ Cic. pro Flacco, A' iudicibus oratio auertitur, vox in coronã turbãq; effunditur. Idem pro Milone, Non enim corona vester cõsessus cinctus est, vt solebat. ¶ Item pro circulo circa lunam. ἅλως. ¶ Item pro signo cælesti supra humerum Arctophylacis. Virgil. 1. Georg. Gnosiáq; ardentis decedat stella Coronæ. Ferunt Ariadnen coronam dono accepisse à Theseo, inde nupsisse Libero patrii: & post eius mortem coronam à Libero in cælo fuisse collocatam. Alij dicunt hanc coronam dedisse Bacchum Ariadnæ, quum ad Minoem in Cretam veniisset. Alij dicunt coronam fuisse Baccho datam à Venere, quum Adriadnen vxorem duceret. Hæc Canero, & Leoue exoriente occidit: exoritur cum Scorpione Nonis Octobris: habet stellas nouem in orbem dispositas.

Corolla, diminutiuum, Parua corona. ¶ στεφάνιον. Ital. *Coronetta.* Gal. *Petite couronne, petit chapeau de fleurs, chapellet.* Hisp. *Pequeña corona.* ¶ Propertius, Me iuuat externis positum languere corollis.

Corollarium, autore Varrone lib. 1, Significat id quod additum est supra mensuram, præterquàm quod debitum est, tanquam auctarium quoddam: à corolis nomen deductum, quòd hæ, quum placuerant actores, in scena dari solitæ sint. ¶ ἐπίθεμα, πρόσκαιρον λῆμμα, ἐπίμισθος, ἐπιμισθία. Ital. *Corollario, Dante, Darotti vn corollario anchor per gratia.* Gal. *Le pardessus ou par essus, le surplus ou surcroist.* Hisp. *La corona ò augmẽtacion que se anade à otra.* ¶ vnde & Corollaria dicuntur ipsæ coronæ. Suet. in August. Itaq; corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, crebra, & grandia de suo offerebat. Plin. lib. 21, Paulatim & Romæ subrepsit appellatio Corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & Corollariis postquam è lamina æreà tenui inaurata aut inargentata dabantur. Cic. in Frumentaria, Nolo hic colligere, qui numulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollariis decimam emerunt. ¶ Hęc autem quum pretij parui forent, factum est, vt Corollarium pro releuatore accipiatur. Plin. lib. 9. cap. 35, Atilla corollarium id esse, sumpturámque ea in cœna taxationem confirmans. Apuleius symbolicãs Corollarium vocauit posticum concubitum, quum ait, Mihi iam fatigato, de propria liberalitate Photis puerile obtulit corollarium.

Corono, as, Coronam capiti impono. ¶ στεφανῶ. Ital. *Coronare, incoronare.* Gal. *Couronner.* Hisp. *Coronar.* ¶ Plin. lib. 15. cap. 4. Athenæ quoq; victores olea coronãt. Virg. 1. Aen. Crateras magnos statuunt, & vina coronãt.

Coronatus, participium. ¶ στεφανωθείς. Ital. *Incoronato, coronato.* Gal. *Couronné.* Hisp. *Coronado.* ¶ Cic. 2. de Legib. Sequebantur epulæ, quas ineunt proprio quoq; coronati.

Coronarius, rij, Qui coronas nectit, ¶ στεφανοπλόκος. Ital. *Artefice, de ghirlande de fiori.* Gal. *Qui fait bouquets ou chapeaux de fleurs, ou qui les vent.* Hisp. *El que haze ò vende coronas.* ¶ cuius fœmininum est Coronaria, στεφανοπλόκος, Mulier coronas conficiens. Plin. lib. 21. cap. 2, Factum, id est ex ingenio Glyceræ coronariæ, dilectæ illi.

Coronarius, a, um, adiectiuum, Quod ad coronas pertinet. ¶ στεφανωτικός. Ital. *Cosa da fare ghirlande de fiori.* Gal. *De couronnes ou de quoy on les fait.* Hisp. *Cosa perteneciente à corona.* ¶ vnde, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. Cicero pro lege Agrar. Quod ad quemque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. ¶ Coronarium opus, in modum coronæ factum. Plin. lib. 15. ca. 30, Ramos spargit à radice dodrantales, topiarij ac coronarij operis.

Coronamentum, ti, Coronarum materia, hoc est flores, aut frondes coloris aut odoris gratia coronarum confectioni congruentes. ¶ στέφανωμα. Ita. *Fiori, viole, rose & simili cose da fare ghirlande.* Gal. *Fleurs & autres choses à faire chapeaux & bouquets.* Hisp. *Flores y otras cosas para hazer coronas.* ¶ Plin. lib. 21. cap. 1, In hortis seri & coronamenta iussit Cato. Idem eodem lib. cap. 9, Folia smilacis, & hederæ in coronamenta se dedêre, coronæque earum obtinent principatum.

CORONE, es, pen. prod. siue Corona, æ, κορώνη, Peloponnesi oppidum est, ad sinum Messeniacum, non procul à Pamisi fluminis ostio: etiam hodie nomen seruans. Vulgò *Coron.*

Coronæus, a, um, κορωναῖος. vt, Sinus Coronæus, κόλπος κορωναῖος, Vulgò *Golfo de Coron*, qui & Messeniacus, ab Acrita promontorio, ad Tænarum vsque agri Laconici promontorium, extensus. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. & Strabonem lib. 8.

CORONEA, κορώνεια. Vrbs est Bœotiæ, non procul ab Helicone, in colle sita: ita dicta (vt Stephano placet) à Corono Thersandri filio. In huius agro negant talpas aut gigni, aut aliunde illatas viuere posse. ¶ Est & altera eiusdem nominis vrbs in Phthiotide, non procul à Pagasis: cuius meminit Strabo lib. 9. Plin. lib. 4. ca. 7, Iuxta Cephisum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Phligene, Grephis, Coronea, Chæronia. ¶ Stephanus & alias eiusdem nominis vrbes commemorat, quas quòd nullam earum mentionem apud Geographum fide dignum inuenerimus, hic consultò prætermisimus.

Coroneola, Genus rosæ est autumni tempore in rubo prouenientis. Plin. lib. 21. cap. 4.

Coronis, coronidis, pen. prod. fœmin. gen. Summitas, seu apex alicuius rei, velut montis, aut structuræ alicuius. ¶ κορυφὶς. Ital. *Sommità, cima, altezza.* Gal. *Le sommet & fin bout de quelque chose, la fin.* Hisp. *El fin, altura, ò cumbre de qualquier cosa.* ¶ ¶ Significat & extremam nauis partem, hoc est incuruum quiddam supra puppim in rostri modum eminens. ¶ Deniq; Coronidem per translationem accipimus pro quocunq; fine, & vltima manu rei alicui impositã, siue etiam pro eo quod rei absolutæ ornatus magis quàm necessitatis ergò accedit. Martial. lib. 10, Sed nimius videor, seráque coronide longus Esse liber: legito pauca, libellus ero. Idem, Et mage principio grata coronis erit. Postremò Grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem vocant: eámque notant veluti rostri figuram exprimentibus lineis. ¶ Ad coronidem vsque, μέχρι τῆς κορωνίδος: Quum extremum rei cuiuspiam significamus.

CORONIS, idos, κορωνίς. Alio nomine Arsinoe, Nympha fuit, Phlegyæ, vel, vt alij tradunt, Leucippi filia, quæ quum forma esset non inelegãti, Apollini placuit, à quo & vitiata & grauida facta est. Verùm quum postea Ischidi cuidam Thessalo, mutuo eius amore capta, sui copiam faceret, à coruo deprehensa est: ex quo quum Apollo amicæ perfidiam cognouisset, telis eam confodit: puerúmq; (qui postea Aesculapius appellatus est) ex vtero eius exemptum, Chironi Centauro tradidit educandum. Ouid. li. 2. Metamorph. Pulchrior in tota quàm Larissea Coronis Non fuit Aemonia, &c. Vide latius in dictione AESCVLAPIVS.

Coronopus, ¶ κορωνόπους. Ita. *Stella.* Gal. *Corne de cerf.* Hisp. *Guia bella.* ¶ Obló ga herba est fissis foliis, per terrã repẽs, cuius radix cæliacis præclare facit in cinere tosta. Plin. li. 22. ca. 19, & li. 21. ca. 16, hanc herbam inter graminis genera assignat, & à Romanis Gramen aculeatũ vocari asserit. Vulgò ab olitoribus *Dens canis* aut *Cornu cerui* appellatur. Ruellius.

Corophium, Piscis de genere cancrorum. Plin. lib. 32. cap. 11.

CORPILI, Populi sunt Thraciæ, Hebrum accolentes, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 11.

Corporale, Corporatio, Corporatura, Corporeus, Vide CORPVS.

Corpus, poris, Generaliter dicitur substantia omnis vsu tactúve perceptibilis. ¶ σῶμα. Ital. *Corpo.* Gal. *Corps, chair.* Hisp. *El cuerpo.* ¶ Cic. 2. de Orat. Etenim corpus intelligi sine loco non potest. ¶ Aliquando Corpus accipitur pro massa totius animalis ex partibus similaribus & organicis compacta, quæ vnã cum anima totum constituit animal. Cic. pro Marcello, Vita corpore & spiritu continetur. ¶ Aliquando pro sola carne ponitur. Cicero Gallo, Ego hic cogito commorari, quoad me reficiã: nam & vires & corpus amisi. Martialis vtrunq; significationẽ vno versu complexus est. Viuebam laceri membris stillantibus artus, Inque omni nusquam corpore corpus erat. ¶ Corporum tria genera Pomponius esse affirmat. Vnum, quod vna specie cõtinetur: vt, Homo, Lapis, Lignum. Alterum, quod ex contingentibus, hoc est pluribus inter se cohærentibus constat, vt Aedificium, Nauis, Armarium. Tertiũ, quod ex distantibus compactum est, vt puta ex pluribus corporibus, vni nomini subiectis: vt Populus, Legio. Grex. Aliter Philosophi corpora distinguunt: vt quædam sint Inanimata, vt lapis, ferrum: alia Animata, vt arbor, leo. Ex his rursus quædam sunt anima vegetatiua duntaxat prædita: vt plantæ: quædam sensibili, vt bruta omnia animalia: quædam rationali, vt soli homines. ¶ Corpus, pro opere aliquo scripto, & volumine. Cic. ad Lucceium lib. 5, A' principio enim coniurationis vsq; ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. Idem ad Quint. fratrẽ lib. 2, Sed vtros eius habueris libros, (sunt enim duo corpora) an vtrosq;, nescio. ¶ Corpus pro parte, seu tribu ac multitudine populi. Liu. 1. ab Vrbe, Sui corporis creari regem volebant. ¶ Corpus ciuitatis. Liu. 6. bel. Pun. Corpus nullum ciuitatis, nec Senatum, nec plebis consilium, nec magistratus esse. ¶ Collegiorũ corpus. Caius in l. j. §. in collegia. ff. quod cuiusq; vniuers. Item collegia Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis, atque constitutionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

principalibus confirmatum est. ¶ Corpore effugere, prouerbiali figura dictum est, periculum iam imminens ac pene premens arte quadam declinare. Transtum à gladiatoribus, dictum modico corporis flexu fallentibus. Cic. 1. inuect. in Catil. ¶ Corpus sine pectore, prouerbij quadam specie dixit Horatius, pro, corpus sine mente. Vide locum in Epistolis ad Albium, & Ouid. in Heroi. ¶ Toto corpore, atque omnibus vngulis, dixit Cic. Quæst. Tuscul. 2. pro summa pertinacia. A' feris sumpta metaphora quæ dentibus, vngubus toróque corpore retinere solent quod nolint extorqueri.

Corpusculum, diminutiuum. Parum corpus, {σωμάτιον. Ital. *Picciol corpo.* Gal. *Petit corps.* Hisp. *Pequeño cuerpo.*} vnde etiamnos Corpuscula vocat. Cic. 1. Acad. & 1. Tuscul. Iuuen. Saty. 10, ut pote fola fatetur Quantula sint homi numcorpuscula.

Corpulentus. Dicitur homo obesi corporis, {... Ital. *Corpulento, grosso.* Gal. *Corpu & fourni, charnu, corpulent.* Hisp. *Cosa que tiene mucha pulpa.*} Plaut. in Epid. Euge, corpulentior videor quam agilior. Sic corpulentum pecus apud Colum. lib. 6. cap. 3.

Corpulentia, Carnositas, {σαρκῶδες. Ital. *Corpulenza.* Gal. *Corpulence.* Hispan. *Aquella mucha carnosidad.*} Plin. lib. 11. cap. 5... somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati vtilius.

Corporale, Quod est, vel habet corpus. {... Ital. *Corporale, corporeo.* Gal. *Corporel, apartenant au Corps.* Hisp. *Cosa de cuerpo.* Incorporale. ἀσώματον. Seneca Epist. 59, Dicimus quædam corpora esse, quædam incorporalia. ¶ Aliquando accipitur pro eo quod est corporis: vnde Corporalia bona, apud Gell. lib. 18. cap. 1. & Corporalia vitia apud Senecá Epist. 54. ¶ Corporalis possessio pignoris, quam habemus de pignore corporeo. Papin. l. Debitor. ff. de pig. act. Soluta pecunia, creditor possessionē pignoris, quæ corporalis apud eū fuerat, restituere debet.

Corporeus, a, um, Quod est ex substantia corporis, {σωματικὸς, σωματοειδής. Ital. *Corporeo.* Gal. *Corporu, ayant corps.* Hisp. *Cosa de cuerpo.*} Vt lapis: è diuerso Incorporeum, quod corpus non habet, vt virtus. Cic. 2. de Nat. deor. Contrà ille corporeus, vitalis & salutaris, omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensúque afficit.

Corporo, as, Cogo, coagmento, & in vnum corpus redigo. {σωματόω. Ital. *Incorporare, vnire in vn corpo.* Gal. *Deuenir corps, prendre forme de corps.* Hisp. *Encorporar, como en collegio.*} Plin. lib. 7. cap. 15. Semine è manibus coagulo modo hoc in se glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporatúrq. Hinc Concorporo. & Incorporo, composita: de quibus suis locis. ¶ Apud antiquos Corporare legimus pro Interficére, quasi corpus solum sine anima relinquere Ennius apud Nonium, Corpus cōtéplatur, vnde corporet vulnere. Accius, Corporare abs ergo es ausus.

Corporatus, ta, tum, Idem quod corporeus, siue corpus habens. σωματικός. Cic. de Vniuersitate. Sempérne fuerit, nullo generatus ortu: & si ortus sit, an ab aliquo temporis principatu ortus sit: quandoquidem cernitur & tangitur, & est vndique corporatus.

Corporatio, Quantitas vel habitus corporis, {σωμάτωσις. Ital. *Corporatura.* Gal. *Corsage, composition & façon de corps.* Hisp. *Encorporamiento.*} Colu. lib. 7, Custodiendū est, ne in corporatione, vel statura, vel viribus impar cum violentiore iungatur: nam vtraq; res inferiori celeriter affert exitium.

Corporatura, Corporis quantitas, hoc est habitus & status ipsius corporis. {σωμάτωσις & σωμάτωμα. Ita. *Corporatura.* Gal. *Corsage, constitution de corps.* Hisp. *Encorporacion.*} Veget. li. 1. Scribit corporaturā boni tyronis imple re sex pedum longitudinem. Colum. li. 7, Humilis enim & modica corporatura pecoris operarij debet esse. Vitruu. li. 6, Sed ex cælo rosciduis aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Corrado, dis, pen. prod. Simul rado, & in vnum contraho. {συνάγω. Ital. *Radere, leuar ad altri con industria & difficulta.* Gal. *Racler & amasser ensemble, retirer d'vn costé & d'autre, amonceler.* Hisp. *juntamente raer, arrebatar.*} Terēt. in Adelphis. Minas decem corradet alicunde. Lactant. lib. 5, Non propter humanitatem, quò nulla in his erat, sed vt omnia cupiditatis & auaritiæ, instrumenta corraderent.

Correpo, pis, pere, Idem quod simplex Repo. {... Ital. *Rampare, rampegare.* Gal. *Se couler & trainer en quelque lieu, en aborder secretement.* Hisp. *Gatear por el suelo.*} Cic. 1. de Nat. deor. Quod quum efficere vultis, in dumeta serpentis. Luc. lib. 8. Exiguam vector pauidus correpsit in alnum. Cic. ad Att. li. 10. Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependū.

Corrideo, des, dere, Simul rideo. {συγγελάω. Ital. *Ridere insieme.* Gal. *Rire ensemble.* Hisp. *Reir en vno.*} Luer. li. 4, Omnia corrident cōcepta luce dici.

Corrigia, giæ, Cingulum quo cingimur. {ζώνη. Ital. *Correggia, cinto, cintolo.* Gal. *Courroye, escourchée.* Hisp. *La correa.*} Cic. 2. de Diuin. Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erūt obseruanda. Quidam hoc nomen à corrigendo deducunt, volúntque corrigiam primum lori quoddam genus fuisse dictum, quo serui corrigebantur.

Corrigo, gis, pen. corr. correxi, correctum, ex con, & rego, Significat emendo, {διορθόω, εὐθύνω. Ital. *Correggere, emendare.* Gal. *Redresser vne chose tortue ou bossue, corriger, emander.* Hisp. *Corregir.*} Lactant. lib. 4, Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. Terent. in And. Corrigere mihi gnatum porrò enitere. Cic. Qu. frat. lib. 1. Sic ego, qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule sæpè excitante, cursu corrigam tarditatem tum equis, tum velis.

Corrector, Emendator. {διορθωτής. Ital. *Correttore.* Gal. *Correcteur, corrigeur, redresseur.* Hisp. *Corregidor ò castigador.*} Terent. in Adel. Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. n. Corrector. ¶ Corrector atque emendator, Cice. pro Corn. Balb. Asperitatis corrector, Horat. Epist. 1.

Correctio, onis, Emendatio. {διόρθωσις. Ital. *Correttione.* Gal. *Correction, emande ment, redressement.* Hisp. *Castigo, ò emienda.*} Cic. 4. de Finib. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris & emendatio. &c. ¶ Correctio etiam figura est apud Rhetores, quæ tollit id quod dictū est, & pro eo quod magis idoneum videtur, reponit. Exemplum eius est in Rhetoricis ad Herennium. Nam postquam isti vicerunt, atque adeò victi sunt: Eam enim quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit?

Corripio, pis, pio, corr. Reprehendo, arguo, obiurgo. {συλλαμβάνω, ἐπιτιμάω, κατηγορέω. Ital. *Reprendere, ammonire.* Gal. *Reprendre.* Hisp. *Reprehender, castigar.*} Plin. in Epist. Repeto me correptum ab eo, cur ambularem. Corripimus verò magis verbis quàm verberibus. Propriè autem est aliquid celeriter rapere. {ἁρπάζω, ἁρπαγάζω. Ital. *Rapire, torre per forza.* Gal. *Prendre quelque chose tout en vn coup & hastiuement, empoigner.* Hisp. *Arrebatar.*} Virgil. 1. Aen. Constitit hic, arcúmque manu, celerésq; sagittas Corripit. ¶ Adaptatur autem hoc verbum ad omnes actus humanos: vt, Corripitur somno, Corripitur febribus, hoc est inuaditur: & multa alia huiusmodi. ¶ Corripere item, abbreuiare est, & contrahere: vnde Correptas syllabas dicimus. συνῃρημένας.

Correptus, participium. {συναιρούμενος & εἰς, ἐπιπλήττων, ἐπιπλῆξις. Ital. *Preso la spetie con rapacità, ripreso.* Gal. *Pris & saisi, reprins.* Hisp. *Arrebatado, reprehendido.*} Cic. antequam iret in exil. Ego repentè vi tribunitia correptus, non modò loquendi liberè in iudicio, sed ne consistendi quidem in ci uitate habeo potestatem.

Correptor, oris. {ἐπιπλήκτης. Ital. *Riprensore.* Gal. *Repreneur.* Hisp. *Reprehendedor.*} Seneca 2. de Ira, Placidus itaque sapiens, & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium.

Corriuari, Per riuos aquam eundem in locum ducere. {συνδιάγω, διαχέω, συνοχετεύω. Ital. *Far correre ò colare nel fiume l'acqua.* Gal. *Faire écouler, ou couler en ruisseau, s'escouler par ruisseau.* Hisp. *Arroyar, ò arroyarse el rio.*} Plin. lib. 6. ca. 14, Angustias impedit corriuatus salis è cautibus liquor. Hoc est multis veluti riuis eundem in locum fluens. Idem lib. 3. cap. 5, Albula è media ferè longitudine Apennini, ex finibus Aretinorum profluit, tenuis primo, nec nisi piscinis corriuatus. hoc est ex piscinarum riuulis eundem in locum confluentibus ortus. Sic Corriuari amnes & torrentes dicuntur, qui ex multis riuis eōdem confluentibus oriuntur. Idem lib. 31. cap. 3. Plerunque verò damnosi torrentes corriuantur, detracta collibus sylua.

Corriuatio, tionis, Aquæ eundem aliquem in locum deductio, siue concursus. {ὀχέτευσις, συνοχέτευσις, διαχώνευσις. Ital. *Il canare l'acqua del fiume.* Gal. *Escoulement d'eaue en ruisseau.* Hisp. *Aquel arroyamento del agua ruel rio.*} Plin. lib. 31. cap. 3, Salix enim erratica & alnus, aut vitex, aut hedera, sponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem à superioribus defluentis, augurio fallaci.

Corriuales, Qui duo aut plures eandem amicam habent, vel quòd eundem riuum accedere videantur, vel quòd inuicem contendant, vtinam quæ ex eodem riuo hausturi sunt. {ἀντερασταί. Ital. *Rivali.* Gal. *Qui aiment vne mesme fille ou femme, corrivaux.* Hisp. *Combezes.*} Quintil. 14. Dement vne mesme fille ou femme, corrivaux. Hisp. *Combezes.*} Quintil. 14. Dement vne mesme fille ou femme, corrivaux. Hisp. *Combezes.*} Quintil. 14. Dement clam. Si patior miser illas lupanarium insultationes, illa corriualium maledicta, conuicia.

Corroboro, as, pen. corr. Robustum & fortem reddo. {κραταιόω, κραταίωσις, ἐπιρρώννυμι. Ital. *Confirmare, fortificare.* Gal. *Fortifier, enforcir.* Hisp. *Fortalecer y confirmar.*} Sueton. in Galba, Veteranum ac tyronem militem opere assiduo corroborauit. Cic. 5. de Finib. Ad quorum etiam cognitionem, & vsum iam corroborati, natura ipsa præeunte, deducitur. Plin. lib. 20. cap. 20, Stomachum in acetoriis sumpta corroborat. ¶ Per translationem. Cic. in Catil. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis alueruntconiurationémque nascentem non credendo corroborauerunt. Idem Cassio lib. 12, Manabat illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie. Idem pro Flacco. Virtus Lacedæmoniorum non solùm natura corroborata, verumetiam disciplina.

Corrodo, is, ere. Rodendo consumo, vel idem quod simplex rodo. {κατατρώγω, διατρώγω. Ital. *Rodere, consumare rodendo.* Gal. *Ronger à l'entour.* Hisp. *Roer ò gastar royendo.*} Cic. 1. de Diuin. Nos autem ita leues atque inconsiderati sumus, vt si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc vnū, monstrum putemus. Varro 1. de Re rust. cap. 17, Cum eodem tempore insulas Lydiorum ibi corrosas vidisses. Ossa corrosa, Iuuen. Saty. 15.

Corrogo, as. Idem est quod rogando corradere, siue multis precibus contrahere. {συναθροίζω. Ital. *Ammassare d'ogni banda con prieghi & allumare.* Gal. *Deprier d'vn costé & d'autre de venir en quelque lieu amasser de toutes parts.* Hisp. *Demandar y mendigar, ò pedir entre los buenas gentes, y andar demandando de vno en otro.*} Liu. 3. bel. Maced. Magistros nauium mercatorésque iuuitare iussit, & vela cum antennis ex nauibus corrogari iussit, vt vmbra cœnantibus in littore fieret. Cic. pro Quintio, Ipse suo necessarios ab atriis Liciniis, & à faucibus macelli corrogat, vt ad tabulam Sestiam sibi adsint.

Corrogati auditores, dici possunt qui ambitione doctoris, alioqui fortasse surdis parietibus occenturi, vndique corrogantur. ¶ Corrogata ad necessarios vsus pecunia, Cæsar 3. bel. Ciuilis.

Corruda, pen. prod. Syluestris asparagus. {ἀσπάραγος & ἄσπαρος. Ital. *Asparago seluatico.* Gal. *Asperge sauuage.* Hisp. *El esparrago syluestre.*} Cato, In arundineto corrudam serito, vnde asparagi. Colum. lib. 10, Prodit & asparagi corruda simillima filo. Plin. lib. 20. cap. 10, Syluestrem asparagum aliqui Corrudam, aliqui Libycum vocant: Artici Orminium.

Corrugo, gas, pen. prod. gare, In rugas contrahere. {συνωγμαίνω. Ita. *Crespare, raggrinzarsi in testa.* Gal. *Refrongner, froncer, rider.* Hisp. *Arrugar vna cosa con otra.*} Corrugare frontem, apud Plautum, συνωγμαίνω τὸ μέτωπον, est præ indignatione frontem in rugas contrahere. Horat. 1. Epist. 5, —ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares. Colum. lib. 12. ca. 39, Vbi satis corrugata erunt acina, demito, & sine scipionibus in dolium conijcito, pedibúsque bene calcato.

Corrugi, Suor aquæ ex montium iugis ductæ ad lauandum aurum: ita dictæ à corriuatione, autore Plin. lib. 33. cap. 4.

Corrumpo, pis, Contamino, vitio, destruo. {διαφθείρω. Ital. *Corrumpere, guastare.* Gal. *Corrompre gaster.* Hisp. *Corromper, gastar.*} Plin. li. 3. ca. 22, Quæ nec aqua, nec igni, posset corrumpi. Teren. in Adelph. Pisces ex sententia nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautio est. Lact. li. 3. Cælestes literas corruperunt, vt nouam sibi doctrinam sine vlla radice ac stabilitate componerent. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. lib. 1. Offi. Sed corrupti mores sunt, deprauatis; admiratione diuitiarum. Animus largitione corruptus, apud eundem ad Att. lib. 8. ¶ Aliquando est subornare, inuitare, & illicere muneribus, κατασκευάζω. Cic. pro Plancio, Doce quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore tribus corrupta sit. Et paulò antè. Quam quisq; tribum turpi largitione corrumperet.

Corruptus, a, um, {διαφθορικός, διεφθαρμένος. Ital. *Corrompa & gastè.* Hisp. *Corrumpido y gastado.*} quod modò participiū est: vt, Iudicium corruptū, hoc est pecunia à iure & æquitate abductū: apud Cic.

Universidad de Deusto

c.pro Cluent. Modò nomẽ ex participio: vnde Corruptior, & Corruptissimus. Plin. lib. 5. ca. 17. Demptis forcipe corruptioribus acinis. Idem lib. 13. cap. 5. Quando etiam corruptissimo in genere.

Corruptor, verbale, qui corrumpit, {φθορεύς. Ital. *Corrottore, guastatore.* Gal. *Corrompeur, gasteur.* Hisp. *El que corrumpe, gastador.*} vt, Corruptor iuuentutis. Cic. in Catil. Iuuen. Saty. 1, -nurus corruptor auaræ.

Corruptrix, fœmininum. Διαφθορεύσα, ἡ φθορεύουσα. Cicer. ad Qu. frat. lib. 1, Tam depranatis moribus, tam corruptrice prouincia.

Corruptè, aduerbium. {διαφθορικῶς. Ital. *Corrottamente.* Gal. *Par corruption.* Hisp. *Por corrupcion.*} Cicer. 1. de Finib. De quibus neque deprauatè iudicant, neque corruptè.

Corruptè, Διαφθορά. Ital. *Corrottione.* Gal. *Corruption, degast.* Hisp. *Corrupcion.*} Verbale. Cic. 4. Tusc. Morbũ appellant totius corporis corruptionem.

Corruptela, Idem quod corruptio. Διαφθορά. Terent. in Adel. Communis corruptela nostrùm libertùm. Cicer. 2. Offic. Melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit esse.

Corruo, is, penul. cor. Concido, simul ruo. {συμπίπτω. Ital. *Cadere, rouinare.* Gal. *Cheoir ensemble, tomber quand & quand.* Hisp. *Caer.*} Liu. 1. ab Vrbe, Duo Romani super alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Cicer. ad Qu. fra. lib. 2, Et ille penè timore, ego risu corrui. Idem 3. de Orat. O fallacem hominum spem, fragilémque fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpe franguntur & corruunt. ¶ Corruere pro labi, & errare. Cicer. de Senect. Nec, tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. ¶ Corruisse, opes dicuntur quæ corruptæ sunt. Cicer. 3. Offic.

Cors, cortis, ἰνωλιά. Vide CONORS.

CORSEÆ, κόρσιαι Stephano, Insulæ sunt Ioniæ adiacentes, eregione Sami. Plin. lib. 5. cap. 31, Ioniæ ora Aegæas & Corseas habet.

CORSICA, pen. cor. Κύρνος Ptolemæo, Vulgò *Corsega.* Insula est maris Ligustici, longa passuum CL.M. lata autem quinquaginta: sexaginta circiter stadiis distans à Sardinia. Castella habet Blesinos, Caracem, Emiconias, Vapanen. Tota autem maligné colitur, quòd aspera sit, & multis in locis inaccessibilis. A Græcis Cyrnos dicitur, à Cyrno, vt Fabio Pictori placet, Herculis filio. Corsicam autem appellatã volunt á quadam bubulci ancilla, cui Corse nomé erat, vt refert Stephanus. ¶ Vnde Corsi, Κύρνοι, huius insulæ incolæ appellantur: quorum Strabo scribit miram sua ætate fuisse morum feritatem, adeò vt ex rapto viuerent, ipsáque etiam belua immanitate superarent. Vide plura de hac insula apud Strab. lib. 5, & Plin. lib. 3. ca. 6. Genuensibus diu paruit, Ademarci nauarchi auspiciis Mauris erepta.

Corsoides, κορσοειδής, Lapis canitiei hominis similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cortex, {φλοιός, φλοῖσβος, λέπυρον, λέπος. Ital. *Scorza, corteccia.* Gal. *Escorce.* Hisp. *Corteza como de arbol.*} tam masculini quàm fœminini generis. Est veluti corium eniusq; rei: vt in arboribus liber, & in cæteris rebus crusta quædam ad tegendũ data. Nam coriũ propriè animaliũ est. Ouid. lib. 1. Meta. Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus. Virgil. 7. Aen. raptus de subere cortex. Idem Aeg. 6, -muſco circundat amaræ Corticis. Horat. 1. Serm. Saty. 4. -simul ac durauerit ætas Membra animúmq; tuũ natis sine cortice. Id est, citra custodem ac pædagogum ipse te reges ac moderaberis. Acon Prouerbij admonet, putátque metaphoram mutuo sumptam à iuuenibus, qui quum primitus nare discunt, corticibus aut suberibus ventri subligatis natant: deinde exercitationes citra huiusmodi adminicula natare incipiunt.

Corticula, diminutiuũ, {φλοιδιον. Ital. *Scorza picciola.* Gal. *Petite escorce.* Hisp. *Pequeña corteza.*} Col. li. 12. cap. 47. Tũ resolutis corticulis eximimus eũ.

Corticosus, a, um, Corticibus plenũ. {φλοιώδης. Ital. *Scorzoso, pieno di scorza.* Gal. *Plein d'escorces, ayant plusieurs grosses escorces.* Hisp. *Lleno de corteza.*} Plin. lib. 12. ca. 14. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideò corticosum.

Corticatus, a, um. {λεπιδωτός. Ital. *che ha scorza.* Gal. *Qui a escorce.* Hisp. *Cosa que tiene corteza.*} Quod corticem habet. Colu. lib. 12. cap. 25, Pix corticata appellatur, qua vtuntur ad condituras Allobroges.

Cortina, pen. prod. multa significat. Nam Cortinæ sunt vasa in quibus pigmenta colorésque coquuntur, quibus lanæ intingũtur, & vela pinguntur immersa. Plin. lib. 35. ca. 6. Fit etiã apud infectores vt flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. ¶ Seruius autem in illud Virgil. 6. Aenei. -neq; te Phœbi cortina fefellit: Cortinam interpretatur tripodem Apollinis, vnde oracula reddebantur: vel quòd Apollinis tripus corio pythonis serpentis tectus esset, vel quòd certa illic responsa funderẽtur, quasi Certina: vel quòd illic cor vatis teneretur. Illuc enim raptæ Phœbades vaticinabuntur. Hæ alio nomine Delphicæ dicebantur, quòd in eum potissimùm vsum fierent vt Apollini Delphico dicarentur. Plin. lib. 34. cap. 3, Ex ære factitauere & cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. ¶ Cato Cortinam plumbeã accipit pro vase quo oleum fluit, quũ in torculari à factoribus premitur. Ait enim, Cortinã plumbeã in lacũ ponito, quo oleum fluat. ¶ Item Cortinæ dicũtur aulæa, & vela adlapsa cum aliquem contegendũ. Vnde Hieronymus in Exod. Decem cortinas facito de byſſo retorta. Hæc etiã Velaria à velis dicta sunt. Nam Velum, Plagæ, & Stragula, inter se germana sunt. ¶ Ité, locus velamis in theatro ex quo egrediuntur histriones & mimi, Cortina dicitur. Virgilius, -magni cortina theatri.

Cortinale, à Cortina, Sumitur pro loco in quo sunt cortinæ, hoc est vasa quibus sapa decoquitur. Colu. lib. 1. cap. 6. Cortinale quo destrutũ fiat, nec angustum, nec obscurum sit, vt sine incommodo minister qui sapam decoquit, versari possit.

CORTON, κόρτων, Thessaliæ ciuitas, distans à Cranone centum circiter stadiis. Stephanus ex Strabone.

CORTONA, æ, siue CORTON, ônis, Tusciæ oppidum fuit non procul ab Aretio: cuius incolæ, Crotonenses appellantur: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

CORTYNA, siue CORTYNA, Κόρτυνα Stephano, Κόρτυνα Straboni, Insignis vrbs Cretæ fuit, quam præterlabitur Lethæus amnis Plin. lib. 4. cap. 12, & Pomp. Mela lib. 2. Circa hanc vrbem calami nascebantur sagittis conficiendis in primis idonei. Silius lib. 2, Eois quanuis certet Cortyna sagittis.

Cortynius, a, um: vt Cortynia tela. Sil. lib. 1, -celsis Cortynia muris Tela sonante fugat nemo. ¶ Cortynia vestis, pro venatoria, apud Claudianum lib. 2. de Rapt. Proserp. -vnde Dianæ Crispatur gemino vestis Cortynia cinctu.

CORVNCANVS, Primus Romæ Pontifex maximus fuit de plebe, ónè Cicer. pro Domo sua ad Pontifices, Pontificij iuris peritissimum fuisse testatur. Is quum legatus ad Teucam Illyricorũ reginam missus esset, in reditu contra ius gentium interfectus est. ¶ Fuit & alter Coruncanus, qui aduersus Amilcarem Barcham in Siciliã missus est, cuius meminit Polybius.

CORVS sine h, pen. prod. Κῶρος: Vẽtus flans ab Occasu solstitiali, Aquiloni oppositus, teste Plin. lib. 2. cap. 47. Iuue. Atque habites Coro semper tollendus & Austro. Quandoque murantes o in au, Caurum dicimus. Virg. 3. Georg. Semper hyems, semper spirantes frigore Cauri. ¶ Est item Corus, κῶρος, mensuræ genus, quadraginta quinque modios continens: Modius verò x x capit sextarios. In qua significatione prior huius dictionis syllaba corripitur.

Coruſco, scas, coruscare, Splẽdere: & propriè exli est, quum in eo ignis ostenditur sine tonitru. {ἀστράπτω, πάλλω. Ital. *Risplendere à guisa di baleno.* Gal. *Esclairer, resplandir.* Hisp. *Resplandecer.*} Cic. 3. de Orat. Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremuit. Virg. 4. Georg. -elucent aliæ, & fulgore coruscant. ¶ Interdum accipitur pro vibrare: habétq; accusatiuum adiunctum: vt Coruscare gladium vel hastam. Virgil. 10. Aen. Talia vociferans sequitur, hastámque coruscat. Idem 12. Aeneid. oditque moras, hastámque coruscat. ¶ Interdum absolutè pro vibrari, & contenti. Iuuen. Saty. 5. -longa coruscat Sarraco veniente abies.

Coruſcus, a, um, Resplendens. ἀστράπτων, πάλλων. Ital. *Risplendente.* Gal. *Resplandissant.* Hisp. *Cosa que resplandece.*} Virg. 2. Aenei. -stat ferri acies mucrone coruſco. ¶ Ignis coruscus. Horat. 1. Carm. Ode 34. ¶ Auro coruscus, Virg. 9. Aenei. ¶ Radij coruſci, Ouid. 1. Metam. ¶ Sylvæ coruscæ, hoc est crispæ, vel crispantes, Virg. 11. Aen. Tum syluis scena coruscis Desuper.

Coruus, Nota auis omnium nigerrima. {κόραξ. Ital. *Corno.* Gal. *Corbeau.* Hisp. *Cuervo.*} Cicer. 1. de Nat. deor. Miluo est quoddam bellũ quasi naturale cum coruis. Idem 2. de Diuin. Quid augur? cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum? Græcis κρώζειν dicitur: quo verbo aliquando & Latini vtuntur. Cicero, Quare coracem istum vestrum patiamur nos quòd pullos excludat suos. ¶ Abi ad coruos, Σὺν τοῖς κόραξι, perinde valet quasi dicas, Abi in malam rem atque in exitium. Aristoph. in Nubib. ¶ Coruus albus, κόραξ λευκός, de raro inuentu dicitur. Iuue. Coruo quoque rarior albo. Amm. in Epigram. Θᾶττον ἴδοις λευκοὺς κόρακας, σπιλάδας τε γαλάνας Κυρνίου, id est, Aut albus coruus prius, aut testudo volueris Inuenietur. ¶ Corui luscinijs honoratiores, κόρακες ἀηδόνων μᾶλλον ἀκούουσι. Quum indocti doctis præferuntur, improbi probis, blateronos eloquẽtibus, rapaces ac furaces cordatis ac integris viris. Aut quum plus tribuitur improbitati & audaciæ, quàm eruditioni & sapientiæ. ¶ Coruus serpentem, κόραξ τὸν ὄφιν, vbi quis suo ipsius inuento petit. Sumptum ex apologo quodam Aesopi: Coruus esuriens, serpẽtem in aprico dormientem conspicatus rapuit, à quo morsus periit.

CORYBANTES, κορύβαντες, Cybeles sacerdotes: qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitáque saltando iactantes, alios in similem rabiẽ agebant. Homerus ζωὸς μανῆναι vocat. Hinc (inquit Strabo li. 10.) qui capita saltando iactant, & numinis aspiratione, furiisque agitãtur, Corybantes dicimus. Hi primùm Idam Phrygiæ montem tenuisse dicuntur: postea autem in Cretam nauigasse, montémque quendam incoluisse, quem à nomine relictæ sedis, etiam Idam appellarunt: vbi & Iouem infantẽ aluerunt, tympana ingiter pulsantes, ne Saturnus (cui cum Titano fratre cõuenerat, vt suboles omnem masculã interficeret) puerum vagientem audiret. ¶ Sunt qui Curetas, & Corybãtas, & Caberos & Ideos dactylos eosdem esse putent. Dictos volunt à κορυφοῦσθαι, quod est caput saltando iactare: vel (vt Hermolaus in Cast. scutit) à pupillis oculorũ, & genis, quas Græci κόρας vocant, quippe qui quũ Iouis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerentur. Inde κορυβαντιᾶν est insanire, & κορυβαντιᾶν μανίαν hoc est malo quodam genio agi. ¶ Diodorus Corybantũ scribit Iasonis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano sacra Matris deũm in Phrygiã detulisse, eósque qui in sacrificia eius deæ incumbere volucrunt, de suo nomine Corybantas appellasse. ¶ Alij à galea dictos volũt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galeto quodã capita tecti insaniendo luderent.

Coryceæ, per æ diphthongum. {κωρυκαῖον. Ital. *Spie, curiosi.* Gal. *Espions, gens curieux.* Hisp. *Los assechadores ò espias.*} Dicuntur exploratores. Cic. Atti. Omnes enim Coryceæ subausculare videntur quod loquor. Nam tota Coryci montis Asiatici, seu (vt quidam dicunt) promontorij in Creta præternauigatio latronibus plena fuit, qui dispersi per portus ad mercatores furtim accedebant, & subauscultabant quid rerum ferrent, & quò nauigarent: vt postea discedentes adorirentur, ac diriperent. Ex quo factum est, vt omnes curiosi secreta ausculantes, Coryceæ dicerẽtur: & in prouerbiũ cesserit. Hunc Coryceus auscultauit κόκκυ κεκραγότος ἤκουσεν, quod de eo dici solet, cuius consilia secreta patefacta sunt.

Corycium, {κωρύκιον, θυλάκιον. Ital. *Bolgia, bisaccia.* Gal. *Bource, besace.* Hisp. *Zurron ò talega.*} diminutiuum est à κώρυκος, quod significat peram, qua equites vtuntur ad circunferendum viaticum, vel aliud quiduis, vel etiã panarium, quod & βαλλάντιον Græci appellant, vel rete capiens panem, πλάγιον, Suidas.

CORYCVS, pen. cor. κώρυκος, Nomen est vrbis, & montis excelsi in Cilicia, optimum crocum ferentis.

Corycius, a, um, κωρύκιος, vt Crocum Corycium. Mart. lib. 11, Vltima Corycio cadit aura croco. ¶ Secus Corycius non longè abest ab vrbe Coryco: à quo Corycides Nymphæ dictæ sunt. Ouid. lib. 1. Metamor.

Corydalus, {κορυδαλός. Ital. *Lodola.* Gal. *Alouette.* Hisp. *Cogujada.*} pe. cor. Auis est habens in vertice capitis pennas aliquot erectas, quæ coni galeæ speciem præbent. Vnde & nomen accepit. Nam κόρυς galeã significat. Latini Galeritã appellant. ¶ Oportet omnibus corydalis cristã inesse, πάντως κορυδαλοῦς χρὴ λόφον ἐχέτω. Citatur ex Simonide, & vsurpatur aliquoties à Plutarcho. nominatim in vita Timoleontis, in hũc sensum: nullũ esse mortalis ingenij, cui nõ sit aliquod vitiũ admixtũ.

Corylus, penul. cor. {κόρυλος, ἡ ἀλλιπὴς κορύλη siue κορυλή. Ital. *Nocciolare.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gal. *Coidrier, noiſetier, auelianier.* Hiſp. *Auellano arbol conocido.* ¶Arbor & fructus, à noſtris auellana dicitur. Virg. lib. 2. Georg. Plantis eduræ coryli naſcuntur. Idem eod. lib. Duræ coryli. Duras autem dixit, nõ ad lignũ, ſed ad fructum ipſarum referens. Seruius.

Colurnus, a, um, vt Colurna opera, ex corylo arbore facta. Vide ſupra ſuo loco.

Coryletum. Locus eſt frequentibus corylis conſitus. κόρυλος ἐγκλιτικῶς κορύλοις πυκνόφυλλος, ὁ λιγυστικῶν τόπος. Ouid. 2. Faſt. Illa modò in ſyluis inter coryleta iacebat. Ita. *Locco plantato de nicciolari.* Gal. *Vn couldraye, vn lieu complanté de couldres.* Hiſp. *Auellanedo, lugar de auellanos.*

Corymbi, ¶κόρυμβοι. Ital. *Coccole d'ellera.* Gal. *Grains ſemblables à raiſins, comme ceux d'vn hierre, & ſemblables.* Hiſp. *Vuas de yedra.* ¶Vuæ hederarum, quibus coronabatur Bacchus. Tibullus. Sed varij flores, & frons redimita corymbis, Plin. lib. 16. cap. 34. de hedera loquens, Racemis in orbem circumactis, qui vocãtur Corymbi. ¶Eſt etiam Corymbus fructus chryſocomæ, ſiue chryſitidis herbæ, & aliarum quæ vuas fertũt hederaceis ſimiles. Plin. lib. 2. ca. 8. Chryſocome, ſiue Chryſitis non habet Latinam appellationem: palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra. ¶Meos corymbos necto. τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω. Vbi quis reſpondet quod nihil pertineat ad interrogata.

Corymbifer. ¶κορυμβοφόρος. Ital. *che produce tali chocciole.* Gal. *Qui porte grains ſemblables à raiſins, comme hierre.* Hiſp. *Que trae racimos dela yedra.* ¶Qui fert corymbos, ſiue hederam. Ouidius, Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Corymbia, æ, Ferulę caulis decoctus, muriáque & melle conditus. Plin. lib. 19. ca. 9. Semen ferulæ in Italia cibus eſt: conditur quippe, durátq; in vrceis anni ſpatio. Duo ea genera: caules & racemi. Corymbiã hanc vocant, corymbóſque quos condiunt.

Corymbion, κορύμβιον, Herba eſt quam Dioſcorides λυχνίδα στεφανωτικὴν, hoc eſt Lychnidem coronariam appellat.

Corymbites, κορυμβίτης, Tithymalli ſpecies, aliàs πλατύφυλλος vocata, à foliorum latitudine. Piſces necat, aluum ſoluit radice, vel foliis, vel ſucco. Plin. lib. 26. cap. 8.

CORYNETA, κορυνήτης Suidæ, Latro fuit famoſiſſimus, Vulcani filius, qui iuxta Epidaurum hoſpites clava quadam quæ coryna dicebatur, peremit: vnde & hoc nominis ſibi ſumpſit: prius enim Periphatum vocatum tradunt. Hunc Theſeus interfecit.

CORYPHAEVS, κορυφαῖος, Mons eſt circa Epidaurum, Dianæ ſacer. Stephanus.

Coryphæus, ¶κορυφαῖος. Ital. *Primo ò più degno in egual ordine.* Gal. *Le chef & le premier, le principal & le plus excellent des autres.* Hiſp. *Lo primero ò mas digno en todo orden.* ¶Eſt cuiuſcunque ordinis caput, & præcipuus, ἀφ' οὗ κορυφῆ, hoc eſt à vertice capitis. Cice. 1. de Natu. deor. Zenonem, quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, quũ Athenis eſſem audiebam frequenter.

CORYPHASIVM, κορυφάσιον, Regiuncula eſt agri Laconici, circa Pylum. Stephanus.

Corythia, quæ & Colycia. Ex genere muricum ſunt, æquè turbinata, ſed multò minora, oris halitui conſeruando in primis idonea. Autor Plin. lib. 32. cap. 7.

Corytus, penul. prod. ¶κορυτός, τοξοθήκη. Ital. *Carcaſſo da ſaette, turcaſſo.* Gal. *Quarquois à mettre des fleſches.* Hiſp. *Carcax ò goldre de flechas.* ¶eſt thecæ arcuum, ſiue ſagittarum, quanuis ſagittarium proprié dicatur Pharetra. Stat. lib. 9. Thebaid. –cæleſtibus implet Corytos telis. Virgil. lib. 10. Corytique leues humeris, & letifer arcus. Apud Græcos ſcribitur per γ, γωρυτός, vt videre eſt apud Home. *Cf Ivon. Φ.*

CORYTHVS, pen. cor. κόρυθος. Vulgò *Cortona.* Oppidum Tuſciæ, prope Aretium in paruo colle eiuſdem nominis ſitũ, à Corytho rege ita appellatum. Virg. lib. 9. Nec ſatis extremas Corythi penetrauit ad vrbes.

Coryza, æ, ¶κόρυζα. Ital. *Catarro, diſceſa d'humori.* Gal. *Rheume, catarrhe, deſcente d'humeurs.* Hiſp. *Romadizo.* ¶Corruptæ & fœtidæ naturæ defluxio, nares obturans, & vocem obtundens: quam Latini grauedinem appellant. Celſus lib. 4. cap. 6, Grauedo nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet, ſub eadem ſalſa eſt ſaliua: ſonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina eſt. Hæc omnia κορίζας Hippocrates appellat: nunc apud Græcos in grauedine hoc nomen ſeruatur.

Cos, cotis, fœminini generis, Lapis quo cultri acuuntur. ¶ἀκόνη. Ital. *Cote.* Gal. *Queuë, vne pierre à aguiſer couſteaux ou telles choſes.* Hiſp. *Piedra para aguzar herramientas, Aguzadera.* ¶Liu. 1. ab Vrbe. Atqui hoc animo agitauit, inquit, te nouacula cotem diſciſſurum. Hinc Cotes, ſiue Aconas olearias & aquaticas dicimus, quòd illas ad ferram acuendum oleo, has aqua madefacimus. ¶Cotem alis, ἀκόνα πτέρυξι. Dicitur in homines edaces pluriméque cibi: qui nihilo tamen habiliores reddantur. Nam in cotis macilentiam hodiéque vulgò iactatur adagium, quum aiunt, tam pinguem quàm cotem, macilentum quempiam eſſe ſignificantes. ¶Eſt & Cos, κῶς, inſulæ, & ciuitatis nomen: vt docuimus ſuprà in dictione COOS.

Coticula, læ, diminutiuum à cote. ¶βάσανος. Ital. *Pietra dal tocco per far ſaggio dell' oro.* Gal. *Pierre de touche, pierre à toucher & eſprouuer l'or.* Hiſp. *El toque de la plata ò del oro.* ¶Plin. lib. 33. cap. 9, Contráque ſuffuſiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. ¶Accipitur item pro lapide, quo fit auri, vel argenti experimentum, qui alio modo Index, vel Lapis Lydius vocatur. Modicus eſt, & raró quaternas vncias longitudinis, binásque latitudinis excedens. Plin. lib. 33. cap 8.

Cotaria, æ. Locus vnde eruuntur cotes. ¶κοπτὸς λίθος ἀπ' οὗ ἀκόνας ἐξορύττουσι. Ital. *Luogo donde ſi cauano le cote.* Gal. *Vne carriere dont on tire les queuës à aguiſer.* Hiſp. *Lugar donde ſe ſacan las aguzaderas.* ¶Alphenus l. Cæſar. ff. de public. Cæſar quum inſulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat, Ne quis præter redemptorem, poſt Idus Martias, cotem ex inſula Creta fodito, néve eximito, néve auellito.

Coſcinomantia, æ, κοσκινομαντεία. Diuinationis genus, qđ fit per cribrũ.

Coſmeta, Coſmicus, Vide COSMVS.

Coſmitto. Pro committo, m literam in ſ, vertentes veteres dixere, teſte Feſto.

Coſmographia, κοσμογραφία. Mundi deſcriptio. Differt autem à Geographia, tanquam totum à parte. Geographi enim ſolius terræ ſitum deſcribunt, præcipuáſque eius regiones fluminibus & montibus diſtinguunt, coſmographi autem, mundi totius tam elementaris, quàm ætherij cognitionem inquirunt, terræque ſitum non fluuiis aut montibus, ſed cæleſtibus circulis diſcriminant.

COSMVS, mi, κόσμος, Nobilis vnguẽtarius fuit Romæ. Martialis, Quod Coſmi redolent vnguenta, focique deorum. ¶Hinc Coſmianum vnguentum. Petronius, Affer nobis alabaſtrum Coſmiani. ¶Κόσμος autem Græcis ornatum ſignificat, & totum vniuerſum quod cæli ambitu complectitur, Cic. de Vniuer. Hinc vatietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nos mundum nominamus.

Coſmeta, pen. prod. ¶κοσμητής. Ital. *Cameriere che ha cura d'ornare il patrone.* Gal. *chambrier, valet de chambre.* Hiſp. *Camarero que aſeyta el ſeñor ò ſeñora.* ¶Ornator, ſeruus in familia, cui dominæ, dominíve exornandi cura incumbit. Inuen. Satyr. 6, Ponunt coſmetæ tunicas, tardé veniſſe Liburnus Dicitur.

Coſmicus, adiectiuum, κοσμικός, Idem quod mundanus. Martial. lib. 7. Coſmicus eſſe tibi Semproni Tucca videris: Coſmica Semproni tam mala quàm bona ſunt.

COSSA. κόσσα Stephano, Oppidum eſt in Vmbria Italiæ regione. Autor Plin. lib. 3. cap. 5, hodie Orbitellum vocant.

Coſſas, à Plinio vocantur vermiculi in ligno naſcentes. lib. 30. cap. 13, quos aliis in locis Coſſos vocat. Coſſes (inquit) qui in ligno naſcũtur, ſanant vlcera omnia. Vide COSSI.

Coſſus, Vermis in ligno editus, qui apud Phryges & in Ponto pro delicatiſſimo cibo ſumitur. ¶ὁ τερηδών, ὁ σκώληξ ξυλοφλοῖς. Ital. *Verme che rode il legno, tarlo.* Gal. *Vn ver qui s'engendre dans le bois & qui le rouge.* Hiſp. *El guſano que roe la madera.* ¶Plin. lib. 17, Prægrandes roborum vermes delicatiore ſunt in cibo (coſſos vocant) atque etiam farina ſaginati. Idẽ lib. 11. cap. 35. Nec enim coſſi tantum in eo, ſed etiam rabani ex eo naſcuntur. A' ſimilitudine horum vermium homines rugoſi corporis, ab antiquis Coſſi dicti ſunt: vnde & Coſſutiorum familia apud Romanos dicta eſt, ex qua fuit Coſſutia vxor Cæſaris, cuius meminit Suetonius in vita eius. Similiter & Coſſunij, & Coſſuuiani.

Coſſutij, Vide COSSI.

Coſtæ, arum, Sunt oſſa illa ſpinæ cohærentia, inteſtináque ſuo complexu coërcentia. ¶πλευραί. Ital. *Coſte.* Gal. *Coſtes.* Hiſp. *Las coſtillas.* ¶Virgil. lib. 3. Georg. Et pedibus ſubigit terram, fricat arbore coſtas.

Coſtus, fœminini generis, ſiue Coſtum neut. ¶κόστος Dioſcoridi, κόστον Straboni. Ital. *Coſto herba.* Gal. *Herbe nommée de quelques vns du Coſt ou du coſt, & de autres poiurette.* Hiſp. *El coſto eſpecia oloroſa.* ¶Frutex eſt exiguus in Arabia, India, & Syria naſcens, radicem ferens eximij odoris, quam non ſecus ac thus diis ſuis adolebat antiquitas. Plin. lib. 12. ca. 12. Radix coſti guſtu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili.

COSYRA, pen. prod. κόσυρα. Inſulæ nomen eſt in mari Lybico, cuius incolæ Coſyrxi, κοσυραῖοι dicuntur. Ouid. 2. Faſt. Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyræ, Inſula, quam Libyci verberat vnda freti.

Cotaria, Vide COS.

COTHON, onis, κώθων. Inſulæ exiguæ nomen, quæ Byrſæ Carthaginenſium arci ſubiacebat. Euripo circundata, circunquaque naualis vſum præbens. Autor Strabo lib. 17. Seruius verò in illud Virg. Aeneï. 1, Hic portus alij effodiũt. Portus manu factos Cothonas vocari aſſerit. ¶Eſt & Cothon, genus poculi fictilis, paruum quidem, ſed militum vſui accommodatiſſimũ, vt quod nullo negotio geſtari poſſet, & in pera militari circumferri. Autores Suidas & Athenæus lib. 11.

Cothurnus, ¶κόθορνος. Ital. *Borzachino coturno.* Gal. *Vn certain bradequin en chauſſure ancienne.* Hiſp. *Borzeguí.* ¶Calciamenti genus erat ſubere ſubleuatum, quo Tragœdiarum actores in ſcena vtebantur vt proceriores viderentur. Erat autem calciamentum ἀμφοτεροδέξιον hoc eſt tam dextro, quàm ſiniſtro pedi cõueniens, & de ſtiris ſolet religari. Vnde illud apud Virg. 1. Aene. Purpureóque altè ſuras vincire cothurno. ¶Poteſt etiam hoc nomine appellari hoc calciamenti genus ſubere ſuffultum quo in Italia mulieres hodie vtuntur, vt Heroidum illam proceritatem videantur referre, cuius meminit Inuenalis, –ſi breue patui Sortita eſt laretis ſpatium, breuiórque videtur Virgine Pygmæa nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro ſublimiori dicendi genere. Virg. Aegl. 7, Sola Sophocleo tua carmina dicta cothurno.

Cothurnatus, ta, tum, adiec. ὁ κόθορνον ὑποδεδεμένος, Martialis, Grande Cothurnati pone Maronis opus.

Coticula. Vide COS.

Cotidie, Vide QVOTIDIE.

Cotinus, pen. cor. κότινος. Oleaſtri genus, quo Olympioniæ coronabãtur. Ariſtoteles Philoſthephanon appellat. ¶Eſt & frutex hoc nomine in Apennino, ad liniamenta modò conchylij colore inſignis. Autor Plin. lib. 16. cap. 18.

COTYLO, Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Auguſti Legato in Pãnonia ſuperatus.

Cotonea, neæ, à Venetis dicta fuit herba quam Galli *Halum* appellant, ſimilis cunilæ bubulæ, tota odorata capitula habẽs thymi, dulcis alioqui & ſitim ſedans. Vide Plin. lib. 26. cap. 7. σπερμόδην κεφαλάν.

Cotoneum, nei. ¶κυδώνιον. Ital. *Pomo cotogno.* Gal. *Pome de coing, vn coing.* Hiſp. *Membrillo.* ¶Mali genus, primùm è Cydone Cretæ vrbe aduectum: vnde & Cydonion à Græcis appellatur, nam Cotoneorum nomen à Catone primùm profectum putatur. Eius varia ſunt genera. Quædam enim inciſuris diſtinguũtur, colore ad aurum inclinato: vnde & Chryſomela dicuntur. Alia candidiora, præſtantiſſimi odoris, Noſtratia cognominata. Sunt & Neapolitana, & minora ex eodẽ genere Struthea, ſerotini prouentus, ſed odoratiora. Sunt & præcocia muſteauitẽ ſyluęſtria minora, ſed à ſtrutheis odoratiſſima. Hæc Plin. lib. 15. cap. 11.

COTTA, Clariſſimus Orator fuit Ciceronis coætaneus, quem etiam interlocutorem induxit in libro de Oratore. ¶Fuerunt eodem tempore & alij Cottæ duo, quorum alter contra Mithrydatem infœliciter pugnauit, & Syllam Cæſari conciliauit. Alter legatus Cæſaris in Gallia inſidiis circumuentus ab Ambiorigis ducis exercitu interfectus eſt. Pædianus.

Cottabus, bi, κόττᾰβος. Aenea phiala, quam peracto conuiuio menſæ imponere ſolebant vino plenam, deinde in minora pocula ab alto miſcẽtes,

res, sonum edere: qui si illisu maior ederetur, ab amasiis amari se augurabantur. ¶ Accipitur & pro ipso sono qui hoc pacto edebatur. Vnde κοτταβίζειν verbum Græci vsurparunt, pro eo quod est in sonum huiusmodi edere: & κοτταβισμός, pro hoc ludi genere: item κοτταβεῖα, præmia victori huius ludi dari solita, quæ, teste Athenæo, fuerunt ἀνθρακωτίς, hoc est tritic æ placentulæ & sesaminæ. Aristophanes quoq; qui hoc genere ludi sæpe crebrabant, μεσοκοττάβους appellauit: quòd vix aliter, quàm vino madentes id agerent. Plaut. in Trin. Cottabum videtur appellare, sonum flagrorum, qui inter verberandum redditur. Cauelis (inquit) ne cottabi bubuli crebri in te crepent.

Cottana, κοττάνη, Ficus exiguæ, verum iucundissimo sapore, Syriæ peculiares. Plin. lib. 14. cap. 5.

COTTIAE ALPES, pars Alpium, Lepontis proxima, duodecim olim ciuitatibus insignis, quæ Cottianæ dicebatur, nomine accepto à Cottio rege, Augusti Cæsaris amico, qui eum tractum structis molibus tranitu commodiorem reddidit. Vulgò *Mont Cenis.*

Coturnix, Auis aduena, terrestris magis quam sublimis: nostri *Qualeam* dicunt. {ὄρτυξ. Ital. *Starna, coturnice.* Gal. *Vne caille.* Hisp. *Codorniz.*} De huius auis consyderatione plurima cognitu dignissima tradit Pli. lib. 10. cap. 23, Coturnices (inquit) semper autè veniunt quàm grues: parua auis, & quum ad nos aduolat, terrestris magis quàm sublimis. Aduolant non sine periculo nauigantium: quippe velis sæpe insident, & hoc semper noctu, mergúntque nauigia. Iter est his per hospitia certa: Austro non volant, humido scilicet & grauiore vento: aura tamen vehi volunt propter pondus corporeum, viréfque paruas. Hinc volantium illa conquestio, labore expressa. Aquilone itaque maximè volant, Ortygometra duce. Primam earum appropinquantem terræ accipiter rapit. Reliqua vide apud Plinium.

Cotyla, læ, κοτύλη. Mensuræ genus, quod alio nomine Hemina dicitur, continens dimidium sextarij. ¶ In ossibus item Cotylæ dicũtur, quæ & Cotyledones, hoc est caua quædam acceptabula quibus aliorũ ossium capita inseruntur: cuiusmodi sunt in coxendicibus, ossium femotis capita excipientia. ¶ Accipitur & pro concaui vasis genere, cuiusmodi Diogenem vsum fuisse docet Laertius antequam puerum ex concaua manus vola bibentem vidisset. ¶ Accipitur & pro ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus coniungebat, stringebatque: alterúque impositis in eas genibus, tollebatur, suis manibus oculos geltãtis obtegens. Ad hunc igitur modum gestatus, ἐπὶ κοτύλης gestari dicebant.

Cotyledum, {κοτυληδών. Ital. *Cupertinule.* Gal. *Herbe vulgairement appelée nombrils veneris.* Hisp. & Lusitanicè, *Sendetes, cucillos.*} Herbæ genus est, quæ teste Ruellio Vmbilicus Veneris à Romanis dicitur: quod nomen etiam hodie seruant Officinæ. Cotyledonem autem Græci putantur appellasse propter figuram folii in acetabuli formam tornati, & modice concaui. ¶ Cotyledones item in mulieribus appellantur ora vasorum in vterum desinẽtia, per quæ sanguinis redundantia singulis mensibus, ex omni corpore in vterum deriuatur, & per quæ semen alimentum ad se attrahit.

COTYLVM, κοτύλιον, Scribit Strabo vocari collem in Ida monte, centum viginti millibus passuum à Scepsi distantem, in quo Scamãdri, & Granici, & Aesepi fluminum origo. Vnde & nomen Cotylo inditum, ἀπὸ τῆς κοτύλης, quòd cõceptaculum, & acceptaculum significat.

COTYS, Thraciæ rex fuit, qui in bello ciuili, Pompeij partes secutus est. De hoc tradit Plutarchus, quòd quum sibi esset conscius modum se in castigandis seruis egredi, pocula quædam, pretiosa quidem, attamẽ fragilia, ab hospite dono accepta, vbi donatorem benignè remuneratus erat, vniuersa confregit: veritus ne si à ministris frangerentur, in iram eruperet, vniuersa confregit: veritus ne si à ministris frangerentur, in iram exandesceret, & nimis atrocem in illos pœnã statueret. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis Thraciæ rex, qui Tiberij tempore Rhescuporis patrui fraude circunuentus est & occisus. Autor Tacit. lib. 2.

COTYTTO, ûs, κοτυττώ, Dea impudentiæ habita est, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur eius sacerdotes) nocturna sacra fiebant, quæ ab illa vocabantur Cotyttia. Hanc Probus saltatricem fuisse existimat: vnde etiam sacerdotes eius lasciuis saltationibus mores eius referebant. Iuuenal. Saty. 2, Cecropiam soliti Baptæ lassare cotytto. Vide Politiani Miscel. cap. 10.

Cotyttia, orum, κοτύττια, Sacra erant nocturna, (vt dictum est) quæ Athenis fiebant à Baptis in honorem Cotyttûs impudentiæ deæ. Vide suprà in dictione BAPTAE.

Couinus, {πολεμικὸν ἅρμα τροχοφόρον. Ital. *Carretta, carro da guerra armato per conquassare un'effercito.* Gal. *Vn chariot de guerre armé & garni de grands trenchants & coustelaux pour mettre en pieces ceux qu'il rencontre.* Hisp. *Vn genero de carro de guerra.*} Vehiculi falcati genus fuit quo Britanni & Galli in prælijs vtebantur. Pompo. Mela, Dimicant non equitatu modò aut pedite, verùm & bigis, & curribus Gallicè armati: Couinos vocant, quorum falcatis axibus vtuntur. ¶ Inde Couinarius dicitur auctor

Universidad de Deusto
Biblioteca

CRASSVS, P. Licinius, ante ætatem Pont. Maxi. factus (quod nunquam anteà contigit) Consul creatus, profectus est contra Aristonicum, Eumenis filium. In quo prælio, profligato exercitu, ipse ne in manus hostium veniret, baculo Barbarum quendam, in acie oculo conuerberato, in sui necem prouocauit.

L. Crassus orator, Superioris filius, qui cum Antonio à Cice. introducitur in libris de Oratore, mirifico quodam pudore prædirus fuit: qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Accusauit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescens: ex quo summam ingenij nō laudem modò, sed etiam admirationem est consecutus. Defendit postea Liciniam virginem, quum annos vigiuti septem natus esset. In ea ipsa causa fuit eloquentissimus, oratio nisque eius scriptas quasdam partes reliquit. Voluit adolescens in colonia Narbonensi causæ popularis aliquid attingere: eámque coloniam, vt fecit, ipse deducere. Hæc ex libro de Orat. & Bruto Ciceronis, in quo libro est elegãtissima ipsius Crassi cum Antonio & Scævola cõparatio. Deploratur multis verbis Crassi mors à Cicerone, in exordio 3. lib. de Orato.

P. Crassus, Oratoris frater, iuris perituissimus fuit, qui in dominatione L. Cinnæ quum Marianarum esset partium, ne incideret in manus inimicorum, seipsum interemit. Huius filius M. Crassus, Romanorum ditissimus, cum Pompeio & Cæsare Triumuiratum iniit: quorum planè autoritate Respub. aliquot annos regebatur. Ad bellum missus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania insurrexerant, Vatiniúmq;, Gellium, ac Lentulum Romanos imperatores fugauerant, duodecim millibus hostium vnà cum eorum duce cæsis, apud Rhegium iuxta Leucadis paludem victoria potitur: ex quo Vrbem ouans ingressus est. Postremo quãdo Syria fortè obuenisset, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amisit. Ipse demum infœliciter rem gerens, à Surina regis præfecto captus, atque interfectus est. Autor Cice. in Paradoxis. ¶ Alter Crassi filius, Cæsaris legatus fuit in bello Gallico, & in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit: fuit autem discipulus Ciceronis. De quo hæc in Oratore, Erat enim Crassus (inquit) cùm institutus optimè, tum etiam perfectè planéq; eruditus: grauis, & sine segnitie verecundus esse videbatur. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam insolitę adolescentibus gloriæ: qui quia nauauerat miles operam Imperatori, Imperatorem se statim esse cupiebat. Hæc Cicero.

Crassus, prænomine Marcus, Romanorum omnium ditissimus fuit, qui negabat quempiam habendum esse diuitem, nisi qui exercitum annuo reditu posset alere. Hic postea cum Pompeio & Cæsare Triumuir factus, cupiditate auri, vt fertur, in Parthos expeditionẽ suscepit: à quibus ipse cum filio adolescente & vniuerso exercitu deletus est.

Crassus, Spissus, densus, pinguis, ac ponderosus. {παχὺς. παχεῖς. Ital. *Grosso, corpulento.* Gal. *Gros, espes & fourni, gras.* Hisp. *Grueso en espessura.*} Terent. in Hecy. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Cic. 1. Tusc. Crassus, & concretus aër. Plin. lib. 11. cap. 38, Animalium fortiora, quibus sanguis crassior. Plaut. in Pseud. Suram vbi aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes. ¶ Crassa Minerua dicitur aliquid fieri, quod inconditius, simpliciúsque, quasique indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Horat. 2. Serm. Rusticus, anormis, sapiens, crassáque Minerua.

Crassamen, inis, à Crassus. {παχύτης, τὸ παχυμέρες. Ital. *Grossume, materia grossa come la mucilagine di qualche cosa.* Gal. *Espoisseur, vne matiere espoisse, comme la lie de quelque choſe ou la soudrille.* Hisp. *Grossura.*} Colu. lib. 12. cap. 25. Semper requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur.

Crassamentum, Crassities, {παχύτης. Ital. *Spessezza, grossezza.* Gal. *Espoisseur, ou grosseur.* Hisp. *Grossura.*} Gellius, Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento, eiusdem longitudinis, derasi, atque ornati, similes. Sic Columella, Crassamentum vini fœculenti dixit, & lib. 12. cap. 25. Crassamen, pro Sedimento.

Crassities & Crassitudo, pro Pinguedine. σύμπηξις, παχύτης. Plin. lib. 11. ca. 39, Hippopotami corij crassitudo talis, vt inde tormentur hastæ. Cæsar 2. bel. Ciuil. Crassitudo parietum quinque pedum.

Crassescere. Est Crassum fieri, vel pingue. {παχύνομαι. Ital. *Diuentar grasso, ingrassare.* Gal. *Deuenir gros & espois, s'espoissir, & engrosser.* Hisp. *Engrossarse.*} Colu. lib. 9. de Turturibus, Nec quia tritico vel aliis frumentis minus crassescant, verùm quòd semine eius maximè delectantur. Plin. lib. 2, Qui neque in nebulam densetur, nec crassescat in nubes, id est crassus fiat. Idem lib. 29. cap. 6.

Crassè, aduerb. {παχέως. Ital. *Spessamente, grossamente, lordamente.* Gal. *Espoissement, grossement, greſſement, lourdement.* Hisp. *Con grossura y espessura.*} Colu. lib. 12. cap. 43, Lata vasa in modum patinarum fieri iubebat, eáque intrinsecus & extrinsecus crasse picari.

Cratægonon, siue Cratægogonon, κραταίγονον, Genus Satyrij herbæ semine lini maiore, durę radicis, cortice rubro, sapore subdulci, quod in montosis traditur inueniri. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

Crater, teris, pen. prod. {κρατήρ. Ital. *Coppa.* Gal. *Vne coupe ou taſſe.* Hisp. *Gran copa ò pila do cae el agua.*} Vasis genus capacius, quo in libationibus, & solennioribus epulis vti solent. Virg. 9. Aen. Sed magnum metuens se post cratera tegebat. Idem Aegl. 6, Crateráſque duos statuam tibi pinguis oliui. Idem 6. Aen. Crateras magnos statuunt, & vina coronant. ¶ Ab huius vasis similitudine Crater in monte Aetna appellatus est fotamen illud, per quod ignis euomitur. Ouid. Et pronos currus medio cratere recepit. ¶ Et Crater in fontibus dicitur receptaculum quod & Labrum dicitur, id quod fistulis aqua decurrit. ¶ Velut in cratere philotesio. ὥσπερ ἐν κρατῆρι Φιλοτησίῳ, prouerbialis collatio, qua significabimus, res antea turbulentas componi sedatéq; & prius inter sese inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem crater philotesius, quē in conuiuiis porrigunt aliis alij, ceu amicitiæ symbolum ac pignus. Vnde etiã eandem vim habebit adagium, si Crater philotesius, κρατὴρ φιλατησιος, dicas. ¶ Crater litiũ, siue malorum, κρατὴρ κακῶν. De re petmolesta. siue de homine litium autore. ¶ Item Signum cæleste quod oritur decimosexto calendas Martij, vespere. ¶ Item Sinus in littore Campano à Miseno Athenæum vsque extensus. duobúsque penè coëuntibus promontoriis incuruatus: vt est autor Strabo lib. 8.

Cratera, æ, penul. prod. idem quod Crater. Horat. in Sermo. Siue grauis veteri cratęræ limus adhæsit.

Craterites, Gemma est prædurę naturæ, inter chrysolithi & electri colorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Craterra, ab antiquis dicta est, teste Nonio, quam nos Situlã vocamus. κάλπη, γαύλος. Cice. 2. de Natu. deo. In medióque sinu fulgens cratera relucet. Loquitur de vrna Aquarij cælestis syderis.

CRATERVS, pen. cor. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiá res eius gestas scripsit, cuius meminit in Aristide Plutarchus. De hoc Persius Saty. 3. Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

Crates, Est rara quædam liguorum, vel viminum, vel etiam ferramentorum connexio. {πλέγος. Ital. *Graticio.* Gal. *Claie, vne haiſe, vne hurſe.* Hisp. *El carro ò cosa assi texida.*} Plantus, Sub cratim vt iubeas sese supponi. Liuius 10, ab Vrbe, Ibi mediis ferè castris locus est conseptus cratibus, plutcisque & linteis contextus. Cæsar 7. bell. Gall. Proximam fossam cratibus contegunt.

Craticula, à Crates diminuti. in qua cibi torrentur. {ἐσχάρα, ἀνάπλεκτον, ἐσχαρίς. Ital. *La graticola, gratella.* Gal. *Vn gril.* Hisp. *Las parrillas.*} Cato cap. 13, Corium vnum, lucernas, craticulas duas. Marti. lib. 14, Parua tibi curua craticula sudet ofella.

Cratitius, a, um, Quod ex cratibus fit. {πλεκτός. Ital. *Cosa fatta di graticcio.* Gal. *Fait en façon de claies.* Hisp. *Cosa texida como carro.*} vt Cratitij parietes, qui cratibus insertis fiebant, seu asseribus arrectis, trãfuersisq; in modum cratis. Alio nomine vocantur Intergerini, quòd vicinorum cœnacula iis dirimerentur. Vitru. lib. 2, Cratitij parietes velim ne inueniri quidem essent. Quantum enim celeritate & loci laxamento prosunt, tanto maiori & communi sunt calamitati, quòd ad incendia, vt fasces, sint parati.

Cratio, tis, tire, Idem quod Occo. {πλέκω. Ital. *Arpegare.* Gal. *Herſer ou couurir de claies.* Hisp. *Cgualar la tierra con carro.*} Plin. lib. 12. cap. 18, Vtilissimum simul & herbæ arare, deinde cratire, serere florem ex fœnilibus, atque ex præsepibus fœno delapsum spargere, priusquam cratiantur.

CRATES, κράτης, Nomen est Philosophi Thebani: qui vt philosophiæ vacare posset, proiecto in mare nō paruo auri pondere, Abite (inquit) pessum malæ cupiditates: ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Neque putauit se posse & virtutes, & diuitias simul possidere. Suidas autem tradit, Cratesem omnem pecuniam in substantiam redegisse, & apud trapezitam deposuisse, ea lege, vt si filij philosophi essent, cum egenæ plebi diuideret: sin idiotæ, eis quod acceperat, bona fide restitueret. Ita enim iudicabat vir sapientissimus, homini philosophio, sapientiæ sectatori nihil deesse ad beatè viuendum. ¶ Fuit & Poëta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. ¶ Item & Grammaticus, qui sub Ptolemæo Philometore claruit, æqualis Aristophanis Grammatici Criticus, siue Homericus cognominatus. Scripsit in Iliada & Odyss. lib. 9. Comment. Autor Suidas. Hic, vt ait Tranquillus studium grammaticæ primum, Romam intulit: missus enim ad Senatum ab Attalo rege, sub ipsam Ennij mortem plurimas acroases fecit, assiduéque per omne tempus legationis differuit: nostris quoque exemplum fuit admirandum. Hæc ille.

CRATHIS, cum th aspirato, κράθις, Nomen est duorum fluuiorũ, quorum vnus est in Achaia propriè dicta, prope Aegas oppidum in sinum Corinthiacum influens: cuius meminit Strabo lib. 8. Alter in magna Græcia, iuxta Sybarim oppidum, cuius aqua barbis comisque flauum colorem inducere tradit Strabo lib. 6. Vulgò *Grattini, fiume di Cosenza in Calabria.* Ouid. lib. 15. Meta. Crathis & hinc Sybaris nostris concretus oris, Electro similes faciunt, auróque capillos. Et lib. Fasto. 5, Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes Paruus ager.

Craticula, Vide CRATES.

CRATINVS, κρατῖνος, Poëta fuit comicus, clarus apud Athenienses, qui primus in Diouysiis Athenis, satyricam fabulam induxit. Horatius, Eupolis atque Cratinus, Aristophanésque poëtæ. Hic autem fuit supra modum gulæ ac omni voluptatum generi deditus, præcipuè ebrietati: ad quod alludit Horat. in Epist. Prisco si credis Mecœnas docte Cratino, Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt, Quæ scribãtur aquæ potoribus.

Cratio, vide CRATES.

CRATIPPVS, κρατίππος, Mitylenæus philosophus fuit, Ciceronis filij præceptor, qui Pompeio Pharsalico prælio victo apud Mitylenen occurrens, verbis ex Philosophiæ penetralibus petitis, ad meliorẽ spem eum erexit. Plutarch. in Pompeio.

CRATIS, sine aspiratione, κρατίς, Africæ fluuius, è Sicrone lacu profluẽs in Oceanum, iuxta quem nonnulli fabulati sunt electrum nasci. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

CRATYLVS, pen. corr. κρατύλος, Nomen philosophi Athenienſis, Platonis mortuo Socrate præceptor, ex cuius nomine idem Plato librum de Significatione nominum inscripsit.

Creber, crebra, crebrum, Frequens, quasi crescens numero, densus. {συχνός. πυκνός. Ital. *Frequente, spesso.* Gal. *Dru, frequent, souuent venant.* Hisp. *Cosa espessa que muchas vezes se hazes.*} Plaut. in Amph. Crebri hostes cadunt. Idem in Aul. Crebro salicto oppletus locus. Cice. ad Attic. lib. 14. Et in scripto multò essem crebrior. Virgil. 3. Georg. Non tam creber agens hyemem, ruit æquore turbo.

Crebrò, aduerb. Frequenter. {συχνῶς. Ital. *Souuente, spesse fiate.* Gal. *Souuent, souuentesfois.* Hisp. *Espessamente, muchas vezes.*} Plaut. in Trucul. In vrbem crebrò conuenio. Cice. Atti. lib. 2, Velim obuias mihi literas omnibus de rebus crebrò mittas.

Crebritas, Frequẽtia & spissitudo. {συχνότης. Ital. *Moltitudine, spessezza.* Gal. *Frequentation abondance, multitude.* Hisp. *Aquella espessura.*} Cice. ad Attic. lib. 13, Colloqui videbamur, in Tusculano quum essem, tanta erat crebritas literarum. Concinnitas, crebritásque sentẽtiarum: apud eundem de Claris oratoribus.

Crebresco, is, brui, Celeber fio, & diuulgor. {διαβοητὸς γίνομαι. Ital. *Essere fatto celebre, essere diuolgato.* Gal. *Estre frequent.* Hisp. *Ser publicado ò diuulgado por fama.*} A' quo Percrebresco. Plin. Epist. 147, Ille nō tollere oculos, non remittere stylum, sed obfirmare animum, autibúsque prætendere: tum crebrescere fragor, aduentare etiam, &c. Optatæ aurę crebrescunt. Virg. 3. Aeneid. Sermonem crebrescere, Idem 12. Aeneid.

Crebri

Crebrisurus, Significat vallū crebris suris, hoc est palis munitū. Festus.
Credo, is, credidi, creditum. Significat dictis vel factis fidem habeo, adhibeo, autoritatem tribuo, vel adiungo. {πιστεύω. Ital. *Credere, hauer fede.* Gal. *Croire, auoir foy.* Hisp. *Creer y confiar de otro.*} ¶ Et ponitur vel absolute. Cice. in Bruto. Audiui equidem illa de maioribus nata, sed nūquam fum adductus vt crederem. Vel cum accusatiuo. Cic. ad Atticum lib. 7, Omnia facilius credere possum, quàm quod scribitis. Vel cum accusatiuo & datiuo. Idem Famil. 13, Hoc mihi vt testi velim credas. Vel cum datiuo solo. Idem Famil. 5, Non satis credidit homini prudēti. Virg. Aeglog. 8, Nimium ne crede colori. Vel cum præpositione De. Idem Famil. 3. Bis ad te scripsi, me purgās diligenter, te leuiter accusans, in eo quòd de me citò credidisses. ¶ Aliquando Fidei committere, seu secundum tradere. {παραδίδωμι. Ital. *Commettere alla fede d'alcuno.* Gal. *Commettre & fier à la foy d'aucun.* Hisp. *Confiar a otro, ò encommendar à la fe de alguno.*} Plaut. in Aulular. Vbi iis obiit mortem, qui mihi id aurum credidit. Lib. 4. ad Heren. Nam quum canes fungantur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? ¶ Et non solùm tradere, sed etiam renelare, ac manifestare significat. Lactan. lib. 4, Iudæi quoq;, quibus soliis arcanum Dei creditum fuerat. ¶ Interdum Mandare. Colum. lib. 2, vt iam perceniamus, quot operis in aream perducantur ea, quæ terræ credidimus. ¶ Quandoque mutuum dare. {δανείζω. Ital. *Dare in prestito.* Gal. *Prester.* Hisp. *Prestar.*} Martialis, Dimidiū donare Lino, quàm credere totum Qui mauult, mauult perdere dimidium. ¶ Cum accusatiuo mediante In, significat immittere, iniicere. Virg. lib. 2. Georg. Inque nouos soles audent se gramina tutò Credere. ¶ Interdum ponitur pro Puto. {οἴομαι, νομίζω. Ital. *Pensare.* Gal. *Penser.* Hisp. *Pensar.*} & hoc vel absolutè. Cice. Fami. 9, Tu enim ipse, qui & me, & alios prudentia vincis, omnia credo vidisti, nihil omnino te fefellit. Vel sequente Quod, vel Quoniam, vel Quia. Cice. Famil. 15, Quòd ad te de decem legatis scripsi, parum intellexisti, credo, quia scripseram. ¶ Inter Credere Deo, Credere Deū, & Credere in Deum, Ecclesiastici hoc interesse putant, quòd Credere Deum, est credere Deum esse: Credere Deo, est Fidem habere Deo, siue verbis eius: Credere in Deum, est fide bona se conijcere in Deum, & in eo spē omnē nostræ salutis repositam habere. ¶ Huius verbi composita sunt Accredo, Concredo, quæ vide suis locis. ¶ Veteres Creduas, pro credas dicebant. Plaut. Ipsius nec amat, nec tu creduas.

Creditur, impersonale. Cic. pro Sext. Rosc. Tamen non temerè creditur, neque leui coniectura res penditur. Plaut. Menæch. Neque domi, neq; apud amicam mihi iam quicquam creditur. Terent. in Adelph. Ignotū est, tacitum est, creditum est. Horat. 2. Serm. Pratēsibus optima fungis Natura est: aliis malè creditur.

Creditum, Appellatur id quod nobis debetur. {δάνειον. Ital. *Credito.* Gal. *Vne creance, ce qu'a baillé vn creancier, ce qu'on luy doit.* Hisp. *Credito, prestido, ò deuda.*} vt Publicum creditum, apud Quintil. lib. 5. cap. 10. Sene. de Benefic. lib. 2, Accipiam ergo tanquam creditum, non beneficium.

Creditor, oris, Dicitur cui debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel iure. {χρεώστης δάνειστής. Ital. *Creditore.* Gal. *Crediteur, creancier.* Hisp. *Prestador.*} Caius de verb. signi. Creditorum appellatione, non hi tantùm accipiuntur qui pecuniam crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur, sicut ex empto vel ex locato, vel ex alio vllo contractu debetur. Cic. 6. Phil. Quod etiam videre potuistis, quotidie spōsores & creditores L. Trebellij conuenire. Horat. 2. Sermo. Integer est mentis Damasippi creditor? esto.

Creditrix, pen. corr. verbale fœmininum. {δανείστρια, δανείζουσα. Ital. *Creditrice.* Gal. *Creancierre, celle à qui on doit.* Hisp. *Crededora.*} Paul. in l. Claudius Felix. 5. Aut contra. ff. Qui potior. in pig. vel hypoth. Potest vti exceptione rei iudicatæ aduersus primam creditricem.

Credulus, a, um, Qui omnia facilè, vel temerè credit. {κουφός. Ital. *Credulo, facile al credere.* Gal. *Qui croit de leger.* Hisp. *El que mucho y de ligero cree.*} Cice. de Amicit. Hæc etiam in fabulis ridiculissima persona est improuidorum & credulorum senum. ¶ Incredulus, qui non facilè credit, ἄπιστος, δύστροπος.

Credulitas, Credendi facilitas. {κουφολογία. Ital. *Credulità, la prestezza de credere & facilità al credere.* Gal. *Legereté de croire.* Hisp. *Credencia de ligero.*} Plancus Ciceroni, Credulitas enim erroris magis, quàm culpa est: & tamen in optimi cuiusque mentem facilè irrepit. Martial. lib. 5, Et tumidus Galla credulitate fruar.

Credibile, Quod ita verisimile est vt facile credi possit. {πιστόν, πιθανόν. Ital. *credibile, credeuole.* Gal. *Croyable, croyable, assez à croire, vray semblable.* Hisp. *Cosa creible y verisimile.*} Plaut. in Pœnul. Credibile scitor dicit: crede huic, mi pater. Cic. 4. Verr. Multa enim, quæ scio abs te esse commissa, huic, mi pater. Cic. 4. Verr. Multa enim, quæ scio abs te esse commissa, quòd aut nimium turpia, aut parum credibilia sunt, pertermittam.

Credibiliter, aduerbium. {πιστικῶς. Ital. *Credibilmente* Gal. *Croyablement.* Hisp. *Creyblemente.*} Cice. pro Deiot. At quam non modò non credibiliter, sed ne suspicosè quidem.

Cremasteres, χρεμαστῆρες. Nerui in quibus testes dependent. Colu. lib. 7, Priusquam ferrum admoueas, duabus augustis ligneis regulis, veluti forcipibus apprehendere testium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant quòd ex illis genitales partes dependeant.

CREME, es, κρίμη. Vrbs Pontij, à qua gentile Cremesius.

Cremen̄trum, à Cresco, id est augmentum. δόξημα.

CREMERA, pen. corr. κρεμάστρα. Fluuius Tusciæ, apud quem Fabij à Veientibus occisi fuere, autore Liuio lib. 2. Decad. 1. Ouid. 2. Fast. Vt celeri passu Cremeram tenuere capacem, Turbidus hybernis ille fluebat aquis. Iuuenalis, Quid Cremeræ regio?

Cremium, {φρύγιον. Ital. *Legno facile à accendersi.* Gal. *Petites buchettes seches ou petis baſtons comme pour allumer le feu.* Hisp. *Leña ò otro de leue encendido.*} Columel. lib. 12. cap. 19, rusticos dicit, ita nominare farculos aridum & minutos: quanquam scriptum est gremia. Hermolaus in Plinium. Cremia cinnamomi. Plin. lib. 12. cap. 19. ¶ Est etiam cremium. Caro Cremia cinnamomi. Plin. lib. 12. cap. 19. ¶ Est etiam cremium. Caro frixa in frixorio, quæ quo magis torretur, eo magis virtus & humor exacuitur. {φρίγανον. Ital. *Carne soffritta, frittata in la padella.* Gal. *Viãde frecaſſée, cuyte en la ſartan.*} Vetitur hac voce Psalmorum interpres, Et ossa mea sicut cremium aruerunt. ¶ Quidam Frixorium volunt esse: alij durum illud quod in frixorio remanet.

CREMMYON, κρεμμύων Stephano, Oppidum non procul à Corintho, iuxta quod Theseus suem, quæ omnes agros deuastabat, occidit. Ouid. lib. 7, Quódque suem secutus arat Cremyona colonus, &c. Vbi alterū m versus gratia, à poëta est elisum. ¶ Crommyum autem per o, vrbs est iuxta Ascalonem: de qua infrà.

Cremo, as, Comburo. {καίω. Ital. *Abbruſciare, ardere.* Gal. *Bruſler, faire ardre.* Hisp. *Quemar.*} Plin. lib. 17. ca. 1. Ad Neronis principis incendia, quibus cremauit vrbem. Plini de Viris illustrib. Qui libri, quia leues quasdam sacrorum causas continebant, ex autoritate Patrum cremati sunt.

CREMONA, Vrbs est Galliæ Cisalpinæ, nō procul à Mantua, quæ etiam hodie nomen retinet. Cuius ciues quum contra Augustum cum Antonio sensissent. Cæsar victor, veteranis suis eorum agros dedit: qui quum non sufficiissent, accepernnt etiam vicinorum agros, vt Mantuanorum, &c. Hinc Virg. Aeglog 9, Mantua, væ, miseræ nimium vicina Cremonæ. De hac Strabo lib. 5, sic scribit. Cis Padum verò, circumque Padum, celebertimæ sunt ciuitates Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ inter has & Ariminum, sunt Parma, Mutina, Bononia.

Cremor, oris (Hermolaus κρῖμα esse dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expresso ex grano aqua macerato. {Ital. *togo ſpremuto di grano ò d'altre coſe, come dorzo.* Gal. *Creme de lait ou iuz eſpreſ de quelque grain trempé & preſſé comme orge mondé.* Hisp. *La leche que ſe haze del grano mojado.*} Celsus, Cremor ptisanæ sumendus est. Cato de Re rust. cap. 86.

Crenæ, Sunt incisuræ, à quibus Crenata herbarum folia vocantur: hoc est serrata sectáque per ambitum. {γλυφίδες. Ital. *Tagli, tagliature.* Gal. *Trous ou pertuis.* Hisp. *Cortes ò cortaduras.*} Hodie quoque multis locis signa, quibus agrestes numerum alicuem in feudis descriptum habent, Crenæ appellantur. In sagitta quoque partis extremæ sectio, in quam neruus inseritur, Crena dicitur. Sed & in ipso arcu summa cornua crenas suas habent, in quibus collocatur, sedétque neruus. ¶ Crenæ item dicuntur asperitates quædam œsophagi in rubi modum denticulatæ. Plin. lib. 11, cap. 37. Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decrescentibus crenis quicquid appropinquat ventri.

Creo, creas, creare, Producere, gignere. {κτίζω, δημιουργῶ. Ital. *Creare, produrre.* Gal. *Creer & donner eſtre à quelque choſe, mettre en nature.* Hisp. *Criar haziendo de nueuo ò engendrar.*} Cic. lib. 5. de Finib. Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, &c. Idem 1. Tuscul. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit. ¶ Dicimus quoque Creare fraudem alicui, commoditatem, ædes, lites, &c. Magistratus quoque creari dicuntur. Cæsar 7. bell. Gall. Quum singuli magistratus antiquitus creati, atque regiam potestatem annum obtinere consuessent.

Creator, Effector, genitor, conditor. {δημιουργός. Ital. *Creatore.* Gal. *Createur.* Hisp. *Criador.*} Cice. pro Cornel. Bal. Quod princeps ille creator huius vrbis Romulus, fœdere Sabino docuit. Idem lib. 2. de Diuinat. Nobis hæc portenta deūm declarit ipse creator.

Creatio, onis, Creandi actus. {κτίσις, δημιουργία. Ital. *Creatione.* Gal. *Creation.* Hisp. *Criança.*} vt, Creatio magistratuum. Cice. 3. de Legib.

Creatrix, icis, ὁ δημιουργός. vt, Rerum creatrix natura. Lucret. lib. 2.

Creatura κτίσις.

CREON, ontis, κρέων. Nomen Corinthiorum regis, qui Creusam filiam Iasoni desponsauit, de quo Seneca in Medea. ¶ Alter fuit Thebanus, Oedipi regis Thebanorum socer, & pater Iocastæ. Fuerunt & alij hoc nomine.

CREON, ontis, κρίων. Mons est Lesbi Insulæ, cuius meminit Plinius lib. 5, cap. 31.

CREONTIADES. Herculis filius ex Megara, quem pater cum Theriomacho fratre ab inferis rediens, & in furorem versus à Iunone, quòd Lycum interfecisset, interemit.

CREOPHILVS, pen. corr. κρεόφιλος. Nomen Samij poëtæ, qui Homeri hospes & æmulator fuisse fertur. Vide Apul. in Floridis.

Crepax, acis. Vide CREPO.

Crepæ, Ab principio capræ sunt appellatæ, quòd crutibus crepēt. Festus.

Creperus, a, um, penul. cor. Idem quod dubius. {ἀμφίβολος. Ital. *Dubio, dubioſo.* Gal. *Douteux.* Hisp. *Dudoſo.*} vnde Creperum bellum, anceps & dubium. Lucret. lib. 5, Exæquaráque sunt creperi certamina belli.

Crepi, Lupercordicti sunt, à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis, nudos discurrere in Lupercalibus, & obuias quasque fœminas pellibus ferire. Festus.

Crepida, æ, penul. corr. Tuscum calciamentum, teste Seruio, quod corrigiis ligabatur. {κρηπίς. Ital. *Pianella.* Gal. *Pantoufles qui n'auoyent anticonuenient qu'vne ſemelle par deſſous, & par deſſus des courroyes & liſtes, comme petis patins.* Hisp. *Alcorque, ò chinela.*} Apud Latinos poëtas corripit primam, quanuis apud Græcos scribatur per vocalem longam η. Persius, Non hic, qui in crepidis Graiorum ludere gestit.

Crepidula, diminutiuum. κρηπίδιον. Gellius lib. 13. cap. 22, Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantùm in fine teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta sunt, Soleas dixerunt, non nunquam voce Græca Crepidulas. Horatius in Serm. Chrysippus dicat, Sapiens crepidas sibi nunquam, Aut soleas fecit. Quidam hoc nomen à crepitu, hoc est à sono quem ambulando reddunt dicunt appellatum. Certius tamen est, ex Gellij & Persij autoritatibus, dicere vocem esse Græcam.

Crepidarius, rij, Qui crepidas conficit. {κρηπιδοποιός. Ital. *Pianellaio.* Gal. *Cordonnier qui font ou vent telles pantoufles ou patins.* Hisp. *Zapatero de alcarques.*} Gell. lib. 13. ca. 20. Eiusque calcamenti sutores crepidarios dixerunt.

Crepidarius, ria, rium, Quod ad crepidas pertinet vt, Crepidarius cultellus. Sempronius Asellio in lib. Rerum gestarum 14. Crepidarium, inquit, cultellum rogauit à crepidario sutore.

Crepidatus, ta, tum, Crepidis indutus. {κρηπιδωτός. Ital. *Che ha le pianelle.* Gal. *Qui a pantoufles, chauſſé de telles pantoufles.* Hisp. *El que tiene alcorques.*} Cice. in Pisonem, Is nocte intempesta crepidatus veste seruili nauim conscendit.

Crepido, dinis, penul. produc. Significat oram terræ, quam aqua alluit: ex hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens crepitat quum currit, aut vndas appellit. κυμῶτιν Columel. lib. 9. Præiaciuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non extutbatur. ¶ Per translationẽ verò & putei extremam oram, quæ ad ipsum puteum respicit, quæ vulgò dicitur *Os putei*: & editioris eiusque loci extremitatem solemus Crepidinem appellare, vt apud Hieronymum, In crepidine viæ. Seneca, Quis crederet iacentem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurum Consulem? ¶ Vnde etiam pro abrupti saxi altitudine ponitur. Virg. lib. 10, Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi Expositis stabat fcalis, & ponte parato.

Crepo, as, pui, pitum, Significat sonare. ¦ λακτῶ. Ital. *Far strepito, sonare.* Gal. *Bruire, craquer, craqueter, peter, faire bruit.* Hisp. *Hazer ruido lo que se quiebra.* ¦ Plaut. in Menæch. Dic mihi, nunquam tibi intestina crepant? ΥΕΝΙΟ. Vbi satur sum, nulla crepant: quando esurio, crepitant, id est murmurant & sonant, quod intestinis inanibus accidere solet Plautus in Amph. Orationem comprimam, crepuit foris. Terent. in Adelph. Sed quis nam crepuit foris? Ouidius. Et crepat ad medios laurus adusta focos. ¶ Per translationem ponitur pro dolere, queri, accusare. Horat. lib. 1. Carm. Quis post vina, grauem pauperiem crepat?

Crepito as, pen. cor. Crepitum edo: & proprie de cymbalis, & huiusmodi dicitur, quamuis & de aliis rebus dici possit. ¦ ψοφῶ Ital. *Far strepito.* Gal. *Craqueter, sonner & faire bruit, peter, bruire, sonner.* Hisp. *Hazer ruido.* ¦ Plin. lib. 12. cap. 17. Myrtata reprehenduntur, crepitántque in igne.

Crepitulũ, Ornamentũ capitis, quod in capitis motu crepitũ facit Festus.

Crepitaculum, Sistrum æreum instrumentum quod manibus percussum reddit sonum, in Isidis sacris solenne, teste Vale. lib. 4. cap. 29. ¦ σείσμα, κρόταλον Ital. *Cembalo, campanello, sonaglio, & cose simili.* Gal. *Instrument pour faire bruit, comme vne sonnette, au cliquette, crecerelle & semblables choses.* Hisp. *Castillejo, juego de niños.* ¦ Colu. lib. 9. cap. 12. Crepitaculis æreis, aut testatum plerunque vulgò iacentium sonitu terreatur fugiens iuuentus. Quintil. lib. 9. cap. 4. Et sonum edant puerilium crepitaculorum.

Crepitacillum, diminutiuum à crepitaculo. κρεμβαλόδιον. Lucret. lib. 5. Nec crepitacillis opus est. Aliàs legitur, crepitacula eis.

Crepax, acis, à crepando: sicut ab edendo, Edax. Vnde crepacem malam, quodam in carmine dixit Mecœnas, referente Senec Epist. 115.

Crepitus, tus, Sonitus est, qui ex cõcussione & impulsu resultat. ¦ ψόφος, κρεμβαλισμός, βόμβος. Ital. *Strepito.* Gal. *Son violent & soudain de quelque chose que ce soit.* Hisp. *Sonido ó ruido de lo que se quiebra.* ¦ ¶ Vnde pedentis sonum, Crepitum ventris dicimus, quem Stoici æquè liberum esse debere, atque ructum affirmabant, Plautus in Cure. Vbi quid surripuére, operto capitulo calidam bibunt: Tristes atque ebrioli incedunt. Eos ego si offendero, ex vnoquoque eorum eiiciam crepitum polentatium. Et Crepitus plagarum dixit Cice. in Ver. 7. Crepitus dentiũ, Cic. 4. Tuscul. Crepitus armorum, Plin. lib. 2. cap. 37. Crepitus fornix, Plaut. in Cure. Crepitus frænorum. Varro lib. 2. cap. 7. Crepitus gladiorum, Hirci. lib. 6. Crepitus imbrium, Plin. lib. 12. cap. 1. Crepitus pedum, Cice. in Topi. ¶ Ne crepitu quidem digiti dignus, οὐκ ἀξιοψόφου δακτυλίου. De deridiculo, nullíusque pretij homine. Athenæus lib. 12. de Sardanapali epitaphio. Et is gestus & prouerbium in hodiernũ vsque diem manet apud Nostros, quum aiunt, Ne huius quidem facio. ¶ Crepitu probabis, παλαιᾷ διαμύσει. De iis qui ridiculè explorant alterius in sese animum. Suidas.

Crepundia, orum, ¦ παιδικὰ παίγνια κρεμβαλίσματα παιδικά. Ital. *Ornamenti da bambini.* Gal. *Toutes petites choses dequoy les enfans se jouent, comme poupees, auetaux, chapelets, & telles choses.* Hisp. *Los dixes ó juguitos ó patiales delos niños.* ¦ Dicuntur prima munuscula, quæ dantur pueris: vt sunt fasciolæ, linteoli, vestes, bullæ, coralia, enficuli, crepitacula, & puerilia ornamenta huiusmodi, quibus pueri delectantur: à crepando, id est tinniendo dicta, quoniam infantes crepitaculis maximè gaudent. Plaut. in Ruden. Sunt crepundia. D. Ecca, video, qua facie sunt. Enficulus est aureolus, primùm literatus, Póst altrinsecus est securicula anceps, item aurea, literata est. Póst ficula argenteola, & duæ connexæ maniculæ: Et sucula, & bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die. Plin. lib. 11, Semestris loquutus est Crœsũ filius in crepundiis, quo prodigio totum id concidit regnum.

Crepusculum, Lux dubia, quæ fit ante solis ortum, & ante occasum. ¦ διλύη, ἀμφιλύκη Ital. *Luce dubia quando si fa sera ouero giorno.* Gal. *Le temps quand le jour faut, entre chien & loup, jour faillant.* Item, *le point du jour, quand le nuit faut.* Hisp. *Entre lobreguez ó entre dos luzes.* ¦ à crepero, hoc est dubio, quia tunc multis dubium est, dies fit iam, an nox. Plinius, Oriente sole, aut occidente matutini vespertinive cognominari, prout alterutri eorum manè vel crepusculo contigit. Columel. lib. 7, Iuxta conseptum saxis & canalibus sal superiectus, ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, cum pastorali signo quasi receptui canturinam id quoque semper crepusculo fieri debet. Lucanus, Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.

Crepusci apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam vespertinam, Crepusculascentem dixit.

Cres, Vide CRETA.

Crescо, is, creui, cretum, Augeor. ¦ αὐξάνω, αὐξάνομαι, φύομαι. Ital. *Crescere, augmentare.* Gal. *Croistre, s'augmenter.* Hisp. *Crecer.* ¦ Iuuen. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Cice. 2. de Diuin. Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter crescant paritérque decrescant. Idem pro lege Manil. Quum socij pertimuissent, hostium opes animique creuissent.

Crementum, Pro augmento. αὔξημα.

Cretio, pro adítione hæreditatis, vide in CERNO.

CRESSA, κρῆσσα. Oppidum Pisidiæ est, teste Stephano, post excidium Troianum à Merione conditum. ¶ Est & portus Cariæ, Rhodo insulæ oppositus. Plin. lib. 5. cap. 28. ¶ Cressa etiam dicitur mulier ex Creta insula. Vide in dictione CRETA.

CRESSAEA, Herodoto lib. 7. regio Pallenæ vicina, ac Thermæo sinui contermina.

CRESTON, Oppidum, de quo Herod. lib. 1. Qua lingua Pelasgi sunt vsi, affirmare non possum, sed coniectura signorum, licet dicere eadẽ qua

nunc Pelasgi vtuntur, qui supra Tyrrhenos vrbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum qui nunc Dores vocantur. ¶ Est & nomen regis Bithyniæ, cuius meminit Iustinus lib. 38.

CRETA, æ, & Crete, es, κρήτη, Vulgò *Candia*, Insula in medio ponto, centum vrbium fama clara, quæ (vt scribit Strabo) à Septentrione Aegæo alluitur simul & Cretico pelago: ab Austro Libyco: ad Occidentem Aegilam & Cytheram spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta millia septuaginta passuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingenta octogintanouem millia passuum complectitur, Hodie Candiam vocant. Insignes in ea vrbes sunt Cortyna, Cydoh, Gnossus Minois regia, & Straboni cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxium est, optimiq; vini fertilissima est, de qua Virg. 3. Aenei. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ, Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna. Primùm dicta est Cureta, ab habitantibus Curetibus, & per syncopam Creta. Alij dicunt Cretam dictam, à Crete quodam Iouis filio Curetum rege. Alij à Crete nympha Hesperidis filia. Arrianus non à Crete nominatiuo, sed à Cres, Cretis genitiuum faciẽte, nominatam dicit: sic enim vocatum ait eum qui Iouem abscondit in monte Lycæo. ¶ Est & Creta oppidum Scythiæ. Valer. Flacc. lib. 1, -quoties paucos ad littoris ictus Deficiam, Scythicum metuens Pontúmque Cretámque.

Cretes vocantur eius insulæ populi, & mulieres Cressæ κρῆσσαι.

Cressеus, & Cressius, adiect. κρήσσιος. Sũt autẽ hæc nomina quę ex masculino fœminiuũ ad similem formã mittunt: scilicet Cres Cressa, Libys Libyssa, Phœnix Phœnissa, Thrax Threissa. Tibullus, -etiam Phœbo gratissima dona Cres tulit. Ausonius. Præpetibus pẽnis super æra vectus homo Cres. A Crete verò fiunt Creticus, κρητικός, & Cretẽsis.

Cretæus, a, um, Quod ex Creta insula est. κρητιαῖος. Ouidius, Stratâque Cretæam bellua strauit humum.

Cretensis, κρής. Nomen gentile à Creta insula deductum. Vide prouerbium, Cretiza cum Cretensi, πρὸς Κρῆτα κρητίζειν. id est aduersus mendaces mendaciis vti. ¶ Cretensis Cretensem, ὁ κρὴς τὸν κρῆτα, subaudi quod erit commodum sententiæ, pronocat, conatur circumuenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cũ perfido. Sumptum adagium à Cretensium moribus, quos plurimis conuiciis incessuit antiquitas. ¶ Eundem obtinet sensum, Cretensis cum Aegineta, Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην: Subaudiendum agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agunt. Cice. 3. de Natu. deor. Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius.

Creticus, a, um, adiectiuum formatum à Creta insula. κρητικός. vt, Creticũ mare, Horat. 1. Carm. Ode. 26.

Creta, æ, Terra tenax. ¦ κιμωλία γῆ. Ital. *Creta, terra tenace.* Gal. *Creye ou craye, terre blanche de quoy on se sert pour marquer.* Hisp. *La greda ó barro blanco.* ¦ vel à Creta insula, in qua optima prouenit: vel à crescendo, quoniam proprietas eius est vt macerando crescat, quod in primis cretæ Vmbriæ accidit, quam vocant saxum, quæ nonnisi poliendis vestibus adhibebatur, iisque duntaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, candidum vnum, & alterum ad purpurissum inclinans, vtrunque vestibus aptum. Hac medici aduersum morbos vtuntur. Laudatur & creta Thessalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorem argenteum reddens. Vilissima erat creta, qua pedes, vænalium trans mare aduectorũ notare mos erat. Creta Asiatica. Cice. pro Elacc. Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica quæ est ferè omnibus nota nobis. Tenax creta, Virg. 1 Georg. ¶ Cretam notare, pro approbare: sicut carbone notare, pro damnare, prouerbiali figura legimus. Persi. Saty. 5.

Cretula, diminut. Cice. 6. Verr. Quum Valentio eius interpreti epistola Agrigenti allata esset, casu signum iste animaduertit in cretula.

Cretaceus, a, um, adiecti. ¦ ὁ ἐκ τῆς γῆς κιμωλίας. Ital. *Di creta.* Gal. *Qui est de creye.* Hisp. *Cosa de materia de greda.* ¦ vt, Cretacea filigo, quæ creuit in loco cretoso. Plin. lib. 18. cap. 9, Rufior illa, at Pisana candidior, ponderosior verò cretacea.

Cretatus, ta, tum, Quod est creta inspersum. ¦ ὁ τῇ κιμωλίᾳ χρισθείς. Ital. *Cretato, incretato.* Gal. *Blanchi ou marqué de creye.* Hisp. *Cosa untada con greda.* ¦ vnde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, quales solebant esse seruorũ pedes, qui trans mare vænales aduehebantur. Vnde Plinius inter prodigia insolentis fortunæ commemorat, liberos aliquot Prætoris ornamentis decoratos rediisse eò, vnde cretatis pedibus aduenissent. Ad hoc alludit Iuuenalis, quum ait, Nuper in hãc vrbem pedibus qui venerat albis.

Cretosus, a, um, Quod est creta plenum. ¦ ὁ ἐκ κιμωλίας γῆς μεστός. Ital. *Pieno di creta.* Gal. *Abondant en creye.* Hisp. *Lleno de greda.* ¦ Plin. lib. 15. cap. 18, Cato de ficis ita memorat, Ficos marisicas in loco cretoso, aut aperto serito. Ouid. 7. Meta. Cretosa rura, & Ager cretosus.

CRETHEVS, dissyllabum, in genitiuo Cretheos, κρηθεύς, Aeoli filius fuit qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aesonem genuit, Alcimedonté, & Amythaonem.

Cretheius denominatiuum: vt, Virgo Cretheia apud Flaccum lib. 1. dicitur Helle Cretheï neptis.

CRETHON, onis, Filius fuit Dioclis, qui cum fratre Orsilocho ad bellũ Troianum Græcis auxilium laturus profectus est: sed quum hi duo nimium suis viribus confiderent, cum Aenea congredi non dubitauerunt, à quo etiam ambo sunt interfecti. Quin & eorum cadauera vix à à Menelao & Antilocho ex hostium manibus subtrahi potuerunt.

Creticus, substantiuum, κρηθικός. Genus pedis est, qui cõstat prima & tertia longis, & media breui: vt, Sanitas. Alio nomine Amphimacrus.

CREVSA, κρέουσα, Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iason, repudiata Medea, vxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus suis ignem inextinguibilẽ scriniolo inclusum per filios suos Crusæ muneris loco misit: filios verò præmonuit, vt statim oblato munere discederent. Creusa igitur videndi cupida, nihilque mali suspicans, scriniolum aperuit, & continuò euolauit ignis, Creusámque & totam Creontis regiam exussit. Ouid. lib. 1. de Arte, Cui non dicta est Ephyræa nata Creusa. ¶ Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Aeneæ coniunx, cui Ascanium filium peperit. Hanc in excidio Ilij, ab Aenea.

qui fugiens, patrem humeris gestabat, filiúmque manu ducebat, perditam fuisse in itinere, dum vias notas excessisset, tradit Varro lib. 2. Aeneid. Sed nonnulli eam ab ipso Aenea ex pactione cum Græcis facta necatam volúnt, ne quis ex semine Priami superesset. Verùm his refragatur fabula de Heleno & Cassandra, liberis Priami, quos Græci captiuos abduxerunt.

CREVSIS, *ædium*, Oppidum est in confinio Bœotiæ, Locrorum, & Aetolorum: vt annotauit Vadianus in Pompo. lib. 2.

Cribrum, Instrumentum ex pellibus suillis, vt plurimum, crebris pertusum foraminibus, ad frumenta purganda. ‡ κόσκινον & σῆθος Ital. *Cribro, vaglio.* Gal. *Crible.* Hisp. *El crimo, ó garauda ó cedazo.* ‡ Cicer. 2. de Diuinat. Quasi verò quicquam interfit, mures diem ac noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Ouid. 12. Metamorph. -vtve liquor rari subpondere cribri. ¶ Cribro aquâ haurire, vel getere, *κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖν, ἢ ἀφύσσειν.* Prouerbium in eos qui operam perdunt. Plaut. Pseud. Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum geras. ¶ Cribro crebrius scite dictum est, nec sine prouerbij schemate, pro eo quod erat, plurimis locis ac passim. ¶ Ad cribrum dicta, *πρὸς κόσκινον.* Quæ vera comperta que vellent, ad hunc appellabant modum. Sumptum à diuinationis genere, quod suspenso circumactóque cribro peragebatur. Vnde natú aliud adagium, Cribro diuinare, *κοσκίνῳ μαντεύεσθαι*, hoc est coniectura sagaci rem deprehendere. Aut stulte de rebus occultis diuinare. Lucian. in Pseudomante. *κοσκίνου τε καὶ ὄνου μαντικώτερος.* Id est, cribro, quod aiunt, diuinans. ¶ Sunt & Cribra, quæ è setis equorum, farinæ à furfuribus separandæ gratia, facta sunt, quæ Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur: sunt & Excussoria è lino, & Pollinaria, à polline, quæ à nonnullis ab incernendo Incernicula dicta sunt.

Cribro, as, Purgo. ‡ κοσκίνῳ. Ital. *Crinellare, vagliare.* Gal. *Cribler.* Hisp. *Acernar, garandar ó cernar.* ‡ Cribramus enim triticum & huiusmodi, vt à puluere, & rebus immundis secernatur. Colu. lib. 12. cap. 43. Nam omni lentore misso, facilius in puluerem resoluitur, atque cribratur. Plin. lib. 25. ca. 1. Præterea mirum inuentum est, quòd incisum forficulis, vt diximus, cribrant, cortex remanet.

Cribrarius, ria, rium, Quod ad cribra pertinet. *κοσκινικός.* Plin. lib. 18. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro.

Crimen, Propriè dicitur delictum. ‡ *κρῖμα.* Ital. *Delitto, mancamento, colpa, diffetto.* Gal. *Crime, cas commis, blasme.* Hisp. *Crimen, grande peccado.* ‡ Seneca, Vitam agens simplicem, rectam, sine crimine. Cicer. ad Marium, Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit Reip. profuturus, criminis loco putant esse quòd viuam. Idem, Eodem ego te condemnabo crimine. ¶ Domesticum ac vernaculum crimen Cicer. actio. in Verrem 5. appellat, quod intra parietes admissum, nondum peruenit in publicum rumorem. ¶ Item appellatur id, quod per contentionem alicui obiicitur, *ἔγκλημα*, & obtrectatio. Cicer. in Phil. Hæreditatem mihi negasti obuenisse: vtinam hoc tuum verum crimen esset. Et sic dicitur à Cerno, sicut à Discerno Discrimen. Virg. 7. Aenei. Dissice compositam pacem, sere crimina belli, id est contentiones, iurgia, ex quibus bellum oriatur. ¶ Aliquando ponitur pro falsa suspicione. Idem 11. Aen. Formidine crimen acerbat. Terent. Hecy. Nam si compererit crimini tua te falso vxor credidisse, Missam iram faciet.

Criminale, Quod est criminis. *ἐγκληματικόν.* vt Criminalis causa.

Criminosus, a, um, Qui crimen infert. ‡ *διαβολικός, συκοφαντικός.* Ital. *Ingiurioso.* Gal. *Impofeur de crimes & cas reprochables, grand accuseur & blasmeur, grand calomniateur.* Hisp. *Acusador.* ‡ Cicer. pro Cluent. Hic Tribunus plebis modestus, prudens, non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius. Illic autem acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. ¶ Criminosum. Quod in se crimen habet. Colu. li. 1, Criminosum tamen senatori fuit supra quinquaginta iugera possedisse.

Criminosè, aduerbium. ‡ *ἐγκληματικῶς.* Ital. *Imponendo colpa & biasmo.* Gal. *En imposant crime & blasme, criminellement.* Hisp. *Criminalmente.* ‡ Cicer. pro Rosc. Amer. Quum enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, aperte iudificari & calumniari sciens non videatur.

Criminari, Est culpare, accusare, contumeliosè reprehendere. ‡ *ἐπιτιμᾶν, διαβάλλειν.* Ital. *Incolpare, accusare, calonniare.* Gal. *Blasmer & reprocher, accuser.* Hisp. *Acusar, culpar.* ‡ Cic. ad Attic. Me tantùm comperisse omnia criminabatur. Et dicimus, Criminor te furti illi, vel apud illũ. Terent. Hoc metui ne me criminaretur tibi. Cicer. 3. Offic. C. Marius Q. Metellum apud populum Romanum criminatus est, bellum illud duceret. ¶ Criminat, pro Criminator apud Enni lib. 3. Saty. Nam is non bene vult, tibi qui falsò criminat apud te.

Criminatio, Ipsa contentiosa contumelia. ‡ *διαβολή, ἐγκλημα.* Ital. *Colpa, biasmo.* Gal. *Blasme, reproche, accusation.* Hispa. *Aquella acusation de crimen.* ‡ Cic. pro lege Agrar. Nunquid est causæ, Quirites, quum illa criminatione qua in me absentem vsus est, non solùm meam, sed etiam vestrã diligentiam, prudentiamque despexerit.

CRIMISSA, æ, *κρήμνιαι*, Oppidum est in extremis Italiæ finibus, iuxta Thurium & Crotonẽ: ita dictum à Crimissa Nympha. Gentile est Crimissæus. Strabo lib. 7.

Crinanthemon, *κρινάνθεμον*, Flos notissimus, quem Dioscorides *κρίνον βασιλικὸν*, Romani lilium appellant.

Crines, Capilli. ‡ *τρίχες.* Ital. *Crini, capelli.* Gal. *Cheueux, perruque.* Hisp. *Cabellos.* ‡ *λόγος τῆς κόμης.* hoc est à discernendo dicti. Virg. 4. Aen. Et crines flauos. Cicer. 5. Verr. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collos, hæc in crines. Tacitus de moribus Germ. Accisis crinibus nudatum, hæc in crines. Tacitus de moribus Germ. Accisis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus. ¶ Capere crines, Plautus in Mostellar. dixit, pro arripere occasionem oblatam, & arreptam retinere. ¶ Crinis etiam piscium dicitur. Plin. lib. 9. cap. 30, de potypo pisce, Nanque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. ¶ Crinis etiã videtur esse genus vinculi ex crine equi, aut crine, funiculóve, vt in Hispania, Brundusióque.

Crinalis, le, adiect. ‡ *τῶν περὶ τρίχας.* Ital. *Pertinenti à capelli.* Gal. *Des cheueux, des appartenances des cheueux.* Hisp. *Cosa pertenesciente à los cabellos.* ‡ Quod pertinet ad crines. vt, Vitta crinalis. Ouid. 9. Meta. Crinalem capiti vittam natæque sibique Detrahit.

Crinale, substantiuum, neut. gen. *τὸ ἐπίκρανον*, Ouid. 5. Meta. -ornabãt auratã monilia collum, Et madidos myrrha curuum crinale capillos.

Criniger, ra, rum, Qui multos habet crines. ‡ *βοστρυχοφόρος.* Ital. *Cauglioso.* Gal. *Qui porte perruque, cheueleu.* Hisp. *Cosa que tiene ó trae cabellos.* ‡ Luca. li. 15. Et vos crinigeros bellis atcete Caicos Oppositi, petitis Romam.

Crinire, Est crines emittere. ‡ *κομητᾶν.* Ital. *Mettere capelli.* Gal. *Mettre cheueux.* Hisp. *Encabellecer ó criar cabellos.* ‡ quod verbum legitur apud Statium 4. Thebaid. -vatem cultu Parnassia monstrant Vellera, frondenti crinitus cassis oliua.

Crinitus, a, um. Quod crines habet. ‡ *κομήτης.* Ital. *Crinito, che ha i capelli.* Gal. *Cheueleu.* Hisp. *Cosa de luengos cabellos.* ‡ Virg. 1. Aeneid. -cithara crinitus Iopas Personat aurata. Crinita Stella, Cicer. 1. de Natu. deor. Tum stellis his, quas Græci Cometas, nostri Crinitas vocant. Idem 6. Verr. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, reuellit atque abstulit. Galea crinita triplici iuba, Virg. 1. Aen. Malè crinita mulier, Quid. 3. de Arte.

CRINISVS, *κρίνισος*, Siciliæ fluuius, Segestæ vbi vicinus: de quo Seruius huiusmodi refert fabulam. Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilij recusaret, Neptunus ira tus Troiæ cetum immisit, vt eam vastaret. Consultus Apollo siniſtra dedit responsa, puellas scilicet bellue esse obiiciendas. Hippotes igitur nobilis Troianus, timens ne & Hegesta filia sua ceto, vt Hesiona exponeretur, naui eam imposuit, vt potius se non videte mergeretur fluctibus, quàm coràm deuoraretur. Sed illa casu in Siciliam delata, Criniso placuit, qui in canem, seu virum mutatus, eam oppressit, susceptique ex eo concubitu Acesten, Siciliæ regem. Virg. lib. 5. Aen. Troia Criniso conceptum flumine mater Quem genuit, &c.

Crinomenon, *τὸ κρινόμενον*, à Rhetoribus appellatur contentio quæ ex statu efficitur, & circa quod versatur certamen totius controuersiæ. Latini Quæstionem vocant, teste Cicer. in Topi.

Crinon, *κρίνον*, Plin. lib. 21. cap. 5. Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodon dicitur, in Antiochia Laodicea Syriæ & Phaselide laudatissimum prouenies. Dioscorides tamen Græciq, feré omnes nullo discrimine *κρίνον* appellatione omnia lilij genera intelligunt. Theophrastus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox post violam album, peculiari nomine *κρίνον* appellat.

Crinonia, æ, *κρινωνία*, Frutex est lilij, teste Suida: nam Lilium Græci *κρίνα* appellant.

CRIONA, *κριόνα* Stephano Vicus est Athenienſiũ, in tribu Antiochide.

Crios, *κρίος*, Cicetis genus, quod Latini Arietinum appellant, ab arietini capitis figura: à qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietẽ *κρίον* appellant. ¶ Fuit etiam Crios *κρίος* proprium nomen Athletæ cuiusdam ex Aegina Insula, apud Græcos cantatissimi.

Κριοῦ μέτωπον, Id est arietis frons. Cretæ insulæ promontorium est ad Occidentem, versus Cyrenas, vt scribit Rufus ex Dionysio, -hic procul ingens Inclinat rupes sese, obuia fluctibus aitis. Et paulò post, -vt ferus ora Extaties, vtróque minax petit obuia fronte. Vide Pompo. Melam lib. 2, in descriptione Cretæ insulæ: & Plin lib. 4 cap. 12.

Crisis, *κρίσις*, Iudicium, iudicatio, sententia. Vnde Dies Critici dicti (siue vt Censorino placet) Crisimi, *κρίσιμοι*, hoc est iudiciales & decretorij, de quibus infrà.

CRISPVS SALVSTIVS, Latinæ historiæ princeps fuit (teste Martiale) cuius hoc de illo extat elogium, Crispus Romana primus in historia. Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano elegantia dicẽdi, Attica breuitate, sententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, vt nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: Trogo autem, quòd orationibus nimis longis vtatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, vt ex vtriusque inuectiuis constat. Eius de auaritia sententiam laudat Gell. lib. 3. cap. 1, Auaritia (inquit) pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus, animúmque virilem effœminat. semper infinita & insatiabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. Gell. lib. 17. ca. 18, de Crispo Salustio sic scribit, Marcus Varro (inquit) in literis, atque vita, fide homo multa & grauis, in libro quem inscripsit Pius aut de Pace, Crispum Salustium scriptorem serie illius & seueræ orationis, in cuius historia notiones Censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone, & loris bene cæsum dixit: & quum dedisset pecuniam, dimissum. Hæc Gellius. ¶ Fuit & Crispus Constantini Cæsaris filius, à patre interfectus. ¶ Crispus item Vibius ore compositus, & iucundus: priuatis tamen causis, quàm publicis melior, vt ait Quintilianus.

Crispus, a, um, adiectiuum est: *σῦλλος, περιγλωχίς.* Ital. *Crespo, riccio, ricciuto.* Gal. *Crespe, crespu, ondoyant, madré.* Hisp. *Crespo.* ‡ vt Crispus capillus: id est intortus. Plaut. in Truculent. Compositos, crispos cincinnos tuos vnguẽtatos. Crispum folium, Plin. lib. 12. ca. 15, Folium oliuæ, verùm crispius & aculeatum. Crispissimum folium, apud Colu. li. 11. cap. 3. Crispa abies. Cicer. 2. Tusc. Crispioris elegantiæ materies: & ob id Persis gratissima. Plin. lib. 13. cap. 9.

Crispulus, diminutiuum à Crispus. *σῦλλος, ἀλέκτωρ.* Martialis lib. 5, Crispulus iste quis est, vxori semper adhæret Qui Marianæ tuæ? crispulus iste quis est?

Crispo, as, are, Crispum reddere. ‡ *σύλλω, σύλλω ποιῶ.* Ital. *Increspare.* Gal. *Faire crespe.* Hisp. *Crespar otra cosa.* ‡ Plin. lib. 28. cap. 8, Fimi cinere crispari capillum. ¶ Crispari terra herbis, dicitur per translationem. Colu. li. 10, Nunc apio viridi crisperur florida tellus.

Crispans, tis, participium. Virgil. 1. Aeneid. Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Crispatus, a, um, vt Buxus crispata cacumine. Claud. 1. de rap. Proserp.

Crispisulcans, adiectiuum: vt Crispisulcans fulmen. Cic. in Top. At quum in Aiacis nauim crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessariò.

CRISSA, æ, *κρῖσσα*, Oppidum maritimum Phocidis, à Crisso Phoci filio conditum: vnde Crissæus sinus, *κρισσαῖος κόλπος*, qui & Corinthiacus appellatur, per octo stadiorum fauces, quæ inter Rhium sunt & Antirrhium, in Ionium mare sese exonerans.

Crissare, *πρηγίζειν*, & Ceuere non nisi posito pudore exponi possunt. Est enim primum mulierum aptè se mouentium, dum in re veneres sunt.

Iuuen.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuue. Frictum crissantis adorat. Alterum masculorum dum prædicatur. Martialis, Sed prædicaris, sed pulchrè Nævole ceues. Ceuere etiam adulantium gestus significat, Persius, Au Romule ceues?

Crista, Dicitur conus ille in vertice galli, & aliarum quarundam auium. ‡λόφος. Ital. *Cresta, penacchio.* Gal. *Creste, pannache.* Hisp. *La cresta des aues, el penacho ò cimera del yelmo.* ‡Plin. lib. 10. cap. 29. Vpupa obscœna aliàs passu anis, crista, visenda plicatili. ¶ Ad huius similitudinem etiam Cristam vocamus, conum galeæ, Virg. 12. Aeneid. Tum galeam Messapi habilem, cristisque decoram Induit. ¶ Crista etiam herbæ species est, cuius meminit Plin. lib. 27. cap. 5. Alectorolophos, quæ apud nos Crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulem tenuem, & semen nigrum in siliquis. Ruellius eandem esse credit cum ea quæ Gallicè *Veruene* dicitur.

Cristula, læ, diminutiuum. λοφίδιον. Columel. lib. 8. ca. 2. Rectis, rutilisque cristulis.

Cristatus, a, um, ‡λόφωτος, Ital. *Che ha cresta*, Gal. *Qui a creste, qui est crestè ou crestu.* Hisp. *Cosa con cresta, penacho ò cimera.* ‡ Qui cristas habet: vt Cristatæ aues: estque periphrasis gallorum gallinaceorum. Martial. lib. 14. Cristatæque sonant vndique lucis aues. Cristata galea, Liuius.

CRITHOTE, es, κριθώτη Stephano, Vrbs est Thraciæ ad Hellespontum octoginta stadiis à Cardia distans: cuius meminit & Plin. lib. 4. ca. 11.

CRITIAS, κριτίας, Philosophus fuit, qui dixit animam esse sanguinem, sicut & multi alij. vnde Virgilius. Purpuream vomit ille animam. ¶ Fuit item Critias quidam vnus è triginta tyrannis Athenienſibus, à Lacedæmoniis impositis, eloquès quidem, cæterum omnium auaritissimus: atque crudelissimus, qui quum plurimis incommodis ciuitatem affecisset, tandem à Thrasybulianis, eo in prælio quod circa Munychiam fuit gestum, est interfectus. Vide Xenophontem Rerum Græcarū. lib. 2. Huius meminit Cic. lib. de Orat. 2. Consequuti sunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audiuimus. Rursum idem lib. 3. Quid Critias? quid Alcibiades? ciuitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atque eloquentes, nónne Socraticis erant disputationibus eruditi?

Critæ, κρίται, à Græcis dicuntur iudices qui musicis agonicis & scenicis certaminibus præerant.

Criticus, a, um, pen. corr. ‡κριτικός. Ital. *Giudiciale, Che fà giudicio.* Gal. *Iudiciel, qui juge, donne jugement.* Hisp. *Iudicial, el que haze juyzio.* ‡ Idem quod iudicialis vel iudicem agens, ἀπὸ τοῦ κρίνειν, hoc est à iudicādo: vnde & poëmatum censores, & iudices alienorum operum olim Critici dicti sunt: quales fuerunt Aristarchus & Aristophanes Grammatici: qui tantum sibi in ipsum etiam Homerum permiserunt, vt plurimos etiam versus, tanquam nothos & subditicios, ex eius operibus summouerint. Cicc. ad Dolabel. lib. 9. Ego tanquā criticus antiquus iudicaturus sum. Horat. 2. Epist. Ennius & sapiens & fortis & alter Homerus, Vt critici dicunt. ¶ Critici dies vocantur qui à medicis Iudiciarij dicuntur, in quibus de ægritudinibus ratione ferri iudicium potest: quos nostri Decretorios vocare possunt.

Crithe, ‡κρίθη. Ital. *Orzolo.* Gal. *Vn orgeol.* Hisp. *Orçuelo que nace cerca del ojo.* ‡ Tuberculum paruum est in palpebra super pilorum locum: ita dictum à similitudine hordei: vnde & Hordeolum à recentioribus quibusdam nominatur. Vide Celsum lib. 7 cap. 7.

CRITO, κρίτων, Nomen philosophi Athenienſis, qui ita Socratem amauit, vt nunquam aliquid ex iis quæ sunt ad vitam necessaria, ipsi deesse passus fuerit. ¶ Crito itē Pieriota (Pieria autem vrbs est Macedoniæ) historicus fuit: scripsitque res Persicas, Siculas & Macedonicas. ¶ Fuit præterea alius, Naxius genere, historicus & ipse. Autor Suidas.

CRITOBVLVS, κριτόβουλος, Medicus fuit insignis, qui sub Philippo Amyntæ filio, Macedonum rege claruit. Plin lib. 7. Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

CRITOLAVS, κριτόλαος, Peripateticæ sectæ Philosophus fuit, qui vnà cum Carneade & Diogene Stoico Romā missus fuit Legatus, vt scribit Cicc. lib. 2. de Orato. De Critolai libra scribit idem Cicc. Tusc. quæst. lib. 5. Quo loco, inquit, quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. ¶ Alter Critolaus, Achæorū dux, bellique Achaici concitator: vnde etiam Corinthi euersionem illi imputat Cicc. lib. 3. de Nat. deor. Critolaus (inquit) euertit Corinthum, Carthaginem Asdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Hunc Plutarch. in Parallelis Horatio Curiatiorum victori comparat in eo, quòd vterque sororem occiderit, idque eadem omnino de causa, quòd scilicet exteris omnibus victori applaudientibus, solæ fratri suo non essent gratulatæ. Hic postremò à Q. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas, veneno sibi mortem conscíuit. Autor Liuius.

CRITHEIS, κριθηίς, vt ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, filia fuit Atellis, quam post mortem suam Mæonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam vitiasset, grauidámque fecisset: atque ob id facti veretetur infamiam, Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa verò non multò pòst, quum ad lauacra quæ prope Meletem fluuium erant, proficiscetetur, Homerum iuxtà fluuium peperit: ob idque Melesigenes appellatus est, qui postea cæcus factus, Homeri nomen accepit: Cumæi nanque & Ionēs oculis captos Homeros appellant, quòd Homeris, id est itineris ducibus egeant.

CROBIALVS, κροβίαλος, Oppidulum est iuxta Heracleam Ponticam, cuius meminit Apollonius Argonaut. lib. 3.

Crobylos, κρόβυλος, Aureus vel argenteus corymbus, ex capillis pendens, idque propriè in viris: nam in mulieribus potius Corymbum, & in pueris Scorpium vocamus

CROBYZI, κροβύζοι Stephano, Populi Istri accolæ, quorum meminit & Plin. lib 4. cap. 12.

Crocallis, Gemma est cerasum repræsentans, teste Plin. lib. 37. cap. 10.

Crocare, & Crocire, Verba fictitia à voce corui, κρώζω. Autor Philomelæ.

Crocito, tas, frequentatiuum. ‡κρωκάζειν ἡ συχνὰ κρώζειν. Ital. *Gridare spesso*

come vn coruo. Gal. *Corbiner par plusieurs fois, crier souuent en corbeau.* Hisp. *Graznar el cuervo.* ‡ Plautus, Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua.

Crocatio, teste Festo, & Crocitus, tus, penulti. produc. Ipsa vocis corui prolatio. κρωξμός.

CROCEA, æ, κροκέα, Vrbs Laconiæ, vna ex centum, cuius incolæ dicuntur Crocearæ. Stephanus.

Crocearus, ra, rum, Vide CROCVS.

Crocias, κροκίας, Gemmæ species, à croci similitudine sic dicta. Autor Plin. lib. 37. cap. 11.

Crocinum vnguentum, κρόκινον μύρον, Quod exprimebatur ex aromatibus, & croco in oleo macerato: vt docet Dioscorides lib. 1. Propertius lib. 3. Et crocinio nares murrheus vngat onyx. Vide Plin. lib. 13. cap. item 13.

Crocinus, Vide CROCVS.

Crocis, κρόκις. Herba est, cuius contactu phalangia emoriuntur, vt ex Apollodori sententia tradit Plin. lib. 27. cap. 17.

Crocodilinus, Vide CROCODILVS.

CROCODILON, siue Crocodilorum oppidum, κροκοδείλων πόλις. Oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cuius Strabonis ætate nihil præter nomen exstabat: vt ipse testator lib. 16. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 19. ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arsinoitica præfectura, ad Nilum fluuium: ita dictum, quòd in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc vrbem postea Arsinoën appellarunt, teste Strabone lib. 17.

Crocodilus, penult. prod. ‡κροκόδειλος. Ital. *Crocodillo.* Gal. *Vn crocodile.* Hisp. *cocadrix.* ‡ Animal quadrupes, ex genere amphibiorum, tam in terra, quàm in aqua viuens, figura lacertæ non admodum dissimile, incredibili magnitudine, armatum vnguibus, soli Aegypto, & iis regionibus quæ Nilo alluntur, cognitum: cute vsque adeò dura, vt in nulla sui parte, nisi in solo ventre penetrari possit. Vnde etiam delphini, qui perpetuum cum crocodilo bellum gerunt, non ignorantes qua ponè simùm parte hostis lædi possit, aquam subeunt, pinnāque, quam in dorso gerunt, illi alium subsecant. Habet & alterum hostem Ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces teli in morem illapsus, intestina eius erodit. Nullum est animal quod à tam paruis initiis in tantam excrescat magnitudinem. Ponit siquidem oua anserinis non maiora: sed hoc huic animali peculiare creditur, vt quandiu viuat, nullum crescendi faciat finem. Quatuor menses hyemales non comedit, & sola bestiarum non habet linguam. Terribilis hæc belua contra fugaces est, fugax contra insequentes. Oculos habet in aqua hebetes, extra acerrimi visus. Conspecto homine emittit lachrymas, mox appropinquātē deuorat. Vnde factus est locus prouerbio. Crocodili lachrymæ: κροκοδείλου δάκρυα: quod de iis dici solet qui sub specie pietatis alios fallunt. Ex eo dictum autumant, quòd κροκόδειλος ἀγκᾶς, id est crocum fugit, ac eius odorem reformidat, quod mella conficientes in Aegypto sternunt, ne mel absumant crocodili, quoniam mirum in modum eo delectantur. ¶ Est & alterum crocodili genus, quem Scincum vocat Dioscorid. lib. 2. superiori multò minus, in terra tantùm, nec nisi odoratissimis viuens floribus, cuius intestina iucundi nidoris fimo referta sunt: quo ad faciei medicamenta, coloríque conciliationem mulieres, & viri molliores, olim vtebantur. Horat. in Epod. -colórq; Stercore fucatus crocodili.

Crocodilinus, na, num, Quod ad Crocodilum pertinet. κροκοδείλινος. vt Crocodilinæ ambiguitatis. Quint. lib. 1. cap. 10.

CROCODILVS, penult. prod. κροκόδειλος, Mons est Ciliciæ apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Crocodilea, κροκοδείλεια, Fimus est crocodili terrestris, quo mulieres faciem illinebant ad coloris commendationem. ¶ Crocodilorum enim duo cōmemorantur genera: quorum alterum aquaticū est, Nilo tantùm familiare, & lacubus Nilo vicinis. Alterū terrestre, odoratis tantùm vescens herbis, quem Scincum σίγκον Dioscorides appellat. Huius excrementa in primis odorata sunt, mulierúmque fucis expetita. Plin. lib. 28, ca. 8. Vbi crocodili aquatici naturam multis explicuit, statim subdit, Alter illi similis, multùm infra magnitudinem, in terra tantùm odoratissimis floribus viuit: ob id eius intestina diligentissimè exquiruntur, iucundo nidore referta, Crocodilæum vocant.

Crocodilium, κροκοδείλιον, Herbæ species est, chamæleontis figura, radice longa, gustu Nasturtij, semine rotundo, duplicis clypeoli forma. Plin. lib. 27. cap. 8. Crocodilion Chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crasso, odoris asperi.

Crocomagma, atis, κροκόμαγμα, Vnguenti crocini fex, & retrimētum, quod supererat crocino vnguento ex croco, cæterísq; aromatis expresso. Nam in confectione crocini vnguenti oleum ante omnia quibusdam aromatibus solet spissari, posteáque crocum eò coniici, idq; post dies aliquot diffundi: ex aromate & croco oleum: post hæc exprimi solet, quòdque reliquum erat, Crocomagma dicebatur: idque in pastillos conformari consueuit, & multum in tempus asseruari. Optimū est, quod gustatum salinam dentésque inficit. Vide Dioscorid. lib. 1, & Plin. lib. 21. cap. 10.

Crocomerion, κροκομήριον, Herba, quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

Crocopeplos, κροκόπεπλος, Auroræ epitheton est, quasi croceā habens vestem, nam eum colorem imitatur, quum primùm incipit apparere. Postea enim, aduenientе iam die rubescens, à roseo colore ῥοδοδάκτυλος appellatur.

Crocota, κροκωτός. Vestis muliebris est crocei coloris. Cicc. de Aruſp. respon. P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, est factus repentè popularis. ¶ Feli crocoton, γαλῆ κροκωτόν. Subaudiendum das aut addis. Dici solitum quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: Aut quum datur quicquam iis, qui munere non norunt vti.

Crocotula, diminutiuum. κροκώτιον. Plaut. in Epist. Indusiatam, patagiatā, caltulam, aut crocotulam.

Crocotularius, Crocotarum vestium infector. Idem in Aul. Quum incedunt infectores crocotularij.

Crocotilum, veteres. Valde exile dicebant. Plautus, Extortis talis cum crocotilis crusculis. Festus.

CROCOTVS CAMPVS, κροκωτὸς πεδίον, Campus est iuxta Thessaliam ad Amphrysum fluuium. Stephanus in dictione Λαμίττιον.

Crocus, vel Crocum, {κρόκος Ital. Zaffrano. Gal. Saffran. Hisp. Açafran.} Flos est qui Saffrannm vulgò dicitur: à Croco puero (vt poëtæ fabulantur) dictus, qui quum Smilacem puellam teneretur deperiret, amoris impatientia vertus est in florem sui nominis. Ouid. 4. Metamorph. Et crocon in parvos verterat cum Smilace flores. Virgil. 4. Georg. Et glaucas spargere cæsariem, cæsiumque crocum que rubentem. Salust. Pastus nemore, in quo crocum gignitur. Præstantissimum nascitur circa Coricum Ciliciæ montem: proximum in Olympo Lyciæ monte: mox in Centuripino Siciliæ agro. Prouenit in Gallia Narbonensi, licet bonitate infenus.

Croceus, a, um, {κροκόεις, κρόκος. Ita. Giallo. Gal. De couleur jaune ou rogeastre. Hisp. Cosa de açafran.} pro colore: vt, Vestis crocea. Virgil. 1. Aeneid. Et circum textum croceo velamen acanthio. Plin. lib. 22. ca. 18, Mutat enim cum terra colores: hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus.

Crocatus, ta, tum. {κροκωτὸς. Ital. Tinto in giallo. Gal. Ensaffrané, de couleur jaune. Hisp. Teñido en color de açafran.} Croco tinctus, vel infectus. Plin. li. 16. cap. 34. Alicui & semen nigrum, alij crocatum.

Crocinus, na, num, & Croceus, Quod est lutei coloris. {κροκωδὴς, κροκώτος. Ital. Di Zaffrano, di color di Zaffrano. Gal. De safran, de couleur de safran. Hisp. De açafran, de color de açafrán.} Plin. lib. 21. cap. 19, Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius, & in vmbra siccatum.

Crocuta, Fera est Aethiopiæ familiaris, ex hyæna, & leæna Aethiopica nascens, quæ & ipsa hyænæ more humanas voces imitatur. Plin. lib. 8. cap. 30, vbi hyænæ naturam multis explicuit, statim subdit, Huius generis coitu leæna Aethiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominum pecorúmque. Acies ei perpetua in vtraque parte oris, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occurlu hebetetur, capsarum modo includitur.

CROESVS, κροῖσος, Rex Lydorum fuit, Alyactæ filius, omnium, quos hominum memoria celebrat, ditissimus: vnde etiam hodie, quum immensas opes significare volumus, Crœsi diuitias dicimus. Hic quum se omnium mortalium fœlicissimum crederet, monitus est à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum, quòd quoad viuimus, periculum sit ne instabilis huius mundi fœlicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis sententiam vetissimam esse, Crœsi calamitas postea declarauit: victus enim à Cyro, pyræque impositus, tandem salubre Solonis consilium agnouit, eúmque nomen sæpius inclamauit. Vnde admiratus Cyrus quisnam esset deorum, hominúmve, quem ille in extremo periculo solum inuocaret, rémque totam edoctus, humanæ vicissitudinis memor, Crœsum ab incendio liberauit, tummóque semper apud se in honore habuit. Autor Plutarchus in Vita Solonis, & Herodotus lib. 1.

CROMMYON, onis κρομμύων, Vrbs Palæstinæ, non procul ab Ascalone. ¶Item alia in Libya.

Crommyonius, a, um, Gentile, κρομμυώνιος. Autor Stephanus.

CROMMYONNESVS, κρομμυώνησος, Insula est Asiæ adiacens è regione Smyrnæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

CROMNA, κρόμνα. Paphlagoniæ oppidum est, apud Strabonem lib. 12. De hoc Valerius Flaccus lib. 5, Mox etiam Cromnam atque iugo pallente Cytoron.

CRONIA, orum, κρόνια, Saturni festa erant, quæ celebrabantur Romæ decimoquarto Calendas Ianuarias: ita dicta ἀπὸ τοῦ κρόνου, hoc est à Saturno: vnde & Saturnalia à Latinis appellantur. Horum Macrobius latè meminit, citata etiam antiqui poëtæ autoritate, apud quem legerat, Maxima pars Graiùm Saturno, & maximæ Athenæ Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.

CRONION PELAGVS, κρόνιον πέλαγος, à nonnullis appellarum fuit mare concretum teste Plin. lib. 4. cap. 16, Apollonius tamen in Argonauticis, κρόνιον ἅλα, hoc est Cronium mare, pro Adriatico posuit (si interpreti eius credimus) eò quòd Italiam alluat, quam olim Saturnum volunt tenuisse.

Crotalia, κροτάλια, à Plinio lib. 9. cap. 35, dicuntur margaritæ, ita in ornamentis collocatæ, vt ex collisione sonum generent. Subeunt, inquit, luxuriæ eius nomina, & tædia exquisita perditiore portatu. Siquidem quum id fecere. Crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

Crotalum, pen. corr. {κρόταλον. Ital. Campanella, nacchera. Gal. Vn instrument qu'on frape auec la main, semblable à la cymbale. Hisp. Chapas ó sonaja ó tarrena.} Crepitaculum ex ligno, ære, aliáve materia ita concinnatum, vt efficere sonum queat, siquis manu vertet. Vnde & Aegyptiorum sacerdotum sistra, quibus in Isidis sacris vtebantur, à nonnullis etiam Crotala appellantur: ἀπὸ τοῦ κρότου, hoc est à percutiendo. ¶Quidam putant fuisse annulum æreum, qui ferreo baculo quatereturi. Alij circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, siue orbiculos mobiles, qui collisi sonum edebant: qualibus etiam hodie Lusitanos nautas in saltationibus suis vti videmus. Virgilius in Copa, Crispum sub crotalo docta mouere latus.

Crotalus, κρόταλος, masc. gen. dicitur, Qui lingua est expeditiore, & voce sonanti, ac propè tinnula, quique loquacitate sua neminem non obstundit. Ducta est metaphora à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

Crotaphitæ, κροταφῖται, Musculi sunt duo, os claudentes, quos & Latini Temporales appellant, quòd tempora vestiant: vnde etiam Græcum nomen traxerint: nam κροτάφους illi appellant, quæ nos Tempora.

CROTO, siue CROTON, κρότων, Vulgò Crotone. Vrbs fuit maritima in ea parte Italiæ quæ olim Magna Græcia dicta est, non procul à Tarento, tanta salubritate aëris, vt inde ortum sit prouerbium, Crotone salubrius, κρότωνος ὑγιεινότερος. De re nequaquam noxia, sed vndequaque salutifera. Strabo lib. Georg. 6. ¶Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem, μηδὲν πόλεις πρὸς κρότωνα τοῦτον id est, sunt reliqua præ Crotone frivola oppida. Theocriti interpres meminit huius prouerbij. Licebit accómodare ad rem aut hominem vsq; adeo præcellentem, vt reliqui cum hoc collati, nihil esse videantur. Vrbs hæc à Diomede condita creditur, cum plerisque aliis, in eodem litore.

Crotoniatæ, huius incolæ dicti sunt, eo nomine celeberrimi, quòd maximam in exercendis corporibus curam ponerent. Vnde etiam frequentissimè ex sacris certaminibus coronas retulerunt. Inter hos fuit Milo ille Crotoniates, qui integrum vno die bouem fertur absumpsisse. Hinc locus factus prouerbio, Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est, κροτωνιατῶν ὁ ὕστατος, πρῶτος τῶν ἄλλων ἑλλήνων. Licebit vti quam genus aliquod tanto intervallo præcedete dicemus, vt qui in hoc sit vel infimus, in illo possit vel primus videri.

Croton, onis, κρότων, Frutex est ad magnitudinem paruæ ficus allurgés, folio platani, sed lætiore, ac nigriore, ramis ac caudice arundinum modo concauis, semine vuarum aspero, quod purgatum effigiem ricini animalis repræsentat: vnde & nomen accepit: nam ricinum vermem Græci etiam κρότωνα appellant. Hoc semine exprimitur oleum, cibis quidem fœdum, sed lucernis & emplastris vtile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cici: vnde etiam oleum ipsum Cicinum, & Ricininum appellatur.

CROTOPVS, pen. prod. Rex Argiuorum fuit, pater Phlamathes, quæ ab Apolline compressa Linum peperit: quem quum inter vepres abscondisset, canes extractum dilacerarunt.

Crotopiades, patronymicum masculi. Ouid. in Ibin, Quique Crotopiaden diripuere Linum.

Cruciatus, Cruciamentum, Crucio, Cruciabiliter, Crucifigo, Vide CRVX.

Crudaria, Argenti vena, quæ in summa fodina reperitur. Plin. lib. 33. ca. 6.

Crudus, a, um, Quod coctum non est. {ὠμός. Ital. Crudo, non cotto. Gal. Cru, encor vert, qui n'est encor cuit, digest ou meur. Hisp. Crudo, no cozido.} vnde carnes crudæ dicuntur quæ neq; elixæ sunt, neque assæ, neq; alio quouis modo esui aptæ redditæ. Fructus item crudos appellamus, qui iustam coctionem, hoc est maturitatem non sunt assecuti. Cic. de Senect. Poma quæ cruda sunt, vi auelluntur: quæ autem cocta, & matura, decidũt. ¶Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti sunt in ventriculo. Iuuen. -& crudum pauonem in balnea portas. ¶Crudum item hominem dicimus, cuius ventriculus probo cochonis officio non fungitur. Cic. 2. de Finib. Aũoti qui in mensam vomant, crudique postridie se rursus ingurgitent. Idem pro Cluentio, Dico illum, quum ad illud prandium crudior veniisset, & sibi non pepercisset, ægrotasse. ¶Crudum vulnus, hoc est recens, & adhuc cruentum. Plin. Epist. 111. Vt enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque vltrò requirit: sic recens animi dolor consolationes reiicit, acrefugit, mox desiderat, & elementer admodum acquiescit.

Cruditas, tatis, Ventriculi vitium cibum ægrè concoquentis. {ἀπεψία. Ital. Crudità di stomacho, indigestione. Gal. Crudité, mauuaise digestion ou concoction. Hisp. El abito dela no digerido.} Cicc. de Senect. Caret ergo etiam vinolentia & cruditate, & insomnijs. Colum. lib. 7. Cruditatis signa sunt, crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi.

Crudescere, Fit crudum vel crudius fieri, à Crudeo, es. {ὠμάζω. Ital. Incrudire, incrudelire. Gal. Deuenir cruel & aspre. Hisp. Encrudecerse, haz̃erse crudo.} Virgil. 3. Georg. Sin in progressu cœpit crudescere morbus. Idem 12. Aeneid. -deiecta crudescit pugna Camilla. ¶Inde Incrudescere & Recrudescere, quasi renouari, & ad pristinam acerbitatem redire.

Crudelis, lis, mitis, & asper. {ὠμός. Ital. Crudele, aspro. Gal. Cruel & inhumain. Hisp. Cruel.} Cic. pro Deiot. Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium, qui nepos auum in discrimen capitis induxerit. Virgil. 2. Aeglog. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Quidam à Cruore dictum volunt, quem crudeles effundunt: ego malim à Cruditate deriuare. Nam quemadmodum in pomis, quæ mitia non sunt, cruda dicuntur ita & homines immites, Crudeles dicentur. Virgil. 6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.

Crudelitas, tatis, Inclementia. {ὠμότης. Ital. Crudeltà. Gal. Cruauté. Hisp. Crueldad.} Cic. pro Rosc. Am. Vestrum nemo est quin intelligat pop. Romanum, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare.

Crudeliter, aduerbium, Atrociter, inclementer. {ὠμῶς. Ital. Crudelmente. Gal. Cruellement. Hisp. Cruelmente.} Cic. 1. Offic. de euertendis autem, dispiendisque vrbibus valde considerandum est, nequid temerè, nequid crudeliter fiat.

Cruento, Cruentus, Vide CRVOR.

Crumena, pen. prod. Loculus. {βαλλάντιον. Ital. Borsa. Gal. Bourse, ou gibeciere. Hisp. Bolsa para dineros.} à κατακρέμω suspendo, quòd plerunque suspensa gestetur. Plaut. Epid. Ipse meo in collo eius pater crumenam collocauit. Idem Truculent. -homo crumenam Sibi de collo detraxit. Horat. 1. Epist. Et mundus victus non deficiente crumena. ¶Generosus es ex crumena, γενναῖος ἐκ βαλλαντίου. In cum iaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioquin obscurus & humilis.

CRVNI, orum, κρουνοί Stephano, Thraciæ vrbs est maritima, teste Plin. lib. 4. cap. 11, quæ postea Dionysiopolis dicta est: nomen habet à fontiũ scaturiginibus quibus abundat. Eas enim Græci κρουνοὺς appellant.

Cruor, oris, Sanguis qui ex aliquo vulnere spargitur. {αἷμα, ἰχώρ. Ital. Sangue che esce d'vna piaga. Gal. Sang sortant d'vne playe. Hispa. Sangre fuera delas venas.} Virgil. 8. Aeneid. Tepidúsque cruor fumabat ad aras. Idem lib. 4. vsurpauit in numero plurali, Atque atros siccabat veste cruores. quod Seruius tanquam nouè dictum annotauit, quum alioqui neque Sanguines dicamus, neque cruores.

Cruentus, a, um, Sanguinolentum, quod cum cruore est. {αἱματηρός, αἱματόεις. Ital. Sanguinoso, sanguinolento. Gal. Ensanglanté, sanglant, cruel. Hispa. Sangriento.} vt, Cruenta victoria: Salust. in Catill. Cauete ne inulti animam amittatis, neu capti potius, sicut pecora trucidemini quàm virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis. ¶Aliquando ponitur pro crudeli: vt, Cruenta vox, & Cruenta oratio. ¶Cuius contrarium est, Incruentus, a, um, ἀναίμακτος, quod est sine sanguine. Idem, Neque tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam victoriam retulit.

Cruento, as, Cruore inficio. {αἱματόω. Ital. Insanguinare. Gal. Ensanglanter, meurtrir à sang, faire sanglant. Hispa. Ensangrentar.} Cicc. de Arusp. Respon. Secures suas cruentari scelere noluit. Idem 1. de Diuinat. Atq; etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari. Idem 1. Philipp. Hæcte, si vllam partem habes sensus, lacerat, hæc cruentat oratio. ¶ Cruentati oculi. Plin. lib. 28. cap. 7. Mulieris quoque saliuam ieiunæ potentem diiudicant oculis cruentatis.

Crupellarij, Quantum ex Cornelij Taciti lib. 3, possumus coniicere, milites erant arma gestantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, sed eo pondere, vt in ferendis ictibus non essent idonea. Verba Taciti sunt hæc, Cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela sunt, adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

Crus, cruris. {σκέλος. Ital. *Gamba.* Gal. *La jambe depuis le genoüil jusques en bas.* Hisp. *Pierna.*} à currendo dictum nonnulli putant, quòd crurum ministerio in cursu vtamur: siue (vt aliis placet) à Græco verbo κρούω, quòd inter ingrediendum huc atque illuc feriant. Sunt autem Crura à genibus vsque ad imum pedem. Cels. Crus ex duobus ossibus constat, ex tibia & sura.

Crusculum, diminutiuum. {σκελίδιον. Ital. *Gambetta.* Gal. *Iambette, petite jambe.* Hisp. *Pequeña pierna.*} Martial: Pectus cicadæ, crusculúmque formicæ.

Cruricrepidæ, arum, Plauto in Trinummo dicuntur, quibus crura crepuerunt ferto, vt dicit interpres.

Crusma, atis, {κρῦσμα, τύμπανον. Ital. *Cembalo.* Gal. *Vn sistre ou cloche.* Hispa. *Sonaja ò terraña.*} Propriè dicitur fistrum, & velut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc est à pulsando, quòd sonum emitteret dum pulsaretur. Matt. lib. 6. Edere lasciuos ad Bætica crusmata gestus. Et Gaditanis ludere dicta modis. Bætica autem crusmata vocat, quòd iis mulieres Hispanæ vti solerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ: vocant autem sua lingua, *Vn cymbalo.*

Crusta, æ, Significat id excrementum quod vel ob putredinem, vel concretionem super alicuius rei superficie nascitur. {πλάξ, ὄστρακον. Ital. *Crosta.* Gal. *Croute.* Hisp. *Corteça dura ò de comer.*} Virgil. lib. 4. Georg. Concrescunt subitæ currenti flumine crustæ. ¶ Item Crusta, qua quid integitur, vt Crusta lo custæ. Plin. lib. 19. cap. 30. Locustæ crusta fragili muniuntur in eo genere quod caret sanguine. ¶ In parietibus item, atque in pauimentis Crustæ dicuntur tenuia marmoris, vitri, alteriúsve materiæ segmenta, quibus illa integebantur. Plin. lib. 36. cap. 6. Secandi marmora in crustas nescio an Cariæ fuerit inuentum. Et paulò pòst, Primùm Romæ parietes crusta marmoris operuisse Cornelius Nepos tradidit Mamurram. Idem lib. 36. cap. 25. Lithostrota cœpranere iam sub Sylla, paruulis certè crustis. ¶ In vasis item aureis argenteisve Crustæ dicebantur quæ ex diuersi generis materia illis illigabantur. Argenteis enim poculis, exempli gratia, laminæ aureæ, vel emblemata innectebantur: quæ inde Crustata, κεκοσμημένα, appellabant. Cic. lib. 5. in Verrem. Vasis crustæ, aut emblemata detrahebantur. ¶ Crustas item, ἐπιπάσεις, medici appellant, duros quosdam veluti cortices quibus vulnera vlceráve obducuntur, medicamento aliquo caustico adusta.

Crustula, læ, diminutiuum à Crusta. {πλακίδιον. Ital. *Crostetta.* Gal. *Croustelette, petite croute.* Hisp. *Pequeña corteça.*} Apuleius, Paruas marmoreas crustulas parieti adiungens.

Crustare, Crustam inducere, & materia aliqua dura integere. {κρυστᾶν. Ital. *Incrostare.* Gal. *Crouster, bailler ou donner crouste ou couuerture à quelque chose.* Hisp. *Sobreponer corteça.*} Plin. lib. 15. cap. 17. Mala verò generosissima eadem ratione crustant gypso vel creta.

Crustatus, a, um. participium: vt, Crustati parietes, id est crusta marmoris intecti. κατακεκολλημένοι ὄστρακα. Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. ¶ Primus apud Romanos Mamurra vir Equestris ordinis, præfectus fabrorum Cæsaris, Formiis natus, domus suæ quæ in Cælio monte erat, parietes crusta marmoris traditur operuisse: vt ex Cornelij Nepotis sententia tradit Plin. lib. 36. cap. 6. ¶ Item vasa argentea quæ auro illigabantur, etiam Crustata dicebantur, quæ Græco nomine Chrysendeta vocantur. ¶ Et Crustata animalia, crustis intecta. Plin. lib. 11. cap. 37. In marinis crustata & cartilaginea priores dentes habent.

Crustarius. Qui incrustat. κρουστής, Plin. lib. 33. cap. 12. Habuit & Tencer crustarius famam.

Crustarius, a, um. Quod ad crustas pertinet. Vnde Crustariæ tabernæ, in quibus crustata opera venduntur.

Crustosus, a, um. Quod crustam habet. {φλοιώδης. Ital. *Chi ha la scorça grossa.* Gal. *Croustieux, qui a la crouste fort grosse.* Hispa. *Cosa llena de corteças.*} Plin. lib. 12. ca. 9. Facilius hoc & crustosius, amariúsque, & gummosum.

Crustulata, tæ. Placentæ genus, quod & Crustulum. Spartianus, Pentapharmacum edulij genus est ex quinque confectum, quod reperisse dicitur Aelius Verus Romanorum Imperator: hoc est fumen, phasianus, pauo, crustulata, & aprugna.

Crustum, Est frustum eorum quæ comeduntur, siue sit pars panis, vel placentæ, vel alterius edulij {ψωμίον, πλακοῦς. Ital. *Pezzo di pane ò d'altra viuanda che si da à fanciulli.* Gal. *Vn gasteau, pain d'espice, ou telles patisseries ou pièce d'vne mauuaise d'icelle.* Hispa. *La corteça de comer como turron.*} Virgil. 7. Aeneid. -patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Vnde per diminutionem Crustulum. Horat. lib. 1. Epist. pueris dant crustula blandi Doctores, elementa velint vt discere prima. Quod genus dulciarij esse putat Porphyrio. Varro 4. de Lingua Latina, Crustulum à crusta pultis, eò quòd vt corium exuritur, Crusta dicta.

CRVSTVMERIVM, κρουστομήριον Stephano, Oppidum in Latio, Albanorum colonia: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Virgil. lib. 7. Aeneid. Ardea, Crustumerique & turrigeræ Antennæ.

Crustumina Pyra. sunt ex parte rubentia. Glaciola nunc dicta: à Crustumino agro, qui Tyberi fluuio à Veienti dirimitur, sic appellata. De his Plin. lib. 15. cap. 15. & lib. 23. cap. 7. Item Columel. lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 10. Virgilius Crustumia pyra vocat, 2. Georgic. Crustumiis, Syriisque pyris, grauibúsque volemis.

CRVSTVMIVM. Oppidum Tusciæ iuxta Veios: à quo Crustumini dicti, & Crustumina tribus, & Crustumina pyra, & Crustuminum vinum laudatissimum.

CRVSTVMIVM, apud Lucanum lib. 2, fluuius est ex Apennino ortum trahens, Ariminúmque præterlabens. In læuum (inquit) cecidere lætus velóxque Metaurus, Crustuminúmque rapax & iunctus Sapis Esauto. Meminit huius fluuij & Plin. lib. 2. ca. 15. Vulgò *Conca, vbi de Romano.*

Crux, Futca, siue patibulum in quo damnati figuntur. σταυρός. dicta à κρούειν, quod est Ferire, pulsare. {Ital. *Croce.* Gal. *Croix, gibet, tourment, affliction.* Hispa. *La cruz.*} Plaut. in Cure. Colum obstringe, abduce istum in malam crucem. Cic. 7. Verr. Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse tubatum. ¶ Crux etiam dicitur quicquid nos cruciat, torquet, & affligit. Terent. in Eunuch. Et illis crucibus, quæ nos, nostrámque adolescentiam habent despicatam. Hanc Veteres Gabalum vocauere. Varro. Nos barbari, quòd innocentes in gabalum suffigimus homines: vos non barbari, quòd noxios absoluitis.

Crucio, as. Torqueo, affligo. {βασανίζω. Ita. *Affligere, torcere.* Gal. *Tourmenter, affliger.* Hisp. *Atormentar ò fatigar.*} Plaut. in Bac. Vt ipsius se cruciat ægritudine. Terent. in Eunuch. Quæ nos semper omnibus cruciant modis.

Cruciatus, tus, Tormentum, afflictio. {βασανισμός. Ital. *Affittione.* Gal. *Tourment, affliction.* Hisp. *Tormento.*} Cicc. ad Attic. Confectus, cruciatus summo dolore.

Cruciamentum, eiusdem significationis. Cic. Philip. 6. Nec grauiora sunt tormenta carnificum, quàm cruciamenta morborum.

Cruciabilis, le, βασανιστικός, βασανιστός. Apul. de asin. aur. lib. 10. Sed illo cruciabili filonio diutissimè fatigata.

Cruciabilitas, tatis. {βασανιστικότης, βασανιστότης. Ital. *Tormento.* Gal. *Tourment.* Hisp. *Tormento.*} Plaut. Cistel. Qui omnes homines supero, atque antideo cruciabilitatibus.

Cruciabiliter, aduerbium. {βασανιστικῶς, βασανιστῶς. Ital. *Crudelmente, in gran tormento.* Gal. *En grand tourment.* Hisp. *Con mucho tormento.*} Hirtius 5. belli Afric. Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti.

Cruciarius, a, um, Cruce dignus, apud Apuleium de Asi. aureo lib. 10.

Crucifigo, is, In crucem tollo. {σταυρόω, σταυρῶ. Ital. *Inchiodare in croce, crocifiggere.* Gal. *Crucifier, attacher contre vne croix ou vn gibet.* Hispa. *Crucificar.*} Sueton. in Domit. Autorem summarum pridie quàm crucifigeret, in cubiculum vocauit. Plin. lib. 8. cap. 16. Eáque de causa crucifixos vidisse se cum Scipione. Quintil. lib. 7. cap. 2, Inuenerunt ducem crucifixum.

CRYA, æ, κρύα Stephano, Vrbs Lyciæ.

CRYASSVS, κρυασσός, Vrbs Cariæ, ita dicta à Cryasso Caretis filio. Stephanus.

Crypta, {κρυπτή. Ital. *Grotta.* Gal. *Vne fosse creuse, comme vne caue ou vne.* Hispan. *Gruta, cueua soterraña.*} Cauerna, vel testudo subterranea, vel in monte excauata: à κρύπτω, occulto. Inue. Et solitus mediæ cryptam penetrare suburræ.

Crypticus, a, um. {κρυπτικός. Ital. *Occulto, fedele.* Gal. *Secret, occulte, fidele.* Hisp. *Soterraño, encobrido, Fiel.*} Significat occultum & subterraneum. Sidonius. Potens antiquitus cryptici arcubus formicauit. Iulius Firmicus Crypticos homines appellat, secreta fideli taciturnitate custodientes.

Cryptoporticus, Nomen compositum ex Græco Latinóque, & significat subterraneam porticum, cum amplis fenestris, qua refrigerandi gratia per æstatem vtimur. ¶ Potest etiam dici Porticus vndique septa, & quasi sepimento parietum abscondita, tanquam subterranea. Plin. in Epistol. Subest cryptoporticus subterraneæ similis, æstate incluso frigore riget, contentáque aëre suo, nec desiderat auras, nec admittit.

Crystallus, siue gen. {κρύσταλλος. Ital. *Cristallo.* Gal. *Cristal.* Hisp. *Cristal.*} & Crystallum, neutri, Gemma candida & pellucida, ita dicta παρὰ τὸ κρύος, ἀπὸ τοῦ κρύους, hoc est ab eo quòd gelu contrahatur. Plin. lib. 37. cap. 2, Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Nec aliubi certè reperitur, quàm vbi maximè hybernæ niues rigent: glaciémque esse certum est: vnde & Græci nomen dedere. Hæc ille.

Crystallinus, a, um, pen. corr. Quod est ex crystallo. {κρυσταλλινός. Ital. *Crystallino, che è di crystallo.* Gal. *Crystallin, qui est de crystal.* Hisp. *Crystallino, cosa de crystal.*} Iuuenalis, Grandia tollunter crystallina, maxima rursus Murrhina, deinde adamas notissimus, & berenices In digito factus pretiosior.

C ante T.

CTEATVS, pen. corr. κτεάτου, Pater Amphimachi, vnius ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta nauibus ad Troianam expeditionem sunt profecti: vt testatur Homerus in Catal. nauium.

Ctenes, κτένες, Quatuor sunt dentes anteriores, à cibo concidendo dicti: vnde & ὀδόντες appellantur: Latini Primores appellant. Græci etiam γελαστῆρες, quòd inter ridendum detegantur. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 1.

Cteniatri, κτηνιατροί. Sunt medici iumentorum & pecorum, quasi mulomedicos quis dixerit. κτῆνος enim Græci iumentum appellant, nonnunquam etiam pecus immolationi aptum, παρὰ τὸ κτᾶσθαι καὶ φονεύειν. Firmicus, Centauro oriente, qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorum nutritor, aut mulomedicus, aut equarius. Hunc Columella & Varro Veterinarium vocant. Vulgus *Mareschallum.*

CTESIAS, κτησίας, Cteſiarchi, vel (vt alij malunt) Cteſiochi filius, Medicus fuit Cnidius, qui Artaxerxem cognomento Meliorem curauit, & historiam Persicam XXX libris conscripsit. Autor Suidas.

CTESIPHON, pen. corr. κτησιφῶν, Nomen architecti, qui templum Dianæ Ephesiæ traditur extruxisse, opus mirabile, & toto orbe celebratum: quod postea ab Herostrato incensum fuit, hac tantùm de causa vt facinore illo nominis immortalitatem sibi compararet. ¶ Fuit & Cteſiphon locus Parthorum. Strab. lib. 15, Prope Seleuciam vicus maximus est nomine & re Cteſiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic vicus ciuitatis potentiam & magnitudinem habebat, adeò vt Parthorum multitudinem & apparatum omnem reciperet, ac venalia, necessariáque artificia illis suppeditaret. Quin & Cteſiphonem Babylonici regni caput fuisse Plin. lib. 6, scribit. ¶ Cteſiphon etiam Atheniensis ciuis nobilissimus, qui Athenienſibus autor fuit decreti, quo Demosthenem aurea corona in theatro coronandum decreuerũt. Ob quam sententiam ab Aeschine, qui contrarias Demosthenì in Republica partes fouebat, tanquam pernicioſi decreti autor accusatus, elegantissima illa Demosthenis oratione, quam περὶ παραπρεσβείας inscripsit, defensus est. Vide Ciceronem lib. de Optimo genere oratorum.

CTESIPPVS, κτήσιππος, Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria

bris amico, diligenter singularique humanitate excepit, quò impuros adolescentis mores componeret: cuius tamen cùm duro, tum minimè liberali ingenio nusquam adduci potuit, vt curam & laborem in illo instituendo dimitteret: cuius ineptias non modò pertulit patienter, verum etiam studiosè tegebat. Quanquàm semel aiunt, Phocionis constantiam importunitate ignauissimi hominis superaram. Nam quum ille imperatorium quoddam munus studio accuratiore obiret, Crespippus, vt erat furiis delirusque, grauissimum pertissimúmque Imperatorem cœpit fatuis quibusdam interrogatiunculis obtundere, atque illum morens, docensve importunius perurgere. Tum stomachatum Phocionem dixisse fama est. O Chabria, Chabria, cumulata tibi pro amore nostro gratiam nunc persoluo, qui nati tui delramenta sustineo. Autor Plutarchus in vita Phocæ.

C ante V.

Cuba, Sabinis vocatur, quam militares Lecticam: vnde videtur derivatum esse Cubiculum. Festus.

Cubatus, Cubiculare, Cubile, Vide c v b o.

Cubitus, ti, vel Cubitum, Curuatura brachij, vbi lacerto iungitur. {κῶ-πος, ἀλκών. Ital. *Gomito, braccio da misurare.* Gal. *Coude, ou condée qui contient pié & demi.* Hisp. *Codo del braço, ò codo de medir.*} Plaut. Stich. Cubitis depulsa de via. ¶ Inniti cubito, Virgil. 4. Aeneid. Ossa ingentia cubiti, Ouid. 12. Metamor. ¶ A' medicis tamen Cubitus vocatur os illud brachij, cui innitimur, quod ab ima manu ad brachij curuaturam extenditur. Sunt enim in ea parte brachij duo ossa, quorum inferius Cubitum, superius Radium vocant. ¶ Cubito emungens, ἀγκῶνι λῆμα νοσερὸν. Prouerbialis ironia in hominem sordidi quæstus & conditionis abiectæ. A' fullamentariis ducta, quibus mos est narium mucum cubito abstergere, nimirum manibus mucia fullugine oppletis. ¶ Accipitur etiam pro mensura cubiti. Plin. lib. 7. cap. 16, Inuenimus in monumentis Salamiam Euthimenis filium in tria cubita triennio adoleuisse: Constat autem cubitum ex sex palmis, hoc est digitis viginti quatuor: vt autor est Vitruuius lib. 3. Sesquipes enim, hoc est pes vnus cum dimidio, facit cubitum. Pes est sexta pars altitudinis in corpore nostro: cubitus quarta. ¶ Est præterea Cubitus regius, qui maior est communi cubito tribus digitis, sicut refert Herodotus lib. 1. ¶ Est & Cubitus geometricus, qui tantum valet quantum sex nostra cubita: vt Origenes, Augustinusque tradiderunt. ¶ Eodem cubito, ἀστῷ κανόνι, hoc est eadem regula, eadem mensura. ¶ Iuxta cubitum profecit, τὸ πῆχυν ἐπιδεῖν. De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora: siue quum quis ordine legitimo progreditur: siue quum magnis proficit accessionibus. ¶ Homo tredecim cubitorum, ἀνὴρ ἑπταπαίδεκα πηχῶν, de insigniter procero corpore, ignaui & inutili. Theocritus.

Cubitalis, & hoc cubitale, adiectiuum. {πηχαῖος. Ital. *Alto vn cubito.* Gal. *D'vne coudée de haut.* Hisp. *Cosa de medida de vn codo.*} vt Herba cubitalis apud Plinium. Cauea cubitalis, apud Liuium. id est vno cubitu alta.

Cubitale, lis, per apocopen Cubital, Cubiti ornamentum. {τὸ πηλέκιον. Ital. *Cosa di vn cubito.* Gal. *Dequoy on fonstient le coude.* Hisp. *Armadura del codo.*} Horat. in Serm. Ponas insignia morbi Fasciolas, cubital, focalia.

Cubo, as, bui, bitum, quanuis Cubatio, non Cubitio, cubare. {κοιμᾶσθαι, κλίνεσθαι, κοιτάζεσθαι, κοιτίζεσθαι. Ital. *Giacere, esser destes, coricarsi.* Gal. *Se coucher, estre couché.* Hisp. *Tenderse.*} vt Cubare in lecto, Plautus. Cubare in specu, Plinius. ¶ Cubare in faciem, est cubare supinum, apud Iuuenalem. ¶ Et absolutè apud Ciceronem 5. in Verrem, Quum iste etiam cubaret in cubiculum introductus. Sic, Ire cubitum, & Surgere cubitu, Cat. ¶ Dicitur & de ægrotis Horatius, Cubat hic in valle Quirini. id est ægrotat, sicut interpretes exponunt. Cice. 4. Tuscul. Itaque narrabat cum grauiter & copiosè, nihil esse bonum nisi quod honestum esset, cubantem disputasse.

Cubito, as, frequentatiuum. {κοιτάω. Ital. *Dormire nel letto.* Gal. *Se coucher ou estre couché souuent.* Hisp. *Dormir en la lecho.*} Cic. pro Cælio, Et propter noctumos quosdam inanes metus tecum semper pusio cum maiore sorore cubitauit. Plaut. Pseu. Tùne etiam cubitare solitus es in cunis puer?

Cubatus, us, Cubandi, siue dormiendi actus. {κοίμησις. Ital. *Il giacere, il riposarsi.* Gal. *Couchement, repos de nuit.* Hisp. *Yasija ò estada en la cama.*} Idem lib. 10. cap. 57. Medicina in fame, & cubatus in fimo.

Cubile, pen. prod. Lectus, quòd in eo cubetur. {κοίτη, Εὐνή. Ital. *Letto.* Gal. *Lit, lieu a se coucher ou dormir, nid, tanière.* Hisp. *Lecho, ò cubrii propio ingue de las fieras.*} Cic. 2. Tuscul. Abducet Patroclea credo, vt collocet in cubili: vt vulnus obliget. Idem 5. Tuscul. Terra cubile erat Anacharsi. ¶ Cubilia item dicuntur loca in quibus feræ cubant. Quintil. lib. 2. cap. 16, Moliri cubilia ferarum. Cic. 2. de Natu. deor. Delitescunt cubilibus bestiæ. ¶ Dicitur & de structura. Plin. lib. 35, Ea, inquit, maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Vtitur hac voce & Vitruuius lib. 2, in eadem significatione. ¶ Cubile salutariorum dicitur in quo simulachra deorum imponi soleut: quod & Lararium alio nomine dicitur. Plin. lib. 15. cap. 11, Omnia iam & vitrorum salutatoriis cubilibus inclusa.

Cubiculum, Locus vno vel pluribus cubilibus instratus, nocturnæque quieti destinatus. {οἰκήματον, κοιτών. Ital. *Camera.* Gal. *Chambre à coucher ou dormir.* Hisp. *Camera donde dormimos.*} Seneca ad Lucil. Quid prosunt multa cubicula sin vno iacetis. Cic. 5. in Verrem, In cubiculum introductus.

Cubicularius, Qui in cubiculo ministrat. {κοιτωνίτης. Ital. *Cameriere.* Gal. *chamberlant, valet de chambre.* Hisp. *Camarero, guarda dela camara.*} Cice. 5. in Verr. Hunc vestri ianitores, hunc cubiculatij diligunt.

Cubicularis, & hoc Cubiculare, Quod ad cubiculum pertinet. {θαλαμικός. Ital. *Di camera, pertinente à camera.* Gal. *De chambre.* Hisp. *Cosa para camara.*} vt Vestis cubicularis, qua in cubiculis vtimur: &, Cubicularis lectus, apud Cic. 5. Tuscul. ¶ Cubicularis, pro cubiculario. Suetonius in Nerone, cap. 38, Incendit vrbem tam palàm, vt plerique Consulares, cubiculariique eius cum stuppa tædáque in prædiis suis deprehensos non attigerint. Quædam exemplaria legunt cubiculatios.

Cubiculatius, aliud adiectiuum, κοιτωνικός: vt cubicularia lucerna. Martial. lib. 14.

Cubitor, cubitoris, nomen. πρόκλιτος, κοιμώμενος, κοιμητής. Columel. lib 6, Cubitorem bouem appellat qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia. Quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igni, aliisve tormentis.

Cubus, {κύβος. Ital. *Cubo che ha la figura quadrata.* Gal. *Figure quarrée de tous costés, quarrure.* Hisp. *Cosa quadrada, como el dado.*} Est figura ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ quibus in aliquo lusitur, quæ etiam κύβοι à Græcis sunt appellatæ. ¶ In numeris etiam Cubus dicitur, quum omne latus eiusdem numeri æqualiter in se soluitur: sicut fit quando ter terna ducuntur, atque idem ipse numerus triplicatur.

Cucubo, as, pen. corr. Proprium est vocis nocturæ. {κικκάω. Ital. *Gridare come la ciuetta.* Gal. *Huyer, comme vn hibou ou chouan.* Hisp. *Cantar la lechuza.*} Vt in carmine de Philomela, quod falsò Ouidio ascribitur, Noctua lucifuga cucubat in tecebris.

Cucullio. Est (vt Capitolinus docet) genus pilei viatorum, quo capite obtecto vagari nocte solent. {πίλος τῶν ταξιωτῶν. Ital. *Capello à cappa portata in capo per la pioggia ò altramente.* Gal. *Coquelichõ, vn chapeau ou couuerture de teste pour la nuit.* Hisp. *El papalogo ò capirote.*} Cato de Re rusti. cap. 2, videtur ostendere vestis rusticæ genus fuisse, qua operæ aduersus tempestatum iniuriam tegebantur: Quum tempestates (inquit) pluuiæve fuerint, videto quot dies, quæve opera per imbrem fieri potuerint, dolia lauari, picari, villam purgari, funes veteres sarciri, nouósque fieri centones cucullionésve familiam oportuisse sibi fatcire.

Cuculus, simplici c, & vnico l, fetibendum est, & ferè semper mediam producit, teste Erasmo in adagio Cuculus. {κόκκυξ. Ital. *Cucullo vccello.* Gal. *Coccu ou coucou.* Hisp. *Cuclillo aue.*} Horat. in Sermon. -cui sæpe viator Cessisset, magna compellans voce cuculum. Martialis tamen penultimam corripuit. Quanuis per plures cuculus cantauerit annos. ¶ Est autem Cuculus auis notissima quæ in aliarum auium nidis oua parit, quòd sciat se omni auium generi esse odiosam, neque confidat pullos in suo nido tutò futuros. Quare non video quid Gallis venerit in mentem, qui adulteræ maritum Cuculum vocant, cui multò rectius Curucæ nomen conueniat, quæ alienа ouа pro suis fouet. Plautus certè in Asinaria Cuculum vocat adulterum, quòd scilicet ex alienis vxoribus liberos gignat quos mariti pro suis educent. Plaut. Asin. At etiam cubat cuculus: furtive amator, i domum. Et paulò pòst, Cano capite te cuculum ex lustris rapit.

Cucullus, gemino l, Genus vestis est. {πῶλος τῶν ταξιωτῶν, τὸ κάλυμμα. Ital. *Veste che ha il cappuzzino, scarpuzzo.* Gal. *Coquelucheau ou vne cape que les femmes portent pour se couurir durant la pleye.* Hisp. *Capilla de vestidura, ò cogulla, vel papalogo, ò capirote.*} Iuue. Saty. 6. Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos. Vnde constat monachos nostros malè vti hoc vocabulo Cucullæ fœminini generis. Sunt qui accipiant pro nautico aut rustico tegmine, ad arcendas pluuias. Colum. Cultam vestitámque familiam magis vtiliter, quàm delicatè habeat, munitam diligenter à vento, pluuiáque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis, aut cucullis. Iuuenalis, Contentúsque illic Veneto duróque cucullo. ¶ Cucullus etiam pro tegmento papyraceo, quo pigmentarij vruntur, sumitur. Martial. lib. 3. Vel thuris piperisque sis cucullus.

Cucullatus, a, um, Qui cucullo indutus est. ὁ τὸ πῶλον ἐνδεδυκώς. Columel. lib. 11. cap. 1.

Cucuma, pen. prod. Vas æneum calefaciendæ aquæ idoneum. {τὸ χαλκοῦν μέτρον, λέβης. Ital. *Cuogoma di ferro ò di rame.* Gal. *Paellon.* Hisp. *Vaso de cobre como caldera ò sartèn.*} Petron. Arbiter et Satyr. Frangitur ceruix cucumæ, ignémque valescentem restinguit. ¶ Cucuma item appellatur tugurriolum exiguum in quo pauperiores habitabant. Martial. lib. 10, Torquatus nitidas Pario de marmore thermas Extruxit, cucumam fecit Oracilius. ¶ Budæus scribit Cucumam esse genus baculi ferrati. Iurisconsulti ad legem Iuliam de sicariis. Sed & si claua percusserit, aut cucuma in rixa: quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam.

Cucumella, diminutiuum. κιβωτίδιον. Alphenus I. si quando. ff. si serui. vendi. Et Seius in eo syluam seuisset, neque non labra, crateras, cucumellas positas haberet, &c.

Cucumer, siue Cucumis, pen. prod. cucumeris, siue cucumis in genitiuo, Herba est sarmentis prælongis humi repentibus, & in ramos vitis modo se diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu oblongo, & vbi maturuerit, flauo, maculis quibusdã distincto, qui & ipsæ herbæ suæ cognominis est. {σίκυος, ἑλίκιον. Ital. *Cocumero.* Gal. *Concombre.* Hisp. *Colombro.*} Varro lib. 4. de Ling. Lat. autor est Cucumeres à curuitate dictos, quasi curuimeres. Vnde & Tortum Cucumerem vocat Virgil. 4. Georg. -tortúsque per herbam Cresceret in ventrem cucumis. ¶ Plinius tria enumerat cucumerum genera, Laconicum, Scytalicum, & Bœoticum. vide ipsum lib. 19. cap. 5.

Cucumis anguinus, siue syluestris, Herba est solo fructu à satiuo cucumere distans, quem multò minorem habet, glandibúsque longiusculis similem. σίκυος ἀγρίος. Officinæ Cucumerem asininum appellant. Succum eius Elaterium vocant, ἐλατήριον & ἐλατίριον, hoc est ab expellendo: siquidem & menses mulierum retentos expellit, & grauidis abortum facit. Vide Plin. lib. 20. cap. 1.

Cucumerarium, Locus cucumeribus consitus. {σικυών. Ital. *Luogo done ruspano cucumeri.* Gal. *Le lieu ou croissent les concombres.* Hisp. *El colombral.*} Cyprianus pro tugurio custodiarum posuit. Solet enim fieri tugurriolum in quo custos vigilanter obseruat ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cucumis, Genus piscis ex genere concharum, cuius meminit Plinius lib. 32. cap. 11.

Cucurbita, æ, Herba hortensis est notissima, etiam hodie in Officinis nomen retinens, fructus magnitudine omnes tum herbarum, tum arborum fœtus exuperans. {κολοκύνθη. Ital. *Zucca.* Gal. *Vne courge.* Hisp. *Calabaça.*} Plin. lib. 19. cap. 5, duo eius facit genera, Plebeium, quod humi repit: & Camerarium: facili flexibilique ramorum curuitate tecta, pergulas & testudines operiens. Verba eius sunt hæc. Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium & Plebeium, quod humi repit. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Hæc omni modo fastigiatur, vaginis maximè vtilibus, coniecta in eas, postquam defloruit. Crescit, qua cogitur forma, plerunque & draconis intorti figura: libertate verò pensili concessa, iam visa est nouem pedum longitudinis. Hæc ille. ¶ Aut cucurbitæ florem aut cucurbitam, ἀγρίαν, κολο-

κυβδα. Id perinde valet quasi dicas, Aut mortem, aut vitam: Aut lucrum, aut damnum: Aut victoriam, aut contrà. Græci cucurbitæ florem κύβδα appellant. Incertum autem verum mox euanescat, an cucurbitam sit pariturus. ¶ Cucurbitas lippire, κολοκυνθᾶν λέγουσιν. In executientes ac stupidos dicitur, præsertim in eos qui ætatis vitio desipiscunt. ¶ Cucurbita saltat, κολοκύνθη ὀρχεῖται. Suidas & Zenodotus pro adagio referûnt: citatur ab Athenæo lib. 3. Hinc dictum prouerbium, quòd cucurbita vndique turgeat integra, nec timis hians, nec vermiculis obnoxia. ¶ A' fructus huius similitudine apud Celsum lib. 2. cap. 11, Cucurbitam, & per diminutionem Cucurbitulam, eam appellari legimus, quæ nunc Vulgò *Ventosa* dicitur. Prima enim huiusmodi vascula ex cucurbitis fiebant. Ait enim, Vsus Cucurbitulæ præcipuus est, vbi non in toto corpore sed in parte aliqua vitium est. Ibidem, Cucurbitularum duo sunt genera, Aeneum, & corneum: æneæ altera parte patet, altera clausa est: corneæ, altera parte æquè patens, altera foramen habet exiguum, &c. Iuuenalis Satyr. 14. -vacuúmque cerebro Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærat.

Cucurbitula, Vide CVCVRBITA.

Cucurbitinus, adiectiuum, vt Cucurbitina pyra dicimus, & Cucurbitinæ ficus, ob cucurbitæ similitudinem. κολοκυνθίνα. Cato de re Rustica cap. 7.

Cucurbitarium, rij, Locus in quo seruentur cucurbitæ. κολοκυνθῶν.

Cucurbitarius, Auriator cucurbitarum. Φελλοκαλλιανιστής.

Cucutio, ris. pen. prod. Gallorum proprium est. κοκκίζω. Ital. *Fare il verso del gallo.* Gal. *Coqueter, comme quand le coq appelle les poules.* Hisp. *Cacarear el gallo.* ¶ Autor carminis de Philomela, quod falsò Ouidio ascribitur, Cucurrire solet gallus, gallina gracillat.

Cudo, is, cudi, non cusi, vt quibusdam videtur, supinum facit vsum, vnico s, vt Excudo, excudi, excusum: nam Excussum, est ab excutio. Virg. 1. Aeneid. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates. Vbi Seruius Excudit, id est feriendo elicit: nam Cudere, ferire est. κόπτω. Βάπτω κόπτω κολλῶ, πυκάζω, χαράττω. Ital. *Battere stampare, coniare.* Gal. *Battre, frapper, forger, imprimer sur metail.* Hisp. *Herir, imprimir, cuñar.* ¶ vnde & Incus dicitur, quòd illic aliquid cudamus, id est feriamus. ¶ Cudi pecunia dicitur, quum illi signum principis vel reipublicæ imprimitur. Terent. in Heauton. Argentum cudo, quod tibi dem. ¶ Passiuum protulit idem Terentius in Eunucho, At enim in me isthæc cudetur faba, quod est, in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Metaphora ducta est ab area, in qua fabæ triturantur, hoc est siliquis suis excutiuntur. Ibi enim, quanuis faba præcipuè cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt.

Cudo, onis, masculini generis, Significat capitis tegumentum ex corio confectum, quo vice galeæ vti solent. Silius lib. 16, Scipio contorquens hastam, cudone comantes Diffecit crines.

Cuias, cuiatis. κοδανός. Ital. *De qual patria, di qual natione, di qual setta?* Gal. *De quel pais?* Hisp. *De que tierra ó reuelo?* Significat Vnde, & non tantùm patriam, gentem, nationémque innuit, (vt apud Cic. lib. 5. Tuscul. Socrates quidem quum rogaretur, cuiatem se esse diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur) sed etiã partes & sectam: vt, Cuiates philosophi vos estis: Stoicine, an Epicurei? Sic Nostras & Vestras. Cicero. Non solùm etiam ista vestra oratoria, sed & hæc etiam leuia nostratia. ¶ Dicitur & Cuiatis communi genere: vnde apud Plautum frequenter legitur Cuiatis est id est cuius patriæ & gentis. Accius Telepho, vt citat Nonius, Qui neque cuiatis esset, vnquam potuimus, multa rogantes scire.

Cuius, cuia, cuium, adiectiuum est per tria genera declinabile. τίνος, τίνη, τίνου. Ital. *Di chi?* Gal. *A qui est?* Hisp. *De quien?* vt, Meus, mea, meum. Refertur autem ad personam possessoris. Virgil. Aeglog. 3, Die mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Terent. in Andr. Cuium puerum hic apposui iti? dic mihi. Idem in Eunucho, Quid virgo, cuia est? Plaut. in Cure. Cuiam vocem audio? ¶ Pro eodem interrogamus per Cuius, genitiuum à Quis, quæ, quod, vel quidrad quem respõdetur etiam in eodem casu, præterquam in possessiuis tam pronominibus quàm nominibus. Vt quum quærimus, Cuius est hæc vestis? respondemus Mea, vel heriis. Cuia res est. Cic. 3. Verrina, Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum. ¶ Cuia interest. Cicer. pro Muræ. Ea cædes potissimum crimini datur ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit. ¶ Antiquitus Quoias scribebatur: vt est videre in emendatis Plauti exemplaribus.

Cuiusmodi, Vox est indeclinabilis, composita ex duobus genitiuis Cuius, à quis, & Modi, à modus. ποίου τρόπου. Ital. *Di qual maniera.* Gal. *De quelle sorte, ou de quelque sorte.* Hisp. *De que manera.* ¶ Ponitur autem relatiue, infinitè, interrogatiue, & etiam admiratiuè Plautus in Men. Cuiusmodi homines erunt? Ego, & Menæchmus, & parasitus eius. Et aliter apud Ciceronem 2. de Inuent. Quòd si hæc cum summè inutilia, tum multò turpissima sint, legem, cuiusmodi sit, in præsentia conferri à iudicibus, id est *En la sorte qu'elle est.* ¶ Pro eodem dicimus, Cuiusmodicunque. Cicero pro Cluen. Nam illud me non præterit, cuiusmodicunque mater sit tamen in iudicio filij de turpitudine parentis dici vix oportere. id est, *Quelle qu'elle soit.* Id Salustius diuisim enuntiauit, Neque solùm cines sed cuiuscunque modi genus hominum, quod modò bello vsui foret, &c.

Culcitra, pen. corr. Non stragulum est, quo dormientes inuoluimur, vt quidam perperam tradiderunt: sed potius id quod plumis, tormento, floccis, aliaue materia fultum dormientis substernitur. στρῶμα, στρωμνή. Ital. *Letto, coltra, materazzo.* Gal. *Couil de lit, vn lit de plume, de bourre ou de laine.* Hisp. *Colcedra, colchon, colcha.* ¶ Nomen autem habet à calcando, siue inculcando, quòd calcibus, hoc est pedibus inferciatur. Cicer. 4. Tuscul. Eripiamus huic ægritudinem, quo modo collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. Idem ad Attic. lib. 13, Nam Silius culcitras non habet. Iuuen. Satyr. 5, Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto, Vnã simus. ait.

Culcitula, diminutiuum. στρωμνίδιον, στρωμνιδάριον. Ital. *Picciola coltra, o materazzo.* Gal. *Vn petit couil, vn petit lit de plume.* Hisp. *Pequeña colcedra.* ¶ Plautus Mostel. Is me suam quidem pol optat culcitulam.

Culcitula, Fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur. Festus.

Culeola, Sunt cortices nucum virides, similitudine culeorum, quibus oleum, aut vinum continetur. Hæc Festus.

Culeus, σάκκος Ital. *Sacco.* Gal. *Vn sac ou vaisseau de cuir.* Hisp. *Saco, la odre.* ¶ vel etiam Culeum, neutri generis, vel (vt alij scribunt) Culleum geminato l. Vter, siue saccus ex lino, vel cannabe, vel corio factus, ab oculendo, id est claudendo. Eo vtimur ad portanda frumenta. Plin. lib. 7. cap. 20. Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti centurio, vehicula cum culeis donec exinanirentur, sustinere solitus. ¶ Factum est etiam Culeus pœna parricidarum. Nam parricidæ sanguinis virgis verberati, in culeo cum cane, simia, gallo, & serpente inclusi mari iniciebantur. Vnde Iuuenalis, -quis tam Perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius supplicio non debuit vna parari Simia, nec serpens vnus nec culeus vnus. ¶ Vnde culeo dignum prouerbialiter dicimus de homine enormiter scelerato. ¶ Est & Culeus nomen mensuræ viginti amphorarum capacis, vel quadraginta vrnarum, vt est apud Plin. lib. 24. cap. 4, & Columellam lib. 3. cap. 3. ¶ Hinc Sesquiculeare dolium, apud Columellam, est triginta amphorarum, quasi culeum, & dimidiatum.

Culex, κώνωψ. Ital. *Zanzara.* Gal. *Mouscheron, tout petit ver ayant aisles.* Hisp. *Mosquito.* ¶ Vermiculus paruus, alatus: de cuius natura vide Plinium lib. 11. cap. 2. Plaut. in Cure. Vt muscæ, culices, pedésque pulicésque & cimices. Culicem Elephanti conferre, κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν, dicuntur qui minima maximis comparant. Libanius ad Casilum.

Culigna, κυλίκνη, Potorium vas, teste Festo. Cato cap. 132, Ioui dapali culignam vini quantum vis polluceto. Idem alibi, Culignam in fœno græco ponito, vt bene oleat.

Culina, pen. prod. vt Varro de vita Populi Romani scribit, dicta est ab eo quòd ibi colebant ignem locupletiorem domus. μαγειρεῖον. Ital. *Cucina.* Gal. *Cuisine.* Hisp. *Cozina, lugar de cozinar.* ¶ Plaut. in Casi. Senex in culina clamat, hortatur coquos. Iuuenalis continens pro contento, posuit licet pro cibis coctis, quum inquit, -sequitur sua quenque culina.

Culinarius, μαγειρικός: & Culinor, aris, quod est, Culinam exerceo, μαγειρεύομαι.

Culmen, Dicitur vertex, vel fastigium domus, vel etiam alterius rei. κόρυφή, τό. Ital. *Colmo, tetto sommità d'alcuna cosa.* Gal. *Le faiste & sommet d'vne maison, le haut, le comble, la pointe.* Hisp. *Cumbre de cosa alta.* ¶ Ab antiquis culmina dicta sunt tecta, quia ædificia è culmo, id est paleis è messibus collectis, contegebant. Virgil. 1. Aegloga. Pauperis & tuguri congestum cespite culmen. Ibidem, Et iam summa procul villarum culmina fumant. ¶ Culmen, summitas alicuius rei. Plaut. Trin. E' Capitolio, quia in culmine astat summo. Plin. lib. 9. cap. 35. Principium ergo, culmenque omnium rerum preti, margaritæ tenent. ¶ Culmen pro Culmo, siue stipula. Ouid. 4 Fast. Sanguis equi suffimen erit, vitulique fauilla: Tertia res, duræ culmen inane fabæ.

Culmus, Frumenti calamus, à radice vsque ad spicam: dictus quòd colatur: vnde olim & Columus dicebatur, sicut & Colmen primò quod postea Culmen. κάλαμος, καλάμη, ἀσταχύς. Ital. *Gamba del frumento.* Gal. *Chaume, chaumeau, ou tuyau de blé ou d'autre ou de semblables.* Hisp. *La caña del trigo.* ¶ Virg. 1. Georg. -ne grauidis procumbat culmus aristis. Ibidem, -culmúmque leuem stipulásque volantes. Vbi Seruius, Culmus dicitur ipse calamus: stipulæ verò, folia quæ ambiunt culmum. ¶ In culmo arare, ἐπὶ καλάμου ἀρᾶν dicuntur qui labore nunquam intermisso, vim mentis exhauriunt: Aut qui nunquam desinunt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphora à nimium auidis agricolis, qui segetem non patiuntur vnquam interquiescere: sed assidua cultura succum omnem soli exhauriunt, statim à messe nouam ingerentes sementem. Suidas citat ex Lysia.

Culpa, vt scribit Donatus, est eius qui insciens aliquem lædit. πταῖσμα. Ital. *colpa.* Gal. *Faute, coulpe, offense, blasme.* Hisp. *Culpa de alguna malhecho.* ¶ Plaut. in Epid. Mihi vt ignoscas, si quid imprudens culpa peccaui mea. Idem in Mere. Dij sciunt, culpam meam istanc non esse vllam. Cicer. 1. Offic. Ne maior pœna quàm culpa sit, cauendum. Iurisconsulti duo faciunt culparum genera, Latam, & Leuem: Latam culpam appellantes dolum præsumptum: Leuem verò, negligentiam, quum scilicet quis eam diligentiam in rebus alienis non præstitit, quam prudens paterfamilias solet.

Culpo, as, are. Contrarium est verbo Laudare. ψέγω, μωμάομαι. Ital. *Incolpare.* Gal. *Blasmer, reprendre.* Hisp. *Culpar alguna malhecho.* ¶ Plaut. in Pac. Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali. Idem Asin. Neque quæ rectè faciunt culpo, neque quæ delinquunt amo.

Culpatio, verbale. ψόγος, κατηγορία. Ital. *Biasimo, riprensione.* Gal. *Blasme, reprehension, reproche.* Hisp. *Culpa, reprehension.* ¶ Gell. lib. 10. ca. 12. Ne ipsi quoq; culpationes huiusmodi mereantur.

Culpito, as, are, frequentatiuum. ψογεῖν πολλάκις, μέμφεσθαι. Ital. *Biasmare spesso.* Gal. *Blasmer souuent.* Hisp. *Culpar muchas vezes.* ¶ Plaut. in Cistel. Verum haud metuo ne insuitandum nostrum quisquam culpitet.

Culter, Dicitur omne instrumentum quo aliquid scinditur. μάχαιρα. Ital. *Coltello.* Gal. *Coustreau.* Hisp. *Cuchillo.* ¶ Plaut. Epid. -acutum cultrum habeo Qui seni exenterem marsupium. Vnde culter tonsorius, dicitur nouacula qua tonsores barbas radunt. Cicer. 2. Offic. de Dionysio superiori loquens, Qui cultros tonsorios metuens, sibi candente carbone adurebat capillum. ¶ Item Culter venatorius dicitur Venabulum, vel potius ferramentum venabuli. ¶ Culter etiam dicitur vomer aratri, quo terra, priusquam proscindatur, secatur, futurisque sulcis vestigia præscribuntur. Autor Plin. lib. 18. cap. 18. ¶ Veteres etiam in nominatiuo Cultrum dixerunt. Propert. Et canis nostros nimis experrecta dolores. Quum fallenda meo pollice cultra forent. ¶ Sub cultro linqui, prouerbiali figura dicitur qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora à victima quæ iamiam ferienda, sub cultro esse dicitur.

Cultellus, diminutiuum. μαχαίριον. Ital. *Picciolo coltello.* Gal. *Petit coustreau, coustelet, ganiuet.* Hisp. *Pequeño cuchillo.* ¶ Iuuen. Saltantem spectans & chironomonta volauit Cultello. Purgare vngues cultello, Horat. 1. Epist.

Cultellatus, a, um, Formam cultelli habens. μαχαιροειδής. Ital. *Che ha forma di coltello.* Gal. *Agu & trenchant en façon de coustreau.* Hisp. *Lo que tiene forma de cuchillo.* ¶ vt, Dorsum cultellatum. Plin. lib. 32. cap. 2.

Cultratus, a, um, μαχαιρωτός, Idem vt Cultratus mucro, qui scindit velut cultri.

colter. Plin. lib. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone.

Cultrarius, Minister qui victimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius. Suet. in Calig. Admota altaribus victima, succinctus paparum habitu, elato ante malleo cultrarium mactauit.

Cultio, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix, Vide COLO.

Culullus, Calix fictilis quo in sactis vrebantur Pontifices, & Vestales virgines, teste Porphyrione & Acrone. ¶ Accipitur & pro vrceolo. Flora in Arte, Reges dicuntur multis vtere cullis, Et torquere mero, quem perfecisse laborant. Idem 1. Carm. Ode 31, Dines & auro [illegible] exicet cullullis Vina Syra rep. &c.

Cum, Præpositio copulatiua, quæ ablatiuo solet coniungi notanti societatem & coniunctionem animi: vt, Summa cum benevolentia, summa cum hilaritate illum excepi. κετὰ, μὲτ cum genitiuo. ‡ Ital. Con. Gal. Auec. Hisp. Con. ‡ Interdum denotat comitatum: vt, Cum Socrate profectus sum. ¶ Aliquando accipitur pro contra, πρὸς. vt, Cum hoste pugno. ¶ In compositione verò postposita inuenitur: vt, Mecum, Tecũ, Secum, Quicum, Quibuscum. ¶ Aliquando aduerbium est, & accipitur pro Quando, ἅμα πίνω. Ital. concreſia. Gal. Quand, veu que, iaçoit, combien que. Hisp. Quando. ‡ Virgil. 2. Aeglog. Cùm faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Cicc. Nonnihil me consolatur, cùm recordor quanta me complectatis benevolentia. ¶ Iungitur modò indicatiuo: vt, Cùm dico, Cùm dicebam, Cùm dixi, Cùm dicam. Modò subiunctiuo: vt, Cùm dicerem. ¶ Interdum accipitur pro Dum, ἕως. Cicc. Cùm me in Africam contulissem. ¶ Interdum pro Quanuis, & exigit post se Tamen, iungiturque subiunctiuo. Cic. pro Deiot. Cùm in omnibus causis grauioribus initio dicendi commoueri soleam, tamen in hac multa ita me perturbant. ¶ Aliquando pro Quoniam, vt causam denotet: & similiter subiunctiuo iungitur: vt, Cùm inueniam Latinos proprio sermone hæc parũ attigisse, conatus sum pro viribus. ¶ Iunguntur quandoq; Cùm & Tum, ἅμα, ἐ: quæ licet idem ferè significent, diuerso tamen modo ordinantur. Nam in Cùm est quiddam minus, in Tum quiddam maius: & hoc duobus modis fit: vt aut generale præcedat, & sequatur speciale: aut ambo sint specialia. Primo modo sic: Quintil. Quod cùm omnibus confitendum est, tum nobis præcipuè, qui rationem dicendi à bono viro non separamus, id est omnibus multùm, mihi autem maximè. Altero modo. Idem. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quem cùm amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, dignissimum hoc mutuæ in nos charitatis pignore iudicamus: id est multum propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem literarum. ¶ Aliquando etiam Cùm & Tum coniunctiuo iungun tur. Cicc. Curioni lib. 2. Epist. Graui teste priuatus sum amoris erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cum suis virtutibus, tum verò te filio superasset omnium fortunas, si te antè vidisset quàm è vita discederet. ¶ Quando autem sit sub duobus verbis, fieri debet sub eodem modo & tempore. Cic. Attic. lib. 1. Itaque cùm meus me mœror quotidianus conficit, tum verò hæc addita cura vix vitam mihi reliquam facit. Quanquam etiam interdum diuersorum modorum & temporum verbis iuncta inueniuntur. Idem eidem, lib. 3. Quod cùm semper antea intelligerem, tum verò proximè iudicaui. Idem in principio lib. 1. de Nat. deor. Cùm multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc sint explicatæ, tum difficilis fitutæ (quod tu minimè ignoras) quæstio est de natura deorum. ¶ Ponitur quandoq; Tum sine Cum, geminatum vel triplicatum in rebus paribus. Quintil. Nec indigneturr Herodotus æquari sibi Titum Liuiũ, tum in narrando mitæ iucunditatis, clarissimique candoris, tum in concionibus, suprà quàm enarrari potest, eloquentemita dicuntur omnia tum rebus, tum personis accommodata. ¶ Ponitur nonnunquam Tum pro aliquando, ποτὲ μὲν. ποτὲ δὲ, & sic ferè geminatum. Cicero Tum hoc, tum illud argue. id est modò hoc, modò illud. ¶ Quandoque pro tunc, τότε. Virgil. 8. Aeneid. Tum primùm nostri Cacum videre trementem. ¶ Quandoque est aduerbium ordinis pro Deinde, εἶτα. Virgil. 6 Aeneidos. ...ipse atri velleris agnam Aeneas matri Eumenidum magnæque sorori Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam: Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. ¶ Quandoque pro præterea. Terentius in Prologo Eunuchi. Si quisquam est, qui se studeat placere bonis Quamplurimis, & minimè multos lædere. In his poëta nomen profitetur suum. Tum siquis est qui dictum in se inclementius Existimet esse, &c. Sunt qui ita distinguunt, vt quando præpositio est, cum c scribi debeat: quando autem aduerbium seu coniunctio: cum q. Sed cùm ratio non sit satis ponderosa, iam doctorum vsus obtinuit vt potius cum c, semper scribatur: quare vnusquisq; prout voluerit scribet. Antiquitus, cùm aduerbium erat, Quom scribebatur. ¶ Cumalter, vna particula, antiqui pro cum altero vsurpabant breuitatis gratia: vt annotauit Festus. ¶ Cum dicto, significat, statim post verba, & vix dum finito sermone. ἅμα λόγῳ ἐπὶ τῷ λόγῳ. Apul. Et cum dicto furili centunculo facient suam iam dudum pudicantem, præ pudore obrexit. ¶ Cum imperio esse, ἐν ἀρχῇ εἶναι dicebatur cui nominatim demandabatur à populo imperium. ¶ Cummaximè, ἐν σφόδρα, vehementissimè, vehementius quàm aliàs vnquã. Cic. pro Cluentio, Mater, quæ multos iam annos, & nunc cummaximè filium interfectum cupit. Terent. Hecy. Hanc Bacchidem amabat vt cummaximè tum Pamphilus, Cum parer, vxorem vt ducat, orare cœpit. ¶ Cùm partim, veteres dixere pro partim. Caro, Ibi pro scorto fuit in cubiculum, surrectitauit è conuiuio cum partim illorum iam sæpe ad eundem modum erat. Vide ea quæ ex Gellio annotauimus in dictione PARTIM. ¶ Cum potestate esse. Dicebatur, qui à populo alicui præficiebatur negotio, seu qui magistratum gerebat. ἄρχειν, ἐν ἀρχῇ εἶναι. Cic. 2. de Inuent. Fœlix, an infœlix: priuatus, an cum potestate sit. ¶ Cumprimis, Significat in primis. εἰς τὰ πρῶτα. Cic. 3. Verr. Homo domi suæ cumprimis locuples. Apul Hic cumprimis nobilis ac facundus. Cumprimè, olim dicebatur pro Cumprimis. Qu. Quadrigarius, Nam M. Manlius, quem Capitolium seruasse à Gallis nuper ostendi, cuiusque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprimè fortem Resp. sensit, &c. ¶ Cum stomacho aliquid facere dicimus, hoc est cum indignatione, siue fastidio. μετὰ θυμοῦ γε. ¶ Cum tempore, cum mora, & spatio temporis. χρόνῳ. ¶ Cum venia tua dicimus, hoc est pace tua, & te permittente. σοῦ συγχωροῦντος, ἢ συγχωρήσαντος σου.

CVMA, ων, Vrbs Aeolidis ex aduerso Lesbi sita, Aeolicarum vrbium maxima & optima, & fere metropolis ceterarum ciuitatum, quæ numero erant circiter XXX. Ab hac ciuitate cognominata est Sibylla Cumea. ἡ Κυμαία, quam aliqui à vicinitate loc. Erythream appellarunt: quæ profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata est. Item patria fuit Ephori viri doctrina clari, & Isocrati Oratoris familiaris: præterea & Hesiodi Poëtæ, qui patrem suum, relicta Aeolica Cuma, in Boeotiam migrasse dicit. Huius oppidi incolæ, Cumæi, οἱ Κυμαῖοι dicti sunt, qui stupiditatis nomine male audierunt. Olim enim vulgatum erat tota Asia prouerbium, Cumæi ferò sapiunt. ὑστέρῳ νοῒ Κυμαῖοι. De cuius origine duæ afferuntur sententiæ. Sunt enim qui dicant, Cumæos quum ad mare vrbem opportunam haberent, & tamen nullum ex ea reciperent prouentum, vix demum trecentesimo anno ab vrbe condita intellexisse, ex portorio reditum non contemnendum posse confici. Alij, pecunia fœnori accepta, amplissimas eos porticus tradunt ædificasse quam pecuniam quum constituta die non exoluissent, creditores in ipsarum porticuum possessionem fuisse missos, qui deinde cines à deãbulatione arcebant. Verùm quum ingens pluuia repente ingruisset, creditores statim edictum promulgasse, vt Cumæi se lo porticus reciperent. Præcone itaque identidem acclamante, Subite porticus, viri Cumæi: qui ibi tunc aderant hospites, rem in iocum verterunt, tanquam non intelligerent Cumæi, nisi iussi, pluuiæ tempore porticus esse subeundas. Hæc Strabo lib. 13. Sunt & aliæ eiusdem nominis vrbes, quas vide apud Stephanum.

CVMAE, arum κῦμαι. Ciuitas Lucaniæ ad mare, iuxta Puteolos, condita ab his qui ex Chalcide vrbe Euboeæ venerunt. Seruius in illud Virg. 3. Aene. Huc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem: Euboea (inquit) insula est, ex cuius ciuitate Chalcide coloni profecti sunt ad nouas sedes quærendas, & haud longe à Baiis (qui locus à socio Vlyssis Baio illic sepulto nomen accepit) inuenerunt vacuum litus, vbi visa muliere grauida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabantur) ciuitatem condiderunt, quam Cumas appellauerunt, siue ἀπὸ τοῦ κύειν, hoc est à prægnante: siue ab vndis, quas Græci κύματα appellant. Nam τὸ κῦμα vndam significat. Is autem Latini in u conuertunt. vt Byrthia, Burthia.

Cumani & Cumæi, κυμαῖοι: quamuis κυμαῖοι etiam dicantur à Cuma ciuitate Aeolica.

Cumatilis color, κυματώδης, à fluctuum similitudine appellatus, qui & Cæruleus alio nomine dicitur: nam Græci κῦμα fluctus vocant. Plaut. Cumatilem togam, aut plumatilem. Hunc etiam colorem periphrasticè designat Ouid. lib. 3. fuæ artis, quum ait, Hic vndas imitatur: habet quoque nomen ab vndis.

Cumera, pen. corr. ἀλσγίνη ἢ σπυρὶς ἐκ σπάρτου, πὸ δοκ. Ital. Bugnola. Gal. Vn vaiſſeau à garder le grain de fromont. Hisp. Panero de palmas ò eſparto. ‡ Vas ingens vimineum, vel etiam fictile, quo frumenta conduntur, vt inquit Acron. Festus verò autor est, Cumeras ex sparto, palmarúmve foliis confici solere. Horatius lib. 1. Serm. Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris? Idem 1. Epist. Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam Repserat in cumeram frumenti.

Cumerum, antiqui vasis genus erat quod opertum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubentis supellex. Festus, Cumerum (inquit) vas nuptiale, à similitudine cumerarum, quæ fiunt palma vel sparto ad vsum popularem, sic appellatum.

Cuminum, siue Cyminum, pen. prod. κύμινον. Ital. Comino. Gal. Herbe nommée du comin. Hisp. Comino. ‡ Herba est notissima, folio fœniculo non dissimilis, radice subrotunda, semen ferens copiosum, & canaliculatum, quod in vino epotum pallorem fertur generare. Vnde etiam ab Horatio lib. 1 Epist. exangue cuminum appellatur, quòd si Pallerem casu. biberent exangue cuminum. Perf. Satv. 1. Pallentis grana cumini. ¶ Est item Cuminum agreste, κύμινον ἄγριον. sativo multò efficacius, in collibus ferè proueniens: de quo vide Dioscoridem.

Cumulus, pen. corr. Proprie dicitur maiorum rerum veluti acernus quidam. ‡ σωρός. Ital. Cumulo, mucchio, massa. Gal. Monceau, comble, amas. Hisp. Colmo ò monton. ‡ Liu. 10. ab Vrb. Consulis corpus eo die, quia obrotum super stratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. Virgil. Cumulum pro altitudine, & quasi magna aquæ mole posuit 1. Aeneid. Insequitur cumulo præruptus aquæ mons. ¶ Cumulus item est qui additur mensuræ plenæ, vt inquit Festus, σωρὸς ἐπιμέτρου: & per translationem accipitur pro quauis accessione. Cicc. pro Roscio. Vt ad illam opimam prædam damnatio Sex. Roscij velut cumulus accedat. Idem Attic. li. 2, Ad summam lætitiam quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accedit.

Cumulo, as, are, Implere, coacernare, & quasi ad cumulum addere. ἐπιφέρω, ἐπιθήσω. Ital. Accumulare, ammassare. Gal. Combler, amonceler, amasser en monceau. Hisp. Colmar ò amontonar. ‡ Virgil. 11. Aeneid. Et nunc ille quidem spe multùm captus inani Fors & vota facit, cumulátque altaria donis. Tractum à mensuris, quibus nonnihil solet addi. Dicimus, Cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Cic. ad Attic. lib. 14, Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus.

Cumulatus, pen. prod. Particip. ἐπιφορτισθείς. Cic. ad Dolabellam lib. 9. Tamen Idibus Maiis tantum accessit ad amorem, vt mirater locum fuisse augendi in eo quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur. ¶ Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congestis. Liu. lib. 2. bell. Maced. Cumulatus omni laude orator. Cic. 1. de Orato.

Cumulatim, aduerbium, pro Acernatim. ‡ σωρηδόν. Ital. A mucchi, à monti. Gal. Par monceaux. Hisp. Conel colmo. ‡ Varro de Re rust. lib. 3. ca. 15, Quibus in tenebris quum cumulatim positum est, in doliis fiunt pingues.

Cumulatè, Abundanter. ‡ ἐπιφορτικῶς, ἐπιθετικῶς. Ital. Abondantemente. Gal. Abondamment. Hisp. Abundamente. ‡ Cic. 2. de Diuin. Quæ vt bene, cumulatéq; perfecta de diuinatione ingressi sumus his libris scribere.

Cunæ, arum. & Cunabula, orum, pro eodem accipiuntur: dicta quasi Cynæ, & Cynabula. ‡ κοιτίδες. Ital. Cuna, culla. Gal. Le berceau ou couchette à mettre enfant. Hisp. Aquel ingenio de madera los niños y la cuna. ‡ Nam κοῖτος Græci enici dicunt, & patere. Latini autem suo more, o in u conuertunt. Sunt autem lecticuli in quibus infantes solent iacère, vel loca in quibus nasciuntur. Cic. 1. Tusc. Idem si puer paruus occidit, æquo animo ferendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum putant: si verò in cunis, ne quetendum quidem. Dicuntur & incunabula; nam in præpositio, hoc loco nihil significat, sicut & in aliquot aliis dictionibus, vt Columis, & incolumis. ¶ Sunt qui Cunabula & Incunabula à cunis distinguant, & ea propriè dici existiment quæ ad cunas instruendas & ornandas pertinent: Cunas verò, exiguum illud fulcrum ex ligno aliáve materia, in quo infantis lectulus sternitur. Plautus in Amph. Sed puer ille quem ego laui, vt magnus est, & multum valet. Neque eum quispiam colligare quiuit in cunabulis. Et in Truc. Faicis opus est puluinis, cunis, incunabulis. ¶ Per transtationem: Idem in Pseudolo, Sed istic seruus Caryst o huc qui aduenit, quid sapit vsque à cunabulis? id est vsque ab infantia, vel vsque à puero: hoc est ab ea ætate quæ in cunabulis agitur. Columella, Quum à primis cunabulis, si modò libetis parentibus est oriundus, audisse potuerit. Liu. lib. 4, Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Virgil. lib. 3. Cunabula pro initiis posuit: Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ Centum vrbes habitat. Similiter Cic. de Opt. gen. or. Non fuit alienum de oratoris quasi incunabulis dicere. Cicer. Salust. An vlla alia putas rudimenta & incunabula virtutis? Vbi rudimenta pro initiis, & Incunabula pro fomentis, siue augmentis posuit. ¶ Quandoque Incunabula vocamus nutritionem puerilem: vnde locum incunabulorum vocamus eum in quo ab ipsa statim infantia educati sumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis vagire consueuimus. Suetonius in Vespa. Quare princeps quoq; & locum incunabulorum assidue frequentauit.

Cuncti, Significat quidem omnes, sed qui sunt coniuncti. ξ *σύμπαντες*. Ital. *Tutti*. Gal. *Tous ensemble*. Hisp. *Todos juntamente*. ξ Omnes verò etiam si sunt disiuncti, & diuersis locis. Cicero antequam iret in exil. Quoniam laborem pro cunctis ferre consueuit. Virgil. 1. Georg. Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. Idem lib. 1. Aeneidos, Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Cunctor, ctaris, ctatus, cum c ante t, verbum deponens est, idem significans quod moror, siue procrastinor, & de die in diem differo. ξ *μέλλω, ἐνδιατρίβω*. Ital. *Indugiare, differire de di in di*. Gal. *Tarder ou targer, differer & ne se hastier point, faire le long*. Hisp. *Tardar à otro*. ξ Liu. lib. 1. Alij dum cunctantur in ripis, inter pugnæ fugæque concilium oppressi. Virgil. 4. Aen. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Poenorum expectant. Cæsar 1. bel. Gio. Si cunctetur, atque agat ieuius, ne quicquam eius auxilium, si postea velit, Senatum imploraturum. Suetonius de Aug. Cunctati te, ne si superesset, eriperet legibus reum. ¶ A Cunctor fiunt composita, Percunctor, & Recunctor, quod est iterum moror.

Cũctatio, verbale, Tardatio, mora. ξ *μέλλησις, ὀκνηρία, ἀνάπτωσις*. Ita. *Indugio*. Gal. *Targement, lacheté*. Hisp. *Tardança*. ξ Cic. 1. Offic. Sed iis qui habent à natura adminicula rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Respublica est. Sine cunctatione dicere. Cic. in Var.

Cunctator, Dilator, procrastinator. ξ *μελλητὴς, χρονοτρίβης*. Ital. *Allongatore, che tiene in tempo*. Gal. *Faineant, delayeur, tardif & long à faire quelque chose*. Hisp. *Tardador*. ξ Liuius 6. ab Vrbe, Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum: Cælius Ciceroni, Nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit: itémque Seruius quàm cunctator. Hoc cognomen ab æmulis Fabio Maximo inditum fuit, qui cunctabunda quadam prudentia vites Hannibalis fregit. Vnde illud Ennianum, Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Cunctans, cunctantior, cunctantissimus. *μελλητικὸς*. Liu. 10. bell. Pun. Sic vt dubites, vtrum ingenio cunctantior fuerit, an quia ita bello propriè quod tum gerebatur, aptum erat: sic nihil certius est quàm vnum hominem cunctando nobis rem restituisse.

Cunctabundus. ξ *ἐπιμονητικὸς, βραδυπορικὸς*. Ital. *Chi è tardo, chi la tira in longo, & va con dispiacere à qualche impresa*. Gal. *Qui fait le long & va comme contraint à quelque chose*. Hisp. *Tardador, Que mucho tarda*. ξ Liu. 6. ab Vrbe, Quòd vbi aciem tam instruenti Camillo Centuriones renuntiauerunt, turbatas militum mentes esse, & seguiter arma capta, cunctabundósque & resistentes egressos castris esse, &c. Tacit. lib. 1, Nusquam cunctabundus, nisi quum in senatu loqueretur.

Cunctanter, aduerbium, Cum mora. ξ *χρονίως*. Ital. *Tardamente, senza fretta*. Gal. *Lachement, en delayant, tout bellement*. Hisp. *Tardamente*. ξ Liu. 1. ab Vrbe, Tum illum haud cunctanter discidisse eorem ferunt.

Cuneus, Instrumentum est ferreum, aut etiam ligneum, quo finduntur ligna. ξ *σφὴν*. Ital. *Cuneo*. Gal. *Vn coing*. Hisp. *Cuño ò cuña para hender*. ξ Huius prima pars acutior est, vt quamuis rimulam facilè intret, sequens autem latior & amplior. Virgil. 1. Georgic. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Idem 2. Georg. -& alté Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces Plantæ immittuntur. ¶ Per transtationem sumitur pro peditum multitudine, in cunei formam redacta, teste Vegetio li. 2, quæ Græcis *σφὴν* dicitur, hoc est quæ ita disposita est, vt eius pars prima angustior, deinde latior procedat. ¶ Ab huius etiam similitudine Cunei dicti sunt loca in theathro, id est graduum ordines, in quibus vulgus spectatorum sitabat inter sedentium subsellia. Iuuenalis, -cuneis an habent spectacula totis, Quod sectus ames? Vitru. lib. 7, Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur, vt anguli trigonorum, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigant ascensus, scalásque inter cuneos ad primam præcinctionem. Inde theatrum eleganti epitheto à Virgilio Cuneatum dicitur. ¶ Excuneati, ab Apuleio dicti sunt, quibus sedendi locus non fuit in cuneis confertis. ¶ Sed & constipatam turbam, Cuneos dicimus. Cyprian. Stipatus clientum cuneis. Virgil. lib. 2. Georg. Hunc plausus hiantem Per cuneos (geminatus enim) populique patrúmque Corripuit.

Cuneolus, li, diminutiuum à Cuneus, hoc est clauus ligneus quo duo vel plura ligna connectuntur. ξ *σφηνίσκος*. Ital. *Piccolo cuneo*. Gal. *Coignet, petit coing*. Hisp. *Pequeño cuño ò cuña*. ξ Cic. de Vniuersit. Crebris quasi cuneolis iniectis vnum efficiebant ex omnibus corpus.

Cuneare, Est cuneis adactis firmare. ξ *σφηνοῦν*. Ital. *Conficcare, puntellare*. Gal. *Coigner, faire en forme de coing, aguiser en coing*. Hisp. *Acuñar con cuñas*. ξ Plin. lib. 16. cap. 40, Ab his proxima est cornus: quanquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum non aliò penè quàm ad radios rotarum vtile, aut siquid cuneandum sit in ligno, clauisque figendam, seu ferreis. ¶ Cuneari item est in cuneum formam coarctari. Vnde

Plin. lib. 3. scribit Hispaniam angustiis quibusdam cuneari.

Cuneatus, a, um, Quod est in formam cunei factum, hoc est cuius prima pars acuta paulatim in latitudinem procedat. ξ *σφηνοειδὴς*. Ital. *Puntellato, pin stretto da vn capo che dall' altro*. Gal. *Fait en forme de coing, plus estroit d'vn bout que d'autre*. Hisp. *Cosa hecha á manera de cuña*. ξ Vnde à Liuio forma scuti cuneatior appellatur, cuius summum latius, imum strictius erat. Item Cuneatus ager, apud Columellam lib. 5. cap. 1, in cunei formam factus, vt puta quum est longus pedes centum, latus ex altera parte pedes viginti, ex altera pedes non amplius decem. Ouid. 13. Metam. Prominet in pontum cuneatus acumine longo Collis.

Cuneatim, Per cuneos. ξ *κατὰ σφῆνα*. Ital. *Per picciole bande ò compagnie*. Gal. *Par bandes, en telle ordre qu'elles soyent estroittes de front, & larges par derriere*. Hisp. *De batalla en batalla*. ξ Ammian. Imperator cuneatim stipatus. Cæs. 7. bel. Gal. Hostes re noua perterriti, muro, turribúsque deiecti, in foro, ac locis patentioribus cuneatim constiterunt.

CVNEVS, *σφὼ* Straboni. Vulgò *Cabo de S. Maria*, Ager est, aut si mauis, promontorium Lusitaniæ, Anæ fluuio proximum, quo Hispania in Occidentem quàm longissimè excurrit: nomen habens à figura cunei quo ligna finduntur, cuius extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: vnde etiam Artemidorus promontorium hoc naturali rostro assimilauit. Pomp. lib. 3, Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum, quia lata sede procurrens paulatim se ac sua latera fastigiat: Curseus ager dicitur. Sequens, Sacrum vocant. Magnum quod vlterius est. Hæc ille. Ptolemæus non leui errore hoc promontorium Sacrum esse existimauit: vt apertissimè docet Vadianus in locum Pomponij iam citatum.

Cuniculus, Animal lepori simile, quod sub terra effossa latere solitum est. ξ *κουνίκλος*. Ital. *Coniglio*. Gal. *Connil*. Hisp. *El conejo*. ξ Martial. Gaudent in effossis habitare cuniculus antris. Varro 3. de Re rust. cap. 12. Tertij generis est quod in Hispania nascitur, simile nostro lepori ex quadam parte sed humile, quem Cuniculum appellant. Et paulò pòst, Cuniculi dicti ab eo quod suo terra cuniculos ipsi facere soleant, vbi lateant in agris. ¶ Est & Cuniculus, foramen sub terra occultum, ad suffodiendas vrbes inuentum. ξ *κοῦνος μος*. Ital. *Mina, cana sotto terra*. Gal. *Mine ou creux sous terre, tastuere*. Hisp. *La mina para minar fortaleza*. ξ Plinius, Tentata per cuniculum fuga. Cæsar 7. bel. Gal. Et aggerem cuniculis subtrahebant. Vnde Cuniculis oppugnare, per transtationem, hoc est dolo & fraude aliquid moliri, & negotium alicui facessere. ¶ Et Agere cuniculos, ξ *κοῦνος μεδίας*. Ital. *Far mine*. Gal. *Miner sous terre*. Hisp. *Minar ò hazer minas*. ξ Cæsar 8. bel. Gall. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. Cic. 3. Offic. Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium: indicétne id magistratibus filius? ¶ Cuniculis oppugnare, *κοῦνος μοις πολιορκεῖν*, per metaphoram dicitur qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit. Contrà qui palàm agit quod agit, machinis agere dicitur. Plutarch. in vita C. Cæs. de Catu. Luctati in Senat. dicente, *σὺν ἐν κουνικλοις καὶ μαχαναῖς αἰεὶ τὴν πολιτείαν*, id est, Cæsar non iam cuniculis, sed machinis tollit Rempub. Cic. pro L. Agraria, Quæ res aperté petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. ¶ Cuniculus insuper pro canali accipitur. Plin. lib. 9. cap. 38, Singulis aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicamuris libras exæquari, ac modico vapore torreri, & ideò longinquæ fornacis cuniculo.

Cuniculatim, aduerbium, Cuniculi modo. ξ *κουνικλοειδῶς*. Ital. *A foggia di cugno*. Gal. *En forme de coyau ou par coyaux*. Hisp. *Atinando*. ξ Plin. lib. 9. ca. 35, Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata.

Cuniculariæ, Insulæ sunt in mari Ligustico, Corsicæ adiacentes. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

Cuniculatius, tij, substantiuum, qui sub terris cuniculos fodit. ξ *κουνικλάτωρ, ὁ τὰ κατὰ γῆν ὀρύττων ὀρυκτῶν*. Ital. *Cauatore, chi fa mine*. Gal. *Mineur, qui mine & cauë sous terre*. Hisp. *Minador, que haze mina*. ξ Vegetius lib. 2. ca. 11, Hæc enim erat cura præcipua, vt quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris, vsq, eò, vt etiam cuniculatios haberent, qui ad mortem Bellorum ducto sub terris cuniculo, murisque intra fundamenta perfossis, improuisi emergerent ad vrbes hostium capiendas.

Cuniculosus, a, um, Plenus cuniculis. ξ *λαγωοβόρος μεδίας*. Ital. *Pieno di mine ò cauerne*. Gal. *Plein de creux, ou cauernes*. Hisp. *Lugar lleno de minas*. ξ Catullus, Tu præter omnes aue de capillatis cuniculosæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

Cunila, *κόνυζα* Dioscoridi. ξ Ital. *Conyza*. Gal. *Herbe ou cendrée sauuage, douce fortes d'herbe*. Hisp. *Altadegna*. ξ Herba est quam vulgus à necandis pulicibus *Peculiarem* appellat. Latini etiam Cunilaginẽ: de quo paulò antè latius egimus in dictione CONYZA. Huius verò herbæ multa sunt genera. Nam quædam, Bubula appellatur, & semen pulegij habet, quod contra serpentes in vino bibitur. Quædam Gallinacea, à Græcis Origanum Heracleoticum. Tertia à Græcis Masculà, à nostris Cunilago, odoris fœdi, radicis lignosæ, foliis asperis: cuius manipulum siquis in domo posuerit, omnes è tota domo blattas ad eam tradunt conuenire. Prodest aduersus omnia venenata. Hæc Plin. lib. 20. cap. 16.

Cunilago, inis, Tertium genus est cunilæ, quàm Græci Masculam appellant, odore fœdo, radice lignosa, folio aspero: ad quam in ædibus abiectam omnes tota è domo blattæ conuenire dicuntur. Autor Plin. lib. 20. cap. 16. Vide CVNILA.

CVNINA. Dea quam prisci coluerunt, quæ cunis infantium præsidere putabatur.

Cunire, (inquit Festus) Est stercus facere. Dictum à cunis infantium quę sæpe stercore fœdantur.

Cunyzamis, midis, *κωνυζαμὶς*, Herba quæ alio nomine cunilago dicitur. Autor Plin. lib. 19. cap. 8.

Cupa, siue (vt alij malunt) Cuppa, Vas vinarium amplum, in quo vinum in apotheca conditum seruabatur. ξ *πίθος*. Ital. *Botta, vaso da vendemia, copa*. Gal. *Vne cuue ou cuuette, à cueillir la vendenge, ou vne coupe à boire*. Hisp. *Cupa ò cuba para guardar vino*. ξ Vlp. de Legat. 3. l. Cuius. Vasa (inquit) vinaria, id est cupæ & dolia, quæ in cella fixa sunt. ¶ Cupis etiam vrebantur ad naues quæ reficiendæ erant sustinendas. Lucanus, Nanque ratem va-

Universidad de Sevilla Biblioteca

undique cupæ.

Cupedia,otum. {Ital. *cibi delicati.* Gal. *Friandise, viande friande.* Hisp. *Golosina.*} à Romanis appellabantur lautiores cibi, siue à Cupedine Romano comite, cuius ædes solo æquatæ aream foro cupedinario extruendo præbuerunt: siue quòd delicatiores eiusmodi cibi rebus cupidinis alimenta præbeant. Plaut. in Sticho, Melius dicis, nihil morot cupedia.

Cupedia, cupediæ, Idem. φιλοψία, ἡδυοψία. Cic. 4. Tuscul. Aegrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, pernicacia, ligurio, temulentia, cupedia, & siqua sunt similia. Quo in loco cupediam videtur posuisse pro vitioso cupediorum appetitu.

Cupedíla, æ, diminutiuum. Gel. lib. 6. cap. 13, Coniectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, sed argutias quæstionum.

Cupedinarium forum, & Cupedinis forum, In quo delicatiores epulæ coctæ vendebantur: ita dictum à cupiditate, vel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. Varro lib. 1. Rerum huma. Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt eorum bona, & ædes vbi habitarant, dirutæ. Itaque ædificatus est locus in quo venderentur ea quæ vescendi causa in vrbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum est.

Cupedinarius, Qui esculenta & poculenta delicatiora cocta vendit. {ζωμωνάς. Ital. *Vinandero.* Gal. *Vn rost ſſ ur, vn vinandier, celuy qui vend viandes frandes.* Hisp. *Vendedor de golosinas.*} Terent. in Eun. Ad Macellum vbi venimus, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, Cetarij, lanij, coqui, fartores, aucupes.

Cupes, pis, adiectiuum, Quo antiqui vtebantur pro eo quod est, cupediis & ligurition dedicus. ὁ λαίμαργος, ὁ φιλόψος, ὁ ἡδύοψος. Plautus in Trinummo,

Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus,
Elegans, dispoliator, latebricolarum hominum corruptor.

Cupedo, dinis. Idem quod cupido, seu cupiditas. ἐπιθυμία. Lucret. lib. 5, Quantæ tum scindunt hominem cupedinis acres Solicitum curæ? Et lib. 6, Et finem statuit cupedinis atque timoris.

Cupencus, Lingua Sabinorum sacerdos appellatur.

Cupio, is, cupíui, cupítũ, Opto, desydero. {ἐπιθυμῶ. Ital. *Desiderare, disiare.* Gal. *Desirer, conuoiter.* Hisp. *Codiciar.*} Cic. 4. Verr. Quem igitur ab iis Equitibus Rom. qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissime tractati sunt, condemnari necesse esset, &c. Idem de Orat. Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otij datus est. ¶ Cupere alicui, pro bene velle. Cæsar lib. 1. bel. Gall. Fauere & cupere Heluetiis propter eam affinitatem. Cic. Qu. fratri, li. 1, Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moueor? nemo magis.

Cupire, in quarta coniugatione apud antiquos legitur. Lucret. lib. 1, -perstingere vt arcta Naturæ primus portarum claustra cupiret.

Cupiens, nomen. Idem quod cupidus. {ἐπιθυμῶν. Ital. *Ardo, ingordo, bramoso.* Gal. *Desirant, conuoiteux.* Hisp. *Codicioso.*} Plaut. in Mil. Huius cupiens corporis est. ¶ Cupientissimus. Salust. Marius cupientissima plebe Consul factus.

Cupitus, pen. prod. participium. {ἐπιθυμητός. Ital. *Bramato, desiato.* Gal. *Desire, conuoité, regretté.* Hisp. *Codiciado.*} Plaut. Pœn. -te complecti nos sine, Te cupite, atque expectate. Ouid. 3. Fast. Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.

Cupitor, pen. prod. oris, verbale. {ἐπιθυμητής. Ital. *Bramante, desiderante.* Gal. *Desirenx, conuoiteux.* Hisp. *Codiciador.*} Tacitus lib. 11. Neque tamen repertus est, nisi vnus, talis matrimonij cupitor. Idem lib. 15, Nero, vt erat incredibilium cupitor.

Cupienter, aduerbium. {ἐπιθυμητικῶς, ἐπιθυμητικῶς. Ital. *Con gran desio.* Gal. *Affectueusement, par affection.* Hisp. *Codiciosamente.*} Plaut. in Pseud. Quum quid cupienter dari Petimus nobis.

Cupidus, Amans, quique rei alicuius desyderio tenetur. {ἐπιθυμῶν. Ita. *Ardido, ingordo, bramoso.* Gal. *Desirenx, conuoiteux.* Hisp. *Codicioso.*} Terent. in Hecy. Eius videndi cupidus.

Cupidior, cupidissimus, comparatiua & superlatiua. Cic. ad Att. li. 4, Cupidissimus mei, cupidissimus pacis. Asinius Pollio ad Cic. lib. 10. Epist.

Cupidè, aduerbium. {μετ' ἐπιθυμίας, φιλοψίως. Ital. *Affettuosamente, con gran desiderio.* Gal. *Affectueusement, auec, ou par grande affection.* Hisp. *Codiciosamente.*} Cic. pro Roscio. Ego verò cupidè & libenter mentiar tua causa. Teren. in Adelph. Egomet conueniam ipsum, vt cupidè accipiat.

Cupido, fœm. gen. pro cupiditate accipitur: quamuis Cupiditas leuior sit quàm cupido. {πλεονεξία, ἐπιθυμία. Ital. *Cupidità, cupidizgine.* Gal. *Conuoitise, desir, vouloir.* Hisp. *Codicia.*} Lucil. lib. 19, Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur, quòd cupiditas pars sit temperatior defluens à cupidine. Est autè animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens: qualis est auaritia, qua opes cupiuntur: qualis iracundia, qua vltionem appetimus, & similia. Virg. 6. Aen. -quæ lucis miseris tam dira cupido? Plaut. Pœn. Quanquam cupido versatur in corde, tamen, &c. Mortis cupido. Ouid. in Ibin, Quódque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis. ¶ Inuenitur etiam nonnunquam in masculino genere. Horat. 1. Carm. Ode 16, Nec leues somnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Idè 1. Serm. Satyr. 1, At bona pars hominum decepta cupidine falso.

Cupiditas, atis, Auiditas, libido, appetitus. {ἐπιθυμία. Ital. *Cupidità, cupidizgine.* Gal. *Conuoitise, apetit, desir.* Hisp. *Codicia.*} vt Cupiditas cibi. Celsus li. 8, & Cic. 4. Acad. Seneca de Benef. li. 2. ca. 27, Cupiditas se porrigit, & fœlicitatè suam non intelligit: quia non vnde venerit respicit, sed quò tendat. Cic. in Parad. Neq; enim vnquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Cæca & temeraria dominatrix animi cupiditas, Cic. 1. de Inuent.

CVPIDO, dinis, masc. gen. ἵμερος. Amoris deus, quem Hesiodus natum vult ex Chao & Terra: Simonides & Cicero ex Marte & Venere: Arcesilaus ex Nocte & Aethere: Alceus ex Lite & Zephyro: Sappho ex Venere & Cælo: Seneca ex Venere & Vulcano. ¶ Duplex autem est, Onidio dicente. Alma faue, dixi, geminorum mater Amorum, &c. Honestus videlicet & turpis: illúmque ex Venere & Ioue patre natum volunt: hunc autem Erebi & Noctis filium esse, quod & ipsum refert Cic. lib. 3. de Nat. deor. Fingitur à poëtis armatus flammis & telis, aureo videlicet & plumbo (vt patet ex Ouidij lib. 1. Metamor. de Daphne & Apolline.) Item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, volatilis, &c. Eius quoque formæ descriptio extat multis verbis apud Apuleium de Asino aureo. Virgilius de Vino & amore. Bellum sæpe petit ferus exitiale Cupido.

Cupidineus, a, um, ἐρωτικός: vt Cupidineæ sagittæ. Ouid. 1. de Remed. amo.

CYPRA, Picens ciuitas est, non procul ab Asculo: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

Cupressus, si. {κυπάρισσος. Ital. *Cipresso.* Gal. *Cyprés.* Hisp. *El ciprez.*} Arbor procera, caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore, molliore, neq; ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi. ¶ Duo eius sunt genera: Fœmina quæ sterilis est, ad metæ formam in fastigio conuoluta: & Mas, latius spargens ramos, conósque proferens pineæ nuci non absimiles, licet multò minores. Mira huius est inter arbores fœcũditas, quippe quæ trifera est, fructúsque habet & Ianuario, & Maio, & Septembri maturos, nulli tamen rei vtiles, imò potius noxios, quemadmodum ipsa arbor, cuius etiam vmbra noxia creditur. Græci κυπαρισσοειδῆ vocant, à Cyparissopuero in arborem hanc (vt Poëtæ fabulantur) conuerso: siue potius παρὰ τὸ κυῦν παρέχειν, hoc est ab eo quòd ex æquo & ramos & fructus creet. Numeratur Cupressus inter arbores funestas: eò quòd & tardè crescat, & succisa nõ repullulet. Ideo funebri funere ante defunctorũ ædes eã posuere maiores. ¶ Legitur & cupressus, sus, per quartã declinationem. Ouid. 3. Trist. Funeris ara mihi ferali cincta cupressu. Idem 3. Metam. Vallis erat piceis, & acuta densa cupressu.

Cupressinus, a, um, pen. corr. Quod est ex cupresso. {κυπαρισσοειδής. Ital. *De cipresso.* Gal. *De cyprés.* Hisp. *Cosa de cipres.*} Plin. lib. 23. cap. 4, Cupressinum oleum eosdem affectus habet, quos myrteum.

Cupresseus, a, um, Quod ex cupresso confectum est. {κυπαρισσοειδής. Ital. *Fatto di cipresso.* Gal. *Fait de cyprés.* Hisp. *Hecho de cipres.*} Liu. 7. belli Punici, Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur.

Cupressetum, ti, pen. prod. Locus cupressis cõsitus. {κυπαρισσών. Ital. *Luogo che ha molti cipressi.* Gal. *Lieu complanté de cyprés.* Hisp. *Lugar de muchos cipreses.*} Cic. 1. de Legib. In cupressetis Gnosiorum.

Cupressifer, a, um, Ferens cupressos. {κυπαρισσοφόρος. Ital. *Che produce cipressi.* Gal. *Qui porte cyprés.* Hisp. *Lugar que cria cipreses.*} Ouid. Epist. 9, Vt Tegeæus aper cupressifero Erimantho Incubat.

Cuprum, Genus quoddam æris, quod à Plinio Aes cyprium vocatur. {χαλκὸς κύπριος. Ital. *Rame.* Gal. *Cuyure.* Hisp. *Cobre.*} Galli vocant *Du cuyure.* Vnde apud Palladium Cuprini clani dicuntur.

Cupreus, a, um: vt, Cupreum vas. Plin. lib. 23. cap. 3, Cogitur in cupreo vase ad crassitudinem mellis.

Cur, Interrogandi aduerbium idem significans quod Quare. {διὰ τί, ἕνεκα τίνος. Ital. *Perche? perche cagione?* Gal. *Pourquoy?* Hisp. *Porque?*} Licet quidam Quur per q, scribendum putent, & à Quare per syncopen atque apocopen deductum a & e literis detractis. Terent. in Andr. Cur me excrucio? cur me maceto? cur meam senectutem huius solicito amentiat? ¶ Aliquando etiam relatiuè accipitur, vel infinitè. Cic. pro Rosc. Com. Non fuit causa cur tantum laborem caperes.

Cura, Solicitudo, anxietas, ita dicta quòd cor edat, & exerucier. {φροντίς. Ita. *Cura, pensiero straaglio.* Gal. *Cure, soing soulci, chagrin.* Hisp. *Cura ò el cuidado.*} Terẽ. in Phorm. Cura & sumptu absumitur. Ennius apud Cic. de Senec. O' Tite, siquid ego adiuto, curámve leuasso. Quæ nũc te coquit, & versat sub pectore fixa. Virg. 1. Aen. Quãdo hęc te cura remordet. ¶ Quandoq; ponitur pro studio & diligentia: vt, Salus tua est mihi curæ: id est, ad salutem tuam studiũ adhibeo. ¶ Quandoq; pro opere quod adhibita cura fit. Martial. Téq; piget curæ præmia ferre tuæ: id est præmia operis abs te facti. ¶ Quandoq; pro amore. Virgil 4. Aen. At regina graui iandudũ saucia cura. ¶ Quandoq; pro munere, quo curator fungitur: Vulgò *Curatela* dicitur. Vlp. l. Hęres absens. §. Siquis tutelam ff. de iudic. Siquis tutelam, vel curam, vel negotium, vel arpentariam vel quid aliud, vnde obligatio oritur, certo loco administrauit. Virgilius etiam apud inferos, inter monstra habitantia in faucibus inferorum ponit Curas, quasi deas aliquas: Et vltrices posuere cubilia Curæ.

Curiosus, à multa cura dicitur, siue in bonum, siue in malum. {πολυπράγμων, κακοπράγμων. Ital. *Curioso.* Gal. *Curieux, soigneux.* Hisp. *Curioso y diligente.*} In malum, quoties plus diligentiæ quàm oporteat, rebus vel nostris, vel alienis adhibetur. In bonum, quum cura supra modum vtimur ad res bene gerendas. Est igitur Curiosus, qui multùm, siue diligenter aliquid curat. Cice. Appio Pulchro. Ita est homo, non modò prudens, verumetiam æquus vir, & curiosus. Et pro Sestio, Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obstructio nec diuturna est, neq; obducta ita, vt curiosis oculis perspici non possit. In bonã quoq; partem Colum. lib. 3, vsus est aduerbio. Sin autem (inquit) ipsam vitem sternere voles, iuxta radicem ita ne ipsam lædas, curiosè fodito. μετ' ἐπιμελείας. Similiter Incuriosè, ἀπερίεργως, ἀπραγμόνως. Gell. Siquis non incuriosè legat. Non est ergo Curiosus, à parua tantum cura, vti Valla putauit, sed etiam à diligenti & optima. De deriuatione quoq; quũ dicit, Curiosus non tam à cura, quàm à curia, videtur descendere, cuius compositum magis est in vsu, Incuria, ἀπραγμοσύνη, id est negligentia. Etsi curia à cura dicatur, non ei assentio, neq; de compositione, vt à curia componatur incuria: sed dico ita venire curiosus à cura, per adiectionem literæ i, quemadmodum & curia, nisi à curio sumere velimus. Similiter Incuria per adiectionem i, liquet non à curia, sed à cura componi, quod significatio eorũ aperte declarat. Nam cura & incuria, sunt opposita, & ex contraria eorum significatione facilè monstratur incuria à cura cõponi, quoniam In, negatiuè stat: & alterius significatio, ex contrario alterius edoceatur: eò quòd sicut cura, diligentia est, ita incuria negligentia, vt Cic. in Lælio ostendit, Vituperãda est rei maximè necessariæ tãta incuria. Quod nõ significaret, si à curia componeretur. nam esset locus à curia diuersus: quoniã curia locus erat, vbi cutas publicas gerebãt, & vbi cura sacrorum publica. Nec adiectionem literæ i, in Curiosus, incuriosus, & incuria, nisi euphoniæ causa factum puto, quòd non rectè soneret curosus & incurosus & incura. Curia verò accepisse i, arbitror, vt aliam à cura significationem caperet, & nihilominus priuatiui naturã semper oleret. ¶ Aliquando incuriosus capitur pro pingui, quòd illi potissimum qui omni prorsus cura sunt liberi, pulcherrimè pinguescãt. Vnde Apuleius in Florid. agnum egregiè obesum vocat incuriosum.

Curiositas. Pro affectione & diligentia. {πολυπραγμοσύνη. Ital. *Curiosità, diligenza.* Gal. *Curiosité, soing.* Hisp. *Curiosidad y diligencia.*} Cice. ad Attic. lib. 2,

Sum in curiositate: sed tamen facilè patior te id ad me, &c.

Curiosè, aduerbium, {ιμπερίτως &c. Ital. *Diligentemente, curiosamente.* Gal. *Curieusement, songneusement.* Hisp. *Curiosa y diligentemente.*} Cic. ad Att. lib. 9, Quum de eo curiosè quæsisset seruus noster Dionysius. Quintil. lib. 8. cap. 11, Quos curiosè potius lo. qui diligentis, quàm Latinè. Ab Incuria, Incuriosus, & Incuriosè. Plinius, Rebellat sæpe humor incuriosè datus.

Curia, à Cura dicta. {βουλευτήριον, σύγκλητος. Ital. *Corte, curia, luogo da consultare de cosa publiche.* Gal. *La cour, le lieu deputé à consulter des affaires publiques.* Hisp. *Corte, lugar donde esta el consejo.*} Curia, inquit Festus, Locus est vbi publicas curas gerebant: item sedes ac templum publici consilij. Cic. de Senectute, Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. ¶ Est autem Curia duplex, sacrorum scilicet & Senatus. In curiis enim vel sacerdotes res diuinas, vel magistratus humanas curabant. Et non solùm pro loco, sed etiam pro hominibus sumitur, vt Lucanus, Victo iure minax tactatis curia Gracchis. ¶ Curiæ etiam nominantur populi partes, quales fuerunt ex in quas Romulus populum distribuit, numero triginta: atque quas, quoniam tunc Reipub. curam per earum partium sententiam expediebat, curias appellauit. His postea additæ aliæ quinque fuere, ita vt in suâ quisque curia sacra publica faceret, feriásque obseruaret. Curia in qua habebatur Senatus, Templum erat. Habebatur autem modò in æde Apollinis, modò in delubro Concordiæ, modò in hoc, modò in illo templo. ¶ Curia Calabra, à calando, hoc est à vocando dicta est, quòd calata, hoc est vocata in Capitolium plebe, iuxta hanc curiam Pontifices pronuntiare solent, quot dies à Calendis ad Nonas supererssent. ¶ Curia Hostilia, quam primùm ædificauit Hostilius rex Romanorum. ¶ Cicero pro Milone curiam vocat templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput vrbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab vniuerso populo concessam vni ordini.

Curiales dicuntur, qui sunt eiusdem curiæ, sicut Tribules, eiusdem tribus. {φυλέτης, σύμφυλος. Ital. *Della istessa curia.* Gal. *Qui est d'vne mesme curie.* Hisp. *Cosa de misma corte.*} Curiales flamines, curiarum sacerdotes. Curiales mensæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis est appellata. Plaut. in Aulul. Nam neque quisquam curialium Venit, neque magister, quê diuidere argentum oportuit. Cic. 2. Offic. Theophrastus quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Latiadas hospitalem fuisse.

Curiatus, a, um, adiectiuum, φρατρικὸς, ἢ φρατρίαν. vt, curiata lex, à curiatis comitiis dicta, id est tributim coactis. Cic. ad Attic. Qui se affuisse dicerent quum lex curiata ferretur. Et Curiata comitia, conuentus qui curiatim per lictorem conuocabantur. Gell. lib. 15. cap. 27. Curiata comitia erant quæ curiatim per lictorem calabantur, id est, conuocabantur: quorum erant pontifices arbitri, teste Cicerone pro domo sua. Idem pro lege Agraria, Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auspiciorum causa remanserunt. De his vide plura in dictione COMITIVM.

Curio, onis, Sacerdos curiæ. {ὁ φρατρικὸς ἱερεύς. Ita. *Curione, prete.* Gal. *Le maistre d'vne curie, leur sacrificateur.* Hisp. *Cura.*} In curiis enim sacerdotes ita res diuinas curabant, sicut Senatus res humanas in curia Hostilia curare solebat, vt scribit Varro. ¶ Non ineptè fortassis etiam nostros hodie sacerdotes, quos vulgus *Curatos* vocant, Curiones dixerimus, & Curionatũ, quam *curam* barbarè appellamus. ¶ Curio maximus, ἀρχιφρατρίας, dicebatur cuius autoritate curia, omnésq; curiones regebantur. ¶ Curiones quoq; dicti sunt præcones. Iul. Capitolinus, Ille per curionem dici iussit, impositurum fecit, & passus est. Euseb. lib. 4. Ecclesiast. hist. Misso curione ad populũ, iubet voce maxima protestari Polycarpũ, tertiò confessum se esse Christianum. Plaut. verò in Aul. aguum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam maceratum, confectúmq;, vnde à contrario Apuleius in Flor. agnum opimum & pinguem dicere volés, appellauit Incuriosum. Ité Curiones dicti sunt quidam Romani ciues.

Curionatus, us, Curionis dignitas.

Curionia sacra, Quæ à Curionibus in curiis fiebant. Festus.

Curionium, Dicebatur æs quod dabatur Curioni ob sacerdotium Curionatus. Festus.

Curo, as, are, Operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui studere, incumbere, diligentiam curámque adhibere. {ἐπιμελέομαι. Ital. *Hauer cura, pur cura, affaticarsi.* Gal. *Soigner, auoir cure & soing.* Hisp. *Tener cuydado.*} In qua significatione ponitur interdum absolutè. Terent. in Andria, Perterrefacias Dauum, obserues filium. Quid agat, quid cum illo consilij capiat. 2 o 5. Sat est: curabo. Idem, Hanc fidem tibi me obsecrauit, qui se sciret non defuturum, vt darem. D 4. Curabitur. Et hoc aliquando cũ vt. Cic. Fam. 16, Cura igitur nil aliud, nisi vt tu valeas. ¶ Aliquando cum ne. Idem Fam. 2, Vnum illud te præcipuè rogo, vt cures nequid mihi ad hoc negotij aut oneris accedat, aut tempotis. ¶ Interdum cum accusatiuo. Cic. Att. 8. Tu fasciculum, qui est M. Curioni descriptus, velim cures ad eum perferendum. Et Famil. 7, Mandatum tuum curabo diligenter: sed homo acutus es mandasti potissimum, cui expediret illud vanire quamplurimi. Idem Attic. 1, Signa quæ curasti, ea sunt ad Caietam exposita. Sic Curare pecuniam, significat pecuniam ad dissoluendum conficere, & cõparare. πορίζω. Idem, L. Cincio R. 2. D ccc. pro insignis Megaricis, vt tu ad me scripseras, curaui. ¶ Et Curare se, vel curare corpus, pro reficere, ἀναπαύομαι. Plaut. Pseud. Qui se, suámq; ætatem bene curant, edunt, bibunt, Scortantur, illi sunt alio ingenio atq; tu qui neque Tibi bene esse patere, & illis quibus est, inuides. Cic. Famil. 16. Cura igitur te, & confirma. Virgilius, Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus. ¶ Significat quoque hoc verbum mederi, curationem adhibere. ἰᾶσθαι, θεραπεύειν. Cicer. de Senect. Adolescentes grauius ægrotant, & tristius curantur. Idem in Pison. Et quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te vti valetudinis, quòd diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. In passiua significatione sic vsus est Cic. Tusc. 3. An quum corpora curari possint, animorum nulla medicina sit? Et cum ablatiuo addita præpositione Ab. Idem pro Cluent. Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari velle, quo curante omnes suos perdidisset. Sic Acad. li. 2, Quis enim potest, quum existimet à deo se curari, non & dies & noctes diuinum numen horrere?

Curatus, participium, Cum diligentia & cura factus. {ἐπιμελὴς. Ital. *Fatto con cura & diligentia.* Gal. *Fait auec soing & cure.* Hisp. *Hecho con mucho cuydado.*} Bene curata cute nitidus. Horat. 1. Epist. Plin. lib. 18. cap. 6, Adduxit filiam validam atque bene curatam ac vestitam.

Curatè, aduerbium, pro accuratè. {ἐπιμελῶς. Ital. *Diligentemente, con attentione.* Gal. *Diligemment, soigneusement.* Hisp. *Con mucho cuydado.*} Tacit. lib. 2, Eius negotij initium, ordinem, finem curatius edisseram.

Curator, {ἐπίτροπος, κηδεμών, ἐπιμελητὴς, ἐπίσκοπος. Ital. *Curatore, tutore.* Gal. *Curateur, qui a la charge & le soing de quelque chose.* Hisp. *Curador.*} Generali nomine dicitur præpositus alicui negotio, vt Reficiendis muris curator Demosthenes fuit, Cic. de Opt. gen. orat. ¶ Curatores vrbis & annonæ ædiles, Idem 2. de Legib. Instit. de Curatorib. §. 1. Masculi quidem pubetes, & fœminæ viripotentes, vsque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc eius ætatis sunt vt sua negotia tueri non possint. Festus scribit Curatorem esse, qui pupillis loco tutoris datur, quasi qui pupillarium bonorum curam gerat.

Curatio, onis, pro Cura, siue prouincia alicui delegata. {ἐπιμέλεια. Ital. *Cura, gouuerno.* Gal. *Cure ou gouuernement.* Hisp. *Curadoria, cuydado.*} Cic. ad Att. li. 15, Ego quod erã meditatus in via, suadere vt vteretur curatione Asiatica frumenti: nihil esse iam reliqui quod ageremus, nisi vt salui essemus. Idem 1. de Natur. deor. Ab omni curatione & administratione rerum vacent.

Curatoria, æ, {ἐπιμελητικὴ, ἐπιμέλεια, ἐπιτροπικὴ τέχνη, ἐπιμελητεία. Ital. *Officio & exercitio di curatore.* Gal. *Curatele, office & charge de curateur.* Hisp. *Curadoria, lo officio del curador.*} Curatoris pupillorum munus. Herẽnius in l. 1. ff. de Excusat. tutor. Conscribens librum (vt mihi videtur) vtilissimum, quem excusationum turelæ, & curatoriæ vocaui, huc tibi misi. Ibidem l. 2.

Curax, acis, adiectiuum, Diligens, curæ & vigilantiæ plenus. {ἐπιμελὴς, σπουδαῖος. Ital. *Diligente, vigilante.* Gal. *Diligent, soigneux.* Hispa. *El que tiene mucho cuydado.*} Cauus, l. Siquid venditor. ff. de Aedil. edic. Verbi gratia, si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut vigilassem esse, aut ex frugalitate sua pecuniam acquirentem affirmauerit, & ex diuerso leuis, protenus, desidiosus, somniculosus, tardus, comessor inueniatur, &c.

Curculio, pen. corr. huius curculionis, masc. gen. Animal paruũ frumentum corrodens: quasi gurgulio, eò quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur videatur. {σίτοφ. Ital. *Tignuola.* Gal. *Vne petite beste ou vermine qui ronge le froument, calandre, charanson.* Hisp. *Gorgoie.*} Virg. 1 Georg. —populátque ingentem farris acerum Curculio. Colum. lib. 1. ca. 6, Ea res ab noxa curculionum & similium animalium commodissimè videtur fruges condras defensare. ¶ Est præterea Curculio via patens, seu fistula colli exterior per quam spiritus attrahitur, atque emittitur. γογγρὼν. Constat autem hæc ex cartilagine molli & flexuosa, quasi ex annulis in catenæ modum compactis, sed imperfectis. ¶ Dicitur etiam spiritalis fistula, quæ semper patet vt spiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem cõque defertur. Trachiam arteriam medici appellant: Plinius arteriam asperam: cuius operculum est epiglottis. Scribitur autem Curculio per c, non Gurgulio per g, vt constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ quam Curculionem inscripsit: in qua primæ versuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

CVRES, κύρεις, pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cuius ciues Quirites, κύρεις, dicebantur. Conuenerũntque Romulus & Tatius in hanc sententiam, vt è duobus populis vnus efficeretur, & Sabini Romam migrarent. Romáque nomen retineret: sed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Ouid. lib. 2. Fast. Te Tatius patriique Cures, Cenináque senfit. Hinc etiam populi, Cures. Virgil. lib. 9, Tatióque seni, Curibúsque seueris.

CVRETES, κουρῆτες. Populi Cretæ insulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati sunt: ex Ida Phrygiæ monte (vt quidam volunt) oriundi: à cuius etiam nomine, Cretæ montem, quem primùm insedere, Idam appellarunt. Dicti κουρῆτες, teste Strabone lib. 10. ἀπὸ τοῦ κουρᾶς, hoc est à tonsura. Anteriorem enim capitis partem detonsam gestabant, ne hostes eos cæsarie apprehenderent. Alij Curetas dictos putant, ἀπὸ τοῦ κουροτρόφους: eo quòd Iouem aluisse dicantur. Autor est idem Strabo loco iam citato, Curetas in Græciam quoque traiecisse, tandémque consedisse trans Acheloum fluuium: ibique quum intonsa seruarent capita, Acarnanas vocari cœpisse. ¶ Curetum os, κουρήτων στόμα: Dicti solitum si quando quis numine afflatus loqui videretur, propterea quòd Curetes Cybeles comites furore quodam sacro perciti diuinare viderentur. Refertur à Zenodoro: meminit & Hesychius.

Curia, Curiales, Curiatus, Vide CVRA.

CVRIO, Prænomine Quintus, insignis orator fuit, qui Cæsarem in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium Virorum mulierem appellauit. ¶ Huius filius C. Curio Tribunus plebis fuit eo tempore quo primum bellum ciuile inter Pompeium & Cæsarem exarsit: & quum experditissimo luxu esse ære alieno obruisset, Cæsarem ad bellum ciuile incitauit, causámque illius absentis defendendam suscepit. Vnde etiam à Lucano, venali lingua fuisse dicitur. Periit in Africa, cui à Cæsare erat præpositus, à Iuba Mauritaniæ rege cum toto exercitu deletus.

Curio, Curiosus, Vide CVRA.

Curis, Lingua Sabinorum hasta dicitur. Vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus: & Romani à Quirino, Quirites dicuntur. Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. Festus. Vide Macrobium lib. 1. Satur. cap. 9, & Seruium in 1. lib. Aeneidos.

CVRIVS Dentatus, Romanus ciuis, exactissimæ frugalitatis & perspectæ fortitudinis. Hic quum in scamno sederet, rapásque in foro torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publicè missum obtulissent, inuitaréntq; vt eo vti vellet: respondit M. Curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri: & qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse. Hic primum de Samnitibus triũphauit, quos vsq; ad mare superum pacauit. Reuersus, in concione ait, Tantum agri cepi vt solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum cepissem. Tantum hominum porrò cepi, vt fame essent perituri, nisi tantum agri cepissem. Deinde de Sabinis triumphauit, postremò de Lucanis ouans vrbem intrauit, Pyrrhum regem Epirotarum Italia repulit. Quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit: ibique totidem constituit, dicens,

Universidad de Deusto

cear. Neminem ait debere cui non tantum sufficeret. Huius meminit Iuuena. Saty. 11.

Curo, curas. vide CVRA.

Curro, is, cucurri, cursum: cuius composita quandoque geminant syllabam, quandoque nō, ‖ τρέχω. Ital. *Correre*. Gal. *Courir*. Hisp. *Correr*. ‖ Virg. lib. 4. Decurrēre iugis, alij de parte patentes Transimittūt cursu campos. Cato contra Pisonem, Video hac tempestate concurrisse omnes aduersarios. Terent. in Hecy. Vna illarum interea properē præcurrit. Est autem currere, celeriter ire, gradum præcipitare, intenta celeritate viam quasi vorare. Cic. ad Atti. 10. Præterijt villam meā Curio, iussitq; mihi nuntiari Quinctio se venturum: cucurrit Puteolos vt ibi concionaretur. Sic Currere cursum. Currere spatium dicimus. ¶ Interdum accipitur pro fluere. χέω. Virgil. 3. Georg. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Plin. lib. 11. ca. 51, Doliis etiam inanibus currit eadē, concauo vel recto parietum spatio. Sic & Cicero Currere orationem dixit 1. de Finib. ¶ Frustrà currit, εἰς κενὸν τρέχει, pro eo, quod est frustra laborat. Vsus est D. Paulus complutibus locis. Sumptum ab iis qui in stadio cursu certant. Celebris est hic senarius, ἀλλ' ὦναξ μὴ κενὸν μοχθῶ τρέχων. id est, temerarius labore currit irrito. ¶ Huic finitimū est, Nec curimus, nec remigamus, οὔτε ἐρέσσομεν οὔτε ἱλαύνομεν.

Currens, participium. ‖ τρέχων. Ital. *Chi corre*, Gal. *Qui court*. Hisp. *El que corre*. ‖ Vnde Currentem incitare τὸν τρέχοντα ἐπεγείρειν. prouerbialiter dicimus, pro incitatum iam & in rem aliquam incumbentem instantius hortari vel impellere. Cic. ad Attic. Quòd me hortaris vt eos dies consumam in Philosophia explicanda, currentem tu quidem.

Curritur, impersonale. Terent. in Prologo Heaut. Si qua laboriosa est, ad me curritur.

Curso, sas, Sæpe, vel multum curro. ‖ ἀναδρέχω. Ital. *Correre spesso*. Gal. *Courir souuent, maintenant çà, maintenant là*. Hisp. *Correr amenudo*. ‖ Cic. 1. de Diuin. Fusciáque nonnunquam cursans per littora cornix. Idem pro Roscio Ameti. Postea homines cursare vltro & citro non destiterunt. Idem de Senectu. Quum alij malos scandant, alij per foros cursent. Terent. in Hecy. Trepidari sentio, & cursari horsum, sursum.

Cursito, frequentatiuum. ‖ ἀθρόως τρέχω. Ital. *Correre quà & là*. Gal. *Courir çà & là*. Hisp. *Correr à menudo*. ‖ Diomedes. Sunt & quædam interatiuorum interatiua quæ sæpe in tres gradus deduēūt verba, quale est Video, deinde Viso, & quod plus est, Visito. Item Curro, deinde Curso & Cursito. Terent. in Hecy. Hodie mihi haud potestas data est, ita cursitando atque ambulando totum hunc contriui diem. Idem Eunuc. Nequis fortè interruntius clàm à milite ad istam cursitet.

Cursus, us, & Cursio, Currendi actum significant: & tam de nauigante & equitante, quàm pedibus iter faciente potest intelligi. ‖ δρόμος. Ital. *Corso, il correre*. Gal. *Cours, course*. Hisp. *Corrida*. ‖ Plin. lib. 12. ca. 19, Hi recto cursu per sinus impellunt. Cicc. ad Cass. Sin oppressus ibi erit, omnis hominum cursus est ad vos.

Cursura, æ, Idem quod Cursus. δρόμησις. Varr. Equi alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad admissuram, alij ad cursuram.

Cursor, Qui currit. ‖ δρομεύς. Ital. *Corsore, corritore, staffiero, corriero*. Gal. *Coureur, courrier*. Hisp. *El trotero ò correo ò corredor*. ‖ Cic. 1. Tusc. In stadio cursores exclamant quàm maximè possunt. Plaut. Merc. Genua hunc cursorem deserunt. ¶ Cursor item tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Mart. Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora.

Cursorius, a, um, Quod ad cursum pertinet: vt Nauis cursoria. ‖ δρομικός. Ital. *ciò che s'appartiene à corso*. Gal. *Propre pour courir*. Hisp. *Cosa ordenada para correr*. ‖ Sidonius, Typhim cursoriam ascendi.

Cursim, aduerbium. Significat currendo. ‖ δρομαίως. Ital. *correndo*. Gal. *En courant*. Hisp. *De corrida, y atrabatadamente*. ‖ Plaut. Pœn. Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi. Cic. 11. Phili. Alter in Asiam irrupit cursim. Plin. Epist. 49, Super hanc liber legebatur, annotabatur, & quidem cursim.

Currus, us, Vehiculi genus. ‖ ἅρμα, ἅμαξα. Ital. & Hisp. *Carro*. Gal. *Char, chariot*. ‖ dictum ab eo quòd eo veteres vterentur ad cursum. Virgil. 12. Aenei. Quadriiugo vehitur curru. Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ continentur. Vnde etiam triumphantium quadrigæ, currus triumphales dicebantur. ¶ Per translationem ponitur pro triumpho. Cicc. ad Cato lib. 5, Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? ¶ Currus bouem trahit, ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει. De re quæ præpostere geritur. Quod Galli sua lingua eleganter dicunt, *mettre La charrue deuant les bœufs*. Lucia. in Terpsione. ¶ De curru delapsus, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐμπεσών. ‖ μεταφορικῶς. In hodiernum vulgò quoque durat adagium in eum qui oblitus propositi, aliò se transfert, aut qui in sententia labascit. Aristopha. in Ranis.

Curriculum, diminutiuum, Breuissimum vehiculi genus, quòd eo veteres ad cursum in ludis Circensibus vterentur. ‖ τὸ ἁρμάτιον. Ital. *Picciolo carro, carretta*. Gal. *Petit char, ou chariot*. Hisp. *Carro pequeño*. ‖ Plaut. Merc. Quin pedes vos in curriculum coniicitis? Curt. lib. 8, Aliorum turbati equi, in amnem præcipitauere curricula. ¶ Est etiā Curriculum, cursus. ‖ δρόμος, δρομικὸς. Ital. *Corso*. Gal. *Cours course*. Hisp. *Carrera pequeña*. ‖ Cicc. 2. de Legib. Ludis publicis, quòd sine curriculo & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderante, eam fiat, popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderante, eam cum diūūm honore iungunt. ¶ Curriculum vitæ. Cicc. pro Rabi. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. guum nobis vitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. ¶ Item Curriculum significat tempus. Virg. lib. 8, Inde vbi prima quies medio iam noctis abactæ Curriculo, expulerat somnum. id est medio iam noctis abactæ Curriculo, expulerat somnum. id est medio tempore. ¶ Curriculum item locum siue interuallum vbi curritur denotat, à carceribus ad calcem: Græci νυκτέρμους appellant. ‖ Ital. *Luogo da correre*. Gal. *Lieu pour courir*. Hisp. *La carrera ò lugar donde corren*. ‖ Hora. 1. Carm. Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegisse iuuat.

Curriculò, aduerbium, pro Cursim. ‖ δρομικῶς. Varr. Equi alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad admissuram, alij ad cursuram. ‖ δρομαίως. Ital. *Correndo presto, in fretta*. Gal. *En courant, hastiuement*. Hisp. *De corrida, atrabatadamente, toſto, in fretta*. Gal. *En courant hastiuement*. Hisp. *De corrida, atrabatadamente*. ‖ Plaut. Epid. Nam vt apud portum te conspexi, curriculo occepi sequi. Terent. Heaut. Curriculò percurre.

Curruca, Parua auis quæ alienos pullos pro suis educat. ‖ ἴκτερος, κόκκυξ. Ital. *Peccello picciolo, che allieua gli altrui figliuoli pensando che siano suoi*. Gal. *Vn verdon petit oiseau qui nourrit les petis d'vn autre pensant que ce soyent les siens*. Hisp. *La aue que cria los hijos del cuchillo*. ‖ Iuuenal. Satyr. 6, Tu tibi nunc cuttuca places, fictúmque labellis Exurbes.

Cursus, Cursim, Cursito, Cursor, Curtura, Curso, Vide CVRRO.

CVRTIVS, Prænomine Marcus, adolescens Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patriæ diis manibus deuouit. Nam quū terra in medio foro ingenti hiatu desedisset, respondumq; esset nō coituram labem, nisi quispiam ex primæ spei adolescentibus sese in hiatum deiecisset Curtius acceptam, à patria vitam, eidē impendere non dubitauit: conscensóque equo, sine mora se in specum præcipitauit. Vnde etiam Curtius lacus nomen creditur seruasse. ¶ Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri Magni gesta memoriæ prodidit.

CVRTIVS, fons, Insigni aquæductu memorabilis, vt qui à quadragesimo lapide in vrbem fuerit perductus opere arcuato tantæ altitudinis, vt in omnes vrbis montes facilè distribueretur. Vide Plini. lib. 36. cap. 15.

Curtus, a, um, Breuis, paruus, mutilus. ‖ κολοβός. Ital. *Corto, breue*. Gal. *Court, petit*. Hisp. *Cosa mellada, mengada, esſrasſa ò corta*. ‖ Horatius, Nūc mihi curto Ire licet mulo, vel si libet, vsque Tarentum. Sic Curtum calicem dixit Martialis, pro fracto: & Persius Curtam supellectilem, pro exigua: & Cicero Curtam sententiam, hoc est decurtatam. Celsus quoque lib. 7. ca. 9, in auribus, naribus, seu labris curta appellat, partium illarum deformitates, particulæ alicuius defectu prouenientes.

Curto, as, Diminuo. ‖ κολοβόω. Ital. *Accorciare, diminuire*. Gal. *Accourcir, apetisſer, diminuer*. Hisp. *Acortar, ſo menguar, ò cercar*. ‖ Horat. 1. Sermo. Satv. 3. Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum, &c. A' quo Decurto, κολοβόω.

Curuamen, Curuatura, Vide CVRVVS.

Curulis, & hoc curule, adiectiuum est à curru formatum, abiecto altero r, vt, Aedilis curulis, dignitas curulis, & apud Horatium, ebur curule: Cuilibet (inquit lib. 1. Epist.) hic fasces dabit, eripiétque curule, Cui volet importunus, ebur. Nam senatores qui curulem magistratum, hoc est maioris honorem gerebāt, honoris gratia in curiam vehi soliti erant curru, in quo sellæ erat eburneæ, supra quam considerent. ¶ Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipsa sella: quia facile potest intelligi eius substantiuū. Lucan. lib. 3, Prætor adest, vacuæq; loco cessere curules.

Curuus, a, um, Inflexus, tortus. ‖ σιπηχυτικός, καμπύλος. Ital. *Torto, piegato*. Gal. *Courbe*. Hisp. *Corno ò corcobado*. ‖ Virg. 2. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem. Tibul. Et properat celeri curua senecta pede. Virg. 3. Aen. Et littore curuo. A' quo incuruum, valde curuum. Terent. in Eunuch. Incuruus, tremulus, labijs demissis. Donat. Incuruus, valde curuus. κυρτός. Procuruus, idem. Virg. 2. Georg. - neque illa procuruum Expectant falcem. Recuruus, idem quod simplex curuus. Virg. 7. Aene. Cornúque recuruo Tartaream intendit vocem.

Curuo, as, Flecto, vel curuum efficio. ‖ κυρτοποιῶ, καμπύλω, κυρτῶ. Ital. *Piegare, torcere*. Gal. *Courber, faire courbe & panché*. Hisp. *Encornar ò corcobar ò torcer*. ‖ Virg. 2. Georg. Iuuenes taxi curuantur in arcus. Lactan. li. 2, Quia curuant cælestē animal ad veneranda terrena. Plin. lib. 16. cap. 42, Et palmæ arbor inualida: in diuersum enim curuatur. ¶ Huius composita sunt. Accuruo, quod est iuxta curuo, Colum. lib. 4, Nam fragilis est ea parte materia, qua torta & accuruata, quum deponeretur, cæperat vitium. Recuruo, & incurno, vide suis locis.

Curuatus, participium. ‖ κεκυρτωμένος, κεκαμπυλωμένος. Ital. *Piegato, inarcato*. Gal. *Courbé*. Hisp. *Corcobado*. ‖ Stat. 5. Syl. Et simulant fessos curuata cacumina somnos.

Curuatio, verbale. ‖ κύρτωσις. Ital. *Piegamento*. Gal. *Courbement*. Hisp. *Encornadura ò corcoba*. ‖ Plin. lib. 17. cap. 23, In curuatione materiæ. Curuatio vitis, Colum. lib. 4. cap. 12.

Curuatura, æ. ‖ κυρτωτήρ. Ital. *Piegatura*. Gal. *Courbeure*. Hisp. *Encornadura, corcoba*. ‖ Plin. lib. 17. cap. 19, Ne curuatura fugiat. Ouid. 2. Metamorph. -aurea summæ Curuatura rotæ.

Curuamen, Curuatio, siue curuitas. ‖ κύρτωμα, κύλισμα. Ital. *Piegatura, curnatura*. Gal. *Courbement, corbeure*. Hisp. *Encornadura ò corcoba*. ‖ Ouid. lib. 2. Metamor. Sectus in obliquū est lato curuamine limes. Gell. Sub alio atq; alio cæli curuamine.

Curuesco, Curuus fio. κυρτόομαι. Huius compositum est Incurnesco: quo vsus est Cic. 3. Tusc. Ramos baccarum vberitate incurnescere.

Curuipes, Qui curuos pedes habet. ἀγκυλόπους.

Cusō, cusis, Vide CVDO.

Cuspis, pidis, fœminini generis. Acuta pars gladij, hastæ, claui, & huiusmodi. ‖ σιπάδιον, αἰχμή. Ital. *Punta*. Gal. *Pointe, ou bout agu & pointu*. Hisp. *Punta ò agudeza de arma*. ‖ Martial. Aetola cuspide fixit aprum. ¶ Cuspis longa pro veru. Marial. lib. 14, Spumeus in longa cuspide sumet aper. ¶ Cuspides, pro tubulis fictilibus. Varr. 1. de Re rusti. cap. 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos Cuspides appellant, quà humor aduentitius transire possit. ¶ Hinc componitur Triuspis, adiectiuum, τριγλώχιν quod tres habet cuspides, qualis fingitur esse Neptuni tridens. ¶ Per hastæ cuspidem cuttere, δι' ἐλάτας δρέπειν, dicebantur qui in re magnopere periculosa versarentur: ἐλάτη enim hastam siue hastæ cuspidem vocant.

Cuspido, as, Cuspidem rei alicui induco. ‖ σιπαδίζω. Ital. *Far la punta à qualche cosa*. Gal. *Bailler ou faire pointe, aguiſer en pointe*. Hisp. *Aguzar ò hazer punta*. ‖ Quo verbo vsus est Plin. lib. 11, Vrorum cornibus Barbari Septentrionales potant, vtriusque binis cupitis vnius cornua implent: alij præfixa his pila cuspidant.

Cuspidatus, Qui cuspidem habet. ‖ ἀκιδωτός. Ital. *Puntuto*. Gal. *Aygu en pointe, aguiſé en pointe*. Hisp. *cosa con punta*. ‖ Plin. lib. 18. cap. 19, Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus nulla.

Cuspidatim, aduerbium, idem est quod acutè, & ad similitudinem cuspidis. ‖ ὀξυτ' ἀκοντίου. Ital. *Acutamente, aguzzamente, in punta*. Gal. *Par la pointe, par la fin bout*. Hisp. *De punta ò con punta*. ‖ Plin. lib. 17. cap. 14, Donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.

Custos, odis, Qui rem aliquam tuetur & curat. ‖ φύλαξ. Ital. *Custode, guardiano*. Gal. *Garde, gardien*. Hisp. *Guardador*. ‖ Terent. in Eunuc. Nūmnam tu hic relictus est custos, Nequis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet? ¶ Interdum etiam Custos significat prohibitorem: vt apud Virgilium de Priapo, Et custos furum atque auium. Ibi enim

custos furum non dicitur qui eos custodit, sed qui eos arcet. Vnde custodem olim dicimus, qui curat nequis iniussus ingrediatur. Φυλακός. Custos horti, Qui prohibet aliquem in eum ingredi, vel damnum facere. κηπουρός. ¶ Custos sacrorum, Qui sacra ministrat atque obseruat. Φύλαξ. Virg. 8. Aenei. At domus Herculei custos Pinaria sacri. Cic. lib. 1. Offic. Malus enim custos est diuturnitatis metus. ¶ Custos etiam dictus fuit in iudicio, cui curæ erat accusatorem obseruare ne à reo corrumperetur. Cic. in Diuinatione in Verrem, Custodem, inquit, Tullio me apponite. Quid mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad capsas meas admisero? qui non solùm nequid enuncies, sed etiam nequid auferas, custodiendus fis. Et paulò pòst. Etenim fides mea custodem reputat, diligentia speculatorem reformidat. ¶ Custodes etiã in vitibus dicuntur nouelli palmites, duarum vel trium, non amplius gemmarum, qui alio nomine reseces, aut præsidiarij palmites vocãtur. Plin. lib. 17. cap. 12.

Custodio, is, iui, itum. Seruo, obseruo. Φυλάττω, τηρῶ. Ital. *Custodire, guardare.* Gal. *Garder.* Hisp. *Guardar.* Gellius lib. 1, Parsimoniam apud veteres Romanos, & victus, atque cœnarum tenuitas, non domestica solum obseruatione ac disciplina, sed publica quoque animaduersione, legúmque complurium sanctionibus custodita est. Cicero Dolabellæ, Fac vt diligentissimè teipsum mi Dolabella custodias. Custodio pro Obseruo. Qu. Cicc. de Petit. Consul. Fac itaque vt se abs te custodiri atque obseruari sciant. Cic. 1. in Catil. Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt.

Custodia, stodiæ. Ipse custodiendi actus. Φυλακή. Ital. *Guardia.* Gal. *Garde, le guet & garde qu'on fait sur aucuns.* Hisp. *La guarda.* Horat. lib. 1. Epistol. vt piger annus Pupillis, quos dura premit custodia matrum. Celsus lib. 2. cap. 2, Qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit. ¶ Sæpe etiam positum inuenitur pro ipso loco in quo quis custoditur, hoc est pro ipso carcere. Τὸ φυλακτήριον. Ital. *Guardia, prigione.* Gal. *Le lieu ou on est gardé & serré, comme une prison.* Hisp. *Carcel ò cepo ò corma.* Colum. lib. 1, Nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, vt ergastuli mancipia recognoscant, vt explorent an diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæque sint. ¶ Quandoque etiam ponitur pro eo qui custodit. Φύλαξ. Ital. *Guardia, guardiano.* Gal. *La garde.* Hisp. *Guardador, la guarda.* Tibullus, Sed pretiũ si grande feras, custodia victa est. ¶ Quandoque pro eo qui custoditur. Ὁ ἐν τῇ φυλακῇ. Ital. *Prigioniero, guardato.* Gal. *Celuy qui est gardé, prisonnier.* Hisp. *Guardado.* Suet. in Domit. Nec nisi secretò atq; solus, pleraſq; custodias receptis quidem in manu catenis audiebat. Et Digest. de reorum custodia scribitur. Nequis receptam custodiam sine causa dimittat. Et alibi, Et si custodia se intercesserit, vel præcipitauerit, militis culpæ asscribitur.

Custoditè, aduerbium. Μετὰ φυλακῆς. Ital. *Sagacemente, con guardia.* Gal. *Sagement & se donnant garde.* Hisp. *Con mucha guarda.* Plin. Epist. 11, Quàm studio è, quàm intelligenter lectitabat? vt parcè, custoditéq; ludebat!

Custoditum. Quòd cum custodia est. Μετὰ φυλακῆς. Incustoditum. Quod sine custodia est. Ἀφύλακτος. Martia. Incustoditis & apertis Lesbia semper Liminibus peccas.

Custodela, à veteribus ea lodia dicebatur Festus.

CYTILIA. Agri Reatini lacus est, in quo syluosa insula innatat, quæ nunquam die & nocte eodem permanet loco. Autor Plin. lib. 2, ca. 95. & lib. 3. cap. 12.

Cutis, Pellis sine corium. Δέρμα. Ital. *Cotenna, pella, cuoio.* Gal. *Peau.* Hisp. *Cuero ò pellejo sin pelo.* Plin. lib. 11. cap. 39, Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite, vbicunque per se, ac sine carne est: vulnerata non coit, vt in bucca, cilióque. Planeus ad Cic. lib. 10, Sed non possum nõ exhorrescere, siquid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quàm sciri, curarique possit. Iuue. Saty. 6, Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet. ¶ Ad cutem vsque radere ξυσὶν ἐπὶ χροΐ, dicebatur qui nimium exactè videbatur agere cum aliquo. ¶ Intus & in cute natus & modis omnibus cognitus. Persius.

Cuticula, diminutiuum. Δερμάτιον. Ital. *Pelle piccola.* Gal. *Petite peau.* Hisp. *Pequeña pelleja.* Iuuen. Saty. 11, Nostra bibat vetnum contracta cuticula solem. Pers. -& assiduo curata cuticula sole.

C ante Y.

Cyamea, κυάμεον. Gemma quæ fracta, fabæ similitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11, Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit.

Cyamos, κύαμος. Herba ex Aegypto peculiaris, latissimis foliis, quæ & Colocasia dicitur, & Faba Alexandrina. Plin. lib. 21. ca. 15, In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. Vide plura in dictionibus COLOCASIA, & CIBOTIVM.

Cyamus, κύαμος. Faba, genus leguminis, à cuius esu Pythagoram religiosissimè ferunt abstinuisse.

CYANE, es, κυάνη. Nympha Sicula fuit quæ in fontem sui nominis conuersa fertur, cuius transformationem describit Ouid. lib. 5. Metamor. Corripit autem hoc nomẽ tam penultimam, quàm primam syllabam. Ouid. lib. 5. Metamor. Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas. Et paulò pòst. Venit & ad Cyanen. Nimis fœdè itaque lapsi sunt qui mediam indifferentem esse affirmant, licet corrupta Ouidij autoritate lib. 9. Metamor. vbi sic legunt, Cognita Cyane præstanti corpore nympha. Ibi enim germana lectio non habet Cyane, sed Cyanee per quatuor syllabas. Neque ibi Poëta de Cyane Siciliæ nympha loquitur, sed de Cyanee Maeandri fluminis filia, quæ à Mileto compressa Caunum & Byblida genuit. Fuit præterea Cyane quædam puella Syracusana, quæ à patre in tenebris vim passa, cum postea ex anulo cognitum capillis ad aram pertraxit, illúmque primùm, deinde seipsam interfecit. Vide latius paulò pòst in dictione CYANIPPVS.

CYANE, es, κυάνη. Oppidum est Lyciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27. ¶ Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem Poëtæ fabulantur eiusdem nominis nymphã fuisse commutatam, quum Plutoni Proserpinam rapienti obsistere conaretur. Hic Anapo miscetur, iuxta Ortygiam insulam in mare illabitur. Ouid. 5. de Ponto, Quique suis Cyanen miscet Anapus aquis.

CYANEAE, κυάνεαι. Vulgò *Pœonare*, sine Cyaniæ Insulæ seu magis scopuli sub Thracio Bosphoro, modico spatio inter se distantes. Vnde factus est locus Poëtarum fabulis, qui Cyaneas inter se concurrere tradiderunt, quòd ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur: naque verò paululum in alterum latus deflexa, vna tãtùm videbatur. Multa de his insulis mentio est apud Valer. Flaccum lib. 4. Argonaut. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

CYANEE, κυανέη. per quatuor syllabas, Mæandri Phrygij fluminis filia fuisse fertur, quæ à Mileto compressa Caunum & Byblida genuit. Ouid. lib. 9. Metamorph. Hic tibi, dum sequitur patriæ curuamina ripæ, Filia Mæandri toties redeuntis eòdem Cognita Cyaneæ præstanti corpore nympha, Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam. Producit autem hæc dictio primam syllabam & vltimam, duas autem medias corripit, vt conficiat choriambum. Cyane verò pro Siciliæ nympha, tres tantùm habet syllabas, quarum vltima longa est, duæ priores corripiuntur, vt sit anapæstus. Quod ideò admonere visum est, quòd non paucos etiam magni nominis viros hic in errorem videamus impegisse.

CYANIPPVS, κυάνιππος, Syracusanus fuit, qui quũ Bacchi Orgia contemneret, ab irato deo tanta perfusus est ebrietate, vt filiæ Cyanæ in tenebris, quanuis reluctanti, vitium intulerit. Filia verò cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, parente, tunc quidem, vt potuit, dolorem dissimulauit. Postea autem ingenti exorta pestilentia, quum ab Apolline remedium promitteretur, si ab autore flagitij pœnas sumerent, admirantibus omnibus quodnam esset tantum scelus, quod etiã Superis curæ esset autoris morte expiari: conscia rerum Cyane, arreptũ capillis patrem ad aram pertraxit, eóque primùm mactato, sibi quoq; manus intulit. Autor Plutar. in Parallelis.

CYANOS, κύανος. Fluuius est Cholchidis, qui iuxta Aeam oppidum in Phasim influit. Autor Plin. lib. 6. cap. 4.

Cyanos, κύανος, autore Plin. lib. 37. cap. 9, Gemma est ex iaspidum genere, colore cæruleo, Vnde quibusdam eadem esse creditur quæ hodie ab Italis *Turchina* vocatur: à Gallis, *Vne Turquoise*: ab Hispanis, *Turquesa*. Alij hoc nomine lasuli lapidem malunt significari, qui contulus in pulueré præstantissimum pictoribus cærulei coloris genus suppeditat. Quorũ opinio idcircò mihi verisimilior videtur, quòd Plinius loco iam citato prodiderit, cyanum sæpe aureo puluisculo intermicare: quod in lasuli lapide frequenter vsuuenit, vt qui ferè in aurifodinis inueniatur: in ea verò gemma, quam vulgus *Turchinam* vocat, (nos eranum esse credimus) id nunquam compertum est.

Cyaneus, adiectiuum. Idem significat quod cæruleus, quòd scilicet cyani gemmæ colorem refert. Κυάνεος. Ital. *Turchino.* Gal. *Turquin, de couleur perse ou bleuë.* Hisp. *De color de Turquesa, Turquesado.* Varro. Cyanea penula amictus grassatur. Cyanos etiam flos est cærulei coloris in segetibus nascens, quem Galli, teste Ruellio, *Bluetolum* appellant. Plin. lib. 21. cap. 11, In Italia violis succedit rosa, huic interuenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

CYARAXES, κυαξάρης. Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asiæ populos in prouincias distinxit, primúsque in suum quosque ordinem distribuit, hastatos, sagittarios, equites, quum prius omnia promiscua essent atq; implicita. Hic & cum Lydis signa contulit, & omnem trans Halym flumen Asiam sibi subiecit. Mortuus est quadragesimo imperij sui anno. Eiúsque filius Astyages in eius locum suffectus est. Autor Herod. lib. 1.

Cyathus, κύαθος. Ital. *Bicchiere.* Gal. *Vn petit vaisseau à boire comme vn gobelet.* Hisp. *Vaso para beuer.* Calicis genus, à χέω, quod est fundere, dictum, mutatione literæ aspiratæ in tenuem. Successit autem in simpuli locũ in conuiuiis, vt docet Varro. Plinius, Potui verò aqua pluuialis decocta sed quæ per binos ternósve cyathos bibatur. Iuuen. Saty. 5, Cardueo nunquam cyathum missurus amico. ¶ Inde translatus est ad mensuram, quorum duodecim sextarium complent. ¶ Ad cyathum stare, vel à cyathis esse, κυαθίζειν, dicebatur ἀνὴρ κυαθιστής, qui potus mensurã cyathis (id quod antiqui solebant) metiebatur. Apuleius poculatorem dixit alij pincernam. Plin. lib. 22, scribit Cyathum per se pendere drachmas decem. ¶ Cyathus etiam fluuij nomen est in Aetolia, ad Arsinoën, apud Polybium, vt notat Cælius Rhodig. Antiq. lect. lib. 15.

Cyathisso, as. Potum subministro. Κυαθίζω. Ital. *Porger da bere.* Gal. *Verser à boire dans vn gobelet.* Hisp. *Dar à beuer.* Plautus, Non scis quis ego sim qui tibi sapissimè cyathisso, apud nos quando potas?

CYBELE, es, pen. cor. (nam vt docet Seruius, anapæstus est in dictione Cybele) Κυβέλη. Fuit vxor Saturni, ita dicta à Cybelo Phrygiæ monte seu oppido, vbi eius sacra primò sunt instituta. Scribit Festus, Cybelen à nonnullis ideò appellatam, quia egeret homines in furorem, quippe Græci κυβεῖν, in caput saltare dicunt: qua voce etiam vtitur Homerus, 16. Iliad. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas scribit Rheam quoque vocari, & montanam esse deam: ideò vehi leonum iugo. Cynædi ei sacri sunt. Hæc primùm Ops, & Terra dicta fuit, quòd sit dea telluris: quæ & Vesta dicitur, propter quod cutru vehi à poëtis fingitur, quia terra pendet in aëre: & rotis sustineri, quia rotatur semper & voluitur mũdus. Mater deũm, quia omnia gignit. Et mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numẽro Dindyma vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit: à quo Dindyme & Dindymene à nonnullis vocatur. Item Berecyntia, à mõte Phrygiæ, qui Βερεκυντεύς appellatur. Et Pales, quòd sit pabulorum dea. Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quòd terra affluens sit omnium rerum. Idæa & Phrygia & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emporio. Claud. Turrigenãmque petit Cybelen. Martialis, Et Cybeles picto stat Corybãte tholus. Ex Apulei sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Isis. ¶ Quidoque tamen metri gratia scribitur per duplex ll, & fit Cybelle, vt sit Bacchius pes, ex prima breui, & duabus longis. Propertius, Vertice turrigero iuxta dea magna Cybelle. Luca. lib. 1, Et iotam paruo reuocant Almone Cybellen.

CYBELEA, κυβέλεια. pen. prod. Vrbs Ioniæ, teste Stephano.

CYBERA, κύβερα. Oppidum est Lycaoniæ, non procul à Mæandro fluuio. Cic. 6. in Verrem. Hosce opinor Cybire quum in suspicionem veniissent ciuibus, fanum expilasse Apollinis. Et paulò pòst, Cybiram cum inanibus syngraphis venerat.

Cybirates, vel Cybirata, nomen gentile. Cic. 6. in Verr. Eò quum venio, Prætor

Universidad de Deusto

Prætor quiescebat, Cybiratæ illi Cybiratæ inambulabant.

Cybiraticus, a, um, possessiuum. Cicer. 6. in Verrem, Immittebantur illicò Cybiratici illi canes, qui inuestigabãt & perscrutabãtur omnia. ¶ Sunt qui scribant Cibyra transpositis vocalibus.

Cybisteres, κυβιστῆρες, Vrinatores dici possunt, qui εἰς κυβιστήσεις, hoc est aquarum gurgites subeunt. Quo nomine & saltatores quidam appellati sunt, qui in caput conuolui, manibus pedibúsque adductis didicerant: à cubo, id est tessera, verbo deducto, qui quum in alueolum iactus, hac modo conuoluitur. Vnde

Cybistema neutri generis, Illud genus saltationis & exercitij dicitur à Luciano in capite de gymnasiis. Bud. in Annotationibus.

Cybium, κύβιον. Piscis genus, quod ita scissum est vt medium æquè pateat in omnes partes ad similitudinem tesserarum. Plin. lib. 32, Cybium est concisa pelami. Martia. lib. 5, Diuisis cybium latebat ouis. Idē li. 11. Et caudam cybij, breuésque mænas. Et paulò pòst, Et duo frustra rogat cybij, tenuémve lacertum. ¶ Cybium scribit Budæus etiam appellatum illud vas à Græcis quod Latini Quadrantal appellabant. Dictum ea ratione, quæ superius posita est in Cybio pisce.

Cychramus, Auis quæ coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præbet. Plinius lib. 10. cap. 23, Sempérque hinc abeuntes coturnices comitarum solicitant, abeúntque vnà per tua signa glottis, otis, & cychramus.

CYCHREVS, κυχρεύς, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum asperitatem, ἀπὸ τοῦ κυχρεῖν, hoc est serpẽs, cognominatus est. Hunc Eurylochus, quum insulam vastaret, expulit: suscepit autem eũ Ceres in Eleusine, suumq; fecit sacerdotem. Ab huius etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cychrea appellata est. Vide Stephanum.

CYCLADES, pen. cor. κυκλάδες, Insulæ sunt maris Aegæi, teste Strabone lib. 10, circa Delum in orbem sitæ: vnde & nomen acceperunt. Ouidius 1. Tristium, Cycladas Aegæas obstupuisse reor. Alij dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem sitæ sint, sed quòd longo ordine eas circuire necesse sit propter promontoria. Vnde & Virgilius dixit 3. Aeneid. -sparsásque per æquor Cyclades. Sunt autem numero quinquaginta tres.

Cyclaminus, fœmi. generis, ἰσκυκλάμινος. Ital. *Pan porcino, ciclamino.* Gal. *Pain de pourceau.* Hisp. *Pan de Puerco.* ἰvel Cyclaminum, herba est, quam nostræ ætatis rustici *Panem porcinum* vocant, quòd eius pabulum porcis in primis iucundum esse, subulci experiantur. De hac Plin. lib. 21. ca. 9, In vepribus, inquit, nascitur cyclaminum, de quo plura aliás. Flos eius colosslinus in coronas admittitur.

Cyclas, adis, κυκλάς, Vestis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλας circulũ, & κυκλοῦν circundo dicunt. Iuuenal. Hæ sunt, quæ tenui sudant ex cyclade. Propert. -& cyclade longa Verrit humum. Videtur autem esse vestis tenuissima, explicatilis & spatiosa, qualem solent hodie Romanæ & Florentinæ, ac Senenses mulieres in Italia gestare.

CYCLI, κύκλοι, Quasi circuli, loca erant Athenis vbi mancipia vœnibant. Idem autem nomen est tractum à circulari circunsistentia vendendorum. Cyclus enim rotundum significat. Quare Menander ait, Itaque ego mihi videor per deos immortales videre, me ipsum indutũ currere circum, ac vœnire.

CYCLOBORVS, Fluuius quidam Atticæ, ingenti strepitu defluẽs. Vnde prouerbium, Cyclobori vox, κυκλοβόρου φωνή. De clamosis & vehementer obstrepentis dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa raucáque.

CYCLOPES, pen. prod, κύκλωπες, Gigantes, seu populi antiquissimi in Sicilia iuxta Aetnam, vno oculo in fronte, qui omnium primi æris fabricam inuenisse traduntur. Hinc factus est locus fabulæ, vt Vulcani ministri credantur, & Ioui fulmina fabricare. Inter hos præcipuè celebrãtur à Poëtis Brontes, Steropes, & Pyracmon. Virg. lib. 8. Aen. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro: Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon, &c. ¶ Dicti autem putantur Cyclopes ab eo quòd oculum vnum orbicularem in fronte haberent. κύκλος enim circulum significat, ὤψ lumen, siue oculum. ¶ Cyclopis donum, κύκλωπος δῶρα, pro eo quod est munus inutile. Lucianus ex παροιμίᾳ.

Cyclopeus, adiectiuũ, κυκλώπειος, vt tela cyclopea, id est fulmina. Claud. lib. 1. de Raptu Proserpinæ. ¶ Cyclopea vita, κυκλώπειος βίος, pro vita vehementer effera ac barbara, quæ neque legibus, neque disciplina ciuili constet, neque religione deorum gubernetur.

Cycnus, Vide CYGNVS.

CYDA, κύδα, proprium viri Cretensis, de quo sic Cice. Philip. 5. scribit, Antesignanos, inquit, & manipulares, & alaudas iudices se constituisse dicebat: ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O' confessum Iudicum præclarum, ò dignitatem concilij admirãdam, pauet animus apud concilium illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portentũ insulæ, hominem audacissimum & perditissimum: sed fac ita non esse: nũ Latinè scit? num ex iudicum genere & forma? num leges nostras moréve nouit? num deniq; homines? est enim vobis Creta notior quàm Roma Cydæ. Hæc Cicero.

CYDIAS, κυδίας. Pictor, Argonautas pinxit, quam tabulam CLXIIII, talentis Hortensius orator mercatus est, eíque ædem in Tusculano suo fecit, emicuit Olympiade CXIIII. Plin. lib. 35.

CYDIPPE, κυδίππη. Puella quædam pomo decepta ab Acontio, vt superius traditum. Ouid. Litera Cydippen pomo prælata fefellit: Inscíaq; est vtrbis capta puella suis. Est etiam nomen nymphæ apud Maronem lib. 4. Georg.

CYDNA, æ, κύδνα, Olim dicta fuit Macedoniæ ciuitas, quæ postea corrupto nomine Pydna appellata est. Autor Stephanus.

CYDNVS, κύδνος, Ciliciæ fluuius, non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt. Huius meminit Iustinus lib. 11. Tibul. lib. 1, At te Cydne canam, tacitis qui leniter vndis Cæruleus placidis per vada serpis aquis. Solinus scribit amnem à candore, Syrorum lingua nomen sortitum. Vitruuius lib. 8. cap. 3. Cydni aquas podagra laborantibus apprimè salubres esse, cruribus in eis mersis: de cuius rei experiẽtia Callij Parmensis poëtæ ad M. Antonium epistola extitit, vt Plinius lib. 13, adnotauit. Constat Apollonium aliquando per epistolam Tarsenses suggillasse, quòd iuxta Cydni aquas otiantes, tanquam fluuiatiles aues sederent, quietæ aquæ pulchritudine quasi ebrij facti, vt Philostratus scribit lib. 1. de eius vita.

CYDONIA, κυδωνία. Insula est ante Lesbon, dicente Plinio lib. 2. cap. 103, In Cydonia insula (inquit) ante Lesbon fons est calidus, Vere tantùm fluit.

CYDON, κυδώνιον. Vulgò *Cano.* Insigne Cretæ oppidum: à quo Cydonius, a, um. Ouid. 2. Metamorph. -cydonio fundebat spicula cornu. Virgil. Aeglo. 10, Ire libet, Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneum appellauit. Plin. lib. 15. cap. 11, His proxima amplitudine mala, quæ vocamus Cotonea, & Græci Cydonia, ex Creta insula adnecta. Serenus, Aut quę poma Cydon Cretæis misit ab oris. ¶ Est item viri proprium apud Virg. 10. Aeneid. Dum sequeris Clytium infœlix noua gaudia Cydon. Quẽ in locum Seruius annotauit, nomẽ hoc, quum viri proprium est, priorem producere: eandémque corripere quando est gentile. Idẽ 12. Aeneid. Parthus siue Cydon telum immedicabile torsit.

Cydonitem appellat Palladius cibum ex cydoniis decoctis, & melle confectum. *cotoneatum* vulgò dicitur.

Cydones dicuntur vtbis huius incolæ, sagittandi peritia insignes.

Cygnus, vel potius Cycnus, ἰκύκνος. Ital. *Cigno.* Gal. *Cygne.* Hisp. *Cisne ó ánec.* ἰLatinè olor, auis candida, anſere maior, argutam vocem habens, præsertim imminente iam morte: tunc enim doloris magnitudine in querelam fertur erumpere, & sibi adhuc viuæ lugubre carmen canere. Cicero 1. Tusc. Itaque commemorat vt cygni qui non sine causa Apollini dicati sunt, sed quòd ab eo diuinationem habere videantur, qua prouidentes quid in morte boni sit, eum cantu & voluptate moriantur. Marti. lib. 13, Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipse sui. Rauci cygni. Virgil. 11. Aeneid. Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni. ¶ Tunc canent cycni, quum tacebunt graculi, τότε γὰρ κύκνοι ἐροῦσιν κολοιοὶ σιγήσουσι. Hoc est, Tum loquentur eruditi, quum garrulis non erit loquendi locus: Aut, inter garrulos & obstreperos non est eruditis dicendi locus. Gregor. in Epistol. ¶ Fuit etiam Cygnus (vt Poëtæ fabulantur) Ligurum dux, Phaëthontis amator, qui post illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus esse fertur. Huius filium Cupauonem, Virgil. lib. 10, dicit habere cygni pennas in galea, ad formæ paternæ insigne monstrãdum, Non ego te Ligurum ductor fortissime bello Transerim Cygnæ, & paucis comitare Cupano, Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ. ¶ Fuit & alius Cygnus, Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis: cum quo Achilles Troiani belli tempore congressus, quum frustra eum iaculis appetisset, tandem re intellecta, humi eum prostrauit, genibúsque collo innixus, animam eripuit: quúmque cadauer spoliare vellet, arma vacua inuenit, Cygnúmque in auem sui nominis vidit cominatum. Vide Ouidium 12. Metamorph. ¶ Fuit insuper Cygnus filius Martis, de quo Hesiodus in Ἀσπίδι, ἐνθ' αὖτε κύκνος ἠΐθεος Διὸς υἱὸς ἐναίσιμος μεγάλοιο Κλυτοεργοῦς μεγαθύμου Ἀμυθαονίδαο γυναικός, id est, Vbi certè Cygnus quidem præpotentis Iouis filium occidere promptus scuto iniecit æream hastam.

Cygneus, a, um, media producta κύκνειος, vt, Vox cygnea, quæ est cygni. ¶ Cygnea cantio, κύκνειον ἆσμα. Cõuenit in eos qui supremo vitæ tempore facundè differunt, aut extrema senecta suauiloquentius scribunt. Cice. 3. de Orato. Illa tanquam cygnea fuit diuini hominis vox & oratio, quam quasi spectãtes, post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. ¶ Quindoque Cygneus dicitur candidus.

CYLBIANI montes, κυλβιανὰ ὄρη. Maioris Phrygiæ colles sunt, ex quibus Cayster fluuius profluit. Autor Plin. lib. 5. cap. 28.

Cylindrus, ἰκύλινδρος. Ital. *Pietra longa e tonda.* Gal. *Cylindre, qui est vne pierre longue & ronde qu'on roulait sur la terre pour l'aplanir, aisée à faire rouler.* Hisp. *Cosa rolliza ou luenga.* ἰColumnula lapidea rotatilis, qua rei rusticæ scriptores aream æquari iubent. Virgil. 2. Georg. Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro. Cato de Re rustica, cap. 129, Aream vbi frumentum teratur, sic facies: confodiatur minutè terra, amurca bene conspergatur, vt combibat plurimum: vbi bene comminuta terra fuerit, cylindro, aut pauicula coæquato. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίνδω, id est à voluendo. ¶ Neque verò solùm de hoc rustico instrumento cylindrus dicitur, verumetiam de omnibus rebus illis quæ figuram habent absolutè teretem, ita vt facilè volui possint. Cice. de Fato, Sed reuertitur ad cylindrum & turbinem suum, quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Id autem quum accidit suapte natura, quòd supereſt, & cylindrum volui, & versari turbinem putat. ¶ In gemmarum quoque generibus cylindri dicũtur teretes, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus solent suspendere. Iuuenal. Satyr. 2, -donant arcana cylindros. Plin. lib. 37. cap. 5, de beryllis loquens, Ideo cylindros quidam ex his facere malunt quàm gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Ex quibus verbis colligitur cylindros oblongos esse, gemmas verò quadratas, angulosas, aut rotundas. Solinus similiter scribit, Indicos reges gemmas in longissimos cylindros fingere consueuisse.

Cylindraceus, a, um, ἰκυλινδροειδής. Ital. *Longe & tonde a foggia di cilindro.* Gal. *Long & rond en façon d'vn cilindre.* Hisp. *Luenga y rolliza en manera de cilindro.* ἰQuod est factum ad similitudinem cylindri, hoc est teres & oblongum. Plinius scribit siliquas pisi, quod genus legumnis est, cylindraceas esse. Anaximander item dixit terram esse formæ cylindraceæ.

Cylindrites, κυλινδρίτης. Lapis est oblongus & teres, ex genere pyritarum, colorem æris referens: ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

CYLLARVS, κύλλαρος, Nomen vnius ex Centauris. Fuit etiam hoc nomine equus Pollucis, secundum Virg. 3. Georg. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graij meminere poëtæ. Atqui Castor equorũ domitor fuit, sed fratrem pro fratre posuit, poëtica licentia: vt, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Item, Reuocato à sanguine Teucri, pro Dardano. Hæc Seruius.

CYLLEBORVS, Sthenelei filius, qui vigente bello Troiano cum Aegiale Diomedis vxore consuetudinem habuit. Seruius.

CYLLENE, κυλλήνη, Mons Arcadiæ, in quo Maia à Ioue compressa, Mercuriũ peperit, vt Autor est Virg. lib. 8. Aen. Vobis Mercurius pater est, quem

quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. ¶ Hinc Cyllenis, idos, patronymicum.

CYLLENIVS, pen. prod. & per duplex ll, κυλλήνιος, Mercurius dicitur, siue quòd omnem rem sermone hac manibus cõficiat: quibus partibus corporis qui carent κυλλοὶ vocantur, siue quòd in Cyllenia via, aut certè à Cyllene Nympha fuerit educatus: siue quòd in Cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus: quam opinionem ipse etiam Virgilius sequitur lib. 8. Aeneid. cuius verba citauimus paulò ante in dictione Cyllene. Lucan. lib. 1. Motúque celer Cyllenius hæret.

Cyllo, cyllonis, Videtur idé significare quod mutilus, debilis, & cui crassa sunt genitalia: quod genus hominum etiam Græci κυλλοὺς vocant. Cicero in Salust. Quicquid impudicorum cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in vibe, municipiis, coloniis, Italia tota, &c.

Cyma, ἧς, ἡ, Ital. *Cima*. Gal. *La cyme ou le tendron des choux ou telles herbes*. Hisp. *Cima ò el bracon ò el ojo de la verça*. } Tenerior delicatiórque cum aliarum herbarum, tum præcipuè brassicæ cauliculus, qui in prima germinatione in summa stirpe prouenit. Nam quum verum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quidam quasi turiones in herbis enascuntur, in quibus floris primùm, mox & seminis fœtus concluditur. Plin. lib. 19. cap. 8. Cymas brassica à prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriórque cauliculus. Apicij luxuria, & per eum Druso Cæsari fastiditus, non sine castigatione Tyberij patris. Et deinde, Post cymam ex eadem brassica cõtingunt æstiui autumnaléfq; cauliculi, mox hyberni, iterúmq; cymæ, nullo æquè genere multifero. Idem li. 20. ca. 9. Ex omnibus brassicæ generibus suauissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquẽdo, & renibus contraria. Quo in loco nonnulli perperam existimarũt cymæ nomine à Plinio peculiare brassicæ quoddam genus intelligi. Neque enim hoc sentit Plinius, ex multis brassicæ generibus, cæteris suauitate præstare illud quod cymã vocant: sed hoc potius, in omnibus brassicæ generibus partem plantæ totius suauissimam esse cymam. Celsus. Mali est succi brassica, magisq; etiam cima eius. Columel. Maior pars eius brassica in cymam prosilit. ¶ Pro eodem etiam dicimus cyma, cymatis. Colum. lib. 10, Frigoribus caules, & Veri cymata mittit.

CYMA, κύμη, & y more Latinorum in n mutata. Cuma, Oppidũ est Aeolidis: de quo vide paulò antè copiosius in dictione CVMA.

Cymatilis, κυματώδης, Vestis dicitur quæ vndarum colorem refert, ab vndis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominantur. Coloré hunc ἀνθρακώδη designat Ouid. lib. 3. de Arte, Hic vndas imitatur: habet quoque nomen ab vndis. Videtur itaque color hic cæruleus esse, aut certè cæruleo proximus. ¶ Sunt tamen qui cymatilem vestem esse putant, quem nos vndularam vocamus, quòd vndis quibusdam sit variegata. Si tamen Ouidij locum proprius inspicias, facilè deprehendes eũ loco iam citato de certo coloris genere sentire, qui & Thalassicus dicitur, nõ de texturæ variegatione, quæ crispitudine quadam vndarum similitudinem referat.

Cymba, Genus nauis piscatoriæ. { πορθμεῖον, κύμβη. Ital. *Barca*. Gal. *Nacelle de pescheur ou à pescher, vn barc ou batteau*. Hisp. *La barca de passaje*. } Cic. 5. Offici. Opipare à Pythio apparatum conuiuium, cymbarum ante hortulos multitudo, pro se quisque quod ceperat afferebat. ¶ Est item cymba, portitorum nauicula, qua amnes aut lacus traiiciuntur: vnde etiam Poëtæ Charonti cymbam assignarunt. Virg. 6. Aeneid. –gemuit sub pondere cymba. Iuuenal. Atque vna transire vadum tot millia cymba. ¶ Vnde locus factus prouerbio, Alterum pedem in cymba Charontis habere, τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ πορθμείῳ ἔχειν. De extremæ decrepitæque senectæ hominibus dicitur, qui etiam hodie vulgò dicuntur alterum pedem in sepulchro habere. Lucia. in Apologia.

Cymbula, æ, diminut. { κύμβιον, τὸ μικρὸν σκάφιδιον. Ital. *Picciola nauicella*. Gal. *Petite nacelle, vn esquif*. Hisp. *Pequeña barca*. } Plin. in Epist. Sæpe maiores minoribus, velut cymbulæ onerariis adhæresc unt.

Cymbalistes, { κυμβαλιστής. Ital. *Chi giuoca de cimbali*. Gal. *Qui ioue des cymbales*. Hisp. *El que tãne las campanas*. } Qui pulsat cymbala: sicut tympanistæ, qui tympana pulsant. Apul. de Deo Socratis, Barbara autem strepitu cymbalistarum, & tympanistarum, & chorauiarum.

Cymbalum, { κύμβαλον. Ital. *Cembalo*. Gal. *Cymbale, ou cymbales*. Hisp. *Campana*. } Instrumentum musicum, quod in sacris Matris deûm cum tympanis habebatur. Cic. in Piso. Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala, ar crotala fugi.

Cymbalissare, Cymbala quatere. { κυμβαλίζειν. Ital. *Giuocare con cimbali*. Gal. *Ioüer des cymbales*. Hisp. *Tañer las campanas*. } Cassius Hemina lib. 4. Mulier cantabat tibijs Phrygijs, & altera cymbalissabat.

Cymbion, { κύμβιον. Ital. *Vaso da bere à foggia di naue*. Gal. *Vn certain vaisseau à boire creux en façon de petite nacelle*. Hisp. *La barquilla*. } Poculi genus est oblongum & angustum teste Didymo, simile nauigio quod κύμβιον vocant. Dionysius Samius, referente Athenæo idem putat esse Cymbion cum eo quod Homerus κισσύβιον vocat: ita dictum, (vt quidam putant) quòd ex cissi, hoc est hederæ ligno confici soleat.

Cymindis, κύμινδις, Accipitris genus, noctu tantùm volans, ratum etiam in syluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cũ aquila, sæpéque deprehenduntur cohærentes. Autor Plin. lib. 10, cap. 8. Homerus χαλκίδα vocat, quasi χαλκίζουσαν τὴν χροιάν.

Cyminum, pen. prod. { κύμινον. Ital. *Cimino*. Gal. *Du cumin*. Hisp. *Comino*. } Herbæ genus, cum semine eiusdem nominis, quòd nos y in u vertentes, Cuminum dicimus. Eius duo sunt genera: quæ vide suprà in dictione CVMINVM. ¶ Cymini sector, κυμινοπρίστης. homo auarus, & sordidus dicitur, qui vel vilissimis ex rebus lucrum quærit, nimiáque parsimonia rem augere satagit. Tractum est adagium à cymini seminis vilitate simul & exilitate. Meminit & Aristot. lib. Moral. 4.

CYMINVS, pen. cor. κύμινος, Vulgò *Lago de Vico*. Hetruriæ lacus est, ad sex millia passuum ab vrbe Viterbio, Cymino monti suppositus, qui Vulgò *Monte de Viterbo* dicitur: vt Appianus ostendit. De huius lacus origine talia refert Seruius. Aliquando Herculem ad hos populos venisse & quum à singulis prouocaretur, ad virium ostentationem, vestẽ ferream, quo exercebatur, humi defixisse: quem quum nemo illorum posset euellere, Herculem tandem eum sustulisse: tantámque repente aquæ vim erupisse, vt Cyminum effecerit lacum. Hæc Seruius illud Virgilij explicans Aeneidos 7. Hi Soractis habent arces, Flauiniáq; arua, Et Cymini cum monte lacum, lucósque Capenos.

CYMODOCE, vel Cymodocea, κυμοδόκη, Nympha marina. Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta, teste Hesiodo in Theog. Virgil. 10. Aen. Cymodoceam enumerat inter eas quæ ex nauibus Aeneæ in Nymphas marinas commutatæ fuerunt. Quarum (inquit) quæ fandi doctissima, Cymodocea.

CYMOTHOE, penulti. correp. κυμοθόη, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, teste Hesiodo in Theogon. ita dicta, quòd per fluctus discurrat. Virgil. 1. Aeneidos. Cymothoë, simul & Triton adnixus, acuto Detrudunt naues scopulo. ¶ Est item Cymothoë, fons notissimus Achaiæ proprié dictæ, inter Patras & Pheras vrbes: cuius meminit Pli. lib. 4. cap. 6.

Cyna, æ, Arbor est in Arabia, folio palmæ simili, ex quo Arabes vestes sibi conficiunt. Autor est Plin. lib. 12. cap. 11. ¶ Cyna etiam κύνη, pilei genus fuit, quo Lacedæmonij vti solent. Vide Bayfium de Re vestiaria.

Cynacantha, κυνάκανθα, Arbuscula, quæ acinos veluti vuæ producit. Latini Cauinam sentem, & vulgò *Vuam spinam* nominant.

CYNAETHA, κύναιθα, Oppidum est Arcadiæ iuxta Lapronnita dictum ab Aeneæ socio vita functo, & sepulto, vt placet Dionysio lib. 1. Antiq. Aut (vt Stephanus mauult) à Cynetho Lycaonis filio. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 6.

Cynamolgus, Auis est Arabiæ peculiaris, ex cinnami surculis nidum construens, quem deinde accolæ plumbatis sagittis deiiciunt. Autor Plin. lib. 10, cap. 33. Apud Aelianum hæc auis non Cynamolgos, sed Cinnamomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plinium legendum suspicantur.

Cynanche, κυνάγχη, Morbi genus est, spirationis difficultatem, & suffocationis periculum afferens. Latinè Angina appellatur. Propriè tamen cynanche dicitur, cum laryngis, hoc est gutturis interiores musculi inflammãtur. Nam quum exteriores eiusdem musculi inflammationem patiuntur παρακυνάγχη appellatur. Est & ex anginarũ genere Synanche, per σ in prima syllaba. συνάγχη, qui peculiaris est Pharyngis, siue faucium morbus, quum scilicet illarum musculi interni inflammantur, quemadmodum & παρασυνάγχη, quum exteriores earundem musculi inflammatione fuerint correpti. Hippocrates tamen hæc omnia genera, Cynanches nomine complexus est.

Cynegetica, κυνηγετικά. Dicuntur volumina de venatione conscripta. Nã κυνηγέτης, vel κυνηγέτις Græcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber & Gratiani cuiusdam fragmentum. Flauius quoq; Vopiscus refert Olympium Nemesianum scripsisse Cynegetica.

CYNEGIRVS, Atheniensis ciuis fuit, cuius tanta in prælio nauali aduersus Persas inito fuit pertinacia, vt nauem hostium dextera iniecta vi retinuerit, eáque amputata iniecerit & sinistram quoque & ipsam quum amisisset, mordicus nauim arripuit. Refertur à Valerio Maximo, & à Iustino Trogi abbreuiatore.

CYNICI, κυνικοί, pen. corr. Philosophi quidam fuerunt, sectatores Antisthenis, qui primus nouum hoc philosophiæ genus introduxit: ita dicti, siue à Cynosarge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur: siue à canina mordacitate, qua in hominum vitas nullo discrimine inuehebantur. aut (vt alij volunt) ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laërtius. Ex hac secta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquãdo interrogatus quare Canis appellaretur: Quia (inquit) adulatoribus abblandior, non dantibus allatro, malos autem mordeo. Cynici, Diocle teste, philosophiam naturalem & rationalẽ tollebant, solique morali innitebantur. Repudiabant liberales artes, maximè Geometriam & Musicam. Placebat eis finem esse secundum virtutem viuere. Nobilitatem, & diuitias abiiciebant. Quare sectam hanc, vitæ consentaneam non esse plures putauerunt. De his vide Cic. lib. 1 Offic.

Cynips, cynipis. { κνίψ. Ital. *Mosca canina*. Gal. *Mouche de chien*. Hisp. *Mosquito delos que pican, ò mosca muy chica y que pica agramente*. } Musca minutissima longis cruribus, in capite habens rostrũ, quo proferat cutem animalium. Nascitur ex humore & iuxta aquas abundat. Latini Muscam caninam vocãt. ¶ Est etiam hoc nomine fluuius in Asiæ ã quo & regio eo nomine dicta est, in qua maximi sunt hirci. Hinc grex Cyniphius: id est grex hircorum: & Cyniphia pellis, hircina. Martialis de Vdonibus. Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti: Cyniphio poterit planta latère finu.

CYNNA, κύννα, Oppidum prope Heracleam Ponticam: ita dictum ab vna Amazonum, vel à Cynno Gigante, fratre Cœi. ¶ Hinc fit gentile Cynnæus, κυννεὺς Stephano.

Cynocephalea, penulti. prod. κυνοκεφάλεια Herba est quæ ab Aegyptiis Osirites appellatur, diuina prorsus, & ad omnia venena efficax. Hæc herba Appion Grãmaticus Homeri manes se ab inferis euocasse gloriatus est, ad percontandum, qua patria, quibúsq; parentibus genitus esset: non tamen ausus profiteri quid sibi respondisset. Hæc Plin. lib. 13. cap. 2.

Cynocephalion. { κυνοκέφαλον Dioscoridi. Ital. *Psillio*. Gal. *Vne certaine herbe ressemblant vne teste de chien*. Hisp. *Zaragatona, cabeça de perro*. } Herba est quã Græci notiore nomine ψύλλιον, nos Pulicarem appellamus. Nomẽ ei dedit figura floris, qui canini capitis similitudinem refert.

CYNOCEPHALI. pen. prod. κυνοκέφαλοι, Homines sunt, vel feræ in Aethiopia, canina habentes capita, cætera hominis similes, violenti ad saltum, feri morsu. Augustin. lib. 16. de Ciuit. Dei. Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atq; ipse latratus magis bestias quàm homines confitentur? Plin. lib. 7. Gens, quam Cynocephalos vocamus, lacte viuunt. Idem lib. 8. cap. 54. Efferatior Cynocephalis natura, sicut mitissima Satyris. Vide Gell. lib. 1. cap. 5.

Cynodontes, κυνόδοντες, Deutes, qui à nostris Canini appellantur: ita dicti, quòd acuminati sint in formam dentium canis. Hos tradit Pli. lib. 11. cap. 37. semel casu aliquo amissos nunquam renasci.

Cynoglossos, siue Cynoglossum, { κυνόγλωσσον Dioscoridi. Ital. *Lingua di cane*. Gal. *Herbe nommée langue de chien*. Hisp. *Viniebla lengua de perro*. } Herba est in locis fabulosis nascens, foliis latifoliæ plantagini similimis, angustio

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto

notioribus minoribúsque, & lanuginosis, sine caule, humi strata. Latinis Lingua canina dicitur, diuersa tamen ab ea, quam Officinæ *Cani linguam* vocant. Plin.lib.25.cap.8. Iungitur & cynoglosso, caninæ imitans linguas, topiariis operibus gratissima.

Cynomazon, κυνόμαζον. Herba est eadem cum chamæleone nigro, quam & Cynozolon Plinius appellat. Dictum Cynomazon, quòd in offa vel in pulte datum canes enecet.

Cynomotion, κυνόμυιον, Herba est, quæ alio nomine appellatur Orobanche, inimica cruis, cæteris que leguminibus, caulículum habens pinguem & rubentem, sine foliis. Nomen habet à similitudine genitalium canis, teste Plin.lib.22. cap.25. Hodie teste Ruellio, à Gallis *Tous* vocatur.

Cynomyia, κυνόμυια. Ital. *Mosca canina.* Gal. *Mouschc de chien.* Hisp. *Mosca de perro.* ¶ Musca canina, quæ sanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipuè canum aures infestat: vnde & nomen est sortita. ¶ Est & genus herbæ quę notioribus nominibus Psyllium & Pulicaris dicitur: de qua Plin.lib.25.cap.25.

CYNOPOLIS, κυνόπολις, Oppidum est ad Occidentalem Nili ripam, inter Oxyrinchum, & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibúsque cibaria publica sunt assignata. Autor Strabo lib.17. Ab hoc oppido vicinus nomos Cynopolites dicitur à Plin.lib.5.cap.9.

Cynorrhodon, κυνόρροδον. Rubentis lilij flos est, teste Plinio lib.21. cap.5, ita dictus, quòd à cane rabido morsus medeatur, quasi Rosam caninam dicas. Eadem & Rosa syluestris appellatur, teste eodem Plin. lib.25.cap.2.

CYNOSARGES, κυνόσαργες. Gymnasium in Attica, sic dictum à cane albo, qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc Gymnasio Aristippus Cyrenaicæ sectæ princeps Philosophiam solebat profiteri. Autor Laërtius in vita eius. Hinc Ad Cynosarges, *ἐπὶ κυνοσάργους*, prouerbiali conuitio dicebatur, quemadmodum, *εἰς χοιράδας*, & *εἰς τράγους &c.*

Cynosbaton, ξ κυνόβατον Ital. *Rouo canino.* Gal. *Vn eglantier.* Hisp. *zarça rosal, zarça perruna.* ¶ alij Cynosparton: frutex est, teste Dioscoride, multò amplior rubo, foliis longè, quàm myrti latioribus, aculeis circa virgas robustis, flore albo, fructu oblongo, simili nucleis oliuarum, sed rubicundo. Columella Sentem canis vocat. Sunt qui existimant fruticem eum esse, qui vulgò *Eglenter* nomine cognitus est.

Cynosorchis, κυνόσορχις, Herba, quæ & Orchis dicitur, foliis oleæ mollibus ternis, paruísque, semipedis longitudine in terra stratis, radice bulbosa, oblonga: duplici ordine, superiore, quæ durior est, & inferiore, quæ mollior. Eduntur vt bulbi cocti, in vineis sorte inuenti. Plin. lib.27.cap.8, Officinæ Græcam vocem ad verbum exprimentes, *Testiculum canis* appellant.

CYNOSSEMA, atis, κυνόσσημα. Locus est Troadis ad Hellespontũ, Hecubæ sepulchro nobiliratus, Latinè Canis tumulum interpretari possumus. Fabulantur enim Poëtæ, Hecubam, quum in Græciam abduceretur captiua post exitium patriæ, ac suorum, ibi dolotis impatientia in canem esse conuersam, & deinde sepultam. Meminit huius loci Plin. lib.4 cap.11. & Strabo lib.13. ¶ Est item eiusdẽ nominis locus in Libya Marcotide, cuius meminit Stephanus, & Strabo lib.17.

CYNOSURA, pen.prod. κυνόσουρα. Sydus septentrionale, ex septem constans stellis, quod & vrsam minorem appellamus. Alio nomine etiam Phœnice appellatur, teste Higino, eò quòd à Phœnicibus inter nauigandum potissimum soleat obseruari, quemadmodum & Helice, hoc est Vrsa maior, à Græcis nautis. Ouid. de Tristib. Esse duas Arctos, quarũ Cynosura notatur Sinoniis: Helicen Graia carina notet.

Cynozolon, κυνόζωλον, Herba est eadem cum chamæleone nigro, ita dicta, quòd odoris fœditate vicinos vermes in Canum auribus enecet. Alio nomine Vlophonum dicitur. Vide Plin.lib.22. cap.18.

CYNTHIA, κυνθία, Diana dicta, à Cyntho monte in Delo insula, in quo nata cum Phœbo est, vnde & Apollo Cynthius, & ipsa Delos Cynthia appellatur. Hic mons tantæ celsitudinis esse fertur, vt vmbra sua totius insulæ ambitum tegat. Propertius quoque amicam suam Cynthiam ob pulchritudinem vocauit, quæ prius Hostilia dicebatur.

CYNTHUS, κύνθος, Deli mons vsqueadeò editus, vt totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur, quorum alter Cynthius, altera Cynthia ab eo appellati sunt. Virg.1. Aene. Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros.

CYNUS, κῦνος Stephano, Locrorum Epicnemediorum oppidum est: siue, vt quibusdam placet, nauale, cuius meminit Plin.lib.4.cap.6. & Liuius lib.8. decad.3.

CYONNESUS, κυόννησος, Nili fluuij insula est, non procul à maioti Delta, regione oppidi quod Cynopolis appellatur. Autor Ptolemæus lib.4.cap.5.

Cyparissias, κυπάρισσιας. Tithymali species caulem emittens dodrantalem, ex quo germinant folia cupressi similitudine, (vnde & nomen accepit) teneriora tamen ac tenuiora. Autor Plin.lib.26.cap.8.

CYPARISSA, κυπάρισσα. Oppidum est agri Messeniaci, ad mare situm, à quo vicinus portus Cyparissus appellatur. Autor Plin.lib.4.cap.5. Strabo lib.8, Cyparissiam vocat, Ptolemæus Cyparissas plurali numero.

CYPARISSUS, κυπάρισσος, Fuit nomen pueri, Telephi filij, quẽ Apollo smauit, postea in sui nominis arborem conuersi. ¶ Dicitur etiam per lo smauit, postea in sui nominis arborem conuersi. ¶ Dicitur etiam per syncresim Cypressus: deinde conuersione ε in υ, Cupressus. Est autem arbor procera, candice oblõgo & recto, folio pini, sed crassiore, molíoréque, neque ita pungente, fronde indeciduа, odore vehemẽti. Duo eius sunt genera. Nam quæ sterilis est, fœmina dicitur ad metæ formam in fastidio conuoluta: vnde & κυπαρισσος peculiari epitheto appellatur. Contrà mas latius spargit ramos, conósque profert nuci pineæ non absimiles, licet multò minores: mira inter arbores fœcunditate, quippe quæ trifera est, fructúsque habet & Ianuario & Maio & Septẽquippe quæ trifera est, fructúsque habet & Ianuario & Maio & Septẽbri maturos, nulli tamen rei viles, imò potius noxios, quemadmodũ & ipsa arbor, cuius etiam vmbra noxia creditur. ¶ Dicta est autem Cyparissus (vt Didymo placet διὰ τὸ ἐκ πάντων ἴσον, hoc est ab æqualiter pariendo, quòd æqualiter & ramos perdat & fructus. Fructus eius à figura, Coni appellantur. Vnde ipsa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur. Virg. Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi. Idem, Et tenuem ab radice ferens Syluanæ cupressum. Reliqua vide supra in dictione CYPRESSUS. ¶ Cyparissi fructus, κυπαρίσσου καρπός. De verbis dicta magnificis, cæterum inutilibus.

Cyperos, ξ κύπερος Ital. *Cipero.* Gal. *Vne espece de ionc appellée souchet, ayant les racines odoriferantes.* Hisp. *yuagra de olor, y juncia aromatica.* ¶ iunci genus est angulosum, iuxta terram candidum in cacumine virgarum & pingue. Eius descriptionem vide apud Plin.lib.21.cap.18. Ruellius à Gallis iuncos huiusmodi *souchets* vocari tradit, & minutim contulos ad conciliationem odoris vestibus interponi. Legitur etiam in neutro genere Cyperum apud Varronem lib.3. de Re rust.cap.16.

Cyphi, κύφι, Thymiamatis compositio est dicata dijs, cuя abunde Aegyptij sacerdotes vtuntur. Constat vt Plutarchus ait, ex melle, vino, vua passa, cypero, resina, seseli, aspalatho, myrrha, bdellio, iunco, bryo, calamo, xyrio, iunipero, cardamomo, lapatho. Rationem componendi, vide apud Dioscoridem lib.1.cap.24.

Cyprius, Herba est, folia habẽs ad iridis similitudinem mucronata, quæ à Latinis Gladiolus dicitur, radice bulbosa & odore vicino nardo. *Ruellius.* ¶ Est & per se Indica herba quæ Cyperis vocatur, gingiberis effigie, communi ducata croci vim reddens. Vide Plin.lib.21.cap.18.

Cyprinus, κύπρινος, Piscis est ex genere chombrorum: cuius meminit Plin.lib.32.cap.11.

CYPRIUM, Sabini bonum appellant: vnde Cyprius vicus Romæ appellatus est in quo Sabini in ciuitatem recepti considerãsse enim à bono omine vocitandum censuere.

Cyprium æs, vide CYPRIUS.

CYPRUS, ἡ Κύπρος, Vulgò *Chipre.* Insula in Pamphylio mari, in sinu maximo, qui & Issicus dicitur, inter Ciliciam & Syriam, diues & mirè fertilitatis. Vnde & Macaria, hoc est beata olim vocata: maximè etiam luxui dedita, vnde & Veneri sacra. Horat.lib.1. Carm. Sic te diua potens Cypri. Ea quondam nouem erat regnorum sedes. Vrbes illius præclaræ, Cythera, à quibus Venus dicta est Cytherea, Paphos, Palæpaphos, & Salamina. Hæc inter maiores nostri maris insulas locum sibi vendicata Septentrione Ciliciæ opposita, à Meridie Aegyptum spectat, ab Oriente Syriam, ab Occidente Pamphyliam. Ambitus insulæ trium millium, quadrinpentorum ac viginti stadiorum, teste Strabone lib.12. ¶ Cyprus etiam dicitur arbuscula, quæ à Latinis Ligustrũ vocatur, semine atro, nõ absimili sambucino arino. Eius flos in oleo decoquitur, fitque ex eo vnguentum quod Cyprinum appellatur. Nascitur in multis locis, sed in Cypro insula o floris suauitate præstat, ideo Cyprus est appellata. ξ κύπρος Ital. *Albero ligustro.* Gal. *Vn arbre en Egypte d'vne fleur fort blanche, que quelques vns appellent Troene.* Hisp. *El arbol dela alheña.* ¶ Plin.lib.12.cap.24. Cyprus in Aegypto est arbor ziziphi foliis, semine coriãdri, flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premitúrque postea, quod cyprinum vocatur. Optimum habetur è Canopica, ia ripis Nili nata: secundum Ascalone Iudææ: tertium Cypro insula odoris suauitate.

Cyprus, a, um: vnde tres paruæ insulæ huic propinquæ, Cyprix nominantur: & venus Cypria, siue quòd in Cypro genita fuerit, siue quòd ei primùm in Cypro templum sit constitutum.

Cyprogenia, pen.prod. κυπρογένεια, Veneris epitheton est, inde tractum, q. in Cypro insula nata dicatur. Vtitur hac voce Homerus in Hymnis.

Cypseli, κυψέλαι. Aues ex hirundinum genere, quæ & Apodes vocantur, διὰ τὸ κυψελίζειν, hoc est ab alueari, eò quòd nidum specie alueatis ex luto fingant. Autor Plin.lib.10.cap.19.

CYPSELUS, ὁ Κύψελος, Corinthiorum tyrannus, pater Periandrinita dictus διὰ τὸ κυψέλης, hoc est à cistula, siue alueo, siue (vt Valla ex Herodoto vertit) mensura frumentaria, sub qua occultatus fuit quum à Corinthiis ad perniciem quæreretur. Vide Herod.lib.5. & Plutar. in Symposio septem Sapientum.

CYRENE, es, & Cyrenæ, arum, αἱ Κυρήνη, Vulgò *Cerene.* Insigne Libyæ oppidum, inter Marcotidem & Zeugitanam prouinciam situm, vnum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Batto Theræo (quem Callimachus progenitorem suum fuisse tradit) condirum, & à Cyrene Penei amnis filia, quam Apollo adamatam in eam Libyæ partem transtulit, ita nominatum. ¶ Ab hac vrbe totus ille Libyæ tractus, inter Africam propriè dictam, & Libyam Marmaricam, siue Marcotidem intermedius, vno nomine Cyrenaica regio appellatur. Eadem & Pentapolitana. Plinio dicitur, à quinque præcipuis vrbibus, quarum nomina sunt hæc: Berenice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, & ipsa Cyrene. ¶ Ex hac vrbe orti sunt Aristippus Socraticus, qui Cyrenaicam Philosophiam primus instituit: item filia huius Areta, quæ patri in schola successit, item Aristippus cognomento μητροδίδακτος, superioris Aristippi nepos, & Aretæ filius: & præter hos Anniceris, qui Cyrenaicam sectam emendauit: & Callimachus poëta, & Eratosthenes Mathematicus, ambo ab Aegypti regibus in honore habiti. Quibus etiam à Strabone adduetur Carneades Academicus, & Cronus Apollonius.

Cyrenæus, a, um, κυρηναϊκός, Cyrenaicus, & Cyrenensis, adiectiua.

CYRENAICI, PHILOSOPHI, ab Aristippo Cyreneo, primo secta eius autore nomen traxerunt, qui summum bonum, corporis voluptate metiebantur. Cicc. Tusc. quæst. lib. 3, Atqui ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutémque consueuerunt ob eam rem esse laudandam, quòd efficiens esset voluptatis. Horum secta postea ex simplici triplex est effecta, aliis se ab Hegesia Hegesiacos, aliis ab Annicerida Annicereos, nonnullis etiam à Theodoro Theodoreos nominantibus: qua de re vide Diogenem Laërtium in vita Aristippi.

CYRILLUS, ὁ Κύριλλος, Diaconus fuit Heliopolitanus, est autem Heliopolis hæc ciuitas insignis ad Libanum montem sita, qui imperante Constantino plurima Ethnicorum idola contriuit. Cuius rei illi memores sub Iuliano principe, viuo vexatrem execuerunt, iecúrque inde exemptum degustauerunt. Autor Suidas. ¶ Cyrillus item Alexandrinus præsul edidit variarũ hypotheseon tractatus, Homilias plurimas, quibus vtuntur Græci præterea aduersus Nestorium epistolas, quibus omnia occulta eius venena retexit. Is vixit temporibus Iuliani principis. ¶ Cyrillus præterea Hierosolymitanus præsul, sæpe pulsus ab Ecclesia, & receptus: ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua

in sua sede persenerauit: extant eius Catecheses. Hæc Hieronymus.

CYRINVS, κυρῖνος, Romanus, cum Basilide & Nubore sub Diocletiano passus, ac sepultus tertio ab vrbe lapide. Ex Volaterrano.

CYRNII, κύρνιοι, Indiæ populi vinacissimi, vt quos ad centesimum quadragesimum annum vitam extendere proditum sit ab Isigono, referente Plin. lib. 7. cap. 2.

CYRNVS, κύρνος, Vulgò *Corsega*, Insula est in mari Ligustico, quam Latini Corsicā dicunt, longa passuū centum quinquaginta millia, lata maiore ex parte quinquaginta, circuitu trecentorum viginti duorū milliū: distans à Vadis Volaterranis sexaginta duobus millibus passuū. Dicta Cyrnus à Cyrno rege, quum antea Terapne diceretur.

Cyrnia, iactura, κυρνία ἄτη. De magnis stipendiis & expilationibus dicebatur: ob Cyrni insulæ immanitatem latrociniorum, ac gentis feritatem. ¶ Cyrnia terra, κυρνία γῆ: dicebatur regio latrociniis infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrnū. Gens hæc & hodie male audit apud Italos. Prouerbium non ineptè detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum. In Collectaneis Zenobij per Aldum ædītis reperitur κυρνία ἄτη, Cyrnia noxa. De quo suprà.

Cyrneus, a, um. Virg. Aegl. 9. Sicuna Cyrneas fugiant examina taxos.

Cyrnea, æ, Vasis vinarij genus, teste Nonio. Plaut. Amph. Cadus erat vini, inde impleui cyrneam. ¶ Sunt qui Cirneam scribant per i nostrum, & κάρη τὸ κίρνειν, hoc est à miscendo dictum velint.

Cyrrha, vide CIRRHA.

CYRRHVS, κύρρος Stephano, Syriæ oppidum, cuius incolæ Cyrrhestæ κυρρῆσται dicuntur, & Diana Cyrrhestis, κυρρῆτις: & regio ipsa, Cyrrhestica κυρρηστική, cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 23. ¶ Sunt item Cyrrhestæ, Macedoniæ populi, non procul à Pella Alexandri patria, quorum meminit idem Plin. lib. 4. cap. 10.

CYRSILVS κυρσίλος, Athenicnsis fuit, qui quum videret imperum Persarum diutius sustineri non posse, ciuésque iam de relinquenda vrbe, nauibúsque conscendendis cogitare, ciuibus suis consilium dedit, vtile quidem (vt ipsi tum videbatur) attamen non satis honestum, vt Xerxem potius reciperent, quàm patriam desererent. Quæ sententia vsqueadeò ciuibus displicuit, vt statim eum lapidibus obruerint. Autor Cicero 3. Offic.

CYRTABA, κυρτάβα. Oppidum est ad Mare rubrum, in quod Artaxerxes Megabyzum relegauit. Stephanus.

CYRVS, κῦρος, Nomen duorum fluuiorum, quorum vnus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaso. Alter iuxta Pasagardas per cauam Persidem: à quo Cyro maiori, qui iuxta hunc amnem expositus fuit, nomen est inditum, teste Strabone lib. 15.

CYRVS, κῦρος, Cambysis filius ex Mandane Astyagis regis filia, & Persarum Medorúmque rex, qui primus (vt Iustinus lib. 1, scribit) deuicto Astyage vltimo Medorum rege, Medorum imperium transtulit in Persas: & subacta Asia, eorum Orientem in potestatem redegit. Postremò, quum bellum Scythis intulisset, eósque clade magna affecisset, Tomyris eo tempore Scytharum regina, compositis insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidauit, ita vt neque nuntius tantæ cladis superfuerit. Caput Cyri amputatum, in vtrem humano sanguine plenum coniectum fuit, cū hac exprobatione, Satia te sanguine quem sitisti. Hic primùm Agradatus dictus fuit: & postea Cyrus, ab eiusdem nominis fluuio per cauam Persidem fluente, iuxta quem fuit expositus. Res eius gestas vide latius apud Xenophontem in Pædia, Herodo. & Iusti. lib. 1. ¶ Fuit præterea eiusdem nominis poëta quidam Theodosij iunioris temporibus, ab Eudoxia imperatoris vxore propter ingenij fœlicitatem ad summos honores euectus. Postremò Præsul Factus in Cotyleo Phrygiæ, Leone imperante diem obiit. Ex Suida.

CYTE, es, siue CYTA, æ. κύτη Stephano, Oppidum est Colchidis, Medeæ patria, teste Stephano, herbis veneficis in primis famosa.

Cytæus, a, um, adiectiuum, κυταῖος. Vnde Virgo Cytæa appellatur Medea à Valerio Flacco lib. 6.

Cytæis, idis, κυταΐς. Propertius lib. 2. Non hîc herba valet, non hîc nocturna Cytæis.

CYTHERA, orum, penul. prod. κύθηρα, ων. Vulgò *cerigo*, Insula est contra Cretam, vt scribit Strabo, quinque millia à Maleæ promontorio distans, in quem ferunt Venerem primùm vectam concha marina: vnde & Cytherea κυθήρεια dicta est. Virg. lib. 10. Est Paphos Idaliúmq; mihi, sunt alta Cythera. Idem, Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Degenerat tamen hoc deriuatiuum à natura sui primitiui: corripit enim secundam syllabam, quæ in primitiuo producitur. Hanc insulam Porphyrusiam vocat Aristoteles, Porphyrida Plinius à purpuratum præstantia.

Cytheriacus, a, um, adiectiuum nomen possessiuum, κυθηριακός: vt Nectar Cytheriacum, quòd pro suauitate Venerea ponitur.

CYTHERIS, pen. prod. κυθηρίς, Nobilissima meretrix fuit, liberta Volumnij, quæ eodem tempore floruit quo Origo, & Arbuscula meretrices. Hanc Cornelius Gallus poëta supra modum adamauit: quo tamen spreto Antonium in Galliam sequuta est. Hanc Virgil. Aeg. 10. Gallum consolans, commutato nomine Lycoridem vocat. Autor Seruius.

CYTHNOS, ξ κύθνος Stephano, Insula est ex Cycladibus, à Cythno primo habitatore sic appellata. Ex hac insula Timantes pictor ortus est, qui ab ea Cythnius dicitur. ¶ Cythniæ, siue Cythniæ, calamitates, κυθνάδες συμφοραί. Zenodotus Aristotelem autorem citat Cythnios vsqueadeò diuexatos afflictósque fuisse ab Amphitryone, vt in prouerbium, abierint, κυθνάδες συμφοραί, pro maximis cladibus & immensis calamitatibus.

Cytinus, ξ κύτινος. Ital. *Primo fior de pomo granato*. Gal. *La fleur d'vn grenadier*. Hisp. *La granada quando sale de flor* ȝ *flor de la granada*. ξ Flos mali Punicæ syluæ, vt balaustium syluestris, vt est apud Dioscoridē. Plinius Cytinū interpretatur primum partum Punicæ florere incipientis. Flores verò ipsos in cytino etumpentes. Balaustia, natura astringentes. Solet tamen appellatio hæc & ad alia quoque genera congruere: vnde Dioscorides Apollinaris herbæ flores Cytinos appellauit.

CYTIS, κύτις, Insula Arabiæ, vbi topazius lapis inuenitur. Plin. lib. 6. cap. 29.

Cytisus, κύτισος, pen. corr. Genus fruticis incani, ad similitudinem rhamni, cubitalibus ramis, foliis loti trifoliæ, quem Aristomachus Athenięsis mitis laudibus prædicauit, eo præcipuè nomine, quòd lætissimum pecori pabulum præbeat, & lactis copiam augeat: quod etiam confirmat Plin. lib. 13. cap. 24. Inuentus est autem hic frutex primò in Cythno insula, vnde & nomen accepit & inde translatus in omnes Cycladas & vrbes Græcas. Colu. lib. 13. ca. 28, Cytisum (quē Græci aut ξύλον, aut κυτίσιλον, aut τριφύλλιον vocant) quamplurimum habere expedit, quòd gallinis, apibus, ouibus, capris, & omni generi pecudū vtilissimus est. Idem alibi duas facit Cytisi species, satiuam, & alteram suæ sponte.

CYTORVS, pery in prima syllaba, pen. prod. κύτωρος. Mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima nascebatur: vnde & buxifer à Catullo dicitur. Virg. 2. Georg. Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorū. Ab hoc, quæ buxea sunt, Cytoriaca dicuntur. Ouid. 4. Meram. Sæpe Cytoriaco diduxit pectine crines. ¶ Fuit & Cytorus, siue Cytorum, ciuitas, Sinopensium emporium à Cytoro Phryxi filio conditum & appellatum, vt ex Ephori sententia refert Strabo lib. 12.

CYZICVS, κύζικος, Vulgò *Chizico*, siue Cyzicum, Insula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti habens vrbem eiusdem nominis, mœnibus, arce, & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex quem Iason per imprudētiam interemit. De hac Ouid. lib. 1. Fast. Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris, Cyzicon Aemoniæ nobile gētis opus. Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cū primis Asiæ vrbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum.

Cyzicenus, Denominatiuum est Cyzico Propontidis insula. κυζικηνός. ¶ Cyziceni stateres, κυζικηνοὶ στατῆρες. De re scite scalpta. Nam hi nummi olim celebres erant, quòd elegāter scalpti viderentur. Repræsentabant altera parte Cybelem deorum matrem facie muliebri: altera, leonis imaginem. Aut magis videbitur forè locus prouerbio, quum hominem significamus inæqualem ac sui dissimilem: aut qui longè aliud agat quàm præ se ferat: quemadmodū Cyzicēni ex vno latere Cybelē ostendebant effœminatā, ex altero leonem. Stater is valebat XXVIII drachmas Atticas, vnde & de re magni pretij videtur posse dici.

D



Litera. Est ex numero mutarum, quæ quandoque pro th aspirato ponitur, vt θεός, Deus. ¶ Quandoque conuertitur in b, vt quod olim Duellum, nos iam Bellum dicimus. & Duellona, Bellona. ¶ Quandoque in l, vt à Sedeo, olim Sedda dicebatur, quæ nūc Sella. ¶ Quādoque in r, vt Meridies, ab eo quod est Medius dies. ¶ Interponitur nonnunquam in compositis hiatus prohibendi causa, vt Prodest, Redarguo, Redeo, Redintegro. ¶ Subtrahitur etiam nonnunquam quando sequens syllaba ab s cum alia consonante incipit, vt Ascendo, Aspicio. ¶ Quando autem conuertatur in alias literas, dictum est in præpositione Ad.

DAAE, Daarum, δάαι Stephano, Populi sunt Scythiæ ex genere Nomadum, vt autor est Seruius in illud Virgil. 8. Aenei. Indomitique Dax, & pontem indignatus Araxes.

DACIA, δακία. Vulgò *Valachia*, Regio Scythiæ Europææ, quam quidam Chraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Hæc (vt Ptolemæus scribit lib. 3. cap. 8.) ad Septentrionem Carpato monte à Sarmatia diuiditur, ad Occasum autem Tibisco fluuio ab Iazygibus Metanastis: ad Meridiem & ad Ortum vsque ad Danubium extenditur. Huius regionis populi, Daci, δάκαι dicuntur: olim etiam Daui, teste Strabone lib. 7, Getis proximi ad Ortum: à quibus seruilia Dauorum & Getarum nomina Athenienses acceperunt. Vnde & in Comœdiis serui introduci solent, Daui & Getæ nominati. Hodie tota hæc regio Valachiæ nomine cognita est.

Dacicus, δακικὸς dictus est, qui Daciam subegit, sicut à Germania Germanicus. Iuuenalis, -cum lance beata Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

Dacus, a, um, δάκος. Quod est è Dacia. Spartianus, Ad bellum Dacum Traianum familiarius prosequutus est.

Dacrymas, autore Festo, Liuius Andronicus appellabat quas nos lacrymas, Græcos secutus, qui δακρύειν vocant Lacrymari, & δάκρυα lacrymas. Vnde etiam constat verbum Lacrymor, & nomen Lacryma melius sine aspiratione scribi, quemadmodum vox Græca à qua originem trahunt.

Dactylus, penul. corr. ξ δάκτυλος. Ital. *Dito*. Gal. *Vn doit*. Hisp. *Dedo*. ξ à Latinis dicitur digitus: vnde Dactylotheca (quæ Græcis etiam Chirotheca) pro regumēto manus, vel digitorum sumitur. ¶ Dactylus item vocatur pes metricus, quum syllabam longam duæ breues subsequuntur, Herous pes Ciceroni dictus, lib. 3. de Orat. quòd eo scribantur facta heroum & principum. ¶ Item Dactyli dicūtur fructus palmæ. Apicius, Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus torridis quinque. ¶ Dactylus præterea graminis genus est, de quo sic scribit Plin. lib. 24. cap. 19, Sunt qui & aculeatum gramen vocant trium generum, quum in cacumine aculei sunt plurimum quini: (dactylon vocant) hos conuolutos naribus inserunt, extrahúntque sanguinis ciendi gratia. ¶ Dactylus item piscis est è genere concharum. Plin. lib. 9. cap. 6, Concharū è genere sunt dactyli, ab humanorum vnguium similitudine appellati. ¶ Dactylus Idæus, gemma. Plin. lib. 37. ca. 10, Idæi dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt.

Dactylicus, a, um. δακτυλικός. Cic. in Orat. Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.

Dactylion, δακτύλιον, Græci anulum dicunt, ἀπὸ τῶν δακτύλων, hoc est à digitis. Ital. *Anolo*. Gal. *Anneau*. Hisp. *Anillo*.

Dactylotheca, δακτυλοθήκη. gemma Plinio, lib. 37. cap. 1. aliis est repositorium anulorum.

Dactylis, huius dactylidis, fœmi. gen. ξ δακτυλὶς, ίδος. Ital. *Longo vn dito*. Gal. *De la grosseur d'vn doit*. Hisp. *Luengo vn dedo*. ξ vt dactylides vites dictæ à gracilitate digitali: vel fortassis quòd grana habeant dactylis similia.

milia, hoc est fructus palmæ arboris. Plin.lib.14.cap.4. Has etiam dactylos vocat Columella 3.cap.2.

DACTYLI IDÆI, Δάκτυλοι Ἰδαῖοι. Iidem qui Corybantes, quos Iouem nutriuisse ferunt. & ne vagitu puer proderetur, nouo lusus genere exercitato, clypeolis æneis inter se concurrantes, ictis timitu & numerosi pedis compositione, qui dactylus inde dictus est, Saturnum celauerunt. Idæi autem dicuntur à monte Ida.

DADICÆ, Populi Scythiæ Asiaticæ, apud Herod.lib.4.

DAEDALA, negotij genetis, Δαίδαλα τὰ πράγματα. Vrbs Lyciæ, ita appellata à monte vicino, seu à Dædalo ibi sepulto, quum eum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem egressus momordisset.

DAEDALVS, penul. cor. Δαίδαλος, Atheniensis faber egregius, Icari pater, qui serram, asciam, perpēdiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam inuenit, malúmque & antemnam naui imposuit. Hic accusatus q Perdicem sororis filium interemisset, iudicij metu in Cretam fugit, vbi Labyrinthum fabricauit, cui Minotaurus includeretur, opus portentosissimum humani ingenij. Dictus Dædalus (vt quidam existimant) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν. quod est variare, seu ornare. Alij hoc verbum à Dædalo detiuatum putant, ob multiplex, variúmq; ingenium hominis, propter quod Græci δαίδαλον varium dicunt, & ingeniosum. Lucretius quoque terram ob rerum artificiorúmq; varietatem. Dædalam nominat: Ennius simili modo Mineruam: Virgil. Circen. Plautus Logodædalos vocauit, qui dolum celant sermonis ornatu. ¶ Dædali alæ, Δαίδαλοι πτέρυγες. Dici solitum vbi quis alioqui non satis idoneus ad negotium conficiendum artis alicuius, aut auxilij accessionem adiungeret: Aut quum quis vrgente necessitate, ad noua confugit consilia. ¶ Dædali opera, Δαίδαλοι πόνοι. dicuntur quæ nouo artificio fabricata sunt & admirando. ¶ Remigiis Dædaleis, ad celeritatem significandā, Plaut. in Amphyt. dixit, pro volatu.

DAEMOGORGON, Δαιμόγοργον, Latinè dicitur deus terræ: quo nomine veteres intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricem.

DAEMON, δαίμων. Ital. *Demonio*. Gal. *Ange bon ou mauuais*. Hisp. *Angel bueno à malo*. ¶ Deus, siue sapiens, ἀπὸ τοῦ δαίειν. quod est scire. August. lib. 9. de Ciuit. Dei, Dæmones dicuntur, quoniam Græcum vocabulum est, ob scientiam nominari. Nostræ religionis homines appellant spiritus in cælo à Deo creatos, qui de cælo eiecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aëre damnati sunt. Hinc Eudæmon & Cacodæmon, pro bono & malo dæmone. Dæmon etiam animus humanus in corpore situs vocatur.

Dæmonicus, a, um, quod est dæmonis. Δαιμονικός. Lactant. libr. 4. in fine, Sed illi dæmonicis fraudibus irretiti, diuinum nomen, cultúmque perdiderunt.

Dæmonium, Δαιμόνιον. Idem quod dæmon, numen, Deus. Vnde extat Apuleij liber de Dæmonio Socratis.

Dagnades, Auiculæ quas potantes Aegyptij ad coronas deuinciebant, dum potum exercebant, quæ cantillando & morsicando non paterentur dormire potantes. Autor Festus.

DAHIPPVS, Statuarius nobilis, cuius opera enumerat Plin. lib. 34. ca 8.

DAI, Δάοι. Persarum populi omnes pastores. Herod. lib. 1.

DALMATIA, Δαλματία. Vulgò *Esclauonia de mar*, Regio Illyrici conterminа Liburniæ versus Occasum: à qua Dalmatæ, Δαλματικοί, dicti sunt populi, qui (vt Appianus scribit) domiti ab Augusto fuere. In ea ladera ciuitas insignis rerum abundantia, & Epidaurus hodie Ragusium dictum.

Dalmata, æ, pen. cor. Δαλματικός. Qui ex Dalmatia est. Martia. lib. 10, -& exeuntem Vdo Dalmata gaudio sequeris.

Dalmaticus, ca, cum. Sueton. in August. Externa bella duo per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc, & Cantabricum.

Dalmaticatus, Dalmatarum vestibus indutus. Lampr. in Commodo, Dalmaticatus in publicum processit.

Dama, Genus capræ syluestris, tam masculini quàm fœminini generis. ἔλαφος. Ital. *Capra saluatica*. Gal. *Vn daim*. Hisp. *Gamò cabra montes*. ¶ Virgil. in Pharmaceu. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Martialis, Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum, Imbelles damæ quid nisi præda sumus? ¶ Huius diminutiuum est Damula.

DAMASCIVS, Δαμάσκιος, Sigiæus historicus. Herodoti tempore ante bellum Peloponnesiacum scripsit de rebus in Græcia gestis: præterea de maioribus eorum qui ad Troiam profecti sunt, & de poëtis & sophistis, aliáque complura. ¶ Fuit item alius eodem nomine, Stoicus philosophus. Simplicij & Elamiæ familiaris qui sub Iustiniano principe viguit. Scripsit Commentarios in Platonem, & alia quædam, quæ enumerantur à Suida.

DAMASCVS, Δαμασκός, Vrbs nobilissima, caput Syriæ: vnde Damascena, Δαμασκηνή, pruna autore Plin. lib. 15, dicta creduntur: & regio ipsa, Damascene, quæ totam illam Syriæ partem complectitur, quæ adiacet Libano monti.

DAMASITHYMVS, Δαμασίθυμος. Candaulis filius fuit, vnus é ducibus Xerxis Persarum regis, quum Græciæ bellum inferret: teste Herodoto lib. 7.

Damassonium, Δαμασώνιον. Herba est plantaginis folia habens, angustiora tamen & in terrā reflexa. A Dioscoride Alisma appellatur. Nonnulli putant eam esse quam vulgus *Plantaginem aquaticam* vocat: alij illam quæ ab officinis *Fistula pastoralis* dicitur.

DAMEAS. Nobilis statuarius autore Plin. lib. 34. cap. 8.

DAMIANVS Ephesius, Δαμιανός. Sophista nobilis, circa M. Antonini principis tempora, diuitiis ac potentia inter suos præditus: viros doctos liberalitate prosequutus est: eloquentiæ quoque genus secundum naturam imitatus. Autor Philostratus in Sophistis.

Damium, teste Festo, Sacrificij genus, quod in operto fiebat in honorē Bonæ deæ: ita dictum per contrarium sensum, quòd minimè esset δημόσιον, hoc est publicum. Vnde & Dea ipsa Damia, & sacerdos eius Damias appellata est. Autor Festus.

Damnas, pro Damnatus apud Iureconsultos. ἔνοχος ἁλόντι. Ital. *Condanna*. Gal. *Condamné*. Hisp. *Condenado*. ¶ Marcellus, Quisquis mihi hæres erit, is damnas esto dare. Vrebantur autem hoc verbo quum testator suo testamento damnabat hæredem ad præstandum alicui aliquod legatum. Quint. lib. 7. Hæres meus vxori meæ damnas esto dare argenti, quod elegerit pondo centum.

Damnum, à Demendo dictum, quū diminutione res deterior fit. ζημία. Ital. *Danno*. Gal. *Dommage*. Hisp. *Dano*. ¶ Terent. in Adelph. Nisi eō ad mercatum venisin, damnum maximum est Cicero. Quòd declamationibus nostris cures, damni nihil facis. ¶ Damnum infectum, est damnum nondum factum, quod futurum veremur, apud Caium Iurisconsultum.

Damnifico, damnum infero. ζημιῶ. Ital. *Danneggiare, far danno*. Gal. *Qui fait dommage*. Hisp. *Hazer dano*. ¶ Damnificus, cui infert dānum. Plaut. in Cistel. Imitatio nequam bestiam, & damnificam.

Damnigerulus. ζημιοφόρος. Ital. *Che fa o porta danno*. Gal. *Portemalheur, dommageable*. Hisp. *Cosa danosa ò que haze dano*. ¶ Plaut. in Trucul. Ite hac simul mulieri damnigeruli foras gerrones.

Damnosus, a, um, Damnum, vel detrimentum habet coniunctum. ζημιώδης, βλαβερός. Ital. *Danoso*. Gal. *Dommageable*. Hisp. *Cosa danosa, que haze dano, ò menoscabo*. ¶ Colu. lib. 1, Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen cōpendiosum. ¶ Aliquando sumitur actiuè, pro eo quod damnum infert. Plaut. in Baech. Quid tibi commercij est cum dis damnosissimis? ¶ Aliquando passiuè, vt apud Plaut. in Epid. Damnoso seue, pro eo qui damnum subeat. Damnosus, profusus. Sueto. in Nero. Non in alia re damnosior, quàm in ædificando.

Damnosè, aduer. ζημιωδῶς. Ital. *Con danno*. Gal. *Dommageablement, auec dommage*. Hisp. *Con daño*. ¶ vt, Damnosè bibere. Horat. 2. Serm. Satv. 7, -tum Vibidius Balatroni, Nos, nisi damnosè bibimus, moriemur inulti.

Damno, as, Cōdemno, ζημιόω. Ital. *Dannare, condennare*. Gal. *Condamner*. Hisp. *Condenar ò danar*. ¶ quandoque ablatiuo, quandoque genitiuo iungitur. Cic. 4. ad Heren. Maiores nostri si quam vnius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio maleficiorum multorum conuictam putabant. Quo pacto? Quoniam quam impudicam iudicauerant, eam veneficij quoque damnatam existimabant. Cice. 1. Tuscul. Sed plurimi contrà nituntur, ac mósque quasi capite damnatos morte mulctant. ¶ Quando verò non apponitur pretium, vel peccatum, pœnáve peccati, accusatiuo tantùm iungitur. & significat culpo. Cice. 4. Tusc. Rerum naturam potius quàm errorem damnare volumus. ¶ Interdum accipitur pro exhæredare, ἀποκηρύττω: vnde è duobus filiis, alterum hæredem instituimus, alterum damnatum legimus. hoc est exhæredatione improbauimus. ¶ Interdum pro compellere, obligare, & necessitate obstringere. Terent. in Phor. Tuus est damnatus gnatus, non tu. ¶ Composita à damno sunt, Condemno & Prædemno, quod est antè damno. κατηγορῶ. Liu. lib. 4. Totam culpam eius temporis in prædemnatū collegam transferentem omnes tribus absoluerunt.

Damnatio, onis, verbale, Damnandi actus. κατάκρισις. Ital. *Condannagione*. Gal. *Damnement, condamnation*. Hisp. *Condenation*. ¶ Reorum acerbissimæ damnationes, Cice. in Piso. Idem 4. Verr. Docuissemque hanc damnationem duci non oportere, &c.

Damnatus, huius damnatus, pen. prod. Idem quod Damnatio. κατάκρισις, κατάκριμα. Plin. lib. 7. cap. 44. Alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam confectatis à damnato suo.

Damnatorius, tia, rium. ἐνοχοποιός. Ital. *Di condannagione*. Gal. *De condemnation, qui condamne*. Hisp. *De condenacion, lo que condena*. ¶ Cice. 5. Verr. Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerum professione.

Damnatoria tabella. Sueton. in August. κατακριτικὸς πίναξ.

Damnatus, particip. κατάκριτος, κατακεκριμένος. Ital. *Damnato*. Gal. *Condamné*. Hisp. *Condenado*. ¶ vt, Damnatus capitis, vel capite, hoc est cōdemnatus. ¶ Interdum etiam idem quod obligatus vel astrictus. Vnde hæredes dicebantur Damnati ad præstandum legatum, hoc est astricti & obligati. Pro quo veteres etiam dicebant Damnas. Item, Damnatus voti, vel voto, dicitur is qui iam eius cuius gratia votum fecerat, factus est compos. Et Damnare aliquem voto dicebantur dij, quum alicui tribuebant id cuius gratia votum susceperat. Fiebant autem vota ferè sub conditione, hoc modo. Mars pater, si mihi, populóque Romano hodie victoriam dederis, hoc ipso in loco tibi ex marmore templum statuam. Hoc voto ita facto, qui vouit, statim factus est reus voti, nihil tamen cogitur præstare, nisi adepta victoria. Vbi autem iam debellatis hostibus contigerat victoria, tunc demum dicebatur damnatus voto, hoc est, astrictus & obligatus ad persoluendum votum. Virgil in Daph. Vt Cereri, Bacchóque, tibi sic vota quotannis Agricolæ facient: damnabis te quoque votis. Hæc ideo hic fusius notanda duximus, quòd ipsum etiam Macrobium altissimæ eruditionis virum, & plerosque alios, qui eius autoritatem sequuti sunt, ea in re lapsos videremus, qui arbitrantur eum dici Damnatum votis, qui iam vota persoluit. Hoc autem verum non esse, apertissimè conuincitur vno Liuij testimonio lib. 9. ab Vrbe condita. Dictator (inquit) deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem ædem Iunoni Monetæ vouit: cuius damnatus voti, quum rector Romam reuertisset, Dictatura se abdicauit. Et paulò pòst, Anno postquam vota erat, ædes Monetæ dedicatur. Audisne Dictatorem protinus parta victoria fuisse damnatum voti, quum tamen votum adhuc non persoluisset, quod subsequenti demum anno fuit persolutum?

DAMOCLES, Δαμοκλῆς. Nomen proprium vnius ex assentatoribus Dionysij.

DAMOCRITA, Δαμόκριτα. Matrona fuit Spartana, Alcippi cuius clarissimi vxor, quæ quum virum ab iis qui contrarias in Reipublicæ partes fouebant, in exilium actum sequi prohiberetur, filiæque iam viro maturæ edicto publico nubere prohiberetur, ne ex iis quispiam Alcippi vltor nasceretur: concepit animo facinus supra omnem muliebrē audaciam. Nam quū ex more fœminæ primariæ noctu in andronē quendam sacrorum causa conuenissent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam vim lignorum quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignémque iniecit, vt intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illas filias primum, deinde etiam seipsam interfecit. Ex Narrationibus amatoriis Plutarchi.

DAMOETAS, cum diphthongo οι. Δαμοίτας. Nomen pastoris: de quo Virgil. in Bucol. Dic mihi Damœta, &c.

DAMON,

Universidad de Deusto
Biblioteca

DAMON, Δάμων, Nomen philosophi Pythagorici, qui cum Pythia arctissimo amicitiæ vinculo constrictus fuit. De quo ita Cic. lib. 3. Offic. Damon & Pythias Pythagorei hoc animo inter se fuerunt, vt quum eorũ alteri Dionysius diẽ necis destinauisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vas factus est alter sistendi eius, vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi: qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrãnus, petiuit vt se ad amicitiam tertium ascriberent.

DAMOPHILA, Δαμόφιλα. Lesbia poëtria fuit, Sapphûs coætanea, cuius meminit Philostratus in vita Apollonij.

DAMOPHILVS, Δαμόφιλος, Sophistæ cuiusdam nomen est, qui sub M. Antonino principe floruit. Autor Suidas.

DAMOSTRATVS, Δαμόστρατος, Philosophus, scripsit de piscibus lib. xx. Suidas.

DAMOXENVS, Δαμόξενος, Athenienſis comicus, cuius fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.

DAN, Δάν, Vicus est in quarto à Panæade milliario euntibus Tyrum, qui vsque hodie sic vocatur: terminus Iudææ prouinciæ ad Septentrionẽ: de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco sortitus est nomen, Ior quippe fluuium, siue riuum Hebræi vocant.

DANAE, per tres syllabas, Δανάη. Nomen Acrisij filiæ, quæ à Ioue in aurei imbris effigiem conuerso compressa, Perseum peperit, qui auum suum occîdit. Ouidi. 2. de Trist. Quid Danaen Danaêsque nurus, matrémque Lyæi.

DANAVS, Δαναὸς, Aegypti frater, Argiuorum rex, qui anno egressionis populi Israël trigesimo secundo, Sthenelo rege expulso, Argos tenuit, ibique quinquaginta annos regnauit: genuit quinquaginta filias, quæ ab aui nomine Belides dictæ sunt. Hæ vna nocte, vitos suos Aegypti filios interfecerunt, præter vnam Hypermnestrã, quæ Linum maritum seruauit. Vnde apud inferos supplicij loco illis præscriptum est, dolium pertusum aqua implere, è quo tantundem effluat quãrum infundatur. Inde originem traxit prouerbium, Dolium Danaidum: quod in auaros competit, quorum auaritiæ nihil est satis: aut in prodigos, quorum profusioni ne ipse quidem Pactolus satisfaciat: aut in homines futiles, qui arcana fidei suæ credita non queunt continere. Huc videtur allusisse Parmeno apud Terentium, Plenus timarum sum: hac atq; illac perfluo.

DANIA, χερρόνησος Δανία, Septentrionalis Oceani peninsula est, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens: quam olim Cimbri habitarunt, quos postea Marius deleuit in Italiam irrumpere conantes.

Danista, ‖ δανιστὴς. Ital. *Vsuraio, creditore.* Gal. *Vsurier, qui prẽte à interest.* Hisp. *Vsurero.* ‖ Fœnerator, creditor. Plaut. Morigerus est mihi danista, qui de me argentum non petit. δανὰ & δανείζειν, quod est mutuum dare.

Danisticus, δανιστικὸς. Fœneratorius.

DANTES, Poëta Florentinus, regum & principum amicitiis clarus, cuius vitam scribit Volaterranus lib. 12.

DANTISCVM, Nobile Poloniæ emporiũ est, ad mare situm, vbi Vistula amnis in Oceanum influit: Germani sua lingua vocant *Danzwich.*

DANVBIVS, ἰστρος, Maximus Europę fluuius, qui ortus in iugis Arnobę montis Germaniæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine, immẽso aquarum auctu, vbi primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in Pontum vastis sex fluminibus euoluitur. Hæc Plin. lib. 4. ca. 12. de Danubio sic Dionysius.

Arnoba mons pater est: cadit Arnobæ hiatu
Flumen, in Eoos autem conuertitur axes,
Euxinóque salo prouoluitur: ora per æquor
Quinque vomunt amnem, &c. ¶ Ammianus quoq; lib. 22, Amnis (inquit) Danubius orieus prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem protensus, ac sexaginta nauigabiles penè recipiens fluuios, septem ostiis per hæc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc, secundum post Nilum facit Ausonius, & Ouid. lib. 4. de Ponto, vbi de Scythiæ fluminibus.

Danunt, quandoq; à veteribus dicebatur pro Dant: & Duis pro Dederis. Plaut. Cui seruitutem dij danunt lenoniam. Nonius.

Dapalis, Dapaticus, Dapaticè, Vide DAPS.

DAPHNE, δάφνη. Penei fluuij filia fuit, quæ quum vim Apollinis nõ posset effugere, implorato paterno nomine conuersa est in laurum. Vide Ouid. lib. 1. Metam. ¶ Est idem Daphne ingens lucus, & opacus xv, stadiis distans ab Antiochia Syriæ aquis fontanis irriguus, in cuius medio fanum est asylum Apollinis. Autor Strabo lib. 15, Stephanus præterea aliquot alia eiusdem nominis loca commemorat, quæ vide apud ipsum.

Daphnia, Gemma comitialibus morbis vtilis existimata. Plin. lib. 37. cap. 10.

DAPHNIS, δάφνις, fuit teste Seruio, Mercutij filius, in Sicilia natus, iuuenis formosissimus, qui primus Bucolicum carmẽ inuenisse dicitur: postremò luminibus captus est, quòd ebrius cum aliena fœmina cõgressus esset, vt prædictum ei fuerat à nympha. Autor Suidas.

Daphnoides, ‖ δαφνοειδὴς. Ital. & Hisp. *Laurola.* Gal. *Laureole.* ‖ Lauri species, baccas habens è nigro rufescentes, quibus gustatis os atque guttur accenditur. Frutex est ramosus, crassiore, quàm laurus, folio. Autor Plin. lib. 15. cap. vlt. ¶ Est item Daphnoides, clematidis species, mollia vitilia per terram spargens, quæ à Latinis Vincaperuinca appellatur. Vide suprà in dictione CLEMATIS.

Daphnon, ‖ δαφνὼν. Ital. *Luogo done sono molti lauri.* Gal. *Vn lieu complanté de lauriers.* Hisp. *El lauredal.* ‖ Lauretum dicimus, hoc est locum multis consitum lauris. Mart. li. 10. Disposuit daphnona suo Torquatus in agro.

Daps, dapis, inquit Festus, apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hyberna sementę, aut verna: quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. Liu. 1. ab Vrbe, Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapémque Potitiis ac Pinariis. Ibidem, Pinariis extis adesis ad exterã venirent dapem. Quomodo verò dapes construantur, vide Cato. de Re rust. cap. 132. Cæterum dapes non solùm deorum, vel nostrę in sacrificiis deorum: sed etiam magnifici & opipari apparatus sunt. ‖ δέλεσμα. Ital. *Viuanda, apparecchio grande de viuande.* Gal. *Banquet, viandes somptueuses, apareil de viandes.* Hisp. *Manjar costoso, & otra cosa para comer.* ‖ Martialis, Illa quidem lauta est, dapibusq; instructa superbis. Virg. 4. Aen. Diripiúntque dapes, contactúque omnia fœdant. Præterea & cibos vitabiles & infandos dapes vocati, Nouius ex duobus Virgilij locis affirmat, quorum alter est Aene. 3. de Cyclope. Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus. Alter in Buc. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Dapino, as, pen. prod. Significat dapes parare. Plaut. in Capt. Aeternum tibi dapinato victum, si vera autumas.

Dapalis cœna, Quæ diuersis & amplis dapibus constat. λαπαρὰ, δαψιλὴς. Plin. lib. 10. cap. 10. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Horteusius, dapali cœna sacerdotij.

Dapaticus, a, um, Quod est amplum, magnificum: vt Negotium dapaticum. μεγαλοπρεπὲς. Festus.

Dapaticè aduerb. Id est lautè. λαπαρῶς. Festus.

Dapsilè, aduerbium, Abundanter. ‖ δαψιλῶς. Ital. *Abondamente, liberalmente, magnificamente.* Gal. *Abondamment, somptueusement.* Hisp. *Magnifica y costosamente.* ‖ Sueton. in Vesp. Sed & continuabatur assiduè, ac sæpius rectè ac dapsilè.

Dapsilis, le, pennl. cor. ‖ δαψιλὴς. Ital. *Abondante, liberale.* Gal. *Grand & abondant, somptueux.* Hisp. *Magnifico y costoso y abundante.* ‖ Abundans, liberalis, largus. Plaut. Most. Triginta minæ, præterque alios dapsiles sumptus facit. Colu. lib. 4. cap. 27. Si autem continuis superioribus annis dapsili prouentu fatigata vitis fuerit, requiescere ac refici par erit. Idem Colu. lib. 4. At spionia dapsilis, musto & amplitudine magis vuarum, quàm numero fertilis. Δαψίλεια largitatem, abundantiam rerum, liberalitatémque vocant: vnde nostri quoque dapsiles aliquando lautos, & liberales appellant. Plaut. in Aul. Istas magnas factiones, dotes dapsilem nihil morot. Id est affluentes & largas.

Dapsa, apud veteres genus sacrificij quod fiebat aut hyeme sæuienti, aut vere: à Græcis δαὶς vocatur.

DARADVS, Ptolemæo, Fluuius est Africæ, quem aliquot literis in fine abiectis, Plinius, Darat vocat lib. 5 cap. 1.

DARDANVS, Δάρδανος, Electræ, Iouisque filij nomen, qui quum Iasium fratrem interemisset, inde fugiẽs in Samothraciam primùm, & deinde in Asiam venit, locáque tenuit Hellesponto proxima: vrbémque ibi Dardanum condidit, regionémq; totam Dardaniam appellauit: quam postea Tros Erichthonij filius Troiã appellauit. Trois autẽ filius fuit Ilus, qui vrbem regiam à se Ilion appellauit. Ilus verò Laomedontem filium genuit, qui pater fuit Priami. Virgil. 3. Aeneid. Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & autor.

Dardanarij, Qui omnia præmunt, vti demum carius vendant. φαρμακοὶ, dicti à Dardano quodam contaminatissimo & profligatissimo mago, à quo etiam Dardaniæ artes, à Columella vocantur magicæ. Eius sunt verba, Atsi nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniunt artes.

Dardanium, δαρδάνιον, Genus ornamẽti, quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 33. cap. 3. Cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro digitatem per anulos fecit, vt habeant in lacertis iam quiddam & viri quod è Dardanis venit: itaque & Dardanium vocabatur.

DARES, etis, Δάρης, Historicus Phrygius fuit, qui primus bellum Troianum, cui ipse interfuerat, Græcè conscripsit, quod postea à Cornelio Nepote in Latinam linguam versum fuit. ¶ Fuit item Dares quidam ex comitibus Aeneæ, qui cum Entello Siculo cæstuum certamine congressus, succubuit: vt refert Virg. 5. Aene. ¶ Hinc locus factus prouerbio apud Hieronymum ad Augustũ, Dares Entellum prouocas. Conueniet vti siquando quispiam iuuenili temeritate lacessat aliquem, non perinde promptum ad suscipiendum certamen, verùm intolerandum, si semel inierit.

DARIDARVS, Δαριδαῖος, Persarum rex fuit eo tempore, quo Apollonius Tyanæus ad Indos per Persidem iter fecit, hoc est tempore Tiberij, Caii, & Claudij Imperatorum.

DARIORITVM, Δαριόριτον, Vulgò *Vannes*, Oppidum est Venetorum, in Gallia Lugdunensi ad Oceanum situm: teste Ptole. lib. 2. ca. 7. Sunt qui existiment idem esse cum eo quod Galli vocant *Vennes en Bretaigne.*

DARIVS, Δαρεῖος, Nomen regis Persarum, qui triginta sex annos regnauit: cui Xerxes filius ex Atosa Cyri filia successit in regnum. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis Persarum rex, qui Alexandri adolescentiam despicatam habens, bello cum aggressus est: quem tamen Alexander exiguis copiis facilè profligauit. Darius verò instaurato exercitu, prælio iterum congressus, ægrè fuga sibi salutem quæsiuit, vxore & filiabus hostium prædæ relictis. Post hæc de pacis conditionibus cum Alexandro agens, quum nihil impetrasset, redintegratis copiis tertiò congreditur, tandémque victus, quum se fuga victori eripere conaretur, à suis comprehensus est, & trucidatus. Hoc nomen habet penultimam productam, quoniam apud Græcos scribitur per ει. diphthongum. Claudianus in Epist. ad Adrianem, Darium famuli manibus soluisse perentum.

Darius, pen. prod. δαρεικὸς. Numisma priscum, Darij imagine percussum.

DARVERNVM, Δαρούερνον, Vulgò *Donures*, Portus est Britanniæ insulæ, vnde breuissimus est ad Caletes traiectus. Autor Ptole. lib. 2. cap. 3.

DARVS Ptolemæo, Est fluuius Pannoniæ inferioris, quem Plin. lib. 3. ca. 25. Drauum appellat. Hodie Moram vocant.

DASCYLOS, Bithyniæ oppidũ Plin. & Põp. lib. 1. Ptol. Strab. & Stephanus Dascylium nominant, Δασκύλιον, vicinúmque lacum Dascylitem.

Dasia, pen. prod. δασεῖα. Densitas spiritus, & signum est vocalis aspiratæ. quod hac nota formatur.

DASSARETAE, Δασσαρῆται. Thraciæ populi, quos à tergo Epiro iũctos, Plinius scribit. De his Mela lib. 2, in descriptione Thraciæ.

DASTYLVS. Fuit Gygis regis pater, teste Herod. lib. hist. 1.

Dasypus, huius dasypodis, ‖ δασύπους. Ital. *Coniglio.* Gal. *Vn connil.* Hispa. *Conejo.* ‖ Animal est quod nos leporem, aut, vt aliis placet, cuniculũ vocamus. Plin. lib. 10. cap. 63. Dasypodes omni mense pariunt, & superfetant, sicut lepores. A partu statim implentur: concipiunt, quamuis vbera siccante fœtu, pariunt non cæcos. Ex quo loco satis constat, Plinium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium. Dasypodem à lepore distinxisse. Budæus tamen credit. Plinium ea in re deceptum fuisse eo præcipuè argumento nixus, quòd Aristoteles plerisque in locis dasypodem à lepore non videatur distinguere. Si tamen diligentius scripturem illum excussisset, inuenisset locum manifestissimum, vbi ille duo hæc indubiè secernit. locus is est lib. 1. de Historia animalium, vbi sic habet, Differunt præterea animãtes moribus: nam aliæ mites, remissæ, ac minimè pernicaces sunt, vt boues, allæ animosæ, pernicaces, ferè omnino, vt sues syluestres, aliæ ingeniosæ, ac timidæ, vt [illegible]: hoc est (interprete Theodoro) vt cerui, lepores, cuniculi, Polybius tamen lib. 12. historiarum, cuniculum Latino nomine appellare maluit non secus ac si Græca lingua animalis eius nomenclatura destitueretur. Ait enim nasci animal lepori simile [illegible]. Hisce argumentis adductus Erasmus, vertens adagium illud apud Græcos vsitatissimum, [illegible], maluit Græcam dictionem seruare, quàm de re incerta quippiam temere pronuntiare. Sic enim vertit, Dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos qui ea requirunt ab aliis quæ ipsis affatim sunt domi.

Datarius, Datatim, Vide D o.

DATES. Vnus fuit è ducibus Darij, qui teste Herodoto lib. 6. bello apud Marathonem victus est.

DAVLIA, vel Daulis, [illegible] Ptolemæo, Oppidum Phocidis fuit, olim subditione Terei regis Thracum. Vnde Philomela ab Ouidio Daulia dicitur, quòd in Daulide vrbe in auem sui nominis fuerit conuersa. Defiet (inquit) Threïcium Daulias ales Itym.

Daucus, [illegible]. Herba est similitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis, & minoribus, hirsutisq; caule pedali recto, radice suauissimi gustus. Plura eius sunt genera, quæ vide apud Plin. lib. 25. cap. 9.

DAVNVS. Filius fuit Pilumni & Danaes, & auus Turni, qui in Apulia regnauit: à quo etiam regio illa, Daunia dicta est. ¶ Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia sorore amata Turnum suscepit. Virg. li. 12. Dauni miserere senectæ. ¶ Est quoque flunij nomen in Apulia, vnde Horatius lib. 3. Carmi. Ode 33, Qua pauper aquæ Daunus agrestium Regnator populorum, &c.

DAVNI, Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis socero victi: horum oppidum est Salapia, Annibalis meretricio amore inclitum, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 11.

DAVNIA, [illegible], Vulgò *Puglia piana*. Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro viro, Diomedis socero, qui eam condidit.

DAVRISES. Herodoto circa finem lib. 6, vnus ex Darij ducibus fortissimus, ejusdémque gener, qui in insidiis à Cariis cæsus est.

Dautia, quæ & Lautia dicimus, munuscula, quæ dantur legatis hospitij gratia, Festus.

D ante E.

De, [illegible]. Ital. *De, di, da*. Gal. *De*. Hisp. *De*. } præpositio est, quæ separata significat [illegible], hoc est à vel ab, vel ex. vt, Audiui de patre meo. ¶ Item [illegible]. Cic. 3. de Orat. Oratio Crassi de colonia Narbonensi, & altera de lege Seruilia. Item Propter. Terent. in Eunuc. Quantum me amas de fidicina hac? ¶ Item Deorsum, sicut Sus sursum: vnde, Susque, déque fero, veteres dicebant: hoc est sursum, an deorsum res feratur, parui facio. ¶ Item memorationem vim habet, vt Cicero scripsit de Officiis. ¶ Composita verò aliquando detractionem notat, vt Decortico, Delibro, Deuestio, Deplumo, Depilo, Decaluo, Dearmo. ¶ In aliquibus Deorsum, [illegible], vt Descendo, Defluo. ¶ Interdum Non, vt Delumbe, quod est, non habens lumbos. ¶ Interdum actiua est, siue intensiua, vt Deamo, Deprauo. ¶ Interdum diminutiua, vt Decresco, Deferuesco. ¶ Interdum priuatiua, siue negatiua, vt Desperatus, Demens, Dedecet. ¶ Interdum localem vim obtinet, vt Deambulo. ¶ Interdum deficientem vim aut simplicis indicat, vt Disco, Dedisco: Tego, Detego, Docco, Dedoceo. ¶ Interdum est honoris exhibitiua, vt Defero, Deduco. ¶ Significat etiam quandoque In totum vel omnino, vt Demando. ¶ Quandoque aperté, seu palàm, vt Demonstro. ¶ Componitur autem cum dictione incipiente ab a, vt Deamo: b, vt Debacchor: c, vt Decerno: d, vt Deduco: e, vt Deerro: f, vt Defero: g, vt Deglutio: h, vt Dehiscot i, vt Deicio: l, vt Delabor: m, vt Demitor: n, vt Denudo: o, vt Deosculor: p, vt Depellor: r, vt Detiuo: s, vt Desindo: t, vt Detraho: u, vt Deuenio. ¶ Patitur nonnunquam elisionem, metri gratia: sicut in Deinde, & Dehinc. Virgil. lib. 1. Aeneid. Oscula libauit natæ, d'hinc talia fatur. vbi elidituer e.

Dea, dea, Fœmininum à Deus, [illegible]. Ital. *Dea*. Gal. *Deesse*. Hisp. *Diosa*. } Virgil. 1. Aeneid. -nec vox hominem sonat, ô dea certè. ¶ Deæ triformis sacra, id est Hecates, quæ & Luna, & Diana, & Proserpina creditur esse: Luna quidem in cælo, Diana in terris, & Proserpina apud inferos. Ouid. 7. Metamorph. Auxiliaris dea. Ouid. 9 Metamor. -quum te partu Lucina leuarit. Tollere quicquid erit, dea sum auxiliaris, opémque Exorata fero. ¶ Vltrices deæ. Seneca in Octauia, Tartara testor, Erebique deas Scelerum vltrices.

Deacinatus, adiectiuum, [illegible]. Ital. *Mondato da graselli*. Gal. *De qui on a osté & netteyé les grains de raisin*. Hispan. *Vaziado de los hervejos de las vuas*. } vt, Deacinata dolia, à quibus absterti sunt acini. Cato de Re rust. cap. 26, Vbi erit lectum post dies triginta: si bene deacinata erunt dolia, oblinito.

Dealbo, Idem est quod album reddo. [illegible]. Ital. *Imbiancare*. Gal. *Blanchir par dessus*. Hisp. *Blanquear, emblanquecer*. } vt Dealbare parietem, est album tectorium superinducere. Curtius ad Ciceronẽ, Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Deambulo, De loco ad locum ambulo: vel hinc inde ambulo, vt fit salutis vel relaxationis causa. [illegible]. Ital. *Passeggiare*. Gal. *Se pourmener*. Hisp. *Passear*. } Terentius in Adelphis, Deambulare huc libitum est. Cic. lib. 1. de Legib. Quin igitur pergimus ad illa spatia nostra, sedésq;, vbi quum satis erit deambulatum, requiescimus?

Deambulatio. [illegible]. Ital. *Passeggiamento*. Gal. *Pourmenement ou pourmenoir*. Hisp. *Obra de passear*. } Terentius in Heaut. Vel me hæc deambulatio, quàm non laboriosa, ad languorem dedit.

Deambulatorium, Locus in quo deambulamus. [illegible].

Deamo, Valde, & ex animo amo. [illegible]. Ital. *Amar di cuore*. Gal. *Fort aimer*. Hisp. *Amar de coraçon*. } Terẽ. in Heaut. Næ ego sum fortunatus, deamo te Syre. Plaut. True. Magna nuntiauit Chiamus hodie gaudia, mea dona de- -Amata acceptáque habita esse apud Phronesium.

Dearmatus exercitus, hoc est Exarmatus & spoliatus. [illegible]. Ital. *Essercito disarmato*. Gal. *Desarmé*. Hisp. *Exercito desarmado*. } Liu. 4. ab Vrbe, Consul triumphans in vrbem redit. Ciuilio Volscorum duce ante currum ducto, prælarisque spoliis quibus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat.

Deartuo, as, quasi per artus incido. [illegible]. Ital. *Smembrare*. Gal. *Desmembrer*. Hisp. *Despedaçar os miembros*. } Plau. in Capt. Tum igitur ego æramnatus, dearruatus sum miser scelesti huius technis.

Deauro, as, Inauro, auro tego. [illegible]. Ital. *Indorare*. Gal. *Dorer*. Hisp. *Dorar por defuera*. } vnde Deauratus. [illegible].

Debacchari, Proprié est præ ebrietate valde furere, [illegible]. Ital. *Furiare per ebrezza*. Gal. *Injurier autrui en maniere d'yurongne, faire quelque insolence*. Hisp. *Vsar de furor por embriaguez*. } quanquam etiam debacchari dicimus eum qui præ furore mentis suæ non satis compos, nihil considerate agit, & sine fructu tumultuatur. Terent. in Adelph. Si satis debacchatus iam es leno, audi si vis nunc. SAN. Egón' debacchatus sum in te, an tu in me?

Debellare, Bello vincere, vel capere. [illegible]. Ital. *Vincere in guerra*. Gal. *Vaincre par guerre, surmonter*. Hispa. *Vencer o tomar por guerra*. } Et proprié Debellamus homines, Expugnamus castra, vrbes, naues, & huiusmodi. Plin. lib. 6, Darium Alexander debellauit. Liu. lib. 8. Debellatum est cum Græcis. id est finitum est bellum. Virgil. 6. Aen. Parcere subiectis, & debellare superbos.

Debellatus, ta, tum, partiicip. [illegible]. Ital. *Vinto, superato*. Gal. *Vaincu, surmonté*. Hisp. *Vencido*. } Liu. 8. ab vrbe, Debellatus vi hostis.

Debellatò, vice aduerbij. Liu. 10. bel. Pun. Scipionem velut iam debellatò, Vticæ oppugnandæ intentum auertit fama redintegrandi belli.

Debellator, verbale, [illegible]. Ital. *Vincitore, vincitrice*. Gal. *Vainqueur, surmonteur, victorieux*. Hisp. *Vencedor*. } vt, Cruenti gurgitis debellator, apud Statium lib. 9. Thebaid.

Debeo, es, debui, debitum, Pertinet ad omnia quibus deuincti sumus: quod vulgò *Tenere*, seu *Debitor*, aut *Obligatus sum* dicitur. [illegible]. Ital. *Douere, essere debitore, tenuto, obligato*. Gal. *Deuoir, estre tenu & obligé*. Hispa. *Deuer, ser obligado*. } Cicero Planco, Perfice vt ne minus Respublica tibi, quàm tu Reipublicæ debeas. Idem Sertio, Homo & maximis meis beneficiis deuinctus, & propè omnium qui mihi debere aliquid videntur, gratissimus. [illegible]. Plautus in Cure. Beatus mihi videor, subduxi rationculam quantum æris mihi sit, quantúmque alieni sit: diues sum si non reddo iis quibus debeo. Salust. in Cati. Res autem opportuna videbatur, quòd is priuatim egregia liberalitate publicè maximis munetibus grandem pecuniam debeat. Sæpissimè verò pro oportet. Cic. ad Att. Si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari vt sit amicus.

Debitor, [illegible]. Ital. *Debitore*. Gal. *Debteur*. Hisp. *Deudor*. } teste Modestino, proprie dicitur is à quo inuito exigi pecunia potest. Cic. Attic. lib. 5, Tirinius debitoribus suis renuntiauit vt eodem fenore vterentur. Idem pro Flacco, Fecit eadem omnia quę nostri debitores solent: negauit se versuram vllam fecisse. Debitori creditam pecuniam condonare, Cic. 2. Offic. Plin. in Paneg. Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Debitio, Ipse debendi actus. [illegible]. Ital. *Debito*. Gal. *Debte*. Hisp. *Deuda*. } Cic. pro Planc. Perquam dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.

Debitum, substantiuum, Dicitur æs alienum quod debetur. [illegible]. Ital. *Debito*. Gal. *Debte, ce qui est dou*. Hisp. *Deuda*. } Cic. in Oratione ad populum antequam iret in exilium, Fidei conduxit in loco debitum retribuere.

Debitus, a, um, participium, Quod debetur. [illegible]. Ital. *Douuto, conueneuole*. Gal. *Deu*. Hisp. *Deuido, aquello que alguien deue*. } Idem in Phil. O' fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita. ¶ Frequenter etiam apud Ciceronẽ accipitur pro Meritus, siue Iustus. In Epist. ad Attic. Huic habiti à me honores nulli, nisi debiti. Idem 9. Philip. Iustum ac debitum honorem alicui decernere.

Debilis, le, ex De, & Habilis, quasi parum habilis: hoc est malæ habitudinis, id est infirmus. [illegible]. Ital. *Debole*. Gal. *Debile, foible, cassé*. Hisp. *Flaco*. } Terent. in Adelph. Membra metu debilia sunt. Cic. 3. in Catil. Infirmos sine illo, ac debiles fore putabã. Imbecillis ac debilis senex, Cic. pro Sestio.

Debilito, as, are, Debilem reddo. [illegible]. Ital. *Far debole, sor' le forze*. Gal. *Affoiblir, debiliter, amoindrir les forces*. Hisp. *Enflaquecer*. } Cic. in Vatin. Quæ leges sæpenumero Tribunitios furores debilitarunt, & repressérunt.

Debilitari, passiuè. Cic. 2. de Finib. Turpe esse viro debilitari, dolore, frangi, succumbere. Ibidem, Recitatis litetis, debilitatus, atque abiectus conscientia, repentè conticuit.

Debilitas, atis, Infirmitas. [illegible]. Ital. *Debolezza*. Gal. *Debilité, foiblesse*. Hisp. *Flaqueza ò fobledad*. } Cice. 1. de Finib. Vt succumbere doloribus, eósque humili animo imbecillóque ferre miserum est, ob eámque debilitatem animi, multi parentes reliquerunt.

Debilitatio. [illegible]. Ital. *Debilitamento, l'infermarsi*. Gal. *Debilitation, diminution de forces, affoiblissement, affoiblissure*. Hisp. *Flaqueza ò fobledad*. } Cic. in Pisonem, Quid debilitatio atque abiectio animi tui?

Deblatero, as, are, [illegible]. Ital. *Parlare stoltamente*. Gal. *Babiller*. Hisp. *Hablar bouerias*. } Est stultè loqui, inquit Festus: nam [illegible] stultos vocant Græci. Nonius verò deblacerare Obloqui, & confingere interpretatur. Plautus Aulul. Vbi es tu, quæ deblateratti iam vicinis omnibus, Me meæ filiæ dotarum dotem? Gellius lib. 9. cap. 15, Deblateratis vestuum multis millibus.

Decachinnari, Est deridere, vt est apud Tertullianum, [illegible]. Ital. *Beffare*. Gal. *Se moquer en riant*. Hisp. *Escarnecer riendo*.

Decachordum, [illegible], Instrumentum musicum decem chordas habens.

Decacumino, as, penult. corr. Cacumen præcido, siue cacumine priuo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ξακροτηριάζω, βλασταίνω. Ital. *Tagliare la cima.* Gal. *Tondre par le coupeau, desempeler.* Hisp. *Cortar la cumbre.* } Vnde βλαστολογία Theodorus decacuminationem vertit. &c. Colum. lib. 6, Potest etiam vltimus sic disponi, vt adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem decem & quinque pedum excedat. Plin. lib. 17, Similem & decacuminatio rationem habet, cupressi, picæ, cedri: hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto intereunt.

Decadorus, pen. prod. δεκάδωρος. Longus decem palmis.

Decalcatum, Calce litum. ἀσβεστωμένον.

Decalogus, δεκάλογος. pen. corr. Sacrum volumen quod decem Legis præcepta continet.

Decanto, as, pen. prod. Laudo, celebro, diuulgo. } ἐπαοιδάζω. Ital. *Diuulgare, celebrare.* Gal. *Chanter pâ & là, chanter par vers, donner los.* Hisp. *Diuulgar por fama y gloria.* } ¶ Interdum idem quod Iterum atque iterum repeto, & ad fastidium vsque inculco. ἀναβλόω. Cic. ad Attic. lib. 5, Etenim hæc decantata erat fabula. Idem 3. de Orat. Græcus doctor qui alicui perunigata præcepta decantet. Idem 3. de Finib. Quę quidem res efficit ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere.

Decaphoron, δεκάφορον, pen. corr. Lectica quæ fertur à decem hominibus: sicut Hexaphoron, quæ à sex.

DECAPOLIS, δεκάπολις. Regio Syriæ, Iudææ proximaita dicta à numero oppidorum, quę sunt Damascus, Oporon, Philadelphia, Rhaphana, Scythopolis, antea Nysa: Gaddara, Hippon, Dion, Pella, Galasa, Canatha. Eadem & Decapolitana regio appellatur à Plin. lib. 5. cap. 18.

Decaproti, pen. prod. δεκάπροτοι. Qui decaprotiæ munere funguntur. Cic. Decemprimos vocat. Vlpian. l. & qui. ff. de mun. & honorib. Decaprotos minores etiam annis x x v. fieri iampridem placuit.

Decapulo, as, pen. corr. } καπηλεύω. Ital. *Vocare, euacuare.* Gal. *Desemplir, & mettre d'vn vaisseau en autre.* Hisp. *Vaziar.* } Depleo, cuacuo: à capulis deductum, quæ sunt vasa ansata, quibus oleum depleri solet. Plin. lib. 15. cap. 6, Quare sæpius die decapulandum. Vnde & Capulator, de quo suprà.

Decarchos, δεκάρχος à Græcis appellatur, qui decem præest militibus, quem Latini vocant Decurionem.

Decas, adis, } δεκάς. Ital. *Decina.* Gal. *Dizaine.* Hisp. *Diez. numero.* } Aliquid decennarium numerum continens. Hinc Liuij Decades dicimus, operis sectiones, quarum singulæ decem continent libros. Quanquam non desunt qui Liuium historiam suam in libros, non in decadas, volunt distribuisse: quorum opinioni quo minus accedam, faciunt decimo cuique libro præfixæ præfationes quæ reliquis nullæ præfiguntur.

Decanlesco, scis, Caules, vel frondes amitto. κανλοὺς λύομαι. Plin. lib. 19. cap. 7, Rhaphanus vtique iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

DECEATES, Populi Liguriæ. Plin. lib. 3. cap. 5, Ligurum celebertimi vltra Alpes Sallyi, Deceates, Oxybij.

Decedo, is, Abeo, discedo. } χωρέω. Ital. *Partire, andarsene.* Gal. *Se departir, s'en aller.* Hisp. *Partirse de lugar.* } Cælius Ciceroni, Quod tibi decedenti pollicitus sum. Terent. Heaut. Decedet iam ira hæc: etsi meritò iratus est. Propriè verò à mandato custodiæ loco recedo: vt Cõsules de prouincia dicuntur decedere, & Præsides de vrbibus, Cic. ad Att. Non puto nos senatus antè oportete decedere quam nobis successum sit. ¶ Decedere de summa, est de summa aliquid detrahi, eámque immiui. Terent. Adelph. Mea, quæ præter spem enenere, vtantur sine: De summa nihil decedet. ¶ Item Decedere, est Detrahi, siue minui. ὑποχωρῶ, ἀνίεμαι: & sic eleganter habet datiuum. Lactant. lib. 1, Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil possit accedere. ¶ Interdum idem est quod simplex Cedo, hoc est locum do. Cicero, Antequam iret in exilium, Ego inimicorum amentiæ salutis omnium causa decedam. Et paulò pòst, Si violentiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus vnus Tribunitio furori. ¶ Decedere via, est per errorem, siue honoris gratia digredi. ἐξίσταμαι τῆς ὁδοῦ. Sueto. in Cæs. Et quum luminibus extinctis decessisset via diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus euasit. Plautus in Trin. Decedam ego de via, de semita, de honore populi. ¶ Decedere de suo iure, est non summo iure agere, sed aliquid sui iuris condonare comiter. τῶν δικαίων τινὰ ἀφίημι. Cic. 1. Offic. Est enim liberale, paululum nonnunquam de suo iure decedere, & interdum fructuosum. ¶ Rursus Decedere ponitur pro moti, ἀπαλλάττομαι. & per se plenum est, vt subintelligatur vita, tanquam de custodia & gubernatione corporis proficisci: vt eo modo dicatur Decessit, quo Defunctus est. Cic. ad Attic. lib. 1, Pater nobis decessit ad v i i i. Calend. Decemb. ¶ Decedere de statione vitæ, figuratè apud eundem in Catone, Vetat Pythagoras sine iussu Imperatoris de præsidio, & statione vitæ decedere. Ex dictis exemplis colligi potest quòd hoc verbum ablatiuum habet aliquando cum præpositione De, aliquando verò sine ea: vt Decedere via, vel de via. Decedere iure suo, vel de iure suo: Decedere officio, vel de officio, quod est contra officium aliquid facere. Sic Decedere instituto suo, vel de instituto, aut more suo, id est secus quàm quis solitus sit agere, mores mutare.

ecessor, verbale est à Decedo, Significans eum qui iam magistratu defunctus, decidit de prouincia, & successori suo eam tradit. } ἀνθυπάτευε. Ital. *Chi sene va, & da luoco ad altri.* Gal. *Celuy qui s'en va, & laisse la place à vn autre.* Hisp. *El que da lugar al successor.* } Vlpia. in l. obseruare. ff. de offic. Proconf. Rectè autem & ordine faciet, si edictum decessori suo miserit, significétque quo die fines sit ingressurus. Decessorem itaque Latinè vocabimus quem vulgò *Prædecessorem* vocant, cui scilicet in officio, aut alia quauis re succedimus.

Decessio, onis, & Decessus, us, ui. } ἀνθυπάτευσις. Ital. *Il partirsi & dar luoco ad vn'altro.* Gal. *Departement d'vn lieu.* Hisp. *Aquella partida de lugar.* } Cice. ad Qu. fratrem lib. 1, Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. Idem Sulpitio lib. 4, Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat. Cæsar 3. bell. Gall. Vulgò credebatur ab eius decessu ferere solitos. Celsus lib. 3. cap. 12, Sub decessu febris cibum sumat.

DECELIA, siue Decelea, pen. prod. δεκέλεια, Agri Attici locus est, in tribu Hippothoontide: cuius frequens mentio est apud Thucydidem.

Decem, Numerale, indeclinabile, à Græco δέκα. } Ital. *Dieci.* Gal. *Dix.* Hisp. *Diez.* } Terent. in Heautont. Decem dierum vix mihi est familia. & Hinc fiunt composita. Vndecim, Duodecim, & derivativa, Decies, Decimus, Decuplus, Denus, & Decenus: de quibus suis locis.

December, Nomen mensis, quòd decimum locum teneret antequam additi essent Ianuarius & Februarius. } δεκέμβριος. Ital. *Decembre mese.* Gal. *Decembre.* Hisp. *El mes de dezembre.* } Legitur & Decembris, adiectiuum. Horat. 2. Serm. -age libertate Decembri Vtere. Hoc est ea libertate quæ seruis mense Decembri (tunc enim Saturnalia celebrabantur) solet concedi.

Decemiugis, Currus quem decem equi iuncti trahunt. δεκάζυγος. Sueton. in Nerone. Autigauit quoque plurifariam: Olympiis verò etiam decemiugi, subaudi, curru.

Decempeda, pen. corr. } δεκάπους. Ital. *Pertica di legnaiuolo & di misuratore di terra.* Gal. *Perche à arpenter & mesurer, de dix piés de long.* Hisp. *Medida de diez pies.* } Pertica qua mensuratur terra, à numero pedum dicta: sicut Quinquepeda, à quinque pedibus. Cic. 17. Philip. Vrbem iam peritus mensor, & callidus decempeda sua Saxa diuiserat. Saxa hoc loco est proprium nomen amici Antonij.

Decempedator. } ὁ τὴν δεκάποδα μετρῶν, ὁ γεωμέτρης. Ital. *Misurator di terra.* Gal. *Vn arpenteur & mesureur de terre.* Hisp. *El que mide con aguela medida.* } Qui decempeda metitur. Cicc. 13. Philip. Canebat etiam L. Antonius, qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator.

Decemprimi dicuntur à Cicerone, qui δέκα πρῶτοι Græcè. Pro Rosc. Amer. Itaque Decurionum decretum statim fit, vt Decemprimi Proficiscantur ad L. Syllam, doceántque eum qui vir Sex. Roscius fuerit.

Decemscalmus, Actuariolum quod decem scalmis agebatur. δεκάκωπος. Scalmus autem lignum illud est in quo remus aptabatur ad facilius remigandum. Cic. ad Attic. lib. 16, Hæc ego conscendens è Pompeiano, tribui actuariolis decemscalmi.

Decemuiri, Summus magistratus Romæ fuit, in Consulum locum suffectus. } δέκα ἄνδρες. Ital. *Dieci homini eletti al gouerno di Roma.* Gal. *Dix hommes esleus pour le gouvernement de Rome.* Hisp. *Diez varones para regir antiguamente Roma.* } Cic. 1. de Orat. Dicant vel Græci, si volunt, vel nostri Decemuiri qui duodecim tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse paulentes. Liu. 3. ab Vrbe, Anno trecentesimo altero quã condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Consulibus ad Decemuiros, quemadmodum à Regibus antè ad Consules venerat. Translatio imperij nus insignis, quia non diuturna mutatio fuit: læta enim principia magistratus eius nimis luxuriauere, eo citius lapsa res est: repetitumque, duobus vti mandarentur Consulũ nomen imperiúmq;. Bud. in Annot.

Decemuitalis, le. ὁ δεκαδικὸς, ὁ τῶν δέκα. vt, Decemuirales leges, quæ sunt leges duodecim tabularum, quibus perferendis Decemuiri consulari potestate creati sunt. Liu. lib. 3, Priusquam vrbem egrederentur, leges Decemuirales, quibus Tabulis duodecim est nomen, in æs incisæ publicè propositæ sunt. ¶ Decemuirale collegium. Cic. 6. Verr. Tum ex amplissimo decemuirali sacerdotes Pop. Romani, &c.

Decemuiratus, tus, Dignitas & officium Decemuirorum. } ἡ δεκαδικὴ ἀρχὴ, ἡ ἀρχὴ τῶν δέκα. Ital. *Magistrato de dieci homini.* Gal. *La magistrature ou office de dix hommes egallement & ensemble gouvernant vne ville.* Hisp. *Aquella dignidad de diez varones.* } Cice. de lege Agra. Vt is Decemuiratum habeant, quos plebs designauerit.

Decennale, Quod est decem annorum. } δεκαετικός. Ital. *Di dieci anni.* Gal. *De dix ans.* Hisp. *Diez años, cosa de diez años.* } vt, Bellum decennale.

Decennis, ne, Decem annorum, } δεκαετής. Ital. *D'anni dieci.* Gal. *Qui a dix ans ou aagé de dix ans.* Hisp. *Cosa de diz años.* } à quo Decennium. Decennis fœmina, Plin. lib. 8. cap. 5, & 44.

Decies, aduerbium. } δεκάκις. Ital. *Dieci.* Gal. *Dix fois.* Hisp. *Diez vezes.* } Plaut. Stic. Quin & ipsa decies in die mutat locum.

Decimus, Vtrimus ex denario, vel vnus ex decem. } δέκατος. Ital. *Decimo.* Gal. *Dixieſme.* Hisp. *Decimo en orden de numero.* } Plaut. in Amphit. Alter decumo pòst mense nascetur puer.

Decimum, aduerbium. } δεκάτως. Ital. *La decima fiata.* Gal. *Pour la dixieſme fois.* Hisp. *La decima vez.* } Liu. 6. ab Vrbe, Nos reficietis decimùm, Tribunos.

Decimanus, siue quod vsitatius est, Decumanus, Idem ferè est quod decimus. } δέκατος. Ital. *Decimo.* Gal. *Dixieſme.* Hisp. *Decimo.* } Quia tamen ita vsuuenire soler in rerum natura, vt decima quæq; sint maxima, factum est vt decumanus accipiatur pro Magno. Vnde Decumana porta castrorum, quæ in his maxima est, erárque in postica castrorum parte, vt ex Cæsare lib. 3. bell. Gall. intelligitur. ¶ Decumana ova, quæ cæteris maiora sunt: & Decumani fluctus dicuntur qui reliquos magnitudine superant. Nam & ouum decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, vt scribit Festus Pomp. Ouid. 11. Metam. Vastius insurgens decimæ ruit impetus vndæ. ¶ Decumanus accipenser, apud Cic. 2. de Fin. ex Lucilio. ¶ Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. Cic. 3. Verr. Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus est. ¶ Et Decumanus limes, in limitatione agrorum, à magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab Exortu æquinoctiali ad Occasum æquinoctialem secat. Nam alter ex transuerso occurrens, cardo appellatur à Septentrione in Meridiem ductus. Plin. lib. 18, Linea hæc erit ab Exortu æquinoctiali, ad Occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrũ, Decumanus vocabitur. ¶ Decumani etiã (vt Asconius Pædia. docet) vocantur publicanorũ principes, à quibus decumæ, siue decimę, exigebãtur Cic. lib. 4. in Verrẽ, Decumani, hoc est principes, & quasi Senatores publicanorũ, remouendas de medio litetas censuerũt.

Decimæ, arum, siue Decumæ, significat decimam partem quarumcunque rerum quæ soluitur principibus & sacerdotibus. } δέκατη, δεκατεία. Ital. *Decime.* Gal. *Decimes, ou dismes, la dixieſme partie.* Hisp. *Diezmos que se pagan delos frutos.* } Plaut. Vt decimas solueret Herculi. ¶ Legitur & Decuma in singulari numero. Cice. 5. Verr. Affirmante se plus decuma non daturum. Idem de Nat. deor. Neque Herculi quisquam decumam vouit vnquam, si sapiens factus esset.

Decimo, as, are, Est decimam partem detrahere. } δεκατεύω, δεκατεύομαι. Ital. *Decimare, torre la decima.* Gal. *Dismer, payer en dix, ou de dix en prendre l'vn.* Hisp. *Diezmar, tomar del diezmo.* } Vnde Decimari legiones dicuntur, quando decimus quisque supplicio afficitur ab Imperatore, quod Polybius

Lybiæ vocat ἐν δεκάτῳ κλῆρος ἐπὶ θανάτῳ. Liu.lib.1.Cæteræ multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.Sic Vigesimare,& Centesimare dicitur.

Decimodia, vel Decemmodia, Vasis genus erat decem capiens modios: sicut Trimodia,quod tres capiebat modios.Colum.li.12.ca.18,Perennè fabricandæ decimodiæ & trimodiæ & fiscellæ texendæ & picandæ.

Decernina,Dicuntur,teste Festo,quæ purgandi causa decerpuntur: cuiusmodi sunt frondes sacræ, quibus in lustrationibus vti solent. κλῶνες ἱεροὶ ἁγνιστικοί.

Decerno,is,decreui,decretum, Propriè constituo, definio, siue de magnis rebus certam sententiam profero:vt Senatus decretum. {ψηφίζεμαι.Ital.*Determinare.* Gal. *Conclure, determiner.* Hisp. *Determinar y definir.*} Cic.lib.1. Offic. Quare expectanda quidem magis est decernendi ratio,quàm decertandi fortitudo.Terent. in And. Quicquid peperisset, decreuerunt tollere,id est deliberauerunt. ¶Interdum est ex potestate constituere:vnde Decreta fatorum,& syderum.Scribit Firmicus, sydera decernere fœlicitates infœlicitatésque mortalibus. ¶Per translationem verò pertinet ad ea quæ sunt dimicationis. κρίνω. Liu.lib.1. ab Vrbe,Obuiam egressi,vt potius acie decernerent, quàm inclusi de tectis dimicarent.Virgil.lib.11.Aeneid. Ipsum armis, ipsúmque iubet decernere ferro.

Decretus,a,um,participium à Decernor,verbo passiuo,idem quod Definitus,siue constitutus.{ὡρισμένος.Ital.*Ordinato,determinato.*Gal. *Decreté & arresté,ordonné.*Hisp.*Decretado, determinado,ordenado.*} Cic.de Prouinciis Consul.Prouinciam despõsam,non decretam habere videtur.

Decretum,ti,nomen substantiuum,Statutum,sententia. {δόγμα,ψήφισμα. Ital.*Constitutione, deliberatione.*Gal.*Arrest,ordonnance de magistrat, opinion arrestée & conclue ou accordée entre sauans.*Hisp.*Statuto,ordenança,sentencia,deliberada.*} Plin. in Epistol. Decreta quibus damnati erant proferebantur. Cic.4.Acad.Sapientiæ verò quid futurum est,quæ neque de seipsa dubitare debet,neque de suis decretis(quæ philosophi vocant dogmata) quorum nullum sine scelere prodi poterit? Vnde Decreta Pontificum, constitutiones dicuntur. ¶Decreta Senatus, τὰ βουλευθέντα, τὰ ἐπικυρωθέντα, à Consultis sic distinguuntur ab aliquibus, vt Decretum dicant particulam quandam esse Senatusconsulti, vt quum prouincia alicui decernitur:tanquam Decreta sint specialia,Consulta generalia.

Decretorius,a,um, Ponitur pro iudiciario, in quo scilicet iudicium ferri potest. {κριτικός.Ital.*Giudiciario.*Gal. *Iudiciel.* Hisp.*Cosa para juyzio.*} vt Dies decretorius,κρίσιμος ἡμέρα, qui & Criticus & Crisimus. ¶Decretorium sydus vel tempus dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro sumitur iudicium. Plin.lib.18, Res summa vitium agitur, decretorio vuis sydere illo, quod caniculam appellamus: vnde & carbunculare dicuntur,vt quodam vredinis carbone exustæ.Idem, Aquila exoritur vesperi decretorio die, florentibus oleis. ¶Aliquando dicitur quod est decretum,firmatum, extánsque ad aliquid arguendum, iudicandúmve.Quintilianus,At quidam litigationibus suis illum modò ambitiosum declamanti sudorem præstitisse contenti, cum turba laudantium destituunt subsellia,pugnámque illam decretoriam imperitis.ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt.

Decerpo,is,decerpsi,decerptum,ex De,& Carpo,Detrahо, siue à re aliqua carpo,{κόπτω κόπτω τι ἀπό τινος.Ita.*Cerpire,tor via.*Gal.*Cueillir,arracher & tirer* Hispa.*Destroçar, ò quitar vna cosa de otra.*} vt,Decerpere vuas, Plin. in Epist. ¶Decerpere fœtus arborum.Plin.lib.4.cap.22. ¶Decerpere folia, Colum.lib.5.ca.10. Horat.1. Serm.Satyr.2, -quare (ne pœniteat te)Define matronas sectarier:vnde laboris plus hauritę,mali est,quàm ex re decerpere fructus.Cic.5.Tuscul.Humanus autem animus decerptus est mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu,comparari potest.

Decerto,as,frequentatiuum. {ἀμιλλῶμαι.Ital.*Combattere,guerreggiare.*Gal. *Debattre se combattre.*Hisp.*Mucho luzar ò batallar.*} Cic. pro Planco, Sed erat non iure , non legibus , non disceptando decertandum. Cæsar 2. bel.Ciui.Hoc animo decertabant, vt nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur. Idem 3. bel. Ciui. Ne ciues cum ciuibus armis decertarent.

Decertatur, impersonale.Cic.1. Offic. Quum verò de Imperio decertatur, bello gloria quæritur. ¶Decertatus, participium. Statius lib.1. Theb.Fraternas acies, alternáque regna prophanis Decertata odiis, sontésq; euoluere Thebas. ¶Labores decertati,id est certãdo peracti, Claudianus 1.Paneg.

Decertatus,a,um,partic.{ἠγωνισμένος,πολεμηθείς.Ita.*Combattuto.*Gal.*Debatu.*Hisp.*Combatido.*} Stat.lib.1. Thebaid. Fraternas acies, alternáque regna profanis Decertata odiis, sontésq; euoluere Thebas. Labores decertati,id est certando peracti.Claud.1.Paneg.

Decertatio,Verbale.{ἀγωνισμός.Ital.*Combattimento,contesa.*Gal.*Combat,debat.* Hisp.*Debate,contencion.*} Cic.11.Philip. Quúmque harum rerum omnium concertatio Consulibus optimis & fortissimis commissa & commendata sit.

Decertatorius,a,um,vt Pugna decertatoria.ἀγωνιστικός. Quintil.lib.6.ca.4.

Decet,Conuenit, honestum est, aptum est, consentaneum est tempori, loco ac personæ.{πρέπει.Ital.*Conuenirsi, essere honesto.*Gal.*Il est conuenable,il conuient,il est bien seant.*Hisp.*Honestamente conuiene.*} Et modò personale est, in tertiis tamen duntaxat personis declinatum.Ouid.de Remed.Lude, decent animos mollia regna tuos. ¶Modò impersonale,habétq; ferè accusatiuum.Cic.3.de Finib.Decet patriam esse chariorem nobis quã nosmetipsos.Idem 5. Tusc. Oratorem irasci non decet, simulare non dedecet. Nonnunquam etiam datiuum.Terent.Adelphis, Facite ita vt vobis decet.Plaut.Nobis decet esse bonis. ¶Huic contrarium est Dedecet,quod est inconueniens,ineptum,turpe,siue inhonestum. ἀπρεπές, ἀπρεπῶς.Ouid.lib.6.Metam. Admouique preces, quarum me dedecet vsus.

Decens,participium,siue nomen ex participio, {πρέπων. Ital.*Conueneuole.* Gal.*Conuenable.*Hisp.*Conueniente.*}Pulchrum, conueniens & aptum. Color decens, Horat.4. Carm. Ode 3. Facies decens,Ouid.3.Trist.Eleg. 7.Patra decentia,Seneca Hippolyto.

Decentia, Conuenientia quædam & pulchritudo. {ἁρμονία.Ital. *Conueneza, ornamento, auenenza.*Gal.*Conuenance, bienseance.* Hisp. *Conueniencia,y hermosura.*} Cic.2.de Nat.deor.In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius,colorum etiam & figurarum tum venustatem atque ordinem,& (vt ita dicam)decentiam oculi iudicant, atque etiam alia maiora.

Decenter,aduerbium, Pulchrè, aptè, conuenienter.{κοσμίως.Ital.*Propiamente,conuenevolmente.*Gal.*Proprement & conuenablement.*Hisp.*Conuenientemente,propriamente.*} Cic.pro Cecin. Siquæ decentissimè descripta maioribus iura finium, possessionum,aquarum,itinerúmque sunt, hæc perturbari aliqua ratione,commutarique possunt.

Decido,pen.prod.Abscindo,amputo.{κόπτω.Ital.*Tagliare.*Gal.*Couper, retrancher.*Hisp.*Cortar.*} Plaut.in Merc.Decide mihi collum, si falsum ad te loquar. ¶Per translationem verò significat determinate, διαλύω. Horat.Et post decisa negotia campo. Cic.7. in Verrem, quibus rebus omnibus actis atque decisis,producuntur è carcere. ¶Eleganter etiam ponitur pro litem consensu mutuo dirimere,quod Transigere plerũq; Iureconsulti vocant:translatione sumpta ab iis qui rem controuersam scindunt, vt quisque partem æquam auferat, & à controuersia discedatur.Cic.4.in Vetrem.Res ad illum defertur,& illius morte decidítur. Idem,Quæ cum reo transigat,pòst cum accusatore decidat. Vide Budæum in Annotationibus.

Decisio,onis,Determinatio,vel diremptio litium mutuo consensu. {διάλυσις,διάλυσις.Ital.*Compositione, accorda, appuntamento.*Gal.*Decision,apointement,composition & accord.*Hisp. *Acuerdo de pleytos.*} Cic. pro Cecin. Quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis.Idem pro Roscio,Dicat decisionem factam esse quæ facta non est.

Decido,is, pen. corr. Deorsum cado. {πίπτω.Ital.*Cadere in giu.*Gal. *Decheoir,cheoir en bas,tomber.*Hisp.*Caer baxo.*} Cic.2. Offic. Ficta omnia celeriter tanquam scenici decidunt. ¶Decidere equo, vel ex equo, Cæsar 1.bel.Gall.& Plin.lib.28.cap.8. ¶Sic per metaphoram, Decidere spe,vel à spe,hoc est spem amittere.Terent.in Heaut.Quanta spe decidit Liu.lib.7.bel.Maced.Antiochus postquam à spe societatis Prusiæ decidit,Ephesum ab Sardibus est profectus.

Decidens,a,um, {πίπτων.Ital.*Soggetto à cadere.*Gal.*Qui cheoit aisement, subjet à cheoir.*Hisp.*Cosa cadiça.*} vt Folia decidua. Plin.lib.11.cap.37,de cornibus animalium,Omnibus autem caua, & in mucronem demum concreta sunt:ceruis tantùm solida,& omnibus annis decidua.

Decidium,pro occasu.Seneca Epist 30,Bassus noster videbatur mihi prosequi se,& componere,& viuere tanquam superstes sibi & fortiter ferre decidium sui.

Decies,Decima,Decimare,Decimus,Decimodiæ, Vide DECEM.

Decipio,is,pen.corr. Defraudo, deludo à Capio compositum, {ἐξαπατῶ.Ital.*Ingannare.*Gal.*Decevoir,tromper.*Hisp.*Engañar.*} Cic.2. de Diuin. Nam illa amphibolia quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere.Ouid.Epist.11,Vltimus est aliqua decipere arte labor. Terent. in Andr.Deceptus sum,at non defatigatus. Cic.1. Offic. Iam illis promissis non standam esse,quis non videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit?

Deceptor,oris,verbale, {ἀπατεών,ἀπατηλός Ital.*Ingannatore.*Gal.*Deceueur, trompeur.*Hisp.*Engañador.*} Senec.Thyest. -proditus,occidit Deceptor dominæ Myrtidus,&c.

Decipula,æ,Instrumentum aliquod decipiendis vel auibus, vel muribus idoneum, {παγίς.Ital.*Laccio,trabucco da prendere uccelli, ò fiere.*Gal.*Lacs ou autre instrument à prendre oiseaux ou autres bestes.*Hisp.*Lazo ò cepo para tomar fieras.*} Pro quo & Decipulum, neutri generis dixit Apuleius lib.8. ¶Decipula murem cepit,ἀλώπηξ ἐνέπεσε τῇ παγίδι τοῦ μυός. De rectè meritóq; deprehensis & malo dignis. Quasi dicas, lupus in foueam incidit: aut, aper in casses.

Decircino,as,pen.corr.contrarium suo simplici circino, quod significat aliquid rotundum facio. κυκλοῦμαι. Manil.lib.3, Quem rerum natura soli decircinat orbem.

Deciremis,fœminini generis,Nauigij genus est, habens decem remorum ordines. δεκήρης. Plin.lib.7. cap.56, Quinqueremem instituit Nesichton Salaminius,sex ordinum Xenagoras Syracusius: ab ea ad deciremem Musigeton.

DECIVS, Δέκιος, à decem, Viri proprium: quemadmodum à quinque Quintius.Decij tres,pater,filius & nepos dicti fuere, qui pro patria se deuouerunt:pater bello Gallico,filius bello Hetrusco, nepos eo bello quod Pyrrhus gessit pro Tarentinis. Cic.1. Tusc. Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis etiam filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent.

Declamo,as,are, Est ficto themate se exercere. {φαντασίαις τισὶ λόγους μελετῶ. Ital.*Essercitarsi dicendo.*Gal.*Declamer,s'exercer à parler.*Hisp.*Exercitarse en la Retorica.*} Cic.5.de Fin.Quo in loco ad finctum aiunt declamare solitum Demosthenem. Ouid.2. de Arte, Sed neque declament medio sermone diserti, Nec sua vesanus scripta poëta legat. ¶Contra alium vehementissimè declamare. Cic. 6. in Verrem, Ille autem insanus,qui pro isto contra me vehementissimè declamasset, postquam, &c.Idem Appio lib.3, Veruntamen est maiestas (vt Sulla voluit) ne in quemuis impunè declamare liceret.

Declamito,as,are,frequentatiuum. {λεπτολογίαις,παλαιὸν δὲ λόγον ἐπιμελοῦμαι.Ital.*Orare souente in causa finta.*Gal.*Declamer souuent.*Hisp.*Muchas vezes orar causas fingidas.*} Cic.filius ad Titonem, Præterea declamitare Græcè apud Cassium institui,Latinè autem apud Brutũ exercere volo. Cice.1. Tuscul.Vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit:sic hęc mihi nunc similis est declamatio.Idem 5.Phil. Ipse interea decem & septem dies, vt digestio potius quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens:hæc enim ei causa solet esse declamandi. Idem de Claris Orat. Commentabat declamitans (sic enim nunc loquimur) sæpe cum M. Pisone, & Q. Pompeio.

Declamator,toris,Qui domesticis,scholasticisve meditationibus se exercet,vt postea seriis in causis sit paratior.{λεπτολόγος,μελετητής.Ital. *Oratore in cause finte.*Gal.*Declamateur, qui s'exerce à declamer.* Hispa.*Orador en causas fingidas.*} Cic.in Orat.Non enim declamatorem aliquem de ludo,aut fabulam de foro,sed perfectissimum & doctissimũ oratorem quærimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Declamatio, onis, Est domestica exercitatio, vel scholastica, qua futuri oratores feriis causis solent præludere, parandæ eloquentiæ causa, vel locupletandæ. {μικρὸς λόγος μελέτη. Ital. *Oratione in causa finta.* Gal. *Declamation.* Hisp. *Oracion en causa fingida.*} Solebant enim causas acturi domi prius præmeditari ea quæ in foro essent dicturi. Pueris quoque in ludis ficta quædam themata solebant præscribi, quibus se præexercerent, & ad eloquentiam sibi viam sternerent. Cicer. pro Muræna, Non placet mihi declamatio potius quàm perfalutatio. Idem pro Planc. Vulgaris & peruulgata declamatio.

Declamatorius, a, um, {μελετητικὸς ἐκ τῆς λέξεως, ὁ ῥητορικὸς, ὁ αὐξητικός. Ital. *Pertinente à finta oratione.* Gal. *Des apartenances de declamation.* Hisp. *Cosa para orar causas fingidas.*} vt Genus dicendi declamatorium, hoc est declamationibus magis, quàm seriis orationibus accommodatum, hoc est non tam neruosum quàm ornatum, & ad ostentationem compositum. Cic. Quinto fr. lib. 3. Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.

Declamatorie, aduerb. More declamantium. μελετητικῶς. Hieronymus, More eorum qui declamatorie solent loqui ad populum.

Declarare, Est aperte monstrare, plus enim est quàm significare: & tam ad facta quàm ad dicta pertinet. {δηλοῦν, δήλωσις. Ital. *Dechiarare, monstrare apertamente.* Gal. *Declarer.* Hisp. *Declarar.*} Cicer. Lucceio, Itaque hoc sæpius dicendum, ubique non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Idem, Declarauit id modò temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. ¶ Declarare Consulem veteres dixerunt pro eo quod est renuntiare, quum scilicet is qui Consulatu decedebat, collectis tribuum suffragiis, pronuntiabat quis futurus esset Consul. Cic. pro Muræna, Vt eiusdem hominis voce & declaratus Consul esset & defensus.

Declaratio, verbale. {δήλωσις. Ital. *Dichiaratione.* Gal. *Declaration.* Hisp. *Declaracion.*} Cic. Planc. lib. 10, Rursus declaratio animi tui, quem haberes de Republica, quémque habiturus esses, mihi erat iucundissima.

Declino, as, pen. prod. are, {κλίνω, ἐκκλίνω, ὑποχείρημι. Ital. *Declinare, schiuare, abbassare.* Gal. *se destourner, euiter.* Hisp. *Rehuyr o euitar alguna cosa, desuiar, abaxar.*} Significat deorsum aliquid flectere. Sed quoniam sæpius cadebat, aut etiam totum corpus declinando, periculum deuitatur, consuetudo inualuit vt pro vitare poneretur: & neque tantùm deorsum, sed quoquouersus se quis flecteret, idem significaret: quemadmodum in gladiatoribus videmus, qui vt petitiones aduersariorum facilius declinare possint, modò se huc, modò illuc, vel toto corpore, vel parte aliqua flectunt. ¶ Sed varie construitur. Ponitur enim vel absolutè. Cic. pro Sest. Magna rerum permutatione impendente, declinasse me paululum, & spe reliquæ tranquillitatis præsentes fluctus, tempestatemq; fugisse. Vel cum accusatiuo. Cic. 1. Offic. Declinéque ea quæ ei nocitura videantur. Vel cum ablatiuo & præpositione. Idem Tusc. 4, Quomodóque bona natura appetimus, sic à malis natura declinemus. ¶ Est & alia huius verbi significatio, quum scilicet ponitur pro deflectere, vel diuertere, & hoc quoq; aliquando cum accusatiuo. Cic. pro Planc. Brundusium veni, vel potius ad mœnia accessi: vrbem vnam mihi amicissimam declinaui. Aliquando cum præpositione à. Cic. Attic. De Buthrotio negotio, vtinam quidem Antonium conuenissem, multum profectò proficiam: sed non arbitratur eum à Capua declinaturum. Vel cum præpositione de. Idem de Finib. 5. Modò etiam paululum ad dextram de via declinaui, vt ad Pericles sepulchrum accederem. (Et transl. Idem de Amic. Vt etiam si qua fortuna acciderit, vt minus iustæ amicorum voluntates adiuuandæ sint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de via, modò ne summa turpitudo sequatur, id est de summo iure decedendum est, & aliquid amicitiæ condonandum, modò ne turpitudinem aliquam grauioré subeamus.) Plautus in Aulul. Nam ego modò declinaui paululum me extra viam. ¶ Interdum pro Deduco, hoc est pro ab vno loco ad alium duco. Liu. 1. ab Vrbe, Necea culpa quam arguo, omnium Albanorum ducem sequuti sunt, vt & vos, si quò ego inde agmen declinare voluissem, secissetis. ¶ Interdum pro alieno, eximo. Terent. in Hecy. Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio vllam reperias.

Declinatio, verbale. {κλίσις. Ital. *Schiuamento, inchinatione.* Gal. *Destournement, euitement, fuitte, destour.* Hisp. *Declinacion.*} Curtius lib. 7, Igitur Macedo lanceam omisit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitasset, &c.

Decliuis, ue, Deorsum inclinatus, atque incuruus. {κατάντης κυρτὸς φερόμενος. Ital. *Inchinato.* Gal. *Qui penche & va en abbaissant.* Hisp. *Prono, inclinado o cosa que declina ò cae.*} Cæsar. 2. bel. Gal. Collis à summo æqualiter decliuis. Hirtius 1. bel. Ciuil. Ab oppido autem decliui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. Plin. in Epist. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diuidua, mater olim, &c.

Decliuitas, atis, Ipsa inclinatio. {κατάντησις, τὸ κατάντες. Ital. *Inchinatione, abbassamento.* Gal. *Penchement, abaissement.* Hisp. *Decendimiento cosa ayuso.*} Cæsar 8. bell. Gall. Exiguum loci ad decliuitatis fastigium magnum habet momentum.

Decollo, as, are, De collo deponere: vt interpretatur Nonius, citans illud Cæcilij, Tibi tradidi, in tuo collo est, decolles caue. Significat etiam caput alicui auferre, quod veteres Securi percutere dicebant. {ἀποκεφαλίζω, ἀποτραχηλίζω. Ital. *Tagliar il collo, leuar la testa.* Gal. *Oster de dessus le col, decoller, oster la teste.* Hisp. *Degollar, descabeçar.*} Fenestella lib. 1, Quemadmodum Cæsar à piratis captus sit, vtque eos postea ceperit, & decollauerit. Suetonius in Calig. Miles decollandi artifex, quibuscunque è custodia capita amputabat. ¶ Per metaphoram pro destituere, & frustrari, siue decipere. Plaut. in Capt. Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi vna spes exanimatæ. Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad cænam aspera. Id est si fefellerit ea spes, vel potius perierit, quasi collum fregerit. ¶ Quinetiam quod Varro Decollare dixit, Columella eandem rem tractans, deesse scripsit. Varronis verba hæc sunt, lib. 1. de Re rust. cap. 2, Duo in primis spectasse videntur homines Italici in colendo, passimne fructus pro impensa ac labore reddere: & vtrum saluber locus esset, an non: quorum si alterum decollat, & nihilominus vult colere, mente est captus, atque ad agnatos & gentiles est deducendus. Columellæ autem hæc, lib. 1. cap. 3, Portius quidem Cato censebat in emendo, inspiciendóque agro præcipuè duo esse consideranda: salubritatem cæli, vbertatem loci: quorum si alterutrum deesset, ac nihilominus quis vellet incolere, mente esse captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

Decolor, pen. corr. adiectiuum, Significat quod colore vitiato est, vel malè coloratum. {κακόχρωμος, δύσχρους. Ital. *Senza colore, scolorito, di brutto colore.* Gal. *Qui a mauuaise, ou qui a perdu sa couleur.* Hisp. *Sin color, descolorado.*} Tibullus, Quæ feret à celeri decolor Indus aqua. Plin. lib. 16. cap. 12, Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor. ¶ Decolor nonnunquam pro turpi & inhonesto accipitur. Ouid. in Epist. Deianiræ ad Herculem, Fama Pelasgiades subitò peruenit ad vrbes Decolor, & factis inficianda tuis. ¶ Aetas decolor. Virgil. 8. Aeneid. Aureáque, vt perhibent, sub illo rege fuerunt Secula: sic placida populos in pace regebat, Deterior donec paulatim ac decolor ætas, Et belli rabies, & amor successit habendi. Vbi Seruius, Decolor ætas, vitiosa: in omni enim vitioso corpore inest pessimus color.

Decolóro, as, pen. prod. Colore pristino priuo, aut colorem vitio. {τὸ χρῶμα μεταβάλλω, ἐξιῶμαι. Ital. *Discolorare.* Gal. *Perdre sa couleur, prendre mauuaise couleur.* Hisp. *Quitar el color.*} Lib. 2. ad Heren. Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. Colum. lib. 12. cap. 16, Deinde vuas pro magnitudine binas, vel ternas interse colligatas, in ahenum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur. Seneca Natur. quæst. 2, Decoloratur id cuius color vitiatur, non mutatur.

Decoloratio, verbale. {ἀχρόημα, μέλχρωμα. Ital. *Scoloramento.* Gal. *Decoulourement, mauuaise couleur, comme palle.* Hisp. *Descoloramiento.*} Cic. 2, de Diuinat. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguini similis esse.

DECOONTES, Herculis filius fuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. Autor est Homerus in Odyssea.

Decoquo, is, pen. corr. Paulatim diminuere & coquendo absumere. {ἀφέψειν. Ital. *Consumare, scemare cuocendo.* Gal. *Decuire, faire cuire iusques à diminuer.* Hisp. *Consumir coziendo.*} Plin. lib. 21. cap. 3, Neronis principis inuentum est decoquere aquam. Ita Decoquere mustum, vel aliud, ad tertias & quartas, Columellæ, & Plinio sæpe. Vnde Decocta aqua, & Decoctum, ἀφέψημα. ¶ Plin. lib. 22. cap. 22, pro conuertere accipere videtur quum dicit, Si calligaris clauus, si ferri vel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor adfuerit nascenti, omnem illico succum alienum, saporemque in venenum decoquit. ¶ Interdum idem quod substantiam cõsumere, seu prodigere, & creditores solutione fraudare. {χρεωκοπῶ. Ital. *Fallire, fare bancarotta.* Gal. *Frauder ses crediteurs, manger & despendre ce qu'on doit, faire banqueroute.* Hisp. *Quebrar el credito ò banco.*} quod sæpe eueniit his qui gulæ omnia dedunt, aut qui scorta sectantur: translatione sumpta ab his rebus quæ ad ignem diutius commoratæ, ad nihilum redigi solent. Et ferè intransitiuè ponitur. Cic. 2. Philipp. Tenésne memoria, prætextatum te decoxisse. Plin. lib. 3. cap. 10. Decoxisse creditoribus suis? ¶ Interdum etiam transitiuè dicimus Decoquere patrimonium, vel Decoquere substantiam. Ita vsus est Spartianus, quum scribit Adrianum Senatoribus qui non vitio suo decoxerant patrimonium, pro modo Senatoriæ professionis expleuisse. Columel. lib. 12, Nam quanuis interdum emendatum sit perperam factum vel imprudentia aut negligentia, res tamen ipsa iam domino decoxit, id est detrimentum dedit. ¶ Tale quid in se habet Defrigo: vt, Hic defrixit, id est bona consumpsit.

Decoctor, oris, Dicitur qui patrimonio absumpto ad inopiam redactus est. {ἀφεψητής. Ital. *Fallito, che ha consumato i suoi beni.* Gal. *Qui a follement despendu tout son bien.* Hisp. *El que quiebra el banco ò credito.*} Cic. in Catil. Ex iis copiis quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, & decoctoribus, ex iis qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerint.

Decoctum, decocti, substantiuum, Ius in quo aliquid decoctum est. {ἀφέψημα. Ital. *Decottione.* Gal. *Decoction.* Hisp. *La decocion.*} Plin. lib. 24. cap. 9, Ad dentium dolorem, auriúmque decoctum eorum salutare. Vulgus Pharmacopolarum, *Decoctionem* vocat.

Decoctus, us, quartæ coniugationis. ἕψησις. Idem Plin. lib. 37. cap. 12, Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt. Hoc est cum melle decoctæ.

Decoctura, rx. ἀφέψησις. Idem Plin. lib. 23. cap. 1, Decoctura eorum veteres dysentericos, & exiliacos iuuat.

Decor, oris, pen. prod. masc. gen. (vt Valla lib. 4. cap. 15, docet) Pulchritudo est quædam ex decentia rerum personarúmque, in locis, temporibus, siue in agendo, siue in loquendo. {κόσμος. Ital. *Belleza, bella, ornamento.* Gal. *Beauté, grace, honne contenance, bien seance.* Hisp. *Belleza y hermosura.*} Virgil. lib. 5, Diuini signa decoris, Ardentésque notate oculos. Cic. 1. Acad. Spoliauit enim virtutem suo decore, imbecillámque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere.

Decorum, ti, pen. prod. substantiuũ. {τὸ πρέπον Ciceroni τὸ καλόν τὸ κόσμιον. Ital. *Gratia, auenza, honestà.* Gal. *Honnesteté, honne grace.* Hisp. *Honestidad, gracia con hermosura.*} quod non tam ipsum honestum significat, quàm quod hominibus, & communi opinioni honestum videtur, & pulchrum & probabile. Cic. 1. Offic. Quæ autem pars subiecta est eius generi, eam hic definiunt, vt id decorum velint esse quod ita naturæ consentaneum sit vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Ibidem, Hoc loco continetur id, quod dici Latinè Decorum potest. Græcè enim πρέπον dicitur.

Decorus, a, um, pen. prod. Pulcher, decens, honestus. {εὐσχήμων καλὸς, κόσμιος. Ital. *Bello, adorno.* Gal. *Honneste, bienseant.* Hisp. *Bello, hermoso y ornado.*} Plin. lib. 12. cap. 5, Sepes munita vallo arboris decora specie subter intuenti. Colum. lib. 6. cap. 1, Apenninus durissimos, omnémque difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. Cicer. 2. de Nat. deor. Nostris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vsum aptas, & ad ornatum decoras. Virgil. lib. 1. Aeneid. —nanque ipsa decorum Cæsariem nato genitrix, &c. Horat. Epod. Ode 2, Vel quum decorum mitibus vuis caput Autumnus aruis extulit. ¶ Opponitur huic Indecorus.

rus, a, um, ἀσχήμων. & Indecorè, μετὰ τοῦ καλοῦ.

Decorè, aduerbium, Decenter, conuenienter. ἐμμελῶς, καὶ πρέπον, ἁρμοδίως. Ital. *Con gratia, gratiosamente.* Gal. *Auec grace & beauté, honnestement.* Hisp. *Honestamente, hermosamente.* ¶ Cic. 1. Offic. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quæ nostri ingenij non erunt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus.

Decus, oris, pen. corr. & geu. neutri, Honor, laus, ornamentum. ἔμμορε, ἄξιον τιμῆς. Ital. *Honore, onde, dignità.* Gal. *Honneur, honnesteté.* Hispa. *Honestidad, honra, ornamento, hermosura.* ¶ Virgil. lib. 5, Oblitus decorisque sui, sociumq; salutis. Vnde Decora militiæ, laudes, honores, honestamenta militi in bello comparata, quales sunt coronæ, armillæ, & hastæ puræ quibus milites donabantur. ¶ Huius contrarium Dedecus, αἰσχύνη, quod pro ignominia siue infami turpitudinis genere sumitur.

Decoro, as, pen. corr. Ornо, honesto, honorifico. ἐπαρῶ, δοξάζω. Ital. *Honorare, ornare.* Gal. *Honorer, decorer, reparer, baailer grace, embellir.* Hisp. *Honrar, ornar, hermosear.* ¶ Horatius, At bene numatum decorat Suadela, Venúsque. Cic. 1. Tusc. ex Ennij epitaphio. Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. cur? volito docta per ora virum. Cicero de Clar. Orat. Hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. Vide plura in dictione Decus.

Decortico, as, pen. corr. Corticem detrahо. ξυλίτω, φλοιόω. Ital. *Scorticare, scoiare.* Gal. *Escorcer, oster l'escorce.* Hisp. *Descortezar ò quitar la corteza.* ¶ Plin. lib. 6. cap. 39, Cædi intempestiuum quæ decorticentur. Seri bonius largus Excaltrare vocat.

Decorticatio, verbale. ξύλισμα, λέπισμα. Ital. *Scorticamento.* Gal. *Escorcement.* Hisp. *Descortezamiento.* ¶ Plin. lib. 17. cap. 24, Quod si angusta decorticatio fuerit, nihil nocet supradictis.

Decorum, Decorus, Vide DECOR.

Decotes, Dictæ sunt togæ attritæ, quasi cotibus detritæ, atque consumptæ: habétque hæc vox penultimam producta. Festus.

Decrepiti, Extremæ ætatis senes: à crepando dicti (vt quidam volunt) hoc est à clamando, & conquerendo. γηραλέοι, γεγηρακότες. Ital. *Ciò sono vecchi molto, che sono co i piè nelle fosse.* Gal. *Vieillards, qui sont sur le bord de leur fosse.* Hisp. *Muy viejos en la postrema edad.* ¶ Aut à decrescendo, eò quod incuruati, & contracti, minores fieri videantur. Aut certè ab adiectiuo crepera, quod anceps & dubium significat: propterea quod vita eorum id ætatis in dubio sit constituta. Plautus in Asin. Atq; vtam amicam ducket decrepitus senex. Terent. in Eunuc. Cum meo decrepito hoc Eunucho. Cic. 1. Tusc. Ex his igitur, hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua est quæ verò occidente sole, decrepita.

Decrescere, Diminui. μειοῦσθαι. Ital. *Sminuire, scemare.* Gal. *Decroistre, diminuer, apetisser.* Hisp. *Decrescer.* ¶ Martialis, Decreuêre greges, quum cadit agna frequens. Cic. 2. de Diuin. Oitrestisque & cochymis omnibus contiggere, vt cum luna pariter crescant, & decrescant. Celsus lib. 3. cap. 6. Vbi febris decreuit, liberaliter oportet aquam tepidam potui dare. Plaut. Curc. Valetudo decrescit, accrescit labor.

Decretorius, Decretum, Vide DECERNO.

Decubo, as, pen. corr. Iaceo, quasi deorsum cubo. κατακεῖσθαι. Ital. *Giacere.* Gal. *Estre couché.* Hisp. *Yazer.* ¶ Apuleius, Decubantem excitant feram.

Deculco, as. Idem quod eius simplex calco. πατῶ. Ital. *Calcar.* Gal. *Mettre en bas, & fouler dessus, pestiller dessus.* Hispa. *Hollar ò atropellar.* ¶ Plin. lib. 17. cap. 10, Alij in quasdo pedibus in profluente deculcant.

Deculto, as, ex De. & Occulto, abiecto altero c, significat valde occulto. κατακρύπτω. Festus.

Decuma, & Decumanus, Vide DECIMA, arum, & DECIMANVS.

Decumbo, bis, Idem quod decubo, iaceo, recubo. κατάκειμαι. Ital. *Giacere.* Gal. *Estre couché, estre par terre.* Hisp. *Yazer.* ¶ Cic. 3. Verr. Quum Apronius in triclinio quod in foro strauerat, recubuisset. Hieron). Quintum iam diem decumbens lectulo, animia festinatione dictam. Colum. lib. 7. cap. 9. Siquem mater decumbens oppeteret, cubare iubebat. ¶ Significat etiam ad mensam sedere. Plaut. in Merc. Ad cenam vocat, venio, decumbo. Terent. in Phorm. Prior bibas, prior decumbas. ¶ Aliquando mori. Cic. 1. Tuscul. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quærant quid velintis fatisfactum iis ut, se velie decumbere. Idem in prima Philippica, Quod gladiatores faciunt vt honestè decumbant, id nos principes terrarum faciamus.

Decupa, pæ, Quid sit, à viris etiam doctis dubitatur, legitur tamen apud Ciceronem in Pisо. Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque decupa. Quo loco legendum putat Budæus De cupa, duabus dictionibus: vt sit sensus, Pisonem non vixisse frugaliter, & vt solent quibus cura rei domesticæ sit cordi sed vinum à propolis emere, atque id è cupa, hoc est non diffusum aut asseruatum, sed quemadmodum è cupa affertur, hoc est pene musteum: non enim futuris annis prouidebat.

Decuplus, a, um, Quod rei alicuius quantitatem decies in se continet. δεκαπλάσιος. Ital. *A diece doppi.* Gal. *Dix fois le double.* Hisp. *Cosa de diez vezes tanto.* ¶ Liu. 9. bel. Maced. Vti ea quoque decuplo tanto piuris, quam quanti essent æstimarentur.

Decures, Antiqui pro decurionibus vsurparunt. Festus.

Decurio, onis, Dictus est, autore Vlpiano, quòd initio quum deducerentur Coloniæ consilij publici gratia, decima pars deductorum conscribi solita sit. λοχαγός, δεκάς, δεκαστής. Ital. *Decurione.* Gal. *Dizenier en guerre, ou vn des juges des dizaines.* Hispa. *El que es cabeça o capitan de diez.* ¶ Vnde Cicero in Orationibus citat decreta Decurionum. Erãt tamen alij Vrbani, alij Municipales Decuriones. Vrbanus Decurio turmæ præerat quæ duobus & triginta equitibus constabat. Varro autem tradit in singulis turmis equitum decuriones esse ternos. Itaque quum turma in tres decurias diuidatur, singularum decuriarum præfecti, Decuriones dicti sunt, ex eo quòd denis equitibus præsunt. Est autem Decurionis militaris officium, cotto scienter vti, turmales sub sua cura politos eruditè ad omnia quæ equestris pugna deposcit. Neq; verò belli solùm, sed domi quoque hac voce vtimur, pro eo qui præest cubicularis. Sueton. in Domit. Saturius Decurio cubiculariorum. ¶ Decurio quoq; palatij dictus est ab Ammiano, qui præpositus erat palatio, qui est ordo dignitatis. ¶ In municipiis Decurio idem creditur qui est Senator Romæ. Cic. pro Sest. Recita quæso Sesti, quid decreuerint Capuæ Decuriones, Plin. Iunior in Epist. Esse autem tibi centum millia nummum, satis indicat quòd apud nos Decurio es. Igitur vt te non Decurione solum, verumetiã Equite Romano perfruamur, offero tibi ad impiendas Equitis Romani facultates trecenta millia nummum.

Decuria, æ, Manipulus decem militum, vel aliorum hominum: cui qui præest, Decurio nominatur. δεκάς. Ital. *Banda di diece huomini.* Gal. *Vne bande de dix hommes.* Hisp. *La decuera, compania de diez hombres.* ¶ Columella, Classes etiam non maioris quàm denûm hominum factundæ, quas Decurias appellauerunt antiqui. ¶ Decuria Senatoria. Cic. 4. Verr. Hunc hominem iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam Senatoriam iudex obtinebit? ¶ Decuria iudicum. Cic. 5. Philip. Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectum.

Decuriare, Est milites conscriptos in decurias distinguere. συντάττω, κατατάττω, διατάττω, συντάσσω τοὺς στρατιώτας. Vnde Decuriati milites, hoc est in decurias distincti. κατατάκτους. Cic. pro Domo sua, Quũ desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum.

Decuriatio, verbale. διανομὴ, κατάταξις. Cic. pro Plancio, Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta, &c.

Decuriatus, us, ui, Ipia decuriatio. διανομή. Liu. 1. bell. Pun. Et vbi ad decuriatum & centuriatum conuenissent, sua voluntate ipsi inter sese decuriati equites, centuriati pedites commutabant sese fugæ atque formidinis ergo non abituros.

Decurro, is, decurri, & interdum decucurri, decursum. Deorsum curro. κατατρέχω. Ital. *Correre in giu.* Gal. *Courir de haut en bas.* Hispa. *Correr agujo ò passar.* ¶ Virg. 2. Aeneid. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. ¶ Item decurrere, idem quod currendo accelerare, & festinare. Plin. Iun. Ad tacita suffragia, quasi ad remedium decurrerunt. Liu. Qui positus forte in statione pontis, quum captum repentinus impetu lanicu lum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset. ¶ Interdum idem quod confugere. Cic. pro Quintio, Ad hæc extrema & inimicissima in tam cupide decurrebas. Plin. Epist. 54. Ad tacita suffragia, quasi ad remedium aliquod decurrerunt. ¶ Decurrere etiam milites dicuntur, quum proposito certamine exercent sese. Liu. Mos erat lustrationis, sacro peracto, decurrere exercitum, & diuisas bifariam acies concurrere ad simulachrum pugnæ. Virgil. 1. Aeneid. de Pallantis funere, Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos ter mœstum funeris ignem Lustrauere in equis. Suet. in Nero. Nobilissimus eques Rom. elephanto supersedens per cataclromum decurrit. ¶ Interdum Decurrere idem est quod ad finem vsque currere. Cic. de Senect. Nec verò velim, quasi decurso vitæ spatio, à carcere ad calces reuocari. Idem pro Quint. Propè acta iam ætate decursaque.

Decurritur, impersonaliter, pro confugitur. Cæs. 1. bell. Ciuil. Decurritur ad illum extremum atque vltimum Senatusconsultum. Liu. 2. bel. Maced. Decurrebatur tamen eò, vt quanis vrbem iniret.

Decursus, us, Actus ipse decurrendi. κατατρεχασμός. Ital. *Corsa, giostra.* Gal. *Cours, course, tournement.* Hisp. *Carrida de arriba abaxo.* ¶ Liu. 1. ab Vrbe, Itaque ne subitò ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. Decursus pro simulachro præliorum. Gell. lib. 7. Vt in decursibus ludicris, aut simulachris præliorum fieri videmus.

Decurso, Aliud verbale eiusdem significationis. κατάδρομος. Cic. 5. de Finibus. Quem Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum quum regem Persen captum adduceret eodem flumine inuectum.

Decursorium, Locus in quo decurritur: Græci καταδρόμιον, Galli *Lices* vocant.

Decurtatus, participium à decurto, Idem est quod mutilatus, breuiatus. κολοβός, κεκολοβωμένος. Ital. *Accorciato, troncato.* Gal. *Acourci, rongné par vn bout.* Hisp. *Atocho o desmochado.* ¶ Cicero in Oratore, Mutila sentit quædam, & quasi decurtata. Plin. lib. 25. ca. 5, Legantur autem tenuissimæ radices, breuésque, ac veluti decurtatæ etiam hæ.

Decus, Vide DECOR.

Decussis, vt ex ipsa statim compositione apparet, decem asses valebat. Ital. *Dieci assi, roa decima, diuisione fatta in croce.* Gal. *Dix asses, vne dizaine, vne croix Bourguignonne ou forme d'vn x.* Hisp. *Diez asses moneda decubre, ordenada como en cruz.* ¶ Vitruuius pro numero denario, quum δεκάδα vocant Græci, non semel vsurpauit. Ita enim scribit lib. 1. cap. 3, Platoni placuit denarium numerum ea re esse perfectum, quòd ex singularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis, quæ simul ac vndecim aut duodecim sunt factæ, quot superauerint non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim perueuerit. Reliqua vide in vebo DECVSSO.

Decusso, as, ate, Est ad decussis figuram redigere. χιάζω. Ital. *Dividere in croce.* Gal. *Croiser l'vn sur l'autre & disposer en forme d'vn x ou comme vne croix Bourguignonne.* Hisp. *Ordenar en partes como en cruz.* ¶ Hoc est res aliquas eo ordine collocare, vt inter se literæ Græcæ χ, aut Latinæ x, speciem præbeant. Ea enim figura apud Latinos vocatur Decussis: quia vt nos hodie, ita veteres quoque hac figura numerum denarium significabant. Quòd si literam x. per medium seces, relinquetur v, quæ figura denarij dimidium, hoc est quinarium numerum commonstrat. Vnde etiam Latini eam figuram quincuncem vocauerunt: & eas arbores quæ ita erant collocatæ, vt huius figuræ v speciem referrent, dicebantur in quincuncem digestæ. Sed de hoc plura suo loco. Decussis verò, vt diximus, constabat ex duobus quincuncibus ita collocatis vt x literæ imaginem exprimerent. Inde Decussare, est aliquid ad eius figuræ imaginem redigere. Cic. de Vniuersitate. Hanc igitur connectionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam quasi decussauit. Col. lib. 4. Nam duas regulas eius latitudinis, quo pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ χ decussabimus.

Decussatim, significat per decusses. ἐν χιασμῷ. Ital. *In forma di croce.* Gal. *En forme d'vn x, en croix Bourguignonne.* Hispa. *Partiendo en tajadas como en cruz.* ¶ Colum. lib. vlt. Rapum in alueo aut seria componito: deinde sicut consueuerũt Salgamarij, decussatim fermento lunato incidito.

Decutio, is, pen. cor. ssi, ssum, ex de, & quatio, quatiendo deiicio, demeto, deci

Universidad de Deusto
Biblioteca

en, decido, {καταπεσών. Ital. *Cadere, cascare à terra.* Gal. *Abatre, faire choir, ruer jus.* Hisp. *Caundir, echar de arriba.*} Liu. lib. 1. Rex velut deliberabundus in horum ædium tranſit, ſequente nuntio filijſibi inambulans ta citus ſumma capita papauerum dicitur baculo decuſſiſſe. Colu. lib. 11. ca. 2. Iũ protepétes oculi digito decuti poſſint. Liu. 5. bel. Pun. Munus turréſq; quædam Cumis non ictæ modò fulminibus, ſed etiã decuſſæ.

Decuſſus. u, ui, Decutiendi actus. {κατάπτωσις. Ital. *Abattimento.* Gal. *Abatement, abatage.* Hiſp. *Aquel facudimiento.*} Plin. lib. 11. cap. 57. Aliqui tunc ſcribunt decidere eum, turſúſque decreſcere. facilem decuſſu.

Dedecet, pen. corr. Indecorum eſt, non decet. {ἀπρεπῶς ἐστι. Ital. *Disconuiene ſi, non ſi fà bene.* Gal. *Il meſſiet, il ſiet mal, il eſt mal conuenable.* Hiſp. *Desconuiene, no eſta bien.*} Et modò perſonale eſt. Cic. 1. Offic. Vt ſiquid dedeceat in illis, vitemus & ipſi. Ouid 6. Metamorph. Admouitq; preces, quarum me dedecet vſus. Cic. 1. Offic. Nam & ratione vti, atque oratione prudenter, & agere quod agas conſideratè, omnique in re quid ſit verum videre & tueri deceticontráque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum eſſe.

Dedecus, pen. corr. Iguominia ex re turpiter geſta, probrum, turpitudo. {αἰσχύνη, ἀνοσιότης. Ital. *Infamia, diſhonore.* Gal. *Deshonneur, infamie.* Hiſp. *Vituperio, deshonra.*} Cic. 2. Tuſcul. Dolorem extiſſimo maximum malorum omnium. u. Etiamne malus quàm dedecus? Idem Attic. lib. 16. Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non poſſum, flagitij ſcilicet plenum & dedecoris. Idem pro Roſc. Amer. Sumptus effuſi cum probro & dedecore.

Dedecor, is, {ἀσχημονῶ, αἰσχύνω. Ital. *Lasciò, sconcio, disonneſto.* Gal. *Deshonneſte, laid, vilain, ordeux.* Hiſp. *Cosa ſin honra.*} Saluſt. Dedecores multique terga ab hoſtibus cædebantur.

Dedecorus, a, um, pen. corr. Idem. Tacit. lib. 3. Sextus Pompeius M. Lepidum vt ſocordem, inopem & maioribus ſuis dedecorum, cóque etiam ſorte Aſiæ depellendum incuſauit.

Dedecoro, as, are. Plaut. {ἀδοξῶ, κατονειδίζω. Ital. *Diffamare, vituperare, disho norare.* Gal. *Diffamer, deshonnorer.* Hiſp. *Deshonrar.*} Bacch. Qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitiis ſuis. Terent. Hecy. Et me, & te, & familiam dedecoras. Cic. 3. Offic. Dedecorantem & vrbis autoritatem & magiſtri. Sueton. in Nerone, Tanquam aliter illi non poſſint niſi morte ſuccurrere dedecorato flagitiis omnibus.

Dedico, as, pen. corr. Conſecro, religioſum facio, religione deuincio. {καθιερῶ, ἀφιερῶ. Ital. *Dedicare, conſecrare.* Gal. *Dedier.* Hiſp. *Dar, applicar, ò conſagrar à Dios.*} Liu. 1. ab Vrbe, Multa alia ſacrificia, locáque ſacris faciendis, quæ Argeos pontifices vocant, dedicauit. Cic. 2. de leg. Nam qui ſe ipſe norit, primùm aliquid ſe habere ſentiet diuinum, ingenium in ſe ſuum ſicut ſimulacrum aliquod dedicatũ putabit. Ibidem, Mens, Fides, Virtus, Concordia conſecratæ, & publicè dedicatæ ſunt. ¶ Apud antiquos etiam legitur pro exponere. Cæcil. lib. 1 Annal. vt citat Nonius, Legati quò miſſi ſunt, veniunt, dedicant mandata.

Dedicatio, {καθιέρωσις, ἀφιέρωσις. Ital. *Dedicatione.* Gal. *Dediement, dedication, dedicaſſe.* Hiſp. *Conſagracion.*} Cic. pro Domo ſua, Niſi quem fortè illius caſtiſſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret.

Dedignor, aris, Indignum reputo, contemno. {ἀναξιῶ. Ital. *Sprezzare, ſdegnare.* Gal. *Deſdaigner, auoir en deſdaing.* Hiſp. *Menoſpreciar, deſdeñar.*} Plin. in Paneg. Vt appareat, non ſuperbia & faſtidio te ampliſſimos honores repudiare qui minores non dedigneris, Virgil. 1. Aeneid. Quos ego ſum toties iam dedignata maritos. Ouid. 1. de Ponto, Is me nec comitem, nec dedignatus amicum eſt.

Dedignatio, verbale. {ἀναξίωσις. Ital. *Sdegno.* Gal. *Deſdaing.* Hiſp. *Menoſprecio, deſden.*} Plin. in Pan. Quam ſpecioſum eſt enim, quòd diſciplinam caſtrorum lapſam, extinctamque reſouiſti, depulſo priotis ſeculi malo, inertia & contumacia & dedignatione parendi.

Dediſco, is, dedidici, Quod didici obliuiſcor. {μετανοῶ, λήθην ἐμποιῶ. Ital. *Domenticare quello che ſi ha imparato.* Gal. *Deſapprendre & oublier ce qu'on a apris.* Hiſp. *Deſaprender, oluidar lo deprendido.*} Plau. Amph. Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit. Cic. 3. de Orat. Ob eámque cauſam iuuentus noſtra dediſceret penè diſcendo. Ouid. 2. de Rem. amoris, Intiat amor mentes vſu, dediſcitur vſu, Idé 3. Trift. Verba mihi deſunt, dedicique loqui.

Dedo, is, didi, ditum, Significat in perpetuum do, vel totum ſubdo, ſiue in manus, poteſtatémve & arbitrium do. {ἐκδίδωμι. Ital. *Darſi in intto.* Gal. *Rendre ou mettre ſous la puiſſance d'autrui.* Hiſpan. *Darſe del todo.*} Vnde Dedere ſe hoſtibus dicitur qui ſe in hoſtium poteſtatem tradit. Et traditio ipſa, deditio dicitur. Et qui ita ſe dedunt, dediti vocantur. Plaut. in Amph. Conuenit, vti victi ſint eo prælio, vrbem, agros, aras, focos, ſéque vti dederent. Liu. lib. 1, Sic ad ſupplicium Numitori Remus deditur. Cæſar lib. 1, Heluetij omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miſerunt. ¶ Forma deditionis deſcribitur apud Liuium in deditione Collatix. Ita enim Rex interrogauit, Eſtiſne vos legati, oratoréſque miſſi à populo Collatino, vt vos populúmque Collatinum dederetis? Sumus. Eſt ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos populúmque Collatinum, vrbem, agros, terminos, aquam, delubra, vtenſilia, diuina humanáque omnia, in meam, populíque Romani deditionem? Dedimus. Et ego recipio. ¶ Aliquando dedere eſt ſimpliciter dare. Terent. And. Verbetibus te cæſum in piſtrinum Daue dedam. ¶ Dedere ſe angoribus aut voluptatibus, Cic. 2. Offic. Dedere ſe libidinibus, Idem 1. Tuſc. Dedere ſe languori & deſidiæ, Idem 1. Offic. Dedere aures ſuas Poetis, Idem pro Archia.

Deditus, participium, Addictus, {καθοσιωμένος, ἐγκείμενος. Ita. *Dedito, rendato ſi.* Gal. *Adonné, qui s'eſt rendu.* Hiſpan. *El que ſe rindio al vencidor.*} vt Deditus amori animus. Terent. in Hecy. Deditus amatoriis lenitatibus, Cic. 1. de Fin. ¶ Deditus voluptatibus, aut Epicuro, Cic. 1. de Fin. Deditus literis à pueritia, Cic. ad Lentulũ li. 1. ¶ Dedita opera, idé quod data opera, Cic. pro Roſcio Amer. Quæ facitis, eiuſmodi ſunt vt ea dedita opera à vobis contra voſmetipſos facere videamini. Teren. in Eunuc. -apud Antiphonem vterq; pater & mater, Quaſi dedita opera domi erant.

Deditítius, a, um, Qui ſe in alterius imperiũ dedidit. {ἐκδοθεὶς, ἐπιχειρήσεις. Ital. *Rendutoſi all' altrui mercè & diſcretione.* Gal. *Qui s'eſt rendu à la merci d'vn autre.* Hiſp. *El que ſe rindio al vencidor.*} Curtius, Multitudo deditítiorum incolis nouarum vrbium cum pecunia capta dono data eſt. Cæſ. 2. bel. Gall. Quum ex deditítiis Belgis, reliquiſq; Gallis complures Cæſarem ſequuti, vnà iter facerent. Cic. ad Brutum, Itaq; id ſenatuſconſultu pleriq; interpretantur etiã ad tuos ſiue captiuos, ſiue deditítios pertinere.

Deditio, verbale, Dedẽdi actus. {ἔκδοσις, ἐγχείρησις. Ita. *Il rendere ſe ad altrui.* Gal. *Quand on ſe rend, ou qu'on ſe met à la merci de quelqu'vn.* Hiſp. *La rendicion del vencido ò cercado.*} Cic. pro leg. Manil. Spem deditionis non dimit, obſidéſque imperauit.

Dedocere, Eſt ſecus atque quis doctus eſt docere, vel falſum eſſe oſtendere. {ἀποδιδάσκω. Ital. *Inſegnare il contrario di quanto alcuno ha imparato.* Gal. *Deſenſeigner, faire apprendre le contraire de ce qu'on a apris.* Hiſp. *Diſenſeñar lo enſeñado.*} Quintil. lib. 3, Quanta in eluendis quæ ſemel inſederunt vitiis, difficultas conſequatur, quum geminatum onus ſuccedentes premant: & quidem dedocendi onus grauius ac prius, quàm docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab his quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes quàm ſi rudes traderentur. Cic. 1. de Fin. Si à Polyæno familiari ſuo. Geometriam diſcere maluiſſet, quàm illam etiam ipſum dedocere.

Dedolco, les, pen. corr. Non doleo, vel dolore me priuo, vel dolere deſino. {ἀπαλγῶ. Ital. *Non adolerſi.* Gal. *L'aiſſer à ſe douloir, paſſer ſa douleur.* Hiſp. *No dolerſe.*} Ouid. lib. 3. Faſt. Quid me in deſertis morituram Liber arenis Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel.

Dedolo, as. Dolabra vel eiuſmodi ferramento quæ ſcabra atque impolita ſunt, læuigo. {λειαίνω. Ital. *Polire.* Gal. *Doler & vnir vne piece de bois auec vne doloire ou tel inſtrument, ſ'eſbaucher.* Hiſpan. *Dolar.*} Colum. lib. 5, Hæc eorúmque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, partéſque eorum putres dedolandæ. Compoſitum eſt à verbo dolo: vnde mediam habet breuem. Martial. lib. 11, Fractáque fabrili dedolat oſſa mediam habet breuem. Martial. lib. 11, Fractáque fabrili dedolat oſſa manu. Nam ſyllaba prior in verbo dolo corripitur. Iuuenal. I nunc, atque animam ventis committe, dolato Confiſus ligno. Errant itaq; qui producendam eſſe præcipiunt.

Deduco, cis, pen. prod. deduxi, deductum. Multiplex eius vſus eſt, ſine cõſtructionẽ ſpectes, ſiue ſignificationẽ. Proprie enim ſignificat ex ſuperiori loco in inferiorẽ ducere. {ἐξάγω, κατάγω. Ital. *Scurgere, strare, condurre al baſſo.* Gal. *Conduire & mener de haut en bas, conuoier.* Hiſp. *Sacar ò traer abaxo, traer quando.*} Et in ea ſignificatione interdum habet ablatiuum ſine alia præpoſitione quàm quæ in verbo includitur. Virgil. in Pharmaceutria, Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam. Sæpius tamen præcedente præpoſitione à, de, vel ex. Cæſ. 3. bel. Ciuil. Deducere de rostris conantem concionari. Cato de Re ruſt. ca. 157. debraſſicæ vtilitatibus, De capite & de oculis omnia deducet, & ſanum faciet. ¶ Aliquando de loco ad locum, ſiue de re ad rem ducere Cic. Atti. lib. 7, Probata conditio eſt, ſed ita vt ille de his oppidis quæ extra eam prouinciam occupauiſſet, præſidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præſidiis & aliis locis cohortes, Cæſar 3. bell. Gall. Deducere ex hortulis in Academiam, Cic. 2. de Nat. deor. Hircius de bel. Alexand. lib. 4, Deducere ex regno, pro priuare & auferre regnum poſuit. ¶ Deducere de fundo. Cic. pro Cecin. Placuit Cecinnæ de amicorum ſententia conſtituere quo die in rem præſentem veniretur, & de fundo Cecinna motibus deduceretur. ¶ Deducere de via. Cic. de Fato, Nec quum hæc ita ſint, eſt cauſa cur Epicurus fatum extimeſcat, & ab atomis petat præſidium, cáſq; de via deducat. Atq; hæc quidem magis propriè dici videntur quàm quę ſequuntur quæ tranſlata potius ſunt. Cic. Famil. 1, Quod dat accipimus: quod initium referre de religione, & ſæpe iam tetulit, ab eo deduci non poteſt. Id eſt retrahi, abduci, remoueri, reuocari. Quintus Cic. de Pet. Conſu. Qui ſine cauſa non amant, eos aut beneficio, aut ſpe, aut ſignificãdo tua erga illos ſtudia futura delinies, dans operam vt de illa animi prauitate deducas. Lactant. lib. 4, Diximus nomen religionis à vinculo pietatis eſſe deductum, quòd hominem ſibi Deus religauerit. ¶ Habet etiam interdum accuſatiuum cum præpoſitione in. Cæſ. bel. Ciuil. lib. 3, Spe enim conficiendi negotij prope in noctem rem deduxerant. Plaut. Nunc ne quis eſſet veſtrum, paucis in viam Deducam, ſiquidem operam promittis dare. Liuius, Petebant enim ne ſe temere in cauſam deduceret. Ad eundem modum dicimus aliquem deducere in controuerſiam, in iudicium, in ius. Item Deducere in fraudem, in diſcrimen, in periculum. ¶ Item cum præpoſitione ad. Cæſ. lib. 8, Siqua hominum æquitate res ad otium deduci poſſet, id eſt traduci. Cic. pro Flacco, Sed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non ſunt, id eſt adducti. Idem ad Att. lib. 9. De gratia & de ope quid ſignificares, mecum ipſe quærebam: ſpe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili ac ſingulari ſapientia de otio, de pace, de concordia ciuium agi velle arbitrarer. Lactant. lib. 2, Homines autem ipſos ad tantam excellentiam eſſe deductos, vt viuo ac vero Deo, mortuos præferant. ¶ Interdum etiam deducere idem eſt quod ſubtrahere. Vnde Deducere cibum, eſt parcius ſolito cibum ſuppeditare. Terent. in Eun. Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles fiant: Siqua eſt habitior paulò pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum: Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Vbi proprie (inquit Donatus) deducunt, pro ſubtrahunt, vel ſubducunt, quemadmodum hi faciunt qui fame accurate ſolent quo ſint graciliores, formoſioréſque. ¶ Cic. lib. 1. Acad. Vt contra omnium ſententias dies pleroſque deduceret, id eſt prolongaret: tranſlatione ſumpta ab araneis fila deducentibus. ¶ Pompon. in Attel. Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba. Vbi deducere ſignificat quaſi in tenuitatem ducere. λεπτύνω. Vnde & pro ſubtiliter, & nihil ſubruſticum proferre ponitur. κομψεύεσθαι. Horat. Quum lamentamur non apparere labores Noſtros, & tenui deducta poemata filo. Metaphora ſumpta à lana quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiã modũ dicimus Deducere riuos, quum ex maioribus fluminibus aquã per riuulos in prata detiuamus. Virg. 1. Georg. -riuulos deducere nulla Religio vetuit, id eſt digerere. ¶ Significat item deducere, de ſumma aliquid demere. Cic. Offi. lib. 1, Hæc igitur & talia circunſpicienda ſunt in omni officio, & conſuetudo exercitatioq; capienda vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus: & addendo, deducendóq; videre quæ reliqui ſumma fiat, ex quo quantum cuiq; debeatur intelligat. ¶ Deducere etiam is dicitur qui alicui officij gratia vel honoris præſtat comita

comitatum. Liu. Frequentésq; eum domum deduxerunt. Cic. Fami. 10, Quúmq; magna multitudo optimorum virorum, & ciuium me de domo deduceret, feci cõtinuò omnes participes meæ voluptatis. ¶ Deducimus quoq; sponsam marito, vel ad maritum, vel amicam ad amantẽ. Cic. 4 Verr. Hic est Docimus ad quem iste deduxerat Terriam Indori mimi filiam. Tibullus, Vt iuueni primùm virgo est deducta marito.

Deductio, onis, verbale à deduco, est actus deducendi. {Ital. *Sottratione, condotta.* Gal. *Conduitte.* Hisp. *Sacamiento de lugar, trasmiento.*} Vnde Aquarum deductiones dicimus, quum ex fonte aut flumine per riuos aqua deducitur. Cic. pro leg. Agr. Tum quæ erit in istos agros deductio? Idem de Diuin. lib. 1, Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est. ¶ Non inelegánter etiam deductio significat detractionem minoris summæ à maiori. Cic. in Verrem, Certis nominibus deductiones fieri solebant.

Deductor, oris, {Ital. *Conduttore, chi conduce.* Gal. *Conducteur, qui conduit.* Hisp. *Guiador.*} Qu. Cic. ad M. fratrem, Huius autem rei tres sunt partes: vna salutatorum, quum domum veniunt, altera deductorum, tertia assectatorum.

Deerrare, est De via, siue ratione declinare. {Ital. *Errare, vagare.* Gal. *Se fourvoyer, fallir, s'esgarer.* Hisp. *Dexar ò perder el camino.*} Quint. lib. 10. ca. 3. Frequenter etiã fortuita hoc cogitatio præstat, vt obuios non videamus, & itinere deerremus. Virg. Aegl. 7, -vir gregis ipse caper deerrauerat. Autor ad Herenn. li. 1, Si translitionibus nullis vtemur, & si non deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere.

Defæco, cum diphthongo, Significat à fœce purgo, quasi fœcem detracho. {Ital. *Purgare, lauar la fece.* Gal. *Oster la lie, faire rasseoir & esclarcer.* Hisp. *Sacar las heces.*} Plin. lib. 18, Per brumam vitem ne colito, vina tamen defæcari, etiam diffundi Higinus suadet. ¶ Hinc Vinum defæcatum dicitur, quando est à fœce repurgatum, & similiter omnia pura, inturbata, & sine fœcibus, defæcata dicuntur. Plaut. in Aulular. Nunc defæcato demum animo egredior domo, id est ab angore purgato. Propriè Colum. lib. vlt. Et defæcatum vinum in amphoras bonas adiicito.

Defalcare, Significat tollere & amputare, quasi falce abscindere. {Ital. *Disfalcare, tagliare.* Gal. *Defalquer, oster, & rabatre.* Hisp. *Cegar à quitar: cortar ò podar.*

Defamo, a, pen. prod. Fama priuo, sicut Diffamo. {Ital. *Vituperare, infamare.* Gal. *Vituperer, diffamer.* Hisp. *Infamar.*} Gell. Vt vocabula eorum quoque defamata atque deformia cum rebus ipsis viderentur.

Defatigo, as, actiuum verbum est, Significãs lassum, & labore defectum reddo. {Ital. *Affaticare, stancare.* Gal. *Lasser, fatiguer, trauailler.* Hisp. *Cansar mucho à otra cosa.*} Cic. 3. de Orat. Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam illorum anceps ites vias rationesque, & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero. Idem pro Marcel. Noli in conseruandis bonis viris defatigari. Defatigare aliquem assiduo labore. Cæsar 7. bel. Gal. Cic. 3. de Legib. Ille verò etsi tuus totus est ordo, gratissimúmque memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, non modò Censores, sed etiam iudices omnes potest defatigare.

Defatigatus, participium, Idem significans quod labore confectus. {Ital. *Stanco.* Gal. *Lasse, trauaillé.* Hispa. *Cansado.*} Terentius in Andria, Deceptus sum, non defatigatus.

Defatigatio, verbale. {Ital. *Stanchezza.* Gal. *Lassement, lassete.* Hisp. *Cansancio.*} Cic. de Senect. Corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur.

Defectio, Defectiuus, Defectus, Defector. Vide DEFICIO.

Defendo, dis, di, sum, Significat tueor, auerto prohibeo {Ital. *Difendere.* Gal. *Defendre.* Hisp. *Defender.*} Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono nostro, vel defensore: vt quum dicimus Sextum Roscium fuisse defensum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab aduersario, hoc est ab iniuria, vel contra iniuriam aduersarij. Vt si nobis aduersarentur iudices, & Cicero tueatur, rectè dicemus, defendi nos à iudicibus: non quòd illi nos defendant, sed quòd præsidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. Cic. lib. 1. Offic. Qui autem non defendit, nec obsistit si potest iniuriæ, tam est in vitio, quam qui, &c. Differt tamen defendere à propugnare, quia defensio est, quocunque modo fiat: propugnatio autem, nonnisi per contentionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: &, defendo te à frigore. Virgil. Aeglog. 7. Solstitium pecori defendite, iam venit æstas. Et paulò antè, Dum teneras defendo à frigore myrtos. Accipitur etiam interdum defendo pro arceo, siue depello. Gellius, Qu. Claudius defendebat hostes à pinnis facillimè.

Defensor, oris, Qui defendit. {Ital. *Defendatore.* Gal. *Defendeur, protecteur, defenseur.* Hisp. *Defendedor.*} Cic. 3. Verr. Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maximè laudari volo. ¶ Paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator fui: apud eundem 1. de Orat. Et pro Rabirio, Custos defensórq; iuris & libertatis.

Defensio. {Ital. *Difesa, auttorità, mantenimento.* Gal. *Defense.* Hisp. *Defension.*} Cic. 4. Acad. Vt ea pars defensionis relinquatur. Et pro Cluent. Innocentiæ defensio tæpe multorum improbitate intercluta respirat.

Defenso, as, are, frequentatiuum. {Ita. *Difensare.* Gal. *Defendre souuent.* Hisp. *Mucho defender.*} Plaut. in Bacch. Noster esto, dum te poteris defensare iniuria. Salust. Arma capientes alios ab hostibus defensabant.

Defensito, tas, aliud frequentatiuũ. {Ital. *Defendere bene & spesso.* Gal. *Defendre fort souuent.* Hisp. *Auer mucho defender.*} Cic. lib. 1. Offic. Si igitur non poterit siue causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere: illa tamen præstare debebit quæ erunt in illius potestate. ¶ Defensitare causas, apud eundem, de clar. Orat.

Defero, pen. corr. detuli, delatum, Idem est pene quod fero, vel affero. {Ital. *Conferire, portare.* Gal. *Deporter, porter de l'vn à l'autre.* Hisp. *Traer, llevar.*} Plaut. in Amph. Quid si è portu nauis huc nos dormientes detulit? Regitque semper accusatiuum casum, & hoc aliquando cum datiuo. Plaut. in Trin. Dimittam, vt te velle video, sed monstra hosce homines mihi: Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas. ¶ Aliquando cum præpositione ad. Idem in Asin. Egón' vt non modo vxori meæ Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque

ad te deferam? ¶ Aliquando cum præpositione in. Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto cursu per fluus impellunt, atque à promontorij ambitu Argestæ deferunt in portum Gebanicarum. Et Plin. Iun. Defertur Menanus in Rhenum. Sic deferri in errorem, deferri in præceps. ¶ Significat quoque nuntiare, certiorem facere. Cic. Famil. 15, Quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putaui. Idem Famil. 5, Quod scribis de beneficiis, scito à me & Tribb. milit. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari. Postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Vbi deferre communiter pro denuntiare, exponunt. Solebant autem prouinciis præfecti decedentes, quum iam rationes suas deponerent, etiam eorum nomina qui se cum illis præclarè gessissent, deferre, quo & ipsi aliquando pro meritis suis aliquid beneficiorum à Senatu consequerentur. ¶ Interdum habet hoc verbum accusationem, præsertim quum post se habet accusatiuum nomen. Plaut. in Aulul. Ad Tresuiros iam ego deferam tuum nomen. Cic. in Verr. Semi cuiusdam nomen defertur: is accusatur, ficti testes in eum dantur. Vbi sciendum, deferre nomen alicuius, non esse propriè accusare, sed ante accusationem apud iudicem vel magistratum aliquem de aliquo crimine denuntiare. ¶ Deferre quoq; causam dicitur cliens ad patronum, quum eum consulit, & illi controuersiæ ordinem argumentúmque exponit. Cic. in Verr. Itaque ad me præter cæteros, hanc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. ¶ Pertinet etiam ad dignitatem & honorem & venerationem, & officium. variisque modis ponitur ac construitur. Liu. lib. 1, Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt, id est offerendum atq; tradendum. Cic. Octauio, Quæ tibi non antequàm postulares, maiora quàm velles, plura quàm sperares, detulit Senatus. Idem Trebatio, Vniuersum studium & beneuolentiam ad te defero, id est tibi attribuo.

Delatus, a, um, participium passiuum. Nauis in portum delata est, id est deuecta. {Ital. *Portato.* Gal. *Amené.* Hisp. *Trahido.*} Hic delatus est lectica, id est deportatus. Cic. 1. de Orator. Diuinitus ad nos delatus vir. ¶ Delatus item, Accusatus. {Ital. *Accusato.* Gal. *Accusé.* Hisp. *Acusado.*} Cic. de Inuent. Vt in quodam iudicio, quòd venefici cuiusdam nomen esset delatum, &c.

Delator, oris, Occultus accusator dicitur, & calumniator. {Ital. *Accusatore, rapportatore.* Gal. *Accusateur, mouschar, delateur & denonceateur à iustice.* Hisp. *Acusador, malsin.*} Plin. in Panegyr. Declatorum classis permissa omnibus ventis. Martial. Et delator habet quod dabat exilium. Sueton. de Domit. Deferebatúrque vox eius, Princeps qui delatores non castigat, irritat.

Delatio, onis. {Ital. *Accusatione.* Gal. *Acclation ou denonciation à la iustice.* Hisp. *Acusacion de aquel que malsina.*} Cic. pro Cluent. Qui sibi delationem nominis & capitis periculum ostentarat. Cælius Cic. lib. 8. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis delationem, vror à Dolabella discessit.

Deferueo, Feruere desino. {Ital. *Cessare di bollire.* Gal. *Laisser à bouillir, cesser de bouillir, ne bouillir plus se refroidir.* Hisp. *Dexar de hervir.*} Gellius. Interea puer venit, & olla deferbuerat. Per metaphoram, mitesco, placidus fio, Plin. in Epist. Quum iam satis ille primus impetus deferuisset, & languidior in dies ira ad iustitiam redisset. Cic. pro Cælio. Si splendor, si nitor, iam ista deferbuerint, iam ætas omnia, iam ista dies mitigarit.

Deferuescere. Feruorem amittere. Et per translationem, ardorem animi inuita ratione excitatum deponere. Cic. 4. Tuscul. Aut rogandi, orandique sunt, vt siquam habent vlciscendi vim, differant in tempus, dum deferuescat ira. Sed hoc per translationem, quasi ita sit ignis quidam animum incendens. Columella propriè pro refrigerari potuit, lib. 2, de fœno loquens, Prudentes agricolæ, quanuis iam illatum tecto non ante componunt quàm per paucos dies temerè congestum in se concoqui, & deferuescere patiantur.

Deferuefacio, Non significat refrigerare, vt nonnulli existimant, sed valde feruere facio, vt o r significationem verbi augeat. {Ital. *Far bollire forte.* Gal. *Faire bouillir.* Hisp. *Hazer hervir.*} Cato de Re rust. ca. 157, Brassicam macerato bene, postea in ollam coniicito: deferuefacito bene: vbi cocta erit, aquam defundito. Plin. lib. 23. cap. 7, Radix caprifici, deferuefacta in vino, dentium dolores sedat.

Defetiscor, deponens compositum ab antiquo verbo fatiscor per mutationem a literæ in e, significat labore deficio. {Ital. *Stanco affaticarsi, stracciarsi.* Gal. *Se lasser, estre lassé.* Hisp. *Ser fatigado, ò cansarse, ò desfallecer.*} Terent. in Phormione, Hæc res mihi solicitudini est, Neque defetiscar vnquam ego experiri, Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero. ¶ De huius verbi præterito inter Grammaticos non conuenit. Priscianus enim vult eius præteritum esse deffessus sum, sicuti à fatiscor fessus sum. Contrà Diomedes fessus & defessus nomina esse vult, non participia, cuius sententia videtur verisimilior. Neque enim fessus aut defessus tempus vllum importat more participiorum, neque actionem aut passionẽ, sed idem omnino significat quod lassus, quod certè nomen esse nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio fatigatus, sicut calidus & calefactus, quorum hoc & tempus & passionem significat, illud solam qualitatem. Sic fatigatus dicitur ille quem res aliqua fatigauit: fessus autem & defessus simpliciter qui labore deficit. Hinc compositum Indefessus, idem quod indefatigabilis. Claud. lib. 1. de Rapt. Proserp. Indefessa ferar, nulla cessabimus hora. Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum Inueniam. ¶ Verba autem hæc fatiscor & defetiscor, in vsu non sunt, sed eorum loco vtimur verbo neutro fatisco, quod eiusdem est significationis. Colum. lib. 2, Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, vna præsens medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vires hoc pabulo refoueas.

Deficio, deficis, ex de & facio, Significat deesse, vel non sufficere, & iungitur ferè accusatiuo. {Ital. *Mancare.* Gal. *Defaillir.* Hisp. *Desfallecer, ò faltar.*} Cic. 3. in Verrem, Vererer ne mihi crimina non supperterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent. Idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seruio Sulp. Sed opprimor interdum, & vix resisto defori, quòd ea me solatia deficiunt quæ cæteris (quantum mihi exempla propono) simili ia fortuna non defuerunt. Et more suo hîc fecit Cicero vt per Desum, deficio exposuerit. Hinc Defectus pro priuatione deducitur: de quo infrà. ¶ Legimus etiam Deficere absolutè positum pro deesse. λείπεσθαι, ὑστερεῖν. Hirtius, Quare neque tanti sum animi, vt sine spe castra oppugnanda censeam: neq; tanti timoris vt ipse deficiam. Hoc paulò pòst alio modo dixit, Deficere animo. λειποψυχεῖν. Martius (inquit) Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, confortatus suos ne animo deficiant, id est terreantur & animus desit. ¶ Inuenitur etiam cum accusatiuo pro derelinquere siue destituere positum: quanquam in sensu idem sit cum deesse. καταλείπειν. Cic 4. in Verrem, Iam me vires deficere cœperunt. Idem 3. de Orat. Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæsar, Frustra meæ vitæ subuenire conamini, quem iam sanguis, virésque deficiunt, id est ἐκκενοῦσθαι. Similem omnino vsum habet verbum Desero. Salust. in Iugurtha. Sed de studiis partium, déque omnibus ciuitatis moribus, si sigillatim atque pro magnitudine parem disserere, tempus quàm res maturius me deseret. Habet autem deficio in ea significatione ferè semper ante se nominatiuum rei inanimatæ: vt Dies me deficit. Vox te deficit. ἐπιλείπειν. & Oratio illum deficit. Lactantius lib. 7. Non enim verendum est ne tam in bona causa deficiat oratio, qui sæpe etiam malos copiosè ac fortiter defendisti. Cæs. lib. 2. Ipsos res frumentaria deficere cœpit. Siquis tamen in his datiuo pro accusatiuo vtatur, non culpandus erit: frequentius tamen cum accusatiuo vsurpatur. Non rectè autem ita dicas per nominatiuum rei animatæ, Vxor me deficit: sed, à me deficit. ¶ Item Deficere cum accusatiuo significat non suggerere. Virgil. 1. Georgic.

—quum iam glandes atque arbuta sacræ
Deficerent syluæ, id est non suggererent glandes atque arbuta. Sic enim exponunt hunc locum plerique interpretes: quanquam non malè ibi deficerent pro deessent accipere possimus: vt Arbuta & glandes, nominatiuos esse intelligamus: syluæ autem, datiuum. ¶ Interdum absolutè ponitur pro finire, desinere. καταλήγειν: vt, Hic prę mœrore defecit. Martianus, Tum demum id agere consilium erat, quum vita defecit. ¶ Construitur quandoque cum ablatiuo sine præpositione, & sic sumitur pro carere siue priuari. στέρεσθαι. Colum. lib 3. de vite loquens, Quúmque transtuleris (inquit) de humido in aridum locum, vide ne pristino alimento deficiat. Idem, Commodè fluunt, nec deficiunt sacro solo. Idem lib. 3. passiuo vsus est, Ingratum quadam parte deficitur: quadam superat. Et lib. 8, Qui si memoria deficitur quominus agnoscat cuiusque progeniem, pice liquida eandem notam scrofæ & porcis innotat. ¶ Capitur & pro dissentire, recedere seu rebellare, desciscere, deserere. ἀφίστασθαι. Ital. *Ribellare*. Gal. *Se reuolter, se rendre du parti contraire*. Hisp. *Rebellar*. & tunc ablatiuo iungitur cum præpositione. Salust. in Iugurt. Quod oppidum primùm omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur qui ab his quorum sub imperio sunt desciscunt, & in hostium numerum se conferunt. Cicero Lælio, Difficile est amicitiam manere si à virtute deficeris. Liu. lib. 2, Eodem anno duæ coloniæ, Pometia & Cora ad Aruncos deficiunt. Hoc est Romanos deserunt transeuntes ad Aruncos.

Defector, verbale, ἀποστάτης Ital. *Ribello*. Gal. *Rebelle, celuy qui s'est reuolté, apostat*. Hisp. *Rebellador*. Sueton in Neron. cap. 43. Reuocatisque ad pœnitentiam defectoribus, &c.

Defectus, a, um, participium à deficio vel deficior, habet significationem actiuã in voce passiua. ἀκαλλώπιστος. vt Defectus robore animi. δεδυνωμένος. Colum. Diligentis patrisfamilias est, primam quanque arborem senio defectam tollere, id est quæ deficit. Quintil. lib. 3. Vt si obsessi & impares, & aqua cibóque defecti, de facienda ad hostem deditione deliberent, id est qui defecerunt. ¶ Defectus passiuè. ἀπολελειμμένος. Cic. in oratione antequam iret in exilium, Nunc vel solus defectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere.

Defectior, comparatiuus, & Defectissimus superlatiuus. Colum. in præfat. Sed siue fundum locuples mercatus est è turba pedissequorum lacticiorúmque defectissimum quenque annis & viribus in agrum relegat, &c.

Defectus, us, nomen, Significat penuriam, non vitium aut culpam, aut morbum. ἔνδεια, ἔλλειψις. Ital. *Difagio, defetto, mancamento*. Gal. *Defaut, defaillance*. Hispa. *Falta ó mengua*. vt Defectu ciborum dedimus nos hostibus. Liu. lib. 4, Defectus alibi aquarum circa torridos fontes ruinósque stragem siti pecorum morientium dedit. ¶ Interdum dicitur diminutio. Gellius lib. 2, Sed de lunæ motibus solisque defectibus. Vnde Defectio solis & lunæ dicimus. Defectus animi, siue defectus animæ, (vt Celso moris est loqui) λειποψυχία, λιποψυχία Græcè dicitur. A nostris etiam animi deliquium, & verba linqui animo, & intermori, & deficere, & extinctæ animæ speciem præbere: quos Plinius & defectos animo quandoque appellat. Defecta verò corpora, & defecti, sunt quos Græci καρηβαρικούς, quasi resolutos dicunt: & resolutionem ipsam καρηβαρίαν dicunt, qui & syntectici vocantur, & syntexes defectiones. Plinius. Genus vnum quod bion vocamus, prodest stomacho dissoluto, & prægnantibus & defectis. Martial.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Defectio, Recessio seu rebellio, vel militum ab Imperatore, vel ciuitatis à domino: qui dicuntur deficere, quum ab eorum gubernatione discedunt. ἀπόστασις, ἀπόστημα. Ital. *Ribellione*. Gal. *Reuolcement, rebellion*. Hisp. *Rebeldia*. Liuius lib. 1, Ob reliquas bellorum iras maximè solicitati, ad defectionem voluntarios traxere. Cic. 4. Tuscul. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam quæ est à tota mente, à recta ratione defectio. ¶ Aliquando dicitur diminutio & decretio. ἔκλειψις. Idem in Catone, Quoniam delectabantur ad defectiones solis & lunæ, multò nobis ante prædicere. ¶ Sunt & defectiones in corpore humano, quales mulieribus à conceptu accidere solent. λιποψυχίαι. Ital. *Debolezze*. Gal. *Debilités, defaillances de cœur*. Hisp. *Flaquezas*. Plin. in procem. lib. 23, Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectioni diluti potu prosunt. Quod genus etiam malaciam γαλακίαν in prægnantibus vocare Plinius solet. Est enim malacia in stomacho debilitas. Et in mari malacia pro tranquillitate capitur.

Defectiuus, a, um, quod est mancum. ἀτελὴς, ἀκατάρτιστος. Ital. *Manco*. Gal. *Defaillant, manié*. Hispa. *Cosa que suele ó puede faltar*. Cicer. lib. 1. Offic. Etenim cognitio contemplatióque naturæ manca, id est defectiua quodammodo.

Defigo, is, pen. prod. defixi, Deorsum figo, implanto, immitto. ἐνάρμοσσω. Ital. *Impiantare, ficcare, piantare*. Gal. *Fichier, attacher à clouer ou autre chose*. Hisp. *Hincar*. Colum lib. 2. Tum in terram benè pastinatam & stercoratam rectum sarmentum defigito. Virgil. lib. 2. Georg. Altius & penitus terræ defigitur arbos. Eiusdem in primis. Cæs. bel. Ciuil. 2, Asseres pedum duodecim cuspidibus præfixi, atque hi maximis balistis missi per quatuor ordines eratim in terra defigebantur. Defigere sicam in corpore apud Ciceronem. Defigere cultrum in corde & Defigere gladium in gulo, apud Liuium. ¶ Ex hac verbi significatione elegantes simul ac variæ translationes existunt: vt quum aliquem dicimus pauore defixum esse, aut stupore mœstitiáve. Habétque singularem cum his nominibus Animus & Oculus elegantiam. Cic. 4. Acad. Aduertantur enim primùm, quòd parum defigunt animos. Idem pro Domo sua, At quam sententiam dixi? primùm eam quam populi termo in animis vestris iam antè defixerat. Lactan. lib. 2. Oculos suos ab alto deiiciũt, solóque defigunt. Cice. Philip. 11, Quid eam non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? in cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe & mente defigere? Plin. lib. 8. cap. 16, Quum pro catulis fœta dimiserat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expauescat. Cic. in Verrem. Acti. 2, Vt non modò in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim: hoc est ita depromturus & relaturus, vt non modò audiri, sed etiam fieri videantur vel sic, Vt non modò auditui & intellectui perspicua sint, sed etiam sub oculis poni videantur. ¶ Aliquando pro ferio vel transfodio. κατατρώσκω. Persius, Ore teris modico, pallentes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Definio, is. Termino, decerno, & quasi finiendo certos rei de qua agitur, terminos præscribo. ὁρίζομαι, ἀφορίζω, ἀφορίζομαι. Ital. *Definire, terminare*. Gal. *Limiter & borner, determiner, assigner*. Hisp. *Determinar, definir*. Cic de Somn. Scip. Sic habeto omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo, ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur. Idem de Amicit. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Sic Definire imperium, prædia, hortos: pro dimensa inter se diuidere. ¶ Definire præterea est vocabuli alicuius vim describere & explicare finitione, quæ constat genere, specie, differentibus, propriis, vt autor est. Quintil. lib. 7. cap. 4, & lib. 5. cap. 10. Cic. lib. 1. de Inuent. Quum autem omnis controuersia est, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiua nominatur.

Definitum est, pro eo quod dicimus Decreui, vel constitui. Plaut. in Cistel. Perge dicere. A. Anne vt etiam quid consultura est sciam? M. Perge eloqui: non remittam, definitum est.

Definitus, a, um. Certus, constitutus, attributus, assignatus. ὡρισμένος, διωρισμένος. Ital. *Limitato, terminato*. Gal. *Defini, limite, borné*. Hispa. *Determinado*. Cic. de Somn. Hic certus est in cælo ac definitus locus.

Definitè, aduerbium. Expressè, manifestè. ὡρισμένως, ἀφωρισμένως. Ital. *Espressamente, con misura & limitatione*. Gal. *Expressément, determinément, distinctement*. Hispan. *Determinadamente, expressa y claramente*. Cic. pro Corn. Balb. Lex id Gellia & Cornelia quæ definitè potestatem Pompejo ciuitatem donandi dederat, sustulisset. Plin. in Paneg. Nec magis definitè, distinctéque designat, qui Troianum, quàm qui optimum appellat.

Definitio, Vide DIFFINITIO.

Definitiuus, a, um. ὁριστικός. Ital. *Difinitiuo, limitatore*. Gal. *Diffinitif, qui definit & limite*. Hisp. *Definidador*. vt Definitiua constitutio. Cic. 1. de Inuent. Facti controuersia est, quando coniectutis causa fit matur, & constitutio coniecturalis appellatur: quam autem nominis, quia vis vocabuli definienda est, constitutio definitiua nominatur.

Defioculus. Dicitur qui est captus vno oculo, quem luscum alio nomine vocitamus. ἑτερόφθαλμος. Ital. *Loscio senza un occhio*. Gal. *Borgne qui a qu'vn œil*. Hisp. *Tuerto de vn ojo*. Mart. lib. 12, de importunis basiatoribus. Hinc defioculus & inde lippus.

Defit, Deest, cum datiuo construitur. λείπει. Ital. *Manca, non è*. Gal. *Il y a faute*. Hisp. *Falleçe*. Terent. in Eunuch. Nihil quum est, nihil defit tamen. Idem in Hecy. Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit, benignè præbeatur. Virgil. Aegl. 2, Lac mihi non æstate nouum, nec frigore defit. Vnde Priscianus, Deficio loco passiui defio facit, & deinde defectus.

Deflaccare, Vetus & prorsus obsoletum verbum est, quo antiquissimi vsi sunt pro atterere: autor est Nonius. Nisi forte deflocare quis malit legere, & à flocco eius originem trahere: vt Deflocare propriè sit floccos consumere: quod fit quum vestes nimio vsu atterentur. Huic coniecturæ illud fidem potest astruere, quòd apud Plautum in Epid. vocantur deflocati senes, qui decrepiti sunt, & ita attriti vt vestis quæ floccos suos nimio vsu amisit.

Deflagro, as, pen. prod. Comburor, igne consumor. κατακαίομαι, ἐμπυρεύομαι. Ital. *Ardere, abbruciare fortemente*. Gal. *Ardre & bruler, estre ars & bruslé*. Hisp. *Arder mucho arder*. & semper ablatiuum postulat. Cic. 4. Acad. Fore tamen aliquando vt omnis hic mundus ardore deflagret. Idem lib. 3. Offic. Ictu fulminis deflagrauit. Et 2. de Nat. deor. Dianæ Ephesiæ templum deflagrauisse. ¶ Significat & per translationem, languescere, deferuescere. λανθάνειν. Lucanus lib. 4, Sic deflagrare minaces Incassum, & vetito passus languescere bello. Liu. 10. bel. Maced. Sed interdum spes animum subibat deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

Deflagratio, onis, Combustio. κάυσις, ἐμπύρευσις. Ital. *Esso ardere & abbruciare*. Gal. *Bruslement, embrasement*. Hispan. *Aquel ardor*. Cicero 3. de Finib. Quoniámque illa vox inhumana & scelerata ducitur eorum qui negant se recusare quominus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio

fragratio consentiens.

Deflecto, is. Torqueo curuo. {κατακάμπτω, κλίνω. Ital. *Torcere, Piegare.* Gal. *Destourner, tourner arriere, flechir & plier.* Hisp. *Doblegar.* } Colu. lib. 3. Quum iam satis amplum incrementum susceperit, ramum oliuæ defiecte, & ad eius arboris ficuineæ religa. Cice. lib. 3. Offic. pro declino per translationem posuit. Hoc autem de quo nunc agimus, id ipsum est quod vsus, in quo verba lapsa consuetudo deuia deflexit.

Deflexus, a, um, participium. {κατακαμπτός, ὁ κλίσις. Ital. *Piegato.* Gal. *Flechi & ployé, destourné.* Hisp. *Doblegado.* } Plin. 17. cap. 23. Altera deflexa vite, vel palmite iuxta suam arborem. Amnes in alium cursum contorti & deflexi. Cice. 1. de Diuin.

Deflexus, us, nomen, Idem quod Curuatio. {κατάκαμψις. Ital. *Piegamento.* Gal. *Pliement, flechissement.* Hisp. *Doblegadura.* } Columel. Ne deflexu fraugatur.

Defleo, es, ere, Deploro, {κατακλαίω. Ital. *Piangere.* Gal. *Plaindre quelque chose en pleurant, regretter.* Hisp. *Atocho llorar.* } Plaut. Capt. -egóne non defleam Talem adolescentem ? Ciceni Asinius Pollio lib. 10, Itaq; illud initium ciuilis belli defleui. Cice. 13. Philip. Sed hæc satis diu multúmque defleta sunt.

Deflo, as, are, Idem quod flare. {πνέω, κνέω. Ital. *Soffiare.* Gal. *Souffler.* Hisp. *Soplar.* } Plin. lib. 28. cap. 2, Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, vtique per mensas, vetabántque mundit iarum causa deflare.

Defloccati senes, Qui florem virium deposuere, quasi attriti. {ἀφιέντες τὸ ἄνθος. Metaphora tracta videtur à vestibus, quæ multo vsu floccos suos amittunt. Plaut. in Epid. Nam per vrbem adeò defloccati senes Quærítant me.

Defloratе, Idem est quod conspurcate, contaminate, vitiate, quasi floribus, & ornatu spoliate. {μιαίνω. Ital. *Sporchare, macchiare.* Gal. *Deflorer, oster la fleur, souiller.* Hisp. *Quitar la flor dela florida, enfuziar.* } Liui. lib. 7. bell. Macedo. Erant qui fama id maius bellum, quàm difficultate rei, fuisse interpretárturvno memorabili prælio fuisse debellatum, gloriámque eius victoriæ defloratam ad Thermopylas esse.

Deflorere, siue Defloresсere, Flores amittere. {ἀπανθεῖν, ἀκμὴν διέρχεσθαι. Ital. *Sfiorire.* Gal. *Se desfleurer, perdre sa fleur.* Hisp. *Dexar de florecer.* } Plin. li. 17. Pessimum inter omnia, quum defloresсentem vitem, & oleam percutit imber: quoniam simul defluit fructus. ¶ Autor ad Herennii per translationem pro eo posuit quod dicimus, Vigorem amitto. κμὴν παραλύει. Formæ (inquit) dignitas, aut morbo defloresсit, aut vetustate. ¶ Defloresсere apud Colu. lib. 2. cap. 12, accipitur pro flores producere, ac deinde amissis floribus fructum producere. ἐκανθοῦν, ἐκανθεῖν. Quum (inquit) totam spicam edidit, octo diebus defloresсit, ac deinde grandescit diebus quadraginta. Vbi defloresсere non simpliciter accipitur pro flores acquirere, vt quidam interpretátur, sed potius flores acquisitos amittere: vt hic sit sensus, Postquam frumentum edidit spicam, statim flores acquirit, & eosdem intra octo dies amittit.

Defluere, Deorsum fluere, & propriè de fluminibus dicitur. {καταῤῥεῖν. Ital. *Scorrere à l'ingiu.* Gal. *Decoulet, se decheoir.* Hisp. *Correr lo liquido de arriba abaxo.* } Plin. lib. 6. cap. 7. Defluit in Rhenum Moganus. ¶ Per translationem significat decurrere, delabi. Cice. in Læl. Ad leues amicitias defluxit oratio. Salust. in Iugurt. Vbi per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere, hoc est quasi cecidere, & periere. Lactan. lib. 3. pro in nihilum redigere posuit, Nauis sine gubernatore abit pessum: & corpus relictum ab anima, defluit. ¶ Quandoque defluere est secundo amne fluere, id est deorsum & versus locum inferiorem fluere. Sunt enim fluminum aluei, quo mari propinquiora eo deuexiora. Virg. li. 1. Georg. -vdisque aries in gurgite villis Mersatur, missúsque secundo defluit amni. ¶ Defluere etiam dicitur quod ætate morbóve solvitur, ἀπορρεῖν. Vnde Defluere capillus dicitur.

Defluus, & Defluuiū, {ἀπόῤῥοια. Ital. *stillamento, cadimento.* Gal. *Decoulement, cheute.* Hisp. *La caida.* } Capillorum fluxus, {ἀλωπεκία. Ital. *Cadimento de capelli.* Gal. *Cheute de cheueux.* Hisp. *La caida delos cabellos.* } Sed defluuia comarum facere dicitur. Idem, Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis iubet.

Defluxus, us, Idem quod defluuium. κατάῤῥοος.

Defodio, is, pen. cor. Sepelio, obruo. {κατορύττω. Ital. *Sepelire.* Gal. *Enfouir, enterrer.* Hisp. *Enterrar alguna cosa so tierra.* } Liu. Fuerúntque defossi annis quindecim supra quingentos, loquitur de libris Numæ. Plaut. in Prol. Aulul. Domi suæ defossam multis cum opibus aulam inuenit. Colum. lib. 8, pro fodiendo plantare & inserere posuit, quum dixit, Confestim scrobem defodiamus in limine stabuli. & vinam pecudem, quæ sit pustulosa, resupinam obruamus. ¶ Defodere item est infrà, siue deorsum fodere, καθορύττειν. Idem lib. 2, Paltinatur terreni iugetum, ita vt solùm in altitudinem trium pedum defodiatur.

Defossus, a, um, partic. {κατορυχθείς. Ital. *Sepolto.* Gal. *Enfoui, enterré.* Hisp. *Enterrado, sepelido.* } Cicero 2. de Orato. Aurum multifariam defossum. Plin. lib. 30. cap. 5, Talpæ excitatis perpetuæ tenebris etiámnum aliis defossæ.

Defossus, us, ui. {κατορυχή. Ital. *Sotterramento.* Galli. *Enfouissement, enterrement.* Hisp. *Enterramiento, sepultura.* } Plin. lib. 19. cap. 8, Area in defossu cauata.

Defœtus, si Latinum sit, idem erit quod effœtus, hoc est fœtui per ætatē inidoneus. Quod tamen haud scio an apud classicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet quod ex Ibide Ouidiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet quod ex Ibide Ouidij adduci solet, Sit quoque, quod rarum est, solio defœta fauore Fordij adduci solet, Sit quoque, quod rarum est, solio defœta fauore Fortunæ facies inuidiosa tuæ: in castigationibus exemplaribus defecta legitur, non defœta. Similiter apud Columellam in præfatione libri primi defectissimum legi debet, non defœtissimum.

Deformicatum lignum dixerūt antiqui, quod à fomitibus quibus conuoueri solet, erat succisum. Festus.

Defore, pen. corr. compositum à fore, idem significans quod defuturum esse. μέλλειν. Cice. de Lege Agrar. contra Rullum, Verùm arbitrantur non defore qui illam restituerent.

Deformo, as, Destruo, & quasi de forma deiicio, pristinam bonam formam ausero, ab integra forma ad corruptam traduco. {διαμορφόω, ἀμαυρόω. Ital. *Far brutto, sformare.* Gal. *Desfigurer.* Hisp. *Desfigurar o afear.* } Lactan. de Opif. Dei, Quàm mirabili, quàm diuina ratione molitus est, vt tamen hiatus ipse nasi, oris speciem non deformaret. Autor ad Heren. lib. 1, Qui fuit qui Italiam deformauerunt? Cice. de Aruisp. resp. In qua Pompeium ornat, an potius deformat? ¶ Item Deformare est figurare, delineare, & noua forma insignire. {μορφόω. Ital. *Formare, lineare, disegnare.* Gal. *Former, former.* Hisp. *Traçar o formar.* } Vitruu. lib. 6, Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. Idem, Architectus graphidis peritus, vt deformare posset lineis imitationem quam vellet ædificiorum.

Deformatio, onis, verbale. {διάθεσις, αἰσχύνη, ἀμορφία. Ital. *Disbonestà, vituperio, sfigurazione.* Gal. *Deffigurement.* Hisp. *Aquella fealdad ò deformidad.* } Liuius 3. ab Vrbe, Vt suæ quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ maiestatis, velut à nefando spectaculo auerteret oculos.

Deformis & hoc deforme, Turpis, fœdus, non formosus. {αἰσχρός. Ital. *Disforme, sozzo, brutto.* Gal. *Difforme, difforme, laid.* Hisp. *cosa fea ò desfigurada.* } Plin. in Epist. Placuit locus in quo fuit aliquando domus (vt audio) pulchra, nunc deformis ruinis. Cice. pro Cælio. Id nunquam tam acerbè ferret M. Cælius, vt eum pœniteat non deformem esse natum. Liu. 1. ab Vrbe, Quòd vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. Cice. Marcello lib. 4, Nec eam diligere minus debes quòd deformior est. Deformius nihil est ardelione senec.

Deformitas, atis. Turpitudo formæ infœlicitas. {ἀμορφία, αἰσχύνη. Ital. *Bruttezza, deformità.* Gal. *Difformité, laideur.* Hisp. *Fealdad ò deformidad.* } Cice. 1. de Legib. Deformitas animi & corporis pranitas. Idem in Offici. Nullum est maius malum turpitudine: quæ si in deformitate corporis aliquid habeat offensionis, quanta illa depranatio & fœditas, turpificati animi debet videri?

Deformiter, aduerbium. {αἰσχρῶς. Ital. *Brutamente.* Gal. *Difformément. laidement.* Hisp. *Feamente ò deformamente.* } Quintil. lib. 8. cap. 3, Iunctura deformiter sonat.

Defrænatus, a, um, Idem quod effrænatus, hoc est indomitus, quasi sine fræno. {ἀχάλινος. Ital. *Sfrenato.* Gal. *Debridé, effrené.* Hisp. *Desenfrenado.* } Quid. 1. Metamor. Et defrænato volantur in æquora cursu.

Defraudare, vel per syncopen Defrudare, est per fraudem cuiquam aliquid intercipere, vel circumuenire aliquē. {πανουργεύομαι, ἀπατεῶ. Ital. *Defraudare, ingannare.* Gal. *Defrauder, chiffrer, priuer vn autre de ce qui luy appartient.* Hisp. *Engañar.* } Plaut. Asin. Nunc verba in pauca conferā quid te velim, Viginti iam vsus est filio argenti minis, Face id vt patrum iam fiat. t. Vnde gentium? d. Me defraudato. t. Maximas nugas agis: Nudo detrahere vestimenta me iubes. Defrudem te ego tagelis, tu sine pennis vola. Téne ego defrudē, cui ipsi nihil est in manu? Nisi quid tu porro vxorem defraudaueris. ¶ Defraudare genium, est interrumpere voluptatem, & naturæ quod appetit negare. Terent. in Phorm. Quòd ille vnciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium, comparsit miser. Contrà, Indulgere genio, est voluptati operam dare, & quocunque nos naturæ appetitus trahat, subsequi. Quæ loquendi formulæ inde tractæ sunt, quod antiqui Genium vocabant naturæ deum, hospitalitatis præsidem. Vnde etiam Homo genialis, dicitur liberalis & hospitalis, & splendido apparatui assuetus.

Defraudator, verbale, {πανοῦργος. Ital. *Frandatore.* Gal. *Fraudeur, endommageur, chiffreur.* Hisp. *Amenguador, engañador.* } Senec. de Benefic. lib. 4, Huic ingrato, qui beneficiorum fraudator est, non magis dabit beneficium quàm aptatori.

Defrico, as, pen. corr. Idem quod simplex frico. {παντρίβω. Ital. *Fregare.* Gal. *Defrotter, frotter.* Hisp. *Fregar.* } Colum. lib. 2, Totúmque eorum palatum sale defricato. Autor ad Heren. Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit, postquam perfusus est, defricari.

Defrigescere, Idem quod frigescere. {παντρίχω. Ital. *Diuenir freddo, rasfredarsi.* Gal. *Deuenir frois se refroidir.* Hisp. *Enfriarse.* } Columel. lib. 12. cap. 20, Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eo vsque dum defrigescit.

Defringo, is. Idem quod frango, vel decerpo. {διαῤῥήγνυμι. Ital. *Rompere, frangere.* Gal. *Rompre ou arracher de quelque chose.* Hisp. *Quebrantar.* } Colum. lib. 6. Plerunque fit vt aut crurx aut cornibus boum ramuli vitium defringantur. Virgil. 2. Georg. Aut summas defringe ex arbore plantas. Cic. pro Cecin. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

Defrugo, as, penul. prod. Omnem fructum exhaurio. {παντελῶ καρπὸν, ἀκαρπίζομαι. Ital. *Far via tutti frutti, far sterile la terra cauarle il grasso.* Gal. *Tirer le graisse & substance de quelque chose, la desgraisser.* Hisp. *Desfrutar, sacar la fruta.* } vt faciunt quædam legumina, quæ etiam Theophrastus καρποφορία appellat. Agricola itaque agrum defrugare dicitur quum id genus seminis serit, vel quum nimia fœtura exinanit agros, vel per inscitiam aut negligentiam perdit, lacessitve fruges: vt quum vel festinata sementis est vel serotina, præpropereque aut præpostere quid agit. Plinius lib. 18. Oraculum illud magnopere custodiendum, Segetem ne defruges. Columella, Constat segetem nimia defrugatione exinaniri.

Defrutum, à deferuendo (vt inquit Palladius) Vinum decoctum: Plinio autore, vsque ad mediam partem. {ἑψημα, ἑψητὸς, παλαιγλεῦκος. Hippocrati. Ital. *Vin cotto.* Gal. *Vin cuit ou ayguets à la consomption de la tierce partie.* Hisp. *Vino cozido hasta la tercia parte.* } Sapa verò à sapiditate, mustum est ad tertiam partem decoctum. At Columella aliter, Mustū inquit quàm dulcissimum, decoquitur ad tertias: & decoctum, sicut suprà dixi, defrutum vocatur. Sic Nonius, Sapa, quod nunc mellaciū dicimus, mustum ad mediam partem decoctum: defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redigatur deferuefaciendo.

Defrutare, Mustum decoquere, vt inde defrutum fiat. {ἑψῶ. Ital. *Far vin cotto.* Gal. *Faire du vin cuit.* Hisp. *Hazer vino cozido.* } Colu. lib. 2, Sed defrutum quoque facere & defrutare vinum licet.

Defrutarius, a, um, {ἑψητός. Ital. *Pertinente à vino cotto.* Gal. *Seruant à faire du vin cuit.* Hisp. *Cosa pertenesciente para hazer vino cozido.* } vt Vasa defrutaria apud Columellam lib. 12. cap. 9, dicuntur quæ ad defrutum idonea sunt. Sic Cella defrutaria, apud eundem lib. 1. cap. 6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam.

Defugere, Recusare, in totum fugere. {ἀναδύομαι. Ital. *Recusare.* Gal. *Euiter,*

s'euader, eschaper. Hisp. *Mucho huyr, rehusar.* ¶ Cæsar 6. bell. Gall. Aditum eorum sermonémque defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant. Cicero pro Sylla, Itaque attende iam Torquate, quàm ego defugiam auctoritatem Consulatus mei. Lactantius lib. 5, Non defugi hunc laborem, vt implerem materiam quam Cyprianus non est exequutus.

Defundo, Effundo, & interdum idem quod Fundo ¶ κατα χέω. Ital. *Versare.* Gal. *Espandre dedans, mettre quelque liqueur dedans.* Hisp. *Derramar cosa liquida.* ¶ Cato de Re rust. Aquam defundito nõ omnem, eò addito oleũ. Columella, Postea quum refrixerit, in vasa defundas, & operias.

Defungor, defungeris, defunctus sum, defungi. ¶ ἀπαλλάττομαι, ἀφίσταμαι, ἀπέχομαι. Ital. *Esser liberato, campare da qualche pericolo & esserne fuori.* Gal. *Estre delivré ou se delivrer & eschaper de quelque chose, ou elle hors.* Hisp. *Acabar de hazer.* ¶ Explicari negotio aliquo aut molestia, & ei finem imponere. Cice. pro Sestio, Vt omni populari concitatione defungerer. Cælius ad Cicer. lib. 8. Et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, vt defungeremur optam. Id est, liberaremur.

Defunctus, a, um, particip. ἀπαλλαγείς, ἀπηλλαγμένος, ἀφιστάμενος. Virgil. 6. Aeneid. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Defunctus fato, Liu. lib. 9. bell. Macedo. & 10. ab Vrbe. ¶ Defunctus vita. Virgil. 6. Aeneid. ¶ Defunctum etiam more Græcorum intelligimus pro cadauere, intelligimus substantiuè, Plin. lib. 2. cap. 68.

Defunctorie. Idem est quod languidè & remissè. ¶ ἀφειμένως. Ital. *Con negligenza, remissamente.* Gal. *Par maniere d'acquit, tellement quellement, laschement.* Hisp. *Floxamente.* ¶ Vlpia. lib. 11. ad Senatusconsultum Tertul. Non solùm autem quæ non petit, coërcetur, sed etiam quæ defunctoriè petiit, vt priuilegio munitum vel oneratum tribus tutelis.

Degener, pen. corr. Qui maiorum suorum virtuti nõ respondet. ¶ ἐκφυής. Ital. *Traligno, bastardo.* Gal. *Bastard, forligneur, declinant de sa race.* Hisp. *Lo que no responde à su cepa y genero.* ¶ Virg. 2. Aeneid. Degenerémque Neoptolemum narrare memento. Ponitur quandoque pro ignobili & vili. ἀνδροκοδίδης, ἀγλεοστάτος. Virg. 4. Aeneid. Degeneres animos timor arguit. Plin. lib. 11. cap. 50, Canum degeneres sub aluum reflectunt caudam. Est autem adiectiuum generis omnis, præsertim in obliquis singularis numeri. Vnde etiam more aliorum adiectiuorum tertiæ declinationis facit in ablatiuo degenere, vel degeneri. Luca. lib. 4, Si me degenem strauissent fata sub hoste.

Degenerare. A genere decidere. ¶ ἐξίστασθαι, μεταπίπτειν, ἐκπίπτειν. Ital. *Degenerare, tralignare.* Gal. *Forligner, s'abastardir, degenerer, ne soiure point sa race.* Hisp. *No responder à su cepa y genero, desfallescer de la nobleza de sus antecessores.* ¶ Cic. de Prouinc. Cons. Patrem dico, cuius vtinam filij non degenerassent à grauitate paterna. Virgil. lib. 2. Georg. Pomáque degenerant succos oblita priores. id est deteriores fiunt sapotis. Propert. Dij mihi sunt testes non degenerasse propinquis. Dicimus autem, Degenerare tam à malo quàm à bono. Liu. lib. 9, Ne degeneraueris à familia imperiosissima & superbissima.

Degero, is, ere, Idem quod gerere. ¶ φέρω. Ital. *Portare.* Gal. *Prendre d'vn lieu & porter en l'autre, transporter.* Hispa. *Traer.* ¶ Plaut. in Menæch. At ille mihi suppilat aurum, & pallas ex arcis: Modò me spoliat, mea ornamenta ad meretrices degerit, id est defert. Quidam legunt Apud meretrices: & degerit, pro absumit exponunt. Idem, Atque illud tuæ degeris amicæ.

Deglabrare, Depilare & glabrum facere. ¶ ἀπολάω. Ital. *Pelare.* Gal. *Oster l'escorce, peler.* Hisp. *Descortezar.* ¶ Paulus in l. cædere. ff. Arbor. furtim cæs. Cædere est non solùm succidere, sed etiam ferire cædendi causa: Cingere est deglabrare.

Deglubo, is, deglubi, deglubitum, ere, Corticem eximere, siliquam aut folliculum excutere, & granum sua nudare tunica. ¶ ἀπόφλοιον ἐκφέρω. Ital. *Sglassare, scorticare.* Gal. *Escorcer ou escosser, oster la peau ou l'escorce.* Hisp. *Quitar el cuero ò hollejo, descortezar.* ¶ Varro 1. de Re rust. cap. 48. Quod eo folliculo deglubitur granum. ¶ Item excoriare. Vnde prouerbiali sententia dici solet, Boni pastoris est tondere pecus, nõ deglubere, quasi pellem detrahere.

Deglutinare, Est dissoluere quod glutinatũ erat. ¶ ἀπαγωγίζω. Ital. *Dissolvere, discollare.* Gal. *Descoller, desglver, deserrer d'ensemble.* Hisp. *Descompegar, desengrudar.* ¶ Plin. lib. 25. cap. 13, Purgat enim vlcera oculorum, explétq; & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

Deglutio, is, ini, itum, ire, ex de & Glutio. ¶ καταπίνω, κατέπω, προσκαλέω, ὑποκλέπτω. Ital. *Inghiottire tragguardare.* Gal. *Aualler glouteument, deglouttir engloutir.* Hisp. *Mucho tragar.* ¶ Verbum medicis familiare.

Dego, is, ex de & ago, abiecto a, præteritum facit degi sine supino, Idem est quod ago, duco, perago. ¶ ἄγω. Ital. *Condurre, menare.* Gal. *Mener à fin, conduire, continuer.* Hisp. *Guiar.* ¶ Et ferè habet post se accusatiuum tempus denotantem. vt Degere vitam, ætatem, annum, diem, horam. Cice. de Senect. Degere omne tempus ætatis sine molestia. Idem 2. de Finib. Degere omnem ætatem in tranquillitate. Virgil. 4. Aeneid. Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ. Terent. Nam hunc diem miserè nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere. Cic. pro Roscio Amer. Inter feras satius est ætatem degere, quàm in hac tanta immanitate versari. ¶ Ponitur interdum etiam absolutè sine aliquo accusatiuo, idemque significat quod viuere. Lactan. lib. 5, Idcirco eum voluit sub aliena ditione atque imperio degere, vt ne rerum prosperitate corruptus, in luxuriam labereture. ¶ Legitur & passiuum Degitur, idque in tertiis tantum personis. Cice. 1. de Natu. deor. Quæ vita deorum sit, quæque ab iis degatur ætas. Lactan. lib. 4, Quo rectius vita degatur, non est necesse omnes circuire. ¶ Accipitur item Degere pro demere, detrahere. Plaut. in Aul. Nunc ego istũ soror labotem degam & diminuam. id est demam. Idem in Epid. Degitur corium de tergo meo.

Degrandinat, pen. corr. ¶ χαλάζει. Ital. *Tempesta fieramente.* Gal. *Il greste fort.* Hisp. *Granizar mucho.* ¶ Impersonale Ouid. 4. Fast. Da veniam culpæ: nec, dum degrandinat, obtit.

Degrassor, degrassaris, degrassatus sum, degrassari. ¶ ἐγκαθεύδω, ἐνεδρεύω. Ital. *Assallire alla strada, oltraggiare.* Gal. *Se ruer dessus & piller, outrager.* Hisp. *Hazer saltear.* ¶ Stat. 1. Achillei. -vbi tanta iniuria primos Degrassata duces.

Degrauo, as, are, Grauem, & ponderosum reddere, deprimere, molestare. ¶ βαρύνω, κατάγω. Ital. *Aggrauare, premere.* Gal. *Apesantir, affaisser, charger.* Hisp. *Apesgar.* ¶ Liuius 4. ab Vrbe, Alios in aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi lassitudo & vulnera & pauor degrauant. Labore operis degrauari, apud Columellam lib. 6. cap. 2. Paulatim degrauatum pondere suo præceps attrahetur, apud eundem lib. 1. cap. 5.

Degredior, eris, penulti. corr. degressus sum, degredi. ¶ κατέρχομαι. Ital. *Descendere, scendere ò smontare.* Gal. *Descendre, se destourner vers en bas.* Hisp. *Descender abaxo.* ¶ Degredi ad pedes, Liu. 3. ab Vrbe. In specum degressus sacerdos hausta fontis arcani aqua, Taci. lib. 2.

Degrummari, Ad grummæ mensuram dirigere. ¶ ὀρθόω, κατευθύνω. Est autem Grumma, teste Nonio, mensura quædam qua flexæ viæ ad lineam dirigantur. Lucilius, Viámque degrummari vis, vt castris mensor fecit olim.

Degulo, as, penul. corr. Abligurio, quasi gulæ trado. ¶ κατα λαιμάω, κατα λιχμάω. Ital. *Inghiottire.* Gal. *Engloutir.* Hispa. *Tragar ò engolosinar.* ¶ Plaut. Postquam degulato patrimonio pauper est factus.

Degustare, Idem significat quod simplex gustare seu delibare. ¶ γεύομαι, λαμβάνω. Ital. *Gustare, assaggiare.* Gal. *Gouster de quelque chose, ou le faire.* Hisp. *Gustar.* ¶ Plin. lib. 18. cap. 2, At ne degustabant quidem nouas fruges aut vina. Cato cap. 148, Vinum bonæ viri arbitratu degustato. Degustare pabulum, Varro 2. de Re rustica, cap. 5. ¶ Per translationem etiam accipitur pro leuiter & in transcursu aliquid attingere, Quintilia. lib. 4. cap. 1, Degustanda tamen hæc proœmio, non consummanda, id est breuiter indicanda. Cice. 5. Tuscul. Visne igitur, inquit, ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? Huc etiam referendum est illud Lucretij lib. 1, Ignes degustant tigna celeri flamma. hoc est leuiter attingũt. ¶ Degustare conuiuam dixit Cic. lib. 4. Epist. ad Atticum, pro eo quod est sententiam eius expiscari, Velim (inquit) ex Fabio, siquem habes aditum, odorere, & istum conuiuantium degustes.

Dehaurio, is, ire, Idem quod simplex haurio. ¶ ἐξαντλέω. Ital. *Cauar fora.* Gal. *Espuiser.* Hispa. *Sacar fuera lo liquido.* ¶ Cato ca. 66, Quum oleum instilleris cortina, amurcam dehaurito.

Dehinc, Id est Posthac. ¶ μετὰ ταῦτα, ἀπὸ τούτου. Ital. *Dipoi, per lo innanzi.* Gal. *Desormais, doresnauant, par ci apres, ci pres, d'ici en auant.* Hisp. *Dende ò despues.* ¶ Terent. And. Dehinc vt quiescant porrò moneo. ¶ Item significat deinde, vt sit aduerbium ordinis. ἑξῆς. Salust. In primis arduum videtur res gestas scribere: primùm quòd facta dictis exæquanda sunt: dehinc quia plerique delicta quæ tu reprehenderis, maleuolentia atque inuidia purant esse dicta.

Dehiscere, Aperiri, findi, rimas agere. ¶ χαίνω. Ital. *Aprire forte, spalancare.* Gal. *Bailler, s'espanir, s'ouurir.* Hisp. *Henderse, ò abrir.* ¶ Plin. lib. 8. Acus. sine belone, vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero, pant, hoc est se aperiente.

Dehonestus, a, um Non honestum, ἀσήμος. Gell. lib. 19. cap. 10. Dehonestum, deculpatúmque verbum.

Dehonesto, as. Contrarium verbi Honesto, quod significat honore afficio. ¶ ἀτιμάζω. Ital. *Disonestare, disonorare.* Gal. *Villener, honir, enlaidir.* Hisp. *Denostar ò deshonrar à otro.*

Dehonestamentum, Dicitur id quod gratiam & honestate alicui rei adimit ¶ αἰσχύνη. Ital. *Disonestà, guastamento.* Gal. *Enlaidissement, deshonneur.* Hispa. *El denuesto.* ¶ Vnde vultus dehonestamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans: aut oculi effoso. Gell. lib. 2, Quo dehonestamento corpori, maximè lætabatur. Pro contumelia vsus est. Tacitus lib. 12, Atque ille non propinquum, neque Arsacis de gente, sed alienigenam & Romanum increpans, auribus decisis viuere iubet, ostentui clementiæ suæ, & in nos dehonestamento.

Dehorror, aris, Dissuadeõ. ¶ μεθίστημι. Ital. *Sconsortare.* Gal. *Desconforter, desconseiller, desiourner.* Hisp. *Disuadir alguna cosa con razones.* ¶ Terent. Phormio. At hic dehortatus est me ne illam illi darem. Cice. in Piso. Res ipsa, & Reipublicæ tempus, aut me ipsum, quod nolim, aut aliũ quempiam aut inuitabit, aut dehortabitur.

DEIANIRA, Δηϊάνειρα, Filia fuit Onei Aetoliæ regis, cuius regia Calydon erat. Hæc adeò formosa erat, vt multos procos haberet: tandem Acheloo desponsata est primò, deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen: sed Acheloo victo, Herculi cessit. Portò quum Hercules transiturus esset Euenum Aetoliæ fluuium, qui tum temporis maximè excreuerat, Nessus Centaurus seipsum vltrò obtulit ad transuehendam Deianiram: quam quum Nesso commisisset, ipse primus intrepidè tranauit fluuium. Nessus autem adhuc in altera ripa stans, nouam nuptam vitiare voluit: quod videns Hercules, sagittis hydræ sanguine infectis Centaurum transfixit: qui se moriturum sentiens, vt hostem vlciscereture, Deianiræ vestem suam proprio sanguine perfusam dono dedit, asserens ei vim amatoriam inesse, & si hac maritus indueretur, ipsum ab aliarum mulierum amore iri auocatum. Mulier itaque nimis credula munus accepit. & quum audisset maritum suum in Eubœa amore Ioles Euryti filiæ detineri, Nessi vestem domino suo perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali suspicans, quum sacrificaturus eam induisset, tantis cruciatibus affectus est, vt in furorem versus, Lycham à Cenæo monte in Euboicum mare dejecerit, qui in scopulum mutatus est: ipse autem Hercules arcu & sagittis Philoctetæ commissis, se in ardentem pyram in Oeta monte constructum conjecit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis claua se interfecit, ex cuius sanguine postea nata est herba quæ nymphæa & heracleon dicitur. Ouid. lib. 9. Metamorpho. Victor ab Oechalia Cenæo sacra parabat Vota Ioui, quum fama loquax peruenit ad aures, Deianira tuas, &c.

DEIDAMIA, Δηϊδάμεια. Filia fuit Lycomedis regis Scyri insulæ, quam Achilles, quum ipse inter regis huius filias sub muliebri habitu lateret, grauidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. Vide Statium in Achilleid.

Deiero, pen. corr. Sanctè iuro, iureiurando affirmo. ¶ ὀμνύω, διόμνυμι. Ital. *Giurare fortemente.* Gal. *Iurer fort & ferme, faire grand serment.* Hisp. *Mucho y*

Universidad de Deusto

cho y ſolemnemente, &c. ¶Gell.lib.1, Nam quum amicus eum rogaret vt pro re causáque eius falsum deieraret, his ad eum verbis vsus est. Terent. in Eunuch. Illum iuuet mihi deierare, his mensibus Sex, vel septem proximis Idem in Hecy. Phidippe, Baechis deierat periurio, &c.

Deiuro, as, are. Idem quod deiero, hoc est sanctè iuro. ἐπομνύω, διόμνυμι. Plaut. in Cas. per deos omnes, & deas deiurauit. Idem in Rud. Deiura te mihi argeotum daturum.

Deiuratio, onis. Sanctum iusiurandum. ¶ὅρκωμοσία. Ital. *Sacramento.* Gal. *Iurement, serment.* Hisp. *Es grande y ſolemne juramento.* ¶Gelli.lib.7.cap.18, Tum octo ex iis postissimum iussum non esse sibi respondérunt, quoniam deiurio vincti essent.

Deiurus, pen. prod. Qui sanctè & valdè iurat. ὁρκωμότης.

Deiicio, is, pen. cor. Deorsum iacto vel deorsum mitto. ¶καταβάλλω. Ital. *Gettare abbaſſo.* Gal. *Ietter en bas, jetter par terre, ruer jus.* Hisp. *Echar de arriba, derrocar ò abaxar.* ¶Plaut. in Asin. Iussit columnis deiici operas aranearum. Liu. 4. ab Vrbe, Quem quum ictum equo deiecisset. Virg. 8. Aen. -toto genitor quæ plurima cælo Deiicit in terras. Liu. lib. 1, pro iaciendo defigo posuit καθήρμοσα. Dum (inquit) intentus in eum tex totus aduerteret, alter elatum securim in caput deiecit. ¶Per translationem ponitur pro auerto. ἀποτίθημι. Cic. in Philip. Nec verò vsquam, nec à Republica oculos deiiciebam. ¶Item pro depellere vel deturbare. καταβάλλω, ἐξαίρω, vt apud eundem 2. in Verrem, Pollicitus est quantum vellent pecuniæ, si me Aedilitate deiecissent, Idem pro Muræna, Qu. Tubero Prætura deiectus est. Liui. 3. ab Vrbe, Deiectisque honore duobus Quintiis. ¶Deiicere de gradu, id est dignitate. Cic. Atti. lib. 16, Ex quo mihi videtur σφαλεὶς ille deiectus de gradu. Deiicere de gradu, pro eo quod est de constantia deducere, & proposito in quo pedem fiximus. Cic. 1. Offic. Fortis enim & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, sed præsenti animo vti, & consilio, nec à tatione discedere. Ad eundem modum dicimus, Deiicere de possessione, Deiicere de sententia, Deiicere de dignitate.

Deiectus, a, um, particip. ¶καθαλλόμενος, καθαλτικὸς, κλιτικὸς. Ital. *Abbaſſato, inchinato.* Gal. *Abaiſſé, inclué.* Hisp. *Echado de arriba, inclinado.* ¶Plin. lib. 2. ca. 9. de Lunæ natura, Aliàs contigua montibus, nunc in Aquilonē elata, nunc in Austros deiecta. Vi deiectus, Cic. pro Cecin. Spe deiectus, Sil. li. 10.

Deiectio, verbale, ¶καταβολὴ, καταβολεὺς, καθαλτὸς, διαβολή. Ital. *Abbattimento, abbaſſamento.* Gal. *Dejettement, abattement, abaiſſement.* Hisp. *Obra de echar de arriba, abatimiento, abaxamiento.* ¶Cice. pro Cecin. Qui illam vim deiectionéque tuo rogatu, aut tuo nomine, fecerit. ¶Deiectio apud Celsum & Colu. pro subductione alui ponitur, ¶ὑπαγωγὴ, ὑπαγωγὸς. Ital. *Purgatione.* Gal. *Quand on va à la ſelle, purgation.* Hisp. *Purga.* ¶Cels. li. 1. ca. 3. Deiectio quoque medicamento petenda est, vbi venter suppressus parum reddit. Et moliri deiectionem, lib. 2. cap. 12.

Deiectus, us, pro Deiectione, καθαλτὸς. Liui. 9. ab Vrb. Quum ad alias angustias protinus pergerent, septas deiectu arborum, saxorum ingentium obiacente mole inuenere.

Dein, Per apocopen dictum est à Deinde. ¶εἶτα δή. Ital. *Doppo, poſcia.* Gal. *Apres, en apres, par apres.* Hisp. *Dende ò deſſuez.* ¶sicut Exin ab Exinde, Proin à Proinde, Suhin pro Subinde. Significat autem dein idem quod deinde, siue postea: & est poëtis familiarius quàm Oratoribus. Terent. Andr. Accepit conditionem, dein quæstum occipit.

Deinde, aduerbium est, Ordinem, siue tempus importans, idémque ferè significās quod postea. ¶εἶτα δή. Ital. *Dopoi, al tempo à venire.* Gal. *Apres, en apres, par apres.* Hisp. *Dende ò deſſuez.* ¶Componitur ex de præpositione, & aduerbio inde: & habet accentum, teste Prisciano, in antepenultima, ne duæ videantur dictiones separatæ, quod etiam contingit in exinde, nimirum, aliquando, & similibus. Cice. ad Qu. frattem lib. 3, Tu velim cures vt sciam quibus nos dare oporteat eas quas ad te deinde literas mittemus, ¶In carmine ferè semper contractionem patitur, fitque dictio dissyllaba. Virg. 3. Aeglog. Incipe Damœta, tu deinde sequére Menalca.

Deinceps, Propriè significat gradatim, per ordinem, siue per vices, siue quod vulgò dicere solemus vnus post alium. ¶ἐφεξῆς. Ital. *Ordinatamente, apreſſo.* Gal. *Conſequemment, par ordre, en enſuivant, en apres, al ordre.* Hisp. *De aqui adelante.* ¶Liu. lib. 1, Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Cice. Thermo, Sed tamen tres fratres sumpmo loco natos, promptos, non indisertos, quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore, te nolo habere iratos. Colum. lib. 6, Quod quomodo, & qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps præcipere, id est per ordinem. ¶Interdum sumitur pro posthac, siue in posterum. Cice. Att. lib. 7, Velim deinceps meliora sint. ¶Interdum pro præterea Liu. 1. ab Vrbe, Extemplo aduocato concilio, scelerum pro præterea Liu. 1. ab Vrbe, Extemplo aduocato concilio, sceleram in se fratris, originem neporum, vt geniti, vt educati, vt cogniti essent, eædem deinceps tyranni, séque eius autorem ostendit.

Deinsuper, pen. cor. Significat desuper. ¶ἄνωθεν. Ital. *Di ſopra.* Gal. *De deſſus.* Hisp. *Dende arriba.* ¶Salust. lib. 1. Histor. vt citatur à Nonio, Ad medium deinsuper astantium manibus in murum attollitur.

Deintegro, pen. corr. Significat denuo, siue à principio ad finem. ¶ἐξ ὑπαρχῆς. Ital. *Di nouo.* Gal. *De nouueau.* Hisp. *De nueuo ò de comienço.* ¶Terēt. Andr. Posthac quas faciet deintegro comœdias. Deintegro incidere in Aud. Posthac quas faciet deintegro comœdias. Deintegro incidete in morbū. Cic. ad Cornif. lib. 12, Gratulari alicui deintegro. Idem Atti.

DEIOCES, Phraortæ filius, ob iudicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Autor Herod. lib. 1.

DEIONE, es, Δηϊόνη, Mater fuit Miletì ex Apollinis concubitu. Vnde Miletum Deioniden vocat Ouid. lib. 9. Metam. vbi sic habet, Tunc erat inualidus, Deionidéque iuuentæ Robore Miletum, Phœbóque parente superbum Pertimuit.

DEIOPEIA, penul. corr. siue Deiope, Δηϊόπεια. Vna ex nymphis Iunonis, quam illa apud Virgil. lib. 1. Aeneid. Aeolo vxorem pollicetur. Sunt, inquit, mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam Connubio iungam stabilt, propriámque dicabo.

DEIOTARVS, Galatiæ rex fuit populo Romano amicissimus, qui tempore belli Pharsalici Pompeij partes sequutus est, cóque profligato ad Cæsaris victoris clementiā cōfugit, à quo Regis quidem nomen retinuit, parte tamē regni mulctatus est. Postea accusatus à Cæsari apud se diuertenti insidias struxisset, à Cicerone defensus est elegantissima oratione, quæ etiā hodie extat. ¶Fuit & Deiotarus alter Adramyttenus, ludi literarij magister, apud Gargara Troadis, vt scribit Stephan.

DEIPHILE, Δηϊφίλη, nomen Adrasti regis filiæ, & Tydei vxoris, matris Diomedis, Græcorum omnium post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimi.

DEIPHOBE, es, Δηϊφόβη, nomen proprium Sibyllæ Cumanæ, Glauci filiæ, quæ Aeneam ad inferos duxit. Virgil. 6. Aeneid. -Phœbi Triuiæq; sacerdos, Deiphobe Glauci.

DEIPHOBVS, penul. corr. Δηϊφόβος, nomen filij Priami ex Hecuba, qui interempto Paride Helenam duxit vxorem: cuius tamen dolo & proditione interfectus est à Græcis quos illa in cubiculum dormientis intromisit, vt autor est Virg. lib. 6. Atque hic Priamidem laniatum corpore toto, Deiphobum vidit, &c.

DEIPHYLVS, Δηϊφύλος, pen. cor. Fuit Stheleni filius: Capanei in bello Troiano amicus fidissimus, teste Home. 5. Iliad.

Deiungo, gas, pen. corr. Disiungo. ¶διαζεύγνυμι. Ital. *Diſiungere.* Gal. *Deſaccoupler, oſter de joug.* Hisp. *Deſuniro apartar.* ¶cui contrarium est Coniugo. Pacuuius Chryse, vt citat Nonius, Pérque nostram egregiam vnanimitatem, quam memoria deiungat.

Deiungo, is, Disiungo. ¶διαφέρω. Ital. *Diſgiungere, diſunire.* Gal. *Deſjoindre, deſcompler.* Hisp. *Deſunir ò apartar.* ¶Plaut. Asin. Ne nos deiunge amantes. Cic. de Vni. Ita necessitas cogit, vt eadē sint ea quæ deiuncta fuerunt.

Deiurium, Deiuro, Deiurus, vide DEIERO.

Deiuuo, as, Antiqui dicebant pro non iuuare. Plaut. in Trinum. Deserere illum, & deiuuare in rebus aduersis pudet.

Delabor, eris, delapsus sum, significat deorsum labi, decidere. ¶καταπίπτω, καταπεσοῦμαι. Ital. *Scorrere abbaſſo, cadere abbaſſo.* Gal. *Gliſſer & tomber bas, abaiſſer.* Hisp. *Deſlizarſe, ò caer abaxo.* ¶Virg. in Sileno, Serta procul capiti tantùm delapsa iacebant. Liui. Cælo repente delapsus. ¶Et cum præpositione. Cic. Offic. 1, Ita consiliis, diligentiáque nostra celeriter de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa cecidérunt. Idé ad Quintum Frat. Nam Qtæci quidem sic te ita viuentem intuebuntur, vt quendam ex annalium memoria, aut etiam è cælo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. Idem Orat. lib. 3 Capitolij fastigium illud, & cæterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Nam quum esset habita ratio, quemadmodum ex vtraque parte tecti aqua delaberetur, vtilitatem templi fastigij dignitas consequuta est. ¶Et translatè. Cice. de Orat. Insperanti mihi cecidit, vt in illum sermonem delaberer. Idem in Læl. Iam enim à sapientum familiaritatibus, ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. Idem Atti. 7, Inualetudine tua moneor, & filiam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio. Et de Orato. lib. 2, Sed nonnunquam in hoc vitium scurrile delabitur. Idem Treb. lib. 6. Nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem videtur, id est paulatim ad æquitatem propius accedere. Et Offic. lib. 2, Habenda autem est ratio rei familiaris, quam quidem delabi fluere, flagitiosum est. id est consumi, ad nihilum redigi. ἄγος.

Delacero, as, In partes lacero, conscindo, contumo. ¶καταλακίζω, διαλακίζω. Ital. *Lacerare, ſtracciare.* Gal. *Mettre en pieces, deſchirer.* Hisp. *Deſpedaçar en partes diuerſas.* ¶Plaut. Capt. Qui me, meámque rem, quod in te vno fuit, tui scelestis fallidicis fallaciis delacerauisti.

Delachrymare, Est lachrymas vel aquam more lachrymantis demittere. ¶δακρύω, χέω. Ital. *Lagrimare.* Gal. *Pleurer, larmoyer.* Hisp. *Derrocar lagrimas.* ¶Colu. lib. 5, de vite loquens, Vt interdum potius deuexa, quàm in germine delachrymet.

Delachrymatio, onis. ¶καταδάκρυσμα. Ital. *Eſſo lacrimare, lacrima.* Gal. *Pleurement.* Hisp. *Llorо.* ¶Plin. lib. 37. cap. 11, Vis eius collyriis oculorum apprimè sana, & delachrymationibus mordendo proficiens.

Delæuo, as, compositū est à læuo, idem significans quod simplex. ¶λαιόω. Ital. *Pianare, ſpianare fare vguale.* Gal. *Aplanir, unir, faire egal.* Hisp. *Alliſar ò acepillar.* ¶Colu. de Arb. cap 6. Plagam acutissimo ferro delæuato.

Delambo, is, ere, Idem quod lambere. ¶λείχω, λαπτω. Ital. *Leccare.* Gal. *Lecher.* Hisp. *Lamber ò lamer.* ¶Stat. lib. 2. Theb. Molliaque iecta delambit vellera lingua.

Delamentor, aris, Defleo. ¶καταδύρομαι. Ital. *Lamentarſi, dolerſi.* Gal. *Lamenter, pleurer.* Hisp. *Llorar con gemidos y voзes.* ¶Ouid. 11. Metamor. -& natam delamentatur adeptam.

Delanio, as, pen. cor. Discindo, & quasi lanam traho. ¶διαλακίζω. Ital. *Stracciare, sbrenare.* Gal. *Mettre en pieces, deſchirer.* Hisp. *Deſpedaçar como ſacando lana.* ¶vnde Lanius, qui pecus discindit. Festus.

Delapidata, Dicuntur lapide strata. λιθόστρωτα. Eiusmodi est via Appia, quam à porta Capena Brundusium vsque quadratis saxis strauit Appius ille Cæcus. Ex Festo.

Delasso, as. Idem quod simplex lasso. ¶κοπιῶ. Ital. *Stancare.* Gal. *Laſſer.* Hisp. *Fatigar ò cauſar canſo.* ¶Plaut. in Asin. Eum etiam hominem in senatu dare operam, aut clientibus, ibi labore delassatum totam noctem stertere. Horat. 1. Serm. Saty. 1, Cætera de genere hoc (adeò sunt multa) loquacem Delassare valent Fabium.

Delauo, as, delaui, elotum, delauare. ¶καταπλύνω, λούσω. Ital. *Lauare.* Gal. *Lauer.* Hisp. *Lauar.* ¶Plaut. Rud. -eho an te pœnitet, in mari quod delaui, ne hic in terra quoque eluam? Antiquum verbum.

Delecto, & Obiecto, Composita sunt à lacto, quod est frequentatiuum ab antiquo verbo lacio. ¶δέλεαρ. Ital. *Dilettare, dar piacere.* Gal. *Deleiter, recreer, reſjouir, donner plaiſir.* Hisp. *Deleytar.* ¶Delecto sæpius in tertia persona vtuntur autores. Cic. Rufo, Itaque me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meum aduentum abs te amanter videbam. Quando autem cum infinitiuo iungitur, ponitur impersonaliter. Alioqui verbum est actiuum, & habet passiuum per omnes modos, tempora & personas vsitatissimum. Cice. Pæto. Plures etiam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos: tu te istic Atheniano iure delectato, ego me hic Hircano. ¶Delectare, ἕλκω, proprie significat attrahere, ducere. Ennius, Et me Apollo ipse delectat adducit Delphicus. Quadrigarius, Fabius de nocte cœpit hostiū sacra oppugnare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnare, hostem delectate. ¶ Et quoniam quæ grata ac iucunda sunt, nos attrahere solent, factum est vt Delectare sit gratum esse, ac iucunditate afficere. ¶ Passiuum etiam ipsum Delector, habet post se ablatiuum, & hoc sine præpositione, vel mediãte præpositione cum vel in. Casum autem peculiarem omnibus verbis passiuis, qui est ablatiuus præcedente præpositione à, vel ab, non admittit. Vnde etiam nonnulli deponẽs esse crediderũt. Est antẽ Delector, delectatione, vel iucũditate afficior. {χαίρω, ἀγαλλιῶμαι, φιλοῦμαι. Ital. *Dilettarsi*. Gal. *Se donner plaisir, se rejouir*. Hisp. *Deleytarse*. } Colu. lib. 1 Iucundius vtiq; viro, si etiam matrona comitatus: cuius vt sexus, ita animus est delicatior: amœnitate aliqua delectãda erit, quo patientius moretur cum viro. Quod in aliis etiam verbis fieri solet: vt, Desyderium tenet me, id est teneor desyderio. sic Oblector, & huiusmodi, quæ significationem passiuam innatã habent. Lactant. lib. 2, Auro & gemmis, & ebore delectantur. Idem, Oblectatur friuolis, & specie simulachrorũ capitur. Cic. Cœl. In communibus miseriis hæc tamen oblectabat specula.

Delectamentum, ti, Oblectatio, voluptas. {τέρψις, τερπνότης. Ital. *Diletto*. Gal. *Delectation & plaisir, deduit, passetemps*. Hisp. *El deleyte*. } Cice. de Senec. Possem persequi permulta delectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa quæ dixi, sentio esse longiora. Idem in Pison. Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta penè puerorum.

Delectatio, à delectando. {τέρψις. Ital. *Dilettatione*. Gal. *Delectation, plaisir, soulas, deduit*. Hisp. *Deleyte*. } Est iucunditas quam ex re aliqua percipimus: quã sic definit Cic. lib. 4. Tusc. Delectatio est voluptas suauitate auditus animum deliniens, & qualis hæc est auriũ, tales sunt oculorũ, & tactuum & odorationum & saporum: quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

Delectus, vide DELIGO deligis.

Delego, as, pen. prod. Deputo, præficio vt quum quempiam meo loco, officio, negotióve exequendo præficio. {πιστεύω. Ital. *Deputare, assignare*. Gal. *Deleguer, ennoyer & bailler charge, bailler commission, commettre*. Hisp. *Embiar, mandar*. } Colu. lib. 4. Imò quis non imprudentissimũ quenque, etiam eum qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? Cic. Post delegatam mihi hanc prouinciam, id est post onus mihi impositum. ¶ Hinc Subdelegare dicimus, delegatas nobis à principe causas alteri cognoscẽdas iniungere. ¶ Delegare etiam significat Legatos mittere. πρεσβεύω. Liuius. Decreuerunt vt duodecim delegarentur ad regem. ¶ Veteres pro discedere & dispertire posuerunt. Plaut. in Amph. Si quot fautores delegatos viderint. ¶ Et Delegata dixerunt diis consecrata, quæ nunc dedicata dicimus. ἀναθήματα. ¶ Delegare etiam frequẽs est apud Iurisconsultos pro eo quod mercatores vulgò vocant *Assignare*, hoc est alium pro se debitorem dare, quo recepto à creditore, prior debitor liberatur. Iustinianus Cod. de Nouationib. & delegat. Delegatio debiti, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, iure perfici non potest.

Delegatio, verbale. {πίστωσις, ἐντολὴ, ἀποστολή. Ital. *Commissione, carico*. Gal. *Charge & commission, assignation*. Hisp. *Embaxada, la carga*. } Cic. ad Att. lib. 12. Perdere malo delegationem in manicipes, annua die.

Delenio, is, ire, compositum est à lenio, idem significans quod demulceo, vel lenem hoc est mansuetum reddo. {ἡμερόω, πραΰνω, ἐλεάω. Ital. *Ammolire, addolcire*. Gal. *Adoucir, apaiser, amadouer*. Hisp. *Halagar ò amansar*. } Colu. lib. 10. Sed tamen iracundiæ notæ melioris autem facilè delenitur, assiduo interuentu eorum qui curant alueraria. Plaut. Asin. Vah delenire apparas, mihi scio vicarium esse.

Delenificus, Blandiloquus. {λογοτερπής, ψυχαγωγός. Plaut. in Mil. Domi dolos, delenificæ verba, domi fallacias.

Deleo, les, deleui, deletum, ex de & leo (vt inquit Priscianus) proprie est scripturam, picturam, vel aliquid simile induco, siue extero. {ἐξαλείφω, ἀκυρόω. Ital. *Cancellare, cassare, annullare*. Gal. *Effacer, casser, rayer, annuller*. Hisp. *Quitar ò rayer*. } Cic. pro Cluent. Eadem hac Dinea testamentum faciente, quum tabulas prendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata deleuit: & quum id multis locis feciisset, post mortem eius ne litturis coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptũ signis adulterinis obsignauit. ¶ Per metaphoram quoque hoc verbo vtuntur pro euertere seu destruere. Cæs. 2. bel. Ciuil. Quin ipe prędæ in vrbem irrumperent, vrbémque delerent. ¶ Nonnunquam etiam pro tollere, remouere seu obliterare. Cic. pro leg. Mani. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Terent. Eunuc. Delebo omnes dehinc ex animo mulieres.

Deletus, a, um. & Delitus, te. Ite Diomede. {ἐξαλειμμένος. Ital. *Cancellato, annullato*. Gal. *Effacé, casse, annullé*. Hisp. *Rasido, quitado*. } Varro, Delitæ literæ, quod tamen à delino esse potest.

Deletio, Verbale. {ἐξάλειψις, ἀφανισμός. Ital. *Disfacimento, distruttione*. Gal. *Effacement, destruction*. Hisp. *Raedura, ò quitamiento*.

Delebile, Quod deleri potest. {ἐξαλειπτόν. Ital. *Che facilmente si cassa, & disface*. Gal. *Aisé à effacer, que facilement on efface*. Hisp. *Cosa que se quita ò puede facilmente quitar*. } Martia. lib. 7, Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet. Cuius contrarium est Indelebile, quod deleri non potest. ἀνεξάλειπτος.

Deletilis, le, pe. cor. {ἐξαλειπτικός. Ital. *Che disfacia, cassa ò distrugge*. Gal. *Propre pour effacer, despuy ou effacé*. Hisp. *Cosa para quitar ò rayer*. } Quod delet. Varr. Si displicet tibi tam magnum, tumam fungiam deletilem.

Deletitius, A, dies tinum, ἐξαλειπτός. Vlpianus in l. Chartæ. ff. de bon. possess. secundum tab. Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam. κατὰ ἐξαλειπτούς.

Deletrix, verbale, ὁ ἐξαλείφων, ἡ ἐξαλείφουσα. Quæ delet. Cicer. de Aruspicum respon. Tum est illa in templo Castoris scelerata & penè deletrix huius imperij fœa deprehensa.

Deleteria medicamenta, λοιγώδη φάρμακα, à medicis appellantur noxia & mortifera, quæ scilicet quum à calore nostro vinci non queant, neque concoqui, alia celerius, alia tardius mortem inferunt. Dicta deleteria à verbo Græco δήλεω, quod est lædo siue noceo.

DELIBERARE, vide DELIBRO.

Deliberare, Dictum est à libella qua quid ponderatur, & significat consultare, decernere, perpendere, vel desinere. {βουλεύω. Ital. *Deliberare*. Gal. *Deliberer, consulter & penser comme on doit faire*. Hisp. *Deliberar*. } Cicero postquam reuersus est ab exilio, Noctẽ sibi ad deliberandũ postulauit. Idẽ in Verr. Deliberatũ est, id est fixum & decretũ est. δέδοκται. ¶ Aliquãdo dubitare. βουλεύομαι. Cic. lib. 2. Offi. Est enim totũ sceleratum & impium, qui deliberant vtrum id sequantur quod honestũ esse videant.

Deliberatur, impersonale. Cæsar 7. bell. Gall. Deliberatur de Auarico in communi consilio incendi placeret, an defendi.

Deliberatus, participi. {βεβουλευμένος. Ital. *Deliberato*. Gal. *Deliberé, consulté, arresté apres avoir deliberé*. Hisp. *Deliberado*. } Horat. 2. Carm. Ode 37, -vt atrum Corpore combiberet venenum Deliberata morte.

Deliberatus, nomen ex participio. Cic. Merel. lib. 5, Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me quacunq; ratione posset, non iudicio, neq; disceptatione, sed vi atque impressione euertere.

Deliberatum, substantiuum. Cæsar 1. bel. Ciuil. Illi deliberata respondẽt, scriptáque ad eum mandata per eos remittunt.

Deliberator, toris {βουλεύτης, συμβουλευτής. Ital. *Chi delibera*. Gal. *Deliberant, qui delibere ou a deliberé*. Hisp. *El que delibera*. } Cic. pro Sest. Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte, duplicata est.

Deliberatio, onis, {βούλευσις. Ital. *Pensamento, consultatione*. Gal. *Deliberation, pensement, consultation*. Hisp. *Deliberacion*. } Cic. 1. Offi. Triplex igitur est, vt Panætio videtur, consilij capiendi deliberatio. Idem 3. Offic. Sapientẽ & bonũ virũ fingimus, de eius deliberatione & cõsultatione quærimus.

Deliberatiuus, a, um, συμβουλευτικός: vt Deliberatiuum genus orationis apud Cic. 1. de Inuent. Causa deliberatiua, Cic. 2. de Inuent. Materiæ deliberatiuæ, Quint. lib. 2. cap. 7.

Deliberandus, da, dum. Deliberans. {βουλευτέος, συμβουλευτέος. Ital. *Che consulta & pensa à qualche cosa*. Gal. *Qui delibere & consulte sur quelque chose*. Hisp. *Lo que mucho delibera*. } Liui. 2. ab Vrbe, Consules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. Idem lib. 1, Rex velut deliberabundus, in horrum ædium transit.

Delibo, as, pen. prod. Significat Decerpo, quasi libando minuo. {ἀπογεύω. Ital. *Assaggiare, assaggiare*. Gal. *Atoucher tant seulement du bout des levres, prendre vn peu du dessus, gouster*. Hisp. *Gustar como quien haze salua*. } Cic. pro Sest. Non sum tam ignarus, Iudices, cantarum, non tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper & omnes vndiq; floscnlos carpam atq; delibem. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro leuiter attingere, & quasi summis labris degustare, ἀπογεύομαι. Plancus Ciceroni Putabam posse me nec de laude ieiuni hominis deliberare quicquam. Christ. Longolius Epist. 1, Verùm quod ad rem pertinet, tantùm abest vt ille de laude tua quicquam delibarit, vt eo quidem facto & stultitiam ipse tuam prodideris, & virtutem ruam, claram illam omnino & sua sponte nobilem, sed illustriorem tamen reddideris. Liuius, Nec satis constat cur primus ac potissimus ad nouum delibandum honorem sit habitus. ¶ Interdum violo, destruo, vitio. Gellius lib. 1, Rependitur quippe & compensatur leue damnum delibatæ honestatis, id est vitiatæ. Melius autem huius verbi significationem assequetur qui scierit Græcam habere originem. Est enim compositum à verbo libo, Græcè λείβω, quod idẽ significat quod rigo vel humecto: vnde quum summa tantùm labra rigamus & leuiter degustamus, propriè libare dicimur. Nimis itaque puerilis lapsus est eorum qui libare dictum putant quasi labiare.

Delibatorium. Locus delibationi accommodatus. Plin. lib. 16. Fuit & memoria nostra in porticibus septorum à M. Agrippa relicta, æquè miraculi causa, quæ delibatorio superfuerat, viginti pedibus brevior, sesquipedali crassitudine. Alij legunt apud Plinium diribitorium.

Delibro, as, pen. cor. Decortico librum, id est corticem arbori detraho. {ξυλλοπέω. Ital. *Scortzare, leuare la scorza*. Gal. *Peler & oster l'escorce*. Hisp. *Descortezar arboles*. } Colu. li. 3. Ia ea nitidissimũ ramũ eligito, & eiusmodi spatij corticẽ circuncidito, & marcescam delibrato. Idem lib. 5. Cortex quoq; aridus fissúsque per summa trunci dependens delibrandus est.

Delibro, delibras, penult. prod. à libra compositum. ποσοῦμαι, ponderare. Gell. lib. 15. cap. 8. Quid relinquitur nisi vt delibrari sibi aeneas iubeant, ne edendo defatigentur? Quo in loco quædam exemplaria legunt, delibati.

Delibutus, Vnctus, quasi oleo aut alio liquore imbutus. {ἀλειμμένος. Ital. *Vnto*. Gal. *Oingt, imbu, plein*. Hisp. *Vngido de olores*. } Colum. lib. 7. ca. 4, Vbi per triduũ delibuto tergore medicamina perbiberit. Cic. de Clar. Orat. Qui deuinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Autor ad Heren. li. 2. Aut siquam rem deformabimus turpem, vt si ernentam aut cerno oblitam, aut rubrica delibutam indicamus, id est conspersam. ¶ Transfertur & ad animum. Terent. in Phor. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? Salust. Vxor sicrilega ac periuriis delibuta. ¶ Est autem participium siue verbo, nescio an compositum sit.

Delicata, orum, vide DELICO.

Delicatus, a, um, à delicium fit, & idem est quod plenus deliciis, seu qui in deliciis viuere assuetus est. {τρυφερός, κόμψος, δεξιτηρός. Ital. *Delicato, polito*. Gal. *Delicat, delicieux, douillet*. Hisp. *Delicado y regalado*. } Cic. 6. in Verr. Nostrum enim vnusquisque, qui tam beati, quàm ille est, non sumus, tam delicati esse non possumus. Idem 1. Offic. Turpe enim valdèq; vitiosum, in re fœeta conuiuio dignum, aut delicatum aliquem sermonem inferre. ¶ Per metaphoram mollis ac tener dicitur: vt Molles, & delicatæ voluptates, apud Cic. 1. de Natu. deor.

Delicatè, aduerb. {τρυφερῶς, κόμψως, δεξιτήρως. Ital. *Delicatamente, deliciosamente*. Gal. *Delicatement, delicieusement*. Hisp. *Deleytosamente*. } Colum. Cultam, vestitámq; familiam vtiliter magis habeat quàm delicatè.

Delicia, æ, autore Festo, Tigni genus dicitur quod è culmine ad tegulas angulares infimas versus faltigiatũ collocatur. Vnde & tectum ipsum deliciatũ, & tegulæ deliciares, siue colliciares appellantur. Cato de Re rust. c. 14, Deliciares tegulæ quæ erũt, pro binis integris cõputabũtur.

Delicium, ei, in singulari: & Deliciæ, arum, in plurali. Oblectamentum, oblectamẽtáve quæ nobis voluptati sunt: à delicio, quod ex De, & Lacio cõponitur. {τὸ ψυχαγωγοῦν. Ital. *Delitie, delicatezze*. Gal. *Delices, ebats, menus plaisirs, passetemps*. Hisp. *Los deleytes, ò regalos*. } Martial. lib. 13, Delicium paruo donabis Dorcada nato. Idem li. 1, Stellæ delicium mei columba, Verona licet audiente dicam, Vicit, Maximè, passerem Catulli. Cice 6. Verr. Vnde igitur potius incipiam, quàm ab ea ciuitate quæ

ubi

Universidad de Deusto

tibi vna in amore, atque in deliciis fuit? Sueto. Titus amor, ac deliciæ generis humani. Legitur & Delicia, fœmi. gene. Plaut. Mea voluptas, mea delicia. ¶ Deliciari facere, ἡδύνειν, κηλεῖν, κατακηλεῖν, sæpe legitur pro eo quod est fœtemè lasciuire ac lusitare, quodammodo fastidire, ac se superiorem esse verbis, aut gestu ostendere: quod aliter dicitur deliciari, ἐντρυφᾶν. Plautus, Eia delicias facis, mi Menæhme. quin, amabo, jis intro.

Delico, as, pen. corr. Explico, explano, interpretor. ξηλῶ. Ital. *spianare, manifestare.* Gal. *Expliquer, exposer.* Hisp. *Esplanar, ò llanar lo escuro.* } Titin. li. 5, vt citat Nonius, Quid isthuc est, aut iste vult sermo? mater delica. id est, explana. ¶ Veteres etiam delicare, pro dedicare quandoque dicebant. Vnde Delicata, orum, dicebantur diis consecrata, quæ nunc dicata appellantur.

Delictum, vide DELINQVO.

Delicus porcus qui dicatur, exponit Varro, 2. de Re rust. cap. 15, his verbis, Quum porci depulsi sunt à mamma, à quibusdam delici appellantur, neque iam lactentes dicuntur.

Deligo, gis, ex de, & lego cõpositum. ξυλλέγομαι. Ital. *Eleggere.* Gal. *Eslire, choisir.* Hisp. *Elegir lo mejor.* } Deligere & Eligere sic differunt, vt Deligere sit, quid magis idoneum ad rem agendam est, cernere: Eligere verò, vel ad nostrum emolumentum, vel ad illius qui eligitur, dignitatẽ. Vide Vallam lib. 5. Cæsar 3. bel. Gal. Duces verò hi deliguntur. Cicer. 2. Offic. Quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes quos sibiipsi delegerunt ad imitãdum. ¶ Deligete pro colligere. Tenui primam deligere vngue rosam, Ouid. Epist. 4.

Delectus, participium. ξλεκτὸς, ἐκλεκτός. Ital. *Eletto.* Gal. *Esleu, choisi.* Hisp. *Elegido.* } Cic. pro Rosc. Ame. ad cãmne rem vos reseruati estis, ad cãmne rem delecti, vt eos condemnaretis, &c.

Delectus, tus, verbale à deligendo, idem est quod delectio. ξκλογή. Ital. *Scelta, elettione.* Gal. *Election, elite, choix, choisissement.* Hisp. *Eleccion.* } Inde Delectus militum, dicitur militu electio, quũ scilicet Imperator imperij sui autoritate, quos ei visum fuerit ad militiã cõscribit, etiam inuitos: quod in maioribus tantum Reip. periculis fieri cõsueuit: alioqui contenti erant iis qui vltrò nomina dabant. Homines autem per quos imperatores militum delectum habebant, à cõquirendis militibus, Conquisitores appellabantur. Cic. ad Attic. Nullus vsquam delectus. nam conquisitores φυσιογνωμῶν non audent, nec nomina dant. Idem de prouinciis Conf. Exercitus ille noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione coactus, omnis interiit. ¶ Frequentissimè autem Delectus accipitur pro discrimine, siue iudicio, κρίσις. quod inde factũ videtur, quòd rectè deligere, nisi adhibito iudicio, & perspecto rerum discrimine nõ possumus. Hinc dicimus, In vsu verborum & sententiarum adhibendum esse delectum, id est iudicium. Cice. de Clar. Orato. Verborum delectum originem esse eloquentiæ.

Deligo, as, are, Idem quod ligo, vincio. ξδεσμεύω. Ital. *Legare.* Gal. *Lier & attacher.* Hisp. *Atar.* } Varro 1. de Re rust. cap. 47. Ea summa integenda binis tabellis dextra ac sinistra deligatis, herbæque elidendæ. ¶ Deligare ad palum. Cic. 7. Verr. Deligatis omnibus membris, Idẽ 6. Verr. Deligata in linteolo grana. Plin. lib. 22. cap. 25.

Delimo, pen. prod. Compositum est à verbo Limo, significans idẽ quod lima abrado. ξλιμάω. Ital. *Limare.* Gal. *Limer de quelque chose, en tirer auec la lime.* Hisp. *Limar.* } Plin. lib. 34. cap. 11. Alij delimatam æris scobẽ aceto spargunt. Pro eodem etiam alio in loco Plinius dixit Elimare.

Delingere, præteritũ delinxi, Idem est quod simplex lingo. ξλείχω. Ital. *Leccare.* Gal. *Oindre doucement.* Hisp. *Lamber, ò lamer.* } Plaut. in Curcul. Hic hodie apud me nunquam delinges salem. Vide latius in verbo LINGO.

Delinio, is, ire, si partium compositionẽ spectes, idem erit quod perungo. ξαλείφω. Ital. *Vngere.* Gal. *Oindre.* Hisp. *Vntar.* } Frequentius tamen accipitur pro permulceo, placo, & illecebris quibusdã allicio. ξκηλέω, θέλγω. Ital. *Placare, mitigare, adescare con belle parole, lusingare.* Gal. *Amadouer, adoucir.* Hispa. *Amansar ò ablandar.* } Plaut. Stich. Vt eum aduenientem meis dictis deliniam. Cic. pro Mil. Vt non modò virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret.

Delinitus, partici. ξκηλημένος & θελγόμενος Ital. *Adescato, lusingato, attratto.* Gal. *Alechè, amadoué, attrait.* Hisp. *Halagado.* } Cic. in Epist. Iam est biennium quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. Plaut. in Amph. Delinitus sum profectò, ita vt qui sim nesciam. id est animo alienatus. Cice. de Orato. Genus hominum disertorum oratione delinitum.

Delinitor, oris. ξκηλητὴς, κατακολακευτής. Ital. *Lusingatore.* Gal. *Adoucisseur, amadoueur, attrayt.* Hisp. *Halagador.* } Cice. de Clar. Orato. Vt non cum aduersario solùm, sed etiam (quod mirabile esset) eum iudice ipso, cuius delinitor esse debet orator, iurgio sæpe contenderet.

Delinitio, onis. ξκήλησις, θέλξις. Ital. *Lusingamento.* Gal. *Amadouement, adoucissement.* Hisp. *Halago.* } Cic. 2. Offic. Ipsaque illa delinitio multitudinis ad breue exiguũmque sit tempus.

Delinimentum, θέλγητρον. Idem quod Delinitio. Lactan. lib. 6. Vitia verò quibusdam delinimentis naturalibus illicere animos hominũ, & inanium iucunditatum specie captos, ad acerbas amaritudines, miseriásq; perducere. Liu. 4. ab Vrb. Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis Nolani agri diuisionem obiici.

Delineo, neas, Compositum ex præpositione de, & nomine linea, desigo & ruditer depingo: vt fit quum pictores primùm pingui quadam & ruditer depingo: vt fit quum pictores primùm pingui quadam & ruditer depingunt. ξδιαγράφω, κατατυπόω. Ital. *minerua futuri operis lineamenta ducunt.* ξδιαγράφω, κατατυπόω. Ital. *Designare.* Gal. *Tirer les premiers traits de quelque pourtrait, pourtraire doucement.* Hisp. *Trazar ò debuxar rayando.* } Plin. de Appelle, Arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineauit. Vnde lineamenta dicta sunt γραμμαί. Idem paulò pôst, Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta, inuenus est.

Delino, is, penultima correpta, delini, deleui, & deliui, delitum, penult. corr. Fœdare corrumpere. ξκηλόω. Ital. *Cancellare, sporcare.* Gal. *Effacer, souiller.* Hisp. *Quitar ò rasar, ensuziar.* } Vnde Delitus, pro fœdatus, Cicero Caluo, Tuli molestè, quòd literæ delitæ mihi à te redditæ sunt. Ptisciam. lib. 9.

Delinquo, is, deliqui, delictum, Peeco, & propriè non prætereunda præterimitto. ξπαραμελῶ. Ital. *Fallire, peccare.* Gal. *Faillir, laisser à faire son deuoir, ne faire ce qu'on doit.* Hisp. *Fallar, pecar.* } Plaut. in Amph. Ex me quærit quid deliquerit? ¶ Quoniam verò prætermittere ea quæ prætetiri nõ debent, peccare est, delinquere pro peccare ponitur. Cic. de Natu. deo. Ferrétne ciuitas vlla latorem istiusmodi legis, vt cõdemnaretur filius, aut nepos, si patet aut auus deliquisset? Plaut. in Menæh. Ne tu delinquas, néve ego irascar tibi.

Delinquor, passiuum. Papin. l. Si adulterium. §. Fratres denique. ff. ad legẽ Iul. de adult. Adulterij crimen quod pubertate delinquitur, non excusatur. Cic. 1. Offic. Siquid delinquitur, fit nescio quomodo, vt magis in aliis cernamus quàm in nobismetipsis.

Deliquium, Defectus. ξλλειψις Ital. *Difetto, mancamento.* Gal. *Defaut, defaillance.* Hisp. *Menoscabo ò falta.* } Plaut. in Capt. Hoc si secus reperies, nullam causam dico quin mihi Et parentum, & libertatis apud te deliquium sit. Deliquium solis, quum luna interposita, lumen eius nostro eripit conspectui. Plin. lib. 2. cap. 13. ¶ Deliquium animi, λειποψυχία, quum animus linquitur, & quis animo deficit, quam medici syncopen vocant.

Deliquum, deliqui, Idem quod minus, interprete Festo. ξλαττῶ. Ital. *Meno, manco.* Gal. *Moindre, manque.* Hisp. *Menos.* } Plaut. in Cas. Sine amet, siue quod lubet id faciat, quando tibi nil domi Deliquum est.

Delictum, Peccatũ. ξψεῦδος, ἁμάρτημα. Ital. *Delitto, peccato.* Gal. *Faute, peché.* Hisp. *Pecado, menoscabo.* } à delinquo, is, quòd qui peccat, deliquat officiũ suũ. Nam proprie delictum est quum nõ fiunt quæ fieri debent, peccatum, quũ fiunt quę fieri nõ debẽt. Plaut. in Bacc. Sine hoc exorare me obsecro absolue, vt istud delictum Desistas tantopere ire oppugnatũ. Plin. lib. 14. cap. 1. Atque etiam in delictis pœnam ipsam ignorare.

Deliquo, es, ere, vel, Deliquesco, is, delicui, In totũ resolui, & dissolui. ξκατατήκομαι, κατατήκω. Ital. *Risolversi, diuenir liquido.* Gal. *Se fondre & venir en liqueur.* Hisp. *Derretirse.* } Ouid. 4. Metam. Protinus imbutum cælesti nectare corpus Deliciit. Colum. lib. 12. cap. 41, Hæcita coquuntur, vt omnia poma deliquescant cum musto. ¶ Per translationem. Cice. 4. Tusc. Nec sitienter quid expetens ardeat desyderio: nec alacritate futili deliquescat.

Deliquæ, arum, ξεῖσαι ὑγρᾶς ὕλης ἐγγεῖαι ξυλίδες. Ital. *Solchi da condurre via l'acqua.* Gal. *Gouttieres.* Hisp. *Sulces para sangrar el agua llouida.* } vt colloquiæque stillicia excipiant in cauedio. Vitruu. lib. 6. cap. 3. Cauedia autem despluuiata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes, stillicidia reticiunt. Quædam exemplaria habent, aretem sustinentes.

Deliquo, as. penult. corr. deliquare. ξοξύω, κεράννυμι. Ital. *Mestare vn liquore in altro vaso.* Gal. *Verser quelque liqueur d'vn vaisseau en autre, sans la decouurir.* Hisp. *Derramar de vno vaso en otro.* } Aliquore formatum, significat effundere. Columel. lib. 12. cap. 39. Deinde post viginti vel triginta dies, quum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare & pelliculare.

Deliro, as, pen. prod. A' recto decedo. ξπαραφρονῶ, παραπαίω, παραλλάσσω, παρακόπτω, παραπλήττω τὴν διάνοιαν. Ital. *Pazzo, uscir del retto, deuiare dal dritto.* Gal. *Fourvoyer de la voye en labourant, n'aller point droit, resuer, radoter.* Hisp. *Desuariar.* } Translatio ab aratore. nam Lira est recta fossa quæ in agris ducitur, vt in eam aqua pluuia & terræ vligo defluat. Et quia rectus est sulcus, delirare dicuntur qui extra sulcum, id est à recta via declinant. Plaut. in Epistola. Profectò deliramus interdum senes. Cicero 1. Tuscul. Adeone me delirare censes, vt ista esse credam? Horat. lib. 1. Epistolarum ad Lollium, Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. ¶ Est autem compositum ex de. & liro, quasi deorsum liro. Lirare verò, est agros in sulcos dirigere. Alij delirare à Græco λῆρος, quod ineptire est, trahunt.

Delirus, pen. prod. qui insanit, & qui à ratione discedit. ξπαραπλήξ, παράφρων. Ital. *Pazzo, quello che se parte della ragione.* Gal. *Resueur, qui radote, hors de son sens.* Hisp. *Desmariado.* } Ratio enim est via recta, per quam omnes ducuntur. Cice. de Orato. Tum Annibal respondisse fertur, multos se deliros senes vidisse, sed qui magis delirare quàm Phormio, vidisse neminem. Idem 2. de Diuin. An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse, vt somnijs crederet?

Deliratio, onis, Senilis stultitia, alienatio mẽtis, ab ætate vel morbo prouenienc: quæ significatio sumpta est ab ineptis aratoribus à lira, hoc est à sulco aberrantibus. ξπαραφροσύνη, παραφρόνησις. Ital. *Pazzia senile, sciocchezza.* Gal. *Resuerie, sottise, radotement.* Hisp. *Desuario.* } Plin. lib. 18. cap. 20, A' ratione per transuersum iterata occasio sequitur: vbi res poscit, crate, vel rastro, & sato semine iteratio. Hoc quoque vbi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro annexa, quod vocant litare, operientes semina: vnde primùm appellata deliratio est. Cic. de Senec. Ista similis stultitia (quæ deliratio appellari solet) senum leuium est, non omnium.

Deliritas, pro deliratione. Laberius, Quoniam mens quæ deliritas vos suppilatores facit, &c. Nonius.

Deliramentum, Idem quod deliratio. Plaut. in Amph. Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem Menæh. Papæ audin' tu vt deliramenta loquitur?

Delirium, } Ital. *Pazzia, alienatione di mente.* Gal. *Radotement priuation d'entendement.* Hisp. *Desuario.* } Est alienatio mentis prouenions ex intemperie cerebri vitiante actiones principis facultatis: qualem & in senibus videmus, & in iis qui morbis ardentissimis infestãtur. παραφροσύνη. Celsus lib. 3. cap. 27. Illa perniciosa est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium monet.

Deliteo, tes, pen. corr. ex de & lateo, Occultari, & valde latere. ξκατακρύπτω, φυλάττω, σκεπάζομαι. Ital. *Occultarsi, ascondersi.* Gal. *Se cacher, estre mussé.* Hisp. *Esconderse.* } Sed non inueni nisi in præterito, quod est delitui. Virgil. 2. Aen. Limosóque lacu per noctem obscurus in vlua Delitui.

Deliteſco, quod est eiusdẽ significationis. ξκρυπτόμενος. Var. 3. de Re rust. cap. 12, Vbi interdiu lepores deliteſcũt in virgultis, atq; herbis. ¶ Trãsfertur etiã ad alia significata. Cic. pro A. Cecin. Iuris iudiciũ quum erit & æquitatis, caue in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia deliteſcas.

Delitens, particip. ξκρυπτόμενος. Plin. lib. 35. cap. 1, Non placent iam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitentia.

Delius, vide DELOS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DELLI, Lacus erant breuiores bullientibus aquis insignes, non longè à Catana, muræ profunditatis, quos incolæ Craceras vocant. Hos poëtæ finguntfuisse fratres Palicos Iouis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia se videret ex Ioue grauidam, metuens iram Iunonis, optauit vt sibi terra dehisceret. Instante autem partus tempore, recluſa terra ea in parte vbi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres vocauerunt, δὺο ἐκ πάλιν ἐλθόντας, quòd prius in terram demersi, denuo reuersi sint. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quòd per eos credãtur in lucem esse reuersi, & lacus ipsos Dellos vocant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, vt circa eos iuramentum exigi soleret, siquis in furti suspicionem veniſſet: prius tamen accepto fideiussore, qui si iuranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet, qualia etiam hodie iuramenta ad D. Antonij aram à Christianis videmus præstari.

DELMINIVM, Δελμίνιον, Vulgò *Deñe*, Dalmatiæ oppidum est, apud Ptolem. lib. 2. cap. vlti.

DELOS, Δῆλος. Vulgò *Sdille*, Insula est maris Aegæi, Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa. De hac sic scribit Cic. 3. Verr. Proditum est memoriæ ac literis, Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem Dianámque peperisse. Qua ex opinione hominum, illa insula eorum deorum sacra putatur, tantúmque eius autori religionis & est, & semper fuit, vt ne Persæ quidem quum bellum toti Græciæ, diis, hominibúsque indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent, quicquã conarentur aut violare, aut attingere. Hæc ille. ¶ Aristoteles Delum appellatam existimat ἀπὸ τοῦ δηλῆσαι, quòd quum antea mari operta esset, repente se ostẽderit. Aliis nominibus appellata est Ortygia, & Asteria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpilę, ab igne ibi reperto. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Deliacus, a, um, Δηλιακός. Quod est ex Delo. Vnde Deliaca vasa dicta sunt ex ære pretioso, ab insula Delo, vbi fuit prima nobilitas æris. Plin. lib. 34. Antiquissima ætis gloria Deliaci fuit mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. Cic. pro Rosc. Domus Chrysogoni referta vasis Corinthiis & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes tricliniorum, & fulcra.

Delius, Δήλιος. Qui est ex Delo insula: vnde Apollo Delius. & Delia Luna appellata est, quæ & Diana. Ferunt enim Lunam ex Ioue grauidam, quum partui vicina esset, metu Pythonis serpentis, qui eam toto terrarum orbe Iunonis iussu persequebatur, in Delum insulã fugisse, ibiq; Dianam & Apollinem eodem partu edidisse. ¶ Delius natator, Δήλιος κολυμβητής olim vulgò dicebatur admodum natandi peritus, quique posset in summa natare aqua.

Delitigo, delitigas, pen. corr. aui, atum, delitigare, ξ φιλονεικέω, διαφέρομαι. Ital. *Litigare, contendere molto.* Gal. *Debatre & tancer fort.* Hisp. *Mucho pleytear ò contender.* } Horat. de Arte, iratúsque Chremes tumido delitigatore. Hoc est, vehementer litigat.

DELPHI, Δελφοί. Tam pro oppido quàm pro oppidanis, plurali tantum numero: sicut Gabij, Leontini, Puteoli. Est autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnassum, dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia susceptо: magis rupibus & loci natura quàm humana arte munita. Delphis Apollinis erat oraculũ toti terrarũ orbi celeberrimum. Vnde & ipse Apollo Delphicus dictus est. Horat. 2. li. Carm. Laudabãt alij clarã Rhodon, aut Mitylenen, Aut Ephesum, bimarisve Corinthi Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos. ¶ Macrobius in Saturnalibus, Apollinẽ Delphicũ appellatũ existimat à prisca Græcorum voce Δελφὸν, quæ solum significat, eó q; interdiu stellis omnibus obscuratis, solus luceat: qua ratione etiã Sol à Latinis appellatus est.

Delphicus, ca, cum, Δελφικός. Vnde Delphica laurus, quòd victores Pythiorum (qui ludi Phœbo facti erant) ea coronarẽtur: & est viridior laurus. ¶ Delphicus gladius, Δελφικὸν ξίφος. De re dicebatur ad diuersos vsus accommodabili. Quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in conuiuiis, & clypeorum vice in bellis vtebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, vt eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerẽt supplicio. Meminẽre huius adagij Euripi. in Tragœ. & Arist. tum Polit. lib. 1. tũ De partib. Anim. lib. 4.

Delphin, siue Delphis, & Delphinus, Δελφὶν, Δελφὶς. Ital. *Delfino.* Gal. *Daulphin, vn poiſſon.* Hisp. *El deſſin del mar.* } Genus piscis, vel potius maris belua. Parit catulos decimo mense, interdum & binos nutrit vberibus, sicut balæna, & decem annis ad summam magnitudinem pertenit. Plin. lib. 9. cap. 8. autor est, Delphinos simones vocari à nauigãtibus, quòd sint rostro simo: vel à Simonis pueri nomine, quem Delphinus in sinu Baiano mitum in modum ferur adamasse: ad quod nomen vocati accurrere feruntur. Ferunt delphinum non modò omnium marinorum, sed etiam terrestrium animalium velocissimum esse, atque adeò ipsis etiam volucribus velociorem. Lingua est his contra naturam aquatilium, mobilis, suillæ similis, pro voce gemitus humano similis, dorsum repandũ. Mulcetur musica symphonia, præsertim hydrauli sono. ¶ Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum, Horat. in Arte poët. Prouerbiali schemate dixit, indocti poëtæ stultitiã taxans, qui multa nõ suo loco, neq; tempestiuiter describit. ¶ Delphinum natare doces, Δελφῖνα νῆχεσθαι διδάσκεις, in eos competit, qui monere quempiam conãtur in ea re, in qua quũ sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Delphinũ cauda ligas, Δελφῖνα κέρκῃ κατέχεις, in eos, qui quippiã in cassum conãtur, propterea quòd delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat: aut q; cauda sit validã, cuius agitatione ferrur & naues aliquãdo subuertere, vt hac parte sit inuictus. Quadrabit & in eos qui ea via quempiam aggrediuntur, qua nequaquam possit superari. ¶ Est etiam syderis nomen. Varr. 2. de Re rust. ca. 5. Maximè idoneũ tẽpus ad concipiendũ à Delphini exortu, vsq; ad dies quadraginta. & paulò plus.

DELPHVSA, Δελφοῦσα, Fons est insignis apud Delphos. Delphusa verò, Δελφοῦσα, vrbs Arcadiæ est. Vtriusque autor Stephanus.

Delphinium, Δελφίνιον. Herba est florem habens purpureum violæ non dissimilem, scsquipedales ex vna radice surculos emittens: folia autem diuisa & prælonga, quæ delphinorum effigiem repræsentãt: vnde tractum est nomen. ¶ Alterum præterea est delphinij genus quod Romani buccinum vocant, superiori non dissimile, sed ramis longè gracilioribus: Vtriusque meminit Dioscorides.

DELTA, Δέλτα. Insula est in Nilo Aegypti fluuio, non procul ab Alexandria, ita dicta, quòd literæ Græcæ Δ, imaginem referat. Hirtius lib. 4. bel. Ciuil. Locus, inquit, est illarum feré regionum nobilissimus, non longè ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomẽ à similitudine literæ cepit. Nam pars quædam fluminis Nili deriuata inter se duobus itineribus, paulatim medium inter se spatium relinquens, diuersissimo ad litus interuallo à mari adiungitur. ¶ Est item Delta nomen vrbis non procul à Syria, teste Stephano.

DELTOTON, pen. prod. Δελτωτὸν, Signum est in cælo supra Arietis caput positum, triangulari figura Δ. Græcæ literæ imaginem referens, à qua etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, vno breuiori, in vnoquoque angulo stellam habẽs. Cic. in Arati Phænom. -Deltoton dicere Graij Quod soliti, simili quia forma litera claret.

Delubrum, Locus in quo Dei simulachrum dedicatum est. ξ δηλῶ, ας. Ital. *Delubro, tempio, chiesa.* Gal. *Temple, lieu consacré aux Dieux à la mode des payens.* Hisp. *Templo.* } Ita dictum, q; in eo dij ponantur, sicut candelabrũ dicitur vbi candela ponitur. Autor est Varro, & Macrob. Satur. lib. 3. cap. 4. Cic. 3. de Natu. deor. Est enim mihi tecum pro aris & focis certamẽ, & pro deorũ templis atq; delubris. Virg. 2. Aen. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. ¶ Alij accipiunt pro loco ante aras, vbi aqua currit: à diluẽdo. Religio enim sacrificij apud antiquos exigebat, vt ante sacrum sacrificulus manus ablueret. ¶ Alij delubrum Dei simulachrum accipiunt, à delibrato ligno ita dictũ. ξέανον. Plinius, Præcipuam eam esse arborem circa Ammonis delubrum.

Deluctor, aris, Idem quod luctor. ξ παλαίω. Ital. *Giocare alla lotta, lottare.* Gal. *Lutter contre.* Hisp. *Luchar.* } Plautus Persa, Cum auibus Stymphalicis, cum Anteo deluctari mauelim.

Deludo, dis, Irrideo, decipio. ξ παίζω παίζω. Ital. *Beffare, ſchernire.* Gal. *Abuſer quelqu' vn, le tromper, ſe ioüer de luy, mocquer.* Hisp. *Burlar y eſcarnecer.* } Plaut. Asin. Furcifer etiam me delusisti. Idem, Quid me deluditis, & nocte excluditis foras?

Deludificor, pen. cor. aris, ari, Δηλουδίζω, παίζω. Idem quod Deludere. Plaut. Mostel. Deludificatus est me hodie in perpetuum modum.

Delumbo, bas, Idem est quod debilitare, quasi lumbos frangere. ξ ἐκθηλύζω. Ital. *Diſlombare, iſdebolire.* Gal. *Enerver, affoiblir, rompre les reins.* Hisp. *Deſlomar ò derrengar, enflaquecer.* } Plin. lib. 28. cap. 4. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur. Vide LVMBVS.

Delumbis, be, adiec. Quod lũbis caret, & ideo debile. ξ ἐκθηλὺς. Ital. *Diſlombato, debole.* Gal. *Enervé, qui à les reins rompus, effeminé.* Hisp. *Deſlomado, derrengado, flaco.* } In lumbis enim vires cor poris sitæ sunt. Plin. li. 10. ca. 33. Perdix prægnanẽ, aut delumbẽ sese simulans. ¶ Delumbis, mollis & effeminatus. Pers. Sat. 1. -summa delumbe salina Hoc natat in labris.

Deluo, deluis, delui, delutũ. Depurgo, diligẽter lauo. ξ ἀπολούομαι. Ital. *Lauare, purgare.* Gal. *Effacer en lauant, lauer & nettoyer.* Hisp. *Lauar.* } Cato. Laserpitium aceto deluito. ¶ Deluere item est madefaciẽdo aliquid delere. Varro, Obortæque inter legendum lachrymæ literas deluebant.

Deluto, as, pen. cor. Delutare est luto aliquid obducere. ξ ἐπαλείφω. Ital. *Smaltare, lutare.* Gal. *Enduire de boue, emboüer.* Hisp. *Cubrir de lodo.* } Cato de Re rust. cap. 128. Habitationem delutare quum volueris, terram quàm maximè cretosam vel rubricosam sumito.

Demadeo, pen. cor. des. Idem quod madeo. ξ βρέχω. Ital. *Eſſere humido.* Gal. *Eſtre tout mouillé, eſtre fort trempé & humide.* Hisp. *Mojarſe.* } Ouid. 5. Trist. Et te flente suos demaduisse sinus.

DEMADES, Δημάδης. Athenicnsis orator fuit, Demosthenis æmulus, cíq; aduersas in Republica partes fouens. Nihil enim aliud Demosthenes quàm patriæ libertatem spectabat: ille ex Macedonum gratia potentiam quærebat & opes. Hunc iam ætate confectum, & ex nimio luxu ad summam iam inopiam redactum, cauillatus est Antipater victimis cæsis similem esse, de quibus nihil, nisi lingua iam supereſt. Vide Plutarch. in vita Demosthenis.

DEMAENETVS, Δημαίνετος, Nomen viri proprium apud Plaut. in Asin. & significat popularem & idiotam.

Demagis, Valde magis: ex de, & magis. Lucil. li. 16, Rex Corus ille duos hos ventos Austrum atque Aquilonem nouissimè alebat: solos demagis istos ex nimbo Austellos, nec nos seneces putare. ¶ Item Demagis antiqui pro minus dicebant, ait Festus.

Demando, andas, Committo, iniungo. ξ ἐπιτρέπω. Ital. *Commettere del tutto.* Gal. *Bailler charge & commiſſion, commettre & encharger.* Hisp. *Encomendar.* } Liui. lib. 8. ab Vrbe, Curam eorum nominatim Legatis, Tribunísque & Præfectis demandabant. Idem lib. 5. ab Vrbe, Simúlque plures pueri vnius curæ demandabantur.

Demano, as, pe. prod. Idem quod mano. ξ κατατρέχω. Ital. *Colare, ſorgere.* Gal. *Sortir & proceder.* Hisp. *Manar como agua de fuente.* } Catul. Ligna sed torquet, tenuis sub artus Flamma demanat, sonitu suopte Tinniunt aures, gemina teguntur Lumina nocte.

DEMARATVS, Δημάρατος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui quum Athenienses apud quos exulabat, ingens aduersus Lacedæmonios bellum parare animaduertisset, plus se patriæ, quanuis ingratæ, debere ratus, quàm priuatæ amicitiæ, omnium quæ agebantur ciues suos fecit certiores. Vixit autem tempore Philippi regis Macedonum. ¶ Alius fuit (vt scribit T. Liu. lib. 1. ab Vrbe,) Corinthius negotiator diues, qui ob seditiones domo profugus, tyrãnidem Cypseli fugiens, in Hetruriam commigrauit, comportatis opibus luculentis, qui à Tarquiniensibus Hetruriæ populis exceptus, Tarquinium Priscum regem populi Romani ex illustri Hetrusca vxore genuit. Hunc comitati sunt duo ex Corinthio fictores. Eucirapus & Eugrannius, à quibus Italiæ traditam plasticen, hoc est figulinam artem ferunt.

DEMARCHVS. Δήμαρχος, Princeps populi, aut Tribunus plebis dicitur. Spartia. in vita Adriani, Fuit Demarchus in patria sua Athenis Archõ.

Demeare, Est deorsum penetrare, descendere. ξ κατέρχομαι. Ital. *Deſcendere.* Gal. *Deſcendre.* Hisp. *Deſcender, paſſarſe de arriba abaxo.* } Apuleius, Quæ suis pedibus ad Tartarum demeare cogitur.

Demeaculũ, Descensio ad loca subterranea. ξ κατάβασις. Ital. *Deſceſa, ſcenderie.* Gal. *Deſcente.* Hisp. *Deſcendimiento, paſſamiento de arriba abaxo.* } Sic Remeacula, à remeando. Apul. lib. 6, Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Deme

Universidad de Deusto

Dememini, apud Magialem legitur pro obliuiscor. Sic enim habet ille libr. Ipse habet mortis dememinisse Deus. Sed quoniam hoc verbum alibi non legitur, non desunt qui hoc in loco malint legere, Te memínisse.

Demens, Qui est mente diminuta. {ἄφρων. παράφρων. Ital. *Pazzo, stolto, fuor di mente.* Gal. *Insensé, qui est hors du sens.* Hisp. *Loco ò sin algun consejo.*} Cic. in Offic. In tranquillo tempestatem aduersam optare dementis. Perantea dixi. Quid hoc? adeóne est demens ex peregrina? Cicero in Pisonem. Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem, qui sis ausus, &c.

Dementia, {παραφροσύνη. Ita. *Stoltitia, mancamento de ceruello.* Gal. *Folie, quand on est hors de son bon sens.* Hisp. *Locura sin consejo, desuario.*} Cic. 3. Tuscul. Nec minus illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandémque dementiam. Idem 4. in Catil. Qui autem ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse cœperunt, &c.

Dementer, aduerbium, Insanè. {ἀφρόνως. Ital. *Pazzamente, senza ragione.* Gal. *Folement.* Hisp. *Locamente.*} Cic. 3. in Catil. Tanta res tam dementer credita.

Dementio, tis, De mente exeo, deliro, insanio. {παραφέρω. Ital. *Impazzire, vscire di mente, diuentar matto.* Gal. *Affolir, deuenir insensé.* Hisp. *Enloquecerse.*} Lact. lib. 4. Ecce aliquis instinctu dæmonis percitus, dementit, effertur, insanit. Lucret. lib. 4. Sæpe animus dementit enim, deliráque fatur.

Dementó, as, Desipio, insanio. {ἐξιτῶ, παραφέρω. Ital. *Impazzire.* Gal. *Deuenir fol & insensé.* Hisp. *Enloquecerse.*} Apul. in Magia, Confessa est sese mea Magia in amorem deductam demétare. ¶ Dementare, in actina significatione legitur pro impellere ad insaniam: sed in Sacris tantùm literis, vt in Actis Apostolicis, de Simone quodã Mago, qui Samaritanos dementauerat.

Demereo, res, rui, ritum, quasi lucror. {ὠφελῶ, ὠνῶμαι. Ital. *Guadagnare, meritare, obligare alguno per meriti.* Gal. *Gaigner, pratiquer, meriter.* Hisp. *Ganar sueldo, obligar à otro con beneficios.*} Plaut. in Pseud. Quid mercedis Petasus hodie domino demeret? Gellius, Thaïs Corinthia ob elegantiam venustatémque grandem pecuniam demerebat. ¶ Est etiam Demereo, præcipuè cum accusatiuo personæ iunctum, idem quod suo sibi merito aliquem deuincire. Ouid. in Epist. Heroid. Dic mihi, quid feci, nisi non sapienter amaui? Crimine te potui demeruisse meo. Sueto. de Aug. Profectò mox auúculum in Hispanias, aduersus Cn. Pompeij liberos, vix tum firmus à graui inualitudine, per infestas hostium vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto subsequutus, magnopere demeruit. Pro eodem etiam dicimus Demereor.

Demereor, De aliquo bene mereor, cõcilio, deuincio, placo, beneuolum facio, beneficium præsto: & exigit accusatiuũ. {ὑπουργῶ, ἀναλαμβάνω. Ital. *Meritar beneficij d'alcuno.* Gal. *Meriter, estre digne, acquerir.* Hisp. *Merecer, obligar à otro con beneficios.*} Quint. Simul vt pleniori obsequio demereretur amantissimos mei. Colu. lib. 1. cap. 4. Quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro.

DEMETER, Δήμητηρ, pen. prod. dicta est Ceres, quasi Gemeter, id est terræ mater. Hinc apud Gale. lib. 2. de Alimétis, legimus, Demetria signa, id est Cerealia, & frumentaria.

Demergo, is, Immergo, seu aqua obruo. {καταδύω. Ital. *Affondare, sommergere nell' acqua, profondare.* Gal. *Plonger dans l'eaue, mettre à fond.* Hisp. *Sabullirse debaxo del agua.*} Ouid. Epi. 5, -obscœnam ponto demergite puppim. Plin. lib. 32. cap. 2, Idem soliginem euolate aqua tradit, tanta multitudine vt nauigia demergant. Demersus ære alieno. Liuius 2. ab Vrbe, Totam plebem ære alieno demersam esse, nec sisti posse nisi omnibus consulatur. Cicero pro Sylla, Patriam demersam extuli. Demersæ leges opibus. Idem 2. Offic.

Demetior, itis, Diligenter, & quadam ratione metior. {Δεμετρῶμαι. Ital. *Misurare con ragione.* Gal. *Mesurer diligemment & par le moyen.* Hisp. *Medir ygualando y con razon.*} Cic. 3. de Orat. Quæ non insidiis, sed apertè & palã laborat, vt verba verbis, quasi demensa, & paria respondeant. Cic. 2. de Natu. deor. Atque ita demetita signa sunt, vt tantis descriptionibus diuina solertia appareat. Ibidem, Eorum enim cursus demetiti, maturitates temporum, & varietates, mutationésque cognouimus.

Demensus, a, um, particip. est à demetior, Idem significans quod mensuratus. {Δεμετρηθείς, Δεμετρημένος. Ital. *Misurato.* Gal. *Mesuré.* Hisp. *Medirado.*} Plaut. Menæch. Nunc argentũ vobis demensum dabo. Cic. de Orat. Vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant.

Demensum, substantiuum, mensura erat frumenti, quam seruis admetiebantur singulis mensibus domini, ad totius mẽsis victum. {σιτομέτριον. Ital. *Quantità di grano che si dana anticamente per la spesa di vn mese.* Gal. *Vne quantité de grain qu'on bailloit aux seruiteurs pour leur prouision par chacun mois.* Hisp. *Medida vnyda que se dana à los siervos.*} Terent. in Phormio. Quod ille vnciatim vix de demenso suo, Suum defraudans gẽtium, comparsit miser. Serui enim quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, ait Donatus.

Demeto, tis, pen. corr. Idem quod meto. {κατατρύγω. Ital. *Mietere.* Gal. *Moissonner, cueillir les blés quand ils sont meurs.* Hisp. *Segar.*} Catul. Sole sub ardẽti demetit arua. Colu. lib. 10, Et vos agrestes duro qui pollice flauentia demetit arua. Colu. lib. 10, Et vos agrestes duro qui pollice molles Demetitis flores. Cic. 2. de Nat. deo. Neq; enim serendi, neq; colendi, neque tempestiuè demetendi percipiendique fructus, neque condendi, ac reponendi vlla pecudum scientia est.

DEMETRIAS, Δημητριάς, Vulgò *Dimitriada*, Thessaliæ oppidum est quod prius Pagasa dicebatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 8. Stephanus à Demetrio rege dictam putat, qui ea in ora regnauit, & ciuitates quotquot sub Pelio erant, euertit. Idem alteram eiusdem nominis vrbem in Macedonia collocat, & tertiam in Perside iuxta Arbelum.

DEMETRIVM, Δημήτριον, Locus in finibus Thessaliæ, circa campum Crocotum & Amphrysum fluuium. ¶ Est præterea eiusdem nominis ciuitas in Aeolide, teste Stephano.

DEMETRIVS, Δημήτριος, Antigoni Macedonum regis filius & patris in regno successor, qui propter insignem in expugnandis vrbibus virtutem, πολιορκητής, hoc est vrbium expugnator dictus est. Hic post Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac virtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniam occupauit: Athenas Cassandri Ptolemæique imperio liberauit: Cyprum, victo Ptolemeo nauali prælio, recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremò quum bellum aduersus Antiochum suscepisset, acie victus, vinus in illius potestatem peruenit: & in Chersoneso liberæ custodiæ permissus, quum maiorem voluptatum quàm salutis rationem haberet, morbo ex incontinentia correptus, petiit. Hunc Plutarchus in Parallelis cum Antonio Triumuiro in contentionem adducit. ¶ Fuit & alius Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus, qui ob eximias virtutes Atheniẽsibus præfuit annis decem, trecentisque sexagiuta statuis æreis honoratus est. Hic (vt Plutarchus inquit) monebat Ptolemæum regem, vt de regno, imperióque libros sibi compararet atque perlegeret. Quæ enim amici non audent monere reges, hæc in libris scripta sunt. De hoc sic scribit Cicero in Bruto, Demetrius Phalereus eruditissimus quidem ille omnium horum, sed non tam armis instituris, quàm palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses quàm inflammabat. Processerat enim in solem & puluerem, non vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem, eámq; mollem tenerámque reddidit, & suauis, sicuti fuit, videri maluit quàm grauis. ¶ Fuit præter hos & Demetrius Syrus, dicendi magister nõ ignobilis: cuius etiam meminit Cicero in Bruto.

Demigrare, Est de vno loco in alium domicilium transferre. {μετοικίζω. Ital. *Andare de luogo en luogo, partirsi.* Gal. *S'en aller d'vn lieu, changer de logis ou d'habitation.* Hisp. *Mudar casa de lugar en lugar.*} Plaut. Amph. Animam amittunt prius quàm loco demigrent. Cicero 1. Tusc. Vetat enim dominans in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare. Sic dicimus. Demigrare è vita, pro mori. Cicero pro Rabir. Fortissimorum ciuium mentes, quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionẽ & sanctimoniam demigrasse.

Deminuo, is, ere, Idem quod diminuere. {ἐλαττόω. Ital. *Sminuire, scemare, menomare.* Gal. *Diminuer, amoindrir.* Hisp. *Desmenuzar ò amenguar.*} Plaut. in Trucu. Iam de hoc opsonio de mina deminui modò quinque numos. Idem in Amph. Tuum deminuam caput.

Demiror, pen. prod. valde miror. {θαυμάζω μᾶλλον ἢ θαυμάζω. Ital. *Marauigliarsi forte.* Gal. *S'esmerueiller fort.* Hisp. *Mucho marauillarse.*} Terent. in Hecy. Sed demiror quid sit, quamobrem tantopere hoc omnes nos celare volueris. Cic. ad Atti. lib. 14, Etsi addis Laniam, quod demiror equidem. Plin. lib. 31. cap. 6, Homerum calidorum fontium mentionem nõ fecisse demiror. ¶ Aliquando demirari, est nescire: quoniam (vt Donatus inquit) admirationem ignorantia facit. Terent. Quid mihi dicent, & quàm causam reperient, demiror.

Demitigo, as, Idem quod mitigo. {καταπραΰνω. Ital. *Mitigare, pacificare.* Gal. *Adoucir, apaiser, amollir.* Hisp. *Amansar, ò ablandar.*} Cic. Atticum, lib. 1. Nosmetipsi qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie demitigamur.

Demitto, Deorsum mitto. {καθίημι. καταβάλλω. Ital. *Mandar giu, mandare de alto à basso.* Gal. *Abaisser, mettre bas, aualler, abatre.* Hisp. *Embiar de arriba abaxo.*} Virg. Aegl. 4, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Salust. Quum machinis strepitu demissum victoriæ simulacrum coronam capiti imponebat. ¶ Inde demissitiæ tunicæ dictæ, longæ & demissæ ad talos, & nulla zona succinctæ. ποδήρεις. Plaut. in Pœnu. Sanè genus hoc mulierosum est, tunicis demissitiis. ¶ Item Demittere animum, est humiliare. καταπτήσσειν. Ita dicimus esse demisso animo qui est deiectis spiritibus. κατηφὴς, συνεσταλμένος. Cic. in Epist. Timido animo, humili, demisso. Idem de Finib. bon. Si vincunt, efferunt se: victi debilitantur, animósque demittunt. Cæs. 1. bell. Gall. Sed tristes capite demisso terram intueri. Virgil. lib. 3. Georg. -demissæ aures: incertus ibidem Sudor. Idem Aeneid. 1, At breuiter Dido demissa profatur. ¶ Item demittere significat defodere. κατορύττειν. Idẽ Geor. 2. -altéq; iubebis In solido puteum demitti, omnémque repones Rursus humum. ¶ Demittere mentes. Virg. lib. 12. Aeneid. Demittunt mentes, it scissa veste Latinus. Id est desperant, interprete Seruio, sicut contrà sperantes aliquid, erigunt mentes.

Demissus, a, um, particip. {κατηφὴς, συνεσταλμένος. Ital. *Abbassato.* Gal. *Abaissé, auallé.* Hisp. *Abaxado.*} Cic. pro Cluent. At C. Fabritius à subsellijs demisso capite discesserat. Plin. lib. 11. cap. 37, Tum siquidem inferiore labro demisso ad, &c.

Demissio verbale. {κάθεσις. Ital. *Abbassamento.* Gal. *Rauallement, rabaissement,* Hisp. *Abaxamiento.*} Cic. 3. Tuscul. Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem & infractionem quandam animi, & demissionem.

Demissè, aduerb. {κατηφῶς, συνεσταλμένως. Ital. *Humilmente, bassamente.* Gal. *Bassement, ayant perdu le cœur & courage, lachement.* Hisp. *Baxo ò humilmente.*} Cic. 5. Tusc. Non est ausus elatè & amplè loqui, quum humiliter, demisséq; sentiret. Cæsar 2. bell. Ciuil. Hæc quàm potest demississimè atque subiectissimè exponit. Volare demissius, Ouid. 3. Trist.

Demium, Δήμιον, Gemma est ex sarde generibus, à pinguedine dicta. Græci enim δημὸν pingue dicunt, qua voce etiam Homerus frequenter vtitur. Nec fuit in vsu antiquorum gemma vlla frequentior, vt Menandri fabulæ testantur. Plin. lib. 37. cap. 7, In India trium generum, rubrũ, & quod demium vocant à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis sublinitur.

Demiurgus, Δημιουργὸς, Summus erat magistratus in quibusdam Græciæ ciuitatibus. Liu. lib. 2. bel. Macedo. Tum inter magistratus gentis (Demiurgos vocant: decem numero creantur) certamen nihilo segnius quàm inter multitudinem esse. ¶ Demiurgus item Græcis opificem, siue artificem sonat: vnde & Plato naturam rerum omnium opificem, vocat demiurgum.

Demo, is, ex de, & emo abiecta e, significat detraho. {ἀφαιρῶ. Ital. *Ditrarre, scemare, leuare di qualche cosa.* Gal. *Oster de quelque chose, excepter.* Hisp. *Sacar ò quitar de otra cosa.*} Terent. in Eunu. Inde aurum mulier sibi clàm demit. Cic. 3. de Nat. Idémque Aesculapij Epidauri barbam auteã demi iussit. Celsus lib. 8. cap. 4, His ita succurrendum est, vt tamen quàm minimum ex osse dematur. Cic. 4. Acad. Quum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur.

Demptus. {ἀφαιρεθείς. Ital. *Tolto.* Gal. *Osté.* Hisp. *Quitado de otra cosa.*} Plin. lib. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib.15.cap.17.Demptis forcipe corruptioribus acinis. Ouid.2.Metamorph.Paulatimque metu dempto, nunc pectora præbet Virginea palpanda manu.

DEMOCEDES,pen.prod.δημοκήδης, Fuit Crotoniata, medicus illustris, qui quum inter Datij captiuos esset,& Darius ipse ob luxatum pedem grauiter ægrotaret,ita vt iam septem dies noctésque insomnes egisset,nec à medicis vllis sanaretur,ductus in medium Democedes vinctus compedibus,Darium penitus liberauit:debinc summo in honore apud regem habitus est.

DEMOCHARES,δημοχάρης,Orator Athenienſis Demosthenis ex sorore nepos,qui missus cum aliis ad Philippum regem Legatus, petenti regi quid gratum Athenienſibus facere posset:Si (inquit)te suspendas .Indignantibus ob eam rem cæteris,Rex dimisit incolumé:Vos(inquiens cæteris)renuntiate Athenienſibus,quos censeant superiores, qui talia dicunt,an qui audiunt patienter. Hæc Seneca lib.3,de Ira. Hic etiam historiam earum rerum quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tam historico,quàm oratorio genere scripsit.Autor Cice.in Bruto.

DEMOCLES,siue(vt apud Valerium legitur) Dimocles, adulatoris cuiusdam nomen fuit,qui quum coram Dionysio regum fœlicitatem supra modum exaggerasset,quòd & splendidissimè amicirentur, & lautissimè victitarent, Rex quæsiuit vellétne suam cum eo conditionem permutare. Quúmque annuisset, ornatum regia purpura iussit eum accumbere,mensæ omni genere delicíarum copiosissimè instructæ:sed supra caput strictum ensem de tenuissimo filo iussit suspendi. Metuens itaque Democles,ne fracto filo ensis sibi in caput recideret, maluit ad pristinum vitæ genus redire,quàm tam manifestum vitæ adire periculum intellexitque quod res erat,regum vitam in speciem quidem fœlicissimam videri:in tamen propius inspicias, plenam esse solicitudinis,& periculi.

DEMOCOON, δημοκόων, Fuit nothus Priami , qui velocissimos patris equos apud Abydum custodiebat.Hunc Vlysses in bello interemit, vt est apud Home.lib.4.Iliad.

DEMOCRATES,δημοκράτης,Insignis athleta fuit,qui consistens in circulo à se circunscripto,à nemine loco moueri potuit. ¶Fuit & alter Democrates insignis architectus Alexandri Magni ætate, qui illius iussu Alexandriam in Aegypto metatus est.Suidas.

Democratia,{δημοκρατία.Ital.*Governo di Republica de plebei,senza hauer superiore,principato del popolo.* Gal.*Gouuernement populaire, principauté de peuple.* Hisp.*Principado del pueblo.*}Principatus populi,qualis olim erat apud Athenienses,& hodie apud Heluetios.

Democratici,δημοκρατικοί.Qui fouent principatum populi,πρὸς τὸ δῆμον κεκλιμένοι:qui scilicet populari instituto viuentes,dignitatem in libertate constituunt.Oligarchici verò, qui dignitatem partim in censu, & facultatibus,partim in generis nobilitate ponentes, paucorum gaudent principatu.Aristocratici verò,qui virtute dignitatem metientes, optimorum fouent statum.Autor Budæ.in Annotat.in Pandect.

DEMOCRITVS,pen.cor.δημόκριτος,Nomen philosophi Abderitæ,qui accepta à fratribus natu maioribus paternæ hæreditatis portione, cognoscendarum rerum cupiditate accensus,bonam orbis partem peragrauit.Postea in patriam reuersus,cum summa inopia, in horto iuxta suæ vrbis muros,se ad solas rerum naturas cõtemplãdas contulit. De hoc memoriæ proditum est,quòd quocunque fortunæ casu,& mutabilium rerum auditu,in risum soluebatur,sicut Heraclitus in fletum: vnde Gelasinus nominatus est.Tandem teste Cic.lib.5.Tusc.se occæcauit,vt naturæ secreta subtilius rimaretur.Agebat centesimum & nonum annum quum mortuus est.Dixit omnia ex atomis fieri,ac plures esse mundos.& corruptibiles.Ferunt theologiam ac astrologiam didicisse à Magis & Chaldæis:cum gymnosophistis quoque cõgressus est. Io omni denique Philosophiæ genere adeò profecit,vt Pentathlos, siue Quinquertio dici posset.Nanque naturalia,moralia ,mathematica,liberales disciplinas,artium que omniũ peritiam callebat.Hunc Plin.virum sagacem,& vitæ vtilissimum fuisse refert,sed nimio iuuandi mortales studio prolapsum.Constat patre locupletissimo natum fuisse, vt qui totis Xerxis copiis epulum dederit.

DEMODOCVS,δημόδοκος,Nomen citharœdi,quem Home.lib.8.Odyss. inducit in conuiuio Alcinoi regis Phęacum citharam pulsantem,& simul accinentem.

DEMOLCHVS,Syracusanus comicus, Epicharmi medici filius, docuit fabulas quatuordecim lingua Dorica.Suidas.

Demolior,tis,à mole deductum est, & significat diruo,dejicio.{καθαιρῶ,κατασκάπτω.Ital.*Disfare,struggere.* Gal.*Demolir,abatre.* Hisp. *Derribar, como edificio.*}Plaut.in Amph.Hatce illico toto demolior cardine. Cicę. 3.Offic.Demoliti ea,quorum alitudo officeret auspiciis.Plaut.in Bacch.De me culpam hanc demolibor iam & seni faciam palám.

Demolitio,verbale.{κατασκαφή.Ital.*Rouina,abbattimento.* Gal.*Demolition, abatement.*Hisp.*Derribamento, derramamiento.*}vt, Demolitio statuarũ. Cic. lib.4.& 5.in Verrem.

Demolio,demolis,penult.prod.iui,itum,ire.κατασκάπτω. Idem quod Demolior. Alphenus in l.qui insulam.ff.locat.Dominus insulæ,quia ædificia vitium facere diceret,demolierat eam.

Demolitus,a,um,partícip.{κατασκαφείς,ἀνατετραμμένος.Ital.*Rouinato, abattuto.* Gal. *Rouiné,abatu,demoli.*Hisp.*Derribado,derrocado.*}Vlpia.in l.qui tamẽ. §.j.Quib.mod.vsufr.amitt.Verumetiam si demolitis ædibus testator alias nouas reſtituerit.Aedificium demolitum, in l.Qui insulam. §.j. ff.locati.

DEMONAX,δημώναξ,Philosophus insignis fuit Adriani temporibus, pecuniæ contemptor,& omnis solicitudinis expers. Nihil sibi vnquam victui parabat,sed quum esuriret,quam domum primum apertam offendebat,ingressus iubebat sibi cibum apponi.Centenarius decessit,& funere publico est elatus,vt refert Lucianus.

DEMONESVS,δημόνησος,Insula ad circa Chalcedonem,in qua cyanus lapis,chrysocolla,& aurum inuenitur,si Stephano credimus.

DEMONICA,δημονίκη,Ephesia mulier fuit eo tempore quo Galli Senones omnem Europam infestabant,quæ cupiditate auri capta Brenno hostium duci Ephesum prodidit.Hanc Plutarch.in Parall.cum Tarpeia puella comparat.

Demonstro,as,Idem quod monstro,indico,ostẽdo,declaro.{δείκνυμι. Ital.*Dimostrare, mostrare.* Gal.*Demonstrer,montrer apertement, faire entendement.* Hisp.*Demostrar.*}Plaut.in Asin.Et ædes demonstraui nostras. Terent.Heaut.Auditin' homo iste modò quam villã demonstrauit?Cic. 4.Verr.Legatos mittunt, qui eum leges doceant, consuetudinémque omnium annotum demonstrent. ¶Interdum demonstrare, est argumentis notissimis & irrefragabilibus ad rei alicuius cognitionem perducere,quod Græci ἀποδείκνυμι appellant. ¶Vnde demonstratio, est argumentũ firmissimum per se rei dubiæ faciens fidem.{ἀπόδειξις. Ital. *Dimostratione.* Gal. *Demonstration,monstre euidente,declaration manifeste.* Hisp. *Demostracion.*}Cic.3.de Orat.definit esse rationem quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur,adducit.

Demonstratio Rhetoribus, Causæ genus, quod in laude, vel vituperio versatur.τὸ ἐπιδεικτικόν. Cice.1.de Inuentio.Si deliberatio & demonstratio genera sunt causarum,non possunt rectè partes alicuius generis causæ putari.

Demonstrator,oris,{δεικτικός.Ita.*Chi mostra chiaramente qualche cosa.* Gal. *Qui monstre euidemment quelque chose.* Hisp.*El que demuestra claramente alguna cosa.*}Colu.lib.3.cap.10,Itaque huius rationis demonstratorem magis esse me,quàm inuentorem,libenter profiteor.

Demonstratiuus,a,um,Quod demonstrat,vel demonstratur, vel aptum est demonstrari.{ἐπιδεικτικός. Ital.*Demonstratiuo.* Gal.*Demonstratif*,Hisp. *Cosa que demuestra algo.*}vt Genus demonstratiuum causæ ab oratore accipitur,in quo orator demonstrat quod sit in alicuius personæ laudem,vel vituperium.Cice.1.de Inuentio.Aristoteles tribus in generibus rerum versari Rhetoris officium putauit, demonstratiuo, deliberatiuo,iudiciali.

DEMOPHOON,ontis, δημόφοων, vel Demophon per contractionem, δημοφῶν.Thesei ex Phædra filius & rex Athenarum,qui ab expeditione Troiana rediens,aduersis ventis pulsus est in Thraciam,ibiq; à Phyllide Lycurgi regis filia hospitio & lecto susceptus est:apud quam quũ aliquandiu delituisset,Athenas abiit, ibique mortuo patre imperium suscepit,oblitus Phyllidis,cui se rediturum iurauerat. Quapropter illa videns se derelictam, amoris impatientia de amygdalo se suspendit. Vide infrà, PHYLLIS,vbi hæc copiosius tractantur. Ouid.lib.2.de Arte,Et tibi Demophoon Thesei criminis hæres, Phyllide decepta nulla relicta fuit,&c.

DEMOPOLIS,penul.corr.& Neocles Themistoclis clarissimi Athenięsium ducis filij fuerunt,qui quum apud ciues suos meminissent legũ, quæ aduersus exules latæ erant,à paternis inimicis, lapidibus obruti sunt.Cæl.lib.8.cap.12.

Demordeo,demordes,demordi,demorsum,demordere,Morsu decerpere.{ἀποδάκνω, κατεσθίω.Ital.*Mordere, pigliare con denti.* Gal.*Mordre de quelque chose,emporter auec les dents.* Hisp.*Morder, tomar de alguna cosa con los dientes.*}Plaur.Mere.Aut angue demorsa cessauit turgida.Plin.lib.28. cap.4.Et è ligno fulgure icto,reiectis post terga manibus, demorderi aliquid.& ad dentem qui doleat,admoueri,remedio esse produnt.

Demorior,In totum morior.{ἀποθνήσκω. Ital.*Morire in tutto.* Gal.*Mourir, irrespassé.*Hisp.*Morir del todo.*}Colu.lib.5,Siue enim caput demortuum est,duo induantur statim vimina. ¶Demoritur te,id est te deperit,& ardet amore tui.Plaut.in Mil.Ea demoritur te,atque ab illo cœpit abire:odit senem.

Demortuus,participium.{Ital.*Morto in tutto.* Gal. *Mort,irrespassé.*Hisp.*Muerto del todo.*}Cicero ad Atticum lib.16,Nostrique familiares ferè demortui. Idem 6.Verr.Sanxerunt nequis emeret mancipium nisi in demortui locum.

Demoror,pen.cor.Multum moror.{διατρίβω.Ital. *Indugiare molto.* Gal. *Faire targer,amuser,detenir.*Hisp.*Tardar.*}Lactan.lib.4.Quum Moses duc eorum ascendisset in montem, atque ibidem quadraginta diebus demoraretur. ¶Accipitur etiam nonnunquam actiuè pro detineo.{κατέχω. Ital. *Fare mettere.* Gal. *Detenir,arrester.*Hisp.*Detener à otro.*}Cice.3.de Orat.Et ne diutius vos demorer, exponam. Plaut.Epid. Diu me estis demorati. Colu.lib.4.Prudentis magistri est,eiusdem nomenclationis aucupio quo potiri nequeat,studiosos nõ demorari. ¶Demorari,pro expectare.Virg.10.Aen.Et tua progenies mortalia demoror arma.

Demoratus,passiuè.Gell.lib.10.cap.8.Hisque ipsis,quæ iam dixi,demoratos vos video,alicui,opinor,negotio destinatos.

DEMOSTHENES,pen.corr. δημοσθένης, Nomen Oratoris clarissimi, & Græcorum omnium Oratorum principis.Hic natus patre qui Cultellarius cognominatus est, quòd domi haberet officinam & operarios cultellorum.Relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude, & negligentia direptis bonis,vix habuit vnde præceptoribus mercedem solueret.Verùm quum multo studio,& laborioso peruilegio in clarissimum oratorem euasisset,libertatis Græciæ defensor, publicè grauibus concionibus Philippum infectatus est, vtpote publicæ libertatis insidiatorem.Post cuius mortem patria pulsus,tandem reuocatus est. Sed iam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græcis præposito, quum manifestam sibi necem imminentem videret, relictis Athenis, in Calauriam insulam,(vt scribit Suidas)vbi asylum erat Neptuno sacrum concessit.Quò quum venisset, Archias actor tragœdiarum, qui ab Antipatro missus erat vt Demosthenem comprehenderet, primùm ei persuadere conatus est vt vnà secum ad Antipatrem se conferret,nihil molestiæ ab eo perpessurus.Cuius fraude intellecta Demosthenes, Nihil est(inquit)Archia quod coneris.Neque enim in scena mihi vnquam placuisti minus,neque nunc persuadebis legatus.Quum autem Archias se per vim detracturum minaretur, Tandem(inquit)Macedonica oracula aperuisti:nam prius quidem tanquam histrio simulabas. Verùm age,parumper expecta,dum pauca domesticis scribo. Hæc locutus,sumpto libro tanquam scribere vellet, calamum ori admouit, deinde caput veste tegens,se inclinauit,quúmque ab ara retrahi retur, cecidit,spiritúsque animam emisit. Hic eloquentiæ studio flagrans iugiter lucubrabat.adeò vt duos vel tres menses continuos domi inclusus,sine intermissione studeret.abrasa parte capitis,vt exeundi facultatem sibi præriperet. De hoc Hieronymus, Demosthenes plus olei quàm vini expendisse dicitur,& omnes opifices nocturnis semper vigiliis præuenisse.

Demoueo,es,ere. De loco mouere. {μετακινῶ. Ital. *Mouere di luogo.* Gal. *Chaſſer ou oſter d'vn lieu, mouuoir de place, remuer.* Hiſpa. *Mouer de lugar.* } Terent. Adelph. Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos. Cic. pro Syl. Ita charus vtriſque eſt, atque iucundus, vt non alteros demouiſſe, ſed vtroſque conſtituiſſe videatur. Tacit. lib. 1, Ne Glanis ſolito aluco demotus in amnem Arnum transferretur. Cic. 4. de Finib. Sed tamen tantam vim eſſe honeſtatis, tantúmq; eam rebus omnibus præſtare & excellere, vt nullis nec ſupplicijs, nec præmijs demoueri poſſit ex eo quod rectum eſſe decreuerit. Liu. 6. ab Vrbe. Quātúmque Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti.

Demugio, is, ire, Mugitu implere. {μυκηθμοῦμαι. Ital. *Mugire.* Gal. *Beugler ou mugler fort.* Hiſp. *Mucho bramar los bueyes ò vacas.* } Ouid. 11. Metamor. -ſed omne Vulnerat armentum, Iterníq; hoſtiliter omnes. Et paulò pòſt -ſanguine littus, Vndáq; prima rubet, demugiráque paludes.

Demulceo, ces, Valde, ſeu leniter mulceo: quemadmodum quum catulos blandè & mollitet attrectamus. {κατακαλλωπίζω, γλύκω. Ital. *Toccare con tilmente.* Gal. *Adoucir, manier doucement, taſtonner, flatter.* Hiſp. *Tocar blandamente.* } ¶ Nonnunquam etiam mitigo vel molle reddo. Terent. in Heaut. Non poſſum pati quin tibi caput demulceam. Liu. 6. ab Vrbe, Ne nihil remiſſum dicatis, remitto, ne vtique dorſum demulceatis quum ex equis deſcendetis.

Demum, Significat tandem, vel ad poſtremum. {τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον, Ital. *Finalmente.* Gal. *Finablement, à la parfin.* Hiſp. *Al cabo à finalmente.* } Terent. in Adelph. Ego nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo fiam? ¶ Ponitur etiam pro omnino, præſertim quando iungitur cum is, ea, id, vel cum ita. Cic. in Saluſt. Ea demum magna voluptas, æqualem ac parem verbis vitam agere. Plin. Ea demū ſola auium non niſi volatu depaſcitur. Quint. Ita demum mihi ſatisfacies, ſi apud patrem fuiſti.

Demurmuro, demurmuras, âui, ârum, âre. {τὸ μετὰ μυρμυρίζω. Ital. *Dicere mormorando.* Gal. *Dire en murmurant.* Hiſp. *Dezir murmurando.* } Ouid. Ternouies carmen magico demurmuratore.

Demuſſata contumelia, id eſt diſſimulata, & cum ſilentio indignatione transmiſſa. {Ital. *Ingiuria diſſimulata.* Gal. *Injure diſſimulée.* Hiſp. *Injuria diſſimulada.* } vt Apuleius lib. 3. Muſſitare enim proprié eſt diſſimulandi cauſa tacere: dictum vel à Græco verbo μύζω, vel à μ litera, quæ eſt nimium preſſæ vocis, ac penè nullius. Terent. Adelph. Accipienda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi Donatus exponit, patienter cum ſilentio perferenda.

Demutilo, as, are. Idem quod mutilo. {κολοβόω. Ital. *Mozzare.* Gal. *Couper & rongner de quelque chole, accourcir.* Hiſp. *Deſmochar ò cortar miembro.* } Colu. de Arboribus. Cacumina virgarum ne luxurientur demutilato.

Demuto, as, are. Idem quod mutare. {ἀλλάττω, μετατίθημι. Ital. *Mutare.* Gal. *Changer ou muer d'vn en autre.* Hiſp. *Mudar.* } Plaut. in Trinum. -aut ſi demutant mores Ingenium tuum, neque eos antiquos ſeruas. Tacit. lib. 4. Placitum, inſtituto Flaminum nihil demutari.

Demutatio, ónis, verbale. {μετάθεσις. Ital. *Mutamento.* Gal. *Changement d'vn en autre.* Hiſpa. *Mudança de lugar à lugar.* } Plin. lib. 28. cap. 28. Dechamæleonte. Nullum animal pauidius eſſe exiſtimatur, & ideo verſicoloris eſſe demutationis. Alij legunt, mutationis.

Denarius, ria, rium, adiectiuè, Idem quod decenarius, quod decem continet. {δεκάς. Ital. *Decina, decenario.* Gal. *Dixain, de dix.* Hiſp. *De diez.* } Plin. lib. 11. cap. 6, de ratione aquæ ducendæ. Fiſtulas denūm pedum longitudinis eſſe legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt, ſexagena pondo pendere: ſi octonariæ, centena: ſi denariæ, centena vicena, ac deinde ad eas portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo, antequàm curuetur, digitorum decem eſt: dimidióque eius quinaria.

Denariæ cæremoniæ dicebantur, ſicut Tricenariæ, quibus ſacra adituris decem continuis diebus, vel triginta, certis quibuſdam rebus carendum erat. Hinc Vndenarius, Duodenarius, & huiuſmodi.

Denarius, denarij, δηνάριον Budæo, apud Romanos numus erat argēteus, quatuor valens ſeſtertios: ita dictus quòd pro decem aſſibus in ſolutionem cedebat, quoad perpetuis bellis exhauſto ærario, placuit denarium ſedecim aſſibus permutari: quod contigit quum Annibal perpetuos octodecim annos totam Italiam ferro, flammáque crudeliſſimè vexabat. Alioqui ferè ſemper denarius decem aſſibus permutabatur: vnde & nomen habuit. Pendebat autem denarius, argenti ſiliquas ĸxiiii. Siliquæ autem duodeniginti, conficiebant drachmam. Tres itaque denarij pendebant drachmas quatuor: octo autem drachmæ conficiunt vnciam: vncia autem ſex conſtat denariis. Hæc ferè de denarij pondere ex Priſciano decerpſimus. Budæus autem in lib. de Aſſe, non vno in loco oſtendit drachmam Atticam & Romanum denarium eiuſdem fuiſſe ponderis & pretij. Quod & ipſum non obſcurè indicat Plin. lib. 21. cap. vlt. Drachma, inquit, Attica (ferè enim Attica obſeruatione medici vtuntur) denarij argentei habet pondus: eadémque ſex obolos pondere efficit. Conſtat itaque denarium ad Gallicæ pecuniæ æſtimationem redactum, valuiſſe ſolidos turonēſes tres cum dimidio. Denarij dimidium, quinarium appellabant: quinarij autem dimidium, habebis valorem ſeſtertij. hoc eſt caroleum numum vnum, & Gallici denarioli dimidium. Veteres etiam pro eodem denarium dixerunt in neutro genere. Plaut. in Rudente, Centum denaria Philippea?

Denarro, Per ordinem narro. {διηγέομαι. Ital. *Narrare per ordine.* Gal. *Raconter.* Hiſp. *Contar fabula ò hiſtoria con orden.* } Gell. lib. 2. Hæc nobis Fauorinus ſumma cum elegantia verborum, totiúſque ſermonis comitate atque gratia denarrauit.

Denaſcor, eris, pro mori. {θνήσκω. Ital. *Morire.* Gal. *Mourir, laiſſer à eſtre, n'eſtre plus.* Hiſp. *Morir.* } Caſſius Hem. Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci aiunt. Ex Nonio.

Denaſo, as, pen. prod. Naſum aufero. {ἀποῤῥινῶ. Ital. *Leuare il naſo.* Gal. *Roigner oſter ou couper le nez du viſage.* Hiſpa. *Cortar las narizes ò deſnarigar.* } Plaut. in Capt. Nanque ædepol ſi habites propius, os denaſabit tibi morſicus. Id eſt faciem nato ſpoliabit.

Denato, as, pen. corr. frequentatiuum eſt verbi deno, as, quod eſt deorſum nato, vel ſecundo fluuio nato. {κατανήχομαι. Ital. *Natar ſpeſſo.* Gal. *Nager d'vn lieu en autre ou ſouuent.* Hiſp. *Nadar mudar.* } Horat. 3. Car. Ode 7. Nec quiſquis citus æquè Thuſco denatat alueo.

Dendrachates, δενδράχατες. Gemma eſt ex achatæ generibus, diſcurſu linearum arbuſculæ cuiuſdam ſpeciem repræſentans. δένδρον enim arborem dicunt. Plin. lib. 37. cap. 10.

Dendritis, δενδρίτις. Gemma quæ ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurim hebetari. Plin. lib. 37. cap. 13.

Dendrociſſos, δενδροειδὴς κισσός. Hedera eſt quæ ſine adminiculo ſtat exteris hederarum generibus firmior, & ad arbuſculæ ſimilitatem accedens. Vnde & nomē inuenit, λὸγῳ δ' ἔνδυγε κίσσος, id eſt ex arbore & hedera.

Dendroides, δενδροειδὲς. Tithymali ſeptima ſpecies, teſte Plin. lib. 26. cap. 8, quod & leptophyllon vocant, in petris naſcens, commoſiſſimum ex omnibus tithymali generibus, & ſemine coprioſiſſimum.

Denego, as, pen. corr. Recuſo. {ἀπαρνέομαι. Ital. *Denegare, negare.* Gal. *Denier, refuſer, renier.* Hiſp. *Negar, rehuſar.* } Terent. in Andr. Denegarat ſe commiſſurum mihi quatam ſuam. ¶ Interdum idem quod non do. Virg. 1. Georg. -quum iam glandes atque arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ, & victum Dodona negaret. Cic. 7. Verr. Vt omnia ſemper quæ iuranda videntur eſſe, non modò his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ & neceſſitati denegaret.

Deni, denæ, dena. numerus diſtributiuus, pro decem. {δεκάς κατὰ μέρος. Ital. *Decenario, dieci.* Gal. *Dix.* Hiſp. *Cada diez.* } Plin. lib. 10. cap. 65. Viuunt Laconici annis denis. Cæſar 5. bel. Gall. Vxores habent deni duodeni. ſq; inter ſe communes.

Denicales feriæ, dicebantur, quibus hominis mortui cauſa familia purgabatur. Colum. lib. 2. cap. 22, Nos apud Pontifices legimus, feriis tantùm denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere.

Denigro, as, pen. corr. Nigrum facio. {μελανίζω. Ital. *Far nero.* Gal. *Noircir, faire noir.* Hiſpan. *Enegrecer à otra coſa.* } Plin. Capillum denigrat ſuffitu. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 55. Non ſolum denigrat terram, &c.

Denique, Poſtremò: vt quum plura ſunt enumerata, ſubiungitur denique, ſignando vltimum omnium. {τέλος. Ital. *Finalmente.* Gal. *Finablement, à la parfin.* Hiſp. *Al cabo, finalmente.* } Cic. Quum ibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam ſibi præſto viderent, non denique vllam rem quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum. ¶ Ponitur interdum pro omnino, πάντως. Ouid. Siqua meto dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt.

Denomino, Nomen impono. {ὀνομάζω. Ital. *Nominare, dar nome.* Gal. *Denommer, bailler nom.* Hiſp. *Nombrar, dar nombre.* } Quintil. lib. 1. cap. 10, Propria ſunt verba, quum id ſignificant in quod primo denominata ſunt.

Denominatiua. Dicuntur quæcunque ab aliquo ſolo caſu, hoc eſt ſolo fine ſunt differentia, & ſecundum illud nomen habent appellationem: cuiuſmodi ſunt adiectiua à ſubſtantiuis deducta: vt à ſtudio ſtudioſus, à robore robuſtus. παρώνυμα. Nomen enim denominatiuum habet communicare cum nomine vnino co in principio, ſed differre in fine. ¶ In denominatione autem tria requiruntur: ſcilicet denominans, denominatum, & denominatiuum. Denominans eſt forma accidentalis quæ importatur per nomen abſtractum: & dicitur denominans, quaſi de ſe aliud nominans, quia de ſe dat concreto vt prædicetur, & denominet ſubiectum. Denominatum autem eſt res ipſa, ſiue ſubiectum cui accidens inhæret. Sed denominatiuum eſt accidens quod prædicatur denominatiuè de ſuo ſubiecto, vt album vel nigrum.

Denormare, Eſt deturpare & inæqualem facere. {ἀμορφόω. Ital. *Diſformare, diſguaſtare.* Gal. *Faire inegal, mettre hors de ligne.* Hiſpa. *Deſordenar, ò deſconcertar.* } vt interpretatur Acron illud Horatij 2. lib. Serm. -ô ſi angulus iſte Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

Denoto, as, pen. corr. Idem quod noto. {σημειόω. Ital. *Denotare.* Gal. *Denoter ou noter, marquer, remarquer.* Hiſpa. *Notar ò ſeñalar.* } Liu. 4. ab Vrb. Haud dubiè Icilios denotante Senatu, quos mercedem ſeditioſi Tribunatus petere Conſulatum inſimulabant. Cic. pro lege Manil. Quòd is qui vno die tota Aſia, tot in ciuitatibus, vno nūtio atq; vna literarū ſignificatione ciues Romanos necandos, trucidandóſque denotauit.

Dens, dentis, notæ ſignificationis, ab edendo, ſicut Græci ὀδὼς ab ἔδω. {Ital. *Dente.* Gal. *Dent.* Hiſp. *El diente.* } Plaut. Menæch. Nam tum dentes mihi cadebant primulum. Cic. 3. de Nat. deor. Tertius Arſippi & Arſinoæ, qui primus purgationem alui, dentiſque euulſionem, vt ferunt, inuenit. Plin. lib. 28. cap. 11, Dentes mobiles confirmat ceruini cornu cinis, doloréſque eorum mitigat, ſiue infricentur, ſiue colluātur. ¶ Sed & omne quo aliquid teneri vel diſſecari poteſt, ſolet dens appellari. Virgil. lib. 6. -tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Hinc Bidens, Tridens, & huiuſmodi. ¶ Dentes diuerſa ſortiuntur nomina. Qui enim primùm apparent, apertis labiis, primores vocantur, lati & acuti, quibus cibus inciditur. πρῶτοι ὀδόντες, γλωτῖνες. Ipſi enim non cibo tantum & alimentis neceſſarij, vocis etiam ſermoniſque regimen tenent, concentu quodam excipientes ictum linguæ. Qui verò ſequuntur quaſi rotunda ſpecie acuti in modum ſerrati dicuntur, ab antiquis canini appellantur in quocunque animali. κυνόδοντες, κυνοδόντες. Plin. lib. 11, Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares, qui duplices ſunt, cibúmque conficiunt, ob id molares dicti. γομφίοι. Iuuenal. -intérque molares Difficili creſcente cibo. Genuini. σωφρονιστῆρες, nouiſſimi naſcuntur homini, vt ait Plinius, Animalium aliis ſunt dentes continui, vt homini, & equo: aliis exerti, hoc eſt extra os producti, vt apro & elephanto. ἐλέφαντες. ¶ Dentem dente rodere, dicitur qui carpit eum qui neque loqui queat, neq; ſentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martial. lib. 12. in obtrectatorem quendam, -quid dentem dente iuuabit Rodere? carne opus eſt ſi ſatur eſſe velis.

Dentio, Dentium emiſſio. {ὀδοντόω. ὀδοντοφυῶ. Ital. *Fare i denti.* Gal. *Produire de dens, en ietter dehors, comme les enfans, à qui les dens viennent.* Hiſp. *Endentecer los niños.* } Plin. lib. 30. cap. 5. Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle. Plau. in Mil. Venter creat omnes has ærumnas: auribus perauidienda ſunt, ne dentes dentiant. Id eſt ne inuicem aterantur & concutiantur fame.

Dentitio, Dentium emiſſio. {ὀδοντόωσις. Ital. *La venuta de denti.* Gal. *La venue des dens.* Hiſp. *Aquella obra de endentecer, la venida de los dentes.* } Plin. li. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.19,Infantibus nihil butyro vtilius per se, & cum melle, priuatim & in dentitione,& ad gingiuas,& ad oris vlcera.Idem alibi,Dens lupi adalligatus infantibus,prohibet pauores,dentitionisque morbos. Ibi dem,Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat.

Dentatus,Qui magnos habet dentes:qui & dentosus dicitur. {ὀδοντώδης. Ital. *Dentato, dentoso.* Gal. *Dentu qui a des dens.* Hisp. *Cosa que tiene dientes.*} Plautus Pseud.Non ego te ad illum duco dentatum virum. ¶Dentatum etiam dicitur quod dentes habet, siue ij magni, siue parui sint. Plin.lib.11.cap.41,Caseus non fit ex vtrinque dentatis. Martial.lib.1, Sic dentata tibi videtur Aegle Emptis ossibus Indicóque cornu. ¶Dentata charta.Cic.ad Qu.fra lib.2,Calamo,& atramento temperato,charta etiam dentata tes agetur. ¶Dentatus item M.Curij cognomen fuit, propterea quòd cum dentibus fuerit natus, vt scribit Plin. lib.7. ¶Hinc Edentatus,cui dentes sunt euulsi.Macrobius, Edentatæ beluæ morsus.Similiter Edentulus, ἀόδοντος, qui dentibus caret.

Denticulatus,ta,tum, Quod serræ modo dentatum est. {ὀδοντόμορφος Ital. *Fatto à denti,* Gal. *Qui a comme de dens,ou façon de scie,creué & euidé comme vne scie.* Hispa. *Cosa aserrada de pequeños dientes.*} Plin. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. ¶Denticulatæ falces, Colum.lib.2, cap.21. Denticulatum olus,Plin.lib.26.cap.15.

Dentale Lignum,cui vomer arandi causa inducitur:sed pro vomere poni solet. {γόμφος. Ital. *Dentale.* Gal. *Le coultre d'vne charrue.* Hisp. *El dental del arado.*} Virg.1 Georg. Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso.Colu. lib.7,Et dentalibus terram subigere, quo minoribus bubus id administrari possit. ¶Dicitur etiam dens, vt Varro scribit, quòd eo quasi dente moleretur terra. ¶Non inest illi dentale, γόμφος, οὐκ ἔστιν ἀοτῷ. Dici consueuit de quopiam ad rem aliquam parum vtili,sumpta metaphora ab aratro cuius pars est γόμφος.Ea quoniam præcipua videtur, si absit, nihil confici potest aratro.

Dentatim,& Denticulatim,aduerbia,Significant ad similitudinem dentium,ὀδοντοφόρως, ὀδοντωτῶς.

Dentifrangibulum. Vox est à Plauto conficta pro quauis re qua dentes confringi possunt.ὀδοντίκλαστος.Plaut.in Bacch.Næ tibi hercle haud longè est os ab infortunio : ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt. Reperitur & in genere masculino apud eundem in Bacchide, Vale dentifrangibule.P.1. Et tu integumentum vale.

Dentifricium,Medimentum quo dentes fricantur,vt fiant candidi. {ὀδοντόπαστρον. Ital. *Nettadenti.* Gal. *Poudre ou autre chose propre à frotter les dens.* Hisp. *Los poluos para fregar dientes.*} Plin lib.28.cap.11.Dentifricia vtroq; modo fiunt Ibidem,Et capitis eorum cinis dentifricium est.

Dentiloquus. Dictio Plautina est, qua ipse vtitur pro eo qui dentes expuit. Sic enim habet in Capriuis, Dentiloquos omneis mortales faciam,quencunque offendero:hoc est dentes loquentes, id est ex ore emittentes verborum loco:vt sit sensus,Illis adeò dentes concutiam, vt suis sedibus eiectos expuant. Sunt tamè qui legant apud Plautum, dentilegos:nonnulli Dentiloquos,quosdam populos interpretantur, in confinio Macedoniæ, citantes illud Liuij lib 9. bel. Maced. Itaque vnum tantùm moratus diem quietis eorum causa, quos habuerat secum in itinere:inde simili fuga in Dentiloquos transcurrit.

Dentiscalpium, Instrumentum quo scalpuntur dentes. {ὀδοντοκλυφίς.Ital. *Scalzadenti.* Gal. *Vn curedent.* Hisp. *Mondadientes para los limpiar.*} Martialis lib.7.Bissenos triplices,& dentiscalpia septem.

Dentex,icis,A' quibusdã appellatur piscis,qui à Græcis σπαρίδης dicitur in cuius cerebro inuenitur gemma quæ synodontides vocatur, teste Plin.lib.37.cap.10.Naturam eius vide apud Aelianum lib.11.cap.40.

Densus,a,um,Firmum,compactum, quódque partes habet valde coarctatas. {πυκνὸς,σκληρός. Ital. *Spesso, denso.* Gal. *Espois,massif* Hisp. *Espesso.*} Plin. lib.10 cap.69,Liquidius audiunt talpæ obtutæ terra, tam deso atque surdo naturæ elemento. ¶Contrà rarum dicitur in quo interuallis frequentibus laxior partium videtur esse coniunctio. μανὸς.

Denso,as,Cogo. spisso. {πυκνόω,παχύνω. Ital. *Spessire, condensare.* Gal. *Espoissir,serrer ensemble.* Hisp. *Espessir ò hazer espesso.*} Virgil.2. Georg. -& Iupiter humidus Austris Densat erant quæ rara modò, & quæ densa, relaxat. Liu. 8. bel. Pun. Subsidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste:inde ad eminentia ipsi consurgunt: quæ quum Romani conferti,vt solent,densatis excepissent scutis:tum pes cum pede collatus, & gladius geri res cœpta est.

Denseo,es,ere, Coire, coagulari. {πυκνόω. Ital. *Ispessire, condessire.* Gal. *S'espoissir.* Hisp. *Espessarse.*} Plin.lib.20.cap.14,Ipsa acescere,aut coire,densereque lac non patitur. ¶Legitur etiam in actiua significatione pro densare πυκνῶν Virgil.7. Aeneid. Agmina densentur campis. Sic enim legit Seruius.

Densatio,onis, {πύκνωσις.Ital. *Ispessamento, ristringimento.* Gal. *Espoississement.* Hisp. *Espessura.*} Plin.lib.31. cap.7, Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur.

Densè,aduerbium. {πυκνῶς. Ital. *Spessamente.* Gal. *Espoissement.* Hisp. *Espessamente.*} Plin.lib.16.cap.37. Cæsæq; densius innumero harede proiunt. Ouid.de Pon. Nulla tamen subeunt mihi tempora densius iltis.

Densitas.{πυκνότης.Ital. *Ispessimento.* Gal. *Espoissement.* Hisp. *Espessura.*} Plin. li.11.ca.3 Quanuis atcente spiritum densitate,& altitudine humoris.

Dentarè,Dentatus,Denticulatus. Vide DENS.

Denubo,bis,Coniungi matrimonio. {γαμέω γαμοῦμαι.Ital. *Maritarsi,giungersi in matrimonio.* Gal. *Se marier à quelqu'vn.* Hisp. *Casarse la muger.*} Apuleius lib.2.Apol. Azinium putas etiam nunc claro fratri tuo denuptam,falsa spe inductus,filio eius Pontano autor assentiendi fuisti. Tacitus lib.5. Tot luctibus funesta ciuitate pars mœroris fuit, quòd Iulia Drusi filia denupsit in domum Rubellij Blandi. ¶Per translationem etiam vites nubere dicuntur, infimioresque plantæ, quum arboribus firmioribus associantur. Colum. lib.10, Semina depositis cupiunt denubere plantis.

Denudo,pen.prod.Spolio, nudum reddo. {γυμνόω.Ital. *Spogliare,nudare.* Gal. *Desnuer,mettre nud.* Hisp. *Desnudar.*} Plin lib 11.cap.12. Vt denudet fœminam vestis bombycina. Cicer.lib.7.in Verr. Excitetur Vettes, ne denudetur à pectore,ne cicatrices Populus Romanus aspiciat.

Denuntio,as,Futurum aliquid nuntio. {προλέγω,προαγορεύω.Ital. *Denonciare,auertire.* Gal. *Denoncer,annoncer,auertir.* Hisp. *Denunciar.*} Cic.de Senect. Quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur, multò antè denuntio.Columella,Sin autem cæli status frigidus & pruinosus hyemis violentiam denuntiat, in Idus Februarias hanc curam differemus. ¶Ponitur etiam pro significare.Cic.1.Tusc.Nos verò siquid tale acciderit, vt à Deo denuntiatum videatur vt exeamus è vita, læti, & gratias agentes pareamus. ¶Denuntiare alicui testimonium,est aliquè ad iudicium vocare ferendi testimonium gratia.Cicer. pro Sex. Rosc. Non putasti me familiarissimis tuis testimonia denuntiaturum,&c.

Denuntiatio,onis, Prædictio. {προαγόρευσις.Ital. *Annoncio,auertimento.* Gal. *Denunciation,auertissement, annoncement de quelque chose à auenir.* Hisp. *Denunciacion.*} Cic.2.de Diuin.Quæ est enim ista à diis profecta significatio, & quasi denuntiatio calamitatum. ¶Denuntiatio,minæ. Plin.ad Priscum lib.6. Epist. Quanquam quid denuntiationibus, & quasi minis ago?Cæsar 3. bel. Ciuilis. Quum neque pollicitationibus, neque denuntiatione periculi permouere posset,oppidum oppugnare instituit.

Denuo,adnerbium,Significat rursus,quasi de nouo,de integro. {ἐξαναγκάζω. Ital. *Di nuouo, vn'altra fiata.* Gal. *De rechef,encores.* Hisp. *Desde comienço ò de nuevo.*} Plaut.in Amph.Si denuo pultaueris.Liu.10.bel.Pun. Fabius in Hetruria rebellante denuo,quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit.

DEO,Δηώ. Ceres à Græcis appellatur παρὰ τὸ δεῖν τὸ δεῖσθαι,eò quòd frugum fuerit inuentrix. Hinc Deois patronymicum,filia Deûs, quæ est Proserpina, Ouid.6. Metamorph. Addidit vt Satyri celatus imagine, pulchram Iuppiter impleuit gemino Nycteida fœtu, Mnemosynem pastor,varius Deoida serpens.

Deocco,as,are, Idem quod simplex occo. {βωλοκοπῶ.Ital. *Aspezzare la terra.* Gal. *Herser la terre, esmoter.* Hisp. *Quebrantar los terrones.*} Plin. lib.18. cap.15,Victa non sarritur,non stercoratur,nec aliud quàm deoccatur.

Deonero,ras,rare, Contrarium suo simplici onero, onus videlicet depono. {ἀφορτίζω, ἀποζεύγνυμι.Ital. *Scaricare.* Gal. *Deschargier.* Hisp. *Descargar.*} Cicero per translationem,1.Verr. Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid,& in te traiicere cœperit?

Deoro,pro Peroro nonnulli vsurpant.ἐπιλέγω, & deoratum pro peroratum scripserunt,vt Pompeius Festus testatur.

Deorsum,Cuius contrarium est sursum, notam habet significationem. {κάτω.Ital. *Ingiu,di sotto.* Gal. *Contre bas, en allant en bas* Hisp. *Hazia baxo.*} Plaut. Amph.t. Deuolant angues iubari deorsum in impluuium duo. Cicer.1.de nat. deo. Ait atomum, quum pondere & grauitate directò deorsum feratur,declinare paululum. ¶Capiuntur tamen ambo pro Vtro,citróque ἄνω κάτω, vel ἄνω κάτω κυκᾶν. Terent.in Eunuc.Sex ego te totos Parmeno hos menses quæsitum reddam, ne sursum deorsum cursites. Tractum ab Athenarum situ, cuius portus in imo, vrbs verò in editiore loco sita erat.

Deosculor,aris,Idem quod osculor. {φιλέω.Ital. *Basciare.* Gal. *Baiser.* Hisp. *Besar.*} Martial.lib.8,Hos amplectitur,hos deosculatur.

Depacisco,eris,siue vt alij scribunt,Denecisco,Idem quod simplex pacisco. {συντίθεμαι. Ital. *Patuire,far patto.* Gal. *Faire paction,accorder ensemble, conuenir vn conuenancer.* Hisp. *Hazer pacto.*} Cicer.pro Sexto Rosc. Ipse sibi tria prælia depactus est. Idem 3.Verr.Nec ante dimissus,quàm ad conditiones eius depactus est.Cic. Attico, In quo non extimesco periculum:quum enim tot mala impendeant,cur non honestissimè depacisci velim? Terent.in Phorm.Ita me dij bene ament, vt mihi liceat tandiu quòd amo, frui, iam depacisci mortem cupio. Quidam tamen in omnibus hisce locis depecisci legunt, & depectus, vt deflerat à depactus, quod participium est à depango.

Depactus, particip. à Depacisco, vel Depectus, à Depecisco, συνθέσθαι. Vipian. in L. Et generaliter.§ 1.ff. de Calumniator. Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus.Quædam exemplaria legunt Depactus.

Depalmare,Est palma percutere. {παλαμίζειν. Ital. *Dar guanciate.* Gal. *Soufflets,bailler du plat de la main sur la joue,empaumer.* Hispa. *Abofetear.*} Gell. Quemcunque depalmauerat, numerari statim iecundum duodecim tabulas viginti & quinque asses iubebat.

Depango,is,Panto,insero, humi defigo. {καταπήγνυμι. Ital. *Piantare,ficcare in terra.* Gal. *Ficher,attacher.* Hisp. *Plantar, hincar en tierra.*} Colum.li.4, Deinceps pastinatur malleolus viribus inferendus : cúmque sat erit medio spatio,quod vacat inter vites,per vnam lineam, depangere.

Depactus.{κατάπηξις. Ital. *Fitto in terra, piantato.* Gal. *Fichè en bas,planté en terre.* Hisp. *Plantado, hincado in tierra.*} Plin.li.16.cap.16,Sed in hoc quoq; prouidens natura facilè nascenti & depacto sarculo incuriosius semè dedit.

Deparcus,a,um,Nimis parcus. {φειδωλός. Ital. *Troppo parco.* Gal. *Fort chiche & eschars.* Hisp. *Muy escasso ò guardoso.*} Sueton.in Nero.Sordidos & deparcos putabat,quibus ratio infamiarum constaret.

Depasco,is,Pascendo absumo. {κατανέμω,κατεσθίω. Ital. *Pascere,consumare pascendo.* Gal. *Paistre,manger l'herbe, & ce qui y naist, bromer.* Hisp. *Pascer el granado, gastar pasciendo.*} Colum.lib.7. cap.5. Si hœdi roscidas herbas depauerint. ¶Pro eodem etiam habemus depascor verbum deponens.Plin. lib.11.cap.19 Nam & papilio ceras depascitur.

Depastus,a,um participium, quod modò passiuè accipitur. {κατανεμηθείς, κατεσθείς. Ital. *Pascolato, magiato.* Gal. *Paissu, mangé, brouté.* Hisp. *Pascido.*} Plin. lib.17. cap.24, Depastam arborem turpi facie relinquunt. Interdum actiuè : vt, Apis depasta florem thymi, apud Claudianum 2. de Rap. Proserp.

Depastio,onis. {κατάνεμησις, κατάβρωσις. Ital. *Pascolo.* Gal. *Paissement de bestes, broutement.* Hisp. *Pascedura de ganado.*} Plin.lib.17. cap.28, Similem rationem & depastio animalium habet.

Depaupero,as,are,Consumere,facere pauperem. {πένητα ποιῶ Ital. *Fir povero.* Gal. *Apourir faire pouure.* Hisp. *Empobrecer à otro.*} Varro, Priusquam domum depauperasset sumptu suo.

Depecisco,depectus. συνθέσθαι, Vide DEPACISCOR.

Depecto,ctis,xui, vel xi,xum, Diligenter pecto. {κτενίζω.Ital. *Pettinare diligentemente.* Gal. *Peigner,nbaire auec le peigne.* Hisp. *Peynar diligentemente.*} Colum.lib.10.Punicea depexa coma,sed lactea crure est.Crines depectere, Ouid.6.Fastor.Depectere frondicium caniciem, Plin.li.6.ca.17. ¶Interdum idem quod pectendo aufero.διαπεκτενίζω. Virgil.2. Georg. Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres.

Depero,

Depexus, participium, {κατεσθιόμενος. Ital. *Pettinato, mal trattato.* Gal. *Peigné, mal traitté.* Hisp. *Peynado.* } Ouid. lib. 5. Fastor. Depexi crinibus Indi. Idem de Arte amand. lib. 1. de equis, Iubæ depexæ. ¶ Deperum aliquem reddere, per translationem, pro, inuolare in capillum, & perentere. Terent. Heautont. Nonius Depexum laceratum interpretatur. Perottus hoc loco depessum legit, à pando vel à patior, id est laceratum. Quòd si deperum legamus, inquit, significabit cultum, & pexas vestes induxum: dictumque erit à contrario sensu.

Deperditus, participium. Terent. in Heaut. Egóneisi viuo adeò exoratum dabo. Adeò deperum, vt dum viuet, meminerit semper mei.

Depeculor, penult. prod. ex de & peculor: quod à peculium deducitur. {λῃστεύω. Ital. *Spogliare, rubbare.* Gal. *Piller & desrober.* Hispa. *Hurtar como los rentas del Rey, despoiar.* } Peculium verò propriè significat quicquid ex pecorum pastu lucri corraditur, vel quicquid sua industria quis acquisiuit. Qui autem peculium, siue quid peculij furripuerit, depeculator dicitur. κλέπτης. Quanquam sint qui dicant, depeculari proprie esse furari ea, quæ ad Rempub. siue principem siue ad sacra pertinent. Autor certè ad Herennium fuit ille Cicero est, siue quisquis alius, docet aliud esse furtum, aliud peculatum. Si quis, inquit, peculatus accusatur, quòd vasa argentea publica de loco priuato dicatur sustulisse, possit dicere (quum definitione sit vsus, quid sit furtum, quid sit peculatus) secum furti agi, & non peculatus oportere. Cic. in Diuin. in Verrem. Quibus in prouinciis multas domos, plurimas vrbes, omnia fana depeculatus. Idem 6 Verr. Apollonium Drepanitanum omni argento optimè facto spoliasti, ac depeculatus es. Transfertur etiam ad incorporea. Ibidem, Cur pro isto qui laudem, honorémque familiæ vestræ depeculatus est, pugnas?

Depeculator, oris. {λῃστής. Ital. *Pellatore, rubbatore.* Gal. *Pilleur, desrobeur.* Hisp. *Hurtador como de las rentas del Rey.* } Cic. 2. Verr. Adduxi enim hominem in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum populo Rom. satisfacere exteris nationibus possitis: depeculatorem ærarij, vexatorem Asiæ atque Pamphyliæ, prædonem iuris vrbani, labem atque perniciem prouinciæ Siciliæ.

Depello, is, li, pulsum. Abigo, auerto, remouco. {ἀπελαύνω, ἀποπέμπω, ἀποτρέπω. Ital. *Discacciare, scacciare, remouere.* Gal. *Pousser hors, dechasser, debouter, mettre hors par force.* Hisp. *Empuxar de algun lugar.* } Cic. 3. de Legib. Quid iam de Saturnini supplicio, reliquisque dicam? quos ne depellere quidem à se sine ferro potuit Resp. Lactant. lib. 2. Inueteratos depulimus errores. Cic. in Catil. Non facilè tantam molem mali à ceruicibus nostris depulissem. ¶ Depellere agnos à lacte, est ablactare & à lacte remouere. ἀπογαλακτίζειν. Virgil. 7. Aegl. -nec Phyllida habebam. Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos. Pro eodem etiam dicimus depellere à matre. Varro 1. de Re rust. Quum depulsi sunt à matribus agni, adhibenda diligentia ne desyderio senescant. ¶ Item depellere, absolutè. Virg. 1. Aeglo. -quo sæpe solemus Pastores ouium teneros depellere fœtus. ¶ Depelli portenta dicuntur, quum mala quæ ex iis fiant, precibus, suppliciis, religione, & deorum cæremoniis fugantur. ἀποτρέπεσθαι.

Depulsus, participium. {ἀπεωσμένος, ἀποπεμπόμενος. Ital. *Cacciato, & spinto via.* Gal. *Debouté, chassé, repoussé.* Hisp. *Empuxado de algun lugar.* } Cic. 2. de Nat. deor. Atque is agitatione & motibus linguæ quum depulsum & quasi detrusum cibum accepit, depellit. ¶ Interdum accipitur pro ablactato. Virgil. 3. Aeglog. Dulce satis humor, depulsus arbutus hœdis.

Depulso, as, are frequentatiuum. πολὺ ἀπελαύνω, πολὺ ἀπελαύνω. Plaut. Sticho, Cubitis depulsa de via.

Depultus, participium antiquum, pro depulsus: sicut pultare pro pulsare. Autor ad Heren. Si præceps in Neptunias depultus eris lacumas.

Depulsio, onis, Actus ipse depellendi. {ἄπωσις. Ital. *Esso cacciare & spingere via.* Gal. *Repoussement, dechassement, deboutement.* Hisp. *Empuxamiento de lugar.* } Cic. 4. Acad. Omnium deinde inanium visorum vna depulsio est. Idem 2. de Finib. Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus.

Depulsor, verbale. {ἀποπεμπτής, ἀποπομπός. Ital. *Chi caccia alcuno.* Gal. *Qui chasse & rejette, dechassoir.* Hisp. *Empuxador de lugar.* } Qui depellit. Cicc. 2. Philip. Depulsor dominatur quàm ponticeps esse maluit.

Dependeo, des, Idem quod pendeo, siue de re aliqua pendeo. {ἀπορρίπτομαι. Ital. *Pendere, dipendere.* Gal. *Dependre, ou pendre de quelque lieu.* Hisp. *Estar colgado de arriba, ó sospeso.* } Colum. lib. 4. Sed si per vnamquamque pampinum maior numerus vuarum dependeat. ¶ Aliquando est sustentari, quum scilicet vita, aut salus nostra in manu alicuius est sita. ἀπορρίπτομαι. Cic. Omnis illorum salus à nostra salute dependebat.

Dependo, dis, Ferè pro simplici pendo sumitur, quod proprié significat pondero. {ὀλκάω, ἀποζύμιος. Ital. *Pesare, numerare.* Gal. *Bailler à peix, payer.* Hisp. *Pesar, pagar pena ó pension.* } Et quoniam Romani eo tempore quo ære graui vtebantur, non numerabant pecuniam, quemadmodum hodie, sed ponderabant statêris: factum est vt adhuc, quanuis numeratione frequentius vtamur, manserint tamen hæ loquendi formulæ, Pendere vectigal, pendere tributum, hoc est numerare vel soluere. Eodem modo per compositum loquimur. Dependere pretium, Dependere summam. Cic. lib. 1. Epist. Dependendum tibi est quod mihi pro illo spopondisti. Idem Att. lib. 1, Mihi abiurare certius est quàm dependere. ¶ Dependere caput fœlicibus armis dixit Lucanus lib. 8, pro eo quod est victoriæ adipiscendæ causa, vitam profundere. ¶ Dependere pœnas, est soluere. Cic. in Catil. Denique ipsum latorem legis Sempronij iussu populi pœnas Reipublicæ dependisse.

Deperdo, is. Caius scribit deperditum dici quod in natura rerum esse desiit: diminutum, quod vsu raptum est. {ἀπόλλυμι. Ital. *Perdere.* Gal. *Perdre.* Hisp. *Perder.* } Cic. 5. Tusc. Qui timebit nequid ex his deperdat, beatus esse non poterit. Cæs. 1. bel. Gall. Populi Romani hanc esse consuetudinem, vt socios atque amicos non modò sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores velit esse. Cic. pro Cecinna, Quum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere.

Deperditus, pen. corr. partici. {ἀπολωλεκὼς, ἠφανισμένος. Ital. *Perso, & guasto, grandemente afflitto.* Gal. *Perdu & gasté, affligé extremement.* Hisp. *Perdido, muy afligido.* } Amore alicuius deperdita mulier, Suet. in Domit. Leto gnatæ deperditæ mater, id est propter motem filiæ pessimè affecta, vt & ipsam perisse putet. Catul. in Argonaut.

Deperco, ris ex de & pereo, Idem quod simplex pereo. {μαραίνομαι. Ital. *Perire, morire, capitar male.* Gal. *Perir du tout, mourir.* Hisp. *Mucho ser perdido, ó perecer.* } Deperierunt naues. Cæsar 5. bel. Gal. Scheda nequa depereat. Cic. Attic. lib. 1. Decor lachrymis deperit. Ouid. Epist. 12. ¶ Deperire pro mori. Cic. in Topic. Si is cui vsusfructus legatus est, deperisset. Colum. lib. 4. Nos tamen plus quatuor millibus conseruimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit. ¶ Quandoque est impatienter amare. ἐμμανῶς ἔχω. Plautus in Casi. Hic ipsius Casinam deperit. Idem Mil. Meretricem ingenuam deperibat mutuo.

Depesta, Vasa vinaria erant quæ sacris Salinis in deorum mensa collocari solebant. Depesta item fœm. gen. poculi genus est apud Græcos. Vtriusque autor est Varro lib. 4. de lingua Latina.

Depiles, pen. corr. Qui sunt sine pilis. {ἀπότριχος, ἄλλος. Ital. *Senza peli.* Gal. *Qui sont sans poil.* Hispa. *Lampiños ó sin pelos.* } Varro lib. 1. de vita populi Romani. Quòd ludis Præfulis pueri essent glabri ac depiles propter ætatem.

Deplarus, pen. prod. {ἀποτριχωθείς. Ital. *Priuato de peli.* Gal. *Pelé, à qui on a esté le poil.* Hisp. *Lampiño, pelado.* } Martial. Quum depilatos Chreste coleos portes. Carmen est iambicum trimetrum, quod iambum habet in secunda sede. ¶ Item rarefacio. Lucil. lib. 19. Nato quid actum est omnes depilati sumus. id est rarefacti, vt interpretatur Nonius.

Depingo, is, ere, Est perfectè pingere, & etiam describere. {γράφω. Ital. *Depingere.* Gal. *Depeindre peindre selon vn patron.* Hisp. *Bien pintar.* } Cic. 3. de Orat. Pamphilumque nescio quem suamus in insulis tantam rem tanquam puerilem deliciæ, depingere. Manus, obscœnas depinxit tabellas. Propertius lib. 2. ¶ Depingere verbis rem aliquam. Plaut. Pœnul. Formam quidem hercle verbis depinxisti mihi. Cic. 2. de Finibus. Pudebat te, inquam, illius tabulæ quam Cleanthes sanè commodè verbis depingere solebat. Depingere facta alicuius. Terent. in Phorm. Propè eorum facta imprudens depinxit senex. ¶ Depingere cogitatione. Cic. 4. Academic. Vt & ea declarant quæ cogitatione depingimus. Idem 1. de Nat. deor. Magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum vt eos ne coniectura quidem informare possimus: quum mens nostra quiduis videatur cogitatione posse depingere.

Depictus, participium, κατακεχρωσμένος. Quintil. lib. 6. Tabella depicta.

Deplango, is, Idem quod plango, vel vehementer plango. {κόπτομαι. Ital. *Piagner' assai.* Gal. *Mener grand deuil, ou se frappant & tourmentant.* Hisp. *Mucho plañir y llorar.* } Ouid. 4. Metamor. -Cadmeida paluis Deplanxere domum scissis cum veste capillis. Idem lib. 14, -& ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

Deplano, as, pen. prod. Complano, planum facio. {ἐξομαλίζω. Ital. *Spianare.* Gal. *Aplanir, egaler.* Hisp. *Llanar.* } Lactantius lib. 4, Ego antè ibo, & montes deplanabo.

Deplanto, as. Quod plantatum erat euello. {ἀνατρέπω τὰ. Ital. *Svellere spiantare.* Gal. *Desplanter, prendre d'vn lieu, & planter en l'autre.* Hisp. *Arrancar lo plantado.* } Plin. Sed vtraque infirmissima, & quæ cortice nituntur tantùm, vel leni aura ocyssimè deplantantur. Colum. lib. 2. Ne aut cornu hos ad stipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibret ramúmque deplantet.

Depleo, ples. Exhaurio. {ἀναπτύω. Ital. *Votare, euacuare.* Gal. *Desemplir, & suruuider.* Hispa. *Vaziar lo lleno.* } Colum. lib. 12. cap. 30, Conchæ ferreæ quibus depletur oleum. Papinius. Da mihi si veteres digno depleuimus haustu, Da fontes mihi: Phœbe nouos. Cato de Re rust. cap. 64, Oleum si poteris, bis in die depleto.

Deploro, ras, pen. prod. Plorando lamentor, vel fletu prosequor. {ὀλοφύρομαι, κλαίω. Ital. *Lamentarsi piangendo, piagnere.* Gal. *Deplorer, pleindre & plorer.* Hisp. *Llorar mucho y con lamentacion.* } Cicc. in Catone, Non libet deplorare mihi vitam, quod multi & indocti sæpe fecerunt. Et lib. 2. Offic. Admonebat me res vt hanc quoque intermissionem eloquentiæ deplorarem: nisi vereter ne de meipso aliqua viderer queri. ¶ Aliquando est plorandi finem facere. Vnde deplorata ea fauera dicebantur quibus victimus luctus persolutus erat. Liu. 4. ab Vrbe. Ante omnia deplorati erant equites, non priuato magis, quàm publico luctu. Rempublicam item dicimus deploratam, tam euersam, vel de qua nihil melioris spei superest. Morbus item deploratus, & ægroti deplorati dicuntur quibus nullo remedio potest succurri Plin. lib. 28. cap. 8. Prodest (vt demonstrabimus suo loco) deploratis in phthisi. Idem lib. 26. cap. 6. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari.

Deplumis, me, adiectiuum est, idem significans quod implumis. hoc est sine pennis. {ἀπτέρυξ. Ital. *Senza piume senza penne, spennacchiato.* Gal. *Plumé, sans plume.* Hisp. *Sin plumas ó desplumado.* } Plin. lib. 30. cap. 14. Inuentæ sunt ibi nudæ atque deplumes.

Depluo, is, ere, Deorsum pluo, siue ex loco superiore pluo. {καταβρέχω. Ital. *Piouere.* Gal. *Plouuoir.* Hisp. *Llouer.* } Colum. lib. 10. ca. 11. Inque sinus matris violento depluit imbre. Tibul. lib. 2, Hæ fore dixerunt belli mala signa cometen. Multus vt in terras depluerétque lapis.

Depolio, is, ire, Autore Festo, idem quod perficere, quia in omni opere politio vltimum sibi vendicat locum. {ἐξεργάζομαι. Ital. *Polire, finire.* Gal. *Polir, parfaire vn ouurage.* Hispa. *Mucho polir.* } Neque enim antè res politi consueuit quàm perfecta sit. Inde depolitum idem est quod perfectum. Sæpe tamen accipitur pro simplici. Plin. lib. 36. cap. 25, Si verò core depolitum est, nigri pauimenti vsum obtinet.

Deponere, Est deorsum ponere. {καταθέσθαι. Ital. *Deporre, porgir, lassar stare.* Gal. *Mettre bas.* Hispa. *Apartar ó poner en tierra, quitar de lugar.* } vt, deponere farcinam. Plautus in Cure. Propino magnum poculum, ille ebibit: Caput deponit, quum dormiscit, ei subduco anulum. Idem in Mostel. Ecce autem hic deposuit caput & dormit. ¶ Per translationem etiam dicitur de rebus incorporeis: vt, Deponere dolorem, deponere molestias. Cic. Attic. Existimani honestissimè molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. Sic deponere inuidiam, curas, simultatem, inimicitias. ¶ Item Deponere memoriam, vel ex memoria, vel memoria. pro obliuisci. ¶ Deponere ædificationem, est abiicere animum ædificandi. Cic. 3. Famil. Nunc verò si audierit te ædificationem deposuisse. ¶ Deponere prouinciam. Cic. ad Attic. 2, Quum prouinciam

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinciam depositi in contione. Et Famil. li. 5, Illud dico, me, vt primùm in concione prouinciam depositerim, statim quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. Dicitur autem quis deponere prouinciam, quum sponte sua ante legitimum tempus eam reculat, vel coactus magistratu se abdicat: non autem quum exacto prouinciali tempore magistratu decedit. ¶ Interdum idem est quod priuare. κρύπτειν. Plaut. Vt me deponat vino, eam affectat viam. Sueton. Ne imperio turpiter depositus, priuatus viueret. ¶ Deponere etiam aliquid dicuntur certantes pignore, quum aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum sit victoris. Virgil. in Bucol. Ego hanc vitulam (ne forte recusses: Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus,) Depono: tu dic mecum quo pignore certes. ¶ Nonnunquam etiam est seruandum dare, & fidei alicuius committere. Cic. 3. Offic. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere, peccatum sit: officium, non reddere.

Deponens, pen. prod. participium. Qui deponit. ¶ Deponens verbum, ἀπλοῦν ῥῆμα, ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi: scilicet passiuam significationem, & futurum participium in dus, quod est significationis passiuæ. Nam quum participia quatuor habeat verbum commune, vt Criminans, criminaturus, criminatus, & criminandus: deponens tantum habet tria, vt Minor, minans, minaturus, & minatus: non autem minandus.

Depositus, participium, Ad custodiendum traditus, ἐμπιστευθείς. Ital. *Cosa data in guardia ò in deposito.* Gal. *Deposé, baillé en garde.* Hisp. *Deposito, ò lo que se apuesta.* } vt, Depositam pecuniam recuperare, Cicer. pro lege Agrar. ¶ Depositus pro desperato, siue desperatæ salutis. Cic. 3. Verr. Itaque mihi videor magnam & maximè ægram, & propè depositam Reipubl. partem suscepisse. Virgil. 12. Aeneid. Ille vt depositi perferret fata parentis, Scire potestates herbarum, vsúmq; medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Vbi Seruius, Depositi, id est desperati.

Depositor, Qui apud alterum quippiam deponit. ἐμπιστευτής. Ital. *Il depositore, Quello che da à luogare qualche cosa ad alcuno.* Gal. *Depositeur.* Hisp. *Aquel que confia del deposito.*

Depositum, ti, substantiuum. παρακαταθήκη. Ital. *Il deposito, quello che se da in saluo.* Gal. *Depost, ce qu'on baille en garde.* Hisp. *El deposito ò lo que se apuesta.* } Quod deponitur, hoc est quod alicui sub fide traditur, vel quod pignoris loco dimittitur: vel quod sequestro, à pluribus in solidum certa conditione custodiendum, reddendúmq; quum fuerit de iure disceptatum, traditur. μετεγγύησις. Cic. 3. Offic. Quid? si quis apud te pecuniam deposuerit, bellum patriæ inferat, reddeline depositum? Non reddere depositum, maxima iniustitia est. Iuuc. Saty. 13, Depositum sospes erit. ¶ Clàm depositum. Cic. 5. Tuscul. Qui propter auaritiam clàm depositum non reddidit, quod est iniustitiæ.

Depositarius, Custos depositi, vel susceptor depositarum rerum. παρακαταθήκην λαβὼν, ἀνηρ, σωτηρ φύλαξ. Ital. *Chi ha in deposito, quello à chi è dato qual cosa in guardia.* Gal. *Depositaire, garde de biens, celuy à qui on a baillé quelque chose en garde.* Hisp. *Aquel en quien se confia el deposito.* } Vlpia. li. 16. Digestorum, Tit. Depositi & contra. l. 1. §. Si pecunia. Satisdatione autem non intercueniente rem in ædem deponi, & omni actione depositarium liberari.

Depontani, Autore Festo, dicuntur senes sexagenarij, qui de ponte deiiciebantur, hoc est suffragio quod de ponte ferri solebat, priuabantur. Vnde locus factus prouerbio, Sexagenarios de ponte deiicere, id est, natu maiores, perinde quasi delitos & ad omne vitæ munus inutiles in otium reiicere, atque ab omni functione negotiorum relegare.

Depopulor, aris, ari, Est destruere, siue deprædari, vastare, & diripere. κατασκάπτω, ἀλαπάζω. Ital. *Saccheggiare, guastare, predare.* Gal. *Despopler, piller, degaster, destruire.* Hisp. *Robar el campo, destruyr.* } Plin. lib. 18. cap. 20, Digestorum, Tit. Depositi & contra. l. 1. §. Si pecunia. Satisdatione autem non intercueniente rem in ædem deponi, & omni actione depositarium liberari. Salassi quum subiectos Alpibus depopularentur agros. Cicer. 5. Verr. Qui quum agros maximos, ac feracissimos per scipsum, hoc est per Apronium, Verrem alterum, depopularetur. ¶ Legitur etiam Depopulo actiuè apud Hircium lib. 6. de bello Hispaniensi, Agros (inquit) vestrámque prouinciam vestro impulsu depopulauit.

Depopulatio, onis, Vastatio, direptio. κατασκαφή. Ita. *Sacco, destruggione.* Gal. *Despeuplement, pillement, degast, destruction.* Hisp. *Aquella obra de robar el campo, destruymiento.* } Cic. pro Font. Prouincia à Thracum depopulatione defensa. Idem de Arusp. resp. Qui excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, vastitatem meis omnibus rectis atque agris intulerunt.

Depopulator, oris, Vastator, direptor. } ἀφαιρητής. Ital. *Struggitore, saccheggiatore.* Gal. *Sacageur, destructeur, pilleur.* Hisp. *Corredor que roba el campo.* } Cic. pro Domo sua, Depopulator fori, obtestor patriæ.

Deporto, as, are, Referre, reportare, de loco quopiam aliquid afferre. μεταφέρω, κομίζω. Ital. *Transportare, portare di luogo à luogo, confinare.* Gal. *Emporter, ou aporter d'vn lieu en autre, transporter.* Hisp. *Desterrar alguno à lugar cierto.* } Cic. pro Domo sua, Hoc simulachrum quidam homo nobilis ad ornatum Aedilitatis suæ deportauit. Idem pro Pompeio, Pompeius bellum in Africa confecit, victoré exercitum deportauit. ¶ Interdum idem quod simplex porto. Cic. Att. Quæ arma superabunt, ea si Brundusium iumentis deportaueritis, vehementer Reipublicæ profueritis. Colum. lib. 5, Nec procul à mari, vel nauigabili flumine quò deportari fructus, & per quod merces vehi possint. ¶ Deportare in insulam, est quempiam insulæ alicuius finibus circunscribere. Vnde Deportati dicuntur exules certæ alicuius insulæ aut alterius loci limitibus circunscripti, quos nisi aperto vitæ discrimine, egredi non liceat. Vlpianus, Hæc est differentia inter deportatos & relegatos, quòd in insulam relegari ad tempus, & in perpetuum quis potest: deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotauit, vel de quibus deportandis scripsit. ¶ Transfertur etiam ad ea quæ delectationem, laudem, & vituperationem habent, vt quum aliquem laudem vel dedecus ex aliquo loco dicimus deportasse. Cicer. Trebatio, Mihi crede, mihi ex ista prouincia potes quod iucundius sit, deportare. Idem in Catone, Téque non cognomen solum Athenis deportasse. ¶ Transfertur etiam ad verba, quum quis pro verbis verba reportat. Virgil. 2. Aeneid. -isque adytis hæc tristia dicta reportat.

Deportatio, verbale, } κομιδή, ἐκφόρησις. Ital. *Portamento.* Gal. *Emportement d'vn lieu en autre.* Hisp. *El desterro para cierto lugar.* } Cato cap. 144. De fundo ligna & oleam ne deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit, in singulas deportationes H-S. N. 11. deducétur, nesi id debebitur.

Deposco, is, depoposci, ere, Instanter petere, & quodam quasi iure exigere. } ἐξαιτῶ. Ital. *Dimandare con instantia.* Gal. *Demander, requerir.* Hisp. *Demandar con instancia.* } Cic. 6. Verr. Vt illa flamma diuinitus extitisse videatur, non quæ deleret Iouis Opt. Max. templum, sed quæ præclarius magnificentiúsque deposceret. Cæs. 8. bel. Gall. Principem sceleris ipsius, & concitatorem belli Cutruatum ad supplicium deposcit. Colum. lib. 1, Cannabis solum pingue, stercoratúmque, & riguum, vel plenum atque humidum, & alté subactum deposcit.

Depositor, Depositum, Vide DEPONO.

Depostulo, as, Vehementer postulo. } ἐξαιτῶ. Ital. *Dimandare con preghi.* Gal. *Demander, requerir deprier.* Hispa. *Mucho rogar y demandar con ruegos.* } Hirtius 6. bel. Hispan. Ciuitates contrariæ Pompeio auxilia sibi depostulabant.

Deprædor, Populor. } κατασκάπτω λαφυραγωγῶ. Ital. *Depredare, saccheggiare.* Gal. *Depeupler, piller, sacager.* Hisp. *Mucho robar, despojar.* } à quo Deprædator, & Deprædatrix, verbalia nomina.

Deprælior, aris, Idem quod prælior. } διαμάχομαι. Ital. *Combattere, far fatto d'arme.* Gal. *Debatre, combattre.* Hisp. *Pelear.* } Horat. in Car. Permitte diuis cætera, qui simul Strauere ventos æquore feruido Depræliantes, &c.

Deprauo, pen. prod. Prauum facio, vitio, adultero, corrumpo, & quod bené aut dictum aut scriptum est, in deteriorem partem detorqueo. } λωβῶ, διαφθείρω, παραφθείρω, πτόλιον. Ital. *Vitiare, falsare, adulterare, corrompere.* Gal. *Fortuer, corrompre & gaster.* Hisp. *Torcer lo derecho ò verdad, corromper, destruyr.* } Terent. in Phor. Nihil est tam bene dictum, quin male narrando possit deprauarier. Cicer. 1. de Fin. Sed ita, vt ea quæ corrigere vult, mihi quidem deprauate videatur.

Deprauatus, particip. } διεφθαρμένος, παραπεπλασμένος, διεφθαρμένος. Ital. *Guastato, corrotto.* Gal. *Corrompu, gasté, depraué.* Hisp. *Guastado, corrompido.* } Cic. 2. de Diuin. Illúdne dubium est? quin multi, quum ita nati essent, vt quædam contra naturam deprauata haberent, restituerentur ac corrigerentur ab natura, quum se ipsa reuocasset aut arte aut medicina? Idem 1. de Fin. Idque facere nondum deprauatum, ipsa natura incorrupté atque integré iudicante.

Deprauatio. Verbale, } διαφθορά, παραφθορά, παράλλαγμα. Ital. *Corruttione, guastamento.* Gal. *Torture ou torsure, corruption, gastement.* Hisp. *Torcimiento, guasto.* } Cic. 1. Offic. Deprauatio & fœditas turpificati animi. Consuetudinum deprauatio, 1. de Legib. Deprauato oris, 2. de Orator.

Deprauatè, aduerbium, } διεφθαρμένως. Ital. *Contra il dritto & ragione.* Gal. *Tortuement, contre droitture & raison, mal.* Hisp. *Torcendolo derecho.* } Cicer. 1. de Finib. De quibus neque deprauatè iudicant, neque corruptè.

Deprecor, pen. corr. Ponitur pro simplici, cum quadam tamen vehementia, vt sit vehementer, siue suppliciter precari. } δέομαι, εὔχομαι. Ital. *Pregare grandemente.* Gal. *Fort prier, deprier.* Hisp. *Mucho rogar.* } Sueton. in Cæsare, Satis constat, Syllam quum deprecantibus amicis & ornatissimis viris aliquandiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse. Cic. in Læl. At C. Blosius Cumanus hospes familiæ nostræ, Scævola, quum ad me qui aderam cum Lenate & Rutilio Consulibus in consilio, deprecatum venisset. Et lib. 1. ad Heren. Deprecatio, quum & peccasse & consultò fecisse reus confitetur, & tamen postulat vt sui misereatur. ¶ Habet quandoque contrarium suo simplici significationem, & precis negationem, seu detractionem importat, sicut in dedecet, despero, & huiusmodi: & sic significat recusare, & precibus contendere ne aliquid fiat. παραιτοῦμαι, ἀποτρέπομαι. Affinis Ciceroni, Nec periculum est vllum quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Virgil. 12. Aeneid. Equidem merui, nec deprecor, inquit. Ouid. lib. 1. de Ponto, Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem, Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum. Liuius de bel. Maced. vtrunque significationem complexus est. Ego si quid sceleratè in fratrem admisi, nullam deprecor pœnam: si innocens sum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non possim deprecor. Horum prius pro abominor, detestor, siue recuso, sumitur, posterius pro vehementer precor. Sueton. in Augusto, Quum Lectorius adolescens Patricij generis in deprecanda grauiore adulterij pœna allegaret se esse professorem. Autor ad Heren. lib. 4, Audes verbum facere? audes quicquam petere? audes supplicium deprecari? hoc est conari precibus efficere ne supplicium de te sumatur. ¶ Interdum idem est quod depellere, vel à se remouere. ἀποτρέπομαι. Inde dicimus, Deprecari inuidiam, ignominiam, calumniam. Quintil. lib. 3, scribit Deprecationem, depulsionem esse. Item Cic. in Catil. lib. 1, Nunc vt à me P. C. quandam propè iustam querimoniam detester atque deprecer, percipite quæso diligenter quæ dicam. Idem pro Bal. Quiddam de communi aditione omnium nostrum, deprecandæ maleuolentiæ causa, breuiter commemorandum videtur. Qua de re si Gellius scripsit, Deprecari significare exorari, detestari, depellere, vel abominari, non fuit culpandus à Laurentio Valla, quum Depello hisce Ciceronis exemplis probè conueniat, & cum Deprecor maximè congruat, propter præpositionem De, quæ ambobus præpolita est. Execror verò, detestor, abominor, quum penè idem significent quod recuso, etiam ipsi verbo Deprecor conueniunt in ea significatione in qua supra illud Ouidij, Mortem quoque deprecor idem, diximus accipiendum: vt & illud Cic. lib. 2. de Repub. Etiam Claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabatur, id est propulsabat, & defendebat. Salust. in Iugurtha, Tantummodo imperium inimici, & cruciatus corporis deprecor. ¶ Quandoque deprecari, est precibus eximere. ἐξαιτοῦμαι. Cic. de lege Agrar. contra Rullum, Siquid deliquero, nullæ mihi sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Cic. pro P. Sylla. Multorum hic vitam est à L. Sylla deprecatus.

Deprecatio, onis, Postulatio veniæ. } ἐξαίτησις. Ital. *Il dimandar perdono, richiesta da ottenere perdonno à chi confessa il suo fallo.* Gal. *Priere, requeste, supplication, vne faute faitte.* Hisp. *El demandar perdon.* } Cic. 2. de Inuen. Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Idem lib. 1. de Inuent. Deprecatio est & quum peccasse reus, & consultò peccasse confitetur, & tamen vt sibi ignoscatur postulat.

Deprecator, oris, Intercessor, depulsor. } παραιτητής, ἀποτρόπαιος. Ita. *Che escusa eleuate.*

alcuno. Gal. *Deprier, excuser, intercesser, moyenner de remettre en grace.* Hisp. *Intercessor, excusador.* } Cic. lib. 1. Epist. Potit temeritatem nostri Dolabellæ deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Idem pro Pompeio, Cretenses ad Pompeium legatos deprecatoresque miserunt. Idem pro L. Flacco, Sperabam, iudices, honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quàm misericordiæ deprecatorem.

Deprecabundus, ἱκετικός, ἱκετεύων, ἱκέσιος. Pro precante & petente donum. Tacitus, vt Lateranus quasi subsidium rei familiaris oraret deprecabundus & genibus accedens.

Deprehendo, is, Significat incautum quempiam capio. {φωρᾶν, κατα-λαμβάνειν. Ital. *Sopraprendere alcuno nella colpa, trouare in fallo.* Gal. *Surprendre, prendre sur le fait.* Hisp. *Tomar en hurto ò maleficio.* } vt, Deprehensus sum in adulterio, in scelere. ἁλῶναι. Plaut. in Asin. In furto vbi sis deprehensus. Cic. 5. Verr. Qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Deprehensus ab hostibus, à tempestate. Virg. lib. 4. Georg. Deprehensis olim statio tutissima nautis. Horat. in Setm. Deprehensi non bella est fama Treboni. ¶ Vnde & Deprehensa, genus animaduersionis in milites, qui certo in errore deprehensi fuissent, castigatione maior, ignominia minor. ¶ Interdum Deprehendere, est animaduertere, cognoscere, αἰσθάνεσθαι. Cic. pro Cælio, Quum ego facinora oculis priusquam opinione, manibus antequam suspicione deprehendi. Lactant. lib. 1. de Ioue loquens, Nonne à sua prima pueritia impius & penè parricida deprehenditur?

Deprehensor, oris, nomen verbale. ὁ ἁλώσας.

Deprehensio, onis, subita cõprehensio, animaduersio. {κατάληψις. Ital. *Il sopraprendere, cognittone.* Gal. *Surprinse, counoissance de ce qu'on ignoroit.* Hisp. *Obra de tomar assi, conocimiento.* } Cic. pro Cluentio, subita veneni deprehẽsio.

Deprimo, mis, pen. corr. depressi, Conculco, in inferiorem partem demitto, defigo. {καταίρω, πιέζω. Ital. *Deprimere, abbassare, humiliare.* Gal. *Abaisser, mettre bas.* Hisp. *Abaxar y abatir, suppriмir.* } Varro, Ab eo depressus, à quo erigi, extollique sperabam. Lactan. lib. 3. Ita dum hominem quærit extollere, rem ipsam depressit. Idem lib. 6. Altera quæ ad inferos deprimat, id est deorsum premat, vel mittat. lib. 3. ad Herennium. Quàm maximè sedatam & depressa voce principia dicemus, id est submissa. Plin. lib. 2. cap. 38. Terrena in cælum tendentia deprimit siderum vis. Cicero Antequam iret in exilium, Nam quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium.

Depressus, nomen ex participio, Idem est quod humilis, vt Depressior locus. {ὑπόπεδος, ὑπόκοιλος. Ital. *Basso, prenuto.* Gal. *Abaissé, mis bas.* Hisp. *Puesto abaxo.* } Colum. lib. 1. cap. 2, Quum ex depressiore loco fuerint ossa fundamenta. Idem lib. 2. cap. 9, Modò in elatiora, modò in depressiora eliui obliquum agi sulcum oportebit.

Depromo, is, pen. prod. Profero. {προφέρω, προκομίζω. Ital. *Proferire, dar fuora.* Gal. *Tirer on mettre hors.* Hisp. *Sacar lo guardado.* } Cic. 2. Offic. Altera ex arca, altera ex virtute depromittit. Idem lib. 3. de Fini. Nam quibus è locis, quasi thesauris argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt.

Deptomptus, particip. {προκατάρχω, ἐξαίρετος, προκείμενος. Ital. *Messo à posto fuori.* Gal. *Tiré & mis hors.* Hisp. *Sacado desuera.* } Cic. 2. de Orat. Ita & momenti aliquid afferent, quum erunt pene ex intima defensione de promptæ, & apparebit eas, &c. Deprompta ex ærario pecunia, Idem pro L. Manil.

Depropero, deproperas, pen. corr. deproperare, Vide properare. {προπηδάω, προσπίπτω. Ital. *Affrettarsi.* Gal. *Se haster fort.* Hispan. *Acuzio apressurarse.* } Plaut. Pœnul. Deproperant sedulo sacrificare. Horat. 3. Carm. Odist. 7. -quis vdo Deproperare apio coronas Curátve myrto? id est festinanter afferre, Acron.

Depso, is, Significat subigendo manibus aliquid molle & tenerum teddo. {δρύφω. Ital. *Fare il pane gramolando.* Gal. *Pestrir & amollir auec les mains.* Hisp. *Sobar.* } Cato de Re rust. cap. 76, Deinde manibus bene depsito. ¶ Huius compositum est, Condepso.

Depsiticus, a, um. {δρυφητός. Ital. *Gramolato, intenento.* Gal. *Paistri, amolli auec les mains.* Hisp. *Cosa sobada.* } Quod depsendo, hoc est subigendo confectum est. Cato cap. 74, Panem depsiticum sic facito, &c.

Depuber, vel Depubis, pen. prod. Dicitur is qui ad pubertatis annos non potuit peruenire ἀνήβητος. ¶ Hinc Depuberem porcum dicimus, quem lactentem occidimus. Ex Festo.

Depudere, Pudorem abiicere. {ἀναισχυντεῖν. Ital. *Gittare la vergogna, diuenir sfacciato.* Gal. *N'auoir point de honte, estre effronté, auoir perdu toute honte.* Hisp. *Echar la verguença.* } Ouid. 4. Epist. Depuduit, profugúsque pudor sua signa reliquit. Seneca de Tranquillitate vitæ, Si dutimà oris ille hoc potuit, qui assiduis conuiciis depudere didicerat.

Depudesco, scis, quo vsus est Hieronymus ad Eustochium, Non depudesco infœlicitatis meæ.

Depudico, cas, pen. prod. Violo, stupro, & pudicitiam aufero. {βιάζομαι. Ital. *Tor l'honore, violare.* Gal. *Honir, villenner.* Hisp. *Corromper à poner tacha.* } vsus est Laberius in Mimis; teste Gellio lib. 16. cap. 7, in principio.

Depugno, as, are, Pugno, certo, decerto, dimico. {διαμάχομαι. Ital. *Combattere, combattere.* Gal. *Combatre, faire guerre.* Hisp. *Combatir y pelear.* } Cic. de Senect. Depugnauit apud Thermopylas. Idem pro Cecin. Non erit cur depugnare quisquam posthac possessionis causa velit.

Depugnatur, impersonale. Cic. ad Attic. lib. 16, Calendis Ianuariis erit fortasse præsidio: aut quidem antè depugnabitur.

Depugnatus, participium. κατατεθνηκώς. Plautus Menæch. Sed metuo ne serò veniam, depugnato præbeo.

Depurgo, as, Idem quod purgo. {ἐκκαθαίρω. Ital. *Purgare.* Gal. *Purger du tout, nettoyer.* Hisp. *Purgar ò limpiar.* } Cato de Re rust. Terram cum stercore bene permisceto, depurgato ab herba, graminibúsq;. ¶ Dicimus etiam depurgare crimina, pro excusare, & diluere. Liu. 9. bel. Maced. Filium mittere Romam, simul ad depurganda crimina, simul ad deprecandum iram Senatus statuit.

Deputo, as, pen. corr. Puto, reseco, à maiori corpore abscindo, ramis sarmentisue superfluis arborem vitémve libero. {καθαίρω. Ital. *Tagliar via, difalcare.* Gal. *Couper, tailler.* Hisp. *Cortar y podar.* } Colum. lib. 3, In agro macro & sicco vineam imbecillam in brumam amputato: quam parcem non deputaueris, circa Calendas Februarij repetito, & deputato. ¶ Item Deputare est existimare, censere, iudicare. {λογίζεσθαι. Ital. *Stimare, ponsare.* Gal. *Reputer, estimer, penser.* Hisp. *Pensar ò imaginar, ò imaginar.* } quod Vulgò dicitur *Reputare*, non vt multi putant, delegare. Terent. in Hecy. Aedepol næ meam esse herus, operam deputat parui pretij. Qui ob rem nullam me misit frustra, vbi totum desedi diem. Plaut. in Amph. Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum? Nec cansam licebat dicere mihi, neq; io hero quicquã auxilij siet? Nec quicquã iit, quin me omnes esse dignum deputent? ¶ Deputare secum rationes. Terẽt. Adelp. Sed nemo dabit, frustra egomet mecũ has rationes deputo.

Depuuio, is, ex de. & pauio, hoc est cædo. {πατάσσω, παίω. Ital. *Battere, percuotere.* Gal. *Batre, frapper.* Hisp. *Herir.* } Lucilius, -palmisque miserum Depuuit me, id est verberauit.

Dequeror, Pro simplici queror, legitur apud Valerium Flacci. 5. Argon, -antè omnes secum dequesta labores. {μεμψίμοιρος. Ital. *Lamentarsi, querelarsi.* Gal. *Se complaindre.* Hisp. *Quexar se.* } Item apud Statiũm lib. 1. Thebaid. -eadem sub nocte sopora Luctea terit, similésque Notos dequestus, & imbres, &c.

Derado, is, pen. prod. Radendo aufero. {ξύω. Ital. *Togliere radendo.* Gal. *Racler, oster en raclant.* Hisp. *Raer alguna cosa de otra.* } Plin. Quod derasum est, teritur, & cribratur.

DERAE, es, δέρη, Castellum est & portus Isauriæ, patria Timothei, qui D. Pauli discipulus fuit.

Derbites, δερβήτης, Gentile.

DERBICES, δέρβικες, Populi sunt Asiæ, autore Plinio, proximi Hyrcano mari, quos Oxus amnis medios secat. Hi acerrimi delictorum vindicatores creduntur: vtpote qui leuissimum quodque delictum capite puniant. Parentes grandæuos postquam annum septuagesimum fecerint egressi, iugulatos deuorant, satius arbitrantes, à cognatis illos, quàm à vermibus absumi: citra septuagesimum annum obeuntes, non edunt, sed humant, vt scribit Strabo lib. 2. Hos Hieronymus, Derbices vocat, Massagetæ (inquit) & Derbices miserrimos putant, qui ægrotatione moriantur: & parentes, cognatos, propinquos, quum ad senectutem venerunt, iugulatos deuorant: rectius esse dicentes, vt à se potius, quàm à vermibus, comedantur.

DERCE, Δέρκη, Fons est frigidissimus æstate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis. Hæc Calepinus ex Pecotto. Martialis tamen hunc fontẽ Dircennam vocat, non Derceu. Sic enim scribit lib. 1. ad Lucia. Tepida natabis lene Congedi vada, Mollésq; Nympharum lacus: Quibus remissum corpus astringes breui Salone, qui ferrum gelat. Auidam rigens Dircenna placabit sitim, Et Nemea, quæ vincit niues. Quo in loco si Dirce legatur, versui deerit syllaba.

DERCETO, Δερκετώ. Nomen est fabulosæ deæ, quæ apud Ioppen, autore Plinio, aut (vt Diodoro lib. 1. placet) iuxta Ascalonẽ colitur humana facie, reliquo corpore piscis. Hanc Syri Atargatim vocant. Filiam habuit Semiramidem, quam à columbis educatam ferunt. Ob id sacras genti aues eas esse, ostendit Tibullus. Alba Palæstino sancta columba Syro.

Derelinquo, is, ere, Prorsus, seu in totum relinquere, deserere. {καταλείπω, ἐγκαταλείπω. Ital. *Abbandonare.* Gal. *Abandonner, delaisser.* Hisp. *Dexar ò desamparar.* } Cice. pro Cecin. Derelinquo iam communem causam, populi Romani ius in vestra fide ac religione depono.

Derelictus, particip. {καταλελοιπώς. Ital. *Lasciato.* Gal. *Delaissé.* Hisp. *Desuado, desamparado.* } Autor ad Heren. lib. 4. Item commodius est in derelicta, quàm in celebri regione locos cõparare. ¶ Pro derelicto habere. Cic. ad Att. Hęc oppida atq; oram maritimam illum pro derelicto habere.

Derelictio, onis, verbale. {κατάλειψις. Ital. *Abbandonamento.* Gal. *Delaissement, abandon.* Hisp. *Dexo ò desamparo.* } Cic. 3. Offic. Sed communis vtilitatis derelictio contra naturam est.

Derelictus, us, ui. Idem. κατάλειψις. Gell. lib. 14. cap. 12, Siue quis arborem suam vineámque habuerat derelictui, non id fine pœna fuit.

Derepente, Vna dictio, quia (vt docet Donatus) aduerbiis præpositionem separatim non addimus. Si enim separaueris, non est Latinum Derepente. {ἐξαίφνης. Ital. *De subito, incontinente.* Gal. *Incontinent, soudainement, tout sur le champ, tout à coup.* Hispa. *Subitamente y adesbora.* } Terent. in Hecy. Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam. Cic. pro Qu. Ligar. Si quum hoc domi faceremus, quod & facimus, & vt spero, non frustra facimus, tu derepente irrupisses, & clamare cœpisses.

Derepo, derepis, pen. prod. Compositũ ex de & Repo. {καθέρπω, κάθειμι. Ital. *Repassi, montare.* Gal. *Grimper, ramper.* Hisp. *Gatear, andar no sintiendo.* } Plin. li. 8. ca. 36. Ingrediuntur & bipedes. Arboré auersi derepunt. De vrsis.

Derideo, es, pen. prod. Cum alterius contempta fideo. {καταγελάω, καθυβρίζω, μέδω. Ital. *Beffare, dileggiare.* Gal. *Se mocquer, mocquer.* Hisp. *Escarnecer, retenido.* } Plaut. in Aulu. Neq; ædepol ego te derisum venio, neque derideo.

Derisor. {καταγελαστής. Ital. *Schernitore.* Gal. *Mocqueur.* Hisp. *Escarnecedor que haze escarnio.* } Plin. lib. 11. cap. 52, Supercilia quibus iuxta tempora inflexa, derisores significant.

Deridiculum, Irrisio. {καταγέλασις, καταγέλασμα. Ital. *Scherno, beffa.* Gal. *Mocquerie, raillerie.* Hisp. *Escarnio.* } Plaut. in Pseud. Quãm illum mihi verbis per dericulum date.

Derisus, huius derisus, pen. prod. καταμυκτήρισμα. Idem. Quintil. lib. 6. cap. A derisu non procul abest risus.

Deridiculus, a, um. Derisione dignus. {καταγέλαστος, καταγέλαστος. Ital. *Degno di esser beffato.* Gal. *Digne d'estre mocqué.* Hisp. *Cosa de reyr y escarnecer.* } Varr. 1. de Re rust. Sequetur vt duos villicos: & duas villicas habere debeat, quod est deridiculum. Deridicula vanitas, apud Gell. lib. 10. cap. 11.

Deripio, pis, pen. corr. Idem est quod abstraho, auello. {καθαρπάζω. Ital. *Rapire, pigliare prestamente, scarpire.* Gal. *Prendre & rauir.* Hisp. *Arrebatar alguna cosa de lugar.* } Virgil. lib. 2. Georg. Colàque prælorum fumosis deripe tectis, id est properanter tectis esser. Plau. in Menæch. Sed quis hic est, qui capillo me huc de curru deripit? Lactant. lib. 5. Quomodo si rapinis & fraudibus abstinebunt, qui Mercurij furta nouerint, docentis, non fraudis esse deripere, sed astutiæ, id est surripere.

Deriuo, as, pen. prod. Riui more aquam deduco, aliòue deflecto. {παροχετεύω. Ital. *Derivare, scolare le acque, condurle da vn fiume, voltare il suo corso.* Gal. *Faire escoulet l'eaue par autre ruisseau ou conduit, la destourner.* Hisp. *Derivar, sacar rio ò arroyo de fuente.* } Colum. li. 1, Crebrósq; sulcos aquarios (quos nonnulli

Universidad de Deusto
Biblioteca

nonnulli elices vocant) faciamus, & omnem humorem in cloacas, atq; inde extra segetes deriuemus. ¶ Per translationem elegantissimè ponitur pro deflecto. Terent. in Phor. —quid vis, nisi vt maneat Phanium, atq; ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atq; omnem in me deriuem iram senis? Id est deflectam. Vbi Donatus, Deriuatio, dicitur inflectio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet. μετάθεσις. Cic. in Ver. Act. 4. Quid est quamobrem putes te tuam culpam, non modò deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? Cic. pro Mil. Fecerunt id sæpe Milonis (dicam enim non deriuandi criminis causa sed vt factum est) neque imperante, neque præsente domino, quod suos quisque facere seruos voluisset. Hoc est, non dicam eo animo vt Milonis crimen in seruos reiiciam, sed quia ita res se habet.

Deriuatio, verbale, {ital.} Cic. 2. Offic. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Liu. 5. ab Vrbe. & Quintil. lib. 3. Vtendum proxima deriuatione verborum.

Deriuatiuus, a, um, Quod ab alio deducitur. παραγωγός.

Derodo, is, derosi, derosum, Idem est quod simplex rodo, {ital.} Plin. lib. 11. cap. 37. Et cochleæ dentes habent: indicio est à minimis earum derosa vitis. Cic. 1. de Diuinat. A' mutibus esse derosos.

Derogo, as, pen. corr. Est alicui rei aliquid detraho, vel autoritatem, aut existimationem diminuo. {ital.} Plin. Epist. 101, In hac tres descensiones: duæ in sole, tertia à sole. Liu. 2. bell. Pun. Prinsquam in continentem descensiones facerét. Descisco, is, descisci, descitum, pen. prod. desciscere. Ex de & sciscо compositum, Est ab imperio se, ductúque alterius subtrahere: vt milites à duce, populi à domino, discipuli ab opinione magistri, quem prius sequebantur, præsertim ad alterius vel imperium vel sententiam se trãsferentes. Hæc Valla lib. 5. {ital.} Liu. 2. ab Vrbe, præneste à Latinis ad Romanos desciuit. Ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem descisscere, Cic. Curioni, lib. 2. Descisscere à natura, Cic. 3. Tusc. quæst.

Descitum, pen. prod. ἀφίστατο, Impers. passiuum. Liu. 6. bell. Punic. Quorum de sententia maximè descitum à Romanis constabat.

Descobinatus, Saucius, abrasus, sectus. ἀπεξυρημένος. Varro in Meleagr. Sio autem delectationis causa venamini, quanto satius est saluis crutibus in circo expectare, quàm his descobinatis in sylua curare? Nonius.

Describo, is, ere, Proprie significat de exemplari scribere. {ital.} Cic. Corni. Dicam tuis vt eum si velint, describant, ad téque mittant. ¶ Per translationem verò ponitur pro disponere, seu designare. διαγράφειν, διαγράφειν, διαγράφειν. Cic. in Lælio, Mei sunt ordines, mea est descriptio. ¶ Item pro delineare, vel depingere. Plaut. in Asin. Non potuit pictor rectius describere eius formam. ¶ Accipitur etiam pro simplici scribo, vel pro conscribo. Virg. in Daphnide. Imò hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi Carmina descripsi, & modulans alterna notaui, Experiar. Lactant. lib. 5, Quid est enim cur illam vel in carminibus, vel in omni sermone describant: conquerentes eius absentiam, quum sit facillimum bonos esse si velint?

Descriptus, participium. {ital.} Cic. 2. in Catil. Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta docui.

Descriptus, nomen ex participio. Cic. 3. de Finib. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manu factis tam compositum, &c.

Descriptio, onis. {ital.} Cic. 4. Tusc. Vt enim in inferiorem ambulationem descendimus. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Tum ad equites Dictator aduolat, obtestans vt fesso iam pedite descendant ex equis. ¶ Per translationem verò dicimus, Descendo in præceps, descendo in campum, descendo in forum, & huiusmodi alia: quia de quiete ad laborem, de loco tuto ad periculum, de vita ad mortem est ille descensus, siue ad animam, siue ad corpus, siue ad vtrunq; pertineat. Persius, Descendere in sese, posuit pro eo quod dicimus *suam infirmitatem agnoscere*. Vt nemo in sese tentat descendere, nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Translatum vel à fodinis vel à cellis, in quas qui descendunt, quid illic repositum reconditúmque sit, nosse possunt.

Descensus, us, {ital.} Virgil. 6. Aeneid. Facilis descensus Auerni. Plin. lib. 16. cap. 26, Ipso descensu Iouis speluncæ.

Descensio, onis, {ital.} Plin. Epist. 101, In hac tres descensiones: duæ in sole, tertia à sole. Liu. 2. bell. Pun. Prinsquam in continentem descensiones facerét.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Frustra vbi totum desedi diem.

Deses, desidis, Otiosus, iupinus. {ἀργὸς, ἀεργὸς. Ital. *Ocioso, accidioso.* Gal. *Qui se tient assis sans rien faire, paresseux.* Hisp. *Negligente y perezoso.*} Liu. li. 1, Desidem Romanum regem inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Et li. 3, Sedemus desides domi mulierũ ritu inter nos altercantes.

Desidia, æ, Pigritia, socordia, ignauia, inertia. {ἀργία. Ital. *Pigritia, poltroneria.* Gal. *Paresse, oisiueté.* Hisp. *Pereza y negligencia.*} Cice. de Leg. agrar. contra Rullum, Qui propter desidiam in otio viuunt, tamen in turpi inertia cauent voluptatem. Idem pro Sestio, Sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia.

Desidiosus, Qui totus desidet, & nihil agit. {ἀργὸς, ἀεργός. Ital. *Pieno di infingardia.* Gal. *Paresseux, oisif, vn faineant.* Hisp. *Lleno de mucha pereza y negligencia.*} Ouid. de Reme. am. Quæritur, Aegysthus quare sit factus adulter, In promptu causa est, desidiosus erat. Martial. li. 8, Dic mihi quid melius desidiosus ages? Varro in Proœmio lib. 2. de Re rust. Sic qui in oppido sederent, quàm qui rura colerent, desidiosiores putabant. Inertissimum & desidiosissimum otium. Cic. 2. de leg. Agr.

Desidiose, aduerb. {ἀργῶς. Ital. *Oziosamente.* Gal. *Sans rien faire, en oisiueté.* Hisp. *Perezosamente.*} Agere ætatem desidiosè, Lucr. lib. 4.

Desido, dis, desedi (nam præteritum à sedeo mutuatur, teste Valla li. 5.) Idem quod ad sedendum descendo. {καθίζω, καθίζομαι, καθεδοῦμαι. Ital. *Descendere a sedere, sedere a abasso, sfondacarse.* Gal. *S'asseoir, s'affaisser, aller enfond, fondre.* Hisp. *Descender para assentarse, yr abaxo.*} ¶ Sæpe etiam accipitur pro debilco. Cic. 1. de Diuina. Eo tempore ipso, quum hoc cala mitosum prælium fieret, tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, complurib. ſque insolis, totáque in Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desedetint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint. Celsus lib. 8. cap. 5, Nares desidunt, difficulter spiritus trahitur. Statius 3. Syl. -te prælide noscat, Cur vada desidant, & ripa coërceat vndas.

Desidero, as, A' nomine sidus deducitur, vt placet Festo, idémque est quod cupere, & optare. {ἐπιθυμῶ, ἐπιθυμία. Ital. *Desiderare.* Gal. *Desirer, souhaiter.* Hisp. *Dessear.*} Cic. de Senect. Non caret is qui non desiderat. Ibidem, Neque nunc vires desidero adolescentis, non plus quàm tauri vires adolescens desiderabant. ¶ Desideramus alicuius vires, quando ille non auxiliatur nobis. Cic. in Cat. Non Curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes. Quasi dicat, Curia non sentit me senio debilitatum, quum fungar meo munere perinde ac si integra ætate essem. ¶ Desiderari in acie milites dicuntur, ὑστερῶν, qui in prælio ceciderunt: eo quòd in recensione, quæ à prælio fieri solet, non compareant. Curtius. In eo prælio trecenti capti, quinquaginta millia desiderata sunt. ¶ Desiderare in aliquo eloquentiam, candorem, integritatem, vel modestiam, est huiusmodi virtutem in aliquo requirere, quæ illi vel vtilis sit, vel necessaria. Cic. in Orat. Antonius multa & in se, & in aliis desiderans. Idem de clar. Orat. Vnum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summã eloquentiam non desideré.

Desideratus, particip. {ἐπιθυμητός. Ital. *Desiato.* Gal. *Desiré, souhaité.* Hisp. *Desseado.*} Cic. post red. ad Quir. Sed omnia desiderata magis, quàm assiduè perspecta delectant.

Desideratio, verbale. {ἐπιθύμησις. Ital. *Desiderio, brama.* Gal. *Desir, souhait, regret.* Hisp. *Desseo.*} Cic. de Senect. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo, sed ne desideratio quidem: nihil autem est molestum quod non desideres.

Desiderabilis, le, {ἐπιθυμητός. Ita. *Cosa degna che se desideri.* Gal. *Desirable, digne d'estre desiré.* Hisp. *Cosa para dessear, o digna de ser desseada.*} Cice. 1. de Finib. Nihil enim desiderabile concupiscunt. Liu. 4. bel. Pun. Verumenimuero. Hieronymus velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet alium.

Desiderium, Pro vehementi amore, atque affectione, vt apud Iuuenalem, Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet? {ἐπιθυμία, πόθος. Ital. *Desio, desiderio.* Gal. *Desir, souhait, regret.* Hisp. *Desseo.*} Et propriè de rebus gratis, optatis, aut amissis dicitur. Hinc dicimus post pugnam desiderari milites qui perierunt. Cic. in Lælio, Ego si Scipionis desiderio me moueri negem, quàm id rectè faciam, viderint sapientes. Idem 4. Tusc. Desiderium est libido eius qui nondum adsit, videndi. Idem ad Attic. Non dici potest quàm flagrem desiderio vrbis.

Desideratiua verba, sunt quæ à Prisciano Meditatiua vocantur. Ea terminantur in rio: vt, Esurio, Parturio, & desiderium magis, quàm meditationem denotant. ἐσθίειν μέλλω. Cic. 2. Philip. Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat quod iandiu parturit. Plin. lib. 36. cap. 11, Aetitæ omnes grauidis adalligati mulieribus vel quadrupedibus in pelliculis, scarificati vteri animalium continent partus, nonnisi parturiant, remouendi: alioqui vuluæ excidunt: sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt. ¶ Parturio itaque significat cupio patere: Esurio, cupio edere: Micturio, cupio meiere. Scaturio autem pro primitiuo capitur scateo: non enim desideratiuum est significatione, sed voce tantum. Amaturio autem, Lecturio, & similia quando illis docti vsi non sunt, non modò inter desideratiua, sed ne inter Latina quidem sunt annumeranda.

Designare, Denotare, quasi per signa demonstrare. {σημαίνω, σημαντικός. Ital. *Disegnare, dinotare.* Gal. *Faire notoire & declarer, designer, bailler le projet.* Hisp. *Señalar, notar, hazer nouedad en algo.*} Cice. 1. in Catil. Notat & designat oculis ad cædem vnumquenque nostrum. Cæsar lib. 1, Cæsar hac oratione Lisci Dumnorigem Diuitiaci fratrem designari sentiebat. ¶ Aliquando significat decerno, seu deligo. κρίνω, διαφαίνω, ἀποδείκνυμι: vt, Designare Senatorem, καταψηφίζομαι, Salust. Catilina nihilominus in proximum annum Consulatum petebat, sperans si designatus foret, facilè se ex voluntate Antonio vsurum. ¶ Interdum idem quod destinare. Colum. lib. 3, Ipsum autem agrum quem seminario designaueris, planum & succosum. ¶ Aliquando significat rem aliquam insignem patrare, & accipitur in vtranque partem, bonam & malam. Terentius in Adelph. Nam illa quæ facta sunt, Omitto, modò quid designauit? M. Quidnam id est? D. Fores effregit, atque in ædes irruit alienas.

Designatores, Dicebantur qui constituendæ funebri pompæ præerant, vnicuiq; incedendi locum, ordinémque præscribentes: simili ferè munere eorum qui Romæ magistri cæremoniarum vocantur. Græci βεγ-

Edemis, Aedilemit, & mutemi, vocant. Cic. ad Attic. lib. 4, Desertus à suis, vix iam decimum designatorem, vix Gellium retinet. Vlp. l. Athletas ff. De his qui not. infa. Designatores autem, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exercent. Bud. in Annot.

Designatio, {σημασία. Ital. *Diuisione, ordinanza.* Gal. *Deuis, ordonnance, projet, specification.* Hisp. *Señalamiento ò inuencion.*} Cice. 1. de Orat. Deinde esse omnem orationem aut de infinitæ rei quæstione sine designatione personarum & temporum, aut de re certis in personis & temporibus locata. Idem 1. de Nat. deor. Omnem totius operis designationem atq; apparatum. ¶ Designatio præterea est contractio, conductióque populi in vnum. hoc enim ei contingit qui aliquo flagitio, populi in se oculos & ora conuertit, & spectaculo est vulgò.

Desilio, is, secunda syllaba corr, desilui. desultum, Saltu descendo. {καταπηδάω, ἀφάλλομαι. Ital. *Discendere di salto.* Gal. *Sauter en se jettet en bas.* Hisp. *Saltar de arriba abaxo.*} Plin. de Viris illust. Dum à templo Dianæ desilit, talum intorsit. Desilire ab equo. Virg. 11. Aen. -portisq; ab equo regina sub ipsis Desiluit. ¶ Desilire de nauibus, Cæsar 4. bel. Gallic. Desilite de rheda, Cicero pro Milone.

Desultura, ræ, Ipse desiliendi actus. καταπήδησις.

Desultor, Dicitur cuius ars est binos trahere equos, & alternatim ex vno in alterum mira celeritate transultare. {ἀκροβατῶ. Ital. *Chi mena ad vn trato due caualli, & saliando vno nell' altro.* Gal. *Homme de guerre qui meine deux chevaux acouplez sans estre autrement embarrassez, & sailloit de l'vn s'il estoit las sur l'autre frais quand besoing en estoit.* Hisp. *El que salta de vno cauallo en otro.*} Liu. lib. 23, Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat. tanta velocitas ipsis, támque docile equorum genus est. Varr. li. 2. de Re rust. Peritus belli aliter equos eligit, alit, ac docet aliter quadrigarius, ac desultor.

Desultorij, Ipsi equi sine ephippiis, dicti quòd ex his facilè desiliant desultores, qui duo singulis equitibus prælio erant, raritatis ita militibus, vt altero de via fesso, desilire possent in recentem. ἀκάνθιοι. Sueton. in Cæs. Quadrigas, bigásque, & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Cassiod. verò in Epist. diuersum ab hoc genus fuisse docet in ludis Circensibus. Equi (inquit) desultorij sunt, per quos Circensium ministri missus denuntiant exitutos, vt luciferi quadam in altris similitudine præcursorias velocitates imitari videantur. ¶ Per translationem, Desultorius, instabilis, ac identidem ab alio in aliud commeans, dicitur. Cic. pro L. Mur. Respondebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Cõsularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Apul. l. de Asino, Iam hæc quidem ipsa vocis immutatio desultoriæ scientiæ stylo quem accessimus, respondet. Martian. de nuptiis Philologiæ, Leuitate pernix desultoria gestiebat.

Desultoria natura prouerbialiter dicitur. Ioannes Picus, Homo, inquit, variæ ac multiformis & desultoriæ naturæ, animal. Desultoriam hominis naturam dixit, quasi versipellem, & subinde ese in aliam, aliámq; formam mutantem, vt Proteum fictitasse fabulantur. A' Martiano Capella hoc sumptum, qui leuitatem desultoriam dixit lib. 1. Budæus.

Desino, is, pen. corr. ex de, & sino, significat omitto, finio, cesso. {παύομαι, καταλήγω. Ital. *Cessare, dimettere, lasciare.* Gal. *Cesser, s'arrester.* Hisp. *Dexar, ò cessar de alguna cosa.*} Terent. in Phorm. -imo haud desinam, Donec perfecero hoc. Idem in prologo Andr. -dehinc, vt quiescant, Porrò moneo, & desinant maledicere. Cic. Marso, Libenter me hercle autem desinerem, tecúmque, & cum similibus nostri viuerem. Est autem Desinere autem, renuntiare arti, atque relinquere, καταλήγειν τὴν τέχνην, ἢ παύεσθαι. Gell. lib. 15. Omnium tum Athenienſium consensu disciplina tibiis canendi desita est. Apuleius lib. 4, Desine scelus. ¶ Aliquando pro terminare accipitur. Plin. in Paneg. Incipimus inde, desinimus ibi, à quo incipi, in quo desini sub alio principe non posset. Idem in Epistol. Desiuit tibi tricliniũm.

Desinitur, impersonale, & Desitum est. Ouid. 1. de Arte, Tunc bene desinitur. Cic. lib. 2. de Finib. Rectè iampridem desitum est contra eos disputari.

Desitus, pen. corr. participium. {κατάλειπτος. Ital. *Lasciato, annullato, che non è piu in vso.* Gal. *Delaissé, aboli, qui n'est plus en bruit n'en vsage.* Hisp. *Cosa dexada, y desacostumbrada.*} Cic. ad Petum lib. 9, Post hunc tredecim fuerunt sella curuli ante L. Papyriũ Crassum, qui primũ Papirius est vocati desitus.

Desipio, is, pen. corr. desipui, desipitum, & desipij, ex de, & sapio, Significat insipienter ago, sine de sapientia decido, deliro, vel aliquid à communi sensu sapientiáque minus habeo: & construitur cum ablatiuo. {παραφρονῶ, ἀφραίνω. Ital. *Essere pazzo, fuor di mente.* Gal. *Defaillir de sens, radoter, perdre son bon entendement, estre hors du sens.* Hisp. *Enloquecer.*} Cic. M. Cælio, In quo quum obiurgaret, quod nimio gaudio penè desiperem. Plaut. Epid. genitiuo iunxit, Desipiebam mẽtis, quum illa scripta mitterem. August. lib. 1. de Ciuitate Dei, docet minus esse Desipere quàm Insanire. Porrò, inquit, si quis hoc aggrediendum & suadendum putat, non dico desipit, sed insanit. Lactant. lib. 2. Denique Poëta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc solo non poëticè, sed aniliter desipuit, id est more anili insipienter egit. ¶ Huius contrarium est Resipisco; nam Resipio in vsu raro est, resipisco frequenter. Desipio in vsu est, desipisco non.

Desisto, is, Cesso. {ἀφίστημι, λήγω. Ital. *Cessare, lasciare.* Gal. *Desister, n'aller plus auant, s'arrester, cesser.* Hispa. *Dexarse de alguna cosa.*} Virgil. 1. Aeneid. -mẽne incœpto desistere victam? Plaut. in Rud. Desiste dictis nunciam Miseram me consolari, nisi, &c. Cic. 7. Verr. Rogat vt id facere desistãt. Idem pro Quint. Auctionem velle facere desistit. Plaut. in Menæch. Quid tu es tristis? quid ille abs te iratus Destitit? nescio quid vos velitari estis inter vos duos, id est recessit. ¶ Desistere etiam stare, subsistere, vel in loco aliquo morari significat. Plaut. in Mostel. Quid illic desististi obsecro, tandiu? ¶ Desistere apud Iurisconsultos est à re aliqua calumniosè instituta abstinere. Desistere, inquit Vlpianus, est à negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. Inde Desistisse is videtur non qui distulit, sed qui liti renuntiauit in totum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DESITIARES, δυσῶνες, Libumiæ populi in conuentu Naronensis: quos commemorat Plin.lib.3.cap.22.

Desmoterion, {δεσμωτήριον. Ital. *Prigione.* Gal. *Prison.* Hisp. *Carcel, lugar de prisson.*} Græci vocant carcerem in quo vincti asseruantur: à verbo Græco δεσμέω, quod est ligo & vincio.

Desolo, as, pen. longa. Solum & desertum facio, à solus, a, um. {ἐρημόω. Ital. *Desertare, distruggere.* Gal. *Laisser tout seul, piller ou sorte qu'on ne laisse rien que la place.* Hisp. *Primar del plazer, desfrnyr, desolar.*} Virg. 11. Aen. -fat funera fusi Vistimus, ingentes & desolauimus agros. Ibidem, Dilectiq; duces, desolatique manipli. Colum. lib. 1. cap. 3, Quos hostis profugiendo desolasset agros, &c.

Desperо, as, pen. prod. Sperare desino, omni spe destitutus sum. {ἀπελπίζω, ἀπογινώσκω, ἀπαλπίζω. Ital. *Disperare, sconfidarsi.* Gal. *Desesperer, n'auoir plus d'espoir.* Hisp. *Desesperar.*} Hic enim usus præpositio negandi vim habet. Cice. 1. Offic. Considerandum est, ne aut temerè desperet propter iguauiam: aut nimis cõfidat propter cupiditatem. Idem in Pisonem, Quid, quòd tu toties diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque iacuisti? Idem in Læl. Cuius autem clausæ sunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Dicimus autem, Desperare saluti, vel salutem, vel de salute. Desperare fugam, Cæs. 5. bel. Gall.

Desperatus in morbo dicitur, de quo nulla salutis spes habetur. ¶ Item Desperatus, qui nullam habet spem. Vnde vetus prouerbium, Nõ esse cum desperatis certandum. Cicero in Catil. Exercitus comparatus ex senibus desperatis.

Desperans, antis, particip. {ἀπελπίζων, ἀπογινώσκων. Ital. *Che manca al tutto di speranza.* Gal. *Desperant, qui n'a point d'esperance.* Hisp. *Desperado ò desesperado.*} Cic. 1. de Finib. Omnia semper desperantes. Desperantia vlcera, Plin. lib. 22. cap. 24.

Desperanter, Aduerbium. {ἀπελπίστως. Ital. *In disperatione.* Gal. *Desesperément, en desesperant.* Hisp. *Desesperadamente.*} Cic. ad Att. lib. 14. Desperanter tecum locutus est.

Desperatio, vt inquit Cic. lib. 4. Tuscul. est ægritudo sine vlla rerum expectatione melioru. {ἀπογνωσία. Ital. *Disperatione.* Gal. *Desespoir.* Hisp. *Desesperacion.*} Salust. Ne forte desperatione adducti, vitæ mortem præferant. Brutus Ciceroni, Ista verò imbecillitas & desperatio, cuius culpa non magis in re residet quàm in omnibus aliis, & Cæsarem in cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum illius persuasit.

Despicio, is, pen. corr. Deorsum aspicio. {καθορῶ. Ital. *Guardare à l'ingiu.* Gal. *Regarder en bas, voir d'en haut.* Hispa. *Mirar de arriba abaxo.*} Colum. lib. 1, Area si competit, ita constituenda est vt vel à domino, vel certe à procuratore despici possit. ¶ Per translationem ponitur pro contemno, siue parui facio. {καταφρονῶ, ὑπερόπτω, περιφρονῶ. Ital. *Disprezzare.* Gal. *Despriser, mespriser, contemner.* Hisp. *Menospreciar.*} Nam quum quis alium contemnit, despicere videtur, quasi infra se aspicere. Cic. lib. 2. Offic. Despiciunt autem eas, & contemnunt, in quibus nihil virtutis aut netuorum putant.

Despectus, a, um, participium est à verbo despicior, ferè idem significans quod contemptus. {καταφρονητός. Ital. *Sprezzato.* Gal. *Desprise, mespriser, regardé par mesprin.* Hisp. *Menospreciado.*} Cic. in Pisonem, Abiectus, contemptus, despectus ab omnibus.

Despectus, tus, nomen verbale à verbo despicio, significat prospectum ex superiori loco in inferiorem. {καθόρημα. Ital. *Il prospetto d'vn luogo inferiore.* Gal. *Veüe de haut en bas.* Hisp. *El mirar abaxo.*} Cæsar lib. 7. bel. Gal. Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Idem lib. 3, Omnes colles, & loca superiora vnde erat despectus in mare, ab exercitu tenebantur. ¶ Accipitur præterea despectus pro contemptu. {καταφρόνησις, περιφρόνησις. Ital. *Dispregio.* Gal. *Desprisement, mesprin.* Hisp. *Menosprecio.*} Autor ad Herenn. Filij parui priuati patris auxilio, ludibrio & despectui paternis inimicis erunt oppositi.

Despectio, Idem quod contemptus. {καταφρόνησις. Ital. *Disprezzo.* Gal. *Desprisement, regard par mesprin, contemnement.* Hispa. *El menosprecio.*} Cic. in Hortens. Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio.

Despecto, as, Sæpe deorsum aspicio. {καθοράω τε, καθορῶ. Ital. *Guardare d'alto à basso.* Gal. *Regarder souuent du haut en bas.* Hisp. *Mirar de arriba abaxo.*} Claud. lib. 3. de Rapt. Proserpinæ, -despectant vertice lucum. Virg. 1. Aeneid. -nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas iam despectare videntur.

Despicientia, {καταφρόνησις. Ital. *Disprezzo.* Gal. *Mespris, contemnement.* Hisp. *Menosprecio.*} Despectus, siue despectio: & in se plus continet quam contemptio: vt apud Cic. lib. 1. Tuscul. Totámq; vim bene vincendi in animi robore, ac magnitudine, vt in omnium rerum humanarum contemptione, ac despicientia ponamus. Vtroque autem horum maiorem vim habet illusio. Cicero in Catone, Contemni se putant, despici, illudi.

Despicor, pen. corr. atis, atus, Despicio, contemno. {καταφρονῶ. Ital. *Sprezzare.* Gal. *Despriser fort, mespriser, contemner.* Hisp. *Menospreciar.*} Veteres despico in actiua voce vsi sunt: à cuius passiuo Despicatus participium remansit. Terent. in Eunucho, Quæ nos, nostràmque adulescentiam habent despicatam. Donatus: Despicatam, contemptam, atque despectam: à despicor, despicatus, nomen ex participio pro contemnendo. Cic. pro Sest. Cessi Tribuni pleb. despicatissimi hominis furori.

Despicatus, tus, tui, Contemptus. {καταφρόνησις. Ital. *Disprezzo.* Gal. *Mespris.* Hisp. *Menosprecio.*} Despicatui duci, est contemni. Cic. pro Flac. Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quàm si quis despicatui ducitur, vt Mysorum vltimus esse dicatur?

Despicatio verbale, Idem καταφρόνησις. Cic. 1. de Fin. Vt odia, inuidiæ, despicationes aduersantur voluptatibus.

Despolio, as, are, Est exuere. {ἀπογυμνόω, λῃστεύω. Ital. *Spogliare.* Gal. *Despouiller, piller.* Hisp. *Despojar.*} Plaut. in Casi. Vir te vestiat, tu vicum despolies. Cic. ad Attic. lib. 7, Quum ferret literas ad bustum Basilij, vulneratus & despoliatus est. Idem 5. Verr. Qui in sua patria duxisti quondam & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit.

Despondeo, ex, de, & spondeo. Spondeo autem veteres pro dico vsurpabant. Vnde Respondeo factum est, quod est posteriore loco dico. Postea verò spondere, vsurpari cœptum est pro promittere. {ὑπισχνοῦμαι, ὁμολογῶ, καθομολογῶ. Ital. *Promettere, sposare.* Gal. *Promettre & accorder de bailler, se desaisir.* Hisp. *Prometer ò desposar.*} Vnde qui puellam spondet, sponsor: quæ spondetur puella, sponsa: cui spondetur, sponsus: stipulatio qua rogatur pecunia dotis à sponso, sponsio, hoc est promissio apt

Universidad de Deusto Biblioteca

scriptores vtuntur pro diuina præordinatione, qua Deus cùm futura omnia præuidit, tum de salute nostra aut damnatione stabile inuiolabilèque præiudicium fecit. ¶ Destinare etiam aliquando positum inuenitur pro notare. Q. Curtius lib. 9. Dioxippus coniectum oculorũ quibus vti fas, destinabatur, ferre nõ potuit. Vbi destinare oculis fatẽ, accepit pro certis quibusdam indiciis oculorum furem denotare.

Destinatio, onis. Pro deliberatione. {Ἀπόφασις, βουλή, γνώμη. Ital. *Proposito, deliberatione.* Gal. *Propos, deliberé, le lieu de la deliberation.* Hisp. *La deliberacion.*} Plin. lib. 25. Pestilentia vrbis, fames sitisque Italiæ, destinatio expirandi, & quartidui inedia maior pars mortis in corpus recepta.

Destinatus. Pro certo & definito. {Ἀποφασιστός. Ital. *Destinato.* Gal. *Destiné, deputé, proposé & arresté.* Hisp. *Determinado, determinadamente.*} Quintil. lib. 3. cap. 8. Iudicialem, in qua fere eadem, sed certis destinatisque personis quærantur.

Destituo, is, ex de, & statuo. Significat derelinquo, in periculo desero. {Ἐγκαταλείπω, παραλείπω. Ital. *Abbandonare, lasciar in pericolo.* Gal. *Delaisser, abandonner.* Hisp. *Desolar ò desemparar en peligro.*} Virg. 1. Aegl. Et freta destituent nudos in litore pisces. Cicc. 4 Philip. Quid eundem in decemuiratu non destituisti? Idem pro Sext. Roscio, Roscius socios induxit, decepit, destituit. ¶ Interdum est priuare, & fit constructur cum ablatiuo. Columel. lib. 9. Rursus nimiam siccitatem destituere plantas naturali alimento. ¶ Interdum dissoluere. Naeuius, Nauem iubet destitui anchoris. ¶ Interdum statuere. Cæcilius, Destituit omnes seruos ad mensam ante se. Plautus in Rud. Ita duo destituit signa hic cum clauis senex.

Destitutus, particip. {Ἐγκαταλελειμμένος, ἀπολελειμμένος. Ital. *Lasciato, abandonato.* Gal. *Laissé, abandonné.* Hisp. *Desemparado.*} Cicc. 1. Offic. Magisq; ille cui promissum sit, ab Officio discedat, si se destitutum queratur.

Destitutio, verbale. {Ἐγκατάλειψις. Ital. *Abbandonamento.* Gal. *Delaissement.* Hisp. *Desamparo.*} Cicc. pro Cluent. Hos qui leuiores erant, destitutione iratos Oppianico redderet.

Destringo, gis, Decerpo, colligo, auello. {Ἀποτίλλω. Ital. *Strisare, strepare.* Gal. *Raller sans cheoir, ou oster en estreignant ou frottant, abatre.* Hisp. *Sacar, desstregar, arrancar.*} Vnde Destringere oleam dicimus, pro eo quod est oliuas manibus colligere: & Oleas strictiuas, siue Destrictiuas, quæ opponuntur caducis. Columel. lib. 12. Tum & olea destringenda est, ex qua velis viride oleũ efficere. ¶ Est item Destringere, sudores, aliásve sordes cuti adhærentes abradere: quem in vsum olim in balneis strigiles habebant. Ἀποξύω. Marti, lib. 14. Pergamus has misit, curuo destringere ferro: Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. Plin. lib. 3. Epistol. Dum destringitur, tegitúrque, audiebat aliquid. ¶ Per metaphoram apud Cicc. pro Rabir. Nec amicum prudentem corruere patitur, nec illius animi aciem destringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Id est non aufert aut obtundit. nam tametsi magni sit nominis, non tamen erubescit succurrere inopi amico.

Destrigmentum, ti. Idem quod strigmentum siue ramentum. {Ἀποξύσματα. Ital. *Quello che si rade di qualche cosa.* Gal. *Ce qu'on racle de quelque chose.* Hisp. *La rasgadura.*} Plin. lib. 20. ca. 24. de cucurbita syluestri, quæ cloise. Et ignes sacros, destrigmentis vel his impositis vel seminibus.

Destruo, is, xi, ctum, Significat quod structum erat corrumpere. {Καταλύω, καθαιρέω, κατασκάπτω, λυμαίνομαι. Ital. *Distruggere.* Gal. *Destruire, abatre, demolir.* Hisp. *Destruyr.*} Huius antitheton est Construere. Cicc. de Senect. Vt nauem, vt ædificium idem destruere facillimè qui construxit, &c. Quint. lib. 5. ca. 7. Interim & singulos vt exornare, ita destruere contingit. Id est ostendere iis moribus eos esse, vt in testimonio reddendo non sint recipiendi.

Destructile, pen. corr. Quod destrui potest. {Καταλυτὸν, φθαρτόν. Ital. *Distruggeuole.* Gal. *Qui peut estre destruit.* Hisp. *Lo que puede ser destruyda.*} Lactant. lib. de Ira Dei, Destructilia sunt omnia quæ manu fiunt.

Desubito, aduerbium. Idem quod subitò, & celeriter. {Ἐξαίφνης. Ital. *Di subito.* Gal. *Soudainement.* Hisp. *Subitamente.*} Plaut. in Mostel. Quamuis desubito facilè est facere nequiter.

Desubulo, as, à subula. Significat perfodere, vt interpretatur Nonius, illud Varronis ex Sexqui Vlysse, Alteram Caraeadem desubulcitans

quæ trita sunt, minoris pretij sunt. ¶βλάξη, βλάπτης. Ital. *Danno.* Gal. *Dommage, perte, detriment.* Hisp. *Daño ò menoua.* ¶ Cicero de clar. Orator. Nostro incommodo detrimentóque, si ita est necesse, debeamus. Hora. lib. 2. Epist. Detrimenta, fugas seruorum, incendia ridet. Cice. pro Mil. Vt Cn. Pompeius videret nequid Resp. detrimenti caperet.

Detrimentosus, a, um, Quod adfert detrimentum, apud Cæs. 7. bell. Gal. ¶ζημιώδης, βλαβερός. Ital. *Dannoso.* Gal. *Fort dommageable, qui porte dommage.* Hisp. *Dañoso, menguadero.* ¶ Sic Interrimentum ab eo quòd duo inter se sint diminuta. Differúntque ab inuicem, quòd Detrimentum (vt Pædianus docet) vel vnius partis dici potest. Interrimentũ verò ad vtriusque partis spectat, dantis, accipientisque incommodum. Huius vocis frequens est vsus apud Iurisconsultos. Vsus est etiam ea Cice. in Verr. Cum eo sine vllo interrimento conuenerat. Vide suo loco.

Deterreo, es, deterrui, Valde terreo, & quasi terrore quodam prohibeo, remoueóve. ¶καλλακλήθω, ἀποτρέπω, δειλοποιέω. Ital. *Spauentare, sbigottire.* Gal. *Deterrer, destourner en espouuentant, diuertir.* Hisp. *Espantar.* ¶ Cice. lib. 1. Tusc. Itaque non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem vitæ nũquam longè potest abesse. Idem de Opt. gen. di. Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis.

Deterritus, participium. ¶δεδοικώς, ἐκφοβούμενος. Ital. *Spauentato, sbigottito.* Gal. *Espouuanté, destourné par espouuantement.* Hisp. *Espantado.* ¶ Deterritus pudore, Cice. ad Attic. lib. 10. Deterritus ab officio. Cælius Cic. Nemo enim necessitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet.

Detestor, detestaris, Abominor, improbo execror. ¶μυσάττομαι, ἀποπτύω. Ital. *Abominare, maledire.* Gal. *Detester, auoir en abomination & detestation, fuir & reietter ou laisser.* Hisp. *Maldezir y abominar.* ¶ Cicero, in Vatinium. Omnes te vitant & quum viderint, tanquam malum auspicium detestantur. Idem in Pisonem. Omnes memoriam Consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à Repub. detestantur. ¶ Inuenitur & in passiua significatione. Horat. lib. 1. Carm. Belláque matribus detestata. Lactan. lib. 6. Hinc est illa Plauti detestanda sententia, Malè meretur, qui mendico dat quod edat. Nam & illud quod dat, perit, & illi producit vitam ad miseriam. ¶ Accipitur & pro simplici testor. Plaut. Menæch. Summum Iouem, deósque detestor, me neque isti malefeciſſe mulieri, &c.

Detestatio, verbale. ¶μισαπρόσκοπος ἀποστροφή. Ital. *Lo aborrire, lo hauere à schino.* Gal. *Detestation, reiettement, abomination.* Hisp. *Cosa abominada y llena à maldicion.* ¶ Plinius lib. 15. cap. 30. Laurus quidem manifestò abdicat ignes crepitu & quod detestatione, interaneorum etiam vitia & neuorum ligno torquente. ¶ Detestatio apud Iurisconsultos, est (vt Vlpianus, de verborum significatione, ff. affirmat.) Denunciatio facta cum testatione.

Detestabilis, pe. cor. ¶βδελυκτός, βδελυκτέος, ἀποφορητός, ἀποστρεπτός. Ital. *Cosa detestabile, abominevole.* Gal. *Detestable, & abominable.* Hisp. *Cosa abominada y malaita.* ¶ Idem quod abominabilis. Cice. 2. Phili. Non te execrandũ populo Rom. nõ detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos & futuros sciat. Inuidiosum & detestabilẽ, Cic. 1. Phil. Idem 1. Officio. Nulla tam detestabilis pest. 3 est, quæ non homini ab homine nascatur.

Detexo, is, Idem quod texo, perficio. ¶ὑφαίνω. Ital. *Tessere.* Gal. *Achener de tistre.* Hisp. *Texer, acabar de texer.* ¶ Virg. 2. Aeglo.

Quin tu ali quid saltem potius, quorum indiget vsus,
Viminibus mollique paras detexere iunco?

Detineo, es, pen. cor. Teneo, siue remoror. ¶κατακαθέχομαι, κατέχω, παρατηρῶ. Ital. *Intratenere, ritardare, retenere.* Gal. *Detenir, retenir, retarder.* Hisp. *Detener.* ¶ Cic. Atti. lib. 4. Consilium tuum etsi nõ in longinquum tempus differs, tamen suspensum me detines. Terent. in Eunuch. Detineo te forsasse, tu profecturus alió fueras. Plin. Epist. 124. Mox quum è Sicilia rediens, in Icari insula ventis detineretur. ¶ Per translationem verò, Terent. in Phor. Pol me detinuit morbus. Salust. Me ambitio mala detinuerat. ¶ Retinere autem est quod habemus, seruare & custodire. Salust. Nam imperium facilè his artibus retinetur quibus initio partum est. Terent. in Adel. Pudore ac liberalitate liberos retineri latius esse credo quàm metu.

Detondeo, es, detondi, quod tamen antiqui sicut suum simplex geminabãt, Penitus tondeo. ¶ξυρέω, κουρεύω. Ital. *Tosare.* Gal. *Tondre.* Hisp. *Mucho trasquilar.* ¶ Colu. lib. 8. Et est modus optimus consyderare tempestates, quibus ouis, neque frigus, si lanam detraxeris, neque æstum, si nondum detonderis, sentiat: verùm quum quæque detonsa fuerit, vngi debet tali medicamine.

Detono, as, pen. cor. Tonare desino. ¶κατεξουσιάω. Ital. *Cessare di tonare.* Gal. *Tonner de haut, faire grand bruit, sonner haut & clair.* Hisp. *Dexarse de tronar.* ¶ Hiero. Et dum persecutionis detonaret procella, in villam temotioré secessit. Quint. lib. 12. ca. 9. Nam quum illa dicendi vitiosa iactatio inter plausores suos detonuit, resurgit vera & virtutis fortior fama.

Detorno, as, Ex materia quapiam torno aliquid efficio. ¶κατατορεύω. Ital. *Lauorare al torno.* Gal. *Faire au tournoir, tourner, en touret, tourner.* Hisp. *Torniar con el torno.* ¶ Plin. lib. 13. Lignum grande intus, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant anulos.

Detorqueo, es, si, tum, Deflecto, curuo. ¶καλαστρέφω, παραστρέφω. Ital. *Torcere, piegare.* Gal. *Destordre, destourner.* Hisp. *Torcer, plegar.* ¶ Colum. lib. 4, Sed quod in falcto conserendo vitauerimus, id sequamur in eiusmodi malleolo, quem est necesse longiorem facere, si volumus detortũ pangere. ¶ Per translationem ponitur pro abstraho, auello, aliorsum torqueo. Cice. 1. Offic. Nam & voluptates blandissimæ dominæ maiores partes animi à virtute detorquent. ¶ Frequenter etiam accipitur pro deprauo, siue in alium sensum quàm dictum aut factum sit, aliquid interpretor. Colu. lib. 3. cap. 10. Atque hæc forsitan pluribus dicta sunt quam exigebat ratio veritatis: minus tamen multis quàm postulabat praué detorta & inueterata opinio rusticorum.

Detraho, is, xi, ctum, Trahendo aufero. ¶κλαυσιάω. Ital. *Tor via.* Gal. *Oster.* Hisp. *Quitar por fuerça.* ¶ Terent. in Heaut. Occurrunt serui, soccos detrahunt. Plaut. in Asin. Nudo detrahere me vestimenta iubes. ¶ Interdum adimere siue derogare. ἀφαιρέω. Cic. 3. Offic. Nunquam committit vt alienũ appetat: & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. ¶ Per translationẽ etiam dicimus, Detrahere famæ, gloriæ, honori, aut opinioni alicuius, pro eo quod est famam alicuius, honorem, aut existimationẽ lędere. ¶διαβάλλω. Ital. *Dir male di alcuno, detrarre.* Gal. *Mesdire de quelqu'vn, le blasmer.* Hisp. *Detraher de Zendo mal de alguno.* ¶ & tunc cũ dativo construitur. Ouid. de Trist. detrahat autori multum fortuna licebit. ¶ Construitur etiam cum ablativo & præpositione De. Cicer. 1. Offic. Detrahere de absentibus. De fama alicuius detrahere, Cice. Appio, lib. 3. Detrahere de autoritate Senatus: cui opponitur, ornare Senatum multis laudibus, Idem pro Cluent.

Detractor, oris, Qui absentis famæ detrahit, qui clanculum cuipiam obloquitur. ¶κακολάκων. Ital. *Detrattore, che dice mal d'altri.* Gal. *Detracteur, mesdisant.* Hisp. *Detractor, maldezidor de alguno.* ¶ Sipontinus.

Detractio, onis. Idem quod ablatio. ¶ἀφαιρέσεις. Ital. *Esso tirare & detrahere.* Gal. *Detraction, ostement, tirement.* Hisp. *Quitamento, detraction.* ¶ Cic. 3. Offi. Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid eiusmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni. ¶ Interdum idem est quod oblocutio & læsio famæ absentis. καλολαλία. Exempla nusquam non occurrunt.

Detrecto, as, frequentatiuum, Defugio, deuito, recuso, nego. ¶ἀναδύομαι, ἀποδειλιάω. Ital. *Refiutare, recusare, schiffare.* Gal. *Refuser à faire, recuser.* Hisp. *Menospreciar ò recusar.* ¶ Virgil. lib. 3. Georg. Nec mihi displiceat maculis insignis & albo, Aut iuga detrectans, interdúmque aspera cornu. Iustin. Nec ipse detrectauit certamen.

Detrectatio, verbale. ¶ἀναδασμός, ἀναδυσμός. Ital. *Rifiutamento di fare vna cosa.* Gal. *Reculement ou refus de faire quelque chose.* Hisp. *Refusamiento ò recusamiento de hazer algo.* ¶ Liu. 6. ab Vrbe. Iuniores Romani ad edictum sine detrectatione conuenêre. Detrectatio militiæ, Liu. 3. ab Vrbe.

Detrectator, verbale. ¶ἀναδατὴς ἀναδυόμενος. Ital. *Chi fuge & rifiuta vna impresa.* Gal. *Qui fuit ou recule ou refuse à faire quelque chose.* Hisp. *El que refusa à hazer algo.* ¶ Qui renuit. Liu. 4. bell. Macedo. Caro ipse haud sanè detrectator laudum suarum, multos cæsos ait, numerum non scribit.

Detrimentum, vide DETERO.

Detrudo, is, pen. prod. Deorsum trudo, siue trudendo deiicio. ¶κατωθέω. Ital. *Cacciare in giu.* Gal. *Pousser dehors, debouter.* Hisp. *Empuxar de lugar.* ¶ Liu. lib. 2, Iam impetu conabantur detrudere virum. ¶ Per translationem accipitur pro compello. Cic. lib. 1. Offic. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quæ nostri ingenij non erunt.

Detrullare, Est de trulla in trullam transfundere: quo verbo vsus est Apicius: quod ipsum & diffundere secundum Plinium vocatur: sic in oleo decapulare. ἀλλᾶσθαι.

Detrunco, as, Truncando deiicio, amputo, seco, quasi à trunco abscindo. ¶ἀποκόπτω, κολοβόω. Ital. *Troncare.* Gal. *Couper & oster de dessus le tronc, destronquer.* Hisp. *Descabeçar.* ¶ Liu. 1. bel. Maced. Posteaquam gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis, aut tota ceruice.

Detruncatio ramorum. Plin. lib. 24. cap. 9. ἀποκοπὴ τῶν κλάδων.

Detumeo, es, Est tumorem amitto, vel tumere desino. ¶ἀναπαύομαι. Ital. *Sgonfiare.* Gal. *Desenfler.* Hisp. *Deshincharse.* ¶ Vnde Papinius lib. 5. Theb. quum vellet significare, mare pacatius factum esse, & vndarum tumorem deposuisse, dixit mare detumuisse. Detumuere (inquit) animi maris, & clementior Auster Vela vocat.

Deturbo, as, Cum violentia deiicio: maiorémque vim habet quàm detrudo. ¶καταβάλλω, καθαιρέω, παραιτῶμαι. Ital. *Gettare à basso con violentia.* Gal. *Ruer ius, abatre, faire cheoir.* Hisp. *Derribar algo de arriba abaxo.* ¶ Virg. 5. Aeneid. –puppi deturbat ab alta. Colum. verò lib. 5 ad pampinationẽ transtulit, Vinitor, inquit, qui antè ferro, nec manu deputet, vmbráſq; compescat, ac supernacuos pampinos deturbet. Cic. ad Cn. Pomp. ad animum transtulit, Sed hoc scito, tuos veteres hostes, nouos amicos vehementer literis tuis percussos, atque ex spe deturbatos iacere. ¶ Deturbare de mente dixit Cic. in Pison. pro eo quod est mente spoliare. Sua, inquit, quenque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia, de sanitate & mente deturbat.

Deturgeo, es, deturſi, Turgere desino, tumorem pono, decresco. ¶κατεξουσιάω. Ital. *Sgonfiare.* Gal. *Desenfler.* Hisp. *Deshincharse.* ¶ Plin. lib. 9, Deturgente Nilo, mures inueniuntur.

Deturpo, Turpem ac deformem reddo. ¶μολύνω, αἰσχύνω. Ital. *Difformare, imbrattare.* Gal. *Enlaider, villener, faire laid, gaster la beauté.* Hisp. *Afear.* ¶ Sueto. in Calig. Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Cic. simplici vsus est, Iouis aram sanguine turpari.

DEVA, Δεύα, Britanniæ oppidum est in tractu Orientali, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

DEVANA, Δεύανα, Oppidum Taxalorum in Orientali tractu Britanniæ, qui hodie Scotia dicitur. Autor Prole. lib. 2. cap. 3.

Deuasto, as, are, Deprædo, spolio, depopulor, profligo. ¶καθαιρέω, ἀφαιρέω. Ital. *Dar guasto.* Gal. *Despeupler, degaster, mettre en degast.* Hisp. *Destruyr, asolar, yermar.* ¶ Liu. 2. bel. Pun. Vbi satis quieti datum, præda ac populationibus magis, quàm otio aut requie gaudentibus, profectus per Prætutianũ Adrianumque agrum, Marsos inde, Matrucinósque & Pelignos deuastat. Ibidem, Ita sumus aliquoties hac æstate deuastati, &c. Agmina ferro deuastata, Ouid. 13. Metam.

DEVCALION, Δευκαλίων, Nomen proprium filij Promethei, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam connugio iunxit. Porrò quum hic apud Thessalos regnaret, ingens diluuium contigit: quapropter arrepta naui solus Deucalion cum Pyrrha seruatus, in Parnassum montem delatus est. Cessantibus verò aquis Themistos oraculum adiit, consulturus de humani generis restitutione: quæ respondit, vt ossa Magnæ matris post tergum iacerẽt. Coniectis igitur post tergum lapidibus, quos Deucalion iecerat, in mates: quos Pyrrha, in fœminas vertebantur. Iuu. Satv. 1, Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor, Nauigio montem ascendit, sortésque poposcit. Paulatimque anima caluerunt mollia saxa. Vide fabulam apud Ouid. lib. 1. Metam.

Deucaliones, a, um: vt Deucalionei imbres, qui pro maximis & copiosissimis imbribus ponuntur à Poëtis, siue pro vniuerso totius orbis cataclysmo, quem illius volunt Poëtæ contigisse temporibus. Luca. lib. 1, Deucalioneos fudisset Aquarius imbres. Vndæ Deucalioneæ, Ouid. 7. Metamorph.

Deucho, Deorsum veho, defero. ¶κατοχέω. Ital. *Portare al basso, menare.* Gal.

Gal. *Chasser & porter à vn en autre.* Hisp. *Llenar abaxo.*} Pli. in Epist. Medios illic agros secat, quibus patiēs, omnēsq; fruges deuehit in vrbē, hyeme duntaxat, & vere. Autor ad Heren. lib. 1, Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus corio, deuehatur in profluentem. Tacit. lib. 4, Ac simul vtrunque exercitum Rheno deuectum Frisiis intulit. Cic. 1. Phil. Ego celeriter Veliam deuectus Brutum vidi: quāto meo dolore, non dico.

Deuello, is, Idem quod vello. {*Arrancar, Arrancadas.* Ital. *Svellere.* Gal. *Cueillir, arracher.* Hisp. *Arrancar algo de lugar.*} Plin. lib. 21. cap. 11, E' cæteris hyacinthus maximè durat, & viola alba, & œnanthe: sed hæc ita, si deuulsa crebrò prohibeantur in semen abire.

Deuelo, as, Velum aufero, & detego, reuelo. {*Descubrir, descubrirse.* Ital. *Scoprire, leuar il velo.* Gal. *Descouurir, desuoiller.* Hisp. *Reuelar y descubrir lo secreto.*} Ouid. 6. Metam. Oráque deuelat miseræ pudibunda sororis.

DEVELTON Plinio *Δόλιστος* Ptolemæo, Oppidum Thraciæ mediterraneum, lacum habens eiusdem nominis. Vtriusque meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Vulgò *Deuelto.*

Deueneror, aris, Idem quod veneror. {*Honrar, reuerir.* Ital. *Honorare, riuerire.* Gal. *Auoir en grand' reuerence, honorer, reuerer, adorer.* Hisp. *Honrar y acatar.*} Ouid. Epist. 2. Sæpe deos supplex, vt tu scelerate valeres, Sum prece thuricremis deuenerata focis. Tibul. lib. 1, Ipse procurauī ne possent sæua nocere Somnia, ter sancta deueneranda mola.

Deuenio, is, pen. cor. De loco editiore descēdo. {*Venir.* Ital. *Venire, scendere di luogo alto.* Gal. *Descendre & venir, paruenir.* Hisp. *Venir de arriba abaxo.*} Virg. lib. 4. Aen. Speluncam Dido, dux & Troianus eandem Deueniunt. ¶ Aliquādo ponitur pro suo simplici, venio. Plaut. in Mil. Quibus eum comitata rectè deueniat domum. Cic. ad Attic. Nolebam nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. ¶ Per translationem verò, quum de diuitiis in paupertatem, de gloria ad ignominiam, de iustitia ad iniquitatem, de prosperis in aduersa cadimus. *Συμπίπτω.* Autor ad Heren. lib. 4, Videtur esse arrogātia illa relinquere, & ad sua deuenire. Plaut. in Asin. Quid si forte in insidias deuenero?

Deuenusto, as, Deturpo, {*Λυμαίνομαι* Ital. *Imbrattare.* Gal. *Oster la beauté, soüiller, gaster, villener.* Hisp. *Affear la hermosura.*} Gel. lib. 12, Tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet.

Deuerbero, as, Valde verbero. {*Βατεύω.* Ital. *Battere, percuotere grandemente.* Gal. *Batre à force, bien batre.* Hisp. *Mucho açotar.*} Terent. in Phorm. Quot me censes homines iam deuerberasse vsque ad necem, Hospites, tum etiam ciues?

Deuerbium, Vide DIVERBIVM.

DEVERRA, Dea ab antiquis putāta est, quam venerabantur, vt scopis domum verrere possent.

Deuerro, is, Verro, euerro, verrendo purgo. {*Καπετεύω* Ital. *Spazzare.* Gal. *Balier & nettoyer au net.* Hisp. *Barrer.*} Col. li. 8, Stabula verò frequēter deuerrenda & purganda, humórque omnis vrinæ deuerrendus est.

Deuersus, Veteres dicebant quasi deorsum versus. Festus.

Deuerto, pro diuerto frequentissimè apud Plautum legitur more veterū. {*Διατρίπω, διατρέπω, Διατρίφω.* Ital. *Diuertire.* Gal. *Destourner.* Hisp. *Boluer de lugar, se apartar de lugar.*} Quintil. lib. 2. Atque inde alia non minus communia ac nota deuertunt. Tacit. lib. 17. In odium T. Iunij deuerterant. Alij legunt diuerterant.

Deuestio, Veste exuo. {*Ἐκδύω.* Ital. *Spogliare.* Gal. *Despoüiller, despouiller.* Hisp. *Desnudar la vestidura.*} Apul. li. 3, Iamprimū omnibus lacinis se deuestit.

Deuexo, as, Valde vexo. {*Κακοπαθίω.* Ital. *Affligere in varij modi.* Gal. *Vexer fort & trauailler.* Hisp. *Fatigar en diuersas maneras.*} Lactan. li. 4, Et quum corpora hominum occupant, animósque deuexant, adiurantur ab his, & nomine Dei veri fugantur.

Deuexus, a, um, Idem est quod decliuis, siue deflexus. {*Κρήμνος.* Ital. *Chino, piegato.* Gal. *Qui penche fort en bas, qui va en abaissant.* Hisp. *Acostado hazia baxo.*} Colu. lib. 1, Parte alia collibus vel ad Oriētem vel ad Meridiem molliter deuexis. Plin. in Epist. Cuncta perennibus riuis nutriuntur, vbi aquæ plurimum, palus nulla: quia deuexa terra, quicquid liquoris accepit, nec absorbuit, effudit in Tyberim.

Deuexitas, atis, decliuitas. {*Καταφορεύς, κατωφερὴς χώρα* Ital. *La pendenza di costiera, di monte, di via.* Gal. *Penchement, abaissement.* Hisp. *Acostamiento hazia baxo.*} Plin. in Epist. Lato gremio patescit purus fons & vitreus, vt numerare iactas stipes, & relucentes calculos possis. Inde non loci deuexitate, sed ipsa sui copia, & quasi pondere impellitur.

Deuincio, is, Ligo, cōstringo. {*Δεσμεύω, ἐκδέω, κατάδω.* Ital. *Legare, obligare.* Gal. *Lier auec, serrer ensemble, obliger.* Hisp. *Atar y apretar, obligar.*} Plau. in Capt. Istas maiores catenas quibus sunt deuincti, demitto. ¶ Per translationem. Terent. in Heaut. Verum vbi semel animus se cupiditate deuinxit mala, Necesse est consilia consequi consimilia. ¶ Accipitur aliquando pro obligo, astringo, vel obnoxium reddo. Cic. Lent. lib. 1. Epist. Hic tibi præstanti tua in eum liberalitate deuinctus est. Idem lib. 13. Epist. Ipsum præterea summo officio, & summa obseruātia tibi in perpetuum deuinxeris. Plut. in Asin. Hem istoc me facto tibi deuinxisti.

Deuinctus, particip. {*Δεδεμένος.* Ital. *Obligato.* Gal. *Attié, lié, obligé.* Hisp. *Obligado.*} Colla deuinctus catenis, Sil. lib. 11. Plin. Epist. 129. Inest his quoque eadem quæ aliis carminibus vtilitas, quòd metri necessitate deuincti, soluta oratione lætamur.

Deuinctus, nomen ex particip. Horat. 1. Serm. Saty. 5, Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliúsque Occurrunt: animæ quales neque candidiores Terra tulit, neque quis me sit deuinctior alter.

Deuinco, is, Idem quod vinco, supero. {*Νικάω.* Ital. *Vincere.* Gal. *Vaincre, dompter, surmonter.* Hisp. *Vencer.*} Cic. de Senect. Qui Pœnos classe primus deuicerat.

Deuictus, particip. {*Νικημένος, ἡττημένος.* Ital. *Vinto, superato.* Gal. *Vaincu, surmonté.* Hisp. *Vencido.*} Cic. 1. de Natur. Deor. Qui risus classe deuicta multis ipsi lachrymas, magnam populo Rom. cladem attulit.

Deuictus animus. Terent. in And. Hic animus partim virginis miseticordia Deuictus, partim victus huiusce iniuriis.

Deuirgino, as, Vitio virginem, virginitate spolio. {*Διαφθείρω, Διαπαρθενεύω.* Ital. *Suerginare.* Gal. *Despuceler.* Hisp. *Estoruar ò corromper virgen.*} Puerilitem deuirginari dicebantur, quum ex ephebis excesserant. Nonius.

Deuito, as, pen. prod. Euito, declino, {*Ἐκκλίνω, ἐκφεύγω.* Ital. *Schiffare.* Gal. *Euiter, faire d'auprez, eschaper & se sauuer de quelque chose.* Hisp. *Esquiuar, huyr el daño.*} Terent. in And. Potthac incolumem satis scio fore me, hoc nunc si deuito malum. Cic. 2. Verr. Vt quoniam crimiuum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. Idem ad Atti. lib. 9. Si nec hic, nec illic eum videro, deuitatum se à me putet.

Deuitatio, onis. {*Ἐκφυξις, ἔκκλισις.* Ital. *Schiuamento.* Gal. *Euitement, eschapement.* Hisp. *Aquella huyda y apartamiento.*} Cic. ad Attic. lib. 16, Facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur, quàm piratarum qui apparere dicuntur.

Deuius, a, um, Quod est à recta via remotum. {*Ἄπλους, ἀνόδευτος, ἀπόξενος.* Ital. *Fuor di vtile, strano.* Gal. *Destourné, forsuyé, hors de voye.* Hisp. *Cosa desuiada y apartada de camino.*} Vnde Cic. Anagninos vocat deuios, quòd essent extra viā militarē collocati. Et Horatius scortū deniū dixit, quasi à recta via remotum. Propert. Lætor quòd sine me, deuia rura colis. ¶ Cicero in Læl. per translationem, Quid potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius qui ad alterius non modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur?

Deunx, Mensuræ vel pondetis est species, cui duodecima deest vncia, hoc est quæ vndecim constat vnciis: quod vel ex ipso nomine apparet. Dictus est enim Deunx, quasi vna vncia dempta de asse. Martia. lib. 6, Misceri sibi protinus deunces, Sed crebros iubet. ¶ Erat etiā Deunx mensura qua veteres agros suos metiebantur. autor est Colum. lib. 5. cap. 1. ¶ Ex deunce aliquem hæredem facere, est alicui totam hæreditatem vnica vncia detracta relinquere. Cice. pro Cecin. Facit hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam aspergit.

Deuoco, as, pen. cor. Vocando, deduco. {*Μετακαλέω.* Ital. *Chiamare inuitare, Gal. Appeler pour venir en bas.* Hisp. *Llamar de arriba abaxo.*} Liu. li. 4, Quū à fauciis hostibus sciscitando comperisset castra Volscorum deserta esse, lætus à tumulo suos deuocat. Cic. 5. Tusc. Socrates primus philosophiam deuocauit è cælo: quod est, quasi deduxit.

Deuolo, as, pen. cor. Ex loco superiore in inferiorem volo. {*Κατίπταμαι.* Ital. *Volare d'alto.* Gal. *Voler en bas, s'en voler & partir viteement.* Hisp. *Volar de arriba abaxo.*} Plaut. in Amphit. Postquam in cunis conditus, Denolant angues iubati deorsum in impluuium duo Maximi. ¶ Per translationem autem ponitur pro decurro. Liuius lib. 3, Alij inter tumultum præcipites, pauore in forum deuolant. Idem lib. 2, pro desilio posuit, Deuolant de tribunali vt lictori auxilio essent. ¶ Aliquando est aliò volare, hoc est discedere. *Ἀφίπταμαι.* Autor ad Herenn. Ita falsi amici seteno vitæ tempore præsto sunt: simulátque homini fortunæ inuiderint, deuolant omnes.

Deuoluo, uis, Ex loco superiori voluo. {*Κυλίω.* Ital. *Diuolgere.* Gal. *Faire rouller du haut en bas, faire deualler, faire choeir.* Hisp. *Derribar abaxo.*} Colum. lib. 1, Huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, quæ per saxa præceps deuoluitur. Liu. lib. 2. bell. Puni. Saxa ingentia in agmen deuoluunt. ¶ Per translationem verò dicimus. Deuoluta est res, deuoluta est hæreditas, quod vulgò dicitur, *De mano en manos peruenit.* Idem lib. 5, Et eò deuolui rem, vt aut patricij, aut patriciorum assecle habendi Trib. plebis sint.

Deuoro, as, pen. cor. Vorando absumo, præedendi auiditate non mansum cibum deglutio. {*Κατεσθίω, κατεσθίομαι, ἀναλίσκω.* Ital. *Diuorare.* Gal. *Deuorer, analler sans macher.* Hisp. *Tragar mucho.*} Cato de Re rust. Bos si ægrotare cœperit, dato cōtinuò ieiuno ouum gallinaceum crudum, & integrum facito deuoret. ¶ Refertur etiam ad alios sensus. Martialis, Oculis deuorantibus draucos, hoc est auidè aspicientibus. Plaut. Auscultate, atq; operam date, & mea dicta deuorate. Illud enim oculorum, hoc aurium auiditatem significat. ¶ Item pro concoquere, id est perferre. *Ἐμφορέω.* Cice. 6. Philip. Quapropter, Quirites, expectate, & paucorum dierum molestiam deuorate.

Deuotiones, Vide DEVOVEO. *Κατάρας, κατάρσεις.*

Deuoueo, es, pen. cor. Solēniter vouco. {*Κατεύχομαι.* Ital. *Far voto, votare.* Gal. *Vouer solennellement, dedier.* Hisp. *Votar, offrecer.*} Vouere autem est aliquid sanctè promittere. Cic. 3. Offic. Quid Agamemnon? quum deuouisset Dianæ quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniam. ¶ Interdum idem est quod præuio voto morti sese dedere. Virg. 12. Aen. -quorum se deuoret aris. Liu. lib. 9. Equidem mortem pro patria præclarā esse fateor, & me deuouere pro Populo Romano legionibúsque, vel in medios me mittere hostes paratus sum. Item est diris imprecationibus malū alicui optare. *Κατάρομαι.* Ouid. in Ibin, Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin.

Deuotus, Destinatus. {*Ἀποτεταγμένος, κατηρεμένος, Διατεταγμένος.* Ital. *Destinato, deuoto.* Gal. *Dedié, adonné, voué, consacré.* Hisp. *Offrecido ò deuoto.*} Varro, Tum deuoto tibi animo vtere. Virg. 4. Aeneid. Præcipuè infœlix pesti deuota futuræ. ¶ Accipitur & in malū, pro diro & execrando. *Ἐναγής, ἀλιτήριος, στυγερὸς θεοῖς.* Ouid. in Epistol. Medeæ, Viuite deuoto fœmina virq; toro. ¶ Deuoti item dicuntur qui mutuæ amicitiæ legibus ita se astrinxerunt, vt tota in vita iisdem fruantur commodis, isdémq; casibus obnoxij sint. Cæsar 3. bell. Gall. Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperij tenebat, cum sexcentis deuotis, quos illi Soldurios appellant: quorum hęc est conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur quorum se amicitiæ dediderunt.

Deuoro, as, penul. product. si frequentatiuum: *Ἐνδάλλομαι.* Cic. in Parad. Quæ vis Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? quæ patrem Decium, quæ filium deuotauit, ac immisit in armatas hostium copias?

Deuotorius, a, um, adiectiuum: {*Ὁ τῆς κατάρας, ὁ ἀναθηματικὸς.* Ital. *Cosa d'inuocatione.* Gal. *Par lequel on se voue, oblige ou dedie.* Hisp. *Cosa par offrecer.*} vt Carmina deuotoria, apud Liuium & Macrobium, quibus homines, vrbésque deuouentur: vt de tribus Deciis legimus, qui seipsos pro salute patriæ Diis Manibus deuouerunt.

Deuotio, Pro execratione. {*Κατάρα.* Ital. *Voto de gli antichi al diauolo, inuocatione diabolica.* Gal. *Deuoement, obligation à mort, vœu de mettre & employer la vie.* Hisp. *Ofrecimiento, hechizos.*} Sueton. in Calig. Lenis adeò & innocuus, vt Pisoni decreta sua rescindenti, nō prius succensere in animum induxerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

induxerit, quàm veneficiis quoq; & deuotionibus impugnari se comperisset. ¶Hæ deuotiones tales erãt quales diræ fuerũt apud priscos, quæ talem habere potestatem credebantur vt nemini fas esset, qui in eas incidisset, euadere. ¶Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis, quorum altero, dij tutelares vrbium euocabantur ab hoste victore, ne deos captiuos ducere videretur: altero deuouebant, id est morti dedebant hostium exercitus, & singula interdũ capita eorum qui se traderent iræ numinum pro salute aliena: quale fuit carmen Deciorum qui se pro patriæ salute deuouerunt.

Deuro, is, ere. Idem quod vro. §καίω, ἐκκαυστόω. Ital. *Abbruſciare*. Gal. *Bruſler*. Hiſp. *Quemar*. § Liu. lib. 9. bel. Macedo. M. Aemylius alter Conſul agros Ligurum, vicósque qui in campis, aut vallibus erant, ipſis mõtes duos Balliſtam Suiſſonticúmque reuentibus deuſſit, depopulatúſque eſt. ¶Deurere morſu dicitur ſerpens, vel afflatu, quum inflammat. Senec. lib. 1. de Clem.

Deuſtus, deuſta, deuſtum, §κεκαυμένος. Ital. *Abbruſciato*. Gal. *Bruſlé*. Hiſp. *Quemado*. § vt Mons deuſtus, Tacit. lib. 4. Pars Circi deuſta, Ibidem.

Deus, § θεός. Ital. *Dios*. *Iddio*. Gal. *Dieu*. Hiſ. *Dio*. § vnde deducatur, variè exponi ſolet. Nam alij à θεῖν deriuant quod Deum ſignificat. Alij ἀπὸ τοῦ δεῖσθαι, hoc eſt à timore: quòd primos in orbem deos (ſi tam impiam ſententiam referre fas ſit) timorem credebant inuexiſſe. In qua etiam ſententia Papinius fuiſſe videtur, quum ait, Primus in orbe Deos fecit timor. Cice. de Aruſp. reſp. Quis eſt tam vecors, qui aut quum ſuſpexit in cælum, deos eſſe non ſentiat? Idem 1. de Legib. Nulla gens eſt neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non, etiamſi ignoret qualé habere deum deceat, tamen habendum ſciat.

Deitas, Quæ & diuinitas dicitur. §θεότης, θεῖος. Ital. *Diuinità*. Gal. *Diuinité*, *deité*. Hiſp. *Diuindad*. § Aug. lib. 7. de Ciuit. Hanc diuinitatem, vel (vt ſic dicam) deitatem. nam & hoc verbo vti, iam noſtros non piget, vt expreſſius é Græco tranſferant quod illi θεῖον appellant.

Deum & Diuum quidam indifferenter accipiunt. Alij verò Deos volunt perpetuos eſſe, Diuos verò ex hominibus factos. τοὺς ἐξ ἀνθρώπων θεούς, ἀνθρωποθέους. Et licet Deus definiri nequeat, tamen ita deſcribi poteſt, Deus eſt mens vniuerſi. vel, Deus eſt animus per immenſas mundi partes, omnémque naturam commeans, atque diffuſus, ex quo omnia quæ naſcuntur animalia vitam capiunt. Vel, Deus eſt infinita mens quæ per ſeipſam mouetur. Speuſippus philoſophus ſic ait, Deus viuens immortale, per ſeipſum ad bonum ſufficiens, eſſentia ſempiterna, ipſius boni cauſa. Deus penetralis dicebatur, qui intra conſeptum domus cuiuſque colebatur: à nonnullis Iupiter Ercius dictus, ἑρκεῖος. ¶Deus ex improuiſo apparens, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς. In eos dicitur, quibus, in rebus perplexis, præter ſpem exoritur aliquis qui ſalutem adferat, negotiique difficultatem expediat. Sumptum eſt à conſuetudine tragœdiarum. Hoc alluſit Cice. 1. de Nat. deo. ex Platonis Cratylo. ¶A Deo ficti quadam adagij forma à Cicerone dicũtur qui vehemẽter ad aliquid natura cõpoſiti ſunt. ¶Cum Deo quiſq; & gaudet & flet, ἀπὸ τοῦ θεοῦ πᾶς τις ἡγεῖται καὶ χαίρει. Admonet adagium, rerum humanarum celerem eſſe commutationem, neque in nobis ſitum, vt res perpetuò ſecundæ ſint: verum vtcunque fortunæ libitum fuerit, ita vel ſecundis rebus attollimur, vel aduerſis affligimur, cum Deo ſit Græcis, quod ſit fauente numine: contrà, Sine Deo, quod abſq; Deorũ fauore. ¶Nullius indigens Deus, ἀνενδεὴς ὁ θεός. Admonet porrœmia nullium eſſe mortalium tam abſolutioni, in quo nõ aliquid deſideretur: vnum eſſe Deũ vndequaque perfectum. ¶Diis hominibus plaudentibus. Prouerbialis eſt hyperbole, pro eo quod eſt feliciter atque auſpicato. Cicer. ad Qu. frat.

Dea, æ. fœm. Vide ſuo loco.

Deuteria, pe. lon. §ἀδευτέρας. Ital. *Secondi vini, acquarelli*. Gal. *Vin de deſpenſe, vin tiré du preſſoir ou il y a de l'eaue*. Hiſp. *El aguapie, vino de deſpenſa*. § à Græcis dicitur vinum aqua miſtum, quod & à Latinis dicitur ſecũdarium. nam ἄδευτος ſecundum dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt muſtum acinis expreſſum.

DEXAMENE, δεξαμένη, vna ex nymphis marinis, à recipiendo dicta. δέχομαι enim recipio dicitur.

DEXAMENAE, plurali numero δεξαμεναί, Ambraciæ regiuncula eſt, ita dicta à Dexameno Meſoli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuiſſe perhibetur. Autor Stephanus.

DEXIMONTANI, Carmaniæ populi, dexteram ripam Cranij amnis accolentes. Autor Plin. lib. 6. cap. 23.

DEXIPPVS, Δεξίππος. Orator Athenienſis fuit, ſub Valeriano & Aureliano principibus. ¶Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, diſcipulus Hippocratis. Autor Suidas.

Dextans, dextantis, decem vnciæ dicuntur, quum ſcilicet aſſi deeſt ſextans: ſicut deunx, quum aſſi vna deeſt uncia. Autor Feſtus. Colu. lib. 5. cap. 1, Pars dimidia & tertia, vigintiquatuor millia, hoc eſt dextans, in quo ſunt ſcrupula CCXL.

Dexter, dexti, vel Dexteri, dexta, dextrum, vel dextera, dexterum. §δεξιός. Ital. *Dextro, atto*. Gal. *Dextre, adroit & habille*. Hiſp. *Dieſtro, ò derecho*. § Notæ ſignificationis eſt. Virg. 5. Aen. Quò tandem mihi dexter abis? Dextrum cornu, & ſiniſtrum in acie renere, Liu. 3. ab Vrbe. Oui. 2. Metam. Signãque ſex foribus dextris, totidémque ſiniſtris. ¶Interdum dicitur aptus, conueniens, agilis: quæ ſignificatio inde tracta eſt, quòd dextera manus agilior ſit & promptior miniſtra. Statius lib. 3. Syl. Signa frænatæ moderatus alæ Caſtore dextro. ¶Aliquando etiam Dexter dicitur proſper, propitius. Virg. 8. Aen. Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo. Perſius, -ô ſi Sub raſtro crepet argenti mihi ſcria, dextro Hercule. Quintil. in proœ. lib. 4. Adſit Domitianus dexter ac volens. Ouid. 1. Faſt. Dexter ades ducibus.

Dexterior, comparatiuus. δεξιώτερος, δεξίτερος. Oui. 2. Meta. Nec te dexterior rortum declinet ad anguem. Var. 1. de Re ruſti. cap. 5, Siquidem ſi mas eſt, in dexteriorem partem abit: ſi fœmina, in ſiniſteriorem.

Dexteritas, Aptitudo. §δεξιότης. Ital. *Habilità, attitudine, deſtrezza*. Gal. *Dexterité, habileté, bienſeance*. Hiſp. *Habilidad, atauio, deſtreza de la mano diestra*. § Liu. 7. bel. Maced. Multa in eo & dexteritas & humanitas viſa. Idem 8. bel. Pun. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenij dexteritas, &c.

Dextimum & Siniſtimũ antiqui dicebant. Varro «Δίλιξιμι», Primo cõpito dextimã viam munit Epicurus. Saluſt. in Iug. Sylla cum equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte A. Manlius cum funditoribus & ſagittariis.

Dextera, vel Dextra manus. §δεξιὰ. Ital. *Man deſtra*. Gal. *La main dextre ou a coſté dextre*. Hiſp. *La mano derecha*. § Virgil. 2. Aene. -ſi Pergama dextra Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent. ¶Et quoniam dextra validior eſt ſiniſtra, Dare dextram dicimus, nõ modo manum porrigere, ſed etiam auxiliũ præſtare. Virg. 6. Aen. Da dextrã miſero, id eſt præſta auxiliũ. ¶Dextra ſe antiqui venerabantur, per dextram iurabant, tanquam fidei ſedem, & virtutis miniſtram. Vnde & hodie cõſuetudo remanſit apud Germanos, vt ſe mutuò ſalutantes dextram porrigant. Dextram (inquit Seruius) Numa Pompilius Fidei conſecrauit. Cic. 11. Philip. Dextræ quæ fidei teſtes eſſe ſolebant, perfidia ſunt & ſcelere violatæ. Idem poſtred. in Sen. Qui mihi primus afflicto & iacenti Conſulatum fidem, dexterámque porrexit. Terent. And. Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c. Cice. pro Deiot. Per dexteram iſtam te oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porexiſti. ¶Ne cuiuis, dextram inieceris, μηδενὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. Hoc eſt ne temere quẽlibet in familiaritatẽ admittas, ſed deligas quẽ delegas.

Dextella, læ, diminutiuum. Cice. Att. lib. 14, Quintus frater, vt ſcribis, eſt dextella: per eum igitur quod volemus facilè auferemus.

Dexterè, aduerb. fœliciter, aptè, & cum quadam dexteritate. §δεξιῶς. Ital. *Deſtramente, felicemente*. Gal. *Dextrement, auec bon heur*. Hiſp. *Bienauenturadamente, y con deſtreza*. § Liu. 1. ab Vrbe. Notitiáq; cum breui apud regẽ, liberaliter dexteréque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Horat. 1. Serm. Saty. 9. Nemo dexterius fortuna eſt vſus.

Dextrale, ornamentum dextræ, commune vitis & mulieribus. «Δεξιόλιον.

Dextrarij, dicuntur Equi, maximè bigarij ζύγιοι.

Dextro, as. Eſt equos bigarios iungo. Valla de Dona. Conſtant. videtur accepiſſe pro eo quod dicimus, & quum à dextris ducere. Triumphaſſe (inquit) putas Cæſarem, quoties prodibat, vt nunc ſolet Papa præcedentibus equis albis, quos ſtratos famuli dextrant?

Dextratio verbale. Solinus, Tarpeium Iouẽ terna dextratione luſtrauit.

Dextrocherium, § Ital. *Anonile, braccialetti d'oro*. Gal. *Bracelet d'or*. Hiſp. *Cadena de oro que pende al braço dela muger*. § Muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formam, gemmis pretioſiſſimis integebatur. Iulius Capitol. ſcribit Maximinum pollice fuiſſe tam vaſto, vt vxoris dextrocherio vteretur pro anulo. Vide Cælium Rhod. lib. 8. cap. 13.

Dextrorſum, & Dextrorſus, aduerbium, ſignificat verſus dextram partẽ. §ἐπὶ τὰ δεξιὰ. Ital. *Verſo mano deſtra*. Gal. *A coſté dextre, du coſté droit, à dextre*. Hiſp. *Hazia la mano dieſtra*. § Cic. 1. de Diuin. Dextrorſum orbem flammeum. Plin. lib. 24. cap. 19, Efficaciſſimum remedium eſſe aiunt, ſi tres quoque trium nationum homines perungant dextrorſus. Horat. 2. Serm. hic dextrorſum abit.

Dextrouerſum, aduerbium. Eiuſdem ſignificationis eſt cum ſuperiore, hoc eſt, verſus dexteram. Plautus in Curcul. Si deos ſalutas, dextrouerſum cenſeo. Idem in Rud. Sed dextrouerſum aduerſa, it in malam crucem.

D ante I.

Di, & Dis, præpoſitiones eiuſdem ſignificationis ſunt: quia ambæ inſeparabiles ſunt, & in compoſitione ſolùm reperiũtur. Componitur autem di cum dictionibus incipientibus à d, vt diduco: g, vt digero: l, vt diluo: m, vt dimitto: n, vt dinumero: i, vt diiudico: u, vt diuerto: & vbiq; producitur, niſi in dirimo, & diſertus. Dis verò modò negationem denotat: vt difficilis, diffido: modò diuerſitatem, vt diſſideo: modò diuiſionem, vt diſſocio, diſiungo. Modò ſignificat valde, vt diſcrucior, diſcurro, diſcupio. Modò variè, ſiue in diuerſas partes, vt diſpono, diſſemino, Quandoque malè, vt diſpereo, malè pereo. Componitur cum c, vt diſcumbo: f, vt diffundo, vbi f, mutatur in f, euphoniæ cauſa: p, vt diſputo: q, vt diſquiro: r, vt diſrumpo: ſ, vt diſſimulo: t, vt diſturbo: i conſonante, vt diſiungo.

DIA, δία. Inſula eſt maris Aegæi, vna Cycladum, diſtans à Delo XVIII. M. paſſ. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionyſias à vini fertilitate. Autor Plin. lib. 4. cap. 12, In hac liber pater Ariadnen à Theſeo deſtitutam, vxorem duxit: qua de cauſa etiam Baccho ſacram eſſe volunt. Ouid. in Triſtib. Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis. ¶Eſt item Dia Theſſaliæ vrbs ab Aeaco condita. Alia item Thraciæ, ad Athon montem. Tertia, Euboeæ. Quarta, inſula iuxta Scyllæũ Peloponneſi promontorium, oppidum habens eiuſdem nominis. Quinta, Luſitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italiæ iuxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa Phaſim. Octaua, Cariæ. Nona, Bithyniæ iuxta Pontum. Autor Stephanus.

DIA, δία, deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Phliaſios colebatur: quæ eadem fuiſſe creditur cum Hebe iuuentutis Dea. vide Strab. lib. 8.

Diabathra, æ, διαβάθρα. Genus ſolearum Græcarum, inquit Feſtus. Dibathrarius, qui ſoleas huiuſmodi conficiebat. Plaut. in Aulul. Propolæ, linteones, calceolarij, ſedentarij, ſutates, diabathrarij, ſolearij, &c. Eſt etiam Diabathra Græcis ſcala nautica per quam in nauẽ conſcenditur.

DIABIT AE, Διάβιτται Stephano, Inſulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenſet Plin. lib. 5. cap 31.

Diabetes, διάβητης. Dictio eſt Græca, quam tranſitum tranſferre poſſumus, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. vnde pro ſiphone accipitur per quem aqua defluit. Colu. lib. 4. cap. 10, de vite loquens, Naturali enim ſpiritu omne alimentum virentis, quaſi quædam anima, per medullam trunci, quaſi per ſiphonem, (quem diabetem vocant mechanici,) trahitur in ſummum. ¶Accipitur etiam pro quodam renum morbo, maximã, & penè inextinguibilem inducens ſitim: vnde & dipſacon appellant: nonnulli etiam florem vrinæ, propterea quòd ægri ſemper ſitientes, ſubindéq; bibentes, ſtatim etiam reddant quod biberint à qualitate ſua non mutatum. Vide Gale. de Locis affect. lib. 6.

Diabolus, διάβολος, Latinè calumniator dicitur. διαβολὴ, calumnia: διαβάλλω, criminor.

Diacheton, Spina eſt, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix vnguentis expetitur: qui alio nomine aſpalatus appellatur. Plin. lib. 24. cap. 13, Eſt ſpina ſylueſtris frutex humilior atq; ſpinoſus in Ni-

tyro & Rhodiorum insulis, quem alij erysisceptrum, alij adipsatheon, siue dipsacon siue Dichecton vocant. Quo tamen in loco eruditi malunt legere diaxylon, quæ nomenclatura etiam à Dioscoride huic frutici tribuitur.

Diacodion, Medicamentum quod ex capitibus papaueris fit. Plin.lib.20.cap.18.

Diaconus, Ital. *Ministro*, Gal. *Diacre*. Hisp. *Diacono, El que ministra à otros.* Est minister, à ministro: quo cognomine Mercurius apud eos fuit, quem communem esse voluerũt, deorum tum superorum, tum inferorum ministrum.

DIACOPENE, es, Cappadociæ regio ad Halym fluuium. Strabo lib.12.

Diactor, Quasi internuntius, quod nomen datum est Mercurio, quem deorum internuntium Poëtæ finxerunt.

Diadema, penult.prod. Ital. *Diadema*. Gal. *Vn diademe, qui estoit vn certain ioyaulmens ou garniture de chef de Roy ou Royne, fait de pourpre par entrelassemens*. Hisp. *Corona real.* Gestamen capitis, regum insigne. hoc est à circuligando. Erat enim fascia quædam, qua caput circuligabatur. Cic. 2. Philip. Diadema ostendis, gemitus toto foro. Plin.lib.11.cap.16, Regibus apum in fronte macula, quodam diademate candicans.

Diadematus, Diademate ornatus, Ital. *Che ha in capo la diadema*. Gal. *Qui a le diademe sur la teste*. Hisp. *El que tiene tal corona sobre la cabeça.* vt diadematus Apollo. Plin.lib.34. capi.8.

Diadochos, Gemma beryllo similis. Plin.lib.37.cap.10. Apud Athenienses autem Diadochi dicebantur *ii centumuiri*, hoc est quingenti viri, quorum consilio de rebus publicis priuatisque statuebatur: ita dicti quasi successores, ad differentiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magistratus. enim inter cætera significat succedo, & vices alterius excipio.

DIADVMENVS, Quasi vittatus diadematúsque: quo nomine dictus est iuuenis quidam speciosus, quem Polycletus ex ære expressit. Plin.lib.34.cap.8, Polycletus Sicyonius, Ageladis discipulus, Diadumenum fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum.

Diæresis, is, Apud Grammaticos figura est, qua vna syllaba in duas diuiditur: vt apud Horatium, Nunc mare, nunc syluæ. vbi dictio dissyllaba syluæ, diuiditur in tres syllabas. Sic Aulai, Pictai, pro aulæ, pictæ. Nomen autem habet diæresis hoc est diuisio, quod est diuido: vnde & Latinè diuisionem vocare possumus.

Diæta, Ital. *Stanza in alto da mangiare*. Gal. *Lieu pour boire & manger*. Hisp. *Parte de la casa que mas se mora para beuer y comer.* Cœnaculũ in quo æstate cœnatur ad vmbram, hyeme ad solem: quod & cœnatio dicitur, siue cœnatiuncula. Plin. in Epist. Ex triclinio in diætam siue cœnatiunculam transitus. Idem, Hic turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidémque in ipsa: præterea cœnatio, quæ latissimum mare, longissimum litus, amœnissimas villas prospicit. Dicta diæta hoc est à conuiuiis quæ in ea peragebantur. Quanquam Varro Latinã vocem esse existimat, ita dictam quòd in ea per diem ederetur. Lampridius in Heliogabalo, zetam appellat, hoc est ζῆν, quòd in ea hilarius viueretur. Plin.Iun. etiam zeteculam. ¶ Sumitur item diæta pro victus ratione, & præscripta viuendi formula. Ital. *Genere di viuer regolatamente*. Gal. *Diete, regime de viure*. Hisp. *Dieta, regla de bien biuir.* Vnde verbum Græcum, quod est certa victus ratione vtor. Et diætetice, medicinæ pars, quæ victus ratione medetur. Apud Græcos sumitur pro loco quo arbitri ad iudicandum conueniunt: vnde & iudico vt arbiter. ¶ Alia vita, alia diæta, In eos quadrabit qui commutata in melius fortuna pariter & vitæ rationem morésque commutant. Translatum ab iis qui lautius incipiũt viuere, vbi res lautior obtigit.

Diætarij, Ital. *Seruitori nel cenacolo*. Gal. *Seruiteurs de chambre ou que seruent la viande sur table*. Hisp. *Seruidores que sieruen à La mesa.* Vocantur ministri diætæ seruientes, quorum meminit Vlpian. de fund. instr. ¶ Diætarij fures à Iureconsultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furãdi gratia se dirigebant, quos Vlpianus scribit plus quàm fures esse puniendos. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos. Tit. de iniur. & famo. libel. l. Saeculatij.

Diætetæ, Ital. *Arbitri*. Gal. *Arbitres, juges arbitres*. Hisp. *Iueces arbitratores.* Latinè appellantur arbitri, hoc est διαιτῶν, quod est arbitri officio fungi.

Diætetica, Ital. *Medecina che tiene co'l gouerno della vita*. Gal. *Celle partie de medecine qui guarit par diete & regime de viure*. Hisp. *Medecina de dieta.* medicina dicitur quæ victu medetur, teste Celso li. 1. in Proœmio, nempe quæ ex moderata victus ratione sanitatem tuetur: vulgus, regimen vocat.

Diaglaucion, Genus collyrij, ex glaucio herba temperatum. Plinius lib.27.cap.10.

Diagonios, Lineæ genus est quam Latini nonnulli angularem vocauerunt, quòd ab vno angulo ad alterum perducatur. Vitruu. lib.6.cap.3, Tertium, inquit, vti latitudo in quadrato partibus lateribus deficiebatur, inque eo quadrato diagonij linea ducatur, & quantum spatij habebit ea linea diagonij, tanta longitudo attrio detur.

DIAGORAS, Nomen philosophi qui ἄθεος cognominatus est, quòd nullos deos esse putaret, mysteriáque omnia ita contemneret, vt alios etiam ab iis auerteret. Quare ab Athenienſibus pulsus est, qui talẽtum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. Suidas, Huius Diagoræ meminit Cicero lib.1. de Nat. deo. Quid Diagoras, Atheos, qui dictus est, posteáque Theodorus: nónne aperte deorum naturam sustulerũt? ¶ Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cuius meminit Gell. lib.3.ca.15, his verbis, Diagoras tres filios adulescentes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiastẽ, tertium luctatorem, eósque omnes vidit vincere, coronarique eodem Olympiæ die: & quum eum ibi tres adulescentes complexi, coronis suis in caput patris positis suauiarentur, quúmque populus gratulabundus flores vndiq; in eum iaceret, ibi in stadio inspectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflauit. Huius Diagoræ meminit Cic. lib.1. Tusc. quæst.

Diagramma, atis, Græcis inscriptionem vel titulum libri significat. Item decretum, formulam, vel edictum in scriptoram redactum. Item Geometricam figuram, siue ea triangularis fuerit, siue quadrangularis, aut alterius formæ, cuiusmodi apud Euclidẽ demonstrandi causa non paucæ extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quodam in loco à Plutarcho appellantur, quæ vulgò *Prognostica* vocantur. ¶ Est etiam diagramma perscriptio & breuiarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, vt ex censu tributa conferantur. Cic. in Verrem, Scripturam vocat. ¶ In musica item diagramma vocatur mensuratarum proportio notis quibusdam descripta. Vitruu. lib.6.cap.1, Vti in diagrammate musico, mediana vocis habent sonitum, &c. Reliqua vide in Budæi Commentariis. Nam ad Latinum dictionarium parum conducunt.

Diagraphice, huius diagraphices, pen. cor. Plin.lib.35.ca.10. Et huius autoritate effectum est Sicyone, primùm deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia diagraphicem, hoc est picturam in buxo docerentur, reciperetúrque ars ea in primum gradum liberalium. Descriptio, antiquatio & peremptio rei cœptæ vel iam peractæ.

Dialectica, Ars differendi, cuius finis est verum à falso discernere: ita dicta hoc est à disputando. Cic. in Topic. Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt ea scientia quam dialecticen appellant. Idem 4. Academi. Dialectica veri & falsi quasi disceptatrix & iudex.

Dialectica, orum, plur. num. gen. neut. Cic. Attic. lib.14, Accubans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

Dialecticè, aduerbium. Cic. 1. Acad. Multa admixta ex intima philosophia, multa dicta dialecticè, &c. Quint. lib.1.ca.10, Orator etiam si raró, non tamen nunquam probabit dialecticè.

Dialecticus, tici, substantiuum. Qui tractat dialecticam. Cic. in Orat. Disputandi ratio, & inquendi, dialecticorum sit: oratorum autem, dicendi & orandi. Idem 4. Acad. Quid sit verum, aut falsum, dialecticus iudicabit.

Dialectica, æ, um, adiectiuum, Quod pertinet ad dialecticam: vt, Dialecticæ captiones, apud Cic. 2. de Finib. Disputationes dialecticæ, Quint. lib.5.cap.14.

Dialectos, Linguæ alicuius proprietas, quod scilicet vnaquæque lingua peculiare habet, & à cæteris distinctum. Vnde quinque dicimus esse Græcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & Communem.

Dialeucon, Croci sativi genus, in medio candidum: vnde & nomen accepit. Plin.lib.21.cap.6. Est & per se genus latini, blandissimum, vulgò, quum sic medio candidam, dialeucon vocant.

DIALIS, le, Quod Iouis est, quem Δία vocant Græci. Vnde flamen Dialis, Iouis ministerio allegatus à Numa Pompilio, vt docet Liu. lib.1.ab Vrbe. Græci etiam, τὸ Δία, pro aëre ponebant, quo pacto nos etiam Iouis vocabulo vtimur. ¶ Vnde sit adiectiuum Subdialis, id significans quod extra tectum est, aëri, & cælo expositum. Plin.lib.34. Illa supercerram ex dialibus petris cæditur, hæc ex obrutis. Idem lib.36.cap.25, Subdialia pauimenta Græci inuenere, id est quæ permanent sub dio. ¶ Dialem Consulem ἐξαίσιον ὄνομα, dixit Cic. pro Consule vnius diei, ludens nimirum in voce ambigua, non secus ac si à die dialis diceretur. Vnde celebratur illud scomma eius in Caninium. Olim flamines, nunc Consules diales sunt. Huius compositum potest videri nouendialis, de quo vide infra suo loco.

Diallage, à nostris transfertur conciliatio. Figura est quum plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. Quint. lib.9.

Dialogus, gi, Ital. *Dialogo, libro o opera doue due o piu persone parlano insieme disputando o altrimente*. Gal. *Dialogue, disputte entre quelque vns, dauis entre personnes, ou raison par personnages*. Hisp. *Libro o tractado, en donde se introduzen algunas personas que disputan, o hablan juntamente.* Sermocinatio siue disputatio, duorum vel plurium interrogationem mutuámque responsionem continens, hoc est διαλεγεσθαι, quod est disputare, siue sermocinari. Quintil. definit esse sermonem ex interrogatione responsioneque compositum, de arte quæ vel philosophiam, vel Reipubl. partes attingat, disceptans, cum appositis verborum personarúmque expressione. Cic. de Clans Orat. Quum disputatio est inter eos, vt est confingendo dialogorum.

Dialogismus, à Rufiniano refertur inter schemata, quum scilicet quis secum rem aliquam volutans, tanquam cum altero colloquens, interroget & respondet. Exemplum insigne est illud in Eunuc. Terent. Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem Quum accersor vltro? an potius ita me comparem, Non perpeti meretricem contumelias? Excluſit, reuocat, redeam? non, si me obsecret.

Dialeutenses, Pelagiæ ex purpuratum genere sunt, quæ vario foliorum genere pascuntur. Autor Plin.lib.9.cap.37.

Dialyton, Figura est quæ alio nomine asyndeton, siue asyndeton appellatur, qua plures dictiones, orationésve sine copula iunguntur. Latinè dissolutum dici potest. Tale est illud Virgil. 4. Aene. -ite, Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Diameter, pen. cor. Ital. *Linea che diuide giustamente vna figura*. Gal. *Vn diametre, vne ligne passante tout à trauers vne figure de bord en bord*. Hisp. *Linea para partir igualmente vna figura, diametro.* Est recta linea, figuram qua longissimè patet ex æquo secans: velut diameter orbis est linea, quæ fit à summo ad imum tendit ad circulum, vt per cẽtrum eat, definitore Macrobio in Somn. Scipio. lib.2. Sic in quadrangulo diameter vocatur linea à superiori lateris dextri angulo ad inferiorem lateris sinistri perducta, hoc differt ab Euclidis definitione. Latini dimetientem vocant, nam Græcis διάμετρος ἀπὸ τῆς διαμετρεῖν, id est à dimetiendo dicitur. Colum. lib.5, Est area rotunda, cuius diametros habeat pedes septuaginta. ¶ Vnde Prouerbialiter olim dicebatur ex diametro oppositi &, Diametra distare, ἐκ διαμέτρου, de vehementer inter se pugnantibus. Lucianus in Tyranno.

DIANA, Iouis filia ex Latona, eodem cum Apolline partu edita. Eadem & Luna dicitur, siue quòd nectu vna, hoc est sola & sine fratre

Iucent

Universidad de Deusto
Biblioteca

luceat: siue quòd lumen à sole accipiat, quasi luce lucens aliena. Præterea & Noctiluca dicta est, sub quo nomine etiam templum in palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Iunonis Lucinæ nomine invocabant: Iunonem quidem appellantes à iuuando: Lucinā verò quòd partum in lucem proferre putaretur. Virg. 4. Aeglo. Casta fauе Lucina, tuus iam regnat Apollo Græci Ἀπόλλωνα vocant. Alij Lucinam dictam putant, quòd oculis & luci præsit: alia à luco quem Romæ in Exquiliis habebat. Eadem & Proserpina, παρὰ τὸ φέρειν, dicta est, & Dictynna: quarum appellationum rationem vide suo loco. Apud inferos Hecate dicitur, vel quòd centum victimis placetur, vel quòd centum annos erare faciat insepultos. Dicta est & Pergæa παρὰ τὸ πέργη, à Perga Pamphyliæ oppido, in quo templum habuit insigne. Plures tamen Dianas fuisse Cicer. lib. vlti. de Natu. deor. scribit: sed illa nominatissima est quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum cōsortia fugisse: & vt à se libidinis pruritum amoueret, venando syluas incoluisse, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram succincta semper incedēs, & cothurno indata. Ob hanc tamen syluarum & nemorum dea putabatur. Dicta est Trifurca à fusce liquorum, vbi eius simulachrum adorari dictum erat, quod occiso Thoante Tauricæ regionis rege ab Iphigenix Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Laudatissimum templum habuit apud Ephesios: aliud item in Taurica regione, vbi carne tantum humana litabatur. De hac Lucan. lib. 1. Et Tauroscythicæ non mitior ara Dianæ. ¶ Dianam autem dictam putant, quasi Iouianam, διὰ τὸ Διός, fuit enim (vt iam diximus) Iouis filia ex Latona.

Dianœa, ἡ διάνοια. Ital. *Mente, intellato.* Gal. *Entendimiento:* Hisp. *Entendimiento.* ἡ A' nostris dicitur mens, siue intellectus. Vide Figuras dianœas vocant Rhetores quæ sonum magis, quàm verba spectant. Quint. lib. 1, Figuras, quæ lexeos, quæque dianeas vocantur.

DIANIVM, Δίανον. Vulgò *Denia.* Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in ora maris Baliarici. Ptolemæus inter Edetanorum oppida enumerat, lib. 2. cap. 6.

Diapasma, atis, διάπασμα. Inspergmen siccis odoribus cōstans, vt scribit Plin. lib. 13. cap. 2, cuius præcipuus vsus est in coercendis sudoribus, vt inarescant corpora à balneo: quanquam non ob hoc solùm, verumetiam ad fouendam, vel laxandam, aut astringendam aliquam corporis partem soleat adhiberi. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem lib. 1. cap. 21. Dicitur autem διὰ τὸ διάπασσω, inspergo. Martialis lib. 1, Quid quod olet grauius mistum diapasmate virus?

Diapason, διὰ πασῶν, Musicæ mensuræ genus, constans ex diapente & diatessaron, hoc est ex quinq; tonis & duobus semitonijs minorious. Qua de re vide Commentarium Macrobij in Somnium Scipionis.

Diapente, διὰ πέντε. Musicæ mensuræ genus, tribus constans tonis, & hemitonio minore. Vide Macrob. in Somn. Scipio.

DIAPHANES, Διάφανες. Fluuius est Ciliciæ, ea in parte qua Syria conterminus est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. Vide Plin. lib. 5. cap. 27.

Diaphanum, pen. corr. διάφανες. Latinè dicitur transparens, sicut & crystallum. διὰ τὸ διαφαίνεσθαι, quod est transfucco.

Diaphonia, διαφωνία, Dissentio, discordia: διάφωνον, discordo, dissono.

Diaphora, pen. corr. διαφορά. Ital. *Differenza.* Gal. *Difference.* Hisp. *Differencia.* ἡ Latine differentia: διὰ τὸ διαφέρειν. quod est differe.

Diaphoretica, medicamenta, διαφορητικὰ φάρμακα. A' Latinis vocantur discussoria, quæ scilicet collectiones incipientes non ad pus, aut ad saniem perducunt, (quod Græci vocant πύωσιν) sed sine suppuratione aliqua dissipiunt, & dissoluunt. Id enim medici διαφορεῖν appellant.

Diaphragma, atis, διάφραγμα. Quanuis ex vi vocabuli omne illud significet quod in re aliqua medium est, (vnde & cartilaginem illam quæ nares dirimit, Græci διάφραγμα appellant) peculiariter tamen medici hac voce vtuntur pro musculo quodam rotundo qui spiritalia viscera à naturalibus, hoc est cor, & pulmones à iecore & liene, velut partes quidam interiectus, interscpit & dirimit. Huius autem musculi summum caput in costarum extremis statuitur, vbi multæ carnis est particeps: desinit autem in medium, quod membranosum est, & tendoni finitimū. Ab anteriori parte malo punico annectitur, circunductúmq; per notharum costarum extrema, retro ad duodecimam spinæ vertebram adhærescit. Tunicas habet duas, superiorem à membrana costas succingente, inferiorem verò à peritonæo. Vsus eius est triplex: nam & primum est respirationis instrumentum: deinde non leue ad alui exonerationem affert momentum: postremò vitalia vt iam diximus) à naturalibus separat: vnde etiam nomen accepit: διαφράττειν enim aliud nihil est quàm interscpire. Qua ratione etiam à Latinis septum transuersum appellatur. Corn. lib. 4. At sub corde atque pulmone transuersum ex valida membrana septum est. Idem in Procem. lib. 1. Simulatq; verò ferrum ad præcordia accessit, & discissum transuersum septū est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit. ἡ διαφράττειν Græci vocant) hominem protinus animam amittere.

Diaporesis, pennl. prod. ἡ διαπόρησις. Ital. *Dubitatione.* Gal. *Doutance, doute.* Hisp. *Duda.* ἡ Latinè dubitatio. Figura oratoria, quæ fit quoties omnia & magna videntur, & parua, ita vt orator nesciat à quibus potissimum dicere incipiat. Terét. in Eunu. -quid cōmemorem primum, aut laudem maximè? Illum qui dedit mihi consilium vt facerem, an me qui ausus sim Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Diapsalma, atis, διάψαλμα, Commutatio rhythmi, aut vicissitudo canēdi, vt quidam volunt. Alij pausationem spiritus interpretantur, alij alterius sensus exordium, alij rhythmi distinctionem: alij verò cuiusdam musicæ varietatis silentium. Autor Hieronymus in Epistol. ad Marcellam.

Diarium, arij, à die fit, & significat victum quotidianum, id est quod in vnius diei cibum datur. ἡ τὸ καθ' ἡμέραν ἐφόδιον. Ital. *Il vitto d'ogni giorno.* Gal. *Pitance d'vn iour, ce qu'on despend en vn iour.* Hisp. *La dieta comida, de vn dia.* ἡ Martial. lib. 11, Sed Lupus vsuram, puerique diaria poscunt. Horat. 1. Epist. Cum seruis vrbana diaria rodere. ¶ Accipitur & pro libello in quo acta quotidiana perscribuntur. Græci ἐφημερίδα appellant. Ital. *Giornale.* Gal. *Papier iornal.* Hisp. *Historia que procede de dia en dia.* ἡ Iuuenalis Diurna, plurali tantùm numero. ¶ Legitur & Diarius, a, um, ἡμέριος, vt, Diaria febris, hoc est febris vnius diei: quanuis non rarò in quartum vsque diem producatur.

Diarrhœa, διάῤῥοια. Est profluuium ventris sine inflammatione, aut exulceratione. Cic. Gallo, In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, vt hodie primum videatur cœpisse consistere.

Diarrhyton, διάῤῥυτον, Græcis significat aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponem dilutum vocauerunt. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

DIAS, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore, commemoratur à Philostrato.

DIAS, adis, Δίας. Lyciæ oppidum à Diade quodam conditum: à quo & nomen accepit. Autor Stephanus.

Diasatyrion, διασάτυριον. Compositio quædam medicorum ad excitandam venerem: ita dicta quòd satyrion herbam recipiat, excitando veneris appetitui in primis efficacem.

Diastema, atis, ἡ διάστημα. Ital. *Intervalle.* Gal. *Interualle, space.* Hisp. *Espacio.* ἡ à Græcis dicitur pro spatio, intercapedine, seu interuallo. Vtitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falsus est quòd penultimam syllabam corripuerit, quæ apud Græcos per η longam vocalem scribitur. Sic, inquit, placidam Paphien seruare diastema quintum.

Diastole, διαστολή. Figura est dictionis qua breuis syllaba contra naturam producitur: vt, Italiam fato profugus: vbi prima syllaba in dictione Italiam, quæ natura breuis est, extenditur. ¶ Diastole item apud medicos vocatur dilatatio thoracis, quæ fit quum spiritum attrahimus, quemadmodum & systole ab iisdem vocatur illa cordis, thoracisque contractio quæ fit inter expirandum.

Diasyrmos, διασυρμός. Figura est qua vna dictio ad duo diuersa significata distrahitur. Virg. 9. Aeglo. -argutos inter strepere anser olores, id est malus Poëta inter bonos. Fit à verbo Græco διασύρω, quod inter cætera significat distraho.

Diatessaron, διὰ τεσσάρων, autore Macrobio, Musicæ mensura est constans duobus tonis & semitonio minore.

Diatheca, æ, ἡ διαθήκη. Ital. & Hisp. *Testamento.* Gal. *Testament.* ἡ & Diathecа, orum, pro testamento ponitur, & pro hæreditate quæ testamento obuenit. Quum autem testamentum significat, pluraliter plerúmque effertur. Mart. lib. 11, O quantum diatheca valent, & quinque comati, Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper.

Diatretum, διάτρητον, Poculi genus est tornatile: vnde & nomen habet. διατρεῖν enim aut perforo significat, aut torno conficio. Vlp. l. Si seruus. ad legem Aquil. Si calicem diatretum faciendum dederit, si quidē imperitia fregit, damni iniuria tenebitur. Hæc pocula à Cicerone & Sallustio ferè toreumata vocantur.

Diathesis, penul. corr. διάθεσις, Affectus: & vnum ex accidentibus verbi quod Latini Genus vocant.

Diaulos, δίαυλος. Spatium duorum stadiorum. Stadium enim, vt Hieronymo placet, pedes in longitudinem sexcentos habet: diaulos, mille ducentos: milliarium, stadia octo: dolichus, δόλιχος, stadia duodecim. Vitruu. lib. 5, In palæstris, peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt facienda, vti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitum, quam Græci vocant δίαυλον. ¶ Item Diaulus vir erat ex medico factus cadauerum funerator: de quo Martialis, Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Dibapha, siue Dibaphos, ἡ δίβαφα, ἡ δίβαφος. Ital. *Porpora tinta due fiate.* Gal. *Teint deux fois, renforcé de teinture comme estoit la pourpre.* Hisp. *Cosa dos vezes teñida de color bermejo.* ἡ Purpura Tyria bis tinctarita dicta παρὰ τὸ δὶς βάπτειν. Plin. lib. 9. cap. 39, Huic successit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis curulis primus in prætexta vsus improbabatur, anno vrbis conditæ septingentesimo, Cicerone Consule. Cic. Cælio, Curtius noster ἀφίσταται cogitat: sed eum infector morator. Vbi notat Curtium nullius pretij hominem, qui immaturè aspirabat ad magistratum.

DIBVTADES Sicyonius, teste Plin. lib. 37. cap. 2. primus Corinthi figulus fuit qui ex creta vasa cœpit conficere, & extremis imbricibus tegularum personas imponere.

Dica, ἡ δίκη. Ital. *Petitione ò domanda in iudicio.* Gal. *Vne cause ou proces, vne action.* Hisp. *Demanda en iuyzio.* ἡ Causa, vel libellus actionem continēs. Terent. in Phor. En vnquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? Cicer. 4. Verr. Scribitur Heraclio dica, hoc est, Ecquando audisti me iniuriarum nomine in iudicium fuisse vocatum? Ibidem, Cognatum te meum esse dicam, & tibi scribam dicam. δίκλω ἐπεξῶ. Δίκλω Græci deam esse finxerunt iudiciorum præsidem, eámque virginem & Iouis filiam: (qualem etiam Latini fingunt Iustitiam, eiúsq; ministri δικασταί, dicebantur, hoc est iudices & litium diremptores. Budæus.

Dicacitas, Dicaculus, vide DICO dicis.

DICAEA, Δίκαια. Vrbs Macedoniæ in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Autor Plin. lib. 4. cap. 10.

DICAEARCHIA, Δικαιάρχεια. Vrbs olim celeberrima in ora Lucaniæ, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quōdam iustissimè tegebatur. Nam Græci δίκαιον iustum vocant, ἀρχὴν principatum. Sunt qui Dicarchiam vocant hanc Vrbem per quatuor syllabas. Vnde & possessiuum Dicarchæus apud Sidonium Apollinarem legitur, Nanque Didarchæ transfatus puluis arenæ. Loquitur illic de puluere Puteolano, qui in aspergendis Palæstritarum corporibus primam laudem habebat.

DICAEARCHVS, Δικαίαρχος, Philosophus fuit Siculus, ex Messana ciuitate, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra: scripsit de Republica Spartiatarum, quem librū quotannis prælegere in loco publico cautum erat, iuuenésque auditum conuenire. Hic opinatus est hominum exordium nullum extitisse, tanquam semper fuerit humanum genus. Composuit tres libros, in quibus scribit animam nihil aliud esse quàm vim quandam atque potentiam æquabiliter fusam, tam in corporibus brutorum quàm hominum, eámque à corpore credebat esse inseparabilem, & vnà cum corpore interire. ¶ Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Aristarchi auditor, Suidas.

DICAEOGENES, Δικαιογένης, Poëta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Autor Suidas.

Dicæologia, δικαιολογία, Iuris sui in medium prolatio, quum scilicet iura

Universidad de Deusto

iure nostro freti, æquitatem causæ quàm breuissimè complectimur. Rutilius Lupus.

Dicax, vide DICO dicis.

Dichoreus, δίχορος. Pedit genus est, ex duobus constans trocheis: vt Audiamus: quum scilicet prima & tertia syllabæ producuntur, secunda autem & quarta corripiuntur.

Dichotomos, διχοτόμος. Ital. *Partito in due parti.* Gal. *Diuisé en deux parties.* Hisp. *Partido en dos partes.* Apud nos idem est quod dimidiatus, siue per medium fractus: qualis septimo quoque die post plenum orbem luna videtur.

Dico, as, priore correp. Est consecro, dedico, numini offero. ἀνατίθημι ἀφιερῶ. Ital. *Dedicare, consecrare.* Gal. *Dedier, consacrer, donner à perpetuité.* Hisp. *Dedicar ò consagrar.* Plin. lib. 12. cap. 1, Priscóque ritu simplicis rura etiã nunc deo præcellentem arborem dicant. Cice. 1. Tusc. Dicati Apollini cygni. ¶ Accipitur etiam pro addicere, offerre, & se totum alicui tradere. Cic. Cæl. lib. 1, Balbum quanti faciam, quámque me ei totum dicauerim, ex ipso scies. Idem 3. de Orat. Non vidit eorum ipsorum qui tum adolescentes Crasso se dicarant, horribiles miserósque casus. Dicare se in aliquam ciuitatem, & Dicare se ciuitati, Cic. pro Cor. Balbo. ¶ Huius verbi composita sunt Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent penul. correp.

Dicatio, onis. ἀνάθεσις, ἀφιέρωσις. Ital. *Esso donare & dedicare.* Gal. *Dediement, donnaison speciale, adonnement.* Hisp. *La dedicacion.* Cic. pro Cor. Balbo, Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. Nõ esse huius ciuitatis ciuis qui se alij ciuitati dicarit, potest. Neque solùm dicatione, sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio.

Dico, is, priore prod. dixi, dictum, Loquor, eloquor. λέγω. Ital. *Dire, parlare.* Gal. *Dire, parler.* Hisp. *Hablar, dezir artificiosamente, dezir* simpliciter. Cic. pro Quintio, Quid hoc iniquius dici aut commemorari potest? Apud Oratores verò, Loqui, est qualiacunque verba proferre: dicere verò, eleganter & facundé. Quint. lib. 10, Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui disposité, ornaté, copiosé dicit. Cice. in Orato. Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen vtrunque in differendo est: disputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi, & orandi. Hinc Dictio, λόγος, φράσις, vocatur oratoria & facunda oratio, licet etiam pro parte minima orationis significatiua accipiatur, quam Græci λέξιν appellant. ¶ Dicere etiam, vocare, nominare est. Virg. 1. Aenei. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. ¶ Quandoque indicare. Virgil. 3. Aeglo. Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? ¶ Quandoq; denuntiare. προαγορεύειν. Terent. And. Sed dico, ne temere facias. ¶ Quandoque promittere. ἐπαγγέλλεσθαι. Pompon. in Pistoribus, Numos certos dico quinquagiuta millia. Salu. li. 2. Hist. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coëgit. ¶ Quandoque pro affirmare. Matt. in Amph. Quũ verus patriæ diceris esse pater. ¶ Quandoque dicare. Virg. 6. Aen. Iunoni infernæ dictus sacer. ¶ Quandoq; pro significare. Terent. in Eunuc. At nesciebam id dicere illam. Et alibi, Quasi tu dices factum id meo consilio. ¶ Quãdoque accipitur pro cantare. Virg. 3. Aeg. Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Quãdoque pro pronuntiare. Hinc fit Dicere sententiam, quum tanquam consiliarij, quid nobis videtur, pronuntiamus, γνώμην ἀποφαίνεσθαι. Quint. Apud iudices quidem secundum legem dicturos sententiam, de confessis præcipué, ridiculum est. ¶ Dicere leges aliud est quàm Ferre leges. τιθέναι νόμους. Ferũtur enim leges apud suos. Dicuntur autem victis, hoc est, imperantur. Liuius. Quando perinde ac victo iam sibi leges dicerentur. ¶ Dicere diem, est citare, vel in ius vocare & diem præfigere, quo ad causam dicendam præstò sit. ἐπάγειν δίκην. Liu. 3 ab Vrbe, Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus Patritiis iunenibus in forum descendit. Interdum etiam extra iudicium dicere dié, est certum diem prefigere, constituere, siue assignare. Terent. And. Hic nuptiis dictus est dies. Cæs. 1. bell. Galli. Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conueniant. ¶ Dixti per syncopen, pro dixisti. Terent. Eunuch. Dixti eunuchum velle te. ¶ Dicere causam dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Liu. de bell. Macedo. Scipio iussus dicere causam, orationem, &c. Cæs. 1. bell. Gall. Orgentorigé ex vinculis causam dicere coëgerunt. ¶ Dicere dotem filio, vel filiæ, est promittere in dotem. Terent. Heaut. Quid dotis dicam te dixisse filio? Et paulò pòst, Sed ita dictu opus est, si me vis saluum esse, & rem & filium, Me mea omnia bona doti dixisse illi. Cice. pro L. Flac. Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. ¶ Dicere cœnam. Plaut. Stic. Fero conuiuam Dionysium, mihique Et tibi, nanque Aedepol cœna dicta est, locus liber datus est mihi, & Tibi apud vos. ¶ Ius dicere, est magistratuum. Cic. de Prouin. consul. Emisti grandi pecunia vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos, contra Senatusconsultũ, & contra legem generi tui dicere liceret. Idem pro L. Flac. Qui anno antè Romæ ius dixerat. ¶ Dicere Magistrum equitum, proereare. Liu. 5 ab Vrbe, Is sibi magistrum equitum Posthumium Ebutium dicit. ¶ Dicere multam antiqui cum dicebant, quum ad populum & in comitiis multa disceptanda irrogabatur, quod ipsi Certare multa dicebant Liuius 2. bel. Pu. lib. 5, Excitatique tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carn

tio dictat: quod etiam annotauit Valla in Raudensem. Plin.lib.26. cap.4, Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adiiciemúsque quas ratio dictauerit. ¶ Dictare, pro edicere, seu polliceri. Quintil.lib.11.cap.vlt. Aut cum sodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, vt sportulam dictare videantur.

Dictata, Dicuntur veluti themata atque præscripta quæ magister ludi pueris præbere consuenit. ¶ Ital. *Quello che il maestro da in nota à i suoi discepoli.* Gal. *Ce que le maistre donne à escrire à ses disciples.* Hisp. *La leciion que se da al discipulo para escriuirla.* ¶ Cic. ad Attic. 13, Non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem audetem scribere. Horat. Sic iterat voces & verba cadentia tollit, Vt puerum sæuo credas dictata magistro. ¶ Nec in literis tantùm, sed in aliis quoque artibus dictata dicuntur. Iuue. -peragit dictata magistri Omnia. Sueto. in Cæsa. Vt disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Vbi per dictata, gladiatoria præcepta, documentáque significantur. Dictata autem dicuntur huiusmodi themata, quoniam quæ docemus, sæpe inculcamus, vt penitus excipiantur & ediscantur.

Dictator, δικτάτωρ, ὁλοῦ παρ' ἑαυτῷ τὸ λυμαίνεσθαι, Apud Romanos erat cui periculosissimo Reipub. tempore summa potestas permittebatur, quam Dictaturam vocabant. Ita dictus siue à dictando iure, siue quòd à Consule diceretur, cuius dicto audientes omnes essent. Creabatur enim viua voce, non per suffragia, & durabat per sex menses. Et quia summa potestas erat Dictatoris in populum, is quoque Magister populi appellatus est, vt scribit Varro. Cic. 5. de Finib. Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magistratus, habens ius animaduertendi in cuiuscunque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat nec alio pacto creari solebat quam quum vis aliqua maior repentè oborta ingentem vrbi cladem minitari videretur. Dictatori cæteros magistratus eligere licebat, à quibus dictandis quidam Dictatorem appellatum voluerunt. Dicebatur autem Dictator à Consule, qui deinde Magistrum equitũ dicebat. Liu. lib. 9. ab Vrbe, Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Iuuen. Sat. 8. Fumosos equitum cum Dictatore magistros.

Dictatrix, icis, quæ dicit agenda, præcipit, & imperat. Plaut. Persa, Tu hîc eius dictatrix nobis.

Dictatorius, a, um, τοῦ δικτάτωρος. Quod ad Dictatorẽ pertinet, seu quod est Dictatoris. Liu. 6. ab Vrbe, Postremò Dictatorium fulmen in se intentatum. Dictatorius gladius, Cic. pro Cluent. Dictatorius iuuenis, Dictatore patre natus. Liu. 1. Dec. a. lib. 7.

Dictatura, Ipia Dictatoris dignitas, δικτάτωρος ἀρχή. Plutar. ἀνώτατον ἀξίωμα ἀρχῆς. Liuius, Dictaturæ semper altius fastigium fuit. Nam à Dictatoribus nõ erat ius prouocandi, quibus etiam animaduersio capitis data est. Dictaturam gerere. Cic. 2. Offic. Quòd is paucos sibi dies ad Dictaturam gerendam addidisset.

Dictito, as, pen. corr. à dicto, secundum à dico frequentatiuum, Passim, & frequenter dico. ¶ Ital. *Dire spesso.* Gal. *Souuent ou en plusieurs lieux, dire ou raconter quelque chose.* Hisp. *Dezir a menudo.* ¶ Cic. 5. Verr. Vt hoc iam palàm dictitent. Idem ad Lentu. Queri post reditum dictitant fracto animo & demisso fuisse, Idem 3. Officio. Dictitabat se hortulos aliquos emere velle.

Dicteria, orum. Dicta falsa & acuta, & quodam quasi aculeo pungentia. ¶ Ital. *Motti che pungono, motti piacevoli.* Gal. *Parolles de moquerie.* Hisp. *Donayre motejando.* ¶ Mart. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes. Varro, ἐν τῷ περὶ λόγων. Quam mobile neque orto psalticum attulit psalterium, quibus sonant in Græcia dicteria. ¶ Dicteria petulantius iacta Prisci Mæsonica vocabant, παίγνια μακεδονικὰ à Mæsone quodam histrione comœdiarum Megarensi.

Dictamnum, siue Dictamnus. ¶ δίκταμνος Dioscoridi. Ital. *Ditamo.* Gal. *Vne herbe appelee dictam, ou gingembre de jardin.* Hisp. *El ditamo yerua conocida.* ¶ Herba est in Creta præcipuè nascens, acris, tænis, pulegio similis, sed maioribus foliis, quæ tomento quodam spissáque lanugine pubescunt. Florem nullum aut semen profert. Produnt in Creta capras sagittis percussas, huius herbæ pastu eas exutere. Virgil. 12. Aeneid. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis & flore comantem, Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, quum tergo volucres hæsere sagittæ. Cic. 1. de Natu. deor. Capras auditum in Creta feras, quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamnus vocatur: quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore.

Dictator, Dictatura, vide DICO, dicis.

DICTE, δίκτη, teste Ptole. lib. 3, Mons est Cretæ, sic dictus à Dicte nympha quæ in eo colebatur.

Dictæus, a, um, δικταῖος, Cretensis. Virg. 4. Georg. Dictæo cæli regem parere sub antro.

Dicterium, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum, vide DICO.

Dicrorum, pen. cor. δικρότων. Latinè dicitur biremis, quæ duobus tantùm remorum ordinibus regitur, à prora scilicet & à puppi. Iulius Pollux lib. 1, Dicrota sunt naues quæ duobus gubernaculis pariter à prora reguntur & puppi. Cic. Arti. lib. 5. Ἄφραστον Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud catascopion. Idem lib. 16, Nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota. ¶ Dicroton item medici vocant pulsus quoddam genus in atteriis, à geminato percussu. Galenus in tractatu de Pulsibus.

DICTYNNA, pen. prod. Δίκτυννα. Cognomen est Dianæ. Scribit Diodorus lib. 6, Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta consuetudine Dianæ familiarissimè vsam esse, quæ res causam præbuit vt quidem Dictynnam, Dianámque eandem esse existimarent. Callimachus ait, Dictynnam à retibus piscatoriis (quæ δίκτυα dicunt) denominatam, intra quæ fugiens euaserit violentiam Minois regis eam libidinis causa insequentis. Alij à retibus venatoriis ita dictam volunt, quorum vsum prima tradituc inuenisse. Vide ea quæ suprà annotauimus in dictione BRITOMARTYS.

Dictynæum, Δικτύναιον. Dictynnæ templum in monte Cretæ, cui nomen est Tityrus: cuius meminit Strabo lib. 10.

Dictyota, δίκτυα, Opera quæ nostri *retiacula* vocant, ita dicta quòd in hoc ædificij genere tessellæ, macularum quæ in reti conspiciuntur, similitudinem referant. Δίκτυα enim Græci vocant retia. Plin. lib. 36, cap. 22. Dictyoton vocant reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt rimis opportunam. Vbi tamen in vulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

DICTYS, Δίκτυς, Vnus ex Centauris fuit Pitithoi manu interfectus, vt est videre apud Ouid. lib. 12. Meta. ¶ Fuit etiam hoc nomine historicus Cretensis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionẽ Troianam profectus, totum illud bellum, Phœnicum lingua conscripsit. ¶ Fuit & Dictys piscator quidam qui Perseum educauit, de quo Stati. lib. 2, Fluctiuagus volucrem comebat Persea Dictys.

Didascalia, ¶ διδασκαλία. Ital. *Doctrina.* Gal. *Doctrine.* Hisp. *Doctrina ò enseñança.* ¶ Latinè doctrina, siue eruditio, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, quod est docere siue instituere. Cæl. Cic. lib. 7. Genere tamen quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, vt versetur inter manus habeat.

Didascalus, ¶ διδάσκαλος. Ital. *Maestro.* Gal. *Docteur, maistre.* Hisp. *Maestro que enseña.* ¶ Nobis præceptorem sonat, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, hoc est à docendo.

DIDIA lex, A' latore Dido nominata, A' Macrob. lib. 3. ca. 17, inter leges sumptuarias numeratur. quæ post Fanniam legẽ duodeuiginti annos sequuta est, cuius ferendæ duplex ratio fuit. Prima, vt non sola ciuitas Romana, sed vniuersa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, vt nõ modò qui conuiuia maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atque omnino interfuissent, pœna legis tenerentur.

DIDO, dus, Δίδω. Filia fuit Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis Sichæo Herculis sacerdoti iuncta fuit: quem quum Pygmalion Elissæ frater, thesauris eius inhians, ante aram obtruncasset, illa in somnis monita, cum iis quibus Pygmalioné inuisum esse sciebat, effossis clàm thesauris nauim conscendit, & in eam Africæ partem quæ Zeugitana appellata est, delata, tantum sibi soli emit, quãtum taurino corio posset circundare. Quo in loco quum corium in tenuissimas partes dissecuisset, locúmque satis amplum complexa esset vrbem condidit, quã Carthaginem appellauit, arcémque in medio vrbis; quam à corio bubulo Byrsam vocauit. Deinde quum Iarbas Getuliæ Rex nuptias eius ambiret, recusantémque vi armisque cogeret, sibiipsi manus intulit, præferens nimirum honesta morte occumbere quàm prioris lecti iura, secundis nuptiis polluere. Virg. lib. 1, & 4. Aenei. fabulatur Aéneam capta Troia à patria profugum, vi tempestatis Carthaginem fuisse delatum, Elisámque amore eius captam, quum præter spem deseretetur, mortem sibi conscisisse. Quæ tamen res grauissimorum Historicorum fide facilè refellitur, qui Carthaginem tradunt septuagesimo demum anno post Romam conditam, ab Elisa condi cœpisse. Ab Aeneæ verò in Italiam aduentu vsque ad Vrbem conditam numerantur anni amplius quàm trecenti, quibus Albæ regnatum est. Hac de re extat elegans apud Ausonium Epigramma, quo illa se ab impudicitiæ nota vindicat, monens lectorem, vt de moribus suis incorruptis potius Historicorum monumentis, quàm Poëtarum fabulis fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Elisa dicta fuit: Dido autem cognominata fuit à rerum gestarum magnitudine, quasi virago.

Dido, didis, dididi, diditum, Distribuere significat, & digerere. ¶ Ital. *Distribuire, dividere.* Gal. *Bailler, distribuer, departir.* Hisp. *Partir en partes, repartir.* ¶ Dictúmque videtur dido, quasi dimido, ablata media syllaba. Horat. 2. Serm. Saty. 2, Abluti senis exemplo dum munia didit, id est diuidit. Frequenter accipitur pro diuulgo, siue dispergo. Virgil. 7. Aeneid. Diditur hic subitò Troiana per agmina rumor. Idẽ 8. Aeneid. Cognatique patres, tua terris, didita fama. Est autem hoc verbum Lucretio in primis familiare.

Didoron, pe. prod. ¶ δίδωρον. Ital. *Di due palmi.* Gal. *De deux palmes.* Hisp. *De dos palmos.* ¶ Quod est duorum palmorũ: vnde lateris quoddam genus sesquipedali longitudine, Plin. didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum maiorum, quorum singuli valent palmos minores tres, hoc est digitos duodecim. Verba Plinij sunt hæc ex lib. 35. cap. 14, Genera laterum tria: didoron quo vtimur, longum sesquipede, latum pede. Alterum tetradoron. Tertium pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum vocabant: & ideo dora, munera, quia manu dareneur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prour sunt nominantur. Hæc ille.

Didrachmum, δίδραχμον, Numus est duas drachmas continens. Bud.

Diduco, is, pen. prod. In diuersas partes, & diuersa loca duco, distraho, ditimo. ¶ Ital. *Dipartire, guidare in diverse parti.* Gal. *Desjoindre, separer, & faire aller une part ça & l'autre là.* Hisp. *Partir en partes diuersas.* ¶ Cæs. 6. bell. Gall. Dimittendæ plures manus, diducendique erant milites. Colu. lib. 6, de bobus domandis. Post hæc diductis malis educito linguam. Idem lib. 4, Validam vitem in ramos diducere censeo. Perf. Quúmque itet ambiguum est, & vitæ nescius error, Diducit trepidas ramosa in compita mentes. Virg. lib. 1. Georg. -quique paludis Collectum humorem bibula diducit arena. Propert. Non ego complexus potui diducere vestros.

DIDYMAON, Δίδυμαον, Insignis faber ferrarius fuit, cuius meminit Virgil. lib. 5. Aenei. Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes, Neptuni sacro Danais de poste refixum.

DIDYMI, es, pe. corr. Δίδυμοι, Insula in mari Siculo, vna ex Aeoliis. Pompon. Mela. lib. 2.

DIDYMAEVS, Δίδυμαῖος, Apollo dictus est, quòd geminam speciem sui numinis præferat. Ex vno enim fonte lucis, gemino sydere spatia diei & noctis illustrat: interdiu per seipsum lumen præbens, noctu verò lunam illuminans. Vnde & Romani (vt inquit Macrobius) Solem Didymæi Apollinis appellatione venerantur. ¶ Dictum est & Didymeũ templum Apollini dicatum apud Miletum quòd prius oraculũ Brancidarum (vt autor est Plin.) appellatum est. De quo templo sic scribit Strabo lib. 4. Post Posideum Milesium est oraculũ Apollini Didymæo sacrum apud Brancidas, ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesij templum construxerunt omnium maximũ, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, variis antiquarum artium donis sumptuosissimè honoratum.

Didymus, δίδυμος, Latinè geminus dicitur. Quo nomine vir Alexandrinus

Universidad de Deusto

drinus dictus est, qui licet ab ineunte pueritia oculis captus foret, diuinas tamen literas optimè callebat, & inter Ecclesiasticos scriptores illustris fuit: quumque propter cæcitatem etiam elementorum ignarus esset, Geometriam tamen, quæ vel maximè visu indiget, perfectissimè tenuit. Autor Hieronymus. ¶ Fuit & alter Didymus Alexandrinus sattamentarij filius, quo nemo (vt Quint. inquit) plura scripsit. Grammaticus fuit, & ad Augusti tempora peruenit ob assiduam circa libros moram, χαλκέντερος appellatus, quòd ad tria millia librorum & quingentos scripsisse dicitur. ¶ Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. ¶ Alius item Poeta qui Georgica scripsit. ¶ Alius præterea philosophus Academicus.

Dies, ἡμέρα. Ital. *Il giorno.* Gal. *Iour.* Hisp. *El dia.* } Tam masculini quàm fœminini generis est in numero singulari, plurali verò tantùm masculinum. Illud tamè interest, quòd dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum: & ideò diminutiuum eius est diecula, quod significat breue tempus & moram. Dies verò quum tempus significat viginti quatuor horarum, vel etiam spatium illud ab oriente sole ad solem occidentem, generis masculini est, nam illud tempus est determinatum. Sic diem hesternum, & diem hodiernũ, potius dicimus quàm hesternam, vel hodiernam. Contrà, pro tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore, non autem longus dies. Iuue. Longa dies igitur quid contulit? id est longum tempus. Virg. 12. Aene. Multa dies, variúsque labor mutabilis æui Rettulit in melius. Iurisconsulti item bima, trima, quadrima die vsurpãt pro tempore biennij, triennij, quadriennij. Sed confunditur quandoq; hæc differentia. Virg. 2. Aeneid. Iámq; dies infanda aderat. Cic. ad Qu. Fratrem, In qua primum erat, quòd antiquior dies in eas fuisset adscripta literis quàm in Cæsaris. Plin. lib. 13. cap. 24. Mirum quòd eadem die germinat, qua iectum est. ¶ Dies qui ciuilis dici solet, à media scilicet nocte in sequentem (vt Macrob. lib. 1. cap. 3. tradit) ita diuiditur. Primum diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, siue galli cantus, ἀλεκτροφωνία, quòd tum galli cantent. Inde conticinium, ἀνεμιλόκη νυξ, quum & galli conticescunt, & homines quiescunt. Deinde Diluculũ, quum incipit dignosci dies. διῦγος. Inde manè, quum dies est clarus. ὄρθρος. Inde meridies, dici medium. ἐσπέρα, μεσόντα ἡμέρα. Inde iam suprà vocatur occiduum tempus, δείλη: quod est serum diei vocatur: ὀψὲ & mox suprema tempestas, hoc est diei nouissimum tempus: sicut est expressum in duodecim tabulis, Solis occasus suprema tempestas esto. Deinde Vespera, seu Vesper, ἑσπέρα, à stella quam Græci Hesperũ. Plaut. Vesperuginem, Ennius Vesperum, Martialis Phosphorum, Virg. Hesperon appellant. Inde crepusculum vespertinum, δείλη φῶς: dictum à crepero, quod dubium significat, tanquam lux dubia, quòd incertum sit, id tempus, noctis an diei existat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tum primum faces, hoc est lumina inferri incipiant. νυκτὸς ἀρχή. Deinde nox concubia, à cubando: deinde intempesta quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes distribuebant diem, qui constat ex viginti quatuor horis, & lucem tenebrásque continet: eúmque diem, cuiusm vocabant, quòd in aliis atque aliis ciuitatibus & regionibus alio atque alio modo obseruaretur. Athenienses enim dies ciuilem auspicabantur à sole occidente, ad solem iterum occidentem: Babylonij ab ortu solis ad solem secundò exorientem: Vmbri à meridie ad meridiem subsequentem: Romani autem à media nocte ad mediam noctem: quorum à nobis quoque consuetudo obseruatur, adeò vt siquid ante mediam noctem gestum sit, id præcedenti diei ascribatur, quòd à media nocte, subsequenti diei annumeretur. ¶ Interdum diem dicimus, vt solam lucem intelligamus, tenebras verò sub noctis nomine. Virg. 6. Aeneid. Nocles atque dies patet atri ianua Ditis. ¶ Est & dies naturalis ab ortu ad occasum solis. ¶ Dies totius anni ex institutione Numæ, aut festi erant, aut profesti, aut intercisi. Festi dies aut sacrificiorum, aut epulatum, aut ludorum causa fuerunt instituti. Profesti autem diuiduntur in fastos, comitiales, comperendinos, statos, præliares. Intercisi verò dicebantur, qui & humanis & diuinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis suis. ¶ Huius nominis genitiuus est diei, dij, dies, & die. Cic. pro Sex. Equites non daturos illius dies pœnas. Virg. 1. Georg. Libra dies somnique pares vbi fecerit horas. Idem 1. Aeneid. Munera, lætitiámque dij. Sal. in Iug. Vix decima parte die, pro diei. ¶ Die crastini, die septimi: pro die crastino & septimo. Plaut. Most. Hanc rem die crastini quum herus resciuerit. Idem Menæch. Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Vide Macrob. 1. Sat. cap. 2. Diequinti, dieproximi, diepristini: pro quinto, proximo, & pristino. Vide Gell. lib. 10. cap. 24. ¶ Deriuatiua & composita à dies, sunt hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiustertius, nudiusquartus, diarium, æquidiale, æquidium, diuculum, & perdius. ¶ Dies qui hebdomadem constituunt, à septem Planetis cognominati sunt. Primus septimanæ dies à Sole, dies Solis, siue Phœbi dicitur ἡλίου ἡμέρα, κυριακή. Secundus à luna, Lunæ, σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurij, ἑρμοῦ. Quintus à Ioue, Iouis, Διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno, Saturni, κρόνου. ¶ Dies critici, siue crisimi, κρίσιμοι ἡμέραι, à medicis dicuntur iudiciarij, in quibus, scilicet de ægritudine ferri iudicium potest. Vide suprà Crisimi dies. ¶ Per antiquum diem, πάλαι ποτὲ ἡμέρας, prouerbialiter olim de re admodum obsoleta priscáque. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi, Magno Platonis anno. ¶ Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca est, ἄλλοτε μητρυιὴ πάλαι ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ. Versus est Hesiodi, quo significatum est, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atque alio male. Inde translatum, quòd matres bene volunt liberis, nouercæ oderunt priuignos. ¶ In diem viuere, est ne volunt liberis, nouercæ oderunt priuignos. ¶ In diem viuere, est præsentibus rebus contentum viuere, atque ex parato, minimè solicitum de futuris. Quæ vita Græcis dicitur κατὰ ἡμέραν βίος: & κατὰ ἡμέρα-

Diãa, qui ad eum viuunt modum.

ecula, diminutiuum à die, gen. fœm. quod ferè pro exigua temporis mora accipitur. ἡμερίδιον. Ital. *Picciol spatio di tempo.* Gal. *Vn petit iour, vn iour seulement, vn petit de temps.* Hisp. *Pequeño espacio de tiempo.* } Terent. in Andr. Non satis habes quòd dieculam addo? id est aliquam temporis

Dilationem.

escit, Dies fit. ἡμέρα γίνεται. Ital. *Si fa giorno.* Gal. *Il se fait iour.* Hisp. *Ya viene el dia.* } Sicut nocteſcit, nox fit, quibus solùm vtimur in certis personis absolutè & impersonaliter.

Diespiter, diespitris, Dici pater. ζεὺς, Ζῆν. Id est Iupiter: sicut Diouis, quasi die iuuans, quòd homines die & luce quasi vita ipsa iuuaret. Hora. lib. 1. Carm. Nanque diespiter Igni corusco nubila diuidens. Macrob. Ipsi quoque Romani diespitrem Iouem appellant.

Diequarti, & Diequartè, pro diequarto. Diequinti & diequintè, pro die quinto. Diepristini vel pristinè, pro diepristino, quod nos conuerso compositionis ordine dicimus pridie. Diecrastini, pro diecrastino, & alia multa. Videntur autem veteres differentiam fecisse inter diequarto & diequartè: vt illud, pro præterito sit, quod nos nudiusquartus dicimus: hoc, de futuro. Vide Macrob. Satur lib. 1. & Gell. lib. 10. cap. 24. Sunt autem hæc omnia composita, & pro aduerbiis accipiuntur.

Dierecti, teste Nonio, A' die vocati sunt crucifixi, quasi ad diem erecti. Festus scribit dierectum per antiphrasin dici apud veteres, volentes significare malum diem. vnde Dierectà aduerbialiter dicimus. Plautus Quin tu i dierectà cum succula & cum porculis. Dierectà (inquit) quasi in malam diem. Vnde prouerbialiter, In directum iubemus ire, quibus precamur exitium.

Diurno, as, Diuino, teste Nonio. } Ital. *Viuer lungo tempo.* Gal. *Viure longuement.* Hisp. *Durar mucho tiempo.* } Est autem verbum à die deductum, sicut perennare ab anno.

Diurnus, a, um, à die sit, sicut nocturnus à nocte. ἡμερήσιος. Ital. *Diurno, di giorno.* Gal. *De iour ou d'vn iour.* Hisp. *Cosa del dia.* } Cic. de Senec. An censes (vt de meipso aliquid more senum gloriet) me tantos labores diurnos, nocturnosque domi, militiæque suscepturum fuisse, &c. Plaut. in Menæch. Inde vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

Diurnum, ni, Liber continens acta singulorum dierum. ἐφημερίς. Ital. *Giornale.* Gal. *Papier iornal.* Hisp. *Historia que procede de dia en dia.* } Iuuen. Longi relegit transacta diurni. Aliàs Diurnum accipitur pro victu atq; mercede vnius diei. Seneca. Diurnum accipit, incentunculo dormit. Idem lib. 2. Controu. Consors modò omnis fortunæ diurnum petam.

Diutinus, a, um, pen. corr. Longus, seu continuus. δηλωτικὸς χρόνου. Ital. *Longo, continuo.* Gal. *Qui dure long temps, de durée.* Hispa. *Cosa de mucho tiempo.* } Cic. lib. 10. Epist. Libertatis desiderio, tædióque diutinæ seruitutis. Sic Cæsar, Diutinus labor & Liuius, Diutinum bellum.

Diutinè, aduerbium. Idem quod diu. δηλαδὴ, πολλὰ χρόνια. Ital. *Lungamente, di giorno.* Gal. *Long temps, longuement.* Hisp. *Luengo tiempo o en luengo tiempo.* } Plaut. in Rudẽ. Ille qui consultè, doctè, atque astutè canet, Diutinè vti benè licet partum benè.

Diutulè, pen. corr. diminutiuum à Diu, significat aliquandiu. ἐπ' ὀλίγον. Ital. *Vn pochetto di tempo.* Gal. *Quelque temps, assez long temps, non pas trop.* Hisp. *Poco tiempo, o en poco tiempo.* } Gellius, Quum diutulè tacitus cogitando fuissem. Apuleius in Flor. Ar non itidem maior meus Socrates, qui quum decorũ adulescentem & diutulè tacentè conspicatus foret, &c.

Diutius, comparatiuum ab aduerbio diu. } χρονιώτερον, χρονιώτερον. Ital. *Piu allungo piu longamente.* Gallicè, *Plus longuement.* Hispa. *Mas tiempo.* } Cic. 7. Verr. Potero hoc ego onus tantum aut in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus sustinere. Plaut. Rud. Sed. mea desidia spem deserere noluí: Eo vos amici detinui diutius. Cic. Non obtundam diutius aures vestras.

Diutissimè, Longissimo tempore. } πολλοῦ χρόνου. Ital. *Longhissimamente.* Gal. *Fort long temps, treslonguement.* Hisp. *Longissimo tiempo.* } Cic. de Amic. Catonem induri senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius qui & diutissimè senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset.

Diuturnus, a, um, Idem quod diutinus, à diu deriuatum. } χρονιώτερος, χρόνιος. Ital. *Che dura longo tempo.* Gal. *Qui dure long temps.* Hisp. *Cosa de mucho tiempo.* } vt, Vsus diuturnus, silentium diuturnum, apud Ciceronem. Idem de Senectute. Quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.

Diuturnitas, tatis. } πολυχρονία. Ital. *Longa durata, longhissa di tempo.* Gal. *Longue durée, longue espace de temps.* Hisp. *Longura de tiempo.* } vt Diuturnitas belli, Cæsar. Diuturnitas temporum, Cic. Idem de Senec. Semper enim in his studiis laborióque viuenti non intelligitur quando obrepat senectus: ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

Dieteris, pen. prod. Tempus duorum annorum. } δίετια. Ital. *Il espatio di due anni.* Gal. *Espace de deux ans.* Hisp. *Tiempo de dos años.* } sicut Trieteris, τριετηρὶς, trium annorum, vel certè (vt eleganter docet Censorinus) quod tertio quoque anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris constabat ex quinque & viginti mensibus, hoc est ex duobus annis quorũ alter duodecim habebat menses, alter tredecim. Sic etiam Penteteris, πενταετηρὶς dicitur tempus hoc duplicatum, hoc est quadriennij spatium: ita dictum, quòd quinto quoque anno recurrat.

Diffamo, pen. prod. Per diuersas partes famam diuulgo: Sinistram famam de re quapiam spargo. διαφημίζω. Ital. *Diuulgare mala fama.* Gal. *Diffamer.* Hisp. *Diffamar.* } Sumitur enim ferè in detectionem partem. Tacitus, A' Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias vltum ibat. Adulterium diffamatum, Ouid. lib. 4. Metamorph.

Diffarreatio, Sacrificij genus inter virum & vxorem, quo coniugium dissoluebant per confarreationem contractum. Erat autem Confarreatio quædam solennitas, quam sacerdotes obseruabant in vxore ducenda. Soli enim sacerdotes, autore Boëthio, per cõfarreationem vxorem ducebant. Dicta est autem hæc solennitas confarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito: quod etiam in diffarreatione adhibebatur.

Differcio, Compositum est à farcio, Impleo & distendo. } συμπίμπρημι. Ital. *Empire, distendere.* Gal. *Remplir de tout costé.* Hispa. *Embutir o recalcar.* } Horat. lib. 1. Saty. 5, Inde forum Appi Differtum nautis. Idem lib. 1. Epist. Differtum transire forum.

Differo, Spatium temporis extendo. } ἀναβάλλομαι. Ital. *Differire, prolungare.* Gal. *Differer, delayer, prolonger.* Hisp. *Dilatar el tiempo.* } Virgil. lib. 6, Distulit in seram commissa piacula mortem. ¶ Interdum est in diuersa loca ferre. διαφέρω. Plaut. in Rud. Nos cum scapha tempestas dextrouersum differt ab illis. Idem in Cur. Iam ego te faciam, vt hinc formicę te frustulatim differant. ¶ Interdum diffamare, diuulgare. Lucil. Gau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

des, quum de me ista foris sermonibus differs. Plaut. in Tri. Nolo ego mihi te iam prospicere, qui meam egestatem leues: sed vt inops Infamisque sim, ne mihi hanc famam differant. ¶ Interdum diuidere, scindere, dissipare. διαφέρειν. Terent. in Adelph. Me miseram, differor dolo ribus. Simile Græcis est ἀλφίστος. ¶ Interdum in ordinem ponere, ἀλφαβήτιος. Virg. lib. 4. Georg. Ille etiam seras in versum distulit vlmos. ¶ Interdum distare. ἀλφάκριτος, ἀλφίσιον. Cicc. Diuin. in Verr. Ac vide quid differat inter meam opinionem & tuam.

Differentia. {ἀλφορά. Ital. *Differenza.* Gal. *Difference.* Hisp. *Differencia.*} Cic. 4. Acad. Quòd videretur esse quædam in vitiis differentia. Idem 5. de Finib. Ita fit, vt quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorúmque dissimilitudo. Indifferens, ἀδιάφορον, quod scilicet per se neque bonum est, neque malum.

Differitas, pro differentia, quo antiqui vtebantur. ἀλφορά. Luer. lib. 4.

Tantáque in his rebus distantia, differitásque est. Nonius.

Dilatus, participium, {ἀναβαλλόμενος. Ital. *Differito, prolongato.* Gal. *Differé, delayé.* Hisp. *Dilatado, prolongado.*} Cic. 4. Verr. Quasi metueret ne Petilius priuato illo iudicio transacto, aut dilato, cum exteris in consilium reuerteretur. Pœna dilata in tempus mortis, Ouid. 3. Trist.

Dilatio, Tempotis prorogatio, siue extensio dicitur. {ἀναβολή. Ital. *Dilatione, prolongamento.* Gal. *Delay, dilation, attente.* Hisp. *Dilacion.*} Plin. lib. 18. cap. 10. Nec vlla segetum minus dilationem patitur. Cic. 3. Philip. Quę est igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis?

Dilator, oris, Cũctator. {μελλητής. Ital. *Prolongatore, indugiatore.* Gal. *Delayeur, qui differe, faittard.* Hisp. *Prolongador del tiempo.*} Horat. in Arte, Dilator, spe longus, iners, auidúsque futuri.

Diffibulare, Aperire, discingere, fibulam resoluere. {λυωπερονᾶν. Ital. *Diffibbiare.* Gal. *Desboucler.* Hisp. *Quitar la hevilla ò candado.*} Papin. Emicat, & torue chlamydem diffibulat aura.

Difficilis, le. Dicitur illud quod non est facile. {δύσκολος. Ital. *Difficile, malagevole.* Gal. *Difficile, malaisé.* Hispa. *Difficil de hazer.*} Terent. in Heaut. Nihil tam difficile quin quærendo inuestigari possit. Si tamen de homine dicatur, idem erit quod Morosum. Cicc. de Senect. Moderati enim, nec difficiles senes.

Difficultas abstractum. {δυσκολία. Ital. *Difficultà.* Gal. *Difficulté, malaisance, empechement.* Hisp. *Difficultad de hazer qualque cosa.*} Cicc. pro Cluentio, Prospicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura. ¶ Accipitur eleganter pro inopia: vt, difficultas rei numariæ, aut frumentariæ. Cic. 4. Verr. Et simul ostendit se in summa difficultate esse numaria.

Difficilè, & Difficulter, aduerbia. {δυσκόλως. Ital. *Difficilmente, malagevolmente.* Gal. *Difficilement, malaisément, à grand' peine, avec difficulté.* Hisp. *Difficilmente.*} Plin. lib. 17. cap. 12. In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile euellatur. Liu. lib. 5. bell. Pun. Circumdari pedites haud difficulter impetum incursantium Numidarum arcebant.

Difficil, antiqui dicebant pro difficilé. Autor est Nonius, qui adducit testimonium Varronis, Quod vtrum sit magnum, an parum, facil, an difficil.

Difido, is, pen. prod. Non fido, despero, & in re aliqua non satis præsidij mihi positum esse iudico. {ἀπιστῶ, ἀπελπίζω. Ital. *Diffidarsi, non hauer speranza.* Gal. *Se deffier.* Hisp. *Desconfiarse.*} Cic. 2. de Diuinat. Nihil affirmabo quæ tam omnia, dubitans plerunque, & mihi ipse diffidens. Ibidé. Eudemus ita grauiter ægrotus fuit, vt omnes medici diffiderent. ¶ Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Serm. Sul. Ciceroni. Pluta me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Ad Heren. Et de nobis non diffidimus.

Diffisus, participium. ἀπιστῶν, ἀπελπίζων. Cicc. pro Muræ. Fatebor enim Cato, me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo, quæsisse adiumenta doctrinæ.

Diffidentia, æ, cuius contrarium Fidentia. {ἀπιστία, ἀπελπισία. Ital. *Diffidenza.* Gal. *Deffiance.* Hisp. *Desconfiança.*} Cic. 4. Tusc. Etsi fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est, & opinio grauis non temerè assentiens, metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Inuent. Quod genus fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est: audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen vitium est. Ouid. 2. de Reme. am. Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.

Diffidenter, aduerb. {ἀπίστως, ἀπεγνωκότως. Ital. *Con desconfidenza, senza sperenza.* Gal. *Auec deffiance, sans grande esperance.* Hisp. *Con desconfiança.*} Cicc. pro Cluent. Altera tantummodo consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere rationem veneficij criminum.

Diffindo, diffidi, penult. prod. præteriti corr. diffissum, In partes findo. {σχίζω, διαχωρίζω. Ital. *Fendere, tagliare in più pezzi.* Gal. *Fendre & mettre en pieces.* Hisp. *Hender en diuersas partes.*} Virgil. 9. Aeneid. Et media aduersi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa portectum extendit arena. ¶ Diffindere diem, teste Budæo, est id quod nos Rem in crastinum continuare dicimus, vel remittere. Tria enim, inquit, idem erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur, hoc est res in posterum diem reuciebatur: aut comperendinabatur: id est in tertium diem differebatur: aut iudex non liquere pronuntiabat. Vlpian. l. 13. Siquis caution. Et ideo etiam lex XII. tabul. Si iudex, vel altetuter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffissum. Gell. lib. 14. cap. 2. Iussi igitur diem diffindi, atque inde à subselliis pergo ad Phauorinum philosophum.

Diffingo, is, ere. Corrumpo, & destruo quod fictum & formatum est. {διαφθείρω. Ital. *Guastare, corrompere.* Gal. *Desfaire ce qui est fait, luy oster sa forme & figure.* Hisp. *Gastar, destruyr, desfigurar.*} Horat. 3. Carm. -neque Diffinget, infectumque reddet, Quod fugiens semel hora vexit. Vbi Acron, Diffinget, id est confundet, immutabit, siue diueller. Idé Carm. -ô vtinam noua Incude diffingas retusum in Massagetas, Arabásque ferrum. Vbi Acron, Diffingas, contusum reformes: nam sicut fingere, formare dicuntur: sic & diffingere, est quassatum reformare. Idem 1. Sermon. -equidem nihil hinc diffingere possum, id est non possum negare rem sic non se habere.

Diffinio, diffinis, pen. prod. ex dis, & finio, Disperiendo distingo. διΐζω. Ital. *Diffinire, terminare.* Gal. *Definir, de terminer.* Hisp. *Diffinir ò determinar.*}

Diffinitio, quæ & definitio, & finicio appellatur, constans ex genere & differentiis: vt Homo est animal rationale, mortale. {ὅρος, ὁρισμός. Ital. *Definitione.* Gal. *Definition, determination.* Hispa. *Diffinicion ò determinacion.*} Quintil. Finitio, est rei propositæ propria & dilucida, & breuiter comprehensa verbis enuntiatio. Dicta autem est diffinitio sumpta translatione ab his qui fundos prædiáque diuidunt alia ab aliis. Nam vt illi agrum ab agro diffiniunt, atque habitam de finibus controuersiam distinguunt: sic per definitionem res à rebus distinguuntur, & veluti certis quibusdam finibus circunscribuntur.

Diffiteor, ex dis, & fateor, significat nego. {ἀπαρνοῦμαι. Ital. *Negare, non confessare.* Gal. *Ne vouloir pas confesser, denier.* Hisp. *Negar ò no confessar.*} Cicc. Itaque nunquam diffitebor, multa me, vt ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore. Colum. lib. 4. cap. 10. Nam quòd in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoque non diffitemur.

Diffo, as, Est flatu prosterno. {ἀλφάνω. Ital. *Gettare à terra soffiando.* Gal. *Espandre ou abatre par soufflet, faire aller en vent.* Hisp. *Derribar soplando.*} Plaut. in Milite, Cuius tu legiones diffiasti spiritu, quasi ventus folia.

Diffluo, est in diuersas partes fluo. {ἀλφόω. Ital. *Scorrere in più parti.* Gal. *couler de toutes parts, se dissoudre & ne pouuoir tenir ensemble.* Hisp. *Correr lo liquido en partes.*} Plin. li. 21. ca. 13, Qui edere, abiiciunt se humi, refigera tionem quærentes: nam & fudore diffluunt. ¶ Diffluere otio, vel luxuria, est immodico otio, vel immodicę luxurię indulgeo. Terè. in Heau. Vt eius animum, qui nunc luxuria & lasciuia Diffluit, retundam.

Diffringo, is. In varias partes frango. {ἀλφράσσω. Ital. *Frangere in più parti.* Gal. *Rompre en pieces, briser.* Hisp. *Romper en muchas partes.*} Plaut. in Asin. Crura hercle diffringentur.

Diffugio, is, pen. corr. In diuersas partes fugio. {ἀλφεύγω. Ital. *Fuggire in diuerse parti.* Gal. *Fuir çà & là, reculer, euiter.* Hispan. *Huir en diuersas partes.*} Virgil. lib. 2. Georg. -quò tota exterrita syluis Diffugiunt armenta. Cæsar 8. bel. Gal. Hi repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia. ¶ Ponitur etiam translatè pro vitare. Cic. 5. Verr. Diffugerunt enim permulti, id quod ostendam. ¶ Item pro refugere, renuere. Varr. 1. de Re rust. Nec tamen diffugio quin dicam quæsciо de suillo pecore.

Diffugium, gij. {ἀλφυγή, ἀλφυγάδευσις. Ital. *Rifugio, ridotto.* Gal. *Fuite çà & là.* Hisp. *Huida.*} Tacitus. Proximorum diffugia languentibus iam studiis.

Diffundo, diffudi, diffusum, Variè fundo, hoc est hinc inde spargo. {ἀλφεύνω. Ital. *Versare, spargere in più parti.* Gal. *Espandre.* Hisp. *Derramar en diuersas partes.*} Colum. li. 2. Nam vel respuit duritiam soli dens aratri, vel siqua parte penetrauit, non minutè diffundit humum. ¶ Accipitur pro dilatare. Cic. lib. 1. de Orat. Diffusa ramis patulis platanus. ¶ Diffundere animũ alicuius, est exhilarare aliquè. Ouid. 1. de Arte am. Spectabunt iuuenes læti, mistæque puellæ: Diffundétq; animos omnibus ista dies.

Diffusus, partic. {ἀλφυσής. Ital. *Sparso.* Gal. *Espandu, espars.* Hisp. *Derramado.*} Cic. 2. de Orat. Est enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, se ius ciuile quod nunc diffusum & dissipatũ est, in certa genera coarctaturũ.

Diffusè, aduerb. {ἀλφυσηδόν. Ita. *Sparsamente.* Gal. *Espandemẽt, largement, & auec estendue d'vn coſté & d'autre.* Hisp. *Derramadamente.*} Cic. 1. de Inuẽ. Enumeratio est, per quã res dispersè & diffusè dictæ, vnũ in locũ cogũtur.

Diffusio, onis. {ἀλφόησις. Ital. *Il spargere, spargimento.* Gal. *Effusion çà & là, espar tement.* Hisp. *Derramamiento.*} Idem quod dilatatio: vt, Diffusio animi, pro exhilaratione. Seneca de vita beata, Ex cognitione veri gaudium grande & immotum, comitásque & diffusio animi.

Digamma, δίγαμμα: siue Digãma Acolicũ, dicta est F litera, quòd duplicis Γ imaginẽ referre videatur. Cic. ad Atti. li. 9, fundum Iunonem Formianum vocat digãma, quòd nomen eius ab F litera initiũ sumeret. Delicium, inquit, digamma venderem, quantũ in solo foleré quærere non solùm Romæ, sed etiã delicium digamma viderem. Locus corruptus.

Digamus, pen. corr. {δίγαμος. Ital. *Quell' che ha hauuto due mogliere.* Gal. *Qui a eu deux femmes, deux fois marié.* Hisp. *El casado dos vezes.*} Qui duas duxit vxores. Hieron. contra Iouin. Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos.

Digero, is, pen. corr. digessi, digestũ, Ordino, disponо. {διατίθημι, διάταξις, διακοσμῶ. Ital. *Ordinare, disporre.* Gal. *Porter çà & là, ordonner & disposer, mettre par ordre.* Hisp. *Ordenar, disponer.*} Virg. Aen. 3. Quęcunq; in foliis descripsit carmina virgo, Digerit in numerũ. Ita dicimus aliquid digestũ, id est loco suo compositũ. εὐχάριστος. ¶ Quandoq; Dilucido, interpretor, ἐξηγοῦμαι. Virg. li. 2, Ita digerit omnia Calchas. ¶ Quandoq; diuido, distinguo. Pli. li. 18. Poma serantur, inserantúrq; vineæ pastinentur, semina digerantur. ¶ Quandoq; cõcoquo. πεπαίνω. vt, Digere pauliſper vinum quo mades. Cic. ad Attic. lib. 4, Stomachus concaluit vt digerat multa cruda facilius. Macrob. Igitur in ventre fit prima digestio. Sed hoc ad primum significatum reduci potest, quum digestio sit distributio cibi ordinata. Distribuitur enim alimentũ per venas totum in corpus, iustáq; quadam œconomia tantum vnicuiq; particulæ impertitur quantum illi nutriendæ satis sit. Quatuor autem in quoque corpore fiunt digestiones: quarum prima fit in ventriculo, secunda ab hepate, tertia in venis, quarta in singulis membris, dum quod vnicuiq; membro vtile est, ipsi membro fit nutrimentum, inutile autem per poros & meatus excernitur. Vide plura apud Macrob. cap. 4. lib. 7. ¶ Per translationem, Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2. Facias vt mea mandata digeras.

Digestio, verbale. {διάθεσις, διάταξις. Ital. *Ordinanza, disposizione.* Gal. *Ordonnance, distribution, ordre.* Hisp. *Repartimiento, ordenança.*} Ordinatio. Pli. lib. 3. cap. 1. Itaq; interiori in parte digestionem in literas eiusdem nos sequuntur, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. Cic. 3. de Orat. Digestio, quæ exoratio est, ea est partitio. ¶ Concoctio & digestio, πέψις καὶ διάθεσις. Cels. in prœmio, siue hac de causa concoctio incidat, siue de illa: & siue concoctio sit illa, siue tantùm digestio.

Digeries, Digestio, dispositio διάθεσις, διάταξις. Macrob. Nec mirum, si digeries morsum reprehensionis euasit.

Digitus, à digerendo quidam deriuari putant, quòd natura mito decentique ordine digitos digesserit, id est disposuerit. {δάκτυλος. Ital. *Dito.* Gal. *Doit.* Hisp. *Dedo.*} Plaut. in Persa, Næsi me vno digito attigeris, te ad terram affligam scelus. Digitorum nomina sunt hęc. Pollex, ἀντίχειρ, ἀμφίμυξος: Index, λιχανός, δείκτης: Infamis, siue famosus, μέσος, σφενδόνη:

Medicus:

Medicus, ὁ ἰατρὸς, δακτυλίσκος ἰατρικὸς, id est medicinalis, seu anularis, quòd in eo aquli primùm gestari consueuerunt. Minimus, μικρὸς, qui & auricularis, ἀτίκιος. Indicem qui pollici proximus est, alio nomine salutarem veteres vocauerunt. Mart. lib. de Nupt. Phil. Quidam redimitus puer ad eos compresso digito salutari, silentium commonebat. ¶ Medius digitus alia habet nomina. Nam dictus est verpus, à verrendo podice. Ob quam etiam causam impudicus, & infamis vocatus est. Et quando porrigebatur, signum derisionis & contumeliæ erat. Mart. Ostendas digitum, sed impudicum Alconti, Dasióq;. Symmachóque. Iuuena Ipse minaci Præberet laqueum, mediumque ostendetet vnguem. Persius, Frontem atque vda labella Infami digito, & lustralibus antè salutis Expiat. ¶ Digitum tollere, significat fauere, suffragarisicut Digitum deprimere, suffragio derogare. ὑποβάλλειν. Hora. Vulgus vtroque suum laudabat pollice ludum. ¶ Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodam aquæ modulo, quo ex castello in vicos, aut regiones, aut etiam in nobiliorum ædes aqua diuidebatur. Habebant enim aquæductus sua castella ad diuortia vicorum, ex quibus aqua à castellario per vncias & digitos diuidebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum vnius digiti. Autor Frontinus. ¶ Cœlum digito attingere, prouerbiali nimirum hyperbole dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. Cic. ad Att. lib. 2. Nostri autem principes digito se cælum putant attingere, si muli barbati in piscinis sint qui ad manum accedant. ¶ Extremis digitis attingere, est leuiter attingere. Cic. pro Cœl. ¶ Metiri digitis dicitur qui rem accuratius expendit, quàm oporteat. ¶ Monstrari digito, ἀείκινητος καὶ δακτύλου, pro eo quod est, insignem esse. Lucianus in Hermonide, Horat. 4. Carm. Od. 3. & Pers.

Digitulus, & Digitellus diminutiua. {δακτυλίσκος. Ital. *Dedo piccolo.* Gal. *Petit doit.* Hisp. *Dedo pequeño.*} Terent. in Eunuch. Sine biduum hoc præstereat, Qui mihi nunc vno digitulo fores apetis fortunatus.

Digitalis, & hoc digitale, Quod habet mensuram digiti. {δακτυλιαῖος. Ital. *Di misura d'vn dito.* Gal. *De la grosseur, espoisseur, largeur & longueur d'vn doit.* Hisp. *Cosa que tiene quantidad de vn dedo.*} Plin. lib. 22, Et anchusæ radix in vsu est digitali crassitudine.

Digitalia, substantiuum, Digitorum tegmenta dicuntur. {δακτυλήκτρια. Ital. *Dedale.* Gal. *Doitier, dequoy on couure les doits, gant.* Hisp. *El dedal ò dedil del dedo.*} Varro lib. 1. de Re rust. Olea manu stricta, melior: ea quæ digitis nudis legitur, laudabilior quàm illa quæ cum digitalibus.

Digitellus, siue Digitellum, Herba est quæ alio nomine selum, siue semperuiuum maius appellatur. ἀειζωον. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Digitatus. Qui digitos habet. {ὁ ἔχων δακτύλους. Ital. *Che ha piedi.* Gal. *Qui a doits.* Hisp. *Que tiene dedos.*} Plin. lib. 11. cap. 47, Aurum aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Digladiari, Propriè est gladiis certare. {Διαξιφίζομαι ἀλλήλοις. Ital. *Far alle coltellate.* Gal. *Debatre par armes & comme tirer à coutea ex, maiser.* Hispan. *Acuchillar.*} Cic. per translationem pro dissentire, & cõtendere posuit. Quid (inquit) Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus?

DIGLITO, appellatur Tygris fluuius, vbi tardior fluit, hoc est vsque ad Medorum fines. Autor Plin. lib. 6. cap. 27.

Dignatio, Digno, Dignitas, Dignor, Vide DIGNVS.

Dignosco, Agnosco, cognosco, aut discerno. {Διαγινώσκω. Ital. *Cognoscere, disgnoscere.* Gal. *Connoistre entre autres, discerner.* Hisp. *Conocer entre cosas diuersas.*} Lactant. lib. 6. Inuicémque se dignoscunt. Sueton. in Othone, Vultu corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, vt nemo dignosceret. Colum. lib. 2. cap. 2, Dignoscere terram sapore. Plin. lib. 12. cap. 17, Dignoscí vix potest à mastiche vera.

Dignus, a, um, Qui aliquid meretur, cui aliquid merito deberur. {ἄξιος. Ital. *Degno.* Gal. *Digne.* Hisp. *Digno.*} vt, Dignus laude, qui meretur laudem. ἀξιοπαθὴς. Dignus castigatione, qui meretur castigationem. Plaut. in Rud. Neque dignorem censeo vidisse anum me quanquam, Quoi deos atq; homines censeam benefacere magis decere. Teren. in Heaut. Ego te meum esse dici tantisper volo, Dum quod te dignum est facias. ¶ Huius contrarium est Indignum. Martial. Digna tuo cur sis, indignáque nomine dicam. hoc est dicam cur mereatris & non mereris hoc nomen.

Dignè, aduerb. {ἀξίως. Ital. *Degnamente, come s'appartiene.* Gal. *Dignement, comme il apartient, honnestement.* Hisp. *Dignamente.*} id est honestè, vti honestum decet. Plaut. Mil. Quàm dignè ornata incedit, aut meretricié. Cicero de Senect. Nunquã igitur satis laudari dignè poterit philosophia. hoc est, satis pro dignitate. ¶ Dignè etiã significat pro meritis. ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indignè, præter merita. ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ouid. Leniter, et merito quicquid patiare, ferendũ est: Quę venit indigne pœna, dolenda venit.

Dignitas, est amplitudo, & quædam quasi maiestas propter honores gestos, vitæ integritatem, vel rerum gestarum magnitudinem. ἀξία, ἀξιοπρέπεια. Ital. *Dignità, Ampiezza, honore.* Gal. *Dignité, honne reputation.* Hisp. *Dignidad, honra, reputacion.*} Gellius, Cuius dignitas nec augeri laudibus, nunc minui detractionibus potest. ¶ Accipitur tamen quandoq; pro magistratuum administratione, & honore ἀξίωμα. Cic. Thermo, li. 13. Vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides dignitásque tua patietur. ¶ Interdum sumitur pro virili pulchritudine, τὸ ἀξιωματικὸν, σεμνοπρέπεια. Idem lib. 1. Offic. Pulchritudinis duo sunt genera: vnum muliebre, quam venustatem appellamus: alterum virile, quam dignitatem dicimus. ¶ Est etiam dignitas in sermone, quum scilicet oratio est grauis, & voce remissa, de qua Autor ad Heren. σεμνοπρέπεια. Huius contrarium est Indignitas, pro dedecore, siue ignominia, & quod indignum est, siue quod est contra dignitatem. Lib. 4. ad Heren. Nequeo verbis consequi indignitatem rei. Cic. pro Qu. Ligario. Quum ad secundum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem manè ad Cæsarem, atque omnem adeundi atque conueniendi illius indignitatem & molestiam pertulissem. Autor ad Heren. lib. 3, Acuta exclamatio fauces & vocem vulnerat, eadem lædit auditorem, habet enim quiddam illiberale, ad muliebrem potius vociferationem quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Digno, as, Dignum iudico. {ἀξιῶ. Ital. *Giudicare degno, degnare.* Gal. *Iuger & reputer digne, daigner.* Hisp. *Tener por bien, hazer ò reputar por digno.*} Pacuuius, Quis deos infernos, quibus cælestes, dignet decorare honoribus?

Dignor, passiuum, Dignus habeor. {ἀξιοῦμαι. Ital. *Essere tenuto degno.* Gal. *Estre reputé & estimé digne.* Hisp. *Ser tenido por bueno y digno.*} Virg. 3. Aen. Cõiugio Anchisa Veneris dignare superbo. Cic. Oecon. Homo ex eo numero hominũ, qui apud nos hoc nomine dignãtur, id est digni habẽtur.

Dignor deponens, pro Dignum iudico, seu habeo: vsitatius. {ἀξιῶ. Ital. *Giudicare degno, degnare.* Gal. *Estimer & reputer digne, daigner.* Hisp. *Tener por bien hazer ò reputar por digno.*} Virgil. 1. Aeneid. Tum Venus, Haud equidem tali me dignor honore, id est dignum iudico, inquit Seruius. Sueton. in August. Vniuersum denique genus operas aliquas publico spectaculo præbentium etiam cora sua dignatus est, id est, dignum iudicauit, & dignatione sua prosecutus est.

Dignandus. Cic. 1. Acad. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat.

Dignatio, onis. Idem quod Græci ἀξίωμα dicunt. id est dignitas & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum, vel propter otis, motúmque maiestatem. {ἀξίωσις. Ital. *Dignità.* Gal. *Dignité, honne reputation.* Hisp. *Dignidad, reputacion.*} Cic. Att. lib. 4. Etsi meus quidem est fortior, nec quicquam nisi de dignatione laborat. Sueton. Vesp. Exinde sortitus Aphricam, integerrimè, nec sine dignatione administrauit. Liu. 2. ab Vrbe, pro gratia & familiaritate posuisse videtur, Appius (inquit) interpres lectus, haud ita multo in principum dignationem peruenit.

Digredior, eris, Discedo. {ἀναχωρῶ. Ital. *Partirsi.* Gal. *Partir d'vn lieu.* Hisp. *Partirse de lugar.*} Virg. 3. Aen. Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Cic. Cornificio. Etsi pertinaci patiebar animo, te à me digredi. Idem 1. de Nat. deor. Luna autem iisdem spatiis vagatur quibus Sol: sed tum congrediens cum Sole, tum digredieus.

Digressus, participium. {ἀναχωρήσας. Ital. *Separato, partito.* Gal. *Qui s'en est parti, qui a laissé le chemin qu'il tenoit* Hisp. *Partido de lugar.*} Digressa dicitur quæ diuortium cum marito fecit. Sueton. in Cæs. cap. 43. Ditemit nuptias Prætorij viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quanuis sine probri suspicione.

Digressus, us, ui, Idem quod digressio: cui contrarium est accessus. {ἀναχώρησις, ἀναχώρημα. Ital. *Diparimento.* Gal. *Departement.* Hisp. *Aquella partida.*} Cic. li. 2. Tusc. Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad Solem, digressus autem longissimum. Idem ad Qu. fratrem li. 1, Deindè congressus nostri lamentationem pertimui: digressum verò non tulissem.

Digressio, onis, Pro discessu: cuius contrarium congressio. {ἀναχώρησις. Ita. *Esso dipartirsi, mutuo proposito, digressione.* Gal. *Digression, changement de propos, departement.* Hisp. *Aquella partida.*} Cic. ad Qu. frat. li. 1, Minus acerbũ, minus miserũ fuit, quàm fuisset tum cõgressio, tum verò digressio nostra.

Dtiambus, διάμβος, Pes metricus ex duobus iambis constans, hoc est ex quatuor syllabis, quarum prima & tertia breues sint, secunda autem & quarta longa: vt Amœnitas.

Dij manes, Per duas dictiones, ab antiquis credití sunt esse animæ hominum quæ è corpore emigrauerant: vnde etiam vetusta sepulchrorũ monumenta Diis Manibus videmus esse inscripta. Alij Manes eosdem esse putant, quos in vita Genios appellamus: volúnteque homini duos assignatos esse Genios qui ne mortuorum quidem corpora deserant, sed vnà cum ijs sepulchra inhabitent. Apuleius de Dæmonio Socratis, Manes, animæ dicuntur meliorís meriti, quę in corpore nostro Genij, & à corpore separatæ Lemures vocabantur. Quòd si domos infestarent, Laruæ dicebantur: contrà, si boni fuerint, Lares familiares. Seruius arbitratur Manes per antiphrasim quasi minimè manos dictos. Sabinorum enim lingua Manũ, bonum dicebatur: vnde & Immanis. Numerantur etenim Manes inter noxia numina: vnde subinde inferis erant placandi ne nocerent. Vide plura in dictione MANES.

DIOVIS, Iuppiter appellatus est, Vide DIESPITER.

Diiudico, Diligenter aut diuisim iudico. {Διαγινώσκω. Ital. *Giudicare distintamente.* Gal. *Discerner, distinguer, juger distinctement.* Hispa. *Iuzgar muy bien, ò entre partes diuersas.*} Cic. in Tusculi. Vtrum igitur inter has sententias diiudicare malumus, an ad propositum redire? Terent. in Heaut. Ego dicam quod mihi venit in mentem, tu diiudica, id est die quod tibi videtur, & sentis. Ibidem, Pergin' istuc prius diiudicare, quàm scis quid veri siet? ¶ Diiudicare, pro decernere. Cic. lib. 3. in Catil. At illæ tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitum Reipub. quæsiuit, eiusmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium diiudicatæ sint. Budæus.

Diiudicatio, onis. {Διάγνωσις, διάκρισις. Ital. *Interpositione di giudicio.* Gal. *Interpositon de jugement.* Hisp. *Aquel juzio entre partes diuersas.*} Cic. 1. de Legibus, Nam ista quidem magna diiudicatio est.

Diiungo, is, Separo, diuido. {Διαζεύγνυμι, διαιρῶ. Ital. *Disiungere, separare* Gal. *Desioindre, separer.* Hisp. *Desunir ò apartar.*} Cic. Attic. lib. 7, Redeamus domum, diiungere me ab illo volo.

Dilabor, pen. prod. Diffugio, seu clàm discedo. {παραλιθάνω. Ital. *Partirsi ascosamente.* Gal. *S'escouler, chevir petit à petit.* Hisp. *Deslizarse ò huyr de entre manos.*} Cic. li. 1. Tusc. Sed nescio quomodo dum lego assentior: quum posui librum, & mecum ipse de immortalitate animarũ cœpi cogitare, assentio illa omnis dilabitur. ¶ Propriè verò dilabi, est deorsum labi, assentio illa omnis dilabitur. ¶ Propriè verò dilabi, est deorsum labi, corruere. Lactan. li. 3, Domus ab habitatore deserta dilabitur, id est corruit. Cic. in Lxl. Iam enim à sapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra dilabitur, id est descendit, siue decurrit διαρρέει. ¶ Aliquando ponitur pro deficere. ἀτονῶ. Lactant. lib. 7, Deserbentes quasi fatigati, & dilabentis mundi senectutem, id est deficiẽtis.

Dilapsus, participium. {διαλιθών, διαλιθηκὼς. Ital. *Scolato, diminuito, caduto.* Gal. *Escoulé, diminué & decheut.* Hisp. *Deslizado.*} Ad Heren. lib. 4. Qui fortunis alicuius inducti, amicitiam eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Dilapsis rapidè fluuius, Cic. 2. de leg. Dilapsa aqua, Idem 2. de Nat. deor.

Dilabidus, adiect. {ὁ ἐλισθηρὸς. Ita. *Che casca facilmente.* Gal. *Qui chet facilement.* Hisp. *Deslizadero.*} Quod facilè diffluit. Plin. lib. 8. cap. 55, Necnon & vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli vt in cute, propter breuitatem pili dilabidas.

Dilacero, as, Idem quod simplex lacero. {Διασπάω, διασπαράσσω. Ital. *Lacerare, consumare.* Gal. *Deschirer, destruire & gaster.* Hisp. *Despedaçar en partes diuersas, gastar.*} Lactant. lib. 1. In quibus ipse postea dilaceratus, & captus est. ¶ Metaphorice significat consumere, dilapidare, & dispergere.

Cic.pro Mil. Et annum integrum ad dilacerandam Rempub. quæreret. Dilacerantur opes. Ouid. Epist. 1. ¶ Dilacerandus. Catullus, Pro quo dilacerandæ feris dabor, alitibúsque Præda.

Dilaniare, est in diuersas partes laniare. {Διασπάραττω, διασπαράσσω. Ital. *Straciare, sbrenare.* Gal. *Mettre en pieces, deschirer.* Hisp. *Despedaçar en muchas partes.*} Cic. pro Milone, Nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Comas dilaniare, Ouid. 3. Amorum.

Dilapido, as, pen. corr. disperdo. {Διαφθείρω. Ital. *Consumare.* Gal. *Dissiper & follement despendre.* Hispa. *Destruyr como apedreando.*} Terent. in Phorm. Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est. Priusquã dilapidet nostras triginta minas, Vt auferamus. Cic. ad Augustum, Publicã dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Colum. Dilapidans homi num labores grãdine Iupiter. Propriè tamen Dilapidare, est lapidibus purgare. Cato de Re rust. cap. 46, Locum bipalio vortito, dilapidatóq; hoc est lapides auferto. Castigatiora exemplaria habent Delapidato.

Dilargior, iris, Est variè, aut diuersis largiri. {Διαδίδωμι. Ital. *Donare à diuersi.* Gal. *Faire largesse, donner largement.* Hisp. *Dar en diuersas partes.*} Cic. contra Legé agr. Nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione quibus voluit tra Legé agr. Nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione quibus voluit tra est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. Suet. in Cæs. ca. 28, Cætera ité quæ cuiq; libuissent, dilargitus est, contradicente nullo.

Dilato, as, pen. prod. Latum facio. {Πλατύνω. Ital. *Dilatare, allargare.* Gal. *Eslargir, estendre, dilater.* Hisp. *Dilatar, ensanchar y estender.*} Plin. lib. 33. ca. 3. Nec alind latius dilatatur, aut numerosius diuiditur. Cic. pro Flac. Sed non dilatabo orationem meam. Idem 1. Offic. Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatarum putatur. Idem 2. de Nat. deor. Istum enim locum illa vetus Zenonis brevis conclusio dilatauit.

Dilaudo, as, Idem quod simplex laudo. {Ἐπαινέω. Ital. *Laudare.* Gal. *Louer fort ou en plusieurs manieres, priser.* Hisp. *Alabar.*} Cic. Att. lib. 6. Et ego audebo legere vnquam, aut attingere eos libros quos tu dilaudas, si tale quid fecero?

Dilemma, atis, & Dilemmatum, Δίλημμα, per duplex mm, argumentum est quod vtrinque aduersarium capit vincit. & Syllogismus cornutus à Gellio appellatur. Hieron. contra Ruf. Hoc est verum dilemma tuum, non ex dialectica arte, quam nescis, sed ex carnificum officina & meditatione prolatum. Cicero Complexionem vocat.

Diligo, gis, peu. corr. dilexi, dilectum, Idem ferè quod amo: quamuis minoris vis sit, vt suprà dictum est. {Φιλέω, ἀγαπάω. Ital. *Amare.* Gal. *Aimer, sorter faueur.* Hisp. *Amar.*} Cic. de Amic. Quocirca dicendum est etiã sæpius: quum iudicaueris, diligere oportet: non quum dilexeris, indicare. Idem ad Brutum, Si igitur facies, & me aut amabis aut quo contentus sum, diliges. Ouid. 2. de Ponto. Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est. ¶ Quandoque diligere significat diuidere. Plaut. in Cur. Clypeatus elephantum, vbi machæra diligit. Titinnius apud Nonium, Petram totam diligit.

Diligens, Gnauus, solers, minimè segnis: à diligendo, quòd ea quæ diligimus, studiosè obeamus. {Ἐπιμελής. Ita. *Diligente, assiduo.* Gal. *Diligent, songneux.* Hisp. *Diligente y cuydoso.*} Cic. 6. Verr. Diodorus homo frugi, ac diligens qui sua seruare vellet. Idé de Amic. Sed Scipio querebatur, quòd in omnibus rebus homines diligẽtiores essent, vt capras, & oues quot quisq; haberet, dicere possent: amicos quot haberet, dicere non posset. ¶ Horum contraria sunt Negligens & Indiligens. ἀλίγωρος. quemadmodum diligentiæ opponuntur negligentia & indiligentia. ἀλιγωρία.

Diligentia, Studium, cura. {Ἐπιμέλεια. Ital. *Diligenza, l'ingegnarsi.* Gal. *Diligence, soing.* Hisp. *Diligencia, solicitud.*} Plaut. in Rud. Curate hæc sultis magna diligentia. Diligentia autem ad corpus & ad animum refertur: cura ad animum: opera ad corpus, ideo in oratione quum simul ista ponuntur, diligentia semper in fine constituitur.

Diligenter, aduerbium, Studiosè, cum cura & solicitudine. {Ἐπιμελῶς. Ital. *Diligentemente.* Gal. *Diligemment, songneusement.* Hisp. *Diligente y curiosamente.*} Terent. in Eunuc. Curato istam diligenter virginem.

Dilogia, Διλογία, Figura est, quum ambiguum dictum duas res significat: ὅταν ἓν δις, καὶ λέγῃ.

Dilorico, as, pen. prod. Significat discindo. {Διαῤῥήγνυμι. Ital. *Fendere, squarzare.* Gal. *Deschirer, rompre.* Hisp. *Desmallar, hender.*} Cic. 2. de Orat. Qui in causa peroranda non dubitauit reum excire Consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostẽdere. Alibi idem exemplum memorans dixit, Tunicam à pectore discidit: vt intelligamus idem esse diloricare & discindere. Egesippus lib. 3, Momentanei bellatoris gladios occultentes quencunque reperiebant diloricabant, quod est quasi loricam dissoluebant, sicut diffibulare, est discingere & fibulam resoluere.

Diluceo, es, diluxi, ere, Distinctè, siue perfectè lucere. {Διαλάμπω, λάμπω. Ital. *Rilucere.* Gal. *Luire, estre clair.* Hisp. *Luzir ser claro.*} Gell. lib. 2, Contrà verò qui sex horis posterioribus nascitur, eo die videri natum qui post eam noctem diluxerit. Horat. in Epist. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. ¶ Dilucere, per translationem, pro clarum & apertum esse. Liu. 5. ab Vrbe, Dilucere res magis Patribus atque c o n s. s.

Dilucidus, Clarus. {Διαφανής. Ital. *Chiaro, lampeggiante, lucente.* Gal. *Fort clair, luisant.* Hisp. *Claro y manifiesto.*} Plin. lib. 9. cap. 29. Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata, eoq; dilucidior, quantò magis vellera esuriunt. Cic. 3. de Fin. Nec enim in Torquati sermone quicquam implicatum, aut tortuosum fuit: nostrúmq; vt mihi videtur, dilucida oratio.

Dilucidè, aduerb. Claré, & perspicuè. {Σαφῶς. Ital. *Chiaramente.* Gal. *Clairement, apertement.* Hisp. *Clara y manifiestamente.*} Terent. Phorm. Dilucidè expedi mi quibus me oportuit iudicibus. Plin. lib. 18. ca. 28, Literas quidẽ misceho agrestibus negotiis quàm potero dilucidè atq; perspicuè.

Dilucido, as, Declaro, clarum facio. {Διασαφῶ, σαφηνίζω, διασαφίω. Ital. *Declarare, far chiaro.* Gal. *Declarer.* Hisp. *Enclarecer, hazer claro.*} Ad Herenn. lib. 3, Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus.

Dilucescit, Dies fit. {Ἡμέρα γίνεται, ἐπιφώσκει. Ital. *Si fa giorno.* Gal. *Le jour point, le jour commence à apparoir.* Hisp. *Amanesce ya, viene el alua.*} Cic. in Catil. Ipsi comprehensi, ad me, quum iam dilucesceret, deducuntur. Liu. 6. bell. Macedo. Iam dilucescebat quum signum Consul dedit.

Diluculum, li. Ante solis ortum aurora, quasi parua dieilux: quòd tum dies lucescere inciperet. {Αὐγή, ἕωθεν. Ita. *L'aurora, l'alba.* Gal. *L'aube du jour, le point du jour.* Hisp. *El alua ò mañana, ò madrugada.*} Hiero. ad Eustochiũ. Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque & vesperam nemo est qui nesciat. Plaut. Amph. -primulo diluculo Abiisti ad legiones. Cic. pro Rosc. Amer. Et quum post horam primã noctis octauus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit.

Diluculò, aduerbium, Significat summo mane, ante lucem. {Λυχνός. Ital. *Al far del giorno.* Gal. *A l'aube du jour, au point du jour.* Hisp. *Al tiempo dela madrugada.*} Cic. ad Attic. lib. 16. Quum ante lucem de Sinuessano surrexissem, veniissémque diluculò ad pontem Tirectium.

Diluculo, as, pen. corr. Significat diluculum fieri. {Ἡμερόω. Ital. *Farsi giorno, aggiornare.* Gal. *Se faire jour, le jour poindre.* Hisp. *Madrugar ò amanescer.*} Gell. Die crastino vbi primùm diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant. Sed hoc vix aliter quàm in tertia persona & impersonaliter.

Diluculascit, Diluciscere incipit. ἡμέρα γίνεται.

Diludia, orum, Ludorum intermissio, cessatio à ludo. {Ital. *Intermissione de giuochi.* Gal. *Intermission de jeu, delayement de jeu.* Hisp. *Cessacion del juego ò burlas.*} Horat. lib. 1. Epist. Displicet iste locus, clamo, & diludia posco: Ludus enim genuit trepidum certamen & iram. Vbi Acron, Diludia sunt tempora quæ gladiatoribus conceduntur, vt intra quinque dies puguent. Porphyrion, Diludia intermissio ludorum vel dilatio.

Diluo, is, dilui, dilutum, ex di, & antiquo verbo luo, Lauo, purgo, resoluo. {Διαλύω, μαλάσσω. Ital. *Purgare, lauare.* Gal. *Destremper, ramollir, dissoudre en lauant.*} Horat. lib. 1. Epist. Displicet iste locus, clamo, & diludia posco: Ludus enim genuit trepidum certamen & iram. Vbi Acron, Diludia sunt tempora quæ gladiatoribus conceduntur, vt intra quinque dies puguent. Porphyrion, Diludia intermissio ludorum vel dilatio. Hisp. *Lauar, desleir.*} Cæsar 2. bel. Ciui. Super latetes coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. ¶ Item aquã, vel alium liquorem miscere, temperare. κεράννυμι. Virgil. 4. Georg. Cui tu lacte fauos, & mitti dilue Baccho. Persius, Diluis helleborum, dixit pro eo quod est, medicamentis temperas. ¶ Translatè vsus est Cic. 3. Tusc. Quæ cogitatio vna maximè omnes molestias extenuat, & diluit, id est soluit, & enecuat, quemadmodum vinum aqua dilutum subnemator. ¶ Ita etiam Diluere crimina dicimus, id est purgare, & refellere: vt oratores quando refellunt obiectiones aduersarij. Cic. 7. Verr. Quo facilius crimen inimicorum diluere possim. Idem 2. de Nat. deo. Nam cilius crimen inimicorum diluere possim. Idem 2. de Nat. deo. Nam vt profluens amnis, aut vix aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. ¶ Ponitur etiam pro explicare, declarare. Plaut. in Rud. Absitne maledictis, & mihi quod rogaui, dilue. Cic. pro Cluen. Quum ego vnaquaq; de re dicam, & diluam.

Dilutus, a, um, pen. prod. {κεκραμένος, διαλελυμένος. Ital. *Attiſo, temperato.* Gal. *Destrempé, meſté parmi.* Hisp. *Atemplado, templado.*} Quod est mistum siue temperatum: vnde vinum aqua mistum dicitur dilutum. κεκραμένος. Martial. Diluti bibis vnciam falerni. ¶ A quo dilutius, & dilutissimum, prout minus plúsve aquæ admistum fuerit. Vnde Coto. Celsus præcipit hyeme meracius esse bibendum, æstate dilutius. Hieronymus vinũ dilutius vocat aquatius. Vinum (inquit) si aquatius bibitur, calix frangitur, mensa subuertitur. Meracius vinum dicitur, quod minus dilutum, siue aquatum est. ζωρότερον. ¶ Dilutus color dicitur quum veluti aqua adhibita minus est intensus. Gell. Luteus color rufus est dilutior.

Dilutum, pen. prod. neut. gen. Vocatur id liquidum in quo aliquid certo tempore fuit maceratum: vt si in vini dolio absinthium diebus aliquot maceretur, ac deinde eximatur: id vinum, absinthij dilutum dicetur. Plin. lib. 27. cap. 7, Bibitur & madefacti absinthij dilutum: ista enim appellatur hoc genus. Diluti ratio est, vt quisquis fuerit modus aquæ, tegatur per triduum.

Diluuium, Terræ inundatio ab immodicis imbribus, vel maris fluuiue incremento proficiscens. {κατακλυσμός. Ital. *Diluuio.* Gal. *Deluge, rauine d'eaue.* Hisp. *Diluuio, auenida de agua.*} Plin. in Epist. Hic assiduæ tempestates, & crebra diluuia. ¶ Diluuium metaphoricè pro euersione Troiæ dixit Virgilius, Diluuio ex illo diuersa per æquora vecti.

Diluuies, diluuiei, fœm. gen. Idem, κατακλυσμός. Lucr. li. 6, Pars etiã glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus. Horat. lib. 4. Carm. Horridámque cultis diluuiem minitatur agris.

Diluuio, uias, uiare. {κατακλύζω. Ital. *Inondare.* Gal. *Inonder, couurir d'eaues.* Hisp. *Destruir tambien con auenidas.*} Lucret. lib. 5. Tantum suppeditant amnes, vltrãque minantur Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

Dimano, as, pen. prod. Diuersè siue diuisim mano, defluo. {Διαῤῥέω, διαῤῥυῆναι. Ital. *Dermare, gocciare in diuerse parti.* Gal. *S'espandre.* Hisp. *Manar en diuersas partes.*} Cic. pro Cælio, Equidem vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forensis labor, vitæq; ratio dimanauit ad existimationem hominum paulò latius commendatione & iudicio meorum.

Dimetior, iris, mensus sum. Idem quod metior. {Διαμετρέω. Ita. *Misurare.* Gal. *Mesurer, compasser.* Hisp. *Medir.*} Cic. de Senect. Mori videbamus in studio dimetiendi penè cæli atque terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipionis. Idem in Orat. de verbis enim componendis, & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur.

Dimetiens, tis, fœm. gen. Linea recta, figuram qua longissimè patet, ex æquo secans: quam Græci κατὰ τὸ διάμετρον, diametron appellant. διάμετρος. Plin. lib. 2. cap. 23. Quantas enim dimetientes habeat septimas, tantas habere circulum duo & vicesimas.

Dimensus, participium. διαμετρήσας. Cic. de Senect. Atqui ego ista sum omnia dimensus. Quo in loco sumitur actiuè. ¶ Plerunque passiuè capitur. διαμετρηθείς. Virgil. 2. Georg. Omnia sunt paribus numeris dimensa viarum. Orbis certis partibus dimensus.

Dimensio, verbale. {Διαμέτρησις. Ital. *Misuramento.* Gal. *Mesurement.* Hispa. *Medida.*} Cic. 1. Tusc. Pusionem quendam Socrates interrogabat quẽdam Geometrica de dimensione quadrati.

Dimetor, pen. prod. dimetaris, dimetatus sum, Eiusdem significationis cum superiori. Cic. 2. de Nat. deor. Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & varietates, mutationésque cognouimus.

Dimico, as, pen. corr. Pugno, quod propriè fit re: Contendo verò verbis tantùm. {Μονομαχέω. Ital. *Combattere.* Gal. *Combatre.* Hisp. *Pelear.*} Cæsar 7. bel. Gall. Ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur. Liu. 2. ab Vrbe, Nec tamen perpelli potuere, vt acie dimicarent.

Dimicatio, onis, verbale. {Μονομαχία, μονομαχία μός. Ita. *Combattimento.* Gal. *Combat.* Hisp. *Pelea.*} Cæsar 7. ab Vrbe, Omnium superiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet consistere.

Dimidios,

Dimidius, a, um. Qui per medium diuisus. {ἡμίσεως. Ital. *Mezzo partito per mezzo.* Gal. *Demi.* Hisp. *Mitad dela cosa entera, demedado.* } Et dicitur de rebus quæ separatæ sunt: nam est pars altera ex dimidiato. Gell. lib. 3. cap. 14. Dimidiarum, nisi ipsum quod diuisum est, dici haud conuenit. Dimidium verò est, non quod ipsum dimidiarum, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Martialis, Dimidium donare Lino, quàm credere totum. Qui mauult, mauult perdere dimidium. Plin. lib. 2. cap. 59. Certè nisi solo aduerso non fiunt, nec vnquam nisi dimidia circuli forma. ¶ Dimidium plus toto, μέσον ἥμισυ πανὸς, ænigma prouerbiale, quo commendatur aurea mediocritas. Refertur & exponitur à Platone lib. de Leg. 3.

Dimidiatus, a, um, dicitur de rebus quæ continuæ sunt, & non separantur: quasi dismediatus, & in partes duas pares diuisus. {ἡμιτέτμητος, ἡμιτμητός. Ital. *Partito in due parti vguali.* Gal. *Party en deux.* Hisp. *Demediado en dos partes.* } Cic. in Verr. Eximit ex anno vnum dimidiatumque mensem. Idem 5. Tuscul. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis ferè. Sicut autem qui ex mille denariis qui ei debebantur, quingentos recepit, dimidium se recepisse dicet, non dimidiatum: ita si scyphus argenteus cum alio communis, in partes duas diuisus sit, dimidiatum dicemus, non dimidium scyphum. Gellius lib. 3. cap. 14.

Dimidiatim, aduerbium. {ἐξ ἡμισείας, ἡμίσου, ἡμιτμητως. Ital. *Per mezzo.* Gal. *Par le milieu, la moitié.* Hisp. *Por medio ò la mestad.* } Plaut. in Mil. Sed percellunt, sed perducunt, dimidiatim dum appetunt. Id est dum sibi volunt dari dimidiam partem.

Diminuo, nuis, Idem quod minuo, siue minus reddo, {μειόω. Ital. *Diminuire, scemare.* Gal. *Diminuer, amoindrir, apetisser.* Hisp. *Desmenuzar ò menguar.* } Cic. de Clar. Orat. Interitu talis Augurii dignitatem nostri collegij diminutam dolebam.

Diminutus, particip. {μειόητος. Ital. *Minuito, scemato, stemato.* Gal. *Diminué, amoindri, apetisse.* Hisp. *Desmenuzado, amenguado.* } Dignitas collegij interitu alicuius diminuta.

Diminutio, verbale, vt Diminutio luminis. {μείωσις. Ital. *Diminutione, estenuatione, scemamento.* Gal. *Diminution, amoindrissement, ranallement.* Hisp. *Desmenuzamiento, obra de desmenuzar ò amenguar.* } Cic. 1. Tuscul. Solem, Lunámque accretione & diminutione luminis quasi fastorum notantem & significantem dies. ¶ Diminutio capitis, apud Iurisconsultos est prioris status permutatio, quum scilicet aut libertatem, aut ciuitatem amittimus, aut per adoptionem, alterius nós potestati submittimus. Est autem triplex capitis diminutio, Maxima, media, & minima, quas omnes vide l. 1. de Cap. diminut.

Dimitto, is, Diuersa in loca mitto. {ἀποπέμπω. Ital. *Mandare in diuerse parti.* Gal. *Enuoyer, donner congé, & laisser en aller, delaisser.* Hisp. *Embiar à diuersas partes.* } Virg. 1. Aeneid. -equidem per littora certos Dimittam. Cæsar 5. bell. Gal. Nuntios legatósque in omnes partes dimittebat. Sall. Igitur C. Manlium Fesulas, atque in eam partem Hetruriæ, Septimum quendam Camertem in Agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimisit. ¶ Aliquando est abire permittere, abeundi potestatem facere, cessare. Ἀφίεναι, ἐπιτρέπειν, ἀφιέναι, ἀπολύειν. Cic. lib. 1. Offic. Quum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem. Salust. Deinde ei pollicitus operam suam, domum dimittit. ¶ Aliquando est permittere, in potestatem dare. ἐπιτρέπειν. Cic. lib. 1. de Rep. Tum annui Consules, tum dimissi populo fasces. ¶ Aliquando derelinquo. ἀφιέναι. Cic. lib. 15. Epist. Etsi non idcirco eorum vsum dimiseram quòd iis succenserem. Lact. Dimitto te discedens.

Dimissus, participium, idem significans quod omissus, vel relictus. {ἀφειμένος, ἐπιτρεπτός, ἀπολυτός. Ital. *Licentiato.* Gal. *Enuoyé hors, delaissé, & omis.* Hisp. *Embiado, dexado.* } Cic. 4. Acad. In ista philosophia, quæ nunc prope dimissa reuocatur. Arma dimissa, Lucan. lib. 3. Lues cælo dimissa. Stat. 11. Thebaid.

Dimissoriæ literæ, inquit Modestinus, sunt quæ vulgò *Apostoli* dicuntur, quòd per eas causa ad eum qui appellatus est, dimittitur. l. vnica. ff. De libel. dimiss. ἀπολυτικὰ γράμματα.

Dimoueo, ues, Idem quod remoueo, suo loco manere non sino, & de proposito deduco. {ἀναστατόω, ἀφιστάω, ἐκ τῆ χώρας, ἀπὸ τῆ προκειμένης. Ital. *Remouere.* Gal. *Remuoir, remuer.* Hisp. *Mouer.* } Virgil. lib. 1. Georg. Agricola incuruo terram dimouit aratro. Cicero pro Cecinna, Dimoueri enim & depelli de loco necesse est eum qui deiiciatur. Idem in Paradoxis, Voluptas quò est maior, eò magis mentem ex sua sede & statu dimouet. Plautus Persa, Dicat quod quisque vult, ego de hac sententia non dimouebor.

Dimulgo, gas, Cic. Ampio, Quare visum est occultius agendum, neque vllo modo dimulgandum. Ita enim nonnulli legunt: certum tamen est ibi potius legendum esse diuulgandum.

Dimyxos, ἄμυξος, Lucerna duo habes ellychnia. Μύξαι enim Græcis nares dicuntur, & canaliculi in lucerna narium modo eminentes, quibus ellychnia inseri solent. Vnde & Polymyxos, lucernæ quoddam genus dicitur, ab ellychniorum multitudine.

DYNAMENE, es, Δυναμένη. Nympha marina, Nerei & Dorides filia, ita dicta ab eo quòd in mari plurimum polleat. Hesiodus in Theogon. Δωτὼ, Πρωτὼ, Φερούσὴ. Δυναμένη.

DINARCHVS, Δείναρχος. Corinthij ciuis nomen est, apud Plutarchum, qui Polypercontis fraude fuit interemptus.

DINDYMENE, Δινδυμένη, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius sacra fierent. Martial. lib. 8. Non per mystica sacra Dindymenes Iurat Gellia.

DINDYMVS, pen. corr. Δίνδυμος, mi, in singulari masc. gen. in plurali neut. Iuga sunt montis Ideæ Phrygiæ, matri Deum dicata. Proper. Dindymus & sacræ fabricata inuenta Cybellæ. Virgil. lib. 9. Aeneid. O' veræ Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum.

DINOCRATES, Δεινοκράτης. Messenius fuit, lasciuia, luxuria, vitæque incontinentia insignis, cui tamen alioqui in arduis negotiis suscipiendis non deesset animus. Hic quum quodam die in multam noctem produxisset conuiuium, habitúque muliebri sumpto, coram conuiuis saltasset, postero die adiit Qu. Flaminium, penes quem tum summa potestas erat, ostendens, si sibi daretur præsidium, posse se Messanam ad defectionem sollicitare. Admiratus Flaminius in homine tam effœminato tantam audaciam, De his (inquit) posthac videbimus. Te verò mitor vna tractare, saltare, & mulierem mentiri posse, quum rem tantam animo audeas concipere.

Dinumero, as, Idem quod numero. {ἀριθμέω. Ital. *Numerare, annouerare, contare.* Gal. *Denombrer, conter.* Hisp. *Contar por numeros.* } Plaut. Epid. Quia patrem ptius conuenire se non vult, neque conspicari, quàm id argentum quod debet, dinumerauerit. Idem Rud. Mille nummos dinumerauí. Terent. Adel. Iube nunc iam dinumeret Babylo illi viginti minas.

Dinumeratio, verbale, {ἀριθμὸς, ἀναστοιχείωσις. Ital. *Esso annouerare,* Gal. *Denombrement, conte.* Hisp. *La cuenta.* } Cic. 2. de Orator. Improuisum quiddam & dinumeratio, & alia correctio & dispuratio, &c.

Diobolares, διόβολοι. Meretrices dicuntur quæ duobus obolis conducuntur, inquit Festus. Plaut. in Pœn. Seruulorum sordidorum scorta diobolaria.

DIOCLES, Διοκλῆς, Athenensis, antiquæ Comœdiæ scriptor, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Diocles item medicus Carystius, Darij Hystaspis tempore, qui & commentarios quosdam de re medica scriptos reliquit.

DIODORVS, penul. prod. Διόδωρος, cognomento Chronus, Dialecticus ex Iasso Asiæ ciuitate fuit, vt Strabo est autor lib. 14, qui Platonis tempore Euclidem audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius vt famam obscurauit, ita & cognomen vsurpauit. Dialecticus etiam appellatus, quòd (vt ait Laërtius) primus inuolutú differendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, quum aliquando inter epulas à Stilpone sermones quosdam dialecticos propositos extemplo nequiuisset exsoluere, & ob id à rege per iurgium Chronus appellatus esset, conuiuium deseruit: ac edito per otium super ea propositione libro, ex animi mœrore extinctus est. Autor Diogenes Laërtius. ¶ Fuit item Diodorus quidam Stoicus philosophus, vtroque lumine orbus, cuius sic meminit Cicero in Bruto, Eram cum Stoico Diodoro, qui quum habitasset apud me, cum Quinto vixisset, nuper est domi meæ mortuus, à quo quum aliis rebus, tum studiosissimè in dialectica exercebar. ¶ Diodorus Comicus poëta, cuius Comœdias enumerat Athenæus. ¶ Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis philosophi eius qui composuit Dictionarium Atticum. Floruit Adriani temporibus. Suidas. ¶ Diodoros præterea duos è Lydia Tiberij tempore Strabo commemorat, ambos oratores. Præterea fuit & Diodorus Siculus nobilissimus historicus qui variam historiam libris quadraginta conscripsit, quam bibliothecam nominauit. Floruit Augusti temporibus. ¶ Diodorus Tarsensis, præsul, cuius meminit Hieronymus, & Suidas.

Diœcesis, cum œ diphthongo, pen. prod. {διοίκησις. Ital. *Giurisditione.* Gal. *Diocese, administratiõ ou charge de quelque prouince, ou territoire ou le trait du pais qu'on a en charge.* Hisp. *Iurisdicion, dispensacion, ò administracion.* } Latinè gubernatio, administratio, dispositio, siue iurisdictio. à *dioeco*, guberno, tneor. In iure itaque ciuili Diœcesis pro prouincia accipitur, l. 1. Cod. de Priuat. carcer. Ad eundem etiam modum accipit Cicero in Epist. Vt me illarum omnium diœcesium quæ eis Taurum sunt, omniumque earum ciuitatum magistratus, legationésque conuenirent. In Patrum autem Decretis solet hæc vox ad Episcoporum munus deflecti. In primitiua enim Ecclesia Episcopi iudicia non exercebant, sed sacra tantùm administrabant. Quo fit vt quemadmodum territorium, Præsidis est: sic diœcesis Episcopi, quatenus ius administrandi sacra habet.

Diœcetes, διοικητὴς. Qui procurationem regiam, vel magnatis alicuius susceperit. Cic. pro Rabirio, At diœcetes fuit regius. Latinè dispensatorem dicere possumus.

DIOGENES, pen. corr. Διογένης. Nomen philosophi Cynici celeberrimi Antisthenis discipuli, de quo scribitur, quòd quum Antisthenes nullum discipulorum reciperet, & perseuerantem Diogenem remouere non posset, nouissimè clauo minatus est, nisi abiret. Cui ille subiecisse dicitur caput, atq; dixisse, Nullus tam durus baculus erit qui me à tuo posset obsequio separare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus, peram pro cellario habuit, secúmque portabat clauam ob corpusculi fragilitatem, qua iam senex membra sustentare solitus erat. κυνίσκος (vt scribit Hieronymus) hoc est in diem viuens vulgò appellatus est, quòd omni abiecta solicitudine cibum suum in singulos dies emendicaret. Habitauit autem in portarum vestibulis, & porticibus ciuitatum: quúmque se contorqueret dolio, volubilem se habere domum iocabatur, & se cum temporibus immutantem, frigore enim, os dolij vertebat in Meridiem: æstate, ad Septentrionem: & vtcunque sol se inclinauerat. Diogenis prætorium vertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogasse ne sibi apricanti à sole obstaret. Obiit fermè nonagenarius. Hic (vt autor est Cic. lib. 1. Tuscul.) iussit cadauer suum inhumatum abici, quærentibúsque amicis, volucribúsne & feris corpus suum dilaniandum vellet relinqui: Minimè, inquit: sed bacillum apud me, quo illas abigam ponitote, irridens nimirum amicorum præposteram curam, qui tantopere de humatione cadaueris omnis sensus experris erant soliciti: quasi magnum quiddam interesset, à ferísne, an à vermibus absumeretur. ¶ Fuerunt alij quatuor Diogenes, quorum vnus fuit Apollonides Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ: alius Sicyonius, qui Peloponnesiaca scripsit: alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob vicinitatem dictus fuit: alius Tarsensis, quæstionum poëticarum scriptor. ¶ Postremò fuit & Diogenes Laërtius qui de vita & moribus philosophorum opus scriptum reliquit.

DIOGENIANVS, Διογενιανὸς, Heraclensis insignis grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionarium Græcum per alphabeti ordinem conscripsit. Autor Suidas.

DIOGNETVS, autore Plin. lib. 2. cap. 17, Διόγνητος, fuit vnus itinerum Alexandri regis mensor. ¶ Alius fuit sub Antonino philosopho pictor egregius: de quo Iulius Capit. ¶ Alius Clitomachi Pœni pater, qui successit Carneadi: antea Asdrubal nominatus. Fuere & alij huius nominis. Dicitur autem Dioguetus per syncopen pro Diogenetus,

διοσσυτος, hoc est Ioue genitus.

DIOMEDA, Διομεδη, Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Lesbo raptam concubinam habuit. Homerus lib. 9. Iliad.

DIOMEDES, Διομηδης, Rex Aetoliæ. Tydei & Deiphiles filius, qui cum reliquis Græcis ad Troiam profectus adeò strenuè se gessit, vt post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimus haberetur. Nam præter occisos à se reges, & singulares pugnas aduersus Hectorem & Aenea, aliósque insignes Troianorum principes, & captos Rhesi equos, Palladiúmque Troianis subtractum, Martem quoque in eo bello vulnerauit, Venerémque in dextra manu, dum Aeneam protegere vellet. Quamobrem dea indignata, Aegiale vxori eius tantam libidinem immisit, vt cum Cyllabaro Sthenelι filio concumberet. Qua re cognita Diomedes domum reuerti noluit, sed in Apuliam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibique Arpos condidit. Quidam ferunt Diomedem ab Aenea dolo occisum, eiúsque socios ob peremptum regem in aues diomedeas, vel (vt Græci vocant) heroidas, mutatos. Horat. lib. 1. Serm. Qui locus à forti Diomede conditus olim, &c. ¶ Diomedes alter rex Thraciæ, qui dum equos suos humana carne aleret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipsis ad deuorandum obiectus est. Ouid. in Ibin, Vt qui Threicij quondam præsepia regis Fecerunt dapibus sanguinolenta suis. Idem 9. Metam. Quid quum Thracis equos humano sanguine pingues, &c. ¶ Fuit & Diomedes grammaticus multi ingenij vir.

DIOMEDIAE insulæ, Διομηδειαι νησοι, duæ e regione Gargani sunt: quarum altera habitatores habet, altera deserta est, vbi disparuisse aiunt Diomedem, & socios eius ob dolorem in aues conuersos, quæ ob id Diomedeæ vocitatæ sunt. Has Iuba Cataractas appellat. Dentes eis esse dicuntur, oculi igneo colore, cæterò corpore candidæ sunt, quæ in sola Diomedea insula visuntur.

Diomedei campi, Διομηδειον πεδια, vocati sunt in Apulia, qui in diuisione regni quam cum Dauno fecisse dicitur, Diomedi cesserunt.

DION, Διων, Nomen proprium Syracusani nobilis, qui adeò Platonem amauit, vt se eidem totum traderet. Hic patriam asseruit in libertatē, expulso Dionysio tyranno. De quo Plutarchus refert, quòd quum Calippum, cui omnium vni maximè fideret, insidias sibi tendere accepisset, eum arguere pausus non est, Mori, inquiens, longè præstare quàm viuere, vbi non hostes solùm, sed etiam amicos cauere oportuerit. ¶ Dion Cassius, patria Nicæus historicus, scripsit Romanam historiam libris LXXX. Præterea res gestas Traiani principis, vitam Arriani philosophi. Autor Suidas. ¶ Dion Prusicus, sophista & philosophus, cognomento Chrysostomus, prodibat in publicū amictus pelle leonis. Apud Traianum plerunque vixit, cuius familiaris fuit, eodemq; cultu dignatus. Scripsit pro Homero contra Platonem libros IIII. De virtutibus Alexandri Magni libros decem. Præterea An mundus esset interiturus. De comæ laudibus. De laudibus Herculis. Hæc Suidas.

DIONE, es, Διωνη, Vna ex nymphis, Oceani & Tethyos filia, (vt quidam perhibent) Veneris ex Ioue mater. Vnde & Dionæa, Διωναια dicta est. Virgil. 3. Aen. Sacra Dionææ matri diuisque ferebam. Et alibi, Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

DIONYSIAS, Διονυσιας, Insula est quam aliter Naxum vocant, à vinearum fertilitate sic dicta. ¶ Est & gemma, mistis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita saporem vini facit. Ebrietati resistere existimatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

DIONYSIOPOLIS, pen. corr. Διονυσου πολις Stephano, Thraciæ vrbs est, autore Plin. lib. 4. cap. 11, & Mela lib. 2.

DIONYSIVS, Διονυσιος, Dictus est Bacchus: & Dionysia, τα Διονυσια, Bacchanalia, Bacchi festa. ¶ Fuit & hoc nomine philosophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui quum renum morbo laboraret, cruciaretúrque cruciatu impatibili, succumbens dolori clamabat, falsa esse quæ à Zenone didicerat. Zeno enim, & Stoici hoc omnes habēt dogma, dolorem scilicet non esse malum, sed indifferentem. ¶ Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracusanorum Tyranni, quorum superior quum Carthaginienses tota Sicilia expulisset: & bonam partem maritimæ Italiæ in ditionem suam redegisset, tandem à Carthaginiensibus superatus, suorum fraude occiditur. ¶ Huic successit filius eiusdem nominis, qui quum ciuitatem Syracusanam cædibus repleisset, expulsus est. Iterúmque receptus, quum crudelior in dies fieret, rursus extorris Corinthum in exilium proficiscitur: vbi in sordidissimum vitæ genus descendit, in popinis lupinaribúsque residens, vt contemnendus magis, quàm metuendus videretur. Vnde prouerbialis allegoria, Dionysius Corinthi, Διονυσος ὁ κορινθιος, qua significamus aliquem è summa dignitate atque imperio ad priuatam humilémque redactum fortunam. Cic. Att. lib. 9. Quintil. Orat. Iust. lib. 9. & Plutarchus. Nouissimè se ludi magistrum professus, pueros in triuio docebat: vt quoniam viris imperare non poterat, saltem pueris imperaret. Erat enim eruditus, vtpote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei philosophia profuisset, sapienter respondit, Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnauit hic annis triginta octo. Plutarchus autor est, regiam Dionysij puluerulentam fuisse, propter eorum multitudinem qui geometricas in puluere figuras describebant. Ambo tamen & pater & filius philosophi, Platonem præceptorem audierunt. ¶ Dionysius dialecticus, è Bithynia commemoratur Straboni lib. 12. ¶ Dionysius Corinthius, vt Suidas scribit: vt alij, Afer, ex Byzantio Africæ ciuitate, temporibus Augusti scripsit Geographiam versibus hexametris. ¶ Dionysius Alexandrinus Grammaticus, peruenit ad Traiani tempora, cuius bibliothecæ & epistolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem philosophum: cui in schola Alexandrina olim successit. Autor Suidas. ¶ Dionysius Milesius historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliáque à Suida commemorata. Philostratus hunc inter sophistas annumerat, eúmque tradit, Adriano principi ob ingenium acceptum fuisse, à quo Satrapes factus, adscriptúsque inter equites. ¶ Dionysius Halicarnasseus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, vt Suidas testatur: scripsit etiam de characteribus antiquorum oratorū. Præterea de compositione orationis, & elocutione, quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici, quæ Theodorus Gaza in Latinam orationem conuertit. ¶ Dionysius, Heraclionis filius, tyrannus apud Heracleam & Antiochiam regnauit, vt autor est Strabo lib. 16. ¶ Dionysius Areopagita, Præsul Atheniensis, Pauli discipulus, vt scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo concionante è philosophis qui aderant credidit. Hic quum esset in Aegypto, quò se disciplinæ causa contulerat videréque eclipsim nulla ratione, quum Christus passus est, vnà cum Apollophane sophista præceptore suo dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur. Scripsit ad Timotheum præsulem Ephesi, de Diuinis nominibus libros XII. de Hierarchia cælesti, de cælestibus ordinibus: præterea alia complura opuscula, vt autor est Suidas. ¶ Dionysius, Corinthiorum præsul sub M. & L. Antoninis doctrina, sanctitatéque clarus, scripsit epistolas quasdam valde laudatas, vt autor est Hieronymus. ¶ Dionysius, præsul Alexandrinus, Origenis discipulus, cuius operum meminit Hieronymus.

Dionysia, orum, Διονυσια, Festa erant Athenis in honorem Dionysij instituta, quæ & Bacchanalia vocantur. Ea erant duplicia: altera vetustiora, quibus sacra fiebant in Acropoli, (vbi antiquissimum erat Dionysij templum, quod in Limnis dicebatur) idque duodecimo die mensis, quem illi ἐλαφηβολιωνα vocabant. Altera recentiora, quæ & Astyca ἀστικα dicebantur, hoc est vrbica, quæ in noua vrbe celebrabantur, quæ sub Acropoli sita fuit.

DIOPHANES, pen. corr. Διοφανης, Nomen viri Bithynici de quo Colum. Diophanes Bithynus Vticensem totum Dionysium Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circunscripsit. ¶ Diophanes item Mitylenæus, Rhetor fuit insignis, Graccorum præceptor. Cic. in Bruto. Fuit Graechus diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Græcia magistros, in eis iam adolescens Diophanem Mitylenæum Græciæ tempotibus illis disertissimum.

Dioptra, Διοπτρα, Instrumentum Geometricum, per quod altitudo, longitudo, latitudóque etiam ex longinquo prospicitur. Huiusmodi sunt instrumenta aquarum dicata librationibus, vbi perducendæ ad mœnia sunt. Dicta dioptra à verbo Græco Διοπτευω, quod est dispicio. Vnde Dioptice dicta est ea astrologiæ pars quæ Solis, Lunæ, cæterorúmque locorum distantias per instrumenta inuestigat. Vulgus *Perspectiuam* vocat.

DIORICTVS, Διωρυκτος, locus est Acarnaniæ, trium stadiorum longitudine, vbi Leucadia insula olim opera accolarum à continenti fuit abscisa, eidémque reddita ventorum flatu congeriem arenę accumulantium. Autor Plin. lib. 4. cap. 1.

Dioryges, Διωρυγες, Sunt fossæ manu factæ in Aegypto, ad Nili aquas in agros derinandas: qua dictione vtuntur Pomponius & Strabo.

DIOSCORIDES, Διοσκορειδης, Anazarbeus medicus, M. Antonij & Cleopatræ familiaris, cuius extant de Materia medica libri V I. Item de Letalibus venenis, eorúmque antidotis liber 1. De morsu canis rabidi, liber 1. De notis, quæ morsus siue ictus venenatorum animalium sequuntur, lib. 1. De eorum curatione liber 1.

DIOSCORVS, Διοσκορος, Myræus Grammaticus, præfectus Prætorij Leonis Imperatoris, ac præceptor filiarum eius. Autor Suidas.

DIOSCORON, Insula est in finibus Italiæ, e regione Lacinij promontorij, X. M. pass. distans à continenti. Plin. lib. 3. cap. 10.

DIOSCVRI, Διοσκουροι, ἀ Διοσκουρων, à Græcis dicuntur Castor & Pollux quasi Iouis filij. Antiquitas credidit hos saluatores esse nauigantibus, si gemini apparerent (apparent autem ignis specie, antennæ aut malo insidentes) contrà tristes, si singuli apparerent. Διοσκουροι, id est Dioscuri, apud Græcos (inquit Cic. lib. 3. de Nat. deor.) multis modis nominantur Primi tres qui appellantur Anaces. Athenis ex rege Ioue antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus, Emolus, Attei filij, qui Pelope natus fuit. Hæc Cicero.

DIOSCVRIAS, Διοσκουριας, Vrbs fuit in Colchide, nunc deserta, quondam adeò clara, vt nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes quæ dissimilibus linguis vterentur, descendisse, & postea à Romanis centum triginta interpretibus negotiationem ibi gestam fuisse. Autor Plin. lib. 6. cap. 5.

DIOSPOLIS, Διοσπολις, Aegypti ciuitas, Hecatompylos quandoq; dicta ab Osiri & Iside condita. Suot & aliæ locis aliis hoc nomine in Aegypto quatuor præter hanc pusillę ciuitates. Stephanus etiam alias duas commemorat eiusdem nominis vrbes, quarum alteram in Lydia, alteram in Palæstina collocat.

Diotæ, siue Dyotæ, ξ διωται, ἡ δυωται. Ital. *Vasi da due manichi.* Gal. *Vases à deux anses.* Hisp. *Vasos ò tinajas de dos orejas.* ξ sunt vasa, seu dolia fictilia, duas ansas habentia, & ad seruanda vina accōmoda. Horat. Deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum diota. Alij malunt scribere per y. Dictæ diotæ à binis auribus, siue ansis, quæ Græci ὠτα appellant.

DIOXIPPVS, Διοξιππος, Nobilis athleta, quem Plin. lib. 35. cap. 11, refert, citra pulueren ex Olympiis victoriam reportasse. ¶ Alius eiusdem nominis Poëta comicus, cuius fabulas commemorat Suidas. ¶ Alius miles Alexandri Magni, mira fortitudine, qui prouocatus à Corrago milite item Macedone, clava eum occidit. Autor Aelianus.

Dipelus, quod hic corruptè legebatur, Vide DIPOENVS.

DIPHILVS, Διφιλος, Architectus fuit, in perducendis ad finem operibus tardissimus: adeò vt locum fecerit prouerbio, Diphilus Diphilo tardior. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 3. Apud herum rectè erat: in Manlsano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Locus erit prouerbio, quoties volumus significare aliquem natura tardum, magnum solitæ negligentiæ cumulum adiecisse.

Diphris, Διφρις, Gemma est duorum generum, candida & nigra, mas & fœmina, genitale vtriusque sexus distinguente linea. Autor Plinius lib. 37. cap. 10.

Diphryges, Διφρυγις, Materia quædam terrea, quæ in metallis æris inuenitur, aut in ipsis etiam conchis, in quibus æs expurgatur. Tres eius à Dioscoride enumerantur species. Primum in metallicis solius Cypri specubus inuenitur, luti speciem referens: deinde primùm sole siccatur: mox etiam adhibitis sarmentis torretur: vnde & nomen accepit, quòd

Universidad de Deusto

quòd his quasi frigatur. Alterum perfecti æris quasi subsidens fæx est, & sub eadmia ingeritur in fundo vasorum, in quibus æs excoquitur. Tertium fit ex lapide pyrite, tandiu vsto, donec sandarachæ colorem acquirat. Vide Dioscoridem lib. 5, & Galenum lib. 9. Simpl. Plinius ac cusationem diphryga offert, tanquam à nominatiuo diphryx. Ita enim habet lib. 34. cap. 13. Facilè ab ea discernitur, quam in iisdem officinis diphryga vocant Græci, ab eo quòd bis torreatur. Et paulò pòst, Id quod excocto supersit, diphryga vocant.

Diphthera, διφθέρα, Pellis Amaltheæ capræ, in qua dicitur Iupiter res humanas describere. Vnde locus factus prouerbio, Antiquiora diphthera loqueris, ἀρχαίτερα διφθέρας λαλεῖς. In eos quadrat qui nugas narrant, aut de rebus nimium priscis & iampridem nimium obsoletis. ¶ Item pastoritium ex pellibus vestimentum, quod quidam thenonem, nonnulli etiam betam appellant. ¶ Diphtheræ item dicebantur stragula quædam pellicea quæ in superiori nauis pauimento extendebantur.

Diphthongus, δίφθογγος, Est conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba, vim suam seruantium: ita dicta quòd duarum in ea vocalium sonus audiatur. ¶ Sunt autem apud Latinos quatuor, æ, œ, au, & eu: in quibus omnibus vtraque vocalis vt scribi debet, ita & proferri.

Diplois, idis, διπλοΐς, Vestis duplicis genus, vt ex ipso statim etymo apparet: nam quod nos duplex, Græci διπλοΐδα appellant.

Diplomata, διπλώματα. Ital. *Priuilegi patente, bolle.* Gal. *Lettres patentes d'vn prince, bullus lettres closes, quelque chose mise en double.* Hisp. *Letras del principe, como priuilegios, ò sellos papales.* } Literæ dicuntur principum signis obsignatæ, quales sunt quas literas patentes aut bullas Pontificias vocant. Cicero ad Balbum. Diploma statim non est datum. De literis Cæsaris intelligit, quibus Balbus restituebatur. Suet. in Augusto, In diplomatibus libellis, & epistolis signandis initio sphinge vsus est, mox imagine magni Alexandri. Græci διπλοῦν dicunt duplum. Vnde videtur, diplomata fuisse literas complicatas, & lino traiecto obsignatas.

DIPOENVS, SCYLLIS frater, qui ambo, teste Plinio, in Creta insula geniti, etiam tum Medis imperantibus, priùsque quàm Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est Olympiade circiter 1. primi omnium marmore sculpendo inclaruere. Primùm Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria, vt ait Plin. lib. 36 cap. 4.

Dipondium, & Dipondius, siue Dupondium & Dupondius, à duobus ponderibus dicitur. nam (vt Varro docet) duos asses pendebat. δὶς ἀσσαρίου. Dipondij itaque valor, si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigatur, erit octo denariolorum. At verò numus libralis, & dupondium, numus bilibris dicebatur. Plin. lib. 33. cap. 3. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur assis.

Dipondiarius, a, um, ὁ διασσαῖος, ὁ δίλιτρος. Plinius lib. 34. cap. 2. Et orichalci bonitatem imitatur in sestertijs, dipondiariisque Cyprio suo assibus contentis. Colum. lib. 4. cap. 30. Perticæ cacuminum modicæ pienitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur.

Dipsacon, δίψακον, Spina alba, quæ & aspalathus, & diaxylon nominatur, teste Plin. lib. 24. cap. 13. ¶ Est item dipsacon medicis, tenuum quidam affectus, maximam inducens sitim. Alio nomine diabetes. διαβήτης. Appellatur à quibusdam etiam vrinæ profluuium: eò quòd potus statim effluat, nulla penè in corpore mutatione accepta.

Dipsas, adis, δίψας. Serpentis genus viperæ simile: à δίψος sitio dictum. Suo enim morsu humorem omnem consumens, sitim maximam inducit. Vide Lucanum lib. 9. ¶ Est item dipsas, lenæ cuiusdam nomen apud Ouid. lib. 3. Eleg. Est, inquit, quædam (quicunque volet cognoscere lenam. Audiat) est quædam nomine Dipsas anus.

DIPSON, ontis, Fluuius est Ciliciæ ex Tauro profluens. Luca. lib. 8, Tantóque videt Dipsonta cadentem, &c.

Diptota, penult. corr. δίπτωτα. Dicuntur nomina duos tantum casus habentia. Sic triptota, tetraptota, pentaptota, quæ habent tres, quatuor, & quinque casus.

Diradio, as. Est ad radiorum figuram compono. ἐλόγευ εἰς ἀκτῖνας διέγειρε, εἰς ὄγκον ἀκλινομένοις ἀξιώματα. Ital. *Far qualche cosa à modo di raggi.* Gal. *Estendre ou coucher, & ordonner en façon de rays d'vne roüe.* Hisp. *Hazer algo à manera de rayos.* } Colum. Validam ergo vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atque diradiare.

Diræ, arum, Vide DIRVS.

DIRCAEVS, cum æ diphthongo, δίρκαιος. Dicitur Aonius, siue Thebanus. Nam pars Bœotiæ in qua fons est Dirce, Dircæa cognominata est. Et apud Virgilium, Amphion Dircæus dictus est. i. Thebanus.

DIRCE, δίρκη. Nomen mulieris, Lyci Thebarum regis vxoris, quam ille duxerat repudiata Antiopa. Sed hæc vertita ne Antiopam reuocaret, impetrauit à marito vt posset illam in vinculis detinere. Antiopa verò tempore partus soluta, gemellos quos ex Ioue conceperat (vt suprà dictum est) peperit, Amphionem videlicet & Zetum, qui postea Lycum interfecerunt, Dircen verò caudæ indomiti equi alligarunt, quæ diu ita per terram raptata, tandem deorum commiseratione in sui nominis fontem conuersa est, non procul à Thebis. Propert. lib. 3. Tu reddis puetis matrem, puerisque trahendam Vinxerunt Dircen sub truculenta boui. Luca. lib. 3. Fatidica Cephisos aqua, Cadmeáque Dirce. Ab hoc fonte Thebani dicti sunt Dircæi. ¶ Alia fuit Dirce Babylonia, quæ sua forma tumens quum Palladi conuiciaretur, inter lauandum in piscem conuersa est. Ouid. lib. 4. Metamorph. Dirce quam versam squamis velantibus artus Stagna Palæstini credunt coluisse figura.

DIRCENNA, Fons est gelidissimus in Hispania Tarraconensi, non procul à Bilbili. Martial. lib. 1, Auidam rigens Dircenna placabit sitim.

Diribitorium, ἵνα λαὸς σίτου. Ital. *Luogo dove si pagauano gli effetti, la banca ai soldati.* Gal. *Le lieu ou on fait la monstre des gens d'armes, ou on les paye: Ou bien le lieu ou se retirent les seruiteurs d'vne maison.* Hisp. *Lugar donde se hazia el alarde.* Locus erat in quo recensebatur exercitus, & stipendia militiæ numerabantur: à diribendo, hoc est distribuendo. Vnde & diribitores, id est distributores. Cic. post Reditum suum ad Senatum, Quando, inquit, illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodésque vidistis? Hoc est diuisores, distributorésque, qui inter tribus viritim pecuniam diuidebant. Plaut. in Aul. cutiarum magistros appellauit. ¶ Diribitorium etiam locus dicebatur in quo ministri versabantur: & diribitores, ministri ipsi dicti sunt. Apul. lib. 2. de Asin. Diribitores plusculi, splendidè amicti, fercula copiosa scitulè subministrata. Pliu. in Epist. pædagium videtur appellare, παῖς ἢ κοῦρος, id est à pueris, & ministris.

Dirigeo, ges, gui. Præ frigore, aut timore, aut alio casu viribus destituor. ἐπήγνυμι, συμπαγῆναι. Ital. *Indurirsi per gran freddo, ò per timore, diuenir rigido.* Gal. *Deuenir gourd & roide qu'on ne se peut remuer, soit de froidure, crainte ou autre auanture.* Hisp. *Pasmarse, entirarse, ò quasi hazerse duro como quien se yela.* } Virg. li. 8. Aen. Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit, id est præ terrore rigidus factus est. Idem 3. Aeneid. At sociis subita gelidus formidine sanguis Diriguit.

Dirigo, gis, pen. corr. ex di & rego. Significat obliquum emendo, & rectum facio, } ἐπανορθῶ, συνορθόω. Ital. *Drizzare.* Gal. *Dresser, viser, ordonner.* Hisp. *Emendar ò endereçar.* } Plin. in Paneg. Nam vita principis censura est, cùm perpetua ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus est quàm exemplo. Cic. 3. de Orat. Nec sunt hęc rhythmorum aut musicorum acerrima norma dirigenda. Planc. Ciceroni, Ad Mutinam iter dirigerem. Virgil. 7. Aen. Direxere acies. Vbi Seruius, ordinarunt in latitudinem.

Directus, participium. } ἐπηυθυσμένος. Ital. *Dritto.* Gal. *Adressé, mis, fait ou dressé droit.* Hisp. *Endereçado.* } vt, directi pedes, directum iter, directus ordo. Cato cap. 18. Arbores ad stipitem primùm directos pedes sedecim. Cic. de Nat. deor. Flexuosum iter habet, nequid intrare possit, si simplex & directum pateret. Cic. pro Cecin. Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.

Directè, siue Directò, aduerb. } ἰθὺ ἐπίτομα. Ital. *Drittamente.* Gal. *Droittement, tout droit.* Hisp. *Derechamente, sin torcer.* } Cic. in Part. Alterum ad fidem directò spectat. Ibidem, Vt quum semel dictum sit directè.

Directio, verbale. } ἐπανόρθωσις, ἐπανόρθωμα. Ital. *Addrizzamento.* Gal. *Adresse, dressement.* Hisp. *Endereçamiento, obra de emendar ò endereçar.* } vt, directio ad veritatem, Quintil. lib. 3. cap. 7. in fine. Rationis directio ad veritatem, Idem lib. 3. cap. 6.

Directum, directi, ἰθεῖα. subst antiuum. Cic. in Partit. Aequitatis autem vis est duplex, cuius altera directi, & veri & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur.

Directarij, Fures appellantur ij qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, iique seuerius quàm fures puniendi sunt. Vlpian. de Iniur. & famos. libel. l. Saccularij. Sunt tamen qui hoc loco apud Vlpianum Dixtarios malint legere, quòd fures huiusmodi in alienas dictas soleant transcendere. Vide in dictione DIAETA.

Dirimo, is, pen. corr. diremi, diremptum, ex di & emo, interposita r: siue ex dis & emo, s in r mutata, componi videtur. } διαλύομαι, διαίρω, διαλαμβάνω. Ital. *Spartire, diuidere.* Gal. *Separer, diuiser, departir.* Hispan. *Apartar.* } Significat autem diuidere, siue separare: vt quum quis se medium ponit inter concertantes, siue aliud quippiam quomodocũq; componit, aut separat. Plaut. in Amph. Sed prælium id tandem diremit nox interuentu suo. Virgil. 5. Aen. -& prælia voce diremit. ¶ Sic dirimere litem, id est dissoluere & decidere. ¶ Dirimere tempus, est differre, & in aliam diem aliquid reiicere: pro quo etiam diffundere diem veteres dixerunt. Cic. de Diuin. Quid enim habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? ¶ Aliquando dirimere ponitur pro destruere. διαλύειν, διαφθείρειν. Sallust. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res consilium diremit.

Diremptus, us, m. Separatio } διάλυσις, διαίρεσις. Ital. *Separatione, compimento.* Gal. *Departie, separation.* Hisp. *Apartamiento.* } Cic. 1. Tusculan. Est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac diremptus earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Diremptio, διάλυσις, Productio temporis vel magistratus in aliud tempus. Cic. pro Plancio, Nihil iam est quòd populo supplicetur, nihil quòd diremptio, nihil quòd supplicatio magistratuum, renuntiatio suffragiorum expectetur.

Diripio, pis. Depopulor, spolio, in diuersas partes rapio. ἅρπω καὶ φέρω, διαμπάζω. Ita. *Rapire, tor per forza.* Gal. *Rauir, piller, arracher & emporter.* Hisp. *Arrebatar.* } Cic. Attic. lib. 3, Partiam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendam, insla mmandámque reliquimus.

Direptio, verbale. } ἁρπαγή. Ital. *Rapimento.* Gal. *Rauissement, pillerie.* Hisp. *Arrebatamiento.* } Cicc. lib. 2. Epist. Vrbs relicta direptioni atque incendijs.

DIRIS, Mons est Mauritaniæ, quem propter altitudinem, cæli columnam vocauerunt. Meminit Plin. lib. 5. cap. 1, vbi Dyris scribitur per y Græcum.

Dirumpo, pis, Variè rumpo, seu violenter scindo. } διαῤῥήγνυμι. Ital. *Rompere à forza.* Gal. *Derompre, briser, casser, creuer.* Hisp. *Romper por fuerça, ò en diuersas partes.* } Plaut. in Curc. Geminos in ventre videor habere filios, nihil metuo, nisi medius dirumpar miser. Refertur quando-que ad animum. Cic. ad Attic. lib. 7, Dirumpor dolore.

Diruncino, as, pen. corr. Disseco & dissipo. Tractum à runcinis, quæ maiores serræ dicũtur, quibus fabri lignarij maiora ligna secant. Plaut. Mil. Vt lapide deruncinauit militem.

Diruncio, teste Festo, Idem quod depurgo. } Ital. *Purgare.* Gal. *Pourger.* Hisp. *Purgar ò alimpiar.* } Verbum agriculturæ antiquum, à runca deductum, quod instrumentum est excidendis dumetis idoneum.

Diruo, is, Deiicio, euerto, atque destruo. } καθαιρῶ, καθαιρέω. Ital. *Ruinare, destruggere.* Gal. *Mettre par terre, ruer ius.* Hispa. *Derribar edificio, destruyr.* } Liu. lib. 1, Fragor tectorum quæ diruebantur, vltimis vrbis partibus audiebatur. Terentius in Adelph. Hanc in horto maceriem iube dirui. Liu. Legiones deinde ductæ ad diruendam vrbem. Cicc. ad Qu. Frat. lib. 1, Multas abs te esse liberatas vrbes, complures diutas, ac penè desertas.

Dirus, a, um, Crudelis, fœuus, infestus, quasi deorum ira immissus. } ἐπιφθόνως, σκληρός. Ital. *Crudele, empio, fiero.* Gal. *Horrible, cruel, comme enuoyé de l'ire de Dieu.* Hisp. *Cruel, ò de ira de dios.* } Virg. 1. Georg. Priusquam dira per incautum serpant contagia vulgus. ¶ Aliquando accipitur pro magno. Idem, Iam tum religio pauidos terrebat agrestes Dira loci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dirę, ἀραὶ, ἐξώλειαι. Ital. *Bestemmie, maledittioni.* Gal. *Furies d'enfer, maledictions & execrations.* Hisp. *Las Furias ò ira de los dioses.* } Execrationes, & imprecationes sunt quæ in maleuolos effundebantur horrendæ, deos quosdam inauditos compellantes: quibus quicunque deuotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cic. M. Crasso quid acciderit videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. ἀρᾶσθαι. Diras imprecari, Græci ἐπαρᾶσθαι τὰς πολλαχοῦ τοιαύτας ἀρὰς dicunt, & ἀρᾶς ἀρᾶσθαι τοῖς Φερεκύδου ἐπαρᾶσθαι. ¶ Sunt etiam Dirę inferorum Furiæ, quibus præcipuè ij qui sceleris alicuius sibi sunt conscij, creduntur exagitari. De quibus ita Virgil. lib. 12. Aen. Dicuntur geminæ pestes cognomine dirę, Quas & Tartaream nox intempesta Megæram Vno eodémque tulit partu. ¶ Dicuntur autem in cælo dirę: Furiæ, ἐφημέριαι, in terris: Eumenides, ἐξώλειαι, in inferis: vnde & tres esse dicuntur.

Diritas. Crudelitas. } ἀγριότης, ἀπάνθρωπια, ὠμότης. Ital. *Crudeltà, ferocità.* Gal. *Cruauté.* Hisp. *Crueldad, braueça sin tino.* } Cic. in Vatinium. Quanquam sis omni diritate atque immanitate deterrimus. Idem 3. Tusc. Intelligi potest ex his fratribus qui in Adelphis sunt, quanta in altero diritas, in altero comitas. ¶ Morum diritas. Sueton. in Tyberio, cap. 21. Nec illud quidem ignoro aliquos tradidisse Augustum palàm nec dissimulanter mo tum eius diritatem adeò improbasse, vt nonnunquàm remissiores hilariorésque sermones superueniente eo abrumperet.

Dis, Præpositio disiunctiua, de qua suprà dictum est in D I.

D I S. ditis, Deus diuitiarum, qui à Luciano claudus fingitur in accessu, in recedendo autem alatus, quòd diuitiæ longissimo tempore partæ, nisi cautè dispenses, quàm velocissimè elabantur. πλοῦτος. Fingitur etiam cæcus, quòd nullo prorsus iudicio indignissimum quenque maximè opibus oneret, digniores prætereat. ¶ Dis etiam creditur esse inferorum Deus, quòd diuitiæ ex intimis terræ visceribus effodiantur. Græcè πλούτων dicitur. ¶ Ponitur etiam Dis pro diuite, πλούσιος. Terent. in Adelph. Dis quidem esses Demea, ac rem tuam constabilisses. Hinc Ditior & ditissimus. Cic. de Amic. Ditiot mihi & affluentior, videtur esse vera amicitia Idem Parad. Vt quisque, quod plurimi est, possidet, ita ditissimus habendus est.

Dito, as. Diuitem facio. } πλουτίζω. Ital. *Arricchire.* Gal. *Enrichir, faire riche.* Hisp. *Enriquecer à otro.* } Liu. 1. bell. Pun. Castra militem ditauere. Plin. lib. 35. cap. 18. Quos enumerare iam non est, è sanguine Quiritum & proscriptorum licentia ditatos.

Ditesco, dines fio: augmentatiuum à verbo inusitato Diteo. } πλουτέω. Ita. *Diuenir ricco, arricchire.* Gal. *Deuenir riche, s'enrichir.* Hisp. *Enriquecerse.* } Lucr. lib. 4. -possunt tamen inde puellas Suscipere & partu possunt ditescere dulci.

Discalceo, as. Est calceos exuere. } ὑποδέω. Ital. *Discalzare, scalzare.* Gal. *Deschausser.* Hispa. *Descalçar.* } Sueton. in Nerone. Circa cultum, habitúmque adeò pudendus, vt comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam penè verticem summiserit, ac plerunque synthesim indutus, ligato circum collum sudario, prodierit in publicum sine cinctu, & discalceatus.

Discapedino, as, pen. corr. à capedine fit, Significátque reseto, aperio. } ἀνοίγω. Ital. *Aprire.* Gal. *Ouurir.* Hisp. *Expedir ò abrir.* } Apuleius. Hyagnis primus in canendo manus discapedinauit. Verbum est nouum Apuleio parente natum.

Discaueo, A Plauto vsurpatum est pro diligenter cauere. } ἀλεξιπολέω. Ital. *Guardarsi bene.* Gal. *Se donner bien garde de toutes parts.* Hisp. *Prouerse muy bien.* } Ita enim legitur in Menæchmis, Dictum facesse elatum, & discaueas malo.

Discedo, dis, pen. prod. Recedo. } χωρίζω. Ital. *Partirsi, andar via.* Gal. *Se partir, s'en aller.* Hisp. *Partirse de lugar.* } Plin. Facessite hinc, atque à nobis discedite. ¶ Interdum ponitur pro excipere. ἀποδέχεσθαι. vt si dicam, Quum discessi à parentibus, nemò est mihi te charior, id est parentibus exceptis. Cic. Lentulo, Sic tamen existimare te velim: quum à vobis salutis meæ autoribus discesserim, neminem esse cuius officiis me tam esse deuinctum non solùm confitear, sed etiam gaudeam. ¶ Interdum pro distendi, diuidi. χωρίζω, διαιρέω. Cic. lib. 1. Offic. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdã imbribus, in illum hiatum descendit. ¶ Discedere in sententiam, est alterius sententiam approbare. ἀποδέχεσθαι. Mos enim fuit antiquorum, quum in tanto Senatorum numero, longum foret singulorum sententias audire, eos tantùm qui cæteris dignitate antecellebant, sententiam rogare. Deinde duabus tribúsve iam dictis sententiis, reliqui in illorum, quorum indicio subscribebant, sedilia transibant.

Discessio, verbale, Idem significans quod abitus. } χώρησις. Ital. *Partirsi, la partita.* Gal. *Departement, separation.* Hispa. *La partida de lugar.* } Cic. 1. Offic. Eorum neque accessione melior vita fit, neq; discessione peior. ¶ Ponitur interdum Discessio pro diuortio. Terent. in And. Nempe incommoditas denique hue omnis redit, Si eueniat (quod dij prohibeant) discessio. ¶ In foro quoque dicimus Discessionem fieri in sententiam alicuius, quum Senatores è sua sede ad eum transeunt, cuius sententiam approbant. Cic. 6. Verr. Atque adeò quum iam non solùm discessio facta esset, sed etiam per scriptum, atque in tabulas relatum.

Discessus, us, ui, verbale à discedo, Idem est quod abitus. } χώρησις. Ital. *Dipartimento, la partita.* Gal. *Departement.* Hisp. *La partida de lugar.* } Cic. 5. de Finib. Quinetiam quum decreuerit esse moriendum, tamen discessu à suis, atque ipsa relinquenda luce moueatur. Discessum è vita, pro morte posuit idem Cic. lib. 1. de Diuinat. O præclarum (inquit) discessum è vita. ¶ Discessus terræ, pro terræ hiatu, & chasmate accipitur. Item Discessus cæli, pro subita cæli disruptione, qualem nobis videmur videre, quum fulgura, aut coruscationes apparent. Cic. 2. de Diuinat. Ita te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec traiectæ stellæ, nec faces visæ terrebunt?

Discepto, tas. Disputo, contendo, discordo, decerto: & cum præpositione de ponitur. } διαλέγομαι, ἀμφισβητῶ. Ital. *Disputare, contendere.* Gal. *Debatre & disputer de quelque different.* Hisp. *Contender disputando.* } Cic. Fam. 4. Postquam armis discepta cœptum est de iure publico. ¶ Aliquando etiam moderor, compono, διαλαμβάνω, quod ad verbum è Græco dictum esse videtur. διαιρῶ, διορίζω, διαλαμβάνω, vel (vt alij exponũt) iudico, arbitror, cognosco. In qua significatione accusatiuum regit. Cic. pro Milone. Et isti est præpositus quæstioni, qui hæc iustè, sapientérque discepter. ¶ Est etiam alius huius verbi elegans vsus apud Ciceronem Famil. 10, ad Plancum Imp. Quamobrem, inquit, quanquam in vno prælio omnis fortuna R. P. discepta, quod quidem, quum hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore: tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebruit, magnam ex laudem consecutus. Id est quanquam omnis Reipubl. fortuna de tui prælij exitu pendet.

Disceptator, Rei, sententiæque moderator, arbiter, iudex. } διαιτητής. Ital. *Giudice ò arbitro.* Gal. *Iuge ou arbitre.* Hisp. *Contendedor que disputa, iuez, arbitro, arbitrador.* } vt docet Cic. in Partition. ad filiũ, Nam aut auscultator est (inquit) qui audit, aut discepta tor: id est rei, sententiæque moderator. Idem ad Sulpit. lib. 13, Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro: & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore vterentur.

Disceptatrix. } ἡ διαιτητικὴ, ἡ διαλεκτική. Ital. *Donna che giudicha.* Gal. *Celle qui juge.* Hisp. *Contendedora que disputa, arbitradora.* } Cic. 4. Acad. Dialecticam inuentam esse dicitis, veri & falsi quasi discepta trícem & iudicem.

Disceptatio, Causa & lis. } διαλογισμὸς, διάλογος. Ital. *Contentione.* Gal. *Debat en paroles, dispute, controuerse.* Hisp. *Aquella contienda disputando.* } Cic. 2. de Diuin. Cum quibus omnis ferè nobis discepta tio contentióque est. Discepta tio, pro arbitratu & cognitione. Vlpianus l. Quum ij. §. si cui. ff. de Transact. Hæc omnia habent discepta tionem Prætoris: & pro vti litate alimentarij accipienda sunt.

Discerno, is, discreui, discretum, Separo, diuido. } διαλύω, διακρίνω. Ital. *Diuidere, separare.* Gal. *Discerner, separer, & connoistre l'vn de l'autre, diuiser.* Hisp. *Apartar.* } Cic. 3. Tusc. Democritus alba & nigra discernere non potuit. ¶ Quandoq; distinctè cognosco. διαγινώσκω. Terent. in Adelph. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis discernere, Nisi me credò huic esse natum rei, ferundis miseriis. ¶ Discernere litem. Virgil. 12 Aeneid. Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Discretus, ta, tum, particip. passiuæ significationis à discernor, vt. } διακεχωρισμένος. Ital. *Separato.* Gal. *Separé & diuisé.* Hisp. *Apartado.* } Discreta semina, apud Colum. id est separata. Plin. lib. 15. cap. 30, Discretæ suis nominibus syluæ. Huius compositum protulit Plinius, Indiscreta propè specie fuere, id est indiserenti. ἀδιάκριτος. Valla exponit actiuè, vt sit Discretus, qui qualitates personarum ac rerum momenta discernit. Sed nullum attulit exemplum, nec vllum afferri posse arbitror, nisi in passiua significatione.

Discretio, nis, verbale. Separatio. } διάκρισις. Ital. *Diuisione, separatione.* Gal. *Discretion, distinction, separation.* Hisp. *Apartamiento.* } Lactant. lib. 7. Quum vis aliqua vtrunque discreuerit: quæ discretio, mors vocatur. Autor ad Heren. lib. 4. sic definit, Discretio nominatur, quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum grauitate expositionem. Aliquando pro delectu. κρίσις.

Discretè, aduerbium, non significat prouidè, aut sapienter (vt nonnulli existimant) sed separatim, & distinctè. } χωρὶς. Ital. *separatamente.* Gal. *Separément, distinctement.* Hisp. *Apartadamente.* } Cic. lib. 1. de Inuent. In præsentia tantummodo numeros, & modos, & partes argumentandi confusè & permistè dispersimus: pòst discretè & electè in genus quodque causæ, quid cuique conueniat, ex copia hac digeremus.

Discretim, aliud aduerbium. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 3, Quoniam discretim de his rebus dicendum est.

Discrimen, pen. prod. Separatio, differentia. } διαφορὰ. Ital. *Differentia.* Gal. *Difference.* Hisp. *Differencia.* } Cic. Totúmque discrimen summi boni in ea rerum comparatione positum putat. Salust. Laudamus diuitias, prosequimur inertiam, inter bonos & malos nullum est discrimen. Accipitur etiam pro interuallo, siue distantia. Cic. de Lege agraria contra Rullum, Duo matia perrenui discrimine separata. ¶ Item pro diuisione, & capillorum diminutione quæ fit discernículo. } χωρισμὸς. Ital. *separatione.* Gal. *separation.* Hisp. *Apartamiento.* } ¶ Et Discrimen, certamen, κρίσις. Virgil. 5. Aeneid. Post hos æquo discrimine Pistrix Centaurúsq; locum tendunt superare priorem. ¶ Rursus Discrimen, periculum dicitur. } κίνδυνος, πάθος. Ital. *Pericolo.* Gal. *Danger, peril.* Hisp. *Peligro.* } Virgil. lib. 1, Per tot discrimina rerum Tendimus in Latium Cæsar 6. bel. Gal. Videt imminere hostes, atque in summo rem esse discrimine.

Discrimino, nas, pen. corr. Diuido. } διορίζομαι, διαλαμβάνω, διαιρῶ. Ital. *Diuidere, disparare.* Gal. *Separer, distinguer, discerner.* Hisp. *Apartar.* } Cic. in Philip. Hetruriam discriminat Callia. Lucr. lib. 2, Sed forte putes animalia sola teneri Legibus his: quædam ratio discriminat omnes.

Discriminatus, participium. } διακεχωρισμένος. Ital. *Distinto.* Gal. *Distingué, separé.* Hisp. *Apartado.* } Distinctus. Liu. 1. bel. Pun. Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.

Discriminatim, aduerbium, Significat differenter. } διακεχωρισμένως. Ital. *Differentemente.* Gal. *Differemment, en diuerses sortes, separément.* Hispa. *Diuersa ò apartadamente.* } Varr. 1. de Re rust. Eadem de causa sunt quæ non possunt viuere, nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua, & discriminatim: & alia in lacubus: vt arundines in Aretino: aliæ hominibus, vt in Epiro arbores alni.

Discriminale, Acus est quæ crines diuidit ad concinnandum caput. } κρηπὶς. Ital. *Scriminale.* Gal. *Vn poinçon dequoy vsent les femmes à faire les creftes de leurs cheueux.* Hisp. *Partidor delos cabellos.* } vt apud Iesaiam, Discriminalia, & periscelides, & murænulas, & olfactoriola.

Discerniculum, Instrumentum quo mulierum capillus discernitur. } κρηπὶς. Ital. *Scriminale.* Gal. *Vn poinçon dont vsent les femmes à faire les creftes de leurs cheueux.* Hisp. *El partidor delos cabellos.* } Varr. lib. 4. de lingua Latina, Discerniculum est quo discernitur capillus. Nonius, Discerniculum, acus quę capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum à discernendo. Transumitur & ad quamuis differentiam seu discrimen. διαφορά. Gell. lib. 7. Tum comperi duas species hellebori esse, discerniculo coloris insignes, candidi & nigri.

Discerpo, pis, psi, ptum, ex dis, & carpo, In partes distraho, discindo. } διασπάω, διαμελίζω. Ital. *sbranare, squarciare.* Gal. *Mettre en pieces, dechirer.* Hispa. *Partir y despedaçar en partes.* } Cic. in Topic. Quum res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur. Varro, Duabúsque

admoris

admotis quadrigis alligatum corpus, equis in diuersum iter concitatis, discerpiere.

Discerptus, participium. {διαπεπασμένος, διαφορούμενος. Ital. *Stracciato, straccinto in pezzi.* Gal. *Depecé, rompu en pieces, decheré.* Hisp. *Despedaçado.* } Cice. 3. de Orat. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulsa & quasi discerpta contrectant. Liu. lib. 1. ab Vrbe. Fuisse tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum manibus tunc quoque arguerent.

Discus, à Plin. lib. 2. cap. 25. accipi videtur pro cometa, siue simili alicuius ætis impressione. Eadem (inquit) breuiores, & in muctonem fastigiatas, xiphias vocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladij, nitore ac sine vllis radiis quos discus suo nomini similis, colore autem electro, ratò è margine emittit.

Discindo, dis, disciui, pen. corr. à diis, & scindo. {χωρίζω, διαιρέω. Ital. *Fendere.* Gal. *Fendre, separer en coupant.* Hisp. *Hender.* } Discidi verò penul. prod. fit à discido, quod est compositum à dis, & cædo. Terent. in Adelph. Vide vt discidit mihi labrum. Idem in Eunuc. Vestem omnem miserè discidit. Cice. pro Cælio. Discidit vestem? resarcietur. ¶ Discindere amicitias. Cice. de Amic. Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ, & (vt Catonem dicere audiui) dissuendæ magis, quàm discindendæ sunt.

Discissus, participium. {διαιρεθείς. Ital. *Stracciato.* Gal. *Decheté, debriséé & rompu.* Hisp. *Cortado, despedaçado.* } Virgil. 3. Georg. Discissos nudis laniabant dentibus artus. Stat. 1. Syll. Hunc neque discissis cœpissent Pergama muris.

Discingo, is, xi, ctum, contrariam suo simplici habet significationem: quod cinctum est dissoluo. {διαζώννυμι. Ital. *Scingere.* Gal. *Deceindre, desceindre.* Hisp. *Descenir.* } Martial. lib. 9. Peltzam Scythico discinxit Amazona nodo. ¶ Nonnunquam etiam per translationem pro enectare, seu confutare, vel etiam retundere accipitur. Vnde discingere dolos ratione, dixit Sil. lib. 7. pro eo quod dicimus, dolos ratione & consilio retundere. Discinxit (inquit) ratione dolos, fraudésque resoluit.

Discinctus, participium, {ἄζωστος. Ital. *Discinto.* Gal. *Descein, desceinté.* Hisp. *Sin ceñidor, que no es ceñido.* } Liu. 8. bel. Puni. Districtis gladiis discinctos destituit. Antiqui negligentes & desides appellabant discinctos, & intemperantes. ἀκρατεῖς καὶ ῥᾳθύμους. contrà Accinctos, solertes, strenuos vocabant: quod à re ipsa deductum est. Molles enim demissis, discinctisque vestibus vti solent: strenui verò atque industrij, quo sint ad res exequendas promptiores, succincti incedunt. Persius Satyr. 1. Non pudet ad morem discincti viuere Nacæ? Nepos discinctus, id est omni luxuria diffluens, Horat. Epod. Ode 1. Ouid. 1. Amor. Ipse ego segnis eram, discinctáque in otia natus, Mollierant animos lectus & vmbra meos. Liu. 5. bell. Mace. Nihil primo aspectu contemptius: equi, hominésque paululi, & graciles: discinctus & inermis eques. Seruius. Discincti, inhabiles sunt militiæ: omnes enim qui militant, cincti sunt. Vnde discincti, ineffacaces & ignaui dicuntur: sicut econtrario præcinctos vocamus, δαψιλῶς.

Discludo, dis. Excludo, separo. {διακλείω. Ital. *Separare, chiudere.* Gal. *Ouurir, deffermer, separer.* Hisp. *Echar defuera.* } Cice. 1. Tuscul. Perturbationes remotas à mente, & discluſas putat. Lucret. Cum paribus iungi res, & discludere mundum. Cæs. 7. bell. Gall. Qui Aruernos ab Heluetiis discludit, id est disiungit. ¶ Significat & separatim includere. Cic. 1. Tusc. Duas partes separare voluit, iam & cupiditatè, quas locis suis discluſit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Varr. 3. de Re rust. cap. 17. Hi loculatas habent piscinas, vbi dispares discluſos habent pisces.

Sco, is, didici. Propriè rem ignotam assequor meditando, vel ab alio docente apprehendo. {μανθάνω. Ital. *Imparare.* Gal. *Apprendre.* Hisp. *Deprender, aprender de nueuo.* } Plaut. in Trucul. Literas didicistin quando scis, sine alios discere. Cic. 4. Acade. Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Terent. in Adelph. Patet esse disce ab aliis qui verè sciunt. ¶ Huius composita sunt, Addisco, Condisco, Dedisco, Edisco, Perdisco, perfectè, seu valde disco: quæ vide suis locis.

Disciplina, Dicitur prout à discipulo percipitur. {μάθησις, μάθημα, ἀκρόασις. Ital. *Dottrina, disciplina.* Gal. *Discipline, enseignement, reglement, obseruance.* Hisp. *Doctrina à enseñança.* } Doctrina verò est prout à doctore traditur. διδασκαλία. ¶ Accipitur autem & in malam partem. Plaut. in Bacchid. Eadémne erat hæc disciplina olim, quum tu adolescens eras? Ibidem. Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi. Et in bonam, pro bono viuendi modo in Repub. Vnde Cicero queritur se incidisse in perturbationem veteris disciplinæ. Sic apud Valerium Maximum caput est de militari veteris disciplinæ. Sic apud Valerium Maximum caput est de militari disciplina: id est de obseruatione bonorum morũ inter milites. ¶ Disciplina: id est de obseruatione bonorum morũ inter milites. ¶ Disciplina, pro instituto. Plaut. in Asin. Eadem nos disciplina vtimur. ¶ Disciplinam pro secta philosophorum ponit Cice. 5. Tuscul. Omnes ferè Philosophi omnium disciplinarum, nisi quos à recta ratione natura vitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Doctus ex disciplina Stoicorum, Cice. de Clar. Orat. ¶ Disciplina pro bene viuẽdi exemplo. Plaut. in Mostel. Disciplinæ aliis eram.

Disciplinabilis, le. μαθητικός, ἀκροατικός. Ad Hereu. lib. 3. Aut siqua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere, & quomodo, aut qua quidque ratione fieri oporteat ostendemus.

Discipulus, & in fœm. Discipula, Dicitur ille qui disciplinam ab alio percipit, imitator. {φοιτητής, μαθητής, ὁμιλητής. Ital. *Discepolo.* Gal. *Disciple acepteur, imitateur.* Hisp. *Discipulo.* } Cice. 2. Offic. Orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophrasti discipulum possis agnoscere. Plaut. in Bacchi. Magistrónè quenquam discipulum minitarier? Nihil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. Plin. lib. 10. cap. 29. Audit discipula intentione magna & reddit. Plaut. Aul. Continuò hercle ego te dedam discipulam cruci.

Disciplinosus, Dicitur qui tam bonas quàm malas artes facilè discit. μαθητικός. Hinc in reprehensione dictus est disciplinosus gladiator à Catone. Ex Perotto.

Discobolus, pen. corr. δισκοβόλος. Qui discum iaculatur, ὁ τὸν δίσκον βάλλων. Hinc discobolia, id est à iaciendo disco. Quintil. lib. 2. Quid tam distortum & elaboratum quàm est ille discobolus Myronis?

Discolor, penult. corr. adiectiuum, Quod est diuersorum colorum. {παράλλος. Ital. *Di diuersi colori.* Gal. *De diuerse couleur, different en couleur.* Hisp. *De diuersos colores.* } Martial. lib. 14. Discolor hic geminо calculus hoste perit. ¶ Per translationem etiam accipitur pro dissimili. Horat. lib. 1. Epist. Vt matrona meretrici dispar erit, atque Discolor, infido scurræ distabit amicus.

Disconuenio, Non conuenio. {διαλύω. Ital. *Disconuenire.* Gal. *Estre different, & ne conuenir ou s'assembler point.* Hisp. *Desconuenir.* } Horat. 1. Epistol. & vitæ disconuenit ordine toto. Idem, Non eadem mirantur, eò disconuenit inter Méque & te.

Discoquo, is, ere, Idẽ quod simplex coquo, vel valde decoquo. {ἀφέψω. Ital. *Cuocere.* Gal. *Faire cuire.* Hisp. *Cozer.* } Plin. lib. 22. cap. 25. Nostri præcipiunt arietinum in aqua cum sale decoquere. Ibidem, Aluum sistit in cibo, magisque discocta exsistit aqua.

Discors, discordis, ex dis. & cor. Qui corde, hoc est animo dissidet. {διχογνώμων. Ital. *Discorde.* Gal. *Discordant, mal-accordant.* Hisp. *Cosa discorde.* } vt, Secum ipsa discors, apud Liu. 2. ab Vrbe. Cice. 1. de lege Agr. Non ambitione, non contentione discordes. Ouid. 3. Amor. Quid tibi discordes addere in armã viros? ¶ Antiqui dicebant Discordis huius discordis. Pompo. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.

Discordo, as, are, Dissidere, dissentire. {διαφωνῶ, στασιάζω. Ital. *Discordare.* Gal. *Discorder, mal-accorder.* Hisp. *Discordar.* } Cice. 1. de Finib. Sed intus etiam in animis inclusæ, iurent se dissident atque discordãt. Colu. lib. 9. cap. 11, Domino mortuo familia nimia licentia discordat. Terẽt. And. Qui scis eos nunc discordare inter se?

Discordia, Dissidium, quasi cordium dissensio. {διαφωνία. Ital. & Hisp. *Discordia.* Gal. *Discord, dissension.* } Cice. 4. Tuscul. Discordia est ira acerbior intimo odio & corde concepta. Idem de Amicit. Quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Veteres autem pro discordia dixere discorditas: & inde discorditer aduerbium.

Discordabilis, le, Quod discordat, & disconuenit. {φιλόνικος, διχόθυμος. Ital. *Discordeuole.* Gal. *Noiſif, aisé à mettre en faire mettre en discord.* Hisp. *Cosa discorde.* } Plaut. in Capt. Me hic valere, & tute audacter dicito Tyndare inter nos fuisse ingenio haud discordabili.

Discordialis, Qui lites generat, & parit. {διαφωνητικός, ἐριδοποιός. Ital. *Che genera discordia.* Gal. *Qui fait ou engendre discord.* Hisp. *Que engendra discordias.* } Plin. lib. 37. cap. 10, Hyenæ pelle similem abominantur discordialem domibus.

Discordiosus, {φιλόνικος, διχόθυμος. Ital. *Che semina discordie.* Gal. *Noiſif & querelleux.* Hisp. *Lleno de discordia.* } Qui discordias seminat & lites serit. vt, Vulgus discordiosum. Salu. in Iug. Nam vulgus (vti plerũque solet, & maximè Numidarum) ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum erat, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduersum.

Discrepo, pas, penul. corr. Discordo, & nõ conuenio: quasi diuersimodè crepo. {διαφωνῶ, διαφέρομαι, διαλείπομαι. Ital. *Discordare, non essere d'accordo.* Gal. *Desaccorder, n'estre point d'accord.* Hisp. *Discordar.* } Cice. lib. 1. Offic. Vt in fidibus, aut in tibiis, quamuis paulum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet. ¶ Per translationem accipitur pro dissidere, vel etiã differre. Cice. Rufo, A' meis rationibus tuæ discrepant. Liui. lib. 38, potuit impersonale. Nec inter scriptores rerum discrepat solùm, sed orationes quoque, si modò ipsorum sunt quæ feruntur.

Discrepito, as frequentatiuum. πολὺ διαφωνῶ. Lucre. lib. 2, Si non omnia sint, at multò maxima pars est Consimilis, verùm positura discrepitant res.

Discrepantia, tiæ. {διαφορά. Ital. *Differenza.* Gal. *Difference.* Hispa. *Differencia.* } Cice. 1. Officio. In actiones, omnémque vitam, nullam discrepantiam conferre debemus. Idem 3. de Finibus, Maiorem multò habere Stoicos & Peripateticos rerum omnium discrepantiam, quàm verborum.

Discretio, Discretus, Discrimen, Discriminale, Discrimino, Discriminatim, vide DISCERNO.

Discrucior, aris, Eiusdem significationis est cum suo simplici, & tam ad animum quàm ad corpus refertur. {ἀνιῶμαι. Ital. *Affligere, cruciare.* Gal. *Tourmenter ou pinsieurs fortes.* Hisp. *Atormentare, fatigare.* } Cice. 12. Philip. Vtille Trebonium, & (si posset) etiam Brutum discruciatos necatet, Plaut. in Aulul. Discrucior animi, quia domo abeundum est mihi. In quo exemplo etiam illud obseruatione dignum est, quòd discruciot apud veteres cum genitiuo coniungi solebat, more Græco: hodie autem cum ablatiuo. Plaut. in Cas. Ego discruciot miser amore.

Discumbo, is, Est mensæ accumbo. {συγκατάκειμαι, ἀνάκειμαι. Ital. *Sedere à mensa.* Gal. *Se coucher, s'aller dormir, ou t'asseoir pour manger à la mode ancienne.* Hisp. *Assentarse à la mesa.* } Gell. Apud cœnam Fauorini philosophi quũ discubitum fuerat, cœpтúsque apponi cibus seruus assiteus mensæ legere incœptabat.

Discubitorius lectus apud Plinium, in quo vel super quo discumbebant antiqui cœnaturi, vt differret à culcitra, qua in cubiculis vtimur.

Discuneatus, Quasi immisso cuneo apertus ac patens, sicut ligna diducta fiunt, & hiantia adactis cuneis. {διαφλοιωμένος. Ital. *Aperto con cuneo.* Gal. *Fendu auec vn coing, estat ouuert.* Hisp. *Hendido ò abierto con cuña.* } Plin. lib. 9. cap. 30, Carent conchæ visu, omniq; sensu alio quàm cibi & periculi. Insidiantur ergo polypi apertis, impositóque lapillo extra corpus, ne palpitatu euiciatur, ita securi grassantur, extrahúntque carnes illæ se contrahunt, sed frustra discuneatæ.

Discupio, Est valde cupio. {ἐπιθυμῶ. Ital. *Desiderar grandemente.* Gal. *Fort desirer.* Hisp. *Mucho cudiciar.* } Catull. Cum puero bello præconem qui videt esse, Quid credat, nisi se vendere discupere? Cæsius Ciceroni, Peream si minima causa est properandi illò mihi, quòd te videre, & omnia intima conferre discupio.

Discurro, ris, In diuersas partes curro. {διατρέχω. Ital. *Correre in diuerse parti.* Gal. *Courir çà & là.* Hisp. *Correr à diuersas partes.* } Liui. lib. 1, Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit.

Discursio, onis. {διαδρομή. Ital. *Corso disordinato.* Gal. *Course deçà & delà.* Hisp. *Corrida en diuersas partes.* } Lactant. De Opif. Totos dies in huiusmodi discursione consumunt.

Discursus, Ipse discurrendi actus. {διάδρομος. Ital. *Discorso, corso disordinato.* Gal. *Course deçà & delà.* Hisp. *Corrida en partes diuersas.* } Cæsar 8. bel. Galli.

Magno clamore discutsúque passim se fugæ mandant. Et apud Plin. lib.2.cap.36.Discursus stellarum.

Discus, ¶ δίσκος. Ital. *Piatto grande.* Gal. *Vn plat.* Hisp. *Auy gran plato.* ¶ Vas latum (vt Iulius Pollux inquit) ad portandas carnes aptum, forte lanx. Cice. de Orat. Quorum auditores discum audire malunt, quàm philosophum: qui simul vt increpuit, philosophum disputantem relinquũt. Vnde ab Hieronymo dictus est Discophorus ille qui Danieli prandiũ portauit: Talem enim, inquit, discophorum inedia meruerat hebdomadis. ¶ Est & Discus, rotunda quædam moles saxea vel plumbea, siue ferrea cuius iactu iuuenes inter se certabant, victórque euadebat qui aut altius in sublime, aut longius in tractu vltra designatum spatium proiecisset. Marc. lib. 14. Splendida quum volrent Spartani pondera disci: Este procul pueri, sit semel ille nocés. Alludit Poëta ad mortem Hyacinthi pueri, qui iactu disci ab Apolline est interfectus, & in florem sui nominis mutatus. De quo vide Ouid. 10. Meta. Huiusmodi discо videntur hodie vti nostri mimi & histriones, qui quæstus gratia coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & æreũ iaculantur in aërem, deinde virga excipiunt: quos discobolos appellat Plin. lib. 35. cap. 11, hoc est disci iactatores. Disci autem figura videtur fuisse plana & rotunda, vt nobis corpus solis apparet. Ideo etiam Græci solare corpus discum dicunt. ¶ Hinc locus prouerbio apud Cicero. lib. de Orato. 2. Discum quàm Philosophum audire malunt. Vulgus enim hominũ propensius est ad quãnis inentat voluptates quàm ad frugiferas. Per iocum trãsferri potest ad discum escatium, cuius crepitum multi libentius audiũt quàm vocem philosophi.

Discutio, tis, pen. cor. discussi, discussum, ex dis & quatio. Propriè in diuersas partes quatio, & deiicio. ¶ διασείω, διαῤῥίπτω. Ital. *Scuotere, dibattere.* Gal. *Ebranler, pousser, & faire en aller, dissoudre, resoudre.* Hisp. *Sacudir en diuersas partes.* ¶ Liu. Tribus arietibus aliquantum muri discussit. Ouid. 2. Meta. Tempora discussit claro caua malleus ictu. ¶ Per translationem modò ponitur pro remouco, seu resoluo. διαλύω. Cic. 12. Phil. Discussa est illa caligo, quam paulò antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia. Colu. lib. 7, Etiam langor & nausea discutitur, si integrum gallinaceũ crudum ouum ieiuni faucibus inferas. Celsus lib. 3. cap. 8, Nisi interdum iam horrore discusso. ¶ Discutere, medicis est vicus siue collectionem citra suppurationem dissipare, & dissicere. διαφορεῖν. Hinc Discussoria medicamenta, διαφορητικὰ: & vis discussoria. Plin. lib. 30. ca. 10, Et per se cinis inanium cochlearũ ceræ mistus discussoriam vim habet. ¶ Modo variis modis examino, inuestigo. ἐξετάζω, ἀνακρίνω. Cice. 4. Acad. Oportet igitur nos esse armatos, vt occurrere possimus interrogationibus eorum, captionésque discutere. Lactan. Hæc enim praui tatis est causa ignoratio sui: quam siquis cognita veritate discusserit, sciet quemadmodum sibi vita degenda sit.

Discussum, Quod examinatũ, aut iudicatum est. Et actus ipse Discussio. ἀνάκρισις. Et Discussor, qui discutit. ἐξεταστής.

Disertus, Diserte, Vide DISSERO.

Disiicio, cis, pen. corr. In diuersas partes iacio. ¶ διαῤῥίπτω. Ital. *Gettare in diuerse parti.* Gal. *Getter par terre çà & là, faire escarter.* Hisp. *Derramar echando, ò echar en diuersas partes.* ¶ Virg. 1. Aeneid. Disiecitq; rates. Liu. 1. ab Vrbe, Ac primò tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos à concionibus, conciliisque, disiicere rem possent.

Disiectus participium, hoc est dispersus. ¶ διαῤῥιπτημένος. Ital. *Gittato quà & là.* Gal. *Getté çà & là, espars.* Hisp. *Derramado echando, ò echado en diuersas partes.* ¶ Cic. Attic. lib. 3, Nos disiecta manu aduersariis pares esse non possumus. Horat. 1, Carm. -tectáque Penthei disiecta non leui ruina.

Disiecto, tas, tare, frequentatiuum. διαῤῥιπτάζω. Lucret. lib. 2, Sed quasi naufragiis magnis, ventisque coortis Disiectare solet magnum mare transtra, carinas, Antennas, proram, &c.

Disiungo. Separo. ¶ διαζεύγνυμι. διίστημι. Ital. *Disiungere, separare.* Gal. *Desioindre, descoupler, separer.* Hisp. *Desuñir ò apartar.* ¶ Cice. Lentu. Nam ab orationibus disiungo me, referóque ad mansuetiores Musas. Terent. in Heec. Atqui ea res multò maximè disiunxit illum ab illa. Cic. 2. Philip. Ipse enim Pompeium à mea familiaritate disiunxit.

Disiunctus, participiũ. ¶ διαζευκτικὸς. Ital. *separato, disgiunto.* Gal. *Desioint, descouple, separé.* Hisp *Desuniido, apartado.* ¶ Cic. pro Rosc. Ame. Quæ vita maximè disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Idem 2. Philip. Opera mea Pompeium à Cæsaris amicitia esse disiunctum.

Disiunctus, nomẽ ex participio. Cic. pro Marcel. Nec verò disiunctissimas terras citius passibus cuiusquã potuisse peragrari, quàm tuis non dicã curribus, &c. Idem 4. Acad. Nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate disiunctius.

Disiunctio, Separatio: vt quum alter ab altero abeit. ¶ διαζευκτικὸν, διαχώρησις. Ital. *Separatione.* Gal. *Desioignement, separation.* Hisp. *Apartamento.* ¶ Cic. Neque enim nõ potest mihi non molestissima esse disiunctio nostra, in tanta rerum omnium varietate. ¶ Hinc etiam Disiunctiuæ coniunctiones, διαζευκτικοὶ συνδέσμοι, quæ res, vel personas, vel tempora distinguunt: vt, Hoc vel illud, meum vel tuum erit.

Dispalescere, Est palàm omnibus innotescere. ¶ διαῤῥωμαΐζω. Ital. *Palesare.* Gal. *Estre diuulgué.* Hisp. *Diuulgarse.* ¶ Plaut. in Bacch. Si plus perdundum sit, petisse suamus est, Quàm illud flagitium vulgò dispalescere.

Dispalo, as, penul. prod. Idem quod separo, teste Nonio, à præpositione dis, & verbo palare, quod est errare, & vagari. ¶ διαζεύγνυμι, διαῤῥιπτέω. Ital. *Separare, andare errando.* Gal. *Estre diuulgué & manifesté, s'espandre çà & là, vaguer par les champs.* Hisp. *Derramar, derramar se huyendo.* ¶ Huius passiuum est Dispalor. Sisen. lib. 3. Histo. vt citat Nonius, Tanto passu dispalantur. Et apud eundem, Dispalati, ab signis digressi omnes, ac dissipati. Gell. lib. 1, Ea præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam, vis & impetus militum, ne spatii dispalatique prouerent, cohibebatur.

Dispando, is, ere, Extendere. ¶ διαλύω. Ital. *Spandere.* Gal. *Estendre, ouurir & desployer.* Hispa. *Tender en partes.* ¶ Plin. lib. 9. cap. 4. in Gaditano Oceano arbor in tantum vastis dispansa ramis, vt ex causa fretum nunquam intrasse credatur. Lucret. lib. 1, Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes Vuescunt, eædem dispansæ in sole serescunt. Plautus in Milite dispessis per e scribit, Eundum actutum extra portam dispessis manibus.

Dispessus, a, um, Expansus, extensus, participium est ab hoc verbo dispando. ¶ διεσταλμένος. Ital. *spanso.* Gal. *Etendu, desployé.* Hisp. *Tendido en partes.* ¶ Plautus in Milite, Eundum actutum extra portam dispessis manibus.

Dispar, disparis, Inæqualis, dissimilis. ¶ ἀνόμοιος, ἀνόμοιος. Ital. *Dispari.* Gal. *Dissemblable, qui n'est point pareil.* Hisp. *Desigual.* ¶ Cicero de Amic. Dispares enim mores, disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Idem pro Font. O' fortunam longè disparem M. Fontei, si, &c. Idem pro Muræ. Et quoniam ostendi, iudices, parem dignitatem ad Consulatus petitionem, disparem fortunam prouincialium negotiorum in Muræna atque Sulpitio fuisse, &c. Virg. 2. Aeglo. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Ouid. 8. Meta. Fistula disparibus paulatim surgit auenis.

Disparilis, le, Idem quod dispar. Varr. 2. de Re rust. Et pabulum disparile, non vsquequaque idem fit. Cice. 1. de Diuin. Quæ omnia fiunt ex cæli varietate, & ex disparili aspiratione terratum.

Dispăro, as, are, Separate, & seiungere. ¶ διαζεύγνυμι. Ital. *separare.* Gal. *Separer.* Hisp. *Apartar en diuersos lugares.* ¶ Plaut. Rud. Qui est Imperator diuũm atque hominum, Iupiter: Is nos pergentes alium in alia disparat. Gell. lib. 11. cap. 11, Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparauit. ¶ Hinc Disparata vocant Dialectici quæ negatiuè opponuntur. Cice. 1. de Inuent. Disparatum est autem id quod ab aliqua re per appositionem negationis separatur: hoc modo, sapere, & non sapere.

Dispartio, is. vide DISPERTIO.

Dispello, lis, dispuli, dispulsum, In varia loca, variisve modis pello. ¶ διαλύω. Ital. *Scacciare in diuerse parti.* Gal. *Debouter, dechasser.* Hisp. *Echar en partes.* ¶ Liu. lib. 5. Quum equitem passim liberi frænis dispulissent equi, Veientium maxima pars Tyberim effusi petunt, Cice. lib. 1. Tusc. Eadémque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit. Virgil. 1. Aeneid. Teucrorũmque alios acer quos æquore turbo Dispulerat. id est, dissecerat, siue segreganerat.

Dispendo, dis, Distineo, siue occupatum teneo. ¶ διατείνω. Ital. *Tenir occupato.* Gal. *Detenir tenir occupé.* Hisp. *Detener.* ¶ Colu. lib. 8. ca. 2, Paraudi autem modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris vnius dispendat curam. ¶ Aliquando idem est quod expendo, erogo, distribuo: vnde fit nomen Dispendium, de quo mox dicemus: & Dispenso frequentatiuum, idem ferè quod distribuo. ¶ Ital. *Spendere.* Gal. *Despendre, employer.* Hisp. *Despender.* ¶ Colum. lib. 4. Cœlestes admittat imbres, eósque alendis seminibus dispenset. ¶ Aliquando significat expendo. ἀναλίσκω. & tunc non à pendo, sed à pando componitur. Plautus, Vbi lubet, dispẽdite hominem diuotsum, atque distendite.

Dispendium, dij. Est sumptus, incuria, vel negligentia, aut immoderatione factus. ¶ δαπάνη. Ital. *spesa.* Gal. *Despence & perte, dommage, degast.* Hisp. *Elgasto.* ¶ Plinius, Magno id lignorum dispendio fit. ¶ Aliquando idem est quod damnum, vel detrimentum. ¶ βλάβη. Ital. *Danno.* Gal. *Dommage.* Hisp. *Daño,* ¶ cui opponitur compendium, quod lucrum vel vtilitatem significat. Terent. in Heeyra, Quid est quod mihi malim, quàm quod huic intelligo euenire, vt gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit? Plautus in Mercur. Amorem multos illexisse in dispendium. Virgilius 3. Aeneid. Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti. ¶ Dispendium etiam via obliqua, & quæ per ambages eò ducit quò ire tendimus, contraria Compendio. Lucan. lib. 8. Iam super Hercules fauces, nemorosáque Tempe, Aemoniæ deserta petens dispendia syluæ, &c.

Dispĕdiosus, sa, sum, Damnosus. ¶ ζημιώδης. Ital. *Dannoso.* Gal. *Qui porte dommage, dommageable.* Hisp. *Lo que haze daño ò menoscabo.* ¶ Colum. lib. 1, Nam dispendiosa est cunctatio. Accipitur etiam pro sumptuoso. φιλαναλωτής. cui supponitur pateus.

Dispenso, as. frequentatiuum, quod frequentiore in vsu est quàm sit dispendo. ¶ διανεμαίνω. Ital. *Dispensare.* Gal. *Gouuerner, dispenser ou distribuer vne choſe par raiſon.* Hisp. *Dispensar.* ¶ Plaut. in Bacchid. Nunc alteris etiam ducentis vsus est: Qui dispensentur Ilio capto. Liu. 3. ab Vrbe, Intercalares mensibus interponendo ita dispensauit, vt, &c. Cice. ad Attic. lib. 11, Ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor, quòd qui eas dispensauit, neque adest istic, neque vbi tertatum sit, scio.

Dispensator, Qui familiæ necessaria dispensat, hoc est distribuit: cuiusmodi sunt obsonatores, quorum officium est ea coëmere quę vsus domesticus expostulat. ¶ ὀψωνάτωρ. Ital. *Dispensatore.* Gal. *Despenſier, celuy qui a la charge de manier, diſpenſer ou diſtribuer le bien de ſon maiſtre.* Hisp. *Despenſero.* ¶ Martial. lib. 6, Dispensatoris nobile cernis opus, Iuuenalis, Prælia quanta illic dispensatore videbis Armigero?

Dispensatio. ¶ οἰκονομία. Ital. *Vfficio di diſpenſiero.* Gal. *La charge & maniment de quelque choſe, office de deſpenſier.* Hisp. *Officio de despensero.* ¶, Cicero ad Atticum lib. 15. Profectionem meam, vt video, Erotis dispensatio impedit. Hodie dispensationem accipiunt Iurisperiti pro communis iuris relaxatione, necessitatis, aut certe maioris alicuius vtilitatis causa cuipiam concessa. Verùm quoniam in ea significatione apud classicos scriptores non legitur, nihil est quod plura hîc de ea agamus, præsertim quum præsentis instituti sit, Latinas voces, non Barbarorum fæces hinc congerere.

Disperdo, dis, disperdi, Consumo, modis omnibus perdo. ¶ ἀναλίσκω, ἐξολοθρεύω. Italicè, *Conſumare, diſperdere.* Gallicè, *Perdre & gaſter, degaſter, deſtruire.* Hispanicè, *Deſperdiciar, gaſtar, aleẓnar.* ¶ Plaut. Cas. Imo age vt lubet, ede, bibe, disperde tem. Cicero pro lege Agrar. Videte nunc proximo capite, vt impurus helluo turbet Rempubl. vt à maioribus nostris possessiones relictas dispердat & dissiper. Plaut. Pœnu. Dij immortales meum herum seruatum volunt, & hunc lenonem dispердitum.

Dispердitio, onis. ¶ ἐξολόθρευσις. Ital. *Conſumamento, diſtruttione.* Gal. *Degaſt, deſtruction, perdition.* Hisp. *Deſperdiciamento.* ¶ Cice. 3. Philip. Quum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad dispердitionem vrbis venire conatus.

Dispereo, tis, ex dis, & pereo componitur, significátq; vario modo, aut in totum pereo, & deficio. ¶ ἀπόλωμι, ἔρρω. Ital. *Perire à fatto.* Gal. *Eſtre perdu*

perdu & gaſté, diſperir. Hiſp. *Perderſe en todo ò en diuerſas maneras.*} Varr. 1. de Re ruſt. fructus ſolent diſperire. Idem lib. 3, Prouidendum vehementer ne propter æſtum aut propter frigus diſpereant. ¶ Dispeream, iurantis vox. Plaut. in Amphi. Dispeream, ſi aut intus adhuc fui, aut ſi hunc mileſim.

Diſpergo, gis, diſperſi, ſum. In diuerſas partes ſpargo. {Διασκεδάζω. Ital. *spargere in diuerſe parti.* Gal. *Eſpandre, ſemer çà & là.* Hiſp. *Eſparzir en partes, derramar.*} Cice. 4. Acad. Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique diſperſerit. Terent. Adel. An tibi mauis cerebrum diſpergi hic? Cic. 3. de Nat. deor. Puerum interea obtruncat, membráque particulatim diuidit, perque agros paſſim diſpergit corpus, &c.

Diſperſus, particip. {Διασκεδασμένος, διασκεδαστός. Ital. *ſparſo.* Gal. *Eſparſ, ſemé çà & là.* Hiſp. *Eſparzido en partes, derramado.*} Cice. 1. de Orat. Omnia ferè quæ ſunt conclusa nunc auribus, diſperſa, & diſſipata quondam fuerunt: vt in muſicis numeri, & voces, & modi.

Diſperſus, us, ui. {Διασκεδασμός, διασκεδασμός. Ital. *ſpargimento.* Gal. *Eſparſement.* Hiſp. *Eſparcimiento en partes.*} Cice. Atti. lib. 9, Quòd Conſules laudas, ego quoque animum laudo, ſed conſilium reprehendo: diſperſu enim illorum actio de pace ſublata eſt, quam quidem ego meditabar.

Diſperſè & diſperſim, aduerbia. {Διασπασμένως, διεσπαρμένως. Ital. *ſeparatamente, per quà & per là.* Gal. *Par ci, par là, ſeparément, en diuers lieux.* Hiſp. *Eſparzidamente en partes.*} Cic. Ver. Nunc iam illa omitto, quæ diſperſè à me multis locis dicentur, ac dicta ſunt. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 1. Qui Græcè ſcripſerunt, diſperſim alius de alia re, ſunt plus quinquaginta.

Diſpertio, tis, & Diſpertior, tiris, deponens, ex dis, & partior: In diuerſas partes diuido, huic & illi partes do. {Διανέμω, μερίζω. Ital. *Partire, diuidere.* Gal. *Departir, diuiſer.* Hiſp. *Partir ò diuidir en diuerſas partes.*} Plaut. in Aulu. Hercule iniuria diſpertiuiſti, pinguiorem agnum iſti habent. Sic Diſpertire exercitum per oppida. Liui. 9. belli Puni. Diſpertire tyrones inter legiones. Hirc. 5. belli Afric. Cice. 7. Verr. A' quibus initia vitæ, atque victus, legum, morum, manſuetudinis, humanitatis exempla hominibus & ciuitatibus data, ac diſperrita eſſe dicuntur. Idem Metello lib. 5, Quod quum dicerem illud, adiunxi, mihi recum ita diſpertitum officium fuiſſe in Reip. ſalute retinenda, vt ego, &c.

Diſpeſco, cis, cui, Separo, diſiungo, quaſi pecus à paſtione arceo. {Διαχωρίζω, διαλαμβάνω. Ital. *ſeparare.* Gal. *reparer, diuiſer.* Hiſp. *Apartar, como del paſto el ganado.*} Plin. lib. 5. cap. 9, Inde Africam ab Aethiopia diſpeſcēs. Diſpeſcere (inquit Feſtus Pompeius) proprie eſt pecus à paſtione deducere: vt compeſcere, vnà paſcere, & in vno loco continere.

Diſpicio, cis, pen. corr. Diſcerno. {Διακρίνω. Ital. *Diſcernere.* Gal. *Diſcerner, conſiderer diligemment.* Hiſp. *Diſcernir ò juzgar.*} Quintil. lib. 2, Nam proprietates ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium. ¶ Item diuersè, diligentérve inquirere, conſiderare, ſeu mente circunſpicere, & prouidere, & tanquam in omnem partem lumina mentis intendere. {Σκοπῶ. Ital. *Guardar da ogni banda.* Gal. *Regarder d'vn coſté & d'autre.* Hiſp. *Mirar à partes diuerſas y todas.*} Cic. lib. 1. Tuſc. Tamen acie mentis diſpicere cupiebant. Colu. in Præf. operis, At ego quum aut magnitudinem totius rei, quaſi quandam vaſtitatem corporis: aut partium eius, velut ſingulorum ſubtilitatem diſpicio, vereor ne ſupremus ante me dies occupet quàm vniuerſam diſciplinam ruris poſſim cognoſcere.

Diſpectus, us, ui, pro diſcretione vel delectu. {Διάκρισις, ἀπολογισμός. Ital. *Riguardo, reſpetto.* Gal. *Regard d'vn coſté & d'autre, eſgard.* Hiſp. *Mirada en partes diuerſas.*} Senec. 2. de Ira, Quid ſi pueris, quod neglecto diſpectu officiorum, ad luſus & ineptos æqualium iocos ſpectent, quis irascatur, &c.

Diſpicientia, Circunſpectio, & prouidentia, vel conſideratio diligēs, atq; diſcretio. {Περίσκεψις.}

Diſpliceo, ces, Compoſitū eſt à placeo, contrariam ſuo ſimplici habens ſignificationem. {Ἀπαρέσκω. Ital. *Diſpiacere.* Gal. *Deſplaire.* Hiſp. *Deſagradar.*} Nihil enim aliud eſt diſplicere quàm non placere. Cic. ad Atti. lib. 2, Diſpliceo mihi, nec ſcribo ſine ſummo dolore.

Diſplicentia. {Δυσαρέσκεια. Ital. *Il diſpiacere.* Gal. *Deſplaiſance, chagrin.* Hiſp. *Aguel deſagradamiento.*} quo vſus eſt Senec. de Tranquil. vitæ, Hinc illud tædium & diſplicentia ſui, & nunquam reſidentis animi volutatio. Apud Plaut. in Ciſtel. etiam legitur Diſciplina, Ventum (inquit) ad te gaudeo ecaſtor, ita nunc hodie hîc acceptæ ſumus Suauibus modis, niſi hæc diſciplina apud te quicquam fuit, Quin mihi placeret. Verbum eſt ſoli Plauto vſurpatum.

Diſplico, as. {Ἐκπλήσσω, ἀναπλάσσω. Ital. *Diſpiegare, ſpiegare.* Gal. *Deſployer, eſpardre.* Hiſp. *Deſplegar.*} penè idem eſt quod explico, & quod plicatum erat aperio, dilato, & extendo. Vnde diſplicatæ volucres dicuntur à Varrone quæ diſgregatæ ſunt, & latius diſperſæ. Ita enim ait de Re ruſti. lib. 3, Siquando diſplicatæ ſunt, cymbalis, & plauſibus numero, reducunt in eundem locum.

Diſplodo, is, vel Diſplaudo, Cum crepitu rumpo. {Διαπορέω. Ital. *Rompire con ſtrepito.* Gal. *Faire grand bruit.* Hiſp. *Romper con ſonido.*} Horat. in Epod. Et veſica ſonat quantum diſploſa, pepedi.

Diſploſus, partici. Lucr. lib. 6. —quum plena animæ veſicula parua Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente. Id eſt diſrupta.

Diſpluuiatum, à Vitruuio dicitur figura quædam cauædij, qui li. 6. ca. 1, ſic ait. Diſpluuiata autem ſunt, in quibus deliquiæ aream ſuſtinentes ſtillicidia reiiciūt: hæc hybernaculis maximas præſtant vtilitates, quòd compluuia eorum erecta non obſtant luminibus tricliniorum.

Diſpolio, Idem eſt quod ſimplex ſpolio. {Ἀπογυμνόω, σκυλεύω. Ital. *ſpogliare.* Gal. *Deſpouiller.* Hiſp. *Deſpojar.*} Terent. in Andr. Clamitent, me ſycophantam hæreditatem perſequi, Mendicum: tum ipſam diſpoliare non licet.

Diſpoliabulum, verbale, ἀφαιρούμενον, σκυλεύσιμον, quo Plautus vſus eſt pro diſpoliatione. Egóne (inquit in Bacchide) vt hæc clauſa geſtem clanculum, vt eelem patrem damna Piſtoclere flagitia, aut damna, aut diſpoliabula?

Diſpondeus, διασπονδεῖος, Quaſi bis ſpondeus, pes qui cōſtat ex quatuor ſyllabis longis, vt, Oratores.

Diſpono, nis, pen. prod. Ordino. {Διατάσσω. Ital. *Diſporre.* Gal. *Diſpoſer.* Hiſp. *Diſponer.*} Plin. ad Fuſcum, lib. 9. epiſt. Quæris quemadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam. ¶ Diſponere ſuo quiſq; ordine, Col. lib. 12. ca. 2. Quintus Cice. de Petit. conſul. Fac vt planè iis hominibus quos deuinctos tenes, deſcriptum ac diſpoſitum ſuum cuique munus ſit. Cic. Atti. li. 4. Poſteà verò quàm Tyrānio mihi libros diſpoſuit, &c.

Diſpoſitus, tus, verbale, Idem ſignificans quod diſpoſitio. {Διάταξις. Ital. *Diſpoſitione, ordine.* Gal. *Diſpoſition, ordre, ordonnance.* Hiſp. *Orden diſpoſicion.*} Tacit. lib. 12. Diſpoſitu, prouiſúque rerum ciuilium peritus.

Diſpoſitè, Aptè, concinnè, diſtinctè. {Διατακτικῶς. Ital. *Diſpoſitamente.* Gal. *Par ordre, à point.* Hiſp. *Ordenadamente.*} Cice. 6. Verr. Non poſſum diſpoſitè iſtum accuſare, ſi cupiam: opus eſt non ſolùm ingenio, verumetiam artificio quodam ſingulari.

Diſpoſitio, onis. Ordinatio, collocatio. {Διάταξις, διάθεσις. Ita. *Diſpoſitione.* Gal. *Diſpoſition, ordre, ordonnance.* Hiſp. *Diſpoſicion.*} Columel. lib. 12. cap. 2, Quis enim dubitet nihil eſſe pulchrius in omni ratione vitæ, diſpoſitione atque ordine? Cicero 2. de Oratore, Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ diſpoſitio argumentorum, in qua tu mihi ſemper deus videri ſoles.

Diſpoſitor, oris. {Διατακτής, διαιρέτης. Ital. *Diſpoſitore, arconciatore.* Gal. *Celuy qui diſpoſe & met ordre, gouuerneur.* Hiſp. *El que diſpone y mete en partes.*} Sene. lib. 5. Natu. quæſtio. Nimirum in hac prouidentia diſpoſitor ille mundi Deus aëra ventis exercendum dedit.

Diſpudet, diſpuduit, vel diſpuditum eſt, impersonale, pro ſimplici accipitur cum quodam augmento, vt diſpudet ſit, idem quod multis modis pudet. {Αἰδέομαι. Ital. *Vergognarſi grandemente.* Gal. *Auoir grand honte.* Hiſp. *Auer mucha verguença.*} Terent. in Eunucho, Diſpudet, mihi ſic data eſſe verba. Plaut. Bacchid. Nam alia memorare quæ illum facere vidi, diſpudet.

Diſpuluero, as. In puluerem redigo. {Κονιορτίω. Nanius, Saxa, ſyluas, lapides, montes diſiicis, diſpulueras. Nonius.

Diſpumo, as. Spumas eiicio, ſpumis purgo. {Ἀφρίζω. Ital. *Leuar le ſchiume.* Gal. *Faire eſcumer, mettre & reduire en eſcume.* Hiſp. *Eſpumar ò quitar la eſpuma.*} Colum. lib. 12. cap. 24, Aut ſi non dulce muſtum, ad tertias diſpumetur. Alij legunt deſpumetur. vide DESPVMO.

Diſpungo, gis. diſpunxi, diſpunctum. Eſt expungere, vel delere. {Ἐξαλείφω. Ital. *Cancellare.* Gal. *Caſſer, annuller vne eſcriture.* Hiſp. *Caſſar ò rayar.*} ¶ Accipitur etiam pro ſuppurare ſiue numerare, quaſi puncto notare. {Λογίζομαι. Ital. *Eſſaminare vn conte.* Gal. *Eſſaminer vn compte.* Hiſp. *Caſſar ò rayar la cuenta.*} Senec. de Breuit. vitæ, Diſpunge, & recenſe vitæ tuæ dies, paucos & ridiculos apud te reſedisse videbis. Inde dicimus diſpungere rationes, pro eo quod vulgus vocat, *Examinare calculum.* Papin. ff. de Verbo. ſign. Diſpungere eſt conferre accepta & data.

Diſpunctio, onis, verbale, Interdum idem eſt quod expūctio, ſiue deletio: interdum idem quod ſuppurtatio, hoc eſt datorum & acceptorum collatio. {Ἐξάλειψις. Vlpian, l. Quum plures. ff. de Bon. autor. iud. poſ. An recognitio, & diſpunctio concedenda ſit creditori.

Diſputo, tas, pen. cor. ex præpoſitione dis, & verbo puto, quod valet purum facere. {Διαλογίζομαι. Ital. *Diſputare.* Gal. *Diſputer, debatre de quelque propos.* Hiſp. *Diſputar.*} Vnde diſputare (inquit Varro valde purum facere: & per tranſlationem, pro diſceptare, differere. Plaut. in Moſt. Eam rem volutaui, & diu diſputaui, hominem cuius rei, Quando natus eſt, ſimilem eſſe arbitrarer. ¶ Item diſputare rationem cum aliquo, idem in Aulul. dixit, —rē petit. Itur, putatur ratio cum argentario. Vbi diſputata eſt ratio cum argentario, Etiam plus ipſus debet argentario. ¶ Diſputare item ſignificat tem aliquam agitare, ita vt verum tandem cognoſcatur. Cic. de Amic. Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla aptior videbatur perſona, quæ de illa ætate loqueretur. Lactan. lib. 7. Immortales eſſe animas Pherecydes & Plato diſputauerunt.

Diſputatio. {Διαλεκτική, λόγος. Ital. *Diſputa.* Gal. *Diſpute.* Hiſp. *Diſputacion.*} Cice. Lentulo, Scripſi igitur Ariſtoteleo more (quemadmodum quidē volui) tres libros in diſputatione ac dialogo de Oratore. Liberior in vtranque partem diſputatio, Quint. lib. 7. cap. 3.

Diſputator, otis. {Διαλεκτικός, λογικός. Ital. *Diſputatore.* Gal. *Diſputeur, qui ſait diſputer.* Hiſp. *Deſputador.*} Cic. 1. Offi. Niſi fortè Demetrius Phalereus in hoc numero haberi poteſt, diſputator ſubtilis, orator parū vehemens.

Diſputatrix, à Quintiliano Dialectica dicitur. {Διαλεκτική.}

Diſputabilis, le. {Διαλεκτικός, ἀμφίδοξος. Senec. ad Lucil. Res diſputabilis in vtranque partem.

Diſquamatus, vide DESQVAMO.

Diſquiro, ris, pe. prod. Per omnes partes quæro, vt inquirendo nihil me lateat. {Ἐξιχνεύω, διαζητέω. Ital. *Cercare, cercare diligentemente.* Gal. *chercher diligemment.* Hiſp. *Buſcar curioſamente, ò en diuerſas partes.*} Horat. 2. Serm. Verūm hîc impranſi mecum diſquirite.

Diſquiſitio, Inquiſitio voluntatis, iudicioque, diuerſorūmque: & penè idē quod diſceptatio. {Ἐξέτασις, ζήτησις. Ital. *Il cercare diligentemente.* Gal. *cherchement ſongneux, diligente recherche.* Hiſp. *Aquella buſca curioſa.*} Sueto. in Cæſare, Primo Prætoræ die Qu. Catulum de refectione Capitolij ad diſquiſitionem populi vocauit. ¶ Pertinet etiam ad forum. Liu. Sed nō quid ego fecerim, in diſquiſitionem venit, ſed quid iſti pati debuerint, id eſt in diſceptationem. Cice. de Aruſp. reſp. Quanquam ad facinoris diſquiſitionem intereſt adeſſe quàm plurimos.

Diſtaro, as. Significat caſtro, & diuerſis modis quod denſum erat, ratum facio. {Ἀκαμάτιον. Ital. *caſtrare.* Gal. *chaſtrer.* Hiſp. *caſtrar.*} Colu. lib. 5, Sed illud deintegro refodi debet, hoc poteſt intercidi & diſtrarari: quod opus, ruſtici *caſtrationem* vocant.

Diſtrumpo, vide DISRVMPO.

Diſſauior, aris, Cum lætitia & voluptate oſculor. ex dis, & ſuauior. {Καταφιλέω. Ital. *Baſciare con piacere.* Gal. *Baiſer par grand ioye & affection.* Hiſp. *Mucho beſar.*} Suauior autem à ſauium, ſiue ſuauium, per diminutionem. Gell. lib. 1, Et quum ibi tres eum (Diagoram) adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſauiarentur. Cic. Tironi, Ego vos ad quartum Calend. videbo, tuóſque oculos, etiamſi te veniens in medio foro videro, diſſauiabor. id eſt multum ſiue ſæpius ſauiabor.

Diſſeco, cas, penulti. corr. diſſecui, diſſectum, Dilanio, & variis modis ſeco, ſiue in varias partes diuido. {Κρίζω, διαιρέω, ἀνατέμνω. Ital. *Tagliare in pezzi.* Gal. *Couper en pieces, fendre, diuiſer.* Hiſp. *Cortar en partes diuerſas.*} Plini. lib. 11. cap. 37, Tertio capto Lacedæmonij pectus diſſecuere cauſa videndi.

Diſſectus,

Dissectus,ta,tum,Quod est per anatomen exenterarum. {ἀνατμητός. Ital.*Tagliato in pezzi.* Gal.*Coupé en pieces, fendu.* Hispa.*Cortado en partes.*} Quod enim Græci τμηλὸν,nos dissectionem vocamus,vt apud Plinium & Celsum videri potest.

Dissemino,as,Spargo.diuulgo.{διασπείρω. Ital.*Disseminare.* Gal *semer çà & là espardre.* Hisp.*Sembrar en partes diuersas.*} Cic.in Catil.Latius opinione disseminatum est malum.Idem pro Planc.Ne dissemināto, dispersóque sermoni fortunas innocentium subiiciendas putetis.Idem pro Arch.Ego verò omnia quæ gerebam,iam tum in agēdo spargere me, ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam.

Dissentio,tis,vel Dissentior,iris,Diuersum ab aliis sentio. {διαφωνῶ,διαμάχομαι. Ital.*Non accordarsi,non consentire.* Gal.*Dissentir estre d'autre & diuerse opinion,n'accorder point.* Hisp.*No acordar en sentencia,desacordar.*} Cicc. de Amic.Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt,longè dissentimus.Idem pro lege Manil.Sed in hoc ipse ab eo vehementissimè dissentio.

Dissensio,verbale,Sententiarum diuersitas. {διχοστασία. Ital. *Discordia, dissensione.* Gal.*Dissension,discord,noise,* Hisp.*Desacuerdo de sentencia.*} Cicc.pro Sylla,Vt hoc dissidio ac dissensione facta oppidū in sua potestate posset,& Pompeianos habere.

Dissentaneum,Dissentiens,non conueniens:sicut consentaneum,conueniens. {ἀνάντης,ἀνάρμοστος,διαφωνῶν. Ital.*Non correspondente.* Gal.*Different, non conuenable,d'autre sorte.* Hisp.*Cosa de desacuerdo en sentencia.*} Nigidius, Eum locum facit dissentaneum. Cicc.in Parti.Aut consentanea ,aut dissentanea.

Dissepio,dissepsi,disseptum.Quod septum erat diximo,& disiicio. {διαφράσσω,διαχαράσσω. Ital.*Guastare.* Gal.*Separer & diuiser.* Hisp.*Derribar lo que es cercado con seto.*} Statius 10.Theb.Absiliunt pontes,tectique tremētis Saxea fræna labant, dissepтóque aggere rursum Vtitur, & truncas rupes in templa,domósque Præcipitat.

Dissepimentum,ti.Quo res illa dissepitur,& diuiditur.vnde membranulam illam in nuce intermediam, dissepimentum vocati, autor est Festus.διάφραγμα.

Dissereno,as,Serenum fio. Liu.9.bel.Maced. Quum vndique dissereuasset.Plin.lib.18 cap.35,Si cacumina pura fient, dissereuabit.

Dissero,ris.pen.corr.disseui, dissitum, Idem quod simplex sero. {σπείρω. Ital.*Seminare.* Gal.*Semer çà & là espardre en semant.* Hisp.*Sembrar.*} Colum.lib.11.cap.3,Panax vtroque tempore,leui & subacta terra, rarissimè disseritur.

Dissero,disserui,dissertum significat disputare,enarrare,declarare. {διαλέγομαι,διαλογίζομαι,διηγοῦμαι. Ital.*Disputare,dichiarare.* Gal.*Disputer & traitter de quelque matiere.* Hisp.*Disputar, declarar.*} Cicc. de Amici. C.Lælij persona visa est idonea fuisse quæ de amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab eo meminisset magister meus Scævola. Ibidem. Audite verò optimi viri ea quæ sæpissimè inter me & Scipionem de amicitia disserebantur.

Dissero, as, frequentatiuum. {διαλέγομαι, διαλογίζομαι. Ital. *Disputare ò contradire parlando.* Gal.*Disputer & traitter de quelque propos.* Hisp.*Disputar ò declarar con palabras.*} Gellius, Quum de antiquitate quorundam verborum dissertaremus, hoc est disserationibus contenderemus. Tarcit.lib.12.Vbi hæc atque talia dissertauere,incipit orationem Cæsar de fastigio Romano.

Dissertatio.{διαλογισμός. Ital.*Trattamento di qualche materia.* Gal. *Dispute & traittement de quelque matiere.* Hisp. *Aquella declaracion con palabras.*} Plin. lib.10.cap.68.Quapropter ingenium prædictorium,& reliqua subtexar dissertatio.

Dissertabundus.Gellius, Eúmque in corona astantium dissertabundum inuenimus.

Disertus,ta,tum.{λόγιος,ἀκριβολόγος. Ital.*Eloquente,bel parlatore.* Gal.*Disert, eloquent.* Hisp. *Eloquente, facundo, esperto en la lengua.*} à verbo dissero,quauis dissero per duplex ss scribatur Qui probè disserit,vel qui ornatissimis verbis abundat:eloquens, cuius oratio est & grauibus sententiis referta, & ornatis distincta verbis vnde M. Antonius apud Ciceronem ait, à se disertos visos esse multos, eloquentem verò neminem.Cic.ad Atticum,lib.10,Celer tuus disertus est magis, quàm sapiens. Idem pro M. Cælio, Quàm volent in conuiuiis faceti, dicaces,nonnunquam etiam ad vinum diserti sint: alia fori vis est, alia triclinij: alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicium comessatorūmque conspectus.Horat. Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Disertè,aduerbiū,modò significat facundè & eloquenter. {λογίως,ἀκριβολογουμένως. Ital.*Eloquentemente,facondamente,con gratia.* Gal.*Disertement, distinctement & elegamment en sorte qu'on est bien aisément entendu,clairement.* Hisp. *Esparzidamente en la lengua,elegantemente.*} vt apud Cicc.lib.1.de Orato. Denique vt prudentibus disertè,stultis etiam verè dicere videaris. Modò pro distinctè, & expressè.Liu.lib.11,Quum in fœdere Luctatij disertè adscriptum esset,id ita ratum fore si populus censuisset.

Dissideo,des,pen.corr.Discordo,dissentio. {διαφέρομαι, διεστηκέναι. Ital. *Discordare,esser differente,discordante.* Gal *Discorder,estre en different,tenir vn autre part.* Hisp. *Desacordar.*} Cic.in Lælio,Quum is Tribunus plebis capitali odio à Qu.Pompeio dissideret, qui tum erat Consul. ¶ Transfertur etiam ad inanimata.Plin.lib.37,Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum vt iuxtà positus ferrum non patiatur abstrahi.

Dissidium.Segregatio,discordia. {χώρισις, διάστασις. Ital.*Separatione, discordia.* Gal.*Dissension,separation.* Hisp.*Desacuerdo ...Apartamiento de vna cosa con otra.*} Terent.And.Valeant qui inter nos dissidium quærunt.Cic.de Amicit. Quæ enim domus tam stabilis,quæ tam firma ciuitas quæ non odiis atque dissidiis funditus possit euerti? Ouid.lib.14, Metamorph.pro dissæsu posuit,à seorsum sedendo,quando ait,Non bene dissidiū Phrygij latura mariti.

Dissidentia,Dissensio,discordia.{διάστασις, διαφωνία. Ital. *Discordanza.* Gal. *Discord,differend.* Hisp.*Desacuerdo.*} Plin.lib.29.cap.4,Dominante illa eadem rerum dissidentia.

Dissilio,lis,pen.corr.ex dis,& salio, significat loco moueor. {ἀναπηδῶ. Ital.*Saltare.* Gal.*Saillir deçà dela,rejaillir.* Hisp.*Saltar.*} Apuleius, Vertibulo ossa dissiliebant. Propriè autem est in diuersas partes salire. Plin. lib.36,Lunensem silicem ferro secari,at Tusculanum dissilire igni.Aliquando pro crepare,frangi.Virgil.3.Georg.Aerāque dissiliunt vulgò, vetésque rigescunt.

Dissulto,as,frequentatiuum.In diuersas partes salio.{συχνὰ ἀναπηδῶ, πολλαχοῦ,πολλοῖς ἀναπηδῶ. Ital. *Saltare in diuerse parti.* Gal. *Ressaillir & sortir d'un en est,rejaillir çà & là.* Hisp.*Saltar en diuersas partes.*} Plin. lib.37,Incudibus deprehenduntur:ita respuentes ictum,vt ferrum vtrinque resiliat,incudésque ipsæ dissiliant.

Dissimilis,le,Idem quod absimilis. {ἀνόμοιος. Ital. *Dissimile.* Gal. *Dissemblable,diuers.* Hisp. *Desemejante.*} Terent.in Prolo.And.Non ita dissimili sunt argumento:sed tamen Dissimili oratione sunt factæ ac stylo. Cicc.1.de Diuinat.Eos qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimiles incidere naturas propter cæli dissimilitudinem. Idem de Clatis Orat.Quum sint ipsi dissimillimi inter se.Ibidem, Sui dissimilior videbatur fieri quotidie.

Dissimiliter,aduerbium.{ἀνομοίως. Ital. *Dissimilmente.*Gal. *Dissemblablement, diuersement,en diuerses sortes.* Hisp.*Desemejantemente.*} Cicc.4. Tusc. Cæterique dissimiliter morbi,ægrotationésque morborum nascuntur.

Dissimilitudo,inis.{ἀνομοιότης. Ital. *Dissimilitudine, diuersità.* Gal. *Dissemblitude, diuersité,difference.* Hisp. *Desemejança,diuersidad.*} Cicc.5.Verr. Vides eandem æstimationem propter temporis dissimilitudinem, in illo laudis causam habere,in te criminis.

Dissimilares partes,αἱ ἀνόμοιοι μόριαι, ἢ ὀργανικαὶ, à medicis appellantur partes corporis compositæ,quæ scilicet ὁμοιομερῶν,hoc est similares nō sunt, sed ex iis constituuntur,& in eas possunt resolui.

Dissimulo,las,Diligenter & astutè celo,nequid nosci possit, vel intelligi.{κρύπτω. Ital. *Dissimulare.* Gal.*Dissimuler,ne faire pas semblant.* Hisp. *Disimular lo que es ò se haze.*} Plaut.in Mil. Dissimulabo hos quasi non videam.Terent.And.Bene dissimulatum amorem & celarum indicat.Cic.pro Cluēt.Neq; id obscurè ferebat,nec dissimulare vllo modo poterat.Oui.lib.5.Fast.Iam satis est virtus dissimulata diu. ¶ Huius contrariū est simulo.ὑποκρίνομαι. Simulamus enim falsa, dissimulamus vera.Simulamus esse quæ nō sunt:Dissimulamus non esse quæ sunt.

Dissimulantia,æ,Idem quod dissimulatio. {κρυπτικὴ. Ital. *Simulatione.* Gal. *Dissimulation,ne faire semblant de rien* Hisp. *Disimulation.*} Cicc.2.de Orat. Socratem opinor in hac ironia,dissimulantiáque longè lepōre & humanitate omnibus præstitisse.

Dissimulator,verbale.{κρυπτὴς, ὁ μὴ φανερὸς ὢν. Ital. *Dissimulatore.* Gal. *Dissimulateur.* Hisp. *El que disimula,disimulador.*} Cicc.2.de Orat.Vt qui dissimulatores studiorum fuerint.

Dissimulatio,onis. {κρύψις. Ital. *Dissimulatione.* Gal. *Dissimulation.* Hisp. *Disimulacion.*} Cic.3.Offic.Ex omni vita simulatio,dissimulatióque tollenda est. Idem 4. Academ. Libenter vti solitus est ea dissimulatione quam Græci εἰρωνείαν vocant.

Dissimulanter,Simulauter,Simulatim, & Dissimulatim, aduerbia. {μὴ φανερῶς ὢν. Ital. *senza far sembiante.* Gal. *Sans faire semblant de rien.* Hisp. *Disimulando.*} Cicc.de Clar.Orat.Non apertè,nec eodem modo semper, sed variè dissimulanterque concluſis. Quintil.lib.10. cap.1, Sæpe præparat dissimulatim insidias Orator.

Dissimulabilis,vnde Indissimulabilis apud Gell.lib.10.ca.22,Cum quadam indissimulabili veritate disseruit.

Dissipo,pas,penultima correpta, significat dispergo, diuulgo. {διαφορῶ,διασκεδάννυμι. Ital. *Dissipare, dispergere.* Gal.*Espandre çà & là, mettre en pieces çà & là, dissiper, rompre & separer, despendre gaster.* Hisp *Dissipar y destruyr.*} Columella libro 2, Sin autem proximæ messis occupandum erit restibile,desectis stramentis quatuor & viginti veles stercoris in ingerum disponemus, dissipabimúsque. Cicc.pro lege Manil. Vt ex eodem ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga fratris sui membra in his locis,quà se parens persequeretur,dissipauisse. ¶ Dicimus etiam Dissipare famam alicuius rei, dissipare rumorem.dissipare sermones,hoc est diuulgare,& dilatare.Cicc. pro Flac.Primùm quòd distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus.Cicc.Cælio,lib.2,Multi occisi,capti,reliqui dissipati.

Dissipatio,onis.{διασκεδασμός,διάχυσις. Ital. *Dissipatione, consumamento, rompimento in più pezzi.* Gal. *Dissipation, degastement.* Hisp. *Disipacion,gasto.*} Cicc.1.de Natu.deor.Idem facit in natura deorum, dum individuorum corporum concretionem fugit,ne interitus & dissipatio consequatur,negat esse corpus deorum,sed tanquam corpus,&c.

Dissipabilis,le,Quod dispergi,aut separari facilè potest.διασκεδαστὸς,διαφθαρτός.Cic.3.de Natu.deor.Iguis verò & aër omni impulsu facillimè pellitur,naturáque cedens est maximè,& dissipabilis.

Dissitus,penultima correpta, Distans, remotus, quasi procul situs:cuius contrarium est Adsitus, quod est iuxtà situs. {διεστώς, διεστηκώς. Italicè, *Distante,remoto,disgionto,* Gallicè, *Espars loing l'vn de l'autre, eslogné, dujoint.* Hispanicè, *Puesto à lexos, ò puesto en diuersos lugares.*} Apuleius in Flor.hæc duo velut inter se contraria opposuit atque disseparauit, sic scribens, Homines neque longulè dissita, neque proximè adsita possumus cernere.

Dissocio,as,are,Separare,dissoluere & à societate disiungere. {διαζεύγνυμι,ἀφίστημι. Ital. *Scompagnare.* Gal. *Desassembler, separer, desioindre.* Hisp. *Desacompañar.*} Cicc.de Amic.Dispares enim mores disparia studia sequuntur:quorum dissimilitudo dissociat amicitias.Marr.lib.7, Et Ledæ poteras dissociare genus.

Dissociatio, onis. {ἀλλοίωσις, ἀλλοίωμα. Ital. *Separatione.* Gal. *Separation,desfaitte de compagnie.* Hisp. *Desacompañamento.*} Plin. lib.2.cap.21, Aquas respuit, perfusum mersúmve sicco simile est, tanta dissociatio deprehenditur.

Dissociabilis,le, Quod sociari, coniungíque non potest. ἀμιγὴς, ἀμίκτος. Tacitus in vita Agricolæ, Et quanquam primo statim beatissimi seculi ortu res olim dissociabiles miscuerit, principatum, & libertatem.

Dissoluo,uis, Quod ligatum erat soluto, aperio, recludo. {λύω. Ital. *Dissoluere,disgiungere,disfare.* Gal.*Desfaire, Dissoudre, Dujoindre, Desassembler, Destacher.* Hispa. *Desatar.*} Plautus Pœnul. Si autoritatem postea defugetis,vbi dissolutus tu sies,ego pendeam. Cicero de Senectu. Opus ipsa

ipsa fuisse eadem quæ coagmentauit, natura optimè dissoluit. ¶ Dissoluere amicitias. Cicero de Amicitia. Nam si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret. ¶ Dissoluere interrogationes. Cicero 4. Academi. Quum eas dissoluere non possunt, desciscunt à veritate. ¶ Est etiam dissoluere, expedire. Terent. in Heautont. Dissolui me oportuit, operam vt tibi darem. Ita Dissoluere aliquem, id est absoluere, non diu suspensum tenere, paucis quod volumus dicere. Plaut. Mere. Obsecro dissolue iam Me, nimis diu enim pendeo. ¶ Ité diuersis personis, seu varia debita soluere. Cice. lib. 2. Offic. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius dissolutum.

Dissolutus, a, um, participium, aut nomen ex participio: quod ligatum non est. {Ἀλυτος}. Ital. *Sciolto, disunito, disgiunto.* Gal. *Dissolu, desfié, desioint.* Hisp. *Suolto.* } Plin. lib. 28. cap. 7. Alibi seruatur vt nudis pedibus eant, capillo, cinctúq; dissoluto. ¶ Dicimur etiam dissolutos, qui moribus, legibúsque soluti, luxum vitæ sequuntur, quos Græci ἀζώνους dicunt. Cic. 6. Verr. Negligentes ac dissoluti si cupiamus esse, qui possimus? Idem 1. Offic. Nam negligere quid de se quisque sentiat, non solùm arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.

Dissolutè aduerbium. {Ἀλυτως ἀδέως}. Ital. *Dissolutamente, sciolt'amente.* Gal. *En mauuais mesnager, lachement, mollement, dissolument.* Hisp. *Suelta mente, floxamente.* } Cic. pro Cecin. Nec contenderit aliud quàm ne ius suum dissolutè relinquere videretur.

Dissolutio, verbale: cuius contrarium est coniunctio. {Διάλυσις}. Ital. *Dissolutione, separatione, disgiuntione.* Gal. *Dissolution, separation, disiunction.* Hisp. *Departamiento y dissolucion.* } Cic. in Partit. Constructióque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

Dissolubilis, le. Quod facilè dissolui potest. {Διαλυτός}. Ital. *Dissolubile, cioè si può dissoluere facilmente.* Gal. *Aisé à dessier, à derrampre, à dissoudre.* Hisp. *Cosa que se puede desatar.* } Cic. 2. de Nat. deor. Animal mortale, dissolubile & diuiduum est. Coagmentatio dissolubilis, ibidem, lib. 1.

Dissonus, a, um, pen. corr. Dissimiliter sonans. {Διάφωνος, ἀνάρμοστος}. Ital. *Discordante.* Gal. *Desacordant, different.* Hispa. *Cosa que desiscuerda en son.* } Liu. 4. ab Vrbe, Dictator autem parte altera subsidia & secundâ aciem adortus, circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti vndique obiecerat victorem peditem, equitémque.

Dissono, as, pro discordo. {Διαφωνέω, ἀναρμοστέω}. Ital. *Discordare.* Gal. *Desacorder, ne conuenir pas.* Hisp. *Desacordar.* } Colum. lib. 1. cap. 1. An vniuersa quæ maiores prodiderunt, huius temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent.

Dissuadeo, des, contrariam habet significationem suo simplici. {Ἀποτρέπω}. Ital. *Dissuadere, sconfortare.* Gal. *Dissuader, desenhorter, desconseiller.* Hisp. *Disuadir.* } Plaut. in Cistel. Modò quod suasit, dissuasse quod dissuasit, id ostentat. Ouid. 1. Meta. Pudor est qui suadeat illinc, Hinc dissuadet amor. Cicé. 3. Offic. Quin non modò non censuerit captiuos remittendos, verumetiam dissuasetit.

Dissuasor, verbale. Qui dissuadet. {Ἀποτρεπτικός, ἀποτρεπτής}. Ital. *Chi dissuade ò disconforta.* Gal. *Desconseilleur, desenhorteur, destourneur.* Hisp. *El que dissuade con razones.* } Cice. ad Brut. Itaque in medio Achaico cursu, quum Ereſiarũ rationes, diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilij retulisset, te vidi Veliæ. Sic Luca. lib. 4. gladium vocat Dissuasorem iusti, quòd nos vidi mortis metu à iustitia & honestate deterreat.

Dissuauior, aris, siue Dissauior. Vide DISSAVIOR. {Καταφιλέω}. Ital. *Basciare grandemente.* Gal. *Baiser par grand ioye & affection.* Hisp. *Mucho besar.* } Cice. Tironi. Ego vos ad quartum Cal. videbo, tuósque oculos etiamsi te veniens in medio foro videro, dissuauiabor.

Dissuescus, vide DISVESCVS.

Dissuo, propriè significat id quod sutum erat dissoluo. {Διαράπτω}. Ital. *Disfare.* Gal. *Descoudre, desfaire & rompre peu à peu.* Hisp. *Descoser lo cosido.* } Vnde dissuere amicitias per translationem dixit Cic. 1. Offic. Vt amicitias quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quàm repentè præcidere.

Dissuesco, is. Apud Cato. de Re rusti. cap. 14. legitur pro simplici tabesco. {Ἀποσήπομαι}. Ital. *Marcirsi, ammalarsi.* Gal. *Se fondre & consumer.* Hisp. *Derretirse.* } Hunc, (inquit) in fiscellam suspendito, finito cum musto dissabescat.

Dissuædet. Multùm, aut variè tædet. {Διαπαρῶμαι}. Ital. *Rencrescere forte.* Gal. *S'ennuyer fe faire.* Hisp. *Auer mucho hastio ò enoyo.* } Terent. in Phor. Demipho te appello: nam me cum hoc ipso dissuædet loqui. Plaut. Amph. Polhaud quòd tui me, neque domi dissuædeat.

Dissuasor, Vide DISSVO.

Dissuo, dis. In diuersas partes tendo. {Διαπετάννυμι}. Ital. *Distendere.* Gal. *Estendre çà & là.* Hisp. *Estender en diuersas maneras.* } Colu. lib. 5. Stabilior est vinea quæ ex vtraque parte iugo deuincta, pari libramento, velut anchoris quibusdam distenditur. ¶ Est & Distendere, idem quod implere. {Ἀναπίμπλημι}. tractum ab vre, qui quum plenus est, tenditur: quum vacuus, relaxatur. Virg. 4. Georg. Et dulci distendunt nectare cellas.

Distentus, Repletus. {Διατεταμένος}. Ital. *Pieno.* Gal. *Estendu de toutes part, plein de tout costés.* Hisp. *Lleno.* } Plinius, Distentus solitaria cœna. ¶ Nonnunquam idé significat quod occupatus vel districtus, à verbo Distineor. {Κατεχόμενος}. Ital. *Occupato.* Gal. *Occupé, empesché.* Hisp. *Detenido.* } Sed in hac significatione participium est à verbo Distineor. Cic. ad Atticum, Breuitate epistolæ scire poteris eum valde esse distentum.

Distentissimus, Pro occupatissimo, apud Cice. lib. 3. de Natu. deor. & ad Atticum, lib. 14.

Distensio, verbale. {Διάτασις, Διάτεινε}. Ital. *Estendimento.* Gal. *Estente, estargissement.* Hisp. *Estendimiento.* } Celsus lib. 2. cap. 2. Si verò in tenuiore intellectu. Ital. *Retasamiento.* } Celsus lib. 2. cap. 2. Si verò in tenuiore intellisemento

Universidad de Deusto Biblioteca

prum dimidium minæ: Id distributum est sanè ex sententia. Cæs. 3. bell. Gall. Priusquam plures ciuitates conspirarent, partiendum sibi, ac latius distribuendum exercitum putauit. Plin. Epist. 249. Distribuamus illos in ea ministeria quæ non longè à pœna sint.

Distributè, aduerbium. {Μεμερισμένως, διαιρετικῶς. Ital. *Per parti, distintamente.* Gal. *Distinctement auec partitions & diuisions, par parties.* Hisp. *Con repartimiento en partes, apartadamente.*} Cic. 1. Tusc. Sed quia profitentur illi ipsi, qui eos scribunt, se neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornatè scribere, lectionem sine vlla delectatione negligo. Idem 2. de Inuent. Sin distributius tractare quis volet, partiatur in animum & corpus, & extraneas res licebit.

Distributor, oris. {Διανεμητὴς, διαιρέτης. Ital. *Distributore, partitore.* Gal. *Partisseur, distributeur.* Hisp. *El que reparte por diuersos.*} Cicc. in Piso. Hoc certè video, quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum.

Distributio, onis. {Διανομὴ, διαίρεσις. Ital. *Partimento, diuisione, distributione.* Gal. *Distribution, departissement, diuision.* Hisp. *Repartimiento en partes.*} Cicc. pro Cluent. Itaque mihi certum est, hanc eandem distributionem inuidiæ & criminum sic in defensione secuare, &c. ¶ Distributio à Rhetoribus appellatur figura quæ à Græcis vocatur μεριστικὸς, quum singulis rebus suam proprietatem tribuimus: vt. Lycurgus, cuius omnes partes corporis ad nequitiam sunt appositissimæ, oculi ad petulantem lasciuiam, manus ad rapinam, dentes ad auiditatem, virilis naturæ membra (quæ non possumus honestè appellare) ad omne genus corruptelæ, pedes ad fugam prorsus, vt aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiis ortus videatur.

Distringo, Arctè stringo. {Διαδέω, διασφίγγω. Ital. *Stringere strettamente.* Gal. *Estreindre, serrer estroittement.* Hisp. *Estregar, estreñir estrechamente.*} Cic. lib. 3. Offi. Fraus distringit, non dissoluit periurium. ¶ Quandoq; defrico, seu radendo sordes detergo. κνήθω. Vnde Distringere sese dicuntur, qui in balneis sudores, & sordes à corpore abraduntiquem in vsum etiam strigiles habere solent. ξύω. Marr. lib. 14. Pergamus has misit: eruo distringere ferro: Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. Plin. lib. 34. cap. 8, de Lysippo, Plurima ex omnibus signa fecit fœcundissimæ artis, inter quæ distringentem se, quem M. Agrippa ante thermas suas dicauit. ¶ Distringere gladiũ, est nudare & vagina eximere. Cic. lib. 3. Offi. At ille vt ingressus est, confestim gladium distrinxit, iuraruitque se illum statim interfecturum. ¶ Quandoque colligere. συλλογίζομαι. Colu. lib. vlt. Sereno cælo manibus distringi oliuam oportet, & substratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari. Hiero. Amos propheta pastor & rusticus, mora ruborum distringens, paucis verbis explicari non potest. ¶ Quandoq; distraho, siue impeditũ teneo. ἐμποδίζω. Quintilianus, Quibus componendis, paulò plusquam biennium, tot alioquí negotiis districtus, impendi. Id est distractus & impeditus.

Districtè, aduerb. {Διεξοδικῶς, στενοχώρως. Ital. *Strettamente.* Gal. *Estroittement.* Hisp. *Estrechamente.*} Plin. lib. 9. Epist. ad Sabinia. Iungam tamen tantò plenius & effusius, quantò ipsum acrius, seueriúsque corripui, districtè minatus, nunquam me postea rogaturum.

Distrunco, as, Compositum à trunco, idem est quod mutilo, vel in partes disseco. {Κολοβόω. Ital. *Troncare.* Gal. *Couper & oster jusques au tronc, detronquer.* Hisp. *Destroncar, partir por medio.*} Plaut. in Truculi. Ego te hic agnum faciam, & medium distruncabo.

Distruo, is, Seorsum, vel separatim struo. {Διοικοδομέω. Ital. *Strugere.* Gal. *Bastir à l'escart.* Hisp. *Componer ò edificar.*} Sueto. in Calig. Distructis, ac instructis, pro loci dignitate, compluribus cellis.

Disturbo, Difficio, diruo, euerto. {Διαφθείρω, ἀναστρέφω. Ital. *Disturbare.* Gal. *Destourber, demolir, ruiner, vuer jus, ruiner & abatre.* Hisp. *Desbaratar.*} Cicc. pro domo sua, Etiam se videre distrahi à complexu suorũ, disturbari tecta, ditipi fortunas. Idem pro Sex. Rosc. Qui fidem lædit, quantum in ipso est disturbat humanæ vitæ societatem.

Disturbatio, onis. {Ἀναστροφὴ διαφθορὰς. Ital. *Rouina, abattimento.* Gal. *Demolition, abatement.* Hisp. *Aquel desbarato en partes.*} Cic. 3. Offic. Sed vilitatis specie in repu. sæpissimè peccatur, vt in Corinthi disturbatione nostri.

Distulcus, A' veteribus porcus dicebatur, diuisas in ceruice setas habens. Festus.

Diteſco, Vide DIS.

DITHYRAMBVS, διθύραμβος. Viri Thebani nomen, qui primus hymnos inuenisse creditur, qui in honorem Bacchi solent decantari: à cuius nomine ipsi etiam hymni dithyrambi creduntur appellari. Horat. lib. 4. Carm. Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit, numerisque fertur Lege solutis. Quanquã & ipse Bacchus Dithyrambus est cognominatus, διὰ τὸ δὶς οἱ ἥκειν ἀναβοήσαι, quòd per duas veluti portas in vitam ascenderit. Bis enim natus creditur, ex vtero matris Semeles, & femore Iouis. ¶ Hinc locus factus prouerbio, Non est Dithyrambus si bibat aquam, οὐκ ἔστι διθύραμβος, ἂν ὕδωρ πίῃ. Non adest hilaritas, quum deest vinum. ¶ Sumptum & illud est à Poëtis dithyrambicis, qui Baccho afflati, furebant. Minus habes mentis quàm dithyramborum poëtæ, διθυραμβοποιοὶ τοῦ οἴνου ἔχεις ἐλάττονα. In stupidos ac furiosos torquebatur.

Ditio, onis, significat imperium, dominium. {Ἡγεμονία. Ital. *Giuridittione, imperio, signoria.* Gal. *Seigneurie, autorité, maistrise, dommaine, empire.* Hisp. *Iurisdicion y Señorio.*} Plaut. in Mil. Loquere, aureis meas profectò dedo in ditionem tuam. Plin. lib. 34. cap. 20, Alexandria in ditionem redacta. Cic. 2. de Legib. Ditione atque numine deorum geruntur res. Hoc nomen quanuis à Dis Ditis, deriuari videatur, attamen contra naturam primitiui corripit primam.

Dito, ditas, & diteſco scis, vide DIS.

Dittochæus, διττοχαῖος, Pes cõstans ex duobus trocheis, hoc est ex longa & breui, & iterum longa & breui, vt Cantilena.

Diu, aduerbium, pro Die, à quo fit Interdiu. {Μεθ' ἡμέραν. Ital. *Di giorno.* Gal. *De jour.* Hisp. *De dia.*} Plaut. Nec noctu, nec diu quietus. Interdum significat Longo tempore. {Δηλῶ, πολλοῦ χρόνου, μάκρα, πόρρω. Ital. *Lungamente.* Gal. *Long temps, longuement.* Hisp. *Luengo tiempo ò en luengo tiempo.*} Horat. in Epist. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Cicc. de Senectu. Quanquam (ô dij boni) quid est in hominis vita diu? ¶ Habet autem diu frequenter post se particulam quum. Plaut. in

Mercat. Nam illi quidem haud sanè diu est quum dentes exciderunt, Interdum etiam quòd. Ibidem, Syra non redit, quem accersitum patrem haud diu est quòd miseram.

Dintius, & Diutissimè, Iandiu, & quandiu: de quibus suis locis.

Diuagor, pen. cor. Oberro, huc illuc vagor. {Πλανῶμαι. Ital. *Vagare, andare vagabondo.* Gal. *Vagabonder, estre vagabond.* Hisp. *Vagar, Andar mucho vagabundo.*} Lactan. lib. 5. Vbi animus in multa dispersus, huc atque illuc diuagatur.

Diuarico, as, pen. cor. Extendo, diuido. {Διαλύω. Ital. *Allargar qualche cosa.* Gal. *Estendre, esiarquiller.* Hisp. *Estender.*} & proprie de iis dicitur qui cruta in diuersas partes extẽdunt: vnde & Tibias diuaricatas dicimus, in diuersas partes discretas. Quanquam etiam de aliis rebus dicitur. Cato, Arbores hoc modo putẽtur: rami diuaricentur, quos relinques. Hoc est in diuersas partes brachia disponantur. Nonius, Diuaricari dictum est distendi, ab his qui vitio naturæ ita sunt pedibus discretis, vt eos in diuersum habeant separatos. ¶ Huius simplex est Varico: de quo suo loco.

Diuello, is, diuulsi, diuulsum, Abstrabo, auello. {Σπάω, σπάζω, κολοβόω. Ital. *Diuellere, cauar, per forza.* Gal. *Arracher & dessoudre, oster & separer.* Hisp. *Arrancar apartando.*} Salust. Rapi virgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum. Cicc. 2. Offic. Eaque est summa ratio & sapientia boni ciuis, commoda ciuium defendere, non diuellere, atq; omnes æquitate eadem continere. Idem de Senec. Iam omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Idem de Arusp. resp. Consensus ordinum est dimissus. Mẽbra diuulsa, Ouid. 3. Trist. Eleg. 9. Vnda diuulsa remis, Ouid. 8. Metamor.

Diuendo, is, ire, Diuisim vel variè vendo, vt fit quum modò huic, modò illi, & modò hoc, modo illud vendimus. {Διαπωλέω. Ital. *Vendere variamente.* Gal. *Vendre à plusieurs.* Hisp. *Vender a diuersos.*} Cicc. de Lege Agra. Hic permittit lege sua vt Decemuiri bona populi Romani possint diuendere.

Diuerbero, as, are, Scindere. {Κολαστικῶς, διαφθείρω. Ital. *Fendere, percuotere.* Gal. *Fraper à trauers, donner dedans.* Hisp. *Hender, apotar.*} Virgil. 5. Aen. Primáque per cælum netuo stridente sagitta Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras. Idem 6. Aen. Ferro diuerberat vmbras.

Diuerbia, partes comœdiarum, vbi plures personæ versantur: à personarum varietate dicta. ἐμβόλιμα. Liuius, Inde ad manú cantari histrionibus cœptũ, diuerbiáq; tãtùm ipsorum voci relicta. Seruius aliter, Diuerbiũ, inquit, primus actus comœdiæ, Græcè protasis. Nam quælibet comœdia diuiditur in prologum, protasin, epitasin, & catastrophen.

Diuerto, is, & Diuertor, eris, ab itinere deflecto. {Ἐκτρέπομαι. Ital. *Diuertire, tornare in strada.* Gal. *Se destourner, tourner son chemin quelque part.* Hisp. *Apartarse del camino.*} Cic. 6. Philip. Nuntiant se Pompeij conueniendi causa diuertisse Massiliam. Idem Arti. lib. 1. Sed itineris causa vt diuertar, primum est deuium. Idem pro Fonteio, Qui Cobiachò diuerterentur, neque Tolosam ire vellent. ¶ Per translationem accipitur pro digredi, & expatiari in oratione παρεκβαίνω. Cic. lib. 12. Epist. Sed redeamus ad illud vnde diuertimus. Lactan. lib. 9. Sed huc necessariò diuertendum erat, vt ostenderẽ tot, & tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta. ¶ Est item Diuertere, in diuersorium vel hospitiũ se recipere. {Καταλύω. Ital. *Alberguare.* Gal. *Se retirer & aller loger en quelque lieu.* Hisp. *Aposentarse en posada.*} In qua significatione ferè habet accusatiuũ cum præpositione ad, vel in: nisi forte accusatiuus ex eorum sit genere qui verbis motum significantibus sine præpositione iungi solent: cuiusmodi sunt propria minorum locorum nomina, & ex appellatiuis duo, rus & domum. Cic. Quum duo quidam vnà iter facerent, alter ad cauponem diuertit, alter ad hospitem. Idem pro Milone, Clodium suspicari debuit ad villam suam diuersurum. Idem 1. Offic. Cimon imperauit villicis suis, vt omnia præberent quicunque Laciades in villam suam diuertisset. Idem pro Deiotaro, Quum domũ regis hospitis tui diuertisses. ¶ Huic finitimum est Diuersor: quod tamen nullum importat motum: vnde etiam accusatiuum exigit cum præpositione apud, vel ablatiuum cum præpositione in, nõ enim dicimus, Diuersari ad hospitem, vel domum alicuius, sed Apud hospitem, vel Domi alicuius diuersari. Et contrà, Ad hospitem, vel domum cuiuspiam diuertere dicimus, non Apud hospitem, vel domi alicuius.

Diuersor, saris, Hospitio excipior, hospitio alicuius vtor, ad hospitium diuerto, in diuersorio vel caupona sum. {Καταλύω, καταγωγεύω, κατάλυμα. Ital. *Albergare, Allogiare.* Gal. *Se retirer & loger en quelque lieu, y hanter.* Hisp. *Aposentarse en meson.*} Cicc. 2. Verr. Rubrium delicias suas parum lautè diuersari dicit. Idem 5. Tuscul. Quum Athenis apud eum diuersarer. Idem 2. Verr. Domus in qua iste diuersabatur. ¶ Accipitur & pro conuersor. Valer. Maxi. lib. 1. Tabernámque in qua is diuersabatur, petere conatus.

Diuersito, as, pen. corr. frequentatiuum à diuerto pro deflecto. κίκημι. Gellius, Ad ipsa Platonis penetralia, ipsarúmque rerum pondera & dignitates pergendum est: non ad vocularum eius amœnitatem, nec ad verborum venustates diuersitandum.

Diuersor, soris, Qui in caupona hospitatur. {Καταλύτης. Ital. *Albergatore.* Gal. *Celuy qui va en vne hosteleric pour loger, vn hoste qu'on loge.* Hisp. *El que ja aposenta en posada, hospedarse.*} Cicc. lib. 2. de Inuent. Caupo cum quibusdam diuersoribus, illum qui antè exierat consequitur, in itinere hominem comprehendit.

Diuersorium à diuertendo, Hospitium, caupona, villa, aliúsve locus, ad quem non habitandi, sed ad tempus commorandi causa diuertimus. {Καταγώγιον, καταλύματα. Ital. *Albergo, alloggiamento.* Gal. *Hostelerie, logis.* Hisp. *Posada ò meson.*} Cicc. in Catone, Ex vita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem Fabio Gallo, Nægo libentius emetim diuersorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. Idem 2. de Orato. Quiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo opportuno diuersorio.

Diuersoriolum, diminutiuum. {Καταγωγίον, καταλυτήριον. Ital. *Hosteria piccola.* Gal. *Vn petit logis, vne petite hosteleric.* Hisp. *Posada pequeña.*} Cicc. ad Cornif. Nisi quod Sinuessanum diuersoriolum contempsisti.

Diuersorius, a, um, vt Taberna diuersoria, id est caupona. {Καταλυτικὸς. Ita.

Diuersion. Gal. *Diuertissement, deslectacion.* Hisp. *Cosa de posada.*} Plaut. Truc. in tabernæ ductor diuersoriam, vbi malè acciplar mea mihi pecunia. Suet. in Nero. cap. 27. Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ.

Diuerticulum, est via per quam à militari via, siue de itinere nostro aliò diuertimus. {Ἐκκλίτης. Ital. *Sentiero, diuolgimento.* Gal. *Dellour de chemin.* Hisp. *Apartamiento del camino.*} Terent. in Eunu. Cum sensi, redeo rursum: male verò me habens, Vbi ad ipsum veni diuerticulum, constiti. Seruius, Diuerticula sunt semitæ transuersæ quæ sunt à latere viæ missæ. ¶ Diuerticula etiam dicuntur, domicilia in via, ad quæ diuertendum fit. Liu. 1. ab Vrbe. Quum gladij abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherẽtur. Fraudis & insidiarum diuerticulũ. Cic. pro Rosc. Com. Hoc quum sentit Saturius esse apertum, resistere, & repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis & insidiarum in eodem vestigio diuerticulum reperit.

Diuersus, a, um, adiectiuum, Separatus, vel in varias partes distributus. {Διεζευγμένος. Ital. *Diuerso, separato.* Gal. *Diuers, different, tout autre changé.* Hisp. *Cosa partida en partes diuersas, diuersa cosa.*} Cæsar 2. bell. Afr. Quum Numidas diuersos, dissipatósque in omnes partes fugere vidissent. Plaut. in Rud. Sed quum inde suam quisq; ibant diuersi domum. ¶ Diuersus item contrarius, aduersarium. *Ἐναντίος.* Suet. de Clar. Gram. Interrogatus diu à Varrone diuersæ partis aduocato, quidnam ageret, & quo artificio vteretur. ¶ Interdũ idẽ quod alius, vel dissimilis. *Ἄλλος.* Cic. 4. Acad. Certa igitur, cum illo, qui à te totus diuersus est.

Diuersitas, tis. Repugnãtia, dissimilitudo. {Διαφορὰ ἐναντιώσεως. Ital. *Diuersità, dissimilitudine.* Gal. *Diuersité, difference, varieté.* Hisp. *Diuersidad delas cosas.*} Plin. in Epist. Sed tamen imitarer & sequeter, quantum aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ dissimilitudo pateretur.

Diuersè, aduerbium, In diuersas partes. {Διεζευγμένως. Ital. *In diuerse parti.* Gal. *En diuerses parties. en diuerses maniores.* Hisp. *Diuersamente.*} Hirc. 5. bel. Afric. Horum corpora toto campo prostrata diuersè iacent. Terent. in And. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt. ¶ Diuersum, pro diuersè. Plaut. Mil. Vbi lubet dispendite hominem diuersum, & distendite.

Dives, diuitis, à diuo fieri dicitur: quòd qui diues est, quasi Deus nullo indigere videtur. {Πλούσιος, χρημάτων ἄνομ. Ital. *Ricco, copioso.* Gal. *Riche, abondant, copieux.* Hisp. *Cosa rica y abundante y copiosa.*} Cic. in Parad. Quem intelligemus diuitem? aut hoc verbũ in quo homine ponemus? Opinor in eo, cui tanta possessio est vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit. Et modò construitur cum genitiuo. Virgil. 2. Georg. Dives opum variarum. Item 9. Aenei. Dives pictai vestis, & auri. Modò cum ablatiuo. Cice. lib. 2. Offic. Publius Crassus tum cognomine Dives, tũ copiis, functus est Aedilitio maximo munere. Est autem generis omnis: facit enim accusatiuum diuitem, & hoc dives. Ouid. lib. 1. de Arte, Addidit externo marmore dives opus. Valer. lib. 2. ca. 1, Dives & præpotens naturæ regnum scrutatur, inilciam stylum tam nostræ Vrbis, quàm cæterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis. ¶ Hinc Diuitior comparatiuum. Cice. de Orato. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Plaut. Aul. Quadrilibrẽ aulam auro onustam habeo: quis me est diuitior?

Diuitiæ, arum, numero tantum multitudinis, opes, amplæ fortunæ, & rerum abundantia. {Πλοῦτος. Ital. *Ricchezze*, Gal. *Richesses.* Hisp. *Riquezas.*} Cicero diserimen videtur facere inter diuitias & opes: Sunt ergo (inquit) diuitiæ ad necessarium vsum: opes verò ad magnificentiam. Plautus in Epistol. Quid tibi, cui diuitiæ domi maximæ sunt, nummum hic nullum habes? Cice. 1. Officio. Expetuntur autem diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Idem Attieum lib. 1, Quod si assequor, supero Crassum diuitiis, atque omnium vicos ac prata contemno.

Diuito, tas, pen. corr. Diuitem facio. {Πλουτίζω. Ital. *Far ricco.* Gal. *Faire riche, enrichir.* Hisp. *Hazer rico.*} Accius, Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant. Alienas, suas vt auro locupletent domos.

Diuexo, xas, Variis modis affligo. {Ἔχω τινὰ φόβοις ἰλιγγίοις. Ital. *Affligere in varij modi.* Gal. *Fort tormenter.* Hisp. *Fatigar en diuersos maneras.*} Lact. lib. 7, Vt siquis fortè tum fuerint boni, prædæ sint sceleratis, ac diuexẽtur vndique. Cic. 11. Phil. Impetúmque furentis, atque omnia diuexare & diripere cupientis, vitæ, &c.

Diuidia, Diuidicula, vide DIVIDO.

Diuido, dis, pen. corr. diuisi, diuisum, Separare, partiri. {Διαιρῶ, Διαιρέω. Ital. *Diuidere, separare.* Gal. *Diuiser, departir, distribuer, partir en pieces.* Hisp. *Partir en partes.*} Hirc. 3. bel. Ciuil. Cæsar copias suas diuisit. Cic. ad Attic. Sextus pater eius numos vobis diuidere solebat. Virg. in Epigrãmate quodam, Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. ¶ Ponitur & pro prædicare. Plaut. in Aulu. Me quidem hercle (dicam palam) nõ diuides, id est *κηρύξεις*. ¶ Diuidere sententiam. *Διαιρεῖν τὴν γνώμην*, forensis est locutio, quam Asconius Pædianus interpretatur his verbis, Quum alicuius (inquit) in dicenda sententia duas, pluréve partes complectitur, si non omnes probantur, postulatur vt diuidantur, id est vt de singulis rebus seorsum referatur, vt pars altera, si ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. Cic. 1. Epistol. 1, Itaque quum sententia Bibuli prima pronuntiata esset, vt tres legati regem reducerent: secunda Hortensij, vt tu fine exercitu reduceres: tertia Volcatij, vt Pompeius reduceret: postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur: quatenus de religione dicebat, cui rei quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Ex hoc Ciceronis exemplo facilè ostendi potest quid sit Sententiam diuidere. Bibuli enim sententia duo habebat membra, vt scilicet siue exercitu rex reduceretur, deinde vt à tribus legatis reduceretur: quorum quum alterum nonnullis placuisset, alterum displicuisset, postulatum est vt sententia illa bimẽbris diuideretur, hoc est in duas partes secaretur, vt de vtrauis parte seorsum posset referri. ¶ Oscula diuidere sodalibus. Horat. 1. Carm. Ode 36, Nulli plura tamen diuisit oscula Quàm dulci Lamiæ.

Diuisus, us, ui, Idem quod diuisio, hoc est partitio, siue distributio. {Διαίρεσις μέρος. Ital. *Diuisa in parti.* Gal. *Diuisé, separé, parte.* Hisp. *Apartado, particion.*} Liu. 3. bel. Mac. Vectigalia publica partim negligẽtia dilabebãtur, partim prædæ, ac diuisui principũ quibusdam & magistratibus erant.

Diuisio, Sectio, partitio, distributio. {Διαίρεσις. Ital. *Diuisione, separatione.* Gal. *Diuision, departement, separation.* Hisp. *Repartimiento.*} Cicer. de Nat. deor. Diuisio trium regnorũ, cæli, maris, & inferorum. ¶ Apud Rhetores Diuisio est, (vt scribit autor ad Herennium) per quam aperimus quid conueniat, quid in controuersia sit: vel per quam exponimus quibus de rebus dicturi sumus. Inter diuisionem & partitionem hoc interesse putatur, quòd Diuisio est generis in species: Partitio autem totius in partes distributio. Quint. lib. 7. Sic igitur diuiso rerum plurium in singulas: Partitio singularum rerum in partes discretus ordo. Cice. 3. de Nãtu. deor. Quadripartita (inquit sunt diuisio tua. Primùm, vt velles docere deos esse: deinde quales essent: tum ab his mundum regi: postremò, consulere eos rebus humanis.

Diuisor, oris, Quum sit verbale nomen à diuido, plerunq; apud Ciceronem crimini est. {Διανομεύς. Ital. *Diuidiatore, partitore.* Gal. *Distributeur, diuiseur, partisseur.* Hisp. *Partidor.*} Nam hi antiquitus Diuisores vocabantur, qui pecunias inter tribus viritim candidatorum nomine diuidebãt in creandis magistratibus, quos Plautus Curiarũ magistros vocat. Consueuerant enim petitores magistratuum apud Romanos, pecunia, largitionéque sibi studia conciliare suffragatorum, & per centurias tribúsque diuidere numos. Cice. pro Planc. Quam tibi commodum est vnam tribum deligere: tu doce id quod debes, per quem sequestrẽ, quo diuisore corrupta sit. ¶ Est & Diuisor, qui præpostera Venere pueros corrumpit. Cic. Pæto, Quid enim? num honestum est verbum Diuisor? at inest obscœnum: cui respondet intercapedo.

Diuisura, ræ, Diuisio, vel incisio. {Διαίρεσις. Ital. *Diuisione, separatione, triglio.* Gal. *Couperure, incision, separation.* Hisp. *Cortadura, partimiento, aparamiento.*} Plin. lib. 12. ca. 26, Ab hac ferula differt quæ vocatur spondylion, foliis tantùm, quia sunt minora, & platani diuisura. Idẽ lib. 14. cap. 3, Folio paruo & rotũdo, sine diuisuris. Quas incisuras multis aliis locis appellat.

Diuiduus, a, um, Quod separabile aut separatum est. {Διχῇ μερισθείς. Διαιρετός. Ital. *Separabile.* Gal. *Qui se peut diuiser ou partir.* Hisp. *Cosa que se puede partir en partes.*} cuius contrarium est Indiuiduum, quod diuidi nõ potest. *Ἀδιαίρετος, ἄτομος.* Plaut. in Rud. Diuiduum talentum faciam: id est in duas partes diuisum. Cice. de Vniuers. Ex ea materia quæ indiuidua est. & quæ semper vnius modi, sui q; similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur. Terent. Adel. Potius quàm veniat in periculũ Sannio. Seruésne, an perdas, totum diuiduum face. Colu. in Præf. lib. 11. Nil conspiciebatur in domo diuiduum. Ouid. 1. Fast. Insula diuidua quã premit amnis aqua. Id est quam ambit fluuius ab vtraque parte.

Diuiduè, aduerb. Quod Gallico sermone dicitur, *Par la moitie.* Ital. *Per la metà.* Hisp. *Por la mytad ò la medio.* Idem in Cas. Nam quod tibi ægrè est, idem mihi est diuiduè.

Diuidia, æ, Tædium, & molestia: sic enim Nonius interpretatur. {Δυσφορία. Ital. *Tedio, molestia.* Gal. *Ennuy, chagrin.* Hispa. *Enojo.*} Plaut. Bacch. Nam illæc res magnæ diuidiæ est mihi. Accius in iudicio armorum, Huius me diuidia cogit plusquam par est loqui. Festus diuidiam, discordiam interpretatur, cuius tamen significationis nullum profert testimonium.

Diuidicula, teste Festo, dicuntur castella ex quibus à riuo communi aquã quisque in suum fundum ducit.

Diuinè, Diuinipotens, Diuinitus, Diuinus, Diuino, Vide DIVS.

Diuis, adiectiuum. {Θεῖος. Ital. *Diuino, generoso.* Gal. *Diuin, genereux.* Hisp. *Cosa diuina y generosa.*} Dicitur generosus, diuinus, tanquam Διὸς δῖος. id est ab Ioue genus ducens. Virg. lib. 11, -quæ ipsa deum sibi dia Camilla Delegit.

Dium, substãtiuum, formatum à genitiuo Græco Διός, à nominatiuo Ζεύς. Vnde Sub dio aliquid fieri dicimus, hoc est sub Ioue, siue sub cælo, quod non sit sub tecto. Horat. lib. 3. Carm. Nec te candide Bassareu Sub dium rapiam. Idem. -vitámque sub dio Et trepidis agat in rebus. Cic. lib. 3. Verr. In sylua denique disposita sub dio vidimus.

Diuus, a, um, {Ital. *Diuo, diuina, santo.* Gal. *Diuin, saint.* Hisp. *Dios hecho de hombre, ò canonizado.*} Idem quod diuinus, quod etiam dnũ dicimus, Θεῖος. Διὸς δῖος, hoc est à Ioue genitum: vel quia veteres in singulari diuum quasi dicebãt quẽ nos Deum. Vnde nunc quoq; in plurali dicimus Dij, diis: vnde illud frequens Ciceroni, Si diis placet: quod indignitatẽ denotat. Seruius inter deos & diuos ita distingnit, vt dij dicantur æterni: diui autem qui ex hominibus fiunt. Vnde etiã hac appellatione quidam Romanorũ Imperatores post mortem decorati sunt, à quibus in vita insignia profecta essent in Rempub. merita: quáquam postea crescente in dies adulatione, plerique ne viui quidem id honoris aspernati sunt. ¶ Horum etiam vxores diuæ appellatæ sunt, tanquam suis vel virorũ meritis dearũ numero adscriptæ. ¶ Diuum, pro ære. Horatius, Sub diuo morietis Victima nil miseratis Orci, id est sub aëre. Plin. lib. 14. cap. 21. Campaniæ vina nobilissima exposita sub diuo in cadis verberari sole, luna, imbre, ac ventis aptissimum videtur. Sunt qui vtrobique legant sub dio.

Diuinus, a, um. Quod est Dei, vel quod ad Deum pertinet. {Θεῖος. Ital. *Cosa di Dio o à Dio pertinente.* Gal. *Diuin, de Dieu, apartenant à Dieu.* Hisp. *Cosa de Dios ò pertenesciente à Dios.*} vt opus diuinum, Res diuina. Plaut. in Curcul. Nunc rei diuinæ operam dabo: certum est bene me curare. Diuinæ rei operam dare, & Rem diuinam facere, est diis sacrificare. Cice. 6. Ver. Res illum diuinas apud eos deos in fano sacrario propè quotidie facere vidistis. Diuina verba, pro piacularibus quibusdam verbis quibus prodigia solent procurari. Cato de Re rustic. Si de cælo villa tacta fiet, de ea re verba diuina vti fiant, procuret. Cice. 1. de Diuin. Aristoteles quidem eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens atq; diuinum. Ibidem, Quid hoc somnio dici diuinius potest? ¶ Diuinum interdum vocamus eximium, & humana sorte quodammodo maiorem. Cice. post redi. ab exilio, Co Pisonis diuina quædam, & inaudita virtus. Idem Qu. frat. lib. 1, Idib. Maiis, Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Virgil. Aeglog. 3, Diuini opus Alcimedontis.

Diuinus, substantiuum. Qui diuinat, prædicit. {Μάντις, προφήτης. Ital. *Indouino, che predice le cose occulte, Diuino.* Gal. *Deuin, qui predit, predisseur.* Hisp. *El que adeuina.*} Martialis, Non sum diuinus, sed scio quid facias, Cice. de Fato, Hoc loco Chrysippus vsuans, falli sperat Chaldæos, exterósque

terósque diuinos. ¶Auis diuina imbrium, id est diuinatrix & prænũtia. Horat. lib. 3. Carm. Antequam stantes repetat paludes Imbrium diuina auis imminentum. Cornicem intelligit, imminentium imbrium præsciam, vel Virgilio teste. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.

Diuinipotens, Qui in diuinis potestatem habet. Θεοκρατὴς. Apuleius, Saga & diuinipotens cælum deponere.

Diuino, as, pen. pro. Antea cta coniicio, vel futura præsagio. {μαντεύομαι. Ital. *Indouinare*. Gal. *Deuiner, prédire les choses à auenir*. Hisp. *Adeuinar*.} Dictum videtur à nomine Diuinus, quia diuinum quiddam, & supra mortalis sagacitatis sortem esse videtur, futura prædicere, aut occultarum lucem proferre. Terent. in Hecy. Planè hic diuinat. Cic. de Senect. Cuius sermone ita tum cupidè fruebar, quasi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto fore vnde discerem, neminem. ¶Huius Addiuino, composita Prædiuino, quod Plinius posuit pro præsentio, quum ait lib. 10, Tum vniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est: prædiuinant enim ventos, imbrésque, & tunc se continent tectis.

Diuinatus, participium passiuum. Ouid. de Nuce, Vt diuinitas auferat augur opes.

Diuinatio, Prudentia futurorum. {μαντεία, μαντικὴ. Ital. *Indouinamento*. Gal. *Deuinement, prediction des choses à auenir*. Hisp. *Adeuinacion*.} Cic. 1. de Diuinat. Vetusti quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, id est præsensionem, & scientiam rerum futurarum: Chrysippus diuinationem definit esse vim cognoscentem, & videtem, & explicantem signa quæ à diis hominibus portenduntur. Officium autem esse eius, prægnoscere dij erga homines mente qua sint, quidq; significent, quemadmodúmque ea procurentur atque expientur. Hæc Cice. de Diuin. lib. 2. ¶Dicitur etiam diuinatio, iudicium, siue cognitio, quæ circa constitutionem accusatoris, vel subscriptoris consistit: quum scilicet ex duobus, pluribúsve accusationem ambientibus, deligendus est qui maximè sit idoneus. Quemadmodum in accusatione Verris certamen erat inter M. Tullium & Cæcilium quendam, vter in accusando deberet præferri. Vnde etiam prima illa inter Verrinas oratio Diuinatio appellatur. Ratio nominis hæc est, quia in aliis iudiciis iudex ea quæ testibus, tabulis, vel argumentis probata sunt, sequi debet. Quum autem accusator est eligẽdus, ex leuibus quibusdam & exilibus iudiciis & coniecturis, iudicare debet, & penè diuinare quis ad accusandum maximè sit idoneus.

Diuinitas, tatis, Sors, vel potestas diuina. {Θεότης. Ital. *Diuinità*. Gal. *Diuinité*. Hisp. *Diuinidad*.} Plin. lib. 19. cap. 12, Opus ingens, occultúmque diuinitatis, & quo nullum reperiri possit maius.

Diuinè, aduerbium, Ad deorum similitudinem, deorũ more, & supra humanas vires, quasi diuini numinis instinctu. {Θεικῶς, Θείως. Ital. *Diuinamente*. Gal. *Diuinement*. Hisp. *Diuinamente*.} Cic. Attic. lib. 4. Præclara igitur conscientia sustentor, quum cogito me de Repu. aut meruisse optimè quum potuerim: aut certe nũquam nisi de ea diuinè cogitasse. Quint. lib. 1. cap. 10. Quæ Tullius in Oratore diuinè, vt omnia, exequitur.

Diuinitus, pen. corr. aduerbium, à deo, siue à diuis. {Θείως. Ital. *Da Dio, diuinamente*. Gal. *De Dieu, venant de Dieu, diuinement*. Hisp. *Diuinamente*.} sicut humanitus, ab hominibus, cælitus à cælo. Virg. 4. Georg. Haud equidé credo, quia sit diuinitus illis Ingenium. Cice. 2. de Orato. Quæ diuinitus accedunt. Ibidem. Diuinitus ad nos delarum. ¶Interdum idem est quod diuinè, hoc est deorum, vel diuorum more, insigniter, & quasi humanis viribus excellentius. Θείως. Cic. 2. de Orat. Ille locus inductus est à me diuinitus. Idem Atti. lib. 1, Varro mihi satisfacit: Pompeius loquitur diuinitus.

Diutius, Diutule, Diutinus, Diutissime, Diuturnus, vide DIES.

Dium, vide DIVS.

Diurnus, Diurno, vide DIES.

Diuulgo, as, est Vulgò votum facere, vel rem aliquam in vulgus spargere. {Διαφημίζω. Ital. *Diuulgare, publicare*. Gal. *Diuulguer, publier quelque chose*. Hisp. *Diuulgar ò publicar*.} Cic. Balbo, Quare visum est occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti, legunt, Dimulgandum. Idem 2. Philip. Quàm multa seria, nec tamen vllo modo diuulganda.

Diuulgatus, nomen ex participio. Cic. Furnio lib. 10, Te adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi, si ita adipiscare vt plerique, præpropera festinatio abducet à laudibus.

Diuus, vide DIVS.

D ante O.

Do, das, dedi, datum, dare. {δίδωμι. Ital. *Dare*. Gal. *Donner*. Hisp. *Dar simplemente*.} cuius composita, si fiunt ex monosyllabis præpositionibus, sunt tertiæ coniugationis, & præteritum geminant: vt Reddo, dis, reddidi. Perdo, dis, perdidi. Cætera simplicis seruant declinationem, vt Circundo, as, circundedi, datum, Pessundo, as, pessundedi, datum, ¶Variam habet constructionem. Quãdoque duos datiuos exigit, pro ascribere, seu imputare: quanuis alter eorum non semper ponatur, sed nonnunquam subintelligatur. Cice. lib. 2. Offic. Nec Marco quidem Scio vitio datum, quod in caritate annonæ asse modium dedit populo. Terentius vnum tantùm expressit, Nunc quam rem vitio dent, quæso, animaduertite, subintelligitur poëtæ. Plaut. in Amph. Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data est, Alcumena tibi condono. Aliquando vltra datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione ad. Cic. Cornif. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. Idem ad Qu. fratrem, Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas & caudam, & aures ad motus animorum declarandos dedit. Aliquãdo præter datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione In. Terent. in Phorm. Dic quid velis dari tibi in manum, vt herus his desistat litibus. Nonnunquam loco datiui ponitur accusatiuus cum præpositione ad. Cice. 2. Philipp. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat à me datum. Interdũ accusatiuus cum præpositione in. Plaut. in Capt. Hoc si faxis, dabo in Caueam. Cic. Terentiæ, In viam quòd te des hoc tempore, nihil est. Id est nõ est causa quare te viæ committas. ¶Date cuipiam pecuniam à trapezita, est pecuniam à trapezita sumere, & alteri dare, vel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare. Δανείσω παρὰ τῆ τραπέζιτε. Plaut. in Capt. Sequere me hàc, viaticum vt dem à trapezita tibi. ¶Quandoq; plures habet accusatiuos, à diuersis pendentes præpositionibus. Columel. lib. 9, Ascensus deinde auibus ad tabulata per vtranque cellam datur. Sæpius tamẽ post accusatiuum regit datiuum, & hoc variis artibus applicari solet. Plaut. in Epid. Si æquũ sit, me plus sapere quàm vos, dederim vobis consilium cautum quod lauderis. Idẽ in Curc. Nunc rei diuinæ operam dabo. Idem in Merc. Metoxico mortí dabo. Idem in Capt. Do tibi operam, siquid est quod me velis. Gellius, Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est, &c. ¶Capitur etiam pro vendo: vt in loco illo Ciceronis quem paulò antè ex 3. lib. Offic. citauimus. Nec Marco quidem Scio vitio datum quòd in caritate annonæ asse modium populo dederit. ¶Item pro offerre, obiicere. παρέχω. Terent. in Hecy. profectò hoc sic est, vt puto Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus. ¶Item inferre, inducere. Virg. 12. Aene. Magnam dabit ille ruinam Arboribus. ¶Item dicere. φράζω. Terent. in Heaut. Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶Item obtemperare. ἐμαυτὸν ἐνδίδωμι, ἐμαυτὸν ὑπείκω. Terent. in Adelph. Da te mihi. id est accommoda te meæ voluntati. ¶Dare etiam mulieres dicuntur, cum copiam sui faciunt. Martialis, Casta igitur nulla est? castæ sunt mille, quid ergo? Casta fuit, nõ dat, non tamen illa negat. Idem, Non solet accipere, quid solet ergo? dare. ¶Item facere. Terent. in Adelph. O Aeschine, pol haud paternũ isthuc dedisti. ¶Item concitare, vt apud eundem in Eunuc. Ludum iocúmq; dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit. ὅσα ἐγὼ τότε μανία ἐτόλμων. ¶Dare manus. est se victum fateri, τὰς χεῖρας ἀνίημι. ¶Dare pœnas, est subsistere. δίκας ἐκτίνω. Lactan. lib. 8. Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quemadmodum pœnas impij sunt daturi. ¶Dare veniam, interdum est agnoscere, interdum concedere quod petitur, συγγνώμην δίδωμι. Terentius, Da veniam quæso filio tuo. Cic. de Orato. Dabis hanc veniam mi frater. ¶Dare operam, est adiuuare, inseruire. ἀκροῶμαι. Terent. in Phorm. Nos operam dabamus Phędriæ. Sæpe etiam inuigilare: vt quum dicimus, Literis operam dare. ¶Dare potestatem, est rem in alterius arbitrio permittere. ἐξουσίαν ἐνδίδωμι. Pli. Vt qui suarum omnium rerum potestatem auunculo dederat. Pro quo etiam eleganter dicimus, Facere potestatem. ¶Dare fidem, est aliquid sanctè promittere. πίστιν δίδωμι, ὑπισχνέομαι. Cic. de Amic. & Terent. Eunuch. ¶Dare actionem vel iudicium est actorem ad intendendam actionem admittere. Cic. 4. Verr. Siquis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum: quicquid ab eo petereretur, iudicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius rei actionem sese daturum. ¶Dare linamentum in plagam, est festucas lintei in vulnus inserere, cum oleo, aliisve medicamentis liquidis, quæ Græci ἔμπλαστρα appellant. Celsus li. 7. cap. 9, Vlteriores verò, lunatásque in plagas linteamentum dãdum est, vt caro increscens vulnus impleat. ¶Dare in manũ, significat de manu in manum tradere. παραδίδωμι. Terent. in And. Hanc mihi in manum dat. ¶Dare se in disciplinam, est se alicui instituendum permittere. Gell. lib. 5. cap. 10, Is in disciplinam Protagoræ sese dedit. ¶Dare verba alicui, est decipere. Plaut. Aulul. nimisque ego hanc metuo malè, Ne mihi insidiis verba imprudenti duit. ¶Datum est, id est fato decretóque concessum est. Δέδοται. Terent. Eunuch. Est istuc datum profectò vt grata mihi sint quæ facio omnia. Sic Virg. 7. Aeneid. Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis. ¶Datur cernere, id est potest cerni, vel licet cernere. Plin. Epist. 10, Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & elucent, vt mediocriter quoq; doctos aduertant, & afficiant. ¶Duint, pro dent, vel dederint. Terẽt. Andr. At tibi Dij dignum factis exitium duint. Plaut. Amphit. Siue qui ipsi ambisset, siue per internuntium, Siue adeò Aediles perfidiosé cui duint. Duit, pro Det. Plaut. Aulul. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duas, pro Des. Ibidem, At nihil est dotis quod dem. M. ne duas. Danunt, pro dant. Plaut. Cur. Nam tibi amantes propinãtes vinum danunt. ¶Huius verbi composita sunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Cedo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo, Reddo, Subdo, Satisdo, Pessundo, Trado, Venundo. Sedo & Mando (quæ falsò inter composita huius verbis erant relata) huc non pertinent: sunt enim simplicia: quod vel ex eo solo constat, quòd à litera figuratiua primæ coniugationis, quæ in compositis verbi Do corripitur, in his duobus producatur.

Datus, participium. {δοτὸς, δεδομένος. Ital. *Donato*. Gal. *Donné*. Hisp. *Donado*.} vt Reddere data. Ouid. de Arte aman. Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt.

Datus, us, ui. {δόσις, δόμα. Ital. *Donatione*. Gal. *Donaiſon, don*. Hisp. *Don, dadiua, donacion*.} Plaut. Tri. -nimis pergraphicus sycophanta: Is mille nũmũm se aurum meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico aiebat meo.

Datum, dati, substantiuum. {δόσις, δώρημα, δόσις. Ital. *Cosa donata*. Gal. *Chose donnée ou baillée*. Hisp. *Don dadiua*.} Cice. de Amicit. Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum.

Dato, as, are, frequentatiuum. Plaut. Mostel. Tu solus credo fernore argentum datas.

Dator, datoris. {δότης, vel δοτὴρ. Ital. *Donatore*. Gal. *Donneur*. Hisp. *Donador*.} Plaut. Trucul. Semper datores nouos. Virg. 1. Aen. Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.

Datio, onis. {δόσις, δώρημα. Ital. *Donamento, donatione*. Gal. *Donnaiſon, donnement*. Hisp. *Donacion*.} Cic. pro lege Agr. Cuius iudicium, legúmque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur.

Datarius, a, um. Gratuitum, aut quod gratis datur. ἀργυρίου, χαλκίου. Plaut. Pseud. Ego annon prius salutas. s. nulla est salus mihi dataria.

Datatim, aduerbium. {ἀμοιβαδὸν. Ital. *Dando à vincenda*. Gal. *En s'entredonnant & baillant l'vn à l'autre*. Hisp. *Dando à vezes*.} Plaut. Curcul. Tum isti qui ludunt datatim serui seurrarum in via. Ludere datatim, hoc est inuicem dando: quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim mittitur, & remittitur.

Doceo, ces, docui, doctum, Alicuius rei cognitionem alteri trado. {διδάσκω, διδάσκω. Ital. *Insegnare*. Gal. *Enseigner*. Hisp. *Enseñar*.} Construitur autem cum duobus accusatiuis: vt Doceo te literas. Aliquando cũ vno tantùm, licet aliter possit intelligi. Pretium autem quod à discipulo exoluitur doctori, ponitur in ablatiuo. Excipiuntur hi quatuor genitiui,

Universidad de Deusto Biblioteca

cui,tanti,quanti,plutis,& minoris,cum ipsorum compositis. Cice.2. Philipp. Iam inuitô magistro tuo,qui te tanta mercede, quanta iam proferam,nihil sapere docuit.Iuuenalis, Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Aliquando cum ablatiuo.Cicero Pæto,Socratem fidibus docuit. Vbi nonnulli volunt intelligi verbũ Canere,vel aliquod simile. ¶Interdum idem est quod ostendere, vel declarare. Virgil.5. Aeneid. -docuit post exitus ingens. ¶Interdum idem quod monere, siue certiorem,reddere, μηνύειν. Sallust.in Iugurtha, Tamen si legatos misere qui Senatum de cæde fratris,deq; fortunis suis docerent. Cic. Philip.Nec ullas quidem vllas accepi quæ me docerent quid ageres,aut vbi te viturus esses. ¶Huius composita sunt,Addoceo,Dedoceo,Edoceo,Perdoceo.

Doctus,cta,ctum,Scientia imbutus. ξ *Ὁ τῶν λόγων ἔμπειρος, πανσοφὸς, ἐπιστήμων.* Ital. *Dotto.* Gal. *Sauoyant, bien apris, docte, sauant.* Hisp. *Docto y enseñado.* ξ Cic.lib.2.Offi. Nec me argentibus dedidi quibus essem conflictus, nisi his restitissem:nec rursus indignis docto homine voluptatibus. Idem in Orat.Itaque & doctis eloquentia popularis,& disertis elegans doctrina defuit. Sueton.de claris Grammat.Fuisse dicitur ingenij magni, memoriæ singularis,nec minus Græcè quàm Latinè doctus.Artes doctæ, Ouid.9.Metamor.Dicta docta.Lucret.lib.2, -& doctis rationem reddere dictis.Docti dolì,Plaut.Mil.Ei nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucuma ob oculos obiiciemus. Facies docta. Ouid.2. Amor. O facies oculos docta tenere meos. ¶Dicitur autem doctus qui rationem rei tantùm tenet:peritus, qui cum ratione experientiã,& consuetudinem tenet,λόγῳ καὶ πείρᾳ, id est experientia. Itaque minus est doctus,quàm peritus.Cic.in Sallust.Satis doctè atq; perite fecisti. Idem lib.3.Offi.Itaq; quum sint docti à peritis,facilè deficiunt à sententia. Maiorem tamen vim habet doctus,quàm eruditus. Idem lib.1. Offic. Nec solum viui,ac præsentes, studiosos discendi eruditant, atque docent,sed hoc idem etiam post monumentis literarum assequũtur.Nec mirum est quòd minus sit eruditus quàm doctus:quoniã rudis & eruditus contraria sunt.Plinius,Sedere cœpit sententia hæc, paritérq; & eruditum vulgus,& rude in eam cursu vadit. Quintil.lib.1,à pædagogis exigit vt sint eruditi,quo adolescentes erudire queant: aut se non eruditos esse sciant,ne quippiam tradant cuius ipsi sint ignari,quódq; postea sit dedocendum. ¶Est autem doctus in hac significatione nomen, non participium:nullum enim importat tempus. ¶Hinc fit compositum Indoctus, ἀπαίδευτος,quod quum verbo careat, participium esse non potest:quemadmodum & Semidoctus. ἡμιμαθὴς. Cic.Cornelio,Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi,in quo sæpè suspicatus sum te à iudicio nostro,sicut doctum hominem à non indocto, paulum dissidere.Plaut.in Asin.Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te remoues.

Doctè,aduerbiũ,Scitè & elegantèr. ξ *Ἐμπείρως, ἐπιστημόνως.* Ital. *Dottamente.* Gal. *Doctement, sauamment.* Hisp. *Docta y enseñadamente.* ξ Cic.lib.3.de Orat. Tum ad te ludibunda doctè & delicatè demlit. Doctè & Peritè facere, Cic. in Sallustium.

Docilis,pen.corr.Qui facilè disciplinam apprehendit. ξ *Εὐμαθὴς.* Ital. *Che apprende facilmente.* Gal. *Qui apreud aisemẽt, qui se laisse enseigner.* Hisp. *Cosa habil para ser enseñada.* ξ Cic.Trebatio, lib.7. Epist. O medicum suauem, méque docilem ad hanc disciplinam. Idem 2. Tusc. Debuit ad hanc eneruatam,multebrémque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit.Lactant. de Opif. Nam si te in literis, nihil aliud quàm linguam instruentibus,auditorem satis strenuum præbuisti: quãtomagis in his veris,& ad vitam pertinentibus docilior esse debebis? Varro lib.1.de Re rust.Cassius scribit hæc operarios parandos esse qui laborem ferre possint,ne minores annorum viginti duorum & ad agriculturam dociles.Cic.2.de Orat.Iubent enim exordiri ita,vt eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus.Docilem autem facio,non tum quum polliceor me demonstraturum,sed tum quum doceo & explano.

Docibilis,le,pen.corr.Qui idoneus est vt doceatur. ξ *Διδακτὸς.* Ital. *Habile à enseguarlo o amaestrarlo.* Gal. *Apte à enseigner.* Hisp. *Cosa que puede se ensenada.* ξ Hieronymus, Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus,Docibilis est, qui est ad discendi patiẽtiam lenis & mitis.Nec facilè reperias, nisi apud Ecclesiasticos. Priscianus autem vult significare docibile id quod facilè discitur:pro quo nos perceptile dicimus potius.Valla lib.6.cap.26.

Docilitas,tatis,Apprehendendæ doctrinæ facilitas. ξ *Εὐμάθεια.* Ital. *Buona ab spirito, L'esser docile ad imparare, disposition d'intellenza ad imparare.* Gal. *Docilite, bonté d'esprit qui est duit à apremdre.* Hisp. *Habilidad para ser enseñado.* ξ Cic. lite,bonté d'esprit qui est duit à apremdre.Hisp. Habilidad para ser enseñado.ξ Cic. pro Sestio,Si perfecto genere humanæ docilitatis,atq; ingenij dissipatos vnum in locũ congregauerunt. Idem lib.5.de Fin. Priorita generis est docilitas,memoria:quas virtutes qui habent,ingeniosi vocantur.

Doctrina,Eruditio,quatenus à præceptore profiscitur. ξ *Διδασκαλία* Ita. *Dottrina.* Gal. *Doctrine, instruction, enseignement.* Hispa. *Doctrina ò enseñança.* ξ nam vt à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cice.pro Arch. poëta,Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse,& sine doctrina,naturę ipsius habitu propè diuino,per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor:etiam illud adiungo,sæpius ad laudem atque & graues extitisse fateor:etiam illud adiungo,sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina,quàm sine natura valuisse doctrinam. Idem in Orat.Quo fit vt veram illam & absolutam eloquẽtiam nemo consequatur,quòd alia intelligendi,alia dicendi disciplina est:& ab illis rerum,ab aliis verborum doctrina quæritur.

Documentum,à præterito docui, sicut à monui monumentum, Idem quod admonitio,probatio,exemplum, quod nos aut doctiores reddit,aut certiores, aut prudentiores. ξ *Δείγμα.* Ital. *Documento, amaestramento.* Gal. *Enseignement, exemple, monstre, experience.* Hisp. *Enxemplo.* ξ Cic.6. Philip.Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit,quid esset vitiis extimescendum. Sallust.Quarum rerum ego maximè hæc esset vitiis extimescendum. Sallust.Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello sæpius vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant.

Doctor,verbale,Qui docet. ξ *Διδάσκαλος.* Ital. *Dottore, maestro* Gal. *Docteur, maistre, enseignem.* Hisp. *Enxemplador.* ξ Plin.in Paneg.Quem honorẽ dicendi magistris,quam dignitatem sapiẽtiæ doctoribus habes? Tacit.lib.14, Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat.hoc est Philosophis.

Dochmius,mi,pen.corr. *Δόχμιος*, Pedis genus in numeris oratoris: de quo Cic.in Orat.Dochmius(inquit) é quinque constat syllabis,breui, duabus longis,breui,longaue est hoc, Amicos tenes: item hoc,Reipublicæ.Quous loco opus est,dum semel pronatum iteratus,aut continuatus,numerum apertum,& numis insignem facit.

Doclea,æ,*Δόκλεια.* Ciuitas mediterranea Dalmatiæ apud Ptolemæum lib.2.cap.vlt. ¶Huius incolæ dicti sunt Docleatæ, quorum meminit Plinius lib.3.cap.22.

Docus,ξ *Δοῦξ.* Ital. *Trauo.* Gal. *Piu poultre ou solue, vn sommier.* Hispa. *Viga.* ξ Latinis trabem significat:vnde iguncæ quædam aëris impressiones oblongæ,trabis similitudinem referentes. *Δοῦκες* à Græcis appellantur: qua voce etiam vsus est Plin.lib.2 ca.26, & micant & trabes simili modo,quas docos vocant,quales quum Lacedæmonij classe victi,imperium Græciæ amiserunt.

Dodecatheos,*Δωδεκάθεος*, Herbæ genus proximam à moly Homerico autoritatem obtinens, Folia habet septem lactucæ foliis similima,à lurea radice exeuntia.Autor Plin.lib.25.cap.4. ¶Dodecatheos item à Suetonio in Augusto,appellatur conuiuium quoddam Octauij secretius,ex duodecim constans conuiuis vtriusque sexus, ad imitationem cœlestis conuiuij, cui Iupiter parem deorum deatúmque numerum ferunt adhibere. Verba Suetonij sunt hæc, Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit,quæ vulgò *Δωδεκάθεος* vocabatur.

Dodona,penult.prod. *Δωδώνη*, Ciuitas in Chaonia,regione Epiri,iuxta quam propinquum erat nemus Ioui sacrum,querneum totum,vbi Iouis Dodonæi templũ fuisse narratur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt vetustissimum.In hoc duas columbas consulentibus responsum dedisse quidam fabulantur,quarum altera Delphos, altera verò in Ammonis Iouis templum volauit:alij arbores ipsas vocales fuisse volunt,& consulentibus oracula edere solitas. ¶Dictã autem volunt Dodonam à Nympha quadam marina eius nominis: aut, vt aliis placet,à Dodone quodã Iouis & Europæ filio. Vide Stephanũ.

Dodonæus,a,um, *Δωδωναῖος*, vt Dodonæus Iupiter, qui in Dodonæo nemore colebatur. ¶Item Dodonæum æs, *Δωδωναῖον χαλκεῖον*, tintinnabuli quoddam genus die noctúque continuò crepitãs:vnde & ad homines iusto loquaciores prouerbiali metaphora transferri solet.Ausonius, Nec Dodonæi cessat tinnitus ahenì.

Dodonides,*Δωδωνίδες*,Nymphæ(vt Pherecydes ait)dicuntur Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Hæ & Atlantides vocantur, quarum nomina sunt, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexaura, Pytho, Tythe.

Dodra,Potionis genus quæ ex nouem rebus fiebat. Ausonius, Dodra, et dodrante constet collige,ius, aqua,vinum, Sal,oleum, panis,mel, piper,herba,nouem.

Dodrans,Pondus vel mensura cõstans ex nouẽ vncijs:vnde dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrans. *Ἐννεάγκια.* Ital. *None once.* Gal. *Les trois parts, comme neuf onces de douze.* Hisp. *Nueue onças.* ξ Mart.lib.8, Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebar.

Dodrantalis,le,*ἐννεαγκιαῖος*,vt, Dodrantalis surculus,apud Columellam lib.11.cap.3, hoc est trium palmorum, seu digitorum duodecim,cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram desit quadrans.

Dogma,atis, ξ *Δόγμα.* Ital. *Dottrina affermata per Philosofi, opiniõe ferma d'vna cosa, Cosa determinata per giudici.* Gal. *Decret, opinion & sentence en proposition deliberée, conclue & arrestée qu'on s'en desdire.* Hisp. *Doctrina ò decreto.* ξ & Dogmatum,n. Nostri modo decretum, modò scitum, modò placitum appellant. Sunt enim dogmata voluscuiusque sectæ decreta, quæ (vt inquit Cicero) prodere scelus est,non minus quàm patriam, sine quibus nec sectæ Philosophorum, nec religionum vires constare possunt. Vnde Laertius ait,sectam eam non appellari quæ dogmata non habet.Cic. 4.Tusc.Quoniam id enim haberent Academici decretum (sententis enim iam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi,&c. Idem 4.Acad. Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis quæ Philosophi dogmata vocant? Græcè etiam *δόγματα*, & *ἀρέσκοντα* dicitur,teste Budæo.Habent & cæteræ artes sua dogmata:vt in re medica alia Hippocratis,alia Asclepiadis,alia Themisonis dogmata fuerunt. A Plinio frequenter placita appellantur: vt placita Magorum & placita Babyloniorum lib.2. Dicitur autem Dogma *ἀπὸ δοκοῦ*, quod opinari significat.

Dogmatistes, Qui alijs dogmata præscribit. *Δογματιστὴς*, à verbo Græco *δογματίζω*, quod est decreta præscribo, dogmata trado.Hieronymus, Nunc verò quis interpres magis Apostoli fuerim quàm dogmatistes.

Dolabella,Dolabra,Vide notor.

Dolenter,Dolentia,Doleo,Vide notor.

Dolia,orum,Vasa maiora,vino seruando præcipuè idonea,quæ olim fictilia potissimum erant. ξ *Πίθος.* Ital. *Botte, botgũ.* Gal. *Vaisseaux à serrer le vin, tonneaux.* Hisp. *Tinajas ò vasijas grandes de barro.* ξ Plaut. Cas. Dabitur tibi amphora vna,& vna semina, Fons vnus, vnum zhenum, & octo dolia. Terent.in Heaut.Relicui omnia dolia,omnes lenas. ¶Veteres dolia fictilia in cellis vinariis seruabant,quæ si duas aures haberent, diotæ dicebantur.Iureconsulti scribunt, Vino legato cum vasis, dolia legata non videri:quia scilicet ea mente vinum in dolia condimus,vt ex his postea in amphoras vel cados diffundamus: quod deinde vinum diffusum nominatur.Iuuen.Ille capillato diffusum Consule potat. Cic. de clar.Orat,Num igitur qui hoc sentiat,si is potare velis, de dolio sibi hauriendum putet? ¶Vnde etiam, E' dolio haurire, *ἐκ πίθου ἀντλεῖν*, prouerbialiter olim dicebatur qui abundabat rebus optatis. ¶Inexplebile dolium, *ἄπληστος πίθος*. Varius est huius adagionis vsus.Quadrat enim primum *εἰς τοὺς ἀδηφάγους*: hoc est, in gluttones edaceisque. Quadrabit & in obliuiosum,cui siquid eruditionis infundas,protinus effluit,quique prius obliuiscatur quàm didicerit. Competet etiam in homines præter modum profusos.Aristot. Oeconomicõ 1.Congruit item in auaros,quorum cupiditatibus nihil est satis: verùm quò magis implentur opibus,hoc magis inanes esse videntur. ¶Voluitur dolium, *κύλινδος ἐπὶ πίθῳ*. In eum qui commouetur alieno exemplo siue instinctu ad ituleè quid faciendum.Nam dolium facili impulsu quo velis voluitur.At sapiens semper fixus est & immotus.

Doliola,diminutiuum à dolio. ξ *Πιθάριον* Ital. *Botticini.* Gal. *Petis muyz ou tonneliz.* Hispan. *Tinajuelas.* ξ Vnde & locus in vrbe fuit sic vocatus, eo

quòd post Allienſem cladem Gallis Vrbem inuadentibus, doliola in quibus ſacra Romanorum Pontifices condiderant, eo in loco foerint defoſſa à flamine Quirinali, ſicut T. Liuius lib. 5. ſcribit. Quæ de cauſa in eodem loco ne deſpuere quidem alicui licebat. Feſtus.

Doliaris, & hoc doliare. {πιθικός, ὁ Γ πιθος. Ital. *ciò che s'appartiene à dogiio.* Gal. *De tonneau ou de muy.* Hiſp. *Coſa de tinaja.* } Quod ad dolij magnitudinem, ſiue capacitatem accedit. vnde Plau. in Pſeudulo, feſtiuiter appellat anum ventricoſam, doliarem, Ego deuotror extra portam huc in tabernam tertiam, Apud anum illam doliarem, claudam, craſſam. ¶ Vita doliaris, ζωὴ πίθου, prouerbio dicitur vita frugalis, parca, ab omni ſtrepitu atque ambitione ſemota breuiter talis qualem Diogenes no

tice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, inuisere? Aliquando non sodes supponi, sed subintelligi: vt, Domi ero, scilicet meæ. ¶ Domus amica, domus optima, οἰκία φίλη, οἰκία ἄριστη. Nusquam commodius, nusquam libentius, nusquam lautius homini viuere contingit, quàm domi. ¶ Domi conficiam facere, οἴκοθεν ἐπιτελέσω. Quod non aliunde petitur, ad domi fieri dicitur. Plaut. Cistel. ¶ Domi pugnans more galli, οἰκοφυὴς μάχη ὡς ἀλεκτρυών. In eum qui semper domi delidens, non audet vel in bellum, vel in certamina proficisci foras. Nam hoc animal pugnacissimum quide est, sed domi. ¶ Vna domus non alit duos canes, οὐκ οἶκος ἓν ἀλεκτρυόνας τρέφει δύο κύνας. Prouerbio iactatus senatus in eos, inter quos parum conuenit propter idem lucrum quod communiter expetunt. Refertur ab Aristophanis interprete. ¶ Domi manere oportet belle fortunatum, ἔνδον μένειν δεῖ τὸν καλῶς ζῆν μέλλοντα. Cui supperit copia facultatum, is si velit fortunatam agere vitam, domi viuat. ¶ Ad eandem pertinet metaphoram, Domi habere. ¶ Huius nominis diminutiua sunt, Domuscula, Domuncula. οἰκίσκη, οἰκημάτιον.

Domesticus, ca, cum, Quod ad domum pertinet. {οἰκιακός. Ital. *Domestico, de casa.* Gal. *Domestique, de la maison.* Hisp. *Casa casera ò de casa.*} vt, Domestica negotia, domestica exempla, domesticum lenocinium. Domesticus vsus, & consuetudo, apud Ciceronem. ¶ Aliquando domesticus dicitur mansuetus ac mitis. ἥμερος. Plin. Mite animal, atque domesticum.

Domesticus, ci, Qui in eadem domo nobiscum habitat. οἰκεῖος, ἐγκάτοικος.

Domestícatim, aduerbium, Significat per varias domos, siue per domesticos. {κατ' οἰκίαν. Ital. *De casa in casa, per la casa.* Gal. *De maison en maison, par les maisons.* Hisp. *De casa en casa.*} Sueton. in Cæs. Quorum vt quam maxima expectatio esset, ea quæ ad epulum pertinerent, quamuis macellaris obiocata, etiam domesticatim apparabat.

Domicœnium, Cœna quæ fit domi. οἰκοφόρητα. Apud Martialem, lib. 5, Si tristi domicœnio laboras Torani, potes esurire mecum.

Domuitio. {Ital. *Ritornata à casa.* Gal. *Retour en la maison.* Hisp. *Tornada à casa.*} Dictio composita ex domo, & itio, quasi reuertio ad domũ. Cic. lib. 1. de Diuinat. Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domuitionem dari. Apul. lib. 3, Deniq; nec latem requiro, nec domuitionem paro. Itiones autem dici, sicut reditiones, & abitiones, testis est Terentius qui in Phormione ait, Hæcine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ?

Domicilium, Habitatio longi temporis. {οἰκητήριον. Ital. *Domicilio, habitatione di lunga tempo.* Gal. *Domicile, le lieu de la demeure ou habitation.* Hispa. *La casa, ò la morada della de luengo tiempo.*} vnde Mutare domicilium dicuntur qui migrant vt aliam vrbem habiteant, tanquam illius ciues futuri. nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domum quidem potest habere quam cõduxit, domicilium autem non habet. Cic. 7. Verr. Sedem antiquam, diminutumque domicilium nocturno latrocinio atq; impetu compilauit. Gellius, Qui domicilium in Italia non haberet. Cice. de Senectu. Animus cælestis exaltissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram.

Domo, domas, domui, domitum, & interdum domaui, domatum, olim tertiæ coniugationis fuit, si Prisciano credimus, quemadmodum &c. omnia primæ coniugationis verba quæ præteritum faciunt per ui, diuisas syllabas. Inde manserunt domui, domitum, & domitor. Est autem Domare, mãsuefacere, & domesticum reddere. {κρατύνειν, δαμάζειν. Ital. *Domare, sottomettere, far suggetto.* Gal. *Donter, surmonter, rendre subjet.* Hisp. *Domar.*} Virgil. 3. Georgic. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graij meminere Poëtæ, Martis equi bijuges. Plaut. in Cas. Sed quid ais? iam domuisti animum? Plin. de vitis Illust. Prætor Galliam domuit, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam. Hinc Domitos hostes dicimus, id est victos: & domitos populos, in potestatem redactos. Cic. de Prouin. Consul. Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis, barbariáque compressa, pacatam ipsam per se, & quietam. ¶ Equorum domitores, ἱππόδαμοι. Virgil. 7. Aeneidos, Lausus equũm domitor, debellatórque ferarum. Domiti equi, δαμασταί: atque Indomiti, ἀδάμαστοι. Indomitæ gentes, feroces. Idem 7. Aeneid. -raptis concurrunt vndique telis Indomiti agricolæ. Et 8. Aeneid. Indomitique Daci. ¶ Hinc componitur Perdomo, pen. corr. quod est valde domo, vel ad finem domo. Mattial. lib. 1, Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est. Bis denas pariter perdomuisse feras.

Domitura, ræ, Domandi actus. {δάμασις. Ital. *Domatione, domamento.* Gal. *Dontement, apprisement.* Hisp. *Domadura, aquella obra de domar.*} Plin. lib. 8. cap. 46, Domitura boum in trimatu, postea sera, antea præmatura. Colum. lib. 6, Curandum ne in domitura bos calce, aut cornu quenquam contingat.

Domitus, tus, tui, Eiusdem significationis cum superiori. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Domitor, oris, Qui rem aliquam domat, hoc est cicurem, & mansuetam reddit. {δαμαστής, δαμάστωρ. Ital. *Domatore.* Gal. *Donteur, qui donte.* Hisp. *El domador.*} Ouid. 2. Trist. Quid tibi de tectico referam domitore Chimæræ? ¶ Pro eodem etiam legitur Domator. Tibullus, Conuersus terga domator.

Domitrix, cis. {δαμάστειρα, δαμάζουσα. Ital. *Donna che doma, vince & supera.* Gal. *Celle qui donte.* Hisp. *Domadora.*} Virgil. 3. Georg. -domitrixq; Epidaurus equorum.

Domabilis, le, Qui est aptus ad domandum. {δαμαστός. Ital. *Cosa che si può domare.* Gal. *Domtable, aisé à donter.* Hisp. *Cosa que se puede domar.*} Horat. li. 4. Carm. Ode 14, Te Cantaber non antè domabilis Miratur. Ouid. 9. Metam. Atque immune necis, nulláq; domabile flamma.

Domito, as, tare, frequentatiuum. συχνὸν δαμάζω. Virg. 1. Georg. Et prensos domitare boues. Idem 7. Aeneid. -domitant in puluere currus.

Dominus, A domo fit: & is proprie dicitur qui domui præest, & qui in familiam imperium habet. {κύριος, δεσπότης. Ital. *Padrone, signore.* Gal. *Seigneur, maistre.* Hisp. *Señor como de siervos.*} Sunt enim dominus & seruus ὁ δεσπότης καὶ ὁ οἰκέτης, hoc est ex iis quæ ad aliquid referuntur. Terent. in Eunuc. Adparet seruum hunc esse domini pauperis. Plaut. in Cistel. Quis iste hic Adparet seruum hunc esse domini pauperis. Plaut. in Cistel. Quis iste hic habitat? L. Demipho dominus meus. ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicuius proprietatem habent, etiamsi vsusfructus alienus sit. Abusiuè tamen & filifamilias, & cæteri liberi, qui in potestate sunt, & vsufructuarij, domini dicuntur. Hæc ex Vlpiano ¶ Item Dominus vocatur qui in regnum vel ciuitatem imperium habet, & cui populi subsunt. Virg. 1. Aeneid. Romanos rerum dominos, gentémque togatam. ¶ Rursus Dominus dicitur maritus. Idem lib. 4, connubia nostra Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit. ¶ Sunt etiam amantium verba dominus & domina, blanditiis apta. Ouid. Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella suo. Et iterum, Nam furor in dominam temeraria brachia mouit. ¶ Item ponitur pro conuiuij exhibitore. Varro, Aut dominum, aut vinum, aut aliud quid laudato. Cic. in Vatin. Quũ ipse epuli dominus Qu. Appius albatus esset. ¶ Dominus quoque & domina, sumi solent pro deo ac dea. Ouid. Et domino soluere vota Ioui.

Domina, næ, Hera, domini vxor, quæ in familiã, aliámve rem imperium habet. {Ἥρα, κυρία. Ital. *La signora, la maestra.* Gal. *Dame, maistresse.* Hisp. *Señora como de siervos.*} Cic. in Parad. Cupiditas honoris, dura domina. Idem lib. 2. de Finib. Domina rerum omnium virtutes. Virg. lib. 3. Aeneid, Et victi currum dominæ subire leones. Cic. lib 3. Offic. Hæc enim vna virtus omnium est domina & regina virtutum. De Iustitia loquitur. ¶ Domina καὶ ἐξοχὴν quandoque pro Proserpina legitur. Virg. 6. Aeneid. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Dominicus, deriuatiuum, κυριακός: vt, Dominicus dies, qui antea dies Solis dicebatur, quòd Christi domini nostri resurrectione sit insignis. ¶ Dominicæ habitationes, apud Colum. lib. 9. cap. 1. Et, Rationes dominicas pecuarias conficere, apud Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 10.

Dominor, aris, Ius & imperium in rem aliquam habeo. {δεσπόζω, κρατέω. Ital. *Signoreggiare.* Gal. *Maistriser, dominer.* Hisp. *Enseñorear.*} & frequentissimè habet datiuum. Virg. 1. Aeneid. Victis dominabitur Argis. Modò accusatiuũ, cum ἐπὶ præpositione. Ouid lib. 1 Metamorph. -& quod dominari in cætera posset. Cic. in Catone, Felix senectus, si vsque ad vltimum spiritum dominatur in suos. Modò ablatiuum cum præpositione ἐν. Sulpit. Ciceroni, Quum casus & natura in bonis dominatur. Virgil lib. 1. Aeneid. Incensa Danai dominantur in vrbe. ¶ Interdum etiam cum genitiuo inuenitur, sed nonnisi in sacris litetis. ¶ Dominor aliquando passiuè accipitur. Cic. 1. Offic. O domus antiqua, quàm dispari domino dominaris.

Dominatus, Principatus. {τυραννὶς. Ital. *La signoria, la potestà.* Gal. *Dominations, seigneurie, maistrise.* Hisp. *Señorio.*} Cic. 4. de Fin. Quum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ huius tutelæ subiiciantur. Idem 1. de Diuinat. Quæ erat vrbs in Thessalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dominator, tis. {κύριος, κοσμήτωρ. Ital. *Il signore.* Gal. *Dominateur & seigneur.* Hisp. *El que enseñorea.*} Cic. 2. de Natura deorum, Dominator rerum Deus.

Dominatrix. {κοσμήτειρα. Ital. *Donna che signoreggia.* Gal. *Celle qui domine.* Hisp. *La que enseñorea.*} Cic. 1. de Inuent. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dominatio, Imperium. {δεσποτεία. Ital. *signoria, dominio.* Gal. *Seigneurie, dominations.* Hisp. *Señorio.*} Cic. lib. 5. Verr. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? Tacitus lib. 13. Quę cunctis malis dominationis cupidinibus flagrãs, &c. Cic. 2. de Inuent. Dominatio rationis in libidinem.

Dominium, nij, Imperium, & principatus. {δεσποτεία. Ital. *Dominio, signoria.* Gal. *Seigneurie, domination, maistrise.* Hisp. *Señorio.*} Varr. 2. de Re rust. ca. 6, In mercando item (vt cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Donaria, Donatiuum, Vide DONVM.

Donatus, participium à Donor, Vide Dono in DONVM.

Donax, δόναξ. Est calamus crassiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungosa replet medulla, fruticosissimus, & nonnisi in aquaticis nascens, sagittis aptissimus. Longissima internodia habet, & dum calefactus est, facile flectitur. Hinc apud Plin. lib. 16. cap. 36, Calamus liuticosissimus, donax dictus est.

Donec, aduerbium, Significans quoad, vel quousque. {ἕως, ἕως ἄν. Ital. *Fin che, mentre che.* Gal. *Iusques à ce que, tandis que.* Hispa. *Hasta que.*} Terent. in Andr. Nunquam destitit orare vsque adeo donec perpulit. ¶ Iungitur autem tam indicatiuo modo, quàm subiunctiuo, & cuiuis etiam tempori. De præsenti exemplum est apud Plautum in Cistel. -non desisti Instare vsqueadeo, donec adiurat se anus, &c. De præterito suprà positum est exemplum ex Terentio. Exempla futuri nusquam non occurrunt. Virgil. 1. Aen. Donec regina sacerdos Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem. Ad eundem etiam modum cum omnibus subiunctiui temporibus iungitur. Colum. Donec ea aqua, quam adiecetis, decoquatur. Cato de Re rust. Donec pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pignori sunto. Teren. in Phorm. Donec tibi quod pollicitus sum effecero. ¶ Accipitur etiam donec pro quandiu. Ouid. de Ponto lib. 3, Donec eris fœlix, multos numerabis amicos. ¶ Veteres pro Donec dixerunt Donicum. Cato de Re rust. Sed vsquę licebit vellas, donicum semen videris ire.

Donum, huius doni, Ex Græco est (inquit Festus) quo illi vocant δῶρον. {Ital. *Dono, presente.* Gal. *Don, present.* Hisp. *Don que se da como quiera.*} Plin. lib. 35. cap. 14, Græci enim (ait) antiqui dõron palmum vocabant, & ideo dõta munera, quia manu darentur. Est autem donum, quod aut propitiandis Diis datur, aut hominibus pro benefactis, quæ nulla necessitate iutis, sed sponte præstantur. Ouid. de Arte. Munera, crede mihi, placant hominésque Deósque: Placatur donis Iuppiter ipse datis. ¶ Differt donum à præmio, vt præmium sit quod datur ex præcedenti merito: donum, quoduis munus quocunq; modo datum. ¶ Donatus in illud Terentij in Eunuch. Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres: distinguit donum à munere: vt donum deorum sit: munus, hominum: quæ tamen differentia nullo modo obseruatur. Nam & dona dicuntur quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offeruntur. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus perniciosis. Virgil. Aeglog. 6, Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit. ¶ Donum honorarium, id est quod datur patrono: ab honore dictum, quòd huiusmodi muneribus clientes patronos suos soleant honorare. Neq;

enim, vt hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia suscipiebant, quod illo tempore ingnominiosissimum putabatur: grati tamen clientis erat acceptum à patrono beneficium munusculo aliquo remetiri: quod illi donum honorarium vocabant. Nostri autem seculi aduocati (vt non infacetè ait Budæus) arbitraria, non honoraria dona accipiunt: quippe qui pro suo arbitrio litigatoribus mercedem præscribunt, nullúmque iuræ rapacitati faciunt modum.

Dono, as, Donum in aliquem confero. {δωρέομαι. Ital. *Donare*. Gal. *Donner*. Hisp. *Dar gracioſamente*.} Plaut. in Aplul. Ab eo donatur auro, vxore & filio. Idem in Amphitr. Quo pacto sit donis donatus plurimis. Cic. 1. de Orat. Inseri quidem & donari ab arte nō possunt: omnia sunt enim illa dona naturæ. Sene. de Benefic. lib. 3. cap. 14, Vt circunspectius donaremus, circunspectius eligeremus eos in quos merita conferuntur. Cic. in Pis. Mihi populus Rom. vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatémque donauit. ¶ Donare ciuitate, est efficere ciues, & iura ciuium dare. πολιτείαν δόσθαι, πολιτογραφεῖν, μεταδόσθαι τῶν ἰσονομίων. Cice. pro Archia Poëta, Quid? à Qu. Metello Pio familiarissimo suo, qui ciuitatē multos donauit, neque per se, neque per Lucullos impetrauisset? ¶ Huius verbi compositum est, Condono, quod quandoque pro simplici ponitur: quandoque significat quicquam ad aliorum petitionem do: quandoque ignosco. συγχωρῶ. Terentius in Phorm. Argentum quod habes condonamus tibi. Sallustius, Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Donatus, participium, Munere affectus, cui aliquid donatum est. δωρητός. Virg. 5. Aen. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. ¶ Huius contrarium Indonatus. ἀδώρητος.

Donatio, verbale, Hoc est doni alicuius in alterum collatio. & propriè ea quæ nullo vrgente iure, sed ex mera liberalitate fit, idque ea quidem mente, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti. {δόσις, δωρεά. Ital. *Donatione*. Gal. *Donaiſon*. Hisp. *Donacion*.} Quòd si sub conditione fiat, non est vera donatio. Cic. in Orat. Vt corona aurea donaretur, cáque donatio fieret in theatro, populo conuocato. Decimus autem, dono tibi munus, & dono te munere.

Donaria, Sunt ipsa (vt Valla docet) dona quæ deo offeruntur. ἀναθήματα, ἀφιερώματα. quæ scilicet dicata diis ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis suspenduntur. Macrob. Ornamenta verò sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria. Nonnuhquam etiam pro loco ponitur in quo dona reponuntur, & pro ipso etiam templo. Virgil. lib. 3. Georg. Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gell. lib. 2. cap. 10, Vbi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donariis consecrata. Apul. Ibi donarium dex perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & huiusmodi vtensilibus. Quod est contra Laurent. Vallam, qui Sernium reprehendit, quòd donaria interpretetur loca in quibus dona suspenduntur.

Donatiuum, Munus quod à principe vel imperatore militibus donatur. {*Donativo*. Ital. *Dono fatto da vn principe*. Gal. *Largeſſe de prince, donaiſon generale*. Hisp. *Don hecho de principe*.} Suetonius in Domitiano, An duplum donatiuum militi donaret. Plin. in Paneg. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Tacit. lib. 20, Et aduentu quintanorum, quintadecimanorúmque auctæ legiones, donatiuum poscunt.

Donatiuus, Creditor qui donationem facit. Paulus Iureconsl. Si de duobus debitoribus mortis causa donatiuus creditor vni acceptum tulit, & conualuerit, eligere potest vtri condicat.

Donaticæ coronæ, Dicebantur quibus victores in ludis donabātur: quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt, super modum aptatæ capitibus, quali amplitudine fiunt, quum lares ornantur. Festus.

DONVSA, Νάξος. Insula est in mari Aegæo, vna Sporadum, cuius meminit Virgil. lib. 3. Aeneid. Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus, Bacchatámque iugis Naxon, viridémque Donysam.

Dorcas, dorcadis, δορκάς. Dama, seu caprea, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, hoc est ab eo quòd acutè videat. Plin. lib. 28. cap. 8, Dorcadis pelle collo suspensa. Martial. lib. 13, Delicium paruo donabis dorcada nato.

DORCEVS, ei, δορκεύς, ab Guidio 1. Metamorph. numeratur inter canes Actæonis. Inde (inquit) ruunt alij rapida velocius aura, Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades omnes.

DORION, δώριον. Oppidum est Peloponnesi, iuxta quod Thamyras citharœdus Musas ad cantus certamen prouocauit. Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 5. Idem Lucanus lib. 6, -Preleos, & Dorion ira Nobile Pieridum. ¶ Est & eiusdem nominis oppidum in Magnesia apud eundem, lib. 4. cap. 10. ¶ Tertium item in Ionia, mōnoris Asiæ regione, apud eundem lib. 5. cap. 29.

DORIS, idis, δωρίς, Græciæ regio est iuxta sinum Maleacum, à tergo habens Oetam montem: à qua incolæ Dorij, vel Dorienses, vel etiam Dories, δωριεῖς, appellantur. ¶ Inde denominatiuum Doricus: vt, lingua Dorica, qua regionis eius populi vtebantur. Dories antè Achiui dicebantur: postea Dories dicti à Dorico quodam (vt Plato autor est 3. de Legib.) qui eius regionis exules restituit: aut (vt Sernio placet) à Dorō Neptuni filio, aut certè à Doride Oceani & Tethyos filia. Ab his originem traxerunt Asiæ populi, in ora Cariæ, ad mare Carpathium, quorum regio etiam Doris appellata est.

Dorij, δώριοι. & Dorienses, siue Dories, δωριεῖς, Populi sunt Achaiæ, sic dicti à Doride regione Græciæ iuxta Maleacum sinum, cuius à tergo mons est Oeta. ¶ Sunt & eiusdem nominis populi in Asia Caribus vicini, ad Carpathium mare, à superioribus oriundi, quorum frequens est mentio apud Herodotum lib. 1.

Doris, idis, δωρίς. Herba est anchusæ similis, lanuginosior tamen, & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum, & in hoc ab anchusa distinguitur. Hæc Plin. lib. 22. cap. 20.

DORIS, δωρίς, Nympha quædam maris, Oceani & Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupta immensam vim marinarum Nympharum peperit, quæ à nomine patris Nereides appellatæ sunt. ¶ Ponitur nōnunquam pro ipso mari. Virg. in Gallo, Sic tibi quum fluctus subretlabere Sicanos, Doris amara suam non intermiscat vndam.

DORISCVS, δωρίσκος. Locus litoralis Thraciæ, ferè ex opposito Samothraciæ, à Doride nympha appellatus, cuius capacitate Xerxes numerauit, aut potius demensus est exercitus sui multitudinem. Erat enim capax CXX M. hominum. Autor Plin. lib. 4. cap. 11, & Herod. lib. 7.

Dormio, is, verbum absolutū, notæ significationis. {κοιμάομαι, κατεύδω. Ital. *Dormire*. Gal. *Dormir*. Hisp. *Dormir*.} Plaut. in Trin. Egomet autem quum extemplò arcum Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput, dormibo Placide in tabernaculo. Aliquando cum accusatiuo, & præpositione in: Plin. in Epist. Nihil est quòd in dextram aurem fiducia mei dormias: non impunè cessatur. ¶ Dormire in vtram aurem, est animo otioso, securo, vacuóque esse. Terent. in Heaut. Ademptum tibi iam faxo omnem metum, In aurem vtramuis otiosè vt dormias. ¶ Dormire in vtramuis oculum idem significat. Plaut. in Pseud. De ista re in oculum vtramuis conquiesco. ¶ Huius compositiua sunt, Addormio, à quo Addormisco: Edormio, Obdormio, Prædormio, & Redormio, de quibus vide suis locis.

Dormito, as, pen. prod. Frequentatiuum est: quamuis diminutionem significati quandoque habeat. {νωθρεύω, νωθρεύομαι. Ital. *Aver ſonno*. Gal. *Sommeiller, auoir ſaiſo de dormir*. Hisp. *Entre dormir y velar*.} Notat. Quandoque bonus dormitat Homerus. Est autem propriè Dormitare, somno detineri. Plaut. in Amph. Te dormitare æbas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.

Dormisco, is, Idem quod Dormio. κατακοιμῶμαι, κοιμῶμαι. Plaut. Cure. Caput deponit, quum dormiscit, et subducit annulum.

Dormitator, verbale, Qui solet dormire: & omnia negligentius agere. {νωθρεύτης. Ital. *Dormiglione, da poco*. Gal. *Dormeur, dormart, endormi & negligent en ſes affaires, fainegeart*. Hisp. *Dormidor*.} Plautus in Trin. -mira sunt, Ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

Dormitorius, a, um, adiectiuum: vt, Cubiculum dormitorium, vbi dormitur. {κοιτῶνος. Ital. *Che ſerue à dormire*. Gal. *De dormir, qui ſert à dormir*. Hisp. *Coſa perteneſciente à dormir*.} Plin. Iunior in Epist. Est in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit.

Dormitorium, substantiuè, Idem quod dormitorium cubiculum. {τὸ κατακοιμητήριον, τὸ κοιτῶνιον. Ital. *Luoco da dormire*. Gal. *Dortoir, lieu ou on dort*. Hisp. *El dormitorio*.} Plin. lib. 30. cap. 6, Post hæc iubent eum in pariete dormitorij, tectóve includi.

Dôron, {δῶρον. Ital. *Dono*. Gal. *Don, preſent*. Hisp. *Don*.} donum à Græcis dicitur, quòd munera ferè manu dentur. Apud antiquos enim Græcæ linguæ scriptores, δῶρον pro palmo, siue manu inuenitur. Plin. lib. 15. cap. 14, Græci (inquit) antiqui dôron palmum vocabant, & ideo dôra, munera, quia manu darentur. Vnde Antidora, ἀντίδωρα, remunerationes. Vetus autem illa significatio adhuc remansit in compositis, Didôron, Tetradôron, & Pentadôron, pen. prod. quibus latores in structuris ædificiorum significantur, qui duorum, quatuor, aut quinq; palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine mensuram intelligimus duodecim digitorum, quem palmum maiorem, siue dodrantem vocant.

Dorsum, si, Tota posterior corporis pars, à collo vsq; ad os sacrum. In qua significatione legitur & dorsus masc. gen. {νῶτος. Ital. *Dorſo ſchiena*. Gal. *Dos, eſchine*. Hisp. *El eſpinaço, ò el lomo*.} Plaut. Milite, Timeo quid rerum gesserim: ita dorsus totus prurit. Non solùm autem dicitur de hominibus, exteríſque animalibus, sed etiam de inanimatis: vt de litoribus, aquis, montibus, & huiusmodi. Virgil. 1. Aeneid. Dorsum immane mari in summo. Idem 10. Aeneid. Nanque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo. Quibus in locis significat duriorem aream (vt inquit Seruius) quæ meantibus vltro citróq; fluctibus densatur: quod à nautis puluinus vocatur. ¶ Antiqui tamen dossum dicebant quod nunc dorsum dicimus. Vnde dossuaria iumenta à Varrone dicta, libro 20. cap. 10, quæ dosso vehunt. Ad quam rem (inquit) habent iumenta dossuaria domini, alij equas, alij pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit.

Dorsualia, tegumenta quibus equi & boues teguntur. {Σκεπάσματα. Ital. *Coperte de canalli*. Gal. *Couuertures de cheual*. Hisp. *Las coberturas de los bueyes ò caualles*.} Iulius Cap. Processerunt centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

DORTIVM, Δόρτιον. Ptolemæo cap. 9. lib. 3, Mœsiæ superioris ciuitas est, ad Danubium.

DORVS, δόρυς. Neptuni filius fuisse perhibetur, qui in Doride Græciæ regione regnauit, à quo ipsi etiam populi, Dorij appellati putantur, vt ait Seruius in illud Virg. 2. Aene. -iuuat ire, & Dorica castra, Desertósque, &c. ¶ Est etiam eo nomine vrbs quædam Phœnices, apud Iosephum: cuius ciues Doritæ appellantur, teste Stephano: qui etiam in Catia eiusdem nominis vrbem collocat.

Dorycnium, δορύκνιον. Strychni genus est Theophrasto, radice candida, longa, cubitali, cuáque, folio erucæ maiusculo, caule quadricubitali, capite gethyi maiore, pilosiorēq;, pilulæ platani non absimili. Drachmæ pondere datur, vt sibi quis placeat, & pulcherrimum se existimet: duplicatum pondus maiorem insaniam creat, spectris vanis animo obuersantibus: tripheatum perpetuas gignit furias: cui ponderi si quid adiiciatur, præsentem necem affert. Ab his effectibus à quibusdam manicon est appellatum. Dorycnium autem dictum putatur, quòd lancearum cuspides in prælio co tingerentur.

DORYLAEVM, Δορύλαιον. Stephano, teste Plin. lib. 5. cap. 29, oppidum est Phrygiæ, non procul ab Hermi auriferi fluminis fonte: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

DORYCLVS, Δορύκλος. Filius fuit Priami, nothus, vt scribit Home. li. 11. Iliad. quem Aiax interemit. ¶ Alter fuit Dorycius, frater Phinei regis Thraciæ, de quo Virgil. lib. 5, Fit Beroë Ismarij coniunx longæua Dorycli. Et paulo pòst, -nō hæc Rhœteia, matres, Est Dorycli coniunx, &c.

DORYLAS, Δόρυλας. Nomen Nasamonis cuiusdam potentissimi, vnius ex iis qui Perseo in aula Cephei vim inferre conati, ab illo sunt interfecti. Ouidius 5. Metamorph. Et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri, Diues agri Dorylas: quo non possederat alter Latius, aut rondem

Universidad de Deusto Biblioteca

dem tollebat fatis aceruos. ¶Est item Dorylas Centauri nomen, apud Ouidium 12. Metamorph.

DORYLAVS, δορύλαος, Vir Cretensis fuit, rei militaris peritissimus, & Mithridati cognomento Euergetæ magna familiaritate deuinctus: cuius res gestas vide apud Strabonem lib. 10.

Doryphorus, pen. corr. δορυφόρος, Satelles qui lanceam, aut spiculum gestans, tuetur corpus principis. Nam δόρυ lancea est, vel spiculū. Curt. lib. 10. Cognatorum Darij regis turbam quindecim millia hominum fuisse memorabiliter propemodum cultum, luxu magis, quàm decoris armis conspicuam, doryphori vocabantur. Peculiare enim erat illius agminis insigne. ¶Est etiam viri proprium apud Quintilianum.

Dos, tis, Proprie dicitur quod marito cum vxore datur. ‡ προῖξ. Ital. *Dote.* Gal. *Douaire, le mariage d'vne fille.* Hisp. *Dote del casamiento.* ‡ Plaut. in Amph. Non ego illam mihi dotem duco esse quę dos dicitur: Sed pudicitiam, &c. Terentius in Andr. Dos est Pamphile decem talenta. Idem Adel. Vxor sine dote veniet: intus psaltria est. ¶Duo autem dotium genera enumerantur à Iurisconsultis, profectitia scilicet, & aduentitia. Profectitia dos est, quæ à parentibus profecta est de bonis eorum: Aduentitia verò, quæ aliunde adnenerit: vt siquis patri certam pecuniam dederit quam filiæ nubenti reddat. ¶Transsumitur præterea latius huius nominis significatio pro omni eo quod alicui datum est vel à natura, vel ab hominibus. πρόσθεν. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, iustitia, fortitudo, & huiusmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia. Martialis libro 13. Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus. Cicero libro 1. de Orat. Cuius artem quum indotatam esse, atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Ouid. 3. Trist. Nam tibi quum facilis mores natura pudicos, Et raras dotes, ingeniúmq; dedit.

Dotalis, le. ‡ προικῶος. Ital. *Dotale.* Gal. *Douairier, de douaire.* Hisp. *Cosa que se da en dote y casamiento.* ‡ Quod ad dotem pertinet, siue illud in quo dos mulieris consistit. Vnde Dotalia bona, Dotales fundi. Plaut. in Asin. Dotalem seruum Sautiā vxor tua Adduxit, cui plus in manu sit quàm tibi. Idem in Mil. Hasce ædes dicas dotales tuas. Liu. lib. 6. belli Punici, Hæc tibi à me dotalia dona accedet.

Doto, tas. Dotem do. ‡ *id verbum.* Ital. *Dotare, dar dote.* Gal. *Douer.* Hisp. *Dotar la muger de casamiento.* ‡ Sueton. in Vesp. Vitelli hostis filiam splendidissimè maritauit, dotauitque etiam, & instruxit.

Dotatus, a, um, adiectiuum, Vnde Dotatam mulierem dicimus quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis ad maritum nihil attulit. ἔνδοτος. Plaut. in Asin. Hæ sunt, atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, sumptúsque intoleratiles. Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri: dotatæ mulctant & damno & malo viros. ¶Dotatum etiam latius intelligimus eum qui bonis quibusdam animi, corporis, aut fortunæ præditus est. Manilius lib. vlt. Tertia Pleiadas dotabit forma sorores. Ouid. 11. Metamorph. Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma Mille procis placuit.

Dosis, δόσις, à verbo Græco δίδωμι, quod est dare. Hac voce nostri hodie medici vtuntur pro proportione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.

Dothien, enis, δοθιήν, Abscessus cum tumore qui ex crassis humoribus in carnosis plerúnque locis fit: mitis, quum in sola cute coierit: malefícus autem, nec facilè curabilis, quum ex alto in summam cutem emergit. Vide Marcellum Virg. in Dioscorid. lib. 2.

D ante R

Drabe, δράβη, Herba est cubiti altitudine, gracilibus virgulis, quarum latera vtrinque vestiunt folia, quæ plane lepidij viderentur, nisi teoctiora essent, candidiorâque. In cacumine sambuci vmbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientem nasturtium, alij Babylonium vocauerunt. Vide Ruellium lib. 2. cap. 89.

Dracæna, δράκαινα, cum diphth. draconis fœmina: sicut leonis fœmina, leæna.

Drachma, ‡ δραχμή. Ital. *Dramma, denaro.* Gal. *Dragme, huictieme partie d'vne once.* Hisp. *Drama peso, ò adarme.* ‡ Genus ponderis ex decem & octo siliquis, id est tribus scrupulis constans. ¶Est & genus numismatis denarium valens Romanum, hoc est (vt Budæus docet) solidos Tutonenses tres cum semisse. Terentius in Andria, Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem. Cic. 1. de Diuin. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt.

DRACO, δράκων, Antiquissimus Atheniensium legislator, cuius leges Solon, præterquam quæ de cæde erant constitutæ, abrogandas curauit, propter seueritatem. Nam vna omnibus pœna constituta erat, vt etiam qui desidiæ damnati essent, aut qui olera furripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. Vide Gell. cap. 18. lib. 11.

Draco, onis, δράκων, Propriè dicitur serpens annosus, qui multa ætate in insolitam magnitudinem excrenit: ita dictus ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, quòd hoc animal acutissimi visus esse creditum: vnde etiam à Poëtis thesaurorum custodiis fingitur præesse. Plin. lib. 8. cap. 11, autor est dracones in India in tantam excrescere magnitudinem, vt perpetuum cum elephantis bellum gerant. ¶Dracones etiam dicuntur à Plin. lib. 17. cap. 23. à tortuositatis similitudine palmites emeriti, pluribúsque annis indurati: Nuper (inquit) repertum draconem ferere iuxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum, pluribúsque induratum annis.

DRACONIGENAE, δρακοντιγενεῖς, Ex dracone geniti: quo epitheto à Poëtis notantur Thebani, Bœotiæ populi: propterea quòd ij qui Poëtis notantur Thebani, Bœotiæ populi: propterea quòd ij qui Cadmo in ea vrbe ædificanda adiutores fuerunt, ex satis draconis dentibus nati ferantur. Vide latius hanc fabulam apud Ouid. 3. Metamor.

Draconites, δρακοντίτης, siue Dracontias, gemma est quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi viuentibus abscisso gemmescit, inuidia animalis mori se sentientis: quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autem colore transluciclo, nec politi potest, aut artem admittere. Plin. lib. 33. cap. 10.

Dracontium, ‡ δρακόντιον. Ital. *Dragontea.* Gal. *Herbe appelée serpentine.* Hisp. *Dragontia.* ‡ Herba hortensis est, teste Dioscoride, folio hederæ, magno, & candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, verticolore, maculis respersо purpureis, ita vt anguem planè referat. Officinæ *Serpentariam & Colubrinam* appellant. ¶Est etiam hoc nomine genus vitis apud Columellam, lib. 3. cap. 2, quod vini generositate cum Ammineis conferri possit. Vnam (inquit) vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam. Græca consuetudine dracontion vocari competimus, quæ fœcunditate iucunditatéque, arcellatæ, basilicæque, & Bituricæ comparari possit: generositate vini, Ammineæ.

Dracunculus, penult. correp. δρακόντιον, herbę genus est quod dracontion Græci, pharmacopolæ *Serpentariam* appellant: vtroque nomine à caulis figura deducto, qui maculis quibusdam variegatus, quandam serpentis similitudinem referre videtur. Vide paulo antè in dictione DRACONTION. ¶Est etiam Dracunculus piscis ex concharum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.

DRACVS, Achæorum dux, à L. Mumio Romanorum duce victus, de quo Liuius sic scribit, Cum Achæis (inquit) qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Quintil. Cæcil. Metellius ad Thermopylas bello confixit: quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno sibi mortem consciuit. In cuius locum Dracus, Achaici motus primus autor, ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mumio consule victus est. Hæc Liu. lib. 52.

Dragma, atis, δράγμα. Apud Græcos dicitur quod nos rapinam, aut manipulum dicimus, hoc est quantum vna manu comprehendere possumus.

Drama, aris, δρᾶμα, Est actus vel repræsentatio fabularum, in quibus Poëtæ persona non admiscetur.

Dramaticus stylus. Dicitur qui mistus non est, vbi Poëta nusquam loquitur: vt sunt comœdiæ & tragœdiæ. Exegematicus, id quo solus Poëta. Mistus, vbi promiscuè & Poëta & persona. Dictus dramaticus, δραματικός, quasi actiuus, à δράω facio.

DRANCES, δρήσης, Orator fuit Latini regis, infestissimus Turno Rutulorum regi, vt est videre apud Maronem lib. 11. Tum Drances idem infensus, &c.

DRANGIANA, δραγγιανή. Prouincia in Asia maiori, quam Ptolemæus ab Occasu & Septentrione Aria & Bagao monte terminari ait, ab Oriente Arachosia. Vide ipsum lib. 6. cap. 19.

DRAVSI, Thracię populi sunt, qui puerorum recenter natorum futuram calamitatem defient, commemorantes omnia mala quæ vitam ingressos necesse est perpeti: contrà autem, defunctorum exequias summa celebrant alacritate, gratulantes illis quòd tot malorum myriadibus semel sint defuncti. Autor Herodotus.

DREPANVM, pen. corr. ‡ δρέπανον. Vulgò *Trapano.* ‡ Vrbs est Siciliæ trans Lilybęum promontorium, non procul ab Eryce monte: ita dicta à curuo situ instar falcis: δρέπανον enim falx dicitur: vel ab eo quòd Saturnus amputatis virilibus patris, illuc falcem proiecerit. Ouid. lib. 5. Fast. Quisque locus cutuæ nomina falcis habet Virgil. 3. Aeneid. Hinc Drepani portus, & illætabilis ora. Accipit, &c.

DRILON, δρίλων, Fluuius est Dalmatiæ, ex Scardonio monte ortum trahens, circa medium superioris Mysiæ. Vide Ptolemæum, lib. 2. cap. 17, & Plin. lib. 3. cap. 22.

Dromas, adis, δρομάς, Cameli species est, à velocitate cursus nomen habens. Liuius lib. 7. bell. Maced. Ante hunc equitatum falcatę quadrigæ, & cameli, quos appellant Dromadas.

Dromones, Genus piscium est apud Plin. lib. 32. cap. vlti. à pernicitate ita appellatum. δρομάδες.

Dromos, δρόμος, Latinè cursus: quanuis nonnunquam etiam accipiatur pro loco ipso in quo curritur. ¶Hinc Catadromus, de quo suo loco.

Dropax, acis, pen. gen. corr. δρόπαξ, Vnguenti genus est quod ad euellendos è corpore pilos soleat adhiberi. Vnde δροπακίζω, Græci dicunt pro eo quod est vnguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Mart. lib. 3, Psilothro faciémque lauas, & dropace caluam. Idem lib. 10, Læuis dropace tu quotidiano.

DRVENTIA, æ, Fluuius prouinciæ Narbonensis, in Rhodanū influens. Plin. lib. 3. cap. 4.

Drupæ, δρυπεῖς, Baccæ oleę iam nigrescentes, & mox ab arbore casurę: vnde & nomen apud Græcos acceperunt, ἀπὸ τοῦ πίπτειν ἐκ δρυός.

DRVSOMAGVS, δρυσόμαγος, Rhætorum oppidū est apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 12.

DRVSVS, δροῦσος, Vir Romanus, genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus, & superbus, Catonis auus. de quo sic Cic. 4. de Finib. Conferam autem, inquit, auum tuum Drusum cum C. Graccho eius ferè æquali. Acilius munus magnificentissimum dedit: Quæstor in Asia nullis insignibus vti voluit, nequid ipso esset insignius: Tribunus pleb. Latinis ciuitatem, plebi agros, Equitibus curiam, Senatui iudicia permisit. ¶Fuit & ante hunc M. Liuius Drusus, cognomento Salinator, qui vnà cum Cl. Nerone collega suo in Consulatu Asdrubalem vicit. Virgil. 6. Aen. Quin Decios, Drusósque procul, &c. ¶Drusus item alius Ciceronis sodalis, de quo 3. de Nat. deor. sic scribit, Cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus, &c. ¶Fuit & hoc nomine Liuiæ Augustæ filius, qui in Germania periit: de cuius morte extat Ouidij carmen consolatorium ad Liuiam matrem.

DRYAS, δρύας, Filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes sequutus, quum in pugna Parthenopæum letali ictu vulnerasset, à Diana sagittis occisus est. Statius, Horrendúmque Dryanta mouet, &c.

DRYADES, δρυάδες, Nymphæ syluarum præsides, ita dictæ à Græco nomine δρῦς, quod quamis propriè quercum significet, accipitur tamen pro quauis arbore. Virgil. 1. Georg. Ferte simul Faunique pedem, Dryadésque puellæ. Hamadryades autem dicuntur singularum arborum nymphæ, quæ cum iis vnà nasci & occidere dicuntur: cuiusmodi vnam describit Ouid. lib. 8, Metamorph. quercu annosa ab Erisichthone succisa interemptam.

DRYANTIADES, δρυαντιάδης, Dictus est Lycurgus Thraciæ rex, à patre Dryante. Ouidius in Ibin, Vtque Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.

DRYIDAE, δρυίδαι, siue Druidæ, siue etiam Druides, dicti sunt Gallorum magi, qui de totius gentis controuersia constituebant. Nomen habere creduntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ereduntur à dictione δρῦς, quæ olim quauis arborem, hodie verò peculiariter quercum significat, quòd maximè in lucis versabantur. Plin. lib. 16. cap. 44. Nihil habent Dryidę (ita enim Galli suos appellant magos) viscę, &c. Cæs. lib. 6. bel. Gal. Druidæ rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnóq; sunt apud eos in honore. nam fere de omnibus controuersiis publicis priuatisq; constituunt. Et si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controuersia est, iidem decernunt, præmia pœnasque constituunt. Vide de his plura apud Cæsarem, quæ hic breuitatis causa omittimus. Hanc religionem (inquit Suetonius) sub Augusto interdictam, Claudius imperator quintus penitus aboleuit. Pro iisdem etiam dicimus Druides, druidum, per tertiam declinationem. Cæsar bel. Gall. lib. 6. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Et paulo pòst, His autem omnibus Druidibus præest vnus, qui summam inter eos habet autoritatem.

Drylon, Vide DRILON.

DRYMODIS, Peloponnesi regio mediterranea, postea Pelasgis, & nouissimè Arcadia dicta. Plin. lib. 4. cap. 6.

Dryophyte, es. Ranæ genus est apud Plin. lib. 32. cap. 7. Ranæ (inquit) quas dryophytas & calamitas vocant. Item cap. 10, Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ in pellicula gruis alligatum. Quibus tamen in locis eruditiores malunt legere diopeteas & diopetis: vt ranas illas intelligas, quæ aut cum pluuia de cælo decidunt, aut certè ex pluuia nascuntur. Græci enim διοπετῆ vocant quicquid ex aëre est delapsum, quasi à Ioue missum.

DRYOPES, δρύοπες, Populi Epirotici, de quibus Strabo lib. 8. & 13. Virg. 4. Aeneid. Cretęsque, Dryopęsque fremunt, pictique Agathyrsi.

Dryophonon, penult. corr. δρυόφονον. Herba est dryopteri similis, caulibus tenuibus, cubitalibus, circundatis virinque foliis oxymyrsinæ similibus, sed candidioribus & mollioribus, flore sambuci. Edunt decoctos cauliculos, semine verò pro pipere vtuntur. Officinæ *Nemoralem myrtum* appellant.

Dryos hyphear, δρυὸς ὑφάρ. Genus visci est, copiosissimè in quercu nascens: vnde & nomen accepit. Est autem sui generis planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper virens, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, luteo flore, tactum sequens, nunquam in terra nascens. Vide Plin. lib. 16. cap. vlt.

Dryoptetis, δρυόπτερις, Herba est filici similis, in arboribus nascens, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Plin. lib. 27. cap. 9. Vulgus *Osmundam arboream* appellat.

Drypetæ, δρυπετεῖς, Oliuæ sunt maturæ & adultæ, ita dictæ à πίπτειν δρυός, quasi tam ex arbore decidentes.

D antre V.

Dua, in neut. gen. veteres dixerunt pro duo. δύα. Quint. lib. 1. cap. 10. Dua pondo & trepondo vsque ad nostram ætatem dictum est, & rectè dicit Mellala confirmat. Sic etiam apud Ciceronem, in Orat. legitur, Video sepulchra dua duorum corporum.

Dualis, le. δυϊκὸς. Ital. *Numero di due*. Gal. *Duel, qui signifie deux, de deux*. Hisp. *Numero de dos*. ¶ Seruius in illud Virgil. 2. Aeneid. Conticuere omnes: Conticuere (inquit) pro conticuerunt: nec est (vt quidam dicunt) dualis numerus: qui apud Latinos nusquam penitus inuenitur.

Dubenus, teste Festo, pro domino veteres dixerunt. Paen. Tum dubenus seruos ligatos pessimè verberat.

Dubio, as. Apud antiquos legitur pro dubito, siue in dubio sum. ἀμφιῶ. Plautus, Dubiat quid agat.

DVBIS, Galliæ fluuius, Vulgò *le Doux*, Vesuntionem Sequanorum oppidum medium secans, Dolamque alluens. Meminit eius Cæsar, lib. 1. bel. Gall. A nonnullis Alduas dubis appellatur.

DVBITAPES, fictor egregius, qui vasa ex rubra creta primus effinxit.

Dubius, dicitur qui duas vias habet, & vtram eligat, nescit: sicut ambiguum, quod in ambas agi partes possit. ἀμφίδολος, ἀκρίτος. Ital. *Dubbio*. Gal. *Douteux, incertain*. Hisp. *Cosa dudosa*. ¶ Liu. 4. ab Vrbe, Quũ equites procul visi non sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti, &c. Virgil. 2. Aeneid. Nec dubiis ea signa dedit. Terent. Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum. Lib. 1. ad Heren. Dubium genus est, quum habet in se causã & honestatis, & turpitudinis partem. ¶ Nonnunquam etiam dubium accipitur pro anceps periculo. Vnde In dubium venire, idem est quod in discrimen adducti. Terent. in Adelphis, Tua fama & quæ vita in dubium venient. Sic Salutem dubiam dixit in Epist. ad Ligarium, pro ea quæ in periculo versatur. ¶ Cœna autem dubia dicitur, quum tanta apponitur ciborum copia, vt cogatis dubitare quid potissimum debeas sumere. Terent. in Phorm. Ille fingitur, tu rideas: Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. c. Quid istuc verbi est? Vbi tu dubites quid sumas potissimum.

Dubiè, aduerbium. ἀμφιδόλως. Ital. *Dubbiosamente*. Gal. *Douteusement, en doubte, incertainement*. Hisp. *Dudosamente*. ¶ Cic. 1. de Diuin. Potest autem accidere vt aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptũ. Liu. 2. ab Vrbe, Nec dubiè ludibrio esse miserias suas. Huius contrarium est Indubiè, ἀναμφιδόλως, sine dubio.

Dubiosus, a, um, adiectiuum, Incertus, dubius. ἄπορος, ἀμφιδόλος. Ital. *Dubbioso*. Gal. *Douteux, plein de doubte*. Hispa. *Dudoso*. ¶ Gel. lib. 3. cap. 3, Quas à cæteris segregauit, quoniam dubiosæ non erant. Idem lib. 5. cap. 10, Dubiosum hoc, inexplicabiléque.

Dubito, as, Idem quod dubius sum. ἀμφιδάλλω, ἀπορῶ. Ital. *Dubbitare*. Gal. *Douter*. Hisp. *Dudar*. ¶ Cic. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij: dubitant, hæsitant, reuocant se interdum. Idem lib. 10. Epistolarum, Nam de tua erga me voluntate non dubitant. ¶ Dubitare item ponitur pro vereri, cunctari. ὀκνεῖν. Plautus in Epidico, Quid istuc dubitas dicere? hoc est, Quid times, aut veteris. Cic. de Amicitia, Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Iuuen. Sat. 7, -quis tam Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni? ¶ Huius composita sunt Addubito, Subdito: quorum significata vide suis locis.

Dubitatur, impersonale. Cic. 4. Verr. Præsertim aliorum autoritate confirmatum dubitabitur? Idem Att. lib. 4, Sed vtrum fronte, an mente, dubitatur.

Dubitans, particip. ἐνδιάζων, ἀμφιδολῶν. Ital. *Dubitante*. Gal. *Doubtant, qui doubte ou est en doubte*. Hisp. *Dudoso*. ¶ Cicero pro domo sua, Identidem se ipse reuocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronuntiarit & fecerit.

Dubitatus particip. ἀπορηθείς. Ouid. 2. Metam. Venit, & intrauit dubitati tecta parentis. Dubitatus amor, apud eundem ad Liuiam.

Dubitatio, & Dubietas. ἀπορία. Ital. *Dubitatione*. Gal. *Doubte*. Hisp. *Duda*. ¶ Cic. 2. de Orat. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, trãsactũsq; verborum? Idem ad Trebonium, Nullam enim dubitationem apud me reliquisti quantum me amares.

Dubitanter, quod est à dubitans: item Dubitatim, à dubitatus, aduerbia. ἀπορρῶς. Ital. *Dubbiosamente*. Gal. *Douteusement*. Hisp. *Dudosamente*. ¶ Cæsar. Imperator clamat de medio, vt milites à sinistro cornu remoueant, & Gallis non dubitanter immittant. Sisenna apud Nonium, Quòd hostem non dubitatim cum pluteis & scalis iter facere cernebat.

Dubitabilis, le. ἐνδιαστὸς, ἐνδιαστικός. Ouid. 15. Metamorph. Atque ego si vitius in me dubitabilis esset, Nobilitate potens essem. Idem libro 1, -nec erit dubitabile verum.

Ducatus, Vide DVCO.

Ducenarius, Qui duas centurias, id est ducentos milites ducebat in acie secunda, qui & primus hastatus dicebatur. ἑξηκοντάρχης. Ital. *Capitano di ducento soldati*. Gal. *Capitaine de deux cents hommes*. Hispa. *Capitan de dozientos hombres armados*. ¶ Apud Suetonium legitur quartam iudicum decuriam ab Augusto additam esse, quæ Ducenariorum diceretur, iudicaréque de leuioribus summis. Ducenarij autem videntur nominati à censu ducentorum sestertiorum.

Ducenarius, a, um, adiectiuum. ἑξηκοντάϊος. Ital. *Di ducento*. Gal. *De deux cents*. Hisp. *De dozientos*. ¶ vt, Ducenaria pondera, hoc est ducentarum librarum, apud Plin. lib. 7. cap. 20.

Duco, is, duxi, ductum. ἄγω, ἀγωγεύω. Ital. *Guidare, condurre*. Gal. *Mener, conduire, guider*. Hisp. *Guiar, llenar guiando*. ¶ Proprie ducimus volentes, trahimus inuitos. Seneca, Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ¶ Quandoque significat respicere, iudicare, existimare. ἄγειν quoque Græcis & ἡγεῖσθαι. Cicero Trebatio, Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maximè vellem. Virg. 10. Aen. -tantòn' me crimine dignum Duxisti? ¶ Quandoque inescare, allicere, & delectatione quadam demulcere. Cic. in Verr. Act. 2, Siquis honore aut gloria ducitur. ἄγεται. ¶ Quandoque voluere, pertractare. Virgil. lib. 6. Aen. Sic equidem ducebam animo, rebárque futurum. ¶ Quandoque nudare, educere, γυμνοῦν. Idem lib. 12, Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem, Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. ¶ Quandoque contrahere. συνάγειν. Idem 9. Aeglog. Alterum, quo segetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus vua colorem. ¶ Ducere somnos, est dormire. Virgil. 4. Aene. Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? ¶ Ducere muros, est struere. τειχίζειν. Idem 1. Aen. -pars ducere muros, Molirique arcem. ¶ Quandoque contraho, συνάγω. Martialis, Qui ducis vultus, & non legis ista libenter. ¶ Quandoque in longum protrahere. μακρύνειν. Cicero ad Cæsarem Iun. lib. 1. Ne res duceretur, fecimus vt Hercules Antianus in alium locum transferretur. ¶ Quandoque demittere, descendere. Plautus in Aulul. Vbi ille abiit, ego me duco ab arbore. ¶ Quandoque gerere. Virgil. libro Aeneid. 9, Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina. ¶ Quandoque ad supplicium ducere. ἄγειν ἐπὶ θανάτῳ: vt apud Curtiũ ait Hermolaus ad Alexandrum, Nos duci iube. ¶ Dicitur & de re obscœna, pro eo quod est virilia sua turpiter contrectare: quod genus obscœnitatis Sacræ literæ tectius mollitiem appellant. Plautus, Si tendetis, ducite, ne distumpamini. ¶ Huius verbi composita sunt abduco, adduco, quæ sunt contrar[illegible]conduco, circunduco, deduco, diduco, educo, induco, introduco, obduco, perduco, produco, reduco, seduco, subduco, superduco, & traduco: quorum singula vide suis locis.

Ducatus, us, præfectura, imperium militare, quod vulgus *Capitanatum* appellat. ἡγεμονία, στρατηγία. Ital. *Carico, conditta, gouernamento*. Gal. *Charge, conduitte gouuernement*. Hisp. *La guia ò acaudillamiento*. ¶ Suetonius in Neronę, Primigenum Rufinum Crispinum Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum pascaretur, seruis ipsius demandauit. Scribit Lampridius, Heliogabalum Præposituras, & Ducatus, & officia palatina vendidisse.

Ducto, as, Huc illuc duco. ἄγω πρὸς ἑαυτὸν μηχανῶν. Ital. *Menare in questa è in quella parte*. Gal. *Mener, conduire souuent*. Hisp. *Guiar à menudo à en diuersas partes*. ¶ Sallust. Huc accedebat, quòd Lucius Sylla exercitum, quem in Asia ductauerat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxuriose, nimisque liberaliter habuerat. Plaut. in Capt. Me vti libitum est, ductaui dolis. ¶ Ductare etiam est rem Venerea exercere: vnde Plautus ludens in voce ambigua, Errabo potius, inquit, quàm quis me ductet. Teren. Phor. Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis. Plaut. Asi. -qui quidem cum filio Potest vna, atque vnam amicam ductet decrepitus senex. Ad hanc item significationem respicit Quintil. quum ait, Ductare exercitum, non sine rubore dici.

Ductito, as, aliud frequentatiuum, Sæpe circunduco. περιάγω. Terent. in Adelph. Tu inter eas cestim ductitans saltabis?

Dux, ducis, communis generis, Qui, vel quæ ducit. ἡγεμών, ἀγωγός. Ital. *Duca, guida*. Gal. *Capitaine, conducteur, celuy ou celle qui mene ou conduit*. Hisp. *Duque, capitan, guiador*. ¶ Plaut. Caf. Iis præsligiis dux fuit vxor: ea hanc inuenit rimam. Virg. 1. Aeneid. -portantur auari Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti. Cicero in Verrem, Sed tunc inopes relicti à duce, præfectoq; classis, eundem necessariò cursum tenere cœperunt. Idem 1. Tusc. Mortem, non incertum esse omnia tollentem, atque delentem: sed quandam quasi migrationem, commutationémque vitæ quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum soleret esse, in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen. Ouid. 2. de Pon. Primus vt auderem committere carmina famæ Impulit ingenij dux fuit ille mei. Seneca Hippol. Fœmina dux malorum & sceleris artifex.

Ductor, oris, Qui præest exercitui. ἡγεμών, στρατηγός. Ital. *Conduttiere*. Gal. *Conducteur, meneur, capitaine*. Hisp. *Guiador*. ¶ Virgil. 2. Aene. -fracti bello, fatisq; repulsi Ductores Danaum. Cic. 1. Tusculi. Quoties non modò ductores

ductores nolit, sed vniuersi etiam exercitus, ad non dubiam mortem cucurrere?

Ductus, us, nomen. Idem quod ductio. {ἄγωγή Ital. *conducimento*. Gal. *conduit, conduite*. Hisp. *Cura, vóra de guiar*. } Liu. 4. ab Vrbe. Ductu Fabij, cui forte ea prouincia euenerat, nihil dignum memoratu actum. ¶ Ductus aquarum. Cic. 2. offic. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. Idem 2. de Leg. Ductus verò aquarum quos isti tubos & euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irreferit? Dicitur & aquæductus pro eodem.

Doctarius, a, um, Adiectiuum, Qui ducit. ἀγωγεύς, ἀγωγαῖος. Vnde ductarius funis, quo in trocleis vtimur, & qui per orbiculos trocleæ trahitur. Apud Catonem & Vitruuium lib. 10. cap. 2. & 3. & 5. {Ital. *Fune da tirare per vna carella*. Gal. *La corde d'vne poulie*. Hisp. *Maroma ò cuerda para tirar*. }

Ductilis, le, pen. corr. Quod facilè ducitur, attenuatúrq;. {ἑλκτός, ἀγωγός. Ital. *Atto da conducre*. Gal. *Aisé a mener & conduire*. Hisp. *Cosa que ligeramente se puede bolver*. } Vnde Aes ductile, quod malleis obsequitur, attenuatúrque in laminas. Plin. lib. 34. cap. 8. In Cypro æs coruarium, & regulare est: vtrunque ductile. ¶ Ductilis scena dicebatur, quum trabis tabulatis hac atque illac species picturæ intetior videbatur. Ductile flumen. Martial. lib. 12. -hîc riguæ ductile flumen aquæ.

Ductim, aduerbium, Paulatim & cum mora. {ἠρέμα. Ital. *A poco à poco*. Gal. *Peu à peu*. Hisp. *Poco à poco*. } Plaut. in Curcu. Immergere in me liquores tuos tuo ductim. Colum. lib. 4. cap. 15, Maior autem pars operis in vineam ductim potius quàm exesim facienda est. hoc est potius ductu falcis, quàm ictu.

Dudum, de exiguo tempore dicitur, teste Valla, dimidiæ scilicet horæ, vel horæ vnius, duarum, vel trium: ita tamen vt tempus vnius diei rarò excedat. {πάλαι, οὐκ ἐπὶ πολύ. Ital. *Poco fa, pur hora*. Gal. *Pieça, il ya fa assis long temps, auparauant*. Hisp. *Agora poco ha, dezaqui à poco*. } vt, Dudum intraui, Dudum te expecto. id est, hora est, vel duæ, vel tres, ex quo intraui, & ex quo te expecto. ¶ Quandoque etiam transcendit diem. Plin. lib. 4, Fabri qui dudum assueti apud Pœnos. Et lib. 19, Nam dudum ex eadem Hispania zoeticum venit in Italiam, plagis vtilissimum. Terent. in Andria, Quàm maximè abs te postulo, atque oro Chreme Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Duella, Duæ sextulæ sunt: hoc est, tertia pars vnciæ.

DVELLONAM, Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina. *cavé*.

Duellum, elli, ab antiquis dicebatur quod nos per duas syllabas bellum efferimus, quum à duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur: non tantùm duorum, vt quidam existimauerunt, sed multorum & ipsorum exercituum: alioqui non diceretur à Plauto duellum inter Thebanos & Theleboas: & ab Horatio, Græcia Barbariæ lento collisa duello. {πόλεμος. Ital. *Guerra*. Gal. *Guerre*. Hisp. *Guerra*. } Liuius 6. bel. Maced. Quòd populus Rom. eo tempore duellum iussisset cum rege Antiocho esse. Cic. 2. de leg. Nam æs atque ferrum duelli instrumenta, non faui. Hinc Perduellis, & Perduellio: quæ videbis suo loco.

Duello, as, Bello. {πολεμέω. Ital. *Combattere, guerreggiare*. Gal. *Guerroyer, combattre*. Hisp. *Guerrear, pelear*. } Vnde Duellator, qui duellum peragit. {πολεμιστής. Ital. *Combattente, guerriere*. Gal. *Guerroyeur, combattant*. Hisp. *Guerreador, pelcador*. } Plautus in Cap. Domi, bellique duellatores optimi.

Duellicus, a, um, Bellicus. {πολεμικός. Ital. *Di guerra*. Gal. *Belliqueux, de guerre*. Hisp. *Cosa de guerra*. } nam duellum veteres dixerunt, quod nos bellum dicimus: vt Plaut. in Epid. -nempe quem in adolescentia Memorant apud reges armis, arte duellica Diuitias magnas sibi adeptum.

DVRONA, Δουρόνα, Vrbs Cadurcorum in Gallia Aquitanica, apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 8.

Duicensus, (inquit Festus) cum altero, hoc est cum filio census.

Duidens, Hostia ab antiquis appellata est, quam nos bidentem dicimus. Festus.

DVILLIVS, siue (vt alij vocant) Duellius, Nomen ciuis Romani, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit. Is iam senex & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari sibi os fœtidum, & tristis se domum contulit. Quúmq; vxori questus esset quare nunquam se monuisset, vt huic vitio mederetur, Fecissem (inquit illa) nisi putassem omnibus viris sic os olere. Cic. in Orat. Quid verò licebat quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora nam vt Duellum bellum, & Duis, bis: sic Duellium eum qui Pœnos cíasse deuicit, Bellium nominauerunt, quum superiores semper appellati essent Duellij.

Duis, & Duint, Antiqui dixere pro dederis, & dederint. Plaut. Capt. At mihi libellum pro eo argento ne duis. Vide DO, das.

Dulcacidus, Dulciſluus, Vide DVLCIS.

Dulcis, dulce, Suaue: quod quidam à delicio deducunt, quòd dulcia maximè alliciant. {γλυκύς, γλυκύ. Ital. *Dolce, soaue*. Gal. *Doulx*. Hisp. *Dulce*. } Plaut. in Truc. Nunc postquàm scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, &c. Cic. 3. de Nat. deor. Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, dulcia & amara. Idem 3. de Legib. Nostra autem cauta, quæ optime & dulcissime frater incidit in Tribunitiam potestatem. &c. Idem Attic. lib. 15, Longiori epistolæ superiorique respondeam, nisi eam fuisse spondi: nunc breuiori, propioríque quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? ¶ Eius composita sunt Prædulce, valde dulce, πάνυγλυκύ. Subdulce, aliquantum dulce, ὑπόγλυκυ.

Dulciculus, la, lum, diminutiuum est à dulci: {ὑπόγλυκος. Ital. *Dolcetto*. Gal. *Doulcet*. Hisp. *Dulce vn poco*. } vt, Dulciculus caseus, Plautus. Dulciculæ potio. Cic. 3. Tusc. Demus scutellam dulciculæ potionis.

Dulcedo, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor, In eodem sensu accipiuntur. {γλυκύτης. Ital. *Dolcezza*. Gal. *Douceur*. Hisp. *Dulçura*. } Plin. Contrectata dulcorem amittit. Næuius, O suauis linguæ lenitus, ô dulcitas, consitium animæ. Accius, Tanta huic inuasit in corda dulcitudo. Cic. 3. de Orat. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quíq; dulcedine præter cæteros sensus cõmouetur. Ouid. 1. de Ponto, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui. Cic. 3. de Orat. Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cæteris sensibus.

Dulciatius, a, um, adiectiuum: vt Dulciarius panis, qui conficitur ex saccharo & nucibus pineis, vel amygdalis ad ientaculum: vt est qui vulgò apud Italos dicitur *Marzapane*. μαζαπάνης ἄρτος. ¶ Pistor dulciarius, {ἑψητὴς ὀψοποιός. Ital. *Che fa confetture, pasticciere*. Gal. *Pastissier*. Hisp. *Confitero, pastelero*. } qui panes, & mellita concinnat edulia: de quo Marina. lib. 14, Mille tibi dulces operũ manus ista figuras Extruit: huic vni parca laborat apis. Lamprid. de Heliogabalo, Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quæcũq; coqui de diuersis edulijs exhibuissent. Vbi dulciarius subitantiue accipitur pro concinnatore edulioru mellitorum.

Dulceo, ces, dulcui, à quo dulcesco, is. Dulcis fio. {γλυκαίνομαι. Ital. *Farsi dolce, addolcirsi*. Gal. *Deuenir doulx, s'adoulcir*. Hisp. *Endulcecerse*. } Cic. in Cato. Primò vua est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. ¶ Huius compositum est Obdulcesco, quod est in totum dulcis fio.

Dulce, & dulciter, aduerbia. {γλυκέως. Ital. *Dolcemente*. Gal. *Doulcement*. Hispa. *Dulcemente*. } Plaut. in Mil. Hercle affatim & dulcè & comœdice. Cic. de clar. Orat. Tum historia quædam scripta dulcissimè. Cicer. 2. de Fimb. Aut enim eam voluptatem tueretur quam Aristippus, id est quæ sensus dulciter, ac iucunde mouet.

Dulcacidus, a, um, Vox est Qu. Sereno admodum familiaris, pro eo quod mistum quendam saporem habet ex acido & dulci: eiusmodi sunt quædam ex malorum Punicorum genere.

Dulciſluus, a, um, Quod dulciter & suauiter fluit. γλυκυῤῥοῦς.

Dulciloquus, Qui suauiter loquitur. μελιλόγυρος.

Dulciſonus, Suauiter sonans. γλυκύφωνος.

Dulco, as, Dulce efficio. {γλυκαίνω. Ital. *Addolcire*. Gal. *Adoulcir, faire doulx*. Hisp. *Endulçar ò hazer dulce a otra cosa*. } Sidon. Apollinaris ad Agricolam, Pateo libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ solicitius ingenuitatem. ¶ Hinc eduleo, as, vide suo loco.

Dulia, {δουλεία. Ital. *Seruitù*. Gal. *Seruitude*. Hisp. *Seruidumbre*. } Seruitus, siue cultus, qualem seruus domino exhibet. ¶ Accipitur item pro ipsis seruis, quemadmodum & apud Latinos Seruitij vocabulum.

DVLICHIVM, Δολίχιον, Insula est in mari Ionio, non procul ab Ithaca, vna ex iis quibus Vlysses impetabat. Virgil. 3. Aen. {In media apparet vna ex iis quibus Vlysses impetabat. Virgil. 3. Aen. } media apparet fluctu nemorosa Zacynthus, Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis.

Dulichius, a, um, Propertius. At quum Dulichias Pallas spatiatur ad aras.

Dum, aduerbium temporale est, & modò pro quàdo ponitur. {ἕως. Ital. *Mentre che, fin che*. Gal. *Quand, cependant que, iusques à ce que, mais que, pourueu que*. Hisp. *Mientras que, hasta que*. } Plin. lib. 9. cap. 53, Nullis euidentibus causis obiere, dum calceãtur matutino, duo Cæsares. ¶ Modò pro donec. ἕως. Terent. in Eunucho, Expectat {Dum venias. id est donec venias. Terent. in Eunucho, Expectat } dum venias. id est donec venias. ¶ Modò pro postquam, quum ex præterito subiungitur. ἐπεί. Martial. Audiens dum grande {Dicis. id est postquam audieris. Martial. Audiens dum grande } dicis. id est postquam audieris. ¶ Quando autem in compositione ponitur post nec, vel non, vel haud, semper aduerbium temporis est. οὐ. vt, necdum, nondum, hauddum, pro non adhuc. μήπω, οὐπω. ¶ Est etiam coniunctio, & significat modò, vel dummodo. Sallust. in Iugurtha, Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Idem in Catil. Postremò neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidóque sibi faceret. ¶ Interdum etiam syllabica est adiectio. Terentius, Adestum, paucis te volo. ¶ Componitur cum qui, vt quidum: cum age, vt agedum: cum modo, vt Dummodo: & cum taxat, vt duntaxat.

Dumus, gen. masc. Dicitur omnis spina. {θάμνος, ῥάμνος. Ital. *Spino, spina*. Gal. *Buisson ou espinaye*. Hisp. *Espinal, ò breña, ò mata aspera*. } Cic. 5. Tusc. Animaduerti columellam non multùm è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura. Ouid. 12. Meta. -solidóque reuellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat.

Dumosus, a, um, Frondosus, spinosus, vepribus plenus. {ὁ πολὺς ἐν ἀκανθώδεσι, ὁ πολὺς ἐν βάτοις ἢ ῥαμνώδης. Ital. *Pieno di spine & roui*. Gal. *Buissonneux, plein d'espines & buissons*. Hisp. *Lleno de espinal, ò breñal ò mata aspera*. } Virgil. 1. Aegl. Non ego vos posthac viridi proiectus in antro Dumosa pendere procul de rupe videbo. Antiqui per interpositionem vnius literæ pro eodem dixerunt dusmosus: sicut cosmittere pro committere, casmillus pro camillus, & casmœnæ pro camœnæ.

Dumetum, ti, Locus est dumis, hoc est spinis obsitus. {ἀκανθῶν. Ital. *Spineto, spineta*. Gal. *Vne buissonnere, vn lieu couuert de buissons*. Hisp. *Espinal ò bosque aspero*. } Huiusmodi loca, autore Festo, antiqui appellabant dumeta, quasi dumiceta, quæ postea sublatis per syncopen duabus literis dicta sunt dumeta. Cic. 5. Tusc. Septum vndique & vestitum vepribus & dumetis. Idem 4. Acad. Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias, & Stoicorum dumeta cõpellimus?

DVNIVM, Δούνιον, Ptolemæo vrbs est Britanniæ, inter Austrum, & Occasum sita.

Duntaxat, Componitur ex dum aduerbio, & taxo, as, pro æstimo: & significat solum, vel saltẽ. {γοῦν, γέ δή, μόνον. Ital. & Hisp. *Solamente*. Gal. *Seulement*. } Cic. pro Dejot. Quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo. ¶ Interdum etiam (quod aliqui negauerunt) habet ante se negationem, & post se Sed etiam, aut Verumetiam. Liu. lib. 46, Nec animum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessimus.

Duo, {δύο, & δύω Attice. Ital. *Due, dui*. Gal. *Deux*. Hispa. *Dos en numero*. } & ambo, sicuti docet Priscianus, genitiuos & accusatiuos secundum secundam declinationem proferunt, duorum, amborum, duos, ambos. Datiuus autem & ablatiuus tertiam inflexionem sequuntur. In genitiuo frequens est syncopa duũm pro duorum. ¶ Inueniuntur etiam accusatiuus masculinorum quandoque similis nominatiuo, profertúrq; in o, more Græco. Horatius, Duo si discordia vexet inertes. Virgil. 11. Aeneid. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros. id est duos.

Duodecim. {δώδεκα. Ital. *Dodici*. Gal. *Douze*. Hisp. *Doze en numero*. } Cic. 2. de Legibus. Discebamus enim pueri duodecim, & carmen necessarium.

Duodecimus, & duodenus. {δωδέκατος. Ital. *Dodecimo*. Gal. *Douziesme*. Hisp. *Dozeno en orden*. } Plin. Nec tota sua ætate generant, ferè anno duodecimo desinentes. Cæsar 5. bel. Gal. Vxores habent deni, duodeniq; inter se communes.

Duodenarius, Duodenigiuti, δωδεκάμετρος, & huiusmodi, Ducenties,

Universidad de Deusto Biblioteca

Ducentenus, Duodecies. Liu. 8. bel. Maced. Tyberis duodecies campum Martium, pianáque vrbis inundauit.

Duodeuicies. Duodeuigesimus, Ducentesimus.

Duonum, {δυωνος. Ital. *Buono.* Gal. *Bon.* Hispa. *Bueno.*} Veteres pro bono dixerunt, sicut duellum pro bello. Festus.

Duplaris numus, Vide DVPLVS.

Duplex, huius duplicis, cuius duæ sunt partes. {διπλοῦς, διπλόος. Ital. *Doppio.* Gal. *Double, le double.* Hisp. *Doblado o doble.*} Virg. 1. Aen. Duplicem gemmis, auróque coronam. ¶ Nonnunquam etiam pro duobus accipitur: vt apud Cic. 1. Tusc. Itaq; disseruit duas esse vias, duplicésq; curius animorum e corpore discedentium. Virgil. 1. Aen. duplices tendens ad sidera palmas. ¶ Quandoq; latum. Virgil. 2. Georg. -duplici aptantur dentalia dorso. Idem 3. Georg. At duplex agitur per lumbos spina. Vbi Seruius, Aut reuera duplex, aut lata. ¶ Duplices tantùm numero plurali, generis masculini, tabellarum genus est, in quibus literæ secretiores, & amatoriæ scribi solebant: quæ quidem aliquando etiam triplices erant. Martialis, Tunc triplices nostros, non vilia dona putabis, Quum se venturam scribet amica tibi. Sic Duplices, Triplices, Quadruplices, & Quintuplices porticus dicuntur, in quibus ordines columnarum dupleati, triplicati, quadruplicati, & quintupleati sunt. Vitruu. li. 5, duplici palæstrarum porticu collocanda complura membra.

Dupliciter aduerbium, quòd significat duobus modis. {διχῶς, διπλῶς, διπλόως. Ital. *Doppiamente.* Gal. *Doublement, en deux sortes.* Hisp. *Dobladamente.*} Cic. ad Pætum, Dupliciter delectatus sum tuis literis.

Duplicarij, vel (vt aliis placet) Dupliciarij, milites erant, qui duplum accipiebant stipendium. διμοιρίται. Liu. 2. ab Vrbe, Ad hoc centuriones, duplicariósq; qui reliquerant ordines, virgis cæsos secuti percutiebat.

Duplico, plicas, Duplicem facio, gemino. {διπλόω. Ital. *Doppiare, raddoppiare.* Gal. *Doubler, redoubler.* Hisp. *Doblar.*} vt, Duplicare numerum. Cic. 1. de Nat. deor. Quum sæpius duplicaret numerum dierum, &c. Vnde & pro augere. Sallust. Et Maurus victus duplicauerat bellum. Virg. in Bucolicis, Et iam crescentes decedens duplicat vmbras. ¶ Hinc Adduplico, Conduplico, & Reduplico.

Duplicatò, aduerbium. {διπλῶς. Ital. *Doppiamente, à doppie.* Gal. *Doublement, en double.* Hisp. *Doblademente.*} Plin. lib. 2. cap. 17, Rursus Saturni & Iouis (subaudi Stellæ) duplicato dirigi dicuntur.

Duplionem, veteres dixerunt multam dupli, eadem forma qua Talionem dicimus pœnam, qua quis ad similé damnum cõdemnatur, quasi alteri intulerit {ζημία διπλῆ. Ital. *Pena di doppio.* Gal. *Le double, deux fois autant, peine du double.* Hisp. *Pena del doblo.*} Plin. li. 18. ca. 3, Noxamve, duplionemve Prætoris arbitratu decernit.

Duplus, dupla, duplum. {διπλοῦς, διπλόος. Ital. *Doppio, due volte tanto.* Gal. *Double, encor autant.* Hisp. *Doblado, dos tanto.*} Idem valet quod bis tantùm. Vnde verbum Duplo, διπλασιάζω, idem est quod duplico. Plautus in Pœn. Duplum pro furto mihi opus est. Idem in Capt. Qui locant cædendos agnos, & duplam agninam danunt. id est qui sub nomine agninæ carnis ouillam quoque vendunt, & ita duplum, hoc est duplicatã & duorum generum agninam præbent, mentientes agninam esse.

Duplum, dupli, substantiuum, {τὸ διπλάσιον. Ital. *Doppio.* Gal. *Le double.* Hisp. *El doblo.*} vt Condemnari dupli, ea forma dictum qua condemnari capitis. Cato de Re rustica in præfatione, Maiores enim nostri sic habuere, & ita legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. id est, vt bis tantum reddat quantum furatus est. Sic pœna dupli, apud Cic. lib. 3. Officiorum.

Duplaris numerus, dicitur in quo minor bis numeratur. διπλοῦς. Duplares, hinc duplares actiones, dicuntur à Iurisconsultis quæ in duplum dabantur: sicut quadruplares, quæ in quadruplum. ¶ Duplares milites, in veteri militia dicebantur qui torque aureo ob virtutem donati, duplam annonam accipiebant amplius quàm cæteri: quemadmodum simplarij, qui annonam simplam accipiebant, præter eam quæ in singula militum capita distribuebatur. Ita dicti, quòd duplam & simplam annonam extra ordinem accipiebant. Veget. lib. 2, Torquati, inquit, duplares, & torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas: duplares duas, simplares vnam.

Dupondius, Vide DIPONDIVS.

DVRA, æ, δοῦρα. Stephano, oppidum Mesopotamiæ, cuius incolæ dicuntur Dureni, δουρηνοί.

Duramen, Duramentum, Duarcinæ vuæ, Vide DVRVS.

Durateus, a, um. {δουρίνεος. Ital. *Ligneo, di legno.* Gal. *De bois ou dur comme bois.* Hisp. *Cosa de madera o de xara.*} Idem quod ligneus. Lucret. lib. 1, Nec cum durateus Troianis Pergama partu Inflammasset equus nocturno Graiugenarum. Adiectiuum est Græcum. Illi enim Durata δούρατα vocant, quæ nos ligna.

Durius, a, um, δούριος. Idem quod durateus, id est ligneus. Inde Nox duria apud Valerium Flac. 2. Argonauticon -manet immotis nox duria fatis. Pro ea nocte qua durius equus à Troianis exceptus fuit, & in vrbem admissus. Cœlius Rhodiginus lib. 29. Antiq. lect. cap. 25, ait Equos durios ex poëtica historia posse dici magnos staturiósque, à magnitudine videlicet equi illius Troiani.

Dureta, Hispanica vox est, qua illi significare solent vas illud amplum in balneis in quo sedentes lauamur: Latini solium vocant. Suetonius in Augusto, At quoties neruorũ causa marinis, albulisq; calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt inhidens ligneo solio, {quod ipse Hispanico verbo duretam appellabat} manus ac pedes alternis iactaret.

DVRIAS, siue Durias, δουρίας. Strabo, fluuius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in sinum Sucronensem se exonerans. Vide Plin. lib. 3. cap. 3, & Pomponium lib. 2. Sallust. Turiam vocat, de eo sic scribens lib. 4. Historiarũ, Inter læua mœnium dextrum flumen Turia, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit. Quam scripturæ rationẽ in Claudiano quoq; obseruauimus: qui sic habet, floribus & roseis formosus Turia ripis. Phocas, aliique nonnulli non inelebres Grammatici, nomen hoc neutro genere efferendum contendunt, quemadmodum & Mulucha, pro Africæ fluuio. ¶ Est & alter eiusdem nominis fluuius in latere Occidentali Hispaniæ, per Veuones, & Vaccæos in Oceanum influens, teste Strabone lib. 3. Ptolemæus lib. 2. cap. 6, Doriam appellat. Plin. item lib. 3. cap. 16, Durias duos commemorat ex Apennino ortos, & in Padum influentes. Item alium in finibus Germaniæ, Sueuos à Carnuntis diuimentem: de quo vide ipsum, lib. 4. cap. 12.

DVROCORTORVM, δουροκόρτορον, Galliæ Belgicæ vrbs est, Rhemorum metropolis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 9.

Durus, ra, rum, Solidus, firmus, & difficilè cedens tactui: cuius antitheton est Molle, quod facilè tactui cedit. {σκληρός, ἀντίτυπος &c. Ital. *Duro.* Gal. *Dur & aspre.* Hisp. *Cosa dura, cruel ò difficil.*} Virgil. 4. Aen. -sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. ¶ Per translationem capitur modò pro patiente, ac tolerante laborum. Idem 2. Georg. Scipiadas duros bello. Et 6. Aeneid. -gens dura atque aspera cultu. ¶ Modò pro sæuo, crudeli, aspero. Idem 3. Georg. Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor? Cic. 7. Verr. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus, præter vnum te, &c. Terentius Phorm. Adeóne ingenio te esse duro, atq; inexorabili, Vt neque misericordia, neq; precibus molliri queas? ¶ Accipitur item pro noxio. Virgil. 4. Georg. Aut durum tineæ genus. ¶ Durus ad studia, qui studiorum delectatione non capitur. Cicero pro Archia, Nam & Cimbricas res adolescens attingit, & ipsi illi C. Mario qui durior ad hæc studia videbatur, iucundus fuit.

Duriusculus, diminutiuum. {σκληρόληρος &c. Ital. *Alquanto duro.* Gal. *Duret, vn peu dur.* Hisp. *Cosa vn poco dura.*} Plin. in præfat. Ille enim, vt scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit.

Durè, & Duriter, aduerbia, inter se differunt, secundum Donatum, quòd duriter sit, sine sensu laboris: Durè, crudeliter: vt illud ad laborem, hoc ad sæuitiam referatur. {σκληρῶς. Ital. & Hisp. *Duramente.* Gal. *Durement.*} ¶ Præterea durè in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Terent. in Andr. Primùm hæc pudicè vitam, parcè ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans. Sed hæc differentia, vt pleræq; aliæ, à scriptoribus nullo pacto obseruatur. Terent. in Adelph. -factum à vobis duriter, Immisericorditérq; eiti atq; etiam, si est pater Dicendum magis aperte, illiberaliter. Verba sunt Aeschinis ad Mitionẽ patrem, quibus cũ illo expostulat quòd ipse, & simulatus ille hospes Milesius nimis duriter consuluissent, non de se ipsis, sed de virgine illa, & eius amatore.

Duritia, tiæ, & Duities, tiei, Firmitas, & soliditas. {σκληρότης, στερρότης. Ital. *Fermezza, saldezza, durezza, crudeltà.* Gal. *Durete.* Hispa. *Dureza, crueldad.*} Plin. lib. 9. cap. 36, Tanta duritia aculeo est, Idem lib. 13. cap. 9, Duritiæ firmæ lignum. ¶ Accipitur & pro asperitate, crudelitatéque. Terent. in Heau. -tum hoc timet, Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit. Cic. in Part. Et fortitudinem audacia imitatur, & pertinaciam duritia immanis. Plin. lib. 13. cap. 15, Duritie & maturitate incorrupta spissari. Cic. in Cat. Quanta in altero comitas, in altero duities.

Duritas, atis, Idem quod duritia. σκληρότης. Cic. in Orat. Alij duritatem & seueritatem quandam verbis, & orationis quasi mœstitiam sequuntur.

Durabilis, le, Quod durare potest. {δλωκτός. Ital. *Durabile, che può durare.* Gal. *Qui est de durée.* Hisp. *Durable, cosa que puede durar.*} Ouid. Quod caret alterna requie, durabile non est. Plin. lib. 16. cap. 43, Durabilia ac flexilia, quæ modicè humida.

Duramen, & Duramentum, Brachium vitis. {σκλήραγμα. Ital. *Ramo de la vite, tralcio, confirmatione.* Gal. *Durée, ou ce qui est de durée: la sep ou bras de vigne provignon de la souche.* Hisp. *Endurecimento, pença ò hoja dela vid.*} Colum. lib. 5. cap. 11, Sed vt caput trunci, pedali fere spatio sit infertus iugo, qua ternis brachiis, quæ duramenta quidam vocãt, diuidatur in totidem partes. Idem cap. 12, Considerandum erit cuius longitudinis sint duramina quæ excedant prædictam mensuram. ¶ Duramentum etiam pro confirmatione & firmitate. Sene. de Tranquil. vitæ, Dices tenera esse virtutum principia, tempore ipsis duramentum & robur accedere. Valer. lib. 2. cap. 2, Efficacissimum igitur virtutis duramentum necessitas.

Duracina persica, δουρακίνα Aeginetæ, Quorum corpus ligno adhæret, auelliq; nequit. {Ital. *Persici che non si spiccano da l'osso.* Gal. *Qui ont l'escorce ou la peau dure.* Hisp. *Duraznos.*} Plin. lib. 15. cap. 21, Sed persicorum palma duracinis. Idem lib. 15. cap. 28, Quædam statim à ligno recedunt, vt nuces & palmæ: quædam adhærent, vt olivæ, laurique: quorundam generi vtraque est natura, vt persicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è lignóque auelli nequit, quum in cæteris facile separetur.

Duracinæ vuæ dicuntur, quæ duram & firmam corticem habent, à duritie, vel à duris acinis. Plin. lib. 14. cap. 1, Vua non alibi gratior callo, vt inde possit inuenisse nomen duracini durus acinus. Sueton. ex Epist. Augusti, Dum lectica ex regia redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi.

Duricoria, dicũtur quæ sunt duri corij. {σκληρόδερμος. Ital. *Che hanno il cuoio duro.* Gal. *Qui ont le cuir dur.* Hisp. *Cosas que tienen el cuero duro.*} Vnde Ficus duricoriæ, quæ habent duram corticem: quarum meminit Plin. lib. 15. cap. 18.

Duro, as. Durum facio, firmo, solido. {σκληραίνω. Ital. *Far duro, saldo, fermo.* Gal. *Durcir, endurcir.* Hisp. *Endurescer à alguna cosa.*} Colum. lib. 7, Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota, montibus, aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, sitque postea longis itineribus habilis. Cæsar. 6. bel. Gal. Hoc se labore durant adolescentes. Martial. lib. 13, Sorba sumus molles nimium durantia ventres. Liu. 1. bel. Pun. Nec erat difficile opus, quòd cæmenta non calce durata erant. ¶ Quintil. lib. 1, per translationem posuit pro confirmare, Multa (inquit) linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur. ¶ Aliquando significat tolerare. καρτερέω. Virg. 1. Aeneid. -durate, & vosmet rebus seruate secundis. In qua significatione quandoq; contra naturam iungitur accusatiuus, maximè apud Poëtas. Horatius lib. 1. Carm. Vix durare carinæ Possunt imperiosius æquor. Vbi Durare æquor, dixit Poëta pro eo quod est duritiem ferre. ¶ Item persistere, perseuerare, permanere longo tẽpore. καρτερέω, διαμένω. Plaut. in Amphit. Durare nequeo in ædibus, ita me probri, stupri, dedecoris à vita argutam meo. Terent. Adel. Non Hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, potest. ¶ Huius compositi sunt, Eduro, Induro, Obduro, Præduro, Perduro, Reduro, quæ vide suis locis.

Dureo, es, dui, Durus sum. {σκληραίνω. Ital. *Indurire, indurare.* Gal. *S'endurcir, deuenir dur.* Hisp. *Endurecerse.*} à quo Duresco, durus fio. Cic. 2. de

Natura

Natura deorum, Iesq; & Aquilonibus, reliquisque frigoribus adiectis durescit humor. Quid? Meram, Oráque durescunt, signúmque exanguе tedebat. Colum. lib. 9. Plumulæ sub cauda clunibus detrahēdæ, ne sitescere coinquinatæ durescãt. ¶ Composita à duro tarò sunt in vsu, quemadmodum & ipsum simplex, sed horum loco vtimur compositis à duresco, vt Induro vix dicimus, frequentissimè autem Indurescо. Obdurescо, vndique durus fio, σκληρὸς γίγνομαι. Perdurescо, valde durus fio: quæ vide suis in locis.

Duumuir, duumuiri, eadem forma dictus est qua Triumuir, quòd scilicet duo virorum in eo officio essent. De eorum officio tradit Alciatus, Duumuiros primos in albo describi solere, & fascibus vti. Præerant etiam carceribus, & vectigalibus in suo municipio locandis. Liuius 1. ab Vrbe, Hac lege Duumuiri creati, qui se absoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse. Vlpian. l. Siquis vxori. § Si fugitiuũ. ff. de furt. Si fugitiuũ meum quis quasi suum, à Duumuiro, vel ab aliis qui potestatem habent de carcere vel de custodia dimittendi, acceperit, an is furti teneatur. Cicero in Oratore, Planéque Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nũquam. ¶ Duumuiri nauales, apud Liuium, 9. ab Vrbe, alterum, vt Duumuiros nauales classis ordinandæ reficiendæque causa idem populus iuberet.

Duumuiratus, us, Dignitas duumuirorum. Plin. lib. 4. Epist. ad Sempronium. Hunc Agonem Trebonius in Duumuiratu suo tollendum curauit. Paul. l. Honores. ff. de Decur. Is qui non sit decurio, duumuiratu, vel aliis honoribus ciuilibus fungi non potest.

Duumuiralis, le, Quod ad duumuiratus munus pertinet: vt, Dignitas duumuiralis, Iudicium duumuirale. ¶ Quando verò de homine dicitur, cum significat qui aliquando duumuiratum gessit: sicut Consulare vocamus, qui Cõsulatu perfunctus est, & Triumphalem, qui triumphũ peregit. Vlpian. l. 1. ff. De albo scrib. Qui duumuiratum gesserunt (si hic honor præcellat) & inter duumuirales antiquissimus quisque prior.

Dux, Vide DVCO.

D ante Y

Dyas, δυὰς. Numerus est binarius, sicuti decas numerus est denarius.

Dynamene, Vide in D ante I, vbi male collocatum est.

Dynastes, huius dynastæ, δυνάστης. Qui in magistratu est, aut qui in ciuitate plurimùm pollet: ita dictus à verbo Græco δύναμαι, quod posse significat, siue potétem esse. Scribit Strabo, reges Dynastas vocari, propterea quòd plurimùm possint, polleántq;, & populos quò velint, aut vi, aut persuasione perducant. Cic. ad Att. Erit nebulo iste cum istis dynastis in gratia. Idem 11. Philip. Idem 6 cæteri reges, tetrarchæ, dynastæque fecissent. ¶ Horum dignitas Dynastia, δυναστεία, vocatur: quam vocem nos non inepté potentatum vertere possumus.

Dyota, æ, siue Diota, δύωτα & δίωτα: vtroque enim modo scriptum inuenimus. Dolij fictilis genus, vino conseruando idoneum: à duabus auribus, hoc est ansis, ita appellatum. Vide supra DIOTA.

DYRRHACHIVM, δυρράχιον, Vulgò Durazzo. Vrbs est in ea parte Macedoniæ quæ mari Adriatico incumbit, distans à Brundusio CCXX. M. pass. traiectu. Dictum autem, volunt Dyrrhachium à nomine eius qui vbi portum adiecit: nã antea Epidamnus vocabatur, teste Plinio lib. 3. cap. 23. Hanc vrbem Cicero exilij sui tempore amicissimam expertus est & officiosissimam, in qua & commoratus est, donec Senatusconsulto reuocaretur.

Dysculus, § δυσκολος. Ital. *Difficile, fastidiosa.* Gal. *Difficile. fascheux.* Hisp. *Difficil, el que los ó da hastio.* § Difficilis, & morosus: quod vitij genus à Græcis δυσκολία appellatur.

Dysenteria, § δυσεντερία. Ital. *Dolore di ventre con flusso di sangue.* Gal. *Tremblãt de ventre auec flux de sang par exulceration des boyaulx.* Hisp. *Camaras de sangre.* § Intestinorum exulceratio cum inflammatione & exeretione sanguinolenta, vẽtrem magnis doloribus torminibúsque exercens. Quidam intestinorum difficultatem, Cellus tormina interpretatur. Cic. Gallo lib. 7. Epistol. Sanè dysenteriam pertimueram. Plin. lib. 22. cap. 25. Ad dysenteriam bibitur cum absinthio. ¶ Hinc Dysentericus, δυσεντερικός, dicitur qui hoc morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 2. Auxiliatur dysentericis semen cucumeris.

Dyspepsia, § δυσπεψία. Ital. *Crudità di stomacho, indigestione.* Gal. *Difficile digestion, indigestion.* Hispa. *El mal de lo no digerido, indigestion.* § Difficilis & ægra concoctio: à δυς particula quæ difficultatem, vel depravationem importat, & πέψις coctio. Galenus lib. de Sympt. differẽt. tria ponit læsæ coctionis genera, ἀπεψίαν, βραδυπεψίαν, & δυσπεψίαν: inter quæ hãc ponit differẽtiam, vt apepsia dicatur quum cibus non mutatur, sed talis omnino permanet, qualis est ingestus. Et hanc Latini proprie cruditatem appellant. Bradypepsia autem quum cibus quidem immutatur, sed ægrius, serius, & imperfectius: nos imbecillam vel tardam coctionẽ dicere possumus. Dyspesia verò dicitur quum cibus mutatur in alienam qualitatẽ, naturæ nostræ non conuenientem. Hanc medici nostri coctionem depravatam dicere solent. Hanc tamen differentiam ne ipsi quidem medici obseruant: vt qui vno dyspesiæ nomine sæpe numero omnia coctionis vitia intelligant.

Dysphilus, penult. corr. δύσφιλος. Amicus parum syncerus. Iuuenal. Satyr. 3. Non est Romano cuiquã locus hic vbi regnat Protogenes aliquis, vel dysphilus. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria habẽt Diphilus: & ita omnino legendum iudico. Videtur enim Iuuenalis ibi notare Græculum quempiam nomine Diphilum.

Dyspnœa, § δυσπνοια. Ital. *Difficultà di spirare.* Gal. *Difficulté d'haleine.* Hispa. *El aceço.* § Spirandi difficultas: quod vitij genus senibus solet esse familiare, teste Hippocrate: vnde & Virgilius senes anhelos vocat. Tres autem à medicis enumerãtur morbi in difficultate spirandi consistentes. Nam quum ea modica est, δύσπνοια: quum vehementior, ἄσθμα vocatur. Quum verò euenit vt nisi recta ceruice spiritus trahi nõ possit, orthopnœa appellatur.

Dyspnoicus, § δυσπνοϊκός. Ital. *Chi spira con difficultà.* Gal. *Qui ne peut auoir son haleine à son aise.* Hispa. *El que aceça.* § Qui dyspnœa laborat. Plinius lib. 24. cap. 6. Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleureticis, &c.

Dysuria, § δυσουρία. Ital. *Difficultà de pissare.* Gal. *Difficulté de pisser.* Hisp. *Difficultad de mear.* § Difficultas, & suppressio vrinæ, calculo, vel materia

quapiam crassa, aut caruncula meatum obstruen
significat, quum ait, Quibus x
rum tuum Stoici male a
fibi molesta esse: quorum alterum morb
terum etiam turpioris intemperantiæ. St
à dysuria diuersus, quem nonnulli vrinæ fl
scilicet tanta est vel vrinæ acrimonia, vel v
quid in eam ilabitur, statim excernatur.



E & Ex. § ἐκ. ἐξ. Ital. *Di.* Ga
positiones sunt quæ &
ponuntur. Separatæ, mo
vt, Ex illo celebratus ho
lud tempus. Modò loc
dò ponuntur pro à vel
tre meo. ¶ Modò sig
cum genitiuo) vt,
vtilitate. hoc est
tatem. E Repub
cundum, ἐξ
est secundum Platonis sententiam. ¶ M
rabat, id est morbum patiebatur in re
que priuationem indicant, vt Eling
hementiam vel perfectionem, vt Elu
vt Educo, Excludo. ¶ Componitur
educo: g, vt egredior: i, vt eicio:
tor: r, vt erigo: u, vt eucho. ¶ Ex
dio: c, vt excarro: e, vt exeo: f, vt
q, vt exquiro: s, vt exequor: t, vt ext
do post ex, sequitur f, mutatur x in
tur x, abiicitur s, vt exequor, & exic
trario, § ἐναντίως, ἐπαλλὰξ, ἐξ ἐναντίας.
Hisp. *Al contrario.* § aduerbium, signifi
nib. E contrario moderati habitus.

E ante A

Eale, Fera est in Aethiopia nascens, r
da elephanti, colore nigra vel fulu
cubitalibus cornua, mobilia, quæ
festa aut obliqua, vtrunque ratio m

EANTES, Nomen proprium historici
qua Pygmalion in Oriente regnabat.

EANVS, à veteribus dictus est, qui poste
debatur præsidere. Sæpe enim antiqui sec
vsurpauerunt, quod & ipsum testatur Quinti
e quoque, i loco fuit, vt Menerua, & Leber, &

EARINVS, pen. corr. ἠαρινὸς, Adolescentis form
tialem, à Vere dictum, quod Græci ἦρ appellar

EARO, onis, Promontorium Pyrenæi montis.
num. Vtriusque autor Ptolemæus, lib. 2. cap. 6.

Eatenus, penult. corr. Significat vsq; eo, vel ad eu
dent Quatenus, Vsquequò, Quoad, Vt, Qua, Ne
Ital. *Fin à tanto.* Gal. *Iusques là, entant.* Hispa. *Hasta*
Caius de institoria actione. Eatenus dabitur in eum
ex ea re locupletior factus est. Cic. 1. de Legib. Sed hoc ciuile, qu
cant, eatenus exceruerunt quoad populo præstare voluerunt. Idem de
Opt. gen. orat. Verba persequens eatenus, vt ea non abhorreant à mo
re nostro. Columel. lib. 12. cap. 9. Caules lactucæ ab imo depurgatos,
eatenus quà tenera folia videbuntur. Sueto. in Tib. Ac primò eatenus
interueniebat, ne quid perperam fieret.

Ebenus, vel Ebenum, penult. corr. ἔβενος, κ ἔβενον. Suidæ. Ital. *Ebano.* Gal. *Ebene, vn certain arbre qui croist és Indes.* Hisp. *Ebano, arbol peregrino ó nostro.* § Lignum est intus nigrum, foris buri aspectu, adeò solidum & ponderosum, vt in aqua non superfluiter. Creditur tamen tenuis esse (vt Actius tradit) substantiæ, & abstergentis virtutis. Vnde oculorum caliginem discutere creditur, & aliis oculorum medicamentis miscetur. Hæc arbor nascitur in India, & cæsa durescit in lapidem, vtitúrque odore iucundo. Virg. lib. 2. Georg. -sola India nigrum Fert ebenum. Vbi Seruius, Atqui & in Aegypto nascitur: sed Indiam, omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Vide Plin. lib. 12. cap. 4. Sunt qui per aspirationem scribant hebenus.

Ebibo, ebibis, penult. corr. Bibendo euacuo. § ἐκπίνω. Ital. *Bere al tutto.* Gal. *Boire tant, ne rien laisser.* Hisp. *Atucho beuer, ó hasta el cabo.* § Plautus Amphitryone, Factum illud est, vt ego illic vini citreum ebiberim meri? Terent. Heaut. Quid comedent? quid ebibent? ¶ Per trahistatiq;em Ebibere ponitur pro cõsumere. Plautus, Amphitry. Non ego cum vno simul ebibi imperium tuum.

Eblandior, diris, Est blanditiis aliquid extorquere. § ἐξαπατῶμαι. Ital. *Volere per lusinghe.* Gal. *Auoir par belles parolles, impetrer par douceur.* Hispa. *Atucho halagar ó quitar por halages.* § Liuius lib. 7. bel. Punici. Neque enim omnia emebat, aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat. Eblanditus, a, um, participium. Vnde Eblandita suffragia dicũtur, quæ precibus & blanditiis impetrantur, apud Cic. pro C. n. Plancio.

EBORACVM, ἔβορακον. Ptolemæo, Britanniæ ciuitas est, quam illi sua lingua vocant *Iorck.*

Eboreus, vide EBVR.

Ebosus, vide EBVSVS.

Ebrius, a, um, qui nimio potu alienatus est mente. § μεθύων, μεθυσικὸς, μέθυσος. Ital. *Ebrio, ebriaco.* Gal. *Yure, enyuré.* Hisp. *Embriago, borracho.* § Plaut. Amph. Homo hic ebrius est, vt opinor. Huius antitheton est Sobrius, quasi sine ebrietate. Cic. Papyrio Præto, lib. 9. Habuisti enim in tua potestate ex quo vel ex sobrio, vel certè ex ebrio scire posses. Vnde, Non sobrius, pro ebrio sumitur. Martia. Et non sobria verba subnotasti. Interdum ebrius ponitur pro pleno & abundanti. Plautus, Facite, mihi cœna vt ebria fiat, id est, abundans, & opipare parata.

Ebriolus, diminutiuum ab ebrius. § μεθυσάριον. Ital. *Alquãto imbriacco.* Gal. *Yurongnet.* Hisp. *Vn poco embriago.* § Plaut. Curc. Tristes atq; ebrioli incedũt.

Universidad de Deusto Biblioteca

ebrius. {μεθυσος. Ital. *Che sfesso è ebriate.* Gal. *Yurongne. Yurongne, qui a coustumé se embriaga.* } Cic. de Fato, ...s & eb... sum, & mulierosum fuisse. Plin. ...octuæ per triduum data in vino, tædium ...itas, propensio in ebrietatem, {μεθυσια. ...arem & ebriositatem interest, aliúdque est ...tem. ¶ Huius cõtrarium est Sobriosus, so... vsus est Cyprianus. ¶ Inter ebrium & ebrio... brius actum præsentem designet: ebriosus ha... em. Potest enim quis esse ebrius, qui natura tamẽ hoc vitio maximè abhorreat: & contrà, ebriosus ...m tunc quum vini nihil gustauerit. dicebat nihil aliud esse quàm insaniam volũtariam. Gal. *Enyurement.* Hispa. *Embriaguez.* } Plin. lib. 3. cap. ...ecundum assus pulmo præsumptos. Ouid. 12. Me... ...nata libidine regnat.

...rium facio. {μεθυσκω. Ital. *Far ebrio.* Gal. *Enyurer.* ...erius, Ebriolati mentem hilarem accipiunt.

...onio in vsu erat pro ebrio, vel inebriato. ...Homo ebriacus somno sanari solet. Ita ...ro: Ebriatus legendum contendunt: vt ...tum est Inebrio.

...n, haud longè à Gaza Syriæ ciuitate.

...iero, in Oceano Britannico, angusto ...sibit Solinus) lacte solum & piscibus ...icuntur; à Stephano αἰθυσσω. diph...

...liendum effundor: sicut aqua quæ in ...ω. Ital. *Bollire.* Gal. *Boullir & sortir dehors.* ...er metaphoram accipitur pro iacta... ...e Finib. Dixerit Epicurus, semper bea... ...em solet ebullire nonnunquam.

...bueco foliis & baccis simillimus, in ...urgens, neque arborescens. Græci ...ulam sambucum. {χαμαιακτη. Ital. ...mota. } Virgil. in Sileno, Sanguineis ...tra hoc experimẽtum multa sunt quæ ...habilem significent: vt iuncus, & cala... ...m, rubi, pruni syluestres, & alia com... ...li creat vuida baccas.

...ti, quasi è barro: sic enim elephantum voca... {ἐλεφας. Ital. *Auorio.* Gal. *Yuoire.* Hispa. *Marfil.* ...Acad. Non enim est è saxo scalptos, aut ebore ...s, aut aliis rebus ex ebore dolatis. Horat. lib. 2. ...ur, neque aureum Mea renidet in domo lacu... ...e ebur ex ædibus sacris, deorum denique simu... ...ret. ¶ Antiquis in vsu fuit nominatiuus ebor, à ...us eboris, & adiectiuum eboreus.

...n est ex ebore. {ἐλεφαντινος. Ital. *D'auorio.* Gal. *D'yuoire.* ...*marfil.* } Plin. lib. 36. cap. 5. Iouem fecit eburneum in ...ce, quà campus petitur. ¶ Aut quod instar eboris albũ est: vt, Eburnea facies. Ouid. 3. Meta. Impubésq; genas, & eburnea colla, &c.

Eburneolus, diminutiuum, {τοῖς μικροῖς σιμαῖς ἐλεφαντινους καὶ μικροὺς. Ital. *Coperto d'auorio.* Gal. *Accoustré ou marqué de petits morceaux d'yuoire.* Hisp. *Cubierto de marfil.* } Cic. 3. de Orat. Quem seruum sibi habuit ille ad manum, cum eburneola solitus est canere fistula.

Eburnus, a, um, Idem quod eburneus. Tibull. Hanc primùm veniens plectro modulatus eburno. Luc. lib. 2, Legitimæ quæ faces, gradibúsque accluis eburnis.

Eburatus, a, um, Quod extrinsecus ex ebore est. {ἐλεφαντόδετος. Ital. *Coperto d'auorio.* Gal. *Couuert ou enrichy d'yuoire.* Hisp. *Cosa cubierta de marfil.* } Plaut. in Persa. Lectos eburatos, auratos. Idem in Aul. Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, nihil moror.

Eboreus, a, um, ab antiquo nominatiuo ebor fit: sicut à marmor marmoreus: eburneus verò, & eburnus, ab ebur. ἐλεφαντινος. Significant autem hæc tria, quod est ex solido ebore. Quintil. lib. 6, Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata.

EBVRA, ἐβουρα Ptolemæo, ἐβορα Stephano, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, cuius meminit & Plin. lib. 3. cap. 1.

EBVRONES, ἐβουρωνες, Populi Galliæ Belgicæ, qui per fraudem multos ex Cæsaris exercitu trucidarunt. Hodie *Leodienses*: Vulgò *Liege.*

EBVRO ...s, Populi sunt inter Celtas Aulercis, Lexouiis, & Vuellis, reliquíque maritimis ciuitatibus vicini.

EBVRVM, ἐβορον. Ptolemæo Moraviæ oppidum est. Germani vocant *Olmutz.*

EBVSVS, ἐβουσος. Vulgò *Ibiça.* Insula est in mari Balearico altera Pityusarum nullam animal noxium gignens. Plin. lib. 3. cap. 5, Ebusi terra fugat serpentes. Colubrariæ pars: ideo infecta omnibus, nisi Ebusita nam terram infetentibus. Habet hæc insula oppidum eiusdem nominis, à Phœnicibus (vt putatur) conditum, aut certè à Pœnis qui à Phœnicibus originem duxerunt. Silius lib. 3. Iámque Ebusus Phœnissa mouet, iámque Attabus arma.

E ante C

ECAMEDA, siue potius Hecameda, ἑκαμήδη, apud Hom. lib. 11. Iliad. nomen est filiæ Arsinoi, quæ capta Tenedo, Nestori in prædam cessit.

Ecastor, aduerbium iurandi. Donatus, Ecastor, per Castorem & Pollucem, ornatiua sunt iurandi, apta fœminis. Plautus in Amph. Ecastor te experior quàti facias vxorem tuam. Terent. in Andr. Pereastor scitus puer natus est Pamphilo. Sunt qui per diphthongum malint scribere, quòd ex æde compositum putent: vt Aecastor dictũ sit quasi per ædem Castoris. Hoc iuramento (vt autor est Macrobius) viri non vtebantur, quemadmodum nec mulieres per Herculem iurabant: ædepol autem iuramentum erat, tam mulieribus, quàm viris commune.

Echasis, ἐξοδος. pen. corr. figura est quæ Latinè dici potest excursus, μεθ' ἣν ἐκβαινεῖς, quod est egredi siue expatiari. Exemplum est apud Virg. lib. 1. Georg. quum describit tempestatem præcauendam à rusticis.

ECBATANA, ἐκβατανα, numero plurali, pen. corr. metropolis est maioris Mediæ, à Seleuco condita, teste Plin. lib. 6. cap. 14. Strabo lib. 11, Media in duas partes diuisa, quarum alteram maiorem vocant, cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperij caput, nunc etiam Parthi Regia vtũtur. Huius vrbis meminit & Cic. in Oratione pro Lege Manilia, de Mithridate loquẽs, Vsq; in Hispaniam (inquit) Ecbatanis legatos misit ad eos duces quibuscum tum bellum gerebamus. ¶ Fuit & in ora Syriæ eiusdẽ nominis oppidum, in monte Carmelo, postea Carmelum appellatum: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 19.

Ecbolia, orum, ἐκβολια, siue Ecbolimæ, arum, siue Ecbolades, medicamenta sunt quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enecbis, quæ & pluthoria dicuntur. Latine dici possunt electoria vel electrices medicinæ. Ex Budæo.

Ecce, Aduerbium demonstrandi: quod apud Virgilium aliquid repentinum, insperatúmque significat. {ἰδε. Ital. *Ecco.* Gal. *Voyez, voyla, ioubdasmement, tout ioubdain.* Hisp. *Mira à esta, he os aqui.* } vt, Ecce autem gemini à Tenedo, tranquilla per alta, &c. Scribit Asconius etiam hoc proprium esse Ciceronis, vt in rebus improuisis hac particula vtatur: vt in Oratione pro Cluentio, Ecce tibi eiusmodi scelus, vt in primis Bulbo esset iudicandum. Idem 6. Verr. Ecce tibi nona turba, atq; rixa. Idem in Pisonem, Ecce tibi after effusa, &c. ¶ Nonnunquam etiam in rebus lætis hac particula vtimur. Ouid. 3. Amor. Ecce Corinna venit. Habet autem modò nominatiuum, modò accusatiuum. Cic. ad Attic. lib. 1. Ecce aliæ deliciæ Equitum. Idem 2. de Finibus, Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.

Eccubi, ἐκπου, per duplex cc, & pen. corr. componitur ex ecce & vbi, idémque significat quod Nuncubi.

Eccum, eccam, eccos, eccas, aduerbia sunt demonstrandi, quæ nonnulli voluerunt idem significare quod ecce eum, eos, eas: quos Lauretius reprehendit eo argumento, quòd nõ semel apud Comicos legamus subiunctum accusatiuum, vt Eccum me, Eccum Parmenonẽ: vbi certè non possumus interpretari, Ecce eum me, aut, Ecce eum Parmenonem. Melius itaq; hac in re Vallam sequemur, qui harum dictionum significationem per aduerbia interpretatur: vt Eccum sit idem quod ecce hic, subintellige virum de quo agebamus. Eccam, ecce hic, subintellige fœminam de qua agebamus. Ellum, ecce illic, scilicet virum, resoluendo per aduerbia, non per nomina. Ex his itaque non obscurum est quid discriminis sit inter Eccum & Ellum: quòd scilicet Eccum demonstrat hominem qui non procul abest, à loco in quo sumus: vt Eccum Parmenonem, hoc est Ecce hic Parmenonem: contrà, Ellum, eum qui longius abest.

Eccere, iuhurandum est, acsi dicatur, per Cererem, νὴ τὴν Δήμητρα, vt Accastor, Aedepol. Alij Eccere accipiunt pro Ecce: Plautus in Amph. Eccere tiam tu autem facis vt tuis nulla apud te fit fides.

Ecclesia, {ἐκκλησια. Ital. *Adunanza.* Gal. *Assemblee.* Hisp. *Ayuntamiento.* } Latinè cœtus, cõcilium, concio, congregatio. Inde fidelium omnium qui per orbem sparsi sunt, vniuersitas, à Christianis Ecclesia dicitur. Sic dicimus Christum esse caput Ecclesiæ. Athenienses hoc nomine vocabant conuentum ciuium qui Reipub. causa conueniebant: nam quum ad spectaculum aliquod populus ex agro vocabatur, ἀπὸ κλησις proprie dicebatur.

Ecclesiastes. {ἐκκλησιαστης. Ital. *Predicatore.* Gal. *Prescheur.* Hisp. *Predicador.* } Concionator: ἀπὸ τῆ ἐκκλησιάζειν, quod est concionem habere, vel ad concionem conuocare.

Eccum, vide ECCE.

Ecdicus. {ἐκδικος. Ital. *Defensore, vendicatore.* Gal. *Defendeur, procureur de ville.* Hisp. *Defendedor, Vengador.* } Latinè interpretatur defensor, vel vindex. Erant autem Ecdici, teste Budæo, in municipiis, qui Romæ Tribuni plebis, qui scilicet plebis causam aduersus iniuriã optimatum tuebantur. Cic. ad Thermum, lib. 13. Epist. famil. Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curaturum vt Ecdici Milesij Romam mitterentur: id factum non est: Legatos audio missos esse: sed malo Ecdicos, vt aliquid confici possit. Quare peto à te vt eos & Alabandẽses iubeas Ecdicos Romam mittere.

ECHEMON, ἐχεμων, Priami filius, à Diomede occisus, Home. Iliad. 5.

ECHENEVS, per quatuor syllabas, & pen. prod. ἐχενηος, omnium Phæacum generosissimus, teste Homero lib. 7. Odyssex.

Echemythia, {ἐχεμυθια ab ἐχεμυθεω. Ital. *Taciturnità, silentio.* Gal. *Silence.* Hispa. *Obra de callar, silencio.* } Latinè taciturnitas dicitur & auscultatio: quo nomine etiam vocatum fuit silẽtium illud discipulorum Pythagoræ, teste Gellio lib. 1. cap. 9. Vnde echemythos à Græcis dictos crediet Budæus auscultatores, & ceusendi immunitatem habentes in senatu, qui & ἀκουστικοι dicuntur. Idẽ alio loco interpretatur echemythos, cunctatores, & sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se, vnicam linguam in causis etiam publicis meminerint.

Echeneis, {ἐχενηις. Ital. *Pesce peccolo, che ferma le naui, anuuis lequali s'attacca.* Gal. *Vn petit poisson, qui s'il s'attache contre vn nauire, il l'arreste & garde de nager & remuer.* Hispa. *Pece pequeño que retiene las naues.* } Genus pisciculi, quem Latini remoram appellant: vtroque nomine ab effectu impositio. Ferunt enim hunc piscem in nauim cui adhæserit, sistere, quantumuis velis & remis incitatam. Hinc echeneis dicta, παρὰ τὸ ἐχειν τὴν ναῦν, hoc est à tenẽda naui: ἀπὸ τοῦ ἐχεσθαι τῆς νεὸς, id est ab eo quod naui adhæreat. Plin. lib. 9. Est paruus admodum piscis assuetus petris, echeneis appellatus, hoc carinis adhærẽte, naues tardius ire creduntur, inde nomine impositio. Ob quam rẽ à Græcis ἐχενηις dicitur, à nostris remora à remorando nominatur. Luer. lib. 6. Non pupim retineus, Euro tendente rudentes, In mediis echeneis aquis. Ferunt hũc piscem fluxus in grandarum vtero sistere, parturíque ad puerperium continere.

Echidna, ἐχιδνα, Idem serpens esse creditur qui à Latinis vipera dicitur, quod & ipsum etymologia videtur indicare. Apparet enim echidnam dicta παρὰ τὸ ἐχειν ἐν ἑαυτῇ τοὺς ὀδόντας ἀχρι γενέσεως, quod scilicet ad interitum vsque fœtum intra se contineat, donec pullis nimiam moram pertæsis, erosa matris vtero, parẽtéque necata erumpant. ¶ A Poëtis accipitur

pitur pro quouis serpente, & præcipuè pro hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta est. Ouid.lib.3.Fast. Sanguine Cētauri Lernææ sanguis echidnæ Mistus, ad auxilium tempora nulla dabat. Vide complusculà hac de re in dictione EXCETRA.

ECHINADES, ἐχινάδες, Exiguæ sunt insulæ, Acarnaniæ adiacentes, ex aduerso ostij Acheloi fluminis, natæ ex arena & limo impetu Acheloi conuecto, teste Plinio lib.2.cap.85.

Echinometra, ἐχινομήτρα, Echinorum genus, quorum spinæ longissimæ, colores minimi, nec omnibus iidem, rufus & vitreus color. Plin. libro 9.cap.31.

ECHINVS, pen.prod. ἔχινος & ἐχῖνος Stephano, Oppidum est Acarnaniæ, non procul ab ostio Acheloi, quod Echinadibus insulis nomen fecisse putatur. Meminit huius oppidi Plin.lib.4. cap.1. ¶ Est item Echinus, oppidum in ora Phthiotidis, ad Malhacū sinum, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cic.in Arato, Dicitur excelsis errans in collibus amnis, Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus. Recensetur etiam à Ptolemæo lib.3.cap.13.

Echinus, pen.prod. ἔχῖνος. Ital. *La coperta spinosa delle castagne.* Gal. *La premiere couverture piquante, dedans laquelle premierement croissent les vrais Iaignes.* Hispa. *Erizo dela castaña.* } Tegmen spinosum quo seruantur castaneæ. Vnde castaneæ echinatæ dicuntur. Plin.lib.15.cap.23, Nuces vocamus & castaneas, quanquam accommodiores glandium generi: armatum his echinato cortice vallum est. ¶ Ab huius tegminis similitudine dictus est echinus piscis quidam, quem Plin.lib.9 cap.31, scribit esse ex cancrorum genere cui spinæ pro pedibus sunt, cui ingredi, est in othē volui, capitur ferè inter saxa, vbi se cōtinet ne à fluctibus iactetur. Martial.lib.13, Iste licet digitos testudine pungat acuta, Cortice depositio mollis echinus erit. ¶ Est & echinus apud Græcos terrestre animal, cui est apud nostros nomē hæricio, siue hærinaceo, aut etiam hæritici: quod ipsum ab hærendo deductum est, & æque spinis hirtus est atq; marinus echinus: de quo Ambrosius lib.Hexam. Echinus iste terrenus quem vulgo hæricium vocant, siquid insidiarū presenserit, spinis suis clauditur, atque in sua arma se colligit. ¶ Præterea echinus genus vasis ænei est in quo calices lauantur, quam alij ampullam dicunt esse vitream, Horat.lib.1. Sermo.Satyra 6, Pocula cum cyatho duni fusti. net, astat echinus. ¶ Athenis item echini nomine intelligebatur serinium foreſe, in quod dicta testium & totius litis acta conijciebantur: vnde In echinum conijcere, εἰς ἔχῖνον ἐμβάλλειν, dicebant pro eo quod est acta in iudicio proferre. ¶ Totus echinus asper, πᾶς ἔχῖνος τραχύς, prouerbiali figura dicebatur, in morosos & iniucundis moribus, cū quibus nulla ratione agere possis citra litem. Aristoph.in pace, Οὐδέποτ' αὖ ἥξει λᾶον τὸν τραχὺν ἐξ ἐχίνου, id est, Ex scabro in læu ēuúquam verte tur echinus. ¶ Simili figura dicitur, Echino asperior, ἐχίνου τραχύτερος: in hominem intractabilem & insuauibus moribus. ¶ Prius duo echini amicitiam iuierint, alter è mari, alter è terra, πρὸ δὲ δύο ἐχῖνοι τὸν φίλον ἐλθοῦσι, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου. De iis qui moribus ac studiis sunt inter se diserepantiores, quam vt spes sit, aliquando inter eos necessitudinem coituram. Suidas.

Echinatus, Adiectiuum, ἐχινώδης. Ital. *Coperto di spine come il riccio.* Gal. *Couuert d'aguillons comme vn herisson.* Hispa. *Cosa cubierta coma de herizo.* } vt echinata castanea. Plin.lib.17. cap.9. In cacumine capitula sunt echinata spinis.

Echinophora, Genus conchæ. Plin.lib.32.cap.11.

ECHION, pen.prod. ἐχίων, Vnus fuit illorum quorum opera adiutus Cadmus Thebas ædificauit: de quo Ouid.3. Metam. Hinc etiam ipsi Thebani à Poëtis Echionidæ & Echionij passim appellantur.

Echion, ἔχιον, Medicamentum quoddam, dictum à vipera, quam Græci ἔχιν nominant. Plin.lib.29.cap.6, Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum vnum, & thuris manna vna, atque ita oculorum suffusiones, & caligines inungere vtilissimum est. Medicamentum id echion vocatur. Hæc ille.

Echites, ἐχίτης, Gemma est colore viridi subobscuto, quandam viperæ similitudinem referens. Plin.lib.37.cap.11.

Echite, tes, ἐχίτης, Herba est similis scammonio: de cuius natura consule Plinium lib.24 cap.15.

Echo, ἠχώ. Ital. *Echo, la voce che risponde al principio della parola.* Gal. *Echo, le son & retentissemēt de la voix, comme rejaillissant à celuy de qui est celle voix.* Hisp. *La voz, que retumba y resuena.* } Soni vel vocis repercussio, à verbo Græco ἠχέω, quod est resono. Ouid.lib.3. Metam. Planxerunt Dryades, plangentibus assonat echo. Fit præcipuè in conuallibus, & locis concameratis, vbi scinditur resultans aer, & acceptæ voces numerosiore repercussu multiplicantur: nomēnque echo eiusmodi voci à Græcis datum est, vt Plinius scribit, quoniam non est vagandi libertimus campus, sed obiectu reflectitur. Quæ causa etiā multas voces multis in locis reciprocas facit: sicut in vibe Cyzico turres septem acceptas voces multiplicant. ¶ Et Olympiæ porticus fuit, quam heptaphonon appellabant, quoniam septies eadem vox ibi reddebatur. In hanc sententiā abit Lucretius. Sex etiam ac septem locavidi reddere voces, Vnam quum faceres: ita colles collibus ipsi Verba repulsantes, iterabant reddere voces. ¶ Eadem à Latinis dicitur imago. Valer.Flacc.lib.3. Argon. Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat Auia, respondent syluæ, & vaga certat imago. Horat. Quem deum cuius recinit iocosa Nomen imago. Vbi Porphyr. Imaginem interpretatur vocis reflexionem: itaque dictam vult quasi imitaginem. ¶ Scribit Ouidius lib.3. Metamorph. ECHO nympham fuisse, quæ quum à Narcisso, cuius amore deperibat, sperneretur, longo mœrore cōtabuit, & corpore demum in saxum cōuerso nihil nisi vocem retinuit. ¶ Græci item condemnatas rupes, & valles argutas, in quibus sonus reflectitur, ἠχοῦς vocant, teste Colum.lib.9 cap.5.

Ecligma, atis, ἐκλειγμα, Frequentissimū medicis Græci vocabulum, quod Latinè linctum vertimus. Sunt enim ecligmata quæ fiunt lingēdi gratia, non edendi aut deuorandi: hoc est quum aliquid in ore tenentes, paulatim distillando sorbemus, λείχω, & λείχω. Vulgus medicorum *electuarium* vocat. Plin.lib.21.de thymo, Diutinæ tussi ecligmate faciles excreationes facere existimatur.

Ecliptis, ἔκλειψις, Figura qua in oratione aliquid reticemus quod ad perfectionem eius sit necessarium. Latinè defectionem vertere possumus, ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, quod est deficere. Terent.in Andr. Verbum vnum cane de nuptiis, deest, dicas. ¶ Eclipsis lunæ, hoc est defectus lunæ: nempe quum sol per interpositionem terræ ita lunæ opponitur, vt illam luminare non queat.

Eclipticus, a, um, ἐκλειπτικός, Defectiuus. Plin.lib.2.cap.16, Cōuenit stellas in Occasu vespertino proximas esse terræ & latitudine & altitudine, exortúsque matutinos in initio cuiusque fieri: stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica.

Ecloga, ἐκλογή, Electio electus, explanatio: ab ἐκλέγω, quod est eligo. Dicitur & sermocinatio, seu colloquiū. Vnde Eclogæ Virgilij: vt quibusdam videtur, quum tamē doctioribus placeat. Aeglogas dici oportere, vide AEGLOGA. ¶ Eclogarij apud Ciceronem ad Atticum lib. 16, id est sermocinatores, vel auditores sermonum.

Ecnephias, ἐκνεφίας, Procellæ genus est, teste Plinio, lib.2.cap.48, quæ ex siccæ nubis discussione erumpit, hoc est sine pluuiis: nam quæ cum imbribus nubes frangunt, exhydriæ vocantur.

Econ, vide ICON.

Econtrario, vide è præpositionem.

Ecphrasis, ἔκφρασις, Est mera puráque enarratio: ἀπὸ τοῦ ἐκφράζειν, quod est exprimere, clarè & euidenter explicare. Hesychius, λόγος ἐναργής, hoc est sermonem euidentem interpretatur.

Ecquando, Id est nunquando, vel an aliquando. ἔκ ποτε, Ital. *Quando mai* Gal. *Iamais quand? & quand?* Hispa. *Por auentura en ningun tiempo?* } Cic.de lege Agr. Quæro à populari Tribunio plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint.

Ecquis, Idem quod nunquis. ἔκ τις Ital. *Forsi?* Gal. *Qui dont? & qui donc?* Hispa. *Por auentura alguno?* } Ex en pro ecce, & quis, vbi n ratione q sequētis, mutatur in c: ex quo offenditur eandem vim habere c & q. Terent.in Eunucho. Ecquid nos amas de fidicina isthac id est nónne me amas propter fidicinam? Quid.lib.2. Fast. Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid Coniugibus nostris mutua cura fumus?

Ecstasis. ἔκστασις. Ital. *Stupore.* Gal. *Estonnement tel qu'on ne sent point ce qu'on fait, passion.* Hisp. *Passo ò espanto.* } Latinè stupor siue mentis emotio ex re aliqua repentè oblata: vt quū ad subitum amici conspectum prorsus obstupescimus. Dionysius sic vocat abstractionem mētis à corpore ad contemplanda cœlestia, quæ etiam ἀποκοπὴ dicitur. Quidam definiunt ἀλογοχρόνιον μανίαν, teste Galeno de Definitionibus medicis, hoc est insaniam non diu perseuerantem. Dicta est autem ecstasis, ἀπὸ τοῦ ἐξίστασθαι, quòd qui hanc patitur, extra seipsum quodammodo constitutus sit. ¶ Hinc Ecstatici, ἐκστατικοί, dicūtur qui ecstasi correpti sunt, quos mente commotos vocat Plinius.

Ectasis, ἔκτασις, Dici potest productio. Figura est qua syllaba naturaliter correpta, producitur: ab ἐκτείνω, extēdo, produco: vt Italiam fato profugus. Vbi prima syllaba in dictione Italiam, quæ natura breuis est, metri necessitate extenditur.

Ecthlipsis, ἐκθλῖψις. Latinè elisionem, vel exclusionem sonat: ἀπὸ τοῦ ἐκθλίβειν, quod est elidere vel excludere. Hoc autē nomine peculiariter vocant Grammatici elisionem m literæ finalis, quæ subsequente vocali in carmine ferè semper absumitur.

Ectrapeli, ἐκτράπελοι. Horrentes, & auersati communem & vsitatum naturæ modum. Apud Hermogenem ἐκτράπελοι interpretantur, οἱ ἐκτεταμμένοι τῷ ἤθει, καὶ ὑπερβολικῶς φύσεως: quasi dixeris exorbitantia. In qua significatione etiam Plinius accipit. lib.7.cap.16.

Ectropium, siue Ectropia, æ, ἐκτρόπιον, ἐκτροπία, dicitur diuisio palpebrarum, quum scilicet inferior palpebra nō satis sursum attollitur, sed pendens hiat, nec cum superiore committitur. Lagophthalmos verò, quum superior palpebra non descendit.

Ectypa, ἔκτυπα. Dicuntur opera quæ ex ipsis typis formata sunt. Plin.lib. 37.cap.10, Hæ sunt gemmæ quæ ad ectypas scalpturas aptantur.

Eculeus, ἐκκύλισμα. Vide EQVVLEVS.

E ante D.

Edax, Edacitas, Vide EDO, es.

EDDANA, ἐδδάνα, Vrbs est ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce. Stephanus.

Edentare, edentulum facere excussis dentibus. ἐκδοντόω. Ital. *Sdentare.* Gal. *Edenter.* Hisp. *Desdentar, quitar ò sacar los dientes.* } Plaut.in Rud. Nimis velim improbissimo homini malas edentauerint.

Edentatus, Dentibus priuatus. ἐκδοντωμένος. Ital. *Sdentato.* Gal. *Edenté.* Hisp. *Desdentado.*

Edentulus, Qui sine dentibus est. ἔκδους. Ital. *Senza denti.* Gal. *Edenté, sans dens.* Hispa. *Sin dientes.* } Plautus in Cas. Propter operam illius improbi edentuli.

EDESSA, ἔδεσσα, Ciuitas est Mesopotamiæ, siue (vt Plinius mauult) Syriæ Cœles, olim Rages dicta, teste Hieronymo de Traditione Hebraicis. In hac Agabarus Toparchus regnauit, cuius extat ad Christū Epistola, & Christi ad eundem responsio: vt videre est apud Eusebium histo. Ecclesiast. lib.1. Hæc olim etiam Bambyce dicta est. Strabo, Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hieropolim vocant: in qua Atergatim Syriam deam colunt.

Edessæi, ἐδεσσαῖοι, ἐδεσσηνοί, dicti sunt Edessæ ciues.

Edico, cis, penult. prod. edixi, edictum, Iubeo, pronuntio, decerno: & est propriè magistratuum. ἐκφωνῶ. Ital. *Commandare, ordinare.* Gal. *Ordonner, commander.* Hisp. *Proponer edicto, mandar como señor ò juez.* } ¶ Ité Edicere pro denuntiare, siue præmonere. Plaut.in Truc. Edico prius, ne duplices habeatis Linguas, ne ego bilingues vos necem. Terent.in Heeyra, Ibo intrò, atq; edicam seruis ne quoquam efferri sinant. Cicero 2.de Finibus bonorum, Est etiam tibi edicēdum quæ tis obseruaturus in iure dicendo. Vnde & Edicere diē ad conueniendum, edicere conuentū, edicere militibus prædam, apud Liuium. ¶ Ponitur etiam simpliciter pro dicere. Plautus Truc. Sanus si videar, edicam.

Edicto, as, are, Eloquor, enuntio: frequentatiuum est ab edico, quod interdum pro simplici accipi, *suprà* ostendimus. ἐκφωνέω. Ital. *Dire spesso.* Gal. *Dire, publier.* Hisp. *Decir, hablar.* } Plaut. Epid. Ato; amorum summam edictans tibi. Idem in Amphit. Tute edictas facta tua.

Edicta, Quæ sunt Consulum, Prætorum, & Aedilium literæ, quibus aliquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid imperatur. {Δόγμα, πρόσταγμα. Ital. *Ordinanze, commandamenti del principe o magistrato.* Gal. *Edits, ordonnances, commandemẽs.* Hisp. *Los edictos que propone el juez.*} Cicero pro Quintio. Quod Prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubet. ¶ Est etiam edictum priuati hominis. Terent. Heau. Primùm hoc te oro, nequid credas me aduersus edictum tuum Facere esse ausum.

Edictio, onis. Edictum, mandatum, imperium. πρόσταγμα, διάταγμα. Plaut. Capt. Basilicas edictiones atque imperiosas habere.

Edilis, & hoc edile, Vide EDO, edis.

Ediſco, is, Memoria complector. {παραλαμβάνω τῇ μνήμῃ. Ital. *Imparare à mente.* Gal. *Aprendre par cœur.* Hispa. *Deprender decoro y memoria.*} Cicero 2. Tuscul. Ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur. Virg. 6. Aeglo. Audiit Eurotas, iussitque ediscere lauros.

Ediscendus, ad verbum libellus, Cicero 4. Acad.

Edisſero, edisseris, pen. corr. Explano, declaro. {δείκνυμι. ἐξ δείκνυσι ἐκθέσεως. Ital. *Dichiarare.* Gal. *Declarer & bailler à entendre.* Hispa. *Declarar lo escuro.*} Pacuuius, Edissere fabalam hanc. Virgil. lib. 2. Aeneid. -mihique edissere vera rogauti. Plautus in Capt. Iam animaduorte. hæc mihi, quæ dicam, edissere. Cicero de clar. Orat. Quis docendo, edisserendóque subtilior?

Edisſerto, as, frequentatiuum. ἐπιδιηγέομαι, πολλὰ καὶ συχνὰ δείκνυμι. Plaut. in Amphitr. Ordine omne, vt quicquid actum est, dum apud hostes sedimus, edissertauit.

Editicius, Editus, Vide EDO, edis.

Edo, es, est, edi, esum, vel estum: vel Edo, edis, correpta prima syllaba, ab ἔδω. Significat vescor. {ἐσθίω, πάσσω. Ital. *Mangiare.* Gal. *Manger.* Hispa. *Comer.*} Virgil. 4. Aeneid. -est mollis flamma medullas. Cicero ad Attic. lib. 13, Itaque & edit, & bibit ἀδέως, & iucundè, opiparè sanè, & apparatè. Infinitiuum facit duplicem, Esse, ab edo, es: Edere verò, ab edo, edis. Cicero 2. de Orat. Quem quum Catulus nuper audisset, fœnum edis. Cicero 2. de Orat. Quem quum Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere. ¶ Huius composita Adedo, Ambedo, Comedo, Exedo, Obedo, Peredo, & Superedo, quæ habent penult. corr. De quibus vide suis locis. ¶ Frequentatiuum eius est Esito, desideratiuum Esurio.

Edendus, participium. Cicero de Amic. Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. ¶ Quãdoque edo significat consumo. Horat. lib. 1. Epist.

Quæ lædunt oculos, festinas demere, si quod
Est animum, differs curandi tempus in annum.

Edor, ederis, estur: prætetitum Esus sum. Plin. lib. 20. cap. 9, Et in Aegypto propter eius amaritudinem non estur. ¶ Estur, impersonale. Plautus Mostel. Iam ista quidem absumpta res erit, quando dies noctésque estur, bibitur.

Esito, tas, pen. corr. frequentatiuum est à supino Esum formatum. {ἐσθίω, πάσσω, κατατρώγω. Ital. *Mangiare spesso.* Gal. *Mangeoter, manger en plusieurs fois.* Hisp. *Comer amenudo.*} Gellius lib. 4. cap. 11, Pythagoram philosophum non esitauisse ex animalibus, Ibidem, Videtur autem de cyamo non esitato causam erroris fuisse. Cato de Re rust. cap. 157, Lotium conservato eius qui brassicam esitauerit.

Edax, adiectiuum. Idem significans quod vorax. {ἀδηφάγος. Ital. *Ingordo, mancatore.* Gal. *Grand mangeur, gourmand.* Hisp. *Mucho comedor y gastador.*} Cicero pro Flac. Edax hospes. Terent. in Phor. Alete nolunt hominem edacem. ¶ Edax currus, qui multum vnguinis, siue ceromatis absumit. Et Edaces triremes, quòd magnis constent impendiis. Tempus edax rerum, quòd omnia spatij longitudine atterat & consumat.

Estrix, estricis, generis fœm. verbale ab Edo, es, est. {ἐδήτρια, ἡ βορὰ, ἡ ἐδωδή. Ital. *Mangiatrice.* Gal. *Mangeresse, grande mangeuse, gourmande.* Hispa. *Comedora.*} Plaut. Cas. Ego noui ambas illas estrices, corbitant, vbi comesse possunt.

Edacitas, Pro ingluuie, voracitate. {ἀδηφαγία. Ital. *Mangiare sconcio.* Gal. *Gourmandise, quand on mange beaucoup & auidement.* Hispa. *La gargantez, obra de gastar.*} Plaut. in Persa. Neque edacitate eos quisquam poterat vincere. Cic. ad Qu. frat. Edacitatem pueri pertimesco.

Esurio, pen. corr. is, esuriui, itum, ire. Fameo, cibum appeto. {πεινάω, ὦ. βουλιμιάω, ῶ. Ital. *Hauer fame.* Gal. *Auoir faim, desirer à manger.* Hispa. *Auer gana de comer.*} Est autem absolutum: quanquam & cum accusatiuo inueniatur. Plautus in Curcul. Qui homo maturè quæsiuit pecuniam, Nisi eam maturè parsit, maturè esurit. Terent. in Heaut. Modò liceat viuere, est spes. ¶ 2. Quæ S. Nos esurituros satis. Cælius Ciceroni, Vestras copias non noui: nostri valde depugnare, & facilè algere, & esurire consueuerunt.

Esuriales feriæ, dicuntur à Plauto in Capt. quibus ab edendo feriamur. Neque ieiuniosiorem, (inquit) neque magis effractum fame vidi, &c. Ita venter, guttúrque residunt esuriales ferias.

Esurio, onis, Qui esurit. {πεινάλιος. Ital. *Quello che ha fame.* Gal. *Affamé, qui a grand faim.* Hisp. *Hambriento ò ganoso de comer.*} Plaut. in Persa, O' Saturio, opportunè aduenisti mihi. 5. Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet: Nam esurio venio, non aduenio saturio.

Esuritor, verbale. πεινηλός. Martialis libro 3. Romam petebat esuritor Thurius.

Esuries, ei. Esuritio, onis, & Esurigo, ginis, Idem quod fames, hoc est edendi auiditas. {πεῖνα. Ital. *Fame.* Gal. *Faim, famine.* Hispa. *Hambre.*} Varro. Vbi lubet, ire licet accubitum, accedo strenuosus, stimulans quod esurigo findebat costas. Catul. 20. Epigram. Aureli pater Esuritionum. Gel. lib. 16. cap. 3, Esuritionem faciunt inanes, patentésque intestinorum fibræ.

Esus, us, ui, Actus ipse edendi. {ἔδεσμα, βρῶσις. Ital. *El mangiare.* Gal. *Mangerie, mangement.* Hisp. *El comer.*} vt, Pomũ immaturum, necdum esui idoneum. Plin. lib. 20. cap. 7, Stomachos dissolutos adiuuant esu.

Edilis, le, penult. prod. pluraliter edilliarvel Edulis. & Edulia, per quintam vocalem. Dicuntur omnia quæ ad esum pertinent. {ἐδώδιμα, βρώσιμα. Ital. *Cosa da mangiare.* Gal. *Bon à manger, qu'on peut manger.* Hisp. *Cosa para comer, ò que se suele comer.*} Gellius lib. 7. cap. 11, Quod ex salutis vsu foret, vt edilia quidẽ omnia defenderet ab attetia, depellerétque in stomachum, & pulmonem. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 4, Vinea submittit capreas non semper edules.

Edulium, Dicitur quicquid ad prandium cœnámque edendi gratia apponitur & sumitur, præter panem. {ἔδισμα, ἐδώδιμα. Ital. *Companatico.* Gal. *Manger, ou mangeaille, tout ce qu'on mange.* Hispa. *Manjar ò comida que se suele comer.*} Hieronymus. Cuius edulio primogenita perdidit.

Edo, edonis. Idem quod edax, qui & Mãduco dicitur. {φάγος. Ital. *Mangione, diuoratore.* Gal. *Grand mangeur, gourmand, goulu.* Hispa. *Comilon ò tragon.*} Nonius, Edones, & phagones, ab edacitate: vnum Latinum, & aliud Græcum. Varro, Edones Romam, vt turba intendat annona: sed propter phagones ficedulam pinguem, aut turdum, nisi volantem non video.

Edo, edis, edit. priore producta, edidi, editum, Est emittere, & quasi extra dare. {ἐκδίδωμι. Ital. *Mandar fuori, dar' in luce.* Gal. *Mettre hors, produire.* Hisp. *Embiar de fuera, publicar la escriptura.*} vnde Edere librum, est librum publicè legendum emittere. Cicero, Nec se tenuit quin contra doctorem suum librum ederet. ¶ Et quoniam quæ generãtur, ex vtero in lucem prodeunt, edi etiam pro nasci accipitur. Horat. lib. 1. Carm. Mecœnas atauis edite regibus. ¶ Edere etiam sæpe significat exhibere: vt, Edere spectacula: edere munus gladiatorium. Plautus. Edit quisque quod potest id est profert & agit. ¶ Edere animam, pro mori. Cicero pro Sestio, At si tum P. Sestius, Iudices, in templo Castoris animam, quam vix retinuit, edidisset: non dubito quin, &c. Sic edere vitam. ¶ Edere frondem, siue fructum dicitur arbor, apud Columellam. Sic edere herbas campi dicuntur. ¶ Edere leges, est conscribere, & statuere, vel promulgare. Edere nomen, pro imponere. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Domicilióque ibi comparato, L. Tarquinium Priscum edidere nomen. ¶ Est etiam Edere nomen proferre vel efferre nomen suum vt describatur, & veluti suum nomen profiteri in actis, quem manumissuri sumus: quod fiebat ante cognitionem Consulis. Quinetiam Edere nomina hodie dicere possumus quod procuratores apud acta curiæ *Præsentare* dicunt. Edere oraculum, est diuinare. ¶ Edere rationes, *facere computum cum aliquo.* Cicero ad Attic. lib. 7. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam quas tibi edidit. ¶ Edere scelus, committere, patrare. ¶ Edere testes, proferre, producere.

Editus, participium: vt, Editus Iouis satu, apud Ciceronem Offic. 1. Διογενὴς, Διὸς παῖς γεγενημένος.

Editus, ta, tum, penultima correpta, {ὑψηλός. Ital. *Alto, sublime.* Gal. *Qui apparoist fort, haut, esleué.* Hisp. *Alto, ensalçado.*} Idem est quod altus à verbo Edo: vt Edita loca dicuntur alta, & sese edentia, hoc est ostendentia. Liuius, Tumulo editissimo communierunt. Editi atq; asperi colles, apud Cæsarem 7. bel. Ciu. Scribi debet absque diphthongo, quemadmodum & verbum edo, quod hactenus malè inter diphthõgata relatum fuit. ¶ Horatius metaphoricós pro Forti vsurpauit, lib. 1. Serm. Saty. 3. Viribus editior cædebat, vt in grege taurus.

Editicius, adiectiuum. ἐκδοτικός. Index editicius quem altera pars elegerit. {ἐκ μέρους ἐκδότης. Ital. *Giudice eletto da vna parte.* Gal. *Iuge prodnit & nommé par vne partie.* Hisp. *El juez que las partes eligen.*} Cic. pro Planco, Neque enim quicquam aliud in hac lege, nisi editicios iudices es sequutus.

Editio, verbale, {ἔκδοσις. Ital. *Publicamento.* Gal. *Publication d'vn liure.* Hispa. *La publication de la escriptura.*} vt, Editio librorum. Quintil. in proœmio libri 1, Sed nimium amantes mei iuuenes librum temerario editionis honore vulgauerant. ¶ Editio multiplex, pro varia, & dissona traditione. Liuius 4. ab Vrbe, Valerius Antias & Qu. Tubero M. Manlium & Qu. Sulpitium. COSS. in eum annum eduot. Cæterùm in tam discrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos autores profitentur.

Edoceo, ces, Diligenter doceo. {διδάσκω. Ital. *Insegnare con diligenza.* Gal. *Enseigner parfaittement.* Hisp. *Enseñar mucho y con diligencia.*} Plaut. Epid. Eadem hæc intus edocebo quæ ego scio. Stat. 3. Thebaid. -non te cælestia frustra Edocuit, lauróque sua dignatus Apollo est. Cic. 3. Tuscul. Edocuit tamen ratio, vt mihi quidem videtur, &c. Sallust. in Catil. Senatum edocet de itinere hostium.

Edolo, as, penult. corr. Perfectè dolo, polio. {σκληραίνω. Ital. *Polire perfettamente.* Gal. *Acheuer de doler, polir ce qui est dolé, ou bien ebaucher vn ouurage.* Hisp. *Mucho y bien dolar.*} Nonius, Edolare fabrorũ est verum verbum, quum materiarum complanatur asperitas. Vsi sunt eo verbo laudandi scriptores vetustatis, etiam ad alias fabricas retum. Varro, Vnum ego libellum non edolem? Cicero ad Attic. lib. 13, Quod in manibus habebam, abieci: quod iusseras, edolaui.

EDOM, ἰδώμ, Esau dictus est, ob coctionem rufæ lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi nanque (vt Iosephus lib. 2. scribit,) Edom rubeum dicunt. Vnde & regio, in qua regnabat Esau, Edom dicta est, quam Græci, deflexo nonnihil nomine, Idumæam, ἰδουμαίαν, denominauerunt. Hæc nũc regio (inquit Hieronymus) Gebalena dicitur, quæ est in finibus Eleutheropoleos, vbi habitabant antè Chorthæi, qui interpretantur liberi: vnde & ipsa vrbs postea sortita vocabulũ est. Nunc viculus Palæstinæ est à conditore sic imposito nomine.

Edomo, as. Idem quod domo. {δαμάζω. Ital. *Domare.* Gal. *Domter du tout, vaincre.* Hisp. *Domar.*} Cicero pro Sylla, Improbi ac perditi ciues, edomiti atque victi. Idem de Fato, Scribunt vitiosam naturam ab eo sic edomitam, & compressam esse doctrina, vt, &c. Horat. 4. Carm. Ode 5, Mos & lex maculosum edomuit nefas.

EDON, ἤδων, teste Seruio, Mons est Thraciæ, aut certè Macedoniæ quæ Thraciæ proxima est, qui à Plinio libro 4. cap. 11, appellatur Edonus.

Edonij, vel Edoni, pen. longa (apud Græcos enim per ω scribitur) Populi Edoni monti vicini. Horat. libro 2. Carm. Non ego fanius Bacchabor Edonis: recepto Dulce mihi furere est amico.

Edonius, & Edonus, adiectiua: Idem significant quod Thracius. Virg. 12. Aeneid. Ac velut Edoni Boreæ quum spiritus alto Insonat Aegæo. Ad hũc etiam modum Statius dixit Edonas hyemes, pro frigore acerrimo, quale est in finibus Thraciæ.

EDONIDES, ἐδωνίδες, Mulieres bacchantes, quæ furore diuino agitatæ, mysteria Bacchi celebrabant. Variis autem nominibus appellabantur: nam & Enantes, & Thyades, & Mimallonides, & Mœnades, & Bussarides dictæ sunt. De his Ouidius, Protinus in syluis matres Edonidas omnes, Quæ videre nefas, torta radice ligauit.

EDONII,

EDONIA, idis, ἈΔωνὶς. Ciuitas Phrygiæ, Cimmeriorum olim sedes, postea Antandros dicta. Stephanus.

Edos, Ab antiquis appellatum fuit far, quod postea ador vocauerunt, teste Festo. Dictum ab edendo, eo quòd pop. Romanus trecentis propemodum annis ex solo frumenti genere solo farre vsus fuerit, vt ex Varrone refert Plinius lib. 18. cap. 7.

Edormio, is, Dormire ad satietatem. {κοιμᾶσθαι ἐπὶ πλεῖον, ἐπικοιμᾶσθαι. Ital. *Dormire a sazietà. Gal. Se dormir tout à fait, ou dormir tout par acheuer à digerer.* Hispa. *Acabar de dormir.*} Cicero 4. Acad. Quùmque edormiuerunt, illa visa quàm leuia fuerint intelligunt. ¶ Edormire vinum, siue crapulam, est dormiendo conficere, & concoquere. Cicero 2. Philip. Edormiscit potum, inquam, & exhalat. Gell. lib. 6. Eósque ibi sedere atque operiri propè ad meridiem, donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant.

Edormisco, scis, Idē quod edormio. Plaut. Amph. -paulisper mane, Dum edormiscat vnum somnum, quæ næ vigilans omniat. Idem Rud. Quin abeo hinc in Veneris phanum, vt edormiscam hanc crapulam? Terent. Adelph. -interea in angulum
Aliquò ab eam, atque edormiscam hoc vilii.

Educo, cis, penult. prod. eduxi, eductum. Extra duco. {ἐξάγω. Ital. *Menar fuori. Gal. Mener hors, tirer hors.* Hispa. *Sacar afuera, guiando.*} Plaut. Amph. Contra Telebois ex oppido legiones educunt suas. Liuius lib. 1. In aciem copias eduxit. Virgilius pro extraho posuit lib. 10. Eduxit corpore telum. ¶ Aliquando est erigere. Idem lib. 6. -arámque sepulcri Congerere arboribus, cœlóque educere certant. hoc est erigere vsque ad cœlum. ¶ Aliquando nutrire, αὐξάνω. Terent. in Adelph. Inde ego hùc maiorem adoptaui mihi, eduxi à paruulo habui, amaui pro meo. ¶ Educere, verbum est forense apud Cicero. 5. Verr. Aditum est ad Metellum, eductus est Apronius, eduxit vir primarius C. Gallius Senator à L. Metello, vt ex edicto suo iudicium daret in Apronium, quod per vim ac metum abstulisset. Budæus.

Educo, as, are, penult. corr. Nutrire. {τρέφω, αὐξάνω. Ital. *Nutrire, allevare. Gal. Nourrir, eſleuer.* Hispa. *Criar, mantener, gouernar.*} Varr. de lib. educ. Educit enim obstretrix, educat nutrix, instituit pædagogus. Liu. 2. ab Vrbe, Pauperes satis stipendij pendere, si liberos educent.

Educatus, a, um, participiū. {ἀνατραφείς, ἀνατεθραμμένος. Ital. *Nodrito. Gal. Nourri, eſleué.* Hispa. *Criado.*} Cicero 3. de Finib. Quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenuè, non ipsa turpitudine, etiamsi eum latura non sit, offenditur? Terent. Adel. -vna à pueris paruoli Sumus educati.

Educatio, verbale. Quod tam institutionem quàm nutritionem complectitur. Græci vocant τροφὴν καὶ ἀγωγήν. {Ital. *Esso nodrire. Gal. Nourriture.* Hispa. *Aquella crianza de niños.*} Quintil. lib. 1. Institut. Mollis, inquit, illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mētis & corporis frangit. Cic. 3. de Finib. Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest: quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. Idem 5. de Finib. Earum etiam rerum quas terra gignit, educatio quædam & perfectio est.

Educator, oris. Nutritor. {τροφεύς. Ital. *Nodritore. Gal. Nourrisſier.* Hispa. *El aya que aſsi cria los niños.*} Cicero 2. de Nat. deor. Omnium autem rerum quæ natura administrantur, seminator & sator, & patens (vt ita dicam) atque educator & altor est mundus. Idem pro Planco, Quis est nostrū liberaliter educatus, cui non educatores, cui nō magistri sui atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur?

Educatrix, fœm. gene. {τροφός, ἀγωγός. Ital. *Donna che nodrisce. Gal. Nourriſſe* Hispa. *El ama que cria.*} Cicero 1. de legib. Earum rerum parens est, educatrixque sapientia.

Edulco, as, are, Dulce facere. {γλυκαίνω. Ital. *Addolcire, far dolce. Gal. Adoulcir, faire doulx.* Hisp. *Endulcar ò hazer algo dulce.*} Cn. Mactius apud Nonium, Quapropter edulcare conuenit vitam, curásque acerbas sensibus gubernare.

Eduli, æ, Edulium, vide in EDO, es.

Eduro, as, are, Valde durum facio, & ad laborem assuefacio. {σκληρύνω, σκληραγωγῶ. Ital. *Indurare. Gal. Endurcir, rendre dur.* Hispa. *Endurecer à alguna cosa.*} Colum. lib. 11. cap. 1. Quare docendus, & à pueritia rusticis operibus eduranduſ futurus villicus. Nunc legunt educandus.

Edurare, neutrum, pro perdurare. Senec. de Breu. vitæ. Aiunt animalibus tantum indulsisse naturam, vt quina aut dena sæcula edurent.

Edurum, Non durum, quasi extra durum. {ἀνθηλακτον. Ital. *Molle, non duro. Gal. Mol, qui n'eſt point dur.* Hispa. *Blando y no duro.*} Ibi enim e, priuationem significat, vt in adiectiuis enodis. Virgil. lib. 2. Georg. Plantis eduræ corymbi Nascūtur. Quāquam vetusta quædam exemplaria ibi sic habent, Plantis & duræ. Vtrumque lectionem Seruius agnouit. Plin. lib. 14. cap. 3. In pergolis verò seruatur escariæ appellatæ, eduræ acinis albæ, nigræque. ¶ Interdum etiam edurum inuenimus pro valde duro. Virgil. 4. Georg. Edurámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes. Vbi eduram pyrum teste Seruio, vocat Poëta valde duram.

Edurè aduerbium, Idem quod duré, asperé. {ἀπαραλλήκτως, ἀκριβῶς. Ital. *Duramente, roZamente. Gal. Fort rudement, rigoreuſement.* Hisp. *Aſsy duramente.*} Ouid. 3. de Arte am. Nec tamen edurè quod petit ille, nega.

EDESAM, ab edendo dixerunt veteres deam quæ esui præerat: quemadmodum Potinam, quæ potui. Autor Nonius.

EDYIA, ἰδυῖα, apud Hesiodum in Theogon. Nymphæ nomen est, Oceani & Tethyos filiæ.

E ante E & F.

EETION, onis, ἑτίων, Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, teste Homero lib. 12. Iliad. ¶ Hinc deducitur adiectiuum Eetioneus, ἑτιώνειος. Ouid. 12. Metam. Eetioneas impleui sanguine Thebas.

EETIONEA, æ, ἑτιώνεια. Alterum ex Piræei promontoriis. Steph.

Effarcio, is, effarsi, effartum, Maximè impleo. {ἐμπλήθω. Ital. *Empir bene. Gal. Farcir & rempir.* Hispa. *Hincir mucho.*} Cæsar lib. 7. Hæc autem quæ diximus, interualla grandibus in fronte saxis effarciuntur.

Effari. Propriè est eloqui. {ἐκφωνῶ, λαλῶ. Ital. *Parlare, proferire. Gal. Dire & parler, proferer.* Hispa. *Hablar eſpaZadamente.*} Liuius 3. ab Vrbe, Fœdus, multisque id verbis quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Cicero pro Domo sua, Neque verbum vllum solenne potuit effari. Virgil. 2. Aeneid. -sic ore effata recepit Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit. ¶ Effari etiā Augures dicebantur, quum victimas auguris sui preces proferebant. Vnde effata, sunt victimæ precationes Augurum, quas post fines auspiciorum extra vrbem effabantur, vt Varro & Seruius aiunt. Cicero 2. de Legibus. Alterum quod interpretatur fatidicorum & vatum effata incognita. ¶ Effori templum. Cicero ad Attic. lib. 13. Opinor Augures nihil habere ad templum effandum. ¶ Effari precationes dicitur sacerdos sacris operans, cui chorus respondet, Amen.

Effatus ager. Seruius in illud 6. Aeneid. -sic effatus vestigia pressit. Propriè, inquit, effata sunt Augurum preces. Vnde ager post pomœria, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus.

Effatum, præterea est enuntiatio dialectica. Cicero 2. Acad. Nempe fundamentum dialectiæ est, quicquid enunciatur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse aut falsum.

Effabilis, le, adiect. Dictu effabilis. *Inus.* Virgil. 3. Aeneid. Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. De Polyphemo.

Effascino, as. Idē est quod simplex fascino. {βασκαίνω. Ital. *Ammaliare. Gal. Enſorceller.* Hispa. *Aojar, encantar, ò quitar el ſojo.*} Solinus. Quædam in terra Africa hominum similiæ sunt, voce atque lingua effascinantes, quæ si impensius fortè laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes cultu atque pastu opimas, emoriantur repente. Est itaque effascinare nihil aliud quàm noxio visu & fictis laudationibus exitium afferre. Plinius refert ex Cicerone mulieres omnes quæ duplices habent pupillas, oculis fascinum circumferre.

Effascinatio, verbale. {βασκανία, βασκανία. Ital. *Ammaliamento. Gal. Enſorcellement.* Hisp. *Aojadura.*} Plin. lib. 37. cap. 10. Eam contra effascinationes auxiliari volunt.

Effaxillo, as, ab axilla fit, & significat exero, quòd exerto brachio axilla ostendatur. Festus.

Effero, penult. corr. effers. Extra fero. {ἐκφέρω. Ital. *Portar fuori, inalZare. Gal. Porter hors, leuer, eſleuer.* Hispa. *Sacar afuera, aZotar.*} Plaut. in Amph. Sed vide efferantur ex nauibus. Terent. in Adelph. Nunquidnam efferri occidi. ¶ Efferre pedem, idem quod egredi. Plaut. in Baech. Negotibi annis fuisse viginti primis copiam, pedem vt efferres ex ædibus. Virgil. lib. 2. Mēne efferre pedem genitor? ¶ Hinc Efferri cadauer dicitur, quum celebratur funus, vel dum sepelitur, quasi extra vrbem ferri. προπέμπειν, ἐκκομίζειν, ἐκφέρειν, κηδεύειν. Siquidem apud veteres solebant extra vrbem sepeliri, nisi qui gessissent magistratus: honestiores tamen circa vias. Vnde frequenter epitaphia ad viatores diriguntur. Liuius, Depugnabunt pro tecti, ac morientur, ac se vltrò efferent. Idem 2. ab Vrbe. Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auertus, quàm vt cadauer efferri iuberet. ¶ Interdum Efferre, est prouehere, exaltare. ἐξάγω. Virgil. Extulit hæc Decios, Marios, magnósque Camillos. ¶ Interdum laudare ἄγαν ἐπαινεῖν. quamuis ad idem reduci possit: nam quem laudamus, quodammodo ab inferiori & humiliori gradu ad summam dignitatem euehimus. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro extollere, siue in altum leuare. Virgil. 3. Aeneid. Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè Extulit. id est in altum leuauit. ¶ Interdum proferre, vt apud eundem, Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit. ¶ Interdum eleuare, minuéreque, quasi extra ferre, hoc est euacuare. Cicero 2. de Orat. Illa autem quæ aut conciliationis causa lenire, aut permotionis vehementer agunter, contrariis commotionibus efferenda sunt, vt odio benevolentia, misericordia inuidia tollatur. ¶ Aliquando etiam accipitur efferre pro diuulgare, & manifestum facere. Terent. in Phorm. Vides tuum peccatum elatum esse foras, Neque iam id celare posse te vxorem tuam.

Elatus, participium. {ἐπαρθείς, ἐξαρθείς. Ital. *Alto, eleuato. Gal. Haut, eſleué.* Hispa. *Alto, enſalçado.*} Liuius 7. ab Vrbe, Coruus è conspectu elatus, Orientem petit.

Elatus, adiectiuum. Superbus, arrogans: à verbo effero, quod inter cætera significat extollo. {ὑπερήφανος, ἀλαζών, ὑπερόπτης. Ital. *Superbo, arrogante, gonfio. Gal. Superbe, eſleué, hautain, enflé d'orgueil.* Hispa. *Soberuio.*} Cicero contra legem Agrar. Orat. 2. Quibus illi rebus elati, & inflati, &c. Elatus arrogantia, superbia, insolentia, Cæsar 3. bel. Ciuil.

Elatè, aduerbium, Quod significat amplè, superbè, graniter. {ὑπερηφάνως, ἀλαζονικῶς. Ital. *Altamente, ſdegnamente ſuperbamente. Gal. Hautement, hautainement, orgueilleuſement.* Hispa. *Soberuiamente, altiuamente.*} Cicero in Orat. Ita fit vt Demosthenes certè possit summissè dicere: elatè Lysias fortasse non possit.

Efferus, a, um, penult. corr. Idem est quod valde ferus. & crudelis. {ὠμός, ἀγριώδης. Ital. *Crudele. Gal. Cruel, forcené, feroce & agreſte.* Hisp. *Bruto y cruel.*} Seneca in Hippolyto, Laniatu efferto dispersa membra. Virgil. 8. Aeneid. -simul omne tumultu Coniurat trepido Latium, sæuitque iuuentus Effera. Idem 10. Aeneid. -vbi nunc Mezentius acer, Et illa effera vis animi?

Effero, as, pen. corr. Efferum, hoc est crudelem, instar feræ facio. {ἀγριόω, ὠμότητα. Ital. *Incrudelire. Gal. Rendre feroce & cruel comme une beſte, faire ſauuage.* Hisp. *Embrauecer à otro.*} Liui. lib. 2. Oblita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti: ad hæc promissa barba, & capilli efferauerāt speciem oris. Lactant. lib. 5. Nam si homo ad aspectū alterius hominis efferaretur, quod facere videmus animantes quarum natura soluaga est, nulla esset hominū societas. Plin. lib. 10. cap. 63. Fœminæ sues in tantum efferantur, vt hominem lacerent. Cic. 1. de Nat. deor. Equidē arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, vt apud eos nulla suspicio deorum sit. Liu. 4. bel. Maced. Linguam tantùm Græcorum habent, sicut speciem hominum: moribus & ritibus efferationibus quàm vlli Barbari, imò quàm rapacissimæ belluæ vtuntur.

Efferuco, es, efferbui, vel Efferuo, is, efferui, Est vehementer feruere, ebullire. {ζέω, ἐκζεματίζω. Ital. *Bollire. Gal. Bouillir iuſques par deſſus, & iuſque*

jusques à respandre. Hisp. *Heruer.* Virgil.lib.1.Georg.-quoties Cyclopum efferuere in agros Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam. Ibidem lib.40.

Efferuesco, augmentatiuum. Colum.lib.12.cap.25, Vt in efferuescendo vinum se bene purget. ¶Per metaphoram accipitur pro vehementer commoueri.Cic.pro Plancio, Campus, atq; illæ vndæ comitiorum. vt mare profundum, & immensum, sic efferuescunt quodam quasi æstu. ¶Nonnunquam etiam pro erumpere. Cice.de Prouin.Consularibus, Totúmque Pontum armatum efferuescentem in Asiam, atque erumpentem, ægrè repulsum, & ceruicibus intercluſum suis sustinerent.

Efficax, Vide EFFICIO.

Efficio, is, pen.corr.Perficio, faciendo assequor, præsto. {Ital. *Fornire, far con effetto.* Gal. *Parfaire & parachever, faire, acomplir, mettre en effet.* Hisp. *Acabar de hazer obra.} Terent.Andr.Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? Plaut.in Pseud.Neque hoc opus quod ego volui, ego hodie efficiam. ¶Pro eodem etiam dicimus Effectum dare, vel reddere.Terent.in Andr.Hoc ego profectò tibi effectum reddam.

Efficientia, æ, Idem quod effectus. {Ital. *Vertù & potentia di far qualche cosa, effetto.* Gal. *Vertu & pouuoir de faire quelque chose, effet.* Hispa. *La obra de hazer alguna cosa, effeto.} Cic.lib.2.De Natura Deorũ, Aspe xisséntque Solẽ, eiúsq; cùm magnitudiné, pulchritudinémq;, tum etiã efficiẽtiam cognouissent, quòd is diem efficeret toto cælo luce diffusa.

Efficienter, aduerbiũ. {Ital. *Con effetto.* Gal. *En faisant, par effet, effectuement.* Hisp. *Con effeto.} Cice.de Fato, Non sic causa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, idem causa sit: sed quod cuique efficienter antecedat.

Effectus, us, nomen. {Ital. *Effetto.* Gal. *Effet.* Hispa. *Effeto.} Plin.in Paneg.Perge modò Cæsar, & vim effectúmque censuræ tuum propositum, tui actus obtineant.

Effector. {Ital. *chi fa qualche cosa.* Gal. *Faiseur, ouurier, qui fait quelque chose.* Hisp. *El que acaba de hazer alguna cosa.} Cic.de Diuinat.Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores.

Effectrix, Verbal. {Ital. *Donna che fa, ò è causa di qualche opera.* Gal. *Celle qui fait & est cause de quelque chose.* Hispa. *La que acaba de hazer la obra.} Cice.lib.de Fin.Amicitiæ non modo fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quàm sibi.

Effectio, Verbal. {Ital. *Operatione, fattura.* Gal. *Effet, facture, ouurage.* Hispa. *El cabo de aquella obra, hechura.} Cice.3.de fini.Effectio artis.Ibid.Sic recta effectio. ἐνέργεια ita appello.

Efficax, cacis, Quod ad agẽdum aliquid vim habet, ac maximè conducit. {Ital. *Efficace, potente ad una impresa.* Gal. *Efficace, qui a force & vertu à faire quelque chose.* Hisp. *Cosa effectiua ò que tiene efficacia.} Plin.lib.24.cap.15, Efficacibus docuit exemplis non matia plus temerata conferre mercatori, quàm sedulum ruris larem. Ibidem, Aduersus serpentes, ac priuatim aspides, ex aceto pota efficax. Cælius ad Cicer.Nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit. Hoc est promptus & paratus, dum res expostulat.

Efficacia, Id est vis & pondus ad aliquid efficiendum. Plin.lib.11.cap.5, Quos efficaciæ industriáque tantæ comparemus neruos?

Efficacitas, Idem significãs. Cic.4.Tusc Itémque vitibus corporis & neruis, & efficacitati similes similibúsque verbis animi vires nominantur. Qu.Cicero de Petit.cõsul.Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis, & efficacitatis, vt, &c.

Efficaciter, aduerbium. {Ital. *Efficacemente, con effetto.* Gal. *Auec effet.* Hisp. *Efficaçmente.} Plin.lib.28.cap.5, Capitis vlcera manãtia, vrina tauri efficaciter sanat. Idem 18.cap.6, Id efficacissimè contingit, germinantis ramis baculo decussis.

Effigies, ei, Signum est ad alterius viuam similitudinem, vetámve imaginem factum, tam in picturis quàm in sculpturis, vt scribit Valla.lib.5. {Ital. *Effigie, sembianza.* Gal. *Image, semblãce, pourtrait fait sur le vif, phantosme.* Hisp. *Imagen ò semejança.} Plin.lib.10 cap.44, Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos. ¶Effigies humanitatis & probitatis patris filius, apud Cicer.lib.2 de Finib. ¶Dicitur etiam Effigia.Plaut.in Rud.Venetis effigia hæc quidem est.

Effigio, as, Ad effigiem formo. {Ital. *Figurare.* Gal. *Figurer.* Hisp. *Hazer la imagen de alguno.} Aug.lib.7. de Ciuit.Quid sunt idola, nisi quòd oculos habent, & nõ videbunt? & quicquid tale de materiis, licet à fabro effigiatis, tamen vita sensúsque carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus autem, qui non habet aliquam formam.

Effingo, is, Est effigiem rei alicuius ad viuum exprimo, vel ad alterius formam fingo, & qualem volo fingẽdo formam repræsento. {Ital. *Figurare, ritrarre.* Gal. *Tailler en pourtraire, ou autrement exprimer & representer au vif, faire à la semblance.* Hispa. *Debuxar, hazer la imagen de alguno.} Cice.1.Tusc.Quæ porrò tam immensa magnitudo quæ illa multa possit effingere. Quintil.Nam mihi videtur M.Tullius, quum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Vide plura apud Vallam, lib.5.cap.46.

Effictus, participium. {Ital. *Rappresentato.* Gal. *Representé, tiré au vif.* Hisp. *Debuxado.} Cic pro Rosc.Etenim hæc conficta arbitror à Poetis, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressámque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.

Effictio, onis. ad Heré.li.4, Effictio est quũ exprimitur & effingitur verbis corporis cuiuspiã forma, quoad satis sit ad intelligẽdum.

Efflagito, as, Cum clamore seu cum magna instantia flagito: maiorémque habet vim quàm postulare. {Ital. *Domandare con instantia.* Gal. *Requerir instamment, presser en demandant, demander à toute force.* Hispa. *Demandar con importunidad.} Virgil.12. Aeneid. Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes, Nomine quenq; vocans, notúmque efflagitat ensem. Quintil.ad Tryphon. Efflagitasti quotidiano conuicio, vt libros quos de Institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem.

Efflagitatus, us, nomen. Pro vehementi postulatio. {Ital. *Domanda con instantia.* Gal. *Requeste auec instance.* Hisp. *Demanda importuna.} Cice.7.Verr.In iudicio coactu, atque efflagitatu meo producere ad ignotos, &c.

Efflagitatio, onis. Idem. Cice.ad Brut. Quia neminem magis decet quàm te Rempub. amare, libertatisque defensorem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio, atque efflagitatione omnium.

Effleo, es, ere, Idem est quod flendo cõsumere. {ἐκδακρύω, ἀποκλαίω. Ital. *Consumar piangendo.* Gal. *Pleurer iusques à perdre les yeulx.* Hisp. *Llorar demasiado, perder ojos de mucho lloro.} Vnde Effere oculos dixit Quintil.lib.6, Declamat.pro nimio fletu se excæcare: Audita (inquit) mea calamitate rari vxor exempli, & prorsus talis filij mater, effleuit oculos.

Effligo, gis, penult.prod.efflixi, efflictum, Idem significat quod affligere. {Ital. *Affligere.* Gal. *Perdre & gaster, traitter mal, vexer & tormenter.* Hispa. *Mucho affligir.} Plaut.in Asinar.Quam tu propediem (nisi quidem illa antè occupassit te) effliges scio. Idem Cistel.Et equidem hercle, nisi perdam te tertiò, omnes efflixero.

Efflictim, aduerbium, pro valde, & vehementer. {Ital. *Ardentemente, sin'à morte.* Gal. *Ardemment, iusques au mourir.* Hisp. *Mucho y con passion.} Plaut. in Amphy. Sic efflictim amare perinde vt hic te efflictim deperit.

Efflo, as, Flatu abigo, expito. {Ital. *Cacciare col fiato.* Gal. *Getter hors en soufflant, soufler hors.* Hisp. *Soplar à fuera, Oxear con el sopio.} Varr.lib.1.de Re rust.Præterea quòd ab sole toto die illustratur salubrior est, quòd & bestiolæ, siquæ propè nascuntur, aut inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereũt. ¶Inde efflare animam, ἐκπνέω, dicimus, pro mori. Suetonius, Priusquam efflaret animã, pro mortuo deferi iussit. Cice pro Milo. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset. Efflauit extremum halitum, id est mortuus est. Cice.lib.2.Tuscul.

Efflorescò, is, Valde floreo: & per trãslationem vigeo, excello. {ἐξανθέω. Ital. *Fiorire grandemente.* Gal. *Fleurir, produire sa fleur, croistre.* Hispa. *Mucho florecer.} Cice.in Lælio, Quæ tamen efflorescit amicitia, etiamsi tu eam minus secutus sis.

Effluo, Extra fluo, effundor. {Ital. *Spargersi fuora.* Gal. *Couler hors, s'escouler.* Hispa. *Correr lo liquido à fuera.} Cato de Re rust.cap.1, Si habebis aquam, vinum effluet, aqua manebit. Cice.2. Tusc. Num tu ingemuisse Epaminondam putas, quum vnà cum sanguine vitam effluere sentiret? Lactan.lib.1, Siue igitur à Melisseo (sicut Didymus tradidit) colendarum deorum ritus effluxit. ¶Effluere, per trãslationem accipitur pro palàm fieri, siue diuulgari. Terent.in Eunu. Verunque hoc falsum est, effluet, hoc est non tacebitur, sed diuulgabitur. ¶Effluere etiam alicui dicitur quod illi è memoria excidit. Cice.2.de Finib. Bona preterita nõ effluere sapienti, mala meminisse nõ oportet.

Effluentia, æ, Idem quod effluxus. {Ital. *Spandimento, spargimento.* Gal. *Escoulement.* Hisp. *Aquella corrida.} Plin.lib.26.cap.10, Illita quoq; radix genitalibus, inhibebit non solùm venerem, sed effluentiam genituræ.

Effluuium, uij, Ipse effluendi actus. ἔκχυσις, ὁ ἔκχυσος, &c. Plin.lib.7.cap.51, Profundi humoris è corpore effluuium. Tacit.lib.12, Quum & conuinium effluuio lacus appositum magna formidine cunctos affecit: quia vis aquarum erumpens proxima trahebat, conuulsis viterioribus, &c.

Effoco, as, are, Idem quod suffocare. {Ital. *Soffocare.* Gal. *Soffoquer* Hisp. *Ahogar.} Seue.de Breui.vitæ, Aspice illos ad quorum fœlicitatem concurritur, bonis suis effocantur.

Effodio, dis, pen.prod.Fodiendo eruo. {Ital. *Far fosse, cauare.* Gal. *Tirer hors en fouissant, deterrer, fouir & creuser.* Hisp. *Cauar para sacar algo.} Plaut.in Cas.Ex sterquilinio effossa tua illæc præda est. Idẽ in Pseud.Ex hoc sepulchro vetere viginti minas Effodiam ego hodie.

Effœmino, as, penult.corr. In muliebrem mollitiem, atq; lasciuiam cõuerto. {Ital. *Effeminare, far molle.* Gal. *Effeminer, oster le cœur & hardiesse d'vn homme & le faire mol & pusillanime comme vne femme.* Hisp. *Debilitar ò enflaquecer à otro.} Sallust.Ea quasi venenis mollis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat. Cice.1.Tusc.Cogitationibus molestissimis effœminamur. Cæs.1.bel.Gal.Remollescere homines, atque effœminari ea re arbitrantur.

Effœminatus, Mollis & lasciuus dicitur. {Ital. *Effeminato.* Gal. *Effemine.* Hisp. *Debilitado ò enflaquecido.} Cic.3.Philip.Quum autem omnis seruitus misera, tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nunquam ne in meru quidem sobrio. Idem 4.Tusc.Nam videndum est in vtrisque, nequid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectúmque faciamus.

Effœminatè, Aduerb. {Ital. *Delicatamente, lentamente, à foggia di femina.* Gal. *Lachemẽt & deliourement, en maniere de femme, en effemine.* Hisp. *Enflaquecidamente, en guisa de muger.} Cicer.1.Offic. Cauétque nequid indecore effœminatéve faciat.

Effœtus, a, um, Dicitur quod iam fœtum edidit. {Ital. *Quella cosa ch'ha gia mandato fueri il suo parto.* Gal. *Qui est deliuré de sa portée.* Hispa. *Cosa que ha parido el parto.} Colu.lib.7.cap.12, Primus effœtæ partus amouẽdus est, quoniã tyrũcula nec rectè nutrit. ¶Item sumitur effœtus pro fœtu qui emissus est. Idẽ lib.8.cap.5, Pullos nõ oportet singulos, vt quisque natus sit tollere, sed vno die in cubili fouere cum matre, & aqua cibóque abstinere dum omnes excludantur. Postero die quũ grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur. ¶Effœta quoq; dicitur quæ parere desiit, quasi frequenti partu lassata. ἄτοκος. Plin.lib.10.cap.53, Est autem tanta gallinis fœcunditas, vt aliquæ sexagena pariant ouа, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ incantum vt effœtæ moriantur. Quo in loco effœtas dixit gallinas, fœtu destitutas, eneruatas, exhaustas & lassatas: à similitudine mulierum quas partus debiles reddit. ¶Effœtæ vires, per translationem dicuntur quæ iam defloruerunt, vigorémque pristino amisso elanguerunt. Virgil.5. Aeneid. -frigéntque effœtæ in corpore vires. Similiter effœtam tellurem dicimus, vt idem libro 1. Georg. Effœtos cinerem immundum iactate per agros. Vbi Seruius, Continua fertilitate lassatos, sicuti etiã frequenti partu effœta dicitur mulier. Colum.in præf.2.libri, Quòd existimẽt vbertate numia prioris æui fatigatũ, & effœtum solum, nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Cice.in Catone. Libidinosa & intemperans adulescentia effœtum corpus tradit senectuti. id est debile & infirmum, quia vacuum viribus & eneruatum.

Effœtè, aduerbium. Martialis lib.2, Effœtè, grauiter, citè, nequiter, euge, beatè. {Ital. *Debilmente.* Gal. *Debilement, vainement.* Hisp. *Enflaquecidamente, vanamente.}

Effor,

Effor, vide FFR GR.

Efforo, as, pen. corr. Idem est quod perforo. {Βορῶ, τρυπῶ. Ital. *Forare.* Gal. *Percer & fourer l'vn autre.* Hisp. *Horadar.*} Colum. lib. 9. cap. 1, Erit fissilis stipes, complurib⁹ locis per latus efforatus.

Effræuatus, pen. prod. Dicitur qui fræuum detrectat, & pro arbitrio nostro regi non potest. {Χαλινοῦχος, ἀνωμάλιος. Ital. *Sfrenato, senza freno, à misura à freno.* Gal. *Effrené, qui n'a ne frein ne bride.* Hisp. *Desenfrenado.*} Vnde per translationem dicitur de re quæ omnem egreditur modum. Cic. de Arusp. resp. Cuius ego de effræuato & præcipiti furore quid dicam? Item 8. de Finib. Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi & fugam, lætitia profusam hilaritatem, libido effræuatam appetentiam.

Effræuatè, aduerbium, Idem significans quod dissolutè. {Ἀχαλινάστως. Ital. *Sfrenatamente senza misura.* Gal. *Desmesurément, effrenément.* Hisp. *Desenfrenadamente.*} Cic. 4. Tusc. An propter infinitum odium tyranni effræuatius in Aruntem inuaserit. Cic. de Senect. Nullam capitaliorem pestem quàm voluptatē corporis, hominibus dicebat á natura datā, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effræuatè ad potiundū incitarētur.

Effræuatio, onis. {Ἀχαλίνωσις. Ital. *Smisuramento.* Gal. *Desmesurement, desbordement de raison.* Hisp. *Desenfrenamiento.*} Cic. 5. Philip. Quæ effræuatio impotentis animi?

Effræuus, a, um, vel Effrænis, & hoc effræne, Carens fræno. {Ἀχάλινος. Ital. *Che non ha freno.* Gal. *Sans frein & sans bride, desmesuré, qu'on ne peut tenir.* Hisp. *Desenfrenado.*} Liu. 4. ab Vrb. Frænos vt detrahant equis, imperari & ipse princeps calcaribus subditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur.

Effrico, as, Fricando exentio. {Ἀπόψω. Ital. *Fregare.* Gal. *Oster & abatre en frottant.* Hisp. *Fregar.*} Seneca Epist. 96. At illis aut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum effricanda est.

Effringo, gis, Est vi quadam & impetu frango. {Ἀναῤῥήγνυμι. Ita. *Frangere.* Gal. *Rompre en pieces, briser.* Hisp. *Quebrantar.*} Terent. in Adel. Fores effregit, atque in alienas ædes irrnit.

Effractus, particip. {Διαῤῥηγμένος. Ital. *Rotto, minucciato.* Gal. *Rompu & brisé.* Hisp. *Quebrantado.*} Cic. pro Mur. Eāmque vrbe sibi Mithridates Asiæ ianuam forè putauisset: qua effracta, & reuulsa, tota pateret prouincia. Plaut. Cap. Neque ieiunio fiorem, neque magis effractum fame vidi.

Effractor, {Ἀναῤῥηκτὴς, διορυκτής. Ital. *Rompitore.* Gal. *Vn briseur & rompeur.* Hisp. *Quebrantador como de puertas.*} Dicitur qui fracto ostio, aut sera in ædes, vel aream alienam irrumpit. Paul. in l. 3. ff. de Offic. Præf. vigil. Cognoscit Præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, foribus. Vlpian. l. 1. de Effract. Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatóq; pariete pecuniā abstulerat, quinquennio abstinere iussit prouincia Africa, vnde erat, & Vrbe, & Italia.

Effractarius, rij, Qui effringit. Ἀναῤῥηκτής. Seneca epist. 69, Vile videtur quicquid patet, aperta effractarius præterit.

Effractura, æ, Ipse effringendi actus. {Ἀναῤῥῆξις, τοιχωρυχία. Ital. *Rompimento di porta per robbare.* Gal. *Briserment de muraille, huys ou maison pour desrober.* Hisp. *Acto de quebrantamiento.*} Paulus in l. 3. ff. de Offic. Præf. Vigil. Effracturæ fiūt plerunque in insulis horreisque vbi homines pretiosissimam partem fortunarum reponunt.

Effugio, is, pen. corr. Idem quod fugio, euado. {Ἀλεξήσκω. Ital. *Fuggire.* Gal. *Fuir, eschapper, euiter.* Hisp. *Huir de algun lugar.*} Virg. 3. Aegl. Nunquam hodie effugies: veniam quocunque vocatis. Plautus Merc. Clām patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam consilij. Terent. Andr. Nullóne ego Chremetis pacto affinitatem effugere poterō? Cic. 3. Verr. In quibus non dubito quin offensionem negligentiæ vitare atq; effugere non possim. Horat. 2. Serm. Saty. 3, Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus. ¶ Interdum celeriter transeo. Virgil. 3. Aeneid. Effugimus scopulos Ithacæ Lærtia regna.

Effugium, gij, Euasio. {Διαφυγή. Ital. *Il scampo.* Gal. *Fuite, ouuerture par ou on peut fuir & eschaper.* Hisp. *La huida de algun lugar.*} Liu. 4. belli Punici, Vt si pens fuit & effugium. Si, inquit, patuisset effugium, hoc est via vel modus vllus enadendi, vel effugiendi. Cic. 2. de Nat. deor. Alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.

Effulcio, is, Idem quod fulcio. {Ἐρείδω, ἀναστηρίζω. Ital. *Sostentare.* Gal. *Appuyer, asseurer.* Hisp. *Sustentar.*} Virgil. 7. Aen. Centum lanigeras mactabat rite bidentes: Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat Vellenbus.

Effulgeo, es, Vehementer fulgeo. {Λάμπω, λάζω. Ital. *Risplendere grandemente.* Gal. *Getter vne lueur, resplandir.* Hisp. *Mucho resplandecer.*} Liu. 8. belli Pun. Nisi ex vehementi sole qualis inter graues imbre nubes effulget, tanta vis aquæ, &c. Virgil. 8. Aenc. -instructo Marte videres Ferrere Leucaten, auróque effulgere fluctus. Plin. lib. 4. cap. 1, Omnis Græciæ fabulositas, sicut & literarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit.

Effundo, is, Extrà spargo. {Χεῶ, χύω. Ital. *Spargere, sparder fuori.* Gal. *Verser, espandre en abondance.* Hispa. *Derramar á fuera.*} Plaut. in Asin. Totámque effudit fideliam, id est sparsit quicquid in fidelia erat. Cic. pro Plan. Nunc timeo ne nihil tibi præter lacrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. ¶ Per translationem, contu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. ¶ Per translationem, contu sumere. Cic. lib. 2. Offic. Multi patrimonia effudetunt, inconsulte largiendo. Sic effundere ærariū dixit Cic. 3. Tusc. pro euacuare & inane reddere. Gracchus (inquit) quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro erumpere, & magna cupiditate egredi. Cic. ad Brutum, Timore quodam perculsa ciuitas, tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat. ¶ Quandoq; emittere. Virg. 3. Georg. -ruuntq; effusi carcere currus. ¶ Quandoque prosternere, profligare. Ἐξέτειναν. Sallust. Effuto ac profligato peditatu, paulatim retrodere cœperūt.

Effusio, verbale, quod interdum significat ipsum effundendi actum, vt quum effusionem aquæ dicimus. {Χύσις. Ital. *Spargimento.* Gal. *Espandement, effusion.* Hisp. *Derramiento á fuera.*} Cic. 2. de Nat. deor. Atque aquæ etiam admixtum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio: quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue primáq; consecuta, nisi eadem se admixto calore liquefacta & dilapsa, diffluderet. Interdum etiam prodigalitatem. Cic. pro Rosc. Amerino. In hac vita, Iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis?

Effutio, effutis, penul. prod. Inepte & inconsultè loquor, euacuo. {Ληκύθιζω, ἐκχυδαΐζω, ἐκχαλάζω. Ital. *Parlare impudentemente, vuoggiare parlando.* Gal. *Parler indiscretement & a la volée, ne pouuoir tenir secret ce qu'on sait.* Hisp. *Hablar vanidades.*} Trāslatio sumpta à vase futili, quod patulo ore, fundo acuto, instabile, nihil in se continet. Terent. in Phorm. Eō perperam olim dixi, ne vos fortè impudentes foris Effutiretis. Horatius in Arte Poëtica, Effutire leues indigna tragœdia versus. Varro. Euax verbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est. Nonius effutire exponit pro dicere cum mendacio: adducitq; Ciceronem 5. Tusc. vbi sic ait, Nec hoc sic agit, vt extempore quasi effutire videatur.

Effutitus, participium. {Ἐκχεόμενος. Cic. 2. de Diuinat. Quorum partim ficta aperte, partim effutita temerè, nunquam ne mediocriter quidem cuiquam, non modò prudenti probata sunt.

E ante G.

EGELASTA, æ, Ἠγελάστη. Oppidum est citerioris Hispaniæ, natiui salis fodinis nobilitatum. Plin. lib. 31. cap. 7. In Hispania quoque citeriore Egelastæ exditur sal glebis penè transluscentibus, cui iampridem palma inter omnia salis genera à plerisque medicis perhibetur.

Egelido, Quod gelatū est dissoluo. {Ἀνακρυσταλλόω. Ital. *Disghiacciare.* Gal. *Desgeler.* Hisp. *Estublar la cosa fria.*} Sidonius. Egelidarētur fibræ glaciales.

Egelidus, a, um, Quod de summo gelu aliquid remisit. {Ψυχρός. Ital. *Freido.* Gal. *Desgelé, qui n'est pas froid, ne aussi chaud, mais tiede.* Hisp. *Cosa tibia primero caliente.*} Sueton. de Augusto. Vngebatur sæpius, sudabat ad flammam, deinde perfundebatur egelida aqua, vel sole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum Boream, egelidūmq; Notum. Colum. lib. 10, Nunc Ver egelidum, nunc est mollissimus annus. Sereius valde gelidum interpretatur, explicans locum illum Virgilij 8. Aeneid. Et præcul egelido secretum flumine vidit.

Egens, egentis. omn. gen. Est autem propriè egens cui desunt necessaria ad viuendum. {Δεόμενος. Ital. *Bisognoso.* Gal. *Qui a faute & disette, disetteux, souffreteux.* Hisp. *Pobre ó menesteroso.*} Terent. Phor. Egens relicta est misera, ignoratur parens. Cic. de Amic. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent. Idem ad Attic. lib. 14, Seruique & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Plaut. Bacc. -nequius nihil est Quàm egens consilij seruus.

Egentior, & egentissimus. Cic. Att. lib. 8, Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Ad eundē lib. 9. Egestates tot egentissimorū hominum.

Egeo, es, egui, Alicuius rei inopia laboro, & tam genitiuo, quam datiuo iungitur. {Δέομαι, χρῄζω. Ital. *Hauer bisogno.* Gal. *Auoir faute & disette, auoir besoing, estre en indigence & pouureté.* Hisp. *Auer menester.*} Plaut. Capt. Quia tute ipse eges in patria: nec tibi qui viuas, domi est. Cic. 2. de Finibus Qui consumptis patrimonijs egeant. Idem 2. de Diuin. Magnificum illud etiam, Romanisque nominibus gloriosum, vt Græcis de philosophia litetis non egeant. Idem 2. de Natura deor. Quæ non modò vt fierent, ratione egerunt: sed intelligi qualia sint, sine summa ratione non possunt. ¶ Hinc componitur Indigeo, *Indigui.*

Egenus, pen. prod. Cui desunt vitæ necessaria. {Ἄπορος. Ital. *Bisognoso.* Gal. *Pouure, indigent.* Hisp. *Pobre ó menesteroso.*} Liu. 9. ab Vrbe, Omnium egena corpora humi prostrauerunt. Plaut. in Pœn. Sæpe ego res multas tibi mandaui, Milphio, Dubias, egenas, inopinosas consili. Virg. 8. Aen. -& te quoque dignum Finge Deo, rebúsque veni non asper egenis. Idem 6. Aeneid. -quum tu supplex in rebus egenis, Quas gentes Italūm, aut quas non oraueris vrbes?

Egestas, Indigentia, paupertas. {Ἔνδεια. Ital. *Pouertà, bisogno.* Gal. *Indigence, poureté.* Hisp. *Pobreza, ó menester.*} Virgil. 1. Georg. -labor omnia vincit Improbus, & duris vrgens in rebus egestas. Cic. in Parad. Itaq; istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam, nunquam obscurè tulisti.

EGERIA, (inquit Festus) Nympha fuit cui sacrificabant prægnantes, quòd eam putabant facilè fœtum vtero egerere. Vide AEGERIA.

Egero, is, pen. corr. egessi, egestum. {Ἐκφέρω, ἐκκενόω. Ital. *Portar fuori.* Gal. *Vuider & porter dehors.* Hisp. *Sacar á fuera.*} Colum. lib. 1. Autum primum habetur stercus quod ex columbariis egeritur. Plin. Epist. 101, Contrá fons egerit aquam, & recipit.

Egestus, us, {Ἔκκρισις, ἐκφόρημα. Ital. *Vuotamento.* Gal. *Emportement d'vn lieu, transport, vuidange.* Hisp. *Sacamiento á fuera.*} Seneca 3. de Natura quæst. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, &c.

Egestio, onis, Ἔκκρισις, ἐκφόρησις. Plin. Epist. 159, Si Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egestione contingeret.

Egermino, as, Idem quod germino. {Βλαστάνω, φυτεύω. Ita. *Germogliare.* Gal. *Germer & bouter dehors, bourgeonner.* Hisp. *Brotar y echar renuevo los arboles.*} Colum. lib. 5. cap. 5, Bipedaneis scrobibus malleolus deponitur: qui quum egerminauerit, ad vnam materiam reuocato. Idem lib. 4. ca. 17, Quæ infra trunci caput egerminauerint.

EGESINVS, Philosophus, Euandri auditor, cuius meminit Cic. Acad. quæst. lib. 4.

EGESTA, Ἔγεστα. Ciuitas in Sicilia, quam Aeneas condidit, & ab Aceste matre Egesta eam nominauit. Erat autem Egesta filia Hippotæ Troiani, quam pater ne marinæ beluæ traderetur, impositam nauiculæ diis & ventis commisit, quæ tandem in Siciliam delata à Crimniso amne compressa, Acesten edidit. Hæc postea Segesta dicta fuit: & Segestani, incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Egestas, Vide Egeo in TORRIS.

EGNATIA, Ἐγνατία Ptolemæo, Vrbs est Apuliæ, ad mare Ionium, quæ hodie *Iuenazzo* dicitur.

EGRA, Ἔγρα Stephano, Oppidum Arabiæ, ad sinum Elaniticum.

Ego, mei vel mis, mihi, me, à me. Pronomē primæ personæ. Ἐγώ, ἐμοῦ. Tractum à Græcis, {Ἐγώ. Ital. *Io.* Gal. *Je, moy.* Hisp. *Yo.*}

Egredior, deris. Extrà gradior, exeo. {Ἐξέρχομαι, ἐξοδεύω. Ital. *Vscir fuori.* Gal. *Sortir hors.* Hispan. *Salir fuera de lugar.*} Terentius in Andr. Vnde egreditur? Ibidem, Egreditur ab ea. id est de domo eius. Cicc. Senatui, lib. 15. Erat enim magna suspicio, Parthos si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam prouinciam conarentur, &c. Idem 2. in Catil. Ipsum egredientem vrbe prosecuti sumus. Idem ad Attic. lib. 13. Quo facilius sustentari nos possemus, pedē è villa adhuc egressi non summo. Lactant. lib. 2. Ille verò quū egressus esset ex arca. ¶ Diemúsque Egre-

mos,

dior templo, & è templo, & templum. id est gradior extra templum.

Egressus, & Egressio. ἔκβασις. Ital. *Esso vscire.* Gal. *Sortement, sortie, issue.* Hisp. *Aquella salida à fuera.* Cice. in Pis. Itaq; caedo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando, ac hominibus saltem bonis, vt Consules: non tristissimis, vt hostes aut proditores prosequebantur.

Egregius, a, um. Quasi ex toto grege electus, excellens, eminens, & praestans. ἐξαίρετος, ὑπερέχων, ὑπερέχοντος. Ital. *Egregio, scielto.* Gal. *Qui est separé du troupeau, excellent.* Hisp. *Noble y principal, señalado.* Terent. in Andr. Forma egregia, & aetate integra. Proprium comparatiuum non habet: quo tamen vti sunt veteres. Lucret. lib. 4. Nam nihil egregius quàm res secernere apertas A dubiis. Iuuenalis etiam Lucretium imitatus ab egregiè aduerbio formauit comparatiuum egregius, pro magis egregiè. Egregius (inquit) cœnat, meliúsque miserrimus.

Egregiè, aduerbium. Excellèter: quamuis etiam vsurpetur pro valde, vel nimis. ἐξαίρετως. Ital. *Egregiamente.* Gal. *Excellement.* Hisp. *Señaladamente.* vt apud Terentium in Andr. Horum ille nihil egregiè praeter cetera studebat. Cic. Att. Dolabellam tibi valde placere video, mihi egregiè.

Egula, Genus sulphuris, lanis suffitu mollitiem candorémque inducens. Plinius lib. 35. cap. 15. Tertio quoque generi vnus tantum est vsus ad suffiendas lanas: quoniam candorem tantum molliciémque confert. Egula vocatur hoc genus.

Egurgito, as. penult. corr. Significat exhaurio. ἐκροφῶ. Ital. *Vacuare, trar fuora.* Gal. *Vuider, enuoyer, tirer dehors.* Hisp. *Vaziar, desembuschar.* Plaut. in Epid. Atque egurgitem domo prorsus.

E ante H & I.

Ehem, Interiectio est subitò aliquid deprehendentis: cuius frequens est vsus apud Comicos. ἆ. *Oh, eh.* Terent. in Eunuch. Quis hic loquitur? ehem, tûne eras hic mi Phaedria? Idem in Adelph. Ehem opportunè, te ipsum quaerito.

Eheu, Interiectio est dolentis. αἰαῖ. Ital. *Hahai.* Gal. *Helas.* Hisp. *Ay me.* Virgil. 2. Aeglog. Eheu, quid volui misero mihi? Cic. Antequam iret in exilium, Eheu conditionem temporis huius.

Eho, Interiectio est ad se vocantis. ἆ, εἰώ. *Ola.* Interdùm etiam exeratiua particula est, qua attentionem nobis paramus eius cum quo loquimur. Terent. Eho dic mihi, si omnes coniectum hunc in nuptias Inimici vellent, quod nisi hoc consilium darent? Idem in Eunucho, Ehodum, dic mihi. dîne, vt fertur, forma? Idem in Andria, Ehodum ad me. ¶ Aliàs interiectio admirantis, vt apud eundem in Andr. Eho, an tute intellexisti hoc assimulatier?

Ei, datiuus ab Is, ea, id, ῥ, αὐτῷ, aliquando habet qualitatis vim. Terent. in Andria, Eine ego vt adiecter? hoc est tali, tam bono. ¶ In metro plerunque monosyllaba dictio est, sicut Cui, & Huic: licet quandoque eadem etiam duarum syllabarum reperiatur: vbi e modò corripitur, modò producitur. Iuuenalis, -iuuenes hortantur, vt illam Ire viam pergant, & eidem incumbere sectae. Lucret. lib. 6. Scilicet & fluuius qui visus maximus ei.

Eia, εἶα. Ital. *Orsù, or via.* Gal. *La, ça, hay, sus, auant, or ça, or la, or bien, hay auant, sus auant.* Modò adhortantis est. Martial. lib. 2. Eia age, rumpe moras. Plaut. in Epid. Eia verò age dic. Interdum corripientis. Terent. in Eunu. Eia, haud sic decet. Varios praeterea vsus habet quos ex ipsis passim autoribus non difficile est deprehendere.

Eiaculor, aris, deponens, & Eiaculo as. Ium. Idem significans quod eminus & lôgè iaculari. ἐκσφενδονῶ. Ital. *Lanciare.* Gal. *Darder, & getter au loing.* Hisp. *Tirar à luengo.* Plin. lib. 4. cap. 12. In cuius forum solitio Athos eiaculatur vmbrâ. Gell. lib. 16. cap. 19. Se in salum eiaculauerat. Ouid. 4. Meta. -vitiato fistula plumbo Sciditur, & tenui stridenti foramine longas Eiaculatur aquas.

Eiero, Vide EIVRO.

Eiicio, is, Expello. ἐκβάλλω. Ital. *Scacciare fuori.* Gal. *Getter hors.* Hisp. *Echar à fuera.* Cice. Terentiae, lib. 14. Eiicere nos, magnum fuit: excludere, facile. Terent. Eunuc. -hoc nunc dices, Eiectos hinc nos: omnium rerum heus, vicissitudo est. Virg. 8. Aeneid. Necnô Tarquinium eiectum Porsenna iubebat Accipere. ¶ Quandoquè extendo. Idem 10. Aeneid. -eiectó quae incumbit cernuus armo. ¶ Eiectum quoque pro naufrago Idem posuit, aut certè pro eo qui vi tempestatis ad litus aliquod compulsus est. Idem lib. 4. Aene. -eiectum, littore egentem Excepi. ¶ Eiicere absolutè ponitur pro abortiri, vt intelligas accusationem PARTVM. Vlpian. l. Si seruum. Digest. Ad legem Aquil. Si mulier pugno, vel equa ictu à te percussa eiecerit, Brutus ait Aquilia teneri.

Eiecto, as, are, frequentatiuum. ἐκβάλλω, ἐκβολάδην. Ital. *Gittar spesso fuori.* Gal. *Getter souuent hors.* Hisp. *Echar à fuera muchas vezes.* Plaut. Mer. Ne hic te opprimeret imprudentem, atque eiectaret. Fauilla eiectata, Ouid. 2. Metam. Arenas eiectare. Idem 5. Metamorph.

Eiectio, onis. ἐκβολή, ἐξοφλησις. Ital. *Esso gittar fuori.* Gal. *Getement dehors, b. amissement.* Hisp. *Echamiento, obra de echar fuera.* Cic. ad Attic. lib. 2, Tenemur undique: neq; iam quominus seruiamus, recusamus: sed mortem & eiectionem quasi maiora tenemus, quae multò sunt minora.

Eiectamentum, ti. Pro excremento. ἐκβόλιμον, ἐκβλητόν. Ital. *Cosa gittata, come del mare al lito.* Gal. *Ce qui se regette, comme ce que la mer gette au bord.* Hispa. *Cosa que se echa fuera.* Tacit. de morib. German. Diu quin etiam inter cetera eiectamenta matris iacebat. De succino loquitur.

Eiectitius, a, um. ἐκβλητός. Plin. lib. 11. Vulua eiectitio partu melior, quàm edito: eiectitia vocatur illa, haec porcaria.

EION, onis, ὁ. Locus est in Tauricâ Cherroneso: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 6. ¶ Stephano item Eion oppidum est Macedoniae iuxta Pieriam, quae alio nomine Amphipolis dicitur.

EIONEVS, ei, Vnus è Graecorum principibus qui ad Troiam profecti sunt ab Hectore interfectus, teste Homero lib. 8. Iliad. ¶ Alter fuit eiusdem nominis Thrax, & pater Rhoesi regis, qui noctu à Diomede & Vlysse interfectus est, eodem Homero teste. lib. Iliad. 10.

Eiulo, as, are. Est voce in altum sublata plorare: magisque mulierum est proprium. ἀλαλάζω, κλαίω. Ital. *Gridare piangendo.* Gal. *Crier & braire en se plaignant, plourer à haute voix.* Hisp. *Gritar lamentando y gemiendo.* Plaut. in Aulul. Iubet tibi postulare, ploratus, eiulatus Cice. 2. Tuscul. Ipsum enim Herculem videras in Oeta magnitudine dolorum eiulantem.

Eiulatio. & Eiulatus, Clarus & sonorus planctus. ἀλαλυσμός. Ital. *Pianguere ad alta voce.* Gal. *Brayement, plorement en criant.* Hisp. *Obra de gritar lamentando.* Plaut. Capt. Eiulatione haud opus est, oculis multa miseria conditis. Cic. de Arusp. respon. Non sunt illi eiulatus & gemitus Philoctetae. Idem 2. Tuscul. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro. eiulatus verò ne mulieri quidem.

Eiuro, as, are, Idem est quod praestito antè iuramento se re aliqua liberare. ἐξορκίζω, ἀναθεματίζω. Ital. *Giurare, sacramentare.* Gal. *Recuser auec serment, refuser, resigner & quitter solemnellement.* Hisp. *Negar por juramento.* ¶ Vnde Eiurare iudicem iniquum, est interposito iuramento sibi iudicem suspectum esse nomine iniquitatis, eius iurisdictionem declinare. Cice. 12. Philip. Itaque alacres & laeti, spe pacis oblata, inter se impij eiues, quasi vicissent, gratulabantur: sic me iniquum eiurabant, de me querebantur, diffidebâ etiam Setuilio. ¶ Sic etiam Eiurare forum iniquum, est iurisdictionem fori alicuius detrectare, interposito prius iuramento, se in eo foro ius suum tueri non posse. Cice. 5. Verr. Negotiatores putant esse turpe id forum sibi in quo negotiantur, iniquum eiurare: Praetor totam prouinciam suam sibi iniquam eiurat. ¶ Ad hunc etiam modum Cice. in Epist. ad Paetum, Tu autem, inquit, quod mihi bonam copiam eiures, nihil est. Vbi eiurare bonam copiam, accepit Cicero pro iurare sibi nô suppetere copiam aut facultates ad faciendum impendium cœnae quam Cicero per iocum ab eo petebat. ¶ Pro eodem etiam legitur Eierare. Cice. 2. de Orat. Eiero, inquit, iniquus est: quum esset admuruuratum, Ah, inquit, P. C. non ego illum mihi iniquum eiero, verùm omnibus. Sunt tamen qui hoc in loco legant eiuro, item alij qui deiero.

Eiusmodi, & per interpositionem vnius syllabae, Eiuscemodi, nomina sunt indeclinabilia, ex duobus genitiuis composita, idem significantia quod talis. τοιοῦτος, τοιούτου ὄντος. Ital. *Di cotal maniera.* Gal. *De telle maniere ou façon, de mesme sorte.* Hisp. *Desta manera.* Terent. in Andria, Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi, &c.

E ante L.

Elabor, pen. prod. Idem quod effugio, quemadmodum scilicet lubricus anguis, aut anguilla manu comprehensa lapsu fugit. ἐκδύομαι, διαφεύγω. Ital. *Fuggire, sdrucciolare, scorrere.* Gal. *S'escouler, eschaper secretement, se desrober.* Hispa. *Huir ò desatullar de lugar.* Virgil. 2. Aeneid. Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites. Idem 1. Aeneid. Antenor potuit mediis elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus. Significanter dixit Elapsus, quum vellet significare eum è manibus penè Graecorum ipsum comprehendentium euasisse. Sic Plautus in Capt. Ea spes elapsa est, id est effugit. Plancus ad Ciceronem, Magno cum dolore parricidarum elapsus sum iis. Ad Herenn. lib. 3. Nec hoc alia de causa potest accidere, nisi quòd visitatae res facilè è memoria elabuntur, insignes & nouae diutius in animo manent.

Elapsus, participium. ἐκδραμών. Ital. *Scampato.* Gal. *Eschapé.* Hisp. *Desatabullido de lugar.* Cice. in Somn. Scip. Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt, corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur.

Elaboro, as, are. Est summo labore & diligentia eniti, conari. ἐκπονῶ, ἐκπονέω, ἐξαναλίσκω, ὀλοκληρόω. Ital. *Affaticarsi grandemente.* Gal. *Prendre grand labeur & trauail à faire quelque chose.* Hisp. *Trabajar mucho.* Cice. Capitoni. Apud hominem facillimum atq; humanissimum Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire, effice vt Plancus quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua. Idem 1. Offic. Ad quas igitur res aptissimi erimus, in his potissimum elaborabimus. Idem de Senect. Hae sunt exercitationes ingenij, haec curricula mentis: in his desudans, atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero. Idem 7. Philip. Omne enim curriculum industriae nostrae in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. Plin. lib. 34. cap. 3, Priuatim Aegina candelabrorum superficiem duntaxat elaborauit. Elaboratus amor. Horat. Epod. 14. Cui perfrepe caua testudine fleuit amorem Non elaboratum ad pedem.

Elacata, Genus salsamenti, quod vulgo vocatur *Malambra*, de quo Columella lib. 8. cap. 17. Scombri, carchari, elacatáque vêtriculos: & ne per singula enumerem salsamentorum omnium purgamenta, &c. Festus (nisi exemplaria sunt mendosa) vocat Elacatenam.

ELACATARVM, ἐλακατᾶται, Mons Thessaliae, Iouis Elacatæi templum habens. Stephanus.

Elacteseo, scis, est album fieri ad modum lactis. Ital. *Imbianchire.* Gal. *Se faire blanc, deuenir blanc comme laict.* Hisp. *Emblanquecerse, hazerse blanco como leche.* Plin. lib. 20. cap. 21. Mirum, aquam radice ea addita, addensari sub dio, atque elacteseere. Nonnulli tamen hoc in loco legunt lacteseere.

ELATA, ἐλάτεια. Ciuitatis nomen est in Creta insula, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est etiam insula quaedam hoc nomine in Propontide, contra Rhyndaci amnis ostium, vt refert idem Plinius cap. vlti. lib. 5. ¶ Est item Elaea, ἐλαία, Aeolidis oppidum, nô procul à Caico fluuio, inter Myrinam & Pitanam, teste Pomponio lib. 1, & Plinio lib. 5. cap. 30.

Elaites, ἐλαίτης, Gentile est Possessiuum, Elaiticus.

Elaeon, ἔλαιον. Ital. *Oglio.* Gal. *Huyle.* Hisp. *Azeite.* Latini oleum vocant. Ex quo componitur Elaeomeli, ἐλαιόμελι, Oleum in Syria sponte ex ipsis oleis manans sapore melleo, aluum mollit, bilem detrahit. Vide Plinium lib. 23. cap. 4. ¶ Est etiam elaeon, idem quod oliuetum. Sed in ea significatione apud Graecos scribitur, ἐλαιὼν per ω oxytonum: & declinatur Elaeon, onis: vt Platon, onis.

Elaeotheſim, Latinè vnctorium, & sumitur pro loco vbi vnctores corpora vngere solebant post lauationem.

ELAMITAE, ἐλαμῖται pen. prod. dicti sunt Persarum principes, ab Elam filio Sem, vt ait Iosephus. ¶ Sunt item Elamitae, populi ad sinum Arabicum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Elangueo, gues, Languore conficior, & quodammodo contabesco. ἐκλύομαι, χαλῶ. Ital. *Languire.* Gal. *N'en pouuoir plus, deuenir debile, perdre courage.* Hisp. *Enflaquescerse.* Plin. de Viris illustrib. Quumque vrbem capere posset, in Campaniam diuertit, cuius deliciis elãguit. Liu. 3. bel. Pun. Neque tamen elanguit cura hominum ea mora. Idem 5. ab Vrbe, Differendo deinde elanguit res.

Elangueſco,

Elanguesco, scis. ἐκπυρούμενος τοῦ ἐλαίου. Idem quod Elangueo. Gel. lib. 2. Negotijs se plerunq; ambitiosis & variis quæstibus intétos habentium quibus eorum omnis vigor animi, corporisque elanguescit, & quod Sallustius ait, effœminatur. Liu. 1. ab Vrbe, Vt elanguescẽdum alienis ignauis esset. Cornus elanguescens & iam casura. Silius lib. 4.

Elaphebolion, ἐλαφηβολιών, Mensis nomen est apud Græcos, qui nostro Decembri ferè respondet: ita dictus à ceruorum venatione, qui ex consuetudine, Dianæ eo mense offerebantur. Gaza tamen Februarium vertit.

Elaphoboscon, ἐλαφόβοσκον, Herba est ferulacea teste Plinio lib. 22. cap. 22, geniculata, digiti crassitudine, semine corymbi, dependentibus foliis oluisatri, commẽdata in cibis, contra serpentium omniúmque aculeatorum ictus. Fama est, ceruos herbæ huius pabulo serpentum morsibus resistere: vnde & nomen accepit. Nam ἔλαφος Græcis ceruum, siue ceruam significat, βοσκὴ verò pabulum.

Elaps, Genus serpentis. Plin. lib. 23. cap. 5, Salsamentorum cibus prodest à serpente percussis, & contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita vt sub vesperam cibus vomitione reddatur: peculiariter à chalcide, ceraste, aut quas sepas vocant, aut elape, dipsade ve percussis.

Elapido, Lapidibus purgo. ξεκαθηρίζω, λίθους ἐξαιρῶ. Ital. *Nettare vn campo da pietre*. Gal. *Essierrer, oster & getter les pierres d'vn lieu*. Hisp. *Desyedrar la tierra*. ξ Plin. lib. 17. cap 4. At in Syracusano agro aduena cultor elapidato luto sole perdidit fruges, donec regessit lapides.

Elargior, giris. Idem quod largior. ξδιδωμι, ἀφθονῶ. Ital. *Donare*. Gal. *Faire largesse, donner largement*. Hisp. *Dar largamente*. ξ Liu. Possessores, & magna pars patrum Tribunitijs se iactare actionibus, principem ciuitatis elargiendo de alieno popularem fieri querentes.

Elasciscor, ci, ere, Lassum fieri. ξκοπιῶ πάνυ, κάμνω. Ital. *Stancarsi*. Gal. *Se lasser deuenir las*. Hisp. *Cansarse*. ξ Plin. lib. 16. cap. 15, In arboribus tamen nimia germinatio elasciscit.

Elate, es. ἐλάτη. Plinio lib. 12. cap. vltimo, Species est abietis vnguentis nascens, quam alij palmam, alij spathen appellant. Dioscorides verò, Galenus, Aegineta, & Hesychius elaten vocant teretem palmæ germen, quoddámque prosilientis fructus operimẽtum. Quorum sententia videtur verisimilior. Nam qui cum Plinio abietem inter vnguentorum matrẽtias enumerarit, non facile inueniat.

Elaterium, ἐλατήριον. Medicamenti genus est ex syluestri cucumere confectum ad purgandam aluum accommodatum. Vnde etiam à nostris medicis agitatorium dicitur, quòd vẽtrem vehementer exagitet. Plin. lib. 20. cap. 1, Cucumim syluestrem esse diximus multò infrà magnitudinem sativi: ex eo fit medicamentum quod vocatur elaterium, succo expresso ex semine.

Elatine, elatines. pen. prod. fœm. gen. ἐλατίνη, Herba quæ folia helxines habet. pusilla, pilosa, rotunda, sempedalibus ramulis quinis senisve, à radice statim foliosis: nascitur in segetibus, acerba gustu. Plin. lib. 27. cap. 9. Vulgus, teste Ruellio, vocat *Equestrem compeditre*.

Elatites, ἐλατίτης. Lapis est ex genere hæmatitarum, ambustis præcipuè vtilis: ita dictus quandiu crudus est: nam coctus, miltites appellatur. Autor Plinius lib. 36 cap. 20.

Elatro, as. Quasi quodam cum latratu eloquor, & canina quadam mordacitate in lucem profero. ξξυλακτῶ. Ital. *Latrare*. Gal. *Abayer*. Hisp. *Ladrar como los perros*. ξ Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium. Alter rixatur de lana sæpe caprina: Propugnat nugis armatus: scilicet vt non Sit mihi prima fides & verè, quod placet, vt non Aeriter elatrem?

Elatus, vide FERO. effers.

Elauo, pennlt. cort. Eluo. lauo. ξλούω, πλύνω. Ital. *Lauare*. Gal. *Reinser, laver ou nettoyer*. Hisp. *Lauar*. ξ Columel. lib. 12. cap. 50, Sed quum fuerit olina elota, reliqua, sicut suprà præcepimus, fieri debebunt. ¶ Elauare se bonis, per translationem pro denudare & spoliare. Plaut. in Asin. Nam mare haud mare est: vos mare acerrimum. Nam in mari repperi, hîc elaui bonis.

ELDANA, ἐλδάνα, Oppidum Vaccæorum, qui sunt populi Tarraconensis Hispaniæ Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

ELEA, ἐλέα. Straboni lib. 6. ciuitas est Lucaniæ, à Phocensibus condita. Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum patria: qui ab ea Eleatę dicuntur. Romani primùm Heliam, deinde Veliam vocauere.

Eleatæ, ἐλεᾶται, Populi Lucaniæ Eleam vrbem incolentes, quæ & Helia, & postremò Velia dicta est. Vide ELEA & VELIA.

Electebræ argentariæ. Dictæ sunt ab antiquis meretrices, teste Festo, ab eliciendo argento. Locus est apud Plautum in Menæch. vbi nunc legitur, Illecebræ argentariæ.

Electio, onis. Elector, oris, vide ELIGO.

Electo, as, vide ELICIO.

ELECTRIDES, ἠλεκτρίδες. Insulæ sunt in mari Adriatico, ad ostium Padi, ita dictæ à Græcis quòd electrum in illis ex arboribus defluere putabant: quod falsissimum esse, hodie etiam imperitissimis notum est. Prouenit enim electrum in quadam Germanici Oceani insula, vnde lunari Oceani incremento elicitur ad litus Germanicum, haud exiguum principibus qui locis maritimis imperant, præstans vectigal. Vide ELECTRVM.

ELECTRA, ἠλέκτρα, teste Hesiodo, Nympha Oceani & Tethyos filia, vxórque Atlantis: cuius filia quædam etiã Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanum peperit, dicente Virgilio lib. 8, Dardanus Iliace primus pater vrbis & autor. Electra, vt Graij perhibẽt, Atlantide creatus. Et subdit, -Electram maximus Atlas Edidit, æthereos humero quasi sustinet orbes. ¶ Alia fuit Electra Oresti soror, filia Agamemnonis, quæ cælibem ad multum ætatis vitam egit. vnde etiam ab Helena apud Euripidem παρθένος ἀνύμφευτος, hoc est, annosa virgo per contumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictam volunt, quasi ἀλεκτέα, hoc est sine thalamo. quãquam aliis magis placet à flauo colore, electrúmque referente ita fuisse appellatam.

Electrius, a. um. vt, Electria tellus, id est Samos: sortita nomen ab Electra Dardani matre, filia Atlantis. Valer. Flac. Argon. 2, Tunc tenuis Lemnos, transitque Electria tellus Threicis arcana sacris.

Electrum, ἤλεκτρον. Ital. *Ambro, metallo fatto d'oro con la quinta parte d'argento*. Gal. *Ambre c'est aussi vn certain metail d'or auec la cinquiesme partie d'argent*. Hisp. *Electro, y uno de seyete quilates*. ξ Gummi siue lachryma, succusve creditus est ex arboribus pinei generis profluens. A Latinis succinum dicitur. Multum laborarunt veteres vbinam electrum nasceretur. Aliis dicentibus ad Padum fluuiũ esse populos arbores ex quibus deflueret: aliis credentibus in insulis quibusdam maris Adriatici gigni, quas idcirco Electridas vocauerunt. Hodie verò notissimum est electrum prouenire in insula maris Germanici, nõ procul à litore Prutenico, quam Germani sua lingua *Sudam* appellant. Ex cuius insulæ scopulis in mare delapsum, partim Oceani æstu ad litus eiicitur, partim tusticorũ operâ (quibus principes pro semis vruntur) in ipso mari colligitur: atque vniuersum ad principem ordinis refertur, ad quem non exiguum ex eo quotannis redit vectigal. Neq; tamen verum est ex arboribus defluere, sed ex saxis. Primò autem quum emanat, liquidum est, sed maris aërisque frigiditate in eam quam videmus duritiam concrescit. Est itaque electrum, siue succinũ, nihil aliud quàm bituminis genus, maris regionisque frigore ex liquida consistentia in duritiam commutatum. ¶ Ab huius similitudine verisimile est dictum esse quoddam metalli genus, quod ex parte quadam auri & argenti commistione conficitur, dicente Plinio, lib. 33. cap. 4. Aurum in quo quinta argenti portio est, electrum vocatur. Hoc autem modò naturale est, modo cura efficitur. Quod si quintam argenti portionem excedat, incudibus non resistit. Plinius ibidem. ¶ Electro lucidior, ἠλέκτρου λαμπρότερος. De re magnopere dilucida, aut de forma supra modum nitida, quòd electrum miro quodam more pellucat. Ex Luciano.

ELECTRYON, ἠλεκτρύων, Amphitryonis frater, & filius Alcei, vt testis est Hesiodus in Aspide.

Electus. Vide ELIGO.

Eleemosyna, ἐλεημοσύνη. Ital. *Elemosina, limosina*. Gal. *Aulmosne*. Hisp. *Limosna*. ξ Munus quod inopi datur: ab ἔλεος, quod miserationem significat. Quod nomen apud Gentiles rarò legitur, quum apud Christianos frequentissimè inueniatur. Spartianus de Caracalla, Non tenax in largitionem, non lentus in eleemosynam.

Elegans, Vide ELIGO.

Elegia, pen. prod. siue Elegeia per quinq; syllabas. ξἐλεγεία ἐλεγεῖον. Ital. *Elegia, verso miserabile*. Gal. *Vne elegie, vers elegiaques, vers pitoyables*. Hisp. *El cantar de cosas tristes*. ξ Latinè sonat carmen miserabile: ab ἐλεέω misereor, quòd hoc potissimum genere carminis miserabiles hominum æruminæ, & amoris querimoniæ soleant decantari. Vnde etiam à Poëtis, lachrymabilis & flebilis elegia perpetuis epithetis appellatur: quãquam postea etiam rebus latis seruire didicerit, vt testatur Horatius de Arte Poëtica. Versibus (inquit) impariter iũctis querimonia primùm, Post etiam inclusa est voti sententia compos. ¶ Ad huius vocis etymologiam non obscurè alludit Ouidius in Epicedio Tibulli his verbibus, Flebilis indignos elegeia solue capillos: Ab nimis ex vero nunc tibi nomen erit. Hoc est quemadmodum à miseratione nomen habes, ita miserabile nacta ex argumentum.

Elegidion, diminutiuum, ἐλεγείδιον. Persius Satyr. 1, -non siqua elegidia crudi Dictarunt proceres.

Elegiacus, adiectiuum, ἐλεγειακός. vt, Elegiacum carmen. & Elegiographus, elegiarum scriptor, qui scilicet poëmata cõscribit alternis versibus hexametris & pẽtametris. Quo in genere poëmatis primam apud Græcos palmam meritus est Callimachus, apud Latinos Ouidius.

Elegia, elegiorum, pluralis numeri, pro carminibus elegis. Plautus Merc. Occẽtent noctu ad ostiũ meæ impleantur carbonibus elegiorũ fores.

Elegus, a. um. penul. corr. adiectiuum. vt, Elegus versus, flebilis. Horatius lib. 1. Carm. Ode 12, Albe, ne doleas plus nimio, memor immitis Glyceræ, neu miserabiles Decantes elegos.

Elegus, gi, ἔλεγος, ἐλεγεῖον. Idem quod elegia, siue carmẽ elegiacum. Ouid. 2. Fastor. Nunc primùm velis elegi maioribus itis.

ELEI, penult. prod. ἦλεῖοι. Populi in Peloponneso, Elidem incolentes, clarissimi propter delubrum Iouis Olympij, ludósque Olympiacos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer sæpe leguntur. Luca. lib. 1, -quantum clamore iuuatur Eleus sonipes. ¶ Hinc Eliades equæ dicuntur, quæ ex Olympico certamine palmam referunt, vt annotauit Seruius in illud Virgilij 1. Georg. Eliadum palmas Epirus equarum.

ELELEIS, idis, ἐλελείς, Mulier bacchans, quæ & Thyas, & Mænas dicitur: λόγῳ τῷ ἐλελίζω, hoc est à vociferando. Ouid. 4. Epist.

Nunc ferar, vt Bacchi furiis Eleleides actæ,
Quæque sub Idæo tympana colle mouent.

ELELEVS, per tres syllabas, ἐλελεύς. Dictus est Sol, λόγῳ τῷ ἐλίττεσθαι πάντοθεν γῆν, quòd æterno circa terram meatu volui videatur. Autor Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17. ¶ Est etiam Eleleus vnum ex Bacchi cognominibus, ab ἐλελίζω verbo Græco, quod significat vociferari, quemadmodum in bello consueuerunt. Ouid. lib. 4. Metamor. vbi Bacchi nomina enumerat, etiã Elelei meminit, Nyctelíúsque (inquit) Eleleúsque parens: & Iacchus, & Euan.

Elementa, orum. Sũt principia omnium rerũ, ex quibus reliqua omnia componũtur, & in quæ resoluuntur. ξστοιχεῖα. Ital. *Elementi*. Gal. *Elemens, commencemens de toutes choses*. Hisp. *El principio material de que alguna cosa se compone*. ξ Ea à Philosophis numerantur quatuor. ignis, aër, aqua, & terra. Cicer. 2. de Natura deor. Omne corpus aut aqua, aut ignis, aut aër, aut terra, aut quæ ex iis componuntur. Idem 1. Acad. Ergo illa initia, & (vt è Græco verram) elementa dicuntur, é quibus aër & ignis mouẽdi vim habeant, & efficiendi: reliquæ partes, accipiendi, & quasi patiendi. ¶ Horum similitudine etiam notas literarum elementa vocamus, quòd ex iis primùm syllabæ, deinde ex syllabis dictiones constituantur. Sicut enim illa coëuntia omne corpus efficiunt: sic hæ coniunctæ literalem vocem quasi corpus aliquod componunt. Inde elementariæ literæ dicuntur prima literarũ rudimenta. Iulius Capitol. Puer, inquit, literis elementariis & calculo imbutus. ¶ Sic lex Moysi, & omne Vetus testamentum, elementum dicitur ab Apostolo: é quibus quasi ex elementis & religionis exordiis Deum discimus. Quo enim modo elementa (inquit Hieronymus) appellantur literæ per quas syllabas ac verba coniungimus, & ad texẽdam orationẽ longa meditatione procedimus, vtique ars Musica habet elementa sua, & Geometria ab ele-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentis incipit lineatum, & Dialectica atque Medicina habēt ἀτομωτὸν suas: sic elementis Veteris testamenti, vt ad Euāgelicam plenitudinem veniat, sancti viri eruditur infantia.

Elementarius senex, A. Seneca dicitur qui adhuc in primis elementis instituitur. Ita enim ait lib. 5. Epist. Turpis & ridicula res est elementarius senex, ὁ γέρων γραμματιστὴς, καὶ παιδὸς παιδαγώγου.

Elenchus, chi, {ἔλεγχος. Ital. *Argomento.* Gal. *Argument.* Hisp. *Argumento.*} Latinè dici potest argumentum ab ἐλέγχειν, argumētor. Plerunque tamen pro argumento sophistico accipitur & cauillatorio. ¶ Est etiam elenchus index libri, quem vulgò vocamus *Tabulam*: ab ἐλέγχω, quod aliquando inuestigo significat vel exploro. Indicis enim adminiculo inquirimus quicquid toto opere cōtinetur. ¶ Sunt etiam elenchi margaritæ maiores, fastigiata longitudine. Plin. lib. 9. cap. 35. Et proceriogaritæ maiores, fastigiata longitudine, alabaribus sua gratia est (elenchos appellant) fastigiata longitudine, alabaribus fua gratia eſt (elenchos appellant) faſtigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem definentes. Hos digitis suspendestrorum figura in pleniorem orbem definentes. Hos digitis ſuſpendeſt

Finib. Electis verbis dictatæ res.

Electus, us, ui. Ouid. Epist. 2. In necis electu parua futura mora est.

Elegans, penult. corr. nomen est, non participium, ab hoc verbo eligo deductum, vt Cicero de Optimo dicendi gen. innuere videtur quum inquit, Nam si vt in epularum apparatu magnificentia recedens, non se parcum solùm, sed etiam elegantem videri volet, eliget quibus vtatur. Sunt enim plerǽque aptæ huius ipsius oratoris de quo loquor, parsimoniæ. Est igitur elegans, idem quod cultus, ornatus, politus. {ἐπιτετηδευμένος, κεκοσμημένος. Ital. *Elegante, polito.* Gal. *De choix, à faire bien, soigneusement.* Hisp. *Limado, galano, y gentil.*} Cice. 2. de Finibus, Nemo nostrum istue generis asotos iucundè putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, &c. Terent. Eunuc. Regem elegantem narras. Idem. Quum ipsum me noris, quàm elegans formarum spectator siem. Vbi Donatus, Elegans spectator est qui sit cunctantis & fastidiosi iudicij, cui non quid placet facilè. Cice. 6. Vert. Vide ne ille non solùm temperantia, sed etiam intelligentia te, atque istos qui se elegantes dici volunt, vicerit. ¶ Apud antiquos elegans non honoris, vt hodie, vocabulum erat, sed reprehensionis. Gellius lib. 11. cap. 2, Elegans homo non dicebatur cum laude, sed id ferè verbum ad ætatem M. Catonis, vitij, non laudis fuit. Cato lib. de Moribus, Auaritiam omnia vitia habere putabant, sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, iratus qui habebatur, is laudabatur.

Elegantia, Munditia, lauritia, cultus, ornatus: ab eligendo, vt putatur, dicta. {φιλοκαλία, κομψότης. Ital. *Eleganza, politezza, nettezza.* Gal. *Bonne grace, elegance, magnificence, honnesteté.* Hispa. *Limpieza, gala, y gentileza.*} Cice. in Orat. Fucati verò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia modò & munditia remanebit. Idem 2. de Finib. Contemnit enim differendi elegantiam, confusè loquitur. Idem 3. de Finibus, Agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia. Hæc tamen apud veteres non ad ingenij opera, sed duntaxat ad nimis amœnum, lautúmque cultum ac victum applicabatur, nec sine vitio eratinde elegans solùm laudando dicitur vt Elegans oratio. Est enim elegantia orationis virtus quæ facit vt vnumquodque verbum purè, aperteque dici videatur. Huius duæ sunt partes, latinitas, & explanatio. Latinitas, quæ sermonem purum seruat ab omni vitio: Explanatio est, quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur, scilicet vt vsitatis verbis vtamur, & propriis. Vsitata sunt, quæ versantur in consuetudine quotidiana. Propria sunt, quæ eius rei de qua loquimur verba sunt, aut esse possunt.

Eleganter, aduerbium. Politè & propriè. {κόμψως. Ital. *Elegantemente, politamente.* Gal. *Elegamment, de bonne grace, poliment, mignonement.* Hisp. *Limada, galana y gentilmente.*} vt Eleganter disputare. Cice. 4. Acad. Idem 1. de Finibus, Hoc ipsum elegantius poni, melíusque potuit. Idem ad Brutum, Tibi is exponet qui & optimè omnia nouit, & elegantissimè expedire, & deferre ad te potest. Cice. Luccio lib. 5, Ad consolandum autem cum illa valent, quæ eleganter, copioséque collegisti.

Elimino, as, penult. corr. Extra limen eicio, excludo. {ἐκβάλλω, ἐκδιώκω. Ital. *Cacciare di casa, mandar fuori.* Gal. *Faire sortir hors de la maison, getter de l'entrée.* Hispa. *Desterrar ò echar de casa.*} Pomponius ad Nonium, Eliminabo extra ædes coniugem. Ennius Medea, Exule antiqua herilis, fida custos corporis, quòd sic extra ædes eliminatur. ¶ Eliminare dicta, dixit Horatius lib. Epistо. pro enuntiare, quasi extra limen efferre. -ne (inquit) fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet.

Elimo, as. Propriè est lima conficere. {ἐκλεπτύνω. Ital. *Limare, lauorare con la lima.* Gal. *Limer, estimer, polir à la lime, ou mettre en limaille.* Hisp. *Limar, ò obrar con lima.*} Ouid. 4. Metamor. -extemplo graciles ex ære catenas, Retiáque & laqueos quæ lumina fallere possent, Elimat. ¶ Inde per translationem dicimus elimare opus aliquod, pro eo quod est ornatè & absolutè conficere. Cice. Attico, lib. 16, Velim χάλκευε aliquod elimes ad me. ¶ Accipitur etiam interdum elimare pro lima abradere. Plinius lib. 34. cap. 18, Alij elimatam scobem in fictili crudo coquunt in caminis.

Elinguis, gue. Qui sine lingua est. {ἄγλωσσος. Ital. *Senza lingua.* Gal. *Qui n'a point de langue, & par consequent muet.* Hispa. *Deslenguado ò sin lengua.*} Item qui mutus est, & loqui non potest, etiamsi linguam habeat, ἄφωνος, ἄναυδος. Cicero pro Flac. Conuicit. & elinguem reddidit. Idem de clar. Orat. Præsertim quum Fannius nũquam sit habitus elinguis. Plin. in Epist. Idem prospeximus curiam, sed curiam trepidam, & elinguem: quum dicere quòd velles, periculosum: quod nolles, miserum esset.

Lingo, as. Linguam extraho, seu lingua primo. {ἐκγλωττίζω. Ital. *Privare della lingua.* Gal. *Estlanguer, oster la langue.* Hispa. *Deslenguar ò cortar la lengua.*} Plaut. in Aulul. Si hercle ego te non elinguandam dedero vsque ab radicibus, Impero, autórque sum, vt me cuiuis castrandum loces.

Eliquo, as, penult. corr. Liquidum facio: vt quum aurum, argentum, vel plumbum igni dissolumus. {τήκω, ἐκτήκω. Ital. *Far liquido.* Gal. *Faire fondre & mettre en liqueur, passer & couler vne liqueur.* Hisp. *Hazer puro ò claro sin hez.*} ¶ Est etiam eliquare, liquidè purgare. Senec. lib. 3. Natur. quæst. Est in Chersonesо Rhodiorum fons, qui post aliquantum interuallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus, eliquatúsque est.

Eliquamen. Quod eliquatum est ex re aliqua, vt ex carnibus, aut piscibus: vulgus *Salmuriam* vocat. {ὁ χλιαρισμός. Ital. *Lisore sfremuta, scolata.* Gal. *La liqueur effrainte & degoutee de quelque chose.* Hispa. *La manteca de cosa derretida.*} Columel. libro 3. cap. 14, Abstineátque ferè ab omnibus tedolentibus esculentis: vt sunt fallamenta, & eorum omnia eliquamina.

Eliquesco, is. Liquidum fieri. {ἐκτήκομαι, ἀκχαλίζομαι. Ital. *Fondersi, liquefarsi.* Gal. *Se fondre & venir en liqueur.* Hispa. *Derretirse, hazerse claro y sin hez.*} Varro 1. de Re rustica, de olea loquens, Alia ad cibum eligitur, alia vt eliquescat, ac non solùm corpus intus vngat, sed etiam extrinsecus.

ELIS, ἦλις, Oppidum in Occidentali tractu Peloponnesi, non procul ab Alpheo fluuio, iuxta quod certamen Olympicum celebrari solet. Autor Plinius lib. 5, in descriptione Achaiæ. Ptolemæus quoque libro 3. cap. 16, regionem omnem circumiacentem, Elidem appellat.

Eleus, a, um, ἠλεῖος. Virgil. lib. 3. Georg. Hic vel ad Elei metas & maxima campi Sudabit spatia.

Elias, dis. Patronymicum fœmininum, vt, Equæ Eliades: quæ apud Elidem certamine curuli palmas merentur, vt annotauit Seruius in illud Virgilij 1. Georg. Eliadum palmas Epirus equarum.

ELISA, Ἔλισσα. Beli Phœnicũ regis filia. Dido cognominata, quòd complura supra animi muliebris fortitudinem gesserit. Nam & fratris insidias fugiens, Carthaginem condidit: quúmque à suis ciuibus cogeretur Iarbæ nouæ vrbi bellum inferenti nubere, morte spontanea se à secundis nuptiis liberauit, vt notat Seruius.

Elixus, a, um. Aqua coctum. {ἑψητός. Ital. *Lesso, alesso.* Gal. *Cuit en eaue, bouly.* Hisp. *Cozido en agua.*} Elixum (inquit Nonius Marcellus) est quicquid aqua mollitur, vel decoquitur. Nam lixam, aquam veteres dixerunt: vnde & lixæ dicti sunt qui militibus aquam ad castra, vel ad tentoria solent ferre. Horat. 2. Serm. Satyr. 2. -at simul assis Miscueris elixa, simul conchylia turdis. Ouid. 4. Fast. Candidus elixæ miscetur caseus herbæ. Plaut. Pœn. Milphio, heus Milphio, vbi es? M. Assum apud te, eccum. A. O. At ego elixum volo. ¶ Varro autem per translationem Calceos elixos scribit, quasi madefactos: vt est caro quæ elixatur. In pauimento, inquit, non audes facere lacunam: at in humum calceos facis elixos.

Elixo, as. Aqua coquo. {ἑψῶ ὑδατι. Ital. *Lessare, cuocere à lesso.* Gal. *Cuire en eaue, bouillir.* Hisp. *Cozer en agua.*} L. Valla, Quòd in prandio carnes quasdam parum elixasset.

Elleborine, teste Plinio lib. 7. cap. 9, Herba est exiguis foliis, quæ alio nomine epipactis dicitur.

Elleborum, ἐλλέβορος. Ital. *Veratro herba.* Gal. *Herbe appelée des Latins veratrum.* Hispa. *El vedegambre.*} Herbæ est insignem purgandi vim habens: quam Latini veratrum appellant. Eius duæ sunt species, album, & nigrum. Elleborum album, ἐλλέβορος λευκός, folia habet plantaginis, aut beræ syluestris, sed breuiora nigrioráque, & canalium dorso rubentia, caulem quincuncialem, ferulaceum, bulborum tunicis obuolutum, radicem cæpæ modo multis fibris capillatam. Præstantissimum nascitur in Anticyra insula, vbi & tutissimè sumebatur, cerebri purgandi gratia. Vnde factum est vt quos cerebro minus sano esse volumus significare, Anticyram nauigare iubeamus. Elleborũ nigrum, ἐλλέβορος μέλας. Romanis veratrum nigrum dicitur, à Græcis etiam melampodium, à Melampode quodam ouium pastore, qui eo Prœtidas furentes fertur persanasse. Folia habet platani, sed minora, & spondylio proxima, pluribus incisuris, nigrioráque & subaspera, caulem scabrum, florem ex purpureo candicantem, & vuæ modo racemosum: semen cuici, quod sesamoides vocatur. ¶ Bibe elleborum, πῖθ' ἐλλέβορον. Quo adagio Aristophanes in Vespis significat insanire quempiam. Vnde ἐλλεβορᾶν καὶ ἐλλεβορίζειν, pro insanire. Qui ergo parum animo constant, ἐλλεβόρου δεῖσθαι, deest, elleboro opus habere dicuntur, quod elleborum purgare cerebrum, ideóque curare insaniam. Antiquis creditum fit.

Ellum, vide EOVM.

Ellychnium, ἐλλύχνιον, ἔμπυκτρον. Ital. *Stopino, lucignolo.* Gal. *La meche d'vne lampe ou chandelle, lumignon.* Hispa. *Mecha del candil.*} Dicitur funiculus ille papyraceus, seu sparteus, cannabinúsve, aut stupæus in lychno, qui oleo affuso lumen præbet. Plin. Et é medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Idem libro 13. cap. 4, Ellychnia ex vua fiunt claritatis præcipuæ: ex oleo lumen obscurum propter nimiam pinguitudinem.

Ellobia, ἐλλόβια, Genus inaurium (inquit Iulius Pollux) à fibris aurium, quas Græci λοβοὺς vocant.

Elminthes, ἕλμινθες, Vermes ex genere lumbricorum. Sunt autem in duplici differentia, teretes, & lati: vt docet Galenus lib. vlti. Methodi, cap. vlti. nominatiuus singularis est Elmis.

Eloco, as, are. Est pretio aliquid vtendum permittere. {ἐκμισθόω. Ital. *Allogare, affittare.* Gal. *Faire changer de lieu & place, oster d'vn lieu & transporter, louer.* Hisp. *Arrendar à vitro por alquiler.*} vt Elocare fundum, est certo pretio eius vsum alicui concedere. Cice. 5. Verr. Xenon ad se pertinere negabat fundum elocatum esse dicebat. Elocare boues. Colu. lib. 1. cap. 7, Et maximè vexant serui qui boues elocant, eosdémque, & cætera pecora malè pascunt. Elocare sese curandum. Plin. lib. 26. cap. 1, Siquidem certum est Manilium Coronatum ex Prætoris legatum Aquitanicæ prouinciæ H-S. CC. elocasse in eo morbo curandum sese. ¶ Elocare funus. Plinius lib. 31, Asses ergo contulit populus, & funus elocauit. Elocare filiam, est eam viro tradere.

Elocutio, vide ELOQVOR.

Elogium. {ἐλεγεῖον, ἐμφάνισμα. Ital. *Testimonio, testimonianza.* Gal. *Tesmoignage & rapport qu'on fait d'aucun, inscription de monument.* Hispa. *Testimonio ò testificacion que se da en honra ò vituperio de alguno.*} Testificatio de aliquo honoris vel vituperationis causa. Vituperationis, Quintilianus, Non est, Iudices, quòd putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogium, quia de scelere constaret. Honoris, Cicero in Catone. Quanta in Atilio Calatino, in quem illud elogium vnicum complurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Seneca, Decessit negotiator, testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam vxorem hæredem, & adiecit elogium. Quia pudicam comperi. Cice. 1. Tuscul. Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? ¶ Aliquando accipitur pro simplici testificatione sententiæ. Cicero in Catone, Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum, & lachrymis vacare.

Elongo, as. Protraho, differo. {ἐκτείνω. Ital. *Differire, prolongare.* Gal. *Alonger, faire plus long.* Hisp. *Alongar.*} Plinius, Quo maxime tempore dies elongantur.

Elops, ἔλοψ, Piscis apud antiquos nobilissimus habitus, vnus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat: à nonnullis accipenser dictus. Plinius libro 9. cap. 17. ¶ Est & Centauri nomen proprium.

apud Ouidium 12. Metamor.

Eloquor, penult. corr. Clarè & apertè propriísque verbis animi sensa explico. {λαλέω, ἐκφέρω. Ital. *Parlare apertamente.* Gal. *Dire, parler clerement & donner à entendre, declarer son dire proprement.* Hispa. *Hablar claramente y bien.*} Quintilianus. Eloquor, quum omnia quæ mente conceperim promo, atque ad audientes profero. Virgil. 3. Aene. Eloquar, an sileam? Plaut. in Amphit. Rémque vt facta est, eloquar. Terentius Phorm. -atque id, si potes, verbo expedi. 6. Faciam. 4. Eloquere. 6. Modò apud portum, &c. ¶ Aliquando eloqui est dicere: quod proprium est Oratoris. {φράζω. Ital. *Ragionare.* Gal. *Raisonner, discourir.* Hisp. *Razonar.*} Cicero 1. de Orat. Oratoris est compositè, ornatè, copiosè eloqui. Idem 1. Offic. Copiosè eloqui, modò prudenter, melius est quàm vel acutissimè sine eloquentia cogitare.

Eloquens dicitur, qui in dicendi ratione perfectus est. {λόγιος, ῥητορικός. Ital. *Eloquente, ben parlante.* Gal. *Eloquent, beau parlere.* Hispa. *Eloquente, el que habla copiosa y esparzidamente.*} Vnde Antonius apud Ciceronem dicit se difertos vidisse plurimos, eloquentem neminem: quasi dicat, se plurimos eximios Oratores vidisse, perfectum autem Oratorem in quo nihil desideraretur, neminem. Cicero 1. de Orat. Quamobrem mirati desinamus quæ causa sit eloquentiam paucitatis: quum ex iis rebus vniuersis eloquentia constet quibus in singulis elaborare permagnum est. Idem in Orat. ad Brutum. Is erit igitur eloquens qui poterit parua submissè, modica temperatè, magna grauiter dicere.

Eloquentia, Dictio ex omni parte perfecta, totum Rhetoricæ corpus continens {λογέτης. Ital. *Eloquencia, bel parlare.* Gal. *Eloquence, beau parler.* Hispa. *Eloquencia, elegante y facunda habla.*} Cicero in Partit. Nihil aliud est eloquentia quàm copiosè loquens sapientia. Terent. in Eunu. Dixine ego in hoc esse vobis Atticam eloquentiam?

Eloquium, Modò sermonem, modo facundiam, modò elogium significat. {λόγιον. Ital. *Ragionamento, parlamento.* Gal. *Elegance en parler.* Hispa. *Habla facunda.*} Plautus. Dulci ac blando eloquio amicam solatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis solis nos natos esse. Ouid. 2. de Ponto. Nunc tibi & eloquij nitor ille domesticus adsit.

Elocutio, Pars est Rhetoricæ, quæ à Cicerone 1. de Inuen. definitur esse idoneorum verborum ac sententiarum ad inuentionem accommodatio. *ἐρμηνεία.*

ELORVS, penult. prodn. Ἕλωρος. Vulgò *Labiso*, Siciliæ vrbs est, Pachyno promontorio proxima: ita dicta ab Eloro amne, qui adiacentibus campis superfunditur, sicut Nilus: in quo pisces cibum é manu capiunt, vt testatur Plinius lib. 32. cap. 2. De hoc Silius, Sidonios, Drepane, atque vnda clamosus Elorus. Virgil. lib. 3. Exupero præpingue solum stagnantis Elori.

ELOTAE, ἕλωτες, seu Elotia, ἑλωτία. Sua publica appellant mancipia Lacedæmonij, id est publicos ministros, vt sunt apparitores, lictores, qui apud Thessalos dicuntur penestæ.

ELPENOR, penultima producta. ἐλπήνωρ. Nomen comitis Vlyssis, qui à Circe cum aliis sociis in porcum conuersus fuit: & deinde pristinæ formæ restitutus, delapsus de scalis, cervicem fregit. Autor Homerus 10. Odyss. Iuuenalis Satyr. 15. Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

ELPIS, ἐλπίς. Nomen proprium Boëthij vxoris: de qua hoc extat Epitaphium:

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patria coniugis egit amor.
Quo sine mœsta dies, nox anxia, flebilis hora:
Cúmque viro solum spiritus vnus erat.
Lux mea non clausa est tali remanente marito:
Maioríque animæ parte superstes ero.
Porticibúsque sacris, iam nunc peregrina quiesco,
Iudicis æterni testificata thronum.
Néve manus bustum violet, ne fortè iugalis
Hæc iterum cupiat iungere membra cinis,

Eluceo, ces. Lucidum esse, & per translationem manifestum & apparens. {φαίνομαι. Ital. *Rilucere, essere lucida, manifesto, apparente.* Gal. *Reluire, estre apparent & manifeste.* Hisp. *Mucho luzir.*} Virgil. 4. Georg. -eluceant aliæ, & fulgore coruscent. Cicero 1. de Diuinat. Vt illa tertia pars eant aliæ, & fulgore coruscent. Cicero 1. de Diuinat. Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Eluceat animi excellentia in despiciendis opibus. Cic. 1. Offic. Idem pro Rosc. Amer. Eo magis eluceat, quo magis occultatur.

Eluescere, significat magis lucidum fieri. {μᾶλλον φαίνω. Ital. *Essere chiaro.* Gal. *Deuenir ou estre cler.* Hisp. *Ser claro.*} Hieron. Quod vt clarius eluescat, sumamus exemplum ab his corporalibus sensibus.

Elucifico, as, Luce priuo. {ζοφόω. Ital. *Privar di luce.* Gal. *Priver de lumiere.* Hispa. *Privar de la luz.*} Quanuis Nonius interpretetur lucidare. Labetius apud Gellium lib. 20. cap. 17. Volo elucificare exitum ætatis meæ. Inducitur enim diues auarus popinationem filij deplorans, qui ait velle se Democriti exemplo luminibus oculorum priuare, ne videat filium luxu patrimonium prodigentem. Verbum est à Laberio confictum, aliísque omnibus scriptoribus inusitatum, vt pleraque alia eiusdem autoris.

Eluctor, aris, Idem penè est quod luctando vinco, supero, vel euado. {ἐκπαλάω, ἐκνικάω. Ital. *Vincere à la lotta.* Gal. *Taschier à vaincre en luitant, vaincre, eschaper & sortir à force.* Hispa. *Luchar y vencer luchando.*} Plinius lib. 34. cap. 10. Tenuissima est in ipso ore fornacium, quâ flammæ eluctantur. hoc est vi & quodammodo luctando exeunt. Liuius 4. bel. Pun. Tenentibúsque, quum tot ac tam valide eluctandæ manus essent, sese eripuerunt. Virgil. 2. Georg. -aqua eluctabitur omnis. Locorum difficultates eluctauit. Tacitus in vita Agricolæ. Niues eluctari. Idem libro 19. Lucan. lib. 2. Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in vndas.

Elucubro, as, & Elucubror deponens. Est lucubrationibus, hoc est vigiliis conficio. {νυκτεύω. Ital. *Vegghiare per operar qualche cosa.* Gal. *Faire quelque chose soigneusement & en veillant la nuit.* Hisp. *Velar trabajando alg cosa.*} Cic. ad Atticum, lib. 7. Nihil habeo quod ad te scribam: quingentam eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. Colum. lib. 10. cap. 1. Quare quicquid est istud quod elucubrauimus. Cicero de clar. Orat. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas etiam, quàm elucubratas afferebamus.

Elucum, pen. prod. Veteres languidum, vel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, siue halonem, hoc est hesterno vino languentem vocarunt. Autor Varro de lingua Latina. lib. 5.

Eludo, dis, pen. prod. Manifestè derideo, decipio. {παίζω. Ital. *Beffare, ingannare.* Gal. *Abuser quelqu'vn & se mocquer de luy.* Hisp. *Burlar y escarnecer.*} Cicero 4. Acad. Sed vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis. Terent. in Eunu. Eludet, vbi te victum senserit. Cic. in Catil. Quàdiu nos etiam furor iste tuus eludet? Idem pro Rosc. Amer. Nósque ab isto nebulone facetius eludemur.

Elusus, pen. prod. participium {ἐκπαίζω. Ital. *Schernito, beffato.* Gal. *Abusé & mocqué.* Hispa. *Burlado y escarnecido.*} Ouid. 6. Metam. Mæonis elusam designat imagine tauri Europam.

Elugeo, es. {πενθῶν καθίλλω. Ital. *Lasciare il pianto deponer le lagrime.* Gal. *Cesser de pleurer, laisser le deuil.* Hisp. *Quitar luto.*} Lugere desino, vel luctũ depono expleto tempore iusti luctus, quod erat apud Romanos totius anni. Vnde matrona apud illos erat infamis, quæ secundas ineebat nuptias priusquam virum eluxisset, hoc est quæ ante expletum annum luctus secundò nubebat. Liuius 4. bel. Maced. Quid aliud in luctu quàm purpuram, atque aurum deponunt? quid aliud quum eluxerunt, sumunt? ¶ Accipitur etiam pro simplici lugeo. Cicero ad Papyrium, Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm mater vnicum filium.

ELVINA, Dicta est Ceres ab Eluio oppido, vel ab Eluide fluuio in quo colebatur. Iuuena. Saty. 3. Me quoque ad Eluinam Cererem, vestramque Dianam.

Elumbus, & Elumbis, Qui eualsum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate sese erigere nõ potest. {νῶτα ψόαι κεκμηκότες. Ital. *Dislombato.* Gal. *Rompu, qui a les reins rompus.* Hisp. *Flaco.*} Per translationem accipitur pro molli & effœminato.

Eluo, is, elui, elutum, Significat lauo, seu lauando purgo. {ἐκπλύνω. Ital. *Lauare, purgare lauando.* Gal. *Laver, reincer, nettoyer.* Hispa. *Lauar, desbanar.*} Colum. lib. 1. Quod etiam venenati liquoris eluit perniciem. Idem, Villica debet curam adhibere, vt siquæ fæces, aut amurcæ in fundis vasorum subsederint, statim emundentur: & non calidissima lixiuia, ne vasa ceram remittant, semel atq; iterum eluantur. Lactan. lib. 5. Quanto satius est mentem potius eluere, quæ malis cupiditatibus sordidatur. Ouid. 11. Metamor. Subde caput, corpúsque simul, simul elue crimen. Cicero 7. Verr. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas fautorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare.

Elutus, participium, vel ex participio nomen. {ἐκπλυθείς. Ital. *Lauato, mondato con acqua.* Gal. *Laué & nettoyé d'eaue ou d'autre liqueur.* Hisp. *Desbanado.*} vt, Eluta, & siccata vinaria vasa, apud Colum. lib. 6. cap. 34. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. -itriguo nihil est elutius horto.

Eluuies, uiei, vel Eluuio, onis, Est vorago, vel terra aquarum impetu hausta. {βάραθρον, ἕλος, κελύφισμα. Ital. *Voragine, inghiottimento, cauo di acque fangose.* Gal. *Lauage, l'eaue dequoy on nettoye quelque vaisseau, esgout d'immondices.* Hisp. *Almazen adonde acuden las primadas.*} Curtius lib. 4. Torrentésque atque eluuies iter morabantur. Idem, Ab altera parte voragines eluuiésque præruptæ sunt: nec alia pugnãdi patebat via quàm vt replerentur. Cic. in Som. Scip. Propter eluuiones, exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. ¶ Ponitur etiam pro quauis calamitate. Cicero pro Domo sua. Ideirco tu ad illam labem, atque eluuiem ciuitatis sine summa vi peruenire potuisti?

Eluscare, Est luscum facere, hoc est alterius oculi lumine spoliare. {πηρῶ τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν. Ital. *Far ioscio.* Gal. *Faire borgne, creuer ou gaster vn œil à quelqu'vn.* Hispa. *Hazer menguado de vn ojo.*} Apud Iureconsultos ad legem Aquiliam scribitur, Aquilia eum teneri qui eluscauerit discipulum in disciplina.

Eluria, orum, teste Plinio libro 34. cap. 16, Dicuntur metalla auraria in quibus aqua immissa elutis sordibus metallum ostendit.

Elutrio, as, De vase in vas transfero. {μεταφυσῶ. Ital. *Tramutare di vno in vn altro vaso.* Gal. *Verser d'vn vaisseau en autre.* Hisp. *Trassegar.*} Dicitur & transuaso, sed rarius. Forte à lurca quæ os culei est: vnde lurcones, capacis gulæ homines. Plin. lib. 14. cap. 17, Sufferuefactis decies, mox elutriatis, atque ita inueteratis.

Eluxatus, Idem est quod simplex luxatus. {ἐξαρθρημένος. Ital. *Dislocato.* Gal. *Desmis de son lieu, desloqué, deslors.* Hispa. *Desencaxado.*} Plinius libro 20. cap. 9, Sic etiam fistulas eluxatas & tumores reuocari, quæque discuti opus sit.

Eluxuriari, {κατασπαταλῶ, ἐξυβρίζω. Ital. *Lussuriare, soprabondare.* Gal. *Abunder outre mesure, comme vn arbre qui porte trop de fruit ou gaste trop de bois.* Hisp. *Emuciarse.*} Idem quod luxuriari: ad arbores translatum. Colum. de arbor. cap. 3. Quòd si pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur: & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

ELYSIVM, ἠλύσιον, Locus vbi piorum animæ habitant: ἀπὸ τοῦ λύειν, à solutione. Nam animæ post solutionem vinculi corpore deueniunt ad Elysios campos. Virgil. 5. Aeneid. -sed amœna piorum Concilia, Elysiúmque colo. ¶ Sunt & Elysij campi in Bœotia circa Thebas, vt inquit Lycophron: de quibus sensisse videtur Virgil. lib. 2. Georg. quum ait, Quanuis Elysios miratur Græcia campos.

ELYMAIS, idis, ἐλυμαΐς, Regio est ad sinum Persicum, ab ipsa Perside Orœti flumine discreta. Autor Plinius lib. 6. cap. 25.

E ante M.

Emacio, as, are, Macrum, siue aridum reddo. {ἰσχναίνω. Ital. *Smagrare, dimagrare.* Gal. *Amaigrer, faire deuenir maigre.* Hisp. *Emmagracer alguna cosa.*} Colum. lib. 2. cap. 14, Sed ex omnibus quæ retuli seminibus, idem Saserna putat aliis iuuari & stercorari agros, aliis tursus peruri & emaciari. Idem lib. 4. cap. 24, Quæ nec spem vindemiæ desiituant, emacient stirpem suam.

Emaciatus, participium, vt, Emaciatæ vites, apud Columellam, libro 2. cap. 10.

Emacitas,

Emacitas, vide Exacerbo.

Emacror, penult. corr. Extenuari, macrum fieri. {ἰσχνάνομαι}. Ital. *Diuenir magro*. Gal. *Deuenir maigre, amaigrir*. Hisp. *Enmagrecerse*. } Plin. lib. 18. cap. 10. Terram emacrari hoc fatu existimantes.

Emaculo, as. Est maculas auferre. {ἀποσπογγίζω}. Ital. *Leuar le machie*. Gal. *Oster ses taches, nettoyer*. Hispa. *Quitar las manchas ò mancillas*. } Plinius lib. 25. cap. 13. de narcisso herba. Nigras vitiligines emaculat.

Emancipo, as, penul. corr. Est eum quem in potestate habemus, sui iuris efficere, quasi extra mancipium, hoc est extra dominium nostrum ponere. {ἀφίημι}. Ital. *Emancipare, liberare*. Gal. *Emanciper, mettre hors de sa puissance*. Hispa. *Delibrar el padre al hijo del su poder*. } Vnde patet dicitur emancipare filium, quum eum paterno iure liberat, & sui iuris efficit. Quod quibus modis fieri soleat, vide librum Institu. titu. de Adopt. & emancip. Plin. Epistо. 67. Regulus filium amisit, hoc vno malo indignus, quod nescio an malum putet: erat puer acris ingenij, sed ambigui: qui tamen posset recta sectari si patrem non referret: hunc Regulus emancipauit vt hæres matris existeret. ¶ Liberos propriè emancipari, seruos manumitti dicimus. Inde Emancipati, intelliguntur qui ex patris iure excesserunt, & sui iuris facti sunt. ἐκνενισμένοι. Qui autem eos ex mancipio suo emittunt, emancipatores dicuntur. Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur, aut ij qui ex patris iure exierunt: aut ij qui aliorum fiunt dominij: quorum vtrunque fit emancipatione. ¶ Emancipare se alicui, siue (vt veteres loquebantur) emancupare, est se totum alicui tradere, & veluti in mancipium, hoc est dominium illius transferre. Plaut. in Bacc. Nunc mulier tibi me emancupo: tuus sum, tibi do operam. ¶ Hinc Emancipatum alicui dicimus qui alterius dominio imperióque subiectus est, & in ius mancipiúmque eius est transcriptus: quanquam etiam per translationem latius accipitur pro eo qui quouis modo alteri obnoxius est & addictus. Cicero in Catone. Ita senectus nimis honesta est si seipsam defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si vsque ad vltimum spiritum dominatur in suos. Horat. Epod. Romanus (heu posteri negabitis) Emancipatus fœminæ. Fert vallum & arma miles. ¶ Emancipatus ad omne facinus. Apul. libr. 10. Assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo, perfidiæ suæ consilia communicat. ¶ Emancipare agrũ, est alienare, & è mancipio, id est dominio, & possessione sua emittere, & alteri possidendum tradere, ita tamen vt inde ad nos singulis annis redeat prouctus. Plin. lib. 7. Epist. Nam pro quingentis millibus nummũm quæ in alimenta ingeniorum ingenuasúmque promiserã, agrum ex meis longè pluris actori publico emancipaui: eundémque vectigali imposito, recepi. Vbi Plinius Emancipare, non pro vendere posuit, sed pro alienare, quum enim vellet vectigal publicè donare in alimenta puerorum, (id est *rentam* constituere, vt verbis vulgi loquar) fundum suum imaginaria venditione Reipublicæ donauit, & subinde vectigalem recepit. Ex Budæo.

Emanco, as. are. {τὸν χεῖρα κυρῶ, κόπτω}. Ital. *Tagliare le mani*. Gal. *Faire manchet, couper les mains*. Hispa. *Cortar las manos*. } Pro manus procidere, mancum facere. Labienus apud Senecam libr. Controuers. 6. Cedo iota, gaudeo me non omnes emancasse.

Emanco, verbum est militare. {ἐξ ἀγγαρείας εἶμι ἀγγαρεύω}. Ital. *Stare di fuori*. Gal. *Demeurer dehors*. Hispa. *Tardarse que se fue, estar de fuera*. } Propriè enim dicuntur emanere milites, qui diutius sine legitimo Imperatoris commeatu absunt à castris. Modest. l. Desertorem. Digest. de Re militari. Is qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui à fossa tunc recedit, capite puniendus est. Inde Emansor, de quo mox.

Emãsor, {ὁ ἀγγαρεύων, ὁ πολλὰ χρόνια ἐξω ἀπὸ τὸ στρατόπεδον ἀγγαρεύων}. Ital. *Vetturiero, vagabondo, che non torna al tempo assegnato*. Gal. *Vn gendarme qui fait la regnardiere de se trouuer aux coups*. Hisp. *El que se fue, y no bolue*. } propriè (vt inquit Modestinus l. 2. §. Desertorem. ff. de Re milit.) dicitur miles qui vltra tempus commeatus ab Imperatore impetrati, abest à castris: Desertor autem qui per tempus longum vagatus reducitur: Etroneus qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominium redit.

Emano, as, pen. prod. Extra mano, effluo, vel emittor. {ἀπορρέω, ἐκβλύζω}. Ital. *Vscire, distillare*. Gal. *Issir hors, sortir*. Hisp. *Manar ò proceder de algun lugar*. } Colum. lib. 7. Et sale cum adipe defricatur, dum sanies vix emanet. Plin. lib. 20. cap. 6. Et in angulo oculi perpetim humor emanans. ¶ Interdum etiam actiuè ponitur pro emitto. Idem lib. 23. cap. 3. Vtilis & saniem emanantibus. id est emittentibus, siue expurantibus. ¶ Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in vulgus. Liu. lib. 9. bel. Pun. Periculum erat ne vera eo ipso quod celarentur, sua sponte magis emanarent. Cic. Att. lib. 3. Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat: sed ita compressera, vt nunquam emanatura putarem. Idem 2. Ver. Quæ fama non ideirco solùm emanarat, &c. ¶ Emanare in, vel ad vulgus. ἐκφοιτᾶν, ἐκπίπτειν χάριτος. Cic. pro Ros. Amer. Ego etiam si omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit.

Emarcum, teste Colu. lib. 3. cap. 2. Est genus vuæ à Gallis sic appellatæ.

Emargino, nas, penult. corr. Significat crustas & puluillos & margines vlcerum adimo. {ἐξυφαίνω}. Ital. *Scrostare, leuar la crosta*. Gal. *Oster la marge, le bord, la croulte, l'esquerre*. Hisp. *Quitar los margines ò las orillas*. } Plin. lib. 28. cap. 9. Item equarum, præterquam virginum, erodit, emarginat vlcera.

Emasculo, las. Castro, & virilitatem aufero. {ἐκτέμνω}. Ital. *Castrare*. Gal. *Chastrer*. Hisp. *Castrar el animal macho*. } Serenus ait, apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, vt venerem arcerent, & coire non possent.

EMATH. Nomen fuit duarum Syriæ vrbium: quarum maior, Antiochia, minor appellatur Epiphania. Vnde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam prima mansio Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinente. Hemath verò in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

EMATHIA, ἡ Ἡμαθία Stephano & Suidæ, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima postea Macedonia appellata: ita dicta (vt quidam existimant) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Autoræ filij. Plinius lib. 4. ca. 10. Macedonia centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondámque terrarum imperio. Emathia antè dicta. Poëtæ Emathiam aliquando vsurpant pro Thessalia, suo quodam iure vicinorum locorum appellationes confundentes. Virg. 1. Geor. Non fuit indignum superi, bis sanguine nostro Emathiam, & latos Hæmi pinguescere campos? Lucan. lib. 1. Bella per Emathios plusquam ciuilia campos, hoc est per campos Pharsalicos, qui in Thessalia sunt. teste Plin. lib. 4. cap. 8.

Emarcesco, is, ere. Maturum fieri. {ἐκ τοῦ μαραίνω}. Ital. *Diuenir maturo*. Gal. *Se meurir, estre meur*. Hisp. *Madurarse*. } Plin. lib. 15. cap. 4. Nonnunquam antè candidum rufescit, si non maturuit, improbatúrque. Ouid. 1. Trist. Atque ex sic lapsa est, vt surgere, si modò læsi Ematuruerit Cæsaris ira queat.

Embamma, atis, {ἔμβαμμα}. Ital. *Guazzetto, sapore*. Gal. *Sauce, saulpiquet*. Hisp. *Adobo de manjares*. } Condimentum quod ad condienda obsonia fit. Colum. lib. 12. cap. 55. Hoc sinapi ad embammata non solùm idoneo, sed etiam speciosо vteris. ¶ Quidam embammata intelligunt immersiones, quando intingimus vel panem, vel obsonium in vasculis repletis re liquida: à Græco ἐμβάπτω. fieri videtur, quod est immergere, intingere. Vnde & Latinè intinctus dicuntur. Vulgus Italorum *sapores* vocat, quibus etiam hodie ad irritandam gulam vtimur. Alex. ab Alexandro lib. 5. cap. 9.

Embaras naues quidam putant appellari quæ solis vectoribus traiiciendis sunt destinatæ, citantes locum Vlpiani ex lege 1. de Exercit. act. vbi sic legunt. Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) embaræ sunt. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria ἐμβάδας, aut certè *imbandas*, non embaræ legendum ostendunt.

Emblemata, {ἐμβλήματα}. Ital. *Opra di musaico, opra intarsiata*. Gal. *Enrichissemens, entrelassemens, attaches pour enrichir & embellir quelques choses*. Hisp. *Obra de esmalte ò escultura*. } Dicuntur opera elegantiora ex tessellis, segmentisque ita coagmentatis, vt rei alicuius imaginem tanquam penicillo depictam repræsentent: cuiusmodi sunt quæ in parietibus cameris que musearia, siue vermiculata, in pauimentis tessellata, in lignis segmentata dicuntur. Dicta emblemata ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω. hoc est ab inserendo: eo quòd ex tessellis, siue segmentis insiticiis constarent. Budæus in Annotat. Emblemata, inquit, vermiculatum opus significant ex tessellis insiticiis aptatum atque confertum. Inde illud Ciceronis in Bruto de Marci Calidij oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate (vt ait Lucilius) structum verbum videres. Et in Oratore perfecto, de collocatione verborum loquens, ex Lucilio. Quàm lepidè λίθος compositæ, vt tesserulæ omnes Arte, pauimento, atque emblemata vermiculato. λίθος, inquit, id est, dictiones in oratione tam lepidè compositæ quàm in vermiculis operibus tessellæ, quæ etiam in pauimentis tanta arte coagmentabantur, vt eorum animaliúmque effigiem referrent, teste Plinio lib. 35. Huiusmodi pauimentum pulcherrimum etiam hodie visitur in ædе Senensi. ¶ Emblemata etiam in vasis argenteis, aureisque, & Corinthijs, ornamenta erant apud antiquos exemptilia quum libitum erat: cuiusmodi ætas ista non nouit, vt arbitror. Id autem ex Marco Tullio intelligi facilè potest in Verrem Actione quinta: in qua Verrem Siciliæ Prætorem refert Haluntinos vasa omnia quæ tum apud Haluntium erant, in vnum aceruum conferre coëgisse: quo facto, Verrem ex omnibus vasculis emblemata, id est pretiosissimam partem reuellisse, ita vt Haluntini domum pura, nudáque vasa referrent, id est emblematis absterlis: & toreumata, id est cælaturæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudentissimo latrocinio propter quod factum, Verrem per paronomasiam euerriculum appellat. Verba Ciceronis hæc sunt. Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbantquæ probatent, iis crustæ aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum reuertuntur. Quod vnquam, Iudices, huiusmodi euerriculum in illa prouincia fuit? Et paulo pòst. Tum illa ex turibulis & patellis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres. ¶ Quoniam vero emblema insertum quid, & insitum significat, iniunctúmque, ideo factum est vt emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud Fabij, lib. 2. Institutionis oratoriæ, de locis communibus loquentis, Hos, inquit, adeò manifestum est ad forenses actiones pertinere, vt quidam nec ignobiles in officijs ciuilibus, scriptos eos, memoriæque diligentissimè mandatos in promptu habuerint, vt quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Hæc omnia penè ad verbum descripta sunt ex Annotationibus Budæi in Pandectas.

Embolium, lij, {ἐμβόλιον}. Ital. *Argomento, introito della comedia*. Gal. *Argument ou entree de comedie*. Hisp. *Argumento y entrada de comedia*. } à veteribus dicebatur argumentum & ingressus scenicus: ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω, quod præter alia significat ingredior. Huiusmodi fuit illud argumentum de Pasiphaë à tauro compressa, quod Domitiam temporibus in scena repræsentatum fuit, vt testatur Martialis his versibus, Inuitam Pasiphaën Dictæo credite tauro, Vidimus, accepit fabula prisca fidem. Cic. ad Atti. Embolium nouum cogito. Idem pro Sextio. Exte igitur Scaure potissimum quæro qui ludos apparatissimos, magnificentissimósque feceris, &c. cur ille ipse maximè ludius, non solùm spectator, sed actor & acroama, qui omnia fororis embolia nouit, qui in cœrum mulierum pro psaltria adducitur, nec nos ludos asperit in illo ardenti tribunatu suo, &c. Ergo saltatores & psaltrias quos introduci solitos in scenam Polybius Athenæúsque testantur, & alia ridiculorum genera, embolia dici possunt, qualia complura in scenam introducta feruntur à L. Antonio ludis illis quos maximos fecit, capto cum liberis Gentio Illyriorum Rege. ¶ Fibula etiam rotarum axibus firmandis immitti solita, quam rustici clauiculam appellant, Græcè nomen habet embolium.

Embolismus, mi, ἐμβολισμός. Dicitur intercalatio quæ fieri solebat vt annotina ratio cum Solis cursu conueniret. ἐμβόλιμος verò, atque etiam ἐμβολιμαῖος, Latinè intercalaris & insititicus dicitur. Intercalare enim,

enim interferere est, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. Vnde etiam mensis Februarius, intercalaris dicitur, quòd ei vnus dies interferatur.

Embryo, onis vel **Embryon**, brij, ἐμβρύων, ἔμβρυον. Fœtus est in vtero conceptus, antequam lineamenta suæ speciei accipiat: quod ferè solet accidere circa quadragesimem secundum à conceptu diem, quo tempore & anima illi infundi creditur. Hunc enim in procreatione hominis ordinem esse volunt, vt sex primis à concepto diebus semen in vtero conceptum lacti simile existat: nouem proximis, in sanguinem vertatur: duodecim deinde aliis, in carnem: postremò quindecim aliis, speciei suæ lineamenta omnia acquirat, iisque expletis anima rationali animetur. Itaque vsque ad quadragesimum secundum diem propriè embryo dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐν βρύειν, hoc est ab eo quòd intus in vtero alatur non secus ac fructus à sua arbore.

Emedullo, as, Medullam eximo. ἐκμυελίζω. Ital. *Leuar la medolla.* Gal. *Effmoueller, oſter la moelle.* Hiſp. *Quitar el meollo.* ¶ Plin. de limonio. Item alamineum graueolentiam emendat radicis emedullatæ vncia, in vini Falerni heminis tribus decocta. Per translationem accipitur pro declaro. Plau. Narra iam rem nobis, atque emedulla.

Emendico, cas, penultima prod. Significat more mendicantium aliquid peto. ἐπαιτίζω, ἐπαιτίζομαι, ἐπαιτέω. Ital. *Mendicare, domandare come fanno i mendici.* Gal. *Mendier.* Hiſpa. *Mendigar.* ¶ Sueto. in Cæſ. In Hiſpania à Procoſule & à ſociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni.

Emendicatus, pen. prod. Emendicata ſuffragia dicuntur quæ alibi etiam corrogata vocari diximus: quæ ſcilicet abiectis & humilibus precibus extorquentur, l. Singuli. C. de Accuſat. Singuli, vniuerſique iudices cognoſcant in publicis criminibus non oportere emendicatis ſuffragiis decretorum, aut relationibus à publicis perſonis deſtinandis eregere. Honos emẽdicatus, l. j. C. Vbi quis de curiali vel coh. Penitúſque emendicati honoris præſcriptione ſubmota à iudice, &c.

Emendo, as, Corrigo, quaſi à menda purgo. ἐπανορθῶ. Ital. *Emendare, correggere.* Gal. *Amender, corriger, guarir & recouurer vne faute.* Hiſpa. *Emendar, corregir.* ¶ Plin. lib. 24. cap. 10, Succus hederæ tædia narium, graueolentiámque emendat, præcipuè albæ ſatiuæ. Cicc. Attico, lib. 2, Ita rurſus remittit, vt me roget vt annales ſuos emendem & edam. Cic. 1 de Legibus. Vt enim cupiditatibus principum & vitiis infici ſolet tota ciuitas, ſic corrigi & emendari continentia.

Emendatus, partic. Idem quod caſtigatus. ἐπανορθωθείς. Ital. *Corretto, ammendato.* Gal. *Corrigé, amendé.* Hiſpa. *Emendado, corregido.* ¶ Vnde **mores emendati** dicuntur à Cicerone de Amic. His ego finibus vtendum arbitror, vt quum emendati mores amicorum ſint, tum ſit inter eos omnium rerum, conſiliorum, & voluntatum ſine vlla exceptione communitas.

Emendatè, aduerbium. ἐπανορθωτικῶς. Ital. *Correttamente.* Gal. *Correctement.* Hiſp. *Corregidamente, emendadamente.* ¶ Cic. de Opt. gene. orat. Nam quoniam eloquentia conſtat ex verbis & ſententiis, perficiendum eſt vt pure & emendatè loquentes, quod eſt Latinè: verborum præterea & propriorum & tranſlatorum eleganriam perſequamur.

Emendator, oris, Caſtigator. ἐπανορθωτής. Ital. *Correttore, racconciatore.* Gal. *correcteur, ou corrigeur, radoubeur.* Hiſpa. *Corregidor, emendador.* ¶ Cicero pro Corn. Bal. O præclarum interpretem iuris, autorem antiquitatis, correctorem, atque emendatorem noſtræ ciuitatis.

Emendatrix, fœm. gener. ἐπανορθωτικόν. Ital. *Donna che corregge & racconcia.* Gal. *Celle qui corrige & fait amender.* Hiſp. *Corregidora.* ¶ Cic 1. de Legibus, Quoniam vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricémque virtutum.

Emendatio, onis. ἐπανόρθωσις. Ital. *Correttione, racconciamento.* Gal. *Correction, radoubement, amendement.* Hiſp. *Correccion, caſtigamiento.* ¶ Cic. 4. de Finibus, Hæc videlicet eſt correctio philoſophiæ veteris, & emendatio.

Ementior, Penè idem eſt quod ſimplex mentior, hoc eſt mendacium aliquod effingo. ψευδολογῶ. Ital. *mentire, dir bugie.* Gal. *Mentir apertement, controuuer, feindre.* Hiſp. *Mentir.* ¶ Cicc. in Partition. Alij ementiri ſunt in eos quos oderant. Plaut. in Amphit. -quæque dixiſti modò, ſunt in eos quos oderant. Plaut. in Amphit. -quæque dixiſti modò, Omnia ementitus. ¶ Accipitur etiam non ineleganter pro ſimulare, vel falsò aliquid exprimere. σχηματίζομαι. Plautus in Trinummo, Quia illum quem ementitus es, ego ſum. Cic. pro Domo ſua, Quid deſperatius, qui ne ementiendo quidem potueris autorem adumbrare meliorem? Ouid. 5, Metamor. At Nileus qui ſe genitum ſeptemplice Nilo Ementitus erat. Sic dicimus emẽtiri vocem, vel manum alicuius, pro aſſimulare & effingere. Ementiri autoritatem alicuius ordinis. Cicc. pro Domo ſua, Satiſne tibi videtur à Senatu iudicatum, me non modò non ementitum eſſe autoritatem eius ordinis, ſed etiam, &c.

Ementiens, participium. Cicc. 1. de Diuin. Videmus hæc ſigna nunquam ferè ementientia.

Ementitus, aliud participium. ψευδόμενος. Cicc. 3. Tuſc. Ita fit ſenſim cogitantibus, vt quantum ſit ementita opinio appareat.

Emereo, res, emerui, Idem quod emereor. & tam in bonã quàm in malam partem accipitur. μισθοφορῶ, μισθοδοτέομαι. Ital. *Meritare.* Gal. *Meriter.* Hiſpa. *Merecer.* ¶ Plaut. Aulul. Quid ego emerui adoleſcens mali, Quamobrem ita facetes? Propert. lib. 4. Eleg. Et tamen emerui genetrolos veſtis honores.

Emereor, reris, ritus, Idem quod ſimplex mereor. μισθοφορῶ, ἀξιῶμαι, καλοκἀγαθέομαι, ἀποκαθίσταμαι. Ital. *Meritare.* Gal. *Deſeruir, meriter.* Hiſpa. *Merecer.* ¶ Lactant. lib. 4, Etenim quum conſtet homo ex carne & ſpiritu, & oporteat ſpiritum iuſtitiæ operibus emereri, vt fiat æternus. Cicero Attico, libr. 8, Annuæ enim mihi operæ 111. Calend. Sextil. emerentur.

Emeritus, particip. vnde Emeriti milites nominãtur qui militia perfuncti, ab eaque abſoluti, vacationem iam habent. οἱ πάντας τοὺς τοιούτους καλοῦσι τοὺς ἐκ τῆς στρατείας, μισθοφορίας ἀπολελυμένους, ἀπηλλαγμένους. Luca. lib. 1, Quæ ſedes ergo emeritis? quæ iura dãbuntur, Quæ noſter veteranus aret? quæ mœnia ſeſſis? ¶ Emerita arma, id eſt victricia, & finem belli imponentia. Ouid. 4. Triſt. Miles vt emeritis non eſt ſatis vtilis armis. ¶ Emeritum ſtipendium, paſſiuè dicitur (inquit Budæus), quod peractum eſt, quum iam milites miſſionem vt veterani impetrauerunt. ¶ Emeritos boues. Virgil. per tranſlationem appellat, pro defeſſis, & opere ac labore ſolutis. ¶ Emeriti ſenes vocantur à Valerio lib. 5. qui ſolent habere alios qui pro ſe laborent: iique dicuntur pro alio opus agere. ¶ Emeritæ apes. Plin. lib. 11. cap. 11, Sunt autem fuci, ſine aculeo imperfectæ apes, nouiſſimæque à ſeſſis & iam emeritis inchoatæ. ¶ Emeriti anni, id eſt iam efferti. Martia. lib. 7, Emeritos Muſis & Phœbo tradidit annos.

Emerita, orum, Pro commodis militum veteranorum. μισθοί, vel μισθοὶ φορικοί, μισθοφορίαι. Modeſt. in l. Deſertorem, Digeſt de Re militari. Et ſi expleto tempore militiæ redeat, vt veteranus accipietur, & emerita accipiet.

Emergo, Contrariam habet ſuo ſimplici ſignificationem. ἀναδύομαι. Ital. *Sorgere.* Gal. *S'aparoir & monſtrer, ſourdre & ſe monſtrer, ſortir hors.* Hiſp. *Salir debaxo del agua.* ¶ Propriè enim emergere dicitur qui ſubter aquam merſus, rurſus in lucem redit: quemadmodum vriuatores facere conſueuerunt. Cicc. 2. de Nat. deor. Legi etiam ſcriptum eſſe, auem quandam quæ platanea nominaretur, eam ſibi cibum quærere adnolantem ad eas aues quæ ſe in mari mergerent: quæ quum emerbillent, piſcémque cepiſſent, vſque eò premere eorum capita mordicus, &c. Idem de Arcſp. reſp. Iam iſta ſerpens quæ hic delituit, tum ſe emergit, & fertur illuc, &c. Terent. Eunu. Quid geſtiam, aut quid lætus ſim quo pert

nor, apparet eminere de omnibus siue personis, siue rebus dici, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem, aut magis expositam, idque commodè transferri posse ad quæcunque res reliquis excellentiores.

Eminens, nomen ex participio. {ὑπερέχων. Ital. *Apparente, soprallaute.* Gal. *Eminent, qui surpasse les autres, apparent par dessus.* Hispa. *Eminente, el que parece sobre los otros.* } Cæl. bel. Ciui. 2. Has trabes paulò longiores atq; eminentiores quàm extremi parietum erant, effecerunt. Colum. lib. 3. cap. 8, Sed & Meuaniæ bos humilis, & Ligyriæ nonnunquam taurus eminentis staturæ conspicitur. Cic. Tusc. 3. Eminens effigies virtutis.

Eminentia, Excellentia. {ὑπεροχή. Ital. *Il trapassamento, eccellenza.* Gal. *Sallie, surpassement, eminence ou bosse.* Hisp. *Eminencia sobre otras cosas.* } Cic. 1. de Nat. deor. Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec habent vllam soliditatem, nec eminentiam: quid interest vtrum de hippocentauro, an de Deo cogitemus? Idem lib. 2. Acad. Quis est quin cernat quanta vis sit in sensibus? Quàm multa vident pictores in vmbris & eminentia, quæ nos non videmus?

Eminulus, pen. corr. Parum eminens. {ὀλίγον ὑψηρός. Ital. *Poco eminente, non troppo alto.* Gal. *Vn peu esleué, vn peu plus haut ou apparent.* Hisp. *Cosa que parece vn poco sobre las otras.* } Varro lib. 2. cap. 5, Vt habeat infectiorem partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus, potius breuioribus, quàm longis, rectis genibus & eminulis, distantibus inter se. Idem de canibus, Spina neque eminula, neque curua.

Eminor, pen. corr. eminaris, Idem quod minari. {ἀπειλέω. Ital. *Minacciare.* Gal. *Menacer.* Hispa. *Amenazar.* } Plautus Cap. Eminor, interminórque nequis obsisterit obuiam.

Eminatio, verbale. {ἀπειλησις. Ital. *Minaccie.* Gal. *Menace.* Hisp. *Amenaza, obra de amenazar.* } Plaut. Capt. Détilegos omnes mortales faciam, quèque offendero. ΑΠΟ. Quæ illæc eminatio est? ante queo mirari satis?

Eminus, pen. corr. Significat à longinquo loco. {μακρόθεν, μακρὰν. Ital. *Da lungi.* Gal. *De loing.* Hisp. *De lexos, ò à lexos.* } & differt à longè: quòd nõ recte dixeris, eminus habito, vt longè habito: sed bene, eminus iaculor. Impetrat enim eminus tacitum quẽdam mõtum de loco. Cæsar lib. 1. bel. Ciui. Sic quotidie vtrinque eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. ¶ Similiter eminus, à loco propinquo, non in loco propinquo, neq; propè, ἰσχύρως, σφοδρῶς, vt Cominus te perentiam, non eminus sedeo. Valla in Rauden.

Emitto, tis, emisi, emissum, Foras mitto. {ἐκπέμπω, ἀφίημι, ἐκφέρω. Ital. *Mandar fuori.* Gal. *Mettre hors, laisser aller, lascher, enuoyer.* Hisp. *Alançar, embiar, ò echar fuera.* } Cic. 3. Catil. Vt abs te non emissus ex vrbe, sed in vrbem immissos videatur. Idem 6. Verri. Quæram cur hũc eundem repẽtè è carcere iusserit emitti. Emittere aquam ex piscina, vel lacu. Cic. Attico, lib. 4, Lacus Velinus à M. Curio emissus. ¶ Varij præterea sunt verbi huius vsus, qui subiectis patebunt exemplis. Plaut. in Merc. Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem. Autor ad Heren. 4, Quòd si nunc hæc vrbs inuictissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur? Idem de Diuin. lib. 2, Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. ¶ Sic etiam emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. lib. 9. cap. 8, de delphinis, Nam quom fame confecti, fugitẽtem in vada ima persecuti piscem, diutius spiritum continere, vt arcu emissi ad respirandum emicant, tantáque vi exiliunt, vt plerunque vela nauium transuolent. Idem lib. 10. ca. 33, de hirundinibus, Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioresque circumagi docent, & foris faturitatem emittere, id est ventrem purgare. Idem lib. 11. cap. 24. de araneis, Pariunt autem ouo ea in telas expansa, quia saliunt, atq; ita emittunt. Et lib. 25. cap. 5. Quippe alia data soliti, quæ concitarent vomitiones, ipsúmque helleborum extraherẽt medicamentis, aut clysteribus, sæpe etiã sanguine venis emisso. ¶ Admittit quoq; & præpositiones. Cic. pro Plan. Emissus aliquis è carcere. Et lib. 2. Epist. ad Attic. Emittat ad me Publius qui obsignẽt. Cæs. 1. bel. Ciui. Emittũt noctu per vallum. Liu. 4. bel. Pun. Primos equites clamore sublato in hostem emisit. ¶ Emittere manu aliquem, pro manumittere, & libertate donare. ἀφίημι. Plaut. in Capt. Non erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Terent. Adel. Haud dubiũ est quin emitti æquum fiet, id est liberum fieri. ¶ Ponitur etiam aliquando pro manifestare, edere. ἀναδίδωμι. Cic. Volumnio, Fam. lib. 7, Vt etiam siquando aliquid dignum nostro nomine emittimus, ingemiscamus.

Emissio, onis. {ὁπλιτικὴ ἐξαγωγή. Ital. *Esso mandare fuori.* Gal. *Enuoy, chasse, getterment.* Hisp. *Obra de embiar ò echar fuera.* } Cic. 2. Tusc. Vt enim balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habẽt, quo sunt contenta atque adducta vehementius.

Emissarius, rij, {Ital. *Spia, vn messaggio che va qua & là à la volontà d'altri.* Gal. *Vn qu'on enuoye çà & là quand & on veut, messager, vne espie ou escoute.* Hisp. *Atalayador, ò mirador, varon para embiar delante.* } Qui ante exercitũ emittitur, κατάσκοπος: vel ad explorandum, ἀποστολεύς, κατάσκοπος: vel ad prælium lacessendum, πρόμαχος: vel qui dominum circumstat vt eius iussis obtemperet, & præsto est vt emitti possit. ¶ Emissarius etiam à probatissimis autoribus appellatur calumniator submissus, & subornatus ab inimicis. Cic. Mario, lib. 7. Epist. Persuaserátque nonnullis inuidis meis, in me emissarium semper fore. ¶ Item furtorum cõcitator (sicut Asconius docet) qui scilicet emittitur vt exploret res furto opportunas. Cic. 3. Verr. Turpio quidã istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conuẽtu quadruplatorum terrerrimus. Idem Verr. 5, Dubitaturũ quẽquam existimas, quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? ¶ Emissarius item vocatur equus, aries, & huiusmodi qui emissus sit in solitudinem, vel qui ad generandam sobolem emittitur. Sed videtur ratio velle vt dicatur admissarius, quòd ad sobolem procreandam fœminæ adiungatur. {ἀπόβατης. Ital. *Caual stalone.* Gal. *Vn estalon.* Hisp. *El canallo garañon.* } Vnde admissura, quando mares bestiarum ad fœminas admittuntur. ἔμβασις. ¶ Plinius emissarium appellat palmitem, qui emissus ex deputatione infertur inter stamnis, vt per singulos annos ad superiora scandat. Sic enim lib. 17. cap. 23, scribit. Relicto semper duramento in singulis tabulatis, & emissario vno qui subeat vsquequo placuerit.

Emissarium, Locus per quem aqua è lacu aut stagno emittitur. {ὑπορρύς. Ital. *Conduito da scolar acque.* Gal. *Vn conduit par ou l'eaue s'escoule, canal.* Hisp. *La sangradera para vaziar el agua.* } Suet. in Claud. Fecit & emissarium Fucini lacus, portũmque Ostiensem. Cicero ad Titonem, Helioo nequissimus ✠ C. M. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla macceria, nulla casa.

Emissitius, a, um, Qui ad explorãdum emittitur. {ἀποστολικός, κατασκοπικός. Ital. *Spia, spione.* Gal. *Espie, qu'on gette pour espier.* Hispa. *Atalayador, saladero ò espia.* } Et oculi emissitij, extra eductis, & fotas porrectis. Plaut. in Aulul. Exeundum hercle tibi hinc est foras, Circumspectatrix cum oculis emissitiis.

Emmanuel, עִמָּנוּאֵל, Hebraica dictio: quam si interpreteris, nobis sonat, Nobiscum Deus, Græce, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

EMMAVS, mari, Plinio, siue Emmaüs, ũnis, ἡ, ὁ, Ptolemæo, Castellum siue oppidum Palestinæ, alio nomine Nicopolis appellatum, vbi Christus à duobus discipulis paremi frangens fuit agnitus. Plin. lib. 5. cap. 14, Hiericuntem palmetis cõsitam, fontibus irriguam Emmaum.

Emo, emis, emi, emptum. Pecunijs, vel gratia, aut præmio, vel alio quouis modo aliquid mihi comparo: construiturque cum ablatiuo, vel genitiuo horum nominum, tanti quanti, pluris, minoris, & huiusmodi. {ἀγοράζω, ὠνέομαι. Ital. *Comparare.* Gal. *Achepter.* Hisp. *Comprar.* } Cic. lib. 3. Offic. Emit homo cupidus tanti, quãti Rythius voluit. Gellius, Libros plurimos ære pauco emi. ¶ Eius compositi tam, Abemo, Adimo, Coemo, Sumsi emo, vel ex omnibus locis emo. Eximo, Interimo, Perimo, & Redimo, quæ habent penultimam correptam. Item frequentatiuum Empritare, de quo mox: & Empsitare, apud Plautum in Casi. Non ego istud verbum titinilitio empsitem: quanquam alij hoc in loco legant emptitem.

Emptus, participium, {ἠγορασμένος. Ital. *Comparato.* Gal. *Acheté.* Hispa. *Comprado.* } Hora. 1. Epist. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.

Emptio, onis. {ὠνή. Ital. *Compra, comperada.* Gal. *Achet, achettement.* Hisp. *Obra de comprar.* } Cic. Attic. lib. 12, Quid Cæsar? tres habet conditiones, aut emptiones ob hastam, &c.

Emptiõtas, pen. corr. Frequenter emo, vel frequenter mercandi, seu acquirendi vsum habeo. {ἀγοράσιμα. Ital. *Compere spesse.* Gal. *Achetes souuent.* Hisp. *Comprar amenudo.* } Plin. lib. 33. cap. 1, Alios coriis boum, alios ferro, captiuisque rebus emptitasse tradit Colum. lib. 8. cap. 10, M. Terentius ternis sæpe denariis singulos emptitatos esse significat. Pro eudemietiam legitur Empsitare de quo vide paulo ante in verbo EMO.

Empturire, quod est cupere emere. {ἀγοραστικῶς ἐπιθυμεῖν. Ital. *Bramar di comperare.* Gal. *Desirer d'acheter.* Hispa. *Auer ganas de comprar.* } Varr. in Prouer. lib. 2, Propterea quòd te empturientem in campos macros adducunt crebrò pedes.

Emptor, oris, Qui emit. {ἀγοραστής. Ital. *Comperatore.* Gal. *Acheteur.* Hisp. *Comprador.* } Cicero 3. Offic. Nequid omnino quod venditor norit emptor ignoret.

Emptionalis, le, Qui frequẽs est in emptionibus & prosciptionibus bonorum. ἀγοραῖος. Cæl. Ciceroni, Quod quidem si inter vos senes emptionales vxunale proscripserit. Quo in loco antiquissima exemplaria habent concionales senes.

Emptitius, Qui est de numero eorũ qui empti sunt, siue emi solent. {ὠνητός. Ital. *Comperaticcio.* Gal. *Qu'on a acheté, qui est acheté ou pour acheter.* Hispa. *Cosa comprada.* } Varro lib. 3. de Re rust. Hic aptum glans quum pascit emptitia, facit pinguem: illic gratuita exilem. Ibidem cap. 17, Præterea sallamenta in eas piscinas emptitia coniiciebat.

Emax, gen. communis, Qui vel quæ facilè inclinatur ad emendum. {ἀγοραστικός. Ital. *Facile à comperare.* Gal. *Grand acheteur, qui aime acheter.* Hisp. *Que es mucho ò con mucha gana compra.* } Cato de Re rust. cap. 1, Patremfamiliãs vendacem, non emacem esse oportet. Cic. in Parad. Non esse cupidum pecuniæ, non esse emacem, vectigal est.

Emacitas, Facilitas & inclinatio voluntaria emẽdi. {ἡ ἀγοραστικὴ ἕξις. Ital. *Desio de comperare.* Gal. *Grand desir & faim d'acheter.* Hispa. *Gana y vicio de mucho comprar.* } Colum. lib. 5. Quosdam emacitas in armenti, quosdam exercet in comparandis municipiis cura: de tuendis nulla cura tangit. Plin. Epist. 51, Erat φιλαγοραστία vsque ad emacitatis reprehensionem.

Emodulor, Idem est quod modulor simplex. {μελῳδέω. Ital. *Componere ò cantare con misura.* Gal. *Chanter & composer vers par mesure, melodieusemẽt chanter.* Hispa. *Cantar suauemente, y con medida derecha.* } Ouid. lib. 1. Amorum, Musa per vndenos emodulanda pedes.

EMODVS, ἡ, Mons qui circa finem Indiæ in duos ramos diuiditur. Alteri Ortotocoras nomen est, alteri Semanthinus. Vide Ptolemæum lib. 6. cap. 15.

Emolior, iris, iri, Eicio, expello. {ἐκβάλλω. Ital. *Scacciare.* Gal. *Mettre hors auec effort.* Hisp. *Empuxar à fuera.* } Celsus lib. 4. cap. 6, de pleuritide, Interdum ficca tussis est, quæ nihil emolitur. Colum. lib. 8. cap. 5, Dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitæ nauseam.

Emollio, lis, Idem est quod mollio, hoc est molle facio. {μαλακύνω, ὀκνηρὸν ποιῶ, εἰς μαλακίαν. Ital. *Mollificare, intenerire, effeminare, far delicato.* Gal. *Attendrir, mollifier, effeminer, rendre mol & delicat.* Hisp. *Amollentar à otra cosa.* } Liu. 7. bel. Maced. Humor arcus, fundãsque, & iaculorum amẽta emollierat. ¶ Vnde emollire aluum, est laxare. Plin. 20. cap. 9. Aluum leuiter emollit lactuca. Ibidem cap. 2, Pepones qui vocantur, refrigerant, maximè in cibo, & emolliunt aluum. ¶ Quando ad hominem transfertur, significat mollem & effœminatum reddo. Liu. 7. bel. Pun. Simul metuens ne suum quoque exercitum, sicut Annibalis, nimia vrbis amœnitas emolliret. Idem libro 1. bel. Maced. Degener & emollitus amœnitate Asiæ hostis.

Emollidus, a, um, adiectiuum, Idem est quod mollis. {μαλθακός, μαλακός. Ital. *Molle.* Gal. *Mol, effeminé.* Hisp. *Amollentado ò muello.* } Liu. 4. bel. Maced. Labor & æstus emollida & fluida corpora Gallorum reddit. Quãquam sint qui mollia hoc loco contendant legendum.

Emolumentum, ti, Vtilitas quam ex opera & labore assequimur: nam à molimine descendit. {ὠφέλημα, κέρδος. Ital. *Vtilità.* Gal. *Vtilité, profit, gain.* Hisp. *Ganãcia, ò prouecho.* } Cic. lib. 3. Offic. Si sic erimus affecti vt propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, dirumpi necesse est eam quæ maximè secundum naturam humani generis est, societatem. Plaut. Trinu. Et si sine dote duxeris, tibi sit emolumentum

Universidad de Deusto Biblioteca

honoris, mihi Quod obiectent, fiet, Cic. 1. de Fin. Plúsque in ipsa iniuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumenti quæ parantur iniuria. Iuuen. Saty. 16. Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus Sacramentorum.

Emoneo, es, ‡ Ital. *Auertire, ammonire.* Gal. *Auertir, amonnester.* Hisp. *Amonestar.* ‡ Idem quod monere. Plaut. Asin. Hunc politare, illam expilare iam emone.

Emorior, Eiusdem significationis cum simplici. ‡ Ital. *Morire.* Gal. *Mourir.* Hisp. *Morir.* ‡ Plaut. in Menæch. Paucis post diebus Tarenti emortuus est. Idem in Asinar. Emori me malim, quàm hæc non eius vxori, &c. ¶ Inuenitur etiam infinitiuus emoriri, per quartam coniugationem. Terent. in Eunuc. Risu omnes qui aderant emoriri.

Emortualis dies, Quo quis mortuus est. ‡ Ital. *Il giorno che alcuno è morto.* Gal. *Mortuaire, le jour que l'on se meurt.* Hisp. *El dia del muerto.* ‡ Sicut natalis, quo quis natus est. Plaut. in Pseudolo, Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Emoueo, es, Est è loco mouere. ‡ Ital. *Mouere.* Gal. *Mouuoir, remouuoir, remuer, oster d'vn lieu.* Hisp. *Mouer de lugar.* ‡ Liu. 6. ab Vrbe, Tum percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emouueret, misit. Virgil. 2. Aene. -emoti cardine postes.

Emotus, pen. prod. partic. ‡ Ital. *Rimosso, tolto via.* Gal. *Remué, osté de son lieu.* Hisp. *Mouido de lugar.* ‡ vt, Axis cardine emotus, Stat. 1. Thebaid. Curæ emotæ, Virgil. 6. Aeneid. Emotis deinde curia legatis, Liui. 10. bell. Punic.

EMPANDA, Paganorum Dea fuit, teste Festo: ita dicta quòd patentibus pagis, non clausis vrbibus præesset.

EMPEDOCLES, pen. corr. Nomen est Philosophi Agrigentini, quê nescias vtrùmne inter Poëtas, an inter Philosophos annumeres; quippe qui rerũ naturã elegantissimo carmine explicuit, vt apud Romanos Lucretius. Hic (vt autor est Hieronymus) omne quod viuit & mouetur, non putauit edendum, sicut & Pythagoras: & ex cõcordia amicitiáque elementorũ cuncta cõstare affirmabat, & eorũ inimicitia & discordia aliquãdo dissolutum iri. Prima itẽ elemẽtorũ complexione segregatũ aẽra cõtendebat: & post eum ignẽ erupisse, cúmque quũ alium locum non reperiret, sursum à frigore aẽris esse repulsum. Circa terram autem duos circunferri dimidiatos orbes: alterũ ex igne totũ, alterũ ex aẽre maximè, ac ex igne admodum exiguo: & illũ diem, hunc noctem esse putat. Solem natura nõ esse ignẽ, sed ignis repercussionẽ ei similem quã in aquis fieri cernimus. Lunam ex relicto ab igne aẽre congelatam, sicut grãdo congelatur, & per se factam, lucem à Sole recipere. Mentẽ non in capite, nec in pectore, sed in sanguine dissemina-exm esse, ac illis partibus homines magis sentire quibus plus sanguinis ineſt. De huius morte nonnulli memoriæ tradiderũt, clãm relictis sociis. Aetnam Siciliæ montẽ ascendisse, & in ardentem eius craterem se coniecisse, eo consilio vt quum nusquã appareret, crederetur factus esse immortalis: sed ejectis impetu ignis ferreis eius crepidis, ita fuisse deprehẽsam. De Empedocle extat honestissimũ illud Lucretij elogiũ, Carmina quinetiã diuini pectoris eius Vociferãtur, & exponũt præclara reperta, Vt vix humana videatur stirpe creatus. ¶ Empedoclis simultas, dicebatur pertinax & irrecõciliabilis. Empedoclẽ enim aiunt iis fuisse moribus, vt assiduè simulatem cũ aliquibus susciperet, eámque pertinacissimè exercerceret. Quadrabit etiã vbi quis leui de causa ex amico fit inimicus.

Empetron, ‡ Ital. *Herba calcifraga.* Gal. *Vne herbe appellée percepierre, rompipierre.* Hisp. *La saxifraga hierua conocida.* ‡ A Græcis dicitur herba ea quæ à Latinis calcifraga appellatur, locis maritimis ferè gaudens, & haud temere alibi quàm nudo saxo nascens: vnde & nomen accepit. Plin. lib. 24. cap. 19. Empetron, quam nostri calcifragam appellant, nascitur in montibus maritimis, ferè in saxo: quo propius mari fuerit, minus salsa est. Vulgus *Saxifragam* appellat.

Emphasis, pen. corr. Expressio, significatio, demõstratio figura est quum tacita verbis subest significantia quæ pronũtiatione indicatur. Eius duo sunt genera: alterum, quo plus significatur quàm dicitur vt, Cantando tu illum? quasi dicat, indoctus pertitissimum? Item, Itáne Cretensi fidem habes? vbi non simpliciter in Creta natum significamus, sed hominem pro gentis eius ingenio perfidum. Alterum quo etiam illud significatur quod non dicitur: vt apud Virgil. lib. 1. Georg. Quum iam glandes atque arbuta sacræ Deficerent, syluæ: hoc est non solùm aliis syluis, sed etiam sacræ.

Emphyteusis, ‡ Ital. *Piantagione, miglioramento.* Gal. *Entement, emure, meillurement.* Hisp. *Plantacion, meioramento.* ‡ Latinè insitionẽ significat, siue plantationẽ: à verbo Græco ἐμφυτεύω, quod est insero, vel cõsero. Vnde fundum in emphyteusin dare, frequens est apud Iurisconsultos; pro eo quod est, ea conditione alicui tradere fundum, vt accipiens eum reddat meliorem, & ex sterili fertilem efficiat. Ab initio enim sterilia tantùm & inculta hoc contractus genere concedebantur. ¶ Hinc Emphyteutes, siue Emphyteuta, ἐμφυτευτής, dicitur qui fundũ agrúmve eadege à domino accipit, vt eum conserat, meliorémque efficiat.

Emphracta, orum, Nonnulli dici putauerunt naues tectas, citantes illud Vipiani ex l. 1. ff. De exercit. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) emphractæ sunt. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria ἐμπλεκτὰς, aut certè ἐμπωμάτους, non emphracta, legendum docent. Naues autem tectas, siue constratas, Græco vocabulo κατάφρακτους vocari, suo loco ostendimus.

Empirice, ἐμπειρικὴ, Dicta est medicinæ pars quæ sola experiẽtia curat. Tres enim fuerunt præcipuæ medicorum sectæ, Rationalium, quorũ princeps exstitit Hippocrates: Methodicorum, quorũ primus fuit Themison Laodiceus, quẽ postea secutus Thessalus Trallianus, sectam eam absoluit: & Empiricorum, qui Philinum Coum sequuntur, qui primus eam partem à rationali separauit. Plin. lib. 29. cap. 1. Alia factio ab experimentis se cognominans empirica, cœpit in Sicilia.

Empiricus, ‡ Ital. *Sperimentatore, che medica solamente con la sperienza.* Gal. *Cuiry qui fait medecine ou autre science par experiẽces & long vsage.* Hisp. *Experimentador.* ‡ Medicus qui sola experientia medicinam tractat, neq; humanam naturam cognitam habens, neque morborũ causas inuestigans: ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, hoc est ab experientia dictus.

Emplastrum, stri, ‡ Ital. *Empiastro.* Gal. *Emplastre.* Hispa. *Emplastro.* ‡ Medicamẽtum ex variis rebus præsertim metallicis constans, accuratè tritis, quod liquore aliquo præmollitũ vulneri imponi solet. Dictũ à verbo ἐμπλάσσω, quod est subigo, & versando mollio. Hodie Vulgò *Pegmatium* dicitur. Id verò quod Vulgò *Emplastrum* dicitur, à doctis vocatur cataplasma. Plin. lib. 21. cap. 4. Imponuntur emplastra vulneribus, malagmata super integram cutem inducuntur: pastilli autem illinuntur, aut alicui molliori cerato miscentur. Sunt & alia horum inter se discrimina. Vide Celsum lib. 5. cap. 17.

Emplastro. ‡ Ital. *Fozzia d'incatenare.* Gal. *Enter vn arbre, y apliquer vn greffe ou ente.* Hisp. *Emplastrar ò enxerir de escudete.* ‡ verbum, cuius passiuum vsurpauit Colum. lib. 11. cap. 2, Possunt, inquit, si iam librum remittunt, inseri oleæ, vel emplastrari, cæteræque pomiferæ arbores eodem emplastrationis genere ipseri.

Emplastratio, onis, in arboribus dicitur quum cortex eximitur inoculationis gratia, vt aptari queat cortex par ex altera arbore. ‡ Ital. *Incatenamento.* Gal. *Entement ou ente.* Hispa. *Obra de emplastrar ò enxerir.* ‡ Colum. lib. 6. de Arbor. cap. 26, Tertium genus, quum gemmam cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocãt agricolæ emplastrationem, vel (vt quidam) inoculationem.

Emplastraturus, participium, Quo Colum. vsus est, lib. 5. cap. 11, Delibrato (inquit) item alteram arborem quam emplastraturus es.

Emporium, ‡ Ital. *Mercato, fiera.* Gal. *Le marché, le lieu ou on tient vne foire.* Hisp. *Lugar de feria, ò trato de mercaderia.* ‡ Locus mercatus & nũdinarum vbi res vænales exponuntur. Plaut. in Amph. Apud emporiũ, atq; in macello, in palæstra, atq; in foro. Cic. Attic. lib. 5, Quũ per emporium Puteolanorum iter facerem. Dictum emporium ἀπὸ τῆς ἐμπορίας, hoc est à negotiando, siue mercando: vnde & ἔμπορος Græci mercatorem vocant, & ἐμπορία ipsam negotiationem.

Emporeticus, a, um, Mercatorius, ἐμπορικὸς. vt, Emporetica charta ‡ Ital. *Carta da inuolger mercantie.* Gal. *Papier brouillard, dequoy on enuelope les autres marchandises.* Hisp. *Papel de estraza.* ‡ dicta est qua merces inuoluuntur à mercatoribus, inutilis ad scribendum. Plin. lib. 13. cap. 12, Nam emporetica inutilis scribendo, inuolucris chartarum segestriúmque in mercibus vsum præbet.

Empotion, quod hic pro herbæ nomine corruptè legebatur, Vide EMPETRON.

Emprosthotonus, ἐμπροσθότονος, Affectus est spinæ, quum scilicet illà obriguit, & inflexibilis facta est, atq; ita in anteriorem partem incuruatur, vt omnino erigi non possit. Huic affectus similes sunt tetanus & opisthotonus: in hoc tamen differunt, quòd emprosthotonos dicatur quum in anteriorem partem spina sit inflexa: opisthotonos, quum ea in partem posteriorem est incuruata: tetanus autem, quum recta obriguit ita vt neq; in anteriorem, neq; in posteriorẽ partem flecti queat.

Emptus, Emptito, Vide EMO.

EMPVSA, ἔμπουσα, Genus larvæ & terriculamenti, dictum Hecatæ, vno pede incedens: vnde & nomen. Autor Eustathius. Vide Cælium Rhodig. libro 6. cap. 38. lect. antiq. & Erasmum in proverbio, Proteo mutabilior.

Empyi, ἔμπυοι, A medicis dicuntur qui abscessu thoracis laborantes, pus excreant: quorum affectus etiam empyema, ἐμπύημα appellatur: nos purulentam excreationem dicere possumus. Qui verò hunc morbum patitur, empyicus, ἐμπυικὸς, dicitur.

Empyrium, cælum, ἐμπύριος οὐρανὸς. Appellatur à Theologis (nam philosophi cæli huius usquam meminerũt) vndecimum cælum, primum mobile ambitu suo complectens, Dei & Beatorum sedes: ita dictum quasi ignitum, non quòd reuera tale sit, sed quòd puritate sua reliquis cælis, vt ignis cæteris elementis, antecellat.

Emucidus, penult. corr. Adiect. ‡ Ital. *Muffo, muffolento.* Gal. *Moysi & tout immide.* Hisp. *Cosa mucho mohosa.* ‡ Vt, vitis emucida. Plin. lib. 17. cap. 22. Simili modo & secundo anno reciditur, vitésque concipit, & intra se pascit, suffectura onerì, quum aliàs festinatione pariendi graciliscat, ac emucida ni cohibeatur castigatione tali) in fœtum exeat tota.

Emugio, is, penult. prod. ‡ Ital. *Mugire de buoi.* Gal. *Mugir comme vn taureau, parler gros.* Hispa. *Mucho bramar ò dar bozes.* ‡ Proprié est boum: & per translationem eum mugitu proferre & enunciare. Quintil. lib. 2. cap. 12. Nam & clamant vbique, & omnia leuata, (vt ipsi vocant) manu emugiunt.

Emulgeo, emulges emulsi vel emulxi, emulsum vel emulctum, ‡ Ital. *Mongere il latte.* Gal. *Traire le lait d'vne mammelle.* Hispa. *Ordeñar ò chupar.* ‡ Idem quod Mulgere. Columella libro 7. cap. 3. Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod pastores colostram vocant.

Emundare, ‡ Ital. *Nettare.* Gal. *Oster les immundices, nettoyer.* Hispa. *Mucho limpiar.* ‡ Idem quod simplex. Columel. lib. 3. cap. 15. Seritur ergo prius in emundata pastinatione. Idem lib. 2.

Emungo, gis, emunxi, emũctum, Nares purgo: quod fit cum mucus ex eis detrahitur. ‡ Ital. *Nettarsi il naso, soffiarsi il naso, mocchar.* Gal. *Moucher son nez.* Hispa. *Limpiar las narizes.* ‡ Mucus verò est cerebri excrementum ex naribus profluens. Emungere lucernam, vel candelam, est extremam ellychnij partem quæ iam exusta lumini officit, digitis aut instrumento alio auferre. Instrumentum quoque quo ad eam rem vtimur, emunctorium vocari potest. ¶ Per translationem sæpe ponitur emungere pro spoliare, seu fraude extorquere. Terent. in Phorm. Emunxi argento senes. ¶ Cubito se emungere, scomma est prouerbiale, quod in eos dici consueuit qui artem aliquam immundam exercent: illi enim quum manus semper habeant inquinatas, cubito digitorum loco vtuntur.

Emunctus, participiũ, Exhaustus, & pecunia denudatus. Plaut. in Bacch. Miserum me auro esse emunctum. ¶ Emunctæ naris homo (vt docet Erasmus in Adagiis) dicitur is qui acri exactóque est iudicio, qui nares habet perpurgatas, mucóque emunctas. Horat. 1. Serm. Saty. 4. -emunctæ naris, durus componere versus.

Emunctio,

Emunctio, onis, {ἐκμυκτήρισις. Ital. *Mocamento.* Gal. *Mocquement.* Hispa. *obra de alompar los narices.*} Quint. lib. 11. cap. 3, de natiu gestu loquens, Quum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur.

Emunio, nis, nui, nitum, Idem quod munio. {ἐκτειχίζω, ἐκτοιχίζω. Ital. *Fortificare.* Gal. *Fortifier, remparer.* Hisp. *Fortalecer.*} vt, Emunitus in modum arcis. Liu. 2. bell. Pun. Tacit. in vita Agric. Corpora ipsa, ac manus, fustibus ac palmulis emuniendis verbera inter, ac contumelias, cōterunt. Emunire vites ab iniuria pecoris, Colum. lib. 5. cap. 6.

Emuſco, as, Purgo & muscum adimo. {ἐκτρυῶ. Ital. *Leuar la mussa da vn albero.* Gal. *Desmousser, oster la mousse d'vn arbre.* Hisp. *Quitar el musco delos arboles.*} Colum. lib. 11. cap. 2. Iisdem diebus, vbi prægelidum & pluuium cælum est, oleæ putantur & emuscantur. Id est muscus illis adimitur.

Emurio, tis, tiui, titum, pen. prod. Minimam vocem emitto, vel strepitū. {ἠχέω. Ital. *Mouare, muouere.* Gal. *Grouder.* Hisp. *Roblar como entre dientes.*} Qua voce vtitur Plaut. in Mercatore, Etiam emutis omnia commonstrabo.

Emuto, as, pen. prod. {ἐμμάττω. Ital. *Cangiare, mutare.* Gal. *changer, muer.* Hisp. *Cambiar, mudar.*} Idem quod Immuto. Quint. lib. 8. cap. 2. Quidam emutatis in peruersum dictis de figuris, idem vitium consequuntur.

E antec N.

En, Significat ecce, & tam nominatiuo quàm accusatiuo iungitur: eōq; vtimur in commonstrando aliquid. {ἰδοὺ, ἴδε. Ital. *Ecco.* Gal. *Voici, voila.* Hisp. *cata ò mira.*} vt, En Priamus. Vel exprobrando: vt, Eo agros, & quam bello Troiane petisti, Hesperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius. Cic. pro Deiotaro rege, En crimen, en causa cur regem fugitiuus, dominum seruus accuset.

Enæotema, pen. prod. ἐναώτημα. A' medicis vocatur illud quod in vrina circa mediam matulæ partem innatat: quemadmodum quod in summa matulæ parte cernitur, nubes siue nebula dicitur: quod verò in fundo subsidit, hypostasis. Nomen accepit à verbo ἐναωρέω, quòd ad medium matulæ sublatum, ibi quodammodo maneat suspensum.

ENALVS. ἔναλος. Lesbius adolescens, qui quum seruandæ puellæ cuiusdam gratia se in mare abiecisset, opera delphinūm seruatus, vnà cum illa ad continentem transuectus est. Autor Plutarchus in Symposio septem sapientum.

Enargia, giæ, pen. prod. Græcè ἐνάργεια, Latinè euidentia, siue repræsentatio, illustratióque, quum res ita describitur vt cerni videatur. {Ital. *Rappresentatione.* Gal. *Euidence, clarté.* Hispa. *Manifestacion y representacion.*} Quintil. lib. 4. cap. 2. Sunt qui adiciant his euidentiam, quæ ἐνάργεια Græcè vocatur. ¶ Est & energia, per secundam vocalem in antepenultima, ἐνέργεια, quod nobis efficaciam sonat: de quo infrà suo loco.

Enarro, as, Perfectè, vel ad finem narro, vel omnia narratione complector. {ἐξηγοῦμαι, διήκειμαι. Ital. *Narrare, spianare.* Gal. *Raconter, reciter, expliquer, declarer.* Hisp. *Declarar, exponer.*} Cic. pro Marcello, Nulla dicendi aut scribendi tanta vis aut copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare res tuas gestas possit. Terentius Adelph. -omnem rem modò seni, Quo pacto se haberet, enarrauimus ordine.

Enarratio, onis, {ἐξήγησις. Ital. *Exposition, interpretatione.* Gal. *Exposition, declaration, interpretation.* Hisp. *Aquella declaracion ò cuento.*} Quintil. lib. 1. ca. 9. Exigitur à Grammaticis Poëtarum enarratio.

Enarrabilis, le, Quod enarrari potest. {ἐξηγητὸς, φραστὸς. Ital. *Cite si puo narrare.* Gal. *Qui se peut raconter, qu'on peut dire.* Hisp. *Cosa que se puede declarar.*} Quint. lib. 6. cap. 4. Motu animi quodam, nescio an enarrabili, indicatur.

Enascor, eris, Idem quod nascor, siue ex alio nascor. {φύομαι, συμφύομαι. Ital. *Nascere, sorgere.* Gal. *Naistre, sortir d'vn autre surcroistre.* Hispa. *Nasser.*} Varro 1. de Re rust. cap. 41, Simili de causa oleæ semen quum sit nucleus, quod ex eo tardius enascebatur colis, quam ex taleis: ideo, &c. Idem 1. de Re rust. cap. 9, Enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, &c. Cic. Act. Ex multis meis miserrimis curis est vna enata.

Enato, as, are, Natando euado, vel ad destinatum locum natando peruenio. {ἐκνήχομαι. Ital. *Nuotare, muouere oltre fuori.* Gal. *Passer en nageant, nager iusques on on pretend, eschaper en nageant.* Hisp. *Salir del agua nadando.*} Hircius lib. 4, Séque per molem in mare præcipitauerunt, & octingentorum passuum spatio ad oppidum enatauerunt. Cic. 5. Tuscul. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. hoc est euadunt.

Enauigo, as, are, Ad finem vsque nauigare, vel nauigando euadere, seu peruenire. {ἐκπλέω. Ital. *Nauigare, nauicare al luoco destinato.* Gal. *Passer en batteau ou nauire, aller par eaue & parvenir iusque ou on veut aller.* Hispa. *Nauegar hasta el cabo.*} Plin. lib. 6. ca. 17, Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadio D c. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enauigare. Cic. 4. Tuscul. E' quibus tanquam è scopulosis cotibus enauigauit oratio. Suetou. in Tiber. Tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. Plin. lib. 9. cap. 3, Sinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemæo Regi.

Enauo, as, Idem quod nauare. {ἐκπονέομαι. Ital. *Adoperare ogni sua possanza.* Gal. *Employer sa peine à achever quelque vnure.* Hisp. *Trabajar para acabar alguna cosa.*} vnde opera enauata. Tacitus lib. 19, Et præmia enauatæ operæ petebant.

Encænia, cum æ diphthongo, Innouatio. {ἐγκαίνια. Ital. *Innouatione.* Gal. *Renouuellement, innouation.* Hisp. *Innouacion, ò comienço.*} Aug. Encænia, festiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim καινὸν dicitur nouū. Quandocunque enim nouum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocatur.

Encanthis, ἐγκανθὶς. Morbus oculorum, quum in maiori ipsorum angulo tuberculum enascitur quod genas parum patitur diduci. Nomen habet à situ. Nam Græci oculorum angulos κανθοὺς appellant.

Encardia, ἐγκαρδία, Gemma est à cordis effigie sic dicta. Eius tria enumerantur genera: primum, in quo nigra effigies cordis eminet: secundum, vitidi colore, cordis effigiem repræsentans: tertium, nigrum cor ostendens, reliqua sui parte candidum. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Encaustice, es, ἐγκαυστικὴ. Genus picturæ quod adhibito igne fiebat, coloribus scilicet adustis, & cera igni resoluta. Apul. Encausticen oppidò exercens, se & duos filios sustentabat.

Encaustes, stæ, ἐγκαύστης. Latine inustor dici potest, hoc est pictor, qui coloribus adustis, & cera igne resoluta rerum effigies exprimit. A' verbo ἐγκαίω, quod est vro. Vitru. Quod facere ab encaustæ didicerat. Græco καίω, quod est vro. Plin. lib. 35. cap. 11, Lysippus quoq; Aeginæ picturæ suæ inscripsit encaustem: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta.

Encaustus, a, um, adiect. Encausto picti: Marc. li. 1, Encaustus Phaëthō tabula tibi pictus in hac est: Quid tibi vis dipyrū, qui Phaëthōta facis?

Encaustū, ti, neut. gen. ἔγκαυστον, Materia est adusta ad picturā apta. Plin. Figlinum opus encausto pinxit. Latinè dicitur inustū. Hoc genus picturæ primus Nicias in vsu habuit. Vide Hermolaum in Castigationibus.

Encausticus, a, um, aliud adiectiuum est, Encaustica pictura. Plin. lib. 35. cap. 11, Sed aliquanto vetustiores encausticæ picturæ extitere.

ENCELADVS, ἐγκέλαδος. Gigantum maximus, Titanis & Terræ filius, quem Iupiter fulmine ictum Aetnæ monti suppositi. Virg. lib. 3. Aen. Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Vrgeri: mole hac.

ENCHELEAE. ἐγχελεῖς Stephano, Oppidum in Illyride iuxta quod Cadmus & eiusdem vxor in serpentes versi sunt. Lucan. lib. 3. -& nomine prisco Encheleæ versi testantes funera Cadmi. Meminit huius oppidi & Plin. lib. 3. cap. 22.

Enchiridion, {ἐγχειρίδιον. Ital. *Cosa che si può tenere in mano.* Gal. *Liure qui se peut tenir en la main, manuel.* Hisp. *Libro manual, ò que se puede tener en la mano.*} Exiguus quinis libellus, ita dictus quòd ad manum semper haberi debeat, siue quòd manu nullo negotio possit circumferri. ¶ Sed & gladiolum, seu militarem pugiunculum, & remi partem illam, quam nautæ manu comprehendunt, enchiridion vocant Iulius Pollux tradit.

Enchorion, ἔγχωριον, Græci dicunt indigenam, hoc est in eo ipso loco in quo agit genitum: vnde Enchoriæ aues dicuntur nostrates, quibus opponuntur exoticæ, seu peregrinæ.

Enchrista, ἔγχριστα. Apud Celsum medicamēta sunt liquida, quæ illinunt.

Enchusa, ἔγχουσα. Herba est similis anchusæ (vnde & pseudanchusa nominatur) sed lanaginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus. Radix non fundit oleum, sed tubentem succum, qua nota ab anchusa discernitur. Autor Plin. lib. 22. cap. 20.

Enclisis, ἔγκλισις. Inclinatio: & vnum de accidentibus verbi, quod Latini Modum dicunt.

Encliticus, tica, um, ἐγκλιτικὸς. Inclinatiuus, vt Encliticæ coniunctiones, quæ, ve, ne, quoniam inclinant ad se accentum.

Encolpix, ἐγκολπία, vt ait Aristoteles, venti sunt qui è mari veniunt per sinus. Nam κόλπους Græci sinum vocant.

Encomium, mij, {ἐγκώμιον. Ital. *Laude.* Gal. *Louange, tesmoignage d'honneur.* Hisp. *Alabanza ò loor.*} Laus vel præconium alicuius, & propriè quod ex multis eius virtutibus compingitur. nam quæ vnam tantum singulatémque spectant virtutem (vt siquis Aristidem iusti prædicet) Græci ἐπαίνους potius appellant. Solent autem encomia cani, vel dici victoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti, repeti solet quicquid illi in vita laude dignum gessissent. ¶ Encomion ante victoriam canis, ἀπὸ τῶν νικᾶν ἐλπίδων. In eū qui præpropere gloriatur, re nondum cōfecta. Nam apud Græcos qui rem strenue gessissent in bello, oratione quapia aut carmine, laudabantur: quæ laudatio propriè encomium dicitur. Plato in Lysida.

Encomiastes, ἐγκωμιαστὴς, Dicitur laudator, qui alterius celebrat encomiū.

Encombomata, ἐγκομβώματα. teste Nonio, vestes sunt puellares, quèadmodū & patnacides. Varro de liberis educādis, Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quàm togas.

Encyphias, ἐγκύφιας. Dicitur panis subcinericius, ἀπὸ τοῦ ἐγκρυφίζειν, quòd dum coquitur, sub cineribus abscondatur.

Encyclios, ἐγκύκλιος. Ital. *Circolare, retundo.* Gal. *Circulaire, orbiculaire, rond.* Hisp. *Cosa de cerco, de corrillo.*} adiectiuum est apud Græcos, quod nos orbiculare interpretari possumus. Vnde ἐγκύκλιος παιδεία, circularis, & ex omnium disciplinarum orbe confecta scientia dicitur: quam etiam Latinorum nonnulli mutuata à Græcis voce Encyclion dixerunt. Vitruuius lib. 1. cap. 1, Encyclios disciplina, vti corpus vnum, ex his membris est composita. Rursus idem in Præfat. lib. 6. gratias agit patentibus quòd se erudiendum curauerint encyclia doctrinarum omnium disciplina. ¶ Encyclias commentationes, ἐγκυκλίους, ἐγκυκλίους σχολὰς, Aristoteles in Ethicis eas intelligit quas Gellius extrarias: hoc est exoticas vocat, Martianus cyclicas: cuiusmodi & Problematū sunt libri, & quæ populares à Cicerone, ac Themistio quæstiones appellantur, quòd de rebus omnibus tanquam in circulo passim quæreretur.

Encyclopædia, {ἐγκυκλοπαιδεία. Ital. *Scientia vniuersale.* Gal. *Vn sauoir profond & intelligence de toutes les sciences.* Hisp. *Scientia vniuersal.*} Latinè dici potest circularis, vel orbicularis scientia. Est enim omnium artium, & disciplinarum perfecta scientia. Ratio nominis proculdubio tracta est à circularis figuræ perfectione.

Endelechia, ἐνδελέχεια. Vide ENTELECHIA.

Endeploro, as, pen. prod. antiqui dixerūt, teste Festo, pro imploro, quòd est cū questu inclamo, & cum fletu rogo, quod est proprie vapulantis.

Endiadys, ἐνδιάδυς. Figura quū vna res metri causa in duas diuiditur, vt apud Virgil. Molemq; & montes insuper altos, id est molē montiū. Sic alibi, -pateris libamus & auro. pro pateris aureis. Huius figuræ meminit Seruius in primū Aen. vbi tamē omniū penè doctorū sententia corruptè legitur ἐν διὰ δυοῖν, hoc est vnū per duo: cui cōtraria figura legitur apud Donatū in Andriā Terētij, quā vocat δυοῖν διὰ ἑνός. id est duo per vnū.

Endoprocinctu, Veteres dixerunt, teste Festo, pro in procinctu, sicut endoplorato pro implorato, endotium pro initium.

Endromis, idis, ἐνδρομὶς, Vestis genus birsutum, longioris vsq; villi, veteri, plumæque imuitis attendis in primis accommodatum. Primus earum vsus inuentus creditur apud Lacedæmonios: quanuis postea etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta endromis ab eo quòd ἐν δρόμῳ, hoc est in cursu ea maximè vterentur. Martialis lib. 4, endromidis vsus elegantissimo Epigrammate exequitur,

Hanc tibi Sequanicæ pingnem textricis alumnam,
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet:
Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri,
Dona, peregrinam mittimus endromiden.
Seu lentum ceroma teris, tepidúmve trigona,
Siue harpasta manu puluerulenta rapis:
Plumea seu laxi partiris pondera follis,
Siue leuem cursu vincere quæris Atam:
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,

Néve grauis subita te premat Iris aqua.
Ridebis ventos hoc muuere tectus, & imbres,
Nec sic in Tyria sindone turus eris.

Iuuenalis Satyra 6. mulieres Romanas taxat quòd eudromide purpurea vterentur, Endromidas (inquit) Tyrias, & fœmineum ceroma Quis nescit?

ENDYMION, ἐνδυμίων, Nomen proprium eius qui primus Lunæ cursum inuenit. Apollon. lib. 4. Argon. Οὗ γὰρ ἐπὶ πρώτῃ μετὰ Λάτμιον ἄνεσχον ἀλίγκιον. Οὐδ' ὅτε κεν κεφαλὴν ἀνεδείομεν ἐνδυμίωνι. Hinc facta est origo fabulæ quam Cicero tangit 1. Tuscul. Endymionē à Luna adamatum fuisse, & ab eam in Latmio Cariæ monte fuisse sopitum, non aliam ob causam quàm vt illum semel exoscularetur. Sed Ciceronem ipsum ea de re audiamus, Endymio (inquit) si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormiuit, qui est mons Cariæ, nondum (opinor) quando in Latmio obdormiuit, qui est mons Cariæ, nondum (opinor) quando in Latmio obdormiuit, qui est mons Cariæ, nondum (opinor) experrectus. Num igitur eum curare censes quam Luna laboret, à qua consopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur? Hactenus Cic. ¶ Hinc natum prouerbium, Endymionis somnum dormis, Ἐνδυμίωνος ὕπνον κοιμᾶσαι: In eos quadrabit qui sese immodico somno fagmant, aut qui diuturno in ocio versantur, nec vllis se negotiis exercent, sed mollem feriatámque agunt vitam.

Enecco, as, enecui, enectum. {ἀποκτείνω, ἀποκτέννω. Ital. *Vccidere.* Gal. *Tuer, faire mourir.* Hispan. *Matar.*} Idem quod interficere, perimere, & necidare. Plaut. in Amphitr. Puer ambas angues enecat. Columell. lib. 11. cap. 3. Ne herbis enecetur tuta. ¶ Aliquando enecare simpliciter accipitur pro molestum esse: vnde frequens est apud Comicos, Enecas me, hoc est obtundis me, siue grauis & molestus es mihi.

Enectus, participiū. {διεφθαρμένος, ἐκτετηκὼς, κατατεταμένος. Ital. *Ammaczato, stranazzato estremamente, mezzo morto.* Gal. *Tué, recreu, gasté & perdu, trauaillé iusques au mourir.* Hisp. *Cosa muerta, ò muy trabajada, ò medio muerta.*} Non tam mortuus quàm propemodum mortuus. Valla lib. 6. cap. 27. Vt enectus fame, Cic. 2. de Diuin. Plenus & Enectus, contraria, Ibidē.

Energia, pen. prod. {ἐνέργεια. Ital. & Hisp. *Efficacia.* Gal. *Energie, efficace.*} Latinè efficacia, seu operatio. Hieron. Habet nescio quid latentis energiæ, viuæ vocis actus. Fit ab adiectiuo Græco ἐνεργός, efficax. Vnde & verbum ἐνεργέομαι, quod est efficio siue operor. Energia itaque est quædam quasi actio & operatio interior, quæ est veluti via, ac dux ad exteriorem corporis actum.

Eneruo, nas, Debilito, quasi neruis & robore spolio. {ἐκνευρίζω. Ital. *Indebolire, snervare.* Gal. *Oster la force, debilliter.* Hisp. *Quitar los nieruos y fuerças.*} Cic. de Senect. Sed tamen vt vos videris, non plane me enerauit, non afflixit senectus. Lactant. lib. 5. Hæc præsentia terræ bona virtuti contraria sunt, & vigorem mentis eneruant.

Eneruatus, participium. {ἐκνευρισθεὶς. Ital. *Snervato, che non è virile.* Gal. *Debilité, qui a perdu sa force & comme ses nerfs.* Hisp. *Cosa flaca y floxa y sin nieruos.*} vt, Eneruati & exangues homines, Cic. pro Sest. Languidus & eneruatus philosophus, Cic. 1. de Orat. Eneruata & muliebris sententia, Cic. 2. Tuscul.

Eneruus, a, um, vel Enervis, Debilis, mollis, effœminatus, quasi sine nerno. {ἐνεὸς. Ital. *Debole, molle, snervato.* Gal. *Mol & effeminé n'ayant aucune virilité.* Hisp. *Flaco, sin nieruos.*} Vnde enerua saltatio apud Apuleium, quę sinuosis flexibus, & corpore plicatili fit, quasi effœminata, mollis. Plin. in Paneg. Visum est spectaculum inde non enerue, nec flexū, nec quod animos virorum molliret, & frangeret. Quintil. lib. 9. cap. 4. In vniuersum autem si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malim esse quàm effœminatam & eneruem.

ENGADDVM, In tribu Iudæ (vt scribit Hieronymus) vocatur vsq; hodie vicus prægrandis Iudæorum, iuxta Mare mortuum vbi opobalsamum prouenit, quas, vineas Engaddi Salomō in Cātico nominat. Idē alibi, Engaddū ager est terræ Iudæę, non tam vineis quàm balsamis florens.

Engonasis, ἐγγονάσις, Signum cæleste, quod Latinè ingenículus vocatur: & est Hercules, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. Vide Hyginum lib. 2. & 3, Iulium Firm. lib. 7. Mathes. Oriente ingeniculo, (quem engonasin Græci appellant) nati cum testimonio Martis & Lunæ, erunt funambuli, oribatæ, & meurobatæ, & qui talia pertractant.

Enhydris, {ἔνυδρις. Ital. *Serpente di acqua.* Gal. *Serpent ou couleuure viuant en l'eaue.* Hisp. *La culebra que viue en el agua.*} Colubet in aqua viuens, vnde nomen accepit. Plin. lib. 30. cap. 3, Dentiū doloribus medetur draconis osè spina: item enhydridis. Est autem serpens masculus, & albus. Herodotus in Melpomene, pro lutra accepisse videtur. Ἐν δὲ τούτῳ ἔνυδρις ἀλίσκονται ὑπὸ ἰχθύων. Quo in loco Valla ἔνυδρις, lutras vertit.

Enhydros, ἔνυδρος, Lapillus absolutæ rotunditatis, & cum caudore lætitatem habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, vt albumen in ouis. Autor Plin. lib. 37. cap. 11.

Etiim, Causalis coniunctio est, secundum ferè locum in oratione obtinens. {γάρ. Ital. *Imperoche.* Gal. *Car, certes.* Hisp. *Porque.*} vt, Cole pudicitiam: hæc enim hominem vindicat à scelere. ¶ Cōpositum autem cum verò, significat certè. Cic. 3. Verr. Enimuero ferendum hoc non est. Plaut. in Trin. Eho tu is es? CH. Is enimuero sum. Idem in Persa. Ain' verò verberū Caput? P. Aio enimuero. Cic. 6. Verr. Ille enimuero negat. Liuius. Tūc enimuero deorum ira admonuit. Componitur item cum aduersatiuis particulis ad & sed: vt Atenim, Sedenim, quæ & ipsa aduersandi vim habent. Virgil. 1. Aen. Progeniem sedenim Troiano à sanguine duci Audierat. Terent. in Adelph. Atenim non finam.

Enfochi, Vide HENIOCHI.

ENIOPEVS, ἡνίοπεύς. Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus. Autor Homerus 8. Iliados.

ENIPEVS, pen. prod, ἐνιπεύς, Fluuius Thessaliæ, campos Pharsalicos irrigans, iuxta quem Cæsar vicit Pompeium. Lucan. lib. 7. Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus. ¶ Est & alter huius nominis fluuius in Iude, in Alpheum illabens, qui recentiore nomine Barnichius dicitur, teste Strabone lib. 8.

Enitco, cs, Valde niteo, & plus cæteris niteo. {ἐξαλείφω, ἐκλάμπω. Ital. *Risplendere.* Gal. *Estre poli & orné, estre clair & beau.* Hisp. *Resplandecer.*} Vnde Enitesco, scis, nitidior & clarior fio. Autor ad Heren. lib. 1. Quæ cum summa laude prodita vetustate, summa cū laude enitescit. Sallust. Postremo Cæsar bellum exoptabat, vbi virtus enitescere posset.

Enitor, eris, enisus, vel enixus, Idem quod patio. {ἀναπείθω. Ital. *Forzarsi, sforçarsi.* Gal. *S'efforcer de, parfaire, auec peine & difficulté acheuer quelque chose.* Hisp. *Parir la muger, esforçar.*} Plaut. Amph. Geminos Alcmena enititur. Varro lib. 2. de Re rust. Faciendāque septa secreta ab aliis, quò enitentes secludere possis. ¶ Interdum idem quod conari, & allaborare. φιλοπονῶ. Sallust. in Iugurt. Ab adolescentia ita se enixum, vt ab optimo quoque probaretur.

Enixe, Studiosè, & cum magno conatu. {φιλοπόνως. Ital. *studiosamente.* Gal. *Ens'efforçant, de tout son pouuoir.* Hisp. *Instante, con instancia y fuerça.*} Plaut. in Truculento. Tibi relinqui ob eam rem enixè expero. Cic. pro Sestio, Meam causam boni omnes enixè susceperāt. Enixum pro enixè. Sisenna lib. 4. Hist. Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse sentio.

ENNA, æ, Vulgò *Anea.* Ciuitas Siciliæ edito in loco & vndique præcipiti sita, à Syracusanis (Stephano teste) condita, quæ vmbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio insulæ constituta sit. Immineat subiacentibus campis, vbertate & florum varietate conspicuis, olim templum Cereris (vt Strabo testatur) habuit vetustissimum, vbi dea præcipua veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misere Romani. Hinc raptam à Plutone Proserpinam Cereris filiam dixit antiquitas. Vulgus hodie *Aenam* appellat, vbi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius insulæ solet conuentum habere. Cicero Verrem, Vetus est (inquit) opinio, Iudices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atq; monimentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc quum cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, vt animis eorum insitum, atque innatum esse videatur: nam & natas esse has in his terris deas, & fruges in eas terra primùm repertas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore et qui locus quòd in media insula est situs, vmbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cicero.

Ennæus, a, um, ἐννάιος, vt Ennæa Ceres, quæ augustissimo in templo apud Ennam colebatur: cuius simulachrum tanto erat effectum artificio, vt qui illud intuerentur, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed cælo delapsam arbitrarentur. Autor Cic. 7. Verri.

Ennam, antiqui dixerunt pro etiámne, teste Festo. {γέ.}

ENNEACRVNOS, ἐννάκρουνος, Nomen fontis apud Athenas à Pisistrato conditi à numero fistularum dictus, quos Græci κρουνοὺς appellant, nostri vero *saliences.*

Enneaphyllon, ἐννεάφυλλον, Herba est quæ longa folia nouena habet, cauticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne vrat latus: continuò enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxedicum vtilissima. Plin. lib. 27. cap. 9.

Enneaphthongos, ἐννεάφθογγος, Quod nonē editvoces: vt, Enneaphthōgos cnelys, apud Martiale. Pro eodem etiam ἐννεάφωνος dicunt Græci.

Enneas, ados, ἐννέας, Est numerus nouenarius, sicut decas, denarius.

ENNIVS, ου, Poeta antiquissimus apud Romanos, Qu. Valerio & C. Manilio cos. natus fertur. Hic Tarentinus (si Eusebii credimus) fuit, At Pom. Mela scribit, Rudias Apuliæ, seu Calabriæ appidum, Ennio ciue esse nobile. Cui astipulatur Silius, quum ait, Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ. Quin ipse etiam Cicero in Oratione pro Archia Poeta Ennium Rudium hominem vocat. Eusebius dicit Ennium à Catone Quæstore Romam translatū, in Aventino habitasse, ac vnius ancillæ ministerio contentum fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: vnde & in sepulchro Scipionum putatur esse cōstitutus. Sequutus est M. Fulvium nobiliorem ad bellum Aetolicum, cuius filium erudiit. Ab hoc & Cato iam senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quæ Annales, bellum Punicum secundum hexametris, quæ omnia penitus interciderunt, exceptis versibus aliquot, quos Macrobius ostendit ab eo desumptisse Virgilium, & paucis immutatis in opus suum transtulisse. Sententiarum grauitate in primis excellit, sed cui verborum cultus minimè responderet. Vnde interrogatus aliquando Virgilius quid ageret, aurum se ex Ennij stercore colligere respondit. Pernit articulari morbo, quem ex immodico vini vsu contraxerat. Horatius. Ennius ipse pater nunquam nisi potus, ad arma Prosiluit dicenda, &c. ¶ Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit. autor est Tranquillus.

ENNOSIGAEVS, ἐννοσίγαιος, dictus est Neptunus, quòd terram quatiat. Vnde etiam Enosichthon ἐνοσίχθων dicitur. Extra carmen melius vnicon scribetur. Dicitur enim ἀπὸ τοῦ σείειν τὴν γῆν, hoc est à terræ concussione. Iuuenalis Satyra 10, de Xerxe, Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

Eno, as, are, Natatione euado, vel nando aliquò peruenio. {ἐπινήχομαι. Ital. *Nuotare, peruenire à qualche luogo nuotando.* Gal. *Nager dehors, se sauuer en nageant.* Hisp. *Salir del agua nadando.*} Liu. 3. bel. Mac. Multę naues erectæ, multæ ita haustæ mari, vt nemo ad terram enauerit. Virgil. 6. Aen. Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

Enodo, das, Nodis purgare, siue nodos resecare. {ἐξαμολύνω. Ital. *Snodare.* Gal. *Oster les nauds, esclaircir, declarer.* Hisp. *Desenbaraar, ò desanudar.*} Colum. lib. 5. cap. 5. Quæ vimus à positione bene prouenerit, eius summæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro declarare siue explicare. Autor ad Heren. lib. 2. Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum.

Enodatio, onis, verbale, Explicatio, expositio. {ἐξήνωσις. Ital. *Dichiaratione.* Gal. *Declaration.* Hisp. *Declaracion de lo escuro.*} Cic. in Top. Ea est insita, & antè percepta cuiusque formæ cognitio enodationis indigens. Idem 3. de Nat. deo. Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

Enodatus, particip. {ἐκπεπονημένος, ἐκδηλωθείς. Ital. *Dichiarato.* Gal. *Declaré.* Hisp. *Declarado.*} Cic. 2. de Inuen. Præcepta magna conquisita cura, perspicuè conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

Enodatè, aduerbium, Clarè, perspicuè. {ἐξηνωμένως. Ital. *Chiaramente, senza scrupolo.* Gal. *Clairement, apertement, sans mesure.* Hisp. *Claramente, sin duda.*} Cic. 3. de Finibus

de finibus Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed ſi enodatius, vos ignoſcetis. Idem 3. de Inuent. Quæ illius erunt, leuiter attingendo, ſua diligentia & enodate narrando.

Enodis, de pen prod. Illanũ, sine nodo. {ἀνώδυνος, ἄπονος. Ital. *Senza nodi.* Gal. *Sans nœuds.* Hiſp. *Sin nudos ò desenuadado.*} Virgil. 2. Georg. Aut rurſum enodes trunci reſecantur. Plin. lib. 12. ca. 14. Quibus credi poteſt matrem quoq; rectam & enodi fruticare trunco. ¶ Per metaphoram enodare etiã dicitur quod ſine difficultate eſt. Plin. Epiſt. Recitabat [illegible] eroditam ſanè ineleuantámq; materiam (ſcriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, ſublimibus etiã, vt poposcit locus.

ENONA, æ, Oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 21.

ENOPE, ἐνόπη Stephano, Vrbs Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, iuxta Pylum, ſub ditione Agamemnonis, teſte Homero lib. 9. Iliad.

Enorchis, ὄρχις, Gemma eſt candida, quæ diuiſa fragmentis teſtium effigiem repræſentat. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Enormis, me. Dicitur magnum, ſine menſura, nimiſ: eo quòd normam & menſuram excedat. {ἄμετρος, ἀσύμμετρος. Ital. *Enorme, ſmiſurato.* Gal. *Desmeſuré, desbordé, ſans meſure, desreglé.* Hiſp. *Muy grande, sin medida.*} Plin. in Epiſt. Omnis enim aduertit quod eminet & extat: ſed acri intentione diiudicandum eſt immodicum ſit an grande, altum an enorme. Plin. li. 17. cap. 12. Eædem enormes ceraſis, lauris.

Enormiter, aduerbium. {ὑπερμέτρως, ὑπερμέτρως. Ital. *Fuor di regola, di miſura.* Gal. *Desmeſurément, ſans meſure, desreiglement.* Hiſp. *Sin medida.*} Plin. lib. 37. cap. 6. Simili modo, ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter.

Enotesco, is. Notus fio. {γνωρίζομαι. Ital. *Farſi noto.* Gal. *Venir en connoiſſance.* Hiſp. *Hazerſe conocer.*} Plin. in Epiſt. Enotuerunt quidam verſus tui, & inuito te claustra refregerunt. Sueton. in Otho. Qui tamẽ ſic quoq; hoc diſtichо enotuit.

Ens, & Entia, à verbo Sum deducta, τὸ ὄν, τὰ ὄντα, voces ſunt ſolis penè Philoſophis vſurpatæ. Quint. lib. 8. cap. 3. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio Flauio, quorũ dura quædam admodum videntur, vt Ens, & Eſſentia: quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video, niſi q; iniqui iudices nos ſumus, idcóq; paupertate ſermonis laboramus.

Enſis, Gladius, mucro ſpatha. {ξίφος. Ital. *Spada.* Gal. *Eſpée.* Hiſp. *Eſpada ò espada ò daga.*} Cic. 2. de Nat. deor. Auſaque funeſtum prima eſt fabricari enſem. Virg. Et curuę rigidum falces conflantur in enſem. Ouid. 3. Faſt. Enſibus exertis bellica læta dea eſt. Ab enſis fit diminutiuum Enſiculus ξιφίδιον. Plau. in Rud. In eo enſiculo literatũ quid eſt? ¶ Pęsq; enſes, pęrq; ignem oportet irrumpere, Διὰ πυρὸς καὶ ξιφῶν καὶ πυρὸς μανίας ἰέναι, Quum ſignificamus quidnis periculi ſubeundum.

Enſifer, ri, pen. corr. {ξιφηφόρος. Ital. *Che porta ſpada.* Gal. *Qui porte eſpée.* Hiſ. *El que trae cochillo ò eſpada.*} Ouid. 2. de Arte, Enſifer Orion aſpiciendus erit. Idem 4. Faſt.

Entelechia, ἐντελέχεια. Perfectio, vis ex ſe mouens, agitatio, ſiue energia. Ariſtoteles ipſam animam ita appellauit, lib. 2. de Anima. Cicero continuatam quandam & perennem motionem interpretatur. Verba eius ſunt hæc, 1. Tuſcul. quæſt. Quintum genus adhibet vacans nomine, & ſic ipſum animum entelechiam appellat nouo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem. Sunt qui endelechiam per d, ſcribendum exiſtiment: ſed per t, pluribus probatur. Corinthus Grammaticus autor eſt Atticos ἐντελέχειαν per τ, ἀπὸ τοῦ ἐνδελεχίζεσθαι ſcribere conſueuiſſe. Idem apud Lucianum in iudicio vocalium queritur ἓξ ſe fuis ſedibus pulſum à τ, in hac ipſa voce.

ENTELLA, ἔντελλα, Siciliæ vrbs à Campanis habitata, Carthaginenſium primi belli Punici tempore ſocia. Stephanus, Vulgò *Castro Veteano.*

Enterocele, ἐντεροκήλη Species hernię, quum inteſtina decidunt in ſcrotum: quemadmodum epiplocele, ἐπιπλοκήλη, quum eódem delabitur omentum: & hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum é teſtibus humor confluit. Omnéſque has ſpecies, noſtri vocant hernias, inquit Celſus. Ramices verò qui ſequuntur, porocela, πορροκήλη, quum ex abſ. etiualiquo circa ſcrotum materia ſubduruit: Sarcocele, σαρκοκήλη, quum in ipſo ſcroto concreuit caro: Cirſocele κιρσοκήλη, quum venæ intumuerunt, tunicis teſtium integris, vel in ipſo ſcroto. Bubonocele eſt tumor teſticuli ex inflammatione febrem afferens, vel tumor in inguine ex repletione nerui, ex quo teſticulus dependet. Eſt tamen vbi Plinius enterocelam dixerit tamicem, vt in medicinis cupreſſi.

Enterocelicus, Qui enterocela laborat. Plin. lib. 24. cap. 8. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur veſicæ vitiis.

Enteron, ἔντερον, Latinè inteſtinum. Hinc quidam Exenterare, ἐξεντερίζειν, pro euiſcerare, & inteſtina detrahere, deduci putant. Vide ſuo loco.

Enthemata, ἐνθήματα, A' medicis vocantur quæ vulneribus recentibus imponuntur, ad reprimendum ſanguinem, & humorum affluxum. ¶ In inſitionibus item enthemata vocantur furculi qui in fiſſuram trunci inſeruntur.

Enthens, a, um, ἔνθεος. Numine diuino plenus. Stat. Syl. 2. Hic thyrſos, hic plectra ferit, hic enthea lauro Tempora Minoa, crinem premit ille corona.

Entheatus, a, um, Diuino numine affiatus: vt, Entheata vatum pectora, apud Martialem lib. 6.

Enthuſiaſmus, ἐνθουσιασμός, Eſt diuinus quidam vigor, qualem habent dicta aut ſcripta eorum qui diuino numine ſunt afflati: ab ἐνθουσιάζω quod ſignificat affloi numine.

Enthymema, pen. prod. atis. & Enthymematum, ti. ἐνθύμημα, ἐνθυμήματος ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι, quod eſt mente concipere, animaduertere, cõſiderare. Commentum vel commentationem Quint. interpretatur: quòd mentis actio omnis atque ſententia, enthymema nominetur: ſicut docet Cicero in Topicis inquiens, Ex hocilla Rhetorum ſunt ex contrariis, concluſa, quæ ipſi enthymemata appellant. Enthymema (inquit Rufinianus) dicitur quum periodus orationis ex contrariis ſententiis aſtringitur: quale eſt illud Ciceronis in Diuinat. Tamen his operam tuam pollicebere, qui te neque velle ſua cauſa, nec ſi velis, poſſe arbitrantur? Dialecticis enchymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, in quo ex vnica enuntiato infertur concluſio: vt, Caſtitas virtus eſt, ergo amplectenda. Vbi ad perfectionem ſyllogiſmi deeſt prior enuntiatio, quam maiorem vocant. Virtus omnis eſt amplectenda. Iuuen. Saty. 3. aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema.

Entoma, τὰ ἔντομα. A Græcis appellantur quæ nos vocamus inſecta, cuiuſmodi ſunt muſcæ, crabrones, apes, & eiuſmodi: ratione nominis inde (vt opinor) ducta, quòd pleraque ex iis circa medium ſui inciſa ſint, adeò vt poſterior pars tenui admodum diſcrimine adhæreat priori.

ENTRIBAT, ἐντρίβαι. Populi Thraciæ à Stephano commemorati.

Enubo, is, pen. prod. {ἐκγαμίζω. Ital. *Maritare.* Gal. *Eſpouſer vn homme, prendre pour mari.* Hiſp. *Casarſe muger ſu eſtado.*} A Liuio videtur vſurpatum pro extra ſuum ordinem nubere: ita enim ait lib. 10. ab Vrbe, Virginiam Auli filiam patritiam, plebeio nuptam L. Volumnio cos. matronæ, quòd è Patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt.

Enuptio verbale. Linius lib. 9. Decadis 4. Vt Hiſpalæ Fecenniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita eſſet quaſi ei vir teſtamento dediſſet.

Enucleo, as, Aperio, & nucleũ è calyce extrabo. Nucleus verò dicit quod tenerũ in nuce includitur. {ἐκκολάπτω, ἐκκολαπτίζω. Ita. *Aprire. Cauare il nucleo della noce, & l'oſſerica della groſſa.* Gal. *Eſcarner, mettre hors le noyau, deſcouurir & mettre en euidẽce.* Hiſ. *Abrir, ò ſacar el meollo, ò pepita dela fruta.*} ¶ Per tranſlationem enucleare ſignificat declarare, & explanare. ἐκφαίζειν, ἐκφαίνω. Cic. in Parti. Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum eſt.

Enucleatus, participium. {ἐκκολαπτὸς, ἐκκολαπτίζων. Ita. *Enchiauato, aperto, manifeſto.* Gal. *Eſcerné & deſcouuert, mieux euidence & declaré.* Hiſp. *Abierto, declarado, manifeſto.*} Cic. pro Plan. In quo primum illud debes putare: comitiis, præſertim ædilitiis, ſtudium eſſe populi, non iudicii: eblandita illi, non enucleata eſſe ſuffragia.

Enucleatè, aduerbium. Purgatè, exquiſitè, clarè, ac ſine aſperitate. {διασαφητικῶς. Ital. *Chiaramente.* Gal. *Clairement, apertement.* Hiſp. *Claramente.*} Cic. lib. 4. Tuſc. Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè diſputãt.

Enudo, as, are. Idem quod nudare. {γυμνόω. Ital. *Nudare, ſpogliare.* Gal. *Deſnuer, expoſer.* Hiſp. *Desnudar lo veſtido, declarar.*} Et per tranſlationem, exponere, ac veluti intellectui aperire, hoc eſt interpretari. Cice. 1. de Legib. Et rerum plurimarum obſcuras, & neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ.

Enumero. as, re. Eſt multas res ſimul numerare, & recenſere. {ἐξαριθμῶ μετὰ πολλῶν ἀριθμῶν. Ital. *Numerare.* Gal. *Denombrer, nombrer & conter.* Hiſp. *Contar por numeros.*} Cic. 4. Verr. Dixi iam antea me non omnia iſtius quæ in hoc genere eſſent, enumeraturum. Colum. lib. 8. cap. 17. Et ne per ſingula enumerem ſalſamentorum omnium purgamenta. Propert. lib. 2. Eleg. Enumerat miles vulnera, paſtor oues. Terentius Adelph. Iámne enumeraſti quod ad te rediturum putes?

Enumeratio, Eſt ipſe enumerandi actus. {ἐξαρίθμησις. Ital. *Eſſo annumerare.* Gal. *Denombrement, nombrer & conter.* Hiſpa *Aquella cuenta por numeros.*} Præterea argumenti genus frequens apud Oratores, quũ plurimis rebus expoſitis, & exteris infirmatis, vna reliqua neceſſario cõfirmatur, hoc pacto, Neceſſe eſt aut inimicitiarũ cauſa ab hoc eſſe occiſum, aut metus, aut ſpei, aut alicuius amici gratia: aut ſi horum nihil eſt, ab hoc non eſſe occiſum. ¶ Eſt etiã enumeratio pars epilogi, quum argumenta aut omnia aut præcipua per totam orationẽ ſparſa, in fine repetuntur, vt altius memoriæ inſideãt. De qua multa in Rhetoricis ad Herennium.

Enuntio, as, Eloquor, effero, exprimo, profero. {ἀποφαίνομαι, λέγω, ἀγγέλλω. Ital. *Pronunciare, proferire, parlare, eſprimere.* Gal. *Diuulguer, reueler, dire, prononcer, proferer.* Hiſp. *Pronunciar, ò declarar.*} Cic. 2. de Fin. Grauiſſimæ ſunt ad beatè viuendum breuiter enuntiatæ ſententiæ. ¶ Ponitur etiam pro ſimplici nuntiare, vel è longinquo nuntiare, vel ſignificare. Cic. Epiſt. ad Atticum lib. 1, Coſſinius hic, cui dedi literas, valdè mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui viſus eſt, & talis qualem eſſe eum tuæ mihi literæ enuntiarant. ¶ Elegantiſſimus præterea huius verbi vſus eſt pro diuulgare, & quod arcanum erat, retegere: vt, Enuntiare aduerſarii amicorum conſilia. Cicero pro Roſc. Amer. Enuntiare myſteria dicendi, Idem primo de Orat.

Enuntiatus participiũ. {ἀποφανθὲν, ἀποφανθείς. Ital. *Proferito, pronunciato.* Gal. *Proferé, prononcé.* Hiſp. *Pronunciado, declarado.*} Quintil. lib. 2. cap. 5. Sermo rectus, & ſecundum naturam enuntiatus.

Enuntiatum, ti, Oratio perfecta, veri aut falſi ſignificatiua, quæ & effatũ, & pronuntiatum dicitur. {ἀξίωμα. Ital. *Propoſitione.* Gal. *Vne propoſition.* Hiſp. *Propoſicion.*} Noſtræ ætatis Dialectici propoſitionem vocant. Cic. de Fato, Nec ſi omne enuntiatum aut verum eſt, aut falſum, ſequitur illico cauſas eſſe immutabiles.

Enuntiatiuus, a, um. {ἀποφαντικὸς, ἀξιωματικὸς. Ital. *Dichiaratiuo.* Gal. *Declaratif.* Hiſp. *Coſa que denuncia ò declara.*} Senec. Epiſt. 118. Sequũtur deinde motus animorũ enuntiatiui corporũ. Ibidem, Aliquid eſt enuntiatiuum de corpore, quod alij effatum dicunt, alij enuntiatũ alij edictum.

Enuntiatio, onis. Idem quod enuntiatum, effatum, ſiue pronuntiatũ, hoc eſt oratio veri aut falſi ſignificatiua. ἀξίωμα. Cic. de Fato, Omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα Dialectici appellant) aut vera aut falſa eſt. Ibidem, Explicanda vis eſt rationis enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant.

Enuntiatrix, cis, f em. gen. ἀποφαντικὴ, ἀποφαντικός. Quint. lib. 1. cap. 15, Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix.

Enutrio, is, pen. corr. {ἐκτρέφω. Ital. *Nudrire.* Gal. *Nourrir, & eſleuer enuironnement.* Hiſp. *Criar.*} Idem quod Nutrio. Plin. lib. 12. ca. 1. Tantum poſtea humoris inereuit, vt mero infuſo enutriantur. De platano. Colu. lib. 3. cap. 3. Deinde ſata non ita enutriunt, vt ante cõualeſcant ac proſiliant, quàm retorreſcant.

ENYALIVS, ἐνυάλιος, Vnum eſt ex Martis cognominibus, teſte Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 19. qui Enyalius dicitur quaſi ἐνὸς ἅλιος, hoc eſt Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoſo.

ENYO, ἐνυώ, Bellona dea, bellorum præſes: quanquam etiam figuratè pro ipſo bello ſine prælio accipitur. Mart. lib. 1, Nec te decipiat ratibus nualis Enyo, hoc eſt prælium nauale.

E ante O.

Eo, is, ii, vel ij. itum, Notæ ſignificationis eſt. {πορεύομαι, ἔρχομαι. Ital. *Andare.* Gal. *Aller.* Hiſp. *Ir, andar.*} Ire, Redire, contraria. Mart. li. 6. Et Capitolinas ſæpe reditque vias. Ouid. Epiſt. 19. Anxius huc illuc diſſimulanter eo. ¶ Interdum ſignificat venire. ἔρχομαι. Terent. in Adelph. Quæſo vt vnà mecum ad martem virginis eas. ¶ Ire pedibus. Plaut. Stic. Nam pedibus ire non queo. Ire autem in ſententiam pedibus, eſt alterius ſententiæ non verbo, ſed corpore accedere. ἐφάπτομαι. Liu. li. 7.

ab Vrbe,

ab Vrbe, Qui hoc sentitis, in dexteram partem pedibus transite: quæ maior pars erit, eo stabitur consilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus transierunt. Hæc ratio inuenta est quòd nonnunquam longum esset audire singulos, in magno præsertim Senatorum vel iudicum consessu. Quum igitur duæ, treésve sententiæ dictæ erant ab iis qui primi rogabantur, reliqui in illorum cum quibus sentiebãt, sedilia transibant, vt res expeditiores fierent. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad sententiam ire poterant, ideóque manu sententiam significabant: quod Quintil. intelligit, vbi ait, Manibus pedibúsque imus in sententiam necessitatis. Huic contrarium est ire in alia omnia, hoc est ab autore sententiæ alicuius dissentire, & in aliorum sententiam discedere. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. Quatenus de religione dicebat, ei rei quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶ Nauibus instructis ire. Virgil. 2. Aen. Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat. Cic. ad Attic. lib. 10. Nauigio esse te iturum trans mare, credere nõ possum. ¶ Ire rectis sensibus. Cic. 13. Philip. Si me rectis sensibus euntem dij immortales, vt spero, adiuuerint. ¶ Ire inficias, negare. Terẽt. Adelph. -hoc reliquum est, Si inficias ibit, testis mecũ est annulus quem amiserat. ¶ Ire in aciem, pro militare. Quintil. lib. 9. cap. 2, Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat vt militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset: aduersante filio ire in aciem coactus, desertit. ¶ Ire in articulũ dicitur seges, quum nodos, veluti articulos quosdam acquirit. Plin. lib. 18. cap. 17, Si in articulum seges ire cœperit. ¶ It dies, pro præterit, & elabitur. Plaut. Rud. Verba facimus, it dies. ¶ It res, pro succedit. Cic. Attico lib. 14, Incipit res melius ire quàm putaram. ¶ Hoc verbum, præter naturam aliorum verborum quartæ coniugationis, facit futurum in bo: vt, Eo, ibo, quemadmodum & queo, quibo. Inuenitur tamen etiam nonnunquam eam, vt apud Terentium Eunuc. Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem Quum accersor vltro? ¶ Composita ab eo, is, quanuis simplex sit neutrum, aliqua tamen sunt actiua: vt, Adeo, adeor: obeo, obeor: intereo, intereor: subeo, subeor. Iuuen. -quòd si subeuntur prospera castra. Claud. Quadrigarius, Pugna acriter commissa, ac multis vtrinque interitis. Virg. lib. 10, Morte obita, quales fama est volitare figuras. ¶ Componitur Eo cum ab: vt, abeo: ad, adeo: am, ambio, in quo b interponitur euphoniæ causa, & e vertitur in i: ante, anteo: circum, circumeo: con, coeo, in quo abiicitur n: contra, contraeo: ex, exeo: in, ineo: inter, intereo, intro, introeo: ob, obeo: per, pereo: pro, prodeo, in quo d interponitur euphoniæ gratia: præ, præeo: de quo latius suo loco: præter, prætereo: re, redeo: sub, subeo: super, superbio, vbi interponitur b, & e mutatur in i: trans, transeo: vxnum, yxneo. ¶ A supino itum, itu, fit itus, us, & itio. ‡ Ital. *Andamento, camino.* Gal. *Allée, voyage.* Hisp. *Obra de andar, andadura.* ‡ Cic. Attic. li. 14, Quis porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Suet. in Tiberio, cap. 38, Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus, vt vulgò iam per iocum Callipedes vocaretur. Terent. Phor. Hæcine erant itiones crebræ, & mansiones diutinę Lemni? Cic. Attico, De obuiam itione ita faciam vt suades.

Itur, impersonale. Terent. Andr. Ea quoniam nemini obtrudi potest, Itur ad me.

Ito, as, frequentatiuum, Frequẽter eo. ‡ Φοιτάω, ᾶς, πολὺ ἔρχομαι. Ital. *Andar sonente.* Gal. *Aller souuent.* Hispa. *Andar muchas vezes.* ‡ Sueton. de Clar. Rhet. Maiores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, iostituerunt.

Eo, pro tanto: sicut & quo, pro quanto ponitur. Ἑοῦτερ, vt, Eo magis, quo magis. Sallust. in Prœmio belli Catil. Statui res gestas populi Romani carptim, vt quæque memoria digna videbuntur, præscribere: eo magis, quòd mihi à spe, metu partibus Reip. animus liber erat. ¶ Quandoq; ponitur pro ideo, vel propterea. ἐπὶ τοῦτῳ. Terent. in Eunuch. Eóne es ferox quia habes imperium in heluas? Ibidem, Eo ad eam non admissa sum. ¶ Aliquando significat vsque illuc. Liu. lib. 2. Ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant. ¶ Aliquando id, vel vsq; ad id. εἰς τοῦτο, vt apud eundem in Prœmio operis. Quæ ab exiguis profecta initiis, eò creuit, vt iam magnitudine laboret sua. Sic dicimus, Eò magnitudinis, quod est ad eam magnitudinem. Eò sapientiæ deuenit: id est ad eam sapientiam. εἰς τοῦτο σοφίας. ¶ Eousque, in tantum. ἐπὶ τοσοῦτο. Valer. Max. lib. 1, Natam vitem eousque creuisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret.

Eos, ‡ ἠώς. Ital. *L'Aurora.* Gal. *Aurore, le point du jour, laube du jour.* Hisp. *Alua.* ‡ Priori longa à Græcis vocatur, quam nos dicimus aurorã. Ouid. 3. Fast. Tres vbi luciferos veniens præmiserat Eos. Idem 4. Fast. Proxima victricem quum Romam inspexerit Eos.

Eous, Eoa, um, ‡ ἑῷος. Ital. *Orientale.* Gal. *Oriental, d'Orient.* Hisp. *De Oriente.* ‡ Adiectiuum est, idem significans quod Orientalis. habétque primam syllabam indifferẽter: quanquam sæpius producitur. Deriuatur enim ab ἠώς, dictione Græca, qua illi aurotam significant: quæ quanuis frequentius per e scribatur, inuenitur tamen quandoque scripta per i. Productionis exempla nusquam non occurrunt. Reliquum est vt aliquot exẽplis doceamus posse breuiari. Luca. lib. 8. Aut Arabum portus mercis mutator Eoæ. Idem, Claudimus Hesperias gentes, aperimus Eoas. Proper. lib. 2, Siue illam Hesperiæ, siue illam ostendet Eous. Virg. 2. Aen. Conflignt Zephyrúsq; Notúsque, & lætus Eois Eurus equis. Ouid. 2. Amorum, Gallus & Hesperis & Gallus notus Eois.

Eous, substantiuũ, ἑῷος, prima vocali per i, vnde primã syllabam corripit. Vnus ex equis Solis. Ouid. 2. Metam. Vide AETHON.

Eousque, Vide EO.

E ante P.

EPACRIA, ἐπακρία, Attici agri oppidum, vnum ex iis quæ à Cecrope in ciuitatis formam sunt redacta. Autor Stephanus.

Epago, onis, ἐπαγὼν, Artemo nauis, siue trochlea qua funes ductarij, & cætera nauis armamenta explicantur: quáque maiora onera ex portu in nauem attolluntur. Vitruuius ergatas videtur appellare.

Epagoge, es, ἐπαγωγὴ, Argumentationis genus ex concessis sensim laqueos texens, ad itertiendum eum qui se semel interrogandum præbuit, aliis atq; aliis percontationibus sese mutuò excipientibus. Vide Commentaria Budæi.

EPAGRIS, ἐπαγρὶς, Insula vna ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

EPAMINONDAS, ἐπαμινώνδας. Nobilis fuit Thebanus, Polymni filius, singulari modestia, prudentia, & grauitate præditus, rei militaris peritus, manu strenuus, animo maximo: adeò autem amans veritatis, vt ne ioco quidem mentiretur. Adhęc multiplici artium cognitione eximus fuit. Nam & fidibus nouit, & ad earum sonum accinere: qua in re præceptorem habuit Dionysium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hausit, quemadmodum saltationem à Calliphrone. In Philosophia verò Lysiæ Pythagoræo operam dedit. Hic quum apud Leuctrã Lacedæmonios plaga pestifera adeò affecisset, vt ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amissum vltra reparare nequiuerint, dicere solebat, orbum se, nõ tamen sine liberis mori, & ex se natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic post clarissima facinora edita, extremo tempore apud Mantineam, quum acie instructa, & ducis optimi, & militis fortissimi officio fungitur, sparo agresti telo percussus ictu mortifero, relatúsque in castra semianimis, requisiuit à circunstantibus saluúsne esset clypeus, quum saluum esse flentes sui responsissent: allatum, veluti socium laborum gloriæque, osculatus est. Iterum quæsiuit essẽntne fusi hostes: quum id quoq; vt cupiebat audiuisset, cuelli tum deniq; spiculum iussit: atq; ita multo sanguine profuso, in lætitia & in victoria mortuus est. Cuius morte Thebanorum vires ita hebetatæ sunt, vt non tam illum amisisse, quàm cum illo interisse omnes viderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt, & post interitũ eiusdem in seruitutem pristinã reuoluti sunt: vt manifestum sit gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuisse. Vide Xenophontem lib. vlt. Rerum Græcarum.

Epanadiplosis, ἐπαναδίπλωσις, Figura est quæ fit quum eadem dictione versus clauditur à qua exordium sumpsit. Virg. 1. Aeneid. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Epanalepsis, ἐπανάληψις. Est repetitio sententiæ alicuius, vt iterum aeq; iterum audita, altius insideat auditoribus. Cic. pro Rabirio. Libenter, si esset integrum, profiterer idem. Saturninum C. Rabirij manu interfectum. Nihil me iste clamor commouet. Et deinde subdit, Libenter, inquam, profiterer.

Epanaphora, ἐπαναφορὰ, Latinè repetitio: figura est quum ab eadem dictione plures sententiæ inchoantur: qualis est apud Virgilium in Gallo, Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori, Hic nemus: hic ipso tecum consumerer æuo.

Epanodos, pen. corr. ἐπάνοδος, Schema est ἀναίσθησις, quum ad id regredimur vnde semel discessimus: vt, Principatus bonus, non autem bonus qui in tyrannidem commutatur.

EPAPHRODITVS, pen. prod. ἐπαφρόδιτος, Grammaticus fuit patria Chæroneus. Archiæ grammatici alumnus, & discipulus, quem Modestus, Aegypti Præses sibi coëmit, & filium suum Pitelinum eidem in disciplinam tradidit, quem ille Romæ instituit sub Nerone. Mortuus est hydropisi. Reliqua vide apud Suidam.

EPAPHVS, ἔπαφος, Iouis filius ex Io, qui Memphim in Aegypto condidit. Ouid. 1. Metam. postquam fabulam Ius in vaccam conuersæ recitauit, subdit, Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Iouis.

Eparchia, æ, ἐπαρχία, à Græcis dicitur, quam Latini prouinciam, siue præfecturam appellant: vnde & Eparchus, ἔπαρχος, prouinciæ præses: & Eparchiotes, ἐπαρχιώτης, prouincialis.

Epectasis, pen. corr. ἐπέκτασις, Dici potest porrectio: figura qua in medio dictionis litera vel syllaba interponitur: vt, Induperator, pro imperator. A verbo Græco ἐπεκτείνω, quod est porrigo, vel vlterius extendo.

Epenthesis, pen. corr. ἐπένθεσις, Interpositio literæ vel syllabæ ad medium dictionis, vt longior fiat numero syllabarum, vel temporum. A verbo Græco ἐμπανθάνω, quod est interserere: vt, Relligio pro religio, alituum pro alitum.

EPEVS, pen. prod. ἐπεύς. Nomen proprium Endymionis filij, & Pæonis fratris, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & aries dicitur, teste Plin. lib. 7. cap. 56: quæ res locum fecit fabulæ, Epeum fabricatorem fuisse equi lignei quo Troia prodita est. ¶ Epeo timidior, Ἐπεῦ δειλότερος. De magnopere pauido dicebatur: ab Epeo quopiam ductum notæ timiditatis homine.

EPEI, pen. prod. ἐπεοί. Populi in Occidentali ora Peloponnesi, alio nomine Elij dicti, teste Plin. lib. 4. cap. 5. Cuius sententiæ etiam Stephanus subscribit. Homerus tamen in Catalogo nauium Epeorum vrbem diuersam facit ab Elide, quam videtur Epeorũ iuri subiicere. Vide Strabonem lib. 8.

Ephebus, pen. prod. ‡ ἔφηβος. Ital. *Giouanetto di prima barba.* Gal. *Ieune iouuencau, à qui commence à venir la barbe.* Hisp. *Iouen, mozo desbarbado y lozano.* ‡ Dicitur qui jam ad annos pubertatis peruenit: ex ἐπὶ, & ἥβη pubertas. Iuuen. Armenius Zelotes cunctis narratur ephebis. Terent. in Andr. Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia, Libertas viuẽdi fuit potestas, id est postquam excessit ex ea ætate qua puberem primò emisit. Cic. 1. de Nat. deor. Athenis quum essem egregijs ephebornm, vix singuli reperiebantur.

Ephebia, ‡ ἐφηβεία. Ital. *Giouentù che comincia d'auni quindeci.* Gal. *Adolescence.* Hisp. *Mocedad.* ‡ Pubertas dicta est, id est prima ætas adulescentiæ, & extrema pueritiæ, vt tradit Donatus. Censorinus de die natali, cap. 5, Ita distinguit, vt decimoquinto ætatis anno quum primum pueritiam egressi sumus, dicamur ἐκκεκρίσθαι, hoc est futuri ephebi: decimoseptimo ἐφηβεύειν: decimooctauo ἐξεφηβεύειν, quasi ephebiam egressi.

Ephebium, ‡ ἐφηβεῖον. Ital. *Luoco dove s'essercitano i giouani.* Gal. *Le lieu ou les adolescens s'exercenyent.* Hisp. *Lugar donde se exercitan los moços.* ‡ Dictum palæstræ membrum, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruuius lib. 5, sic inquit. In duplici portico collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem est exedra amplissima, &c.

Ephedra, æ, ἐφέδρα. Dioscoridi, Herba est aliis nominibus caucon, & anabasis appellata. Nascitur ventoso fere tractu, scandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cetris numerosis, qui sunt iunci genus. Hæc Plin. lib. 26. cap. 13. Hac muliercolæ vtuntur ad vasa lignea emundanda, pectinúmque opifices ad buxi scabritiem expoliendam.

dam. Vulgò *Pralam* vocant.

Ephegesis, pen. prod. ἐφήγησις, Causæ vel iudicij genus, quum accusabatur is cui regione aliqua interdictum erat, vt exulnaut homicidæ.

Ephelis, pen. prod. ἐφηλὶς, Tuberculum, seu aspredo cutis in facie, ex ardore Solis prognata.

Ephemera, siue Ephemeros, ἐφήμερος, Febris est vnius diei, quam & Latini diariam appellant, eo quòd diei vnius (quantum in ipsa est) spatio terminetur.

Ephemeris, pen. corr. ἐφημερὶς. Ital. *Giornale, registro.* Gal. *Registre & papier journal.* Hisp. *Historia que prouide de dos en dos.* Liber in quo res gestæ per singulos dies scribuntur: Latinè Acta diurna: & Diarium dicitur ab *in* & *eneos*, dies. Mos fuit Romanis vt singuli rerum suarum tabulã conficerent: vnde Iuuenalis accipit pro libro in quo diurnales diuinationes erant, quũ ait, In cuius manibus, ceu pinguia succina, trias Cernis ephemeridas. Propertius verò pro libro fœnebris in quo summæ pecuniæ mutuatitiæ fœneratitiæque perscribit, & ratiunculam per singulos dies expensi acceptique subducit, & lucra damnáq; computat, dicit enim, Me miserum, his aliquis rationem scribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas. Cic. pro Quintio, Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur: à Cicerone aduersaria, orum.

Ephemeron, ἐφήμερον, Animal nascens apud Hypanim fluuium qui influit in Bosphorum, eodem quo nascitur die interient. Arist. li. 5. Animalium. ¶ Hinc natum adagium, Ephemeri vita, ἐφημέρου ζωὴ. De iis qui statim emoriuntur aut pereunt.

Ephemeron, ἐφήμερον. Duarum herbarum nomen est Dioscoridi, quarum alteri folia tribuit lilij, sed tenuiora, caulem patem, florem candidum, amarum, semen molle, radicem vnam digitali crassitudine, odore non iniucundo: traditq; in locis præcipuè opacis nasci. Hæc hodie ea esse creditur quæ flosculos candidos gignit, gratissimi odoris, quos vulgus *Lilia conuallium* appellat. Dictum autem ephemeron putatur, quòd florem habeat fugacissimum, qui vnico die marcescat. ¶ Alterum ephemeri genus ab eodem colchicum appellatur, à quibusdam etiam bulbus agrestis, sub Autumni exitum florem fundens croceo similem, folia habens pinguiora quàm bulbus, caulem semipedalem, semen rufum, radicem ex nigra rufescentem, quæ desquamata intus albicet, succúmque lacteum fundat. Vulgus *Cammecam* appellat, quòd gustatum canes enecet. Quinetiam homines bulbi similitudine inuitatos morte fungorum strangulat. Vnde etiam ephemeron appellatum existimant, quòd die vno perimat.

EPHESTIADES. Vide EPHAESTIADES.

Ephestij, ἐφέστιοι, à Græcis dij appellantur qui à nobis Penates, & Lares: quòd aris & focis præsidere putarentur. Appellatione enim τῆς ἑστίας Græci focum seu larem intelligunt.

Ephestris, idis, ἐφεστρὶς, Vestis quæ supra arma indui solet. Bayfius putat eandem fuisse ei quam Romani paludamentum appellarunt.

EPHESVS, pen. corr. Ἔφεσος. Vulgò *Foglio ò Efuso.* Vrbs Ioniæ, celebertimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Asia factum fuit, in solo palustri, ne terræ motus sentiret. In eo centum viginti septem columnæ fuerunt singulæ à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine: inter quas triginta sex cælatæ fuerunt mito artificio. Hoc templum impensa non facilè æstimanda ab Herostrato quodam (qui hac potissimum via sibi nominis immortalitatem venabatur) incensum totum [illegible]agrauit, eadem Olympiade qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc ciuitas nauale & portum habuit, & loci opportunitate multum creuit, & maximum citerioris Asiæ emporium fuit. Ex Epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenij, & doctrinæ, vitæq; probitatem in exilium missus fuit. Præterea Hipponax poëta, & Parrhasius pictor, & Apelles, & Alexander orator, & Theodotion Iudæus, qui sacram Scripturam interpretatus est.

Ephesinus, pen. prod. Adiect. vt Ephesina: Cic. 3. Philip.

Ephesius, ἐφέσιος, Adiect. Cic. 1. de Diuin. Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagrauit. ¶ Ephesiæ literæ, Ἐφέσια γράμματα. Dictum videtur de iis qui mira felicitate, tanquam diuina virgula, quicquid optarent, assequerentur. Aiunt enim, Ephesiis notulas quasdam & voces magicas fuisse, quibus vtentes, in omni negotio victores euaderent.

Ephialtes, ἐφιάλτης, A nostris dicitur incubus. Est autem morbus quiescentes in lecto plurimùm infestans, quum velut ingenti pondere nobis superincumbere premi videmur. Dictus ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι, hoc est à conscendendo, siue insiliendo. Generatur autem (vt nonnulli medicorum tradiderũt) ex voracitate & eruditate, euaporatione scilicet in caput redundante. ¶ Dictus est etiam hoc nomine quidam ex Nepruni filiis, qui quum singulis mensibus nouem digitos cresceret, in tantam altitudinem euasit, vt statura sua fretus vnà cum fratre Oto superis bellum inferret: quapropter à Ioue fulmine ictus ad infetos est detrusus. Virg. in Culice. Nam victus sedet immanis serpentibus Otus Deuinctus, mœstum procul aspiciens Ephialten.

Ephippia, orum. Proprie tegmina, seu stragula quibus equi sternuntur, vel sellæ equis ad insidendum impositæ. ἐφίππια καὶ ἐπὶ παντὸς ἵππου. Ital. *Selle di cauallo, e simili ornamenti.* Gal. *Selles ou autres couuertures des cheuaux, comme housses & autres choses.* Hisp. *Silla ò cubierta de caballos.* Cato, siue Varro, siue alius quisquis is est qui de liberis educandis librum conscripsit, Mihi puero modica fuit vna tunica & toga sine fasciis calceamenti, equus sine ephippio. Horat. in Epist. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Ephippiati equites, Qui ephippia habent in equis. Cæsa. 4. bel. Gall. Non eorũ moribus turpius, aut inertius habetur, quam ephippiis vti: itaq; ad quenuis numerum ephippiatorum quamuis pauci adire audent.

Ephippiatij equi, quibus sellæ imponuntur propter molliorem vecturam. Vide in dictione STRATA.

EPHORVS, pen. corr. Ἔφορος, Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & condiscipulus Theopõpi: cuius vitam & scripta vide apud Suidam. ¶ Ephori ité apud Lacedæmonios magistratus eiusmodi fuerunt, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopõpo sic appositi regibus sunt, vt apud Romanos Consulibus Tribuni. Vt enim à Consulibus ad Tribunos prouocare quisq; poterat, sic Lacedæmonij à Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoris Reges alios electos fuisse, alios interemptos. Olim pro ministris Regum fuerunt: paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id iccotiæ peruenerunt, vt sensim à Rege magistratum proprium constituerint, nomine Ephoriam. Ita dicti ἀπὸ τοῦ ἐφορᾶν, quod est intueri, quòd ad ciuitatis salutem oculos intentos haberent.

Ephydron, ἐφύδριον, Herba quæ & equisetum, & hippuris, & anabasis appellatur. Vulgus *Pralam* vocat. Vide HIPPVRIS fol.

EPHYRA, yræ, Ἔφυρα, Vulgò *Corenta*, vrbs Peloponnesi, in ipso fere Isthmo, quæ alio nomine Corinthus dicta est. Ephyræ autem nomen accepisse volunt ab Ephyra nympha, Oceani & Terthyos filia: cuius meminit Virg. 4. Georg. Lucan. li. 6. Aut Pelopis latis Ephyræ cumpere regnis.

Ephyræus, ræa, ræum, ἐφυραῖος, hoc est Corinthius. Propertius, Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes. Lucanus lib. 6. Insedit castris, Ephyræáque mœnia seruat. Virgil. 2. Georg. Ephyræus per quinque syllabas exuit, Illustres auro vestes, Ephyræáque æra. ¶ Fuit & alia eiusdem nominis vrbs in Epiro, aliáque rursus in finibus Thessaliæ: item aliæ nonnullæ, quas vide apud Stephanum.

Epialos, ἐπίαλος, Genus febris est ex pituita frigida vel vitrea, putrefactáque. Nomen dedit ei placidi pellacia ponti subdola, quam Græci ἀλὸς ἀπάτην, quoniam agitatum ex tranquillo difficillimum efficitur: vel ἀπὸ τοῦ ἐπίσης ἀλιαίνειν, quòd blandè ac modicè calefaciat.

Epibades, pen. corr. Naues vectoribus solùm transuehendis accommodatæ. Vlp. l. j. §. Igitur præpositio. ff. De exer. act. Quæ tam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) ἐπιβάδες sunt. Et plerosque mandare scio ne vectores recipiãt: & sic vt certa regione, & certo mari negotientur. Bayfius Epibades, inquit, dictæ, vt opinor, quasi epibatides, ad epibatas solùm, id est vectores trajiciendos. Et fortasse legendum apud Iureconsultum epibatides.

Epibatæ, ἐπιβάται, Sunt bellatores in re nauali. Hirtius in 4. Commentbelli Alex. Capta est vna hostiũ quadriremis, depressa est altera, altesq; perturbata: deinde omnes epibatis nudatæ. Idé in 5. Comẽt. belli Afri ci, Ibiq; Getulis remigibus, epibatisq; complet. Dicti epibatæ ἀπὸ τοῦ ἐπιβαίνω, hoc est à conscendendo: vnde etiam generaliter eo nomine omnes intelliguntur qui nauim conscendunt, vt aliquò ea vehantur.

Epibathra, bathræ, ἐπιβάθρα, Scalæ nauticæ, quibus in nauim cõscenditur.

Epicauma, atis, ἐπίκαυμα, Oculi vlcus crustosum, sordidũ & impurum, humore fœdo iugiter effluente. Ita dictum à quadam adustionis similitudine.

EPICERIDES, ἐπικερίδης, Vir Cyrenensis, qui ob singulare suam in populum Atheniensem liberalitatẽ, amplissimis vicissim ab illo honoribus est affectus. Vide Demosthenẽ in Oratione aduersus Leptinem.

EPICHARMVS, ἐπίχαρμος, Philosophus Syracusanus, Pythagoræ auditor, Tityri (vt Suidas scribit) vel Chimari filius, vir multa eruditione clarus, comœdiæ autor. Horat. lib. 2 Epist. Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Scripsit de natura rerum, & medicina commentarios. Huius mentionem facit Cic. lib. 1. Tusc. quæst.

Epicheremata, ἐπιχειρήματα, quæ dicantur ostendit Quint. lib. 5. cap. 10. his verbis, Epicherema Vulgus aggressionem vocat: Cellus autem iudicat non nostram administrationem, sed ipsam rem quam aggredimur, id est argumẽtum quo aliquid probaturi sumus, etiamsi nondum verbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Quidam epicherema rationem vocant, Cicero melius ratiocinationem. Item cap. 14. eiusdem libri. Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quòd illi & plures habent species, & vera colligunt veris: epicherematis frequentior circa credibilia est vsus.

Epichrista, ἐπίχριστα, Apud Galenũ in eundé ferè vsum accipiũt quo circũlitiones, quas Dioscorides ἐπιχρίσεις, & περιαλείφειν appellat: à circunlinire, quod est expolire. Nam & in pictura circunlitionẽ vocant, quum operibus iam perfectis, manus quædam salutaris admouetur vltima, quæ illa ipsa properanter, lambentéque penicillo circunlegat, atque reuisit [illegible]

Epichysis, ἐπίχυσις, [illegible] genus est, teste Varr. lib. 4. de Lingua Latina, è Græcia primùm aduectum, nomen habens ἀπὸ τοῦ ἐπιχεῖν, hoc est ab infundendo. Vnde nonnulli etiam infundibulum hoc nomine appellant.

Epicedium, ἐπικήδειον. Ital. *Verso funebre.* Gal. *Chant de deuil.* Hisp. *Cancion ò verso de muertos.* Carmen est quod in laude defuncti, corpore nondum humato, cani solet: aliter naenia, vel monodia dictum. Quod verò corpore iam sepulto, tumulo inscribitur, dicitur epitaphium.

Epicœnum, ἐπίκοινον. Ital. *Mescho.* Gal. *Meslé*, Hisp. *Mezclado.* Græcis idem est quod promiscuum. Vnde epicœnum genus à Grammaticis appellatur quod sub vno articulo promiscuè vtrumque significat sexum. Interest autem inter genus cõmune & epicœnum, quòd in genere communi & homines sunt & pecora, in epicœno pecora tantum. Quis autem huius generis sit vsus, intelligi potest hoc modo: Nomina brutorum animalium quæ sub vna terminatione & marem significant & fœminam, aut facilè sexum discernunt, aut difficilè. si facilè marem à fœmina distinguas, erunt communis generis, duobúsque declinabuntur articulis: vt hic & hæc bos. Sin difficilè, erunt epicœna, vnóq; erunt contenta articulo, quem ex terminatione deprehendimus: vt passer, epicœni generis est sub articulo hic, quia terminationem fortitur masculinam: aquila item epicœni generis est sub articulo hæc, quia terminationem habet fœmininam. Quintil. lib. 1. cap. 4. Nec statim diligentem putabo qui promiscua, quæ & epicœna dicuntur, ostenderit: in quibus sexus vterque per alterum appareat.

Epicrocum, pen. corr. Genus vestimenti croceo colore infectum, tenue & pellucidum. Autor Festus.

EPICTETVS, pen. prod. ἐπίκτητος, Nomen Philosophi Stoici qui ex Hierapoli Phrygiæ Vrbe originẽ ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neroni familiari seruiuit, atq; ad Marci vsq; Antonini tẽpora peruenit. Domitiano autem imperante, eius dominatu offensus, Roma Hierapolim migrauit, ratus verum esse quod est apud Tragicum, patriam esse cuiusq; vbi quis rectè ageret. Tanta verò apud omnes hominem

eius

eius vitæ admiratio extitit, vt Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus, ob eius autoritatem væniſſe tradat. Scripſit Enchiridion, opus vtile, quod Angelus Politianus Latinũ fecit.

EPICVRVS, ἐπίκουρος, Eius ſectæ autor fuit quæ ab eo Epicurea dicta eſt. Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodum Ariſtippus: ſed in voluptate animi, hoc eſt in abſentia omnium dolorum. Dialecticam damnabat, quòd Philoſophiam ſimplicibus verbis affirmaret poſſe comprehendi. Deorum prouidentiam è rebus humanis tollebat. Hoie Lucretius tantum tribuit, vt non dubitet affirmare Epicurum reliquorum omnium Philoſophorum lumen obſcutaſſe, quemadmodum Sol ſuo ſplendore aliorum cæleſtium corporum claritatem obtenebrat. Traditur fuiſſe continentiſſimæ vitæ: nomen tamen illud voluptatis, in qua ſummum bonum ponebat, effecit vt ab eo homines voluptarij, Epicurei dicantur.

Epicus, ca, cum, ἐπικός, adiectiuum eſt deductum à Græco nomine ἔπος, quod carmen ſignificat, & propriè Hexametrum: vnde Epicus poëta, ἐποποιὸς dicitur, carminis heroici ſcriptor. Cic. de Opt. gen. orat. Itaq; licet dicere & Ennium ſummum epicum poëtam, ſicut ita videtur, & Pacuuium tragicum, & Cæcilium fortaſſe comicum. Epicum poëma. Cic. de Opt. gen. orat. Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiã, ac dithyrambici, quod magis eſt tractatum à Latinis, ſuum quoduis eſt diuerſum à reliquis. Vide Cælium Rhodig. lib. 17. cap. 20.

EPIDAMNVS, ſiue Epidamnum, ἐπίδαμνος, Vulgò Durazzo, Oppidum in ea parte Macedoniæ quæ Adriatico mari incubit, tritiſſimo è Græcia in Italiam traiectu nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (inquit Plin. lib. 4. cap. 17.) Dyrrhachium dicere maluerunt propter inauſpicatum nomen Epidamni, tanquã à damno dicatur Epidamnũ. Ad quod alluſit Plautus in Menæchmis, quum ait, Ne mihi damnum in Epidamno duas, tanquam nomen inditum ſit Epidamno, quòd illuc nemo ſine damno diueratt. De hac Lucanus lib. 10. Ad capos Epidãne tuos. Appianus ſic habet, Epidamnus rex vrbem condidit quæ ab ipſo nomen aſſumpſit. Huius ex filia nepos Dyrrhachus portum vrbi adiecit, quod Dyrrhachium appellatur.

EPIDAPHNE, ἐπίδαφνη, Vrbs inſignis Syriæ, ad Orontem fluuium, vna earum quæ Tetrapolim efficiunt: alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci Nicatoris patre. Epidaphne verò dicta à Daphne vicino ſuburbano quod lucum habebat amœniſſimum, octoginta ſtadiorũ, & fanum Apollinis, cum Dianæ delubro. Iulius Capit. Verum poſteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiã & Daphnen vixit. Ammianus, Apud Daphnen amœnum illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum.

EPIDAVRVS, ἐπίδαυρος, Vulgò Monembaſia, ſiue Epidaurum, Ciuitas in Peloponneſo, Aeſculapij templo celeberrima: de qua Plin. lib. 4. cap. 5. In Saronico (inquit) Epidaurum oppidum, Aeſculapij delubro celebre. Fuit hic Podalirij & Machaonis parens, medicus maximus & doctiſſimus: óbq; artis præſtantiam, in deorum numerum relatus, quum Apollinis filius exiſtimatus eſſet. Vetuſtas ei dicauit anguem, quòd multa huic animali remedia inſint, vt ſcribit Plin. lib. 19. cap. 4. Vnde etiam fertur Romanos quum graui peſtilentia laborarent, conſulto oraculo iuberentur Aeſculapium Romam aduehere, triremem cum legatis ea de cauſa Epidaurum miſiſſe. Verùm quum Epidaurij Deum opiferum à ſe inuiti dimitterent, ferunt, illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnauiſſe, ſeſéque in puppi in gyrum complicuiſſe: quem illi Aeſculapium arbitrati, magna cum veneratione Romam aduexerunt. ¶ Hoc etiam nomine dicta fuit vrbs Dalmatiæ, ad Illyricum mare ſita, de qua Lucanus lib. 2. Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas. Pauſaniæ & Straboni Lymira cognominata, quòd ſit portuoſa: diruta à Gothis, è cuius ruinis Raguſia iuxtà ædificata. Raph. Volaterranus.

Epidermis, is, ἐπιδερμὶς, Cuticula eſt exterior in corpore noſtro, alterius ve animalis, è vera cute veluti efflorescens, adeò tenuis vt vel atterendo, vel ſcalpendo facilè poſſit lacerari. Nomen inde habet quòd ἐπὶ τὸ δέρματι, hoc eſt ſuper veram cutem ſita ſit.

Epidictícon, ἐπιδεικτικὸν, Cauſæ genus eſt apud Rhetoras, à Latinis laudationum dictum, quòd præcipuè in laudando & vituperando verſetur. Ad verbum transfertur Demonſtratiuum. Ἐπιδεικτικὸν enim nobis ſonat demonſtrare. Cic. in Orat. Dulce igitur orationis genus & ſolutũ & effluẽs, ſententiis argutũ, verbis ſonãs eſt in illo epidictico genere.

Epidipnides, ἐπιδόρπιδες & ἐπιδειπνίδες, Sunt epulæ quæ in extrema cœna vel prandio adferuntur: vnde etiam proprio quodam epitheto ſeræ epidipnides vocantur. Martial. lib. 11. Hinc ſeras epidipnidas parabit.

Epidromides, ἐπιδρομίδες, Plagarum funiculi ſunt teſte Polluce, quibus retia panduntur contracta, & retrahuntur expanſa: ita dicti quòd retiũ plagæ per ea diſcurrant. Plin. lib. 19. ca. 1. vſus eſt ablatiuo epidromis, velut à nominatiuo epidromos, vel epidrome. Vidimus (inquit) plagas tantæ tenuitatis vt annulum hominis cum epidromis tranſirent.

Epidromos, ἐπίδρομος, Veli genus quod in puppi panditur. Nautæ Mezanam vocant. Sunt enim tria velorum genera, acation, quod maximum præcipuúmque nauis velum eſt: dolon, quod ſupra acation attollitur, quum maxima celeritate opus eſt: & epidromos, quod circa puppim tenditur. Autor eſt Iulius Pollux.

Epigamia, miæ, ἐπιγαμία, Connubium, affinitas cum aliis gentibus.

EPIGENES, ἐπιγένης, Nomen Philoſophi Byzantini. Item Poëtæ cuiuſdam Comici, cuius fabulæ recenſentur à Suida.

Epigaſtrion, ἐπιγάστριον, A rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totúmq; illud quod inteſtina tegit, ex cute, adipe, muſculis octo, & peritonæo compactum, totum illud ſpatium cõprehendens quod eſt à cartilagine mucronata, nothiſq; coſtis, vſq; ad ilia, atque ad ipſum vſq; os pubis. Cornelius Celſus lib. 4. cap. 1. abdomen appellat.

Epiglotis, ſeu Epiglottis, ἐπιγλωττὶς. Ital. *La linguetta che cuopre il collo è la bocca del polmone.* Gal. *La linguette ou petite langue, comme celle qui garde que le qu'on boit ce mange ne tombe ès poulmons.* Hiſpa. *El garillo.* Lingua eſt quæ aſperæ arteriæ meatum obſtruit, ne cibus aut potus per œſophagum ad pulmonem deerret. Plin. lib. 11. cap. 37. Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, homini tantùm eſt. Sub ea minor lingua epiglotis appellata, nulli animanti generantium. Opera eius gemina, duabus interpoſitâ fiſtulis: exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſpiritu ac voce illac meante, ſi potus cibúſve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior appellatur ſanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit hæc ad ſtomachum, inde ad ventrem. Hanc per vices operit, quum ſpiritus tantùm, aut vox commeat: ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat.

EPIGONI, ἐπίγονοι, Dicti ſunt autores ſecundi belli Thebani, quaſi fœtus illorum qui primum confecerant bellum. Græcè enim ἐπίγονοι poſteri appellantur. Inde Euripides tragicus fabulam hoc argumento compoſitam, Epigonos inſcripſit, quæ agi expoſcebat voce magna ſcenicorum, & ſonora. Ob hoc dixit Cic. lib. 1. Offic. quòd hiſtriones voce freti agunt Epigonos, Medeámque. Erant qui exiſtimant Epigonos apud Strabonem eſſe populos à quibus fabulæ nomen inditum ſit: quum Epigoni dicti ſint generali vocabulo omnes illi qui ex diuerſis populis conflati, ſecundum bellum Thebanum duce Alcmæone confecerunt: quaſi pòſt geniti, & filij illorum qui in primo bello ad Thebas mortem opperierant. Nam ex Statij lectione cõſtant nomina duum qui in eo loco occubuerunt: quorum filij vt mortem parentum vlciſcerentur, communi conſilio contra Thebanos iterum arma mouerunt. Acceperant enim reſponſum ab Apolline, eam ſe ciuitatem expugnaturos ſi Alemæonem Amphiarai filium Imperatorem rei bellicæ feciſſent. Igitur Alcmæon exercitu ex Græcis collecto, cõtra Thebas duxit copias, acerriméq; commiſſa pugna potitus eſt victoria, & Thebæ captæ ac dirutæ ſunt. ¶ Epigoni etiam dicti ſunt ſucceſſores Macedonum veteranorum, qui ſub Alexãdro Magno ex Aſiaticis fœminis ſobolẽ ſuſceperant: quæ ſoboles (vt hiſtorici memorant) nomen habuit Epigonorum, qui in caſtris nati, in armis educati, à paruula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorſus inuicti extiterunt.

Epigramma, tis, ἐπίγραμμα, ſeu Epigrammatum, ti. Dicitur inſcriptio, vel ſuperſcriptio κατ' ἐπιγραφὴν, quod eſt ſuperſcribere. Cic. pro Archia poëta. Quòd epigramma in eum feciſſet, tantummodo alternis verſibus longiuſculis. Idem ad Atticum lib. 1. Epiſt. 11. Epigrammatis tuis quæ in Amalthea poſuiſti, contenti erimus.

Epigrammatographus, Epigrammatum ſcriptor.

Epigraphe, pen. corr. ἐπιγραφὴ. Titulus, inſcriptio: item cenſus, id eſt dinumeratio ciuium: & luſtrum.

Epilepſia, ſi, ἐπιλαμβάνω. Ital. *Mal caduco.* Gal. *Mal caduc. le mal Saint Iean.* Hiſp. *Gota coral.* Morbus eſt quem Latini comitialem appellant, propterea quòd comitia ditimeret, ſiquis eo in campo fuiſſet correptus. Epilepſiæ autem nomen à Græco ἐπιλαμβάνω deductum eſt, quòd in eo capiantur, & vincantur ſenſus, adeo vt à mortuis nihil abſint. Nam vnà cum conuulſione totius corporis, principes cerebri operationes auferuntur, toto videlicet cerebro, vel duobus eius præcipuis ventribus, affecto. Hinc etiam ἱερὸν νόσον, hoc eſt ſacrum morbum quidam ex Græcis appellarunt, quòd cerebrum ſanctiſſimam noſtri portionem, quoddámq; mentis veluti ſacellum, peculiariter infeſtet. Quidã etiam Herculeum, ab Hercule, quem modo huic obnoxium fuiſſe tradunt. ¶ Qui hunc morbum patiuntur, epileptici, ἐπιλήπτικοι, dicuntur.

Epilogiſmus, ἐπιλογισμὸς. Cogitatio, computatio: à verbo Græco ἐπιλογίζομαι, quod eſt excogito, & rationem ſubduco.

Epilogus, pen. corr. ἐπίλογος. Ital. *Concluſione.* Gal. *Concluſion.* Hiſp. *Concluſion.* Poſtrema pars orationis, quam Latinè concluſionem, ſiue perorationem dicere poſſumus. Cic. 4. Tuſc. Num etiam Rhetorum epilogum deſideramus? Rhetores tripartitum epilogum faciunt, conſtantem enumeratione, amplificatione, & commiſeratione. Per enumerationem fit rerum repetitio quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, id eſt recapitulatio: per amplificationem concitantur animi auditorum: per commiſerationem flectuntur ad miſericordiam.

Epimedion, ἐπιμήδιον, Caulis eſt non magnus, hederæ foliis denis duodenisve, neque florem, neque fructum ferens, radice tenui, nigra, graui odore. Romani *Pindictam* appellant.

Epimelas, Gemma candida eſt, nigricante ſupernà colore. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Epimelis, idis, ἐπιμηλὶς. Meſpili genus eſt mali magnitudine, folio tantũ minore, pomum ferens rotundum, eſculentúmque, fundo in latitudinem reſimo, aſtringentis naturæ, & tardè matureſcentis. Galenus σφαιρικὸν, vocari teſtatur, à tribus granis ſiue oſſibus quæ in ſe continet.

Epimenidium, (vt Plin. lib. 27. cap. 9. ſcribit) eſt tertium bulbi genus, cibis gratum, anguſtius folio, minúſque aſpero quàm exteræ ſcillæ ſpecies.

EPIMENIDES, pen. corr. ἐπιμενίδης, Poëta epicus fuit, patria Cretenſis, teſte Apuleio lib. 1. Floridor. qui à patre Agiaſarcho in agrum ad cuſtodiendũ pecus miſſus, in quodam antro obdormiuit annos. LXXV. Vnde emanauit prouerbium, Vltra Epimenidis ſomnum dormiſti, ἐπὶ τῶν ἐπιμενίδου τοῦ κοιμήματος. In eos dicetur, qui perpetuum agunt otium. Lucianus in Timone. ¶ Epimenideũ corium, Ἐπιμενίδειον δέρας. De te repoſita, miraculique loco ſeruata. Hic idem Athenienſibus peſtilentia laborantibus dixit ciuitatem purgari, expiatique oportere. Itaque quum rogatus eò veniſſet, iuſſit oues albas atque nigras apud Areopagum immolari. Reuertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam renuit. Meminit huius Plato in primo & tertio de Legibus.

EPIMETHEVS, per quatuor ſyllabas, ἐπιμηθεύς, A Poëtis Iapeti filius fuiſſe fertur, & frater Prometheï, qui ingenio valens, hominis ſtatuam primus ex luto finxit: qua re indignatus Iupiter eum vertit in ſimiam, atq; in inſulas Pithecuſas relegauit. Hic pater fuit Pyrrhæ vxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. Ouid. Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet, &c. Vide infrà de Prometheo, Pandora, & Pithecuſis inſulis.

Epimone, pen. corr. ἐπιμονὴ. Ital. *Perſeueranza.* Gal. *Perſeuerance.* Hiſp. *Continuacion, perſeuerancia.* Latinè perſeuerantia: figura quando ad maiorem affectum deuotandum in eadem dictione perſeuerat: vt Virgil. -ſic ſic iuuat ire ſub vmbras. Hæc etiam Epizeuxis, ἐπιζευξὶς, vocatur.

Epimythion, ἐπιμύθιον, Fabulæ eſt expoſitio, eiúſq; vtilitas: vt quũ apologi rationem & ſententiam autores mythologici attexunt: vt ſunt

apud

apud Aesopum appendices fabularum, quasi affabulationes. Budæus.

Epinicia, orum, ἐπινίκια. Ital. *Giochi & feste per le vittorie.* Gal. *Vers, louanges, feste ou celebrité qu'on dit, chante ou fait pour la victoire gaignee, comme les feux de ioye.* Hisp. *Cantos ó juegos publices hechos por alguna victoria como juegos de alegria.* ¶ Græci vocant celebritates pro parta victoria: ab ἐπὶ, & νίκη. cuiusmodi sunt ignes nocturni, pyræque quæ ad primum statim victoriæ nuntium in testimonium publicæ lætitiæ accenduntur: solennes præterea supplicationes, & aliæ id genus solennitates quibus partæ victoriæ gaudia solemus testari. Suetonius verò accipit pro carminibus in laudē victoris compositis, quum in Nerone scribit, Sequēti die lætum inter lætos cantaturum epinicia quæ iam nunc sibi cōponi oporteret.

Epinyctides, ἐπινυκτίδες. Pustulæ minutæ, seu vari: dicti à nocte, in qua maxime proueniunt. Iulius Pollux, Epinyctis, pustula subluuida, modicè rumescens, & plena sanguinis in tibiis, & pedibus. Accipitur etiam pro oculorum morbo. Plin. lib. 20. cap. 6, Illitis foliis sanantur & ambusta, & epinyctides. ita vocatur huleus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

EPIPHANES, ἐπιφανὴς. Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ vrbem condidit, quæ etiam à cognomine eius Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

Epiphania, ἐπιφάνεια. Apparitio, seu manifestatio dicitur. ἀπὸ τῆ ἐπιφαίνειν, hoc est ab apparendo. Inde Epiphania, orum, à Christianis dicuntur festa quædā quæ nos apparitionem Domini vocare possumus. Hieron. Dies epiphaniorum Græco sermone sic vocatur. Quod enim apud nos apparitionem vel ostensionem dicimus, Græci epiphaniam vocant. Hoc autem ideo quia Dominus noster eo die saluator apparuit è tenebris. Licet enim olim natus esset ex Maria, & triginta annorum expleisset ætatem, tamen ignorabatur à mundo. Eo tempore cognitus est, quo ad Iohannem Baptistam, vt in Iordane baptizaretur, aduenit: & vox de cælo Patris intonantis audita est, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quē Pater de cælis monstrauerat voce, hunc Spiritus sanctus versus in columbam, & super caput illius sedens, tactu quoque ipso voluit demonstrare, nequis alius Dei filius putaretur ex populo. ¶ Epiphania quoque vocatur quum latitudo mensuratur cum longitudine. Vide in dictione Gramme.

Epiphonema, ἐπιφώνημα. Rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. Epiphonematis posit rem narratam exemplum est apud Virgilium lib. 1. Aeneid. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Posit rem autem probatam apud Ciceronem pro Ligario. Quorum igitur Cæsar impunitas tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio! ¶ Dicitur etiam epiphonema clausula argura, quæ in fine posita aurem ferit, quales plerunque solent esse clausulæ quæ epigrammata claudunt.

Epiphora, pen. corr. ἐπιφορά. Morbus oculorū quem Vulgò *Lachrymam* vocant, quum defensus humoris cuiusdam mordacis oculos angit: ἀπὸ τῆ ἐπιφέρειν, hoc est ab inferendo. Plin. lib. 20. cap. 2, Caro peponum epiphoris oculorum, & doloribus imponitur. Colum. lib. 6. cap. 16, de maguderi, Eadem radix contusa, & cum oleo lentisci inuncta, vitium oculorum expurgat, epiphoram supprimit, polenta consperta multa aqua. Dicitur & de aliis membris. Plin. lib. 20. cap. 13, Testium verò epiphoris cum ramis laureæ teneris adeò peculiaris est, &c.

Epiploocele, ἐπιπλοοκήλη. Herniæ species quum omentum descendit in scrotum. Vide ENTEROCELE.

Epirhedium, Vehiculi genus, non dissimile bennæ: cōpositum nomen ex ἐπὶ, & rheda. Iuuen. Saty. 8, —tritóque trahunt epirhedia collo.

EPIRVS, pen. prod. ἤπειρος. Vulgò *Comera* vel *Albania*. Regio est Græciæ in qua olim Pyrrhus regnauit: hæc primum Molossia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc verò Albania vocatur. Quondam vrbibus populisque fuit frequentissima, sed à Romanis subacta, quum sæpius deficeret, penè in solitudinem redacta est. De ea multa Strabo lib. 8. Ouid. 3. Meta. Misit apros quanto maiores herbida tauros Non habet Epirus, &c. Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia: ab Oriente, Achaia: ob Occidente Ionio mari. In ea sunt ciuitates Nicopolis, & Ambracia.

Epirota, ἠπειρώτης. Qui est ex Epiro. Liu. lib. 2. Decad. 5, Martius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum ascenderent, consilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt.

Epiroticus, a, um, ἠπειρωτικὸς. Cic. Att. lib. 12, Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortasse alteræ pomeridianæ, nisi te Epiroticæ literæ impediant, quas ego nō interpello. Epirotici boues, qui ex Epiro sunt. Varro 2. de Re rust. cap. 5, Transmarini Epirotici non solum meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ. Epirotica mala, ἠπειρωτικὰ μῆλα, dicuntur quæ in Epiro Græciæ regione nascuntur: à nostris dicuntur orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Epischidion, ἐπισχίδιον. Ital. *Cuneo da fender legni.* Gal. *Coin pour fendre bois.* Hisp. *Cuña ò cuño para hender.* ¶ Apud Vitruuiū accipitur pro cuneo quo ligna finduntur. Nam σχίζειν Græcis est findere.

Episcopus, pen. corr. ἐπίσκοπος. Ital. *Vescouo.* Gal. *Euesque, prelat, qui a la superintendence en quelque lieu.* Hisp. *Obispo, perlado de yglesia.* ¶ Magistratus nomen fuit apud veteres, cuius officium erat panis & cæterarum rerum quæ ad cibum pertinent, curam habere: vt colligi potest ex verbis Arcadij, ff. de Muner. & honotib. Latinè interpretatur speculator, ab ἐπισκοπεῖν, quod speculor significat, vel considero. Vnde etiam hodie ad Antistites translatum est, quòd illorum præcipuè munus sit, gregis sibi commissi vitam explorare. Hac voce vsus est Cicero lib. 7. Epist. ad Att. Vult enim (inquit) Pompeius me esse quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat episcopum, ad quem delectus, & negotij summa referatur.

Episcopium, ἐπισκοπεῖον. Ital. *Vescouato.* Gal. *Maison episcopale, Euesché.* Hisp. *Obispalia, morada del Obispo.* ¶ Episcopi habitatio dicitur: sicut Prætorium appellatur vbi Prætor ius reddit.

Episcopius, a, um, ἐπισκοπικὸς. Ital. *Bregantino.* Gal. *Brigantin.* Hisp. *Barca para esplar.* ¶ Ponitur pro exploratorio. Cic. ad Atticum, Quinto Non. conscendens ab hortis Clunianis in phaselum episcopium, id est nauem exploratoriam.

Epispastica, ἐπισπαστικὰ. Medicamenta quæ pertinent ad hulcus purgandum, pūsque extrahendum: dicta à verbo Græco ἐπισπάω, quod idem est quod attraho.

Epistates, ἐπιστάτης. Ital. *Castaldo, procuratore.* Gal. *Grangier, procureur de maison.* Hisp. *Mayordomo, procurador.* ¶ Græcè dicitur qui à nobis villicus, procuratórque ac præpositus rei faciendæ vocatur. In fœminino genere epistata, villica dicitur quæ præest diligenter familiæ rusticanæ: qua voce vtitur Cato de Re rust. cap. 56.

Epistola, læ, ἐπιστολή. Ital. *Epistola, lettera.* Gal. *Epistre, missiues, lettres.* Hispa. *Carta mensajera.* ¶ Literæ ἀπὸ τῆ ἐπιστέλλειν, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Plaut. in Epid. Quia quotidie ipse ad me è legione epistolas Mittebat. Idem in Pseud. Herus me tibi salutem multam voluit dicere: Hanc epistolam accipe à me, hanc me tibi iussit dare. Cic. Qu. fratri lib. 1, Illud quod est epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittendum esse nō puto.

Epistolium, ἐπιστολίον. Ital. *Epistoletta.* Gal. *Petites lettres, petites missiues.* Hisp. *Pequeña carta mensajera.* ¶ Parua epistola. Catullus, Conscriptum hoc lachrymis mittis epistolium.

Epistolaris, re, Quod ad epistolam pertinet. ἐπιστολιμαῖος. Ital. *Cosa pertinente à lettere missiue.* Gal. *Des apertenances ou seruant aux missiues.* Hisp. *Cosa perteneciente à carta mensajera.* ¶ Vt, Epistolaris charta, Martial. li. 14. Hieron. Neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur.

Epistomium, ἐπιστόμιον. Dicitur instrumentum illud æneum quo in fontibus ora salientium obturantur, vertibulum in medio pertusum habens, quod admittit vel arcet aquam: Galli suā lingua *Fontem* vocant. Hoc etiam instrumento vtimur ad vinum ex dolio hauriēdum. Seneca ad Lucil. Nisi aquam argentea epistomia effuderint: & adhuc plebeias fistulas eloquor. Varro lib. 3. de Re rust. Quum & aqua calida & frigida ex orbe igneo, mensāq; quam dixi in primis radiis esse, epistomiis versis ad vnumquenq; actum, sic vt influat in conuiuiū. Vitruu. lib. 10, De hydraulicis organis loquens, accepit epistomium pro eo obturaculo quod in musicis organis spiritum continet, & laxat vt opus est. Motione, inquit, vectium vehementiore spiritus vehemens cōpressus, epistomiorum aperturis influit, & replet anima canales.

Epistropheus, ἐπιστροφεύς, à rei anatomicæ peritis dicitur prima ex septem colli vertebris, omnium vt latissima, ita & tenuissima, duplicem habens concauitatem, capitis conuexitatem, siue processus recipientem: cuius articulationis beneficio caput ad latera circumagitur. A quo vsu vertebra hæc epistropheus appellatur, à verbo Græco, ἐπιστρέφω, quod inter cætera significat conuerto, circumago.

EPISTROPHVS, ἐπίστροφος. Nobilis fuit Phocensis, Iphiti Naubolidæ filius, qui vnà cum fratre Schedio Phocensibus præfuit in bello Troiano. Autor Homerus in Catalogo nauium.

Epistrophe, ἐπιστροφή. Rufiniano figura est λέξεως, quum eadem in verba plures desinunt sententiæ. Rutilius tamen Lupus hanc inter schemata sententiarum refert, epiphoran appellans.

Epistylium, ἐπιστύλιον. Ital. *Capitello.* Gal. *Le chapiteau d'vne colomne ou pilier.* Hisp. *Chapitel sobre la columna.* ¶ Capitellum quod super columnam ponitur. Corpus enim columnæ, scapum vocant: fundamentum, basim: illud verò quod columnæ superponitur, epistylium appellant. Vide multa de epistyliis apud Vitruuium.

Episynalœphe, es, ἐπισυναλοιφή. Figura est dictionis, eadem cum synæresi, qua duæ syllabæ iisdem literis remanentibus, in vnam conglutinantur: vt, Aetipedem cernam apud Virgilium, pro Aētipedem. Huic opponitur diæresis, qua vna syllaba in duas resoluitur: vt, Syluæ, trissyllabum apud Horatium, pro dissyllabo syluæ. Inter episynalœphen & synalœphen hoc interest, quod synalœphe propriè fit in diuersis dictionibus, prima sequentis dictionis vocali vltimam præcedentis absumente: vt, Carthag' Italiam. Episynalœpha verò nonnisi in eadem fit dictione, nulla litera pereunte, sed duabus tantùm in vnam coalescentibus.

Epitaphium, phij, ἐπιτάφιον. Ital. *Epitafio di sepoltura.* Gal. *Epitaphe, l'escriture qu'on met sur vne tombe.* Hisp. *Epitafio dela escriptura.* ¶ Dicitur inscriptio quam sepulchris incidi videmus in laudem defunctorum: quale est illud apud Virgilium in Daphnide. Daphnis ego in syluis, hinc vsq; ad sydera notus. Formosi pecoris custos, formosior ipse. Itē illud apud Ouidium in Epist. Phyllidis. Phyllida Demophoon leto dedit, hospes amantem: Ille necis causam præbuit, illa manū. Dictum epitaphium, quòd humato iam corpore, ἐπὶ τῷ τάφῳ, hoc est in sepulchro soleat inscribi. Nam quod cadauere nondum humato in defuncti laudem accinebatur, epicedium dici consueuit.

Epithalamium, ἐπιθαλάμιον. Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam ἐπιθαλάμιος, Græcis idem est quod coniugalis.

Epithemata, ἐπιθέματα. Medicamenta sunt quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo aut linteo illita: ita dicta à verbo Græco ἐπιτίθημι, quod est imponere.

Epithesis, is, ἐπίθεσις, præter vulgatas illas apud Græcos significationes, quibus pro impositione, siue aggressione sumitur, apud Iurisconsultos etiam vsurpatur pro inscriptione quadam apposititia, in cōtumeliam, fraudémve alicuius facta. Vlp. l. Lex Cornelia, ff. de Iniur. & famosis libellis, Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur is qui epithesin, alisúdve quid, siue scripturam in aliorum notam produxerit.

Epitheton, pen. corr. ἐπίθετον. A Quintiliano dicitur appositum, ab aliis adiectiuum: παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὀνόματι, hoc est ab eo quòd substantiuo apponatur. Epitheta tribus de causis nominibus adduntur: Discretionis: vt, Phrygiæ molimur montibus Idæ. Est enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis: vt, Terribili implerum setāque, & dentibus atris. Ornatus: vt, Alma Venus. Differt autem epitheton ab antonomasia, quòd illud nunquam solum ponitur, sed nomini proprio alicuius adiicitur: antonomasia autem per se proprij nominis vice ponitur.

Epithymia, miæ, ἐπιθυμία. Ital. *Concupiscenza, desio, brama.* Gal. *Concupiscence, desir.* Hisp. *Codicia.* ¶ Latinè dicitur concupiscentia desiderium: à verbo ἐπιθυμέω, quod est concupisco.

Epitimia, æ, ἐπιτιμία, Fama vniuscuiusq; integra, nulla infamiæ nota labefacta. Vtitur hac voce Modestinus l. Scire ff. De tutoribus & curat. Siquis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor esse, neque creari hunc oportet: & si creatus fuerit, nec recusuerit, prohiberi cum esse tutorem.

tutorem, manente epitimia. hoc est famæ integritate. Huic oppoa itur ἀτιμίαι, hoc est infamia, vel ignominia.

Epitogium, Genus pallij quod supra togam ferebatur: ab ἐπὶ & toga Quintil. lib. 1. cap. 5.

Epitome, mes. & Epitoma, mæ, pen. corr. ἐπιτομή, Breuiarium, abbreuiatio, vel compendium: à verbo Græco ἐπιτέμνω, quod est abbreuio. Cic. ad Attic. lib. 13. Epitomen Bruti Cællanorum velim mihi mittas. Eidem, li. 12. In Bruti epitoma Fauniorũ scripsi quod erat in extremo.

Epitrageas, ἐπιτραγίας, Piscis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

Epitragi, ἐπίτραγοι, Vermes vitibus infesti: ita dicti quòd hircorum more vitium frondes prærodant.

Epittapezia, ἐπιτραπέζια, Dicuntur generaliter mensis apta, quæ sunt vascula & potoria & escaria, ab ἐπὶ, & τράπεζα.

Epitritus, pen. corr. ἐπίτριτος. Pes ex quatuor syllabis constans, quarum vna semper ab aliis tribus discrepat. Est autem in quadruplici differentia. Primus constat ex iambo & spondeo: id est ex prima breui & tribus longis: vt, sacerdotes. Secundus ex trochæo & spondeo: id est ex secunda breui, aliis longis: vt, conditores. Tertius ex spondeo & iambo: id est tertia breui, aliis longis: vt, hæreditas. Quartus ex spondeo & trochæo, id est ex quarta breui, cæteris longis: vt, cælestinus. ¶ Epitritus etiam proportio dicitur, continens aliquem numerum, & eius partem tertiam: vt quatuor epitriti proportionem habent ad tria: duodecim, ad nouem: quadraginta, ad triginta.

Epittrochasmus, ἐπιτροχασμός, Figura est sententiarum, teste Aquila, qua plura inter se distantia velociter percurrimus, eo consilio vt aduersatium perturbemus. A verbo ἐπιτροχάζω, quod est velociter percurro.

Epitrope, es, pen. corr. ἐπιτροπή, Schema est διανοίας, teste Rutilio, quum rei alioqui vehementer cõfidentes, Iudici permittimus vt quemadmodum illi visum fuerit constituat, eiq; nos parituros polliceamur. Rufinianus, epitropẽ esse ait, quum alicui figuratè permittimus vt faciat quod velit, quum tamen id minimè sentiamus: proféreque exemplum ex 4. Aene. 1, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas. Ibi enim Dido, quanuis liberum Aeneæ profectionis arbitrium permittere videatur, re tamen ipsa maximè dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens. Dicta epitrope, à verbo Græco ἐπιτρέπω, quod est rem alicuius arbitrio permitto. Latinè concessionem vocare possumus.

Epityrum, ἐπίτυρον, Genus est edulij, Siciliæ frequẽtius quàm Italiæ, teste Varrone lib. 6. de ling. Latina. Plaut. in Milite. Si vnum epityrum edam apud illum, esuriens insanè. Quidam existimarunt cibi caseati genus esse: ab eo quòd Græci τὸν τυρὸν caseum appellant. Quibus apertè refragatur Columellæ auctoritas qui epityrum in oliuis condituræ genus esse docet, in Græcis ciuitatibus potissimùm vsurpatum: docétque rationem qua id fieri soleat. Idem sentit & Cato, qui in opere suo de Re rust. cap. 19, eius cõfectionem præscribit his verbis, Epityrum album, nigrum, variúmque sic facito, Ex oleis albis, nigris, variisque nucleos eiicito, sic condito: concidito ipsas: addito oleum, acetum, coriãdrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentham. In orculam condito: oleum supra fiet: ita vtitor. Sunt qui hoc condituræ genus pityrum vocare malint: itaque tam apud Catonem quàm Columellam legendum censeant: vocis originem repetentes à pityri oliuæ genere, condituræ huiusmodi aptissimo. Verùm hi parum diligenter Catonis verba videtur expendisse, qui non ex certo quopiam oliuæ genere, cui pityris nomen fuerit, epityrum, siue pityrum fieri docuit: sed ex quauis oliua, tam alba quàm nigra aut varia. Columella quoque ex pausia vel orchite ante maturitatem decerpta conficiendum præcipit, nulla pityris facta mentione. Potius itaque iis accedendum putauerim qui genus hoc condituræ λεπτῆς πτίσεως, hoc est à fusure dictum existimant: cuius similitudinem quandam referre videntur tum cymini, coriãdri, fœniculi, & lentisci semina, tum rutæ menthæque folia minutim concisa.

EPIZEPHYRII, ἐπιζεφύριοι, Populi in extrema ora Italiæ quæ olim Magna Græcia dicta est, à Locris, qui Crissæum accolunt sinum, originem trahentes. Dicti Epizephyrij, quòd supra Zephyrium promontorium inhabitarent. Vide Strabonem lib. 6.

Epizeuxis, ἐπιζευξις. Combinatio, figura quum dictio in versu absque medio aliarum cõbinatur. Virg. 9. Aen. Me me adsum qui feci, & apud Terentium in And. O Mysis Mysis.

Epodus, Vide EPOS.

Epops, ἔποψ, Auicula fortidissima est, eáque cristata, vnde & ἀλεκτρυὼν ἔποψ à Græcis appellatur. Latini à sono quem edit, conficto nomine Vpupam vocant.

Epoptæ, ἐπόπται, In sacris dicebantur mystæ qui totum iam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A verbo ἐποπτεύω, quod est spectare, siue inspicere. Vnde & sacrorum inspectionem ἐποπτεῖαν Græci appellant.

EPOPS, es, pen. prod. ἔποψ Stephano, Corinthiorũ arx, quæ & Aetocorinthus dicitur. Epope dicta à verbo Græco ἐποπτεύειν, quod est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Iouẽ conspexisse Aeginã rapientem.

EPOREDIA, æ, ἐπορεδία Ptolemæo, Salassiorum oppidũ in Gallia transpadana: olim ex Sibyllinorum librorum oraculo à Romanis cõditum & ab eporedicis (eo nomine Galli præstantes equorum domitores sua lingua appellabant) nominatum. vt non obscurè innuit Pli. li. 3. ca. 17.

Epos, neut. gen. ἔπος, quanuis Græcis generale sit nomẽ, modò verbum significans, modò versum: καὶ ἑξάμετρα tamen pro carmine heroico, siue hexametro accipitur, quod & Longum Ennius appellauit. Diomedes, Epos, inquit, est carmen exhametron, diuinarũ rerum & heroicarum, humanarúmque comprehensio. Martialis, Scribebamus epos, cœpisti scribere, cessi: Aemula ne starent carmina nostra tuis. Horat. 1. Serm. Saty. 10, -forte epos acer Vt nemo, Varius ducit.

Epodus, epodi, pen. prod. ἐπῳδός, Est genus carminis in quo singulis versibus singulæ clausulæ subiiciuntur, & veluti accinuntur, idque ferè alio genere carminis, & plerunque breuiori: eiusmodi sunt pleraque apud Horatium, Iambico dimetro post heroicũ, aut trimetrum Iambicum statim succedente. Quint. lib. 10. cap. 1, Iambus non sanè à Romanis celebratus est, vt proprium opus, à quibusdam interpositus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illi epodos interuenire non reperiatur.

Epoto, as, are, Potando exhaurio. ξωπίνω. Ital. *Votar bevendo, bever tutto.* Gal. *Boire tout, ne rien laisser.* Hisp. *Vaziar bebiendo, beuer todo.* ξ Mart. lib. 2, Quæque Tyron toties epotauere lacernæ. Plautus Menæch. Confecto prandio, vinóque epoto. Cic. pro Cluentio. Quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis. Liu. 8. ab Vrbe, Epoto medicamento suamet ipsi fraude perierunt. Venenum epotum, Cic. pro Cluent.

Epulæ, arum, quasi edipulæ, Sunt cibi in quotidianum hominum vsum comparati. ξ Vianda. Ital. *Viande.* Gal. *Viandes.* Hisp. *Manjar ó comida.* ξ Cic. 3. Philip. Vino & epulis retentus & aleæ est: si epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt. ¶ Epulæ, etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur. Virgil. 4. Aen. -epulásque draconi Quæ dabat. Horat. 2. Serm. Saty. 3, -cui stragula vestis Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca. ¶ Epulum verò significat solenniores cibos: & propriè publicum conuiuium in propatulo cimbus exhibitum, siue in dedicatione templi, siue in triumpho, siue in funere, siue ludorum causa. ξπάνη, ξπάνδη. Ital. *Convito solenne.* Gal. *Banquet, festin.* Hisp. *El combite publico, ó fiesta real.* ξ quale Imperatores apud Romanos populo exhibere solebant in triumpho, & quale factum esse constat à pluribus, qui testamento legauerunt epulum quotannis ad sepulchrum, rosis & variis respersum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Iuuen. Saty. 3, Vnde epulum possis cẽrum dare Pythagoreis. Cic. pro Muræ. Is quom epulum Qu. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est. Sed confunduntur quandoque: nam epulum pro priuato conuiuio inuenitur, & epulæ pro conuiuio publico & communi. Cic. pro Lucio Planco, Sepulchrum L. Carilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conuentu epulisq; celebratum est. Ideo de Clar. Orat. Carmina in epulis cantata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus. ¶ Epulam quoque in singulari numero Veteres dixere, teste Festo Pompeio.

Epulones, Dicti sunt apud antiquos, teste Liuio lib. 3. Belli Maced. Triũuiri, quorum munus erat Ioui, cæterisque diis epulas instruere. ἐπιστάται. Romæ (inquit) eo anno primùm Triumuiri epulones facti: hi epulas Ioui, cæterisque diis instituendi potestatem habebant. Cic. de Aruisp. resp. Patres conscripti, vósque Pontifices, ad quos epulones Iouis opt. max. siquid est prætermissum, aut commissum, afferunt: quorum sententia illa eadem renouata, atque instaurata celebrantur. Augustinus lib. de Ciuit. asserit epulones perpetuos fuisse, qui ad augustam Iouis mensam statuæ oppositam perpetui erant conuiuæ, vt mimorum potus & parasitorum contubernia, quàm Dei sacra celebrarentur. ¶ Dicuntur etiam epulones qualescunque conuiuæ qui epulis interfuerint: quos etiam veteres epulonos dixerunt per secundam inflexionem. ¶ Inde Coëpulonus, dicitur conuictor, & iisdem epulis vescens. Plautus Persa, O mi Iuppiter terrestris & coëpulonus.

Epulari, Est in cõuiuio esse, seu conuiuari. ξδαιτύζω, συνδαιτύζω. Ital. *Mangiar in conuivio.* Gal. *Banqueter, manger en banquet.* Hispan. *Comer en combite.* ξ Liu. lib. 25, Vulgò apertis ianuis in propatulis epulari sunt. Cic. 2. de Finibus, Quum in voluptate sint qui epulentur. Idem de Senec. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè: sed erat tamen quidam seruor ætatis.

Epulatus, participium. ξδαιτύσας. Ital. *Chi ha mangiato.* Gal. *Qui a fait bonne chere, qui a mangé & pris son repas.* Hisp. *El que a comido.* ξ Cic. 2. Tusc. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.

Epulatio, onis. ξδαισις. Ital. *Esso fare conuito.* Gal. *Banquetement.* Hisp. *Aquella obra de comer ó hazer combite.* ξ Colum. lib. 12. ca. 3, Quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent.

Epularis, re, Quod ad epulas pertinet. ξδαιτυλικός. Ital. *Ciò che à vivande si conviene.* Gal. *De banquet, apartenant à festin ou banquet.* Hisp. *Cosa que se comeó pertenece á ella.* ξ vt, Epulare sacrificium, epularis sermo qui in conuiuio fit. Cic. 3. de Orat. Quum essent ipsi à Numa vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. Apul. Iam illatis luminibus epularis sermo percrebuit. ¶ Epulares etiam vocabantur, qui in sacris epulabantur. ἐπάνιοι. Varro, Dum epulares nocte epularentur.

Epulatorius, a, um, quod aptum est vt in epulis comedatur. ξδαιτυλικός. Ital. *Cosa mangiativa.* Gal. *Ce qu'on peut manger.* Hisp. *Cosa que se puede comer.*

Epulis, idis, ἐπουλίς, Dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis caro excrenuit. Paulus Aegineta paruum abscessum esse ait circa gingiuas, qui nisi discutiatur, suppuratur.

Epulotica medicamenta, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, à medicis appellantur quæ cicatricem inducunt. Nam ἐπουλοῦν, Græcis est ad cicatricem perducere.

Equa, equæ, Equarius, Eques, Equester, &c. Vide EQVVS.

Equapium, Nonnulli appellarunt herbam quam Latini olus atrum nominant: existimantes ita transferri posse Græcam vocem ἱππολάπαθον. Quam nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facile reperias. Neq; ἱππολάπαθον tam equinum, quàm magnum aut pergrande apium sonat. Nam ἱππος & ὄρος in compositione sæpe vocabulorum significata intendunt, amplitudinémque & magnitudinem important.

Equestris, Vide EQVVS.

Equiceruus, Animal in Oriente habens cornua & iubas post collum descendentes vsque ad scapulas, & barbam sub mento, vngulas, & corpus ad cerui quantitatem. ἱππέλαφος. Vtitur hac voce Aristotelis interpres lib. de Animalibus.

Equidem, Affirmatiua coniunctio est, idem significans quod certè. ἔγωγε, ναὶ μὰ Δία. Ital. *In vero, certamente.* Gal. *Quant à moy, certes, certainement.* Hisp. *Cierto, ciertamente, en verdad.* ξ Cic. de Amic. Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo quod cum amicitia Scipionis possit comparari. Sunt qui existiment compositum esse ab ego & quidem, quòd frequentissimè inueniatur iunctum cum verbis primæ personæ: vt apud Virgil. 12. Aen. -equidem metui, nec deprecor, inquit. Quo in loco equidem idem videtur significare quod ego quidem. Hoc tamè nihil vrget, quum semper in verbo primæ personę, singularis numeri, intelligatur nominatiuus ego. Præterea quum inueniatur coniunctum cum verbis cuiusuis personæ in vtroque numero, constat certè vbique non posse exponi per ego. Persius Saty. 5, Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dies. Vbi cum secunda persona coniunctum est. Idem etiam cum verbo tertiæ personæ posuit Satyra 1, Per me equidé sint omnia protinus alba.

Cic. ad

Cic.ad Attic. Sic ages igitur: equidem id erit primum, proximum Clodiæ. Huc accesse quod interdum inuenitur simul positum in oratione cum ego, vt apud Sallustium, Ego equidem sic existimo. Quo in loco si velis equidem explicare per ego & quidem, ineptissimam confecteris perissologiam. Satius itaque erit dicere, equidem nihil aliud significare quam quidem.

Equus, Animal quadrupes, nemini non notum. {ἵππος. Ital. & Hisp. *Cauallo.* Gal. *Cheual.*} Sunt qui ab æqualitate dictum putent, quasi æquum, detracta prima litera quæ diphthongum efficiebat: quòd pares equi eligi soleant, qui bigis, quadrigisque iungerentur. Sed hæc etymologia vt pleræq; aliæ, admodum videtur friuola. Cic. de Amicitia, Nemo est qui non equo quo consuevit, libentius vtatur quam intractato & nouo. Idem in Vetiem, Eum nemo vnquam sedentem in equo vidit. Virg. 2. Aen. -& equorum agitator Achillis. Ouid. 3. Metam. Vt fremit acer equus, quum bellicus obtecrmento Signa dedit tubicen. ¶ Equorum alij gradarij, qui molli gradu, & sine succussura incedunt: contrà, succussores sessorem frequenter inquietant. Alij dicuntur veredi, in cursu velocissimi, quibus maiores vb sunt in venatione. ¶ Equus Troianus, prouerbiali schemate, de occultis latebris, conspirationibusque ad perniciem alicuius tendentibus. Cicero pro Murana, Intus, intus inquam, est equus Troianus à quo nunquam me Consule dormientes opprimemini. ¶ Equis & quadrigis, id est omni conatu. Cicero ad Qu. fratrem, lib. 2, Sic ego qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, cum equis, tum verò (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis. ¶ Velis, equisque. Cic. 2. Offic. Cum his velis equisque, vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Quo tamen in loco nonnulli malunt legere, viris, equisq;. ¶ In planitiem equum, *ἐς πεδίον τὸν ἵππιον.* Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimum valet, quoq; vel maximè gaudet. Equus in campo, tanquam in sua est harena. Lucian. in Captiuo, & Plato in Theæteto. Trãslatum videtur à militia. Nam quoties res est pediti cum equite, pedes fugit campestria, sectaturque loca impediriora. ¶ Equi seu ectus, *ἵππου γῆρας.* Prouerbium in eos dici solitum, qui præclaris rebus gestis inuenta, posteaquam consenuerint, ad sordidas curas semet abiiciunt. Sumptũ à generosis equis, qui senio facti segnes, in pistrinum aut carrum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum integris viribus essent. Plutarc.

Equa, æ, in datiuo & ablatiuo pluralibus, equabus. Equini generis fœmina. {ἵππος, ου. Ital. *Caualla.* Gal. *Iument.* Hisp. *Yegua.*} Ouid. 2. Metam. Nobilium q; greges custos seruabat equarum. Ibidem lib. 9, Nec vaccam vaccæ, nec equas amor vrit equarum.

Eques, gen. communis, significat hominem insidentem equo. {ἱππεύς. Ital. *Caualliere, cauallcatore, che è à cauallo, cauatiero, huomo d'arme.* Gal. *Cheuaucheur, qui est à cheual, cheuatier, homme d'armes.* Hisp. *Varon à monger à cauallo, caualliero.*} Plaut. Mil. Neq; eques, neq; pedes præfectus quisquam tanta audacia est, Qui æque faciat confidenter quàm mulieres faciunt. Virgil. Aen. 8, Interea præmissi equites ex vrbe Latina. ¶ Sumitur quãdoq; pro ipso equo. Virg. 3. Georg. Impositi dorso atq; equitê docuere sub armis Insultare solo, & greßus glomerare superbos. ¶ Equites etiam dicebantur à Romanis qui Equestrem dignitatem erant adepti, aut ex Equestri ordine proguati: quorum ordo, quamuis dignitate Senatoria aliquanto erat inferior, proximam tamen ab illa obtinebat dignitatem. Neq; solùm dignitate, verumetiam censu distinguebantur Equites à Senatoribus. Census enim Senatorius duplo maior erat censu Equestri. Nam ante Augusti tempora census Senatorius erat octingentorum millũ, hoc est coronatorum x x. M. Census autem Equestris quadringentorum millium, hoc est coronatorum x. M. quanquam postea pro arbitrio principum sæpius auctus fuit census, & etiam imminutus. Martial. li. 8, Vescitur omnis Eques tecũ, populúsq; Patrésq;.

Equester, huius Equestris, & hic & hæc Equestris, & hoc Equestre, ab eques sit, Quod pertinet ad equitem. {ἱππικός. Ital. *Equestre, cio che à caualliere si conuene.* Gal. *De cheual ou cheualier, des apertenances d'hommes d'armes ou de gens à cheual.* Hisp. *Cosa de caualliero.*} vt, Equestres copiæ, Cic. 2. de Fin. Equestris disciplina, Idem 6. Verr. Equestris ordo. Idẽ ad Brutum, Equestris ordinis princeps. Equestrẽ verò ordinem, *ἐν μέσῳ κείμενον.* medium fuisse constat inter Patrũos & plebem: hi olim sub Romulo regibúsq; Celeres dicebantur, teste Plin. lib. 33. cap. 2, à Celere (vt quidam putant) Remi interfectore: deinde à lectandis equis, Flexumines vocitati: postea Trossuli, à Trossulo oppido Tusciæ, quòd id sine vllo peditum adiumento equites cepissent. Principio Equites, Iudicésque iidem habebantur, & gestandi annuli aurei ius eis erat. Postea M. Cic. in Consulatu suo Equestre nomen stabiliuit, Senarum ei conciliauit: celebrans se ex eo ordine prouectum esse. Ab illo tempore planè hoc tertium corpus in Repub. factũ est, cœpitq; adiici Senatui Pop. Rom. Equestor ordo. Equestre æs, quod Equiti in stipendium dabatur.

EQVESTRIS Colonia, Galliæ Belgicæ oppidũ est, apud Plin. lib. 4. ca. 17.

Equestria, um. Erant quatuordecim ordines graduum in Orchestra, in quibus sedebant Equites. *ex med.* Senec. lib. 7. de Ben. Equestria omnia Equitum Romanorum sunt. Et iterum, Sed quum in theatrum veni, si plena sunt equestria, &c. Sic popularia dicebantur, vbi plebs ipsa in theatro sedebat. Sueton. in Domit. Et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos Equestris ac Senatorij ordinis pronuntiauit.

Equito, as, Equo iter facio. {ἱππεύω, ἱππάζομαι. Ital. *Caualcare.* Gal. *Cheuaucher, aller a cheual.* Hisp. *Caualgar.*} Horat. Serm. Saty. 3, Ludere par impar, equitare in arundine longa. Cic. pro Domo sua, Quum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. Idem 2. Tusc. Apud quos autem venandi & equitandi laus viget. Macrobius Saturn. lib. 6. cap. 9. autor est, veteres etiam equitare de ipso equo dixisse, & equitem pro equo nonnunquam acceptum inuenio. Lucilius, Nempe equitem pro equo nonnunquam acceptum videmus. Quãquam alij distinguunt currere equum nos, atq; equitare videmus. Quãquam alij distinguunt currere equum nos, atq; equitare videmus: vt modum, Nempe hunc currere equum, nos atque equitare videmus: vt sit sensus, Videmus equum currere, & nos equitare. ¶ Huius compositi ratio est, Adequito, Obequito, & Perequito: de quibus vide suis locis.

¶ Equitandi peritus ne cauter, *ἱππεύειν μὴ εἰδώς.* Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus res sertas, vertatur in nugis. Gregorius Theolog. in epist. ad Eudoxium Rhetorem.

Equitari, passiuè. Plin. lib. 8. cap. 18. Omnes autem in iis terris iumentorũ dorso fungantur, atq; etiã equitantur in prælio. De camelis loquens.

Equitatio, onis. {ἱππασία, ἱππασία λεγομένη. Ital. *Esso cauicare.* Gal. *Cheuauchement.* Hisp. *Obra de caualgar.*} Plin. lib. 28. cap. 4, Equitatio stomacho & coxis vtilissima.

Equitatus, us. Modò equitum turmã significat, sicut peditatus pedestres copias {τὸ ἱππικόν. Ital. *Cauacata, cauallería.* Gal. *Cheuauchie, gend armiere, gens à cheual.* Hisp. *Caualleria ò gente de caualllo.*} Tacit. lib. 19, Notantem exercitum vicos equitatus incursat. Idem lib. 33, Quametiam ipsum equitum nomen sæpè variatum est, in iis quoque qui ad equitatum trahebantur. Modò actum ipsum equitandi. Plin. lib. 33, Femina equitatu atteri & aduri solent.

Equarius, ria, rium, Quod ad equum pertinet. vt, Equarius medicus, qui equis medetur. *ἱππιατρός.* {Ital. *Che serue a cauallo.* Gal. *De cheuaux, seruant à cheuaux.* Hisp. *Cosa que sirue ò pertenece a caualleo.*} Valer. Max. lib. vii. Herophilus equarius medicus, C. Marium septies Consulem suum sibi vendicando, se extulit.

Equaria, substantiuum. Magnum equorum gregem denotat. {τὸ ἱππικὸν στρατόπεδον, τὸ ἱππικὸν πλῆθος. Ital. *Gregge de caualli, ò cauallo.* Gal. *Vn haras, vn trouppeau de cheuaux, ou iumens.* Hisp. *El hato de caualloo yegnas.*} Varro in Proœm. 2. de Re rust. Quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia quinarias, in Reatino equarias.

Equiferus, ri, pen. corr. Equus ferus, id est non mansuetus. {ἵππος ἄγριος. Ital. *Cauallo saluatico.* Gal. *Cheual sauuage.* Hisp. *Cauallo bramo fiero ò syluestre.*} cuiusmodi in Septentrionalibus regionibus nasci, autor est Plin. lib. 8. cap. 15. Idem lib. 28. cap. 6. In primis efficax equiferorum sanguis. Et ibidem cap. 10. De equiferis non scripserunt Græci.

Equimentum, Merces quæ datur pro admissura equi. {ὁ μισθὸς ἢ ἵππου ἀπόβασις. Ital. *Prezzo del stallone, che cuopre vna caualla.* Gal. *Le saluire d'vn estalon qui a saillí vne iument.* Hispan. *jornal de garanon caualllo.*} Varro, An si equam emisses quadrupedẽ, vt meo anno Reatino admitteres, quantum poposcisses dedissem equimenti?

Equile, pen. prod. Stabulum equorum. {ἱππόστασις, ἱππουρία. Ital. *Stalla de cauallo.* Gal. *Estable a cheuaux, escurie.* Hisp. *Caualleriza ò estabio de caualloo.*} Sient ab oue ouile. Vnde Varro lib. 2. cap. 7, suadet, frænos in equili suspendere, vt oculi equuleorum consuescant videre eorum faciem, & è motu crepitus audire.

Equinus, na, num, possessiuum. {ἱππικός. Ita. *Di cauallo, cauallino.* Gal. *De cheual, qui est d'vn cheual.* Hisp. *Cosa de caualloo.*} Horat. in principio de Arte poët. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere si velit. Idem 2. Epist. Vtor permisso, caudæque pilos vt equinæ Paulatim vello. Virgil. 10. Aeneid. Aere caput fulgens, cristaque hirsutus equina. Equisetum, ti, Herba est à caudæ equinæ similitudine nomen habens, alijs nominibus ephedra, & anabasis appellata. {ἵππουρις. Ital. *Coda di cauallo, asprella.* Gal. *Queue de cheual, asprele ou prele.* Hisp. *Cola de mula, rabo de mula.*} Vulgus *Prelam* appellat, pectinum opificibus in primis cognitam, qui ea buxum expoliunt: & mulierculis, quæ vasa lignea ea exterguntur. Vide Plin. lib. 26. cap. 13.

Equiso, onis, Qui equorum curam gerit, eósq; instituit. {ἱππικὸς ἀνήρ. Ital. *Cozone de cauallí.* Gal. *Donneur & pequeur de cheuaux, escuyer.* Hisp. *Caualleriço de caualloo.*} Varro, Nam vt equus qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tollutim incedere. Veteres autem (vt Nonius annotauit) non modò equorum magistrum, sed aliarum etiam rerum, gubernatorem equisonem vocabant. Vt equisones nautici dicebantur qui nauim exercebant.

Equitabilis, le, Equiti petuius. {ἱππήσιμος. Ital. *Luogo donde si può cauallcare.* Gal. *Cheuauchable, qu'on peut cheuaucher.* Hisp. *Lugar donde se puede caualgar.*} Velocos equitabilis, in quo equi facile inambulare possunt. Liuius, Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis, & vasta planities. Huius contrarium est inequitabilis. Idem, Imber violentius quàm aliàs fusus, campos lubricos inequitabilesque fecerat.

Equitium, tij, Equorum armentum. {ἱππόστασιον. Ital. *Mandra de cauallí.* Gal. *Vne trouppe de cheuaux, vn haras.* Hisp. *El hato de caualloo ò yegnas.*} Vlpia. l. Plenum. §. Equitij. ff. de Vsufructu legato, Equitij vsu legato videndum an & donare possit, & ad vehendum sub iugo vti. Tacit. de Germania, Mos est ciuitatibus vltrò equitium conferre principibus.

Equuleus, lei, Pullus equinus. {ἱππάριον. Ital. *Polcaro, polledrino.* Gal. *Cheuallet, poulain.* Hisp. *Pequeño caualllo.*} Cic. in Orat. Vt igitur domitores equorum non verbera solùm adhibent ad domandum, sed cibum etiam sæpe subtrahunt, vt fame debilitetur equuleorum nimis efferata vis. Idem in Verr. Equuleos argenteos nobiles, qui Qu. Maximi fuerunt, aufert. ¶ Est & tormenti genus quo ad experimendam è noxiis, consciúsve veritatem Romani vtebantur: vnde dictum (vt quibusdam placet) ab equi forma: tametsi alij ardentem laminam malunt interpretari. Cicero pro Deiotaro, Facti enim in equuleo quæstio, iuris in iudicio. Idem 7. Philip. Ponite ante oculos vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortorémque. Seneca lib. 2. Epist. Sæuitia commenta est equuleos, cruces, vncum, & tunicam illam alimentis ignium illitam, & intextam. Cic. 5. Tusc. Hæc etiam in equuleum iniiciuntur, quò vita non aspirat beata. Idem lib. 4. de Finibus. Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, similem habeat vultum ac si ampullam perdidisset. Sed in hac significatione alij malunt scribere eculeus per c.

Equulus, diminutiuum ab equus, {ἱππάριον. Ital. *Cauallino.* Gal. *Cheualet, poulain.* Hisp. *Pequeño caualllo.*} Cic. lib. 2. de Nat. deor. Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: vt in equo, quàm equulo in cane, quàm in catulo: in viro, quam in puero. Varro 2. de Re rust. cap. 7, scribit equulum post annum & sex menses domari posse.

Equula, æ, paruam equam significat, sicut equulus parum equum. {τὸ ἱππάριον, ἡ πωλάδιον. Ital. *Cauallina.* Gal. *Petite ou ieune iument.* Hisp. *Pequeña yegua.*} Varro, Nemo est tam negligens quin summa diligentia eligat asinum qui saliat equulam.

Equito, is, de equis dicitur quum coitum appetunt, sicut catulio de canibus, & furo de furibus. {ἱππομανῶ. Ital. *Quando i cauallí vanno in fulto.* Gal.

Quand la iument demande le cheual, quand elle est chaude. Hisp. *Quando los cauallos y las yeguas son calientes.* ¶ Colum. lib. 7, Equienti mulæ cruda brassica datur. Plin. lib. 8. cap. 63, Equas domitas sexaginta diebus equire.

Equitia, ἱππικὸν ἄγων. Aristophani, Ludi curules, à Romulo in honorem Martis instituti. Hi in campo Martio celebrabantur tertio Calend. Martias. Ouid. 2. Fastorum, Iámque duæ restant noctes de mense secundo, Mársque citos iunctis curribus vrget equos: Ex vero positum permansit equitia nomen.

E ante R.

Eradico, as, pen. lõga. Propriè significat vnà cum radice euello. ξιζόω. Ital. *Sirpare, cauar fuori insieme con la radice.* Gal. *Arracher, oster.* Hisp. *Quitar, ò arrancar hasta la raiz.* ¶ Per trãslationẽ ponitur pro radicitus, & omnibus modis perdo. Terẽt. in Aud. Dij te eradicẽt, ita me miserã territas.

Erado, is, ere. Idem est quod expungere. ξύω, ἐξαλείφω. Ital. *Radere, lenar via, cancellare.* Gal. *Racler, oster en raclant.* Hisp. *Raer ò borrar.* ¶ Colum. li. 3, Postea surculos quos insetere voles, eradito tam altè quàm cuneum immisisti, sed ita ne medullam, néve alterius partis corticem lædas. ¶ Vnde eradere aliquem ex albo Senatorum, est eum ex Senatorum numero expungere. Tacitus lib. 4, Apidium Merulam, quòd in acta Diui Augusti non iurauerat, Senatorio albo erasit.

Erasus, participium. ξυστὸς ὠθούμενος. Ital. *Radato.* Gal. *Raclé.* Hisp. *Raido.* ¶ Plin. in Paneg. Datum est iis qui post edictum tuum in locum erasorũ subditi fuerant, æquatique sunt cæteris illi etiam quibus non erat promissum. Erasorum, id est deletorum è numero eorum qui accipiebant congiarium. Budæus.

ERAPHIOTES, ὁ ἐραφιώτης. Bacchus dictus est, ab inducenda contentione: quoniam vinum, iram, atque certamen inducit. ἔρις enim contentio: φαίνω, ostendere.

ERASINVS, pen. prod. ἐρασῖνος. Fluuius est ex Stymphalide Arcadiæ lacu profluens, qui deinde terra occultatus in agro Argiuo denuò erumpit, & in sinum Argolicum illabitur. ¶ Est & alius eiusdem nominis, iuxta Burææ ruinas, in sinum Corinthium illabens. ¶ Item alius in Eubœa insula, iuxta Eretriam vrbem. Rursus alius in Attica, iuxta Babronem. Autor Strabo lib. 8.

ERASISTRATVS, ἐρασίστρατος. Nomen medici eximij, ex Aristotelis familia nati: in quem non raró inuehitur Galenus. Huius etiam frequens est mentio apud Plinium.

ERATE, tes, pen. corr. ἐρατώ, Nympha, Oceani & Tethyos filia: ἀπὸ τοῦ ἔρως, hoc est ab amore nomen habens.

ERATO, pen. corr. ἐρατώ. Vna Musarum, ab amore dicta quòd præsit his qui amoris face rapiuntur. Virgil. lib. 7, Nunc age, qui reges Erato, quę tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status.

ERATOSTHENES, pen. corr. ἐρατοσθένης. Cyrenæus, Aristonis Chij, & Callimachi poëtæ discipulus, Plato minor á quibusdam ob doctrinam vocitatus: præfuit bibliothecæ regiæ: cosmographus insignis, qui primus vniuersum totius orbis circulum ducentorũ quinquaginta duorum millium stadiorum esse prodidit: vnde & orbis terrarum mensor appellatus est. Scripsit præter philosophica, historias, astronomica, de sectis dialogos, & poëmata quædam, autore Suida. Obiit anno ætatis octogesimoprimo, quem annum maximum climacter, & humanæ vitæ periculosissimum veteres crediderunt. Est enim numerus quadratus constans ex nouem nouenariis. Eodem etiam ætatis anno decessit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

ERCINIA sylua, vide HERCYNIA.

Erciscere, Prisca lingua significat diuidere. ¶ Ital. *Diuidere, partire.* Ital. *Diuiser, partir.* Hisp. *Partir.* ¶ Apud Cic. 1. de Orat. erciscere in secunda coniugatione legitur, vbi sic scribit, Nec si parui nauigij & magni eadem est in gubernando scientia: ideirco qui quibus verbis erciscere oporteat, nesciat, idem erciscundæ familiæ caulam agere non potest. ¶ Inde iudicium familiæ erciscundæ, id est rei familiaris diuidendæ. Cic. pro Cecinna, In possessione bonorum quum esset, & quum ipse sextula suam nimium exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ erciscundæ postulauit. ¶ Sunt qui herciscо per aspirationem scribant, eius originem reducentes ad verbũ Græcum ἐρείζειν, quod significat interseptre.

ERCIVS Iupiter, Vide HERCIVS.

EREBVS, pen. corr. ἔρεβος, Fluuius inferorum. Virgil. 6. Aene. -magnos Erebi tranauimus amnes. ¶ Quandoq; pro obscurioti inferni parte: vt, -imas Erebi descendit ad vmbras. Varro ex Erebo natam Noctem ait. Vnde & illud, Erebo creata fuscis crinibus Nox te inuoco. Hęc Festus. ¶ Alij malunt noctem Erebi vxorem fuisse: ex quibus est Cic. de Nat. deorum, Amor (inquit) dolus, metus, senectus, labor, inuidia, ærumna, fatum, senectus, mors, tenebræ, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcæ, hesperides, somnia: quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt. ¶ Frequentissimè autem Erebus pro ipsa inferorum sede accipitur. Vnde etiam Proserpina ab Ouidio lib. 5. Metam. Regina Erebi vocatur.

ERECHTHEVS, ἐρεχθεύς, Athenensium Rex fuit, cuius filiæ mortem pro patria contempserunt. Cic. pro Sestio, Mortem, quam etiam virgines Athenis, regis (opinor) Erechthei filiæ pro patria contempsisse dicuntur, ego vir Consularis tantis rebus gestis timerem?

Eregione, Ex aduerso & opposito. ἀντικρύ, ἐξ ἐναντίου. Ital. *All incontro.* Gal. *Vis à vis dessus dessous.* Hisp. *En frente de algun lugar.* ¶ Cic. 2. de Diuin. Videt è constantissimo motu lunæ, quando illa è regione solis facta incurrat in vmbram terræ, quæ est meta noctis, vt eam obscurari necesse sit. Studæus.

E re nata, Significat ex occasione rei præsentis capto cõsilium. ἐκ τοῦ παρόντος, ἐκ τοῦ παρεστῶτος, ἐξ οὗ ἂν τύχῃ ἀφορμῆς. Et aliquando dicitur absolute, è renata: & aliquando cum coniuncto: vt, E re natum exordium dixit Quintilianus, intelligi volens subitò inuentum. Apul. E re nata fallacia, significatur enim moliebris dolus ad fallendum subitò excogitatus, non domi antè compositus, sed ex ipsa re & negotio expromptus.

EREMBI, ἐρεμβοί, Populi in Arabia, qui præcipita saxa nudi inhabitant. Autor Strabo lib. 16.

E re mea, ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐξ ἐμοῦ. E re tua, vide suprà in E & EX.

Eremigo, as, are, Enauigare, emetiri. ¶ Ital. *Nauigare, nauegar con remi.* Gal. *Nauiger, voguer, passer iusques a trauers par mer ou par fleuue.* Hisp. *Nauegar remando.* ¶ Plin. lib. 2. cap. 67, Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, paruóque breuius, quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

Eremodicium, ἐρημοδίκιον. Apud Iurecõsultos de Minoribus. l. Ait Prætor, dicitur quasi desolatum ac desertum iudicium, seu desertio causæ, absentia seu negligentia partium facta, quasi ἐρημοδικία, id est causa deserta, vel vadimonium desertum. In vulgatis editionibus corruptè legitur hermodicium.

Eremus, mi, pen. prod. gen. frem. ἔρημος. Ital. *Eremo, loco solitario.* Gal. *Desert, lieu solitaire.* Hisp. *Yermo, desierto.* ¶ Solitudo, desertum. Hinc eremitæ, ἀναχωρηταὶ ἐρημῖται, qui eremum, hoc est locum solitarium religionis ergò incolunt.

E republica, id est ex vtilitate & commodo publico. κοινῇ συμφέρον. Suet. in Cæs. Plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è Republica fieri.

Erepo, is, ere, Ex loco abdito in lucem repo. ἐξέρπω. Ital. *Arraparsi, salire cosa alta & difficile.* Gal. *Sortir en grimpãt & grauissant, grimper hors, grauer hors.* Hisp. *Gatear sobre algun lugar.* ¶ Plaut. Aul. Foras lumbrice qui sub terras erepsisti modò. Interdum idem est quod ad loca alta & prærupta euado, vbi non modò pedibus, verumetiam manibus ad ascendendum opus sit. Sueton. in Tiberio, Territus quòd is à tergo insulæ erepsisset ad se.

ERESICHTHON, Vide ERISICTHON.

ERETRIA, æ, pen. corr. ἐρέτρια, Oppidum est Eubœæ insulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ vsu præstantissima, quam ab ea Eretriam vocant. Eius Dioscorides duas facit species, vnam vehementer albam, alteram ad cineris colorem vergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat lib. 35. cap. 6. Huius vrbis meminit & Homerus 2. Iliad. in Catal. nauium.

ERETVM, pen. prod. ἔρετον. Oppidulum est Sabinorum, non procul à Tyberi in colle situm, quem etiam veteres montem Eretum vocauerunt: hodie autẽ Italorũ vulgus corrupto vocabulo *Monsem rotundum* vocat. Eius meminit Virgil. lib. 7, Eretí manus omnis, oliuiferæque Mutuscæ.

EREVTALION, Viri proprium quem Nestor interemit, dixitque illum cùm miraculo corporis, tum excellentia armorum præcipuũ in bello Pyliorum & Arcadum fuisse.

Erga, præpositio, licet eandem vim habere videatur cum contra, beneuolentiæ tamen plena est. πρός. Ital. *In verso.* Gal. *Enuers.* Hisp. *Cerca, en amor y voluntad.* ¶ vt, Pro meo summo erga te amore onus subeo. Cic. ad Lentulum, Epist. 1, Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus. Terent. in Heaut. Timet omnia, patrix iram, & animum amicæ se erga vt sit suæ.

ERGASTERIA, orum, ἐργαστήρια. Vicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta stadiis à Pergamo distans metallorum fodinis nobilis: à quibus & nomen accepit, ab officinis videlicet metallorũ. Celebratur hic vicus à Galeno lib. 9. Simpliciũ medic.

Ergasterium, rij, ἐργαστήριον. Ital. *Bottega.* Gal. *Boutique.* Hisp. *Tienda ò officiales.* ¶ Officina vbi aliquid operamur: vt est in Decretis, distinct. 44. Nulli clerico liceat tabernam, aut ergasterium habere.

Ergastulum, li, pen. corr. ἐργαστήριον. Ital. *Bottega, dous si rinchiudeuano i seruì incatenati a lauorare, prigionia.* Gal. *Le lieu ou on enserroit & enchaisnoit anciennement les serfs & esclaues & les faisoit on besongner, vne prison.* Hisp. *Carcel de siervos encl campo.* ¶ Taberna vel officina vbi lapides metallave fodiuntur, vel aliud quippiam operis à vinctis seruis fit. dictum ab ἐργάζεσθαι, operor. Liu. 2. ab Vrbe. Ductum se à creditore non in seruitium, sed in ergastulum, & carnificinam esse. Iuuen. Satyr. 8, Quid facias talem sortitus Pontice seruum? Nempe in Lucanos, aut Thusca ergastula mittas. ¶ Accipitur etiam nonnunquam ergastulum pro illis qui ergastulis sunt inclusi. Varro, Misitque mox eò vtrum qui tota ergastula libertate donaret.

Ergastulus, li, Dicitur seruus qui ergastulo inclusus, vel ex vinculis, aut compedibus opus facit. δοῦλος δεσμώτης ἐργάτης. Ital. *Seruo rinchiuso a lauorare.* Gal. *Vn serf mis enserré & enchaisné.* Hisp. *Siervo encerrado enel tal carcel.* ¶ Plin. Coli rura ergastulis pessimum est, vt quicquid agitur à desperantibus.

Ergastularius, rij, Qui præest ergastulis. ὁ τῶν ἐργαστηρίων ἐπιστάτης. Ital. *Guardiano di prigioni.* Gal. *Celuy qui a la garde des serfs ou esclaues empriſonnez ou enchaisnez, geolier.* Hisp. *El tal carcelero.* ¶ Colum. lib. 1, cap. 8, docet quomodo ergastuli ab ergastulariis tractari debeant. Ergastuliarij serui, ἐργαστηριακοὶ, ἐργαστηρίου δοῦλοι.

ERGAVICA, ἐργάβικα. Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Vasconum, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Plin. quoque lib. 3. cap. 3, Ergauicenses populos enumerat in eodem Hispaniæ tractu.

ERGETIVM, ἐργέτιον, Oppidum Siciliæ, cuius incolæ dicuntur Ergetini, ἐργέτινοι, quorum meminit & Plin. lib. 3. cap. 8.

ERGINVS, ἔργινος, Tyrannus fuit qui ab Hercule & Minyis Orchomeni vrbe expulsus, postea & extinctus fuit. ¶ Erginus, Thraciæ fluuius, autoribus Plin. li. 4. ca. 11, & Pomponio Mela lib. 2. in descriptione Thraciæ.

Ergo, Illatiua siue completiua coniunctio est, quæ minoribus adhibetur clausulis. sicut igitur. ἄρα, τοίνυν. Ital. *Dunque, adunque.* Gal. *Doncques, donc.* Hisp. *Assique, pues, luego.* ¶ Aliquando incœptiua est, cõueniens maximè indignationi. vt in carmine illo Augusti Cæsaris, quo Virgilij poëma vetat aboleri, Ergóne supremis potuit vox improba verbis Tam dirũ mandare nephas? ¶ Aliquãdo hortatiua, εἰδ' ἄγε. Virg. 2. Aen. Ergo agè chate patet. ¶ Aliquãdo vim nominis habet, accipiturq; pro ablatiuo causa, siue gratia. ἕνεκα. in qua significatione circumflectit posteriorẽ: perpetuóq; eam producit: quam alias habet indifferentẽ. Virg. 6. Aen. -illius ergò Venim⁹, & magnos Erebi tranauimus amnes. Sisenna li. 3, Milites, vt lex Calphurnia concesserat, virtutis ergò ciuitate donati.

ERIBOEA, ἐριβοία. Dicta est ab Homero Iuno, quàh buccinæ molestia, quòd Io in bouem versam multis affecerit molestijs. Nam ἔρις cõtentionem, litem, siue molestiam significat: βοῦς bouem. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs Macedoniæ, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Vulgò *Presse.*

ERICATES, pen. prod. Viri cuiusdam Lycaonij nomẽ à Messapo Turni comite interfecti, vt Virgilio placet, 10. Aene. Cædicus Alcathoum obtruncat, sectator Hydaspem: Messapus Clonimúmque Lycaonimúmque Ericatem. Interpretari potest, ira confractus, ἔρις ira: ἄγνυμι infringo.

Erice, es, vel Erica, æ, ἐρείκη. Frutex est non multum à myrice differens, colore

colore rorismarini, & folio non admodum dissimili. Flores emittit Autumni tempore, quum reliquæ omnes herbæ, & virgulta defloruerũt: quare ab apibus præ florum aliorum inopia, maximè appetuntur: fitq; ex iis mel quod ericæum vocatur, sylvestrem, & minimè probatum saporem referens. Autor Plin. lib. 24. cap. 9, & lib. 11. cap. 16.

ERICHTHEVS, ἐρεχθεύς, Nomẽ proprium fuit Athenarum regis, quem Minerua è tute vbi natus erat, suscepit, educauit, & Athenienſũ populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichthææ dictæ sunt. Virgil. in Citi, Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

ERICHTHONIVS, ἐρεχθόνιος, Qui etiam Erichtheus dictus est, Athenienſium Rex fuit ex semine Vulcani in terram proiecto editus. Vnde & nomen habet, ἀπὸ τῆς ἐριδὸς θεοῦ, καὶ χθονός. id est ex certamine, atq; humo. Nam quum Vulcanus diis arma fecisset, eiq; Iupiter optionem dedisset præmij quod vellet postulandi, iurasséq; per infernam paludem se nihil negaturum: tum ille Mineruæ nuptias postulauit, quas quum Iupiter iuramento astrictus, ei negare non posset, Minetuam tamen monuit repugnare, pudicitiámq; defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, atque inde editum esse puerum draconum pedibus, nomine Erichthonium: qui quum adoleuisset, vt pedum deformitatem tegeret, primus currus vsum adinuenit. Hanc fabulam refert Seruius in illud Virgil. lib. 3. Georg. 1. Erichthonius currus, & quatuor ausus Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor. Ab eo populus Athenienſis Erichthonius dictus est.

ERICHTHO, ἐρεχθώ. Mulieris Thessalę nomen est apud Lucanum, lib. 6, multitudine veneficiorum famosæ. Quo nomine etiam vsus est Ouid. in Epist. Sapphûs, pro Furiæ cuiusdam infernalis nomine. Illuc (inquit Sappho) mentis inops, vt quam furialis Erichtho Impulit, in collo etine iacente, feror.

ERIDANVS, pen. corr. ἠριδανός, Vulgò, *Po*, Italiæ fluuius in Vesulo monte nascens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie notiore nomine Padus appellatur. Eridanum autem dictum volunt ab Eridano Apollinis & Clymenes filio, qui à luce illius incendij quo bonam terrarum partem exussit, Phaëthon cognominatus est. Hunc Poëtæ fabulantur, quum paternum currum regẽdum suscepisset, aurigandique imperitia orbem terrarum in discrimen adduceret, à Ioue fulmine ictum, in Padum fluuium decidisse, eique Eridano nomen fecisse. Virg. quòd Italicorum omnium maximus sit, regem fluuiorum appellat. ¶ Est item Eridanus, cæleste signum Arieti proximum. Cic. ex Arato, Nanque etiam Eridanum cernes in parte locatum Cæli.

Erigeron, pen. corr. ἐριγέρων. Itai. *Cardoncello, spelacosa*. Gal. *Seneçon*. Hisp. *Bon varon*. ⁊ Herba est cauliculis subrubicundis, specie & mollitia tristaginem referens: ita dicta quòd Vere canescat, & quàm citissimè in albam quandam lanuginem abeat. Sonat enim erigeron Latinè Vernum senem. Vnde etiam hodie nonnulli senectionem vocant.

ERIGONE, ἠριγόνη, Icarij filia fuit, teste Hygino, quæ ex dolore paternæ necis, quem rustici temulenti occiderãt, se ipsam suspendit, deorúmq; miseratione in cælum translata, Virginis nomen obtinuit. Virgil. 2. Georg. Qua locus Erigonem inter, Chelásque sequentes Panditur.

Erigonetus, adiectiuum, ἠριγόνειος: vt, Canis Erigonetus, apud Ouidium, lib. 5. Fastor. Nocte sequente diem Canis Erigonetus exit. Id est oritur Canis, sydus cæleste.

Erigo, is, erexi, erectum, ere, Ab é & rego cõpositum, significat eleuare, vel attollere. ⁊ ἀείρω. Ital. *Drizzare, inalzare*. Gal. *Eſleuer, haussér, dreſſer*. Hisp. *Alçar*. ⁊ Cic. pro Rosc. Amer. Quem simul atque attigi, statim homo se erexit. Idem 1. de Legibus, Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cæli, quasi cognationis, domicilíique pristini conspectum excitauit. ¶ Per translationem accipitur pro consolari, & subleuare. Cic. pro lege Manil. Diffidentémque rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perditúmque recreauit.

Erectus, particip. ⁊ ἀνορθωθείς, ἀνηρμένος. Ita. *Erto, dirizzato*. Gal. *Eſleué, dreſſé*. Hisp. *Leuantado, enhiesto*. ⁊ Cic. Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Idem ad Brutum, Erectior Senatus erat non sententiis solùm nostris, sed cohortationibus excitatus.

ERINEOS, ἐρινεός, Locus asper fuit sub Ilij mœnibus, à caprificorum, quos Græci ἐρινεοὺς appellant, multitudine dictus. Meminit huius loci Andromache, apud Homerum Iliad. 6.

ERINNA, ἔριννα. Nomen poëtriæ, ex Teno vrbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centesimam septimam.

ERINNYS, yos, ἐρινύς. Vna Furiarum infernalium: ita dicta ἀπὸ τοῦ ἐρίζειν τὴν φρένα, hoc est à corrumpenda mente. Virgil. 2. Aen. -quò tristis Erinnys, Quò fremitus vocat. ¶ Erinnys ex tragœdia, Ἐρινὺς ἡ τραγῳδία. De fœdis aniculis, quales exibant é scena, repræsentantes Erinnyn. Ex Aristophanis Pluto.

Erioxylon, pen. prod. ἠριόξυλον, Lana est quæ ab arboribus producitur. Vlpian. l. Sicui lana. ff. De leg. 3, Lana (inquit) legata, etiam leporinam lanam, & anserinam, & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Græci ἠριόξυλον, hoc est ligneam lanam appellant.

ERIPHIA, Veneficæ & falcinatricis cuiusdam nomen fuit, de qua vide Erasmum in Adagiis.

Eriphia, ἠριφία, Herba est septem lanuginosis ramulis apij modo foliata, purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radiculis quot ramis. Hanc magi prodidere in auena scarabæum habere, sursum deorsúmque decurrentem cum sono hœdi: vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. cap. 18.

ERIPHYLE, es, vel Eriphyla, æ, pen. prod. ἠριφύλη, Nomen vxoris Amphiarai, & sororis Adrasti: quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem ne ad bellum Thebanum, vbi se moriturum sciebat, proficisci cogeretur, Polynici prodidit. Virg. 6. Aeneid. His Phædram, Procrinque locis, mœstámque Eriphylen. Cic. 6. Verrina, Eriphylam accepimus in fabulis ea fuisse cupiditate, vt cùm vidisset monile ex auro, vt opinor, & gemmis, pulchritudine eius incensa, salutem viri proderet. Iuuen. Saty. 6, Occurrunt multæ tibi Belides, atq; Eriphylæ.

ERIPHYLA, ἠριφύλη, Insula vna ex Aeoliis. Strabo, lib. 6.

Eripio, pis, pen. corr. Vi tollo: &, vt ait Pomponius Iurisconsultus, per raptum é manibus aufero. ⁊ ἁρπάζω, ἁρπαγμός. Ital. *Rapire, torre per forza*. Gal. *Rauir, oſter par force*. Hisp. *Arrebatar*. ⁊ Terent. in Heaut. Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò de faucibus. Duplicẽ omnino habet constructionem. Interdũ enim cum accusatiuo habet datiuum: & tunc ferè in malam partem accipitur, vt Vallæ placet. ¶ Aliquando verò cum accusatiuo habet ablatiuũ, præcedente aliqua præpositione: & tunc sæpius in bonam partem accipitur, nonnunquam tamen etiam in malam. Sed hæc Vallæ differentia non est omnino vera. Nihil enim vsitatius est his locutionibus, Eripere aliquem morti, periculo, damno, dolis, & similibus: vbi certè quanuis accusatiuum habeat cum datiuo, in bonam tamen partem accipitur. Virg. 12. Aen. Acceiera, & fratrem, siquis modus, eripe morti. Plin. in Epist. Eripe me huic tormento.

Erisichthon, ἐρυσίχθων, Vir impius fuit in Thessalia, qui quum Cereri, nemus consecratum, præcipuè vero quercũ vnam in qua Nympha quædam habitabat, succidisset: irata Ceres famem ad eum misit, quæ toto exhausto patrimonio, eò coëgit etiam vt propria membra ipse absumeret. Huic erat filia puella præstanti forma, nomine Metra, quam vbi prostituisset, adulescentes qui commeabant ad illam, varia munera deferebant: alius equos, alius boues, alius verueces: nam id téporis nondum auri, argenti, gemmárúmve erat vsus. Porro Thessali per iocum dicebant Metram Erisichthonis verti in eo ea omnia quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur: Atque hinc prouerbium, Mutabilior Metra Erisichthonis, μεταλλακτότερος μήτρας τῆς Ἐρυσίχθονος. In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam atq; aliam personam sumit. Fabulam Erisichthonis tractat Ouid. lib. Metamorph. 8.

Erithacus, ci, ἐρίθακος, Auis est solitaria, formam & colorem mutans cum nomine. Nam hyeme tantum erithacus, æstate phœnicurus appellatur, à puniceo caudæ colore. Autor Plin. lib. 10. cap. 29. Theodorus ex Aristotele tubeculam vertit.

Erithales, ἐριθάλης, Herba est semper virens, quæ alio nomine sedum, siue semperuiuum minus appellatur. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Eriuo, as, pen. prod. ἐξερύω. Ital. *Seruare per condutti, votare*. Gal. *Euacuer & faire eſcoler par ruiſſeaux*. Hisp. *Vaziar la agua*. ⁊ Riuis factis educo, euacuo. Plin. lib. 17. cap. 26. Cetcrùm maiore in parte orbis etiam pluuias Autumni aquas eruari conuenit.

ERO, ἡρώ, Puella formosissima fuit ex Sesto Thraciæ vrbe, ad Hellespontum sita, & Veneris sacerdos: cuius mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu eius causa Hellespontũ solebat traicere. Verùm quum aliquando nimio amatæ desiderio, mari tempestatibus agitato se commisisset, viribus destitutus, submersus est. Cuius cadauer quum fluctuum impulsu Sestum esset delatum, Ero doloris impatientia, ex editissima sele specula in mare præcipitauit. Vide Musæum, qui horum amores elegantissimo carmine exequitur.

Erodius, ἠρώδιος Homero, Auis est quæ in coitu sanguinem exudat: vnde & nomen impositum creditur. Quanã tamen auis sit, non satis conuenit inter scriptores. Suidas enim ciconiam putat esse, aut aliquam ciconiæ similem, putátq; erodion dictam quasi elodion, quòd scilicet in paludibus versetur. Augustus falicũ esse credit, Theodorus ardeolam.

Erodo, is, ere, Idem quod rodere. ⁊ διαπρίω, διατρώγω. Ital. *Rodere*. Gal. *Ronger a tour*. Hisp. *Roer*. ⁊ Plin. lib. 11. cap. 29, Omnia verò morsu erodentes. Columel. lib. 10, Nec solùm teneras audens erodere frondes. Erosus sale, Plin. lib. 12. cap. 9.

Erogenneton, ἠρωγέννητον, Herba est sic dicta quòd amatoris conueniat. ἠρωὴ enim, & ἠρὼ gigno, & ἔρως amor dicitur.

Erogo, as, pen. corr. Distribuo, & expendo. ⁊ ἐπιδίδωμι. Ital. *Distribuire, spendere*. Gal. *Eſtargir, distribuer, donner à celuy qui demande*. Hisp. *Distribuyr y dar al que ruega*. ⁊ Plin. epist. 140. Deinde quam ipsi errogare in oleum soliti, parati sunt in operibus balinei conferre. Erogare pecunias ex ærario, Cic. in Vatinium. Vnde in eos sumptus pecunia erogaretur, Liu. 1. ab Vrbe. ¶ Inuenitur etiam exrogare, quod est (vt Festus inquit) ex lege vetere per nouam legem eximere.

Erogatus, pen. prod. particip. ⁊ ἐκδοθείς, ἐρωτηθείς. Ital. *Distribuito*. Gal. *Diſtribué*. Hisp. *Distribuydo*. ⁊ Vt pecunia publica ex ærario erogata, Cic. 5. Verr.

Erogito, as, pen. corr. ⁊ ἐρωτῶμαι, ἐπιλαμβάνομαι. Ital. *Pregare istantemente*. Gal. *Fort prier & semuent*. Hisp. *Con instancia y muchas vezes preguntar*. ⁊ Vehementer rogo. Plaut. Cap. -interibi ego ex hac statua verucca volo, Erogitare meo minore quid sit factum filio.

Erogatio, Verbale. ⁊ ἔκδοσις, τὸ ἐρωτᾶν. Ital. *Distributione, dispensa*. Gal. *Diſtribution, donaiſon, deſpence, largeſſe*. Hisp. *Aquella distribucion al que ruega*. ⁊ Distributio. Vt erogatio pecuniæ. Cic. ad Attic. lib. 15. Plin. in Paneg. Vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Atque hìc in malam sumitur, quemadmodum apud Suetonium Plerisq; in locis, nempe pro largitionibus & profusionibus pecuniarum.

Eros, ⁊ ἔρως. Ital. *Amore*. Gal. *Amour*. Hisp. *Amor*. ⁊ Amor, Latinè dicitur: vnde erotica carmina, id est amatoria. ¶ Fuit etiam nomen Comœdi, cuius meminit Cicero in Oratione pro Roscio Comœdo.

Erotema, atis, ⁊ ἐρώτημα. Ital. *Interrogatione*. Gal. *Interrogation*. Hisp. *Pregunta de reſpuesta*. ⁊ Nobis interrogationem sonat. ¶ Est item erotema Aquilæ figura quædam, quam Cicero interrogatum vertit: qua vtimur vbi exacerbando aliquid interrogamus vt exaugeamus rei inuidiam. Differtq; à pysmate, hoc est à quæsito, quòd ad erotema vna voce responderi possit negando vel confitendo: ad pysma verò nonnih pluribus.

EROTIVM, tij, ἐρώτιον, Mulierculæ nomen est apud Plautum per diminutionem: ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc est ab amore detortum. ¶ Erotium item Græcis cupidinis imagunculam significat.

Erotylos, ἐρωτύλος, Gemma eadem quę mepicotos, & hieronnemon dicitur: à Democrito præcipuè laudata in argumentis diuinationum. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Erro, erras, errare, Eíthuc illuc, quò nos fortuna fert, diuagari. ⁊ πλανήτης. Ital. *Errare, fallire*. Gal. *Aller çà & là, s'égarer, ſe fouruoyer*. Hisp. *Errar*. ⁊ Virg. 1. Aen. Heus, inquit, iuuenes, monstrate, mearũ Vidistis si quam hic errantem forte sororum. Cic. 3. Tuscul. ex Homero, Qui miser in campis mœrens errabat Aleis. ¶ Sed quoniam pecudes errando, id est vagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. Virgil. 3. Aeglo. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. ¶ Errare aliquando est putare, vel approbare verum esse quod falsum est, vel falsum esse quod verum est: vel certum pro incerto, siue falsum, siue verum sit. πλανῶμαι, πλανῶμαι. Vnde sciendum quòd licet quis absq; ignoratia errare nequeat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tamen qui aliquid nescit, continuò errat: sed qui se existimat scire quod nescit, & falsum pro vero, siue incertum pro certo approbat. Hæc tamen significatio metaphorica est. Cic. 12. Philipp. Cuiusuis est hominis errare, nullius nisi insipientis, perseuerare in errore. Idem 5. Verr. Errauit, an potius insaniuit Apronius? Terent. And. Huic, non tibi habeo, ne erres. Idem Eunucho, Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. ¶ Composita sunt, Aberro, Deerro, Oberro, Pererro, Exerro: quorum significata vide suis locis.

Error, ris, vt scribit D. Augustinus in Ench. est existimatio, vel approbatio veri pro falso, & certi pro incerto, vel econuerso. {πλάνη. Ita. *Errore, fallo.* Gal. *Erreur, esgarement, foruoyement, faute par ignorance.* Hisp. *Error, errada.*} Cic. 1. Acad. Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reipub. misero, funestóque compulsi: etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Horat. in Art. Quid deceat, quid non, quò virtus, quò ferat error. ¶ Proprie autem error, est deflexio à via, quum scilicet viæ ignari, extra institutum iter deflectimus. ¶ Inter errorem & errationem hoc interesse Donatus existimat, quòd error, animi sit: erratio, pedum. πλάνος. Terent. in Adelph. Sanè hac multo propius ibis, & minor est erratio, id est minus est spatij per quod erretur. Cic. de Vniuers. Itaque eum ab omni erratione liberauit.

Errabundus, di, Affatim, vel valde errans, vagabūdus. {πλανώμενος, πλάνης. Ital. *Errabondo, vagabondo.* Gal. *Vagabond, qui va errant ça & la.* Hisp. *Vagabundo, errador.*} Liu. 1. ab Vrbe, Quum nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, vltimum illas visuri, pernagarentur. Virgil. 6. Aeglo. Siqua fortè ferant oculis sese obuia nostris Errabunda bouis vestigia.

Erraticus, ca, cum, Idem penè est quod vagabundus, qui scilicet certa sede carens, errat & vagatur. {πλανητικός. Ital. *Erratico, errante.* Gal. *Errant, vagant ça & la.* Hisp. *Errador.*} Gell. lib. 2. cap. 2, Interibi aliquot ex iis qui aderant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei, incolámq; sordentium ganearum. Hinc etiam herbæ erraticæ, & frutices erratici dicuntur qui non sunt satiui, sed vbique sua sponte latè serpunt. Plin. lib. 19. cap. 8, Est & erraticum intubum quod in Aegypto cichorium vocant. Sic, Erratica brassica, apud Columellam.

Erratum, ti, peccatum. {πταίσμα, πλημμέλημα. Ital. *Errore, peccato.* Gal. *Faute, proprement prouenue par ignorance.* Hispan. *Yerro y error.*} Cic. Tironi, Tantum mihi dolorem cruciatúmque attulerunt errata meæ ætatis, vt non solùm animus à factis, sed aures quoq; à commemoratione abhorreant. Idem 2. de lege Agr. Cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus.

Erratio, verb. {τὸ πλανᾶσθαι, ἡ πλάνησις. Ital. *Esso errare.* Gal. *Foruoyement, esgarement.* Hisp. *Obra de errar.*} Terét. Adelph. Sane hâc multo propius ibit, & minor est erratio. Cic. 2. de Nat. deor. Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contráq; omnis ordo, veritas, ratio, constantia. Idem de Vniuers.

Errones. Qui incertis sedibus vagantur. {πλανῆται, ἀφιξιδίμβροι, ἀλητικά. Ital. *Vagabondi, vaghi, erranti.* Gal. *Vagabons, errans.* Hisp. *Vagabundos erradizos.*} Tibullus, Atq; iterum erronē sub tua signa voca. Sappho apud Ouid. in Epist. Nec vos erronem telluri admittite nostrum. Vlpiano Errones appellantur serui qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur: & temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominum redeunt.

Erroneus. {πλανήτης, πλάνος. Ita. *Vagabondo.* Gal. *Vagabond.* Hisp. *Vagabundo.*} Idem quod Erro. Colum. lib. 7. cap. 12. Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui & circunspecti magis quàm temerarij. De canibus loquitur. Vlpian. in L. Aediles de Aedilit. edict. Si aleator erroneus vel vinarius fit factus.

Erubesco, scis, Propriè significat rubore suffundor, vel rubeus fio. {ἐρυθριάω. Ital. *Arrossire.* Gal. *Rougir de honte, auoir honte & vergongne.* Hisp. *Enuergonçarse.*} Ouid. 2. Amo. Eleg. 8, Sensi te totis erubuisse genis. ¶ Et quia quos alicuius rei pudet, ferè rubore suffunduntur, factum est vt erubescere accipiatur pro pudore suffundi. Cic. 1. de Legibus, Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.

Eruca, cæ, pen. prod. Genus vermis qui in olerum folia repit, abroditq;, præsertim brassicas. {κάμπη. Ital. *Ruga verme.* Gal. *chenille, chanteplense.* Hispa. *La oruga gusano.*} Vnde etiam ab erodendo eruca appellata est. Colum. lib. 11, Vbi verò apricis regionibus, post pluuias, noxia incessere animalia quæ à nobis appellantur eruca, Græcè autem κάμπη nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partē prorepunt. ¶ Est etiam herba quædam, virtutis calidæ, quæ venerem excitat. {ἔρυσιμον. Ital. *Eruca herba.* Gal. *Herbe nommée Roquette.* Hisp. *Oruga yerua.*} Ouid. de Remedio amor. Nec minus erucas iubeo vitare salaces. Colum. lib. 10, Excitet vt veneri tardos eruca maritos.

Eructo, as, est frequentatiuum verbi erugo, is. {ἐρεύγομαι. Ital. *Ruttare, rutteggiare.* Gal. *Rouiller, getter & mettre hors.* Hisp. *Echar regoldando.*} Erugere enim (vt Festus docet) semel factum significat, eructare sæpius. Est autem eructare, ructando aliquid eiicere. Horum omnium primitiuum est verus verbum rugo, is, ruxi, ructum. Vnde fit Ructus, huius ructus, verbale, quod crudi stomachi sonitum significat, quem edere solent qui plus æquo onerarunt ventriculum. ἐρεύγμα. Item Ructo, ctas, quod est sonitū eiusmodi edere. ἐρεύγω. Iuuen. Si bene ructauit, si rectè minxit amicus. ¶ Pro eodem etiam nonnunquam inuenimus ructor deponens. Hora. Hic dum sublimes versus ructatur. ¶ Hinc rursus fit secundum frequentatiuum ructito. Colum. lib. 7, Gemitus exprimit, locóque stare non patitur, sæpè decumbere & ructitare cœpit, caudámq; crebrius agere. ¶ Eructare autem proprié (vt iam diximus) significat mactādo aliquid emittere, vel eiicere. Virg. 3. Aen. de Polyphemo, -saniem eructans, ac fructa cruento Per somnum commixta mero. ¶ Per translationem tamen accipitur pro quouis modo eiicere. Virg. 6. Aen. de Acheronte, -vastáq; voragine gurges Aestuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam. ¶ A ructo fit etiam alterum compositum irructo.

Erudero, as, pen. corr. Rudcribus expurgo. {ἐξερεμόω. Ital. *Purgare, nettare vn campo di pietre & altre ordure.* Gal. *Nettoyer de toutes pierres, plastras & autres matieres de vieux edifices.* Hisp. *Limpiar la vassura ò pozo, despedregar.*} Sunt autem rudera purgamenta, puta cæmentum, lapides confracti, arena, calx, & huiusmodi ex ruinis congesta. Hinc ruderatur ager, qui veterum ædificiorum materia scatet. Eruderare itaque, est purgare, & radera eiicere. Varro 2. de Re rust. cap. 2, Solum oportet esse eruderatum, & procliuum, vt euerri facile possit.

Erudio, is, pen. corr. Significat ex rudi doctum facio. {παιδεύω, παιδεύομαι. Ital. *Ammaestrare, instruire.* Gal. *Enseigner, endoctriner, instruire.* Hisp. *Enseñar doctrina.*} Cic. 1. Tusc. Philosophia verò omnium mater artium, quid est aliud nisi vt Plato ait, donum: vt ego, inuentum deorum? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum quod situm est in generis humani societate tum ad modestiam, magnitudinémque animi erudiuit.

Eruditio, pro doctrina. {παιδεία, παίδευσις. Ital. *Dottrina, scienza.* Gal. *Erudition, sauoir instruction, enseignement.* Hisp. *Enseñança de doctrina.*} Cic. 1. de Finibus, Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatę vitæ disciplinam iuuaret. Idem 1. Acade. Sine eruditione Græca intelligi non possunt. Idem 1. de Orat. Omnis eruditionis expers, atque ignatus.

Eruditus, participium, Edoctus. {πεπαιδευμένος, πεπαιδαγωγημένος. Ital. *Ammaestrato.* Gal. *Aprins, sauant, endoctriné, instruit.* Hisp. *Enseñado en doctrina.*} Cic. Qu. Fratri, lib. 1, Sic verò fallaces sunt permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. Idem 3. de Orat. Nónne Socraticis erant disputationibus eruditi?

Eruditus, nomen, Doctus, sciens. πεπαιδευμένος. ἀκούσας. vt. Erudita operatio, id est scitè facta. Plin. lib. 11. cap. 24, Tertium araneorum genus erudita operatione conspicuum. Disciplina iuris ciuilis eruditissimus, Cic. 1. de Orat. Colum. lib. 8. cap. 16, Doctáque & erudita palata fallidire docuit fluuialem lupum. Quintil. lib. 1. cap. 5, Hoc eruditius quæritur. Vide Doctus in DOCEO.

Eruditulus, li, diminutiuum. Catull. in Mamurram & Cæs. Morbosi pariter, gemelli vtrique Vno in lectulo, erudituli ambo.

Erugo, as, pen. prod. are, Est cutem extendere, & rugas tollere. {ἐκτανύω. Ital. *Distendere, leuar via le grinze.* Gal. *Oster & faire en aller les plis & rides.* Hisp. *Desarrugar, quitar arrugas.*} Plin. lib. 21. cap. 19, Lichenas, & lepras, & furfures in facie emendant: erugant corpora.

Erugatio, verbale quo vsus est Plin. lib. 28. ca. 12. ἐκτάσιμος. Ital. *Essa cacciare la rugine.* Gal. *Defridement, ostement de rides.* Hisp. *Obra de desarrugar y quitar las arrugas, desarrugamiento.*

Eruilia, æ, Genus est leguminis, folio quàm faba longiore, flore apibus gratissimo: ideo rei rusticæ scriptores circa alueatia seri præcipiunt. ὄροβος. Columel. lib. 1, Saserna putat agros stercorari lupino, faba, vicia, eruilia.

Erumpo, is, Cum impetu egredior. {ἐξορμάω. Ital. *Vscire fuori con empito.* Gal. *Saillir & sortir auec violence & impetuosité, faire vne saillie.* Hispa. *Salir con impeto.*} Cæsar 1. belli Ciu. Quo paratiores essent ad insequendum omnes, siue noctu, siue interdiu erumperent. Cic. 1. in Catilinā, Sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in nostri Consulatus tempus erupit. ¶ Inuenitur etiam interdum actiuè positum cum accusatiuo à tergo. Terent. in Eunucho, Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium?

Eruptio, verbale, quæ propriè dicitur quum milites ex vrbe vel ex castris impetum in hostes faciunt. {ἔκπτωσις, ἔκδρομή. Ital. *Lo assaltre con empito.* Gal. *Saillie ou sortie auec impetuosité.* Hispan. *Aquella obra de salir con impeto.*} Cæsar 1. belli Ciuilis, Non solùm ab eruptionibus caueant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asserent.

Erunco, as, Herbas noxias & spinas, frutetáq; extirpo. {ἐκβοτρυολογέω. Ital. *Purgare, ò trarre via l'herbe.* Gal. *Sarcler, arracher les herbes inutiles qui croissent en quelque champ parmi les bonnes.* Hisp. *Rogar ò arrancar las yeruas.*} Antiqui enim, teste Festo, runcam dicebant, quæ deinde runcina cœpit vocari, hoc est instrumentum ferratum quo radices spinæque in agris solent excindi. Hinc verbum runcare, & compositum eruncare.

Eruo, is, Eiicio, extraho. {ἐξέλκω, ἐξείρω. Ital. *Cauare, tirare.* Gal. *Tirer hors, arracher de parmi, demolir.* Hispa. *Sacar afuera lo escondido.*} Colum. lib. 7. cap. 5, Subluuies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulphure atque aceto mistis rite eruentur. Plin. lib. 11. cap. 37, Certè nulli sine redundantia eius eruitur oculus. Lactant. lib. 4, Ipse sibi oculos eruat, vt omnes cæci sint. ¶ Interdum est in totum destruere. ἀναστρέφω. Lactant. lib. 7, Eruentur funditus ciuitates. Virgil. 2. Aeneid. -Troianas vt opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. ¶ Est etiam eruere, perscrutando inuenire, & veluti ex abditissimis latebris in lucem proferre. Cic. pro Muræna, Ex Annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Sic Idem 2. de Orat. dixit, Cura & cogitatione aliquid eruere: hoc est inuestigare & inuenire. Idem 1. Tusc. Si verò scrutari vetera, & ex iis ea quę scriptores Græciæ prodiderūt, eruere coner, &c.

Eruum, {ὄροβος. Ital. *Mocho.* Gal. *Ers.* Hisp. *Yeruos, hiex gos, cruylaon, cuillaqua.*} Genus leguminis, liliqua cylindracea, fructu ligneso, nec lenticulæ dissimili: cuius duo sunt genera, alterum candidum, alterum rufum. Candidum dulcedine præstat. Vtrunque in siliquis grana sine septo habet quæ se inuicem, vt ipsa, tangant. Siliquæ forma teres, & ad rationem grani cylindracea. Patentissimum vetustatis est: in eo tamen phalangium innascitur. Colum. Eruum lætatur loco macro, nec humido: quia pleruncque corrumpitur. Virgil. 1. Aeglo. Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in eruo. ¶ Dictum eruum ab eruendo: carpitur enim, & manu vellitur. Hoc semen à Delphinatibus apud quos abundat, illorum lingua vocatur *Des ers.*

ERYCVS, ὄρυξ, à Cicerone in 4. Verrina appellatur Siciliæ mons, quem Strabo & alij Ericen vocant. Non enim (inquit) Quæstor petit (vt est consuetudo) is qui Erycum montem obtinebat. Et paulo pòst in eadem Actione, Hoc de homine, ac de huius bonis eius in Eryco monte monumentum posuisti. Vide plura in dictione ERYX.

Erycina, æ, ἐρυκίνη. Veneris cognomentum est, ab Eryco Siciliæ monte, in quo religiosissimè colebatur. Ouid. 2. Amorum, Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?

ERYMANTHVS, ὁ ἐρύμανθος, Mons Arcadiæ in quo aprum agrorum vastatorem Hercules domuit, viuúmque in humeris ad Eurytheum detulit: quo conspecto, Eurytheus in æreo se vase abscondit. Virgil. lib. 8. Aeneid. Fixeris æripedem ceruam licet, aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu. ¶ Est & fluuius hoc nomine in

Alpheum

Alpheum defluens, vt ostendit Plin.4.cap.6.

Erymantheus,a,um: vt, Monstrum Erymantheum. Valer.1. Arg. Quique Erymanthei sudantem pondere monstri Amphitryoniaden,&c.

Erymanthius,a,um: vt, Aper Erymanthius. Cic.6. Vett. Aiebant in labotes Herculis non minus hunc humanissimum Vertem, quàm illum aprum Erymanthium referri oportere.

Erymanthis,idos,patronymicum fœm.quod aliquando legitur pro ipsa Arcadia. Ouid.2. Metam. Nexilibúsque plagis syluas Erymanthidos ambit. ¶ Erymanthis vrsa, dicta est Calisto Lycaonis vxor, quæ versa est in vrsam, vt docet Ouid.lib.2.Metam. ¶ Custos Erymanthidos vrsæ, Arctophylax. Idem 2. Trist. Eleg.5, Tingitur Oceano custos Erymanthidos Vrsæ, Aequoreásque suo fidere turbat aquas.

Eryngion, siue Erynge. ἠρύγγιον. Ital. *Eringo*. Gal. *Panicaut ou chardon test.* Hisp. *Cardo corredor.* ¶ Herba ex genere aculearatum, passim in campestribus nascens: quam alio nomine à capitulorum multitudine Centum capita appellant. Vide Plin.lib.22.cap.7,& lib.21.cap.15.& 16.

Erysimon, ἐρύσιμον. Semen est non dissimile sesamo, teste Galeno, lib.1. de Aliment.facul.sed deterius, parciúsque nutriens. Romani irionem vocant, teste Plin.lib.22.cap.vlt.

Erysipelas,atis, neut.gen. ἐρυσίπελας, A' Celso dicitur esse vlceris genus, quum super inflammationem tubor vlcus ambit, isq; cum dolore procedit. Nascitur ex intemperie composita primarum qualitatum cum affluxu flauæ bilis, teste Gal.lib.1.de Differ. morb. Apud Celsum titulus quidam sic habet, Curatio erysipelarum: acsi nominatiuus esset erysipela, quo in loco arbitror legendum, Curatio erysipelatum.

Erythace, ἐρυθάνη, Herba quam alij sandaracham, alij ceriuthum nominant. Hic est apum, dum operantur, cibus, qui sæpe in fauorum inanitatibus inuenitur sepositus, saporis amari, sed plenus humoris. Varr.3. de Re rust.cap.16, Erythacen vocant, qua fauos extremos inter se conglutinant. Erythace à coloris rubedine dicitur. Græcè enim ἐρυθρὸς, rubor appellatur.

Erythacus, Vide ERITHACVS.

ERYTHIA, ἐρυθία, Vulgò *Cadiz*, Insula est in Oceano, proxima Gadibus, in qua olim Geryones regnasse creduntur. In ea tanta aëris benignitas esse fertur, vt homines pariat penè immortales. Strabo lib.3,& Plin.lib.4.cap.vlt.

ERYTHRAE, ἐρυθραί, Vulgò *Cabo blanco*, Ciuitas Asiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam à patria Erythream nominauerunt: antiqua sanè mulier, & diuinatrix, tempore Alexandri.

ERYTHRVM mare, Pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens: ad Occidentem, Arabico: ad Ortum, Persico sinu terminata. ἐρυθρὰ θάλασσα. Ratio nominis variè traditur à scriptoribus. Proximè tamen ad veritatem videntur accessisse, qui ab Erythra rege, Persei & Andromedes filio, dictum putant: cui etiam opinioni subscribit Arrianus, Gestorum Alexandri lib.8. Reliquas opiniones hic breuitatis causa omisimus, quas lector poterit videre apud Strabonem lib.16. A' Latinis autem per errorem videtur appellatum Mare rubrum. Nam quum audirent à Græcis Erythræum vocari, existimantes à rubedine aquarum ita dictum, ipsi quoque Mare rubrum dixerunt.

Erythrodanum, ἐρυθρόδανον. Ital. *Robbia da tingere*. Gal. *Garance*. Hisp. *La rouia* ¶ Herba est rubram habens radicem, qua tinguntur lanæ. Latini rubiam tinctorum appellant. Vide Plin.lib.24.cap.11.

Erythros, ἐρυθρός. Ital.& Gal. *Sumach*. Hisp. *Sumayre, sumach.* ¶ Frutex, alio nomine rhus appellatus, cuius folio coriarij in condepsandis pellibus vtuntur. Vnde & excoriarium fruticem quidam appellarunt. Vide Plin.lib.24.cap.11. Galli *Vernum* vocant.

Erythrotaones, ἐρυθρόταονες, Ex anseres genere volucres, in quibus nitor eximius, absolutáq; nigritia, & in supercilijs cocci rubor ita dicti, quasi ἐρυθροὶ ταῶνες, hoc est rubri pauones.

ERYX, ἔρυξ, Vulgò *Monte di S.Iuliano*, Nomen montis in Sicilia, ab Eryce ibi sepulto: & nomen ciuitatis in eo sitæ, in quo templum Veneri construxit Eryx eius filius. Ouid.2.de Arte, Sed dea nec patitur fic ad sua munera cogi, Colle sub vmbroso, quam tenet altus Eryx. Pompon. Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris. Vnde Venus Erycina dicta est. ἐρυκίνη. Ouid.2. Amor. Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?

E ante S.

Esalon, Vide AESALON.

ESAV, ἠσαῦ, Nomen filij Isaac, qui & Edom, hoc est Rufus: & Seir, quod pilosum significat, appellatus est.

Esca, ab edendo dicta: Cibus nō solùm hominum, verumetiam omnium animalium. ¶ βρῶσις. Ital. *Esca, cibo*. Gal. *Viande, mangeaille, amorse, past.* Hisp. *Manjar ò jesca, cebo del huego.* ¶ Ouid.2.Amor.Elegia 6, Nux erat esca tibi, causáque papauera somni. Cic.2.de Nat.deorum. Sus verò quid habet præter escam? ¶ Accipitur præterea, pro eo quod datur auibus, piscibúsve decipiendi gratia. Cic.de Senect. Diuinè enim Plato escam malorum, voluptatem appellat, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces. Vnde inesco, as.

Escarius, a,um, Quod ad escam pertinet: vt, Escaria vasa. ¶ σιτικός. Ital. *Cibo che ad esca si apparisce*. Gal. *Apartenant à viandes*. Hisp. *Cosa de comer.* ¶ Plin. lib.36.cap.36, Ad escaria vala totum rubens vitrum, non translucens. Escaria mensa, teste Festo dicitur quadrata, in qua homines epulātur. Vincula escaria. Plaut. Menæch. Facilè asseruabis dum illo vinclo vincies. Ista istæc nimis lenta vincula sunt escaria.

Escalis, & hoc escale, penult.prod. σιτικός. Paulus in L. Quum quidam.ff. Supellect.leg. Escale autem vel potorium argentum non deberi.

Esculentus, a,um, Quod esui aptum est. ¶ ἐδώδιμος, βρώσιμος. Ital. *Mangiatiuo*. Gal. *Bon à manger*. Hisp. *Cosa de comer.* ¶ Plin.lib.10.cap.10, Notatum, miluos nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis. Cic.2. de Nat.deorum, Atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta. Ibidem, Iam gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur, genera deberet, habitat. in ea parte oris qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. ¶ Omnia esculenta obsessis, Κτεῖνε γαῖρε, βρῶσιν πολιορκημένοις. Quum viget necessitas nihil non facimus: & vehementer famelicis nullus non suauis est cibus.

Eschara, æ, ἐσχάρα. A' Græcis dicitur crusta, siue duricies illa quæ vulneribus per cauteria quædam induci soler, quum sanguis aliter sisti non potest.

Escharotica medicamenta. ἐσχαρωτικὰ φάρμακα, dicuntur causticа, quæ vim habent escharam, hoc est crustam inducendi.

Esculus, arbor est ex genere glandiferarum, eadem cum illa (vt nonnulli existimant) quam Theophrastus φηγὸν appellat. Est autem fago magnitudine, & glande inferior, duplicem ferens gallam, alteram quernæ non dissimilem, sed nulli rei vtilem: alteram nigram, tingendis lanis vtiliorem. Dicta esculus, teste Seruio in 2. Georg. quòd primi mortales, nondum inuentis frugibus, glande eius pro esca vterentur. Idem tamen Seruius autor est principium huius vocis diphthongo scribi consueuisse: cui tamen consuetudini hodie doctiores non obtemperant, plus originis rationi, quàm Seruij autoritati tribuentes. Virgil. 2. Georg. Altius, ac penitus terræ defigitur arbos, Esculus in primis, quæ quantum vertice ad auras Aethereas, tantum radice ad Tartara tendit. De hac arbore vide plura apud Plin.lib.12. cap.1,& lib.16.cap.4,& lib.17.cap.20.

Esculeus, a, um, φηγώδης: Quod est materiatum ex esculo. Pallad. lib.1.ca.9. Deinde vt axes quernæ cum esculeis non misceantur. Ouid. 1.Metamorph.

Esculetum, ti, penult.prod. φηγῶνα. Locus esculis consitus, Horat.1. Carm. Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit esculetis.

ESIS, pro fluuij nomine, Vide AESIS.

Esito, Vide EDO,ES.

Esquiliæ, Vide EXQVIIAE.

Essedum, di, pen.corr. ἅρμα ἢ ἅρμα γαλατικόν. Vehiculum Gallorum, Britannorúmque, apud Belgas primò repertum. Cic.ad Atticum, lib.6, Hic Vedius venit mihi obuiā cum duobus essedis, & theda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Virgil.3. Georg. Belgica vel molli melius feret esseda collo. ¶ Legitur etiam Esseda genere fœmmino. Seneca Epist.57, In iis quæ me sine auocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono. Hinc dicti essedarij, qui essēda regunt, aut qui ex essedis pugnant. Cic. Trebatio, Tu qui cæteris cauere didiceris, in Britannia ne ab essedarijs capiaris, cauēto. Cæsar 5. belli Gall. Equites hostium, essedarióque aciter prælio cum equitatu nostro in itinere consixerunt.

ESSEDONES, ἐσσηδόνες, teste Plin.lib.4.cap.12, Populi sunt Asiæ, vtrāq; Scythiam incolentes, super Mæotim lacū non procul à Riphæis montibus, quibus (teste Herodoto lib.4. Hist.) mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadauera ipsa pecudum admistis carnibus comedere: os autem capitis quod cranium vocamus, auro cingere, & ad poculi vsum asseruare.

ESSAEI, ἐσσαῖοι, Vna ex tribus religiosioribus Iudæorum sectis: quæ omnino tres erant, teste Iosepho, Phariſæorum, Essæorum, & Sadducæorum. Ex his Essæi vxoribus, & vino, & carnibus abstinebant, quotidianúmque ieiunium vertebant in naturam.

Essentia, οὐσία. Ital. *Essenza*. Gal. *Essence*. Hisp. *Essencia*. ¶ Vocabulum est religiosis quidem Latinæ linguæ obtemperatoribus non vsitatum, à Philosophis tamen melioris inopia in vsum receptum, pro ipso esse cuiuslibet rei, quàm οὐσίαν Græci appellant. August.lib.12.de Ciuitate Dei, Sicut ab eo quod est sapere, vocatur sapientia: sic ab eo quod est esse, vocatur essentia, nouo quidem nomine, quo vsi veteres non sunt Latini sermonis autores, sed iam nostris temporibus vsitato, ne deesset etiam linguæ nostræ quod Græci appellant οὐσίαν. hoc enim verbum è verbo expressum est, vt diceretur essentia. Quintil.lib.8.cap.3, Quorum dura quædam admodum, vt ens, & essentia: quæ cur tantopere aspernemur non video: nisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus: ideóque paupertate sermonis laboramus. Hinc essentiale, οὐσιῶδες, quod est essentiæ: & Essentialiter, οὐσιωδῶς, secundum essentiam. Vocabula sunt solis Philosophis, & Theologis vsurpata.

Esto, Vides VM.

Estrix, Esurio, Esuritio, Esuritor, Vide EDO,ES.

E ante T.

Et, καί. Ital. *Et, e*. Gal. *Et, mesmes*. Hisp. *Y*. ¶ Coniunctio est Græca vt, quam Latini inuersione literarum suam effecerunt. Est autem copulatiua: vt, Cicero eloquens fuit, & Philosophus. Duplicatúrque interdū, ac completiua est in diuersis rebus: vt, Te admirātur & ciues & hospites. Virgil.1.Aeneid. multùm ille & terris iactatus & alto. ¶ Modò accipitur pro etiam. Idem 2.Aeneid. -quorum Iphitus æuo Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlysses. ¶ Modò interrogatiua, seu expletiua. Virgil.1.Aeglo. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? ¶ Modò indignatiua. εἶτα. Virgil.1.Aeneid. -& quisquam numen Iunonis adoret, Præterea, aut supplex aris imponat honorem? Cic.pro Milone, Et sunt qui de Apia via loquantur, taceant de Curia? Virgil.6. Aeneid. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? ¶ Ponitur interdum ἐξηγητικῶς, pro hoc est, siue id est. Plaut. Annos natus iam seraginta, & senex. ¶ Interdum pro quia. Virg.in Buc. Audieras, & fama fuit. Quintil.lib.1.cap.1, Has primùm audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorū quæ mollibus animis percipimus. Plerunque sententiarum initijs comperit quemadmodum & Græcis καί. Idem, Et finitæ quidem sunt partes duæ quas hæc professio. ¶ Interdum ponitur pro aduerbio ordinandi. Virgil. -corpúsque lauant frigentis, & vngunt, id est deinde vngunt. ¶ Item pro quamuis, siue tamen. Cic.de Senect. Defendi legem Voconiā magna voce, boníque lateribus, & videtis annos meos, id est tamen videtis quàm sim iam senex. Huius composita sunt, etsi, εἰκῆ, & tametsi.

ETAXALOS, ἠταξαλός, Insula est iuxta sinum Persicum, cuius meminit Plin.lib.6.cap.28.

ETEARCHVS, chi, ἐτεάρχου, Oaxi ciuitatis Creticæ Rex fuit, qui amissa vxore, liliæ suæ Phronimæ nouercam superinduxit, quæ domum ingressa, vt erat, ita re ipsa se nouercam præstitit, cùm lædendo, atque omne iniuriarum genus excogitando, tum ad extremum impudicitiam impingendo. Etearchus criminationibus vxoris fidem habens, Temisonem quendam Therænm iciurando astringit, vt acceptam Phronimam in mari demergeret. Qui quum se neq; Etearchi crudelitatis ministrum præbere vellet, neq; rursus iusiurandum violare reuin-

ctam funibus puellam demisit in pelagus, eáque subitò retracta, Theram peruenit: vbi Polymneitus vir inter Theræos spectatus, in concubinatum Phronimen accipit: qui ex ea factum genuit Cyrenarum in Africa conditorem. Autor Herodotus lib. 4.

Etenim, Idem valet quod nam, enim, quia: & ferè primum in oratione locum vendicat. {ἀμέλει, ἢ γάρ. Ital. *certo, percioche, perche.* Gal. *Pource, car.* Hisp. *Porque, ciertamente.*} Cic. 4. Verr. Etenim quoniam numerum iniuriarum vobis non possum exponere, sigillatim autem de vniuscuiusq; incommodo dicere infinitum est, genera ipsa iniuriarum quæso cognoscite. Idem 2. de Diuinat. Etenim ex diuisione hoc secundum est. Plin. Etenim multa de hac Magi prodiderunt quæ non sunt nobis cõmemoranda. Inuenitur tamen & secundo loco. Seneca. Quis enim inter tot corporis cruciatus, fœlicem quenquam esse posse existimat? ¶ Accipitur aliquando pro quippe. Cic. pro Flacco. Neque in toto Aemonensium testimonio commouebor: etenim quibus ego istam laudationem remittam, id est quippe quibus, &c. ¶ Nonnunquam diuisa compositione per duas dictiones effertur, vocabula aliqua in medio interiecta. Cic. de Clar. Orat. Et dicere enim bene nemo potest. hoc est, etenim dicere bene.

ETESIAE, ἐτησίαι, Venti qui certo anni tempore flant. Hos Strabo lib. 3. Subsolanos vocat, hoc est Euros. Hi quotannis in vigore æstatis persiant XL diebus post Caniculæ exortũ. Dicti Etesiæ, id est annui (ἔτος enim annus, ἐτήσιος annuus) quòd ex omnibus ventis hi maximè stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant. De his Plin. li. 37. ca. 5. & Gell. lib. 2. cap. 28.

ETEOCLES, pen. corr. ἐτεοκλῆς, Oedipi filius, ex nefando Iocastæ matris concubitu editus: cui cum fratre Polynice ita conuenerat vt alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno, quum Eteocles qui quòd maior natu esset, primo anno regnarat, renueret fratri regno cedere: Polynices adiutus à Tydeo & Adrasto socero, fratri bellum intulit, in quo ambo mutuis vulneribus cecidерunt. Impositis deinde cadaueribus eidem rogo, flamma se diuisisse traditur: tanquam odium illud quod inter viuos fuerat, ne morte quidem finiri potuerit. Interpretatur autem Eteocles vera gloria, ab ἐτὸς quod verũ significat, & κλέος gloria. Vnde etiam sine aspiratione scribendum est.

Ethanion, ἤθανον, Vasis ænei genus est quo Aegyptij vti consueuerunt. Nam (teste Athenæo) in Aegyptiorum omnibus penè domibus tria erant vasa ænea, cyathus, phiala & ethanium.

ETHECVSA, Insula est in ora Cariæ, non procul ab Argiis insulis. Plin. lib. 5. cap. 31.

ETHELVM. Fluuius minoris Asiæ, olim Troadis & Mysiæ terminus, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. vlt.

Ethice, es, vel Ethica, æ. {ἠθική. Ital. *Filosofia morale.* Gal. *Philosophie morale.* Hisp. *Philosophia moral.*} Pars est philosophiæ ad mores pertinens, quæ à Latinis moralis appellatur. Cic. de Fato, Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

Ethicus, pen. corr. {ἠθικός. Ital. *Morale.* Gal. *Moral.* Hisp. *Moral, y perteneciente à costumbre.*} Idem quod moralis, quod scilicet ad mores rectè instituendos pertinet. Cic. in Orat. Duo sunt etiam quæ bene tractata ab Oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Græci ἤθικὸν vocant, ad naturam & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.

Ethica, orum, ἠθικά, τά, opus moralem tractans philosophiam: quo nomine Aristoteles opus suum de moribus inscripsit.

ETHICI, Africæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 4.

Ethnicus, pen. corr. ἐθνικός. Gentilis: ab ἔθνος, quod gentem significat. Hieronymus contra Iouinianum. Et si ducendæ essent vxores, Christianas tantùm accipi iuberet, an & Ethnicas?

Ethologus, pen. corr. {ἠθολόγος. Ital. *Histrione, buffone.* Gal. *Buffon, farseur, bateur.* Hisp. *Representador ò fingidor de persona agena, como quien representa comedias y tragedias.*} Morum expressor, qui gestu ipso corporis, & sono vocis ita exprimit mores hominum, vt gestibus loqui videatur. Cic. 2. de Orat. Mimorum est enim & ethologorum si nimia est imitatio, ficut obscœnitas, &c. Quibus verbis Cicero nimiam in Oratore imitationem reprehendit, quasi mimicam, non Oratoriam. Budæus.

Ethologia, æ, ἠθολογία. Est affectuum, morũmque personæ alicuius effictio. Quintil. lib. 1. cap. 9. Ethologia personis continetur. ¶ Ethologia Rutilio Lupo figura est sententiarum, quum verbis sonóque vocis exprimitur ac describitur hominis alicuius consuetudo & mos.

Ethopœi, ἠθοποιοί, Dicuntur histriones qui mores & gestus imitãrur eius personæ quam sustinent.

Ethopœia, {ἠθοποιία. Ital. *Imitatione d'elle maniere d'altri.* Gal. *Representation des façons & manieres d'autruy.* Hisp. *Representacion de maneras y costumbres de alguno.*} Est morum, affectuũmque alicuius expressio, quæ & ethologia à nonnullis appellatur. Differt à prosopopœia, teste Aquila, quod in hac personas fingimus quæ non sunt: in Ethopœia verò certis quibusdam personis vel ad improbitatem, vel ad dignitatem sermonem accommodatè effingimus.

ETHVSA, Olim insula fuit in mari Myrtoo, quę deinde continenti apud Myndum accessit. Plin. lib. 26. cap. 89.

Etiam, Coniunctio est idem significans quod quoq;. Plautus, Tũne etiã id rescisti miser? ¶ Aliquando significat adhuc. {Ἔτι. Ital. *Anco, ancora, etiandio.* Gal. *Auſi', dauantage, encor.* Hisp. *Tambien.*} Terent. in Andr. Nihil suspicans etiam mali. Ibidem, Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo. ¶ Aliquando præterea. Idem in Andr. Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Ibidem, Imò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas, Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. ¶ Etiam, responsio est affirmatiua, quèadmodum & ita. Plin. Tacito, Studes, inquam? Respondit, Etiam. Vbi? Mediolani. ¶ Aliquando & affirmandi vim habet, nulla tamen præeunte interrogatione: vt idem sit quod sic. Cic. pro Rosc. Comœ. Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem quum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen trienio amplius, quod erat in primis magnum, in aduersariis relinquebas? ¶ Accipitur & pro quinpotius. Plin. in Paneg. Nullius ab eo magistratus ius, nullius autoritas imminuta est, aucta etiam. ¶ Ponitur quoq;

interdum ita vt ab eo intelligatur non solùm. Cic. ad Lent. Quúmque ea contentio mihi magnum, etiam foris, fructum tulisset, hoc est non solùm domi & in vrbe, sed foris etiam & extra vrbem. Idem Att. lib. 9. Etiam hæc me solicitant, quasi dicat, non solùm maxima ista, sed etiam minima. ¶ Etiam atque etiam, pro valde, summopere. Cic. 6. de Finib. Atqui iste locus est Piso tibi etiam atq; etiam confirmandus. ¶ Etiamdum, pro adhuc. Terent. Hoc ego mali non pridem inueni, atque etiamdum scit pater. ¶ Etiámne. Plautus, in Asin. Téque obsecro hercle, vt quæ loquutus, despuas. D. Fiat: geratur mos tibi. L. agè excrea. D. Etiámne? L. Agè quæso hercle vsque ex penitis faucibus. D. Etiam. L. Amplius. D. Nam quousque? L. vsque ad mortem volo. Cic. Attico li. 10. Etiámne Balbus in Senatum venire cogitet? ¶ Etiamnum idem quod adhuc, vel ad hoc vsque tempus. Plaut. Trucul. Mihi etiamnum quid sit negotij, falsus, incertúsque sum: nisi quia Timeo tamen. ¶ Pro eodem etiam legimus Etiam nunc. Idem in Amph. Lassus sum hercle è nani, vt vectus huc sum, etiamnunc nauseo. ¶ Ponitur & pro statim, illico, vel extemplò. Plaut. in Aulu. Abscede hinc etiamnunc. ¶ Etiamtum, pro vsquetunc, vel vsque ad id tempus, vel tunc adhuc. Terent. Heeyt. Me educit foras, narrátque vt virgo ab se integra etiamtum siet. Cic. de Orat. Omnes etiamtum retinebant illum Periclis succum. Adria. Cardin. Quod multi, inquit, inscitè quidem & minus Latinè dicunt, vsq; nunc, vsque tunc, vsq; ad id tempus, perfecti illi Romani sermonis parentes, etiamnunc, etiamtunc, vel etiamnum, etiamtum dicebant.

Etsi, {κἰπερ. Ital. *Benche, tutto che, anchor che.* Gal. *Combien que, iaçoit que, toutesfois que.* Hisp. *Aunque.*} Coniunctio aduersatiua est, indicatiuum exigens, quemadmodum & quanquam: quum tamen quanuis & licet magis subiunctiuo gaudeant. Plaut. in Trinum. Ibo huc Quò mihi imperatum est: etsi odi hanc domum. Terent. in Andr. Ibo: etsi hercle sæpe iam me spes hęc frustrata est. Cic. pro Milone, Etsi vereor Iudices, &c. ¶ Interdum etiam cum subiunctiuo inuenitur. Cic. de Amic. Etsi illis planè orbatus essem. ¶ Nonnunquam etiam interrogatiuè profertur. Cic. Attico, Do, do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? ¶ Interdum Etsi inuenitur iunctum cum quanuis. Cic. ad Atticum, lib. 16, Etsi quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.

Etymologia, ἐτυμολογία, Latinè veriloquium sonat: ab ἔτυμος verus, & λόγος sermo, vel loquutio. Cic. 1. Acad. Verborum etiam explicatio probabatur, id est qua de causa quæq; essent ita nominata, quam Etymologiã appellant. Sed quia veriloquium (vt inquit Boëthius in Topica Ciceronis) minus in vsu Latini sermonis habetur, Cicero etymologiam vocat notationẽ, quia notam facit rem de qua prædicatur. Aristoteles symbolũ nominat: quidam etiam originationem, teste Fabio.

Etymon, etymi, ἔτυμον. Idem quod etymologia. Varro 1. de Re rust. ca. 48, de gluma loquens, Videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum.

Etymologus, ἐτυμολόγος, Qui rationem verborum indagare solitus est.

E ante V.

Euacuare, Exinanire. {κενόω. Ital. *Euacuare, votare.* Gal. *Vuider hors, euacuer.* Hisp. *Vaziar, euacuar.*} Vnde euacuare aluum. Plin. lib. 20. cap. 6, Dioclesi hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici ad euacuandam aluum.

Euado, dis, si, sum, Effugio, exeo, erũpo. {Ἀλεύομαι, ἐκφεύγω. Ital. *scampare, fuggire, douenire.* Gal. *Passer outre, paruenir, venir au dessus, eschaper.* Hispan. *Escapar de peligro, salir hecha alguna cosa.*} Virg. Aeneid. 9, -nostrásne euadere demens Speraſti te posse manus? Cic. pro Cælio, Potuerúntne meliori tempore prosilire, quàm quum Licinius veniſſet, quum in manu teneret venenũ pyxidem: quæ quum iam erat tradita seruis, si euasissent subitò ex balneis mulieris amici, Liciniúmque comprehendissent, &c. id est si è balneis erupissent. Cæsar, Reliquos equites consectati, paucos qui ex fuga euaserant, reliquerunt. Sic Euadere è manibus hostium, apud Liuium: & Euadere ex iudicio aliquo, apud Ciceronem, liberationem quandam præ se ferre videtur: quemadmodum & Sallustius dixit, At ni Marius signa inferre, atque euadere oppido properauisset, profectò cuncti, aut magna pars fidem mutauissent. ἀποστάντες, ἀποστάσιοι. Cic. 1. Tuscul. Accedit, vt eò facilius animus euadat ex hoc aëre. Idem de Senect. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos dum in corporibus essent mortalibus, viuere: quum exissent ex iis, emoriri nec verò tum animum esse insipientem, quum ex insipienti corpore euasisset. ¶ Ponitur etiam hoc verbum pro eo quod est ad finem perduci, vel exitum habere. Terent. in Andr. Quàm timeo quorsum euadas, id est ad quem finem perueniat oratio tua. Ibidem, Et heri semper lenitas verebar quorsum euaderet. Cic. Attic. lib. 16, Tu quidem & prudenter, & amicè suades, vt in his locis simi potissimum, quoad audiamus, hæc quæ commota sunt quorsum euadant. Plaut. in Asin. Demiror quid sit, & quò euadat sum in metu. ¶ Ité pro fieri. γίγνεσθαι. Cic. in Verrem, Tu eiusmodi euasisti, in furis ac diuisoris disciplina educatus. Idem in Brut. In dicendo pauci digni nomine euadunt. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Iuuenis euasit verè indolis regiæ. ¶ Euadere in muros, vel in cacumen montis, est ascendere, siue potius scandendo peruenire. ἀναβαίνω, ἀναβάσις. Virgil. 2. Aeneid. Euado ad summi fastigia culminis. ¶ Euadere ardua, apud Liuium. ¶ Euadere ante oculos, pro apparere. Virgil. 2. Aeneid. Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentis. ¶ Euadere ad coniecturam, id est consequi coniectura. Plaut. Nunquam hodie quiui ad coniecturam euadere. ¶ Euadere in malum. Terent. in Adelph. -verùm nimia illæc licentia Profectò euadet in aliquod magnum malum.

EVADNE, per d ante n, Εὐάδνη. Martis filia ex Thebe vxore Asopi, & coniuge Capanei, quæ illium incredibili amore dilexit. Itaque quum audisset illum apud Thebas cecidisse, ferè in mortis stuporem diriguit: deinde quum celebraretur funus, se in rogum proiecit. Eius meminit Virgil. 6. Aeneid. Euadnéque, & Pasiphaën, &c.

EVAEMON, Εὐαίμων, Pater fuit Eurypyli qui cum Græcis ad Troiam profectus cum quadraginta nauibus, præfuit Ormenijs. Autor Homerus in Catalogo nauium.

EVAENETVS, Εὐαίνετος, Nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem, vnà cum Themistocle Atheniensium duce à Græcis constitutus fuit.

Euagor,

Euagor,aris,Latiùs vagor, expatior. ¶ *παρεκβαίνω, ἐκφέρομαι.* Ital. *Vagare, andare vagabondo.* Gal. *Sortir de son lieu, ordre ou place, vagner ça & là ou sortir de propos.* Hisp. *Andar fuera vagando.* ¶ Liuius 2. bel. Pun. Frontibus enim aduersis concurrendum erat, quippe nullo circà ad euagandum relicto spatio. ¶ Per metaphoram euagari est aliquid extra propositum dicere, & veluti à via instituta digredi. Quintil. lib. 2, Verùm hactenus euagari satis fuerit.

Euagatio, verbale. *παρέκβασις.* Plin. lib. 2. cap. 17, Ac spatia longitudinis, latitudinem euagatione pensant.

Eualeo, es, pen. corr. Validior, & potentior fio. ¶ *ἐπιῤῥώννυμαι, ἰσχύω.* Ital. *Ingagliardirsi.* Gal. *Pouuoir.* Hisp. *Mucho poder.* ¶ Stat. 5. Sylu. -tibine illa nefanda pocula letalésque manu componere succos Eualuit? Lucan. lib. 1. Ouid Epist. 14.

Eualesco, Robur & vires acquiro. ¶ *ἀναλαμβάνω.* Ital. *Ritornare in vigore.* Gal. *Retourner en vigueur.* Hispa. *Tornar en fuerça.* ¶ Plin. lib. 15, Quæ postquam eualuit, flaccescente patritia Marsico bello, languida autoritas Patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas. Quintil. lib. 2. cap. 9, Adiuta cura natura magis eualescit.

Euaſſo, as. ¶ Ital. *Cacciar fuori.* Gal. *Chasser dehors.* Hisp. *Echar afuera.* ¶ Excludere est, quasi extra vallum eiicere. Verbum est obsoletum. Varro apud Nonium, Donec foras nos intus euallauerunt.

Euallo, is, Est purgare frumentum. ¶ Ital. *Vagliare, triuellare.* Gal. *Vanner, cribler.* Hisp. *Cernar, acernar.* ¶ Plin. lib. 18. cap. 10, Et ipsa quæ euallantur, variam pistrinarum rationem habent. Ibidem, Triticum autem perfundi aqua multa iubet, postea eualli, deinde Sole siccatum pilo repeti. Sic enim legit Calepinus, quanquam non desunt qui emendationū exemplarium fidem sequuti, in priore exemplo, eualuantur malint legere: & in posteriori, euelli.

EVAN, Vnum est ex Bacchi cognominibus. Ouid lib. 4. Metam. Nyctelióque, Elaleúsque parens, & Iacchus, & Euan. ¶ Inde Euantes, dictæ sunt Bacchæ, quæ liberi patris Orgia celebrātes, Euantis nomen identidem acclamabant. Virgil. 5. Aeneid. -Euantis Orgia circum Ducebat Phrygias.

EVANDER, *Εὐάνδρος.* Proprium nomen Carmentis filij, qui quum patrem imprudens occidisset, relicta Arcadia, in Latium sese contulit, atque pulsis Aboriginibus, in Palatino monte consedit, vbi oppidum Palläteum fundauit, à nomine Pallantis (vt Virgilio placet) proaui sui. Virgil. 8. Aeneid. Arcades his otiis, genus à Pállante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui signa sequuti Delegere locum, & posuere in montibus vrbem, Pallantis proaui de nomine Pallanteum. ¶ Legitur & nominatiuus Euandrus. Virgil. 8 Aen. Tum pater Euandrus dextram complexus euntis Hæret. ¶ Fuit etiam eiusdem nominis plastes ac cælator egregius Athenienſis, à M. Antonio Alexandriam perductus, eóque victo, inter captiuos Romam aduectus, autore Acrone in illud Horat. 1. Serm. Saty. 18, -mensáve catillum Euandri manibus tritum deiecit. Id est calicem nobiliter cælatum.

Euandrius, ia, ium, adiectiuum: vt Euandria regna. Silius lib. 7, Qui Carmentis opes, & regna Euandria seruas. Virgil. 10. Aen. Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Euaneo, es, secunda syllaba prod. à quo Euanesco, quod est pereo, E' conspectu abeo. ¶ *ἀφανίζομαι.* Ital. *Svanire, farsi vano, sparire.* Gal. *Deuenir à neant, se perdre, s'euanouir.* Hisp. *Desuanescerse, desaparescer.* ¶ Plin lib. 9. cap. 51, Vere pectines, limaces, hirundines eodem tempore euanescunt. Cicer. de Clatis Orat. Isque & orationes reliquit quæ iam euanuerunt. Idem ad Atticum lib. 3, Postquam extenuari, & euanescere spem nostram vidi, mutaui consilium.

Euanidus, a, um. Idem est quod inanis, caducus, & citò periturus. ¶ *ἀμήχανος, ἄπορος, ἀξιόλογος.* Ital. *Caduco, smarrito.* Gal. *Qui n'a point de vertu, qui soudain s'esuanouist.* Hisp. *Desuanescido.* ¶ Columel. de Arbo. cap. 17, Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanida fiunt, parū fructus ferunt. Plin. lib. 37. cap. 5, Quædam ex iis senescunt, paulatim viriditate euanida. Ouid. 5. Metam. Pectoráque in tenues abeunt euanida riuos.

Euangelium, *εὐαγγέλιον.* Ital. *Euangelio, buona nouella.* Hisp. *Euangelio, ò buen mensage.* ¶ Interpretatur bonum, siue lætum nuntium: ab *εὖ* bonum, & *ἀγγελία* nuntio: quasi bona nuntiatio. Vnde non immeritò à Christianis Euangelium appellatum est, salutiferum illud nuntium à Christo veracissimo Patris nuntio nobis allatum, quòd Christus iuxta promissiones Patris, homo factus, illi satisfecit pro peccatis nostris, vt vitam æternam haberemus.

Euangelia, orum, pluraliter, & neutro genere, dicuntur sacrificia & supplicationes quæ pro iucundo nuntio decerni consueuerunt: vel etiam merces allatiui iucundi nuntij. Cic. Atti. lib. 2, O' suaues duas epistolas, quibus euangelia deberi fateor. Idem ad eundem, Itáne nuntiat Brutus, illum ad bonos viros euangelia? sed vbi eos? nisi fortè se supēdit. Vlpian. in l. Falsus. ff. de Furt. Ergo si ea quæ dicunt Græci euangelia petāt, id est mercedem pro rei inuentæ vel repertæ nuntio.

Euanno, as, are, Vanni motu euentilo. ¶ *διανεμίζω.* Ital. *Suentolare.* Gal. *Vanner & getter hors ca & naual.* Hispa. *Esparzir ò aventar.* ¶ Varro 1. de Re rust. Ita fit, vt quod leuissimum est in eo atque appellatur acus, euannetur foras extra aream. ¶ Per translationem sumitur pro amouere, vt annotauit Nonius citans illud Pomponij ex Pannuceatis, Dixi ego illud futurum: in prima valua est: vix hæret misera: euannetur: & mea ocyus opera vt fiat fecero.

Euaporatio, onis, Vaporis alicuius expiratio. ¶ *ἐξατμίσεως.* Ital. *Vapore.* Gal. *Euaporation.* Hisp. *Obra de abahar.* ¶ Seneca lib. 1. Nat. quæst. Nec mirum, si terris omnis generis & varia euaporatio est. Idem lib. 3, Nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur.

Euasto, as, are, Idem quod vastare significat. ¶ *διαδηλῶ.* Ital. *Guastare, dare il guasto.* Gal. *Destruire, gaster.* Hisp. *Desolar ò mucho destroyr.* ¶ Liu. 10. ab Vrbe, Ibi duo Consulates exercitus diuersis vagati partibus, omnia quinque mensium spatio euastauerunt.

Euax, *εὐοῖ.* Interiectio exultantis. Plau. in Menæch. Enax, iurgio vxorem tandem abegi. ¶ Fuit etiam nomen regis Indiæ, *εὐαξ*: qui de virtutibus gemmarum scripsit ad Neronem.

EVBOEA, *Εὔβοια*, Vulgò *Negroponte*. Nomen insulæ est in mari Aegæo tam angusto euripo à Bœotia diuisa, vt ponte illi coniungatur, insignis tribus promontoriis, Geresto scilicet ad Atticam vergēte: ad Hellespontum, Caphareo, exitio Græcæ classis notissimo: & ad Septentrionem, Cæneo, teste Plinio lib. 4. cap. 12.

Euboeus, a, um. adiectiuum: vt. Plebs Euboea. Stat. lib. 5. Syl. -stupuit primæua ad carmina plebes Euboea.

Euboicus, a, um: vt. Carmē Euboicum. Ouid 4. Fast. Carminis Euboici fatalia verba facet dos Inspicit. Sibylla Euboica, id est Cumana. Stat. 1. Syl. -Euboicæ carmē legit ille Sibyllæ. ¶ Hinc Euboicum mare, *εὐβοϊκὸν πέλαγος*, quod duplex esse dicitur: alterum in Aegæo mari: alterum in Campano, seu Tusco, quod in Aegæo, Euboeæ adiacet insulæ, à qua denominatum est: quod autem in Tusco, Cumarum, Baiarúmq; alluit oram, ab Euboicis aduenis & Cumarum conditoribus nuncupatum.

EVBVLVS, pen. prod. *εὔβουλος*, Athenienſis ciuis fuit, contrarias ferè Demosthenī in Reipub. administratione partes fouens: & interpretatur prudens, consultus, boni consilij. ¶ Fuit & Eubulus, mediæ comœdiæ poëta, vt scribit Suidas. ¶ Eubulus præterea nomen fuit historici, qui historiam Mitræ multis voluminibus explicuit.

Eucærīa, *εὐκαιρία.* Ital. *Opportunità, occasione.* Gal. *Opportunité, occasion.* Hisp. *Sazon, occasion.* ¶ Latinè opportunitas dicitur. Cic. 2. de Finib. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus *εὐκαιρίαν*) non fit maior productione temporis. Idem 1. Offic. occasionem interpretatur.

EVCARPIA, *εὐκαρπία.* Vrbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles sunt: vnde & nomen, quasi vber fructuum proueniens. Meminit huius oppidi Strabo lib. 12.

Eucharistīa, *εὐχαριστία*, Vox est Græca, quam nos Gratiarum actionem vertere possumus: vnde & *εὐχαριστεῖν* Græci dicunt pro eo quod est gratias agere. Hieronymus gratiam siue gratiositatem vertit ab adiectiuo *εὐχάριστος*, quod iucundum sonat & gratiosum.

Euchyla, *εὐχύλα*, Dicuntur quæ sunt boni succi: vt carnes agrestium montanarum, & piscium saxatilium. His opponuntur *κακόχυλα*, quæ malum generant succum: vt caseus vetus, & salsamenta. *χυλὸς* Græcis succus est, siue liquor.

Euchyma, *εὔχυμα*, Græca appellatione dicuntur quæ boni sunt succi, siue præstantis saporis. Nam *χυμὸς* Græcis modò succum significat, modò saporem.

EVCLIDES, dis. *Εὐκλείδης*, Philosophus fuit Megarensis, Socratis auditor, ad quem belli tempore assumpta muliebri veste sæpius commeasse traditur. Defuncto verò Socrate in patriam sese contulit, ibiq; celebri auditorio (in quo etiam Plato fuisse perhibetur) Philosophiam professus est. Scripsit dialogos quamplurimos, quorum nomina recensent Suidas & Diogenes Laërtius. ¶ Fuit & alter eiusdem nominis Platonicus philosophus, & geometra insignis tempore primi Ptolemæi, posterior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt, antiquior verò Eratosthene, & Archimede. Hic multa de Geometria & Musica cōscripsit, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.

EVDAEMON, onis, pen. prod. gen. corr. *Εὐδαίμων*, Aegyptius grammaticus, teste Suida, patria Peluſiotes, Libanij sophistæ contemporaneus. Scripsit varia poëmata item artem Grammaticam, & de dictionum orthographia. Græcis *εὐδαίμων* fœlicem significat: vnde etiam Mela illam Arabiæ partem quæ inter sinum Arabicum & Persicum in Pelagus excurrit, seruato Græco nomine Eudæmona appellauit: quam nos verbum verbo reddentes, fœlicem appellemus.

EVDEMVS, *Εὔδημος*. Orator fuit Megalopolitanus. Philopœmenis præceptor. Autor est Plutarchus in vita Philopœmenis.

EVDAMIDAS, pen. corrupt. *Εὐδαμίδας*, Nomen filij Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis.

EVDORA, penult. prod. *Εὐδώρα*, Nympha Oceani & Tethyos filia, vt placet Hesiodo in Theogonia. ¶ Item vna ex Atlantidibus quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia, Eudora, Pasithoë, Coronis, Plexota, Pitho, Tyche.

EVDOXVS, *Εὔδοξος*, Mercurij filius fuit ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum sequutus est, vt est videre apud Homerum 8. Iliad.

EVDOXVS, *Εὔδοξος*, Peritissimus Astrologus fuit & Geometra, filius Aeschinis, patria Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ cursum ordinauit. Luca. lib. 10, Nec meus Eudoxi, concedet fastibus annus. Scripsit leges, & de Geometria atque Astrologia libros edidit. Cic. lib. 2. de Diuinat. Ad Chaldæorum, inquit, monstra veniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor in Astrologia iudicio doctissimorum hominum facilè princeps, sic opinatur (id quod scriptum reliquit) Chaldæis in prædictione & notatione cuiusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum. ¶ Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus: alius Siculus, filius Agathoclis, poëta comicus.

Eudoxia, *εὐδοξία*. Ital. *Buona fama.* Gal. *Bonne renommée.* Hisp. *Buena fama.* ¶ Claritas nominis, laus, existimatio, & bona fama. Cic. 3. de Finibus. De bona autem fama quam appellant *εὐδοξίαν*. Aptius enim est hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam.

Euecho, is, Extra veho. ¶ *ἐξάγω.* Ital. *Condur fuori, portar fuori.* Gal. *Enleuer, porter hors.* Hisp. *Leuar afuera.* ¶ Varro lib. 1. de Re rust. Quarto eundem fructuosiorem faciunt vecturæ, si vix sunt quà plaustra agi facilè possint, aut flumina propinquà quæ nauigari possint, quibus vtrisque euehi, atq; inuehi multa ad prædia scimus. Liu. 5. belli Pun. Vbi primùm tranquillitas maris in altum euexisset. Et lib. 1. ab Vrbe, Vt in collem Exquiliarium euheretur. ¶ Per translationem significat extollo. ¶ *ἀναφέρω.* Ital. *Inalzare.* Gal. *Hausser, esleuer.* Hisp. *Alçar arriba.* ¶ Virgil. 6. Aen. -pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus, Diis geniti potuere.

Euectio, verbale, quod propriè ipsum euehēdi actum significat. ¶ *ἐξαγωγή.* Ital. *Portamento di fuori.* Gal. *Portement dehors.* Hispan. *Obra de llenar afuera.* ¶ Euectiones etiā, teste Budæo, dicuntur diplomata, siue chartulæ signo principis obsignatæ, quibus potestas permittitur aliquid euehendi. Vnde C. de Cursu publ. cauetur, vt euectiones ab omnibus postuletur.

Euectus, tus, Euectio, & portatio quæ fit vel nauibus, vel curribus in aliquem locum. Plin. lib. 18. cap. 5. Malus est ager cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari iubet, num solum sua virtute valeat quæ dictum est politione, Vt operatiorum copia propè sit, oppidum q;

validum,vt nauigiorum euectus,vel itinerum.

Euelatum, Veteres dixere pro euentilato. {Ital. *Euentolato*. Gal. *Eſuenté*. Hiſp. *Auentado*.} Vnde velabra dicuntur quibus frumenta euentilantur. Autor Feſtus.

Euello,lis,euelli,& euulſi,euulſum,Extraho,extirpo. {Ital. *Stirpare,ſuellere*. Gal. *Arracher*. Hiſp. *Arrancar algo de lugar*.} vt, Euellere ſibi capillum præ luctu,apud Ciceronem 3. Tuſcul. Idem ad Att. 5, Exciſa enim eſt arbor,non euulſa: itaque quàm fruticetur vides. Sic, Euellere ſe ex complexu,apud eundem:&, Euellere ſeſe ex cœno,apud Plin.lib.8. cap. 42. ¶ Per tranſlationem Euellere ſibi ſcrupulum ex animo. Cicero pro Roſ. Et pro Cluentio, Euellere opinionem aliquam ex animis hominum.

Euulſio, verbale. {Ital. *Eſſo ſuellere*. Gal. *Arrachement*. Hiſp. *Obra de arrancar algo de lugar*.} Cice. de Nat. deor. Qui primus purgationes alui,dentiſque euulſionem inuenit.

EVEMERVS,pen. corr. Nomen hiſtorici, de quo Lactantius ſic inquit, Euemerus antiquus autor fuit è ciuitate Meſſana. Res geſtas Iouis,& cæterorum qui dij putantur,collegit, hiſtoriámq; contexuit, & titulis,& inſcriptionibus ſacris quæ in antiquiſſimis templis habebantur. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius,& ſequutus.

EVENETVS, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ad arcendum Theſſaliæ finibus Xerxem, Themiſtocli datus fuit adiutor. Autor Herod. lib. 7.

Euenio,euenis, pen. corr. eueni, euentum, Venire,accedere. {Ital. *Venire,accoſtarſi, accadere,auuenire*. Gal. *Auenir*. Hiſp. *Acontecer*.} Plautus Caſina, Sine modò res eueniat, remittam ad te vitum. ¶ Nonnunquam etiam ſignificat euadere,hoc eſt per quantumque difficultatem ad aliquid peruenire, exitum habere. Plaut. in Moſtel. Hei mihi,commiſta hæc blanda dicta quò eueniant,madeo metu. Idem in Epiſt. Expectando exedor miſer, atque exenteror, quo mihi Epidici blanda dicta eueniant: nimis diu maceror. ¶ Sæpius tamen ponitur pro contingere,accidere, & tam in malam, quàm in bonam partem accipi ſolet. Plaut. in Aſin. Opta id quod vt contingat tibi,vis. AR. Quid ſi optaro? 1. 2. Eueniet. Idem in Perſa, Quid agitur? T. Viuitur. S. Sa tin' ergo ex ſententia? T. Si eueniunt quæ opto, ſatis. Idem in Mercat. Omnia mihi hodie eueniunt præter ſententiam: non viuam veſperi, Niſi illanc à me ſceleſtam abigam. Cic. 3. Offic. Quod autem in poëmatibus,& in picturis vſu euenit, in aliiſque compluribus, vt delectentur imperiti. Idem Fam. 2. Ex quo vereor,ne idem eueniat in meas literas. ¶ Quandoque eſt obuenire,& ſorte alicui obtingere. Salluſt. in Iug. Metellus & Syllanus CONSS. deſignati prouinciam inter ſe partiuerant, Metellóque Numidia euenit.

Euenit. imperſonaliter pro ita cecidit. Terent. in Andr. Quid tu Athenas inſolens? C. Euenit.

Euentum, eueuti, neutro genere, quod in plurali euenta facit. {Ital. *Auuenimento di qualche coſa*. Gal. *Euenement, la fin & iſſue de quelque choſe*. Hiſp. *Acontecimiento, ò la ſalida de lo que acontece*.} Lucr. lib. 1, Euentum dici poterit quodcunque erit actum. Cicero in Partitionibus, Si cuiuſq; facti,& euenti cauſa ponetur. Idem de Diuinat. Si euenta quærimus quæ exquiruntur auibus. Idem ad Atticum, Semper cauſæ euentorum magis mouent, quàm ipſa euenta. ¶ Euentum præſtare, eſt periculum alicuius rei in ſe recipere.

Euentus, geu. maſc. & quarti ordinis, tam in plurali numero quàm in ſingulari dicitur quod caſu aut fortuna nobis euenit, tam in bonũ quàm in malum. {Ital. *Euento, accidente, caſo*. Gal. *Euenement*. Hiſp. *Acontecimiento*.} Cic. lib. 1. de Orat. Vt enim quis optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variáſque euentus orationis, expectationémque hominum pertimeſcit. Virgil. 6. Aeneid. -excóſque voluat Euentus animo ſecum. Ouid. 2. de Ponto, Nam timor euentus deterioris abeſt. Ouid. in Epiſt. Phyllidis, -careat ſucceſſibus opto: Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Euentilo,as, Ventilatione purgo. {Ital. *Crinellare, ſuentolare*. Gal. *Eſuenter*. Hiſp. *Derramar al viento, auentar*.} Colum. lib. 1, Et celeriter frumenta deteruntur, non cedente ſolo pulſibus vngularũ, tribulatúmq;: & eadem euentilata, mundiora ſunt.

EVENVS, pen. prod. Fluuius eſt Aetoliæ, in Callidromo monte naſcens,& iuxta Calydonem in mare Ionium influens: ita dictus ab Eueno Martis filio,& Marpeſſe patre, qui ſe in hunc fluuiũ præcipitauit. Ouid. lib. 9. Metam. Nauque noua repetens patrios cum coniuge muros, Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vadas. Lucan. Et Meleagram maculatus ſanguine Neſſi, Euenus Calydona ſecat,&c.

EVENVS, Philoſophus qui ignem optimum ciborum condimentum eſſe dicere ſolebat, vt refert Plutarchus. ¶ Fuerunt item Eueni duo Parij, Elegiarum ſcriptores: quorum meminit Suidas.

Euerbero, Idem eſt quod ſimplex verbero. {Ital. *Battere, percuotere*. Gal. *Battre*. Hiſp. *Herir ò apedar*.} Quintil. lib. 2. cap. 4. An credibile ſit, ſuper caput Valerij pugnantis ſe diſſe eorum qui os, oculóſq; hoſtis Galli roſtro atque alis euerberarent? Ouid. 14. Metam. -& cineres pulſis euerberat alis.

EVERGETES, Cognomen Ptolemæi Aegyptiorum regis, qui Philadelpho ſucceſſit, à maximis eius in Græcas ciuitates meritis impoſitum. Nam Εὐεργέτης à Græcis dicitur quem nos beneficum, vel benemeritum appellamus. ¶ Euergetæ item dicti ſunt populi Scythiæ, qui & Arimaſpi, quòd benefici fuerint in Argonautas matis tempeſtate ad eorum litora delatos. Stephanus.

Euergo,is, idem eſt quod emitto. {Ital. *Mandar fuori*. Gal. *Enuoyer dehors*. Hiſp. *Embiar afuera*.} Liu. lib. 4. bel. Maced. Montes ingentis altitudinis ſpem faciebant, eo magis quòd nullos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, quorum venæ in mare permanantes, vndæ miſcerentur.

Euerro,is,euerri,euerſum, Scopis expurgo. {Ital. *Spazzare*. Gal. *Balier & nettoyer* Hiſp. *Barrer*.} Colum. lib. 8, Stabula frequenter euerrenda & purganda, humórque omnis vrinæ deuerrendus eſt. ¶ Per tranſlationem accipitur pro expilare. Cic. 5. Verr. O' Verrea præclara, quoquam ſi acceſſiſti, quæ non arruleris iſtum diem. Etenim quam tu domum, quam tu vrbem adiiſti, quod ſanum denique quod non euerſum, atque exterſum reliqueris?

Euerriator, Dicitur qui iure accepta hæreditate, iuſta facere defuncto debet: quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat. Id nomen ductum à verrendo: nam exuerræ, ſunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per euerriatorem, certo genere ſcopatum adhibito, ab extra verrendo dictæ.

Euerriculum, li, Rete eſt piſcatorium à Græcis dictum: & à verrenda aqua ſic appellatum. {Ital. *Rete da peſcare*. Gal. *Filé, verueil, ſeine*. Hiſp. *La red barredera de peſcadores*.} Varro 3. de Re ruſt cap. 17, Quum neq; euerriculo illi in litus educere poſſent vinam ſagina plebeiæ cœnæ piſces. Cic. 5. Verr. expilatorem Siciliæ Verrem, euerriculum appellat. Quod vnquam (inquit) Iudices, huiuſcemodi euerriculum in illa prouincia fuit? Idem lib. 3. de Nat. deorum, doli mali actionem euerriculum appellat omnium malitiarum: quòd ſcilicet ea euerrantur omnes fraudes è vita hominum ciuili. Eſt enim ea actio prodita ad terrorem hominum ſubdolorum qui ignominiam eius iudicij reformidant. Verba Ciceronis ſunt hæc, Inde euerriculum malitiarum omnium, iudicium de dolo malo quod Caius Aquilius familiaris noſter protulit: quem dolum idem Aquilius tum teneri putat quum aliud ſit ſimulatum, aliud actum. Hæc Budæus.

Euerto,is,euerti, euerſum, Excindo, diruo, demolior. {Ital. *Rouinare, volgere ſotto ſopra*. Gal. *Renuerſer ce qui eſt deſſus deſſoubs, abolir, deſtruire*. Hiſp. *Reboluer ò traſtornar, ſubuertir, deſtruyr*.} Semper enim ſignificat ruinam alicuius magnæ rei. Cic. lib. 1. Offic. De euertendis diripiendiſque vrbibus valde illud conſiderandum eſt. Virg. 3. Aeneid. -Priamíque euertere gentem Immeritam viſum eſt ſuperis. Idem 1. Aeneid. Diſiecitque rates, euerticque æquora ventis. Cic. 3. Verr. Ne per ſummam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Idem 1. de Orat. Qui duorum ſcalmorum nauiculam in portu euerterit.

Euerſio, Verbale. {Ital. *Abbattimento, deſtruttione*. Gal. *Renuerſement, deſtruction*. Hiſp. *Obra de traſtornar alguna coſa*.} Plin. lib. 22. cap. 17. Euerſiones vehiculorum. Cice. de Senect. Hinc Rerump. euerſiones. Euerſio vitæ, Cic. 4. Acad.

Euerſus, a, um, {Ital. *Riuerſciato, atterrato, deſtrutto*. Gal. *Renuerſé, getté par terre, deſtruit*. Hiſp. *Traſtornado, deſtruydo*.} Hoc eſt deſtructus. Vt euerſa vrbs, Plin. lib. 15. cap. 18. Euerſus fortunis, Cic. pro Flacco.

Euerſor, oris. {Ital. *Riuerſciatore, deſtruttore*. Gal. *Renuerſeur, deſtruiſeur*. Hiſpa. *Traſtornador, deſtruydor*.} Cicero pro domo ſua, Euerſor huius imperij. Virgil. 12. Aeneid. -Priami regnorum euerſor Achilles.

Eueſtigio, aduerbium, Confeſtim, properanter: vnica dictio eſt compoſita, aut certè duæ dictiones per ſubunionem coniunctæ. {Ital. *Incontanente, ſubitò*. Gal. *Tout incontinent apres, tout ſoudain, ſubit*. Hiſp. *Luego, ſin algun medio*.} Cic. Famil. lib. 4, Poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe qui hæc nuntiaret, & rogaret vt cogerem medicos: coëgi, & eueſtigio eò ſum profectus prima luce. Plinius in Epiſtolis, Nunquam ſum magis de occupationibus meis queſtus, quæ me non ſunt paſſæ aut proficiſcentem te valetudinis cauſa in Campaniam, proſequi, aut profectum eueſtigio ſubſequi.

EVGANEI, Populi fuerunt ad intimum matis Adriatici ſinum, Alpes verſus, qui deinde à Troianis & Henetis qui Antenore duce in eam Italiæ partem veneruut, ſedibus ſuis pulſi, Alpes Graias tenuerũt. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Caſibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetũm, qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes & ducem, rege Pylemene ad Troiam amiſſo, quærebant, veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum, Euganeiſq; qui inter Alpes maréq; incolebant, pulſis, Henetos Troianóſq; eas tenuiſſe terras, & in quẽ primùm egreſſi ſunt locum, Troia vocatur, pagóq; inde Troiano nomẽ eſt, Genus vniuerſa Veneti appellati. Hæc ille. Dicti autem ſunt Euganei ἀπὸ τῆς εὐγενείας, hoc eſt à generis nobilitate, teſte Plin. lib. 3. cap. 20. Hinc Euganeus, a, um. Iuuenalis, Euganea quantumuis mollior agna. Lucanus, Euganeo (ſi vera fides memorantibus) Augur Colle ſedens, Aponus vbi terris fumifer exit, Atque Antenoreæ diſpergitur vnda Timaui.

Euge, Interiectio aſſentientis, laudantis & congratulantis. Plautus in Epid. Euge, corpulentior videre atque agilior. Idem in Mercatore, Euge mi Demipho, ſalue.

Eugeniæ, penult. prod. Vuæ quædam ſunt à generoſitate ſic dictæ. Nam εὐγένεια à Græcis dicitur nobilitas. Colum. lib. 3. cap. 2, Frigidum ſolum ac roſcidum cælum commodiſſimè ſuſtinent, ſicut eugeniæ dum ſunt in Albano colle. Nam mutato loco, vix nomini ſuo reſpondent.

Eugium, Pellicula quædã in pudendo muliebris, quã primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putauerunt. ὑμὴν. Quamuis reuera conſtet inter Anatomicæ rei peritos pelliculam eiuſmodi commentitiam eſſe, & in virginum diſſectionibus non inueniri. Nonius, Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. Næuius, Sine eugio puellam inuenit. Laberius, Quare tam arduum aſcendis? an concupiſcis eugiũ ſcindere?

EVHYVS, Vnum ex Bacchi cognominibus, à Ioue illi inditũ eo in bello quod Gigantes cum diis geſſerunt. Fabulantur enim Poëtæ, cæteris diis perterritis, Liberũ patrem ſe in leonẽ conuertiſſe, vnúmq; ex Gigantibus interfeciſſe: & ob rem tam ſtrenuè geſtam, Euhyon, hoc eſt bonum filium à Ioue fuiſſe ſalutatum. Stat. lib. 2, Et tunc forte diro noto ſignata tonantis Fulmine, præcepti cum tenerer Euhye parens Tranſmiſere patri. ¶ Inde fit fœmininum Euhyas, quod Bacchi ſacerdotem ſignificat. Horat. 3. lib. Carminũ, Non ſecus in iugis Exſomnis ſtupet Euhyas, Hebrum proſpicieus, & nive candidam Thracen.

Euidens, pen. corr. Quod aperte videtur & intelligitur, nõ quod videt & intelligit. {Ital. *Euidente, manifeſto, aperto*. Gal. *Euident, clair, manifeſte*. Hiſpa. *Viſible, claro y manifeſto*.} Cice. de Vniuerſ. Atque vt eſſet menſura quædam euidens, quæ in iſtis octo curſibus celeritates, tarditatéſque declararet. Sic euidens ratio, euidens argumentum.

Euidentia. {Ital. *Euidenzia*. Gal. *Euidence*. Hiſpa. *Aquella claridad ò manifeſtacion*.} Claritas, perſpicuitas, quo nomine etiã figura quædam ſententiarum à Rhetoribus dicitur, quæ & ἐνάργεια à Græcis appellatur: quoniam ſcilicet res ita oculis ſubiicitur, vt coràm geri, non commentari videatur, quæ à Græcis ἐνάργεια vocatur. Cice. 4. Acad. Propterea quòd nihil clarius ἐνάργεια, vt Græci: perſpicuitatem aut euidentiam nos,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſi placet, nominemus, fabricemúſque, ſi opus erit, verba.

Euidenter, aduerbium. Clarè, perſpicuè. {ἐναργῶς. Ital. *Euidentemente, chiaramente, manifeſtamente.* Gal. *Euidemment, clerement.* Hiſp. *Clara y manifeſtamente.*} Liuius 6. ab Vrbe. Vel fateri nobis ea, quum tam euidẽter pœnituerit, tutum cenſemus.

Euigilo, as, penul. corr. Idem eſt quod expergiſcor, & vigil fio. {ἐγείρομαι. Ital. *Deſtarſi, ſuegliarſi.* Gal. *Veiller, ne dormir plus.* Hiſpa. *Velar deſpues del ſueno.*} Plinius Epiſto. 5. Euigilaueram: nuntius à Sputina, &c. Stat. 5. Syluæ. Quos qua puppe magiſter Excidit: & medius miſer euigilauit in vndis. ¶ Nonnunquam etiam ſignificat elucubro, & per vigilias aliquid conficio. Ouid. 3. Triſt. ad librum, Aſpicies illic poſitos ex ordine fratres, Quos ſtudium cunctos euigilauit idem. Cice. ad Attic. lib. 9. At quàm honeſta, at quàm expedita tua conſilia, quàm euigilata tuis cogitationibus.

EVILA, Regio ad Orientem vergens, ſacris literis celebrata, quam circuit de paradiſo Phiſon egrediens, quem noſtri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurum puriſſimum, quod Hebraicè zaab, & gemmæ pretioſiſſimæ, carbunculus, ſmaragdúſque naſcuntur.

Euileſco, Idem quod ſimplex vileſco, hoc eſt vilis fio, & in contemptum abeo. {ἀξιωλέσκομαι. Ital. *Diuenir vile, auilire.* Gal. *Auillir, deuenir vil.* Hiſp. *Valer poco, ir à menoſprecio.*} Sueto. in Claudio Cæſare, cap. 15, Propter quæ vſque có euiluit vt paſſim, ac propalàm contemptui eſſet.

Euincio, is, ire, Vincio, ligo, circunligo, corono. {περιδέω, περιάπτω. Ital. *Legare.* Gal. *Lier & ſerrer.* Hiſpa. *Atar.*} Virgil. 8. Aeneid. Euincti tempora ramis. Tacit. libro 5, Surena patrio more Tiridatem inſigni regio cuinxit.

Euinctus, participium. {περιδεδεμένος. Ital. *Ligato, cinto.* Gal. *A qui on a lié & accouplé quelque choſe, lié.* Hiſp. *Atado.*} vt, Caput foliis euinctus: id eſt habens caput circundatũ foliis. Virg. 5. Aene. Ipſe caput tonſæ foliis euinctus oliuæ. Ibidem, Puniceis ibant euincti tempora tæniis. Idem 7. Aeglo. -leui de marmore tota Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.

Euinco, Vinco, conuinco, vel vincendo extorqueo. {κατισχύω. Ital. *Vincere.* Gal. *Conuaincre, ſurmonter, vaincre.* Hiſp. *Vencer.*} Liu. 2. ab Vrbe. Omne id tempus cum coniuratis cõſultando abſumunt, euincúntque inſtando vt literæ ſibi ad Tarquinios darentur. Horat. 2. Serm. Sary. 3. Sic puerilius his ratio eſſe euincet amare. Colum. lib. 6. cap. 5. Euincendi ſunt autem quamuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi.

Euictus, participium, idem ſignificans quod victus, vel cõuictus. {ἡττημένος. Ital. *Conuinto.* Gal. *Conuaincu, vaincu.* Hiſpa. *Vencido.*} Cice. 2. Verr. Qui tam nefariis criminibus, tam multis teſtibus euictus, ora iudicum aſpicere, atque os ſuum populo Romano oſtendere auderet. Virgil. 4. Aeneid. Tu lachrymis euicta meis, tu prima furentem His germana malis oneras, atque obiicis hoſti.

Euiro, as, Caſtro, virilitatem execo. {ἐκτέμνω. Ital. *Caſtrare, tagliare i genitali.* Gal. *Chaſtrer, effeminer, oſter la virilité.* Hiſp. *Caſtrar, enflaquecer à otro.*} Et per tranſlationem, mollem & effœminatum reddo. ἀνδρίλλω. Varro Mareipore, vt citat Nonius. Euirauit omnes veneri vaga pueros.

Euiratus, Caſtratus, quaſi virilibus ſpoliatus. {ἐκτομίας. Ital. *Caſtrato, priuato de i genitali.* Gal. *Chaſtré, effeminé.* Hiſ. *Caſtrado ò aſsi enflaqueſcido.*} Per metaphoram accipitur pro molli & effœminato. Plautus, Adoleſcens euiratus ac mollis. Marti. lib. 5, Spadone quũ ſis euiratior fluxo.

Euiratio, onis, Virilium exectio, & per trãſlationem, effœminatio. {ἀνδρεκτομία, ἔκτομος μός. Ital. *Eſſo caſtrare.* Gal. *Chaſtrement.* Hiſpa. *Aquella obra de caſtrar ò enflaqueſcer.*} ¶ Euirationem pilorum, dixit Plinius lib. 29. cap. 1, pro depilatione qua corpus glabrum & molle redditur more fœminarum. Nam viros hirſuta decent corpora: ij enim robuſtiores ſunt, & naturæ calidioris.

Euireſco, is, {ἀνδρεύομαι, ἀνδρίζομαι, ἀνδρόομαι. Ital. *Diuenir verde ò verdeggiare.* Gal. *Deuenir verd, verdoyer.* Hiſp. *Reuerdecer.*} Vitide fieri. Varro Promethæo, Atque ex ſanguinibus dolore euireſcat colos.

Euiſcero, as, Viſceribus ſpolio. {ἐκσπλαγχνίζω. Ital. *Suiſcerare, ſuentrare.* Gal. *Eſtrenailler, oſter les entrailles & le dedans.* Hiſpa. *Deſollar ò deſembuchar.*} Virgil. 11. Aeneid. Comprenſámque tenet, pedibúſque euiſcerat vncis. Cice. 1. Tuſcul. ex Ennio, Ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis; euiſceratus latere pendet.

Euito, as, pen. prod. compoſitum à vito, eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici. {ἀλεύομαι, ἀλεξιφυγῶ. Ital. *Schifare.* Gal. *Fuir, euiter.* Hiſpa. *Eſquiuar.*} Cice. de Amic. Eſt enim varius & multiplex vſus amicitiæ: multæque cauſæ ſuſpicionum, offenſionúmque damnantur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre ſapientis eſt. Horat. lib. 1. Carm. -meáque ſenectus Euitata rotis. Cælius Ciceroni, Periculoſam, & grauem illam dimicationem euitarent. ¶ Legitur & Euito apud antiquos, pro eo quod eſt vitam eripio, occido. κτείνω. Cic. 3. Tuſc. ex veteri quopiam Poëta, Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vitam euitari.

Euitatio, onis. {ἀλεξίφυξις, ἔκκλισις. Ital. *Schiuamento.* Gal. *Euitement, eſchuement, fuite.* Hiſp. *Eſquiuamiento.*} Quintilianus, Malorum euitationem, liberationem, &c.

Euitabilis, le. {φυκτός, ἀλεξιφυκτός. Ital. *Che ſi può ſchiuare.* Gal. *Euitable, qu'on peut euiter.* Hiſpa. *Coſa que ſe puede eſquiuar.*} Non euitabile telum, apud Ouidium 6. Metamor.

Eulogia, eulogiæ. {εὐλογία. Ital. *Benedittione, rationabilità.* Gal. *Benisson, louange.* Hiſp. *Bendicion, razonamiento, obra de razon.*} Benedictio, munificentia, beneficentia, vel etiam rationabilitas. λόγος. quod ſignificat rationabile. Cice. ad Artic. lib. 13, Locum hominibus non ſanè probo, quòd eſt deſertior, ſed habet εὐλογίαν.

EVMAEVS, ὑφορβός, Subuleus fuit Vlyſſis, qui dominum à bello Troiano reducem opera ſua adiuuit contra procos vxoris. Homerus libro 22. Odyſſ.

Eumeces, Balſami genus læui cortice: ita dictum quòd cæteris ſit procerius. εὐμήκης enim Græcè, procerus & prolixus dicitur. Plinius libro 12. cap. 25.

EVMELVS, ὠμηλός. Admeti Regis Theſſaliæ ex Alceſti vxore filius.

EYMENES, Εὐμένης. Vir Cardianus fuit ex intimis Philippi & Alexandri familiaribus, qui cura, vigilantia, patria calliditate, & celeritate omnes Macedones ſuperauit: de quo multa à Græcis hiſtoricis traduntur. ¶ Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardeis ingenti prælio ſuperauit: de quo vide Strabonem lib. 13, Et infrà in dictione PERGAMVS.

EVMENIDES, Εὐμενίδες, Furiæ infernales, ἐπ' εὐφημίᾳ dictæ, quòd minimè benevolæ ſint. Εὐμενὴς enim benevolum ſignificat. Has autem tres ferunt fuiſſe, Acherontis & Noctis filias, vno partu editas. Et apud inferos vocantur Canes: vnde Lucanus, -iam vos, ego nomine veto Eliciã. Stygiáſq; canes in luce ſuperna Deſtituam. Apud mortales, Furiæ, ab effectu. Cice. 2. de Legib. Agitant & infectantur impios Furiæ non ardentibus tædis (ſicut eſt in fabulis) ſed angore conſcientiæ, & fraudis cruciatu. Apud Superos dicuntur Diræ. Virgil. lib. 12. Aeneid. At procul vt Diræ ſtridorem agnouit & alas, Infœlix crines ſcindit Iuturna ſolutos. Vocantur & volucres, vt apud eundem. Iamiam linquo acies, ne me terrete timentem Obſcœnæ volucres, alarum verbera noſco.

Eumetris, Gemma eſt apud Bactros naſcens, filici ſimilis, quæ capiti ſuppoſita, nocturna viſa ad oraculi ſimilitudinem reddit. Plinius lib. 37. cap. 10.

EVMOLPVS, Εὔμολπος, Nomen viri Athenienſis, quem Suidas Muſæi poëtæ filium fuiſſe ſcribit, & Pythiorum victorem. Alij Orphei vatis filium fuiſſe credunt, qui Poëta fuit ipſo etiam Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, ſacrorum quorundam præſides dictos volunt, quorum meminit Aeſchines in oratione contra Ctefiphontem.

Eumolpidæ, Εὐμολπίδαι, Dicti ſunt ſacerdotes, ſeu magiſtratus Athenis, in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Aegyptij generis fuiſſe Diodorus refert.

EVMONIDES, Εὐμηλίδαι, Nomen proprium viri Thebani, cuius meminit Plutarchus.

EVNEVS, penult. prod. ἰωνεύς, Iaſonis filius ex Hypſipyle filia Thoantis regis Lemni, teſte Homero lib. 7. Iliad.

Eunuchus, pen. prod. {Εὐνοῦχος. ἰωνῦχος. Ital. *Eunucho, caſtrato ſenza genitali.* Gal. *Eunuche, chaſtré de ſon iuſte aage.* Hiſpa. *Capado ò caſtrado.*} Caſtratus: ab ἰωνὴ, quod eſt cubile, & ἔχω cuſtodio: quia id hominum genus adhibebatur ſeruandis cubilibus Regum, quaſi Eunuchus, & per ſyncæreſim Eunuchus. Cicero in Orat. Eunuchi è Syria Aegyptóque, &c. Iuuenal. Satir. 12. -decidere iactu Cœpit cum ventis, imitatos caſtora qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticulorum.

Eunuchizo, as. {ἰωνυχίζω. Ital. *Caſtrare, canare i genitali.* Gal. *Chaſtrer.* Hiſpa. *Caſtrar.*} Caſtro. Hieronymus contra Iouin. Sunt eunuchi qui de vtero matris ita nati ſunt, & ſunt eunuchi qui ab hominibus eunuchizati ſunt. & ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum.

Eunucho, as. Eiuſdẽ ſignificationis. ἰωνυχίζω. Varro in lege Mæuia apud Nonium, Sic qui patriam maiorem patrẽm extinguit, in eo eſt culpa: quod facit pro ſua parte is qui ſe eunuchat, aut alibi liberos producit.

Euoco, as, pen. corr. Extra voco. {ἐκκαλέω, ἐκκλίνω. Ital. *Chiamare fuori.* Gal. *Eſcher pour venir dehors, appeler.* Hiſp. *Atraer y llamar afuera.*} Plaut. in Amph. Euocare huc Soſiam. Terent. in Eunuc. Num quem euocari hinc vis foras? Plautus in Amph. Tu gubernatorem è naui huc euoca meis verbis Blepharonem, vt re diuina facta mecum prandeat. ¶ Sic euocare ad cœnam, euocare ad colloquium, euocare ad pugnam, &c. Cic. Att. lib. 2, Tuas Numeſio literas dediſſe te his euocabam, vt nihil actius, neque incitatius fieri poſſet. Euocare aliquem Romam, aut ad aliam vrbem, eſt aliquem Romam, vel ad alium locũ accerſere. Sic qui in prouinciis erant, ſæpe ad dicendam cauſam Romam euocabantur. Cice. 3. Verr. Pericles Epheſius homo nobiliſſimus Romam euocatus eſt, quòd autor iniuriæ illius fuiſſe arguereturr. ¶ Euocare item eſt ad ſubitam tumultuariámque militiam vocare. Cæſar 1. bel. Ciuil. Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat. ¶ Euocare deos, veteres dicebant pro precibus elicere numina illa in quorum tutela vrbs obſeſſa eſſe putabatur, vt ea relicta, in eorum qui obſidebant, vrbem tranſirent. Nefas enim ducebant veteres, vrbem aliquam, niſi prius euocatis diis tutelatibus, oppugnare: ne aut aduerſus deos pugnare, aut capta vrbe ipſos etiã deos captiuos habere videretur. Huiuſmodi autem euocationes fiebant conceptis verbis, & carmine quodam in eum vſum compoſito, cuius formulam deſcribit Macrobius Satur. lib. 3. cap. 9. ¶ Per tranſlationem ponitur pro auerto. κωφίσω. Cice. 1. Tuſcul. Nam quid aliud agimus, quum à voluptate, id eſt à corpore, quum à re familiari quæ eſt miniſtra & famula corporis, quum à Republ. quum à negotio omni euocamus animum? Quo tamẽ in loco potius legendum videtur auocamus.

Euœ, per duas ſyllabas, εὐοῖ, Interiectio bacchantis eſt, quam in Liberi patris Orgiis identidem ineuleabant Bacchæ. Ouid. 6. Metam. Exululant, euœáque ſonant.

Euocati. Dicuntur non qui iuſti milites ſunt, ſed qui repentina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuariè vocantur. {ἐπικλῆτοι. Ital. *Chiamati à biſogni per ſoldati.* Gal. *Appellez à la guerre par neceſſité.* Hiſp. *Llamados todos à la guerra.*} Hi pro militibus ducebantur. Sueton. in Galba, Delegit & Equeſtris ordinis iuuenes, qui manẽte anulorum aureorum vſu, euocati appellarẽtur, excubiáſque circa cubiculum ſuum vice militum agerent. Cice. ad Appium, Antonium præfectum euocatorum miſit ad te, cui ſi videbitur, cohortes traderes.

Euolo, as, are, Extra, vel in altum volo. {ἐξίπταμαι. Ital. *Volar fuori, volar in alto.* Gal. *S'enuoler, voler hors.* Hiſp. *Volar de vn lugar à otro.*} Plin. lib. 10, Vultur, & ferè grauiores, niſi ex procurſu, aut altiore tumulo immiſſæ non euolant. Cice. de clar. Orat. Itaque tantos proceſſus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. Idem 1. de Legib. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis mutanda viſa figura, nunc ſit hæc. ¶ Et per tranſlationem euolare eſt eripere ſe. Cice. 3. Verr. Ille qui ſua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliquò euolare, ſi poſſet. ¶ Euolare pœnam. Cice. de Prouin. Cõſul. Quam pœnam ſi tum aliorum opibus, non ſuis, inuitiſſimis vobis euolarunt: at aliam multo maiorem, grauiorémque ſubierunt.

Euolito, as, are, frequentativum. {ἐκκλίνω ἐκπέτομαι, πολλάκις ἐξίπταμαι. Ital. *Volar ſpeſſo.* Gal. *S'enuoler ſouuent.* Hiſp. *Volo muchas vezes de vn lugar à otro.*} Columella lib. 6. cap. 8, Patentibus feneſtris per quas ad requirendos cibos euolitat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euolaticus, ea, cum, {ἁρπακτήριος. Ital. *Volatile.* Gal. *Volaige.* Hispa. *Cosa que vola.*} vt, Euolatici homines. Plaut. Milite, ita vt occepi dicere de illac pugna pentethronica, qua sexaginta hominum vno die euolaticorum manibus occidi meis, &c.

Euolo, as, are, à vola, volæ, Furati, rapere, quasi in volam recipere. {ἁρπάζω. Ital. *Robbare, rapire.* Gal. *Desrober, voler.* Hisp. *Robar, arrebatar.*} Plautus Cistel. Quid quæritas? G. cistellam adolescens hic mihi euolauit. Cicero pro Deiot. Vbi id quod intus est, atque nostrum impunè euolare potest, conträque nos pugnare, sit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus.

Euoluo, is, ere, De loco voluere. {ἀποκυλίω, ἐξελίσσω. Ital. *Voltare.* Gal. *Desrouller, desployer.* Hisp. *Sacar voluiendo.*} Lucret. lib. 3. -nudis euoluunt saxa lacertis. Ouid. 12. Metam. -modò se super æra frustra Tollere conatur, iactásque euoluere syluas. Plin. lib. 4. cap. 12. Euoluitur in Ponatum, iactásque euoluere syluas. Plin. lib. 4. cap. 12, Euoluitur in Pontum sex fluminibus Danubius. Terent. Eunuc. Hac te & omnite turba cuolues, & illi gratum feceris. ¶ Euoluere librum. Cicc. 1. Tusc. Euolue diligéter eius eum librum qui est de animo. ¶ Euoluere, meditari. Virgil. 4. Geor. Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris.

Euolutus, participium. {ἀποκυλισθείς. Ital. *Dispiegato, sulupato.* Gal. *Desuelopé, desployé.* Hispa. *Sacado voluiendo.*} Liuius 6. belli Pun. de angue loqueus, Interuentúque hominum euolutam repentè, atque ex oculis elapsam.

Euolutio, onis. {ἐξέλιγμός. Ital. *Dispiegamento, sulgimento.* Gal. *Desployement, explication.* Hisp. *Obra de sacar voluiendo.*} Cicc. lib. 1. de Finibus, Quid historiæ cognitióque rerum, quid Poëtarum euolutio? quid tanta tot verborum memoria voluptatis affert?

Euomo, is, ere, Vomendo eiicio. {ἐξεμέω. ἀποκαλῶ. Ital. *Vomitare.* Gal. *Vomir, & getter dehors se desgorger, rendre sa gorge.* Hisp. *Gomitando rendir.*} Cicc. 2. de Natura deor. Eadémque hæc auis scribitur conchis se solere implere: eásque quum stomacho concoxerit, euomere, atque ita eligere ex his quæ sunt esculenta. Terent. Adel. Vt iam hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. Cic. de Amic. Apud quem euomat virus acerbitatis suæ.

EVONYMOS, Εὔνυμος, Vulgò *Lulitega*, Insula est vna ex Vulcaniis, ita dicta quòd è Lipara in Siciliam nauigantibus sinistra offeratur. Nam Εὔνυμος Græci ἐπ' ἰδνμίας vocant sinistra. Autor Strabo lib. 6. ¶ Est item Euonymos Theophrasto, arbor infœlix, malo Punicæ similis, in Lesbo insula potissimum prouenies, pecori gustatu letalis. Vide Plinium lib. 13. cap. 22.

EVPALIA, Εὐπάλια, Nomen vrbis in Locride, apud Plinium, lib. 4. ca. 3.

Eupatorium, Εὐπατόριον, siue Eupatoria, Herba est ab officinis *Agrimonia* appellata: cuius descriptionem vide apud Plin. lib. 25. cap. 6.

Eupetalos, Εὐπέταλος, Gemma est, quatuor habens colores, igneum, cæruleum, minij, & mali. autor Plinius, lib. 37. cap. 10.

EVPHEME, Εὐφήμη, Mulieris nomen nutricis Musarum, & Croci matris.

EVPHEMIA, Εὐφημία, Vxor fuit Iustini Imperatoris, cuius meminit Suidas ¶ Græcis item Euphemia, faustam acclamationem significat, qualis fieri solet principibus recens inauguratis.

Euphonia, æ. {Εὐφωνία. Ital. *Buona consonanza.* Gal. *Bon accord, harmonie.* Hisp. *Canto acordado.*} Vocalitas, siue sonoritas vocis, iucunda verborum prolatio: quæ quibus adest, Εὐφώνοις à Græcis dicuntur.

Euphorbium, bij, Εὐφόρβιον Dioscoridi, siue, vt apud Plinium legitur, Euphorbia. bix, Arbor est in Mauritania nascens, nõ procul ab Atlante monte, ferulæ speciem referens, succum verò habens tantæ acrimoniæ, vt accolæ eam expauescentes, ouillos vires elutos arbori circuniigent, & eminus caulem contis incidant. Quo facto, statim é plaga copiosus humor profluit, lacti similis, qui & ipse euphorbium dicitur. Quod nomen ei imposuisse putatur Iuba Mauritaniæ rex, à nomine Euphorbi medici sui, qui frater fuit Antonij Musæ, cuius ope Augustum seruatum fuisse, tradit Plinius, lib. 25. cap. 8.

EVPHORBVS, Εὔφορβος, Viri Troiani nomen est, à Menelao occisi: vt innuit Ouidius lib. vlti. Metamor. his versibus,

Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris

Atridæ. Sunt verba Pythagoræ, qui suo exemplo nititur probare, animas à corporibus separatas, in alia atque alia corpora commigrare, quòd tempore belli Troiani ipse fuerit Euphorbus à Menelao interfectus, suúmque clypeum agnouerit à Menelao in templo Dianæ suspensum.

EVPHORION, Εὐφορίων, Nomen Poëtæ Chalcidensis, quem transtulit Cornelius Gallus. Habebat hic quosdam ita deditos sibi amatores, vt eum præferrent Ennio, & reliquis Poëtis, eiúsque carmina studiosè cantarent, posthabitis aliorum poëmatibus. Meminit Cicc. 2. de Natu. deor. Quid (inquit) Poëta nemo? nemo physicus obscurus? ille verò nimis etiam obscurus Euphorion? at non Homerus.

EVPHRANOR, Εὐφράνωρ. Nomen statuarij laudatissimi Isthmij, qui de symmetria & coloribus aliquot volumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade: plurimáque signa nobilissima ex ære confecit, quæ enumerantur à Plinio, lib. 34. cap. 8. Idem & pictor, & marmorarius fuit, in vnoquoque genere excellens. sibique æqualis, teste eodem Plinio, lib. 35. cap. 11, Huius meminit & Quintilianus Institut. Orat. lib. 12. Item Iuuenalis Satyra 3, Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti, &c.

EVPHRATES, is, penult. prod. Εὐφράτης. Fluuius Mesopotamiæ, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem nasci: influere autè in Mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere, & Tigri cõiunctum Mesopotamiam facere. Salustius quoque cerissimus autor affert, tam Tigris, quàm Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Cui etiam astipulatur Plinius libro 6. cap. 24. vbi Emphratem in Caranitide, Armeniæ maioris Præfectura, nasci tradit. Quorum testimoniorum cõsensu adductus Hieronymus, locum Geneseos de Paradiso, quatuórque fluminibus eum irrigantibus, (inter quos enumerator & Euphrates) secus intelligendum esse existimat quàm verba ipsa videantur sonare. Dictus autem putatur Euphrates (quod & Ambrosius annotauit) ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, hoc est à lætificando: propterea quòd circumiacentem agrum restagnationibus suis adeò lætum fœcundúmque reddat, vt sequente anno sponte resibilis fiat seges, impressis tantum vestigio seminibus. Qua de re vide Plinium lib. 18. cap. 25. & 26. ¶ Fuit etiam hoc nomine Philosophus, Adriani temporibus, qui tædio senectutis & perpetui morbi impetrata prius ab Adriano venia, ne sibi ignominiæ esset, cicutam bibit, sibique voluntariam mortem attulit.

EVPHROSYNA, æ, & Euphrosyne, es, penult. corr. Εὐφροσύνη. Vna ex tribus Gratiis, ab hilaritate, seu lætitia (id enim Græcis sonat Εὐφροσύνη) nomen habens.

Euphrosynum, Εὐφρόσυνον, Herba est, quam notiori nomine buglossum vocamus: ita dicta ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, quod est lætificare, quòd scilicet in vinum deiecta, animi curas pellat, hilaritatémque inducat. Autor Plinius lib. 25. cap. 2.

EVPILIS, Lacus Cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit. Autor Plinius lib. 3. cap. 19 Vulgò *Lago di Pussiano.*

EVPOLIS, Εὔπολις, Priscæ comœdiæ scriptor fuit, in reprehẽdendis hominum vitiis liberrimus. Vnde etiam Persius iratum Eupolidem vocat, quasi hominum vitiis vehementer infensum. Scripsit Comœdias septendecim, ex quibus nouem victoriam meruerunt. Periit in prælio nauali inter Lacedæmonios & Athenienses iuxta Hellespontum commisso. Cuius mors quantum ciuitati luctum attulerit, vel illud vnum abundè magno documento esse potest, quòd publico edicto cautum est ne Poëtæ in posterum militare liceret.

EVPOMPVS, Εὔπομπος, Pictor nobilis fuit, patria Sicyonius, Parrhasij & Zeuxidis æqualis, tantæ inter ætatis suæ artifices auctoritatis, vt genus quoddam picturæ, ab eo Sicyonium fuerit appellatum. Huius discipulus fuit Pamphilus Macedo, qui Apellem instituit.

EVPORIA, æ, Εὐπορία, vrbs Macedoniæ ab Alexandro Magno condita, & à soli fertilitate nomen sortita. Autor Stephanus.

EVPORVS, Εὔπορος, C. Gracchi seruus fuit, qui dominum ex Auentino fugientem, quandiu potuit tutatus est: occiso deinde domino super eius cadauer prostratus, sibi quoque mortem conscinit. Autor Valerius libro 6. cap. 8.

EVPROSOPON, Εὔπροσωπον, Promontorium est Phœnices ad Byblon oppidum ita dictum ab aspectus iucunditate. Nam Εὔπροσωπον interpretatur iucundus aspectu.

EVRANIVM, nij, Εὐράνιον, Cariæ oppidum est, Halicarnasseorum iurisdictioni ab Alexandro Magno assignatum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Eureos, Gemma nucleo oliuæ similis, striatáque modo concharum, minus tamen habens candoris. Autor Plinius lib. 37. cap. 10.

EVRIPIDES, penult. cort. Εὐριπίδης, Insignis Poëta tragicus fuit, natus eo die quo numerosus ille Xerxis exercitus ab Atheniẽsibus fusus est. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam summo in honore est habitus. Scripsit fabulas LXXV. ex quibus quinq; tantùm victoriam meruerunt. Castitate autem vitæ tantæ fuit, vt vulgò μισογύνης, hoc est mulierũ osor fuerit cognominatus. Periit noctu, ab Archelai canibus, vt fertur, discerptus. Ossa eius Regis iussu Pellam sunt translata, repulsis Athenienstum precibus, qui sæpe per legatos tentauerant vt ciuis sui reliquias sibi in patriam referre liceret.

Euripidius, Εὐριπίδειος. Numerus in talis quadragenarius ab Euripide inuentus eo tempore quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Athenienstum Rempubl. administrabant. Legitur & Euripides in eadem significatione. Vide Cælium Rhodig. lib. 20. cap. 27.

EVRIPVS, penult. prod. εὔριπος, Dicitur fretum, id est mare angustum inter Aulidem Bœotiæ portum, & Euboeam insulam, quod vnius diei & noctis spatio septies recurrit eo impetu, vt nauigia repugnantibus ventis plena secum, rapiat. Autor Mela. ¶ Vnde locus factus prouerbio, Homo euripus, Εὔριπος ἄνθρωπος. In inconstantes ac moribus inæqualibus homines dicetur. Quadrabit & in fortunæ vices, quæ res mortalium, velut æstu quodam sursum ad deorsum iactat. ¶ Sunt itẽ Euripi, canales, seu ductus aquarum aliunde deductarum in sublime salientium, si paulo minutiores sint, quos intra domos Romani per pratum ducebant: si autem maiusculi sint, nili dicuntur. Cicc. lib. 1. de Legibus, Ductus aquarum, quos isti nilos, euripósque vocãt, quis quũ viderit, non itriserit? ¶ Euripi quoque sunt fossæ in ludis circundatæ pro septis, quorum loca temporia prius cloustra fuerunt, autore Plinio.

EVROMEDES, pen. prod. Oppidum est Cariæ, apud Plinium lib. 5. cap. 29. A Stephano εὐρωμός appellatur.

Eurotias, æ, Εὐρωτιάς, Gemma est quæ situ videtur operire nigritlem, ita dicta à Græco verbo Εὐρωτᾶν, quod est situm trahere. De hac Plinius libro 37. cap. 10.

EVRONOTVS, Εὐρόνοτος, Ventus inter Eurum & Notum flans: cuius meminit Plin. lib. 2. cap. 47.

EVROPA, Εὐρώπη, Tertia pars orbis, ab Asia, Tanaide fluuio: ab Africa, Mediterraneo mari discreta: ita dicta ab Europa, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Iupiter (vt Poëtæ fabulantur) in bouem transformatus, raptam abduxit in Cretam. Habet quatuor sinus magnos: quorũ primus est à Gaditano freto ad Lacinium vsque promontorium Italiæ in Locris. Secundus à Lacinio ab ipsa Epiri Acroceraunia. Tertius inde ad Hellespontum. Quartus, ab Hellesponto ad Mæotidis ostia. ¶ Hinc Europæi, Εὐρωπαῖοι, qui Europam incolunt. ¶ Est item Europa, Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia, cuius meminit Hesiodus in Theogonia.

EVROPVS, pi, penult. prod. εὔρωπος, Oppidum Macedoniæ ad Axium amnem, teste Plinio lib. 4. cap. 10, ita dictum (si Stephano credimus) ab Europo Macedonis & Orithiæ filio.

EVROPVM, pi, εὔρωπον, Syriæ vrbs, olim Thapsacum, postea Amphipolis appellata. Autor Plinius lib. 5. cap. 24. ¶ Est item eiusdem nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas: cuius meminit idem Plinius lib. 6. cap. 25.

EVROTAS, pen. prod. Εὐρώτας, Fluuius Laconiæ, Spartam præterlabens, teste Liuio lib. 4. bel. Maced. ripásque habens frequentibus lauris consitas. De hoc Virgilius in Sileno, Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus Audiit Eurotas, iussitque edíscere lauros.

EVRVS, Εὖρος, Ventus spiratus ab Ortu brumali, quem Latini Vulturnum appellant.

appellant. Plin. lib. 2. cap. 47. Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus: illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant. Colum. lib. 1. cap. 5. Quum plerunque fideris Caniculæ tempore, quædam partes eius regionis sic infestantur Euro, (quem incolæ Vulturnum appellant) vt nisi tegminibus vites opaceatur, velut halitu flammeo fructus vrantur. Ouid. 1. Metam. Eurus ad Auroram, Nabathæáque regna recessit, Persidáque, & radis iuga subdita matutinis.

EVRIALE, penult. corr. Εὐρύαλη. Fuit Regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. ¶ Alia fuit Proœti Argiuorum regis filia. ¶ Tertia ex Gorgonibus vna: quæ tres fuerunt in extrema Africa, circa Atlantem montem: quæ omnes vnum oculum habebant, quo mutuum vtentes, quoscunque aspiciebant, conuertebant in saxa. Harum nomina fuerunt Medusa, Sthenyo, & Euryale. Seruius eximia pariter pulchritudine virgines fuisse tradit, quarum solo aspectu adolescentes obstupescebant: quam rem fabulæ occasionem subministrasse existimat vt dicerentur quoscunque aspexissent, in saxa transmutare. Hæc ille, enarrans illud Virgilij libro 6. Aeneid. Gorgones, Harpiæque, & forma tricorporis vmbræ.

EVRYALVS, pen. corr. Εὐρύαλος. Nomen vnius ex principibus Peloponnesiacis, qui Argos & propinquas vrbes incolebãt, & ad Troiam cum octoginta nauibus venerunt: vt tradit Homerus in Catal. ¶ Fuit etiam hoc nomine Troianus quidam, arctissimo amicitiæ vinculo cum Niso coniunctus, Virgiliique carmine notissimus. ¶ Fuit & nomen histrionis. Iuuen. Nobilis Euryalum, aut mirmillonem exprimat infans.

EVRYAMPVS, pi, Εὐρύαμπος. Oppidum Magnesiæ, apud Stephanum.

EVRYANASSA, æ, Εὐρυάνασσα. Insula est maris Aegæi, regione Ioniæ, non procul ab Arginusa. Autor Plinius lib. 5. cap. 31.

EVRYBATES, Εὐρύβατης. Nomen viri Ithaci, Vlyssis præco, ab Agamemnone missus vt ab Achille auferret Briseidem. Ouidius in Epist. Briseidis ad Achillem, Nam simul Eurybates me Talthybiúsque vocatunt, Eurybati data sum, Talthybióque comes.

EVRYBATVS, Εὐρύβατος. Fur insigni fuit astutia, qui aliquando à custodibus in furto deprehẽsus, quum illi videre cuperent quo ingenio domos conscenderet, stimulis quibusdam ferreis, & finibus irrepsit in parietem, illisque intuentibus, expeditámque hominis agilitatem admirantibus, per tegulas aufugiẽs periculum euasit. Vnde prouerbialiter Eurybatissare, Εὐρυβατίζειν, dicimus aliquem qui in re manifesta deprehensus, aliqua tamen arte elabitur.

EVRYBIADES, dæ, Εὐρυβιάδης. Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius, vniuersæ Græcorum classis dux à Lacedæmoniis constitutus aduersus Xerxem. Vide Herodotum lib. 8.

EVRYCLEA, penult. produ. Εὐρύκλεια. Opos Pisenoridæ filia pulcherrima, quam Laërtes in prima existens pubertate viginti boum pretio emit, ac honore parem vxori domi habuit, Vlyssémque nutriendum dedit: quem & prima in patriam redeuntem agnouit. Vide Homerum lib. 1. & 19. Odyss.

EVRYCLES, pen. corr. Εὐρύκλης. Vatis cuiusdam nomen fuit, qui de suis incommodis semper aliquid diuinabat. Hinc factum est vt prouerbiali quadam figura omnes diuinatores Euryclidæ dicerentur, vt refert Cælius Antiq. lect. lib. 5. cap. 10.

EVRYCRATIDAS, Εὐρυκρατίδας. Vir Lacedæmonius, de quo Plutarchus.

EVRYDAMAS, antis, penult. nominatiui corrept. Εὐρύδαμας. Vir fuit Troianus, somniorum interpres. Ouid. in Ibin, Vtque vel Eurydamas ter circum busta Trasylli, Et Lariſæis tractus ab hoste rotis. Vbi per Eurydamanta intelligunt Hectorem, qui virtute cuncta domitabat. Εὐρὺ enim Græcis latè significat, & δαμάζω domo.

EVRYDAMES, mis, Εὐρύδαμις. Diactoris Lacedæmonij filia fuit, & soror Menij, vxor autem Leutychidæ Laecdæmoniorum regis, ex qua ille Lampito filiam suscepit, quam Archidemo Zeuxidemi filio in matrimonium tradidit. Autor Herodotus, lib. 6.

EVRYDICE, Εὐρυδίκη. Vxor Orphei, cuius amore captus Aristæus, quum vim ei inferre pararet, illa per auia fugiẽs incidit in colubrum in herba delitescentem; cuius morsu interiit. Orpheus autem vxoris mortem ægerrimè ferens, accepta cithara inferos adiit, vbi Plutonem Proserpinámque tam suaui carmine demulsit, vt ei vxorem ab inferis reducendam permitterent, ea tamen conditione, ne prius eam quàm ad superos rediisset, intueretur. Quam legem quum ille amoris impatientia esset præuaricatus, Eurydice denuo ad inferos est retracta. Virgil. lib. 4. Geor. Restitit, Eurydicémque suam iam luce sub ipsa, Immemor heu, victúsque animi, respexit, &c. ¶ Alia item fuit Eurydice, Clymeni filia, vxor Nestoris, ex qua ille septem filios & vnam filiam suscepit. Autor Homerus, Odyss. lib. 3.

EVRYLOCHVS, Εὐρύλοχος. Fuit Phlegyarum rex, & conditor Thebarum, quas postea Cadmus instaurauit. ¶ Fuit etiam hoc nomine vnus sociorum Vlyssis, qui solus Circes pocula non gustauit, neque in suis figuram transmutatus est. Ouid. 14. Metam. Suis solùm caruisse figura Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.

EVRYMEDON, Eurymedontis, penult. nominatiui corr. Εὐρυμέδων. Pater fuit Peribœæ, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit, regem Phæacum, & Alcinoi patrem. Autor Homerus, lib. 7. Odyss. ¶ Est item Eurymedon, Pamphyliæ fluuius, iuxta quem Atheniẽses Cimone duce Medos profligarunt. Autor Thucydides, lib. 1.

EVRYMACHVS, Εὐρύμαχος. Thebanorum potentissimus fuit: qui quum Plataeas noctu per proditionem cepisset, rebellantibus deinde ciuibus, viuus in hostium potestatem peruenit, vnáque cum suis omnibus supplicio affectus est. Autor Thucydides, lib. 2.

EVRYNOME, Εὐρυνόμη. Nympha, Oceani & Tethyos filia, mater Leucothoes, quam Apollo assumpta matris illius effigie compressit. ¶ Alia fuit Apollinis filia, quæ Adrastum Argiuorum regem, & Euryphilen Amphiarai coniugem peperit.

EVRYPYLVS, penult. corr. Εὐρύπυλος. Fuit Herculis filius, qui regnauit in Co insula, & cunctorum Græcorum augur peritissimus est habitus. Virgilius lib. 2. Aeneid. Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus.

EVRYSTHEVS, Εὐρυσθεύς. Suidæ, fuit Sthenelí Mycenarum regis filius, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi vt varia monstra superaret quo posset perire. Vnde durus Eurystheus vocatur à Virgil. lib. 1. Georg. quod nullis Herculis laboribus potuerit mitigari. -quis (inquit) aut Eurysthea durum, Aut illaudati nescit Busiridis aras?

EVRYTION, tionis, Εὐρυτίων, Faber insignis fuit, qui Pallanti Euandri filio arma fabricauit. Virgil. 10. Aeneid. Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.

EVRYTVS, pen. corr. Εὔρυτος. Oechaliæ rex, & pater Ioles, qui quum ab Hercule victus, pactam ei certaminis lege filiam tradere recusaret, iratus Hercules Eurytum occidit, Vrbéq; direpta, Iolem abduxit. ¶ Hinc Eurytis, idis, patronymicum fœmininum. Ouid. 9. Metam. Eurytidos lachrymas admoto pollice siccat Alemene.

Eurythmia, Εὐρυθμία, Decens & aptus corporis motus. Quintilia lib. 1. cap. 30. Corporis quoque decens & aptus motus, qui dicitur Εὐρυθμία, est necessarius.

Eusebes, Gemma ex qua Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua facilè dij surgebant. Plin. lib. 37. cap. 10.

EVSEBIVS, Εὐσέβιος. Episcopus Cæsariensis, firmissimo amicitiæ fœdere cum Pamphilo martyre coniunctus: à quo & Pamphili cognomen mutuatus est. Floruit temporibus Constantij & Constãtini Cæsarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum vide apud Suidam.

EVSTATHIVS, Εὐστάθιος. Nomen fuit Grammatici Constantinopolitani, cuius extant Commentaria in Homerum, quemadmodum Seruij in Virgilium. ¶ Eustathius alius fuit Epiphanæus, qui temporum epitomen ab Aenea Troiano vsque ad Anastasium principem sub quo vixit, septem voluminibus conscripsit. Autor Suidas. ¶ Eustathius alius genere Pamphylus, præsul Antiochenus, aduersus Arrianorum dogma multa composuit sub Constantino principe: pulsus demum est in exilium Traianopolim Thraciæ ciuitatẽ, vbi & sepultus est. Sũt quoque ipsius volumina de anima, epistolaq; complures. Hieron. ¶ Præter hos fuit Eustathius martyr inter aulicos Traiani principis, Placidus antea vocatus: qui quum in venatione ceruum sectaretur, conspecto inter eius cornua crucis simulachro, & voce feræ eiusdem audita, Cur me persequeris? Domi vxori Theopistæ, & filiis rem manifestauit: qui verbis eius fidem adhibentes, Christo nomen dederunt. Martyrij palmam accepit sub Adriano vnà cum vxore, æneo in tauro exustus. Volaterranus libro 15.

EVSTEPHIVS, Εὐστέφιος, Aphrodisicus sophista, scripsit declamationes. Autor Suidas.

EVSTOCHIVS, Εὐστόχιος, Cappadox Sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ aliarúmque gentium antiquitate. Volaterranus libro 15.

EVSTRATIVS, Εὐστράτιος, Nomen Philosophi qui in Ethica Aristotelis Commentarios scripsit.

EVTERPE, Εὐτέρπη. Vna ex Musis quæ Mathemata, vel, vt aliis placet, tibias inuenit: à conceptus suauitate nomen trahens. est enim & bene, & τέρπειν delectare. Virgil. in Epigram. de Musarum inuentis, Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet.

EVTHYDEMVS, penult. prod. Εὐθύδημος, Philosophus fuit Tarsensis, Apollonij Tyanei præceptor: de quo vide plura apud Suidam.

EVTHYMVS, Εὔθυμος, Pycta, in Locris Italiæ qui Epizephyrij cognominantur ortus, Astycleo patre, vel (vt indigenis persuasum est) Cæcino amne genitus, qui Locros à Rheginis dimidit. Hũc tradit Pausanias perpetuum fuisse Olympiorum victorem: semélque tantùm fuisse superatum à Theagene Thasio, nõ iusto quidem certamine, sed circumuentum dolo: vnde nec Theageni decretus honor: insuper damnatus, vt mulctæ nomine talentum Euthymo reptæsentaret. Reuersus inde in Italiam, cum Temesæo genio congressus, (cui oppidani quotannis eximia forma virginem tributi loco pendebant) victoria potitus est, Temesæóque seruitute liberauit, virginémque genio destinatã vxorem duxit: quo nomine diuinos honores etiam viuus meruit. Vide hęc latius apud Suidam. Meminit huius & Aelianus, Variæ historiæ lib. 8. Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pycles inclytus, & robore insigni fuit: lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temesæum heroa, quod cuique per vim abstulerat, reddere coëgit, etiam cum fœnore: vt inde natum sit adagium iis qui sordidos & iniustos quæstus faciunt, affore Temesæum genium. Hic Euthymus ad amnem Cæcinum, oculis hominum apparere desiit. Meminit eius & Plinius lib. 7. cap. 47.

Euthymia, {Εὐθυμία Ital. *Tranquillità d'animo*. Gal. *Tranquillité d'esprit*. Hisp. *Sossiego de animo*.} Animi tranquillitas. Laërtius in vita Democriti definit Euthymiam esse rectũ, quietúmque animi statum, dum nullo metu, nulla superstitione, aut alia quauis perturbatione agitatur. Cic. lib. 5. de Finib. Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant Εὐθυμίαν, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas est ipsa beata vita.

Euthyoria, Εὐθυωρία, Rectæ lineæ porrectio, & mensura nõ per diuerticula itinerum (quæ obiectu montium, & interuentu conuallium, aut fluminum flexu plerunque necessaria sunt) sed in directum acta.

EVTOCVS, Autore Bocatio lib. 5, Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Africa redeuntibus, Cyrenis dicitur remansisse, & iis imperasse qui vnà secum ibidem remansere.

EVTRAPELVS, pen. corr. Εὐτράπελος, apud Horatium lib. 1. Epistol. Viri cuiusdam nomen est in circumueniendis hominibus callidissimi. Eutrapelus (inquit) cuicunq; nocere volebat. Vestimenta dabat pretiosa. Vox est Græca, idem significans quod vrbanus, falsus, & facetus.

Eutrapelia, liæ, Εὐτραπελία. Dictio est Græca, idem ferè significans quod apud nos vrbanitas, lepor, festiuitas, & facetia. Aristoteles in Rhetoricis Εὐτραπελίαν interpretatur πεπαιδευμένην ὕβριν, hoc est eruditum cõuicium. Paulus ad Ephesios, cap. 5, pro scurrilitate accipit, siue scurrili vrbanitate, graui viro indigna.

EVTYCHIA, æ, Εὐτυχία. Insula est Thessaliæ adiacens, ante sinum Pagasicum. Autor Plinius lib. 4. cap. 12.

EVTYCHIS, is, pen. corr. Εὐτυχὶς. Mulier Tralliana, triginta partus enixa, & à viginti liberis rogo illata. Autor Plinius, lib. 7. cap. 3.

EVTYCHES, pen. corr. Εὐτυχὴς. Nomen fuit hæresiarchæ Constantinopolitani, qui Christum de Maria virgine corpus negabat assumpsisse,

sed

sed virginis tantùm vterum, velut Solis radios penetrasse.

EVTYCHIDES, Εὐτυχίδης, Insignis fuit statuarius, qui Olympiade centesima vicesima floruit, teste Plinio, lib. 34. cap. 8.

Euulgo, gas, gare, In vulgus edo, occulta omnibus prodo. ἐκφέρω. Liuius libro 9. ab Vrbe, Ciuile ius repositum in penetralibus Pontificum, euulgauit.

EVXINVS PONTVS, Εὔξεινος πόντος, Mare illud est quod incipiens à Bosphoro Thracio, vergit in Orientem & Septentrionem, prius Pontus Axenus dictus, ἄξενος, hoc est inhospitalis, propter immanitatem eorum qui eius maris litora incolebant. Illi enim & hospites immolare solebant (vt autor est Strabo lib. 7.) & carnibus peresis, ex caluis eorum sibi pocula conficere. Postea verò quum in locis maritimis Iones aliquot oppida condidissent, cohibito Scythatum assueto latrocinio, receptóque Græcorum hominum commercio, pro Axeno Euxinus, hoc est hospitalis appellatus est. Idem penè de huius nominis origine tradit Ouidius de Ponto, Frigrida (inquit) me cohibent Euxini littora ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Euzomos, siue Euzomon. pen. prod. εὔζωμος, ὁ εὐζωμον, Eruca herba, ita dicta quòd iuris saporem commendet. ζωμὸν enim ius appellant Græci. Plin. lib. 20. cap. 13, In condiendis obsoniis tanta erucæ est suauitas, vt Græci Euzomon appellauerint.

E ante X.

Ex, ἐκ, ἐξ. Ital. *Da, de, di.* Gal. *De, par, depuis, selon.* Hisp. *De.* } Præpositio: vt aliis atq; aliis verbis iungitur, ita aliam atque aliam sortitur significationem. ¶ Interdum enim significat locum: vt, Ex cælo, apud Catullum, Spectatum ex cælo Mars pater ipse veni. ¶ Interdum tempus, vt idem sit quod post, Cice. 1. Philippica, Ex eo die quo in ædem Telluris conuocati sumus. Sic etiam dicimus, Ex illo, hoc est post illud tempus. Virg. 2. Aene. Ex illo fluere, & retro sublapsa referri Spes Danaûm. ¶ Nonnunquam etiam personam: vt quum dicimus, Audiui hoc ex patre meo. ¶ Aliquando etiam causam importat, vt ferè idem sit quod propter. Seneca de Benefic. Siquis patriæ meæ pecuniam crediderit, non dicam me illius debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor. id est non propterea profitebor æs alienum. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro cum. Plautus in Merca. Resinam ex melle Aegyptiam vorato, saluum feceris. Quod locutionis genus frequens est apud Medicos. ¶ Alias præterea infinitas habet significationes pro ratione adiuncti. vt, Ex abundanti, idem est quod præter necessitatem, vel plus quàm necesse erat. Quintil. lib. 5. cap. 6, Adiicit ex abundanti hanc quoque fiduciam. Ex æquo, idem est quod æqualiter. Tacitus lib. 18, Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Vel etiam ex æquitate. Liuius lib. 2. quintæ Decad. Et si in animum inducerent, vt ex æquo fœdus fieret, & se visurum quid sibi faciendum esset. ¶ Ex animo, hoc est non simulatè. Terẽt. in Eunuc. Vtinam istuc verbum ex animo, ac verè diceres. ¶ Ex animi sententia, idem est quod pro voto. ¶ Ex ante diem Nonarum, hoc est ante diem Nonarum finitum. Cicero Attic. lib. 3. De Quinto fratre nũtij nobis tristes, nec vatij venerant, ex ante diem Nonarum Iuniarũ, vsq; ad pridie Calend. Septembres. ¶ Ex composito, hoc est vt compositum erat, vel vt conuenerat, vel dedita opera. Liuius libro 1. ab Vrbe, Tum ex composito orta vis, signóque dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit. ¶ Ex consuetudine, hoc est secundum consuetudinem. Plinius Epistolib. 2, Hunc oro ex consuetudine tua & legas, & relegas. ¶ Ex continenti, idem est quod statim. Iustinus lib. 1, Septẽ tantùm huius coniurationis conscij fuerunt quæ ex continenti, ne dato in pœnitentiam spatio res per quenquam enarretur, &c. ¶ Ex dignitate, hoc est pro dignitate, vel vt dignitas postulat. Cicero Licinio, lib. 5. Epist. Quamobrem tu quantum tuo iudicio nobis tribuendum esse putes, statues ipse: &, vt spero, statues ex nostra dignitate. ¶ Ex facili, idem est quod facilè. Plin. lib. 22. cap. 25, Hippocrates tantum sorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hautiretur. ¶ Ex fide, hoc est fideliter. Suetonius in Galba, Numulatio nõ ex fide versanti pecunias, manus amputauit. ¶ Ex industria, hoc est dedita opera. Liuius 1. ab Vrbe, Ergo ex industria factus ad imitationẽ stultitiæ, quum se, suásque prædæ esse regi sineret. ¶ Ex insperato, id est præter spem & opinionem. Liuius lib. 8. bel. Pun. Quum ex inaspérato repentè misissis nobis huc P. Scipionem. ¶ Exintegro, vel Deintegro quod barbari dicunt, *De nouo.* Plinius in Epist. Ego quia sciebam acta Bassi rescissa, datúmque à Senatu ius omnibus de quibus ille aliquid constituisset, exintegro agendi. ¶ Ex professo, id est seriò, consultò, nõ dissimulatè, & quasi ex professione. Quintilianus lib. 12. cap. 1, Ex professo Philosophiam ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus. ¶ Ex præscripto, hoc est secundum id quod nobis præscriptum est. Colum. lib. 1. cap. 1, Neq; enim semper eũdem, velut ex præscripto habitum gerunt. ¶ Ex quo, id est postquam, vel post quod tempus. Liuius libro 1. ab Vrbe, Duodequadragesimo fermè anno ex quo regnare cœperat. ¶ Ex tempore aliquid agere, vel dicere, hoc est absq; vlla præcedente præmeditatione. Plinius in Epist. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit.

Exacerbo, as, are, Irrito, & ad iracũdiam prouoco. } παροξύνω. Ital. *Acerbare, prouocare ad ira.* Gal. *Irriter, faire courroucer & aigrir.* Hisp. *Molestar y exasperar.* } Liuius 8. ab Vrbe, Quum omnes affirmarent infestius Papyrium exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbatúmque, clàm ex castris Romam profugit. Sueto. in Galba, Atque eo quidem nomine omnes qui vbique erant, exacerbauit.

Exacerbesco, scis, Valde acerbus, id est asper fio. } πικραίνομαι, παροξύνομαι. Ital. *Inacerbire, farsi aspro.* Gal. *Deuenir aspre, s'enaigrir.* Hisp. *Exasperarse, hazerse aspero.* } Quod ab exacerbeo, bes, fieri cõstat, licet acerbeo rarò inueniatur. Apul. in Apolog. Quis est tam mitis quin exacerbescat?

Exacesco, is, ere, Acidum fieri. } ἐξινόομαι. Ital. *Inacetire.* Gal. *Deuenir aigre, enaigrir.* Hispa. *Acedarse.* } Colum. lib. 12. cap. 17, In dolium, vel in amphoras conditur: deinde quum excuit, & remisit liquorem, quicquid est aceti, diligenter colatur, &c.

Exacon, Secunda centauri species à Gallis appellata est, quòd omnia mala medicamẽta exigat per aluum. κάθαρσις λεπτή. Dicitur & fel tertæ, ob insignem amaritudinem. Autor Plinius lib. 25. cap. 6.

Exactor, Exactio, Exactus, vide EXIGO.

Exacuo, Idem est quod simplex acuo, hoc est acutum facio. } ἐξύνω. Ital. *Aguzzare.* Gal. *Aguiser, faire aigu & pointu.* Hispa. *Aguzar.* } Virgil. 3. Georg. Ipse ruit, dentésque Sabellicus exacuit sus. ¶ Ad hominẽ translatum, idem ferè est quod incitare, vel inflammare. Claudia. de bel. Getico, At iuuenem stimulis immanibus æmula virtus Exacuit. ¶ Exacuere animum, est acutiorem, & perspicaciorem reddere. Plin. lib. 20. cap. 13, Nasturtium venerem inhibet, animum exacuit.

Exacutus, nomen ex participio. } ὀξυπρόσωπος, ὀξυωπής. Ital. *Molto acuto.* Gal. *Aguisé.* Hisp. *Aguzado.* } Plin. libro 18. cap. 18, Latior hæc quatto generi, sed exactior in mucronem fagistiata.

Exactio, onis. } ὀξυωπία. Ital. *Essso far acuto.* Gal. *Aguisement.* Hisp. *Aguzamiento, obra de aguzar.* } Plinius libro 17. cap. 14, Calami exactio medullam ne nudet.

Exaduersum, Vnica est dictio, idem significans quod ex opposito, vel eregione. } ἀντικρύ. Ital. *All'incontro.* Gal. *A l'opposite, au contraire.* Hispa. *Enfrente de otro lugar.* } Terent. in Phorm. In quo hæc discebat ludo, exaduersum ei loco Tostrina erat quædam. ¶ Pro eodem etiam legimus Exaduerso. Plautus in Mercato. Respice huc ad dextram Chartine, nónne exaduerso vides? Plin. lib. 4. cap. 13, Exaduerso intrantibus geminæ cernebantur.

Exædifico, as, are, Perfectè ædificare, vel ædificium absoluere. } ἐξοικοδομέω. Ital. *Edificare, fabricare compitamente.* Gal. *Edifier & bastir, acheuer de bastir.* Hisp. *Edificar hasta el cabo.* } Cæsar 1. bel. Ciuilis, Quod oppidum Labienus constituerat, suáque pecunia exædificauerat. Cic. 1. de Orat. Non grauare exædificare id opus quod instituisti. ¶ Aliquando significat domo pellere, domo eiicio. Plautus in Trinu. Nam exædificasser me ex his ædibus, si absque te foret. ¶ Exædificare inchoatam ignauiam, per translationem, hoc est augere, perficere, & ad summum perducere. Plautus ibidem, Quid interest, dare te in manus argentum amanti homini adolescentulo, animi impoti, Qui exædificaret suam inchoatam ignauiam?

Exædificatio, verbale. } ἐποικοδόμησις, ἐξοικοδόμημα. Ital. *Edificatione.* Gal. *Edification, bastissage, acheuement de bastir.* Hisp. *Aquella obra de edificar.* } Cicero 2. de Orat.

Exæquo, as, Idem est quod æqualem facere. } ἐξισόω, ἐξομαλίζω. Ital. *Agguagliare, far vguale.* Gal. *Egaler, faire tout vn, aplanir.* Hisp. *Ygualar vna cosa à otra.* } Cæsar 1. bel. Ciuilis, Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quòd neminem dignitate secũ exæquari volebat, totum se ab eius amicitia auerterat. Cicero, post reditum in Senatu, Propterea quòd superiorem esse cõtra improbos, minus est negotij, quàm bonis exæquari. Sallustius, In primis arduum videtur res gestas scribere: primùm, quòd facta dictis exæquanda sint.

Exæquatus, ta, tum. } ἐξομαλισθείς. Ital. *Ragguagliato, pianato.* Gal. *Egal, aplani.* Hisp. *Hecho ygual.* } Lucret. Exæquataque sunt creperi certamina belli.

Exæquatio, vel bale. } ἐξίσωσις, ἐξομάλισις. Ital. *Ragguagliamento.* Gal. *Egalement, egalation, perequation.* Hispa. *Obra de ygualar.* } Liu. 4. bell. Macedo. Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locupiex, &c.

Exæstuo, as, } ἐκκυκλέομαι, ὑπερζέω. Ital. *Ondeggiare.* Gal. *Getter ondes, se desborder, bouillir par dessus.* Hisp. *Hervir, rebossar.* } Aestum emitto & exhalo. Liu. 6. bell. Pun. Incertæ altitudinis vtcunque exæstuat mare, Plin. lib. 37. cap. 2. Æstuante oceano. Exæstuat mens ira, Virgil. 9. Aeneid.

Exæuio, Idem quod desæuio, hoc est sæuire desino. } ἀφυδρίζω, ἀποπαύομαι τοῦ θυμοῦ. Ital. *Lasciar la crudelta, discrudelire.* Gal. *Passer sa fureur, s'apaiser, cesser d'estre rigoreux & cruel.* Hispa. *Dexar de ser cruel.* } Liuius, Consulem Claudium atrox vis tempestatis adorta, in metum ingentem adegit. Populoneos inde quàm peruenisset, stetit ibi dum reliquum tempestatis exæuiret.

Exaggero, as, Idem est quod in vnum veluti aggerem congero, & coaceruo. } συναυξάνω. Ital. *Accrescere, amplificare.* Gal. *Mettre en vn tas, entasser, augmenter.* Hisp. *Amontonar vna cosa a otra, multiplicar.* } Plin. lib. 19. cap. 8, Exaggerando aliam accumules. ¶ Est præterea exaggerare penè idem quod amplificare, & verbis extollere: cuius contrarium est extenuare. Cic. 5. Tusc. Xenocratem illum grauissimum Philosophorum exaggerantem tantopere virtutem, & extenuantem cætera. Exaggeratus virtutibus animus, Cicero in Paradoxis.

Exaggeratio, nis, Magna coacetuatio. } αὔξησις. Ital. *Accrescimento, amplificatione.* Gal. *Amoncelement, accroissement.* Hisp. *Aquella obra de amontonar, ò agrauar y multiplicar.* } ponitúrque pro altitudine & excellentia, translatione sumpta à terra quæ in aggerem erecta, sustollitur in fastigium. Cice. lib. 2. Tusc. Hoc igitur ibi propone, amplitudinem animi, & quasi quãdam exaggerationem quàm altissimam animi, qui maximè eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, vnam esse omnium rem pulchertimam. ¶ Oratores exaggerationem (ἐπίτασιν, ἐπιτείνειν) facere dicuntur, quando plutibus verbis vnam eandémque rem vehementer dicunt, quæ res maximè venustat orationem. Apud Catonem luculenta illa exaggeratio est, Succidas humanas facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta causa, iniudicatis, indemnatis.

Exagito, tas, Vexo, inquieto. } ἀνιχνεύω. Ital. *Inquietare, turbare.* Gal. *Tourmenter, tranailler quelqu'vn, persecuter.* Hisp. *Conmouer y conturbar y molestar.* } Plautus in Mercat. Mala bilis cruciat me, atque exagitat. Cice. 5. Verr. Spoliati, & exagitati aratores. Lactã. lib. 6, Poetæ, tres Furias esse dixerunt quæ mentes hominum exagitent. ¶ Nonnunquam sumitur pro exaspero siue ad iram prouoco. παροξύνω. Sallust. in Catil. Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quàm exagitanda videbatur. ¶ Ponitur etiam nonnunquam pro excutere. Cicero pro Cluentio, Exagitabantur omnes eius fraudes, atq; fallaciæ: omnis vita in eiusmodi ratione vetsata apetiebatur.

Exagitatus, participium. } διαπαραττόμενος, ἀλγοφορούμενος. Ital. *Trauagliato, vexato.* Gal. *Trauaillé & vexé.* Hisp. *Trabajado y molestado.* } Cicero post reditũ in Senatu, Qui causam Senatus exagitatam concionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendauit, &c.

Exagitator, } διώκτης, ἰλυσπής. Ital. *Chi da da fare ad vn'altro & lo trauaglia.* Gal. *Tourmenteur de gens.* Hisp. *Conturbador.* } Cic. in Orat. At ea de seniore scribit Plato, & scribit æqualis, & quidem exagitator omnium Rhetorum hunc miratur vnum.

Exagoga,

Exagoga,æ,pen.prod,mascul.generis.{ἐξαγωγεύς. Ital.*Quello che porta fuori.* Gal.*Qui porte dehors.* Hisp.*El que saca afuera.*} Qui educit & exportat. Exagoga bonorū. Plaut.in Truc.Ite hāc simul mulieri damnigeruli foras gerrones, Bonorū exagogæ. ¶ Exagoga, fœm.gene. ἐξαγωγή. Exportatio,eductio,eductio, prouentus,reditus. Plautus in Truc. -iste dum sic faciat domum Adīte exagogam. Idem in Rud. -téque oro & quæso, si speras tibi Hoc anno multum futurum stipe & lasserpitium, Eámque euenturam exagogam saluam & sospitem.

Exalbesco,is,ere, Pallescere,& colorem prisſinum in album commutare.{ἐκλευκαίνομαι. Ital. *Impallidire,diuentar bianco.* Gal.*Blemir,deuenir blemo, pallir, deuenir palle.* Hisp.*Emblanquecerse.*} Cice.4. Acad. Siqui fremerent, & exalbescerent. Idem 1.de Orat.Equidem & in vobis animaduertere soleo, & in meipso saepissimè experior vt exalbescam in principijs dicendi,tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Exalbescere metu,Cicero 3 de Orat.

Exalbus,da,dum, Idē quod albidus,nisi Ex præpositio aliquid minuat de significatione.{ἐκλευκός. Ital. *Bianco, bianchigno.* Gal. *Bleme, blanchastre,palle.* Hisp.*Emblanquecido,à vn poco blanco.*} Plin.lib.24.cap.19, Folia vrticæ in medio exalbida,eadem procedēte tempore tota rubentia.

Exalburno, as, are, Est albumum detrahere.{λεύκην σάρκα ἀπὸ ξύλου ἐξαιρῶ, μάσσω ἢ μικαιόρροον ποιῶ. Ital. *Tor via il bianco da vn legno con arte,come chi fa carrize.* Gal. *Oster l'aubier, ou l'aubour d'vn bois.* Hisp. *Desbastar la madera.*} Est autem alburnum ea arborum pars quæ proxima est cortici. Plin.lib.16.cap.40, E'reliquis arboribus siccissima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color. Solent autē robora exalburnari,hoc est alburno suo spoliari,eo quòd ea pars materiæ sit inutilis, propterea quòd facillime cariem sentiat: eo autem detracto,quod reliquum est, aduersus omnem corruptionis iniuriā se præbet inuictum. Id nonnulli esse existimant,quod à Theophrasto μελαμόρροον appellatur: quāquam ille hoc nomine potius quandam roboris speciem videtur designasse.

Exalto,tas, In altum eleuo. {μετεωρίζω, ἀνυψῶ. Ital. *Essaltare, eleuare, inalzare.* Gal. *Esleuer haut & par dessus.* Hispa. *Ensalçar de abaxo arriba.*} Columel.libro 3. cap.15, Senūm pedum latitudinis sulcos dirigunt, fodiúntque, & exaltant in tres pedes. ¶Per translationem significat magnificè laudo.

Exaluminatus,ta,tum, Denominatiuum ab alumine. ὁ μὴ φαιλοχρόας. vt Vnio exaluminatus. {Ital. *Perla ch'a bel colore,senza punto de alume.* Gal. *Perle qui ne retire point sur l'alun.* Hispa. *La perla desbastada y limpia.*} Plin. lib.9.cap.35,de vnionibus, Summa laus coloris est,exaluminatos vocari.id est ad colorem aluminis accedentes.

Examen,inis, Nouæ apum soboles, quam parentes ex suis alueatibus ad nouas sedes quærendas exire coguut: quòd hæ ita vniantur, vt simul ligatæ videantur. {ἴσμηξ, σμῆνος. Ital. *schiera d'api.* Gal. *Vn getton de mouches à miel.* Hisp.*Enxambre delas abejas.*} Cice.de Senect.Nec vero segetibus solum, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt: sed hortis etiā & pomariis, tum pecudum pastu,& apum examinibus, & florum omnium varietate. ¶ Nec solùm de apibus dicitur,sed etiam ad alia refertur: vt, Examina piscium. Plinius libro 31.cap.1, Rapiunt eō secum piscium examina. Examina infantium. Plin.in Paneg.Aduentante congiarij die,obseruare principis egressum in publicum insedere examina infantium, &c. Examina seruorum, Cicero. ¶ Rursus examen,stylus est in lance siue statera,qui quò podus se vergit, exit. {γνώμων. Ital. *Lingua della bilancia.* Gal. *La languette d'vne balance.* Hisp. *La fiel ò lengua de la balança.*} Virgil.10. Aene.Iuppiter ipse duas æquato examine lances Sustinet. Hæc ab aliis,bilancis,seu stateræ lingua: ab aliis æquamentum,ab aliis libramentum,ab aliis æquilibrium & trutina dicitur.

Vnde metaphoricè ponitur pro exacto iudicio, & pensiculata alicuius rei inuestigatione. μάλαγμα. Persius, -examenque improbum in illa Castiges trutina.

Examino,as,pen.corr.Scrutor,& inuestigo,perpendo,diiudico,& veluti trutina quadam expendo. {ἐξετάζω, ἀνακρίνω. Ital. *Essaminare, inuestigare.* Gal. *Examiner, peser, enquerir diligemment.* Hisp. *Examinar, juzgar, pesar.*} Plin in Epist.Examina singula verba,& expende.Cic.2.de Orat.Ad ea probanda quæ non aurificis statera,sed quadam populari trutina examinantur. ¶ Examinare dicuntur apes,id est vernare.Colum.libro 11. cap.14, Ab exortu Vergiliarum ad solstitium examinant aluei.

EXAMPAEVS, ἑξαμπαῖος, Scythiæ locus est inter Borysthenem & Hypanim fluuios, fontem habens eiusdem nominis vsque adeo amarum, vt Hypanis aquas in quem influit, reddat impotabiles. Autor Herodotus,libro 4.

Examurcari oleum, Dicitur quando sublata amurca defæcatum fit. {ἀποπυρηνίζω. Ital. *Leuar la fece de l'oglio.* Gal. *Oster la lie de l'huylle.* Hisp. *Quitar el alpechin del azeite.*} Apuleius libro 4, Ac dum cælestis vaporis flammis examurcatur.

Examussim, Vide AMVSSIS.

Exanclo,cias, siue potius Exantlo, Priscíano docente verbum Græcum est,idem significans quod exhaurio. {ἐξαντλῶ. Ital. *Canar fuori, superare.* Gal. *Espuiser, surmonter en endurant.* Hisp. *Sacar afuera, padecer hasta el cabo, vencer.*} Plaut.in Stic.Næ ille ædepol vinum poculo pauxillulo Sæpe exantlauit. ¶ Inde per metaphoram accipitur pro superare,perpeti: & quod dicimus,deuorare.Cice.lib.1.Tusc.Quod quum exantlauisset & quod dicimus,deuorare.Cice.lib.1.Tusc.Quod quum exantlauisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternū.Lucil.lib. 30, Quantásque modò ærumnas, quantósque labores exantlaris. ¶ Aliquando perficere. Pacuuius in Peribœa,vt Nonius citat,Non potest Menalippe hic fine tua opera exantlari clauus.

Exanguis,gue, Quod sine sanguine est. {ἔξαιμος, ἄναιμος. Ital. *Senza sangue, esangue.* Gal *Sans sang qui n'a point de sang.* Hisp.*Cosa sin sangre ò muerta.*} Cice.7. Verr.Ne denique etiam exanguium corpora mortuorum, ne mœror,&c. Idem pro Sestio, Quem quum iacentem,& concisum pluribus vulneribus extremo spiritu exanguem & confectum videret,&c. Liu. 3. bel.Pun.Propè exanguis ruina superincidentium. ¶ Accipitur etiam pro pallido: quòd pallentes videantur sanguine carere, quum sanguis per extrema diffusus, sit causa roboris: contrà, recedente sanguine,subitò pallescimus,vt in metu videmus accidere,quum sanguis se recipit ad interiora. Ouid. 3. Trist. Aspicis exangui chartam pallere colore. Sic etiam Horatius cuminum dixit exangue,quòd semen illius epotum pallidos reddat bibentes, Epist.1. -quod si Pallerem casu, biberem exangue cuminum.

Exanimis,a,um. & Exanimis,exanime, & Exanimatus,ata,atum, ambo duplicem,eandémque significationem habēt, licet Seruius voluerit hæc inter se differre. {ἄψυχος. Ital. *Sbigottito, spauentato, morto.* Gal. *Sans ame,sans vie,mort ademy, mort,estonné, effroyé.* Hisp. *Desmayado,medio muerto, ò del todo muerto.*} Nam vt exanimus, sine exanimis, modò idem est quod mortuus,vt apud Liuium, libro 8, Vt voo ictu exanimem equo præcipitaret. Virgil.1. Aeneid.Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles. Modò idem est quod exterritus,& veluti animi deliquio cōsternatus. Idem libro 4, Audiit exanimis, trepidóque exterrita cursu, Vnguibus ora soror fœdans,& pectora pugnis, Per medios ruit. ¶ Sic & exanimatus, ἐκπλαγείς, πτοηθείς. non solùm pro exterrito, siue perturbato, (vt apud Terentium in Andr.Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorem & celatum indicat)sed etiam pro mortuo accipitur, vt apud Liuium, lib.22, Vnam in ipsa porta sospite filio repentè oblato,in cōspectu eius expirasse ferunt: alteram,cui mors filij falsò nuntiata erat, mœstam sedētem ad primum conspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam. Lucret.lib.6,

Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnunquam posses,tetróque videre.

Exanimalis, Quod non est animal,vel quod est sine anima. {ἄψυχος. Ital. *Senza anima, non animale.* Gal. *Sans ame,mort.* Hispa. *Sin anima, no animal.*} Plaut.in Bacch.Nam neq; Bellona mihi vnquam, neq; Mars ereduat, ni illum exanimalē faxo,nive exhæredem fecero vitæ suæ. Idem etiam in Ruden.posuit pro eo quod animam eripit, Ita (inquit) malè viuo, ita multæ in pectore Sunt curæ exanimales.

Exanimo,mas,quando ab animo fit, significat perterreo perturbo. {ἀναπλάσσω, ἐκπλήττω. Ital. *spauentare, perturbare, sbigottire.* Gal. *Oste le cœur,troubler grandement.* Hisp. *Desmayar à otro.*} Plautus in Aulul.Nimis malè timui, priusquam intus redij exanimatus fui. Terent.in Andr. Oratio hæc me miseram exanimauit metu. Quando verò ab anima est, significat anima priuo,sine neco. ἀναιλέω. Curtius,Multos exanimauit rigor insolitus niuis, multorum adussit pedes, plurimorúmque oculis præcipuè perniciabilis fuit. Gellius libro 3.cap.15, Anus repente filio viso,copia atque turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudij oppressa,exanimatāque est.

Exanimatio,onis, Subsequitur metum, & est comes pauoris. {ἔκπληξις, ἔκφοβος. Ital. *Turbamento di spirito, & gran timore.* Gal. *Troublement d'esprit auec grande peur & frayeur.* Hispa. *Aquella obra de desmayar à otro, desmayo.*} vt ait.Cice.lib.4.Tusc.Idem 1.Offic.Ne in perturbationes,atq; exanimationes incidamus.

Exanio,nias, Est saniem,vel pus,aut alium quemuis inutilem liquorem exprimo. {ἐκπιέω, ἐξαίνω, ἀποπιέζω. Ital. *Cauar fuori la marza.* Gal. *Faire sortir le sang ou la bouë d'vne playe.* Hispa. *Sacar la sangueça ò podre.*} Columel. lib. VIII. Vt omnem amaritudinem eius pallore exanies. Et alibi, Patimur autem nonnunquam tota nocte, & postero die baccam velut exaniari.

Exanthemata, ἐξανθήματα, A' medicis appellantur tumores, siue papulæ per totam cutem efflorescentes, præcipuè in pueris, Iisque beneficio naturæ corporis profunda expurgātis. Horum duo sunt genera, Sublimia, quæ cutem in manifestum attollunt tumorem, eāmque exulcerant,& pruritum excitant. Vulgus *Atorbillos* appellat. Et Lata,quæ exiguum quidem faciunt tumorem,non tamen exulcerant, neque pruritum excitant. Vulgò *Variolæ* dicuntur,quòd maculis per totum corpus spartis,variis cutem inficiant coloribus.

Exantlo, Vide EXANCLO.

Exaptus, Antiqui dixerunt pro aptus. {ἐξηρμοσμένος. Ital. *Atto.* Gal. *Apte, conuenant.* Hisp. *Idoneo y auenido.*} Lucret.lib.4, Brachia nec portò validis exapta lacertis Esse,manúsque datas vtraque à parte sinistras, Vt facere ad vitam possimus quæ foret vsus.

Exardeo, es, Valde inflammatus sum. {ἐκφλέγομαι. Ital. *Ardere grandemente,essere infiammato fuor di misura.* Gal. *Ardre,estre enflammé.* Hispa. *Arder mucho.*} Transfertur ad multas res: vt si dicatur in aliquo exardere iniuriam,dolorem, ambitionem. ¶ Item exardere aliquem ira,& indignatione: sine exardere in iras,vt apud Martialem,quod est veluti excandescere. Cic.5.Tusc.Contra quorum disciplinam ingeniũ eius exarserat. Idem 4. Verr.Exarsit iracundia ac stomacho. Idem Atti.lib. 2, Nunc verò sibilis vulgi,sermonibus honestorum,fremitu Italiæ vereor ne exarserint. Idem pro Rab.Posthumo,Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat.

Exardesco,is,ere,Ardentem fieri. {ἐκπυρόομαι, ἐκφλέγομαι. Ital. *Farsi ardente.* Gal. *S'alumer & bruster.* Hisp. *Arder mucho.*} Cic 2.de Orat.Nulla materies tam facilis ad exardescendum, quæ nisi admoto igni, ignem concipere possit. Plin.libro 13. cap.25, In igne autem vt ferrum exardescentes. ¶ Transfertur etiam ad animum pro accendi, & inflammari. Cicero 3. Verr. Homo vt hæc audiuit, sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam viderat. Sic exarsit inquit, hoc est tanto amore inflammatus est. Idem de Amicit.Ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia.

Exarefio, Idem significat quod exaresco. {μαραίνομαι. Ital. *Diuenire arido, seccarsi.* Gal. *Deuenir sec,tarir.* Hispa. *Secarse.*} Nisi quòd exarefio, passionem quandam videtur importare,quam non habet exaresco:vt exarescere dicatur quod sponte sua aridum fit, exarefieri, quod vi aliqua externa redditur aridum. Sed hæ differentiæ à doctioribus videntur magis,quam obseruantur.Plinius lib.26, De fuco marino. Sed omnibus articulis morborum impositis,antequam exarefiat.

Exaresco, aridus fio. {μαραίνομαι. Ital. *Seccarsi.* Gal. *Deuenir sec, tarir.* Hisp. *Secarse.*} Columel.libro 4, Et Sole,ac vento penitus siccari, atque exarescere. Cice.Papyr.Deinde ipsa illa, siqua fuit in me facultas orationis,nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. hoc est omnino arida facta fuisset.

Exareno,as,are, Est expurgare,& veluti arenas auferre. {πλὴν ἄμμου ἀφαιρῶ. Ital. *Purgare della arena.* Gal. *Oster l'arene & le sablon.* Hispa. *Quitar la arena.*} Plinius libro 33. cap. 3, Postea exarenatur, an satis decoctum sit ipsum

sit splendore deprehendente, iterúmque exhalatur igni.

Exarmo, as, Armis spolio. {ἀφοπλίζω. Ital. *Disarmare.* Gal. *Desarmer.* Hisp. *Desarmar lo armado.*} Sueto. in Domit. Minerua, quam superstitiosè colebat, somniauit excedere sacrario, negantem vltrà se eam tueri posse, quòd exarmata esset à Ioue. ¶Exarmare feras, hoc est dentes, vngues eis adimere, & ex feris mansuetas reddere. ἡμερῶν. Vnde Exarmatæ bestiæ, pro cicuribus & mansuefactis accipiuntur. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis. ¶Exarmare accusationem. Plin. lib. 3. Epist. metaphoricòs dixit, pro debilitare, & infirmare.

Exaro, penult. corr. arando eruo. {ἀροτριάω. Ital. *Arare, cauar fuori arando.* Gal. *Labourer, en labeur recueillir.* Hisp. *Arar, sacar afuera arando.*} Cice. 2. de Diuinat. Est'ne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, Deum dicam, an hominem? hoc est aratro erutum fuisse, vel inter arandum è sulco emersisse. Loquitur de Tage quodam, quem antiquitas fabulata est, in agro Tarquiniensi aratro altius impacto, repentè ex sulco emersisse. Plin. lib. 17. cap. 19, Qui olinetum sæpius miscebit, is tenuissimas radices exarabit. ¶Est etiam exaro idem quod ex aratione percipio. Cic. 5. Verr. Quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exararant. Ibidem, Nónne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararant? ¶Per translationem significat scribo. Διὰ χαρτείου, Qui enim stylo scribunt in codicillis, hi quasi sulcos more aratorum ducere videntur. Inest autem in hoc verbo tacita quædam festinationis, & breuitatis significatio, quum scilicet paucis, & obiter aliquid scribimus. Cic. Cornificio, Hæc quum essem in Senatu, exaraui. Idem Attico, lib. 12, Vndecimo die, postquam à te discesseram, hoc literularum exaraui, egrediens è villa ante lucem.

Exascio, as, are, Dedolare, dolabra & ascia parare, nondum tamè expolire. {Ἀκαλύω, ἀξίον ξύω. Ital. *Polire, pianare.* Gal. *Esbaucher, faire le gros de quelque besongne.* Hispa. *Dolar y labrar de seguron ò açuela.*} Translatio à fabris lignariis sumpta, qui ligna prius dolant, deinde poliunt. Plautus in Asina. Iam hoc opus est exasciatum. id est vtcunque dolatum, nondum tamen vndequaque expolitum.

Exaspero, as, Exacuo, valde asperum facio. {ἐξαίρω. Ital. *Esasperare, inasprire, incrudelire.* Gal. *Faire aspre & rude, irriter & courroucer.* Hispa. *Exasperar ò enssañar à otro.*} Sil. -saxóque exasperat ensem. Taci. Saxo exasperatur ferrum. ¶Exasperare fauces, est asperas & inæquales reddere. Plin. libro 23. cap. 4, Fauces exasperat, & venena omnia hebetat. ¶Per metaphoram pro irritare, siue concitare ponitur. παροξύνω, ἐξαγριαίνω. Columel. libro 9. cap. 15, Neque enim conuenit æstu medio exasperatas apes lacessiri. Liuius 8. bel. Pun. Ad quorum primum aduentum exasperati animo, mox ipsis placido sermone permulcentibus notos, cum quibus congressi erant, leuiti sunt. Quintilianus, Rem verbis exasperauit.

Exatio, as. Idem quod satiare. {κορεσμιάω, κορεσμιάνω. Ital. *Satiare, satollare, contentare.* Gal. *Rassasier, assouuir, saouler, contenter.* Hisp. *Hartar y enhastiar.*} Liu. lib. 8. bel. Maced. Populum Romanum ne morte quidem Publ. Scipionis exatiari, nisi & ipsius fama sepulti laceretur.

Exaturo, as, are, Idem quod saturare. Ouid. 5. Metamorph. Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti Exaturãda meis. Translatè apud Cic. 7. Verr. Quũ eius cruciatu atq; supplicio pascere oculos, animúmque exaturare vellent, potestas aspiciẽdi nemini facta est. Idem 6. Tusc. de Sardanapalo, Hæc habui quæ edi, quæque exaturata libido Hausit.

Exaudio, dis, Perfectionem audiendi denotat: & hoc duobus modis, Vno, quum quod petimus, impetramus. {ἐξακούω. Ital. *Essaudire, concedere vna domanda.* Gal. *Ouir entierement, exaulcer, ottroyer.* Hisp. *Bien oyr, consentir à lo que se dize.*} Virgil. 1. Aeneid. -& nulli exaudita deorum Vota, precésque meæ. Ouid. 2. de Ponto, Eleg. 9. Supplicis exaudi iuuenum mitissime vocem. Alio, quum significat perfectè audio. Liuius libro 1, Equitem clara increpans voce, vt hostes exaudirent, redire in prælium iubet. Terent. in Hecy. Vereor si clamorem eius hic crebrò exaudiat, ne parturire intelligar.

Exauditus, penult. prod. Partic. {ἐπακουστός, ἐξακουσθείς. Ital. *Essaudito, ch'a ottenuto.* Gal. *Exaulcé.* Hispa. *Oydo consentiendo.*} Clamores exauditi, Cicer. Att. lib. 1. Vox naturæ exaudita, Idem 1. de finib. Vox exaudita per lucos, Virgil. Georgic.

Exaugeo, es, Valde augeo. {ἐξαύξω, ἐπαύξω. Ital. *Accrescere grandemente.* Gal. *Accroistre, augmenter.* Hisp. *Mucho acrecentar.*} Plaut. Sticho, -egenti Heræ subueni: benefacta maiorum tuorũ exauge. Terentius Heauton. Cõcurrunt multæ opiniones quæ mihi animum exaugeant, Locus, occasio, ætas.

Exauguro, as, pen. corr. {ἐπιζόρῳ βεβηλῶ, ἐξ ἱερῶ αὐτὸν ποιῶ. Ital. *Dissconsecrare.* Gal. *Desfacrer, desgrader.* Hispa. *Desconsagrar, desgradar.*} Propriè significat ex sacro profanum facio. Contrarium eius est Inauguro, per augurium sacrum facio. Non solebant enim veteres nisi addicente augurio, templum dedicare, aut sacerdotem consecrare: neque etiam quod sacrum fuit, nisi addicentibus auibus profanare. Liuius 1. ab Vrbe, Et vt libera à cæteris religionibus area esset, tota Ionis templique eius quod inædificaretur, exaugurare fana sacellaque statuit: quæ aliquot ibi à Tatio Rege primùm in ipso discrimine aduersus Romulum pugnæ vota consecrata, inauguratáque postea fuerant. Et paulo pòst, Nam quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere.

Exauspico, exauspicas. κακοσημαίνω. Plautus Capt. Exauspicaui ex vinculis, nunc intellego Redauspicandum hunc esse in catenas denuo.

Exautoro, as, penult. prod. Significat ab autoramento, hoc est, obligatione militari, & iuramento soluo & libero. {ἀφίημι. Ital. *Disobligare, cassare i soldati.* Gal. *Casser gens de guerre, quitter le serment a celuy qui a juré.* Hisp. *Soltar el juramento al que juro.*} Quod barbari dicunt *Quitare iuramẽtum.* Vnde Exautorati milites dicuntur, qui missionem habuerũt. ἀφειμένοι, ἀπολυόμενοι. Et quanuis frequenter cum dedecore exautorare dicatur, persæpe tamen significat missos facere à militia milites citra vituperationẽ. Liu. lib. 25, Volonum exercitus qui viuo Graccho summa fide stipẽdia fecerat, velut exautoratus morte ducis, ab signis discessit. Et lib. 26, Postera die concione aduocata de rebus ab se gestis quum

dissertuisset, exautoratos dimisit. Vlpianus Exautorare interpretatur insignia militaria detrahere: quod cum infamia conficitur: vt est apud Lamprid. qui scribit Alexãdrum tumultuantes legiones exautorauisse.

Exballisto, tas, significat ballista prosterno, & metaphoricòs decipio. ἐκβαλίζω. Plautus in Pseud. Ego hũc communem meum, atq; nostrum omnium hostem exballistabo lapide.

Excæco, as, Visum eripio, luminibus orbo. {τυφλόω. Ital. *Accecare, cauare gli occhi.* Gal. *Aueugler, creuer ou oster les yeux.* Hispa. *Cegar ò otra persona.*} Cice. 1. Acad. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus?

Excalceo, ceas, Calceos detrahio. {ὑποδήματα λύω. Ital. *Scalzare.* Gal. *Deschausser.* Hispa. *Descalçar.*} Suet. in Vitellio, cap. 2, Claudium vxoribus, libertísque addictum, nequa non arte demereretur, pro maximo munere à Messalina petiit vt sibi pedes præberet excalceandos.

Excalefacio, aut detracta e litera, Excalfacio, notæ est significationis. {ἐκθερμαίνω. Ital. *Scaldare, riscaldare.* Gal. *Eschauffer.* Hisp. *Calentar a otro.*} Plin. libro 21. cap. 20, Vrinas magis excalefacit quàm crocum ipsum. Ibidem, Modicè his tamen vtendum est, quoniam excalfaciunt.

Excalfio, pen. prod. {ἐκθερμαίνομαι, ἐκθερμαίνομαι. Ital. *Scaldarsi.* Gal. *S'eschauffer.* Hisp. *Calentarse.*} Plin. lib. 24. cap. 7. Quum siccari excalfierive opus sit.

Excalfactio, verbale, {ἐκθέρμανσις, ἐκθέρμανσία. Ital. *Essso scaldarsi.* Gal. *Eschauffement.* Hisp. *Calentamiento.*} Plin. lib. 31. cap. 9.

Excalfactorius, {θερμαντικός. Ital. *Ch'a vigore di scaldare.* Gal. *Qui a vertu d'eschauffer, eschauffant.* Hispa. *Cosa para calentar.*} Excalfactoria vis, apud Plinium.

Excalpo, is, Scalpro excauo. {ἐκγλύφω, ἐκκολάπτω. Ital. *Scalpire.* Gal. *Entailler, engrauer.* Hisp. *Esculpir, dolar con sinzel.*} Cato cap. 18, Arbores crassas pedes duos, altas pedes nouem, cum cardinibus: foramina longa pedes tres semis, & excalpta digitos sex.

Excandefacio, Idem est quod candens & ignitum reddo. {πυρόω. Ital. *Infocare, infiammare, scaldare vna cosa finche auenga bianca.* Gal. *Eschauffer tant vne chose qu'on la face deuenir blanche.* Hispa. *Enfiamar.*} Excandefacere frumentum, vel annonam, est caritatem eius augere, & in pretium immoderatum extollere. Varro 3. de Re rust. cap. 2, Sed vt ad hũc bolum venias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius, vt tunc fuit Scipionis, Metell., aut collegiorum cœnæ, quæ tũc innumerabiles excandefaciebant annonam. Vbi excandefacere annonam dixit pro eo quod paulo pòst dixit, Incendere annonam. Quotus quisque (inquit) est annus, quo non videas epulum, aut triumphum, aut collegia epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonas.

Excandesco, is, excandui. Ab excandeo, significat incendor, vel inflammor. {ἐκπυρόομαι. Ital. *Essere imbruscato, infiammato.* Gal. *S'enflamber, se courroucer asprement.* Hisp. *Encenderse.*} Cato de Re rust. ca. 95. Nam si in tecto coquas, quũ bitumen & sulphur additum est, excandescet. ¶Per translationem accipitur pro irasci, quòd ira veluti igne quodam animus soleat incendi. Θυμόομαι. Cælius Cicero. lib. 8. Epist. Id postquam resciit, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitauit.

Excandescẽtia, æ, ab Apuleio, lib. de Dogmatibus Platonis, appellatur ea animæ pars quæ irritabilis est, habens domicilium in corde: quam alio nomine irascentiam nominat, qua scilicet subitò ad iracundiam incẽdimur. {Θυμώσεις. Ital. *Infiammatione.* Gal. *Enflambement, courroux aspre & aigre.* Hisp. *Encendimiento por ira.*} Cice. 4. Tusc. Excandescentia autem sit ira modò nascens, & modò existens, quæ θυμώσεις. Græcè dicitur odium, ira inueterata: inimicitia, ira vlciscendi tempus obseruans: discordia, ira acerbior, intimo odio & corde concepta.

Excanto, as, are, Idem est quod incantare, siue incantationibus perniciem afferre. {ἐπᾴδω, γοητεύω. Ital. *Incantare, ammaliare.* Gal. *Enchanter.* Hispa. *Encantar.*} Plin. lib. 28. cap. 2, Qui fruges excantassent. Plaut. in Amphit. Præstigiator fortè aut veneficus excantat tibi familiam. ¶Ponitur etiam aliquando pro Incantatione è loco aliquo euocare. Propert. lib. 3. Eleg. 3, Vt per te clausas scias excantare puellas, Qui volet auferos arte ferire viros. Horat. Epod. 5, Quæ sidera excantata voce Thessala, Lunámque cælo deripit.

Excarnificare, Dilaniare, in partes diuidere, & carnem dissecare, quod proprium est lanionum & carnificum. {κρεουργέω. Ital. *Straciare, tagliare in pezzi.* Gal. *Faire mourir en bourreau, hacher piece à piece, bailler plusieurs tourmens.* Hispa. *Atormentar haziendo sangre, encarniçar.*} Sueto. in Vitel. Apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus, atque confectus est. ἀνατομή. Cice. 3. de Nat. Anaxarchum Democriteum à Cyprio tyrãno excarnificatum accepimus. ¶Per translationem pro excruciare ponitur. Terent. in Heaut. Vt te omnes equidem dij deæque, quantum est Syre, Cum istoc muéro, cúmque incœpto perdiunt: Huiusmodi mihi res semper comminiscere, vbi me excarnifices.

Excauo, as, are, Idem quod cauare. {ἐκκοιλόω. Ital. *Cauare, far concauo.* Gal. *Cauer, creuser.* Hispa. *Cauar como piedra ò madera.*} Cice. 6. Verr. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrãdi, trulla excauata cum manubrio aureo. Varro 3. de Re rust. cap. 5, Circum natatilia sunt excauata auatum stabula. Seneca 4. Nat. quæst. Stillicidij casus lapidem cauat: & hęc ipsa excauatio rotunda fit.

Excauatio, Verbale, {ἐκκοίλωσις. Ital. *Cauamento.* Gal. *Cauement, creusement.* Hisp. *Aquella obra de cauar assi.*} Senec. 4. Natur. quæsti. Stillicidij casus lapidem cauat: & hæc ipsa excauatio rotunda fit.

Excedo, dis, penult. prod. Discedo, egredior. {ἀναχώρημαι. Ital. *Partirsi, andar via.* Gal. *Se partir, ceder & partir, s'en aller, se desloger.* Hisp. *Partir de algun lugar.*} Cæsar 4. bel. Gall. Nam cum omnibus suis domo excesserant, Rhenúmque transierant. Ibidem, Antigæ interim paululùm è prælio excedunt. Plautus in Aululatia, istic adesto, si hercle tu ex istoc loco digitum transuersum aut vnguem latum excesseris. ¶Item supero, antecello. {ὑπερβαίνω. Ital. *Superare, eccedere.* Gal. *Exceder, surmonter.* Hispa. *Sobrepujar.*} vt, Cicero facilè excedit omnes eloquentia. Excedere è vita idem est quod mori. Cicero de Clar. Orat. Sed ad eos, si placet, qui è vita excesserunt, reuertamur. In qua significatione etiam dicimus, Excedere absoluté. Cicero in Oratione in Senatu habita post reditum, Quo quidem tempore, quum is excessisset qui cædi & flammæ, vobis autoribus, restiterat.

Excessus, us, ui, verbale, {ἔκχυσις, ἔκπτωσις. Ital. *Dipartita, morte.* Gal. *Delogement,*

Segmentu, departement. Hisp. *Partida de lugar.* } vt, Excessus è vita. Cic. 3. de Finib. In his excessum è vita, & in vita mansionem. Excessus vitæ. Cic. 1. Tusc. Neque excessu vitæ sic deleri hominem. ¶ Et Excessus absolutè etiam pro morte positum inuenitur. Idem 1. de Legib. Certè nō iongè à tuis ædibus inambulans post excessum suum Romulus Iulio Proculo dixerit se Deum esse.

Excello, lis, vel Excellco, les, excellui, excelsum, significat supero. {ὑπερέχω, ὑπερβάλλω. Ital. *Superare, sopranuzare.* Gal. *Exceller, surpasser, surmonter.* Hisp. *Sobrepujar.* } Construitur tam cum dativo, quàm cum accusativo, Cicero pro Pomp. Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur. Lactan. lib. 7, Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Cicero pro lege Man. Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris. Sed hæc significatio videtur esse translatitia. Nam propriè excellere, est altitudine vel statura eminere.

Excellens, participium, {ὑπερέχων, ἐξέχων. Ital. *Excellente*, Gal. *Excellent.* Hisp. *Sobrepujador.* } Vnde tumulum, vel montem excellentem dicimus qui inter cæteros eminet. Cicero Antequam iret in exilium, Dij, deæque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.

Excellentia, æ, Hoc est eminentia magnitudo, præstantia nobilitas. {ἐξοχή. Ital. *Excellenza.* Gal. *Excellence.* Hisp. *Sobrepujança, excellencia.* } Cic. 1. Offic. Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia, præstantiáque animantium reliquorum.

Excellenter, aduerbium. {ἐξόχως, ὑπερβαλλόντως. Ital. *Excellentemente.* Gal. *Excellemment, excellentement.* Hisp. *Excelente y altamente.* Cic. 1. Offic. Quæ magno animo & elato fortiter, excellenterque gesta sunt.

Excelsus, Nomen ex participio, idem significans quod altus, magnus, editus. {ὑψηλός. Ital. *Alto, alzato.* Gal. *Haut, esleue.* Hisp. *Cosa alta y enxalçada.* } Cic. 2. Tusc. Te natura excelsum quendam videlicet, & altum, & humana despicientem genuit. Aul. Gell. lib. 1, Tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem.

Excelsitas, Altitudo. {ὑψηλότης, ὕψος, ὕψη. Ital. *Altezza.* Gal. *Hauteur.* Hisp. *Altura.* } Plin. lib. 21. cap. 5, A lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, vt in omnes vrbis montes leuarentur. Cice. 3. Offic. Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi, & magnitudo, &c.

Excelsè, aduerbium. Hoc est altè, & in sublime. {ὑψηλῶς. Italicè, & Hispanicè. *Altamente.* Gal. *Hautement.* } Colu. lib. 4. cap. 1, Si modò scandit excelsius, plus alimenti, terræque desiderat. Cice. in Orat. Omnia profectò, quum se à cœlestibus rebus referet ad humanas, excelsius, magnificentiúsque & dicet & sentiet.

Exceptio, Excepto, ptas, Vide EXCIPIO.

Excerebro, bras. Cerebrum extipio. {ἐξεγκεφαλίζω. Ital. *Discerellare.* Gal. *Escerueller.* Hisp. *Descalabrar, ò quebrar los sesos, privar de cerebro.* } vt apud Iesaiam, Qui mactat pecus, quasi qui excerebret.

Excerno, nis, excreui, excretum, Idem est quod purgare. {ἐκκαθαίρω, ἀποκαθαίρω, ἀποκαθάρσιον. Ital. *Purgare, cernere.* Gal. *separer, purger & oster le mauuais.* Hisp. *Apartar lo limpio, purgar.* } Colu. lib. 2. Itaque in area detrita frumenta sic aggerenda vt omni flatu possint excerni. Ita dicimus excernere aluum, vel simpliciter excernere, pro eo quod est onus vētris deiicere. Celsus li. 4, Quoniam portæ modo in inferiores partes, ea quæ excretari summis emittit.

Excrementum, Quod egeritur ex cibo potúque. {περίττωμα. Ital. *Il pregamento del corpo.* Gal. *L'ordure du corps qu'on gette hors.* Hisp. *Superfluidad del cuerpo.* } Et est duplex fœcum scilicet, & humidum conceptaculum humidi, dicitur vesica conceptaculum ficci, alius nominatur. Oris excrementum. Tacitus lib. 20. Præcabatúrque principem, vt genus, & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Plin. lib. 10. cap. 43. Scribit coruum, quòd excrementis suis calceamenta, fixdatiet, à manipe proximæ furtiuæ fuisse exanimatum.

Excretus, ta, tum, participium passiuum est à verbo excernor, significans idem quod egestum, vel expurgatum. {ἐκκεκριμένος, ἀποκαθαρθείς. Ital. *Espurgato.* Gal. *Purgé, fassé, tamisé, separé d'auec.* Hisp. *Purgado, limpiado.* } Colu. lib. 8, Furfures à farina excreti. Vnde excreta tritici, dicuntur vulgò grana quæ ex incerniculo pro immundis sepponuntur. Colum. lib. 8, Vbi annona est carior, excreta tritici minuta commodè dantur gallinis, hoc est furfures à farina excreti.

Excretum, ti, substantiuum, Accipitur pro purgamento quod excernendo à frumento separatur. {ἐκκαθαίρωμα, τὸ ἀποκαθάρσιον. Ital. *Purgamento che si cana fuori del fromento.* Gal. *Ordure, ce qu'on gette en purgeant.* Hisp. *Purgamento del trigo ò el cerno ò cedazo.* } Colu. lib. 8. cap. 4. Vbi annona est carior, excreta tritici minuta commodè dantur gallinis.

Excerpo, pis, pſi, ptum. Significat secernendo extraho. {ἐκλέγω, ἐκλεκτίζω. Ital. *Cauar fuori cernendo, carpire.* Gal. *Extraire, esculler, ò ester.* Hisp. *Escoger rompiendo.* } Terent. in Phorm. Tu id quod boni est excerpis, dicis quod mali est. Cic. 3. Offic. Excerpetes ex his ipsis siquid ineit boni. ¶ Vnde excerpta, dicimus quæ ex libris veluti floscules extrahimus. ἐκλογάδες. ¶ Est etiam excerpere idem quod eximere. ἐξαίρω. Vnde excerpere aliquem de numero Poëtarum, est eum inter Poëtas non numerare. Horat. 1. Serm. Saty. 4, Primum ego me illorum dederim quibus esse Poëtas Excerpam numero. Sic excerpere se hominum consuetudini, dixit Seneca in Epistol. pro eo quod est, secedere ab hominum consortio. Excerpere se vulgò. Seneca de Tranq. vitæ, Excerpe te vulgo Pauline, &c.

Excessus, Vide EXCEDO.

Excetra, træ, penult. prod. Dicta est hydra Lernæa, quòd vno cæso capite tria excrescebant. ἔχιδνα. Plautus in Persa, Nam cum leone, & cum te tria excrescebant. Cum anibus Stymphalicis, cum Anæo deluctari mauelim Quàm cum amore. Ouidius. Pars quota Lernææ serpens eris vnus echidnæ? Scribit Diodorus, Herculem debellasse hydram non solùm ferro, sed etiam flammis, adhibito Iolao, qui ineſam cruricem ardente face cuestigio inureret. Constat (secundum Historicos) hydram in Lerna Argiuorum regione paludem exitisse, aquæ euomentem quæ vastabant vicinas ciuitates, in qua vno mentu clauso, multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca ipsa exussit, & sic aquæ meatus clausit. Nam hydra, ὕδωρ, id est ab aqua, nomen accepit. Plato affert in Euthydemo, hydram fuisse callidissimum sophistam, cui præter sapientiam, pro vno sermonis capite amputato, multa repullulabant.

Exchalcio, exchalceas, are, Verbum non illepidè à dictione Græca chalcos formatum à quibusdam, significat autem ære spoliare, & auferre nummos. Vnde Porphyrio in Horatium, lib. 1. Serm. Saty. 8, inquit, Vorarus Qu. Luctatij Catuli libertus omni loco, omni tempore furacissimus fuisse dicitur. De quo etiam illud traditur, quum deprehensus à nummulario esset, de cuius mensa nummos subtractos in calceos sibi infarcierat: quidam iocans, Belle, inquit, te nummularius ille exchalceauit, cum aspiratione scilicet secundæ syllabæ: simul vt chalceon, id est æs ablatum ex calceamento obiceretur. Vide etiam Cœlium Rhodi. Antiq. lect. lib. 19. cap. 9.

Excido, dis, penult. corr. ab ex & cado, a in } mutata, præteritum excidi, supinum excasum facit: significátque ex loco, vel re aliqua sublimiori cado. {καταπίπτω. Ital. *Cadere.* Gal. *Cheoir de quelque lieu.* Hisp. *Caer.* } Virgil. 2. Georg. Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis. ¶ Vnde per trāslationem excidere animo, est obliuiscī. Idem 1. Aeneid. Necdum etiam causæ irarum, sæuique dolores Exciderāt animo. ¶ Interdum dissentire. Lucil. lib. 27, Ego ab Archilocho excido. ¶ Excidere nobis aliquod verbum, quum per incogitantiam, quod alioqui dicturi non eramus, imprudentes proferimus. Cic. pro Sylla, Verbum ecquod vnquam ex huius ore excidit, vnde quisquam posset offendi? Sunt & aliæ non inuenustæ huius verbi translationes: vt quum nobis victoriam, aut spem aliquam è manibus excidisse dicimus: quum significare volumus nos amisisse quod propemodum tenebamus. Cic. ad Brutum, Deinde ita multa peccata, vt quodammodo victoria excideret è manibus. ¶ Excidere vxore, est ambitæ vxoris spem amittere. Terent. Andr. Herus, quantum intelligo, vxore excidit.

Excido, dis, pen. prod. excidi, pen. long. excisum, Compositum à exdo, idem est quod excindo, vel exuo. {ἐκτέμνω, ἐκκόπτω. Ital. *Tagliare, fendere, distruere.* Gal. *Couper & oster de quelque chose.* Hisp. *Cortar, tajar, romper, destruyr.* } Cic. lib. 2. Officiorum. Nec lapides ex terra exciderentur ad vsum nostrum necessarij. ¶ Item penitus destruo. Idem in Catone, Quomodo Carthagini malè iandiu cogitanti bellum inferatur, multo tempore antè denuntio: de qua vereri non antè desinam quàm illam excisam cognouero.

Exeidium, dij, Ab excido deduci manifestum est, pro euersione, & quasi nece vrbis, aut prouinciæ vt quū cæsis hominibus mœnia solo æquantur. {κάθαιρεσις ἄλωσις. Ital. *Exterminio, ruina.* Gal. *Destruction, ruine.* Hisp. *Cayda ò destruycion.* } Liu. 7. bel. Pun. Magnum se exeidio eius vrbis terrorem cæteris eorum inicturum. Plin. lib. 16. cap. 39, Fuitque arbor fatalis excidio vrbis.

Excīso, sas. pen. prod. Lanio, vulnero. {κατατραυματίζω. Ital. *Straciare, ferire.* Gal. *Couper, decheurer & decarper.* Hispa. *Despedaçar, herir.* } Nonius, Excisatum, laniatum, vulneratum. Plaut. Cistel. Capillo scisso, atque excisatis auribus.

Excindo, dis. {Ital. *Distruggere, rouinare.* Gal. *Couper & gaster, destruire & ruiner.* Hisp. *Destroçar, cortar.* } Idem est quod exido, deitruo, diruo, extirpo. Cicer. pro Planc. Vrbem vnam mihi amicissimam declinaui, quæ se vel potius excindi, quàm è suo cōplexu vt eriperer, facile patereturr.

Excisorius, a, um, ιγγλυπτικὸς: vt, Excisorius scalper, quo carnosa exciditur caro, apud Celsum lib 8. cap. 3.

Excio, cis, exciui, excitum, pen. pro. vel Excieo, es, exeini, excitum, pen. cor. Idem est quod cuoco. {ἐγκαλέω. Ital. *Chiamare, suegliare, incitare.* Gal. *Esmouuoir, faire leuer & sortir, inciter.* Hisp. *Llamar, mouer, ò despertar à otro.* } Plaut. in Epid. Quid est pater, quòd me exciuisti ante ædes? 2. Vt matrem tuam videas. id est euocasti. ¶ Aliquando expergefacere. ἐξεγείρω. Liu. libro 1, Hercules ad primam auroram somno excitus. Idem lib. 4. ab Vrbe, Sed Dictatorem quoque ex somno exciuit. Sic exire cubilibus. Liu. 5. ab Vrbe, Extremos tamen pauor cubilibus suis excitos, quæ aut vnde vis esset ignaros, in fugam, & quosdam in hostem ipsum improuidos intulit. Excite animas sepulchris; Virg. 4. Aeneid. ¶ Aliquando significat commonere, vel elicere. Plaut. in Cistel. Et mihi exciuisti lacrymas? Ita excire tumultum, excire aliquem ad cupiditatem discendi, Liui. 1. ab Vrbe.

Excito, tas, pen. cor. frequentatiuum, Eadem significatione est cum verbo excio: nam aliquando significat commonere: vt, Excitare aliquem ad virtutem. {ἐγείρω, παροτρύνω, παρακελεύω. Ital. *Eccitare, commouere, stimolare.* Gal. *Esmouuoir, exciter, inciter.* Hisp. *Mouer, despertar.* } Cæsar 7. bel. Gall. Excitare ad arma ciuitatem. Cic. 1. de Diuin. Terent. in Heau Non vides quantum mali ex te excites! Aliquando expergefacere. ἐξεγείρω. Liui. 5. bel. Pun. Scipiones me ambo dies noctésque curis insomnes agitant, & excitant sæpe somno. Cic. pro Sylla, Excitent tibi istam verborum iactationem, & te ex somno sæpe excitabunt. ¶ Mortuos ab inferis excitare. Cic. in Orat. & in Topicis. ¶ Excitare ædificium, pro erigere. Senec. Epist. 51, Puta duo ædificia excitata esse: ambo pari, atque excelsa, ac magnifica. ¶ Excitare aliquem de spectaculis, est aliquem ludos spectantem loco suo depellere: quod decoctoribus accidere solebat, qui quòd Equestre censum habere desiissent, à quatuordecim gradibus arcebantur. Quintilian. lib. 3. cap. 6, Si excitatus fuerit de spectaculis, & iniuriarum aget, depulsio actoris erit.

Excitari, passiuè. Cic. 5. de Finibus. Excitantur spe gloriæ quæ habet formam honestatis & similitudinem. Miles truci excitatur clangore, Horatius Epod. 1.

Excitatus, nomen ex participio. {ἐξεγηγερμένος, ἐξωρμημένος. Ital. *Smosso, incitato.* Gal. *Esmeu, incité.* Hisp. *Mouido.* } Plin. lib. 20. cap. 17. Optimum quàm excitatissimi odoris, & quàm nigerrimum. hoc est odoris vehementissimi. ¶ Excitatus humo. Cic. 2. de Natu. deor. Quæ primum eos humo excitatos, celsos, & erectos constituit, vt deorum cognitionem, cælum intuentes, capere possent.

Excitatè, aduerb. Hoc est vehementer, & lucidè. {ἐξεγηγερμένως, ἐκφανῶς. Ital. *Con vehementia, grandemente.* Gal. *Fort, impetueusement.* Hispa. *Grande ò fuertemente.* } Plin. lib. 17. cap. 7, Et in his antem mares excitatius fulgēt: fœminæ pinguiores sunt, & crassius niteut. hoc est maiorem fulgoris vim habent, & quodammodo excitationem alius.

Excipio, pis, pen. corr. Idem quod eximo, siue ad me traho. {ἐκλαμβάνω.

Ital.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ital. *Eccettuare, ritenere.* Gal. *Receuoir, extraire, reseruer.* Hispa. *Sacar de regla, reseruar.* ¶ *Ipsum ego hodie excepi viduum? aut quum excepi, qui non alicubi in solo abiectus loco?* ¶ Aliquando significat idem quod demo, eximo numero. ἐξαιρῶ. Cic. 4. Acad. Nihil excipit de quo non profiteatur. Idem lib. 1. Tuscul. Nam si solùm eos diceres miseros quibus moriendum esset, neminem to quidem eorum qui viuerent excepteres. ¶ Aliquādo idem est quod recipio, præcipue afflictos. κακοδαιμονῶ. Lactant. lib. 2. Hūc errantem atque inopem Ianus excepit. Virgil. 3. Aeneid. Heuquis te casus deiectam coniuge tanto Excipit? ¶ Aliquando inquirere. Cicc. de Orat. Quædam dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum voluntates. ¶ Aliquando separare. Virgil. lib. 9. Ipsum illum clypeum, crista sque rubentes Excipiam forti. ¶ Aliquādo per dolum capere, opprimere, intercipere, comprehendere incautum. Cic. Atti. lib. 8, Admoniti sumus vt caueremus ne exciperemur à Cæsare: quòd is in eadem loca quæ nos petebamus, celeriùs etiam quàm nos possemus, eo quò intenderat, venturus esset. Cæsar 6. bel. Gall. Multos ex fuga dispersos excipiunt. Virgil. 1. Aeneid. Excipit incautū, patriāsque obtruncat ad aras. ¶ Aliquando colligere. συλλέγω. Martialis, Ventris onus misero (nec te pudet) excipis auto. ¶ Aliquando abscondere. Plaut. in Aul. Nec partem tibi ab eo indipiscēs, neque furem excipies. ¶ Aliquando compositè & sine tumultu obsistere. ἐγκρύπτω, συλλέγω. ¶ Aliquando educo. συλλέγω, ἀναδέχομαι, ὑπολαμβάνω. ¶ Excipere brachiis, Colum. lib. 9. cap. 15. Excipere clamoribus, pro applaudere. Plinius Epist. 38. Pudet referre quæ quàm fracta pronuntiatione dicantur, quibus quàm teneris clamoribus excipiantur. Gremio alicuius excipi. Claudianus Paneg. 6. -quum genitoris amico Exceptus gremio mediam veherere per vrbem. Excipere osculo. Plinius in Panegy. Gratum erat omnibus quòd Senatum osculo exciperes. ¶ Excipere pro audire. Plaut. Amphit. Quid memoret hinc excipiam, ne propera. Excipere auidis auribus, Plinius Epist. 84. ¶ Subire, & excipere tela. Cic. de prouin. Consul. Excipere cicatrices aduerso corpore, Cic. 7. Verr. ¶ Excipere gladio. Qu. Curt. lib. 9. E quibus duos gladio ita excepit, vt ante ipsum examines procumberent. ¶ Excipere item dicuntur qui alio dictante aliquid describunt. Sueton de Tito, E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissimè solitum: & cum amanuensibus suis per ludum, iocúmque certantem, imitari chirographa quæcunque vidisset. ¶ Excipere se in genua, pro erigere. Sene. Epist. 67. Qui succisis poplitibus in genua se excepit.

Exceptio, onis. Exemptio. ἐξαίρεσις. Ital. *Eccettione, clausula che ristringne una generalita.* Gal. *Exception, clause qui restraint une generalité.* Hisp. *Excepcion de la regla.* Cic. de Amic. Tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum sine vlla exceptione communitas. ¶ Exceptio item dicitur quæ à reo opponitur aduersus petitionem actoris. Cic. 2. de Inuen. Nam & Prætoris exceptionibus multæ excluduntur actiones. Vlpian. l. 2. ff. de Excep. Exceptio dicta est quasi quædam exclusio quæ interponitur actioni cuiusli bet rei, ad excludendum id quod in intentionem, condemnationémque deductum est.

Excepto, as. Idem quod excipio, & ad me traho. ἐξαίρω, συλλαμβάνω. Ital. *Eccettuare, trar à se, trar fuori.* Gal. *Prendre, soumettre, recueillir, tirer à soy.* Hisp. *Sacar fuera de numero, traer hazia si.* Cic. in Parad. Et videat aliquem sumptis populi beneficiis vsum, barbarulos mullulos excepiātem de piscina, & pertrectantem. Virg. lib. 3. Geor. Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis, Exceptántq; leues auras, & sæpe sine vllis Coniugiis vento grauidæ, mirabile dictu. id est frequenter ad se trahunt & capiunt. Cæsar 7. bel. Gall. Eos ipsos rursus singulos exceptans, in murum extulit.

Exceptitius, a, um. ἐξαίρετος, ἐκλεκτός. Ital. *Cosa eletta, & da ricogliere.* Gal. *D'eslite, de reserue.* Hispa. *Cosa digna de ser recebida.* Qui excipitur. Plinius lib. 18. cap. 10, Adiiciuntur his genera, bromos, siligo exceptitia, & tragos. Vocat autem siliginem exceptitiam Laconicam, quæ ab alia siligine excipitur, eo quod sine arista crescit.

Excipulus, li, ab excipio, Dicitur instrumentum quo aliquid excipitur, hoc est intercipitur, & incautum comprehenditur, vt est septum ex viminibus aliáve materia cōtextum ad capiendos pisces. ἐκδοχεῖον. Ital. *Cosa che serue à ricouerire vn'altra.* Gal. *Vn vaisseau ou autre chose pour receuoir vne autre chose, vn receptacle.* Hispa. *Cosa que recibe o acoge vna otra.* Plin. lib. 9. cap. 22. Hyemato lacu fluctibus glomeratæ volumtur anguillæ, in tantū mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur. Idem lib. 25. cap. 7, videtur accipere pro genere vasis quo succus ex arboribus defluens excipitur. Vis (inquit) tanta est, vt è longinquo succus excipiatur. Incisæ conto subditur excipulus ventriculo hœdino: humor lactis videtur effluere. Loquitur de euphorbia herba, à Iuba inuenta.

Excipuus, a, um, Quod excipitur: sicut præcipuum, quod antè capitur. Festus.

Excisō, excisas, vide EXCIDO.

Exciro, vide EXCIO.

Exclamare, Vociferari, & quasi è medio pectore vocem maximè emittere: quod aut indignationis, aut doloris causa fieri solet. ἀνακράζω, ἀναβοῶ, ἀνάφωνῶ. Ital. *Gridare, chiamare ad alta voce.* Gal. *Crier, s'escrier.* Hisp. *Llamar con alta voz, Gritar.* Terēt. in Phor. Itaq; plenè hercle exclamaui gaudio. Cic. 2. de Orat. Nō enim possum quin exclamem, vt ait ille in Trinummo.

Exclamatio, verbale, Pro ipso actu exclamandi. ἀναφώνησις. Ital. *Grido.* Gal. *Cri, escri.* Hisp. *Grito, obra de llamar assi.* Ad Heren. lib. 3. Acutas vocis exclamationes vitare debemus: ictus enim fit, & vulnerātur arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione. ¶ Est & exclamatio, schema rhetoricorum, quod demitur ab autore ad Herennium lib. 4, ad hunc modum. Exclamatio est quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem, hoc modo. Te nunc alloquor Africane, cuius mortui quoque nomen decori est & splendori ciuitati.

Excludo, dis, pen. prod. exclusi, sum, Extra claudo, ejicio. ἐκκλείω. Ital. *Escludere, serrar fuora.* Gal. *Enfermer dehors, mettre hors.* Hisp. *Echar à fuera.* Plautus in Aun. Homo hercle hic exclusus est foras. Idem Menæch. Alij me pernegant eum esse qui sum, atque excludunt foras. ¶ Per translationem ponitur pro liberare, Accius apud Nonium, Qua virtute hic se seruitute exclusit? ¶ Item pro incubando pullulum emittere. Colum. lib. 9, Veteranas aues ad rem eligi oportebit, quæ iam sæpius id fecerint, moréque earum maximè prænosci, quoniam aliæ melius excudant, aliæ editos pullos commodius educent. Idem, Columbæ excludant vigesimo die. ¶ Interdum accipitur pro cælare, & in rudi materia alicuius rei figuram inducere. Vnde dicuntur & in arte argentaria exclulores, id est e- quadam confusione massæ ad suam formam expressores. ¶ Excludi tempore, aut tempotis spatiis, est impediri nequis quid possit agere propter temporis angustiam. Cic. in Verrem, Angustiis temporis excluduntur omnes. Idem 7. Verr. Hi postquam temporibus pop. Rom. exclusi, per Senatum agere quæ volebant, non potuerunt. ¶ Excludere, pro repudiare, non admittere quod postulator, aut petitur, sed reiicere. Cic. de Atusp. resp. Quod anno antè frater Metellus & concors etiam tum Senatus princip. Cn. Pompeio sententiam dicenti, excluserat, acerrimèque vna voce ac mente resistebat.

Exclusus, participium. ἐκκεκλεισμένος, ἐκκλεισθείς. Ital. *Gittato fuori, escluso.* Gal. *Getté hors.* Hisp. *Echado fuera.* Cicer. pro Cluentio, Quum vagus & exul erraret, atque vndique exclusus, &c. Idem 2. Philip. Itaque exclusis tuis vocibus, & ad te, & ad prædas milites misit.

Exclusissimus, nomen ex participio. Plautus Menæch. Abiit intrò ocyus in ædes, nunc ego sum exclusissimus. Neque domi, neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.

Excogito, as, Cogitando inuenio. ἐπινοέω, περιλογίζομαι. Ital. *Imaginare, ritrouare pensando.* Gal. *Excogiter & pourpenser, inuenter en songeant.* Hisp. *Hallar ò pensando.* Cic. 6. Verr. Nouum ac singulare supplicij genus excogitauit. Idem 2. in Catil. Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest quod non ille conceperit? ¶ Excogito, pro vehementer cogito. Cic. Att. lib. 9, Ad hæc igitur cogita mi Attice, vel potius excogita, quemuis euentum fortius feram, quàm hunc dolorem.

Excogitatus, participium. ἐπινοούμενος. Ital. *Imaginato, ritrouato pensando.* Gal. *Excogité pensé, examiné.* Hisp. *Hallado pensando.* Cicc. pro Cluent. Ratio excogitata Larini est, res translata Romam. ¶ Excogitatus, nomen, pro exquisito. Sueton. in Calig. Templum etiam numini suo proprium, & sacerdotes & excogitatissimas hostias instituit.

Excogitatio, onis, ἐπινόησις, περίνοια. Ital. *Inuentione con gran pensiero.* Gal. *Pourpensement, pensee songneuse, inuention.* Hisp. *Aquella obra de hallar pensando.* Cic. 2. de Orat. Quæ ab oratore parantur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem perpolitámque desiderant.

Excogitator, oris. ἐφευρέτης, ἐπινοητής. Ital. *Inuentatore.* Gal. *Contrenueur, inuenteur.* Hisp. *Hallador pensando.* Quin Decia. 10. Sic magum pronus, nescia matre, excogitator hic mortis alterius aduocat.

Excolo, lis, pen. corr. excolui, excultum, Orno, polio. ἐπιστρέφω, ἐξεργάζομαι. Ital. *Ornare, pulire, abellire.* Gal. *Exorner, enbiller, reparer, orner* Hispa *Componer, dolar, ornar.* Plin. in Epist. Emas macmora, quibus solum, quibus parietes excolantur. Cic. in Ora. An victus hominum Athenienſium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Idem in Parad. Nihil est tam incredibile quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur.

Excultus, princip. ἐπιστρεπτός, Ital. *Colimato, ornato.* Gal. *Culiué, reparé, orné,* Hisp. *Ornado, compuesto, labrado.* Cic. 2. de Legibus, Tum nihil melius illis mysteriis quibus ex agresti, immaniq; vita, exculti ad humanitatē & mitigati sumus. Idem in Orat. Nihil enim est feracius ingenuis iis præsertim quæ disciplinis exculta sunt.

Excōmunicatio, {Ital. *Scommunica.* Gal. *Excōmuniement.* Hisp. *Descomunion* } vt in Decret. 3. quæst. 4.) distinguitur ab anathemate, tanquam excommunicatio sit minor, anathema maius. Vnde Anathematizati, ab Ecclesia omnino separantur: cum talibus neque sermone congressus, neque cibus communicatur. Hos Cyprianus abstentos vocat eleganti vocabulo.

Exconsul, & Exquæstor in Codice Iustiniani leguntur pro Consulari & Quæstorio, qui scilicet aliquando Consulatus, aut Quæsturæ honore functus est. Ita enim habet l. ij. C. de Veteri iure enucleando, Omne studium Tribuniano viro excelso, magistro officiorum, Exquæstori sacri nostri palatij, & Exconsuli credidimus.

Exconsularis, quo vsus est compilator Codicis, l. iij. de Pro. sacrorum scriniorum, Consulari, inquit, honore functi inter electos habeantur, hùneque honorem dignitatis teneant, qui Exconsularibus deferri consueuit.

Excoquo, is, ere, Valde coquo. ἐκφέω, πέπτω. Ital. *Cuocere molto.* Gal. *Cuire parfaitement.* Hisp. *Mucho cozer.* Terent. Adelp. Tam excoctam reddam atque atram, quàm carbo est. Colum. Vis frigoris excoquit terram. Idem, Succus excocti lupini. Virg. 1. Georg. -hue illis omne per ignem Excoquitur vitium: atque exudat inutilis humor. Plaut. Perſa, -vsque dum domi ero, dum excoxero lenoni malum. Id est excogitauero, & ad tempus præparauero.

Excors, dis, Insipiens, stultus, amens, quasi sine corde. ἄφρων. Ital. *Stolto, pazzo, sciocco.* Gal. *Qui n'a ne sens ni entendement, vne beste.* Hisp. *Descuerdo, sin seso, ajeno de corazon.* Non defuerunt enim qui cor in homine meatis domicilium esse putauerint: quanquam verior est eorum opinio qui eam in cerebro collocarunt. Lactan. lib. 3, In quo alios non excordes tantùm fuisse arbitror, sed etiā impios, quòd in secreta cælestis illius prouidentiæ curiosos oculos voluerint immittere. Cic. de Amic. Aperté adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Idem 5. Philip. Hoc qui nō videt, excors: qui quum videt, nō decernit, impius. Idem pro domo sua, Neque tu eras tam excors, támque demens, vt nescires hunc Clodium esse qui contra leges faceret.

Excrementum, vide EXCERNO.

Excreo, as, Est quadā vi expuo. ἐκπτύω, ἐκπτύσμα. Ital. *Sputare, Sputo.* Gal. *Cracher.* Hisp *Escupir ò gargaiear.* Plaut. in Amphit. Si minusculo digito increpuerint fores, hāc regula Tuum diminuā caput, vt cū dentibus linguam excrees. Celsus, Et interdum aliquid purulenti excreat.

Excreatio, verbale. {πτύελος, ἀπόπτυσις. Ital. *Sputamento.* Gal. *Crachement.* Hispa. *Aquella obra de escupir ò gargajear.*} vt, Sanguinis excreationes, Plin. lib. 24. cap. 14. Excreationes faciles facit in cibo sumptum sinapi, Idem libro 20. cap. 12.

Excreabilis, le, adiectiuum, Quod excreari potest. {πτυελώδης, ἀποπτυστός. Ital. *Cosa che si sputa facilmente.* Gal. *Qu'on peut facilement cracher.* Hisp. *Cosa que assi se puede escupir.*} Plin. li. 20. ca. 14. Pulmonũ vitia excreabilia facit.

Excrescо, is, re. Valde, siue in altum crescere. {ὑπερφύομαι, ὑπεραυξάνομαι. Ital. *Crescere in alto.* Gal. *Croistre par dessus, parcroistre.* Hispa. *Crescer mucho.*} Colum. lib. 5. Si satis excreuerint, iugo supponãtur. Lucan. lib. 4. Colle tument modico, lenisq; excreuit in altum. Pingue solũ tumulo. Quintil. lib. 4. cap. 1. Nec minus cuitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse videatur.

Excretus, ta, um, ab excresco. nomen adiectiuum: vel participium absque verbi origine. {ὑπεραυξηθείς. Ital. *Cresciuto.* Gal. *Parcreu, desia grand.* Hisp. *Crescido.*} Nam excrescor, à quo deduci posset, Latinum non est. Habet autem actiuam significationem, aut certè neutralem. Idem enim penè est excretus quod adultus, aut qui multùm creuit. Virgil. lib. 1. Georg. Multi iam excretos prohibent à mattibus hœdos.

Excretum, vide EXCERNO.

Excrucio, Cruciatu eneco, valde crucio. {ἐκτορτίζω. Ital. *Cruciare molto.* Gal. *Fort tormenter, vexer & affliger griefuement.* Hisp. *Affligir ò atormentar.*} Cice. 5. Verr. Socium atq; amicum fumo excruciatum semiuiuum reliquit. Idem pro lege Man. Omni supplicio necatum excruciauit. Terẽtius Heaut. Proin tu solicitudinẽ istam falsam quæ te excruciat, omittas. Excruciare animi. Terent. Phorm. Eheu me miserum: cùm mihi pauco, tum me Antipho excruciat animi. Plaut. Mil. Vide ne fis in expectatione, ne animi illam excrucies.

Excruciabilis, le, Dignus qui excrucietur. {βασανιστός, πραγματευτός. Ital. *Degno da essere cruciato.* Gal. *Digne d'estre tormenté.* Hisp. *Digno de ser atormentado.*} Plaut. Cist. Nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem. Quàm illæc est.

Excubo, as, pen. corr. excubui, tum. Vigilo, custodiam facio, quasi foris cubo, vt milites extra castra, vel extra territorium ad Imperatoris custodiam noctu armati consident. {ἀγρυπνέω, φυλάττομαι. Ital. *Vegghiare, far guardia.* Gal. *Faire le guet, estre au guet.* Hispa. *Velar, escuchar de noche enel campo.*} Sallust. in Iugurt. Neque secus quàm si iter faceret, castra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. Liui. Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt. Cice. de Diuin. Ab Anaximandro Physico moniti Lacedæmonij sunt, vt vrbem & tecta linquerẽt, armatique in agro excubarent, quòd terræmotus instaret. ¶ Excubare animo, pro vigilare. Cic. 4. Tusc. Qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum. Idem 6. Philip. Quamobrem Quirites, consilio quãtum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo, vigilabóque pro vobis.

Excubatio, tionis. {φυλακή, ἀγρυπνία. Ital. *Vigilia, guardia.* Gal. *Guet, veille pour garder quelqu'vn.* Hispa. *Velada de noche come enel campo, escucha.*} Vale. Max. lib. 4. de Amicitia, Pro dignitate & salute amicorum perpetuam excubationem.

Excubitor. Qui excubat. {ἀγρυπνητής, φυλακτήρ. Ital. *Sueghiatore.* Gal. *Qui fait le guet, sentinelle.* Hisp. *Escuchador ò velador.*} Vnde gallus dicitur excubitor, qui peruigil cantu horas indicat. Cæs. 7. bel. Gall. Hæc cadẽ noctu excubitoribus ac firmis præsidiis tenebantur. Colum. libro 7. cap. 12, de canibus loquens, Quis custos incorruptior, quis excubitor inueniri potest vigilantior?

Excubiæ, arum, Vigiliæ. {φυλακή. Ital. *Vigilie, vegghie.* Gal. *Le guet de nuit.* Hispa. *Aquellas escuchas, velas de noche.*} licet vigiliæ tantum nocturnæ dispa. Aquellas escuchas, velas de noche. Gal. *Croistre par dessus, parcroistre.* Hispa. *Crescer mucho.*} Colum. lib. 5. Si satis excreuerint, iugo supponãtur. Lucan. lib. 4. Colle tument modico, lenisq; excreuit in altum. Pingue solũ tumulo. Quintil. lib. 4. cap. 1. Nec minus cuitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse videatur.

Excretus, ta, um, ab excresco. nomen adiectiuum: vel participium absque verbi origine. {ὑπεραυξηθείς. Ital. *Cresciuto.* Gal. *Parcreu, desia grand.* Hisp. *Crescido.*} Nam excrescor, à quo deduci posset, Latinum non est. Habet autem actiuam significationem, aut certè neutralem. Idem enim penè est excretus quod adultus, aut qui multùm creuit. Virgil. lib. 1. Georg. Multi iam excretos prohibent à mattibus hœdos.

Excretum, vide EXCERNO.

Excrucio, Cruciatu eneco, valde crucio. {ἐκτορτίζω. Ital. *Cruciare molto.* Gal. *Fort tormenter, vexer & affliger griefuement.* Hisp. *Affligir ò atormentar.*} Cice. 5. Verr. Socium atq; amicum fumo excruciatum semiuiuum reliquit. Idem pro lege Man. Omni supplicio necatum excruciauit. Terẽtius Heaut. Proin tu solicitudinẽ istam falsam quæ te excruciat, omittas. Excruciare animi. Terent. Phorm. Eheu me miserum: cùm mihi pauco, tum me Antipho excruciat animi. Plaut. Mil. Vide ne fis in expectatione, ne animi illam excrucies.

Excruciabilis, le, Dignus qui excrucietur. {βασανιστός, πραγματευτός. Ital. *Degno da essere cruciato.* Gal. *Digne d'estre tormenté.* Hisp. *Digno de ser atormentado.*} Plaut. Cist. Nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem. Quàm illæc est.

Excubo, as, pen. prod. corr. excubui, tum. Vigilo, custodiam facio, quasi foris cubo, vt milites extra castra, vel extra territorium ad Imperatoris custodiam noctu armati consident. {ἀγρυπνέω, φυλάττομαι. Ital. *Vegghiare, far guardia.* Gal. *Faire le guet, estre au guet.* Hispa. *Velar, escuchar de noche enel campo.*} Sallust. in Iugurt. Neque secus quàm si iter faceret, castra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. Liui. Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt. Cice. de Diuin. Ab Anaximandro Physico moniti Lacedæmonij sunt, vt vrbem & tecta linquerẽt, armatique in agro excubarent, quòd terræmotus instaret. ¶ Excubare animo, pro vigilare. Cic. 4. Tusc. Qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum. Idem 6. Philip. Quamobrem Quirites, consilio quãtum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo, vigilabóque pro vobis.

Excubatio, tionis. {φυλακή, ἀγρυπνία. Ital. *Vigilia, guardia.* Gal. *Guet, veille pour garder quelqu'vn.* Hispa. *Velada de noche come enel campo, escucha.*} Vale. Max. lib. 4. de Amicitia, Pro dignitate & salute amicorum perpetuam excubationem.

Excubitor. Qui excubat. {ἀγρυπνητής, φυλακτήρ. Ital. *Sueghiatore.* Gal. *Qui fait le guet, sentinelle.* Hisp. *Escuchador ò velador.*} Vnde gallus dicitur excubitor, qui peruigil cantu horas indicat. Cæs. 7. bel. Gall. Hæc cadẽ noctu excubitoribus ac firmis præsidiis tenebantur. Colum. libro 7. cap. 12, de canibus loquens, Quis custos incorruptior, quis excubitor inueniri potest vigilantior?

Excubiæ, arum, Vigiliæ. {φυλακή. Ital. *Vigilie, vegghie.* Gal. *Le guet de nuit.* Hispa. *Aquellas escuchas, velas de noche.*} licet vigiliæ tantum nocturnæ dispa. *Aquellas escuchas, velas de noche.*

Universidad de Deusto Biblioteca

descusa. Gal. *Excusable, qu'on peut excuser.* Hisp. *Cosa que buenamente se puede escusar.* } Quid 1. de Pon. Eleg. 8, Quod nisi delicti pars excusabilis esset, &c. Idem 4. de Pon. Eleg. 11. Gallicè crimen erit vix excusabile nobis, Carmine te nomen non habuisse meo.

Excusatorius, a, um, Quod ad excusationem pertinet. {Ital. *Cosa pertinente a scusa.* Gal. *Chose qui appartient à excuse.* Hisp. *Cosa pertenesciente à escusa.* } vt Excusatoria epistola.

Excutio, tis, pemul. corr. Excussi, ssum, ab ex, & quatio. significat propriè quatiendo deiicere. {Ital. *Scuotere, scossare.* Gal. *Secouer & faire cheoir.* Hisp. *Sacudir.* } Persius Saty. 6. -calidúmque trientem Excutit è manibus. Ouidius de Nuce, Atq; vtinam subitæ raperent mea poma procellæ: Aut possem fructus excutere ipsa meos. ¶ Habet hoc verbũ varios vsus, & metaphoras nõ inuenustas, diuersasq; significationes pro diuersitate constructionis. Iungitur autem ferè post se accusatiuo modò rei inanimatæ, modò personæ. De accusatiuo rei inanimatæ hæc erunt exempla. Cice. 2. de Nat. deor. Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo cur nõ idem putet, si innumerabiles vnius & viginti formæ literarum, vel aureæ, vel qualeslibet aliquò coniiciantur, posse ex his in terram excussis, Annales Ennij, vt deinceps legi possint, effici. Plin. lib. 16. cap. 140. Quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Pro eodem Virgil. 1. Aeneid. dixit, Excutere ignem. ¶ Excutere oculos. apud Plautum. pro eruere. Et Excutere clauum lapide, apud eundem, pro expellere. Idem in Aulula. Quia mihi misero cerebrũ excutiunt tua dicta soror: lapides loqueris. id est concutiunt, ferunt, quatiunt, commouent. Idem dixit, Nauem malleo excussam: id est percussam. Terent. in Heau. Lachrymas excussit miser. id est elicuit, fecitque vt subitæ exciderent. Cic. pro Syl. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. id est eiectos, euulsos. Excutere metum, pro deponere. Excutere mentem, pro adimere. Excutere iugum, pro nolle obedire. ¶ Cum accusatiuo personæ etiam non iniucundas habet translationes. Plin. Excusso Circensibus auriga: hoc est de curru deiecto, & in terram prostrato. Virg. 7. Aeneid. Quinetiam patria excussos infesta per vndas Ausa sequi. Vbi excussos dixit, pro expulsis. Cic. de Arusp. Non ignouit, mihi crede, non: nisi forte ignotum putas, quòd te Iudices dimiserunt excussum & exhaustum. id est spoliatum pecuniis quibus eos corrupisti: & (vt vulgò dicitur) depluman te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt. Paulus Iureconsul. Non prius pupillus ad magistratus reuerti potest, quàm omnes tutores excussi fuerint. id est quàm actione tutelæ expertus sit an ab eis suum ius seruare possit. Plin. in Epist. Tusci grandine excussi, in regione Transpadana summa abundantia, sed par vilitas nuntiatur. ¶ Aliquãdo inest in hoc verbo diligens quædam inquisitio, & scrutatio. Sueto. in Claud. Neque ægrum quenquam visitauit, nisi explorato prius cubiculo, culcitrisque & stragulis prætentatis & excussis. id est diligẽter contrectatis & diuentilatis, vt si in eis gladius tegeretur, excideret. Plaut. in Aulul. Quid abstulisti hinc? s r. Dij me perdant, si ego quicquam abstuli, Neve abstulisse vellem. s n. Agedum, excutedum pallium. Quintil. lib. 7. cap. 2, Excusserunt illi patrem, & aurum in sinu eius inuenerunt. Cice. Pro Rosc. Amer. Nihil est Glaucia, quod metuas: non excutio te. id est non inquiro ea diligentia qua possem. Vlpia. l. Si mandauero. ff. Mandati. Si tibi mandauero vt vires excuteres hæreditatis. id est diligentius æstimares, exactius expenderes. Cice. 2. Offic. Explica atque excute intelligentiam tuam. id est ingenium tuum, sensusque omnes ad intelligentiam collige, & excita. Idem 12. Philip. Inuentutem omnem ex tota Italia excussimus id est elegimus, vt docet Nonius. ¶ Excutere debitorem, frequens est apud Iurisconsultos, pro eo quod est auctionem bonorum eius facere, & experiri an sit soluendo. Vnde iure nouissimo sancitum est, ne fideiussori molestissimus, nisi prius excusso debitore.

Excussus, participium. {Ital. *Spinto, cacciato fuori.* Gal. *Secouu, chassé hors.* Hisp. *Sacudido, echado fuera.* } vt, Excussus pectore nostro is dicitur cuius obliti sumus. Virg. 5. Aene. -piget incepti, lucisque, suósque Mutatæ agnoscunt, excussáque pectore Iuno est.

Excussè, aduerbium. {Ital. *Con forza.* Gal. *Auec force & violence.* Hisp. *Con fuerça.* } Senec. de Benef. lib. 2. cap. 17. Si cum tyrone & indocto non tam rigidè, nec tam excussè, sed languidius, & in ipsam eius dirigentes manum remisse occurremus.

Excussorius, a, um, Quod ad excutiendum pertinet. {Ital. *Scussorio, scottoio.* Gal. *Dequoy on secoud & fait cheoir.* Hisp. *Cosa para sacudir.* } vt, Excussorium cribrum, quod excutit, & transmittit farinam ignobiliorem, ex qua fit panis secundarius. Pollinarium verò tenuius est flori farinæ accommodum. nam farinam, in pollinem, & secundarium, & furfures partitur. Plin. lib. 18. cap. 11, Cribrorum genera Galli ex setis equorum inuenere, Hispani è lino excussoria & pollinaria: Aegyptus è papyro atque iunco.

Exdecimo, as, decimum quenque eligo, interprete Festo: à verbo Decimo, quod est decimam partem detraho.

Exdorsuo, as, Dorsum confringo vel aperio: quod & exossare dicitur. {Ital. *Rompere il dosso, spallare.* Gal. *Rompre le dos, espauler.* Hispa. *Quebrar el espinaço, ó lomesso.* } Plaut. in Aul. Tu Machærio, congrum, murænam exdorsua quantũ potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum ex. Alioqui enim non ex, sed e, componitur cum d, vt Educo.

Execo, cas, pen. corr. Ab ex & seco, significat excido. {Ital. *Tagliar via.* Gal. *Couper, fendre, enciser, rongner.* Hisp. *Cortar.* } Colum. lib. 5, Arborem quam inserere voles, diligenter execato ea parte quæ maximè pitida, & sine cicatrice est: dabisque operam ne librum lædas. Sic execare linguam, idem est quod excindere. Cic. pro Cluent. Nam Stratonem quidem Iudices, in crucem actum esse execta scitote lingua. Execare testes, est virilia amputare. Vnde execti dicuntur quibus detracti sunt colei. Cice. 2. de Nat. deor. Nam vetus hæc opinio Græciam oppleuit, scilicet exectum Cælum à filio Saturno. ¶ Execti etiam dicuntur quos veteres cæsares, aut exsones vocauerunt, qui scilicet ex matris mortuæ fecto vtero sunt extracti. Paulus in l. Anniculus. ff. de Verb. & rer. signific.

Exectio, verbale, Ital. *Essa tagliare, taglio.* Gal. *Coupure, empeteure.* Hispa. *Cortadura.* } Cicer. pro Cluent. Quum exectio illa fundi in armario animaduerteretur, &c.

Execror, aris, deponens, Significat detestari, & alicui dirum exitium imprecari. {Ital. *Maledire, bastemiare, augurare male.* Gal. *Maudire, execrer, auoir en horreur.* Hisp. *Abominar y maldezir.* } Virg. 3. Aene. Et terram altricem sæui execramur Vlyssis. Cic. 3. Offi. Itaque accepimus Socratem execrari solitum eos qui primum hæc natura cohærentia distraxissent.

Execratio. Quæ aliquando sumitur pro sacramenti genere, quo quis diras capiti suo imprecatur, si peierauerit. {Ital. *Maledittione, sacramento execrabile.* Gal. *Maudiffon, execration, ferment & iurement execrable.* Hisp. *Aguella maldicion.* } Sallust. in Catil. Fuere ea tempestate qui Catilinam oratione habita dicerent, quum ad iusiurandum populares sceleris sui adderet, humani corporis sanguinem vino permistum, in pateris circumtulisse: inde quum post execrationem omnes degustauissent (sicut in solemnibus sacris fieri consueuit) aperuisse cõsilium suum, atque eo dictam rem fecisse, quo inter se magis fidi forent alius alij. Vbi significat Sallustius, Catilinam cum suis dira quædam verba & imprecatoria protulisse, quibus caput suum deuouerent: hoc est (vt vulgus loquitur) maledictionem quandam execrabilem fecisse, cui esset obnoxius, siquis in ea coniuratione fidem falleret, proditórque esset.

Execrabilis & Execrandus, Idem significant quod detestandus & abhorrendus. {Ital. *Horribile, effecrabile, detestabile.* Gal. *Horrible, execrable, detestable.* Hisp. *Cosa abominable y de maldicion.* } Cic. 2. Philip. Deinde quum Pompeij sector esses, non te execrandum pop. Rom. non detestabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines tibi inimicos esse & futuros sciebas? Liu. 6. bell. Pun. Verus atque vsitata res est in oppugnanda hostium vrbe labores & pericula pati: illud iræ atque odij execrabilis indicium est.

Execratus, participium, aut nomen ex participio. {Ital. *Maledetto.* Gal. *Maudit & execré.* Hisp. *Cosa maldicha.* } Horat. Epod. 16. Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum Velut profugit execrata ciuitas, Plin. lib. 28. cap. 2, Et sunt condita auguria, quid loquenti, cogitantive id acciderit, inter execratissima.

Exedo, pen. corr. exedis, vel exes, Exodo, cõsumo. {Ital. *Mangiare, rodere, consumare.* Gal. *Manger tout, ronger, consumer.* Hispa. *Gastar comiendo.* } Plinius lib. 26, Nascuntur quoque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Cice. 2. Tusc. Aegritudo lacerat, exest animam, planéque conficit. Idem 1. de Finibus Animi autem morbi sunt cupiditates immensæ & immanes diuitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum: accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores qui animos exedunt, conficiúntque curis. Lucret. lib. 3, Sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem Quem volucres lacerant, atq; exest anxius angor. ¶ Aliquãdo exedere accipitur pro peredere, & totum absumere. Terent. in Phor. Tu tibi hoc intristi, tibi omne est exedendum.

Exesus, participium, {Ital. *Mangiato, roduto.* Gal. *Mangé, rongé.* Hisp. *Gastado comiendo.* } Cic. 5. Tusc. Apparebat epigramma. exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis ferè. Idem in Topic. Si ædes exesæ corruerunt, vitiúmve fecerunt, quarum vsusfructus legatus est, hæres restituere non debet.

Exesor, soris. {Ital. *Mangiatore, roditore.* Gal. *Mangeur, rongeur.* Hisp. *Comilon, gastador comiendo.* } Lucretius lib. 4, -æstus ab vndis Aequoris exesor muronum littora circum.

Exedra, ἐξέδρα. Apud veteres locus erat in porticibus patens, & soli peruius, plurimas habẽs sedes in quibus Philosophi, Rhetores & reliqui, qui studiis delectabantur, solebant disputare. Vitruuius lib. 5, Constituantur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetoréque, & qui studiis delectantur, sedéres disputare possint. Budæus in Annotat. in Pand. ostendit exedras hodie non inepte dici posse loca illa in monachorum, aut canonicorum peristyliis, quæ illi barbarè *Capitula* vocant. Dicta est autem exedra à sedium frequentia, & sedendi commoditate, quòd huiusmodi loca, circunquaque suas habebant sedes. Cic. lib. 3. de Orat. tunc dedita opera quiescentibus aliis, quum in eam iam exedram venissem, in qua Crassus posito lectulo requieuisset.

Exegematicus character, ἐξηγηματικὸς χαρακτὴρ, Latinè narratiuus vel expositiuus dici potest, quum scilicet narrationis series nullius personæ interlocutione interrumpitur. Cuiusmodi est apud Virgilium in tribus primis libris Georgicõn, & in duabus Aeglogis, quarum initia sunt, Sicelides Musæ, paulo maiora canamus: &, Prima Syracosio dignata est ludere versu. Dictus ἐξηγηματικὸς, ἀπὸ τῆς ἐξηγεῖσθαι, quod inter cætera significat narrare, siue exponere.

Exemplum, {Ital. *Essempio, mostra di qualche mercantia.* Gal. *Exemple, patron, monstre & eschantillon.* Hispa. *Exemplo que se toma de otra cosa.* } (vt Valla docet libro 6,) Est virtus, vel vitium, vel aliud quidquid quod in alio nobis imitandum, vel vitãdum proponitur. Ille autem in quo sunt huiusmodi virtutes, vel vitia, dicitur exemplar. Cic. 7. Ver. Veius est quod dicam, & propter seueritatem exempli nemini fortasse vestrum inauditum. Idem pro Flacco, In hoc ego, ne quod pernitiosum exemplum prodatur pertimescam? Cice. pro Cecinna, Falcula exemplar antiquæ religionis. Idem in Sallust. Eius enim partis exemplar erat Sallustius. Nonnũquam tamen confunduntur. Ouid. ad Luciam, Occidit exemplum iuuenis venerabile morum. Quo in loco Drusum ipsum vocat exemplum morum. Terent. in Adelphis, Exemplum omnibus curarem vt esses. Sic etiam Cicero pro Murœna, pro eodem dixit exemplum & exemplar. Nam quum antea dixisset, Domesticum te exemplum habere dixi ad imitandum: subdit paulo pòst, Ad imitandum verò tam mihi propositũ est exemplar illud, quàm tibi. Festus ita distinxit exemplar ab exemplo, vt exemplum sit illud quod nobis proponimus, vt sequamur aut vitemus, παράδειγμα: Exemplar, ex quo simile faciamus, πρωτότυπον. Plin. lib. 35, Sunt qui Venerem Anadiomenẽ illo pictam exemplari putant. Sed sæpe confunduntur, vt Exemplum sit ex quo simile faciamus. Quintilianus lib. 10, Sic literarum ductus, vt scribendi fiat vsus, pueri sequuntur: sic Musici vocem dicẽtium, pictores opera priorum, rustici probatam experimento culturam in exemplum intuentur

¶ Ponunt

¶ Ponitur etiam aliquando exemplum pro exscriptione, quam barbari copiam vocant. Sallust. in Catil. Literas quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earum infrà scriptum est. Cicc. Appio, Ex literis, quarum ad me exemplum misisti. Ouid. de Tristibus, Pluribus exemplis scripta fuisse reor. ¶ Vtimur etiam hoc nomine exemplum quandoque pro gemi pœna quæ potest cæteris documento esse. Terent. in Eun. Quæ fœmina esse debent exempla in eum indigna. Idem, Vtero in te exempla edent. Vbi Donatus, noua ac mira tum mèta quæ pro exemplo narrantur, aut quæ documèta sunt cæteris ne delinquant, exempla dicuntur. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1, Simile in superiore parte prouinciæ edere exemplum fœcunditatis tuæ voluisse. Cæsar bell. Gall. lib. 1, Obsides nobilissimi cuiusq; liberos poscere, & in eos omnia exempla cruciatus edere, si quæ res non ad nutum aut voluntatem facta sit. ¶ Rursus dicitur illud quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ causa. Vnde pars probationis vocatur ab exemplis: & in elocutione, exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo exemplar dici nō potest. Quintil. lib. 10. cap. 2, Iis quæ in exemplum assumimus subest natura & vera vis. ¶ Similiter exemplum dicimus specimen alicuius rei quam vænalem habemus: vt quum ex acervo frumenti aliquantulum in vasculo aliquo asportamus, ex quo reliquum emptor possit æstimare. δεῖγμα, δεῖγμ. Autor ad Herenn. lib. 2, Siquis purpuram, aut aliud quippiam vendens dicat, Sume à me, sed huius exemplum alunde rogabo, tibi quod ostendam. aut si aceruus dicatur se tritici habere, & eorum exemplum pugno non habent quod ostendant. ¶ Exempli causa, & Exempli gratia. Cicc. in Officiis, Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. Idem, Exempli causa paucos nominaui. Plin. lib. 2. cap. 17, Multa promi amplius circa hæc possunt, secreta naturæ legésque quibus ipsa seruiat: exépli gratia, In Martis sydere, cuius, &c. ¶ Exemplum continentiæ, disciplinæ, innocentiæ, apud Terentium & Ciceronem. Singularis exempli mulier, Rarissimi vxor exempli, Singularis exempli inuenis, &c. ¶ Exemplum, id quod aliquando fuit. Tacitus, Omnia quæ nunc vetustissima creduntur, noua fuere: inueteraſcet hoc quoque: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Plin. lib. 28. cap. 9, Sunt inter exempla, qui asininum lac bibendo liberati sunt podagra, chiragráve. id est, scriptū legimus aliquos fuisse. ¶ Exemplar, pro eo quod ex aliquo scripto transcribitur. ἀντίγραφον. Ital. *Copia*. Gal. *Le double ou copie de quelque chose*. Hispa. *La copia y lo que se saca del original*. Plin. Epist. 291. Exemplar testamenti, quanquam mendosum, mitti tibi. Asinius Pollio Ciceroni, Ex literis quas Pansæ misi, cognosces omnia: nam tibi earum exemplar misi.

Exemplare, huius exemplaris, pro exemplar. Lucre. lib. 1. Duntaxat rerum magnarum parua potest res. Exemplare dare, & vestigia notitiæ.

Exemplarium, rij, pro exemplo repertum, teste Valla, lib. 6.

Exemptus, Exemptilis, vide EXIMO.

Exentero, ras, pen. corr. Interiora auferre: quod proprié de piscibus dicitur quum apparantur. ἐξεντερίζω. Ital. *Sventrare, tor via l'interiora*. Gal. *Oster le dedans, comme les entrailles d'vn beste, enuurer*. Hisp. *Sacar las tripas*. ¶ Sic per translationem dixit Plaut. in Epid. -acutum cultrum habeo, Qui seni exenteret marsupium. ¶ Exenteror, pro angor, & crucior. Plaut. Epid. Expectando exedor miser, atque exenteror.

Exeo, exis. Extra eo, egredior. ἐξέρχομαι, ἔξειμι. Ital. *Vscire fuori*. Gal. *Sortir hors, vssir*. Hisp. *Salir afuera*. Terent. Adel. Fieri potis est vt nequa exeat. Idem in Eunuc. Exi foras scelestè. Et constituitur tam cum accusatiuo quàm cum ablatiuo: vt Exeo domum, & exeo domo. ¶ Per translationē est liberari. Cicc. Vt tandem ex tot ærumnis atq; miseriis exeamus. ¶ Item vitare. Virgil. 5. Aene. Corpore tela modò, atq; oculis vigilantibus exit. ¶ Item erumpere, vt apud Virgil. 2. Aeneid. Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis Exit. ἐξαγγέλλω. ¶ Dicitur etiā Exit in laudem, exit in vituperationem, exit in acta, exit in fabellas, & similia. id est fit, vel efficitur. Lactant. Potuerunt enim & libri aboleri, & tamē res in memoriam exire. id est fieri memorabiles. & de quibus fiat mentio. Plin. lib. 7, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quēdam, tornitarémque naturæ duram & inflexibilem. ¶ Exire in tertium diem, Plinius Iunior dixit pro differri. Huius (inquit) actionem vespera inclusit: non tamen sic vt abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierunt. ¶ Exire de potestate, significat mētis impotem fieri. ἐξίστημι. Cic. lib. 4. Tuscul. Itaque iratos proprié dicimus exisse de potestate. id est de consilio, de ratione, de mente. ¶ Exire in altitudinem dicitur arbor. Plin. lib. 13. cap. 4, Religant comas, vt in altitudinem exeant. Virgil. 2. Georg. Exiit ad cælum ramis fœlicibus arbos. ¶ Exiit dies, pro præteriit. Liui. lib. 5, Inducię inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellauerant. ¶ Exeunt libri. Cic. ad Atti. lib. 13, Libri quidem ita exierunt, (nisi forte me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere ne apud Græcos quidem simile quiddam. Id est editi sunt, & in lucem emissi. ¶ Exire è vita, pro moti. Cic. 1. de Finib. Æquo animo è vita, quum ea non placeat, tanquam è theatro exeamus. ¶ Exire in easdem literas. id est terminari. Quintil. lib. 1. cap. 5, Quia hoc nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas Castor, literas exit. ¶ Sors exit. Cic. Att. lib. 1, Quum de Cōsularibus mea prima sors exisset, vna voce Senatus frequens retinendum me in Vrbe censuit. ¶ Exire de Patritiis, est ex Patritio plebeium fieri. cuius exemplum habes apud Ciceronem in Oratione pro domo sua.

Exiens, exuntis, participium. ἐξερχόμενος. Cicc. 1. de Diui. Quinto autem anno exeunte, quum esset ex illo somnio, &c.

Exitus, aliud participium apud antiquos: vnde apud Festum, Ad exitam ætatem, ad vltimam ætatem.

Exitus, us, ui, Egressio, euentus, casus. ἔξοδος, ἀπόβασις. Ital. *Vscita, successo, risfommato, fine*. Gal. *Issue, sortie la fin*. Hisp. *El fin ò salida dela mesma*. Cicc. Sulpit. libro 4, Neque solum ea perspicis quæ geruntur, quæque iam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerū, qui exitus futurus sit. Idem Tuscul. 1, Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors. Idem pro lege Manil. Huius autem orationis difficilius est exitum, quàm principium inuenire. ¶ Fœlix exitus. Cicc. Cælio libro 2, Hæc æstas habuit hunc exitum satis fœlicem: ea quæ sequitur, magno est in timore. ¶ Incertus exitus, & anceps fortuna belli. Cicero pro Marcello. Horat. 4. Carm. ode 14, Fortuna lustro prospera tertio Belli secundos reddidit exitus.

Exitium, tij. Calamitas, pernicies, clades, mors: ab exeundo, vt Festus innuit. ὄλεθρος. Ital. *Calamità, rouina, morte*. Gal. *Malencontre, peruse & mauuaise fin & issue de quelque chose*. Hisp. *Desastre, aduersidad, tormento ò muerte*. Antiqui enim (inquit) exitium pro exitu ponebant: nunc exitium, pessimum exitum dicimus. Terent. Phorm. Quod ego nunc subito huic exitio remedium inueniam miser? Colum. lib. 1. Sic emunita sola, & latera horreorum prohibent curculionem: quod genus exitij quum incidit, multi opinantur arceri posse, si exesæ finges in horreo ventilentur, & quasi refrigerentur. Cicc. 1. in Catil. Qui de nostro omnium interitu, qui de huius vrbis, atq; adeo orbis terrarum exitio cogitent.

Exitiale, lis, Mortiferum, calamitosum, damnosúmque. ὀλέθριος. Ital. *Mortifero, dannoso, calamitoso*. Gal. *Mortel, pernicieux, qui tue & fait mourir*. Hispa. *Cosa que es desastrada*. Plin. lib. 8, Ille contrà vrinam sparsit prudens, hanc quoque leoni exitialem. Virgil. lib. 6, Aeneid. Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ. His meritè malis. Idem 2. Aene. Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.

Exitiabilis, le, Idem est quod exitialis. ὀλέθριος, ἐπάλξις. Lini. 7. bel. Pun. Exitiabilis prodigiorum euentus venit. Plaut. Epid. Si inueniam, exitiabilem ego illi faciam vt hunc sciat diem. Ouid. lib. 6. Metam. Dúmque manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exequor, pen. corr. Persicio, & executioni mando. ἐπιτελέω, ἀποπερατόω, ἐκτελέω, ἀκριβόω. Ital. *Essequire, finire, compire, mandare ad effettione*. Gal. *Executer, mettre en execution, parachever*. Hisp. *Acabar, poner en execution*. Plaut. in Truc. Nullam rem oportet aggredi dolorè, nisi Astutè, accuratéque exequare. Apulcius, Neque in tenebris, sed in propatulo iussa domini exequeba. ¶ Accipitur etiam nonnunquam pro persequi: vnde Exequor iniurias, idem est quod persequor, vel vlciscor. Plin. lib. 1. Epist. Veniebat in mentem priores nostros esse singulorum hospitium iniurias accusationibus variis executos. Sic exequi verbis, idem est quod exprimere. ἐκλέγω. Cicc. Varr. Habeo multo occultiora quæ vix verbis exequi possum.

Exequens, nomen ex participio. ἐκτελεστής. Gell. lib. 10. cap. 12, Philosophus memoriarum veterum exequentissimus.

Executio, onis. ἐπιτέλεσις, ἀποπεράτωσις. Ital. *Essecutione*. Gal. *Execution, poursuite & achenemēt de quelque entreprinse*. Hisp. *Aquella obra de executar, execucion*. Tacit. lib. 3. Executionem eius negotij iubens suscepit.

Executor, oris. ἐπιτελεστής, ἀποπερατωτής. Ital. *Essecutore*. Gal. *Executeur, parachenceur*. Hisp. *El executor*. Suet. in Vesp. Inimicitiarum & offensarum minimè memor, executórve.

Exequiæ, rum, Funebre officium, quod feliciter in funere exequimur: ab eo dictæ quòd homines pompam post se ducunt. ἐκφορά, νεκρώσιμα. Ital. *Essequie, pompe funerali*. Gal. *Funerailles*. Hisp. *Exequias, honra de los muertos*. Cic. 2. de Legib. Sepultura, ac iustis exequiarū caruerunt. Terēt. in Phorm. Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, iam tempus est. Carere exequiis. Ouid. ad Liu. Exequiis caruit Liuia penè suis. Exequias celebrare, apud Liuium, 2. ab Vrbe. Cohonestare exequias. Cicc. pro Quintio, Si funus id habendum sit, quæ nō amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed honorū emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. Ducere exequias, Plin. lib. 8. cap. 42. Prosequi exequias funeris, Cicero pro Cluentio.

Exequialis, adiectiuum. ἐκφορικός. Ital. *Funerale, di essequie*. Gal. *Des apertenances des funerailles*. Hisp. *Cosa de exequias*. vt Carmen exequiale. Ouid. 14. Metam. Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.

Exequior, quod est exequias facio, vel exequiis conuiuor. ἐκφορέω. Ital. *Far essequie*. Gal. *Faire funerailles*. Hispa. *Hazer exequias ò comer en aquellas*. Varr. Ipsam propter ius liberti semistriati exequiantur, hæc etiam parentalia & iusta dicebantur.

Exerceo, ces, exercui, exercitum, ab ex & arceo, quasi extra arceo, premo, fatigo. ἐκκακέω. Ital. *Essercitare, tormentare, trauagliare*. Gal. *Exercer, tourmenter, trauailler*. Hisp. *Exercitar ò fatigar*. Terent. in Adel. Iam ego te exercebo hodie, vt dignus es, filicernium. ¶ Quandoque est in opus cogere: quod vulgò dicitur *facere laborare*. ἐργάζω. Virgil. lib. 3. Georg. Exercete viri tauros. ¶ Quādoque tractare. ἐπιτηδεύω. Columel. lib. 4, Qui vrbanas & delicatas artes exercuerit. ¶ Quandoq; habere. Sallust. in Proœmio Iugurth. Iurgia, discordias, simultates cū hostibus exercebat. ¶ Quādoque lucrari. Terent. in Heaut. Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico Faciundo facilè sumptum exercēt suum. Omnes produxi, ac vendidi. ¶ Quandoque probè terram colere. ἐργάζομαι. Virg. lib. 1. Georg. Exercétque freques tellurem, atq; imperat aruis. ¶ Quandoque insequi. διώκω. Virgil. lib. 4. Aeneid. Tum vos, ô Tyrij, stirpem & genus omne futurum Exercete odiis.

Exercitus, ta, tum. participium: vt Homo exercitus, qui multis negotiis assuetus sit, & experientia doctus, & detritus. ἐκκακευκὼς, πεπραγμένος. Ital. *Essercitato*. Gal. *Exercé, vsité & duit, vsé, trauaillé*. Hisp. *Exercitado*. Plin. in Epist. Vidistine vnquā quenquam tam laboriosum, tam exercitum, quàm Varenum meum? Cicc. lib. 5. Tuscul. -sus est Inexercitus, ἀγύμναστος, pro non exercitato, quum ait. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philosophum. ¶ Aliquando sumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perferendis assueto. Virgil. lib. 5. Aeneid. -nate Iliacis exercite fatis. Cicc. pro Plan. Quo quidem etiā magis iam non dicam miser, sed certè exercitus. Sallust. in Iugur. Nabdalsa exercito corpore, id est fatigato, vt exponit Nonius.

Exercitor. Qui alterum in re aliqua exercet. ἐργαστής, ἐργοδότης. Ital. *Chi essercita ò mette a uso à qualche cosa*. Gal. *Qui exerce, duit & vsité à quelque chose*. Hispa. *El que exercita*. Plautus in Trin. -hic quisquis est, Curculio est exercitor: is hunc hominem cursuram docet. ¶ Est etiam exercitor, teste Vlpiano lib. 1. ff. De exercit. actione. ad quem reditus & obuentiones nauis perueniant, siue is sit dominus nauis, siue à domino nauem per auersionem conduxit vel ad tempus, vel in perpetuum.

Exercitorius, adiectiuum est, formatum à nomine exercitor, quo significatur quicquid ad exercitorem attinet. ἐργαστηριακός, ἐργοδοτικός. Ital. *Cosa ch'appartiene à essercitatione & vso*. Gal. *D'exercice*. Hispa. *Cosa de exercitar*. vt Nauis exercitoria, Actio exercitoria. Africanus in l. 1. §. Exercitorem. ff. De exercit. act. Quæsitum est annon aliter L. Titius exercitoria teneretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exercitium, Est ipse actus, & vsus exercendi operãdique. {γυμνασία, ἄσκησις, ἐπιτήδευμα. Ital. *Essercitio.* Gal. *Exercice, trauail.* Hispa. *Aquella obra de exercitar.*} Gellius lib. 17. cap. 2, Erátque hoc sanè quam vtile exercitium ad conciliandas nobis, vbi vemisset vsus, verborum, lenteétiarúmque elegantium recordationes.

Exercitio, verbal. ἄσκησις, ἐπιτήδευσις. Idem quod exercitium. Vlpianus in l. Si tamen. ff. de Exercitoria actione, Si ramẽ plures per se nauem exerceant, proportionibus exercitionis conueniuntur.

Exercitus, cus, nomen, Significat militum copias: ab exercendo, quia (vt inquit Varro) exercendo fit melior. {γυμνὶς, σπεῖρα. Ital. *Essercito da guerra.* Gal. *Vn ost de gens de guerre, exercite.* Hisp. *La hueste, exercito.*} Vegetius lib. 2, Numerus militum exercitatur. vnde & re ipsa atque opere exercitus nomen accepit, vt ei nunquam liceret obliuisci quod vocabatur. Solebant enim Romani milites tam veterani, quàm tyrones exerceri ad omne genus armorum. Vt autem exercitus dicatur, teste Vlpiano, opus est magno militum numero. Neque enim vna aut altera cohors, sed plurimæ coniunctæ exercitum conficiunt. Virgil. 9. Aene. Iámque omnis campis exercitus ibat apertis. Cice. de Prouin. consul. Iam verò exercitus noster ille superbissimo delectu, & durissima conquisitione delectus, omnis interiit.

Exercito, exercitas, frequentatiuum. {γυμνάζω. Ital. *Essercitare, accostumare.* Gal. *Exerciter, accoustumer.* Hisp. *Exercitar.*} Cic. pro Cluen. Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Terent. in Hecy. O fortuna, vt nunquam perpetuò es bona: Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit. Liuius 5. ab Vrbe, Is tum iam non promptus ingenio tantùm, sed vsu etiam exercitatus talem orationem habuit.

Exercitatior, Exercitatissimus. Cic. 1. Offic. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erant, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Idem pro leg. Manil. Omnibus nauálibus pugnis Carthaginẽses homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimósque vicerunt.

Exercitator, oris. {ἀσκητὴς, γυμναστὴς. Ital. *Chi vsa di fare qual'che cosa.* Gal. *Qui duit & vsite quelqu'vn à faire quelque chose, le maistre de quelque exercice & art.* Hispa. *El que exercita.*} Plinius libro 35. cap. 11, Lecythion agilitatis exercitator.

Exercitatrix, icis, fœm. gene. γυμνὰς, άδος, ἀσκητὶς, ίδος. Quintil. lib. 2. cap. 15, Quòd duas partes ciuitatis corpori assignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem.

Exercitatio. Lib. 1. ad Heré. Exercitatio est assiduus vsus, consuetudóque dicendi. {γυμνασία, μελέτη. Ital. *Essercitatione, vso.* Gal. *Exercitation, vsage, exercice.* Hispa. *Obra de exercitar.*} Cice. 2. de Natu. deor. Motu & exercitatione recalescunt corpora nostra. Quintil. lib. 1. cap. 2, Nam & maximè necessaria est oratori memoria, & ea præcipuè firmatur atque alitur exercitatione.

Exero, is, penult. corr. exerui, exertum: Ab ex, & sero, significat emitto extraho. {ἐξείρω, ἐξέλκω. Ital. *Cauar fuori, estrarre.* Gal. *Tirer hors, mettre hors.* Hispa. *Sacar afuera.*} Statius, -fulgentémque exerit ensem. Ouid. lib. 1. Fasto. Credibile est illos patiter vitiisque iocisque Altius humanis exeruisse caput. Plinius lib. 10. cap. 23, Glottis prælongam exerit linguam, vnde ei nomen.

Exertus, a, um, participium. {ἐκφαίνων. Ital. *Sporto in fuori.* Gal. *Sorti & mis hors, sortant, & aparoissant dehors.* Hisp. *Cosa salida afuera.*} vnde Exerti dentes dicuntur extra os producti, vt apro. ἐκφαίνοντες. Plin. lib. 11. cap. 37, Dentes exerti sunt apro, hippopotamo, elephanto.

Exertto, tas, frequentatiuum. {ἐκφαίνω, ἀποκόπτω. Ital. *scoprire, monstrare, cauar spesso fuori.* Gal. *Tirer & mettre hors, monstrer & faire aparoir dehors.* Hisp. *Sacar afuera muchas vezes, hazer aparescer afuera.*} Virgil. 3. Aeneid. At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris Ora exertantem, & naues in saxa trahentem. Stat. 1. Theb. Exertare humeros, nudámque lacessere pugnam.

Exfio, Purgo. {ἐκθυμιάω. Ital. *Purgare, profumare.* Gal. *Purger, perfumer.* Hisp. *Purgar.*} à quo fit exfitus, exfitus, pro purgatione. Veteres quoque Exfir pro purgamento posuere, teste Festo.

Exfodio, dis, Quod fossum erat extraho. {ἐξορύττω. Ital. *Cauar la terra.* Gal. *Tirer hors en fouissant, deterrer.* Hisp. *Cauar para sacar algo.*} Plaut. Aulul. Ex fodio aulam auri plenam.

Exgrumo, as, are, Dicuntur cochleæ grumos eruétes, & ex grumis exilientes. ἐκπηγνύω. Grumus enim, terræ collectio est, à congerie dicta. Varr. 3. de Re rust. cap. 14, Deniq; ipsæ exgrumantes ad propalam vitam diu producũt, quum ad eam rem pauca laurea folia interiiciant, & aspergant furfures non multos.

Exgurgitare, {Ital. *Vomitare gittare.* Gal. *Vomir, regorger.* Hisp. *Comitar, regoldar.*} Quasi extra gurgitem eiicere. Vnde per metaphoram. Plaut. in Epidico dixit Exgurgitare pecuniam domo, Proh deum atque hominum fidem, quid ego Lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi, Atque argentum exgurgitem domo prorsum?

Exhæredo, as, are, Exhæredem aliquem scribere, & hæreditate spoliare, quæ ab intestato ad eũ ventura erat. {ἀποκληρόω. Ital. *Disheredar, priuare della heredità.* Gal. *Desheriter, priuer d'heritage & successeur.* Hisp. *Desheredar.*} Cic. pro Cluentio, Ille quum filium exhæredaret quem oderat, ei filio homines alienissimos cohæredes cõiunxit. Martia. lib. 3, Exhæredauit te Philomusę pater. Cice. 2. Phil. Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. Ad Heren. lib. 4, Sed à necessariis omnibus exhæredatus est. Quintil. lib. 7. ca. 2, Tu impiè feciſti quum exhæredationem meruisti.

Exhæres, dis, com. gen. Qui priuatus est hæreditate quæ ad eum pertinebat. {ἀποκληρωτὸς. Ital. *Priuato della heredità.* Gal. *Deherité, priué de successeur.* Hisp. *Desheredado.*} Cice. 1. de Orat. Nempe in ea causa quæsitum est de iure ciuili, possétne paternorum bonorum exhæres esse filius quem pater testamento neque hæredem neq; exhæredem scripsisset nominatim. Plaut. Most. -vtinam nũc meus mortuus pater nuntietur, Vt ego exhæredem meis me bonis faciam, atque hæc sit hæres.

Exhærcsimus, pen. corr. dies, dicitur. ἐξαιρέσιμος ἡμέρα. Id est exemptilis: propterea sic dictus, quòd ex mense eximi solebat, vt annus cũ Solis ac Lunæ ratione congrueret. Cicer. 4. Verrin. Consuetudo Siculorum est, cæterorúmque Græcorum quòd suos dies mensésque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione, vt nonnunquam liquid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi exhæresimos dies nominant. Budæus in Annot.

Exhalo, as, pen. prod. Expiro, & veluti per halitum aetem emitto. {ἐκπνέω, ἐξαναθυμιῶ. Ital. *Esalare, spirare.* Gal. *Halener, getter hors vn vent, esprit, sumee ou vapeur.* Hisp. *Echar de si vapor ò baho.*} Lactant. lib. 7, Quos autem morbus interimit, spiritum diutius exhalant. Virg. lib. 7, -fœnámq; exhalat opaca Mephitin. Plin. lib. 17, cap. 4, Quæ tenues exhalat nebulas. Cic. 5. Verr. Veniendum erat ad eos cõtra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalassent. Idem 2. Philip. Quãquam tu quidem (vt tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi, non acuendi ingenij causa declamitas. ¶ Exhalare animam, est mori. Ouid. 6. Metam. -simul suprema iacentes Lumina versarunt, animã simul exhalarunt. Ouid. 11. Metamor. In ventos anima exhalata receſſit. Pro eodem etiã dicimus exhalare vitam. Virg. 2. Aene. Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.

Exhalatio, Expiratio. {ἀναθυμίασις, ἀτμὸς. Ital. *Vapore, esalatione.* Gal. *Vapeur & exhalation.* Hisp. *Aquella obra de echar baho, baho.*} Plin. lib. 31. cap. 3, Certior multo nebulosa exhalatio est. Vnde exhalationes terræ, sunt tenues spiritus qui per æstum maximum terra diffusa exhalantur, & sursum in aera feruntur. Cice. 1. Tuscul. Quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ.

Exhaurio, is, exhausi, exhaustũ, ire, Humorẽ euacuo, ebibo. {ἐκπαλύω. Ital. *Vacuare, trar fuora, cauare.* Gal. *Espuiser, vuider.* Hisp. *Sacar ò vaziar.*} dicitúrque exhauriri tam ipse humor, quàm id quo humor continetur. Aequè enim vsitatè dicimus Exhaurire vinũ, & exhaurire dolium. Cic. 2. Phil. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tantũ vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. Exhaurire poculum, Linius. ¶ Habet hoc verbum multas elegantes translationes. Cice. pro Cluentio, Is exhausto illo poculo mortis, est mortuus. Idem pro Sest. M. Crassus eadem sibi manu vitam exhausit qua mortem sæpe obtulit hostibus. Idẽ in Vati. Aerarium exhaurire, Remp. compilare. Et in Pisonem, Ciuitates omnibus rebus exhaustæ. Ad Arti. lib. 2, Tantus fuit amor, vt exhauriri nulla posset iniuria. id est deleri. Ad Q. fra. 1, exhaustus enim est sermo hominum. id est de ea re iam loqui est deficum. Et ad Atticum, lib. 1, Multa enim sunt quæ me solicitant, angúntque, quæ mihi videor, aures nactus tuas, vnius ambulationis sermone exhaurire posse. id est deponere. Ad eũdem 5, Reliquum est, vt antequam proficiscare, mandata nostra exhaurias. id est exequaris. Virgil. 4. Aeneid. -heu, quibus ille Iactatus fatis, quæ bella exhausta canebat? id est finita & quasi denorata, vel exantlata.

Exhaustum, sti, substantiuum. ἐκπλυθὲν. Virgil. 2. Georg. Est etiam ille labor curandis viribus alter, Cui nũquam exhausti satis est. Exhausti, id est (inquit Seruius) exhaustionis, finitionis. quòd quia asperum visum est, se ad figuram transtulit: & ait, Exhausti, vt Seruantissimus æqui, pro æquitatis. Inexhaustus, ἀνεξάντλητος, pro infinito: quasi (vt ita dicam) inexhauribilis.

Exhebenus, ni, ἐξήβηνος. Gemma speciosa, & candida, qua artifices aurum polunt, vt ex Zoroastris sententia, tradit Plinius lib. 37. cap. 10.

Exherbare, Est herbas extirpare. {ἐξοζιζόω. Ital. *stirpare l'herbe, suellere.* Gal. *Arracher & oster les herbes de quelque lieu.* Hisp. *Arrancar ò quitar las yeruas.*} Colum. lib. 5, Et quum germinauit, ad vnã perticam summittitur, crebróque foditur, atque exherbatur, nec minus quàm vinea pampinatur. Et alibi, Exherbandus est locus.

Exhibeo, es, pen. corr. Profero, & in publicũ deduco, & videndi, tangendique hominis facultatem præbeo. {ἐκφαίνω, παρέχω, ἐπιδείκνυμι. Ital. *Dare in publico, & appresentare, monstrare.* Gal. *Exhiber, bailler, representer, mõstrer, presenter.* Hisp. *Dar, traer publicamente.*} Paulus. Exhibere est facere in publicũ potestatẽ, vt ei qui agit, experiundi sit copia. Cic. 7. Verr. Is omnino seruus in familia nõ erat, eũ statim exhiberi iuber. Exhibere reum, locutio est Iurisconsultis familiaris, pro eo quod est sistere, & (vt vocant) personaliter præsentare. Siquis inquit Iurisconsultus, l. Siquis, de exhibitione reor. reum criminis de quo satisdedit, nõ exhibuerit, pœna pecuniatia plectitur: puto tamen si dolo malo non exhibeat, etiã extra ordinem esse damnandum. Vtuntur etiam Iurisconsulti hoc verbo in alia significatione pro eo quod est vitæ necessaria suppeditare. Paulus in l. Nesennius. ff. de Negot. gest. Pone, peregre patrem eius abiisse, & matrem dum in patriam reuerteretur, tam filium quàm filiam eius exhibuisse. ¶ Exhibere negotium, est labore vel molestia afficere. πράγματα παρέχειν. Cice. lib. 3. Offic. Quod quum audissent adulescens, negotium exhiberi patri. Sic Exhibere laborem: Exhibere molestiam, &c.

Exhibitio, nis, {παράστασις. Ital. *Rappresentatione.* Gal. *Representation, exhibition.* Hisp. *Presentacion, como persona.*} Gellius, Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitionibus.

Exhilaro, as, Lętum & hilarem facio, idem quod simplex hilaro. {ἱλαρύνω. Ital. *Rallegrare, far allegro.* Gal. *Esiouir, recreer.* Hisp. *Alegrar à otra persona.*} Colum. lib. 6. cap. 24, Quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt. Plin. lib. 16. cap. 25, Nam neque ilex, picea, latix, pinus vllo flore exhilarátur, natalésve pomorum recursus annuos vetsicolori nuntio promittunt. ¶ Exhilaratus, partic. Cice. Pæto lib. 1, Miraris tam exhilaratam esse seruiturem nostram.

Exhorreo, res, à quo Exhorresco, pro expauesco, Præ timore horreo, & contremisco. {φρίττω. Ital. *Tremare di, paura.* Gal. *Auoir grand freyeur & frisson, creindre fort, se heriſſonner.* Hisp. *Temer algun mal.*} Plancus Ciceroni, Sed non possum non exhorrescere, siquid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest quàm sciri, curarique possit. ¶ Nõnunquam etiam ponitur actiuè cum accusatiuo à tergo. Virg. 7. Aene. Aduenias, vultus néve exhorrescat amicos.

Exhortor, aris, Vehementer hortor. {παρορμῶ, παρακελεύομαι. Ital. *Essortare.* Gal. *Exhorter, enhorter.* Hisp. *Indusir con razones.*} Cic. 1. Acad. Omnis eius oratio tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis studium exhortandis consumebatur. Ouid. 13. Metam. Erigor, & trepidos ciues exhortor in hostem. ¶ Aliquando accipitur passiuè. Cic. de Senect. Ille enim quũ esset Consul in Gallia, exhortatus est in conuiuio à scorto, vt securi feriret aliquem eorum, &c.

Exhorta

Exhortatus participium. {ἐκπαρακεκλημένος, ἐκπαρακεκλημένη, ἐκπαρακεκλημένον.} Ital. *Chi è sbhorta.* Gal. *Qui exhorte.* Hisp. *El que indusido por exhortaciones.* } Virg. 12. Aene. - sic exhortata reliquit Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis. ¶ Aliquando passiuè sumitur. {παρακλητός.} Ital. *Esshortato.* Gal. *Exhorté, amonesté.* Hisp. *Induzido por exhortaciones.* } Cic. in Catone; Ille enim quum esset Consul in Gallia, exhortatus est in conuiuio à scorto, vt securi feriret aliquem eorum.

Exhortatio, verbal. {παράκλησις, παρακέλευσις.} Ital. *Esshortatione.* Gal. *Exhortement, amonestement.* Hisp. *Aquel induzimiento con exhortaciones.* Quintil. lib. 1. ca. 3. Exhortatio docentium.

Exhubero, as, Abundo. {ἐκβλύω.} Ital. *Abundare, auanzare.* Gal. *Abonder.* Hisp. *Abundar, sobrar.* } Colu. in Præfat. lib. 1, In Asia Mysiáq; densa & glutinosa terra maximè exhuberat. ¶ Nonnunquam etiam accipitur actiuè. Colum. li. 9. cap. 4, Quæ fauorum ceras exhuberant. hoc est hubetes reddunt.

Exibilo, as, pen. corr. Significat cum sono vocis, tumultuariáque sibilatione expello, detideo. {ἐκσυρίττω, ἐκσυριγμὸν ποιῶ.} Ital. *Sibilare, fischiare beffando.* Gal. *Chasser & regetter en sifflant, siffler contre quelqu'vn.* Hisp. *Silbar, escarnecer riendo.* } Cic. in Paradox. Histrio si paulum se moueat extra numerum, aut si versus pronuntiatus est vna syllaba breuior aut longior, exibilatur atque exploditur.

Exicco, as, penul. prod. {ἐξηραίνω, ἐξαναξηραίνω, ξηραίνω.} Ital. *Seccare, è molto seccare.* Gal. *Secher, desecher, oster l'humeur.* Hisp. *Secar, è mucho secar.* } Idé quod sicco vel valde sicco. Cice. 2. de Diuin. Arboréque vt hyemali tempore cum luna simul senescentes quia tum exiccatæ sunt, tempestiuè cædi putentur. Plini. libr. 18. capit. 26. Quintus Cicero Tironi. libr. 16. Epist. famil.

Exiccatus, particip. {ἀναξηρασμένος, ἐξηραμμένος.} Ital. *Seccato.* Gal. *Sechè.* Hisp. *Secado.* } Cicer. de Clar. Orat. Siccatum genus orationis. Stat. 5. Syluar.

Exigo, is, pen. corr. exegi, exactum, Excludo, eiicio, expello, quasi extra ago. {ἐξωθῶ, ἐξάγω.} Ital. *Escludere, serrar fuori.* Gal. *Chasser hors, dechasser.* Hisp. *Echar de fuera.* } Plaut. in Aulul. Itaq; omnes exegit foras. ¶ Est præterea exigo, ré aliquã iure mihi debitã peto. ἀπαιτῶ. Cic. Cassio, Lõgiores expectabo, vel potius exigã. Hinc Exigere pecuniam dicimur, quæ nobis debetur. ¶ Interdum est conuenienter postulare. ἐξαιτῶ. Lactãt. lib. 4, Sapientia spectat ad filios, quæ exigit amotem. ¶ Interdum agere, seu traducere. ἄγω. Teren. in Hecy. Illiq; exopto vt reliquã exigat vitam. ¶ Interdũ perdiscere, inquirere. ἀνακρίνω, ἐξετάζω. Virgi. 1. Aene. Quærere cõstituit, sociisq; exacta referre. Suet. in Cæl. Britanniã petiit se spe margaritarum, quarũ amplitudinẽ conferentẽ, interdum sua manu exegisse põdus. ¶ Interdũ facere. Virg. 6. Aene. - quos improba ventris Exegit cæcos rabies. ¶ Interdũ definire, cõstituere. Virg. 4. Aene. Decreuitq; mori, tempus secum ipsa, modúmq; Exigit interdũ complete. τελῶ. Plautus in Amphit. Menses iam tibi exactos esse vides. Ali quando extorquere. Cic. pro Fonteio, Itaq; Tiburium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij homine exegisse. ¶ Exigere pœnã, est sumere pœnã. Oui. 4. Meta. Exigit incidij memorẽ Cytereia pœnam. Idem Epist. 8. Perfidiæ pœnas exigit ille locus.

Exactus, participium, præteritus. {παρελήλυθώς, ὼσα, ἐξηρτισμένος.} Ital. *Sorunto, passato.* Gal. *Passé, parsuit, acheué.* Hisp. *Perfecto ò passado.* } Liui. 4. bel. Pun. Exacta erat media ætas. Terent. Adel. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero Odium. Cic. 7. Verr. Hoc tantum exacta ætate laboris, itinerisque susceperit. Virgil. 3. Georg. At tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas. Exacti Reges, expulsi. Cic. 1. de Orat.

Exactus, exactior, exactissimus, Diligens, absolutus, ad vnguem factus. ἀκριβὴς, ἐξηρτισμένος. Martial. lib. 4, Exhortor, moneóq; te libelle, Vt docto placeas Apollinari: Nihil exactius, eruditiúsq; Plin. Epist. 176, Quod ille obsequium Seruiano exactissimo viro præstitit?

Exactus, verbale, pro venditione: quia merx dum venditur, exigitur à nobis, id est emittitur. ἐξαγορά, ἐξάλωσις. Quint. Declam. 19, Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum puto inuenit: si tam bene vendideras, miror cur pecuniam non reddideris.

Exactor, oris, Qui pecunias publicas exigit. {ὁ πράκτωρ, ἐξαλωτήρ.} Ital. *Riscottitore.* Gal. *Exacteur.* Hisp. *El cogedor delos rentas y pedidos.* } Cæsar. 3. bel. Ciui. Erat plena lictorum, & imperiorũ prouincia, confecta præfectis & exactoribus. Exactores Regum, id est expulsores. Liu. 9. ab Vrbe, Ita Reges gesserant bella, ita deinde exactores Regum Iunij, Valeriique.

Exactio, onis. {πράκτωρ, ἐξάλωσις.} Ital. *Riscottimento.* Gal. *Exaction, come leuement & recouurement de deniers.* Hisp. *Aquella obra de coger las rentas, cogimiento.* }. Colum. lib. 1. cap. 8, Nulla est autem maior vel nequissimi hominis custodia, quàm operis exactio. Cic. 2. de Legi. Eáque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione.

Exiguus, a, um, Paruus, modicus. {ὀλίγος.} Ital. *Poco, peccolo.* Gal. *Petit.* Hisp. *Pequeño.* } Cic. pro Deiotaro, Antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest. Virg. 4. Georg. Pulueris exigui iactu cõpressa quiescent. Plin. in Epist. Qui nunc exiguissima legata, thea traiis operæ corollarium, accipient ab hærede. Horat. 1. Carm. Ode 18, Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum Discernunt auidi. ¶ Exiguus animi. Claud. in Eutrop. Acer in absentes linguæ factator: abundans Corporis, exiguúsque animi. ¶ Exiguum, substantiuum. Ouid. 4. Trist. Exiguum pleno de mare demat aquæ. ¶ Exiguum aliquando pro exigue aduerbio capitur. Plin. Epist. 50, Quantum ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certè perquàm exiguum sapio.

Exiguè, aduerbium, Parcè & tenuiter. {μικρῶς, οὐ μεγάλως.} Ital. *Peccolamente.* Gal. *Petitement.* Hisp. *Pequeña y escassamente.* } Teren. Heaut. Præbent exiguè sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia. Cic. 3. de Orat. ecleriter exiguéque dixisses, duas tibi reliquas feceras. Cic. ad Atti. lib. 11. A te enim est peccatum, vt me ista epistola nihil consoletur. nam & exiguè scripta hæc est, & suspiciones magnas habet.

Exiguitas, atis. {ὀλιγότης, τὸ ὀλίγον, μικρότης.} Ital. *Peccolezza, poco.* Gal. *Petitesse, vn petit, vn peu.* Hisp. *Pequeneza, escassedad.* } vt exiguitas copiarum. Cælius Ciceroni, lib. 8, Nunc hæc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Exiguitas lactis, Varr. Exiguitas cibi, Col. Exiguitas temporis, Liui. Exiguitas corporis, Cæs.

Exilio, is, pen. corr. Ab ex, & salio, significat saltando egredior, vel eumpo. {ἐκπηδῶ.} Ital. *Saltar fuori.* Gal. *Sauter hors, sortir, treffaillir.* Hisp. *Saltar à defuera.* } Lucan. lib. 1, - sic fata, telictis Exiluit stratis. Ouid. 9. Metam. Exilit, iunctásque manus patefacta remisit. Cicer. 4. Verr. Ita properans de sella exiluit. ¶ Accipitur etiam pro vehementer gaudere, & præ gaudio salire. ἀναπηδῶ, ἐκπηδῶ. Cicer. Tironi, Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Terent. in Heaut. Non aduorti primò: sed postquam aspexi, illico Cognoui, ad te exilui. hoc est veluti saliẽdo & gestiendo cucurri. Huius frequentatiuum est Exulto. ἀναπηδῶ, σκιρτῶ.

Exilis, exile, pen. prod. Id est tenuis. {λεπτός.} Ital. *Temue, sottile.* Gal. *Menu, gresle.* Hisp. *Feble, sotil, y delgado.* } vt, Exilis vox. Plin. lib. 11. cap. 51. Bubus tantũ fœminis vox grauior, omni in alio genere exilior quàm maribus. Varr. 3. de Re rust. ca. 2. Et hic aptum glans quum pascer emptitia, facit pinguẽ: illic gratuita, exilem. hoc est gracilem & male saginatum. Cic. 4. de Finib. Illorum verò ista ipsa quam exilia de virtutis vi, &c.

Exilitas, atis, Tenuitas. {λεπτότης, ἰσχνότης.} Ital. *La minutezza, lo esterno.* Gal. *Menuesse, gresseste, tenuité.* Hisp. *Sotileza y delgadeza.* } vt Foliorũ exilitas. Plin. lib. 21. cap. 6, Foliorum exilitate vsque in fila extenuata. Colum. lib. 5. cap. 5. Ne oneretur exilitas vitis.

Exiliter, aduerbium, tenuiter. {λεπτῶς, ἰσχνῶς.} Ital. *Sottilmente, gracilmente.* Gal. *Petitement, delicatement.* Hispa. *Delgadamente.* } Cic. 1. de Orat. Etenim videmus iisdem de rebus ieiunè quosdam & exiliter, vt cum quem acutissimum ferunt, Chrysippum disputauisse.

Exilium, vide EXVL.

Eximo, is, pe. cor. Ab ex & emo, significat excipio, seu aufero. {ἐξαίρω, ὑπεξαιρῶμαι, ἀφαιρῶμαι, ἐκκρίνω.} Ital. *Cauar fuori, eccettuare.* Gal. *Oster, deliurer, retirer.* Hisp. *Sacar fuera de numero.* } Cato cap. 112, Vbi tridnum præterierit, eximito de dolio. Plautus, Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent. ¶ Eximere reum, est quouis modo auferre. Pomponius Iurisconsultus, Eripere, est de manibus auferre per raptum: eximere verò, quoquo modo auferre: vt puta si quis non raperet aliquem, sed moram faceret quominus in iudicium veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur: videtur eremisse, quanuis corpus non exemerit. ¶ Eximere diem, est extrahere. Cice. ad Qu. fratrem, Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. Capito apud Gellium, Cato rem quam consulebatur, quoniam non è Repub. videbatur, perfici nolebat: eius rei gratia ducendæ, longa oratione vtebatur, eximebátque dicendo diem. Erat enim ius Senatori vt sententiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alterius rei, & quoad vel let. Sic Eximere horam. Cic. 5. Philipp. Horam eximere nullam in tali ciue liberando, sine scelere non possumus. ¶ Aliquando cum datiuo construitur: vt, Eximere noxæ, est pro absoluto habere, vel pœnam remittere, aut gratiam criminis facere: hoc est *remissionem* (vt vocant) *dare*. Liu. 5. ab Vrbe, Bene habet, inquit Dictator, Quirites, vicit disciplina militaris, vicit populi maiestas: nõ noxæ eximitur Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnauit. Eximere notæ, remittere infamiã. Gell. li. 4. ca. 20, Sed quum ille deierasset, inuitissimum sese ofcitatione victum, teneriq; eo vitio quod oscedo dicitur, notæ iam destinatæ exẽptus est à Censoribus. Eximere honoribus, id est priuare. Plin. in Epist. Quid enim miserius quàm exactũ, & exemptũ honoribus Senatoriis, laboribus & molestia non carere? ¶ Eximere numero, quod est reiicere, & tanquam indignum ab aliorum numero excludere. Quint. libr. 1, Autores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. ¶ Eximere meru, est metu liberare. Plaut. in Rud. Exime hoc miseram metu.

Exemptus, participium. {ἐξαιρεθείς.} Ital. *Tratto fuori del generale, eccetuato.* Gal. *Osté, excepté & retiré.* Hisp. *Sacado afuera.* } Cic. ad Qu. fratrem, lib. 10, Cato concionatus est comitia haberi non futurum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti. Exemptus, apud Iureconsultos dicitur qui à suo iudice, siue iurisdictione ordinarij subductus est. Exemptus est rebus humanis. id est mortuus est.

Exemptilis, pen. corr. Quod auferri & eximi potest. {ἐξαιρετός.} Ital. *Facile da leuar via.* Gal. *Facile à oster.* Hisp. *Cosa que se puede sacar afuera.* } Colum. lib. 9. Quadratæ pertícæ paxillis supponuntur, vt auem recipiant assilientem. Sed ideirco sunt exemptiles, vt quum res exigit, à paxillis deductæ, liberum aditum conuerrentibus stabulum præbeant.

Exemptio onis. {ἐξαίρεσις, ἔξαρσις.} Ital. *Il leuar via.* Gal. *Ostement, retirement de parmi autre.* Hisp. *Quitamiento, obra de sacar afuera.* } Colum. lib. 3. cap. 18, Quum enim per exemptionem imæ partes eorum præfractæ sunt, apertæ medullæ deponuntur.

Exẽptor, ris. {ἐξαιρετής, ἐξαιρέτης.} Ita. *Chi tuo via, come taglia-pietra.* Gal. *Ostreur, come vn carrier qui oste les pierres de la carriere.* Hisp. *El que saca à afuera, como el cantero.* } Plin. lib. 36. cap. 15, Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapidicinis crescere autor est Papyrius Fabianus, naturæ rerum peritissimus. Exemptores quoque affirmant, completi sponte illa montium viscera ibi. Exemptores vocat qui eximunt lapides sub terra.

Eximius, mia, mium, Excellens, egregius, ab eo quòd in sacrificiis optimum ex toto grege pecus eximebatur vt diis offerretur. {ἄριστος, ἐκλεκτός, ἐξαίρετος.} Ital. *Eccellente, egregio, eccetuato de gli altri.* Gal. *Excellent, singulier, prime choisi.* Hisp. *Notable, reputado, grande, escogido.* } Eximij porci dicebantur maiores, qui ad sacrificium electi erant, signati macula, aut nota: sicut egregiæ oues è grege electæ. Et quia id quod à cæteris eligitur & eximitur, non vulgare esse solet, factum est vt eximium ponatur pro insigni. Virg. lib. 4. Georgic. Quatuor eximios præstanti corpore tauros. ¶ Sumitur & in malam partem. Cice. in Verr. Sin hanc vos in Rege tam eximiam iniuriam, tam acerbum neglexisse. Idem ad Lent. lib. 1, Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, quum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac eruditas.

Eximiè, aduerbium, Excellenter. {ἀριστερῶς.} Ital. *Eccellentemente.* Gal. *Par excellence excellement.* Hisp. *Notable y señaladamente.* } Plin. lib. 22. cap. 22, Picris ab insigni amaritudine cognominatur, vt diximus, rotundo folio, tollit eximiè verrucas. Eximiè ornatum templum, Liui. Eximiè diligere, Cicer.

Exin, per apocopen, siue Exinde, aduerbia sunt ordinis, idem significantia quod deinde. {εἶτα.} Ital. *Dopo, dapoi.* Gal. *En apres.* Hisp. *Desde à*

Universidad de Deusto Biblioteca

despues.} Liu.lib.1.Vti igitur paulo antè animum inter Fidenatem Rodiámque rem ancipitem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis.Ex in duabus admotis quadrigis, in curru earum distentum illigat Metium.

Exinanio,is,ab ex & inanio, Euacuo, attenuo, & ad nihilum redigo. ξκτίσω.Ital. *Vacuare, menomare, attenuare, ridurre à niente.* Gal. *Vuider & ne rien laisser.* Hisp. *Vaziar ò amenguar.* } Plin.lib.10.cap.60.Oua sale exinaniri creduntur.Cice.7.Verr. Mox illa tota exinanienda naui consumitur. ¶Hinc Exinanitio. κένωσις. Plini.lib.13.cap.22, Succurrit aliquando præceps alui exinanitio.

Exinsperato, aduerbium, Præter spem. ξπ᾽ ἐλπίδα, ἐξ ἀνελπίστου. Ital. *Fuor di speranza.* Gal. *Hors desperance.* Hisp. *Fuera de esperança.* } Liu.lib.1, Tum clamore, qualis exinsperato fauentium solet, Romani adiuuant militem suum.

Existimo,as,pen.corr.Puto,iudico,& quasi ex æstimatione statuo atq; decerno. ξγω ολμῶ, λογίζομαι, διορῶ. Ital. *Estimare, pensare, giudicare.* Gal. *Estimer & penser, faire jugement de quelque chose.* Hispa. *juzgar ò pensar estimando.* } Quintil. Ex præteritis existimari solent præsentia. Cice. 4.Verr. Certissimum accipite argumentum quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis.

Existimatio, quæ ferè semper passiuæ significationis est, & pro reputatione ac bona fama capitur: vt Homo magnæ æstimationis, id est de quo omnes bene opinãtur. } δόξα, εὐδοξία. Ital. *Riputatione, fama.* Gal. *Reputation, renommee.* Hisp. *Buena fama, la estima que en alguno es tenida.* } Paulus Iureconsul. Existimatio est dignitatis illæsæ status, legibus ac moribus comprobatus: quæ ex delicto nostro, autoritate legum aut minuitur, aut consumitur. Minuitur quoties manente libertate, circa statum dignitatis pœna plectimur: sicut quum relegatur quis, vel quum ordine mouetur, vel quum prohibetur honoribus publicis fungi, vel quum plebeius fustibus cæditur, vel in opus publicum datur, vel quum in eam causam quis incidit, quæ edicto perpetuo infamiæ causa memoratur. Consumitur verò, quoties magna capitis diminutio interuenit, id est quum libertas amittitur, veluti quum aqua & igni interdicitur. ¶ Accipitur etiam nonnunquam actiuè pro opinione hominum quam de nobis concepterunt. ξπόληψις, δόγμα. Ital. *Pensamento, giudicio, stima.* Gal. *Pensement ou jugement qu'on fait de quelque chose, stime.* Hisp. *Aquella obra de pensamiento, pensar, pensamento.* } Cic.pro Cælio, Nam quod de pietate dixistis, est ita quidem nostra existimatio, sed iudicium certè parentis.

Existimator, toris. } δοξαστής. Ital. *Giudice, stimatore di qualche cosa.* Gal. *Priseur & estimeur, estimateur de quelque chose.* Hisp. *Estimador, taxador.* } Cic in Orat. Meminerimus nihil nos præcipiendi causa esse dicturos: atque ita potius acturos, vt existimatores videamur loqui, non magistri.

Existo,is, Appareo, emineo, prodeo, exurgo, exorior. ἀναφαίνομαι, εἰμὶ φανερός, ἀναφαίνω, ἐξανατέλλω. Ital. *Essere, apparere.* Gal. *Estre euident & manifeste, apparoir, sourdre, estre en veue.* Hisp. *Estar ser, apparecer.* } Valla lib. 5, Existit, atque exrat, quorum verborum vnum atque idem præteritum est, simile quiddam significant quod est eminet, & supereſt. Sed primum cum motu, alterum sine motu: vt illud sit prodit, vel exurgit: hoc verò superstat. Cic.1.de Natura deorum, Quicquid enim oritur qualecunque est, causam habeat à natura necesse est: vt etiam si præter consuetudinem extiterit: præter naturam tamen non possit existere. Cice.1.de Diuinat. Submersus equus voraginibus, non extitit. Et iterum, Existit hoc loco quæstio subdifficilis. Et lib.2.Offic. Atqui eo tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, vt & tyranni existerent, & optimates exterminarentur. id est exurgerent, vel emergerent.

Exiuro,as, Pro iuramento affero, & affirmo. ξόμνυμι. Ital. *Affirmare con giuramento.* Gal. *Iurer auec serment.* Hisp. *Mucho jurar y con sacramento.* } Plaut. Amph. Quando exiurasti te mihi dixisse per iocum.

Exlex, E xpers legis, qui sine lege, vel extra legem viuit. ξνομος. Ital. *Senza legge.* Gal. *Qui n'a point de loy, qui vit sans loy, desreglé.* Hisp. *Cosa que está fuera de ley.* } Lucil. Saty.2, Non dico, vincat licet: & vagus exulet, erret exlex. Varr. Postremò quæro, parebis legibus an non? ánne exlex soexlex. Varr. Postremò quæro, parebis legibus an non? ánne exlex solus viuis? Cic. pro Cluentio, Non quo illi aut exlegem esse Syllam, aut ius viuis? Cic. pro Cluentio, Non quo illi aut exlegem esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam atque abiectam putarent, sed, &c. Horat. in Arte, & potus & exlex.

Exloquor, Veus est verbum pro eloquor. ξλαλέω. Ital. *Parlar bene.* Gal. *Parler bien & eloquemment.* Hisp. *Hablar bien, hablar eloquentemente.* } Plaut. in Milite, Nempe ludificari militem tuum herum vis? P. Exlocuta es.

Exobsecro, as are, Pro valde obsecro vsurpauit Plautus in Asin. Supplicabo, exobsecrabo, vt quenque amicum videro. λιτανεύω, παρακαλῶ. Ital. *Pregare con instantia.* Gal. *Fort prier & requerir, supplier affectueusement.* Hisp. *Rogar muy mucho.*

Exoche, es, pen.cor. ξοχή. Ital. *Eccellenza, grandezza.* Gal. *Excellence, grandeur.* Hisp. *Excellencia, eminencia sobre otras cosas.* } Eminentia, vel excellentia. Vnde κατ᾽ ἐξοχὴν aliquid nominari dicitur, quod præstantiæ, siue excellentiæ causa nominatur. Seruius in illud Virgilij, 1, Georg. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Pelusium, inquit, vnum est de septem ostiis Nili, vbi optima lens nascitur: vnde κατ᾽ ἐξοχὴν locutus est.

Exoculo, as, are, Exturbare, siue effodere oculum. ξεξοφθαλμίζω. Ital. *Acciecare, cauar gl'occhi.* Gal. *Oster les yeux.* Hispa. *Quebrar ò cegar à otro los ojos.* } Apuleius, Cæcam & prorsus exoculatam esse fortunam.

Exoculasso, exoculassis, exoculassere, idem quod exoculare. Plaut. Rud. vos adeo, vbi ego innuero, si non ei caput exoculassitis, Quasi myrtea iuncis, item ego vos virgis circumuinciam.

Exodium, dij. ἔξοδιον, Carmen erat ridiculum quod in exitu chori cantabatur à iuuentute in fine fabularum Atellanarum. Tractum est vocabulum κατ᾽ ἐξοδὸν, hoc est ab exitu, quòd in fine fabulæ ab exeunte iuuentum choro iactabatur. Vnde etiam veteres exodium pro exitu & fine vniuscuiusque rei acceperunt. Var. Quum in vinculis publicis essent, & iam bibissent κώμου in exodium vitæ. Idem, Vitæ cursum vt cognoscere possem, & quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ducta. Apul. Nullum ego eius rei exodium inueniebam. ¶ Sunt qui exodium arbitrantur dici ab ἔξω extra, & ᾠδὴ cantus, quòd sine cantu soleant iactari: quorum tamen opinio refellitur testimonio Poetarum, qui antepenultimam semper corripiunt: quæ procul dubio κατ᾽ ᾠδὴν deducerentur, ratione a deberet produci. Iuuenal. Saty.6, Vrbicus exodio risum monet Attellanæ Gestibus Autonoës. Idem, tandémque redit ad pulpita notum Exodium.

Exolesco, is, lui, vel leui, letum, Excresco, ad finem incrementi pertingo: pro quo & exoleo Antiqui dixerunt. ξακμάζω, ἀκμαιόω. Ital. *Cessare di crescere, inuecchiare.* Gal. *Se passer, desaillir, n'estre plus en vsage.* Hisp. *Dexar de crescer, desacostumbrarse, holgarse mucho.* } ¶ Aliquando Exolescere, est inueterascere, siue obsolescere, in vsu esse desinere, temporis progressu deterioris conditionis fieri, siue deficere. ἀπαρχαιόω. Cice. in Sallust. Posteaquam ætas tua iam ad ea patienda quæ alteri collibuisset, exoleuerat. Agretius, Adolescere augmenti est, inolescere coagmenti, exolescere vanescentis. Plin. libr. 37, Calchedonij nescio an in totum exoleuerint, postquam metalla æris ibi defecerunt. Columel. lib.2, Nam multa sunt (vt dixi) quæ negligentia exolescant, & fiant sterilia.

Exoletus, a, um, id est adultus, puber, iustæque staturæ altitudinem iam adeptus. Plaut. Trinummo, Reliqui domi exoletam virginem.

Exoletus, Vetustus, & ab vsu remotus. ξάπαλαιόω, ἐξίτηλος, ἀμαυρόω. Ital. *Inuecchiato, non piu in vso.* Gal. *Vieil & ancien & tout passé, qui n'est plus en vsage, aboli.* Hisp. *Cosa desacostumbrada.* } Quintil. lib.8, Obscuritas fit in verbis etiam ab vsu remotis, vt si commentarios quis Pontificum, & vetustissima fœdera, & exoletos scrutatus autores, id ipsum petat. Liui. Arte agendum, exoleto iam vetustate odio.

Exoleti, dicuntur scorta masculà, quæ iam prouectioris sunt ætatis, quàm vt amari sint idonea. ξωστοι. quod genus non paucos circum se habuisse Heliogabalum, scribit Vopiscus, quos deinde Alexander Seuerus, rerum potitus, partim in insulas deportandos, partim naufragio mergendos curauit. Cicero pro Milone, Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Exoluo, is, Quod ligatum erat soluo, expedio, libero. ξαναλύω. Ital. *sciogliere, slegare.* Gal. *Deliurer, delier.* Hisp. *Desatar, ò pagar.* } Construitúrque alicui quando cùm accusatiuo solo. Plaut. in Amphitryone, Agedum eam solue cistulam. s. Quid? ego istam exoluam? obsignata est rectè. ¶ Aliquando præter accusatiuum habet & ablatiuum. Cice. lib.3 Epist. Si me occupationibus relaxaro: nam vt iis me planè exoluam, non postulo. &c. Terent. in Heeyr. Illas errore, & te simul suspicione exoluas. id est liberes, explices. ¶ Accipitur pro satisfacio. ἐκτίνω. Cicer. in Verr. Ille tantum decumanis, quantum iste imperauit, exoluit. Plin. in Epist. Pecuniam etiam qua illi tunc ampliore opus erat vt æs alienum exolueret contractum, ex pulcherrimis causis mutuatus, ipse gratuitam dedit. ¶ Exoluere aliquem religione, est illi religionis scrupulum adimere, & omni prorsus religione liberare. Liui. ab Vrbe, lib.9, Dedamur per Feciales nudi, vinctíque exoluamus religione populum Romanum, siqua obligauimus.

Exomides, penul. corr. ξωμίδες. Ital. *Veste senza maniche.* Gal. *Robes sans manches.* Hisp. *Vestidura sin mangas.* } Appellantur vestes substrictæ & breues (teste Gellio, lib.7. Noct. Attic.) sine manicis, & citra humerum desinentes. Talibus vsi sunt monachi, qui hodiéque pinguntur exertis extra vestem brachiis. Quod genus vestium & colobia nuncupant, quasi truncata, & mutilata, sine manicis. Meminit huius vestis & Plutarchus in Catone, Ἐπιτιλῶν, δέ (inquit) οἱς τὰ χωλὰ καὶ μὴ τὰ χεῖρας ἔχουσιν ἱμάτιδας ἔφησε δεῖν ἐνδύεσθαι. hoc est, Reuersus autem in agrum, siquidem hyems erat, exomida sumebat: sin autè æstas, nudus cum seruis operabatur. Dictæ exomides, siue quòd expeditæ essent (id enim ἔξωμον dicunt Græci) siue quòd citra humeros (quos idem ὦμους appellant) desinerent.

Exomphalon, ἐξόμφαλον, Vmbilici vitium, quum plus æquo extat. Celsus Vmbilicum prominentem, Plinius prociduum appellat.

Exonero, as, are, Onere leuo, onus detraho. ξαπορτίζω. Ital. *Scaricare.* Gal. *Descharger.* Hisp. *Descargar.* } Terent. Hecyr. Ego nunc mihi cesso, quin hunc humerum exonerem pallio? ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est molestia quapiam aliquè liberare. Ibidem, Nos quoque amicos eius exoneraſſis metu. ¶ Exonerare item sese in mare fluuij dicuntur, quum aquas alioqui ripas egressuras, paulatim in mare emittunt. ¶ Exonerare ventrem. Martial. lib 10, Exoneraturas vētrem mihi Villica maluas Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.

Exopto, as, are, Valde expeto, valde desidero. ξυχομαι. Ital. *Desiderare grãdemente, bramare.* Gal. *Souhaitter, desirer.* Hispa. *Mucho desear, ò elegir.* } Terent. And. Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Cice. 1. Offi. Quæque maiori parti pulcherrima videntur, ea maximè exoptant.

Exoptatus, participium & nomen. ξυκτός. Ital. *Desiato.* Gal. *Souhaitté, desiré.* Hisp. *Codiciado, mucho desseado.* } Cic. pro Rosc. Am. Non modò vt exoptatum inimico nuntium primum afferret, sed etiam eruorem inimici, &c. Virg. 2. Aene. Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi, Nec dulces natos, exoptatúmq; parentē. Cicero ad Attic. lib.7. Nihil exoptatius aduentu meo, nihil charius. Exoptatissima gratulatio, Cicero ad Atticum, lib.4.

Exoptabilis, le. adiectiuum. ξυκτός, ἐπιθυμητός. Ital. *Desiderabile.* Gal. *Desirable.* Hisp. *Desseable.* } vt, Tempus exoptabile. Silius lib. 11, Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus.

Exorabula, orum, plur. numeri. Ab Apuleio vocantur omnia artificialia argumenta quibus orator per vim eloquentiæ Iudices exorat. ἐκμειλίγματα.

Exorbeo, es, exorbui, exorbitum, vel exorpsi, exorptum, Est sorbendo exhaurio. ξυροφέω. Ital. *Sorbire.* Gal. *Humer & aualler sans gouster, comme vn breuuage.* Hisp. *Sorber.* } Plaut. in Epid. Imo ego me vertam in hirudinem, atque horum exorbebo sanguinem. Iuuena. Saty.6, At tibi nunc curuca placet, lachrymásque labellis Exorbes. Idem Satyr.12, per metaphoram in fœda significatione vsus est, quum ait, -quot longa viros exorbeat vno Maura die. ¶ Exorbere ciuilem sanguinem, per translationem, pro auidè hausire, & copiosè effundere. Cic. 2. Philip. Gustaras ciuilem sanguinem, vel potius exorbueras.

Exorbo, bas. Priuo orbe oculorum, vel cæcum reddo. ξεξοφθαλμίζω. Ital. *Orbare, acciecare.* Gal. *Rẽdre & faire orfeuin.* Hisp. *Cegar, ò priuar otro de los ojos.* } Exorbare animã dixit Plautus in Bacchide, pro occidere. Iam (inquit) ego ex-

ego animam amborum exorbabo oppidó.

Exorbito, tas, pen.ul.cor. Ab eo quod rectum est aberro, quasi ex orbita recedo. {παρεκτρέχω, ἀφαμαρτάνω τῆς ὁδοῦ. Ital. *Pregarsi dal sentiero, dalla dritta via.* Gal. *Se desmoyer du droit chemin.* Hisp. *Declinar o errar y salir fuera del camino.* } August. libr. 9. de Ciuit. Non eis cedentes ad aliquid approbandum vel perpetrandum quod exorbitet ab itinere sapientiæ & lege iustitiæ.

Exorcismus, mi, Idem quod adiuratio: quum scilicet homini, dæmonive cuipiam magico carmine, vel efficacibus sacræ Scripturæ verbis necessitas imponitur proloquendi ea de quibus rogatur. ἐξορκισμός. Quo genere adiurationis qui vtuntur, Exorcistæ, ἐξορκισταί, Græco vocabulo appellantur: ὁρκίζω δὲ ἐξορκίζειν quod est adiuuare: pro quo & exorcizare nonnulli vsurparunt: quod verbum in sacra Scriptura aliquoties occurrit.

Exordíne, Sine intermissione. {ἐξῆς. Ital. *Senza interpositione.* Gal. *Par ordre, sans intervalle.* Hisp. *Sin entrepuesto.* } Virgil. lib. 4. Georg. Septem illum totos perhibent ex ordine menses Fluisse.

Exordium, dij, Initium, principium. {ἀρχή. Ital. *Essordio, principio, cominciamento.* Gal. *Commencement, prologue, entrée.* Hisp. *Comiença.* } Cic. 1. de Inuent. Atque huius quoque exordium mali, quoniam principium boni diximus, explicemus. ¶ Est etiam Exordium apud Rhetores ptima pars orationis qua auditoris attentio captatur, beneuolentia, & docilitas. Græci vocant κατασκευήν. Auct. ad Herenn. lib. 1, Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris vel iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. ¶ Pro eodem etiam legitur Exorsum in neut. gen. Virg. 2. Georg. -non hic te carmine ficto, Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

Exordior, iris, exorsus, Incipio, auspicor, operis aliquid inchoo. {ἄρχομαι. Ital. *Comminciare, dar principio.* Gal. *Commencer.* Hisp. *Ordir y començar.* } Plaut. in Asin. Pergam quò occepi, & ibi consilia exordiar. ¶ Est etiam hoc verbum Rhetoribus frequens, pro eo quod est orationem auspicari, vel proœmio uti. κατασκευάζειν, ἀναπτύσσειν. Cic. de Orat. Qui non timidè ad dicendum accedunt, neque in exordienda oratione perturbantur, penè videntur impudentes. Cice. 2. de Orat. Inbent exordiri ita, vt eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus & docilem, & attentum. Sed hæ significationes translatæ videntur. Proprié enim exordiri textores dicuntur, quum telæ futuræ stamen initruunt: quo fit vt apud Ciceronem duo hæc, exordiri & pertexere, in eadem oratione sæpe coniuncta videamus: vt in 3. Philip. Pertexe modò Antoni quod exorsus es. Item 3. de Oratore, Ea quibus autè exorsa, & propè pertexta rerexantur.

Exorsus, participium. {ἀρξάμενος, ἐξάρξας. Ital. *Chi ha cominciato.* Gal. *Qui a commencé.* Hisp. *El que comença.* } Cic. pro Cælio, Quid tumultuatis sorores? quid insanis? quid clamore exorsa verbis paruam rem magnam facis? Plaut. Persa, Hanc ego rem exorsus sum facere & callidé.

Exorsus, us, masc. gen. {ἀρχή. κατασκευασμός. Ital. *Cominciamento.* Gal. *Commencemẽt.* Hisp. *Comiença.* } Cic. pro Le. Manil. Sed pro vestri imperij dignitate atque gloria (quoniam is est exorsus orationis meæ) videte quem vobis animum suscipiendum putetis.

Exortior, exoriris, pen. prod. per quartam coniugationem: vel Exoreris, per tertiã, Nascor, emergo, exurgo. {ἀναφαίνομαι, ἀνατέλλω. Ital. *Nascere, vscir fuori.* Gal. *Se lever & sourdre, naistre.* Hisp. *Nascer saliendo afuera.* } Virg. 11. Aene. Exoritur clamórq; virûm, clangórq; tubarũ. Idem 12. Aeneid. Exoritur trepidos inter discordia cives. Virg. 4. Aene. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. ¶ Aliquando pro recreari. Cic. ad Att. lib. 7, Nunc venit idem vsu mihi quod tu tibi scribis, quoties exorior: ego enim nunc paulùm exorior, & maximè quidem his literis quæ Roma afferuntur. ¶ Exoriri item dicitur quod repentè, & præter opinionem fit. Cic. contra Rullum, Repentinus Sylla nobis exoritur. Cicer. 3. Offic. Sed repentè anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Exorta sunt hæc omnia à te. Id est à te prouenium. Terent. in Hecy. A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia. ¶ Sidera quoque, dies, & aurora exoriri dicuntur, quum in nostro hemisphærio incipiũt apparere. Cic. de Diuin. Post solstitium Canicula exoritur. Catullus, Aurora exoriente vagi sub lumina Solis.

Exortus participium. {ἀναφανείς, ἀνατείλας. Ital. *Nato, leuato, venuto.* Gal. *Né, leué, venu & sorti.* Hisp. *Nacido, salido afuera.* } Cic. 2. de Nat. deor, ex Poëta quodam. Fonteatum verò proles exorta repentè est.

Exortus, us, ui, {ἀνατολή. Ital. *Nascimento.* Gal. *Naissence, leuement, & sourse.* Hisp. *Nacimiento y salida afuera.* } Exortus Solis. Ad Heren. li. 3. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiant.

Exortiuus, a, um, adiectiuum, Idem quod Orientalis. {ἀνατολικός. Ital. *Orientale.* Gal. *Oriental, du costé d'orient.* Hisp. *Oriental, de donde nasce el sol.* } Plin. lib. 18. cap. 34. A parte exortiua solstitialem habebit exortum. id est Orientem versus. Idem lib. 7. cap. 43, Negauerunt illi quenquã nonaginta partium exortiuam mensuram (quod anaphoras vocant) trãsgredi. de varietate nascendi loquitur. Exortiuam igitur mensuram, id est eam quæ ortus nostri spatium complectitur.

Exorno, Diligenter ornо, magnificè apparo, instruo. {διακοσμέω, κατασκευάζω, κοσμέω. Ital. *Apparechiare, adornare, apparare.* Gal. *Parer, orner & acoustrer honestemẽt, embellir.* Hisp. *Componer y aderesçar.* } Cic. Fabio Gallo, lib. 7. Epist. Ea enim signa ego emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiorum, exornent mihi in palæstra locum. Terent. in Eunu. Ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit.

Exornator, oris. {κοσμητὴς κοσμήτωρ. Ital. *Chi orna & rassetta qualche cosa.* Gal. *Qui pare & orne, embellit & acoustre quelque chose.* Hisp. *Aderesçador.* } Cic. 2. de Orat. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

Exornatio, onis, Ornamentum, vel ipse exornandi actus. {διακόσμησις, κόσμος. Ital. *Ornamento, rassettamento.* Gal. *Ornement, parement.* Hisp. *Atauio, obra de componer y aderesçar.* } Vox est Rhetoribus vsitata, qui duplicem constituũt exornationem, rerum scilicet & verborum. Auct. ad Herenn. libr. 1. Dignitas est elocutionis forma, quæ reddit ornatam orationem, varietate distinguens. Hæc in verborum & sententiarum exornationem diuiditur. Deinde subdit, Verborum exornatio est quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione: Sententiarum exornatio est quæ

non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.

Exoro, penult. produ. Orando induco, seu orando impetro. {δεομαι, κατευχομαι, αἰτέω. Ital. *Impetrare pregando.* Gal. *Obtenir sa requeste, impetrer.* Hispa. *Impetrar o alcançar lo que pedimos.* } Terent. in Phor. Nequeo te exorare vt maneas triduum hoc. Cic. 8. Philip. Ante deterrere te, ne popularis esses, non poteramus: vt nunc sis popularis, exorare non possumus. Idem Octauio, Ille ex tamen exorabat quæ volebat auferre: tu extorques. ¶ Inuenitur etiam aliquando, pro vehementer orare, Plaut. in Milite, -Veneri pol habeo gratiam. Tandemque exoro & quæso, vt eius mihi fit copia Quem amo, quémque expetisso.

Exoratus, participiũ. {κατευχόμενος, κατευχηθείς. Ital. *Ottenuto con preghi.* Gal. *Impetré, obtenu par priere.* Hisp. *Impetrado o alcançado con pregũtas.* } Cicero pro Cluen Post exoratus, initio permagnam pecuniam poposcit.

Exorator, verbale, Qui orãdo impetrat. {κατευκτὴς, εὐκτικός, ἐπευκτής. Ital. *Impetrante, che ottiene.* Gal. *Impetrant, obtenant sa requeste.* Hispa. *Aquel que assi alcança rogando.* } Terent. in Prol. Hecyræ, Orator ad vos venio ornatu prologi. Simite exoratorem vt fiem.

Exorabilis, le, Qui exorari potest, & à quo facilè obtinemus quod petimus. {εὐκατάτευκτος, εὐκατάκλητος, εὐπαράκλητος. Ital. *Da chi s'ottiene facilmente.* Gal. *De qui aisemẽt s'impetre ce qu'on demande.* Hisp. *El del qual se alcança facilmente lo que pedimos.* } Cicero ad Quint. lib. 1, Nam si implicabiles sunt iracũdiæ, summa est acerbitas: sin autè exorabiles, summa est lenitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda est. Huius contrariũ est Inexorabilis. Horat. in Arte, -honoratũ si forte reponis Achillem, Impiger, iracũdus, inexorabiles, acer, Iura neget sibi nata.

Exors, tis, Extra sortem. {ἀκλήρωτος. Ital. *Non partecipe.* Gal. *Qui est sans, qui n'a point.* Hisp. *Cosa fuera de suerte.* } Cui contrarium est Consors. ἔμκληρος. Virg. 5. Aeneid. -nam te voluit rex magnus Olympi Talibus auspiciis exortem ducere honorem. Liui. 4. bel. Pun. Vnum esse exortem Punicæ amicitiæ, fœderisque secum factũ. id est qui non esset particeps amicitiæ. Sic Exors culpæ, apud eundem, lib. 2. bel. Pun.

Exorsus, us, vide EXORDIVM.

Exortus, us, vide EXORIOR.

Exos, exossis, Sine osse. {ἄοστος. Ital. *Senza ossa.* Gal. *Sans os, qui n'a point d'os.* Hisp. *Cosa sin huessos.* } Lucre. lib. 3, Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus. Plautus in Menæch. Faciam quod iubes, securim capiam an cipitem atque hunc ego Senem exossem reddam.

Exosso, as, Ossa detrahо. ἐξοστίω. Ital. *Disossare, cauar l'ossa.* Gal. *Rompre ou oster les os.* Hisp. *Desossar o sacar los huessos.* } Terent. in Adelp. Congrum istum maximum in aqua finito ludere Paulisper: vbi ego venero, exossabitur. Apul. Exquamatus atque exossatus piscis vix palpitat amplius. Colum. lib. 12. cap. 53, Ergo sitientem suem cum occidetis, bene exossato: nam ex res minus vitiosam, & magis durabilem salsuram facit. ¶ Interdum significat ossa comminuere, vel cõfringere. Plau. in Amph. Exossatum esse oportet quem probè percusseris.

Exosculor, aris, {ἐκφιλέω. Ital. *Basciare.* Gal. *Baiser.* Hisp. *Besar.* } Idem quod osculari.

Exosculatio, verbal. {κατεφίλησις, κύσις. Ital. *Basciamento.* Gal. *Vn baiser, baisement.* Hisp. *El beso.* } Plin. lib. 10. cap. 12. Aristoteles negat non hercule magis quam in Aegypto ibin: sed illam exosculationem quæ sæpe cernitur, qualem in columbis esse.

Exosus, a, um, Ferè actiuè dicitur de eo qui odio habet. {μισῶν. Ital. *Che odia, che è odiato.* Gal *Qui hait, haineux, ou qui est hay.* Hisp. *Cosa que aborresce, ò cosa aborrescida.* } Virg. 5. Aeneid. Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum, Troianos, si quid pietas, &c. Accipitur aliquando & passiuè. vt apud Gellium, lib. 2. cap. 18, Eius Epinecti etiam de se scripti duo versus feruntur, ex quibus latenter intelliges, non omnes modò diis exosos esse,

Exoticus, a, um, pen. cor. Peregrinus, aduentitius. {ἐξωτικός. Ital. *Forestiere.* Gal. *Qui est, vient ou est aporté d'estrange pais, estranger.* Hisp. *Peregrino ò estraño.* } Plau. in Most. Non omnes possunt olere vnguenta exotica. hoc est aliunde appottata. Dictum exoticum ab ἔξω Græca præpositione, quæ foras vel peregrè significat. Plaut. Menæch. Illros, Hispanos, Massilienses, Illyricos, Mare superũ omne, Græciámque exoticam, Oráque Italicas omnes sumus circumuecti.

Expalleo, es, Pallidus fum, vel fio. {ἐκχλωριῶ, ἐξωχρῶ. Ital. *Diuenir pallido.* Gal. *Deuenir ou estre palle, palir.* Hisp. *Amarillecerse.* } Plin. Epist. 5, Expalluit notabiliter, quanuis palleat semper. Ouid. 6. Metam. Horruit infœlix, totóque expalluit ore.

Expallio, expallias, expalliare, Pallium auferre. {ἀφιμάτιον, ἱμάτιον ἢ στολὴν κατέλω. Ital. *Leuar la vella, spogliare.* Gal. *Oster la robe, desrober.* Hisp. *Quitar la capa ò manto.* } Plautus in Cas. Neque quibus modis purgem scio me meæ vxori expalliatus: Sum miser.

Expalpo, pas, Elicio, & quasi palpationibus extorqueo. {ἐκθωπεύω. Ital. *Dar qualche cosa da quelqu'vno per ingegno.* Gal. *Flater & amadouer pour auoir quelque chose. tirer par flaterie.* Hispa. *Alcançar alguna cosa con lisonja.* } Plaut. in Aulul. Nunc seruus argentum à patre expalpabit. Idem Pœn. Quid faciam? A. C. Exora, blandire, expalpa. M. Faciam sedulò.

Expando, is, di, sum, Extendo, aperio, explico. {ἐκπετάννυμι, ἐκτείνω. Ital. *spandere, aprire, spiegare.* Gal. *Espandre, estendre, despleyer.* Hisp. *Abrir ò tender la roça fuera.* } Colum. lib. 12. cap. 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub vmbram expanduntur. ¶ Expandere dictis, explicare. Lucr. lib. 1, -& rerum naturam expandere dictis.

Expanditor, verbale. Plin. in Paneg. Neque enim solùm vagus ille expanditor amnis intra vsurpata semper collium subsiterat, atque hæserat. Amnem expanditorem dixit, qui se extra alueum suum expandit & effundit.

Expango, is, ere, Figere, seu constituere. {κατασταυρόω, καταπήγνυμι. Ital. *Constituire.* Gal. *Fichier & attacher, mettre contre.* Hispa. *Constituyr.* } Plin. lib. 2. capi. 16, Idémque ausus rem etiam deo improbam, annumerare posteris stellas, ac sydera ad normam expangere: organis excogitatis, per quæ singularum loca, & magnitudines figurarem. Loquitur de Hipparcho.

Expapillo, as, vsque ad papillam denudo: vnde brachium expapillatum dicitur, id est exercitum, inquit Festus. {μέχρι στήθους, μέχρι παρθένου.

Ital. *Scoprire fin alle mammelle.* Gal. *Descouurir la mamelle.* Hispa. *Descubrir, ò echar fuera las tetas.* } Plaut. Mil. Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

Expatior, aris, Aberro, vel larius egredior, quasi spatium transeo. {περιπατέω. Ital. *Passeggiare, spatiare, vagare.* Gal. *Se pourmener.* Hispa. *Passear-se ò espaciarse.* } Quint. libr. 2. capi. 10, Ex poëtica (vt verè dixerim) pueris themata tractare permittemus, vt expatientur. Ouid. 15. Meta. Ne tamen oblitis ad metam tendere longè Expatiemur equis. Plin. lib. 16. cap. 36, Hanc in insulis fluitantibus natam: illam in ripis expatiãtis lacus. Ouid. 1. Metam. Expeciata ruunt per apertos flumina compos.

Expatro, as, Idem quod simplex patro, ve perficio. {πράσσω. Ital. *Fornire.* Gal. *Achever.* Hisp. *Acabar.* } Catull. in Cæsarem, Quid est? an hæc sinistra liberalitas parum expatrauit.

Expaueo, expaues, pen. cor. Expaui pen. prod. siue Expauesco, is, Terrui. {ἐκφοβοῦμαι. Ital. *Spaßmare, smarrirsi, auer timore.* Gal. *Estre espouranté, auoir peur.* Hisp. *Temer con pauor.* } Liui. 6. ab Vrbe, Quum ad id moris eius inueta expauisset minor Fabia, risui sorori fuit. Plin. lib. 13. cap. 24. Non æstuum, non frigorum, nõ grandinum, aut niuis iniuriam expauescit.

Expato, as, penult. corr. In locum patentem me do, vt interpretatur Festus, vel in spatium me confero. Pacuuius, Expatant se omnes, publicéque ostendunt.

Expecto, as, Manco, opperior: ab ex & specto. {ἐκδέχομαι, αἰωρῶμαι, προσδοκῶμαι. Ital. *espettare, attẽdere.* Gal. *Attandre, desirer.* Hisp. *Esperar lo que ha de venir.* } Solemus enim aliquid expectantes sæpius expiscere anne veniat. Cic. de Amic. Amicorum causa honesta faciamus: ne expectemus quidem dum rogemur. Terent. in Phorm. Senem quoad expectatis vestrum. ¶ Ponitur pro desiderare: quoniam quæ desideramus, cum voluptate aspicimus. προσδοκῶ. Cic. 14. Philip. Antè verò quàm ea res quàm aui dissimè ciuitas expectat, allata sit, lætitiæ, &c. Terent. in Andr. Expecto quid velis. id est desidero scire quid velis. ¶ Item pro sperare. προσδοκῶ. Virgil. lib. 1. Georg. -sed illos Expectata seges vacuis elusit aristis. ¶ Expectare, metuere. Cicer. de Amic. De C. Graechi autem tribunatu quid expectem, non libet augurari.

Expectatus, nomẽ ex participio, Cupitus, desideratus. {προσδοκητός, ἐλπιδοφόρος. Ital. *Aspettato, desiato.* Gal. *Attendu, desiré.* Hisp. *Esperado: lo que ha de venir, desseado.* } Cic. Tiro. lib. 16, Nemo nos amat qui te non diligat: charus omnibus, expectatúsque venies. Idem, Nihil vnquam expectatius fuit. Idem Planco lib. 10, Intellexi enim te laborare, vt ad me mihi expectatissimæ literæ perferrentur. ¶ Expectatus etiam pro odioso, vt Expectati parentes, inquit Donatus, dicuntur malæ vitæ & odio digni, quorum mors in dies singulos expectanda sit. Terent. Adelph. -si esses homo, Sineres nunc facere dum per ætatem licet, Potius quàm vbi te expectatum eiecisset foras.

Expectatio, Desiderium, vt Mouere expectationem pro excitare desiderium. {ὑπόμονή, προσδοκία, προθυμία, πρόσταγμα. Ital. *Espettatione, desiderio.* Gal. *Attente, desir.* Hisp. *Aquella obra de esperar assi, esperança, desseo.* } Cic. ad Atticum lib. 2, Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli? Vincere expectationem omnium, hoc est opinionem & existimationem superare, Cic. 7. in Verrem.

Expectoro, ras, pen. corr. Extra pectus eiicio. {ἀποπτύω. Ital. *spettorare, mandar fuori del petto.* Gal. *Getter & mettre hors de l'estomach, descharger son cœur* Hisp. *Echar fuera del pecho.* } Cic. lib. 3. de Orat. Tum pauor mihi sapientiam omnem exanimato expectorat. Accius Epigono, Eloquere proprié, ac pauorem hunc meum expectora. Ex Nonio.

Expeculiati serui à Plauto dicuntur qui peculio sunt exhausti.

Expedio, dis, pen. corr. Extrico, libero, & quasi pedũ ligaméta dissoluo. {ἀπολύω, λύτλιον. Ital. *Espedire, finire, sciogliere.* Gal. *Despetrer, deliurer, despescher.* Hisp. *Desembaraçar, desempachar, espedir.* } Sisen. lib. 3. histor. Inermes armat, impeditos expedit. ¶ Aliquando ponitur pro explico. ἀπαλλάττω. Terent. Andr. -vidén' me tuis consiliis Miserum impeditum esse? o. At iam expediam. Idem Hecy. Qui te expedias iis ærumnis? ¶ Aliquando pro extra fero, profero. Virgil. 1. Aene. -Ceretémque canistris Expediunt. Expedire virgas, id est proferre. Cic. 7. Verr. Quum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari ac deligari, & virgas expediri iubet. ¶ Aliquando pro extollo. Idem 12. Aene. Tum vero augurium Rutuli clamore salutant, Expediúntque manus. ¶ Expedire item, est vtile seu bonum ac necessarium esse. συμφέρειν. sed hoc tantùm in tertia persona singularis vel pluralis numeri. Terent. in Heaut. Expedit bonas esse vobis. Idem in Phorm. Nostrate culpa facimus vt malos expediat esse, Dum nimium dici nos bonos studemus vt malos expediat esse, Dum nimium dici nos bonos studemus atque benignos. ¶ Est etiam euentũ habere. ἀνύειν. Plaut. in Amph. Nequiter penè expediit.

Expeditus, a, um, nomen ex participio, Promptus, paratus, accinctus, nullis impedimentis oneratus. {ἑτοιμος. Ital. *Espedito, prompto.* Gal. *Prest & apareillé*, Hisp. *Aparejado, expedido.* } Cic. pro Milone, Fit ei obuiam Clodius, expeditus in equo, nulla theda, nullis impedimentis. Idem 11. Philip. Expedito nobis homine, & parato P. C. opus est. Expedita cœna, breuis & succincta apud Plinium in epist. ¶ Expeditum iter. Cic. ad Att. lib. 16, Omnibus copiis te impliceet, ne ad me iter expeditum tibi sit. Expedita via, hoc est facilis, nihilq; habens impedimenti, aut obstaculi. Idem de Amic. Reditus in cælum optimo cuique expeditissimus est. Expeditior labor, faciliot, apud Colum. lib. 2. cap. 4. ¶ Expediti milites, dicuntur leuioris armaturæ, & sine impedimentis. γυμνῆτες, ἰσοζωνοι. ἐξωπλισμένοι. Sallust. Iugur. Legionem cum qua hyemabat, & quamplumos poterat Numidas equites patiter cum occasu solis expeditos educit. Expedita legio, expeditus exercitus, expedita subsidia, in quibus milites sunt leuis armaturæ, & qui facilè huc illuc perducuntur. Liui. 4. bel. Pun. Cum legione expedita profectus. Cic. ad Catonẽ lib. 14. Epist. Quum aduesperascceret, expedito exercitu ita noctu iter fecit, vt &c.

Expeditè, aduerbium, Celeriter, facilé. {ῥᾳδίως, εὐζώνως. Ital. *Facilmente, speditamente.* Gal. *Facilement, sans empechement, aiseement.* Hisp. *Ligeramente.* } Cic. 2. de Inuentione, Sed vt expeditius ratio tradatur, ea quæ proposuimus, breui nominabuntur. Columel. lib. 2. cap. 10. Et sine vento put gari expeditissimè sic poterit.

Expeditio, onis, Vocatur quum eunt milites ad bellum: quòd expediãt Rempub. aut se à cæteris negotiis. {στρατεία, στρατεῖα. Ital. *Speditione, viaggio da guerra.* Gal. *Vne despeche, vn voiage de guerre.* Hisp. *El exercito ò la hueste, o la ida a la guerra.* } Curtius, Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit. Cæs. 8. belli Gall. Deinde omne impedimentorum agmen, quod tamen erat mediocre, vt in expeditionibus esse consueuit. Et suscipere expeditionem, ἐπιστρατεύειν.

Expello, lis, expuli, Eiicio. {ἐκβάλλω, ἐκδιώκω. Ital. *Cacciar fuori, scacciare.* Gal. *Getter ou bouter hors par force.* Hisp. *Empuxar afuera.* } Plaut. Ancillam domo expulit. Cæsar. 3. belli Ciuil. Magnis copiis cum sorore Cleopatra gerens bellum, quam paucis antè mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat. Horat. 2. Epist. 2, Expulit helleboro morbum, bilémque meraco. Idem, Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. Ouid. 8. Metamorph. Vt verò est expulsa quies, furit ardor edendi.

Expulsio, onis. {ἐκβολή. Ital. *Esso cacciare fuori.* Gal. *Dechassement, repoussemẽt.* Hisp. *Empuxamiento afuera.* } Cic. Parad. Qui expulsiones vicinorũ, qui latrocinia in agris, &c.

Expulsor, verbal. {ὁ ἐλαστὴς, διώκτης, ἐκπομπεύς, ἐξελαστής. Ital. *Chi caccia fuori.* Gal. *Celuy qui gette & pouisse hors, dechasseur.* Hisp. *El que empuxa afuera, empuxador.* } Cic. pro Quint. Iste bonorum possessor, expulsor, ereptor.

Expultrix, {ἐκπομπεύς, ἡ ἐλάστρια. Ital. *Donna che caccia fuori.* Gal. *Celle qui chasse dehors.* Hisp. *La que empuxa afuera, empuxadora.* } Cic. 5. Tuscul. Philosophia expultrix vitiorum.

Expulso, as, διωκτεύω, ἐξωθέω, πολὺς ἐλαύνω. Frequent. Mart. Si me nobilibus scis expulsare sinistris: Sum tuus si nescis rustice, redde pilam.

Expendo, dis, di, sum. Pondero. {ταλαντεύομαι. Ital. *Misurare à peso, pesare.* Gal. *Peyser, peyer, examiner.* Hisp. *Pesar, medir al peso.* } Plaut. in Afinar. Quot põdo te censes esse nudum? At pol ego qui te expendi scio, nudus vinctus pondo es, per pedes quando pendes. Idem Rud. Aurum auto centum pondo es, per pedes quando pendes. Idem Rud. Aurum auto expendetur, argentum argento exæquabimus. ¶ Quandoque significat exactè examino, considero. λογίζομαι, ἐξετάζω. Cic. lib. 1. Offic. Quæ contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat sui, eadémque moderati. ¶ Quandoque luere, exolucre. ἀποτίνειν. Virgil. 2. Aene. -& scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. id est persoluisse. Sic expendere pœnas scelerum. Virgil. 11. Aene. Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes. ¶ Aliquando idem est quod erogo, consumo. ἀναλίσκω, κατατρύχω. Vnde expensa vocamus in rationibus, id est in vsum aliquem erogata, de quibus paulo pòst.

Expensus, particip. {σταθμητός, ἀναλογισθείς. Ital. *Pesato, effaminato, considerato.* Gal. *Peyse, examiné, considéré.* Hisp. *Pesado, considerado.* } Ponderatus: vt, Aurum expensum, Cicc. pro Flac.

Expensa, æ, & Expensum, si, Sumptus, hoc est quod in vsum aliquem erogatur. {δαπάνη. Ital. *Espesa.* Gal. *Despense, emploitte.* Hisp. *El gasto ò expensa.* } Plaut. in Truc. Vsuraria accipiat illico expẽsa. Plin. lib. 33. cap. 3, Et adhuc expensa in rationibus dicuntur. ¶ Expensum ferre, est scribere se pecuniam dedisse, vt scribit Asconius: vt quum per singula expensi nomina summam quandam expensam adscribimus. Nomina autem vocantur in rationibus, quos nunc *articulos* dicimus. Cic. 3. Verrin. Homo stultissime & amentissime tabulas quum conficeres, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres, neque in tuas tabulas vllum nomen referres? Idem, Quum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent, quid proderat tibi expensum illis non tulisse? Neque solùm de pecunia, sed etiam de aliis rebus dicitur. Cæl. Ciceroni. Mentio facta est de legione ea quam expensam tulit Caio Cæsari Pompeius. Iabolenus de Supell. leg. l. Qui vestem omnem, & res plurium generum, supellectilis nomine expenso ferre solitus erat.

Expergo, gis, experfi, experfum. {διεγείρω, ἀνεγείρω, ἐγείρω. Ital. *Aspergere, bagnare, spruzzare.* Gal. *Faire sourdre, faire lever, esueiller, exciter.* Hispa. *Mojar ò rociar.* } Compositum à spargo, idem est quod madefacio, vt docet Seruius in illud Virgilij 3. Aeneid. Saniésque exposita natarent Limina.

Expergo, gis, rexi, rectum, Quasi exportigo, à somno excito. {διανίστημι, διεγείρω. Ital. *Suegliare, eccitare.* Gal. *Esueiller.* Hisp. *Despertar.* } Accius in Antig. Heu vigiles properare, expergite pectora tarda sopore, exurgite. Gell. lib. 6. cap. 10, Ista re animos iuuenum expergebat.

Experrectus, {διεγερθείς. Ital. *Suegliato, destato.* Gal. *Esueillé.* Hisp. *Despertado.* } Participiũ, vt quibusdã placet: quanquã rectius videtur sensisse Diomedes, qui hoc à verbo expergiscor deduci maluit, cuius etiã significationem retinet. Experrectus enim dicitur, teste Festo, qui sponte euigilauit. Cic. 1. de Diuin. Quũ autè experrectus esses hora secunda ferè, &c.

Experrectus, nomen: vt, Experrecta nobilitas. Cicc. pro Sex. Rosc. Idcircóne experrecta nobilitas armis atque ferro Rempub. recuperauit, &c. Colum. lib. 9 cap. 7, Vt apricum habeant apes matutinum egressum, & sint experrectiores.

Expergor, passiuum Lucret. lib. 5, -expergi quo possit vis animai. Lucil. Ego è somno pueros, quum mane expergitur, clamo.

Expergitus, pen. corr. participium. {διανιστάμενος, ἐξανιστάμενος. Ital. *Suegliato, risuscitato.* Gal. *Esueillé, resuscité.* Hisp. *Despertado.* } Luc. lib. 3. Nec quisquam expergitus extat, Frigida quem semel est vitai pausa secuta.

Expergiscor, is, & Expergefacio, & Expergifico, actiuã significationẽ habent pro excitare. {αἰωρέω. Ital. *Eccitare, suegliare, destare.* Gal. *Esueiller, exciter.* Hispa. *Despertar à otro.* } Plin. lib. 22. cap. 25, Vrtica lethargicos expergiscit tactis cruribus, magisque fronte. Sic enim legit Perottus, & Perottum sequutus Calepinus: quanquam bona pars exemplarium quæ hodie in manibus versantur, expergisci modo infinito legendum ostendunt, vt dependeat à Cogit, superioris clausulæ verbo: vt sit sensus, Vrtica cogit expergisci, &c. Aul. Gellius, Ingenio expergificando ratus idoneas. Plautus Curcul. Magnum flagitium probrúmque expergefacis Phædrome. Autor ad Herenn. lib. 4, Terrore subito expergefacit Italiam tumultus. ¶ Experge te facias, dixit Cicero, ἐγρηγόρησις, pro eo quod est expergefacias te. ¶ Expergiscor autem passiuam habet significationem, quemadmodum expergefio, aut certè neutralem absolutam. Cicero, Expergiscimini aliquando, atque exurgite. ¶ Ab expergiscor fit Experrectus, secundum Diomedem: expergitus autem ab expergor: & expergefactus ab expergefio. Festus ita distinguit, vt experrectus sit, qui per se euigilare cœpit: expergitus, ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum. ¶ Legitur & expergisco,

pergisco, neutrum absolutum pro expergiscor. Pomponius Agamemnone supposito, vt citat Nonius, Ne quis mirat etur, quum tam clarè tonuerit, vt si quis dormitaret, expergisceret.

Expergefacio, cis. Excito è somno. {ἀνεγείρω. Ital. *Eccitare dal sonno, destare.* Gal. *Esueiller.* Hisp. *Despertar.*} Cic. 6. Verr. Si fortè expergefacere te posses. Autor ad Herenn. lib. 4, Italiam tumultus hic expergefecit metu subito.

Experior, riris, expertus. Significat probare, & tentare, ac periculum facere à re qua detinatum. {πειράομαι, πείρημαι. Ital. *Provare, fare esperienza.* Gal. *Experimenter, esprouuer, essayer.* Hispa. *Experimentar.*} Plaut. in Amph. Experiri istuc maelim me, quàm mihi memoratier. Cic. Atti. lib. 7, Itaque omnia experiar: & vt spero, assequar. Terent. in Eunuch. Omnia prius experiri consilio, quàm armis, sapientem decet. ¶ Est etiam experiri, actionem intendere in iudicio. ἀμφίλογος δίκῃ καταχρῆσθαι. Vlpian. l. Prætor ait. ff. Vi bonor. rap. Is cum in anno quo primū experiundi potestas fuit, in duplum: post annum, in simplū actionem dabo.

Experiens, nomen ex participio. {πειρώμενος. Ital. *Esperimentante.* Gal. *Qui experimente.* Hispa. *Experimentador.*} Horat. 1. Epist. Et decus & pretium rectè petit experiens vir. Ouid. 1. Amor. -ingenij est experiẽtis amor. Cic. 5. Verr. Nympho est Centuripinus, homo guanus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator.

Expertus, participium, siue nomen ex participio, quod ferè actiuè accipitur. {πεπειρημένος, ἔμπειρος. Ital. *Provato, esperimentato.* Gal. *Experi, esprouué, experimenté, rusé.* Hisp. *Experimentado.*} Senec. in Thyeste, Venenum in auro bibitur: loquor expertus. Virgil. 1. Aen. -vos & Cyclopea saxa Experti, reuocate animos. Cic. 2. de Orat. Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm, (id quod est maius) expertus. Aliquando etiam passiuè. Plin. lib. 6. cap. 13, Experta prodimus. hoc est vsu cognita. ¶ Hinc fit compositum Inexpertus, intentatus. ἀπείρητος, ἄπειρος. Virg. 4. Aen. Nequid inexpertum frustra moritura relinquat.

Experientia, Cognitio nullo docente per vsum reperta, & propriè singularium. {ἐμπειρία, πεῖρα. Ital. *Esperienza.* Gal. *Experience, essay, esprouue, preuue.* Hisp. *La experiencia.*} Ars verò, vniuersalium, vt ait Aristoteles 1. Met. Mant. lib. 1, Per varios vsus artem experientia fecit, Exemplo monstrante viam. Plane ad Ciceronem, lib. 18, Quæ si aduentus meus represserit, agam gratias formoæ, constantiæque meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Virgil. 1. Georg. -atque apibus quanta experientia pareis.

Experimentum, ti, Idem quod experientia. πεῖρα. Plin. in Paneg. Discat igitur Aegyptus, credátque expetimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare. Idem in Epist. Inde abortus, & ignoranti vteri triste experimentum. Qu intil. lib. 3. cap. 8, Quia facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis.

Expers, tis, Idem ferè quod carens, seu vacuus, quiq; rei alicuius nullam habet partem. {ἄμοιρος. Ital. *Senza parte, non participe.* Gal. *Qui n'a point, qui est sans.* Hisp. *Cosa que no toca alguna parte.*} Cic. 2. de Orat. Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarũ fuisse. Plaut. in Amph. Dines operis, & laboris expers. Cic. 6. Verr. His quidem temporibus in omni orbe terrarũ vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerunt ab omni sumptuum molestia. Apuleius, Homo rudis, omnium bonarum artium expers. Sic expers doloris, qui non sentit dolorem. Expers mortis, qui non moritur. Expers lucis, qui non habet lucem. ¶ Iungitur etiam ablatiuo. Plaut. Persa. Ea res me domo expertem facit id est me abesse domo facit. Idem in Asin. Dono te ob istud dictum vt expers sis metu. Sallust. in Catil. Neque quo periculum aliis faceremus: sed vti corpora nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate fœneratorum plerique patriu, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus.

Expes, Spe omni destitutus: ab ex, & spes, sed s abiicitur. {ἄελπτος. Ital. *Senza speranza, disperato.* Gal. *Qui a perdu toute esperance, sans espoir, desesperé.* Hisp. *Cosa sin esperança.*} Horat. in Arte Poet. -quid hoc, si fractis enatat expes Nauibus, ære dato qui pingitur. Tacit. lib. 5, Mox vbi expes vitæ fuit, meditatis compositisque diris impetebatur. Ouid. Epist. 6, Erret inops, expes, cæde cruenta sua.

Expeto, tis, penult. corr. Auidè cupio. {ἱέμαι. Ital. *Disiderare auidamente.* Gal. *Demander & desirer fort, conuoiter & requerir.* Hispan. *Desear, codiciar.*} Cic. 1. Offic. Expetuntur diuitiæ cùm ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Plin. lib. 12. cap. 24, Aspalathi radix expetitur vnguentis. ¶ Expetere pœnas ab aliquo. Cic. pro lege Manil. Vt mihi quidem videantur dij immortales, etiamsi pœnas à Populo Rom. ob aliquod delictum expetiuerint, &c. ¶ Expetere preces à Deo, pro precari Deum. Plaut. Rud. Qui sunt qui à patrona preces mea expetentes sunt? ¶ Supplicium expetere. Liu. 6. bel. Pun. Tanta auiditas supplicij expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. ¶ Accipitur aliquando expetere, pro euenire: sicut appetere, pro aduentare. Plaut. in Amph. Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.

Expetens, patticip. {ἱέμενος, ἐπιθυμῶν. Ital. *Desiderante.* Gal. *Desireux.* Hisp. *Codicioso.*} Plin. lib. 12. cap. 17. Capiẽ maleficum frondibus animal, odoratorũ verò fruticũ expetentius. Consilia sana expetẽs, Senec. Hippol.

Expetitus, particip. {ἱμαστός, ἐπιθυμητός. Itol. *Desiderato, bramato.* Gal. *Desiré, conuoité.* Hisp. *Desseado, codiciado.*} Vt Complexus expetiti, Senec. Thyest.

Expetisco, is, ere, Vehementer desiderare. {ἱέσκω. Ital. *Disiderare grandemente, bramare.* Gal. *Conuoiter, desirer fort.* Hisp. *Mucho desear.*} Plaut. in Mil. A luculenta, atque festiua fœmina, Quæ te amat, tum quæ expetisci pulchram pulchritudinem.

Expetesso, is, ere, Idem quod petere, siue desiderare. {ἱμείρω. Ital. *Chiedere, desiderare, demandare.* Gal. *Demander, requerir, desirer.* Hisp. *Desear, demandar.*} Plaut. in Trinum. -sed hoc non liquet, Nec satis cogitatũ vtram potius harum mihi artem expetessam. Idem in Asin. Vltrò amas, vltrò expetessis, vltrò ad te accersi iubes.

Expilo, las, pen. prod. Diripio, deprædor, furtiuè fraudo. {ἁρπάζω, ἁρπαγὴν ποιοῦμαι. Ital. *Frandare, rubbare per inganno.* Gal. *Piller tout, desrober furtiuement.* Hisp. *Robar ò saluar.*} à Græco πιλῶ, id est complano: quòd qui è domo supellectilem detrahũt, æquare ac complanare omnia videantur. Inde apud Iurisconsultum titulus est de Crimine expillatæ hæreditatis: cuius criminis conuicti, extraordinariè solẽt coerceri. Cic. in Part. Si scios spolias, ærarium expilas. Ouid. lib. 3. Meta. Expilátq; genis oculos. Iul. Matern. Si luna à Mercurio defluens feratur ad Martem in diurna genitura, facies effractores, fures, & qui templa semper sacrilego furore expilent. Cic. 6. Verr. Quum in suspicionem venissent suis ciuibus, fanum expilasse Apollinis.

Expilatus, participium. {ἁρπαγὴν λαβών. Ital. *Rubbato.* Gal. *Pillé.* Hisp. *Robado ò salteado.*} Cic. 3. de Orat. Quæ quoniam iam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis à quibus expilati sumus. Idem pro Cluent. Armarium expilatum, pecunia ablata.

Expilatio, onis, {ἁρπαγὴ, συλλογὴ. Ital. *Pillamento, rubbamento.* Gal. *Pillement, pillerie.* Hispan. *Aquella obra de robar ò saltear, robamiento.*} Cic. 2. Offic. Tãta sublatis legibus & iudiciis expilatio, direptiõq; sociorum.

Expilator, oris, Fur, deprædator, direptor. {συλλογεὺς, συλήτης. Ital. *Pillatore rubbatore.* Gal. *Pillart, pilleur.* Hisp. *Robador ò saltcador.*} Cic. ad Qu. frat. lib. 1, Quum vrbs custodem, non tyrãnum: domus hospitem, non expilatorem recepisse videatur. Expilatores (inquit Asconius Pædianus) sunt fures atrociores, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore spoliatorum. Innuens nimirum expilatores à pilis euellendis dictos. Cui tamen sententiæ refragatur pi syllabæ quantitas, quæ in verbis expilo, & compilo producitur, quum in nomine pilus corripiatur.

Expingo, gis, Idem quod pingo. {ἐκγράφω, ἐκτυπόω. Ital. *Depingere.* Gal. *Depeindre.* Hisp. *Pintar.*} Cic. 5. Tusc. Qui motus hominum, qui ferarum, quum ita expictus est, vt quæ ipsæ non viderit, nos vt videremus effecerit. Plin. lib. 35. cap. 7, Quoniam & pericula expingimus, nequis miretur & rogos pingi.

Expio, as, are, Purgare, & mundum ac purum facere. {ἐκθύω, ἁγνίζω, καθαίρω τε καὶ ἁγίζω. Ital. *Purgare, mondare, nettare.* Gal. *Purger, repurer.* Hisp. *Purgar ò alimpiar por sacrificio.*} Liu. lib. 1. ab Vrbe, Itaque vt ædes manifesta aliquo tamen piaculo laetemur, imperatum patri vt filium expiatet pecunia publica. Plin. in Epist. Dum se prægnãtem esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnantibus omittit, facit omittendaquem errorem magnis documentis expiauit, in summum periculum adducta. ¶ Expiare scelera, id est punire. Cic. in Pisonem, Tua scelera dij immortales in nostros milites expiauerunt. id est propter te affixerunt nostros. Sallust. de Repub. const. ad Cæsarem, Neque Barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum.

Expiatus, particip. {ἐκθυσθείς. Ital. *Purgato.* Gal. *Purgé.* Hisp. *Purgado, alimpiado.*} Cic. 1. Philip. Quem potes recordati in vita tibi illuxisse diem lætiorem, quàm quum expiato foro, dissipato concursu impiorum, &c.

Expiatio, onis. {ἁγνισμός. Ital. *Purgatione.* Gal. *Purgation.* Hisp. *Aquella obra de alimpiar assi, purgacion.*} Cic. 1. de Legibus, At verò scelerum in homines atque impietatum nulla expiatio est.

Expiabilis, le, Purgabilis & facilis expiatu. {ἐκθυτός. Ital. *Che si può purgare.* Gal. *Purgatif, que se peut purger.* Hisp. *Cosa que se puede purgar por sacrificio.*} vt, Expiabilis religio, apud Cic. 4. Tusc. Bellũ expiabile. Idẽ 13. Philip. Sed hoc primùm videndum est, p. c. cum omnibusne pax esse possit: an sit aliquod bellũ expiabile, in quo pactio pacis lex sit seruitutis. Id est necessarium, & expiandi gratia susceptum piaculo admisso. Budæus.

Expiamentum, ti, Idem quod expiatio. Expiationis autem necis humanæ ab imprudentibus admissæ exemplum videre licet apud Herodotum, lib. 1, quo in loco Crœsi meminit nuptias filij sui celebrantis. Quum autem (inquit) filij nuptias Crœsus in manibus haberet, aduenit Sardeis quidam calamitate præditus, manibúsque impuris, natione Phryx. Hic quum ad Crœsi ædeis accessisset, gentilique instituto, ritúque patrio postulasset sibi vt liceret expiamenti optati compotem esse, Crœsus cum expiauit. Budæus.

Expiro, ás. pen. prod. are, Spiritum emitto, effio. {ἐκπνέω. Ital. *Spirare, mandar fuori il fiato.* Gal. *Rendre l'esprit, getter l'haleine ou vent dehors.* Hispan. *Soplar, esparar ò embiar afuera el espiritu.*} Lucil. lib. 3, Expirans animam pulmonibus æger agebat. Aliquando per se plenum est, vt, Expirauit. id est mortuus est ἐξέπνευσε. Liui. 2. ab Vrbe, Inter primam curationem expirauit. ¶ Ponitur aliquando translatè. Plin. in Paneg. Ita verò quæ ciuitas quinquies, atque etiam sexies Consules vidit, non illos qui expirante iam libertate, per vim ac tumultum creabantur, hoc est declinante libertate, ac pessum eunte.

Expirans, participiũ. {ἐκπνέων. Ital. *Chi getta fuori il vento.* Gal. *Qui rend l'esprit.* Hisp. *El que essura ò echa y embia el espiritu.*} Lucret. lib. 2, Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.

Expiratio, onis. {ἐκπνοή. Ital. *Espiratione, fuaporamento.* Gal. *Expiration, exalation.* Hisp. *Echamiento del espiritu.*} Cic. 2. de Nat. deorum, Eiusdémque expirationibus aer alitur & æther, & omnia supera.

Expiscor, expiscaris, Indago, percontor, diligenter inquiro: trãslatione à piscatoribus tracta, qui piscium latebras diligenter perscrutantur. {ἐξανιχνεύω μαι, ἀνακαλύπτω. Ital. *Pescare, manifestare.* Gal. *S'enquerre, fonguenseignement.* Hisp. *Pescar, buscar.*} Terent. in Phorm. Perinde expiscare, quasi non noris. ¶ Quandoque lucrifacio, elicio. ἀγράω. Plaut. Tandémq; nescio quid ab eo expiscatur.

Expisso, as, are, Spissum facere. {συμπήγνυμι. Ital. *Spessire.* Gal. *Faire ou rendre espois.* Hisp. *Espessar, hazer espesso.*} Plin. lib. 5. cap. 13, Semine trito expressum, & Sole densatus in pastillos, necat sanguinem expissando. Idem lib. 20. cap. 7, Expissatum lac.

Explano, as, pen. pro Planum facio. {καταλαίνω, διαφανίζω. Ital. *Spianare, manifestare, dechiarare.* Gal. *Aplanir & vuir, declarer, donner a entendre.* Hispa. *Declarar, ò allanar lo aspero ò escuro.*} vt, Explanatus in denos pedes cortex apud Plin. li. 16. ca. 8. ¶ Explanare etiam est declarare, manifestare, exponere. πανῶ, δηλόω. Terent. in Phorm. Quem amicum tuum ait fuisse istum? explana mihi. Cic. 7. Verr. Explanandum est enim diligentius eorum causa qui locum ignorant. Idem 5. Tusc. Non enim verbo solum posuit voluptatem, sed explanauit quid diceret. Sallust. in Catil. De cuius moribus hominis pauca prius explananda sunt quàm initium narrandi faciam.

Explanari, passiuum. Cic. 1. Acad. Póst argumentis, & quasi rerum notis ducibus vtebantur ad probandum & concludendum id quod explanari volebant. Idem 1. Offic. Qualis differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quàm explanari potest.

Explanatus, participium. {δεδιαφανισμένος. Ital. *Dichiarato.* Gal. *Declaré.* Hispa.

Declarado. } Cic. 1. Acad. In lingua etiam explanatam vocum impressionem ponebant.

Explanatè, aduerb. Aperté. {πρόδηλως, δήλως. Ita. *Chiaramẽte, manifestamẽte.* Gal. *Clairement, manifestement.* Hisp. *Claro y manifiestamente.* } Cic. in Orat. Erit igitur hæc facultas in eo quem volumus esse eloquentem, vt definire rem possit: neq; id faciat tam prefsè & anguste quàm in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed quum explanatius, tum etiã vberius, & ad commune iudicium populárémq; intelligentiam accommodatius.

Explanator, oris, Qui interpretatur & exponit. {σαφηνιστὴς ἑρμηνεύς. Ital. *Chi dichiara, dichiaratore.* Gal. *Expositeur, qui declare & donne à entendre.* Hisp. *Declarador y llanador.* } Cic. 2. de Diuin. Sunt enim explanatores, vt Grammatici Poëtarum.

Explanatio, onis. {δήλωσις, ἀνάπτυξις, παράφρασις. Ital. *Dichiaratione, esposition.* Gal. *Declaration, exposition.* Hispan. *Declaramiento, llanamiento.* } Cic. 1. de Diuinat. Item igitur somniis, vaticinationibus, oraculis, quòd erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. ¶ Explanatio item figura est Rhetorum, de qua vide autorem ad Herennium lib. 4.

Explanto, as, are, Plantas euello. {ἐκριζῶ. Ital. *Spiantare, suellere.* Gal. *Desplanter, transplanter ce qui est planté d'vn lieu en autre.* Hisp. *Desplantar, arrancar plantas.* } Colum. lib. 4. ca. 14, Pampini se capreolis illigent suis, ne ventis explantentur. Idem lib. 5. ca. 9. Antequam explantes arbusculã, &c.

Explendesco, is, ere, Luceo, emineo. {ἐκφαίνομαι. Ital. *Risplendere.* Gal. *Resplandir, reluire.* Hisp. *Resplandecer.* } Sueton. in Tit. Vesp. cap. 2, In puero statim corporis animique dotes explenduerunt: magis ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia.

Expleo, ples, Impleo, exatio. {ἐμπλήθω, ἀναπίμπλημι. Ital. *Satiare, empire, compire.* Gal. *Remplir, combler, assouir, comenter.* Hisp. *Hinchir, hartar.* } Cic. de Orat. Neque inferciens verba, quasi rimas expleat. Virgil. lib. 4. Georg. Improbus ingluuiem ranisque loquacibus explet. Sallust. Neque prius iugulandi finis fuit quàm Sylla omnes suos diuitiis expleuit. ¶ Interdum compleo, perficio. Virgil. 6. Aene. Discedam, explebo numerum, reddárque tenebris. Plin. lib. 36, Vlcera eorũ purgant leniter, explẽtq; cicatrices, & emendant. ¶ Interdum consolor. Terent. in Heaut. Hem tot mei solius soliciti sunt causa, vt me vnum expleant. ¶ Interdum exonero: nam ex, quandoque priuatiua est. Ennius, Nauibus explebant sese, terrisque replebant. Vide Seruium. Explere animum curis, pro exonerare. Terentius in Hecyra, Exple animum, téque hoc crimine expedi. ¶ Explere animum, pro satisfacere animo. Terentius in Andr. Dum tempus ad eam rem tulit, fuit animum vt expleret suum.

Expletus, participium. {πλήθω, πίμπλημι. Ital. *Pieno, fornito, perfetto.* Gal. *Rempli, plein, parfait.* Hisp. *Henchido, lleno, perfecto.* } Cic. 2. de Finib. Habes vndiq; expleram, & perfectam Torquate formam honestatis.

Expletio, onis. {ἀναπλήρωσις. Ital. *Empimento, perfettione.* Gal. *Rempliſſement, perfection.* Hisp. *Henchimiento, perfecion.* } Cic. 5. de Finib. In eáque expletione naturæ summi boni finem consistere.

Explementum, ti, ἀναπλήρωμα. Idem. Senec. Epist. 111, Si scieris cacumina arborum, explementum esse ventris.

Explebilis, le, Quod expleri potest. {ἐμπλήθω. Ital. *Cosa che si può empire, contentare.* Gal. *Ayse à remplir, assouir & contenter.* Hisp. *Cosa que se puede henchir y contentar.* } Cic. 4. Tusc. Indigentia, libido explebilis.

Explenunt pro explent, scripserunt veteres, vt annotauit Fest. Põpeius.

Explico, as, explicui, & explicaui, explicitum, & explicatum, Significat extendere atq; euoluere: & propriè de iis rebus dicitur quæ plicis inuolutæ sunt. {ἀναπτύσσω. Ital. *Disuolgere, spiegare.* Gal. *Desployer, estendre, mettre en large.* Hispa. *Desplegar.* } vt, Explicare vestes, Cic. Explicare velum, Plaut. Explicare plagas, Martial. ¶ Dicitur & de aliis rebus. Virgil. 2. Georg. Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes. Martia, de pauone, lib. 13, Mirantis quoties gemmantes explicat alas. Ouid. -atque explicat ensem. ¶ Explicare aciem, siue ordines, siue agmen, dicuntur Imperatores quum milites suos in patentem locum exponũt ad concertationem ineundam. Liu. 4. ab Vrbe, Planicié in medio non paruis modò excursionibus ad prælia, sed vel ad explicandas vtrinq; acies tuis amplam habebant. ¶ Explicare literas, siue epistolam, pro aperire, & clausam reserare, apud Ciceronem ad Quintum Fratrem, lib. 3. Sic Explicare volumen. P. Bembus, Itaq; libros singulos excutiens, in volumen incidit sepositum, nec satis explicatum epistolarum. ¶ Explicatam esse vrbem in plano loco, pro dispositam esse & descriptam. ¶ Explicare & diffundere vmbram, id est reddere. Martial. lib. 1. Claudia diffusas vbi porticus explicat vmbras. ¶ Explicare negotium aliquod, siue mandatum, pro absoluere, expedire, exequi. Explicare se laqueis, & periculis, pro liberare. ¶ Explicare annonam. hoc est ampliare, & faciliorem reddere. Cæsar lib. 2. bel. Gall. Legiones quartam decimam & sextam & ex hybernis ab Arari educit, quas ibi explicadæ rei frumentatiæ causa relictas superiore commentario demonstrauimus. Id est, vt per eos faciliorem haberent rem frumentariam. ¶ Transfertur etiam ad res obscuras & difficiles, & pro explanare, atq; clarius reddere ponitur. {ἀναπτύσσω, ἀναφωνίζω. Ital. *Dichiarare, esponere, esplicare.* Gal. *Expliquer, declarer.* Hisp. *Declarar lo escuro.* } Cic. ad Attic. lib. 15, Quòd me hortaris vt eos dies consumam in Philosophia explicando. id est in scribendo aliquid planius in Philosophia. Ad eundem, lib. 10, Meas cogitationes omnes explicaui tibi superioribus literis.

Explicitus, penult. corr. patticip. {ἀπηρτισμένος, διηκριβωμένος. Ital. *Perfetto, fornito.* Gal. *Exposé, accompli, achevé, parfait.* Hisp. *Expuesto, acabado y perfecto.* } Cic. Atti. lib. 9, Quanquam à te eius quoque rei iusta defensio est explicita. hoc est explicata & explanata. ¶ Explicitus liber, pro absoluto. Martial. lib. 14, Quo vis cunq; loco potes hunc finire libellum, Versibus explicitum est omne duobus opus.

Explicitus, comparat. ab explicitus nomine. Cæs. 1. bel. Ciuil. Sed expropositis consilius duobus, explicitius videbatur ad Ilerdam reuerti.

Explicatio, verbale, Explicandi actus. {ἀναπτύξις. Ital. *Spiegamento.* Gal. *Desployement.* Hisp. *Aquella desplegadura.* } vt, Rudentis explicatio, Cic. 1. de Diuin. ¶ Explicatio, declaratio. δήλωσις. Cic. 5. de Finib. Multúmq; ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit.

Explicatus, us, aliud verbale eiusdem significationis. Cic. de Nat. deorũ, lib. 3, Quibus non vulgaris in cursu gradus: sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Idem, Hæc ferè dicere habui de natura deorum, non vt eam tollerem: sed vt intelligeretis quàm esset obscura, & quàm difficiles explicatus haberet.

Explicator, toris, Qui aliquid explicat aut exponit. {ἐξηγητὴς, διηγητὴς. Ital. *Chi dichiara & fa intendere.* Gal. *Qui declare & donne à entendre.* Hispa. *Declarador, el que declara lo escuro.* } Cic. in Orat. At laudatus est ab omnibus, fateor: sed ita vt rerum explicator, prudens, seuerus, grauis. non vt in iudicijs versaret causas, sed vt in historijs bella narraret.

Explicatrix, fœm. gen. {ἐξηγητικὴ ἔμπειρα. Ital. *Donna che dichiara.* Gal. *Celle qui declare & donne à entendre.* Hispa. *Declaradora, la que declara.* } vt, Explicatrix orationis perpetuæ, est vis dicendi. Cic. 1. Acad.

Explicabilis, cabile. {δηλωτὸς. Ital. *Facile da dichiarare.* Gal. *Facile & aisé à declarer & expliquer.* Hisp. *Cosa que facilmente se puede declarar.* } vt, Explicabilis mensura. Plin. lib. 4. cap. 13, Toto autem hoc mari ad Scaldim vsque fluuium Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.

Explicatè, aduerbium, pro clarè & aperté. {δήλως. πρόδηλως. Ital. *Chiaramente, apertemente.* Gal. *Clairement, apertement.* Hisp. *Claro y desplegadamente.* } Cic. 3. de Orat. Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus & verbis dicunt.

Explodo, explodis, pen. prod. explosi, explosum: Ab ex & plodo, significat cum sono eicio, quod fit quum rem quæ non placuit, clamore, & gestu, ac strepitu damnamus. {ἐκσυρίττω. Ital. *Cacciare via con strepito.* Gal. *Chasser & mettre hors en claquetant des mains.* Hisp. *Patear en desfauor, echar con estruendo.* } Cic. 1. de Orat. Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri video: (tenet enim res ipsa, atque causa) vt Aesopum, si paulum irraucuerit explodi. Idem pro Cluent. Te verò illud idem quod tum explosum & eiectum est, nunc retulisse demiror. Cice. 2. de Diuin. Sed hoc genus diuinationis vita iam communis explosit.

Exploro, explotas, pen. prod. Antiqui vtebantur pro exclamo, siue eiulo. {ἀναβοάομαι. Ital. *Gridare.* Gal. *Crier.* Hisp. *Gritar.* } Varro, Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Festus Pompeius, Exploro antiqui pro exclamate vsi sunt: sed postea prospicere, & certum cognoscere, cœpit significare, & sagaciter inquirere. {κατασκοπῶ, κατασκοπεύω. Ital. *Cercare con diligenza.* Gal. *S'enquerir soigneusement, guetter.* Hispan. *Buscar, espiar.* } Virgil. lib. 1. Aeneid. Vt primùm lux alma data est, exire, locósq; Explorare nouos, quas vento accesserit oras, Quærere constituit. Plin. in Epist. Locus suspectus, & mollis: quem ego interim explorari modico impendio iussi, an recipere, & sustinere opus possit. ¶ Interdum idem est quod obseruare. Virgil. 9. Aeneid. Necnon & trepidi Troes formidine portas Explorant. ¶ Interdum deliberare, σκοπεύω. Virgil 1. Aeneid. -tuus ô regina quod optas Explorare labor. ¶ Interdum siccare. Idem lib. 4. Georgic. Et suspensas focis explorat robora fumus.

Exploratus, nomen ex participio, Significat certum. {δεδοκιμασμένος, πιστός. Ital. *Cosa certa, indubitata.* Gal. *Certain & asseuré.* Hisp. *Cosa cierta y no dudada ni dudosa.* } vt, Explorata salus: cuius contrarium, Salus deplorata. Cice. ad Appium, Vt consolarer fortem virum atque sapientem, quàm vt exploratam spem salutis ostenderem, &c. ¶ Exploratum est mihi, vel exploratum habeo, id est certò scio, liquidò noui. Cic. de Senec. Quis est tam stultus, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperam vsque esse victurum? Idem Attico, Quid enim exploratius esse possit, quàm illius animus in Rempublicam? Idem post Reditum, Quum mihi esset exploratissimum P. Lentulum proximo anno Consulem futurum. Idem Attico, Cæsarem hoc idem probaturum exploratum habeo.

Explorate, aduerbium, Hoc est certò. {βεβαίως, δεδοκιμασμένως. Ital. *Certamente, veramente.* Gal. *Certainement, veritablement.* Hisp. *Ciertamente, en verdad.* } Cic. ad Qu. fratrem, Hæc ita sentio, iudico, ad te explorate scribo. Plancus ad Senatum, Non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate iudicare volumus.

Explorator, penult. product. Verb. {ὁ δοκιμαστής, ἐξερευνητής, σκοπός, κατάσκοπος. Ital. *Spione, investigatore.* Gal. *Espion, vne guette ou espie, guetteur.* Hisp. *La espia ò assechador de los enemigos.* } Qui explorat & obseruat, Cæsa. 1. Bel. Gal. Plaut. Pseud. Exploratorem hunc ludo faciamus suppositicium. Plin. lib. 16. cap. 9. Scribit in recenti ad duces explorator &c.

Explorato, ablatiuus participij absolutè positus. Tacit. lib. 18, Et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, vtque affirmatur, non insomnem egit, id est postquam exploratum est illi, & cognitum.

Expolio, as, are, Idem quod simplex spoliare. {ἀποδύω, σκυλεύω. Ital. *Spogliare.* Gal. *Despouiller, desgarnir, oster.* Hisp. *Despojar.* } Cic. pro Deiotaro, Quo tum erga te rex animo fuit, qui auxionatus sit, seseque & filium suum expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non submiſtrare? Expoliare honorem & dignitatem Cæsaris, Cæsar 8. belli Gall.

Expolio, lis, lire, Exornare, absoluere, extremam manum imponere. {κοσμῶ, ἀποτελῶ, κατασκευάζω. Ital. *Polire, adornare.* Gal. *Polir & acomplir pour le dernier.* Hisp. *Mucho polir.* } Plaut. in Milite, Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas. Cice. de Inuentione, lib. 2, Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit.

Expolitus, participium. {ἐξησκημένος, ἐξηκριβωμένος. Ital. *Polito, lisciato.* Gal. *Poli, acoustré.* Hisp. *Mucho polido.* } Pictum atque expolitum orationis genus. Cice. in Orat. Dens expolitior, Cato. Libellus pumice expolitus, Idem.

Expolitio, onis. {ἐξησκημένη. Ital. *Essa polire, lisciare.* Gal. *Poliſſement, poliſſure.* Hisp. *Policia, obra de pour.* } Cic. ad Qu. fratrem, Vrbanam expolitionem vigere ille quidem & Philotimus, &c.

Expono, nis, pen. prod. nere, Ab ex, & pono, Emittere, & quasi extra ponere. {ἐκτίθημι. Ital. *Mettere fuori.* Gal. *Exposer, mettre en vn lieu & laisser ia.* Hisp. *Poner de fuera.* } vt, Exponere vasa, Cic. Exponere in Sole fœnum, vt ficescat, Columella. Exponere in terram copias, Liuius. Exponere ex nauibus milites. Cæsar. Et Virgil. 11. Aeneid. -socios de puppibus altis Pontibus exponunt. Plaut. in Truc. Nunc ego istos mundulos, vrbanos amasios Hoc ictu exponã. ¶ Aliquando significat abiicere, & forti ac fortunæ cõmittere. Vnde infantes abiecti, & commissi fortunæ, expositi dicuntur. Terent. in Heaut. Quum exponendam do illi, de digito anulum detraho, & cum dico vt vnà cum puella exponeret. Liu. 1. ab Vrbe, In proxima alluuie vbi nunc ficus ruminalis est, pueros exponunt. Plaut. in Cistel. Dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem. Plin. Iunior, Epistola omnibus commendationibus destituta, mali guitari interpretantium exponitur. Cic. 3. Verr. Quæ

tibi

tibi expofita eſſet omnis Pamphylia ad prædandum. ¶Aliquando ſignificat declarare, explicare, interpretari. {ἐξηγεῖσθαι, δηλοῦν, ἐκτιθέναι. Ital. *Dichiarare.* Gal. *Expoſer, declarer.* Hiſ. *Declarar lo eſcuro.*} Cic. 1. Philip. Antequam de Repub. ſcribam, P. C. exponam vobis breuiter conſilium profectionis, & reuerſionis meæ. ¶Ponitur etiam interdum pro expendo. ἀναλίσκειν καὶ δαπανᾶν. Solinus, Quum magnam is pecuniam expoſuiſſet.

Expoſitio, onis, Idem quod explicatio. {ἐξήγησις. Ital. *Dichiaratione, eſpoſitione.* Gal. *Declaration, expoſition.* Hiſpan. *Declaracion de lo eſcuro.*} Autor ad Herenn. lib. 1, Narratio defenſoris breuem & ſimplicem expoſitionem habere debet.

Expoſititius, Adiect. ἐκτιθέμενος. Qui eſt abiectus vt pereat. Plaut. Ruettar ad illam puellam expoſititiam.

Expopulor, atis, Idem quod ſimplex populor. {διαρπάζω. Ital. *Depredare.* Gal. *Deſpeupler, piller.* Hiſp. *Robar y deſtroyr el campo.*}

Expopulatio, onis, verbale. {ἐξαλάωσις. Ital. *Saccheggiamento.* Gal. *Saccagement, depeuplement, deſgaſt.* Hiſp. *Robamiento aſsi.*} Colum. lib. 3. cap. 2. Pluuiis, ventiſque, & apibus afferunt prædam: quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Exporrigo, is, vel per ſyncopen Exporgo, Significat extendere, quaſi porrò agere. {παρατείνειν. Ital. *Sporgere, eſtendere, allargare.* Gal. *Eſtẽdre, eſlongier, ou eſlargir.* Hiſp. *Eſtender lo encogido.*} Hirci. 5. bel. Africani, Poſtero die eorum aciem propius inſtruit exporrigere munitiones. Plautus Pſeud. Exporgi melius eſt lumbos, atque exurier. ¶Exporrigere frontem, eſt hilareſcere: ſicut contrahere frontem, eſt tingi. Terent. in Adel. Da te hodie mihi: exporrige frontem.

Exporto, as, are, Extra portare, auferre. {ἐκφορεῖν. Ital. *Portar fuori.* Gal. *Porter dehors, emporter, tranſporter.* Hiſp. *Llenar afuera.*} Cic. 6. Verr. Per iſtos quę volebat, in naue clàm imponenda, occultè exportãda curabat. Exportare ex oppido, Cic. 6. Verr. Ex prouincia ſecũ exportare, Idem 7. Verr.

Expotatio, onis. {ἡ κρυφὴ ἐξαγωγή. Ital. *Eſſo portare fuori.* Gal. *Tranſport, emportement.* Hiſp. *Aquella obra de llenar fuera, llenamiento.*} Cic. 1. Offic. Iam verò earum rerum quibus abundaremus, exportatio: & earum quibus egeremus, inuectio certè nulla eſſet. ¶Exportatio, pro exilio. Seneca de Tranqui. vitæ, Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, & loca patritia comitentur, & ſordes, & exportatio, &c.

Expoſco, is, Eſt enixè, & cum inſtantia aliquid peto. {ἐξαιτέω. Ital. *Dimandare con inſtanza.* Gal. *Demander inſtamment, requerir.* Hiſpan. *Demandar à pedir mucho.*} Cic. pro Milo. Miſericordiam ipſe non implorat, ego autem repugnante hoc & imploro, & expoſco. Virgil. 3. Aeneid. Sed votis precibúſq; iubent expoſcere pacem. ¶Expoſcere, vel depoſcere aliquem, eſt petere eum ad pœnam dedi. Liu. 8. bel. Macedo. Legatos deinde miſit ad depoſcendos autores defectionis. ¶Expoſcit audire. Virgil. 4. Aen. Iliacóſq; iterum demens audire labores Expoſcit.

Expoſtulo, as, pen. corr. Vehementer peto. {ἐξαιτέω. Ital. *Dimandare con inſtanza.* Gal. *Faire requeſte à aucun, le requerir & prier, demander inſtamment.* Hiſp. *Demandar con inſtancia.*} Cic. pro Qu. Roſcio, Vix mediusfidius, tu Panni hoc à Ballione expoſtulare auderes? Sępius tamen accipitur pro conqueror cum eo ipſo qui fecit iniuriã, & cum querela amico inſto, & quaſi officium amicitiæ deſidero. {ἐγκαλῶ, διαμέμφομαι. Ital. *Lamentarſi.* Gal. *Se plaindre.* Hiſp. *Quexarſe de alguno, querellarſe.*} Terent. in Adel. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero qui ita putant Sibi fieri iniuriam: vltrò ſiquam fecere ipſi, expoſtulant, Et vltrò accuſant. Habet autem ferè poſt ſe ablatiuum perſonæ, mediante præpoſitione cum, aut (quod perinde exiſtimari debet) has particulas, mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum. Cice. lib. 1. Epiſtol. Sed locus alienus videtur tecum expoſtulandi. Nonnunquam præter hunc ablatiuum perſonæ, habet & ablatiuum rei de qua quis expoſtulat, idq; mediante præpoſitione de. Cic. Metel. Cel. Lenis & facilis à te exiſtimari debeo, qui mihi tecum de his ipſis rebus expoſtulem. Loco cuius tamen ablatiui nonnunquam legitur accuſatiuus dependens à præpoſitione ob, vel propter ſubaudita: quod frequens eſt apud Comicos. Terent. in And. -ſed quid agam? Adeámne, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem? hoc eſt propter hanc iniuriam.

Expoſtulatio, verbale, Querela aduerſus illum ipſum qui peccauerit. {ἐξαίτησις, αἰτίαμα, ἔγκλησις, μέμψις. Ital. *Querela di danno ricevuto.* Gal. *Requeſte, plainte contre aucun du tort & iniure qu'on nous a fait.* Hiſpa. *Aquella obra de quexarſe de alguno, querimonia.*} Cic. ad Qu. frat. lib. 2, Fuere nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio.

Expoſtulator, Qui expoſtulat. ἐξαιτητής.

Expotus, Veteres dixerunt pro epotus. Plaut. in Trinummo, Quid factum eſt eo? s. Comeſum, expotum, exutum, elotum in balneis.

Exprimo, mis, pen. corr. Premendo extraho, & elicio. {ἐκθλίβω, ἐκπιέζω, ἐκθλίβομαι. Ital. *Eſprimere, ſpremere di ſorte che ne eſca il liquore.* Gal. *Exprimer, eſpreindre.* Hiſp. *Exprimir.*} vt, Exprimete oleum, exprimere liquorem. Plin. lib. 14, Expreſſo vino infunditur aqua vinaceis. Idem lib. 18. ca. 9, Dein liquatæ per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis, id eſt traſcolantur. ¶Aliquando declaro, manifeſto. {δηλοῦν, ἐκφαίνειν. Ital. *Dichiarare.* Gal. *Declarer.* Hiſp. *Declarar.*} Plin. in Epiſt. Poſſumus apud Pruſenſes area, quam vacare ſcribis, vti: illud tamen parum expreſſiſti. ¶Aliquãdo repræſentare, aſſimilare, effingere. {ἐκμιμεῖσθαι, ἐκτυπόω. Ital. *Rappreſentare, ritrar naturalmente.* Gal. *Repreſenter, tirer au vif.* Hiſp. *Repreſentar.*} Plin. in Epiſt. Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, vt facies noſtra ab optimo quoq; artifice exprimatur, nonne debemus, &c. ¶Exprimere inter alia etiam hoc ſignificat, vi & neceſſitate impetrare & offerre: quod & extorquere dicimus. Cice. pro Quint. Extorquendum eſt inuito: atque ingratis quod non debet, eripiendum atque exprimendum eſt, de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. ¶Exprimere formulas, pro conficere. Cic. pro Roſc. Com. Expreſſæ ſunt enim ex vniuſcuiuſq; damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicæ à Prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur.

Expreſſus, a, um, nomen ex participio. {ἐκτυπωτός, ἐκμεμαγμένος. Ital. *Ritratto naturalmente, molto ſimile al naturale.* Gal. *Tiré & fait au vif, exprimé ſur vn patron naifvement.* Hiſp. *Repreſentado.*} Cic. pro Cælio, Habuit enim ille, ſicuti meminiſſe vos arbitror, permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum. Idem Lentulo, Hæc profectò vides quantò expreſſiora, quantóque illuſtriora futura ſint. Plin. Epiſt. 100, Quia omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius.

Expreſſio, verbale, quo Plin. & Celſus in ea vtuntur ſignificatione in qua barbari medici *Colaturam* vſurpant, {ἔκπιεσις. Ital. *Eſpreſſione.* Gal. *Eſpreinte.* Hiſp. *Obra de eſprimir.*}

Expreſſe, aduerb. Manifeſtè, apertè. {ἐκτύπως. Ital. *Chiaramente, eſpreſſamente.* Gal. *Expreſſement, evidemment.* Hiſp. *Expreſſa y claramente.*} Plin. in Epiſt. Vt mihi Attilius noſter expreſsè dixiſſe videatur, ſic in foro pueros à centumuiralibus cauſis exolicari, vt ab Homero in ſcholis.

Exprobro, bras, pen. corr. Quæ aliis præſtiti commemorans impropero. {ὀνειδίζω. Ital. *Riprouerare, gittare in occhio.* Gal. *Reprocher, ietter à home & reproche.* Hiſpa. *gaſcarar à dar en deuueſto, improperar.*} Terent. in Andr. Nam iſthæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Cic. de Amic. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. Sumitur tamen pro qualemcunque culpam obiicere. Ouid. lib. 12. Metamorph. trepidóque fugam exprobrauit amico. Plaut. in Capt. Pergin' ſeruum me exprobrare eſſe, quod vi hoſtili obtigi? ¶Aliquando eſt obiicere culpam non verbis, ſed re, & aliquo facto. κακίζειν, κακῶς τινὰ ποιεῖν, κακίζειν. Plin. in Epiſt. Nam mala emptio ſemper ingrata, eo quòd exprobrare ſtultitiam domino videtur.

Exprobratio, Verbal. {ὀνείδισις, ἐπονείδισις. Ital. *Riuſcicimento.* Gal. *Reproche.* Hiſp. *Aquella obra de gaſherir y dar en deuueſto, gaherimiento.*} Plin. li. 19. ca. 4, & Terent. Andr. -nam iſtæc commemoratio Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Eſſe in exprobratione. id eſt vitio verti. Plin. Nãgari deſiderio etiam erant in exprobatione.

Expromitto, is, ere, Eſt pro alio promittere, hoc eſt fideiubere. {ἐγγυᾶσθαι. Ital. *Promittere per altro.* Gal. *Promettre & s'obliger pour vn autre, ſe rendre pour luy, le pleger.* Hiſp. *Prometer por otro.*} Vlpi. de Iure dot. Debitor mulieris iuſſu eius pecuniam viro ſuo expromiſit. Idem de Donation. Siquis ſeruo ſuo grandem pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiſerit.

Expromiſſor, Fideiuſſor, ſpónſor. ἐγγυητής. Pompon. de Verb. oblig. Satis acceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, vt expromiſſores quoq; ab eo petantur. Expromiſſores ſunt hi qui pro eo promittunt qui ipſe efficaciter obligatus non eſt: vt qui pro ſeruo promittit centum domino, ſi eum manumiſerit: nec enim eum ſeruo contrahitur vera obligatio. Quo verò expromiſſor à mandatore, fideiuſſore, ſponſore, conſtitutore, & principaliter obligato differat, annotatum eſt in Authent. De fideiuſſo. in princ. Accedit §. Satis acceptio. l. 5. ff. de Verb. obliga. & l. Siquis accepto. de Condic. ob cauſ. Spiegel.

Expromo, mis, pen. prod. Extra promere, efferre, in medium proferre. {ἀποφέρω. Ital. *Trar fuori, producere.* Gal. *Tirer hors, produire, mettre hors.* Hiſp. *Sacar afuera.*} Plaut. in Mil. Neque equidem heminas octo expromſi in vrceum, Varr. 2. de Re ruſt. cap. 2, Quum emptor dixit, Tanti ſunt mihi emptæ: & ille reſpondet, Sunt: & expromſit nummos. ¶Expromere interdũ idem eſt quod eloqui, & animi ſenſa efferre. Cic 4. Acad. Expromam primum illa inuidioſa, quòd eos omnes qui, &c. Liu. 9. bel. Pun. Expromerent quid ſentirent, cum bona venia ſe auditurum.

Expromitur, paſſiuè. Cic. 1. in Catil. Quorum omnis induſtria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur.

Expromptus, participium, In medium prolatus, inquit Donatus. {ἀποφερόμενος. Ital. *Tratto fuori.* Gal. *Tiré hors, produit, mis hors.* Hiſp. *Sacado afuera.*} Terent. in And. -Myſis, nunc opus eſt tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria.

Expugno, as, Pugnando capere, & euincere. {κρατῶ πολέμῳ, ἐκπολιορκῶ. Ital. *Prendere combattendo.* Gal. *Gaigner en bataille guerre, vaincre par force, forcer.* Hiſ. *Tomar combatiendo.*} Terent. Eun. Primùm ædes expugnabo. Cæſ. 4. bel. Gall. Cõpluribus expugnatis oppidis. Cic. 2. Verr. Nihil eſſe tã ſanctũ, quod nõ violari: nihil tã munitũ, quod non expugnari pecunia poſſit.

Expugnatio, onis. {ἐκπολιόρκησις. Ital. *Forzamento, vittoria.* Gal. *Forcement, priſe d'aſſaut.* Hiſp. *Aquella obra de tomar por combate.*} Cic. pro lege Mani. Non multum ab hoſtili expugnatione differant.

Expugnator, toris. {πολιορκητής. Ital. *Forzatore, vincitore.* Gal. *Forceur, vainqueur.* Hiſp. *Vencedor, tomador por combate y por fuerça.*} vt, Expugnator pudicitiæ. Cic 3. Verr.

Expugnabilis, le. {ἁλωτός, ἁλώσιμος. Ital. *Coſa che ſi può vincere.* Gal. *Qu'on peut vaincre.* Hiſp. *Coſa que ſe puede vencer.*} Statius 4. Theb. -& nullo ruis expugnabilis aſtro.

Expumo, as, are, In modum ſpumæ emanare. {ἐξαφρίζομαι. Ital. *Schiumare.* Gal. *Eſcumer, rendre ou jetter l'eſcume.* Hiſp. *Eſpumar echando la eſpuma.*} Celſus lib. 6. cap. 7, Si ex grauedine eſt, purgare autem oportet, & ſpiritum continere, donec inde humor aliquis expumet.

Expungo, gis, Quod ſcriptum eſt deleo. {ἐξαλείφω. Ital. *Cancellare, annullare, caſſare.* Gal. *Effacer & oſter, caſſer, annuller, abolir vne eſcripture.* Hiſp. *Caſſar la eſcripura ò la cuenta.*} Plaut. in Ciſtel. Nunc quod reliquum reſtat, volo perſoluere, Vt expungatur nomen, nequid debeam. ¶Vnde etiam milites expungi dicuntur à militia quum nomina eorum ex albo eraduntur. Et expũcti milites dicti ſunt deleti, & a militia remoti. Plaut. in Cure. Miles pulchrè centuriatus eſt expuncto in manipulo ¶Ex albo iudicum. ἐξαλείφειν, ἀλλογεῖν, ἀποκλίνειν. Perſius Saty. 2, per tranſlationem poſuit pro expelliere, & loco mouere, Pupillúmve vtioam quem proximus hæres Impello, expungam: nanque eſt ſcabioſus, & acti bile tumet. ¶Expungere rationes, eſt vltimam manum calculo imponere. Hermog. de Diuerſ. temp. præſcript. Reipublicæ rationes ſubſcriptæ & expunctæ, aduerſus eum quidem qui adminiſtrauerit, vltra viginti: aduerſus verò hæredem, vltra decem annos retractari non poſſunt. Tracta eſt locutio à more ſupputantium, qui ſemel atq; iterum diſpuncto calculo, vbi minores omnes ſummas in vnam contraxerint, reliqua omnia ſolent expungere. ¶Diſpungere verò rationes (vt ſuo loco dictum eſt) eſt expenſa & accepta conferre.

Expuo, puis, Saliuam, aliúdve quid ex ore eicio. {ἐκπτύω, ἀποπτύω. Ital. *Sputare.* Gal. *Cracher, jetter hors.* Hiſpa. *Eſcopir.*} Plin. lib. 7. cap. 23, Anaxarchus, quum ſimili de cauſa torqueretur, prærioſam dentibus linguam, vnàmque ſpem indicij in os tyranni expuit. Terentius per tranſlationem

tionem in Eunucho dixit, Vbi illam expueret miseriam ex animo.

Expuitio, Verbale, {πτύσμα.Ital. *sputamento.* Gal. *crachement, crachat.* Hisp. *La escopetuna, o escopidura.*} Plin. lib. 23. cap. 1. Et ad expuitionem sanguinis quoque adhibent.

Expurgo, as, Idem est quod purgo, vel perfectè purgo. {ἐκκαθαίρω.Ital. *Purgar.* Gal. *Purger, nettoyer, espurger.* Hisp. *Limpiar.*} Cic. de Clar. Orat. Quo magis expurgandus est sermo. ¶ Expurgare se à criminis alicuius suspitione, est se innocentem probare. Plaut. in Mil. Expurgare volo me. P E. Tûne expurges mihi, Qui facinus tantum, tamque indignum feceris?

Expurgatio, Verbale, {ἐκκάθαρσις, καθάρσιον.Ital. *Purgamento, nettamento.* Gal. *Purgation, nettoyement.* Hispa. *Purgacion, obra de limpiar.*} Expurgationem habere, id est, se purgare. Plaut. Amph.

Exputo, tas, pen. corr. Ab ex, & puto compositum, significat ramos superfluos ex arboribus, vel sarmenta ex vitibus runca resecare. {κτενίσματα πτελέας, κλαδεύω.Ital. *Tagliare, podare.* Gal. *Tailler ce qui est superflu, couper, pouer.* Hisp. *Podar.*} Colum. lib. 11, Palos vna opera cædere, & exputatos acuere centum numero potest. Et lib. 3. cap. 15, Deinde velut veteranam vitem totam exputare, & ad vnam materiam firmissimam redigere. ¶ Per translationem ponitur pro reputare, & mente voluere. ἀναλογίζομαι. Plancus Ciceroni, Quæ mens eum, aut quorum consilia, à tanta gloria, sibi verò etiam necessaria ac salutari auocarint, & ad cogitationem Consulatus bimestris, summo cum terrore hominum, & insula cum efflagitatione transtulerim, exputare non possum, id est apud me perpendere, & ratiocinati.

Exputrefco, is, Apud Plautum in Curc. legitur pro penitus putrefio. {κατασήπομαι.Ital. *Putrefarsi.* Gal. *Se pourrir & gaster.* Hispa. *Podrirse.*} Quin (inquit) tu aliquot dies perdura, dum intestina exputrescunt tibi.

EXQVILIAE, arum, tantum plurale, Mons Romæ, dictus ab excubiis regis Tulli Hostilij, qui hunc collem vrbi adieceit, (vt autor est Liuius lib. 1. ab Vrbe,) & in eum, vt frequentius habitaretur, domicilia suum transtulit. Ouid. lib. 1. Fastorum, Adde quòd excubias vbi rex Romanus agebat, Qui nunc Exquilias, nomine collis habet. Sunt qui ab excolendo, Exquilias dictas volùt, quòd ea pars vrbis quæ antea neglecta iacuisset, à Tullo rege fuerit exculta. Quicquid id est, constat certè per x, & sine diphthongo scribendum esse contra receptum abusum.

Exquilinus, a, um, Quod in Exquiliis est, aut ad Exquilias pertinet: vt Exquilina porta, Mon Exquilinus. Varro, Exquilinus mons septiceps apud ædem Iunonis Luciniæ, vbi ædituus habitare solet.

Exquiro, is, pen. prod. Diligenter inquiro, secerno, eligo. {ζητέω, ἐξιχνεύω.Ital. *Cercare diligentemente.* Gal. *S'enquerir diligemment.* Hisp. *Buscar con diligencia.*} Cic. 4. Academ. Neque nos studium exquirendi defatigati relinquimus. Terent. in And. -nunc ea me exquirere Iniqui patris est. Plaut. in Amph. Te certè heri aduenientem illico & salutaui, & valuisse ne vsque exquisiui.

Exquisitus, a, um, nomen ex participio, Electus, quasi diligenter quæsitus. {ἐξηκριβωμένος, ἐξηρτυμένος, ἐξαίσιος.Ital. *Esquisito, eccellente.* Gal. *Exquis, excellent.* Hispa. *Buscado con diligencia, excellente.*} vt, Exquisita doctrina philosophus: exquisita verba: exquisita opera, ἐξηκριβωμένα. apud Ciceronem. Exquisita ingenia: exquisitæ epulæ, apud Plinium, Tacit. lib. 12, Cæterùm actę principi grates exquisitiore in Domitium adulatione.

Exquisitè, aduerbium, Diligenter. {ἀκριβῶς.Ital. *Con gran considerazione & diligentia.* Gal. *Soigneusement, auec soing & diligence.* Hispan. *Diligentemente.*} Cic. de Clar. Orat. Déque eo crimine accuratè atque exquisitè disputauisset. ¶ Colligere exquisitius aliquas rationes, Cic. 1. Tusc.

Exquisitim, aliud aduerbium. Varro Aiace, vt citat Nonius, Aeger medicos exquisitim conuocabat, vt conualesceret.

Exradico, Vnà cum radice euello. {ἐκῥιζόω.Ital. *Sradicare, suellere insieme con la radice.* Gal. *Arracher, oster.* Hispa. *Desarraygar hasta a la rayz.*} Varro lib. 1. de Re rust. cap. 27, Terram rudem proscindere oportet, quæ sunt ex ea enata prius, quàm ex iis quid seminis cadat, vt sint exradicata. Plura vide in verbo ERADICO.

Exrogo, as, ἀγορεύω. Ex lege veteri aliquid eximo per legem nouã. Festus.

Exsacrifico, as. {ἱερεύω.Ital. *Sacrificare, immolare.* Gal. *sacrifier, immoler.* Hispa. *Hazer sacrificio.*} Cic. 1. de Diuin. ex Ennio, Exsacrificat hostiis balantibus. Antiquum tamen est pro sacrificio immolare.

Exscribo, is, Transcribere, exemplum sumere. {ἀντιγράφω.Ital. *Trascriuere.* Gal. *Transcrire, copier, extraire.* Hisp. *Trasladar escriptura.*} Cic. 3. Verr. Persinde quasi exscribendi potestatem non haberet. Exscribere tabulas, Cic. 4. Verr. Colum. lib. 12. cap. 3, Hæc primò tradidimus, & loca singulis demonstrauimus, & quique sua annumerauimus, annumerata ipsi exscripsimus, eúmque, ammonuimus, &c.

Exscensus, us. {ἐκβασις, ἀποβασις.Ital. *Scendentia.* Gal. *Descente.* Hisp. *Descendimiento.*} Liu. 2. Bell. Pun. Itaque ad Honoseam classe prouecti, exscensu è nauibus in terram facto, quum vi vrbem cœpissent, captámque diripuissent, Carthaginem inde petunt. Ab exscendo Verbale.

Exsignare, Idem quod signare. {σφραγίζω.Ital. *Segnare.* Gal. *Marquer & signer, ou cacheter, contremarquer.* Hisp. *Señalar.*} Liu. 1. ab Vrbe, Eique sacra omnia exscripta exsignatáque attribuit.

Exsordesco, exsordescis, Sordidus, & abiectus fio. {ῥυπαίνομαι.Ital. *Diuenir sordido.* Gal. *Deuenir ord & sale, estre vilené & homi.* Hispa. *Ensuziarse.*} Gel. lib. 9. cap. 2, Cur ergo nos parimur nomen philosophi illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere?

Exta, orum, plurali tantùm numero, & neutro genere, dicuntur viscera in corpore animantis maximè extantia, ex quibus aruspices futura prænoscebant. {ἔντερα.Ital. *L'interiora.* Gal. *Les antrailles.* Hispa. *El asadura.*} Exta (inquit Festus) dicta quòd ea diis proscecentur quæ maxime extant, eminéntque. Plin. lib. 11. cap. 3, Exta homini ab inferiore visceratum parte séparantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur. Virgil. 2. Georg. Pinguíque in verubus torrebimus exta colurnis. Plaut. Aulul. Qui ossa atque pelis totus est, ita cura macet: Quin exta inspicere in sole etiam vino licet, Ita is pellucet, quasi laterna Punica. Cic. 1. de Diuin. Quæ est autem gens, aut quæ ciuitas quę non aut extis pecudum, aut monitis, aut fulgura interpretantium, aut augurum, aut astrologorum, aut sortium, aut somniorum, aut vaticinationum prædictione moueatur? Idem 2. de Diuin. Concedam hoc ipsum si vis, etsi maguam iacturam causæ fecero, si vllam esse conuenientiam naturæ cum extis concesserò.

Extabesco, scis, Tabe conficior, & veluti emarcesco. {ἐκτήκομαι.Ital. *Ammarcire.* Gal. *Deuenir sec & etique, deuenir en langueur & à neant.* Hispa. *Desecarse.*} Cic. 2. Tusc. Refugere oculi, corpus macie extabuit. Cic. 2. de Nat. deorum, per translationé posuit pro euanescere. Etenim, inquit, videmus cæteras opiniones fictas, atq; vanas diuturnitate extabuisse.

Extemplo, aduerbium, idem significans quod statim, siue continuò. {αὐτίκα.Ital. *Subito, incontanente.* Gal. *Soudain, incontinent.* Hisp. *Adesbora, luego.*} Varro lib. 5. de lingua Latina, Extemplò (inquit) id est continuo, quòd omne templum debeat esse cõtinuò septum, nec plusquã vnum introitum habere. Plaut. Amph. -se exercitum extemplò domo Reducturum. Liu. lib. 3. ab Vrbe cond. Secundæque belli res extemplò vrbanos motus excitauerunt.

Extempore, Duæ partes sunt, idem significantes quod ex improuiso, & impræmeditatè. {ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ καιροῦ, καιρός.Ital. *Immantinente, all'improuiso.* Gal. *Tout sur le champ, incontinent.* Hispa. *Subito, y de improuiso.*} Cic. 1. Offic. Quos credimus expedire rem, & consilium extempore capere posse. ¶ Aliquando ex tempore, pro temporis conditione. ἐκ καιροῦ. Cic. lib. 3. Offic. Huius generis quæstiones sunt hæ omnes in quibus ex tempore officium quæritur.

Extemporalis, le, Subitaneũ. {αὐτοσχέδιος, ἀπροσδόκητος.Ital. *Cosa fatta all'improuiso.* Gal. *Soudain, subit, fait à l'improuiste, & sur le champ.* Hispa. *Cosa subita y arrebatada.*} vt, Extemporalis oratio, impræmeditata, Quint. lib. 4. ca. 1. Extemporalis actio, apud eundem, lib. 10. cap. 7, Extemporalis actio frequenter excitatur. Extemporalis Rhetor, qui ex tempore dicit. Martial. lib. 5, Extemporalis garrulitas: & extemporalis temeritas, apud Quintilianum.

Extemporalitas, extemporalitatis, Promptitudo, siue facultas ex tempore aliquid dicendi, faciendive. {αὐτοσχεδιασμός.Ital. *Prontezza fuor di tempo senza considerarui.* Gal. *Proptitude soudaine.* Hisp. *Aquella obra subita.*} Suet. in Tito. cap. 3. Latinæ Græcæque linguæ vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promptus, facilisque, vel ad extemporalitatem vsque.

Extemporaneum, pro subitario accipimus. ἀπροσδόκητον, αὐτοσχέδιον.

Extendo, dis, di, sum, vel extentum, Porrigo, protraho, explico. {ἐκτείνω, παρατείνω.Ital. *Estendere, porgere.* Gal. *Estendre.* Hisp. *Estender.*} Colum. lib. 5, Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur. Liu. Quantum extendere iter posset, in castra properaret. Plin. Epist. 37, Extenderem preces, nisi tu diu rogari nolles. Liu. 7. ab Vrbe, Quum cerneret metu tenendos quos fides non tenuisset, extendere omnes imperij vires Consules delectu habendo iussit. Virgil. 6. Aeneid. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Extensus, participium. {ἐκτεταμένος, ἐκτατός.Ital. *Steso.* Gal. *Estendu.* Hispa. *Estendido.*} Cic. 4. Acad. Cum extensis digitis aduersam manum ostenderat.

Extentus, aliud participium. ἐκτεταμένος. Idem. Cic. 2. de Orat. Per statuas verò quum dixit, & extento brachio paululum etiam de gestis addidit, vehementer risimus. Ouid. de Arte. Hæc mouet arte latus, tunicisque fluentibus auras Excipit, extentos fértque superba pedes.

Extento, tas, are, frequentatiuum. {παρατείνω.Ital. *Estendere spesso.* Gal. *Estendre fort souuent.* Hisp. *Estender mucho.*} Plaut. Bacchide, Quæ te mala crux agitat, qui ad istunc modum Alieno vites tuas extentas ostio?

Extenuo, as, Valde tenue facio, siue continuo. {λεπτύνω, συντρίβω.Ital. *Menmare, assottigliare, estenuare.* Gal. *Attenuer, menuiser, faire menu & deliè.* Hisp. *Adelgaçar lo grueſſo.*} Cic. 2. de Nat. deorum. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitus cibus. ¶ Extenuare mala ferendo, est fortitudine & æquanimitate leniora reddere. Ouid. 3. Trist. Quod potes, extenua, forti mala corde ferendo. ¶ Extenuare rem aliquam verbis, est deprimere, & minorem facere, quàm reuera sit, quod & Latinè dicitur eleuare. ὑφαιρεῖσθαι, ὑφαιρεῖν. Cic. 2. de Offic. Neque verò verbis auget munus suum, si quo forte fungitur, sed extenuat. Sic extenuare causam. Autor ad Herenn. li. 2, Defensor autem causam fuisse negabit, si poterit, aut eam vehementer extenuabit.

Extenuatus, participium, cui opponitur cõcretus. {λεπτυσμένος, λελεπτυσμένος.Ital. *Estenuato, indebolito.* Gal. *Attenué, amoindri, apetiſſé.* Hisp. *Adelgaçado lo grueſſo.*} Cic. 1. de Natura deorum. Exin mari finitimus aer die ac nocte distinguitur: ille que tum fusus & extenuatus sublimè fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. Brutus Ciceroni, Recurri ad meas copiolas: sic enim fere eas appellare possum: sunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessime acceptæ.

Extenuatio, onis. {λέπτυσις, λέπτυσμα.Ital. *Estenuatione, smagrimento.* Gal. *Amoindrissement, rabais.* Hisp. *Adelgaçamiento.*} Cic. 3. de Orat. Significatio, & distincte conesa breuitas, & extenuatio. Contrarium eius est exaggeratio.

Exter, era, erum, pen. corr. Idem quod externus. {ἐξωτερικός, ξένος.Ital. *Straniero, forestiere.* Gal. *Estranger.* Hisp. *Estrangero y de fuera.*} Vnde Statius, Exter honos, dixit pro extraneo.

Extercoro, as, pen. corr. purgo. {ὀκκησκεύω. ὃ κόπρια καθαίρω.Ital. *Purgare, nettare.* Gal. *Purger, curer & nettoyer.* Hisp. *Purgar, alimpiar.*}

Exterebro, ras, pen. corr. Terebrãdo extraho. {ἐκτορνεύω.Ital. *Trauellare, pertugiare.* Gal. *Percer tous outre pertuiser.* Hisp. *Barrenar ò horadar.*} Cic. 1. de Diuin. Itaque ex eo auro quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam. ¶ Per translationem significat aliquid extorqueo. Plaut. in Persa, Nunquam hercle exterebrabis tu, vt sis prior, Quàm ego siem. ¶ Nonnunquam idem quod perquirere, seu persecutari. Varro, Atque omnes adeò perquirit, atque exterebrat artes.

Extergo, gis, exterſi, exterſum, Est tergendo purgare. {ἐκμάσσω μι, ἐκπλύνω.Ital. *Nettare, forbire.* Gal. *Torcher & faire net, essuyer.* Hispa. *Limpiar, enxugar.*} Cato de Re rust. Post diem omnino duodecimum petnas eximito, & salem omnem detergito, & suspendito in ventum biduum, tertio extergito. ¶ Pro eodem etiam dicimus extergeo, per secundam inflexionẽ. Plaut. in Rud. Ita quanto magis extergeo, tutilum, arq; tenuius fit. Cato de Re rust. ca. 162, Die tertio extergeto spongia bene.

Extersus, participium, idem significans quod expolitus. {ἐκπεπλυμένος.

Ital.

Ital. *Forbire, nettare*. Gal. *Forcher, polir & nettoyer, essuyer*. Hisp. *Alimpiado, enxugado*. } Plin. lib. 34. cap. 9, Aera extersa, rubiginem celerius trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungas.

Extermino, nas, pen. corr. Extra terminos eiicio. {ἐκβάλλω. Ital. *Esterminare, cacciare fuori, bandire, cacciare de confini*. Gal. *Exterminer, bannir & chasser hors des fins & limites, pertre, chaster*. Hisp. *Exterminar, encgenar, desterrar, sacar de sus terminos*. } Cic. lib. 3. Offic. Atque hoc omne genus pestiferum, atque iniurium, ex hominum communitate exterminandum est. Exterminare urbe aroue agro. Cic. 1. de Nat. deo. ¶ Exterminare morbum, est abigere, seu depellere. Plin. lib. 31. cap. 10, Regium quoque morbum in vino exterminat potum. ¶ Aliquando exterminare ponitur pro demoliri, & euertere. Cic. post Red. ad Quiri. Itaque neque republica exterminata mihi locum in hac vrbe esse duxi.

Exterminator, verbale, Pro euersore, & destructore accipitur. {ἐξολοθρευτὴς. Ital. *Esterminatore, guastatore*. Gal. *Exterminateur, destructeur, gastem*. Hisp. *Exterminador, gastador*. } Cic. pro Domo sua, Tamen obuersabatur ante oculos exterminatoris sui.

Externo, nas, ab ex, & sterno, Mẽte exturbo, dementẽ facio. {ἐκπλήττω. ἀνόητον ποιῶ. Ital. *Fare impazzire*. Gal. *Mettre hors du bon sens, desesperer, troubler*. Hisp. *Espantar, hazer loco*. } Pacuuius, Sed eccam miseram, quam frequens luctus externauit. Catullus in Argon. Ah miserã, assiduis quam luctibus externauit Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Externatus, participium. {ἐξεπεφόβημένος. ἐξεπλαγμένος. Ital. *Fuori di senno, perduto*. Gal. *Esperdu, hors du sens*. Hispa. *Espantado, hecho loco*. } Catullus, Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris Externata malo? ¶ Equi externati, id est consternati, & perterriti. Ouid. in Ibin. Idem 11. Metam. Sic quæcunque solo defixa cohæserat harum, Externata fugam frustra tentabat.

Externus, a, um, ab extra præpositione, Quicquid ab exteriori parte est. {ἐξωτερικὸς. Ital. *Quello che è dalla parte di fuori*. Gal. *Estranger*. Hisp. *Estraño ò estrangero*. } cui opponitur internus. Vnde externa pars corporis dicitur quæ foris appareat: & externa vis, quæ aliunde ingruit. Liui. lib. 1, Timor deinde Patres incessit, ne ciuitatem sine Imperio, exercitum sine Duce, multarum citrà ciuitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur. Sic etiam externi homines dicuntur exteri, & alienigenæ. Cic. 2. Offic. Homines externos non egere, ornamento est reipublicæ.

Extero, is, pen. corr. Terendo excutio, ex tritura percipio. {ἐκτρίβω. ἀλοάω. Ital. *Consumar fregando, far minuzzole*. Gal. *Vser à force de frotter, oster en frottant*. Hisp. *Trillar, gastar vsando*. } Colum. lib. 2, Quum rursus amplior messis prouenerit, quicquid extetetur, capistrio expurgandum erit. Varro lib. 1. de Re rust. Apud alios exteritur grege iumentorũ inacto, & ibi agitato perticis, quoad vngulis è spica exterantur grana. ¶ Exterere etiam dicimus aciem ferri, pro acuere. ¶ Exterere literam, est eam expungere, & delere. Varr. 2. de Re rust. cap. 1, A' quo pòst Balare dicunt, extrita, e litera, vt fit in multis.

Extritus, participium. ἐκτετριμμένος ῥᾴδιος ἐκφορᾶσαι. Vt ignis extritus. Lucr. li. 5. De fulgure.

Exterus, a, um, sine Exter, à præpositione extra, Quod alibi natum est, vel quod aliunde aduenit. {ἐξωτερικὸς, ἐξωλικὸς. Ital. *Forestiere, d'altro paese*. Gal. *Estranger*. Hisp. *Estranguero y de fuera*. } Cic. in Cati. Exterus hostis, atque longinquus. Virgil. lib. 4, –& nos fas extera quærere regna.

Exterior, Extimus, Vide EXTRA.

Extorraneus, Aduena, quasi ex alia terra. {ἀλλοδαπὸς. Ital. *Straniere, nato altroue*. Gal. *Estranger, né en terre estrange*. Hisp. *Estrangero, de tierra estraña*. } sicut Conterraneus, qui est ex eadem terra: quanuis id nomen parum ab eruditis vsurpetur. ¶ Exterraneus etiam vocatur qui ante tempus natus, vel potius eiectus est: dictus quòd eum mater extorrita eiecerit. Autor Festus.

Exterreo, res, rui, ritum, Idẽ quod simplex terreo. {πτοῶ. φοβίζω. ἐκπλήττω. Ital. *Spaventare, sbigottire*. Gal. *Espouanter*. Hisp. *Espantar*. } Cic. 2. Offic. Et dolorum quum admonentur faces, præter modum plerique exterrentur. ¶ Exterreri metu, Liuius 4. ab Vrbe.

Exterritus, Quod modò pauefactum significat. {ἐκπληκτικὸς. Ital. *Sbigottito*. Gal. *Espouanté*. Hisp. *Espantado*. } Virgil. –plausúmque exterrita pennis Dat tecto ingentem. Idem 3. Georgic. Sæuit agris, asperque siti, atque exterritus æstu. Quo in loco quidam exponunt, exterritus pro inflammatus, & incẽsus. Loquitur enim Poëta de angue, qui nimio æstu sitibundus per agros oberrat. Sed illi nimis longè recedunt à prima significatione.

Extexo, is. Idem quod retexo, hoc est destruo quod textum est. {ἀναφαίνω. Ital. *Disfare quello che è tessuto*. Gal. *Defaire, defaire ou rompre ce qui est fait*. Hisp. *Desfazer, deshazer lo texido*. } ¶ Plaut. in Bacc. per translationem posuit pro auertere quempiam ab eo quod cogitauit, Extexam (inquit) ego eum pulchrè iam si dij volunt.

Extillo, las, lare, Est guttatim effluere. {στάζω. Ital. *Stillare, lambicare*. Gal. *Degoutter, distiller*. Hispa. *Destilar*. } Colum. lib. 12. cap. 48, Sicque triginta dies pati exudascere, atque omnem amurcam extillare. ¶ Extillare lachrymis, est totum in lachrymas dissolui. Teren. in Phorm. Hisce ego dictis illam ita tibi incendam dabo, Vt ne restinguas, lachrymis si extillaueris.

Extimesco, Ab extimeo, valde timeo. {πτήσσω. περιφοβοῦμαι. Ital. *Temer grandemente*. Gal. *Auoir grand peur, craindre fort*. Hisp. *Mucho temer*. } Et modò absolutè accipitur. Terent. in Hecy. Extimui illico. Plaut. in Cistel. Extimuit tum illa. Modò actiuè. Cic. in Catil. Quod igitur adulescentes, & hi quidem non solùm indocti, sed etiam rustici contemnunt, indocti senes extimescent: Cæsar 3. bel. Gall. Quarum rerum omnium nostris nauibus casus erat extimescendus.

Extimulo, Idem est quod simplex stimulo, hoc est veluti stimulis quibusdam incito. {παροξύνω. Ital. *Stimolare*. Gal. *Esguillonner, esmouuoir, inciter*. Hisp. *Herir con aguijon*. } Colum. lib. 6. cap. 27, Id præcipuè armentum, si prohibeas libidines, extimulatur furiis. Plin. lib. 2. cap. 39, Quoties errantium accessu impulsa, aut coniectu radiorum extimulata sunt, &c. Tigris fame extimulata, Ouid. lib. 6. Metamorph. Extimulare aliquem dictis, Ouid. lib. 6. Fast.

Extimulator, {ὁ νυττων, κεντῶν. Ital. *Stimulatore*. Gal. *Esguillonneur*. Hispa. *Heridor con aguijon*. } vt Extimulator acerrimus, Tacit. lib. 3.

Extinguo, guis, ab ex. & tingo: proprie dicitur de iis quæ incensa sunt. {σβεννύω. ἀποσβεννύω. Ital. *stinguere, ammazzare, spegnere*. Gal. *Esteindre*. Hisp. *Apagar como lumbre*. } Plaut. in Asin. Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat, Post id si lucerna extincta sit, nequid, &c. Idẽ in Persa. Da illi cantharum, extingue ignem, si cor vrtur. Caput ne ardescat. ¶ Per translationem verò accipitur pro opprimo, sic tamen vt minorem in se vim habeat quàm opprimo. Cic. in Lælio, Primùm danda opera est ne qua amicorum diffidia fiant: sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur. ¶ Aliquando pro occidere, destruere. ἀναιρῶ. Lactant. lib. 3. Cœlestes animas vnà cum corporibus extinguunt. Idem lib. 4, Iudæorum nomen & gentẽ Vespasianus extinxit id est deleuit. Terent. in Adel. Sen: animam primum extinguetem ipsi, qui illud produxit scelus. id est auferrem. Virgil. 4. Aeneid. Impleßemq; foros flammis natúmq; patrémq; Cum genere extinxem. ¶ Extingui. mori. Cic. de Sene. Extingui homini suo tempore optabile est. ¶ Aliquando est perfectè distinguere. ἀφανίζω. Cic. in Hortent. Quam si inhibueris, qui extingues artificem ab indicio?

Extinctus, participium. {ἀποθανὼν, τεθνεώς. Ital. *Estinto*. Gal. *Estaint, destaint*. Hisp. *Apagado*. } Cic. pro Cornel. Bal. Quum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent. Idem 2. de Nat. deo. Refrigerato & extincto calore occidimus ipsi, & extinguimur.

Extinctor, ctoris. {ὁ σβεννύων. ἀποσβεννύων. Ital. *Chi estingue ò stroggo*. Gal. *Esteigneur, destructeur*. Hispa. *Apagador, destroyador*. } Belli domestici extinctor, Cic. de Aruspic. resp. ¶ Extinctor incendij, Idem ad Pisonem. πυρὸς σβεστὴς. ¶ Extinctor patriæ, Idem pro Sylla.

Extinctio, onis. {σβέσις, ἀπόσβεσις. Ital. *Estintione*. Gal. *Steinte, extinction*. Hispa. *Apagamiento*. } Cic. 1. Tusc. Nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius?

Extirpo, Propiè est vnà cum stirpe euello. {ἐκριζῶ. Ital. *Stirpare, sradicare*. Gal. *Arracher les racines, desracines*. Hispa. *Arrancar de raiz*. } Colum. lib. 2. cap. 2, Et extirpandis radicibus. Martial. lib. 6. Extirpare pilos corporis. ¶ Per translationem accipitur pro funditus extinguo. Cic. de Amicit. Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor, (qui profectò cadit, nisi ex eius animo humanitatem extirpatam arbitremur) quæ causa est vt amicitiã funditus tollamus è vita? Extirpare perturbationes, Cic. 4. Tusc. Extirpare & funditus tollere vitia. Idem de Fato.

Extirpatio, onis, Eradicatio. {ἐκρίζωσις. Ital. *Diradicatione*. Gal. *Desracinement, arrachement ou extirpement de racines*. Hisp. *Arrancamiento hasta à la raiz*. } Colum. lib. 2. cap. 2, Filicis frequens extirpatio vel aratro fieri potest.

Extispices, pen. corr. Dicti sunt haruspices, qui extis inspectis futura prædicunt. ἀπὸ τοῦ σπλάγχνα καὶ ἱερεῖα σκοπεῖν. Varro Sarrano, Te consuiem mihi pelui cedere subfilio, & hostia: sed extispici disputanti relinquo. Cic. 2. de Diuinat. Artificiosa diuinationis illa ferè genera ponebas extispicum, eorúmque qui ex fulguribus ostentisque prædicerent.

Extispicium, & Extispicina. Ipsa extorum inspectio, quæ alio nomine haruspicium dicitur, vel haruspicina. ἀπὸ τοῦ σπλάγχνα καὶ ἱερεῖα σκοπεῖν. Accius in Medea, Principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit.

Exto, tas, extiti, supinum extitum, & nonnunquam extatum: vnde participium extaturus, vel extiturus. Emineo, supersum. {ἐξέχω, ἀναφαίνομαι. Ital. *Stare, soprastare, essere eminente*. Gal. *Apparoistre hors, se monstrer, estre eminent*. Hisp. *Estar, ò estar encima de otra cosa*. } Virg. 3. Georg. Tot pent mole noua, & summis vix cornibus extant. Colum. lib. 5. cap. 10, Fasciculos sarmentorum brachij crassitudinis demittito, ita vt supra terram paulùm extent. ¶ Extare etiam dicitur id quod nondum intercidit. vnde opus aliquod extare dicitur, quod non depetiit. Cic. ad Metel. Iam illud Senatusconsultum quod illo die factum est, ea præscriptione est, vt dum id extabit officium meum in re obscurum esse non possit. Idem, Quæ (vt scis) extat oratio. ¶ Sæpissimè præterea extare accipitur loco verbi substantini esse. Cic. ad Brutum. Quales tibi sæpe scripsi, Consules extiterunt. Idem pro Archia. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos & graues extitisse fateor.

Extaturus, participium. Plinius lib. 17. cap. 22, Extatura etiamnum duabus gemmis.

Extantia, æ. ἐξοχὴ, ὑπεροχή. Colum. lib. 5. cap. 5, Ipsa capita sine vlla extantia, neque aratro, neque bubus obnoxia sunt.

Extollo, is, tuli, elatum, In altum eleuo, educo, effero. {ἐξαίρω. Ital. *Inalzare, accrescere*. Gal. *Esleuer, hausser, extoller*. Hisp. *Ensalçar*. } Plaut. Amp. Denolant angues iubati deorsum in impluuium duo maximi: continuò extollunt ambo capita. ¶ Per translationem accipitur pro exaugere, siue amplificare. Sallust. Iugur. Ita eorum qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum ea verbis potuere extollere præclara ingenia. ¶ Apud antiquos etiam lectum est pro differre. Cæcilius Plotio, vt citat Nonius, Ito intrò, atque isthæc auferte: tamen hodie extollet nuptias.

Extorqueo, ques, torsi, tum, Est tormentis, vel alia quauis vi aliquid elicio, aufero, vel eripio. {ἐξαρπάζω, βασανίζω, σκληραγωγῶ. Ital. *Rapire per forza*. Gal. *Oster par force, tirer & auoir par force*. Hisp. *Sacar atormentando*. } Vnde extorquere veritatem, est adhibitis tormentis veram confessionem exprimere. Donatus, Torquemus homines, extorquemus veritatem. Ad hunc etiam modum dicimus extorquere gladium è manibus, extorquere errorem ex animo alicuius, extorquere, alicui regnum, vel pecuniam. Cic. in Catone, Nec mihi hunc errorem, dum viuo, extorqueri volo. Liuius libro 2, Neque ambigitur quin Brutus, qui tantum gloriæ superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupidine, priorum regum alicui regnum extorsisset.

Extortus, participium. {ἁρπασθὲις. Ital. *Tolto à forza*. Gal. *Osté par force, violentement arraché ou tiré, raui*. Hisp. *Sacado por fuerça*. } Cic. pro Milone, Extorta est cõfitenti fica de manibus. ¶ Extortus, pro excruciato. Senec. Epist. 67, His oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum morsu, aut fractos ruina, aut per longam nervorum contractionem extortos minutatim.

Extortor, toris. {ἁρπαστὴς. Ital. *Chi toglie à forza*. Gal. *Forceur, qui oste par force*. Hispa. *El que assi saca algo por tormentos*. } Qui vi rapit, & aufert. Terent. Phor. Bonorum extortor, legum contortor.

Extortis,

Extorris,tis,Qui est extra terram, id est patriam eiectus. {ἀπόπολις,ἐξόριος. Ital. *Scacciato della sua patria,fuor'uscito.* Gal. *Banni,hors du païs.* Hisp. *Desterrado,fuera de su tierra.*} Cic.4. Verr. Hinc centum patresfamilias extorres profugerunt. Gell. Exul, extorrisque esto. Liu. Extorrem vrbe, domo,penatibus,foro, congressu æqualium. Idem lib.2. ab Vrbe, Ne se ortum eiusdem sanguinis extorrem,egentem ex tanto modò regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos,perire sinerent.

Extra, præpositio separata seruiens casui accusatiuo. ἔξω,ἐκτός. cui contraria est intra. ἔσω. {Ital. *Fuori.* Gal. *Hors.* Hisp. *Defuera.*} Cic.2. de Finib. Et in corpore, & extra esse quædam bona. Idem de Vniuers. Sic in omni modo partes omnes collocatæ sunt,vt nulla pars huiusce generis excederet extra. Idem 1. Offic. Cauendum autem præsertim si ipse ædifices,ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. ¶Extra pro præter,exceptionis gratia,elegantissimè ponitur. Plaut. Amph. Vt mihi extra vnum te,mortalis nemo corpus corpore Contigit,qui me impudicam faceret. Terent. Phorm. Neque cognatus extra vnam aniculam,quisquam aderat. ¶Extra iocum dicebant antiqui, quum quid seriò,non ioco dicere sese velle significabant. Cicc. Trebatio, Sed me hercule extra iocum homo bellus es. ¶Extra quàm, pro nisi, in exceptionibus concipiendis ponebatur. Cic.2. de Inuent. Agit is cui manus præcisa est,iniuriarum: postulat is qui cum agitur, à Prætore exceptionem,extra quàm in reum capitis præiudicium fiat. Vbi Si particula deesse videtur, Extra quàm si, vt Vlpianus in l.1.§. Labeo scribit.ff. De flumin. Sed ita excipiendum ait,extra quàm siquid ita factum sit, vti de lege fieri licuit. Hæc Budæus. Liu.3. Decad.lib.6, Campanos omnes, Attellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quàm qui eorum aut ipsi, aut parentes eorum apud hostes essent, liberos esse iusserunt. ¶Ab extra deducuntur exter, externus, extraneus, extrarius, extrinsecus, extrorsum, εἰς τὰ ἔξω. extremus, extimus, & Extrare verbum obsoletum, quo antiqui vtebantur pro egredi. De quibus mox.

Extraordinarius, ria, rium, Quod præter ordinem fit. {ἐκτακτος, παράτακτος. Ital. *Estraordinario.* Gal. *Extraordinaire, hor la façon accoustumée.* Hisp. *Cosa fuera de orden.*} Cic. ad Brutum, Quare tum & facilitatem & prouidentiam laudabo tuam, quum exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus quos acceperit extraordinariis fore contentum. Idem 7. Verrin. Vt omnia semper quæ iucunda viderent esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. Sic apud eundem Præsidium extraordinarium, potestas extraordinaria, reus extraordinarius, milites extraordinarij. ἐκτακτοι.

Extrarius, a, um, Alienus, aut alienigena, hoc est qui ex ea in qua agimus ciuitate oriundus non est, aut etiã qui ex nostra familia non est. {ἀλλοτριος. Ital. *Straniere, aliено, forastiere.* Gal. *Estranger, de dehors.* Hisp. *Cosa estraña y de fuera.*} Vnde extraneus hæres, apud Suetonium in Claudio Cæsare cap.4, Nec dubium est quid post hæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis sacerdotij honore imperitum: ac ne hæredem quidem, nisi inter tertios, ac pene extraneos, ne parte sexta nuncuparet. ¶Extraneus, & Domesticus, contraria. Cic. Antequam iret in exil. Pax & concordia extraneis gignetur, quum iam domesticis non insideat, sed publicè prouidenti expiatur. ¶Bona extranea, id est externa, neque animæ neque corpori propria: quæ & bona fortunæ dicuntur. Autor ad Heren. lib.4, Hoc pacto non inornate poterimus & in laudando, & in lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis.

Exterior, comparatiuum, sicut ab inferius, inferior, infimus. {ἐκτέρος. Ital. *Più di fuori, esteriore.* Gal. *Qui est plus dehors, exterieur.* Hisp. *Mas adefuera.*} Cic. de Vniuers. Atq; ita quum alterum esset exteriorem amplexus orbem, &c. Plaut. Menæch. Exterior sis, obseruato modo. ¶Comes exterior, id est inferiore indignioréque loco incedens. Horat. 2. Sermo.

Extremus, ma, mum, Vltimus, postremus. {ἔσχατος, ἄκρος. Ital. *Extremo, vltimo.* Gal. *Tout le dernier.* Hisp. *Cosa vltima ò cabera.*} Cic. de Amicitia, Cuius disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum. Virgil. 10. Aeglog. Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. ¶Ponitur nonnunquam pro perditissimo, ac nequissimo, quasi à consortio humanitatis remoto. Virgil. 4. Aeneid. Illam terra parens, ira irritata deorum, Extremã (vt perhibent) Cœo Enceladóque sororem Progenuit. hoc est, pessimam. Seneca, In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia, id est maxima, & vltra quam nulla fit malitia maior. Quod non sine ratione esse videtur, quandoquidem medici affirmant, deteriores cæteris esse qui vltimi nascuntur. Apul. lib.3, Faceor, Quirites, extremos lattrones fugare atque proterere aggressus sum. ¶Extremus etiam aliquando initium alicuius rei significat, autore Sipontino. Plaut. Ab extremo narrare incipiam hoc est à principio.

Extimus, mi, superlatiuum, opponitur citimo. {ἐξώτατος. Ital. *Più vltimo, più indietro.* Gal. *Tout le dernier, & le plus reculé ou eſlongué de tout.* Hisp. *Cosa mas vltima ò cabera.*} Plin. lib.2. cap.78, Iisdem imperia quæ nunquã extimis gentibus fuerint. Extimum promontorium, apud eundem lib.6, cap.28.

Extremò, aduerbium. {ὕστατον, τελευταίως. Ital. *Vltimamente, finalmente.* Gal. *Au dernier, à la parfin.* Hispa. *Vltima y finalmente.*} Cicc. ad Atticum lib.12, Quòd enim scribis extremò, vide ne is ipse locus sit, cuius causa, &c.

Extremitas, mitatis, Est id quod in quaque re extremum est. {ὕστατον, ἔσχατον, τὸ ἄκρον. Ital. *La fine, l'estremo, l'vltimo di qualche cosa.* Gal. *La fin, le bout, le bord.* Hispa. *El fin y cabo de alguna cosa.*} vt, Extremitas circuli. Plin. lib.2. cap.17. Cœli extremitas, Cic. de Vniuersi. Idem 2. de Finib. Hæc non erant eius qui innumerabiles mundos, infinitásque regiones quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragrauisset.

Extrinsecus, pen. corr. aduerbium, Externè, foris, alioqui, ab exteriori parte. {ἔξωθεν. Ital. *Di fuori.* Gal. *Au dernier, à la parfin.* Hisp. *Defuera ò hazia fuera.*} Cicc. 1, de Orat. Adhibita est igitur ars quædam extrinsecus ex alio genere quodam. Varro lib.1. de Re rustica, ca.41, Vt non denudes medullam, ne extrinsecus imbres noceant. Cic.4. Acad. Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines nobis dormientibus.

Extro, as, Verbum obsoletum est quo antiqui vtebãtur pro exeo, quemadmodum nos ingredi dicimus intrare. {ἐξέρχομαι. Ital. *Vscire.* Gal. *Sortir.* Hisp. *Salir afuera.*} Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

Extrorsum, Versus exteriorem partem. {εἰς τὰ ἔξω. Ital. *Verso la parte di fuori.* Gal. *Vers le dehors.* Hisp. *Hazia fuera.*} sicut introrsum, versus interiorem.

Extraho, is, extraxi, extractum, ere, Extra trahere, elicere. {ἐξέλκω. Ital. *Trar fuori.* Gal. *Tirer hors.* Hisp. *Sacar afuera.*} vt, Extrahere serpentes ex tuto: extrahere venena corpori, apud Plinium. Cic. pro Cluentio, Extrahitur domo Oppianicus à Manilio. Liuius lib.6. belli Pun. Ni venirent in Senatum, circa domos eorum ituros se, & in publicum omnes vi extracturos esse. ¶Extrahere diem, est diem consumere, quod & eximere diem dicimus. Cæsar lib.1. belli Ciu. Catone verò acerrimè repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente, vt sui ratio absentis haberetur, &c. Et paulo pòst, Sic triduum disputationibus, excusationibúsque extrahitur. ¶Extrahere aliquem, pro inducere, & vehementer solicitare vt aliquid faciat. Liuius lib.2. bel. Pun. Vulgus etiam extrahere ad Consulatum nitebantur. ¶Extrahere se ex aliquo negotio. Terent. Phorm. Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala, Quæ neque vti deuitem scio, neque quo modo me inde extraham.

Extractus, participium. {ἐκτεταμένος, ἐκτετραμμένος. Ital. *Tirato fuori, differito, prolongato.* Gal. *Tiré hors, differé, prolongé.* Hisp. *Sacado afuera, dilatado en tiempo, alongado.*} Cic. Quintratri lib.2, Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.

Extractorius, ria, rium. ἀφελκυστικός. Plin. lib.24. cap.11, Vulgaris arundo extractoriam vim habet: hoc est vacuatoriam & eductoriam.

Extrico, cas, pen. prod. Verbũ est à tricis deductum. {ἐκκολάπτω, ἐκμαιεύω. Ital. *Districare, disviluppare.* Gal. *Desempestrer, desmesler, desvelopper.* Hisp. *Desembolver ò desenbetrar.*} Sunt autem tricæ capilli, vel aliæ quæuis res tenues quæ gallinarum pedibus nonnunquam adhærent, earúmque gressum impediunt: quauis etiam pro quibusvis rebus minutissimis accipiantur. ¶Est igitur Extricare, explicare, liberare. Plaut. in Epid. Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. Lactant. lib.3, Deniq; multa quoque animalia cum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fuga extricauerint, fiunt postmodum cautiora. ¶Extricare locum aliquem, pro purgare, & mundare. Colum. lib.4, Syluestris ager præcipuè est eligendus, qui etsi fruteris aut arboribus obsessus sit, facilè extricatur.

Extringo, gis, extrinxi, extrictum, gere, Idem quod stringere, à quo est compositum. {συσφίγγω. Ital. *Strignere.* Gal. *Estraindre.* Hisp. *Apretar.*} Cic.4. Acad. Deinde quum paulum digitos extrinxerat, Assentius huiusmodi. Quo in loco, ex vetustis exemplaribus legitur contraxerat, non autem extrinxerat.

Extrinsecus, Extro, Extrorsum, Vide EXTRA.

Extrudo, dis, pen. prod. Extra trudo, per vim expello. {ἐξωθέω. Ital. *Cacciar fuori.* Gal. *Pousser hors, chasser.* Hisp. *Echar fuera forcejando.*} Plaut. Casin. -illæ autem senem Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus: Vel pse illæ ventres distendant suos. Terent. in Hecy. Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit. Plaut. in Aulul. Nam qua nunc me causa extrusisti ex his ædibus? ¶Accipitur etiam nonnunquam pro vendere, vel alienare. Horat. 2. Epist. Laudat venales, qui vult extrudere, merces.

Extruo, is, Aedifico, construo. {οἰκοδομέω, κατασκευάζω. Ital. *Edificare, fabricare.* Gal. *Bastir, esleuer vn monceau de quelque chose, faire vn monsoye.* Hispan. *Edificar ò componer.*} Cæsar. 3. bel. Gall. Omnem eam materiam quæ erat cæsa, conuersam ad hostem collocabat, & pro vallo ad vtrumque latus extruebat. Extruere ædificium in alieno, apud Ciceronem pro Mil. Extruere stramenta in aceruum, apud Colum. lib.6. cap.3. Extruere mensas epulis, & poculis. Cic.5. Tusc. Extruere thermas de marmore, apud Martialem, lib.9.

Extructus, participium. {κατεσκευασμένος, οἰκοδομημένος. Ital. *Edificato.* Gal. *Edifié, bastí.* Hisp. *Edificado.*} Cicc. in Pisonem, Extructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subtrancida.

Extructio, onis. {οἰκοδόμημα, οἰκοδόμησις. Ital. *Edificamento.* Gal. *Bastiment, ouurage.* Hisp. *Aquella obra de edificar.*} Cic.14. Philip. Eáque extructione quæ fit ad memoriam æternitatis.

Extubero, as, Inflor, intumesco, exteresco, & quasi in tuberis formam effigior. {ἐπιφύομαι. Ital. *Gonfiare, enfiare.* Gal. *S'enfler, & eſleuer en façon de bosse.* Hisp. *Hinchar se.*} Plin. lib.21. cap.13, Neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti extuberat. Idem lib.37, Cauæ aut extuberantes videntur viliores æqualibus. loquitur de gemmis. ¶Nonnunquam etiam actiuè ponitur pro tuberibus inæquale aliquid reddere. Senec. lib.6. Natur. quæst. Defert montes, subrigit plana, valles extuberat, nouas in profundo insulas etigit.

Extuberatio. {ἐπίφυσις, ἐπιφύσεις. Ital. *Gonfiatura.* Gal. *Enfleure en façon de bosse.* Hisp. *Hinchamiento.*} Plin. lib.31. cap.9, Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus, hoc est tuberculis per corpus enascentibus.

Extumeo, & Extumesco, Idem quod simplex tumesco, in tumorem redigor. {ἐξοιδέω. Ital. *Gonfiare.* Gal. *S'enfler.* Hisp. *Hinchar se.*} Plin. lib.37. cap.5, Democritus in hoc genere posuit Armenios, & Persicos illos extumescentes pinguiter.

Extumidus, da, dum. {οἰδαλέος, οἰδηματώδης. Ital. *Gonfiato, enfiato.* Gal. *Enflé.* Hispa. *Hinchado.*} Varro 2. de Re rust. cap.51, Hanc esse modicam pro magnitudine segetis, potissimum rotundam, & mediam paulo extumidam.

Extundo, is, tudi, tusum, Vi, vel blanditiis aliquid extorquere. {ἐκτυπόω, ἐκδύνομαι. Ital. *Cacciar per forza onero per preghi.* Gal. *Faire sortir quelque chose à force coups, obtenir par force ou par amour.* Hisp. *Empuxar por fuerça ò por amor.*} Suetonius, Nec vt appeteret, compelli, nisi à matre potui: ea demum extudit magis conuicio quàm precibus. ¶Extundere, studiosè facere. Virgil. lib.8. Aeneid. Lanigerósque apices, & lapsa ancilia cælo Extuderát. Idem 1. Georg. Vt varios vsus meditando extunderet artes. Ita enim legit Nonius, licet ibi nonnulli legant excuderet.

Exturbo, bas, E' loco deiicio, extra turbo, expello. {ἐκβάλλω. Ita. *Scacciare.*

Estre,disturbare. Cal. *Oster violentement de sa place.* Hisp. *Derrocar,ò echar confundendo.* } Cic. pro Cluen. Lectum illum genialem quem biennio antè filiæ suæ nubenti struxerat, in eadem domo sibi ornari, & sterni, expulsa atque exturbata filia, iubet. Plautus in Curcu. Si rectè facias Phædromę, auscultes mihi, atque istam exturbes ex animo ægritudinem. Colum. lib. 8. cap. 17. Et in trãquillo consistens piscis, sedibus suis non exturbatur. ¶ Exturbare calculos, pro eiicere, & expellere. Plin. lib. 20. cap. 10, de asparago loquens, Radix quoque plurimorum prædicatione vrina, & nouo albo potu, calculos quoque exturbat.

Exturbatus, participium. {ἐξωσμένος & ἐξωλισθώς. Ital. *Spinto à forza.* Gal. *Tetté par force, chassé.* Hisp. *Derrocado ò echado por fuerça.* } Catul. Etuit, illa procul radicibus exturbata.

Extusio, is, ire, Tundendo aliquid eiicere. {ἐκθλίβειν. Ital. *Pestare, gettar fuore qualche cosa con tosse.* Gal. *Crachier & jetter hors en toussant.* Hisp. *Echar alguna cosa tosiendo, tos ir.* } Plin. lib. 35. cap. 15, Purulenta quoque extusiónibus, & contra scorpionum ictus. Idem lib. 23. cap. 3. E' radice oleæ quàm tenerimè correx derasus. in melle crebro guttatu medetur sanguiné reiicientibus, & suppurata extussientibus.

Exubero, as, pen. corr. Affluo, abundo: ab adiectiuo vber, quod pleuum, fœcũdum, & fertile significat. {ἐκβλύειν. Ital. *Abondare, superabondare.* Gal. *Abonder, estre abondant & fertile.* Hisp. *Mucho rebossar ò abundar.* } Colum. in Præfat. In Asia Mysiáque densa & glutinosa terra maxime exuberat. Virgil. 2. Georg. -pomisque exuberat arbor. Aliqui per h scribunt, Exhubero.

Exuccus, a, um, Quod est sine succo. {ἄχυμος, ἀπλαγής. Ital. *Secco, senza sugo & humore.* Gal. *Sec, sans suc, sans humeur.* Hisp. *Seco, sin sumo.* } Senec. in Epist. Scis illum infirmi semper & exucci corporis fuisse. Quintil. lib. 12. cap. 10, Vnde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues.

Exudo, as, pen. prod. Veluti per sudorem emitto. {ἀφιδρόω, ἐξιδρόω. Ital. *Sudar, mandar fuori con sudore.* Gal. *Degouter de sueur, rendre sueur.* Hispa. *Sudar, echar alguna cosa sudando.* } Plin. lib. 24. cap. 9. Est autem trium generum: vnum arbor ipsa exudat gummi modo, altetum manat in plaga quum floret. Virgilius verò lib. 1. Georg. -exudat inutilis humor, dixit neutraliter, pro fudando effluit, nouo locutionis genere: nam ipse humor proprie non dicitur sudare, vel exudare, sed id quod humorem emittit. Colum. lib. 12. ca. 48, Quum oliua quicquid habuit amaræ exudauit.

Exuertæ, Purgatio quædam domus ex qua mortuus ad sepulturam ferebatur. quæ purgatio fiebat per euertiatorem, certo genere scopatum adhibito: ab extra verrendo dictæ. Autor Festus. Ἔκκαθάρσεις.

Exuerto, is, exuerti, exuersum, ere, Præuenire, præoccupare. {προφθάνειν. Ital. *Prevenire.* Gal. *Prevenir, anticiper.* Hisp. *Yr delante ò anticipar.* } Plau. Pœn. I in malam rem. M. I tu, & herus tuus. S. Verum enim qui bene eum norit, citò homo exuerti potest.

Exugo, is, pen. corr. xi, ctum, quod & Exungeo, ges, dicitur pro fugendo elicio. {ἐκθλίβειν, ἐκπιέζειν. Ital. *Suggere, succiare.* Gal. *Essucer, sucer tout l'humeur.* Hisp. *Chupar ò mamar.* } Plaut. in Epid. Iam ego me conuertam in hirudinem, atque eorum exugebo sanguinem. Idem in Rud. Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi est. Sed hoc vetustatem redolet. Hodie enim est tertiæ coniugationis. Idem in Pœnulo, Iam nunc ego illi egredienti sanguinem exugam procul. Colum. lib. 4. cap. 24, Sed ab vno latere exugitur.

Exuctus, participium. {ἐκθλιβόμενος, ἐκπιεζόμενος. Ital. *Senza sugo, succiato.* Gal. *Tout essuié sans suc & humeur.* Hisp. *Chupado del todo, sin gomo.* } Gellius.

Exul, lis. Si Nonio Marcel. credimus, dicitur quasi extra solum eiectus. {φυγὰς ἀπὸ γῆς. Ital. *Bandito, ejulo, fuoruscito.* Gal. *Banny, ennuyé en exil.* Hisp. *Desterrado y fuera de su tierra.* } Cic. pro Aul. Cecin. Exilium non est supplicium, sed profugium, portúsque supplicij. Nam qui volunt pœnam aliquam subtes fugere, aut calamitatem, eò solum vertunt: hoc est sedem & locum mutant. Itaque in nulla nostra lege reperietur, apud exteras ciuitates malefícium vllum exilio esse mutatũ: sed quum omnes vincula, neces, ignominiásque vitant quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad arma, in exilium: qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem quàm vitam amitterent. Hæc Cic. Solum (inquit Festus) quin significet locum, quis dubitet: quum exules quoque dicantur loco patriæ suæ pulsi? Cic. pro Domo sua, Hunc tu etiam portentosa pestis exulem appellare ausus es, quum tantis sceleribus esses & factis notatus? Et iterum, Quid enim exui? Ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Apud Iureconsultum, Exules hi proprie sunt quibus aqua & igni interdictum est: cætera non exilia, sed relegationes sunt. Vide sequentia.

Exilium, lij, Patriæ priuatio, & natalis, soli mutatio, legibus Principis vel imperio indicta. {φυγὴ, φυγαδεία. Ital. *Esilio, bando.* Gal. *Exil, bannissement.* Hisp. *El destierro fuera de su tierra.* } Seneca in lib. de Consolatione, Exilium nempe, loci commutatio est. Hanc communionem loci aliquando sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus: quibus detractis, nihil est quod magopere exilium sit perrimescendum, nec commutatio loci onerosa. Assiduus enim est humani generis discursus, & naturalis quædam irritatio animis mortalium ineisse creditur commutandi sedes, & transferendo domicilia. Cic. 5. Tuscul. Exilium credo, quod in maximis malis ducitur. Et paulo pòst, Iam verò exilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quæramus, quãtum demum à perpetua peregrinatione differt? Triplex autem numeratur exilij genus. Nam aut certorum locorum interdictio est: aut lata fuga, vt omnium præter certum locum: aut relegatio in insulam. Erat autem exilium pœna capitalis: & exilio mulctatus, capite damnatus dicebatur. Exulis enim caput de ciuitate eximi dicimus. Quoties autem ciuitas retinetur, relegatio proprie, non exilium dicitur.

Exulo, as, pen. corr. Patria priuatus fum. {φεύγω, ἀπολλύω εἶμαι. Ital. *Essere in esilio, esserne bandito.* Gal. *Estre banny, estre en exil.* Hisp. *Estar desterrado ò fuera de su tierra.* } Et duobus modis dicitur, scilicet de loco in quo exul est, & de quo eiectus est. Terent. in Eunu. Perij, nam domo exulo. Plaut. in Mostel. An id mauis, vt abeat foras verbem, exulétque à patria tua causa tua: Ouidius 3. Trist. -per externas profugus pater exulat oras.

Exulans, exulantis participium. μὲλλων. Cicc. 2. de Diuin. Rex Prusias quum, Annibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat se audere quod extra prohiberent.

Exulcero, as, siue potius, Exulcero. Propriè significat lucus inducere. {ἑλκόω. Ital. *Impiagare, tagliare la pelle.* Gal. *Exulcerer, blesser & entamer la peau.* Hisp. *Llagar, ò causar la llaga ò cortadura.* } Plin. lib. 20. ca. 6, Leprar, lichenas, lentigines exulcerat. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 9. de canibus loquens, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quòd muscæ, ricini, & pulices soleant (si hoc vaginæ non sis vsus) ea exulcerare. ¶ Per translationem accipitur pro exasperare, vel exacerbare. Cic. 2. de Orat. Aut ea quæ sanare nequeunt exulcerant. Idem pro Deiot. Fore putabant, vt in exulcerato animo facile ãqum crimen resideret.

Exulceratio, tionis. {ἕλκωσις. Ital. *Esso ferire, impiegare.* Gal. *Navrure, blessure, entamure de peau.* Hisp. *Llaga, ò obra de causar la llaga.* } Plin. lib. 20. cap. 3. Sed omnium consensu, stomacho vtilissimæ iudicantur, & interaneorum vesicarúmque exulcerationibus.

Exulceratorius, a, um, Exulcerandi vim habens. {ἑλκωτικός. Ital. *Che ha virtù d'impiagare.* Gal. *Qui navre ou à vertu d'entamer la peau.* Hispa. *Lo que llaga ò puede causar la llaga.* } vt, Exulceratorium medicamentum, Plin. lib. 32. cap. 7.

Exulceratrix, cis. {ἑλκωτικὸν. Ital. *Donna che impiaga.* Gal. *Qui entame & navre.* Hisp. *La que llaga ò causa la llaga.* } Plin. lib. 27. cap. 12, Vis ei fluitica, & exulceratrix.

Exulto, as, are, ab ex, & salto, a in i mutata. Significat supra modum exilire, atque efferri, & quasi gestibus saltibúsq; lætitiam, aut etiam alium affectum animi ostendere. {ἐκπήδησις, χαρὰ μεγάλη, κατάχαρα, τὸ ὑπερπηδᾶν. Ita. *Allegrarsi grandemente, saltare.* Gal. *Sauter & treffaillir de joye, s'exalter & glorifier.* Hisp. *Saltar de alegria ò plazer, alegrarse.* } Cicc. lib. de Repub. Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate, aut molestia frangitur. Idem in Catone, Annibalem iuuenilitèr exultantem patientia sua mollierat. hoc est iactantia iuuenili gloriantem. Virgil. lib. 5. -exultantiáque haurit Corda pauor. Cic. lib. 4. de Repub. Quæ sanguine alitur, quæ omni crudelitate fit exultat, vt vix hominum acerbis vulneribus satietur. Quo in loco (vt Nonius interpretatur) accipitur pro læuire: quanuis alij malint ibi pro gaudere, & delectari accipi. ¶ Proptie verò est extra saltare. ἐκθρόσκειν. Virgil. 5. Aeneid. Exultántque vada, atque æstu miscentur arenæ. Plin. lib. 8. cap. 53, E' monte aliquo in alium transilire cupientes, atque recussu permicius, quò libuerit exultant.

Exultatio, onis. {ἀναθόησις, ἀγαλλίασις. Ital. *Gioia, piacere.* Gal. *Santement de ioye, ou autrement.* Hispan. *Aquella alegria.* } Plin. lib. 8. cap. 54, Mutianus luna caua trilles esse quibus in eo genere cauda sit, novam exultatione adorare. Indecora exultatio, Quintil. lib. 2. cap. 2.

Exultantia, tiæ, Idem quod exultatio. Gel. lib. 12. cap. 5, Quum petulantia morbi doloríque exultantia colluctantem.

Exultanter, aduerbium. {σκιρτητικῶς, ἀγαλλιαστικῶς. Ital. *Saltando di contento & gioia.* Gal. *En sautant de joye.* Hisp. *Saltando por alegria, alegremente.* } Plin. Epist. 62, Quum ea potius quæ pressius & astrictius, quàm illa quæ hilarius & quasi exultantius scripsi, possint videri accersita, & inducta.

Exultim, aduerb. Id est exultando, & saliendo. {σκιρτητικῶς, χορευτικῶς. Ital. *Saltando di gioia.* Gal. *En sautant, en treffaillant.* Hisp. *Alegrandose saltando.* } Horat. 3. Carm. Ode 11, Quæ velut latis equa trima campis, Ludit exultim, metuitq; tangi, Nuptiarum expers, & adhuc protervo Cruda marito.

Exululo, as, Valde vlulo. {ἐλελίζω. Ital. *Vrlare, gridar forte.* Gal. *Vrler & crier comme vn loup & telles bestes.* Hisp. *Aullar.* } Ouid. lib. 1. Metam. Territus ipse fugit, nactusque silentia ruris Exululat.

Exululatus, participium, sub voce passiua actiuè significãs. Ouid. 4. Trist. Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus, Dum stupet Idxis exululata iugis.

Exum, Extra sum. {ἔκτος εἰμί. Ital. *Essere fuori.* Gal. *Estre dehors.* Hisp. *Estar y ser de fuera.* } Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitare solebat. Hostis victus, mulier, virgo exesto. Hoc est non introito, quia scilicet ingredi ea sacra prohibebantur.

Exundo, das. Alueum exeo, siue extra alueum vndas effundo. {πλημμυρῶ, ἐκχέομαι. Ital. *Inondare, vscire della ripa.* Gal. *Se desborder, s'escouler par dessus.* Hisp. *Mamar ò rebossar in inquido.* } Plin. lib. 2. cap. 103, In Tenedo insula fons semper à terra nocti hora in sextã ab æstiuo solstitio exundat. Colum. lib. 8. ca. 16, Verum meminisse oportebit, vt tunis per quos exundat pisces, præfigantur æneis foraminibus exiguis cancelli, quibus impediatur piscium fuga. ¶ Transfertur etiam ad alia. Tacitus in Dialogo de oratoribus, Exundat, atque exuberat admirabilis illa eloquentia. Hoc est abundanter affluit.

Exundatio, onis. {πλήμμυρος ῥοή. Ital. *Spargimento, mandatione.* Gal. *Desbordement d'eaues.* Hispa. *Aquella obra de mamar ò rebossar.* } Plin. lib. 19. cap. 3, Negant nasci, nisi exundatione fluminum inuecto semine ab Tiatis.

Exungo, is, ere, Idem quod vngere. {χρίειν. Ital. *Vngere.* Gal. *Oindre.* Hisp. *Vntar.* } Plaut. in Rud. -an te pœnitet In mari quod delasti, ne hic in terra quoque eluam? S. Eluas tu, an exungare siccus?

Exungulo, as, are, Vngues auferre. {ἐξονυχίζω. Ital. *Tagliar l'unghie.* Gal. *Couper ou oster les ongles.* Hisp. *Cortar las vnas.* } Plaut. in Truculi. Hem, tuos exungula, male viuitis.

Exuo, is, exui, exutum, Propriè est indumenta detrahere. {ἐκδύω. Ital. *Spogliare.* Gal. *Despouiller, desfaire.* Hisp. *Desnudar ò vestido, desnudar.* } Lactant. lib. 1. Exuuntur etiam vestibus flagitante populo. Exuere se fortunis paternis, idem est quod spoliare. Liu. lib. 1, Primò se agro paterno, autóq; exuisse, deinde reliquis fortunis. ¶ Sæpe etiã accipitur pro soluo. λύω. Virgil. 2. Aen. Sublúit exutas vinclis ad sidera palmas. ¶ Quandoq; etiam accipitur pro denudo. γυμνόω. Virgil. 5. Aen. -magna ossa, lacertóque Exuit. ¶ Venustissimè verò per translationem accipitur pro depono. Cic. pro Ligario, Nónne humanitatem omnem exuisses?

Exupero, as, pen. corr. ab ex, & supero, Idem quod superare significat, & excellere. {ὑπερφέρω, ὑπερβάλλω. Ital. *Superare, auanzare.* Gal. *Surpasser, surmonter, outrepasser.* Hisp. *Sobrar, vencer, sobrepujar à otro.* } Plaut. in Mil. Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet. Cicc. 4. Tuscul. Quis homo te exuperauit vnquam gentium impudentia?

Exuperantia, pro eminentia. {ἐξοχή, ὑπεροχή. Ital. *Trapassamento.* Gal. *Surmontement, outrepassé, excellence passé.* Hisp. *Aquella obra de sobrepujar, excellencia.*

Universidad de Deusto Biblioteca

cellentia. ¶Cic.5. Tuscul. Nónne omnem exuperantiam virtutis oderût?

Exuperatio, onis. ὑπερβολή, ὑπερβολὴ. Idem. Ad Herenn. lib.4. Significatio est quæ plus in suspicione relinquit, quàm positum est in oratione: ea fit per exuperationem. Et paulo pòst, Per exuperationem quum plus dictum est quàm patitur veritas, augendæ suspicionis causa.

Exuperabilis, le, Qui potest superari. ¶ὑπερβλητὸς, ἀνίκητος. Ital. *Cosa que si può vincere.* Gal. *Qui peut estre surmonté.* Hisp. *Cosa que se puede sobrepujar.* ¶ Statius 1. Thebai. -nec exuperabile diris Ingenium mortale querot. Vallum non exuperabile, Claudianus. ¶Exuperabile, significatione actiua, quod potest superare. Virgil. 3. Georg. -tortósque Ixionis angues, Immanémque rotam, & non exuperabile saxum. Seruius.

Exuperatus, participium. ¶ὑπερβεβλημένος. Ital. *Trapassato, vinto.* Gal. *Outrepassé, vaincu.* Hispa. *Sobrepujado, vencido.* ¶ Lucret. lib.2. Sed citius exduunt grauioribus exuperatæ.

Exurdo, das, actiuum, Surdum reddo. ¶ἐκκωφόω. Ital. *Assordare.* Gal. *Assourdir, faire deuenir sourd.* Hispa. *Ensordar á otro.* ¶ cuius passiuum posuit Valerius Max. lib.21. Græcis actionibus aures curiæ exurdantur, id est obtunduntur. Plin. lib.32. cap.10, Panniculæ flos, si aures intrauerit, exurdat. ¶Exurdare palatum dixit Horatius pro eo quod est sensu gustus spoliare, & stupefacere. Ita enim ait Serm. lib.2, Saty. 8, Feruida quòd subtile exurdant vina palatum.

Exurgo, gis, Idem quod simplex surgo. ¶ἀνίστημι. Ital. *Leuarsi.* Gal. *Se leuer, sourdre.* Hispa. *Leuantarse.* ¶ Plaut. Mostel. Quæso exurge, pater aduenit. Idem Epid. Lumbos extollite, atque exurgite. Cic. pro Cluen. Paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis non necessariæ. Per translationem nonnunquam ponitur pro erigere se, & recreare ex diutina afflictione. ἀνάψυξις. Cic. pro Lege Agrar. Hæc quæ procul erant à conspectu imperij, non solum afflixerunt, sed etiam nequando recreata exurgere, atque erigere se possent, funditus (vt dixi) sustulerunt. Idem ad Atti. Nos autem vbi exurgere poterimus, aut quando? Idem ad Cassium, Autoritate vestra Respublica exurget, & in aliquo tolerabili statu consistet.

Exuro, ris, pen. prod. exussi, exustum, Igne prorsus consumo. ¶κατακαίω. Ital. *Abbruciare.* Gal. *Bruler.* Hisp. *Atuchо quemar.* ¶Cic. in Piso. Epirus exusta, Locri, Phocij, Bœotij exusti. Ex animo exuri. Idem 3. de Nat. deo. Mihi quidem ex animo exuri non potest esse deos. Sed fortè legendum exui, aut erui. Igni exuritur scelus. Virgil. 6. Aeneid. -aliis sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Exustus, participium. ¶κατακεκαυμένος. Ital. *Abbruciato, arso.* Gal. *Bruslé, hasé.* Hisp. *Quemado mucho.* ¶Plin. lib.2. cap.68. Media verò terrarum, qua Solis orbita est, exusta flammis, & cremata. Viuus exustus est, Cic.3. Verr. Ager exustus morientibus æstuat herbis, Virgil.1. Geor.12. Exustus Sole caseus Colum. lib.7. cap.8, Quorum vitiorum primum solet accidere si parum pressus: secundum, si nimio sale sit imbutus: tertium, si Sole exustus est.

Exustio, onis. ¶καῦσις, κατάκαυσις. Ital. *Esso ardere, abbruciamento.* Gal. *Bruslement.* Hisp. *Agnella obra de mucha quemar, quemadura.* ¶ Cic. in Som. Scip. Propter cluuiones exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, &c. Exustio Solis, Plin. lib.14. cap.24.

Exuscito, tas, Idem est quod simplex suscito. ¶ἀνεγείρω. Ital. *Suscitare, far leuare, drizzare, destare.* Gal. *Faire dresser, faire leuer, esueiller.* Hispa. *Despertar.* ¶ Cic. pro Muræna, Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Idem lib.1. Offic. Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. ¶Exuscitare se. Brutus ad Ciceronem, Quare non Octauius est rogandus vt velit nos saluos esse, magis tu te exuscita, vt eam ciuitatem in qua maxima gessisti, liberam atque honestam fore putes.

Exuuiæ, arum, Spolia hosti detracta: ita dicta ab exuendo. ¶ἔνυμα, λάφυρα. Ital. *Spoglie nimiche, & la pelle di una bestia.* Gal. *Despouilles de l'ennemy, & la peau d'vne beste.* Hisp. *Los despojos, como de enemigos y de bestias.* ¶ sicut induuiæ, ab induendo. Cic. pro lege Mani. Quum eum vobis maiores vestri exuuiis nauticis, & classium spoliis ornatum reliquissent. Virgil. 2. Aeneid. -qui redit exuuias indutus Achilli. ¶Et non solùm hominum tegmina, aut vestes dicuntur, sed etiam cæterorum animalium. Virgil. lib.2. Georg. de serpente, Quum positis nouus exuuiis, nitidúsque iuuenta Voluitur. Plaut. in Mostel. Mane castigabit eos exuuiis bubulis.

F



Litera à Prisciano inter mutas numeratur, ab aliis inter semiuocales, eo quòd à vocali incipiat, & in seipsam terminetur. Hæc alio nomine dicta est digamma Aeolicum, quòd duplex gamma imagine referat. Eundem sonum habet quem apud Græcos φ. Vnde etiam dictiones aliquot Græcæ, in Latinorum vsum receptæ, quæ apud illos per φ scribûtur, apud Latinos scribuntur per F. vt, Fama, Fanum, & similia. Vetustissimi hac litera loco aspirationis vti solebant. Dicebant enim Fordeum, trafo, vefo, pro hordeum, traho, veho. Fueruot præterea apud antiquissimos qui loco f vterentur b. Bruges dicentes, pro eo quod posteri fruges dicere maluerunt. Hanc Claudius Cæsar inuersam, vt consonantis vicem voluit præstare: quod etiam hodie in plerisque vetustis monumentis conspiciturnunquam tamen efficere potuit vt omnium consensu reciperetur.

Faba, æ, Genus leguminis, notius quàm vt egeat descriptione. ¶κύαμος. Ital. *Fana.* Gal. *Vne feue.* Hisp. *La haua.* ¶ Terent. in Eun. At enim isthæc in me cudetur faba. ¶Faba Græca λαθύρος dicitur. Plin. lib.16. cap.30. Faba Græca, quam Romæ à suauitate fructus sylnestris quidem, sed cerasorum penè natura, loton appellant. ¶Faba porcina, herba quam vulgus vocábulo deprauato vocat *Insquiamum.* ὑοσκύαμος. Vide Latius in dictione HYOSCYAMVS. ¶Fabarum arrosor, κυαμοστάτης, prouerbiali figura dicebatur qui in creandis magistrambus vendebat sua suffragia, cóque quæstus gratia seduló versabatur in comitiis. ¶Qui circa fabam & salem, σὺν ἅλατι καὶ κυάμῳ. In eos dicebatur qui se simularét, scire quod nescirent. ¶In me hæc cudetur faba, Terent. in Eunuch. Donato interprete, hoc est, In me hæc vindicabitur culpa, In me malũ hoc recidet. ¶Faba nũmus. Dictũ est olim fabis ferri solita suffragia: quod iouniisse Pythagorã existimant, quũ vitaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia hoc lepedissimo tropo significauit M. Tullius lib.6. Epist.1.

Fabula, læ, diminutiuum. ¶τὸ κυάμιον. Ita. *Picciola faua.* Gal. *Petite feue.* Hisp. *Pequeña hana.* ¶ Plaut. in Sticho, Pro opibus nostris satis commodulè, nucibus, fabulis, siculis, &c.

Fabulum, li, pro faba, apud Gellium, lib.4. cap.11, Opinio vetus falsa occupauit & conualuit, Pythagoram philosophum non esitauisse ex animalibus: item abstinuisse fabulo, quem κύαμον Græci appellant. Cic.1. de Diuin. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putant, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam in cibis, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam.

Fabaginus, a, um, adiectiuum, Quod est ex fabis. ¶κυαμινὸς. Ital. *Di faua.* Gal. *De feues.* Hisp. *Cosa de materia de hauas.* ¶ vt, Fabaginum acus, apud Catonem, de Re rust. cap. 54.

Fabarius, a, um, Quod ad fabam pertinet. ¶κυαμικὸς. Ital. *Ciò che à faua si conuiene.* Gal. *Propre & conuenable a feues.* Hisp. *Cosa pertenecciente à las hauas.* ¶ vt, Fabariæ Calendæ, hoc est Calendæ Iuniæ, quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur, teste Macrobio in Saturn. Pilum fabarium, apud Catonem, cap.12.

Fabalia, lium, Sunt stipulæ fabarum, hoc est culmi illi ex quibus siliquæ fabaceæ dependent. ¶κυαμόστρωτα καὶ κυάμων. Ital. *Stopie de faue.* Gal. *Vn fauat de feues.* Hisp. *Las cañas de hauas.* ¶ Plin. lib.18. ca.12, Sed maior pars malunt fabalia maturæ sationis, quàm erimestrem fructum eius. Nam siliquæ, caulésque gratissimi sunt pabulo pecori. Colum. lib.2. Veteres rusticos plerunque dicentes audio, malle se matura fabalia, quàm fructum trimestrem.

Fabalis, & hoc fabale, adiectiuum. ¶κυαμικὸς. Ital. *Fauale.* Gal. *De feues.* Hisp. *De hana.* ¶ vt, Stipula fabalis. Ouid. lib.4. Fastorum. Certè ego de vitulo cinere, stipulámque fabalem Sæpe tuli plena februa tosta manu. Ac paulo pòst declarat quid sit stipula fabalis, sic inquiens, Sanguis equi suffimen erit, vitulíque fauilla, Tertia res duræ culmen inane fabæ. Culmen verò pro stipula vsus est. Sicut autem cinis vituli, & vituli fauilla, res est eadem: sic culmen fabæ, & stipula fabalis: quæ & fabalia substantiuè dicuntur. Plin. lib.22. cap.25, Fabalium etiam siliquarum cinis ad coxendices, & ad neruorum veteres dolores, cum adipis suillì vetustate prodest.

Fabacia, fabaciæ, A' veteribus dicebatur genus libi ex fabis. ¶κυαμίτης. Ital. *Fauata, focaccia, torta di faua.* Gal. *Vne sorte de gasteau ou torte au fait de feues.* Hisp. *Atanjar ò potaje de hauas.* ¶ Plin. lib.18. ca.12, Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est.

FABARIA, Insula est in mari Germanico, non procul à Cymbrica Chersoneso: alio nomine Burchana dicta. Fabaria à Romanis dicta propter similitudinem frugis, sponte ibi prouenientis. Autor Plinius.

FABARIS, pen. corr. Fluuius in Sabinis, cuius meminit Virgil. 7. Aeneid. Qui Tyberim, Fabarimque bibunt. Alio nomine vocant Farfarum, autore Seruio. Plautus, Dissipabo te tanquam folia Farfari. Ouidius, -& amœnæ Farfarus vndæ.

Fabella, Vide FABVLA.

Faber, ¶δημιουργὸς, τεχνίτης παντὸς πάνυ. Ital. *Fabro, artefice di cose dure, come legno, ferro, pietre.* Gal. *Tout ouurier besongnant en dure matiere, comme en bois, fer, pierre, & semblables choses.* Hisp. *Official de qualquier arte.* ¶ Generale est nomen, communéque iis omnibus qui circa duram versantur materiê, in opificióq; suo malleo vruntur: quæ tamen significationis ampliçudo restringitur ex significatione adiectiui adiuncti. Est enim faber ferrarius, qui aliquid ex ferro conficit. τέκτων. faber tignarius qui tigna ad ædificia adaptat. οἰκοδόμος. τέκτων. faber aurarius, qui ex auro aliquid exeudit. χρυσοκόος, χρυσουργὸς. & sic de cæteris. Qui verò ex gypso, argilla, cera, aliáve molli materia aliquid conficiunt, plastæ dicuntur. Plaut. in Most. Venit imber, lauat parietes, perpluunt Tigna: putrefacitque operam fabri: nequior iam factus est Vsus ædium, atque fabri culpa. Idem in Rud. -vt fortunati sunt fabri ferrarij, Qui apud carbones assident, semper calêt. Idem Mostel. Taceris faber, qui cudere solos nosti plúmbeos nummos. Horat. 2. Epist. 1, Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit. Cic. de Clar. Orat. Ego me Phidiam esse malim, quàm vel optimum fabrum tignarium. ¶Faber quum sis, opera haud facis fabrilia, τέκτων γὰρ εἶ, οὐ τέκτονος ἔργα ποιεῖς. Congruet in eum qui tentat ad quæ non est idoneus, vel ob imperitiam, vel ob naturam alienam.

Fabrûm, in genitiuo plurali, vsitatius erat Ciceronis ætate, quàm fabrorum. Cic. in Orat. Fabrûm, & procûm audeo dicere, non fabrorum, & procorum. Idem ad Attic. lib.9, Iam duo præfecti fabrûm Pompeij in meam potestatem venerunt.

Fabrè, aduerb. Idem est quod artificiosè. ¶ἐντέχνως. Ital. & Hisp. *Artificiosamente.* Gal. *Artificieusement, ingenieusement, de main de maistre.* ¶ Plautus in Pœn. Basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallacias. Idem in Menæch. Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabrè. Hodie vsitatius est compositum eius Affabrè, quod eiusdem est significationis. ¶Contrarium eius est infabrè, quo vsus est Pacuuius, Barbaricam (inquit) pestem nostris nauibus obtulit, noua figura factam, commissam infabrè. hoc est, fœdè, & turpiter, vt interpretatur Nonnius. ¶Omnia hæc originem ducunt ab antiquo adiectiuo Faber, ra, um, quo vsus est Ouid. 8. Meta. pro fabrilis. Dædalus (inquit) ingenio fabræ celebertimus artis. Hinc etiam Apuleius lib.1, Floridorum, deduxit superlatiuum Fabertimus. Et anulum (inquit) in læua aureum fabertimo signaculo.

Fabrefacio, is, Aedifico, artificiosè compono. ¶κατασκευάζω, κατασκευάσμα. Ital. *Edificare, fabricare, componere, lauorare con arte.* Gal. *Faire artificieusement, besongner en maistre & ingenieusement.* Hisp. *Edificar, obrar por artificio, componer.* ¶ Plaut. in Capt. Nec fallaciam astutiorem vllus fecit poëta, atqui vt hæc est Fabrefacta à nobis. Plin. de Viris illustr. Quum videret eos multùm mari posse, classem magis validam quàm decoram fabrefecit. hoc est, ædificauit. Vnde Fabrefactum opus, id est artificiosè factum. κατασκεύασμα, οἰκοδόμημα.

Fabrico, as, pen. corr. & Fabricor, aris, deponés. Fabrili arte aliquid conficio. ¶τεκταίνομαι, κατασκευάζομαι. Ital. *Fabricare, edificare.* Gal.

Universidad de Deusto Biblioteca

Forger, faire, bastir. Hisp. *Fabricar, obrar por artificio.* } Ouid. li. 13. Metamorph. Craterem Aeneę quem iam fabricauerat Alcon. Cic. 3. de Oratore, Capitolij fastigium illud, & cæterarum ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Quintil. lib. 3. cap. 2, Nisi quis dicit, etiam gladium fabricatum ab eo prius qui ferrum in tutelam sui, quàm in perniciem alterius comparauit. ¶ Transfertur etiam ad animum. Curtius, Multa interea fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hostem posset.

Fabricatus participium, } πεπλασμένος &c. Ital. *Edificato, fabricato.* Gal. *Fait, forgé, edifié.* Hisp. *Obrado por artificio, edificado.* } Cic. 1. de Vniuer. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant.

Fabricator, tris. } πλασματεύς, ατος. Ital. *Fabricatore, operario.* Gal. *Forgeur, ouurier.* Hisp. *El que artificiosamente obra.* } Quintil. lib. 2. cap. 16, Et hercle Deus ille princeps, parens rerum, fabricatórque mundi, nullo magis hominem separauit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quàm dicendi facultate.

Fabricatio, onis. } δημιουργία, πλάσις, κτίσις. Ital. *Fabrica, edificio.* Gal. *Forgement, façon, edifice.* Hisp. *Aquella obra de fabricar.* } Cic. 2. de Natura deorum, Si erit tota hominis fabricatio perspecta.

Fabrica, cæ, Propriè fabri lignarij officina: quanuis & de aliis officinis dicatur. } ἐργαστήριον, τεκτόνιον. Ital. *Bottega del legnaiuolo, fabrica.* Gal. *Bastiment, ouurage, vne forge.* Hisp. *Botica ò tienda de carpintero, fabrica.* } Nam & fabricam ferream dixit Plin. lib. 7. cap. 56, Fabricam ferream inuenere Cyclopes. ¶ Ponitur etiam pro arte, & fabricatione alicuius rei. μηχανή. Vnde & ædificium fabricam dicimus, & machinationem. Plaut. in Pœn. Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo, vt filias dicas tuas. Cic. 2. Officiorum, pro creatione posuit, & coagmentatione, siue compactione. Hanc (inquit) tam diligentem naturæ fabricam imitata est hominum verecundia.

Fabrilis, le, pen. prod. Quod est fabri, siue quod ad fabrũ pertinet. } τεκτονικός. Ital. *Fabrile, pertinente à magnaro.* Gal. *Appartenant à vn forgeur.* Hisp. *Cosa perteneciente à tal obra.* } vt, Opus fabrile. Horat. 2. lib. Epist. -quod mediocrium est Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Fabrile scalprum, Liu. 8. bel. Pun. Fabrile erratum, Cic. ad Attic. lib. 6. Fabrile gruținum, Plin. lib. 28. cap. 11. Fabrilis manus, Martial. lib. 11, Factáq; fabrili dedolat ossa manu.

FABIANVS, Φαβιανὸς, Martyris nomen, qui vnà cum Sebastiano quòd Christum profiteretur, supplicio affectus est.

FABIORVM familia, Romæ nobilissima fuit, cognomen hoc sortita ab eo tempore quo Romani penè omnes nobilissimi agriculturam exercebant: quòd primus qui hoc cognomen adeptus est, in faba serenda excelleret: sicut etiam Cicerones, Pisones, & Lentuli dicti sunt à lente, cicere, & pisis bene serendis. Horum tanta Romæ potentia fuit, vt bellum aduersus Veientes, soli cum suis clientibus & seruis in sese receperint: quúmque ex leuibus aliquot prælijs sæpius victoriam reportassent, tandem ad Alliam fluuium insidijs circumuenti, ad vnum omnes cæsi sunt. Ouid. lib. 2. Fast. Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bellum missos abstulit vna dies. Ex tanta Fabiorum clade vnus tantùm superfuit, qui nondũ annis per ætatem idoneus, in Vrbe relictus erat: ex cuius sanguine per longam nepotum seriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator aduersus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam aliorum Imperatorum temeritate labefactatam primus restituit. ¶ Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, à rege Allobrogum ad Isaram flumen interempto. ¶ Fabius pictor, homo nobilissimus, iuris & literarum antiquitatis bene peritus, vt est autor Cicero in Bruto.

Fabianus, a, um, denominatiuum: vnde dicitur Arcus Fabianus, qui constructus est iuxta regiam in Via sacra.

Fabius, a, um, aliud adiectiuum: vt, Gens Fabia, Ouid. 3. de Ponto.

FABRATERIA, Φαβρατερία, Oppidum Campaniæ ad Terum fluuium, Iuuena. Satyr. 3, -oprima Soræ, Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratus. Meminit huius oppidi & Silius, lib. 8. Hinc deducitur denominatiuum Fabraternus, a, um.

Fabrè, Fabricatio, Fabrica, Vide FABER.

FABRICIVS, cij, Φαβρίκιος, Nomen Romani ciuis frugalissimi, qui in tenuissimo censu, Samnitum munera forti animo spreuit. Hic norma paupertatis & exemplar fuit apud Romanos, patellam & salinum ex argento tantùm colendorum deorum causa domi habuit, ita tamen vt patella corneo pediculo sustineretur. Huius filiæ ob paupertatem de publico dotatæ, ad maritos ierunt portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam. Hic aduersus Pyrrhum Epirotarum regem & Samnites grauissima bella gessit: aduersus quos, vt bello inuictum, ita muneribus se præstitit incorruptum. Regis etiam medicum domini sui mortem per venenum pollicentem, vinctum ad regem remisit.

FABRICIANVS, Φαβρικιανὸς. Fabriciani filius, qui matrem Fabiam interfecit, quòd illa maritum suum occidisset, vt liberius adulterium cum Petronio adolescente cõmitteret. Autor Dositheus apud Plutarchum.

Fabrico, Fabrile, Vide FABER.

Fabula, læ, Proprié est sermo & rumor populi, & res passim diuulgata, etiam si vera sit: à fando dicta. } μῦθος. Ital. *Fauola, nouella.* Gal. *Fable, conte, deuis, farce, comedie, tragedie.* Hisp. *Fabula, ò nouela fingida.* } Iuuen. Ie noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas. Martial. lib. 1, Quòd nunquam matribus iunctam te Bassa videbam, Quódque tibi mœchum fabula nulla dabat, Esse videbaris (fateor) Lucretia nobis. Terent. Hecyra. -odiosa hæc est ætas adolescentulis: E' medio æquum est excedere: postremò iam nos fabulæ sumus, Pamphile, senex atq; anus. ¶ Dicitur etiam fabula, narratio ad delectationem & vtilitatem inuenta, rerum nec veratum, nec verisimilium: vt, quòd Daphne versa sit in lauram, & Tantalus apud inferos fugientia captet flumina. Horatius in Serm. Sat. 1, Quid rides: mutato nomine de te Fabula narratur. Cic. 3. de Nat. deorum, Iam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum, erectum à filio Cælum, vinctum itidem à filio Saturnum? ¶ Apologus autem differt à fabula, vt species à genere. Dicuntur enim apologi fabulæ quæ sub tectorio ridiculæ alicuius narrationis & inter bruta animantia colloquij, recondit aliquid quod ad vitam & mores pertinear: quales sunt fabellæ illæ quæ Æsopi nomine circumferuntur, quanuis ab Hesiodo primùm profectas constet. Comœdiæ itaque & Tragœdiæ fabulæ sunt, non apologi. Huiusmodi autem fabulæ diuersa fortiuntur nomina pro habitu & qualitate personarum quæ in eis introducuntur. Aliæ enim togatæ dicebantur, quarum personæ togis & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ palliatæ, quum personæ Græco more pallis indutæ, in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, quemadmodum Romanis toga. Togatarum genera sunt quatuor. Sunt enim togatæ, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus reges Romani, vel duces inducuntur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdiis similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè Regum vel magistratuum prætexta vtentium in huiusmodi fabulis personæ introducebantur. Secundum genus togatarum, tabernatiæ dicuntur, humilitate personarum, & argumentorum similitudine Comœdiis paresin quibus non magistratus, sed humiles, & priuatæ personæ induci solebant: quales ferè sunt mercatores, aut institores, qui in tabernis merces suas vendere cõsueuerunt. Erant præterea fabulæ Atellanæ, iocis & salibus quàm proximè ad Satyram accedentes: ab Atellis Campaniæ oppido, in quo primùm actitatæ sunt, nomen sortitæ. Aliæ præterea erant planipediæ, à planis actorum pedibus dictæ, qui ob humilitatem argumenti, & vilitatem personarum neque cothurnis vtebantur, neque soccis. ¶ Sine capite fabula, ἀκέφαλος μῦθος, dicitur imperfectus ac mutilus sermo. Zenodotus ex Platone & Plutarcho.

Fabella, diminutiuũ est à fabula. } μυθάριον. Ital. *Fauoletta, fauolaccia, nouelletta.* Gal. *Petite fable, petite farce.* Hisp. *Pequeña ficion ò nouela fingida.* } Cic. pro Cælio, Verùm hæc tota vetus, & plurimarum fabellarum poëtriæ. Idem 5. de Finibus, & 2. de Diuinatione, Nihil debet esse in philosophia commentitijs fabellis loci.

Fabulor, laris, à fando deriuatur, & significat loqui. } μυθολογέω, ὁμιλέω. Ital. *Ragionare, fauellare, fauoleggiare.* Gal. *Conter des fables, deuiser, causeter, babiller.* Hisp. *Dezir ò contar nouellas.* } Plautus in Capt. Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? Idem in Ciste. Hæc nostram rem fabulatur, hanc scire oportet filia tua vbi sit. Id est, de re nostra loquitur. Idem in Merc. Quid illud quod solus secum fabulatur filius? ¶ Fabulari pro ineptè garrire. Liu. lib. 5. Decad. 5. Et tu Centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decreuit potius, quàm quid Sergius Galba fabuletur, audi. ¶ Eius compositum est Confabulor.

Fabulo in actiua voce, pro eodẽ. Plautus in Milite, Mala es. 2. Imò ædepol stulta multum. Quæ vobiscum confabulem.

Fabulator, oris. } μυθολόγος, λογοποιός. Ital. *Narratore di fauole.* Gal. *Vn faiseur de contes, raconteur de fables.* Hisp. *El dezidor y contador de mentiras.* } Facetus colloquutor. Sueton. in Octauio Augusto. Si interruptum somnum recuperasset, vt euenit, non posset, lectoribus, aut fabulatoribus accersitis resumebat, producebátque vltra primam sæpe lucem.

Fabularis, are, adiectiuum, Idem significans quod fabulosus. μυθώδης. vt Historia fabularis, in qua multa falsa, & minimè vera scribũtur. Sueto. in Tiberio Cæsare, Maximè tamen curauit historiæ fabularis notitiam vsque ad inepcias, & derisum.

Fabulosus, a, um. Dicitur quod commentitium est: vel quod fabulis & figmentis celebratur: vel de quo multa finguntur. } μυθώδης. Ital. *Fauoloso.* Gal. *Fabuleux.* Hisp. *Fingido.* } Horat. lib. 1. Carm. Vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes. Plin. lib. 10. ca. 49. Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos, aduncitate rostri, fabulosos reor. ¶ Fabulosior. Plin. libr. 33. cap. 1, Midæ quidem annulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur?

Fabulosè, aduerbium, Hoc est falsò, vel per fabulas. } μυθώδως, ψευδῶς. Ital. *Fauolosamente.* Gal. *Par mensonge, fabuleusement.* Hisp. *Fingidamente.* } Plin. lib. 32, cap. 11, Accedat his Taprobane, insulæque aliæ Oceani fabulosè narratæ. Idem lib. 5. cap. 1, Colonia à Claudio Cæsare facta Lixos, vel fabulosissimè ab antiquis narrata.

Fabulositas, tis. Hoc est fabulantium vanitas. } τὸ μυθώδες. Ital. *Esso contar fauole, menzogne.* Gal. *Conte de menterie, mensonge.* Hisp. *Aquella obra de fingir assi.* } Plin. lib. 36. cap. 15, Sed quum excedat omnia fabulositas, vtemur ipsius M. Varronis in expositione eius verbis. Idem lib. 7. ca. 52, Reperimus inter exempla, Aristæi etiam visam euolantem ex ore animam in Proconneso corui effigie, magna quidem fabulositate.

FABVLINVS deus, Qui pueris primo fari incipientibus præesse putabatur: cui etiam Romani sacrificabant, quum primùm liberi eorum fari incipiebant. Autor Nonius, citans testimonium Varronis de liberis educandis.

Fabulum, Vide FABA.

Facello, Vide FACIO.

Facetus, ti, Dicitur qui salibus & sermonis vrbanitate, citra scurrilitatem tamen, abundat. } ἐυτράπελος, κομψός. Ital. *Faceto, che ragiona piacenolmente per ridere.* Gal. *Facetieux, plaisanteur, railleur, recreatif en parolles.* Hisp. *Cosa salada ò donosa.* } Cic. ad Quint. frat. Nam neq; parum facetus scurra Sextus Nœuius. Plaut. in Mil. Cauillator facetus, vel commodus conuiua item ero. Cic. lib. 2. de Legibus, Facetissimus Poëta veteris comœdiæ Aristophanes. Quidam à faciendo deriuant, vt is sit qui gestibus aut verbis ita alium imitatur, vt se illum faciat. Alij à fando deducunt. Cic. de clar. Orat. Acuti, elegantes, faceti, breues homines. ¶ Veteres etiam facetum dixerunt quicquid venustum esset, & elegans. Vnde Horatius facetum dicendi genus Catoni, Virgilio decens tribuit.

Facetè, aduerb. Pro eleganter, vrbanè. } κομψῶς, χαριέντως. Ital. *Piacenolmente.* Gal. *Plaisamment, par raillerie.* Hisp. *Donosa y graciosamente.* } Cic. 6. Verri. Nunquã tantum mali est Siculis, quin aliquid facetè & cõmodè dicãt. Idem pro Rosc. Amerino, Nõsti ab isto nebulone facetius eludimur.

Facetiæ, arum, Sunt quasi deliciæ quædam sermonis, & dicta vrbana siue scurrilitate: quanquam etiam in factis intelligi possunt. } ἐυτραπελίαι, χαριεντισμοί. Ital. *Facetie, burle piacenole.* Gal. *Plaisanteries, gayetez, de parolles, railleries.* Hisp. *Las donayres de palabras.* } Plaut. in Mil. Nam tu quemuis potis es facere vt fluat facetiis. Catullus, Est enim leporum differtus puer, & facetiarum. Cic. 1. Offic. Sale verò & facetijs Cæsar Catuli patria fratrem vicit omnes. Idẽ 2. de Orat. Etenim quũ duo genera sint facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum: alterũ peracutum, & breue: illa à vetustis superior cauillatio: hæc altera dicacitas nominata est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facetosus, fa, sum. {πρόσχαρις, ἀστεῖος λόγος, Ital. Pieno di piacevole Zze. Gal. Facetieux, plein de plaisanteries & railleries. Hispa. Lleno de gracias y donayres.} Cic. 2. de Finib. Quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quantam hominum facetosam vrbanitatem incurratis, non dico.

Facies, faciei, {Ital. Faccia, Gal. La face, le visage. Hisp. La cara ò faucne.} πρόσωπον: & Vultus, πρόσοψις, differunt: quòd vultus, voluntatis indicium sit, quod pro motu animi, in facie ostenditur. Vnde Seruius, Vultus est voluntatis indicium, qui pro voluntatis varietate mutatur. Virgil. 4. Aeneid. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Inde etiam exili & terræ vultum appellamus, quia mutari contingit. Facies verò pars anterior capitis humani, constans ex fronte, oculis, naso, malis, ore, & mento. Sallust. in Catil. Prorsus in facie, vultúq; vecordia inerat. ¶ Sumitur tamen facies pro totius corporis forma. Terent. in Eunuc. O faciem pulchram. Vt enim ab aspectu species, à fingendo figura ita à faciendo, vel à factura corporis dicitur facies. Plautus in Pœnulo, Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi. M. Statura non magna, corpore aquilino. P. Atque ipsa est. M. Specie venusta, ore paruo, atque oculis pernigris. ¶ Neque solum de hominibus dicitur, sed etiam de rebus inanimatis: vt Egregia literarum facies: vt facies dicatur cuiusque rei superficies: vt quum dicimus faciem terræ, faciem maris. Sallust. lib. 2. Histor. Sardinia in Aphrico mari facie vestigij humani, in Occidentem, quàm in Orientem latior. Idem, Quibus rebus permora ciuitas, atque immutata vrbis facies erat. ¶ Accipitur tamen nonnunquam vultus pro facie, præsertim apud Poëtas: qui pro eodem dicunt, Fœdato vultu, & fœdata facie. ¶ Quandoq; etiam facies, pro specie dicitur. εἶδος. Virgil. lib. 6. Aeneid. Quæ scelerum facies, ô virgo, effare. Idem lib. 1. Georg. -tot bella per orbem, Tam multæ scelerum facies. ¶ Antiqui declinabant, hæc Facies, huius facies, vel facij, pro faciei, vt testimoniis aliquot docet Gellius lib. 9. cap. 14. ¶ Vertere se in omnes facies: id est experiri omnia sua consilia, aut vires. Virgil. lib. 12. Aeneidos, Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid. Siue animis siue arte vales. ¶ De facie nosse, est leuiter cognitum habere, quasi quem semel atque iterum videris duntaxat: non qui cum sis familiariter versatus. Id si tranferatur ad res animi, fiet venustius. Cic. in Pisonem. Habet hoc ipsa virtus, quam tu ne de facie quidem nosti, id est, ne tenuiter quidem. ¶ Congruum huic est, prima facie, pro eo quod est, primo obtutu, & priusquam prestius ac diligentius consideres. ¶ Faciem prouerbio perfricuisse dicuntur qui pudorem omnem dedidicerunt, velut absterso manu à vultu pudore. Plinius.

Facilis, Facilitas, Facinus, Vide FACIO.

Facio, cis, ci, ctum, cuius passiuum est fio. {πράττω, ἀράω, ποιῶ. Ital. Fare. Gal. Faire. Hispa. Hazer.} Apud antiquissimos tamen in vsu fuit facior, quod adhuc remansit in compositis illis quæ ex præpositionibus fiũt: vt Afficio, passiuum facit afficior: Conficio, conficior, & sic de reliquis. Quæ verò ex aliis partibus componuntur, passiua faciunt per verbum fio: vt Benefacio, benefio: Fabrefacio, fabrefio: Madefacio, madefio. Sic etiam pinguefacio, astuefacio, calefacio, candefacio, excandefacio, condocefacio, commonefacio, frigefacio, feruefacio, consuefacio, tepefacio, dissuefacio, mansuefacio, orbefacio, stupefacio, satisfacio, vacuefacio, patefacio, congelefacio, putrefacio, pudefacio, labefacio, expergefacio, tortefacio, & siqua alia reperiantur. Vbi illud obiter notandum est, quòd composita à facio, habentia e ante f, quæ fiunt ex verbis secundæ coniugationis, habent quartam à siue indifferentem. Horat. lib. 2. Serm. In matris iugulo ferrũ tepefecit acutum. Catullus, Alta tepefaciet permista flumina cæde. Est autem facere proprié, in opere esse, id est rei alicui faciem quandam inducere. Vnde etiam facies dicitur. Qui enim facit vas, vasis faciem illi imponit: qui vestimentum, vestimenti faciem. ¶ Interdum sumitur pro scribere, id est, componere. ποιεῖν. Donatus in Terentium, Facit qui materiam componit, vt Menander. ¶ Pro æstimare. ποιεῖσθαι. Plautus in Curcul. Migrate certum iam nunc è fano foras, Quando Aesculapij ita sentio sententiam, Vt me nihili faciat, nec me saluũ velit. Sic dicimus Magni facio, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι. Parui facio, περὶ ὀλίγου ποιοῦμαι, παρὰ μηδὲν ἡγοῦμαι. Tãti facio, quod est magno pretio æstimo, nullius æstimo, tanti æstimo. Nec composita sunt hæc, quum manifeste diuisa inueniantur. Plaut. in Cure. Respicio vos nihili meam gratiam facere. Idem in Rud. Minacias ego istas flocci non facio tuas. Cice. Cecinnæ, Vtebar familiarissime Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. ¶ Iungitur & cum genitiuis lucri, & sumpti: vt Lucri facio, idem sit quod facio lucrum. ἐργάζομαι. & sumpti facere, idem quod facere sumptum. ἀναλίσκειν. Plautus in Perſa, Non ædepol trecentis cara est, fecisti lucri. Idem in Casi. Si nunc me suspendo, meam operam luserim, & præter operam rectum sumpti fecerim. ¶ Transfertur hoc verbum facio ad innumeros propemodum vsus. Nam & facere verba dicimus, id est loqui. ποιεῖσθαι λόγους. Facere iter, est ire. ὁδοιπορεῖν. Facere terrorem, est terrere. φόβον ἐμποιεῖν. Facere aliquem certiorem, est significare alicui rem aliquam. Facere gratum. χάριν φέρειν. Facere ludos, facere solennitatem, exhibere. Facere vrinam, meiere. οὐρεῖν. Facere sordes, sordescere. Facere pediculos, emittere. Facere copiam potestatem præbere. ἐξουσίαν δόναι. Facere lucrũ, lucrari. ¶ Facere etiam, pati est: vt, Facere iacturam, damnum, naufragium ζημίαν ὀφλεῖν. ¶ Item facere accipitur pro sacrificare. ἀρχιερεύειν, ἱερατεύειν. Virgil. 3. Aeglog. Quum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito. id est quum sacrificabo. Cic. pro Muræ. Nolite à sacris patrij Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domestico & suum Consulem potissimum auellere. Plautus, Plenam faciam tibi fideliam. id est implebo. ¶ Item conuenire. συνεῖναι. Martialis, Non facit ad lænes ceruix nisi prima leones. ¶ Item rem obscœnam facere. Plautus. Mauult ancillæ facere, quàm libertæ. ¶ Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur quum cogitur, seu colligitur. Sallustius Iugur. Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. ¶ Denique facere (vt Papinianus inquit) omnem omnino faciẽdi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddẽdi. Vnde qui otiosus sedet, si rogetur quid faciat: recte respondere poterit se nihil facere, quandoquidem otiosus est. Recte etiam se sedere: quoniam & sedere ipsum aliquid facere est: vt iacere, nauigare, quiescere. ¶ Faciam te vt plurimum amem. id est plurimum amabo. Faciam vt tibi profim. id est tibi prodero. ¶ Facte esse qui sum, id est finge te esse me, vel pone te eum esse qui sum, πλάττε. ¶ Facto opus est, fieri opus est. χρεὼν δέ, χρεών ἐστι. quod etiam dicimus, Opus est factu. ¶ Factum iri audio illi iniuriam, hoc est audio futurum vt illi fiat iniuria. Item, Factum itur mihi contumelia. Cato pro se contra Cassium, Atque euenit ita Quirites, vt in hac contumelia quæ mihi propter huiusmodi petulãtiam factum itur, rei quoque publicæ mediusfidius miserear Quirites. ¶ A' facio item fiunt verba primæ coniugationis in eo terminata, quæ propè infinita sunt: vt sacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, viuifico, mortifico, iustifico, falsifico, & huiusmodi. ¶ Facere ludos, significat irridere. διαπαίζειν. Plautus in Aul. Quem tu senecta ætate ludos faciat. ¶ Facere are, apud Lucretium, lib. 6, pro arefacere. ξηραίνειν. Principio terram sol excoquit, & facit are. ¶ Factum, in responsione affirmatiua, pro Ita, siue etiam. Terent. in Eunuc. Chæreáne tuam vestem detraxit tibi? o. Factum. P. H. Et ea est indutus? o. Factum. Ibidem, Dic mihi, aufugistin'? o. H. Hera, factum. ¶ Facere ægrè alicui, hoc est facere alicui rem molestam. Terent. in Eunuc. Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulũ: Voluit facere cõtrà huic ægrè. ¶ Facere animum alicui, est incitare, & animum alicui augere. Liuius 5. bel. Pun. Missum à Metaponto præsidium, Romanis fecit animum, vt nocte ex improuiso opera hostium inuaderent. Ouid. 5. Trist. Quæ tibi res animos in me facit improbe? ¶ Facere argentariam, est fungi officio argentarij, hoc est trapezitæ, siue mensarij. Cic. 7. Verr. Is quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. Facere auspicium dicitur auis è qua auspicium capitur. Liu. 1. ab Vrbe, Eam alitem ea regione cæli, & eius diei nuntiam venisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse. ¶ Facere cadauer, occidere. Apul. lib. 8, Cadauer quod ipse fecerat, auidè complexus est. ¶ Facere copiam & potestatem alicui. Plaut. Capt. -gratiam habeo tibi, Quũ copiam istam mihi, & potestatem facis, Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. ¶ Facere cum aliquo, est partes illius fouere, aut sequi. Gell. lib. 15. cap. 22, Ex eis nationibus quæ cum Sertorio faciebant, quum multis præliis superatus esset, neminem vnquam ab eo defciuisse. Cice. pro Quin. Quum veritas cum hoc faciat, &c. ¶ Fac esse, permittentis & concedentis est locutio: ac si dicas, esto, vel pone ita esse. Cic. in Verr. Facita esse, tamen hoc ferendum nullo modo est. ¶ Facere fidem, est facere vt quis credat. πίστιν ποιεῖν vel παρέχειν. Cice. in Catil. Vt quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum, est ambulare. Cic. 2. de Orat. Quin prodis mi Spuri, vt quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem? Plaut. Cure. Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro. Id est propera ad me accedere. Gradũ ad aliquid facere, est per quosdam veluti gradus ab vna re paulatim ad aliam transitum facere. Quintil. lib. 5. ca. 6, Nanq; & illud frequens est, vt ea quibus minus cõfidimus, quum tractata sint, omittamus: interim sponte nostra veluti donantes, interim ad ea quæ sunt potentiora, gradum ex his fecisse contenti. Facere gradum, pro promouere. Liu. 6. ab Vrbe, Accingendum ad eam cogitationem esse, conando, agẽdóq;, iam eo gradum fecisse plebeios: vnde si porrò animentur, peruenire ad summa, & patribus æquari tam honore quàm virtute possent. ¶ Facere gratiam iurisiurandi, id est soluere vinculo iurisiurandi: quod barbari dicunt, *Dispensare aliquem de iuramento*. Plautus in Rudente, Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres: iurisiurandi volo gratiam facias. Facere gratiam, pro eo quod est onus quod subire quis teneatur, ei remittere, priuilegióque ab eo eximere. Sueton. in Othone, cap. 38, Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui maiores annorum quinq; triginta retinere eum nollent. Facere gratiã delicti, pro ignoscere. Sallust. in Iugurtha, Cæterùm Bocchus, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit. Id est ignoscit. ¶ Facere gratum, pro gratificari. Terent. in Eunuch. Hæc te, & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. ¶ Facere iniuriam, est verbo factóve aliquem iniustè lædere. ἀδικεῖν. Plaut. Mercat. Filio suo innocenti qui fecit tantam iniuriam. ¶ Facere initium, incipere. ἄρχειν ποιούμενος, ἄρχομαι. Cic. ad Attic. lib. 9, Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget lyncere, temperate, prudenter, valde videro. ¶ Facere largitionem, seu largitiones, est largiri, & profundere, ac dissipare. Cic. 3. Tuscul. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset æratium, verbis tamen defendebat æratium. ¶ Ne longum faciam, id est vt breuiter dicam, apud Horat. 1. Serm. Satyr. 3. ¶ Facere ludos, irridere aliquem. Plaut. Pœn. Enimuero ære meo me lacessis, ludos & delicias facis. ¶ Facere magni, est magni æstimare. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. Plaut. in Aulu. Nunc neq; quid velim facitis magni pessimæ. Facere maximi. Terent. in Phorm. Meritò te semper maximi feci Chreme. ¶ Nihili facere, est nihili æstimare. περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι. ¶ Facere parui. Plaut. Rudente, Illos scelestos qui tuum fecerunt fanum parui, & ausi sunt violare nos. ¶ Ne pili quidem facere. Catullus, Ludere hanc sinit vt lubet, nec pili facit vni. ¶ Pluris facere. Cice. Attic. lib. 8, Ego pro Pompeio libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem. ¶ Facere manum, pro colligere milites, Cic. in Verrem, Illi nocte, facta manu, armataq; veniunt. Idem pro Cecinna, Quum manum fecerit, copias parauit, &c. ¶ Facit mecum, hoc est sentit mecum, ac meæ est opinionis. Ouidius, Vt fatear, mecum sola Corinna facit. Horatius. Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Ad eundem etiam modum dicimus, tecum, secum, nobiscum, aut vobiscum facere. Cice. pro Sylla, Quid tum? Cassius si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam. Idem pro A. Cecin. Videatis autoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum. ¶ Facere mentionem, commemorare. Cic. de Senect. Lysandrum Lacedæmonium (cuius modò mentionẽ feci) dicere aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. ¶ Facere missum, idem quod dimittere. Cic. 3. Offic. Iurauitq; se illũ statim interfecturum, nisi tuiuurandum dedisset, se patrem missum esse facturum. ¶ Facere modum alicuius rei, est temperare, & vitra mensura non extendere, seu modum non egredi. Cic. 1. de Legib. Ipsisq; magnopere autorem fuisse vt aliquando cõtrouersiarum atque facerent modum. Facere modos, est inter actus fabularum intercinere. Terent. in Prologo Andr. Flaccus Claudij filius modos fecit tibiis paribus, dextris & sinistris. Cic. de Orat. Neq; id actores prius viderunt quàm ipsi Poëtæ, quàm

quàm deniq; illo etiam qui fecerunt modos. ¶ Facere mutuum cum aliquo. Plaut. Trin. Bene vult tibi. 1. Aedepol mutuum mecum facit. Idem Curc. ...ea me deperiit Ego autem cum illa nolo facere mutuũ, id est nolo eam deperire vt me deperit. ¶ Naufragium facere. Cic. ad Tironẽ, Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Facere nomen, est nominare. Liu. 8. ab Vrbe, Scelerato campo, credo ab incesto id ei loco nomen factum. Facere nomen alicuius amplum, est conciliare famã & celebritatem. Liu. 8. bel. Pun. Vbi per aliquot annos maximis virtutis gerendis amplissimum nomen apud exteras gentes, pop. Rom. familiãq; vestrã fecerant. Facere nomina, idem quod debitorem se constituere. Cic. 3. Offic. Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit, & emit instructos: nomina facit, negotium cõficit. Accipitur etiam pro pecuniam mutuam dare, aut alias debitorem ibi aliquem facere. Cic. Gallo, lib. 7. Accepi Auiani literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum quæ ego vellem die. Id est pecuniam crediturum, in eam diem soluendam quam ego postulassem. Budæus. Facere nomen cum vineis, hoc est facere supputationem reditus vinearum. Colum. lib. 3. cap. 3. Quod quasi nomen si vt fœnerator cum debitore, ita rusticus cũ vineis suis fecerit, eius summæ vt in perpetuum, &c. ¶ Facere otium, id est dare Virg. 1. Aegloga, O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. ¶ Facere ova, pro parere. Varr. 3. de re Rustic. cap. 9. Neq; ferè in villis ova ac pullos faciunt, sed in sylvis. ¶ Facere par. Plaut. Trin. Feceris par suis cæteris factis, patrem Tuum si percoles. ¶ Facere periculum, est tentare, & experiri. Terent. Andr. Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris? ¶ Facere potestatẽ, permittere, concedere. Cic. in Catil. Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Facere potestatem, siue copiam sui, est aditum ad se præbere, & permittere vt secum agatur. vt, Facere omnibus sui conueniendi potestatem, Cic. 8 Philip. ¶ Facere progressum in studijs. Cic. 4. Tusc. Philosophiæ deniq; ipsius principes nunquam in suis studijs tãtos progressus sine flagrati cupiditate facere potuissent. ¶ Facere prouentum maiorem, hoc est exuberantiores fructus dare. Colum. lib. 2. cap. 15. Nec solùm ea res maiorem facit prouentum, sed etiam saporem & odorem vini pomorũmq; reddit meliorem. ¶ Facere quæstũ, lucrari. Plaut. Capt. Aegrè est mihi hunc facere quæstum carcerarium propter sui gnati miseriam. Quæstum facit meretrix suo corpore, Liu. 6. bel. Pun. ¶ Quid me faciam nescio, Terent. in Andr. Quid iis fiet, si huc Paulus venerit? Cic. ad Attic. lib. 6. Quid tu huic homini facias? Idem pro Cecin. Quid de P. Clodio fiat, rescribe, Idem ad Attic. li. 2. ¶ Facere ratione, hoc est ob aliquam causam. Cic. ad Attic. lib. 12, Quòd domi te inclusisti, ratione fecisti. ¶ Ratum facere, est confirmare. Liu. 8. bel. Pun. Quæ nobis Imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atq; perpetua vestra autoritate faciatis. ¶ Facere rem, est parare opes. Terent. in Adelphis, Nunquã rem facies, abi, nescis inescare homines Sannio. ¶ Facere rem diuinam, sacrificare. Plaut. in Amph. Ego rem diuinam intus faciam, vota quæ sunt. ¶ Facere reum, hoc est accusare, siue reum agere. Tacit. lib. 1, Violatorem fœderis vestri Arminiũ, apud Varum qui tum exercitui præsidebat, reum feci. ¶ Facere sacrificium, & sacra. Cic. de Clar. Orat. Licet aliquid etiam de M. Popilij ingenio suspicari, qui quum Consul esset, eodémq; tempore sacrificium publicum cum læna faceret. Liu. 1. ab Vrbe, Qui sacra publica pop. Rom. faceret. ¶ Facere sanguinem, pro effundere. Liu. 5. bel. Maced. Nondum indicto bello, aut ita commisso, vt strictos gladios, aut sanguinem vsquã factum audissent. ¶ Facere satis, est debitũ persoluere. Plaut. Asin. Sed vina quæ vendidi heri vinario Exactãbo. Iam pro his satisfecit Stichus: 11 feciſſe satis opinor. id est soluisse. ¶ Facere satis alicui, pro eius voluntati obtemperare. Cic. de Clar. Orat. Ego verò, inquam, si potero, faciam vobis satis. ¶ Facere stipendia sub aliquo, idem quod militare. Plin. de Viris illustr. Sub Oreste in Sardinia stipendia fecit. Facere stipendiarios, est cogere ad soluendum tributum. Cæs. 1. bel. Gal. Heduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi & superati essent, stipendiarios sibi factos. ¶ Facere stomachum alicui, est commouere aliquem, & bilem excitare. Cic. Lent. lib. 1. Epist. Non illi quidem vt mihi stomachum facerent. ¶ Facere sumptum, quod aliàs facere expensas, vel expendere dicitur. Plaut. Capt. Quin ita faciam vt recupias facere sumptum, etti ego vetem. ¶ Facere vadimonium, pro promittere. Plaut. Epid. Licet vt vadimonium mihi hic vltrò facit. ¶ Facere vela, id est velificare. Virgil. 5. Aeneid. Vela facit tamen, & pleuis subit ostia velis. ¶ Facere vestigium, ambulare & progredi. Cic. pro Rab. Posthu. Hic vos aliud nihil orat, nisi vt rectis oculis hanc vrbem sibi intueri, atq; in hoc foro vestigium facere liceat. ¶ Facere vitium, est corruere, vel vitiari, & aliqua parte labefactari: & proprie de ædificijs dicitur. Cic. in Topic. Si ædes exesæ corruerunt, vitiumve fecerunt. Facere vitiũ, pro vitiare. Vitruuius, Si venti frigidi sunt, lædunt: si calidi, vitiant: si humidi, nocent: iidem faciunt vitia pauimẽtis. ¶ Facere volupe animo suo. Plaut. Asin. Hic senex liquid clam vxore suo animo fecit volupe, Neq; nouum, neq; mirũ fecit, nec secus quàm alij solent. ¶ Facere vota, est supplicare. Plin. lib. 17. cap. 1, Ergo qui dixit hyemes serenas optandas, pro arboribus vota facit. ¶ Facere vinam, est metere. Colum. li. 6. cap. 30, Plerunq; iumenta morbos concipiunt lassitudine & æstu: nonnunquam & frigore, & quum suo tempore vinam non fecerint.

Factum, cti, substantiuum, Res gesta. {πράξις. Ital. *Fatto.* Gal. *Vn fait, vne chaſe faitte.* Hispa. *El hecho.*} Virgil. lib. 1. Aene. Fortia facta patrum. Terent. in Andr. dictum ac factum, inuenerit Aliquam causam, quam obrem eiciat oppido. ¶ Factum mutare, pro sententiam mutare. Terent. in Andr. Haud muto factum.

Factus, us, Idem est quod cõfectio. {συσκευή. Ital. *Fatto.* Gal. *Vne chaſe faitte.* Hisp. *El hecho.*} Vnde factus olei dicitur, quantum vna vice conficitur. Cato de Re rust. cap. 67, Factoribus det in singulos factus olei sextarios, & in lucernam quod opus fiet, hoc est in singulas olei confectiones, vel quoties oleum conficitur. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 24, Hones, vel quoties oleum conficitur. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 24, Hostium vocant, quod ex vno factu olei reficitur: Factum dicunt quod vno tempore conficitur. ¶ Factus villæ, pro structura, opere, & exædificatione. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1, Ego quoque quo exornatior villa esse posset fructu, quàm factu, hæc ad te misi.

Faceſſo, ſis, faceſſi, lupinum in vſu non eſt. legitur tamen participium faceſſitus, tanquam ſupinum eſſet faceſſitum. Cic. in Verrem, Quum audiſſet ſibi negotium faceſſitum. Significat autem proprie ad faciendum eo, vt vilo, ad videndum eo. {Ital. *Andare à fare.* Gal. *Faire, aller faire.* Hiſp. *Andar para hazer.*} Virgil. 4. Georg. Haud mora, continuò matris præcepta faceſſit. ¶ Interdum eſt diſcedere. ἀναχωρῶ, ἀπέρχομαι. Nec mirum: altera enim ſignificatio alteram gignit: nam qui ad faciendum quicquam it, diſcedit vt id faciat. Terent. in Phorm. Die quid velis dari tibi in manum, vt herus his deſiſtat litibus. Hæc hinc faceſſat. Id eſt ſua curatum abeat. Donatus, Faceſſat, pro hinc ſe faciat, id eſt abeat. Cic. in Horten. Faceſſant igitur qui docere nihil poſſunt, quo melius, ſapientiúſq; viuamus. ¶ Negotium faceſſere, eſt cuipiam moleſtum eſſe. {παρέχω τινὶ πράγματα. Ital. *Eſſere moleſto, moleſtare.* Gal. *Moleſter, facher, ennuyer, bailler des affaires a quelqu'vn.* Hiſpa. *Moleſtar ò enojar a alguno.*} Cic. Appio Pulch. Quum eſt nobis allatum de temeritate eorũ qui tibi negotium faceſſerent. ¶ Huius paſſionum protulit Cic. pro Cluent. Sed hoc polliceor omnibus, ſicut forte hac lege negotium faceſſetur, qui lege non tenebatur: ſi is vti me defenſore voluerit, me eius cauſam legis præſidio defenſurum.

Factito, as, pen. corr. Sæpe facio. {ποιῶ. Ital. *Far ſpeſſo.* Gal. *Faire ſouuent.* Hiſp. *Hazer amenudo.*} Cic. lib. 2. Offic. Hæc apud maiores noſtros factitata. Terent. in Eunuc. Idem hoc Pythus factitauit. Horat. in Arte, Nec ſatis apparet cur verſus factitet.

Factor, oris, nomen verbale. Qui aliquid facit. {ποιητής. Ital. *Fattore.* Gal. *Faiſeur, manœuure.* Hiſp. *Hazedor.*} vt quum dicimus Deum factorem cæli & terræ. Sic etiam factorem vocamus, qui vinum, vel oleum, vel quid ſimile facit. Cato de Re ruſt. cap. 13, Lectum ſtratum, vbi duo cuſtodes liberè cubent, & tertius ſeruus vnà cum factoribus vbi cubet. Idem ca. 64. Leguli volunt vti olea caduca quã plurima ſit, quo plus legatur: factores, vt in tabulato diu ſit, vt fracida ſit, quo facilius oleũ efficiant.

Factitius, a, um, Quod arte aliqua effectum eſt, hoc eſt quod naturale nõ eſt. {χωνευτός, πλαστός, τεχνητός. Ital. *Fattitio, fatto à mano non dà natura.* Gal. *Faittis, qui eſt fait de main non de nature.* Hiſ. *Coſa hecha à hechura.*} vt, Vinum factitium. Color factitius. Sal factitius. Plin. lib. 12. ca. 17. Ergo in vtraq; gente bina laudauit genera, terrenũ, & factitiũ. ¶ Factitia verba dicuntur quæ & fictitia appellãtur, quæ ad ſoni alicuius ſimilitudinem efficta ſunt: vt Crocire, Hinnire, Claſſis, Tintinnabulum, & ſimilia.

Factio, onis, ab initio, vt autor eſt Feſtus, honeſtum vocabulum fuit. αἵρεσις, vnde factiones hiſtrionum, & quadrigariorum dicebantur. Nunc verò (inquit) nomine factionis ſeditio, & arma dicuntur. {φάτρια. Ital. *Fattione, congiura, ſetta.* Gal. *Vne bande & ligue, vne faction, vne ſecte.* Hiſ. *Vanda en la ciudad.*} Nam eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, quum aliqui ſe principes & primarios in ciuitate efficere conantur, inter quos eſt æmulatio, vtroque quàm maximam corradere poteſt, ciuium trahente multitudinem, quos clientes vocant. Nonius, Factio dicitur malorum conſenſus, & cõſpiratio. Salluſt. de bel. Iug. Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui autem huiuſmodi factiones exercent, factioſi appellantur. ¶ Interdum factio capitur pro potentia, & autoritate alicuius in ciuitate: quod & Nonius annotauit, citans locum Titinnij. Sed iam hercle metuo ne nimis ſtultè fecerim, qui ex tanta factione atq; opibus ea auſus ſum aggredi. Plaut. in Aul. Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror. Idem in Ciſtel. Neque nos tanta factione ſumus, neq; opes noſtræ tam ſunt validæ. ¶ Quatuor apud antiquos fuerunt aurigantium factiones, Veneta, Praſina, Alba, Roſea à coloribus nominatæ. Caſſiodorus quatuor colores harũ factionum, cum partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus, virenti veri dicatus erat: Roſeus, flammeæ æſtati: Venetus, nubilæ hyemi: Albus, pruinoſo autumno. Suetonius ſcribit his addidiſſe Domitianũ duas, alteram Auratã, alteram Purpureã panni. Hæ certamine curuli & pernicitate curſus inter ſe decertabãt, fauoréq; populari, ſiue Imperatorio, victoriæ præmia adiudicabãtur eis qui viciſſent. ¶ Factio interdũ idem eſt quod cõfectio: vnde factionem teſtamenti dicimus pro iure, ſeu poteſtate conficiendi teſtamenti. Cic. Topi. Quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet. hoc eſt qui conficiendi teſtamenti non habebat poteſtatem.

Factioſus, Factioſis. Appellatur qui proclivis eſt ad factionem, id est diſcordiam & ſeditionem. {στασιαστικός, φιλόνεικος, καὶ φιλόνεικος. Ital. *Seditioſo.* Gal. *Seditieux, factieux, faiſeur de meutes.* Hiſpan. *Vandejador ò vandeziço.*} Salluſt. in Catil. Cn. Piſo adoleſcens nobilis, ſummæ audaciæ, egens, factioſus: quem ad perturbandum Rempub. inopia, atque mali mores ſtimulabant. ¶ Factioſus, diues, & potens. Plaut. in Aul. Venit hoc mihi in mẽtem Megadore, te eſſe hominem diuitem, Factioſum: me item eſſe hominem pauperum pauperrimum.

Factura, ræ, Compoſitio rei quam facimus. {σύνθεσις. Ital. *Opera fatta per biſogno.* Gal. *Facture, façon, ouurage.* Hiſ. *Hechura.*} Plin. li. 34. ca. 14, Alibi vena bonitate hanc præſtat, alibi factura, vt Sulmone aqua, vti diximus.

Faxo, is. Pro faciam. ποιήσω. Virgil. 12. Aeneid. -ego fœdera faxo Firma manu. Verbum eſt defectiuum quod tantùm habet futurũ indicatiui, nec id omnino integrum, ad hunc modum, Faxo, is, it: & in numero plurali faxunt: & in futuro optatiui, & præſenti ſubiunctiui, Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Terent. in Heaut. Vetũ dij faxint. Ennius apud Ciceronem, de Senect. Nemo me lachrymis decoret, nec funera faxit.

Facilis, le, pen. corr. Quod expeditum eſt, & nullius negotij. {ἐύχερος, εὐκατέργαστος. Ital. *Facile, agevole.* Gal. *Facile, aiſé à faire.* Hiſpa. *Coſa que ligeramente ſe puede hazer, facil, tratable.*} Terent. in Heaut. - faciet omnia. 2. Hæc dum incipias grauia ſunt, dũmque ignores: vbi cognoris, facilia. Ibidem, Bonam atque iuſtam rem oppidò imperas, & factu facilem. Huius contrarium eſt difficilis, hoc eſt multum habens negotij & molestiæ. δύσκολος. Vnde difficiles terræ dicuntur quæ non ſine labore frũctum producunt. Virgil. 1. Georg. Difficiles primum terræ, collẽſque maligni. ¶ Aliquando facilis dicitur exorabilis, & ad ignoſcẽdum paratus. Virgil. 4. Georg. -faciles venerare Napæas. Terent. in Heaut. Mihi ſi vnquam filius erit, næ ille facit me vterur patre. Plin. li. 7. ca. 6, Melior color maſculi ferenti, & facilior partus. Ibidem cap. 16, Incipiente autem hoc ſtatu, aut deſinente, conceptus facillimi traduntur. ¶ Ex facili aduerbialiter, pro facile. ἑαδίως. Colum. lib. 6. cap. 1, Quæ vitanda non ex facili dixerim. Plin. lib. 30, Eorundem cinis exeſis dentibus coniectus, ex facili eos cadere cogit.

Facilè, aduerbium, Nullo negotio. {ῥᾳδίως, ἀκόπως. Ital. *Facilmente, agevolmente.* Gal. *Facilement, aiſement.* Hiſpan. *Legeramente, fazilmente.* } Cic. lib. 1. Epiſtol. Cæteris iniuriis quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè ſpero, reſiſtemus. ¶ Eſt etiam confirmantis aduerbium, ſignificans haud dubiè, liquidò, certò, nullis aduerſantibus. Κομψότατα. Iungitúrq; eleganter cum nomine Princeps. Cic. lib. 3. Epiſt. Tu qui eſſes ordinis tui facilè princeps. ¶ Admittit & ſuperlatiuum: vt, facilè doctiſſimus, Facilè primus. Item adiectiua diuerſitatem importantia: vt, Facilè diſſimilis. ¶ Aliquando & verba cum præpoſitione Præ compoſita: vt, Facilè præſtat æqualibus. ¶ Nonnunquam accipitur pro libenter. Cic. 4. Tuſcul. Sed te aberrare propoſito facilè patiebar. id eſt non inuitus. ¶ Antiqui pro facilè, facul & faculter dixerunt, vt ſuprà oſtendimus in dictione DIFFICILIS.

Facilitas, tatis, Eſt inclinatio quædam, ſiue habitus ad aliquid promptè dicendum, faciendúmve: feréque in meliorem partem accipitur: nam propenſio in deteriorem partem, vitatius procliuitas dicitur. {ῥᾳστώνη. Ital. *Facilità, agevolezza.* Gal. *Facilité, aiſance.* Hiſpa. *Facilidad, aquella ligereza de hazer algo.* } Cic. 4. Tuſc. Procliuitas ad ægrotándum: ſed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem. Sic facilitatem ingenij dicimus, qua aliquid facilè apprehendimus. ¶ Facilitas carminis, vel orationis, eſt perſpicuitas quædam & claritas qua mentem ſcribentis facilè aſſequimur. ¶ Accipitur etiam facilitas pro placabilitate, & lenitate illa qua facilè patimur nos exorari. Terent. in Hecy. Etſi ego meis me omnibus ſcio etiam adprimè obſequentem, Sed non adeò, vt facilitas mea illorum corrumpat animos. Id eſt indulgẽtia, exorabilitas.

Facultas, tatis, Proptiè facilitas agendi. {ἐξουσία. Ital. *Facultà, arbitrio, poteſtà.* Gal. *Faculté, pouuoir & puiſſance, aiſance.* Hiſp. *La hazienda ò poſsibilidad.* } Terent. in Andria, -dij date facultatem obſecro Huic patiundi, atq; illi in aliis potius peccandi locum. Cuius contrarium eſt difficultas. ¶ Aliquando pro poteſtate, ſeu commoditate. ἐξουσία. Plinius, Si mihi facultas daretur vtrum mallẽm eligendi. ¶ Præterea facultas eſt vis quædam quæ facit vt id facilius fieri poſſit quod de vnaquaque arte præcipitur. ἕξις μετὰ λόγου. Eſt enim genus omnium artium quò in omnium artium definitione vti poſſumus: vt quum dicimus, Dialectica eſt facultas diſſerendi: Rhetorica eſt facultas dicendi, & ſic de aliis. ¶ Facultates quoq; in plurali tantùm numero dicuntur opes: quoniam quum diues quis exiſtit, facilè quod vult agit. Cic. ad Attic. lib. 11, Siquas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id videbamur ſapienter facere, detulimus. Itaq; tum à tuo villico ſumpſimus, & alunde mutuati ſumus, &c. Cæſ. 6. bel. Gall. Tantas videri Italiæ facultates, vt ſiquid eſſet in bello detrimenti acceptum, non modò, &c. ¶ Facultatem à facilitate ſic diſtinguit Plinius, quòd illam vocat vim & energiam eloquentiæ: hanc, promptitudinem duntaxat. Sic enim Epiſt. 115, inquit, Quia ſcilicet nimia aſſiduitate facilitas magis, quàm facultas: nec fiducia, ſed temeritas paratur. ¶ Omnem facultatem indutus eſt, ἅπαντα τὸν βίον ἀμφίεσμαι. De paupere, qui præter veſtitum, nihil præterea rerum poſſideret: alioqui ἀνέστιος καὶ ἄπολις.

Facinus, noris, pen. corr. A' facio deductum, vocabulum eſt medium, quo tam in bonam, quàm in malam partem vti poſſumus. Eſt enim facinus inſigne aliquod factum, ſiue bonum, ſiue malum. {Ital. *Fatto vilanato, coſi in buona come in mala parte.* Gal. *Vne entrepriſe, vn haut fait.* Hiſp. *La hazaña en buena y en mala parte.* } In bonam partem accipitur apud Salluſtiũ, pro virili & ſtrenuo facto quod Græci ἀνδραγάθημα appellant, Qui aliquo negotio intẽti, præclari facinoris, aut bonæ artis famã quærũt. Sæpius in malam. κακούργημα. Cic. lib. 3. Offic. Ab hoc nulla fraus, nullũ facinus aberit. Terent. in Adelp. Proh dij immortales, facinus indignum. Idem in Heautont. -is mihi vbi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora?

Facinoroſus, ſa, ſum, Sceleſtus, & flagitioſus. {πανοῦργος. Ital. *Scelerato, malviagio ſeditioſo.* Gal. *Plein de tout meſchanceté.* Hiſ. *Hazañoſo en mala parte, lleno de peccado y deſtruicion para otros.* } Cic. in Catil. Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, depique omnium facinoroſorum. Vita facinoroſa, Idem 1. de Legibus.

Facula, Facularij, Vide FAX.

Facundus, di, Diſertus: à fando, qui ea quæ mente cõceperit, ad audientes facilè atq; ornatè profert. {λόγιος, ῥήτωρ. Ital. *Facundo, eloquente.* Gal. *Facond, eloquent, qui parle bien.* Hiſp. *Elegante.* } Ouid. de Arte, Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes. Quintil. lib. 12, In omnibus gentibus alius alio facundior habetur: & in eloquendo dulcis magis.

Facundia, Quæ eſt facultas diſſerendi cum gratia. {λογέτης. Ital. *Gratia di ben dire.* Gal. *Grace de bien parler, eloquence, faconde.* Hiſp. *Elegancia en las palabras.* } Plin. lib. 7. ca. 30, Facundiæ, Latiarúmq; literarum parens Cicero.

Facundè, aduerbium. Diſertè. {ῥητορικῶς, λογίως. Ital. *Con eloquenza.* Gal. *Facondement, de bonne grace.* Hiſ. *Elegantemente.* } Liu. 8. bel. Pun. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenij dexteritas, vt non Syphacem modo barbarum, inſuetumq; moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facundè alloquendo ſibi conciliaret.

Facundioſus, adiectiuum. Sempron. Aſell. referente Gellio lib. 4. cap. 9. Facta ſua ſpectare oportere, dicta non, ſi minus facundioſa eſſent.

FADIVS, Pompeianus miles, cuius meminit Aſinius Pollio, apud Ciceronem lib. 10. Epiſt.

Fæx, fæcis, Per æ diph. vt Apulcius docet, vt differat in datiuo à præterito verbi facio: & eſt excrementum cuiuſcunq; rei, cuius diminutiuum eſt fæcula, deducitúrq; à facio. {τρύξ, ὑπόστασις. Ital. *Feccia, lordura di qualche coſa.* Gal. *Lie, fondrille, bourbe ou limon.* Hiſ. *La hez.* } Horat. 1. Carm. Ode 35. Diffugiunt cadis cum fæce ſiccaris amici. Fæces vnguenti eſt materia craſſior, ex qua expreſſum eſt vnguentum: magmata Græco vocabulo appellantur, teſte Plin. lib. 13. cap. 2. Fæcem ciuitatis (τὸν τῆς πόλεως) homines viles & abiectos aliquando vocamus, non quòd homines ſint ſordes, ſed quòd vitam agant ſordidam, & abiectam. Cicero pro Flacco, Opifices, & tabernarios, atq; illam omnem fæcem ciuitatum, quid eſt negotij concitare? Sordes & fæx vrbis, Cic. Attic. lib. 1. Fæx Romuli, pro plebe Romuli, hoc eſt populo quem ideo fæcem vocat Cicero ſcribens Attic. lib. 2. Epiſt. 1, quòd collectus eſſet ex confuſa & turbulenta multitudine. Loquitur autem illic de Catone, quem reprehendit quòd ita ſe geret et quaſi eſſet in Republica Platonis, & non in fæce, hoc eſt fæculenta plebe Romuli. ¶ Mali bibunt improbitatis fæcem, κακοὶ πίνουσι κακοήθειας τὸν ὑποκάτω. Dici ſolitum, vbi pœna maleficis meritis contigiſſet. Tranſlatum apparet ab iis qui vino limpido epoto tandem ad fæcem vſque perueniunt. ¶ De fæce haurire, figura mirum ni prouerbiali Cicero in catalogo illuſtrium oratorum, dixit, pro eo quod eſt, ſordida quępiam ac plebeia nimiſq; humilia perſequi.

Fæculentus, ta, tum, Quod eſt fæcis plenum. {τρυγώδης. Ital. *Feccioſo, pieno di feccia.* Gal. *Plein de lie, de fondrilles, bourbe ou limon.* Hiſpa. *Lleno de hez ò borras.* } vt, Fæculenta aqua, apud Plin. lib. 31. cap.

Fæcatum vinum, Quod é fæcibus eſt expreſſum. {τρυγώδης οἶνος. Ital. *Vino mal purgato.* Gal. *Du vinet, vin de deſpence.* Hiſpa. *Vino no purgado.* } Cato de Re ruſt. ca. 154. Vinum fæcatum hic facito, Fiſcinas olearias Campanicas duas illi rei habeto: eas fæcis impleto, ſub prelúmque ſubdito, exprimitóq;. Plin. lib. 14. cap. 10, De vini operatij generibus agens, Tertium (inquit) eſt fæcibus vini preſſum, quod fæcatum Cato appellat.

Fæcutinus, pen. prod. Idem quod fæcatus. {τρυγώδης. Ital. *Pieno di feccia, non purgato d'ella feccia.* Gal. *Plein de lie.* Hiſpa. *Coſa llena de hez ò borras.* } Gell. lib. 13. ca. 19, Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas Grammaticas ſpectaueris: ſed autem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

Fæciniæ vuæ. Dictæ ſunt quæ plus, quàm cæteræ, fæcis afferunt. πυκνοπόλιαι. Alio nomine à colore rubellanæ vocantur: & à loco, Nomentanæ, autore Columella lib. 3. cap. 2.

Fagus, gi, {φηγός. Ital. *Faggio.* Gal. *Vn arbre que aucuns appelent faw, les autres ſouſteau, & les autres heſtre.* Hiſp. *La haya arbol conocido.* } Arbor eſt glandifera, quam ruſtici in Gallia vocant *vn faw*: ita dicta ἀπὸ τοῦ φάγειν, hoc eſt à comedendo: quòd ante inuentas fruges (vt fabulantur Poëtæ) homines eius arboris glandibus ſolerent victitare. ¶ Sunt qui ſcribant Phagus ad Græcam originem ſpectantes: id tamen magis ſuperſtitioſum eſt quàm neceſſarium. Eſt enim hæc dictio ita iam apud Latinos recepta, vt meritò Latinorum more ſcribi poſſit.

Fagineus, Faginus, & Fageus, adiectiua. {φήγινος. Ital. *Di faggio.* Gal. *Qui eſt de fou, de ſouſteau ou de heſtre.* Hiſp. *Coſa de haya.* } quæ eiuſdem ſunt ſignificationis, Quod ſcilicet ex fago arbore eſt. Ouid. 4. Faſt. Bis ſua faginea tempora fronde tegit. Sic faginus axis, apud Virgil. 3. Georg. Pòſt validò nitens ſub pondere faginus axis. Et pocula fagina, apud eundẽ 5. Aegloga. Glans fagea, apud Plin. lib. 16. cap. 5, Alia fageæ glandis figura, alia querneæ.

Fagutal, Fuit Romæ ſacellum Iouis in quo erat fagus arbor, quæ Ioui ſacra habebatur Plin. lib. 16. cap. 10.

FALACRIVM, Φαλάκριον. Ptolemæo 7. Europæ tabula, promontorium eſt Siciliæ, quod nonnulli idem eſſe credunt quod vulgò hodie appellatur *Azolazo*, vel *Raſoculmo*.

Falæ, Turres ligneæ, ob altitudinem dictæ, quibus in oppidorum oppugnationibus, & in ſpectaculis vtebantur: à falando. Tuſci enim falandum cælum vocabant.

Falarica, Vide PHALARICA.

Falcarius, Falcatus, Falcula, Vide FALX.

Falcidia lex, Φαλκιδίου νόμος, Quę amputat legata, quando vt minimum quarta pars bonotum non ſupereſt hæredibus.

Falco, onis, {Græcè ἱέραξ. Ital. *Falcone.* Gal. *Vn faucon.* Hiſp. *Halcon.* } Auis eſt ex accipitrum genere: ita dictà (vt Feſtus inquit) quòd vngues more falcis habeat introrſum flexos. Auis huius volatus à veteribus in auguriis maximè obſeruabatur. Fœliciſſimum ſiquidem omen ad res agendas putabant, ſi falco à ſiniſtra volaſſet. Vnde & à Græcis ἱέραξ, quaſi ſacra auis vocatur. Campani capyn olim vocabant: à qua etiam nonnulli volunt Capuæ nomen eſſe impoſitum: quòd ex volatu falconis, de ea ædificanda ſumptum fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (vt hodie à Principum aucupibus obſeruatum eſt) fœminę: mares verò ſunt quos vulgus hodie vocat *Moſcardinos*.

Falere, neutri generis. Varro de Re ruſt. cap. 5, Intra rete aues ſunt omne genus, maximè cantrices, vt luſciniolæ, ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canalicium, cibus obiicitur ſub rete. Subter columnarum ſtylobaten eſt lapis à falere, pedem & dodrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum à ſtaguo, latum ad quinque, &c. Verbum architecturæ nobis hodie incognitum.

FALERII, orum, Φαλίσκοι. Oppidum fuit Faliſcorum in Tuſciæ mediterraneis. Autor Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

FALERNVS ager, teſte Plin. lib. 14. cap. 5, Campaniæ tractus eſt, qui à ponte Campano incipiebat læua petentibus vrbanã coloniam Syllanam. Totus hic tractus vitiferos habet colles, generoſiſſimo vino nobiles, quod à regionis nomine etiã falernum eſt appellatũ. Huic inter generoſa Italiæ vina, ſecunda nobilitas tribuebatur. Prima enim laus dabatur Pucino, quod à Græcis Pictanum appellabatur. Nequaquam verò mirũ videri debet, ſi hoc vini genus hodie, aut prorſus ignotũ ſit, aut minus celebre, quũ etiã Plinij ſeculo (vt ipſe teſtatur) exoleſceret, culpa agricolarum, copiæ magis ſtudentium quàm bonitati. ¶ Pro vino frequentiſſimè neutri generis eſt: Tibullus tamen in maſculino genere vſurpauit. Nunc (inquit) mihi fumoſos veteres proferte Falernos.

FALISCI, Φαλίσκοι, Populi Hetruſci fuerunt, quorum oppidum Falerij, Φαλίσκοι Stephano, vocabatur. Ouidius, Adde ſenem Tatium, Iunonicolaſque Faliſcos. Vulgò *Monte Fraſco*.

Faliſcus venter, non diſſimilis Lucanicis, inuentus primò in Faliſcis. Papin. lib. 4. Syluarum, Non Lucanica, non graues Faliſci. Martial. lib. 1, Et Lucanica ventre cum Faliſco.

Fallo, lis, fefelli, falſum, Decipio. {ἐξαπατῶ, παραγράφω. Ital. *Ingannare, gabbare.* Gal. *Deceuoir, abuſer & tromper.* Hiſpa. *Engañar.* } A' fando deductum verbum, vt inquit Varro: quum contrà quàm diximus, facimus: nam ſiquis te decipit, impropriè fallere dicitur. Terent. in Heaut. Per alium quemuis vt des, falli te ſinas Technis per ſeruulum. Idem in Andr. Quidnam cupio, dum ne ab hoc me falli cõpetiat. Cic. pro Roſc. Amer. Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſoluere, & fallere eum qui ſe ſus non eſſet, niſi credidiſſet. ¶ Ponitur & pro lateo. λανθάνω. Liu. Speculator Carthaginenſis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehenſus, præciſis manibus dimittitur. ¶ Fallit me, id eſt ignoto. Cic. de Orat. Neq; hoc te Craſſe fallit. Et in Ora. Quẽ quæſo noſtrum

fefellit,

fefellit, ita vos esse dicturos? Idem Attic. lib. 2. Tamen in lege nulla esse huiusmodi capita, te non fallit, Tacit. lib. 12, Quæ mutatio neque Neronem fefellit. ¶ Fallere spem, fallere opinionem, est secus facere quam quis opinatus fuerit. Cicc. in Catil. Si vis improborum spem meam fefellerit. Idem Lentulo lib. 1. Epist. Non fallam opinionē tuam.

Fallus, sum. Decipior. Plautus Aulul. Quan quā haud falsa sum nos odiosas haberi. Terent. Andr. Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectaui meo? Fallus es. Id est errας, aliter est atq; tu putas. Plautus Trin. Mihi etiamnum quid sit negoti, fallus incertúsque sum: nisi quia timeo tamen. Huius compositum est Refello.

Fallus, a, um, nomen, actiuè accipitur pro eo quod fallit, hoc est pro eo quod verum non est. {ψευδὴς. Ital. *Falso.* Gal. *Faux.* Hispa. *Enganoso.* } Terent. in Eunuc. Quæ vera audiui taceo, & contineo optimè. Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est. Plaut. in Milit. Accastor ergo mihi haud falsum euenit somnium. Sic falsus tutor dicitur, qui se pro tutore gerit, quum verus tutor nō sit. Falsum testamentum, quod suppositrium est, vel corruptum. Sic etiam Falsum iudicium, Falsam sententiam, Falsum nomē dicimus, pro eo quod verum non est non quòd fallendi gratia aut dictum, aut factum sit: sed quòd hominum opinionem fallat. Quando verò participium est, passiuè accipitur pro deceptus. Terēt. in Andr. Falsus es, hoc est deciperis, vt interpretatur Donatus.

Falsum habere, est fallere. παραλογίζεσθαι. Sallustius in Iugurtha. Neque ea res me falsum habuit.

Falsò, aduerbium, mendaciter, non verè. {ψευδῶς. Ital. *A torto, falsamente.* Gal. *Fauſſement, à tort.* Hisp. *Falsamente, enganosamente.* } Sallustius in procemio Iug. Falsò quæritur de natura sua genus humanum. Plaut. in Bacchid. Non mancò, neque tu me habebis falsò suspectum.

Falsè, aliud aduerbiū Plaut. in Capt. Tace modò ego Philocrates. Falsè faciam, vt verus hodie reperiare Tyndarus.

Falsidicus, ci, pen. corr. & Falsiloquus, Qui falsa loqui consueuit. {ψευδολόγος, ψευδολόγος. Ital. *Che dice il falso.* Gal. *Qui dit ce qui est faux.* Hisp. *El que dize falsedad.* } Sicut Veridicus, qui vera fari consuescit. Plautus in Capt. Me meámque rem, quod in te vno fuit, Tuis scelestis falsidicis fallaciis dilacerauisti. Idem, Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo.

Falsificus, Qui facit fallacias. {ψευδεπιὼν. Ital. *Che fa il falso.* Gal. *Qui fait fauſſetez, fauſſure.* Hisp. *El que haze la falsedad.* } Plautus in Mil. Domi habes animum falsiloquum, falsificum, falsiurium.

Falsiurius, a, um. {ψευδόρκος, ψευδόρκος. Ital. *Spergiurato.* Gal. *Pariure.* Hisp. *El que jura falsedad.* } Plaut. Milit.

Falsiloquus, a, um. {ψευδολόγος. Ital. *Qui parla il falso.* Gal. *Qui dit fauſſetez.* Hisp. *El que habla falsedad.* } Plaut. Milit. Idem Capt. Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo.

Falsimonium, nij. Fraus, fallacia. {ἀπάτη. Ital. *Frode, fallacia.* Gal. *Fraude, dol, fallace.* Hisp. *Engaño.* } Plautus in Bacchid. Multi more ilico arg; exemplo viuunt: quos quum censeas Tibi amicos, reperiētur falsi falsimonijs.

Falsiparens, tis, Id est qui falsum habet parentem: hoc est cuius pater is esse creditur qui minime tamen est. ψευδοπάτωρ, ὁ τὸν γνήσιον ψευδόμενος. Sic Catullus vocat Herculem, quem ex Ioue & Alcumena natum, plurimi credebant Amphitryonis esse filium, qui verus erat Alcmenæ maritus. Catullus ad Mallium, epigram. 65, Quod quondam cælis montis fodisse medullis Ausus falsiparens Amphitryoniades.

Falsitas, tatis, Dicitur quum id asserimus esse quod non est. {ψεῦδος. Ital. *Falsità.* Gal. *Fauſſeté.* Hisp. *Falsedad.* } Cui contraria est veritas, quæ offendit id quod est. Cic. pro Cluen. Etenim licet aliis in locis patum firmamenti, & parum virium falsitas habeat: sic in hoc loco falsa suuidia imbecilla esse debet.

Fallax, cis, Dolosus, qui consueuit fallere. {ἀπατεών. Ital. *Fallace, ingannatore, gabbatore.* Gal. *Trompeur, deceueur, faux.* Hisp. *Enganoso.* } vt Fallax interpres, apud Ciceronem ad Brutum. Plin. lib. 22. cap. 23, Quoniam in hac natura esse apparet, in illis coniecturam sepius fallacē. Martial. lib. 1, Sic auidis fallax indulget piscibus hamus. Cic. de Amic. Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ.

Fallaciæ, ciarum, Technæ, doli mali, dicuntur verba ad fallendum composita. {τροφαὶ, ἐξαπατήσεις. Ital. *Fallacie, inganni.* Gal. *Fallaces, tromperies.* Hisp. *Enganos.* } Cicc. 2. de Diuin. Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Terent. in Andr. Fallacia alia aliam trudit. Colum. lib. 11. cap. 2, Sed hæc ipsa res habet aliquam fallaciam.

Fallaciter, aduerbium, Idem quod fraudulenter. {δολίως. Ital. *Fallacemente, fraudolentemente.* Gal. *Fauſſement, par deception & tromperie.* Hispa. *Enganosamente.* } Cic. 1. de Diuinat. Fallaciter portēta interpretari. Idem 3. Offic. Ratio igitur hoc postulat, nequid infidiosè, nequid simulate, nequid fallaciter. Vendicare se alicui fallacissimè, Cicero de Aruſp. respon.

Fallacioſus, a, um, Fallaciis plenus. {ἀπατηλὸς. Ital. *Pieno d'inganni.* Gal. *Plein de fallaces.* Hisp. *Lleno de enganos.* } Gellius, Veterum testimonia quibus huiusmodi ambages fallacioſæ confutantur.

Fallam pro fallacia dixere veteres, vt annotauit Nonius, Nouij antiqui Poētæ locum citans ex Decumis, Me non vocabit ob eam rem: hanc feci fallam.

Falso, as. Falsum facio. {ψευδηγορῶ, ψευδολογῶ. Ital. *Falsare.* Gal. *Fauſſer, faire faux.* Hisp. *Falsar.* } Modest. l. penult. ff. ad l. Corn. de fal. Decretoq; diui Adriani præceptum est, in insulam eos relegari, qui pōdera aut mensuras falsassent.

Falsarius, rij, Qui decipiendi gratia scripta publica falsificat. {μοιχογράφος, ψευδογράφος. Ital. *Falsario.* Gal. *Fauſſaire.* Hispan. *El que en la escriptura haze falsedad.* } Sueton. in Nero. cap. 17, Aduersus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ, nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trāecto obsignarentur.

Falx, cis, Ferramentum aduncum quo segetes & herbæ secantur: item illud quo vites & arbores putantur. {δρέπανον ἄροτρον. Ital. *Falce.* Gal. *Vne faux ou faucille, vne serpe.* Hispa. *Hoz.* } Varro lib. 1. de Re rust. cap. 50, In Vmbria falce secundum terram succidunt ſramentum. Virg. 3. Aeglo. Tum credo, quum me arbustū videre Myconis, Atque mala vites incidere falce nouellas. Plin. lib. 18. ca. 28, Falcium duo genera: Italicum breuius, ac inter vepres quoque tractabile: Galliarum latifundia maioris compendij, quippe medias exdunt herbas, breuioresq; præterennt. Cic. 5. Tuscul. Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. Falces in Campania, seculæ dicuntur à secando. ¶ Falcium varia enumerantur genera à Catone, cap. 11 6, & 11 8. Sunt enim falces quædam fœnatiæ, quædam ſramentariæ, quædam arboratiæ, aliæ vineaticæ, syluaticæ, & rusciariæ. ¶ Falx etiam appellabatur bellica machina quæ adunco præfigebatur ferro: sic dicta quod incuruata esset ad similitudinem falcis, vt ex muris lapides extraherentur. Cæsar 5. bel. Gall. Vna erat magno vsui res præparata à nostris, falces præacutæ, insertæ, affixæq; longuriis, non absimili forma muralium falcium. ¶ Falces postulabam, ἄκαιρα ἀκούσματα. In eos qui respondent id quod ad rem nihil attinet. Videtur hinc natum, quòd agricolæ cuipiam à vicino falcem commodato petenti, negauerit ille sibi ligonem esse domi. Plutarchus, Zenodotus & Suidas referunt.

Falcula, æ, diminutiuum, Parua falx. {δρεπανίον, δρεπανίς. Ital. *Falcinella, falceta, coltellaccio da brocciare.* Gal. *Vne faucille, serpe, serpillon, ou cyochet.* Hisp. *Pequeña hoz, hocezilla.* } Colum. lib. 12. cap. 18, Nec minus falculæ, & vngues ferrei quamplurimi parandi. Cato cap. 54, Quod falcula secueris, non renascetur. ¶ Dicuntur etiam falculæ, pardorum & pantherarum extremitates vnguium in falcis formam incuruatæ, quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant: à quibus etiam falculis falcones dictos putat Festus. Plin. lib. 8. cap. 15, Mirum pardos, panthetásq;, leones, & similia, condito in corporis vaginas vnguium nucrone ne refringantur, hebetentúrque, ingredi, auertisque falculis currere, nec nisi appetendo, protendere.

Falcarius, ria, rium. Quod ad falcem pertinet. {δρεπανικός. Ital. *Pertinente à falce.* Gal. *Apartenant à vne faux.* Hispa. *Cosa pertenesciente a hoz.* } vt Cotes falcariæ, quibus falces acuuntur.

Falcarij, Qui falcibus vtuntur. δρεπανηφόροι. Cic. 1. Inuect. contra Catil. Dico te primo nocte venisse inter falcarios. Quem locum Priscianus exponens, Inter falcarios, inquit, id est in eum locum vbi sunt falcarij.

Falcatus, a, um, Quod formam falcis habet. {δρεπανοειδὴς. Ital. *Che ha forma di falce.* Gal. *Courbé comme vne faux ou fauculle.* Hisp. *Cosa encorvada en manera de hoz.* } Plin. lib. 10. cap. 21, De gallo loquens, Sola, inquit, volucrum in cælum aspicit crebrò, in sublime caudam quoque falcatam erigens. Amygdalæ falcatæ, apud Plin. lib. 17. cap. 10. ¶ Rursus falcatum, dicitur falcibus instructum: vnde falcati currus dicti sunt, quos Macrobius per circumloquutionem Currus cum falcibus appellat, quum ait, Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Statius lib. 10. Thebaid.

Antea falcato lustrantem mœnia curru
Desuper Ogygiæ pepulit grauis impetus hastæ.

Falcifer, Falcem ferens. {δρεπανηφόρος. Ital. *Che porta la falce.* Gal. *Qui porte vne faux ou fauille.* Hisp. *Cosa que trae hoce.* } Vnde perpetuo epitheto Saturnus Falcifer à Poētis appellatur: eui ideirco falx tribuitur quòd primus in Italia agriculturæ vsum credatur indicasse, vt autor est Macrobius, lib. 1, Satur. Mart. lib. 5, Nam si falciferi defendere tēpla Tonatus.

Fama, mæ, à fando, dictio media. {φήμη. Ital. & Hisp. *Fama.* Gal. *Renommée, bruit, renom.* } Est enim quicquid de aliquo diuulgatur, siue in bonum, siue in malum. Virgil. lib. 4, Neque enim specie, famave mouetur. id est infamia, vt exponit Nonius. Idem 4. Aeneid. Fama malum quo non aliud velocius vllum, Mobilitate viget, virésque acquirit eundo. Terent. in Andr. -omnes vno ore omnia Bona dicere & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Quid verbis opus est: hac fama impulsus Chremes, Vltrò ad me venit. Cicc. 14. Philip. Hoc triduo, vel quatriduo tribus à Mutina fama manarat. Idem autem sunt, rumor & fama, præterquam quòd alterum Latinum est, alterum è Græco, teste Valla. ¶ Et fama fuit, & eras, -ἠδὲ καὶ ἐσσομένοισι, τίς ἐσσεται ἀνθρώποισι. id est, -& dicebaris eraſque. Hemistichion prouerbiale, quoties facta respondent opinioni. Suidas è poēta quopiam. ¶ Fama etiam dicitur de re inueterata, firmatáque in hominum opinione, quamuis incerta, Martial. lib. 1, Quicquid fama canit, donat arena tibi. Quintil. Fama est, olim Iouem in imbrem aureum conuersum, puellæ in gremium descendisse. Plinius Iunior in Epist. Huc eum liberalitatis tuæ fama perduxerat. Sic fama Scipionum, fama Camilli, id est laus, celebritas. Virgil. 1. Aeneid. Sum, pius Aeneas, fama super æthera notus. ¶ A' fama diffamo, & infamo deducuntur, de quibus alibi.

Famosus, a, um, Frequentius in deteriorem partem accipitur pro infami. {δυσφημος. Ital. *Famoso, de gran fama.* Gal. *Fameux, fort renommé soit en bien ou en mal.* Hisp. *Famoso en buena y mala parte.* } Sallust. Largitionem famosam, impudentémque. Inde famosa mulier dicitur quæ est famæ parum integræ, hoc est quæ impudicitiæ nomine male audit. Cicc. 2. de Orat. ex Poēta. -quid tu Aegilia mea, Quando ad me venis, cum tua colu & lana? Non pol, inquit, audeo: Nam me ad famosas vetuit mater colu & lana? Non pol, inquit, audeo: Nam me ad famosas vetuit mater accedere. ¶ Interdum in actiua significatione accipitur pro eo quod vulgò dicunt *Diffamatorium.* Vnde famosi libelli apud Iurisconsultos appellantur qui alicuius famam lædunt. ¶ Inuenitur etiam interdum in bonam partem acceptum, præsertim apud Plinium Iuniorem, & eius seculi scriptores. Nam Ciceronis seculo vix quisquam aliter quam in malam partem vsus est. Plinius lib. 6. Epistol. Impetrare petis vt causam tuam pertinacem ad curam tuam, pulchram alioqui & famosam faciam. Tacitus lib. 2 1, Sed quia famosæ vrbis supremam diem traditurī sumus, congruum videtur primordia eius aperire.

Famigero, as, Diuulgo. {διαφημίζω. Ital. *Diuulgare.* Gal. *Diuulguer.* Hispan. *Derramar, o diuulgar fama.* } Famigeratus, diuulgatus, fama celebratus. διαφημισθείς.

Famigerator, Qui rei alicuius famam spargit. {διαφημιστὴς. Ital. *Quello che diuulga la fama di qualche cosa.* Gal. *Semeur ou porteur de bruit.* Hispa. *Aquel diuulgador de fama.* } Plaut. in Trinummo, Ego de verbis eorum famigeratorum inicius profilui.

Famigeratio, onis, Famæ dissemination. {διαφήμισις. Ital. *Diuulgatione di fama.* Gal. *Bruit semé ou porté ça & la.* Hisp. *Aquella obra de derramar o diuulgar fama.* } Plaut. Trinum. Hæc famigeratio te honestet, mecum cōtubulet.

Famigerabilis, le, Celebris, clarus, fama notus. {διαφημιστὸς. Ital. *Celebre, illustre,*

lustre, cognoscitato per fama. Gal. *Bien famé, renommé.* Hisp. *Bien enfamado, solemne, famoso.* ¶ Apuleius de Asino aureo, Satis famigerabilis consector.

Famella, diminutiuum est à fama. Festus.

Fames, huius famis, Edendi cupiditas, ¶ λιμὸς ὄρεξις. Ital. *Fame.* Gal. *Faim, famine.* Hisp. *Hambre.* ¶ à φάγω, edo: & differt ab inedia, quod fames est semper cum appetitu edendi: inedia etiam sine appetitu, vt in ægrotis. Est enim propriè inedia, abstinentia à cibo, à non edendo dicta. λιμία. Vnde summos aliquot viros legimus aliquot dierum inedia se enecuisse. Cic. pro Aul. Cluent. Iam hoc ignoratis Iudices, vt etiam bestiæ, fame dominante, plerunque ad eum locum vbi pastæ aliquando sint, reuertantur. ¶ Accipitur interdum fames, pro caritate ex annonæ penuria nascente, quum scilicet plerique aliquo in loco alimento deficiente de vita periclitantur. Cice. Terentiæ, Etiam illud verendum est ne breui tempore fames in Vrbe sit. Idem pro Flac. In fame frumentum erat exportare ausus. ¶ Multa docet fames, πολλὰν ὁ λιμὸς σοφιστὴν ἐξεῦρεν. ¶ Fames Melia, λιμὸς μηλιάς. De fame extrema æque rebus difficillimis. Est enim Melus oppidum Thessaliæ quod Nicias Athenienium dux obsedit expugnauitq; non tam machinis bellicis, quàm fame. Suidas ex Aristophane.

Famelicus, a, um, pen. corr. Qui fame laborat. ¶ βουλιμιῶν, βουλιμιάζων. Ital. *Famelico, affamato.* Gal. *Affamé, qui a faim.* Hisp. *Hambriento.* ¶ Plaut. in Casin. Post id quum lassus fueris & famelicus, Noctu vt condigne recubes, curabitur. Terent. in Eunuc. Ille vbi miser famelicus videt me esse in tantum honorem, Et tam facilè victum quærere, ibi homo, &c. Plaut. Pseu. Dúmque ridebunt saturi, mordebunt famelici.

Famelicosus, a, um, Qui frequenter famelicus est. βουλιμώδης. Vnde famelicosam terram, palustrem veteres vocabant, teste Festo.

Familiæ appellatione comprehenduntur tam liberi quàm serui vtriusq; sexus, vnius quem patremfamilias vocamus, iuri subiecti. ¶ οἰκίαι. Ital. *Famiglia.* Gal. *Famille.* Hisp. *La familia casa y persona de casa.* ¶ Apud antiquissimos familia scribebatur per e literam, tantúmque de seruis dicebatur: ab Osca dictione Famel, qua illi seruum appellabant, vt autor est Festus: Postea commutata e in i. familia appellata est. Quo vocabulo Varronis etiã seculo serui significabantur. Ita enim air, lib. 1. ca. 16, Si ab fundo longius absunt oppida aut vici, fabros parent quos habeant in villa: sic exteros necessarios artifices: ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet, festiata potius, quàm opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. Deinde tamen paulatim inualuit vsus, vt etiam liberi familiæ nomine, & quicunque sub vnius patrisfamiliãs iure viuerent, comprehenderentur. Plautus Truc. Hęc vna opera circumit per familias, puerum vestigat. ¶ Post hæc ad eos quoq; translatum est, qui ex eadem sunt cognatione: vt Cæsarum familia, Scipionum familia. Sueton. in Nerone, Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Coruinorum, & Aenobarborum. ¶ Familia pro secta. αἵρεσις. Cic. 2. de Diuin. Magnus locus, philosophiaque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totáque Peripateticorum familia tractatus vberrimè. Vnicus verò seruus, familiæ nomine non cõtinetur, nec duo faciunt familiam. Est enim collectiuum nomen pluralitatem in se continens. Vide latius nominis huius significationem apud Paulum Iurisconsultum l. Pronuntiatio. ff. de Verb. signi.

Familiaris, quando adiectiuum est, significat quod ad familiam pertinet. ¶ οἰκεῖος, οἰκικὸς. Ital. *Famigliare.* Gal. *Familier, domestique, de la maison.* Hisp. *Familiar.* ¶ Vnde familiaria negotia, res familiaris, res domestica. Autor ad Herennium in operis præfatione, Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otij studiis suppeditare possumus. Gell. lib. 3, Memoriæ mandatum est, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. ¶ Familiaris focus. Colum. lib. 11. cap. 1, Consuescat rusticos circa larem domini focúmque familiarem semper epulari. ¶ Sepulchra familiaria, quæ quis sibi ac familiæ suę constituit: quemadmodum hæreditaria dicuntur quæ quis sibi & hæredibus extruit. Autor Caius Iurisconsul. l. Familiaria. de Relig. & sumpt. funerũ. ¶ Interdum idem est quod necessarius, amicus, intimus, arctáq; familiaritate conjunctus. ¶ οἰκεῖος, ὅς, γνήσιος, ἑταῖρος, συνήθης. Ital. *Famigliare, amico.* Gal. *Familier, ami & priué, qui hante souuent autre.* Hisp. *Familiar o amigo de casa.* ¶ Cic. Attic. Homo familiarissimus mihi, & omnibus in rebus coniunctus. Idem de Amicitia, Vidimus P. Aemilium C. Luscinio familiarem fuisse. Idem pro Cælio, Mulier illa quadrantaria permutatione familiaris facta erat balneatori. ¶ Arbor familiaris Italiæ, id est protrita, & passim nascens, apud Plin. lib. 23. cap. 5. ¶ Quandoque etiam hoc nomine intelliguntur domestici, quive sunt ex familia. Plautus in Amph. Ne qui essem, familiares quærerent, Versari crebrò hic quum viderent me domi. ¶ Familiaris sella, à veteribus appellata fuit sella perforata, eiiciendis alui excrementis accommodata. ἀφεδρών. Varro 1. de Re rust. cap. 13, Itaque periti, vt eò aqua influat, eo nomine faciunt: quidam & sellas familiares ponunt.

Familiaritas, tatis, Consuetudo ipsa quæ est inter familiares & amicos. ¶ οἰκειότης. Ital. *Famigliarità, domesticheza.* Gal. *Accointance, familiarité, amitié familiere & priuée, priuauté.* Hispa. *Familiaridad.* ¶ Terent. in Heaut. Mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia semper fuit familiaritas. Cic. de Amic. Sic quum accepissemus à patribus, maximè memorabilem C. Lælij, & P. Scipionis familiaritatem.

Familiariter, aduerbiũ, Domestice, ad similitudinem familiarium. ¶ οἰκείως. Ital. *Famigliarmente, domesticamente.* Gal. *Familierement, priuément.* Hisp. *Amigable y familiarmente.* ¶ Plaut. in Rud. Ah nimium familiariter me attrectas. Terent. in Heaut. Tamẽ vel virtus tua me, vel vicinitas (Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto) Facit vt te audacter moneam, & familiariter. Cic. 6. Verr. Præsertim quum is L. Sisenna defensore tuo tam familiariter vteretur. Familiaritet ferre mortem alicuius, id est grauiter & molestè. nam quæ sunt nobis familiaria, ea animo nostro sunt chara, inquit Donatus. Terent. in Andr. Huius mortem tam fert familiariter.

Famolus, Vide FAMA.

Famulus, li, Originem habet ab Oscis Italiæ populis, apud quos seruus *famul* dicebatur. ¶ ὑπηρέτης. Ital. *Seruo, famiglio.* Gal. *Seruiteur, varlet ou vallet.* Hisp. *Seruidor* ¶ Martial. Argolico famulum non re seruire tyranno Vidisset gentes, sæuáq; regna pati. Lucret. *li.* 3. Ossa dedit terra, proinde ac famul infimus esset.

Famulus, a, um, adiectiuum, Idem quod famularis. ¶ δουλικὸς. Ital. *Pertinente à seruitore.* Gal. *Apartenant à vn seruiteur ou seruante.* Hisp. *Cosa pertenesciente à seruidor.* ¶ Ouid. 3. de Põt. Nec dedignata est abiectis Illyris armis Cæsareum famulo vertice ferre pedem. Idem 1. Fast. Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.

Famula, læ, Ancilla. ¶ ὑπηρέτις. Ital. *Serua, Fantina.* Gal. *Chambriere, seruante.* Hisp. *Seruidora.* ¶ Cic. 5. Tuscul. Sin autem virtus subiecta sub varios incertósque casus, famula Fortunæ est. Virgil. 8. Aeneid. Noctem addens operi, famulásque ad lumina longo Exercet penso.

Famulor, aris, Famuli officio fungor, seruio. ¶ ὑπηρετέω. Ital. *Seruire.* Gal. *Seruir.* Hisp. *Seruir al que es libre.* ¶ Plin. lib. 2. cap. 63, Vt alimentis nostris famuletur. Ibidem cap. 7, Famulantur æternis sacris. Fortuna famulante aliquid agere, id est adiuuante fortuna Claud. de bell. Get. A' magno Stilicone cave, qui semper iniquos Fortuna famulante premit.

Famulanter, aduerbium, Idem quod simpliciter, & in modum famuli. ¶ ὑπηρετικῶς. Ital. *Soppichevolmente, humilmente.* Gal. *Seruilement, humblement.* Hisp. *Seruilmente, humulmente.* ¶ Nonius. Famulanter, suppliciter. Accius Tereo, Semela natum affare, & famulanter pete.

Famularis, re, Quod pertinet ad famulum siue famulam. ¶ δουλικὸς. Ital. *Pertinente à seruitore.* Gal. *Apartenant à seruiteur, ou seruante.* Hisp. *Cosa pertenesciente à seruidor.* ¶ Cic. 1. Tuscul. Qui se in medios immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci si esset ornatu regio. ¶ Iura famularia dare, pro imperare populo regia potestate. Ouid. 15. Metamorph. Si Romam intrarit, famularia iura daturum. Manus famularis, Senec. Here. Oetæo. Turba famularis mensas instruit. Stat. 2. Achil. Famulare, neutrũ pro aduerbio, seruiliter. Stat. 3. Syl. -nec turbidus ira, Nec famulare timens. Id est more famuli.

Famulatus, us, & Famulitium. Pro seruitute. ¶ δουλεία. Ital. *seruitù.* Gal. *seruitude, seruage.* Hisp. *Seruidumbre.* ¶ Cic. de Amicit. Qui aliquandiu propter ignorãtiam stirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 2. Offic. Quàm miser virtutis famulatus seruientis voluptati. Varro, Apud ignauum dominum duro famulitio astrictus. ¶ Dicitur etiam famulitium, seruorum copia. ¶ τὸ ἀκόλουθον, τὸ ὑπηρετικὸν, ἡ ὑπηρεσία. Ital. *Compagnia de serui.* Gal. *compagnée de seruiteurs.* Hisp. *Aquellos mesmos seruidores.* ¶ Macrob. Vnus è famulitio cui prouincia erat, admittere volentes dominũ conuenire.

Famulatio, Famulorum, famularũmque multitudo. ¶ ὑπηρεσία. Ital. *Moltitudine de serui.* Gal. *Compagnée de seruiteurs.* Hisp. *Los seruidores.* ¶ Apul. lib. 2. Et ecce mulierem quampiam frequenti famulatione.

Fanaticus, Vide FANVM.

Fandus, Vide FARIS.

FANESII. Populi in Oceano Septentrionali, qui (vt ait Plin. li. 4. ca. 13.) tam grandes habent aures, vt eorum nuda corpora his tegantur.

FANESTRIS colonia, Pomponio Vmbriæ, siue agri Gallici oppidum est, non procul à Pisauro vrbe, & Metauro amne, quod à Plin. lib. 3. cap. 14, Fanum fortunæ appellatur. Vulgò *Fano.*

Fannia lex, φάννιος νόμος, à Macrobio lib. 2. cap. 24, numeratur inter leges sumptuarias quæ ad nimium conuiuiorum luxum compescendum a Fannio Consule lata fuit anno post Vrbem conditam quingentesimo octauo. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeiis, Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decémque aliis diebus in singulis mensibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Vide & Gellium lib. 2. cap. 24.

Fanniana pyra, Vide FAVONIANA.

FANNIVS. Duorum oratorum nomen, quorum fit meminit Cicero in Bruto, Horum (inquit) ætatibus adiuncti sunt duo C. Fannij, Marci filij: quorum C. Fannius qui Cõsul cum Domitio fuit, vnam orationem de sociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit, sanè & bonam, & nobilem. Alter autem C. Fannius, M. F. C. Lælij gener, & moribus & ipso dicendi genere durior. Hæc ille.

FANVM fortunæ, φάνον Stephano, Agri Gallici vrbs est, teste Plin. lib. 3. cap. 14, in litore Adriatico, inter Pisaurum & Senogalliam, non longè à Metauro amne sita: sic dicta, quòd in ea pulcherrimũ Fortunæ templum fuerit. Huius vrbis incolæ, Fanenses: & colonia ipsa, Fanestris à Pomponio appellatur.

Fanum, ni, Templum. ¶ ναὸς, νεὼς. Ital. *Tempio, chiesa.* Gal. *Temple.* Hisp. *Templo donde se dauan responsos.* ¶ à Faunis Latinorum diis, qui indormientibus responsa dare solebant. vt ait Martianus Capella: vel à Fauno, qui (autore Probo Grammatico) primus oraculi conditor fuit. Festus, Fanum à Fauno, vel à fando, quòd pontifex in dedicatione templi certa verba præfari solebat. Cice. 2. de Legib. Illud vitiosum Athenis quòd Cylonio scelere expiato, Epimeni decreto suadente, fecerunt contumeliæ fanum, & impudentiæ. Sunt tamen qui hoc nomen per ph scribant, διὰ τὸ φανερὸν, quod significat manifestum, quòd è phano aperta responsa dabantur. Ab hoc nomine adiectiuum deducitur Profanus, siue Prophanus, a, um.

Fanaticus, a, um, adiectiuum est à fano deductum. ¶ Dicuntur autem fanatici quos Græci vocant ἐνθουσιῶντας, aut προφητεύοντας, quòd non sua sponte, sed diuino numine ferri credantur. Fanatici autem dicti sunt ideirco quòd in fanis, hoc est in templis sacerdotes oraculum edituri, huiusmodi furore corripiebantur: vt eleganter depingit Virgil. 6. Aeneid. & Lucanus Pharsal. lib. 5. Liuius lib. 8. bel. Macedo. Galli Martis magnæ à Pessinunte occurrere cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis viam belli & victoriam dare. Quint. lib. 11. Frequens etiam capitis nutus non caret vitio: adeó caput iactare, & comas excutientem rotare, fanaticum est. Iuuenal. Satyra 2, -& crine senex fanaticus albo, Sacrorum antistes. Cicero pro Domo sua, Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, &c. Fanatico carmine vaticinari, Liuius 8. belli Macedo.

Far, farris, Olim genetale nomen fuit ad omnia genera frumenti: ita dictum à ferendo quod à terra proferatur: siue (vt Varroni placet) à faciendo, quòd in pistrino fieret, id est præpararetur, & contunderetur. Hinc triticeum far, pro tritico veteres dixerunt, & hordeaceum far pro hordeo: & far adoreum, pro certo frumenti genere quod alio nomine ador appellabatur. Colum. lib. 8. cap. 5, Post hęc cauea cum matre claudendi sunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino respersо

Universidad de Buenos Aires Biblioteca Central

no respectu modicè alendi. Et paulo pòst, Vua labrusca de reputibus immatura cocta cum farre triticeo minuto cocta obiicitur esurientibus. ¶ Propriè autem farris nomine certum quoddam frumenti genus intelligimus, quod primum ab edendo edor, deinde literæ ptimæ immutatione ador appellatum fuit, quódque paulo ante etiam far adoreum dici indicauimus. ¶ Ital. *Farro*. Gal. *Veute sorte de blé, mais principallement fourment*. Hisp. *Farro o especudia*. ¶ Plin. lib. 18. cap. 8, Vulgatissima frumenti genera, far quod adoreum veteres appellauere, siligo, & triticum. Et paulo pòst, Qui zea vruntur, non habent far. Et rursum, Ex omni genere durissimum far, & contra hyemes firmissimum: primus antiquo Latio cibus. Et iterum lib. eodem, cap. 7, Populum Rom. farre tantùm è frumento ccc. annis vsum, Verrius tradidit. ¶ Farris quatuor sunt genera, clusinum, vermiculum duplex, & trimestre, quod & alicastrum vocatur. Vide Columellam lib. 2. cap. 6.

Farreus, a, um, Quicquid ex farre confectum est. ¶ Ital. *De formento*. Gal. *De fourment*. Hispan. *Cosa de farro ò especudia*. ¶ vt, Panis farreus. Colum. lib. 7. cap. 12, Farreo vel triticeo pane satiandi sunt.

Farraceus, a, um, Idem quod farreus, Vt farraceus pollen, Plin. lib. 24. cap. 7.

Farreum, rei, Genus libi ex farre factum. ¶ Ital. *Foccaccia di formento*. Gal. *Gasteau de fourment*. Hisp. *La oblada ò torta de farro ò trigo*. ¶ Plin. lib. 18. ca. 3, Nouæ nuptæ farreum præferebant. ¶ Farreum quoq; veteres vocabãt horreum à farreificut granarium à grano, & horreum ab hordeo.

Farratio, Genus sacrificij erat quo sacerdotum nuptiæ confirmabantur. Nam (vt autor est Boëthius in Topica Ciceronis) tria erant genera vxorum: vnum quum vxor tantùm in lecti partem veniebat, quam matronam vocabant. Alterum quum in manum, mancipiúmque viri conueniebat, omniúmq; eius fortunarum fiebat particeps, & marito suo intestato vt hæres succedebat, & maritus vicissim illi: cuiusmodi vxores matresfamiliãs vocabantur. Tertium quum adhibito libo farreo, certa sacrificij solennitate nuptiæ contrahebantur. Sed huiusmodi solennitate in contrahendis nuptiis soli sacerdotes vtebãtur. Porrò matrimonium per farreationem contractum, nonnisi per diffarreationem poterat dissolui. Erat autem diffarreatio aliud sacrificij genus quo nuptiæ per confarreationem contractæ, contrario ritu dissoluebantur.

Farrago, penult. prod. huius farriginis. Quod ex multis satis, vt hordeo, vicia, & leguminibus fit, pabuli causa. ¶ Ital. *Commistione di diuerse cose*. Gal. *Meslange, drageé pour les bestes*. Hisp. *Herreu de centeno y otras cosas*. ¶ Varro, Inde quòd far ferro cæsum, farrago dictum, aut quòd primum in farracea segete seri cœptum sit. ¶ Diuersarum quoque rerum commistio, farrago dici potest. Iuuen. Satyr. 19. Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas. Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. Persius autem Satyr. 5, Farraginem pro farre, vel frumento posuit, quum inquit, Vappa & lippus, & in tenui farragine mendax.

Farina, næ, Frumentum mola comminutum, & in puluerem redactum. ¶ Ital. *Farina*. Gal. *Farine*. Hisp. *Harina*. ¶ quod nomen à farre deductum tradit Plin. lib. 18. cap. 9. Nam (inquit) quæ ficea moluntur, plus farinæ reddunt: quæ falsa aqua sparsa, cãdidiorem medullam: verùm plus retinèt in furfure. Farinam à farre dictam, ex nomine ipso apparet. Hæc ille. Scribitur tamen vnico r, quanuis far in obliquis r, geminet. Corripit enim primam syllabam. Martial. lib. 13, Pascitur & dulci facilis gallina farina. Ouid. de Med. faciei. Nam quæ puluereæ fuerint confusa farinæ. Persius Satyr. 3, -cribro decussa farina. ¶ Quid ad farinas? ¶ Concupiuit assam farinam, ¶ Ital. *Di farina*. Gal. *De farine*. Hisp. *Cosa de harina*. ¶ Farinaceus, a, um, Quod factum est ex farina. ¶ Ital. *Luogo da tener farina*. Gal. *Lieu pour garder la farine*. Hisp. *Lugar donde se guarda la harina*. ¶ Farinarius, a, um, Quod ad farinam pertinet. ¶ Ital. *Che serue à farina*. Gal. *Seruant à farine*. Hisp. *Cosa pertenesciente à harina*. ¶ Plinius libro 18, Farinario cribro succernunt.

FARAN, Φαρὰν. Oppidum trans Arabiam, iunctum Sarracenis qui in solitudine vagi errant. Pharan (inquit Stephanus) oppidum est inter Aegyptum & Arabiam: à quo fit gentile Pharanites, Φαρανίτης. & possessiuum, Pharaniticus, Φαρανιτικὸς.

Farcio, is, farsi, fartum, Sagino, pinguefacio, faturo, quasi farre impleo. ¶ Ital. *Ingrassare, empire*. Gal. *Farcir, remplir*. Hisp. *Embutir ò rencalcar*. ¶ Colum. lib. 8. ca. 7, Hæc enim ferè communis est cura farcientium: nam illi qui volunt non solùm opimas, sed etiam teneras aues facere, mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt. ¶ Significat & quouis modo implere, idque per metaphoram. Plinius in Epist. Præterea architectus ianè æmulus eius, à quo opus inchoatum est, affirmat parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) imposita onera sustinere non posse: quia sint cemento medij farti, nec testaceo opere præcincti. ¶ Farcire alicui centones. Plautus Epid. -hic non est locus: Quin tu alium quaras cui centones farcias. id est quem tu gloriosis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis expleas. ¶ Huius verbi composita sunt, Confercio, Effercio, Infercio, Offercio, Refercio. Quorum significata vide suis locis.

Fartus, seu Farctus, participium. ¶ Ital. *Guarnito, empito*. Gal. *Farci, rempli*. Hisp. *Embutido ò recalcado*. ¶ Cic. 7. Vert. Lectica stipato. Gal. *Farci, rempli*. Hisp. *Embutido ò recalcado*. ¶ Cic. 7. Vert. Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitensi rosa farctus. Martial. lib. 5, Hic fasta premitur angelio Ceres omni. Plin. lib. 19. cap. 5, Fartus ventriculus coriandro.

Farcimen, pen. prod. Huius farciminis, Intestinum variè ac minutim cõcisa carne refertum. ¶ Ital. *Salcicia, luganica*. Gal. *Saucisse, andouille ou boudin*. Hisp. *Longaniza, salcicha, ò rellena*. ¶ Varro lib. 6. de ling. Lat. Ab eadẽ farturæ farcimina extis appellata.

Farsores, Qui farcimina faciunt ex insecta carne & adipe, & huiusmodi. ¶ Ital. *Salsiccia, che fanno salsiccie*. Gal. *Faisseurs de saucisses*. Hisp. *Los que hazen salchichas*. ¶ Aut certè qui aues macras ab aucupibus emptas, lucri gratia farciunt, hoc est saginant. *Celsus*. Terent. in Eunuch. Cupedinarij omnes, cetarij, lanij, coqui, farsores, aucupes. Colum. lib. 8. ca. 7, Piugué quoq; facere gallinã, quanuis farsoris, non rustici sit officium. ¶ Hoc etiã vocabulo, autore Festo, appellati sunt nomenclatores, quòd obuiorum nomina candidatis in aurem infarcirẽt.

Fartilis, fartile, penult. corr. Idem est quod fartus. ¶ Ital. *Ingrassato*. Gal. *Engraissé*. Hisp. *Embutido, rellenado, recalcado*. ¶ Plin. lib. 10. cap. 22, de anseribus & eorum iecore loquens, Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitate nouere, fartilibus in magnam amplitudinem crescit. Vbi fartiles anseres vocat fartos & saginatos.

Fartum, ti, Genus libi, à farciendo dictum: quòd multis variis rebus farciretur. Persi. Satyr. 2, Attramen hic extis, & opimo vincere farto Contendit. Veteres enim (vt Cato de Re rust. scribit) struem farris, tritici, hordei, fabæ, fœminis rapacij, ture ac vina additis, ante messem parabant in poteæ præcidaneæ immolationem. Ianóque & Ioui, ac Iunoni sacrificabant: quæ diuersarum rerum congeries, fartum appellabatur. ¶ Est item fartum quo quid farcitur, vel farcitum est. Colum. lib. 5, Semper proderit, simulac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere: cares efficit vberiorem fructum, & fartum fici speciosius & plenius. ¶ Fartum vestis, pro ipso corpore posuit Plaut. in Mostel. Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum

Fartura, ræ, Dicitur actus, modúsve farciendi altilia. ¶ Ital. *Ingrossamento di beste*. Gal. *Engraissement*. Hisp. *Aquella obra de embutir rellenar*. ¶ Colum. lib. 9. Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit quot iam farturæ præcesserint.

Fartim, aduerbium. Penè idem quod aceruatim, cumulatim. ¶ Ital. *A mucchi*. Gal. *A monceaux*. Hisp. *A montones*. ¶ Apul. Parabat fiscum fartim conciisum.

FARFARVS, siue Farfar, Syriæ fluuius, qui ex radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens, Syriaco miscetur mari. ¶ Farfatus etiam dictus est fluuius per Sabinos fluens, de quo Ouidius, -& amœnæ Farfarus vndæ. Alio nomine dicitur Fabaris, penult. corr. Virgil. lib. 7. Qui Tyhrim Fabarimque bibunt. ¶ Farfarum vocat Plautus in Pœnulo arborem populum, Prosternebam (inquit) eos vt folia farfari, quæ leui pulsu venti alicuius, Autumno vniuersa aliquando cadunt.

Farfenum, Virgulti genus est, inquit Festus.

Farfugium, gij, Herba est nymphææ nõ ablimilis, circa fluuios nascens, populi folio, sed ampliore. Alio nomine farfarum dicitur. Vide Plinium, lib. 24. cap. 15.

Faris, vel fare, fatur, fatus. A' fero deductum est: quod inter alia significata significat loqui. ¶ Ital. *Parlare*. Gal. *Parler*. Hispan. *Hablar*. ¶ Quanquam fari, teste Varrone, minus sit quàm loqui. Pueri enim quũ primùm vocem edere incipiunt, quæ intelligi potest, fari dicuntur. Plin. lib. 11. cap. 51, Qui celerius fari cœperè, tardius ingredi incipiunt. Loqui autem nemo dicitur nisi qui seruato quodam verborum ordine perfectè quæ sentit efferre potest. Vnde pueri qui nondum fari didicerunt, infantes dicuntur. Hæc tamen Varronis differentia non obseruatur. Virgil. lib. 6. Sic fatur lachrymans, classiq; immittit habenas. ¶ Legitur & in significatione passiua. Suetonius, Prætorum fasti dies sunt quibus ius fatur. id est, dicitur: sicut nefasti, quibus non dicitur. Huius verbi prima persona deberet esse for, vt inquit Priscianus, quæ tamen non est in vsu. ¶ Eius composita sunt, Effari, eloqui. Affari, alloqui. Cic. in Catone. Licet mihi iisdem versibus affari te, ó Attice, quibus affatur Faminium ille vir. Præfari, anteà fari. Colum. in Præfat. Quos ordine suo tunc demum persequar quum præfatus fuero quæ reor ad vniuersam disciplinam maximè pertinere. Profari, idem quod effari. Virgil. 1. Aeneid. Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.

Fando, gerundium. Plautus Amphit. -quæ neque fieri Possunt, neque fando vnquam accepit quisquam, profers carnifex. Cicero pro Quintio. Non denique vlla vnquam intercessit postulatio, mitto æqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita.

Fans, participium. ¶ Ital. *Parlante*. Gal. *Parlant, qui dit*. Hisp. *El que habla*. ¶ Propertius lib. 3. Aeglog. 7, Subtraluit hæc fantem torta vertigine fluctus.

Fatus, participium, Virgil. 2. Aeneid. -sic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum Induitur.

Fandus, da, dum, quanuis ratione originis videatur significare quod fatu dignum est: ferè semper tamen accipitur pro eo quod iustum, æquum, & licitum est. ¶ Ital. *Cosa degna di che se ne parli*. Gal. *Qu'on doit ou qu'on peut dire*. Hisp. *Cosa de hablar*. ¶ quemadmodũ econtrario infandum & nefandum dicimus quod iniustum est, & illicitum. Liuius, Ita reperiæ fando, nefandóque sanguine aræ. Cic. 1. de Diuin. ex vetusto quo; iam Poëta, Neq; me Apollo fatis fandis inuitam cier. Virgil. 1. Aeneid. At sperate deos, memores fandi, atque nefandi. hoc est iusti atque iniusti, interprete Seruio.

Farrago, Farreatio, Farreum, Farina, Farinaceus, Farinarius, Vide FAR.

Fartilis, Fartim, Fartores, Fartum, Fartura, Vide FARCIO.

Fas, Nomen est defectiuum, tres tantum casus habens, eósque in singulari numero, nominatiuum videlicet, accusatiuũ & vocatiuum. ¶ Ital. *ciò che è giusto, lecito & honesto*. Gal. *Ce qui est loysible, licite & permis*. Hisp. *Lo que es licito por religion*. ¶ Est autem Fas idem quod pium, religiosum, & fari dignum: & ad deos refertur, sicut iustũ ad homines. Virg. 1. Georg. Fas & iura sinunt. id est diuina & humana iura permittunt. Et paulo pòst, Quippe vbi fas versum, atque nefas, tot bella per orbem, Tam multæ scelerum facies. ¶ Fas est, id est licitum. Plautus in Asin.

Neque pol te accuſo, neque id me facere fas exiſtimo. Cice. pro Mil. Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. Tacit. lib. 14, Et hominum fibris conſulere deos fas habebam. Quintil. lib. 3. cap. 8, In iudiciis enim vulgò fas habetur indulgere aliquid ſtudio ſuo. Huius contrarium eſt Nefas, quod eſt impium & execrabile. ἀνόσιον.

FASCELLIS, idis. Dicta eſt Diana, à faſce lignorum, in quo abſconditum eius ſimulachrum Oreſtes & Iphigenia ex Taurica regione Atticam attulerunt.

Faſcia, æ, Genus linteoli quo pueri vel aliud quid ligari ſolet. {σπαργανωτὸν, σπάργανον. Ital. *Faſcia*. Gal. *Vne bande ou autre piece de linge, comme pour emmailloter les petis enfans, ou vn gorgiae ou bauette, ou vn brayer ou des gueſtres*. Hiſp. *La faxa*. } Cic. 2. de Diuinit. Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. ¶ Et proprié, pro tegumento crurum pedúmque faſciæ poni conſueuerunt: ideóq; crurales, pedulésq; dicuntur. Vlpianus, Faſciæ crurales, pedulésque veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiũt. Scribit Plin. lib. 8, Mures portendiſſe exitium Carboni Imperatori, arrofis faſciis quibus in calceatu vtebatur. Colum. lib. 7, Recte genibus applicantur ac faſciis circundantur. ¶ Faſcia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt. Martial. lib. 14. ¶ Item faſciæ dicuntur ſectiones quædam orbis, quæ ab Aſtrologis zonæ, ſiue plagæ appellantur. Martianus, Orbis terræ in quinq; zonas, ſiue melius faſcias diſcernitur. ¶ Aliquando ponitur pro nube. in modum faſciæ cælum percurrente. Iuuen. Satyr. 14, Nil color hic cæli, nil faſcia nigra minatur.

Faſciola, diminutiuũ, Parua faſcia. {σπαργανωτὸν. Ital. *Picciola faſcia*. Gal. *Bandelette, petit gorgias, drapeau*. Hiſpa. *Pequeña faxa*. } Cice. de Aruſp. reſp. P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus ſoleis, purpureſque faſciolis, à ſtrophio, à pſalterio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repentè popularis. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 3, -ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubital, focalia.

Faſcio, as, ate, Eſt faſcia ligare. {σπαργανόω. Ital. *Faſciare, bendare*. Gal. *Bander, emmailloter, lier de bande, envelopper*. Hiſp. *Faxar ò emboluer al cuerpo la faxa*. } Spartianus de Antonino Pio. Sed quum eſſet longus & ſenex, incuruatúſque, tiliaciis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, vt rectius incederet. Martial. lib. 12, Nec faſciato naufragus loquax trunco.

Faſciculus, Vide FASCIS.

Faſcinum, pen. corr. Quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, vt liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpéque ad extremam maciem deueniant. {βασκανία, βάσκανια. Ital. *Malia, incantamento*. Gal. *Sorcelerie, enchanterie, enchantement*. Hiſpa. *Ojo, encantacion, aojadura*. } Horat. pro virili membro poſuit in Epod. Ode 8, Illiterati num minus nerui rigent, Minúſve languet faſcinum?

Faſcino, as, pen. corr. Eſt malefico aſpectu, vel peſtifera laudatione alicui nocco. {βασκαίνω, βάσκανα. Ital. *Amaliare, ſtrigare*. Gal. *Enſorceler, enchanter*. Hiſp. *Aojar con mal ojo*. } Virgil. 3. Aeglog. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Lingua mala faſcinare aliquid, Catullus ad Leſb. Fit autem à verbo Græco βασκαίνω, quod ſignificat inuideo, indignor, iraſcor, accuſo. Huius compoſitum eſt Effaſcino.

Faſcinans, tis, participium. {βασκαίνων. Ital. *Strigante, amaliante*. Gal. *Enſorceleur, ſorcier*. Hiſp. *El que aoja*. } Plin. lib. 13. cap. 4, Dente contra faſcinantes religione politum.

Faſcinatio, onis. {βασκανία, βάσκανα. Ital. *Eſſo ſtrigare & amaliare, amaliamento*. Gal. *Enſorcelement, ſorcelerie*. Hiſ. *Aquella obra de aojar con mal ojo, aojadura*. } Plin. lib. 28. cap. 2, Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem lib. 19. cap. 4, Hortóſque & fores tantum contra inuidentium faſci nationes dicari videmus.

Faſcis, huius faſcis, maſcul. gen. Lignorum aliarũmve rerum colligatarum congeries. {δέσμη. Ital. *Faſcio, vn fardello*. Gal. *Vn faiſceau de quelque choſe que ce ſoit, vn paquet, fardeau ou botte*. Hiſ. *Haze, emboltorio, ò carga como de leña*. } Vnde faſcem cocularium vocare poſſumus id quod Galli Pariſienſes vocant, *Vne bourree*. Nam cocula (vt Feſtus ait) ſunt ligna minuta quibus facilè coquuntur obſonia. Cæſar 8. bel. Gall. Faſces ſtramentorum, ac virgultorum. Sic faſces calamorum, apud Martial. lib. 14. ¶ Per tranſlationem quandoq; ponitur pro onere. ἄχθος. Nam faſces lignorum, ſeu allarum rerum, graues ſunt portantibus. Virg. in Bucol. -ego hoc te faſce leuabo. Idem 3. Georg. -non ſecus, ac patriis acer Romanus in armis Iniuſto ſub faſce viam dum carpit. ¶ Vno faſce complecti, legitur apud Plinium in Epiſt. pro eo quo eſt eadem opera & coniunctim agere, non ſeparatim id Græci dicunt συμπόδια, id eſt, comprehenſim. ¶ Erant præterea faſces, apud Romanos magiſtratuum inſignia, quæ illis à lictoribus præferebãtur: Conſulibus quidem duodeni, Proconſulibus autem & Prætoribus tantum ſeni. {ῥάβδοι αἱ ὑπὸ τῶν ὑπατικῶν ἀνδρῶν ἀεὶ προπομπεύουσαι τὸ πλῆθος. Ital. *Inſegne portate auticamente auanti i magiſtrati Romani*. Gal. *Petis trouſſeaux de verges a l'entour des haches d'armes qu'au temps paſſé on portoit deuant les magiſtrats*. Hiſ. *Las inſignias del conſul Romano*. } Fiebant autem ex betula arbore in eum vſum ex Gallia in Italiã tranſlata. Figura faſcium erat huiuſmodi, Detractis ex betula arbore virgis, ita includebatur ſecuris, vt acies ferri in ſummitate emineret, reliqua pars circunducto loro tegeretur. Quod eo conſilio à maioribus fuit excogitatum, (vt docet Plutarchus in Problematibus) vt oſtenderent magiſtratuum iram in ſumendo ſupplicio non debere eſſe præcipitem, eóſque faſces habere, ſed tamen ligatos: quique ſine iuſta cauſa non debeant diſſolui. Præterea ſi ſubito in aliquem magiſtratus excanduiſſet, vt ea mora, dum virgæ, aut ſecuris expediretur, furor ille aliqua in parte ſubſideret. Duo autẽ videbant eſſe facinoroſorum genera, quorum alterum ſperabatur poſſe emendari, alterum planè erat deploratum. Qui igitur corrigi poterant, virgis caſtigabantur: malitia verò deplorata ſecuri amputabatur. ¶ Quoniam verò faſces erãt magiſtratuum inſignia, factum eſt vt pro ipſis etiam magiſtratibus ponantur. Virg. lib. 1. Georg. Non illum populi faſces, nõ purpura regum Flexit. Hinc Summittere faſces, eſt autoritatẽ vimq; Imperij, reuerentiæ alicuius ſubmittere. ὑφιέναι τὰς ῥάβδους τῷ ἀνθυπάτῳ. Sic Publicola, teſte Liuio lib. 2. ab Vrbe, cum populo Romano acturus, eius maieſtati faſces ſubmiſit, hoc eſt lictores, cæteráque magiſtratus inſignia à ſe recedere iuſſit, vt veluti priuatus populi iudicium ſubiret. Verba Liuij ſunt hæc, Vocato ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Ad hunc etiam modum intelligendum eſt illud Plin. lib. 7. cap. 30, Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Poſſidonij ſapientiæ profeſſione clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit: & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens, Occidénſq; ſubmiſerat. hoc eſt lictores ſuos ad ianuam ſubſiſtere iuſſit, vt veluti priuatus familiariter cũ Poſſidonio colloqueretur.

Faſciculus, li, diminutiuum, Paruus faſcis. {δέσμη. Ita. *Faſcio picciolo, fardello*. Gal. *Vn petit faiſceau ou fardeau, paquet*. Hiſp. *Pequeño haze, emboltorio*. } vt Faſciculus literarum. Cic. ad Qu. frat. lib. 2, Idem ad Tironem, Quòd faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. ¶ Accipitur & pro olfactoriolo. ἀρωματίσκιον. Cic. lib. 3. Tuſcul. Faſciculum ad nares admouebis, incendes odores, & ſertis redimiri iubebis, & roſa.

Faſceatim. Quintil. lib. 1. cap. 4, Adiiciebant & aſſeuerationem, vt heu: & attractionem, vt faſceatim: quæ mihi non approbantur.

Faſelus, pen. prod. Vide PHASELVS.

Faſeolus, li, {φασίολος. Ital. *Fagiuolo*. Gal. *Des faſeoles, vne eſpece de pois*. Hiſp. *Faſioles legumbre*. } Genus leguminis, ſiliquam ferens longiorem quàm fœnugræcum, quæ vnà cum ſemine manditur viridis ex oleo & garo. Colum. lib. 2. cap. 15, Faſeoli modij quatuor obruuntur totidem operis. ¶ Legitur & Faſelus, li, per tres ſyllabas. Virgil. 1. Georg. Seu pinguem vicíamque ſeres, vilémque faſelum. Galenus lib. de Aliment. facult. faſeolos diſtinguit à faſelis: vúlgoque faſeolum plantam hortenſem eſſe eandem cum ſmilace, cuius fructus lobi dicũtur, & dolichi Theophraſto: Faſelum autem eundem eſſe cum cicercula, aut certè eius ſpeciem, quæ etiam hodie *Faſillorum* nomen apud vulgus retinet.

Faſti dies. Dicti ſunt quibus fine piaculo Prætoribus licebat tria verba fari, ſcilicet do, dico, addico. {θεμιτὰς ἡμέρας, δικαίας ἡμέρας. Ital. *Giorni da litigare & lauorare*. Gal. *Iours plaidoyables*. Hiſpa. *Dias en los quales ſe puede pleytear*. } & Nefaſti, quibus non licebat fari. Ouid. lib. 1. Faſtorum, Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur: Faſtus erit per quẽ lege licebit agi. ¶ Faſti etiam libri {ἡμερολόγιον, ἡμερολόγιον. Ital. *Calendario da cognoſcer i giorni feſtiui dagli altri, & quando ſi litiga ò no*. Gal. *Calendrier, par lequel on pouuoit cognoiſtre les iours feſtiés & non feſtiés, plaidoyables & non plaidoyables*. Hiſp. *Libro de los annales, el calendario para conoſcer los feſtiuos*. } erãt in quibus totius anni res Pop. Rom. ſcriptæ continebantur, & cauſæ feſtiuitatum explicabantur, quales ſunt libri illi quos Ouidius ad imitationem Callimachi de cauſis feſtorum conſcripſit: quorum argumentum ipſe explicat lib. 1. Faſtorum, his verſibus, Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis. Et quo ſit merito quæq; notata die. Inuenies illic & feſta domeſtica vobis: Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legẽdus auus. ¶ Pro eodem etiam legimus Faſtus, huius Faſtus, per quartam declinationem. Lucan. Lib. 10, Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. Et vt autor eſt Priſcianus, eadem forma dicitur faſtus, vel faſti, qua ſenatus vel ſenati, ornatus vel ornati, apparatus vel apparati. Ante tempora Appij Cæci, Romani faſtos non habebant, paucique ſciebant, poſſet lege agi, néene, donec Cn. Flauius Appij ſcriba, compilatis patroni ſerinnis, faſtos populo publicè legendos propoſuit: quod adeo gratum pop. Rom. extitit, vt illum primùm Tribunum plebis, deinde etiam Aedilem curulem deſignarint.

Faſtidio, Faſtídium, Vide FASTVS, pro ſuperbia.

Faſtigium, gij, Altitudo, & ſummitas operis, quæ à latitu fine ſurgere incipiens, paulatim tollitur in acumen. {κιονόφορον. Ital. *Faſtigio, ſommità, acutezza*. Gal. *Le coupet ou ſommet, le comble ou cime*. Hiſ. *Cumbre ò altura de alguna coſa*. } Hinc illam formam in quacunque re, faſtigium dixere. κίονος. Virgil. lib. 1. Aeneid. -& faſtigia ſuſpicit vrbis. Cæſar 7. bel. Gall. Mediocri interiecto ſpatio, pari altitudinis faſtigio. Plin. in Paneg. Exceſſuróſque templorum faſtigium titulos. ¶ Quandoque eſt quod vulgus *Statum* vocat: vnde apud Liuium, Ciues eiuſdẽ faſtigij, hoc eſt eiuſdem ſtatus, ſortis, conditionis, aut dignitatis. ἴσου τοῦ πλήθους. Curtius, Humanum faſtigium exceditis. id eſt humanæ conditionis modum. μείζονες ἢ κατὰ ἀνθρώπους γεγόνατε. Hinc attollere faſtigium, id eſt augere nomen, exiſtimationémque. ¶ Quandoque accipitur pro profunditate, ſiue altitudine. Virgil. lib. 2. Georg. Forſitan & ſerobibus quæ ſint faſtigia, quæras. ¶ Per tranſlationem etiam pro cuiuſlibet rei fine & extrema manu quæ operi imponitur. Cic. lib. 3. Offic. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus. Tracta eſt metaphora à ratione ædificiorum quibus acuminatum illud tectum quod proprié faſtigium vocatur, vltimo loco imponitur.

Faſtigio, gias, Acumino, & quaſi in faſtigium erigo. {ἐξώνω. Ital. *Aguzzare, tirare in punta*. Gal. *Faire en pointe, aguiſer par le haut*. Hiſp. *Enluſtre ò encumbrar ò empinar*. } Plin. lib. 18. cap. 7, Frumenta hyeme in herba ſunt, verno tempore faſtigiantur in ſtipulam, quæ ſunt hyberni temporis. Sic dicimus faſtigiatum in metam: quod ſumma ſui parte acutius quàm ima, metæ habet ſimilitudinem: & faſtigiatum in mucronem, quod ſumma ſui parte cuſpidata mucronem refert. Liu. 7. bel. Macedo. Ipſe collis eſt in modum metæ in acutum cacumen à fundo ſatis lato faſtigiatus.

Faſtigo, as, Silius li. 5, -mediámque per aluum Senſim faſtigans, compreſſa cacumina nectit. Sic legitur & apud Cæſarem, Collis leuiter faſtigatus.

Faſtigatio, verbale. {ἐπιπρόσθησις. Ital. *Sommità, aggiuzzamento*. Gal. *Aguiſement & amenuiſement en pointe*. Hiſp. *Aquella obra de encumbrar ò empinar, encumbramiento*. } Plin. lib. 17. ca. 14. Calami exacutio medullam ne nudet: tenui tamen fiſtula detegat, vt faſtigatio læui deſcendat cuneo, tribus non amplior digitis.

Faſtoſus, vide ſequentia.

Faſtus, huius faſtus, maſc. generis, Superbia, & elatio quædam cum iactantia verborum, & proprié indigna ſubliipſius per ſuperbiam exiſtimatio, cum contemptu aliorum. {ὕφος. Ital. *L'arrogantia, l'orgoglio, la propria preſuntione*. Gal. *Arrogance, hautaineté, orgueil*. Hiſ. *Faſto ſoberuia altiuez*. } Plin. lib. 11. ca. 37, Hæc maximè indicant faſtus. Idem lib. 9. cap. 35, Superbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix.

Faſtoſus, a, um, Qui magno faſtu alterum contemnit. {ὑπερήφανος, ὑπερφρονητικός. Ital. *Arrogante, altiero, ſdegnoſo*. Gal. *Arrogant, deſdaigneux, hautain*. Hiſp. *Soberuio ò altiuo*. } Martial. lib. 10. Ad nocturna laces faſtoſæ limina

limina mœchæ. ¶ Fastosus Maximus, ὑπερήφανος μεγάλαυχος. In eum dicebatur, qui supplus satis arrogasset in sapientia. Sumptum à moribus Maximi cuiusdam arrogantis & sibi immodicè placentis. Diogenianus in Collect.

Fastidio, dis, penultima producta, diui, ditum, à fastu fit. nam propriè fastidire, est cum fastu quodam contemnere, ὑπερφρονῶ, cum accusatiuo, {ὑπερφρονῶ, περιφρονῶ, ὑπερόπτομαι. Ital. *Hauer in fastidio, fastidire.* Gal. *Reietter auec desdaing, ne tenir conte, mespriser, desdaigner.* Hispa. *Enhastiar, hazer hastio.*} Virgil. 2. Aeglo Inuentes alium, si te hic fastidit Alexin. Dicitur etiam de stomacho, quum cibum aliquem respuit: construiturque sæpissimè cum accusatiuo, interdum etiam cum genitiuo, Horat. in Serm. Num esuriens fastidis omnia, præter pauonem, thombúmque? Plaut. in Aulul. Abiit, neque me certiorem fecit, fastidit mei. Lucil. lib. 7. Difficiles sumus, fastidimus bonatum.

Fastiditus, pen. prod. Fastidio habitus. {περιφρονητὸς, ὑπερφρονηθείς. Ital. *Fastidito.* Gal. *Mesprisé, contemné.* Hisp. *Enhastiado, ò mucho sprecado.*} Lucan. -pars magna Senatus Fastiditæ iacet. Plin. in Præfa. Res ardua vetustis nouitatem dare, nouis autoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. Verba fastidita repellere, Ouid. 4. de Ponto. Domus fastidita, Idem 2. de Remed. am.

Fastidium, dij, Contemptus, atque etiam tædium. {ὑπερφρόνησις. Ital. *Fastidio, tedio, spretamento.* Gal. *Desplaisement, mespris, contemnement, degoustement.* Hispa. *Hastio ò aborrecimiento de alguna cosa.*} Cicc. 12. Philip. Si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. Quintil. libro 9 cap. 3, Quotidiani, & semper eodem modo formati sermonis fastidium leuat. ¶ Fastidium meum, quo ego alios fastidio: fastidium mei, quo ab aliis fastidior. Quintil. Ceu mulier omnibus expolita mortalibus, vanitatem fastidio mei, despectúque captauit. Ad hunc etiam modum, Fastidium stomachi dicimus, quum nos ciborum nausea capit & satietas. Plin. lib. 7. cap. 6. Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indicia sunt hominis inchoati.

Fastidiosus, Qui omnia fastidit. {πάντα ὑπερφρονῶν, πάντα ὑπερόπτης. Ital. *Fastidioso.* Gal. *Qui est tout desgoutté, difficile & desdaigneux.* Hispa. *Cosa que ha ò da hastio.*} Cicc. de Claris oratoribus, Propterea quòd Antonius qui maximè expetebatur facilis in causis recipiẽdis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat.

Fastidiosè, aduerbium. {ὑπερηφάνως, ἀπαξιωτικῶς. Ital. *Arrogantemente, con sdegno, sieramente.* Gal. *Arrogamment, par desdaing, desdaigneusement.* Hispa. *Hastiosamente, y con hastio.*} Cicc. 1. de Orat. Quàm diligenter, quàm sæpe fastidiosè iudicamus? Idem 2. de Orat. Nolo enim dicere de tam suauí homine fastidiosius.

Fatalis, vide FATVM.

Fateor, teris, fassus, Confiteor, verum esse concedo. {ὁμολογῶ, συγχωρῶ, φημί, ἐμφανίζω. Ital. *Confessare, affermare spontaneamente.* Gal. *Confesser, accorder, consentir au dire de quelqu'vn.* Hisp. *Confessar por su voluntad.*} Terent. in Andria, Ego me amare hanc fateor: id peccare est, fateor id quoque. Martia. lib. 5, Ingenuum, studiúmque tibi morésque, genúsque Sunt Equitis, fateor, cætera plebis habes. Seruius inquit, fateri esse coactorum & culpabilium. Virgil. 4. Aeneid. Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi, &c. Donatus item, Fateri non testis est, sed rei. Terent. in Eunuc. Vidistin fratrem Chæream? P. Non potest fine malo fateri, video. Cicc. 5. Tuscul. Vt victum se quandoque esse fateatur. ¶ Huius composita sunt, Confiteor. Diffiteor, Infiteor, Profiteor: vide suis locis.

Fassus, particip. {ὡμολογηκὼς, ὁμολογήσας, ὡμολογημένος μέν. Ital. *Che ha confessato.* Gal. *Qui a confessé.* Hispa. *El que a confessado.*} Vt, Ignoscere fasso, Ouid. 13. Metamor. Da veniam fasso. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8.

Fatidicus, Fatifer, Fatiloquus, vide FATVM.

Fatigo, gas, penultima prod. Lasso, siue ad lassitudinem perduco: quasi fatim ago. {κοπιῶ, κοπιάω. Ital. *Faticare.* Gal. *Lasser, trauailler, matter.* Hispani. *Acessar, cansar ò fatigar à otro.*} Est autem fatim aduerbium eiusdem significationis cum suo compósito affatim, hoc est valde seu vehementer. Virgilius 5. Aeneid. Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat. Liuius 8. ab Vrbe, Qui aliquandiu pugna atroci quum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent. ¶ Aliquando percutio. Virgil. 9. Aeneid. -vertísque iuuencûm Terga fatigamus hasta. ¶ Aliquando perturbo, commouco. σείω, ἀνασείω. Virgil. 1. Aene. Quæ mare nunc, terrásque metu, cælúmque fatigat. ¶ Aliquádo excito. Virgil. -sociósque fatigat: Præcipites vigilare viri. ¶ Aliquando cohibeo. ἴσχω. Cicc. lib. 3. Offic. Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi. ¶ Huius compositum est Defatigo.

Fatigatus, participium. {κεκοπιακὼς, κεκμηκὼς, κεκοπωμένος μέν. Ital. *Stancato, trauagliato.* Gal. *Lassé, trauaillé.* Hisp. *Acossado, cansado.*} Vt somno fatigatus, Horatius 3. Carm. Ode 4. Fatigatum corpore dicimus, animo verò fessum, Seruius.

Fatigatio, Verbale. {κόπος, κόπωσις. Ital. *Stanchezza, trauaglio.* Gal. *Lassetté, trauail.* Hispa. *Aquella obra de cansar à otro, cansamiento.*} Columel. lib. 4. cap. 18. Quinetiam ipsa hortorum descriptio, quàto est minoribus modulis coacta fatigationem velutt minuit, &c. Quintil. lib. 1. cap. 12. Minus afficit sensus fatigatio quàm cogitatio.

Fatim, aduerbium est antiquum, idem significans quod abundè, copiosè. {ἀφθόνως. Ital. *Abondeuolmente, copiosamente.* Gal. *Abondamment, copieusement.* Hispanicè, *Abundosamente, copiosamente.*} A' quo affatim compositum eiusdem significationis, & verba, fatisco, & fatigo: quæ vide suo loco.

Fatisco, is, ere, Est abundanter aperiri, quasi fatim hiscere. {χαίνω. Ital. *Aprirsi grandemente.* Gal. *Bastiller, s'ouurir.* Hispa. *Henderse ò abrirse mucho.*} Virgil. 1. Aeneid. Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. Vbi Seru. Fatiscunt, abundanter aperiuntur. Fatim enim, abundanter veteres dixerunt: vnde & affatim: hiscere autem aperiri. ¶ Fatiscor à fateor deduci notauit Aulus Gellius libro 17. cap. 2, ex Qu. Claudij Annalium libro 1. Fatiscere etiam sæpe accipitur pro deficere. λείπομαι, ἀπορέομαι, κενοῦμαι, λείπομαι. Colum. libro 2. cap. 14, Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, vna præstans medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Virgil. 1. Georg. -neu puluere victa fatiscat. Tacitus lib. 14, Ipse exercitúsque eius per inopiam & labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti.

Fator, taris, Multùm loquor. {πολυλογέω. Ital. *Parlar molto.* Gal. *Parler beaucop.* Hisp. *Hablar mucho.*} Est enim frequentatiuum à verbo fari. Festus, Fatantur, id est multa fantur.

FATVA. Deæ cuiusdam nomen erat, cui à Romanis matronis in operto sacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab eius sactis arcebantur, vt vel in ædem eius inspexisse, capitale haberetur. Rationem huius affert Macrob. lib. 1. Satur. ca. 12, Fatuam dum inter homines ageret, Fauni vxorem fuisse tanta pudicitia, vt perpetuò gynæcio, hoc est mulierum conclaui inclusa, nullum vnquam virum præter maritum aspexerit. Varro eandem esse existimat quæ & Tellaris & Terræ nomine à Romanis colebatur. ¶ Fatuæ autè nomẽ à fando deductum volunt, quòd infantes parro editi, nõ prius vocem edunt quàm terram attigerint. Eadem & Bona dea vocata est, quòd omnium nobis ad victum bonorum causa est: & Fauna quòd omni vsui animantium faueri & Ops, quòd ipsius ope vita constat.

Fatuitas, vide FATVVS.

Fatum, ti, à participio fatus (teste Prisciano) deducitur, quòd fatum nihil aliud sit quàm dictum & iussum diuinum. {εἱμαρμένη, τὸ πεπρωμένον. Ital. *Fato, destino, ordine diuino, infallibile.* Gal. *Destinee, ordonnance diuine à laquelle on ne peut contrenuir.* Hispa. *Hado que es la voluntad de Dios.*} Cicc. lib. 1. de Diuin. Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autè id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est ordinẽ, seriémque causarum, quum causæ causa nexa, rem ex se gignat. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Quod quum ita sit, nihil est factum quod non futurum fuerit: eodémque modo nihil est futurum cuius nõ causas idipsum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, vt fatum sit non id quod superstitiosè, sed id quod physicè causa æterna rerum appellatur, cur & ea quæ præterierunt, facta sint: & quæ instant, fiant: & quæ sequuntur, futura sint. Chrysippus, referente Gellio, definit fatum esse sempiternam quandam, & indeclinabilem rerum seriem. Seneca in Quæst. natu. Quid intelligis fatum? Existimo necessitatem rerum omnium, actionúmque quas nulla vis rumpat. ¶ Apud Poëtas fatum quandoqi capitur pro natura, vt docet Aulus Gellius lib. 13. cap. 1. Exponens hunc locum Ciceronis ex prima Philip. Multa autem impendere videntur, præter naturam etiam, præterque fatum. Virgil. 4. Aeneid. Num quia nec fato, merita nec morte peribat. ¶ Quandoque pro oraculo, quod dij fantur. λόγιον. Virgil. lib. 5. Aeneid. Oblitus fatorum, Italáne capesseret oras. ¶ Quandoque pro morte: quia nihil tam necessarium impendet homini quàm mors: vnde fato concedit, qui moritur: pro quo etiam fungi fato dicimus. Plin. in Paneg. In Principe enim qui electo successore fato concessit, vna eadémque certissima diuinitatis fides est, bonus successor.

Fatalis, le, Quicquid nobis ex fato debetur, siue bonum sit, siue malum. {εἱμαρμένος, εἱμαρτὸς, πεπρωμένος. Ital. *Fatale, che viene per ordine diuino.* Gal. *Fatal, fet, qui doit venir par necessité ou ordonnance de Dieu.* Hispa. *Cosa hadada ò que no puede no ser.*} Cicc. 2. de Diuin. Si enim prouideri nihil potest futurum esse eorum quæ casu fiunt, quia esse certa non possunt diuinatio nulla est. Sin autem ideirco possunt prouideri, quia certa sunt & fatalia, rursus diuinatio nulla. Fatale remedium. Valerius lib. 1. Eò legatis missis, vnicam fatalis remedij opem imperaturam se credidit. ¶ Accipitur nonnũquam fatalis pro eo quod fatum, hoc est mortem affert. Inde fatalem ensem dicimus, & fatale cicutæ poculum.

Fatalitèr, aduerbium {πεπρωμένως, εἱμαρμένως, καθ' εἱμαρμένην. Ital. *Per fato, per ordinatione diuina.* Gal. *Par destinée, par ordonnance diuine.* Hispani. *Por y con hado y voluntad de Dios.*} Cicc 2. de Diuin. Et omnia quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.

Faticanus, ni, penultima correpta. Qui fata canit, id est futura prædicit. {χρησμῳδός. Ital. *Che predice le cose future.* Gal. *Qui deuine & dit les destinees & fortunes qui aduiendront.* Hispani. *El que canta los hados.*} Ouidius 9. Metamorph. Hæc vbi faticano venturi præscia dixit Ore Themis, &c.

Faticinus, ni, eiusdem significationis. Ouid. 15. Metamor. -fic dicere vates Faticinásque ferunt sortes.

Fatidicus, ci, pen. corr. Qui nobis fata, id est decreta deorum exponit. {χρησμῳδός, μάντις. Ital. *Che dice la ventura.* Gal. *Deuin, qui predit les destinees.* Hispa. *El que dize los hados dela venidero.*} Vnde fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant Romæ Sibyllini libri, qui & ab historicis fatales appellantur. ¶ Fatidici vates, & fatidica Manto nominatur, quoniam erat fatiloqua, hoc est futurorum præscia, & voticinatrix. Virgil. 8. Aeneid. Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem: Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos. Plin. in Epistó. Præsens numen, atque etiam fatidicum indicant sortes.

Fatifer, a, um, penult. corr. Idem quod mortiferum, quasi fatum, hoc est mortem afferens. {μόρος φέρω. Ital. *Che apporta la morte.* Gal. *Qui apporte la destinée.* Hisp. *Cosa que acarrea la muerte.*} Virgil. 8. Aeneid. -interque manus & brachia versat Tertibilem cristis galeam, flammásque vomentem, Fatiferúmque ensem.

Fatiloquus, a, um, penultima correpta, adiectiuum: Idem quod fatidicus. {χρησμῳδός. Ital. *Che dice le cose che hanno à venire.* Gal. *Deuin, qui predit les destinees & aduentures.* Hispa. *El que habla lo venidero, y hados.*} Liuius 5. ab Vrbe, Venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant.

Fatuus, adiectiuum. Idem quod insipidus, & proprie de cibis dicitur, qui quum non sapiunt, fatui dicuntur. {ἄναυος. Ital. *Senza sapore, sciocco, balordo.* Gal. *Fade, sot en parolles & faits, nice.* Hispa. *Loco, sosso, ò sin sal.*} Martial. in Distichis, -vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ, O' quàm sæpe petet vina piperque coquus. ¶ Quoties autem ad homines transfertur, idem est quod insipiens, vel insulsus. ἀνόητος, ληρῶν.

μῶρος. Terent.in Eunuc.Fatuus est, insulsus, tardus,Vbi Donatus, Fatuus, inepta loquens: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni Fatui,& Nymphæ Fatuæ dictæ sunt. Et iterum, Fatui sunt qui verbis & dictis stulti sunt: Insulsi verò corde & animo. Fatuus à fando, inquit Varro, qui fatur quod puer primò fatur, hoc est qui inepta loquitur. Cice.2. de Orat.Hoc præceptum est, magisque monitoris non fatui, quàm eruditi magistri.

Fatuitas,atis, Insipientia, stultitia, ineptia, stoliditas. {Ital. *Sciocchezza.* Gal *Sottise,nuesetè, sottise.* Hisp. *Locura,ò desabrimiento.*} Cic.ad Attic. libro 11, Ego huius miserrima fatuitate conflictor. Idem 2.de Inuent. Non hanc impudentiam,aut necessitudinem:sed inertiam, negligentiam,fatuitatem nominati oportere.

Fatuor, aris, Idem quod ineptire. {Ital. *Far sciocchezze.* Gal.*Faire le sot, folastrer.* Hispa. *Enloquecerse.*} Seneca de Morte Claudij, Audi me,& desine fatuari. ¶ Nonnunquam idem est quod diuino furore corripi,quemadmodum fanatici solent. Iustinus libro 43. Fauno fuit vxor nomine Fatua, quæ assidue diuino spiritu impleta, velut per furorem futura pramonebant: vnde adhuc qui inspirati solent, fatuari dicuntur.

FATVELVS. Qui & Faunus dictus est, Pici Latinorum regis filius fuit, cuius vxor Fatua, vel Fauna dicta fuit. Vide Seruium in illud Virgilij lib.7. Aeneid.Hunc Fauno & Nympha genitum Lurente Marica Accipimus: Fauno Picus pater.

FAVENTIA, φαβεντία Stephano,Ciuitas in octaua regione Italiæ,quam hodie Itali sua lingua vocant *Faenza.* Eius incolæ vocantur Fauentini, Fidentinis finitimi,teste Plinio,lib. 3. cap.15.

Faueo,es faui,fautum,Alicui bene cupio. {Ital. *Fauoreggiare.* Gal. *Fauoriser, supporter, porter faueur.* Hispa.*Fauoreser.*} Terent.in Eunuc. Bene ædepol narras: nam illi fauco virgini. ¶ Fauere etiam tacere est, vt docet Donatus. Tereot in Andr. Fauete, adeste æquo animo. Fauere faucibus antiqui dixerunt pro silere.Cice.2.de Diuin.Qui quidem silentio noctis(vt ait Ennius) fauent faucibus:rursus cantu plausúque premunt alas. Loquitur de gallis. Pro eodem etiam frequens est fauere linguis.Cice.1.de Diuinat.Ideirco omnibus rebus agendis,quod bonum,faustum,fœlix,fortunatúmque esset,præfabantur,tebúsque diuinis quæ publicè fierent,vt fauerent linguis imperabatur: inque feriis impetrandis vt litibus & iurgiis se abstinerent. Ouid.15.Metamor.-animis linguisque fauere. Tibullus, Vos itidem & linguis quisque fauete suis. Ad eundem modum dixit Virgil.5. Aeneid.Ore fauete omnes. Vbi Seruius, Fauet ore quis pro taciturnitatem. ¶ Ventis fauentibus nauigare,Ouid.15.Metam.Venti cœlo pelagóque fauentes,Ouid.Epist.2.

Fauetur, impersonaliter, Cui contrarium est inuidetur,Cice.2.de Orat. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum: studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur. Idem libro 2. Offic. Quod eo firmiore animo facient, quia non modò non inuidetur illi ætati, verumetiam fauetur.

Fauor,oris,verbale, Est voluntas,studium,vel vox alicui bene cupientis. {Ital. *Fauore.* Gal. *Faueur, support.* Hispa.*Fauor,alabança.*} Ouid.in Ibin, Sit quoque(quod rarum est)solito defecta fauore Fortunæ facies inuidiosa tuæ. Plin.lib.14. cap.4. Maiórque etiam fauore hominum fama. Cicero pro Rosc.Comœdo, Quam expectationem, quod studium,quem fauorem scenam attulit Panurgus?

Fauorabilis. Dicitur qui gratiosus, ac fauoris plenus est apud omnes. {Ital. *Fauoreuole, grazioso.* Gal.*Fauorable, fauorisé, fauori.* Hisp. *Fauorable ò digno de fauor.*} Sueto.in Calig.Sic vulgò fauorabilis,vt plurimi tradant, quoties aliquò aduenirent, vel secunde discederet, præturba occurrentium prosequentiúmve, nonnunquam eum discrimen vitæ adiisse. Quintil.lib.11. cap.1, Aliter enim pro alio sæpe dicendum est, vt quisque honestus, inuidiosus, fauorabilis erit. ¶ Dicitur etiam fauorabilis actiuè pro eo qui fauet. Liuius 1. bel.Pun.Iam ad Consularus spem quum attolleret animos, haud parum callidè aurum fauorabilis populi ex Dictatoria inuidia petit.

Fauorabiliter aduerbium, Idem significans quod plausibiliter. {Ital. *Fauorabilmente.* Gal. *Fauorablement.* Hisp. *Fauorablemente.*} Quintil.lib.4,de egressione,Plerisque motis est,prolato rerum ordine protinus vtique in aliquem lætum atq; plausibilem locum, quàm maximè possint fauorabiliter excurrere.

Fautor,oris, Studiosus,qui alteri bene cupit. {Ital.*Fautore.* Gal. *Fauteur,qui porte faueur.* Hispa.*El que fauoresce.*} Cice.pro Plan.Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Idem lib.1. Epist.Cuius ego ab adolescentia adiutor atque fautor extiti.

Fautorem Antiqui dicebant pro fautore, quod & Nonius annotauit citans locum Lucilij ex libro 29, Fautorem me tibi,amicum, amatorem putes.

autrix, {Ital. *Donna che fauorisce,& intratiene.* Gal. *Celle qui supporte & fauorise.* Hispa. *La que fauorece.*} Terent.Eunuch. -nihil est Thaide tua dignius, Quòd ametur,ita nostræ est omni fautrix familiæ. Fautrix suorum regio, Cicer.pro Planc.Idem 1.de Finib. Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quàm sibi.

FAVII. Antea Fouij à familiæ autore dicti, qui ex ea natus fuit cum qua Hercules in fouea concubuit. Quàuis alij putent ita vocitatum,quòd primus ostenderit quemadmodum vrsi & lupi foucis caperentur. Vtcunque sit, constat à fouea dictos fuisse. Vnde Fouij, non Fauij primùm fuerunt appellati.

Faúilla,læ Proprie est scintilla igne destituta: cuiusmodi flammæ impetu solent egeri: quanquam etiam indifferenter pro quouis cinere accipitur. {Ital. *Faulla, cenere calda senza fuoco.* Gal. *Cendre chaude, brasier eteint.* Hispa. *La morcella de centella muerta.*} Plinius lib. 36. cap.25, Dein spissè calcatis carbonibus inducitur fabulo,calce, ac faúilla mistis. Idem lib.18. cap.35, Quum contectus ignis à se faúillam discutit. Scintilla verò propriè est quæ è silice quum is cæditur, exilire solet. Virgil.lib.1. Aeneid.Ac primum silicis scintillam excudit Achates.

Faúillaceus, a, um, {Ital. *Di cenere, cenerose.* Gal. *Cendreux, de cendre.* Hisp. *Cosa de morcella de centella muerta.*} Solin.cap.48. Nam fuliginem extrinsecus faúillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet,quæ vel leui tactu pressa,fumum exhalat.

Fauíssæ, Cellæ quædam & cisternæ in atea Capitolina, vbi reponi solebant signa, & thesauri, & alia quædam religiosa donariis consecrata: autor Gellius libro 2. cap. 10. Dictæ fauíssæ quòd in eis non rude æs, argentúmque, sed flata signatáque pecunia conderetur. Vnde & à priscis Latinis flauíssas dictas fuisse compertum, quas Græci thesauros appellant. Cellæ igitur quibus æditui Capitolini vtebantur ad custodiendas res veteres religiosas, fauíssæ detracta litera dicebantur.

FAVNA, vide FATVELVS.

FAVNI, Agrorum & syluarum putati sunt dij, qui post prolixum tempus motiuntur: quòd è terra geniti sint. Ouidius 1. Metamor. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni, Et Nymphæ,Satyriq;,& monticolæ Syluani. Ex quo loco apparet,alios esse Faunos,alios Satyros,& rursus alios Syluanos.

FAVNVS, φαῦνος, Filius fuit Pici & pater Latini,antiquissimus Aborigínum rex, Deus post mortem habitus, qui regnauit in Latio. Is genuisse etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Syluanos rusticorum numina,quos Poëtæ fingunt & cornigeros,& caprinis pedibus.

Fauoniana,Pyra rubra,à Fauonio insitore dicta, quorum meminit Plinius lib.15.cap.15.

FAVONIVS, Ventus ab Occasu æquinoctiali spirans, contra Subsolanum,teste Plinio lib.2.cap.47.A' fouendo dictus,quòd cuncta foueat. ζέφυρος. Est enim genialis spiritus mundi,quo plantæ hyberno frigore enectæ,reuiuiscunt. Vnde etiam à Græcis Zephyrus dicitur, quasi ζωὸφόρος, hoc est viram afferens.

Fauorabilis, vide FAVLO.

FAVORINVS φαβωρῖνος. Nomen philosophi, de quo fit frequens mentio apud Gellium. Oriundus fuit Arelate celebri Galliæ Narbonensis oppido. Inde in Græciam profectus, sub Dione philosophiæ operam dedit. Hic tria præcipuè in se solebat admirari: quòd Gallus quum esset Græcissaret: quúmque eunuchus esset, in adulterij tamen suspicionem aliquibus veniret: & quum Imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen viueret. Erat enim Adriano Cæsari infensissimus. Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare: hæréseque librorum ab eo factus est. Hæc ex Philostrato. Aelianus de varia historia, dicit hunc quandoque in disputatione quadam Adriano cessisse,admirantibúsque proximis, Nónne eedam, inquit, ei qui viginti habeat legiones?

Faustianum vinum,dicebatur quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis iugis nascebatur, Gauranum vocabant: quod in mediis collibus, Faustianum: quódque in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Autor Plinius lib.14.cap.6.

FAVSTVLVS, Pastor, Remi & Romuli nutritor. Vide Liuium libro 1. ab Vrbe.

FAVSTVS, L.Syllæ Dictatoris cognomen fuit,quod sibi ille ob perpetuam in rebus gerendis fœlicitatem arroganit. ¶ Faustus Quintilius Senator sub Iuliano principe fuit. Fuerunt & alij hoc nomine,quorum catalogum vide apud Volaterranum.

Faustus,a,um,à fauore Prosperum,ac fœlicem significat,cui fortuna fauet. {Ital. *Fausto,prospero,felice.* Gal. *Heureux.* Hisp. *Dichoso ò de buena auentura.*} Terentius in Andr.O' faustum & fœlicem hunc diem.Cicer.1.Tuscul.Eodem tamen simus animo, vt horribilem illum diem, aliis nobis faustum putemus. O' nox illa fausta huic vrbi, idem pro Planc.Faustum omen, Liu.7. ab vrb.Huius contrarium est infaustum & horribile.

Faustè, Aduerb. εὐτυχῶς, εὐτυχῶς. Ital.*Felicemente.* Gal *Heureusement.* Hisp.*Dichosa y bien auenturadamente.*} Cice.pro Muræn.Idem ego sum precatus, vt his quoque hominibus quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res faustè, feliciter, properéque eueniret. Huic contrarium est infaustè.

Faustitas,tatis,pro fœlicitate. {Ital.*Felicità.* Gal.*Bonne auenture,bonne fortune,bonheur.*Hispa *Aquella dicha ò bienauenturança.*} Apud Horat.4. Carm.Ode 5. Nutrit rura Ceres almáque Faustitas.

Fauus,Apum domus & cellulæ:à fouèdo,quòd in his sobolem foueant. {Ital. *Cera piena di mele,fauo di mele.* Gal. *Vn bornal ou rayon de miel,vn couflau de cire auant des trous dans lesquels les mouesches font le miel.* Hisp. *Panal dela miel.*} Plin.lib.11.cap.5, Primum itaq; fauos construunt,ceram fingũt.Virg.4. Georg.Prima fauis ponũt fundamina,deinde tenaces Suspendunt ceras.Cic.1.Offic.Apum examina non fingendorũ fauorum causa congreganturised quũ congregabilia natura sint,fingunt fauos. Huius diminutiuum est Faúulus. Plautus,Meus dulciculus faúulus.

Faux,cis,vel potius in plurali numero Fauces. Nam singularis numerus raró est in vsu,) Superior pars gulæ meato propinqua,sed interior vbi os angustatur. {Ital. *La canna della gola.* Gal.*La gorge.* Hisp.*La garganta,tragadero del animal.*} Plin.lib.11,Summum gulæ,fauces vocantur, postremum,stomachus. Cic.1. Tuscul.Has tamen imagines loqui volunt:quod fieri nec sine lingua,nec sine palato, nec sine faucium laterúmve & pulmonum vi & figura potest. ¶ Fauces per trãslationem dicuntur stricti ingressus vallium, seu alterius loci:vt,Fauces Orci. Virg. 6.Aeneid.Vestibulum ante ipsum, primísque in faucibus Orci.Florus de bello Ligustico,De sub Alpibus,hoc est de sub ipsis Italiæ faucibus. ¶ Hinc deducuntur,Suffoco,Præfoco,& Obfoco,diphthongo au,in o longum mutata, de quibus suis locis. ¶ Bolus è faucibus erpi dicitur quoties commoditas aliqua quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem subito præripitur.Teréti in Heautonti. ¶ Statuam faucibus colas, ἀδύνατόν γε γαργαλίζεις. De re maiorem in modum absurda, quæque fieri nullo modo possit. Veluti siquis hominem præpotentem & inuictum frustra conetur opprimere.nec enim luctescit statua.

Fax,cis,Fustis incisus,& cera vel oleo inunctus,ac compositus ad lumen faciendum. {Ital. *Face,torchio.* Gal. *Vn flambeau, vne torche ou vn fallot.* Hispa. *La hacha de cera ò tea encendida.*} Fitque præcipuè ex arundinibus aridis,

aridis & pleri generis arboribus: cuiusmodi sunt teda, & larix. Varro de Vita pop. Rom. lib. 2, Quum à noua nupta ignis in face afferretur, de foco eius tumultus, fax ex pinu ablata esset, vt eam puer ingenuus afferret. ¶ Per translationem accipitur pro incitatore, & autore alicuius facinoris. Plin. in Epist. Rufo successit Theophanes, vnus ex legatis, princeps, fax accusationis, & origo. id est autor & incitamentum, sine (vt Nonius inquit) suscitabulum. Cicer. pro domo sua, Nonne Senatui prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax seditionis adhæresceret? ¶ Addere faces alicui, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. Tacitus lib. 17, Flagrantibus iam militum animis veluti faces addiderat Mæuius, &c. ¶ Primam facem, noctis principium vocitabant, quòd tum primùm vti face incipiamus. Gellius, Sed quum iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, discessimus. ¶ Facem in nuptiis præferre solebant, siue ad obseruandam antiquam consuetudinem, quòd non nisi noctu duci nouas nuptas à sponsis mos erat: siue in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proserpina gestauerat: siue vt noua nupta ignem & aquam, quæ duo sunt in vita maximè necessaria, cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoque aspergi solebat, vt casta purâque ad sponsum duceretur.

Facula, pen. corr. diminutiuum, Idem significans quod *patua fax*, hoc est teda ex arboribus pinei generis; sæpius dissecta, vt facilius ardeat, quâquam & ex cera, & ex pice fieri possit. {δαδίον, λαμπαδίον. Ital. *Facella*. Gal. *Petit flambeau, petite torche*. Hisp. *La vaxa*.} Propertius lib. 2. Elegia 10, Quorum alij faculas, alij reticere sagittas, &c.

Facularii, dicuntur qui faculas gestant. {δαδοῦχοι. Ital. *Quelli che portano le facelle*. Gal. *Porteurs de torches*. Hisp. *Los que llevan antorchas*.

Febris, huius febris, à feritate morbi, vel (sicuti Semius docet) à feruore: Est (vt medici docent) intemperies calida totius corporis. {πυρετός. Ital. *Febre*. Gal. *Fievre*. Hispa. *Fiebre, Calentura*.} Cicer. ad Tironem, Is etsi mihi nuntiauit te planè febri carere, & belle habere, &c. Celsus lib. 2. cap. 8, Febris assidua, quæ & cibi tempora etipit, & siti affligit. Plin. libro 25. cap. 8, Febres frigidas leuiores facit agaricum potu in calida aqua. Idem lib. 7. cap. 51, Antipater Sidonius poëta, omnibus annis vno die tantum natali, corripiebatur febre, & ea consumptus est, satis longa senecta. Febres periodicæ, quæ statis temporis periodo accedũt & recedunt, cuiusmodi sunt quotidianæ, tertianæ, & quartanæ. Plinius lib. 20. cap. 3, Semina eius si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. Sunt & alia febrium genera, quæ quoniam ad nostrum institutum nihil magnopere conducunt, rei medicæ studiosis ex libro Galeni quo ex professo febrium differentias tractat, petenda relinquimus.

Febricula, læ, diminutiuum, Parua febris. {πυρίνιον. Ital. *Febricella*. Gal. *Petite fievre*. Hisp. *Pequeña fiebre*.} Plancus Cicer. Qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. Celsus lib. 3. ca. 22, Et phthisi febricula leuis fit quæ etiam quum quieuit, tamen & repetit.

Febriculosus, Qui habet multam febrem. {πυρετώδης. Ital. *Che ha molta febre, febricitante*. Gal. *Fieureux, qui a grande fievre*. Hisp. *Calenturoso, que tiene mucha fiebre*.} Gellius, Non morbus hic febriculosus, aut nimium grauis.

Febrilis, le, pen. prod. Quasi ad febrem pertinens. {πυρετικός. Ital. *Di febre*. Gal. *De fievre*. Hisp. *De fiebre*.} Apuleius. Ardore æstuans febrili.

Febrio, as, ini, itum Febrem patior. {πυρέττω. Ital. *Hauer la febre*. Gal. *Auoir la fievre*. Hispani. *Tener fiebre*.} Macer, Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti. Celsus lib. 6. cap. 11, Potiones, si febriat puer, aquæ: si sine febre est, vini diluti. Colum. libro 6. cap. vlti. Mulæ febrienti cruda braffica datur.

Febricito, as, pen. corr. Febre laboro. {πυρέττω. Ital. *Hauer febre*. Gal. *Estre en fievre, auoir la fievre*. Hisp. *Tener fiebre*.} Colum. lib. 7, Febricitanti boui conuenit abstinere cibo vno die. Celsus lib. 2. cap. 7, Febricitauit aliquis, aut inhorruit.

Februo, as, Lustro, purgo, à ferueo: hoc enim adolendo, & flammis seruentibus fieri solebat. {καθαίρω, ἁγνίζω. Ital. *Lustrare, purgare*. Gal. *Purger par sacrifices*. Hispa. *Purgar, alimpiar*.} Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentum dicunt. Varro de vita pop. Rom. In eorum enim sacris liba quum sint facta, incerni solent farris semine, ac dicere se ea februare. Id est pura facere. ¶ Hinc Februarius mẽsis dictus est, quod tum, id est extremo anni mẽse, populus februaretur, id est purgaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarij celebrabantur Februa: hisque diebus pro impetranda mortuorum manibus quietes, omnis populus piaculis, sacrificiisque circa sepulchra accensis facibus cereisque intentus erat. {φεβρουάριος. Ital. *Febraro mese*. Gal. *Le mois de fevrier*. Hisp. *El mes de febrero*.} Et Inno Februata, siue Februalis, quòd ei hoc mense sacra fiebant: eiusque feriæ erant Lupercalia.

Februa, orum, Dicebantur quæcunque purgamenti causa in quibuscunque sacrificiis adhibebantur. καθάρσια. Plin. Vulgata priscis temporibus opinio obtinuit, Februa esse omnia quibus malefactorum conscientiæ purgarentur, delerentúrque peccata, aut manes defunctorum placidi redderentur. Ouid. 2. Fastor. Februa Romani dixere piamina patres: Nunc quoq; dant verbo plutima signa fidem. Et paulo pôst, Denique quodcunque est quo corpora nostra piantur, Hoc apud intonsos nomen habebat auos.

Februus, Dictus est Pluto, vel Dis pater, inferorum Deus, quòd ei mense Februario sacrificaretur. ἅιδης. Vide Macrob. lib. 1. Saturn.

Feciales, Dicti à faciendo, (vt autor est Festus) quòd belli pacisque faciendæ penes eos ius erat. φητιάλες. Neque enim licebat bellum alicui inferre, nisi hi & iusta causa susceptum declarauissent, & prius indixissent. Varro, Itaq; bella tardè, & nulla licentia suscipiebant, quòd bellum nullum, nisi pium, putabant geri oportere. Et priusquam indiceretur bellum iis à quibus iniurias factas sciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. Cicero 7. Verr. Habemus hominem in fecialium manibus educatum: vnum præter exteros, in publicis religionibus fœderum sanctum ac diligentem.

Fecialis, & hoc feciale, adiectiuũ. Cicer. 1. Offic. Belli quidem æquitas sanctissimè feciali pop. Rom. iure perscripta est.

Fel, fellis, {χολή. Ital. *Fele*. Gal. *Fiel*. Hispa. *Hiel*.} Humor est flauus in corpore, in ima hepatis parte, in vesicula quadam contentus, quam cistulam fellis appellant. χολήδοχος. Humor autem ipse à medicis flauus bilis appellatur. Bilis autem atra est quam Græci melancholiam vocant, insaniam generans. Plaut. in Amph. Debrat vxor, atra bili percita est. Sed de bili, suo loco dictum. ¶ Aliquãdo fel, quòd sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. in Trucul. In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atq; orationes: Corda in felle sunt fita, atq; acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amaré facitis amantes siquid non danunt. ¶ Fel terræ, genus herbæ (quæ & centaurion, telle Plin. lib. 25. cap. 6.) propter amaritudinem summam appellatur.

Felleus, a, um. {χολώδης. Ital. *Di fiele*. Gal. *De fiel*. Hispa. *De hiel*.} Plin. lib. 26. cap. 12, Sudores enim felleos mouent. ἱδρῶτες χολώδεις.

Felis, huius felis, masc. gen. Animal quadrupes, quod nobiscum in domibus tenemus ad murium venatum, Vulgò *Catus* dicitur ab insigni astutia. {αἴλουρος, γαλῆ. Ital. *Gatto*. Gal. *Chat*. Hisp. *Gato*.} Veteres enim catos dicebant eos qui cauti & astuti erant: vnde etiam Catones primò volunt appellatos. Plin. lib. 10. cap. 73, Feles quo silentio, quàm leuibus vestigiis, quàm multo speculatu in musculos exiliunt? excrementa sua obruunt terra, intelligentes odorem illum, indicem sui esse. Varro lib. 3, Omnes parietes tectorio læuigãtur, ne felis alúe bestia introire ad nocendum possit. Seneca lib. 10. Epist. Quid est quare tam pauonem, quàm anserem gallina non fugiat? at tanto minorem eis, nec notum sibi accipitrem? quare felem pulli timeant, canem non timeant? De animalis huius natura sic scribit Aelianus lib. 7. cap. 40, Quemadmodum ex felibus mas est libidinosissimus, sic amantissima catulorum fœmina: quæ veneream idcirco maris consuetudinem refugit, quòd is calidissimum, igníque simile semen emittat, genitale vt fœminæ adurat. Eiusce rei mas non ignarus, communes catulos interimit. Hæc autem nouorum catulorum desiderio permota, eius libidini morem gerit. Quòd autem ab omni tetro odore feles abhorreant, eo excrementa sua, fossa prius facta, in terra occultant. Hæc ille. ¶ Sunt & feles feræ, domesticis aliquando maiores, pelle nigris maculis variegata, ex quibus domesticum nostrum animal videtur propagatum. ¶ Feli crocoton γαλῆ κροκωτή, subaudiẽdum das, aut addis. Dici solitũ quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: aut quum datur quippiam iis qui munere non norunt vti. Veluti siquis à musis alienissimo bellissimum donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ qua diuites vtebantur matronæ. ¶ Mineruæ felem, Ἀθηνᾷ τὴν αἴλουρον, subaudiendum comparas. Quum multò inferiora cum præstantioribus comparantur, quòd leuicula quaquam in re conueniant. Quid enim habet Minerua dea cum fele, præter glaucoma oculorum? Refertur à Zenodoto & Suida.

Felix, icis, pen. genitiui prod. Prosper, beatus, fortunatus. {εὐδαίμων, μακάριος. Ital. *Felice, fortunato*. Gal. *Heureux*. Hisp. *Bienauenturado*.} Virgil. 3. Aene. Viuite felices, quibus est fortuna peracta Iam sua. ¶ Interdum propitium significat, qui scilicet alios felices reddit. Virgil. 1. Aeneid. Sis felix, nostrúmque leues quæcunque laborem. Vbi Seruius, Felix, propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem. Vnde & deos felices vel infelices dicimus ex rebus quas præstant. Idem in Daphuide, Sis bonus ô, felixque tuis. ¶ Aliquãdo idem est quod vtilis, siue commodus. εὔφορος. Martialis, Illa manus quondam studiorum fida meorum, Et felix domino, notáque Cæsaribus. ¶ Aliquando pinguis, fœcundus, ferax, fertilis. ἰσχνὸς, εὔφορος. Virgil. 2. Georg. Exiit ad cælum ramis felicibus arbos. Martia. lib. 13, Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. ¶ Huius contrarium est Infelix, infortunatus, δύσμοιρος.

Felicitas, atis, Prosperitas, beatitudo. {εὐδαιμονία. Ital. *Felicità, prosperità*. Gal. *Bon heur, prosperité*. Hispa. *Bienauenturança, felicidad*.} Cicer. pro Fonteio, Videor hoc leuiter vobis pro mea autoritate præcipere posse, vt ex eo genere homines, quorum industria, virtus, felicitas cognita in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis. ¶ Felicitas terræ, fœcunditas, fertilitas, apud Plinium in Epist. Εὐφορία. ¶ Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum prosperos rerum instituarum successus sacra fiebant. Augusti. 4. de Ciuit. Quid Felicitas? Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei cõgrua instituta sunt. Huius contrarium est Infelicitas. ¶ A Deo felicitas, Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχία βροτοῖς. id est felicitas datur Deũm homini munere. Vt res nostræ bene cedant, id in nobis situm non est, sed à superum arbitrio pendet. Hominum est conatus, Dei est euentus. ¶ Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολλοὺς φίλους. Finitimum est illi τὸν εὐτυχοῦντα πάντες οἱ συγγενεῖς, id est, felicibus cognatus est vel quilibet. Notior est sententia quàm vt requirat interpretem.

Feliciter, aduerbium, Prosperè, beatè, fortunatè. {εὐδαιμόνως, εὐτυχῶς. Ital. *Felicemente*. Gal. *Heureusement*. Hisp. *Bienauenturada y felizmente*.} Cic. 3. de Finibus Necessariò sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè viuere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere, Plautus Mercat. Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Virgil. 1. Georg. Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ.

Felicito, as, pen. corr. Felicem ac beatum facio. {εὐδαιμονίζω. Ital. *Felicitare, far felice*. Gal. *Rendre heureux, faire heureux*. Hispa. *Hazer bienauenturado*.} Contrarium eius est Infelicito, hoc est bonis omnibus spolio, infelicem reddo, de quo suo loco.

Fellico, as, Idem est quod lac ezugo. {θηλάζω. Ital. *Tettare, poppare*. Gal. *Tetter*. Hispa. *Mamar leche*.} Solinus in Collectan. Nequaquam mater pullo præbet vbera fellicanda. Fortassis legendum vellicanda.

FELSINA, Vulgò *Bologna*, Vrbs Italiæ, postea Bononia appellata, vt scribit Plinius libro 3. cap. 15, in descriptione octauæ regionis Italiæ, Intus (inquit) colonia Bononia, Felsina vocitata, quum princeps Hetruriæ esset.

Femen, minis, Sumitur in eadem significatione qua femur. {μηρός. Ital. *La parte dentro della coscia che si tocca con l'altra*. Gal. *Le dedans de la cuisse*. Hisp. *El muslo por la parte de dentro*.} Proprie tamen femina, teste Valla lib. 4, sunt interiores partes: femora, exteriores: femina posteriores, femora anteriores. Plin. lib. 11, sic de apibus scribit, Prioribus pedibus femina onerant, propter natura scabra. Et lib. 28, Femina, inquit,

quit, atteri aduriquè equitatu, notũ est. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. Lucretius lib. 4. - ideo fastigia posse Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. ¶ Hinc Apuleius finxit vocabulum, Interfémineum, pro pudendis muliebribus, veluti positis inter femina. Colum. lib. 7. Vtile quoque & sub femina manum subiicere, ne ad huiusmodi tactum postmodum paueſcant. ¶ Existimat Seruius femen in nominatiuo non reperiri. Priscianus docet esse in tarouius femen in nominatiuo non reperiri. Priscianus docet esse in tarouius femen in nominatiuo non reperiri. Priscianus docet esse in tarou

Universidad de Deusto
Biblioteca

es de facto, reuera, sine obra. } Trebonius Ciceroni. Illud quoque nobis erit curæ, vt Cratippus vnà cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quæ tua cohortatione incitatur futurum. Plautus in Mil. Tibi ego dico, feriatus ne sis. Martial. Nec feriatus ibat ante cattucam. Cice. 1. de Nat. deor. Deum sic feriatum volumus cessatione torpere. ¶ Feriati dies, in quibus feriæ aguntur. *ἑορταί.* Plin. in Epist. Nam & mensruum meum Calendis Septembris finitur, & sequens mensis complures dies feriatos habet. Plin. lib. 18. cap. 6, Malum patremfamiliæ quispiam interdiu faceret quod noctu posset, nisi intempestate cæli priorem qui profestis diebus ageret quod feriatis deberet pessimum, qui sereno die, sub tecto potius operaretur quàm in agro. Contrà, Profesti dicuntur, qui feriati non sunt.

Ferio, tis, ire, sine præterito & supino, Idem quod percutio. } *πατάσσω, κόπτω.* Ital. *Percuotere, ferire.* Gal. *Ferir, frapper.* Hisp. *Herir.* } Virg. 9. Aeglo. Occurrisse capro, cornu ferit ille, caveto. Plaut. in Amphitryone, Non tu scis? Bacchæ bacchanti si vis aduorsarier, Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius. ¶ Ferire item, est sancire, firmare. Vnde ferire fœdus dicimus. Virg. 10. Aen. -haud mora, Tarchon Iungit opes, fœdusque ferit. Cic. pro Domo sua, Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur prouinciarum. Origo harum locutionum inde tracta est, quòd antiqui fœdus & pacem solenni pompa cum hostibus incuntes, porcam saxo silice feriebant: vt constat ex lib. 1. Liuianæ historiæ, vbi vetustissimi fœderis ritus, & solennitates describit. ¶ Ferire item pulsare est. *κόπτω.* Plaut. in Amphitryone, Feriam fores, aperite. Ferire iugulum, est inferre mortem, jugulare. ¶ Ferire munere, est mulctare munere, seu munus emungere. Terent. Phorm. Porrò autem Geta ferietur alio munere, vbi hera peperierit: Porrò autem alio, vbi erit puero natalis dies. ¶ Spectris feriuntur oculi. Cic. Cassio, lib. 15. Epist. Ferire aures, pro excitare. Quintilianus lib. 9. cap. 3, Quæ etiam si fuerint crebriores, aures consuetas minus ferient. ¶ Hinc compositum est Referio, quod est repercutio. *ἀντανακλῶ.* Plaut. in Asinaria, Patitor tu idem quum ego te referiam.

Ferio, ferias. Vide FERIAE.

Feritas, Vide FERVS.

Fermè, aduerbium, Idem quod ferè. } *σχεδόν.* Ital. *Quasi, poco meno.* Gal. *Presque, peu s'en faut, à peu pres.* Hisp. *Quasi à poco mas ò menos.* } Terent. in Andria, Iam fermè moriens me vocat. id est quum parum abesset quin moreretur. ¶ Ponitur quandoque pro facilè, *judicio.* Terent. in Andria. Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. Vbi Donatus, Fermè pro facilè posuit: & fermè facilitatem significat: quia sunt aduerbia extenuationis. Plautus Pœnu. Facio quod manifestè deprehensi mœchi haud fermè solent.

Fermentum, ti, Farina quæ subigitur priusquam addatur sal, ad poltis modum decocta, & relicta donec acescat. } *ζύμη, ζύμωμα.* Ital. *Fermento, lenato.* Gal. *Leuain.* Hispa. *La leuadura.* } Dictum quod feruendo crescat. Plin. lib. 18. cap. 7, Spuma ita concreta pro fermento vruntur. Iacere in fermento, *ἐν τῇ ζυμώσει*, per translationem dicebantur qui animo essent ægro, quique iracundia turgerẽt. Plaut. in Mere. Nam mea vxor propter illum tota in fermento iacet, id est inflata est & irata. Idem in Cas. -dij te seruassint mihi, Nũc in fermento tota est, ita turget mihi: Adepol ego illam mediam diruptam velim. ¶ Fermentum translatum ad terram, illud significat quod glebas resoluit, tumidámque terram ac raram reddit: quemadmodum conspersionem rarefacit fermentum. Colum. lib. 3. cap. 11, Parum quod supereſt inferiotis soli, rastris licet effodere, & in fermentum congerere atque componere. Idem lib. 4. cap. 1, Repastinata humus, dum est recens, soluta, laxatáq;, velut fermento quodam intumescit.

Fermento, tas, Fermento misceo, seu crescere facio. } *ζυμόω.* Ital. *Far lenitar la pasta.* Gal. *Mettre du leuain, faire leuer ou enfler la paste, assaisonner de leuain,* Hisp. *Leudar.* } Plin. Quum fieret panis hordeaceus cicercula farinæ admistione, fermentabatur. ¶ Transfertur etiam hoc verbum ad terræ culturam, quæ tunc fermentari dicitur quum rarefit, & spissæ illæ glebæ resoluuntur, & augentur, & veluti inflantur: quemadmodum conspersio, hoc est farina illa subacta, & in massam redacta, intumescit addito fermento. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 38, Stercus optimum scribit esse Cassius volucrum, præter palustrium, ac nantium. De hisce præstare columbinum, quod calidissimum sit, & fermentare possit terram. Colum. lib. 2. ca. 15, Maximè tamen columbinũ probamus, quod modice sparsum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonnulli expoluerunt fermentare pro stercorare, & pinguefacere, quòd viderent Columellam de stercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi credunt. Sed eam non esse mentem autoris, ex diuersis eius locis facilè poterit deprehendi. Ita enim habet lib. 4. cap. 1, Quid quòd repastinata humus, dum est recens soluta, laxatáque, velut fermento quodam intumescit: quum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata subsidit? Quo in loco vocat terram fermento intumescentem, quam alibi vocat fermentatam. Pro eodem etiam dixit Humum resolutam, eique opponit densam lib. 2. cap. 2, Sed ex his nihil non melius resoluta humo quàm densa prouenit. Quod nostet quoque Virgilius, quum & alias fœcundi arui laudes retulisset, adiecit, Et cui putre solum: namque hoc imitatur arando. Neque enim aliud est colere quàm resoluere & fermentare terram. Ex quibus Columellæ verbis clarissimum est, fermentare terram, nihil aliud esse quàm diligenti cultura, pastinatione, siue etiam calidis stercoribus, quale est columbinum, terram putrefacere, resoluere, & rariorem reddere.

Fermentescere, Est crescere, & rarescere addito fermento: & propriè de pane dicitur. } *ζυμόω.* Ital. *Leuitarsi, enflare.* Gal. *Estre leué ou enflé de leuain, s'enfler ou leuer comme la paste.* Hisp. *Leudarse.* } Quanuis etiam ad terram transferatur quæ tunc fermentescere dicitur quum densitas illa glebarum rarefit, & resolvitur. Plin. lib. 18. cap. 8, Quum teratur inter digitos, fermentescens. Idem lib. 17. cap. 2, Tellus quoque illo modo fermentescit: & succi plena, ac lactescentibus satis non effœta, quum tempus aperit, tepidis arridet horis.

Fero, fers, tuli, latum. Proprie significat porto. } *φέρω.* Ital. *Portare.* Gal. *Porter.* Hisp. *Llenar ou traer.* } Virg. lib. 5. Aen. Vix illam famuli Phegeus, Sagarisque ferebant. ¶ Aliquando tolero, patior. Terent. in Heauton.

Nam quem ferret, si parentem non ferret suum? Aliquando duco, dirigo. *ἄγω.* Liuius lib. 1, Pergit ad proximam spoluncam, si forte eò vestigia ferrent. Virgilius 6. Aen. Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas. ¶ Sæpe etiam accipitur pro dicere, præsertim in tertijs personis. *λέγω.* vt quum dicimus, Sic ferunt homines, hoc est sic loquuntur, aut dicunt. Idque tam actiuè quàm passiuè, & tam personaliter quàm impersonaliter. Tacit. lib. 15, Ex Caio Cæsare se genitum ferebat. Liuius lib. 1. ab Vrbe, Faustulo fuisse nomen fertur. Cice. de Amic. Quod Tarquinium dixisse fertur tum quum esset exul. Virg. 1. Aeneid. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Posthabita coluisse Samo. ¶ Aliquando exhibeo. Virg. 5. Aeneid. Sacra Dioneæ matri, diuisque ferebam. ¶ Aliquando concupisco. *ἐπιθυμητικῶς.* Sallust. in Catil. Tunc Catilina pollicerti tabulas nouas, proscriptiones locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, atque alia omnia quæ bellum & libido victorum fert. Lucan. lib. 1, Fert animus causas tantarum exponere rerum. Ouid. 1. Metamorph. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. ¶ Aliquãdo extollo. *αἴρω.* Sallust. Consulares omnes itémque Senatus magna pars sententiam eius laudant, virtutem animi ad cælum ferunt. ¶ Aliquando giguo, produco. *γεννῶ.* Virg. 11. Aen. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros. ¶ Aliquãdo habeo, Virg. 5. Aen. Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris. ¶ Aliquando affero. Virg. 11. Aen. Legati responsa ferunt. ¶ Aliquando confero. *συμφέρω.* Virg. 5. Aeneid. -quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manum. ¶ Aliquando disturbo. *ἀφίημι.* Virg. lib. 1. Aen. Quippe ferant rapidi secum, verrúnteque per auras. ¶ Aliquando ostento. *ἐπιδείκνυμι.* Virg. 11. Aen. -captiuo siue vt se ferret in auro Venatrix. ¶ Aliquando consulo. *χειροτονῶ.* vt Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, est Senatum aliqua de re consulere. *πρόφασις ἔστω τὸ συμβάν.* ¶ Aliquando aufero, *ἁρπάζω.* Virg. in Daphnide, -postquam te fata tulerunt. Idem 9. Aeglo. Omnia ferr ætas, id est aufert. Aliquando refero, seu recipio. Terent. in Adelphis. Pro labore ab his fero odium: id est *φέρω, φέρομαι φθόνον.* ¶ Aliquãdo assequor. Terent. in Eunucho, Hoc si effeceris, quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Et in Adelphis, Ni faciant quod illos æquum est, haud sic ferent. id est obtinebunt. ¶ Quòd si cum hoc verbo, præ me, præ te, vel præ se, addatur, significat dicto, vel facto, vel gestu aliquid ostendo, confiteor. *δείκνυμι, ἐπιδείκνυμι.* vt, Præ te fers iram. Quintil. Fiduciam igitur præ se ferat orator, sempérque ita dicat tãquam de causa optimè sentiat. Id est, ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa voce, ex ipsa oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in vultu & gestu iudicant tacitam vel formidinem vel fiduciam, hoc est præ se ferunt fiduciam, formidinémve. Cic. Nam ille qui accipit iniuriam, meminit, & præ se fert. id est se mentem persequendæ iniuriæ habere ostendit. In eundem sensum accipi solent, præ me duco, præ me gero. ¶ Ferre aurã, est assuescere aëris varietati quæ obest. Virgil. lib. 2. Georg. Quum semel hæserunt aruis, aurãsque tulerunt. ¶ Ferre tribum, ferre centuriam prærogatiuam dicitur is qui tribum vel centuriam habuit sibi suffragantem. Cice. pro Plancio, An tandem vna centuria prærogatiua tantum habet autoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit quin renuntiatus sit? Idem 4. Philip. An tum quum es factus, vnam tribum sine Curione ferre potuisses? ¶ Ferre suffragium, est suffragari. Cice. Attico, libro 1. Idémque refert vt vniuersus populus in campo Martio suffragium de ex de P. Clodij ferat. ¶ Ferre sententiam, est pronuntiare. Cicero pro Cluentio, Vos autem Iudices de hominũm fortunis sententiam fertis. ¶ Ferre fortunam, pro vti. *χρῆσθαι τύχῃ.* ¶ Ferre expẽsum, est id quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur Referre acceptũ, quod est id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Qui plura ea de re nosse cupit, videat Adrianum Cardinalem, qui diligentissimè hæc explicuit. ¶ Composita sunt, affero, aufero, antefero, confero, circumfero, defero, differo, effero, infero, offero, perfero, præfero, profero, refero, suffero, superfero, transfero, quæ habent penultimam correptam.

Lator, oris, verbale. } *φορεύς, κομιστής.* Ital. *Latore, portatore.* Gal. *Porteur.* Hisp. *El portador.* } vt, Lator legis, qui & legislator vno verbo dicitur, ille est qui promulgauit, vel instituit, vel tulit legem. *νομοθέτης.* Cicero 2. Natu. deor. Ferrẽne ciuitas vlla latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius, &c. Aliquando ponitur pro tabellario. *γραμματοφόρος.* Sueto. in Caligula, Quasi vniuersa tradita insula magnificas Romam literas misit, montis sæpe latoribus, vehiculo ad forum vsque & curiam perrenderent.

Ferax, feracis, Fertilis, fœcundus. } *εὐφορος.* Ital. *Fertile, fecondo, abondante.* Gal. *Qui porte & rapporte beaucoup, fertile, de grand rapport.* Hispa. *Cosa fertil.* } Plautus in Epid. Nullum esse agrum opinor in agro Attico Aequè feracem, quàm hic noster Periphanes. Columel. libro 1. cap. 3, Nullus feracior, & vberior locus, &c. Plin. Vt tam ferax bonarum artium sæculum videremus.

Feracitas, tatis. } *εὐφορία.* Ital. *Fertilità, abondanza.* Gal. *Fertilité, plenté, abondance.* Hisp. *Fertilidad.* } Colum. lib. 3. cap. 2, Vbi nihil erit, aut non multum quod proriter feracitatem, potiut sequemur, &c.

Fertilis, le, adiectiuum, pen. corr. Idem quod ferax. } *εὐφορος.* Ital. *Fertile abondante, grasso, fruttuoso.* Gal. *Fertile, abondant, de grand rapport.* Hispa. *Fertile, abundante, fructuoso.* } Colum. lib. 4, Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Vberrimos, maximèque fertiles agros incolere, Cic. 1. de Diuin. Virgil. 2. Georg. -hic fertilis vua, Hic lanicis, qualem pateris libamus & auro. Plinius lib. 14. in Procem. Tanto priscorum cura fertilior, aut industria fœlicior fuit. Ouid. 4. de Pon. Fertile pectus habes, iuxtéque Helicona colentes Vberius nulli prouenit ista seges. Plin. Captatio in quæstu fertilissimo. Ouid. 1. de Arte, Fertilior seges est alienis semper in agris. Hinc,

Fertilitas, sicut à ferax feracitas. } *εὐφορία, εὐθηνία, εὐφορία.* Ital. *Fertilità, abondanza.* Gal. *Fertilité, abondance.* Hisp. *Fertilidad.* } Colum. Id enim non accidit palmitis fertilitate. Fertilitas loci, Cæsar 2. bel. Gall. Cice. 1. de Diuinat. Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura.

Ferentarij, orum, Leuis armaturæ milites, auxiliatores: à ferendo auxilio, vt quicquid opus esset auxilio ferrent, excursu leues, armis grauibus non impediti, sed ense & telis tantum instructi. Hæc Nonius. *ἀκροβολισταί.*

λεσαι. Varro autem ferentarios vocat milites, qui fundis, lapidibúsque pugnabant: quæ tela ferrũtur, non tenentur. Sall. in Catil. Postquàm eó ventũ est vnde à ferentariis prælium cõmitti posset, Hi & velati vocabantur, vt inquit Festus, quòd vestiti inermes sequerentur exercitum.

Ferculum, Teste Nonio, Missus cibi, ita dictus quòd ad mẽsam inferatur. ξ πομπὴ ἐδέσμων, πομπεῖον ἐδέσμων, πομπὴ βρωτῶν. Ital. *Vivanda, che si porta in tauola.* Gal. *Vn mets de viande, qu'on porte & met on sur la table.* Hispa. *Manjar ò cosa que se lleua en plato.* ξ Iuuen. Saty. 2. -quis fercula septem Secretò cœnauit auus. Horat. 2. Serm. Saty. 6, Multáque de magna supereſſent fercula cœna. ¶ Aliquando sumitur pro gestamine quo pompa deferri solet. Φορεῖον. Sueton. in Cæsare, Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, VENI, VIDI, VICI. Hoc est inter pompæ triumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulachra oppidorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia quæ fieri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum: quæ in ludis: sacrorum, quæ in sacris. Acron etiam docet fercula esse pulpita in quibus deorum simulachra reponebantur, quia in pompa Circensi (hoc est celebritate ludorum Circensium) huiusmodi simulachra deorum ferebantur. Cicero libro 1. Offic. Cauendum est ne tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, ac similes pomparum ferculis esse videamur.

Feretrum, tri, pen. corr. à fero, Lectus, vel aliquid aliud quo mortuus efferri solet. ξ Φέρετρον. Ital. *Feretro, barra, cataletto.* Gal. *Vn sarcueil ou biere à porter les morts, litiere.* Hisp. *Las andas para llenar muertos.* ξ Alio nomine capulus dicitur, à capiẽdo. Plin. lib. 7. cap. 52, Varro quóque autor est x x viris agros diuidentibus Capuæ, quẽdam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. ¶ Feretra item dicebantur quibus fercula spoliáve in pompis gestabantur. Liu. 1. ab Vrbe, Spolia ducis suspensa, fabricato ad id apté feretro, gerens, in Capitolium descendit.

FERONIA, æ, Φερωνία, Nemorum dea, à ferendis arbotibus. Virgil. 7. Aeneid. -& viridi gaudens Feronia luco. Tradũt enim quum lucus eius fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde deæ simulachrum incolæ vellent, nemus subitò emicuisse. ¶ Fuit & Feronia ciuitas sub monte Soracte, in qua eiusdem nominis dea erat, quam finitimi mira religione venerabantur.

Ferox, cis, pen. gen. prod. Elatus, sæuus, præanimosus ad certandum cum altero, & ad vim alteri inferendam, atq; nocendum. ξ θυμώδης, αὐθάδης. Ital. *Feroce, fiero, coraggioso.* Gal. *Fier, courageux, orgueilleux, farouche.* Hispa. *Braue y fuerte con desatino.* ξ Horat. Vrbes gentésque & Latium ferox. Sallustius, Ille animo feroci negat se fusum toties Numidam pertimescere. Virgil. 4. Aeneid. Stat sonipes, & fræna ferox spumantia mandit. Φρυγμῷ μαίνεται. Ferox animo, Plaut. in Mil. Et quia tecũ eram, propterea animo eram ferocior.

Feroculus, diminutiuum. ξ ἀγριώτερος. Ital. *Alquanto feroce.* Gal. *Vn peu trop fier & orgueilleux.* Hisp. *Braue vn poco.* ξ Hircius de bel. Afric. Quid tu, inquit, miles tyro tam feroculus es?

Ferocia, æ, Idem quod ferocitas, de quo infrà. ξ θράσος. Ital. *Ferocità, crudeltà.* Gal. *Fierté & orgueil.* Hisp. *Braueza sin tino.* ξ Cic. lib. 6. de Repub. Qui comprimit eius vim, & effrænatam illam ferociam. Cicero de Arusp. resp. Duobus incœptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociámque compressi. Tacit. libro 2, Per communes liberos orauit, exueret ferociam.

Ferocitas, tatis, Superbia, elatio animi, crudelitas, sæuitia, & (vt inquit Speusippus) excessus audaciæ, haud meruẽs quæ metuenda sunt. ξ θράσος. Ital. *Ferocità, crudeltà.* Gal. *Fierté & orgueil.* Hisp. *Braueza con desatino.* ξ Cic. 1. Offic. Sicut equos propter crebras contentiones prælio tum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, vt his facilioribus possint vti: &c. Idem in Vatin. Ferocitatem tuam istam comprimerem, & audaciam frangerem. Cicero de Sene. Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis.

Ferociter, Superbè, Elatè, ἀγρίως, θρασέως &c. Plaut. in Amph. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Liu. 3. ab Vrbe, Legatique caput ferociter legatos nostros increpant. Idem 3. bel. Pun. Cum quo ferociſſimè pro Romana societate aduersus Punicum fœdus steterat. Multò ferocius, Cicc. Quint. frat. lib. 2.

Ferocio, cis, ciui, vel feroci, citum, Ferox fio, vel ferociã exerceo. ξ ἀγριαίνω, ἀγριόομαι, ἀγριόω. Ital. *Farsi feroce, effercitare la crudelta.* Gal. *Estre fier & farouche.* Hisp *Embrauecerse.* ξ Gel. lib. 1, Nihil adeò in congrediendis hostibus, atque in principiis præliorum ad salutem, virtutémque aptius rati, quàm si permulti sonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Ouid. Discе bonas artes nullis assueta iuuentus, Mox intractati mote ferocit equi.

FERRARIA, Vulgò *Ferrara*, Nomen vrbis celeberrimæ in Italia circum padana. Item promontorium in Hispania non procul à Carthagine nouа: ita nominatum quòd fodinas habeat ferri feracissimas. Vide Melam libro secundo.

Ferrum, ri, vel à ferendo, quòd in agro colendi gratia feratur: vel à feriendo, quòd cætera eo feriantur, hoc est domentur. Sua enim sæuitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, & extendit. ξ σίδηρος. Ital. *Ferro.* Gal. *Fer, ferrement, ferraille.* Hisp. *Hierro.* ξ Plin. lib. 12. cap. 25, Ferro lædi vitalia odit. Cic. de Nat. deor. Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Quintil. lib. 2. cap. 4, Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati posse. ¶ Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cicero 1. Tusc. In seruorum ferrum & manus incidisset. Sic pro Rosc. Amer. Vulneratus ferro Phrygio. ¶ in ferrum, atque in vincula coniecti. Cic. 7. Verr. Vbi ferrum videtur posuisse pro compedibus ferreis. ¶ Ferro & flamma rem geri quadã prouerbij specie dicimus, quũ exitiale bellum significamus. Cicer. pro L. Flacc. O dij immortales quid hoc miserius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus imperitæ multitudinis iudicio conflidimus. Sic pro Sylla. ¶ Ferrum natare dices, εἰδήσεις πλέειν δι' ἀσκοῦ. De iis qui rem conantur, quæ repugnante natura, nequaquam fieri possit.

Ferreus, a, um, Quod ex ferri materia est. ξ σιδήρεος. Ita. *Di ferro.* Gal. *De fer.* Hisp. *Cosa de materia de hierro.* ξ vt Massa ferrea, Anulus ferreus. Plin. libro 10. cap. 42, Hæc quum loqui discit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Ferream fabricam inuenere Cyclopes, Plin. lib. 7. cap. 56. Virg. 3. Aeneid. -confixum ferrea texit Telorum seges. Idem lib. 12, -it toto turbida cælo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber, -it toto turbida cælo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber. ¶ Ferreus per translationem pro duro, & inexorabili. Cice. ad Trebatium, Ferreus essem, si te non amarem. Idem ad Atticum, lib. 13, O te ferreum, qui illius periculis non moueris.

Ferrarius, a, um, Quod ad ferrum pertinet. ξ σιδηρικός. Ital. *Ciò che à ferro si appartiene.* Gal. *Des apartenances de fer.* Hispa. *Cosa perteneciente à hierro.* ξ vt, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinæ ferrariæ, metalla ferraria. Plinius lib. 34. cap. 14. Quum ferraria metalla in his locis non sint. ¶ Ferraria aqua, qua vtuntur fabri ferrarij ad extinguendum candens ferrum. Plinius lib. 28. cap. 16, Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.

Ferraria, æ, substantiuum, Locus in quo ferrum foditur. ξ σιδηρορυχία. Ital. *Miniera del ferro.* Gal. *Vne mine de fer. vne forge.* Hisp. *Herreria, lugar do se haze à labra el hierro.* ξ sicut auraria, argentaria æraria, in quibus aurum, argẽtum, & æs effoditur. Cæsar lib. 7. bel. Gall. Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Liuius 4. bel. Maced. Parata prouincia, vectigalia instituit ex ferrariis, argentariisque.

Ferratus, a, um, Nomen est, non participium, quum verbi originem non habeat, sicut tunicatus, manicatus, & similia: significátque id cui ferrum inductum est. ξ σιδηροδέτος. Ital. *Ferrato.* Gal. *Ferré.* Hisp. *Cosa herrada por defuera.* ξ Vnde Ferrata spicula, & ferratas lanceas dicimus. Virgil. lib. 3. Georg. Vndiq; iam tergo ferratos sustinet orbes. ¶ Huius compositum est Præferratus, de quo suo loco.

Ferramentum, ti, Instrumentum ex ferro. ξ σιδήρεον. Ital. *Ferramento, istromento fatto di ferro.* Gal. *Instrument de fer, ferraille, ferrement.* Hisp. *Herramienta ò instrumento de hierro.* ξ Vnde Ferramenta fabrilia, & Ferramenta tonsoria dicimus. Cic. 1. de Natu. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Colum. lib. 3, Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramẽto summa amputare prodest. Hinc Ferramentarius faber, ferramentorum confector.

Ferrugo, inis, pen. prod. Rubigo ferri propriè dicitur. ξ ἰὸς σιδήρου. Ital. *Ruggine del ferro.* Gal. *Rouillure de fer.* Hispa. *Orin, color morada, escuro ò de hierro.* ξ sicut ærugo æris. Plinius lib. 23, cap. 8, Sudor virgæ corni arboris, lamina candente ferrea exceptus, non contingente ligno, illitáque inde ferrugo, incipientes lichenas sanat. ¶ Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferri rubigine exesi: vnde Virgil. libro 9, Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Ferrugineus, a, um, ξ σιδηροειδής. Ital. *Di color di ruggine, ferrigno.* Gal. *Resemblant le fer rouuille, sort en couleur ou autrement, perfumé.* Hisp. *Cosa de aquel color morado, ueyro.* ξ Quod est coloris ferruginis, hoc est quod colorem habet ferri longa rubigine exesi, qui est ex rufo & nigro commistus, qualis est quem Galli sua lingua *Perfumatum*, veretes (vt opinor) impluuiatum dixerunt: aut certè is est quem hodie colorem regium vocamus, qui à superiori non ita multùm distat. Sunt qui velint ferrugineum colorem eum esse quem alio nomine vocamus cæruleum: adducti, opinor, autoritate Plauti in Milite, qui eundem colorem thalassicum vocat & ferrugineum. Sed certè Plautus non idcirco vocat colorem ferrugineum thalassicum quòd maris colorem referat, sed quòd nautæ eiusmodi colore soleant vti in mari. Iubet enim ibi Palæstrio Pleusidem, qui meretricem abducturus erat, ferruginea veste exornatum venire, vt facilius persuadeat militi se esse nauclerum. Verba eius vt res facilius intelligi possit, adscribemus, Facito (inquit Palæstrio) vt venias ornatu hue nauclericо, causiam Habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam: Palliolum habeas ferrugineum: nam is color est thalassicus, hoc est mari, & nautis qui in mari versantur, idoneus. Non absimilis error est eorum qui ferrugineum colorem arbitrãtur esse colorem hyacinthi: eo quòd Virg. 4. Georg. hyacinthos vocat ferrugineos. Constat enim vel Ouidij testimonio, florem hyacinthum purpurei coloris esse, vtpote qui Hyacinthi pueri sanguinem ex quo enatus fertur, dicatur referre. Certum est itaque Virgilium hyacinthum non dixisse ferrugineum, quòd ferrugineum colorem imitetur: sed eadem ratione qua 6. Aen. cymbam Charontis dicit esse ferrugineam, quòd scilicet funesta putabatur & luctuosa. Solent enim lugentes vestibus ferruginei coloris vti, quòd is color fuscus sit, & subobscurus. Sic etiam Virg. hyacinthum florem vocat ferrugineum, hoc est lugubrem & funestum, alludens nimirum ad fabulam illam qua fertur hunc florem ex sanguine Hyacinthi pueri ab Apolline ictu disci occisi, primùm fuisse enatũ. Hæc paulo verbosius visum est discutere, quòd videamus eruditos nostri seculi tam diserepantia de hoc colore tradidisse, vt quid de eo sentire debeamus, nõ facilè fuerit constituere. Sed certè verisimile est hunc colorem eum esse quem suprà diximus, qui scilicet ferruginis (à qua nomen habet) colorem imitatur: huncque eundem esse quem veteres appellauerunt Bæticum, seu Hispanum. Quod etiam non obscurè ostendit Virg. lib. 9. Aen. quum vocat ferrugineam Iberam, hoc est Hispanicam. Quo coloris genere etiam hodie nautæ Hispani, atq; adeò omnes tenuiores vtũtur. Neq; solùm nautæ Hispanienses, verumetiam totius penè orbis nautæ hoc colore vtũtur: vt non immeritò Plautus colorem hunc videatur appellasse thalassicum, hoc est mari maximè cõuenientem. Nam quum hic color sit natiuus, & penè terræ similis, neq; facilè mutat colorem, neq; maculæ in eo apparent. Constat autem hunc colorem fuisse vilissimum vel eo argumento, quòd Plautus in loco iam citato ferrugineas vestes piscatoribus tribuit. Nam quum iussisset Pleusidem aduenire exornatũ causa & palliolo ferrugineo, vt probè nauclerum ementiretur, subdit, Atq; apud hunc senem omnia hæc sunt, nam is piscatores habet. Hoc accedit, quòd Plin. lib. 29. cap. 6, scribit, lacertas virides ferrugineis maculis esse distinctas. Lacertæ autem maculas eius esse coloris quem iam indicauimus, nemo addubitat qui vel semel lacertam viderit. Non tamen inficias iuerim, pro ea quæ est apud Latinos in distinguendis coloribus, vel ipso Plinio teste, vocabulorũ inopia, colores aliqua ex parte ad hunc accedentes etiam ferruginis nomine fuisse appellatos.

Vnde

Vnde etiã apud Claudianum, lib. 2. de Raptu Proſerpinæ, violas etiam ferrugineas inuenimus appellari, & à magnæ autoritatis ſcriptoribus colorem ferrugineum inter gratiſſimos colores numerari. Quamobrem vt non magnopere repugnauerim iis qui hunc colorem Galliorum lingua *Tauarum* aut *Caletanum* interpretantur, pro intentione, aut dilutione obſcuræ tubedinis, aliis atq; aliis appellantes nominibus: ita plurimum ab iis differo qui hunc eundem faciunt cum colore cæruleo, quẽ alio nomine Venetum appellant. Quorum errorem manaſſe arbitror ex loco Vegetij, lib. 4. cap. 17, malè intellecto, quòd ibi Vegetius nautis videatur tribuere colorẽ cæruleum, ſiue Venetum, quibus (vt ſuprà oſtendimus) Plautus aſſignat veſtes ferrugineas. Arbitrati ſunt itaq; eundem eſſe colorem quem Plautus ferrugineum, & Vegetius cæruleum ſiue Venetum vocat. Sed hoc argumentum quàm falſis innitatur fundamentis, facilè diiudicabit qui citatum Vegetij locum non oſcitanter excuſſerit. Neque enim ibi cæruleum colorem nautis omnibus attribuit, ſed iis tantum qui in bello nauali ſcaphis quibuſdam exploratoriis hoſtium conſilia inueſtigant: quibus etiam velum nauis, atque ipſos adeò rudentes cæruleo colore tinctos eſſe iubet, vt aquæ marinæ ſimilitudine, hoſtium oculos facilius fallant.

Ferrumeu, pen. prod. inis. Quoddam quaſi gluten, iunctura, ſeu ligatura, qua metalla, ſiue etiam aliæ res conſolidari ſolent. {σολδατουρα, σολδαδουρα. Ital. *Saldatura, colla, ligamento de metalli.* Gal. *Soulure, liaiſon de metaulx enſemble.* Hiſp. *Soldadura.* } Plin. lib. 36. cap. 24, Ruinarum vrbis ea maxima cauſa, quòd ferro calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur. Vbi calcem vocat ferrumen cæmentorum, id eſt lapidum, quòd illa conſolidentur & conglutinentur cæmenta. Ferrumen auri (vt ſuo loco diximus) vocatur chryſocolla.

Ferrumino, as, pen. corr. Iungo, conſolido: proprié de metallis dicitur, quanuis & ad alia transferatur. {σολδαρλω, σολδαρε. Ital. *Saldare, congiugnere.* Gal. *Soulder, & ioindre ou coller enſemble.* Hiſp. *Soldar la meſma materia, como hierro.* } Pomponius Iureconſultus, Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, argẽto ferruminaueris, non dubitatur tuũ ſcyphum eſſe. Plinius pro glutinare poſuit, lib. 36, Vietum ſulphuri incoctum ferruminatur in lapides, hoc eſt glutinatur in formã lapidis. Et lib. 35, Calcis quoq; vſum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

Ferruminatio, verbale. {σολδατουρα, σολδαδουρα. Ital. *Saldamento, incollatura.* Gal *Soulure ou collure de metaulx.* Hiſpa. *Soldadura.* } Paul. I. in Rem actio. §. Item quæcunque. ff. de Rei vend. Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem: plumbatura verò non idem efficit.

Ferrilis, Vide FERRO.

Ferrum, ti, pro libi genere, Vide FARTVM.

Ferueo, es, ferui, vel ferbui, Proprié eſt ex igne ſuppoſito calere. {ζεω. Ital. *Bollire.* Gal. *Bouillir.* Hiſpa. *Hervir, bullir.* } Vnde aqua proprié feruere dicitur quum vi ignis commouetur & agitatur: quod etiam bullire dicimus. ¶ Transfertur tamen ad ea quæ quouis modo calefiunt, ſiue aliquo æſtu agitantur. Sic vinum feruere dicimus, quod ex muſto tranſit in vinum. Plin. lib. 14. cap. 9, Medium inter dulcia vinũ eſt, quod Græci ἀειγλυκὺ vocant, hoc eſt ſemper muſtum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur: ſic enim vocant muſti in vina tranſitum. Sic etiam mare feruere dicitur quum æſtu & fluctibus agitatur: vnde & fretum appellatum volunt. Ouid. 11. Metam. -pontus vertigine feruet. ¶ Feruere opus dicimus, dum ſtudio & diligẽtia elaboratur. Hominẽ quoque ira, odio, aut calore feruere dicimus, dum ira, aut odio, aut calore incenſus eſt. Cicero pro Quintio, Vſq; eò feruet fertúrque auaritia, vt de ſuis commodis velit aliquam partẽ amittere, nequam partem huic propinquo ſuo illius ornamenti relinquat. Horat. 1. Epiſto. 1, Pectus auaritia, miſeráque cupidine feruet. Ouid. 2. Metam. -vtque animus tumida feruebat ab ira, Arma aſſueta capit. Martialis, -ſora litibus omnia feruent. ¶ Huius contrarium eſt Deferuere, quod eſt miteſcere, & placidum fieri, ſeu à calore deficere. Compoſita à ferueo ſunt Deferueo, Efferueo, Referueo. A quibus Deferueſco, & Referueſco. Vide ſuis locis.

Feruens, partic. Quod bullit, aut calidum eſt. {ζεων, ζεμὸς, βραζων. Ital. *Bollente, caldiſſimo.* Gal. *Bouillant, fort chaut, feruent.* Hiſpa. *Coſa hirviente ò que hierue.* } Plin. lib. 7. cap. 2, Feruntque ictas ſaliua, vt feruẽtis aquæ contactum fugere. ¶ Migrat interdum in nomẽ, admittitque comparationem. Horat. 1. Sermo. Saty. 10, Quale fuit, Caſſi rapido feruẽtius ammi Ingenium. Colum. lib. 12. cap. 50, Ad præſidium aquæ calidæ curritur: ſed id non feruẽtiſſima fieri oportet. Cicer. 1. Offic. Nam fortis animus & magnus in homine nõ perfecto nec ſapiente feruẽtior plerunq; eſt.

Feruenter, aduerbium. {θερμοτερως, θερμῶς. Ital. *Ardentemente.* Gal. *Feruemment, ardemmẽt.* Hiſp. *Hirviẽtemente.* } Cælius Ciceroni, Quòd Pilius neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulauit, magna illico fama ſurrexit, & de damnatione feruenter loqui eſt cœptum.

Ferueſco, is, inchoatiuum: vt, Terræ ferueſcunt ſole, Lucre. lib. 6. Ventus mobilitate ſua ferueſcit apud eundem.

Feruo, is, ui, eiuſdem ſignificationis eſt cum ferueo. {ζεχλάζω, βράζω. Ital. *Bollire.* Gal. *Bouillir.* Hiſpa. *Hervir.* } Propert. Incipit & ſicco feruere terra Cane. Gellius lib. 2. cap. 29, Dominus quos rogauerat opperitur, ſol feruit, & ſit nihil. Terent. in Adelph. Ego illius ſenſum pulchrè calleo, quũ feruit maximè, tam placidum quàm ouem, reddo. Virgil. 3. Georg. Omnia tunc pariter vento nimbiſque videbis Feruere.

Feruefacio, cis, Bullire facio. {θερμαινω. Ital. *Far bollire.* Gal. *Faire bouillir.* Hiſpa. *Hazer hervir ò bullir.* } Cato de Re ruſt. Et potionem polentæ eodem addito, & oleum poſtea feruefacito. Idem cap. 123, Eam feruefacito cum congio vini veteris. ¶ Feruefacio pro calefacio. Plaut. Pſeud. Eæ ipſæ ſe patinæ feruefaciunt illico. Feruefacta iacula. Cæſar 5. bell. Gall. ¶ Hinc componitur Inferuefacio, quod eſt in re aliqua bullire facio. Cato, Sumito braſſicam: conficito in aquam feruentem, coquito pauliſper, vti ſubcruda ſit: poſtea aquam defundito, non omnem: eò addito oleum bene, & ſalem, & cumini paululum, inferueſacito pauliſper.

Feruidus, a, um, penult. corr. Idem quod feruens, & maximè calidus. {θερμὸς. Ital. *Bollente.* Gal. *Fort ardent & bruſlant, bouillant.* Hiſpa. *Coſa hirviente ò que hierue.* } Plinius libro 13. cap. 4, Nulla eſt in Italia ſponte genita, nec in alia parte terrarum, niſi in calida: frugifera verò nuſquam niſi in feruida. Cice. 2. de Nat. deor. Iam verò reliqua quarta pars mundi, ea & ipſa tota natura feruida eſt, hoc eſt ardens maximè. ¶ Ponitur & tranſlatè pro vehementi, feroci, diligenti. Liuius 7. hel. Pun. Quum toto eo bello damnoſa præpropera ac feruida ingenia Imperatorum fuiſſent. Et Cice. de Clar. orat. Appij Claudij volubilis, ſed paulo feruidior erat oratio.

Feruidè, penult. corr. Aduerb. {ζεσῶς, θερμῶς. Ital. *Feruentemente, ardentemente.* Gal. *Feruemment, ardemment.* Hiſpa. *Hirviẽtemente.* } Plaut. Trucul. feruidè vt tota floreat, vt oleum Nitidè nitet.

Feruor, oris, Calor vehemens qualis eſt ignis vel ſolis æſtus. {ζεσις. Ital. *Bollore, ardore, feruore.* Gal. *Ardeur, feruiue, grande chaleur.* Hiſp. *Hervor, obra de hervir.* } Plinius lib. 11. cap. 21. Indi furantur æſtibo feruore aurum erutum à formicis tempore hyberno. Horat. 1. Carm Ode 16, -me quoque peſtoris Tentauit in dulci iuuenta feruor, & in celeres iambos Miſit furentem.

Ferula, læ, pen. corr. Baculus, ſiue virga qua puerorum manus feriuntur, vnde & nomen habet: quanquam ſint qui à ferendo malint deducere, quòd propter leuitatem, ſenes ferula pro ſcipione ſolent vti. {ῥαβδος. Ital. *Bacchetta, ferula.* Gal. *Baguette, verge.* Hiſp. *Cayado, cañaheja ò palmatoria.* } Iuuen. Saty. 1, Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Martia. lib. 10, Ferulæque triſtes ſceptra pædagorum Ceſſent. Columel. Nec manibus mites ferulas. Idem, -ferulæque minaces Plantãrut. Græcè ῥαβδος: & per diminutionem ῥαβδιον dicitur. Inde apud Platonẽ in Phædone ῥαβδοφοροι, miniſtri Bacchi, quaſi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulæ aſſignãtur, quæ aſinis gratæ ſunt in pabulo. Ideo aſinus grata hoſtia Baccho cadit. Ferula annumerata eſt inter externos frutices à Plinio, lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungoſam intus medullam, quemadmodum caulis feniculi, quanuis in multo maiorem altitudinem & craſſitudinem exoreſcat. Naſcitur in locis calidiſſimis: & vix alibi quàm in Africa. Nulli fruticum leuitas maior, ob id geſtata. facilius baculorum vſum ſenectuti præbet. Colum. lib. 2, In quo ſerobes deſtinaueris nuces ſerere, tertam minutam in modum ſemipedis ponito, ibique ſemen ferulæ facito: quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius nucem Græcam, vel auellanam abſcondito.

Ferulaceus, a, um, ῥαβδωδης. Plinius lib. 18, At milium & panicum in culmen geniculatum & concauum: zizania verò, in ferulaceum ſcilicet faſtigiatur.

Ferus, Vide FERA.

Feſcennini verſus, vt autor eſt Feſtus, Carminis genus erat omni obſcœnitate & opprobrio plenum: ita dictum quòd ex Feſcennia vrbe primũ fuerit allatum: ſiue quòd faſcinum arcere putabatur, quaſi faſcininum. Macrob. lib. 2. Satur. Tẽporibus Triumuiralibus Pollio quum feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait. At ego taceo. Non eſt enim facile in eum ſcribere qui poteſt proſcribere.

FESCENNIA, teſte Plinio lib. 3. cap. 5, Hetruriæ ciuitas eſt, cuius populi originem trahunt ab Athenienſibus. Vulgò *Caſtellana.*

Feſcenninus, a, um. Virgilius 7. Aeneid. -hi Feſcennini acies, æquóſque Faliſcos.

Feſſus, a, um. Idem quod fatigatus: & tam ad animum quàm ad corpus refertur, vt autor eſt Valla lib. 4. Elegant. de quo in dictione DEFETISCOR, {κεκμηκὼς, κεκμηκότος. Ital. *Stanco, laſſo, ſtracco.* Gal. *Laſſé, trauaillé, qui n'en peut plus.* Hiſp. *Canſado.* } Virg. 1. Aen. Tum Cererem corruptam vndis. Cerealiáque arma Expediunt feſſi rerum. Vbi Seruius: Feſſi rerum, hoc eſt penuria fatigati. Idem 2. Aeglo. Theſtylis & rapidò feſſis meſſoribus æſtu Allia, ſerpyllúmque herbas contundit olentes. Plin. lib. 7. cap. 52, Puerum æſtu & itinere feſſum.

Feſtino, as, pen. prod. Significat propero. {σπευδω. Ital. *Affrettare, affrettarſi.* Gal. *Se hatter, s'auancer, diligenter.* Hiſp. *Apreſſurarſe, aquexarſe.* } Virg. 2. Aene. Feſtinate viri: nam quæ tam ſera morator Segnities? Plin. de Viris illuſt. Sed quum ad Camerinam ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, à Pœnis in anguſtiis clauſus eſt. Plaut. in Aſin. Remigio, velóque quãtum poteris, feſtina, & fuge. ¶ Interdum feſtinare eſt trepidare, & turbari. Salluſt. Feſtinãtibus in ſumma inopia patribus. Terẽt. in Adelph. Quid feſtinas, mi Geta? animum recipe. Idem in Eunuc. Quid iſtuc? quid feſtinas? aut quem quæris Pythia?

Feſtinor, aris, paſſiuum. Tacit. de moribus Germ. Nec virgines feſtinantur, id eſt citò ad coniugium abripiuntur.

Feſtinatus, participium. {ἐσπευδομενος, ἁλλα πολλοι ἐσπευδομενοι. Ital. *Affrettato.* Gal. *Hasté & auancé, fait en hatte.* Hiſpa. *Apreſſurado, aquexado.* } Plin. in Paneg. Quinimo feſtinatis honoribus amplificat atque auget, & maioribus ſuis reddit. Tacit. in vita Agricolæ, Ita feſtinatæ mortis grande ſolarium tulit.

Feſtinantia, & Feſtinatio, Propetatio. {σπουδὴ. Ital. *Velocità, frettа.* Gal. *Haſte, haſtiueté.* Hiſp. *Prieſſa ò quexura.* } Cice. pro Milone, Quæ cauſa, cur Romam properaret? cur in noctem ſe conficeret? quid aſſerebat feſtinationem? Colum. lib. 11. cap. 2, Quo cautior villicus vel abſtinere poſſit operibus, vel feſtinationem adhibere.

Feſtinanter, aduerbium à feſtinans, Celeriter, & citò. {σπουδῆ. Ital. *Frettoloſamente.* Gal. *Haſtiuement, en diligence, ſoudainement.* Hiſpa. *Apreſſuradamente.* } Cicero 5. de Finib. Illud mihi à te nimium feſtinanter dictum videtur, Sapientes omnes eſſe beatos. Plin. lib. 17. cap. 11, Quia feſtinantius germinant.

Feſtinatò, aduerbium à feſtinatus. {σπουδαιως. Ital. *Frettoloſamente.* Gal. *Haſtiuement.* Hiſp. *Apreſſuradamente.* } Plin. lib. 18. cap. 10, Quòd niſi feſtinatò petagratur, lurido colore mucſcere. Quintil. libro 4. cap. 2, Quàm nihil properatò, nihil feſtinato feciſſe videtur Milo.

Feſtinus. Celer. {σπουδὴ. Ital. *Preſto.* Gal. *Haſtif, ſoudain.* Hiſp. *Preſto y preſſuroſo.* } Cic. Att. lib. 9, Feſtino enim ſimillimus decurro, atque curſu Homeros meas commentari non deſino. Ouid. 11. Metam. -curſu feſtinus anhelo Aduolat armenti cuſtos Phocæus Aneſor.

Feſtinè, Aduerb. {σπουδαιως, σπουδῆ, ἐν πολλῷ. Ital. *Frettoloſamente.* Gal. *Haſtiuement.* Hiſpani. *Apreſſuradamente.* } Cicero Attic. libro 4. Si quid fortè de comitiis, de Republica (ſoles enim tu hæc feſtinè odorari) ſcribas ad me.

Feſtinitas,

Festiuitas, festiuitatis, vide FESTVS.

Festra, Ostium minusculum in sacratio, ab fenestra per detractionem mediæ syllabæ. Festus.

Festuca, cæ, penult. prod. Minima quæque res, & leuissima. {κάρφος. Ital. *Ramuscello, festuca.* Gal. *Vn festu, vn getton & scion d'arbre.* Hisp. *La paja ò palillo ò cosa semejante.*} Colum. lib. 8. cap. 15, Per quos festucæ, surculique in auiariis passim spargendi sunt. Plin. libro 9. cap. 10, Feminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat auersæ. ¶ Festuca, virga Prætoria qua quis fiebat liber: quæ etiam vindicta dicebatur, vt colligi potest ex Plutarchi libello quem de Sera uuminis vindicta inscripsit. Plautus in Mil. Quid ea? ingenua, an festuca facta? serua, an libera est? Pers. Satyr. 5, Non in festuca lictor quam iactet ineptus. ¶ Ne move festucã, μὴ κυρίφοις κίνει. Iocus prouerbialis, vbi quis omnis strepitus impatiens est.

Festucarius, adiectiuum. {καρφαλέος, καρφίνος. Ital. *Di ramuscello, di festuca.* Gal. *De festu, de getton.* Hispa. *Cosa de paja ò palillo.*} Gellius lib. 20. cap. 3, Idcirco Ennius significare volens bellum, non vt ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neq; ex iure manu consertum, sed bello, ferróque, & vera vi, atq; solida: quod videtur dixisse, conferens vim illam ciuilem, & festucariam, quæ verbo diceretur, nõ quæ manu fieret, cum vi bellica, & cruenta.

FESTVS, Domitiani amicus, qui dum mentagra vsq; ad desperationem laboraret, gladio se traiecit: prius tamé amicos consolatus. Eius morem Martia. lib. 1, descripsit.

Festus, sta, stum, Solenniter lætum, & feriatum. {ἑορτάσιμος, ἑορτικός. Ital. *Festa. di festino, di festa.* Gal. *Festé, celebré, solennel.* Hisp. *Cosa de fiesta que es de guardar.*} Vnde festi dies, in quibus vel sacrificia diis offerebantur, vel epulationes celebrabantur, vel ludi in honorem deorum agebantur. vel feriæ obseruabãtur. *Festi.* Plaut. in Aulu. -festo die siquid prodegeris, Profesto egere liceat. nisi pepercerit. Virg. 1. Georg. Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas & iura sinunt. Idem, -festóque dies de nomine Phœbi. ¶ Huius compositum & contrarium est, profestus: vt, Profesti dies, qui hominibus ad rem vel priuatam vel publicam administrandam concessi erant. ¶ Quandoque festus dicitur ad festum diem pertinens: vt, Festæ frondes, quæ festis adhibentur.

Festiuus, a, um, pen. prod. Lepidus, vrbanus, facetus. {ἑορτάσιμος, ἑορταστικός. Ital. *Piacenole, faceto.* Gal. *Plaisant, joyeux, joli, recreatif.* Hisp. *Cosa bien criada y donosa.*} vt, Festiua oratio, dictum festiuum. Cicero libro 1. Offic. de Græcis dulcem & facetum, festiuique sermonis. Plaut. in Mil. Nimium festiua mulier operam præbuit. Terent. in Adelph. O mi pater festiuissime. ¶ Quidam etiam festiuum pro festo accipiunt, siue ad festum pertinente: vt, Festiua gaudia. In hac tamen significatione apud veteres non inuenies.

Festiuè, aduerbium. {ἑορτικῶς, ἱλαρῶς. Ital. *Piacevolmente, giocondamente.* Gal. *Plaisamment, joyeusement, joliment.* Hisp. *Con buena crianza y donayre.*} Cicero ad Qu. fratr. lib. 2, Quanquam à te actam fabellam video esse festiuè, nullo modo probaui. Idem ad Atticum libro 4, Soles enim tu hæc festiuè odorari.

Festiuitas, tatis, Lepor, & vrbanitas sermonis. {ἱλαρότης, ἑορταστικία. Ital. *Piacenolezza, giocondità.* Gal. *Plaisance, joyeuseté, joliueté.* Hisp. *Aquella buena crianza y donayre.*} Autor ad Heren. libro 1, Illud genus narrationis quod in personis positum est, debet habere festiuitatem. Cice. de Clar. Orat. Festiuitate igitur & facetiis, inquã, C. Iulius t. f. & superioribus, & æqualibus suis omnibus præstitit. Plaut. Capt. Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias, &c. Terent. Eunuc. An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit? An mei patris festiuitatem, & facilitatem?

FESVLAE, arum, Olim Hetruriæ insignis ciuitas fuit. hodie modicus vicus non procul à Florentia: licet Episcopalem sedem retineat. Conditam autem volunt ab Atlante Mauritaniæ rege.

F ante I.

Fiber, Animal in Ponto, sic dictum à fibris, hoc est ab extremis oris amnium quas colit, & vbi maximé solet videri. {κάστωρ. Ital. *Castore animale.* Gal. *Vne beste qu'on appele bieure.* Hisp. *Vn cierto animal.*} Effossis enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenet, reliquo corpore in sicco habitat. Albertus Magnus dicit habere pedes anserinos posteriores quibus facilius natet: anteriores, caninos. Vide in dictione CASTOR. ¶ Est & fiber, genus vespæ quadrupes incitatissimum, teste Festo. Plau. Sic me fubis quotidie, quasi fiber salicem.

Fibrinus, a, um. Plin. lib. 17. cap. 28, Fibrina pelle detergunt.

Fibræ, fibrarum, Omnium extremitates rerum. {ἶνες λαχάνων. Ital. *L'estremità di tutte le cose.* Gal. *Petites veines & menues comme vn cheueul, petits filets, extremité de toutes choses.* Hisp. *La parte cabera de todas cosas.*} Vnde & iecoris, & cordis, & cuiuscunq; viscetis extremæ partes, fibræ dicuntur. Virg. lib. 6, -nec fibris requies datur vlla renatis. Et Celsus pulmonis fibras nominat, quum lib. 4. cap. 1, inquit, Pulmo spongiosus, ideóque spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras vngulæ bubulæ modo diuiditur. Plin. lib. 11. cap. 37, Murium iecusculis fibræ, ad numerum Lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidémque inueniri. Quin & minuta radicum in arboribus herbisque capillamenta, hoc nomine appellantur. *Ius.* Vnde Plin. libro 17. cap. 10, de arborum sationibus ait, solum eligi oportere quam maximé rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Virgil. 1. Georg. -& amaris intuba fibris. Colum. de allio, Quum ternas, inquit, fibras emiserint spicæ, sarriantur. Idem lib. vlti. de rapis, Post tertiam diem mediam fibram rapi gustato, si recepetit salem. Cice. 1. de Diuinat. Similiter quid fissum in extis, quid fibra valeat accipio: quæ causa sit nescio. Persi. Saty. 1, -nec enim mihi cornea fibra est. id est non sunt mihi ita dura præcordia, vt laudis amore non capiar, inquit Budæus. Idem Satyr. 5, Quod latet arcana non enarrabile fibra.

Fibratus, fibrata, fibratum, adiectiuum, ῥιζώδης: vt, Fibrata radix cæparum modo. Plinius lib. 25. cap. 5.

Fibula, læ, penult. corr. Propriè ornamẽtum cinguli ad vestem subligandam. {περόνη. Ital. *Fibia.* Gal. *Vne boucle ou agraffe.* Hisp. *La hevilla dela cinta à vestidura.*} Virgil. 1. Aeneid. Aurea purpureum subnectit fibula vestem. ¶ Ponitur quãdoque pro circulo æneo quo adulescentulorum

virilia solent coërceri, conseruãdæ vocis gratia, quæ ex veneris vsu debilior reddi solet, & asperior. Solet etiam huiusmodi fibula, Comœdorum, Histrionúmque pudendis adhiberi, quòd illi potissimum hominum generi vocalitas sit necessaria. Martia. lib. 7, Menophili penem tam grandis fibula vestit, Vt sit Comœdis omnibus vna satis. Idem lib. 14, Dic mihi simpliciter, & Comœdis & Citharœdis Fibula quid præstas? Catius vt futuant. Hinc deducitur verbum fibulo, & eius cõpositum infibulo, hoc est circulum æneum peni induco. Item Refibulare, hoc est fibulam huiusmodi soluere. Vide plura de fibula apud Cornelium Celsum, lib. 7. cap. 25. Colum. lib. 6. cap. 5, de Bobus sic habet, Aenea fibula pars auriculæ latissima circunscribitur: ita vt manante sanguine, tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. In emendatioribus tamé exemplaribus subula legitur, non fibula. Aurea fibula donabantur antiquitus milites. Liu. 7. ab Vrbe, Tum puero annulum aureum, cuncam lato clauo, cum Hispano sagulo, & aurea fibula ornatum donat, equúmque. Idem 9. bel. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis, ac fibulis donauit. ¶ Fibulæ item in ædificiis dicuntur ferramenta quibus tigni coniunguntur. Cæs. 4. bel. Gall. Hæc vtraque insuper bipedalibus trabibus immissis, quãtum eorum tignorum iunctura distabat, binis vtrinque fibulis, ab extrema parte distinebantur. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum, vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

Fibulo, as, are, Fulcire, coniungere. {ἁρμοττῶ. Ital. *Affibiare.* Gal. *Enclier, agrafer, conjoindre auec vne boucle ou agraffe.* Hispa. *Poner hevilla, ayuntar.*} Colum. lib. 1, Omnésque parietum & soli iuncturæ testaceis puluinis fibulantur: quoniam ferè quum his partibus ædificia timas egerit, cæua præbent, ac latebras subterraneis animalibus. ¶ Huius composita sunt, difibulo, refibulo, & infibulo. Est autem infibulare, super glandem penis fibulam, hoc est circulum æneum inducere, quod fiebat duabus de causis, vel vocis seruandæ gratia, vel valetudinis. Vide de hoc Cornelium Celsum libro 7. cap. 25. Refibulare verò, est fibulam tollere, siue soluere. Martia. lib. 7, Et cuius refibulauit turgidum fabet penem. Idem significat diffibulare. Papinius, Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro.

Ficarius, Vide FICVS.

Ficedula, Auis est quæ ficuum esu pinguescit. {συκαλίς. Ital. *Beccafico.* Gal. *Becquefigue.* Hisp. *El tordo, ò aue comedora de higos.*} De qua sic Martia. lib. 13, Quum me ficus alat, quũ pascat dulcibus vuis, Cur potius nomẽ non dedit vua mihi? Idem alibi, Cerea quæ parulo lucet ficedula lumbo, Iuuen. Saty. 14, -& eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Quo in loco dictionis huius antepenultima corripitur, quæ in versu Martialis iam citato producitur. Plin. lib. 10. ca. 29, Alia ratio ficedulis, nam formam simul colorémque mutant. Hoc nomen nonnisi Autumno habent, postea melancoryphi vocantur. Hæc auis à Romanis habita fuit in deliciis. Vnde Gell. lib. 19. cap. 8, scribit tantam fuisse veterum in cœnis instruendis luxuriam, vt negarét auem vllam, præter ficedulam totam comesse oportere.

Ficus, {Ital. *Fico.* Gal. *Figue.* Hisp. *Higo fruta.*} Tria omnino significat, fructum scilicet notissimũ, quẽ Græci σῦκον vocant: deinde arborẽ ipsam quæ hunc fructum profert, quam illi *συκῆν* appellant: tertiò hulceris quoddam genus in locis pilosis nascens, à similitudine fici fructus ita appellatum. Pro hac itaq; significationum varietate, diuersa habet genera & declinationes. ¶ Nam quum pro fructu accipitur, tam secundæ declinationis est, quàm quartæ. In secunda tamen declinatione tam masculini generis est, quàm fœminini: in quarta verò solùm fœminini generis. De secunda declinatione hæc erunt exempla. Plinius lib. 16. cap. 16, Fici mirabiles sunt, & abortiui, qui nunquã matureſcunt. Macrob. lib. 3. cap. 10, Grossi appellantur fici qui non matureſcunt. Quãquam Plinij lectio hodie sic habet, In ficis mirabiles sunt & abortus qui nunquam matureſcunt. Item apud Macrobium hodie sic legitur, Grossi appellantur fici quæ nõ matureſcunt. Et, vt ingenuè quod sentio, proferam) nulla aut certè pauciſſima de genere masculino possunt adduci testimonia: hisce præsertim duobus locis immutatis, quibus maximé innitebantur qui in masculino inueniri asserunt. Valla tamen in secunda declinatione tam masculinum quàm fœmininum esse credit: quod etiam ex hoc apparet, quòd hoc nomine pro morbo, qui à fructus similitudine dictus est, in masculino genere vtamur. Huc accedit diminutiuum ficulus, quod quum sit masculini generis, videtur ipsum etiam primitiuum eiusdem esse generis. Solent enim ferè semper diminutiua eius esse generis cuius sunt primitiua: quanquam hoc nonnunquàm fallat. Quicquid id est, frequẽtius certè fœminimum est: vt apud Varr. lib. 1. de Re ruſt. Fici (inquit) semen naturale intus in ea fico quã edimus. Et paulo pòst, Quum enim resticulas per ficos quas edimus, maturas perserunt, & eas quum maturuerint, complicãt. Plin. lib. 15. cap. 18, E reliquo genere pomorum ficus ampliſſima est. De quarta declinatione etiam frequentia occurrunt exempla. Iuuena. Saty. 14, -si vis aliam decerpere ficum. Martia. Res mira est, ficus non habet vnus ager. ¶ Ficus prò arbore, gen. fœm. est, & secundæ vel quartæ declinationis. {συκῆ. Ital. *Fico.* Gal. *Figuier.* Hispa. *La higuera arbol.*} Plin. lib. 16, Quidam breuitate radicum senescere celerius arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices lõgiſſimæ sunt, & senectus ociſſima. Iuuen. -ad quæ Discutienda valent sterilis mala robora fici. Cice. de Orat, secundum quartam declinationem inflexit, Cui quum familiaris quidam quereretur, quòd diceret vxorem suam suspendiſſe se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore quos feram furculos. ¶ Ficus pro morbo, masc. gen. & secundæ declinationis. σῦκον. Martia. lib. 1, Dicemus ficos Ceciliane tuos. Sunt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Nascitur hoc vitium ferè in capite, tum in capillo, tum in barba, & locis obscœnis, quæ pilis integuntur. Celsus lib. 6. cap. 3. Est etiam huleus, quod à fici similitudine συκωτὸς à Græcis nominatur. Caro excreſcit: & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt, nam alterum huleus durum & rotũdum: alterum humidum, & inæquale. Ex duro, exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus mali odoris, fitque in his partibus quæ pilis cõteguntur: sed id quod humidum, præcipuè est in capillo, atque ano ex attritu, quem

Universidad de Buenos Aires Biblioteca Central

cinædi patiuntur. In ficorem genere sunt Chalcidiæ, Chiæ, purpureæ, chelidoniæ, mariscæ, callistruthiæ, Liuiæ, Libyssæ, Flauiæ, & reliquæ. ¶Ficum petit. οὖκος αἰτεῖ. In eum dicebatur qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd olim Athenienses agricolis blandiri solerent, vt ab illis ficos præcoquos acciperent. Aristoph. in Vespis. ¶Ficos diuidere, σῦκα μερίζειν, prouerbialiter dicuntur qui impedio parci ac sordidi sunt, etiam si ditissimi. Martial. ¶Ficus ficus ligonem ligonem vocat, τὸ σῦκον σῦκον, τὸν σκάφιον σκάφιον λέγειν. Quadrat in eum qui simplici & rusticana vtens veritate, rem vt est, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obuolutus. ¶Ficum Mercurio, σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ. De prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquitus mos erat, ficubi ficus repertus fuisset, eum veluti Mercurio sacrum suspendere. ¶Vt fici oculis incumbat, ὥσπερ τὰ σῦκα ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔφυ. De iis dicebatur qui pertinaciter vrgerent, premerentque negotium aliquod. Sumpta similitudine à ficis, hoc est à vitio quod oculis innascitur, nec facilè potest auelli oculo incolumi. Aristoph. in Ranis. ¶Similior ficu, ὁμοιότερος σύκῳ. per iocum dicebatur de vehenter inter se similibus. Ducta metaphora à ficorum inter ipsas similitudine. Plutarchus.

Ficulus, diminutiuum est. συκίον. Plau. in Sticho, Nucibus, fabulis, ficulis.

Ficetum, ti. Locus vbi ficus consitæ sunt. {συκών. Ital. *Ficareto, luogo piantato de fichi.* Gal. *Figueraye, lieu complanté de figuiers.* Hispa. *Figueral, arboleda de higueras.*} Varro, Ficúsque densa materia non est, ideo sequitur calorem: quò fit vt in locis frigidis ficeta fieri non possint. Martialis, iocum captans ex ambiguo, ficetum posuit pro obscœnis partibus ficosis. hoc est multis hulceribus quæ ficos vocant, obsitis. Sic enim habet lib. 12, Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortum, Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

Ficarius, a, um, Quod ex ficu est, aut ad ficum attinet. {συκοῦς. Ital. *Di fico.* Gal. *De figuier ou figue.* Hisp. *Cosa pertenecinte à higuera.*} Plin. lib. 11. cap. 35, Ficarios culices caprificus generat. Cato cap. 48, Eò sarmenta aut ficarias crates imponito, quæ frigus arceant & solem.

Ficaria, riæ, Locus est ficis arboribus consitus. {συκών. Ital. *Luogo dove sono molti fichi.* Gal. *Lieu complanté de figuiers.* Hisp. *Figueral ò arboleda de higueras.*} Pallad. lib. 4, Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt.

Ficatum iecur, suillum maxime, quod Græci συκωτὸν appellant, à sue fico pasta.

Ficitor, penult. corr. Ficorum amator, seu ficorum collector. {συκηλάτης. Ital. *Chi ama ò racoglie le fichi.* Gal. *Qui aime les figues ou les amasse.* Hispa. *El que ama ò coge los higos.*} Nævius apud Nonium, Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Ficulneus, a, um, siue Ficulnus. {συκοῦς. Ital. *De fico.* Gal. *De figuier ou figuier.* Hisp. *Cosa de higuera.*} Quod est ex ficu arbore. Plin. lib. 15. cap. 18, Sunt & ficulnei caules. Horat. 1. Serm. Saty. 8, Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Eadem autem forma ficulnus & ficulneus dicimus, qua salignus & saligneus, iligneus & iligneus. Cato, Fibulæ vnde fiant aridæ, lignex, vlmex, nucex, ficulneæ: face vt in stercos, aut in aquam coniiciantur. Ficulnea arbor. Colum. lib. 5. cap. 11, Ad eruc arboris ficulneæ religa.

Fictilis, Fictitius, Fictor, Fictus, Vide FINGO.

Fideicommissum, Fideiubeo, Fideiusio, Fideiussor, Vide FIDES, fidei.

Fidelia, æ, Genus vasis Samij, teste Nonio, ad vsus plurimos accommodati. {κεράμιον. Ital. *Vaso di terra.* Gal. *Vaisseau de terre.* Hisp. *Vaso de barro.*} Persius, Discе, nec inuideas, quòd multa fidelia potet. In locupletе penu. Plau. in Aulul. Mussi congialem plenam faciam tibi fideliam. Colum. lib. 12. cap. 38, In fictili fidelia sacro loco reponuntur. Pers. Saty. 5, -tumet alba fidelia vino. ¶De eadem fidelia duos dealbare parietes, est eadem opera duos velle demereri. Curius Ciceroni, Sed oro te, amice magnè, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum me virum bonum esse putare, nec solere duos parietes de eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta videtur ab iis qui parietibus albarium inducturi colores habent in fictilibus præparatos. Vide Erasmi Adagia.

Fidelis, Vide FIDES, fidei.

FIDENA, æ, penult. prod. Φιδῆναι, Φιδῆνα Stephano: & Fidenæ, arum, Φιδῆναι Strabonі, Vrbs, Latinorum mediterranea, Virg. 6. Aeneid. Hi tibi Nomentum Gabios, vrbémque Fidenam. Iuuen. Saty. 6, Viuat Fidenis, & agello cede paterno.

Fidenates, Φιδηνάται, Φιδηνᾶται Stephano, Dicti sunt Fidenarum incolæ: quorum meminit Plin lib. 3. cap. 5.

FIDENTIA, æ, Φιδεντία, Vulgò *Fiorenzola*, Oppidum est in octaua regione Italiæ, cuius incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plini. lib. 5. cap. 15. ¶Est & Fidentia, Hispaniæ Bæticæ Vrbs, inter Bætin amnem & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, autore eodem Plin. lib. 3. cap. 1.

Fides, huius fidei. {πίστις. Ital. *Fede.* Gal. *Foy, loyauté, seurté.* Hisp. *La fe.*} Dictorum est, & conuentorum constantia & veritas, quia fiat quod dictum est, sic appellata, autore Cicerone 1. Offic. vbi sic ait, Fundamentum autem iustitiæ est fides, id est dictorum, conuentorúmque constantia & veritas: ex quo (quanquam hoc videtur fortasse cuipiam durius, tamen vt videamur imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt vnde verba fint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Terent. Heaut. Sed video, eccos quos volebam. c. O Iuppiter, vbinam est fides? ¶Constans fidei. Tacit. lib. 10, Neque fidei constans, neque strenuus in perfidia. Fidei plenus. Cic. de Senectute, Licet enim verbis iisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus. ¶Fides tabularum, id est autoritas. Cic. pro Archia, Quum Appij tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur, Gabinij, quandiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem reliquallet. ¶Bonæ fidei possessor, qui ignorauit rem quam emit alienam esse: aut putauit eum qui vēdidit, ius vendēdi habere. Budæus. Bona fide, id est serio. Plaut. Aul. Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti? ¶Date fidem, idem est quod sanctè promittere. δίδοναι. Cic. 2. de Finibus, Nec dubitat illi restituto beato M. Regulum anteponere: quem quidem quum sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem quā dederat hosti, ex patria Carthaginem reuertisse rectum ipsum, quum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium. ¶Accipere fidem, & dare πίστιν λαβεῖν καὶ δοῦναι. Virg. 8. Aeneid. Accipe, dáque fidem, sunt nobis fortia bello Pectora. ¶Dare fidem publicam, est publico nomine securitatem, vel impunitatem promittere. Cic. 3. in Catil. Introduxi Vulturnum sine Gallis, fidem ei publicam iussu Senatus dedi: hortatus sum vt ea quæ sciret, sine metu indicaret. Accipere fidem publicam, est id quod barbari dicunt, Impetrare saluum conductum {πίστιν λαβεῖν, seu ἀσφάλειαν. Ital. *Ottenere salua condotta ò sicurta publica.* Gal. *Impetrer saufconduit & seurté publique.* Hisp. *Alcançar salvo conducto ò seguro del principe.*} Sic interponere fidem publicam, est alicui saluum conductum dare. Sallust. in Iugurtha. C. Memmius Pop. Rom. persuadet, vt L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, eúmque interposita fide publica Romam duceret. Venire fide publica, quod Galli dicunt, *Venire sub salua conducta.* Sallustius ibidem. Comes eius qui Romam fide publica venerat. ¶Affecta fides. Tacitus lib. 19, Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse, id est fidem læsam: sicuti Liuius dicit res affectas. lib. 6. Dec. 1, Quarum legati opem rebus affectis orantes. Hanc eandem lib. 17, appellat afflictam fidem. ¶Habere fidem alicui, est credere. Plaut. Pseu. Vt mihi caverem à Pseudolo seruo suo, Neu fidem ei haberem. Terent. And. Propemodum habeo iam tibi fidem. ¶Implorare fidem alicuius, id est auxilium. Terent. Adelph. Illa fidem nunc vestram implorat Demea. Ciere fidem, in eadem significatione. Liuius. Si Saguntinis obsessis, fidémque nostram implorantibus impigrè tulissemus. Iuuenalis Satyra 5, Nos hominum, diuúmque fidem clamore ciemus. Interponere fidem. Cic. de Clar. Orat. Quæ quidem vis cum maximè cognita est, Lusitanis à Ser. Galba Prætore contra interpositam, vt existimabatur, fidem interfectis. ¶Fidem liberare, est promissis stare, hoc est præstare quod quis pollicitus est. Cice. pro Flacco. Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclia petiit: ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. ¶Mutare fidem, est pactum rescindere, & violare promissum. Sallust. in Iug. Profectò cuncti, aut magna pars Cirthensium fidem mutauissent, tanta mobilitate sese Numidæ gerunt. ¶Fallere fidem, est quod quis sua fide promisit non seruare. Cice. 1. Offic. Ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. ¶Præstare fidem. Cic. ad Attic. lib. 9, Itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, sustineo, meúmque officium, fidem, pietatem iis præsto. Ouid. 3. Fast. Bacche fidem præsta, nec præter amoribus vllam Coniugiis. ¶Item bonæ fidei homo vocatur, cui res turò creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter seruat, aut etiam qui fideliter præstat quod promisit. Sueto. in Augusto. Populo promissum congiarium reposcenti, bonæ se fidei esse respōdit. Cic. Lentulo lib. 1, fidem pro promissione, & quasi sponsione posuit, Pompeij fides, quam de me Cæsari dederat. ¶Facere fidem, est rem per argumēta, tabulas, aut testes probare. πίστιν ἀλήθειαν ποιεῖν. Cice. 2. de lege Agr. Fac fidem, ea nihil nisi populi vtilitatem quærere. ¶Accipitur interdum fides pro fiducia. Terent. And. Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides. ¶Est item fides, vocabulum negotiatoribus proprium, pro constantia illa promissorum, qua debitores suo loco & tempore præstant quod promiserunt. Cic. pro Fonteio, Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Idem Att. lib. 11, Huius pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere. Cæsar 1. bel. Gall. Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur.

Fideiubeo, bes, bere, Pro alio promittere. {ἐγγυᾶσθαι. Ital. *Far sigurtà.* Gal. *Pleiger ou respondre.* Hisp. *Fiar por alguno.*} Vlp. l. Si dubitet. §. Filius famil. ff. De fideiuss. Filiusfamiliās pro patre poterit fideiubere, nec erit sine effectu hæc fideiussio.

Fideiussio, onis, Sponsio pro alio facta. {ἐγγύη, ἐγγύημα. Ital. *Sigurtà.* Gal. *Pleigement, response, caution.* Hisp. *Fiança por alguno.*} Iabo. l. Sed etsi. ff. de fideiuss. Quum seruos fideiussionis nomine obligari non possit.

Fideiussor, Sponsor, qui pro alio aliquid promittit. {ἐγγυητής, ἐγγυήτρια. Ital. *Mallevadore, che risponde & promette per altri.* Gal. *Pleige ou respondant.* Hisp. *Fiador por alguna persona.*} Donatus, Fideiussor est autor credendi, alium aliquid daturum facturúmve, sua fide, suóque periculo promittens. Vlpianus in tractatu de fideiussor. Siquis Stichum stipularus fuerit, & fideiussorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua esse iubes? Vbi illud obiter animaduertēdum est, pro eodem dici, Fideiubeo: & diuisis dictionibus, fide mea esse iubeo. Paulus l. Vbi autem. ff. de Verb. obl. Si filiusfamiliās ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio crediderō, fide tua esse iubes?

Fideicommissus, a, um, adiect. {πίστει ἐμπιστευθείς, ἐπὶ πίστει δοθείς. vt, Libertas fideicommissa, id est fideicommisso relicta. Vlp. l. Titius. ff. De action. empt. Cæteri quoque serui cognita voluntate defuncti, fideicommissam libertatem petissent.

Fideicommissum. {Ital. *Fideicommisso.* Gal. *Ce dont nous avons charge, & qui nous est baillé en garde de bonne foy.* Hispa. *Cosa que se comete à la fede de otro.*} Est species dispositionis vltimæ voluntatis, quum testator alicuius fidei aliquid committit quod alteri sit traditurus: quod ideirco fideicommissum dictum est quòd ex fide eius cui committebatur, pendebat. Postea tamen fideicommissa, vt omnis fraudi humanæ occasio amputaretur, à diuo Augusto ad necessitatem iuris sunt retracta, iussúsque legatis exæquata.

Fideicommissarius, farij, habet passiuam significationem: nam is dicitur qui fideicommissionem accepit. πίστει ἐμπιστευθείς. Vlpia. l. Fideicommissa. de leg. 3, Paulatim igitur admittemus, etsi ex parte pecuniæ rem comparauit, quam non bo anno exegit, vt fideicommissarium priuaret fideicommisso, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

Fido, is, fisus, Fidem habeo, credo, spem, fiduciámque in aliquo repositam habeo: & tam cum abiatiuo quàm cum dativo construitur. {πείθειν, πείθεσθαι. Ital. *Confidarsi, fidarsi.* Gal. *Se fier & croire à quelqu'vn.* Hispa. *Confiarse de alguno.*} Iuuen. Fidimus eloquio Ciceronis. Virgil. 9. Aeneid. -& fidere nocti. Plin. in Epistola. Liber fuit, & opusculis varius & metris: ita solemus, qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. ¶Huius composita sunt, Confido, & Diffido, penult. prod. quæ sunt contraria: vide suis locis.

Fideiter, aduerbium, Intrepidè, & cum fiducia. {πεποιθότως. Ital. *Fidatamente, con fidanza.* Gal. *Asseurément, hardiment.* Hisp. *Confiando, con buena confiança.* } Cic. 2. de Orato. Tum ille fidenter et homo peritissimus confirmare, ita se rem habere vt respondissent. Idem 2. de Diuinat. Timidè forsitasse signifer euellebat quod fidenter infixerat. Fidentius scribere aliqui. Idem ad Atticum, lib. 6.

Fidentia, tiæ, Firma animi confisio, & fortitudinis pars, per quam animus multum in se fiduciæ cum certa spe collocauit. {θαρσος. Ital. *Fidanza.* Gal. *Fiance, confiance.* Hispa. *Confiança, confiança.* } Ponitur autem in laude, quemadmodum & fidens, vnde deducitur. Interdum autem & confidentia plerunque in malam partem interpretamur. Cic. 3. Tuscul. Qui fortis est fidens, quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod iactum in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod iactum in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod iactum

folia habet cubitali longitudine, ex vno pediculo exeuntia, incisa, & alarum aulum modò explicita, odore subgrauia: radicem verò in terræ superficie forti nigram, crassam, oblongam, adnascentias appendicésve multas habentem. Filix fœmina, quæ Græcis θηλυπτερις dicitur, folia habet mari similia, non tamen vno singulatique pediculo hærentia, sed adnascentes ramulos multos, altiorésque habentia. Radix illi longa, obliqua, in nigro colore subflaua, aliquanto verò rubescens. Vtraque species montibus, syluis, & locis saxosis gaudet: effoditúrque recidétibus Vergiliis. Radix quatuor drachmarum pondere sumpta, latos lumbricos enecat. Mulieribus tamen non danda, quòd in grauidis abortum, in cæteris sterilitatem facere credatur. Herba est agricolis in primis inuisa, quòd & latissimè lese per agros diffundat, & ægerrimè extirpetur. Virgil. 2. Georg. Et filicem curuis inuisam pascit aratris.

Filicula, læ, Herba est similis filici, radice pilosa, colore intus herbaceo, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosis, cuiusmodi sunt polyporum cirri: subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis. πολυπόδιον. Ital. *Polipodio.* Hisp. *Polipode.* Hisp. *Filipodio* ϕολυποδιο.] Plinius lib. 26. cap. 8.

Filictum, cti, Locus est filice herba obsitus. τόπος πλήρης πτερίδων. τὸ ἢ πλῆθος φύτου. Ital. *Felicata, piantato de felici.* Gal. *Fougeraye, lieu ou il croist force fougere.* Hispani. *Lugar donde nasce el helecho.*] Colum. libro 2. cap. 2, Iuncóne sit, an gramine vestitus, an filictis, aliisve frutetis impeditus.

Filum, li. Proprié quod ex lino lanáve trahendo ducitur. νῆμα, μίτος. Ital. *Filo.* Gal. *Fil ou filat, trait, ligne.* Hisp. *El hilo que se hila.*] Lucilius. Surge mulier, duce filum non malum. Ouid. 4. Metam. E quibus vna leui deducens pollice filum. Deducit aranea filum pede. Idem 1. Amor. Horat. 2. Carm. Ode 3. Dum res, & ætas, & sororum Fila trium patiuntur atra. Id est Parcarum. ¶ Aliquando ponitur pro linea fabrorum. Varro, Sumptóque atramento sutorio filum duxit. ¶ Aliquãdo pro lineamentis faciei, & venustate formæ. Gellius lib. 14. cap. 4, Forma ac filo virginali dixit imagine iustitiæ fieri solitam. Idem lib. 1. cap. 9. tradit, Pythagoram explorare solitum discipulos ex totius corporis filo, atq; habitu. ¶ Trãstertur & ad stylum & phrasim orationis. Gellius. Amaui in vtriusque epistola breuitatis elegantissimæ filum tenuissimum. Horat. 2. Epist. 1. –tenui deducta poëmata filo. Tracta est metaphora à textoribus, qui telam tenuissimo filo texentes, probatissima conficiunt. Cice. de Amic. Nos autem à te potius, quanquam etiam ab istis sæpe quæsini & audiui: sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. ¶ De filo pendere, prouerbialiter dicitur de re vehementer periculosa. Tenui filo, pro stylo subtiliori minúsque grãdiloqua oratione.

Fimbria, Vestium ora dicebatur quæ incisuras habebat ferræ dentibus non absimiles. κρασπεδίον, ὅριον. Ital. *La banda, le frange, le stremitade.* Gal. *Frange, bord.* Hisp. *La bordadura dela vestidura.*] Plinius lib. 7. cap. 51, Iam signa letalia: in furoris morbo, risum: sapientiæ verò ægritudine, fimbriarũ curam, & fragulæ vestis plicaturas. Nonius cuiuslibet rei extremitatem hoc nomine significari tradit: vnde & cincinnorum fimbrias dixit Cicero in Pisonem, Erant, inquit, illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, ceruſſatæque buccæ. ¶ E fimbria de texto iudico, ὅτι τῶ κρασπέδω τὴν ἱματιωμὸν ἐποίουν. Hoc est, ex vno aliquo pusillo reliquorum facio coniecturam. Translatum à negotiatoribus, qui inspecta texti margine, facile de vniuerso cuiusmodi sit, iudicant.

Fimbriatus, Per ambitum incisus. ἐγκρασπεδωτός, ἐγκρασπεδωθείς. Ital. *Franzato, fregiato.* Gal. *Bordé, frangé, ou crené.* Hisp. *Bordado.*] Suet. in Cæs. Vsum ferunt lato clauo ad manus fimbriato. Fimbriata vtricæ folia scribit esse Plin. ex quo colligimus, qualis fuerit positura & flexura fimbriarum.

FIMBRIA, Nomen fuit Romani ciuis crudelitate insignis, qui quum Scæuolæ, quem grauiter vulnerauerat, diem insuper dixisset, quærentibus quid in Scæuola esset accusaturus, Quòd, inquit, non totum corpore ferrum receperit.

Fimus, mi, Lætamen dicitur, & excrementa animalium, quibus agri stercorantur. κόπρος, ἀπόπατος, σκῶλαξ, ἄχθος. Ital. *Letame.* Gal. *Fiens, fiente.* Hisp. *La hienda, estiercol del animal.*] Apuleius. Fimo fistula excusso. Plin. lib. 17. cap. 9. Marcus Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis. Virgil. 1. Georg. –arida tantum Ne saturare fimo pingui pudeat sola. ¶ Legitur & fimum neutri generis. Plinius lib. 29. cap. 6, Columbarum fimum cum aceto ad epiphoras laudatur. Et paulo pòst, Turturis fimum albugines extenuat. Item Apuleius & fœminino genere vtitur quum ait, Liquida fimo strictum egesta. Apud fimum, odorum vaporem spargis, εἰς κόπρου ὀσμήν. Nam perit omnis fragrantia, simíque fœtore vincitur. Conueniet in eos qui rem egregiam indignis adhibent. Suidas.

Fimetum, ti, Sterquilinium quò fimus congeritur. κοπρών. Ital. *Cesso, letamaio.* Gal. *Fumier.* Hisp. *Muladar de aquel estiercol.*] Plin. lib. 24. ca. 2, Fimeta sub dio concauo loco, & qui humorem colligat, intecta stramento, ne in sole arescant, palo à robore depacto fieri iubet Virgilius.

Finalis, Vide FINIS.

Findo, dis, fidi, fissum, per duplex ſſ. Scindo, & diuido. σχίζω. Ital. *Spezzare, fendere.* Gal. *Fendre.* Hispa. *Hender.*] Colum. lib. 3, Curabis vt præacutissima falce, ab ea parte, qua bifurca est findas eam. Ouid. 1. Trist. Eleg. 7, Terra ferat stellas, cælum findetur aratro, Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas. Plautus Bacch. Heu cor meum & cerebrum Nicobole finditur, Illius hominis vbi fit quam mẽtio. ¶ Findere fœta classe, Propert. lib. 3. Rura finduntur vomere, Claudia. 1. in Eutrop. Virgil. 6. Aene. Hic locus est, partes vbi se via findit in ambas. ¶ Composita sunt Diffindo, & Infindo, quæ vide suis locis.

Fissus, participium: σχιστός, διαχωρισθείς. Ital. *Fesso.* Gal. *Fendu.* Hisp. *Hendido.*] vt, Lignum fissum, Virgil. 9. Aenecid. Paries fissus tenui cima, Ouidius 4. Metamorph.

Fissus, us, m. Pro fissura, & diuisura. σχίσις, σχισμή. Ital. *Fessura, apertura.* Gal. *Fente, fendement, crenasse.* Hisp. *Hendedura.*] Cic. 3. de Nat. deor. Vnde porrò ista diuinatio? quis inuenit fissum iecoris? quis cornicis cantũ notauit?

Fissio, onis, Findendi actus. σχίσις. Ital. *Fendimento.* Gal. *Fendement, fente.* Hisp. *Hendedura, obra de hender.*] Cicero 2. de Nat. deorum, Quibus quum terræ subigerentur fissione glebarum ab illo aureo genere, vt Poëtæ loquuntur, vis nulla vnquam afferebatur.

Fissilis, le, Quod fissum est, aut findi potest: vt, Fissile robur, fissile lignum. σχιστὸν. Ital. *Quel che si può fendere.* Gal. *Apte a fendre.* Hisp. *Cosa que se puede hender.*] Colum. lib. 9 cap. 1, Erit fissilis stipes. Virg. 1. Georg. –fissile lignum Scinditur.

Fissura, ræ, Rima, vel diuisio quæ fit findendo. σχισμή. Ital. *Fessura, apertura.* Gal. *Fente.* Hisp. *Hendedura.*] Colum. lib. 5. cap. 10. Fissuram cuneo tectæ pineæ adigito. Plin. lib. 10. cap. 63. Quorum in digitos pedum fissura diuisa est, ea numerosiora in fœtu. ¶ Hinc etiam sunt Bifidus & Trifidus, pro eo quod est in duas, vel tres partes diuisum. Vnde orbis à Poëtis eleganti epitheto dicitur trifidus, quòd in tres partes fectus sit.

Fissum, i, neut. gen. τὸ σχιστὸν, vt, Fissum ani, id est rima in ano, Celsus libro 5. cap. 25.

Fingo, is, xi, ctum, Compono, formo. πλάττω, διαπλάττω. Ital. *Fingere, formare.* Gal. *Feindre, faire & former.* Hisp. *Hazer cosa de barro, componer.*] Vnde & figuli dicuntur & vas fictile, quod formatur ex argilla, aut creta. Sallust. in Catil. Quæ natura ventri prona, atq; obedientia finxit. Lactant. lib. 1, Itaq; homines eorum simulachra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginũ contemplatione solatium. Est enim generale vocabulum ad omnia quæ ingenio manúque artificiosè formantur: vt apud Ciceronem lib. 1. Offic. Apium examina, nõ fingeo domum tectorum sanſa congregantur, sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos. Virgil. 8. Aeneid. –& corpora fingere lingua, hoc est lambendo formare. ¶ Aliquãdo significat simulare: quoniam ea quæ simulamus, ita formamus atq; componimus, vt vera esse videantur. ψευδῆ, μὴ ὄντα. Cice. de Finibus, Talibus exemplis non fictæ solùm fabulæ, sed etiam historiæ refertæ. ¶ Huius verbi composita sunt, Affingo, Confingo, Diffingo, & Effingo, de quibus suis locis.

Fictus, quum participium est à verbo passiuo fingor, idem est quod formatus. πλαστὸς, πεπλασμένος. Ital. *Formato, finto, simulato.* Gal. *Feint, contrefait, controuué.* Hisp. *Fingido, ò simulado.*] Cicc. in Pisonem. Ex argilla & luto fictus homulus. Idem 1. de Orat. Sunt autẽ quidam ita naturæ munetibus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. ¶ Aliquando verò ex participio fit nomen, & tunc idem significat quod falsus, aut simulatus. πλαστὸς, πεπλασμένος. Terent. in Eunuc. Quæ vera audiui, taceo, & continen optime. Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est. Cic. de Amicitia, In amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum: & quicquid in ea est, idem verum & voluntarium est.

Fictè, aduerb. πλαστικῶς, πεπλασμένως. Ital. *Fintamente.* Gal. *Feintement, par fiction, & feinctise.* Hispa. *Fingiendo.*] Cice. Ap. Pul. lib. 3. Nam vt vetus nostra simultas antea stimulabat me vt cauerem, necui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. Idem pro Domo sua, Ius à maiotibus nostris, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c. Fictè, & simulatè loqui, Cice. Qu. fratri, lib. 1. πλαστῶς καὶ πεπλασμένως λέγειν.

Fictio, onis, verbale, πλάσις, πλάσμα, τὸ πλάττειν. Vt, Illa adhuc audaciora, fictiones personarum, quæ προσωποποιίαι. Quintil.

Fictrix, icis, ἡ πλάστις, πλαστική. Cicc. 1. de Nat. deor. Eius autem vniuersæ fictricem & moderatricem, diuinam esse prouidentiam.

Fictor, oris, Figulus, qui ex creta atque argilla opera facit. κεραμεύς. Ital. *Quello che fa vasi di terra.* Gal. *Celuy qui fait & baille forme, comme vn potier, celuy qui forme & crée.* Hisp. *El que labra de barro.*] Cic. 2. de Nat. deor. Reliquos deos ea facie nouimus qua pictores, fictoréſque voluerunt. Plin. lib. 37. cap. 2, Quum antea seculo fictores nobiles esse desiissent.

Figmentum, Quod fictum est à fingo, fingis. πλάσμα. Ital. *Finzione, cosa finta.* Gal. *Feinctise, chose feinte & controuuée.* Hisp. *Obra de barro.*] Plin. lib. 10. cap. 54, Quædam & circa incubitum sponte natura gignit, vt in Aegypti figmentis est scriptum. Cic. 2. de Orat. Iam integræ sententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam sine figmentis fucóque pueriles, &c.

Figulus, penul. corr. Fictor dicitur, qui ex creta atque argilla opera facit. κεραμεύς, κεραμοπλάστης. Ital. *Vasaio, che fa vasi di terra.* Gal. *Potier, ou faiseur d'images de terre.* Hisp. *El que haze alguna cosa de barro.*] Plin. lib. 35. cap. 12, Dibutades Sicyonius figulus primus plasticen inuenit Corinthi, filiæ opera. Colum. lib. 11. cap. 1, Tam docendus est futurus villicus, quàm futurus figulus aut faber.

Figuli opes. κεραμικὸς πλοῦτος. De rebus incertis, ac neutiquam duraturis. Quemadmodum figulorum vasa facile comminuuntur quolibet casu. Refertur à Diogeniano.

Figulina, næ, seu quod magis à doctis vsurpatur per syncopen, figlina, penult. prod. Officina figuli. κεραμεῖον. Ital. *Bottega di vasaio.* Gal. *Vne poterie.* Hispa. *La casa donde algo se haze de barro.*] Plin. lib. 7. cap. 56, Figlinas primus Chorœbus Atheniensis inuenit. Varro 1. de Re rust. cap. 2.

Figlina dicitur ars figulorum. ἡ κεραμική, ἡ κεραμεία. Ital. *Arte da far vasi & imagini di terra.* Gal. *L'art de poterie ou de faire images de terre.* Hispa. *Arte de haze vasos de barro.*] Plin. 35. cap. 12. Figlinarum opera imbricibus tubulis tegulisque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus lateculis frontatisque aut quæ rota fiunt.

Figlinus, a, um, adiectiuum. κεραμεῖος, κεραμικός. Ital. *Pertinente à maestro de vasi di terra.* Gal. *De potier de terre.* Hispa. *Cosa pertenesciente á maestro que haze vasos de barro.*] vt, Figlina creta, qua figuli vtuntur. Plin. libro 10. cap. 21, & Varro 3. de Re rust. cap. 9. Figlinum opus, Plin. lib. 31. cap. 3, Ollisque è figlino opere crudis.

Figularis, re, Quod ad figulũ pertinet. κεραμικός. Plaut. in Epid. Vorsutior es quàm rota figularis. Creta figularis, qua vtũtur figuli. Colum. lib. 6. cap. 16, Solet etiam ipsum animal viuum creta figulari circundari.

Figlinum, ni. Opus ipsum figuli. κεράμιον. Ital. *Opera di terra.* Gal. *Ouurage de terre.* Hisp. *Obra de barro.*] Plin. lib. 34. cap. 18, Alij clunatam scobem, in fictili crudo coquunt in camiois, donec percoquatur figlinum.

Fictilis, le, penult. corr. Quod est factum à figulo: vt, Fictilia vasa, fictilia dolia. κεραμεῖος. Ital. *Di terra, cosa fatta da vasaio.* Gal. *Fait de terre à potier.* Hisp. *Cosa hecha de barro.*] Plinius lib. 35. cap. 12. Quin & defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluerunt. Vrna fictilis, Cicero in Parad. Pocula fictilia, Tibul. lib. 1. Eleg. 1. Fictilia vasa, Cice. ad Attic. lib. 6, Dij fictiles, Propert. lib. 4. Eleg. 1.

Fictile, lis, substantiuum. {κεραμεῖον ὀστράκινον. Ital. *Vaso di terra.* Gal. *Vn vaisseau de terre.* Hisp. *Vaso de barro.*} Iuuen. Saty. 11, Et quadringentis nummis condire gulosum Fictile. Idem Saty. 3, Fictilibus cœnare pudet. Ausonius, Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea regem. Plinius libro 35. cap. 13, Quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris constent quàm murrhina.

Fictitius, a, um, Quod fictum est, hoc est simulatum. {πλαστικός. Ital. *Cosa finta, & simulata.* Gal. *Feint, controuué.* Hispa. *Cosa fingida y simulada.*} vt Ratio fictitia, quæ ficta est, & falsò excogitata.

Figura, æ, Forma, species. {εἶδος, σχῆμα, πρόσωπον. Ital. *Figura, aspetto.* Gal. *Figure, trait, façon.* Hispa. *La figura ò imagen de alguna cosa.*} Cice. lib. 1, Offic. Principiò corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram, reliquámque figuram in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. Idem 5. de Finibus, Figura est forma & statura corporis nostri ad naturam apta. Terent. in Eunuc. Noua figura oris, color verus, corpus solidum, & succi plenum. Ouid. 2. Metagura oris, color verus, corpus solidum, & succi plenum. Ouid. 2. Metamorph. -adimam tibi nanque figuram, Qua tibi, quáque places nocentia marito. Figura (inquit Asconius) est circa gestum, situmque membrorum: status, circa ornatum & habitum vestis. ¶ Figuræ etiam apud Grammaticos & Rhetores vocantur flosculi quidam orationis à consueto loquendi vsu recedentes. Quintil. libro 9. cap. 1, Figura est conformatio quædam orationis remota à communi, & primùm se offerente ratione.

Figuro, ras, pen. prod. Formo, & figuram induco. {σχηματίζω. Ital. *Figurare, formare.* Gal. *Figurer, former, façonner.* Hisp. *Figurar, hazer figura ò imagen.*} Cic. de Vniuers. Mundum Deus ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur. Colum. lib. 6. cap. 27, Assidua & nimia cuiquæ formæ concluduntur. Colum. lib. 6. cap. 27, Assidua & nimia cupiditate figurantes sibi ipsæ Venerem. Lactant. lib. 2, Hominem figurauit ex limo terræ. ¶ Composita sunt, Configuro, quod est compono, & simul formo. συμπλάττω. Lactant. lib. 7, Quoniam homo ex rebus diuersis, ac repugnantibus configuratus est, anima & corpore. Præfiguro, de quo infrà.

Figuratus, participium, Formatus. {σχηματισθείς. Ital. *Figurato, formato.* Gal. *Figuré, façonné.* Hisp. *Figurado.*} Cice. 2. de Nat. deor. Quid de bubus loquar, quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata? Oratio figurata, quæ figurarũ coloribus, veluti flosculis quibusdam est exornata. λόγος ἐσχηματισμένος.

Figuratio, verbale. {σχηματισμός. Ital. *Figuramento, fazzone.* Gal. *Figurement, façon.* Hisp. *Aquella obra de figurar, ò hazer imagen.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Vt in vnoquoque poscit figuratio. ¶ Figuratio, pro imaginatione. Quintil. Decla. 6, Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, &c. id est imaginetur.

Figuratè, aduerbium, Significat per figuram.

Finis, is, generis tam masculini quàm fœminini. {τέλος, πέρας. Ital. *Fine, termine.* Gal. *Fin, extremité, bout & acheuement.* Hisp. *El fin ò termino ò cabo de obra.*} Virg. 1. Aeneid. -quem das finem Rex magne laborum? Ibidem lib. 3, Hæc finis Priami fatorum. Est autem finis, terminus siue extremitas in vnaquaque re: hoc est id quo vnaquæque terminatur res. τέλος. Varij autem sunt vsus huius dictionis. Multis enim modis dicimus quippiam esse finem rei alicuius. Est enim finis terminationis: vt pratum dicitur finiri, vbi terminatur. Finis consummationis: vt domus finitur, quando consummatur: & vestis finita est, quando consuta est vt indui possit. Rursus est finis consumptionis. Sic dicimus cibum esse vt indui possit. Rursus est finis consumptionis. Sic dicimus cibum esse finitum, & candelam finitam, quando consumpta est. ¶ Est etiam finis intentionis, hoc est intentio operarij. σκοπός. Hinc artifices finem vocant id ad quod omnia referuntur, & cuius gratia cætera fiunt: vt, Finis medici, est curare: finis oratoris, est aptè ad persuadendum dicere. ¶ Non statim finis apparet, Herodotus in Polymnia, κατὰ τὸ παλαιὸν λεγόμενον, οὐ τὸν ἀρχῇ τὸ τέλος κεφαλιεῖται, id est, Et vetus adagium, quo recte dictum est, non statim cum initio apparere finem. Conueniet in quorundã præproperas spes, qui negotio vix cœpto, statim arbitrantur se rem factam habere: quum sæpe exitus non respondeat initiis.

Fines, finium, sæpius in plurali numero, pro terminis, & limitibus. Terẽt. in Heaut. -Symus & Crito Vicini nostri hîc ambigũt de finibus: Metiri arbitrum. Plin. Iun. in Epist. Est in Nicomedensium finibus amplissimus lacus. Cæs. 1. bel. Gall. Quorum per fines ierant. ¶ Nonnunquam etiam in singulari numero inuenitur in hac significatione: licet rarius. Liuius lib. 3. Decad. 4, Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agresti præda, in agmen incidunt Romanum. Idem eiusdem Decad. lib. vlti. Ligurum duo millia ferè ad extremum finem prouinciæ Galliæ, vbi castra Marcellus habebat, venerunt. Tacit. libro 16, Apud finem Ligurum id temporis erat. ¶ Hinc composita sunt, Affinis, & Confinis, penult. prod. Vnde Confines agri dicuntur, qui eodem loco finiunt. ὅμορος.

Finio, is, iui, itum, Perficio, absoluo. {περαίνω, τελέω. Ital. *Finire, compire.* Gal. *Finer ou finir, arrester, faire fin & conclusion.* Hisp. *Fenescer y acabar.*} Apul. Sine opus finiam quod incœpi. Pli. de Viris Illust. Quum inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hostilio & Suffetio, placuit rem paucorum certamine finire. Quintil. libro 8. cap. 6, Quo ex genere cœpetis translationis, hoc desinas. Multi enim quum initium à tempestate sumpserint, incendio, aut ruina finiunt. ¶ Animam finiuit, Ouid. 7. Metam. Dolores finire, Virgil. 12. Aene. Gladio finire dolorem. Ouid. 1. de Pon. ¶ Aliquando est terminum ponere, metari. ὁρίζειν. Sic dicimus finire alicui prouinciam certo tempore, pro eo quod est præscribere alicui tempus administrandæ prouinciæ, quo elapso de prouincia debeat decedere. Cic. Atti. lib. 8, Marcellióque Consuli finiẽti prouincias Gallias Calen. Martiis, restitit. Sic etiam finire regiones animo dicebãtur augures, quum fines templi animo designabant. Liu. 1. ab Vrbe, Signum contra quod longissimè conspectu oculi ferebant, animo finiuit. Finire agros, est cuilibet agri sui fines præscribere. ¶ Accipitur etiam finire pro definire. Quintilia. lib. 2, Ante omnia, quid sit Rhetorice, quæ finitur quidem variè. Sic finis & definitio pro eodem accipiuntur. Quintil. lib. 2. cap. 16, Hic igitur frequentissimus finis, Rhetoricen esse vim persuadendi. Sic sæpius eodem capite. ¶ Finire, absolutè, pro vita decedere. Tacit. lib. 5, Sic Tiberius finiuit octauo & septuagesimo ætatis anno.

Finitores, Dicuntur terræ mẽsores, aut etiam alij arbitri, qui lite de agrorum finibus exorta suos cuique limites præscribunt. {γεωμέτρης. Ital. *Misuratori di terreno.* Gal. *Mesureurs de terre, borneurs,* Hisp. *Medidores de las tierras.*} Plaut. in Pœnu. Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei factus finitor sum ego. Cic. pro lege Agr. cõtra Rul. Quæstori permittant, finitorem mittant: ratum sit quod finitor vlli à quo missus erit, renuntiauerit. Finitor terum maximus, Statius 8. Theb. ¶ Finitorem item vocant Latini quem Græci ἰσοσκελῆ, hoc est circulum partem cæli conspicuam nobis à non conspicua dirimentem.

Finitio, onis, Idem quod definitio. {ὁρισμός, ὁρισμός. Ital. *Definitione, determinatione* Gal. *Deffinition, determination.* Hisp. *Definicion ò determinacion.* Quintil. lib. 5. cap. 13, Finitio posset esse pro nobis. Idem lib. 10. ca. 16, Huic substantiæ maximè conuenit finitio. Idem lib. 5. cap. 10, Propriis confirmatur finitio, differentibus soluitur.

Finitus, participium, Pro eo quod cessauit, & finem fecit. {πεπερασμένος. ὠκεανὸς πέρας. Ital. *Finito, cessato.* Gal. *Finy, cessé, atheué.* Hisp. *Fenecido, acabado.*} Plin. lib. 18, cap. 27, Dabitur & aliud finitis frigoris indicium.

Finitè, aduerb. {ὡρισμένως. Ital. *Finitamente, determinatamente.* Gal. *Auec mesure & bornes, determinément, distinctement.* Hispa. *Con medida, feneciendo.*} Cice. 2. de Finibus, Ergo & anarus erit, sed finitè: & adulter, verùm habebit modum: & luxuriosus eodem modo.

Finitimus, a, um, pen. corr. Vicinus, seu propinquus, hoc est fines nostros attingens. {πλησίος. Ital. *Vicino, finitimo.* Gal. *Voisin, prochain.* Hispa. *Cosa cercana ò camarcana.*} Liu. lib. 1, Iam res Romana adeò erat valida, vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset. Mari finitimus est aër, Cic. 2. de Nat. deor. Falsa veris finitima sunt, Idem 4. Acad. Inferre bellum finitimis, Idem pro lege Manilia.

Fio, fis, factus, Significationem passiuam habet, quamuis vocem habeat verbi neutri: vnde etiam inter neutra passiua à Grammaticis numeratur. {γίνομαι. Ital. *Essere fatto, diuenire.* Gal. *Estre fait, deuenir.* Hispa. *Ser hecho.*} Veteres facior dicebant voce passiua. Vnde apud Catonem legitur, Græco ritu faciebantur Saturnalia. ¶ Hinc manſit præteritum factus sum. In præsenti optatiui, & præterito imperfecto subiunctiui contra morem aliorum verborum quartæ coniugationis assumit e literam inter i & r, vt fierem dicimus pro firem, & fieri pro firi: in reliquis temporibus à præsenti formaris sequitur inflexionem verborum quartæ coniugationis. Horat. lib. 1. Epist. 1, Nunc agilis fio. Idem 4. Carm. Ode 13, Fis anus, & tamen vis formosa videri, Ludisque & bibis impudens. Terent. in Eunucho, -biduum Saltem vt concedas sõlum. P. H. Si quidem biduum: Verùm ne fiant isti viginti dies. Cice. pro Domo sua, Quid te aut fieri aut fingi demẽtius potest? ¶ Compositum eius est Confio. Item infit, & Defit, quæ vix aliter quàm in tertia persona leguntur. Componitur præterea fio pene cum omnibus dictionibus cum quibus componitur facio, exceptis præpositionibus cum quibus raro componitur: vt, Calefacio, calefio: Tepefacio, tepefio, &c. ¶ Ponitur quandoque fio pro æstimari. τιμῶσθαι. Cice. in Lælio, Tertius verò ille finis tetertimus, vt quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. ¶ In tertia persona quandoque pro euenit, contingit. συμβαίνει. Cic. lib. 1. Offic. Fit autem interdum vt nonnulli omissa imitatione maiorum, suum quoddam institutũ consequantur. ¶ Fiet tibi acceptum, pro referetur. Plin. Epist. 120, Sed licet cessauerint illæ tempestate detentæ: tu tamen meruisti vt acceptum tibi fieret: quòd quominus non exhiberes, non per te stetit. ¶ Fient in illum exempla. Terent. in Eunu. Quid ais? in quem exempla fient? ¶ Fieri obuiam. Cice. Attico, lib. 6, Obuiam mihi fit rabellarius. ¶ Fiat, particula est permittentis, ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut. Pseud. Agite, amonemini hinc vos intrò nunc iam, Ac meis vicissim date locum fallaciis 8. Fiat, geratur mos tibi. ¶ Fieri potest, pro possibile est, ab oratoribus vsurpatur. ἐνδέχεται. Cice. de Amic. Neque fieri possit vt non statim alienatio, disiunctióque facienda sit.

FIRMVM Pomponio, Φίρμιον Ptolemæo, Piceni castellum est, cuius meminit & Plin. lib. 3. cap. 13.

Firmus, adiectiuum Stabilis, constans: à ferẽdo, quòd constanter omnia ferat. {ἰσχυρός, βέβαιος, ἱκανός. Ital. *Fermo, stabile.* Gal. *Ferme, estable, asseuré.* Hispa. *Cosa firme y fuerte.*} Terent. in Heey. Adeon' pertuicaci esse animo, vt puerum præoptates perite, Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires? ¶ Firmus cibus, dicitur qui validus est, & vt Varr. de Re rust. lib. 2, cap. 12, loquitur, alibilis. Firma potio, id est multi nutrimenti. Celsus lib. 2. cap. 18, Firmior ex frumento potio est, quo firmius fuit ipsum frumentum: firmior ex eo vino quod bono solo, quàm quod tenui natum est. Firma valetudo, dicitur integra, valida & robusta. Et qui robusta est corporis habitudine, firmus dicitur. Cice. Tironi, Te penitus rogo, ne te tam longæ nauigationi & viæ per hyemem, nisi bene firmum, committas. ¶ Item Firmus, dicitur munitus, fortificatus. ἀχυρός. Plancus Ciceroni, Me vt venirem, copiásque coniugerem rogauit, eóque magis, quòd & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus nõ mediocrem quidem equitatum habebat. Firmum vinum dicitur quod Gallicè vocamus *potens & durabile.* Virgil. 2. Georg. Sunt etiam Ammineæ vites, firmissima vina Hinc Firmitas vini dicitur, quam vulgus *potentiam & durabilitatem* vocat. Plin. lib. 14. cap. 2, Principatus datur Ammineis propter firmitatem, seniúque proficientem vini eius vbique naturam. ¶ Alioqui firmitas idem est quod stabilitas, aut constantia. {βεβαιότης, ἀσφάλεια. Ital. *Fermezza.* Gal. *Fermeté, constance.* Hisp. *Fermeza.*} Cice. 2. de Finibus Firmitatem tamen & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quã reliquisti. ¶ Firmitas, soliditas. Cic. 2. Phil. Gladiatoria totius corporis firmitas. Plau. in Mostel. Age, specta postes cuiusmodi, Quãta firmitate facti, & quanta crassitudine. Huic opponitur Infirmitas, hoc est imbecillitas, ab infirmus, quod imbecillum significat.

Firmitudo, dinis. Idem quod firmitas. {ἰσχύς, βεβαιότης. Ital. *Fermezza.* Gal. *Fermeté, constance.* Hispa. *Fermeza.*} Plaut. Asin. Si istam animi firmitudinem obtines, salui sumus. Cicero ad Atticum, libro 10, Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Vocis firmitudo, ad Herenn. libro 3. Minus firmitudinis habere, Cice. 1. de Inuent.

Firmè,

Firmè, aduerbium. Stabiliter, inconcussè. {βεβαίως, βεβαίων. Ital. *Fermamente.* Gal. *Fermement, asseurément.* Hisp. *Firme y fuertemente.* } vt, Firmè accurate rem suam: id est non segniter, sed acri & diligenti animo. Plau. Perfa. Atque ædepol firmè vt quisque rem accurat suam. Sic ei procedit. Asseuerate aliquid firmissimè, Cice. Attic. lib. 11. Satis firmè animo concipere & comprehendere aliquid, Cic. 2. de Finibus.

Firmiter, aliud aduerbium. βεβαίως, ἐχύρως. Plautus Pseud. Eum promisisse, firmiter dixit mihi. Varro 3. de Re rust. cap. 9. Circum omnia posita sint cubilia gallinarum, aut exculpta aut afficta firmiter.

Firmo, 31. Stabilio, fortifico. {κατασκευάζω, χυρῶ, κραταιόω, στηρίζω. Ital. *Fermare, stabilire.* Gal. *Affermir, fortifier, asseurer, confirmer.* Hispa. *Firmar, fundar ò stablecer.* } Liu. Firmabátque eum Africis maximè præsidiis. Lactant. lib. 4. Superest vt verbis facta firmentur. Plin. libro 14. cap. 18, Est contrà in Lycia quæ solutam aluum firmat. Cæsar, His rebus pace firmata. Terent. Hecy. Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem Sanctius, quàm iusiurandum, id pollicerer tibi. Laches. Tacitus lib. 4, Vetustum asylum vt firmaretur petentibus, id est confirmaretur. ¶ Huius composita sunt, Affirmo, Cõfirmo, Infirmo, Refirmo, & Obfirmo, quorum significationes vide suis locis.

Firmatus, participium. {βεβαιωθείς, βεβαιωθείσα. Ital. *Confermato.* Gal. *Confermé.* Hispa. *Confirmado.* } Cice. pro Cluent. Consilio, & ratione nondum firmatus adolescentis animus. Virgil. 4. Aegloga. Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.

Firmator, verbale. {βεβαιωτής. Ital. *Confermatore.* Gal. *Confermateur.* Hispa. *Confirmador.* } Tacitus libro 2. Missus tamen Drusus, vt retulimus, pacis firmator.

Firmamen, nis, Idem quod firmamentum. {στήριγμα. Ital. *Fermezza.* Gal. *Fermeté, apuy, force.* Hisp. *Fermeza.* } Ouid. 10. Metamor. -ruptósque obliqua per vngues Porrigitur radix longi firmamina trunci.

Firmamentum, Soliditas, & stabilimentum. {στήριγμα, κύρος. Ital. *Firmamento, fermezza.* Gal. *Fermeté, apuy, force.* Hispa. *Firmeza.* } Cice. de Amic. Stabilitatis, constantiæque eius quam in amicitia quærimus, firmamentum est fides. Vnde etiam Gellius libro 13. cap. 21, neruos vocat firmamenta membrorum, quòd in illis constat totius corporis robur & soliditas. ¶ Rhetores etiam firmamentum appellant quod à Quintilia. vocatur continens causæ, à Græcis κυριώτατον, hoc est cardinalem illum, circa quem totius causæ decisio versatur. Nostri hodie Iurisconsulti vocant *Punctum decisorium litis.* Autor ad Herennium, lib. 1, Nam in ea nec ratio quare fecerit, quæritur, nec firmamentum quæritur, quoniam non subest ratio.

Fiscus, ci, masc. gener. Ascon. Fisci, fiscinæ. fiscellæ, spartea sunt vtensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. {πλάνης, σπυρίς. Ital. *Panier, cesto.* Gal. *Vn panier d'osier, ou vne corbeille.* Hispa. *Espuerta texida de esparto, la canasta, vn vaso de vimbres.* } Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ quàm priuatæ, factum est vt fiscus pro pecunia publica dicatur. Hæc Asconius. {φίσκος, ταμεῖον. Ital. *Entrata di principe.* Gal. *Le reuenu ou le domaine d'vn prince ou d'vne republique, le fisc.* Hispa. *La hazienda publica ò perteneciente al Rey.* } Alij tamen malunt fiscum, principis dici: ærarium verò, publicum. Plin. ad Traianum, At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua ærarium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Cice. 2. Verr. Ei quoque negotio fisci Siculenses minabantur. Corn. Tacit. lib. 1, Primam ac vicesimam legiones Cecinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit turpi agmine, quum fisci de Imperatore rapti inter signa, intérque aquilas veherentur. Inde Confiscare dicimus pro eo quod est in ærarium redigere. Suet. in Augusto, Deuictis his & confiscatis, promissa veteranis præmia soluerentur. ¶ Fiscus item pro qualo oleario, qui cernici torcularis supponitur ne fæces in lacum cum oleo defluant: vel etiam in quo oliuæ ponuntur, quum prelo supponũtur, vt amurca, id est olei fex, aliquantisper exanietur, id est exudet, & per vimina perfluat. Colum. lib. 12. cap. 47. Postero die cribratur, & nouo fisco inclusa, prelo supponitur, vehementérque premitur, vt exudet quantulumcunque habet amurcæ. Eodem lib. cap. 49, Deinde intrita olina nouo fisco includitur, & prelo subiicitur, vt tota nocte exprimatur. Item cap. 50, Sereno cælo manu distringi oliuam oportet, & substratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari: tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscis nouis includi, prelisque subiici, vt quantum possit, paulisper exprimatur.

Fiscale. Quod ad fiscum pertinet. {τὸ τοῦ φίσκου, ἴδιον τοῦ ταμείου. Ital. *Pertinente al fisco.* Gal. *Fiscal, des apertenances du fisc.* Hisp. *Cosa perteneciente à le hazienda del Rey.* } vt, Ius fiscale, fiscalis causa. Fiscales calumniæ dicebantur delatorum qui alios accusabant, & nonnunquam ex fisco eis dabatur pars mulctæ qua accusati mulctabantur.

Fiscina, næ pen. corr. etsi diminutiuum esse videtur à fiscus, eiusdem tamè est significationis cum primitiuo. πλάνης. Eius itaque significationem vide in dictione CISTVS. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 22, Ista sunt ferè quæ ex viminibus materiáque rustica fiunt, vt corbes, fiscinæ, tribula, malleoli, & rastelli. Fiebant etiam fiscellæ ex sparto, quod iunci genus est apud Hispanos frequentissimum circa Carthaginem nouam. Colum. lib. 11. cap. 2, Siue tegio ferolæ, vel corticis ferax est apibus aluearia fieri debent: siue palmæ spartiue fœcunda est, fiscinæ, sportæue, seu virgultorũ corbes ex vimine. ¶ Denique Fiscinæ nomine comprehenditur omne vasis genus quod ex vimine, aut iunco, aut simili materia cõtextum est. Vnde etiam Cicero in oratione pro Flacco posuit pro calathis illis iunceis, in quibus ficus inclusæ in alias regiones transuehuntur. Homini (inquit) Phrygi qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obtecisti.

Fiscella, læ, diminutiuum, Vas vimineum, aut ex iuncis, quo lac coagulatur dum caseus exprimitur, vel in quo casei feruntur. {πλάνης. Ital. *Cestra dum caseus exprimitur, vel in quo casei feruntur.* Gal. *Petit panier d'osier.* Hisp. *El capacho.* } Tibul. lib. 2, Tunc fiscella leui de texta est vimine iunci, Rarâque per nexus est via facta sero. ¶ Item fiscella dicitur qua boum ora, fauceésque iumentorũ capistrantur. φιμός. Plinius lib. 18. cap. 19, Fiscellis capistrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Cato de Re rust. cap. 54, Boues nisi per hyemem quum non arabunt, pasci non oportet, nam viride quum edunt, semper id expectant: & fiscellas habere oportet, ne herbas se-

dentur quum arabunt.

Fiscellus, fiscelli, pro eodem. Colum. lib. 11. cap. 38. Mox fiscello ligneo inclusas exprimito.

Fissilis, Vide FINDO.

Fistuca, æ. Machina est qua pauitores vrguntur, vtrinque ansata, qua pali magna vi in terram adiguntur. {κριὸς ἢ ὑσμίνη ἢ ἰδωλοξόανον. Ital. *Il ingegno de ficcare i pali nel fiume, & quello istromento da battere sopra i sassi quando s'acconciano l'estrade per sargli pari, detto machina.* Gal. *Vne tire de pieux en riuiere les pilotis en terre.* Hisp. *Mazo grande, ingeño para hincar vegas, ò ingeño de dos ansas para mazonar.* } Vitru. lib. 7, Si plano pede erit ruderãdum, quæratur solum si sit perpetuò solidum, & ita exequetur, & inducatur cum statumine rudus: sin autem omnis, aut ex parte cõgestitius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Vtitur & hac voce Plin. lib. 36. ¶ Fistuca, alia est magnæ molis qua trabalia materies in terram pangitur, aut in alueum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere suo remissa illiditur: cuiusmodi Parisiis sæpe visitur. Cuius generis intelligendum est fuisse illud Cæsaris 1. de bello Gallico, Hæc cum machinationibus immissa in flumen delixerat, fistucisque adegerat, non sublicæ modo direxerat, &c.

Fistucatum, Dicitur fistuca exæquatum: vnde & Fistucatio apud Vitruuium loco iam citato, pro ea exæquatione arcæ accipitur quam suprà descripsimus. Plin. lib. 17. cap. 11, Sicuti terram circa radices fistucato fossandam. Hæc Budæus in Annotationibus in Pandect.

Fistula, æ. Propriè dicitur vt Pomponius ait, per quam aqua educitur fusa: à fundendo, siue ferendo, sicut tubi à tumore, & canales à canna: quòd ad earum similitudinem facti sint. {σῦριγξ} Ital. *Fistula.* Gal. *Tuyau, flouste, fistule.* Hispa. *Flauta ò caña para tañer.* } Sunt tamen qui Græcum esse putent, credántque deduci à verbo φυσῶ. hoc est inflo, vel inspiro. Cic. pro Rabirio. Etsi C. Marius quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Iouis Optimi Maximi templis ac sedibus, præcidi imperarat, &c. Ita apud Varronem lib. 3. de Re rust. cap. 5. ¶ Ab huius similitudine dictum est instrumentum musicum quo flatu canitur, cuius Pan dicitur inuentor fuisse, vt refert Plin. lib. 7. cap. 56. Virgil. 2. Aegloga, Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. ¶ Fistulæ itẽ à medicis appellantur vlcera manantia, angusta, calloſa, & sinuosa, ex abscessibus ferè malè curatis ortum trahentia. Plin. lib. 20. cap. 6, Extrahit fistulis vitia cum sulphure & resina, etiam arundines cum pice. Ibidem cap. 9, Sic etiam fistulæ eluxatæ, & tumores reuocati, quæque discuti opus sit. ¶ Est etiam fistula in homine per quam spiratur, seu cibus deglutitur. Nam duas esse fistulas scribit Lactan. de Opificio hominis, spiritalem scilicet & cibalem illa spiritum meare, hac cibum potúmque descendere. Spiritalem Celsus asperam arteriam nominat, Græci vocant τραχεῖαν. Interior vocatur gula, φάρυγξ. Plin. lib. 9 cap. 7. Branchiæ non sunt halenis, nec delphinis: hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent.

Fistulator, oris, Accipitur pro tibicine, vt est apud Gellium & Cicero. 1. de Orat. Sed fistulatorem domi relinquetis. {αὐλητής. Ital. *Trombetta.* Gal. *Flouſteur, joueur de flouſtes.* Hisp. *Aquel que tañe flautas como de cañas.*

Fistulo, as. Fistulam ago, & in modum spongiæ cauernulas habeo. {ἀφειδῶ, πετρώδεις γίνομαι. Ital. *Far pin cauerne, essere cauernoso come le spongie.* Gal. *Se trouer & deuenir pleins de trous.* Hisp. *Hazer fistulas, ser affistolado.* } Plin. lib. 18. cap. 11, Graria tertæ eius puluerea summa, inferior bibula, & pumicis fistulans vice.

Fistulosus, a, um. Quod est spongiæ modo factum, hoc est foraminibus plenum. {πολύτρητος. Ital. *Cauernoso come la spongia.* Gal. *Plein de trous comme la eſponge.* Hispa. *Cosa assi assistolada.* } Vnde caseus fistulosus apud Colum. lib. 7. cap. 8, quum est parum pressus. Fistulosa terra. Plin. lib. 17. cap. 5. Fistulosus cancer, morbus, Cato cap. 157.

Fixulam, A fingendo, pro fibula veteres vsurparunt. Festus.

Fixus, a, um, participium, Vide FIGO.

F ante I.

Flabellum, Flabellifer, Flabilis, Flabrum, Vide FLO.

Flacceo, es, cui, Langueo. {μαλάσσω. Ital. *Diuenir languido, fiacco.* Gal. *Se flestrir, se faner, deuenir flestri & fané.* Hispa. *Marchuarse, enflaquecerse.* } à quo Flacceſco, Languidus fio. μαλακός. Colum. lib. 3, Pauciſque horis dum flacceſcat, in sole habeto: deinde in vmbra afficeato, & ita condito. ¶ Compositum est conflacceſco, quo vsus est Gellius libro 1, pro detumeſco, Nam fluctus qui flante Aquilone maximi & crebrissimi excitantur, simulac ventus se posuit, sternuntur & conflacceſcunt, & mox fluctus esse desinunt.

Flaccidus, a, um. Languidus. {μαλακός. Ital. *Languido, fiacco.* Gal. *Flestri, fané.* Hisp. *Marchito, flaco.* } Plin. lib. 15. cap. 19, Hanc esse folio maximo, flaccidóque, & albicante. Vnde flaccidi, siue flacci dicuntur, quorum aures pendulæ & non arrectæ sunt. Plin. lib. 8. cap. 51. Colum. lib. 8, Caper flaccidis & prægrauantibus auribus, exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanæ deductum est, quòd primus in ea gente aures haberet deorsum pendentes.

Flacci. Dicebantur qui aures latas haberent, & ob magnitudinem deorsum reflexas. Cic. lib. 1. de Nat. deo. Redeo ad deos tequos insigni nota strabones, aut petulos esse arbitramur, ecquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

Flaces, Vide FRACES.

Flagella, orum. {βλαστοί. Ital. *Tralci, capi de viti.* Gal. *Les verges & ſcions ou bouts menus & deſliez des branches d'arbres.* Hisp. *Ramos altos dela vid.* } In vitibus dicuntur teneriores palmites, ex annuis sarmentis enati: prius flabella (vt quibusdam placet) à ventorum flatu & agitatione dicta: quãquàm alij à flagris potius deduci malunt, quæ longitudine & flexibilitate referre videntur. Colum. lib. 5, At certè in ordinariis vitibus vtique obtinendum est, ne pluribus flagellis emacientur, nisi propaginibus futuris prospiciemus. Virg. 2. Georgicorum, Néve inter vites corylum sere, néve flagella Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas. ¶ Frequentissimè autem accipitur pro loco, siue alio quouis verbere quibus seruos nudatos cædere solebant. {μάστιξ. Ital. *Verga da battere i triſti.* Gal. *Fleau, fouet.* Hispa. *Açote.* } quod pœnæ genus grauius erat quàm fustibus cædi. Marcel. l. In seruorum. ff. De pœnis, Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his seruus flagellis cædi, & do-

minuo reddi iuberet. Cicero pro Rabirio, Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit: hic miserrimos flagella retulit. ¶ Flagella etiam sunt quibus hodie aurigæ vruntur, quæ excussa clarum reddunt sonum. Martialis libro 14, Proficies nihil, hoc cædas licet vsque flagello. Si tibi purpureo de grege currit equus. Virgil. 5. Aeneid. -signum clamore paratis Epitides longè dedit, insonuitque flagello.

Flagello, as, Flagello cædo, sicut verbero à verbere, & fustigo à fuste. {μαστίζω Ital. *Flaggellare, battere, sferzare.* Gal. *Fouetter, flageller, battre.* Hisp. *Apotar ò herirò huelgar.*} Martial. lib. 1, Lumina syderibus certent, molléfque flagellent Colla comæ. Plin. libro 18. cap. 30, Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur, alibi pertreis flagellatur. ¶ Item increpare atque personare. ¶ Flagellare annonam, est annonam duriorem facere, vt Hermolaus scribit: ob id à Græcis πρισσοπωλαι appellati, quasi pretio non parcentes, propter quod annona ingraueiscere solet. Plin. lib. 33. cap. 13, Aut aliquis prædulens manceps annonam flagellet.

Flagitium, tij, Crimen grauius cum turpitudine & dedecore coniunctum: à flagitando (vt putatur) dictum, siue à flagris: quòd vel à flagitatione, hoc est expostulatione, vel flagris digoum sit. {ὄνειδος, μοχθηρία, πλοῦτος μοχθηρός. Ital. *Scelerageine, ribalderia.* Gal. *Meschanceté comme paillardise, & tels vices.* Hisp. *Pecado, como la luxuria.*} Cicero in Catone, Stupra verò & adulteria, & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitati, nisi voluptatis. Idem, Tantámne obliuionem, in scripto præsertim, vt ne legens quidem senserit quàtum flagitij admisisset? ¶ Flagitium aliquando periculum significat, vt vult Nonius. Lucilius libro 29, Quiete poscête minus, & prębent rectius multò, & sine flagitio. Plaut. in Epid. Abiero: flagitio cum maiore pôst reddes tamen. Hic apud Plautum damnum, siue dispendium videtur significare.

Flagitiosus, a, um, Sceleratus. {ὑπερφυὴς, λωβητὸς, μοχθηρός. Ital. *Scelerato, maluagio.* Gal. *Meschant, plein de toutes paillardises & autres meschancetez.* Hisp. *Viciose, luxurioso, criminoso.*} Sallust. in Catil. In tanta, támque corrupta ciuitate, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum se, tanquam stipatorum catervas habebat. Cicero de Amicitia, Itaque videas rebus iniustis iustos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Flagitiosa vita, Cic. 2. de Finibus. Flagitiosæ libidines, Idem 4. Verr.

Flagitiosè, aduerbium, Iniquè, scelerate. {ἀνόσιος, ὑπερφυῶς, ἀνοσίως. Ital. *Scelerataménte, maluagiamente.* Gal. *Meschamment, meschantement, iachement.* Hispa. *Luxuriosa y viciosamente.*} Cicero 2. Verr. Patres conscriptos iudicia male & flagitiosè tueri. Idem 5. de Finibus, Flagitiosè deseruit è Stoicis propter oculorum dolorem. Impurè, ac flagitiosè viuere, Cic. 3. de Finibus. Flagitiosissimè inseruire aliorum amori, Idem in Catil.

Flagito, flagitas, Instâter peto, exigo, requiro, & quasi iure quodam meo posco: habétque in se maiorem vim quàm postulo: & quandóque accusatiuo tantùm iungitur. {ἀπαιτῶ, ἐκλιπαρῶ, αἰτῶ. Ital. *Domandare con instanza.* Gal. *Demander quelque chose affectueusement, ou importunément, con importunidad.*} Cicero pro Quintio, Tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. Quandoque habet accusatiuum cum ablatiuo mediante præpositione. Cæs. 1. bel. Gall. Interim quotidie Cæsar ab Heduis frumentum quod essent polliciti, flagitat. Quandoque etiam construitur cum duobus accusatiuis: vt apud Suetonium in Vitel. Tum fœneratorum & stipulatorum, publicanorúmque, qui vnquam se aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitassent, vix vlli pepercit. ¶ Flagitare, pro accusare. Tacitus lib. 17, Mox compertum pecuniam publicam auertisse, vt peculatorem flagitari iussit. ¶ Huius composita sunt, conflagito. Plin. lib. 34, Tanta populi Romani contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon conflagitauerit. Efflagito, de quo suprà.

Flagitator, verbale, Qui assiduè petit. {ἐπαιτητὴς, ἐκλιπαρητής. Ital. *Chi domanda con importunità.* Gal. *Demandeur importun, qui demande sans cesse.* Hisp. *Demandador con importunidad.*} Plaut. in Mostel. Sol semper hic est vsque à mane ad vesperum: quasi flagitator astat vsque ad ostium. ¶ Accipitur etiam pro creditore repetente pecuniam sibi debitam. Plautus in Casina, Ducite ex animo curam, atque alienum æs: Nequis formidet flagitatorem suum.

Flagratores, Flagriones, Vide FLAGRO.

Flagro, as, Ardeo: à flamma, vel à flatu quo alitur incendium quãdo flatu excitatur ignis. {φλεγμαίνω. Ital. *Ardere.* Gal. *Ardre, bruster, estre embrasé.* Hisp. *Arder ò ser encendido.*} Virgil. 1. Aene. Flagrantisque Dei vultus. Plin. lib. 14. cap. 20, Fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. Ouidius 6. Fast. Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes. ¶ Transfertur quandoque ad desiderium amoris, odij, iræ, virtutis, aut vitij. Lactant. libro 1, Quid Apollo pater eius, nónne ob amorem quo flagrabat, turpissimè gregem pauit alienum? Et libro 7, Qui auaritia opum inexplicabili quadam siti flagrant. Liu. lib. 2, Ciuitas tecum ipsa discors, intestino inter patres plebemque flagrabat odio.

Flagrans, participium, seu nomen ex participio. {φλεγόμενος, πυρούμενος. Ital. *Ardente.* Gal. *Ardant, bruslant.* Hisp. *Encendido.*} vt, Flagrans pinus, Virgil. lib. 9. Aeneid. Flagrans cupiditas. Cicero 4. Tusc. Eximio literarum amore flagrans, Quintil. in prœm. lib. 2. Flagrantissimus homo, Cicero de Fato.

Flagranter, aduerbium. {ἀληθῶς, ἐκπύρως. Ital. *Molto ardentemente.* Gal. *Ardemment, desirément.* Hisp. *Encendidamente.*} Tacit. lib. 1, Destinare Consules specie recusantis flagrantissimè cupiuerat.

Flagrantia, tiæ. Actus ipse flagrandi. {φλόγωσις. Ital. *Ardore.* Gal. *Ardeur, brulement.* Hisp. *Ardor ò encendimiento.*} Gell. lib. 17. cap. 10, Quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est. Flagrantia oculorum, pro ardore. Cicero pro Cælio, Si denique ita se geret, non incessu solùm, ornatu, atque comitatu, flagrantia oculorum, libertate sermonis, sed etiam, &c.

Flagrum, gri, Quo cædi consueuerunt serui. {μάστιξ. Ital. *Flagello.* Gal. *Fouet, verges.* Hispa. *Apote cruel para apotar.*} Plaut. in Amphi. Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum. Iuuen. Satyr. 5. -nec dura timebis Flagra pati. Liuius 8. bel. Pun. Ob quam causam cæsa flagro est Vestalis. Hinc Flagellum diminutiuum.

Flagratores, Dicebantur illi qui mercede flagris cædi se permittebant, Autor Festus.

Flagriones, Dicti sunt serui, quòd flagris subiecti sunt. μαστίγιον. vt Verberones, à verbere. Nonius.

Flamen, neutri generis, Vide 110.

FLAMEN, huius Flaminis, masculino genere, sacerdotem significat. Sumebant autem Flamines cognomina ab eo Deo cui sacra faciebant: vt Flamé Dialis, ἀπὸ Διὸς, hoc est à Ioue, quasi Iouialis: Martialis, à Marte: & Quirinalis, à Quirino, hoc est à Romulo. Ratio autem nominis tracta est à filo quo caput cinctum habebant: vt docet Seruius his verbis, Flamines in capite habebant pileum: quod quum per æstus ferre non possent, filo tantùm capita religare cœperunt: nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat: vnde à filo quo vtebantur Flamines dicti sunt, quasi filamines. Plinius lib. 18. cap. 11, Varro Flaminem fabam non vesci tradit. Cicero 2. de Legibus, Diuisque aliis alij Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto.

Flaminia, Flaminis domus. Gellius lib. 18. ca. 15, Ignem è flaminia, id est Flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri ius non est.

Flaminica, Flaminis vxor erat. Gellius lib. 10. cap. 15, Eædem fermè cæremoniæ fuut quas Flaminicas sacerdotissas Diales seorsum aiunt obseruitare. Hoc etiam nomine appellabantur virgines Flaminicæ Dialis præministræ. Autor Festus.

Flaminium, nij, Est Flaminis dignitas, siue sacerdotium. Liu. 6. bel. Pun. C. Claudius flamen Dialis, quòd exta perperam dederat, Flaminio abiit. Gell. li. 10. ca. 15, Vxoré si amisit, Flaminio decedit. Hic nota, Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictũ quo abire magistratu, officio, &c.

Flaminius lictor, (inquit Festus) dicitur qui Flamini Diali sacrorum causa præstò erat. ¶ Flaminius Camillus, puer patrimus & matrimus, qui Flamini Diali in sacrificiis, præministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebant. Autor Festus.

FLAMINIORVM nobilis fuit Romæ familia: ex qua fuit T. Flaminius, qui ad Thrasimenum lacum ab Annibale cum vniuersis penè copiis deletus est. Hic viam Flaminiam strauit à Roma Ariminum vsque. ¶ Fuit præterea T. Quintus Flaminius superioris filius, cuius vitam latè exequitur Plutarchus. Hic in suo Consulatu Macedonum Regem Philippum acie victum eò necessitatis compulit, vt Demetrium filium obsidem daret, Græciáque ciuitatibus quæ illius iugo parebant, abstinere cogeretur. Huic frater fuit L. Flaminius fratri dissimillimus, qui à Catone tum Censore per ignominiam Senatu fuit eiectus, quòd quũ Galliæ prouinciæ præesset, in gratiam pueri quem turpiter à se amatum per omnem prouinciam circunnecterat, Gallum quẽdam in conuiuio suis manibus interemisset. Autor Liuius.

Flaminia via, Quæ per portam Flaminiam ad Tyberim sitam, Ariminum vsque ducit. Nomen habet è Flaminio Consule qui eam strauit: à quo & Circus Flaminius, & Forum Flaminium nomen acceperunt. Cicero 12. Philip. Tres ergo, vt dixi, viæ: à supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. Ouidius 1. de Ponto, Eleg. 9, Spectat Flaminiæ Claudia iuncta viæ.

Flamma, mæ, Est fumus accẽsus, à Græco φλέγω, ardeo. {φλὸξ Ital. *Fiamma.* Gal. *Flambe.* Hisp. *Flama del fuego.*} Plaut. in Curcul. Semper, tu scito, flamma fumo est proxima. Virgil. 8. Aeglo. Aspice, corripuit tremulis altaria flammis Spõte sua. ¶ Ponitur interdum metaphoricè flamma pro periculo. Cic. 2. Tuscul. Quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma est per quam non concurrerint hi qui hæc olim punctis singulis colligebant? Idem in Bruto dixit, Galbam eripuisse sese de flamma iudicij, quum significare vellet eum liberatum esse à periculo iudicialis damnationis. Terent. in Eunuc. Ex flamma te petere cibum posse arbitror. ¶ Præcipitare se ex fumo in flammã, est ita se expedire minore periculo, vt in maximum discrimen se quis coniiciat. ¶ Flamma fumo est proxima. Plautus Curcul. Commonet Adagium periculum maturè fugiendum esse, quíque malum euitare cupiat, ei vitandam prius occasionem.

Flammea viola, Flos coronarij generis, odoris prorsus expers, colore tantùm flammeo in coronamenta expetitus. φλὸξ, φλόγεος. Vide Ruellium lib. 2. cap. 137.

Flammula, læ, diminutiuum est à flamma. {φλόγιον. Ital. *Fiammella.* Gal. *Petite flambe.* Hisp. *Pequeña llama.*} Colum. lib. 9. cap. 14, Vndique papiliones concurrunt, dumque circa flammulam volitant, aduruntur.

Flammeus, a, um, Ignitus, accensus, flammæ calorem referens. {φλόγεος, φλογώδης. Ital. *Di fiamma, fiammeggiante.* Gal. *De flambe ou couleur de flambe, flamboyant.* Hisp. *Cosa toda de llama.*} Cicero 1. de Diuinatione, ex Accio Poëta, Dextrorsum orbem flammeum Radiatum solis liquier cursu nouo. Colum. lib. 5. cap. 5, Quædam partes eius regionis sic infestantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, vt nisi vites tegminibus opacentur, velut halitu flammeo fructus vratur. Cicer. 1. de Natu. deo. Sunt autem stellæ natura flammeæ. ¶ Interdum etiam flammeum dicimus quod flammæ colorem refert, hoc est ardens & lucidum. vnde flammearij dicti sunt qui flammeum colorem tingebant: vt violarij, qui violaceum.

Flammeum, mei, Hermolao genus est veli lutei, seu crocei, quod à nouis nuptiis gestabatur. {πρόκειτο νυμφικὸν. Ital. *Velo piccolo delle spose.* Gal. *Voile jaune que portoyent les nouuelles espousées.* Hisp. *El amarillo della nouia.*} sic dictum quòd eo assiduè vtebatur Flaminica, id est Flaminis vxor. Et quia Flamini nõ erat permissum cum vxore diuortium facere, insticutum est vt etiam nouæ nuptæ hoc amiculi genere vterentur bonorum omnis causa, & in signum indissolubilis coniugij. Lucanus de Marcia iterum nubente Catoni, Lutea demissos velarunt flammea vultus. Plin. lib. 21. cap. 8, Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. ¶ Huius diminutiuum est Flammeolum. Iuuen. Satyr. 10. -sedet illa parato Flammeolo.

Flammearius, rij, {Ital. *Tintore di colore di grana, di scarlatto.* Gal. *Teinturier de scarlatte.* Hisp. *Tintorero de grana.*} Infector flammei coloris: sicut violarius, coloris violacei tinctor, aut certè flammeorum confector, aut venditor. quo amiculi genere nouæ nuptæ vtebantur. κιθαριστὴς ἐσθῆτος. Plaut. in Aulularia, Cinisiones, patagiarij, induviatij, flammearij, violarij, &c.

Flammeolus, Quod flammæ colorem habet, dilutiorem tamẽ. φλογώδης,

Colum.

Colum.lib.12. Preſsáque flammeola rumpatur fiſcina caltha.

Flammo.mas,Incendo, inflammo: & per metaphoram, incito, exacuo. {φλογίζω, πυρόω. Ital. *Infiammare, zittar fiamme, lampeggiare.* Gal. *Iettet flambe, flamber, flamboyer.* Hiſp. *Encender en llama.* } Tacit.lib.18, Nanque omnes exercitus flammauerat arrogantia venientium à Vitellio militum:quod truces corpore,horridi ſermone,cæteros vt impares irridebant. Idem lib.20, His inter ſe vocibus inſiſtentes flammauere inſuper allatæ à Veſpaſiano literæ. ¶ Interdum flammare, abſolutè legitur pro exardere. Vnde Flammantia lumina dicuntur è quibus quidam quaſi flammæ color emicat,quod iratis accidere ſolet. Virg.3. Georg. Exilit in lucũ,& flammãtia lumina torquẽs. Sæuit agris. ¶ Hinc cũponitur inflammo,quod eſt valde vel intus flammo, incendo. Cic.Curioni, Non feci inflammandi tui cauſa,ſed teſtificandi amoris mei.

Flammatus,ta,tum,Incenſus,incitatus. {φλογιζόμενος,φλεγόμενος. Ital. *Infiamato.* Gal. *Rouge comme feu,enflambé.* Hiſpa. *Encendido en llamas.* } Virgil.1. Aen.Talia flammato ſecum dea corde volutans. Flammatus Iupiter, id eſt flammam dextra manu tenens pro ſceptro: ita enim apud antiquos pingebatur. Cicc.1.de Diuin.Principio ætherio flammatus Iupiter igni Vortitur,&c.

Flammeſcere, Eſt accendi, & flamma corripi, φλογοῦσθαι. Ital. *Infiammarſi.* Gal. *S'enflamber.* Hiſp. *Se encender en llama.*

Flammifer,a,um,Flammam afferens,exurens,ſupra modum calefaciens, inflammans. {φλογοφόρος. Ital. *Che abbruſcia,che apporta fiamma.* Gal. *Portant flambes, flamboyant.* Hiſp. *Coſa que trae llamas.* } Cicc.4. Acad.Fer mihi anxiliũ,peſtem abige à me; Flammiferam hãc vim quæ me excruciat.

Flammiger,a,um:vt,Sol flammiger.Vale.5.Argon.

Flammigerare,Flammas emittere. Gellius lib.17,cap.10, Interdiu fumare Aetnam,noctu flammigerare.

Flammigena,næ,E flamma genitus. φλογγενής.

Flammiuomus,a,um,Quod flammas vomit. πυριχόλος.

FLANDRIA,riæ, Regio eſt in finibus Belgarum, ad litora Oceani Septentrionalis poſita: in qua ſunt vrbes inſignes, Gandauum & Brugæ. *Flandres.*

Flator,Flatus, Vide FLO, FLARE.

Flaueo, Vide FLAVVS.

FLAVIA FAMILIA, à flauedine capillorum dicta, quæ tres continuos Romano populo Imperatores dedit, Veſpaſianum, Titum, & Domitianum.

FLAVIA colonia,Paleſtinæ vrbs,primùm ab Herode condita,& in gratiam Tiberij Cæſaris Cæſarea appellata. Poſtea deducta eò à Flauio Veſpaſiano colonia,Flauia appellata eſt. Autor Plin.lib.5.cap.13.

FLAVIOBRIGA, φλαουιόβριγα, Oppidum Vardulorum in Hiſpania citeriori: cuius meminit Plin.lib.4.cap.20.

FLAVIOPOLIS, φλαουιόπολις, Thraciæ oppidum, eo in loco conditum vbi antea Zela fuerat. Autor Plin.lib.4 cap.11.

FLAVIVM, φλάουιον, Norici oppidum eſt apud Plin.lib.3.cap.24.

FLAVINIVM, Locus Italiæ in Sabinis ſub Soracte monte. Vide Seruiũ in illud Virgil.7.Aeneid.Hi Soractis habent arces,Flauiniáque arua.

FLAVONA,penul.prod. φλαούωνα Ptolemæo, Oppidum eſt Illyrici,apud Plinium lib.3.cap.21.

Flauus,a,um,Color ex viridi & rufo & albo concretus:hoc eſt fuluo clarior, qualis eſt color auri,& mellis, & ariſtarum quum iam maturuerunt. {ξανθός. Ital. *Biondo,di color d'oro.* Gal. *Iaune.* Hiſp. *Ruuio ò roxo.* } Flaua mella. Martial.libro 1, Flauáque de rubro promere mella cado. Flauus crinis. Virgil.4. Aeneid.Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat. Flaui capilli.Ouidius lib.2.Faſtorum, Forma placet,niueúſque color,flauíque capilli.Virgil.libro 1.Georg. -neque illum Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo. Vbi Seruius; Flaua Ceres dicitur propter ariſtarũ maturitatem. Sic Flauam aquam, flauas frondes olearum dicimus.

Flauco,es,ui, Flauus ſum, hoc eſt eius colotis cuius eſt aurum. {ξανθίζομαι. Ital. *Biondeggiare,eſſere biondo,di color d'oro.* Gal. *Iaunir,deuenir jaune.* Hiſpa. *Ser ruuio ò roxo.* } Colum.libro 2, cap.21, Sed æqualiter flauentibus iam ſatis, antequam ex toto grana indureſcãt, quum rubicundum colorem traxerunt,meſſis facienda eſt. Virgil.3.Georg. Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas. Idem 10. Aeneid. Tu quoque flauentum prima lanugine malas Dum ſequeris Clytium,&c. Id eſt,habentem malas flauentes.

Flaueſcere, Eſt flauum fieri. {ξανθίζομαι. Ital. *Diuentar biondo, di color d'oro.* Gal. *Iaunir,deuenir jaune.* Hiſpa. *Venir ruuio ò roxo.* } Virgil.4. Aeglo.Molli paulatim flaueſcet campus ariſta. Plinius lib.9.cap.35, Herbulæ ſpicas imitatæ,inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt.

Flecto,is,xi,xum, Torquere,& curuare. {κάμπτω λυγίζω,κάμπτω. Ital. *Piegare,torcere.* Gal. *Flechir, ployer,tordre,courber.* Hiſpa. *Doblegar ò inclinar.* } Plin. 11.cap.45, Elephantus poplites intus flectit, hominis modo. Flectere iter ad locum aliquẽ,eſt curſum eo dirigere,vel iter inſtituere,quod barbari dicũt, *capere viam alicuius loci.* Liu.lib.8.ab Vrbe,Ad Priuernum eos. flexit iter. Idem lib.5,Quod vbi parum proceſſit, ad Brũduſium flexit iter, prodi id oppidum ratus. ¶ Per tranſlationem Flectere animum,hoc eſt attendere, & aduertere. Terent.in Hecy.Iſtuc eſt ſapere, qui vbicunq; opus ſit,poſſis animum flectere. ¶ Flectere aliquem precibus,eſt aliquem exorare,commouere,& in noſtram ſententiam adducere.Cic.4.Acad.Si te oratio Luculli flexit,quæ eſt habita memoriter. ¶ Flectere vocem de Græco. Gell.lib.4. cap.3, Hoc vocabulum eſt de Græco flexum. ¶ Huius compoſita ſunt,Circunflecto, Deflecto,Inflecto,Reflecto,Offlecto, vide ſuis locis.

Flexus,participium. {κεκαμμένος,κεκαμμένως. Ital. *Piegato,torto.* Gal. *Ployé,flechi,tourné.* Hiſp. *Doblegado,inclinado,plegado.* } Ouid.lib.4.Metamor. -flexúmque genu ſubmiſit. Tacitus lib.3,Cæſar flexo in mœſtitiam ore, ſuam inuidiam tali morte quæſitam,&c.

Flexus,us,Eſt curuatio, vel ſubita conuerſio corporis. {λύγισμα, κάμψις, κύκλωσις. Ital. *Piega.* Gal. *Flechiſſement.* Hiſp. *Plegadura.* } Quintil.lib.7.cap.2, Propter flexus capillorũ,pars eſt ſumma capitis,ſcilicet vertex. Idem libro 9.cap.2, Qui curſu parum valent, flexu eludunt. ¶ Flexus ætatis quum ætas vergere incipit,& inclinari. Cicc.in Procem.de Orat.Si infinitus forenſium rerum labor, & ambitionis occupatio decurſu honorum etiam ætatis flexu conſtituſſet.

Flexio, verbale, Flectendi actus. {κάμψις,κύκλωσις. Ital. *Piegamento,inchinamento,torcimento.* Gal. *Flechiſſement,tornegement,courbement.* Hiſp. *Plegadura, obra de doblegar ò inclinar.* } vt, Virilis laterum flexio, Cicc.in Orat. Idem in Piſo. Quos tu mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris: quæ diuerticula flexionéſque quæſiſti?

Flexibilis,le,Quod torqueri,& facilè in quamuis partem curuari poteſt. {κυρτιλός, λυγιστός. Ital. *Pieghevole, facile da piegare.* Gal. *Facile à flechir, ployable.* Hiſpa. *Lo que ſe puede doblegar.* } Ouid.3. Amor.Nobis flexibiles curuatur Apollinis arcus.Cic.pro Milo.Nihil enim eſt tam molle, tam tenerum,tam aut fragile,aut flexibile,quàm voluntas erga vos,ſenſuſque ciuium. Idem 3.de Orat.Nihil eſt tam tenerum,tam flexibile, neque quod tam facilè ſequatur quocunque ducas,quàm oratio. ¶ Flexibilis ætas,per tranſlationem, pro molli,& tenera,quæque facilè flecti poteſt in quancunque partem.Cic.ad Brutum, Videtur enim in eo eſſe bona indoles,ſed flexibilis ætas,multique ad depraũandum parati.

Flexilis,le,pen.corr. Quod facilè flecti poteſt. {λυγώδης, λυγιστός. Ital. *Pieghevole.* Gal. *Facile à flechir.* Hiſp. *Lo que ſe puede doblegar.* } Plin.lib.11.cap. 37, Sed quibus ceruix è multis, vertebrutiſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circunſpectum articulorum nodis iungitur. Ibidem, Item omnium auriculæ, ad nares quæ modicum eminent flexili mollitia. Cornu flexile,Ouid.5.Metam.

Flexuoſus,a,um, Quod varios,vel multos habet flexus: {καμπύλος,ἑλικοειδής. Ital. *Intarchiato, torto in giro.* Gal. *Tortu,qui va en tournoyant.* Hiſpa. *Doblegable,doblegado,plegado.* } vt,Flexuoſa vitis, Cato de Re ruſt.cap.33. Plin.lib.9. cap.20, Hæc omnia flexuoſo corporum impulſu tam mari vtuntur, vt ſerpentes terra. Flexuoſus volatus hirundini, Plin.lib.10. cap.24.Cic.2.de Natu.deor.de auditu loquens,Flexuoſum iter habet, nequid intrare poſſit,ſi ſimplex & directum pateret. Plin.lib.11.ca.37. Hominique flexuoſiſſimis orbibus.

Flexuosè,aduerbium. {καμπύλως, ἑλικοειδῶς. Ital. *Tortamente.* Gal. *Tortuement,en flechiſſant.* Hiſpa. *Doblegablemente.* } Plinius lib.18. cap.35, Si flexuosè voluerit flamma.

Flexanima oratio,Dicitur quæ animum flectere poſſit. ψυχαγωγός. Cic.1. de Oratore, Sed tantam vim habet illa quæ rectè à bono Poeta dicta eſt flexanima,atque omnium regina rerum,oratio,vt non modò inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare: ſed etiam aduerſantem & repugnantem,vt imperator bonus ac fortis,capere poſſit.

Flexumines Equites Romani erant, à flectendis equis dicti. Plin.lib.33. cap.1, Quinetiam ipſum Equitum nomen ſæpe variatum eſt: in his quoque qui ad equitatum trahebantur celeres ſub Romulo, Regibúſque appellati ſunt: deinde flexumines: poſtea troſſuli,quum oppidum in Tuſcis citra Volſinios paſſuum IX. M. ſine vllo peditum adiumento cepiſſent.

Flexura, Flexus,curuatio. {κάμψις, κεκαμπύλωσις. Ital. *Tortura, piega.* Gal. *Ployement,flechiſſure,courbement.* Hiſp. *Plegadura.* } Colum.lib.5.cap.5, Proxima deinde putatione,melius exiſtimat Celſus ferro abſtineri, ipſoſque eoles in modum coronæ contortos arbori circundari, vt flexura materias profundat.

Flexiloquus, λαβύας, ἀμφίλογος. Qui ambigua, & obſcura loquitur. Cicc.1.de Diuinat.Tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen impleuit, partim falſis,(vt ego opinor) partim caſu veris, vt ſit in omni oratione ſæpiſſimè: partim flexiloquis,& obſcuris, vt interpres egeat interprete.

Flegmina,ſiue vt alij ſcribunt, Flemina,dicuntur à Feſto,quum ex labore viæ ſanguis effluit circa talum. Plaut.in Epid. -dum te ſequor, Præ laſſitudine inuaſerunt miſerum in genua flegmina.

Fleo,fles,fleui,fletum,Lachrymas emitto. {δακρύω,κλαίω. Ital. *Lagrimare, piagnere.* Gal. *Pleurer ou plourer.* Hiſpa. *Llorar echando lagrimas.* } Ouid.2. de Reme.amoris,Vt flerent,oculos eruditre ſuos. Idem in Ibin,Non patitur miſeri funera flere viri.Cic.3. Verr.Flebat vterque nõ de ſuo ſupplicio,ſed pater de filij morte,de patris filius.

Fletur,impersonale.Terent.in Andr.In ignem poſita eſt.fletur.Silius lib. 5,Longo æuo flebitur. Compoſitum eſt Defleo,quod eſt flẽdo deploro. κατακλαίω.Cicc.lib.1.Tuſcul.Non exercitu amiſſo nudus in ſeruorum ferrum & manus incidiſſet, nõ liberi defleti,non fortunæ omnes à victoribus poſſiderentur.

Flens,participium. {κλαίων,δακρύων.Ital.*Chi piange.* Gal.*Qui pleure, plourant.* Hiſp.*El que llora.* } Ouid.1. Triſt.Vxor amans flentem,flens acrius ipſa tenebat. ¶ Fleturus.Ouid.4.Triſt.Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum Ipſe fuit.

Fletus,aliud participium,Quem multis lachrymis proſequimur. δακρυβρόος. Virg.6.Aen.Hic multum fleti ad ſuperos,belloque caduci. Id eſt nobiles & conſpicui,quorum mortem magna lamentatio ſequitur.

Fletus, ſubſtantiuum. {δάκρυον, κλαυθμός. Ital. *Pianto,ramarico.* Gal. *Pleur, pleurement.* Hiſp. *Lloro, obra de llorar con lagrimas.* } Cicc.ad Terentiam, lib. 14. Id quod ego maximo cũ fletu legi. Idem pro Roſc.Amer.Quod Amerinis vſque eo viſum eſt indignum,vt vrbe tota fletus,gemitúſque fieret.Quintil.lib.5.cap.11,An verò me de incommodis vitæ differentem non adiuuabit earum perſuaſio nationum quæ fletibus natos, lætitia defunctos proſequuntur?

Flebilis,le,Quod dignum eſt vt defleatur. {κλαυθμυρός,δακρυώδης.Ital.*Pieno di pianto, ò degno d'eſſer pianto, & lamentato.* Gal. *Plein de pleurs, qu'on doit pleurer,ou qui incite à pleurer.* Hiſp. *Coſa digna de ſer llorada.* } Horat. libro 1, Carm.Multis ille quidem flebilis occidit, Nulli flebilior, quàm tibi Virgili.Cic.11.Philip.Ponite ante oculos P. C. miſeram quidẽ illam,& flebilem ſpeciem,ſed ad incitandos animos veſtros neceſſariam.

Flebiliter,aduerbium,Cum fletu. {γοερῶς,κλαυθμῶς.Ital.*Piangendo,dolentemente.* Gal.*En pleurant,triſtement.* Hiſp.*Llorando y gimiendo.* } Cicc.2. Tuſc. Vide quàm flebiliter reſpondeat. Liu.1.ab Vrbe,Soluit crines,& flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat.

VLENO, Rheni fluminis oſtium, vt ſcribit Pomponius Mela, libro 3. Plinius libro 4. cap.15, alterum oſtiorum Rheni, Fleuum: alterum, Helinium appellatum ſcribit. ¶ Corneiius Tacitus libro 3, Fleuum caſtellum eſſe ait prope Rheni in Oceanum exitum, à quo aut ſumptum nomen, quòd aluco daretur: aut certè prius ab aluco natum, in ca-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtello retentum eſt.

Fligo,gis,xi,ctum,Antiquiſſimi vſi ſunt pro percutio.¶ Ital.*Percuotere.* Gal.*Frapper, donner coups.* Hiſpa. *Herir.*¶ Liu.Andron.in Aegiſtho,vt citat Nonius,Ipſe ſe in terram ſaucius fligit cadens. ¶Huius compoſita ſunt,Affligo,Confligo,Infligo,& Profligo. Quorum ſignificationes vide ſuis locis.

Flictus,verbale,Idem ſignificans quod ictus.¶ Ital.*Ferita.* Gal.*Coup, frappement.* Hiſpa. *Herida.*¶ Silius lib.1, -galea horrida flictu Aduerſæ ardeſcit galeæ- Virgil.9. Aeneid.Dant ſonitum galeæ flictu: pugna aſpera ſurgit. Quo in loco Seruius putat dictum eſſe flictu pro afflictu,per aphæreſin.

Flo,as,aui,atum,Spiro.¶ Ital.*Spirare, ſoffiare.* Gal.*Souffler.* Hiſpa.*Soplar, reſpirar.*¶ Plin.lib.27. cap.24, Hinc enim ſi flauerit circa brumam, exurit frigore arefaciens. Cæſar 5.bel.Galli.Quòd Corus ventus nauigationem impediebat,qui magnam partem omnis temporis in his locis flare conſueuit. Cice.Atti.lib.7, Belle nobis flauit ab Epiro leuiſſimus Auſter. ¶Flare ſimul & ſorbere, prouerbiali metaphora dicitur pro eo quod eſt,duabus rebus diuerſiſſimis,naturáque diſiunctis, eodem tempore operam dare.Plaut.Moſtel. Simul flare,ſorberéque haud factu facile eſt: ego hîc eſſe, Et illic ſimul haud potui. ¶Aliquãdo flare,ſignare eſt: quòd æs ſiue argentum flando, hoc eſt flatu calefaciendo,ſignetur.¶ Hinc flatum æs, & flata pecunia dicitur. ¶Huius compoſita ſunt,Afflo,Conflo,Deflo,Diffio,Inflo,Perflo,Reflo,Sufflo, de quibus vide ſuis locis.

Flatus,us,Spiritus,ventus,flamen.¶ Ital.*Fiato,ſoffio de vento.* Gal.*Souffflement.* Hiſp.*Obra de ſoplar,viento.*¶ Cic.in Arato,Aram quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri. Et paulò pòſt, Aeſtiferos validis erumpit flatibus ignes. Idem 1.Offic.Quum proſpero flatu iudiciorum vtimur.

Flamen,minis,neutri generis,Flatus dicitur, à flo flas.¶ Ital.*Soffiamento.* Gal.*ſouffflement.* Hiſp.*Obra de ſoplar ſoplo.*¶ Horat. -cur Berecyntiæ Cessant flamina tibiæ? Virgil.10. Aeneid. -ceu flamina prima Quum deprenſa fremunt ſyluis,& cæca volutant Murmura,venturos nautis prodentia ventos.

Flabilis,le.¶ Ital.*Che ſi puo ſoffiare.* Gal. *Souffiable, qu'on peut ſouffler.* Hiſp.*Coſa que ſe ſopla ò puede ſoplarſe.*¶ Cic.1. Tuſc.Nihilne aut humidum quidem,aut flabile,aut igneum? Flabile dixit pro aërio.

Flabrum,bri,vel potius Flabra,orum, pluraliter tantùm (vt Seruius docet)à verbo Flo,as:ſunt flatus, vel flamina ventorum.¶ Ital.*Soffio da venti.* Gal.*Eſuentement,eſuentoir ſouffflement.* Hiſp.*El ſoplo ò viento.*¶ Propert.libro 2, Neque hîc Boreæ flabra neque arma timet, id eſt flatus. Virgil.2. Georg.Ergo, non hyemes illam, non flabra nec imbres Conuellunt.

Flabellum,li,diminutiuum,& accipitur pro inſtrumento quo fit ventilatio per æſtatem ad refrigerandum corpus.¶ Ital.*Suentolo,paramoſche.* Gal.*Eſuentoir,dequoy on s'eſuente par temps de chaleur.* Hiſp.*El moſcadero.*¶ Terent.in Eunu.Heus,inquit,Dore,cape hoc flabellum,& ventulum huic ſic facito,dum lauamur. Onidius de Arte amandi, Proficit & tenui ventos mouiſſe flabello. ¶Flabellum ſeditionis, per tranſlationem. Cicero pro Flacco, Cuius lingua quaſi flabello ſeditionis, illatum eſt egentium concio ventilata.

Flabelliſer,adiectiuum.¶ Ital.*Chi porta ventolo.* Gal.*Qui porte l'eſuentoir.* Hiſpa. *El que trae el moſcadero.*¶ Plautus. Trinum. -flabelliferæ, ſcandaligerulæ, Cantrices,ciſtellatrices,nuntij,renuntij.

Flator,oris,Ab antiquis dicebatur quem nos tibicinem vocamus: ab inflatu tibiarum deducta appellatione. Autor Feſtus.¶ Ital.*Trombetta.* Gal.*Trompete.* Hiſp.*Trompeta.*

Floces vini,Vuarum purgamenta:hoc eſt fæx vini ex vinaceis expreſſa: ſicut fraces oliuarum.¶ Ital.*Feccie di vino.* Gal. *Lie de vin.* Hiſpa.*Hez es del vino.*¶ Gellius lib.11.cap.7, Item floces audierat priſca voce ſignificare vini fæcem è vinaceis expreſſam, ſicuti fæces ex oleis. Cæcili.Aedepol ego neque fiorem,neq; floces volo mihi,vinum volo. Gellius.Apludam edit,& floces bibit. Vox eſt obſoleta.

Floccus,flocci,Lanarum particula diuiſa à velleribus inutiliter euolans.¶ Ital.*Fiocco di lana ò d'altro.* Gal.*Vn lopin ou floquet de laine qui vole en l'air ou s'attache quelque part.* Hiſpa.*Fluoco coma de pãño ò coſa ſemejante.*¶ Varro, Diligẽtiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent,ne qui flocci intereant. ¶In veſtibus item flocci dicuntur lanæ particulæ eminẽtiores,quæ filum tegunt. Vnde Celſus ſigna mortiferi morbi eſſe ſcribit, ſiquis in febre & acuto morbo manibus in veſte floccos legit, (quod Græci¶ appellant)ſimbriáſve deducit. Plin.lib.10. cap. 33, Hirundines nidum mollibus plumis floccíſque conſternunt. ¶Et quia floccus res eſt nullius pretij, factum eſt vt dicamus Floccifacio, & Floccipendo,pro contemno,& in nulla æſtimatione habeo.¶ Plaut.in Epid.Dum tibi ego placeam,atq; obſequar,meũ tergum floccifacio. Terẽt.in Eunuc.Inuidere omnes mihi,mordere clanculum: ego nõ floccipendere. Idem autẽ ſignificant Floccifacere aliquem,& nõ facere flocci,diuiſa compoſitione.Cic.ad Attic.lib.4,Toquem,& nõ facere flocci,diuiſa compoſitione.Cic.ad eundem,lib.13,Hoc tam denique Rempub.flocci nõ facere. Idem ad eundem,lib.13,Hoc ipſum quantum acceperit,prorſus aueo ſcire:nec tamen floccifacio.

Floccelus,diminutiuum.¶ Ital.*Picciolo fiocco.* Gal.*Vn lopinet ou floquet.* Hiſpa.*Pequeño flueco.*¶ Plin.lib.16.cap.7, Naſcuntur in robore piſi luſæ nucibus non abſimiles,intus habentes floccelos molles, lucernarum luminibus aptos:nam & ſine oleo flagrant.

FLORA,æ, Dea quædam à Romanis in honore habita,quam floribus præeſſe volebant. Hanc meretricem fuiſſe aiunt, quæ quum magnas opes corporis quæſtu quæſiuiſſet, populum Romanum ſcripſit hæredem,certámque pecuniam reliquit,cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editione ludorũ quos appellant Floralia.ſiue ludos Florales. Quod quia Senatui flagitioſum tractu temporis videbatur,ab ipſo nomine argumẽtum ſumi placuit,vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt eſſe,quæ floribus præſit, eámque opportere placari, vt fruges cum arboribus aut vitibus bene proſpereque floreſcerent. Celebrabantur illi ludi omni cum laſciuia,conueniẽtes memoriæ meretricis: præter verborũ licentiam nudabantur flagitante populo meretrices,quæ mimarũ functę officio,in cõſpectu multitudinis ad ſatietatem vſq; impudicis motibus detinebantur. Hæc à Græcis¶ dicitur.Ouid.4.Faſtor.Chloris eram quæ Flora vocor.

Floralia,rium,Dies feſti,ludique in honorem Floræ inſtituti,quæ florum dea habita fuit.¶ Quintil.lib.1.cap.9,Quædam tamẽ & faciem ſolœciſmi habent,& dici vitioſa non poſſunt: vt,Tragœdia Thyeſtes, & Ludi Floralia, ac Megaleſia.Ouid.4. Faſto.Exit & in Maias feſtum Florale Calendas.¶Floralia etiam dicuntur loca in quibus ſunt flores. Varro lib.1.de Re ruſt.cap.23, Nec minus ea diſcriminanda in conſerendo quæ ſunt fructuoſa,ab iis quæ fiunt propter voluptatem:vt quæ pomaria,aut floralia appellantur.

Floralitius,a,um, adiectiuum à Floralibus deductum, quo id ſignificatur quod ad Floralia pertinet,aut quo in Floralibus vtebãtur. Martia. lib.8,Et Floralitias laſſet arena feras.

FLORENTIA,æ,Vrbs eſt inſignis Hetruriæ, olim Fluentia dicta, quòd ſita ſit ad fluẽtum Arni fluminis:& populi ipſi, Fluentini: quorum meminit Cato in Originibus,vt refert Angelus Politianus in quadã Epiſtola ad Bartholomæum Scalam. Vulgò *Fierenza.*

FLORIANVS, Imperator, qui Tacito ſucceſſit: dolens Probum militiæ peritum à magna exercitus parte eſſe electum,ſibiipſi venas incidit,effuſóque ſanguine conſumptus eſt. Autor Aurelius.

Flos,huius floris,maſcul.gen. A Græco nomine¶ vt quidam putant, quia emicat,ſcintillátque vt flamma.¶ Ital.*Fiore.* Gal.*Fleur.* Hiſp.*Flor.*¶ Plin.lib.11.cap.10.Flos arboribus ſuauitate inenarrabili. Ouid. 9.Metam.Naiades hoc pomis,& odore flore repletum, Sacrarũt.Virgil.4.Aeglo.Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. ¶Per tráſlationem accipitur pro ornamento,ſiue decore,Cic.2. Philipp.Nobilitatis, ac flos iuuentutis. Plautus in Caſi.Ea tempeſtate flos Poetarum fuit, id eſt excellentiſſimus inter poẽtas. Flos ætatis,id eſt vigor,ſiue integra ætas, qualis eſt iis qui iam iuſtum incrementum ſunt adepti.¶ Cic.4. Philipp.Gratia non virtute, ſed ætatis flore collecta. Flos iuuentæ,apud Virgil.5.Aene.Et primo fiore iuuentæ. ¶Nonnunquam etiã pro virginitate. Catul.in Epithalamio, Sic virgo dum caſta manet, tum chara ſuis:ſed Quum caſtum amiſit polluto corpore florem, Nec pueris iucunda manet,nec chara puellis. ¶Flos vini, dicitur exigua quædam quaſi ſpuma quæ vino in doliis ſupernatare ſolet in modum pollinis farinæ, eodem ferè tempore quum in vitibus florent futuri racemi. Plin.lib.14.cap.21,Flos vini candidus probatur,rubens triſte ſignum eſt, ſi non is vini color ſit. Aliquãdo etiam Flos vini accipitur pro vini odore. Plautus in Curc. Flos veteris vini naribus meis obiectus eſt. ¶Flos æris,eſt portio æris tenuiſſima quæ ab ære expuitur,quum frigida affuſa extinguitur.¶ Solet autem inueniri in fundo vaſorum inſtar granorũ milij,colore æris rubri. Eſt autem hoc omnino diuerſum à chalcanto. Vide Galenum lib.9.de Facul.ſimplicium medicament. Flos ſalis, portio ſalis leuiſſima & candidiſſima,fauillæ ritu effloreſcens.¶ Hoc præterea nomine ab antiquis dicebatur res à ſuperiori diuerſiſſima, humidioriſque naturæ,& coloris crocei, & ſalis quaſi quædam rubigo, odore quoque ingrato,ceu gari. Inuenitur in Aegypto, Nilo fluuio & fontibus quibuſdam innatans. Naturam habet aſperam,excalfactoriam & ſtomacho inutilem. Vide Plin.lib.31.cap.7,& Dioſcoridem lib.5.cap.83.

Floſculus,diminutiuum.¶ Ital.*Fior picciolo.* Gal.*Vne fleurette ou petite fleur.* Hiſp.*Pequeño flor.*¶ Cic.2.Offic.Picta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt.

Floreus,a,um,Quod eſt ex floribus.¶ Ital.*Coſa che ſia di fiore.* Gal. *De fleurs.* Hiſpa.*Coſa florida.*¶ vt,Florea corona. Plautus in Menæch.Non ego te modò hîc ante ædes cum corona florea Vidi aſtare? Martialis,Et cingant florea ſerta caput.

Floridus,a,um,Quod floribus abundat,ſiue quod ex floribus confectum eſt.¶ Ital.*Di fiori.* Gal.*Floriſſant,plein de fleurs.* Hiſpa.*Coſa florida, ò florecida.*¶ Tibul.lib.1.Eleg.2. -quum poſti florida ſerta darem. Floridus homo.Cice.de Claris oratio.At eſt floridior, vt ita dicam, quàm Hyperides,quàm Lyſias. Floridus color. Plin.lib.35. cap.6, Sunt aut colores auſteri,aut floridi.

Floridulus,diminutiuum:¶ vt,Ore floridulo nitens,Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Floriger,& Florifer,ferens Flores.¶ Ital. *Che produce fiori.* Gal. *Portant fleurs.* Hiſpa. *Coſa que trae flores.*¶ vt, Saltus floriferi, apud Lucretium libro 3.

Florilegus,a,um, Qui flores legit: vel qui aliquid ex floribus colligit.¶ Ital.*Che raguna fiori.* Gal. *Cueillant fleurs.* Hiſ.*El que coge flores.*¶ vt, Apes florilegæ.Ouid.15.Metam.Florilegæ naſcuntur apes.

Florulentus, Floribus plenus.¶ Ital. *Pieno di fiori.* Gal. *Plein de fleurs.* Hiſp.*Lleno de flores.*¶

Floreo,res,rui,Eſt floridum eſſe,ſeu flores producere.¶ Ital.*Fiorire.* Gal.*Fleurir,eſtre en fleur.* Hiſp.*Floreſcer.*¶ Cic.1. Tuſc.Segetes largiri fruges,florere omnia,fontes ſcatere.Plin.lib.19.cap.6, Florent verò cum fraxino ſerpillum,abrotonum,&c. ¶Per tranſlationem, eſt vigere, aut in aliqua proſperitate eſſe,ſiue excelliere.¶ Cic.in Læl.Magnáque Græcia quæ nunc quidem deleta eſt,tum florebat inſtitutis & præceptis.Lactant.lib.6,Iniuſti ac Deum neſcientes,& diuitiis,& potentia,& honoribus florent.Cice.11. Philip.Nihil enim ſemper floret:ætas ſuccedit ætati,&c. Ouid.Nos quoq; floruimus,ſed flos fuit ille caducus. Florentiſſima fortuna.Cice.ad Att.lib.10 Idem 1.de Legibus,Qua nihil à diis immortalibus vberius,nihil florentius, nihil præſtabilius hominum vitæ datum eſt. Huius compoſita ſunt Defloreo.Efflorreo.& Refloreo.de quibus ſuis locis

Floreſco,is,re, Eſt floridum fieri.¶ Ital. *Diuenir fiorido.* Gal. *Deuenir fleuri,fleurir.* Hiſp. *Floreſcer.*¶ Colum.libro 5, Ventíque nebulam & rorem peſtiferum celeriter aſſiccant, multúmque ad floreſcendum & ad bonitatem vini conferunt.Varro lib.1.de Re ruſt.Pratum aqua defendi debet antè quàm floreſcere incipiat. ¶Per metaphoram pro augeri, ſiue creſcere.¶ Cice.pro Marcello, At verò hæc tua iuſtitia, & lenitas animi floreſcet quotidie magis, ita vt quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus, Cicero pro Cælio, Nolite Iudices hunc nunc primum floreſcentem ſtirpata iam ſtirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut ſubita tempeſtate peruertere.

Floriferum,

Fluvestrium, Dies erat festus apud Romanos, ita dictus quòd eo die spicæ ad lactiferam ferebantur. Festus. ἀπὸ τοῦ ῥέω.

Fluctuare, Fluctisonus, Fluctus, Fluito, Flumen, Vide FLVO.

Fluo, is, xi, xum, Proprie decurro. ῥέω, ῥεύσομαι. Ital. *Correre, scorrere.* Gal. *Couler, fluer.* Hisp. *Correr la cosa liquida.* Virgil. lib. 1. Georg. Hæc eadem argenti riuos, æriſque metalla Oſtendit venis, atque auro plumbum fluxit. Cic. 1. de Diuinat. Fluminaque in contrarias partes fluxerunt. Idem 6. Verr. Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit. ¶ Quoniam verò ex quæ fluunt, latius diffundi videntur, fluere quandoque capitur pro latius atque vberius excreſcere. Virgil. 2. Georg. -tum demique ingens Exercet imperia, & tamos compelcit fluentes. ¶ Rurſus, quia quæ decurrunt, quodammodo minui videntur, fluere pro deficere ſumitur. Virgil. 2. Aeneid. Ex illo fluere, ac retrò ſublapſa referri Spes Danaûm. Hinc fluxa dicimus quæ inſtabilia, ac momentanea ſunt, & citò peritura. ¶ Item procedere, naſci. Lactant. lib. 2, Ab hac gente proximi quique populi multitudine increſcente fluxerunt. ¶ Huius compoſita ſunt, Affluo, Cõfluo, Defluo, Circumfluo, Diffluo, Interfluo, Perfluo, Profluo, Præfluo, Præterfluo, Refluo, Superfluo, Subterfluo, Tranſfluo. De quibus ſuis locis.

Fluentum, ti, Paruum flumen, ſiue decurſus aquæ. ῥεῦμα, ῥεύματος. Ital. *Fiumicello, torrente.* Gal. *Cours d'eau, petite riuiere ou ruiſſeau d'eau.* Hiſp. *El rio ò el corriente de la agua.* Virgil. 4 Aen. Qualis, vbi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo.

Fluentiſonus, a, um, ἠχήεις καὶ κελαδεινὸς θόρυβον. Ital. *che fa gran ſtrepito.* Gal. *Qui par abordement d'eau rend grand bruit.* Hiſ. *Coſa que ſuena con aquel ruydo.* vt, Littus fluentiſonum, apud Catullum in Argon. κυμαινομένου πόντου ἠχήεντα κέλευθα.

Fluctus, us, ui, Moles aquæ vi venti concitatæ, quæ vulgò *Vnda* dici ſolet. κῦμα. Ital. *Onda.* Gal. *Le flot.* Hiſ. *La onda dela mar ò dela agua.* Cic. 6. Verr. Qui fluctu totus operiretur, niſi munitione, ac mole lapidum in mari diiunctus eſſet. ¶ Fluctus, pro impetu. Cic. ad Attic. li. 7. Fluctum enim totius barbatiæ vnâ ferre vtbs non poterat. ¶ Fluctus fortunæ. Plin. lib. 5. ca. 17, Quos vita feſſos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.

Fluctifragus, ga, gum. κυμαγὴς παραγής. Ital. *che rompe le onde.* Gal. *Le bord de la mer qui rompt l'impetuoſité des flots.* Hiſp. *Que quiebra las ondas.* vt, Littus fluctifragum, hoc eſt fluctus ipſos frangens, κυμαγὴς παράκτης. Lucret. Deniq; fluctifrago ſuſpenſæ in littore veſtes.

Fluctiuagus, Quod fluctibus vagatur, aut agitatur. κυματοφόρος. Ital. *Coſa che va vagando per l'onde.* Gal. *Qui vague par les ondes & par la mer.* Hiſp. *Coſa que anda por las ondas.* Vnde Nautæ fluctiuagi, & Vnda fluctuaga appellatur à Papinio.

Fluctuo, as, Proprie eſt fluctibus agitari. κυμαίνω, κυματόω, κλύζω. Ital. *Ondeggiare.* Gal. *Faire vagues & onder, flotter ſur l'eau.* Hiſpa. *Ondear ò leuantar ondas en la mar.* Plaut. in Rud. Atque vt nunc validè fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt. Cic. 7. Verr. Quadriremémque in ſalo fluctuantem reliquerat. ¶ Per metaphoram etiam tranſſumitur pro iactari, dubitare, & diuerſis cogitationum quaſi fluctibus, & veluti marino quodam æſtu agitari. Virgil. 8. Aeneid. -magno curarum fluctuat æſtu. Liu. 3. bel. Maced. Epheſi regem eſt conſecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello. ¶ Pro eodem etiam legitur fluctuor deponens. Liu. 5. bel. Mac. Fluctuantur incerti animi. Curtius, Fluctuari animo Rex, & modò ſuum, modò Parmenionis conſilium expendere. ¶ Accipitur etiam nonnunquam fluctuare pro fluitare & ſupernatare. Plin. lib. 36. cap. 17, Lapidem è Scyro inſula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Fluctuatus, participium. κυμαινόμενος, κυματούμενος, τὸ πλεῖστον. Ital. *Trauagliato dalle onde.* Gal. *Iette & agité du flot.* Hiſp. *Ondeado, echado por las ondas.* Plin. lib 4. cap. 12, Delos diu fluctuata, vt proditur, ſola motum terræ non ſenſit. Idem lib. 9. cap. 8 Et ſopitus (vt apparuit) odoris nouitate, fluctuatúſque ſimilis exanimi, caruit hominum conuerſatione.

Fluctuatio, verbale: κυμάτωσις, ζάλη. Ital. *Ondeggiamento, dubbietà, incertezza.* Gal. *Flottement, agitation du flot &c. la, double incertitude.* Hiſp. *Agueſta obra de baxar ondas, duda.* vt, Fluctuatio ſtomachi. Plin. lib. 20. ca. 8, Validius cocta fluctuationes ſtomachi ſiſtit, & ventris. ¶ Fluctuatio animorum. Liu. 9. ab Vrbe, In ea fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe.

Fluctuoſus, Vndoſus, procelloſus, inquietus. κυματώδης. Ital. *Procelloſo, tempeſtoſo.* Gal. *Plein d'ondes & de vagues.* Hiſp. *Lleno de ondas, ondoſo.* vt, Mare fluctuoſum. Gemmæ fluctuoſæ, quæ maculas habent fluctui quandam ſimilitudinem referentes. Plin. lib. 37. cap. 5, Ii ſunt fluctuoſi & rerum imagines complexi, vt verbi gratia, papauerum, aut animum, pinnarumque, vel catulorum, & ſimilium. Loquitur de ſmaragdis.

Fluctuatim, aduerb. Iactãter, ſoluté. κυμηδὸν, ἐκλελυκυμασμένως. Ita. *Ondeggiando, con iattanza.* Gal. *En maniere de flot, orgueilleuſement.* Hiſ. *En guiſa de vndas, vanaglorioſamente.* Afranius, Volo fluctuatim ire ad illum. Nonius.

Fluxus, a, um, Quod fluit. ῥόος, ῥοώδης. Ital. *Che ſcorre, che paſſa toſto.* Gal. *Qui a cours, qui eſt de peine durée & paſſe legerement.* Hiſp. *Lo liquido que corre.* Plin. lib. 9. ca. 38, Quoniam quum ſortificauere, fluxos habent ſuccos. ¶ Per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt inſtabile momentaneum, & citò periturum. ἐλισσόμενον. tracta eſt metaphora ab aqua fluuiali, quæ nunquam in eodem loco conſiſtit, ſed cito præterfluit. Virgil. lib. 10. Aeneid. Nóſne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur? Sall. in Catil. Nam diuitiarum & formæ gloria, fluxa & fragilis habetur. ¶ Aliquando capitur pro laxo, ac minimè aſtricto. Vnde Parthorum veſtimenta fluxa fuiſſe Lucanus ſcribit, Illic & laxas veſtes, & fluxa virorum Velamenta vides. Sic Suetonius in Cæſ. cap. 45, Fluxiore cinctura cingeretur. Et Virg. 1. Aen. veſtium ſinus fluentes dixit. Apuleius lib. 2, accepit paſſiuè, Fontanos, inquietos, latices, de corporibus humanis fluxos. ¶ Et fluxi dicuntur remiſſi, ſoluti, libidinoſi, molles, effœminati. Suetonius in Tiberio, Druſus animi fluxioris, remiſſioriſq; vitæ erat. Matt. Cinædo cuitatior fluxo.

Fluxè, aduerbium, Idem quod affluenter, abundanter. ῥοωδῶς, ῥόον. Ital. *Abondantemente.* Gal. *En abondance, abondamment, largement.* Hiſ. *Abundantemente.* Ital. *Auantemente.* Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 11, Et eo magis fluxè ex herba quæ eadem ipſa ſumpta, perpurgare corpora noſtra ſolet.

Fluxio, verbale, Actus ipſe fluendi, vel profluuium. ῥοὴ, ῥεῦμα. Ital. *Fluſſo, colamento.* Gal. *Flux, coulement.* Hiſpan. *Corrimiento delo liquido fluxo.* vt, Fluxio aquarum, apud Cic. lib. 1. de Diuin. & Fluxiones ſanguinis, apud Plin. lib. 20. cap. 14.

Fluito, as, pen. corr. Frequentatiuum, Sæpe, ſiue continuè fluo. ῥεμβάζω. Ital. *Scorrere di continuo.* Gal. *Flotter, nager ſur l'eau.* Hiſp. *Correr continuamente la liquido.* Liu. lib. 1, Tenet fama, quum fluitantem alueum in quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua detinuiſſet. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro ſupernatare. ἐπιπλέω, ἐπιπλώζω. Plin. Omnes pices, quum ſunt extincti, fluitant, exceptis anguillis. ¶ Aliquando fluitare eſt nutare, quod Terentius vocat labaſcere. Tacitus lib. 18, Vnde primum creditur Cecinnæ fides fluitaſſe. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, -in amore hæc ſunt mala, bellum, Pax rurſum: hæc ſi quis tentaſſis propè ritu Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret Reddere certa ibi nihilo plus explicet, ac ſi Inſanire paret certa ratione.

Fluidus, a, um, pen. corr. Modò liquidum & diffluctem ſignificat. ῥευστὸς, ὑγρός. Ital. *Humido, liquido.* Gal. *Coulant, qui coule & glisse aiſement.* Hiſp. *Liquido, que corre aſsi como agua.* Plin. lib. 9. cap. 30, Viuum hoc animal niſi viuum feruenti aqua coquatur, fluida carne non habet callum. ¶ Nonnunquam tranſſumitur pro languidus hinc marcidus. vnde Liu. lib. 4. bel. Macedo, vocat corpora Gallorum emollita & fluida.

Flumen, inis, Idem quod fluuius, hoc eſt aqua continuè decurrens, & perennis: & maior eſt quàm riuus. ποτάμιος. Ital. *Fiume.* Gal. *Vn fleuue, vne riuiere.* Hiſp. *El rio.* Torrens contrà, qui ætate ſiccatur. Horat. 2. Carm. Ode 6. Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. Virgil. 4. Georg. At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit. ¶ Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur, capitur pro fluxu, ſeu curſu. ῥοὴ ὕδατος. Plin. Ne flumini eius itus eſſet impedimento. ¶ Hinc Flumentana porta Romæ, quam Tyberis vrbe intrans, in ſiniſtra ripæ parte relinquit: ita dicta quòd pars Tyberis per eam partem, vbi nunc hæc porta ſita eſt, fluxiſſe creditur. Autor Feſtus. ¶ Magno flumini riuulum inducis, ποταμῷ μεγάλῳ χειμάρρους ἐπιρρεῖς. Id eſt maximis rebus pusillum & inutile momentum addis.

Flumineus, a, um. vt Aqua fluminea, quæ ex flumine eſt. ποτάμιος. Ital. *Di fiume.* Gal. *De fleuue ou de riuiere.* Hiſp. *Coſa de rio.* Ouid. 4. Fast. Ne lua fluminea corpora mergat aqua. Idem 2. Metam. Flumineæ volucres medio caluere Cayſtro.

Fluminoſus, a, um, Quod fluminibus abundat. ποταμώδης. Ital. *Pieno di fiumi.* Gal. *Plein de riuieres.* Hiſp. *Lleno de rios.* vt, Regio fluminoſa, id eſt fluminibus multis irrigua.

Fluuius, quòd fluat ſemper, Idem quod flumen. ποτάμιος. Ital. *Fiume.* Gal. *Vn fleuue, vne riuiere.* Hiſp. *El rio.* Plaut. in Curc. Quinam hic fluuius eſt quem non recipiat mare? Virg. 3. Georg. -& acti Carpere prata fuga, fluuiósque innare rapaces. Horat. 4. Carm. Ode 12, Nec fluuij ſtrepunt Hyberna niue turgidi. ¶ Fluuius cum mari certas, ποτάμιος ἁλὶ πολεμίζει. Vbi minimi cum maximis certamen ſuſcipiunt. Suidas. ¶ Fluuius nõ ſemper fert ſecures, οὐκ ἀεὶ ποτὰμὸς πέλεκυν φέρει. Non protinus tibi ſperes idẽ quod aliis feliciter ceſſit. Natu ab apologo Aeſopico: Cuidã ſyluam cædenti ſecuris è manibus excidit, Mercurius inuocatus reddidit argenteam. ¶ Iuxta fluuium puteum fodit, πλησίον ποταμοῦ φρέαρ ὀρύσσει. De ſitiam & ignem ſumente operã. Putei enim fodiuntur ob aquarum inopiam. ¶ Fluuius quæ procul abſunt irrigat, ποτὰμὸς τὰ μὲν πόρρω καίζει, τὰ δ' ἐγγὺς κατακλύζει, id eſt Fluuius quæ longè diſſita ſunt irrigat: quæ proxima ſunt præterit. De iis dici conueniet, qui benemererentur de externis & nihil ad ſe pertinentibus, ſuos negligunt. Apparet inde ductũ, quòd vbi fluuius oritur, minor eſſe ſolet, minuſq; argillę ſecum trahens: & quo longius receſſit à fonte, hoc eſt copioſior vberiorq;. Diogenianus. ¶ Per fluuiũ traducere, διαβιβάζειν τὸν ποταμόν, dicebantur qui difficultatẽ explicabant rei quam imperitiores aut inualidiores explicare non poterant. Tranſlatũ à torrentibus aut fluuiis profundioribus, quàm vt cuiuis tutum ſit traijcere. Plato lib. de leg. 10.

Fluuialis, le, Quod ex fluuio eſt. ποτάμιος. Ita. *Fluuiale, di fiume.* Gal. *De fleuue, de riuiere.* Hiſp. *Coſa de rio.* vt, Aqua fluuialis, & fluuialis lupus, hoc eſt fluuiatilis, qui in fluuio viuit, Colum. lib. 8. cap. 16. Virgil. 4. Aen. Die corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Idem 2. Georg. Vimina per ſyluam, & ripis fluuialis arundo Cæditur.

Fluuiatilis, le, pen. corr. Idem quod fluuialis, quod in fluuio viuit. ποτάμιος. vt, Piſces fluuiatiles, fluuiatilis auis, fluuiatilis arena, quæ in fluuiis eſt. Plin. lib. 36. cap. 23, Arenæ tria ſunt genera, foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatilis, ac marina.

Fluuiaticus, Idem quod fluuiatilis. Colum. lib. 8. cap. 15, Vbi deliteſcentibus fluuiaticis animalibus inſidientur.

Fluuiatus, a, um, In flumine maceratus. ὁ ἐν ποταμῷ βεβρεγμένος καὶ ὑδατόκλυστος. Ital. *Bagnato ne fiume.* Gal. *Trempé dans vn fleuue.* Hiſ. *Mojado en el rio.* Plin. li. 16. ca. 39, Abietis quæ pars à terra fuit, cnodis eſt: hæcq; quã diximus ratione decorticatur. Sic dicere poſſumus cannabẽ fluuiatam.

FLVONIA, æ, Iuno, quam mulieres colebant, quòd ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Bocatius in Genealogia deorum.

Fluſtrum, tri, Ital. *Bonaccia.* Gal. *Bonace, calme.* Hiſ. *Bonança, calma.* Status, & tranquillitas maris, quum fluctibus non agitatur: hanc Græci γαλήνην vocant. Autor Feſtus.

Flutæ, arum, Anguillæ, ſiue murænæ dicebantur in freto Siculo, propterea quòd Sole torrefactæ, quum ſe curuare, aut mergere non poſſint, aquis ſuperfluant. πλωτὴ. Macrob. lib. 3. cap. 15, Accerſebantur murenæ ad piſcinas noſtras vbis abúſque freto Siculo, quod Rhegium à Meſſana deſpicit. Græcè πλωτὴ vocantur, Latine fluta, quòd in ſummo ſupernatent, ſole torrefactæ, curuare ſe poſſe, & in aquam mergere deſinunt. Colum. lib. 8. cap. 17, Item flutas, quæ maximè probantur, murænas, & ſiquæ ſunt ſaxatiles notæ, quarum pretia vigent.

Fluuialis, Fluuius, Fluxio, Fluxus, Vide FLVO.

F ante O

Focale, lis, pen. prod. Genus eſt ligaminis, & faſcia quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronuntiationi cõducens. περιτραχήλιον, λάρυγγος σκέπασμα. Ital. *Faſcia da inuilupare la gola.* Gal. *Vn linge dequoy on enuelope la gorge.* Hiſp. *La boca que ſe rodea al cuello.* Dictũ focale à faucibus, au in o mutata, quod etiã cõtingit in verbis ſuffoco, & præfoco. Seneca li. 3. Nat. quæſt. Videbis quoſ ſi graciles, & palliolo, focaliq; circundatos, pallentes & ægros. Quint. li. 11, Palliolũ, ſicut faſcias,

quibus crura vestiuntur,& focalia,& ligamina auriũ,sola excusare potest valetudo. ¶ Sunt qui putent aliquãdo accipi pro ferraméto quo crispantur capilli,& à nomine Focus detiuari,eo quòd videant primã coripi apud Horat.2.Serm.Saty.3,vbi sic legunt, -ponas insignia morbi Fasciolas,cubitale,focalia.Quo tamen in loco doctissimorum iudicio legi debet cubital.Quod autem attinet ad significationem, nullo modo assentio iis qui hoc loco pro ferramento expouant: nam quum Horatius numeret ibi fascias,& cubital inter morbi insignia: quo pacto hoc de ferramento potest intelligi quo capilli crispantur, quum ægri soleant cultum omnem negligere? Itaque siquis attentius hunc Horatij locum secum expendat, intelliget profectò in eadem significatione accipi apud Horatium, in qua accipitur apud Quintil. loco iam citato,quum ait fascias & focalia,sola valetudine excusati.

Focaneus palmes dicitur qui ex fauce vitis, hoc est ex bifurco medius erumpit.Colum. lib.4. cap.24, Vocatur etiam Focaneus palmes, qui solet in bifurco melius prorepere: & idcirco cum prædicto vocabulo rustici appellant,quòd inter duo brachia,quà se diuidit vitis, enatus, velut fauces obsidet,ac vtriusque duramenti alimenta præripit.

Focillo,as, significat calefacere, recreare, restaurare. {ἀναλαμβάνω.Ital. *Riscaldare,ristorare.*Gal.*Eschauffer,reſaire, recreer,conforter.*Hisp.*Recrear,calentar.*} Plin.lib.3.Epist.16, Focillata dixeram, inquit, vobis inuenturam me quamlibet duram ad mortem viam,quãdo vos facilem negasletis. Sueton.in Augusto,cap.16,Antonij societatem semper dubiam,& incertam, variisque reconciliationibus malè focillatam abrupit. ¶ Pro eodem etiam quandoque legitur Focillor deponens:quod & Nonius annotauit, citans Varronis testimonium ex opere de vita pop.Rom. Propter secundas res sublato metu, non in communi spectant, sed suum quisque,diuersi,commodum focillatur,id est fouet. ¶ Hinc componitur Refocillo,quod est recreo. ¶ Focillationes, inquit Festus, à fouendo dicuntur,hoc est à calefaciendo.

Focula,Foculus,Vide FOCVS.

FOCVNATES,Plinio populi sunt in Alpibus,lib.3.cap.20.

Focus,ci,à fouendo, dicitur id in quo ignis seruatur. {ἱστία.Ital.*Focolaro, guardafuoco.*Gal.*Le fouyer ou on garde le feu.*Hisp.*El hogar donde se haze huego.*} Ouid.lib.6.Fastorum, At focus à flammis,& quod fouet omnia huego.} Ouid.lib.6.Fastorum, At focus à flammis,& quod fouet omnia Plin.lib.2.cap.63. Fodere ense iugulum,hoc est percutere, seu ferire, Mart.lib.1. Fodere stimulis,est pungere, Cic.2. Philipp. Fodere calcaribus. Virgil.Aen.6. Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. Hieronymus,Cerne manus Iudææ, quas fixeras:cerne latus Romane, quod foderas. ¶ Dicitur etiam fodire per quartam verborum coniugationem.Colum.lib. 11.cap.2,Runcari,& adhuc fodiri possunt.Idem de Arb.Sed omnibus annis fodiri ante Calendas Martias,& interpudi. Hinc Fouea,de quo infrà. ¶ Huius composita sunt,Affodio,Confodio,Circũfodio, Defodio, Effodio, Infodio, Perfodio, Præfodio,Refodio,Suffodio,Transfodio.De quibus vide suis locis.

Fodico,cas,penult.corr.re, Stimulare, pungere, peruellere,hue fodere. {κέντρον.Ital.*Stimolare, pugnere,canare.*Gal. *Picquer, percer.*Hisp.*Punçar,pecallar ò esgarrar.*} Horatius, -emamus, Qui fodicet latus. ¶ Per translationem accipitur pro angere,siue dolore afficere. Cic.3. Tusc. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus his rebus quas malas esse opinamur,dissimulatio,vel obliuio. ¶ Fodicare animum.Plaut.Bacch. -quia istæc lepida sunt memoratu: Eadem in vsu, atque vbi peticulum facias, aculeata sunt, Animum fodicant,bona dissimulant facta, & famam fauciant.

Fodina, næ, pen. prod. Locus vbi quid effoditur. {μέταλλον.Ital.*Miniera.* Gal.*Vne mine,vne carriere ou on tire quelque metail ou autre chose.*Hispa.*Lugar donde algo se saca y se cana.*} vt, Auri fodina,vbi foditur aurum:argenti fodina,vbi effoditur argentum.Plin.lib.33.cap.6, Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus,sed maximè canibus.

Fossa,sæ, Locus est vnde effossa est terra. {τάφρος, βόθρος.Ital.*Fossa.* Gal. *Fosse,ou fossé.*Hispan.*Cana ò hoyo.*} Colum.de Arb. Priusquam pomarium constituas,quam magnum habere voles, circummunito maceria, aut fossa.Cice.5.Tusc. Transitum fossæ ponticulo ligneo coniungere. Vlpianus scribit,fossam esse receptaculum aquæ manufactum, ad castra,seu vrbes,oppidáve,aut alia huiusmodi munienda. Cice.ad Attic. lib.4,Populi Romani exercitus Cn.Pompeium circũsidet, fossa & vallo septum tenet.Cæsar 2.bel. Gall. Castra in altitudinem pedum duodecim,vallo,fossáque duodeuiginti muniri iubet.

Fossula,pen.corr.diminutiuum,Parua fossa. {βοθρύλλιον.Ital.*Fossicella,fossetta.*Gal.*Fossette,petit fosse.*Hisp.*Pequeña cana ò hoyo.*} Cato de Re rust. cap. 161, Deinde fossulas facito quà radices asparagi demittas. Colum. lib.11.cap.3, Singulis fossulis disponas.

Fossatum,ti, Idem quod fossa. Plin.lib.17. cap.21, Fossatum purgari & extendi,ne crudum relinquatur.

Fossor,Qui fodit. {διατειχίτης, σκαπανεύς, ὀρυκτής.Ital.*Zappatore,canatore.*Gal. *Fouisseur, fossoyeur, pionnier.*Hispa.*Canador.*} Virgil.2. Georg. Et labefacta moueus robustus iugera fossor.Rigidus fossor,Mart.lib.7.

Fossio,Ipsa fodiendi actio. {ὄρυξις.Ital.*Canamento.*Gal.*Fouissement.*Hisp.*Canaçon ò la obra de canar.*} Colum. lib.5, Deinde malleolo inter ordines posito,crebris fossionibus pastinatum resoluere.

Fossura,tæ, Fossio. {ὄρυσμα,διορυχή. Ital.*Canatura.*Gal. *Fouissure, fouissement.* Hisp.*Canaçon,canadura.*} Colum.lib.5,Hanc planam fossuram maximè nos probauimus.Numerus autem fossionis, aut idem debet esse qui primi anni,aut vna minus.

Fossilis,le, pen.corr. Quod foditur, seu quod fodi potest. {ὀρυκτός.Ital. *Che si può cauare.*Gal.*Qu'on fouist & tire, ou qu'on peut fouir & tirer de terre.* Hisp.*Cosa canadiça.*} Plin.lib.36.cap.18, Theophrastus autor est & ebur fossile candido & nigro colore inueniri,& ossa è terra nasci. Idem lib. 33.cap.6, Tum salem fossilem adiiciunt,id est qui foditur. Varro 2. de Re rust.Melior fossilis sal,quàm marinus.

Fossitius,a,um,Idem quod fossilis,quod scilicet è terra effoditur.ὀρυκτός. Plin.lib.36. cap.23, Arenæ tria genera: fossitia, cui quarta pars calcis addi debet:fluuiatili,aut marinæ tertia.

Fœcialis,Vide FECIALIS.

Fœcundus,da,dum,Idem quod ferax,siue fertilis,hoc est quod fructum producit. {ἔκφορος.Ital.*Fecondo,fertile,abondante.*Gal.*Fecond, fertile.*Hispa. *Cosa fertil,o copiosa.*} Ouid.lib.4.Fast. Forda ferens bos est fœcundáque, dicta ferendo.Colum.lib.8.cap.14,Id neque æquè fœcundum est,nec tam pretiosum.Plaut.in Cistel.Nanque æcastor amor & melle & felle est fœcundissimus. ¶ Interdum sumitur pro abundanti & pleno. Horatius,Fœcundi calices quem non fecere disertum? ¶ Huius contrarium est Infœcundus,de quo suo loco.

Fœcunditas, Abundantia. {πολυφορία,ἐυφορία,ἐυπορία.Ital. *Fertilità, abondanza.*Gal.*Fecundité,fertilité.*Hispa. *Fertilidad ò copia.*} Plin.lib.20. cap.6, Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri.Cic.1.de Nat.deorum,Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Fœcunditas animi,Plinius in Præfatione lib.3.

Fœcundè, aduerbium. {ἐυφόρως,γονίμως,ἐυτόκως.Ital.*Fertilmente,abondantemente.*Gal.*Fertilement,plantureusement,abondamment.*Hisp.*Fertil y copiosamente.*}Plin.lib.16.cap.36,Atque etiam recisa fœcundius resurgit.

Fœcundo,das,Abundantem seu fructiferum facio. {ἐυφορίζω.Ital.*Far fertile,abondante.*Gal.*Faire fertile.*Hispa.*Hazer fertil y copioso.*} Virgil.lib.4. Georg. Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Fœdus, fœderis, vt quibusdam placet, cum œ diphthongo,vt e longa sit, quoniam ferio e breue habeat. {σπονδή, συνθήκη, τὸ ἐαυτοῖς ῥῆτον.Ital. *Tregua,patto,conuentione,lega,confederatione.*Gal.*Alliance,confederation,apointement & traitté de paix.*Hisp.*Confederacion ò aliança.*} Propriè enim fœdus pacem significat,quæ feritur inter dimicantes. Quidam huius nominis etymologiam manasse putant à Fecialibus, hoc est Sacerdotibus per quos fiebant fœdera. Alij à fide,quia in fœdere interponebatur fides. Alij à fœdè cædendo,nam ad fœdera sanctenda vtrinque Fetiales adhibebantur,qui firmato fœdere porcam cædebant silice:eiusmodi exitium imprecãtes capiti illius qui prior fœdus violasset:de qua re vide Liuium,lib.1.ab Vrbe,vbi ritum & formulam antiquissimi fœderis inter Pop.Rom.Regem,& Albanorum Dictatorem icti,latissimè exequitur.Tria autem(vt idem Liuius ostendit,lib.4.bel.Maced.) erãt fœderum genera, quibus populi & Reges mutuas amicitias ineibant. Vnum quum bello victis dicebantur leges.Vbi enim omnia ei qui armis plus posset,dedita essent, quæ ex iis habere victos, quibus multari eos vellet,victoris arbitrium erat. Alterum, quum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniebant, redditis per conuentionem iis rebus quarum bello turbata erat possessio. Tertium, quum qui hostes nunquam fuissent,ad amicitiam sociali fœdere iungendam coibant. ¶ Accipitur etiam fœdus pro necessitudinis alicuius vinculo:vnde fœdera amicitiæ dicimus pro necessitudine illa quæ est inter amicos. Ouid.3. Trist. Eleg.6, Fœdus amicitiæ non vis charissime nostræ: Necsi fortè velis, dissimulare potes. ¶ Fœdera lecti, pro cõiugali vinculo.Lactant.lib.2, -da fœdera prisci Illibata tori,da tantùm nomen inane Connubij. Fœdus coniugale,Ouid.11.Metam. ¶ Accipitur etiam quandoque pro lege, vt apud Virgil.lib.1. Aeneid. -Regemque dedit qui fœdere certo, Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas. ¶ Facere fœdus cum aliquo.Cice. de Senect. Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho. Ferire fœdera.Cic.pro Cæcina,Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Firmare fœdera.Virgil.lib.12.Aeneidos, -firmabant fœdera dictis.

Fœdifragus,pen.corr. Qui fœdera fregit. {ὁ παραβαίνων ὅρκους.Ital.*Che rompe patti.*Gal.*Qui rompt l'alliance ou apointement.*Hispan.*Quebrantador de pazes.*} Cic.1.Offic.Pœni fœdifragi,crudelis Annibal.

Fœderati,Dicuntur populi qui fœdere icto, cum aliis populis in societatem coierit. {ὑπήκοοι,συμμαχικοί.Ital.*Confederati, vniti.*Gal.*Confederez, alliez.*Hispan.*Confederados ò aliados.*} Nanque inter ciuitates prouinciarum,aliæ ciuium Romanorum, aliæ Latinorum veterum, aliæ fœderatorum, aliæ stipendiariæ dicebantur. συμμαχικὴ πόλις.Sueton.in Calig.Domi,forisque ciuilis,libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat.Cic.1.de Orat.Siquis apud nos seruisset ex populo fœderato, seséque liberasset.Idem 5.Verr.Fœderatæ ciuitates duæ sunt, Mamertina,& Tauromenitana.Idem pro Archia,Si qui fœderatis ciuitatibus adscripti essent.

Fœdus,da,dum, Quod est deforme. {αἰσχρός,δυσειδής.Ital.*Deforme,brutto.* Gal.*Laid,ord,infect,vilain.*Hispa.*Cosa fea,ò asquada.*} Terent.in Eun. Nunc eo tibi videtur fœdus,quia illam non habet.Cice. ad Attic.lib.15, Parũmne

Universidad de Deusto Biblioteca

rumne fœda persona est senectutis? Plin. lib. 11. cap. 18. Odere fœdos odores, procul sternunt. ¶ Ponitur quandoq; pro execrãdo. Virg. li. 7. -auersusq; refugit. © Fœda ministeria. ¶ Quandoq; pro crudeli. Terent. in Eun. O facinus fœdum. Donatus, Fœdũ, crudele. Ea enim quæ crudelia sunt & nefaria, ipsa crudelitate fœda & maculosa dici possunt. Sic dicimus fœdũ exemplum, quod crudelitatis, & turpitudinis plenũ est. Liu. 7. bel. Pun. Qui neque magistratum continuari satis ciuile aiebant, & multo fœdioris exẽpli eum ipsum creari qui comitia haberet.

Fœdo, as, are, Polluere, inquinare. {Μολύνειν, μιαίνειν. Ital. *Brottare, imbrattare.* Gal. *Polluer, salir, maculer, souiller, deshonnorer.* Hisp. *Ensuziar, ò afear la hermosura.*} Virgil. 2. Aen. -quæ caula indigna serenos Fœdauit vultus? ¶ Per translationem accipitur pro dehonestare. Cato apud Pliu. lib. 29. cap. 1, Nos quoque dicitant Barbaros: & spurcius nos, quàm alios Opicos appellatione fœdãt, hoc est cõspurcant, & dehonestant. ¶ Accipitur etiam pro dilacerãre, frangere, vel corrumpere. Virgil. 2. Aen. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. Liuius lib. 3. ab Vrbe, Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia vrbis infesta populatione venit: fœdati agri, terror inlectus vrbi est.

Fœdè, aduerbium, Turpiter, vel crudeliter. {Αἰσχρῶς. Ital. *Brottamente, crudelmente.* Gal. *Vilainement, ordement, laidement.* Hispa *Feamente, deshonestamente, ò cruelmente.*} Liu. 3. ab Vrbe, Non minore mœrore animorum Siccij cædis memoria renouata, quàm quòd noua fama de Virginia adeò fœdè ad libidinem petita accenderat. Fœdè dilaniari. Cic. 1. Tuscul. Fœdè interemptus. Liu. 5. bel. Pun. Admissum fœdè, dictúmque superbè. Lucretius lib. 5. Fœdissimè causam agere. Cicero Attic. lib. 9.

Fœditas, atis, Turpitudo. {Αἰσχρότης. Ital. *Bruttezza.* Gal. *Laideté ou ladeur, vilaine ordure.* Hisp. *Suziedad, afeamiento.*} Liu. lib. 1. bel. Maced. Diuisa à corpore capita, patentiáq; vlcera, & fœditaté aliam vulnerum viderunt. Cic. lib. 3. de Fin. Nihil eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. Liu. lib. 1. ab Vrbe. Auertere omnes à tanta fœditate spectaculi oculos.

Fœlix, Cum suis deriuatis, vide suprà in dictione FELIX.

Fœmen, Vide FEMEN.

Fœmina, næ, Latioris significationis est quàm mulier. Nam non solùm de hominum genere, verumetiam de brutis & plãtis dicitur. {Γυνή, θῆλυς. Ital. *Femina.* Gal. *Femelle, femme.* Hisp. *Hembra en todo genero de animales.*} Plaut. in Persa, -qui Atticam hodie ciuitatem Maiorem feci, atque auxi ciui fœminam. Plin. in. Epist. Habebat illa pantomimos, fouebãtq; effusius quàm principi fœminæ conueniret. Plin. lib. 9. cap. 50, Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur. Idem lib. 22. cap. 18, de chamæleonte herba, Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset: & fœminam, cui violaceus.

Fœmineus, a, um, & Fœminiuus, a, um. {Γυναικεῖος. Ital. *Cosa da femina.* Gal. *De femelle ou de femme.* Hispa. *Cosa de hembra.*} Virgil. 11. Aeneid. Fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore. Vbi Seruius, Fœmineo, impatienti, irrationabili. Ibidem. Fœmineum cæli clamorem ad sidera tollunt. Plin. lib. 2. cap. 101, Fœmineum lunæ, ac molle sidus. Quint. lib. 1. cap. 4, Aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. ¶ Diminutiua Fœmella, & Fœminula. Γυναῖον, γυναικάριον. A' fœmina etiam fit Effœmino. Ἐκθηλύνω, de quo suo loco.

Fœnarius, Vide FOENVM.

Fœnebris, Fœneratitius, Fœnero, Vide FOENVS.

Fœniculum, li, Herba est nota, à fœnore, vt quidam existimant, dicta quòd semen hoc terræ mandatum magno fœnore reddat fructum. {Μάραθρον. Ital. *Finocchio.* Gal. *Fenouil.* Hisp. *Hinoyo.* Plin. lib. 20. cap. 23, Fœniculum nobilitauere serpentes, gustatu senectam exuendo, oculorũmque aciem succo eius reficiendo. Vnde intellectum est hominum quoque caliginem præcipuè eo leuari.

Fœnum, fœni, Herba in pabulum resectaue dicta à fœnore, quòd sine cura fœnus præbeat: vel à fœtu, quòd herbæ eædem manentes quotannis nouas pariant. {Χόρτος. Ital. *Fieno.* Gal. *Vn foin, herbe seche & mangeaille pour les bestes.* Hisp. *Eno.*} Colum. lib. 2. cap. 19, Sic enim commodissimè fœnum defenditur à pluuiis. Horat. 1. Serm. Satyr. 4, Fœnum habet in cornu, longè fuge. ¶ Fœnum esse, prouerbiali figura dixit Cicero lib. 2. de Orat. in indoctos ac brutos homines, qui scilicet pecudibus sunt æquandinam fœno victitant boues. ¶ Fœnum habet in cornu. In homines maledicos ac ferroces dicitur. Horat. in Sermon. Inde translatum, vt Acroni placet, quòd antiquitus bubus cornipetis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauerent qui forte occurrissent.

Fœnarius, ria, rium, & ἐκ χόρτου. Quod ad fœnum pertinet: vt, Falces fœnariæ, quibus fœnum secamus. {Χορτοκόπτου, δρεπάνιον. Ital. *Falci da fieno.* Gal. *Faux a faucher le foin.* Hisp. *Las guadañas.*}

Fœniculatium, tij, (vt quidam interpretantur) Est ipsa fœni resectio, vel tempus illud quo fœnum secatur. Cic. lib. 12. ad Atticum, Scribe, quæso, quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis: vtrum ipse in fœniculatium, an in campum Martium cogitet. Quem locum sic exponit interpres, In fœniculatum, id est in aciem ad exercitum, quando fœnum succiditur à militibus falculariam facientibus.

Fœnile, lis, Locus est in quo asseruatur fœnum. {Χορτόκοπος. Ital. *Fenile, doue si tiene il fieno.* Gal. *Fenil, fenestre, ou on garde le foin.* Hisp. *El almacen, lugar donde se guarda el heno.*} Ouid. 6. Metamorph. Non secus exarsit conspecta virgine Tereus, Quàm si quis canis ignè supponat aristis, Aut frondem, positásque cremet fœnilibus herbas. Virgilius lib. 3. Georg. -nec tota claudas fœnilia bruma. Colum. lib. 1. cap. 6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torcularem, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, palearíaque.

Fœnisex, fœnisecis, Qui fœnum secat. {Χορτοκόπος. Ital. *Segatore da fieno, fenauolo.* Gal. *Faucheur de pres.* Hisp. *El que siega ò corta el heno.*} Plin. lib. 18. cap. 29, Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnisex incedebat.

Fœnisecа, cæ, pen. corr. Idem. Persius Satyr. 6, Fœnisecæ crassio vitiarunt vnguine pultes. Colum. lib. 2. cap. 19, Ita necubi fertamentum fœnisecæ possit offendere. Idem paulo pòst, Sicilienda prata, id est falcibus coniectanda, quæ fœnisecæ præterierunt.

Fœnisecium, secij, Ipsa fœni sectio, & veluti messis fœni. {Χορτοκοπία. Ital. *Raccolta del fieno.* Gal. *Fauchement de pres ou la saison de les faucher.* Hisp. *Segazon del heno ò segadura.*} Varro de Re rust. Nec primo anno rigari,

nec pasci ante secunda fœnisecia, ne herbæ vellantur, obtritúque hebetentur. Colum. lib. 2. cap. 18, Altero tamen anno minora pecora post fœnisecia permittemus admitti.

Fœnificia, æ, Idem quod fœnisecium. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 49, Primùm de pratis summissa herba quã erat eripere desiit, & æstibus arescit, subsecuti falcibus debet, & quoad perarescat, furcillis versari: quum peraruit, de ea manipulos fieri ac vehi ad villam. Tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque addere fœnificiæ cumulum.

Fœnum græcum. {Τῆλις. Ital. *Fieno greco.* Gal. *Vne herbe nommée Senegre.* Hisp. *Las alholuas.*} Genus herbæ est, (vt inquit Plin. li. 24. cap. vltimo) quam alij telin vocant, alij carphos: aliqui buceras, alij ægoceras, quoniã siliquas habet cornibus similes: vnde & siliqua vocat Colum. li. 11. ca. 2.

Fœnus, oris, (vt ostendit Gellius, ex lib. 3. Varronis de Lingua Latina) idem est quod vsura, ita dictum à fœtu. {Τόκος. Ital. *Vsura.* Gal. *Vsure.* Hisp. *El logro ò renueuo, ò vsura.*] Nihil enim aliud est fœnus, quàm fœtus, hoc est partus pecuniæ. Quidam tamen à fundo, quod cum o, non cum u, apud antiquos scribebatur; quòd prouentus proprie esset ex naturali terræ fructu: postea verò ad vsuram est translatum, quasi pecunia per se fructum producat, sicut terra. Plaut. in Asin. Nam si mutuo non potero, certum est fumam fœnore. Cic. pro Cælio, Parcat iuuentus pudicitiæ fuæue spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in aiternus domum atque famam. Propert. lib. 1. Elegia 7. Sæpe venit magno fœnore tardus amor. Ouid. 1. Fast. Hordeáque ingenti fœnore reddat ager.

Fœnusculum, li, diminutiuum. {Τοκάριον, τοκίδιον. Ital. *Piccola vsura.* Gal. *Petite vsure.* Hisp. *Pequeño logro ò renueuo ò vsura.*} Plaut. Pseud. -ad dantisam deuenires, Adderes fœnusculum.

Fœnero, as, pen. corr. & Fœneror, aris, deponens. Eiusdem sunt significationis: hoc est ad vsuram do. {Δανείζω. Ital. *Dare & prestare ad vsura.* Gal. *Bailler à vsure.* Hisp. *Dar à logro ò vsura à renueuo.*} & modò datiuo iunguntur, modò accusatiuo. Plin. lib. 2. cap. 6, Fœnerat Sol lumen suum cæteris sideribus, id est mutuat. Cic. de Ami. Vt enim benefici liberalésq; simus, non vt exigamus gratiam: neque enim beneficium fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus, id est fœnori damus. Martialis, Hæc sapit, hæc omnes fœnerat vna deos. ¶ Fœneror, cum ablatiuo, significat ad vsuram accipio. {Δανείζομαι. Ital. *Pigliar ad vsura.* Gal. *Prendre à vsure.* Hisp. *Tomar à logro ò vsura.*} vt est libro Digestorum 31, Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam, vel fœnerari super eam, potestatem habeat vendere cohæredi suo, & fœnerati ab eo. ¶ Beneficium fœneratum dicitur quod cum fœnore redditur. Terent. in Phorm. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices. Et paulò pòst hoc ipsum exponens, Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Vbi Donatus, Fœneratum, hoc est cum fœnore redditum, & multiplicatum. ¶ Interdum fœnerare est cum fœnore reddere, vel refundere. Terent. Adelph. Metuisti, si nunc de iure tuo concessisses paululum, atque Adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, Ne non tibi istuc fœneraret?

Fœnerator, toris, Qui dat ad fœnus. {Δανειστής. Ital. *Vsurario.* Gal. *Vsurier.* Hisp. *Logrero, ò vsurero.*} Cic. 1. Offic. Primùm improbantur hi quæstus qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt fœneratorum. Idem Sestio, Nec putant ei nummos deesse posse, qui fœneratores ex obsidione exemerit.

Fœneratio, onis, verbale, Ipse fœnerandi actus. {Δανεισμός. Ital. *Vsura.* Gal. *Vsure.* Hisp. *Logro, ò obra de dar ò tomar à vsura.*} Colum. in Præfat. An fœneratio probabilior sit, etiam iis inuisa quibus succurrere videtur. Cic. pro Plac. Hæc pecunia ab honoribus translata in quæstum & fœnerationem, recuperata est multis post annis.

Fœneratus, tus, Idem quod fœneratio, id est mutuatio ad vsuram. Δάνεισις. Δανεισμός.

Fœneratò, aduerbium, Id est cum fœnore. {Ital. *Con vsura.* Gal. *Auec vsure, au double.* Hisp. *Con logro.*} Fœneratò reddere, καὶ ἐπιτοκίου ἀποδιδόναι. Plaut. in Menæch. Næ illam mæcastor fœneratò absumpsisti. hoc est sub grani vsura, velut à fœneratore, quam multo cum fœnore restituas.

Fœneratitius, ia, ium, Quod datum est fœnori, vel quod ad fœnus pertinet. {Δανειστικός. Ital. *Dato ò tolto ad vsura.* Gal. *Donné ou prins à vsure.* Hispan. *Perteneciente à logro ò vsura, tomado ò prestado à vsura.*} vt, Fœnetatitia pecunia, quæ ex vsuris collecta est.

Fœneralia, orum, Tempus quo fœnus cessabat, & finiebatur, reddebatúrque pecunia. Liu. 5. bel. Maced. In tali verò fœnore obruebantur debitores: cuius coërcendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit: fœneralia quæ proxima fuissent, vt qui post eam diem socij ciuibus Romanis credidissent pecunias, prohiberentur, & ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus, creditori ius redderetur.

Fœnebris, bre, penultima indifferenti, quod ad fœnus pertinet. {Δανειστικός. Ital. *Pertinente ad vsura.* Gal. *D'vsures, des apartenances d'vsures.* Hisp. *Cosa pertenesciente à logro.*} vt, Lex fœnebris, qua fœneratorum auaritia coërcetur. Liu. 5. bel. Maced. Iactabat enim cuta alia quòd ciuitas fœnore laborabat, & cum multis fœnebribus legibus constricta auaritia esset, viá fraudis inita erat, vt in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Fœnebris res. Liu. 7. ab Vrbe, Inclinatis semel in concordiam animis, noui Consules fœnebrem quoque rem, quæ distineret vnanimes videbatur, leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt. Malum fœnebre. Tacit. lib. 5, Sanè vetus Vrbi fœnebre malum.

Fœteo, es, Malè oleo. {Δυσωδιάω, δυσοσμέω. Ital. *Puttire, puzzare.* Gal. *Puer, sentir mauuais.* Hisp. *Heder.*} Plautus in Asin. Dic amabo, an fœtet anima vxori tuæ? Mart. lib. 5, Fœtere multo Myrtale solet vino.

Fœtidus, a, um, Malè olens. {Δυσώδης. Ital. *Fetido, puzzolente.* Gal. *Puant.* Hisp. *cosa hedionda.*} Plaut. in Merc. -tanto minus: Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida, Senex hircosus. Idem in Capt. Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos. Cic. id Pisonem, Et cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.

Fœtor, oris, Malus odor. {Δυσωδία. Ital. *Fetore, puzza, lezzo.* Gal. *Puanteur.* Hisp. *Hedor ò mal olor.*} Colum. lib. 12. cap. 18, Cella quoq; vinaria omni stercore libetanda, & bonis odoribus suffienda, ne quem redoleat fœtorem, acorémve.

Fœtiditas, verbale, Idem significans quod fœtor. {δυσωδία. Ital. *Fetore, puzza, lezzo.* Gal. *Puanteur ou puanteur.* Hisp. *Hedor ò mal olor.*} Senec. Epist. 111. At mehercule ista solicite scrutata, variéque condita, quum ventrem subierint, vna atque eadem fœtiditas occupauit.

Fœtus, tus, à foueo, quoniam & dum in vtero est, & postquam eductus fœtus est, à matre fouetur, id est calefit. {γόνος. Ital. *Il parto, il frutto che le bestie partoriscono.* Gal. *Le fruit ou portée des bestes ou plantes.* Hisp. *El fruto ò lo que la hembra pare.*} Est autem fœtus generale nomen ad omnia penè quæ nascuntur. Sunt enim fœtus omnium quadrupedum, siue feræ sint, siue cicures: præterea etiam auium & piscium, atq; adeo ipsorum etiam hominum. Plin. Legimus mulierem Aegyptiam binos fœtus quater enixam. Idem lib. 8. cap. 18, Totus tigridis fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiatore rapitur equo. Cic. 3. de Finibus, Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest, quarũ in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. ¶ Neq; animalium tantùm fœtus dicuntur, verum etiam inanimatorum. Nam & arborum fœtus passim legimus: & fœnũ, terræ fœtum vocamus. Cic. 2. de Ora. Edit fœtus meliores & grandiores ager, non semel aratus, sed nouatus & iteratus. Virgil. 1. Georg. Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ, Arborei fœtus alibi. Id est fructus, vt poma. Idẽ 2. Georg. Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit. Vbi Seruius, Fœtu, id est vtilitate: nam omnis vtilitas fœtus est. ¶ Fœtus animi, per translationem. Cic. 5. Tusc. Ex quo triplex ille animi fœtus existet: vnus in cognitione rerum positus, & in explicatione naturæ: alter in discretione expetendarum, fugiendarúmve rerum: tertius in iudicando quid cuique rei sit consequens, quid repugnans.

Fœtus, ta, tum, Propriè de minore pecore dicitur. {πλεως. Ital. *Pieno, grauido, pregno.* Gal. *Qui à le ventre plein de petit gros.* Hispa. *Cosa hembra preñada.*} vt, Ouis fœta, id est grauida, & in vtero ferens. Virgil. 1. Aeg. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas. Colum. lib. 8, Huic pecudi nocet æstus, & præcipuè fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. Dicitur & partu liberata, hoc est quæ peperit. Virgil. 9. Aeneid. Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro. Eoixam autem fuisse, hæc quod pueris præbebatur, ostendit. ¶ Transfertur & ad alia: vt, Loca fœta furentibus Austris, apud Virgil. 1. Aeneid. id est plena. ¶ Huius composita sunt, Confœtus. Festus, Confœtus sus dicebatur, qui cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. Defœtus, & Effœtus, de quibus alibi.

Fœtuosus, sa, sum, Quod est plenum fœtu. πλεως. Hieronymus contra Iouin. Lippientem iam deformem, atque fœtuosum synagogæ typum prætulisse. Retinet hoc nomen u, quoniam fœtus est quartæ declinationis. Sic sumptuosus, fructuosus, luctuosus, actuosus, quæstuosus, quæ autem veniunt ab aliis declinationibus, non habent u ante o: vt Fabulosus, Dolosus, Vitiosus, Portentosus, & huiusmodi.

Fœtura, ræ, Pecoris prouentus, {τόκος. Ital. *Il tempo dal partorire.* Gal. *La portée ou parture des bestes ou plantes.* Hisp. *Parto ou ò tiempo de parir.*} à fœtando dictus. Virgil. Aeg. 7, Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1, accipit pro ipsa fœtatione, siue pro toto illo tempore ab admissione vsque ad partum. Secunda (inquit) pars est de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum. Hi enim prægnationis primi & extremi fines. ¶ Transfertur etiam ad inanimata: vt, Fœtura pratorum. Plin. in Præfat. totius op. Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epistola narrare constitui.

Fœtificeo, as, Fœtum facio, patio. {γονοποιέω. Ital. *Partorire, far figliuoli.* Gal. *Faire ses petis, fuoner.* Hispa. *Empreñar ò parir.*} Plin. lib. 10. cap. 8, Accipitres totius Massiliæ humi fœtificant. Idem lib. 9. cap. 38, Qui quum fœtificauere, fluxos habent succos. Ibidem, cap. 15, Intrant è magno mari in Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant.

Fœtificus, a, um. {γόνιμος. Ital. *Generativo.* Gal. *Generatif.* Hisp. *Cosa que empreña.*} Plin. lib. 9. cap. 51, Nuper compertum in ostreatis, humorem iis fœtificum lactis modo effluere.

Fœtifer, penult. cort. Adiectiuum. {ὁ κ' ἡ κυοφόρος, κυοφορίαν, γόνιμος. Ital. *Che dona fecundità, & fa gendrare.* Gal. *Qui porte fruit, qui donne fecondité.* Hisp. *Cosa que haze engendrar.*} Plin. lib. 7. cap. 31. Vbi fœtifer potu Nilus.

Fœto, tas, Fœtum emitto. {τικτω. Ital. *Partorire.* Gal. *Faire ses petis.* Hisp. *Parir.*} Colum. lib. 8, Circa paludes, in quibus plerunq; fœtant. Ibidem cap. 8, Minus enim suas impares diligunt, & ideo nec multum ineunt, nec sæpius fœtant.

Folium, lij. {Ital. *Foglia.* Gal. *Fueille.* Hisp. *Hoja.*} autore Festo, à Græca dictione φύλλον: sed ideo per simplex l scribitur, quia antiqui non geminabant consonantes. Est autem folium, teste Valla, & arborum, & herbarum, & florum: quum frondes arborum tantùm dicantur. Cic. 3. de Orat. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia. Orat. Quid denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámque naturam? sunt in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia Plin. lib. 21. cap. 17, Iasione vnum folium habet, sed ita implicatum, vt plura videantur. Virgil. 2. Georg. -folia haud vllis labentia ventis. ¶ Folia etiam appellantur chartæ librorum quas reuoluimus: à palmarum foliis in quibus olim scribi soleat, quæ Græca voce φύλλα appellantur: quarum extremitas margo dicitur: & pagina, vtraque pars folij. nam folium duas paginas habet. σελὶς. ¶ Hinc componuntur Trifolium, τρίφυλλον. Quinquefolium, πεντάφυλλον. Latifolium, quod habet lata folia. πλατύφυλλον. Millefolium, μυριόφυλλον, herba, & huiusmodi multa.

Foliaceus, a, um. Quod ex foliis factum est, vel foliis simile est. {φυλλώδης. Ital. *Simile a foglie.* Gal. *Semblable à fueilles.* Hisp. *Cosa de materia de hojas, ò semejante a las hojas.*} Plin. lib. 19. cap. 7, Paucis foliacea & lata, vt atriplici, iunt semina.

Foliosus, a, um. Foliis plenus. {φυλλώδης. Ital. *Pieno de foglie, frogliolo.* Gal. *Plein de fueilles, fueillu.* Hispan. *Lleno de ojas.*} Plin. lib. 24. cap. 15, Chamæcissos spicata est tritici modo, ramulis quinis fere, foliosa.

Foliatum, Vnguenti genus, quod & nardinum vocat Plinius, à nardi folio quo confectum est. μυροπάνηγυρις. Mart. lib. 11, At mea me libram foliati poscat amica. Hoc Plinius scribit conditare omphacio, balanino, iuncto, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Hoc vnguenti genus Plautus in Curc. Græca voce vocat petalion. πέταλον enim Græci vocant folium.

Follico, Follicas, Vide FOLLIS.

Follis, lis, masculini generis, Instrumentum quo attrahitur ventus, atque emittitur ad ignem excitandum. {φύσα. Ital. *Mantice, borsa, sacco ò altra simil cosa fatta di cuoro.* Gal. *Sac ou sachet de cuir, bource, baile à jouer, grosse pelotte enflée de vent.* Hisp. *La bolsa ò correa para llenar dinero, ò bola de viento para jugar.*} Virgil. 8. Aeneid. -alij ventosis follibus auras Accipiunt, reddúntq; His vtuntur ferrariæ, argentariæq; officinæ. Vtuntur & coqui, sed parunlis, ne opus sit ignem insufflare buccis: quod qui faciunt, sufflatores vocantur. Primus Anacharsis philosophus follem ignis excitatorem inuenit, vt refert Strabo lib. 7. ¶ Est item follis, pilæ genus omnium maximum, cõstans ex aluta vento inflata: quod etiam hodie Italis plurimo est in vsu: puerorum præcipuè & senum lusibus conueniens, vtpote quo minus fatigentur ludentes quàm harpasto. Nam & lentius fertur follis, magisq; resilit, tardiusq; descendit, veluti ex industria percussorem expectans. Martial. lib. 14, Ite procul iuuenes, mollis mihi conuenit ætas: Folle decet pueros ludere, folle senes. Quoniã verò hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatorius follis quandoque vocatur. Plautus in Rudente, Extéplo hercle ego te follem pugillatorium faciam. ¶ Quandoq; accipitur pro marsupio, receptaculóq; numorum, ex pelle aut corio confecto. Iuuenalis, -& tenso folle reneti. Nam sicut folles pilæ vento intumescunt, ita crumenæ pecunia turgent: à qua similitudine inditum nomẽ. Vegetius autor est, ex disciplinæ militaris consuetudine decẽ folles, hoc est decem saccos, per singulas cohortes solere disponi, in quibus militum pecunia condebatur.

Folliculus, li, quum sit diminutiuum à folliis, accipitur tamen pro omni eo quod turgidum est & laxum in morem follis. {βαλάντιον. Ital. *Sachetto, borsetta, pecciola guscia che cuopre il grano del fromento & altri grani.* Gal. *Sachet, bourssette, cuiros, petite peau ou bourse, ou estuy que couure le grain des fromens ou autres fruits.* Hisp. *El fardel ò talega ò mochilla, el hollejo de panes y legumbre.*} Vnde frequentissimè accipitur pro theca, seu siliqua leguminum, frumenti, vel lini, vel cuiuslibet alterius rei quæ granum continet inuolutum, θήκη. Colum. lib. 2. cap. 8, Quoniam folliculum quo continetur, firmum & durabilem aduersus longioris temporis humorẽ habet. ¶ Accipitur item folliculus pro maiori pilę genere, quod ex aluta conficiebatur, solóque implebatur vento: quod & follem frequentius inuenimus appellari. Sueton. in August. Post bella ciuilia ad pilam primò, folliculumq; transiit. ¶ Quandoque pro pelle seu sacculo: vt lib. 1. Rhet. ad Heren. Malleolus iudicatus est matrem necasse: eo damnato, statim folliculo lupino os obuolutum est, soleæ ligneæ pedibus indutæ. Liu. 9. ab Vrbe, Eques in castra folliculis frumentũ veheret. ¶ Non inuenustè aliquando transfertur ad corpus humanum, siue quòd ad follis similitudinem semper attrahat, & emittat spiritum: siue quòd ad sacci coriacei similitudinem pelle sit circundatum. Veteres enim saccos ex corio factos folles appellabant. Lucil. lib. 26, vt citat Nonius, Et quo folliculo nunc tum indutus, non queo.

Follico, as, pen. corr. {Ital. *Soffiare col naso.* Gal. *Souffler.* Hisp. *Soplar.*} Follium more reciproco spiritu nares agito. Apuleius lib. 9. Metamorph. Nares follicantes languidas. ¶ Est item follium laxitatem & cauitatem imitari. Vnde Hieronymus caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas gestare ait, vt humani cultus contemptores videantur.

Folliculare, Pars remi quæ folliculo tecta est. A' quo vita follicularis dicta est. Autor Festus.

Fomes, Fomentum, Vide FOVEO.

Fons, fontis, à fundendo, quòd fundat aquam, tantum masc. gen. {κρήνη, πηγή. Ital. *Fonte, fontana.* Gal. *Vne fontaine.* Hispa. *Fuente.*} quanquam non desunt qui olim etiam fœmininum fuisse velint: cuius tamen rei nullum proferunt testimonium. Plin. lib. 12. cap. 1, Nunc est arbor clara in Lycia socia gelidi fontis amœnitate. Cæsar 8. bell. Gall. Sub ipsius enim oppidi mutum magnus fons prorumpebat. ¶ Fons per transiationem accipitur pro origine, & causa. Cic. 3. Tuscul. Non rem ipsam causam atque fontem esse mœroris. Idem ad Brutum, Nec in Senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitaui. ¶ Fontem pro aqua fontana posuit Virg. 12. Aeneid. pro parte totum vsurpans, -alij fontemque ingnémque ferebant. ¶ Fontes ipsi sitiunt. Ironia prouerbialis in eos qui petunt ab aliis quod ipsis affatim abundet domi. Cic. ad Quint. Frat. ¶ Ipse sibi malì fontem reperit, ἀνὴρ αὐτὸς ἑαυτῷ πηγή. In eos dici solitũ, qui sibiipsis ministrauerint exitij causam. ¶ Omissis fontibus consectari rinulos, non sine prouerbij specie dixit Cic. 2. de oratore, pro eo quod est minus ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negotij caput.

Fonticulus, li, diminutiuũ, Paruus fons: à quo fonticellus. {πηγίδιον. Ital. *Fonticello.* Gal. *Petite fontaine.* Hisp. *La fuente pequeña.*} Plinius, Vbicunque moueris humum, fonticuli scatent. Idem lib. 31. cap. 50, Lacus est nitrosus, exilirente è medio dulci fonticulo.

Fontanus, a, um, Quod ex font est. {πηγαῖος. Ital. *Fontano, di fonte.* Gal. *De fontaine.* Hisp. *Cosa de fuente.*} Plin. Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic Columella lib. 12. cap. 9, Sed extrinsecus vasa perrergete, & aqua fontana quàm recentissima refrigerare.

Fontalis, le, Idẽ quod fontanus, quod scilicet ex fonte est. πηγαῖος. Plaut. in Sticho, Vide, vtram tibi lubet etiam nunc capere, Cape prouinciam. 2. Quid istuc est prouinciæ? 1. Vtrum fontali, An Libero imperium te inhibere mauis? Vbi interpres, Id est num velis imperium habere, an præesse aquæ, an vino præbendo? Fontalem aquam dixit e fonte scaturientem.

Fontanalia Varroni, Fontinalia festo, Feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes coniici, & putei coronari solebant.

FONS SOLIS, In desertis Libyæ est, vltra Cyrenaicam regionem, iuxta Iouis Ammonis oraculum, cuius aqua mane & vesperi tepida est, meridiano autem tempore gelidissima, sub mediam verò noctem feruidissima. ἥλιου πηγή. Vnde & Fontem Solis appellarunt, quòd à Sole regi videatur, & pro ratione diuersorum cardinum quos ille perlabitur, calorem tepore, teporémque frigore permutet. Apud Ammonios (inquit Herodotus lib. 4.) aqua fontana est, quæ sub matutinum quidem tepet: sub horam, qua forum frequentissimum est, frigescit: sub meridiem multo frigidior est; eáq; hora hortos irrigant. Declinante iam die remittitur frigus, donec Sol occidit: tunc tepescit, magis ac magis calescens vsque ad mediam noctem, quo tempore feruens exæstuat: præterita nocte media, ad auroram vsque refrigescit. Cognominatur autem Fons Solis. Hæc ille. Meminit huius fontis & Ouid. lib. 15. Metamor.

quanuis

quanuis Ammonis, non Solis fontem appellet, -medio (inquit) tua corniger Ammon. Vnda die gelida est, ortúque obitúque calescit. Silius quoque lib. 3. Ammonis oraculum describens, Stat (inquit) fano vicina, nouum & memorabile, lympha, Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit: Quæq; riget, medium cum Sol accendit Olympum. Plin. lib. 2. cap. 103. duos huius naturæ fontes commemorat, quorum alterum à vicino oraculo, Ammonis fontem appellat, alterum apud Troglodytas collocat, Aethiopiæ populos, eúmque Solis fontem nominat; Vetera eius sunt hæc, Iouis Ammonis fons, interdiu frigidus, noctibus feruet. Deinde subdit, In Troglodytis, fons Solis appellatur, dulcis, & circa meridiē maxime frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media feruore, & amaritudine infestatur.

FONTEIA, Virgo Vestalis, Fonteij soror, cuius meminit Cicero in Oratione pro Fonteio.

FONTINALIS porta dicta est Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur, ob propinquitatem scaturientium fontium. Iuuenalis Satyr. 3. Substitit ad Veteres arcus, madidámque Capenam. Liuius, Aediles alteram porticum ad portam Fontinalem, ad Martis aram, quæ in campos iter esset, perduxere.

Forago, pen. prod. Filum est, autore Festo, quo textrices opus diurnum distinguunt: à forando dictum.

Foramen, Vide FORO, as.

Foras, ἔξω, & Foris ἔξωθεν. Ital. *Fuora, fuori.* Gal. *Hors, dehors.* Hisp. *A fuera, de fuera.* } Aduerbia loci sunt à foris, hoc est spectaculis derivata, vt Seruio videtur: siue (quod verisimilius est) à foro: quòd domum exeuntes ferè ad interiorem partem vrbis in qua forum est, soleamus accedere: in qua etiam sententia est Festus. Differunt autem inter se hæc duo aduerbia, vt foras motum importet ad locum. Plaut. in Cas. Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides. Idem in Amphit. Sed quid tu foras egressa es? Foris, motum in loco, & de loco significat. Terent. in Eunuc. Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius. Nec magis compositum quicquam. Plaut. in Asina. Ille opere foris faciundo lassus, domum noctu aduenit. Plin. lib. 9. cap. 33. Margine in mucronem emisso, foris effuso, intus replicato. Cicero in Partit. Illa vero indigent, & nec eo dicuntur sine arte, quòd ita sunt, sed quòd ea non parit Oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat.

Forinsecus, penult. corr. Idem significat quod foris, siue ab exteriori parte. ἐξωθεν. Ital. *Estrinseco, ciò che è da fuora.* Gal. *Par dehors.* Hisp. *De parte de fuera.* } sicut Intrinsecus, quod est intus, ἔσωθεν. Plin. lib. 12. cap. 82. Lignū omne corticis loco habent, hoc est forinsecus. Colum. li. 8. ca. 3. Sed ab cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter infigantur.

Foratus, nomen. Vide FORO, as.

Forbea, Genus cibi à veteribus dicebatur, quo calido vesci solebant Græci φορβὰν vocant. Festus.

Forcipes, pen. corr. Quasi foruicapes dictæ sunt, quòd iis forua, id est calida capiantur. } ἀνγρίς. Ital. *Tanaglie.* Gal. *Tenailles, pincettes.* Hisp. *Las tenaças ò instrumento para asir.* } Virgil. 8. Aeneid. Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum, versantque tenaci forcipe massam. Et est tam masculini quàm fœminini generis, secundum Priscianū. Ouid. 12. Metam. Terribilem stridore sonum dedit, vt dare ferrum Igne rubens pleruncque solet, quod forcipe curua Quum faber eduxit, laeubus demittit. Colum. lib. 16. cap. 26. Deinde priusquam ferrum admoueas, duabus angustis ligneis regulis, veluti forcipibus apprehendere testium neruos. Plin. lib. 7. cap. 56. autorem & inuentorem forcipis fuisse tradit Cinyram Cyprium Agriopæ filium.

Forda, dæ, Bos prægnans, à ferendo. } βοῦς ἔγκυος, ἢ ἔγκυος. Ital. *Vacca pregna.* Gal. *Vne vache qui est pleine, qui porte vn veau en son ventre.* Hispan. *Vaca preñada.* } Ouid. 4. Fast. Forda ferens bos est, fœcundáque dicta ferendo. Colum. lib. 6. cap. 24. Póst vnum coitum forda nō admittit taurum,

Forem, fores, foret, & in tertia persona pluralis numeri forent, & in futuro infinitiui fore, pro eo quod est futurum esse. Forem autem idem omnino significat, quod essem, ἦν. Sallustius in Iugur. Nam ego quidem vellem vt & hæc quæ scribo, & ea quæ antea in Senatu questus sum, vana forent. Fore verò habet significationem participij futuri, vnà cum infinito esse. ἔσεσθαι. Idem enim est fore, quod futurum esse. Ideo iúgitur cum nomine, vel interdū cum participio quod in nomen transmigrauit: vt, Spero te amicum fore: non, amaturum fore. Cicero Trebatio, Scribit ad me Cæsar, se tibi nondum familiarem esse satis propter occupationes suas, sed citò fore. Cæsar, Nonnulli etiam Cæsari nuntiabant, quum castra moueri, aut signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites. ¶ Composita eius sunt, Abfore, Adfore, Confore, Defore, & Profore, quæ vide suis locis.

Forensia, Forensis, Vide FORVM.

Fores, Proprié (inquit Seruius) quæ foris aperiuntur. } θύρα. Ital. *Porte.* Gal. *Huys, porte.* Hisp. *Las puertas con que cerramos la casa.* } Vnde Plutarchus memorat, primum Valerio Publicolæ fratri, quum de Sabinis triumphasset, domum publicè positam, cuius fores extra aperirentur: quum antea cæterarum ædium intrò referando impellerentur: vt ex hac concessione honoris appareret, quotidie eam domum aliquid publicè admissurum. Terent. in Adelph. Fores effregit, restituentur. Cic. ad Brutum, In omnibus nouis constructionibus interest qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur. Idem 2. de Nat. deor. Forésque in liminibus profanarum ædium, ianuæ nominantur. Valuæ autem dicuntur quæ intus reuoluuntur, quanquam vsus hodie obtinuit vt omnia ostia, fores appellentur. Hoc nomen etiam singulariter hæc foris, huius foris, declinatur. Ouid. 1. Amorum, Difficilem moro cardine pande forem. Cic. pro Corn. Aperuit forem scalarum. Terent. Adel. Sed quidnam foris crepuit? Vbi Donatus, Foris, singularis numeri, nominatiui casus. Plaut. in Amph. Orationem comprimam, increpuit foris. Idem Bacch. -hanc forem pauxillulum Aperiam, increpuit foris. Idem placidè, ne crepet. Horat. li. 1. Serm. Satyr. 2. Exclusus fore, quum Longa placidè, ne crepet. Horat. li. 1. Serm. Satyr. 2. Exclusus fore, quum Longarenus foret intus. ¶ Fores aperire, ἀνοίγειν τὰς θύρας, prouerbio dicebatur qui rei cuiuspiam ingressum initiúmque patefeceret. Plin. lib. 2. cap. 8. ¶ In foribus adesse, ἐπὶ τοῖς θύραις, dicitur allegoria prouerbiali, quod instat, iámque in proximo est. Plutarchus, περὶ ἐπὶ θύραις ὄντος, id est, Quum febris in foribus adest.

Foriculæ, arum, diminut. } θυρεῖς. Ital. *Portiello.* Gal. *Huisset, guichet, petit huys.* Hisp. *Pequeñas puertas.* } Varro lib. 1. de Re rust. ca. 59. Et ideo oporotheca qui faciunt, ad Aquilonem vt fenestras habeant, atque vt aëre perflentur, curant: neque tamen sine foriculis, ne quum humorem amiserint, pertinaci vento vieta fiant.

Forfices, pen. corr. Quibus telam seu fila incidimus. } ψαλίδες. Ital. *Forfice.* Gal. *Ciseaux, forces.* Hispan. *Las tijeras.* } Seruius. Forfices sunt quibus incidimus: forcipes, quibus aliquid forcum tenemus, quasi foruicapes: nam forcum est calidum. Colum. lib. 12. cap. 43. Alij quum legerunt uam, siqua sunt in ea vitiosa grana, forficibus amputant.

Forficulæ, arum, diminutiuum. } ψαλίδες. Ital. *Forficette.* Gal. *Forcettes, ciseles.* Hisp. *Pequeñas tijeras.* } Plin. lib. 25. cap. 5. de hellebore, Præterea nasum inuentum est, quòd incisum forficulis (vt diximus) eribrant, cortex remanet: hoc inanito, medulla cadit. ¶ Ab huius instrumenti similitudine, etiam Forficulæ dicuntur extremitates brachiorum, & veluti manus cancrorum, scorpionum, & quarundam locustarum. Plin. li. 31. cap. 11. Elephanti locustarum generis, nigri, pedibus quaternis bisulcis: præterea brachia duo, binis articulis, singulisque forficulis denticulatis. Hæ ab eodem Plin. lib. 9. cap. 31. Forcipes vocantur. Fœminæ (inquit) primus pes duplex, mari simplex: præterea bina brachia denticulatis forcipibus.

Fori, orum, numero plurali. Sunt tabulata nauium, vel locus in naui aptior, qui iter nauem perambulātibus præbet: ita dicti (vt Seruio placet & Festo) quòd per eos ferantur incessus. } περιπατήματα ἐν νηῒ. Ital. *Tauolati de naui, la corsia, luoco da mirare gli spettacoli.* Gal. *Le tillac ou boisse d'vn nauire.* Hisp. *La tilla dela naue.* } Cicero in Catil. Quum alij malos scandit, alij per foros curritent, alij sentinam exhauriant. Virgil. 4. Aen. -faces in castra tulissem, Implesséque foros flammis. Idem 6. Aeneid. -laxátq; foros, simul accipit alneo Ingentem Aeneam. ¶ Item fori dicuntur Circensia spectacula, id est loca erecta, vt ex his spectetur. Liu. lib. 1. Tum primum Circo, qui maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibúsque, vbi sibi spectacula quisque faceret, fori appellati. ¶ Fori etiam in hortis sunt angustiores quidam sulci & oblongi, iter præbentes circum porcas (ita enim vocant terram editiorem inter duos sulcos) quemadmodum fori in nauibus facultatem præbent nautis vltro citróque discurrendi. Colum. lib. 10. Angustóque foros aduerso limite ducens, Rursus in obliquum distinguat tramite parvo. ¶ Legitur etiam forus in singulari numero pro via illa in nauibus. Ennius. Multa foro ponens, ageáque longa repletur. Gell. lib. 17. cap. 10. Stánsque in summæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur voce sublatissima cantauit.

Foruli orum, diminutiuum. Armariola, siue capsulæ in quibus reponuntur libri. } τὰ βιβλίων. Ital. *Armari da libri.* Gal. *Coffres à liures, armoires.* Hisp. *Cassas ò fondas de libros.* } Sueton. in Augusto, cap. 31. Quicquid fatidicorum librorum, Græci, Latinsque generis, nullis vel, &c. ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub palatini Apollinis basi.

Foria, orum. } τὰ ὑγρὰ τῶν κοπράνων. Ital. *Sterco liquido.* Gal. *Foire, excrements de ventre humides.* Hisp. *Estiercol liquido, y ralo.* } Stercora liquidiora, sic dicta quòd facilè ferantur foras. Inde Conforire verbum, quod est stercore liquido fœdare. Autor Nonius, citans illud Pomponij in Macco, Conforisti me Diomedes.

Foriolus, li, cum accentu in antepenultima, Qui ventrem solutum habet, & foria facile emittit. } ὀξυγλίσθιος, ὑγρογλίσθιος. Ital. *Di ventre sciolto, che facilmente lo scarica.* Gal. *Foireux.* Hisp. *El que haze estiercol liquido.* } Laberius, Foriolus esse videris, in coleos caeas. Nonius.

Forica, pen. corr. Locus in quem alui stercora deiicimus. } ἀφοδρόν. Ital. *Condotto, chiauiggia.* Gal. *Pourceraut public.* Hisp. *La priuada ò albanar publico.* } Iuuen. Satyr. 3. -inde reuersi Conducunt foricas. Et proprié de publicis dicitur, lattina de priuatis, à lauando.

Foriculæ, Vide FORES.

FORICVLVS, Deus putabatur, forium præses. θυρωρός. sicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat: & Limentinus Deus, qui præerat limini.

Forinsecus, Foris, vide Foris aduerbium in FORAS.

Foris, huius foris, Vide FORES.

Forma, mæ, Figura, siue facies vnius cuiusq; rei. } ἰδέα, μορφή, τύπος. Ital. *Forma, bellezza, faccia, apparenza.* Gal. *Forme, pourtrait, patron, beauté.* Hispa. *La forma de la cosa, la hermosura.* } Cic. 1. de Nat. deor. Omnium animantium formam vincit hominum figura. Idem 2. de Diuinat. In nubibus nunquam animaduertisti leonis formam, aut Hippocentauri? Cicc. 1. de Nat. deor. Rotunda forma vilam negat esse pulchriorem Plato. Quint. lib. 1. cap. 10. Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Idem lib. 1. ca. 1. Neq; enim mihi illud saltem placet quod fieri in plurimis video, vt literarum nomina & contextum priusquā formas paruuli discant. Est autem hoc vocabulum medium, quod modò cum laude modò cum vituperio dicitur pro ratione adiūcti. Terent. Andr. Et quia erat forma præter cæteras honesta & liberali, &c. Puer egregia forma, Cic. 4. Tusc. Sic etiā econtrario infœliciē, vitiosam, vel illaudatam formā dicimus, pro deformitate. ¶ Interdum tamen forma absoluté ponitur pro pulchritudine. Horat. 2. Carm. Mouit Aiacē Telamone natum Forma captiuæ dominum Tecmessæ. Virg. 9. Aene. Senfit læta dolis, formæ sibi cōscia coniux. Stata forma, quæ eadem & vxoria dicitur, est mediocris pulchritudo, & media inter extremam deformitatem, & summam pulchritudinē. Gell. lib. 5. cap. 11. Inter enim pulchertimam fœminam & deformissimā media quædā forma est, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à summo deformitatis odio vacat: qualis à Quinto Ennio in Menalippa, perquàm eleganti vocabulo stata dicitur, quæ neq; καλὴ futura sit, neque αἰσχρά: quam formam modicam & modestam Fauorinus non mehercle insciē appellat vxoriam. Ennius autem in ista, quam dixi, tragœdia eas ferē formas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent. ¶ Transfertur etiam ad incorporea pro effigie quadam & imaginatione, seu idea quam de re quaq; mente concipimus. Cic. lib. 1. Offic. Formā quidem ipsam Marce fili, & tanquam faciem honesti vides. Idem de Finib. Habes vndique expletam & perfectam Torquate formam honestatis, quæ tota ex his quatuor virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ sunt, continetur.

¶ Forma

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Forma item apud Columellam lib.7. cap.8. dicitur instrumentum in quo exprimitur caseus. Liquor (inquit) in fiscellas, aut in calathos, vel formas transferendus est. Ibidé, Deinde vbi formis aut calathis exemptus est. ¶Forma, pro specie frequenter accipitur apud Rhetores. Quintil. lib.7. cap.5, Abdicationum formæ sunt duæ. altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c. ¶Forma pro regula. Virgil.6. Aeneid. Quam pœnam, aut quæ forma viros fortunáve metsit. Vbi Seruius, Forma regula. Singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur. ¶Accipere formam, id est modum. Quintil. lib.2. cap.4. Ita quum iam formam rectæ, atque emendatæ orationis accipient. Virgil.1. Georgic. Continuò in syluis magna vi flexa domatur In burim, & curui formam accipit vlmus aratri. ¶Hinc compositæ fiunt Conformis, ὁμοιόμορφος, Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis, Semiformis, & huiusmodi adiectiua: de quibus vide suis locis.

Formula, læ, diminutiuum. {πλάσμα, σχῆμα μοτταῖον, σχημάτιον. Ital. *Maniera ò fazzone.* Gal. *Maniere, façon formule.* Hisp. *La forma de cada cosa.*} Quod aliquando pulchritudinem significat, cum quadá tamen diminutione, siue blandimento. Plautus in Persa, Tempori hanc vigilare oportet formulam atq; ætatulam, Ne vbi capillus vertspellis fuat, fœde sempet seruias. ¶Capitur nonnunquam pro lege, & constitutione. Cic. li. 3. Offic. Nondum Aquilius protulerat de dolo malo formulas. ¶Etiam formulæ dicuntur quæ nos instrumenta vocamus: vt Testamentorum formulæ, apud Cic 2. de Orat. ¶Formula dicendi, pro stylo & ratione loquendi, Cic. de Opt. gen. orat. Et ad quam eos dicendi formulam reuocent, intelligant. ¶Formulam intendere, est dicam impingere, vel dictare actionem. Sueton. in Vitel. Quum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti iniuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus, intédisset. ¶Cadere formula, vel Excidere formula, est aliquid de conceptis formulæ verbis immutare. Etant enim iuris formulæ certis quibusdam verbis conceptæ, à quibus siquis vel minimum recessisset, cadebat causa, hoc est amittebat causam. Quint. lib.3, Neq; ignoro multa transferri, cùm in omnibus fere causis in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæ sint quæstiones, &c. Sunt qui pro eodem accipiant Cadere formula, & Cadere causa: quibus non facile assentior: etiamsi vnum sequi solet ex altero. Nam qui formula cadebat, idem etiam cadebat causa. Quod & ipsum non obscurè ostendit Quintil. lib.7, quum ait, Est enim certa seruitus ad certa se verba astringendi: idque faciendum in lib. Ciceronis de Oratore vetat M. Antonius. Nam est etiá periculosum, quum si vno verbo sit erratú, tota causa cecidisse videamur.

Formularius, rij, dicebatur causidicus, qui ex formula iuris agere consuevit. {δικηγόρος, δικολόγος, δικανικός. Ital. *Pratico in processo.* Gal. *Vn practicien en proces.* Hisp. *Abocado de pleitos.*} Quint. lib.12. Quotum alij ad rubricas vel ad album se transtulerunt, & formularij, vel (vt ait Cicero) leguleij esse maluerunt.

Formosus, mosa, mosum, Pulcher, speciosus, bona forma præditus. {Εὐμορφος, εὐμορφικός. Ital. *Bello di forma.* Gal. *Beau.* Hisp. *Hermoso de forma.*} Semper enim cum laude dicitur: quanuis forma, vnde originem ducit, medium sit vocabulum. Cic. 1. de Nat. deor. Est tanta vis naturæ, vt homo nemo velit nisi hominis similis esse: sed tamen cuius hominis? quotus enim quisque formosus est? Virg. 2. Aeglog. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Cic. 6. Verr. Mulierum nobilium & formosarum gratia.

Formositas, tatis. {Εὐμορφία, κάλλος. Ital. *Beltà.* Gal. *Beauté.* Hisp. *Hermosura.*} Cic. 1. Offic. Idq; positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Formalis, le, εἰδικός. Sueton. in Domit. Pari arrogantia, quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit, Dominus & Deus noster sic fieri iubet. Vbi Epistolam formalem accipit pro ea quæ certa forma qua dictabatur, excipiebatur à scribis. Pro quo prioris seculi homines dixissent Concipere epistolam. Plin. lib. 34. cap. 9, Appellatur etiámnum & formalis temperatura æris teneorum: quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarij vicesima, maximéque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Formo, formas, Formam alicui induco. {πλάττω, διατυπόω, μορφόω. Ital. *Formare.* Gal. *Former, façonner.* Hisp. *Formar ò dar figura á la cosa.*} Cic. 4. Acad. Parmenides ignem qui moueat terram, quæ ab eo formetur. Plin. lib. 10. cap. 93. Quo maius est animal, tanto diutius formatur in vtero. Virgil. 9. Aen. Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem. Suetonius in Domi. Epistolas, orationésque, & edicta alieno formabat ingenio. Id est in iis componendis aliena opera vtebatur, siue per alium componebat. Horat. 3. Carm. -eradenda Cupidinis Praui sunt elementa: & teneræ nimis Mentes asperioribus Formandæ studiis. ¶Formare iuuentutem, & instituere, & veluti à rudiore ingenio ad meliorem quãdam formam traducere. Plinius in Panegyr. Quid vitam? quid mores iuuentutis quàm principaliter formas? ¶Huius composita sunt Conformo, Deformo, Informo, Reformo, Transformo: quorum significata vide suis locis.

Formatus participium. {μορφωτός, πλαστός. Ital. *Formato, fatto.* Gal. *Fait, formé.* Hisp. *Hecho, formado.*} Cic 3. de Nat. deorum, Nam Cleanthes, vt dicebas, quatuor modis formatas in animis hominum putat deorũ esse notiones, Ouid. 3. Metamorph. -vultúq; immotus eodem Hæret, vt è Pario formatum marmore signum.

Formator, verbale, qui instruit & format. {πλάστης, εἰδοποιός. Ital. *Che forma & instituisce.* Gal. *Formeur, façonneur, qui instruit.* Hisp. *El que forma ò da figura á la cosa.*} vt Formator animi, formator morum. Colum. in Præfat. lib. 1. Denique animi sibi quisque formatorem præceptorémque accersat. Plinius in Epist. Latum clauum in domo mea inducrat, suffragio meo adimus in petendis honoribus fuerat. ad hoc, ita me dilexerat, ita vetebatur, vt me formatore morum, me quasi magistro vteretur.

Formatura, ræ, Idem quod conformatio, siue forma vniuscuiusque rei. {μόρφωσις, μορφή. Ital. *Forma, fazzone.* Gal. *Façon, façonnement.* Hisp. *Forma ò figura.*} Lucret. lib. 4. Formaturáque laborum pro parte figurat. Et paulò pòst, Seruat enim formaturam, seruátque figuram.

FORMIÆ, arum, φορμίαι. Vulgò *Nola*: alij, *Formiæ.* Vrbs est Campaniæ maritima iuxta Caietam, Læstrigonum quondam sedes, à Laconibus (vt Strabo autor est) condita: à quibus primum Hormiæ dictæ sunt, siue à frequentia bonitatéque τῶν ὁρμῶν, id est stationum, vt Festo placet: siue ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, id est ab impetu Læstrigonum (vt Seruio placet) qui anthropophagi fuisse perhibentur. Quicquid id est, primùm Hormiæ dictæ, putantur: & deinde aspiratione in F commutata, Formiæ. Verisimile est, illud esse oppidum quod quinto à Caieta lapide situm, vulgò *Nolam* vocant.

Formica, micæ, à ferendis micis dicitur. {μύρμηξ. Ital. *Formica.* Gal. *Fourmi ou fourmis.* Hisp. *Hormiga.*} Mica verò proprié est puluisculus ille qui in arena quasi argentum fulget: à quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur, quasi minutim cadentes. Vel simpliciter à ferendo, quòd nullum animal frequentius ponderа conuehat, neque si mensuram corporis respicias, maiora. Cic. 3 de Nat. deor. Num id circo existimas formicam anteponendam esse huic pulcherrimæ Vrbi, quòd in Vrbe sensus sit nullus, in formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Plautus Trin. -quid factũ est eo? s. Comesum, Expotum, exutum, elotum in balneis, piscator, pistor abstulit, lanij, coqui, holitores, myropolæ, aucupes, cõsit citò. Quàm si tu obiicias formicis papauerem. ¶Inde fit diminutiuum Formicula, μυρμήκιον. ¶Formicæ Indicæ, μύρμηκες ἰνδικοί, animalia sunt Aegyptij lupi magnitudine, & felium colore, sed cornuta, aurum ex terræ cauernis eruentia, in regione Septentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur, eruntúmque summa cura assectuantia. Accolę æstiuos feruores maximè obseruant, illisque præ æstu in cuniculis latitantibus, aurum surripiunt. Sæpe tamen odore admonitæ formicæ è cauernis prouolant, crebróq; lacerant, quanuis præ velocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritásque est cum amore auri. Hæc Plin lib. 11. cap. 31. ¶Formica camelus, μυρμὴξ κάμηλος. De vehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quod perinde sit, quasi repente camelus in formicam vertatur. Lucian. ¶Inest & formicæ & serpho bilis, ἔστιν καὶ μύρμηκι καὶ σκώληκι χολή. Admonet adagium, non esse contemnendum inimicum quempiam, nec vllum temerè lacessendum: quãdoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillum, quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in homunculos, nullis præditos viribus, tamé vindictam molientes, ira vt solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal non dissimile formicæ.

Formicinus, a, um, pen. prod. Quod ad formicam pertinet. {μυρμηκινός. Ital. *Che à formica s'appartiene.* Gal. *De fourmi ou formi.* Hispa. *Cosa perteneciente á la hormiga.*} Plautus in Menæch. -nũc cogito Vtrum me dicam ducere medicum an fabrum: Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum, hoc est incedit more formicæ.

Formicosus, a, um, Plenum formicis. {μυρμηκώδης. Ital. *Pieno di formiche.* Gal. *Plein de formis, formillant.* Hisp. *Lleno de hormigas.*} Plin lib. 10. cap. 74. Dissident thoes & leones, & minima æquè ac maxima: formicosam arborem fornices cauant.

Formicatio, onis, {μυρμηκίασις. Ital. *Ago della formica.* Gal. *Certaines verues és parties du corps qui formillent & demangent, formilliere.* Hisp. *Aquella obra de hormigas el cuerpo.*} Extuberatio quædam est parua & callosa, in summa cute latissimis radicibus inhærens, superne angustior, quæ inter scalpendum mordentis formicæ sensum præbet: vnde etiam ex Græcis nonnulli hoc mali genus μυρμήκια, hoc est formiculas appellarunt. Plin lib. 8. cap. 7, Cinis muliebrium crinium, quum fuerint combusti, addito melle sanguinem sistit illico, & fornicationẽ corporum. Idem lib. 30. cap. 8, Verendorum formicationibus, verrucísque medetur arietini pulmonis inassati sanies.

Formicans pulsus, Exiguus est, debilis, & frequens, omnímque maximè letalis. σφυγμὸς μυρμηκίζων. Ita dictus quòd veluti formicas per arteriam discurrentes tactui tepræsentet. Plin. lib. 7. cap. 51, Venarum inæquali aut formicante percussu.

Formido, dinis, secunda syllaba producta, Metus vehementior, pauor. {φόβος, δέος. Ital. *Paura, tema.* Gal. *Crainte, peur.* Hisp. *Miedo ò temor demasiado.*} Cicc. 4. Tuscul. Formidinem metum permanentem definiunt. Horatius, Oderũt peccare mali formidine pœnæ. Plaut. in Amph. Neq; miser me commouere possum præ formidine. Cic. Attic. lib. 8, Omnino intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines quod magis debuerit mutum esse literis. Virgil. 3. Aeneid. Tum verò anciputi mentem formidine pressus Obstupui.

Formido, das, pen. prod. Vehementer timeo. {φοβοῦμαι, δεδιέναι. Ital. *Hauer gran paura, temer forte.* Gal. *Craindre, redoubter.* Hisp. *Temer demasiadamente.*} Plaut. in Capt. Nimisque hercle illum malè formidabunt. Idem in Cistel. Nam & intus paueo, & formido foris. ¶Huius composita sunt, Afformido, Deformido, & Reformido: quæ vide suis locis.

Formidans, participium. {φοβούμενος, δεδιὼς, ὀκνῶν. Ital. *Temente.* Gal. *Craignant.* Hispa. *Temeroso, medroso.*} Plautus Amphi. Ego cunas recessim rursum prorsum trahere & ducere, Metuens pueris, mihi formidans.

Formidatus, parti. {πεφοβημένος. Ital. *Temuto.* Gal. *Redoubté.* Hisp. *Temido.*} Hor. 3. Carm. Ode 6, Penè occupatam seditionibus Deleuit vrbem Dacus, & Aethiops. Hic classe formidatus, ille Missilibus melior sagittis.

Formidatio, Verbale, {φόβος, τὸ δέος. Ital. *Esso temere.* Gal. *Crainte.* Hispan. *Aquel temer.*} Cic. in Partition. In suasione autem aut spem aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria legũt reformidationem, quædam reformationem.

Formidolosus, a, um, modò actiuè sumitur pro eo qui timet. {φοβητικός. Ital. *Temeroso, che è temuto.* Gal. *Vn homme craintif.* Hisp. *Temeroso ò medroso.*} Terent. Eunuch. -num formidolosus obsecro es mi homo. c. Apagesis, egón' formidolosus? id est timidus, vel meticulosus. Modò passiuè, pro eo qui formidatur. φοβερός. Sallustius. Regibus boni quàm mali suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est. id est quæ formidatur. Cic. 4. Tuscul. Conseruatio stabilis iudicij in iis rebus quæ formidolosæ videntur.

Formidolosè, aduerb. {φοβερῶς. Ital. *Con timore.* Gal. *Auec crainte, en craignant.* Hisp. *Con miedo y temor.*} Cicero pro Sestio. Eos qui plurimùm possent, opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolosè tamen, autores ad perniciem meant.

Formidabilis, le. Quod est formidandũ. {φοβερός. Ital. *Formidabile, del quale si teme.* Gal. *Qu'on doit craindre, qui est à craindre & redoubter.* Hisp. *Cosa que se puede ò deue temer.*} Ouid. 2. Metamor. Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.

Formo,

For vel forimas, Formosus, Formula, Vide FORMA.

Fornax, fornacis, ἱπνός. Ital. *Fornace.* Gal. *Fournaise.* Hisp. *Horno ò hornaza.* ¶ Quæ rei alicuius coquendæ, aut calefactendæ gratia igni succenditur: cuiusmodi sunt quibus calx, aut lateres coquuntur, quibúsque hypocaustа calefiúnt. Cic. 2. de Nat. deor. Sunt quædam etiam quæ igne nasci putentur, apparentq; in ardentibus fornacibus sæpe volitantes. Plin. lib. 2. cap. 8. Longinquæ fornacis cuniculo.

Fornacula, diminut. Iuuen. Saty. 10. Magna est fornacula. μικρὸς κάμινος. Ital. *Fornace picciola.* Gal. *Petite fournaise.* Hisp. *Pequeño horno ò horcaza.*

Fornaceus, a, um. Factum in modum fornacis. καμινώδης. Ital. *A foggia di fornace.* Gal. *Fait en façon de fournaise.* Hisp. *Hecho en guisa de hornaza.* ¶ Plin. lib. 35. cap. 14. Quid non in Africa, Hispaniáq; ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati vtrinque duabus tabulis infarciuntur verius quàm instruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique cæmento firmiores?

Fornacarius, fornacarij. Cui accendendæ fornacis, coquendique panis cura incumbit. καυστήρ, ἀρτόπλης. Ital. *Fornaio.* Gal. *Fournier, boulenger.* Hisp. *Hornero.* ¶ Vlpian. l. Si seruus. ff. Ad leg. Aquil. Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuisset exusta.

Fornacalia, fornacaliorum, Feriæ farris torrendi gratia institutæ, quòd ad fornacem quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Ouid. lib. 2. Fastorum, Facta dea est Fornax, ixti Fornace coloni. & paulo pòst, Curio legitimis tunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec stata sacra facit. Budæus post Festum.

Fornix, cis, peu. genitiui corr. & generis masculini, Arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum. καμάρα. Ital. *Volto, arco.* Gal. *Voute, arc ou arche, la ployé ou arc d'vne voute.* Hispa. *Arco ò boueda ò cosa semejante.* ¶ A furuo, atro: nam loca in arcú ædificata suboscura sunt. Cic. in Top. Non debebit præstare quod fornix vitium fecerit. Virgil. 6. Aene. Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas. Idem 10. Aeneid. Aut amnis ripis, aut alti fornice fuxi. Plin. lib. 33. cap. 4. Relinquuntur itaq; fornices crebri moribus sustinendis. ¶ Quoniam verò meretrices in huiusmodi locis, id est sub fornicibus habitare consuenerunt, ponitur fornix pro lupanari, seu meretricia cella. καμαρικὸν κέλλιον. Seneca lib. 1. Controuer. Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et in Priapeia, Nigri fornicis oblitus faullla. Iuuen. Saty. 3. Lenonum pueri quocunque in fornice nati. Horat. 1. Serm. Saty. 2. -sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas, Quarum subsuta talos tegat instita veste: Contrà, alius nullam nisi olenti in fornice stantem. ¶ Erant etiam fornices, arcus in memoriam rerum à triumphalibus viris gestarum extructi, quasi monumenta victoriarum. Cic. 2. de Orat. Etiam illa rideantur quæ minuendi, aut augendi causa ad incredibilem admirationē efferuntur: velut tu Crasse in concione, ita sibiipsi magnum videri Memmiũ, vt in forum descendens caput ad fornicem Fabij demitteret. Idem 4. Verr. Huius fornix in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat. Huiusmodi fornices etiam hodie Romæ extant, quos *Arcus triumphales* vulgò vocant, quorum antiquissimus est D. Vespasiani nomine erectus in triumpho Iudaico. Alij autem duo maximè insignes, quorum alter Septimij Seueri, alter Constantini honori erectus est.

Fornico, cas, pen. corr. Fornices extruo, vel fornicis figuram rei alicui induco. καμαρόω. Ital. *Fabricare in volto.* Gal. *Vouter, faire en maniere d'arche.* Hisp. *Hazer arco ò boueda.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 10. Ruentes erat fulciunt pilarum intergerinis à solo fornicatis, ne desit alitus ad farciendum. Idem lib. 16. cap. 42. Populus contra omnia inferiora panditur, palma econtrario fornicatur. hoc est sursum incurvatur, quam formicis cornua deorsum soleant inclinari.

Fornicatus, participium, Quod ad fornicis modum ædificatum est, quod & concameratum opus, & arcuatum vocamus. καμαρωτός, καμαρωτικός. Ital. *Fatto in volto.* Gal. *Fait en voute.* Hispa. *Hecho en arco ò boueda.* ¶ Cic. in Top. Omnibus ius est, parietem directum ad parietem communem adiungere vel solidum, vel fornicatum.

Fornicor, caris. Idem est quod meretricor, hoc est cum meretricibus rem habeo. πορνεύω. Ital. *Hauer à fare con meretrici.* Gal. *Paillarder.* Hisp. *Fornicar ò andar en putarias.* ¶ Dictum fornicari, à fornicibus in quibus meretrices prostare consueuerunt.

Fornicarius, rij, substantiuè, ὁ τὴν πόρνην ἀγοράζων, ἢ τοῦτο ἐργαζόμενος. Propriè dicitur opifex, aut propola, siue institor, qui tabernas à fisco conducit sub fornicibus, vt ibi merces suas vænales habeat: cuiusmodi esse solent in porticibus fori vænalium, id est macelli, quas falas appellant. In Pandectis, l. Quum quidam. de Vsuris, Fiscus ex suis contractibus vsuras non dat, sed ipse accipit, vt solet à fornicariis, qui tardiùs pecuniam inferunt. Budæus in Annotationibus.

Fornicatio, onis, Fornicis structura. καμάρωμα. Ital. *Edificio in volto.* Gal. *Voutement, vouture.* Hisp. *Edificio à boueda.* ¶ Seneca, Societas nostra lapidum fornicationi similis est, quæ casura, nisi inuicè obstarent, hoc ipso d

Ami. Non enim solùm ipsa Fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos quos complexa est. ¶ Accipitur etiam fortuna in vtroq; numero pro diuitiis. Cicero in Diuinat. in Verrem, Cur, de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euertere? Tacit. lib. 13, Nec si Iturius & Caluisius adeas omnibus fortunis, &c. Cic. de Ami. Sæpe enim quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Horat. 1. Epist. 5, Quòd mihi fortuna, si non conceditur vti? ¶ Fortunæ, tum, pluraliter pro fœlicitate. Terent. in Andr. Tum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Cic. pro Sylla, Hic vos orat Iudices patrius, vt se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis. ¶ Fortuna ἀτυχία, πάντων ἐναντία. Quòd vicissim huic fauere soleat nūc illi. ¶ Manum admouenti fortuna est imploranda, νὺξ χεῖρα προσφερομένῳ δεῖ τὸν τύχην ἐπικαλεῖν. Admonet adagium ita fidendum esse Diuino auxilio, vt nihilo segnius, quantum in nobis est, etiam ipsi nostra adnitamur industria: alioqui non audituros Superos inertium ac desidiosorum vota. Plutarch. ¶ Sui cuique mores fingunt fortunam. E' medio vulgo videtur sumpta sententia apud Cornelium Tacitum in vita Pomp. Attici. Nam plerunque videmus mala malis euenire, digna dignis. idque vulgò dictitant, Malus malum reperit. Attestatur & versiculus prouerbialis, Ἐθλὸν γὸ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δόλια δόλια. Viro bono fortunæ suppeditat bona. ¶ Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna, αἴνα μ' ὁ δαίμων πρὸς κακὸν συγκυκήσῃ. Dici conuenit, vbi negotium incidit cum homine morosò difficilique, cum quo non queas viuere, nec à quo te possis extricare. Zenodotus. ¶ Præsentem fortunam boni consule, τὰ παρόντα δεῖ καλά. Quo admonemur ne nos alienarum rerum cupiditate macereamus, sed quæcunque contigit sors, eam velut optimam amplectamur. Plato in Gorgia.

Fortuno, nas, Prospero, secundo. {Εὐτυχίζω. Ital. *Felicitare, prosperare.* Gal. *Conduire à bonne fin, donner bonne issue, bien fortuner ou prosperer.* Hispan. *Hazer bienauenturado.*} Cicero Curioni, Tibi patrocinium dij fortunent. Idem M. Marcello, Maxima sum lætitia affectus, quum audiui te Consulem factum esse, eúmque honorem deos tibi fortunare volo.

Fortunatus, ta, tum, Prosper, fœlix. {Εὐδαίμων, ὀλβιος. Ital. *Prospero, auenturoso, felice.* Gal. *Heureux, prospere.* Hispa. *Dichoso y bienauenturado.*} Terent. in Adel. Deridet fortunatus qui istoc animo sies. Virgilius in Daphnide, Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. Idem 1. Aegloga, Fortunate senex, ergo tua rura manebunt. ¶ Aliquando idem est quod propitius. Asianius, Deos ego omnes, vt fortunati sint, precor.

Fortunatè, aduerbium, Fœliciter, prosperè. {Εὐτυχῶς. Ital. *Felicemente, prosperamente.* Gal. *Heureusement.* Hisp. *Bienauenturadamente.*} Cic. 3. de Finib. Necessariò sequitur, omnes sapientes semper fœliciter, absolutè, fortunatè viuere.

Fortunatim, aduerbium, idem significans quod fortunatè. Εὐδαιμόνως. Plaut. Si dederit Iupiter vt fortunatim omnia succedant.

Fortuitus, ta, tum, pen. indifferente, Quod casu accidit. {Αὐτόματος. Ital. *Ciò che accade per caso, per sorte.* Gal. *Fortuit, casuel, auenu d'auenture.* Hisp. *Cosa que viene a caso y fortuna.*} vt, Fortuitus concursus, Cic. 1. Tuscul. Democritum enim illum, magnum quidem virum, sed leuibus, & rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus. Quintil. lib. 6. cap. 4. Insidiarum inuidiam in Clodium vertit, quanquā vera fuerat pugna fortuita. Idem libr. 10. cap. 7, Nec tumultuarij, nec fortuiti sermonis contextum mirabor.

Fortuitò, Casu, temere, forte fortuna. {Αὐτομάτως, ἢ τύχῃ. Ital. *A caso, per sorte.* Gal. *D'auenture, par fortune* Hispa. *A caso o por auentura.*} Cicero de Lege Agraria contra Rullum, Paucas tribus non certa conditione iuris, sed fortuitò, fortisque beneficio ad vsurpandum libertatē vocare. Idem 5. de Finib. Siue hæc ita sunt fortuitò. Pro eodem legitur & Fortuitu. Cic. 6. Philip. Quod verbum tibi non excidit (vt sæpe fit) fortuitu: sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.

FORTVNATAE insulæ, A fructuum vbertate, aerisque temperie dictæ sunt. μακάρων νῆσοι. de quibus Strabo lib. 3, sic scribit, Fortunatæ insulæ contra extremam Mauritaniam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus Occiduus concurrit. Sunt autem sex numero, vt ex Iubæ sententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32. quarum primam Ombrion appellari ait, secundam Iunoniam, tertiam eodem nomine, quartam Capratiam, quintam Ninariam, perpetua niue nebulosam, sextam Canariam, plenam canibus ingentibus. Fortunatæ insulæ (inquit Mela lib. 3.) abundant sua sponte genitis, & subinde aliis super aliis innascentibus, nihil solicitos alunt: beatius quàm vllæ vrbes excultæ: vna singulari duorum fontium ingenio maximè insignis, alterum qui gustantes, risu soluuntur in mortem: ita affectis remedium est ex altero bibere. Solinus magna ex parte fabulosa esse scribit, quæ de Fortunatis insulis traduntur: vbíque tantùm esse quæ nonnihil habeat fertilitatis, nimio tamen calore infecta. Hodie omnes vno nomine Cannariæ vocantur, à fertilitate cannarum, in quibus nascitur saccharum.

FORVLI, orum. Vulgò *Forolo.* Oppidum Sabinorū, saxoso in loco situm: vnde Strabo lib. 5, Petram vocat ad rebellandum, quàm ad habitādum aptiorem. Virgil. 7. Aeneid. -qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Seuerum, Casperiámque colunt, Forulos, & flumen Hymellæ.

Forum, ri. Propriè dicitur locus quò res venales afferuntur: à ferendo nomen habens. {Ἀγορά. Ital. *Foro, piazza.* Gal. *Halles, lieu public ou on vend & achete.* Hisp. *Mercado, lugar donde compran y venden.*} Vnde Forum boarium, Romæ dictum fuit in quo bua venidebantur. boarium, in quo boues: piscarium, in quo pisces, ἰχθυοπωλεῖον. olitorium, λαχανοπωλεῖον. in quo olera: cupedinis forum, in quo cupediæ, hoc est lautiores cibi venundabantur. Quæ omnia, teste Varrone, lib. 5. de Ling. Lat. postea in vnū locum sunt contracta, quem Macellum appellauerunt. ¶ In foro veritas, ἐν ἀγορᾷ ἀλήθεια, id est, In foro abstinendum à mendacio. Lex erat apud Athenienses vt in foro rerum venalium vanitas omnis abesset. ¶ Est præterea forum quod Græco vocabulo vocamus emporium: hoc est oppidum, vel alius quiuis locus, quò vndique mercatores conuenire soleant ad emendum, aut vendendum. Sallust. in Iugurtha, Erat haud longè ab eo itinere quò Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum vænalium, totius regni maximè celebratum, vbi & incolere & mercari consueuerant Italici generis mortales. Hinc plerisque etiam oppidis nomen à foro manasse videmus, vt Forum Cornelij, dicta est Aemyliæ vrbs, quam nūc Imolam vulgò vocāt, à nomine eius qui eo in loco primus nundinas instituit. Ad hunc etiam modum Forum Liuium, Forum Iulium, Forum Aurelium, Forum Sempronij inde sua nomina acceperunt, quòd à Liuio, Iulio, Aurelio, vel Sempronio in his locis instituræ sunt nundinæ, ad quas totius prouinciæ mercatores merces suas afferebant. Cic. in Caecil. Quanquam quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos qui te ad forum Aurelium præstolarentur armati. ¶ Fora, vasa quibus antiqui vtebantur in torcularibus? Colum. lib. 12. cap. 18, Tum lacus vinarij, & torcularij, & fora, omniáque vasa, si vicinum est mare, aqua marina: si minus, dulci eluenda sunt, & commundanda, & diligenter affricanda, ne humorem habeant. ¶ Dicitur etiam forum locus in quo iudicia exercentur. {Δικαστήριον. Ital. *Foro iudiciale, palazzo, corte.* Gal. *La cour, l'audience.* Hisp. *Lugar donde se responde de derecho.*} Cic. ad Attic. Quòd me in forum vocas, eo vocas vode etiam bonis meis rebus fugiebam. Quintil. lib. 3. Rarum est autem, vt in foro iudicia propter id solum constituantur, sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo. Fora tria iudiciaria antiquitus Romæ fuisse manifestum est. Forum Latium, siue Romanum antiquissimum: Forum Cæsaris Dictatoris, in quo loricatam sibi fieri statuam passus est, & Forum Augusti, quod cum æde Martis vltoris extruxit. ¶ Foro vti, est pro sentem rerum statum boni consulere, & vtcunque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. in Phorm. Cœpi his omnia facere, obsequi, quæ vellent. D. Scisti vti foro. Donatus vulgare prouerbium admonet esse ductámque metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercij præscribunt quanti vendant quæ aduehunt: sed secūdum annonam fori quam deprehenderint, consilium de non vendendis aut vendendis mercibus sumunt. Seneca, Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Ex Erasmo. ¶ Agere forum. Cic. Appio lib. 5, Qui te forum Tarsi agere, statuere, multa decernere, iudicare dicerent. ¶ Forum à subselliis & iudiciis distinguit Cic. 1. de Orat. Age verò ne semper forum, subsellia, rostra, curiámque mediteris, &c. Id est causas ciuiles, publica iudicia, conciones, & sententias in Senatu dicendas.

Forensis, & hoc Forense, adiectiuum est à foro detiuatum, quo significatur omne illud quod ad forum iudiciale pertinet. {Δικαστικός. Ital. *Ciò che al foro iudiciale s'appartiene.* Gal. *Seruant aux plaids & proces, ou des appartenances.* Hisp. *Cosa perteneciente al consistorio, ò derecho.*} Vnde forenses causæ dicuntur quæ in foro iudiciali agitantur. Cic. 3. de Nat. deor. Nec si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Forensis homo, qui in foro versari, & causas agere consueuit. Forensis rhetorica, quæ foro, iudicisque est accommodata. Cic. 2. de Finib. Sed hæc rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est quum populariter loquitur, esse interdum paulo hebetiorem. Sic etiam forensia vestimenta dicebantur ea quibus in foro vtebantur: de quibus paulo póst.

Forensia, Vestes erant quibus in foro vtebantur: sicut cœnatoria, quibus domi vtebantur in cœna. Δειπνητικά. Sueton. de Aug. Forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit. Alio nomine dicuntur togæ forenses, vel vestimenta forensia. Colum. lib. 12. cap. 45, Arculæ saginex, vel etiam tiliaceæ: quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur.

FORVM Bibalorum, Vulgò *Fomilla.* Hispaniæ Tarraconensis oppidum est, non procul à Vaccæis, cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Sunt qui putent idem esse cum eo quod hodie Fomillam appellant.

FORVM Claudij, Oppidum Alpinum, Centronum metropolis, apud Ptolemæum, lib. 3. cap. 1, Sunt qui existiment idem esse cum eo quod hodie *Tarantesiam* vocant.

FORVM Clodij, Vulgò *Forca nuoua.* Oppidum Hetruriæ, cuius incolæ Foroclodij nominantur à Plin. lib. 8. cap. 5. ¶ Fuit præterea eiusdem nominis oppidum in octaua regione Italiæ, cuius meminit idem Plin. lib. 3. cap. 15.

FORVM Cornelij, Vulgò *Imola.* Oppidum est in via Aemilia, quod & Forum Syllæ appellatur: vtroque nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui ibi primus forum instituit. Foracornelienſis agri meminit Plin. lib. 3. cap. 16. Hodie Imolam vocant, quasi Aemyliam, à nomine viæ in qua sita est.

FORVM Iulij, siue Forum Iulium, Oppidum est Narbonensis prouinciæ, Octauianorum colonia, teste Plin. lib. 3. cap. 4. hodie seruatis non obscuris prisci nominis vestigiis *Freiulium* vulgò appellatur. ¶ Fuit & Carnarum siue Iapidum oppidum eiusdem nominis, teste Ptolemæo, li. 3. cap. 1, à quo tota regio hodie corrupto nomine *Freiulium* appellatur.

FORVM Segusianorum, Galliæ Lugdunensis oppidum est, apud Ptolemæum, lib. 2. ca. 9, idem cum eo (vt putatur) quod hodie *Bourgum Bressiæ* appellant. *Bourg en Bresse.*

FORVM Liuij, Vulgò *Forli.* Oppidum Aemyliæ, in octaua regione Italiæ, Cornelij Galli Poëtæ natalibus nobilitatum. Meminit huius oppidi Plin. lib. 3. cap. 15.

FORVM Gigurrorum, siue Egurorum, à Ptolemæo, lib. 2. cap. 6. appellatur vrbs quædam Hispaniæ, in tractu Tarranonensi, quæ à nonnullis eadem esse creditur quam Hispani sua lingua vocant *Medina de Riosecco.*

Fossa, Fossio, Fossor, Fossura, Vide FODIO.

FOSSAE Mariane, Vulgò *Aigues mortes*, apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 9, Galliæ Narbonensis oppidum est ad alterum ex Rhodani ostiis situm: ita dictum à propinqua fossa quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, vt scribit Strabo lib. 4, ostreis abundantem.

FOSSAE Papyrianæ, Tuscorum ciuitas Ptolemæo, hodie *Fossanouum.*

Fouea, à fodiendo, Notum. {Βόθυνος, βάραθρον. Ital. *Fossa, caueroa.* Gal. *Fosse, ou fosse.* Hisp. *Hoyo ò cana.*} Cic. 1. Philip. Bellua, quæ quoniam in foueam incidit, obruatur. Plaut. in Pœn. Ita decipiemus fouea leuonē Lycum. Plin. lib. 10. cap. 38. Itaque anates in foueas quibus feras venamur, delapsæ solæ euadunt.

Foueo, ues, ui, tum, Propriè est calidum tenere, aut calefacere. {Θάλπω, θέρμαίνω, ἀλέαίνω. Ital. *Tenir caldo, couare.* Gal. *Eschauffer, & entretenir en chaleur,*

fouere, couuer, eſtuuer. Hiſpan. *Calentar.* } Plaut. in Capt. Iuben', ánnon iubes aſſtrui aulas, patinas eſtui, Laridum, atq; epulas foueri foculis ſeruentibus? Plin. lib. 8. cap. 36, Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, quàm oua volucres. ¶ Aliquando ſignificat nutrire, prouehere. Plaut. in Merc. Alios enecat & extinguit, alios ſuo lacte fouet & erigit. Virgil. lib. 3. Georg. Progeniem, nidóſque fouent. ¶ Eſt etiam fouere, medicorum vocabulum, pro eo quod eſt partem læſam vel morboſum humidis calidiſve fomentis foris applicatis tepefacere, humectare, & dolorem lenire. Virgil. 12. Aeneid. Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapix. ¶ Interdum conſtituo. Virgil. lib. 4. Georg. Sæpe etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris, Sub terra fouêre latem. Sic enim legit Nonius quanquam in vulgatis exemplaribus quibuſdam legatur fodêre. ¶ Interdum tueri, vt apud eundem lib. 9, -non obuia ferre Arma vitos, ſed caſtra fouere. ¶ Interdũ amplecti, ſeu in deliciis habere. Virgil. 3. Aeglog. Infelix ô ſemper ouis pecus, ipſe Neæram Dum fouet, ac ne me tibi præferat illa, veretur. ¶ Huius compoſita ſunt, Confoueo, Circunfoueo, Refoueo, fo ſyllaba correpta: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Fotus, ta, tum, participium, } *πεπυρωμένος, πεπλυσμένος.* Ital. *Scaldato, fomentato, conato, ſtuffato.* Gal. *Eſchauffé, couué, eſtuué, fomenté.* Hiſp. *Calentado, conado.* } Cic. 2. de Nat. deo. Quinetiam anatum ouа gallinis ſæpe ſupponimus, ex quibus pulli orti primum aluntur ab iis vt à matribus, à quibus excluſi, ſotíque ſint.

Fotus, huius fotus, nomen ſubſtantiuum. Idem quod fomentum: vel potius ipſe fouendi actus. } *πυρίωσις, θέρμη ὀλή.* Ital. *Eſſo ſcaldare fomentare, couare ſtuffare.* Gal. *Eſtuuement, fomentation, couuement, eſchauffement.* Hiſp. *Obra de calentar ò conar.* } Plin. lib. 23. cap. 1, Decoctura eorum, veteres dyſentericos & cœliacos iuuat & potione & fotu.

Fomes, fomitis, à fouendo, hoc eſt nutriendo igne dicitur. Eſt enim aſſula ex arbore excuſſa dum cæditur. ¶ Ponitur & pro omni materia ſicca quæ facilè igni inflammatur. } *ἐνδοσις πυρὸς, ζώπυρον.* Ital. *Eſca, ogni coſa per accendere & allumare il fuoco, come ſcheggie & ſimili.* Gal. *Allumette, ce qui fait allumer ou entretient le feu.* Hiſp. *Yeſca, o aſtillas para encender fuego.* } Virgil. 1. Aen. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates: Suſcepitq; ignem foliis, atq; arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam. Plin. lib. 6. cap. 40, Excipiente materia aridi fomitis. ¶ Per tranſlationem fomes dicitur quicquid excitat nos, & accendit ad aliquid agendum. Gell. lib. 15. cap. 1. Fomitem eſſe quendem dicens, & incitabulum ingenij virtutiſq;, ſi mens & corpus hominis vino flagraret.

Fomentum, ti, à fouendo, id eſt calefaciendo, vel nutriendo. } *πυρίωσις, κατάπλασις.* Ital. *Coſa per leuare il dolore, coſa che accheta & tranquilla.* Gal. *Ce qui eſt propre à apaiſer douleur, adouciſſement, rechauffement.* Hiſpan. *Emplaſtro para mitigar dolor, emplaſtradura.* } Vnde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum & humidarum ad partes corporis læſas, medendi gratia. Plin. Iunior, Cuius grauiſſimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Colum. lib. 6. cap. 30, Frigori fomenta adhibentur, caputq; & ſpina tepenti adipe vel vino illinuntur. ¶ Fomentum per tranſlationem. Cic. 2. Tuſcul. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorũ dolorum. Idem 2. de Finib. Fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet.

F ante R

Fracco, fraces, ere, à quo Fraceſco. Idem eſt quod corrumpor, & quaſi vetuſtate putreſio. } *σήπομαι, σαπρὸς γίγνομαι.* Ital. *Eſſere corrotto.* Gal. *Se moiſir, ſe rancir, ſe fleſtrir.* Hiſp. *Corromperſe, podrirſe.* } Colum. lib. 12, Oleum quod minus prouenit, ſi congelatur, fraceſcet. id eſt putreſcet. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 55, Hæc, de qua fit oleum, congeri ſolet acerua tim per dies ſingulos in tabulata, vti ibi mediocriter fraceſcat.

Fracidus, a, um, pen. corr. à fracco, Pluſquam maturum, & iam putreſcés. } *σαπρός.* Ital. *Che gia ſi commincia à corromper per la maturità.* Gal. *Fleſtri, moiſi & rancí.* Hiſp. *Rancioſo.* } Cato de Re ruſt. cap. 64, Factores volunt vt oliua in tabulato diu ſit, vt fracida ſit, quo facilius efficiant.

Fraces olei } *τὰ τῶν ἐλαιῶν κατάπαστα.* Ital. *Polpa d'oliua, fece d'oglio.* Gal. *Le marc des oliues apres qu'elles ſont preſſorez, ou la lie qui en ſort.* Hiſp. *Las borras del azeyte.* } Dicuntur carnes, & fæces oliuarum quæ in oleo ſubſidunt. Plin. lib. 15. ca. 6, Oleum in tabulato minui, deteriúſque fieri: item in amurca & fracibus: eæ ſunt carnes, & inde fæces: quare ſæpius die decapulandum. Colum. lib. 6. cap. 13, Quidam fraces vino & adipe cõmiſcent, eóque medicamento poſt fomenta prædicta vtuntur.

Fractus, Vide FRANGO.

Frænum, ni, cum æ diphthongo, in plurali numero tam maſculini quàm neutrius generis, Inſtrumentum quo equus coërcetur: ita dictum à frangendo, quòd equorum ora frangat. } *χαλινός.* Ital. *Freno, morſo.* Gal. *Frein, bride, mors* Hiſp. *El freno de cauallo ò mula.* } Seneca, Hippolytus arctis continet frænis equos. Ouid. 1. de Arte, Tempore lenta pati fræna docentur equi. Virgil. 3. Georg. -& ſtabulo frænos audire ſonantes. Ouid. 2. Metam. Quadrupedes ducũt, addũntq; ſonantia fræna. Frænа Pelethronij inuenere, qui & ſtrata equorum primi monſtrauerunt, teſte Plin. lib. 6. cap. 56. ¶ Hinc componuntur Effrænus, a, um, & Effrænis, & hoc effræne, idem quod indomitus, quaſi ſine fræno. *ἄχαλινος.* Virgil. lib. 3. Georg. Gens effræna virũm Rhiphæo tunditur Euro. Vbi Seruius, Gens effræna, id eſt fæua, rectorem recuſans. Hieronym. Nequaquam effræni lingua repetiaris. Infrænus, ſiue infrenis, eiuſdem ſignificationis. Virgil. 4. Aen. Hinc Numidæ infræni cingunt. Quo in loco Numidæ vocantur infræni, quòd illorum equi nullis frænis coërceantur. ¶ Frænum mordere, ſignificat obluctari, & oſtendere nos graviter aliquid ferre, quod tamen ferendum eſt. *κατὰ νῶτα μάχομαι, τὸν χαλινὸν δάκνω.* Tranſlatio ſumpta eſt ab equis, qui quum frænum excutere non poſſint, perpetuò tamen mordent & arrodunt, oſtendũntq; coacti ſe ferre. Cic. 2. Philip. Si frænum momorderis, peream, ſi te omnes quotquot ſunt, conantem lor

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm erit tam immanis, quũ mea opera extinctũ sciet, quin frageſcat.

Fragilis, le, pen. corr. Quod facilè frangi poteſt. {ψαθυρός, ἐυθραυστος. Ital. *Fraile, che facilmente si può frangere.* Gal. *Fragile, freſle, caſſant, aiſé à rompre ou caſſer.* Hiſp. *Coſa que ſe puede quebrar.* } Plin. lib. 12. cap. 8, Saccharum eſt mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Idem lib. 12. cap. 7, Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile, quod vocatur caryophyllon, grandius, fragiliúſque. ¶ Per tranſlationem accipitur pro debili, fluxo, ſeu caduco. Cic. de Amic. Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæque ſunt, ſemper aliqui acquirendi ſunt quos diligamus, & quibus diligamur.

Fragilitas, litatis, Facilitas frangendi, qua aliquid facilius frãgitur quàm flectitur. {ἐυθραυστότης, ψαθυρότης. Ital. *Fragilità.* Gal. *Fragilité, facilité de ſe caſſer ou rompre.* Hiſp. *Aquella facilidad de quebrarſe.* } Plin. lib. 34. ca. 14, Tenuioribus ferramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur. ¶ Per tranſlationem pro debilitate, ſiue imbecillitate accipitur. Plin. in Epiſt. Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis Conſularibus obiit, quo Conſule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. Cic. 5. Tuſcul. Equidem eos caſus in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipſe conſideraos, huic incipio ſententiæ diſſidere: interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatémque extimeſcere.

Frater, tris, Iiſdem parentibus genitus: ita dictus quaſi ferè alter, vt poſt Nigidium docet Gell. lib. 13. cap. 10. {ἀδελφός. Ital. *Fratello.* Gal. *Frere.* Hiſpan. *Hermano.* } Niſi malimus à Græco deducere. Illi enim φράτορας conjunctos appellant, & φρατρίαν contubernium. Plin. Epiſtol. 164, Quum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorem, intelligo prius tibi quod eſt poſterius, nuntiãdum. Plaut. Pœn. -quid eſt fratris mei gnate? quid vis? expedi. Frater germanus. Cic. 3. Verr. Dixit C. Fannius Eques Romanus, frater germanus Qu. Titinij iudicis tui, tibi ſe pecuniam dediſſe. Fratres gemini, δίδυμοι, duo eodem partu editi: quos minus rectè geminos fratres, conuerſo ordine appelles, vt docet Quintil. lib. 9. cap. 4. Cic. pro Clu. C. & L. Fabricij fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter ſe cùm forma, tum moribus ſimiles, municipum autem ſuorũ diſſimilimi. Fratres patrueles, ἀνεψιοί, παῖδες τῶν ἀδελφῶν τέκνα: ſororéſque patrueles, ἀνεψιαί, dicũtur qui, quæve duobus ex fratribus progenerantur, vt docet Iuſtinianus lib. 3. Inſtit. Sueton. in Cæſare, Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat. ¶ Frater viro adhit, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρὼν. De fido auxilio dici ſolitum, propterea quòd in rebus periculoſis vix vnquam frater ſolet fratri deeſſe. Plato li. 2. de Rep.

Fraterculus, li, diminutiuum, Id eſt parvus frater. {ἀδελφίδιον. Ital. *Fratellino, fratticello ò hermanillo.* Gal. *Frerot, petit frere.* Hiſp. *Pequeño hermano.* } Inuenalis Satyr. 4, Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigantum. Vbi Fraterculus gigantum, dicitur homo obſcurus, cuius maiores ſunt incogniti, tanquam è terra ſubito fuerit enatus, quemadmodum de gigantibus Poëtæ fabulantur. Cic. 5. Verr. Volo mihi fraterculo tuo credas.

Fratria, æ, Vxor fratris, vt Feſtus docet. {εἰνάτερες. Ital. *Moglie del fratello.* Gal. *Femme du frere.* Hiſ. *La cuñada, muger de hermano.* } Contrà Nonius fratrias dici vult fratrum inter ſe vxores.

Fratro, as, are, κνημίζω. De puerorum mammis dicitur, quòd velut fratres pares oriantur: quod etiam in frumento ſpica facere videtur. Pro eodem veteres dixerunt Fratereculare. Feſtus, Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primùm tumeſcunt, vt fratereculare puerorum. Plautus, Tunc mammulæ primùm ſororiabant: illud volui dicere, fratereculabant.

Fraternus, na, num, poſſeſſivum. {ἀδελφικός. Ital. *Fraterno, fraternale.* Gal. *Fraternel, de frere ou freres.* Hiſpa. *Coſa perteneciente à hermano.* } vt, Fraternus amor. φιλαδελφία. Fraterna inuitatio, Cic. Fraterna mors, Virgilius. Sic Fraternæ acies, apud Statium. Fraternum parricidium, apud Ciceronem pro Cluentio.

Fraternè, aduerbium, pro amore fraterno. {φιλαδέλφως. Ital. *Fraternalmente.* Gal. *Fraternellement.* Hiſp. *Con amor de hermanos, con hermandad.* } Cic. ad Qu. frat. lib. 2, Quare facis in quidem fraternè, quòd me hortatis: ſed mehercule currentem nunc quidem, vt omnia mea ſtudia in iſtum vnum conferam. Ibidem lib. 1, Huic tu epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

Fraternitas, atis, Fraterni amoris coniunctio, neceſſitudo inter duos fratres. {ἀδελφότης, φιλαδελφία. Ital. *Fraternità.* Gal. *Fraternité.* Hiſpa. *Aquella hermandad de hermanos.* } Quintil. Decla. 16, A primis ſtatim ætatibus in eadem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum.

Fratricida, cidæ, Qui fratrem occidit. {ἀδελφοκτόνος. Ital. *Veciſor de ſu fratello.* Gal. *Fratricide de ſon frere, qui a tué ſon frere.* Hiſ. *Matador de ſu meſmo hermano.* } Cicero pro Domo ſua ad Pont. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. quid de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, non extra ordinem tuliſti?

Fratilli, villi ſordidi in tapetis, quòd per terram ferantur. Autor Feſtus. κρόκαι.

Fraus, fraudis, Eſt deceptio, circunuentio, vel impoſtura. {ἀπάτη, ἐξαπάτησις, δόλος. Ital. *Fraude, inganno.* Gal. *Fraude, tromperie, deception.* Hiſpa. *El engaño ò cautela.* Ital. *Fraude, inganno.* Gal. *Fraude, tromperie, deception.* Hiſpa. *El engaño ò falta.* } Cic. 1. Offic. Vi, aut fraude fit iniuria: fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrumque ab homine alieniſſimum: ſed fraus odio digna maiore. Plautus in Mil. Atque adeò, vt ne legi fraudem faciam talariæ, Accuratore, vt ſine tali domi agitem communem. ¶ Accipitur quandoque pro periculo. Virgil. lib. 5, Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra Egit? Terent. in Heaut. In eandem fraudem ex hac re, atq; illa incides. ¶ Vſurparunt etiam veteres non raro fraudem pro crimine. Vnde Capitalem fraudem admittere, teſte Vlpiano, de Aedil. edict. eſt tale aliquid delinquere propter quod capite puniendus ſit qui deliquit. Liuius 3. bel. Pun. Qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniæ iudicatæ in vinculis eſſent. Inde Fraudi eſſe, veteres dixerunt pro Crimini dari, vel culpæ aſcribi, aut vitio vertí. Cic. 5. Philipp. Cenſeóque vt ii qui in exercitu Antonij ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Calend. Februarias ab eo diſceſſerint. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Feciali regem interrogauit, Rex faciſne me tu regium nuntium, Populique Romani Quiritium vaſa, comitéſque meos? Rex reſpondit, Quod tuo fraude mea, populique Quiritium fiat, facio. hoc eſt, quæ res tuo meo damno, crimine, aut dedecore ſiat.

Fraudulentus, a, um, Doloſus, fallax. {δολερός, ἀπατηλός. Ital. *Fraudolente, cautelenx, pieno de tromperie.* Hiſpa. *Engañoſo d'inganni.* Gal. *Grand tromperur, cauteleux, plein de tromperie.* Hiſpa. *Engañoſo, lleno de enganos.* } Cic. 2. Offic. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, &c. Colum. lib. 9. cap. 5, Neque ea curatorem fraudulentum tantùm, ſed etiam immundæ ſegnitiæ peroſa eſt: æquè enim dedignatur ſi minus purè habita eſt, aeſi tractetur fraudulenter.

Fraudulenter, id eſt doloſè. {δολίως. Ital. *Con fraude.* Gal. *Cauteleuſement, par tromperie.* Hiſp. *Engañoſamente.* } Colum. lib. 1. ca. 8, Sæpe enim quæreudi poteſtatem faciat de iis qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infeſtent. Plin. lib. 30. ca. 10, Quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt.

Fraudo, fraudas, id eſt decipio, & rem alicuius per fraudem intervento. {ἀποστερέω, ἀπατάω, παραγράφω. Ital. *Fraudare, ingannare.* Gal. *Fraudar, priver de quelque choſe, chiffrer, fruſtrer, tromper.* Hiſp. *Engañar.* } Haber autem aliquem de quelque choſe, chiffrer, fruſtrer, tromper. Hiſp. *Engañar.* } Haber autem aliquem plurimùm poſt ſe accuſatiuum perſonæ cum ablatiuo rei. Virg. 4. Aen. Quem regno Italiæ fraudo, & fatalibus aruis. Liu. 2. ab Vrbe. In magna inopia pro domeſticis copiis vnuſquiſque ei aliquid, fraudans ſe ipſe victu ſuo, contulit. Aliquando autem ſolo accuſatiuo contentum eſt, omiſſa re qua quis fraudatus dicitur. Cice. pro Roſ. Com. Aequè enim perfidioſum & nefarium eſt fidem frangere quę continet vitam: & pupillum fraudare qui in tutelam peruenit: & ſocium fallere qui ſe in negotio coniunxit. Interdum etiam inuenitur cum accuſatiuo rei. Cæſar 3. bel. Ciui. Fraudare ſtipendium militum, & prædam omnem domum auertere. ¶ Fraudare genium, eſt non ſatisfacere appetitui & voluptati. Nam Genius apud veteres habebatur naturæ & voluptatis deus: vnde Genialis homines dicti ſunt qui dapſiles eſſent, & ad excipiẽdos conuiuas liberales. Plautus in Aulul. Perditiſſimus ego ſum omnium in terra. Nam quid mihi opus vita eſt, qui tantum auri Perdidi, quod cuſtodiui ſedulo egomet me fraudaui, Animúmque meum genium meum. Huius contrarium eſt, Curare genium, id eſt lautè viuere. Fraudare deſiderium alicuius, eſt non facere quod cupit.

Fraudator, oris. {ἀποστερητής, πλανοκλοπός, συλλητής. Ital. *Ingannatore.* Gal. *Tromperur, chiffreur.* Hiſp. *Engañador.* } Cicero pro Flacco, Nolite exiſtimare Iupeur, chiffreur. Hiſp. *Engañador.* } Cicero pro Flacco, Nolite exiſtimare Iupices, non vnam & eandem omnibus in locis eſſe fraudatorum & iudicatorum impudentiã. Fraudator, & interceptor prędæ, Liu. 4. ab Vrbe.

Fraudatio, onis. {ἀποστέρησις, παράγραφος. Ital. *Inganno, eſſo ingannare.* Gal. *Tromperie, chiffrement.* Hiſp. *Engaño, obra de engañar.* } Cic. 3. Offic. Inter bonos bene agier oportet. & ſine fraudatione. Idem in Catil. Ex luce enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides, illinc fraudatio.

Fraufus, antiquum eſt participium actiuæ ſignificationis, quo ſignificatur is qui fraudem commiſit, vt Feſtus & Nonius annotauerunt. Plaut. in Aſin. Metuo in commune, nequam fraudem fraufus fiet.

Fraxinus, ni, pen. corr. {μελία. Ital. *Freſſino.* Gal. *Freſne.* Hiſp. *Freſno arbol conocido.* } Genus arboris eſt notiſſimæ, cuius vmbra, teſte Plin. lib. 16. ca. 13, vſqueadeò inuiſa eſt ſerpentibus, vt citius in ignem confugiant, quàm ad fraxini vmbrã. Fraxinus in ſylvis pulcherrima, Virg. 7. Aegl.

Fraxineus, a, um, Quod eſt ex fraxino. {μελίνεος, μελίεος. Ital. *De freſſino.* Gal. *De freſne.* Hiſpa. *Coſa de freſno.* } vt, Frondes fraxineæ. Colum. lib. 11. cap. 1. Iiſdem temporibus ſi fit, fraxineam: ſin minus, orneam: ſi nec hæc ſit, iligneam frondem rectè præbebimus.

Fraxinus, a, um, per tres ſyllabas, aliud adiectiuum: vt, Virga fraxina. Ouid. Epiſt. 11, Vt quatitur tepido fraxina virga noto.

Fraxo, as, Vigilias circumeo, quòd eo labore homo frangatur, autore Feſto.

FREGELLAE, arum, Φρέγελλα Stephano, Vulgò *Ponte corno*, olim ciuitas fuit clariſſima inter Formias & Sinueſſam ſita, non procul à Liri amne, quę nunc Garilianum vocamus. Cuius etiam hodie non obſcura extant veſtigia, ex quibus facilè poteſt æſtimari quanta olim fuerit eius vrbis amplitudo. Hæc quũ à Romanis defeciſſet, diruta fuit, & ad vicum iam vſq; à Strabonis tempore redacta. Silius lib. 8, -obſeſſæ campo ſpalente Fregellæ. Idem alio loco, Et quæ fumantem texêre gigantа Fregellæ. Inde Fregellani populi dicti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Fregellanus, adiectiuum: vt Fregellana vitis. Colum. lib. 3. cap. 2.

FREGELLANVS, Nomẽ proditoris, cuius meminit Cic. 5. de Fin. Quis Fregellanum proditorem, quanquam Reip. noſtræ profuit, non odit?

Fremo, mis, mui, itum, Sonitum edo, qualis ſit à fluctibus maris. {βρόμος, φυσᾶται, βρυχᾶται, μυκᾶται. Ital. *Fremere, far ſtrepito.* Gal. *Fremir, bruire, faire bruit.* Hiſ. *Bramar, hazer ruydo haſta prorumper en bozes.* } quanquam ſæpiſſimè accipitur pro eo quod eſt murmure, & voce indignationem oſtendo. Virg. 1. Aeneid. de ventis, Circum clauſtra fremunt. Cice. ad Attic. Fremit ibi ereptum Conſulatum. Sueton. in Galba, Præcipuè Germaniæ gentes fremebant, ſe fraudari ſtipendio. Lactant. lib. 7, Fremunt vbique bella: omnes gentes in armis erunt. Huius compoſita ſunt, Adfremo & infremo: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Fremitus, tus, pen. corr. Sonus fluctuum, & in populo indignãte murmur & ſtrepitus. {φλοισμός, βρόμος. Ital. *Strepito, romore.* Gal. *Grand bruit, fremiſſement, bruyement.* Hiſp. *Bramido y ruydo.* } Virgil. 2. Georg. Fluctibus, & fremitu aſſurgit gens Benace marino. Cic. ad Attic. Qui fremitus hominũ quàm iracti au timi? Idem 5. de Finib. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, vt fremitum aſſuefceret voce vincere.

Fremebundus, bunda, Valde fremens. {φρυαλικός. Ital. *Strepitoſo.* Gal. *Qui fremit & bruit, qui fait grand bruit.* Hiſp. *Coſa que mucho brama.* } Cic. 2. de Natura deorum, ex Accio Poëta, Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti ſonitu & ſtrepitu. Ouid. 12. Metamorph. Tum verò præceps curru fremebundus ab alto.

Frendeo, des, dui, itu ſupino freſſum, autore Feſto, ſignificat frãgo, θλάω. Vnde Faba freſſa, dicitur quæ mola leuiter fracta eſt. κύαμος θλασθείς. } Ital. *Frangere.* Gal. *Rompre, briſer.* Hiſp. *Freſar.* } Colum. lib. 2. cap. 11, Cicera bubus erui loco, freſſa datur in Hiſpania Bætica. Varro 2. de Reruſt. cap. 4, Amiſſo nomine lactentis, dicuntur neſtendes, ab eo quòd nondum fabam frendere poſſint. id eſt frangere. ¶ Eſt etiam frendere, præ iracundia ſimul concuſſis, & ſtrictis dentibus vocem emittere. {βρύχω. Ital. *Battere i denti, fremere con denti.* Gal. *Grincer les dens, rugir.* Hiſpa. *Regnar.* } Plautus in Captiuis, Nimiſque hercle ego illum male fornidabam.

labam:ita frendebat dentibus. ¶Hinc componitur Infrendeo, id est valde frendeo. Virgil. lib. 5. Aeneid. Dentibus infrendens gemitu, graditurque per æquor Iam medium. Legitur & Frendo, frendis, tertiæ coniugationis. Plautus in Truc. Traxit ex intimo ventre suspirium: hoc vide, dentibus Freudit, icit fremur.

Frendens, participium. {βρύχων, βρυχάων. Ital. *Cosa che rugge.* Gal. *Grinssant les dents, rugissant, fremissant.* Hisp. *Cosa que regama.* } vt, Fredens leo, Frendens aper: hoc est ex ira dentes concutiens. Ouid. 1. de Arte.

FRENTANI, Populi sunt Italiæ, non procul à Dauniis & Picentinis, diuersi ab iis quos alibi Ferentinos, & ab iis quos Ferentinates diximus appellari. Horum regionem Plin. lib. 3. cap. 12, Frentanam vocat, à Frentone vicino fluuio deducto nomine.

Frequens, tis, omnis generis, Densus, creber, à multis frequentatus. {πυκνός, πυκινός. Ital. *Frequente, spesso.* Gal. *Frequent, assidu, continuel, fort hanté.* Hisp. *Lo que muchas vezes se haze, espesso, frequentado.* } Valla lib. 4. cap. 96, Frequentem locum dicimus quem frequentare multi solent: vt, Vrbs frequens, Oppidum frequens, Platea frequens, vbi multi homines aut habitant, aut diuersantur. Quando autem de persona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur: vel de sola, sic, Sit miles frequens spectator præliorum: id est creber & assiduus. Vel de turba, sic, Frequens populus, Frequens Senatus: id est copiosus, & multus. Et id quidem cum nomine collectiuo in singulari: cum cæteris verò, in plurali: vt, Frequentes ciues, frequentes Senatores: hoc est multi, & numerosi. Veruntamen quum dico, Sis frequens, innuo actionem: quum dico, Frequens locus, passionem: ille frequentat, ille frequentatur. Hęc ille. Cic. ad Lent. Causam enim frequenti Senatu obtinebamus. Plinius in Epistol. Proximè frequenti auditorio inter se coràm multi ordinis nostri clarè iocabantur: intraui, conticuerunt. Cic. de Senect. At cater epulis, extructisque mensis, & frequentibus poculis. Id est non vsitatur inter pocula.

Frequentia, tiæ, Qualiscunque hominum multitudo. {πλῆθος, σύλλογος. Ital. *Frequenza, concorso, moltitudine.* Gal. *Frequence, hantement continuel, grand assemblée.* Hisp. *Muchedumbre, quando se ayunta y concurre mucha gente.* } Cicer. de Amic. Atque hoc maxime iudicaretur, siquid tale posset contingere, vt aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudinem vspiam collocaret. Sallust. in Catil. Reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire iubet: eò Senatum aduocat: magna frequentia eius ordinis erat.

Frequenter, aduerbium, Sæpe, sæpenumero, densè. {συχνῶς, πολλάκις. Ital. *Frequentemente, spesso.* Gal. *Souuent.* Hisp. *Frequentadamente.* } Ad Heren. li. 4, Vt frequenter & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione. Cic. in Orat. Translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis vtitur non modò vrbanorum, sed etiam rusticorum.

Frequento, tas, Frequenter adeo. {φοιτάω, συχνάζω. Ital. *Frequentare, continuare.* Gal. *Frequenter, hanter.* Hisp. *Continuar alguna cosa, y la haze muchas vezes.* } Sallust. in Catil. Iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat. Sueton. in Octauio August. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiusq; solennes frequentare desiit, quàm grandior iam natu, & in turba quodam sponsaliorum die vexatus. Frequentari domus dicitur quæ à multis aditur, vel cum multis. Cic. 1. Offic. & Liu. 7. ab Vrbe. ¶Frequentare, pro geminare, vel frequenter repetere, apud Gellium, lib. 13. cap. 23, Quæ à Poëtis vel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratia duobus eadem pluribúsve nominibus frequentantur. ¶Nonnunquam etiam frequentare idem est quod frequens reddere. Cicer. in Cat. Inuect. 4, Conuenisse video Tribunos ærarios, fortissimos viros, Scribas item vniuersos, quos quum casu hic dies ad ærarium frequentasset, video ab expectatione sortis ad communem salutem esse conuersos. Quum (inquit) hic dies frequentasset Tribunos, id est frequętes reddidisset & coacerualsset. Idem in Oratione pro domo sua, Quem tu populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras. Idem 2. Offic. Vrbes sine cœtu hominum non potuissent nec ædificari, nec frequentari. hoc est frequętes & populosæ reddi. Sueton. in Augusto, Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum à se, frequentauit.

Frequentatus, participium. Cicer. de clar. Orat. Alterum genus est non tam sententiis frequentatum.

Frequentatio, onis, verbale. {πύκνωσις, συναγωγὴ λόγων. Ital. *Frequentatione, continuatione.* Gal. *Frequentement, hantement.* Hisp. *Obra de haZer muchas vezes, continuacion.* } Cic. in Partit. Frequentatio argumentorum, & coacerualio vniuersa. Autor ad Heren. lib. 4, Densa & continens frequentatio verborum. Et paulo pòst, Frequentatio est quum res in tota causa dispersæ coguntur in vnum locum, quo granior, aut acrior, aut criminosior oratio fit.

Frequentamentum, ti, πύκνωμα, Genus est modulationis Musicæ. Gellius lib. 1. cap. 11, Numeros, & modos, & frequentamenta quædam varia tibicen incineret. Idem lib. 5. cap. 1, Si quibusdam quasi frequentamentis orationis mouentur, exagitantur, & gestiunt.

Frequentatus, a, um, Veteres dixerunt pro frequente, Festo autore.

Fresla faba, Vide FRENDEO.

Fretum, ti, à feruendo dictum, vt Varro inquit, à similitudine feruentis aquæ, quòd in fretum sæpe concurrat æstus, atque feruescat. {πόντος, πέλαγος. Ital. *Mare.* Gal. *Vn destroit de mer, vn petit bras de mer.* Hispa. *Estrecho del mar entre dos tierras.* } Propriè enim significat loca maris angustiora, quæ quòd aqua minus liberum habeat fluxum, vehementius solent concitari. Vnde angustiæ ille quibus Atlanticum mare irrumpit terras, Latini fretum appellant. Ad eundem etiam modum, angustum illud mare quod Siciliam ab Italia dirimit, fretum appellatur. Cic. 7. Verr. Hi ne quod Siciliam ab Italia dirimit, fretum appellatur. Cic. 7. Verr. Hi ne in freto ante sua tecta, & domos nauigarent. Ibidem, Te iubere in ea parte figere quæ ad fretum spectaret. Loquitur de C. Verre, qui in Sicilia insula iussit cruces figi, in ea insulæ parte quæ fretum spectabat: vt qui se cines, Romanos esse dicerent, ex cruce Italiam possent aspicere. ¶Apud Veteres legitur & frerus, genere masculino. Ennius, Crassa puluis oritur, omnem peruolat cœli fretum. Lucr. lib. 6, Nam fretus ipse anni permiscet frigus ad æstum Cic. in Verrem act. 7. Vt ille in dolore cruciatúque moriens, perangusto freto diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret. Sic enim Gellius legit. ¶Hinc transfreto, de quo suo loco.

Fretus, a, um, Vide FRVOR.

Friabilis, Vide FRIO, frias.

Frico, cas, Notæ significationis est. {ψήχω, ψώχω. Ital. *Fregare.* Gal. *Frotter.* Hisp. *Fregar o tratar vna cosa con otra.* } Virgil. lib. 3. Georg. -fricat arbore costas. Plautus in Afinaria, Nunquam hercle facerem, genua ut tam nequiter fricares. Plin. in Epist. Quinetiam (fœdum, miserandumque dictu) dentes lauandos fricandósque præbebat. Præterium facit fricui, & supinum frictum. Hinc manserunt verbalia Frictio & Frictus. Olim etiam fricaui & fricatum. Vnde adhuc in vsu sunt Fricatio, & Fricatus. Sic etiam duo manserunt participia præteriti temporis Frictus & Fricatus. Iuuenal. -si prunit frictus ocelli Angulus. Macer, vtricæ foliis reuocatur vulua fricata. Sed in hoc simplici rarum, frequens in compositis. Cic. lib. 12. Epist. ad Attic. Quæres forsitan sit refricatura vulnus meum. Plin. lib. 8. Pantheras per carnes affricatas aconito venantur Barbari. ¶Huius composita. Affrico, Confrico, Defrico, Infrico, Perfrico, Refrico, quorum significationes vide suis locis.

Frictus, us, Est ipse fricandi actus. {τρῖψις, ἐπιτρῖψις. Ital. *Fregamento.* Gal. *Frottement.* Hisp. *Fregadura.* } Iuuenalis, -frictum trifaunis adorat.

Frictio, onis, Idem. τρῖψις. Celsus lib. 1, In ipso quoque itinere frequens frictio. Plin. lib. 23, Frictiones inhibeat oculorum.

Fricatio, Idem. Colum. lib. 6. cap. 12, Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur.

Fricatus, tus, Idem. ψῆλάφησις, τρῖψις. Plin. lib. 23. cap. 7, Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiúmque vitia crebro fricatu.

Frigilla læ, Auis sic dicta quòd frigore cantet & vigeat. {σπίζα. Frenguelo. } Martial. lib. 9, Nunc sturnos inopes, frigillarúmque querelas Audit, & arguto passere vernat ager.

Frigo, gis, xi, xum, & frictum, significat torreo. {φρύγω, τηγανίζω. Ital. *Frigere.* Gal. *Frire, frecasser.* Hisp. *Freir.* } Festus, Frigere, & Frictum à Græco. Inde Frictorium, & Frixorium, in quo quid frigitur. {φρυγανον. Ital. *Padella.* Gal. *Vne poile à frire.* Hisp. *La sarten para freir.* } Plaut. in Bacch. Tam frictum ego illum reddam, quàm frictus est cicer. Idem in Pœn. -nil nisi laterculos, Sesamum, papauerémque, triticum, & frictas nuces. Plin. lib. 18. cap. 7, Postero die frigunt, deinde molis frangunt. Colum. Celsus, Tum res eadem magis alit iurulenta, quàm assa: magis assa, quàm frixa.

Frigus, goris, pen. corr. Pro horrore qui est contrarius calori. {ψῦχος, ῥῖγος. Ital. *Freddo.* Gal. *Froid, froidure.* Hispan. *Frio o frescura.* } Virgil. lib. 1. Georg. Frigúsque, calorémq; Inter. Idem, -aut Boreæ penetrabile frigus adurat. ¶Aliquando sumitur pro metu: ab eo quod præcedit, ad id quod sequitur. Virgil. 1. Aen. Extemplò Aeneæ soluuntur frigore membra. Seruius, Frigore, id est timore. Reciproca translatione, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur, vt in Terentio, Vxorem tuam pauitare aiunt. hoc est non timere, sed laborare frigoribus. Rursus frigus dicitur ipsa aëris natura. Virgil. lib. 2. Georg. -at sceleratum exquirere frigus Difficile est. ¶Frigus id etiam appellatur quũ pro risu, & gratia, vel fauore sperato, res in diuersum exit. Cic. ad Quintil. frat. lib. 2, Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coëgisset, tantum fuit frigus, vt populi conuitio nos coactus sit dimittere. Quintil. lib. 6, Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor & deformitas afferunt interim frigus, diligenterque actori hæc sunt prouidenda. Frigus his in locis (vt Budæus docet) absurdam rei speciem significat, quam incommodus euentus consequitur.

Frigeo, ges, frixi, teste Prisciano, frigidus sum. {ψυχρὸς εἰμι, κρυόομαι. Ital. *Raffredarsi.* Gal. *Auoir froid.* Hisp. *Enfriarse.* } Virgil. lib. 11, -corpúsq; lauant frigentis, & vngunt. Fit autem frigeo (vt quibusdam placet) ἀπὸ τοῦ φόβου, quod est horreo. Vnde φόβος, horror seu frigus dicitur. Siue (vt alij malunt) παρὰ τὸ ῥῖγος. Sic enim Græci frigus & rigorem vocãt. ¶Frigere etiam dicuntur qui segnes sunt, languidi & remissi. Terent. in Eunu. Hice homines frigent. Id est lãguidi sunt, & nequaquam feruidi: quales esse solent quibus res parum succedunt ex sententia. Cicer. 4. Verr. Quum omnia iudicia frigerent admonitu illius. Terentius in Eunuc. Sine Cerere & Baccho friget Venus, hoc est, languida est, & remissa. Cic. ad Attic. lib. 1, Quum Romæ à iudiciis forum frixerit. ¶Huius compositum est Refrigeo, de quo suo loco.

Frigesco, scis, Frigidus fio. {ἀποψύχομαι. Ital. *Diuenir freddo.* Gal. *Deuenir froid, se refroidir.* Hispan. *Enfriarse.* } Cato de Re rust. cap. 65, Vbi erit tam crassum, quàm viscum, finito frigescat. Cælius ad Cicer. Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. Vbi metaphoricè accipitur frigescere, pro otiosum esse, & languescere. Lactant. lib. 7, Quos autem morbus interimit, spiritum diutius exhalant, vt paulatim frigescentibus membris anima effletur.

Frigefacio, {ψύχω. Ital. *Far fredda, raffredare.* Gal. *Refroidir.* Hisp. *Enfriar una cosa, refriar.* } A quo Frigefio notæ significationis. & Frigefacto, as, are, frequentatiuum. Plaut. in Pœn. Calidum prandisti prandium hodie mihi. A. Quid iam? L. Quia hoc nunc frigefactas, quum rogas.

Frigero, ras, pen. corr. Frigefacio. ψύχω. Composita eius magis sunt in vsu: vt, Refrigero, quod est rem aliquam calidam frigidam facio. Perfrigero, vehementer frigefacio. ἀποψύχω. Plinius, Omnium earum vis eadem perfrigerare est, & astringere.

Frigidus, gida, gidum, Quod habet frigus. {ψυχρὸς. Ital. *Freddo, che ha freddo.* Gal. *Froid.* Hisp. *Cosa fria ò fresca.* } Ouidius, Frigidius glacie pectus amantis erat. ¶Quandoque dicitur segnis, languidus, & remissus. Virgil. 11. Aeneid. Largus opum, & linguâ melior: sed frigida bello Dextera. Sic Frigidum hominem dicimus, qui omnia nimis remisse agit: cui opponitur feruidus & vehemens. Cicer. 3. in Verrem, Alij etiam frigidiores: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse. Ad hunc etiam modum ioci dicuntur frigidi, qui parum habent vehementiæ ad excitandum risum. ¶Frigidus, pernicios us, inquit Seruius in hunc Virgilij locum, Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. ¶Frigida per se positum, accipitur pro aqua quæ calida non est, aut tepida. Plaut. in Mostel. Iampridem me castor frigida non laui magis libenter. Plinius in Epist. Per solem plerunque frigida lauabatur. ¶Vnde, Frigidam suffundere, prouerbio dicimus, pro eo quod est rem aliquam inflammare. Tractum est prouerbium à fabris ferrariis, qui igni suo frigidam

gidam aspergunt quo vehementius ardeat.

Frigidè aduerbium. {ψυχρῶς. Ital. *Freddamente, senza gratia.* Gal. *Froidement avec peu de grace.* Hispa. *Fria y frescamente, sin donayre.* } Quintil. lib. 6. cap. 1. Tum ille, alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem suum frigidissimè reportauit.

Frigidulus, diminutiuum idem significans quod subfrigidus, hoc est aliquantulum frigidus. {ψυχρόλεος. Ital. *Freddarello.* Gal. *Froidelet.* Hispan. *Cosa vn poquillo fria ò fresca.* } Catul. Argon. Frigidulos vdo singultus ore cientem.

Frigedo, dinis, antiqui dicebant pro frigore. {ψῦχος, ψυχρότης. Ita. *Freddo.* Gal. *Froid, froidure.* Hisp. *Frio ò frescura.* } Varro, Atque in igni feruido medullitus Aquiloniam seruat frigedinem. Ex Nonio.

Frigidarium, rij, Ahenum in balneis, quo frigida aqua continebatur. λουτρὸν ψυχρόν. sicut caldarium, quo calida: & tepidarium, quo tepida. Frigidaria cella, locus erat in balneis in quo frigida lauabantur. Plin. li. 5. Epist. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui Sol benignissimè præsto est: caldariæ magis, prominet enim.

Frigorificus, a, um. Quod frigus inducit. {ψυχροποιός. Ital. *Che induce freddo.* Gal. *Refrigeratif.* Hisp. *Cosa que haze frio ò frescor.* } Sicut à calore, Calorificus. Gell. lib. 17. cap. 8. Acerum autem omnium maximè frigorificum est, atque id tamen nunquam concrescit.

Frigutio, tis, tiui, frigutire, Minutim subsilire, quod verbum à frigila auicula putatur deductum. {τρέμω, τῷ φρίττω. Ital. *Tremare de freddo.* Gal. *Frissonner, trembler de froid.* Hisp. *Temblar de frio.* } Plaut. in Cas. Nam quid frigutis? quid sisthuc tam cupidè cupis?

Frio, as, Significat tero. {λειοτριῶ. Ital. *Fregolare.* Gal. *Esmier, briser, & mettre en poudre ou frottant.* Hisp. *Quebrar ò desmenuzar entre los dedos.* } Plin. lib. 23. ca. 4. In ipsa quidè Aethiopia friatur hæc, (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. Varro 1. de Re rust. cap. 9. Si sit terra alnæ modo spissatur in panem. Varro 1. de Re rust. cap. 9. Si sit terra alba, si nigra, si leuis, quæ quum fodiatur, facilè frietur. Huius compositæ sunt Affrio, Infrio, quod est terendo aliquid digitis, leuiter inspergo, ἐπιπάσσω. Suffrio, paululum contero.

Friabilis, le. Quod facilè friatur, & digiti minutim teri potest. {ψαθυρός, ἰνδιαφθὲς, ἰνδιαφθικός. Ital. *Che se facilmente si può fregare.* Gal. *Aisé à esmier, facile à mettre en poudre.* Hispan. *Cosa que se puede desmenuzar.* } Plin. lib. 28. Optimáque est quæ candidissima, & friabilis, minimèque ponderosa, quum teratur inter digitos.

Frisii, Populi sunt ad Oceanum Septentrionalem siti, Batauis & Sicambris finitimi, etiam hodie nomen retinentes.

Frit, Dicitur illud in summa spica iam matura, quod est minus quàm granum. Varro lib. 1. de re Rust. cap. 48.

Fritillus, li, Tabula lusoria in qua tesseræ coniectæ agitatæque mittuntur, inquit Porphyrio. {πύργος. Ital. *Tauoliero per giuocar à dadi.* Gal. *Tablier à jouer aux dez.* Hisp. *La salsereta de donde echan los dados.* } Solent enim tesseræ coniici in fritillum, tanquam vasculum, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum. Iuuen. Satyr. 14. -paruóque eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus (vt quidam putant) à crepitu ipso tesserarum, vel quòd super eo tesseræ ferantur. Martial. lib. 4. Dum blanda vagus alea December Incertis sonat hinc & hinc frieillis.

Friusculum, li, (vt quibusdam placet) est leuis offensiuncula inter virum & vxorem, quam sequitur secessio. Vlpian. l. Quum hic. de Donat. inter virum & vxorem Quòd si diuortium non intercesserit, sed friusculum interuenerit: donatio profectò valebit, si friusculum quieuit. Quo tamen in loco malim legere frigusculum: vt frigusculũ intelligas, quando ex coniugali amore dissidio enato, aliquid remittitur, vehemẽsq; ille ardor refrigescit. Sunt etiam qui Pribusculum legant, quod tamen vocabulum nusquam credo reperiri.

Friuola, rum, autore Festo, sunt vasa fictilia quassa. Vnde dicta verba friuola, quæ minus sunt fide subnixa. In Pandect. in l. Solutũ de Pignor. actio. Non enim credibile est hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur. Vbi friuola pro supellectili tenui, & vili accipiuntur: qualis eorum esse solet qui in cœnaculis habitant: quo modo & Satyricus vsus est, Satyr. 5. Et ne te teneam, Romanorum omnia regum Friuola. Quibus verbis paupertatem Regum Romanorum significauit: quos etiam Samiolis vasis vsos esse constat. Idem in tertia, Viuendũ est illic vbi nulla incendia, nulli Nocte metus: iam poscit aquam, iam friuola transfert Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant. A' Græcis χρυπέζια dicuntur, id est τὰ τῶν ἐνίων εὐτελῆ καὶ τὰ. Vnde & grytopolæ ab eis dicuntur qui huiusmodi supellectilia venditant: quos Latinè vocamus friuolarios. Buda us in Annot.

Friuolus, a, um, penult. corr. à Frio, as, dicitur quòd est inane, leue, nullíusve momenti, quasi friabile. {ψυχρολόγος, φλυαρός. Ital. *Leggiero, vano, de niun momento, friuolo.* Gal. *Friuole, de petite valeur & estime* Hisp. *Cosa vana y de poco precio.* } Plin. lib. 7. cap. 7. De generatione hominis loquens, Miseret, atque etiam pudet æstimantem, quàm sit friuola animalium superbissimi ortigo, quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam originem pro fragili, & infirma dixit, & veluti friabili. Gell. lib. 15. cap. 30. Oppidò quàm fiunt in literarum ostentatione inepti & friuoli. idem lib. 16. cap. 12. Quædam futilia & friuola. Quint. lib. 7. cap. 3. Eóque satius est omni se antè actæ vitę abstinere conuitio, quàm leuibus, aut friuolis, aut mauisseltò falsis reum incessere.

Frondator, Frondes, Frondosus, Vide RONS, frondis.

Frons, tis, à ferendo, vt quibusdam placet: quòd indicia animi præ se ferat. {μέτωπον. Ital. *Fronte.* Gal. *Le front.* Hispa. *Frente.* } A' dextra & sinistra temporibus, à superiori capillorum radice: ab inferiori verò parte supercilijs terminata, corrugatur in tristitiam, & in lætitiam dilatatur. Hinc factum est vt frons accipiatur pro vultu, & pro animi nostri affectu quem ex fronte perspicimus. Martialis, Nec matutina si mihi fronte venis. Idem lib. 1. Illa fronte precor, carmina nostra legas. Cicero, ad Attic. lib. 4. Pompeius fremit, quæritur, Scauro studet: sed vtrum fronte an mente, dubitatur, id est vultu, an animo. ¶ Frontem explicare, vel exporrigere dicimus quum hilarescimus: contrahere, quum ringimur. hoc est vbi quid molestum est: frons enim (inquit Plin. lib. 11.) homini tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis, index est. Terent. in Adelph. Exporge frontem, hoc est vine hilariter. Horat. lib. 3. Carm. Solicitam explicuere frontem. Plaut. in Cas. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Sic etiam dicimus, Frontem exporrectam, vel explicatam, pro hilari vultu. Contrà, Obductam frontem, Corrugatam frontem, Contractam frontem. Capetatam frontem, pro nubilo & mœsto vultu. Plautus, Caperata frons seuecitudine. Nubila frons, serena frons, explicita frons. ¶ Frontem perfricare, pro deponere pudorem. Plinius, Perfricui frontem, & nihil profeci. Calnus apud Quintilianum lib. 9. cap. 2. Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quàm Catonem. Persius, -exclamet Melicerta perisse Frontem de rebus. ¶ Dicitur frons etiam de rebus inanimatis pro principio, vel anteriore parte cuiusque rei. Virgilius, Fronte sub ad neria scopulis pendentibus antrum. Et licet frequentissimè generis fœminini proferatur, à Cæcilio tamen masculino genere ponitur, Hi sunt, inquit, inimici pessimi, fronte hilaro, tristi corde. De quo Gell. lib. 15. cap. 9. ¶ A' fronte atque à tergo, πόθεν καὶ ὅπισθεν. Prouerbij vice receptum, pro eo quod est diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Ex Homero. ¶ A' froore præcipitium, à tergo lupi. ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπισθεν λύκοι. Quum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, vt in vtrumq; inciderit, pereundum sit. ¶ Frontem ferire dicuntur, qui supra modum & impotenter indignantur. Cicero ad Attic. Puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse vt frontem feriat: sunt qui etiam Cæsonium putant, &c. ¶ Frons occipitio prior. Quo significauit antiquitas, rectius geri negotium, vbi præsens ac testis adest is, cuius agitur negotium. Prior dictum est pro melior. Cat. de Re rust. cap. 4. ¶ Vera fronte fieri dicuntur quæ ex animo citráque fucum dicuntur geruntúrve: Contrà dicemus Mendaci fronte fieri quod geritur per dissimulationem. Cic.

Frontale, lis, Est ornamentum frontis, præcipuè in equis & elephantis. {προμετωπίδιον. Ital. *Frontale.* Gal. *Fronteau, frontiere de bride.* Hisp. *El frontal, ornamento dela frente.* } Plin. lib. 37. cap. 12. Quandoque tantæ magnitudinis fecere, vt equis regum in Oriente frontalia, atque pro phaletis pensilia facerent. Liu. 7. bel. Mac. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia & cristæ, & tergo impositæ turres.

Frontatus, a, um, {μετωπίδιον ἔχων. Ital. *Che ha la fronte.* Gal. *Qui a front.* Hisp. *Lo que tiene frente.* } Quod frontem habet, vel quod in fronte rei alicuius est positum. Vnde Frontati lapides, à Vitruuio dicuntur, quos Græci ἀλισφήνους appellant, quia per latitudinem totam porrecti, vtranque parietis frontem conficiant. Plin. lib. 35. cap. 12. Vel tecta coctilibus laterculis, frontatísque. Hoc est, ab ea parte continuatis qua opus lateritium conspici debebat. Budæus in Annot.

Fronto, onis, Qui latam habet frontem. {μετωπίας. Ital. *Che ha gran fronte.* Gal. *Qui a grand front.* Hisp. *Hombre de grande frente.* } Cic. 1. de Nat. deorũ. Ecquos nævum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

Frons, dis, generis fœminini, à fero, quòd frondes arborum huc atque illuc à vento ferantur. {φύλλον, πέταλον. Ital. *Fronde, foglia.* Gal. *Fueilles d'arbre, rameaux.* Hisp. *La hoja del arbol.* } Propriè autem frondes arborum dicuntur, teste Valla: folia verò tam arborum, quàm herbarum, & florum. Varro 1. de Re rust. Quod Cato ait circa fundum vlmos & populos, vnde frons ouibus, bubus sit.

Frondeus, a, um. Quod totum ex frondibus est. {φύλλινος. Ital. *Di fronde.* Gal. *De fueilles ou rameaux d'arbres.* Hisp. *Cosa de materia de hojas.* } vt, Torus frondeus, Frondea corona. Plin. lib. 16. cap. 4.

Frondosus, sa, sum, Quod frondibus abúndat. {πολύφυλλος, φυλλάδης. Ital. *Frondoso, che abonda di fronde.* Gal. *Fueilla branchu.* Hispa. *Cosa llena de hojas.* } vt, Lucus frondosus. Frondosus ramus, Liu. 10. ab Vrbe. Et frondosi montes, Varro 2. de Re rust. cap. 5. Virgil. 4 Georg. Corporáque ipsa boum frondoso deserere luco. Idem 3. Georg. -dum mox frondosa reducitur æstas.

Frondarius, a, um, Quod ad frondes pertinet, siue quod ex frondibus est. {φύλλινος. Ital. *Cio che si conuiene à fronde.* Gal. *Seruant & de appertenances des fueilles des arbres.* Hisp. *Cosa perteneciente alas hojas.* } vt Frondariæ falcinæ. Plin. lib. 18. cap. 31, Vnus frondator quatuor frondarias falcinas complere in die iustum habet.

Frondeo, des, dui, Frondes habeo. {φυλλοφορῶ. Ital. *Io frondare, essere frondute.* Gal. *Auoir ou porter fueilles, produire fueilles.* Hisp. *Echar hojas el arbol.* } Virg. 3. Aeglog. Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus. Idem 2. Georg. -nemorúmque Ioui quæ maxima frondet Aesculus. Sic frondens vitis, Colum. lib. 3. cap. 1.

Frondesco, scis, scere, Est frondes emittere. {φυλλάζω. Ital. *Produrre le frondi.* Gal. *Produire fueilles.* Hisp. *Echar hojas el arbol.* } Colum. lib. 5, Nihilominus enim paucis frondescet pampinis. Idem lib. 4. cap. 9, Nanque defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere.

Frondo, as, frondes amputo. {φυλλοφυῶ. Ital. *Sfrondare, sfogliare.* Gal. *Couper & oster les fueilles.* Hisp. *Deshojar las hojas del arbol.* } à quo Frondator, Frondatio: & Defrondo, quod est frondes deiicio.

Frondator, oris, {κλαδευτὴς, φυλλοτόμος, φυλλοσυλλέκτης. Ital. *Potatore, che taglia i rami de gli alberi.* Gal. *Esmondeur, & qui coupe in bont des branches des arbres.* Hisp. *El que deshoja las hojas del arbol.* } Qui arborum ramos superuacuos amputat: & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus folia vitium vellit, quo ardor Solis vuam maturiorem reddat: aut auis quæ in frondibus habitat, & his vescitur: vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificat. Hæc Seruius. Plin. lib. 18. cap. 31, Vnus frondator quatuor frondarias falcinas complere in diem iustum habet. Virgil. Aeglo. 1, Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.

Frondatio, Frondium & ramorum superuacuorum resectio. {φυλλοβολία. Ital. *Esso tagliare le foglie, rami, & raccogliere le foglie d'alberi.* Gal. *Coupe des bouts des branches, amas des fueilles des arbres.* Hisp. *Aquella obra de deshojar.* } Colum. lib. 5. cap. 6, Atque in frondatione cauendum ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

Frondifer, ta, rum, Frondes ferens. {φυλλοφόρος. Ital. *Che produce fronde.* Gal. *Portant fueilles.* Hisp. *Cosa que trahe hojas.* } Lucr. lib. 1, Frondiferáque domos auium. Ibidem. Frondiferáque nouis auibus canere vndique lyuas. Nemus frondiferum, apud eundem lib. 1.

Fronto, frontonis, Vide RONS frontis.

FRONTO, Philosophiæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

apis, adeò ab illo dilectus, vt ille statuam ei à Senatu statui peteret. Autor Capitolinus. ¶ Frontonis alterius sub Nerone meminere Tacitus, Iuuenalis, & Martialis, Clarum militiæ, Fronto togæque decus.

Fructus, Vide post FRVOR.

Frugalis, Frugalitas, Frugiperda, vide in FRVGES.

Fruges, gis, vel hæc Frux, frugis, secundum Priscianum, dicitur generaliter omne illud quod ex fructu terræ in alimoniam vertimus: neque solùm quod ex frumentis & leguminibus, verumetiam quod ex vino, vel ex syluis cæduis, cretæ fodinis, lapicidinis, capitur. {καρπός. Ital. *I frutti della terra che conuertiamo in nostro nodrimento.* Gal. *Toute sorte de fruit propre à se nourrir, soit de grains ou autrement.* Hisp. *El fruto de la tierra.*} Festus, Seruius, & Donatus, frugis vocabulum à frumine eminente sub mento gutturis, seu curculionis parte qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibo appellatum dicunt. Errant igitur qui discernunt legumina à frugibus. Nam Cicero ait, Olei & frugum minutarum: quum de leguminibus diceret: vt ostenderet, etiam legumina, fruges vocari. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximè vini, noua tum voluptate captam. Virgil. 5. Aeglo. Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Ibidem, Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ. ¶ Recipere se ad frugem bonam, Cic. pro Cælio. Corrigere aliquem ad frugem, hoc est ita emendare, vt frugi homo euadat. Plaut. Trinum. Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis? Euadere ad frugem bonam, de eo dicitur qui antè nequam fuerat. Redire ad frugem bonam. Lampridius in Heliogab. Milites se parsuros dixerunt, si ad frugem bonam rediret. ¶ Nominatiuo singulari frux, vsus est Ausonius in monosyllabis, Antè equidem, campis quàm spicea suppeteret frux.

Frugi, Nomen à fruge denominatum, omnis generis & indeclinabile est, idem significans quod vtilis & necessarius. {χρήσιμον. Ital. *Buono, vtile, necessario, moderato, modesto.* Gal. *Bon mesnager, qui se gouuerne bien, qui ne despend que par raison, espargnant sans excés, homme de bien.* Hisp. *Bueno y de prouecho, templado, moderado, virtuoso.*} Quinti. taxat eos à quibus dicitur frugalis & non frugi, tanquam frugalis sit dictio parum proba: quum tamen (quod mirum videri potest) frugalior, & frugalissimus à Terentio & Cicerone religiosissimis linguæ Latinæ custodibus vsurpentur. Donatus in illud Eunuchi, Frugi es, Frugi, inquit, id est vtilis & necessarius: à frugibus quæ quòd his fruamur, dictæ sunt. Vnde antiqui seruum laudare volentes, frugi dicebant, tanquam sobrium, vtilem & necessarium. Plaut. in Amph. Ita seruum par videtur frugi sese instituere. Pro eodem etiam apud veteres legimus Bonæ frugi seruus, quæ quidem compositio etiamsi duriuscula videtur, frequentius tamen occurrit quàm vt mendum videri queat. Vlp. l. Neratius. ad legem Aquil. Sed si frugi bonæ seruus intra annum, mutatis moribus, occisus sit. Cic. Att. lib. 4, Permodestus ac bonæ frugi homo. Plaut. in Trinu. Is probus est, quem non pœnitet quàm probus sit, & frugi bonæ. Apud Gellium tamen pro eodem, frugis bonæ legitur. Huius autem vocis significationem latius exprimit Cic. lib. 3. Tusc. Sed quia, inquit, nec qui propter metum præsidium relinquit, quod est ignauiæ: nec qui propter auaritiam clàm depositum non reddit, quod est iniustitiæ: nec qui propter temeritatem malè rem gessit, quod est stultitiæ: frugi appellari solet, eo tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, & prudentiam frugalitas complexa est. Ergo frugi hominem, bonum & virtute præditum intelligimus. ¶ Accipitur etiam frugi pro eo qui in victu, vestitu, similibusque temperans est. ὁ τὰ εἰκοτομίας κρίνων, σώφρων, τὸν γαστέρα. sicut à contrario luxuriosus, nequam, ἄσωτος. Horat. Parcius hic viuit, frugi dicatur.

Frugifer, ra, rum, Fructus ferens. {καρποφόρος. Ital. *Che produce frutti.* Gal. *Portant fruit, fertile, proffitable.* Hisp. *Cosa que trae fruto.*} vt, Arbores frugiferæ, quæcunque fructum ferunt, quæ & fructiferæ dicuntur. Lucan. li. 3, Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis. Ouid. 5. Metam. Frugiferas messes alimentáque mitia reddat. Plin. lib. 15. cap. 2, Victus bonitas prouinciis, excepto Africæ frugifero solo. ¶ Per translationem pro eo quod vtilitatem affert. Cic. 3. Offic. Sed quum tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa, nec vlla pars inculta ac deserta sit, &c. Liui. in præfat. lib. 1. ab Vrbe, Hoc illud est præcipuè in cognitione rerum salubre ac frugiferum, exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

Frugiferens, rentis, poëticum epitheton, pro frugifero. καρποφόρος. Lucr. lib. 1, Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras.

Frugilegus, a, um, Formicarum epitheton est, à granorum colligendorum consuetudine tractum. {σιτολόγος. Ital. *Che raccoglie il grano.* Gal. *Qui amasse & recueille les fruits.* Hispan. *Cosa que coge fruto y dello vino.*} Ouid. 7. Meta. Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frugiperda salix. ἀλιπίκαρπος. Plin. lib. 16. cap. 26, Ocyssimè autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. Non inuenustè etiam hoc nomine appellari possunt homines nullius pretij, neque alij rei quàm consumendis frugibus nati.

Frugalis, le, pro eo qui est temperans. {κρηστός, σώφρων, λιχνευτής, ὀψοφάγος. Ital. *Temperato, moderato, sobrio.* Gal. *Bien & sagement viuant & sans reproche, sobre.* Hisp. *Templado, vtil.*} Frugalior, pro temperantior. Terent. in Heaut. Dedo me patri nunc iam, vt frugalior fim quàm vult. Varro 3. de Re rust. cap. 2. Sed non hæc, inquit, villa, quanquam ædificauerint maiores nostri, frugalior & melior est quàm tua illa perpolita in Reatino. Et frugalissimus, quasi experiètissimus & prudentissimus. Colum. li. 1. cap. 9, Magistros pecoribus oportet præponere sedulos ac frugalissimos. Cic. 4. Verr. Nihil aliud in eo quod reprehendi possit, inuenio: nisi quòd homo frugalissimus atque integerrimus, te hominem plenum stupri, flagitij, sceleris, domum suam inuitauit.

Frugalitas, autore Cic. 3. Tusc. ea virtus dici potest, quam Græci σωφροσύνην, Latini tum temperantiam, tum moderationem appellare consueuerunt. {Ital. *Temperanza, frugalità.* Gal. *Sobrieté, contentement de peu.* Hisp. *Aquella validad, modestia y templança.*} Sene. Luxurioso frugalitas pœna est. Cic. pro Deiot. Hæ sunt regiæ laudes, illa priuata est: vt volet quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam iudico. Idem 3. Tusc. Verisimile etiam illud est qui sit temperans, quem Græci εὐσχήμονα appellant, eámq; virtutem εὐσταθειολογίαν vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio an rectè ea virtus frugalitas appellari possit. Et paulo post, Frugalitas (vt opinor) à fruge, qua nihil mellius è terra oritur.

Frugaliter, aduerbium, Sobriè & modestè. {σωφρόνως. Ital. *Frugalmente, temperatamente.* Gal. *Sobrement, en bon mesnager.* Hisp. *Vtil y modestamente.*} Plaut. in Epid. Ille eam rem adeò sobriè & frugaliter accurauit, vt alias res: est impense improbus. Cic. pro Domo sua, Itaque omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia, atque insulis omnibus, honoris pop. Rom. causa, sanè frugaliter domum suam deportauit.

Fruiscor, Vide FRVOR.

Frumen, inis, Summa pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem. λάρυγξ. Seru. in 1. Aeneid. Frumen eminens sub mento, gutturis pars, laryngem Græci vocant: Latini, & Celsus, faucer.

Frumentum, ti, dictum est à fruendo, id est vescendo. {σῖτος. Ital. *Ogni sorte de biaua, formento, orzo, auena, miglio & altre.* Gal. *Toute sorte de grain, soit blé, fourment, seigle, orge, auoine, mil ou autre.* Hisp. *Los panes, trigo, cenada, &c.*} Horat. 2. Sermon. Satyra 3, Siquis ad ingentem frumenti semper acerruum Porrectus vigilet. Idem 1. Epist. 15, Maior vtrum populum frumenti copia pascat. Frumenti genera (vt scribit Plin. lib. 18. cap. 7,) hæc vulgatissima sunt, far quod adoreum dixerunt, siligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putat Seruius quæcunque emittunt aristas. Varro 1. de Re rust. cap. 48, In segetibus autem frumentum quod culmus extulit. ¶ In sicis item frumenta dicuntur grana illa exigua quibus sunt refertæ. Plinius lib. 15. cap. 19, Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus: succus matureſcentibus, lactis: percoctis, mellis.

Frumentaceus, a, um, Quod ex frumento est. {σιτικός. Ital. *Di frumento.* Gal. *De fourment.* Hisp. *Cosa de materia de aquellos panes.*} Hieron. Maior turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis pascitur.

Frumentarius, a, um, Quod ad frumentum pertinet. {σιτικός. Ital. *Ciò che à frumento si conuiene.* Gal. *Appartenant au fait de blé.* Hisp. *Cosa para aquellos panes.*} Frumentarius ager, frumentarius negotiator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Cic. 5. Verr. Neminem vestrum præterij Iudices, omnem vtilitatem, opportunitatémque prouinciæ Siciliæ quæ ad commoda populi Rom. adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximè: in cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac verò alimur, ac sustinemur. Plin. lib. 18. cap. 6, Syluestris pyrus, malúsque, frumentarij soli notæ. Sic. lib. 27. cap. 5.

Frumentarius mercator, {σιτοπώλης, σιτηρέμπορος, σιτοπώλις. Ital. *Mercante di biaua.* Gal. *Marchant de blé.* Hisp. *Mercader de aquellos panes.*} Qui frumenta comparat, vt inde lucrum faciat. Plaut. in Pseus. quæ amica ex frumentariis, Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi. Cic. 3. Offic. Non igitur videtur nec frumētarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse.

Frumentor, aris, Frumentum colligo. {σιτολογέω. Ital. *Raccogliere frumento.* Ital. *Aller au fourage de blé, faire prouision de blé.* Hisp. *Ir à buscar aquellos panes, coger trigo.*} Cic. ad Atticum, lib. 8, Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, vt frumentatum eas. Liu. 1. bell. Maced. Quum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frumentatio, Verbum est castrense, quo significatur egressio militum ad frumentum in castra congerendum. {σιτολογία. Ital. *Raccolta di frumento, distributione di frumento.* Gal. *Fourragement de blé.* Hisp. *Obra de ir à buscar aquellos panes, cogimiento de trigo.*} Cæs. 7. belli Gall. Omnes nostras pabulationes, frumentationésq; obseruabat. Liu. 1. bell. Macedon. Quia ex tam propinquis statiuis parum tuta frumentatio erat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur distributio frumenti quæ Romæ fiebat postquam principes receperant curam publicæ annonæ. σῖτος μερικός. Sueton. in Augusto, Impetum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi.

Frumentator, Qui frumentatum profectus est. {σιτολόγος. Ital. *Raccoglitore di formento.* Gal. *Celuy qui va au fourage de blé, qui fait prouision de blé pour vne commune, fourageur.* Hisp. *El que va buscar aquellos panes.*} Liu. 1. belli Maced. Improuiso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumuentus.

Frunisco, Vide FRVOR.

Fruor, eris, fructum in supino, secundū Priscianum: sicut situo, structum. Cic. in Horten. Et amœnitate summa fructus est. Nonnunquam etiam fruitum. Vlpian. l. Pomponius. ff. De vsufr. ea. ter. quæ vsu consu. Licet proprietarius mihi pensionem soluerit, tamen vsumfructum amittit: quia non meo nomine, sed suo fruitus est emptor. Est autem frui, quasi delectationem, & fructum capere, & ali. {ἀπολαύω, καρπῶμαι, χίμημαι. Ital. *Godere, fruire, vsare.* Gal. *Iouir, auoir à commandement.* Hisp. *Alcançar lo desseado, gozar del fruto.*} Terent. in Adel. Agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas foras: huic demus, qui fruatur. Id est vnde fructum capiat, & alatur, non proprietate potiatur, inquit Donatus. Virgil. 7. Aeneid. Et varias audit voces, fruitúrque deorum Colloquio. Vbi Seruius, Fruitur, pascitur: quod de rebus tantùm bonis dicimus. ¶ Cōposita huius verbi sunt, Defruor, & Perfruor, quæ significant in totum fruor, seu omnem fructum percipio.

Fruitutus, participium. Cic. lib. 3. Tusc. Zeno Stoicorum acutissimus contendere, & magna voce dicere solebat eum esse beatum qui præsentibus voluptatibus frueretur confidérétque sese fruiturum.

Fretus, {πεποιθώς, πεποίθησις, πεπίθηκα. Ital. *Confidato.* Gal. *Se confiant, asseuré, qui a fiance.* Hisp. *El que tiene confiança.*} nomen est, non participium: quum verbi originem non habeat. Nam à fruor non deriuari diuersitas significationis ostendit. Est enim fretus omnino idem quod confisus vel nixus. Cic. de Nat. deo. Fretus intelligentia vestra, dissero breuius quàm causa desiderat. Idem Appio, Fretus conscientia officij mei, beneuolentiáque, hæc ad te scripsi liberius. Idem 1. de Inuent. Tum ingenio freta malitia peruertere vrbes, & vitas hominum labefactare assueuit.

Fruiscor, eris, à fruor deducitur, eiusdémque significationis est cum suo primitiuo. {καρπῶμαι. Ital. *Godere, fruire, vsare.* Gal. *Iouir paisiblement, auoir à*

Universidad de Deusto Biblioteca

commandement. Hisp. *Alcançar lo deffecado, gozar del fruto.*} Metellus ad Dom. mitios. Illi vetæ omni iure & honestate interdicti, ego neque aqua, neque igni careo, sed summa gloria fruiscor. Plautus in Rud. accusatiuo iunxit. Hinc tu, nisi malum, fruisci nihil potes. Vide Gellium, lib. 17. cap. 1.

Fruniscor, eris, pro fruor, Cato posuit, autore Festo: & frunitum dixit prudentem, hoc est eum quo perfrui liceret: sicut econtrario infrunitum. κακόζηλος, ἀπρόσκοπος: Hermolaus insipientem, ac stolidum, qui nulli vsui esset. Quanuis alij fronitum pro o, legendum putent. Nam Græci φρόνιμον, prudẽtem dicunt: ἄφρονα verò, dementem. Lucil. lib. 18, Aequè fruniscor ego, ac tu. Cælius lib. 2, Domus suas quosque ire iubet, & sua omnia franiscì. Nonius in Par. Eo quòd magnopere quærerunt. id frunici non quærunt. Gellius citans hoc exemplum, fruisci legit. Quicquid id est, fruniscor, nisi forte apud obsoletos illos, non legitur.

Fructus, ctus, & apud antiquos frucți, & fructuis. ξκαρπία. Ital. *Frutto.* Gal. *Fruit.* Hisp. *Fructo ò fructa.*} Terent. in Adel. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero. Varro, Quæro, vtrum fructus, an delectationis causa vendatis. Dicuntur autem fructus à fruendo, teste Varrone, quia illis fruimur. Et propriè dicitur omne illud quod in fundo nascitur. ¶ Per ttanslationem tamen accipitur pro commodo & vtilitate. Vnde fructum capere ex aliquo, hoc est vtilitatem & commodum. Cicero de Amic. Et amicos, tanquam pecudes, eos potissimùm diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Idem pro Sest. Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ seruiamus.

Fructifer, ra, rum. Quod fert fructum, hoc est fœcundum, & fertile. ξκαρποφόρος. Ital. *Frutifero, che produce frutti.* Gal. *Qui porte fruit.* Hispan. *Cosa fructuosa.*} Plin. lib. 12. cap. 3. Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.

Fructuarius. Dicitur cuius est fructus, vel qui fructum alicuius rei percipit. ξὁ καρπὸν ἔχων. Ital. *Fruttuario, chi gode il frutto, vsufruttuario.* Gal. *Fruitier, qui iouit du fruit.* Hisp. *Aquel à quien pertenece aquel fructo.*}

Fructuarius, a, um. Quod fert fructum, seu quod ad fructum pertinet. ξκαρποφόρος, ἐκκαρπίμος, ἔγκαρπος. Ital. *Fruttuario.* Gal. *Fruitier, reserué pour porter fruit.* Hisp. *Cosa que trae fructo.*} Colum. lib. 1. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, & cellam vinariam. Palladius. Decisis malè natis omnibus, & veteribus, nouellos, & fructuarios serues. Varro 2. de Re rust. cap. 4. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse. Agri fructuarij, Cælius Ciceroni lib. 8.

Fructuosus, a, um. Idem est quod fœcundus, vel vtilis, quasi fructum afferens. ξκαρπόφορος. Ital. *Fruttuoso.* Gal. *Fructueux, qui rend beaucoup de fruit. Cosa que trae fructo.*} Cic. 2. Tusc. Ager quanuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. Idem 1. de Finib. Eas ergo artes persequeretur: vitandi artem tantam, tamque opetosam, & perinde fructuosam relinqueret? Fructuosissima ars medicina, hoc est vtilissima, & haud parum fructus atque vtilitatis afferens. Plin. lib. 29. cap. 1. Cic. 2. Offic. Est enim non modò liberale, paulùm nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum.

FRVSINO, pen. corr. Frusinonis, Ciuitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Iuuen. Satyr. 3. -optima Soræ, Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. Silius lib. 12, Bellator Frusino. Sed hîc populum significat. Ptolemæus Frusinum inter Latij oppida enumerat, lib. 3. cap. 1.

Frustra, aduerbium, significat incassum, nequicquam. ξτὼ κένως, μάτην. Ital. *In vano.* Gal. *En vain, pour neant.* Hisp. *En vano.*} Cic. de Senec. Nec me vixisse pœnitet: quando ita vixi, vt non frustra me natum existimem. Terent. in Adel. Nemo dabit, frustra egomet mecum has rationes deputo. Frustra esse dicitur quod exitum speratum non habet, quódq; non ex sententia euenit. Sallust. Cuius neque consilium vllum, neque inceptum frustra erat. Idem, Ea res frustra erat, id est expectationem frustrata est. Plaut. in Amph. Hi iam ambo, & seruus, & hera frustra sunt duo. hoc est vterque fallitur. ¶ Frustra habere aliquem, pro decipere & circunuenire. Plaut. in Amphit. Is aduenientis seruum & dominum frustra habet.

Frustro, as, Decipio, fallo. ξψεύδομαι, ἐξαπατῶ. Ital. *Ingannare, defraudare.* Gal. *Frustrer, abuser & decevoir.* Hispa. *Faltar en lo prometido, engañar.*} Cæsar, Gal. Non frustrabo vos milites. Inuenitur etiam in eadem significatione frustror verbum commune, secundum Priscianum. Plaut. in Amph. Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. Passiuo vsus est Plin. de vir. Illustr. Et quum ad tertium ab vrbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus, primùm à Fabio Maximo frustratus, deinde à Valerio Flacco repulsus, &c. Sic etiam Fenestella, Frustratus igitur, à spe deiectus, in castra se recepit. ¶ Frustrari item est frustra facere. ματαιοῦν, μάτην. Colum. lib. 1. cap. 1, Sæpe magnam dominis afferunt iacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur expensas. Idem in Præfat. lib. 1, Siderum ortus & occasus memoria repetat, ne imbribus ventisque imminentibus opera inchoet, laborémque frustretur. id est frustra faciat laborem.

Frustratio, onis, Deceptio. ξἀπάτη. Ital. *Esso defraudare, ingano.* Gal. *Abus, abusement, frustration.* Hisp. *Engaño, obra de engañar.*} Planc. ad Cic. lib. 10, Tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. Colum. lib. 11. cap. 1, Nec supplicium grandius, quàm frustrationem cupiditatis existimat.

Frustum, sti, Rei cuiusque particula: sic dictum (vt quibusdam placet) à frangendo. ξτμῆμα, τεμάχιον, μέρος, μερίδιον. Ital. *Pezzo, particella.* Gal. *Vne piece, morceau, lopin.* Hisp. *El pedaço, parte de lo entero.*} Virgil. 1. Aeneid. Pars in frusta secant. Cato, Frusto panis conduci potest vel vti taceat, vel vti loquatur.

Frustulum, li, diminutiuum, apud Plautum, à frustum: à quo frustillum. ξτεμάχιον. Ital. *Vn pezzetto.* Gal. *Petite piece, morcellet, loppet.* Hisp. *Pedaçuelo.*} Frustatim, adverb. Significat per frusta. ξμικρὰ, κατὰ μέρη. Ital. *In pezzi.* Gal. *Par pieces & morceaux, par lopins.* Hisp. *Pedaço à pedaço, ò à pedaços.*} Plin. lib. 20. cap. 9. Coquitur pluribus modis in olla, quæ conficitur in clibanum aut furnum, vel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis.

Frustillatim, Significat per frustilla. ξκατὰ τεμάχια, κατὰ μέρη. Ital. *In pezzi picciuli.* Gal. *Par morcellets, par petits pieces.* Hispan. *Pedaçuelo à pedaçuelo.*} Plaut. in Curcul. Iam ego faciam, vt hîc formicæ te frustillatim differant.

Frustulentus, ta, tum. Plenus frustis. ξγεμάτος, γέμων τεμαχίων. Ital. *Pieno di pezzi.* Gal. *Plein & farci de morceaux.* Hispa. *Cosa llena de partes ò pedaços.*} Plaut. in Curc. Vin' aquamie. Si frustulenta est, da obsecro, hercle absorbeam.

Frutex, ticis, teste Valla, lib. 4. Dicitur qui ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque aresci vt herba, sed perennis est. ξθάμνος. Ital. *Arbuscello.* Gal. *Arbreau, arbrisseau.* Hisp. *La mata arbol baxo.*} Plin. lib. 16. cap. 16, Interea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dicere cõuenit: principatum in his tenebunt arundines. Idem lib. 14. cap. 16, Ex fruticum verò genere cedri vtriusque, cupressi, laurus, iuniperi, pini, pyti, terebinthi, calami, lentisci. Dictus frutex, vt quibusdam videtur, à frutibinthi, calami, lentisci. Dictus frutex, vt quibusdam videtur, à frutificando, hoc est pullulando. quòd successus semper suppullulet. Quanquá verisimilius est frutico verbum à frutice deriuari. ¶ Aliquando ponitur pro stirpe. Sueton. in Vespas. Singulos repête ramos à frutice dedit.

Fruteum, ti, seu fruticetum, etiam frutectum, vt in vetustis quibusdam codicibus legitur, Locis fruticibus abundans. ξθαμνῶδες, θαμνώδης τόπος, λοχμώδης. Ital. *Luoco piantato di pin arbuscelli.* Gal. *Lieu ou il croit force arbrisseaux.* Hisp. *La breña y malezа.*} Plin. lib. 18, Fruteta igni optimè tolluntur. Colum. lib. 6. cap. 22, Nam melius nemoribus herbidis, & frutetis, & catectis, quàm lapidosis locis durantur vngulæ. Horat. 3. Carm. Ode 12, Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum.

Frutetosus, siue frutectosus locus, Fruticibus abundans. ξθαμνῶδης. Ital. *Pieno d'arbuscelli.* Gal. *Plein d'arbrisseaux.* Hispa *Cosa llena de matas.*} Plinius lib. 19. cap. 1, Siccis hæc & fabulosis locis, frutetosisque nascuntur. Colum. lib. 2. cap. 2, Nemorosi, frutetosique tractus duplex cura est.

Frutico, as, pen. corr. Pullulo, & quasi frutices emitto. ξθαλλίζω. Ital. *Germogliare, pullulare.* Gal. *Ietter ou produire rejettons & petites branches.* Hisp. *Brotar el pimpollo.*} Plin. lib. 17, Quod supra terram est, è matre radi iubetur ne fruticet. Colum. lib. 5, Potest annicula præcidi ad semissem super duos pedes, vt è trunco fruticet.

Fruticatio in arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt. ξθάλλωσις βλάστησις, θάμνωσις. Ital. *Esso pullulare ò germogliare.* Gal. *Production de rejettons & petites branches ou scions.* Hisp. *Obra de brotar el pimpollo.*} Plin. lib. 17. cap. 1, Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis.

Fruticor, aris, deponẽs. Cic. ad Atticum, Excisa est enim arbor, non cuilsa: itaque quàm fruticetur, vides.

Fruticescere, Est frutices emittere. ξθαλλίζω. Ita. *Pullulare ò germogliare.* Gal. *Ietter & produire force rejettons & arbrisseaux.* Hispa. *Brotar el pimpollo.*} Plin. lib. 17. cap. 27, Vitis tantùm tonsuram annuam quærit: alternam myrtus, punicæ, olex, quia celeriter fruticescunt.

Fruticosus, a. um, Quod longè latéq; fruticat, & multos habet fruticantes ramos. ξθαμνώδης. Ital. *Che germoglia verghe & ramicelli.* Gal. *Qui iette & produit force jettons & surgeons.* Hisp. *Que echa matas, y que brota mucho.*} Plin. lib. 12. cap. 4, Duo genera eius: rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticosum. Idem lib. 20. cap. 13, Latiora satiuæ folia, rami fruticosiores. hoc est foliis ac surculis abundantiores.

FRVTINAL. Dictum est templum Veneris Frutæ. Festus.

Frux, nominatiuus est antiquus, à quo in vsu manserunt obliqui frugis, frugi, frugem, &c. καρπός. Ausonius in Monosyllabis: Antè equidem campis, quàm spicea suppeteret frux. Vide FRVGES.

F ante V

Fuat, Dixerunt antiqui pro sit, vel fuerit, ab antiquo verbo fuo, quo vtebantur loco verbi substantiui sum: vnde adhuc remansit præteritum fui. Virg. 10. Aen. Tros Rutulúsve fuat, nullo discrimine habebo. Plaut. in Amph. Nec quisquã tam audax fuat homo qui obuiã obsistat mihi.

FVCINVS, pen. corr. Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenses Marsorum populos. Martialis lib. 1, Facinus & pigri taceantur stagna Neronis. Virgil. 7. Aeneid. Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda, Te liquidi flevere lacus.

Fucus, fuci, Genus est insecti, apis similitudine, sed maiori corpore, quod non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere, nisi quòd ad fouendos fœtus concalefaciendo adiuuat: & consumit alimenta quæ apes congesserunt. ξκηφήν. Ital. *Ape che non fa melle.* Gal. *Vne sorte de mouche appelée bourdon.* Hisp. *El zangano de la colmena.*} Vnde etiam non inuenuste trãsfertur ad ignauissimos aliquot homines, qui quum nihil egregium per se præstare possint, alienis tamen laboribus insidiantur, falcémq; in messem iniiciunt, cuius ipsi sementem non fecerint. Fucorum naturam eleganter exprimit Plinius lib. 11. cap. 11, Fuci, inquit, sunt sine aculeo, imperfectæ apes, nouissimæque, à fessis & iam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi seruitia veratum apum: quamobrem imperant iis, primósque in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. ¶ Dictus fucus, vt nonnulli putant, quasi fur, quòd furtim mella deuoret: quãquam verisimilius est fucum dictum quòd apibus fucum faciat, & prætextu calefaciendi aluei, illorum mellificia absumat. Sunt etiam qui à verbo Græco φαγεῖν quod deuorare putent, quòd apum mellificia absumat. ¶ Fucus marinus, herba est quæ & alga marina dicitur. Plin. lib. 26. cap. 10, Præcipuè verò liberat quæ & alga marina dicitur. Plin. lib. 26. cap. 10, Præcipuè verò liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον, id est fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis substernitur, id est marina alga. Tria autem eius sunt genera: latum, & alterum longius, quadamtenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur: omnia eiusdem vsus. ¶ Accipitur etiam fucus pro medicamine quo mulieres faciem tingunt, vt candorem aut ruborem inducant, aut vt vitia corporis occultent. Plaut. in Capt. Vetulæ, edentulæ: quæ vitia corporis fuco occultant: Vbi sese sudor cum vnguentis consociauit, illico Itidem olent, quasi quum vnã multa iuta confudit coquos. Tibullus, Quid fuco splendente comas ornare, quid vngues Artificis docta subtrecuisse manu? ¶ Per transtionem sumitur pro fraude, astutia, siue insidiis in quibus veritas occultatur. ξφενακισμός. Ital. *Inganno, fraude, coperta.* Gal. *Fard, tromperie, couuerte.* Hisp. *El afeyte engañoso para el engaño, engaño.*} Vnde facere fucũ, idem est quod decipere. Cic. de Petit. Consul. Iam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit, fucum, vt dicitur, facere velle senseris: vt te id audisse, aut scire dissimules. Terent. in Eun. Deum sese in hominem conuertisse,

Universidad de Deusto

nisse, atque per alienas tegulas Veniſſe clanculum per impluuium, fucum factum muſieri. Sine fuco, idem eſt quod ſimpliciter, & ſine fraude. Cic. de Clar. Orat. In his omnibus ineſt quidam ſine fuco vllo veritatis color. Idem lib. 1. de Orat. Sententiæ veræ ſine pigmentis, fucóque puerili.

Fuco, cas, Fuco depingo, fucum rei alicui induco. {φυκιάω, ψιμυθιόω, αἰσχυνέζω. Ital. *Colorare, imbellettare.* Gal. *Farder, teindre de couleur, couurir la couleur naifue d'vne autre.* Hiſp. *Afeitar para engañar.*} Vnde fucatæ mulieres dicuntur quæ medicamentis quibuſdam colorantur, & vitia corporis inductis coloribus tegunt. Virgil. lib. 1. Georg. Alba neque Aſſyrio fucatur lana veneno. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ etiam ſi eſſent, quæ nulla ſunt, poſſent ſe ipſa & agitari inter ſe, concurſu fortaſſe poſſent formare, fucare, colorare, animare non poſſent. Cic. de Clar. Orat. In qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor. ¶ Per tranſlationem accipitur pro ficto & ſimulato. Cic. in Lælio, Secerni autem blandus amicus à vero, & internoſci tam poteſt, adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſimulata à ſyncetis atque veris.

Fucoſus, adiectiuum. Hoc eſt non ſyncerus, quaſi fuco tectus & adulteratus. {φυκιάδης, ἀπατηλός. Ital. *Dipinto.* Gal. *Fardé, feint, deſguiſé.* Hiſp. *Coſa llena de aſeytes engañoſos, colorado.*} Cic. pro Rabir. Poſth. Auditæ, vitæque merces, fallaces quidem, & fucoſæ, chartis & linteis & vitro delatæ. ¶ Fucoſæ amicitiæ, ambitioſæ, ac ſpecie ſplendidæ. Cic. ad Attic. lib. 1, Nam illæ ambitioſæ noſtræ, fucoſæq; amicitiæ ſunt in quodam ſplendore forenſi, fructum domeſticum non habent.

FVFIDIVS, Oratoris nomen, cuius meminit Cicero in Bruto, Fufidius, inquit, in aliquo patronorum numero fuit.

Fuga, fugæ, Vide FVGIO.

FVGALIA. Feſta fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, liberatæq; Reipublicæ inſtituta. Cenſorinus de Die genitali feſtum hoc, Regifugium vocat, quòd eo die Tarquinius ab exercitu ad Porſenam Hetruſcorum regem fugiſſet. Celebrabantur autem fugalia menſe Februario poſt exacta Terminalia. Auguſtinus lib. 2. de Ciuit. Dei. Sed demonſtrentur loca talibus aliquando conuenticuliis conſecrata, non vbi ludi agerentur obſcœni, vocibus & moribus hiſtrionum: nec vbi Fugalia celebrarentur, effuſa omnium licentia turpitudinum, & verè fugalia, ſed pudoris & honeſtatis.

Fugax, Vide VOLO.

Fugio, gis, fugi, fugitum. Cum curſu & celeritate diſcedo. {φεύγω. Ital. *Fugire.* Gal. *Fuir.* Hiſp. *Huir.*} cui opponitur fugare, quod eſt in fugam aliquem conuertere, & fugientem inſequi. Et modò abſolute ponitur. Plaut. in Amph. Nam quum pugnabãt illi maximè, ego fugiebam maximè. Virgil. 3. Aeneid. Tendunt vela noti, fugimus ſpumantibus vndis Plautus, Remigio, velóque quantùm potes feſtina & fuge. Modò tranſitiuè cum accuſatiuo, pro eo quod eſt fugiendo vitare. Virgil. 1. Aeglog. Nos patriam fugimus. Cic. pro lege Agr. Nec quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt. Cic. de Amic. Quinetiã ſiquis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ, vt congreſſus & ſocietatem hominum fugiat, atque oderit. ¶ Aliquando pro neſcire, ſeu non recordari, ſed hoc duntaxat in tertiis perſonis. λανθάνειν & διαφεύγειν τινὰ ποιεῖν. Lactant. lib. 1, Quod illum ipſum poëtam minime fugit. Cic. lib. 1. Tuſcul. Niſi quæ me fortè fugiunt, hæ ſunt ferè omnium de animo ſententiæ. ¶ Aliquando pro cedere. Plin. lib. 37, Factitiæ gemmæ ſcarificationis candicantiam fugiunt. hoc eſt factitiæ gemmæ ad impreſſionem ſcarificantis cedunt: quod gemmarij etiam hodie appellant fugere. Hinc ortum vt vinum quod annis cedit, hoc eſt ætatem ferre non poteſt, fugere dicatur: & vinum fugiens, quod iam ætati cedit, neque diutius ſeruari poteſt. ἐξασθμῶν οἴνου, & ἐξιππανόμενος. Fugientes etiam literæ dicuntur exoleſcentes, quæ vetuſtati cedunt, quaſi diffluentes, dilabentéſque. ἐξιππανόμενα γράμματα. quod fit etiam quum membranæ præpingues literas non retinent. Budæus. Fugiens laboris, Cæſar lib. 1. belli Ciuilis, Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin, &c. ¶ Huius compoſita ſunt, Aufugio, Confugio, Defugio, Diffugio, Effugio, Perfugio, Profugio, Refugio, Subterfugio, Suffugio, Tranſfugio. Quorum ſignificata vide ſuis locis.

Fugito, as. pen. corr. Deuito. vel detrecto, vel etiam huc illuc fugio. {φευγάζω, φυγάσκω. Ital. *Schiffare, fuggire in diuerſe parti.* Gal. *Fuir ſouuent, refuir, refuſer.* Hiſp. *Huir en diuerſas partes, eſquiuar.*} Plaut. in Aſin. Herum noſmet fugitare cenſes? Terent. in Eunuc. Fugitando fugi, nequis me cognoſceret. Apul. Hucatq; illuc fugitando, ad ſtabulum tandem peruenit.

Fugitans, participium, Idem quod ſtudioſè fugiens: quo vſus eſt Terentius in Phormione pro nomine verbali. Herus meus (inquit ibi Geta) liberalis eſt, & fugitans litium. συχνὰ φεύγων.

Fugitor, verbale, Pro eo qui fugit. {φεύκτης, φαλιώτης. Ital. *Chi fuge ò corre.* Gal. *Fuyeur, fuyart, coureur.* Hiſp. *El que huye ò corre.*} Plaut. in Trinummo, Credo acrem fugitorem fore.

Fuga, gæ, Ipſe fugiendi actus. {ἀναδύσις, ἀναφυγή. Ital. *Fuga.* Gal. *Fuite, exil, banniſſement.* Hiſp. *La huida ò corrida ligera.*} Virgil. 3. Aeneid. -longumq; fugæ ne linque laborem. Idem 4. Aeneid. Frondentéſq; ferant ramos, & robora ſyluis Infabricata fugæ ſtudio. ¶ Aliquando celeritas. Virg. 11. Aeneid. -dimitte fugam, & te cominus equo Mecum crede ſolo. Quo in loco Seruius fugam pro celeritate interpretatur. Idem fugam pro curſu poſuit, -vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, volucremque fuga prævertitur Hebrum. Et Quintilianus nauigationem fugam, & naues fugientes, quæ velocem faciunt curſum. ¶ Aliquando fuga dicitur impetus, autor eſt Nonius, citans illud Virgilij, Ille volat, ſimul arua fuga, ſimul æquora verrit. ¶ A' fuga, ſiue à fugiendo, fiunt compoſita Perfuga, tranſfuga, lucifuga, noctifuga, ſolifuga, lucifuga: quæ omnia exponuntur per participium fugiens: vt, Perfugiens, tranſfugiens, lucem fugiens, & ſic de cæteris.

Fugax, acis, Qui facilè fugit. {φαλιώκης. Ital. *Fugace, leggiero.* Gal. *Fuyant, qui s'enfuit volontiers.* Hiſp. *Lo que mucho huye ò corre.*} Huiuſmodi enim verbalia in ax, habitum important actus per verbum ſignificati: vt edax, & bibax. Virgil. 10. Aeneid. -ſi fortè fugacem Conſpexit capream. Plin. lib. 10. cap. 52, Tribuit hoc auium generi natura vt fœcundiores eſſent fugaces earum quàm fortes. ¶ Inuenitur tamen aliquando poſitum pro fugiens. Virgil. lib. 11, -conuerſiſque fugax auferret habenis.

¶ Apud eundem lib. 10, etiam legitur pro veloci. -prolem Dolicaonis Hebrum Sternit humi, cum quo Latagum, Palmúmque fugacem. Quo in loco Seruius interpretatur fugacem pro celeri & veloci. ¶ Accipitur etiam fugax pro eo quod non eſt durabile, aut quod citò præterit. Sic Horat. lib. 2. Carm. vocat annos fugaces, quòd citò elabantur. Sic etiam Plinius malas Perſica vocat fugacia, quòd durabilia non ſint, decerptáque facillimè corrumpantur. Sic enim ait lib. 15. cap. 12, Pretiúmque ſingulis iam triceni nummi fuerunt, nullius maiore: quod mitemur, quia non aliud fugacius. Longiſſima nanque decerpto bidui mora eſt, cogitque ſe venundari.

Fugacitas, tis, quod modò ſignificat inclinationem ad fugam, modò inſtabilitatem & breuitatem alicuius rei: vt, Fugacitas temporis, fugacitas ætatis.

Fugitiuus, a, um, Qui aufugit. {δραπέτης. Ital. *Fuggitiuo.* Gal. *Fugitif, qui ſe paſſe legerement.* Hiſp. *Coſa que tiene coſtumbre de huir.*} Vnde fugitiuus ſeruus dicitur, qui à domino ea mente recedit ne ad eum redeat, etiamſi mutato conſilio ad eum reuertatur: quíve extra domini domum fugæ cauſa, vt ſe à domino celaret, manſit. Item qui eò ſe confert vnde eum dominus recuperare non poſſit, aut abducere. Qui autem incédium, ruinam, hoſtem, aut præceptorem cui in diſciplinam traditus erat, quia immoderatè eo vtebatur, aufugit, non fugitiuus dicendus eſt. Plaut. in Menæ. Homines captiuos qui catenis vinciunt: Et qui fugitiuis ſeruis induunt compedes. Idem in Capt. Apage, haud nos decet fugitiuos imitari. Fugitiuum argentum, Terentius in Heaut. Fugitiuus lapis. Plin. lib. 36. cap. 15. Fugitiua gaudia, hoc eſt fugacia, quæque citò euaneſcunt, & abeunt, ac parum durant. Martialis lib. 7. Viue velut rapto fugitiuáque gaudia carpe. Idem lib. 1, Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant.

Fugitiuarius, apud antiquos fugitiuorum ſeruorum reprehenſor erat: qui eam operam profitebatur vt fugitiuos inueſtigatos reduceret. {Φυγαδοδιώκτης. Ital. *Chi va cercando i ſerui fugitini, & gli riconduce à i padroni.* Gal. *Qui faiſoit iadis meſtier de chercher les ſerfs fuyuiſs, & les ramenoit à leurs maiſtres.* Hiſp. *El que buſca los ſieruos huydizos.*} In Pandectis in l. Si apud te. Præſcrip. verb. Non enim ambo pecuniam, ego & fugitiuarius depoſuimus. Varro hoc verbo metaphoricè quodam modo vſus eſt, quum inquit, lib. 3. cap. 14, Idoneus ſub dio ſumendus eſt locus cochleariis, quem totum circùm aqua claudas, ne quas ibi poſueris ad partum, non liberos earum, ſed ipſas quæras: aqua inquam cludendæ, ne fugitiuarius ſit parandus id eſt ne, ſi locus fugæ pateat cochleis, cogaris poſtea tanquam fugitiuos ſeruos, ſic cochleas fugitiuas perſequi, & vti miniſterio reprehenſorum. Budæus in Annotationibus.

Fugo, as. Expello, & in fugam conuerto. {φεύγω. Ital. *Fugare, mettere in fuga.* Gal. *Chaſſer, mettre en fuite.* Hiſpan. *Ahuyentar à hazer huyr.*} Plaut. in Amph. -ibi nunc meus pater Memorat, legionem hoſtium vt fugauerit. Plin. lib. 11. cap. 55, Vultures vnguento qui fugantur, alios appetunt odores. Lactant. lib. 1, Saturnus quum fugatus eſſet à filio.

Fulcio, is, ſi, tum, Munio. ſuſtento. fortifico. {ἐρείδω, στηρίζω. Ital. *Soſtentare fortificare.* Gal. *Apuyer, eſtayer, ſouſtenir.* Hiſp. *Suſtentar, ſoſtener, fortificar.*} Iuuen. Sary. 3, Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Martial. lib. 2, Fulcitur teſta fagina menſa mihi. Cic. 4. Acad. Sed quid eos colligam, quum habeam Chryſippum qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Idem poſt red. in Senatu. Horum Conſulum cuinas, vos Conſules veſtra virtute fulciſtis. ¶ Huius compoſitum eſt Suffulcio. ὑποστηρίζω. Varro, Vt maioribus perticis ſuffultæ vites, auras non pertimeſcant.

Fulcimentum, ti, Quod aliquid fulcit & ſuſtinet. {ὑποστήριγμα, ἔρεισμα. Ital. *Soſtegno, ſoſtenemento.* Gal. *Apuy, eſtaye, ſouſtenement.* Hiſpan. *Suſtentamiento.*} Plaut. in Trin. Quid ego nunc agam, niſi vt ſarcinam Conſtringam, & clypeum ad dorſum accommodem, fulcimenta, Iubeam ſuppingi ſocos?

Fultura, ræ, Suſtentatio. {ὑποστήριγμα, ἔρεισμα. Ital. *Soſtentatione, ſoſtegno.* Gal. *Soutien, apuy, eſtayement.* Hiſp. *Suſtentamiento.*} Plin. lib. 36. cap. 15. Cyzici & bolcaterion vocant ædificium amplum ſine ferreo clauo, ita diſpoſita contignatione, vt eximantur trabes ſine fulturis, ac reponantur. Plin. in Epiſt. Nam fulturæ ad ſubſtructiones quibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmæ mihi, quàm ſumptuoſæ videntur. Colum. lib. 1, cap. 5, Sed & pro fultura & ſubſtructione fungentur aduerſus ea, &c.

Fulcrum, cri, Quo lectus ſuſtinetur, à fulciendo dictum. {ἔρεισις. Ital. *Soſtentamento, legno che ſoſtenga le lettiere.* Gal. *Soutenement, le bois d'vn lit, le chalit.* Hiſ. *El pie dela cama.*} Virgil. 6. Aeneid. -fulgent genialibus altis Aurea fulcra toris. Gell. lib. 20. cap. 15, Neque apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cum ſtrue aut ferro oportet. Sueton. in Claudio, Adhibebat omni cœnæ & libetos ſuos cum pueris, puellíſque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur.

FVLCO. Andegauenſium princeps fuit, quintus Rex Hieroſolymorum, qui equo in caput verſo occubuit, quum regnaſſet annis vndecim. Volaterranus.

Fulgeo, ges, ſi, ſum, à φλὲξ deducitur, quod apud Græcos flammã ſignificat: vnde & pro lucere, & ſplendorem emittere ſumitur. {πλαυσιλαμπέω. Ital. *Riſplendere.* Gal. *Reluire, reſplendir.* Hiſ. *Reſplandeſcer.*} Lucan. lib. 10, Fulget gemma toris, & iaſpide fulua ſupellex. Cic. in Catil. Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. Liu. 2. ab Vrbe, Vt primo ſtatim concurſu inctepuere arma, micantéſque fulſere gladij, horror ingens ſpectantes perſtringit. ¶ Accipitur etiam fulgere pro fulgurare. Cic. 2. de Nat. deo. Hunc etiam augures noſtri, quum dicunt, Ioue fulgente, tonante: dicunt etiam, Cæcio fulgente, tonante. Idem in Varro. Ioue fulgente, cum populo agi nefas eſſe. ¶ Fulgere, pro ferire priſci dicebant, autore Feſto Pompeio: vnde fulgur dictum eſt. ¶ Huius compoſita ſunt, Affulgeo, Confulgeo, Effulgeo, Præfulgeo, Refulgeo: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Fulgetrum, tri, Idem quod fulgur, hoc eſt lux illa, ſeu vibratio luminis quæ antè cernitur, quàm tonitruum audiatur, quum ſimul fieri certum ſit. {ἀστραπή, στεροπή. Ital. *Lampo, baleno, fulgore.* Gal. *L'eſclair que fait le tonnerre.* Hiſp. *Reſplandor del relampago.*} Plin. lib. 2. cap. 43, Hinc naſci procellas, & ſi in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra: his ſiudi nubem, illis perrumpi. Ibidem cap. 54, Fulgetrum prius cerni quàm tonitruum audiri,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quum simul fiant, certum est: nec mirum, quando lux sonitu velociot.

Fulgetra, træ, fœminini generis, Idem. Plin. lib. 28. cap. 2, Fulgetras popysmis adorare consentus Gentium est.

Fulgo, is, si, sum, tertiæ coniugationis, Idem quod fulgeo. {ϕλέγω. Ital. *Risplendere.* Gal. *Resplandir, reluire.* Hisp. *Resplandescer.*} Virgil. lib. 6, Illæ auspendere. Gal. *Resplandir, reluire.* Hisp. *Resplandescer.*} Virgil. lib. 6, Illæ auspicibus quas fulgere cernis in armis, Concordes animæ, &c. Ad eundem etiam modum effulgo dicebant pro effulgeo. Idem lib. -auróque effulgere fluctus.

Fulgor, oris, pen. prod. Splendor. {σέλας. Ital. *Splendore.* Gal. *Resplandissement, lueur, clarté.* Hisp. *Resplandor.*} Plin. lib. 7. ca. 15, Speculorum fulgor aspectu ipso heberatur. Virgil. 5. Aeneid. -maculosus & auro Squamam incendebat fulgor. Cic. 6. Verr. Cuius fulgore collucere atque illustrari Iouis Opt. Max. templum oportebat. ¶ Accipitur etiam fulgor pro fulgure. Cic. 2. de Diuin. Quum autem se in nubem induerint, eiúsque tenuissimam quamque partem cœperint diuidere, ac distrumpere, idq; crebrius facere & vehementius, tum & fulgores & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Fulgur, gutis, pen. corr. Idem quod fulgetrum. {ἀστραπή Ital. *Lampo, baleno.* Gal. *Esclair.* Hisp. *El relampago.*} Differt autem à fulmine, teste Seneca, lib. 2. Natur. quæst. quòd fulmen dicatur, quum ignis emittitur: fulgur autem, quum ignis tantùm ostenditur. Vnde domum fulmine accensam dicimus, non fulgure. Est enim fulgur, nihil aliud quàm splendor ipsius fulminis: fulmen autem, ipsum telum. Vtrunque tamen ignem esse constat, illud tamen interest, quòd fulgur tantum virium non habet vt ad tertam possis deferri. Plin. lib. 2. cap. 49, Quòd si simul rupit nubem, exarsitque, & ignem habuit, aut postea concepit, fulmen est. Hinc aiunt naturalium causarum scrutatores, quòd fulgura ex nubium collisione generentur in morem silicum duriorum, quos quum comploseris sibi, medius ex his ignis extritus elabitur, atque ita cum fulgure pariter & tonitrua mugire, tonitruum scilicet sonitu indicante, & fulgura excussi luminis claritate. ¶ Fulgur ex pelui. ἀστραπὴ ἐκ πηλοῦ. De minis inanibus eorum qui lædere non queant. Fulgor enim, qui fulguris quadam è vasculorum nitentium vibratione, aut ex aquis

Fulguralis, le. {ἀστραπικός. Ital. *Pertinente à lampo.* Gal. *D'esclair, des apartenances d'esclair.* Hispa. *Cosa pertenecienae al relampago.*} Cic. 1. de Diuin. Quod ces d'esclair. Hispa. *Cosa pertenecienae al relampago.*} Cic. 1. de Diuin. Quod Herrusc orum declarant & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales. hoc est libri qui de fulgurum inspectionibus tractant.

Fulguritas, atis. Afflatio fulminis. Lucil. apud Nonium, Luporum aciem claram, & fulguritatem arborum. Antiquum est, & obsoletum.

Fulguro, as, pen. corr. Fulgur emitto. {ἀστράπτω. Ital. *Folgorare, balenare.* Gal. *Esclairer, faire esclair.* Hispan. *Relampaguear.*} Plin. lib. 18. cap. 35, Quum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit. Idem lib. 9. cap. 35, Si fulguret, comprimi conchas.

Fulguratio. {ἀστραπή, ἡ ἐπὶ τὸ πεφωτισμένον, ἢ πρὸς ἔμφασιν τῶν φιλῶν ὁπλισμός. Ital. *Effo lampeggiare.* Gal. *Esclairement, quād il esclaire par tonnerre.* Hisp. *Obra de relampaguear.*} Senec. 2. Nat. quæst. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

Fulgurator, Fulgurum inspector est, teste Nonio. ἀστραπευτής. Cato de moribus Claudij Neronis, Aruspicem fulguratorē siquis adducat. Cic. 2. de Diuinat. Nónne intelligis eadem vti posse & aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum?

Fulgurio, is, penult. corr. Fulgur iacio. {ἀστράπτω. Ital. *Folgorare, balenare.* Gal. *Faire esclairer, frapper d'esclairs.* Hisp. *Relampaguear.*} Naevius apud Nonium, Sanè suo sonitu claro fulgutiuit Iupiter.

Fulguritus locus, Id est fulmine ictus, qui statim fieri religiosus putabatur, quòd cum Deus sibi dicasse videretur. Autor Festus. κεραυνοβλής.

Fulguritassunt, Pro furgore percutiuntur, dixit Plautus Trin. -nam fulguritassunt Alternæ arbores, sues moriuntur angina acerrimè.

Fulmen, inis, Ignis è nubibus erumpens: de quo vide latius paulo antè in dictione FVLGVR. {κεραυνὸς ἀκοντιστός. Ital. *Fulmine, lampo.* Gal. *Foudre.* Hisp. *Rayo que cuye del cielo.*} Liu. 1. ab Vrbe, Auctino fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit. ¶ Transfertur aliquando pro vi, & impetu. Cic. ad Papy. Insanire tibi videris, quòd imitere verborum meorum, vt scribis, fulmina: Idem 2. Tusc. Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.

Fulmineus, a, um, {κεραύνιος, ἡ, ον. Ital. *Di fulmine.* Gal. *De foudre.* Hisp. *Cosa del rayo del cielo.*} Ouid. 2. de Pon. Et qui fulmineo, sæpe sine Hisp. *Cosa del rayo del cielo.*} Ouid. 2. de Pon. Et qui fulmineo, sæpe sine Hisp. *Cosa del rayo del cielo.*} Ouid. 2. de Pon. Et qui fulmineo, sæpe sine igne tonat. Fulmineum os apri, hoc est violentum, & fulminis modo obuia quæque prosternens. Ouid. 2. Fast. Sicut aper longè syluis latratibus actus, Fulmineo celeres dissipatore canes.

Fulmino, as, are, Est fulmen iacere, vel fulmina afflare. {κεραυνοβολέω, κεραυνόω. Ital. *Fulminare, saettare.* Gal. *Fulminer, foudroyer.* Hisp. *Herir con rayo del cielo.*} Senec. Minore enim igne ad fulgurandum, quàm ad fulminandum opus est. Plin. lib. 2. cap. 7, Fulminantem peierant Iouem.

Fulminatus, a, um, Fulmine ictus. {κεραυνωθείς. Ital. *Saettato dal cielo.* Gal. *Foudroyé, frapé du tonnerre.* Hisp. *Herido con rayo del cielo.*} Plin. lib. 2. cap. 54, Vulnera fulminatorum frigidiora.

Fulica, æ, pen. corr. {κίγκλος nonnullis, aliis λάρος. Ital. *Folica.* Gal. *Vn oiseau de riuiere qu'on appele foulque.* Hisp. *La cerceta aue nota.*} Auis est aquatica, magnitudinem columbæ non multùm excedens, à fuluo, id est nigro, aut certè à fuligine colore dicta. Gaudet præcipuè mari, stagno

tius ignes. Fumosa nox, pro caligine è fumi densitate nascente. Idem lib. 8. de Caco, Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Euomit, involuitque domum caligine cæca: Prospectum eripiens oculis: glomerátque sub antro Fumiferam noctem.

Fumidus, a, um, Fumum referens. {καπνώδης. Ital. *Fumicato, affumicato.* Gal. *Fumeux, qui rend fumée.* Hisp. *Cosa humosa.*} Plinius lib. 37. cap. 7. Sunt qui præferant Arabicas Indicis, fumidæque chrysolitho illas similes esse dicant. Idem lib. 14. cap. 20. Vitia præter suprà dicta, acor, aut fumidum virus, aut picis adustio.

Fumo, mas, Fumum emitto. {τυφόω. Ital. *Fo fumo, fumare.* Gal. *Fumer, rendre on faire fumée.* Hisp. *Hazer humo, humear.*} Virgil. 1. Aegló. Et iam summa procul villarum culmina fumant. Cic. 7. Verr. Quum fumantes etiã nostras naues reliquissent. ¶ Fumare aperdicitur, vel vrsus, quum è naribus densum spiritum emittit instar fumi. Martia. lib. 12. Fumantem viui nasum ne læseris ursi. ¶ Huius compositum est Infumo, penult. prod. quod est ad fumum sicco.

Fumigo, as, pen. corr. Suffio. {θυμιάω. Ital. *Profumare, suffumicare.* Gal. *Enfumer, perfumer.* Hisp. *Echar de si humo, sahumar.*} Varr. 3. de re Rust. cap. 16. Verno tempore & æstiuo fere ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leniter. Hinc fumigatio, pro suffitu. θυμίαμα.

Fumifico, as, Idem quod fumigo, vel suffio. {θυμιάω. Ital. *Fumicare, suffumicare.* Gal. *Enfumer, perfumer.* Hispa. *Sahumar.*} Plaut. in Mil. Eique vt Arabico fumificem odore.

Fumificus, ca, cum, Quod fumũ emittit. {καπνοποιός. Ital. *Che fa fumo.* Gal. *Faisant fumée.* Hisp. *Cosa que haze humo.*} Ouid. 7 Metamor. Fumificisque locum mugitibus impleuere.

Funalia, Funambulus, vide FVNIS.

Funda, dæ. Instrumentum è funiculo factum, quo funduntur, hoc est iaciantur lapides. {σφενδόνη. Ital. *Fromba, fronda.* Gal. *Vne fonde.* Hisp. *La honda para tirar piedras.*} Virgil. lib. 1. Georg. Stuppea torquentem Baleáris verbera fundæ. Vocat autem Poëta fundam Balearem, quòd duæ illæ insulæ Baleares peritos in primis mittebant funditores. Terent. in Eunucho. -fundam tibi nimis vellem dari, Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes. ¶ Est etiam retis piscatorij genus, quod in orbem spargitur, quod & reticulum dici solet. ἀμφίβληστρον. Virgil. 1. Georgic. -funda iam verberat amnem. ¶ Accipitur quandoque pro sæculo, seu marsupio in modum retis facto, in quo pecuniæ & alia geruntur. Macrobius, Quúmque accessisset ad sellam, demissa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos Principi daret. Quod sæculi genus etiam reticulum vocatur. Horatius, Reticulum panes vænales inter onusto Forte vehas humero. ¶ Aliquando pro circulo ex auro, siue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, vt auram nonnisi margines amplectatur. Plinius, Funda includuntur perspicuæ, cæteris subiicitur orichalcum.

Funditor, Qui funda dimicat. {σφενδονήτης vel σφενδονήτης. Ital. *Chi combatte con fonda.* Gal. *Qui vse de fonde pour combattre.* Hispa. *Hondero.*} Sallustius, Ipse cum expeditis cohortibus, ad hæc funditorum & sagittariorum delecta manu. Cæs. 3. bel. Gall. Numidas & Cretas sagittarios, & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Sic Liui. 1. bel. Pun.

Fundibularij, Idem qui funditores. σφενδονῆται.

Fundamentum, vide FVNDVM.

FVNDI, orum. φόνδοι. Vulgò *Fondi.* Oppidum est Campaniæ inter Tarracinam & Caietam, quod intercidit: hodie solùm palustre ibi, ita tamen vt ædificiorum minæ ac vestigia cernantur: à quo Fundanus lacus appellatus est, & Fundanus ager. Plinius lib. 3. cap. 5. Inde generosa vina Fundana, scriptoribus commendata.

Funditus, & Fundo, fundes, vide FVNDVM.

Fundo, dis, fudi, fusum, Liquefacio. {χέω, χωνεύω. Ital. *Liquefare, spargere fondere.* Gal. *Fondre, espandre, verser vne liqueur.* Hisp. *Derramar cosa liquida.*} Vnde metalla dicuntur fusa, quum liquefacta sunt vi caloris. ¶ Item fundere aliquem dicuntur artifices, quum effigiem alicuius arte fusoria exprimunt. Plinius lib. 34. cap. 8. Theodorus qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem, fama magnæ subtilitatis celebratus. ¶ Quoniam verò quæ fusa ac liquida sunt, spargi solent, fundere pro spargere ponitur. Claudian. -& pessima fudit Vina cadis. Lactan. libro 6. Fundendus ad vltimum cruor, omnia denique amara & grauiora patienter ferenda. ¶ Aliquando pro prosternere. ἐδαφίζω, καταβάλλω. Virgil. 1. Aeneid. Nec prius absistit quàm septem ingentia victor Corpora fundat humi. ¶ Aliquãdo profligare, vel dispergere. Liui. 1. ab Vrbe, Exercitum fundit, fusum persequitur. ¶ Aliquando abundanter præbere. Virgil. 4. Aegloga. Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. ¶ Aliquando pro largè loqui. αὐτομολογέω, ὁμολογέω, κατακλύω, χαλάω. Virgilius 3. Aeneid. Talia fundebat lachrymans. ¶ Aliquando pro demittere, vt apud eundem, -crissíque à vertice flammam Fundit. ¶ Huius composita sunt, Affundo, Confundo, Circunfundo, Defundo, Effundo, Infundo, Offundo, Perfundo, Suffundo, Superfundo, Transfundo: de quibus suis locis agitur.

Fusus, a, um, participium, Aliquando idem est quod conflatus, vel liquefactus: vt quum aurum, vel argentum fusum dicimus. {χυτός. Ital. *Liquefatto, spanso.* Gal. *Fondu, espandu.* Hispa. *Derramado, ò hundido lo liquido.*} ¶ Interdum idem quod fusione confectus, vt quum statuam, aliúdve quid operis ex metallo quopiam dicimus esse fusum. ¶ Aliquãdo idem quod dispersus. Cicer. de Orat. Genus facetiarum æqualiter tota in oratione fusum. Idem 13. Philip. Exercitum hostium cæsum, fusúmque cognouimus. Idem 2. de Nat. deor. Enim mari finitimus aer die ac nocte distinguitur, isque tum fusus, & extenuatus sublimè fertur, tum autem concretus in nubes cogitur, &c.

Fusè, aduerbium, Hoc est abundanter, & copiosè. {ἁβρῶς, πλουσίως. Ital. *sparsamente, largamente, abondeuolmente.* Gal. *Au large, bien au large, amplement.* Hisp. *Abundosamente, largamente, copiosamente.*} Cicer. 3. de Finib. Potest id quidem fusè, & copiosè, & omnibus electissimis verbis, grauissimísque sententiis rhetoricè & augeri & ornari. Idem 4. Tuscul. De cuius excellentia multa quidem dici quanuis fusè latéque possint, sed breuissimè illo modo.

Fusim, aduerbium, Idem est quod sparsim. {χεδδάω. Ital. *sparsamente.* Gal.

En fundant. Hispa. *Derramadamente.*} Fuse autem, vt suprà diximus, significat latè & copiosè.

Fusio, onis. {χύσις. Ital. *Spargimento, stendimento.* Gal. *Fusion, espandement.* Hisp. *Obra de derramar hundimiento.*} Cicer. 1. de Nat. deor. Ipsúmque mundum Deum dicit esse, & eius animi fusionem vniuersam.

Fusilis, le, penult. corr. Quod fundi potest, seu quod fusum est, vel quod pronum est ad fundendum. {χυτὸς. Ital. *Che si può liquefare.* Gal. *Qui est de fonte, qu'on peut fondre.* Hisp. *Cosa que se puede hundir.*} Vnde fusilia vasa dicuntur, & fusilia signa, quæ ex metallo aliquo fusa sunt. Ouid. 11. Metamor. Fusile per rictus aurum fluitare videres. Colum. libro 6. cap. 33. Vel cum fusili sale trita sepiæ testa.

Fusores, dicuntur qui ex metallo quopiam statuas, alliáve opera funduot. {χωνευτής. Ital. *Coloro che fanno statue ò altri lauori di getto.* Gal. *Fondeurs.* Hisp. *Hundidores para echar en molde.*

Fusorius, a, um, Quod ad fusionem, hoc est liquefactionem pertinet, seu quod funditur, aut fundi potest. {χωνευτικός. Ital. *Pertenente à fondere.* Gal. *Apartenant à fondre.* Hispa. *Pertenciente à hundir.*} vt, Opus fusorium. Fusorium vas, in quo metalla liquefiunt. Ars fusoria, ars fundendi, conflandive metalla, operisque aliquid ex eis conficiendi. χωνευτικὴ.

Fusura, æ. Fusio, siue liquefactio. {χύσις. Ital. *Fondamento.* Gal. *Fonte.* Hispa. *Aquella obra de hundir, hundimiento.*} Plin. lib. 33. cap. 6. Chrysitis ex ipsa vena fit, Argyritis ex argento, Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

Fundito, as, penultima correpta, Sæpe fundo. {πανσπερμολογέω. Ital. *Spargere spesso.* Gal. *Espandre & verser en abondance.* Hispa. *Hundir y derramar muchas vezes.*} Plautus in Amphi. Dum cruciatu tuo ut hæc hodie verna verba funditas. Idem in Pœnulo, Eu monitrum mulieris: tantoia tanta verba funditat. id est multùm & frustra profert. ¶ Funditare rem, pro consumere, prodigere, ac profundere. Plautus in Mercat. Omni quòd modo, cui iuuenis ipse parserit, Me rem videret funditare, ac perdere.

Fundum, di, Ima pars cuiusque rei quæ aliquid liquoris in se continet, vel ad continendum facta est, vt dolij, nauis, aluei fluminis, lacus, maris. {πυθμὴν. Ital. *Fondo, profundo.* Gal. *Le fond de quelque chose que ce soit.* Hispa. *El hondon de qualquier cosa.*} Virgil. 2. Aeneid. -tæuitque tridenti Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo. ¶ Largitio non habet fundum. Quo dicto significamus, stulta liberalitate quantaslibet opes exhauriri, vel effluere potius. Cicer. lib. Offic. 2. ¶ Seta in fundo parsimonia, prouerbialis sententia apud Senecam in prima epistola. Admonet, in tempore parcendum rebus necessariis: neque imitandum profusorum vulgus, qui tum demum incipiunt parcere, posteaquam viderint, minimum superesse. ¶ Profundum, vide suo loco.

Funditus, penult. corr. aduerbium, Significat à fundo. {ἐκ βάθρων, ἀρδὴν. Ital. *Dal fondo.* Gal. *Iusques au fond, totalement, du tout.* Hisp. *Desde cimiento ò hondon.*} sicut Cælius, à cælo. Cicer. 6 Verr. Qui non obtunti aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditus fustulit, ac delcuit. Idem de Amicitia. Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ non odijs atque dissidijs funditus possit euerti? Hoc est, ab ipso fundo, vel ab ipsis fundamentis. Cic. Torquato lib. 4. Necesse est enim aut armis vrgeri Rempublicam sempiternis, aut his positis recreari aliquando, aut funditus interire. ¶ Porrò quod prorsus ac citra spem instaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur.

Fundo, as. Propriè idem quod fundamentum iacio. {θεμελιόω, θεμελίωσις. Ital. *Fondare, gettare il fondamento.* Gal. *Fonder, jetter les fondemens.* Hisp. *Echar fundamento ò fundar.*} Virgil. 8. Aeneid. Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto Vibis Agyllinæ sedes. ¶ Transfertur ad incorporalia, & idem ferè significat quod firmo, siue stabilio. Quintilianus, Fundatam paternis auitisque opibus domum exhaurit. ¶ Huius composita sunt Effundo, as, quod est à fundo euerto. ἀνατρέπω. Cæcilius, Respublica amisso & effundato pulcherrimo statu, non paruam fecerat iacturam. Suffundo, pro fundamento subiicio. Varro, Qui in domibus lateritiis paululùm modò lapidibus suffundatis, vt humorem fugerent, habitabant.

Fundamen, inis, & Fundamentum, ti, Super quod quid fundatur. {θεμέλιον, ὑποβολή, βάθος. Ital. *Fondamento.* Gal. *Fondement.* Hisp. *Cimiento ò ensia de edificio.*} Ouid. 5. Metamor. Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ. Virgil. 4 Georg. -& lentum de cortice gluten Prima fauis ponunt fundamina. Plin. lib. 36. cap. 14. Rursus ne in lubrico atq; instabili fundamenta tantæ molis locarentur. Virgil. 1. Aeneid. Fundamenta locant alij, pars ducere muros. ¶ Iacere fundamenta Reipublicæ, est quasi dare Reipublicæ principium. Cicer. Cornificio, Ego mi Cornifici, quo die primùm in spem libertatis ingressus sum, & cunctantibus cæteris ad XIII. Calendas Ianuarij fundamenta ieci, eo ipso die prouidi multum, atque habui rationem dignitatis tuæ.

Fundus, di, Est quæuis possessio rustica, ita dicta quòd fundat quotannis multa: vel quòd sit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio labilis est. {χωρίον, ἄγρός. Ital. *Fondo, possessione.* Gal. *Fond de terre, heritage, champ ou piece de terre.* Hisp. *La heredad ò possession de tierra.*} Plaut. in Capt. Quasi fundum vendam, mei me addicam legibus. Fundi appellatione (vt docet Florentinus Iureconsultus) omne ædificium, & omnis ager continetur: sed in vsu, vrbana ædificia, ædes rustica, villa dicuntur. Locus verò sine ædificio in vrbe, area: rure autem, ager appellatur. Idémque ager cum ædificio, fundus dicitur. ¶ Accipitur etiam fundus per translationem pro cuiusuis negotij fundamento. Plaut. in Trinummo, Nunc mihi is properè conuenendus est, vt quæ cum eius Filio egi, ei rei fundus pater sit potior eo. Hoc est fundamentum, autor, & approbator. Sic populum fundum fieri, teste Festo, est populum eius rei quam alienat, fieri autorem. Cicero pro Cornelio Balbo, Quid enim dici potuit imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? Nam id non magis proprium est fœderatorum, quàm liberorum omnium. Et paulo póst, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri si tum sit fundus, quum scita ac missa nostra sua sententia comprobat? ¶ Fundum sterilem ne colas, πέτρον ἀχρεῖον μὴ σπείρειν. Refertur inter leges Platonicas. Hoc ænigmate lex apud Platonem verecunde deterret à venere masculà. Potest tamen ad alios

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsus accommodari, Plaut. Amphit.

Funebris, Funestus, Funero, vide FVNVS.

Funera, Arcus sunt in vitibus, quum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo. χωμα μικρὸν πᾶν πλεκόμενον ἀμπέλου. Autor Plinius, lib. 17. cap. 22.

Fungor, eris, functus, Significat officium aliquod exercere, munus obire, aut dignitatem habere. ἐκτελῶ, πράττω. Ital. *Fare, effercitare vfficio, vfare.* Gal. *Faire ou exercer quelque charge ou effiat.* Hisp. *Vsar de algun officio.* & construitur cum ablatiuo: vt, Fungor Prætura. Cæsar 7. bel. Gall. Hunc ex proximis vnus iacẽtem transgressus, eodem illo munere fungebatur. Cicc. 5. de Finib. Atque in sensibus hæc est sua cuiusque virtus, vt nequis impediat, quominus suo quisque sensus munere fungatur in his rebus celeriter expeditéque percipiendis. Aliquando cum accusatiuo. Terent. in Adel. Maior filius tuus Aeschinus Quem fratri adoptandum dedisti', neque boni, Neque liberalis functus officium est viri. Plaut. in Menæch. Nam parasitus octo hominum munus facilè fungitur. ¶ Huius composita sunt Defungor, & Perfungor: quorum significata vide suis locis.

Functio, onis, verbale. ἐνέργεια, πρᾶξις, ἐκτέλεσις, λειτουργία. Ital. *Effecutione di qualche officio.* Gal. *L'execution de quelque charge ou office.* Hisp. *La obra de vsar de algun officio.* Cic. 2. Tusc. Labor est functio quædam vel animi vel corporis grauioris operis, vel muneris. Idem 5. Verr. Vt iis iucundior esset muneris illius functio.

Fungus, gi. à funere (vt quidam docent) descendit, quòd vescentibus periculosissimus sit, vel ipso Plinio teste qui eos annumerat inter ea quæ temerè manduntur. μύκης. Ital. *Fungo.* Gal. *Champignon ou potiron.* Hisp. *El hongo.* Tanta enim est fungis cum venenis cognatio, vt si vel caligaris clauus, aut ferri rubigo, aut panni marcor adfuerit, aut si serpens primò patefacientem adhalauerit, omnis statim succus decoquatur in venenum. Fungi nomen generale est. Boleti autem dicuntur qui in voluis albis nascuntur, quibus sublatis lutei sunt coloris. Plin. lib. 22. cap. 25, Fungorum lentior natura, & numerosa genera: sed origo nonnisi ex pituita arborum. Tutissimi qui rubent callo, minus diluto rubore quàm boleti: mox candidi, velut apice Flaminis insigniti. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum. Fungorum diuersa sunt genera, nam sunt boleti prateuses albi, qui in pratis nascuntur: spongioli, à similitudine spongiæ: digitelli, à digitis: à porrigine, porrigines. Nascuntus & in arboribus fungi, & in spinarum radicibus. ¶ Fungus arborum morbus. Plin. lib. 17. cap. 24, Oleæ præter vermiculationẽ, quam æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam: hæc est Solis exustio. ¶ Fungus, pro homine stupido & insulso. Plau. in Bacc. Adeón' me fuisse fungum, vt qui illi crederem?

Fungosus, a, um, Quod est rarum & leue ad similitudinem fungi. μυκητώδης. Ital. *Fongoso, leggiero come fongo.* Gal. *Leger & ayant petis trous comme vn champignon.* Hispa. *Ligero como hongo.* Plinius, Hunc totum fungosa replet medulla.

Fungositas, atis, hoc est raritas & leuitas, qualis in spongiis apparet. Idẽ, Tota fungositas detrasa.

Funginus, a, um, Quod est ex fungo. ὁ ἐκ μύκητος, ὁ μυκητώδης, ὁ μυκητοειδής. Ital. *De natura di fongo.* Gal. *De champignon, ressemblant à champignon.* Hisp. *Cosa de hongo ò semejante à hongo.* Plaut. in Trin. Pol, hic quidè fungino genere est, capite se totum tegit.

Funis. Restis ex cannabe aut alia materia contorta. κάλως, χοῖνος, σπάρτος. Ital. *corda, fune.* Gal. *Chable ou chorde.* Hispa. *La cuerda.* Hodie tantùm masculini generis est, olim etiam fœminini. Virgil. 5. Aene. Voluitùm masculini generis est, olim etiam fœminini. Virgil. 5. Aene. Voluerem traiectam in fune columbam, Quò tendant ferrum, malo suspẽdet ab alto. Lucre. apud Gellium lib. 13. cap. 20, Haud, vt opinor, enim mortalia secla superuè Aurea de cælo demisit funis in arua. Plin. lib. 16. cap. 1, Vlna & palustri iunco funes nectunt. Colum. lib. 6. ca. 2, Cannabinisque finibus cornua iuuencorum ligato. ¶ Funis abrumpitur nimium tendendo, ἀποῤῥήγνυται πολὺ τεῖνον τὸ καλώδιον. In eos dici solitum, qui dum extrema experiuntur, alienãt à se eos cum quibus agunt: & vniuersæ rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum. Lucianus. ¶ Hic finis nihil attraxit, ἄκρον μὴ μέγεθος κἀν ἔπαυσεν. Senarius prouerbialis, quo significabant operam frustra sumpram, nenque ex sententia euenisse quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus, qui sæpe hamum retrahunt inanem.

Funalia, lium, Dicuntur faces ex contortis funibus cera, aut pice circundatis. δᾷδες. Ital. *Torchi.* Gal. *Torches.* Hispa. *Hachas ò antorchas de cera.* Cicc. de Senect. Delectabantur crebrò funali, & tibicine: quæ si nullo exemplo priuatus sumpserat, tantum licentiæ dabat gloria. Plin. de Viris illust. Duillio concessum est vt prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret. ¶ Funales verò equi sunt qui fune, hoc est reste iuncti, currum triumphalem præcedunt. ἡνιοχικοί. Sueton. in Tib. Dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo, quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur. ¶ Funalis cereus. Valer. Max. lib. 3. cap. 6, Caius autem Duillius, qui primus nauale triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum, præeunte tibicine, & fidicine, à cœna domum reuerti solitus est.

Funambulus, pen. corr. Qui graditur per funes. χοινοβάτης. Ital. *Quello che camina su le corde.* Gal. *Vn danseur sur chorde, qui va a marche sur vne chorde.* Hisp. *El trepador que anda sobre maroma.* Terentius in Prologo Hecyræ, Ita populus studio stupidus, in funambulo.

Funirepus, pi, Idem significat quod funambulus. χοινοβάτης. Apul. Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur, funirepus periclitatur.

Funiculus, li, diminutiuum à fune. καλώδιον, χοινίον. Ital. *cordicella, funicella.* Gal. *Chordelette, petit chable.* Hisp. *Pequeña cuerda.* Cic. 2. de Inuent. Vsque adeò vt dominus nauis quum idem gubernator esset, in scapham confugeret: & inde funiculo qui à puppi religatus scapham annexam trahebat, nauim quoad posset, moderaretur. ¶ Ponitur quoq; funiculus pro mensura quadam Persica, sexaginta continẽte stadia, vt placet Herodoto: quãquam Plinius ex Eratosthenis sententia quadraginta tantùm stadiorum esse tradit. In hac tamen significatione frequẽtius vtimur Græco nomine Schœnus. ¶ Funiculum fugiunt miniatũ, τὸ χρωμένοις τὸ μεμιλτωμένον. Apte dicetur vbi quis properat officio suo fungi nõ ex animo, sed ne in mulctam incidat. Miniato enim funiculo notabantur Athenis qui ad concionem non accedebant, atque mulctam pendere cogebantur.

Funus, neris, Pompa quæ fit in exequiis mortuorum. κηδεία. Ital. *Funerale, pompa funebre.* Gal. *Funerailles, conuoy d'obseques.* Hispa. *Mortuorio ò exequias del muerto.* A funalibus dictum funus, quòd incensi funes mortuis præferebantur: quoniam noctu efferebantur cadauera. Vel potius ab eo quòd φῦν Ioues dicunt Ionicè, pro φόνον, quod eædem, vel cladem significat. Ennius, Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. Terent. in Andr. Funus interim procedit: sequimur ad sepulchrum venimus. Cicc. de Amic. Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicarum est. ¶ Interdum ponitur pro cadauere. νεκρός. Terent. in Andr. Effertur funus. ¶ Interdum significat mortuere. νεκρός. Terent. in Andr. Effertur funus. ¶ Interdum significat mortuum. Virgil. 4. Aeneid. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. ¶ Quãtem. Virgil. 4. Aeneid. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. ¶ Quãdoque pro sepulchro. τάφος. Virgil. 3. Aeneid. Ergo instauramus Polydoro funus.

Funeræ, arum, Apud veteres dicebantur mulieres ad quas funus pertinebat: vt sunt mater & soror defuncti. Nam præficæ vt planctus sunt principes, ita doloris sunt expertes. Virgil. 9. Aeneid. -nec te tua funera mater Produxi, presíque oculos, aut vulnera laui. Quem in locum Seruius, Funeræ, inquit, dictæ sunt quasi funereæ, ad quas pertinet funus.

Funereus, a, um, Idem quod funebris. τάφιος. Ital. *Funereo, funerale, mortorio.* Gal. *De funerailles, de dueil.* Hisp. *Cosa para mortuorio.* vt, Funera fax. Martia. lib. 8, Funereámque toris quassat vterque facem. Virg. 4. Aene. Intenditque locum sertis, & fronde coronat Funerea. Ouid. 10. Metamor. -ter omen Funereus bubo letali carmine fecit.

Funebris, funebre, pen. corr. Quod ad funus pertinet. τάφιος. Ital. *Funebre, funesto.* Gal. *Funebre, de funerailles, de deuil.* Hispa. *Cosa perteneciente al nebre, funesto.* Gal. *Funebre, de funerailles, de deuil.* Hispa. *Cosa perteneciente al muerto.* vt funebris pompa, Funebre carmen. ἐπιτάφιος, ἐπικήδειος. Quintil. Quid sibi velit ille funebrium lõgus ordo pomparum. Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur. Funebris oratio, Cicero 1. de Orat. Funebre vestimentum, Cicc. 2. de Legi. Funebria iusta, Liui. 1. ab Vrbe. ¶ Interdum accipitur pro exitiali seu pernicioso, quódque multa affert funera. Sic funebre bellum, φονώδης πόλεμος Homero, legitur apud Horatium in Sermon.

Funero, as, penult. corr. Iusta mortuo persoluo, pompam funebrem duco. κηδεύω, καθαγίζω. Ital. *Sepelire, far il funerale.* Gal. *Enseuelir, enterrer.* Hisp. *Enterrar cuerpo muerto, hazer mortuorio.* Plin. lib. 55. cap. 10, Qui funerari se iussit sestertiis vndecim millibus. Sueton. in Domit. Cadauer eius populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funerauit. Horat. 3. Carm. Ode 8, funeratum dixit pro occiso: id quod sequitur ponẽs pro eo quod præcedit. -prope funeratus Arboris ictu.

Funestus, sta, stum, Pernicious, exitialis. ὀλέθριος. Ital. *Funesto, che apporta morte, rouina.* Gal. *Poullu pour auoir touché vn mort, malheureux.* Hisp. *Muerto, mortal.* Cicc. ad Atticum, Maiores nostri funestiorem esse voluerunt diem Allieusis pugnæ, quàm Vrbis captæ. Idem in Catil. Hoc tibi perniciosum esse confido, & funestum futurum. Seneca, Vox illa funesta Reipub. ¶ Item quod funeribus adhibetur: vt, Funesta tibia, quasta Reipub. ¶ Item quod funeribus adhibetur: vt, Funesta tibia, qua ad funera canebant. Funesta arbor dicitur à Poëtis cupressus, cuius ramus poni ante domum funeream solitus sit, ne Pontifex per ignorantiam ingrediens pollueretur.

Funesto, stas, Cæde polluo, funere inquino. μιαίνω. Ital. *Funestare, contaminare, violare,* Gal. *Polluer, contaminer.* Hisp. *Ensuziar con la muerte de alguno.* Cicc. pro Fonteio, Qui etiam siquando aliquo metu adducti, deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant. Idem pro Rabirio, Funestari concionem carnificis contagione veto. Vnde domus funestata, quæ aliquo funere affecta est. Plaut. Paternam domum funestaui.

Fuo, fuit, fuit, futum, Antiquissimi dixerunt pro sum. Plaut. in Amph. Nequis tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi. Hinc manst præteritum Fui. Vide suprà FVAT.

Fur, generis communis, Notæ significationis est, à ferendo, vt quidam putant, hoc est ab auferendo, dictus. φώρ, κλέπτης. Ital. *Ladro, rubbatore.* Gal. *Larron.* Hisp. *Ladron que hurta de escondidas.* Vel (vt docet Varr. libro 14. rerum diuinar.) à furuo, nigro: quòd furta clam fiant, & plerunque nocte. Aut certè, quod Gellio magis placet, à Græco nomine φώς. Ita enim antiqui illi vocabant quem nunc κλέπτην dicunt. Plaut. in Aulul. Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi. Idem in Rud. Fures mihi estis, hoc est furamini res meas. Cicc. pro Misone, Nocturnum furem quoquo modo, diutnum autem si se telo defenderit, interfici impunè voluerunt. ¶ Fur item à Varrone dicitur qui fucus in apibus nominatur, lib. 3. de Re rust. cap. 16. ¶ Interdum fur capitur pro seruo. Virgil. 3. Aeglo, Quid domini facient, audent quum talia fures? ¶ Composita sunt Bifur & Trifur. δίφως. Plautus. Verberabilissime etiam rogitas? non fur, sed trifur. hoc est summè fur. Aurifur, qui furatur aurum. χρυσοκλέπτης. ¶ Diminutiua sunt, Furunculus, de quo infrà: & Furculus secundum Priscianum.

Furunculus, diminutiuum à fur. ὁ μικρὸς καὶ λεπτὸς κλέπτης. Ital. *Ladroncello.* Gal. *Larronneau, petit larron.* Hisp. *Pequeño ladron ò ladrocillo.* Cic. in Pisonem, Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Accipitur etiam quandoq; pro mustela syluestri, qua in cauernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur viuerra, Græcè ἰκτίς. ¶ Est & furunculus tuberculum acutũ, cum inflammatione ac dolore in carnosis maximè partibus, vt scribit Galenus. ἀκμή. Prouenit ex humoribus crassis, differtque, à phymate, quòd hoc maius est furunculo, rotundius atq; planius. Plin. lib. 26. cap. 12, Passim & in quacunque parte, ac maximo incommodo nascuntur qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. ¶ Est præterea furunculus in vitibus tuberculum in modum verrucæ eminens: quod fit dum ex cicatrice germen procedit. Colum. libro 4. cap. 22, Plerunque autem germen de cicatrice procedit, quod siue longius profilierit, in flagellum submittitur: siue breuius, in pollicem: siue admodum exiguum, in furunculum: is ex quolibet vel minimo capillamẽto fieri potest. Ibidem. cap. 14, Sed si refecis siculitas non

Universidad de Deusto

ser non erit, circunspiciendus est furunculus, qui quãuis angustissimè præcisus, in modũ vertucæ proximo vere materiam exigat. Dictus furunculus, quòd quasi furtim nascatur.

Furtiuus, a, um, Quod ad furem pertinet. {ἐπὶ κλεπτῶν. Ital. *Ciò ch' appartiene à ladro.* Gal. *De larron, des larrons.* Hispa. *Cosa perteneciente à ladron.*} Plaut. Pseu. Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.

Furtum, ti, vt Paulus Iureconsul. definit, est contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere. {κλοπή, κλέμμα. Ital. *Furto.* Gal. *Larrecin.* Hisp. *Hurto.*} Cic pro Cluen. Hoc ipso ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & eædem eiusmodi. Idem 3. de Natur. deorum, Consilio tuo furtum factum esse aio. Veteres tamen dicebant furtum, quicquid clàm committeretur: vnde furta pro adulteriis, coitúque clandestino frequenter legimus apud poëtas. Virg. 4. Georg, Inter quas curam Clymene narrabat inanem Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta. Tibul. Celari vult sua furta Venus. ¶ Item pro insidiis. Virg. 11. Aene. Furta paro belli conuexo in tramite syluæ, Armato vt biuias obsidam milite fauces. Sallust. lib. 2. Histor. Mens gentis ad furta peridoneæ. ¶ Furta domestica vocantur, quæ serui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarij illis apud quos degunt, surripuerunt.

Furtim, aduerb. significat latenter. {λαθραίως. Ital. *Nascosamente, celatamente.* Gal. *En cachette secrettement.* Hisp. *Hurtiblemente, escondidamente.*} Vergil. libro 3. Aeneid. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infœlix Priamus furtim mandarat alendum. Cic. aduersus legẽ Agrar. Quid Alexandria? quid cuncta Aegyptus? vt occultè latet? vt recondita est? vt furtim tota Decemuiris traditur? Furtim habere seruum alienum, est occultare: cui opponitur Palàm habere.

Furax, racis, dicitur qui procliuis est ad furandum. {ἁπτικλοπός. Ital. *Furace, nato ad rubbare.* Gal. *Grand larron, adonné, & enclin à desrobber.* Hispa. *El que mucho hurta à escondidas.*} vt Furax aleator, Furax seruus, Furaces manus. Cic. 2. de Otat. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace seruo, solum esse, cui domi nihil sit obsignatum & occlusum. Idem in Pisonem, Nam quum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam cruentis fascibus lauream, &c.

Furacitas, tatis, Procliuitas, seu inclinatio ad furandum. {κλεπτοσύνη, ἡ κλεπτικὴ ἕξις. Ital. *Robbamento, inchinatione à robbare.* Gal. *Enuie de desrober & faire larrecin, inclination à larrecimer & desrober.* Hisp. *El habito de mucho hurtar assi.*} Plinius lib. 10. cap. 29, Cui soli aui furacitas auri argentique præcipuè mira est.

Furaciter, aduerb. {κλεπτικῶς, κλοπικῶς. Ital. *Con affetto di robbare.* Gal. *Auec affection ou intention de desrober.* Hispa. *Con gana de hurtar.*} Cice. in Vatin. Quùmque omnium domos, apotheeas, naues furacissimè scrutarere.

Furtiuus, a, um, pen. prod. Quod furto ablatum est. {κλοπιμαῖος, κλοπιμαῖα. Ital. *Furtiuo, rubbato.* Gal. *Fait en cachette, furtif, desrobé, pris par larrecin.* Hisp. *Cosa hurtible ò hurtada.*} Plaut. in Curc. Qui scias mercari furtiuas, atque ingenuas virgines. Ambula in ius. Idem in Persa, Adduxi simul forma expetenda liberalem mulierem, Furtiuam, abductam ex Arabia penitissima. ¶ Quandoque furtiuum dicitur clandestinum. Vnde & furtiuæ literæ, & furtiua scripta, quæ artificio quodam fiunt ne legi possint ab alio quàm ab eo ad quem scribuntur: quales erant quas Lacedæmonij κρυπτάλας vocabant. Gell. lib. 17. cap. 9. Res quasdam occultas nuntiare Regi furtiuo scripto volebat. Sic furtiuæ excusationes, Liuius lib. 4. bel. Pun.

Furtiuè, aduerbium, Pro furtim. {κλεπτικῶς, κλοπικῶς. Ital. *Furtiuamente, di nascosto.* Gal. *Furtiuement, en cachette.* Hispa. *Hurtiblemente, à escondidas.*} Plautus. Pœn. -certiorem esse te volui Nequid furtiuè, aut clàm accepisse censeas.

Furtificus, a, um, Quod furtum facere solet. {ἁπτικλοπός. Ital. *Che suole far furto.* Gal. *Qui fait ou est coustumier de faire larrecin.* Hisp. *El que haze hurto.*} Plautus in Persa, Vbi illa altera est furtifica lœna? Idem in Pseu. Vt prærodatis vestras furtificas manus.

Furor, atis, Furtum facio, clàm alienum aufero. {κλέπτω. Ital. *Furare, rubbare.* Gal. *Desrober, larrecimer, faire larrecin.* Hisp. *Hurtar de escondidas.*} Cic. 6. Verr. Tum primùm intellexi ad eam rem istos fratres Cybiratas fuisse, vt iste in furando manibus suis, oculis illorum vteretur. Plin. lib. 12. cap. 12, Nemo furatur alteri. Cic. 3. Verrinarum, Verres solet hæc quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse. ¶ Furari pro furtim assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cic. pro Cornelio Bal. Non enim furatus esse ciuitatem, genus suum ementitos, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censum dicitur.

Furca, æ, Instrumentum quo stramenta feruntur. {ἀκροστόλιον, φάλαγξ. Ital. *Forcella, forcina.* Gal. *Fourche.* Hisp. *Horca de dos gajos ò puntas.*} Horat. in Epist. Naturam expellas furca licet, vsque recurret, Et mala perrumpet furtim vestigia victrix. Virg. lib. 1. Georg. Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes. Dicitur etiam furca omne id quo quid sustentatur in modum furcæ factum. Plin. lib. 14. cap. 2, Furcas subdere his necessarium. Idem lib. 9. cap. 8, Tunc piscatores circundant retia, furcisque subleuant. ¶ Vnde Bifurcus, Bifurcatus, & Bifurcatim. ¶ Furcam ferebant in aliquo maleficio serui. Cic. 1. de Diuina. Sub furca vinctum esse, Liu. lib. 1. Figebantur furca grassatores, Balistratus in l. Capitalium. § famosos. ff. de Pœnis.

Furcula, diminutiuum, {τὸ μικρὸν δίδυμον ξύλον. Ital. *Forchetta.* Gal. *Fourchette, petite fourche.* Hisp. *Pequeña horca.*} Liu. 8. bell. Maced. Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro peruenerunt.

Furcilla, læ, aliud diminutiuum, à furcula, & significat instrumentum quo frumenta cillentur, hoc est mouentur: (nam cillere monere est) & quo fœnum, stramenta, & id genus reliqua iumentis ministrantur. Hoc rustici in fœno colligendo vtuntur. Varro libro 1. de Re rust. Herba quum crescere desiit, & æstibus arescit, subsecari debet, & quoad perarescat, furcillis versari. Columel. libro 2. cap. 10, Baculis, furcillisve contundant.

Furciferus, dicebatur seruus qui ob leue delictum cogebatur à domino ignominiæ magis, quàm supplicij causa circa vicinos furcam in collo ferre subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, filo ferre subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, fi-
múlq; monere exteros nequid simile admitterẽt. {ὁ δίδυμον ξύλον αἴρω.

φέρων, ἀκροστολιστής. Ital. *Portatore la forca.* Gal. *Qui porte vne fourche.* Hispa. *El que trae horca, ò corma.*} Vnde Plutarchus in vita Coriolani, Furcifer huic nomen est, quod maxima pœna apud antiquos seruo peccanti erat, vt is plaustri lignum, cui temo affigitur, spectante vicinia, ferens circumageret: quod vbi factum erat, infidus à domesticis, & vicinis existimatus furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud furcam appellant. Plaut. in Amph. Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer Accipiam. Cicero in Vatin. Quod in illo viro & quum ferẽdum esset, & maximis rebus quas postea gessit, obliterandum, id tu tibi furcifer sumes? Terent. in And. Oh, tibi ego vt eredam furcifer! Hinc Trifurcifer, summus furcifer dicitur: sicut trimeneficæ, summa venefica.

Furfur, furfuris, penult. genitiui corre. Purgamentum farinæ. {πίτυρον. Ital. *Semola, crusca.* Gal. *Du son, le bran de la farine.* Hispa. *El saluado.*} Plaut. in Captiuis, Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues. ¶ Vnde Furfureus, a, um, siue Furfuraceus, quod ex furfure constat: vt panis furfuraceus, siue furfureus. πιτυρίας, πιτυρίτης ἄρτος. ¶ Furfures item Latini appellat vitium capitis, quod & Græci πίτυρα, siue πιτυρίασιν vocant, quum scilicet quædam quasi furfuraceæ squamulæ absque vlceratione à cute resoluuntur, præsertim in capillo, siue barba, nonnunquam etiam in supercilijs. Celsus & Serenus porriginem nominant. Plinius lib. 20. cap. 9, de scilla herba, Discutit & solius strumas, quadrinis diebus soluta. Furfures capitis, & hulcera manantia illita ex oleo cocta.

Furfuraceus, a, um, Quod furfures habet admistos, aut quandam furfurum similitudinem referre videtur. {πιτυρώδης. Ital. *Pieno di semola, ò de pagliuole.* Gal. *Plein de son, ou de telles petites ordures blanches.* Hisp. *Cosa llena de salvados.*} Plinius lib. 12. cap. 25, Colos, in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus, deterior furfuraceus.

Furiæ, Furialis, Furiosus, Furibundus, Furio, Furo, Vide FVROR, furoris.

Furnianus, a, um, adiect. vt, Furniana vasa, à Furnio inuentore fortassis dicta. Plin. lib. 33. cap. 11, Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenij variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc furniana, nunc clodiana, nunc gratiana, nunc anaglypta, &c.

Furnus, ni, In quo panis coquitur: ita dictus à furuo, id est nigro colore, propter fuliginem, vel propter obscuritatem quam intus habet, vt inquit Porphyrio. {ἰνὶς κλίβανος, πυρεῖον. Ital. *Forno.* Gal. *Four.* Hisp. *Horno para cozer pan.*} Differtque à clibano, quod clibanus mobilis est, & quasi paruus furnus, testáque aliquando tegitur, sed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide constat, non tam pani, quàm aliis dapibus coquendis seruiens. Furnus verò ex cæmentis, seu lateribus & calce constat, magnúsque & immobilis est. Plin. lib. 19. cap. 1, Cortices quoque decussi ligni clibanis, & furnis præbent vsum. Plaut. Casina. Vna ædepol opera in furnum calidum condito. Os furni, Præfurniúmque dicitur. Sipont. ¶ In frigidum furnum panes immittere, ἐπὶ ψυχροῦ κλιβάνου τοὺς ἄρτους ἐμβάλλειν. dicuntur & hodie, qui docent indociles, qui mouent auersum, aut qui alioqui inanem sumunt operam. Refertur apud Herodotum in Terpsichore.

Furnaceus, cea, ceum, Quod in furno coctum est: vt, Panis furnaceus, {κλιβανίτης ἄρτος. Ital. *Cio che è cotto in furno.* Gal. *De four, cuit au four.* Hisp. *cosa cozida en horno.*} Plinius lib. 19. cap. 9, Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

Furnaria, riæ, absolutè dicitur. {ἡ φουρνική. Ital. *L'arte del fornaio.* Gal. *Boulengerie, l'art de faire du pain.* Hisp. *Arte del horno.*} sicut cœnacularia, & tagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno, panisque coctura quæstum facit, vel qui furnos locat conductoribus. Suetonius de Vitellio, Cuius filius sectionibus, & consuturis vberius compendium nactus, & muliere vulgari Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuerit.

Furor, fureris, Vide FVROR, furoris.

Furor, furaris, Vide FVR.

Furinalia, Sacra sunt Furinæ deæ, cuius etiam festa Furinales feriæ vocabantur. & Sacerdos qui hæc sacra peragebat, flamen Furinalis dictus est. Autores Varro & Festus, quanquam apud Festum corruptè, vt arbitror, legamus Furnalia.

Furor, furoris, Grauior, diuturniorque mentis alienatio, ex vitiato principis animæ facultatis instrumento originem habens. {μανία, τῆς ἡγεμονικῆς ψυχῆς φορά. Ital. *Furore, impeto, pazzia.* Gal. *Fureur, rage, frenesie, folie excessiue.* Hisp. *Ira con furia, locura.*} Quomodo autem differat ab insania, docet Cic. lib. 3. Tusc. his verbis, Itaque non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insaniam enim esse censuerunt inconstantiam sanitate vacantem, quæ tamen posset rueri officium, & vitæ communem cultum, atque vsitatum: furorem autem rati sunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum maius esse videatur quàm insania, tamen eiusmodi est vt furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Virg. 2. Aen. Instamus tamen immemores, cæcique furore, Et monstrum infœlix sacrata fistimus arce. Cice. de Arusp. resp. A diis quidem immortalibus quæ potest homini maior esse pœna furore, atque dementia? ¶ Aliquando accipitur pro mente vi quadam diuina concitata, qualis est furor Poëtarum. Negabat enim Democritus quempiam Poëtarum magnum esse posse sine furore, teste Cicerone lib. 1. de Diuinatione. Idem eodem, paulo antè, Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta atque inclusa diuinitus: ea si exarsit acrius, furor appellatur, quum à corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur. Dictus furor, quòd eo correptus, huc atque illuc temerè feratur.

FVRIAE, arum, {ἐριννύες, ἀλάστορες. Cornuto δεμνιόπλητες. Ital. *Furie.* Gal. *Furies.* Hispa. *Las furias del infierno.*} Deæ furoris, Noctis Acherontisque filiæ, quæ tres esse putabantur, Alecto, Tisiphone, & Megæra. Virgil. 12. Aeneid. Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ, Quas & Tartarea Nox intempesta Megæram Vno eodémque tulit partu. Quem locũ exponens Seruius, Diræ, inquit, in cælo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. Vnde & tres esse dicuntur. Vocantur etiã canes, vt est apud Virg. lib. 6. Aen. -visæque canes vlulare per vmbram Aduẽtante dea. Luc. 6. Phatsal. -Stygiásq; canes in luce superna Destituam.

Hactenus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hactenus Seruius. Furię ab Athenienſibus ἀπὸ τῶν Ἐριννύων dicebantur, Eumenides quaſi placabiles, & benignæ: apud quos & fanum habebant ſolennibus ſacrificiis celebratum, quemadmodum & lucum in Latio, qui Furinæ dicebatur. Numen autem earum præcipuè circa ſcelerum ſpeculationem, vltionémque, & in animorum malè ſibi cõſciorum exagitatione verſari putabatur: vt eſt videre apud Euripidem in Oreſte. Cic. 3. de Natura deo. Sin hæc dea eſt, cur non Eumenides? quæ ſi deæ ſunt, quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos (vt ego interpretor) lucus Furinæ. Furiæ deæ ſunt ſpeculatrices, credo, & vindices facinorum & ſceleris. Virg. 3. Aen. -& ſcelerum furiis agitatus Oreſtes Excipit incautum, patriáſque obtruncat ad aras. Idem lib. 4. Aen. Heu furiis incenſa feror. Cic. pro Roſc. Am. Furiarũ nomine à Poëtis nihil aliud ſignificari ait quàm animum ſibi malè conſciũ, & ſcelerum quibuſdam quaſi ſtimulis aſſiduè exagitatum. Nolite (inquit) putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè ſceleratéque commiſerunt, agitari & perterreri tedis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maximè vexatiſuum quenque ſcelus exagitat, amẽtiáque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque furiæ, quæ dies noctéſq; parentum pœnas à ſceleratiſſimis filiis repetant. Trium autem Furiarum numerus triplicem animi denotat affectum, iram, cupiditatem, & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira vltionem deſiderat, cupiditas opes, libido voluptates: quod Furiarum proprium eſt, aut iis qui Furiis exagitãtur. ¶ Semper virgines furiæ, ἀεὶ παρθένοι ἐερινύες. Prouerbium obſcurius deterret à peccando. Erinnyes enim malefactorũ vltrices corrumpi non queunt, quominus pœnas ſumant de iis, qui commeruerunt, atque hac gratia dictæ virgines. Suidas è Sophocle.

Furialis, le. ἐμμανὴς ἀφ' ὧν πάσχει. Ital. *Furiale.* Gal. *De furie, furieux, forcené.* Hiſp. *Furial.* ¶ Liu. lib. 7. ab Vrbe, Inde terror maximus fuit, quòd ſacerdotes eorum facibus ardentibus anguibúſque præcincti inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbauerunt ſpecie. Idem lib. 10. ab vrbe, Et dira execratio ac furiale carmen deteſtandæ familiæ ſtirpíque compoſitum. Cic. 2. Tuſc. Hæc me itretiuit veſte furiali inſcium.

Furialiter, aduerbium, μανικῶς, ἐμμανῶς. Ouid. 3. Faſt. Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Furioſus, a, um, Qui vehementi, ingique furore afficitur, vitiato ſcilicet principis animæ facultatis inſtrumento. ¶ μανιώδης. Ital. *Furioſo.* Gal. *Furieux, forcené, enragé.* Hiſp. *Loco, furioſo.* ¶ Differt autem furioſus ab inſano mali magnitudine, inſanus enim is dicitur, cui mentis ſanitas non ſatis conſtat, ita tamen vt & officium tueri poſſit, & cõmunem vitæ cultum: furioſus autem qui omnino mente alienatus eſt. Seruius in illud Virg. lib. 2. Aene. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Coroebus. Furiatus (inquit) dicitur qui ex cauſa furit: furioſus, à quo furor nũquam recedit. Quod tamen omnino verum non eſt: ſunt enim furioſi qui intermiſſionem habent, morbíque & ſanitatis interualla. Vlp. l. Qui teſtamento. Digeſt. Qui teſtamentum facere non poſſunt. Nec furioſus adhiberi teſtis poteſt, quum compos mentis non ſit: ſed ſi habet intermiſſionem, adhiberi poteſt. In hoc autem furioſus differt à mente capto, quòd furioſus rabie quadam animi agitur: is verò qui mente captus eſt, in quiete agit, nulláque furoris oſtendit indicia. Vnde mente captus videtur dici qui eo morbo laborat, quam Græci vocant μόρωσιν, quum ſcilicet λογισμὸν, hoc eſt pars rationalis animæ vitiata eſt.

Furioſè, aduerbium. Dementer, inſanè. ¶ μανικῶς, μανιωδῶς. Ital. *Furioſamente.* Gal. *Furieuſement.* Hiſp. *Furioſamente.* ¶ Cic. ad Attic. Et ſi ſolet eum quum aliquid furioſè fecit, pœnitere.

Furo, is, ere, Furioſus ſum, furore exagitor. ¶ μαίνομαι. Ital. *Furiare, eſſere furioſo.* Gal. *Forcener, enrager, eſtre inſenſé, & hors du ſens.* Hiſ. *Enloqueſcer.* ¶ Cic. 2. de Diuin. Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. Idem lib. 3. Tuſcul. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Oreſtem furere dicimus. Cic. lib. 1. Offic. Verſutum & callidum factum Solonis, qui quò tutior vita eius eſſet, & plus aliquando Reip. prodeſſet, furere ſe ſimulauit. Idem de claris Orat. Eos furere, & bacchari arbitrabatur. ¶ Aliquando idem quod vehementer iraſci, & præ iræ magnitudine furioſo ſimilem fieri. Cic. Qu. fratri, Clodius furebat, à Racilio tudine furioſo ſimilem fieri. Cic. Qu. fratri, Clodius furebat, à Racilio ſe contumaciter, vrbanéque veratum. Idem in epiſt. Nunc furit Domitius tam gauiſos homines ſuum dolorem. ¶ Tranſumitur & ad alia: vt quum dicimus quempiam furere audacia, aut ſcelere, aut libidine: hoc eſt præ audacia, ſcelere, aut libidine, præcipitem ferri, & à furioſo non admodum differre. Cic. in Catil. Furens audacia, ſcelus anhelans Catilina. Idem 4. Tuſcul. Inflammatus & furens libidinibus.

Furenter, aduerbium, Inſanè, more furioſi. ¶ μανικῶς. Ital. *Furioſamente.* Gal. *A la façon d'vn inſenſé & enragé. furieuſement.* Hiſp. *Locamente, furioſamente.* ¶ Cic. Attic. lib. 6. Dionyſius mihi quidem in amoribus eſt: pueri autem aiunt eum furenter iraſci.

Furio, as, Furore concito, in furorem ago. ¶ ἐκμαίνω. Ital. *Infuriare.* Gal. *Faire deuenir furieux, faire forcener & enrager.* Hiſp. *Hazer à otro loco.* ¶ Horat. lib. 1. Carm. flagratis amor, & libido, Quæ ſolet matres furiare equorum.

Furiatus, a, um, Furore concitatus. ¶ ἐκμεμηνώς. Ital. *Infuriato.* Gal. *Forcené, enragé.* Hiſp. *Enloqueſcido.* ¶ Virgil. 2. Aen. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Coroebus. Vbi Seruius, Furiatus dicitur, qui ex cauſa furit: furioſus, à quo furor nunquam recedit.

Furibundus, Qui vehementer furit, ¶ ἐξεστόμφος, παροξυσμικός, μανιώδης. Ital. *Infuriato grandamente, furibondo.* Gal. *Forcené, plein de rage, enragé.* Hiſp. *Mucho enloqueſcido.* ¶ Salluſt. in Catil. Tum ille furibundus, Quandoquidem circumuentus, inquit, agor, incendiũ meum ruina extinguam. Cicero pro Seſtio, At quum ille furibundus incitata illa ſua vecordi mẽte veniſſet, &c. Idem 13. Phili. Cæſaris enim incredibilis ac diuina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

Furtim, Furtiuus, Furtum, Furunculus, Vide FVR.

Furuus, a, um, Idem eſt quod niger, ater, obſcurus. ¶ μέλας, ἀμαυρὸς, σκοτεινός. Ital. *Oſcuro, nero, bruno.* Gal. *Noir, tenebreux.* Hiſp. *Negro, eſcuro.* ¶ Ouid. libro 5. Metamorph. Aſcalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne, Inter auernales haud ignotiſſima nymphas, Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris. Vnde hoſtiæ furuæ dicebantur, quæ nigri erant coloris: quod hoſtiarum genus diis inferis gratiſſimum putabatur.

Fuſcina, næ, penult. correp. Telum trideus, ſiue triſulcum, aut etiam biſulcum, quo piſcatores figunt anguillas, & ea quæ in imo aquæ fundo natant. ¶ Ἅλκυον, τρίαινα. Ital. *Tridente, fuſcina.* Gal. *Vne fourchesiere à trois pointes.* Hiſpa. *El arrexaque de tres puntas de hierro.* ¶ Erat autem hoc inſigne, & veluti ſceptrum Neptuni, vt in Priapæa, Neptuni fuſcina telum. Cicero 1. de Natura deorum, Dant etiam Deo arcum, haſtam, clypeum, fuſcinam, fulmen. ¶ Hoc etiam retiarij in gladiatoriis ludis vtebantur. Iuuenalis Satyra 2. Vicerat hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi. Martialis libro 1. Fuſcina dente minax.

Fuſcinula, diminutiuum, Parua fuſcina. δικρανίδιον, ἰχθύκεντρον.

Fuſcus, a, um, Color ſubniger, id eſt non plenè niger: qualis eſt Indorum Meridionalium, & Aethiopum color. ¶ Φοινὸς. Ital. *Foſco, bruno, oſcuro.* Gal. *Brun, obſcur, tenebreux.* Hiſp. *Baço ò pardo en color.* ¶ Fuſcus pilus, Plinius lib. 8. cap. 21. Fuſcum Falernum, Martialis. Fuſcus equus, Ouidius 2. Faſtorum, Heſperus & fuſco roſcidus ibat equo. Fuſca vox eſt ea quæ clara aut canora non eſt. Cic. 1. de Nat. deor. Et vocis genera permulta, canorum, fuſcum: lene, aſperum: graue, acutum: flexibile, durum. Fuſca laterna. Martialis lib. 14, Cornea ſi non ſum, nunquid ſum fuſcior?

Fuſco, as, Eſt fuſcum, hoc eſt ſubnigrum facio. ¶ ἐπιμελανίζω. Ital. *Infuſcare, far foſco, ò bruno.* Gal. *Offuſquer, rendre noir & tenebreux.* Hiſp. *Embaçar y deſcolorar à otra coſa.* ¶ Ouidius 1. de Arte amandi, Fuſcantur corpora campo.

Fuſcator, oris. ¶ σκοτίζων, φοινὸν ποιῶν. Ital. *Che fa bruno, ò foſco.* Gal. *Celuy qui offuſque & rend tenebreux.* Hiſp. *Aquella obra de embaçar y deſcolorar.* Lucanus lib. 4. -quicquid cæli fuſcator Eoi Intulerat corpus.

Fuſe, Fuſilis, Fuſim, Vide FVNDO, fundis.

FVSIDIVS, Fœnetatoris nomen, apud Horatium 1. Serm. Sary. 2.

Fuſidius vappæ famam timet, ac nebulonis,
Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.

FVSIVS pro Furius, Antiqui dixerunt, vt Valeſius pro Valerius, Autor Feſtus.

FVSIVS, Oratoris nomen, cuius meminit Cicero libro 2. de Oratore. Fuſius (inquit) neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non adſequitur: oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fuſio, Fuſor, fuſoris, vide FVNDO, fundis.

Fuſterna, næ, pars abietis ſuperior, durior, & nodoſior: nam inferior minúſque nodoſa Sapinus dicitur. Plinius libro 16. cap. 30, Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt, háque quam diximus, ratione, fluuiata decorticatur, atque ita Sapinus vocatur: ſuperior pars nodoſa duriórque, Fuſterna. Non deſunt qui malint legere Suſterna. Vide ABIES.

Fuſtis, huius fuſtis, maſcu. gener. Baculus, ſtipes. ¶ βάκτρον, βακτηρία. Ital. *Baſtone.* Gal. *Vn baſton.* Hiſp. *Palo ò vara como para hoſtigar.* ¶ Plaut. in Amphit. Auferẽte, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero. Plinius lib. 14. cap. 13, Inuenimus inter exempla Egnatij Mecennij vxorem, quòd vinum bibiſſet è dolio, interemptam fuiſſe à marito. Quanuis ſint qui hoc in loco non legant fuſte, ſed fuiſſe. Cicero pro Cecinna. Quid igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris?

Fuſtuarium, tij, Pœna quæ fuſte infligitur. ¶ ξυλοκοπία. Ital. *Baſtonata, colpo di baſtone.* Gal. *Baſtonnade, coup de baſton.* Hiſp. *Hoſtigamiento con vara.* ¶ Cicero 3. Philipp. Nam ſi ille Conſul, fuſtuarium meruerunt legiones quæ Conſulem reliquerunt.

Fuſura, Fuſus, vide FVNDO, fundis.

Fuſus, ſi, Inſtrumentum quod mulieres nendo digitis voluunt: à fundendo dictum, quòd dum trahitur, voluendo quaſi liquefieri videtur. ¶ ἀτρακτύλος. Ital. *Fuſo.* Gal. *Vn fuſeau.* Hiſp. *El huſo para hilar.* ¶ Plinius lib. 11. cap. 23. Lanificia mox in fila tenuantur iunceo faſo. Idem libro 28. cap. 2. Pagana lege in pleriſq; Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fuſos, aut omnino detectos ferant. Ouid. lib. 4. Metamor. -verſato ducentem ſtamina fuſo. Virg. 4. Geor. -dum fuſis mollia penſa Deuoluunt.

Futilis, le, pen. corr. à fundendo, vt Feſto videtur: aut certè, quod Vallæ placet, ab antiquo verbo futio: à quo & effutire propriè dicitur quod liquorem ſibi commiſſum non ſatis fideliter continet, ſed protinus effundit. χυδαῖος. Vnde futile, vaſis genus dicebatur, autore Donato, latiſſimi oris, ex altera parte arctum quod ſtatim poſitum effundebatur. Vtebantur eo in ſacrificiis deæ Veſtæ: quia aqua ad ſacra hauſta in terra non ponitur: quod ſi fiat, piaculum eſt. Vnde excogitatum vas eſt quod ſtare nõ poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderetur. ¶ A quo futilis homo dicitur, qui continere tacenda non poteſt, ſed ea effundit. ¶ χυδαῖος, φλύαρος. Ital. *Chi no puo tener ſecreto, da poco, inutile, leggiere.* Gal. *Qui ne peut contenir ce qu'il tient ou ſait, languart, inutile, vain, de nulle importance, leger.* Hiſp. *Vano, loco, ſin prouecho.* ¶ Apuleius, Leuis homo, & futilis, ac rimarum plenus. Terent. in Andr. -tam iners, tam nulli conſilij Sum: ſeruõ fortunas meas me commiſiſſe futili? Idem in Adel. Tu quantus, quantus es, nihil niſi ſapientia es: Ille futilis, ſomnium. ¶ Accipitur etiam futilis pro vano, leui, & inutili. Cic. 1. de Nat. deo. Futiles, commentitiæque ſententiæ. Sic Plin. lib. 33. cap. 2 cauſam futilem vocat, quæ leuis eſt, & nullius momenti.

Futilitas, atis, Idem quod vanitas, leuitas, inutilitas. ¶ Φλυαρία, χυδαιότης. Ital. *Leggiereza, vanità.* Gal. *Legereté, vanité en parler.* Hiſp. *Locura, vanidad en palabras.* ¶ Cic. 2. de Natura deorum, Hęc & dicuntur, & creduntur ſtultiſſimè, & plena ſunt futilitatis, ſummæque leuitatis.

Futilè, aduerbium, Pro futiliter ¶ ψυχρῶς. Ital. *In vano, inutilmente.* Gal. *En vain, inutilement.* Hiſpa. *Loca, y vanamente.* ¶ Ennius in Phœnice, vt citat Nonius, Vt quod factum eſt futilè, amici nos feramus fortiter.

Futio, is, Effundo. ¶ ἐκχέω. Ital. *Mandar fuori.* Gal. *Eſpandre dehors.* Hiſp. *Echar de fuero.* ¶ à quo componitur Effutio, de quo paulo antè in dictione FVTILIS.

Futis, Vas aquarium quo aqua in triclinium infundebatur. Siponius.

Futo, as, Redarguo: à quo Confuto, & Refuto. ἐλέγχω. vide in dictione REFVTO.

Universidad de Deusto

ΒΕΥΤΟ. Cato futuit vsus est, pro sæpius fuit.

Futatim, aduerbium temporis, quum, Idem est quod prosusim. Plautus in Trucul. Futatim nomen meum commemoraui ter.

G



Litera, muta est, quæ in verborum præteritis mutatur in c: vt, Legor lectus, Agor actus. Aliquãdo in s, vt Spargo sparsi, Mergo mersi. Aliquãdo in x, vt Rego rexi, Pingo pinxi. In Græcis quibusdam dictionibus nos g pro K substituimus: nam quod illi κύκνος, nos cygnus: quod illi γωβιός, nos gobius, vel gobio scribimus.

G ante A

GABA, per simplex b, γάβα. teste Iosepho li. 5, Antiquitatũ Iudaicarũ. Galilææ oppidũ est.

GABALE, es, γαβάλη, Promontorium est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicea libera ciuitas. Autor Plin. lib. 5. cap. 20. Hodie Gibel.

GABALES, Apud Plinium lib. 4. cap. 18, Aquitaniæ populi sunt.

GABALVS, Romanorum Imperator fuit, omni genere luxus effœminatissimus: qui quum se Solem appellari vellet, quem Græci ἥλιον vocant, composita dictione vocatus est Heliogabalus. Autor Seruius.

GABALVM, γάβαλα, Oppidum Aruernorum, in ea parte Galliæ Aquitanicæ situm, quæ Narbonensem prouinciam spectat. Hinc Gabales, γαβάλαι, populi, apud quos olim fiebat optimus caseus.

Gabalus, pen. prod. Apud veteres ciuis, siue patibulum dicebatur. κωλοτὴς. Varro. Nos barbari quòd innocentes in gabalum suffigimus: homines vos, non barbari, quòd noxios absoluitis? Nonius.

GABAON, γαβαών. Olim metropolis & regalis ciuitas Heuæorum, & nunc (vt refert Hieronymus) ostenditur villa eodem nomine ad quartum milliarium à Bethele contra Occidentalem plagam iuxta Rhama, vbi Solomon oblatis victimis diuinum meruit oraculum.

Gabaonitæ, pen. prod. γαβαωνῖται, sunt populi in Gabaon habitantes.

Gabata, æ, penult. corr. ἡ γαβάτη. κοῖλον κεράμιον μέγα, ξύλινον. Ital. *Piato concauo da mangiare, piatto.* Gal. *Vaysseau creux à mettre viande, vne gatte ou iatte.* Hisp. *Artesa ó escudilla de fuldas.* ¶ Vas concauum, eduliis, pulmentariisque aptissimũ. Martia. lib. 7. Transcurrũt gabatæ, volántque lances. Et alibi. Sic implet gabatas, paropsidésque.

GABBA, per duplex bb, γάββα, sine (vt alii scribunt) Gaba, Syriæ vrbs.

GABIENVS, Fortissimus classium Cæsaris à Sext. Pompeio captus, eiusdem iussu iuncis ceruice iacuit in litore tota die. Deinde quum adueſperasceret, petiit vt Pompeius ad se veniret, testatus se ab infestis remissum, habere quod nuntiaret. Ex Plinio lib. 7. cap. 52.

GABII, orum, γάβιοι, Volscorum vrbs fuit LXX. millibus passuum ab Vrbe distans, à Galacto & Bio fratribus Siculis condita, sicut scribit Solinus, fraude Sexti Tarquinij superbi filij in Romanorum ditionem tedacta, vt tradit Liu. lib. 1. ab Vrbe. Gabiorum meminis & Virg. lib. 6. Aeneid. Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbémque Fidenam, Hi Collatinas imponent montibus arces.

Gabinensis, adiectiuum. Plin. lib. 2. ca. 94, Quædam verò terræ ad ingressus tremunt. sicut in Gabinensi agro, non procul vrbe Roma.

Gabinus, a, um: vt. Gabina Iuno. Virg. 6. Aene. Vrbs Gabina, Ouid. 2. Fast. Robore freta Gabino, Claudian. 3 Panegyr.

GABINIVS, Romanus, qui Ptolemæum Auleten Aegypto pulsum in regnum reduxit, præsidiúmq; illi quo aduersus suorum insidias tutior esset, ex suis copiis reliquit. Autor Plutarchus in vita Pompeij.

Gabinus cinctus, Toga erat (sicut docet Seruius) sic in tergum relecta, vt vna eius lacinia reuocata hominem cingeret: quo vestimenti genere vtebatur Consul bella inducturus. Virgil. 7. Aeneid. Ipse Quirinali trabea cinctúque Gabino Insignis reserat stridentia limina Consul. Eodem etiam Decios indutos fuisse legimus, quum se pro Repub. deuouerent.

GABINVS, Presbyter, ciuis Romanus, iussu Diocletiani Imperatoris in carcerem coniectus est, ibique fame extinctus quòd Christianam profiteretur religionem. Frater fuit Caij pontificis, pater Susannæ virginis & martyris, quæ nuptias filij Diocletiani recusauit. Volaterranus.

GABRIEL, γαβριήλ. Vox Hebraica, quam Latinè Dei fortitudinem interpretari possumus.

GADAREVS, γαδαρεύς, Sophista, qui prius more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Consulatum adeptus est.

GADARA, γάδαρα. Ciuitas est in Decapoli Syriæ, non longè ab Ascalone: ex qua ortus est Theodorus Rhetoricæ professor, qué Strabo sua ætate floruisse testatur. Meminit huius oppidi & Plin. lib. 5. cap. 18.

GADES, diũ, γάδειρα, ωμ. Vulgò *Cadiz ó Cales.* Duæ insulæ sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 22, vltra finem Bæticæ prouinciæ, & in extremo nostri orbis versus Occidentem, vbi Europa ab Africa dirimitur. Harum maior, Erythia dicta est à Tyriis ab Erythræo mari oriundis, qui in hac insula vrbem condiderunt. Distat à Calpe, teste Strabone, septingentorum quinquaginta stad. interuallo, parua quidem insula, sed virorum digni tate excellens. In qua Equestris ordinis Gaditanos (γάδειρις, γαδειτανοί, γαδιτανοί) quingentos in vno censu numeratos aliquando fuisse competũ est. Insula hæc vbi continenti est proxima, interluitur fretо DCC. non amplius pedum. ¶ Huic adiacet altera insula minor, & ipsa Gadis appellata, vnius tantùm stadij Euripo interlabente ab altera dirempta, in qua tanta est pabuli lætitia, vt pecudum ibi pascentium lac serũ non efficiat, neq; ex eo caseus fieri possit, nisi multa admista aqua. Quin illud etiam traditur, pascentes in hac insula pecudes, nisi subinde sanguiné exhaurias, intra triginta dies pinguedine suffocari. Quæ res Poëtis occasionem videtur ministrasse eorum quæ de Geryonis armẽtis fabulati sunt. Autor est Strabo lib. 3. Plin. tamen vult Geryones in maiori insula habitasse. ¶ Declinatur autem hoc nomen in vtroque numero, dicimus enim Gadis in numero singulari pro alterutra harum insularum: vel in plurali numero Gades. Plin. lib. 4. cap. 22, Gadis longa est XII. lata III. M. passuum.

Gaditanus, a, um, penult. prod. γαδειτανός, vt mare Gaditanum, Vulgò *El Estrecho de Gibaltar*, & Gaditanæ puellæ, quæ agilitatis lasciuiæque nomine olim in pretio fuerunt.

Gaditani otiandi à Tyriis: vnde Lucanus, Tyriisque à Gadibus hospes.

GADIR, vsitò d scribendum, quemadmodum & Gades, quum vtriusque eadem sit origo. Est autem Gadir vrbs opulenta in Gadibus, quæ antea Tartessos dicebatur. μητρόπολις. Vulgo *Cadiz*. Rufus Auienus in descri. orbis, Gadir prima locorum solida supereminet arce: Atrolitique caput geminis insertа columnis: Hæc Contrusa prius fuerat sub nomine prisco, Tartessúmq; dehinc Tyrij dixere coloni: Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequẽtat, Pœnos quippe locũ Gadir vocat vndiq, septũ. Quibus in versibus Auieni hoc animaduertendũ est quòd prima Gadir dixerit, fœminino genere vsus. Sallustius tamẽ lib. 3. Histor. referente Priscian, vsus est in neutro genere Tartessum (inquit) Hispaniæ ciuitatem quam nunc Tyrij mutato nomine Gadir habent.

Gadira, Punicum vocabulum est teste Plin. lib. 4. cap. 22, quo illi septum significant. Vnde insulæ duæ non procul ab ostio maris mediterranei, Gades appellatæ sunt: & insigne in illis insulis oppidum, Gadir est appellatum.

GAETVLIA, γαιτυλία Stephano, Africæ interioris regio est. Garamantibus proxima: cuius incolæ Gætuli appellantur, qui primi omnium Africam tenuisse dicuntur, nullius imperio subiecti, nullásque haberes domos, sed vbi eos nox deprehẽderat, pernoctantes, carneque ferina, & terræ pabulo victitantes. Autor Sallustius in Iugurtha. Habet autem hæc dictio duas primas syllabas productas, quum diphthõgo scribantur apud Græcos. Virgil. 4. Aeneidos, --aut captam ducat Gætulus Iarbas? Inuen. Quum Gætula ducem portaret bellua luscum.

GAGAE, γάγαι, Lyciæ oppidum ad Gagem amnem: à quo & nomen accepit. autor Stephanus.

Gagates, ς, γαγάτης. Ital. *Pietra preciosa.* Gal. *Agathe, certaine pierre precieuse.* Hisp. *Azauache.* ¶ Nomen lapidis in Gage Lyciæ fluuio primùm repetti: quãuis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quãuis rudis & rusticus videatur, diuini tamen nescio quid in se habet. Ignem enim alit in laternis, solo oleo extinguibilem. Plin. lib. 36. cap. 19, Gagates lapis, nomen loci & amnis habet Gagis Lyciæ. Niger est, planus, pumicosus, non multum à ligno differens, lenis, fragilis: odore, si teratur, grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Quum vritur, odorem sulphureum reddit: mirũmque, accenditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita, recreátque vuluæ strangulationes. Deprehendit sonticum morbum, & virginitatem suffitus. Hæc Plinius, cui per omnia ferè conuenit cum Dioscoride, eo tamen excepto quòd gagatem aqua accendi tradit, & oleo restingui: quod à Dioscoride & Nicandro Thracio lapidi verius tribuitur: cuius naturam Plinius cum gagate videtur confudisse.

GAGES, γάγης, Lyciæ fluuius est. Plagyopolin ciuitatem præterfluens: in quo gagates lapis primùm inuentus est. Autor Dioscorides lib. 5.

GALAAD, γαλαάδ, Mons est, à quo ciuitas in eo condita sortita est vocabulum, quam & accepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir filij Manasse.

GALACTOPHAGI, γαλακτοφάγοι, cognominati sunt Myſiæ & Thraciæ populi, quòd lacte alerentur: quos Homerus 13. Iliad. hominum iustissimos appellat, propterea quòd tenui victu contenti, ab omni iniuria sese continerent.

GALACTOPOTAE, penult. corr. arum, γαλακτοπόται. Lactis potu vtentes. Quo cognomine dicti sunt populi aliquot in Scythia Europæa ex Nomadum Gerarũmque genere. Colum. lib. 7. cap. 2, Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum, Getarũmque plurimi, γαλακτοπόται dicuntur.

GALANTHIS, γαλανθίς, Vt est in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit, quæ quũ domina sua partus doloribus laborans, à Iunone, ne pareret, impediretur, mira astutia dicitur deam elusisse. Læto enim vultu egressa cubiculum, in quo illa parturiebat, pepetisse iam heram simulat, cóq; nomine palãm diis gratias agit. Cuius verbis fidé adhibẽs Iuno, resolutis, quas pectinatim iunctas habebat, manibus, surrexit, pelliciq; pariendi tẽpus concessit. Verùm quum Galanthis ob rem tam prosperè gestam nimiũ sibi placeret, deámque etiam risu & insultatione prosequeretur, illa ancillæ procacitatẽ ægrè ferens, in γαλῆν, hoc est mustelam eam dicitur transformasse, hac addita pœna, vt ore, quo præcipuè peccauerat pareret. Latè exequitur hanc fabulam Ouid. 9. Metam.

GALATEA, γαλάτεια Theocrito, Nympha marina, Nerei & Doridos filia, à lactis candore sic dicta. γάλα enim lac significat. Virgil. 7. Aeglo, Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

GALATIA, γαλατία. Regio minoris Asiæ, ab Oriente Cappadociam & Halym fluuium, ab Occidẽte Bithyniam & Asiam, à Meridie Pamphyliam, à Septẽtrione Pontum Euxinum habens. A qua Galatæ populi. Luca. lib. 7, Istis parce precor, viuãt Galatæque, Syrique. Hæc & Gallogræcia dicitur: populique ipsi, Gallogræci. Nam quum à Rege Bithyniæ Galli simul & Græci in auxilium vocati venissent, partem regni tenuerunt, & ab vtrisque populis Gallogræci sunt dicti.

Galactites, γαλακτίτης, Gemmæ genus est lactei coloris, teste Plinio, lib. 37. cap. 10, Est præterea galactites lapis cineritij coloris, qui cum madefactæ attritus, liquorem reddit colore & sapore lacti nõ dissimilem. Hic melitiæ per omnia similis est: hoc vno differt, quòd succus in quem dissoluitur, remissiorem habeat dulcedinem. Vide Galenum, lib. 9. Simpl. & Dioscoridem, lib. 5.

GALATA, A Pomponio Mela numeratur inter insulas Siciliæ adiacentes, non procul à Melita.

GALAXAURA, Nympha marina, à lactis candore sic dicta.

Galaxias, γαλαξίας, Gemma est lactei coloris, incurrentibus sanguineis venis distincta. Plin. lib. 37. cap. 10.

GALBA Sergius, vt autor est Suetonius in Galba, Nobilis fuit Romanus: qui quum Hispaniam prouinciam Prætor obtineret, conuocato populo, tanquam de commodis ipsorum acturus, XXX Lusitanorum millia trucidauit. Eius frequẽs est mentio apud Ciceronem in Bruto.

Galba, bæ, Vermiculus mitæ exilitatis, qui nascitur in ciculis: à quo qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita vocitatus est: quem alij econtrario, quòd præpinguis fuerit, ita nominatum fuisse putabunt. Talem enim Galli vocant Galbam. Alij quòd oppidum Hispaniæ fraudulenter diu oppugnatum, illatis demum galbano facibus, succenderit.

Nonnulli

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nonnulli quòd in diuturna valetudine galbeo, hoc est remediis lana involutis assiduè vteretur.

Galbanum,ni,pen.corr. Succus est siue lachryma ferulæ in Syria nascẽtis,quam metopium vocãt, teste Dioscoride.lib.3. Græci χαλβάνην dicunt per χ, nostri mutata aspirata in suam mediam,galbanum vocant. ¶Ital.*Galbano gomma.* Gal.*Vne espece de gomme appelee galbanon.* Hisp.*El galbano.*¶ Lucan.lib.9. Hic ebnlum strider,peregrinâque galbana sudant. Plin.lib.12.cap.25, Dat & galbanum Syria, in eodem Amano monte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo stagonitim appellant. ¶Est etiam hoc nomine genus vestimenti delicatorum,à colore albo, ac subluc̃ido,quod nullos habet pilos. ¶Ital.*Habito bianco da gente delicata.* Gal.*Vne sorte de vestement blanc,duquel vsoient gens delicats.* Hisp.*Vestidura de color blanco.*¶ Iuuen.Sat.1,Cærulea indutus scutulata,& galbana rasa.

Galbanatus,¶ χαλβανωτὸς.Ital.*Vestido con tale habito.* Gal.*Vestu d'vn tel habit.* Hisp.*Vestido de aquel color.*¶ nomen simile participio formauit Martialis, quod est Galbano indutum: accipiturque pro homine molli & effœminato: Iacet(inquit)occupato galbanatus in lecto.

Galbaneus,a,um,adiectiuum.¶ χαλβάνινος.Ital. *Di galbano.* Gal.*De galbanon.* Hisp. *Cosa de galbano.*¶ Virgil.3.Georg.Galbaneóque agitare grauis nidore chelydros. Idem 4.Georgic.Hinc iam galbaneos suadebo incendere odores.

Galbinus,a,um,pen.prod.Mollis & lasciuus. ¶Ital.*Molle, lasciuo, lussurioso.* Gal. *Mol,delicat, lasciv.* Hispa.*Enflaquecido, luxurioso.*¶ Martialis,Galbinos habet mores. Tunica quoque galbina à colore dicta est. Flauius Vopiscus in Aurel.Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea, tunica galbina.Quanquam in hoc Vopisci loco malim legere Tunica gabina.

Galbeum,Ornamenti muliebris genus. Festus.

Galbula,Auicula quæ vuis matureſcentibus,calamis & retibus capitur. Martia.lib.13, Galbula decipitur calamis & retibus ales, Turget ad huc viridis quum rudis vua mero. Quidam eandem esse existimãt cum ea quam Græci ἰυγγα appellant. Quod an verum sit,ipsi viderint. Plinius certè lib.33.cap.11, autor est, quem Græci ἰυγγα vocant,à Latinis galgulum appellari.

Galbulus, Pilula cupressi arboris, in qua semen reconditur. ¶σφαιρίδιον τοῦ κυπαρίσσου. Ital.*Nuce di cipresso.* Gal. *Noix de cypres.* Hisp.*El agalla de cipres.*¶ Varro lib.1 de Re rust.cap.40, Quædam enim ad genẽdum propterea vsqueadeò parua,vt sint obscura,vt cupressi. Non enim galbuli qui nascuntur,id est tanquam pilę paruæ corticiæ id semen,sed in his intus primigenia semina dedit natura.

Gale,les, ¶γαλῆ. Ital.*Donnola.* Gal.*Vne belette.* Hispa.*Comadreja.*¶ A Græcis appellatur animal illud notum quod Latini mustelam nominant: vt multis argumentis docet Sipontinus, recentiorum omnium Græcorum errorem redarguens, qui felem γαλῆν nominant. Nam quæ de gale tradit Aristoteles,eadem omnia mustelæ assignat Plinius, neque ad felis naturam possunt accommodari.

Galea,leæ, Instrumentum est ferreum ad capitis munitionem inuẽtum. ¶κόρυς. Ital.*Celata,elmo.* Gal. *Heaume,armet,vne salade, bonnet de fer.* Hisp. *El capacete, yelmo, armadura de cabeça.*¶ Plin.lib.7. cap.56, Galeam,gladium, hastam Lacedæmonij inuenere.

Galeo,as,are,Galeam induere. ¶κορύσσω, ἐνδύω, κόρυν ἐπιτίθημι. Ital.*Vestire celata, armarsi di elmo.* Gal.*S'armer d'vn armet, se couurir d'vn heaume.* Hisp. *Armar con yelmo ò capacete.*¶ Hirtius 5. bel.Africani,Milites in campo iubet galeari,& ad pugnam parari.

Galeatus,Galea indutus. ¶ὁ κορυσσόμενος, ὁ κορυθὶς, & ἱππακορυθής. Ital.*Chi ha celata ò elmo in testa.* Gal.*Heaumé, qui a armet en teste.* Hisp. *Armado de capacete ò yelmo.*¶ vt,Galeata Minerua,apud Ciceronẽ,1.de Nat. deor.Et barbati quidem Iouis,galeatæ Mineruæ.

Galena, Dicitur plumbi & argenti vena communis, quæ & μολύβδαινα vocatur. Plinius libro 34.cap.18, Est & molybdæna, quam alibi galenam vocauimus, plumbi & argenti vena communis. Quo pacto autem conficiatur galena, docet idem Plin.eodem libro cap.16, Plumbi (inquit) nigri origo duplex est. Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor,stannum appellatur: qui secundus,argentum: qui remansit in fornacibus,galena: quæ portio est tertia addita venæ.

GALENVS,pen.prod. γαληνὸς, Nomen medici excellentissimi,ex Pergamo Asiæ vrbe. Flotuit temporibus Traiani adusq; Antonini Pij tempora. Plurima reliquit de re medica conscripta volumina, quæ hodie omnium teruntur manibus. Scripsit & dictionarium in omnia Hippocratis opera ordine literarum.

Galeola,læ,cum accentu in antepenultima,Vas sinuosum,à galeæ similitudine dictum,autore Nonio. Varro de vita pop.Roma. Vbi erat vilitudine dictum,autore Nonio. Varro de vita pop.Roma.Vbi erat vilinum in mensa positum,aut galeola,aut sinu?

GALEOTAE, γαλεῶται, Erant vates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Apollinis filio,qui frater Telmessi eius fuisse traditur, qui Telmessum vrbem in Caria condidit,oraculo ex Dodona accepto. Vnde Aelianus scribit Dionysium tyrannũ Galeotas solitum consulere in Sicilia. Meminit horũ Cicero lib.1.de Diuin.quum ait, Huic interpretes portentorum: qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur,respondêrunt, &c.

Galeos, γαλεὸς, Piscis est à Rhodiis olim maximo in pretio habitus,qui à nostris etiam mustella dicitur. Plin.lib.32, cap.2, Quod ad repugnãtiam rerum attinet,quam Græci antipathiam vocant,nihil est venenatius vsquam,quàm in mari pastinaca,vt pote quum radiis eius arbores necari dixerimus.Hanc tamen persequitur galeos.

Galeotes,tæ, γαλεώτης, Species est stellionis, Plinij tempotibus Italiæ incognitum. Hic & colotes & ascalabotes appellatur. Plinius lib.29. cap.4, Scorpionibus maxime cõtrarius inuicem stellio traditur,vt visus quoque pauorem iis afferat, & torporem frigidi sudoris. Hunc Græci coloten vocant,& ascalaboten,& galeoten. In Italia nõ nascitur. Est enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, & vescitur: quæ omnia à nostris stellionibus aliena sunt.

Galerita,pen.prod. Auis quæ nunc alauda dicitur. Varro galericum appellat,quia plumam elatam in capite habet galeri similitudine. ¶κορυδαλλὶς. Ital. *Lodola.* Gal. *Alouette.* Hispa. *Cogujada.*¶ Plin.lib.10. cap.49, Quæque de vna auc galerita priuatim commemorat.

Galerus,ri,siue galerum i, neutr.pen.prod.Pileus rotundus, à galeæ similitudine dictus,vt inquit Varro. ¶κυνῆ, πῖλος. Ital.*Capello.* Gal. *Vn chapeau.* Hisp.*El bonete ò sombrero.*¶ Statius lib.1.Thebai.Et temperat tis chapeau. Hisp.*El bonete ò sombrero.*¶ Statius lib.1.Thebai.Et temperat ira galero. Iuuen.Saty.6, -flauo crinem abscondente galero. ¶Acapitur interdum pro coma aliena, quam ad galeri effigiem formatam capiti ita aptare solemus,vt internosci non queat. φῦμα, περικεφαλαία. Hoc apud Suetonium in Caligula,capillamentum nominatur.

Galericulus,siue,galericulum,diminutiuum. ¶πιλίδιον, πιλίσκος. Ital. *Piccolo capello.* Gal. *Petit chapeau.* Hispa. *Pequeño bonete ò sombrero.*¶ Sueto.in Othone,cap.12, Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato,& annexo,vt nemo dignoscceret.

GALESVS,si,penult.prod. γαλησὸς, Fluuius iuxta Tarentum.Virgil.lib. Georg.Qua niger humectat flauentia culta Galesus. Horat.2. Carm. Ode 6, Dulce pellitis ouibus Galesi flumen.

Galgulus,li, ἰκτῖνος, Auis est, quæ si spectetur à quopiam morbo regio laborãte,sanatur æger,& auis emoritur. Plin.lib.33.cap.11, Auis ictericus vocatur à colore: quæ si spectetur,sanari id malum tradũt,& auem mori. Hanc puto Latinè vocari galgulum.

GALILAEA,læ,penult.prod. γαλιλαία, Nomen duarum regionum, ex quibus vna,Galilæa Gentium vocatur,vicina Tyriorum finibus,vbi & Solomon viginti ciuitates donauit Hiram Regi Tyri in sorte tribus Nephthali. Altera, Galilæa dicitur, regio sita ad Tyberiadem, & stagnum Genezareth in tribu Zabulon. Plin.libro 5.cap.14, Pars Iudeæ Syriæ contermina, Galilæa vocatur.

Galla, Fructus quercuum, ¶κῦνις. Ital. *Galla.* Gal. *Noix de galle.* Hispa.*El agalla para tintar.*¶ Plin.lib.20.cap.20, Cerucis dolores cum galla & lini semine pari mensura sedat. Virgil.4.Georg.Proderit & tonsum galli admiscere saporem. Gallam bibere ac rugas conducere ventri, quum ait Lucilius,præmonet parsimonia esse vtendum, neq; gulæ indulgendum,ventremque coarctandum. Festus.

GALLAICI,siue Gallæci. γαλλαϊκοί, Vulgò *Galleghi*,Hispanię populi sunt, Gallis finitimi.Mart.lib.1,Nec quæ Gallaico linuntur auro.Sunt tamẽ qui hoc loco apud Martialẽ legant Callaici per secũdum consonãtem.

GALLAECIA, Vulgò *Gallitia*, Regio est citerioris Hispaniæ: cuius descriptionem vide apud Plinium,lib.4.cap.20.

GALLIA, γαλλία Stephano, κελτογαλατία Ptolemæo, Vulgò *France*, Eutopæ pars: à candore populi dicta. Gala enim lac Latinè dicitur. Nam montes & rigor cæli ab ea parte Solis ardorem excludunt, vt eorum corpora non colorentur. Est autem triplex,Togata,Comata,& Braccata. Gallia Togata dicitur Cisalpina, quæ scilicet inter Alpes est, & Rubiconem fluuium, antiquum Italiæ limitem: ita dicta,quòd populi illi, Romanorum more, toga vterentur. Braccata autem Gallia,dicta est Gallia Narbonẽsis, Romanorum prouincia: à braccis villosæ vestis genere appellata,quibus peculiariter eius prouinciæ homines vtebãtur. Comata cognominatur omnis transalpina Gallia, à comæ nutriẽdæ studio. Hæc rursus in tres partes diuiditur, Belgicam, Celticam,& Aquitanicam,quę Aremorica antè dicta est. Nam à Scalde ad Sequanam,Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis: indè ad Pyrenæi montis excursum,Aquitanica.

Gallicus,ca,cum,Quod est ex Gallia: vt Gallica terebra apud Colum.lib. de arboribus,cap.8. Gallicum acer,in trãspadana Italia, tránsque Alpes nascens,præcipui candoris. Plin.lib.16.cap.15.

Gallicanus,a,um,Idẽ quod Gallicus: vt,Gallicanæres,Cicero pro Quintio,Quum & de societate multa inter se communicarent,& de tota illa ratione atque re Gallicana,&c. Varro 1.de Re rust.cap.32. Cæteráque quæ alij legumina: alij(vt Gallicani)legaria appellant.

Gallus,a,um,Sicut Gallicus,& Gallicanus.quod originem habet ex Gallia.Sallustius lib.4. Histor.Duæ Gallæ mulieres conuentum vitantes, ad menstrua soluenda montem ascendunt.Catul.de Berecynthia, Agite,ite ad alta Gallæ Cybeles nemora simul.

Gallicæ,arum, ¶ὑποδήματα.Ital.*Gallocce.*Gal.*Galloches.* Hisp.*Gallochas.*¶ Genus calceamẽti,quo vtũtur Galli pluuioso tẽpore. Vulgus(inquit Baysius)vocat *Galoces.* Cicc.2.Phil.Nam quod quærebas quomodo redissem:primùm luce,non tenebris:deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis,nec lacerna.Quo tamẽ in loco omnia penè explaria habent, Nec caligis,nec lacerna: sed corruptè, vt satis constat ex Aul.Gellij, Noct.Att.li.13.ca.20,vbi refert,T.Castritiũ discipulis suis probro vertisse quòd feriato die conspicerẽtur lacernis induti & gallicis calceati.

GALLINARIA, riæ, γαλλινάρια, Insula est in mari Tusco secundum Italiam,contra montes Liguſticos,à gallinarum agrestiũ copia, vt inquit Varro lib.3. de Re rust.appellata. ¶Est & sylua Gallinaria, γαλλινάρια ὕλη,Cumis vicina,de qua Cicero ad Pætum,Qu.Cæparius obuiam mihi fuit in sylua Gallinaria. De hac Strabo ita scribit, Hoc quoque in sinu fructuosis virgultis frequens,& arboribus,sylua est,multis porrecta stadiis,aquarum indiga.

GALLOGRAECIA, γαλατία, Regio Asiæ minoris, Cappadociæ, Bithyniæ,& Pamphyliæ finitima,quæ alio nomine Galatia dicitur: cuius incolæ, Galatæ dicuntur, & Gallogræci. Nam quum Galli, multitudine abundante relicto natali solo Italiã inuasissent, Græciam impleuerũt, Macedoniã occuparunt,in Asiam transierunt duce Leonorio,qui Gallogræciam misto ex Gallis Græcisque vocabulo cognominauerunt.

Gallogræci,Idem sunt qui Galatæ,ad quos Pauli epistola extat. Eorũ regio est Galatia, quam Gallorum aliquot populos insedisse Plin.lib.5. cap.32,testatur,& Ptolemæus lib.5.tabula Asiæ prima. Strabo quoq; lib.4,Tectosages è Narbonensi,Tœlistoboigios & Trocinos è Celticis Galliæ profectos, Phrygiam Cappadociæ & Paphlagoniæ vicinam occupasse scribit: tanto olim hominum robore Galli valuerunt. Meminit & Liuius pluribus quartæ Decadis lib.8.

Gallulo,as,Idem quod pubesco,teste Nonio, ἐφηβῶ: aut certè graue quiddam & raucum sono,more gallinaceorum: quod in adulescentulis iam pubem emittentibus solet accidere: quod alio nomine hirquitallire dicimus. ¶Hinc Gallulascо,cis. Nonius poëta in Exodio,vt citat Nonius,Puerum mulieri præstare nemo scit quanto melior sit, cuius vox gallulascit,cuius ramus roborascit.

GALLVS,li, γάλλος, Cybeles sacerdos, à Gallo Phrygiæ fluuio, cuius aquam qui gustassent,reddebantur insani.Luca.lib.1, -crimémque rotantes

tantes Sanguineum populis vlulatum triſtia Galli. Ouidius 4. Faſtorum, Annis et inſana nomine Gallus aqua.

Gallo, as, βακχεύω, Bacchor, inſanio, Gallos Cybeles ſacerdotes imitor. Varro Eudæmonibus, vt citat Nonius, Et deam gallantes vario retinebant ſtudio. Nonius.

Gallus gallinaceus, nota auis, nocturnus vigil, quem excitandis in opera mortalibus, rumpendóque ſomno genuiſſe Prouidentia diuina videtur. ἀλεκτρυών, Italicè & Hiſpanicè, *Gallo*. Gal. *Coq*. } Cicero 2. de Diuin. Democritus quidem optimis verbis cauſam explicat cur ante lucem galli canãt. depulſo enim de pectore, & in omne corpus diuiſo, & modificato cibo cantus edere, quiete ſatiatos: qui quidem ſilentio noctis (vt ait Ennius) fauent faucibus: rurſus cantu, plauſúque premunt alas. Et paulo antè, Quia galli victi ſilere ſolent, canere victores. ¶ Vnde ioco prouerbiali dicimus, Superatus es à gallo quopiam, ἡττᾶσθε πρὸς ἀλεκτρυόνος, in ſeruos qui dominos à tergo ſequuntur ſupplices videlicet & abiecti, cuiuſmodi ſolent eſſe galli ſuperati in pugna. ¶ Domi pugnax more galli, οἰκομάχος ἂν ἀλεκτρυὼ. In eum qui ſemper domi deſidens non audet vel in bellum vel in certamina proficiſci foras. Nam hoc animal pugnaciſſimũ quidem eſt, ſed domi. ¶ Huic finitimã eſt, Gallus in ſuo ſterquilinio plurimum poteſt. ¶ Gallus inſilit, ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ. Vbi quis ſemel victus, redintegrat certamen. ¶ Gallorum incuſare ventrem, ἀλεκτρυόνος ῥίμφιστος κοιλίαν. De edacibus ac luxu multum abſumentibus facultatum. Huic enim animanti venter mirificè calidus, ita vt omnia ſtatim concoquat. Ariſtopha. Veſpis. ¶ GALLI item Europæ populi ſunt in multas gentes regionéſque diuiſi: de quibus in dictione Gallia. ¶ Gallus item fortunam corporis ſignificat, vt inquit Quintilianus, id eſt caſtratum: nam tales erant Galli ſacerdotes Cybeles. Vnde prouerbialiter dicimus, Gallos quid execas? γάλλους ἀνέμενος; pro quid actum agis? ¶ Fuit item hoc cognomen Cornelij præſtantiſſimi poëtæ, cuius etiam hodie aliquot extant fragmẽta. Hic primus Aegypti præfectus fuit, Auguſto Cæſari familiariſſimus: cuius tamẽ iuſſu, quum in prodicionis ſuſpicionem veniſſet, fuit interfectus. Vide plura de hoc ſuprà in dictione CORNELIVS.

Gallina, næ, Anis nota. ἔρσην, ἀλεκτρύαινα. Ital. *Gallina*. Gal. *Gueline ou poulle*. Hiſpa. *Gallina ò polla*. } Terentius in Phorm. Anguis per impluuium decidet de tegulis, gallina ecinit. Plautus in Pſeud. An obſecro hercle habent quoque gallinæ manus? Nam has quidem gallina ſcripſit. ¶ Tria autem gallinarum genera enumerantur à Varrone de Re ruſtica, lib. 3. cap. 9. villaticæ, ruſticæ, ſiue agreſtes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur vulgariſſimæ illæ quas in villis, & nonnunquam etiam in vrbe aſſi videmus. Ruſticæ, ſiue agreſtes, medij cuiuſdam generis ſunt inter villaticas & Africanas: quæ Varronis tempore raræ erant in Vrbe: & in oruatibus publicis poni ſolebant cum pſitacis, & merulis albis, aliiſq; rebus inuſitatis. Ideo autem dictæ ſunt agreſtes quòd non in villis, ſed ferè in ſyluis oua facerent. Hæ primum allatæ ſunt à Gallinaria inſula maris Liguſtici: vbi hoc gallinarum genus agreſte eſt, & ferum. Paulatim deinde cicures factæ, omnem Italiam impleuerunt: & ex Italia in Galliam & Germaniam tranſlatæ ſunt: à quibus ea de cauſa Longobardicæ gallinæ vocantur. Tertium gallinarum genus eſt quas quòd primùm ex Africa in Italiam ſunt tranſlatæ, Africanas vocauere. Hæ (vt loco iam citato ait Varro) grandes ſunt, variæ, gibberæ, & à Græcis Meleagrides appellantur. Vulgus hodie vocat *gallinas Indicas*.

Gallinaceus, a, um, Quod ex gallinis eſt. ἔρσηνος. Ital. *Di gallina*. Gal. *De poulle ou gueline*. Hiſp. *coſa de gallo ò gallina*. } vt, Pullus gallinaceus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus ſunt: pauoninis ter noueni. Gallinaceum fel. Cic. 2. de Diuin. Gallinacea oua, Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. Si oua gallinis pauonina ſubiiciet, quum iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum denique gallinacea ſubiicere, vt vnà excludant.

Gallinaceus, cei, ſubſtantiuum, Ipſe gallus. ἀλεκτρυών. Ital. *Gallo*. Gal. *Coq*. Hiſpani. *Gallo*. } Feſcennius Niger, Ob vnius gallinacei direptionem decem commanipulares qui raptum ab vno comederant, ſecuri percuti iuſſit. Plinius libro 37. cap. 10, Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie. lib. 8. cap. 17, Gallinaceorum criſtæ.

Gallinarius, rij, & Gallinaria, riæ, Qui & quæ gallinas curat. ἐρσηνοτρόφος. Ital. *Gallinaio, à gallinara*. Gal. *Nourriſſeur de poulles, poullaillier, poullaillere*. Hiſpa. *Gallinero ò gallinera que cuyda las gallinas*. } Plin. lib. 10. cap. 55, Traditur quædam ars gallinarij cuiuſdam dicentis quid ex quoque eſſet. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 9, Inter duas oſtium ſit, quà gallinarius curator earum ire poſſit.

Gallinarium, rij. Locus in quo aluntur gallinæ. ἐρσηνών. Ital. *Pollaio, luoco da galline*. Gal. *Vn gueliner, le lieu ou les poulles ſe iuchent, vn poullier*. Hiſp. *El gallinero donde duermen las gallinas*. } Colum. lib. 9. cap. 3, Gallinaria conſtitui debent parte villæ quæ hybernum ſpectat Orientem. Græci auctore Polluce κοπανεῖον, vulgus à pullis gallinaceis, *Pullarium* appellat.

Gallicinium, ἀλεκτροφωνία. Ital. *Quella parte della note, quando cantano i galli*. Gal. *Le temps de la nuit, que les cocqs chantent*. Hiſpa. *La media noche*. } Pars noctis appellata eſt, qua galli cantant, quæ eſt quarta caſtrenſis vigilia. Apul. lib. 2. de Aſino aureo, Noctis gallicinio venit quidam iuuenis è proxima ciuitate.

GAMALE, pen. corr. γάμαλα. Vrbs in Judæa, ſiue in Syria Iudeæ finitima. Ioſephus, Syriæ habitatio quædam Gamale. Suet. in Tito, Tarachiam & Gamalen vrbes validiſſimas Iudææ in poteſtatem redegit.

Gammarus, ari, penult. corr. aquaticum animal, ſimile cancro: vel (vt quidam putant) ipſe cancer, cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur. ἀστακός. Ital. *Gambaro*. Gal. *Eſcreuiſſe, & langouſte à Marceille*. Hiſp. *Congrejo ò Camaron*. } Color eius eſt glaucus, & ſubuitidis, ſed inter coquendum rubeſcit. Martialis lib. 2, Concolor in noſtra gammare lauce rubes. Iuuenalis Satyra 5, Sed tibi dimidio conſtrictus gammarus ouo Ponitur. Veneti adhuc hodie nomen retinent. Plinius autem libro 9. cap. 31, leonem appellat: quod nomen appellat quod nomen Maſſilienſes etiam habent.

Gammoides, γαμμοειδὲς, Ferrum quo vtuntur chirurgi ad extrahendum pus: ita dictum à ſimilitudine Græce literæ γ.

Gamos, γάμος. Ital. *Nozze*. Gal. *Nopces*. Hiſpa. *Bodas*. } Græcè, Latinè nuptiæ. Hinc compoſita ſunt, agamus, monogamus, bigamus, diganuptiæ. Hinc compoſita ſunt, agamus, monogamus, bigamus, trigamus, polygamus, quæ omnia penultimam corripiunt. Hieronymus contra Iouinianum, Non damno digamos, imò nec trigamos, &, ſi dici poteſt, octogamos.

GAMPHASANTES, Populi Libyæ Aethiopiæ, ſine vllis veſtibus viuentes, qui (ſicut ſcribit Pomponius) à præliis abſtinẽt, quum nec tela iacere aut vitare noſcant, ideóq; obuios fugiunt. Plin. lib. 5. ca. 8. Camphaſantes, nudi, præliorúmque expertes, nulli externo congregantur.

GANDRI, Populi ſunt interioris Aſiæ Pomponio, quos Plinius trans Margianam in Ortum ponit. ¶ Sunt & Gandaræ populi quos Ptolemæus lib. 7, in India, ad ipſum Indum ſitos eſſe ait.

Ganea, neæ, & ganeum, Lupanar meretricum, guloſorum diuerſorium, & popina: quòd ſcilicet ſit in terra, non vt cœnacula, ſuperius. γαμεῶνες & popina: quòd ſcilicet ſit in terra, non vt cœnacula, ſuperius. γαμεῶνες, πορνεῖον, ἐκλυτήριον. Ital. *Bordello*. Gal. *Bordeau ou tauerne bordeliere*. Hiſpa. *Burdel*. } Eſt enim locus abditus, & velut ſubterraneus, vinolentiæ & libidini aptus. Cicero in Piſonem, Pauliſper ſtetimus in illo gat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gargaridio, dias, Antiquis idem erat quod garrio. γαργάλω, φλυαρέω. Varro in Epid. ad Fusium, vt citat Nonius, Poemata eius gargaridians dices, O fortuna, ô fors fortuna.

GARGARVS, gari, & in plurali numero Gargara, γάργαρος, Cacumen est montis Idæ, teste Macrobio, in ea parte vbi ad Mysos declinat: tanta frugum vbertate affluens, vt quoties infinitum rei alicuius numerum volumus denotare, à Gargarorum frugibus sumamus similitudinem, Vnde & Ouidius lib. 1. de Arte amādi, quum vellet Romanorum puellarum numerum immensum ostendere, dixit tantam esse Romæ puellarum copiam, quātam in Gargaris segetum. Huius autem tantæ vbertatis causa est fontiū abundantia, quibus solum irrigatur: adeò vt æstiuis caloribus fruges nō facilè possint aduri. Nam quum Ida mons totus ferè plurimis irrigetur fontibus, vnde & Homerus πολυπίδακος vocat, præcipuè tamen ea pars huius montis, quæ ad orientem Solem spectat, huius montis, quæ ad orientem Solem spectat, Mysiam contingit. Est etiam oppidum hoc nomine in radice huius montis situm: vt docet Macrobius, lib. 5. cap. 19.

Gargarizo, as, are. ξ γαργαρίζω. Ital. *Gargareggiare.* Gal. *Gargariser, gargouiller.* Hispa. *Hazer gargarismo.* ξ Est liquorem ore haustum sæpe ad gurgulier. Hispa. *Hazer gargarismo.* ξ Est liquorem ore haustum sæpe ad gurgulionem, id est guttur reuocare. Plin. lib. 20. cap. 17. Sedat anginas cum melle ac hyssopo ex aceto gargarizatum. Idem libro 20. Voci, succus sub certamine vtilis, & qui gargarizatur vua tumente, adiecta mentha. Corn. Celsus libro 4. cap. 2. In vetusto capitis dolore communia sunt sternutamenta excitare, inferiora vehementer refricare, gargarizare his quæ saliuam mouent.

Gargarizatio, & Gargarizatus, verbalia. ξ γαργαρισμός. Ital. *Gargarizamento.* Gal. *Gargarization, gargouillement.* Hisp. *Gargarisso.* ξ Quibus vsus est Plinius, lib. 21. cap. 19, & lib. 30. cap. 4.

GARGITTIVS, γαργήττιος. Pollux. Canis cuiusdam generosi nomen qui Geryonis boues custodiebat, & leonibus insultabat: quem tunc Hercules interfecit quum illius armenta abduxit: fuitque Cerberi Epirotici frater, vt scribit Iulius Pollux, lib. 5. de vocabulis rerum ad Commodum Cæsarem.

Garrio, ris, garrii, vel garrij, Inepte loquor. ξ γαρύλλω, φλυαρία, ἀδολεσχία. Ital. *Cicalare, ragionare mattamente, garrire.* Gal. *Iargonner, jaser, caqueter, babiller.* Hisp. *Parlar vanamente, gorgear las aues.* ξ Cic. lib. 2. de Orat. Nam & seculis multis antè Gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt. Martialis, Garris in aurem semper omnibus Cinna. Idē, Meliúsque ranæ garriant Rauennates. ¶ Proprie tamen Garrire est auium: à quibus ad homines ineptè loquaces transfertur. Plaut. Curcul. -at pater tuus rursum tibi. p l. Nugas garris.

Garrulitas, tis, Actus ipse garriendi. ξ ἀδολεσχία. Ital. *Ciancume, ragionare alla cioccca.* Gal. *Degoisement d'oiseaux, caquet, jaserie, babil.* Hispa. *Demasiada parleria.* ξ Martia. libro 5, Crede mihi, quamuis ingentia Posthume dones, Autoris pereunt garrulitate sui. Sic Plinius, lib. 26. cap. 1. Extemporalis garrulitas, Quintilia. lib. 2. cap. 4. Rauca garrulitas picarum, Ouidius 5. Metamorph.

Garrulus, a, um, Inepte loquax. ξ ἀδολέσχης. Ital. *Garrolo, ciarlone.* Gal. *Babilleur, caqueteur, jaseur.* Hisp. *El que vanamente parla, demasiado parlador.* ξ Plaut. in Merc. Verùm si non amant, oderunt, molesti itidem atque difficiles: Garruli, osores, infensi, iracundi sibi, suisque inuidi. Terent. in Adelph. Sensi illico id illas suspicari: sed me reprehēdi tamen, Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palām. Sed hæc significatio est metaphorica. Propriè enim aues garrulæ dicuntur, maximéque illæ quæ canoræ sunt, & egregiè vocales. Virgil. 1. Georg. Garrula quum tignis nidum suspendit hirundo. Garrulus cantus. Plinius libro 10. cap. 29, Lucinijs diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus. Garrula sistra. Martialis lib. 14, Hæc quatiat tenera garrula sistra manu.

Garum, ξ τὸ γάρον. Ital. *Salmera che si fa à pesci per conseruarli.* Gal. *Sauce, qu'on faisoit de la lie ou le poisson auoit esté longuement.* Hisp. *Salsa era ò salmuera delos alatches peces.* ξ Liquamen est ex intestinis piscium sale maceratis: ita dictum, quod primùm ex garo pisce confici solet. Plinius libro 11. cap. 8, Aliud etiammum liquoris exquisiti genus quod garum vocauere, intestinis piscium, cæterisque quæ abuciendā essent, sale maceratis: vt sit illa putrescentium sanies. Martialis libro 13. Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

Garus, ri, γάρος. Piscis est ex genere locustarum, ex cuius intestinis primùm garum confici cœpit. Vide Plinium, libro 31. cap. 8, & lib. 32. cap. 11.

GARVMNA, næ, *Garona.* Nobilis Galliæ fluuius est, Celtas ab Aquitanis diuidens. Oritur octingentesimo à Narbone stadio in montibus Pyrenæis. Vide Pomponium Melam.

Garyophyllum, li, seu potius Caryophyllon. ξ καρυόφυλλον. Ital. *Garofolo.* Gal. *Clou de girofle.* Hispa. *El clauo de girofe olorofo.* ξ Frutex est, teste Ruellio, in Oriēte nascens, sambuci forma, semine grano pipetis grandiori, fragiliorque, ex atro rufescente, in claui modum capitato, exertis in aduersum quatuor denticulis sese stellatim decussantibus, prominulo apice, quadrati alueoli sinu medio vmbiculatim prodeunte. Hoc itaque semen, quoniam clauatam habet speciem, claui nomine à populis Occidentalibus appellatur. Omnino autem scribi debet hæc dictio per secundam consonantem in capite, non per quintam, vt vulgus conscribere consuemit. Dicitur enim Caryophyllon ἀπὸ τῆς κάρυ, καὶ φύλλου, quasi nucis folium.

Galidanes, γαλιδάνες, Gemma est quæ in Media inuenitur, coloris olotini veluti floribus sparsa. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Gaster, seu Gasterium, γάστρα Dioscoridi, Genus vasis ventricosum, vt ex ipsa statim etymologia apparet.

Gastrochires, γαστρόχειρες, Dicebantur quasi ventrimanus, qui manuum artificio victum quæritabant.

Gastrimargia, pen. prod. γαστριμαργία, Nimia ingluuies, vt apud Aristotelem in Ethicis. Gastrimargus, gulosus.

Gaudium, dij, Est affectio animi, alicuius præsentis boni opinione concepta. ξ χαρά, εὐφροσύνη. Ital. *Allegrezza, gaudio.* Gal. *Ioye, resiouissance.* Hispa. *Gozo, alegria.* ξ & propriè quum exhilaratur animus aliqua re, neq; tamen ita ad exteriora diffunditur vltra modum, vt facilè appareat. Lætitia verò dicitur, quum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu. Hinc dicunt Stoici gaudium in sapiētem cadere posse, lætitiam non posse. Cic. 4. Tusc. Nam quum ratione animus mouetur placidè atque constanter, tum illud gaudium dicitur: quum aurem & inaniter, & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest, quam ita definiunt, sine ratione animi elationem. ¶ Huius diminutiuum, Gaudiolum. χαρμόσυνον, & compositum Gaudiloquus, penult. corr. qui cum gaudio loquitur, vt apud Plautum. ¶ Dictum gaudium, quasi Gaurium. Græci enim γαῦρον lætum, superbum, glorioſum dicunt.

Gaudeo, des, gauisus, Est secum, & apud se lætari: neque respicit alium. ξ χαίρω, γάθω. Ital. *Allegrarse, dilettarsi.* Gal. *S'esiouir, estre joyeux & bien aise.* Hisp. *Goçarse, alegrarse.* ξ Contrà, gratulor, est alterius causa lætari. Cic. Cælio, Mihi gaudeo, tibi gratulor. Terēt. in Heaut. Gaudere adeo occœpit, quasi qui cupiunt nuptias. ¶ Differunt autem gaudeo & lætor. nam tūc gaudere dicimur quum re aliqua exhilaratur animus, nullum tamen eius foris apparet indicium. Contra lætari quis dicitur quum ita mouetur animus, vt in vultu & gestibus lætitiæ signa prodantur. Cice. 4. Tusc. Atque vt confidere decet, timere non decet: sic quidem gaudere decet, lætari non decet. Quandoq; cum ablatiuo construitur: & tunc accipitur pro delectari. Virgil. in Bucol. Numero Deus impare gaudet. Cic. de Senec. Quàm gaudebat bello Punico suo Næuius! quàm Truculento Plautus! quàm Pseudolo! Interdum etiā habet post se accusatiuum gaudium: nam quemadmodum dicimus viuere vitam, somniare somnia, currere cursum: sic etiam interdum legimus, gaudere gaudium. Terent. in Adelph. Hunc scio me solidè solum gauisurum gaudia. Cælius Ciceroni, In theatrum Curionis Hortensius introiit, puto vt suum gaudium gaudeamus. ¶ Gaudeo voti, significat ex animo gaudeo te voti compotem factum esse. Apuleius lib. 1, Sed quid istud? voti gaudeo. Locutio est noua & inusitata, vt plerāque apud Apuleium. Gaudere in sinu, prouerbialis locutio, quā & Poëtæ vsurpant, significat secum, & cum suis lætari. Cice. lib. 3. Tusc. Quoniam plausibilia non hæc sunt, vt in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant. Tibul. Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Propertius lib. 2, In tacito cohibe gaudia clausa sinu. ¶ Huius verbi compositæ sunt, Congaudeo, simul gaudeo, συγχαίρω. Adgaudeo, gratulor. ἐπιχαίρω. Lactantius lib. 4, Ego eram cui adgaudebat, hoc est quasi applaudebat, & gratulabatur.

Gauia, Auis est aquatica in petris nidificans. Plinius lib. 10. cap. 32, Gauiæ in petris nidificant, mergi in arboribus. Pariunt plurimùm ternæ, sed gauiæ æstate, mergi incipiente vere. Idem cap. 74, eiusdem libri, Aquaticæ, anates & gauiæ.

GAVLON, γαυλών, Teste Solino, insula est Libyæ obiacēs, in qua serpens neque nascitur, neque inuectus viuit: puluisque eius quocunque gentium iactus, angues & scorpiones perimit.

Gaulus, γαῦλος, Nauis genus paruæ & rotundæ. Festus. Est item GAVLOS, insula Siciliæ adiacens ab ea parte qua Africam spectat. Autor Plinius lib. 3. cap. 8.

GAVRVS, γαῦρος. Mons Campaniæ, Massicis & Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum præcipuæ bonitatis. Statius libro 3, Sylua. Seu tibi Bacchæi vineta madentia Gauri. ¶ Hinc Gauranus, a, um, vt Gaurani montes, apud Plinium lib. 3. cap. 5, Gauranum vinum, quod in summis agri Falerni iugis nascebatur: Nam quod in mediis gignebatur montibus, Fausticanum: quod in imis, Falernum dicebatur, teste Plinio lib. 14. cap. 6.

Gausape, pen. corr. ξ τὸ ἀμφίμαλλον, τὸ ἀμφίμαλλος, ὁ ἀμφιμάλλης. Ital. *Schiauina.* Gal. *Manteau velue.* Hisp. *Vestidura velloſa.* ξ Vestis militaris seu stragulī genus, quod olim ex stramento confici solebat: quanquam postea etiam ex lana fieri cœpit maioribus villis; quo etiam in vrbe vtebantur, hyberno potissimum tempore, aduersus frigoris tempestatúmque iniurias. Plin. lib. 8. cap. 48, Antiquis torus è stramento erat, qualitet nūc etiam in castris gausape. Patris mei memoria cœpere amphimalla nostra, sicut villosa etiam vētralia. Nam tunica laticlaui in modum gausape texi nunc primùm incœpit. Quo in loco gausape genitiui casus est. Est enim hoc nomen indeclinabile: quanquam apud antiquissimos inueniatur gausapes, is, & gausapa, gausapæ, & gausapum gausapi. Vnde adhuc apud probatos autores nonnunquam occurrit in numero plurali gausapa. Ouidius libro 2. de Arte amandi, Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba. Pers. Satyra 6, Iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis, Essedáque, ingentésque locat Cæsonia Rhenos. Idem Satyra 4, posuit gausape pro barba hirsuta & prolixa. Sic enim solet interpretari versus ille: Tu cum maxillis balanatum gausape pectas.

Gausapina, penula, Villosæ vestis genus, quo hyberno tempore, & frigido vtebantur. ξ τὸ ἀμφίμαλλον, ὁ ἀμφίμαλλος. Ital. *Schiauina.* Gal. *Manteau ou habit velu dehors & dedans.* Hispa. *Vestidura velloſa dentro y fuera.* ξ Hanc sic describit Martialis in Distichis: Is mihi candor inest villorum gratia tāta, Vt me vel media sumere messe velis. Pro eodem dicitur & gausapina, absolutè. Idem, Mense vel Augusto sumere gausapinas.

Gausapatus, pen. prod. ξ ἀμφιμαλλωτός, ὁ ἀμφίμαλλος καὶ ἐνδεδυμένος. Ital. *Vestito di manto peloso.* Gal. *Vestu d'vne robe ou manteau velue dehors & dedans.* Hisp. *Vestido de vestidura velloſa dentro y fuera.* ξ Gausapina indutus. Senec, epist. 54. Mitto me in mare quomodo psychrolutam decet gausapatus.

Gaza, æ, ξ γάζα. Ital. *Masseritia, richezza.* Gal. *Grande chenance, finance ou richesse.* Hisp. *Grandes riquezas.* ξ Dictio Persica, significans opes, supellectilem, & omne quod possidemus. Pomponius Mela, Gazam Persæ ærarium vocant. Curtius lib. 3, Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens, ante solis ortum pecuniam regiam (gazam Persæ vocant) cum pretiosissimis rerum efferri iubet, simulans fugam. Virgil. 5. Aeneid. Et gaza lætus agresti. Idem, -tabulæque & Troia gaza per vndas. Cice. 2. Offic. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima potitus est Paulus. ¶ Arabum gazas dixit Horatius, pro cumulatissimis opibus, non sine specie prouerbiali. ¶ Est etiam GAZA nomē ciuitatis in Persida, ita dictæ quòd Cambyses eò, velut in munitissimam totius regni arcem, omnes opes pecuniámque congesserit.

Gazæus, a, um, γαζαῖος, Et Gazæticus, ca, cū, quod est ex Gaza vrbe Persica, circa quam nobilissima vina nascebantur, teste Pomponio Mela.

Sidonius

Sidonius in Faustum, Vina mihi non sunt Gazætica, Chia, Falerna.

Gazophylacium, cij. {γαζοφυλάκιον. Ital. *Luogo dove si conseruano le cose pretiose.* Gal. *Tresorerie, le lieu ou on met le tresor.* Hisp. *El tesoro, lugar donde guardan las riquezas.*} Nomẽ compositum ex Gaza dictione Persica, & Græco verbo φυλάττω, quod est custodio. Est enim locus in quo gazam, hoc est thesaurum, opes aut pretiosiorem supellectilem conseruamus.

G ante E

GEA, γῆ. Oppidum est Arabiæ Petræ, non procul à Petra regionis totius metropoli. Autor Stephanus.

GEBALENE, γεβαλήνη. Tertia Palæstinæ portio: à qua deducitur gentile Gebalenus. Quin ipsa etiam Idumæorum regio, Gebalene, γεβαληνὴ cognominatur. Autor Stephanus.

GEBANITAE, Populi sunt maris Rubri accolæ, in Arabia deserta, quorum præcipua oppida sunt Nagia & Tamna, teste Plin. lib. 6. cap. 28, Hinc genus myrrhæ Gebanitícum appellatur.

GEBENNA, Mons est in Gallia, Aruernos ab Heluiis diuidẽs ab ea parte qua Cadurci & Ruteni Aruernos spectant. Cæsar libro 7. bel. Gallici, Partem copiarum ex prouincia, supplementúmque quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines Aruernorum contingunt, conuenire iubet. His rebus iam comparatis, represso iam Lucterio, & remoto, quòd intrare intra præsidia periculosum putabat, in Heluios proficiscitur: etsi mons Gebenna qui Aruernos ab Heluiis discludit, durissimo tempore anni, altissima niue iter impediebat, &c. Ex quo loco Cæsaris facilè deprehẽdi potest error eorum qui extremum Allobrogum oppidum ad Lemanum lacum situm, in confinio Heluetiorum, vocant Gebennam, quum omnino constet ex primo Comment. Cæsaris, Geneuam appellari, vt latius suo loco dicemus. Luca. lib. 1, in plurali numero vsus est pro oppido in Gebenna monte sito: Cana, inquiens, pendentes rupe Gebennas.

GEDANVM, Oppidum est Germaniæ ad ostium Vistulæ fluminis. Vulgò *Dam, vuick.*

GEDEON, Nomen proprium Iudicis Israel, qui occidit Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana.

GEDROSIA, γεδρωσία. Regio maioris Asiæ. Hodie Tarsæ regnum vocari, autor est Sabellicus.

Gehenna, næ, γέεννα. Quid significet explicat Hieronymus hisce verbis, Erat (inquit) idolum Baal iuxta Hierusalem ad radices montis Motia, in quibus Siloa fluit. Hæc vallis & parua campi planities, irrigua erat, & nemorosa, plenáque deliciis, & lucus in ea idolo consecratus. In tantam autem populus Israel venerat dementiam, vt deserta templi vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorem religionis deliciæ vincerent, filiósque suos incenderent dæmonibus, vel initiarent. Et appellabatur locus ipse Gehẽnom, id est vallis filiorum Hennom. Hoc Regum volumen, & Paralipomenon, & Ieremias pleniſſimè scribunt. Et comminatur Deus se locum ipsum impleturum cadaueribus mortuorum, vt nequaquam Thopheth & Baal, sed vocaretur Polyandrium, id est tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi sunt, hutus loci vocabulo denotantur. Duplicem autem esse gehennam, nimij ignis & frigoris, in Iob pleniſſimè legitur.

GELA, γέλα Stephano, Vulgò *Cherca.* Fluuij nomen est in Sicilia, & vrbis, à pruina, quam multam gignit, (Siculi enim γέλαν pruinam vocãt) deducto nomine. Virgil. 3. Aene. Immanisque Gela fluuij cognomine dicta. ¶ Inde Gelous, a, um, denominatiuum. Ibidem, Apparet Camerina procul, campique Geloi.

Gelabilis, Gelasco, vide GELV.

Gelasini, penult. prod. {γελασῖνοι. Ital. *Denti dinanzi.* Gal. *Dens deuant qui apparoissent quand on rit.* Hispa. *Dientes de delante.*} Dentes anteriores quos ridendo ostendimus. λὰπὸ τὸ γελᾶν, hoc est à ridendo. ¶ Gelasini item lineæ sunt, siue rugæ quæ in ridentis facie apparent. Martial. libro 7. Nec grata est facies, cui gelasinus abest. ¶ Item mimi qui gesticulatione faceta populum oblectant. Vnde Gelasinus ille Plautinus, risionibus & salsis dicteriis populum delectat, & dum risum captat, irridetur. Vnde est Plautinum illud, Caue ex gelasino fias catagelasinus: hoc est deridiculus.

GELBOE, Montes Syriæ ad sextum lapidem à Scythopoli, in quibus etiam est vicus grandis qui vocatur Gelbos.

Gelicidium, Gelidus, Gelo, gelas, vide GELV.

GELLIVS, viri proprium, λὰπὸ τοῦ γελᾶν, id est ridere: cuius extant Atticæ noctes. Prænomen habet Aulus.

GELOI campi, γελῶοι πεδία. In Sicilia sunt ad Gelam fluuium. Virg. 3. Aeneid. Apparet Camerina procul, campique Geloi.

GELONI, γέλωνοι, populi interioris Scythiæ, Agathyrsis proximi: qui faciem depingũt, vt tetribiliores in prælio videantur. Patientissimi sunt inediæ: faméque vrgente, equo quo vehuntur, sanguinis nonnihil detrahunt, eóque cum lacte commisto inediam leuant. Hodie Tartari appellantur. Virg. 2. Georg Pictósque Gelonos. Luca. lib. 4, Massagetes quo fugit equo, fortésque Geloni. Virgil. 3. Georg. Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

GELOS, Cariæ portus est, iuxta Halicarnassum, vt scribit Pomponius lib. 1, in descriptione Cariæ.

GELOVM, Stagnum est Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit: à quo non procul duo fontes sunt, ex quorum altero si sterilis bibit, concipit: ex altero autem si fœcunda, sterilis fit. Hinc campi Geloi, stagno illi adiacentes. Sunt tamen qui ab Gela fluuio dictos volunt.

Gelu, Aquæ concretio ex frigore. {κρυμός, κρυμώδης, παγετός. Ital. *Gelo, ghiaccio.* Gal. *Gelée, glace.* Hispa. *Yelo ò elada.*} Aliquando tamen ponitur pro frigore. κρύος. Vnde gelidum, frigidum dicimus. Antiqui etiam gelus, dixerunt, teste Nonio: & similiter gelum geli. Lucret. lib. 5. Assiduóque geli casus mortalibus aufert. Et lib. 6. Demittit quà sæpe gelum quod continet in se.

Gelicidium, dij, Ipsum gelu, & cõcretio aquæ {κρυμός, κρυμώδης. Ital. *Gielo.* Gal. *Geleé.* Hisp. *La cayda del yelo ò elada.*} Colum. lib. 2. cap. 8, Vt prius conualescant radices frumentorum, quam hybernis imbribus, aut gelicidiis, pruinisve infestentur. Idem lib. 11. cap. 2, Hyemat cum frigore & gelicidiis.

Gelo, las, lare, Interdum actiuum est, idem significãs quod frigore astringo. {κρυοποιῶ, πήγνυμι. Ital. *Cõgelare, aggliacciare.* Gal. *Geler, glacer.* Hisp. *Elar.*} Cuius etiam passiuum gelor legitur apud Iuuenalem, Saty. 6. -pauidóque gelantur Pectore. Sic gelatum lac, Colum. lib. 10. cap. 38. Gelatus caseus, Idem lib. 7, cap. 8. Sæpe etiam neutrum est, sed vix aliter, quàm in tertiis personis. Polybius lib. 14. cap. 3, Non antè demetuntur, quàm gelauerit. Idẽ lib. 15. cap. 6, Si gelant frigora, quarto die premendum. ¶ Hinc etiam componuntur, Congelo, Regelo, de quibus suis locis.

Gelasco, is, ere. Est gelu astringi. {κρυοποιοῦμαι. Ital. *congelarsi, agghiacciarsi.* Gal. *Se geler ou glacer.* Hisp. *Elarse.*} Gellius lib 17. cap. 7, Vina rarenter congelascunt. Plin. lib. 14. cap. 21, Vini natura non gelascit.

Gelatio, verbale. {πῆξις, ἔκπηξις. Ital. *Aggiacciamento.* Gal. *Gelement, glacement.* Hisp. *Elamiento, elada.*} Plin. lib. 17. cap. 14, Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.

Gelabilis, le, Quod gelu durari potest, à quo fit compositum Ingelabilis, vel potius incongelabilis, de ee quo suo loco.

Gelidus, da, dum. pen. corr. Frigidus. {κρυερός. Ital. *Gelido, freddo, gelato.* Gal. *Fort froid, gelé, glacé.* Hisp. *Cosa fria, ò elada.*} Virg. lib. 3. Aene. -mihi frigidus horror Membra quatit, gelidúsq; coit formidine languis. Gelidus æther. Virg. 8. Aene. Gelidus amnis, gelida rupes, gelidum flumen, apud eundem. Gelidæ naturæ sydus, Plin. lib 2. cap. 86. Gelida, absolutè: subaudi aqua. Horat. 2. Serm, Saty. 7, Poscit te mulier: vexat, sotibúsque repulsum Perfundit gelida: rursus vocat. ¶ Hinc componitur Egelidus, quod significat id quod non est calidum, neque frigidum (nam e, quandoque priuationem denotat) quanuis Seruius pro valde frigido exposuerit. vide suo loco.

Gelidè, aduerbium, {κρυερῶς, πάνυ ψυχρῶς. Ital. *Gelatamente.* Gal. *Fort froidement.* Hisp. *Fria y frescamente.*} Horatius de Arte, Vel quòd res omneis timidè, gelidéque ministrat.

Gemellar, aris, neutri gen. Vasis genus, cui fortassis ex eo inditum nomen, quòd geminas mensuras contineat. Colum. lib. 12. cap. 50, Quod deinde primũ defluxerit, in rotundum labrũ (nam id melius est, quàm plumbeum quadratum, aut gemellar) protinus capulator depleat.

Gemebundus, vide GEMO.

Geminus, a, um. Propriè idem est quod duo. {δίδυμος. Ital. *Gemino, doppio.* Gal. *Gemeau, double.* Hisp. *El mellizo con otro, entre si muy semejantes.*} Virgil. lib. 6. Sunt geminæ Somni portæ. Terent. in And. Nam satis credo, si aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Vnde etiam gemini dicuntur duo vno partu editi. Virg. lib. 8. Aene. Geminos huic vbera circum Ludere pendentes pueros. Si autem tres fuerint, trigemini dicuntur: si quatuor, quatergemini. Colum. lib. 4, Albanas equitiæ familiæ trigeminorum matres. ¶ Quandoque pro simili ponitur. Pacuuius, Par fortitudo, gemina confidentia. Cic. pro Rosc. Amer. Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Idem pro Roscio Comœ. Simillima, & maximè gemina societas hæreditatis est. ¶ Est etiam cæleste signum quod Astrologi vocant Geminos, Castorem & Pollucem intelligentes, qui à matre Leda vno partu creduntur editi, de quibus Seneca. In magna tẽpestate apparent quasi stellæ cælo insidentes: adiuuarique se tunc periclitantes existimant Pollucis & Castoris nomine. A Columella dicitur Geminũ astrum, quod XIIII. Calendas Iunij Sol ingreditur. ¶ Geminus etiam Iani epithetum est, quod gemina facie pingi soleat: cuius rationem hanc affert Macrobius, quòd Ianus omnium sui seculi fuerit prudentissimus: neque solùm ea viderit quæ ante se erant, hoc est præterita, verumetiam ea quæ post se erant, hoc est futura prospexerit.

Gemellus, la, lum, diminutiuum. {δίδυμος, διδυμάων. Ital. *Gemello, doppio.* Gal. *Gemeau, double.* Hisp. *El mellizo con otro, doblados.*} Virgil. Aeglo. 1, Modò nanque gemellos, Spem gregis, ah filice in nuda connixa reliquit. Gemellæ vites, à Columella lib. 3. cap. 1, dictæ sunt ab vuis semper geminis. nam duplices vuas (vt inquit idem) exigunt. Plin. lib. 14. cap. 2, Gemellarum, quibus hoc nomen vuæ semper geminæ dedêre.

Gemellipara, pen. corr. Latonæ epitheton est quæ Apollinem & Dianam vno partu edidit. διδυμοτόκος. Ouid. 5. Fast. -fuit impetus illi Curua gemelliparæ spicula ferre deæ.

Gemino, nas, penul. corre. Duplico. {διπλασιάζω, διπλόω. Ital. *Doppiare, radoppiare.* Gal. *Doubler.* Hisp. *Doblar ò repetir alguna cosa.*} Terent. in Adel. Geminabit, nisi caues. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Eximendorum fauorum signum sumunt ex ipsis, quum plenas aluos habent, & quum illas geminauerint. Geminatus Sol, Cice. de Nat. deorum. Geminata ars, Plin. lib. 20. cap. 1. Geminata victoria, Liui. 1. ab Vrbe. Geminatus honor, Idem lib. 9. bel. Mace. ¶ Huius composita sunt, Congemino, & ingemino: quorum significata vide suis locis.

Geminatio, verbale. {διπλασιασμός, διδυμώσις. Ital. *Doppiamento.* Gal. *Doublement, redoublement.* Hisp. *Aquella obra de doblar ò repetir.*} Cice. lib. 3. de Orat. Nam & geminatio verborum habet interdum vim, lepórem aliàs, paulum mutatum verbum, atque deflexum.

Gemites, Gemma quę veluti candidas manus inter se complexas habet de qua Plin. lib. 37. cap. 11.

Gemma, mæ, Oculus vitis quem primò emittit. {ὀφθαλμός. Ital. *L'occhio della vite.* Gal. *Le bourgeon ou bouton de la vigne.* Hisp. *Yema del sarmiento, que es capullito do sale la flor dela vua ò del fructo.*} Virg. -turgent in palmite gemmæ. Cice. de Amic. Itaque incunte vere in his quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos farmentorũ ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua sese ostendit. ¶ Ab huius similitudine, gemma vocatur omnis lapis pretiosus, siue pellucidus sit, siue non. {λίθος τίμιος. Ital. *Gemma, pietra preciosa.* Gal. *Pierre pollie ou precieuse.* Hisp. *Piedra preciosa.*} Virgil. 5. Aene. -& tereti subnectit fibula gemma. Idem 7. Aene. Regaléque accensa comas, accensa coronam Insignem gemmis. Plin. de viris Illustr. Vnde Romam legatione repetitus, hausto quod sub anuli gemma habebat, veneno, absumptus est.

Gemmula, diminutiuum, {ὀφθαλμίδιον λιθύδριον. Ital. *Picciolo bottone della vite, picciola gemma.* Gal. *Petit bouton de vigne, petite pierre precieuse.* Hisp. *Pequeña yema del sarmiento ò otro arbol, pequeña piedra preciosa.*} Quo etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

flores significantur quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur, & prata vestiuntur. Apul. lib. 10, Planè tenui specula solabor clades vltimas, quòd ver in ipso ortu gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gemmeus, a, um, Quod ex gemma est. {ἐμφάλιος, λιθοειδής. Ital. *Di gemma.* Gal. *De pierres precieuses.* Hisp. *Cosa de piedras preciosas.*} Cicer. 6. Verr. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c. Radix gemmeæ rotunditatis. id est rotunda in modum gemmæ, Plin. lib. 18. cap. 7.

Gemmo, as, are, Est gemmas in vitibus, ac arboribus emittere. {ὀφθαλμόω. Ital. *Pullulare, gemmare.* Gal. *Produire ou auoir pierres precieuses, bourgeons ou boutons, bourgeonner, boutonner.* Hisp. *Hincharse las yemas enel arbol.*} Colum. Quum primùm vites incipiunt gemmare. Cic. 3. de Orat. Nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt. Sic Colum. lib. 4. cap. 24.

Gemmans, antis, {λιθοῦσθαι, ὀφθαλμίζων. Ital. *Rilucente come vn gemma.* Gal. *Reluisant ou clair, ou autrement ayant espece de pierre polie, ou de bourgeons de vignes.* Hisp. *Resplandeciente como yema.*} vt Gemmantes alæ pauonis, id est lucentes in modum gemmarum. Mart. lib. 13. Miraris, quoties gemmantes explicat alas: Et potes hunc sæuo tradere, dure, coquo? Herbæ gemmantes rore: id est coopertæ rore, tanquam lucidis gemmis, Lucret. lib. 2.

Gemmatus, a, um, Gemmis instructus, & ornatus. {ἐμφάλιος. Ital. *Ingemmato, imperlato, adornato di gemme.* Gal. *Orné ou enrichi de pierreries* Hisp. *Cosa ornada de piedras preciosas.*} Plin. lib. 37. cap. 2, Quinimo etiam ius videmur perdidisse corripiendi gemmata potoria, & variæ supellectilis genera, annulos transeuntes. Monilia gemmata, Ouid. 10 Meta. Gemmati magna specie annuli, Liui. 1. ab Vrbe.

Gemmasco, scis, scere, Est gemmas emittere, vel pullulare. {ὀφθαλμίζω. Ital. *Pullulare, gemmare.* Gal. *Bourgeonner, boutonner.* Hisp. *Hincharse las yemas enel arbol.*} Plin. libr. 17. cap. 15, Atque vt gemmascere incipient, ligetur calamus. Colum. lib. 5. cap. 10, Nucem Græcam serito circa Calend. Ianuarias, quæ prima gemmascit. ¶ Accipitur item gemmascere pro eo quod est, gemmæ duritiem & formam acquirere. Plin. lib. 37. cap. 10, Draconites, siue draconcias è cerebro fit draconum, sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmascit. In aliquibus tamen codicibus legitur gemmescit.

Gemmifer, a, um, vt Gemmiferi amnes. {λιθοφόρος, πολὺς λίθων φύσεως. Ital. *Chi porta pietre preciose.* Gal. *Qui porte ou a pierres precieuses.* Hispa. *Cosa que trae o tiene piedras preciosas.*} Plin. lib. 37. cap. 13, Gemmiferi amnes sunt Acesinus & Ganges, &c. Corona gemmifera, Valerius Flac. Argon. 5. Mare gemmiferum, Propertius lib. 3. Eleg. 4.

Gemmosus, a, um, Quod multis gemmis est exornatum. Apul. libro 5, Auro facto, gemmosisque monilibus onustas eas tradit rebro portandas.

Gemo, is, ui, itum, Est præ animi angustia in sonum prorumpo. {στενάζω, στυγάζω. Ital. *Gemere.* Gal. *Gemir.* Hispa. *Gemir como doliente.*} Vnde Gemitus. στεναγμός. Plaut. in Amph. Dum hæc aguntur, interea vxorem tuam Neque gementem, neque plorantem nostrum quisquam audiuimus. Martia. lib. 9, Quæ mala sunt domini, quæ serui commoda, nescis Condile, qui seruum te gemis esse diu. Cice. ad Atti. Eandem virtutem istam, veniet tempus quum grauiter gemes. ¶ Per metaphoram etiam de iumentis, & rebus inanimatis dicitur, quum nimio pondere pressa, sonum edunt. Virgil. 6. Aene. - gemuit sub pondere cymba. Plin. in Epist. Ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, quum placido, & quum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius subit portum. At quum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt: tunc ille clarus, & diis maris proximus. ¶ Legitur etiam Gemor passiuum, pro deploror. Cicer. ad Attic. lib. 2. Atque hic status vna voce omnium gemitur, neque verbo cuiusquam subleuatur. ¶ Quandoque tamen gemere ponitur pro flere, & quandoque pro canere, de iis solùm auibus quę flebilem cantum habent, vt turtur, & columba. Virg. 1. Aeglo. Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo. Hinc fit Ingemo, de quo infrà.

Gemisco, is, ere, Idem quod gemere. στενάζω: vt, Ferale gemiscunt, Claudianus 3. de rap. Proserp.

Gemitus, us, Suspirium. {στεναγμός. Ital. *Gemito, sospiro.* Gal. *Gemissement, souspir.* Hisp. *Gemido.*} Cicer. 6. Verr. Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ, & commemoratione, &c Idem 5. Verr. Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ, & commemoratione, &c. Idem 5. Verr. Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniásque audiret. Gemitus delphini est similis humano, Plin. libro 10. cap. 36. ¶ Legitur & Gemiti, in genitiuo. Plaut. in Aulul. Tantum gemiti, & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.

Gemebundus, Abundè gemens. {στυγνός. Ital. *Che geme aspramente.* Gal. *Gemissant & souspirant asprement.* Hisp. *Cosa que mucho geme.*} Ouid. 14. Metam. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam.

Gemoniæ scalæ, Dicebantur Romæ ad quas corpora damnatorum impacto vnco trahebantur. Corn. Tacitus, Tunc confossum, collaceratúmq;, & abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahùt. Plin. lib. 8. cap. 40, scribit canem à corpore serui non recessisse, abiecto in gradibus Gemoniis.

Gemonides, Gemmæ quas quidam præntidas vocant. Prægnantes ficeri, & parere dicuntur, mederique parturientibus: nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tiriæ inueniuntur, speciésque est eis aquæ glaciatæ. Plin. lib. 37. cap. 10.

Gemursa, Tuberculum sub pedum digitis nascens: ita dictum quòd gemere faciat eum qui id gerit, inquit Festus. Plin. lib. 26. cap. 1, Et hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut & ille quem gemursam appellauere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

Gena, næ, Est membrana tam superior, quàm inferior quæ tegit oculum. {βλέφαρον, ἐφεστριόφθαλμον. Ital. *Guancia, gota.* Gal. *La joue, la peau qui couure l'œil quand on le cligne, la paupiere.* Hisp. *Maxilla o el carrillo.*} Terentius, Hodie non compressi genam genæ. Plinius, Aquatilia dormire existimant, non oculorum argumento, quia non habent genas: sed ipsa quiete placida, seu soporata. Idem lib. 11. cap. 37, Omnia talia, & pisces, & insecta non habent genas, nec integunt oculos. Ex his Plinij locis luce clarius ostenditur genas esse duo illa oculorum operacula, quibus coeuntibus, pupilla obtegitur, quas vulgus imperitum vocat palpebras: quum palpebræ, eodem Plinio teste, sint pili illi in ciliis, hoc est in extremo ambitu genarum: quas etiã defluere tradit iis qui plus satis veneri indulgent. ¶ Genæ etiam dicuntur partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba vestiuntur, quas radi in fœminis, XII. Tabularum interdicto antiqui vetuerunt: pudoris sedes esse arbitrati, quòd ibi maximè ostendatur rubor. Dictæ genæ, quòd in his pili gignantur. Virgil. 8. Aeneid. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus. Apuleius in Magia, Purpuris infectas genas, & oculos illæsos illices. Hæ quoniam in mali speciem factæ sunt rotundæ, dictæ sunt etiam malæ. Vide plura apud Plinium lib. 11. cap. 37.

Genabum, vide GENEVA.

Genealogia, giæ. {γενεαλογία. Ital. *Genealogia, descendimento di parentato.* Gal. *Genealogie, denombrement des ancestres.* Hispa. *Descripcion ò linea del linage ò generacion: que tambien en Castellano se dize genealogia ò linea.*} Sermo de origine generationis. Cicer. 3. de Natur. deorum, Quod si ita est, Cæli quoque parentes, dij habendi sunt, Aether & Dies: eorúmque fratres & sorores, qui à genealogiis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus.

Gener, Generalis, Generatim, Genero, Generosus, vide GENVS.

GENESARETH, γενησαρητικὴ λίμνη Straboni, Stagni nomen proprium: ab eo (vt quibusdam videtur) sic dictum, quòd flantibus ventis, crispantibus vndis, aurum ex se generare videatur. Sed hoc profectò ridiculum videtur, in voce Hebraica Græcam quærere etymologiam. Idem dicitur mare Tiberiadis, à Tiberiade ciuitate: & mare Galilææ, ab adiacente Galilæa prouincia. Habet hoc mare, siue stagnum CXL stadia in longitudine, XL verò in latitudine. Non tamen idcirco mare vocatur, quòd eius aquæ sint amaræ: sed Hebrææ linguæ consuetudo est, omnes congregationes aquarum, siue salsæ sint, siue dulces, vocare maria, sicut in Genesi scriptum est, Congregationes aquarum vocauit maria.

Genesis, penul. corr. huius geneseos. {γένεσις. Ital. *Generatione.* Gal. *Generation.* Hisp. *Generacion.*} Latinè generatio, natiuitas. ¶ Accipitur etiã pro sidere natalitio quod conuersione cæli oritur eo momento quo quis nascitur. Iuuen. Saty. 14, Nota mathematicis genesis tua. Idem Saty. 6, -si prurit frictus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Sueton. in Vespa. Monentibus amicis cauendum esse Metium, quòd vulgò crederetur genesim habere imperatoriam, insuper Consulem fecit, id est quòd opinio esset, à mathematicis prædictum esse, fore vt imperaret. Budæus.

GENETES, γενήτης, Promontorium Themiscyræ regionis, inter Amisum & Phasin amnes, templo Iouis, quem ξένιον, id est hospitalem vocabant, nobilitatum. Vide Strabonem lib. 10.

Genethle, genethles, fœminini generis. γενέθλη Venus.

Genethliaci, orum. {γενεθλιακοί. Ital. *Coloro che pronosticano della natiuità.* Gal. *Dresseurs de natiuitez, astrologues qui considerent les dispositions des astres es natiuitez & les costellations.* Hispa. *Los astrologos de los nascimientos.*} Qui ex die & hora natiuitatis, quos horoscopos vocant, fortunam hominis, & successum pronuntiant. Gellius lib. 14. cap. 1, Aduersum istos qui se Chaldæos, seu genethliacos appellant: ac de motu, déque positu stellarum dicere posse quæ futura sunt, profitentur, audiuimus quondam Phauorinum philosophum Romæ Græcè disserentem egregia oratione.

Genethliacus, a, um, γενεθλιακός. Idem quod natalitius.

Genethlia, orum, γενέθλια, Dicuntur celebritates quæ fiunt natali die.

Genethlius, γενέθλιος. Latinè natalis dicitur: vnde Genethliaci dicti sunt: de quibus suprà iam diximus. ¶ Erat etiam Genethlius Iouis cognomen, quòd ei incumberet cura omnia propagandi. ¶ Fuit præterea, teste Suida, hoc nomine Palæstinus quidam Sophista discipulus Minuriani & Agapeti: qui quamuis in ipso ætatis flore occiderit, plurima tamen scripta reliquit: ex quibus Suidas recenset λωλῆς & ἀμφαλίζης & μιλέσιος, & multa alia, vt mirabile sit dictu, tam paucis annis vitæ tanta scripsisse.

GENEVA, *Genecura*, Oppidum est Allobrogum ad Lemanum lacum proximum Heluetiis, quod etiam hodie nomen retinet. Cæsar belli Gallici lib. 1, Extremum oppidum Allobrogum est, proximúmque Heluetiorum finibus Geneua. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Ex quo loco Cæsaris, facilè deprehendi potest error eorum qui hoc oppidum Gebennam appellant: quum Gebenna, eodem Cæsare teste, sit mons ille qui Aruernos ab Heluiis diuidit. De quo vide plura suo loco. Glareanus in Annot. in eum Cæsaris locum sic inquit, Quatuor hæc nomina, Genua, Geneua, Genabum, & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum sæpe fefellerunt: quæ ipsa longè diuersa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum: Geneua verò Allobrogum, ad ostia Lemani lacus, vbi Rhodanus exit: Genabum, Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (vt quidam putant) Aurelia, Vulgò *Orleans*: denique Gebenna mons est qui Heluios ab Aruernis separat: vt libro septimo postea dicet Cæsar. Hæc Glareanus.

Genialis, vide GENVS.

Genianes, Gemma quam Magorum vanitas inimicorum pœnas efficere promittit. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Geniculum, Geniculatus, vide GENV.

Genista, stæ, Arbuscula quædam humilis est, fronde minuta, flore luteo, apibúsque gratissimo, semine lenticulis haud absimili, quod phaseolorum modo siliquis innascitur: ita dicta quòd in modum genu flexilis sit ad nexus, idcircóque vitibus ligandis idonea: vel quia genibus medeatur dolentibus. {σπάρτον. Ital. *Ginestra.* Gal. *Du genest.* Hispa. *Hinestra.*} Vide Ruel. lib. 1. cap. 84, & lib. 3. cap. 142. Plin. lib. 21. cap. 9, Florem esse dixerim genistas, nanq; & iis decerpitur luteus. Martialis, Non pyra quæ lenta pendent religata genista. Virg. 2. Georg. Molle filer, lentæque genistæ. Humiles genistæ, ibidem.

Genitalis,

Genitalis, Genitor, Genitura, Genitiuus, Genitus, Genius, vide GIGNO.

Geno, is, genui, genitum ere, Antiquis in vſu erat pro gignere, generare. {γεννάω. Ital. *Generare.* Gal. *Engendrer.* Hiſp. *Engendrar.*} Priſcia. lib. 10, Gigno, genui: pro quo Geno vetuſtiſſimi protuliſſe inueniuntur. Varro in Andabat. Sed quòd hæc loca aliquid genunt. Idem 1. de Re ruſt. cap. 40, Quædam enim ad genendum, &c. Ex vetuſto codice, infinitiuum paſſiuum Lucretius protulit lib. 3, -tantò magis inficiandum Totum poſſe extra corpus durare, genſque.

Gens, gentis, vide GENVS.

Gentiana, tianæ, γεντιανὴ Dioſcoridi, Herba eſt folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis craſſitudine, cauo & inani, ex interuallo foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, aquoſa, & ſine odore. Naſcitur vbique, copioſiſſimè tamen in Illyrico, vbi à Gentio rege nomen accepit: quod etiam hodie ſeruat in officinis.

Gentiles, Gentilitas, Gentilia, vide GENVS.

GENTIVS, Illyrici rex, qui gentianæ herbæ à ſe inuentæ nomen fecit: teſte Plin. lib. 25. cap. 7.

Genu, {γόνυ. Ital. *Ginocchio.* Gal. *Genouil.* Hiſpa. *Rodilla.*} neutri generis & indeclinabile in numero ſingulari, & in plurali genua, Sunt curuaturæ illæ quibus crura & femora committuntur. Dicta genua quòd hæc dum infans eſt in vtero matris, genis oppoſita ſunt: ſiue à generando, quòd in genibus eſt vitalitas. Plin. lib. 11. cap. 45, Hominis genibus religio quædam ineſt, obſeruatione gentium: hæc ſupplices attingunt, adhæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, forteſſis quia ineſt iis vitalitas. Nanque in ipſa genu vtriuſque commiſſura, dextra læuáque à priori parte gemina quædam buccarum inanitas ineſt, qua perfoſſa, ceu iugulo, ſpiritus fugit. Hæc Plin. Virgil. lib. 5. Aeneidos, Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus. Ouid. 5. Metamor. Et genibus pronis ſupplex, ſimiliſque roganti. Genua ſubmittere, pro flectere. Plin. lib. 8. cap. 1, Regem adorant, genua ſubmittunt, coronas portigunt. ¶ A genu fit nomen adiectiuum Geniculatus, ta, tum, de quo ſuprà. ¶ Veteres declinauerunt genus, maſculino genere. Lucilius libro 4. Saty. vt citat Nonius, Hæret ventriculis affixum in poſteriore Parte, atque articulis nouus vt talúſque genúſque. Legitur etiam Genus neutri generis in eadem ſignificatione. Cice. in Arato, At propter læuum genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce videbis. Et paulo pòſt, Atque inter flexum genus, & caput alitis hæſit. ¶ Ne genu quidem flexo, οὐδὲ γόνυ κάμψας. Dictum eſt ὑπὲρ ζηλωτοῦ, pro eo quod eſt, ne tantulum quidem. Philoſtratus.

Genualia, Indumenta genuum. {τὰ ἀγλωνίσματα. Ital. *Internodij, ligame de calze, ò ginocchi.* Gal. *Genoüilleres.* Hiſpa. *Los enojales ò ſonogiles para calças.*} Ouidius 10. Metamorph. -quæque Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.

Geniculum, li, diminutiuum. {γονυάριον. Ital. *Picciolo ginocchio, nodo de canne, & herbe.* Gal. *Genoüillet, le neud d'vn chaume, ou rouſeau, ou herbes.* Hiſp. *Pequeña rodilla, el ſudo de la caña à otra coſa.*} Genicula dicuntur ſtipulæ, vel caulis herbacei internodia, & veluti articuli ac nodi quidam. Plinius lib. 16. cap. 38, Arundini in geniculo. Item lib. 18. cap. 7, Genicula autem tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona. Quandoque Geniculum accipitur pro germine. βλαστὸς.

Geniculatus, a, um, Dicitur quod frequentibus geniculis conſtat, vt heliotropium, quæ ob id geniculatis herba vocatur. {πολυγονάτιον. Ital. *Che ha molti nodi.* Gal. *Qui a neuds, noué.* Hiſpa. *Coſa que tiene muchos como cañas.*} Cice. de Sene. Deinde tepefactum vapore & compreſſu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit, culmóque erecta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcens includitur.

Geniculatim, aduerbium, ſignificat per genicula. {κατὰ γόνυ. Ital. *Di nodo in nodo.* Gal. *De neud en neud.* Hiſp. *De nudo en nudo.*} Plinius lib. 21. cap. 11, Poliis geniculatim circundata.

GENVA, Γένουα, *Genoua*, Ligurum caput in Italia ad mare noſtrum. Hinc incipit Apenninus mons, diſtátque à Sabatiis ſtadiis ducentis ſexaginta. Geneua verò eſt extremum Allobrogum oppidum, proximum Heluetiorum finibus: de quo ſuo loco diximus. Inter Varum & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua à genu, quia habet tanquam genu recuruum à latere matis. Vel à Genuo Saturni filio, qui fertur eam condidiſſe. Vel (vt quidam aiunt) à Genuino Phaethontis ſocio. Hanc Annibal penitus deleuit, ſed Cornelius Seruilius Conſul inſtaurauit, ſicut Liu. refert. Hinc fiunt adiectiua Genuenſis, & Genuanus. Γενούανος. Quidam Ianuam hanc vrbem appellant, quòd à Iano conditam dicant.

Genuinus, vide GIGNO.

Genus, à Græco. Γένος. {Ital. *Genere, generatione.* Gal. *Genre, race, lignée.* Hiſpa. *Genero ò linage.*} Propriè principium eſt vniuſcuiuſque generationis, vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo quis genitus eſt: vt, Oreſtes à Tantalo ducit genus, & Plato genere Athenienſis eſt. Patria enim generationis vniuſcuiuſque principium eſt, quemadmodum & parentes. Plaut. in Capt. Nam eccum hic captiuum adoleſcentulum alium, Prognatum genere ſummo, & ſummis diuitiis. Plin. de Viris illuſt. Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Terent. in Adelphis, Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere noſtro? ¶ Præterea etiam genus vocamus multitudinem aliquorum, ad vnum aliquid, & ad ſe inuicem quodammodo ſe habentium. vt Romanorum genus dicimus, quod ad Romulum refertur, & cognationem in ſe habet, per quam à cæteris diſtinguitur. In hac etiam ſignificatione accipimus genus, quum genus humanum, vel genus hominum dicimus: quandoquidem omnes homines ad vnum principium referuntur, ad primum ſcilicet parentem, aut certè ad ommum rerũ conditorem Deum: & inter ſe habent quandam cognationẽ, qua à reliquis animantibus diſtinguũtur. ¶ Rurſus appellatur genus, cui ſupponitur ſpecies, & quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Quæ ſignificatio tracta videtur à prima ſignificatione. Eſt enim genus hoc modo acceptum principium omnium quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum: vt puta, animal genus eſt, quod de homine, elephanto, equo, auibus, piſcibus, reptilibus, aliiſque ſpecie differentibus prædicetur: homo verò eſt ſpecies, quoniam de Socrate Platone, Ariſtotele, Fabio, Catone, Cicerone, aliiſque non ſpecie, ſed numero differentibus dicitur. ¶ Item genus dicitur quicquid eſt per quod alicuius rei qualitas indicatur. τὸ ὁποῖον. Vnde genus mortis, genus vitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris, & huiuſmodi. Seneca, Summum genus infœlicitatis miſero eſt, fuiſſe aliquãdo felicem. Terent. in Eunuc. Eſt genus hominum qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt. Virgil. 1. Aeneid. Quod genus hoc hominum? quæue hunc tam barbara morem Permittit patria? Nonnũquam ſumitur pro accidente partium orationis, vt quum dicimus, animal eſt generis neutri. Compoſita vide ſuis locis.

Generoſus, a, um, Quod eſt nobile & præclaro genere ortum. {γενναῖος, εὐγενής. Ital. *Generoſo, nobile.* Gal. *Genereux, noble, de noble race, vaillant.* Hiſp. *De buen linage, noble.*} Papyr. 5. Sylu. -titulis generoſus auitis. Sueto in Tib. Condemnatam, & generoſiſſimam feminam Lepidam in gratiam Quirini Conſularis prædiuitis, & orbi. ¶ Per tranſlationem accipitur pro magnanimo. Cice. lib. 3. Offic. Quòmque de imperio certatum eſſet cum rege generoſo atque potenti. ¶ Transfertur etiam ad inanimata, vt quum dicimus arbores generoſas, & vitem generoſam, & ipſum etiam vinum generoſum. Horat. lib. 1. Epiſt. Ad mare quum veni, generoſum & lene requiro, Quod curas abigat. Virgil. libro 1. Georg. Continuò pecoris generoſi pullus in armis Auder & ignoto ſeſe committere ponto. Colum. lib. 4, Atque vbi multa inuitabunt regionis commoda, vt nobilem vitem conſeramus, generoſam requiremus. Idem lib. 3, Vitem maximè populus alit: & poſteà vlmus, quam Atiniam vocant ruſtici: generoſiſſima eſt.

Generoſè, aduerbium. {γενναίως. Ital. *Virtuoſamente, nobilmente, valoroſamente.* Gal. *Noblement, vertueuſement, vaillamment.* Hiſp. *Noblemente, virtuoſamente.*} vt, Perire generoſius, Horat. 1. Car. Ode. 38.

Generoſitas, generoſitatis, Nobilitas. {εὐγένεια. Ital. *Generoſità, nobiltà.* Gal. *Nobleſſe, vaillance, bonté & vertu naturelle.* Hiſp. *Aquella hidalguia de linage.*} Colum. lib. 3, Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debet: ſic enim ſciet cuius generis vitem poſiturus ſit. Nam quæ pretio patata diſponitur, certam generoſitatis fidem non habet: quum dubium eſt an is qui vendidit, legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam. ¶ Interdum etiam idem eſt quod magnanimitas. Generoſitas tauris eſt in aſpectu, Plin. lib. 8. cap. 45.

Generalis, le, Vniuerſalis, ad omnes pertinens. {γενικὸς, καθόλου. Ital. *Generale, vniuerſale.* Gal. *General, vniuerſel.* Hiſpa. *Coſa general.*} Quintil. lib. 9. cap. 1, Quædam ex iis ſpecies planè diſtant, manente tamen generali illa ſocietate. Cice. 1. de Inuen. Quum de genere negotij controuerſia eſt, conſtitutio generalis vocatur. Idem 1. Offic. Generale quoddam decorum intelligimus quod in omni honeſtate verſatur: & aliud huic ſubiectum quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis.

Generaliter, aduerbium, Quod ſignificat ſimul omnia ſub genere amplectendo. {γενικῶς, καθόλου. Ital. *Generalmente, vniuerſalmente.* Gal. *Generallement, vniuerſellement.* Hiſp. *Generelmente.*} Cice. 1. de Inuent. Nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt. Plin. in Epiſt. Memini quidem te iam quædam notaſſe, ſed generaliter.

Generatim, Per ſingula genera, ſeu per ſingulas ſpecies. {κατὰ γένη. Ital. *In ciaſcun genere per ſe.* Gal. *En general, chaſque genre ou ſorte à part.* Hiſp. *En partes y generos.*} Virgil. lib. 2. Georg. Quare agitè ô proprios generatim diſcite cultus Agricolæ. Varr. Non in volucribus generatim ſeruatur analogia. Cice. 4. Acad. Igitur exponam generatim argumenta eorum, quoniam ipſi etiam illa ſolent non confusè loqui. Generatim diſtributi in ciuitates, Cæſar 7. bel. Gall. ¶ Aliquando generatim dicitur non per ſingula genera, ſed generaliter, confusè, & indeterminatè. κατὰ καθόλου. Cice. libro 2. de Orat. Infinitum mihi videtur id dicere in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetendãne eſſet eloquentia, expetendine honores.

Genero, as, are, Gigno, fœtum procreo: & propriè de maribus dicitur. {γεννάω. Ital. *Generare.* Gal. *Engendrer.* Hiſp. *Engendrar.*} Virgil. 8. Aeneid. At Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cæli qui ſydera fulcit. Cice. in Partit. Quemadmodum quiſque generatus, quemadmodum educatus. Inuenitur tamen etiam de fœminis dici. Plin. lib. 8. cap. 44, Et quæ non primo initio generare cœperit. Ibidem, Contráque mulos quos aſini & equæ generarent. Et de herbis. Gell. lib. 5. cap. 6, Obſeruari ſolitum, vt fieret é gramine quod in olea generatum eſſet. ¶ Per tranſlationem accipitur pro inuenire. Quintil. lib. 10. cap. 2, Illi tudes ſola mentis natura ducti ſunt, vt tam multa generarent. ¶ Huius compoſita ſunt, Congenero, Degenero, Ingenero, Progenero, & Regenero: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Generaſco, is, ere. Naſcor. {γίγνομαι. Ital. *Naſcere.* Gal. *Naiſtre.* Hiſp. *Naſcer.*} Lucre. lib. 3, -cur omnia membris Ex ineunte æuo generaſcunt, ingenióque.

Generatio, onis, Quæ eſt (vt Speuſippus ait) motus ad eſſentiam, acceptio eſſentiæ, proceſſus in eſſe. {γένεσις. Ital. *Generatione.* Gal. *Generation.* Hiſp. *Generacion, obra de engendrar.*} Plin. lib. 10. cap. 52, Auium generatio ſimplex videtur eſſe.

Generator, oris, Genitor, procreator. {γεννήτης. Ital. *Generatore, genitore.* Gal. *Engendreur.* Hiſpa. *Engendrador.*} Cice. de Vniuerſ. Noſſe autem generatores ſuos optimè poterant.

Generabilis, le, Quod facilè generatur. {γενητός. Ital. *Che ſi genera facilmente.* Gal. *Qui s'engendre facillement.* Hiſp. *Coſa que facilmente ſe engendra.*} Plin. lib. 2. cap. 45, Hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus.

Gener, ri, Filiæ meæ vir, quaſi generis propagator: adhibetur enim ad genus augendum. {γαμβρός. Ital. *Genero.* Gal. *Gendre, le mary de ma fille.* Hiſp. *Yerno, marido de hija ò nieta.*} Plaut. in Ciſtel. Iſthic quidem Aedepol mei viri habitat gener. Cic. 1. Offic. Cum ſoceris generi non lamentur. Perſ. Saty. 2, Hunc optent generum rex, & regina. Tacit. lib. 1, Mox defuncto Marcello generum ſumpſit. ¶ A quo progener: ita appellat auus neptis ſuæ virum.

Gens, gentis, A genus deducitur, u litera detracta, idem ferè quod natio: quãquam gentis appellatio generalior eſſe videtur, multáſque ſub ſe comprehendere nationes. {ἔθνος. Ital. *Gente, natione.* Gal. *Vne gent, nation.*

Hisp. *Toda la gente de vna nacion.*} Gens enim Itala Latinos habet, Hetruscos, Campanos, Vmbros, Picentes,& huiusmodi. Cice.de Natu. deor.Deum nõ curare singulos homines,nec ciuitates,nec nationes, nec gentes.Cice.1.Offic.Propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ coniunctio.Virgil.2. Aeneid.Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Plin.de Vitis illust.Mithridates rex Ponti oriundus à septem Persis,magna vi animi & corporis,vt sex iuges equos regeret, duarum & vigiti gentium ore loqueretur, bello sociali, dissidentibus Romanis, Nicomedem Bithynia,Ariobarzanem Cappadocia expulit. ¶Interdum pro familia ponitur. φῦλον. vt gens Aelia, gens Valeria, pro Aeliorum & Valeriorum familia. Inde gentiles dicti,ex eadem gente,id est familia oriundi. ¶Sine gente,id est ignobilis. Horat.2.Serm. satyr.5, Qui quãqis petiurus erit,sine gente,cruentus Sanguine fatyr.5, Qui quãqis petiurus erit,sine gente,cruentus Sanguine frasterno,&c. ¶Gens per translationem de apibus dicitur. Colum.libro 9. cap.9, Intestino bello totæ gentes consumuntur. Et de piscibus. Virgil. 4. Georg.Quum Proteus consueta petens è fluctibus antra Ibat eum vasti circum gens humida ponti Exultans,&c. Vbicunque terrarum & gẽtium, Cic.7. Verr.Idem in Catil.O dij immortales,vbinam gentium sumus? quam Rempub.habemus? in qua vrbe viuimus? Nusquam gentium. id est nusquam omnino. Terent.Adel.Næ ego homo sum infœlix,primùm frattem nusquam inuenio gentium.

Genticus, penult. corr. Idem quod gentilitius. {πάτριος}. Ital. *Di quella*

Gentilis,Qui ex eadem familia sunt, & eiusdem nominis sunt. {οἱ ὁμώνυμοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους}. Gal. *De mesme race ou famille.* Ital. *Della medesima famiglia.* Gal. *De mesme race ou maison.* Hisp. *Dela mesma familia y nombre.*} Vnde Cincius, Gentiles mihi sunt qui meo nomine appellantur. Cice.lib.1. Tuscul.Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominum esse sempiternos, antiquus sanè: fuit enim meo reguante gentili. Hoc est Seruio Tullio, quia eiusdem nominis erat. Idem in Topicis,Gentiles sunt qui inter se eodem sunt nomine,ab ingenuis oriundi:quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit,& qui capite diminuti non sunt. Autor ad Heren.lib.1, Si paterfamiliãs intestatus moritur,familia,pecuniáque eius agnatorum,gentiliúmque esto. ¶A gentilis deducitur substantiuum Gentilitas, quod accipitur pro familia hominum ingenuorum qui sunt eiusdem nominis:seruorum autem,aut libertinorum nulla est gentilitas.¶Interdum etiam Gentiles dicuntur qui sunt eiusdem nominis, etiamsi ex eadem familia non sint oriundi. Vnde etiam serui dicebantur gentiles dominorum,quoniam dominorum nomine vocabantur. Plin.lib.33.cap.1, Singuli Marcipores,Luciporéve dominorum gentiles omnes victum in promiscuo habebãt: nec vlla domi custodia à domesticis opus erat. ¶Item Gentile dicitur quod est gentis alicuius peculiare,& proprium: vt Iuuenalis gentilia tympana dixit, id est gentis propria. Suetonius de Tyberio,Capillo ponè occipitium submissiore, vt ceruicem etiam obtegeret,quod gentile in eo videbatur. Rursus scriptores rerum sacrarum Gentiles vocant idolorum cultores,qui aliter quàm Christiani de Deo sentiunt,quos nonnulli voce Græca malunt Ethnicos appellare. Qui loquendi ritus à Iudæis manauit,qui nationes omnes, præter suam,Gentes,seu Gentiles vocitabant, גּוֹיִם.

Gẽtilitius,a,um.{γενικός,ὁμόφυλος}. Ital. *Ciò che è di quella istessa gente ouero famiglia.* Gal. *Qui apartient à vne mesme race,commun ou propre à la race.* Hisp. *Comiglia.* Gal. *Qui apartient à vne mesme race,commun ou propre à la race.* Hisp. *Comun del mesmo nombre y familia.*} Quod est ex gente, aut familia:vt,Gentilitia nomina dicuntur quæ originem gentis vel familiæ declarant, vt Porcius Cornelius. Gentilitia sacra quæ genti, hoc est familiæ alicui sunt peculiaria. Cic.de Aruspic.Multi suot etiam in hoc ordine qui gentilitia sacrificia, illo ipso in sacello statuto loco anniuersaria facitilitia sacrificia, illo ipso in sacello statuto loco anniuersaria facitant. Gentilitium sacerdotium quod ad ius familiæ pertinet, & nunc vulgò *Ius patronatus* dicitur. Gentilitium hoc illi, id est hoc illi à gente suam proprium est.Plin.in Epist.Passenius Paulus splendidus eques Romanus, & in primis eruditus scribit elegos: gentilitium hoc illi est enim municeps Propertij, atq; etiam inter maiores suos Propertium numerat. Plin.libro 19.cap.1, In Serranorum familia gentilitium esse fœminas linea veste non vti. ¶Interdum etiam gentilitium id vocamus,non quod familiæ alicui, sed populo aut nationi cuipiam est peculiare: vt Gentilitium nomen, hoc est nationis, vel populi nomen. Gell.lib.14. cap.1, Vulgus autem quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet, mathematicos nominat.

Gentilitas,tatis, Gentilium coniunctio,& necessitudo. {ὁ τῶν αὐθιγενῶν οἰκειότης, ὁ κοινὸς μῖσος, ἡ μοχθηρία}. Ital. *Moltitudine di gente,ò di famiglia,ò de natione,ò gente.* Gal. *Parenté ou race,affinité,communication de mesme nom.* Hisp. *Gentilidad.* Gal. *Parenté ou race,affinité,communication de mesme nom.* Hisp. *Gentilidad,communidad dela gente.*} Cice.de Aruspic.resp. In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis & gentilitatis iure dicendum. ¶Interdum accipitur pro ipsis gentilibus,hoc est pro multitudine ipsa vel familiæ,vel gentis, siue nationis alicuius. Plin.de viris Illustrif.Gentilitas eius Manlij cognomen ciuauit, nequis posteà Capitolinus vocaretur. Plin.in Panegyr.Ex quo intelligi potest quantæ benignitatis quanti spiritus fuerit,sparsas,atque (vt ita dicam) laceras gentilitates colligere,atque connectere.

GENVSVS, Fluuius quem Dyrrhachio euntes in Thessaliam inueniunt. Lucanus libro 5, Quam volucer Genusus, quàm mollior Apsus Circumeunt ripis,&c.

Geodæsia, γεωδαισία, Terræ dimensio,& scientia earum quæ in sensibilibus sunt corporibus magnitudinum & figurarum, circa diuisionem & compositionem versans.

Geodætes, γεωδαίτης. Qui geodæsiam nouit: terræ diuisor, & agri mensor.inquit Budæus.

Geodes, γεώδης, Lapis est in concauitate sua terram habens, quemadmodum aetites lapidem: vnde & auribus admotus sonitum edit, sed dilatiorem, quàm aetites. Facultatem habet astringendi & siccandi: vnde & ea quæ claritati oculorum officiunt,purgat. Ex aqua quoque inunctus, mammarum genitaliúmque inflationes sedat. Autor Dioscor.lib.5.

Geographia, {γεωγραφία. Ital. *Descrittione della terra.* Gal. *Description de la terre, geographie.* Hispa. *Geographia, trapo ò debuxo de la tierra.*} Dicitur terræ descriptio, γαῖα enim siue γῆ, siue etiam γῦ terram, & γράφω scribo significat.Cic.Acti.lib.2, De geographia dabo operã vt tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor:magnum opus est,sed tamen vt iubes, curabo vt huius peregrinationis tibi opus exter.

Geomantia,penult.prod.γεωμαντεία, Diuinatio ex terra. Inde geomantes, γεωμάντης, qui ex terra diuinat.

Geometres,& Geometra,penult.corr.{γεωμέτρης. Ital. *Misuratore ò diuisore della terra.* Gal. *Geometre, arpenteur, mesureur de la terre.* Hisp. *Medidor dela tierra.*} Terræ mensor siue diuisor.Cic.4.Acad.Quomodo aut geometres ea cernere potest quæ aut nulla sunt,aut internosci à fallis nõ possunt? Idem 4. Academ.Geometræ prouideant qui se profitentur non persuadere,sed cogere.

Geometria,æ,{γεωμετρία. Ital. *Geometria scientia da misurare la terra.* Gal. *Geometrie, l'art de mesurer la terre.* Hisp. *Geometria,la arte de medir la tierra.*} Terræ mensuratio dicitur, vel ars ipsa terram dimetiendi: quanquam etiam latius ad aliarum rerum dimensionem extenditur. Est autem Mathematicæ pars,quemadmodum Astrologia, Musica, & Arithmetica, circa formas præcipuè seu figuras versans.Cice.3.de Finib.Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipsa Philosophia, vt Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Musica: quanquam ea Latinè dici poterant,tamen quoniam vsu perecepta sunt, nostra ducamus.

Geometricus,a,um,adiectiuum, {γεωμετρικός. Ital. *Seruente al misurarè la terra.* Gal. *Seruant à mesurer ou arpenter la terre, apartenant à geometrie.* Hisp. *cosa desta arte de medir la tierra.*} Quod ad Geometriam spectat. Cic.1. Tusc. Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. Idem 2.de Diuinat.Si velim geometricum quiddam,aut physicum,aut dialecticum explicare. Idem 4. Acad. Quòd si geometricis rationibus non est crediturus,quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longè aberit vt rationibus credat Philosophorum.

Geometrica,orum, γεωμετρικά, τά. Sunt ipsa de geometria præcepta.Cic. 1.Tusc.Ita faciles interrogationes sunt,vt gradatim respondens, eò perueniat,quasi geometrica didicisset.

Geomettice,es, γεωμετρική, Ars terram, aliúdve quid dimetiendi: quæ & geometria dicitur. Plin.lib.35.cap.10, Sed primus in pictura omnibus literis eruditus,præcipuè Arithmetice,& Geomettice: sine quibus negabat artem percipi posse.

GEON, γεών, Vnus ex quatuor fluminibus quæ sacra Scriptura ex Paradiso profluere testatur. Iosephus eundem esse credit cum Nilo.

GEORGI, γεωργοί, Populi Scythici,ab agricultura cui vni dediti sunt, nomen sortiti:quibus vicinos Corsitas,Phoristas,& Riphaces Mela facit. Constat etiam Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumẽti copiam,vt notat Vadianus.Græci enim agriculturam γεωργίαν,& agricolas ipsos γεωργοὺς appellant.

Georgica, orum, γεωργικά, τά, dicuntur libri tractantes ea quæ ad agrorum cultum pertinent.

Georgicus,a,um, γεωργικός, Quod ad agriculturam spectat: vt, Carmen georgicum. Colum.lib.7.cap.5, Sed georgicum carmen affirmat,nullam esse præstantiorem medicinam, Quàm siquis ferro potuit rescindere summum Vlceris os,&c.

GEORGONYIA, γεωργονία, Oppidum in altissimo monte in regione Auernorum: cuius meminit Suetonius in Cæsare.

GERAEA, γεραία, Oppidũ mediterraneum Lusitaniæ, apud Ptolemæum lib.2.cap.5.

GARAESTVS, γεραιστός, Promontorium Eubœæ insulæ, Atticã spectans, teste Plin.lib.4.cap.12.Ptole.lib.3.cap.15, portum esse ait in Eubœa.

GERANIA,æ, γερήνεια, Laconici agri locus, teste Plinio lib.4.cap.5, Est item Geranea alterius loci nomen inter Megara & Corinthum, teste eodem Plinio lib.4. cap.7. ¶Fuit præterea eiusdem nominis oppidum in ea parte Thraciæ quam Pygmæorum gens olim creditur tenuisse. Autor idem Plin.lib.4.cap.11.

Geranion, {γεράνιον. Ital. *Rostro di grua.* Gal. *Esguille à berger, pié de colomb, herbe robert.* Hispa. *Pico de cigueña, agujas pampilos.*} Herbarum duarum nomen est: quarum altera foliis est anemones, diuisuris longioribus, radice subrotunda: quum estur,dulci.Hanc Officinæ *Acum pastoru* appellant.Altera,caules habet sesquipedales,tenues & pilosos, folia maluæ: in summis autem alis sursum spectantia gruum capitula cum suis rostris: à quibus etiam nomen accepit. Nam γέρανος Græci gruem appellant.Hanc nostræ ætatis herbarij *Pedem columbinum* nominant.

GERANTHAE,arum, γερανθαι, Oppidũ Laconicæ regionis:à quo fit gentile Geranthotes, γερανθώτης: vt ex Pausaniæ sententia docet Stephanus.

GERASA,æ, γέρασα, Oppidum est in ea parte Syriæ Cœles, quæ à numero tredecim ciuitatum τετραπολιτικὴ δεκαπολίς appellatur. Gentile est Gerasenus, γερασηνός. Steph.

GERENIA,æ, γερηνία, Oppidum agri Messeniaci, in quo Nestor Pylius educatus fuit:vnde ab Hesiodo Gerenius cognominatur.Hæc Stephanus.Ptolemæus verò Gerenian Laconico agro attribuit.

GEREN,enos, γέρην. Vicus est in Lesbo insula ita dictus à Gerene Neptuni filio. Strabo lib.8, eiusdem nominis oppidum in agro Messeniaco collocat: quod idem esse opinamur cum eo quod alia inflexione Gerenia appellatur.

GERGIS,ithos,vel GERGITHOS, ithi, γέργις, ὁ γέργιθος. Stephano, Oppidum Troadis,siue (vt Plinio placet) Aeolidis,à quo Sibyllarum vna Gergithia cognominata est.

GERMANICEA, γερμανίκεια, Oppidum Euphratesiæ, quod à Quadrato lib.3,Rerum Parthicarum Parthis numeratur.

GERMANIA, niæ, γερμανία. *Lamagna, terra Tedesca.* Regio quæ à Gallis, Rhætis,ac Pannoniis,Rheno & Danubio fluminibus,à Sarmatis, Dacisq; metu mutuo,ac montibus separatur: cætera ambit Oceanus, latos sinus,& insularum immẽsa spatia complectens. Rhenus, Rhæticarum Alpium ioacesso,& præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus, Septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arabæ iugo effusus,plures populos adit,tãdémq; in Ponticum mare sex meatibus erumpit;septimum os paludibus hau

bus hauritur. Germani ipſi indigenæ exiſtimantur: quoniam non eſt veriſimile aliquos Aſia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniã petiiſſe, informem terris, aſperam cælo, triſtem cultu, aſpectúque, neque cuiquam, niſi cui patria nõ ſit, magnopere expetendam. Hi antea Teutones appellabantur à Teutono deo eorum, quem terra ortum exiſtimabant: ſiue à Teutono oppido, cuius adhuc tenues ſuperſunt reliquiæ, etiam hodie nomen ſeruantes. Germaniæ vocabulum, vt autor eſt Strabo lib. 7, à Romanis primùm inuentum eſt: quoniam quum primùm Rhenum deuictis Gallis tranſgreſſi fuiſſent, videntes eos & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flauo, forma præterea, & moribus & viuendi ritu Gallis ſimillimos, Germanos eos, hoc eſt fratres Gallorum eſſe exiſtimauerunt. Sunt qui Germanos inde dictos putent quòd peculiari eius regionis ritu, ſe mutuò ſua lingua Germanos, hoc eſt fratres conſalutent. Eruditi tamen inter Germanos huius vocis etymologiam ex ſua lingua petunt. Illi enim *Gar*, ſiue, *Ger* totum dicunt, & *Man* virum, quaſi planè virum. Quibus vt facilius accedam, facit Alemani vocabulum, quod apud inferiores Germanos idem ſonat quod Germanus apud ſuperiores. Illi enim pro eo quod eſt totum, dicunt *Al*, quod in ſuperiori Germania *Gar*, vel *Ger*, dici oſtendimus.

Germanicus, adiectiuum, ſicut ab Hiſpanus Hiſpanicus, ab Italo Italicus. Vnde Germanici dicti ſunt Imperatores aliquot à deuictis Germanis.

Germanicianus, aliud adiectiuum: quo aliquoties vſus eſt Suetonius: vt in Veſpaſiano, Neq; enim, inquit, deteriores eſſe aut Hiſpanienſi exercitu qui Galbam, aut Germaniciano, qui Vitellium Imperatorem feciſſet. Idem in Tiber. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia vt æquarentur ſtipendio Prætoriani Germanicianis. Quibus in locis Germaniciani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, ſed qui in Germania militabant.

Germanus, pen. prod. vide GERMEN.

GERME, γέρμη. Oppidũ eſt ad Helleſpontum, nõ procul à Cyzico. Steph.

Germen, inis, Dicitur quod ex arborum oculis naſcitur: ſurculus ſcilicet prægnans, à generando dictus, quòd ſit generationis principium. ξβλαστὸς. Ital. *Germe*. Gal. *Germe & ſemence des arbres, bouton, ſorgeon, ſcion*. Hiſpa. *Renuebo dela planta*. } Plin. lib. 10. cap. 29, Denſante ſe frondium germine. Idem lib. 7. cap. 15, Sed nihil facile reperitur mulierum profluuio magis monſtrificum: acceſcunt ſuperuentu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges, moriuntur inſitæ, exuruntur hortorum germina: & fructus arborum, quibus inſidêre, decidunt: ſpeculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur, &c. Virgil. 2. Georg. -huc aliena ex arbore germen Includunt.

Germino, nas, pen. corr. Pullulo, & germen emitto. ξβλαστάνω, γεννῶ. Ital. *Germogliare, pullulare*. Gal. *Germer, ietter ou bourgeonner*. Hiſpa. *Brotar y echar renuevo los arboles*. } Plin. lib. 13. cap. 4, Fœmina citra florem germinat tantùm ſpinæ modo. ¶ Huius compoſita ſunt Congermino, quod eſt coaleſcere facio, conſocio, coniungo. Varro lib. 3. Rerum human. Poſtea cum his vnam Remp. coniuncti ac congerminati tenuere. Egermino, ἐκβλαστάνω, germen foras emitto. Colum lib. 5, Nam plurimum intereſt, non eſſe longum ſarmentũ quod inſeratur: & rurſus plures oculos quibus egerminet ineſſe. Progermino, in germina excreſco. Idem ibidem, Vt & radices deorſum agat, nec ex propinquo negligenter in ſumma terra reſecta progerminet.

Germinatio, verbale, Pullulatio, ξβλάστησις. Ital. *Germinatione, quando germinano gli alberi*. Gal. *Germement, quãd les arbres ou herbes iettent leur germe*. Hiſp. *Obra de brotar ò echar renuevo los arboles*. } Plin. lib. 16. cap. 25, Alia protinus, vt animalia: tardius aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Columel. lib. 4. cap. 14, Propter quod palmes, quem mox in germinatione ciraueris, imbecillis ac minus fructuoſus erit.

Germinatus, us, Idem. Plin. lib. 15. cap. 8, Oleam ſi capra depauerit, primo germinatu ſterileſcere autor eſt Varro.

Germinaſco, ſcis, Germen emitto. ξβλαστάνω. Ital. *Germogliare*. Gal. *Germer, bourgeonner*. Hiſp. *Brotar y echar renuevo los arboles*. } à quo fit compoſitum Congermináſco, ſimul pullulo. συμβλαστάνω. & per tranſlationem coaleſco, coniungor. Quadrigarius, Facite, exempla eorum vt cum illis congerminaſcere ſciatur.

Germanus, a, um. ξὁμογάστριος, ὁμογάστωρ, ὁμογενής. Ital. *Fratello, germano, generato del medeſimo germe*. Gal. *Frere germain, engendré de meſme germe*. Hiſp. *Hermano di patre & y de madre, engendrado de meſmo renuevo*. } Iiſdem parentibus natus: quod nomen à germine deductum putat Feſtus. Germen (inquit) eſt quod ex arborum ſurculis naſcitur: vnde & Germani, quaſi eadem ſtirpe nati. Hinc Germani fratres, αὐτογενεῖς, dicuntur qui patre eodem eadémque matre editi ſunt: quemadmodum vterini dicuntur qui ex eodem vtero prodierunt, qui ſcilicet matre eadem, diuerſis autem patribus ſunt procreati. Terent. in Andr. Si te in germani fratris dilexi loco: Aliquando ſine fratre ponitur. Terent. in Adelphis, O mi Aeſchine, ô mi germane: ah vereor coràm in os te laudare amplius. Ibidem, Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. Cicc. 2. de Finibus, Et L. Cicero frater noſter cognatione patruelis, amore germanus. ¶ Cicc. in Oratore, quum mutila quædam & hiantia loquuti ſunt, vel quæ ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant eſſe Thucydidis. hoc eſt putant ſe pares eſſe Thucydidi. ¶ Accipitur item germanus pro vero, & ſyncero, hoc eſt non fucato, & non adulterato: quod Græci γνήσιον dicunt: vt, Germana iuſtitia. Cic. 3. Offic. Sed nos veri iuris, germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. ¶ Germana patria. Cic. 2. de Legibus, Quia ſi verum dicimus, hæc eſt mea & huius fratris mei germana patria: hic enim orti ſtirpe entiquiſſima ſumus. Germanum nomen. Plautus in Capt. Nam ille Theodoromedes fuit germano nomine. Germanæ gentes. Plaut. in Pœn. Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt quod dici ſolet, Gentes germanæ, atque ædepol, λόφοι λόφου. Germaniſſimus Stoicis, id eſt ſimilimus. Cicer. 4. Acad. Erat quidem, ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicis. ¶ Fœmininum huius nominis eſt germana, αὐτογενεῖς. Virg. lib. 4. Aeneid. Inueni germana viam, gratare ſorori. Germana ſoror. Cicer. 1. de Diuin. Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.

Germanè, aduerb. hoc eſt ſyncerè, & in modum germani fratris. ξἀδελφικῶς, γνησίως, ὁμοφύλως, ὁμογενῶς. Ital. *Sinceramente, da fratello*. Gal. *Fraternellement, en frere germain*. Hiſp. *Muy limpia ò enteramente*. } Cic. ad Quæſt. frat. lib. 2. De quo petis vt ad te nihil occultans, nihil diſſimulans, nihil indulgens, germanè, fraternéque reſcribam, &c.

Germanitas, tatis, Eſt coniunctio, & vinculum quoddam neceſſitudinis, quale ſolet eſſe inter fratres. ξἀδελφότης, φιλαδελφία. Ital. *Fratellanza, parentato*. Gal. *Parenté entre freres germains, fraternité*. Hiſp. *Hermandad*. } Cic. pro Ligario, Si fraternè, ſi piè, ſi cum dolore faciunt, moueant te horum lachrymæ, moueat pietas, moueat germanitas, valeat illa vox quæ vicit. Liuit. 7. bel. Maced. Argis & illos, ſicut ſeſe, oriundos eſſe, ab ea germanitate fraternam ſibi cum iis charitatem eſſe. Plin. lib. 6. cap. 1, Vnde nomen ambobus, & tanquam in diſſociatione germanitas concors.

Gero, geris, geſſi, geſtum, Propriè ſignificat porto. ξφορέω, φέρω. Ital. *Portare*. Gal. *Porter*. Hiſp. *Traer*. } Virg. 7. Aene. Bella manu, letumque gero. ¶ Interdum eſt habere. ξἔχω. Ital. *Hauere*. Gal. *Auoir*. Hiſp. *Auer*. } Virg. lib. 2. Et nos aliquod nomẽque decúſque Geſſimus. ¶ Interdum facere. ξπράττω. Ital. *Fare*. Gal. *Faire*. Hiſpa. *Hazer*. } Virgil. lib. 9. -nec tecum talia geſſi, Magnanimum Aenean, & fata extrema ſequutus. ¶ Interdum adminiſtro, ἀρχὴν ἄγω, νέμω, ἀρχὴν ἄρχω. Cicer. in Catone, Qui ampliſſimum magiſtratum gerunt. Hinc dicuntur geſta, & Geſtæ res, πράξεις. ¶ Cum accuſatiuo reciproco ſignificat viuere: aut hoc, aut illo modo ſe habere: vt, Moderatè ſe gerere, μετρίως ἑαυτὸν παρέχειν. Cic. de Amic. Qui ita ſe gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas. Plin. in Epiſt. Quia ſe in legatione turpiter geſſerat. Gerere cenſuram, id eſt fungi cenſura. Plin. lib. 17. cap. 1. Conſulem gerere, Salluſt. in Iugurtha. Formam alterius gerere, Plaut. in prol. Amphit. Honores gerere. Plin. in Epiſt. Ingenium callidum gerere, Plaut. in Aſin. Gerere inimicitias, Liuius 10. bel. Maced. Iras gerere, Plaut. in Pœn. &c. ¶ Huius compoſita ſunt, Aggero, congero, digero, egero, ingero, oggero, progero, regero, & ſuggero: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Geſtus, ſta, ſtum, participium à gero. ξπεπραγμένος, διαπεπραγμένος. Ital. *Fatto, portato*. Gal. *Fait, porté*. Hiſp. *Hecho, traido*. } Plaut. in Trinu. Nihil euẽnit, ne timere bene geſta ſaluus tedeo. Cicer. pro Muræna, Geſtus eſt mos & voluntati, & dignitati tuæ. Idem ad Atti. Geſtus mos vtrique.

Geſtus, ſtus, Eſt actio quædam & quaſi pronuntiatio corporis. ξπαράστασις, ὑπόκρισις. Ital. *Geſto, atto, fatto*. Gal. *Geſte, contenance, maintien, mine*. Hiſp. *Geſto ò viſaje dela cara*. } Geſtio verò, eſt adminiſtratio & actio, quanuis parum in vſu ſit, inquit Valla lib. 4. Cicer. 2. de Natu. deor. In corporum etiam motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius. Idem 4. Acad. Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat.

Geſtuoſus, ſa, ſum, Magna geſtuum concinnitate pollens. ξὠρχηματικὸς, χορευτικός. Ital. *Geſtuoſo, che ha gran gratia ne geſti*. Gal. *Qui fait beaucoup de geſtes ou de mines*. Hiſpa. *El que haze geſtos y viſajes con gracia*. } Gell. lib. 1. cap. 5, Geſtuoſas Hortenſij manus & argutas.

Geſtio, onis, Curatio, & adminiſtratio. ξδιοίκησις. Ital. *Adminiſtratione*. Gal. *Adminiſtration*. Hiſp. *Adminiſtracion*. } Cic. 1. de Inuen. Negotiis autem quæ ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, partim in negotij geſtione conſiderantur, partim adiuncta negotio ſunt, partim geſtum negotium conſequuntur.

Geſtio, geſtis, geſtiui, & geſtij, Propriè eſt lætitiam animi, aut alium affectum geſtibus corporis exprimo. ξγαυριάω. Ital. *Gogolare, rallegrarſi, far feſta*. Gal. *Saulter de joye, & ſe reſiouir, faire feſte*. Hiſp. *Alegrarſe, hazer geſtos codeciando ò alcançando alguna coſa*. } Cicc. lib. 2. de Finibus, Quorum alter lætitia geſtit, alter dolore cruciatur. Idem lib. 1. Offi. Aut voluptate nimia geſtiunt: quorũ omnium vultus, voces, motus, ſtatúſq; mutantur. ¶ Interdum etiam geſtire, eſt vehementer cupere, & geſtibus cupiditatem præ ſe ferre. ὀρμίζω, προθυμοῦμαι. Terent. in Phormione, Egóne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari Mihi in conſpectum, nunc ſua vt ſciat culpa Lenem patrem illum, factum me eſſe acerrimũ. Sic Plaut. in Amph. Geſtiunt pugni, hoc eſt cupiunt verberare. Perſius Satyr. 1, Non hic qui in crepida Graiorum ludere geſtit. Cicc. pro Marcello, Parietes mediusfidius (vt mihi videtur) huius curiæ, gratias agere geſtiunt. ¶ Huius compoſitum eſt, Prægeſtio, de quo ſuo loco.

Geſtiens, participium. ξγαυριῶν, ἱλαρός. Ital. *Chi ſalta di allegrezza*. Gal. *ſaultant & declarant par geſtes & mines l'affectiõ qu'il a ſaultant de joye*. Hiſpa. *El que ſalta de alegria haziendo geſtos*. } Cicer. 5. Tuſcul. Elatus inani lætitia, exultans, & temerè geſtiens. Idem 2. de Natu. deorum, Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur afflictos, hac deducimus pertertritos à timore, hac geſtientes comprimimus. De eloquentia loquitur.

Geſticulor, laris, Geſtum facio. ξὀρχέομαι, χορευτικίζω. Ital. *Atteggiare, giocolare*. Gal. *Faire contenance, faire mines, ioüer moriſque*. Hiſpa. *Hazer geſtos*. } vnde Geſticulari carmina, dixit Suetonius in Nerone, pro eo quod eſt, ad numeros carminis ſaltare, & modulis corpus adaptare. Super abundantiſſimam (inquit) cœnam ioculatia in defectionis duces carmina, laſciuéque modulata, quæ vulgò inuoluerunt, etiam geſticulatus eſt.

Geſticulator, oris, verbale, Qui corporis geſtu populum oblectat. ξμῖμος, ὀρχηστής. Ital. *Che gioca di mano, ouero di perſona*. Gal. *Ioueur de moriſques ou de farces, faiſeur ou repreſenteur de contenances & mines*. Hiſpa. *Hazedor de aquellos geſtos*. } Colum. in Præfat. libro 1, Nec minus corporis geſticulatorem ſcrupuloſiſſimæ requirant ſaltationis, ac muſicæ artis ſtudioſi.

Geſticulatio, geſticulationis, Eſt ipſa ſaltatio, ſeu geſticulandi actus. ξὀρχηστικὴ, μίμησις. Ital. *Eſſo attegiare, giocolare*. Gal. *Ieu de ſopleſſe, repreſentation de contenances & mines*. Hiſpa. *Aquella obra de hazer geſtos*. } Valer. Max. & Sueton.

Geſticularia, æ, Idem quod mima, vel geſticulatrix, quæ ſcilicet corporis geſticulatione populum oblectat. ξὀρχηστρὶς, χορευτικός. Ital. *Donna che gioca di mano ouero di perſona*. Gal. *Ioueuſe de moriſque*. Hiſpa. *Hazedora de aquellos geſtos*. } Gell. libro 1. cap. 5, Non iam hiſtrionem eum eſſe diceret, ſed geſticulariam, Dionyſiámque eum notiſſimæ ſaltatriculæ nomine appellarit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gerulus, li. pen. corr. Portator, qui fert aliquod onus: & pro baiulo accipitur. {ὁ κομιζων. Ital. *Facchino, portatore.* Gal. *Porteur, portefaix, gagnedenier.* Hisp. *El gumapan que lleua cargos.*} Baiulum autem dicimus qui mercedis gratia onera ferre cõsueuit. Suet. in Calig. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua exigebatur. Hinc Nugigerulus, nugarum apportator. Plaut. in Bacch. Non dabis, si sapies: verum si das maximè, Næ ille alium gerulum quærat, si sapiet, sibi: Nam ego non laturus sum.

Gestor, oris, verbale, {φορεύς. Ital. *Chi porta, portatore.* Gal. *Porteur, raporteur.* Hispa. *Llenador.*} Qui gerit, siue portat. Plaut. Pseud. Homines qui gestant, quique auscultant crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant: Gestores linguis, auditores auribus.

Gerundium, siue verbum sit, (vt quibusdam videtur) siue participium, siue (vt alij malunt) nomen participiale, caret numeris & personis, & sub vna voce actiuam & passiuam significationem gerit. Vnde à gerendi duplici significatione, quidam gerundia dicta esse existimant. Gerundia ante se nullum habent casum: post se, casum habent verbi actiui: nam in passiua significatione nullum habent post se casum. ¶ Habet autem gerundium quatuor omnino casus, nominatiuum, genitiuum, accusatiuum, & ablatiuum. De nominatiuo exemplum est, apud Virgilium, 11. Aeneid. Pacem Troiano à Rege petendum. Genitiuus iungitur nominibus substantiuis in vtraque significatione. Virg. 1. Aegloga, Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? In passiua significatione gerundium nullum habet post se casum: vt non dicimus, Vrbs est in periculo capiendi ab hostibus. ¶ Inueniuntur aliquando gerundia genitiui casus passiuè accepta, sed absque casu, vt apud Iustinum Trogi abbreuiatorem, lib. 17, Athenas erudiendi gratia missus, quanto doctior maioribus suis, tanto & gratior populo fuit. ¶ Datiui casus gerundia nulla sunt, nisi fortassis soluendo, & inficiando: quę aliqui volunt esse nomina adiectiua indeclinabilia, alij gerundia datiui casus. Cicer. in Orat. Quum est inficiando reus, duo prima sunt. Soluendo exigit datiuum, licet non semper adponatur. Quintil. Pauperi soluendo nõ sumus. Cic. Lentulo, Ciuitatũ principes ad me detulerunt sumptus decerni legatis nimis magnos, soluendo ciuitates non essent. Interdum etiam habet adiunctum genitiuum. Quintilianus, Maximi eamen virorum, & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas. ¶ Accusatiuus gerundij iungitur verbis significantibus motum ad locum, & hoc cum præpositione ad aut etiam aliis verbis cum præpositione inter, & aliquando etiam cum præpositione anté. Virg. in Bucol. -inter eundum Occursare capro (cornu ferit ille) caueto. Idem 3. Georg. -ante domandum Ingentes tollent animos. ¶ Ablatiuus tribus modis accipitur. Primò sine regimine: vt, Legendo disco: & Currendo cecidi. Et ponitur actiuè & passiuè. Actiuè. Virgil. 3. Aegloga, Cantando tu illum? Passiuè, Idem, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idem, Alitur vitium, crescitque tegendo. id est, dum cantatur, & dum tegitur. Secundò cum præpositione de, ex, à, ab, cum, vel in Cicero, Ex quo ardescit siue amor, siue amicitia: vtrunque enim dictum ab amando. Idem, In defendendo maior labor est, quàm in accusando. Quintilianus, Quum præcipere de aptè loquendo cœperimus. Tertiò cum verbis significantibus motum de loco: vt, Venio ab arando, redeo à spectando. Licet magis vsurpemus ab aratione, & à spectaculo. Sed hæc non magnopere pertinent ad præsens argumentum: quandoquidem dictionum significationes, non syntaxin, docendas suscepimus.

Gerundiua, A Grammaticis appellantur nomina adiectiua, quæ fiunt à gerundiis: vt à Legendi, legendo, legendum, fit Legendus, legenda, legendum.

Gesto, stas, Sæpe vel quasi continuè gero. {ἐπιφερομαι, φέρω. Ital. *Portar.* Gal. *Porter.* Hisp. *Traer, llenar.*} Plaut. in Curcul. Rogita istũ vnde habeat annulum. c. Pater istũ meus gestauit. Idem in Sticho, Nam me illa aluo menses gestauit decem. Plin. lib. 18. cap. 10. de elephantis, Decem annis gestare in vtero vulgus existimat. Terẽt. in Adelp. Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestaui meis.

Gestatus, principium. {βαστάζειν, φορεῖσθαι. Ital. *Portato.* Gal. *Porté.* Hisp. *Traido, llenado.*} Martialis lib. 1, Gestatus biiugis Regulus esset equis.

Gestito, stas, pen. cor. Frequentatiuum à Gesto, as. {ἐφέρω. Ital. *Portar spesso.* Gal. *Porter souuent.* Hisp. *Llenar à menudo y muchas veces.*} Plautus in Cist. Eloquere, vnde sunt tibi hæc citò crepundia? 2. Mea hæc herilis gestitant, non tua. Idem in Amph. Næ ego homo infœlix fui, Qui nõ alias interuelli: volucrem vocem gestito.

Gestatio, onis, Vectio, portatio. {φορά. Ital. *Portamento.* Gal. *Portement.* Hisp. *Llenamiento, trasmiento.*} Celsus libro 2. cap. 14, Gestatio etiam longis, & iam meliuatis morbis aptissima est. Idem, Gestationum leuissima est naui in portu. ¶ Gestatio item, αἰώρα. locus erat in quo gestabantur homines sanitatis, vel voluptatis gratia: ea forma qua cœnatio, ambulatióque dicitur. Plin. in Epist. Ab his gestatio in modum circi quæ buxum multiformem, humilésque, ac retentas manu arbusculas circumit.

Gestatus, as, Idem quod gestatio seu portatio. φορά. Plin. lib. 15. cap. 15, Iulianis gratus sapor, sed penè tantùm sub arbore tua, adeo teneris, vt gestatum non tolerent. Id est gestari non possunt.

Gestamen, inis, Quicquid geritur, vt vestes, arma, sceptrum. {ἀφιερωμα, φόρημα. Ital. *Cosa che si porta.* Gal. *Ce qu'on porte, faix, portée.* Hisp. *Cosa que se trae ò llena.*} Virgil. lib. 3, Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis, Postibus aduersis figo. Id est quod geri solebat à magno Abante. Iuuen. Saty. 2, Ille gerit speculum, pathici gestamen Othonis. Plin. lib. 37. cap. 8, Hoc vectigal, hóque gestamen diuites in ceruice gratissimum norunt.

Gestatorius, a, um. {φορητός. Ital. *Che serue à portare.* Gal. *Seruant à porter.* Hisp. *Cosa para traer, ò pertenesciente à traer.*} vt, Sella gestatoria, in qua aliquis geritur. Suetonius in Nerone, interdiu quoque clàm gestatoria sella delatus in theatrum.

Gestatorium, rij. Appellatur lectica sella, sine carruca, & omne id in quo gestamur. {φορεῖον. Ital. *Portatojo, lettica.* Gal. *Lutiere.* Hispa. *Andas ò litera para traer.*} Suetonius de Claudio, Solitus etiam in gestatorio ludere.

GERONTIA, γερουσία, Insula ante sinum Pegasicum, teste Plinio libro quarto capite 12.

Gerontocomion, γεροντοκομεῖον, Vbi alimoniæ subministrantur senibus emeritis. Vtitur hac voce Imperator C. de Sacrosanct. Eccles.

Gerontopogon, γεροντοπώγων, Herba est foliis hirci barbulæ, tenuioribus, longioribúsque, in modum capillorum, caule paruo, super quem calyx est longus, & barbula quæ summo vertice incana funditur. Flore habet luteum qui in volucres barbulas euanescit. Dictum Gerontopogon, quasi senilis barba. Vulgus *Barbam sacerdotum* appellat.

GERRA, γέρρα, Arabiæ fœlicis oppidum, turres habens ex salis quadratis molibus: à quo sinus propinquus Gerraicus cognominatus est. Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

Gerræ, arum, {γέρρα. Ital. *Ciancie, cose da niente.* Gal. *Bourdes, choses de neant.* Hisp. *Desuarios de vanas palabras.*} Crates vimineæ à Græcis primùm appellabantur: quæ vox postea vulgò pro nugamentis, rebúsque friuolis vsurpata est, autore Festo Pompeio, hac quidem occasione. Athenienses enim quum Syracusas obsiderent, & crebrò gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitare cœperunt. Hinc in prouerbium cessit. Plaut. in Asin. Videlicet Solon est, Leges vt conscribat quibus se populus teneat: gerræ. Idem in Pœn. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet, gerræ germanæ, atque ædepol λῆραι λῆραι. Ausonius ad Sym. Misi itaque ad te friuola gerris Siculis vaniora.

Gerrones, Nugatores, à gerendis nugis. {φλύαροι, ἀδόλεσχοι. Ital. *Ciancioni, chi narrano fauole, motti.* Gal. *Conteurs de bourdes, ja seurs.* Hisp. *Vanos, locos, mentirosos que desuarian en vanas palabras.*} Festus, Gerrones, lenes & inepti, à cratibus prostratis dicti, quòd Siculi aduersus Atheuienses cratibus vsi sunt, quas Græci gerras appellant. ¶ Hinc fit Congerro, pro connugatore, vide suo loco.

Gerres, Piscis vilis, & aleculatij genus, de quo Plinius lib. 32, cap. 11. Martial. lib. 12, Téque iuuant gerres, & pelle Melandria cana. Idem lib. 13, Fuisse gerres, aut inutiles mænas, Odor impudicus vrcei fatebatur.

GERRVS, γέρρος, Fluuius Scythiæ, septimus ab Istro memoria dignus. Meminit eius Herodotus lib. 4.

Gerulus, Gerundium, Vide GERO.

GERVNDA, γερούνδα. Oppidum Authetanorum, in Hispania citeriore, iuxta montes Pyrenæos. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Gerusia, γερουσία, in Grecis vrbibus vocabatur conuẽtus senum, quem & nos Senatum & Senaculum, ab ætatis vocabulo dicimus. Pli. li. 35. Sic extruxere domũ regiam Attali Trallibus, item Sardibus Crœsi quam gerusiam fecere. Vitruuius, Crœsi domus quam Sardiani ciuibus ad requiescendum ætatis otio Seniorum collegio gerusiani dedicarunt. Varro, Senaculum vocatum vbi senatus, aut vbi seniores consisterent, dictum gerusia. Hoc nomine dicebatur summus Lacedæmoniorum senatus, in quem nemo nisi graui ætate venerandus, probisque moribus spectatus, admittebatur. Erat enim ille summus Spartæ honos, vitæque integrè actæ amplissimum præmium quo illis maius contingere nullum poterat. Siquidem (vt est apud Demosthenem in oratione aduersus Leptinen) summa penes hunc senatum Lacedæmone erat potestas, adeò vt quisquis in gerusiam legeretur, statim cum sui ordinis sociis dominus efficeretur ciuitatis.

GERYON, γηρυών. Nomen regis Hispani, quem Hercules interfecit, eiúsque boues abstulit. Hunc tricorporem fuisse fabulantur, ob triplex regnum. præfuit enim tribus insulis quæ adiacent Hispaniæ, Balearicæ maiori, minori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem habuisse canem, quia & terrestri & nauali certamine plurimum potuit. Declinatur etiam Geryones, næ, & Geryoneus, secundum Prisc. Virgil. 8. Aeneid. Tergemini nece Geryonæ. Sic enim habent emendatiora exemplaria. Lucret. lib. 5. Quídve tripectora tergemini vis Geryonai. Quo in loco Geryonai antiquus est genitiuus primæ declinationis, per diuisionem diphthongi factus: quales crebri occurrunt apud Lucretium.

Geryonaceus, cea, ceum, γηρυονικός. Plaut. in Aul. Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos, cum senis manibus, genere Geryonaceo. Aristophanes Geryonem τριγήλαιον nominauit, hoc est (vt Suidas ait) τριχαίφαλον.

Geseoreta, nauigij speculatorij genus, à Brutis inuentum, idem (vt quidam volunt) cum eo quod Plautus prosumiam appellat. Sipontinus.

GESODVNVM, γησόδουνον, Notici oppidum est sub Danubio, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 14, Quanquam in quibusdam exemplaribus Gebodunum legitur, non Gesodunum.

GESORIACVM, γησοριακόν, Morinorum nauale fuit, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Vnde nonnulli concipiunt oppidum illud esse vnde breuissimus est in Angliam traiectus, quod vulgò *Caletum* vocant.

GESSEM, Locus Aegypti, in quo habitauit Iacob.

GESSVS, γέσσος, Fluuius apud Iones in regione Trogilia, quæ & Paniona dicitur. Plin. 5. cap. 29.

Gesta, orum, Vide ACTA.

Gestamen, Gestatorium, Gesticulor, Gestio, Gesto, Gestus, Vide GERO.

GETAE, γέται, Populi in Scythia Europæa: Appianus Dacos appellat. Strabo verò lib. 7, Getas à Dacis ita distinguit, vt Getę sint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci qui in oppositum versus Germaniam, & ad Istri fontes, quos olim Dauos vocatos nonnulli volunt. Ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarum seruilia nomina in vsu maximè fuerunt. Getas à Lucullo victos Sallustius scribit. Aelius Spartianus scribit Getas dictos fuisse qui postea Gothi appellati sunt. De his Ouidius de Ponto, Nulla Getis toto gens est truculẽtior orbe. Huius nominis nominatiuus singularis est Geta vel Getes. Getarum deserta, Virg. 3. Georg. Pharetrati Getæ, Ouid. 4. Trist. Eleg. 9.

Geticus, a, um, γέτικος. vt, Humus Getica. Ouid. 3. de Ponto, Qui Getica longè non ita distat humo. Littus Geticum. Idem 5. Trist. Eleg. 12, Nam procul à Getico littore vitis abest. Plectrum Geticum. Statius 2. Syl. -& Getici cedat tibi gloria plectri.

Gethyum, γήθυον, Cepæ genus condimentarium, nullo penè capite, sed radice tantùm oblonga. Latini pallacanam vocant, teste Plinio libro 19. cap. 6.

Getulia,

Cerulia, vide CARYVLIA.

G ante I.

Giarus, vide GYARVS.

Gibbus, bi, Propriè est tumor dorsi, aut etiam pectoris, ex spinæ flexu enatus. ξύφωμα, κύρτωσις, κύφωσις. Ital. *Gobbo, gibbo.* Gal. *Vne bosse en quelque partie du corps.* Hisp. *La corcoba ò comba.* } Martial. Non aliter videtur Atlas cum compare gibbo, quo tamen in loco aliqui legunt, cum compare mulo. Nonnunquam tamen accipitur pro quouis alio corporis tumore. Iuuen. Satyra 6, -mediisque in naribus ingens Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli.

Gibbus, a, um, Idem significans quod conuexus. ξυφώδης, κυφός. Ital. *Gobbo.* Gal. *Bossu.* Hisp. *Corcouado.* } Celsus lib. 8. cap. 1, Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba, vtrinque læuis.

Gibber, ra, rum, Gibbo deformatus: & propriè is cui spina extorsum flexa tumorem in dorso creauit. ξυφώδης, κυφός, κυφοτός. Ital. *Gobbo.* Gal. *Bossu.* Hispa. *Corcobado.* } nam quibus illa introrsum flectitur, tumorem efficiens in pectore, regibberi, λοφίαι potius dicuntur. Plin. lib. 10. cap. 26, de gallinis Africanis, Hoc est gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis. Varr. 2. de Re rust. cap. 9, Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ.

Gibbosus, a, um, adiectiuum. Idem significans quod gibber, hoc est gibbo deformatus. κυφὸς, κυφοτός.

Gigas, gantis, ὁ γίγας. Ital. *Gigante.* Gal. *Geant.* Hispa. *Gigante à hijo de la tierra.* } Dictio composita creditur à verbo Græco γίνομαι, quod est nascor, & à γαῖα, Doricè γᾶ, quod terram significat: quasi ex terra genitus. Credidit enim vetustas Gigantes homines fuisse excelsissimæ staturæ, & draconum pedibus, ab irata tellure procreatos in deorum perniciem, vt scilicet superis bellum inferrent, Iouémque de cæli possessione deiicerét. Quo cómento quid significare voluerint Poëtæ, explicat Macrobius lib. 1. Satur. cap. 20, his verbis, Gigãtes quid aliud fuisse credendum est, quàm hominum quãdam impiam gentem deos negantem, & ideo existimatam deos pellere de cælesti sede voluisse? Horum pedes in draconum volumina desinebãt: quod significat, nihil eos rectum cogitasse, totius vitæ eorum gressu, atq; processu in inferna vergente. Physici verò interpretantur Gigantes spiritus esse terræ inclusos, qui dum exitum nõ inueniunt, fractis interdum altissimis montibus vi erumpunt, & frusta ipsa quasi in cælum eiaculantur. Cicer. 2. de Natur. deor. Nec verò, vt fabulæ ferunt, Dij bellis, prælijsq; cariuerunt: nec solùm, vt apud Homerum, quum duos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defenderent: sed etiã cum Titanis, cum gigantibus propria bella gesserunt. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimé. Idem de Senect. Nam quid est aliud gigantum more bellare cũ diis, nisi naturæ repugnare? Ouid. Affectasse ferunt regnum cæleste gigantes. Iuuen. Saty. 4. Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum. Id est obscuro & ignoto genere natus quẽadmodum gigantes, qui nullo parente é terra prognati creduntur. ¶ Gigantũ arrogantia, γιγάντιον ἀνόημα: Dicebatur vbi quis viribus suis fretus, temere nullóque consilio res non tentandas moliretur: prouerbium admonet inauspicatò cedere quæcunque citra consilium aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius & æquum per vim instituuntur.

Giganteus, a, um, ὁ γιγάντειος. Ital. *Di gigante.* Gal. *De geant.* Hisp. *Cosa de gigante.* } nomen possessiuum. Ouid. 2. Trist. Quúmque gigantei memorantur prælia belli. Futiæ giganteæ, Claud. 4. Paneg.

Gigantomachia, æ, ὁ γιγαντομαχία. Ital. *Pugna de giganti.* Gal. *Guerre des geants.* Hisp. *Pelea ò batalla de gigantes.* } gigantum pugna: qualem Poëtæ in campis Phlegræis inter Deos & Gigantes gestam fabulantur, quum illi Iouem de cæli possessione deiicere conarentur.

Gigeria, orum, teste Nonio, intestina sunt gallinarum, & quæ cũ his coquuntur. Luci. lib. 8, Gigeria sunt sine allio: his vescamur alacriter.

Gigno, gignis, genui, genitum, Genero. γεννάω. Ital. *Generare.* Gal. *Engendrer.* Hisp. *Engendrar.* } Cic. 1. de Finib. Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit, vt mihi quidem videtur. Plin. lib. 7. cap. 51, Hæc est conditio mortalium: ad has, & huiusmodi occasiones fortunæ gignimur. Idem lib. 14. cap. 6, Fastidiũ gignit vuas appetendi. Quintil. lib. 1. cap. 1, Ac sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria est mentis agitatio. ¶ Huius compositum est, Ingigno, de quo suo loco.

Genitus, participium, Idem quod natus. γεννητὸς. Ital. *Generato, nato.* Gal. *Engendré.* Hispa. *Engendrado, hijo.* } Plin. libro 11. cap. 37, Septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium, & narium defiere. Geniti dentes in palato, genitus annos nouem, genitus ad perdenda vina, genitus ad superbiam, genitus in seruitio, pro eo qui seruus natus est, multáque id genus alia passim occurrunt apud eundem Plinium. Hinc componuntur Vnigenitus, primogenitus, & progenitus: de quibus suis locis.

Genitor, oris, Pater dicitur, qui scilicet genuit. γεννὰς, γεννήτης, ὁ γεννήσας. Ital. *Genitore, padre.* Gal. *Engendreur, pere.* Hispa. *Engendrador, padre.* } Cicer. de Vniuers. Quo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum. Genitores omnium vitiorum Græci, Plin. lib. 15. cap. 4. Genitor dubius, id est pater incertus. Ouid. 5. Metamor. Occidit Astræus Matre Palæstina, dubio genitore creatus. Genitor deorum, id est Iupiter. Idem 2. Trist. Iure igitur genitórque deũm, rectórque vocatur.

Genitrix, Mater dicitur, quæ scilicet genuit. γεννήτρια, ἡ γεννήσασα. Ital. *Madre.* Gal. *Mere.* Hisp. *Madre.* } Virgil. 1. Aeneid. -namque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix, luménq; iuuentæ Purpureũ, & lætos oculis adflarat honores. Genitrix frugum Ceres, id est inuentrix. Ouid. 5. Metam. Et frugum genitrix immensos sistite labores.

Genitura, ræ, Quandoque generationem significat. γέννησις. Ital. *Generatione, esso generare.* Gal. *Engendrement ou conception.* Hisp. *Generacion, obra de engendrar.* } Plin. lib. 18, cap. 24, Inter diligentissimos cõuenit, vt in alitum quadrupedúmq; genitura, esse quosdam ad conceptum impetus terræ. Idem lib. 9. cap. 31, Origo atq; genitura conchæ est haud multũ ostrearum conchis differens. ¶ Accipitur etiam pro semine humano, quod Græco vocabulo sperma vocamus. Plin. lib. 28. cap. 12, Datur & contra profluuia genituræ vitio. Idem lib. 20. cap. 7, Semen eius extinguere genituram virorum dicitur. ¶ Genituram horoscopum vocauit Sueton. in Augusto. Verùm genitura sua vix & cunctanter edita, exiluit Diogenes, adorauitque eum. Tantum autem mox fiduciam fati Augustus habuit, vt thema suum vulgauerit, numúmq; argenteum, nota syderis Capricorni, quo natus est, percusserit. Iul. Firmicus lib. 3, Secundum hanc genituram, & secundum has conditiones stellarum, & secundum testimonia quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominũ volunt fata disponi. Budæus in Annotationibus.

Genitalis, & hoc genitale, Idem quod natalis. γενεθλιακὸς. Ital. *Genitale, natio, che serue à generare.* Gal. *Qui est engendré, seruant a engéndrer.* Hisp. *Cosa para generacion.* } vnde genitale solum, dicimus patriam in qua nati sumus, quod & natale solũ appellatur. Et genitalem diem, quo scilicet in lucem editi sumus. Genitalia semina quibus aliquid procreatur & gignitur. Virg. lib. 2. Georg. Veteaument terræ, & genitalia semina poscunt. Colu. lib. 3. cap. 6, Adhibenda ratio est subtilior, vt ex his partibus truncis sumantur, qui & genitales sunt, & maximè fertiles. Idem lib. 7. cap. 9, Fœminis quoque vuluæ ferro exulcerantur, & cicatricibus claudantur, ne sint genitales. id est ne possint generare. ¶ Genitalia membra, siue genitales partes, dicuntur pudenda, tam in viro, quàm in fœmina. τὰ αἰδοῖα. Colu. lib. 7. Et ipsos neruos, quos Græci cremasteras appellant, quòd ex illis genitales partes dependent, comprehensæ.

Genitale, τὸ γεννητικὸν μόριον, τὸ αἰδοῖον. Ital. *Membro di maschio da generare.* Gal. *Le membre d'vn masle, genitore.* Hisp. *La cola ò rabo ò cojon de animal para engendrar.* } substantiuum, tam de membro virili quàm cæterorum animalium. Plin. lib. 10. cap. 63, Coitus auersus elephantis, camelis, tigribus, lincibus, rhinocerotis, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus auersa genitalia. Idem lib. 11. cap. 44, Ac præter genitale tantum, & hoc in maribus, viscera etiam interiora omnia ad exemplar. Colum. lib. 7, Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus.

Genitaliter, aduerbium. γενικῶς, γεννητικῶς. Lucretius li. 4, -vt femina possint Seminibus commiscerí genitaliter apta.

Genitiuus, a, um, γεννητικὸς. Ital. *Che ha forza di generare.* Gal. *Qui a force d'engendrer.* Hispa. *Cosa ordenada para engendrar.* } Quod vim habet generandi, Vnde genitiuus humor: & genitiuus casus, γενικὴ. ¶ Interdum idem est quod genitalis, siue à natura ingenitus, & genuinus, & originalis, & cum nascente congenitus: vt, Genitiuæ notæ quæ sunt maculæ à natura ingenitæ. Suetonius de Augusto, Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus, atque aluum genitiuis notis, in modum & ordinem & numerum stellarum cælestis Vrsæ. ¶ Interdum etiam ponitur pro gentilitio. Ouid. 3. de Ponto, Adiectíque probent genitiua agnomina Cottæ.

Genius, nij, Veterum sententia dicitur vniuscuiusque anima rationalis, ideóque esse singulos singulorum. δαίμων. Fuere etiam qui dicerẽt genios deos, aquam, terram, ignem, & aërem, quæ rerum semina sunt, elementáque appellata. Duodecim quoq; signa, Lunámque & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, quòd multa gerere possent, gerulos, deinde genios vocitarũ. Censorinus scribit genios dictos, quia vt gignamur, curent: siue quòd vnà gignantur nobiscum, vel eriã quia nos genitos suspiciant, ac tueantur. ἀπὸ τοῦ γίνεσθαι, ἢ παρὰ τὸ φυλάττειν. Certè à gignendo Genius appellatur. Terent. in And. Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuũ, Per tuam fidem, &c. ¶ Eũdem esse genium & larem, multi veteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus, duplicem omnibus nobis genium dicit appositum, hoc est duos lares. Hi etiam Penates dici solent. Aliquibus genius dicitur hospitalitatis, voluptatis, & naturæ Deus. Hinc indulgere genio, est operã dare voluptati, & quó quenque natura trahat, subsequi. Persius Saty. 5. Indulge genio, carpamus dulcia. Defraudare genium, negare naturæ quod appetit. Terent. in Phorm. Quod ille vociatim vix de demenso Suo, suum defraudans genium, comparsit miser, Id illa vniuersum abripiet. Belligerare cum geniis suis, idem quod defraudare genium. Plaut. in Trucul. -non istæc mea benignitas docuit te fabulari. a. sed istos Qui cum geniis suis belligerant, parce promi. ¶ Interdum etiam genius accipitur pro energia quadam, seu potius gratia, lepore, aut venustate alicuius rei. Martial. lib. 6, Victurus genium debet habere liber. Boni genij, ἀγαθῷ δαίμονι. subaudi, nomine. Sermo est bene ominatis, in re quapiam aggrediunda.

Genialis, & hoc geniale, γαμήλιος, γεννητός. Quod ad genium naturæ & voluptatis deũ pertinet: vt, Genialis dies, lætus & voluptarius. Iuuenalis, -genialis agatur Iste dies. Genialis torus, siue lectus, qui in nuptiis sternitur in honorem Genij. γαλαρὸς γαμικός. Virgil. 6. Aeneid. -lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Cicer. pro Cluen. Lectum illum genialem, quem biennio filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo, &c. Virgil. 1. Georg. Inuitat genialis hyems. Ouid. 3. Amorum, Nunc elegi molles, genialis Musa, valete. Genialis homo, hoc est hospitalis, & dapsilis. Genialis copia pecudum, id est fœcũda, Plin. lib. 17. cap. 2. Ruri geniale, Amœnum, & voluptatis plenum, Ouid. Epist. 18.

Genialiter, aduerbiũ, Oppiparè & lautè, πολυτελῶς, ἁβρῶς. Ita, *Con piacere & solennità.* Gal. *Ioyeusement, auec bonne chere.* Hispa. *Delejtosamente.* } Ouid. 11. Metamor. Hospitis aduentu festum genialiter egit.

Genuinus, a, um, Id est natiuus ac peculiaris. γνήσιος. Ital. *Natio, domestico.* Gal. *Naïf, propre & naturel.* Hisp. *Natural.* } Apule. Genuino sermone nomen Augusti Cæsaris innocare tentaui. Gell. lib. 2. cap. 2, Quum extra rem publicam in domestica re, atq; vita sedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari discumbatur, tum inter filium magistratum, & patrem priuatũ publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri. ¶ Genuini, dentes posteriores qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. ἐκφυσητῆρες, κραντῆρες. Ital. *Denti massellari.* Gal. *Dens masches heteres.* Hisp. *Las muelas cordales.* } Gignuntur enim, teste Plinio, lib. 11. cap. 37, circiter vigesimum annum, multis etiam circiter octogesimum. Dicti genuini quòd à genis dependeant. Cicer. 1. de Nat. deorum, Dentibus in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur, atque molitur cibus. Eorum aduersi acuti, motu diuidũt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Quoniam autem hi dentes in postrema mandibulæ parte veluti occulati sunt, neque ita facilè patẽt aspectui, quemadmodum primores, aut canini, factum est vt Rodere dente genuino, & Frangere genuinum, accipiantur pro eo quod est,

clàm alicui detrahere. Perſius Saty. 1, -ſecuit Lucilius vrbem, Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Genimen, inis, penul. cor. A gigno, generatio dicitur. {γένημα. Ital. *Generatione.* Gal. *Generation, race.* Hiſpa. *Generacion.* } Vtitur ſemel atque iterum hac voce interpres vulgatus Noui teſtamenti: vt, Genimina viperatum, & Genimen vitis. Alioqui apud idoneos ſcriptores non temere inuenies.

GIGONVS, pen. prod. γίγωνος, Oppidum eſt ad ſinum Thermaicum non procul à Pallene: cuius meminit Herodotus lib. 7.

GILLO, Nomen notiſſimi adulteri tempore Iuuenalis.

GILVS, Exul Tarentinus, qui quum perſarum exploratores à piratis captos pecunia ſua redemiſſet, & ad Darium reduxiſſet, iuſſus eo nomine petere quicquid vellet, hoc vnum petiit vt Regis opera in patriam reduceretur. Vide Herodotum lib. 3.

Giluus, {Ital. *Giggiolino.* Gal. *Fauue, de couleur de miel, jaunaſtre, entre blanc & roux.* Hiſp. *Color vayo ò ruuio.* } Color medius inter album & rufum, qui à Græcis, teſte Gellio lib. 13. capite vltimo appellatur ξανθός. Hic à nonnullis vocatur melinus, quaſi mellinus, quòd mel eiuſmodi colorem habet. Virgil. 3. Georg. Luxuriátque toris animoſum pectus, honeſti Spadices, glaucique color deterrimus albis, Et giluo. Vbi Seruius, Aliud eſt candidum eſſe, id eſt quadam nitenti luce perfuſum: aliud album quod pallori conſtat eſſe vicinum. Giluus autem melinus eſt color. Alij autem legunt, albis & giluo: vt non album & giluum, ſed albogiluum vituperet. quòd ſi ſinguli colores vituperandi ſunt, quanto magis miſtus vterque. id eſt albogiluus?

GINDANES, γινδάνης, Libyæ populi, Lotophagis contermini, quorum vxores multis pelliceis fimbriis adornantur. Nam quum pulcherrimũ ducant à plurimis adamari, à ſingulis quibus ſui copiam faciunt, fimbriam vnam exorant, eóque argumento oſtendunt quot habuerint amatores. Autor Herodotus lib. 4.

GINDARA, ἡ, γίνδαρα. Oppidũ Syriæ Cœles, cuius incolæ dicuntur Gindareni, γινδαρηνοί, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 23.

Gingiua, uæ, {Ital. *Gengiua.* Gal. *Gencive.* Hiſp. *La encia.* } Pars eſt oris, cui dentes inhærent, cuius exterior pars à Græcis οὖλον, interior ἔνδλον vocatur. Plin. lib. 24. cap. 6. Ex his dulcia quæ apyrina alio nomine appellauimus, ſtomacho inutilia habentur, inflationes pariunt: dentes, gingiuáſque lædunt. Lact. lib. de Opif. Dentes autem ipſos, ne magis horrori quàm ornamẽto eſſent, gingiuis mollibus (quæ á gignendis dentibus nominantur) ac deinde labiorũ teguminibus honeſtauit. Iuuen. Saty. 10, Frangendus miſero gingiua panis inermi. ¶ Huius diminutiuum eſt Gingiuula, οὐλίον. Apuleius in Apol. Magiæ, Complanatorem tumidæ gingiuulæ.

GINGLA, λίγγλα, Oppidum Comagenes, nõ procul ab Euphrate fluuio. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Gingrio, gingtis, gingrij, gingritum, Anſerũ vocis propriũ. {χλωζάζειν. Ital. *Fare la voce dell'oca.* Gal. *Faire la voix de l'oye.* Hiſp. *Hazer la voz del pato ò ganſo.* } Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum, Gingrinæ dicuntur: & tibicen ipſe, gingritor. Autor Feſtus.

GION, Vide OXON.

Girgillus, Inſtrumentum quo fila reuoluuntur. γήρυλλος. Galli ſua lingua vocant *Vn deuydoir.*

Gith, Genus ſeminis, Officinis Nigella Romana, {μελάνθιον. Ital. *Nigella ortelana.* Gal. *Poyuerette, nielle.* Hiſp. *Alpiure, axenuz.* } Colu. lib. 7, Interdũ faſtidio ciborum langueſcit pecus: eius remedium genus ſeminis quod gith appellatur. Plin. lib. 20. cap. 17, Gith ex Græcis alij melanthion, alij melanſpermon vocant. Plaut. in Rud. Os calet tibi: num gith frigefactas? Ruellius credit eſſe ſemen illud quod ruſtici in Gallia ſua lingua vocant *Poyuetum*, quaſi minutum piper, eo quòd tenuiores hoc ſemine cibos condire ſoleant vice piperis.

G aute L.

Glaber, bra, brum, Quod eſt læue & ſine pilis. {ψιλός, λεῖος, φαλακρός. Ital. *Pelato, polito, ſenza peli.* Gal. *Pelé, qui n'a point de poil.* Hiſp. *Coſa lampiña y ſin pelos.* } Plaut. in Trin. Oues ſcabræ ſunt tam glabræ: hem, quàm hæc eſt manus. Idem in Aul. Tu iſtum gallum, ſi ſapis, glabriorem reddes mihi, quàm Volſus Iudius. Quem locum explicãs Nonius de Doctorum indagine, Legitur (inquit) quòd Iudis præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem, quos antiqui Iudios appellabant. Varro de Re ruſt. cap. 2, Siquem glabrum facere velis. Sic glabræ ſues apud Columellam, in Præf. lib. 1.

Glabellus, diminutiuum, Glabra etiam, ſiue Glabella, vocatur interſtitiũ ſupercilia ſupra naſum diſterminans: quia ſine pilis eſſe conſuenit. {μετώπιον. Ital. *Spazzo trà le ciglie.* Gal. *Eſpace entre les ſourcils.* Hiſp. *Eſpacio que ay entre ceja y ceja.* } Capella lib. 1. Nupt. Philologiæ, Quarũ vna deoſculata Philologiæ frontem illic, vbi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

Glabreta, orum, Loca ſatis, ſtirpibúſque nuda: quæ & Calueta à nonnullis appellantur: in quibus ſcilicet propter noxium aliquem humorem herbæ non gignitur. {φαλάκρη. Ital. *Terreno one non naſce biada ne altra.* Gal. *Terre ou il ne croiſt rien.* Hiſpa. *Terruño donde no nace nada.* } Colum. lib. 2. cap. 9, Solet autem falſam nonnunquam, & amaram vliginem vomere terra: quæ quamuis matura iam ſata, manente noxio humore corrumpit, & loſis glabretis ſine vlla ſtirpe ſeminum areas reddit. Ea glabreta ſigais adhibitis notari conuenit, vt ſuo tempore vitiis eiuſmodi medeamur.

Glabro, as, are, Pilos auferre. {ψιλόω, γυμνάζω. Ital. *Pelare, ſpelare.* Gal. *Peler & oſter le poil.* Hiſpa. *Pelar y hazer lampiño.* } Colum. libro 12. cap. 55, Quum ab aqua pridie ſues prohibiti ſunt, poſtero die macantur: & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glabreo, es, Glaber ſum & depilis: quãquam etiam ad terram transfertur, quæ etiam glabrere dicitur, vbi ſatis ſtirpibúſque nuda eſt, nihilque gignit. {γυμνάω, φαλακρόομαι. Ital. *Eſſere ſenza peli.* Gal. *Se peler, perdre ſon poil, eſtre ſans poil.* Hiſp. *Ser ſin pelos.* } Vnde loca glabrentia, apud Colum. lib. 2. cap. 9.

Glabreſco, ſcis, Glaber, hoc eſt ſine pilis, aut capillis, aut plumis fio: quod euenit nonnunquam morbo aliquo. {γυμνόομαι, ψιλοῦμαι. Ital. *Diuenir ſenza pelli, Gal. Deuenir pelé, perdre ſon poil.* Hiſpa. *Pelarſe, y hazerſe lampiño.* } Transfertur etiam quandoque ad alia: vt Glabreſcere dicitur area, quã herbis attritis vel euulſis complanatur, & quaſi glabra redditur. Colu. lib. 2. cap. 20, Nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam vngulis atteruntur, atque ita glabreſcit, & fit idonea ſeminibus area, id eſt fit glabra, mundáque.

Glabriones, Dicti ſunt qui corpus glabrum, & pilis nudum habẽt. {γυμνοέλκεις. Ital. *Coloro che non hanno pelo ſu la perſona.* Gal. *Peleż, qui ſont ſans poil.* Hiſpa. *Varones lampiños y ſin pelos.* } Vnde Glabrionum non ignobilis Romæ familia nomen accepit, ex qua fuit M. Glabrio, M. Scauri ex ſorore nepos: cuius meminit Aſconius in orationem Ciceronis pro M. Scauro.

Glacies, glaciei, Aqua concreta gelu, quaſi gelacies. {κρύσταλλος. Ital. *Ghiaccio.* Gal. *Glace, glaſſon.* Hiſpa. *Yelo ò la elada.* } Plin. lib. 5. cap. 38, Au-re ad glaciem appoſita. Virgil. 10. Aeg. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Idem 3. Georg. -ſilicémque manipls Sternere ſubter humum, glacies ne frigida lædat Molle pecus, ſcabiémque ferat, turpeiſque podagras.

Glacio, glacias, Verbum eſt actiuum, idem ſignificans quod in glaciem conuerto. {συμπήγνυμι. Ital. *Agghiacciare, ghiacciare.* Gal. *Glacer.* Hiſpa. *Elar à otra coſa.* } Horat. Carm. lib. 3. Ode 10, Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus Inter pulchra ſitum tecta remugiat Ventis, & poſita vt glaciet niues Puro numine Iuppiter. ¶ Inde paſſiuum Glacior, in glaciem conuertor. κρυσταλλοῦμαι. Plin. lib. 14. cap. 13, Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Idem lib. 14. cap. 21, Glaciatæ moles prodigij modo. Caſeus glaciatus, id eſt coagulatus, & concretus. Colum. lib. 7. cap. 82, Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caſeus iucundiſſimè ſapiat.

Glacialis, le, A glacie deducitur, & eſt quod in glaciem aſtringi ſolet. {κρυσταλλώδης, κρυμώδης. Ital. *Di ghiaccio.* Gal. *Gelé, glacé.* Hiſp. *Coſa que ſe yela ò puede elar.* } Iuuen. Saty. 2, Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum. Colum. lib. 3. cap. 1, Per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi, niſi tamen glaciali, vel præferuida, curæ mortalium reſpondet. Fretum glaciale, Clau. 1. Paneg. Frigus glaciale, Ouid. 9. Meram.

Glacitare, Proprium eſt vocis anſerum. {χλωζάζειν. Ital. *Far voce d'oca.* Gal. *Vn mot propre es oyes quand elles crient.* Hiſpa. *Hazer la voz del pato.* } In carmine de Philomela, quod Ouidij nomine circũfertur, Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer. Alij legunt glocitat.

Gladius, dij, Enſis, à clade dici videtur, c in g mutata, vt ſcribit Varro, quòd ad cladem ſit inuentus. {ξίφος, μάχαιρα. Ital. *Spada, coltello, pugnale.* Gal. *Vn glaiue, vn couſteau, vne eſpee.* Hiſp. *Cuchillo, ò eſpada.* } Plaut. in Trin. Dediſtine hoc pacto ei gladium, qui ſe occideret? Id eſt miniſtraſti materiam ad pernitiem. Cæſar 7. belli Gallici. Gladiis diſtrictis, portas occupauerunt. ¶ Terent. in Adelphis, Suo ſibi hunc gladio iugulo. Eraſmus, Suo gladio, ſuóve telo iugulari dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur: aut qui ſuopte inuento, dolóve capitur: denique in quem quocunque modo ſeu ductum, ſeu factum retorquetur quod ab ipſo profectum ſit. Tranſlata metaphora ab iis qui in pugna ſuis ipſorum telis aliquoties confodiuntur. ¶ Gladio plumbeo iugulare, eſt leui argumento nullóque negotio conuincere quempiam. Cic. ad Attic. Quum illum plumbeo gladio iugulatum ramen iri diceret. ¶ Antiquiſſimi etiam gladium dixerunt in neutro genere: vt probat Varro hæc Lucilij autoritate, Hærebat gladium mucrone in pectore rotum. ¶ Eſt & gladius, genus piſcis marini, roſtro mucronato quo naues perfodit, & demergit in Atlantico Oceano. ξιφίας. De hoc Plin. lib. 32. cap. 2. & 11. ¶ Gladium acutum auertas, ἐξίτηλον μάχαιραν λαπτίζειν. Opinor innui, à periculoſis negotiis abſtinendum. ¶ Huic finitiuum eſt, Ne puero gladium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, ſubaudiendum commiſſeris. Allegoria prouerbialis admonens, non eſſe mandandam poteſtatem vel adoleſcentibus, vel imperitis ac ſtultis, qua tum in ſuam tum aliorum perniciem ſunt abuſuri. ¶ Ficulnus gladius, σύκινη μάχαιρα. De friuola cauſa dici poteſt, quæque minimo negotio queat refelli. Dictus eſt autem ficulnus gladius ſycophanta, quòd idem & mollis ſit & calumniator. Heſychius. ¶ Ne gladium tollas mulier, μὴ μάχαιραν αἶρε γύναι. Hoc eſt, ne ſuſcipias negotij molem, quum nequeas auxiliari.

Gladiolus, li, Paruus gladius. {ξιφίδιον. Ital. *Coltellino.* Gal. *Couſtelet, petite eſpee.* Hiſp. *El eſpadaſin.* } Quo etiam nomine à Romanis dicta eſt herba quædam quam & Græci ξιφίον appellant, propterea quòd folium habeat gladij figuram referens. Iridi perſimilis eſt, niſi quòd folio minore ſit, & anguſtiore, & gladij modo mucronato, neruoſúmque in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digeſti. De hoc Plin. lib. 21. cap. 11.

Gladiatores, Serui erant, quos laniſtæ armorum artem edocebant, vt poſtea populi delectandi cauſa in arena depugnarent. {μονομάχοι. Ital. *Schermitori, coltellatori.* Gal. *Ioueurs d'eſpée, eſcrimeurs.* Hiſpa. *Eſgremidores de eſpada.* } Cic. 5. Philip. Quòd ſi iam (quod dij omen auertant) fatum extremum Reipub. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, vt honeſtè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiúmque omnium, &c. Idem 7. Philip. Gracchorum potentiam maiorem fuiſſe arbitramini quàm huius gladiatoris futura ſit? quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: ſed vt appellant ij qui planè & Latinè loquuntur. Idem ad Caſſium, Cædem enim gladiator quærit. ¶ Inter gladiatores erant retiarij qui aduerſus mirmillones pugnabant. De quibus loco ſuo. ¶ De gladiatorum origine ac cauſa Iulius Capitolinus habet hoc pacto, Multi dicũt apud Veteres hanc deuotionem contra hoſtes factam, vt ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnarum fortunam ſatiarent. Alij hoc literis tradunt, quod veriſimilius credo, ictus os ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter ſe cœuntes, ne in bello armati, hoſtes timerent, aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur, vt Imperatores ad bellum proficiſcentes, munus darent gladiatorium.

Gladiatorius, ria, rium, Quod ad gladiatores pertinet. {μονομαχικός. Italicè, *Cio che à ſchermitori ſi appartiene.* Galicè, *Seruant au ieu d'eſpee ou aux eſcrimeurs.* Hiſpanicè, *Coſa perteneciente a eſgremidor.* } vt, Spectacula gladiatoria,

gladiatoria, Ludus gladiatorius, Munus gladiatorium. Cice. in Catil. Nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se nō intimum Catilinæ esse fateatur. Plin. li. 15. cap. 18, Asa inde sublata gladiatorio munere Diui Iulij quod nouissimè pugnauit in foro. ¶ Terēt. in Phorm. Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Quo in loco Animum gladiatorium vocat Terentius, animum tam pertinacem, qui vel magno suo periculo rem aliquam perficere non dubitet, certus aut omnino superare, aut labori succumbere: Gladiatoribus enim, vbi semel in arenam descenderint, ea necessitas imponitur, vt aduersarium victum occidant, aut idem ab illo expectent. Cice. 4. Tuscul. An verò vir fortis, nisi stomachari cœperit, non poterit fortis esse? Gladiatorium id quidem: quanquam in eis ipsis videmus esse sæpe constantiam. Sallust. Item ex Senatus consilio decreuere, vt gladiatoriæ familiæ Capuam, & inter cætera municipia distribuerentur.

Gladiatura, ræ, Congressus gladiatorum. {μονομαχία. Ital. *Scrimaglia, arte di scrima.* Gal. *Ieu d'espee, escrimerie, l'art d'escrimer.* Hisp. *Aquella arte de esgremir.* } Corn. Tacit. lib. 3, Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati.

GLANDOMIRON, γλανδόμιρον, Oppidum est Gallæcorum Lucensium, in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

GLANICVS, Amnis, qui & Liris appellatur, in cuius ripa templum fuit Maricæ nymphæ Minturnensis. Vulgò *Garillano*. Plin. lib. 2. cap. 5, Minturnæ Glanico amne diuersæ, Liri appellato.

GLANIS, γλάνις, Hetruriæ fluuius, in Tyberim influens: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Chiana*. ¶ Glanis item, siue Glanus, piscis astutissimi nomen, qui auersos mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat. Idem lib. 32. cap. 10, Verrucas tollit glani iecur illitum.

Glans, glandis, Fructus quercus, roboris, esculi, cerri, ilicis, fagi, suberis, & siqui sint similes. {βάλανος. Ital. *Ghianda.* Gal. *Du glaud.* Hisp. *Bellota de ciertos arboles.* } Plin. lib. 16, Dulcissima est omnium glans fagi, Virgil. 4. Georg. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Colum. li. 4. ca. 33, Glandem magis quàm castaneam postulabant. Plin. lib. 7. cap. 56, Ceres frumenta inuenit, quum antea glande vescerentur. Sed quia ex his homines quondam viuebāt, glandis appellatione (vt Vlpianus sentit) omnes fructus continentur. ¶ Glans etiam dicitur plumbum, quod est in modum glandis formatum, quod antiqui loro alligatum, in hostem torquebant, & ad se trahebant. Sallust. in Iugurtha, Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Hirtius 5. bel. Asia. Sagittásque & tela vti facerent complura curare, glandes fundere, fudes comparare. ¶ Item glans pars summa colis dicitur, quæ præputio tegitur, oculo similis. Præputium enim pellis est, qua glans tegitur: coles, ipse penis, à quo coli pendent.

Glandula, læ, diminutiuum à glans, Significat carnem glāduloſam in suem: cuius sapor ab antiquis commendabatur. {ὑὸς μικρὸν ἀδὸν, ὑὸς λιπαρὸν χοῖρος. Ital. *Picciola ghianda de porci ò altre bestie.* Gal. *Glande soit de porceau ou autres bestes.* Hispan. *Landre ò landreZilla de puercos ò otras bestias.* } Plaut. in Menæ. Iube nobis tribus apud te prandium accurari, Atque aliquid situmentorum de foro obsonarier. Glandulam suillam, laridū, pernam itidem. Mart. Partitur apri glandulas palæstritis. Idem lib. 7, Ter poscit apri glandulas, quater lumbum. ¶ Glandulæ, arum. Plin. lib. 11. ca. 37, in suibus glandulas appellari testatur quæ in homine vocantur tonsillæ, hoc est partes illas faucium quæ vtrinque iuxta gargareonem sitæ, à Græcis παρίδες μιμ appellātur. ¶ Quidam etiam glandulas appellant, tumores ex pituita nascentes, quos Græci χοιράδας, Latini strumas appellant: quæ nihil aliud sunt quàm adenes indurati, præcipuè in collo, aliis, vel inguinibus.

Glanduloſus, a, um, Plenum glandibus. {ἀδρυώδης. Ital. *chi ha molte ghiande.* Gal. *Glanduleux, plein de glandes.* Hisp. *Cosa llena de landreZillas.* } Colum. lib. 7. cap. 9, Qui porcum laudat, qui est amplæ & glanduloſæ ceruicis.

Glandium, dij, Pars apri glanduloſa, quæ est circa ceruicem: vel ipsa ceruix. in hac enim glandulæ positæ sunt. {ἀδένες. Ital. *Copa ò gola del porco.* Gal. *Glandes de pourceau, ou le lieu ou sont les glandes.* Hisp. *La cogullada ò papada del puerco.* } Plaut. in Capt. Prætruncauit tribus tergoribus glandia. Plin. lib. 8. cap. 51, Hinc Censoriarum legum paginæ, interdictáque cœnis abdomina, glandia, testiculi. Idem lib. 6. cap. 38, Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia.

Glandifer, ra, rum, Quod glandes producit. {βαλανοφόρος. Ital. *Che produce ghiande.* Gal. *Qui porte glaud.* Hisp. *Cosa que trae ò cria bellotas.* } Plin. in Præf. lib. 16, Prunum erat uantare glandiferas quoq; Cic. 1. de Legib. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nūtia fulua Iouis. Idē 2. Phil. Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leontini in pop. Rom. patrimonio glandiferæ, & fructuoſæ ferebantur.

Glandarius, a, um, denominatiuum à glande. {βαλανικὸς, βαλανώδης. Ital. *Di ghiande.* Gal. *De glaud.* Hispa. *Cosa de bellotas.* } Vt, Glandaria sylua, quæ seruatur glandis ferendæ causa. Cato de Re ruſt. cap. 1, Secundo loco horrus irriguus, &c. octauo arbustum, nono glādaria sylua. Sic Varr. 1, de Re ruſt. cap. 7.

Glandatio, Glandium collectio, & pastio suum ex glandibus. {βαλάνισις. Ital. *Regnation de ghiande.* Gal. *Cueillete de glands.* Hisp. *Cogimiento de bellotas.* } Sipontinus.

GLANVM, γλάνον, Salyum oppidum est in Alpibus Narbonensem prouinciam spectantibus. Autor Plin. lib. 2. cap. 9. Vulgò *Gap.*

GLAPHYRVS, penult. corr. γλαφυρός. Notissimus adulter fuit Iuuenalis tempore, cuius meminit Satyr. 6, Vxorem ducis, de qua citharœdus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater. Nomen deductum est à festiuitate & elegantia, quam Græci γλαφυρότητα dicunt.

Glarea, reæ, pen. corr. {ψῆφος, ψαμμος. Gal. *Ghiara, terra lassosa.* Gal. *Gravier, gravoit.* Hisp. *Cascajo, arena con guijas.* } Terra lapidoſa, qualis in fluuiorum tipis, vel maris litoribus esse solet. Colum. lib. 2. cap. 3, Qui quum parte dimidia lapides minutos, vel nudam glateam repererint. Idem lib. 6. cap. 23. Stabula sunt optima saxo, aut glarea strata, non incommoda etiam fabuloſa illa, quòd imbres respuant: hæc, quòd celeriter sorbeanc, transmittántque. Lucanus, Aut impulsa leui turbatur glarea vena. Virgil. 2. Georg. Nam ieiuna quidem cliuoſi, glarea ruris Vix humiles apibus casias, rorémque ministrat.

Glareola, diminutiuum est, cum accentu in antepenultima. {ψαμμίον, μικρὰ λιθία ψῆφος. Ital. *Picciola ghiara.* Gal. *Petit & menu gravois.* Hispa. *Pequeño cascajo ò arena con guijas.* } Plaut. Glareolam manu effundens.

Glareoſus, a, um, Quod abundat glarea. {ψηφίδωδες, ψαμμώδες. Ital. *Ghiaroſo.* Gal. *Plain de gravois.* Hisp. *Cosa llena de guijas ò arena.* } Plin. lib. 26. cap. 8, Silaus nascitur glareoſis & perennibus riuis, cubitalis, apij similitudine. Colum. de arbor. Glareoſa & saxoſa amat ficus. Liu. 1. bel. Pun. Adhæc saxa glareoſa voluens, nihil stabilis, nec tuti ingredienti præbet.

Glaſtum, ſti, Herba similis plantagini, qua Britanni se inficiunt, (vt autor est Cæsar lib. 5. belli Gall.) quo horridiori sint aspectu in pugna: efficit enim cæruleum colorem. {ἰσάτις. Ital. *Guado herba.* Gal. *Herbe appelée gueſde ou paſtel de Languedoc.* Hispan. *Paſtel yerua, ò color de añil.* } Plin. lib. 22. cap. 1, Simile plantagini glaſtum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges nurúsque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Aethiopum colores imitantes. Glaſto infectores cæruleum colorem pannis inducūt. Maximus eius est prouentus in agro Toloſate, vbi vulgi vocabulo *Paſtellum* appellant.

Glauciolus, Dicitur equus qui felineis oculis est.

Glaucito, as, apud autorem Philomelæ, verbum est proprium catulis. Glaucitat (inquit) & catulus, at lepores vagiunt.

Glaucium, γλαυκιον, Species est rhœæ herbę syluestris, & erraticæ (vt autor est Plin. lib. 20. cap. 19.) quæ alio nomine dicitur paralion. Nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco, vnde nomen assumpsit. Nam glaucus cæruleum significat, qui est color maris. Hodie hanc herbam pharmacopolæ vocant *Memitham*: vt docet Ruellius lib. 3. Herbæ huius folia fictili olla in tepidis clibanis calfaciunt, donec flacceſcant: deinde exemptis ac tusis succum exprimunt, qui & ipse glaucion appellatur, teste Dioscoride.

Glaucoma, Glaucopis. Vide GLAVCVS adiectiuum.

GLAVCVS, γλαῦκος, Hippolochi filius fuit qui in Troiano bello Priamo suppetias tulit: homo tam stupidus, vt cum Diomede armorum permutatione facta, ænea accepterit pro aureis. Vnde etiā hodie Glauci permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Vnde etiā hodie Glauci & Diomedis permutatio prouerbio celebratur: quo vtimur, quoties permutatarum rerum inæqualitatem volumus denotare. ¶ Fuit & alter Glaucus piscator, qui quum pisces captos in ripa explicuisset, subitò contacta quadam herba se colligentes, in fluuium prosilierunt. Admiratus itaque Glaucus herbæ illius vim, quum & ipse degustasset, piscem resecutus, in aquam insiluit: marisque Deus factus creditur. Alij aliter referunt hanc fabulam: Glaucum insignem vrinatorem fuisse, qui quum sæpius inspectantibus suis municipibus in fluuium se deiecisset, diutiúsque sub aqua moratus semper emersisset: tandem quum illis frustra expectantibus non rediret, creditum est Glaucum factum esse maris Deum. Hinc natum prouerbium, Glaucus comesa herba habitat in mari, γλαῦκος ἐσθίων ἔφυγε εἰς τὴν θάλασσαν. Dictum apparet per iocum de iis, qui quum perierint, tamen vulgò creduntur viuere. ¶ Alius præterea Glaucus fuit, Sisyphi filius, qui quum equas suas humana carne pasceret, ab illis etiam ipse deuoratus est. Vnde natum adagium, Glaucus alter, γλαῦκος ἄλλος ἵππους ἔφαγε, id est, Glaucus alter ab equis deuoratus. Quadrabit in hominem alendis equis exhaurientem facultates suas. ¶ Est etiam Glaucus, nomen piscis. Plin. lib. 9. cap. 16, Quidam rursus æstus impatientia mediis feruoribus, sexagenis diebus latent, vt glaucus, asselli, aurataæ. Idem lib. 32. cap. 11, tradit glaucum æstate non apparere.

Glaucus, a, um, {γλαυκὸς. Ital. *Colore meſchio tra 'l bianco e 'l verde.* Gal. *Verd ou peu meſlé de blanc, de couleur d'azur & d'eau.* Hisp. *Color entre verde y blanco.* } Color dicitur qui admistum habet viridi albotē: qualis in noctuarum (quas Græci γλαυκὰς appellant) oculis apparet. Gell. lib. 2. cap. 26, Sed ne viridis quidem color pluribus, quàm à nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius colorem equi significare viridem, voluit cæruleum magis dicere equum, quàm glaucum: sed maluit verbo vti notiore Græco, quàm vsitato Latino. Sic etiam alibi vocat frondes, salicis glaucas, & olivas glaucas. ¶ Item in hominibus & equis glauci oculi, pro viridibus dicuntur, quales sunt felis, leonis, & noctuæ. Plin. lib. 8. cap. 21, Oculis glaucis, colore sanguineo, &c. Hic color à Latinis vocatur cæsius, quasi cælius, vt ex Nigidio probat Gellius. Nam à vocatur cæsius, quasi cælius, vt ex Nigidio probat Gellius. Nam à veteribus illis linguæ Latinæ autoribus Minerua cæsia vocatur, quæ ab Homero γλαυκῶπις dicta est. Præterea maris color etiam glaucus dicitur, quem & cæruleum passim appellatum inuenimus.

Glauminus, a, um, pen. corr. {γλαυκὸς, γλαυκοειδὴς. Ital. *Verdeſino.* Gal. *De couleur verde, ou entre azur & eau.* Hispan. *Cosa de color verde un poco.* } Quod glaucum habet colorem: vnde Glaucinæ vestes, quæ & glaucina absolutè dicuntur. Martial. lib. 9, Pallia donauit glaucina Cosme tibi.

Glaucoma, matis, {γλαύκωμα. Ital. *Humor detto criſtallino nell' occhio.* Gal. *Vne tache en l'œil.* Hispa. *La cegueldad quedando los ojos claros.* } Vitium humoris ei⁹ qui crystallinus appellatur, in colorem glaucum mutantis oculeius qui crystallinus appellatur, in colorem glaucum mutantis oculeius qui crystallinus appellatur, in colorem glaucum mutantis oculeius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plin.lib.18.cap.19, Seanna inter duos sulcos eruda ne relinquantur, glebæ ue exultent. Cicc. pro Cecin. Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? Ibidem, Vinces profectò non fuisse armatos eos qui saxa iacerent quæ de terra tollerent: non esse arma cæspites, neque glebas. Virgil. 1. Georg. Multum adeò, non esse arma cæspites, neque glebas. Virgil. 1. Georg. Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes, Vimineásque trahit crates, iuuat arua. ¶ Gleba aruum, βῶλος ἄρουρα. subaudi αὐξάνει, auget. Vbi quis exigua maximis apponit, credens se nonnihil iuuare.

Glebula, diminutiuum est. {βωλίον. Ital. *Picciolo cespuglio*, Gal. *Motette de terre*. Hispan. *Pequeño terron de tierra*.} Colum. lib. 1. cap. 6, Eadem euentilata mundiora sunt, lapillíque carent & glebulis quas per trituram ferè terrena emittit area.

Glebosus, a, um, {βωλώδης, πεπρωμένος βωλῶ. Ital. *Che abonda di Zolle*. Gal. *Plein de blettes ou mottes de terre*. Hisp. *Cosa llena de terrones*.} Quod glebæ in morem est conuolutum, vel quod glebis abundat. Plin. lib. 35. cap. 15, de sulphure loquens, Genera quatuor, viuum quod Græci ἄπυρον vocant: nascitur solidum, hoc glebosum.

GLESSARIA, Insula in Oceano Germanico, quæ (Solino teste) succinum gignit, *sudan* vulgò appellata; haud longè à Prussia.

Glessum, Idem quod succinum, vel electrum, quo Glessaria insula abundat. {ἤλεκτρον. Ital. *Ambro*. Gal. *Ambre*. Hisp. *Ambar*.} Plin. lib. 37. cap. 3, Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari glessum: itaque & à nostris vnam insularum ob id Glessariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austraneam à Barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia, densatur rigore, vel tempore Autumnali. Hæc Plinius. Comperiora tamen hac de re tradimus suprà in dictione ELECTRVM.

Gleucinum, γλεύκινον, Olei factitij genus, mustum & aromata admista habens. Rationem conficiendi vide apud Columellam lib. 12. cap. 51. Dictum gleucinum à musto quod à Græcis γλεῦκος appellatur. Plin. lib. 15. cap. 7, Gleucino mustum incoquitur vapore lento.

Glinon, Aceris genus, quod aliter crassiuenium dicunt, campestre, candidum, nec crispum. Plin. lib. 16. cap. 10.

Glis, gliris, masculini generis, Animal muri simile, maiori tamen corpore, nutritur in arboribus, & bonam anni partem somno consumere dicitur. {μύοξ. Ital. *Ghiro*. Gal. *Vn loir, ou loirot, vn rat veul*. Hisp. *Liron animal noto*.} Vide Plinium lib. 8. cap. 57. Martialis, Somniculosos ille porrigit glires. Idem li. 13, Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore sum, quo me nil, nisi somnus, alit.

Glirarium, pro loco in quo nutriuntur glires. {μυοθήκη. Ital. *Luco de nodrirui i ghiri*. Gal. *Le lieu ou on nourrit les loirs ou loirots*. Hisp. *El lugar donde se crian los lirones*.} Varro 3. de Re rust. cap. 15, Glirarium dissimili ratione habetur, quòd non aqua, sed macerie locus sepitur.

Glisco, scis, Crescor, augeor, inualesco. {αὐξάνω, ἐπιτείνομαι. Ital. *Crescere, ammentare*. Gal. *Croistre*. Hisp. *Crescer*.} Liu. lib. 6. ab Vrbe. Glisceute in dies seditione, Gell. lib. 2. cap. 7, Eadem autem ipsa, quæ crescente luna glisciunt, deficiente contrà luna deficiunt. ¶ Gliscere etiam terra dicitur, quum pingueseit. {πιαίνω, ἐυφορέω}. Colum. lib. 2, Prius tamen quàm exilem tertam iteremus, stercorare conueniet: nam eo quasi pabulo glisceit. Idem lib. 8. de asino loquens, Paleis quæ penè omnibus regionibus abundant, etiam glisceit. ¶ Item ardeo, vehementer cupio. {ποθῶ, ἐπιθυμῶ. Ital. *Disiderare*. Gal. *Desirer, ardemment*. Hisp. *Codiciar*.} Papin. lib. 3, Et consanguineo gliscis regnare superbo Exule. ¶ Huius compositum est, Perglisco. Colum. lib. 8, Quæ prima luna saginari cœpit, vigesima perglisceit. hoc est crescendi vel pinguescendi finem accipit.

Globus, bi, Est corpus solidum, vndequaque rotundum. {σφαῖρα. Ital. *Globo, sfera, cosa rotonda come balla*. Gal. *Vn globe, chose ronde comme vn globe*. Hisp. *Pelota ò goma ò ouillo de hilado*.} Virgil. 6. Aeneid. Principio cælum, ac terras, campósque liquentes, Lucentémque globum luuæ. Cic. 2. de Nat. deorum, Quúmque duæ formæ præstantissimæ sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis, circulus, &c. Idem 1. Tusc. Globus terræ eminens è mari. Globum definiunt geometræ esse corpus solidum, vnica superficie contentum, in medio habens centrum, á quo omnes lineæ ad superficiem ductæ sunt æquales. ¶ Ponitur quandoque pro multitudine hominum in vnum collecta, & quasi conglobata. Sallust. Alij fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi, alij globis eruptionem tentauerunt. Liu. 8. ab Vrbe, Extrema concio, & circa Fabium globus, increpabant inclementem Dictatorem.

Globulus, diminutiuũ, Paruus globus. {σφαιρίδιον. Ital. *Piccola balla*. Gal. *Petit globe, boulette, petite boule*. Hispan. *Pequeña pelota*.} Plin. lib. 33. cap. 5, Quum tinxere pictores, orobitin vocant: eiúsque duo genera faciunt, luteam quæ seruatur in lomenta: & liquidam globulis sudore resolutis. Accipitur pro genere edulij in globi modum connoluti. Cato de Re rust. cap. 79, Globulos sic facito, caseum cum alica ad eundem modum misceto.

Globosus, a, um, Pro rotundo, spissatóq;. {σφαιρικός. Ital. *Tondo come balla*. Gal. *Rond comme vne boule*. Hisp. *Cosa redonda, prieta*.} Cicc. de Vniuers. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur.

Globo, as, are, Aliquid solidum in rotunditatem componere. {σφαιρόω. Ital. *Agomitolare fin rotondo*. Gal. *Faire rond comme vne boule, arrondir*. Hisp. *Dezinar ò redondear*.} Plin. lib. 2. cap. 2, Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen in primis, & consensus in eo mortalium orbem appellantium. Ibidem cap. 65, Nanq; dependentes vbiq; guttæ paruis globantur orbibus. Globari in rotunditatem, Idem lib. 18. cap. 13.

Glocido, as, pen. corr. {κακκαβίζω. Ital. *Chiocciare, far verso di gallina che conuoca*. Gal. *Gloisser ou cluper comme vne poule qui couue*. Hispa. *Cloquear la gallina clueca*.} Proprium est vocis gallinarum, quum ouis incubituræ sunt, quod fit crebris singultibus, interiecta voce acuta. Festus.

Glocio, cis, Idem quod glocido. Colum. lib. 8. cap. 5, Obseruare debet custos, dum edant oua, vt ea quæ nata sunt, recolligãtur, notentúrq; quo quæque die sint edita, & quàm recentissima supponantur glocientibus.

Glomus, glomi, & glomus, glomeris, Est filum, vel aliquid simile in globi figuram conuolutum. {ἄτραξις. Ital. *Gomitolo, gomiscello*. Gal. *Vn pelotton de fil*. Hisp. *Ouillo ò pelota ò manton*.} Plin. lib. 36. cap. 13, Inque basi quadrata intus labirynthum inextricabilem: quò siquis improperet, siue glomere lini exitum inuenire nequeat. ¶ Bonorum glomi, ἄτραξις ἀγαθῶν. De opibus extructis & affatim accumulatis.

Glomero, ras, pen. corr. Implico, & in globi speciem formo, siue filum in globi figuram conuoluo. {κατατυλίττω. Ital. *Inuiluppare, auiluppare*. Gal. *Amasser en pelotton, amonceler en rond, assembler rondement*. Hispan. *Emboluer en redondo, ò deuanar*.} Ouid. 6. Metam. -lanam glomerabat in orbes. ¶ Per translationem sumitur pro congregare, accumulare. Virgil. 9. Aeneid. Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. Varro 3. de Re rust. ca. 5, Cibatui offas positas, ex maximè glomerantur ex ficis & farre misto. Glomerata clades, Cic. 2. Tusc. Virg. lib. 4. Georgic. -magnum mistæ glomerantur in orbem. Compositum est Agglomero, vide suo loco.

Glomerario, onis, {σφαιρωτήρ, ἐνέλιγμα. Ital. *Esso ingiemare il filo*. Gal. *Amas en rond, amoncelement en rond*. Hispan. *Aquel embeluer*.} Plin. lib. 8. cap. 43, Quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glomeramen, inis. {σπαίρωμα, σφαίρωμα. Ital. *Atucchio*. Gal. *Monceau rond*. Hisp. *Embolumiento en redondo*.} Luct. lib. 2, Dissimiles igitur formæ glomeramen in vnum Conueniunt.

Gloria, æ, Est frequens de aliquo fama cũ laude. {κλέος, δόξα. Ital. & Hisp. *Gloria*. Hisp. *Gloire & los qu'on acquiert par bien faire*.} Quintilianus, Consentiens laus bonorum, gloria appellatur. Cic. 1. Offic. Vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Idem pro Plancio, Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimùm præstat. Idem in Philip. Ea autem est gloria & laus rectè factorum, & magnorum in Rempublicam meritorum. ¶ Inter gloriam, & claritatem hoc interest, vt inquit Seneca, lib. 3. Epistо. quòd gloria, multorum iudiciis constat: claritas, bonorum. ¶ Gloria futuri, τὸ δὲ εὐκλεὲς ἰσοφάρισον. Refertur in Plutarchi Collectaneis. Admonet famam laudémque recte factorum contingere potissimùm apud posteros.

Gloriola, læ, diminutiuum, {δοξάριον. Ital. *Picciola gloria*. Gal. *Gloriette, petite & legere gloire*. Hisp. *Pequeña gloria*.} Cicc. Luceio, Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo sumus, vt cæteri, viuentibus nobis, exlibris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi viui gloriola nostra perfruamur. Idem ad Cæsarem, lib. 7, Hisce eum otnes gloriolæ insignibus.

Glorioſus, a, um, Gloria plenus, hoc est præclarus, excellens, & cui omnes plurimum laudis & gloriæ tribuunt. {ἔνδοξος. Ital. *Glorioso, pieno di gloria, degno di laude, famoso*. Gal. *Glorieux, digne de grand' louange, plein de gloire*. Hisp. *Famoso, glorioso*.} vt, Glorioſus homo, glorioſus triũphus. Plaut. in Epid. Magnus miles Rhodius, raptor hostium glorioſus. Cicc. 2. de Diuin. Magnificum etiam illud, Romanísque hominibus glorioſum. Idem 1. de Fin. Illustria & glorioſa facta. ¶ Huius contrarium est Inglorius; de quo suo loco. ¶ Interdum tamen affectionem significat, & in malam vt glorioſus dicatur qui se inaniter iactat, vel alterius inani laudatione effertur, & laudari quærit. {κενοφημοσύνος, κενόδοξος, ἀλαζών. Ital. *Vantatore*. Gal. *Glorieux & outrecuidé*. Hisp. *Glorioso en mala parte*.} Vnde Miles glorioſus inscribitur Plauti Comœdia. Idẽ in Trucul. Vos nequã, & glorioſæ, malæq;, &c. Plin. in Epist. Miserat etiam epistolas Romam ad aniculam quandam iactantes, & glorioſas.

Glorioſè, aduerbium, Cum gloria & laude. {ἐνδόξως, ἐυκλεῶς. Ital. & Hisp. *Glorioſamente*. Gal. *Glorieusement, auec gloire*.} Plin. de vitis illustribus, Ipse quadragies quater accusatus, glorioſè absolutus. Cic. ad Cælium, In quam satis glorioſè triumpharent. ¶ Accipitur & in malam partem. Cic. 2. de Fin. Quid ergo attinet glorioſè loqui, nisi constanter loquare? Idem pro Milone, Tamen impunè Miloni palàm clamare, atq; mentiri glorioſè liceret.

Glorior, aris, Gloria & prædicatione se efferre, aut aliquid iactanter de se pronuntiare. {μεγαλαυχέω, κομπάζομαι. Ital. *Gloriarsi*. Gal. *Se glorifier & vanter*. Hisp. *Gloriarse por alguna hecho*.} & construitur modò cum præpositione. Cic. 3. de Finib. Quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata? Idem de Senectu. Vt de me aliquid more senum glorier. Lactant. de Ira, Apollodorus quidem, vt de ciui & populari sua gloriatur. Modò cum præpositione in. Cic. in Offic. Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. Modò sine præpositione. Cic. 5. Verr. Vt tu in multis epistolis tuis ad amicos gloriaris. Cæsar 8. bel. Gal. Propterea quòd insolenter aduersarij sui gloriarentur. Nonnũquam etiam à tergo accusatiuum habere inuenitur. Cicc. de Senectute, Equidem posse vellem idem gloriari quod Cyrus. Salluſt. in Ciceronem, Quasi verò togatus, & non armatus, ea quæ gloriaris, confeceris.

Gloriandus, idem est quod glotia & prædicatione dignus. {ἐπαινετός, καυχητός. Ital. *Degno di gloria*. Gal. *Digne de gloire*. Hispa. *Digno de gloria*.} Cic. 5. Tuscul. Beata virgo glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est. Ibidem, Prædicabile aut gloriandum, nec in misera vita quicquam est.

Gloriatio, verbale, Glorioſa prædicatio. {καύχημα. Ital. *Gloriatione, laudatione*. Gal. *Vanterie, glorification*. Hisp. *Aquella obra de glorificar glorificamiento*.} Cicc. 3. de Finib. Virtus est digna gloriatione. Ibidem, Illud verò minime confectarium, sed in primis hebes. illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam.

Gloriabundus, di, Qui abundè gloriatur. {καυχησιφανής. Ital. *Chi si gloria, vantatore*. Gal. *Qui se glorifie, glorieux*. Hisp. *Cosa que mucho se glorifica*.} Gell. lib. 5. cap. 5, Contemplatione tanti, & tam ornati exercitus gloriabundus, Annibalem aspicit.

Glos, {γάλως. Ital. *Sorella di mio marito, & moglie di mio fratello*. Gal. *La suur de mon mari, ma belle suur, ou la femme de mon frere*. Hisp. *La cunada muger del hermano*.} Appellatur soror, atque item fratris vxor. Nonius.

Gloſſa, æ. {γλῶσσα. Ital. *Lingua*. Gal. *Langue*. Hisp. *Lengua*.} per duplex ſſ, lingua dicitur. Vnde Gloſſæ à quibusdam pro interpretationibus ponũtur, quòd vice linguæ, hoc est, vice doctoris fungantur. {Ital. *Glose*. Gal. *Gloſes*. Hispan. *Glosas ò interpretaciones delo escuro*.} Quintilianus lib. 1. cap. 1, Protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris (quas Græci glossas vocant) dumaliud agitur, edisceere. Quem locum

Quintiliani

Quintiliani ſecundùm vulgò interpretantur, vt gloſſæ dicantur interpretationes linguæ ſecretioris. Quod certè neque verum eſt, neq; Fabij menti conueniens: vt latius docebimus in dictione GLOSSEMA. Hic illud ſufficerit dicere, gloſſas & gloſſemata eſſe voces obſcuriores, & minus vſitatas quæ interpretatione indigent. Neque in Quintiliani exemplo relatiuum referendum eſt ad accuſatiuum interpretationem, ſed ad genitiuos illos linguæ ſecretioris.

Gloſſemata, γλωσσήματα. Dicuntur voces occultiores, abſtruſiores, & minus vſitatæ, quæ ſcilicet interpretatione egent: quales ſunt voces aliquot in Tragœdiis, heroicis verſibus, & ſimili genere grauioris poëmatis. Quintil. lib. 1. cap. 14. Circa gloſſemata etiam, id eſt voces minus vſitatas, non vltima eius profeſſionis diligentia eſt. His verbis Fabius innuit gloſſemata voces eſſe quæ expoſitione indigent: non vt vulgò accipitur, ipſas expoſitiones. Sic Varro lib. 6. de lingua Latina exponens verſum Enuij, Cœlitum Camilla expectata aduenis, &c. Camillam, inquit, qui gloſſemata interpretati ſunt, dixerũt adminiſtram: hoc eſt qui voces priſcas, & minus vſitatas ſunt interpretati. Eiuſdem etiam ſignificationis eſt gloſſa, quod facilè deprehendet qui locum Quintiliani quem ſuprà in dictione Gloſſa, ex lib. 1. cap. 1. citauimus, diligentius cum hoc loco quem iam ex cap. 14. eiuſdem libri adduximus, velit conferre. Ibi enim Linguam ſecretiorem appellat quas hìc Voces minus vſitatas.

Gloſſographi, {γλωσσόγραφοι. Ital. *Gloſſatori.* Gal. *Gloſſateurs.* Hiſp. *Los que gloſſan los libros, gloſſadores.*} Dicuntur qui gloſſas, hoc eſt obſcuriores & minus vſitatas voces interpretantur.

Gloſſopetra, γλωσσόπετρα. Gemmæ ſpecies linguę humanæ ſimilis. Magi eam credunt non naſci in terra, ſed deficiente luna de cælo decidere. Plin. lib. 37. cap. 10.

Glottis, idis, γλωττίς, Linguula aſperam arteriam operiens, quæ & epiglottis dicitur. Hinc Plin. lib. 10. cap. 23, auem quę rex coturnicum appellatur, glottida vocauit, quòd prælongam linguam habeat. {Ital. & Hiſp. *Ditto.* Gal. *Vn oiſeau qui tire la Langue quand il a ſoif, qu'on dit le Roy des cailles.*}

Glubo, is, Pellem vel corticem detraho. {ξυρῶ. Ital. *Scorticare.* Gal. *Eſcorcer, oſter l'eſcorce, peler, oſter la peau.* Hiſ. *Deſhollojar, Deſcortezar.*} Vnde & pecus glubi dicitur, quum pellis detrahitur: & arbores, quum cortice denudantur. Cato de Re ruſt. cap. 33. Salictum ſuo tempore cædito, glubito, arctéque alligato, librum conſeruato. Catullus, Nunc in quadriuiis & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Glubi pecus dicitur (vt Feſtus ait) cuius pellis detrahitur. ¶ Glubere ramos, diſtringere, valde ſtringere, inquit Nonius. Varro de Re ruſt. Durities enim ea, non ſolùm ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos.

Gluma, mæ, Folliculus grani frumentarij: à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum, hoc eſt decorticetur. {λέπυρον. Ital. *Follicolo, la guſcia del formento.* Gal. *La petite paille ou peau dont eſt veſtu vn grain d'orge ou autre grain.* Hiſpan. *El hollejo del grano ò coſa ſemejante.*} Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 48, de frumento loquens, Granum dictum eſt, quod eſt intimum, ſolidum: gluma, qui eſt folliculus eius: ariſta, quę vt acus tenuis, longa eminet è gluma. Proinde vt grani theca ſit gluma: & apex, ariſta.

Gluten, inis, & Glutinum, ni, id vocant Latini quod Græci κόλλαν. {Ital. *Colla, incollamento.* Gal. *Colle, glu.* Hiſp. *El engrudo ò cola.*} Plin. lib. 11. cap. 39. Boum coriis glutinum excoquitur, tautorũmque, & id præcipuum. Idem lib. 26. cap. 8, Laudatur Colophonium natione, Myſium, Prienenſe: ſpecie autem nitidum, & quamſimillimum taurino glutini.

Glutinoſus, ſa, ſum, Tenax. {κολλώδης, κολλωτικός. Ital. *Incollato.* Gal. *Gluant.* Hiſp *Coſa pegajoſa ò con engrudo.*} Plin. lib. 35. ca. 16, Prioris laus, vt recens ſit & leuis, linguáque glutinoſa. Colum. in præfat. lib. 1. In Aſia Myſiáq; denſa, etiam glutinoſa terra maximè exuberat.

Glutino, nas, pen. corr. Coniungo, ferrumino. {κολλάω, συναρμόζω. Ital. *Congiugnere, incollare.* Gal. *Coller, gluer, conioindre.* Hiſp. *Engrudar ò pegar con cola.*} Plin. lib. 35. ca. 15, Vis bituminis quæ ſulphuris: ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat. Idem, Quo genere ſiſtitur ſanguis, & vulnus glutinatur. ¶ Huius compoſita ſunt: Agglutino, Conglutino, Deglutino, Reglutino: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Glutinamentum, ti, Compactio, coniunctio. {κόλλημμα, κόλλησις. Ital. *Incollamento, congiuntione.* Gal. *Collement, collure.* Hiſpa. *Obra de engrudar ò empegar.*} Plin. lib. 13. cap. 12. Deprehenditur & lentigo oculis, ſed mediis inſerta glutinamentis tenuia. Loquitur de chartis. κόλλησις.

Glutinator, oris, {κολλητής. Ital. *Incollatore.* Gal. *Colleur.* Hiſp. *Engrudador ò pegador.*} Cic. Attic. li. 4. Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus: ad hoc, cætera adminiſtres, iiſq; imperes, vt ſumant membranulam, ex qua indices fiant.

Glutio, tis, tiui, titum, Deuoro. {καταπίνω. Ital. *Deuorare, inghiottire.* Gal. *Engloutir, aualer gloutement.* Hiſpan. *Tragar.*} Iuuenal. Satyra 4, Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem?

Glutus, a, um, apud antiquos inuenitur pro vnito, & bene ſubacto. Cato cap. 45, Locus bipalio ſubactus ſiet, benéque glutus ſiet. Eadem hęc verba repetit Plin. lib. 17. cap. 18.

Glycymerides, γλυκυμερίδες, Piſcis genus: quod à Macrobio enumeratur inter delicias in adiicialì cœna Lentuli Flaminis appoſitas. Plin. lib. 32. ca. 11, Inter cancrorum genera enumerat chamæ glycymeridas, maiores quàm pelorides. Quo nomine videtur ſignificare vel glycymeridas nondum adultas, vel genus aliquod iuſta glycymeride minus.

GLYCON, γλύκων, apud Horatium lib. 1. Epiſt. Nomen eſt gladiatoris robuſtiſſimi. Nec (inquit) quia deſperes inuicti mẽbra Glyconis, Nodoſa corpus nolis prohibere podagra. ¶ Fuit & nomen medici Panſæ, qui mortuo domino ex vulnere, quod in prælio Mutinenſi acceperat, in carcerem coniectus eſt, & à Torquato parricidij accuſatus, tanquam vulneri venenum indidiſſet. Suet. in Auguſto, Panſę quoq; adeò ſuſpecta mors fuit, vt Glycõ medicus cuſtoditus ſit, quaſi venenum vulneri indidiſſet. Cic. ad Brutum, Tibi Glycona medicum Panſæ, qui ſororem noſtri Achilleos in matrimonium habet, diligentiſſimè commendo.

Glycyſide, γλυκυσίδη. Dioſcoridi, Herba quæ notiore nomine pæonia vocatur. Plin. lib. 27. cap. 10, Glycyſide, quam aliqui pæoniam, aut pentorobon vocant, &c.

Glycyrrhiza, æ, {γλυκυρρίζα. Ital. *Regolitia.* Gal. *Regliſſe.* Hiſpan. *Regaliz.*} Frutex eſt exiguus, ramos habens duorum cubitorum, folia lentiſco ſimilia, florem accedentem ad hyacinthum: fructum pilularum platani magnitudine, ſed aſperiorem, eúmque incluſum ſiliquis, lentis modo rubeſcentibus: radices autem longas colore buxeo, ſapore dulci: vnde & nomen accepit, quaſi dulcis radix, Theophraſtus lib. 9. plantarum. Scythicam radicem appellauit. Officinæ hodie corrupto nomine vocant *Liquiritiam.* Maxima eius copia prouenit in agro Franconienſi.

G ante N.

Gnaphalium, γναφάλιον, Herba quam quidam chamæzelon nominant, cuius folia ita alba, ac mollia ſunt, vt plane videatur tomentum. Plin. lib. 27. cap. 10.

Gnaphalon, γνάφαλον, Genus tomenti, ex lana illa ſcilicet breui, atque conciſa quæ veſtibus à fullone poliendo detrahitur. Vnde ea, quorum natura mollis, candida, & omnino lanea eſt, γναφαλώδη appellantur.

Gnaphos, Frutex eſt ſpinoſus, & naſcens in eo carduus, quo panis recenter textis lana inducitur. Hæc Perottus. quæ tamen nullius eorum qui de ſtirpium differentiis aliquid conſcripſerunt, teſtimonio confirmat.

Gnarus, ri, & Narus, Sciens, peritus. {ἐπιστήμων. Ital. *Dotto, perito, eſperto.* Gal. *Sauant & expert, bien entendant.* Hiſp. *Sabio y eſperimentado.*} Plin. lib. 9. cap. 35, Concha ipſa quum manum videt, comprimit, operitq; opes, gnara propter illas ſe peti. Cic. in Oratore, Pericles gnarus quibus orationis modis animi moueantur. Idem pro Sextio, Gnarus & prudens impendentium malorum. Plaut. in Aſinaria. Tortoréſq; acerrimos, gnaróſq; noſtri tergit, Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt. ¶ Accipitur aliquando paſſiuè, pro cognito. Tacit. lib. 1, Trudebantúrque in paludem gnaram vincentibus, iniquam neſcis. Idem lib. 12, At nobis ea pars militiæ maximè gnara eſt. Idem lib. 15. Idque nulli magis gnarum quàm Neroni. ¶ Veteres natus dixerunt ſine g, etiamſi in compoſito ignarus, prius n, vertebant in g. Cic. in Oratore, Noti erant & nati, & nari: quibus cum IN præponi oporteret, dulcius viſum eſt, ignoti, ignaui, & ignari dicere, quàm vt veritas poſtulabat.

Gnaritas, atis, Scientia. {ἐπιστήμη. Ital. *Scienza ſapere & eſperienza.* Gal. *Sauoir & experience.* Hiſ. *Experiencia, aquella ſciencia experimentada.*} Salluſt. Nanque alij fiducia gnaritatis locorum, occulta fuga ſparſi, alij globis eruptionem tentauere. Horum contraria ſunt, Ignarus & Ignaritas.

Gnarè, aduerbium, Peritè, & quandoque apertè. {ἐπιστημόνως. Ital. *Dottamente, apertamente.* Gal. *Doctement, apertement.* Hiſ. *Sabia y claramente.*} Apuleius, Qui gnarè in noſtris oculis cõtemplati ſumus. Vide in dictione IGNORO.

Gnariter, pro gnarè antiqui dixerunt: à quo Prognariter, de quo ſuo loco.

Gnathos, {γνάθος. Ital. *Guancia, bocca, maſcella.* Gal. *Ioue, bouche.* Hiſp. *Boca, maxilla dela cara.*} Latine gena, maxillâve dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium, Gnatho paraſitus. Hinc componitur Tetragnathius, τετραγνάθιος, genus araneorum ita dictum à diſcurſu linearum, quatuor maxillarum ſpeciem referentium. Autor Plin. lib. 29. cap. 4.

Gnatus, ti, Filius. {υἱός. Ital. *Figliuolo.* Gal. *Fils, enfant.* Hiſ. *El hijo.*} cui eadem ratione præponitur g, qua & gnaro. Cicero pro Planc. Quanquam ad præcepta ætas non eſt gnati. Idem 1. de Diuin. O gnata, &c. Dulces gnati. Lucr. lib. 4.

Gnauus, ui, & Nauus, Celer, ſtrenuus. {δραστήριος, φιλέργος. Ital. *Preſto, diligente.* Gal. *Diligent, habille.* Hiſp. *Prompto, vigilante, preſto.*} A' nauium celeritate, vt quibuſdam placet. Grammatici prothefin figuram appellant, quando apponitur litera principio dictionis: vt Gnatus, pro natus: gnotus, pro notus. Plautus Moſtella. Simul autem gnauos eſſe ad hanc rem mecum vos omnes volo. Horat. 1. Epiſt. 6. Gnauus manè forum, & veſpertinus pete tectum. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 11. Nectar, & ambroſiam, latices, epulâſque deorum Det mihi formoſa gnaua inuenta manu.

Gnauiter, aduerbium, diligenter. {δραστηρίως, φιλοπόνως. Ital. *Diligentemente, valoroſamente.* Gal. *Diligemment, habillement.* Hiſp. *Prompta y diligentemente.*} Liuius 10. ab Vrbe, Ibi aliquandiu nec ceſſatum ab armis, nec gnauiter pugnatum. Plautus Ciſtel. Vt me, quem ego amarem gnauiter, ſinerem cum eo viuere.

Gneſion, γνήσιον, Aquilæ genus, à Latinis ſyncerum interpretatur, velut verum, ſolúmq; incorruptæ originis: media magnitudine, colore ſubrutilo, rarò viſum. Plin. lib. 10. cap. 3.

Gneus, corporis inſigne & prænomen: à generando dictum, vt ex Græco γίγνομαι apparet. Feſtus.

Gnide, ſiue potius Cnide, κνίδη, Piſcis genus, quod Latini vrticam appellant. Nomen accepit κνίζω ἢ κνίδω, hoc eſt à mordendo.

GNIDVS, γνίδος, Vulgò *Cabo crio,* Vrbs inſignis in extremo cornu peninſulæ Cariæ adhærentis ſita, Venetis templo & ſimulachro à Praxitele ſculpto in primis nobilis. Horat. 1. Carm. Ode 30, O Venus regina Gnidi, Paphique. E Gnido viri memorabiles fuerunt, Eudoxus mathematicus Platonis ſodalis, Agatharchides Peripateticus, hiſtoriæ conditor, Theopompus Iulio Cæſari familiaris, Artemidorus eius filius, & his antiquior Cteſias, qui Xerxẽ medicatus eſt, & res Syriacas Perſicáſque conſcripſit.

Gnidius, a, um: vt, Gnidia Venus, Cic. de Diuinatione.

Gnoma, inquit Feſtus, Genus eſt machinulæ, qua regiones agrorum dignoſcuntur: quod Græci dicunt γνώμονα. ¶ Gnomæ item, γνῶμαι, dicuntur memorabiles ſententiæ, omnium iudicio, & aſſenſu comprobatæ. Vide Quintilianum lib. 8. cap. 5.

Gnomon, onis, γνώμων, Eſt ſtylus in medio horologij ſolaris, vmbra ſua horas indicans, quem Plinius vmbilicum ſolis vocat. ita enim ait lib. 2, cap. 72, Solis itaque vmbilici, quem gnomonem appellant, vmbra in Aegypto meridiano tempore æquinoctij die paulo plus quàm dimidiam gnomonis menſuram efficit: in vrbe Roma, nona pars gnomonis deeſt vmbræ. In oppido Ancona ſupereſt quinta trigeſima, &c. ¶ Gnomon & regula, ὁ γνώμων καὶ κανών, prouerbio vocatur quod in re quapiam eſt præcipuum, & ad quod vnum reliqua omnia conferuntur. ¶ Gnomones, γνώμονες, etiam dicuntur dentes iumẽtorum, quibus ætas illorum dignoſcitur: vnde agnomones, ἀγνώμονες, dicuntur, quorum

tum ætas dentibus perſpici non poteſt.

GNOSIDICVS, γνωσίδικος, Clariſſimus Aſclepiadarum, Nebri filius, pater Hippocratis, Aenei, & Podalirij: auus autem Heraclidæ, qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctiſſimi. Autor Stephanus in dictione cῶς.

GNOSSOS, κνωσσός, Vulgò *Candia*, Vrbs Cretæ fuit, Minois regia, quæ alio nomine Cerathus, vt ſcribit Strabo, appellata fuit, à fluuio eius nominis.

Gnoſſius, a, um, quod eſt ex Gnoſſo vrbe: vt, Gnoſſius ciuis, Gnoſſia litora, Gnoſſia regna. Ouid. in Epiſt. Parid. Non habuit tempus quo Gnoſſia regna videret, Aprius. ¶ Pro eodem etiam dicitur Gnoſſiacus, a, um: vt, Corona Gnoſſiaca apud Statium lib. 1. Sylu.

Gnoſſus, a, um, Idem quod Gnoſſius. Lucan. lib. 3, Creta vetus populis, Gnoſſaſque agitare phareтras Docta.

Gnoſſis, idis, Patronymicum fœmininum. Ouid. Epiſt. 21, Et Phœbus Daphnen, & Gnoſſida Bacchus amauit.

Gnoſtici, γνωστικοί, Hæretici quidam erant, ſic dicti ob inſignem eruditionem quam ſibi vendicabant, quum nihil illis nec ſtultius eſſet, nec indoctius. frequens horum eſt mentio in epiſtolis D. Hieronymi.

G ante O.

GOARENE, es, γοάρηνη, Regio Arabiæ non procul à Damaſco, quæ & Goarea, γοάρεια, dicitur. Autor Stephanus.

GOBARYM, γοβάριον, Promontorium Galliæ Lugdunenſis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Quanquam in pleriſque exemplaribus Gabeum legitur, non Gobæum.

Gobius, bij, ξωβίος. Ital. *Peſce detto gobio & go.* Gal. *Vn poiſſon nommé gonion.* Hiſp. *cierto peſcado.* ¶ Piſcis exiguus qui & gobio dicitur. Iuue. Saty. 11, Nec nullum cupias, quum ſit tibi gobio tantùm In loculis. Martial. lib. 13, Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

GOBRIAS, γοβρίας, Nobilis Perſarum Satrapes fuit, vnus ex iis qui cum Dario coniurarunt aduerſus Magos. Nam erat Darij ſocer, antequam regnum Darius ipſe adipiſceretur, vt oſtendit Herodotus circa initium libri 7.

Goetia, γοητεία, Incantatio, impoſtura, præſtigiatura. Quomodo autem differat à pharmacia, vide apud Cœlium Rhodig. lib. 5. cap. 62.

GOG, & MAGOG, Voces ſunt in Sacris literis aliquoties repetitæ: quibus ſunt qui putent gētes Scythicas ſignificari, trans Caucaſum montem, & Mæotidem paludem, & mare Caſpium vſque, ad Indos protenſam. Hieronymus tamen in Ezechielem manuit allegoricum ſenſum ſubeſſe, nullóſque iis nominibus populos ſignificari. Reliqua vide apud ipſum, quæ hîc data opera prætermittimus, quòd ad noſtrum inſtitutum nihil pertineant.

GOLGI, orum, γόλγοι Stephano, Locus eſt in Cypro inſula Veneri & Cupidini ſacer. Catullus in Nupt. Pelei, Sancte patet, curis hominum qui gaudia miſces, Quique regis Golgos, quique Idalium frondoſum. Quo in loco in omnibus ferè exẽplaribus hactenus corrupte lectum eſt Colchos.

GOMORRHA, æ, vel GOMORRHVM, rhi (vtroque enim modo dicitur) oppidum Iudææ, ab Aſphaltite lacu hauſtum, quemadmodum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum.

Gonorrhœa, γονόῤῥοια, vitium eſt membrorũ genitalium, quũ cuiquam præter voluntatem ſperma effluit: quod genus vitij prouenire ſolet ex retentricis facultatis imbecillitate. Qui verò hoc vitij patiuntur, gonorrhœi, γονόῤῥοιοι, appellantur. γόνη nanque ſemen ſignificat, ῥέω fluo. Vide Galenum de Locis affectis lib. 6.

GONOS, γόνος, Thraciæ oppidum eſt, non procul à Philippis & Ergino fluuio. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

GORDIANI, Tres fuerunt Romanorum Imperatores, pater, filius, & nepos. Vide Herodianum lib. 8.

GORDIVS, γόρδιος, Phrygiæ rex fuit, ruſticus alioquin, & ignobilis. Quũ enim Phrygibus oraculum de rege creando conſulentibus, reſponſum eſſet vt eum in regem deligerent qui primus templum ingrederetur, euẽnit vt Gordius ſummo mane ad agrum properans, loraq; plauſtri geſtans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex conſalutatus, lora ad rei memoriam in templo ſuſpendit, in quibus erat nodus adeò perplexus, vt indiſſolubilis putaretur: circunferebatúrque oraculum, vt regno potiretur qui lora diſſolueret. Hunc nodum Alexander quum diſſoluere non poſſet, enſe diſſecuit. Hinc factum eſt, vt Nodus Gordius, notiſſimo prouerbio dicatur de rebus indiſſolubilibus.

GORGIAS, γοργίας, Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis diſcipulus, & Iſocratis præceptor, vt ſcribit Quintil. lib. 3. cap. 2: cui tanta fuit artis fiducia, vt de omni re, quæcunque in diſceptationem quæſtionémque vocaretur, ſe copioſiſſimè dicturum eſſe profiteretur. Meminit eius Cicero in Bruto, & libris de Oratore. Hic arte ſua tantum pecuniæ corraſit, vt auream ſtatuam primus omnium poneret in templo Apollinis Delphici.

GORGONES, pen. cor. γοργόνες, Dictæ ſunt Phorci filiæ, Meduſa, Sthenyo, & Euryale: quę Dorcadas inſulas in Oceano Aethiopico ſitas habitaſſe dicuntur, contra Heſperidũ hortos. Nomen habent à truculentia, quã Græci γοργότητα appellant. Scribit Diodorus fœminas fuiſſe in Africa bellicoſas, aduerſus quas Perſeus bellum geſſerit, & earum reginam Meduſam debellauerit, ac interfecerit. Vide MEDVSA, & PEGASVS.

Gorgoneus, a, um, γοργόνειος, Nomen poſſeſſiuum. Ouid. 2. Metam. Gorgoneas tetigiſſe domos.

Gorgophoros, γοργοφόρος, Palladis epitheton eſt, quaſi Gorgonem ferẽs. in eius enim ſcuto pictum eſt Meduſæ Gorgonis caput. Cic. antequam iret in exil. Téque Tritonia armipotens, gorgophora Pallas, Minerua, cæterique dij, deæque immortales, &c.

Gorgonia, γοργονία, teſte Plin. lib. 39. cap. 10, nihil aliud eſt quàm coralliũ: ita dictum, quòd ex aquis exemptum, protinus in duritiem lapidis conuertatur, quemadmodum illi qui Gorgonas aſperarant.

Gorgythion, γοργύθιων, Priami filius ex Caſtianira Threiſſa ſuſceptus, qui poſtea in bello Troiano à Teucro Telamonis filio confoſſus occubuit. Autor Homerus, Iliad. 8.

GORGONIVS, Viri proprium malè olentis. Horat. 1. Sermo. Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum.

GORTYN, ſiue Gortys, ynis, ſiue Gortyna, næ, γόρτυς, ὁ γόρτυνος Stephano Oppidum mediterraneum Cretæ inſulæ, ad Lethæum fluuium, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Gortynius, ia, ium, γορτύνιος, vt Gortynia ſpicula, apud Statium, libro 5. Thebaidos.

Gortynis, idis, patronymicum fœmininum. γορτυνίς. Lucanus lib. 6, Dictęa procul ecce manu Gortynis arundo Tenditur in Scæuam.

Goſsipion, Frutex eſt, ex ſuperiori parte Aegypti, quæ in Arabiam vergit, primùm allatus, nunc etiam in quibuſdam Italiæ locis naſcens: ex quo lina fiunt quæ goſſipina dicuntur. ξύλον. Alio nomine dicitur xylon: & lina ex eo confecta, xylina. Plin. lib. 19. cap. 1, Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocant: plures, xylõ: & ideo lina inde facta, xylina. Paruulus eſt, ſimilémq; barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ſunt vlla eis in candore, mollitiáve præferenda. Ex quibus Plinij verbis ſatis cõſtat goſſipium fruticem eſſe, qui lanam illam molliſſimam profert, quam vulgò vocant *cotonum*, quod & ipſum Latinè vocare poſſumus linum goſſipinum, vel xylinum. Hunc fruticem nos aliquando in Italia vidimus, pomúmque eius mali cotonei ſimilitudine, quod matureſcens, lanæ, quam includit, copia dirumpitur, linúmq; incluſum detegit.

GOTHIA, Regio Europæ, contermina Daniæ, & Noruegiæ. Ex qua Gothi immanes populi, qui olim Italiam armis ſubegerunt, Romámque ipſam totius literaturæ fomitem ſolo æquarunt, ſuámque in totum orbem inuexerunt barbariẽ. Hæc dictio potius videtur vnico t, ſcribenda, quum à Latinis poëtis prima ſyllaba fere ſemper corripiatur. Auſonius, Hinc poſſem victos inde referre Gothos. Et ſæpius apud Claudianum. Non multùm tamen peccauerit qui conſonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot codicibus factitatum animaduertimus.

G ante R

Grabatus, ti, ξραβάτος Suidæ. Ital. *Letticello.* Gal. *Vn petit lit ſurquoy on ſe repoſoit ſur le iour.* Hiſ. *Lecho pobre.* ¶ pen. prod. Lectus exiguus, in quo meridiari ſolent: dictus quaſi carabatus quòd in eo capite recumbamus. κάρηνον enim caput, βατὸν peruium Græci dicunt. Alij κραβάτους, παρὰ τὸ κρεμᾶσθαι τοὺς βάτους, hoc eſt à ſuſpendendis pedibus dictum malunt. Vnde & pro lectis pauperum & mendicantiũ grabati accipi ſolent. Cic. lib. 2. de Diuin. diuerſa facit lectos, & grabatos, quum ait, Venit enim iam in contentionem vtrum ſit probabilius, Deóſne immortales, rerum omnium præſtantia excellentes, circuncurſare omnium mortalium, qui vbiq; ſunt, non modò lectos, verumetiam grabatos: & quum ſterrentes aliquos viderint, obiicere iis viſa quædam tortuoſa, & obſcura. Apud Latinos primam corripit: ſed apud Græcos eandem producit, & duplici ββ ſcribitur. Verg. in More. Membra leuat ſenſim vili demiſſa grabato. Mart. lib. 6, Sed ſi nec focus eſt, mundi nec ſponda grabati.

GRACCVRIS, Vrs Iberiæ, ita nominata à Sempronio Graccho, qui acceptis in deditionem Celtiberis, hanc vrbem, quæ antea Illurcis dicebatur, ſplendidius reſtitutam, vt ſupereſſet rerum à ſe geſtarum monimentum, à ſuo nomine appellauit Gracchurim.

GRACCHVS Sempronius, Caij & Tyberij pater fuit, qui in Hiſpaniam Proconſul miſſus, Celtiberos in deditionem accepit, Illurcímq; eorum oppidum ſplendidius à ſe reſtitutum, vt geſtarum à ſe rerum memoria ſupereſſet, de ſuo nomine Gracchurim appellauit. Huic vxor fuit Cornelia ex Scipionum familia, inſigni pudicitia, & eruditione mulier, ex qua Tyberium & Caium Gracchos ſuſcepit, generoſiſſimæ quidem indolis iuuenes, eloquentiáque in primis admirabiles, cæterùm populatis auræ plus ſatis auidos. Quæ res fecit, vt relictis optimatibus ad plebem ſe contulerint, legéſque agrarias perpetuos ſeditionum fomites in lucem reduxerint: neque antea quieuerint, donec Senatum in ſuam necem armarent. Tyberius prior occiſus eſt in concione à Publio Naſica: Caius autem biennio pòſt quum montem Capitolinum occupaſſet, iuſſu Opinij Conſulis eſt interfectus. Vide plura apud Plutarchum in vita Gracchorum.

Gracilis, le, adiect. pen. corr. Tenuis, macilentus. ξηρός, λεπτός. Ital. *Sottile, magro, ſcarno, tenue.* Gal. *Greſle, maigre, mince, menu, delié.* Hiſp. *Magro, ſutil, delgado.* ¶ Terent. in Eunucho, Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles fient. Turpilius, Noſti quàm ſit gracili corpore, Gracilis lapis, Gracile marmor, Gracili nucleo glans. Graciles vindemiæ, apud Plinium leguntur. Gracilis liber. Mart. lib. 8, Siquid fortè petam timido, gracilique libello. ¶ Gracilis ponitur pro molli. ἁπαλός. Horat. lib. 1. Carm. Quis multa gracilis te puer in roſa.

Gracilitas, tatis, Corporis habitus tenuior. ξηρότης. Ital. *Sottileza, magreza, tenuità.* Gal. *Greſleté, maigreté, maigreur.* Hiſp. *Magreza, ſotileza, delgadez.* ¶ Cic. 2. de Claris Orat. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur. Ibidem, Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis.

Gracilitudo, nis, Idem quod gracilitas. Accius in Amph. Tamen & ſtatuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. Nonius.

Gracilens, gracilentis, om. gen. Antiquis idem erat quod gracilis. Neuius in Protesilao, Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Nonius.

Gracilentus, a, um, Idem quod gracilis. ἰσχνὸς, ἢ λεπτόμικρος, ἰσχνός. Ennius li. 7, Deducunt habiles gladios filo gracilento. Nonius.

Graciléſco, is, ere, Gracilis & tenuis fio. ξηραίνομαι. Ital. *Dimenir, tenue, magro, ſcarno.* Gal. *Deuenir greſle & menu, amaigrir.* Hiſp. *Emagreſcer.* ¶ Plin. lib. 17. cap. 22, Cum aliàs feſtinatione pariendi graciléſcat.

Gracus, ſiue quod vſitatius eſt, Graculus, Nomen auis, cornici ſimilis, niſi quòd minor eſt: à voce quam facit, vel à gerendo dicta, quòd iacta ſegetum ſemina gerat: vel quia ex oliuetis cubitum ſe recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat, ſeu etiam quòd gregatim volitet: ſiue à gracilitate corporis. ξηλότυπος, ὁ ζηλοτυπίας. Ital. *Cornacchia.* Gal. *Vn gay ou guay.* Hiſp. *El grajo.* ¶ Eſt huic furandi natura, ex quo nonnulli monedulam eam appellauere, à furandis monetis. Exprimit ſermonem humanum, & cauca emiſſus reuertitur. Harum auium tria ſunt genera: Maiuſculæ ſimiliores ſunt cornicibus, niſi quòd nigriores: minimæ, &

inter

inter eas mediæ, quibus roſtra, & pedes rubent. Plin.lib.10. cap.29, Tranſpadana Italiæ iuxta Alpes Larium lacum appellat, amœnum arbuſto agrum, ad quę ciconiæ non tranſmeant, ſicuti nec octauũ circa lapidem ab eo, immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu examina graculorum monedularum: cui ſoli aui furacitas auri, argentiq; præcipuè mira eſt. Quo in loco ex eo quòd Plinius graculos monedulas dicit per appoſitionẽ nulla intercedente coniunctione, apparet monedulam eſſe ſpeciem graculi. ¶ Aeſopicus graculus, *Αἰσώπειος κολοιός*, dicitur qui aliena ſibi vſurpat, aliorúmque bonis ſeſe venditat. Lucianus & Horat. Tractũ ab Aeſopi apologo. ¶ Semper graculus aſſidet graculo, *ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἵζανει*. Hoc eſt Simile gaudet ſimili. Refertur à Diogeniano, notatúrque ab Ariſtotele. ¶ Sumitur etiam Graculus à Diogeniano, notatúrque ab Ariſtotele. ¶ Sumitur etiam Graculus pro piſcis genere, qui & monedula dicitur à Plinio, Græcè *κολίας*.

Gradatim, Gradatio, Gradior, Gradiuus, Vide GRADVS.

Gradus, huius gradus, maſc. gen. à gradiendo, id eſt eundo. *Κλίμαξ*. Ital. *Scaglione, grado*. Gal. *Degré, pas, marche*. Hiſ. *Eſcalon, grada*. Sunt etiam gradus ex quibus ſcalæ conſtant, & quibus ad ædificiorum altiora conſcenditur. Cic. ad Attic. Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Idem pro Seſtio, Gradus eiuſdem templi tollebantur. Virgil. 1. Aeneid. Aerea cui gradibus ſurgebant limina. ¶ Gradus etiam idem interdum eſt quod greſſus, *βῆμα*: hoc eſt gradientium pedum viciſſitudo, vt apud Virgilium, -gradibúſque ſonate Compoſitis. Addere gradum pro accelerare. Liu. 3. Deci. lib. 6, Alacrésque milites alius alium vt adderet gradum, memor ad defendendum ire patriam, hortabantur. ¶ Pleno gradu quadã prouerbij ſpecie dicuntur ingreſſi, qui aliquid magno ſtudio inſtituerunt: contrà, qui leuiter rem quampiam attigerunt, ſummo pede dicuntur ingreſſi. Trebonius Ciceroni lib. 12. ¶ Gradum facere dicimus, vt ſi in arborem tectúmve ſcandere velim, ex ſaxo, aut ſcamno, aliquáve alia re, gradũ facio. *βάσιν, κλίμακα ποιεῖν*. Valla lib. 5. cap. 26, Gradum facere non eſt trãſitum facere, ſed aliquam rem gradum & quaſi ſcalã ad alia facere. Ouid. 4. Metamor. Notitiam, primóſq; gradus vicinia fecit. ¶ Gradum iacere ad aliquam rem, metaphoricè, quod barbari, *Facere ingreſſum* dicunt. Cic. contra Rullũ, Hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum intelligetis. ¶ Gradum inferre. Liuius, Tandem gradum Romani acrius intulerunt, ceſsitque Luſitanus. Tacit. lib. 19, Gradum inferunt, quaſi recentibus auxiliis aucti. ¶ Gradu mouere, eſt retrò agere, propellere retrorſum. Liu. Primùm gradu mouerunt hoſtem, deinde pepulerunt, poſtremò haud dubiè auertunt. ¶ Deiici de gradu, eſt amittere conſtantiam, & animi magnitudinem. *Κατὰ τοῦ φρονήματος κατακλάσαι*. Cic. 1. Offic. Fortis enim animi eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur: ſed præſentis animi vti conſilio. Sic etiam Gradu dimoueri, eſt ab exiſtimatione priſtina deiici, & deturbari. Cic. 2. Tuſcul. Non ſentiunt viri fortes in acie vulnera: vel ſi ſentiunt, ſe mori malunt, quàm tantummodò de dignitatis gradu dimoueri. id eſt quam indignè ſeſe aliquid admittere. ¶ Venire gradibus. Cicc. 1. de Natur. deorum, Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te veniſſe gradibus. ¶ Interdum etiam gradus accipitur pro exiſtimatione, & loco honoris. Cic. 2. Philip. Eſt enim querela mihi neceſſaria pro hoc gradu, in quo me S. P. Q. R. collocauit. ¶ Gradus quoq; cognationis dicti ſunt, ad ſimilitudinem ſcalarum, locorúmve decliuiũ, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt in illum, qui quaſi ex illo naſcitur, veniamus. Quapropter graduum huiuſmodi alios ſuperioris ordinis eſſe Caius ſcribit, vt ſunt pater & mater, qui ſunt in proximo gradu: in ſecundo, auus & auia: in tertio, proauus, & proauia. Alios inferioris, vt liberi. Alios ex tranſuerſo, ſiue latere, vt fratres & ſorores, liberiq; eorum. ¶ A' gradus fiunt Tardigradus, da, dum, pen. corr. qui tardè graditur. *βραδύπους*. Vnde teſtudine tardigradã dicimus. Spiſſigradus, pro frequenti graduũ motu incedente. Plaut. Pœn. Spiſſigradiſſimos, tardiores multo, quàm corbitæ ſint in tranquillo mari.

Gradior, eris, greſſus, Significat, vado, incedo, ambulo, eo, progredior. *βαίνω*. Ital. *Andare, paſſeggiare*. Gal. *Marcher*. Hiſpan. *Andar paſſo à paſſo*. Lactant. lib. 4. Claudis verò, ac pedum vitio afflictis, non modò gradiendi, ſed etiam currendi dabat facultatem. Virgil. 1. Aeneid. Ipſe vno graditur comitatus Achate. Cic. 2. de Nat. deorum, Iam verò alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt. Idem 1. Tuſc. Fidenti animo, ſi ita res ferat, gradietur ad mortem. ¶ Huius compoſita ſunt, Aggredior, antegredior, congredior, digredior, egredior: de quibus alibi. Ingredior, introgredior, prætergredior, progredior, regredior, ſubtergredior, ſupergredior, & tranſgredior: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Greſſus, ſa, ſum, participium à gradior. *βεβηκώς*. Virgil. 6. Aeneidos, -& pariter greſſi per opaca viarum.

Greſſus, ſus, Inceſſus, ambulatio. *βάσις*. Ital. *L'andare, paſſo*. Gal. *Marcheure, marche, pas, allure*. Hiſp. *El paſſo ò la obra de andar*. Cic. 1. Offic. Cauendum eſt autem ne aut tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus, &c. Virgil. 3. Georg. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Gradatus, a, um, In modum graduum factum. *Κλιμακωτός*. Ital. *Fatto in gradi*. Gal. *Fait en degrez*. Hiſp. *Echo en eſcalones*. Plin. lib. 13. cap. 4, Denſis, gradatiſque corticum pollicibus. Plin. in Epiſt. Omnia maceria muniuntur: hanc gradata buxus operit & ſubtrahit.

Gradatio, Apud Rhetores dicitur, quum ex prima ſententia oritur ſecunda, & ex ſecunda tertia, atque ita deinceps. *Κλῖμαξ*. Cic. 3. de Orat. Eſt etiam gradatio quædam & conuerſio, & verborum concinna tranſgreſſio. Autor ad Herennium lib. 4, Gradatio eſt, in qua non antè ad conſequens verbum deſcenditur, quàm ad ſuperius conſcenſum eſt: hoc modo, Nam quæ reliqua ſpes liberratis manet, ſi illis & quodlibet licet: & quod licet, poſſunt: & quod poſſunt, audent: & quod audent, faciunt: & quod faciunt, vobis moleſtum non eſt?

Gradarij equi, qui ſine ſuccuſſatione molliter incedunt. *Ἱππαφορεῖς*. Ital. *Cheuaux qui vont vn bon pas, qui vont à l'amble*. Hiſp. *Caualos ambladores*. Lucil. lib. 14, Ipſe equus non formoſus gradarius optimus.

Gradatim, aduerbium, Significat per gradus. *Κλιμακηδόν*. Ital. *Paſſo à paſſo, à piſſo à paſſo*. Gal. *Par degrez, degré en degré, petit à petit, pas à pas*. Hiſp. *De paſſo en paſſo*. Varro lib. 1. de Re ruſt. Cato quidem (inquit) gradatim alium præponens alij, agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus. Plin. lib. 33. cap. 4, Foſſæ in quas perfluat, cauantur: agogas vocant: eæ ſternuntur gradatim. ¶ Gradatim, pro ſenſim, paulatim, ordinatè, & lentè. *βάδην*. Cicc. Dolabellæ, Ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus. Idem 1. Tuſcul. Tamen ita faciles interrogationes ſunt, vt gradatim reſpõdens eò perueniat quaſi geometrica didiciſſet.

GRADIVVS, pen. prod. Martis cognomen, à grandiendo (vt Feſtus ait) quia gradatim, & per ordines in bellũ itur, *ἅμα*. Siue à vibratione haſtæ, quòd Græci vocant *κραδάνειν*. Sunt tamen qui à gramine dictũ putent, quia gramine ſit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maximæ eſt honorationis. Hæc ille. ¶ Alij gradiuũ, non Latinum, nec Græcum, ſed Thracium vocabulum eſſe, & ſignificare bellicoſum, ac fortem dicunt. Virg. 3. Aen. Gradiuúmq; patrẽ, Geticis qui præſidet aruis. Gradiuus, Mars dicitur, quum ſæuit, inquit Seruius: quum tranquillus, Quirinus. Deniq; in Vrbe duo eius templa ſunt: vnum Quirini intra Vrbem, quaſi cuſtodis & tranquilli. Alterum in Appia via, extra Vrbem prope portam, quaſi bellatoris vel gradiui. Hæc Seruius.

Gradiuicola, læ, Qui colit Martem, Silius lib. 4, -iaculatorémque Sabellum, Et Gradiuicolam celſo de colle Tudertem.

GRAEAE, *Γραῖαι*, Tres fuerunt ſorores, Phorci filiæ, vnicum tantum habentes oculum & dentem, quibus viciſſim inter ſe tres vtebantur. Harum ope Perſeus ad Gorgonas peruenit. Vide prouerbium apud Eraſmum, Orci galea, vbi hæc omnia copioſius.

GRAECIA, *Ἑλλάς*, Europæ regio eſt, olim omni diſciplinarum genere excultiſſima, hodie non ſine ignominia nominis Chriſtiani, Turcarum imperio ſubiecta. Hæc à Ptolemæo Achaia nominatur. Principium ſumit ad Meridiem ab Iſthmi Corinthiaci angustiis, indéque ad Septentrionem in Theſſaliam vſq; & partem Aegæi maris extenditur. Ad Occaſum Acheloo fluuio ab Epiro ditimitur. Ab Ortu rurſus habet mare Aegæum, qua parte Sunium eo abluitur. Scinditur in multas regiones, quarum præcipuæ ſunt Attica, Bœotia, Phocis, & Locri. Dicta eſt Græcia, à Græco primo eius prouinciæ rege, teſte Plin. lib. 4. cap. 7. Cic. pro Flacco, Hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, paruum quendam locum Europæ tenet, ſempérque tenuit: Italiæ maritimam oram bello ſuperatam cinxit vrbibus. Idem 1. pro lege Agraria, In angustiis & faucibus Græciæ poſita erat Corinthus. Magna Græcia dicta eſt extrema Italiæ ora, à Locris Italiæ fronte initium ſumens, in tres recedens maris Auſonij ſinus, patens in longitudinem CXXXII. M. paſſ. vt ex ſententia Varronis tradit Plin. lib. 3. ca. 10. Hanc Græci ſubactam maximis potentiſſimiſque vrbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, aliæq; complures. Cic. 2. de Oratore, Nam & referta quondam Italia Pythagoræorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Idem 4. Tuſc. Quum floreret in Italia Græcia potentiſſimis & maximis vrbibus, ea quæ magna eſt dicta, &c.

Græcus, Qui eſt ex Græcia. *Ἑλλην*. Cic. pro Flacco, Quanquam quis ignorat, qui modò vnquam mediocriter res iſtas ſcire curauit, quin tria Græcorum genera ſint verè? quorum vni ſunt Athenienſes, quæ gens Ionum habetur: Aeoles, alteri: Dores, tertij nominabantur. Idem Qu. Fratri, lib. 1, Familiaritates Græcorum neque tam fideles ſunt: nuidẽt non noſtris ſolùm, verumetiam ſuis. Idem de Aruſpicum reſponſis, Artibus Græci, Galli robore, Hiſpani numero, Pœni calliditate valent.

Græcus, ca, cum, adiectiuum. *Ἑλληνικός*. vt Literæ Græcæ. Cicc. de Claris Orat. Gallus qui maximè omnium nobilium Græcis literis ſtuduit. Exemplaria Græca. Horat. in Arte, -vos exemplaria Græca Nocturna verſate manu, verſate diurna. Græco more bibere. Cic. 3. Verrina, Fit ſermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberent. ¶ Græca roſa, *λευκὸν στεφανωτικὸν*, Dioſcoridi, violæ magnitudine eſt, non niſi in locis humidis prouenientes, quinque folia non excedens, omnis odoris expers, coloris tantùm gratia expetita ad coronamẽta: vnde & lychnis coronaria appellatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 4. ¶ Græca ſalix, dicitur ſalix rubra.

Græcè, aduerbium. *Ἑλληνιστί*. Cicc. 1. de Oratore, Quum ea quæ legerem Græcè, Latinè tedderem. Idem 1. Tuſcul. Scis enim me Græcè loqui in Latino ſermone non plus ſolere quàm in Græco Latinè.

Græcanicus, ca, cum. Plin. lib. 34. cap. 9, Maximéque ita colorem bibit quem Græcanicum vocant.

Græcienſis, ſe. Gell. lib. 19. cap. 10, Offendimus eum cubantem in ſympoſio Græcienſi. Sic apud Plinium, Græcienſe melinum, lib. 35. cap. 6.

Græculus, diminutiuum, *Ἑλλήνιος*. Iuuenal. Satyra 3, Græculus eſuriens in cælum, iuſſeris, ibit. Aſſentator Græculus, Cic. pro Milone. Idem 2. de Oratore, Homines Græculos controuerſia verbi tandiu torquet. ¶ Græcula roſa, diuerſum omnino genus eſt ab eo quod paulò ſuprà Roſam Græcam appellauimus. Folia habet latiſſima, ſed panniculos ita conuolutos, vt nunquam niſi manu coacta dehiſcat, ſempérq; naſcenti ſimilis ſit. Autor Plin. lib. 21. cap. 4. ¶ Græcula mala, à patria ſic dicta. Plin. lib. 15. cap. 14. Patrias nobilitauere Camerina & Græcula.

Græcari, pen. prod. Eſt conuiuiis & libidinibus operam dare. *Ἑλληνίζειν, κωμάζειν*. ab eo quòd Græci liberius ſe haberent in conuiuiis. Nam quandoque verba trahuntur à moribus nationum. Horat. 2. lib. Serm. Saty. 3. Vel ſi Romana fatiget Militia aſſuetum græcari.

Græciſſo, Græcos imitor. *Ἑλληνίζω*.

Græcoſtaſis, pen. corr. *γραικοστάσις*, Quaſi Græcorum ſtatio, locus, de quo Varro de Lingua Lat. lib. 5, ſic habet, Ante curiam Hoſtiliam roſtra, cuius id vocabulum ex hoſtibus, capta ſixa ſunt roſtra. Dextra è comitio locus ſubſtructus, vbi nationum ſubſiſterent legati qui ad Senatum eſſent miſſi: is græcoſtaſis appellatur. Cic. ad Qu. frat. lib. 2, Deinde eius operæ repentè à græcoſtaſi, & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.

GRAIVS, Idem quod Græcus. *Ἑλλην, γραικός*. Quintil. lib. 8. cap. 4, Non putant indignum Troiani principes, Graios Troianóſque, propter ſpeciem Helenæ tot mala tanto temporis ſpatio ſuſtinere. Virgil. lib. 4, Aeneidos, -Graiúmque ideo bis vindicat armis.

Graius, a, um, Idem quod Græcus, a, um, *Ἑλλήνιος*. Virg. 3. Aene. Priamidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem Helenum Graias tegnate per vrbes.

Graiugenæ, natum, pen. cor. Græci dicti sunt. Γραῖοι. Cicc. 1. de Natu deo.

Graiugena de isto aperit ipsa oratio. Ex Pacuuio. Virgilius. 3. Aeneid.

Graiugenûmque domos, suspectâque linquimus arua.

Grallæ, rum, {τὰ καλοῦμενα βάθρα, ἢ τὰ σκαλοβαδίζοντων ἑρμάτια}. Ita. Zanche. Gal. *Eschasses*. Hisp. *zancos*. } Fustes furculas habentes sunt quibus nituntur qui super iis ambulant.

Grallator, Qui grallis graditur, ac passus ingentes facit. {κολοβάτης σκαλοβαδίζων}. Ital. *Chi va per scalle o Zanche*. Gal. *Qui va sur des eschasses*. Hisp. *El que esta anda en zancos*. } Plautus in Pœnul. At si ad prandium in ædem vos dixissem ducere, vinceretis cursu, & grallatorem gradu. Grallatores (inquit Festus) appellantur pantomimi, qui vt in saltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ob similitudinem crurum eius genetis gradiebantur, vtique propter difficultatem consistendi.

Grallatorius, a, um. ὁ κολοβάθρου: vt, Grallatorius gradus, id est magnus, quales solent esse grallatorum: cui opponitur testudineus gradus, hoc est lentus, quali incedunt testudines. Plau. in Amph. Abstine, quæso, non potuimus Nostros grandius grandire gradus. A. Siue grallatorius, siue testudineus fuerit, certum est mihi, hunc scelestum perdere.

Gramen, minis, Herba vulgatissima, sic dicta à gradiendo, hoc est progrediendo, siue serpẽdo, quòd geniculatis internodiis mirificè serpat, crebróque nouas spargat radices. {κάχρυς. Ital. *Gramigna*. Gal. *Dent de chien*. Hisp. *La yerua que dizen grama*. } Hæc verba (vt autor est Plini. lib. 24. cap. 19,) iumentis est gratissima, siue viridis sit, siue in fœno siccata. Virgil. in Buc. - nulla neq; amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Cicc. 2. de Finibus, Tua sint Puteolis gramina. Liuius 1. ab Vrbe, Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Gramen floreum. Martialis lib. 9, Sit in gramine floreo recliuis.

Gramineus, a, um, Quod ex gramine est factum: {ὁ ἐκ κάχρυος, χλοηφόρος}. Ital. *Gramignoso, di gramigna*. Gal. *D'herbes, de verdure, herbu*. Hisp. *Cosa de grama*. } vt, Graminea corona. Gell. lib. 5. cap. 6, Obsidionalis corona est, quam ij qui liberati sunt obsidione, dant ei duci qui liberauit: ea corona graminea est, obseruarique solitum vt fieret è gramine quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant qui obsidebantur. Sic Plin. lib. 22. cap. 3, & Liu. 7. ab Vrbe. Cespes gramineus, Ouid. 2. Amo. Eleg. 15. Campus gramineus, Ouid. 3. Fast.

Graminosus, a, um, Plenus gramine. {χορτώδης. Ital. *Gramignoso, pieno di gramigna*. Gal. *Herbu, plein d'herbes*. Hisp. *Lleno de grama*. } Columel. in Præfat. lib. 1, Quid syluester ager, quid humidus & graminosus, quid siccus, & spurcus recusaret? Sic lib. 7. cap. 9.

Gramiæ, siue Gramæ, sunt oculorum pituitæ, λῆμαι, γλάμαι.

Gramosus, a, um, siue Graminosus, id est lippus. Cæcilius apud Nonium, Gramosis oculis ipsa, atteritis dentibus.

Gramma, atis, pen. cor. neu. gen. Latinè litera dicitur.

Grammatica, cæ, vel Grammatice, ces, γραμματική. Est rectæ loquelæ rectæque scripturæ scientia: quæ vsu, ratione, autoritatéque constat. Latini numero plurali Literas vocant. Cicc. 3. de Finib. Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipsa Philosophia, vt Rhetorica, Dialectica, Grámatica, Geometria, Musica, quanquam Latinè ea dici poterãt, tamen quoniam vsu recepta sunt, nostra ducamus. Quinti. lib. 1. cap. 14, Grammatice, literatura est, non literatrix. Et cap. 1. Et Grammatice, quam in Latinum transferentes, Literaturam vocauerunt, fines suos norit.

Grammatica, corum, Studium literarum, quod profitentur ij qui grammatici vocantur. Cicc. 1. de Orat. In Grammaticis poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Grammaticè, aduerbium, γραμματικῶς, vt, Grammaticè loqui, est vbi cura sermonis vitium nõ admittitur: Latinè loqui, vbi elocutione eluceseit oratio. Quintil. lib. 1. capi. 6, Quare mihi non inuenustè dici videtur, aliud est Latinè, aliud grammaticè loqui.

Grammaticus, ca, cum, γραμματικός, Quod ad grammaticam pertinet, vt, Figuræ grammaticæ, Grammaticus stylus, Grammatica oratio, Ars grammatica. Ad Heren. lib. 4, Hæc qua ratione vitare possimus, in arte grammatica diluciclè discemus. ¶ Grãmaticus substantiuum, qui grãmaticam docet: Latinè dici potest Literatus. Suet. de Clar. Grã Appellatio Grammaticorum Græca cõsuetudine inualuit: sed initio Literati vocabãtur. Corn. quoque Nepos in eo libello quo distinguit literatos ab eruditis, Literatos quidem vulgò appellari ait eos qui aliquid diligenter, & acutè, scienterq; possint aut dicere aut scribere. Cæterũ propriè sic appellandos Poëtarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nominãtur, eosdem Literatos vocitatos. Hactenus Suet. Cicc. 2. Tusc. Vt enim si grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se velit habere Musicum, hoc turpior sit quòd in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam: sic Philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur: atémq; vitæ professus, delinquit in vita. Horatius in Arte, Grã matici certãt, & adhuc sub iudice lis est. ¶ Grãmatici à veteribus etiam Critici dicti sunt, eo quòd sibi de omni genere scriptorum diiudicandi sumebant potestatẽ. Eosdem Literatores vocitatos, Messala Coruinus autor est. Sunt tamen qui Grammaticum à Grammatista distinguunt, vt Literarum à Literatore, tanquam Grãmaticus absolutè, & perfectè doctus, sicut Literatus: Grammatista, sicut Literator, tenuiter eruditus: in malam enim partem accipitur. Quorũ opinionem Orbilius etiã exemplis confirmat. Nam apud Maiores (ait) quum familiæ alicuius vænalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum in literis, sed imburum.

Grammateus, {γραμματεύς. Ital. *Scriuano*. Gal. *Escriuain*. Hisp. *Escriuano*. } Dictio trisyllaba, significat scribam qui rationes publicas in tabulis scribit. Apul. lib. 11, Cum ex his vnus, quem cuncti Grammatea dicebant. Suidas ait Grammatea esse notarium, & ἀπορρήτων, id est arcanorũ participem. Hinc Archigrammateus, princeps scribarum, quem hodie vocamus Cancellarium. Budæus.

Grammatophylactium, cij, {γραμματοφυλάκιον. Ital. *Luogo done si conseruano gl'atti publici, cancellaria*. Gal. *Le thresor des chartres, le lieu ou on garde les lettres & registres publiqs*. Hisp. *Lugar donde se guardan las letras publicas*. } Locus vbi tabulæ & instrumenta publica, monumentáque rerum gestarum, actorúmque asseruantur: quod tabularium Latine appellatur. Iurisconsultus in tractatu de pœnis: Ἀρχεῖον fortasse, vel grammatophylacio.

Grammatias, Gemma est ex iaspidum genere, similis smaragdo, per trãsuersum linea alba præcincta: quæ ab Oriẽtalibus populis pro amuleto gestari solet. Hæc & polygrammos (πολύγραμμος) dicitur. Plinius libro 37. cap. 9

Gramme, {γραμμή. Ital. & Hisp. *Linea*. Gal. *Vne ligne*. } à Græcis appellatur, quam Latini lineam vocant. γραμμὴ (inquit Euclides) μῆκος ἀπλατές: hoc est, gramme, siue linea, longitudo est sine latitudine. Emensa verò cum longitudine latitudo, ἐπιφάνεια, id est superficies dicitur. Augu. Si omissa latitudine, solum quis lõgitudinem voluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensuræ subiecta, gramme dicitur. Non quòd sit longitudo aliqua quæ careat latitudine, sed quòd solam quis metiens longitudinem, grammen etiri dicitur.

Granarium, Granatus, Vide GRANVM.

Grandis, de, Propriè ætatis magnitudinem denotat. {μεγαλυνής. Ital. *Grande*. Gal. *Grand*. Hispani. *Cosa grande en quantidad ò en dignidad*. } Terent. in Adel. An sedere oportuit domi virginem tam grandem? Cicer. pro Cluent. Reliquit hunc annos XV natum: grandem autem & nubilem filiam. Quòd si NATV addatur, prouectiorem ætatem significat, & iam penè senilem. Plinius Iun. Mulier natu grandior, & tot liberorum parens. Cicer. pro Ros. Com. Quid expectas, quàm mox ego Lucium & Manilium dicam ordine esse Senatores: ætate grandes natu: natura sanctos. ¶ Dicitur & de quauis alia magnitudine: neque de solo homine grandis dicitur, verumetiam ad inanimata refertur: vt, Grande æs alienum. Plin. lib. 7. cap. 38, Grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati. Grande pondus argenti. Cicc. pro Cecinna, Grande gaudium. Plaut in Sticho, Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande.

Grandiusculus, la, lum, diminutiuum. {μεγαλύνης. Ital. *Grandetto, grandicello*. Gal. *Grandelet, vn peu grandet*. Hisp *Poquillo grande*. } Ter. in And. Nam ferè grandiuscula profecta est illinc.

Granditas, tis, Propriè ætatis magnitudo. {μεγαλυτία. Ital. *Grandezza*. Gal. *Grandeur*. Hisp. *Grandeza como quiera*. } Sisenna lib. 4. Hist. Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honestatem, aut dignitatem sibi esse excusationi. ¶ Accipitur etiam pro quauis alia magnitudine, siue sublimitate. Cic. de Claris Orat. Idque apparet ex genere, & granditate verborum. Plin. in Epist. Non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Quibus in locis granditas accipitur pro sublimitate, vel grandiloquentia verborum, vel orationis.

Grandæuus, ua, uum, Quod est prouectioris ætatis, quasi grandis æui: id est senex. {μεγαλυτής. Ital. *Di molta età*. Gal. *Qui est fort aagé*. Hisp. *Cosa de grande edad*. } Virgil. 1. Aeneid. Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes. Plin. lib. 2. cap. 7, Alios esse grandæuos, lempérque canos.

Grandæuitas, atis, {μεγαλυτία. Ital. *Grande età, vecchiezza*. Gal. *Grande aage, vieillesse*. Hisp. *Aquella grandeza de edad*. } Accius, Ne quia nec vos, nec ille impunè irrideret meam grandæuitatem.

Grandiloquus, penult. corr. Qui grandi & sublimi dicendi genere vtitur, quíve nihil humile loquitur. {μεγαλορρήμων. Ital. *Che ragiona di cose grande*. Gal. *Qui dit choses grandes, qui parle d'vn haut stile*. Hisp. *Et que siempre habla grandeza*. } Cic. in Orat. Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt, cum ampla, & sententiarum grauitate, & maiestate verborum vehementes. Idem 5. Tusc. Quid tandem isti grandiloqui contra hæc duo? ¶ Hinc grandiloquentia, μεγαλορρημοσύνη.

Grandiculus, penult. corr. diminut. {ὀλίγῳ ἢ ὑπομέγας. Ital. *Grandicello*. Gal. *Grandelet, vn peu grand*. Hisp. *Poquillo grande*. } Plaut. Penul. In fundas infundebam grandiculos globos.

Grandio, dis, diui, ditum, Grandem facio. {μεγαλύνω, αὔξω. Ital. *Aggrandire*. Gal. *Agrandir, faire grand*. Hisp. *Hazer grande otra cosa*. } Plaut. in Aul. Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum, Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. Idem in Amph. - abstine quæso: non potuimus Nostros grandius grandire gradus.

Grandesco, cis, Cresco, grandis fio, {αὐξάνω, φύομαι, μεγαλύνομαι. Ital. *Crescere, diuenir grande*. Gal. *Deuenir grand, croistre*. Hisp. *Hazerse grande*. } Plin. lib. 18. Crescente luna frumenta grandescunt. Colum. lib. 2. cap. 12, Omne autem frumentum spicam à tertio ad quartum nodum emittit: & quum totam edidit, octo diebus defloreseit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem peruenit. Cic. 1. de Diuin. Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. ¶ Hinc Ingrandesco de quo suo loco.

Grandigro, as, Antiquum verbum est, quo Plaut. in Truc. vsus est, pro grandi gradu eo. Quid, inquit, clamitas insane? Abire hinc ni properè grandigras, iam ego istos fictos, Compositos, crispos, cinnos tuos vnguentatos vsque ex cerebro Expellam.

Grando, dinis, Pluuia in aëre congelata: sic dicta, quòd granis similis sit {χάλαζα. Ita. *Tempesta, grandine*. Gal. *Greste*. Hisp. *El granizo*. } Cic. 3. de Nat. deorum, At enim minora dij negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur: nec si vredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit: nec in regnis quidem reges omnia minima curant. Virgil. 1. Georg. - crepitans salit horrida grando. Horat. 3. Carm. Ode 1, Non verberatæ grandine vineæ. Plin. lib. 2. cap. 60, Grandinem conglaciato imbre gigni, & niuem eodem humore mollius coacto: pruinam autem ex rore gelido. Plaut. in Mostel. Ea mihi aduentu suo quamprimum grandinem, imbrémq; attulit. ¶ Drachmæ grando, δραχμὴ χαλάζωσα, id est, Drachma grandinans. De lucro quod tanquam cælitus emolumentum obtigit. Nam olim theatrale præmium erat drachma, quæ veluti grandinis in morem in populum spargebatur. Zedodotus & Hesychius. ¶ Grando item morbus est, siue vitiũ oculorum, quod Græci χάλαζιον appellant: quũ scilicet in extrema ciliorum ora, vnde pili oriuntur, tuberculũ enascitur mobile, quod digito huc illuc impelli possit. ¶ In suibus item Grando dicitur, quum sub lingua venulæ varicosæ fiunt ac nigrescunt. Autor Aetius lib. 13. cap. 120.

Grandinosus, sa, sum, Quod abundat grandine. {χαλαζώδης. Ital. *Tempesto-*

so, che

Universidad de Navarra Biblioteca

ſeine abonda di tempeſta. Gal. subiet à la greſle, qui greſle ſouuent. Hiſp. Lleno de granizo, ó el que abonda de granizo.} Colum. lib. 3. ca. 1, Poſt hæc non ignorabit dominus loci, plus poſſe qualitatem cæli frigidam vel calidam, ſiccam vel roſcidam, grandinoſam, ventoſamque vel placidam, ſerenam vel nebuloſam.

Granſino, grandinas, penult. corr. Grandinate dicitur Deus. χαλάζῃ.

GRANICVS, γρανικὸς Ptolemæo, Fluuius eſt minoris Myſiæ ex Ida monte profluens, & inter Priapum & Aeſapum in Propontidem influens: iuxta quem Alexander Darij Satrapas memorabili prælio ſuperauit, ſexcentis Perſarum millibus cæſis fugatiſque, quum victoris copiæ triginta peditum millia, & quatuor millia equitum & quingentos non excederent. Autores Plutarchus in Alexandro, Iuſtinus lib. 2. Diodorus item Siculus lib. 17.

Granum, ni, Proprie ſemen frugum dicitur, vt tritici, hordei, & huiuſmodi. {κόκκος. Ital. Grano, granello. Gal. Grain. Hiſp. Grano de ſimiente qualquiera.} Plaut. in Sticho, Videlicet illum fuiſſe nequam adoleſcentem qui ilico, Vbi ille poſcit, date denegauit ſe granum tritici. Varro 1. de Re ruſt. cap. 48, Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum. Et paulo pòſt, Granum à gerendo: id enim ſeritur, vti ſpica gerat frumentum. Cic. 1. de Diuinat. Fiunt certè diuinationum coniecturæ à peritis. Midæ illi Phrygio, quum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt: ditiſſimum fore prædictum eſt, quod euenit. ¶ Granum etiam generaliter dicitur pro omni eo quod minutum eſt, & ſimilitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Vnde & mali punici acinos, grana, ipſumque malum granatum dicimus. Fructum quoque arboris cuiuſdam ilici ſimilis, quem Dioſcorides κόκκον βαφικὸν appellat, à quibuſdam granum dicitur. Quod quia copioſiſſimè naſcitur in Bætica prouintia, factum eſt vt ea regio ab eo Granata dicatur.

Granarium, rij. Locus in horreis ſeruandis ſeminum granis paratus, vel in quo grana frugum reponuntur. {σιτοφυλακεῖον, σιτοθολών. Ital. Granaio. Gal. Grenier, ou lieu à ſerrer les grains. Hiſ. Lugar para guardar los granos.} Varro 1. de Re ruſt. cap. 57, At triticum condi oportet granaria ſublimia quæ perflentur ventis ab Exortu, & Septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aſpiret. Pro granariis quidam habent ſub terris ſpeluncas quas vocant ſyros, alij puteos. Perſ. Sat. 5, Iam nunc aſtringas, iam nunc granaria laxes. Horat. 1. Serm. Saty. 1, Cur tua plus laudes cucumeris granaria noſtris? Colum. lib. 2. cap. 10, Repoſitum in granario patitur æuum.

Granatus, a, um, Quod abundat granis: vt malum granatum, ῥοιὰ. {κοκκώδης. Ital. Granato, che ha molti grani. Gal. Grené, qui a force grains. Hiſp. Granado de muchos granos.} Colum. lib. 12. cap. 41, Et integra mala dulcia granata quæ Punica vocantur.

Granatum, ti, ſubſtantiuè accipitur pro malo Punico. {ἡ ῥοιὰ vel ῥοά. Ital. Pomo granato. Gal. Pomme de grenade. Hiſp. La granda fruto de granado.} Plin. lib. 20. cap. 41, Singultus & vomitus ſiſtit cum ſucco granati.

Granoſus, ſa, ſum, Quod intus habet grana. {κοκκώδης. Ital. Granelloſo, di molti grani. Gal. Grenu, qui a beaucoup de grains. Hiſpa. Lleno de granos.} Plin. lib. 21. cap. 31, Quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, halicacabum vocant, & alij callion.

Graniſer, ra, rum, {κοκκοφόρος, σπερμοφόρος. Ital. che porta grani. Gal. Qui porte grains. Hiſp. Coſa que trae ò tiene granos.} Ferens granum: vt, Agmen graniferum dictæ formicæ ab Ouid. 7. Metamorph. Graniferúmque agmen ſubiectis ſpargere in armis.

Graphe, {γραφή. Ital. Scritura, accuſa. Gal. Eſcriture, accuſation. Hiſp. Eſcriptura, accuſacion.} apud Græcos ſcripturam ſignificat. Aliquando etiam (vt inquit Suidas) Genus eſt cuiuſdam publicæ accuſationis, quando ſcilicet lex aliqua vt iniqua, aut perperam lata accuſatur.

Graphice, ces, {γραφική. Ital. Arte del dipingere. Gal. L'art de peindre. Hiſpan. Arte de pintar.} Ars pingendi, quæ & pictura à Latinis dicitur. Plin. lib. 35. cap. 10, Et huius autoritate effectum Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt picturam, in buxo docerentur. ¶ Graphice item dicitur, teſte Budæo, cura, vſus, meditatio elaborandi, limandique ea quæ ſcribimus: Cicero ſtylum appellat, lib. 2. de Oratore. Huic opponitur extemporanea dicendi, ſcribendive facultas, quam Græci vocant ἀυτοσχεδιαστικὴν.

Graphis, phidis, {γραφίς. Ital. Diſegno, abozzamento. Gal. Projet de peinture, degroſſement, delineament. Hiſ. El debuxo.} Eſt delineatio futuræ picturæ, quæ & ἰχνογραφία à Græcis dicitur. Frequens eſt huius dictionis vſus apud Vitruuium lib. 1. vbi graphidem accipit pro primo illo lineatũ ductu, & vmbrarum delineatione in inſtrumentis ſciothericis, quam & ſciographiam identidem appellat. Dicta graphis à ſtylo, quem Græci γραφεῖον & γραφίδα quoq; nominant. Plin. lib. 35, Graphidis veſtigia extant in tabulis, ac membranis ex quibus proficere dicuntur artifices.

Graphium, phij, {γραφεῖον. Ital. Stilo da ſcriuere in tauolette. Gal. Pinceau ou autre inſtrument dequoy on peint ou eſcrit ſur tablettes. Hiſpa. El punçon para debuxar.} ſtylus ferreus, quo vereres in cereis pugillaribus ſolebant ſcribere. Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 11, Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo?

Graphicus homo. {γραφικός. Ital. Ben fatto, come eſſer deue. Gal. Fait comme qui l'auroit peint, bien & naifuement fait. Hiſp. Bien y perfectamente hecho y compueſto, limado.} dicitur ad vnguem factus, abſolutúſq; & quaſi pictoris manu expolitus. Plaut. in Epid. Næ tu habes ſeruum graphicum, & quantiuis pretij, ſi ſeruat fidem.

Graphicè, eleganter, politè, {γραφικῶς. Ital. Elegantemente, galantemente, politamente. Gal. En bonne peinture, naifuement, fort bien. Hiſpa. Linda, galana y gentilmente.} Plaut. in Perſa, Nunc huic ego graphicè facetus fiam, Subnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſè. Idem in Trin. Exornetur graphicè.

Graphiarium, rij, {γραφιοθήκη. Ital. Pennaruolo. Gal. Vn calmar ou eſtuy de peintre ou eſcriuain. Hiſpa. La caxa de aquellos punçones.} Theca in qua ſtyli reponuntur, quibus & ſcribere ſimul & pingere ſolebant antequam penicilli, & colores inuenirentur. Martial. lib. 14, Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro, Si puero dones, non leue munus erit. Eadem & theca graphiaria dicitur.

Graſſor, ſaris, ſi originem ſpectes, nihil aliud eſt quàm cum impetu & vehementia incedere. Creditur enim frequentatiuum eſſe à verbo gradior. Frequentiſſimè tamen accipitur pro eo quod eſt vias obſidere, obuiósque iniuriæ opportunos veſtibus, aut pecunia, aut alia quauis te ſpoliare. Feſtus, Graſſari propriè dicuntur latrones vias obſidentes. Gradi ſiquidem, ambulare eſt: vnde tractum graſſari, ab impetu gradiendi. Sed quum quis graſſatur, id eſt quum impetu ſiue frequenti gradu vadit in aliquem, & bono & malo animo graſſari poteſt: ideo & in bonam & in malam partem accipi poteſt: vt apud Salluſt. in Iugur. Sed dux atque Imperator vitæ mortalium animus eſt, qui vbi ad gloriam virtutis via graſſatur, abundè potens, poliénſque & clarus eſt. Liuius, lib. 3. ab Vrbe, Iam à vi tuta erat, quum aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitata ait, ſe iure graſſari: non vi, hoc eſt iure procedere. Næuius, Nunc me res ipſa reprimit, ſæpe hac eadem graſſatus via. Sæpius tamen in deteriorem partem accipitur pro ſæuire in aliquem, vel vi aliquem adoriri. {ληϊστεύω, ληϊστεύομαι, λῃστεύω. Ital. Aſſaſſinare, ſtruggere. Gal. Aſſaillir, courir ſur, brigander, deſtrouſſer. Hiſpan Saltear.} Plaut. in Ruden. Acta hæc eſt res: certum eſt mori, quàm hunc pari lenonem in me graſſari. Lactant. lib. 2, Suis enim vitiis perditis ſæuiunt, & graſſantur vt perdãt. Idem lib. 3, Archipirata quiſpiam vel latronum ductor, ſi ſuos ad graſſandum cohortetur. Cæſar, Graſſari in hoſtes vetat. Liu. lib. 2, Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via graſſaremur. Graſſatur peſtis, hoc eſt cum ingenti clade hominum inualeſcit. ¶ Huius compoſitum eſt Oggraſſor, de quo ſuo loco.

Graſſator, oris, Proprie dicitur, qui vrbis vicos obſidens, obuios aut veſtibus aut pecunia ſpoliat: quales ſunt qui prima face in maioribus vrbibus, miniſtris veſtes detrahunt, aut cœnas quas dominis ferunt, vi eripiunt, meru verberum aut mortis intentato. {λωποδύτης. Ital. Malandrino, Ladrone, aſſaſſino da ſtrada. Gal. Brigant, deſtrouſſeur, de gens, guetteur de chemins. Hiſpa. Salteador de caminos y robador.} Iuuenalis, Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem. Calliſtratus, l. Capitalium. ff. De pœn. Graſſatores qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur. Suetonius in Auguſto, Nam & graſſatorum plurimi palàm ſe ferebant ſuccincti ferro, quaſi tuendi ſui cauſa. Et pauló infetius, Igitur graſſatores, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, inhibuit. Cic. de Fato, Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus, cauſa foret cur à graſſatore ſpoliaretur.

Graſſatio, tionis, verbale, dicitur actus ipſe graſſandi. {λωποδυσία. Ital. Aſſaſſinamento. Gal. Courſe ſur vn homme, deſtrouſſement, briganderie, volterie. Hiſp. Aquella obra de ſaltear.} Plin. lib. 3. cap. 22, Nero Cæſar claritatem ei dedit, initio imperij nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens ſibi cum thure ceráque, & ſequente die contra famam cutem ſynceram circunferens. Budæus.

Graſſatura, ræ, Idé quod graſſatio. Sueton. in Tiberio, In primis tuendæ pacis à graſſaturis, & latrociniis, ſeditionúmq; licentia curã habuit.

Grate, Grates, Vide GRATIA.

Gratia, tiæ, Interdum idem eſt quod beneficium: inde dictum quód gratis nobis detur. {χάρις, χάριτος. Ital. Gratia, beneficio. Gal. Grace, plaiſir, bienfait. Hiſp. La gratia ò graciоſidad.} Cic. lib. 1. Epiſt. Quum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam quam vel non capere animus meus vel in accipiendo, vel remunerando, cumulandóque illuſtrare poſſet. Terent. in Andr. Ego Charine neutiquam officium eſſe liberi puto, Quum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. hoc eſt poſtulare vt ſibi habeatur gratia, vel vt pro beneficio reputetur. ¶ Gratia gratiam parit, χάρις χάριν φέρει. Sophocles in Oedip. Colon. Sententia quo monemur, neminem fermè mortaliũ inueniri qui velit in quempiam beneficium collocare, à quo non ſperet aliquid emolumenti viciſſim ad ſe rediturum. ¶ Frequenter item gratia accipitur pro memoria accepti beneficij, & voluntate referendi. Hinc dicimus agere gratias, pro eo quod eſt verbis oſtendere nobis aliquid fuiſſe gratum. Habere autem gratias (χάριν ἔχειν) pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficij mentem animúmque habeo, & inuicem gratificandi voluntatem. Referre verò gratiam, eſt facto acceptum beneficium remetiri. ἀνταπόδοσις χάριτος. vt ſi à me ſubleuatus aliquo beneficio, alio me viciſſim ſubleues, gratiam mihi refers. Accipitur & in malam partem pro eo quod eſt iniuriam iniuria compenſare, & par pari reddere. Cice. in Salluſt. Quòſt iſta inuſitata rabie in vxorem & filiam meam inuaſiſti, (quæ ſe mulieres facilius à viris abſtinuerunt, quàm tu vir à viris) ſatis doctè ac peritè feciſti. Non enim ſperaſti mutuam me tibi gratiam relaturum, vt viciſſim tuos compellarem. Terent. Eunuc. Illis crucibus, quæ nos noſtrámque adoleſcentiam habent deſpicatui, Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam vt ab eis fallimur. Referre igitur gratiam, tam in meliorem, quàm in deteriorem partem ſumitur: quum ſit, ipſo facto acceptum beneficium, vel iniuriam compenſare. Rectiúſque huic verbo accuſatiuum ſingularem GRATIAM iungimus, quàm pluralem gratias. Et contrà vitatius dicimus, teſte Valla, Habere gratias, quàm gratiam. Nunquam autem, vel ratiſſimè, agere gratiam, ſed ſemper feré, agere gratias. Liu. 5. bel. Maced. Satiatus tandem complexu filij, Renuntiate, inquit, gratias Regi me agere referre gratiam aliam nunc non poſſe, quàm vt ſuadeam, non ante in actem deſcendat, quàm in caſtra me rediiſſe audierit. Cice. pro Plan. Cui pro me Senatus gratias agendas putauit, ego à me gratiam referendam non putem? ¶ Interdum efferuntur hæ locutiones per verba paſſiua: vt. Habetur tibi gratia. & refertur gratia. Terent. in Eun. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vt merita es, gratia. Vbi Donatus, Qui habet apud ſe gratiam, nondum retulit: retulit, qui deſtitit habere. Multum ergo hic dixit, Et habetur gratia, & refertur. Quem ſenſum tranſtulit Salluſtius in bellũ Iugur. Arma, pecuniam ſume, vtere, & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris: ſemper apud me integra erit. ¶ Cum illo magna eſt mihi gratia. Cice. ad Lentul. hoc eſt magna intercedit mihi cum illo familiaritas: vel, mutuò nos amamus plurimum. ¶ Cum bona, & cum mala gratia. Terent. in Phorm. -cur non, inquam, Phormio, Vides, inter nos ſic hæc potius cum bona Vt componantur gratia, quàm cum mala? ¶ Eſt gratia, pro ago gratias. Plautus, in Menæ. Eamus intrò, vt prandeamur. MEN. benè vocas: tum gratia eſt. Idem in Merca. Saluè mi ſodalis Eutyche: Vt valuiſti? quid parentes mei, valent? EVT. tibi gratia eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. Bene vocas, benignè dicis, eras apud te cœnauero. ¶ Esse in gratia, pro gratioſum esse, & gratia aliquid valere. Cic. Attico, lib. 2, Erit nebulo iſte cum iis dynastis in gratia. ¶ Facere gratiam, hoc est ex inre ſtrictiori aliquid imminuere, vel remittere aliquid quod ſibi debeatur. Vnde facere gratiam iurisiurandi, est iusiurandum remittere. Plaut. in Rud. Nihil hercle hîc tibi est, netu speres: iurisiurâdi volo gratiam facias. Liu. lib. 3, Omnium tibi Appi Claudi, quæ impiè nefariéque per biennium alia super alia es ausus, gratiam tibi facio. ¶ Accipitur interdum gratia pro beneuolentia & fauore. Salluſt. in Iugur. Ita bonum publicum priuata gratia deuictum. Hinc inire gratiam ab aliquo, est fauorem eius emereri. Terent. in Eunuc. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Vbi Donatus, Gratiam inire, est dare beneficium: ac per hoc, inire gratiam, id est amicitiam. ¶ Recipimus in gratiam eum qui vult nobis reconciliari, quum aliquando fuerit inimicus. Cic. pro Rab. Quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. ¶ Redire in gratiam, est reconciliari. Cic. Attico, lib. 1, Cum Luctatio in gratiam redi. ¶ Gratia pro cauſa, ratione, siue occaſione: idque in ablatiuo duntaxat. χάριν, ἕνεκα. Terent. in Andr. Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam portare, & ea me hîc reſtitiſſe gratia. Vbi Donatus, Gratia veteres pro cauſa ponebãt. Salluſtius, Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. ¶ Poëtæ tres GRATIAS finxerunt, Iouis & Autonoës, siue potius Liberi patris & Veneris filias, quæ & χάριτες à Græcis appellantur: quarum vnam Aglaiam nominarunt ab hilaritate, seu lætitia: propterea quòd hilariter præſtandum ſit beneficium. Secundam, Thaliam, à viriditate: quòd beneficij memoria ſemper viridescere debeat, & nunquam marceſcere. Tertiam, Euphroſynem, ab oblectatione, eo quòd non minus in dando beneficio, quàm in accipientione, ea quòd non minus in dando beneficio, quàm in accipiendo nos delectari conueniat. Harum vna auerſa pingitur, duæ ad nos conuerſæ: quo illud ſignificatur, duplicem pro accepto beneficio gratiam rependi oportere. Nudæ ſunt: beneficia enim ſine fuco eſſe oportet. Vnde locus factus prouerbio, Nudæ gratiæ, αἱ χάριτες γυμναί. Quo admonemur, vt candidè ac benigniter impertiamus amicis. Connexæ, quòd beneficium ſemper beneficium pariat: quódque perpetuum eſſe debeat beneuolentiæ fœdus. Hilares: tales enim eſſe debemus in dandis accipiendiſque beneficiis. Iuuenes: beneficij enim accepti gratia diſs accipiendiſque beneficiis. Iuuenes: beneficij enim accepti gratia ſeneſcere non debet, ſed perpetuò florere. Virgines ſunt, & in Acidalio Orchomeni fonte lauantur: vel quòd pura beneficia eſſe, nullámq; retributionis ſpem habere, vel quòd nihil turpe rogare oporteat.

Gratus, ti, Qui gratiam pro beneficio refert, vel ſaltem memor eſt accepti beneficij. ἐκ χαρᾶς ἀνὴρ χάριτος χαριστήριος. Ital. *Grato, recognoſcente del ricenuto beneficio.* Gal. *Agreable, qui n'eſt point ingrat, mais recognoit le plaiſir qu'on luy a fait.* Hiſp. *Agradecido ò aplazible.* ¶ Cic. 1. de Legibus, Gratus eſt qui in referenda gratia non commodum, ſed eum ipſum, cui refert gratiam, cernit. Idem, Tu quàm gratus erga me fueris, ipſe exiſtimare potes. Brutus Cic. lib. 11, Gratiorem me eſſe in te poſſe quàm iſti peruerſi ſint in me, exploratum habes. Cicero Planco, Re ipſa, atque animo gratiſſimus. Terent. in Adelph. Scio nõ te vſum antehac amicitia mea: Memorem me dices eſſe, & gratum. Plin. in Paneg. Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Cic. 5. Verr. Sed quòd ſua intereſſe putabant, ſe memores, gratóſq; exiſtimari, gratias iſti egerunt. ¶ Gratus interdum idem eſt quod acceptus & iucundus. χαρίεις. Liu. 2. ab Vrbe, Gratæ in vulgus leges fuere. Terent. Andr. Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Siue operum vacuo gratus conuiua per imbrem Vicinus. Gratum facere, obſequi, & inſeruire. χαρίζομαι. Cic. lib. 13. Epiſt. Si hunc iuueris, gratiſſimum mihi feceris. Huius contrarium eſt Ingratus, ἀχάριστος, ἀχάριτος. A' quibus Gratitudo, ἀχαριστία: & Ingratitudo, ἀχαριστία, ἀχαριστημοσύνη. Gratè, & Ingratè, Gratis, & Ingratis aduerbia: de quibus ſuis locis.

Gratè, aduerbium, Grato animo. ἑκουσίως. Ital. *Gratamente.* Gal. *Agreablement, auec reconnoiſſance du plaiſir ou du bienfait.* Hiſpa. *Agradecidamente.* ¶ cuius contrarium eſt, Ingratè. Cicero pro Plancio, Audi, atque attende Laterenſis, vt ſcias quid Plancio debeam: confitearéque aliquando, quod faciam, me & gratè & piè facere. Idem lib. 1. de Finibus. Nam & præterita grate meminit, & præſentibus ita potitur, vt, &c.

Gratioſus, a, um, Qui gratia apud omnes plurimum valet, vel qui omnium gratiam & fauorem ſibi facilè conciliat: quod ferè fieri ſolet obſequio, & morum comitate. ἐπιεικὴς, χαριστικός. Ital. *Gratioſo, gratiato, fauorito, di gran credito.* Gal. *Agreable, fauori, qui eſt en grace & credit, cortiſan, gratieux.* Hiſp. *Gracioſo, que recibe aquellas gracias.* ¶ Cic. 3. Offic. Tum Pythius, vt argentarius qui eſſet apud omnes ordines gratioſus. Idem Lentulo, Vehementer confidit ſe his noſtris literis apud te gratioſum fore. id est valde gratum. Ciceto pro L. Muræna, Nil tibi Conſulatum petenti à me detuit quod eſſet aut ab amico, aut à gratioſo, aut à Conſule poſtulandum.

Gratioſè, aduerbium, Cum gratia. χαριέντως. Ital. *Gratioſamente, per fauore.* Gal. *Gratieuſement, par faueur.* Hiſp. *Gracioſamente, por fauor.* ¶ Vlpian. l. Tutor qui repertorium. §. Cõpetet. ff. de Adminiſt. tut. Cõpetet aduerſus tutores tutelæ actio, ſi malè contraxerunt: ſi prædia non idonea comparauerunt per ſordes, aut gratiam. Quid ergo, ſi neque ſordidè, neque gratioſè, ſed non bonam conditionem elegerint? Rectè quis dixerit, ſolam latam negligentiam eos præſtare in hac parte debere.

Gratis, aduerbium, Gratuitò, ſine præmio, aut pretio. δωρεὰν, ἀδίκως. Ital. *Senza premio, senza pagamento.* Gal. *Pour neant, gratis, ſans eſpoir de recompence.* Hiſp. *Debalde, de gracia, ò ſin merito ò precio.* ¶ Plautus in Cap. Nunquam erit

Universidad de Deusto

per fu bien.} Gell.lib.3. cap.15, Quûmq; populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret, &c.

GRATIDIA, *γραῖδια*, Proprium nomen mulieris Neapolitanæ vnguentariæ, ac maleficæ, quam Horatius in Epod. Canidiam nominauit.

GRAVCASVM, Caucasum montẽ nominarunt Scythæ, quod illorum lingua significat niue candidum autor Plin.lib.6.cap.17.

GRAVIONARIVM, Oppidum est Germaniæ, apud Ptole.lib.2.cap.11.

Grauis, & hoc graue, Significat ponderosum, quod scilicet suapte natura deorsum fertur. {*βαρὺς, βαρεῖα, βαρύ.* Ital. *Graue, ponderoso.* Gal. *Pesant, fascheux, griefue.* Hisp. *Cosa graue, molesta y pesada.*} cui opponitur leue, cuius natura est sursum ferri. Virgil.1.Georg. Vomis & infiexi primum graue robur aratri. ¶Per translationem dicitur morbus grauis, senectus grauis, id est molesta: quoniam qui molestiam ex senectute, morbo, cæterisque huiusmodi sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupidè, vel graue onus à se vellent deponere. *ἀηδὴς, βαρὺς, χαλεπὸς.* Cic. in Catone, Quòd nunquam senectutem tibi grauem esse senserim. ¶Grauis item accipitur pro constanti & seuero, quadámque autoritate & reuerentia pleno, quod Græci dicunt *σεμνὸν.* {Ital. *Modesto, graue.* Gal. *Modeste, graue.* Hisp. *Modesto, no liuiano.*} Quæ significatio inde ducta est quòd quemadmodum grauia & maiora onera non facilè loco mouentur, ita homines seueri & constantes nec minis, nec precibus ab æquitate auelluntur. Cic.de Orat. Vir autoritate grauis. Idem alibi, Vir prudens & grauis. Idem in Hortensio, Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius? ¶Variis aliis modis dicitur graue, sed ad hos reduci possunt. Nam ponitur pro pernicioso, acerbo, nocente. Cic. 2. Offic. Magnum illud bellum, & grauem aduersarium imperij sustulissent. ¶Pro forti & robusto. *ἰσχυρὸς.* Virgil.lib.5. Prima pares ineunt grauibus certamina remis. Pro grandæuo. Idem 5. Aeneid. Hic grauis Entellus dictis castigat Aceesten. ¶Pro vtili, solido, firmo, constante, *σπουδαῖος.* Cic. lib. 1. Offic. Vtriam sint alia grauiora, atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metimur. ¶Pro tristi. Virgil. lib.8, Grauior ne nuntius aures Vulneret. ¶Aes graue à Romanis dicebatur æs rude, & quod non erat signatum: ideirco quòd non numero, quemadmodum hodie, sed pondere in solutionem cederet. Liu. lib.4. ab Vrbe, Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam collationem faciebant. Pro eodem etiam æs rude dicitur à Plin. lib.33.cap.3, Seruius, inquit, rex primus signauit æs: antea rudi vsos Romæ Remeus tradit. ¶Pro necessario. Lucil. lib.29, Habeásque animo, mihi admodum causam grauem fore, quæ me ab vllo commodo abducat tuo. ¶Pro pleno. Virgil.1. Aeneid. Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem Conspexere, silent. ¶Pro fœcundo, & frugifero. Virgil. Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras Inuertisse graues? ¶Pro multo. Varro apud Nonium, Vbi graues pascantur & alatur pauonum greges. Sallust. lib.3, Cœpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus esse. ¶Pro amaro. Varro Quinquatribus, vt citat Nonius, Absinthium vt bibam graue & castoreum. ¶Nonnunquam etiam pro grauido. Virgil.1.Aen. Donec regina sacerdos Marte grauis. Idem 1. Aeglo. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.

Grauitas, atis, Idem quod põdus, siue ponderositas. {*βάρος, βαρύτης.* Ital. *Grauezza, peso.* Gal. *Pesanteur, grauité.* Hisp. *Grauega, pesadumbre y molestia.*} Cic.1.de Nat.deorum, Tanta contentio grauitatis, & põderum. Idem de Fato, Atomos grauitate & pondere moueri. ¶Accipitur & pro constantia & seueritate, quam Græci *σεμνότητα* vocant. Cic. Attico, Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem quam mihi præcipis. Idem 1. Offic. Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. ¶Grauitas morbi, id est magnitudo, apud Cic.2.de Nat. deor. ¶Grauitas cæli, id est intemperies aëris. Idem Attico, Corpore vix sustineo grauitatem cæli huius.

Grauiter, Idem quod molestè. {*βαρέως, δυσχερῶς.* Ital. *Grauemente, molestamente.* Gal. *Griefuement, grauement.* Hisp. *Graue y pesadamente.*} Sallust. in Ciceronem, Grauiter & iniquo animo paterer maledicta tua, M. Tulli, &c. Cic.de Aruſp. respons. Id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam, quòd, &c. ¶Accipitur item grauiter, pro cõstanter, seuerè, & cum quadam autoritate. Cic. de Orat. Thucydides res gestas narrat grauiter sanè, & probè. ¶Interdum etiam pro valde, siue vehementer. *σφόδρα.* Cæcilius Plotio, vt citat Nonius, Placere occœpit grauiter, postquã est mortua. Cic. in Catilinam, Si me meis ciuibus suspectum tam grauiter atque infensum viderem, &c. Sic Grauiter ægrotare, id est vehementer, & periculosè, apud eundem lib.1.Offic. & lib.2.de Finib.

Grauedo, inis, Capitis morbus, quum humor crassior ex cerebro in nares decumbit, eásque claudit, vocem obtundens, & tussim siccam mouens. {*κόρυζα.* Ital. *Pesamento di testa, distillatione di cernello.* Gal. *Pesanteur, de teste, distillement de cerueau, catarre.* Hispa. *El romadizo.*} Celsus lib.4. cap.2, Aliud à destillatione malum, quanuis non multùm distans, grauedo est. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet: sub eadem falsa est saliua, sonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina est. Hæc omnia *κορίζας* vocat Hippocrates: nũc video apud Græcos in grauedine hoc nomen seruari, destillationes *κατάῤῥυσις* appellati. Plaut. in Asin. Quod illa autem simulet, quasi grauedo profluat: hoc ne sic faciat tu labellum abstergas. Cic. Attico, lib.16, Grauedini, quæso, omni ratione subueni. Plin. lib.23, Grauedinem enim capiti, morbúmque lethargicum faciunt.

Grauedinosus, sa, sum, Non solum qui grauedine infestatur, sed etiam qui ad eum morbum est procliuior. {*κορυζῶν, κορυζώδης.* Ital. *Soggeto à pesamento di testa.* Gal. *Qui est subjet & constumier d'auoir pesanteur de teste, catarreux.* Hisp. *Cosa arromadizada, que tiene peso de cabeça.*} Cic.4. Tusc. Itaque dicimus quosdam grauedinosos, quosdam torminosos: non quia iam sint, sed quia fæpe sint. Plin.lib.8. cap.15, appellat eruum grauedinosum, quòd bubus in pabulo grauedinem facit.

Graueolens, tis, om. gen. Quod malè olet. {*δυσώδης.* Ita. *Che ha cattiuo odore.* Gal. *Qui sent fort, qui sent mal.* Hisp. *El que hiede de la boca.*} Virgil.4.Aen. Ad fauces graueolens Auerni Plin.lib.27.ca.8. Graueolentibus foliis.

Graueolentia, æ, Grauis odor. {*δυσωδία.* Ital. *Puzza, lezzo.* Gal. *Mauuaise odeur, mauuaise senteur.* Hispan. *Hedor de la boca, mal olor.*} Plin.lib.20.cap.9, Syluestris, siue erraticæ brassicæ effectus multò plus laudat Cato, adeò vt aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantùm naribus rapto, vitia earum, graueolentiámque sanare affirmet.

Grauo, as, Proprié idem quod onero, siue graue reddo. {*φορτίζω, βαρύνω.* Ital. *Grauare, caricare.* Gal. *Greuer, charger.* Hispan. *Agrauiar, hazer pesado à otro.*} Cic.2.de Diuinat. Iam verò semper viridis, sempérque grauata Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. Liuius 5.belli Pun. Grauatis omnibus vino somnóque. Caput grauatum, hoc est grauedine laborans. Colum.lib.6.ca.9. Signa febricitantis, manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compressi. ¶Interdum grauare accipitur pro eo quod est molestia afficere. Virgil.2.Aeneid. Nec me labor iste grauabit. ¶Nonnunquam etiam pro eo quod est, grauius & molestius aliquid reddere. Ouid.5. Trist. Eleg.11, At tu fortunam, cuius vocor exul ab ore, Nomine mendaci parce grauare meam. ¶Huius composita sunt, Aggrauo, Degrauo, Ingrauo, & Prægrauo: De quibus suis locis.

Grauor, ris, deponens, Offendor, & grauiter fero. {*βαρύνομαι, δυσφορῶ.* Ital. *Aggrauarsi, hauer à male.* Gal. *Estre greué, faire à regret & ennuy.* Hispan. *Ser graue, hazerse pesado.*} Plaut.in Trinu. Non grauabor, Faciam ita vt vis. Idem in Rud. Cur tu aquam grauare amabò quam hostis hosti commodat? Cic.de Amic. Ego verò non grauarer, si mihi ipse considerem. Liu.1.ab Vrbe, Minus tamen plebs grauabatur se templa deum exædificare manibus suis. ¶Grauari, cum accusatiuo. Quintil. lib.1. cap.2, Quæ siquis grauabitur, nõ rationi defuerit, sed oneri. Lucanus, Romanos odere omnes, dominósque grauantur. hoc est grauiter ferunt dominos. ¶Est etiam Grauor verbum passiuum à verbo grauo, post se exigens ablatiuum: vt, Lentiscus triplici fœtu grauato, apud Ciceronem 2.de Diuinat.

Grauatus, participiũ. {*βαρυνόμενος, δυσχερῶς φερόμενος.* Ital. *Grauato, carico, che fa alcuna cosa mal volentiere.* Gal. *Greué, chargé, qui fait quelque chose à regret.* Hisp. *Agrauiado, que haze alguna cosa con peso.*} Plautus in Rudente, -nam vox me Precantum huc foras excitauit, bonam atque obsequentem deam, atque haud grauatam Patronam exequuntur, benignámque multum. Id est quæ ex animo facit quod ab ea petitur: non inuita, aut ægré.

Grauatè, aduerbium, Inuitè, non libenter, siue cum molestia. {*ἀηδέστερον, δυσχερῶς.* Ital. *Grauosamente.* Gal. *A regret.* Hisp. *Graue mente.*} Plaut.in Bacc. Quam grauatè pater dedit. Id est quàm ægro animo & inuito. Cicero pro Balbo, Qui erranti comiter monstrant viam, benignè non grauatè. Idem lib.2.Offic. Grauatè ille primò: quid multa? impetrat.

Grauatim, aliud aduerbium, Idem significans quod grauatè, *ἀηδέστερον.* Liu. 1.ab Vrbe, Haud grauatim socia arma Rutulis iunxit.

Graueſco, scis, Grauis fio, onetor. {*βαρύνομαι, βαρύομαι.* Ital. *Aggrauarsi, farsi graue.* Gal. *Deuenir pesant, se rengreger, s'appesantir.* Hispa. *Hazerse pesado.*} Virgil.lib.2.Georg. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit. Id est oneratur. Plin.lib.11.cap.41, Cameli lac habent, donec iterum graueſcant. Hoc est grauidæ fiant & prægnantes. Valetudo graueſcit, id est grauior fit. Tacit.lib.1, Hæc atque talia agitantibus graueſcere valetudo Augusti. Idem lib.14, Malis publicis in dies graueſcentibus. ¶Hinc Aggraueſco, & Ingraueſco, de quibus suo loco.

Grauidus, a, um, Onustus, grauis. {*γεμίζω, φορτίζω.* Ital. *Carico di peso.* Gal. *Plein & pesant.* Hisp. *Cosa pesada.*} Plaut.in Truc. Neu qui manus attulerit sterilis intrò ad nos, Grauidas foras exportet. Sed hoc translatitium est: propriè enim mulier dicitur grauida, quæ iam concepto fœtu grauatur. {*ἔγκυος, ἐν γαστρὶ ἔχουσα.* Ital. *Grauida.* Gal. *Gros ou grosse prentes.* Hisp. *Muger pesada de preñez.*} Plau.in Amph. Et quum te grauidam, & quum te pulchrè plenam aspicio, gaudeo. Cic.pro Cluent. Quum mulier esset grauida, & iam appropinquate partus videretur. Alius grauida. Ouid.2. Amo. Eleg.14, Si venus Aeneã grauida temerasset in aluo, Cæsaribus tellus orba futura fuit. Plautus Amphit. Ex concubitu grauidam feci filio. Terent. Andr. Iamprimùm hæc se é Pamphilo grauidam dixit esse: inuentum est falsum.

Grauiditas, tatis, Prægnatio, conceptio. {*κύησις.* Ital. *Grauidezza, ingrossamento di donna.* Gal. *Grossesse, engrossissement de femelle, portée.* Hispa. *Preñez.*} Cic.1.de Nat.deorum, Ipse sol, mundum omnem sua luce compleat, ab eóque luna illuminata grauiditates, & partus afferat, maturitatésq; gignendi.

Grauido, das, Proprié est mulierem grauidam reddere: quanuis etiam ad alia transferatur. {*ἐγκυμονεῖν ποιῶ.* Ita. *Ingrauidare.* Gal. *Engrosser une femelle.* Hisp. *Empreñar.*} Cic.de Nat.deorum, Quippe quæ grauidata seminibus omnia pariat, & fundat ex sese. Cæcilius in Tyche. Per mystetia, hic te inhonestè grauidauit probro. id est onerauit.

Grauiloquus, Grauiter loquens. *βαρυλόγος.* Inde Grauiloquentia, *βαρυλογία.*

Grauastellus, Senior: à grauitate dictus, vt Festo placet. Plautus in Epidico, Sed quæ est hæc mulierecula, & ille Grauastellus, qui venit? Quidam tamen legunt rauastellus, à rauo colore.

GRAVISCAE, Ptolemæo, castellum est in Tuscia, quod hodie *Montem altum* vocant: ita dictum ab aëris grauitate. Virgil. 10. Aeneid. Et Pyrgi veteres, intempestatéque Graviscæ.

Gregalis, Gregarius, Gregatim, Vide GREX.

Grellus, Vide GRADIOR.

Grex, gregis. Differt ab armento, teste Valla, lib.4.ca.24, quòd grex minorum animalium sit congregatio, vt ouium, porcorum, caprarum, *ἀγέλη, ποίμνη.* Ital. *Gregge, greggia.* Gal. *Troupeau de bestes.* Hisp. *Grey ò manada, rebaño, como de ouejas ò cabras.*} armentum, maiorum, vt camelorum, boum, equorum. Ouid.4.Metam. Mille greges illi, totidémque armenta per herbas Pascebant. Virgil.3.Georg. Hæc satis armentis: superat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas. Inuenitur tamen quandoque grex de maioribus dici, vt de bobus, equabus, & similibus: sed tunc ferè habet adiunctum nomen adiectiuum, aut genitiuum determinantem, aut potius detorquentem eius significationem ad rem aliquam, pro qua, si solùm positum esset, non ita aptè acciperetur. Virgil. Aeglog.6. Aut aliquam in magno sequitur grege. Vbi adiectiuum magno, efficit vt grex accipiatur pro armento. Sic Horatius quum vellet significare boum armenta, dixit, Greges mugientium. Item Cic.3.Philipp. Cædit greges armentorum, reliquique

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecoris quodcunq; natus est. Idem 3. Verrina, Præterea greges equarum eius istum abigendos curasse. Ex his itaque exemplis omnino dicendum videtur gregis appellationem, generaliorem esse quàm armenti. Hoc enim de maioribus duntaxat animalibus dicitur: illud autem, quoties solum ponitur, ferè de minoribus: cum adiuncto autem, etiam de maioribus. ¶ Neque solùm pro quadrupedum congregatione, verumetiam pro auium, atque adeò ipsorum hominum multitudine accipitur. Horat. 1. Epist. 3. Ne, si fortè suas repetitum venerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus. Plaut. in Aulul. Etiam introduce, si vis, vel gregem vænalium. Terent. in Eunuc. Vnum etiam hoc vos oro, vt me in gregem vestrum recipiatis. Idem in Heaut. -ancillarum gregem Ducunt secum. Sed hæ significationes impropriæ sunt, & translatitiæ.

Gregarius, ia, ium, Quod est ex grege. {ἀγελαῖος. Ital. *Di gregge.* Gal. *Du troupeau, de la troupe.* Hisp. *Cosa de manada.* } vt. Gregarius bos, qui adhuc in grege pascitur, nondum iugo domitus. Gregarius miles dicitur, non electus, sed tumultuariè vndecunque collectus. Cic. pro Plancio, At id etiam gregarij milites faciant inuiti. Sallustius, Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quòd ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita diuites vt regio victu atque cultu vitam agerent. Columella in Præfatione lib. 6, Gregariorúmque pastorum velut minutam professionis suæ disciplinam constantissimè repudiasse.

Gregalis, le, Quod ex eodem grege est. {ἀγελαῖος. Ital. *Di vno istesso gregge, di vna istessa mazza.* Gal. *Qui est du troupeau.* Hisp. *Cosa rebañada y de vn mesmo grey.* } Varro lib. 2. de Re rust. Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. ¶ Dicitur quoque de hominibus: idque ferè in deteriorem partem. Cicero pro Domo sua, An vt crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales dicere solebatis. Idem pro Archia, Nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius, aut consiliariis.

Gregatim, aduerbium, per diuersos greges. {ἀγεληδόν. Ital. *A greggi.* Gal. *Par troupeaux & bandes.* Hisp. *De rebaño en rebaño, ò manadas.* } Varro lib. 4. de lingua Latina Merula quòd mera, id est sola volitet: contrà ab eo graculi, quòd gregatim. Plin. lib. 8. cap. 5. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. ¶ Transfertur etiam ad homines, quemadmodum & nomen grex, à quo deriuatur. Cicc. 7. Verri. Vides ciues Romanos gregatim coniectos in latomias, &c.

Gremium, ij, {κόλπος. Ital. *Grembo, seno.* Gal. *Le giron.* Hisp. *El regazo.* } est inter complexum femorum, feminúmve, in quo complexu mulieres concipere solent. Differt autem à sinu: quoniam sinus est intra pectoris brachiorúmque complexum: vnde sinus vestium: quales erant tuniceæ Romanorum: & modò quorundam religiosorum supra cincturam laxitas illa vestis, quæ cingulum operit. Litora quoque curua, & quasi brachiis mare amplectentia, sinus vocamus. Et per translationem gremium terræ appellamus quum semen suscipit, conceptúmque retinet, quasi viuentem fœtum posthea paritura. Quare quum lactantur infantes, ad sinum admouentur: pueri verò iam facti à sedentibus matribus, vtique quum illis blandiuntur, ad gremium accipi solent: vt Cic. de Clar. Orat. Filius in gremio matris educatus. Virg. 1. Aeneid. de Cupidine sub imagine pueri Ascanij, Hæret, & interdum gremio fouet inscia Dido. Quinetiam matres, nutricésve quum super genua collocant infantem, aut extremis vestibus repositum, & ad vterum vsque sublatum gestant, in gremio magis, quàm in sinu tenere aut gestare dicuntur. Vt idem de eodem, Et fotũ gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos.

Griphus, phi, {γρῖφος. Ital. *Questione ò sententia difficile da soluere.* Gal. *Vne question ou propos obscur difficile à souldre.* Hisp. *Question ò sentencia escura, difficil de declarar.* } Rete, sagena. Item ænigma, hoc est sermo ita implicitus atque intricatus, vt facilè dissolui non queat. Gell. lib. 1. cap. 2, Aliósque id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissoluere.

GRONII, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt ad Durium amnem, quorum meminit Pompo. lib. 3.

Grossus, grossi, masculini vel fœminini generis. Ficus immatura. {ὄλυνθος. Ital. *Fico che non si matura mai.* Gal. *Vne figue qui n'est encores meure, figue sauuage, qui ne paruient à maturité.* Hispan. *Higo aun no maduro.* } Plin. lib. 13. cap. 7, Grossus eius non maturescit. Celsus lib. 5. Grossi in aqua cocti. Plin. lib. 15. cap. 18, Deprehensásq; in his hyeme grossos. Idem lib. 23. cap. 7, Crudæ grossi verrucas tollunt.

Grossulus, diminutiuum. {μικρὸς καὶ ἀνώριμος ὄλυνθος. Ital. *Fico picciolo non maturo.* Gal. *Petite figue qui n'est encore meure.* Hisp. *Pequeño higo aun no maduro.* } Columel. de Arboribus, cap. 21, Si voles ficum, quamis non natura, seram facere, quum grossuli minuti erunt, fructum decutito. Sic lib. 5. cap. 10.

Grues, Aues minimè soliuagæ, quæ non se segregãt, siue quũ volant, siue quum pascuntur: à sono vocis ita dictæ. {γέρανος. Ital. *Gru.* Gal. *Vne grue.* Hisp. *La grulla.* } Excubias nocte diuidunt, capite subter alam condito dormiunt, alternis pedibus insistentes. Volantes autem ordine quodam, γ literam faciunt: quod Palamedem primùm deprehendisse ferunt. Vnde & Palamedis aues appellãtur à Martiale, Turbabis (inquit) vetsus, nec literæ tota manebit, Vnam perdideris si Palamedis auem. Virgil. lib. 1. Georg. Strymoniæ dant signa grues. Horat. 1. Serm. -decerpta ferentes Membra gruis sparsi. Mira de gruibus habes apud Plin. lib. 10. cap. 23. Et apud Cic. lib. 1. de Natura deorum.

Gruo, gruis, grui, De gruibus dicitur. {κλαγγάζω. Ital. *Far la voce di gru.* Gal. *Gruir, chanter comme la grue.* Hispa. *Cantar la grulla.* } vt grunnio de suibus. ¶ Hinc Congruo, pro conuenio, concordo. Terent. in Heau. Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere sentiant. id est concordare. ¶ Hinc etiam deducuntur Congruus, grua, gruum, & verbum Ingruo: quorum significationem vide suis locis.

Gruma, mæ, Mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt est agrimensorum & similium. γρόμμα. Vnde apud Ennium lib. 17, referente Nonio, legitur Grumam dirigere. ¶ Hinc fit verbum compositum Degrumor, de quo suprà.

Grumus, mi, Terræ collectio, minor tumulo, quem etiam cliuulum vocamus. {χῶμα. Ital. *Mucchio, monticello.* Gal. *Grumeau, petit monceau ou amas.* Hisp. *El cerro, mota ò monton de tierra.* } Columel. lib. 2. ca. 18, Grumos quos ad versuram plerunque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, vt necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. Grumus salis. Plin. lib. 33. cap. 4, Torretur & cum salis grumo, pondere triplici.

Grumulus, diminutiuum. {χωμάριον. Ital. *Mucchietto.* Gal. *Petit grumeau, petis monceau ou amas.* Hispan. *Pequeño cerro, mota ò monton de tierra.* } Plin. lib. 19. cap. 6, Quidam vlpicum, & allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi distantibus inter se pedes ternos.

Grundire, Veteres dicebant quod nos Grunnire dicimus. {γρυλίζειν. Ital. *Fal la voce del porco.* Gal. *Gronder grongner comme les pourceaux.* Hisp. *Gruñir el puerco.* } Claud. lib. Annalium 15. vt citat Nonius, Grundibat grauiter pecus suillum. ¶ Hinc Grundules Lares dictos accepimus quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ quæ triginta peperat porcos. Cassius Hemina, Sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt Laribus grundulibus.

Grunnio, is, nii, & grunnij, itum, proprium est vocis porcorum γρυλίζω. Plin. lib. 32. cap. 2, Grumire eum quum capiatur. Iuuc. Saty. 15. Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

Grunnitus, tus, {γρυλισμός. Ital. *Grunimento.* Gal. *Grongnement, grondement.* Hisp. *Aquel gruñido.* } Cic. 5. Tuscul. Nec grunnitum audit, quum mactatur sus.

Gryllus, li, {γρύλλος. Ital. *Grillo.* Gal. *Vn gryllon ou crinon.* Hisp. *El grillo animal conocido.* } Genus est locustæ, simile cicadæ, longioti tamen corpore, vbique gentium pernicies agris: retrò ambulat, terram terebrat, & noctu stridet: vnde & nomen accepit. Plin. lib. 29. cap. 6, Auribus prodest gryllus cum sua terra effossus, & illitus. Magnam autoritatem huic animali pethibet Nigidius, maiorem Magi: quoniam retrò ambulet, terrámque terebret, stridat noctibus. ¶ Fuit etiam GRYLLVS, Xenophontis Socratici filius qui pro patria fortiter pugnans, honestam mortem oppetiit, multorúmque ob id encomiis fuit celebratus. Autor Aristoteles in Politicis.

GRYNEVS, γρυνεύς, Dictio dissyllaba, nomen est Centauri. Ouid. 12. Metamor. Cúmque suis Gryneus immanem sustulit aram Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen.

GRYNIA Plinio, Straboni Gryniũ, γρυνεῖον γρυνεῖα Stephano, Oppidum est Myrinæorum in Aeolide Asiæ regione, Apollinis fano & peruetusto oraculo nobile, à quo Apollo Gryneus, γρυναῖος, dictus putatur. Vide Strab. lib. 13, & Plin. lib. 5. cap. 30.

GRYNEVS, a, um. adiectiuũ, trisyllabum, γρυναῖος, Cognomen est Apollinis, inditum, à Gryneo nemore iuxta Clazomenem Asiæ ciuitatem, in quo Apollo colebatur. Virgil. 4. Aeneid. Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo: Italiam Lyciæ iussere capescere sortes. Idem 6. Aeg. His tibi Gryuei nemoris dicatur origo. Vbi Seruius, Gryneum nemus est in finibus Aeolidis, Apollini consecratum. Dictum est autem hoc nemus à Gryneo vicino oppidulo. De quo vide Strabo. lib. 13.

Gryphes, {γρῦπες. Ital. *Grifi, griffoni.* Gal. *Gryffons.* Hispan. *Griphos.* } Qui & gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leones: alis tantùm & facie aquilis similia, equis vehementer infesta. Virgil. Aeg. 8, Iungantur iam gryphes equis. Plin. lib. 10. cap. 49, Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia. Idem lib. 33. cap. 4, Aurum inuenitur in nostro orbe, vt omittamus Indicum, atque à formicis, aut gryphibus apud Scythas erutum. Singularis nominatiuus est Gryps gryphi, vel gryphus, gryphi. Prioris iam dedimus aliquot exempla. Posterioris testimonium est apud Plin. lib. 7. cap. 2, Sed & iuxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, produntur Arimaspi, quos diximus vno oculo in fronte media insignes: quibus assidué bellum esse circa metalla cum gryphis, ferarum volucri genere, quale vulgò traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris custodientibus, & Arimaspis rapientibus, &c.

Grypus, {γρυπός. Ital. *Colui che ha il naso aquilino.* Gal. *Qui a le nez aquilin ou crochu.* Hisp. *El que tiene la nariz corua ò aguileña.* } sine aspiratione, Dicitur qui nasum habet aduncum, fortassis à gryphorum similitudine, quos Græci γρῦπας vocant. Feruntur enim gryphes rostrum habere incuruatum in morem aquilæ.

G ante V.

Guberno, as, Propriè nauim rego. {κυβερνάω. Ital. *Reggere, gouernare, amministrare.* Gal. *Gouuerner.* Hisp. *Gouernar ò regir.* } Cicc. 1. Offic. Vt si nautæ certent quis eorum potissimùm gubernet. ¶ Per translationem accipitur pro moderor, procuro, administro, διοικέω. Cicc. Curioni, Téque hortor vt omnia gubernes, ac moderete prudentia tua. Idem Attico lib. 6, Sed hæc deus aliquis gubernabit.

Gubernator, oris, Rector nauis, qui clauum moderatur. {κυβερνήτης. Ital. *Temoniero, gouernatore.* Gal. *Gouuerneur.* Hispa. *Gouernador ò regidor.* } Cicc. de Senect. Gubernator clauum tenens sedet in puppi. Idem 1. de Inuent. Nauis quę scientissimo gubernatore vtitur. Idem 7. Philip. Quanquam non eges consilio, quo vales plurimùm, tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent. Gubernator equorum. Quintil. lib. 8. cap. 6, Translatio est, quum in rebus, animalibúsve aliud pro alio ponitur: vt de agitatore, Gubernator magna contorsit equum vi. Custos & gubernator Reipublicæ. Idem 7. Verrina.

Gubernatrix, fœmininum. {ἡ κυβερνήτειρα, διοικητική. Ital. *Donna che gouerna.* Gal. *Gouuernereſſe ou gouuernante.* Hisp. *La gouernadora ò regidora.* } Cicc. 1. de Orat. Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

Gubernatio, onis, Propriè de nauis directione dicitur: quanuis per translationem pro quauis administratione capiatur. {κυβέρνησις. Ital. *Gouerno, amministratione.* Gal. *Gouuernement.* Hispan. *Gouernamiento, aquella obra de gouernay ò regir.* } Cic. 4. de Fin. Et si in ipsa gubernatione negligentia nauis est euersa. Idem 3. Inuect. in Catil. Vix videtur humani consilij tantarum rerum gubernatio esse potuisse.

Gubernaculum, li, Clauus nauis, quo illa gubernatur, & regitur. {πηδάλιον. Ital. *Temone.* Gal. *Le gouuernail d'vn nauire.* Hispan. *Gouernalle de naue.* } Cicc. 2. de Inuent. Hic ille naufragus ad gubernacula accessit. ¶ Per translationem accipitur pro administratione. Cicc. pro Domo sua, Quum Senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses, ipse archipirata cum rege prædonum impurissimo pleniſſimis ve-

lis nauigares. Gubernacula Reipub. tractare, apud eundem pro Sestio. Gubernacula vitæ, apud Plin. lib. 11. cap. 37. Legitur & gubernaculum, per Synecpen. Virgil. 6. Aeneid. Nanque gubernaculum multa vi forte reuulsum.

Gula, gulæ. ‡Ital. *Gola*. Gal. *Gueule, conduit par lequel on aualle ce qu'on boit & mange*. Hisp. *La buruera con que tragamos*. ‡Est fistula colli interior, cõstans ex carne & neruo, per quam cibus & potus in ventriculum defluit. Graeci φάρυγα appellant. Plin. lib. 11. cap. 37, de epiglottide loquens, Opera eius gemina, duabus interposita fistulis: exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu ac voce illàc meante, si potus, cibúsve in alienũ deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior est, appellatur sanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, inde in ventrem. Hanc per vices operit, quum spiritus tantùm aut vox commeat, ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Ex cartilagine & carne arteria: gula, carne & neruo constat. Hactenus Plinius. ¶Inuenitur nonnunquam gula posita pro anteriore parte colli, quam iugulum vocamus. Plaut. in Mercur. Demisisti gladiũ in gulamiam cadam. Sallust. in Catil. Laqueo gulam fregere. Cic. 6. Verri. Quem obtorta gula in vincula abtupi iussit. Sed in hac significatione vix inuenies in medicorum aut physicorum scriptis. Illi enim gulam, vt iam diximus, accipiunt pro fistula illa qua cibus & potus in stomachum demittitur. ¶Vnde etiam per translationem accipitur pro voracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu. λαιμαργία. Cic. in Sallust. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Iuuenalis, Quanta est gula quæ sibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum! Plin. lib. 19. cap. 4. Hi niues, illi glaciem potant, pœnásque montium in voluptatem gulæ vertunt.

Gulosus, a, um, Qui est deditus gulæ vitio. ‡γαστρίμαργος. Ital. *Goloso, che si lascia trar da l'appetito di buoni bocconi*. Gal. *Gourmant, glout, gouln*. Hispa. *Cosa golosa ò glotona*. ‡Martial. lib. 8, Esse tibi videor fœnus, nimiúmque gulosus. Idem lib. 12, Non est Tucca satis quòd es gulosus: Et dici cupis, & cupis videri.

Gulosè, aduerbium. ‡λαιμάργως, ἀδηφάγως. Ital. *Golosamente*. Gal. *Gloutement, en gourmand*. Hispan. *Golosamente*. ‡Colum. in præfat. lib. 1. Coutemptissimorum vitiorum officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi. Degulo, degulas, & Ingluuies, vide suis locis.

Gulliocæ, Nucum iuglandium summa & viridantia putamina. Autor Festus.

Gummi, ‡κόμμι. Ital. *Gomma*. Gal. *Gomme*. Hisp. *La goma*. ‡ indeclinabile, & Gummis, gen. fœmi. Est gutta viscosa ex arboribus quibusdam per corticem diffluens. Plin. lib. 13. cap. 11, Gummi optimum esse ex Aegyptia spina conuenit. Colum. lib. 12. cap. 50, Nostrorum temporum agricolæ repudiauerunt, existimauerúntque satius esse, noua dolia liquida gummi, perluere.

Gummitio, Illinitio, quædam ex glutinoso illo arborum succo, quæ doliis fieri solebat, quemadmodum picatio ex pice. κόμμωσις. Colum. lib. 12. cap. 50, Multi, quum semel noua dolia vel serias crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt. Et sanè quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitionem non recipit.

Gummatus, a, um, adiectiuum. Gummatæ arbores dicuntur quæ gummi producunt. ‡κομμώδης. Ital. *che produce gomma*. Gal. *Qui produit de la gomme*. Hisp. *Cosa que haze goma*. ‡ Palladius, In cerasis hoc est seruandum & in omnibus gummatis, vt tunc inserantur quando is vel non est, vel desiit gummi effluere.

Gummosus, a, um, ‡κομμώδης. Ital. *Pieno di gomme*. Gal. *Plein de gomme, gommeux*. Hispan. *Lleno de goma, gomoso*. ‡ Quòd multum gummi habet. Plin. lib. 12. cap. 9, Facilius hoc, & crustosius, amarúsque: at gummosum.

Gumminus, a, um, ‡κόμμινος. Ital. *Fatto di gomma*. Gal. *Fait de gomme*. Hisp. *Cosa hecha de goma*. ‡ Quod ex gummi confectum est: vt Gumminum oleum, quod ex gummi elici solet, neruis in primis vtile, teste Plinio, lib. 15. cap. 6.

Gurdus, di, Pro stolido, vox est Hispanica. ‡ὄνος, μωρός. Ital. *Balordo*. Gal. *Sot, gourd*. Hisp. *Loco ò bouo*. ‡ Quintil. lib. 1. cap. 5, Et gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audiui.

Gurges, gitis, Propriè locus est in flumine profundus, in quo aqua vertitur: quanuis generaliter de omni aquarum congerie dicatur, & de ipso etiam mari. ‡βίνη, ἄμπωτις. Ital. *Gorgo*. Gal. *Vn gouffre d'eau, profondeur d'eau*. Hisp. *Lugar profundo en el agua ò en el lago*. ‡ Martial. lib. 1, Raptus fluminea venit de gurgite piscis. Plin. lib. 8. cap. 5, Amnem transituri minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum crescat gurgitis altitudo. Virgil. 1. Aeneid. Apparent rari nantes in gurgite vasto. ¶Ponitur etiam translatè pro homine insatiabili, aut alia quauis re inexplebili. Cic. in Pisonem, Ille gurges, atque helluo, natus abdominì suo, non laudi atque gloriæ. Idem in Verrem, Immensa illa voragine, non laudi atque gloriæ. Idem de Arusp. resp. Quæ vnquam Charybdis tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit?

Gurgulio, onis, siue potius Curculio, A rei anatomicæ peritis vocatur caruncula quædam in fine palati ad fauces dependens, inter tonsillas, quam alio nomine columellam appellamus. ‡γαργαρεών. Ital. *Gargatore*. Gal. *Le gauion*. Hisp. *El garguero*. ‡ Varro lib. 2. de Re rust. cap. 3, videtur posuisse pro colli parte anteriore, quam & guttur appellat. Hircus (inquit) molliori pilo, & potissimum albo, ac ceruice, & collo breui, gurgulione longiore. ¶Rursus gurgulio, vermis quidam qui in horreis nascens, frumentum absumit: sic dictus, quòd totus sit guttur. ‡πῶλος, εἶδος. Ital. *Tignuola*. Gal. *Calendre*. Hisp. *Gorgojo del trigo*. ‡ Virgil. lib. 1. Georg. -popularque ingentem farris aceruum Curculio, atque inopi metuens formica senectæ. Rectius scripseris curculio per secundam contuens formica senectæ. Sonantem. Sic enim veteres scripsisse constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ eiusdem nominis, in quo primæ versuum literæ curculionis nomen exprimunt. Vide CVRCVLIO.

Gurgustium, stij: & diminutiuum, gurgustiolum, genus habitationis angustum, à curculione verme sic dictum. ‡οἰκίδιον. Ital. *Stanza molto stretta*. Gal. *Logette estroitte, cabaret desfornè*. Hisp. *Casa pobre ò choça*. ‡ Seruius docet gurgustium esse obscuram & latentem taberam. Cic. in Pisonem, Meministine cœnam, quum ad te quinta ferè hora cum C. Pisone venissem, quo è gurgustio te prodire, obuoluto capite, soleatum. Apuleius, Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas, peto, sis contentus tare patuulo.

Gustò, as, Libo, labris primoribus attingo. ‡γεύομαι. Ital. *Gustare*. Gal. *Gouster*. Hisp. *Gustar prouando el sabor*. ‡ Cæsar 5. bell. Gall. Leporem & gallinam, & anserem gustare fas non putant. Cic. ad Gallum, Fugi in Tusculanum, quum quidem biduum ita ieiunus fuerim, vt ne aquam quidem gustarem. Idem 2. de Nat. deor. Captæ dictamum quærunt: quam quum gustauerint, sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt. ¶Et per translationem accipitur pro leuiter attingere, experiri. Cic. pro M. Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent. ¶Huius composita sunt, Degusto, & prægusto: quorum significata vide suis locis.

Gustatus, us, verbale idem significans quod gustus, hoc est sensus ille quo rerum sapores discernimus. ‡γεῦσις. Ital. *Gusto*. Gal. *Le goust, gousterment*. Hisp. *Sentido de gustar*. ‡ Cic. 2. de Nat. deorum, Gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit.

Gustus, us, Vnus ex quinque sensibus exterioribus quo saporum diuersitatem discernimus. ‡γεῦσις. Ital. *Gusto*. Gal. *Le goust*. Hisp. *Sentido de gustar*. ‡ Plin. lib. 10. cap. 71, Existimauerim omnibus sensum gustus esse. Quintil. lib. 6. cap. 5, Nec magis arte traditur, quàm gustus, aut odor. Veræ laudis gustum non habere, metaphoricè. Cic. 3. Philipp. Vt quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent. ¶De gustu cognoscere, ἐκ γεύσεως γινώσκειν, hoc est minima experientia iudicare.

Gustatorium, torij, Crater siue labrum (inquit Perottus) in quod aqua è fonte profluit. ‡λουτήριον. Ital. *Luoco ò vaso da gustare*. Gal. *Vn lieu ou vaisseau à gouster*. Hisp. *Lugar ò vaso para gustar ò comer*. ‡ Plin. in Epist. lib. 5, Gustatorium, grauiórque cœnatio margini imponitur.

Gutta, tæ, Minima pars aquæ, vel alterius materiæ liquidæ, quæ & stilla vocatur. ‡σταγών, σταλαγμός. Ital. *Gocciola, ghiocciola*. Gal. *Vne goutte*. Hispa. *La gota de lo liquido que corre*. ‡ Plautus in Casina, Dij me & te infœdicent, si ego in os meum Vini guttam indidi. Plin. lib. 31. cap. 2. Distillantes quoque guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis. ¶Quum ex magno lucro paululum quiddam alicui deciditur, guttam aspergi dicimus. Cic. pro Cluentio, Atque etiam ipse conditor totius negotij guttam aspergit hinc Bulbo. ¶Ne gutta quidem, οὐδὲ λεπτόν pro minimo. ¶Gutta vini non miscetur aqua sæpius infusa. σταλαγμὸς οἴνου μικρὸς γλυκὺν ὕδατος ἀφανίζει μέγαν. Quum paululo boni nimia mali vis admisceatur.

Guttula, diminutiuum. ‡σταγόνιον, μικρὸς σταλαγμός. Ital. *Goccioletta*. Gal. *Gouttelette, petite goutte*. Hispa. *Pequeña gota*. ‡ Plautus in Epid. Ah guttula pectus mihi ardens aspersisti. Idem alibi, Vt guttulam hauriret ex guttulo.

Guttatim, Per singulas guttas. ‡κατὰ σταγόνα. Ital. *A goccia à goccia*. Gal. *Goutte à goutte*. Hisp. *Corriendo gota à gota*. ‡ Plautus, Cor ædepol miserum meum, Quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem.

Guttatus, ta, tum, ‡σταλακτίτης, σταλακτοειδής. Ital. *Pomellato, sparso di goccie*. Gal. *Taschetè, mouscheté*. Hisp. *Cotado, manchado*. ‡ Quod colorem habet maculis quibusdam in modum guttarum distinctum. Mart. lib. 5. Et picta perdix, Numidicæque guttatæ.

Guttans, tis, Formam participij habet, quasi à Gutto, tas, pro guttatim stillare. ‡σταλάζων. Ital. *Che goccia*. Gal. *Degouttant, qui degoute*. Hispa. *Que corre gota à gota*. ‡ Plin. lib. 20. cap. 8, Huius folia ambustis vtilia, guttantia attrigunt.

Guttur, uris, Pars colli anterior. ‡βρόγχος. Ital. *Gola, canna dela gola*. Gal. *Le gosier*. Hispan. *El papo ò garguero*. ‡ Plin. lib. 11. cap. 37, Guttur homini tantum, & suibus intumescit, aquarum, quæ potantur, plerunque vitio. Accipitur item pro via ea qua spiritus à pulmone ad os transmittitur, quæ in homine aspera arteria appellatur. τραχεῖα ἀρτηρία. Cic. 2. de Diuin. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus Virgil. in Georg. Et læta pecudes, & quantes gutture corni. ¶Olim erat masculini generis. vnde Inferiorem gutturem dixit. Plautus in Aulula. pro ano. Etiámne (inquit) obturat inferiorem gutturem, nequid animæ emittat dormiens?

Gutturosi, ‡οἱ τὸν φάρυγγα ἐγκάδεις, οἱ βρογχοκήλην πάσχοντες. Ital. *Gozzuti, disgrossa gola*. Gal. *Qui ont gros gosier, goitreux*. Hispa. *Cosas papudas ò que tienen garguero*. ‡ dicuntur quorum guttur tanquam spongia quædam intumescit: quod vitij genus βρογχοκήλην appellant, quum scilicet inter cutem & asperam arteriam, aut etiam in alia colli parte tumor nascitur, qui modò hebetem carnem, modò humorem melli similem includit: interdum etiam minuta ossa, pilis admista. Solent autem huic vitio peculiariter obnoxij esse accolæ Alpium qui aquam bibunt ex niue resoluta. Vlpianus de Aedil. edicto, Siquis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

Gutturnium, turnij, Vas ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo quòd propter angustias guttatim fluat. Festus. ΘΥΡΟΝ.

Guttus, ti, Poculi genus angusto collo, quo in sacrificiis vtebantur. ‡ἄγγος. Ital. *Vaso da oglio*. Gal. *Vn goutteron ou burette soit à huyle ou autre choſe*. Hisp. *Vaso que tiene angosta boca como alcuza*. ‡ Plin. lib. 6, Curius iurauit, se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginum quo sacrificaret. ¶Erat etiam guttus, vasis genus in quo oleum asseruabatur. Gellius, Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere (erat is puer genere Atticus festiuissimus ad annos maximè natus VIII, ætatis & gentis argutiis scatens) guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam inesset oleum, affert, conuertítque eum: &, vt solitum est, tanquam inesset oleum, affert, conuertítque eum: &, vt solitum est, circumegit per omnem partem ollæ manum, nullum inde ibat oleum. Vtebantur etiam gutto in balneis, ad conseruanda vnguenta. ¶Dictus est etiam guttus, teste Varrone, à gutta, quòd propter colli angustiam humor inde guttatim efflueret.

Guttulus, penult. corr. Diminutiuum, ‡σταγόνιον, ὁ σταγὼν, εἶδος. Ital. *Vaseto*.

to da bere. Gal. *Esguiere ou biberon.* Hispa. *Pequeño vaso que tiene angosta boca.*} Plaut. Vt guttulam hautiret ex guttulo.

G ante Y.

GYARVS, ri, fœm. gen. γύαρος Stephano, vel Gyara, æ. pen. corr. Insula est maris Aegæi, vna ex Sporadibus, in quam Romani noxios suos deportabant. Plin. lib. 8. cap. 29. Ex Gyaro insula incolas à moribus fugatos. Iuuen. Saty. 10, vt Gyarę vinctus scopulis, paruáque Seripho. Idem Saty. 1, vsus est numero plurali. Aude (inquit) aliquid brenibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis esse aliquid.

GYAS, γύας, Viri Troiani nomen est apud Virgil. 5. Aeneid. Ingentémque Gyas ingenti mole Chimæram, &c.

GYGAEVS lacus, γυγαῖος λίμνη, Lydiæ lacus est, stadiis quadraginta à Sardibus distans: qui postea Colous dictus est. Propertius, Lydia Gygæo tincta puella lacu. Meminit huius lacus Homerus in fine Catalogi. Plin. lib. 5. cap. 29, Gygæum stagnum appellat.

GYGEMORVS, Thraciæ mons est, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

GYGES, γύγης, Nomen viri proprium qui Cæli & Terræ filius fingitur, gigas maximus, & centimanus, frater Briarei. Sunt tamen qui Briareum, Gygen, & Aegeona eosdem putant. Ouid. 4. Trist. Centimanúmque Gygen, semibouémque virum. ¶ Est & nomen proprium viri alterius apud Maronem lib. 9, Principio Phalarim, & succiso poplite alterius apud Maronem lib. 9, Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen, Excipit. ¶ Item formosi pueri apud Horatiũ, 2. Carm. Luna mari Gnidiúsve Gyges. ¶ Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui quum Candaules rex vxorem suam nudam ostendisset, illa aduersus maritum indignata, Gygen ad cædem eius impulit, seséque cum regno Lydiæ illi tradidit. Historiam hanc vide latius apud Herodotũ, lib. 1. De hoc Gyge sic scribit Cic. lib. 3. de Offic. Hinc ille Gyges (inquit) inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneúmque equum (vt ferunt fabulę) animaduertit, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui corpus vidit magnitudine insuetata, anulúmque aureum in digito: quem vt detraxit, atque ipse induit (erat autem regius pastor) tum in consilium pastorum se recepit. Ibi quum palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur quum in locum anulum inuerterat. Itaque hac opportunitate anuli vsus, reginæ stuprum intulit, eáque adiutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quisquam videre potuit. Sic repentè anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hactenus Cicero. ¶ Hinc locus prouerbio, Gygis anulus, γύγου δακτύλιος. Quadrat vel in homines inconstantibus moribus, vel in fortunatos, qui veluti virgula diuina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur.

Gymnas, adis, gen. fœmin. γυμνάς. Ital. *Essercitio.* Gal. *Exercice.* Hisp. *Exercicio.*} Exercitium. Stat. 4. Syl. -fic lubrica ponit Membra Tetapnæa resolutus gymnade Pollux. Idem 1. Achil. -exercere proteruas Gymnadas.

Gymnasium, asij, γυμνάσιον. Ital. *Luogo da essercitarsi.* Gal. *Lieu d'exercice.* Hisp. *Lugar donde se exercitan.*} Locus est in quo fit aliquid exercitij. ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, hoc est ab exercendo. Vnde apud veteres, loca illa in quibus palæstritæ nudi exercebãtur, peculiari nomine Gymnasia vocata sunt. Plaut. in Amph. Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia, Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro. ¶ Verum postea Gymnasium pro ludo literario, & omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis, sumi cœpit, quum philosophi gymnasia tenuerint, & in illis disputauerint, quæ & scholæ & diatribæ vocitatę sunt. Cic. 1. de Orato. Clamabunt credo omnia gymnasia, atq; omnes philosophorũ scholæ sua hæc esse omnia propria. Plin. in Epist. Gymnasiis indulgent Græculi. Vnde apud Rhetores progymnasmata, præexercitamenta dicuntur: id est exercitationes quædam in dicendo, antequam ad veras actiones descendant.

Gymnastes, γυμναστής. Ita. *Proposto ad luoco dell' essercitio.* Gal. *Qui a la principale charge du lieu de l'exercice.* Hispan. *Maestro del exercicio.*} Præceptor exercitiorum, Athletas vel pueros exercens. ἀπὸ τοῦ γυμνάζω, quod est exercere.

Gymnastica, sticæ, γυμναστική, Ars seu doctrina, qua pueri exercentur, disciplina exercitationis. Vnde Aristoteles præcipit lib. 8. Polit. Adolescentes gymnasticæ & pædotribicæ vacare debere, vt ita fiant exercitatiores, nrmioréſque. Plato lib. 7. de Legibus, gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet: eámque diuidit in saltationem & luctationem.

Gymnasticus, a, um, γυμναστικός. Ital. *Pertinente ad essercitio.* Gal. *Apartenant à exercice.* Hispa. *Perteneciente al exercicio.*} Quod pertinet ad exercitium. Plautus in Rud. Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnastico & palæstrico.

Gymnici ludi, Dicti sunt in quibus se nudi atque vncti exercebant palæstritæ. ἀγῶνες γυμνικοί. à Lycaone in Arcadia primum inuenti, vt autor est Plin. lib. 7. cap. 56. Gymnicos ludos etiam Romæ editos fuisse à Nerone testatur Suetonius in vita eius, cap. 12.

Gymnasiarchus, vel gymnasiarcha, γυμνασίαρχος, Præses gymnasij, id est loci in quo Athletæ nudi exercebantur. Cic. 6. Verr. Demoliendum curauit Demetrius gymnasiarchus, quòd is ei loco præerat. ¶ Accipitur & pro ludi literarij præfecto. Nam vt dictum est suprà in primitiuo, gymnasiũ generaliter dicitur quiuis locus exercitio alicui destinatus.

GYMNASIAE Plinio, siue Gymnesiæ, γυμνησίαι Straboni & Stephano, insulæ duæ ante Hispaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur: eo quòd incolæ harum insularum præcipuè se funda exercebant. Autores Strabo lib. 14. & Plin. lib. 3. cap. 5.

GYMNETES, γυμνῆται, Aethiopum populi, Nigritis & Pharusis vicini: vt docet Plin. lib. 5. cap. 8.

GYMNOSOPHISTAE, γυμνοσοφισταί, Philosophi Indorum: si dicti quòd nudi in syluis agerent, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium vita corrumpitur. Plin. lib. 7. cap. 2, Philosophos eorum quos Gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. August. lib. 15. de Ciuit. Indorum Gymnosophistæ, qui nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ, à generãdo se cohibent. Hi ab Exortu ad Occasum perstare dicuntur, solem contuentes immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistentes. Hi frigora nimium, & æstus flammæ citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrũ magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnosophistas penetrasset, grauissimè ab illis fuisse increpitum quòd mortalis quum esset, mortali tamen sorte non contẽtus, totum Orientem latrociniis infestaret. De his Cic. Tusc. quæst. lib. 5, Quæ barbaria (inquit) India vastior, aut agrestior? in ea tamen gente primùm hi qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, Caucasi niues, hyemalémq; vim perferunt sine dolore: quúmque ad flammam se applicauerint, sine gemitu aduruntur.

Gynæceum, cei, pen. prod. γυναικεῖον. Ital. *Luoco apparato in casa done si retramano le donne.* Gal. *Vn lieu reculé a part en la maison ou les femmes seules hantent, vn cabinet.* Hisp. *El retraymiento de mugeres.*} Locus secretior in ædibus vbi solæ mulieres habitabant. Græci enim mulieres γυναῖκας vocant. Plautus in Most. Dare volt vxorem filio, quantum potest: ad eam rem facere volt nouum gynæceum. Cic. 2. Philip. Syngrapha scstertij centies, facta est in gynæceo. Pro eodem etiam dicitur gynæconitis, γυναικωνῖτις. Aemilius Paulus, Materfamiliãs apud Romanos primum locum tenet ædium, atq; in celebritate versatur: quod multò aliter fit in Græcia. Nam neque in conuiuium adhibetur, nisi propinquorum: nec sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur.

GYNAECOPOLIS, Aegypti oppidũ, à quo propinqua præfectura, Gynæcopolitis appellatur: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 9. γυναικόπολις.

GYNDES, γύνδης, Fluuius est Assyriorum maximus secundum Euphratem, in Mantienis nascens montibus, & per Dardanæos in Tigrim influens. Hunc Cyrus Persarum Rex, quum equitem quendam sibi in primis dilectum absumpsisset, totum in varios alueos deriuauit. Autore Herod. lib. 1. & Seneca lib. 3. de Ira.

GYPSEIS, γυψεῖς, Aethiopiæ insula, apud Martianum, lib. 3. A qua fit gentile Gypseites. γυψείτης.

Gypsum, pi, γύψος. Ital. *Gesso.* Gal. *Du plastre.* Hisp. *Yesso.*} Materia est calci similis ex lapidibus exustis vt plurimum confecta, qua tectoria parietibus inducuntur, & signa arte plastica conficiuntur. Plin. lib. 36. ca. 24, Cognata calci res gypsum est. Iuuen. Satyr. 2, -quanquam plena omnia gypso Chrysippi inuenias. Plura eius genera. Nam è lapide coquitur, vt in Syria, & Thusiis: & è terra foditur, vt in Cypro & Perthæbis: è summa tellure, & Tymphaicum est.

Gypsatus, a, um. γυψωτός. Ital. *Ingessato, imbiancato.* Gal. *Plastré.* Hispan. *Cosa enyessada, cubierta de yesso.*} Gypso illitus. Tibul. lib. 3. Eleg. Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coëgit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Columella, Quum deinde modicè aruerunt, in vasa noua sine pice opercula & gypsata, sicco loco reponito. Ouid. 1. amor. Eleg. 8, Despice gypsati crimẽ inane pedis. Cic. in Epist. ad Treb. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sibi illę vitio verterent quòd abesset à patria. Vbi gypsatas manus dixit Cicero, pro manibus medicamentis & venefitiis infectis.

Gyrus, ri, γῦρος. Ital. *Giro, circuito.* Gal. *Vn tour, ou tournoyement, & entortillement, rondeur.* Hisp. *Buelta en derredor.*} Circumuolutio in orbem, ambitus, circuitus, circulus. Cic. ad Attic. lib. 2, Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te κῦρος παιδίων reprehendere: nam quum ego istuc idem dicerem, gyrus agebatur. Virgil. 5. Aeneid. Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit. Ouid. 2. Amo. Eleg. 6, Viuit edax vultu, ducítque per aëra gyros Miluius: & pluuiæ gracculus autor aquæ. ¶ Ducere seu compellere in gyrum, est angustis quibusdam limitibus coarctare, & non sinere latius euagari. Quæ translatio tracta est ab equis, qui quum fræno discunt parere, non in liberum ducuntur campum, sed in spatium aliquod angustius, vbi sæpius sit flectendum, quod & ipsum gyrus appellatur. Cic. 3. de Orat. Sed si his contenti estis, atque iis etiam, quæ dici voluistis à me, ex ingenti quodam oratorem, immensóque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Idem 1. Officio. Homines secundis rebus effrænatos, sibíque præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

Gyro, as, γυρόω. Ital. *Girare, circondare.* Gal. *Tourner en rond, entortiller rondement.* Hisp. *Hazer buelta en derredor.*} In gyrum vertor. Vnde regyro, pen. prod. quod est in gyrum reflecti, de quo suo loco.

Gyratus, penult. prod. Actiect. γυρωτός, γυροειδής. Ital. *Circondato, tornito.* Gal. *Tourné en rond, entortillé rondement.* Hisp. *Buelto o enderredor.*} Plin. lib. 5. ca. 10. Ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosam. De Alexandria vrbe Aegypti.

GYRTON, onis, siue Gyrtona, næ, γυρτών Ptolomæo, γυρτά Stephano, Perthæbiæ oppidum, vt Stephano placet, ita dictum à Gyrtone Phlegyæ fratre. Ptolemæus Gyrtonam in Stymphalia Macedoniæ regione Plinius in Magnesia collocat.

GYTHEVM, γύθειον, Oppidum est Achaiæ ad Maleum promontorium, quod Hercules & Apollo depositis eò loci simultatibus cõmuni opera condiderunt. De hoc Liuius in Maced. bell. Gytheum (inquit) omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum. Hinc Gytheates sinus, ad Maleum promontorium, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

H



Finalis in syllaba esse non potest, præterquã in Ah, & Vah, interiectionibus, quæ vel per apocopen dictæ sunt, quum completæ sint Aha, & Vaha: vel quia abscondita voce solent proferri interiectiones. Iungitur autem vocalibus omnibus, & quatuor consonantibus, scilicet c, vt Chremes: p, vt Philippus: r, vt Pyrrhus: t, vt Thraso: & hoc vt valentius sonet dictio. Ante Ciceronis tempora, vt ipse in Oratore testatur, solis vocalibus addebatur aspiratio, non autem consonantibus, quemadmodum hodie quorum etiam pronuntiationem ipse aliquandiu secutus fuisse sequutum fatetur. Quin ego ipse (inquit) quum scirem ita maiores locutos esse, vt nusquam nisi in vocali, aspiratione vterentur, loquebar

quebar sic, vt Pulcros & Cetegos, Triumpos & Cartaginem dicerem: aliquando, idque sero, conuitio aurium quum mihi extorta veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruaui. Gellius etiam lib. 2. cap. 3. autor est, in plerisque Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem, addi aspirationem: quòd crederent sonum firmiorem reddi & vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ ciuitatum multas dictiones aspirant. Aspiratio autem (vt idem Gellius autor est) non solet literis interseri, quemadmodum nos hodie facere consueuimus, sed more Græcorum supra literas annotari: quod & ipsum se vidisse affirmat, in quodam vetustissimo codice quem Virgilij autographon fuisse putat.

Ha, Interiectio est corripientis, siue admonentis nequid fiat, néve quis in re cœpta progrediatur. ἀ, ἀ. Plaut. in Mostel. Ha cave ne illi obiectes nunc in ægritudine Te has emisse.

Ha ha he, Interiectio ridentis est. Terent. in Eunu. Ha ha he. THR. quid rides? GNA. istuc quod dixti modó.

Habena, næ, pen. prod. {λαῖον, ἀχαγγάς, ἰυλαχαγγάς. Ital. *Redena della briglia.* Gal. *La rene d'vne bride.* Hisp. *La rienda para templar el freno.*} Retinaculum & lorum illud quo equi reguntur, & cohibentur. Virgil. lib. 9. Aeneid. Ipse ter adducta circum caput egit habena. Idem 3. Georg. -ac per apertta volans, ceu liber habenis Aequora. ¶ Sumitur etiam habena pro potestate, & facultate. Virgil. 12. Aeneid. Terribilis sæuam nullo discrimine cædem Suscitat, irarúmque omnes effundit habenas. Vbi Seruius, Habenas, potestatem, facultatẽ. Cic. 1. de Orat. Senatum seruire populo, cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas tradidisset. Rerum habenæ traduntur Asdrubali, Silius lib. 1.

Habenula, læ, diminutiuum. {μικρὸν καὶ λεπτὸν ἱμὰς, τὸ ἰμαντίδιον. Ital. *Picciola redena di briglia.* Gal. *Petite rene de bride.* Hisp. *Pequeña rienda para templar el freno.*} Celsus lib. 7. cap. 20. Ab ora quoque eius vulneris quod in inguine est, demenda habenula paulò latior est, quo maior plaga sit.

Habentia, æ, Ab antiquis vsurpatum est pro diuitiis ab habeo. {ἕξις. Ital. *L'auere.* Gal. *L'auoir.* Hisp. *Las riquezas.*} Sicut à Sapio, sapientia. Claud. 7. Annal. vt citat Nonius, Verebar enim ne animos eorum inflaret habentia.

Habeo, bes, bui, bitum, In potestate teneo, possideo. {ἔχω. Ital. *Hauere.* Gal. *Auoir, tenir.* Hisp. *Auer ò tener.*} Sallust. in Iugur. Animus incorruptus, æternus, rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Virgil. 2. Aeneid. Hostis habet muros. Plaut. in Aulul. Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Idem Rud. Papæ, diuitias tu quidem habuisti luculentas. 1. Miserum istuc verbum & pessimum est, habuisse, & nihil habere. ¶ Per translationem ponitur pro tenere. κρατεῖν. Sallust. in Iugur. Tale periculum Reip. haud occultum habuit. ¶ Pro facere. Sallust. in Catil. Igitur comitiis habitis, Consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. ¶ Pro tolerare. Sallust. Neque cuiquam mortalium iniuriæ suæ paruæ videntur, multi eas grauius æquo habuere. ¶ Pro detinere. Sallust. Neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum decerneret, quæ res eos magno diuturnóque bello inter se habuit. ¶ Pro credere, existimare. νομίζειν. Terent. in And. Semper eius dicta, atque habita est soror, hoc est, existimata & reputata. ¶ Pro habitare. Plaut. in Truc. Nam mihi hæc meretrix, Quæ hîc habet, Phronesiũ suum nomen, omnem Ex pectore euomit meo phronesim. Sallust. apud Priscianum, Tarteſſum Hispaniæ vrbem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gadir habent. Idem in Catil. Credo, falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur, diuerso itinere malos à bonis loca tetra, occulta, fœda atq; formidolosa habere. ¶ Pro intelligere: nam quod intelligimus, animo quodammodo tenere & possidere videmur. Terent. in Heaut. Habet omnem rem: pergam quò cœpi, hoc iter. ¶ Habere frustra, idem est quod decipere, & deludere. Plaut. in Amph. Is aduenientis seruum, ac dominum frustra habet. ¶ Nihil pensi habere, hoc est nihili pendere, non curare. οὐδενὸς ποιεῖσθαι. ¶ Habere honorem, idem est quod exhibere reuerentiam. Terent. in Eunuc. Hic tibi pro eo munere honos est habitus ab eo. ¶ Eleganter etiam ponitur habeo in peroratione operis. Cicero in Lælio, Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. ¶ Accipitur etiam pro tractare. Terent. in Hecy. Nunquam secus habui illam, ac si ex me nata esset. ¶ Bene habere, idem est quod bene valere, & incolumem esse: sicut malè habere, infirmum, & ægrotum esse. Bene habet, vel malè habet: vel etiam sic, Res benè, vel malè habet: hoc est fœliciter, vel infœliciter cedit. Liu. lib. 7. ab Vrbe, Bene habet, iacta sunt fundamenta. Idem lib. 8, Bene habet (inquit) Quirites: vicit disciplina militaris. Belle habeo, idem est quod bene valeo, vel incolumis sum. Cic. in Epist. Tullia nostra valet, Terentia minus bellè habuit. id est minus bene valuit. ¶ Item habet, per se positum significat percussus est, vt Donatus inquit: & propriè de gladiatoribus dicitur, quòd prius alij sanguinem videãt, quam illi sentiant se percussos esse. Terent. in Andr. Certè captus est, habet. ¶ Sat habeo, id est sufficit. ἀρκεῖ ἔχω. Cæsar lib. 3. belli Ciuilis, Nostri verò qui satis habebant sine detrimento discedere. ¶ Quandoque habere, est seruare, detinere: vt est illud Sallust. in Catil. In custodiis haberentur. ¶ Quandoque præbere, exhibere, vt apud eundem in Ciceronem, Ita largitionibus corruptus est, vt sese ac fortunas suas venales habeat. ¶ Habere gratiam vel gratias, in animo est, quum memorem accepti beneficij mentem, animúmque habemus, & inuicem gratificandi voluntatem. Cicero, Nec enim mihi gratiam modò habuisti, verumetiam cumulatissimè retulisti. Idem, Maximas tibi Pansa gratias & habemus, & agere debemus. Terent. in Andr. Diis pol habeo gratias quum in patiundo aliquot affuerunt liberæ. ¶ Habere iter, est proficisci. Habere verba, λόγους ἔχειν, est loqui. ¶ Habere fidem verbis, est credere. πιστεύειν. Terent. in Andr. Nam propemodũ habeo tibi iam fidem. Et in Heautont. Seni nostro fidei nihil habeo. ¶ Habere rationem salutis, honoris, rei familiaris, est habere respectum. λόγον, ἢ πρόνοιαν ποιεῖσθαι. Sed si cum ablatiuo construatur mediante cum, vt Habere rationem cum re aliqua: idem est quod habere negotium & commercium, ἔχειν πρᾶγμα τινι. Cicero in Catil. Rem habet cum terra quæ nunquam recusat imperium. Idem in Tusc. Quis est hominum qui modò cum Musis, id est cum humanitate & doctrina habet aliquod commercium, qui se non hunc Mathematicum malit, quàm illum Tyrannum? Et ad Atticum, Cum omnibus Musis rationẽ habere cogito. Habere rem cum muliere, est coire. συνεῖναι. Habere rem cum aduersario, est litigare. ἀντιδικεῖν. ¶ Habeo conuenire, habeo polliceri, habeo audire, pro conueniendum est mihi, pollicendum, audiendum. Cicero. Lentulo, Tantum habeo polliceri. Idem in Catone, Neque eos solùm conuenire habeo quos vidi, sed etiam quos audiui & legi. Idem in Oratore, Audire habeo quid hic sentiat. Vide Vallam lib. 5. ¶ Súsque déque habere, vel Súsque déque ferre (vtroque enim modo dicimus) est æquo animo ferre, & non magni pendere, & penè idem cum eo quod Græci dicunt ἀδιαφορεῖν. Plautus in Amph. Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat: Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi arguit, Atq; id me súsque déque esse habituram putat. ¶ Huius verbi cõposita sunt Adhibeo, Cohibeo, Exhibeo, Inhibeo, Præbeo, Posthabeo, Perhibeo, Prohibeo, & Redhibeo, de quibus locis suis. ¶ Aegrè habere, idem quod ægrè ferre. δυσχερῶς φέρειν. Liuius 7. ab Vrbe, Ita ægrè habuit, filium id pro parente ausum. ¶ Sicuti pleraque mortalium habentur: hoc est vt solet accidere rebus hominum. Sallustius in Catil. ¶ Habere delectum, id est deligere. Cicero. 3. de Finibus. Quum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum quæ secundum naturam sint, habere delectum. ¶ Delectum militum habere, est cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæs. 1. bel. Ciui. Tota Italia delectus habetur, arma imperantur, &c. ¶ Habere in deliciis, vehementer amare. Cic. 1. de Diuin. Simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erãt ad sortem parata, disturbauit. ¶ Habere derelictui vineam, id est relinquere incultam. Gell. lib. 4. cap. 12. Siquis arborem suam vineámque habuerit derelictui. Habere pro derelicto oppidum aut regionem, est curam eius nullam gerere. Cic. ad Attic. lib. 8. Id ego in eam partem accepi: hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus, eum qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. ¶ Habere despicatum, pro spernere, & contemptui habere. Terent. in Eun. An id flagitium est, si in domum meretriciam Deducar, & illis crucibus quæ nos nostrámque adolescentiam Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis. Nunc referam gratiam? Habere despicatui, pro despectui. Plaut. in Menach. Tu huc post hunc diem pedẽ intrò non feres, ne frustra sis. Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui. ¶ Habeo dictum, pro dixi. Plautus Persa, Satis iam habeo dictum. Habeo dicere, id est habeo quod dicam. Cic. 3. de Nat. deorum. Hæc ferè dicere habui de natura deorum. Idem de Partit. Quid habes igitur de causa dicere? ¶ Habere dignitatem alicui, hoc est, alicuius dignitatem plurimi facere. Plin. in Panegyr. ¶ Ita se habet. Cicero. de Senect. Quod quidem, ni ita se haberet, vt animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. ¶ Habere pensi. Tacit. lib. 13. Neque fas, neque fidem pensi haberet, olim prouisum erat. Sallust. in Catil. Prorsus neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. ¶ Periculum habere, esse in periculo. Colum. lib. 12. cap. 23. Sed periculum habet ne vitietur vinum, si malè cocta sit aqua. ¶ Potius habere, pro præferre. Cæsar 1. bel. Ciu. Semper se Reip. commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora. ¶ Habeo in promptu, hoc est prompta est mihi de hac re memoria. Cic. 4. Acad. Oportet igitur & ea quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. ¶ Sic habeto: id est ita tibi persuadeto, vel pro comperto teneto. Cic. ad Tironem, Sic habeto, mi Tiro, neminem esse qui me amet, quin idem te amet. ¶ Habere statiua, id est in æstiuis agere. Liu. 2. bel. Macedo. Ibi statiuis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est. ¶ Habere suspectum. Liu. 4. bel. Pun. Quia & ipsum vt ambiguæ fidei virum, suspectum iampridem habebat. ¶ Habere sibi res suas, iubebatur vxor quæ à viro repudiabatur. Cic. 6. Philip. Illam suas sibi res habere iussit. ¶ Sic habendum est: hoc est ita intelligendum. Cic. de Amicit. Sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse maiorem quàm adulationem, blanditias, assentationem.

Habessit, pro habeat, antiquè dictum. Cic. 2. de Leg. Separatim nemo habessit deos, néve nouos: sed ne aduenas, nisi publicè ascitos, priuatim colunto.

Habitus, ta, tum, {ἐχημένος. Ital. *Hauuto.* Gal. *Eu, qu'on a eu.* Hispan. *Tenido.*} participium à passiuo habeo, quod varias habet significationes, quemadmodum & verbum à quo descendit. Plin. lib. 16. cap. 34. Vt mirum sit, vllum honorem habitum ei. ¶ Interdum idem est quod affectus. Terent. in Heauton. Imò, vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. ¶ Aliquando idem quod existimatus. νομισθείς. Ital. Cæsar 7. bel. Galli. Hic summo in Aruernis natus loco, & magnæ habitus autoritatis. ¶ Interdum etiam dicitur de eo quod pingue est, & bona totius corporis habitudine, εὐεξίᾳ. Sed in hac significatione, nomen potius est quàm participium.

Habitior, comparatiuus, id est obesior. Plautus in Epid. Corpulentior hercle, atque habitior. id est pinguior. Terent. in Eunucho, Siqua habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum.

Habitissimus, pinguissimus. Gell. lib. 4, Equum nimis strigosum & malè habitum, sed equitem eius vberrimum & habitissimum viderunt.

Habitus, us, Qualitas, & forma est corporis, & cuiuscunque rei. {ἕξις. Ital. *Habito, qualità, forma.* Gal. *Contenance, port, estat, disposition, qualité.* Hispa. *Habito, qualidad.*} Plautus, Qualis habitus oris. Colum. lib. 1, Vineę non sic altos & lacertosos exigunt: nam is habitus fossuris magis aptus. Virgil. lib. 1. Georg. -cultúsque, habitúsq; locorum. ¶ Accipitur etiam pro cultu corporis, vestiúmque ornatu. Vnde habitus scenicus, habitus militaris, habitus religiosus dicitur. Plautus, Quis habitus iste tam prolixus? Plinius, Qui ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior solito. ¶ Habitus, ἕξις, hoc est promptitudo frequentatis actibus collecta, & à Philosophis definitur quòd sit alicuius rei siue in animo, siue in corpore natura concepta, sed vsu corroborata & plena perfectio. ¶ Habitum item vocant medici constantem corporis constitutionem, & solutè difficilem, ex proba improbáve similarium particularũ temperamento, instrumentaliúmq; conformatione nascentem. Vnde bonum corporis habitum (εὐεξίαν) firmam sanitatem appellant, omnibus corporis particulis probè actiones suas obeuntibus. Rursus malum

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis habitum (ἕξις) appellant constitutionem corporis in morbos procliuiorem, valetudinémque infirmam ex similarium partium intemperie, vel improba instrumentalium prouenientem coagmentatione.

Habitudo, dinis, Ipsè corporis habitus, quem barbari vocant *Complexionem*. {ἕξις. Ital. *Habitudine, complessione.* Gal. *Habitude, estat & disposition.* Hisp. *Disposicion de cuerpo, habilidad.*} lib. 4. ad Heren. Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe, ita grauis oratio sæpe imperitis videtur ea quæ turget & inflata est. Terent. in Eunu. Qui color, nitor, vestitus? quæ habitudo est corporis?

Habilis, le, Quod est aptum, & optimè quadrat. {Ἁρμοττων. εὐφυὴς. Ital. *Habile, atto, accontio, conueniente.* Gal. *Habile, seant, propre & bien conuenant.* Hisp. *Cosa habil para tener à tratar.*} Virgil. 6. Aeneid. Nanque humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix. Martial. lib. 13. Non hamabilis cyathis, & inutilis vua Lyæo. Cicer. 1. de Oratore, Si mihi calceos Sycionios attulisses, non vteret, quanuis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles. ¶ Huius contrariũ est, Inhabilis, ineptus, indecens, quasi parum habilis, hoc est minus aptus. ἀνάρμοστος.

Habiliter, penult. corr. Aduerbium. {ἁρμοδίως, δεξίως, εὐφυῶς. Ital. *Commodamente.* Gal. *Habilement, proprement, commodement.* Hisp. *Habil y tratablemente.*} Paul. in l. si vt. ff. de Aur. & arg. leg. Si vt habiliter gemmæ geri possint, incluſæ auro fuerint.

Habilitas, Conuenientia, aptitudo. {ἁρμοστότης. Ital. *Habilità, proprietà, conuenienza.* Gal. *Habilité, proprieté, seance & conuenance.* Hisp. *Habilidad, conuenientia.*} Cic. de Legibus 1. Omitto opportunitates, habilitatésque reliquæ corporis, moderationem vocis, orationis vim, &c.

Habito, as, pen. corr. frequentatiuum est ab Habeo. {οἰκέω. Ital. *Habitare, dimorare.* Gal. *Habiter, demourer pour quelque temps en vn lieu.* Hispan. *Morar.*} vnde etiam quandoque cum accusatiuo construitur, quemadmodum primitiuum, Virgil. 1. Aeglo. Atque humiles habitare casas. Terent. in And. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. ¶ Huius passiuum in tertia persona protulit Virgil. lib. 3, Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. ¶ Inter habitare autem & commorari hoc interest, quòd hoc sit ad tempus, illud verò perpetuum: quanquam hæc differentia sæpe confunditur. ¶ Habitare etiam antiqui acceperunt pro frequenter vel passim habere. Varro lib. 16. Rerum diuin. vt citat Nonius, Hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. ¶ Tecum habita, prouerbij speciem habet, pro eo quod est domi tuæ habita, & tuo te pede metire. Persius Satyr. 4, Tecum habita, vt noris quàm sit tibi curta supellex. Hoc est domi tuæ viuito, vt intelligas quàm tenuis sit tua fortuna. Tractum videtur ab aulicis, quibus, quum alienis opibus, vt suis, intumescant, domi nihil est miserius.

Habitaculum, & Habitatio, Pro domo, & loco quem habitamus. {οἴκημα, οἴκησις. Ital. *Stanza al luogo da habitare.* Gal. *Habitation, demourãce, maison à demourer.* Hisp. *Morada.*} Cic. Memmio, Peto à te vt ei de habitatione accommodes. Colum. lib. 2, Villico iuxta ianuam fiat habitatio.

Habitabilis, Quod habitari potest. {οἰκήσιμος. Ital. *Che si può habitare.* Gal. *Habitable, qu'on peut habiter.* Hisp. *Lo que se puede buenamente morar.*} Cicer. 1. Tuscul. Tum & habitabiles regiones, & rursum omni, &c.

Habitator. Pro incola. {οἰκήτωρ. Ital. *Habitatore.* Gal. *Habitant.* Hisp. *Morador.*} Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 2. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. Lucanus lib. 1. Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat Hesperiæ.

HADRESSVS, autore Plin. lib. 5. cap. 27, Lyciæ ciuitas est, postea Antiphellus dicta.

Hac, aduerbium motus per locum. {τῇδε, τῇδε. Ital. *Per chi, quà.* Gal. *Par ci, par ica.* Hisp. *A qui donde yo estoy.*} Terent. Eun. Ite hac vos omnes.

Hactenus, pen. corr. Ex hac aduerbio, & tenus compositum, idem significat quod hucusque. {μέχρι τῇδε, μέχρι δεῦρο. Ital. *Fin qui, fine a qui.* Gal. *Iusques ici, iusques à present, iusques à maintenant.* Hisp. *Hasta aqui, tiempo à lugar.*} Plin. in Panegyr. Hactenus ille, parcius fortasse quàm decuit optimum principem. Cic. de Amici. Hactenus mihi videor de amicitia quod sentirem, potissimè dixisse. ¶ Aliquando significat non vltrà, vel non amplius. Sueton. in Nerone, Cœnæ quoque tempore interpellatus, tumultuosioribus literis hactenus exarduit, vt malum iis, qui defecissent, minaretur.

HADRANITANI, Siciliæ populi. Plin. lib. 3. cap. 8.

HADRIA, siue potius Adria: ἀδρίας Suidæ & Stephano: secundus Europæ sinus inter Lacinium Italiæ & Acroceraunium Epiri promontorium, irrumpens dextra Macedoniæ partem, Dalmatiam, Illyricũ & Istriam: sinistra Apuliam, Frentanos, Picentes, & Venetos alluens. Lucanus lib. 5, -sonat Ionio vagus Hadria ponto. Videtur tamen hoc nomen rectius sine aspiratione scribi posse. Accepit enim nomen ab Adriano Plin. lib. 3. cap. 16.) quod insignem circa Padi ostia habebat portum, à quo quidem oppido vicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit, & deinde literæ vnius immutatione Adriaticum. ¶ Fuit item Hadria, siue Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia, VII. M. passuum à mari distãs: à qua vicinus ager, Ager Hadrianus, siue Adrianus dictus est.

Hadrobolum, li, pen. prod. ἀδρόβολον, Bdellij genus est nigrum, & in ossas conuolutum, nascens in Arabia, India, Media, & Babylone, quod in sacris vino perfundi solebat, vt esset odoratius. Dictum hadrobolum, à glebarum crassitudine. Nam ἀδρὸν Græci crassum & plenum appellant. Vide Plin. lib. 12. cap. 9, & Dioscor. lib. 1.

Hadrosphærum, ἀδροσφαῖρον, Nardi genus, è folij amplitudine ita dictum, quemadmodum aliud genus minimo folio microsphærum: & rursus aliud quod mediocri est folio, Nesosphærum est appellatum. Autor Plin. lib. 12. cap. 11.

H ante AE.

HAEBVDES, pen. prod. αἱ Ἑβουδαι, Insulæ sunt numero quinque inter Caledonium, quæ hodie Scotia dicitur, & Thuben insulam. Solinus, A Caledoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui nauigatio: inde excipiunt Hæbudes quinq; numero. Et paulo pòst, Secundam à contineuti stationem Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus potrò sunt septem dierum, noctiúmque totidem cursu.

Hæc, fœminino. Vide suo loco.

Hædus, di, siue vt alij scribunt, hœdus, Est fœtus capræ. {ἔριφος. Ital. *Capretto.* Gal. *Vn cheureau.* Hisp. *Cabrito, hijo de cabra ò cabron.*} Qui per æ diphthongum scribunt, volunt dictum esse hædum ἀπὸ τοῦ αἴδεσθαι. hoc est à testiculis. Alij verò qui per œ scribunt, à Lingua Sabina eius originem petunt. illi enim hœdum dicebant, quod Romani dicunt fœdum. Virgil. 1. Aeglog. Sic canibus catulos similes, sic mattribus hædos. Ouid. 13. Metamorph. -tenero lasciuior hædo.

Hædulus, Hædillus, & Hædiculus, diminutiua. {ἐριφίον. Ital. *Picciolo capretto.* Gal. *Petit cheureau.* Hisp. *Pequeño cabrito.*} Plaut. in Asin. Dic igitur me tuũ passerculum, gallinam, coturnicem, agnellum, hædillum. Iuuen. Satyr. 13. E Tiburtino veniet pinguissimus agro Hædulus.

Hædinus, a, um, Nomen possessiuum. {ἐριφεῖος. Ital. *Cosa di capretto.* Gal. *De cheureau.* Hisp. *Cosa de cabrito.*} vt, Caro hædina, quæ est ex hædo. Et hædinæ pelliculæ. Cicer. pro Murœna, At ille homo eruditissimus, ac hædinæ pelliculæ. Cicer. pro Murœna, At ille homo eruditissimus, ac Stoicus strauit pelliculis hædini: lectulos Punicanos.

Hædilia, Sunt hædorum stabula. {ἐριφοστάσιον. Ital. *Le stalle de capretti.* Gal. *Estable à cheureaux.* Hispan. *Cirbital donde se acogen los cabritos.*} qua ratione etiam dicuntur caprilia, ouilia, porcilia, equilia, & his similia, quòd in his ea animalia cõtineantur. Horat. 1. Carm. Ode. 17, Nec virides metuunt colubros, Nec martialeis hædilia lupos. Vbi Acron, hædilia, septa hædorum: per continens, id quod continetur, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος.

Hæmachates, αἱμαχάτης, Gemma ex achatæ generibus, sanguinei coloris. Plin. lib. 37. cap. 10.

Hæmatinon, αἱματῖνον, Vitri genus totum rubens, non pellucidum, ex quo escaria vasa veteres conficiebant. Dictum hæmatinum, quasi sanguineum, quòd sanguinis colorem referret. Plin. lib. 36. cap. 26, Fit & tincturæ genere obsidianum, ad escaria vasa, & totum rubens vitrum, atque non transluces, hæmanthinon appellatum.

Hæmatites, pen. prod. αἱματίτης, Lapis est durissimus, rubore adeò saturo, vt niger videatur, coti tamen attritus, rubedinem manifestã ostendit, sanguinis colori simillimam. Quatuor ferè enumerantur hæmatitæ differentiæ, duritiæ tantùm distinctæ, & colore magis, minúsve nigricante. Optimus tamen est, teste Dioscoride, qui friabilis est, & in quædam quasi fila potest secari. Nomen habet ἀπὸ τοῦ αἵματος, hoc est à sanguine: vel quòd totus concreto sanguini similis sit, vel quòd coti madefactæ attritus, facultatem habeat sistendi sanguinis. Vide Gale. lib. 9, Simpl. medic. Dioscoridem de materia med. lib. 5, & Plin. lib. 36. cap. 16.

Hæmatopodes, αἱματόποδες, Aues Aegypto peculiares, muscis præcipuè vescentes, ternisque insistentes digitis. Hæmatopodes dictæ à sanguineo crurum colore. Habent enim cruta prælonga, eáque rubentia, teste Plin. lib. 10. cap. 46, & 47. Quanquam ibi in omnibus ferè exemplaribus, corruptè, vt arbitror, pro hæmatopode, himantopodem legamus, quod Latinè loripedem interpretari possumus, quo nomine quidam Aethiopiæ populi commemorantur à Plin. lib. 5. cap. 8.

HAEMODES, teste Pomponio, lib. 1, Mons est Lyciæ.

HAEMON, αἵμων, Thebanus iuuenis, qui quum amore incredibili Antigonem Oedipi & Iocastæ filiam deperiret, ad eius rumulum mortem sibi conscíuit. Fuerat autem Antigone iussu Creontis (qui vetuerat cadaueta Græcorum inhumati) iugulata, quòd Polynicen fratrem mortuum noctu sepelire voluisset. De huius adolescentis morte, vide Statium in Thebaide, & Propertium lib. 2, Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon! &c.

HAEMONIA, Vide AEMONIA.

Hæmorrhagia, {αἱμορραγία. Ital. *Fluxo di sangue.* Gal. *Flux de sang.* Hisp. *El fluxo de sangre.*} Est copiosus, immoderatúsq; sanguinis effluxus in quacunque corporis parte. Fit autem (teste Galeno, lib. de Sympt. differ.) tribus ferè modis, ex vasorum videlicet ruptura, vel ex erosione eorundem, vel ex nimia apertione orificiorum in venis. Nonnunquam ex nimia sanguinis tenuitate, quum videlicet sanguis magnam copiam serosi humoris habet admistam.

Hæmorrhois, penult. corr. αἱμορρόϊς, Serpentis pestiferi genus est, cuius morsu sanguis omnis effluit è corpore, vnde & nomen habet: αἷμα enim sanguinem significat, & ῥόος fluxus. Lucan. lib. 9, Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo. Dicitur etiam Hæmorrhoia. Plin. li. 33. cap. 117. Mustum serpentibus aduersatur, maximè hæmorrhoiæ & salamandræ. ¶ Est etiam hæmorrhois. {Ital. *Il male chiamato morice quando si và sangue.* Gal. *Hemorroides, flux de sang, cague sang.* Hisp. *Fluxo del sangre, el almorrana de sangre.*} genus morbi, quod intra sedem nascitur, immaturi mori specie, quum ora venarum iuxta anum, tam quam ex quibusdam capitulis turgent, & sanguinem fundunt: quod & in ore vuluæ fœminarum incidere consueuit. Vide plura apud Celsum, lib. 6. cap de Hæmorrhoid.

Hæmus, siue Aemus, αἷμος, rex Thraciæ potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluuij filiam duxit vxorem. Hi in tantam arrogantiam, elati sunt, vt Hæmus se esse Iouem, Rhodope Iunonem, prædicarent, séque vt deos adorati iuberent. Qua insolentia Iupiter indignatus, eos in montes commutauit. Ouid 6. Metamorpho.

HAEMVS, αἷμος Suidæ, siue, vt alius videtur, Aemus, mons est Thraciæ vasto iugo procumbens in Pontum: cuius excelsitas sex millibus passuum subitur. Oppidum habuit in vertice Aristæum. Plin. lib. 4. cap. 11. In Pontum quidem vergit mons Hæmus, cæteros, eius spatij magnitudine ac sublimitate superans, mediámque Thraciam diuidens. Strabo lib. 7. Existimat Polybius ex eius vertice vtrúq; mare cerni, vtpote Aegæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingẽs interuallum, falsum probat. Sententiam tamen Polybij sequitur Mela. Nomen ei inditum ab Aemo Boreæ & Orithyæ filio. Autor Stephanus de Vrbib. Seruius in illud Georg. Aemathiam & latos Hæmi pinguescere campos, tradit montem esse Thessaliæ. Sed hoc dixisse putatur, quia Thessaliam à Thracia Hæmus diuidit. In eadem est sententia idem Seruius in illud 1. Georgic. O qui me gelidis in vallibus Hæmi Sistat. Liuius 4. Decad. lib. 10. montem describit. Vide HEMVS.

Hæreditas, Vide HAERES.

Hærco, es, si, sum, Arctè rei infideo, & coniunctus sum. {ἁπτῶμαι, συνέχομαι. Ital. *Essere strettamente congiunto & vnito.* Gal. *Tenir contre, herder, estre joint*

soint & y tenir. Hisp. *Allegarse à alguna cosa.* } Virgil. 2. Aeneid. Hærent parietibus scalæ. ¶ Et quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur, ideóque hærere, ac suspensi esse videntur: factum est vt hærere aliquando ponatur pro dubitare, & ancipitem esse. {ἀμφιβόλως ἔχειν, ἀπορεῖν. Ital. *Dubitare.* Gal. *Douter.* Hisp. *Dudar.* } Terent. in Eunuc. Hæreo, quid faciam. Cic. in Antonium, Hærebat nebulo, quò se verteret non habebat. ¶ Quandoque simpliciter esse, manere, vel insidere. Terent. in Hecy. In te hæret omnis culpa. Virgil. lib. 4, Multa viri virtus animo multusque recursat Gentis honos: hærent infixi pectore vultus. ¶ Huius verbi cõpolita sunt, Adhæreo, Cohæreo, Inhæreo: de quibus suis locis.

Hæsito, as, pen. corr. frequentatiuum, Identidem, & multùm hæreo, & progredi non possum. {ἐνέχομαι. Ital. *Accostarsi.* Gal. *S'accouster, s'attacher, arrester.* Hisp. *Mucho allegarse.* } Terent. in Phorm. In eodem luto hæsitas. Vbi hæsitare in eodem luto, prouerbialiter dictum est pro eo quod est, ita implicitum esse alicui negotio, vt te commodè explicare non possis, sed semper in simile aut deterius incidas. Tractum à viatoribus, qui simul atque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Aptissimè autem competit in eos qui versuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno se non liberant. ¶ Accipitur etiam hæsitare pro dubitare, & sese explicare non posse. {Ital. *Dubbitare.* Gal. *Hesiter, douter.* Hisp. *Dudar.* } Cic. 2. de Fin. Apertiendum est igitur quid sit voluptas: quam si explicauisset, non tam hæsitaret. Idem 2. de Orato. Carbo hæsitans in maiorum institutis, rudis in Iure ciuili. Idem 4. Acad. Dubitant, hæsitant. Idem in Catil. Quum hæsitaret, quum cunctaretur, quæsini quid dubitaret proficisci eò, quò iampridem pararat. Hæsitare lingua, est titubare. Idem 2. de Orat. Idem lingua hæsitans, & voce absonus. Hæsitantia verba, apud eundem pro Domo sua.

Hæsitatio, onis, Pro dubitatione, cunctatione, & perplexitate. {ἀπορία. Ital. *Dubitatione, dubbio.* Gal. *Arrest & doute, doutance.* Hisp. *Duda.* } Cic. Appio Pulchro, Noli ignoscere hæsitationi meæ. ¶ Accipitur & pro titubatione, & linguæ hæsitantia, ἰξνοφωνία. Idem lib. 2. de Oratore, Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractúsque verborum?

Hæsitator, oris, Cunctator, & dubitator. {μετεωριστής. Ital. *Dubbitatore, dimoratore.* Gal. *Qui doute & est suspens, arresté.* Hispa. *El que mucho duda.* } Plin. in Epist. Sum ipse in edendo hæsitator, tu tamen meam quoque cunctationem, tarditatémque vicisti.

Hæsitantia, æ, Titubatio, balbuties, & difficultas explicãdi quod sentias. {ἰξνοφωνία. Ital. *Esso dubitare.* Gal. *Doute, arrest qu'on ne peut passer.* Hisp. *Obra de dudar.* } Cic. 3. Philip. Qui propter hæsitantiam linguæ, ituporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Hæres, dis, generis communis, Qui defuncto succedit in ius vniuersum quod habebat. ab hæreo, quòd qui hæres est, hæret, hoc est proximus est illi cuius est hæres. {κληρονόμος. Ital. *Herede, successore.* Gal. *Heritier, successeur, hoir.* Hisp. *Heredero.* } Quidam tamen hoc nomen ab herus deriuant, quòd dominus fiat bonorum quæ ad eum perueniunt. Hæres enim apud veteres (autore Festo) dominus dicebatur. Horat. lib. 2. Sermo. Saty. 3. -vt hæres Iam citeum loculos, vel clauicis, lætus, quàmque Curreret. Ouid. 6. Metamorph. -& auiti nominis hæres Tantalus. Cic. pro Quintio, Hæredem testamento reliquit hunc P. Quintium. Idem pro Cluentio, Auiam tuam Dineam, cui tu es hæres. ¶ Secundus hæres dicitur qui hæredi instituto substituitur, vt inquit Boëthius in Commen. in Top. Ciceronis, ea lege, vt si prior hæreditatem non adeat, deuoluatur ad secundum. Cic. pro Cluent. Memoria teneo, Milesiam quãdam mulierem, quum essem in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Idem 1. de Inuent. Qui patris pupilli hæredes secundi sunt. ¶ Hæredes arboris, pro furculis & ramis. Plin. lib. 16. cap. 37, Cæsáque densius innumero hærede prosint. ¶ Hinc composita, Cohæres & Exhæres, de quibus suprà.

Hæreditas, tis, Successio est in vniuersum ius quod defunctus habebat tempore mortis. {κληρονομία. Ital. *Heredità, successione.* Gal. *Heritage, hoirie, succession aux biens du trespassé.* Hisp. *Heredad ò la herencia.* } Et apud antiquos diuidebatur in duodecim vncias quæ assis nomine continetur. Plautus Truc. Verùm nunc siqua mihi obtigerit hæreditas magna atque luculenta. Cic. 1. Officio. Optima autẽ hæreditas à patribus traditur liberis, omníq; patrimonio præstantior, glotia virtutis, rerúmq; gestarum.

Hæredium, hæredij, Paruum prædium, quod nobis ex hæreditate prouenit. {χωρίον μικρόν. Ital. *Heredità.* Gal. *Vn heritage.* Hisp. *La heredad ò possession de tierra.* } Varro de Re rust. lib. 1. cap. 10, Quantum attinet ad antiquos nostros, ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo primùm diuisa ferebantur viritim: quæ quòd hæredem sequerentur, hæredium appellarunt. Plin. lib. 19. cap. 4, In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in horti verò, hæredium.

Hærediolum, oli, Cum accentu in antep. significat paruum hæredium, hoc est paruum prædium quod nobis ex hæreditate prouenit. {κτημάτιον, χωρίον μικρόν. Ital. *Picciola heredità.* Gal. *Vn petit heritage.* Hisp. *Pequeña heredad.* } Colum. in Præfat. lib. 1, Ex qua Cincinnatus obsessi Consulis fasciibus depositis, quos festinantius victor reddiderat quàm sumpserat imperator, ad eosdem iuuencos, & quatuor iugerum auitum hærediolum redierit. Quo in loco hærediolum auitum vocat paruum prædium à maioribus relictum, & veluti per manus traditum.

Hæredipeta, tæ, pen. corr. Qui blanditiis, muneribus, & aliis huiusmodi artibus captat gratiam senum & viduarum, vt ab illis hæres instituatur. κληρονομικὸς, κληροθήρας.

Hæreditarius, a, um, Quod ad hæreditatem pertinet. {κληρονομικός, καὶ κληρονομίαν ἔχων. Ital. *Pertinente à successione, & heritage.* Hisp. *Perteneciente à la herencia.* } Cic. 6. Verr. Simul cum cæteris Cheridonis hæreditariis ornamentis pouentur. Hinc Bona hæreditaria, & Successio hæreditaria. Morbos etiam hæreditarios vocamus, qui parentum vitio nobis obtingunt.

HAERES Martia, Nomen deæ quæ vna ex Martis comitibus esse putabatur, cui veteres post acceptam hæreditatem tem diuinam faciebant. Autor Festus.

Hæresis, is, pen. corr. {αἵρεσις. Ital. *Opinione ferma in bene, ò in male, setta.* Gal. *Opinion confirmee soit en bien ou en mal, secte, heresie.* Hisp. *Opinion confirmada en buena ò en mala parte, seta, heregia.* } Græca dictio est, qua optio, vel electio, & secta significatur: ab αἱρέω, quod significat eligo, volo, expeto. Vnde sumitur pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate, & sententia in qua persistimus, electa. Cicero in Paradoxis, Cato autẽ perfectus (mea sententia) Stoicus, & ea sentit quæ non sanè probantur in vulgus, & in ea est hæresi quæ nullum sequitur florem orationis, neq; dilatat argumentũ, sed minutis interrogatiũculus, & quasi punctis quod proposuit efficit. ¶ Hinc componuntur Diæresis, διαίρεσις, diuisio: Aphæresis, ἀφαίρεσις, ablatio: Synæresis, συναίρεσις, coniunctio.

Hæresiarcha, Hæreticorum princeps.

Hæreticus proprie dicitur qui est alicuius opinionis, vel sectæ. Vnde à Theologis hæretici dicuntur qui sectam aliquam diuersam à recepta religione aut instituunt, aut sectantur.

Hæsito, hæsitas, Vide HAEREO.

Hagiographa, ἁγιόγραφα, A Græcis dicuntur scripta sacra, orthodoxorum omnium consensu in Sacræ scripturæ canone recepta. Quomodó autem differant ab Apocryphis, vide in Decreto, distin. 15. cap. Sancta Romana Ecclesia.

Hagnus, nī, Vide AGNVS.

HAGNES, etis, ἁγνής: Mulieris proprium, ἀπὸ τῆς ἁγνότητος, id est à castitate impositum.

Halobarches, ἁλοβάρχης, Latinè salis præfectum sonat. Erat autem is præcipuus honos apud Aegyptios, teste Iosepho Anti. lib. vltimo.

HALAE, ἅλαι, Bœotiæ oppidulum, vt ex Pausaniæ sententia tradit Stephanus. Sunt & alia eiusdem nominis loca quæ commemorantur ab eodem Stephano.

HALALCOMENE, & Halalcomenæ, Vide ALALCOMENE.

Halcyon, halcyonis, ἀλκυών, Auis est maritima, hyberno tẽpore in mari oua pariens, pullósque suos educens quo tempore summa est in mari tranquillitas, quam Alcedonia Plautus appellauit. Fabulantur Poëtæ, Halcyonem Aeoli filiam, & Ceycis vxorem in hanc auem mutatam fuisse: Aeolúmque hoc filiæ suæ posteritati tribuere, vt quandiu illa pullis procreandis vacet, tandiu summa in mari sit tranquillitas. Seruius Ceycem Luciferi filium fuisse tradit, & Halcyones maritum: à qua quum prohibitus, isset ad consulendum Apollinem de statu Regni, naufragio periit. Cuius corpus quum ad vxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Tethyos & Luciferi, conuersi sunt ambo in aues marinas quæ halcyones vocantur. Sanè sciendum est, quòd quum de muliere dicimus, Hæc Halcyone facit, quum de auibus, hic & hæc halcyon, hi & hæ halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari media hyeme: quibus diebus tanta est tranquillitas, vt nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Hæc Seruius. Dictæ autem sunt halcyones, παρὰ τὸ ἁλὶ κυεῖν, hoc est ab eo quòd in mari oua pariant. Quo fit vt prima vocalis, si originem spectemus, aspiranda videatur. Eustathius tamen contra etymi rationem tenui spiritu notãdam præcipit, adiecto etiam generali canone, quo negat vocabulum vllum esse aspirandum quod initium sumat ab λ, subsequente κ.

HALCYONE, es, pen. corr. ἀλκυόνη, Aeoli vẽtorum Regis filia vxor Ceycis, quæ præ dolore quem ex naufragio & morte mariti susceperat, mutata est in auem halcyonem. Vide Alcedo.

Halec, ecis, vel vt alij scribũt halex, fœmin. gen. piscis sola aqua victitans, quẽ Aristoteles μαινίδα appellat, si Theodori versioni credimus. ¶ Est item halec, siue halex, liquaminis genus quod ex piscium intestinis confici solet. Martialis lib. 11, Cui portat gaudeus ancilla paropside rubra Halecem, sed quam protinus illa voret. Plin. lib. 31. ca. 8, Halec imperfecta, necdum colata. Legitur & in neutro genere. Horat. 2. Sermonum. Satyr. 4. Ego fæcem primus & halec Inueni. Plaut. in Aulul. Qui mihi holera cruda ponunt, halec danunt. Vbi tamen ratio carminis clamat legendum esse halecem, alioqui versui deerit syllaba.

Halecula, diminutiuum. Colum. lib. 8. cap. 17, Itaque præberi conuenit tabentes haleculas, & salibus exesam chalcidem.

HALAESA, ἅλαισα, Siciliæ oppidum inter Agathyrsum & Cephaledium situm, triginta pass. m. distans ab vtroque, teste Strabone lib. 6. ¶ Hinc deducitur adiectiuum Halæsinus, a, um, vt Halæsina ciuitas, hoc est ipsa Halæsa. Cic. 3. Verrina, Siciliæ ciuitates multæ sunt, Iudices, ornatæ atque honestæ: ex quibus in primis numeranda est ciuitas Halæsina. Nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut antoritate grauiorem. Halæsini, vrbis huius incolæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

HALAESVS, ἅλαισος, Fluuius & mons non longè ab Aetna. Colum. lib. 10, Et quæ Sicanij flores legistis Halæsi. ¶ Est & in Ionia Asiæ regione eiusdem nominis fluuius, Colophonem præterfluens. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

HALAESVS, ἅλαισος, Agamemnonis fuit filius ex Briseide, vt quidam volunt: vel ex Clytæmnestra, vt alij. Dicunt enim hunc cum matre sensisse contra patrẽ, & postea patria pulsum in Italiam venisse, atq; apud Massicum Campaniæ montem consedisse, & tanquam Troiani nominis hostem Turno aduersus Aeneam fauisse. Virgilius, Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis Iungit Halæsus equos, &c. Ouid. quoque lib. 4. Fast. autor est ab hoc Halæso Faliscos nomen accepisse.

HALIA, æ, ἁλία. Nympha marina, Nerei & Doridis filia: ἀπὸ τοῦ ἅλος, hoc est à mari dicta.

Halias, haliados, ἁλιάς, Genus scaphæ, vel paruæ nauiculæ, vt ex Appiano docet Bayfius.

Haliæetus, ti, pen. corr. ἁλιαίετος, Genus est aquilę: falco à nonnullis dicitur, ab aliis accipiter, ab allis nisus. Ouidius Metamor. lib. 8, Et modò factus erat fuluis haliæetus alis. Plin. lib. 10. cap. 3, Haliæetus tantùm implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri Solis tudios, & si conniuentem, humectantémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum, & degenerem: illum cuius acies firma contrà steterit, educat. Haliæeti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.

HALIACMON, siue Haliagmon, ἁλιάκμων, Fluuius est Macedoniæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plin.lib.31.cap.2,Item in Macedonia qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmona ducere:qui nigra aut fusca,ad Axium.

HALIARTVS,ἁλίαρτος,Numen vrbis Bœotiæ quam Haliartus condidit Thetpandri filius:de qua vide Strabonem lib.9.

Halicacabus,ἁλικάκαβος,Alterum solani genus, semen in folliculis rotundis habens, ad speciem vesicarum orbiculatum, rubens, & leuc. Latini vesicariam vocant teste Plin. lib.21. cap.31. Officinæ Mautitanos sequutæ,vocant *Alcaquengi*.

HALICARNA,ἁλίκαρνα,Oppidum mediterraneum Aetoliæ, apud Plin. lib.4.cap.2.

HALICARNASSVS,pen.corr.ἁλικαρνασσός,Vrbs Cariæ, principum regia,circa initium Tauri sita,ad mare,in minori Asia,Argiuorum colonia,in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat, & Salmacis fons.Hæc prius Zephyra dicebatur. Ex Halicarnasso fuit Herodotus historicus,item Heraclius Poëta,& Dionysius scriptor antiquitatum,qui ab ea Halicarnasseus dictus est.

Halieutica,ἁλιεύτικα,Dicuntur volumina in quibus tractatur de piscibus.Plin.lib.32.cap.2, Mihi videntur mira & quæ Ouidius prodidit piscium ingenia,in eo volumine quod halieuticõn inscribitur. Fecerunt & alij qui halieutica scripseruntivt Olympius Nemesianus, quem Vopiscus tradit scripsisse cynegetica & halieutica. & Oppianus qui opus de piscibus Antonio dicauit. Scripsit & Apicius, sed halieusim appellauit.

Halimus,ἄλιμος, Frutex sepimento vallari idoneus, similis rhamno, sine spinis,foliis oleæ,sed latioribus.Nascitur in sepibus & maritimis, locisque salsis,salsilaginemq; refert.Vnde & nomen videtur accepisse. Alij sine aspiratione scribunt:indéque Alimon dictum putant, quòd famem arceat. Tradit enim Solinus fruticem hunc in Creta nasci, mirabili effectu,quòd eo admorso fames aliquandiu nulla sentiatur.

Haliphlœos,ἁλίφλοιος, Græcis arbor est, glandiferarum omnium deterrima,quæ à nostris sassicortex appellari potest, cui glans tam amara,vt eam,præter sues,nullum animal attingat.

Halipleumon,ἁλιπλεύμων,Marinus pulmo,genus piscis,apud Plinium, lib.33 cap.11.

Halito,Halitus,Vide HALO,halas.

HALIZONES,pen.prod.ἁλίζωνες,Populi Asiæ maritimi,Mysis,Caribus, & Lydis finitimi:ita dicti παρὰ τὸ τὰς ἁλὶ ὑποζώννυσθαι,hoc est ab eo quòd mari præcingantur, vt indicat Plin. lib.5. cap.31.Stephanus Halizonas dictos putat, quasi ἁλαζόνας, quòd ob diuitias superbi essent, & præferoces.

Hallucinor,aris,Vide Allucinor.

Hallux,cis,vel Hallus,li,Pollex,ex eo dictus quòd super proximum digitum saliat. ‖ ἀντίχειρ, Ital. *Dito grosso*. Gal. *Le pouce*. Hispan. *Dedo pulgar*. ‖ Nam constricta manu solus proximum digitum scandit.Vnde quidam à Græco ἅπτομαι trahunt, quòd Latinè scandere,seu salire significat.

Halmades,‖ ἁλμάδες. Ital. *Olive di salamora*. Gal. *Olives confites en saumure*. Hisp. *Olivas de salmuera*. ‖ teste Ruellio, Oliuæ dicuntur quæ condiuntur muria. Nam ἅλμη muriam vel salsuginem significat.

HALMYRIS,ἁλμυρίς.Lacus ambitu LXIII. M. pass. ex Danubio natus supra Istropolin:de quo Plin.lib.4.cap.12.

Halo,las, Spiro, vel odorem emitto. ‖ ἀτμίζω, ἐκνέω. Ital. *Spirare,mandar fuori odore*. Gal. *Haleiner,flairer & rendre odeur*. Hisp. *Echar de si baho*. ‖ Virgil. lib.4.Georg.Inuitent croceis halantes floribus horti. ¶Huius composita sunt, Adhalo, Exhalo, & Inhalo:de quibus vide suis locis.

Halito,as,pen.corr. Expiro,halitum identidem emitto. ‖ ἐκνέω. Ital. *spirare, respirare*. Gal. *Sonner haleiner, haleter*. Hispan. *Soplar, echar amenudo de si baho*. ‖ Ennius, Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

Halitus,us,pen.corr.Spiritum significat: & est nomen verbale ab halo, sicut Spiritus à spiro. ‖ ἀναπνοή. Ital. *Halito, spirito, vento fiato*. Gal. *Haleine*. Hisp. *Huelgo ò aceyo ò aliento*. ‖ Plin.lib.9. cap.7, In aquas quidem penetrare hunc vitalem halitum quis miretur? Efflare extremum halitum. Cic.2. Tusc.Halitus Solis,id est vapor & calor. Columella, Difiectũ deinde protinus simum inarari & obrui conuenit, ne Solis halitu vires amittat. Halitus terræ,pro vapore qui per terræ rimulas sursum ascendit.ἀναθυμίασις.Plin.lib.11.cap.12,Obuio terræ halitu infectus.

Halos,‖ ἅλως. Ital. & Hisp. *corona,arco*. Gal. *Coronne,cercle au rondeur,aire*. ‖ ab Aristotele in Meteoris dicitur quem nostri modò corooam, modò aream circa lunam dicunt. Seneca lib.1. Quæstio. Hunc Græci halon vocant,quem nos dicere coronam aptissimè possumus.

HALONESVS,ἁλόννησος,Insula Propontidis ante Cyzicum,oppidum habens eiusdem nominis.Autor Plin.lib.5.cap.vltimo.

HALONESVS,ἁλόννησος,Insula Aegæi maris.Strabo lib.14.

Halophanta,tæ,Hominum genus nequam, (vt ait Nonius) quod ob fuenda mendacia miserrima mercede conducitur.Plaut.in Curculione Aedepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus est Phædromus, Halophantam, an sycophantam hunc magis dicam, nescio. Quo tamen in loco legendum videtur holophantam.

Halosis,pen.prod.fœmin.gen. ‖ ἅλωσις.Ital. *Presa, espugnatione*. Gal. *Prinse d'assaut*. Hisp. *Tomamiento por combate*. ‖ Latinè captio,vel expugnatio dicitur. Suet. in Nerone, Hoc incendium è terra Mecœnatica prospectans,lætúsque flammæ pulchritudine,halosin Ilij decantauit.

Halter,eris,pen.genitiui prod.ἅλτηρ ἁλτῆρος,hoc est à saliendo dictus est. sunt enim halteres,ἅλτηρες,pilæ plumbeæ, massulæve, quibus vtraque manu se librabant qui saltu certabant vt certius assilirent. Martialis in Apoph.Quid pereunt stulto fortes haltêre lacerti? Exerceat melius vinea fossa viros.

Halus,li,à Gallis vocatur herba, quam Veneti cotoneam dicunt, similis cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo,dulcis & sitim sedans. vide Plin. lib.26.cap.7.

HALYATTES,ἁλυάττης Lydiæ rex, pater Crœsi Autor.Herodotus, libro 1.

Halyatticus,a,um,Horat.lib.3. Carm.Quàm si Mygdoniis regnum Halyattici Campis continuem.Regnum,inquit,Halyattici,hoc est Crœsi,Halyattæ filij.

HALYS,ἅλυς,Fluuius ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam,& à Meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra Aquilonem in Euxinum mare euoluitur. Meminit eius Cic.2. de Diuinat. Crœso fatalis Halys, Lucanus lib.3. Crebro vortice tortus Halys, Ouid.4.de Ponto.

Hama,æ,Instrumentum ad incendium compescendum. ‖ ἅμη, Ital. *Istrumento da estinguere l'incendio*. Gal. *Vn croc*. Hispan. *Instrumento para apagar el encendimiento*. ‖ Plinius in Epist.Et alioqui nullus vsquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda.

HAMADRYADES,pen.corr.ἁμαδρυάδες,Nymphæ syluarum,quas vetustas credidit simul cum arboribus nasci & interire. Vide DRYADES. Virgil.10.Aegloga,Iam neque Hamadryades rursus,nec carmina nobis Ipsa placent.

Hamatilis,Hamatus,Vide HAMVS.

Hamaxa,‖ ἅμαξα.Ital. *Carro*. Gal. *chariot*. Hispa. *Carro ò carreta para cargar*. ‖ à Græcis dicitur, quod à nobis plaustrum. Vnde etiam sydus illud, quod nos Septentriones dicimus,à figura, positurâque ipsa, quia simile plaustri videtur, similiter hamaxa appellatur. Vide Gellium,lib. 2.cap.21.

HAMAXOBII Ptolemæo, Hamaxobitæ Pomponio, ἁμαξόβιοι, ἁμαξοβίται,Populi sunt Sarmatiæ Europæ,ita dicti quòd plaustris vtantur vice domorum. Vadianus Pomponij interpres eos esse putat, quos non procul à Polonis sitos,vulgus corrupta voce vocat *Moscouitas*.

HAMAXAMPEVS, Pars est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commixtus est.Tortellius.

Hamiotæ,Vide HAMVS.

Hammites, Gemma quæ ouis piscium similis est. Vide Plinium, libro 37.cap.10.

HAMMODARA,Oppidum inter Aegyptum & Aethiopiam,iuxta se habens bituminis fontem.Autor Plin.lib.6.cap.29.

Hammoniacum, ἀμμωνιακόν, Resinæ species ex arbore, quam metopium vocant,stillans in arenis, iuxta Hammonis templum: vnde & nomen sortitum est.Vide AMMONIACVM.

Hammonis cornu,Inter sacratissimas Aethiopiæ gemmas habetur auri colore.Plin.lib.37.cap.10.

Hammonium,Coloris genus tendentis in subrufum.Varro de Re rust. lib.3.cap.2.Nunc vbi vides hic citrum, aut aurum? num minium, aut hammonium?num aliquod emblema, aut lithostrotum? illic omnia contrà. Sunt tamen qui hoc in loco malint legere Armenium.

Hamotrahones, Dicti sunt vel piscatores, vel qui cadauera traherent hamo.Nam vt est apud Suetonium, eorum qui supplicio afficiebantur,cadauera,iussu principum vnco sæpe trahebantur in locum quem tum Gemonias scalas dicebant.

Hamus,mi,Catenam significat. ‖ ἅμαξιτρα. Ital. *Chaine,hamo*. Gal. *Vne cheine vn hain,vn hameçon,croc ou crochet*. Hispan. *Anzuelo para pescar ò cosa semejante*. ‖ Virgil.lib.3. Aeneid Loricam consertam hamis, autóque trilicem,hoc est hamis aureis. ¶ Accipitur etiam hamus pro vnco ex quo piscatores escam suspendunt ad capiendos pisces.Plaut.Sticho. Arundinem fert,sportulámque & hamum piscarium.Ouid.de arte amandi, Casus vbique valet:semper tibi pendeat hamus, Quo minimè credis gurgite,piscis erit.Idem epist 12,Nunc volucrem laqueo,nunc piscem ducitis hamo. ¶ Præterea ab huius vnci similitudine hamus accipitur pro instrumento ferreo quo diuitum arcæ numariæ obsepiuntur. Iuuenalis Saty.14, Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem. Quo in loco hamus priorem corripit,quam Poëtæ omnes producunt: aut certè dicendum erit s literam in dictione PRAEDIVES cum præcedente vocali absumiiin qua sententia est Mancinellus. Hamus etiam aliud instrumentum ferreum significat, quo linum pectitur. Plin.lib. 19.cap.1, Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis,donec omnis membrana decorticetur. ¶ Aureo piscari hamo dicuntur qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt, vt maximarum rerum faciant iacturam.Commemoratur inter facetè dicta Octauij Cæsaris à Suetonio. Fit enim nonnunquam vt piscis hamum etiam ipsum secum auferat.

Hamulus,li,diminutiuũ. ‖ ἀγκίστριον.Ital. *Picciolo hamo*. Gal. *Petit hameçon*. Hisp. *Pequeño anzuelo para pescar*. ‖ Hamulum Celsus vocat vncinum,quo chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Celsus lib.5, Specillo auriculario protrahendum est,aut hamulo retuso.

Hamatus,a,um, Hamo instructum & munitum significat. ‖ ἀγκιστρωτός. Ital. *Hamato,pieno de hami*. Gal. *Fait en maniere d'hameçon, garny d'hameçons*. Hisp. *Cosa con anzuelos*. ‖ Cic.4 Acad.Hamatis, vncinatisque corpusculis. Hamata munera, quæ ita dantur vt alia subinde dona ad se alliciant. Plinius in Epist.Volo enim eum,qui fit verè liberalis, tribuere patriæ, propinquis, affinibus,amicis:sed amicis dico pauperibus, non vt isti, qui iis potissimum donant qui donare maximè possunt. Hos ego viscatis hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.Sagittæ hamatæ,Ouid.3. Trist. Eleg.10, Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis. Vngues hamati. Ouid.12, Metam. Hamatisque viri laniauerat vnguibus ora.

Hamatilis,& hamatilæ,pen.corr.Quod ad hamum pertinet:vt,Piscis hamatilis,id est hamo captus. ‖ ἀγκιστρηφόρος. Ital. *Pertinente ad hamo, che si pesca con hamo*. Gal. *D'hameçon,qu'on prend auec vn hameçon*. Hisp. *Cosa perteneciente à tal anzuelo ò que se toma con ello*. ‖ Plaut. in Rudente, Post id hamatilem piscem,saxatilémque aggredimur,captamus cibum in mari. id est hamo piscamur.

Hamiotæ,Qui hamo ad piscandum vtuntur. ‖ ἀγκιστρεῖς. Ital. *Coloro che pigliano i pesci con gli hami*. Gal. *Pescheurs auec hameçons, pescheurs à la ligne*. Hisp. *Pescadores con los anzuelos*. ‖ Plautus in Rudente, Saluete fures maritimi, conchitæ atque hamiotæ, Famelica hominum natio.Varro,Cohortis coquorum atque hamiotarum,aucupúmque. Sunt qui hic legendum putent hamiotarum: & ita etiam videtur exigere ratio carminis apud Plautum.

Hamo,as,Curuo. ‖ ἀγκιστρεύω. Ital. *Piegare, torcere à guisa de hamo*. Gal. *Plier, faire crochu en façon d'hameçon*. Hispa. *Plegar,corvar*. ‖ à quo Hamatus,curuatus,de quo suprà. Hinc Adhamo,as,de quo suo loco.

HANNO,Punicum nomen est, quo plerique nõ ignobiles Carthaginiensium duces sunt appellati: tres tamen inter exteros maximè illustres extitere.

extitere. Primus fuit Philippi Macedonis temporibus, qui quum tyrannidis cupiditate accensus, omnes ciuitatis principes in filiæ suę nuptiis veneno necare constituisset, prodito à ministris consilio, frustra concitatis seruitiis, Mautorúmque rege in patriæ exitium solicitato, viuus in Carthaginiensium manus peruenit: à quibus & ipse virgis cæsus, & manibus cruribúsque fractis in crucem actus est, & in cognatos omnes sęuissimè animaduersum. ¶ Fuit alter Hanno, temporibus Agathoclis Siculorum tyranni, à quo cum xxx Pœnorum millibus consertis pugnæ est interfectus. ¶ Tertius fuit tempore secúdi belli Punici, Barchinæ factionis princeps, contrarius Hannibali in Republica partes fouens. De hoc multa apud Liuium, aliorum meminit Iustinus Trogi abbreuiator, lib. 21. & 22.

Hanum, Veteres pro fano vsurparunt: & hanulum, pro paruo fano.

Haphe, ἀφὴ, Iuspersio pulueris, quo inspergebantur luctantes, vbi ceromate illiti fuissent, vt mutuas prehensiones admitterent. Martial. lib. 7, Et flauescit haphe. Nam puluere perfusa luctantium corpora quodammodo flauescebant, lepram patientibus similia. Plin. lib. 36. cap. 13. refert arenam tenuissimam è Nilo peti solitam, ad debellanda corpora palæstræ studiis. Haphe enim Græcè & tactum significat, & vncturam, & contrectationem in palæstra, & notas quibus lepra corpus maculat. Iulius Pollux haphen accipit primam infecturam, quoties vestes imbuuntur coloribus.

Hara, æ, {οὐφίον, σύειον δόμος. Ital. *stala da porci.* Gal. *Estable à porceaux.* Hispa. *La pocilga, apossamiento da puercos.*} Porcorum stabulum. Donatus, Hara in qua pecora includuntur. Plaut. Asin. -vos Dormitis interea domi, at harus in hara, haud ædibus habitat. Cicc. in Pison. Ex hara producte, non ex schola. Ouid. 1. Epist. Tertius immundæ fidelis haræ. Colum. lib. 7. Diligens autem porcilator frequenter fuile conuerrat, & sæpius haras. ¶ Hara stabulum anserum. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 10. Singulis vbi patiant faciendum haras quadratas circum binos pedes & semipedem. Sic apud Colum. lib. 8. cap. 14.

Hareola, vide ARENA.

Haringa, Apud priscos significabat hostiam: quæ inde dicta erat, quòd eius adhærentia inspicerentur. Autor Festus. A Donato autem haruga vocatur hostia: ab hara cui includitur.

Hariolus, li, cum accentu in antepenul. Futurorum diuinator. {μάντις, ὁ χρηστηριάζων, χρηστηριώδης. Ital. *Profeta, indouino.* Gal. *Deuin, deuineur.* Hisp. *Adeuino.*} Dictus hariolus quasi fatiolus, à fatis, vel à fando, sicut hanula, quasi fanula, hoc est parua fana: aspiratione (vt plerunque fieri solet) pro f litera posita. Terent. in Phormione, Interdixit hariolus. Cicc. 1. de Diuinat. Sibyllinorum versuum decem interpretes delectos ex ciuitate esse voluerunt: ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatum furibundæ prædictiones.

Hariola, æ, {ἡ χρηστηριάζουσα. Ital. *Donna che indouina.* Gal. *Deuineresse.* Hisp. *La adeuina.*} Plaut. Cist. Hariola es.

Hariolor, aris, ari. Diuino. {μαντεύομαι. Ital. *Profetare, indouinare.* Gal. *Deuiner.* Hispa. *Adeuinar.*} Cicc. de Diuinatione, Nec eos qui quæstus causa hariolantur, agnosco. Idem Attico, lib. 8. μαντεύομαι igitur noster Attice, non hariolans vt illa, cui nemo credidit, sed coniectura perspiciens, &c.

Hariolatio, Actus ipse hariolandi. {μαντεία. Ital. *Indouinamento.* Gal. *Deuinement.* Hisp. *Diuinacion por superstition.*} Cicc. 1. de Diuinat. Superstitiosæ hariolationes.

HARMASTIS, tis, Ἁρμαστίς, Iberiæ oppidum, ad Neorim amnem, exaduerso portarum Caucasi, Autor Plin. lib. 6. cap. 10. & 11.

HARMATOPOLITAE, ἁρματοπολῖται, Populi sunt Asię in sinu Elaitico, ita dicti ab Harmatunte vicino promontorio. Meminit eorum Plin. lib. 5. cap. 30. Apud Straboné tamen hoc promontorium vocatur Hermatus per e literam in proxima syllaba.

HARMODIVS, & Aristogiton, ciues Athenienses fuerunt, quibus quòd Rempub. tyrannide liberassent, hoc honoris à ciuibus suis tributum est vt nemo vnquam ipsorum nomine vocaretur. Hinc natum Adagium, Harmodij cantilena. Ἁρμοδίου μέλος. De lugubribus ac tristibus dicebatur. Aristopha. Ἀρχαῖος. Οὐδὲ ποτ' ἐμοὶ κατὰ τὸν Ἁρμόδιον ἄσεται. Id est, Nec vnquam apud me carmen Harmodium canet. Genus erat cantilenæ quod in compitis cani consueuerat in Harmodium & Aristogitonem, quòd hi Pisistratidarum tyrannidem sustulerunt. Eius carminis hoc erat initium, φίλτατε Ἁρμόδι' οὐ πω τεθνηκας, hoc est, charissime Armodi, haud quaquam mortuus es. Refertur à Suida & Diogeniano.

HARMODOTVS, poëtæ nomen est apud Plutarchum.

Harmonia, pen. cor. {ἁρμονία. Ital. *Harmonia, concordança, concento.* Gal. *Harmonie, accords de sons differens.* Hisp. *Consonancia en la musica.*} Latinè compositio, concordia, conuenientia, concentus. παρὰ τὸ ἁρμόζειν, quod est congruere. Musici harmoniam vocant intentionem, concentúmque neruorum in integros modos sine vlla offensione consonantium. Cic. 1. Tuscul. Harmoniam autem ex interuallis sonorum nosse possumus: quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures. Quintil. lib. 1. cap. 10, Nec illa modò contenti dissimilium concordia, quam vocant harmoniam: sonum quoque his moribus dederunt. Hęc etiam alio nomine dicitur symphonia. ¶ Est etiam HARMONIA, mulieris propriũ: quo nomine Gelonis filia, Themistij vxor appellata est, ab ἁρμόζω, coapto. ¶ Est præterea Harmonia, Martis & Veneris filia, Cadmi vxor, cui Vulcanus pulchrum, sed exitiale monile dedit, eo quòd ex cõingis adulterio fuisset prognata. Reliqua vide suprà in dictione CADMVS, & apud Ouid. lib. 4. Metamor.

Harmonicus, a, um, {ἁρμονικός. Ital. *Di accordamento & harmonia.* Gal. *Harmonieux, d'accord.* Hispa. *Cosa de aquella consonancia.*} Quod ad harmoniam attinet. Plin. lib. 2. cap. 109, Harmonica ratio quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia septem millia.

HARMONIDES, Ciuis Troianus fuit, architectutæ peritissimus, vnde Homerus fabulatur eum à Minerua fuisse adamatum. Hic inter cætera naues illas fertur ædificasse, quibus Alexander Helenam raptam Troiam transuexit.

Harpaction, siue (vt aliqua exemplaria habent) harpacticon apud Plinium libro 35. capite 16, genus est gummi, ita dictum à celeritate auellendi.

HARPAGIA, pluralis tantùm numeri, ἁρπάγια, τὰ. Locus est in Phrygia in confinio agri Cyzicęni & Priapeni, vnde Ganymedem raptum fuisse ab aquila fabulata est antiquitas. Autor Strabo lib. 13.

Harpago, penul. produ. in genitiuo harpagônis, {ἅρπαγη, ἁρπάγων. Ital. *Vncino con che si legano le naue insieme nella guerra.* Gal. *Croc, hauet.* Hisp. *El ciguę dela naue.*} Instrumentum est ferreum in fine aduncum, quo in naualibus prælijs naues apprehenduntur, & tanquam in continenti coguntur dimicare: ita dictum à verbo Græco ἁρπάζω, quod est rapio. ¶ Est & aliud instrumentum hoc nomine, quo ea quæ in puteum, vel fluuium deciderint, extrahuntur. Cuius inuentor traditur fuisse Anacharsis philosophus, teste Plin. lib. 7. cap. 56. ¶ Est etiam harpago instrumentum ferreum, quod à nonnullis canis vocatur, quo vasa vinaria constringuntur, vt commodius indurantur circi. Liuius lib. 10. bel. Punici vsus est accusatiuo Græco harpagonas. Asseres (inquit) ferreo vnco præfixi (harpagonas vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti.

Harpago, as, penul. produ. Rapio. {ἁρπάζω. Ital. *Rapire, rampinare.* Gal. *Accrocher, tirer & oster auec vn croc ou hauet.* Hispa. *Arrebatar.*} Plaut. in Aululatia, Hei misero mihi, aurum mihi intus harpagatum est. Idem Bacchidibus, Nullus frugi Esse potest homo nisi qui bene & malè facere tenet: improbus cum improbis sit, harpaget, futibus furetur quod queat.

HARPALICE, penul. cor. ἁρπαλίκη, Nomen mulieris, Harpali Thracum Regis filiæ, quæ patrè à Getis captum liberauit. Autor Seruius in illud 1. Aeneid. -vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, volucrémq; fuga præuertitur Hebrum.

HVRPALVS, penul. cor. Nomen est prædonis apud Ciceronem lib. 1. de Natura deorum.

HARPASA, orum, penul. cor. Ἅρπασα. Oppidum Asiæ oppositum fluuio Harpaso. Plin. libro 2. cap. 96, Iuxta Harpasa oppidum Asiæ cautes stat horrenda, vno digito mobilis: eadem, si toto corpore impellatur, resistens.

Harpastum, {ἁρπαστὸν. Ital. *Palla dal calzo.* Gal. *Vne balle, vne grosse palotte à ioüer.* Hispa. *Instrumento era para arrebatar.*} Genus est pilæ, grandioris quàm pila paganica, minoris tamen quàm follis: ita dictum ab ἁρπάζω verbo Græco quod est rapio, eo quòd plures proiectum harpastum conentur arripere, & extra ludi limites eiicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, sed quum multi ludentes in duas partes diuisi sunt, quisque annititur pilam arripere, & ad suos, qui post se sunt viciniores limitibus, transmittere: ciúsque partis victoria est quæ pilam extra limites eiecerit. Laboriosum ludi genus est, grandioribúsque tantùm conueniens. Quum enim multi simul pilam arripere conantur, in terram se inuicem prosternunt, puluerèque & sudore infecti flauescunt. Martialis lib. 14. Seu lentum ceroma teris, tepidúmque trigona, Siue harpasta manu puluerulenta rapis.

Harpax, gis, vel gos ἅρπαξ. A Syris vocatum est electrum, eo quòd festucas & paleas ad se rapiat: apud quos etiam mulieres verticillos ex electro conficere solent. Plinius lib. 37. cap. 2, In Syria quoque verticillos inde facere, & vocare harpaga: quia folia & paleas, vestiúmque fimbrias rapiat.

Harpe, es, {ἅρπη. Ital. *Scimitarra.* Gal. *Vne simeterre.* Hispa. *Cuchillo de Mercurio como guadaña.*} Ensis est in summitate falcatus, quo Mercurius vsus fertur in occidendo Argo illo centoculo, & Perseus in amputando Medusæ capite. Ouidius 5. Metamorp. Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Medusæ. Luca. libro 9, Et subitus præpes Cyllenida fustulit harpen.

HARPOCRATES, penul. cor. ἁρποκράτης. Simulacrum in sacris Isidis & Serapidis erat, quod digito labiis impresso, admonere videbatur vt silentium fieret. Hic dicebatur silentij Deus. Re vera autè Græcus philosophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta in id maximè tendebant, vt silentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Catullus in Gellium, epig. 59, Gellius audierat patruum obiurgare solere, Siquis delicias diceret, aut faceret: Hoc ne ipsi accideret, patruũ per desipuit ipsam Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem. Vbi reddere Harpocratem (vt monet Erasmus in Adagiis) prouerbialiter dictum est, pro silentium imponere.

HARPYIAE, ἅρπυιαι, monstra fuerunt qualia describit Virgilius libro 3. Aene. Tristius haud illis monstrũ, nec sæuior vlla Pestis & ira Deũm, Stygiis sese extulit vndis. Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Inguinies, vncæque manus, & pallida semper Ora fame. Dictæ ab ἁρπάζειν, vnde à Suida vocantur ἁρπακτικαὶ ἀνεμώκεις, hoc est rapaces dæmones. Dicuntur autem fuisse Ponti & Terræ filiæ, vt ait Seruius: vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes, dictæ παρὰ τὸ ἁρπάζειν, id est à rapiendo. Volatiles, vultu virgineo, manibus vncis. Alij Neptuni filias faciunt, qui ferè prodigiorum omnium pater est, nec immeritò, nam secundum Milesium Thalerem, omnia ex humore procreantur: vnde est, Oceanúmque parrem rerum. Hinc fit vt quotiescunque desunt parẽtes, redeatur in generalitatem. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alij autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Electræ fuisse. Has Virgilius tres esse dicit, Aello, Ocypeten, Celæno: quarum postremam Homerus tres esse dicit, Aello, Ocypeten, Celæno: quarum postremam Homerus Podargem vocat, & ex ea Zephyrum ventum, Achillis equos, Balium videlicet & Xanthum, genuisse dicit. Hesiodus tantùm duas nominat, Aello videlicet & Ocypeten. De Harpyiis quoque suprà nonnulla dicta sunt in dictione CALAIS: nonnulla etiam infrà dicentur in dictionibus PHINEVS & ZETHES. Virgil. lib. 3. Aeneid. Accipiunt Strophades, Graio sunt nomine dictæ Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno, Harpyiæque colunt aliæ, &c.

Haruspex, icis, {ἱεροσκόπος. Ital. *Indouino, profeta.* Gal. *Deuin.* Hisp. *Adeuino.*} Qui harugis, id est hostiis inspectis futura prædicit. ῥάβδος. Terent. in Phor. Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui Negotij incipere. Hunc locum exponens Donatus, Haruspex, inquit, ab haruga deriuatur, quæ est hostia, ab hara, in qua concluditur & seruatur. Melius itaque cum aspiratione scribitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Haruſpica, æ, Diuinatrix. {ἡ μαντικὴ τέχνη. Ital. *Indouinatrice, indouina.* Gal. *Deuineresſe.* Hiſp. *Adeuinadora* {Plautus in Milite, Da qui faciat, qui condiat: da quod dem Quinquatribus Precantatrici, collectrici, haruolæ, atque haruſpicæ.

Haruſpicinus, a, um, penult. prod. {μαντικὸς. Ital. *Pertinente ad indouinare.* Gal. *Seruant à deuiner.* Hiſp. *Coſa perteneſciente à adeuinar.* {vnde Libri haruſpicini dicuntur qui de haruſpicina, hoc eſt haruſpicum arte præcepta tradunt. Cice. 1. de Diuinat. Quod Hetruſcorum declarant, & haruſpicini, & fulgurales, & rituales libri: noſtri etiam augurales.

Haruſpicina, æ, penult. produ. Eſt ars diuinandi ex cæſis hoſtiarum extis. {μαντικὴ. Ital. *L'arte d'indouinare.* Gal. *L'art & ſcience pour deuiner par la conſideration des entrailles des beſtes.* Hiſp. *El arte de aquella diuinacion.* {Cice. 3. de Diuinat. Vt ordiar ab haruſpicina, quam ego Reipublicæ cauſa communiſque religionis colendam cenſeo. Vnde Haruſpicinam facere communiſque religionis colendam cenſeo. Vnde Haruſpicinam facere, eſt exercere huiuſmodi artem. Cicero ad Leptam, Quare bono animo ſint & mei & tui familiares: neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur, &c.

Haruſpicium, cij, Idem quod haruſpicina, id eſt ars diuinandi ex inſpectione extorum. μαντικὴ. Catullus tamen pro ipſa arte videtur poſuiſſe, quũ ait, Naſcatur magus ex Gelia, matriſque nefando Contugio, & diſcat Perſicum haruſpicium.

HASBYTAE, Ἀσβύται. Africæ interioris populi poſt Naſamones, Macis finitimi. Autor Plinius lib. 5. cap. 5.

HASDRVBAL, vide ASDRVBAL.

Haſta, ſtæ. Eſt inſtrumentum illud ex ligno terete, cuſpide præferrata, qua milites in bello vtuntur, {λόγχη, δόρυ. Ital. *Haſta, lancea.* Gal. *Lance, picque, javeline.* Hiſp. *Lança.* {Cice. 2. de Finibus, Euelli iuſſit eam, qua tranſfixus erat, haſtam. Plaut. Bacch. Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, pila, Saliendo ſe exercebãt. ¶ Haſtam abiicere, eſt cauſæ diffidere, & contentionem relinquere. Cicero pro Muræ. Videſne tu illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas. Eraſmus in Chiliadibus. Haſtæ ſubiicere bona alicuius, eſt ea publica auctione, eique qui plurimum obtulerit, addicere. Solet enim haſta figi in omnibus auctionibus: vnde factum eſt vt haſta nonnunquam pro ipſa auctione ponatur. Cicero Philip. 8. Itaque haſtam ſemper videre cupiunt ij qui noſtris bonis imminent. Idem lib. 15. Epiſt. ad Caſſium, Cæſarem putabant moleſtè laturum, verétem ne haſta refrixiſſet. Sub haſta ſubire, eſt vendi. Plautus in Moſtel. Vel iſti qui trium numorum cauſa ſubeunt ſub haſta. ¶ Primas iactare haſtas dixit Cice. 2. de Orat. Pro velitari: quod ad Oratorem transfert, cuius dictio initio debet eſſe leuis & ſedata, vt paulatim incandeſcat oratio. ¶ Ab haſta fit diminutiuum Haſtula, quod paruam haſtam ſignificat.

Haſtarium, rij, Venditio auctionaria. {λαφυροπωλεῖα. Ital. *Vendita à l'incanto.* Gal. *Vente à l'encant.* Hiſp. *Almoneda.* {vnde Tertullianus in Apologet. In haſtario vectigales ſumus.

Haſtati, Dicti ſunt qui primi in acie cum haſtis conſtitui ſolebant. {αἰχμοφόροι. Ital. *Con lancia à taurina.* Gal. *Piquiers.* Hiſpa. *Armados de lança.* {Haſtatus verò primus dicebatur qui duas centurias, id eſt ducentos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc Ducenarium vocant, vt Vegetius denotat. Varro de lingua Latina libro 4. Haſtati milites dicebantur qui primi haſtis pugnabant. Vide in dictione ANTEPILANVS.

Haſtile, is, pen. prod. Dicitur quod ad haſtæ formam factum eſt hoc eſt lignum teres, oblongum, cuiuſmodi eſt haſta. {λόγχη, τὸ ἀκόντιον ξύλον, αἰχμή. Ital. *Fatto a guiſa d'haſta.* Gal. *Fait en forme de javeline, picque ou lance.* Hiſpa. *Haſtil o haſta pequeña.* {Cicero pro Rabir. Quum denique Quiritium Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis, haſtili innixus, &c. Virgil. 5, Aeneid. -præfixa haſtilia ferro.

HASTA, Oppidum in extremis Italiæ finibus, circa Iapygium promontorium: cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 1.

Haſtula regia, {ἀσφοδέλος. Ital. *Aſphodello.* Gal. *Aſphodille.* Hiſp. *Gamonito.* {Herbam ſignificat quæ & albucum, & aſphodelus vocatur. Plin. lib. 21. cap. 17. & lib. 16. cap. 11.

Hau, Interiectio eſt mentis conturbatæ. φεῦ, ἆ. Terentius in Eunucho, Hau obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? Interdum etiam inuenitur geminatum. Terent. in Adelph. Hau hau mi homo, ſanúſne es?

Haud, {οὐκ. Ital. *Non.* Gal. *Non, non pas.* Hiſpani. *No.* {aduerbium negandi, ſignificat non. Terent. in Andria, Haud muto factum. Haudquaquam, οὐδαμῶς, hoc eſt nullo pacto, vel nullo modo. Liuius 10. belli Pun. Aſdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda.

Haurio, ris, hauſi, hauſtum, Significat propriè extraho humorẽ, & educo ex profundo aliquo loco. {ἀρύομαι, ἀντλέω, ἀφυδρεύομαι. Ital. *Tirar fuori, attingere.* Gal. *Puiſer & tirer.* Hiſpa. *Sacar afuera lo liquido.* {Cice. 1. de Diuin. Qui quum vidiſſet hauſtam aquam de iugi puteo, terræmotus dixit inſtare. Idem de Clar. Orat. Si is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet. Idem 3. Acad. Vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur. Idem de Diuin. Aqua è puteo hauſta. ¶ Haurire auribus, eſt audire. Virg. lib. 4. Vocémque his auribus hauſi. Haurire oculis, eſt aſpicere: pro quo Poëtæ etiam interdum dicunt Haurire, omiſſo ablatiuo oculis. Virg. 10. Aeneid. Suſpiciens hauſit cœlum, mentémque recepit. ¶ Accipitur etiam pro confodere, ſeu vulnerare. Virgil. 10. Aeneid. Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum. ¶ Item tenere. Virg. lib. 4. Georg. -& medium ſol igneus orbem Hauſerat. ¶ Itẽ defatigare. Virg. -exultantiáque haurit Corda pauor pulſans. ¶ Item exequi, implere, ἀμφιπολεῖν, ἐκτελεῖν. Lucil. lib. 30. vt citat Nonius, Quãdo haurire animus Muſarum, & fortia geſtit. ¶ Item luere. Virg. 4. Aeneid. Spero quidé medijs, ſiquid pia numina poſſunt, Supplicia hauſurum ſcopulis. Quo in loco Virgilij, obſeruato hauſturum dici abſque i, pro hauſturum. ¶ Item conſumo. κεράννυμι. Liui. 5. Tam longi temporis opus incendium hauſit. ¶ Haurire calamitatem, Haurire dolorem, Haurire gaudium, vide Budæum in Annot. & in Epiſt. Huius compoſitum eſt Exhaurio. ἐκπολῶ. ¶ Legitur etiam nonnunquam præteritum hauſtoi, & ſupinum hauſtum. Varro ad Ciceronem, Quum idem quoque hauſerit. Apul. lib. 2. de Aſino, Lagena facilis hauſtitu.

Hauſto, ſtas, frequentatiuum: à quo fit compoſitum Exhauſto. Feſtus, Exhauſtant, efferunt.

Hauſtus, ſtus, Sorbitio, & eductio liquoris ex aliquo loco. {ἄντλημα. Ital. *Sorbimento, votatione.* Gal. *Puiſement, vn trait à boire.* Hiſpa. *Potaje, ò beuraje, ò coſa que ſe beue, ſacamiento aſuera de lo liquido.* {Colum. lib. 1. Si deerit defluens vnda putealis, quæratur in vicino aqua, quæ nõ ſit hauſtus profundi. id eſt quæ non è profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Ouid. 6. Meta. Hauſtus aquæ mihi nectar erit.

Hauſtus, ſta, ſtum, Participiũ accipitur pro abſumptus, deuoratus. {ἀνάλωμα. Ital. *Conſumato, deuorato, beuuto, inghiottito.* Gal. *Puiſé, tiré, englouti.* Hiſp. *Coſa beuida, gaſtada y tragada.* {Liu. lib. 1, Nec Ferro tantum periere, ſed in paludes quidam cõiecti, profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt. Idem 3. bel. Maced. Multæ naues eiectæ, multæ ita hauſtæ mari, vt nemo in terram enauerit.

Hauſtrum, ſtri, Teſte Budæo, eſt machinæ genus rotam habens, qua calcata, aquam è puteis, vel fluminibus haurimus, quod & tympanum vocatur. {ἄντλιον. Ital. *Rota ò altro ingegno da cauar' aqua.* Gal. *Vn ſeau ou autre vaiſſeau à puiſſer, ou la roue qui ſert à puiſſer l'eau.* Hiſp. *El alcaduz de anoria para ſacar agua.* {Lucretius libro 5. Vt flauios verſare rotas, atque hauſtra videmus. Nonius tamen mauult hauſtra eſſe ipſos cados, hoc eſt ſitulas in huiuſmodi machinis, quibus aqua hauritur.

H ante E

Heautontimorumenos, ὁ τὸν ἑαυτὸν τιμωρούμενος. Nomẽ eſt Comœdiæ Terentianæ, quod nos Seipſum exeruciantem interpretari poſſumus. τιμωρέομαι enim idem eſt quod ſæuio, punio, crucio: & ἑαυτὸν, ſeipſum. Inducitur enim ſenex Menedemus ſeipſum exercians, quòd filium Cliniam duritia ſua in militiam proficiſci compulerit.

Hebdomas, adis, {ἑβδομάς. Ital. *Settimana.* Gal. *Vne ſepmaine, vne ſeptaine.* Hiſp. *La ſemana.* {& Hebdomada, dæ, dicitur numerus ſeptenarius, ſicut ogdoas numerus octonarius, & enneas nouenarius, decas denarius. Cicero Tironi lib. 16. Epiſt. Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam hebdomadam incideres. Vbi per quartam hebdomadam intelligit diem vigeſimũ octauum: qui numerus conſtat ex quatuor ſeptenariis. Septimi autem quique dies in febribus criſimi ſunt, & periculoſi. Neque verò ſolum de diebus dicitur, ſed etiam de annis, & quibuſcunque rebus quæ ſeptenario numero comprehenduntur. Gellius, Tum tibi addit, ſe quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta quinque librorum hebdomadas ſcripſiſſe.

HEBE, ἥβη. Filia fuit Iunonis abſque patre, vt Latinorum poëtæ aſſerũt. Apollo enim quum Iunoni nouercæ conuiuium in patris ſui domo, paraſſet, inter alia lactucas agreſtes ei appoſuit: quas quum Iuno auidè comediſſet, illico vſque tunc ſterilis prægnans effecta eſt, peperitque Heben, quam poſtea Iupiter ob formæ elegantiam ad officium pincernatus aſſumpſit, deámque iuuentutis effecit. Tandem quum ipſe vnà cum cæteris diis apud Aethiopes comeſſaturus iuiſſet, contigit quòd adminiſtrans eius Hebe pocula, pérque lubricum minus cautè incedens, caderet, reuolutiſque veſtibus obſcœna Superis monſtraret: quam ob rem ab officio eſt amota, eiúſque loco Ganymedes ſubrogatus. Poſtremò Herculi in deos relato, vxor data. Autor Seruius. Homerus autem ex Ioue eam conceptam eſſe tradit, neq; omnino ab officio remotam, ſed cæterorum deorum pincernam fuiſſe, Ganymedem verò ſolius Iouis. Ouid. lib. 9. Metamor. Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe, &c. Hæc dea iuuentutis putabatur. ἥβη enim (vt ait Suidas) florem ætatis & primam pubem ſignificat.

Hebenus, ni, generis fœminini: & hoc hebenum, ni, penultima correpta, ἔβενος Dioſcoridi. Cuius deſcriptionem, vide ſuprà in dictione EBENVS.

Hebes, hebetis, Obtuſus, piger, tardus, & acumine carens. {ἀμβλύς. Ital. *Spontato, ribattuto, rintuzzato, groſſolano, tardo, non acuto.* Gal. *Qui a la pointe ou le trenchant rebouché, refoulé, rebatu, mouce, lourd, groſſier, hebeté.* Hiſp. *Boto contrario de agudo, perezoſo, rudo de ingenio.* {Cicero libro 2. Acade. Quid? Lunæ quæ lineamenta ſunt poteſtne dicere, cuius & naſcentis, aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua? Hîc Cicero hebeti oppoſuit acutum. Ouidius 3. de Arte aman. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Vnde per tranſlationem Ingenium hebes dicitur, ſicut etiam obtuſum: & Homo hebes, hoc eſt tardus. Cicero 10. Philip. Scilicet hæc Panſa aut non videt, (hebeti enim ingenio eſt) aut negligit? Id eſt ingenio non acuto, ſed tardo. Idem 2. de Diuin. Videſne Epicurum, quẽ hebetem & rudem dicere ſoleut Stoici quemadmodum, &c.

Hebeo, bes, Hebes ſum. {ἀμβλύνομαι. Ital. *Eſſere ottuſo, rintuzzato, ribattuto, ſpontato.* Gal. *Eſtre rebouché, refoulé, rebatu & mouce.* Hiſp. *Ser boto, embotarſe, ſer perezoſo.* {Liu. lib. 3. bel. Pun. Num ferrum hebet? an dexteræ torpent? Verba ſunt Annibalis ſuos increpantis. Virgil. 5. Aeneidos, Sed enim gelidus tardante ſenecta Sanguis hebet, frigéntque effœtæ in corpore vires.

Hebeſco, ſcis, Hebetior fio. {ἀμβλύνομαι Ital. *Diuenir più ottuſo, balordo, ſtupido.* Gal. *Se rebouncher, deuenir ſtupide.* Hiſpa. *Embotarſe, empereZarſe.* {Cicero 1. Tuſcul. Sic mentis acies ſeipſam intuens, nonnunquam hebeſcit. id eſt obtuſior, deſidioſior, & remiſſior fit. Salluſt. Poſtquam diuitiæ honori eſſe cœpere, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere virtus cœpit.

Hebeto, as, penultima correpta, Obtundo, obſcuro {ἀμβλύνω, ἀμβλόω. Ital. *Oſcurare, ottuſare, ſtupidire, rintuzzare.* Gal. *Reboucher, rebatre, refouler, faire mouce.* Hiſp. *Embotar, eſcureſcer.* {Plin. in Paneg. Eodem ergo tempore nec animos modò, ſed & corpora ipſa langueſcere, gladios etiam in curia hebetari, retundique gaudebant. Plin. lib. 7. cap. 15, Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur, acies ferri perſtringitur.

Hebetatio, verbale, {ἀμβλυσμός. Ital. *Eſſo ſtupire, & rintuzzare.* Gal. *Rebouchement, refoulcure, rebioniſſement.* Hiſpa. *Aquella obra de embotar ò otro, embotamiento.* {Rei alicuius carentis acumine, vel mentis, ingenij, viſus, ſimiliúmque obtuſitas. Plinius lib. 8. cap. 5. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

Hebetudo, Idem.

Hebeteſco,

Hebetesco, scis, scere, {ἀμβλύνομαι. Ital. *Diuenir debole, stupido, rintuzzato.* Gal. *Deuenir stupide, vebouché, & mouce.* Hispa. *Embotarse.*} Plin. lib. 28. cap. 7. Sed præter alia certum est aciem in cultris tonsorum hebetescere.

Hebetatrix, {ἡ ἀμβλυντική. Ital. *Che oscura.* Gal. *Celle qui fait ebiouir, & obscurcir.* Hispa. *La que haze escuro.*} vt hebetatrix vmbra. Plin. lib. 2. cap. 13.

HEBRAEI, Ἑβραῖοι. Dicti sunt Iudæi, ab Heber, qui fuit abnepos Sem filij Noe: prius Heberæi cognominati, ac deinde vna detracta litera Hebræi, sicut docet August. lib. 10. de Ciuit. Dei. Et quia in eius familia remansit lingua, quæ prius humano generi creditur fuisse communis, quum gentes linguarum diuersitate sunt diuisæ, deinceps Hebræa est nuncupata. ¶ Ab Hebræus fit Hebraicus, a, um, vt Lingua Hebraica.

HEBRVS, Ἕβρος, Fluuius in Thracia: nascitur iuxta Adrianopolim, in monte Rhodope, labitúrque in Aegæum mare, e regione Samothraciæ insulæ. Celebratur propter aurum quod ex arena eius colligitur. Poëtæ fabulantur in hunc Orphei caput, quum Cicones eum confecissent, proiectum esse, vnde & Oeagrius dicitur ab Oeagro Orphei patre. Virgil. lib. 4. Georgic.

Tum quoque marmorea caput à cerulice reuulsum
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus,
Volueret, &c. Ouid. lib. 11. Metamor.
Membra iacent diuersa locis, caput Hebræ, lyrámque
Excipis. & mirum, &c. Martianus lib. 6. Hebrum (inquit) Odrysiæ nines complent, qui inter diuersos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie *Marica* dicitur.

HECALE, Ἑκάλη. Nomen anus pauperculæ, quæ Theseum adhuc adolescentem hospitio suscepit. Huius paupertatem Callimachus iusto volumine celebrauit. Hinc natum est prouerbium, Nunquam Hecale fies, hoc est nunquam te inopia opprimet. Ouid. de Amor.

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ nouerit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat. Plautus Cistel. Siquidem eris vt volo, nunquam Hecale fies.

HECAMEDA, Ἑκαμήδη, Arsinoi filia, quæ direpta Tenedo Nestori in prædam cessit, teste Homero, lib. 11. Iliados.

HECATE, pen. corr. Ἑκάτη, Iouis & Latonæ filia, & soror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex numen attribuitur: vnde etiam à Virgilio Tergemina vocatur. Nam in cælo creditur esse Luna, in terris Diana, & apud inferos Proserpina. ¶ Dicta Hecate, teste Seruio, quòd cētum victimis placetur, aut quòd cētum annos errare faciat insepultos. Verisimilius tamen videtur Hecates nomen factum esse à masculino ἑκηβόλος, quo nomine Græci vocant Apollinem: sicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dictus autem Sol est Hecatos, ab ἑκάς longè, quòd eminus radios suos ad nos mittat. & quodammodo iaculetur. Hæc & τρισώματος, quia (vt inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ouid. 9. Metamor. Túque triceps Hecate. ¶ Alia fuit Hecate, herbarum veneficiorúmque peritissima, quæ in Taurica Chersoneso regnauit, teste Dionysio Milesio. Filia fuit Persæ, filij Solis, & fratris Aeetæ: à quo & Perseis, siue Perseia cognominatur. Ouid. 7. Metamor. Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras. Valer. Flaccus lib. 6, Hanc residens altis Hecate Perseia lucis Flebat. ¶ Veteres cœnam perparcam & impendiò frugalem Hecatæ cœnam appellabant, quòd apud inferos tenuissimo victu, minimóque cibo cóque vilissimo viuitur, iuxta Poetarum theologiam.

HECATAEVS, Ἑκαταῖος, Historicus Milesius fuit, Protagoræ auditor, qui primus soluta oratione historiam condidit. Floruit temporibus Darij, qui Cambysi successit. Autor Suidas. ¶ Fuit præterea eodem nomine grammaticus quidam Abderita, cuius meminit idem Suidas.

Hecatombe, ἑκατόμβη, Sacrificij genus in quo ritus hic seruabatur, vt centenæ sui generis mactarentur victimæ: vt centum sues, centum hœdi, &c. Iul. Capitolinus, Tātum sanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat vt hecatomben faceret, quod tale sacrificium est, Centum aræ vno loco construuntur ex cespite: ad eas centum sues, vel cētum oues mactantur. Iam si Imperatoris sacrificiū sit, centum leones, centum aquilæ, & cætera huiusmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quòdam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarent. Dicta hecatombe à numero victimarum: vel à numero sacrificantium, quia centum Peloponnesi vrbes id faciebant. Iuuenal. Saty. 13, Existunt qui promittant hecatomben.

HECATOMPOLIS, ἑκατόμπολις, Cretæ insulæ epitheton est, à numero ciuitatum impositum, quæ centum in hac insula fuisse perhibentur, vel Virgilio teste lib. 3. Aene. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, Mons Idæus, vbi & gentis cunabula nostræ Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

Hecatompedon, ἑκατόμπεδον, Templum erat apud Athenienses Minervæ dicatum, patens omni à latere pedes centum: vnde & nomen accepisse existimant. Alio nomine Parthenon dicebatur. Meminit huius templi Plutarchus in Pericle.

Hecatomphonia, ἑκατομφόνια, Sacra erāt apud Messenios celebrari solita, à centum hostium cæde originem habentia. Meminit huius sacri Plutarchus in conuiuio septem sapientum.

Hecatompus, odis, ἑκατόμπους, nomē piscis qui hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum quoq; egerat. Dictus Hecatompus à centum pedum numero: vnde & centipes à Latinis appellatur. Dicitur & scolopendra, à terrestris scolopendræ similitudine.

HECATOMPYLOS, ἑκατόμπυλος, Thebes Aegyptiacæ epitheton est à portarum numero, quæ cētum in hac vrbe fuisse dicuntur, vel Iuuenale teste, Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis. ¶ Est item eiusdem nominis vrbs in Parthia, teste Stephano.

HECATONCHIROS, penult. prod. ἑκατόγχειρος, Briarei, siue Aegæonis epitheton, quod nobis Centimanum sonat. Fingunt enim Poëtæ, Briareum centum manus, & quinquaginta ventres habuisse: vt tradit Plutarchus eo in opusculo quod περὶ πολυφιλίας inscripsit.

HECATONNESI, ἑκατόννησοι, Insulæ exiguæ viginti circa Lesbum: ab Hecato, id est Apolline dicti, qui in illis plurimum colebatur.

Hecatontarchus, ἑκατόνταρχος, centum militibus præfectus, quem Latini Centurionem vocant.

Hecta, (inquit Sipontinus) accipitur pro re minimi pretij, quasi hieta, ab hio verbo quasi hiatus & ostentatio. Alij pustulam dicunt, quæ in coquendo pane solet assurgere. Pomponius, Hic homo hectæ me facit, & multibibam vocat. id est parui me facit.

HECTOR, ἕκτωρ, Priami Regis filius, Troianorū omnium fortissimus, ab Achille interfectus: dictus (vt scribit Plato) ab ἔχω, defendo, quòd vrbem contra hostium imperum tenuerit, patriámque seruarit: eo nāque sospite Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachen, ex qua Astyanactem suscepit, quem Vlysses capta Troia è fastigio turris præcipitauit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles solus Troianos fugabat: ex quibus Protesilaum & Patroclū, alióque permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus est: à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli sepulchrum, Troiæque muros tractus est. Virgil. lib. 1. Aene. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Tandem eius corpus per duodecim dies insepultum ab Achille seruatum Priamus auro redemit, idque veteri more honorificentissimè cremauit. Vide Home. lib. 23. Iliad.

Hectoreus, a, um, pen. corr. adiectiuum est possessiuum: vt Gens Hectorea quæ ab Hectore originem duxit: & Nomen Hectoreum. Ouidius in Heroi. Epist. Nomine in Hectoreo pallida semper eram.

Hectica, cæ, vel Hectice, es, {ἑκτική. Ital. *Hettica febre.* Gal. *Fievre etique.* Hispa. *Calentura etica.*} Febris genus curatu difficile, nisi adhuc nascenti occurratur, non in spiritibus, vt diaria: non in humoribus, vt periodica: sed in partibus solidis insidēs, corpúsque paulatim consumens. Dicta hectica, διὰ τὴν ἕξιν, hoc est ab habitu: vnde & febrem habitualem nōnulli appellarunt. Duæ autem sunt hecticæ differētiæ, quas vide apud Galenum lib. 1. de Different. febr. cap. 10.

HECVBA, ἑκάβη, Priami Troianorum Regis vxor fuit, filia Dymantis, teste Homero, aut (vt Virgilius Euripidem secutus sensit) Cissei filia, capta Troia (vt Poëtæ fabulantur) in canem versa. Quam fabulam inde ortam putat Seruius, quòd quum à Græcis captiua abduceretur, & filij sui Polydori corpus in mare abiectum agnouisset, quoniam aliter iniuriam vlcisci non posset, Græcos inanibus lacessinerit conuitiis.

Hecyra, pen. corr. ἑκυρά, Latinis sonat socrum, quemadmodum ἑκυρός, socerum: quo etiam nomine dicta est Terentij Comœdia. Malè tamen videtur scribi cum aspiratione, quum ἑκυρά notetur spiritu leni.

Hedera, penult. corr. Herba est perpetuò virens, quæ quum per se stare non possit, arboribus & muris adhæret. {κιττός. Ital. *Hedera, hellera.* Gal. *Hierre ou lierre.* Hispa. *La yedra.*} Huius tria præcipua sunt genera. Quædam enim à baccarum albedine, candida dicitur. Altera nigra, quòd baccas ferat subnigras, aut certè croceas, quæ & dionysia appellatur. Tertia, elix dicitur, fructum nullum gignens, sed albas habens vinculas, & folia parua, angulosa, & reliquis generibus multò concinniora. Virgil. 7. Aegloga, Candidior cygnis hedera formosior alba. Vbi Seruius, Alba hedera, quia sunt & nigræ hederæ: vt, aut hederæ pandunt vestigia nigræ. Dicta hedera ab hærendo, quòd hæreat semper, & sequatur quicquid proximum est: quāuis per diphthongum non scribatur, corripit enim primam syllabam. Virgilius in Pharmaceutria, Atq; hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Quidam ab edo deducunt, quòd parietes edat, atq; consumat. Festus, Hedera dicta, quòd hæreat, vel quòd edita perat, vel quia id, cui adhæserit, edat: quæ in tutela Liberi patris putabatur esse, quia vt ille semper est iuuenis, ita hæc semper viret.

Hederaceus, a, um, Quod ex hedera est. {κιττινός. Ital. *Di hellera.* Gal. *De lierre ou fait d'hierre.* Hispa. *Cosa de materia de yedra.*} vt Corona hederacea, materia hederacea. Cato capi. 111, Si voles scire, in vinum aqua addita sit nécne, vas culum facito de materia hederacea, &c. Hederaceæ baccæ. Colum. lib. 8. cap. 10, Item oleastri, & hederaceæ baccæ, nec minus arbuti.

HEDVI, Galliæ populi sunt Sequanis finitimi, olim Romanorum fratres dicti: quorum hodie loca Burgundiones tenent. Caput eorum est Augustodunum, vulgò *Austun*, de quo Tacitus lib. 3.

Hedychrum, ἡδύχρων, Odoramenti genus est. Cice. 3. Tuscul. Collocemus in culcitra plumea, psalteriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis. Victorius tamen in suis in Ciceronem annotationibus indicat hedychrum à meditis inter vnguenta potius numerari, quàm inter odores: putátque dictum à suauitate coloris, quem faciei illitum inducit. Sed in hoc loco ex Cicerone adducto videtur potius accipi pro aromatis genere quod igni accensum suauem reddit odorem.

Hedyosmos, ἡδύοσμος, Herba notissima, ab odoris suauitate ita dicta, quam Latini mentham vocant. Galenus lib. 6. Simpli. duplicem facit mentham, hedyosmum, quam & métham odoratam appellat: alteram inodoratam, quam vocat calamintham. Meminit huius herbæ & Plinius lib. 35. cap. 15.

Hedypnois, idis, ἡδύπνοις, Intubi syluestris genus est latioribus foliis, non crudum quidem, aluum sistit: coctum verò, ventriculum dissolutum astringit.

HEDYPNVS, ἡδύπνους. Susianæ fluuius, qui Persarum Asylum præterfluens, in Eulæum illabitur. Autor Plinius lib. 6 cap. 27.

Hedysmata, ἡδύσματα, Græcè condimenta, sed propriè quæ dulcore constant: qualia sunt quæ πεπάσματα Græci vocant.

Hegaleos, (Quod vt deprauatè scriptum, ita perperā huc relatum erat) vide Aegaleos.

HEGEMON, ἡγεμών, Poëta fuit ex Charace Phrygiæ oppido, qui bellum Leuctricum, hoc est pugnam illam qua ad Leuctram Lacedæmoniorum opes à Thebanis fractæ fuerunt, carmine heroico descripsit.

HEGESIAS, ἡγησίας, Cyrenaicus philosophus fuit, qui tanta fuit eloquētia (sicut Valerius Maximus lib. 8. cap. 9. scribit) vt sic mala vitæ repræsentaret, vt eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret, ideóque à Rege Ptolemæo vlterius hac de re disserere prohiberetur. Huius meminit Cicero in Orat. & lib. 1. Tusc. quæst. ¶ Alter fuit Magnesius orator eiusdem nominis, cuius meminit Strabo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HEGESIPPVS, ἡγήσιππος, Nomen historici qui historiam Ecclesiasticam quinque voluminibus complexus est à Christo passo ad sua tempora. ¶ Hegesippus alter fuit Poëta Comicus, cognomento Crobylus, inter cuius fabulas commemoratur Philetæros, vt ex Athenæi sententia tradit Suidas.

HEGESIPYLE, penult. cor. ἡγησιπύλη, Fuit Holori Thracum regis filia, quam Miltiades Athenienſium dux accepit vxorem.

HEGESISTRATVS, penul. cor. ἡγησίστρατος, Ciuis Epheſius fuit, conditor Elææ vrbis non procul à Delphis. Nam quum ob necem tribuli suo illatam exulans peruenisset Delphos, oraculo monitus est vt ibi sedè figeret vbi rusticos cum coronis oleaginis videret saltantes.

Hegeteria, æ, ἡγητηρία. Ab Athenienſibus appellatus est fructus fici, quòd inter fructus omnes antiquitatis principatū obtinerent. Dicūtur enim Athenienſes ante fruges inuentas ficis victitasse, quemadmodū Arcades glandibus. Cœl. Rhodig. Antiqui. lect. lib. 18. cap. 9.

Hei, ἠΐ, Ital. *Ome.* Gal. *Ae, helas.* Hiſp. *Ay.* } Interiectio dolentis, siue ingemiſcentis, datiuo iungitur pronominis. Vt apud Virgil. 2. Aenecid. Hei mihi qualis erat. Cicero, Hei mihi, nō poſſum hoc ſine lachrymis commemorare. Aſpiratur natura, quòd is animi affectus aſpiratione melius declaretur.

Helcyſma, ἕλκυσμα, Eſt ſcoria argenti. Plin. lib. 33. cap. 6, Scoriam in argento Græci vocant helcyſma.

Helcium, cij, ἕλκιον. Dicitur inſtrumentum ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis, id eſt humeris pendens, quo & molæ per machinulam innexæ verſantur, & curricula per temonem trahuntur: vnde & nomen accipit. ἕλκω enim Græcè, traho Latinè dicitur. Apuleius lib. 9. Metamor. Deſectum alioqui me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicat præſepio. Et paulo pòſt, Helcio tandem abſolutus, reſectiſque ſecurè redditus.

Helciarij, Qui in naui onera funibus moliuntur, vel qui naues deducunt, ſubducúntve, ad officia inuicem adhortantes, vt vno connixu pariter conſpirantes, admoliri vniuerſis viribus poſſint, quod ſinguli nequeūt. Hæc Budæus in prioribus Annot. in Pandect. Martialis lib. 1, Qui nec rumpere nauticum celeuſma, Nec clamor valet helciariorum.

HELEI, pen. produ. Populi in Peloponneſo clariſſimi, propter delubrum Iouis Olympij, ludósque Olympicos, quorum præfecturam Helei habuerunt. Vnde Helei equi, & Carcer Heleus, ſæpe leguntur. Lucanus lib. 1, Quātū clamore iuuatur Heleus ſonipes. Rectius ſcripſeris Elei, ſine aſpiratione. Nā apud Græcos ἥλη & ἡλεῖος tenui ſpiritu ſcribūtur.

HELENA, næ, ſiue Helene, nes, pen. cor. ἑλένη. Filia fuit Iouis ex Leda, Caſtoris & Pollucis ſoror: vel vt alij, Tyndari Regis Laconiæ, & Ledæ. Hæc ob formæ elegantiam, qua cæteris præſtabat, à multis amata eſt, & primùm à Theſeo adhuc virgūcula rapta, ſed poſtea abſente Theſeo à Caſtore & Polluce repetentibus citra iniuriam reſtituta: mox adulta Menelao Lacedæmonum regi nupſit. Paris autem Priami filius nemini quoque forma cedens, illius pulchritudine illectus, Spartam nauigauit, ibique Helenam ipſam abſente Menelao, à quo prius benignè fuerat exceptus, rapuit. Alij tamen dicunt, quum poſtulata Heſiona negaretur, Paridem illam regionem bello vaſtaſſe, & expugnata Sparta, Helenam captiuam abduxiſſe. Hac itaque iniuria vniuerſi Græcorū principes cōmoti, primùm omnes in Aulide coniurarunt de repetenda Helena, & euertendo Ilio. Quo in bello occiſo Paride, Deiphobo eiuſdem fratri nupſit. Quúmque Græci armis diffidentes, ad proditionem conuerſi, diſceſſum ex compoſito ſimulaſſent, illa ex arce accenſa face ad occupandam vrbem Græcos reuocauit. Capta autem vrbe, Menelaum in cubiculum, vbi Deiphobus dormiebat, vocauit: quo interfecto, cum viro in gratiam rediiſſe, Virgilius autor eſt. Hoc igitur modo Menelao reſtituta, cum eodem nauem aſcendens, tempeſtatibus in Aegyptum delata eſt: vnde rurſus nauigans, cum marito incolumis in Lacedæmoniam peruenit. Virg. 7. Aeneid. Ledeámq; Helenam Troianus vexit ad vrbes. Scribit Demetrius Moſchus tanta Helenem venuſtate fuiſſe, vt mirificæ admirationi, & ferè ſtupori fuerit ipſis diis: quippe cuius curam, Venere tradente, Gratiæ ſuſceperint. Illas verò his verbis eſt affata, Ἄστε φίλαις τῇδε μοι αἰνυμένῃσι ἕκαστα, Οἷον ἐμὲ πολέσσι θεοῖς ἐπιφήσατε ἄμμορον εἶναι.

HELENE, ἑλένη. Vulgò *Macroniſo*, Alio nomine Cranae, Inſula eſt vna ex Sporadibus, quæ adiacet Sunio promontorio terræ Atticæ: inde dicta quòd Paris raptæ Helenæ primum in ea ſtuprum intulerit.

Helenium, ij, ἑλένιον. Ital. *Lella, enula, enoa.* Gal. *Enula campana, aulnée.* Hiſp. *Raiz de ella.* } Herba quæ ex Helenæ lacrymis fingitur nata in Helene inſula in qua Paris illi primùm obtulit ſtuprū. Fauere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam, Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in vino pota. Vide Plin. lib. 21. cap. 10. Officinis *Enula campana.*

HELENVS, pen. cor. ἕλενος, Vir Troianus fuit, filius Priami ex Hecuba, vaticinio clarus: quem quidam ob id à Græcis ſeruatum dicunt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam ipſis indicaſſet. Quinetiam euerſo Ilio Pyrrhum à nauigatione prohibuit, cæteris abeūtibus naufragium prædixit. Quamobrem non ſolum à Pyrrho ſeruatus, verūm etiam liberaliter ab eo habitus eſt, quúmque ille Oreſti Hermionem eripuiſſet, Andromachen, quam antea iuſtæ vxoris loco habuerat, Heleno conceſſit: adiecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris ſui nomine Chaoniam appellauit: in qua & vrbem ad ſimilitudinē Troiæ condidit, in qua & profugum Aeneam hoſpitio ſuſcepit. Virgil. lib. 3. Aenei. -quum ſeſe à mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert.

HELIADES, ἡλιάδες. Fuerunt filiæ Solis & Clymenes, ſorores Phaetontis, quarum nomina ſunt Phaetuſa, Lampetuſa, & Lampetia. Hæ iuxta Padum mortem Phaethontis fulmine deiecti flentes, in arbores, quas alnos vocant, verſæ ſunt, electrum lacrymantes. Vocantur autem Heliades à patre Sole qui Græcis ἥλιος dicitur. Ouid. lib. 2. Metamor. Nec minus Heliades lugent, &c. Eædem & Phaethontiades appellantur à fratre Phaethonte. Virgil. Aegloga 6, Cum Phaethontiades muſco circundat amaræ Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.

Heliæa, ἡλιαία, Maximum erat Athenis iudicium, cuius Iudices, heliaſtæ, ἡλιασταί, dicebantur, παρὰ τὸ ὑπαίθριον εἶναι, ἢ τὸ ἥλιῳ βάπτεσθαι. hoc eſt ab eo quòd ſub dio eſſet, & ſolis radiis verberaretur. Vide pluta de hac voce apud Polluceм Ariſtophanis interpretem.

Helice, es, pen. cor. ἑλίκη. Græco nomine dicitur quæ à nobis Vrſa maior: ἀπὸ τῆς ἕλικος, hoc eſt à circunuolutione dicta, quòd diei noctiſque ſpatio circum Polum Arcticum volvatur. Ouidius 1. Triſtium, Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura noretur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. ¶ Fuit item Helice, oppidū Achaiæ proprié dictę, ad ſinum Criſcum, maris impetu hauſtum. Plin. 2. cap. 92. Pyrrham & Antiſſam circa Mœotim Pontus abſtulit: Helicen & Buran in ſinu Corinthio: quarū in alto veſtigia apparent. Ouid. 15. Metamor. Si quæras Helicen & Buran Achæidos vrbes, Inuenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

Heliochryſos, ſiue heliochryſum, ἡλιόχρυσος, Herba eſt quam alio nomine chryſanthemon appellant, ramulis candidis, foliis ſubalbidis, abrotono ſimilibus, corymbos habens nunquam marceſcentes, in orbem dependentes, qui ad Solis repercuſſum aurei apparent. Plinius lib. 21. cap. 25.

HELICON, pen. cor. ἑλικών, Mons Bœotiæ iuxta Thebas, atq; (vt Strabo lib. 9. ſcribit) Phocidi vicinus, non procul à Parnaſſo, eíque æmulus & altitudine & circuitu: qui & ipſe Apollini ſacer eſt & Muſis. Vnde Heliconides, ἑλικωνίδες: & per epentheſin Heliconiades, Muſæ ſunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui cum Citærone fratre ſingulari certamine pugnaſſe fertur.

Helicteres, ἑλικτῆρες. Inaures ſunt, ſicut docet Iulius Pollux: quæ & helices dicuntur, à clauiculis vitium, quas helicas vocant.

Heliocaminus, ni, penult. prod. ἡλιοκάμινος, Vaporarium quoddam ſolare in aprico loco ſitum, ad calorem Solis excipiendum. Vlpianus l. Si arborem. ff. de Seruit. vrba. præd. Si arbor, inquit, in heliocamino, vel ſolario Solem adimat, dicendum erit, quia vmbram fecit in loco cui Sol fuit neceſſarius, cōtra ſeruitutem impoſitam fieri. Heliocaminus, inquit Budæus in prioribus Annot. in Pandect. ad verbum ſolaris fornax dici poteſt. Eſt autem ſolare vaporarium, in aprico ſitum ad calorem Solis excipiendum, quo antiqui vtebantur. Plin. in Epiſto. lib. 2. de dicta quadam loquens. In hac heliocaminus quidam, alia xyſtum, alia mare, vtraque Solem: cubiculum autem valuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit.

HELIODORVS, pen. prod. ἡλιόδωρος, Nomen proprium Rhetoris Græci, cuius meminit Horatius, lib. 1. Serm. ſaty. 5. ¶ Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæſaris temporibus, Imperatori chariſſimus, & ab eodem Magiſter epiſtolarum effectus: in quem extat illud Dionyſij Sophiſtæ ſcomma, Pecuniam & honores dare Cæſar poteſt: Rhetorem efficere non poteſt.

HELIOGABALVS, ἡλιογάβαλος, Antonini Caracallæ filius, furtim ſuſceptus ex Soæmide Phœniſſa, filia Meſæ, quæ ſoror erat Iuliæ vxoris Seueri. Meſæ enim filiæ duæ erant, Soæmis, & Mamæa: quarum vtranque Antoninus creditur polluiſſe, atq; ex illa quidem Baſſianum, qui poſtea dictus eſt Heliogabalus, ex hac verò Alexianum ſuſcepiſſe, qui deinde dictus eſt Alexander. Mortua deinde Iulia, Antoninóq; ipſo Macrini dolo interfecto, permiſſum eſt Meſæ, vt ſe cum filiabus & nepotibus, rebúſque omnibus ſuis, in patriam reciperet. Pollens itaque opibus mulier, quum Antiochiæ ſibi domicilium delegiſſet, facile perfecit vt Baſſianus nepos Heliogabali dei (eo nomine Syri Solem appellabant) ſacris præficeretur, ex cuius ſacerdotij munere & ipſe Heliogabali nomen inuenit. Aſſu deinde auiæ ad imperium prouectus, vitā egit omni mollitiæ luxuriæque genere effœminatiſſimam. Poſtremò quum Alexandrum cōſobrinum, Cæſarem conſortémque imperij declaraſſet, & mox facti pœnitens eidem inſidiaretur, à militibus preuentus, vnà cum matre eſt interfectus. Corpus vtriuſque per Vrbis vicos vncо tractum, ludibrióq; habitum, tandem in Tyberim eſt abiectum. Ex Herodiano, lib. 5.

HELIOPOLIS, pen. produ. ἡλιόπολις. Vulgò *Alcayro*, Ciuitas Aegypti, inter Alexandriam, & Coptum, Solis numini ſacra, vnde & nomen accepit. Diſtat à Thebis nauigatione dierū nouem, vt lib. 2. teſtatur Herodotus. Huius incolæ dicuntur Heliopolitæ, quos idem Herodotus Aegyptiorum omnium ſolertiſſimos eſſe tradit. Altera eſt in Cicilia, Chryſippi Stoici patria, vt autor eſt Solinus.

Heliopus, ἡλιοπος, Nomen herbæ, eiuſdem cum heliotropio maioris: inde dictæ, quòd Solem aſpiciat. Vide Marcel. Virg. in Dioſcor. lib. 4.

Helioſcopion, ἡλιοσκόπιον, Quartum thymali genus eſt, foliis portulacæ, ramulis ſtantibus à radice quatuor, aut quinque rubentibus, ſemipedali altitudine, ſuccі plenis. Naſcitur circa oppida, ſemine albo, columbis gratiſſimo, quod colligitur incipiente vua. Nomen accepit παρὰ τὸ σκοπεῖν τὸν ἥλιον, hoc eſt ab aſpiciendo Sole, capita enim eū Sole circumagit. Ex Plin. lib. 26. cap. 8.

Helioſelinon, (quod hîc pro apij genere corruptè legebatur) rectius ſcripſeris heleoſelinon. Eſt autem heleoſelinon apij genus, ſatiuo maius, in paludibus, locíſque humidis ſponte prouenіens: vnde & nomen accepit. Nam ἥλη Græcis paludem ſignificat.

Helioſtrophon, ἡλιόστροφον, Nomen herbæ quæ alio nomine heliotropiū maius appellatur, teſte Plin. lib. 22. cap. 21. Dictum helioſtrophon ἀπὸ τῆς συστροφῆς τοῦ ἡλίου, hoc eſt ab eo quòd cum ſole conuertatur.

Heliotropium, pij, ἡλιοτρόπιον. Ital. *Girafole.* Gal. *Tornefol, herbe au chancre.* Hiſp. *Tornaſol.* } Herba ſolaris: dicta quòd ſe cum ſole circumagat, etiam nubilo die ac nocte. Varro, Nec minus admirandum quod fit in floribus, quos vocant heliotropia: ab eo quòd ſolis ortum manè ſpectant, & eius iter ita ſequuntur ad occaſum, vt ad eum ſemper ſpectent. Plin. lib. 22. cap. 21, duo facit heliotropij genera. Maius, in pinguibus tantùm locis cultóque ſolo naſcens, quod & helioſtrophon nominat: vulgò, vt creditur, *Caucri flos* appellatus. Et minus, vbíque prouenіens, quod & triticoccon, & ſcorpiurum appellat, quòd ſemen habeat, caudam referens ſcorpionis. ¶ Eſt etiam heliotropium, gemmæ nomen, viridis quidem, ſed ſanguineis venis diſtinctæ. Cauſa nominis eſt, autore Plin. lib. 37. cap. 10, quòd in vas aquæ deiecta, radios ſolares accedentes in ſanguinis colorem mutare videatur. Extra aquam autem ſpeculi modo ſolis imaginem reddit, eiuſque eclipſin prodit, lunam ſubeuntem oſtendens.

HELIS, vide ELIS.

HELIXVS (quod hic pro Atticæ fluuio malè legebatur) vide ILIXVS

Helitis, penul. pro du. ἑλίτης. Dioscoridis squama æris decussa ex clauis ex Cypito ære confectis: quæ subtilissimæ est substantiæ, summámque desiccandi vim habet. Vide Galenum lib. 9. Simplicium.

HELIVS Cæsarius, Neronis adulatione potentissimus fuit, qui Sulpitium Camerinum virum primarium, eiusdémque filium è medio sustulit, crimini dans, quòd quum cognomine hæreditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias ὡς ἐ ἐμπειρίας impij viderentur. Ex Dione Cassio.

Helix, icis ἕλιξ. Tertium hederæ genus, nunquam fructum ferens, folia habens exigua, anguloſa, & concinniora, quàm reliqua duo hederarũ genera. Vide Plin. lib. 16. cap. 34. Dicta helix ab eo quòd tenuibus sarmentis, veluti clauiculis quibusdam arboribus fruticibúsque circumuoluatur. ἕλικας enim Græci clauiculas appellant.

HELIXVS, ἑλίξου, Cei insulæ fluuius, iuxta Coressum: cuius meminit Strabo lib. 10.

HELLAS, adis, ἑλλὰς, Latissima Europæ regio, olim disciplinarũ omnium nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. Initium sumit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, ad Septentrionem in Thessaliã vsq; protensa. Ad Occasum Acheloo fluuio ab Epiro diuiditur: ad Ortũ Aegeo mari abluitur. Ptolemæus Achaiam appellat. Dicta Hellas ab Hellene Deucalionis filio, vt scribit Thucy. lib. 1.

HELLE, es, ἕλλη, Filia Athamantis regis Thebarum, quæ vnà cum Phryxo fratre, nouercales insidias metuens, quum accepto à patre ariete pontum vellet traiicere, magnitudine periculi coacterrita, in mare decidit, marique nomen fecit: quod etiã hodie ab eius nomine Hellespontum vocant eruditi.

Helleborus, siue Helleborum, ἑλλέβορος Dioscoridi. Herba est insigne purgandi vim habens, quam Latini veratrum appellant. Eius duo sunt genera, album quod vomitione causas morborum extrahit: & nigrũ, per aluum quicquid noxium est deiiciens. Alio nomine melampodium dictum à Melampode quodã (siue is medicus siue pastor fuerit) qui eo Prœti filias in furorem actas, traditur persanasse. Præcipuus huius vsus est in educendis noxiis humoribus, principis animæ facultatis sedẽ infestantibus: vnde melancholicis & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus. Hinc factum est, vt quos cerebro minus sano esse velimus significare, Helleboro opus esse dicamus, aut Helleborum edere iubeamus. Plin. lib. 25. cap. 13. Efficacius helleborum ad vomitiones & ad bilem nigram extrahendam. Plaut. in Pseu. Helleborum hisce hominibus opus est. Masculino genere vsus est Virg. 3. Geor. Helleboróſq; graues, nigrúmq; bitumen. Colu. lib. 10. Sed negat helleboros, & noxia galbana succo. Præcipit Apuleius nominis huius primam vocalem esse aspirandam, etymon, credo, spectans: volunt enim helleborum dictum παρὰ τὸ βοσκεῖν ἑλλὸν. Apud Dioscoridem tamen, cæteróſque Græcos, tenui spiritu constanter scribitur. vide ELLEBORVS.

Helleborosus, ἑλλεβορῶν, Dicitur qui plus hellebori sumpsit, quã par fuit. Plaut. in Rud. Helleborosus sum, τ. At ego certus. Helleborum enim, si plus æquo sumatur, non mediocre periculum creat: sin minus sumatur, magnam ægritudinem leuare non potest. Vnde stomachatur Persius in imperitos medicos, qui quum modum missionis ignorarent, non dubitabant tamẽ rem tam ancipitem, & periculosæ aleæ plenam, non sine graui sumentium discrimine aggredi. Diuis (inquit) helleborum, certo compescere puncto Nescius examen: vetat hoc natura medendi.

HELLEN, ἕλλην. Deucalionis filius, á quo Græci Hellenes nõnulli credunt fuisse nominatos. Autor Thucydides belli Peloponnesiaci lib. 1.

HELLESPONTVS, ἑλλήσποντος, *Estrecho de Galipoli*, Fretum angustum, inter Aegeum mare & Propontidem, septem tandem stadiorum spatio Asiam ab Europa diuidens. Nomen habet ab Helle Athamantis filia ibi submersa. Vide Helle.

Hellesponticus, ἑλλησποντιακὸς, & Hellespontiacus, a, um, denominatiua: Virg. 1. Georg. Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

Helops, ἕλλοψ, Piscis delicatissimi saporis, quem Theodorus à Latinis acipenserem appellari putauit. Cui tamen refragatur Ouidij autoritas, qui helopem Italiæ incognitum esse scribit, referente Plinio libro 32. cap. vlti.

HELORVS, penul. produ. ἕλωρος. Siciliæ Fluuius. Virg. 3. Aeneid. Præpingue solum stagnantis Helori. ¶ Fuit etiam eo nomine Istri fluminis filius, qui ab Aiace occisus est in ea pugna quam Græci cum Telepho Rege Mysiorum habuerunt.

Helos, ἕλος, Vitium est oleæ peculiare, & quædam quasi solis inustio quam Latini nonnulli clauum, alij fungum, quidam etiam patellam appellant.

Heluacea, Genus ornamenti Lydij, dictũ à colore boum, qui est heluus, hoc est inter rufum & album. Autor Festus.

Heluellæ, arum, Sunt holera minuta (vt inquit Festus) quoniam helus, & heluſa veteres dicebãt, pro holus & holera. {λαχανάρια. Ital. *Herbette*. Gal. *Menues herbes*. Hisp. *Menudas yeruas*.} Cic. ad Gallum, lib. 7. Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil possit esse suauius.

HELVETII, ἑλουήτιοι Ptolemæo, Vulgò *Suisses*, Fortissimi Gallorũ populi, inter Rhenum, & Rhodanum fluuios, Iuram montem, & Alpes siti: in quatuor olim pagos diuisi, quorum eo tẽpore quo aduersus Cæsarem bellum gerebant, caput erat Auenticum: vt est videre apud Cæsarem Comment. belli Gal. lib. 1. Ptolemæus lib. 2. cap. 9, inter Heluetiorum ciuitates annumerat & Gannudurum, & Forum Tyberij. Hodie in tredecim distincti sunt siue ciuitates, siue pagos, quorum nomina sunt Tigurũ, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Syluania, Tugium, Glarena, Basilea, Friburgum, Salodorum, Abbatiscella, & Scaphusia. Statum habent populatem, æqua viuentes libertate, concordi inter se fœdere aduersus vim omnem externam muniti: vnde & Confœderati à quibusdam appellantur: à nõnullis etiam Suiceri, nimirum à Suicia pago, qui primus omnium Austriæ Ducum iugum excussit.

HELVII, Populi inter Celtas monte Gebenna ab Auernis diuisi, &c. Vide Indicem Martiani in Cæsarem.

Heluo, onis, Homo immoderatæ voracitatis, prodigus, gulæ ventrique deditus. {λαφύσσων ἄνθρωπος. Ital. *Mangione, diuoratore, ingordo*. Gal. *Gourmãd, qui deuore tout*. Hisp. *Comilon, tragador*.} Heluo (inquit Festus) qui immoderatè bona sua consumit: ab eluendo. Aspiratur autem, vt auiditas magis exprobretur: sic enim fit vox incitatior. Terent. in Heauton. At ego (si me metuis) mores caue in te esse istos sentiam. c 1. Quos: c. Si scire vis, ego dicam. Gerro, fraus, heluo, ineris, ganeo, damnosus. ¶ Cicero per translationem Heluonem librorum dixit, pro nimis auido lectore librorum, qui legendo satiari nequit. Heluo patriæ, per translationẽ, pro eo qui turpissimo scelerum genere patriam perdit & infamat, vel patriæ bona prodigit ac deuorat, Cicero pro Sextio. Gurges atq; heluo, Idem in Pisonem. Heluo impurus. Idem 1. de lege Agra. Heluo immanis, spurcissimus, nequissimus, apud eundem pro Domo sua, & post reditum in Senatu.

Heluari, Prodigere, per luxum cõsumere, vorare. {λαφύσσειν, κατεσθίειν}. Ital. *Diuorare, consumare*. Gal. *Gourmander, deuorer, gloutenner*. Hisp. *Tragar, gastar*.} Cicero pro Domo sua, Cur ille gurges, heluatus tecum simul Reipub. sanguinum, ad cælum tamen extruxit villam in Tusculano visceribus æratij? Idem pro Sestio, Quid? tu meo periculo gurges, ac vorago patrimonij heluabere?

Heluatio, onis, Prodigalitas, vorsitas, dilapidatio. {λαφυσσία, ἀσωτία. Ital. *Esso deuorare & pacchiare*. Gal. *Gourmandise*. Hisp. *Trago y gasto*.} Cicero post reditum in Senatu, Cur in lustris & heluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tandiu cessauit? Budæus in Epist.

Heluus color, medius est inter rufum & album. πυῤῥὸς λευκός. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 5, de corio boum loquens: Coriũ, inquit, attactu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertiò heluo, quartò albo.

Heluolus, la. lum. pen. cor. ὑπόξανθος. Quod accedit ad heluum colorem, sed tamen dilutiorem, vt plus ex albo participet quàm ex rufo. Vnde heluolæ vuæ dicuntur quæ eius sunt coloris. Colu. lib. 3. cap. 2. Sunt & heluolæ quas nonnulli varias vocant, neq; purpureæ, neque nigræ, ab heluo (ni fallor) colore vocitatæ.

Helxine, es, {ἑλξίνη. Ital. & Hisp. *Parietaria, vitreola*. Gal. *Pariotre*.} Herba est mercurialis folia habens, eáque hirsuta, cauliculos subrubentes, & circa eos semina aspera, vestibus adhærentia: vnde & nomẽ accepisse volunt. Alio nomine perdicium dicitur, quòd perdices ea vnicè delectẽtur. A Romanis etiam vreeolaris appellatur, quòd vrceis detergendis asperitate sua in primis sit idonea. Nascitur in parietinis, sepibus & maceriis: vnde & *parietaria* vulgò appellatur.

HELYMVS, & PANOPES, Aceſtæ Regis Siciliæ comites, venatores fuerunt. Virgil. lib. 5. Aeneid. Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopésque, Assueti syluis comites senioris Aceſtæ.

Hem, φεῦ. Interiectio corripientis seipsum, vel indignantis, vel admirantis. Seruius Sulpit. Ciceroni. Epist. lib. 4, Hem nos homunculi indignamur siquis nostrum interiit, aut occisus est, quorum, &c. Apul. Hem hominis audaciam. ¶ Quandoque demonstrantis est. Terentius in Andr. Hem puer, herele puer est.

Hemereſios, {ἡμερήσιος. Ital. *Diurno*. Gal. *D'vn jour*. Hispa. *Cosa de vn dia*.} adiectiuum significans idem quod diurnus. Vnde tabella quæ vno die picta à Pamphilo Apellis præceptore, hoc nomine vocata est, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 11. Absoluit vno die, inquit, tabellam quæ vocata est hemereſios, puero picto.

Hemeris, ἡμερὶς. Genus est arboris glandem ferẽtis, teste Theophrasto, trunco neque erecto, neque rẽui, neque excelso, sed caudice in orbem comoso, contorto, sinuoſóq;, tam arum alis multis, cõcauo, glande maxima, & post fagum dulcissima. Meminit huius arboris & Plin. lib. 16. cap. 6. Theodorus Græci vocabuli vim exprimens, placidam vertit.

Hemerobius, ἡμερόβιος, Vermiculus est ad Hypanim Ponti fluuium, vltra diem vnum non viuens. Plin. lib. 11. cap. 36, Hypanis fluuius in Ponto, circa solstitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit volucre quadrupes suprà dicti modo, nec vltra diem viuit: vnde hemerobion vocatur. ¶ Hemerobij præterea dicuntur homines in diem viuentes, quibus crastini nulla est cura: qualis fuisse traditur Diogenes Cynicus, qui & peculiariter ideirco hoc nomine fuit appellatus.

Hemerocallis, ἡμεροκαλλὶς Dioscoridi. Herba est folio & caule lilio similima, herbacei coloris, vt porrum: flores habẽs ternos, quaternóſve in singulis scapis erumpentes, lilij modo striatos: qui quum dehiscere cœperunt, in colorem vehementer pallidum immutantur. Nomen accepisse putatur à floris fugacitate, quòd vno tantùm die pulchritudinem suam tueatur. Meminit huius herbæ & Plin. lib. 27. cap. 21.

Hemerodromi, {ἡμεροδρόμοι. Ital. *Corrieri*. Gal. *Courriers, postes*. Hisp. *Correos ò corredores*.} Dicuntur cursores qui die vno ingens spatium cursus emetiuntur. Liuius lib. 1. belli Macedonici, Nisi speculator (hemerodromos vocant Græci) ingens die vno cursu emetiens spatium, contemplatus regium agmen è specula quadam, prægressus nocte media Athenas peruenisset. Inter huiusmodi hemerodromos clarissimus fuit Philonides Alexandri magni cursor.

Hemicratici, ἡμικρατικοὶ. Sunt qui dimidia parte capitis laborant: qui morbus Græco nomine ἡμικρανία, siue ἡμικρανίη appellatur: quemadmodum cephalea, quo totum caput infestatur. Gignitur vterq; à sonitu clamoréo, vehementiore, aut etiam ab immodico splendore, vel odore, aliisve huiusmodi prævalidis obiectis sensum lædentibus.

Hemicyclos, {ἡμικύκλος. Ital. *Mezzo cerchio*. Gal. *Demy cercle*. Hisp. *La mytad del circulo*.} Latinè interpretatur semicirculus: qua voce Mathematici frequenter vtuntur. Accipitur etiam pro cathedra semirotunda facta in medij circuli formam. Cicero in Lelio, Tum memini domi in hemicyclo sedentem.

Hemina, næ. penul. cor. κοτύλη. Genus est mensuræ, dimidium continens sextarij: à Græco ἥμισυ, quod dimidium significat. Gellius lib. 3 cap. 13, Si è sextario hemina fusa sit, non dimidium sextarium fusum, dicendum est. Plautus in Milite, Neque equidem heminas octo exprompsi in vrceum.

Heminarius, a, um, Quod heminæ mensurã habet κοτυλιαῖος. Per translationem accipitur pro exiguo. Quintilianus lib. 6. cap. 4. Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum quę amicis dabantur, exiguitatẽ, heminaria esse dixit, id est tenuia & exigua.

Hemiolion

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hemiolion, ἡμιόλιον, Nauigij genus quod à puppi ad malum vsque binis ramis, à malo ad proram vnico tãtùm agitatur: cuiusmodi sunt (inquit Bayfius) quas hodie *fustas* vocamus.

Hemiolius, ἡμιόλιος. Quædam arithmetica proportio, continens aliquẽ totum numerum atq; eius dimidium: vt se habent tres ad duo, & quindecim ad decem. Gellius lib. 18. cap. 14.

Hemionium, siue hemionitis, ἡμίονον, ἡ ἡμιονῖτις, Herba est dracunculi folio, lunato, radicibus cohærens multis, iisque tenuibus, nunquã florens, neq; semen, neque caulem gignens, in petrosis locis nascens, austero sapore. Alio nomine splenium, σπλήνιον, dicitur. Herbariorum plerique *Linguam cerninam* appellant. Officinæ etiam scolopendriam. Omnino tamen alia est à scolopendrio Dioscoridis.

Hemiplexia, ἡμιπληξία, Paralysis, semiapoplexia, quum in alterum tantùm partem corporis malum id incubuit: nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur.

Hemisphærium, ἡμισφαίριον. Ital. *Mezza sphera*. Gal. *Vne demisphere*. Hisp. *La meytad dela esphera*. ¶ Dimidia sphæra, hoc est cæli dimidium. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 5. Intrinsecus sub tholo, stella Lucifer interdiu, no ctu Hesperus, ita circumeunt ad infimum hemisphærium ac mouentur, vt indicent quot sint horæ.

Hemistichium, ἡμιστίχιον. Ital. *Mezzo verso*. Gal. *Demi vers*. Hisp. *La meytad del verso*. ¶ Versus dimidiatus, quasi ἡμίσεως στίχος, cuiusmodi apud Virgilium aliquot leguntur imperfecta.

Hemitritæus, ἡμιτριταῖος, semitertiana febris, sic dicta quòd parte aliqua tertianam præsentet. tertio die, vt illa, repetens, non tamen vt illa diem vnum præstet integrum, sed inter horas XXXVI, plus vel minus portrigitur, Martial. lib. 12, Cui grauis & ferués hemitritæus erat. Morbi huius naturam & differentias videto apud Galenum lib. 2. de Differ. feb. cap. 8. & 10.

Hemodes, vide HAEMODES.

HEMVS, seu potius Hæmus, αἷμος, Mons in Thracia, excelsitate conspicuus, ex cuius vertice vulgata olim opinio fuit Ponticũ simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem, & Alpes conspici posse, nam excelsitate sua sex millia pass. continet. Dictus Hæmus, à nomine regis Hæmi: à cuius sorore alter quoq; mons Thraciæ, Rhodope nominatur: in quos transfiguratos esse Rhodopen & Hæmum fabulæ canunt. Ouid. lib. 6. Metamorph. Threiciam Rhodopen habet angulus vnus, & Hæmum, Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam. Alij dictum volũt Hæmum ab Hæmo Boreæ & Orithyiæ filio. Vide HAEMVS. ¶ Est & Hæmus nomen Græculi histrionis, cuius meminit Iuuen. Saty. 6. Dicas hæc mollius Hæmo, Quanquam & Carpophoro, facies tua computat annos.

Hendecasyllabus, ὁνδεκασύλλαβος, Versus vndecim syllabarum, qui & Phaleucius dicitur ab inuentore: qualis ille Catullianus, Passer deliciæ meæ puellæ.

Hendiadys, Si recentioribus Grãmaticis credimus, figura est qua vnum in duo diuiditur: vt apud Virgil. 1. Aeneid. Molémque & montes insuper altos Imposuit. Id est moles altorum montiũ. Sic alibi. Pateris libamus & auro. In est pateris aureis. Meminit huius figuræ Seruius in primum librum Aeneid. Vbi tamẽ in exemplaribus manu scriptis non hendiadyn legimus, sed ἐν διὰ δυοῖν, hoc est per vnum duo: cui figuræ contraria legitur apud Donatum in Andriam Terentij, quam appellat δὶς δι' ἑνός, id est duo per vnum.

HENETI, ἐνετοί, Paphlagoniæ populi fuerunt qui Antenore duce quum in intimum maris Adriatici sinum veniissent, permissi Troianis, omnes vno nomine Veneti appellati sunt. Liui. lib. 1. ab Vrbe, Casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetũm, qui seditione é Paphlagonia pulsi, & sedes & ducé, rege Philemene ad Troiam amisso, quærebãt, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeisq;, qui inter mare, Alpésque incolebant, pulsis, Henetos, Troianósque eas tenuisse terras: & in quem primùm egressi sunt locum, Troia vocatur: pagóque inde Troiano nomen est: gens vniuersa Veneti appellati.

HENIOCHI, ἡνίοχοι, Populi Pontici, Achæis finitimi, latrociniis ac piraticæ victitantes. Originem ac nomen traxisse putantur ab Amphito & Telchio Castoris & Pollucis aurigis, teste Plin. lib. 6. ca. 5. Nam ἡνίοχος Græci aurigas vocant: quasi παρὰ τὸ ἡνία ἔχειν. Vide pluta de his apud Strabonem, lib. 11.

Hepar, atis, penult. gen. cor. Primum est sanguinis generandi instrumentum, venarúmque omnium principium, quod Latinè iecur appellatur. ἧπαρ. Ital. *Fegato*. Gal. *Le foye*. Hispa. *El higado*. ¶ Est item hepar, piscis nomen ex genere locustarum, cuius meminit Plinius lib. 32. cap. 11.

Hepatarius, a, um, Ad hepar pertinens. ἡπατικός. Ital. *Ciò che à fegato s' appartiene*. Gal. *Apartenant à foye*. Hisp. *Cosa perteneciente à higado*. vt, Morbus hepatarius. Plaut. in Curcul. Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Hepaticus, a, um, ἡπατικός, Quod ad hepar attinet: vnde à Celso, lib. 4. cap. 9, hepaticus morbus dicitur, qui à Plauto appellatur hepatarius.

Hepatici, ἡπατικοί. Ital. *Fegatosi*. Gal. *Hepatiques*. Hisp. *Higadosos*. ¶ Qui ex hepate laborant: & proprié ij, quibus imbecillum est iecur, sine tumore tamen & dolore. Plin. lib. 26. cap. 6. Datur hepaticis in farte cocta.

Hepatites, ἡπατίτης, Gemma est quæ à iecoris figura nomen sortita est. Plin. lib. 37. cap. 11.

Hepatorium, ἡπατόριον, A quibusdam vocatur Eupatorium herba, eo quòd iecori affecto auxilietur. Autor Dioscor. lib. 4. Quanquam non desunt qui hanc nomenclaturam inter eas reiiciendam putent, quæ à doctioribus inter autoris eius notha meritò annumerantur.

Hepatitis, pen. produ. ἡπατῖτις, Vena ampla, ex cana siue suma hepatis parte emergens, omnes mesaraï venas excipiens. Vulgus *Hepatis portam* appellat.

Hepatizon, ἡπατίζον, Aëris temperamentum, iocinoris colorem referens, magno olim in pretio habitum. Plin. lib. 34. cap. 2. Præter hæc est, cuius ratio non potest reddi, quanquam hominis manu facta dederit fortuna temperamentum simulacro significque, illud suo colore pretiosum ad iocinoris imaginem vergens, quòd ideo hepatizon appellant, procul à Corinthio, longè tamen ante Aegineticum atque Deliacum, quæ diu obtinuere principatum.

HEPHAESTIAS, adis, ἡφαιστιάς, Ciuitas est Lemni insulæ, in Orientali tractu sita, nonnihil tamen distans à mari: ita dicta à Vulcano, quem Græci ἥφαιστον appellant, cuius hac in vrbe insigne olim fuit templum, quod ἡφαιστεῖον vocabant. Iuxta hanc quoque vrbem collis ostenditur, quod ἡφαιστεῖον vocabant. Iuxta hanc quoque vrbem collis ostenditur, quod Vulcani (vt credi volunt) casu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Iunone ob insignem deformitatem è cælo præcipitatum, in collem illum decidisse. Cuius fabulæ occasio inde sumpta est, quòd totus hic collis combusto simillimus videatur, neque planta vlla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioscoridis & Galeni scriptis magnopere celebrata. Vrbis huius meminit Ptolemæus Geographiæ suæ lib. 3, & Galenus lib. 9. Simpli. Medicament.

HEPHAESTION, onis, ἡφαιστίων, Vnus ex Alexãdri Magni ducibus, mirum in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferebat, vt hunc quidem φιλαδελφίαν, Hephæstionem verò φιλαλέξανδρον appellaret. Hunc postea apud Babylonem vita functum, tanta funeris magnificentia prosequutus est, vt facilé omnes, quæ toto terrarum orbe editæ sunt, pompas superaret. Feruntur siquidem in funus hoc impensa supra duodecim talentorum millia. Vide Qu. Curtium, & Plutarchũ in vita Alexandri.

Hephæstites, ἡφαιστίτης. Gemma est rutili coloris, naturã speculi habens in reddendis imaginibus: dicta ἀπὸ τοῦ ἡφαίστου, hoc est à Vulcano, siue quòd igniei sit coloris, siue quòd materiam aridam in sole accendat. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hepialus, ἡπίαλος. Ital. *Farfalla*. Gal. *Vn papillon*. Hisp. *Mariposa*. ¶ Papilio qui in lucernarum luminibus aduolat. Epialus autem spiritu tenui, genus est febris: de quo vide suprà suo loco.

Hepsema, ἥψημα, Mustum ad tertiam partem decoctum, quod & sapam appellant. Plin. lib. 14. cap. 9.

HEPTACOMETAE, ἑπτακωμῆται, Populi supra Colchidem, Moschicorum montium summa incolentes: ita dicti à septem vicis, quos inhabitant. Autor Strabo lib. 12.

HEPTAGONIAE, ἑπτάγωνιαι, Nomen loci apud Liuium lib. 4. bel. Maced. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuisum, parte vna à Phœbeo, altera à Dictynneo, tertia ab eo loco quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

HEPTAPHONOS, substantiuum, ἑπτάφωνος, porticus est Olympiæ, ea arte confecta, vt eadem vox in ea septies reddatur. Plin. lib. 36. cap. 16, Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quã oppidani Heptaphonon vocant, quoniam septies vox redditur.

Heptapleuros, ἑπτάπλευρος, Plantaginis species est, foliis septem laterum modo inclusa: vnde & nomen habet. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

HEPTAPORVS, ἑπτάπορος, Rhesi Troadis fluuij epitheton est, apud Homerum lib. 12. Iliad. à natura eius fluuij tractum, quòd septies eadé via vado traiici posset. Vide Strab. lib. 13.

HEPTAPYLOS, ἑπτάπυλος, Thebarum Bœoticorum epitheton, à septem portarum numero ductum: idque ad discrimen Thebarum Aegyptiarum, quæ à numero centum portarum ἑκατόμπυλοι dicebantur.

Hephthemimeris, ἑφθημιμερής, Est cæsuræ genus, quum post tres pedes supereſt syllaba terminans partem orationis: quę interdum etiamsi natura breuis sit, licentia tamen poetica inuenitur produci. Virgil. 3. Aeneid. Dona dehinc auro grauia, sectóq; elephanto Imperat ad naues ferri. Idem 12. Aeneid. Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus. ¶ Componitur autem hephthemimeris ab ἑπτά septem, ἥμισυ semis, & μέρος diuisio vel pars, quasi dicas septimam dimidiam diuisionem, vel dimidium septem pedum.

Hepteres, ἑπτήρης. Ital. *Naue da sette rami per banco*. Gal. *Vne nauire ayant sept tireurs en chasque banc*. Hisp. *Naue de siete ordenes*. ¶ Nauis est septem habens remorum ordines. Liuius 4. Decad. lib. 7, Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat: in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat: præter has, decem triremes erant: & ij adesse hostes ex specula quadam cognouere. Ibidem, Maximè exterruit hepteres regia, à minore Rhodia naui vno ictu demersa.

HERA, ἥρα, Iunonis nomen apud Græcos: vnde Heræa, ἡραῖα, ipsius festa, & Heræũ, ἡραῖον, templũ eius appellãt. Sed in hac significatione producit penultimam, quum apud Græcos scribatur per η vocalem longam. Vnde λοκαλιὸς ἥρης, apud Homerum aliquoties legitur in fine versus.

Hera, vide HERVS.

HERACLEA, pen. prod. ἡράκλεια. Multæ fuerunt hoc nomine vrbes: inter quas maximè insignis fuit ea quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontũ Euxinũ sita, iuxta Mariandynos: à qua Dionysius philosophus Zenonis discipulus Heracleotes à Cice. in Tusculan. appellatus est. ¶ Heraclea item Magnæ Græciæ ciuitas fuit, in finibus Italiæ, inter Sirin & Acirin amnes, non procul à Crotone, aliquando Siris appellata, teste Plin. lib. 3. cap. 11. ¶ Fuit præterea aliud ciusdé nominis oppidum, vltra Caspios mõtes, nõ procul ab Oxo amne, qui Margianã Sogdianámq; irrigat, ab Alexandro Magno primùm conditũ: quod deinde euersum Antiochus restituit, & Achaida appellauit: vt refert idem Plin. lib. 6. cap. 16. ¶ Est & Heraclea in Caria, apud eundem lib. 5. cap. 25. ¶ Itẽ alia in Sicilia, medio ferè spatio sita inter Lilybæum, & Pachynum promontoria: cuius meminit Pomponius lib. 2. in descriptione Siciliæ. ¶ Est & Heraclea Cretæ, apud Plin. lib. 4. ca. 12. ¶ Itẽ alia in Narbonensi Gallia, ad ostium Rhodani, apud eundẽ Plin. lib. 3. cap. 4. ¶ Fuerunt & aliquot alia eiusdem nominis oppida quæ commemorantur à Stephano.

Heracleotes, siue Heracleota, ἡρακλεώτης. Gentile ab Heraclea vrbe deductum: vnde Dionysius Philosophus Heracleotes dicitur à Cice. 2. Tusculan. quæst.

Heracleoticus, a, um, ἡρακλεωτικός, denominatiuum, vt Heracleotici cancri, apud Plin. lib. 9. cap. 31. Heracleoticũ origanum, apud eundem lib. 15. cap. 4. Heracleoticum ostium Nili, quod alio nomine Naucraticon appellatur, apud eundem lib. 5. cap. 10. Heracleotica nux quæ & auellana. vide in dictione IVGLANS.

HERACLEON, onis, ἡρακλέων, Grammaticus fuit Aegyptius, qui scripsit Commentarios in Homerum, & Lyricos quosdam Poëtas: item alia quædam quæ enumerantur à Suida.

HERACLEOPOLIS, ἡρακλεόπολις Stephano, Oppidum est in insula

quadam

quadam Nili, longa 1.M.pass. quod à Plin.lib.5.cap.9, Herculis oppidū appellatur. Hinc Heracleopolitis præfectura, apud eundem Plinium loco iam citato. ¶ Stephanus duo alia enumerat eiusdem nominis oppida, quorum alterum iuxta Pelusium, alterum iuxta Canopicum Nili ostia collocat.

Heracleon, siue Heraclion, penul. produ. ἡρακλέον, Panacis species est, ab Hercule inuenta, quam alij origanum Heracleoticum syluestre dicunt: quoniam est origano simile, vt testatur Plinius libro 25. cap. 4. Est & alia herba Heracleon siderion, canae tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriādri, iuxta amnes & lacus nascens, & omnia vulnera ferro illata efficacissimè sanans. Autor Plinius libro 25. capite 5.

HERACLEOPOLIS, ἡρακλεόπολις, Nomen trium ciuitatum. Vna est in Aegypto, ex qua fuit Theophanes physicus: altera non longè à Pelusio: tertia secundum Nili ostium quod Canopicum appellatur.

HERACLIDES, penul. prod. ἡρακλείδης, Insignis Philosophus fuit ex Heraclea Ponti ciuitate, Platonis & Aristotelis auditor, vir insigni ingenio, sed habitu adeò molli, vt pro Pontico Pompeius dicetetur. Augetor Laertius. Reliquit ingenij sui monumenta non pauca quæ non extant. Huius meminit & Cic. 5. Tusc. ¶ Fuit præterea hoc nomine Lyrici quidam Sophista non ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnæ docuisset, sub tempora Seueri se Romam contulit: coram quo extemporе dicturus, perturbatus nobilitate auditorum, sermone excidit. Sopatre dicturus, perturbatus nobilitate auditorum, sermone excidit. Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minimè iuuante cōtendit. Hæc ex Philostrato. ¶ Heraclides alius fuit è Mopso ciuitate Ciliciæ, grāmaticus nobilis, vt scribit Stephanus. ¶ Alius præterea pictor nobilis Macedo qui initio naues pinxit: captóque Perseo à Paulo Aemilio Athenas commigrauit, eodem tempore quo & Metrodorus philosophus & pictor. Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Fuerunt & alij multi Heraclidæ, ingenio & doctrina insignes.

HERACLITVS, pen. prod. ἡράκλειτος, Nomen propriū Philosophi Ephesij, qui vt tradit Suidas, nullum inuenitur habuisse præceptorem: tantū natura & diligentia sola profecit. Quidam tamen audisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus vltimi Darij. Scripsit poëticè multa, quæ ab Aristotele sæpe pro testimoniis citantur. De hoc sic scribit Cicero lib. 5. Tuscula. quæst. Est (inquit) apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios esse morte multandos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis vnus excellat: sin quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Hæcille. Hūc aiunt, cum hydropicus esset, spretis medicis, oblitum bubulo seuo soli siccandum se præbuisse, dormientémq; à canibus dilaceratum esse. Suidas. Hic quoties domo egrediebatur, flebat, sicut Democritus ridebat: quòd alteri omnia quæ agimus, miseriæ: alteri, ineptiæ viderentur. Horum meminit Cic. lib. 4. Acad. Cognominatus est σκοτεινός quasi tenebricosus. Deindu stria enim adeò obscurabat stylum, vt eius volumina philosophi sudantes vix intelligant. Huius dictionis penultima syllaba perperā corripitur, quum scribatur per ει diphthongum. Lucret. lib. 1. Heraclitus imit quorū dux agmina primus. ¶ Fuerunt alij quatuor Heracliti: primus, poëta Lyricus: secundus, Halicarnasseus, summæ elegantiæ, tertius, Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam: quartus, vir ridiculus.

Heraclius, lapis, siue Heracleus, ἡρακλία λίθος, ἢ ἡρακλῆτις Suidæ. Ital. *Pietra calamita, pietra da prouar l'oro.* Gal. *Aimant, ou pierre de touche.* Hisp. *Piedra imaan, ò el toque de oro.* } Lapis occulta quadā naturæ vi ferrū ad se trahens, qui & magnes dicitur. Plin. lib. 36. ca. 16, Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit & patitur mores. Trahitur nāq; à magnete lapide: domitrix illa rerum materia ad inane nescio quid currit: vt propius venit, tenetur illa rerum materia ad inane nescio quid currit: vt propius venit, teneatur assistitque, & complexu hæret: sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam heracleon. Hæc ille. Rationem autem nominis hanc afferunt, quòd primùm inuentus sit circa Heracleam Magnesiæ ciuitatem. Meminit huius lapidis & Galenus lib. 9. Simpli. Est & ad quē aurī bonitatem exploramus: quem & Lydium lapidem & coticulam appellamus. Plin. lib. 33. cap. 8, Auri, argentique mentionem comitatur lapis quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, (vt autor est Theophrastus) nunc verò passim: quem alij heraclium, alij Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binásque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum è vena lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Hinc factum est vt Heraclius lapis, λίθος ἡρακλείος, prouerbialiter in eos diceretur qui vehementer acri exactóque iudicio essent. Refertur à Theophrasto.

HERACLIVS, ἡράκλιος, Imperatoris proprium, Phocæ successoris, sub cuius imperio Saraceni Mahomethe duce, caput attollere cœperunt.

HERAEA, æ, ἡραία, Arcadiæ oppidum, apud Plinium lib. 4. cap. 6.

HERAEVM, vel Heræus mutus, ἡραῖον, ἢ ἡραῖον τεῖχος, Thraciæ oppidum, apud Stephanum. Heræum item Græci vocant templum Iunonis, quam ἥρην appellant.

Herba, bæ, ab aliquibus scribitur per diphthongum, quòd credant ab hærendo deductum, eo quòd terræ hæreat. } βοτάνη, ποία. Ital. *Herba.* Gal. *Herbe.* Hispa. *Yerua.* } Sed hæc etymologia, vt nimis friuola, ridetur à Tortellio, neque cuiquam eruditiorum placet. Significatio eius nota est. Ouid. 1. Metamor. -inque solo, quod texerat herba, iacebat. Virgilius 9. Aegloga, Quis caneret nymphas? quis humum floreutibus herbis Spargeret? aut vitidi fontes induceret vmbra? ¶ Herbam portigere, siue Dare herbam, tritum est prouerbium, pro eo quod est, se vigere, siue Dare herbam, tritum est prouerbium, pro eo quod est, se victum fateri, & aduersarium suum victorem agnoscere. Tractum (vt inctum fateri, & aduersarium suum victorem agnoscere. Tractum (vt dicat Festus) ab eo, quòd olim pastores curiū certātes, quum superati essent, herbam ex eodem loco statim decerptam, aduersario porrigebant, victoriæ agnitę symbolum. Nonius, Herbam veteres palmam, vel victoriæ dici voluerunt. Virgilius 3. Georg. -atque immemor herbæ Victor equus. Accius Meleagro, Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro se quisque. Hæc ille. ¶ In herbis esse proverbia quadā specie dicuntur quæ nondum maturuerunt, sed spem modò bonam de se præbent. Cicero.

Herbula, æ, diminutiuū. } τὸ βοτάνιον, τὸ ποάριον. Ital. *Herbetta.* Gal. *Herbette, petite herbe.* Hisp. *Pequeña yerua.* } Cice. 2. de Nat. deorum, Cetuæque ante partum perpurgant se quadam herbula quæ sesselis dicitur.

Herbaceus, a, um, quod est ex herba. } βοτανώδης, ποώδης. Ital. *De herba.* Gal. *Fait d'herbes, ou resemblant à l'herbe.* Hispa. *Cosa de materia de yerua.* } vt, Corona herbacea: aut quod in herbam excrescit & assurgit. Plin. lib. 12. cap. 13, Herbaceum amomum petis.

Herbeus, a, um, Idem quod viridis, vel herbæ colorem habens. } ποώδης ἴγχλωος. Ital. *Verde, di color d'herba.* Gal. *Resemblant a l'herbe verte, vert comme pré.* Hispa. *Cosa de color de yerua, cosa verde de color.* } Plaut. in Curcu. Qui hic est homo, Cum collatiuo ventre, atque oculis herbeis?

Herbarius, a, um, Quod ad herbas attinet. } βοτανικός. Ital. *Cio ch' all' herbe s'appartiene.* Gal. *Apertenant aux herbes.* Hispa. *Cosa pertenecante alas yeruas.* } Inde Herbaria ars dicitur, qua herbarum vires dignoscimus: pro qua etiam Herbariam substantiuè dixit Plin. lib. 7. cap. 56, Herbariam, & medicamentariam à Chirone Saturni & Phylliræ filio, &c.

Herbarius, substantiuum, Qui Herbas, earumque vires cognoscit, & ex iis medicamenta efficit. } βοτανολόγος. Ital. *Herbolato, herbauuio.* Gal. *Vn herbier, expert aux simples, à les cueillir.* Hispa. *El herbolario.* } Plin. libro 20. cap. 19, Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Herbifer, ra, rum, Herbas producens. } βοτανοφόρος. Ital. *Herboso, che produce herbe.* Gal. *Qui porte force herbe & force verdure, herbu.* Hisp. *Lo que trae ò cria ò tiene yeruas.* } Plin. lib. 25. cap. 8, Alioqui herbiferum esse & Pelium montem in Thessalia.

Herbilis, & hoc herbile, Quod herba pastū est: vt Anseres herbiles quos Festus maiores esse asserit, quàm qui frugibus alti sunt.

Herbesco, is, ere. Est herbam producere, vel in herbam conuerti. } βοτανόω. Ital. *Produrre herba, herbeggiare, conuertirsi in herba.* Gal. *Deuenir en herbe, se conuertir en verdure.* Hisp. *Herueçer.* } Cice. de Senect. Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit. Pro eodem etiam apud Plinium legitur Herbascere. Ita enim ait lib. 16. cap. 8, Quin & ouillo simo nominatim vti: quoniam aliud herbasceret, hoc est, herbas emitteret.

Herbosus, a, um, Herbis abundans. } βοτανώδης. Ital. & Hisp. *Herboso.* Gal. *Herbu, abondant en herbes.* } Plin. lib. 33. cap. 4, Vlex siccatus vritur, & cinis eius lauatur, substrato cespite herboso, vt fidat aurum. Ouid. 4. Metam. Soluitur herboso religatus ab aggere funis.

Herbigrada cochlea, quæ super herbam graditur. Cice. 2. de Diuin.

Herbidus, a, um, Idē quod herbosus, hoc est plenus herbis, βοτανώδης. Plin. in Epist. Nulla in hoc nauis, (facer enim est) sed innatant insulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ. Herbidus color, est qui herbam refert, hoc est viridis, apud Plinium, lib. 12. cap. 14. Herbidæ legetes, Colum. lib. 1. cap. 6. Herbidus locus, vel campus, Liui. 1. ab Vrbe, & 9.

HERBANVM, Tusciæ oppidum apud Plinium lib. 3. cap. 5.

HERBITA, ipsum Ptolemæo, Siciliæ vrbs est: à qua Herbitenses populi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. hodie S. Nicolaum vocant.

HERCEVS, penul. produ. ἑρκεῖος, dictus est Iupiter, quem etiam Penetralem vocabant, quòd intra conseptum domus cuiusq; colebatur. Græcè enim ἕρκος septum, clausturúmque nominatur. Ouid. in Ibin, Cui nil Hercei profuit ara Iouis.

Hercisci, vide ERCISCERE.

HERCVLANIVM, ἡράκλειον, fuit Campaniæ oppidum, iuxta Pompeios, apud Plin. lib. 3. cap. 5.

HERCVLEIVS, ἡρακλεῖος, fuit vir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.

Hercule, & Hercle, Hercules, Mehercules, & Mehercule, aduerbia sunt iurandi, ab Hercule deducta: quasi dicas, per Herculem. ἀπὸ τοῦ ἡρακλέα. Terentius in Eunucho, Hercle hoc factum est. Cælius Cice. lib. 8. Et hercule confecta omnia fœdè & inhonestè sunt. Idem de Claris Oratoribus, Et Hercules hæ quidem extant. Idem pro Plancio, Verè metoribus, Et Hercules hæ quidem extant. Idem pro Plancio, Verè mehercule dicam. Idem Cælio, libro secundo, Mihi mehercule magnæ curæ est Aedilitas tua. Idem de Oratore, Libentius dixerim Mehercule, quàm Mehercules.

HERCVLES, ἡράκλης, Iouis & Alcmenæ filius, qui ob fortitudinem & gloriam creditus fuit inter deos esse relatus. Cicero lib. 3. de Natur. deo. sex hoc nomine fuisse appellatos commemorat: quorum primus fuit qui certauit cū Apolline de tripode. Alter, Nilo natus, Aegyptius, quē aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius, ex Idæis Dactylis, cui inferias afferunt. Quartus, Iouis filius, ex Asteria Latonæ sorore, qui Tyri colitur, filiámq; habuit Carthaginē. Quintus, in India, qui & Belus dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui Iouis dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui aliorum gesta assignant. Herodotus scribit, Herculē vnum esse ex duodecim diis Aegyptiorum, Græcósq; ab Aegyptiis hoc nomē mutuatos indidisse filio Amphitryonis. Varro XLIIII Hercules nominat. Verūtamen omnes, qui robore præstiterūt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 20. asserit Herculē, esse Solem. Et reuera, inquit, Herculē Solem esse vel ex nomine claret. Ἡράκλης enim quid aliud est nisi ἥρα, id est aëris, & κλέος gloria? Quæ porrò alia aëris gloria, nisi Solis illuminatio est, cuius recessu, profunditate spiritus occulitur tenebrarū? Duodecim autē illi labores, quos Hercules creditur cōfeciſſe, nihil aliud significant quàm XII res

Universidad de Deusto
Biblioteca

hydram coluhris & capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude oppressit. XIIII. Ceruam aëripedem, aureáque habentem cornua, in Mœnalo monte cursu comprehendit, atque interfecit. V. In Nemea sylua iuxta Cleonas inusitatæ magnitudinis leonem ingulauit, & detractam pellem pro insigni gestauit. VI. Diomedem Thraciæ regem, qui equos suos hospitum carnibus & sanguine pascebat, deuicit: victúmque ipsius equis in pabulum dedit. VII. In Erymantho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum deuastantem, cepit, eúmque viuum ad Eurystheum attulit. VIII. Stymphalides aues sagittis, vt quidam volunt, interfecit, vt alij, sonitu ahenei crepitaculi vsque ad insulam Aretiada fugauit. IX. Taurum (cui Neptunus furorem immiserat, eò quòd Minos Neptuno sacrificaturus, optasset victimam maiestate illius dignam: cui quum pulcherrimus taurus ab eodem deo fuisset oblatus, ipsum Minos seruare voluisset) insulam Cretam ferè totam deuastantem domuit, eúmque vinctum ad Eurystheum attulit: qui postea eum Atticæ regioni immisit, cui plurimum damni intulit: sed à Theseo interfectus fuit apud Marathonem, vt canit Ouid. lib. 7. Metamor. X. Acheloum superauit, vt suprà dictum est. XI. Busiridem Aegypti regem hospites suos mactantem occidit. XII. Anteum gigantem in Libya luctu victum suffocauit. XIII Calpen & Abylam montes antea coniunctos, diuisit. XIIII. Aurea mala in Hesperidum hortis, interempto prius draconе peruigili, qui ea custodiebat, sustulit. XV. Cælum iam fesso & succumbente ponderi Atlante, humeris tulit. XVI. Geryonem Hispaniæ regem tricorporem bello superauit, eúmque armenta abduxit. XVII. Cacum latronem, Vulcani filium, semihominem, & flammiuomum oppressit. XVIII. Lacinum latronem, extremam Italiæ oram infestantem, sustulit, ibique Iunoni templum constituit, quod Iunonis Laciniæ appellauit. XIX. Albionem & Bergionem iter ipsius impedientes, haud longè ab ostio Rhodani, à Ioue patre lapidum imbre adiutus, deuicit. XX. Pyrechmum Euboiæ regem, Bœotis bellum inferentem profligauit, eúmque pullis equinis alligatum in diuersas partes discerpsit. XXI. Centauros domuit. XXII. Augiæ stabulum repurgauit. vide suprà. XXIII. Hesionem Laomedontis filiam monstro marino expositã liberauit, occiso prius ceto. Sed quum Laomedon equos præstantissimos in præmium illi pollicitos, denegaret, Hercules indignatus, Troiam euertit: & occiso rege, Hesionē Telamoni, qui primus murum conscenderat, in prædæ partem concessit. XXIIII. Diripuit insulam Cõn, regémque Eurypylum cum vxore & liberis trucidauit. Vide suprà in dictione Cõs. XXV. Amazonas debellauit, earúmque reginam Hippolytem cepit, cui baltheum abstulit, Eurystheóque regi tradidit: captam verò Amazonem Theseo bellorum socio dedit. XXVI. Ad inferos descendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena victum ad superos traxit. Sunt qui dicant Herculem etiam adiuuasse Theseum in rapienda Proserpina: alij solum Theseum eam eduxisse ad superos, Ditémque vulnerasse. XXVII. Alcestim Admeti regis coniugem ab inferis ad virum reduxit. XXVIII. Ab inferis Admeti regis coniugem ab inferis ad virum reduxit. XXIX. Admeti regis coniugem ab inferis reuersus, Lycum Thebarum regem, eo quòd Megaræ cõiugi vim voluisset inferre, interemit. XXX. Aquilam quæ Promethei in Caucaso religati perpetuò renascens iecur exedebat, sagittis traiecit. XXXI. Cygnum Martis filium equestri certamine vicit. XXXII. Occidit Theodomantem, quòd ei cibum denegasset: illiúsque filium Hylam sibi charissimũ, secũ abduxit. XXXIII. Cercopas vicit, dum Omphalæ Lydorũ reginæ seruiret. XXXIIII. Pylum diripuit, eiúsque regem & Neleum cum tota domo, præter Nestorem trucidauit: insuper Iunonem Neleo opem ferentem telo trisulco vulnerauit. XXXIIII. Eurytum Oechaliæ regem occidit, ipsámque Oechaliam vrbem deleuit, & Iolen Euryti filiam sibi in vxorem denegatam, (quam tamen parens antea ei desponderat) vi obtinuit, eámq; secum in Euboeam abduxit. Quod quum Deianira coniunx resciuisset, maritum suum Ioles amore detineri, per Lycham seruum vestem illi misit Nessi Centauri sanguine infectam, futurum rata vt ea ratione languentem viri amorem excitaret, eúmque ab aliis auulsum, ad se vnam reuocaret, quēadmodum Centaurus ipsi persuaserat. Quum itaque Hercules vestem sacrificaturus induisset, in tantam rabiem versus est, vt constructa pyra seipsum combusserit. Post mortem verò in deorum numerum relatus est. Habentur & aliæ res ab eo gestæ apud Diodorum Siculũ: quas siquis volet, inde petat. ¶ Herculis cothurnos aptare infanti, à Quintiliano lib. 6. de peroratio. dicuntur qui minimis applicant maxima, quæ nequaquã vel congruant, vel deceant: veluti si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. ¶ Hercules & simia, ἡρακλῆς καὶ πίθηκος. De minime congruentibus. Simia dolis valet: Hercules viribus antecellit. ¶ Frustra Herculi, ἔτι τῷ ἡρακλεῖ, subaudi, calumniam struxetis. De iis dici consueuit, qui sic omnia sua negotia gerunt, vt nemo queat aut audeat calumniari. Conueniet aut in vehementer laudatum probatúmque, aut in præpotentem, quem insimulare tutum nõ sit. ¶ Hercules hospitatur, ἡρακλῆς ξενίζεται. Dictitatum vbi quis diutius in conuiuio commorari videretur: propterea quòd qui recepissent Herculem hospitio conuiuióque, his multum temporis erat opperiendum, donec ille fatur esset.

HERCVLIS portus, ἡρακλείου λιμήν, Vulgò, *Portohercule, ò vilafranca.* Oppidum est in ora Ligustica, cum portu, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1, & apud Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Est & Herculis portus in littore Brutio, non procul à Metauro fluuio: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Herculeus, a, um, pen. cor. quanquam Græcè ἡρακλῆος dicatur cum ῆ diphthongo in penult. Est autem proprié nomē possessiuum, significãs id quod ad Herculem pertinet: vt, Claua Herculea. Labor Herculeus, Horat. lib. 1. Carm. Pertupit Acheronta Herculeus labor, id est labor ipsius Herculis. Nonnunquam Herculeos labores, ἡρακλείους πόνους, partim prouerbiali hyperbole pro immensis & penè insuperabilibus laboribus accipimus: quisq; vires desiderent Herculanas: quemadmodum vsurpauit Catullius, Sed te, inquit, quærere, iam Herculis labor sit. Item propert. Deinde vbi perruleris, quos dicit fama labores Herculis. Partim Herculei labores dicuntur, qui sunt eiusmodi, vt aliis quidem maximas adferant commoditates, cæterùm autori suo nihil ferme fructus adducant, præter aliquantulum famæ, plurimum inuidiæ. ¶ Herculeus nodus, ἡρακλῆου κόμβος, prouerbij item speciem habet pro nodo indissolubili. ¶ Herculeus morbus, ἡρακλῆος νόσος, dicitur quem comitialem alio nomine vocamus, quòd Hercules morbum hũc aliquando passus credatur.

Herculeè, ἡρακλείως, pro fortiter dixit Cice. lib. 8. ad Atticum, Nunc ferret etiam Herculeè.

Herculanus, na, num, Nomen possessiuum. ἡρακλᾶς. Gell. lib. 1. cap. 1, Comprehensa, inquit, mensura Herculani pedis, secundum debitam membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Herculaneæ formicæ, Plin. lib. 30. cap. 4. Herculaneæ vrticæ genus odorem fundens. Plin. lib. 21. cap. 15. Herculani lecti, ἡρακλειακαὶ στρωμναί, dicebantur molles ac delicati. Athen. lib. 12.

HERCVLEVM, ἡρακλεῖον. Promontorium est, non longè à Leucopetra dissitum. Autor Strabo lib. 6.

HERCYNIA sylua, ἡρκυνία Straboni, Vulgò *Hartz vualdt*, est omnium Germaniæ syluarum longè maxima, quam Cæs. lib. 6. Comment. describit his verbis. Huius Hercyniæ syluæ quæ suprà demonstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum & Rauracorum finibus, rectáq; fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus diuersis à flumine regionibus, multarúmque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam est huius Germaniæ, qui se aut adisse, aut adisse ad initium eius syluæ dicat, quum dierum iter XX processerit, aut quo ex loco oriatur acceperit. Plura de Hercynia sylua vide eodem loco apud Cæsarem.

Heri, id est hesterno die. ἐχθές, ἐχθές. Ital. *Hieri.* Gal. *Hier.* Hisp. *Ayer.* Cic. ad Attic. Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio. ¶ Dicitur etiã Here, propter cognationem literarum i & e, vt vespere & vesperi. Terent. in Eunucho, Inhonestum hominem quem mercatus est here? ¶ Heri & nudiustertius, χθὲς καὶ πρῴην. Prouerbialis hyperbole, tempus admodum nuper actum significans. Plutarch. & Plato.

Hesternus, na, num. ἐχθαῖος, χθεσινός. Ital. *De hieri.* Gal. *D'hier.* Hisp. *Cosa de ayer.* sicut à cras, crastinus. vt Dies hesternus, nox hesterna. Ouid. Epist. 18, Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti: Nocte sed hesterna lenior aura fuit. ¶ Accipitur nonnunquam pro pridianus. Terent. in Eunuc. Quo pacto ex iure hesterno panem attum vorent.

Hericius, cij, animal est spinis horridum, sese, dum metuit, in globum conuoluens. ἐχῖνος χερσαῖος. Ital. *Riccio.* Gal. *Vn herisson.* Hisp. *El erizo.* Aliis nominibus, hetinacius, & echinus terrestris dicitur. In sepibus dumosis & vineis per Autumnum præcipuè versatur. Conditur in arboribus hyeme, & cibis per æstatem paratis vescitur. Vbi senserit venatores, contractis ore & pedibus conuoluitur in formam pilæ, nequid comprehendi possit præter aculeos. Sunt è genere eorum maiores histrices quibus longiores aculei: de quibus infrà. Vide pluta apud Plin. lib. 8. cap. 37.

Herifuga, Herilis, vide HERVS.

Herinacius, Echinus terrestris, qui & hericius dicitur. ἐχῖνος χερσαῖος. Vide suprà in dictione HERICIVS.

HERILLVS, ἡρίλλος, Chalcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Meminit eius Cice. lib. 4. Acad. & 2. de Finib.

Hermæ, ἑρμαί, Statuæ erant siue signa, & percipuè trunci, quorum capita permutari poterant: cuiusmodi Athenis plurimi erant. Mercurij imaginem referentes: à quo & nomen acceperunt. Nam Mercurius Græcis dicitur ἑρμῆς. Cice. ad Attic. lib. 1. Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, nunc admodũ me delectant. Probus Aemilius in Alcibiadem Plutarchi, id quum appareret, priusquam classis exiret, accidit vt vna nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis deiicerentur, præter vnum qui ante ianuam erat. Suidas dicit Hermas, statuas dictas, quòd plurimum Mercurij statuæ delinearẽtur. Vnde videtur profectum esse vulgatum illud prouerbium, Nõ ex quouis ligno fit Mercurius. ¶ Solebant autem Hermæ præcipuè circum sepulchra erigi, ad propagandam defunctorum memoriã. Solebant præterea Romani, Mercurij ac Mineruæ statuas coniungere in gymnasiis, dicaréque, quas Hermathenas Cicero nominat. lib. 1. ad Attic. Epist. 2, Quod ad me (inquit) de Hermathena scribis, per mihi gratum est, ornamentum academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est insigne eius gymnasij.

HERMAEA, æ, ἑρμαία, Promontorium Africæ propriè dictæ, apud Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

Hermathena, ἑρμαθήνη, Mercurij ac Mineruæ statua coniuncta. Vide HERMA.

HERMAGORAS, ἑρμαγόρας, Carion cognominatus, Rhetor egregius ex Temno Aeolidis ciuitate. Scripsit artem rhetoricam libris sex, de Cultu orationis, de Decoro, de Elocutione, de Figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitque senex. ¶ Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philosophus, discipulus Persei, qui plures scripsit dialogos. Autor Suidas. Hermagoras philosophus & orator, apud Ciceronem de Claris Oratoribus.

HERMANDVRI, siue HERMVNDVRI, Germaniæ populi, Chernscis finitimi, eo in tractu quem hodie Misniam vocant. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 14.

HERMAPHRODITVS, pen. prod. ἑρμαφρόδιτος, Mercurij & Veneris filius, vt ex ipsa statim vocis compositione apparet. Nam Mercurius, ἑρμῆς. Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. Hic cum vagabundus in Cariam ad limpidissimum fontem quem Salmacis Nympha incolebat, peruenisset, illa subitò eius amore correpta (erat enim adolescens formosissimus) quum neq; blanditiis, neque precibus ad cõcubitum flecti posset, simulato recessu post vepres latuit. Is autem Nympham abiisse ratus, fontem nudus intrauit: quod videns Salmacis, subitò accurrit, & abiectis vestibus arctissimè eum complexa est. Sed quum ne tunc quidem obstinatum exorare posset, à diis petiit vt duo corpora illorum in vnum redigerentur. Cuius precibus exauditis, ambo in vnum corpus coaluerunt, in quo sexus vterque remanebat integer. Quod quum vidisset Hermaphroditus, à superis petiisse dicitur, vt ea fonti natura maneret, vt qui vir eum intraret, μόρχων. id est vtrunq; sexum habens,

exiret

exiret. Hinc omnes Androgyni vocantur Hermaphroditi.

Hermenia, ἑρμηνεία. Ital. *Interpretatione.* Gal. *Interpretation.* Hispa. *Obra de trujamanes.* ¶ Latinè interpretatio: λόγος ἑρμηνευτικός, quod est interpretari. Vnde duos illos libros Dialecticos, quos περὶ ἑρμηνείας inscripsit Aristoteles, nos De interpretatione dicere possumus.

HERMEAS, ἑρμείας. Insignis belli dux fuit, teste Polybio, cuius strenua opera ad res maximas vsus est Antiochus: à quo tamen postremò ob suspicionem affectati regni, cum vxore & liberis est occisus.

HERMES Trismegistus, ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος, Philosophus in Aegypto post Mosen claruit, eo tempore quo Philosophiæ studia in Aegypto cœperunt efflorescere: quum antea tãtum circa Astronomiam & Mathematicas disciplinas versarentur, quæ ad exercendum ingenium magis, quàm ad illustrandum animum valent. Scripsit lingua patria dialogum, in Latinum sermonem posteà conuersum, vbi Asclepius introducitur. Deum omnino vnum opinatur, omnium conditorem, etrorémq; fatetur patrum suorum, qui superstitiones idolorum inuenerunt. De hoc plura apud Suidam & Augustinũ, de Ciuit. Dei. ¶ Hermes alter item philosophus Aegyptius, auditor Syriani sophistæ, condiscipulus Procli sub Adriano principe, vir non minore iustitia, quàm doctrina præditus. Mortem iurauit & immortalem se esse, & incorruptibilem animum habere. Hæc Suidas.

HERMES, ἑρμῆς. Dicitur à Græcis quem nos Mercurium vocamus. λόγος τοῦ ἑρμηνεύειν, hoc est ab interpretatione, quòd nuntius, & interpres deorum habitus sit. Seruius in illud Virgilij 4. Aeneid. Nunc etiam, interpres diuũm. Ioue missus ab ipso. Hermes, inquit, Mercurius dictus est, λόγος τοῦ ἑρμηνεύειν, id est à sermone. Præstabat enim eloquentia: quem effigiebant alas in capite & pedibus habẽtem, quòd sermo hominum per aëra volitet. Vide infrà in dictione MERCVRIVS.

HERMIONA, pen. prod. ἑρμιόνη, Oppidum fuit Peloponnesi maritimum, ad sinum Argolicum situm, non procul à Phliunte, Iunonis templo nobile. Virgil. in Citi, Hinc sinus, hinc statio contrà patet Hermionæ. Versus est spondaicus.

HERMIONE, penul. corr. ἑρμιόνη, Filia Menelai ex Helena, admodum formosa, militante patre apud Troiam, Oresti Agamemnonis filio de sponsata fuit: sed hanc quoq; Menelaus huius rei insciis apud Troiam promisit Pyrrho Achillis filio. Qui domũ reuersus, quũ Aegisthus regiam occiso Agamẽnone occupasset, atq; Orestes ad regẽ Strophium Phocensem Electræ sororis auxilio clàm ablegatus esset, Hermionem reluctanté vi rapuit, tradita Andromacha Hectoris coniuge, quæ illi in sorté cesserat, quámque pro vxore habuerat, Heleno vati, filio Priami. At Orestes posito furore, quo ob interfectam à se matrẽ cruciabatur, ex Taurica regione rediens, Pyrrhũ in templo Apollinis Delphici trucidauit, suámque sponsam recepit. Virgil. lib. 3. Aeneid. -qui deinde secutus Ledæam Hermionem Lacedæmoniósque hymenæos, &c.

HERMIONES, Populi sunt in finibus Germaniæ. Autor Pompo. lib. 3. Vadianus arbitratur eos esse quos hodie Pomeranos vocãt Germani.

HERMIPPVS, ἑρμιππος. Athenicnsis Poëta fuit, antiquæ Comœdiæ scriptor, altero captus oculo, frater Myrtili comici. Scripsit fabulas XL. ¶ Fuit item alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Byblij, qui multa composuit sub Adriano principe. Vide Suidam.

HERMOCRATES, ἑρμοκράτης, Nobilis Sophista fuit tempore Seueri principis: à quo coactus filiam Antipatri magistri epistolarum infœlici forma puellam duxit vxorem, quam postea repudiauit.

HERMIAS, ἑρμίας. Eunuchus, trapezitæ cuiusdam famulus, Athenas profectus, Platonem, Aristotelémque audiuit: & domum reuersus cum domino suo Atarnenses & Assenses aggressus, eos subegit, & illis simul cum domino imperauit. Ex Suida.

HERMINIVS, Germanorum dux fuit, qui Varum Augusti legatum cum tribus legionibus ad internecionem cecidit: cuius cladis meminerunt Suetonius in vita Augusti, & Tacitus de rebus Germanicis. ¶ Fuit etiã hoc nomine Romanus quidam fortissimus, vnus ex iis qui vnà cum Coclite Hetruscis in ponte Sublicio restiterunt, donec à tergo solueretur. De qua vide Liu. lib. 1. ab Vrbe condita. ¶ Est præterea hoc nobilis cuiusdam Hetrusci nomen, apud Virgil. 11. Aeneid. Ingentem corpore & armis Deiicit Herminium.

HERMODORVS, pen. prod. ἑρμόδωρος, Fuit philosophus Ephesius, quẽ in Italia exulantem, Pomponius Iureconsultus tradit autorem fuisse Decemuiris ferendarum legum XII. tabul. Plin. lib. 34. cap. 5. dicit hũc fuisse interpretem legum Decemuitalium, eíque ob id statuam publicè dicatam. De hoc sic scribit Cic. 5. Tuscul. Est illud scitum apud Heraclitum Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios morte esse mulctãdos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt. Nemo de nobis vnus excellat: siquis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Eadem ferè refert & Strabo libro 14. ¶ Fuit & alter Hermodorus Siculus, auditor Platonis: cui vitio datum est quòd quæstui philosophiam habuerit: dictata quæ sub præceptore audiuerat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. ¶ Hinc locus factus prouerbio, Verba importat Hermodorus, λόγους γὰρ Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. In eum dicebatur, qui præter verba nihil afferret. Aut in eos qui verba venduut pecunia: quod in poëtas, aduocatos, fumi venditores, atque in id genus homines rectè dici poterit.

HERMODOTVS, ἑρμόδοτος, Poëtæ nomen, cuius aliquoties meminit Plutarchus.

HERMOGENES, pen. corr. ἑρμογένης, Tarsensis Sophista fuit, in pueritia tanto differendi acumine, vt natus annos nõ amplius XV, fama sui nominis M. Antonium principem ad auditorium excitarit, ab eóque nõ pœnitenda tulerit munera. Accedẽte verò ætate tanta illi obtorta est stupiditas, vt omnibus esset ludibrio. Nam Cratillus ad nomen eius alludens dicebat, eum à patre degenerare, quòd quum Hermogenes esset, hoc est Mercurio genitus, nullam tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. Antiochus autem Sophista cauillabatur, eum in pueritia fuisse senem, in senectute factum fuisse puerum.

HERMOLAVS, ἑρμόλαος, Byzantinus Grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Vrbibus ad Iustinianum Cæsarem scripsit epitomen. Suidas. ¶ Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum coniuraqit. ¶ Alius item apud Plin. lib. 36. cap. 5, statuarius, inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornarunt.

Hermoglyphus, ἑρμόγλυφος. Ital. *Scultore, statuario.* Gal. *Taillour d'images.* Hisp. *Escultor, ò entallador.* ¶ Statuarius: nam, vt suo loco diximus. Græci signa & statuas Hermas vocant: γλύφειν autem est sculpere.

HERMONASSA, ἑρμώνασσα. Oppidum in primo Bosphori Cimmerij aditu. Plin. lib. 6. cap. 6.

HERMOPOLIS, ἑρμοῦ πόλις Stephano, Latinè Mercurij ciuitatem sonat, vrbs est Aegypti in præfectura Sebenitica, vbi Pan colitur & hircus. Autor Strabo, lib. 17.

Hermopolium, penult. prod. ἑρμοπωλεῖον. Officina est vel alius locus in quo Hermæ, hoc est statuæ, vel signa vendebantur.

Hermupoa, ἑρμοῦ ποία, Herba, vulgò in vineis nascens, quam Græci Hinozostin vocant, Latini verò Mercurialem, quasi Mercurij herbam. Plinius lib. 25. cap. 5.

HERMVS, ἑρμος. Fluuius minoris Asiæ, aureas arenas trahens. Oritur iuxta Dorylaum Phrygiæ ciuitatem: auctúsque Pactolo, Smyrnæ campos irrigat, tandémque in Phocaicum sinum illabitur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29, & Strabo. lib. 13. Virgil. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Hernia, æ, Morbus est scroti intumescẽtis: & propriè, quum erupto petitonæo, corpus aliquod in scrotum deciderit. ἔντερον. Ital. *Hernia, rottura, creuatura.* Gal. *Hargne, rompure, greuure.* Hisp. *La potra.* ¶ Eius multæ sunt species: Enterocela, ἐντεροκήλη, enim dicitur quum intestina dilabuntur in scrotum, hoc est in saeculum illum qui ambit testiculos, quem Græci vocant ἔγκυστιν. Epiplocela, ἐπιπλοκήλη, quum omentum. Epiplocntherocele, ἐπιπλοεντεροκήλη, quum intestina simul cum omento eõdem fuerint delapsa. Hydrocela, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Has species nostri vocant Hernias (vt inquit Celsus) à dutitie pellis, quæ fit post intestinorum descensum. Hernium enim dutum & asperum dicitur. Tractum à Sabinorũ lingua, qui herniam saxum vocant. Martialis, Detisor Fabianus herniarum, Omnes quem modo colei timebant. Dicẽtem tumidas in hydrocelas. Ramices verò vocant, quum integro peritonæo scrotum aliqua ex causa intumescit, quorum etiam aliquot faciunt species. Porocelam enim, πωροκήλη, vocant, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit: Sarcocelam, σαρκοκήλη, quum in ipso scroto concreuit caro: Cirsocelam, κιρσοκήλη, quum tumescentes venæ scrotum replent. Bubonocelam, quum illæso petitonæo, aliquod superiorum corporum non in scrotum, sed in inguem tantùm descenderit. Hæc tamen differentia inter ramices & hernias, ne ab ipsis quidem medicis semper obseruatur. De bronchocela antè diximus. Neque enim illa inter species herniæ est connumeranda, vtpote quæ non pudendas partes, sed collum infestat. Est enim bronchocele, tumor magnus & rotũdus inter cutem & asperam arteriam, cui modò caro hebes, modò humor aliquis includitur: interdum etiam minutis ossibus pili immisti. Sunt etiam qui herniam interpretentur testium thecam, in illo versu Martialis, Ingens iratis apparuit hernia sacris.

Herniosus. Qui herniam patitur. ἐντερόκηλος. Ital. *Rotto, creuato.* Gal. *Hergneux, greué & rompu.* Hisp. *El potroso.*

HERNICI, ἕρνικες, Populi in Campania saxa incolentes: vnde & nomen acceperunt. Nam hernias Sabini saxa vocant. Hos tamen hernicos appellatos voluit Macrobius ab Herno quodam Pelasgo ipsorum duce. Horum metropolis est Anagnia. Virgil. 7. Aeneid. -& roscida riuis Hernica saxa colunt, quos dines Anagnia pascit.

Hero, herûs, in genitiuo, vide ERO.

HERODES, ἡρώδης, Antipatri Idumæi filius, anno decimo Augusti rex Iudæorũ à Romanis declaratus est, regnauitque annis XXXVII. Hic vir strenuus Samariam olim in cineres redactam à fundamẽtis erexit, eámque in honorem Augusti σεβαστὴν, hoc est Augustam appellauit. Crudelissimus tamen fuit, quippe qui multos iniustè occiderit. Nam omnes legis interpretes, & paruulos Bethleemitas gladiis interemit. ¶ Huic filius fuit eodem nomine, de quo refert Lucas in Actis Apostolorum, quòd quum ad populum concionem haberet, acclamante concione, Vocem Dei esse illam, nõ hominis: ab irato Deo, cuius honores sibi vendicabat, percussus, scatentibus toto corpore vermibus, miserãdo genere lethi periit. ¶ Fuit alius Herodes Antipas, huius filius, præfectus Galilææ, post Archelaum, qui impiissimus etiam fuit. Nam in cives sicarius, in nobiles latro, in socios populator habitus est, vxorem Philippi fratris duxit, Iohannem Baptistam occidit, & Dominum nostrum illusum Pilato remisit: tandem Lugdunum à Caio Cæsare relegatus, ibi vitam finiuit. ¶ Tertius Herodes dictus Agrippa Aristobuli filius, qui Iacobum occidit. ¶ Alius Herodes fuit Atticus, qui Græca oratione (inquit Gellius) ferè vniuersos grauitate, atque copia, elegantiáque vocum longè præstitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia simul & sophistica facultate clarus, genus ex Aeacidarum sanguine ducebat, patre Attico, cui diuitiarum initium ex thesauro prope domum reperto fuit. Huius Herodis vitam vide apud Philostratum.

HERODIANVS, ἡρωδιανός, Alexandrinus grammaticus, Apollonij etiam grammatici filius & discipulus, floruit sub Marco Antonio imperatore. Scripsit de arte grammatica: præterea Cæsarum historiam à Commodo Marci filio vsque ad Gordianum, eius Gordiani nepotem qui Maximino successit. Autor Suidas.

Herodius, vide ERODIVS.

HERODOTVS, pen. corr. ἡρόδοτος, Historiographus Græcus, quem Cic. lib. 2. de Legib. partem historiæ appellat. Hunc Halicarnassẽum fuisse autor est Suidas, claróque apud suos genere ortum. Floruit tempore Cyri Persarum regis tyrannis omnibus infensissimus. Quare, quum patriam à Lygdamo Tyranno videret occupatam, secessit in Samum: eóque extincto, quum ad suos rediisset, inuidiæ obnoxius factus, spõte Thurũ Athenienssium coloniam in exilium profectus est: vbi etiam mortuus esse dicitur, & sepultus. Scripsit historiarum libros nouem, quorum singulos singularum Musarum nomine inscripsit.

HERON, ἥρων, Athenienssis orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophontem & Thucydidem. Autor Suidas.

HEROPHILA, ἡροφίλη, Proprium nomen fuit Sibyllæ Etetriæ, quæ Tarquinij Superbi tempore Romam venit, trésque secum libros attulit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

heroico carmine conscriptos: quorum nomine quum magnam pecuniæ summã à rege petisset, nec obtinuisset, duos exuffit: vniúsque qui reliquus erat, nomine tantundem obtinuit, quantum paulo antè pro tribus postulârat. Autor Suidas.

Heros, ïn genitiuo heroïs, penult. prod. ἥρως. Ital. *Barone & signore, heroe, huomo illustre.* Gal. *Dem dieu, homme noble & vertueux par excellence.* Hispa. *Señor que tiene excellente vrtud.* ¶ Dicti sunt autem à veteribus heroes viri nobiles & illustres, qui mortales quum essent, rerum tamen à se gestarum magnitudine, quàm proximè ad deos immortales accesserunt, eámque apud vulgus opinionem emeruerunt, vt post mortem in deorum numerum credantur relati, quales fuerunt semidij illi de quibus fabulantur antiquitas, quos altero parente deo, altero mortali progenitos credebant. Quanquam est verisimilius hoc commentum à mulieribus excogitatum ad prætexendam adulterioru turpitudinem. Lucian. in 3. Dialog. mor. definit Heroes hûc in modum, ἥρως ἐστὶν ὁ μήτε ἄνθρωπος ἐστι, μήτε θεὸς, ἀλλὰ σύνθετόν τι ἐκ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου, hoc est, Heros est qui neque homo est, neque deus, & simul vtrúque est. ¶ Quod ad huius vocis originem attinet, variæ sunt opiniones. Sunt enim qui heroem dictum putent ἀπὸ τοῦ ἔρως τῆς ἀρετῆς, hoc est ab amore virtutis, prima vocali tenui mutata in aspiratã. August. lib. 10. de Ciuit. Dei, putat heroes dictos ἀπὸ τοῦ ἥρως, hoc est à Iunone, primúmque nescio quem eius filium Heroem appellatum. Hoc videlicet mysticum significante fabula, quòd aër Iunoni deputetur, vbi volunt eum dæmonibus Heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem lib. 7. autor est inter Lunæ gyrum & nimborum ac vêtorum cacumina, aërias esse animas: sed eas animo, non oculis videri, & vocari heroas, & lares, & genias. Martianus Capella in nuptiis Philologiæ, dicit Heroas ab Hera quæ terra dicitur, nuncupatos. Horat. in Arte poëti. Interierit multum, Daunúne loquatur, an heros. Cic. ad Atti. lib. 1, Heros ille noster Cato. Et lib. 14, Illi non heroes, sed dij futuri quidem, in gloria sempiterna sunt. Virg. 6. Aeneid. -tum maximus heros Maternas agnoscit aues.

Heroicus, a, um, ἡρωϊκὸς. Ital. *Pertinente ad huomo per virtu excellentissimo.* Gal. *Heroique, appartenant aux gens de vertu tresexcellente.* Hisp. *Cosa pertenesciente à señor que tiene excellente virtud.* ¶ vt, Heroica ætas, in qua heroes floruerũt. Et Heroicus versus, quòd eo genere carminis heroum gesta describãtur. Cic. de Legibus lib. 2, Ne plus quatuor heroicis versibus quos longos appellat Ennius.

Heroides, ἡρωΐδες, ἡρωΐνες. Ital. *Femine per virtu excellente.* Gal. *Femmes par excellence nobles & vertueuses.* Hispa. *Señoras que tienen excellente vrtud.* ¶ A veteribus dictæ sunt fœminæ illustriores, quales sunt heroum vxores & filiæ. Papin. lib. 3. Sylu. Qua veteres Larias, Graiásque heroidas æquas. Martial. Mutatas formas heroidas insuper iisdem Addidit.

Heroina, æ, ἡρωΐνη. Dicta fuit ab antiquis quælibet fœmina illustris, vt sunt heroum filiæ, & vxores. Proper. lib. 1. Eleg. Illa sit Inachis & blandior heroinis.

Herous, a, um, ἡρῷος. Idem quod heroicus: vnde Heroi pedes dicuntur quibus in carmine heroico vtimur. Cic. 3. de Oratore, Quare primùm ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondei pedem inuitat. Heroi carminis opus. Propert. lib. 3. Eleg. 3.

HEROSTRATVS, pen. cor. ἡροστράτος, Ephesius homo ignauus fuit, & scelestus, qui celebertimum illud Dianæ Ephesinæ templum suis manibus incendit, vt ea re nominis immortalitatem sibi compararet. Ephesij autem ne speratum ex scelere fructum consequeretur, seueritimis edictis cauerunt nequis eum vnquã nominaret: non tamen efficere potuerunt vt nomen illius ad nos non peruenireret: vt scribit Strab. lib. 14.

Herpes, ἕρπης. Tumor contra naturam, siue vlcus, ab intemperie partis proficiscens, cum affluxu flauæ bilis. ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, id est à serpendo nomẽ habens, propterea quòd ad vicinas partes proserpat, carnémq; serpendo numero vsque ad ossa deuoret: quod quum fit, ἕρπης ἐσθίειν à Græcis dicitur. ¶ Est item herpes, animalis nomen, sic dicti, quòd vlcera proserpentia eo persanentur. Plin. lib. 30. cap. 13.

HERSILIA, ἡρσιλία, Nomen vxoris Romuli, quam Ouid. 14. Metamor. fabulatur, post mariti apotheosin, & ipsam deam factam, communia cum Quirino templa habere, mutatóque nomine dictam esse Oram.

Herus, ri, Dominus. ἥρως. Ital. *Padrone, signore.* Gal. *Maistre, sire, seigneur.* Hispa. *El señor.* ¶ Terent. in Andr. Herus est, neque præuideram. Cic. 2. Offic. Sed iis qui vi oppressos imperio coërcent, sic sanè adhibenda fœuitia, vt heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Virg. 3. Aeneid. Nec victoris heri tetigit captiua cubile. ¶ Herus interdum herilem significat. ἥρωϊνος. Terent. in Andr. Quæ si non ásu prouidentur, me, aut herum pessundabunt. Verba sunt Daui de Pamphilo herili suo.

Heta, æ, priore correpta, fœmininum ab herus, idem est quod domina. ἥρωινα. Ital. *Padrona, signora.* Gal. *Dame, maistresse.* Hisp. *Señora.* ¶ Ouid. Epist. 9, Aequáque formosæ poena repẽdis heræ. Terẽt. in Andr. Quòd si omnes omnia consilia sua cõferant, Atque huic malo salutem quærant, auxilij nihil afferãt, Quod mihique, heræque, filiæque herili est. Ennius apud Ciceronem lib. 1. Officio. Vósne velit, an me regnare hera, quive ferat sors, Virtute experiamur. Quo in loco nõnulli malè accipiunt heram pro Iunone. Nam in ea significatione (vt suprà ostendimus) priorem producit, quum hic corripiatur. Neque alioqui aptè hic locus de Iunone intelligi potest, cui nihil cum bello est commercij, sed de Fortuna potius quæ in bello suo arbitrio victoriam, cui sibi visum est parti, creditur tribuere. ¶ Qualis heta, tales ancillæ, οἵα ἡ δέσποινα, τοιαῦται καὶ αἱ θεραπαινίδες. Cice. ad Attic. lib. 5.

Herifuga, gæ, Fugiens herum: ἀπὸ τοῦ φεύγειν τὸν δεσπότην φεύγων. Ital. *Che fugge il padrone.* Gal. *Qui fuit son maistre, fuitif de son maistre.* Hisp. *El que huye su señor.* ¶ vt Famuli herifugæ. Catullus, Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix, Ego quam miser relinquẽs, dominos vt herifugæ Famuli solent, ad Idæ reculi nemora pedem.

Herilis, le, penult. prod. possessiuum est ab hero deductum. ἡρωϊκὸς. Ital. *Del padrone.* Gal. *Du maistre, appartenant au maistre.* Hisp. *Del señor.* ¶ vt, Herilis filius, herilia imperia. Plaut in Amphit. Non soleo ego somniculosè herilia imperia persequi. Terẽt. in Andr. Herum fefellit in nuptias conieci herilem filium.

HESIODVS, penult. corr. ἡσίοδος, Poëta vetus, ex Aseræ vico Bœotiæ: vnde & Ascræus dictus est, Homeri (vt creditur) coætaneus. Hic primus de agricultura versibus scripsit, quem Virgilius imitatus est. De morte eius scribit Plutarchus in conuiuio septem Sapientum, apud Nemeum Locricum occisum fuisse à Locrensibus quibusdam adulescentibus, cum quorum sorore clàm rem habebat hospes quidam Miscentibus, cum quorum sorore clàm rem habebat hospes quidam Miletius, quo Hesiodus familiarissimè vtebatur. Suspicati itaque fratres puellæ Hesiodum ab initio rei totius conscium fuisse, dispositis insidiis eum trucidarunt, & in mare abiecerunt. Corpus autem à delphinis protinus acceptum, ad Rhium Molytricum est aductum. ¶ Hesiodi senecta, γῆρας Ἡσιόδου: Longæua viuáxque sic appellabatur. Fertur enim de Hesiodi longæuitate Pindari epigramma huiusmodi, χαῖρε δὶς ἡλίοιο, τρὶς δὲ τοὺς αὐτοὺς ἐνιαυτοὺς Ἡσιόδ', ὑμνήσασι μέτρον ἐχόντως σοφίης.

Hesiodius, a, um, Quod est Hesiodi, siue quod ab Hesiodo compositum est. Cic. in Bruto, Illud Hesiodium laudatur à doctis quòd &c.

HESIONE, ἡσιόνη. Laomedontis regis Troiæ filia, & Priami soror, quam Hercules à Pistricis monstri periculo liberatam, vxorem dedit Telamoni.

HESPERIAE, ἑσπερίαι, duæ sunt, vna quæ Hispania dicitur, altera Italia, quæ sic discernuntur: aut enim Hesperiam solam dicimus, & significat quæ fuit occidentis: aut addimus adiectiuum extremam, vel vltimam, & significat Hispaniam, quæ in Occidentis est fine. Horat. lib. 1. Carm. Qui nunc Hesperia victor ab vltima. Et hæc ab Hespero Occidentali stella dicta est: Italia verò ab Hespero Atlantis fratre, qui à germano pulsus, Italiam tenuit, & ei nomen vel suum, vel suæ pristinæ regionis imposuit. Macrobius tamen voluit Hesperiam dictam esse Italiam, quòd Occasui subiecta sit.

HESPERIDES, penult. corr. ἑσπερίδες. Appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ, Aegle, Aretusa, & Hesperetusa, quas Poëtæ fabulantur habuisse hortos, nemore aurifero pretiosos, vbi erat draco custos pernigil, mala aurea vigilanter obseruans, quem interfecit Hercules, pomáque aurea retulit ad vitricum Eurystheum. Plinius & Solinus interpretantur fuisse æstuarium maris, meatu flexuoso instar draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur, vbi præter oleastrum, aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oues significari dicit, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauerit, nam μῆλον apud Græcos significat ouem & pomum. Hinc Melotæ, μηλωταὶ dictæ vestes ex pellibus ouium confectæ. Aliter tradit Diodorus lib. 5. Bibliothecæ, quem videre potes. ¶ Hesperidum mala largiri, μῆλα ἑσπερίδων δωρεῖσθαι, dicuntur, qui magna splendidáque largirentur.

Hesperis, dis, ἑσπερίς, teste Plin. lib. 21. cap. 7, Herba est quæ noctu magis olet: vnde & nomen inuenit.

HESPERVM, ἑσπέριον, Promontorium in Africa est, nauigatione decem dierum, ac noctium distans à monte quem Θέωνος ὄχημα vocant Græci. Vide Plinium lib. 5 cap. 1.

HESPERVS, pen. corr. ἑσπέρος, Atlantis frater, vnde Hesperia. Scribit Diodorus hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis, ad cursus astrorum obseruandos, & nunquam deinde comparuisse: cui vulgus honores diuinos exhibuit, astrúmque lucidissimum eius nomine appellauit. Virgil. Aeglog. 7. Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. Hæc etiam Serotina stella, & Vesper dicitur, & Vesperugo, & Lucifer, & Venus, de quibus suo loco. Huius meminit Cicero lib. 2. de Natu. deor. Infima est, inquit, quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem, Hesperus.

HESSENI, Populi Palæstinæ, sine vlla fœmina viuentes, & omni Venere abdicati. Autor Plin. lib. 5. cap. 17. Apud hos capitale erat columbas interficere. Quare tam cicures factæ traduntur, vt etiam ad ignotissimum quenque aduenarum aduolantes, ora rostro velut exoscularétur. Ad hoc alludit Tibul. lib. 1. Eleg. Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes Alba Palæstinis sancta columba viris?

Hesternus, a, um, Quod heri fuit. χθέσινος. Vide in HERI.

HESTIAEA, ἱστιαία, Euboeæ oppidum, quod Plinius ab vnarum copia πολυστάφυλον cognominat. ¶ Est & eiusdem nominis oppidum in Acarnania, teste Stephano. ¶ Pars item quædam Thessaliæ à Strabone, lib. 13, Hestiæa appellatur.

HESYCHIVS, ἡσύχιος. Milesius historicus fuit, qui tempore Anastasij principis floruit. Scripsit historiarum libros sex de Romanorum, aliarúmque gentium principibus: item Dictionarium, quo se vsum fatetur Suidas.

Heterocliton, ἑτερόκλιτον, Quod à communi vulgatáque declinandi ratione deflectit, quasi alieno, & nouo quodam modo declinatum.

Heterocranea, ἑτερομηνία, Morbus est capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumétque, & inter pilos rotunda, & humida hulcuscula surgunt, & pus mali odoris. Plin. lib. 31. ca. 9, Ad heterocraneas, capitisque hulcera, & pustulas, papulásve, &c.

Heterogenius, a, um, pen. corr. ἑτερογενής, Quod est alterius generis: cui opponitur homogenius, quod est eiusdem generis. ὁμογενές.

Heteromaschala, ἑτερομάσχαλα, Vestimenta, quæ ex altera tantùm parte villosa sunt, & seruitiis dedicata. Contrà, amphimaschaia, & amphimalla, quæ ab vtraque parte villosa, & ingenuis dedicata sunt. Vide Bayfium de Re vestiaria.

HETRVRIA, Regio est Italiæ ad primam vsque Tyberis ripam protensa, Macra fluuio à Liguria disterta. τυρρηνία Stephano. cuius hodie præcipua metropolis est Florentia. Dicta est autem Hetruria, quasi ἑτεροκλύστη, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου, καὶ κλύω: eo quòd extenderetur ad alteram ripam Tyberis: qui est terminus inter Latium & Hetruriam. Vulgò *Toscana.*

Hetrusci, Regionis eius incolæ. τυρρηνοί. Hæc dictio hactenus perperam inter diphthongatas reiecta fuit, quum primam corripiat. Martialis, Quantum solicito fortuna parentis Hetrusco.

Heu, Interiectio est dolentis, & interdum exprobrantis. ἰοὺ μοί. Ital. *Oime, ahi.* Gal. *Helas.* Hisp. *Hay* ¶ Iungitur nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo: de quibus vbique occurrunt exempla. Inuenitur etiam apud Plautum sæpiusculè cum datiuo, nisi exemplaria sint vitiosa. Ita enim legitur in Milite, Heu mihi, nequeo quin flcam. Idem in Mercur. Heu miseræ

miseræ mihi. Ibidem, Heu misero mihi: Si ille abierit, mea omnes dicant esse ἁμαρτία. Sunt tamen qui his omnibus in locis legant hei. Pro eodem etiam dicimus Eheu: de quo suo loco diximus. ¶ Interdum etiam geminamus heu: sed tunc ferè ponitur sine casu. Plautus in Pseud. Heu heu, quàm ego malis modis perdidi quod tibi detuli.

Heus, aduerbium vocantis. {Ital. *Oh o. Gal. He, vien ou venez. Hispa. He.*} Virgil. 1. Aeneid. At prior, Heus, inquit, iuuenes monstrare mearum, Vidistis siquam hîc errantem fortè sororum. Terent. in And. Heus, euocate huc Dauum. Aliquando duplicatur, heus heus. ¶ Nonnunquam interiectio dolentis est: vt, Heus, etiam mensas consumimus, inquit Iulus. Aspirantúrque magis vsu, quàm ratione originis, quum & Festus à Græco αὐ trahere videatur, quæ vox doloris est, vnde & ægritudinem deductam esse tradit.

Hexaclinon, pen. prod. ἑξάκλινον, Vocatur stibadium, hoc est cœnatio sex lectos cœnatorios capiens. Martialis, Et testudineum mensus quater hexaclinon ingemuit.

Hexagonum, pen. prod. ἑξάγωνον, Sex angulorum. Colum. lib. 5. cap. 2, Si fuerit sex angulorum, ad quadratos pedes sic redigitur. Esto hexagonum quo quouersus lineis pedum triginta, &c.

Hexametrum, pen. cort. ἑξάμετρον, Quod est sex mensurarum siue pedum, vnde versus hexametri dicuntur, qui sex cõstant pedibus. Cic. 3. de Orat. Solitus est versus hexametros, aliósque variis modis atque numeris fundere ex tempore.

Hexaphorum, ἑξάφορον, Lecticam significat, quæ à sex seruis lecticariis ferri solebat. Martialis lib. 2, Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit. Vide LECTICA.

Hexastichum, ἑξάστιχον, Hordeum dicitur, cuius spicæ sex ordines habẽt, sicut distichum, cuius spicæ duos tantúm habent ordines. Colum. lib. 2. cap. 9, Proximus est his frumentis vsus hordei: quod rustici hexasticum, quidam etiam cantherinum appellant.

Hexecontalithos, ἑξηκοντάλιθος, Gemma quæ licet viridet, in parua tamen magnitudine multicolor est: ita dicta quòd sexagiuta colores habeat: ἑξήκοντα enim sexaginta, λίθος lapis. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hexeres, penult. prod. ἑξήρης, Naues dicuntur quæ sex ordines remorum habent. Liu. 7. bel. Maced. Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres herperes, & quatuor hexeres habebat, præter has, decem triremes erant.

H ante I.

HIARBAS, ἰάρβας, Iouis filius, ex Garamantide nympha, & Getulorum rex: qui quum ab Elisa, quam in matrimonium petierat, repulsam tulisset, ita commotus nascenti adhuc Carthagini bellum intulit. Cuius belli metu quum illa à ciuibus suis cogeretur Hiarbæ nubere, impetrata mora, vt Sichæi prioris mariti manes placaret, seipsam in pyram, quam, tanquam sacrificaturà, extruxerat, conicit: maluitque se comburere, quàm secundas nuptias experiri. Sunt qui scribant Iarbas, sine aspiratione.

Hiasco, Hiato, Hiatus, vide ult. o, hias.

Hiberis, idis, ἰβηρίς, Herba est folia habens nasturtij, vere viridiora, caulem cubitalem, aut minorẽ, florem autem lacteum. Nascitur in incultis. Ruellius eam credit quam Latini lepidium sylueştre, herbarij *Valerianam pratensem* appellant.

Hibiscus, siue hibiscum, Herba non dissimilis maluæ (vt inquit Theophrastus) folio maiori, quàm maluæ, pilosiorique caule. {ἀλθαία, ἰσκος. Italicè & Hispanicè, *Malua uisco*. Gal. *Mauues, ou mauue pauets, qui mauues.*} Alio nomine althæa dicitur, & à vulgo sepiatiorum ὑσίμαλλα. Vsus eius ad rupta & tusses. Plinius libro 19. cap. 5, Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ vtile. Virgilius accipit pro iunci siue viminis genere, Aegloga 2, quum dicit, Hœdorúmque gregem viridi compellere hibisco. Rectius Ibiscus scripseris sine h: siquidem à Dioscoride & Theophrasto tenui scribitur spiritu.

Hic, iste, & Ille, {Ital. *Questo, cotesto, quello.* Gal. *Cestuy-ci.* Hispa. *Aqueste, esse, aquel.*} Differunt in hunc modum: vt Hic, ὅδε, cum suis derivatis & compositis dicatur de persona, aut re loquentis, aut certè de re, aut persona illi proxima. Iste magis spectet personam audientis, quam nos vocamus secũdam personam, hoc est personam vel rem ei, cui loquimur, proximam. Ille verò ad tertiam personam refertur, quæ remota est tam à loquente, quàm ab audiente. Cic. Curioni, Putarésne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed etiam hæc leuia nostratia? Eadem quoque ratio est eorum aduerbiorum quæ localia nominata, ab iisdem pronominibus formantur: vt Hîc denotet locum primum, in quo est is qui loquitur, aut scribit: Istîc, secundum locum vbi est cui loquimur, aut scribimus: Illic, tertium & remotum quendam locum, in quo neque ego sum qui loquor aut scribo, neque tu, sed tertius quidam locus remotus ab vtroque nostrum. Quare sic aptè loquemur, Hic noui habemus nihil, quòd siquid isthic vobis acciderit, scire cupio. Item sic, Regis Hispanorum oratores, qui diebus superioribus hâc iter habuerunt, ad quod tempus istuc peruenerint, facio te certiorem. Cic. Valerio, Ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quàm istîc, vbi solus sapere videare. Ille verò, εκεῖνος, cum aduerbiis ab eo formatis (quemadmodum iam diximus) significat rem seu locum ab vtroque remotum. Plaut. Quis est, quem videmus venientem pannosum ac squalidum: Illéne est noster Syrus? Plinius, Hæc omnia ad nos ex illa prouincia comportantur. Illinc succi, illinc odores, illinc extremo orbe quæsitæ luxuriæ opes. ¶ Duobus autem modis construuntur, demonstratiuè & relatiuè. Terent. in Eunuc. Vidén' tu illum Thais? Seneca, Et qui hoc facit, sanè prudens appellandus est. Et tunc hic, eandem significationem habet quam is: à quo in nominatiuo pluralis numeri & masculini ac fœminini generis, scriptura distinguitur. Hi enim & hæ cum aspiratione & vna vocali, ab eo quod est hic & hæc, descendunt. Ij verò, & Eæ, cum duabus vocalibus sine aspiratione fiunt ab is, ea, id. ¶ Sciendum quoque est, quòd hic, quum pronomen est, indifferenter producitur, aut corripitur. Virgil. 4. Aencid. Solus hic inflexis sensus, animúmque labentem. Idem lib. 2. Aene. Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Quãdo verò aduerbium est, producitur: vt, Posthabita co-

luisse Samo, hîc illius arma. ¶ Hic interdum accipitur pro talis, vt apud Virgil. lib. 9. Aeneid. Hunc ego te Euryale aspicio. ¶ Præterea quemadmodum hic pronomen accipitur aliquando pro talis, ita hîc aduerbium pro in tali loco. Plautus Hicne esse oportuit qui frugi essent? hoc est in tali loco, & tam sordido. ¶ Accipitur quandoque iste pro hic. Cice. Quum isto tempore stent cum gladiis armati. ¶ Hic & is, alio modo vsurpari solent ab autoribus: vt, Alexander paruis copiis fretus superauit Darium cum infinito exercitu, & id (τοῦτο δὲ) vel hoc in adolescentia. ¶ Ab hic tam pronomine, quàm aduerbio, fiunt hicce, & hiccine, ὅδιος: illud eiusdem significationis cum hic, hoc semper interrogatiuè ponitur, quasi hicne? Dicitur & hicce, hæcce, & hoccce, τοῦτο. Vnde apud Terentium hice, plurali numero dicitur, pro eo quod est hi: quum ait, Hice arbitrantur, nunc hoc munere suam esse Thaidem. Plaut. in Capt. Hice autem inter se confixerunt dolum.

Hîc, {ἐνταῦθα, ἐνθάδε, ἐνθαδί. Ital. *Qua, in questo luogo, qui* Gal. *Ici, en ce lieu.* Hispa. *Aqui donde yo estoy.*} Aduerbium in loco. Terent. Eunuch. Iam frater ipse hîc aderit virginis. Ibidem, Thais, ego iamdudum hîc adsum. ¶ Hic pro Tum, Aduerbium temporis. Terent. Hecyra, Hîc animus partim vxoris misericordia Deuictus, &c. Donatus. Cic. 5. Verr. Hîc illi flentes rogare atque orare cœperunt: vt, &c. Virgil. lib. 1. Aeneid. Hîc regina grauem gemmis aurôque poposcit, Impleuitque mero pateram.

Hinc, Aduerbium de loco. {ἔνθεν, ἐνθένδε, ἐντεῦθεν. Ital. *Di qua, da questo luogo.* Gal. *D'ici ou je suis, de ceci, de ce lieu.* Hispa. *De aqui.*} Plaut. Amphit. Atque is repente abiit ex me hinc ante locum. Terent. Adelph. Nam vt hinc fortè ea ad obstetricem erat missa, vbi eam vidi illico. Accedo.

Hac, Aduerbium per locum. {ταύτη, τῇδε, τῇδι, ἔνθα. Ital. *Per qui* Gal. *Par ici.* Hispa. *Por aqui donde yo estoy.*} Terent. Eunucho, Ite hac omnes vos: valete, & plaudite. Hac itur est, Virg. 9. Aeneid.

Huc, Aduerbium ad locum. {δεῦρο, ἐνθάδε, ἐνθαδί. Ital. *Qua, à questo luogo.* Gal. *Ici, en ce lieu.* Hispa. *Aca donde yo estoy.*} Virg. Aeglog. Huc ades. Huc abij cum illo, Terent. Eunuch. Cicer. 2. Tuscul. Huc arripe ad memanibus abstractam piis.

HIERA, ἱερά. Vulgò *Suda*. Insula inter Siciliam, & Liparam, Vulcano sacra, vna ex Acoliis. In hac vetustas Vulcani officinam fuisse credidit, quòd nocte cernerẽtur ignis quamplurimũ, interdiu verò fumum copiosissimum emittere. Vide Thucydidem lib. 3. ¶ Fuit & via sic dicta in agro Attico, quòd ea irent sacerdotes ad Eleusinam Cererem. ¶ Hoc nomine etiam appellata est vxor Telephi regis Mysorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quum marito ferret opem qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea (vt fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, vt etiam Helenam superaret.

Hieracites, ἱερακίτης, Gemma est á colore accipitris sic dicta, quem Græci ἱέρακα appellant. Vide Plin. lib. 37. cap. 10. & 11.

Hieracium, ἱεράκιον, Herba est duorum generum. Hieracium maius caulem emittit asperum, fubrubrum, spinosum, cauum: folia ex interuallis rariusculè diuisa, similia souncho per ambitum: flores autem luteos in capitulis. Hieracium minus, folia ex interuallis habet diuisa in ambitu, caulículos teneros, virentes, in quibus lutei flores in orbem circinati emicant. ¶ Hieracia à Plinio inter agrestis lactucæ genera numeratur, dictámque existimat ab eo quòd accipiter eius succo oculorum caliginem discutiat. Vide locum ipsum lib. 20. cap. 7.

Hieranthemis, vide ERANTHEMIS.

Hiera picra, ἱερὰ πικρά, Confectionis genus est, à Galeno inuentũ; ita dictum ab amaritudine aloës, quam multum recipit.

HIERAPOLIS. penul. cor. ἱεράπολις, Ciuitas Asiæ, contra Laodiceam, vbi aquæ calidæ scaturiebant quæ in tophum admodum facilè durabantur. ¶ Est præterea Hierapolis aliis miraculis insignis. Præcipuè verò admiratione dignum videri potest, quod de Plutonio ore tradit Strabo lib. 13, quòd scilicet in collis Hierapoli imminentis fastigio, puteus sit semiiugeri magnitudine, tam pestilentes exhalans nebulas, vt omnia animalia septum ingressa protinus extinguat, quum tamen vicinus aër sit innoxius. Strabo ipse se aliquando passeres intra septum hoc immisisse testatur, qui statim mortui conciderunt. Autor est præterea idem Strabo circa Hierapolim aquam esse adeò tingendis lanis idoneam, vt ex radicibus tinctæ, cum iis decertarent quæ ex purpura tingebantur. ¶ Dicta est autem Hierapolis, teste Stephano, à multitudine sacrorum, siue templorum, quæ Graeci ἱερὰ vocant. Huius oppidi incolæ, Hierapolitæ, ἱεραπολῖται, dicuntur.

Hierarchia, ἱεραρχία, Sacrorum principatum significat: & Hierarcha, ἱεράρχης, sacrorum præfectum. Dionysius in lib. de Eccl. Hierarch. Hierarchiam definit ordinatam omnium Sacrorum administrationem: & hierarchen, virum diuinum, omnium eorum quæ ad Sacrorum cognitionem pertinent, peritum.

Hieratica, ἱερατικὴ, Chartæ quoddam genus subtilius, religiosis tantùm voluminibus dicatum, quæ ab aduiatione Cæsaris Augusti nomen accepit. Plin. lib. 13. cap. 11.

HIERI, Populi sunt vltra Sauromatas, calui & simi à natiuitate omnes, & promiscuè barbam habentes. Qui ideo ἱεροὶ, id est sacri dicũtur: quia nihil iniustè agunt, nec bella norunt.

HIERICVS, untis, ἱερικοῦς, Oppidum Iudææ, inter Hierosolyma & Iordanem situm, palmetis circunquaque consitum, & fontibus irriguum. Vide Plin. lib. 5. cap. 14.

HIERO, ἱέρων, Syracusanorum quondam tyrannus fuit, qui corporis pulchritudine, & viribus adeò præstitit, vt omnibus penè miraculo esset: vide Iustinum lib. 23. ¶ Hiero alter Ferreus cognomento, Athenienſis, familiaris Niciæ ducis Athenienſis, vnâq; cum eo disciplinis eruditus: poëmata nonnulla conscripsit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem suã peruenisse testatur.

Hierobotanæ, ἱεροβοτάνη, Verbenaca herba, ab vsu nomen sortita, quòd ea in sacris verrentur, ad Iouis mensam verrendã, domúmque lustrandam. Hanc etiam legati ad hostes iturì manu ferebant. Duo eius sunt genera, quæ vide apud Plin. lib. 25. cap. 9.

HIEROCOMITAE, ἱεροκωμῖται, Populi ab Hierocome ciuitate Cariæ, Autor Polybius.

Hierocomion, ἱεροκομεῖον, Locus est in quo leprosi aluntur. ἱερὰ enim in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter cætera, elephantiasim significat, quam Arabes lepram appellant.

Hieroduli, lorum, pen. prod. ἱερόδουλοι, Sacrorum ministri. Iulius Firmicus lib. 8. Matheseos, scribit futuros ædituos, aut herodulos qui habuerint horoscopum in vigesimasexta parte Geminorum.

Hieroglyphicæ literæ, ἱερογλυφικὰ γράμματα, Dictæ sunt apud Aegyptios notæ quorundam animalium, aut aliarum rerũ, sacris monumẽtis quæ illi hieroglyphica vocabant, incisæ: quibus vice literarum vtebantur, quum literæ adhuc nõ essent inuẽtæ. Quod etiam apertissimè testatur Cornelius Tacitus, Primi, inquit, Aegyptij per figuras animalium sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriæ humanæ saxis impressa cernuntur, & literarum inuentores perhibentur.

Hieronicas, ἱερονίκας, Vocamus victores sacrorum certaminum, hoc est Olympiorum, Pythiorum, Isthmiorum seu Nemæorum.

HIERONYMVS, ἱερώνυμος, Proprium nomen ecclesiasticì distinctissimique viri, cuius opera in pretio habentur. Latinè sacrum nomen interpretari possumus, quasi ἱερὸν ὄνομα, o parno in y commutato. ¶ Fuit & hoc nomine philosophus ex Rhodo insula, qui finem summi boni posuit in indolentia quæ Græcè dicitur ἀπαλγησία. ¶ Alius præterea fuit hoc nomine Siciliæ Tyrannus, Hieronis filius, qui patri admodũ puer successit. Quapropter pater ei metuens, relictis tutoribus XVI, mandauit moriẽs, vt fidem erga pop. Rom. annos quinquaginta ab se cultam, inuiolatam seruaret. Hic postea abiecta tutela, contempta patris disciplina ac moderatione, luxuriosius & arroganlius agendo, à Romanis desciuit, Annibalique adhæsit. Quúmque superbè nimis in ciues sese haberet, ab eisdem interfectus est. Autor Liu. lib. 4. secundi bel. Punici. ¶ Hieronymus historicus Rhodius familiaris Demetrij Poliorcetis, rediitúsque ab eo præfectus in regione Bœotiæ, scripsit res ipsius Demetrij gestas, vt scribit Plutarchus in Demetrio.

Hierophanta, ἱεροφάντης, Aedituus, sacrorum custodiæ præfectus. Hieronymus contra Iouinianum, Hierophantas quoq; Athenienſium vsque hodie cicutæ sorbitione castrati: & postquam in pontificatum fuerint electi, vitos esse desinere. In quem locum annotauit Erasmus, Hierophantas non proprie dici sacerdotes, sed magis sacrorum custodes, quos Latinè vocamus ædituos. Hierophantæ dicti sive ab eo quòd sacra ostenderent, sive quòd sacris cibis vescerentur. Nonnunquã tamen accipimus pro ipsis sacerdotibus.

Hierophylax, lacis, ἱεροφύλαξ Ital. *Guardiano di cose sacre.* Gal. *Secretain, gardien des choses sacrees.* Hispa. *sacristan ò guardador del templo.* custos sacrorum, quasi τὸ ἱερὸν φυλάττων. Scæuola de Ann. l. 2, Annua sacerdoti, hierophylaci & libertis.

HIEROSOLYMA, Hierosolymæ, & Hierosolyma, Hierosolymorum, & Hierosolymæ, Hierosolymarum, numero plurali: vrbs Iudææ, totius Orientis clarissima, quæ & Hierusalem vocabatur, ἱερουσάλημ. Cice. pro Flacco, Quum aurum Iudæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret, hic Cneus Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. Suet. in Nerone, Spoponderunt tamẽ quidam desistituto ei gubernationem Orientis, & regnum Hierosolymorũ. Hierosolyma (vt scribit Hegesippus) quæ primò Solyma dicebatur, posteaquam rex Chananeus, cognomento Iustus, qui fuit conditor Solymorum, templum ei addidisset. nam Græci ἱερὸν templum vocant. Euseb. lib. 9. Euang. præpa. Hierosolyma appellari ait, quasi hieron Salomonis, hoc est ædem Solomonis, à templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimum magnificentissimúmque construxit.

Hierosolymita, pen. prod. ἱεροσολυμίτης. & Hierosolymitanus.

Hierosolymarius, dictus est Cn. Pompeius ab Hierosolymis expugnatis. Cice. lib. 2. ad Atti. Si verò quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cælo sum, vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis puritissimis orationibus gratiam retulerit.

Hisla, ἱλεὸς, Intestinum tenue, ab hira, sive ab hilum (inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina) quod est minimum. Vnde quandoq; hilæ, pro intestinis fartis, aut lucanicis, accipi solent. Plautus, Atque hilas est fumatas. & fumen. ¶ Ab hila, sive ab hira, vt Festo placet, fit diminutiuum hilla. Horat. 2. Sermonum, Saty. 4, Perna magis, an magis hillis Flagitat immorsus refici. ¶ Quandoque ponitur pro eo intestino quod in anum resoluitur, quod medici vocant rectum. Laberius, Nære aliter anum resoluitur, quod medici vocant rectum. Laberius, Nære aliter hunc prædicabis, quomodo video adulescenti nostro cædis hillas.

Hilaris, hilare, pen. cor. Iucundus, lætúsque. ἱλαρὸς, φαιδρὸς. Ital. *Allegro, giocondo, lieto.* Gal. *Ioyeux, gay, guillard.* Hisp. *Alegre.* Plaut. in Asinaria, Credam istuc, si esse te hilarem videro. Cice. ad Q. fratrem, Risi niuem atrã, téque hilari animo esse, & prompto ad iocandum, valde me iuuat. Horat. 1. Epistó. 19, Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi. Terent. in Eunucho, Certè tu quidem pol multò hilarior. ¶ Pro eodem etiam dicimus Hilarus, ra, rum, Plautus in Milone, Hilarus exit, impetrauit: inhiat quod nusquam est, miser. Terent. in Adelph. Ita vt decet, hilarum ac lubentem fac te in nati nuptiis.

Hilarulus, hilaruli, diminutiuum. ἱλαρόπτερος. Ital. *Alquanto lieto.* Gal. *Ioliet, guilleret, vn peu ioyeux.* Hisp. *Alegre vn poco.* Cice. ad Atticum, lib. 16, Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suauium des.

Hilaritas, pro festiuitate & iucunditate. ἱλαρότης. Ital. *Allegrezza.* Gal. *Ioyeuſeté, gayeté, rejouiſſance.* Hisp. *Alegria.* Cice. Dolabellæ, Sed tamen hilaritas illa nostra, & suauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis est. Idem 2. de Finibus, Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco comite leuitatis: sed sæpe etiam tristes firmitate, & constantia, sunt beati.

Hilare, & Hilariter aduerbia, Idem significant, quod lætè, seu cum hilaritate. ἱλαρῶς. Ital. *Allegramente giocondamente, lietamente.* Gal. *Ioyeuſement, gayement.* Hisp. *Alegremente.* Cic. de Fin. lib. 5, Dicimus aliquem hilarè viuere: igitur si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est: Idem 3. de Orato. Quis vnquam res, præter hunc, tragicas penè comicè, tristes remisse, seueras hilarè, forenses scenica propè venustate tractauit?

Hilaritus, pro hilariter dixit Plautus in Milite, Es, bibe, animo obsequere meum, atque onerato hilaritus me.

Hilato, ras, Lætitiam, iucunditatémque do, lætifico. φαιδρύνω, ἱλαρύνω. Ital. *Allegrare, dar allegrezza.* Gal. *Reſiouir, deleƈter.* Hispa. *Alegrar à otro.* Cic. lib. 2. de Finibus. Omnem enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, Græcè ἡδονὴν, Latinè voluptatem vocant. Palladius, Quæ mansiones hyemi parantur, ita sunt constitutæ vt possit eas hyberni Solis totus propemodum cursus hilarare. Huius compositum est Exhilaro.

Hilarésco, Hilaris sio. ἱλαρύνομαι. Ital. *Farsi allegro, allegrarsi.* Gal. *S'eſiouir, eſtre aiſe.* Hisp. *Alegrarse.* Varro, In votum amicorum domus fumat, hilarescit.

Hilaria, orum, ἱλάρια, tantùm pluraliter, & geu. neutri: sicut Saturnalia, antiqui diem æquinoctij verni colentes appellarunt, vt inquit Macrobius, nempe octauum Calendas Aprilis, quo fit æquinoctium vernum: quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flauius Vopiscus in Aureliano. Vide Budæum in Epist.

HILARVS, ἱλάριος, Phrygius, quidam vates, sub Iouiano principe, literarum quidem impetitus, cæterùm tanta diuinandi peritia præditus, vt Deus cum illo futurorum cognitionem communicasse videretur. ¶ Fuit præterea eodem nomine Senator quidam Antiochenus: de quo vide multa apud Suidam.

Hilla, æ, fœm. gen. vel Hilla, orum, neut. ἶσον, ἐγκοίλιον, ἀλλᾶντες. Ital. *Salciccia.* Gal. *Saulcice, ou endouille.* Hispa. *Salcicia, longaniza.* Horat. 2. Serm. Sat. 4. –Perna magis ac magis hillis Flagitat immorsus refici. Quo loco Acron, Hilla, inquit, dicuntur salsa intestina hirci. Positum est diminutiue hæc hilla. Quidam in diminutione neutri generis esse dicunt. Alij dicunt farcta salcitia. Hæc ille. Varr. de ling. lat. libro 4. ab hillum deducit, quod est minimum. Videtur esse intestinum illud porcinum farctum aliis intestinis. Plaut. Atque hillas infumatas & fumen.

Hilum, li. ἱλός Ital. *Il negro della fava.* Gal. *Le noir de la feue.* Hispa. *El uero de la haua.* Paruum illud nigrum, quod in summitate fabæ adhærer: vnde dicunt μηδ' ἱλοῦ ἐλάττων Ital. *Coſe picciola, niente.* Gal. *Si peu que rien, rien.* Hisp. *Nada.* Cice. 2. Tuscul. Tum illud quod Sisyphus versat saxum, sudans nitenteo. Cice. 2. Tuscul. Tum illud quod Sisyphus versat saxum, sudans nitendo, nec proficit hilum, id est quicquam, tantillum, minimúmque. ¶ Ab hoc nomine fit nihilum, quasi ne hilum quidem: & per apocopen nihil: & per syncopen, nil. Lucretius, Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti. Varro lib. VIti. de Annal. Itaque vt eum quem putamus esse non hili, dicimus nihili: sic in quo putamus esse ne quicquam, dicimus nequam.

HIMANTOPODES, penult. corr. ἱμαντόποδες. Populi in Aethiopia loripedes, quibus serpẽdo ingredi natura est: hoc est, vt Solinus interpretatur, flexis crurum nexibus ingredi. ἱμὰς enim Græci lorum dicunt. Plinius lib. 5. cap. 8.

HIMELLA, Fluuius est Sabinorum, de quo Virg. lib. 7, –qui flumen Himellæ, Et Tyberim Fabarimque bibunt, &c.

HIMERA, ἱμέρα, Fluuius Siciliæ, qui in duas partes diuiditur, & in altera dulcem saporem, in altera salsum retinet. Est etiam vrbis nomen eiusdem insulæ.

Himeræus, ræa, ræum, adiectiuum. Silius lib. 4, Armauere suos, qua mergitur Himera ponto. Vide Plin. lib. 3. cap. 8.

Hin, Dictio est Hebraica, quam Hieronymus interpretatur esse genus mensuræ continentis duos coros Atticos, hoc est duos sextarios Italicos. Vide interpretationes dictionum Biblicarum.

Hinc, Vide in HIC.

Hinnio, nis, niui, nitum, penult. prod. χρεμετίζω. Ital. *Annitrire.* Gal. *Hennir, hannir.* Hisp. *Relinchar el caballo.* Proprium est vocis equorum. Quintil. lib. 1. cap. 5, Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur.

Hinnitus, tus, χρεμετισμός. Ital. *Annitrimento.* Gal. *Hennissement, ou hannissement.* Hisp. *Aquel relinchido del caballo.* Cic. 1. de Diuinat. Quum autem aliquantum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum, respexitque, & equum alacrem aspexit.

Hinnus, hinni, ὄνος καὶ ἵππος γεννῶσιν ἡμίονον. Ital. *Mulo generato di caualla & d'aſina.* Gal. *Mulet ou mule engendreé d'vn cheual ou d'vne aſneſſe.* Hisp. *El mohino, hijo de caualla y aſna.* Dicitur animal quod ex equo & asina nascitur. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 8, Muli & hinni bigeneri, atque insitivij: non suopte genere ab radicibus. Ex equa enim & asino fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus. Ibidem paulo pòst, Hinnus qui appellatur ex equo & asina, minor est, quàm mulus corpore.

Hinnulus, li, pen. corr. Ceruorum, caprearum, capreolorum, damarum & similium fœtura. νεβρὸς. Ital. *Figliuolo di caprinoli, daini, di caualli & ſimili.* Gal. *Faon de biche ou autre beſte.* Hispa. *Enodio ò cernatillo, hijo de ciervo ò otra beſtia.* ¶ Accipitur etiam hinnulus pro paruo hinno, hoc est pro fœtu ex equo & asina nato. Plin. lib. 8. cap. 44, Equo & asina genitos mares hinnulos antiqui vocabant: contráque mulos, quos asini & equæ generarent. ¶ Hinnulus leonem, ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα. Subaudiendum cepit, vicit aut prouocat, aut id genus aliquod pro ratione sententiæ. Prouerbialis est allegoria, qua vti licebit, quoties præpostero rerum ordine qui viribus multo est inferior, superat potentiorem Lucianus.

Hio, hias, Propriè ore aperto spiritum emitto. χαίνω. Ital. *Sbadagliare, ſpirare con la bocca aperta.* Gal. *Baailler, s'entrouurir.* Hisp. *Abrir la boca, ò henderſe alguna coſa, abrirſe.* Plin. lib. 8. cap. 25, Inuitat ad hiandum sui pabuli gratia. Idem lib. 10. cap. 33, Perdices hiantes per id tempus exerta lingua æstuant. ¶ Accipitur etiam hiare pro sponte, vel aliqua vi externa aperiri, sive scindi: vt ligna hiant ariditate, & tellus æstu. Sallust. lib. 4, Atque hiauit humus multa, vasta & profunda. ¶ Hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. Propert. libro 4, Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter Impositus fronti langueat antè meæ. ¶ Hiare orationem, dixit Quintil. lib. 2. cap. 6, quæ malè coniuncta concionatáque est. ¶ Per translationem, significat mirari, dubitare, stupere Virgil. libro 6, Incertus clamor fruſtratur hiantes. ¶ Accipitur etiam hio pro concupisco. Seneca in Epistó. Quicquid accepit, integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat.

Hiatus, tus, Propriè est apertio oris. χάσμα. Ital. *Hiato, apertura.* Gal. *Ouuerture, baaillement, ou entrebaaillement, fendaſſe ou crenaſſe.* Hisp. *Hendedura ò abiertura como de boca.* Cicero de Natu. deor. Quædam animalia cibum oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt. Plinius lib. 8. cap. 16, Iuxta littus conspecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit. ¶ Per translationem accipitur pro terræ chasmate, aliarúmque rerum apertione.

Plinius

Plinius libro 36. cap. 15, Hauriri vrbes terræ hiatibus publicus mortalium dolor est. Ouid. in Epistola Briseid. Deuorer ante precor subito telluris hiatu.

Hisco, cis, ere, Propriè est labra diducere, & loquendi gratia os aperire, ἀνοίγω τὸ στόμα. Ital. *Apro la bocca, apristi.* Gal. *Baailler.* Hispa. *Bognear, abrir la boca.* ¶ Vnde etiam accipitur pro eo quod est trepidè, hæsitanter, & imperfectè pauca eloqui: quod Græci dicunt ψελλίζειν. Cicero 5. Philip. Respondeténe ad hæc, aut omnino hiscere audebis? Virgil. 3. Aeneid. —vix pauca furenti Subiicio, & raris turbatus vocibus, hisco. Dicitur tamẽ etiam de aliis quibúsvis rebus. Vnde terra etiam hiscere dicitur, quum præ nimio æstu aperitur, & rimas agit. Ouid. 6. Epist. Hiscere nempe tibi terra roganda foret. Plautus in Pseaud. Tace, ædes hiscunt, hoc est patefiunt, & aperiuntur. ¶ Inter hiare & hiscere, hoc interesse puto, quòd hiare, sit patentem esse. Hiscere verò, patescere, id est patefieri. ¶ Quandoque hiscere accipitur pro hæsitare, & dubitare, ἀπορεῖν. Næuius, Hiscit: dubius est quid agat. ¶ Huius composita sunt, Dehisco, & Fathisco.

Hiasco, cis, ere, Hiare, & aperiri. ἀνοίγω. Ital. *Apristi.* Gal. *S'entrouurir, & entrebaailler.* Hisp. *Henderse, abrirse.* ¶ Cato de Re rust. cap. 17, Vbi primùm incipiunt hiascere, tum legi oportet. Hoc est quando primùm incipiunt corticem inter apertum ostendere. De nucibus loquitur.

Hiato, hiatas, frequentatiuum est, significans sæpe, vel multum aperior. χαυνόω. Ital. *Aprirsi spesso.* Gal. *S'entrouurir souuent.* Hisp. *Abrirse muchas veces.* ¶ Plautus, Siqua fortè concio est, vbi quum hiatare nondum in mentem venit, &c. Laberius passiuo vsus est, Hiatantur fores, inquit, pro eo quod est hiatant, id est patent.

Hippace, es, ἱππάκη. Ital. *Formaggio di caualla.* Gal. *Fourmage de laict de jument.* Hisp. *Formage ò queso de yegua.* ¶ Caseus est ex lacte equino coagulatus. Plinius lib. 28. cap. 9, de caseis loquens, Sestius eosdem effectus equino, quos bubulo tradit. Hunc vocãt hippacen. In quem locum Hermolaus, Hippocrates (inquit) distinguit lac equinum iam agitatum in partes tres: ex quibus quod supernatat, butyrum vocatur, id quod sidit, hippace: tenue illud, quod in medio subsistit, ὄρρον, serum.

Hippaco, cas, penult. prod. Significat animam celeriter duco, vt inquit Festus: ab equi halitu, qui est supra modum acutus.

Hippago, ginis, Genus nauigij, conuehendis equis aptum, quod à Iusto Polluce ἱππαγὸς dicitur: & à Liuio hippagoga. Ita enim ait libro 4. belli Macedo. Fortè postero die quàm Sybota classis tenuit, quinque & triginta naues, quas hippagogas vocant, ab Elea profectæ, cum equitibus Gallis, equisque Phanas promontorium Chiorum petebant.

HIPPARCHVS, ἵππαρχος, Magister equitum. Quo nomine dictus est quidam celebris astrologus, qui (vt Columella autor est) futurum asseruit, vt aliquando cardines mundi loco mouerentur. Scripsit de Arati Phænomenis, de stellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. Primus instrumenta mathematica inuenit, vnde hæc sensibus deprehendi possent, Plinio maximè laudatus. ¶ Hipparchus item alius fuit Poëta Comicus, cuius fabula quædam περὶ γάμων, id est de nuptiis inscribitur. Suidas. ¶ Alius propinquus Aristotelis. Alius Eretriæ tyrannus. ¶ Fuit etiam hoc nomine filius Pisistrati, qui ob libidinem in Harmodium, Aristogitonis coniurationem in se concitauit. Hic vt tyrannidis inuidiam sapientiæ opinione leniret, eruditos præcipuo in honore habuit. Autor est Aelianus de Varia hist. Hic Academiam muro sepsit, atque huius rei nomine, magnam pecuniæ vim ab Atheniẽsibus exegit. Vnde Hipparchi murus, ἱππάρχειον τεῖχος, dicebatur res quæpiam, quæ magnis constaret expensis. Autor Suidas.

HIPPASVS, ἵππασος, Philosophus Metapontinus fuit, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationi certum tempus præfinitum esse aiebat. Vide Laërtium.

HIPPE, ἵππη, Chironis Centauri filia fuit, quæ quum in monte Pelio sese venando exerceret, grauida facta est: & ob id patris indignationem timens, deorum miseratione in equam conuersa est, & in cælum translata. Nonnulli etiam vatem esse dixerunt: sed quia deorum consilia hominibus patefeciisset, in equam esse conuersam.

Hippeus, ἵππειος, Cometæ genus, equinas iubas imitans, celerrimo motu in orbem circum se euntes. Autor Plin. lib. 2. cap. 25.

Hippelaphos, ἱππέλαφος. Animal in Oriente, cetui magnitudine, habẽs cornua, & iubas post collum descendentes vsque ad scapulas, & barbam sub mento. Theodotus ex Aristotele Equicruum vertit.

Hippi, ἵπποι, Canerorum genus Phœniciæ peculiare, equorum propemodum celeritatem adæquans: vnde & nomen accepit. Plinius lib. 9. cap. 31, In Phœnice hippi vocantur tantæ velocitatis, vt consequi non sit. ¶ Est & hippi Ioniæ oppidum iuxta Clazomenas, olim insula, sed ab Alexandro per duo stadia continenti annexum. Vide Plinius lib. 5. cap. 19.

Hippiades, ἱππιάδες, Statuæ mulierum equestres appellabantur, cuiusmodi fuisse videtur Amazonum, quas mortalium primas equum scandere ausas, Lysiæ oratori creditur.

HIPPIAS, ἵππιας, Philosophus Eleus fuit, teste Cic. lib. 3. de Orat. qui audiente penè tota Græcia gloriatus est, nihil esse vlla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret: nec solùm has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Musicam, Literarum cognitionem, & Poëtarum, atque illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de Rebus publicis dicerentur: sed & anulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confeciisse. ¶ Fuit item Hippias, Pisistrati filius, de quo Cic. ad Attic. sic scribit, Nefarius (inquit) Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens, &c.

Hippice, ἱππικὴ, Herba est, de qua Plinius lib. 25. cap. 8. Scythicam herbam in ore habentes, famem sitimque non tentiunt. Idem præstat & hippice, dicta quòd in equis eundem effectum habeat.

HIPPION ARGOS, ἄργος ἱππίου. Oppidum fuit à Diomede conditum, postea Argyrippa, Ἀργυρίππη Stephano, & Arpi appellatum. Meminit Plinius, lib. 3. cap. 11.

HIPPO, ἵππων Straboni. Oppidum Locrorum in Brutiis, quod postea Romani Bruttiis ereptum, Vibonem Valentiam appellarunt, testibus

Strabone lib. 6, & Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Sunt præterea teste Strabone, lib. vlti. in fine, duæ hoc nomine vrbes in Africa, quarum alteram Vticæ proximiorem, Hipponem regium vocamus, claram D. Augustini episcopatu: alteram à litore remotiorem, quòd in palustri loco sita sit, vocant Diarrhytum, hoc est dilutum, interprete Plinio libro 5. cap. 4. Est autem hoc nomen modò masculini generis, modo fœminini: vnde Hipponem dilutum, legimus apud Plinium lib. 5. cap. 4. & vtranque Hipponem, apud eundem lib. 6. cap. 24. Autor est Solinus, vtrumque horum oppidorum à Græcis equitibus conditum fuisse, atq; inde nomen accepisse. ¶ Est & Hippo, ἵππω, puellæ Bœotiæ nomen, apud Plutarchum in Pelopida.

HIPPODROMON, ἱππόδρομον, Pratum quoddam amplissimum est sub Caspiis portis, in quo regium armẽtum quinquaginta millium equorum pascitur: vnde & nomen accepit. Autor Strabo, lib. 11.

Hippocampæ, ἱππόκαμποι. Equi marini, in pisciũ caudas desinentes: ita dicti à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt: κάμπη enim flexura dicitur. Plin. lib. 36. cap. 5, hippocampos vocat, per secundam nominum inflexionem. Sed in maxima (inquit) dignatione Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse, & Thetis, atque Achilles, & Nereides supra delphinos, & cete, & hippocampos sedentes.

Hippocampinus, a, um, adiectiuum, ἱππόκαμπος, vt, Hippocampinus crinis. Plin. lib. 32. cap. 7, Alopecias replet hippocampinus crinis, nitro, & adipe suillo mistus.

HIPPOCENTAVRI, ἱππόκενταυροι. Monstrosum hominum genus in Thessalia iuxta Pelion montem, anteriore parte (vt Poëtæ fabulantur) hominum, posteriore equorum effigiem referentium. Cui fabulæ occasionem ministrasse videtur, quòd primi equos domare cœperint, iisque ita aptè insidere, vt homines quum equis vnum in corpus coaluisse viderentur. Iidem antea Centauri dicebantur, παρὰ τὸ κεντεῖν τοὺς ταύρους, hoc est ab eo quòd tauros stimulis agitarent. Verùm quum idem postea ex equis præstarent, iisque insidentes stimulis tauros præ se agerent, Hippocentauri dici cœperunt: qui quum ad Peneum amnẽ aquatum venissent, conspecti ab vlteriotis ripæ accolis, pro monstris habiti sunt, præsertim quum inclinata potandi gratia equorum capita non conspicerentur. Hinc factus est locus fabulæ, Hippocentauros monstrosam Centaurorum sobolem fuisse, quæ dimidia sui parte hominem, reliqua equum referret, quam tamen certum est nunquam extitisse. Quod & Cicero affirmat 2. de Nat. deo. Quis (inquit) Centaurum fuisse, aut Chimæram putat? quæve anus tam excors inueniri potest, quæ illa quæ quondam credebantur apud inferos portenta, extimescat? Hæc Cicero. Constat tamen monstrosos huiusmodi partus aliquando editos fuisse, nõ sine grauis alicuius mali impendentis præsagio. Nam & Claudius Cæsar memoriæ prodidit, referente Plinio, Hippocẽtaurum in Thessalia natum eodem die periisse: & Plinius ipse testatur, se eiusdem Claudij principatu Hippocẽtaurum vidisse in melle ex Aegypto allatum.

Hippocomi, ἱππόκομοι. Mangones ab equis curandis, colorem fuco, robur inani fagina (vt ait Quintilianus) mentientes.

HIPPOCOMITAS, ἱππόκομιτος, Incolæ vici cuiusdam in Lycia, cui Hippucome, ἱππυκόμη, nomen est ab equo viatoris cuiusdam ibi extincto. Ex Stephano.

HIPPOCRATES, penult. corr. ἱπποκράτης, Nomen medici excellentissimi patria Coi: cui tanta fuit artis peritia, vt vulgò crederetur Aesculapio prognatus. Extat apud Valerium Artaxerxis Persarum regis honorificentissima de eo epistola, in hæc verba, Rex regum magnus Artaxerxes Hystani Hellesponti Præfecto salutem. Hippocratis medici Aesculapio prognati ad me artis fama peruenit. Da igitur operam vt aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaque item, quorum indiget, & eum ad me mitte. Erit enim par honore summis in Perside viris, &c. Hic de re venerea eam habebat existimationẽ, vt coitum speciem esse putaret morbi comitialis. Extãt adhuc ea de re eius verba apud Gell. lib. 19. cap. 2. τὸν συνουσίαν εἶναι μικρὸν ἐπιλήψιον. Eius libri tanquam diuino emanauerint ore, vbique celebrantur. In primo enim Iusiurandum continetur, in secundo Prognostica, tertio Aphorismi, quartò illa admirabilis compositio 12 libris omnem scientiam medicinæ complectens. Excessit è vita annos natus CXIII. Suscepit filios Thessalum & Draconem. Hæc Suidas. ¶ Hippocrates præter superiorem, Suidas quinque commemorat, omnésque eiusdem artis & familiæ: quorum tamen nemo primi ingenium gloriámve adæquauit. ¶ Hippocratem alium, Athenienfiũ ducem ponit in bello Peloponẽsiaco Thucydides.

HIPPOCRENE, pen. prod. ἱπποκρήνη, Fons in Bœotia nõ procul ab Helicone monte, quem Poëtæ fabulantur factum esse vngula Pegasi equi alati: cui fabulæ occasionem videtur ministrasse Cadmus: qui quum in Bœotia locũ vrbi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur inuenisse. Et quoniam Cadmus literarum inuentor creditur, factum est vt hic fons Musis sacer habeatur. Persius ad verbum reddens vocem Græcam, fontem caballinum appellat. Nam ἵππος nobis equum sonat, & κρήνη fontem.

Hippocrenides, ἱπποκρηνίδες, Musæ, dictæ ab Hippocrene fonte.

HIPPODAME, es, pen. cor. ἱπποδάμη, & HIPPODAMIA, penul. prod. ἱπποδάμεια, Filia Oenomai regis Elidis & Pisarum: qui quum ex oraculo, se à genero interemptum iri didicisset, & illa tamen à multis procis ob formæ præstantiam expeteretur, curule certamen procis instituit cum ipsa (habebat enim equos velocissimos qui ex ventorũ flatu creari erant) ea lege, vt qui vinceret, filiam haberet: victus subiret mortem. Tredecim igitur victis & occisis, Pelops Tantali filius visa puella eius amore protinus exarsit, cuius nuptias vt assequeretur, Myrtilum eius aurigam pollicitis corrupit, sic vt ille axes infirmos & fragiles subiunxerit: vel vt alij volunt, obicem axi non obiecerit: & sic fracto vel dissoluto curru, Oenomaus excidit, moriénsque Myrtili caput denouit: obtestans Pelopem, vt vicem suam vlciscereturr: quod & factũ est. Quum enim pactum sibi perfidiæ præmium à Pelope posceret, ab eodem in mare deiectus est, atque hoc modo Pelops puella & regno potitus est. De hac Ouid. Venit vt in Phrygios Hippodamia sinus. Virg. 3. Georg. Hippodaméque, humeróque Pelops insignis eburno. ¶ Alia item fuit Hippodamia Brisæ filia, quam Achilles expugnato Lymesso oppido

secum abduxit. Hanc Poëtæ à patris nomine Briseida appellant. ¶ Alia quoq; Hippodamia fuit Anchisæ filia, quæ Alchatoo Troiano in vxorem data est, quem postea Idomeneus Cretensis in pugna occidit. ¶ Fuit & alia Hippodamia Pirithoi vxor: quam quum ipso nuptiarum die Centauri ei præripere conarentur, ab Hercule & Theseo ingenti clade sunt profligati. Vide Ouid. 12. Metamorph. ¶ Piræei item forum Hippodamia appellatum fuit ab Hippodamo Milesio architecto qui Athenienſibus Piræum extruxit. Autor Suidas.

HIPPODAMVS, ἱπποδάμας, Milesius philosophus, natura studiosus, primus eorum qui in Republica versati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit enim ciuitatem ex numero decem millium diuisam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totid m partes, sacram, publicam, & priuatam. Erat ob ambitionem vitæ morosior, crinium prolixitate, ac sumptuoso ornatu. Aristoteles lib. 2. Politic. ¶ Fuit item hoc nomine Architectus quidam Milesius, qui Athenienſibus Piræum portum extruxit, à quo forum quoddam Piræi Hippodamiam appellarunt. Autor Suidas.

HIPPODORVS, ἱππόδωρος, Athenienſis fuit, qui filiam cum mœcho deprehensam, duabus quadrigis iussit alligari, & in partes discerpi. Autor Aelianus.

Hippodromus, pennul.prod. {ἱππόδρομος. Ital. *Luogo dove correno i caualli.* Gal. *Vne lice & lieu pour faire courir chenaux, & leur bailler carriere.* Hispa. *La corredera de cauallos.*} Equorum curriculum, hoc est ampla planities, in qua de pernicitate certatur citra pugnæ simulachrum. Nam stadium in quo equites imaginario prælio concurrere solebant, catadromus, κατάδρομος, dicebatur. Martial. lib. 12, Puluereúmque fugax Hippodromon vngula pulsat. Plaut. in Cistel. Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim berilem filiam nostram sustollere.

HIPPODROMVS, Thessalus genere, patria Lariſsæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit, vt est autor Philostratus, qui eum inter Sophistas retulit.

Hippogloſſa, siue Hippogloſſum, ἱππόγλωσσον Dioscoridi, Herba est folia habens syluestris myrti, concaua & spinosa, & in his ceu linguas quasdam, folio parvo excunte de foliis. Plinius lib. 27. cap. 11. Ruellius existimat eam esse quam Itali sua lingua Bonifaciam, seu Linguam paganam appellant.

Hippoglottion, ἱππογλώττιον, Herba quã alij Daphnitin, alij Carpophyllon, & Alexandrinam laurum vocant. Plin. lib. 15. cap. 30.

HIPPOLOCHVS, pen.corr. ἱππόλοχος, Filius Bellerophontis, & pater Glauci, teste Homero lib. 6. Iliad. ¶ Alter, teste eodem, lib. 11, fuit Antimachi Troiani filius, qui vnà cum Pisandro fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectus est.

Hippolapathum, ἱππολάπαθον, Herba lapatho satiuo maior, candidiórque, ac spissior, vt scribit Plin. lib. 20. ca. 21. Officinæ *Paricellam* appellãt.

HIPPOLYTE, ἱππολύτη, Amazonum regina fuit, quam Hercules prælio victam Theseo dedit vxorem. ¶ Fuit etiam hoc nomine Acasti Magnesiæ regis vxor, quæ Peleum, quòd libidini eius non patuisset, apud virum accusauit, tanquam ei vim inferre voluisset.

HIPPOLYTVS, pen.corr. ἱππόλυτος, Thesei & Hippolytę Amazonis filius fuit: qui quum cælibem ducens vitam sese venatu exerceret, & constati animo sperneret mulieres, à Phædra nouerca, absente patre, amatus est: cuius turpi desiderio cum obtemperare noluisset, illa apud virum illum detulit quòd sibi vim inferre voluisset. Quamobrem quum videret Hippolytus patrem dolo nouercæ persuasum, de nece sua cogitare, conscenso curru fugam arripuit. Sed dum Phocæ quæ tum fortè in littus exierant, equorum & rotarum strepitu perterritæ magno impetu se in mare præcipitarent, exterriti equi, frustra obluctante Hippolyto, currum per scopulos, & saxa traxerunt, iuuenémq; infœlicè loris implicitum in partes discerpserunt. Hunc postea Aesculapius reuocauit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus verò, relicta terra Attica, in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur & se Virbium appellari iussit, quòd bis vir fuisset. Oppidum nõ procul à Roma ædificauit, quod à nomine acceptæ coniugis, Ariciam appellauit. Sed hanc fabulam esse constat, vt inquit Plato in Cratylo. ¶ Hippolytum imitabor, ἱππόλυτον μιμήσομαι. Diogenianus in Collectaneis ait dictitatum de iis qui statuissent pure castéq; viuere, vt Hippolytus. ¶ Fuit quoque hoc nomine qui in Danielem, & Prouerbia Salomonis lucubrationes scripsit. Suidas.

Hippomachia, pen.prod. ἱππομαχία, Pugna equestris. Ital. *Combattimento da cauallo.* Gal. *Combat à cheual.* Hisp. *Pelea à cauallo.*

HIPPOMACHVS, ἱππόμαχος, Athenienſis fuit tibicen, de quo tradit Aelianus, quòd quum discipulum ab imperita plebe laudari videret, quem tamen in arte peccare cognosceret, silentium ei imposuit, quòd nullum putaret maius esse ignorantiæ argumentum, quàm rudi multitudini placere.

Hippomanes, pen. cor. gen. neutri, secundum Priscianum, ἱππομανές, ab equæ furore nomen habet, quasi ἵππου μανία. Quid autẽ significet, non satis conuenit inter scriptores. Seruius scribit esse virus ex aquarũ inguinibus defluens, quo tempore ferũtur in amoris furorem, quod in humana viscera descendens, furorem facit. Virg. lib. 3. Georg. Hinc demum, hippomanes vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus. Sic Colu. lib. 7. Maximè itaq; cauendum est vt tam fœminis quàm admissariis desyderantibus, coëundi fiat potestas, quoniam id præcipuè armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furiis. Vnde etiam veneno inditum est nomen ἱππομανές, quòd equinæ cupidini similem mortalibus amorẽ accendat. Plinius verò lib. 28. cap. 11, & lib. 8. cap. 42, asserit esse caruncula in fronte pulli equini, caricæ magnitudine, colore nigro: quam statim edito partu mater è fronte dentibus conuellit. Quod si quis prius abstulerit, pullum mater ad vbera non admittit, Virg. 4 Aenei. Quæritur & nascẽtis equi de fronte reuulsus, Et matri præreptus amor. Hac caruncula mulieres medicamenta componentes, vertere homines feruntur in furorem.

Hippomarathrum, ἱππομάραθρον, Herba est foliis fœniculi, sed maioribus, & gustu actiore, quod nonnulli Myrineum, Officinæ *Faniculum syluestre* appellant. Plin. lib. 20. cap. 23.

HIPPOMENES, ἱππομένης, Macarei filius fuit, qui quum Atalantam puellam Scyriam cursu victam accepisset vxorem, & in luco Magnæ matris cum ea concubuisset, ab irata dea in leonem est conuersus. Fabulam vide apud Ouid. lib. 10. Metamorph.

HIPPONA, ἱππώνη, Dea erat, quam stabularij maximè colebant, cuius effigies in stabulis locabatur. Apul. lib. 2. Metamor. Respicio piúsque

edentuli. ¶ Mulgere hircum, πρόσω ἀμέλγειν, dicitur prouerbialiter de re absurda. Virgil. 3. Aeglog. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui, Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. ¶ Hircus item dicitur alarum grauiolentia, ad hirci animalis fœtorem accedens. ὀσμὴ ἀκρόμυα. Ital. *Odore de capro, puzza.* Gal. *Vne odeur & senteur de bouc, bouquin.* Hisp. *Hedor del mesmo cabron.* ¶ Horatius Epod. 2, Grauis hirsutis cubat hircus in alis. Catullus etiam caprum appellat. Valle sub alarum trux habitare caper. Græcis enim τράγος dicitur: quo nomine Martialis quoque vsus est, Inde tragos, celeréque pili mirandáque matri Barba.

Hircinus, a, um, penultima producta, Nomen possessiuum ab hirco formatum. τραγικός. Ital. *Becchigno.* Gal. *De bouc.* Hisp. *Cosa de cabron.* ¶ Apul. Homo sordidus, & hircina libidine fœtens. Plinius lib. 12. cap. 17, In pellibus hircinis. Plautus in Pseud. Heus tu qui cum hircina stas barba, responde quod rogo.

Hircosus, a, um, Qui hircum olet: hoc est cuius alæ fœdum spirant odorem. τραγώδης ὀσμὴν. Ital. *Che sente di becco.* Gal. *Qui sent le bouquin.* Hispani. *Cosa que hiede à cabron.* ¶ Persius Satyr. 3, Hic aliquis de gente hircosa centurionum. Idem Saty. 5, Dixeris hæc inter hircosos centuriones. Id est rusticos olidos, & omnis nitoris expertes, inquit Budæus.

Hircipili, penult. corr. Dicuntur homines qui pilos duros habent, quemadmodum hirci. δασυτρίχες. Festus.

Hirquitallire, Propriè de pueris dicitur, siue adolescentulis, qui iam pubescentes, vocem emittere incipiunt grauem & subraucam, quod ferè accidere solet sub finem secundæ hebdomadis, teste Censorino, aut sub initium tertiæ. τραχίζειν. Quo tempore & pueros ipsos hirquitallos appellant: siue quòd tum primùm, hircum incipiunt olere, siue quòd vocem edant grauiorem & inæquabilem, hircinæque non dissimilem.

Hirquus, per q, Est angulus oculi. κανθός. Ital. *Cantone dell' occhio.* Gal. *Le coin de l'œil.* Hispa. *Lagrimal del ojo.* ¶ Virgil. 3. Aeglo. Transuersa tuentibus hirquis. Tractum est ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, retortis in angulum oculis, capras obliquè aspiciunt. Vide Seruium in locum Virgilij iam citatum.

HIRTIVS, aut vt alij scribunt Hirtius, Consul fuit Romæ vnà cum Pansa, quo tempore Brutus ab Antonio obsessus fuit Mutinæ: ad quem liberandum profectus, vnà cum collega est interfectus.

Hirnea, æ, Vasis genus, quod Plautus in Amphit. cirneam appellat. Cato de Re rust. cap. 81, Indito in hirneam fictilem.

HIRPINAE familiæ, In Falisscorum agro fuerunt, quæ in sacrificio annuo quod fiebat in monte Soracte, ambulantes super ambustam struem lignorum non adurebantur. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Hi á Solino vocantur Hirpi.

Hirsutus, a, um, penult. prod. Pilosus, setosus, horridus. τριχώδης, λάσιος. Ital. *Peloso.* Gal. *Velu, couuert de poil, rude & piquant.* Hispa. *Velloso y aspero.* ¶ Martia. lib. 10, Hirsutis ego cruribus, genisque, Os blæsum tibi, debilisque lingua est. Virgil. 7. Aeglo. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. Quo in loco Virgilius vocat castaneas hirsutas quæ adhuc suis echinis includuntur. Plin. lib. 20. cap. 9, eius comparatiuum protulit, Folia habet bina, parua, rotunda, plantis oleris similior, candidior satiua, & hirsutior. Ouid. 2. Trist. Sumpserit annales, nihil est hirsutius illis, vbi pro austero & inamœno accipitur.

Hirtus, a, um, Idem quod hirsutus. λάσιος, τριχώδης. Virgil. lib. 3. Georg. Hirtáque capellas. Plin. lib. 11. cap. 37, Hirtus setis musculus marinus. Ouid. 10. Metam. Canities rigidis stetit hirta capillis. Columel. lib. 10, Talis humus vel parietibus, vel sepibus hirtis Claudatur, Hirta corpora. Plin. lib. 7. cap. 2. Hirtæ oues, Varro de Re rust. lib. 2. cap. 2.

Hirudo, penult. prod. huius hirundinis, Sanguisuga, ab hærendo carni dicta. βδέλλα. Ital. *Sanguisuga, sanguettola.* Gal. *Sangsue.* Hisp. *Sanguisuela.* ¶ Horat. de Arte Poët. Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo. Quod prouerbij quadã specie dicitur. torqueri poterit in homines nimiũ sedulos, & quibusuis in rebus immodicos. Plautus Epidico, Iam ego me vortam in hirudinam, atque horum exugebo sanguinem. Plinius lib. 32. cap. 10, Hirudinum, quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem vsus est. ¶ Hirudo æraria, per translationem, hoc est exhaustrix. Cicero ad Atticum lib. 1, Accedit illud quòd illa concionalis hirudo æraria, misera & ieiuna plebecula me ab hoc Magno vnicè diligi putat.

Hirundo, dinis, Auis notissima in tectis nidificans, sub initium veris ad nos transuolans. χελιδών. Ital. *La rondine.* Gal. *Vne heronde ou herondelle.* Hisp. *La golondrina.* ¶ Virgil. 4. Georg. -antè Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo. Ouid. 2. Fast. Pallimurtan veris prænuntia venit hirundo? Plin. lib. 11. cap. 2. Abeunt & hirundines hybernis mensibus, sola carne vescens auis, ex iis quæ aduncos vngues non habent: sed in vicina abeunt, apricos secutæ montium recessus, inuentæque iam sunt ibi nudæ atque deplumes. Plautus in Asinaria, Dic igitur me tuam anaticulam, columbam vel catellum, hirundinem, &c. ¶ Vna hirundo non facit ver, μία χελιδὼν ἦρ οὐ ποιεῖ. Hoc est, vna dies non satis est ad parandam virtutem aut eruditionem. Sic in quaque re non satis est vnica coniectura. Sed multis hirundinibus opus est. Aristoteles lib. Moral. 1. & Aristip. in Auibus. ¶ Hirundines sub eodẽ tecto ne habeas, ἐμπορφύρους χελιδόνας μὴ ἔχειν. Hoc symbolo Pythagoras conuictorem ingratum parúmque firmum monuit ablegandum. D. Hieronymus, Aristotelis autoritatem sequutus, interpretatur abstinẽdum à comercio garrulorum & susurronem.

Hirundininus, a, um, Quod est hirundinis. χελιδόνιος. Ital. *Cosa da rondine.* Gal. *De heronde ou herondelle.* Hisp. *Cosa de golondrina.* vt, Hirũdininus nidus, apud Plautum in Rudente, & apud Martia. lib. 11, In nido seges est hirundinino. Hirundininus sanguis, Plin. lib. 30. cap. 14.

HISMAELITAE, penult. prod. Ἰσμαηλῖται, Populi sunt Africæ, qui nunc Sarraceni dicuntur, ab Hismaële sic nominati, Abrahæ filio ex Agar ancilla.

HISPALIS, Ἴσπαλις, Bæticæ prouinciæ vrbs clarissima, Romanorum colonia, cognomine Romulensis: à qua vnus ex quatuor iuridicis Bæticæ conuentibus, Hispalensis dicitur. Plin. libro 3. cap. 1. Hæc hodie *Siuilia* dicitur.

HISPANIA, Ἱσπανία, Ἰβηρία, Regio Europæ, quæ à montibus Pyrenæis incipiẽs, per columnas Herculis circumiens, vsque in Boreale Oceanum protenditur. Decem millibus stadiis (vt Appianus scribit) eius latitudo cõmẽsuratur. Longitudo prorsus eadem esse videtur. Terra, frumenti, vini, olei, auri, gemmarũ, metalloríumq; ferax. Ex qua etiam bellicosissimi viri, ac velocissimi equi procreãrur. Refert Varro in Hispaniis equas credi ex vento concipere, quòd equos habeat hæc regio cursu tam veloces, vt meritò ex ventis cõcepti ferantur. Diuiditur autem omnis Hispania, teste Plin. lib. 3. cap. 1, 2, & 3, in citeriorem & vlteriorem. Vlterior rursus secatur in duas partes, in Bæticã, quæ hodie *Granata* dicitur: & Lusitaniam, quam vocant *Portugallum*, quæ Ana fluuio à Bætica distinguitur. Vlterioris Hispaniæ cõuẽtus erãt quatuor: Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, & Hispalensis. Citerior autem Hispania, quæ & Tarraconẽsis dicebatur, in septem diuidebatur conuentus: quos vide apud Plinium. Hodie diuiditur in quinque regna: Castellam, quæ cum Legione permista, vnum efficit regnum, Gallæciã, Cathaloniam, Arragoniam, & Nauarrã. Omnis autẽ Hispania ab Ibero fluuio primùm dicta fuit Iberia: postea ab Hespero Atlantis fratre, siue (vt alij malunt) ab Hespero stella lucidissima, quæ vespertino tempore in Occidente apparet, solem subsequẽs, vocata est Hesperia: vltimò verò ab Hispali vrbe ad fretum Atlanticum sita, quẽ hodie *Sinilia* vocant, dicta fuit Hispalia: vnáque deinde litera immutata, Hispania.

Hispanus, & Hispanensis, Fiunt adiectiua, sicut à Sicilia, Siculus, & Siciliensis: à Corintho, Corinthius, & Corinthiensis. Sed qui in Hispania natus est, Hispanus dicitur, ἰσπανός. Hispanensis, qui alibi ortus, in Hispania versatur: hoc est qui licet in Hispania sit, non tamen in ea natus est. ἰσπανικός. Vnde Hispanenses vocamus negotiatores, qui in Hispania negotiantur. Sic Hispanensem exercitum vocabant Romani, qui in Hispania militabat. Plinius libro 15. Cæsar Hispanensi triumpho Chium, & Falernum dedit, quum in Hispania bellum aduersus Romanos, non Hispanos gesserit.

Hispidus, a, um, pen. corr. Hirsutus, asper, setosus, horridus. λάσιος, δασύς. Ital. *Peloso, aspro.* Gal. *Velu de gros poil, piquant.* Hisp. *Cosa aspera con sedas.* ¶ Virgilius, -cui laterum tenus hispida nanti Frons hominem præfert. Plinius lib. 16, Continentur hispido calyce. Hispidus aspectus, apud eundem lib. 22. cap. 6.

Hispidosus, sa, sum, Idem quod hispidus. λάσιος, τριχώδης. Catullus, Non dico pueris, sed hispidosis.

Hister, Hetruscorum lingua dicebatur Ludio. ὁ ὀρχηστής. Autor Liuius, lib. 7. ab Vrbe. Vide HISTRIO.

HISTIAEA, Ἱστιαία, Euboeæ insulæ ciuitas, quam Homerus, in Catalogo nauium, à vitiũ copia πολυστάφυλος cognominat. Eadem postea Otopus dicta est, teste Stephano.

HISTIAEVS, Ἱστιαῖος, Milesiorum tyrannus, qui quum relicto Dario, Ionas ad defectionem sollicitaret, captus ab Harpago Darij præfecto, in crucem sublatus est. Vide Herod. lib. 6.

HISTONIVM, Ἱστώνιον, Oppidum Frentanorum, in quarta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 12.

Historia, historiæ, Ἱστορία, Italicè & Hispanicè, *Historia.* Gal. *Histoire.* ¶ Latinè narratio, & rerum gestarum expositio. Propriè tamen est earum rerum quibus gerendis interfuit is qui eas narrat. Vnde nomen habet, ἀπὸ τοῦ ἱστῶρ, quod spectare, vel cognoscere significat. Plaut. in Menæch. Quin nos hinc domum redimus: nisi si historiam scripturi sumus? Cicc. 4. Acad. Sanè doctum hominem, vt indicat ipsius historia scripta Græcè ¶ Accipitur etiam latius nomen historiæ, vt non solum de narratione rei gestæ dicatur, verumetiam de quauis interpretatione, seu expositione. Vnde Plinius opus suum ad D. Vespasianum, de Naturali historia inscripsit. Historiam Cicero aliis vocabulis vocat, Memoriam publicam, Memoriam rerum veterum, Commemorationem antiquitatis, Monumenta rerum veterum, Monumenta temporum, locorum, hominum, rerum gestarum, Omnium secretorũ memoriam. Quomodo autem differat ab Annalibus, vide in dictione ANNALES.

Historicus, Historiarum scriptor. ἱστοριογράφος. Ital. *Historico, scrittor d'historie.* Gal. *Historien.* Hisp. *Historiador.* ¶ Cic. pro Muræna, Tua verò nobilitas Serui Sulpitij, tametsi summa est, tamen hominibus literatis, & historicis est notior: populo verò & suffragatoribus obscurior. Idem in Topicis. Philosophi, Poëtæ, & historici.

Historicus, a, um, ἱστορικός. Ital. *Cosa d'historia.* Gal. *Historique, d'histoire.* Hispa. *Cosa de historia.* ¶ Quod historiæ proprium est: vt, Fides historica. Ouid. 3. Amorum, Obligat historica nec sua verba fide. Historicum scribendi genus. Cicc. de claris Orator. Non tam historica, quàm oratorio genere perscripsit.

Historialis, historiale, Quod ab historiam spectat. ἱστορικὸς γραφικός, πρὸς ἱστορίαν εἰσαγωγικός. Ital. *Pertinente à historia.* Gal. *Apartenant à histoire, fait ou peint par histoires.* Hisp. *Cosa perteneciente á historia ó hecha por historias.* ¶ Plin. lib. 16. ca. 33, Trahitúrque etiam in picturas opere historiali.

Historice, es, penult. corr. fœm. gen. ἱστορική, Enarratio autorum. Quintil. lib. 1. cap 9. Ratio loquendi & enarratio autorum: quarum illam methodicem, hanc historicem vocant.

Histriones, Artifices ludiones, qui personati in scenis fabulas aguot. ὑποκριταὶ, μῖμοι. Ital. *Histrioni, che recitano le comedie.* Gal. *Ioueurs de farces, ioueurs de quelque personage.* Hisp. *Representadores de personas, que representan las comedias.* ¶ ab Histria regione, ex qua primùm venisse, indéque nomen sortitos esse, asserit Festus: cui tamen refragantur Liuius, Valeriúsque, scribentes nomen histrionibus fuisse inditum, quia Hister Tusco verbo ludio vocabatur. Cicc. lib. 4. Tusc. Aguntur ista præclarè, & ab oratore quidem melius (si modò est orator) quàm ab vllo histrione. Idem de Oratore, Roscius & Aesopus histriones clari.

Histrionia, niæ, vel Histrionica, æ, Ars histrionum. ὑποκριτική. Ital. *Arte di rappresentare comedie.* Gal. *L'art & mestier de jouer jeux par personages.* Hisp. *Arte de representadores de personas.* ¶ Plaut. in Amphitryone, -quasi verò nouum Nunc proferatur, Iouem facere histrioniam.

Histricus, ca, cum, pen. corr. Quod ad histrũ, hoc est ad histrionem pertinet. ὑποκριτικός. Ital. *Pertinente à histrione, ò giuocolare.* Gal. *Apartenant à joueurs de farces.* Hisp. *Cosa perteneciente á representadores de comedias.* ¶ Plaut.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Pœnul. Audire vos iubet Imperator histricus. ¶ Hinc formauit diminutiuum Hieronymus contra Ruf. Si histriculæ, & liuidæ mẽtis hominem à me submoueo, & ad vnum stipitem cuncta iacula dirigo, qui vulnera sua partitur in multos.

Histrionicus, a, um, Quod est histrionis, seu quod ad histrionem pertinet. {ὑποκριτικός. Ital. *De ginocolliere.* Gal. *De iouuer de farces.* Hispa. *Cosa de representador de comedias.*} vt, Ars histrionica, Histrionicæ vestes, Histrionicus gestus, Histrionica verba.

Histrionalis, le, Ad histrionem pertinens. ὑποκριτικός. vt, Studium histrionale. Tacit. lib. 1, Miscere cœtus histrionali studio doctus. Cic. de Orat. re, Vt lasciuia verborum, grauitate sententiarum, licentia compositionis, histrionales modo exprimant.

Histrix, ὑστρίξ, vide HYSTRIX.

Hiulcus, a, um, Fissus, fatiscens. {χασμώδης. Ital. *Fesso, aperto.* Gal. *Entrecouuert, entrebaaillé.* Hispa. *Cosa que se hiende ò abre.*} Virgil. 2. Georg. Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua. ¶ Per translationem etiam orationem dicimus hiulcam, quæ malè cohæret. Cicer. de Orat. Nec asper vernem dicimus hiulcam, quæ malè cohæret. Cicer. de Orat. Nec asper verborum concursus sit, néve hiulcus. Diomedes hiulcos versus appellat exiles, & quasi in media parte hiantes. ὑποκοπτόμενος.

Hiulcè, adnerbium. {χασμωδῶς, διηρτημένως, διαστηματικῶς. Ital. *Apertamente, disiuntamente.* Gal. *Sans s'entretenir, en s'entrecouurant.* Hispa. *Abiertamente, apartadamente.*} Cicer. de Orato. Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non asperè, vt ille quem dixi, non vastè, non hiulcè, sed presè, & æqualiter, & leniter.

Hiulco, as, Aperio, findo, hiulcum facio. {χάζω, διαχάζω, χασμώδη ποιῶ. Ital. *Aprire, fendere.* Gal. *Fendre & faire ouurir, faire baailler & s'entreouurir.* Hisp. *Hender ò abrir.*} Catullus, Aestus hiulcat agros.

H ante O.

HOARVS, ὑπὸς, Scythiæ fluuius, apud Thussagetas nascens, & in Mæotim paludem influens. Autor Herod. lib. 4.

Hoc, Pronomen demonstratiuum neutri generis. {τοῦτο. Ital. *Questo.* Gal. *Cestuy-ci.* Hisp. *Aqueste.*} cuius masculinum est Hic. Virgil. lib. 4. Aene. Hoc illud Germana fuit? Migrat interdum in adnerbium, idémque significat quod Huc. δεῦρο. Virgil. 8. Aeneid. Hoc tunc Ignipotens cœlo descendit ab alto. Sic enim legit Priscianus.

Hodie, Hoc die. {σήμερον, τήμερον, ἀπτιτικῶς. Ital. *Hoggi, hoggidì.* Gal. *Aujourdhuy, huy, enluy.* Hisp. *Hoy.*} Cicer. 3. Verrina, Nonæ sunt hodie Sextiles: hora noua conuenire cœpimus. ¶ Accipitur item pro nunc, siue hoc tempore, siue hac ætate. Plaut. in Asin. Censén' tu illum hodie prinum ire assuetum in ganeum? Terent. in Eunucho, O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? Cicer. pro domo sua, Hodiéque Voquis me viuit hodie fortunatior? Cicer. pro domo sua, Hodiéque Voquis latertani non modò ciues, sed etiam optimi ciues, fruuntur nobiscum simul hac ciuitate.

Hodiernus, a, um: vt Hodiernus dies. {ἡ τήμερον ἡμέρα. Ital. *Di giorno d'hoggi.* Gal. *Du jourdhuy.* Hisp. *Cosa de oy en adelante.*} Cicer. 3. in Catil. Neq; à nobis ante hodiernũ diem collocaretur. Idem ibidem, Vt quum hodierno mane per forum meo iussu, & conturati, & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur, &c.

HODIVS, ὑδιος, Fuit (teste Homero lib. 9. Iliad.) vnus ex Græcorũ præconibus in bello Troiano.

Hodœporicum, ὁδοιπορικόν. Commentarius itinetis cuiuspiam eorúmve quæ in itinere acciderunt, descriptionem continens: quod & itinerarium Latinorum nonnulli vocauerunt. Græci enim ὁδοιπορεῖν dicunt, pro eo quod est iter facere: & viatorem ipsum ὁδοιπόρον appellant.

HOETYCHIVS, (quod hic pro nomine fabri corruptè legebatur) legendum HOETYCHIVS. Quod quidem erratum primùm ab Homeri interprete manauit, dictiones duas, quæ diuidendæ erant, coniungente. Locus est Poëtæ est lib. 7. Iliad. vbi sic habet, Κὰκ δ' ἔλαβε σκελεφίρατ' ἀπ' ὤμου τόξα, Χάλκιον, ἐπ' ἀριστερὰ θέσθαι, ὁ οἱ παρὰ ποσσὶ κέχυτο, &c. Quem locũ interpres sic vertit, Ferens scutum, turris instar, quod fecerat Hœtychius: non satis animaduertens τ' οἱ, ibi datiuum esse pronominis οἷ, æquipollentem datiuo Latino Sibi. Huius generis nõ pauca ex fontibus ipsis repurgauimus, quæ eorũ culpa irrepserant, qui voluminis magnitudini potius consulentes, quàm bonitati, quicquid vbique obuium fuit, nullo iudicio, albáque quod dici solet linea huc congesserunt, nihil interim pensi habẽtes, se & bibliopolis, quibus operas suas locant, fucum facere, & rudi linguæ Latinæ tyrunculo adulterina pro syncera fucum facere, & rudi linguæ Latinæ tyrunculo adulterina pro syncera tradere, vnum priuati sui commodi scopum sibi præfigentes, quo & librorum bonitatem, & officium suum metiuntur: opus illud longè optimum iudicantes, ex quo quamplurimum compendij ad se redeat, & emolumenti.

Holcus, ὁλκὸς, Herba aristas è corpore educens: vnde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, quod est trahere. Plin. lib. 27. cap. 10, Holcus in saxis nascitur: aristas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeũ restibile. Hæc circa caput alligata, vel circa lacertum, educit è corpore aristas. Hanc quidã ob id aristidam vocant. Hactenus ille. Multi zeam esse putant, inter saxa enascentem: alij sylueſtrem auenam.

Holocaustum, ὁλόκαυστον, Victima quæ detractis extis integra aræ imponebatur: καιομένη τε ὅλη καυθῇ, hoc est ab eo quod totum cremaretur. ¶ Idem & holocautoma, ὁλοκαύτωμα, dicitur à verbo ὁλοκαυτῶ, quod est victimas integras comburo.

Holographum, phi, penult. corr. ὁλόγραφον. Testamentum quod totum testatoris manu scriptum est. Holographa epistola, quæ tota scripta testatoris manu scriptum est. Holographa epistola, quæ tota scripta est manu eius cuius nomine mittitur. Hieron. contra Ruffinum, Quæ est manu eius cuius nomine mittitur. Hieron. contra Ruffinum, Quæ epistola holographa tenetur ab iis ad quos perlata est.

Holophanta, ὁλοφάντης, Qui ob confuenda mendacia vili conducitur mercede. Plautus in Curculione, Aedepol nugatorem lepidum hunc nactus est Phædromus: Holophantam, an sycophantam hunc magis dicam, nescio.

Holosetica vestis, vel substantiuè holosetica, orum, ὁλοσηρικά. Ital. *Vesta tutta di seta.* Gal. *Robe toute de soye.* Hisp. *Vestidura toda de seda.*} Genus vestis quæ tota ex serico contabat, nulla alia materia admixta, qua primùm (teste Lampridio) vsus est Heliogabalus. Tacitus autem Imperator holosericæ vestis vsum viris omnibus interdixit. Quam rarus autem fuerit apud veteres holoserici vsus, quantáque eius caritas, docet Vopiscus in Aureliano his verbis, Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri vtendam permisit. Et quum ab eo vxor sua peteret vt vnico pallio blatteo serico vteretur, ille respondit, Absit vt auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Hactenus ille. Sericæ autem vestes à Seribus Indiæ populis sunt appellatæ, apud quos vermiculus exiguus, qui σὴς appellatur, conficit molliorem illam lanam, quam sericum appellamus. quod vermiculi genus, antea orbi nostro ignotum, à monachis quibusdam è Serinda Indorum vrbe ad Iustinianum Imperatorem allatum, hodie per omnem Europã sparsum est. De vermiculi huius natura, vide plura apud Bayfium, ex quo hæc excerpsimus.

Holosteon, ὁλόστεον, Herba est quadrantalis, humi repens, foliis viticulisque coronopo, aut gramini proximis, gustu astringentibus: radice alba, prætenui, vsque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum: dicta per antiphrasim, quasi tota ossea, quum tamen careat omni duritia. Plinius libro 27. cap. 10, Holosteon sine duritia herba, ex aduerso appellata à Græcis, sicut fel dulce. Herbarij Molle gramen appellant.

HOMERVS, ri, penult. prod. Ὅμηρος. Nomen poëtæ Græci excellentissimi, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum sexaginta, vt Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen sortitus est, quum prius Meleſigenes diceretur, quòd ad Meletem fluuium natus esset. Cumæi namque & Iones capros oculis ὁμήρους appellant, quòd humeris, id est itineris ducibus, egeant. Hinc Cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano lib. 1. de Nupt. Philologiæ, Cæcutiens Mæonij suauiloqua seuectus. Petrarcha in Bucol. Cæcúmque senẽ, sed multa videntem. De patria eius nihil certi traditur. Fecit enim nominis eius claritas, vt quem viuum, rebúsque omnibus egentem, nemo agnouerit, nunc multæ Græciæ vrbes certatim sibi vendicent, adeò vt quibus potissimum credere debeamus, non facile fuerit discernere. Quod etiam testatur Cicero pro Arch. Homerum (inquit) Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt: Smyrnæi verò suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt: multi alij præterea pugnant inter se, atque contendunt. Extat ea de re distichon Græcum apud Gell. lib. 3. cap. 11.

Ἑπτὰ πόλεις διαζῶσι τὸν ἴσιον Ὅμηρον,
Σμύρνα, Κολοφών, Σαλαμίς, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquam eius vitam breuitatis causa hic prætermittimus: quam qui latius nosse cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Homericus, Homerica, Homericum, ὁμηρικός. Quod Homeri est. Quintil. lib. 2, Sit ergo tam eloquentia, quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat. Iuuenalis,

Tu miser exclamas, vt vincere Stentora possis,
Vel potius quantum Gradiuus Homericus.

Homeromastix, ὁμηρομάστιξ, Cognomen Zoili cuiusdam qui eo solùm nomine innotuit quòd præstantissimum Poëtarum omnium Homerum, libris aduersus eum editis, ausus fuerit insectiæ arguere: quos libros quum Ptolemæo Aegypti regi obtulisset, rex tum quidem dissimulata indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, post aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quo inopiam subleuaret. Mirum (inquit) te inopia premi, qui multo Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato functus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem parricidij accusatus, iussu regis in crucem sublatus est. Dictus Homeromastix quasi Homeri flagellum. μάστιξ enim Græcis idem est quod nobis flagellum. Vnde & Comici verberones magistias identidem appellant. Extenditur & latius Homeromastigos appellatio, vt omnibus planè detractoribus accommodetur, qui insatiabili reprehendendi libidine optima quæque lacerant: quinimque Venerem ipsam non possint, scandalium eius reprehendunt. Plinius in Proœmio operis, Vt obiter caueam istos Homeromastigas, ita enim carptores suos nominat. Ad eundem etiam modum obtrectatores omnes mastiges appellantur, addito nomine eius cui obloquuntur: vt, Virgiliomastix, Virgilij reprehensor: & Ciceromastix, Ciceronis carptor: quo nomine Largius Licinius eum librum inscripsit, quem in Ciceronem edidit, teste Gellio lib. 17. cap. 1.

HOMERIDAE, ὁμηρίδαι, Familia apud Chios illustris, vt ait Hellanicus, quæ generis sui originem ad Homerum referebat.

Homicida, Homicidium, vide HOMO.

Homilia, ὁμιλία, Græcis colloquium, & cœtum significat: vnde etiam concionem, siue orationem, quæ in cœtu habetur, scriptores Ecclesiastici homiliam vocant.

Homiliaticus, adiectiuum. Hieronymus ad Heraclium, Quem laborem, inquit, ideirco suscepimus, ne pulsatæ quæstiones & reluctæ (quod homiliatico dicendi genere ab illo sæpe fieri assolet) Latino lectori fastidium generarent.

Homo, inis, Ab humo dictus, vt Varroni placet. {ἄνθρωπος. Ital. *Huomo.* Gal. *Homme ou femme.* Hisp. *El varon ò la muger.*} Cicer. de Leg. Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo. Idem 3. Officiorum, Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum videt, &c. Idem 2. de Natu. deo. Homo ortus est ad mũdum contemplandum & mirandum. Et paulo pòst, Deus homines humo excitatos, celsos & erectos cõstituit, vt deorum cognitionẽ cælum intuentes capere possent. Ouid. 1. Meta Prouáque quũ spectent animalia cætera terram, Os hominũ sublime dedit, cælúmq; tueri Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus. ¶ Homo autẽ vtrũq; sexũ complectitur, tam virũ quàm fœminam. Nam & separatim de fœmina dictum inuenitur, quanquã rarius. Plaut. in Cistell. -intus paueo, & formido foris, ita metus. Nũc vtrobiq; me agitat, illos hominis miseræ misereri. Sulpitius ad Cic. Epist. Famil. lib. 4, In vnius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere commouemini? quæ si hoc tempore non fuum diem obiisset, paucis pòst annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. In quo tamen exemplo adiectiuum nata, nõ cohæret cum substantiuo homo, sed cum substantiuo Tullia, vel pronomine Ipsa, quod facilè intelligitur. Hic enim est sensus, Quoniã ipsa nata fuerat homo,

Universidad de Deusto Biblioteca

home, id est humana sorte, & conditione: quasi dicat, mortalis. Eadem ratione dici potest, ea nata erat animal. ¶ Homo homini Deus, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ θεός μέγιστον. Quod dici solet de eo qui subitam atque insperatam attulit salutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuit. ¶ Huic quasi diuersum est, Homo homini lupus, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος. Quo monemur ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque à lupo caueamus. Lupus, inquit Plautus, homo homini, non homo, qui qualis sit non nouit.

Homulus, Homululus, Homunculus, & Homuncio. ἀνθρωπίσκος, ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπισκάριον. Ital. *Homuncio, huomo piccolo.* Gal. *Petit homme, hommet, hommeau, hommelet, bout d'hõme.* Hisp. *Pequeño hombre, enano.* ‡ Cic. in Pisonem, Sed quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus dare hæc præclara præcepta sapientiæ, clarissimo & summo Imperatori genero suo? Idem lib. 1. Tuscul. Sed vt homunculus vnus è multis. Et Terent. in Eun. Ego homuncio hoc non facerem?

Homicida, dæ, pen. prod. Qui hominem necat. ἀνδροφόνος. Ital. *Homicida, homicidiale.* Gal. *Homicide, tueur de gens, meurtrier.* Hispan. *Homizano, que mato hombre.* ‡ Cic. 2. Philip. Fatear eos plus quàm sicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm parricidas esse. Quintil. lib. 7. cap. 4, An qui se interfecit, homicida sit? ¶ Interdum cum laude dicitur, pro viro forti, qui multos in bello occiderit. Vnde Horatius homicidam Hectorem cum laude dixit, & aliter quàm vulgò dicitur.

Homicidium, dij, Hominis necatio. ἀνδροφονία, μιαιφονία. Ital. *Homicidio.* Gal. *Homicide, meurtre.* Hisp. *Homicidio ò muerte de hombre.* ‡ Plin. lib. 18. ca. 3, Frugem aratro quæsitam, furtim noctu pauisse ac secuisse, puberi duodecim Tabulis capitale erat: suspensúmque Ceteri necari iubebant grauius, quàm in homicidio conuictum. Cic. 2. Philip. Homicidij rei sunt, an vindices libertatis?

Homœomeria, ὁμοιομερεία. Similitudo partium. Luc. lib. 1. Hinc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam. Seruius super illud Virgil. 4. Aenei. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor: Secundum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, id est omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis: id est ex ossibus, ex sanguine, ex medullis, nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. ¶ Homœomeria item appellatur, quum partes eandem rationem, atque idem nomen cum toto obtinent. Sic terram vel aquam ὁμοιομερῆ esse dicimus, quòd quauis exiguam terræ aquæve partem, terram aut aquam appellemus. Sic etiam à medicis in corpore animalis partes illæ minimæ, & sensu simplices, ὁμοιομερεῖς appellantur, quas nos similares nominamus: quales sunt caro, os, cartilago, & eiusmodi, quorum vel minimæ particulæ, totius & rationem obtinent & appellationem.

Homœoptoton, ὁμοιόπτωτον. Figura est, quæ sit quum diuersæ dictiones in fine membrorum in similes casus exeunt. Sallustius, Maximis ducibus fortibus, strenuisque ministris. Ennius, Mœrentes, flentes, lachrymantes, & miserantes. Dictum homœoproton, quasi ὁμοίων πτῶσιν, hoc est similiter cadens, vt interpretatur Cicero.

Homœosis, ὁμοίωσις. Figura est sententiarum, qua per similitudinem cogniti deuenimus in cognitionem incogniti. Dicta homœosis à verbo Græco ὁμοιόω, quod est assimilo. Latini similitudinẽ interpretãtur. Eius tres sunt species, Icõ, Parabola, & Paradigma: de quibus vide suis locis.

Homœoteleuton, ὁμοιοτέλευτον, Similiter desinens. Figura, quum plura verba in eandem vocem finiunt: vt, Abiit, discessit, euasit, erupit. Differt ab homœoptoto, quòd illud solum fiat in casibus similiter desinentibus: hoc etiam in his partibus orationis quæ casus non habent.

Homogalactos, ‡ ὁμογάλακτος. Ital. *Nodrido d'vn istesso latte.* Gal. *Nourri d'vn mesme lait.* Hispa. *Criado de vna mesma leche.* ‡ Eodem lacte nutritus, quem Latini collactaneum vocant. Vox composita est ab ὁμός, quod est vnus, idem, vel similis, & γάλα, lac. Verùm huiusmodi vocum significatio ex Græcolatino potius Lexico petenda erat: quippe quæ neque Latinis in vsu sunt, neque nostris literis scribi consueuerunt. Quare id genus non paucas, nullo prorsùs iudicio huc congestas, sustulimus, & veluti ab aliena familia remouimus: idque eodem iure quo Latinas voces è Græco dictionario eximeremus.

HOMOLE, es, ὁμόλη Stephano, Mons est Thessaliæ, Centaurorum olim sedes, quemadmodum & Othrys. Virg. 7. Aeneid. Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto Descendunt Centauri, Homoleu, Othrynéque niualem Linquentes.

HOMOLIVM. ὁμόλιον Stephano, Magnesiæ oppidum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 9, & Strabo, lib. 7.

Homohypni, ὁμόϋπνοι, Domestici, contubernales, ac familiares, quasi vnà somnum capientes. Ita enim eos appellat Charondas, apud Aristotelem, lib. 1. Polit.

Homonœa, ὁμόνοια. Latinè interpretatur concordia. ¶ Fuit etiam castissimæ matronæ nomen, cuius epitaphium memini me vidisse Romæ in veteri marmore incisum, quod id temporis asseruabatur in peristylio ædium Cardinalis Alexandrini. Erat autem huiusmodi,

Tu, qui secura procedis mente, parumper
Siste gradum, quæso, verbáque pauca lege.
Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homonœa breui condita sum tumulo.
Cui formam Paphiæ Charites tribuere decoram,
Quam Pallas cunctis artibus eruditi.
Nondum bis denos ætas mea viderat annos,
Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte est mihi tristior ipsa
Mœror Atimeti coniugis ille mei.
ATIM. Sit tibi terra leuis, mulier dignissima vita,
Quæque tuis olim perfruerere bonis.
Si pensare animas fineret crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus:
Quantulacunque meæ debentur tempora vitæ,
Pensarem pro te chara Homonœa libens.
At nunc, quod possum, fugiam lucémque, deósque,
Vt te matura per Styga morte sequar.
HOM. Parce tuam coniux fletu quassare iuuentam,
Fatáque mœrendo solicitare mea.
Nil prosunt lachrymæ: nec possunt fata moueri.
Viximus: hic omneis exitus vnus habet.
Parce, ita non vnquam similem expectare dolorem,
Et faueant votis numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit mors immatura iuuentæ,
Id tibi victuro proroget vlterius.

Homonymon, pen. corr. ‡ ὁμώνυμον. Ital. *D'vn istesso nome.* Gal. *D'vn mesme nom.* Hisp. *De vn mesmo nombre.* ‡ Latinè sonat Eiusdem nominis. Propriè enim homonyma dicuntur res diuersæ eodem appellatæ nomine: vt, Taurus Asiæ mons, & bos masculus eodem appellantur nomine, quũ sint res diuersissimæ. Homonyma itaque dici possunt, quæ à Grammaticis vocantur Aequinoca, quæ sub vna voce plura significant: quale est Lupus, quod & animal terrestre significat & piscem. Synonyma autem dicuntur voces diuersæ, quæ eiusdem sunt significationis: quales sunt ensis & gladius.

Homusius, ὁμούσιος, Eiusdem substantiæ, quod Theologi voce inter Latinos non satis recepta consubstantialem dicunt. Ὁμός enim idem est quod vnus, idem, vel similis, & οὐσία, substantia.

Honestus, a, um, Honore & dignitate plenus. ‡ τιμίος, ἔνδοξος, σεμνός. Ital. *Honesto, laudabile, de virtu, gentile.* Gal. *Honneste, louable, & de vertu, de bonne reputation, gentil.* Hisp. *Cosa honesta, hermosa, honrada y que parece bien.* ‡ Sallust. in Iugurtha, Calumnia paucorum, quibus omnia honesta, atq; inhonesta vendere mos erat. ¶ Item pulcher, καλός, εὐειδής. Terent. in Eun. -hem Eunuchũ tibi, Quàm liberali facie, quàm ætate integra! T H. Ita me dij ament, honestus est. Et paulo pòst, Ducit secum vnà virginem dono huic, papæ, facie quàm honesta! Sic etiam Inhonestus, modò idem est quod turpis, hoc est honoris & dignitatis expers. ἄτιμος. Cic. pro Domo sua. Profectò illum Attilium hominem turpissimum, atq; inhonestissimum iudicares. Modò idem quod deformis. αἰσχρός. Terent. in Eun. Illúmne, obsecro, inhonestũ senem, mulierem?

Honestissimus, Honestate, vel honore plenissimus. ἐνδοξότατος. Cic. Lentulo. Post tuum discessum is dies nobis honestissimus fuit in Senatu.

Honestum, sti, substantiuum, Virtutem, probitatémque significat, quo cauetur nequid indecorè, effœminatè, libidinosè, turpiter fiat, cogitetúrve. ‡ τὸ καλόν. Ital. *Ciò che è honesto, virtù, honestà.* Gal. *Ce qui est honneste, honnesteté.* Hisp. *Lo que es hermoso, honrado y honesto.* ‡ Quintil. lib. 2. cap. 4, Sed nos iustũ, pium, religiosum, cæteráq; his similia honesto cõplectimur.

Honestas, atis, Idem est quod dignitas, decus, laus virtute comparata. ‡ τὸ καλόν. Ital. *Honestà.* Gal. *Honnesteté.* Hisp. *La honestidad.* ‡ Cic. in Officiis, In officio colendo sita est honestas omnis: & in negligendo turpitudo. Idem ad Atticum. O hominem amentem, & miserum, qui ne vmbram quidem vnquam τοῦ καλοῦ viderit! Vbi enim est dignitas, nisi vbi est honestas? Idem pro Muræna, Nolite eum antè partis honestatibus, atque omni dignitate, fortunáque priuare.

Honestè, aduerb. Cum honore & dignitate, aut saltem sine dedecore. ‡ καλῶς. Ital. *Honestamente, honoreuolmente.* Gal. *Honnestement, vertueusement, honorablement.* Hisp. *Honestamente, honrosamente, y sin reprehension.* ‡ Terent. in Eunucho, Alio pacto honestè quomodo hinc abeam, nescio. Cic. de Amicitia, Quod qui recusarent, quauis honestè id facerent, ius tamen amicitiæ deserere arguerentur.

Honesto, stas, Decoro, honore afficio. ‡ τιμῶ μεγαλοφρονῶ. Ital. *Fare honore, honorare.* Gal. *Honorer, faire honeur.* Hisp. *Honrar, hazer honer à otro.* ‡ Plautus Capt. Ne me secus honore honestes, quàm ego te, quum seruiebas mihi. Cic. lib. 1. Offic. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Idem 2. Offic. Quæcunque igitur homines homini tribuũt, ad eum augendum atque honestandum, aut benevolentiæ gratia faciunt. Sallust. in Catilina, Sed quòd indignos homines honore honestatos videbam. ¶ Huius composita sunt, Cohonesto, quod est simul cum aliis honesto. συντιμῶμαι. Cic. Bruto, Quos cohonestatis, in primísque me, si Respublica municipiúmve tuo studio, & diligentia bene administrata erit. Dehonesto, quod est contrarium suo simplici. ἀτιμάζω.

Honor, oris, & Honos, Reuerentia quam alicui exhibemus in virtutis testimonium. ‡ τιμή. Ital. *Honore, ornamento.* Gal. *Honeur, dignité.* Hisp. *Honra, hermosura.* ‡ Cic. pro Cælio, Nemini vnquam præsenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. ¶ Accipitur etiam honor siue honos pro dignitate, siue magistratu. Idem de claris Orat. Honos est præmium virtutis, iudicio studióque ciuium delatum ad aliquem. Idem in Epist. Quum honoribus amplissimis perfuncti essemus. Idem antequam iret in exilium, Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore. Vbi per summum gradum honoris intelligit dignitatem Consulatus, ad quam per Aedilitatem & Prætura velut per inferiores gradus paulatim ascendebatur. ¶ Aliquando accipitur pro pulchritudine. κάλλος. Virgil. lib. 1, Et lætos oculis afflarat honores. Et alibi, Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem. ¶ Aliquando pro cultura, obseruantiáque. θεραπεία. Idem lib. 6, Semper honore meo, semper celebrabere donis. ¶ Inuenitur etiam aliquando positum pro ipsis sacrificiis vel odoribus, quos veteres diis suis accendebant. Virgil. 1. Aeneid. Aut supplex aris imponat honores? ¶ Aliquando pro præmio: vt apud eundem, Ipsis præcipuè ductoribus, addit honores. Cic. 1. Tuscul. Honos alit artes, omnesque incendimur ad studia gloriæ. ¶ Mortis honos, id est sepultura. Virgil. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes. ¶ Aliquando pro amore. Virgil. 11. Aeneid. Siquis amatæ tangit honos animum. ¶ Honorem præfari dicimur, quum rem aliquam turpem dicturi, paucula verba præmittimus, quibus turpitudinis veniam à præsentibus precamur. Cicero Pæto, Nos autem ridiculè: Si dicimus, Ille patrem stragulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. Pro eodem etiam dicimus, Habere honorem auribus. Curtius lib. 5, Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modestus est habitus: paulatim pudorem profanant: ad vltimum opus (honos auribus sit habitus) ima corporis velamenta proiiciunt.

Honorarius, a, um, Quod ad honorem pertinet. ‡ τιμητικός, ἐ τιμητικόν. Ital. *Di honore, pertinente à honore.* Gal. *D'honeur, apartenant à honeur.* Hisp. *Cosa de honra, perteneciente à honra.* ‡ vt, Ius honorarium, id est Prætorium, ab ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nore Prætorum. Honorarius arbiter dicitur quem honoris causa. utraque pars summum facit suæ causæ & controuersiæ iudicem. Cic. 5. Tusc. Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. ¶Ludi honorarij quos antiqui Liberalia dicebant, vt inquit Festus: dicti honorarij, ab honore videlicet eorum qui munera ea populo edebant. ¶Honorarium, donum erat teste Budæo, quod Consulibus olim in Prouincias aduenientibus, honoris loco dabatur: qualia hodie principibus suas primùm vrbes ingressis potrigi, veluti bene ominandi gratia, solent. {δῶρον, τὸ γέρας, τὸ πρεσβεῖον, τὸ ἀρετῆς ἕνεκεν δοθέν. Ital. *Presente di vna cita a vn principe.* Gal. *Vn present de ville ou autre a vn prince ou magistrat.* Hispa. *Don ò dadiua que dana la ciudad à principe.*} Honorarium ob id dictum, quòd honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cicc. in Pisonem, Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi, qui honorarij? si quidem potest vi & metu extortum, honorarium nominari: quod quum peræquè omnes, tum acerbissimè Bœotij, Byzantij, Cherronenses, Thessalonica sensit. ¶Est etiam honorarium apud Iurisconsultos, munus quod patronis dabatur à clientibus. Olim enim patroni non exigebant officij sui mercedem, quemadmodum nostri hodie aduocati, quòd turpissimum ducerent patronum esse mercenarium: clientes tamen ne accepti beneficij immemores viderentur, patronis suis pro suo arbitrio munus aliquod offerebant, quod honorarium vocabant, eo quòd magis ad honorandum patronum, quàm ad mercedis satisfactionem pro arbitrio clientis soleret offerri. ¶Honorarius tumulus, qui honoris causa erigitur. κενοτάφιον. Suetonius in Claud. Cæs. Cæterùm exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps statuto die quotannis miles decurreret, Galliarúmque ciuitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas *representationes* in anniuersariis exequiis vocamus. Vide cenotaphium. ¶Honoraria, ludi qui à Romanis fiebãt in honorem Liberi patris, qui & Liberalia decebantur. δωτήρια. Festus Honorarios ludos appellat.

Honoro, ras. pen. prod. Honore afficio. {τιμῶ τὸν ἄνδρα. Ital. *Honorare.* Gal. *Honorer.* Hispan. *Honrar.*} Cicc. 1. de Diuin. Amphiaraum autem sic honorauit fama Græciæ, Deus vt haberetur. Idem in Philip. Hic me non solùm meis laudibus ornat, sed etiam honorat alienis. ¶Honorare aliàs à Cicerone dicitur, honorem habere alicui, honorem adhibere, honestare, in honore habere, honorem ei facere, honorem debitum alicui præstare, honore augere, honore amplissimo ornare. ¶Huius composita sunt, Exhonoro & Inhonoro quæ sunt significationis contrariæ suo simplici.

Honoratus, Qui in honore habetur. {τίμιος, ἔντιμος, ἀνδρεῖος. Ital. *Honorato.* Gal. *Honoré.* Hispan. *Honrado.*} Cicc. lib. 1. Offic. Dicendum est etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat esse. Idem de Senect. Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria, nec ea solùm in claris, & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta.

Honoratè, aduerbium, cum honore & dignitate. {σεμνῶς, ἐντίμως, ἀνδρείως. Ital. *Honoratamente.* Gal. *Honorablement.* Hisp. *Honorosamente.*} Cicc. 11. Philipp. Quæ de illo viro Sylla? quæ Murena? quæ Seruilius? quæ Lucullus, quàm honoratè, quàm honorificè, quàm grauiter sæpe in Senatu prædicauerunt. Tacit. lib. 10, Quòd filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum, honoratè custodierunt.

Honorabilis, le, Honore dignus. {τίμιος, ἀξιέπαινος. Ital. *Degno d'honore, honorabile.* Gal. *Honorable, digne d'estre honoré.* Hispan. *Digno de ser honrado.*} Liuius 4. ab Vrbe, Quinque Consulatus eodem tenore gesti, vitáque omnis consulariter acta, verendum penè ipsum magis, quàm honorabilem faciebant.

Honorificus, a, um, Quod honorem confert. {τιμητικός. Ital. *Cio que fa honorare, honorenole.* Gal. *Qui fait honneur, honorable.* Hisp. *Cosa que honra.*} Cic. Cælio, Honorificus in me Consul fuit, & suauis amicus. Idem ad Brutum, Decreuit etiam interim, quòd quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. Honorifica mentio alicuius, apud eundem ad Quintum frat. Item, Honorifica verba, Honorificum Senatusconsultum.

Honorificè, aduerbium, Idem quod honoratè. {ἐντίμως. Ital. *Honoratamente, honorenolmente, con honore.* Gal. *Honorablement, auec honneur, en faisant honneur.* Hisp. *Honrosamente.*} Cicc. 6. Verrina, Itaque in curiam venimus, honorificè lanè consurgitur: nos rogatu magistratus assedimus. Idem ad Cælium, In quo admirari soleo grauitatem & iustitiam, & sapientiam Cæsaris: nunquam, nisi honorificentissimè, Pompeium appellat. Honorificè dicere. Brutus Ciceroni, Non solùm enim vsitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te quod pro nostra dignitate fideliter atque honorificè dixeris aut feceris. Honorificè appellari. Cæsar 8. bel. Gal. Itaque honorificè ciuitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo. Cic. de pet. Cons. Largè & honorificè promittere aliquid.

Honorifico, ficas, Honore afficio: apud recentiores dùtaxat legitur, {τιμῶ τινα. Ital. *Honorare, far honore.* Gal. *Honorer, faire honeur.* Hispan. *Honrar, hazer honra à otro.*} Lactantius lib. 7, Vt adorent & honorificent regem magnum.

Honorus, a, um, Docorus, honorificus. {τίμιος. Ital. *Che fa honore.* Gal. *Honorable, faisant honneur.* Hisp. *Honorable, que haze honra.*} Tacitus lib. 3, Fecerunt qui publici funeris pompam requirerent, comparárentque quæ in Drusum patrem Germanici honora & magnifica Augustus fecisset. Honora oratio, apud eundem lib. 3. Vnde Inhonorus, sine honore. ἄτιμος, ἀνώνυμος. Plin. lib. 5. cap. 30, Aliæque inhonoræ ciuitates.

Hoplomachus, pen. corr. ὁπλομάχος. Dicitur is qui scuto reliquisque armis instructus, in arenam descendit. Nam ὅπλον apud Græcos modò scutum, modò omnia generaliter arma denotat, quę pugnantibus vsui sunt. Martialis li. 8, Hoplomachus nunc es: fuerat opthalmicus antè: Fecisti medicus quod facis hoplomachus.

Hora, æ, {ὥρα. Ital. & Hisp. *Hora.* Gal. *Heure.*} Apud veteres accipitur pro cuiuslibet temporis parte: vnde quatuor illæ anni partes, Ver, Æstas, Autumnus, & Hyems, anni horæ dictæ sunt. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus illis spatiis in quæ dies diuiditur. Dictæ autem

sunt horæ (vt Macrobius putat) à Sole. Aegyptij enim Solem vocabant Horum. Vnde etiam horæ ab Ouidio Solis ministræ finguntur. Siue (vt alij malunt) ἀπὸ τοῦ ὁρίζω, quod terminũ significat: siue ab ἐρείδω, quod est terminare, definire, vel diuidere. Sunt enim horæ, nihil aliud quàm spatia quædam æqualia, in quæ dies diuiduntur. Alij malunt horas dictas ἀπὸ τοῦ οὔρου, quo verbo vrina significatur. Ferunt enim Hermetem Trimegistum horas primùm obseruasse ex vrina sacri cuiusdam animalis quod Serapi erat dicatum. Nam quum animaduerteret ab eo animali diei & noctis vnius spatio, æqualibus interpositis interuallis, vrinam duodecies emitti, placuit in totidem horas diem ciuilem diuidere: qui tamen postea duplicato numero in horas XXIIII est distinctus. Terent. in Eunuc. Dum hæc dicit, abiit hora: rogo nunquid velit. Cic. 6. Verrina, Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. ¶Hora etiam quandoq; pro die accipitur, vel pro statuto quodam & certo tempore. Cicc. 3. Verrina, Menses mihi tres

omnia frumenta sit atidum: aut certè ab antiquo adiectiuo hordus, quod apud vetustissimos significabat grauidum: pro quo posteriores mutata aspiratione in digamma Aeolicum dixerùt Fordus. Plin.lib.18. cap.7, Hordeum frugum omnium mollissimum est: seri non vult, nisi in soluta, & sicca terra, ac nisi læta. Palea ex optimis: stramento verò nullum comparatur.

Hordeaceus, a, um, Quod est ex materia hordei. {κεδίνος. Ital. *D'orzo.* Gal. *D'orge.* Hisp. *Cosa de cenada.*} vt, Panis hordeaceus. Plin.lib.18.ca.11.

Hordearius, a, um, Quod hordeo viuit. {ὁ κεδινοφάγος. Ital. *Che viue di orzo.* Gal. *Qui vit d'orge.* Hisp. *El que viue de cenada.*} Plin.lib.18.cap.7, Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Athenienſium ritu Menandro autore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearij vocabantur. Vnde Aes hordearium veteres dicebant, quod pro hordeo equis dabatur. Festus. Hordearia pruna. Plin.lib.15. cap.13, Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Horia, horiæ, Vide ORTA.

Horizon, huius horizontis, pen.prod. {ὁρίζων. Ital. *Horizonte.* Gal. *L'horizon.* Hisp. *Terminador del cielo.*} Finitor vel terminator Latinè dicitur, ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod est terminare. Est autem circulus, vel cæli terminus quodam circo designatus: qui super terram videtur, quem sibi vniuscuiusque circunscribit aspectus. Centum & octoginta stadia non excedit acies contrà videntis. Vbicunque terrarum steteris, videtis tibi quandam cæli conclusionem videre, quam horizontem vocauerunt. Cic.2. de Diuinat. Quum enim illi orbes, qui cælum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectissimè vocati possunt, varietatem maximam habeant, alisque in aliis locis sint: necesse est ortus, occasúsque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

HORODES, siue (vt alij scribunt) Orodes, pen.prod. Rex Parthorũ fuit, qui M Crassum occidit. Vide Plutarchum in Crasso.

Hermesion, Gemma igneo colore radians auro, portante secum in extremitate candidam lucem. Plin.lib.37.cap.10.

Horminodes, Gemma quæ ex argumento viriditatis appellata est, ambiente circulo aurei coloris. Plin.lib.37.cap.10.

Horminum, ὄρμενον, Herba est folio marrubij, caule semicubitali, quadrangulo, semine Saluiæ simili. Vulgus *Saluiam transmarinam* appellat.

Horno, aduerbium, Significat Hoc anno. τῶντε, τοῦτο, τῷδε ἔτει. Ital. *Questo anno.* Gal. *C'este annee.* Hisp. *Agueste año.*

Hornus, a, um, à pronomine hic, & annus, idem est quod huius anni, vel quod ætatem vnius anni non excessit. {ἵνος. Ital. *D'un anno.* Gal. *D'vn an.* Hisp. *De vno año.*} Vnde Hornam frugem dicimus, quæ hoc anno prouenit. Aeron verò hornum, quod est vnius anni dixit: vt, Res horna: id est annua, vel noua. Proper. lib.4. Illa dies agnis eadem denuntiat hornis: id est anniculis. At Porphyrio hornum, huius anni exposuit. Vnde super illud Horatij in Epodo, Et horna dulci vina promens dolio: Horna (inquit) vina dicũtur huius anni. Nonius verò, illius anni interpretatus est, & adducit Lucilium, lib.28, ita scribentem, Vtrum anno, ãnque horno te abstuleris à viro. ¶ Hornam messem, prouerbiali figura dixit Plautus, pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. Vide Chiliades Erasmi.

Hornotinus, a, um, pen.corr. sicut à Diu, diutinus: Huius, vel vnius anni. {ἵνος. Ital. *Di questo anno.* Gal. *De c'est an.* Hisp. *Cosa de queste año.*} Cic.5. Verr. Hæ literæ, Iudices, L. Metelli, quas audistis, hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exarauerunt. Cato de Re rust. cap.17, Hornotinæ nuces virides. Colum.lib.3. Plantas hornotinas, scrobibus pedalibus factis, ante Calendas Martij dispositas habeas.

HOROMASDES, Apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatur. Sipontinus.

Horos, ὅρος, A Græcis dicitur finis & terminus cuiusuis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cuiuscunque corporis extremum.

Horologium, Vide HORA.

Horreo, Horresco, Vide HORROR.

Horreum, rei, Ab horrore, quasi horridum, propter asperitatem aristarum. Prisci enim fruges in suis spicis cum aristis in granariis condebant. {λάρναξ, σιβωλακίον. Ital. *Granaro.* Gal. *Grenier.* Hisp. *Alholi, ò algorfa, ò granero.*} Varro ab hordeo tractum existimat, quemadmodum à farre farreum. Nam quemadmodum farreum dicitur locus in quo ponitur far, ita horreum dicitur locus hordeo asseruando accommodatus: quanquam generalius accipitur pro quarumlibet frugum repositorio. Virgil. Georg. Illius immensę ruperunt horrea messes. Cic. contra Rullum, Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse voluerunt. Non solùm autem horreum accipitur pro loco destinato ad custodiam frugum, sed etiam rerum aliarum pretiosarum, sepositarum ad quotidianum vsum: vt apud Apuleium in Metamorpho. Demonstrat horreum, vbi vesperè sagaciter argentum copiosum recondi viderat. ¶ Iureconsulti horrea frequenter vsurpant pro repositoriis mercium, & rerum pretiosarum. ¶ Ipso horreo dari dicitur, quod prolixè & affatim datur.

Horreolum, {τὸ μικρὸν σιβωλακίον, ἢ μικρὸν λάρναξιον. Ita. *Picciolo granaro.* Gal. *Petit grenier.* Hisp. *Pequeño alholi, ò algorfa, ò granero.*} Diminutiuum ab Horreum. Valer. Maxim.

Horrearius, {σιβωλάκης, ὁ φύλαξ. Ital. *Guardiano del granaro.* Gal. *Gardien de blé.* Hispan. *Guardador, el que guarda el pan.*} Cui comissa est cura ac custodia horrei. Vlpian. in L. Celsus. ff. Ad exhib. Sed si nemo hæres sit, cum horreario agendum.

Horribilis, Horridus, Vide HORROR.

Horror, ris, Tremor, proprie quum totum corpus vel frigore vel pauore intremiscit, & succussatur. {φρίκη. Ital. *Tremore, horrore, freddo, battimento di cuore.* Gal. *Frisson, effrayement.* Hisp. *Miedo, ò espeluzo por frio.*} Celsus lib.3. cap.3, Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ à frigore. Frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, vbi totum corpus intremiscit. Virgil.3. Aen. -mihi frigidus horror Membra quatit. Idem 4. Aeneid. Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit. ¶ Refertur etiam quandoque ad torui tatem aspectus. Apuleius, Quem quum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim recessit. ¶ Quandoque ad venerationem pro metu illo, qui ex religione incutitur. Virgil. 1. Aeneid. Horrentique atrum nemus imminet vmbra. Lucanus, Arboribus suus horror inest.

Horridus, a, um, Hispidus, asper. {δασὺς, λασιόφρων. Ital. *Horrido, aspro, peloso.* Gal. *Effrayant, hideux, espouuentable, aspre, rude.* Hisp. *Espantable ò espeluzado.*} Virgil. lib.4. Aeneid. Et glacie riget horrida barba. ¶ Interdum etiam accipitur pro inculto, & inornato. Terent. in Phormione, Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida. ¶ Per translationem etiam oratio dicitur horrida, quæ dura est, aspera, & ieiuna. Et Horridus, timendus. φοβερὸς. Virgil. 5. Aeneid. Horridus in iaculis. hoc est terribilis, vt exponit Seruius. Horrido Contrarium est Nitens, vel nitidum. Cicero 3. de Orat. Ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædam est oratio tua.

Horridè, aduerbium, Hoc est asperè, & inculté. {τραχέως, λασίως καὶ χαύνως. Ital. *Roz̃amente, aspramente.* Gal. *Asprement, rudement, hideusement.* Hisp. *No labrada, impolidamente, asperamente.*} Cic. in Orat. Putant enim qui horridè, incultéque dicat, modò id eleganter enucleatéque faciat, eum solùm Atticè dicere.

Horriditas, atis. Ipse horror. {φρίκη. Ital. *Horrore.* Gal. *Horreur.* Hisp. *Miedo ò espeluzo por frio.*} Nævius, Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Horridulus, a, um, diminutiuum, Idem quod subhorridus, id est parum bene cultus. {ὑποτραχύς. Ital. *Alquanto tremante, spogettito.* Gal. *Vn peu effrayant, vn peu aspre & rude.* Hisp. *Espantable ò espeluzado vn poco.*} Persius, Scis comitem horridulũ trita donare lacerna. Cic.2. ad Att. Quanquã illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant. Sic in Oratore, Horridulæ orationes.

Horribilis, bile, Formidabilis. {φοβερὸς, φοβητός. Ital. *Horribile, spauenteuole.* Gal. *Horrible, espouuentable.* Hisp. *Espantable ò terrible.*} Cicero, Et quod dictu quoq; horribile videtur, viuentis sanguine hausto. Virgil. 4. Georg. Omnia transformat sese in miracula rerum, Igneúmque, horribilémque feram, fluuiúmque liquentem.

Horrifer, a, um, Horrorem, hoc est vehemens frigus incutiens. {φρικώδης. Ital. *Che da spauento & fa tremare.* Gal. *Qui donne frayeur.* Hispa. *Cosa que trae miedo.*} Cic.1. Tusc. Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Ouid.1. Metamorph. Septémque triones Horrifer inuasit Boreas.

Horrifico, as, Horrorem incutio. {φρικῶ. Ital. *Far paura, & horrore.* Gal. *Effrayer, effrayer, espouenter.* Hisp *Espantar.*} Virgil.4. Aeneid. Multáque præterea vatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant.

Horrificus, a, um, Quod horrorem facit. {φρικώδης. Ital. *Ciò che fa horrore ò paura.* Gal. *Qui fait frayeur, effrayant, effrayant.* Hispan. *Cosa que haze espanto y miedo.*} vt Horrificum bellum, apud Ciceronem, pro Domo sua. Virgil. 3, Aeneid. At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiæ.

Horripilo, as, pen.corr. Significat horridiore, asperiorèque pilo fructificare. ἀνακόπτομαι. Apul. lib. 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

Horrisonus, a, um, pen.corr. Quod cum horrore sonat, siue quod horridum sonum habet: vt, Horrisonus fremitus. {ἠχώδης. Ital. *Che rende suono horribile.* Gal. *Qui rend son effrayant.* Hispan. *Cosa que haze el son ò sonido espantable.*} Virgil. 9. Aeneid. Clamore excipiunt socij, fremitúque sequuntur Horrisono. Cic.2. Tusc. Horrisonum fretum.

Horreo, res, rui, Horrorem habeo, proprie quum pili setæve in animante eriguntur. {φρίττω. Ital. *Hauer horrore, paura, freddo.* Gal. *Prisonner, se heriſſonner, & tener sou poil, se reſimper, trembler de peur.* Hisp. *Espeluzarse con frio, temer, temer ò auer en horror.*} ¶ Verùm quoniam hoc aliquando ex frigore fit, factum est vt horrere aliquando accipiatur pro frigere. Iuuenalis Satyra 1, Et horrenti tunicam non reddere seruo. ¶ Et quia frigus sæpe à timore proficiscitur, fit vt horreo accipiatur pro timeo. Virgil. lib.3. Georg. Nec vanos horret strepitus. Liuius 2. ab Vrbe, Consules quoque Romani nihil præterea aliud quàm suas vires, sua arma horrebant. ¶ Horrere item tremere significat. Columella lib.1. cap.4, Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. ¶ Item asperum esse: quoniam corpora quæ horrent, aspera redduntur. Virgil. 11. Aeneid. -tum latè ferreus hastis Horret ager. ¶ Similiter horrere, est stupere, mirari. Virgil. lib.3, Horrendum, ac dictu video mirabile monstrum. ¶ Constituitur hoc verbum modò absolutè. Terent. in Eunucho, Totus horreo. Modò cum datiuo. Plin. in Panegyrico, Nemo iam parens filio, nisi fragilitatis humanæ vices horret. Modò cum ablatiuo mediante præpositione, vt apud Lactantium lib.6, Nam de mortis generibus horret animus recordari, quum immanium bestiarum vltra ipsam mortem carnificina sæuierit. Modò cum accusatiuo. Virgil. lib.3. Georg. -nunquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. ¶ Huius verbi composita sunt, Abhorreo, cohorreo, exhorreo, inhorreo, & perhorreo: quæ vide suis locis.

Horresco, is, Horridus fio: vt quum quis intrinsecus algorem seu tremorem in se citari & crescere sentit, pauore, stupore, aut febri inualescente. {ἐμφρίττω. Ital. *Hauer horrore, diuenir horrido.* Gal. *Auoir frayeur, trembler de peur, craindre.* Hisp *Temer ò hauer horror.*} Virgil. lib.6, Horrescit visu subito, causásque requirit. Plaut. in Asinaria, Horrescet saxo læna, leges quum audiet. id est expauescet. ¶ Item contremiscere. Virgil. lib.3. Georg. Tum segetes altæ, campique natantes, Lenibus horrescunt flabris. Terent. Adel. Perij, horresco, sempet vbi pultare hasce occipio fores. ¶ Aliquando habet post se accusatiuum. Virgil. lib.3. Aeneid. Nec tu mensarum morsus horresce futuros. ¶ Eius composita sunt, Abhorresco, exhorresco, inhorresco, & perhorresco: quæ vide suis locis.

Horrendus, a, um, gerundiuum, Idem est quod timendus, & abominandus. {φρικτὸς. Ital. *Horrendo.* Gal. *Dequoy on doit auoir horreur, horrible, espouuentable.* Hisp. *Cosa espantable y de temer.*} Virg.3. Aeneid. Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Idem 2. Aeneid. Clamores simul horrendos ad sydera tollit. Tibull. Eleg.10. lib.1, Qui fuit horrendos primus qui protulit enses.

Horsum, aduerbium loci, Versus hunc locum. {δεῦρο, δευρί, ἐνθάδε, ἐνθαδί. Ital. *Verso questo luogo, verso qua.* Gal. *Vers ce lieu, de ce costé, vers ceste part.* Hisp. *Hazia aqueste lugar.*} Plaut. in Rudente, Vidésne alterã illam vt stu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus eiecit foras? Surrexit, horsum se capessit, salua res. Terent. in Hecyra, -atat, eccum Phidippum & patrem Video, horsum pergunt.

HORTENSIA, Q. Hortensij filia fuit eloquentissima: quæ quum matronarum ordo graui tributo à Triumuiris Octauio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quisquam liberius loqui auderet: ea sam constanter egit, repræsentatáque patris facundia, impetrauit vt maior pecuniæ pars eis remitteretur. Eius orationis præcipua capita ab Appiano Alexandrino referuntur.

Hortensis, Vide HORTVS.

HORTENSIVS, cui Quinto fuit prænomẽ, Romanus orator, qui in foro Romano causarum rex ob eloquentiam dictus est: licet eius scripta infra famam fuerint. De quo Cicero in Bruto sic refert, Primùm memoria tanta, quantam in viro cognouisse me arbitror, vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet quibus cogitasset. De quo etiam fertur, quòd sedens olim totum diem in auctione, omnes res vænales, & pretia & emptores, ordine suo recensuit, argentariis recognoscentibus, ita vt in nullo falleretur.

Hortor, aris, Est verbis ad aliquid faciendum impellere quempiam, vel consilium dare ad rem aliquam aggrediendam. {προτρέπομαι, παραινῶ. Ital. *Confortare, essortare.* Gal. *Exhorter, inciter à quelque chose.* Hisp. *Induzir ò amonestar, incitar.* } Et differt à moneo, quia monemus autoritate & consilio: hortamur rationibus & precibus, etiam plerunque blandiendo. Terent. in Hecyra, -ego propterea te sedulò Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat, Quin spolies. Cic. ad Lentulum, Pompeium & hortari & orare, & iam liberius accusare & monere, vt magnã infamiam fugiat, nõ desistimus. ¶ Hortari, passiuè. Tacitus lib. 6. Annal. Memmium Pollionem Consulem designatum ingentibus promissis inducunt, sententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octauiam despondere Domitio.

Hortatio, onis, Hortandi actus. {προτροπή. Ital. *Essortatione.* Gal. *Amonnestement, exhortement.* Hisp. *Induzimiento.* } Cic. 5. de Finibus, Tamen mihi grata est hortatio tua.

Hortatus, us, Idem quod adhortatio, & monitio. προτροπή. Cic. pro Arch. Quòd si hæc vox huius hortatu, præceptisque confirmata, nonnullis aliquando saluti fuit, &c. Plin. lib. 13. cap. 1, Cuius hortatu exceperat eos dies.

Hortamen, inis, & Hortamentum, ti, Idem significant. προτροπή. Liu. 10. ab Vrbe, Vbi auditur P. Decij euentus, ingens hortamen ad omnia pro Republica audenda. Idem lib. 7. Pugnatum haud procul porta Collina est totius virtibus vrbis, in conspectu parentum, coniugúmque, ac liberorum: quæ magna etiam absentibus hortamenta animi, tum subiecta oculis, simul verecundia misericordiáque militem accendebant.

Hortator, oris, Qui hortatur, & suadet vt aliquid fiat. {προτρεπτής. Ital. *Chi conforta & incita.* Gal. *Qui exhorte, amoneste & incite.* Hisp. *Induzidor, amonestador.* } Cic. pro Sexto Roscio, Postremò isto hortatore, autore, intercessore, ad Syllam legati non adierunt.

Hortatrix, Verbale, {παραινοῦσα, προτρέπουσα. Ital. *Donna che conforta.* Gal. *Celle qui exhorte & incite.* Hisp. *Induzidora, amonestadora.* } Vt, Gloria hortatrix animos leti, Stat. 9. Thebaid.

Hortatiuus, a, um, Adhortationi accommodatus. {προτρεπτικός. Ital. *Cosa che essiamo per confortare.* Gal. *Dequoy on vse & se sert on à exhorter.* Hisp. *Cosa para induzir.* } Quintil. Hæc ad hortatiuum genus maximè pertinent.

Hortus, horti, Est locus in agro, siue etiam in vrbe, in quo arbores, & olera oriuntur. {κῆπος. Ital. *Horto, giardino.* Gal. *Vn jardin, vn courtil.* Hispa. *Huerto para ortaliza, jardin.* } Horat. 2. Serm. Satyr. 4, Caule suburbano qui siccis creuit in agris Dulciori irriguo mihi est elutius horto. Cic. 13. Philip. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrauit. ¶ Apud veteres autem accipiebatur pro villa, quòd in illis viri ad bella orientur. Plin. lib. 19. cap. 4, In x II Tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa: semper in significatione ea hortus: in horti verò, hæredium. Festus, Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quòd ibi qui arma capere possent, orientur. Constat itaque, si etymologiæ rationem spectemus, scribendum esse ortus sine aspiratione: fecit tamen receptus à doctioribus vsus vt aspiretur, ad differentiam fortassis participij ortus, vel nominis quartæ inflexionis. Vtcunque tamen quis scribat, non multum peccauerit. ¶ Valla lib. 3. cap. 9, ponit differentiam inter hortum in singulari numero, & hortos in plurali: vt hortus dicatur vbi olera nascuntur, hoc est quæuis herbæ satiuæ, quibus vescimur: horti verò, qui arboribus consiti sunt, & voluptatis causa comparati. Vnde in superiori dicendum putat vnum hortum, duos aut tres hortos: in posteriore verò, per numeros distributiuos loqui præcipit: vt scilicet vnos, binos, ternos, quaternos hortos dicamus. Hæc tamen differentia etiamsi frequentius vera est, non semper tamen obseruatur. Testimonia vide apud Vallam loco iam citato. ¶ Horti pensiles, qui supra ædificia facti, vel supra columnas erecti pendent. Plin. lib. 36. cap. 14, Leguntur & pensiles hortos, imò verò totum oppidum fecisse Aegyptiæ Thebæ.

Hortulus, li, diminutiuum est ab hortus. {κηπάριον. Ital. *Horticello, giardinetto.* Gal. *Vn petit jardin, jardinet.* Hisp. *Pequeno huerto ò jardin.* } Plin. lib. 35. ca. 5, Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo. Cic. 1. de Nat. deor. Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit.

Hortensis, & hoc hortense, Quod in horto nascitur. {κηπαῖος. Ital. *Ciò che nasce nell' horto.* Gal. *De jardin, qui croit és jardins.* Hispan. *Cosa de huerto ò que nasce en ello.* } Plin. lib. 19. cap. 10, Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua terræ sata.

Hortensius, a, um, Idem quod hortensis. κηπαῖος. Plin. lib. 19. cap. 8, Beta hortensiorum leuissima est. Idem lib. 22. cap. 24, Sed medicinas è floribus, coronamentisque, & hortensiis, quæque manducantur, herbis prosecuti, quonam modo frugum omittemus?

HORVS, i, Isidis filius, quem quum illa amisisset, verita ne illi obueniret quod Osiri patri acciderat, multùm fleuit: sed eo inuento, mœrorem in lætitiam conuertit. ¶ Horus præterea ab Aegyptiis vocatur Solis vnde & horas dictas arbitratur Macrobius. ¶ Fuit & Horus Assyriorum rex. Plin. lib. 30. cap. 15.

Hospes, itis, gen. commu. Dicitur qui quæve alterum hospitio suscipit, vel ab eo excipitur. {πολυξένης, ξένος, ξενοδόκος, ὁ ξενίζων & ξενιζόμενος. Ital. *Albergatore, & chi è albergato, foresticre.* Gal. *Hoste, hostelier, celuy qui loge ou est logé, estranger.* Hisp. *Huesped, que recibe ò es recebido.* } Propriè autem dicuntur hospites amici diuersarum patriarum, qui se mutuò recipiũt, quum alter in alterius patria peregrinus est. Ouid. lib. 1. Metam. Non hospes ab hospite tutus. Cic. pro Deiotaro, Per dextram istam quam hospes hospiti porrexisti. ¶ Hospes item pro peregrino accipitur. Terent. in Andria, -nunc me hospitẽ Lites sequi, quàm hîc mihi sit facile atq; vtile. Aliorum exempla commonent. Cic. Acad. 1, Nam nos in nostra vrbe peregrinantes, errantésque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt vt possemus aliquando, qui, & vbi essemus agnoscere. ¶ Sunt qui putent hoc nomen esse omnis generis, eo quòd in numero plurali interdum legamus neutrum genus hospita, vt apud Virgilium. 3. Aeneid. -quò tutior hospita lustres Aequora. Sed verisimilius est hoc esse ab adiectiuo hospitus, a, um, cuius etiam fœmininum est hoc esse ab adiectiuo hospitus, a, um, cuius etiam fœminisimilius est hoc esse ab adiectiuo hospitus, a, um, cuius etiam fœminum est hoc esse ab adiectiuo hospitus, a, um, cuius etiam fœm

hostias ab antiquo verbo hostio dictas putant, quod apud antiquos inter alia significabat ferio vel retundo, vt probat Nonius hac autoritate Pacuuij in Teucro, Nisi coercuero proteruitatem, atque hostiero ferociam. Pro eodem etiam dicitur Victima, quæ cæditur victis hostibus. Ouid.lib.1.Fast.Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur. Gellius hoc putat discriminis esse inter hostiam & victimam, quòd hostia à quouis sacerdote mactati posset: victima tantum ab eo qui hostes vicisset. ¶Mactata hostia lenior, prouerbiali figura dixit Horatius, de mansuetis & spontaneis. ¶HOSTIA item puellæ nomen fuit, quam Propertius adamauit, & falso nomine Cynthiam appellauit. ¶Est & Hostia oppidi nomen in Latio, ad Tyberis ostium: in qua tamen significatione rectius scripseris Ostia sine aspiratione.

HOSTICVS, substantiuum, Nomen Poëtæ fuit.

Hosticus, Hostilis, Vide HOSTIS.

Hostio, is, Aequam compensationem retribuo, vicem reddo. {ἀμείβω. Ital. *Aggualiare, ricompensare.* Gal. *Egaler, venir, rendre la pareille.* Hisp. *Igualar, yasar la medida, remunerar.* } Plaut. in Asinaria, Quin promitto, inquam, hostire contra, vt meruetis. id est æqua reddere & talionem referre. ¶Quandoque comprimo, coerceo. Pacuuius in Teucro, vt citat Nonius, Nisi coercuero proteruitatem, atq; hostiero ferociam. ¶Quandoque offendo, cædo. Pacu. Erotopæguion. lib.2. vt citat idem Nonius, Nunc id mihi molestum est, quòd hostit voluntatem tuam. ¶Huius compositum est Rehostio, quod est vicem refero, vt inquit Festus. Vtrunque est obsoletum.

Hostimentum, ti, Idem quod æquamentum vel retributio: ab antiquo verbo hostire, quod inter cætera significat æquare, vel æquum reddere, vel compensare. {ἀμοιβή, ἀντίσπασις, ἀντιμισθία. Ital. *Aggualiamento.* Gal. *Vniement & egalité, la pareille, recompanse de tant pour tant.* Hispan. *Igualdad, como la rasadura.* } Plaut. in Asin. Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia Festus, Hostimentum est beneficij pensatio.

Hostorium, rij, {Ital. *Il bastone da radere il grano, deto randa.* Gal. *Vne raseire, baston pour raser le blé quand on le mesure.* Hisp. *El rasero dela medida.* } Lignum æquatorium, baculus quo modius & cætetæ mensuræ æquantur. Alio nomine radius dicitur.

Hostis, is, {πολέμιος. Ital. *Inimico commune.* Gal. *Ennemi mortel.* Hisp. *El enemigo publico.* } communis generis, ab hostio, stis, quod inter alia significat comprimere, & retundere: vt in illo Pacuuij apud Nonium, Nisi coercuero proteruitatem, atque hostiero ferociam. Dicuntur autem hostes illi, cum quibus publicè bellum habemus: Inimici autem, cum quibus priuata odia exercemus. ¶Apud antiquos tamen hostis dicebatur peregrinus, quem nunc vocamus hospitem ab hostiendo, hoc est ab æquando: eo quòd suis legibus viuens, nobis quodammodo æquari videatur. Cic.1.Offic. Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proptio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante: hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. ¶Hostis non hostis, πολέμιος οὐ πολέμιος, dicitur qui nulla lacessitus iniuria, tamen quæ sunt hostium facit: aut qui pacis obtextu facit hostilia. Conueniet etiam in illos qui prius quàm expostulauerint de iniuria cum amico, iam lædit inimicè.

Hosticus, a, um, pen. corr. Idem quod hostilis. {πολέμιος, ἐχθρός. Ital. *Cosa da nemico, inimico.* Gal. *De ennemi ou d'ennemis, ennemi.* Hisp. *Cosa de enemigo, enemigo.* } Horat. lib.1. Serm. Satyr.9, Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis. Colum. in Præfa. lib.1, Quanquam inter ferrum & ignes, hosticis incursionibus vastatæ fruges: largius tamen condidere, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticam.

Hostilis, le, pen. prod. Quod est hostis. {πολεμικός. Ital. *Ciò che è d'inimico.* Gal. *D'ennemi ou d'ennemis.* Hisp. *Cosa de enemigo.* } Virgil.11. Aeneid. Indutósque iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces. Hostilis in Remp. animus, Cic. ad Brut. Idem pro Cluentio, Hostile odium & crudelitas. Facere hostilia, vel pati omnia hostilia, est facere vel pati omnia quæ ab hostibus possent expectari. Tacitus lib.15, Quo pro Armenus hostilia faceret. Hostilia referre. Liu. lib.1. bel. Pun. Legati retulerunt omnia hostilia: & Sagunti excidium nuntiatum.

Hostiliter, aduerbium, Ad modum hostium. {πολεμικῶς. Ital. *Al'vso di inimico.* Gal. *En ennemi.* Hisp. *Enemigablamente.* } Cic.5.Philip. Ergo Annibal hostis? ciuis Antonius? quid ille fecit hostiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet?

Hostilitas, atis, penult. corr. {δυσμένεια, ἔχθρα, τὸ πολέμιον. Ital. *Inimicitia.* Gal. *Inimitié, haine d'ennemi mortel.* Hisp. *Enemistad.* } Senec. de Vita beata, Aduersus hostes inhumana crudelitas, aduersus suos etiam hostilitas est.

Hostimentem, Vide HOSTIO, hostis.

Hostium, Vide OSTIVM.

Hostorium, Vide HOSTIO, hostis.

Hostus, teste Varrone, lib.1. de Re rust. ca.24, dicitur tantum olei, quantum vno factu conficitur. Factum autem vocant quod vno tempore conficiunt. Vide item Catonem cap.6.

H ante V.

Huber, huberis, secundum Apuleium cum h, ab ὗ pluo. {Ἔφορος, Καρπόφορος. Ital. *Abondante, fruttifero grasso, diuitioso.* Gal. *Plantureux, abondant, fertile, ample.* Hisp. *Cosa fertil y copiosa.* } Alij magis ab humeo, sicut tuber à tumeo, m in b conuerso. Loca enim arida, infœcunda sunt: contrà, quæ humecta sunt, feracia. Non desunt tamen hodie qui sine aspiratione scribere malint. Est autem huber, siue vber, idem quod fœcundus, & fertilis: & in hac significatione est adiectiuum omnis generis: quanuis in plurali numero neutrum genus non inueniatur. Cato lib.2. Orig. Ita res huber fuit. Cic. ad Quintũ fratrem, Multis locis aquam profluentem, & eam huberem vidi. Idem lib.2. de Natura deorum, Hubertimi, lætissimique fructus vitium. Idem 1. de Natura deorum, Maiore expectatione, huberiore spe commoueri. Idem de claris Orat. Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit. Neutro genere vsus est Seneca, Et omne id, inquiens, quod huberi cingitur solo. ¶Huius contrarium est Inhuber. Gellius, Inhuberes, & multæ quidem, macræque essent. ¶Huber verò substantiuum, idem ferè est quod mamma. {μαζός. Ital. *Mammella, tetta.* Gal. *Mammelle, tette.* Hisp. *Teta.* } Virgil.3. Aeglog. Binos alit hubere fœtus. Propriè hubera videntur dici interiora mammarum: mammæ verò, huberum eminentiæ. Virgil.lib.3. Georg. Lera magis manabunt hubera mammis. ¶Inuenitur etiam quandoque huber substantiuum positum pro hubertate, aut fœcunditate. ἀβλωία, ἀφορία. vt, Huber agri, id est hubertas, & fertilitas, quo pacto & Græci ὗμος χώρας, dicunt. Virgil.lib.1. Aeneid. Terra antiqua, potens armis, atque hubere glebæ. Pallad. lib.1. cap.35, Pratis verò recentia stercora sufficient ad huber herbarum.

Hubertas, atis, Fertilitas, abundantia, copia. {ἀβλωία. Ital. *Abondanza, fecondita, fertilità.* Gal. *Planté & abondance, fertilité, fecondité.* Hisp. *Copia y fertilidad.* } Plin.lib.7.ca.2, Hæc facit hubertas soli, temperies cæli, aquarum abundantia. Cic.2. de Natura deorum, Nuper nati mammas appetunt, earúmque hubertate saturantur.

Huberius, & Huberrimè, aduerbia sunt comparatiui & superlatiui gradus, ab adiectiuo huber deducta, idem significantia quod copiosè, & copiosius. Cic. ad Appium, lib.3. Eadem illa fecerunt lætiora mihi tuæ literæ: non solùm quia planius loquebantur, & huberius, quàm vulgi sermo: sed etiam quia magis videbar tibi gratulari. Idem 2. de Diuin. Atq; his libris annumerandi sunt sex de Republica, quos nunc scripsimus quum gubernacula Reipub. tenebamus: magnus locus, philosophiæque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totáque Peripateticorum familia tractatus vberrimè.

Hubero, as, Huber, & fœcúdum facio. {καρπίζω, εὔφορον ποιῶ. Ital. *Far abondante, far diuitioso, fecundare.* Gal. *Rendre plantureux & fertile, engraisser.* Hispa. *Hazer fertil y copioso.* } Pallad. lib.4, Hoc velut coitu sterriles arbores huberantur. ¶Huberare, pro exuberare, seu huberem & fœcundum esse, dixit Colum. lib.5. cap.9, ἀβλωῦν, καρποφορεῖν. Optimum est, inquiens, etiam constitutas plantas circummunire caucis: deinde constitutum iam & maturum oliuetum in duas partes diuidere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio huberat. id est fœcunda est fertilis.

Hubertim, Abundanter, copiosè. {πολυκάρπως, ἀβλώπως. Ital. *Abondantamente, copiosamente.* Gal. *Plantureusement, fertilement, copieusement, abondamment.* Hisp. *Copiosa y fertilmente.* } Catullus.

Hubertus, a, um, Abundans. {ἄβλωτος. Ital. *Abondante.* Gal. *Abondant, plantureux.* Hisp. *Copioso, fertil.* } Gell. lib.7. cap.14, Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt, tria in tribus: magnificum in Vlysse, & hubertum: subtile in Menelao, & cohibitum: mistum moderatúmque in Nestore.

Huc, aduerbium ad locum. {δεῦρο. Ital. *Qua.* Gal. *Ci, en ce lieu.* Hispan. *Aca, donde yo esto.* } Terent. in Eunuc. Ego cum illo quocum vno rem habebam tum, hospite Abij huc. Idem in Hecyra, Nam senex rus abdidit se: huc raró in vrbem commeat. ¶Huc & illuc, δεῦρο κἀκεῖσε, incertum iter ostendunt: quod etiam dicimus sursum & deorsum. Cic. ad Attic. Ne cursem huc & illuc deterrima via. Idem in Offic. Pars quæ hominem huc & illuc rapit. ¶Hucusque, hoc est vsque ad hunc locum, vel vsque ad hoc tempus. Plin.lib.6.cap.29, Hucusq; Nestoris exercitum duxit.

Huccine, interrogatiuum est compositum ab huc & ne, per interpositionem syllabæ ci. Cic.7. Verr. Huccine tandem omnia reciderunt?

Hui, interiectio est admirantis, inquit Donatus. βαβαί, ὦ θεοί. Hui, oh. Terent. in Heaut. Hui, tam graueis hos quæso.m. Sic meritum est meum. Cic. ad Att. Hui totiésne me literas dediſſe Romam, quum ad te nullas darem? ¶Hui, hem, & cæteris eiusmodi, vtimur aduersus eos quibus iraſcimur, interprete Donato. Terẽt. in Eun. Scibis, Principio eam esse dico liberã. τ H R. Hem. c H. Cuem Atticã. τ H R. Hui. Idem in Andria, Iuno Lucina fer opem, serua me, obsecto. s. Hui tam citò? ridiculum.

Huic, datiuus pronominis Hic, hæc, hoc, τούτῳ, ταύτῃ. Qui in carmine ferè vnica syllaba effertur: vt apud Virgilium, Huic coniunx Sichæus erat. Quandoque etiam per duas, sed rarius. Statius lib.1. Theb. Lætus huic domino videas dare iura nepotes.

Huiusmodi, & huiuscemodi, Nomina adiectiua omnis generis indeclinabilia, composita ex genitiuis huius, vel huiusce, & modi à modus, idem significant quod talis. {τοιοῦτος. Ital. *Di questa guisa, di questa maniera.* Gal. *De ceste sorte, tel.* Hisp. *Desta manera.* } Plautus in Bacch. Homo adolescens Penetrem huiusmodi in palæstram, vbi damnis desudascitur? Terent. in Heaut. Huiusmodi, obsecro, aliquid reperi. Ibidem, Huiusmodi mihi res semper comminiscere, vbi me excarnufices. Cic.3. de leg. Nec miror, sed mœreo casum huiusmodi.

Hulcus, Vide VLCVS.

Hulula, Vide VLVLA.

Hululo, Vide VLVLO.

Humanus, na, num, denominatiuum est ab homine deductum, {ἀνθρώπινος, ἀνθρωπικός. Ital. *Humano, benigno.* Gal. *Humain, d'homme, doux, courtois.* Hisp. *Cosa humana y benigna.* } sicut à fera ferinus. Cic.4. Verr. Quod est aliud in illa prouincia genus humanum? Plin.lib.11. cap.49, Sunt iis etiam humano calculo remedia præcipua. id est calculo, qui in homine generatur. Cic. pro Rosc. Amer. Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantùm immanitate bestias vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indigniſſimè luce priuarit: quum etiam feras inter sese partus atq; educatio, & natura ipsa conciliet, &c. ¶Accipitur etiam interdum humanus pro eo quod ab hominis natura nũ abhorret. Terent. in Adelp. Nam hoc quidem ferendum aliquo modo est, Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. Vbi Donatus, Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est quod non humanum. Et hoc dicere solemus, vbi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. ¶Significat etiam humanus, affabilem, benignum, comem, blandum, commodum, vrbanum, quem Græci φιλάνθρωπον dicunt. Terẽt. in And. Hæc ego putabam esse omnia humani, manſuetique animi officia.

Humanitas, atis, Propriè naturam humanam significat. {ἀνθρωπινότης, ἀνθρωπικότης. Ital. *Humanità.* Gal. *Humanité, courtoysie.* Hispa. *Humandad.* } Cic. pro Rosc. Amer. Magna est vis humanitatis, communio sanguinis, natura ipsa. Idem pro Sylla, Peterem veniam errato meo ex intimis vestris cogitationibus & ex humanitate communi. ¶Et quoniam eruditio, & bonarum artium disciplinæ soli homini sunt propriæ, factum est vt humanitas accipiatur pro eruditione, & bonarum literarum scientia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientia, quam Græci vocant παιδείαν: vt apertissimè ostendit Gell. lib. 13. cap. 16. adducens locum Varronis ex lib. 1. Rerum humanarum, qui sic habet, Praxiteles propter artificium nemini est paulum humaniori ignotus. Cicc. in Verrem, Tu sine vlla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis solus iudicas? Idem de Orat. Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expers. ¶ Præterea quia homo inter omnia animalia maximè mitis est, ideirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas pro facilitate, tractabilitate, mansuetudine, clemētia, benevolentiāq; quam Græci φιλανθρωπίαν vocant, quasi amorem in homines. Cicc. lib. 1. Offic. Non modò id virtutis non est, sed est potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis.

Humanè, aduerbium, Humano affectu, hoc est benignè, mansuetè facilitèr, leniter. ‡ ἀνθρωπικῶς. Ital. *Benignamente, humanamente, cortesemente.* Gal. *Humainement, comme vn homme doit faire, courtoisement.* Hispa. *Humana y benignamente.* ‡ Terent. in Adelph. Quum placo, aduersor sedulò, & deterreo, tamen vix humanè patitur. Cic. Attic. lib. 15. Ille quòd Puteolos prosequitur, humanè: quòd queritur, iniustè. Humanè ferre morbum. Cic. 2. Tusc.

Humaniter, aduerbium, Cum humanitate. ‡ φιλανθρώπως. Ital. *Con humanità, come ad huomo si conviene.* Gal. *Humainement, avec humanité.* Hisp. *Humana y benignamente.* ‡ Cicc. ad Marium lib. 7. Epist. Propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro, docebo profectò quid sit humaniter viuere. Idem ad Attic. lib. 1, Sin aliter acciderit, humaniter feremus. id est æquo animo, & vt hominem decet, mille fortunæ telis expositum.

Humanitus, aduerbium, More humano. ‡ ἀνθρωπικῶς. Ital. *Come dene far l'huome.* Gal. *Comme il aduient aux hommes, à la façon des hommes.* Hisp. *Humanamente.* ‡ Plin. lib. 10. ca. 63, Vesi autem (vt dictum est) humanitus straci. id est vt solent homines. Cic. 1. Philip. Siquid mihi humanitus accidisset, id est si fortasse morerer.

Humatio, Humatus, Vide HVMVS.

Humeo, mes, mui, Madidus sum. ‡ ὑγραίνω. Ital. *Esser humido.* Gal. *Estre ou devenir moite ou humide.* Hispan. *Humedecerse.* ‡ Nicandro ὑγρὸς εἶναι. Ouid. 10. Metam. Dat gemitus arbor, lachrymisque cadentibus humet. Colum. lib. 3. cap. 11, Verùm est in opere difficilior, quòd neque humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia vltra modum prædura.

Humesco, scis, Humectus fio. ‡ ὑγρὸς γίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι. Ital. *Divenir humido.* Gal. *Devenir moite ou humide.* Hisp. *Humedecerse.* ‡ Virgil. lib. 3. Georg. humescunt spumis, flatúq; sequentum. Plin. in Paneg. Vidimus humescētes oculos tuos, demissúmque gaudio vultum: tantúmque sanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

Humecto, as, Humidum facio. ‡ διυγαίνω, ὑγρὸς ποιῶ. Ital. *Bagnare, far humido.* Gal. *Ramoitir, mouiller.* Hisp. *Mojar, humedecer.* ‡ Virgil. lib. 4. Georg. Qua niger humectat flauentia culta Galesus. Colum. libr. 7. cap. 3. Agnus, quum est editus, erigi debet, atque vberibus admoueri: tum eius diductum os pressis humectari papillis, vt condiscat maternum trahere alimentum.

Humectus, a, um, adiectiuum, Idem quod humidus. ‡ ὑγρὸς. Ital. *Humidito, humido.* Gal. *Moüillé, ramoiti, relent, humide.* Hisp. *Cosa humida.* ‡ vt, Humectus locus. Varro 1. de Re rust. cap. 24. Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum seruanda, & arundinetum.

Humidus, a, um, penult. corr. Quod humorem inducit, vel quod humorem habet. ‡ ὑγρὸς, νοτερὸς. Ital. *Humido.* Gal. *Humide.* Hisp. *Cosa humida ò mojada.* ‡ Virgil. 2. Aeneid. Et iam nox humida cælo Præcipitat. suadéntq; cadentia sidera somnos. Cic. in Verr. Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco angusto fieri iussit.

Humidulus, diminutiuum, vt Linum humidulum apud Ouid. 3. de Arte amandi, Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini. ‡ ὑγρόν, ὑδατῶδες. Ital. *Alquanto humido.* Gal. *Vn peu humide.* Hisp. *Cosa humida vn poco.* ‡

Humifer, a, um, Humefactus, humorem afferens. ‡ ὑγροποιός. Ital. *che da humore & bagna.* Gal. *Ramoissant, humide.* Hisp. *Cosa humida ò que haze humido.* ‡ Cic. 1. de Diuin. Naribus humiferum duxere ex aëre succum.

Humigatus, Humore perfusus. ‡ βεβρεγμένος. Ita. *Bagnato.* Gal. *Bagné, mouillé.* Hisp. *Mojado.* ‡ Apul. lib. 1. Flor. Vel enim colliculus sepimine consecratos, vel truncus dolamine effigiatus, vel cæspes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.

Humerus, ri, pen. corr. Est pars illa corporis à qua dependent brachia: quæ etiam alio nomine vocatur armus, autore Festo, quòd ab ea parte arma dependeāt. ‡ ὦμος. Ital. *Homero, spalla.* Gal. *L'espaule.* Hisp. *El ombro.* ‡ Terent. in Eunuc. -quas matres student Demissis humeris esse. Cic. in Verr. Ab humero pendebant sagittæ. Virgil. lib. 2. Aeneid. Hæc fatus, latos humeros, subiectá q; colla Veste super, fuluique insternor pelle leonis. ¶ Humeri etiam de bobus dicuntur. Cic. 2. de Natura deorum, Quid de bobus loquar? quorum ipsa terra vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda, &c. ¶ Dicuntur etiam humeri in auibus partes illæ à quibus dependent alæ. Colum. lib. 8. cap. 2, de gallinaceis, Iubæ deinde vtiæ, vel ex auro flauæ per colla ceruicésque in humeros diffusæ. ¶ Humeris sustinere ii dicuntur, quorum autoritas diligentiáque plurimum valet in conseruanda salute cuiuspiam. Cicepro L. Flacco, De summa Reip. taceo, quam vos vniuersam hoc iudicio, vestris, inquam, humeris, iudices, sustinetis.

Humerosus, a, um, Quod latos humeros habet. ‡ Ὠμόμορφος. Ital. *Di alte spalle.* Gal. *Espaulu, qui a hautes espaules.* Hisp. *Corcouado, que tiene los ombros altos.* ‡ Humerosus locus. Colum. lib. 3. cap. 10. Itaque custodiemus, vt à prædictis locis, quos humerosos rustici vocant, semina legamus.

Humerale, talis, Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale, tegumentum tibiarum. ‡ ὠμοσιον. Ital. *Veste da spalla.* Gal. *Espauliere.* Hispan. *Cierta vestidura del ombro.* ‡ Paulus. Nam si tibiale, vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.

Humesco, Humiditas, Vide HVMEO.

Humilis, le, penult. corr. Depressum, & quod à terra non altè attollitur. ‡ χαμαιλὸς, οὐ ψηλὸς. Ital. *Humile.* Gal. *Humble, humilité, & rabaissé, bas.* Hisp. *Cosa baxa ò abatida ò humilde.* ‡ Cic. in Tusc. Vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altius possunt. Colum. lib. 4. cap. 1, Humili statu vitis plerunque iuxta terram coercetur. Virg. 2. Aeglog. Atque humiles habitare casas. Idem 4. Aeglog. Non omnes arbusta iuuant, humilésque myricæ. ¶ Accipitur etiam humilis pro contempto, abiecto, demisso: quod & Græci ταπεινὸν dicunt. Cicc. 3. de Finibus, Qui altiore animo sunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. Idem de Amici. Nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suscipere possunt qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, rámq, contemptam. Idem ad Attic. lib. 7. Dicam idem quod Pompeius, nos id faciam humili animo.

Humilitas, atis, Contrarium altitudini. ‡ ταπείνωσις, χαμαιλόνησ. Ital. *Bassezza, humiltà.* Gal. *Bassesse, bas estat, petitesse.* Hisp. *Baxeza ò humildad.* ‡ Cic. 5. Tusc. Sidera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2. de Diuin. Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram propè contingens. ¶ Humilitas, ignobilitas, paupertas. Cicc. lib. 1. Offic. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem 13. Philip. Is autem humilitatem despicere audet cuiusquam, qui ex eadem fustulerit liberos? Humilitatem generis alicui obiicere apud Ciceronem, Antequam iret in exilium. ¶ Humilitas vt opponitur superbiæ, ταπεινοφροσύνη, definitur à Speusippo, quòd sit facilitas animæ, omnis expers iracundiæ. Verùm in hac significatione vsitatius Modestiæ vocabulo vtimur.

Humiliter, aduerbium, Hoc est demissè. ‡ ταπεινῶς. Ital. *Humilmente, bassamente.* Gal. *Petitement, bassement.* Hisp. *Baxa y humilmente.* ‡ contrarium habet altè. Plin. in Epist. Eadem enim facta claritate, vel obscuritate facientium, aut attolluntur altissimè, aut humillimè deprimuntur. Liu. 4. bel. Pun. Hæc natura multitudinis est, aut seruit humiliter, aut superbè dominatur.

Humilio, lias, Humilem facio, & quasi abiectum ac vilem. ‡ ταπεινόω. Ital. *Far humile, humiliare.* Gal. *Abaisser, humilier.* Hispan. *Abaxar ò abatir, ò humillar.* ‡ vt est illud, Humiliauit seipsum, formam serui accipiens. Frequens est huius verbi vsus in Sacris literis: alioqui apud probatos linguæ Latinæ scriptores vix inuenias, in hac præsertim significatione. ¶ Legitur tamē Humiliatus, participium pro eo quod est depressus, & humilis effectus, ita vt à terra parum attollatur. Cic. 2. de Nat. deorum, Alia animalia humiliata, vt cibum terrestrem facile rostris contingant: alia altiora sunt, &c.

Humo, Vide HVMVS.

Humor, moris, A qua, liquor: ab humus fit, quia aquæ terris inclusæ sunt. ‡ νοτὶς, ὑγρότης. Ital. *Humore, liquore.* Gal. *Humeur.* Hisp. *Humor.* ‡ Cic. de Diu. Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus, Austro, potest sudorem imitari. Idem 2. de Natura deorum, de astris loquens, Et terrenis, maximisque humoribus longo interuallo extenuatis alantur. Ibidem, Humor, & calor qui est infusus in corpore. Virgil. 1. Georg. Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam. Humor pro potione vini aquosa. Virgil. 1. Georg. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Sic alibi humida vina vocauit tenuia, quæque plurimum aquosæ substantiæ haberent admistum.

Humus, mi. fœm. gen. Terra. ‡ χαμαί, γῆ. Ital. *Terra.* Gal. *La terre.* Hisp. *Tierra.* ‡ Cicc. de Senectute, Humus subacta atque pura. Idem 2. de Legibus, Quos humus iniecta cōtegit. Virgil. 1. Georg. Necnon & lini segetem, & cereale papauer Tempus humo tegere, & iam ludum incumbere aratris. Idem 2. Georg. At quæ pinguis humus, dulcique vigināe læta. ¶ Humi, genitiuus vice aduerbij ponitur, & hoc tam cū verbis motus, quàm cum verbis quietis. ‡ ἐπὶ γῆς, κατὰ γῆς, χαμαὶ, χαμαιζήλως. Ita. *In terra.* Gal. *A terre, sur la terre, en bas.* Hispan. *En tierra, baxamente.* ‡ Plin. lib. 9. cap. 13, Humi quoque vice pedum serpunt. Colum. lib. 9. ca. 14, Incunt autem non vt priores aues, de quibus diximus, insistentes humi. Ouid. 5. Metamorph. Sternit humi iuuenem. Virgil. 1. Aeneid. Nec prius absistit quàm septē ingentia victor Corpora fundat humi. ¶ Humi hauris, χαμαὶ κατάλεξις. De inaniter laborante. Nihil est enim quod è solo haurias: hoc est ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum superest quod haurias. Zenodotus. ¶ Humi serpit oratio, quæ pressior humiliórque est quàm oportet, semper quasi iacens, nunquam assurgens. Horatius.

Humo, mas, Humo cōtego, sepelio. ‡ θάπτω. Ital. *Sepelire, coprire di terra.* Gal. *Enterrer.* Hisp. *Enterrar los cuerpos.* ‡ Cic. lib. 1. Tusc. Quorum est mos, non humare corpora suorum, nisi à feris sint antè laniata. Ibidem, In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis, (ex quo dictum est humari) sub terram censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. lib. 7. cap. 54, Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus: humatus verò, humo contectus. Gell. lib. 7. cap. 8, de delphino, In sui pueri sepulchro humatus est. ¶ Huius compositum est, Inhumo, de quo suo loco.

Humatio, verbale, ‡ ταφὴ, κάλυμμα γῆς. Ital. *Esso sepelire.* Gal. *Enterrement, enseuelissement.* Hisp. *Enterramiento.* ‡ Cic. 1. Tusc. Cuius hoc dicto admoneor vt aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

HVNNI, orum, Populi sunt qui quondam in Scythia Europæa super Mæotim paludem incoluere: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irrupere. Hæc gens temporibus Valentiniani principis duce Atila totam penè Europam peruagata, Galliam, Italiámq; fœdissimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa, rursus se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immutatis literis. Hungari vocati. De his Hieronymus ad Oceanū: Ab vltima Mæotide inter glacialem Tanaim, & Massagetarum immanes populos, vbi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illúcque volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleuerunt.

H autē Y.

HYACINTHVS, ου. ὑάκινθος. Suidæ. Ital. *Cipola canina.* Gal. *Vaciet ou aigrun de vinea.* Hisp. *Los mayos flores.* ‡ Est genus violæ vernæ, colore obscurè purpureæ, quam à Romanis vacinum appellari autor est Dioscorides. Galli teste Ruellio, lib. 3. cap. 4, seruato Latini nominis vestigio vocant vaccinam herbam autem, cæpam agrestem. Hoc violæ genus venis quibuldam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, vt duarum

Græcarum

Græcarum literarum α & ι figuram referant: quæ res Poëtis duplicis fabulæ occasionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci iactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interfectionémque dolentis αἰ, quæ ex duabus illis literis conficitur, velut testimonium doloris, quem Apollo ex eius morte conceperat, habere inscriptam. Præterea etiam Aiacem in eundem florem conuersum aiunt, dum impatientia prædati sibi Vlyssis seipsum interemit: duásque primas eius nominis literas in hoc flore manusse impressas. Ouidius vtranque fabulam complexus est lib. 13. Metam. his versibus: Rubefactáque sanguine tellus Purpureum viridi genuit de cespite florem, Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus. Litera cómunis mediis pueróq; viróq; Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querelæ. ¶ Est etiá Hyacinthus gemmæ nomen, coloré habens amethysto gemmæ non absimilé, sed tamen dilutiorem. Vide Plin. lib. 34. ca. 9.

Hyacinthia, orum, ὑακίνθια, substantiuum (vt autor est Hieronymus contra Iouin. anum) dicebantur quædam sacra nocturna, à Lacedæmoniis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci iactu interfecti. Quod & testatur Ouid. lib. 10. Metam. his versibus,

Nec genuisse pudet Spartæn Hyacinthon: honórque
Durat in hoc æuiteclebrandáque more priorum,
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hyacinthinus, a, um, pen. corr. ὑακίνθινος. {Ital. *Del color de hyacinto.* Gal. *De couleur de violet, de couleur de pourpre.* Hisp. *Cosa de color de aquella violeta o de jacinto.*} Quod habet colorem hyacinthi. Persius Sat. 1. Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est. Flos hyacinthinus, Catullus in Epithalamio Iuliæ.

Hyacinthizontes, ὑακινθίζοντες, Dicti sunt smaragdi quidam, ad hyacinthi colorem accedentes: quorum meminit Plin. lib. 37. cap. 5.

HYADES, ὑάδες, Suidæ, Stellæ septem in capite Tauri, quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluuias creant: ἀπὸ τοῦ ὕειν, quod est pluere. Ouid. lib. 5. Fastorum. At simul inducent obscura crepuscula noctem, Pars Hyadum toto de grege nulla latet: Ora micant Tauri septé radiantia flammis, Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat. Fabulantur Poëtæ Hyades Bacchi nutrices fuisse, quæ & Dodonides nymphæ vocatæ sunt à Dodona ciuitate Epiri: quæ quum Iunonis iram verentur, fugeréotque Lycurgi regis sæuitiam, à Ioue in cælũ esse translatas. Alij tradunt Atlantem ex Aethra vxore Hyantem filium suscepisse, septémque puellas, quarum hæc sunt nomina: Ambrosia, Endóra, Pasithoë, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche: quæ quum fratrẽ à leone deuoratum implacabili luctu prosequerentur, doloríq; magnitudine extabescerent, Iouis miseratione in septem stellas cõuersæ: & vt perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatæ. Hæ à Latinis vocantur Suculæ, ignorantia Græcæ linguæ, vt Tiro Ciceronis libertus putauit. Nam quum scirent prisci illi linguæ Latinæ autores ὗες à Græcis dici, quas nos vocamus sues, putauerunt etiam ὑάδας Latinè posse verti Suculas: tanquam Hyades ἀπὸ τοῦ ὗειν, hoc est à suibus, ac non potius ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc est à pluendo dicerẽtur. Sed de Tironis iudicio, vide Gell. lib. 13. ca. 9. Non absurdum tamen videtur, ideireo Suculas à Latinis vocatas esse, quòd propter maximas quas afferunt, pluuias, luto gaudere videantur, quemadmodum sues.

HYAEA, ὑάεα, Vrbs Locrorum Ozolarum, apud Thucydidem lib. 3.

Hyæna, ὕαινα, cum diphthongo, & pen. prod. Animal ferum, & crudele, quod sermonem humanum assimilat, pastorúmque nomina addiscit, vt eos foras euocatus dilaniet. Plin. lib. 8. cap. 30. Hyænis vtranq; esse naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Parere fine mare vulgus credit: Aristoteles negat, &c. Et paulo pòst, Multa præterea mira traduntur: sed maximé, sermonẽ humanum inter pastorum stabula assimilare, noménque alicuius addiscere, quem euocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad solicitandos canes quos inuadat. Hyænæ etiã meminit Ouid. lib. 15. Metam. Et quę modò fœmina tergo Passa marem, nunc esse marem miramur hyænam.

Hyalus, pen. corr. ὕαλος, Vitrum. Vnde color hyali, dicitur color viridis, qualis est color vitri. Virgil. 4. Georg. Milesia vellera nymphæ Carpebant hyali saturo fucata colore. ¶ Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro vitreo: & Hyalurgus, ὑαλουργός, pro vitreario. ¶ Est item HYALVS, Asiæ fluuius, in Tmolo monte nascens, & non procul ab Hermi ostio, in mare Aegæum influens. Vide Strabonem lib. 11.

HYAMEA, ὑάμεια, Messeniaci agri oppidum, vnum ex quinque, vt inquit Stephanus. Gentile est Hyamita, ὑαμεύτης, teste eodem Stephano.

HYAMION, ὑάμιον, Troadis oppidũ, à quo fit gentile Hyamios, ὑάμιος. Stephanus.

HYAMPOLIS, ὑάμπολις, Phocidis oppidum, ad Parnassum montem, cuius meminit. Plin. lib. 4. cap. 7, & Strabo lib. 9. ¶ Est & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: cuius meminit Ptolemæus lib. 4. cap. 15.

HYANTES, ὕαντες, Ab antiquis appellabantur Græciæ populi, postea Bœoti appellati, teste Plin. lib. 4. cap. 7, quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, vt non obscurè innuit Strabo lib. 7. ¶ Hinc deducitur adiectiuum Hyantius, a, um, idem significans quod Bœotius: vnde Actæonem Cadmi nepotem Hyantium cognominat Ouid. 3. Metam. Quum iuuenis placido per deuia lustra vagantes Participes operum compellat Hyantius ore, etc.

HYAS, antis, ὕας, Atlantis filius ex Aethra vxore, qui quum adhuc puer venationibus sese exerceret, à leone deuoratus est. Huic fuerunt sorores septem, à patris nomine Atlantides dictæ: quæ cum fratris desiderio extabescerent, deorum miseratione in septem stellas cõuersæ sunt: quarum pietas ne vllo temporis interuallo obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatæ sunt. ¶ Fuit & Hyas Bœotiæ rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes fuerunt nominati. Autor Strabo lib. 7.

HYBANDA, ὕβανδα, Olim insula fuit Ioniæ, postea maris recessu continenti annexa. Autor Plin. lib. 2. cap. 89.

Hyberes, Hyberi, & Hyberia, quæ hic vt perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. Vide IBERES, Iberi & Iberia.

HYBERNIA, ὑβερνία, Vulgò *Irlandia*, Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua est. Ab hyberno tempore (vt quidam putant) sic appellata, propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybernicus, ca, cum: vt, Mare Hybernicum. Claudianus hanc insulam vocauit Hybernen. Ita enim ait in 7, Paneg. Scotorum cumulos fleuit glacialis Hyberne.

Hybernus, a, um, Quod est hyemis. {χειμερινός. Ital. *Inuernale, d'inuerno.* Gal. *D'yuer.* Hisp. *Cosa de inuierno.*} vt Hyberna glacies: quod nomen ab hyeme deduci aspiratio indicio est. Plin. lib. 8. cap. 47, Multi hybernos agnos præferunt vernis. Soles hyberni. Virgil. 2. Georg. Quid tantùm Oceano properent se tingere soles Hybernivel quæ tardis mora noctibus obstet.

Hyberna, orum, numero plurali, Dicuntur loca in quibus milites hyeme stationem habent: sicut Aestiua, in quibus æstiuo tempore commorãtur. {χειμαδεῖα. Ital. *Luoghi doue inuernano i soldati.* Gal. *Le lieu ou on se retire l'hyuer, ou on yuerne.* Hisp. *Lugar para inuernar.*} Cæsar, Post hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus est. Cice. ad Catonem, Exercitum in hyberna dimisi. Tacit. lib. 1, Frumentum quod ex hybernis extulerat.

Hybernacula, hybernaculorum, {τὰ χειμαδεῖα χωρία. Ital. *Luoghi da inuernare*, Gal. *Le lieux ou on se retire l'hyuer.* Hispan. *Lugar para inuernar.*} Castra hyberna. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Hybernacula etiam, res noua militi Romano, ædificari cœpta. Tacitus, Cohortes aliæque nouis hybernaculis locatæ.

Hyberno, as, Hyemo, Hyemem ago, stationem hyberno tempore aliquo in loco habeo. {χειμάζω. Ital. *Inuernare.* Gal. *Hyuerner, passer l'hyuer en quelque lieu.* Hispan. *Inuernar, ò tener el inuierno.*} Liu. lib. 7. ab Vrbe, Quia procul ab domo, ac rebus suis hybernassent. Cice. pro Lege Manilia, Iam verò quemadmodum milites hyberuent, quotidie sermones ac literæ perferuntur.

HYBLA, vel HYBLE, es, ὕβλα. Ciuitas Siciliæ, circa quam est thymi & salicum copia: ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc Strabo à Dorien sibus conditam scripsit. ¶ Est etiam huius nominis mons dictæ vrbi proximus, thymo abundans: vnde apes pastæ, mel optimum conficiunt. Martialis, Quum dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ, Cecropios dicas tu licet esse fauos.

Hyblæus, a, um, ὑβλαῖος, vt Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte pascuntur. Virgil. 1. Aeglog. Hyblæis apibus florem depasta salicti.

HYBLON, onis, ὕβλων, Siciliæ regulus, qui Hyblæ ciuitati nomen fecit, quæ postea Megara dicta est. Autor Stephanus.

HYBRIAS, ου, ὑβριστής. Insignis Orator fuit ex Mylasis Cariæ vrbe: cui quum pater nihil præter mulum lignatium, & mulionem reliquisset, illorum opera aliquandiu nutritus, Diothrephi Sophistæ operã dedit: posteaq; ad Reipublicæ gubernacula conuersus, proximam Euthydamo autoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem suæ tyrannidem exercere, sed tamen multis vtilitatibus id incommodi pensare videret, fertur ei in concione dixisse. Euthydame, malum es ciuitatis pernecessarium. Nam nec tecũ viuere possumus, nec sine te. Hic quum Labienus Parthorum auxiliis instructus, in Asiam irrupisset, adolescentulúmque quendam iactantem audiret, se Parthicum Imperatorem esse. At ego, inquit, Caricus. Quo eius dicto irritatus Labienus impetum in vrbem fecit, eáque capta magnificas Hybreæ ædes diruit: (nam ipse fuga se Rhodum subduxerat) vrbémque ipsam ruinis incendiisque deformauit. Verùm quum ille Asiam reliquisset, reuersus Hybreas, ædes suas, vrbémque reparauit. Ex Strabonis lib. 14.

Hybris, idos, vel Hybrida, æ, Proprié dicitur sus imparibus prognata parentibus, hoc est ex altero fero, & altero domestico: quæ tamen appellatio etiam aliis animalibus conuenit, teste Porphyrione, atq; adeo ipsis hominibus, imparibus editis parentibus. Plin. lib. 8. ca. 53. In nullo genere æquè facilis mistura cum fero: qualiter natos antiqui hybridas, vocabant, ceu semiferos: ad homines quoq;, vt in Cn. Antonium Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Appellatio videtur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera significat adulterium. Videtur enim esse quædam quasi adulterij species, quum aliquod animal cum alterius generis animali habet coniunctionem. Suetonius in Augusto Themasinum quendam Epicardium vocat hybridam, quòd natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὕβρις, Auis ex accipitrum genere, quæ interdiu minus apparet, quia non clarè videt, sed nocte venatur more aquilæ. Pugnat etiã cum aquila adeò acriter, vt sæpius ambæ implexæ deferantur in terram.

HYDA, dæ, siue Hyde, es, ὕδη, Oppidum Lydiæ, sub Tmolo monte situm, cuius meminit Homerus in Catalogo. Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. Vide Strabonem, lib. 13.

HYDARCAE, ὑδάρκαι, Indiæ populi, qui aduersus Liberum patrem pugnarunt. Stephanus.

HYDARNES, ὑδάρνης, Fuit nobilis Persa qui, teste Herodoto, lib. 5, cum Dario in Smerdim Magum coniurauit. Vide Strabonem lib. 11.

HYDASPES, ὑδάσπης, Fluuius Indiæ qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur, Nysámque vrbem alluens, Indo flumini miscetur. Alij non in Indum, sed in mare labi tradunt. de quo Lucanus lib. 6, Quà rapidus Ganges, & qua Nysæus Hydaspes. Dictus ab Hydaspe antiquissimo Medorum rege.

Hyderos, ὕδερος, Aqua subter cutem, quam & hydropem Græci appellant, vtroque nomine ἀπὸ τοῦ ὕδατος, hoc est ab aqua deducto.

HYDISSVS, ὕδισσος. Catiæ oppidum, ita dictum ab Hydisso filio Bellerophontis, & Asteriæ, filiæ Hydei, teste Stephano. Huius incolæ dicuntur Hydissenses, ὑδισσεῖς, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Hydra, dræ, ὕδρα, Serpens in aquis viuens: de quo vide plura in dictione HYDRVS. ¶ Est & HYDRA promontorium Aeolidis, quod Hermaruntalteri promontorio aduersum, Elaiticũ sinum efficit. Autor Strabo lib. 13. ¶ Item Aetoliæ oppidum, quod postea Lysimachiam appellarunt: teste eodem Strabone lib. 10. ¶ Est præterea huius nominis insula iuxta Carthaginem, vt ex Ephori sententia tradit Stephanus.

Hydragogus, ὑδραγωγός, Aduaquator, aquæ ductor. παρὰ τὸ ἄγειν τὸ ὕδωρ. Vnde & hydragogiæ dicuntur ipsæ aquarum deductiones.

Hydrargyrum, ὑδράργυρος. Ital. *Argento viuo, mercurio.* Gal. *Vif argent.* Hisp. *El azogue.*} Genus est metalli liquidi, argentum colore, liquida vetũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò consistẽtia aquam referens: vnde & nomen accepit. Latini argentum viuum appellant: argentum quidem, à colore: viuum autem à motu. Aristoteles ὑδράργυρον χυτὸν, hoc est fusile, seu liquidum argentum vocat. Huius duæ sunt species: natiuum, siue fossitium: & factitium, quod ex minio excoquitur; quod solum Galeno fuit cognitum. Dioscorides vtriusque meminit. Plin. lib. 33. cap. 3. argentum viuum ab hydrargyro videtur distinguere, quum ait, Aes inaurati argento viuo, aut certe hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controuersia facilè potest tolli, modò intelligamus Plinium illic, quod natiuum, siue fossile esse diximus, argentum viuum: quod verò ex minio excoquitur, hydrargyrum appellare. Vtraque species pestilentem exhalat odorem, auramque planè exitialem.

Hydraulos, masc. gen. ὑδραυλὸς, Musicum organum, aquæ decursu sonum reddens. Plin. lib. 9. cap. 1. Delphinus non tantum hominis amicum animal, verùm musica arte mulcetur, symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono.

Hydraulicus, a, um, ὑδραυλικός: vt, Hydraulicum organum. Plin. lib. 6. cap. 37. Laudatus Ctesibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

Hydrelæum, ὑδρέλαιον, Oleum aquæ commistum, humectandi, mollicudi, & penetrandi vim habens: vt est autor Galenus lib. 3. Simpl.

Hydria, ὑδρία. Ital. *Vrna d'acqua.* Gal. *Cruche à porter eau.* Hispan. *Tinaja ò vaso para tener agua.* } Vrna seu vas aquarium. Cic. 4. Verrina, Dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam multa mancipia pretiosa Verri data esse. Ibidem, Quum in hydriam sortes conicerentur.

Hydrocele, ὑδροκήλη, Hernia aquosa, quum scilicet aqua in scroto colligitur. Martial. lib. 12. Quem cuncti modò colei timebant Dicentem tumidas in hydrocelas Inde hydrocelicus, ὑδροκηλικός, qui hydrocele laborat. Vide in dictione HERNIA.

Hydrocephalos, ὑδροκέφαλος, Dolor capitis, nascens ex humore inter cutem & pericranium, aut certè inter hoc & cranium collecto. Vide Celsum lib. 4. cap. 2.

HYDROCHOVS. ὑδροχόος, Signum cæleste quod Latinè Aquarium dicimus. παρὰ τὸ χέειν τὸ ὕδωρ, hoc est ab aqua fundenda dictus. Nam qui Astrologiam Poëticam scripserunt, putant hunc fuisse Ganymedem Troianum puerum, Iouis iussu ab aquila raptum, & in mensa deorum miscendæ nectari aquæ præpositum.

Hydrolapathon, ὑδρολάπαθον. Lapathi genus quod in aqua nascitur. Plin. lib. 20. cap. 21. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydromantia, ὑδρομαντία, Diuinatio quæ fit per aquam. August. lib. 7. de Ciuit. Ieribit, Numam Pompilium hydromantiam fecisse, vt videret imagines deorum, vel ludificationes dæmonum: à quibus audiret quid in sacris constituere atque obseruare deberet. Quod genus diuinationis Varro à Persis dixit illatum, quo & ipsum Numam, & Pythagoram Philosophum fuisse vsum commemorat.

Hydromeli, ὑδρόμελι, Aqua mulsæ genus, ex imbre purissimo, & melle temperatum, & iam vetustate vini saporem referens. Nam quod recens est, & ad præsentem vsum confectum, melicraton potius nominatur. Plin. lib. 31. cap. 6. Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris. Vide Marcellum Virgilium in Dioscor. lib. 5. cap. 9.

Hydromelon, ὑδρόμηλον, Liquoris genus, ex melimelitis portione vna, & duabus aquæ confectum, insolatis simul per Canis ortum. Dioscor. lib. 5. cap. 21.

Hydromphalos, ὑδρόμφαλος, Torpidi humoris in vmbilico collectio.

Hydrophobia, ὑδροφοβία, Quam Latinè interpretari possumus aquæ fugam: morbi genus, quum æger supra modum aquam expauescit: quod accidere solet iis qui à rabido cane fuerint morti. Hoc morbi genus intelligit Ouidius de Remedio amoris, quum ait, Tollere nodosam nescit medicina podagram: Nec formidatis auxiliatur aquis. Hinc hydrophobi, ὑδροφόβοι dicti sunt ægri, qui aquam expauescunt, hoc est quos canis rabidus momorderit. παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ. Plin. lib. 29. cap. 5. Est limus saliuę sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, heri hydrophobos non patitur.

Hydropiper, ὑδροπίπερι, Herba est circa stagnantes aquas, aut quæ pingro lapsu fluunt, nascens, caule geniculato, robusto, multis aliis concauis foliis menthæ maioribus, candidioribus, tenerioribúsque, gustu piperis amaro. Fructum gerit autem in ramulis secundum folia, conpiuenti acinorum serie congestum, vuæ modo. Dictum hydropiper, teste Galeno, à piperis sapore, & locis aquosis in quibus nascitur, quasi piper aquatile. Ruellius eam esse existimat quam vulgus herbariorum falso nomine *Eupatorium* appellat.

Hydropotes, ὑδροπότης. Ital. *Bevitor d'acqua.* Gal. *Boy-leau.* Hisp. *Bevedor de agua.* } Aquæ potator. Vnde Cyrus apud Xenophontem, monet suos, vt consuescant aquam bibere, vt fiant hydropotæ.

Hydrops, is, generis masculini, ὕδρωψ. Ital. *Hydropsia.* Gal. *Hydropisie.* Hisp. *Hydropesia, enfermedad de humor aguoso.* } Morbum significat qui Latinè dicitur aqua intercus, quod sub cute aqua nascatur, qua corpus turgescit. Horat. 2. lib. Carm. Crescit indulgens sibi durus hydrops: Nec sorsum pellit, nisi causa morbi Fugerit venis, & aquosus albo Corpori languor. Huius tria sunt genera: tympanites, nomen habens à tympano instrumento musico, quum corpus spiritu magis quàm aqua distenditur, pulsátúmque tympani sonum reddit. Ascites, ἀσκὸς & ἀσκός, est ab vtre, quum alimenta in aquam conuertuntur, quæ inter intestina & tunicam quam peritonæon vocant, velut in vtrem colligitur. Tertium genus omnium periculosissimum & pene incurabile, vocant leucophlegmatian, vel hyposarca, quum solidæ corporis partes in aquam resoluuntur, adeò vt corpus pallidum reddatur, & cadaueri simile. Vide de his speciebus Celsum lib. 3. cap. 21. ¶ Ab hydrops fit hydropicus. ὑδρωπικός. Ital. *Hidropico.* Gal. *Hydropique.* Hispa. *Enfermo de hydropesia.* } qui hydrope laborat. Horat. 1. Epist. 2, Si noles sanus, curet hydropicus.

Hydropisis, is, ὑδρόπισις. Idem quod hydrops, hoc est aquæ intercus. Plin. lib. 20. cap. 1, Sic & contra phthisin sibitur, & hydropises.

Hydroselinum, ὑδροσέλινον, Apium palustre quod & elcoselinum appellatur.

Hydrunterocele, ὑδρουτηροκήλη, Herniæ genus quum & intestinum in scrotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

HYDRVNTVM, ti, ὕδρας, Vulgò *Otranto*, Oppidum extremum agri Salentini, apud Plin. lib. 3. cap. 11, quod à Stephano, & Strabone Hydrûs appellatur.

Hydrus, & Hydra, ὕδρος, ἡ ὕδρα, Genus anguium in aqua degentium: sed hydrus mas, hydra fœmina. Plin. lib. 29. cap. 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est quod in aqua viuit: hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno. Aelianus lib. 9. autor est, in Corcyra hydras procreari quæ se retrorsum ad insequentes retorquent, & grauem odorem exhalantes, infectatores reprimunt. ¶ Magis varius quam Hydra, ποικιλώτερος ὕδρας. De callidis ac dolosis, quòd hydra serpens sit versicoloribus notulis distincta. Apte dicetur in vafros ac versipelles, aut etiam parum sibi constantes. ¶ Hydram finxerunt Poëtæ esse multorum capitum in Lerna palude, quorum aliquot excisis, totidem continuò renascebantur: quæ tandem ab Hercule & sagittis & igne interfecta est. Reuera autem Hydra sophistria fuit acutissima, quæ ita quæstiones solebat proponere, vt vno soluto dubio, multa subnascerentur. ¶ Hydram secare, ὕδραν τέμνειν, est, ita vnum aliquod incomodum tollere, vt in eius locum alia plura recipias. Accomodari poterit ad eos qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis.

HYDRVS, untis, vide suprà HYDRVNTVM.

HYDRVSA, ὑδροῦσα, Duarum insularum nomen fuit in mari Aegæo, quarum altera notiore nomine Andros, *Andro*, altera Ceos appellatur. Hydrusæ ab aquarum vbertate appellatæ. Vtriusque meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

HYELA, ὕελα, Oppidum Lucaniæ, iuxta Palinurum promontoriũ, à Phocensibus conditum, teste Herodoto lib. 1, postea Elea, deinde Helia, & postremò Velia appellata. Vide Strabonem lib. 6.

Hyems, is, Pars anni frigidissima, media inter Autumnũ & Ver. } χεμών. Ital. *Inuerno, inuernata.* Gal. *Hyuer.* Hisp. *Inuierno.* } Virgil. 1. Georg. hyemes oprate serenas Agricolæ. διὸς ἔαρ, pluo: quòd id tẽpus anni pluuiosum sit. Varro ab hiando derivat, quòd anima quæ à nobis effluitur, tum appareat. Spiritus enim noster quum spiramus hyeme, quasi in nebulam concretus cernitur. ¶ Interdum accipitur pro tempestate, procella, siue ventorum impetu.

Hyemo, as, are, Hyemem peragro, stationem hybernam aliquo in loco habeo, quod & Hyberno dicitur. } χειμάζω. Ital. *Inuernare.* Gal. *Hyuerner, passer son hyuer.* Hispan. *Inuernar ò tener inuierno.* } Cæsar 1. bel. Gall. Duásque ibi legiones conscribit, & tres quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cic. pro Font. Cn. Pompeius maximus atq; ornatissimus hyemauit in Gallia, M. Fonteio imperante. Horat. 1. Epist. 17, Medius hyemet mercator in vndis. ¶ Hyemare item in tertiis duntaxat personis, interdum verbum est ex iis quæ Grammatici exceptæ actionis appellant: quorum actio soli Deo, vel naturæ conuenit: cuiusmodi sunt pluit, ningit, & similia: quæ interdum sola ponuntur sine nominatiuo qui facilè in iis intelligitur: interdum eundem habent expressum. Sic aliquando dicimus hyemat, absolutè, χειμάζει, id est hyems viget, vel frigus vehemens est. Colum. lib. 11. ca. 2, Quinto Calendas Nouembris Vergiliæ occidunt, hyemat cum frigore & gelicidiis. Interdum expresso nominatiuo, Deus, natura, ventus, sydus, vel dies hyemat. Plin. lib. 18. cap. 28, Delphini vespertini Occasu continui dies hyemant. Colum. lib. 11. cap. 2, Auster, aut Africus hyemat.

Hyematio, onis, Hyemis traductio. } παραχείμασία. Ital. *Il passare l'inuerno.* Gal. *Hyuernage, quand on passe l'hyuer.* Hisp. *Obra de inuernar.* } Varr. 3. de Re rust. cap. 16, Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

Hyemalis, le, Hybernus. vt hyemalis dies. } χειμερινός. Ital. *Inuernale, cosa da inuerno.* Gal. *D'hyuer.* Hisp. *Cosa de inuierno.* } Colum. lib. 11. cap. 1. Hyemalis vis. Cic. 5. Tuscul. In ea tamen gente primum hi qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, Caucasi niues hyemalémque vim perferunt sine dolore. Hyemalis nauigatio, & minimè portuosa, apud Cic. in Epist. famil.

Hyerus, Vide HIERVS.

HYETTVS, ὑηττός, Vicus Bœotiæ quem nonnulli Aspledonem nominant: ab Hyetto quodam Argiuo nomen habens, siue (vt aliis placet) ab eo quòd iugibus rigetur pluuiis. Vide Stephanum.

HYGASSVS, ὑγασσός, Cariæ ciuitas, apud Stephanum: à qua campus vicinus, Hygasseus appellatur.

HYGRIS, ὑγρίς, Sarmatiæ Europææ oppidum, inter Lycum & Boristhenem fluuios. Vide Ptolemæum Tabula 8. Europæ.

Hygremplastra, ὑγρὰ ἐμπλάστρα, Liquida emplastra: ficut xeria, ξήρια, quæ sunt arida. Ex Galeno.

HYLACTOR, ὑλάκτης, Nomen vnius ex canibus Actæonis: ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc est à latrando. Ouid. 3. Metam. Et acutæ vocis Hylactor.

HYLAEA, ὑλαία, Sarmatiæ regio syluosa, non procul à loco quem Achillis cursum nominant: à qua vicinum mare Hylæum appellatum est. Vide Herodotum lib. 3.

HYLAEVS, ὑλαῖος, Centauri nomen, à syluis deductum. Virgil. 8. Aen. -tu nubigenas inuicte bimembres, Hylæúmque Pholúmque manu. tu Cressia mactas Prodigia.

HYLAS, ὕλας, Filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiso Oneo pincerna fugeret, venissétque cum Deianira & Hylo filio ad Dryopes, & esurienti puero quum Lychas pedagogus abesset, à Theodamante aliquid cibi postulasset, ille autem denegasset, arreptum vnum ex bobus Theodamantis mactauit, atque coxit. Quam ob rem Theodamas conuocatis popularibus arma aduersus Herculem mouit: & quanuis in ea pugna ferè oppressos fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiso Theodamante, Hylam filium eius secum abduxit: quem postea vnicè dilexit, secúmque cum reliquis Argonautis Colchos nauigans duxit. Verùm quum inter remigandum Hercules remum suum fregisset, vnà cum Hyla naui egressus est, vt alium in Mysiæ syluis quæreret. Inualescente autem æstu, quum siti premeretur, Hylam cum vrna mittit ad Ascanium fluuium, vt inde sibi aquam afferret. Verùm quũ ripa altior esset, quàm vt stans

hauire

haurire posset, procumbens in pectus Hylas, vnam è manibus amittit: quam quum librò recipere conaretur, pondere eius demersus est. Quæ res Poëtis occasionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuisse raptum. Hercules autem quum Hylas nusquam compareret, calumniis eius tam ægrè tulit, vt relictis Argonautis, Mysium totam oberrans Hylam quæreret. Iuuenalis Satyr. 1, Et multum quæritos Hylas, vrnamque secutus. Vnde locus factus prouerbio, Hylan inclamas, ὕλαν κεκραγέναι. De frustra vociferantibus: aut in genere, de nihil proficientibus.

HYLATAE, ὑλάται, Populi Syriæ Cœles, apud Plin. lib. 5. cap. 23.

HYLAX, actos, ὑλαξ, Nomen canis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc est à latrando.

HYLLVS, ui, ὁ. Suidæ, Filius fuit Herculis ex Melita Aegei fluminis filia: à quo Hyllinenses populos, & Hyllicum portum denominatum tradunt. ¶ Hylus, simplici l, alius fuit filius Herculis ex Deianira qui lolen, patre mortuo, vxorem duxit, vt ait Ouid. lib. 9. Metamorph. Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibiq; Misericordiæ, vel Clementiæ templum condidit, quod & accepti ab Athenienssibus beneficij testimonium, & miseris in posteram asylum esset, & perfugium. Seneca in Herc. Oetæo, Si vera pietas Hyle quærenda est tibi, Iam prime matrem. ¶ Hyllus item Straboni lib. 13. Fluuius est Lydiæ, in Hermum influens, qui postea Phrygius appellatus est.

HYLONOME, es, ὑλονόμη, Mulier ex genere Centaurorum, Cyllari Centauri vxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit.

HYLVS, li, ὁ. Filius Herculis ex Deianira de quo copiosius egimus in dictione HYLLVS.

Hymber, bris. Vide IMBER.

Hymen, enis, ὑμήν. A' veteribus accipiebatur pro virginitatis pellicula, quam primo coitu rumpi putauerunt: quanquam inter rei Anatomicæ peritos satis constat, in virginum dissectionibus pellicolam eiusmodi nullam inueniri. ¶ Accipitur item HYMEN pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & coniunctis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. Catullus in Epithalamio, Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

HYMENAEVS, pen. prod. ὑμέναιος. Deus nuptiarū putatus est, ἀπὸ τοῦ ὑμὴν, hoc est à membrana quæ clausturū virginitatis esse, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus est, vel (vt quidam aliunt) ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alij putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus virgines, patentibus intactas restituit: ideóque in nuptiis eius nomen inuocari, tanquam defensoris virginitatis: ideóque hanc vocem nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis virginalibus Thalaßij nomen inuocabant. Alij dicunt Hymenæum fuisse quendam iuuenem qui die nuptiarum ruina oppressus interiit. Vnde postea institutum, vt expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent hymnum ipsum in virginalibus nuptiis cantari solitum, vocari hymenæum. Terent. in Adel. -hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui cantent. Vbi Donatus, Sic accipe, inquit, hymenæum in nuptiis, quemadmodum ἔλινον in funere, vel in sacris hymnum. ¶ Accipitur etiam pro ipsis nuptiis. Virgilius 1. Aeneid. Pergama quum peteret, inconcessosque hymenæos.

HYMERA, Vide HIMERA.

HYMETTVS, ὑμηττός Stephano & Suidæ, per duplex tt, Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cuius mel Plinius scribit esse pretiosissimū. Martialis lib. 14. Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti Pallados à syluis nobile nectar apis.

Hymettius, tia, tium, adiectiuum, ὑμηττιος Stephano, Quod est ex Hymetto monte. Plin. lib. 36. cap. 3. Lucius Crassus orator, primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Vbi columnas Hymettias vocat ex Hymetto monte excisas. nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

Hymnus, ni, ὁ ὕμνος. Ital. *Hinno, laude, canzone.* Gal. *Cantique, ode, chanson, vers à la louange de quelqu'vn.* Hisp. *Loor y alabança que se canta à dios.* Latine laus, canticum. Martialis lib. 12. Inuitus puerum fatetur hymnus.

Hymnifer, pen. corr. Adiectiuum. ὑμνοφόρος, ὑμνοτόκος, ὑμνοπάρθενος. Ital. *Che porta laude, canzone.* Gal. *Qui porte odes, chansons, & louanges, lyrique.* Hisp. *El que trae loor ò alabança.* vt, Vultus Orphei hymnifer, Ouid. 11. Metamorph.

Hyoscyamus, mi, ὁ ὑοσκύαμος. Ital. *Dente canallino, disturbio.* Gal. *Du henebane ou jusquiame.* Hispan. *Veleno.* Herba quam Latini Apollinarem appellant, Vulgus *fabam porcinam* vocat, vel *iusquiamum.* Colum. li. 7. Est ὑοσκύαμος, cuius semen detritum, & cum vino datum, prædicto vitio medetur. Plin. lib. 20. cap. 17. Colligitur succus eius, vt hyoscyami.

Hyoscyamiuus, a, um, ὑοσκυάμινος, Quod est ex hyoscyamo: vt, Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. lib. 23. cap. 5.

Hyosiris, ridis, Herba intubo similis, sed minor, & tactu asperior: quæ vulneribus contusa præclarè medetur. Plin. lib. 27. cap. 10.

HYPAEA, ὑπαία, Mathilensium insula, vna Stœchadum. Autor Plinius, lib. 3. cap. 5.

HYPAEPAE, arum, ὑπαιπαι Stephano & Straboni, Lydiæ oppidum, quod occurrit à Tmolo monte ad Caystri campestria iter facienti. Nomen ei est (vt inquit Stephanus) quoniam sub Aepo monte sita est. Veneri sacra est, eo quod pulchræ fœminæ ibi visantur. Ouid. de Arachne, Orta domo patua paruis habitabat Hypæpis.

Hypæthra, æ, ὑπαίθρα, siue Hypæthria, teste Budæo, Loca sunt aperta, quasi sub æthere constituta, quæ Latinè subdialia vocare possumus, quòd sub Dio, hoc est sub Ioue, & sine tecto sint. Vide Budæi Annotationes in Pandectas.

Hypagogeus, gei, ὑπαγωγεύς, Instrumentum quo lapides expoliuntur.

Hypagum, pen. prod. Nonnulli voluerunt esse nauticum instrumentum, adducti, vt opinor, trunca Plinij lectione, quam ex lib. 7. cap. 56, adduxerunt ad hunc modum, Velum scatus, malum & antennam Dædalus, hypagum Salaminij, aut Pericles Athenienſis. Ex quo loco fic citato, ex iis quæ præceſſerant de antennis & velis, coniecturam fecerunt, hypagum etiam esse instrumentum nauticum. Sed isti profectò, si paulò vlterius progressi essent, vidissent procul dubio, hypagum, siue potius hippagum (vt nos legendum docebimus) nauis genus esse, non instrumentum nauticum. Subdit enim Plinius, Tectas longas Thasij. Illud enim vult Plinius, nauim illam, qua ad transuehendos equos vtimur, à Salaminiis, aut certè à Pericle fuisse inuentam, quemadmodum nauim tectam à Thasiis. Hoc autem nauigij genus ἱππαγὸς à Græcis vocatur, quod nos ψιν a longum mutato hippagum vocamus. Polyb. lib. 1. Καὶ δὴ τινὲς ἱππαγοῦσι τὰς ἱππαγοὺς, ῥυμοῦλκα δόντες ἐξ ὑπάτου ἕως ἑπτὰ κώπαις. hoc est, Post hæc dispoſuerunt hippagos, dantes ex iis lora, & funes tractorios nauibus, quæ in tertia classe erant. Ex his itaque constat hippagum esse nauigij genus ad transuehendos equos accommodatum.

Hypallage, ges, ὑπαλλαγή, Figura est, quam nos suppoſitionem vertere possumus, vel submutationem, quum scilicet vnum pro altero subiicitur: vt quum agere dicimus, quod patimur: aut contrà: aut quum aliud quidvis præposterè effetimusvt Trade rati ventos, pro eo quod dicendum erat, Trade ratem ventis.

HYPANIS, penult. corr. ὑπάνις, Fluuius Scythiæ, ex magna palude profluens, sapore dulciſſimo, donec ad quadrageſimum milliare miſcetur ei exiguus fonticulus. Exampæum nominat Herodotus lib. 4, qui sua amaritudine totum corrumpit Hypanim. Ouid. 15. Metamorph. Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus, Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris? ¶ Est & alter eiusdem nominis fluuius in India, cuius meminit Strabo, lib. 15. Ad quem referri potest illud Propertij, Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

HYPANA, ὑπάνα, Triphyliæ ciuitas, apud Straboncm, lib. 8.

HYPARCHVS, ὑπάρχος, Præfectus prouinciæ vel exercitus, cuius potestas ab alio dependet: quasi ὑπ' ἄλλου ἀρχόμενος. Eiusmodi erant legati in exercitu, qui sub Imperatore tem gerebant: & prouinciarum Præsides à Principe vel Senatu constituti.

HYPATA, ὑπάτη ἡ ὑπάτη, Aenienſium ciuitas, teste Stephano. Sunt autem Aenienses, Aetoliæ populi. Peri hæbis finitimi, teste Plin. libro 4. cap. 2. ¶ Est item Hypata Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluuium, teste Stephano.

HYPATOS, ὑπατος, Phœnices fluuius, apud Melam lib. 1. Hypaton item Græci Consulem appellant, & Hypatiam Consulatum, & Hypaticon Consularem. Verum hæc, quod nostro instituto parum conueniant, ex Græco potius Lexico petenda relinquimus.

HYPATIA, ὑπατία, Mulier Alexandrina fuit, Theonis Geometræ filia, & vxor Isidori Philosophi, quæ magno & frequenti auditorio varia disciplinarum genera in patria profeſſa est. Suidas.

Hypecoon, ὑπήκοον, Herba in segetibus armisque nascens, foliis rutæ, ramis exilibus, vires papaueri proximas habens. Alio nomine Hypopheon appellant.

Hypelate, es, ὑπέλαιον, Lauri species, quam quidam laurum Alexandrinam, alij daphnem, alij carpophyllum vocant. Vide Plin. lib. 15. cap. vlt.

Hypenemium ouum, ὑπηνεμιον ὠόν, Dicitur ex quo nihil gignitur, cuiusmodi sunt quæ gallinæ citra coitum edunt, ipsæ sibi venerem figurantes. A' quibusdam & Zephyrium ouum dicitur. Latini Ouum irritum, & ventosum appellant. Plin. lib. 10. cap. 58, Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) æque saliunt, parúntque oua irrita, quæ hypenemia Græci vocant.

HYPENOR, ὑπήνωρ, Fuit princeps quidam Troianus, quem teste Homero lib. 5. Iliad. Diomedes in bello occidit.

HYPENYS, ὑπηνὺς, Athleta qui primus diaulo vicit. Pausan.

Hyperaspistes, ὑπερασπιστής, Latinè protector, ἀπὸ τοῦ ὑπερασπίζειν, quod est scuto protegere. Vnde hyperaspistes dicitur, qui velut scuto aliquem protegit. ἄσπις enim apud nos scutum sonat. Hieronymus in Præfat. Quum Aristæus eiusdem Ptolemæi hyperaspistes, & Iosephus non multo pòst nihil tale retulerint.

Hyperbasis, ὑπέρβασις, siue hyperbaton, pen. corr. Latinè transgressio verbi, interprete Quintiliano, lib. 8. ca. 6, quam frequenter ratio comparationis & decoris poscit. Fit enim frequentissime aspera & dura, dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba rediguntur. Longius ergo verbū proprie hyperbaton est. Insigne huius exemplum est illud apud Virgilium 12. Aeneidos,

Interea reges (ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Auroti bis sex radij fulgentia cingunt:
Solis aut specimen bigis it Turnus in albis
Bina manu lato crispans hastilia ferro:
Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cælestibus armis,
Et iuxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ)
Procedunt castris. Quo in exemplo post octauum demum versum nominatiuo redditur verbum. Vide Macrobium Satur. lib. 6. ca. 6. Dicetur Hyperbaton, ἀπὸ τοῦ ὑπερβαίνειν, quod est transcendere.

Hyperbole, les pen. corr. ὑπερβολή. Dici potest eminentia, vel (vt ait Cicero) Superlatio: à Quintiliano Superiectio interpretatur: à quibusdā vero Excessus: ab ὑπερβάλλω, quod est extendo, supero, excedo. Est enim Hyperbole figura, quum sententia aliqua fidem excedit augendæ rei gratia: vt Niue candidior: &, Fulminis ocyor alis. Item, Volantis Te folij sonitus terret: &, Vix ossibus hærent. Virgil. 12. Aen. Qui candore niues anteirent, cursibus auras. Cicero in Topicis, In hoc genere Oratoribus & Philosophis concessum est vt mutæ etiam loquantur, vt mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia dicatur aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur. Vide Quintilianum lib. 8. cap. 6.

Hyperbolicus, ca, cum, ὑπερβολικός, id est excessiuus: & Hyperbolicè, aduerbium.

HYPERBOREI, penult. corr. ὑπερβόρειοι, Montes & populi Septentrionales: ita dicti quòd supra Boreæ flatum siti esse crederentur. Festus docet Hyperboreos esse supra Aquilonis flatum habitantes: quoniam humanæ vitæ modum excedant, vimendo vltra centesimum annum, quasi ὑπερβαίνοντες ὄρος humani ſeculi. Ferunt magnam his de cælo clementiam concessam esse, auras spirare salubres, nihil noxij flatus habere, domos esse nemora, victum arbores ministrare, discordiā nescire,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obeundi tarditatem castigare. Sed hæc fabulosa sunt. Diodorus oppositam Celtis Oceani accolis esse insulam scribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilem, & bifera, hoc est bis quotannis fructus ferentem: habitarique ab his qui Hyperborei appellantur, eo quòd vento Boreæ sunt expositi. Hyperborei, inquit Pomponius Mela, super Aquilonem Rhipæósque montes sub ipso syderum cardine iacent, vbi sol non quotidie vt nobis, sed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mensibus dies, & totidem aliis nox vsque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis: cultores iustissimi, & diutius quàm vlli mortalium & beatius viuunt, &c. Hactenus Mela. Plura de his vide apud Plinium lib. 4. cap. 12.

Hypercatalecticum metrum, ὑπερκαταληκτικόν, Cui vna syllaba, vel duæ superant. Virgil. 1. Aeneid. Alloquitur Venus, ô qui res hominúmque superant. Virgil. 1. Aeneid. Alloquitur Venus, ô qui res hominúmque deorúmque. Et Horatius, Syluæ laborantes geluque. Illud dactylicum hypercatalecticum est: hoc verò iambicum hypercatalecticum.

HYPERECHIVS, ὑπερέχιος, Alexandrinus grammaticus sub Martiano principe, scripsit de nominibus & verbis, & de orthographia. Suidas.

HYPEREA, siue HYPERIA, penult. prod. ὑπέρεια, Fons Thessaliæ, apud Plin. lib. 4. cap. 8. Meminit huius fontis & Strab. lib. 9, qui eum in medio collocat Metaleuse, quod oppidum est Pheræorum in Thessalia.

HYPERESIA, ὑπερεσία, Oppidum est Achaiæ propriè dictæ, cuius meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

Hypericon, ὑπερικόν, Herba est odore resinam imitans: (vnde & chamæpitys à quibusdã appellatur) quæ digitis trita succum sanguineum emittit: qua ex causa ἀνδρόσαιμον à Græcis cognominatur. Vulgus *Perforatam* seu *Herbam diui Ioannis* nominat.

HYPERIDES, ὑπερίδης, Athenienſis orator fuit, æmulus Demosthenis, iussu Antipatri execta lingua interfectus. Plutar. in vita Demosthenis.

HYPERMNESTRA, ὑπερμνήστρα, Vna fuit ex quinquaginta Danai filiabus, quæ quum totidem Aegisthi filiis nupsissent, iussæque essent à patre prima nocte maritos interficere, sola ex omnibus maritum suum Lynceum nomine ab insidiis liberauit, qui postea Danaum occidit. Extat inter Epist. Ouid. vna Hypermnestræ ad Lynceum virum suum.

HYPERION, penult. prod. ὑπερίων, Hyperionis in genitiuo, penult. corr. ἀπὸ τοῦ ὑπερέχω τὸν, quod est eo. à Poëtis accipitur pro Sole: quanuis aliqui Solis patrem esse velint. Ouid. lib. 1. Fastorum, Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum. Diodorus scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Cæli filium, qui Solis & Lunæ, aliorúmq; astrorum motus, horásque primùm summa cura obseruationéque à se percepta, cæteris noscenda tradiderit: ideóque horum parentem nominatum esse, veluti ipsorum naturæ contemplatorem. Cicero in Prognost. Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi. ¶ Inde fit adiectiuum Hyperionius.

Hypermeter, & Hypermetrus, ὑπέρμετρος, Dicitur versus abundans vna syllaba, quæ plerunque à prima syllaba subsequentis versus, incipiente à vocali, absumitur. Virgil. lib. 1. Georg. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem, Et foliis vndam, &c.

Hyphear, ὑφέαρ, Arcadum vocabulo dicitur quod Latini viscum vocant, præsertim qui in abiete, ac laricе gignitur. Vide Plin. lib. 16. cap. vlt. & Theophrastum lib. 2. de Caus. plantarum.

Hyphen, ὑφέν, Subunio interpretatur, ex ὑπὸ sub, & ἓν vnum: quod fit quum duæ dictiones proferuntur sub vno accentu. Notatur autem linea ab vltima primæ dictionis litera ad primam sequentis subducta. Virgil. 1. Aeneid. Neque enim ignari sumus ante malorum. Vbi Seruius, Ante malorum, ὑφὲν est. Terent. in Andria, –& heri semper lenitas Verebar quorsum euaderet. Vbi Donatus, Semper lenitas, hyphen.

Hypnale, ὑπνάλη, Aspidis genus, solo somno, citráque vllum dolorem sentium hominem necans: cuius morsu sibi Cleopatram mortem conscisse, autor est Solinus. Galenus ptyadem appellat, propterea quod ceruicem erigens, ex interuallo venenum expuat.

HYPOBARVS, ti, ὑποβάρος, Indiæ fluuius, à Septentrione in exortiuum fluens Oceanum, iuxta quem Ctesias montem syluosum esse tradidit, cuius arbores electrum exudarent. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Hypocaustum, sti, {ὑποκαυστήριον. Ital. *Stufa, luogo da sudare.* Gal. *Estuues, lieu eschauffé par dessous pour suer.* Hisp. *Estufa, lugar para sudar.*} Locus ad sudandum, παρὰ τὸ ὑποκαίεσθαι, hoc est à succedendo. Solent enim hypocausta sub pauimento habere fornaces, quibus accensis ipsa calefiant. Latinè dicitur Vaporarium, ab excitãdis vaporibus. Papin. lib. 1. Syl. Tenuem volunt hypocausta vaporem. Plinius ad Callum, Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, vt ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Vitruuius appellat hypocausim, quum scribit faciendа esse abena supra hypocaustum tria, caldarium, tepidarium, frigidarium.

Hypochysis, siue Hypochyma, ὑπόχυσις, ὑπόχυμα, Morbus est oculorum, quem Latini suffusionem appellant. Est autem (teste Aegineta) effusio humorum lentorum inter corneam tunicam & crystalloidem congelatorum.

Hypochondria, ὑποχόνδρια, Partes sunt laterales, vtrinque nothis costis subiectæ, hepati & lieni superiacentes, quas Latini præcordia vocant. Dicta hypochondria, quòd ὑπὸ χόνδρῳ, hoc est sub cartilagine sitæ sint. Plin. lib. 30. cap. 3. Præcordia vocamus vno nomine exta in homine: Græci quoniam sub chondro, hoc est sub cartilagine sunt, hypochondria.

Hypocistis, ὑποκιστίς, Quiddam est mali punici cytinis non dissimile, sub cisto frutice nascens, vnde & nomen accepit. Plin. duo facit hypocistidis genera, candido & rufo colore ea distinguens. Vide ipsum lib. 26. capite 8.

Hypocrisis, {ὑπόκρισις. Ital. *Simulatione, hipocrisia.* Gal. *Hypocrisie, simulation.* Hisp. *Simulacion, hipocresia.*} vt Budæus interpretatur, est simulatio alienæ personæ, quum scilicet quis se alium videri cupit, quàm est, ὑπὸ ὑποκρίνεσθαι, quod inter cætera significat simulare: vnde etiam in Comœdiis, aut Tragœdiis actio ipsa vocatur hypocrisis, eo quòd actores alias simulant personas. ¶ A' Rhetoribus item hypocrisis appellatur quã Latini pronuntiationem seu actionem vocant, in gestu motúq; præcipuè consistentem: cui Demosthenes primas, secundas, & tertias tribuit.

Hypocrita, {ὑποκριτής. Ital. *Simulatore, hipocrita.* Gal. *Hypocrite, dissimulateur.* Hisp. *Simulador y fingidor, hipocrita.*} eodem Budæo interprete, est simulator alienæ personæ: vnde histriones, & mimi, planipedes, & siqui alij sint fabularum actores, qui personam aliquam assumunt, propriè vocantur hypocritæ. ¶ Transfertur tamen etiam ad eas personas quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore: quúmque se probos, piósque videri cupiant, longissimè tamen absunt ab ea persona quam simulant.

Hypodiastole, ὑποδιαστολή, quam nos subdistinctionem vocare possimus, est dextera pars circuli ad imam literam in fine dictionis applicata, qua nota Græci malè cohærentia discernunt.

Hypodidascalus, {ὑποδιδάσκαλος. Ital. *Repetitore, secondo maestro.* Gal. *Vn second maistre, sous maistre.* Hispan. *Repetidor, segundo maestro.*} Dicitur is quem vulgus in ludo literario *submonitorem* vocat, vel *coadiutorem*. ita dictus παρὰ τὸ ὑφ' ἑτέρου διδάσκεσθαι, hoc est ab eo quòd sub alio doceat. Cic. ad Pyr. Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo.

Hypodytes, æ, ὑποδύτης, Interior vestis, siue subucula, & propriè Pontificum, vt inquit Hieronymus: ἀπὸ τοῦ ὑποδύεσθαι, quod est subinduere.

Hypogea, orum, {ὑπόγεια. Ital. *Luoghi sotto terra.* Gal. *Lieux sous terre.* Hispa. *Lugares soterranos.*} Loca subterranea dicuntur à Græcis: quæ dictio frequens est apud Iosephum & Hegesippum. Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias.

Hypogeson, ὑπόγειον, Herba aizoi, sedi, & semperuiui maioris nominibus notior: ita dicta quòd in subgrundiis nascatur. Græci nanque partes tecti prominentes γείσα appellant.

Hypoglossis, idis, ὑπογλωσσίς, Caruncula qua lingua cohæret inferiori parti oris: ita dicta quòd sub lingua sita sit.

Hypomnema, penult. prod. atis, {ὑπόμνημα. Ital. *Comento, espositione.* Gal. *Commentaire, exposition.* Hisp. *Glosa, ò exposicion.*} & hypomnematum, ti, sumitur pro interpretatione & commentatiis. Cicero Tironi, Multum mihi eripitur operæ in excribendis hypomnematis. Plin. lib. 7. cap. 5, Cuius commenta quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falsò produntur. ¶ Hinc hypomnematographi dicuntur Commentariorum scriptores. Qua voce vtitur Imperator C. de Decur. l. Siquis spontaneus.

Hypopheon, ὑπόφειον, Herba est in segetibus aruisque nascens, tutæ foliis, ramis exilibus, succum emittens papaueris viribus proximum. Alio nomine hypecoon dicitur.

Hypopyon, ὑπόπυον, Oculi morbus, quum pus sub cornea tunica colligitur. In qua significatione per y, in penultima scribi debet, quum ἀπὸ τοῦ πύον, hoc est a pure deducatur. ¶ Hypopion autem per i nostrum, antepenultima producta, ὑπώπιον, liuor est sub oculis contingens, à sanguine compressis venulis exeunte, & sub cute permanente: cuiusmodi vitia Latini sugillata appellant.

Hyposphagma, ὑπόσφαγμα, sanguinis subter cutem diffusio, contingens ex ruptura venæ, ictu, fuste duróve alio corpore illato. Galenus αἷμα ὑπὸ τὸν χιτῶνα, id est sanguineam suffusionem appellat.

Hypostasis, ὑπόστασις, Substantia, siue natura subsistens. Vna Theologis hypostasis in Trinitate diuina, idem est quod ἰδιότης, & αὐθυπαρξία, quam personam Latini nominant. ¶ Hypostasis item à medicis dicitur vrinæ fæx, in ima matulæ parte subsidens.

Hypotheca, pen. prod. {ὑποθήκη. Ital. *Pegno.* Gal. *Gaige.* Hisp. *La prenda que se da.*} Latinè pignus, teste Martiano, qui dicit, Inter pignus & hypothecam tantùm nominis sonus differt: cui assentitur Valla. Cicero ad Thermum, Cures velim vt aut de hypothecis decedat, eáque procuratoribus Cluuij tradat, aut pecuniam soluat.

Hypothecarius, Adiectiuum, ὑποθηκαρικὸς ὑποθηκικὸς, ὁ ὑποθήκην λαβών. Ital. *Chi presta denari su pegni.* Gal. *Qui a gaige, fourni ou garni de gaige.* Hisp. *El que tiene prenda.*} Vt, Hypothecarius creditor. Vlpian. in l. 1. §. Sciendum est autem. ff. de separat.

Hypothesis, pen. corr. ὑπόθεσις, Suppositio, scopus, institutum. Vnde accipitur pro argumento, seu periocha operis, præcipua libri totius capita paucis perstringente. ¶ A' Rhetoribus item hypothesis dicitur quæstio finita circa quam totius disputationis cardo versatur. Quæ verò infinitæ sunt, & generaliter proponuntur, theses potius appellantur. Si itaque in deliberationem veniat, Num omnino ducenda sit vxor, thesis erit: sin hoc in contrétionem adducatur, Num Catoni Martia ducenda sit, hypothesis censebitur. Cicer. in Topicis, Quod Græci hypothesim vocant, nos causam ex definito quæstionum genere. Idem Attico, Hypothesin hanc habent, eámque præ se ferunt, clarissimum virum interfectum, Remp. perturbaram.

Hypothyra, ὑπόθυρα, ὁ ὑπόθυρος, apud Vitruuium capitur pro valuarum cauitate & inanitate.

Hypothicos (Quod hic pro vestis genere corruptè legebatur) V. de HYPODYTES.

Hypozeuxis, ὑποζεῦξις, Subconiunctio, figura zeugmati contraria, quum singulis sensibus datur propria clausula. Virgil. 10. Aeneid. Regem adit, & regi memorat nomenque genúsque, Quidve petat, quidve ipse ferat, &c. A' verbo Græco, ὑποζεύγνυμι, quod est subiicio, vel subiungo.

HYPSENOR, ὑψήνωρ, Fuit teste Homero lib. 5. Iliados, filius magnanimi Dolopionis, qui erat sacerdos Scamandri: in tanto honore habitus acsi deus quidam fuisset. Illum Eurypylus in bello Troiano interemit.

HYPSICRATEA, ὑψικράτεια, Mithridatis regis vxor, insigne coniugalis fidei exemplar, quæ maritum à Pompeio victum, attonsis capillis, virilique habitu assumpto, per loca inculta, ferásque gentes, infatigabili corporis animique robore sequuta est.

HYPSIPYLE, ὑψιπύλη, Lemni regina fuit, Thoantis filia, quæ quum reliquæ mulieres eius insulæ omnes viros ex communi sententia occidissent, sola patrem seruauit. Ob quam pietatem è Lemno electa capta fuit à piratis, & Lycurgo Thraciæ regi vendita: à quo liberaliter habita fuit, & nutriendo filio eius præposita. Nam paulo antè fugã gemellos pepererat, quos conceperat ex Iasone, quem in Colchos nauigantem hospitio simul & lecto exceperat. Postea quum Argiuis ad Thebanam expeditionem proficiscentibus, Langiam fontem ostensura, Archemorum alumnum humi deposuisset, ea absente adrepens

serpens

Universidad de Deusto Biblioteca

I ante A.

serpens puerum interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad supplicium quæreretur, ab Adrasto, cæterisq; Argiuis seruata est. Vide Statium in Theb. & Ouidium in Epist. Heroid.

HYRCANIA, ὑρκανία. Regio Asiatica, magna ex parte plana, & præclarissimis vrbibus adornata, quarum celeberrimæ sunt Talebrota, Samariana, Carta, & Tapetadeo autem fertilis & opulenta, vt vitis vini metretam ferat, & ficus sexaginta modios ficorum: frumentum ex semine nascatur quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur, perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana syluæ, quæ Scythiæ subiacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Armeniam, à Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. In ea regione panthetræ, pardi, & tigres abundant, quum syluis aspera sit.

Hyrcanus, na, num, ὑρκάνιος. vt, Mare Hyrcanum, *Mar de Bacan*, homines Hyrcani. Hieronymus, Hyrcani volucribus & canibus semiuiuos proiiciunt. Virgil. 4. Aeneid. Hyrcanæque admorunt vbera tigres.

HYRIEVS, ὑριεύς. Rusticus quidam Bœotius fuit, qui quum Iouem, Mercurium, & Neptunum hospitio suscepisset, iussus petere quicquid vellet, mox voti compos futurus, respondit se quidem nihil æque cupere ac filium, vxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dij in bubulum tergus, quod ille iuuenco detraxerat, quem Ioui recens immolauerat, lotium reddidere: ex quo decimo mense natus est puer, quem ille τὸν ἀπ' ὕρης, hoc est ab vrina, Vrionem vocauit: qui postea primæ literæ mutatione Orion dictus est.

HYRIA, ὑρία. Insula est Ionij maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacynthus dicta. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidum, in agro Tanagræo, teste eodem Plin. lib. 4. cap. 7, & Strabone lib. 9. ¶ Item aliud in Iapygia, à Cretensibus conditum: cuius meminit Herodotus lib. 7.

HYRMINE, ὑρμῖνη. Oppidū in ea parte Achaiæ proprie dictæ, quæ Eleorum agro proxima est. Autor Plin. lib. 4. cap. 5.

HYRTACVS, ci, ὑρτακός. Oppidum Cretæ, apud Stephanum. ¶ Fuit præterea hoc nomine Troianus quidam ex Ida monte, pater Nisi, vnius ex comitibus Aeneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Virgilio, lib. 9. Aeneidos.

HYSSE, es, ὕσσα. Lydiæ oppidum, apud Stephanum: à quo deducuntur gentilia Hysbæus, & Hysbites.

Hysginum, ὕσγινον. Plantæ genus, quo color tingitur coccineo similis. vnde Græci vestes ὑσγινοβαφεῖς appellant, hoc est hisgino tinctas. Plin. lib. 25. cap. 7. Quare Puteolanum potius laudatur, quàm Tyrium, aut Getulicum, aut Laconicum: vnde pretiosissimæ purpuræ. Causa est, quòd hysgino maximè inficitur, rubiámque cogitor forbere.

HYSIA, æ, vel Hysiæ, arum, ὕσια, ὑσίαι. Bœotiæ oppidum, colonia Hyræorum, à Nicteo Antiopes patre condita: de hac Thucydides, libro 3.

Hyssopus, pen. prod. ὑσσωπος. Ital. *Hissopo*. Gal. *Hyssope*. Hispan. *Hyssopo, hyssopillo*. ¶ fœminini generis, & Hyssopum, neutri cum y, & gemino ss, secundum Apuleium. Herba notissima, pulmoni valde vtilis. Columel. libro 6. capite 10, Veterem tussim sanant duæ libræ hyssopi maceratæ sextariis aquæ tribus. Plin. lib. 25. cap. 11, Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite. Colum. lib. 7. cap. 5, Remedio sunt hyssopus & sal, æquis ponderibus contrita. ¶ Apud Macrum legitur hysopum vnico s, duabus prioribus syllabis contra artem correptis. Est (inquit) hysopum ficeum, calidúmque, & tertius illi Est in vtrisque gradus.

Hyssopites, hyssopitæ, masculini generis, ὑσσωπίτης. Vinum factitium ex hyssopo: sicut Myrtites, ex myrto: Absinthites, ex absinthio. Columella lib. 12. cap. 35.

HYSTASPES, ὑστάσπης. Darij Persarum Regis filius ex Atossa Cyri filia: cuius meminit Herod. lib. 7. ¶ Fuit & ante hunc alter eodem nomine, Arsamentis filius, & iam dicti Darij pater: de quo idem Herod. lib. 1.

Hysteræ, ὑστεραι, Latinè vocantur Secundæ. Sunt autem folliculi quibus infans inuolutus prodit in lucem, & quicquid infantem ex vtero sequitur.

Hystericæ, ὑστερικαί. Dicuntur mulieres quæ vteri suffocatione laborant, in quibus sensum pulsúmque per interualla nullum, aut certè perexiguum percipere possumus: quam passionem hystericam appellant, ἀπὸ τῆς ὑστέρας: quo nomine Græci matricem vel vterum significant.

Hysterologia, ὑστερολογία. Locutio præpostera: figura eadem cum ea quæ dicitur hysteron proteron, quum scilicet quod priore loco dicendum erat, posterius dicitur.

Hysteron proteron, ὕστερον πρότερον. Est figura quum sententia ordine commutatur: vt, Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit. nam prius ad æquora venit, quàm tangeret fluctus.

Hystrix, ὕστριξ. Suidæ, hystricis penult. corr. Animal est spinis contectum, ex herinaceorum genere. ¶ Ital. *Porco spinoso*. Gal. *Porc espic*. Hisp. *El puerco espin*. ¶ Plin. lib. 8. cap. 35, Hystrices generat India, & Africa spina contectas ex herinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, & quum intendit cutem, missiles. Ora vrgentium figit canum, & paulo longius iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, &c. ¶ Hystricis seta, ὑστρικὸς θρίξ, dici poterit dicterium acriter in quempiam tortum.

I



Litera vocalis est, quæ etiam consonans fieri consuevit: & modò pro simplici consonante, modò pro duplici accipitur. Pro duplici consonante accipitur, quando in eadem dictione ponitur in medio duarum vocalium, ita vt posteriori cohæreat in eadem syllaba: vt Maius, Pompeius, Peius. Simplex autem consonans esse intelligitur, quoties in principio ponitur dictionis, ita vt cum sequente vocali cohæreat in eadem syllaba: aut quoties subsequitur immediatè aliquam consonantem: vt, Ianus, coniuro. Notandum tamen i literam pro consonante aspirari non posse, quum nulla consonans ante se aspirationem accipere valeat. Vnde Hierosolyma sex syllabarum est, Hiulcus trium.

IA, ἰάς. Filia fuit Atlantis, soror Maiæ, matris Mercurij, de qua Homerus lib. 14. Odyss. ¶ Item Ia, ἰα, Græci vocant violas: vnde Ianthina vestis, vide infrà.

IACCHVS, ἴακχος. Nomen Bacchi, ab ἰακχάω, clamo, canto, vociferor: nam qui Baccho sacrificabant, vlulatibus & clamoribus omnia implere solebant. Virgil. Aeglog. 7. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho. ¶ Ponitur quandoque pro vino. Virgil. 6. Aeglog. Inflatum hesterno venas, vt semper, Iaccho.

Iaceo, ces, iacui, iacére, Cubare, decumbere, & prostratum esse. ξυνίημι, ὑφίημι μαι. Ital. *Giacere, stare giu*. Gal. *Estre couché ou estendu, gesir*. Hisp. *Yazer, ò estar echado ò acostado*. ¶ Virgil. in Buc. Silenum pueri somno vidére iacentem. Idem 7. Aeglog. Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma. Plaut. in Amph. Quis est hic senex, qui aute ædes nostras sic iacet? Dicimúsque iaceo in strato, iaceo humi. Liu. lib. 2. bel. Pun. Humi iacentem inter custodias stationésq; militum circunspexerunt. ¶ Quandoque accipitur pro situm esse. Sallust. In medio campus iacet aquis vndique scatens. Brutus ad Ciceronem, Quem locum volo tibi esse notum: iacet inter Apenninum, & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. ¶ Quandoque etiam accipitur pro mortuum esse aut sepultum, eo quòd mortuorum eadauera nihil aliud possint quàm iacére. Luca. lib. 8, Ille iacet, lætæ paci quem prætulit orbis. Martialis, Non aliter cineres mando iacere meos. ¶ Aliquando deiectum esse, ac contemni. Cic. 2. de Finibus, Maximas verò virtutes iacere necesse est, voluptate dominante. ¶ Iacens animus, id est non alacer, sine spe, deiectus. Cic. de Amic. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius niti, & efficere vt amici iacentem animum excitet, inducátque in spem, cogitationémque meliorem. Huius verbi composita sunt, Adiaceo, Interiaceo, Obiaceo, & Subiaceo: de quibus vide suis locis.

Iacio, cis, ieci, iacere, iactũ. Significat emitto, ac vt impello. ξίπτω, βάλλω. Ital. *Tirare, tirare, lanciare*. Gal. *Ietter, lancer, ietter*. Hisp. *Echar, tirar, arrojar*. ¶ Cic. 6. Verr. In quem scyphum de manu iacere conatus est. Virgil. 5. Aeneid. Sublatáque procul dextra connixa coruscat, Et iacit. Cæsar 2. bel. Gal. Vndique in murum lapides iaci cœpti sunt. ¶ Iacere fundamenta, est ponere vel collocare lapides, quibus ædificium superstruatur. Suetonius in Cæso, In area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit. ¶ Per translationem autem accipitur pro inchoare, & rei alicuius exordium statuere. Cic. 1. Philip. In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Gradum iacere, atque aditum ad cætera, idem est quod veluti viam parare, qua ad reliqua progrediamur. Cic. 1. de lege Agr. Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligatis. ¶ Iacere, pro enuntiare, siue spargere in vulgus. Tacitus lib. 1, Quædam de habitu, cultúque, & institutis eius iecerat. ¶ Iacere apud aliquem quidpiam. Tacitus lib. 4, Neque raró, neque apud paucos talia iactebat. ¶ Iacere in aliquem aliquid, metaphoricè, pro eo quod est, dictum aliquod in quempiam torquere. Liu. 4. bel. Maced. Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Consul verbo tenus, quàm vt re insimularet. Iacere contumeliam in aliquem. Cic. pro Syl. ¶ Huius composita sunt, Abiicio, ἀποβίπτω. Adiicio, Coniicio, Circuniicio: vnde Circuniecta impedimenta dicimus. Deiicio, κατα-βάλλω. Disiicio, Eiicio, Iniicio, Abiicio, Proiicio, Reiicio, Subiicio, Traiicio: quæ omnia videto suis locis.

Iacto, tas, Frequéter, & multum iacio. ἀναβίπτω. Ital. *Lanciare spesso*. Gal. *Ietter souuent*. Hispa. *Lançar à menudo*. ¶ Seneca, Dum lapillos iactaret in puteum. Virgil. lib. 1. Georg. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. ¶ Aliquando idem est quod sæpe multúmque animo reuoluere. ἀναπολέω. Virgil. 11. Aeneid. Atq; illum tales iactantem pectore curas. ¶ Aliquando fatigare, vexare, concutere. κυκάω, ἐλαύνω. vt Virgil. 1. Aen. -iactatos æquore toto Troas relliquias Danaũm, atque immitis Achilli. Vbi Seruius, Iactamur in mari, fatigamur in terris. Lactant. lib. 5, Qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exulem toto orbe iactauit. ¶ Per translationẽ tamen etiam latius accipitur pro quouis modo vexare, siue exagitare. Cice. in Verr. act. 2, Iactatur domi suæ vir primarius, & homo honestissimus: pro se quisque manus affert. Idem pro Quintio, Aequitas multis iniuriis iactata, atque agitata. Et paulo pòst, Multis vexatus cõtumeliis, plurimis iactatus iniuriis. ¶ Aliquando pro sese efferre, siue ambitiosius gloriari. μεγαλαυχέω. Ital. *Vantarsi*. Gal. *Se vanter*. Hispa. *Vanagloriarse*. ¶ Cice. pro Roscio Amerino. Hæc tu Eruci, tot, & tanta si nactus esses in reo, quàm diu diceres? quomodo te iactares? Quintil. lib. 4. cap. 13, Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat. ¶ Est interdũ Iactare idem quod inaniter loqui. Virg. 2. Aeglog. -vbi hæc incondita solus Montibus & syluis studio iactabat inani. Idem 1. Aeneid. Talia iactanti stridens Aquilone procella Velum aduersa ferit. ¶ Aliquando frequenter emittere, siue eiaculari. Idem 2. Georg. Et si non alnus latè iactaret odorem, Laurus erat. Et alibi, Ipsi lætitia voces ad sydera iactant. id est crebrò emittunt. ¶ Aliquando frequenter ducere: vt apud eundem, Haud vnquam manibus iactata fatiscit. id est ductata.

Iactito, tas, frequentatiuum à Iacto. ἠμικάω, πανυδόσεως. Ital. *Gittar souente*. Gal. *Ietter souuent*. Hispa. *Echar à menudo*. ¶ Liu. 7. ab Vrbe, Iuuentus, histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula interta versibus, iactitare cœpit.

Iactus, participium. ἐκβεβλημένος, βεβλημένος, ὑφειμένος. Ital. *Gittato*. Gal. *Ietté*. Hisp. *Echado*. ¶ Cic. 2. de leg. Agr. 2. Hunc quasi gradum quendam, atq; aditum ad cætera iactum intelligetis.

Iactus, us, ui, Actus ipse iaciendi. βολή. Ital. *Tiro, il trare, gittamento*. Gal. *Iet, jettement*. Hisp. *El lance*. ¶ Terent. Adel. Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris: Si illud quod est maximè opus iactu, non cadit: Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. Virgil. 4. Georg. -se iactu dedit æquor in altum. Iactus pilarum, Ouid. 2. Trist. Iactus fulminum, Cic. 3. Catil. ¶ Iactus absolutè, βολή, pro iactu retis. Valerius lib. 4. cap. 1, A piscatoribus in Milesia regione verticulum trahentibus, quidam iactum emerat. ¶ Iactus item accipitur pro mercium in mare proiectione, quæ in magnis tempestatibus fieri solet nauis exonerandæ gratia. Vnde extat Titulus li. 14. Pandectarum, Ad legem Rhodiam de Iactu: quo cauetur, si leuãdæ nauis gratia iactus mercium factus sit, omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

contributione esse farciendum, quod pro omnibus damni factum est.

Iactanter, aduerbium, idem significans quod insolenter, & cum iactantia, à participio Iactans. {ἀλαζόνως. Ital. *Con superbia, ambitiosamente.* Gal. *Auec vanterie & iactance.* Hisp. *Vanagloriosamente o pomposamente.*} Tacitus lib. 2, Periisse Germanicum, nulli iactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur. Id est maiori cum ostentatione.

Iactatus, participiũ. {ἀναμεμιγμένος, πεπαῤῥησιασμένος. ἀναῤῥιπτούμενος καὶ φερόμενος. Ital. *Spinto, gittato qua & là.* Gal. *Agité, jetté d'vn coste & d'autre.* Hisp. *Acossado, echado en diuersas partes.*} Virgil. 1. Aen. -iactatos æquore toto Troas reliquias Danaum, atque immitis Achilli.

Iactatus, us, ui, verbale, Agitatio, succussio. {σεισμὸς, ἀλισμός. Ital. *Agitatione o scuotimento.* Gal. *Agitation.* Hispan. *Acossamiento.*} vt, Iactatus maris, στόλου. Plin. lib. 14. cap. 18, Sic & mari nauigato, cuius iactatus his quæ duraverint, tantum vetustatis adiicere sentitur, quantum habuerint. Ouid. 6. Metamor. Excussit pennas quarum iactatibus omnis Affluxit tellus.

Iactatio, nis, verbale, Agitatio, succussatio. {σεισμὸς, ἀλισμός. Ital. *Crollo.* Gal. *Secouement.* Hisp. *Sacudimiento.*} Liu. 10. bel. Puu. Simul sperans letiorem in nauigatione quàm in via iactationem vulneris fore, & curationi omnia commodiora. Cicero pro Muræ. Quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc cui video maximas Reipub. tempestates esse obeundas? Idem 4. Tuscul. Iactatio (vel iactantia potius) est voluptas gestiens, & se efferens insolentius. Insolentiam, & iactationem hominum ferre, Cicer. ad Attic. lib. 10. Iactatio verborum, Idem ab Brutum.

Iactator, toris, Glorioſus, insolenter se venditans. {μεγαλαυχῶν, ἀλαζών. Ital. *Vantatore.* Gal. *Vanteur, glorieux.* Hispan. *Alabancioso de si.*} Quintil. lib. 11. cap. 1, de Cicerone, Is quidem rerum à se gestarum maior quàm modicus proprij iactator honoris.

Iactantia, iæ, Quæ & iactatio dicitur. {μεγαλαυχία, μεγαλορρημοσύνη, ὑπερηφανία, ἀλαζονεία. Ital. *Superbia, iattantia, vanto.* Gal. *Vanterie.* Hisp. *Soberuia, alabança vana.*} Definitur à Cice. 4. Tuscul. quòd sit voluptas gestiens, & se efferens insolentius. Quintil. lib. 9. cap. 2, Veritus opinionem iactantiæ. Idem, Hoc enim inanis est iactantiæ. Tacit. lib. 1, Iactantia, gloriâque ad posteros.

Iactuosè, Iactanter, cum iactantia. {ἀλαζόνως. Ital. *Ambitiosamente, superbamente.* Gal. *Auec vanterie.* Hispan. *Vanagloriosamente.*} Cicero, Quum fiat multa iactuosè dicta. Sic enim legunt quidam: quanuis in castigationibus exemplaribus non iactuosè legatur, sed actuosè.

Iactura, æ, Propriè dicitur damnum illud quod ex iactu consequimur: hoc est ex proiectione mercium in mare, quæ fieri solet in magnis tempestatibus ad exonerandam nauem. {ζημία. Ital. *Danno perdita.* Gal. *Perte, dommage.* Hisp. *Daño, perdida.*} Sallustius ad Cæsarem, Siquid aduersi te, dommage. Hisp. *Daño, perdida.*} Sallustius ad Cæsarem, Siquid aduersi coortum est, de illis potissimum iactura fit quæ minimi pretij sunt. ¶ Per metaphoram tamen accipitur pro quouis damno: vt apud Cic. 2. de Finib. Facere iacturam rei familiaris. Ouid. 9. Metam. Hunc tamen ablati domuit iactura decoris. Idem 1. Metam. Est tamen humani generis iactura dolori Omnibus.

Iaculum, li, pen. corr. Propriè telum, siue hastile, quod manu eiaculari potest. {ἀκόντιον. Ital. *Dardo.* Gal. *Dard.* Hispa. *Tiro, que se tira.*} Quintil. lib. 8. cap 2, Qui iaculum emittit, iaculari dicitur. Virgil. 9. Aeneid. -& iaculum contorquens mittit in auras.

Iaculor, aris, penult. corrept. deponens. Iaculum emitto, telum conijcio. {ἀκοντίζω. Ital. *Tirare, lanciare.* Gal. *Darder, jetter vn ou plusieurs dards.* Hispan. *Tirar ò lançar tiro.*} Iuuen. Satyr. 1, Quantas iaculetur Monychus ornos. Ouid. 2. Metamor. -vasti quoque rector Olympi, Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. ¶ Aliquando simpliciter accipitur pro proiicio. Colum. lib. 2. Faba, quæ longius emittetur, pura eò peruenient, quò ventilator eam iaculabitur. ¶ Legitur & Iaculo actiuum. Claudianus, Latis iaculabat in aruis. Hinc fit compositum Eiaculo, quo vsus est A. Gellius, Arionem (inquit) cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum eiaculauerat, exitisse.

Iaculatio, Iaculamen, & Iaculamentum, Dicitur ipse actus iaculandi. {ἀκόντισις, ἀκόντισμα. Ital. *Il tirare, tiro.* Gal. *Dardement, jettement.* Hisp. *Aquel·la obrade tirar, lançe.*}

Iaculator, oris, verbale, Qui iaculum emittit. {ἀκοντιστής. Ital. *Tiratore, lanciatore.* Gal. *Dardeur, jetteur de iret, arbalestier, archer.* Hispan. *Tirador è lançador de tiro.*} Liu. 7. bel. Pun. Annibal turmatim per equites, peditumque iaculatores leuia certamina serens, &c. Horat. 3. Carm. Ode 4, Enceladus iaculator audax.

Iaculatrix, cis, verbale fœmininum, Mulier iaculationem exercens. {ἀκοντίστρια. Ital. *Donna che lancia dards.* Gal. *Dardereſſe, celle qui iette dards.* Hispan. *Lançadora de tiro.*} vt, Diana iaculatrix. Ouid. 5. Metam. Pallada nonne vides, iaculatricemque Dianam Abscessisse mihi?

Iaculabilis, le, Quod iaculari, hoc est longè proiici potest. {βλητὸς, ἀκοντιστὸς, ἀκοντιστὸν ὑπάρχον. Ital. *Cio che si può tirare.* Gal. *Qu'on peut darder ou jetter.* Hisp. *Cosa que se puede tirar.*} vt, Telum iaculabile. Ouid. 7. Metamorph. Hisp. *Cosa que se puede tirar.*} vt, Telum iaculabile. Ouid. 7. Metamorph. -sed non formosius isto Vidérunt oculi telum iaculabile nostri. Pondus iaculabile, Stat. 6. Theb.

Iaculatorius, Adiect. {ἀκοντιστικὸς. Ital. *Cosa da lanciare.* Gal. *De dards, ou chose pour darder.* Hisp. *Cosa para lançar assi.*} vt, Campus iaculatorius, Vipian. in L. Item. §. sed si. ff. ad l. Aquil.

Iaculus, li, penult. correp. Serpentis genus, arbores subiens, è quibus vi maxima se eiaculatur, penetrátque quodcunque animal obuium fecerit fortuna. *ωοειδὲς.* Luca. lib. 9, Et natrix violator aquæ, iaculique volucres. Plin. lib. 8. cap. 23. Iaculum ex arborum ramis vibrari, nec pedibus tantùm pauendas serpentes, sed & missili volare tormento. Vide Aelianum lib. 9. cap. 49.

IACOBVS, pen. prod. ἰάκωβος. Nomen proprium, quatuor syllabarum. Claudianus, Quid laceras versus dux Iacobe meos? Nomina enim propria apud Hebræos (ſicut Priscianus docet) in fine acutum accentum habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, & penultimam producunt: vt Adam, Adamus, Ioseph, Iosephus.

IADER, ἰάδερ, neutri generis, Fluuius est Illyrici, in Adriaticum mare defluens, iuxta quem oppidum est Iadera. Luca. lib. 4. Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

IADERA, quæ & Iader, neutro genere, ἰάδερ Ptolemæo, Ciuitas est Illyrici, non procul ab Apollonia & Salona. Pomp. lib. 2. Iaderæ meminit & Plinius in descriptione Liburniæ. Vulgò *Zara.*

IALYSOS, ἰάλυσος, Oppidum fuit Rhodi insulæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. Et Pomp. lib. 2, In Rhodo, inquit, tres quondam vrbes fuerant, Lindos, Camiros, Ialysos. Ialysos autem hæc ipsa est, quæ Telchinas olim aluit, his qui in Creta floruere, cognomines, maleficum genus hominum, & præstigiis infame.

Iam, aduerbium temporis. Quod penè est idem quod nunc, illico. {ἤδη. Ital. *Già, hemai, hora.* Gal. *Desia, maintenant, à cest' heure.* Hisp. *Ya.*} Terent. in Adelph. Tace, egomet conueniam iam ipsum. Idem in Eunucho, Nam aut iam reuertêre, aut mox noctu te adigent horsum insomnia. ¶ Interdum hortantis est, & veluti moram increpantis. Terent. in Eunuc. Iámne imus? Nonnunquam etiam accipitur pro modò. Virg. 3. Georg. Iámque hos cursu, iam præterit illos. hoc est modò hos, modò illos. ¶ Interdum pro præterea, ἔτι, & quasi nodus est quidam coniungens sententias. vt apud Virgilium, Iam maris immensi prolem & genus omne natantum, Iam varias pelagi volucres. Hoc idem efficit cõiunctum cum verò. *ἔτι τοίνυν.* Cic. 1. de Orat. Iam verò narrationem quòd iubent verisimilem, &c. ¶ Iamdiu, Multo iam tempore. {πάλαι. Ital. *Già molto tempo, gran tempo.* Gal. *Long temps y a.* Hispan. *Ya ha mucho tiempo.*} Cic. de Senect. Carthagini malè iamdiu cogitanti. Idem ad Cass. Vt te, quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo viderem. ¶ Iamdudum, Ex Iam & dudum componitur, & frequentius de paruo tempore dicitur. {πάλαι πάλαι, πάλαι, πάλαι χρόνου. Ital. *Già buona pezza, di tempo.* Gal. *Des puega, il y a ja assez long temps.* Hisp. *Ya ha poco tiempo.*} vt, Iamdudum te expecto. Cic. in Epist. Vides me sudare iamdudum. Plaut. in Menæ. Iamdudum mulier tibi non imprudens aduersabar, hunc metuebam. Aliquando de longiori. Plin. lib. 19, Iamdudum ex eadem Hispania Zœlicum venit in Italiam plagis vtilissimum. Macrobius, Iamdudum hæc quæstio ab Aristotele & proposita est, & soluta. Ponitur etiam pro continuo, & quamprimum. Virgil. 2. Aeneid. Iamdudum sumite pœnas, ¶ Iamiam, Repente, sine mora. {παραυτίκα, ὅπως τάχιστα, ἤδη. Ital. *Hora hora.* Gal. *Maintenant, à cest' heure.* Hisp. *Agora, luego.*} vt, Iamiam aderit. Ponitur & cum præsenti, licet in futurum resoluatur. Virgil. 2. Aeneid. Iam iámque manu tenet & premit hasta, quasi mox tenebit, & nunc videtur tenere. Plerunque figuratè per indignationem accipitur. Idem, -iamiam nec maxima Iuno, Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. Et per miserationem. Sallustius in Iugurt. Iamiam animo meo charissime frater, quanquam tibi immaturo, & vnde minimè decuit, vita erepta, tamen lætandum magis, quàm dolendum puto casum tuum. Et per exhortationem. Quintilianus, Iamiam commilito, quicunque casus manet, etiamsi Imperator damnaturus est, habes solatium: satius est, quàm à patre occidi. ¶ Iamolim, multo iam tempore. {ἐκ παλαιοῦ. Ital. *Per lo passato, à assai tempo.* Gal. *Par le passé, il y a assez long temps.* Hisp. *Ya ha luengo tiempo.*} Cicero, Iamolim à principio illud statueram. Sumitur pro aliquando. Virgil. 2. Georg. Et iam olim seras posuit cum vinea frondes. ¶ Olimiam, pro iampridem. *ἐκ παλαιοῦ πάλαι.* Quintilianus, Olimiam Imperator inter fulgẽtes virtutes liuor locũ quærit. id est à longo tempore. ¶ Iampridem, Aliquanto iam tempore. {πάλαι πάλαι. Ital. *Già tempo.* Gal. *Il y a ja long temps.* Hisp. *Ya ha tiempo.*} Seneca, Iampridem te expectantes ibi fœderamus. Dicitur & de longiori tempore, vt idem sit quod iamolim. Plinius, Quod maiores nostros iampridem fecisse manifestum est: quod genus nuper & patrum ferè nostrorum memoria inuentum est. Accipitur item pro statim, siue continuò. Luca. lib. 1, Tollite iampridem, victricia tollite signa. ¶ Iamsum, significat ex eo tempore. {ἐξ ἐκείνου. Ital. *All hora.* Gal. *Des maintenant, à cest' heure.* Hisp. *Desde entonces.*} Plautus, Iamsum occœpit virginẽ amare. Virgil. 8. Aeneid Iamsum religio pauidos terrebat agrestes.

IAMBLICHVS, ἰάμβλιχος, Pythagoricus philosophus e Chalcide Syriæ fuit Porphyrij discipulus, qui tempore Constantini Magni floruit: sub quo breui tempore tantum profecit, vt secundas post præceptorem Romę obtineret, nec ab eo quicquam differre videretur doctrina: nisi quòd ille melior facilitate candoréque orationis, hic paulò durior habebatur. Iac vt de Xenocrate Plato dicebat, venere dicendi carebat. Moribus adeò probatus, vt eius vitæ abstinentia, modestiáq; ea tempestate nulli non cognita fuerit. Huius meminit & Hieronymus.

Iambus, ἴαμβος, Pes metricus, constans ex priore breui, & posteriore longa. Horatius in Arte, Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus. Dictus iambus, vt quidam volunt, ab inuentore. Festus ἀπὸ τῆ ἰαμβίζειν deducit, quod est conuitiari, seu inuehi: quum tamen verisimilius sit ἰαμβίζειν verbum, ab iambi pedis natura esse deductũ. Hinc iambicum carmen, cuius multa sunt genera, quæ latissimè exequitur Mycillus.

IAMESAIS, ἰαμησαῖος, Aestuarium est maris Britannici, in quod illabitur fluuius ille quem Tamesim Cæsar vocat. Plin. lib. 1. cap. 3.

IAMNO, onis, Oppidum insulæ Balearicæ minoris: quæ duo olim habuit oppida, Iamnonem, & Magonem, teste Plin. lib. 3. cap. 5, & Pompo. Melæ ad finem, lib. 2 Ptolemæus Iamnam, ἰάμνιαν, nominat.

IANA, Prius dicta fuit, quę postea præpositâ literâ d, Diana appellata est, teste Nigidio.

IANASSA, ἰάνασσα, Nympha dicta est, à suauiter regendo. ἰάνω, lætifico: ἄνασσω, regno, impero.

IANASVM, Oppidum Celticæ gentis in Hispania citeriore. Pomponius Mela lib. 2.

Ianeus, Ab antiquis dicebatur, quem hodie Ianitorem vocamus, teste Festo.

IANICVLVM, Oppidum fuit in Ianiculo monte trans Tyberim: ita dictum à Iano conditore, vt quidam putauerunt: vel quòd tanquam Ianua esset Romanis, in Hetruriam proficiscentibus. Virgil. 8. Aen. Hæc duo præterea disiectis oppida muris, Reliquias, veterumque vides monumenta virorum: Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem: Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

IANIRA, pen. prod. ἰάνειρα, Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filiæ. *παρὰ τὸ ἰᾶσθαι τὰς ἀνίρας*, hoc est à viris demulcendis. Hesiodus in Theogonia.

Ianitor,

Ianitor, Vide IANVA.

IANTHE, *ἰάνθη*, Puella fuit Cretensis, ex Phæsto oppido, Telestæ filia, exor Iphidis, qui ipso nuptiarũ die ex fœmina mutatus est in marem. Ouid. lib. 9. Metamorph. Tertius interea decimo successerat annus, Quum pater Iphi tibi flauam despondet Ianthem, Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ Dote fuit virgo, Dictæo nata Telestæ.

Ianthinus, a. um, pen. cor. *ἰάνθινος*, Idem est quod violaceus. Nam Græci *ἰὸν* violas, & *ἄνθη* flores vocant. Ianthinum itaque dicitur, quod floris viola colorem refert. Vnde vestis ianthina, & Ianthina, orum, substantiue, dicuntur vestes violacei coloris. Martialis, Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ. Plin. lib. 21. cap. 6, Ex his violis quæ sponte apricis ac macris locis prouenium, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnosa exeunt: solæque Græco nomine à cæteris discernuntur, appellatæ *ἰάνθιναι*: ab his ianthina vestis.

Ianua, æ, Primus ingressus ad intetiora domus: à Iano dicta, quòd huic deo consecratum erat omne ptincipiũ. § *Θύρα*. Ital. *Porta*. Gal. *Porte, huys*. Hisp. *Puerta*. § Et propriè domus est ianua: ostium verò, partium, vt cubiculorum: licet confundantur. Nam & ianua, à quo ianitor, pro ostio ponitur: & ostium, à quo ostiarius, pro ianua. Cic. 2. de Orat. Vt illud Naficæ, qui quum ad poëtam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Nasica, &c. Valla lib. 4 cap. 8, Porta murorum est, munitionũmque, atque castrorum: ianua parietis, atque domorum. Cicc. 3. Verr. Seruis suis imperat Rubrius vt ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent. Ouid. 2. Amor. Clausa tuo maius ianua fulmen habet.

Ianitor, oris, pen. corr. Cui ianuæ custodia est commissa. § *Θυρωρός*. Ital. *Portiere*. Gal. *Portier, huyssier*. Hisp. *El Portero*. § Cic. 5, Verr. Hunc vestri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Ianitor carceris, apud eundem legitur 7. Verr. Ianitor inferorum, Cerberus. Virgil. 6. Aeneid. -licet ingens ianitor antro Aeternùm latrans exangues terreat vmbras.

Ianitrix, cis, fœminini generis, Mulier cui ianuæ custodia est commissa. § *Θυρωρός, ἡ*. Ital. *Portinara*. Gal. *Portiere, huyssiere*. Hisp. *Portera*. § Plaut. in Cur. Anus hic recubare solet custos ianitrix. Plin. lib. 25. cap. 30. Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Cæsarum, Pontificúmque, id est quæ solet plantari ante domos Cęsarum & Pontificum. ¶ Vxores duorum fratrum dicuntur ianitrices Modestino in L. Non facilè. § Ad fines sunt. ff. de gradibus cognationum. In quibusdam exemplaribus non legitur dictio Ianitrices: sed vnico contextu ita legitur. Duorum frattum vxores dicuntur apud Græcos *ἰάνιτρι*.

Ianual, ibi genus quod Iano tantummodo libabatur. Festus.

Ianuarius, rij, *Ἰανουάριος, γαλλικόν*. Ital. *Genaio*. Gal. *Le mois de Ianuier*. Hisp. *El mes de Enero*. § Primus mensium, à Iano appellatus, quem Numa Pompilius primum anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem & prospicientem transacti anni finem, futuriq; principia.

IANVS, *Ἰανός*, Ab hiatu dictus est, detracta aspiratione: quem quidam Solem putant: ideóque geminum, quasi vtriusque ianuæ cælestis potentem, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Alij Ianum mundum, id est cælum intelligunt, quasi Eanum ab eundo, vt inquit Cic. lib. 2. de Nat. deorum, eo quòd mundus semper eat, dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens in se refertur. Hinc & bifrõs pingitur: duas enim facies habere dixerunt, alteram à tergo, eo quòd annus ex se initium faciens, finì occurrat: vel quòd præterita sciuerit, & futura præuiderit: seu quòd superorum & inferorum ianitor extiterit. Huius templum erat Romę ad infimum Argiletum, à Numa Pompilio positum, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: vnde Patulcius, & Clusinus cognominabatur, vt autor est Seruius. Constat autem templum hoc ter fuisse clausum. Primùm regnante Numa: iterum post bellum Punicum secundum: tertiò post bella Actiaca, quæ confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes: sed bella flagrauere ciuilia. Huius autem claudendi vel aperiendi templi ratio varia est. Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum iam propè vinceretur, calidam aquam ex eodem loco etupisse, quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad ipsum pristini auxilij. Alij dicunt Tatium & Romulum facto fœdere hoc templum ædificasse. Vnde & Ianus ipse duas facies habet, vt ostendat duorum regum coitionem: vel quòd ad bellum ituri debeant de pace cogitare. Est alia melior ratio, quòd ad prælium ituri, optét reuersionem. Hæc Seruius. Hunc alij quadrifrontem fecerunt, ob quatuor orbis cardines, & Ianum quadrigeminum vocitarunt: & Iunonium, quasi Calendarum principem: Calendæ enim sunt Iunoni dicatæ. ¶ Ianus etiam erat locus Romæ, vbi fœneratores consistebant eregione Basilicæ: quoniam in eo Iani simulacra collocata visebantur. Ouidius, Qui puteal, Ianúmque timet, celerésque Calenda visebantur. Ouidius, Qui puteal, Ianúmque timet, celerésque Calendas. Horatius in Epist. Hæc Ianus summus ab imo Prædicat. Suet. in Domit. Ianos, inquit, arcúsq; cum quadrigis, & insignibus triumphorum per regiones vrbis extruxit. ¶ Ianus antiquissimus Italiæ rex, quem geminam faciem prætulisse ferunt: quod ad regis prudentiam solertiámque referendum est: qui & præterita nosceret, atque prospiceret futura: vnde etiam bifrõs dicitur. Hic Saturnum à filio fugatum è Creta classéque in Italiam aduectum, susceptit hospitio: & quoniam ab eodem rutis agricuturam edoctus est, regni partem illi concessit, ambóque vnà regnarunt concordes, victáque oppida communi opera condiderunt. Romani hunc omnibus ianuis præesse crediderunt: vnde & clauigerum ipsum vocarunt. Eum autem primum in Italia diis templa fecisse, ritúsque sacrorum instituisse, ac ideó eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam, autor est Macrob. lib. 1. cap. 7. 8. 9.

Ianalis, le, adiectiuum à Iano: vt Ianalis virga. Ouid. 2. Fast. Virgáque Ianalis de spina sumitur alba, Qua lumen thalamis parua feneſtra dabat. Ianalis porta quæ & Belli porta vocabatur Romę, à Iano dicta: vbi & positum fuit eius signum. Hanc Numa instituit, vt esset clausa semper, nisi quum bellum foret.

IAPETVS, pen. corr. *Ἰαπετός*, Cæli & terræ filius (vt inquit Hesiodus) vir quidem potens apud Thessalos, sed proterui ingenij, magísq; filiorum

quàm sua virtute clarus. Ferunt hunc Asiam nympham vxorem duxisse, & ex ea Hesperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum suscepisse. Valer. Flac. lib. 1, Iapeti post bella trucis, Phlægræque labores. Hunc quidem Promethei patrem fuisse asserunt. Ouid. 1. Meta. Sine recens tellus, seductáque nuper ab alto Aethere, cognati retinebat semina cæli, Quam satus Iapeto mistá fluuialibus vndis, Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. De Prometheo loquitur. ¶ Iapeto antiquior, *Ἰαπετοῦ πρόγονος*. De re antiquissima dixit Lucianus.

IAPYGIVM, promõtorium, quod Acram Iapygiam, *ἄκρα Ἰαπυγίας*, cum Græcis nominat Plinius: extremum Salentinorum promontorium est, quo quam longissimè in mare excurrit Italia. Vulgò, *Cabo de S. Maria de Finis terra de Otranto*. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

IAPYGIA, *ἡ Ἰαπυγία, Tierra d'Otranto*, Regio est in finibus Italiæ, in Cherronesi formam coacta, cuius Isthmus à Tarento Brundusium vsq; extenditur. Alio nomine Messapia dicitur. Autor Strabo lib. 6. Seruius in illud Virgilij, Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis aruis. Iapygia (inquit) pars est Apuliæ, in qua mons est Garganus, qui vsque ad mare Adriaticum extenditur. Quod si verum est, longè maiores sunt Iapygiæ fines, quàm quos modò ex sententia Strabonis descripsimus. Nam Garganus mons multis passuum milibus extra iam dictam peninsulã situs est. Dicta est autem Iapygia ab Iapyge Dędali filio, vt tradidit Solinus in Polyhistore.

IAPYX, *ἰάπυξ*, Ventus est ab Occasu solstitiali spirans, qui alio nomine Caurus dicitur, teste Gellio lib. 2. Noct. Att. Dictus Iapyx à Græcis, quòd ab Iapygia spirare videatur: quare & commodissimus est ex Italia in Græciam nauigantibus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 3, Sic te diua potens Cypri, Sic fratres Helenæ, lucida sydera, Ventorúmq; regat pater, Obstrictis aliis, præter Iapyga.

IAPIS, idis, *ἰάπις*, Nomen proprium cuiusdam Aetoli, qui quum ad regionem Venetiæ venisset, oppidum de suo nomine condidit: à quo ea pars Italiæ, quæ Timauo flunio irrigatur, Iapide dicta est. Quin etiam Timauum ipsum ab huius nomine Iapidem cognominat Virgil. 2. Georg. Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui.

IARBAS, *Ἰάρβας*, Getulorum rex, qui quum Didũs ambiret nuptias, ab ea repulsus, nascenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod quum Pœni propulsare non possent, reginam suam eò adegerunt vt nuptiis suis pacem redimeret. Quod quum illa alia ratione effugere non posset, simulat se antè Sichari (id defuncti mariti nomen erat) manes placare velle. Eam itaque ad rem impetrato spatio, pyram ingentem extruxit, cui superincumbens, suis sibi manibus necem conscíuit.

IARCHAS, *Ἰάρχας*, Philosophorum Indiæ princeps, qui in solio aureo sedens apud suos, sapientiam profitebatur. Vide Philostratum in vita Apollonij Tyanei.

IASA, Nomen ciuitatis quę imminet Rubro mari, vbi est terminus Moabitarum prouinciæ.

IASIS, *Ἰασίς*. Dicta est Atalanta ab Iasio patre. Propertius, Atque animum duræ contudit Iasidos.

IASIVS, *Ἰάσιος*, Filius fuit Abantis Argiuorum Regis, frater Dardani. Nam Dardanus, inquit Seruius, & Iasius fratres fuerunt, Electræ filij: sed Dardanus de Ioue, Iasius de Cotito procreatus est. Hæc Seruius apud Virgil. 3. Aeneid. Hinc Græci, Iasidę: & Iasis vocatur Atlanta eiusdem filia. ¶ Fuerunt & alij eiusdem nominis: vnde Iasides Palinurus, apud Virgil. 5. Aeneid. Et Iapis Iasides, apud eundem, lib. 12.

IASON, onis, *Ἰάσων*, quem Diod. lib. 6, etiam Iasium appellat: Iouis & Electræ filius fuit, qui adeò à Cerere adamatus est, vt in eius gratiam ad nuptias Hermiones ipsius Iasij sororis, maximam & frumenti & panis copiam attulerit. ac ex eo Plutum pepererit, qui cultum vitæ instituere, pecuniásque coacernare, ac in vius custodire omnium primus docuit, quum antea parua congregandæ seruandæque pecuniæ fuisset cura. Alij addunt fabulæ, eum postea à Ioue ex inuidia fulminatum: quanuis non desint qui aliam mortis causam ponant, nempe quòd simulachrum eius contumelia affecerit. Hunc quoque alio nomine Aetionem vocant. Ouid. lib. 9, -quæritur canescere mitem Iasiona Ceres, &c.

IASON, *Ἰάσων*, Filius fuit Aesonis ex Polymela, seu (vt alij volunt) Alcimede, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendauit, tradito etiam regno, ea tamen lege vt illud adulto Iasoni restitueret. Porrò Alcimede suspectum habens Peliam, Iasonem Chironi alendum dedit. Itaque Iason adultus ad repetendum paternum regnum venit: sed Pelias commentus frandem, Iasonem Colchos ad auferendum aureum vellus nauigare iussit. Quæ res licet primò impossibilis videretur Iasoni, tamen præparata Argonaui cum reliquis heroibus Colchos profectus est. Inter nauigandum autem primùm ad Lemnum insulam appulit, vbi ab Hypsipyle & hospitio & thalamo susceptus est. Deinde ad Phineum Regem, à quo muneris loco edoctus est quomodo per Cyaneas petras inter se concurrentes ad Colchos vsque tutò nauigare posset. Quò quum peruenisset, Medea Colchorum Regis filia forma eius capta, à certissimo eum eripuit exitio: ostensa ratione qua & æripedes tauros perdomare, & draconem perpigilem sopire posset. Eius itaque consilia secutus Iason, aureum vellus sustulit, & inde clàm cum socijs & Medea fugam arripiens, ad Istri ostium peruenit: aduersóque flumine subiens, quum eum tandem in locum peruenisset vbi Danubius Liburniæ montibus proximus est, nauim, qua vectus erat, suis sociorúmque humeris superatis montibus in mare Adriaticum deportauit: tandémque sospes in patriam reuectus, duos ex Medea filios suscepit. Sed quum postea Creusæ Corinthiorum Regis filiæ amore flagrans, eam vxorem duxisset, Medea ægre ferens diuortium, Creusam cum regia exussit. Sunt qui tradant, Medeæ postea reconciliatum Iasonem, Aeeten socerum à Perse fratre pulsum, in regnum restituisse, multáque alia præclara gessisse, adeò vt diuinos in Asia honores fuerit promeritus. Describitur latius tota hæc fabula ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. ¶ Corripit autem hoc nomen penult. genitiui syllabam. Ouid. 7. Meram. Multáque perpessi claro sub Iasone, tandem, &c. Et alibi, Quem nisi crudelem, non tangat Iasonis ætas? ¶ Hinc fit patronymicũ Iasonides: vt, Iasonidæ iuuenes, apud Statiũ lib. 10. Theb.

IASONIVM, *Ἰασόνιον*, Promontoriũ Cappadociæ. Ptolemæus lib. 5. cap. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iaspis, ἴασπις. Ital. *Iaspe pietra preciosa.* Gal. *Iaspe.* Hispa. *Iaspe, piedra preciosa de color verde.* } Gemma est é viridantium genere, cuius vt multæ species, ita varij sunt colores: vt est videre apud Plin. lib. 37. cap. 9. Martialis lib. 5, Sardonychas, smaragdos, adamantes, iaspidas vno
Portat in articulo Stella Seuere meus.

Iaspideus, ea, eum, vt, Iaspidea gemma, quæ iaspidis colorem refert. ἰασπιδοειδής, ἰασπίζων. Ital. *C'ha coloro de iaspe.* Gal. *Qui ressemble à vne iaspe, ou qui a couleur de jaspe.* Hispan. *cosa semejante à tal piedra, ò que tiene color de jaspe.* } Plin. lib. 37. ca. 10, Cepionidæ in Aeolide ad Dardanum nunc pagum, quondam oppidum, nascuntur multis coloribus transluentes, aliàs vitreæ, aliàs crystallinæ, aliàs iaspideæ.

Iasponyx, ἰασπόνυξ. Iaspidis gemmæ species, maculis quibusdam humano vngui non dissimilibus variegata: vnde & onychipuncta dicitur. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

IASVS, siue Iassus, ἴασος, Insula Cariæ, cõtinenti adiacens, cuius incolæ, quòd regionem habeant sterilem, ex piscatu potissimum victum quæritant. Hinc proximus sinus Iasius cognominatus est. Ex Iaso orti sunt Chœrilus poëta, & Diodorus Dialecticus, cognomẽto Chronus.

IATINVM, ἰάτιον, Meldensium ciuitas est apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Forte quæ hodie vocatur *Meaulx.*

Iatros, ἰατρός. Ital. & Hispa. *Medico.* Gal. *Medicin.* } Latinè medicus. Vnde Archiatros, princeps medicorum: quo nomine dictus est Aesculapius, tanquam præses, deúsq; medicorum Plin. lib. 29. cap. 1.

Iatraleptes, vel Iatralepta, ἰατραλάπτης, Medicus vnguentarius, qui vnguentis & perfrictionibus curat. Celsus lib. 1. cap. 1, Sanus homo qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque iatralepta egere.

Iatraleptice, ἰατραλειπτική, Medicinæ genus, quæ vnguentis, & perfrictionibus curat, quasi medicina vnguentaria: ἰατρική enim medicina, ἀλείπτης vnctor dicitur.

IAXAMATAE, ἰαξαμάται. Populi circa Mœotim (inquit Stephanus) quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flac. Mellis honos Tornos ditat, sua mulctra Satarchen, Iaxamatas venatus alit. De his Ammian. lib. 4. Circa hæc stagna gentes sermonum institutionúmque varietate dispares, Iaxamatæ, Mœotæ, & cum Gelonis Agathyrsi.

IAXARTES, ἰαξάρτης. Fluuius Scythiæ est, eorum qui in Caspium mare influunt, longè maximus: vnde idem esse cum Tanaide ab Alexandro creditus est, quum sit alius, vt nauigatione cõpertum est. Oritur apud Sacas (vt ait Ptolemæus) in Septentrionem flueus.

IAZYGES, Metanastæ, ἰάζυγες. Vulgò *Septem castra* vel *Transyluania.* Populi in Europa, qui (sicut Ptolemæus lib. 3. scribit) ab Oriente habent Daciam, ab Occasu & Austro Germaniæ partem, à Septentrione Sarmatiam. Hodie (siquis in re tam vetusta coniecturæ locus est) creduntur populi inhabitantes eam regionem quam Septem castra vocamus, Germanicè *Sibenburgen*, quæ regio partim ab Hungaris, partim à Valachis colitur.

I ante B.

Iberia, Vide HIBERNIA.

IBERVS, pen. prod. ἴβηρ, Vulgò *Ebro.* Fluuius Hispaniæ, qui apud Cantabros oriens, per x i passuum milia fluit, & in mare Balearicum exit. Dictus (vt Eustathius ait) à Rege eiusdem nominis. Lucanus lib. 4, Qui præstat terris, aufert tibi nomen Iberus.

Iberia, ἰβηρία. *Aragon.* Primùm appellata fuit Hispaniæ regio, vtrinque Ibero fluuio proxima, quam postea Celtæ Gallorum populi, relictis sedibus suis, habitauere. Vnde composito ex vtraque gente nomine, Celtiberi appellati sunt: & regio eorum, Celtiberia. Postea tamen vniuersa Hispania, Iberia dicta est: & Hispani ipsi, Iberi, siue Iberes. ἴβηρες. Virgil. 3. Georg. Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Lucan. Occurrat Iberibus alter. ¶ Est & alia regio hoc nomine iuxta Pontum inter Colchida & Armeniam, venenorum ferax, quæ Caucasiis montibus circundatur: cuius similiter populi, Iberi, & Iberes dicti sunt, à quibus (vt Varro scribit) venerunt qui in Hispania habitauerunt: & ab illis Hispania, Iberia: & fluuius Hispaniæ, Iberus dictus est.

Iberus, ra, rum. Virgil. lib. 9, Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera. Dionysius contrà tradit Iberes populos à Pyrenæis montibus profectos, in Asia sedes posuisse. Vnde ea pars Asiæ, Iberia nuncupatur. Iberiam regionem mulier captiua sub Constantino Heleneæ filio, conuertit ad Christianam fidem: in ea pudicam traducens vitam, & in oratione iugiter perhilens.

Iberica, herba, spartum dicebatur antiquis. Quintil. lib. 8. cap. 2, Qui in actione ibericas herbas, se solo nequicquam intelligente, dicebat, nisi irridens hanc vanitatem Cassius Seuerus spartum cum dicere velle indicasset.

Iberis, idis, ἴβηρις, Herba eadem cum lepidio syluestri: de qua vide Plin. lib. 25. cap. 8.

Ibi, aduerbium loci, Significat in eo loco: quo propriè vtimur in demonstrando. ἐκεῖ. ital. *Vi, in quel luogo, là.* Gal. *Là, en ce lieu là.* Hisp. *Ay ò allà do algo està.* } Ibidem verò relatiuum est, idem significans quod in eodem loco, αὐτόθι. Cic. pro Domo sua, Ibi enim postis est, vbi templi aditus est. Idem in Epist. Nemo est quin vbiuis, quàm ibi vbi est, esse malit. ¶ Accipitur aliquando pro aduerbio temporis, idémque valet quod tunc. Terent. in Eunuc. Inuitat tristis, mansit: ibi illa cum illo sermonem occipit. ¶ Ab ibi fiunt composita, Inibi & alibi, seu alsubi, & ibidem: quæ vide suis locis.

Ibices, Capræ syluestres sunt pernicitatis mirandæ. Plin. lib. 8. cap. 52, Sunt capræ, sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquã onerato capite vastis cornibus, gladiorumq; vaginis: in hæc se librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potissimum è monte aliquo in aliũ transilire quærentes, atq; recussu pernicius, quò libuerit, exultant.

Ibidem, pen. prod. In eodem loco. αὐτόθι. Ital. *In quello istesso luogo.* Gal. *En ce mesme lieu, la mesme.* Hisp. *En el mesmo lugar.* } Virgil. 1. Aeneid. —Ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Cic. pro Quintio, Quod ibi rectè custodire poterunt, id ibidem custodiant.

Ibis, ibis. ἶβις. Auis, soli Aegypto peculiaris, quæ serpentibus vescitur. Hæc (sicut Hieronymus scribit) duplex est: altera nigra tota est, altera ciconiæ non absimilis, diuersa tamen à ciconia. De hac Cic. lib. 2. de

Nat. deorum, Velut ibes maximam vim serpentium conficiunt, quum sint aues excelsæ, rigidis cruribus, corneo proceróque rostro: auertunt pestem ab Aegypto, quum voluctes angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt, atque consumunt: ex quo fit, vt illæ viuæ nec morsu noceant, nec odore mortuæ. Hæc ille. Traditur autem ibis clysteris vsum prima commonstrasse, quòd consuetudinem habeat se purgandi, rostri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. Autor Plin. lib. 8. cap. 27.

IBYCVS, penult. corr. ἴβυκος, Nomen poëtæ Lyrici Rhegini, apud Græcos præclari, sed tamen omni libidinis genere affœminatissimi, à quo genus metri dictum est Ibycum, sicut alterum ab Alcæo Alcaicũ. ¶ Ibici equus, ἵππος Ἰβύκου, in iocum prouerbialem abiisse videtur, de iis qui nolentes præter ætatem ac vires ad periculosum negotium adigerentur. Nam (vt refert Plato in Parmenide) Ibyco equus erat iam annosus athleta, multis certaminibus detritus. Is quum ad certamen currui iũgeretur, extimuit, videlicet expertus eiusmodi ludorũ aleam. Ridente populo, Ibycus surgens, Equus, inquit, domino similis est: nam & ipse iam senex ad amandum compellor.

I ante C.

ICADIVS, ἰκάδιος, Prædo insignis fuit, cui saxum ex scopulo delapsum, crus fregit. Cic. de Fato, Ne Icadij quidem prædonis video fatum vllum: nihil enim scribit ei prædictum. Quid mirum igitur, ex spelunca saxum in crura eius incidisse? Puto enim si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse.

ICADISTAE, ἰκαδισταί, cognominati sunt Epicureæ sectæ Philosophi, quòd *vnc eiusdem*, hoc est vicesimum quenque lunæ diem, quo natus est Epicurus, celebrarent, imagines eius per cubicula circunferentes. Vide Atheuæum Dipnosophistarum lib. 7.

ICARIA, siue ICAROS, ἰκαρία Ptolemæo, ἴκαρος Stephano. Insula est inter Samum & Myconum sita, vna Cycladum: à quo vicinum mare Icarium appellatur, non (vt Poëtæ fabulantur) ab Icaro Dædali filio. Eadem & Doliche, & Macris, & Ichthyoëssa aliquando fuit appellata. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. In hac insula fuit insigne Dianæ templũ, Tauropolium appellatum: cuius meminit Strabo lib. 14. Vulgò *Nicaria.*

ICARIVS, ἰκάριος, Pater fuit Penelopes. Ouid. Epist. 1, Me pater Icarius viduo discedere lecto Cogit, & immensas increpat vsque moras.

Icaris, ἰκαρίς, Patronymicũ fœminini, quod Poëtæ accipiunt pro Penelope Icari filia. Ouid. in Ibin, Et velut Icaridis famulæ periere, procique.

Icariotis, idis. Ouid. 3. de Põto, Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

ICARVS, ἴκαρος, pen. corr. Oebali Laconum regis filius fuit, pater Erigones: qui quum acceptum à Libero patre vinum rusticis distribuisset, illiq; ex nimio potu ebrij facti essent, arbitrantes sibi toxicum esse datum, Icarum interfecerunt. Quod vbi Erigone cognouit, dolotis impatientia laqueo vitam finiuit: quæ deorum miseratione in cælum translata, signum efficit Virginis. Tibullus lib. 4 ad Messalam, Cunctis Baccho iucundior hospes Icarus, & puro testantur sydera cælo. Item Propertius lib. 2, Icare Cecropiis merito iugulate colonis. ¶ Icarus, ἴκαρος, Dædali filius fuit, qui vnà cum patre è Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quũ vltra patris iussa altius euolasset, soliq; ardore cera, qua pennæ continebatur, liquefacta esset, ita vt ab alis defluerent, decidit in mare, quod est inter Samum & Myconum, quod ab eius nomine Icarium dictum est, vt fabulantur Poëtæ. Ouid. 3. Tristium. Icarus Icarias nomine fecit aquas. Verius tamen est, Icarium mare nomen accepisse ab Icaria insula, medio ferè inter Samum & Myconũ spatio sita.

ICESIVS, ἰκέσιος, Conditor Erasistratiorum scholæ apud Smyrnam: cuius meminit Strabo lib. 11.

ICHANA, ἴχανα, Oppidum Siciliæ mediterraneum: cuius incolæ dicti sunt Ichanenses, ἰχανῖται Stephano, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

ICHNAE, ἴχναι, Oppidum in ora Macedoniæ, non procul ab Axij fluminis ostio. Plin. lib. 4. cap. 8.

Ichneumon, ἰχνεύμων. Ital. *Sorice ò topo d'India.* Gal. *Rat d'Inde.* Hispan. *Raton de India.* } Animal est magnitudine felis specie muris: vulgò nunc *Murem Indicum* vocant. Nascitur in Aegypto, & cum aspide pugnat. Ichneumona Aegyptij adorant, quoniam oua crocodilorum cõterat: & luto conuolutus, quum os aperiunt, ita in ventres eorum insilire soleat, vt exesis intestinis eos interimat. Plin. lib. 8. cap. 24.

Ichneutas, Quandoque Nicander vocat ichneumones.

Ichnographia, ἰχνογραφία, Quasi vestigij descriptio, est futuri operis delineatio, quam Galli *Planam formam* vocant. Vide Vitruuium lib. 1.

ICHNVSA, pen. prod. ἴχνουσα, Insula Sardiniæ dicta est: quoniam similitudinem referat humani vestigij, quod Græcè ἴχνος dicitur. Sil. lib. 12, Inde Ichnusa piis Graiis memorata colonis. Vide Plin. lib. 3. cap. 7.

ICHTHYOESSA, ἰχθυόεσσα, Insula in mari Icario, vna Cycladum, inter Samum & Myconum sita, quę aliis nominibus Icaros, & Icaria dicitur. Vide Plinium lib. 3. cap. 12.

Ichthyocolla, ἰχθυοκόλλα. Ital. *Colla di pesce.* Gal. *Colle faitte de peau de poisson, colle de bouche.* Hisp. *Cola de pesce.* } Glutcu ex pisce, à Dædalo primùm inuentum, vt tradit Plin. lib. 7. cap. 56. ¶ Est item ichthyocolla, piscis cuiusdam nomen, corium habens glutinosum, ex quo glutinum conficitur. Autor Plin. lib. 32. cap. 7.

ICHCHYOPHAGI, pen. corr. ἰχθυοφάγοι. Qui ex piscibus viuunt: quo nomine dicti sunt quidam populi, Maris rubri accolæ, de quibus Hieronymus contra Iouinianum. Porrò Ichthyophagi, gens errans in littore Maris rubri, supra petras Solis calore feruentes assant pisces, & hoc solo alimento victitant. Vide Strabonem lib. 15.

Ichthyopola, penult. prod. ἰχθυοπώλης. Ital. *Venditore de pesci.* Gal. *Vendeur de poisson.* Hisp. *Vendedor de pesces.* Piscium venditor. Locus autem vendendis piscibus destinatus, Ichthyopolion ἰχθυοπώλιον appellatur.

Ichthyotrophium, ἰχθυοτροφεῖον. Ital. *Peschiera, viuaio.* Gal. *Estang, viuier.* Hisp *Estanque de pesces.* } Piscina alendis piscibus accommodata: quod & viuarium à Latinis dicitur. Collum. lib. 8. cap. 1, Atque etiam quum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφία sedula cura exercentur: ea sunt omnia (vt Latinè potius loquamur) sicut auium cortalium stabula, nec minus eatum quæ conclauibus sepia saginantur, vel aquatilium animalium receptacula.

ICHTHYS, ἰχθύς, Elidis est promontorium in Achaia apud Thucydidem,

dem, quod Valla piscem transtulit, & obiá meritor: prehensus: ſt ab Hermolao.

Ico, cis, ici, ictum, Feţio, percutio. {πλήττω, τύπτω. Ital. *Percuotere, ferire.* Gal. *Frapper, ferir, toucher.* Hiſp. *Ferir.* } Plaut. Truc. Hoc vide, dentibus Frendit, icit temur. Cæcilius, Si vnquam quiſquam vidit quem catapulta, aut ballista iceret. Plin. lib. 2. cap. 55, Lauri fruticem non ieit. ¶ Icere colaphum, κολαφίζειν, eſt impingere alicui colaphum. Plaut. Quæ hæc res eſt? hei colaphum icit, malum vobis dabo. ¶ Icere fœdus, Cic. in Piſonem, Tu ſcilicet homo religioſus & ſanctus, fœdus quod meo ſanguine in pactione prouinciarum ieeras, frangere voluiſti. ¶ Legitur & paſſiuum Icor. Plin. lib. 16. cap. 30, Arborum manu ſatarum, receptarúmque in domos, fulmine lauros ſola non icitur. Liu. lib. 1, Ibi in turba ictus Remus cecidit.

Ictus, us, Idem quod percuſſio: à verbo ico, {τύπτημα, πληγή. Ital. *Colpo, percoſſa.* Gal. *Coup, frappement.* Hiſp. *Golpe ò herida.* } Cic. 3. Offic. Ictu fulminis deflagrauit. Virgil. 5. Aeneid. -aut grauis ictu Seminecem liquit ſaxo, lacerúmque viator. Plaut. Moſtel. Perfacilè ego ictus perfero argenteos. Ouid. 5. Meta. Quæ mirata diu factas pedis ictibus vndas. ¶ Legitur & icti, genitiuus à nominatiuo ſecúdæ declinationis. Claud. Quadrigarius apud Gellium, Ne Gallus impetum icti haberet.

Ictus, a, um, particip. Idem quod percuſſus. {πεπληγώς, τετυπτημένος. Ital. *Percoſſo, ferito.* Gal. *Frappé, feru, touché.* Hiſpa. *Golpeado, herido.* } Ouid. 1. Tr. Non aliter ſtupuit, quàm qui Iouis ignibus ictus Viuit.

Icon, onis, {εἰκών. Ital. *Imagine, effigie.* Gal. *Image, ſtatue, ſemblance.* Hiſp. *Imagen.* } Effigies, imago, & ſtatua ex membris ipſis à pictoribus, ſeu ſtatuariis expreſſa. Plin. lib. 24. Eorum verò qui ter ibi ſuperauiſſent, imagine ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas vocant. ¶ Eſt & icon, teſte Cicerone ad Heren. figura, quum ſcilicet formæ ad formam cum quadam ſimilitudine fit collatio, aut laudis, aut vituperationis cauſa. Exemplum eſſe poteſt illud apud Virgil. 4. Aeneid. Omnia Mercurio ſimilis, vocémque, colorémque, Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Icouicus, a, um, {εἰκονικός. Ital. *Ritratto dal naturale.* Gal. *Tiré au vif, peint ou pourtrait ſur le vif.* Hiſpan. *Debuxado de lo natural ſacando.* } Quod eſt ita pictum, ſine ſculptum, vt viuam rei alicuius effigiem, membrorúmque omnium ſimilitudinem referat. Sueton. in Caligul. Simulachrum ſtabat in templo aureum, iconicum, amiciebatúrq; quotidie veſte, quali ipſe vteretur. Plin. lib. 35. cap. 8, Adeó iam colorum vſus increbuerat, adeóque ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur: Athenienſium, Miltiadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum, Darium, Tiſſaphernem.

Iconiſmus, εἰκονισμός, Veræ, viuæque imaginis expreſſio: à verbo Græco εἰκονίζω, quod eſt effingo, ſeu imaginem rei alicuius exprimo. Seneca lib. 15. Epiſt. Iconiſmos, deſcriptiones interpretatur, atque eſſe verbum Publicanorum.

ICONIVM, εἰκόνιον, Oppidum Lycaoniæ, non procul à ſinu Tauri montis. Strabo lib. 12.

ICOS, ἰκός, Inſula maris Aegæi, vna Cycladū, Eubœæ proxima. Stephanus.

ICOSIVM, εἰκόσιον, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum eſt, à viginti Herculis comitibus, qui ab eo deſciuerant, conditum. Vnde etiam à numero conditorum nomen habet. Autor Solinus.

Icteros, pen. corr. {ἴκτερος. Ital. *Itteritia malattia, che fà diuentar giallo.* Gal. *La jaunisſe.* Hiſp. *La ictericia dolencia.* } Eſt ſuffuſio bilis flauæ, vel nigræ per totum corpus. Plinius & Varro regium morbum appellant, quòd multo præcipuè, regio planè potu, curaretur. Celſus & Apuleius vocant auriginem, à colore auri: & hominem hoc morbo laborantem, auriginoſum. Marcel. Virgilius ex Dioſcoride atquatum vertit, à colore cæleſtis arcus. {ἴκτερος. Ital. *Vccello giallo.* Gal. *Vn certain oiſeau qui eſt de couleur jaune.* Hiſpa. *La oropendola aue.* } ¶ Eſt item icteros auicula quædam flaui coloris, quam Latini galgulum vocant, ſolo aſpectu regium morbum ſanans: vnde & nomen habet. Plin. lib. 30. ca. 11, Auis icterus vocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanati id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè vocari galgulum.

Ictericus, pen. correp. {ἰκτερικός. Ital. *Itterico.* Gal. *Qui à la jaunisſe.* Hiſ. *Enfermo de aquella dolencia.* } Qui eo morbo laborat, ὁ ἔχων ἴκτερον, hoc eſt à miluo, quòd oculi bile ſuffuſi, miluinis ſimiles videantur. Plin. lib. 20. cap. 9. Ictericis, necnon & phreneticis radicis crudæ ſuccum gargarizandum bibendúmque demonſtrat. Idem lib. 21. cap. 20. vocat ſelle ſuffuſos. Iuuen. Saty. 6. Conſulit ictericæ lento de funere matris.

Ictis, idis, ἶκτις, inquit Ariſtoteles, Sylueſtris muſtelæ genus eſt magnitudine Melitenſis catelli: ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum aſturia muſtelæ ſimile. Manſueſcit maiorem in modum, & officit alucaribus: mellis enim auida eſt: aues etiam petit, vt felis. Hanc *martam* ſpeciali vocabulo vocant. Genitale ei oſſeum eſt, medicamento vrinæ ſtillationibus. Plin. lib. 29. cap. 4.

ICTVS, Tarentinus nobilis palæſtrita fuit, qui toto vitæ tempore à Venere religioſiſſimè abſtinuit, nequid de corporis viribus imminueret.

Ictus, Vide ico.

I ante D.

Id, neutrum genus pronominis is: variū in oratione vſum habens. {τοῦτο. Ital. *Ciò, queſto.* Gal. *Cela.* Hiſp. *Eſſo.* } Eleganter adiunctum habet genitiuum: vt, Id ætatis, id temporis, id eſt ea ætate, eo tempore. Cic. in Epiſt. Id ætatis iam ſumus, vt omnia fortiter ferre debeamus. Idem in Catil. Quos ego id temporis ad me venturos prædixeram. ¶ Id quod res eſt, idem eſt acſi diceremus, quod verum eſt. Terent. in Adelphis. Verum cogito id quod res eſt. *Vide.* ¶ Idipſum, idem eſt quod hoc. Cic. Lentulo, Multi rogabantur, atque idipſum Conſulibus inuitis. ¶ Ab id, ſic ideo, διότι, ob eam cauſam: & ideirco, propter hoc, διὰ τοῦτο, διὰ τοῦτ. quæ vide ſuis locis.

IDA, Idæ, ἴδη, Mons altiſſimus, qui ad Troadem ſpectat, habétque multos pedes. Latus eius Septentrionale, ex auguſtiis Abydi vſq; ad Aeſapum, & Cyzicenum agrum, ad Propontidem pertinet: Occidentale, ad Helleſpontum reſpicit: Auſtrale promontorium facit, quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Myſos declinant. Abundátque mons aquis, & multa flumina ex eo deſcendunt: in cuius ſummitate locus fuit Gargarus appellatus, quæ & Gargara in plurali numero appellantur tam pro monte ipſo, quàm pro oppido in dorſo montis. Ouid. li. 4. Faſt. Dindymon & Cybelen, & amœnam fontibus Idam. ¶ Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia. ¶ Eſt & Ida Cretæ mons, ita dictus à Corybantibus, ſiue dactylis Idæis, qui quum in Cretam veniſſent, montem in quo conſiderunt, partij montis nomine appellarunt. Virgil. 12. Aeneid. Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Idæus, a, um, ἰδαῖος, adiectiuum. Propertius, Cedite iam diuę, quas paſtor viderat olim Idæis tunicam ponere vertieibus.

Idicus, a, um, Poſſeſſiuū ab Ida monte. Plin. li. 16, Idicarum cedrorū. Veteres tamen Idicas pro montanis omnibus ſumunt, vt inquit Nicander.

IDAEI dactyli, δάκτυλοι ἰδαῖοι, Idem qui Corybantes, quos Iouem aiutile ferunt: & ne vagitu puer proderetur, nouo luſus genere excogitato, clypeolis æneis inter ſe concurſantes, æris tinnitu & numeroſi pedis compoſitione, qui dactylus inde dictus eſt, Saturnum celauiſſe. Dicti Idæi, ab Ida Phrygiæ monte, quem primùm incoluerunt. ¶ Sunt & gemmæ quędam in Creta ferrei coloris, humani pollicis imaginem referentes, quos dactylos Idæos nominant. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

IDAEVS, ἰδαῖος, Rhodius verſificator, ſcripſit Rhodiorum res geſtas verſibus ter mille. Autor Suidas.

IDALIVM, ἰδάλιον, Cypri oppidum, quod ab euentu nomē accepit. Nam quum oraculum Chalcenori datum eſſet, vt illic vrbem conderet, vbi primùm orientem Solem conſpicaretur, vnus è comitibus qui fortè aſtabat, ad eum conuerſus, ἴδε ἥλιον, inquit, id eſt vide Solem. Arreptóque Chalcenor omine, ciuitatem ſtatuit, & ab ea voce Idalium nominauit. Autor Stephanus.

Idalius, a, um, adiectiuum. ἰδάλιος. Vnde Venus Idalia, & Idalium nemus eſt appellatum. Virgil. lib. 10, Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera, Idaliæque domus, &c.

IDANTHYRSVS, Scytharum Rex, qui bello res magnas geſſit, bonáq; parte Aſię ſubiugata, vſq; in Aegyptū excurrit: vt autor eſt Strabo, li. 14.

IDAS, æ, ἴδας, Apharei filius fuit nomine, re autem ipſa Neptuni, qui acceptis à patre velociſſimis equis, Marpeſſam filiam formoſiſſimā Eueni Regis Aetoliæ, Martis filij, in Dianæ luco ſaltantem rapuit. Ob quam rem eiuſdem patet (qui nulli procorum filiam ſuam dare voluerat, niſi certamine curſus fuiſſet victus: à ſe autē victos decollare, eorúmq; capita in aliorum terrorem de muris ædium ſuarum ſuſpendere ſolebat) dolore commotus, interemptis, quos habebat, è quis, ſe in fluuium Lycormam, qui poſtea ab ipſo Euenus dictus eſt, præcipitauit. Cæterum fugienti cum puella Idæ Apollo in itinere obuiam venit: qui quum Marpeſſam & ipſe prærripere Idæ vellet, ventum vtrinque ad certamen eſt. Sed à Ioue miſſus Mercurius, arbitrium Marpeſſæ commiſit, vt ipſa vtrum vellet eligeret: illa autem Idam elegit, verita ne ſeſe ætate proiectam Apollo relinqueret. Homer. lib. 9. Iliad. Vide MARPESSA.

Idcirco, vel Iccirco, coniunctio, Idem quod ideo ſignificās. {διὰ τοῦτο, διὸ καὶ τοῦτ. Ital. *Perciò, per tanto.* Gal. *Pource, pourtant.* Hiſ. *Porende.* } Terent. in And. Nā idcirco accerſor, nuptias & mihi apparari ſenſit. Cic. 7. Verr. Repetietis idcirco hæc in vno homine conſtituta, vt cæteris formidines, &c.

Idea, æ, pen. prod. ἰδέα, λόγος ἢ ἰδέα. eſt prima rerum ſpecies, & inchoata intelligētia. Cic. in Oratore, Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi ſolùm, ſed etiam dicendi grauiſſimus autor & magiſter Plato, eáſque gigni negat, atque ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi: nec diutius eſſe vno, & eodem ſtatu. Ideas (inquit Auguſti. lib. 70. Quæſtionum) Latinè poſſumus vel formas, vel ſpecies dicere, vt verbum è verbo transferre videamur. Ideas primus Plato appellaſſe perhibetur. Sunt autē Ideæ exemplaria æterna eorum quæ naturaliter fiunt immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et vt res apertior fiat, opus eſt, præter omnes homines intelligere quendam hominem: & præter omnes equos, equū: & præter animalia, animal ingenitum. Et quēadmodum ex vno ligillo complures fiunt impreſſiones, ſic ex vno homine ſexcēta millia hominum. Et hęc eſt Platonis idea: à quo Ariſtoteles diſſentiens, nullas putat eſſe ideas. Euſeb. lib. Præp. ideam ſic definit, Idea eſt perpetua ſubſtantia, cauſa & principium, vt ſingularia talia ſint, qualis eſt ipſa: & quemadmodum ſenſibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt, ſic quæ omnia in ſeipſa continet pulcherrima atque perfectiſſima huius mundi exemplar eſt, ad quam à creatore Deo ab vniuerſa ſubſtantia mundus ſimillimè formatus eſt.

Idem, componitur ex is, & demum. {ὁ αὐτός, τὸ αὐτό. Ital. *Quello iſteſſo, quel medeſimo.* Gal. *Le meſme.* Hiſp. *Ello meſmo.* } In maſcul. gen. nominatiui hāc ſyllabā producit priorem, quam in neutro genere corripit, tam in nominatiuo, quàm accuſatiuo. Virgil. 4. Aeneid. Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulliſſet. Iuuenalis, Si feciſſet idem, caderet ſub iudice morum. Accuſatiuus maſculini & fœminini generis mutat m in n ante d, euphoniæ cauſa: vt Eundem, eandem. Cæteri verò caſus ex integro & corrupto compoſiti inueniuntur: vt Eadem, eiuſdem, eidem, eodem: iidem, eadem, eoſdem, vel iiſdem, eoſdem. Itaque per duo ij, vel per e & i, regula exigit ſcribi tam nominatiuum pluralem maſculinum quàm datiuum & ablatiuum plurales. Solent tamen poëtæ per ſynæreſin duo ij, in vnum contrahere. Vnde iidem, & iiſdem in carmine ſunt diſyllaba. ¶ Ponitur interdum pro etiam. Cic. 1. Offic. Et huic coniuncta beneficentia, quam eandem, vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. id eſt quam etiam. Quintilianus, Si cauſam veneficij dicat adultera, non M. Catonis damnata iudicio videtur, qui nullā adulteram non eandem eſſe maleficam dixit. ¶ Ab Idem fit iidem, quaſi item idem, quod eſt ſimiliter, eodem modo. Vide ſuo loco.

Identidem, penult. corr. Componitur ex idem geminato. {ἐπαναλαμβάνοντες καὶ καὶ πολλάκις. Ital. *Souente, ſpeſſe fiate.* Gal. *Souuentesfois.* Hiſpan. *Muchas vezes.* } ſed prius m, in n mutatur, & t interponitur euphoniæ cauſa, ſignificátque frequenter, & (vt inquit Valla lib. 2.) cum quodam interuallo. Liuius lib. 1, Vnam longè ante alias inſignem ſpecie, & pulchritudine, à gregibus Thaſſalij cuiuſdam raptam ferunt, multiſque ſciſcitantibus cuinam eam ferrent, identidem, nequis violaret, Thalaſſio ferri clamitatum. Plinius, Centum millia numorum pro domo eius identidem promittens. Suet. in Cæſare, Quum M. Cato identidem, nec finem interimendo denuntiaret, delaturū ſe nomen eius ſimul ac primùm exercitum dimiſiſſet, id eſt frequēter, ſubinde, & quod, vulgò dicimus, *per repetita vices.*

Ideo, Coniunctio collectiua, siue rationalis, significans idcirco. ‡ἰνἀ τί, διὰ τοῦτο. Ital. *Perciò*. Gal. *Pource, pourtant*. Hispa. *Porende*. ‡ Cice. 6. Verrina, Ideo Claudius Pulcher retulit, vt C. Verres auferre posset. Idem 1. de Inuen. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio, vt aperte, &c.

Idiographum, pen. corr. *ἰδιόγραφον*, Latine primata scriptura.

Idioma, atis, ‡*ἴδιωμα*. Ital. *Idioma, linguaggio*. Gal. *Proprieté de langage*. Hisp. *Propriedad de lenguage*. ‡ Proprietas sermonis: vt sunt quinque idiomata Græcorum, quæ & dialecti vocantur.

Idiotes, siue Idiota, pen. prod. ‡*ἰδιώτης*. Ital. *Ignorante, idiota*. Gal. *Idiot, ieourdaut, sot, ignorant, priuée personne*. Hisp. *Necio, rustico, indocto, loco*. ‡ proprié idem est quod priuatus, nullóque munere publico fungens. Vnde *idiotes* & eo est quod priuatus, nullóque munere publico fungens. Apud Latinos tadicunt Græci pro eo quod est priuatam vitam agere. Apud Latinos tadicunt Græci pro eo quod est priuatam vitam agere. Apud Latinos tamen ferè accipitur pro illiterato, & imperito. Lucil. Quid ai, & tu idem illiteratum me, atque idiotam diceres? Cice. 7. Verr. Quæ non modò istum hominem ingeniosum, atque intelligentem, verumetiam quéuis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent.

IDMON, nis, pen. corr. *Idmon*. Vates inter Argonautas, Apollinis & Asteriæ filius: ex Idmone autem & Thestia, Thestor: è Thestore Chalcas item vates, vt placet Pherecydi. Apollonius autem poëta Idmonem Abantis filium esse dicit, & item Herodotus. Volaterranus.

Idolum, li, pen. prod. ‡*εἴδωλον*. Ital. *Idolo, simolacro*. Gal. *Idolo, image*. Hispan. *Idolo*. ‡ Simulachrum, imago. Cic. 1. de Finib. Imagines, quæ idola nominant. ¶ Nonnunquam accipitur pro spectro, siue phantasmate. Plin. in Epistolis, Mox apparebat idolon, senex macie & squalore confectus, promissa barba.

Idololatra, *εἰδωλολάτρης*, Idolorum cultor.

Idololatria, *εἰδωλολατρία*, Simulachrorum cultura: compositum ex *εἴδωλον*, & *λατρεία*.

Idolopœia, *εἰδωλοποιία*. Figura est qua introducimus personam notam, sed mortuam, & quæ loqui desierit: sicut in Hecuba Euripidis, Polydori introducitur idolum: & Appij Cæci in oratione Ciceronis pro M. Cælio.

Idolothysia, *εἰδωλοθυσία*, cum accentu in penult. immolatio quæ fit idolis.

Idolothytum, pen. prod. *εἰδωλόθυτον*, Immolatum idolo.

IDOMENAE, *Ἰδομεναί*, Macedoniæ oppidum, apud Stephanum. Gentile, Idomenius, *Ἰδομενεύς*, vel Idomenienſis: quo vtitur Plin. lib. 4. cap. 10.

IDOMENEVS, per quatuor syllabas. *Ἰδομενεύς*, Deucalionis filius, Cretensium rex, qui cõtra Troianos strenuè dimicauit. Troia autem euersa, quum in patriam renauigaret, subitò oborta tempestate, solenne votum cõcepit, si se Neptunus incolumem in patriam reduceret, se illi immolaturum quod primum sibi occurreret. Contigit autem, vt filius eius ei primus occurreret: quem quum immolare vellet, à suis pulsus, fugit in Calabriam: vbi iuxta Salentinum promontorium oppidum condidit. Hæc refert Seruius in illud Virgil. 3. Aeneid. Et Salentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus.

Idoneus, a, um, Conueniens, aptus, & alicui rei natus. ‡*ἱκανός*. Ital. *Atto, conueniente*. Gal. *Idoine, propre & conuenant*. Hisp. *Cosa decente y idonea*. ‡ Terent. in Andr. Adeón' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? Idem in Heeyra, Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum. Idoneus autor, Fidelis & sufficiens. *ἀξιόπιστος*. Cice. ad Atticum, Non mihi satis idonei sunt autores ij qui à te probantur.

Idonea, orum. Tacit. lib. 4, At apud idonea prouinciarum. id est apud idoneos locos prouinciarum.

Idoneè, aduerbium, pro aptè, siue commodé. ‡*ἱκανῶς, ἱκανῶδες*. Ital. *Conueneuolmente, sofficientemente*. Gal. *Conuenablement, comme il appartient*. Hisp. *Digna y decentemente*. ‡ Cic. 1. de Inuentione, Exordium, est oratio, auditoris animum idoneè comparans ad reliquam dictionem.

IDOTHEA, *εἰδοθέα*, Nomen proprium filiæ Proti Argiuorum regis, apud Homerum 11. Odyss.

IDRYEVS, *Ἰδρυεύς*, Hecatomni Cariæ regis filius, frater Mausoli, qui Artemisiæ sorori in regnum successit. Strabo lib. 14.

Idulis, Ouis quæ omnibus Idibus Ioui immolabatur. Festus.

Iduare, Lingua Hetruscorum diuidere est. Inde Viduam dictam putat Gellius, quasi væ iduam, hoc est valde diuisam.

IDVMAEI, *Ἰδουμαῖοι*, Populi inter Iudæam & Arabiam siti, ad Occasum Casio monti proximi. Orti sunt à Nabathæis, teste Strabone lib. 6, qui orta domi seditione, relictis sedibus suis, extrema Iudææ occuparunt. Horum regio, Idumæa dicitur, ab Idume oppido: cuius meminit Lucanus lib. 3, Gazáque & arbusto palmarum diues Idume.

Idumæus, æa, um, *Ἰδουμαῖος*. Virgil. 3. Georg. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Idus, iduum, idibus, *Idi*, pluralis tantum numeri, & fœmin. gen. in Martio, Maio, Iunio, & Octobri dies est decimusquintus: in reliquis, decimusterrius. Dictę idus, vt quidam existimant, ab antiquo verbo iduare, quod est diuidere: propterea quòd octo medium mensis existentes, in duas partes propemodum æquales, mensem diuidere videantur. Varro vocis huius etymon è lingua Sabinorũ, aut Hetruscorum ductum putat: qua de re vide ipsum lib. 4. de lingua Latina. Ab idibus autem denominationem sumunt septem dies nonas immediatè subsequentes: non quòd ipsæ sint idus, sed quòd eas antecedant. Vnde octauo, septimo, sexto, quinto, quarto, tertio, & pridie idus dicimus: hoc est octauo vel septimo die ante idus. Ab idibus, idules dictæ sunt oues, quæ singulis idibus Ioui immolabantur.

IDYA, dicta est à Cicerone mater Medeæ, quam Ouidius Hypseam vocat, quum inquit, Non erat Aeetes, ad quem despecta rediret,
Non Hypsea parens, Chalciopéque soror.
I ante E.

IERVS, *Ἴερος*, Ciuitas in finibus Iudææ, Iebusæorum metropolis, qui ab ea nomen acceperunt.

Iecur, iecoris, & iecinoris, qui genitiuus (vt inquit Priscianus) videtur esse à nominatiuo iecinus, qui non est in vsu. ‡ Ital. *Fegato*. Gal. *Le foye*. Hisp. *El higado*. ‡ Fit autem iecur, viscus incrassato sanguini simile, sedes concupiscentiæ, venarum omnium principium, & primum sanguinis generandi instrumentum, ventriculum lobis quibusdam, quasi digitis, circunquaque complecteos. A' Græcis dicitur *ἧπαρ*. Plaut. in Cucul. Lien necat: renes dolent, Pulmones distrahuntur: cruciatur iecur, radices cordis perennt. Horat. 1. Carm. Ode 13. -væ, meum Feruens difficili bile tumet iecur. Martial. lib. 13, Aspice quàm tumeat magno iecur ausere maius. Plin. lib. 11. cap. 37, Iecur in dextera parte est in eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. Ibidem, Sex victimarum iecinora replicata intrinsecus reperta sunt.

Iecusculum, li, diminutiuũ, Paruum iecur. ‡*ἥπατον*. Ital. *Fegatello*. Gal. *Petit foye*. Hisp. *Higadillo*. ‡ Plin. lib. 11. cap. 37, Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur.

Ieiunium, nij, Abstinentia à cibo, vel dies, quibus à cibo abstinemus. ‡*νηστεία, ἄσιτία*. Ital. *Il digiuno, esso digiunare*. Gal. *Ieusne, abstinence de manger*. Hisp. *Ayuno*. ‡ Liu. 6. belli Macedon. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex s. c. Decem viri quum adissent, renuntiauerũt ieiunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoque anno seruandum esse. Ieiunio laborare, apud Columellam, lib. 3. cap. 12. Ouid. 1. Met. Longa domant illos inopi ieiunia victu. Idem 15. Metam. Carne feræ iedant ieiunia.

Ieiuno, pen. prod. A' cibis abstineo. *νηστεύω*.

Ieiunus, a, um, Qui cibum nondum gustauit. ‡*ἄσιτος, ἀγάστος*. Ital. *Digiuno, che non ha ancora mangiato*. Gal. *Ieun, qui est à jeun*. Hisp. *Cosa ayuna, que no ha comido*. ‡ Plaut. in Pseudolo, In cœnam qui ieiunus venerit, aut sitiés, Is risu, & ventre raso vigilabit seduló. Idem Capt. Neque ieiuniosiorem, neque magis effractum fame vidi. ¶ Ieiunus animus, per translationem pro languido & imbecillo, apud Ciceronem 4. Philipp. quoniam qui ieiuni sunt, minimum habent virium. Ieiuna auiditas, hoc est maxima, & qualis ieiunis esse solet. Plin. lib. 10. cap. 3, Ea ieiunæ semper auiditatis, & querulæ murmurationis. Ieiuna oratio, cui opponitur copiosa & plena. Ieiuna glarea, apud Virgilium, pro sicca & iterili terra. Ieiunia saliua, apud Columellam, quæ ab homine ieiuno exprimitur.

Ieiunum intestinum, Medium inter ecphysin, & ileon situm obtinet: inde nomen habens, quod perpetuò inane reperiatur. ‡*νῆστις*. Ital. *Budello sempre vuoto*. Gal. *Le boyau culier, boyau qui touſiours eſt ieun*. Hisp. *La tripa ayuna*. ‡ Nulla enim cunctatione expellit quicquid acceperit, affluentis in le bilis acrimonia lacessitum. Hoc antiqui hiram, & per diminutionem hillam dixerunt, vt inquit Festus. & hillum neutro genere.

Ieiunè, aduerbium: ‡*ἀνηστί, ἀνήστως*. Ital. *Magramente, a digiuno*. Gal. *Sans bonne manger, maigrement, petitement*. Hisp. *Magramente, sin bener y comer*. ‡ vt, Ieiunè de re aliqua disputare, agere, dicere: hoc est, exiliter, frigidè, & languidè admodum. Cic. in Oratore, Quod quum statuerit, tum vt quicq; erit dicendum, id dicet: nec saturæ ieiunè, nec gradia minutè, nec item contrà.

Ieiunitas, tatis. Propriè est abstinentia à cibo. ‡*νηστεία*. Ital. *Digiuno, astinenza dal cibo*. Gal. *Ieusne, abstinence de manger*. Hisp. *El ayuno*. ‡ quanquam per translationem pro exilitate, & auiditate accipitur: cui contraria est vbertas, & copia. Cicero 2. Tuscul. Sed reperiebantur nonnulli, qui quum obruerentur copia sententiarum, atque verborum, ieiunitatem & famem se malle, quàm vbertatem & copiam dicerent. Sic de Clar. Oratoribus.

Ientaculum, taculi, Cibus qui ante prandium sumitur. ‡*ἀκρατισμός*. Ital. *Collatione, mangiare innanzi disinare*. Gal. *Le desieuner*. Hisp. *Almorzar de mañana*. ‡ Plautus Truculento. -non nouisti, obsecro, Qui illic apud me erat, huius pater? vsque ad ientaculum Iussit ali. Sueton. in Vitel. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat in ientacula, & prandia, & cœnas, comessationésque. Martialis in Distichis,
Surgite, iam vendit pueri ientacula pistor:
Cristataque sonant vndique lucis aues.

Iento, ientas, Aliquid ante prandium gusto. ‡*ἀκρατίζομαι*. Ital. *Fal collatione*. Gal. *Desieuner*. Hisp. *Almorzar de mañana*. ‡ Varro Marcipore, vt citat Nonius, Vt eat, ac Rempub. administret, & quod pulli ientent. Afranius, Dum exeo domum, ientare nulla inuitat. Vsus est eo verbo Suetonius in Vitellio.

IENYSVS, *Ἰηνύσιος*, Oppidum in ora Syriæ, tridui itinere à Casio monte distans. Herodotus lib. 3.

IERNA, *Ἰέρνα*, Attabiorum fluuius in Hispania, apud Melam lib. 3. Strabo Iernam Attabiorum montem esse tradit: à quo verisimile est eiusdem nominis amnem profluere.

IES, ietis, ciuitas est Achaiæ, in promontorio eiusdem nominis, iuxta quod Alpheus amnis præterfluens, sex millibus passuum nauigatur. Tortellius.

IESVS, *Ἰησοῦς*, Apud Græcos & Latinos dictio est trisyllaba, Hebræorum lingua sonans seruatorem.

IETERVS, Mœsiæ fluuius, ex Rhodope profluens. Autor Plinius libro 4. cap. 26.
I ante G.

Igitur, Collectiua vel rationalis coniunctio est, ex præcedentibus conclusionem inferens: adhibetúrque (vt inquit Valla) breuioribus conclusionibus. ‡*ἀρα, συμπερασμὸς*. Ital. *Adunque, dunque*. Gal. *Donc, doncques*. Hisp. *Aſsique*. ‡ Cic. pro Ligario, Habes igitur Tubero, quod accusatori maxime optandum, confitentem reum. ¶ Ponitur interdum pro inde, siue postea, *εἶτα*. Terent. in Eunuch. Quid igitur faciã? Plaut. in Amph. Sin aliter fient animati, neq; dent quæ petant: Sese igitur summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere.

Ignarus, Vide IGNORO.

Ignauia, æ, ab ignauus fit: & est contraria fortitudini, quum quod ratio aggredi fortiter suadet, id nos formido aggredi dissuadet, & ab audendo retinet ‡ *μαλακία, ῥᾳθυμία*. Ital. *Paura, pigritia, dapocaggine*. Gal. *Couardiſe, lacheté, pareſſe*. Hispa. *Negligencia ò pereza*. ‡ Sallust. in Catil. Scitis quidem, milites, socordia, atque ignauia Lentuli quantam sibi nobisque cladem attulerit. Cic. in Lælio, Vt cum aliqua cura res sibi contrarias asperneturatque oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Idem, ignauiam pusilli & abiecti animi vitium esse ostendit, ad Cælium scribens, Etenim etiam hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum Hortensium, quòd nunquam bello ciuili interfuisset: hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id existimari non posse arbitror. Quid autẽ sit fortitudo,

docet

docet autor ad Herennium lib. 4. Ista non est fortitudo, inquit, sed temeritas propterea quòd fortitudo contemptio est laboris, & periculi cum ratione vitantis, & compensatione commodorum. Temeritas est cum inconsiderata dolorum perpessione gladiatoria periculorum susceptio. ¶ Ignauo item opponitur strenuus. Sallust. in Catil. Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignauo strenuum, nec fortem ex timido exercitu oratione Imperatoris fieri. Ex his colligi potest, quòd gnauus sit is qui industrius est, & strenuus, siue fortis. εὐ πρᾶος. ἀνδρεῖος. Cuius contrarium est

Ignauus, qui non est industrius, id est qui negligit, aut formidat rem aliquam egregiam aggredi, aut in re bene cœpta perseuerare. {δεῖλος, βάναυσος, ἀνανδρος. Ital. *Codardo, da poco, vile di cuore.* Gal. *Couard, lasche, pareſſeux, faineant.* Hiſp. *Cosa negligente à perezosa.*} Virg. 4. Georg. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. hoc est inutile, & nullius artis. Cicer. 1. Tusc. Vt enim fit in prælio, vt ignauus miles ac timidus, simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat. Liui. 5. ab Vrbe, Quum concione aduocata terrorem increparet ac fugam, fusos esse ab ignauissimo & fugacissimo hoste. Differt hoc tamen, quantum intelligo, inter gnauum & industrium, quòd gnauus propriè sit is qui ad subeũda pericula, ac labores tolerandos, sapiens & fortis est: industrius qui ingenio quum multum valeat, vt artifex bonus, aliquid struere & negotiari, non otiari studet. Cic. pro. Pomp. Deinde cæteris ex ordinibus homines gnaui & industrij, partim in Asia negotiantur, quibus absentibus vos consulere debetis, partim suas & suorum in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. ¶ Componitur ignauus ex in & gnauus: siue ex in, & nauus, ablato g. Vide Gnauus.

Ignauè, siue Ignauiter, aduerbium, Lentè, & segniter. {βαθύμως. Ital. *Pigramente, lentamente.* Gal. *Couardement, laſchement, pareſſeuſement.* Hiſpa. *Perezosamente.*} Cicer. 2. Tuscul. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiecte, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebriterve faciamus. Hircius ad Ciceronem, Rure iam redierint, quæris? An ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam?

Ignauit, teste Nonio, antiqui dixerunt pro ignauum fecit. Afranius Aeneadis decimo, vt citatur à Nonio, In parte inferiori hîc implicabitur caput fateor: sed sæpe ignauit fortem in spe expectatio. Verbum est omnino obsoletum.

Ignis, is, Ab in priuatiuo, & gignendo dicitur, quòd in eo nihil nascatur. {πῦρ. Ital. *Fuoco.* Gal. *Feu.* Hiſp. *Fuego.*} Virg. 4. Georg. Aestuat vt clausis rapidus fornacibus ignis. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Suósque omnes castris continuit, ignémque fieri prohibuit, quo occultior esset eius aduentus. Cicer. 3. Verrina, Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperũt. ¶ Per metaphoram accipitur pro amore. Virg. 4. Aeneid. Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. ¶ Interdum pro eo, vel ea quam amamus, hoc est, pro scorto: eo quòd amantes, scortorum amore veluti flagrent, & vrantur. Virg. 3. Aegloga, At mihi nunc sese vltrò offert meus ignis Amyntas. Terent. in Eunucho, Accede ad ignem hunc, & calefces plus satis. ¶ Ignis sacer, quis dicatur, explicat Cellus lib. 5. his verbis, Sacer quoq; ignis malis vlceribus annumerari debet. Eius duæ species sunt: alterum est subrubiculum, aut mistum rubore, atque pallore, exasperatúmque per pustulas cõtinuas, quarum nulla altera maior est. In his semper ferè pus, & sæpe rubor cũ calore est. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipuéq; in plantis. Alterum autem est in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, subliuidũ, &c. Seruius in illud Virg. 3. Georg. Contractos artus sacer ignis edebat. Sacer, inquit, ignis est, quem Græci ἐρυσίπελας appellant. Quod tamen manifestè falsum est. Nam ἱερὸς νόσος, vt inter medicos omnes cõuenit idem est morbus cum epilepsia, siue morbo comitiali, quem & Latini morbum sacrum appellant. Rectius itaque sentit Manardus, Ignem sacrum à Latinis appellari, quod erysipelas dicunt Græci. Plin. lib. 26. cap. 11. Ignis sacri multa asserit esse genera: inter quæ periculosissimum est quod Græcè zoster vocatur, hominem medium ambiens, &, si cinxerit, enecans. ¶ Ignis ad torrem veniens, πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν. De negotio quod raptim faciléque conficitur, quasi quum vltro ignis ad torrem transuolat. Diogenianus. ¶ Igniem diffecate, εἰς τὸ πῦρ ξηράνατε, est sterilem operam sumere. ¶ Igni ferróq; minari dicuntur qui extremam denuntiant inimicitiam. Quod verbum & hodiè tritissimum est. Cicero Philip. 13. ¶ Ignem igni ne addas, Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ: id est, Ne incendium incendio addas. Plato.

Igniculus, culi, Proprie diminutiuum est ab ignis. {πυρίδιον. Ital. *Piccial fuoco, picciol ſtimolo.* Gal. *Petit feu, eſtincelle de feu.* Hiſpa. *Pequeño fuego.*} Iuuen. Saty. 3. Igniculum brumæ, si tempore poscas. ¶ Per metaphoram accipitur pro incitamento, & stimulo quodam, quo accendimur ad capessendam virtutem. Cic. 3. Tuscul. Nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibúsq; depranatis sic restinguimus, vt nusquam naturæ lumen appareat. Ingenij igniculi, Quintil. lib. 6. in Proœ. Desiderij igniculus. Cicer. ad Trebonium, lib. 15. Epist. Vitilis, igniculus, Idem lib. 15. ad Atticum.

Igneus, a, um, Quod ex igne, siue quod ignis naturam habet. {πύρεος, ἔμπυρος. Ital. *Di fuoco.* Gal. *De feu.* Hiſp. *Cosa toda de materia de fuego.*} Cicer. 2. de Natu. deo. Nam omne quod est calidum, & igneum, cietur, & agitur motu suo. Igneus color, qui ignem imitatur. Plin. lib. 8. cap. 28, Aresciue in gẽmas carbunculis similes, & igneo colore fulgẽtes. Igneus feruor. Idem lib. 9. cap. 60. Hunc tam igneum feruorem esse traduni, vt omnia in mari contacta adurat.

Ignitus, a, um, Nomen adiectiuum, pro candente. {πύρινος, λάμπων. Ital. *Affocato, infocato.* Gal. *Ardent & embraſé.* Hiſp. *Cosa encendida de fuego.*} vt, Ferrum ignitum. ¶ Accipitur item pro eo quod quandam ignis similitudinem refert, quódque calidæ, igneæque est naturæ. Sic Apuleius ignitam esse Martis stellam dixit. ¶ Ignitius vinũ, hoc est vehementius & generosius. Gel. lib. 17. cap. 8, Tum ego respondi, coniectare me vinum ideirco minus coalescere, quòd femina quædam caloris in sese haberet, essétque natura ignitius.

Ignesco, scis, scere, ab antiquo Igneo, gnes, Idem est quod ignitum fieri, & in iguem conuerti. {πυροῦμαι. Ital. *Diuenir di fuoco.* Gal. *S'embraſer, s'allumer.* Hiſp. *Encenderſe.*} Plin. lib. 34. cap. 8, Idémque in vncias additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea ignescit. Cicer. 2. de Natu. deo. Ex quo euenturum nostri, putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, vt ad extremum omnis mundus ignesceret. ¶ Per translationem accipitur pro excandescere, vel vehementer irasci. Virg. 9 Aeneid. Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti. Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet. Colum. lib. 10, Ante amor ignescit mentí, sæuitque medullis.

Ignitarium, rij, Est quo ignis elicitur, constátque è silice, & ferro, quæ collisa ignem emittunt: vnde scintillæ decussæ, & in fomite, linteóq; adusto exceptæ, flammam excitant. {πυρεῖον, πυρεκβόλιον, πυροβόλιον. Ital. *Focile, battifuoco.* Gal. *Fuſil, ſoit de bois ou autrement.* Hiſp. *Inſtrumento para hazer huego.*} Olim & ex lignis fiebat, mutuo attritu ignem concipientibus. Plin. lib. 16, cap. 40, Calidæ motus, laurus, hedera, & omnes è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc vsus in castris, pastorúmque reperit, quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignémque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis.

Igniferr, a, um, Ferens ignem. {πυροφόρος. Ital. *Che porta fuoco.* Gal. *Qui porte feu.* Hiſpa. *Cosa que trae ò tiene huego.*} vt, Lampades igniferæ, Lucretius lib. 2. Ouid. 2. Metamor. Non tamen ignifero quisquam consistere in axe Me valet excepto. ¶ Ne igniferi quidem relictus est. οὐδὲ πυροφόρος ἀλός: Vbi significamus omneis ad vnum interiisse, adeò vt ne ei quidem sit parcitum, qui ignem præferat exercitui.

Ignifluus, flua, fluum: {πυρόεις, πυρόεντος, ντι. Ital. *Che cola fuoco.* Gal. *Qui jette feu.* Hiſp. *Cosa que echa de ſi huego.*} vt, Cauernæ igniflux, apud Claudianum lib. 6. Panegyr.

Ignipes, pedis, Igneos pedes habens: {πυρίποδες. Ital. *Che ha piedi di fuoco.* Gal. *Qui porte le feu aux piés.* Hiſp. *Cosa que tiene los pies de huego.*} quod epitheton Solis equis tribuit. Ouid. 2. Metamorph. Tunc fecit ignipedum vires expertus equorum. Non meruisse necem qui non bene rexerit illos. Martial. lib. 1, Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros. Sic enim legunt nonnulli: quo tamẽ in loco legendum est, Aeripedes tauros, cum diphthongo in prima syllaba. Loquitur enim Poeta de tauris illis Aeetæ Colchorum regis, quos Poetæ fabulantur habuisse pedes æneos. Quod & ipsum indicat Ouid. in Epist. Medeæ ad Iasonem his verbis, Martis erat tauri, plus quàm per cornua sæui, Quorum terribilis spiritus ignis erat: Aere pedes solidi, prætentáque naribus æra, Nigra per afflatus hæc quoque facta suos.

Ignipotens, tis, penul. nominat. corr. Dictus est Vulcanus, quòd ignis potestatem habeat. πυροδότης. Virg. 8. Aene. Illam inter sedes pallentem morte futura Fecerat ignipotens, vndis & Iapyge ferri.

Ignispicium, Ea forma dicebatur ab antiquis qua aruspicium. {πυρσκοπία, πυροσκοπία. Ital. *L'arte dello indouinare del fuoco.* Gal. *Deuinement par le feu.* Hiſp. *Diuinacion en huego.*} Erat autem diuinationis genus quod ab ignis inspectione sumebatur. Plin. lib. 8. cap. 56, Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia auium Tiresias Thebanus inuenit.

Ignitabulum, Ignis receptaculum. πυρεῖον. Festus.

Ignituomus, penult. corre. Ignem vomens. {πυριπόλος. Ital. *Che vomita il fuoco.* Gal. *Qui vomit le feu.* Hiſpa. *Cosa que echa de ſi huego.*} Lactantius in Carm. de Resurrectione Domini, Altius ignituomum Solem cæli orbita ducit.

Ignobilis, bile, Dicitur ignotus, incognitus, vilis, & abiectus: cuius contrarium est Nobilis, hoc est claros, celebris, conspicuus. {δυσγενὴς, ἀσημος. Ital. *Ignobile, vile, incognito.* Gal. *Incognu, de bas eſtat & condition.* Hiſpa. *Cosa obſcura y no conocida.*} Virg. lib. 7, Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum Exigeret. Plaut. in Pseud. Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Cicer. 1. Tuscul. Quid, Cyrenæum Theodorum philosophum non ignobilem, nónne miramur? Virgil. 1. Aene. Sæuitque animis ignobile vulgus.

Ignobilitas, tatis, Vilitas, humilitas, obscuritas, conditio, atque fortuna hominum infimorum. {δυσγένεια. Ital. *Ignobiltà, humiltà.* Gal. *Petiteſſe de nom, baſſe condition.* Hiſpa. *Aquel eſcurecimiento.*} Cicero pro Roscio Amer. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt. Idem 5. Tuscul. Nunc igitur ignobilitas, aut humilitas, etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? Ignobilitas generis. Cicer. pro Mur. Quanquam ego iam putabam, Iudices, multis viris fortibus, ne ignobilitas generis obiiceretur, meo labore esse petfectum. Ouid. 6. Meta. Res obscura quidem est ignobilitate virorum, Mira tamen.

Ignominies, Qui laude & gloria carent, quasi inglorij, illaudati. ἀδόξως μοι, ἀκλεῶς. Ital. *Che non hanno laude, ſenza nome.* Gal. *Sans nom, ſans loüenge.* Hiſp. *Sin loor, sin nombre.*

Ignominia, æ, Nominis nota, interprete Nonio, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. {ἀτιμία, δυσφημία. Ital. *Infamia, vituperio, vergogna, biaſimo.* Gal. *Honte, diffame, deshonneur.* Hiſpa. *Infamia ò mal nombre, verguença.*} Componitur ex in, & nomen, o litera commutata in g. Dicitur enim ignominia, quasi boni nominis priuatio. Cic. lib. 4. de Repub. itaque quum omnis ea iudicatio versetur tantummodo in nomine, animaduersio illa ignominia dicta est. Idem Thermo, Ostendi graues te suscepturum inimicitias, si adolescens potens & nobilis, ignominia affectus esset. Et hercle sine dubio erit ignominia: habes enim neminem gradu superiorem.

Ignominiosè, aduerbium, Cum ignominia, & dedecore. ἀτίμως. Ital. *Vergognoſamente, con infamia.* Gal. *Auec infamie, honteuſement.* Hiſp. *Con verguença y infamia.*

Ignominiosus, a, um, Notatus infamia. {ἄτιμος. Ital. *Vituperato, ſvergognato.* Gal. *Plein d'infamie & de deshonneur, infame.* Hiſpa. *Infame y de mal nombre.*} Quintil. lib. 7. cap. 2, Tibi, inquit accusator, illos non licuit occidere: exul enim eras & ignominiosus. ¶ Accipitur etiam ignominiosus, pro eo quod afferr ignominiam. Liui. 3. ab Vrbe, Hos ignominiosa fuga, domum se recipientes Romanus consul Algido consequutus, ad vnum omnes occidit.

Ignominio, as, Ignominia afficio. {ἀτιμόω. Ital. *Far vergogna, far vituperio.* Gal. *Diffamer, deshonnorer, faire honte.* Hiſpa. *Hazer verguença ò vituperio.*} verbum est parum vsitatum: legitur tamen participium Ignominiatus, pro ignominia affectus. Gell. lib. 9. cap. vlt. Quibus modis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignominiatus, tractatúsque sit à C. Cæsare Laberius poeta.

Ignoro, as, penul. prod. Nescio. {ἀγνοέω. Ital. *Non sapere.* Gal. *Ignorer, ne connoistre & ne sauoir pas.* Hisp. *No saber ò no conoscer.*} Cicero pro Milone, At verò tu solus ignoras? tu hospes in hac vrbe versaris? tuæ peregrinantur aures? neque in hoc pervulgato ciuitatis sermone versantur? Terent. Heaut. Hoc primùm, vt nequid ignores, &c. Ibidem, Erras si credis, & me ignoras, Clinia. ¶ Ignoror passiué. Ouid. 1. Trist. eleg. 4, Si tamẽ hæc nauis vento ferretur amico, Ignoraretur forsitan ista fides.

Ignoratio, & Ignorantia, verbalia: {ἄγνοια. Ital. *Il non sapere, ignorantia.* Gal. *Ignorance, faute de cognoissance.* Hispa. *Aquel no saber, menguа de saber.*} sed ignoratio ad actum, & rem pertinet, quæ penitus nescitur, nec sciri potest, nisi prodatur. Cicc. lib. 3. Offic. Quotus enim quisque reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria? Idem de Amic. Vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationẽ stirpis & generis, in famulatu fuerint. Quo in loco in nonnullis exemplaribus corruptè legitur ignorantiam. Idem pro Aul. Cluen. Quod erat odium dij immortales, quæ superbia, quãta ignoratio iuris? Ignorantia verò, ingenij vitium est, quum quis ignorat quid facere debeat, aut dicere. Quintil. lib. 7. cap. 2. Ignorantia prætendi non potest. Cicc. pro Flac. Vbi adolescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum. Quid autem interfit inter imprudentiam & ignorantiam, docet Donatus his verbis, Imprudens, per se: ignarus per alios. ἀσυνεσία. Ita & imprudentia per se, ignoratio per alios.

Ignorabilis, le, Quod non cognoscitur, vel quod facilè ignorari potest. {ἄγνωστος. Ital. *Incognito, non cognoscinto* Gal. *Incognu, qu'on ne cognoist point.* Hispa. *Lo que no se sabe.*} Plaut. in Pseud. Quis hic est, qui oculis obutam ignorabilis obiicitur? Gel. lib. 9. cap. 12, Alterũ autẽ illud ignorabilius obscuriúsque est. Cicc. 2. de Inuent. Quod leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit.

Ignarus, a, um, cõpositum ab in, & gnarus, Idem significãs quod nescius. {ἄγνως. Ital. *Pazzo, ignorante.* Gal. *Ignorant, ignare.* Hisp. *Cosa no sabidora de algo.*} Terent. Eunucho, Imprudens harum rerum, ignarúsq; omnium. Virg. 10. Aeneid. Aeneas ignarus abest. Idem 3. Aene. Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris? Vbi ignarum dixit pro imprudente. Idẽ 1. Aeneid. O socij, neque enim ignari sumus antè malorum. Vbi ignari posuit pro immemores. ¶ Accipitur etiam interdum passiuè, pro ignoto, vel ignorato, vt annotauit Gellius Noct. Att. lib. 9. cap. 12. Virg. 10. Aeneid. Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Ouid. Metamor. lib. 7, Iámque aderat Theseus proles ignara parenti Incognita.

Ignosco, scis, ui, tum, Valde nosco, & disco. {ἐπιγινώσκω. Ital. *Saper bene.* Gal. *Bien cognoistre, & parfaittement.* Hisp. *Muy bien saber.*} Auget enim hic In præpositio verbi significationem. Varro, Vos qui in theatrum voluptatem auribus aucupatum concurristis domo, adeste, & à me, quæ feram, ignoscite: domum vt feratis à theatro literas. Verùm hoc rarum est, & propemodum obsoletum. Nam frequẽtius ignoscere, est veniam dare, excusatum habere: &, vt ait Cicero ad Atticum, sceleris pœnam prætermittere. {συγγνώμην ἔχειν, συγγινώσκειν. Ital. *Perdonare.* Gal. *Pardonner.* Hisp. *Perdonar.*} Vbi In præpositio priuatiua est, quasi non agnosco errorem. Plaut. in Aulularia, Id adeò te oratum aduenio, vt animo æquo ignoscas mihi. Idem in Merc. Ora, ignoscat delictis tuis, atque adulescentiæ. Terent. Adelphis, Venit ipsus vltrò lachrymans, orans, obsecrans, Fidem dans, iurãs se illam ducturũ domum; Ignotum est, tacitum est. ¶ Lactant. lib. 5, posuit pro ignoro, & non intelligo, ἀγνοέω. Tum (inquit) quid legerint, ignouerũt. Gel. lib. 1, Contra patriam (inquit Cicero) arma pro amico sumenda non sunt: hoc profectò nemo ignouit. id est nesciuit.

Ignoturus, participium. Cicero in Catone, Ignoturum alteri, quòd patrem, alteri quòd tutorẽ sequutus esset. Cato lib. 5. Orig. Quod eorũ nemo mihi ignoturus est. Quidam tamen contra regulam à præsenti tempore protulerũt futurum ignoscturum. Piso Pru. lib. 2. Annalium, Quodcunque deliquisset, ignoscturum affirmabat.

Ignoscens, ignoscentior, nomen ex participio, Qui facilè condonat, & ignoscit. {συγγνωμονικός. Ital. *Colui che facilmente perdona, perdonatore.* Gal. *Qui pardonne, enclin a pardonner.* Hisp. *El que ligeramente perdona.*} Terent. in Heaut. Mi Chreme peccaui, fateor, vincor: nunc te obsecro, Quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior, Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.

Ignoscentia, æ, Condonatio peccati. {συγγνώμη. Ital. *Perdono.* Gal. *Pardonnement, pardon.* Hisp. *Perdon ò obra de perdonar.*} Gel. lib. 7. cap. 5, Interdum autem quasi eos deliquisse concedat, ignoscí postulat, & ignoscentias vtiles esse rebus humanis docet.

Ignoscibilis, le, Venia dignus. {συγγνωστός. Ital. *Degno di perdono.* Gal. *Pardonable, meritant pardon.* Hispa. *Cosa que se deue ò puede perdonar.*} Gel. lib. 15. cap. 20, Hic vester huiuscemodi vestitus, de multo iam vsu ignoscibilis est.

Ignotus, a, um, nomen adiectiuum, non participium, vt quidam putauerunt. Incognitus, id est qui ignoratur. {ἄγνωτος. Ital. *Incognito, non cognosciuto.* Gal. *Incognu.* Hisp. *Cosa no conocida.*} Virg. lib. 3. Aeneid. Ignoti noua forma viri. Locis ignotis errare, Ouid. 4. Metam. Verba obscuriora & ignotiora, Quintil. lib. 7. cap. 4. Pars ignotissima turbæ, Claudia. 1. in Eutrop. ¶ Interdum actiuè ponitur pro inscio, hoc est pro eo qui ignorat. ἀγνοῶν. Quintil. 6. Decla. Nequis tamen erret ignotus, non est filij mei nouerca, sed mater. hoc est ignorans.

I ante L.

ILAPINASTES, ἱλαπιναστής, Cognomen Iouis apud Cyprios, inde ductum, quòd magnifico apparatu, splendidisque epulis, quas ἱλαπίνας, vocant Græci, coleretur. Vide Cælium Rhod. lib. 27. cap. 25.

Ilarchus, ἴλαρχος. Equitum turmæ præfectus. Nam Græci ἴλας, equitum turmas appellant. Vide Cælium Rhod. lib. 27. cap. 24.

Ilba, vide ILVA.

Ile, per simplex l, ilis, neutri gen. Intestinum est omniũ arctissimum, immediatè ventriculo adhærens, in homine quidem & oue lactes dictæ, in cæteris animantibus ile appellatum. ἰξφόνιον. Plin. lib. 11. cap. 37, Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in cæteris, ile: à quibus capaciora intestina ad aluum, hominique flexuosissimis orbibus.

Ilia, ilium, Partes sunt imi ventris, inter coxas & pubem positæ, teste Celso lib. 4. cap. 1. {λαγών, κενεών. Ital. *I fianchi.* Gal. *Les flancs.* Hisp. *Yjares o interior de la yjada.*} Persius Sat. 4. -ilia subter Cæcum vulnus habes, sed lato balteus auto Protegit. Plin. lib. 11. cap. 37, Ilia appellat arterias quasdam, quæ inter vesicam & aluum sitæ, tendunt ad pubem. ¶ Sunt qui hoc nomen etiam secundæ declinationis esse asserant, adducentes testimonium ex lib. 4. Corn. Celsi, vbi sic legunt, Deinde super rectum intestinum progressa iliis fœminæ latera sua innectit. Quo tamen in loco pleraque exemplaria ilibus habent, non iliis. Et profectò quum nominatiuus singularis, ile, passim legatur, nemini dubium esse debet, quin in numero plurali etiam sit tertiæ declinationis. Nam quòd apud Marullum Mimographũ legitur, Tu Hectorem imitaris: ab illo nunquam recedis. Allusio est ad Ilium agri Troiani vrbem, vt maior ioco gratia adderetur.

Illiosus, adiectiuum, Qui ilibus laborat, quod morbi genus Græci λαγωνίασιν vocant.

Ileos, εἶλεος, vel Ileus, Morbus gracilioris intestini, quando scilicet obstructis tenuibus intestinis, exitus excrementis negatur. Vnde eos, qui hunc morbum patiuntur, stercus per os videmus eiicere. Plin. lib. 30. cap. 7, Graniſſimum vitium ileos appellatur. Idem lib. 20. cap. 6, Et cõtra ileum in oleo & pulte.

ILLERDA, dæ, ἰλιρδα, Oppidum Citerioris Hispaniæ, in conuentu Tarraconensi, non procul à Sycori fluuio: cuius meminit Ptol. lib. 2. ca. 6.

ILLERGETES, Hispaniæ populi, in tractu Tarraconensi, non procul ab Ibero amne. Autor Plin. lib. 3. cap. 3.

Ilex, icis, per simplex l, & gene. fœ. Arbor est glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, læui cortice: cuius duo sunt genera: quæ vide apud Plin. lib. 16. cap. 6. {πρῖνος. *Albero alla quercia simile.* Gal. *Espece de chesne qu'on appele yeuse ou euse ou Languedoc.* Hispa. *Vn genero de encina ò coscoja.*} Virg. lib. 6. Aene. Talis erat species auri frondentis opaca Ilice: sic leni crepitabat bractea vento. Procera ilex. Hora. Epod. 15. Ramosa ilex, Ouid. 8. Meta. Arguta ilex, Virg. Argloga 7.

Ilíceus, a, um, Quod est materiatum ex ilice. {πρίνινος. Ital. *Fatto d'ilice.* Gal. *Fait de yeuse ou euse.* Hisp. *Cosa de encina.*} Stat. lib. 6. Theb. Ornique illiceæque trabes, metuendáque succo Taxus.

Ilicetum, ti, Locus illicibus consitus. {πρινών. Ital. *Luoco piantato di piu ilici.* Gal. *Vn lieu complanté d'yeuses.* Hispa. *El encinal, lugar de encinas.*} Martial. lib. 12, -è cathedra Surgentẽ focus excipit superba, Vicini strue cuitus illiceti.

Ilígneus, siue Ilignus, na, num, Idẽ quod iliceus. πρίνινος. Terent. in Adelphis, Lectulos ilignis pedibus faciendos. Colu. lib. 11. cap. 2, Si nec hæc sit, iligneam frondem bubus rectè præbebimus. Sic Ilignea corona apud Plinium lib. 16. cap. 4. Iligna glans, Plinius 16. cap. 5. & Horat. 2. Serm. satyra 4.

Ilia, ilium, vide IL 8.

Iliacus, Iliades, vide IL IVM.

ILIA, liæ, ἰλία, quæ & Rhea, Numitoris Albanorũ regis filia, quam Amulius pulso iam Numitore fratre, & interfecto eiusdem filio Lauso, virginem vestalem fecit, vt habendæ prolis occasionem adimeret, & nequid supertesset de prole Numitoris. Verũtamen Ilia, dum aquam pro sacris quæreret, obdormiuit, & in somnis illi visum est se à Marte comprimi, & sic geminos concepit: quos quum peperisset, partus exponi iussit, matrémque Iliam viuam apud Tyberim Fluuium infodit: vnde poëtæ eam Tyberi nupsisse fingunt: qui ob id quoque vxorius amnis ab Horatio lib. 1. Carm. dicitur. Quid veræ pueris accident, vide suprà in dictione AMVLIVS. Virgil. lib. 1. Aeneid. -donec regina sacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

ILIBERIS, vide ILLIBERIS.

Ilicet, per syncopam dictum, quasi ire licet. Donatus, Sic iudices de concilio dimittebantur, suprema dicta quum præco pronunciasset, ilicet: quod significat ire licet. Terentius in Phormione, Hoc nihil est: ilicet. Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? Vbi Donatus, Ilicet tei finem significat. Ilicet pro statim, confestim. {εἰς δή, εἰς, παραυτίκα. Ital. *Di subito.* Gal. *S'en va tout, soudain.* Hisp. *Luego.*} Plaut. in Rudente, Sed propera. T. licet. D. Iam hic fac sis, cœna vt curetur. T. licet. D. Omnia ilicet. T. licet. Virg. 2. Aene. Ilicet ignis edax summa ad fastigia tecti Volutur. ¶ Ilicet aduerbium affirmãtis. Plaut. in Epid. Ilicet, vt vadimonium mihi hic vltro facit. Idem in Curculione, -ilicet Pariter hos perire amando video.

ILIENSES, ἰλιεῖς, Populi sunt Corsicæ insulæ antiquissimi, vt scribit Põponius lib. 2, Horum meminit & Pausanias.

ILIONE, ἰλιόνη, inter filias Priami natu maxima fuit. Virg. lib. 1. Aen. Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim, Maxima natarum Priami.

ILIONEVS, ἰλιονεύς, Nomen proprium viri Troiani, Phorbantis filij, qui qualis in bello fuerit, nusquam legitur: eloquentia verò excelluisse, deletóq; Ilio cum Aenea fugisse, & apud eundem legati vice functum, autor est Virg. 1. Aen. Postquã introgressi, & cora data copia fandi. Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit. Vbi Seruius, Non mirũ, inquit, si eloquẽs à Virgilio introducatur Ilioneus, quũ pater eius Phorbas, Homero teste, semper Mercurio deo eloquẽtiæ fauente pugnarit.

ILISSVS, ἴλισσος, Nomẽ amnis in Attica regione, Musis dicati, quas ab eo Ilissidas vocant. Vide Strabo. lib. 9. Papinius lib. 4. Theb. videtur hunc fluuium Furiis cõsecrare, quum ait, -anfractu tiparum incurnus Ilissos, Sæuus honos fluuio: Stygias lustrare seueris Eumenidas perhibetur aquis.

ILITVIA, dictio quatuor syllabarum, & penul. prod. εἰλείθυια, Dea parturientibus propitia, quæ & Iuno Lucina à Latinis appellatur. Ouid. 9. Metam. Præpositam timidis parientibus Ilithyiam.

ILIVM, ἴλιος, Vrbs fuit Phrygiæ minoris, siue Troadis, M. D. passus à mari distans, à Dardano Iouis filio cõdita, ab Ilo verò rege ampliata & Ilium nominata, quum antea Troia à regione illa in qua sita fuit, diceretur. Regia fuit Priami: postea verò ob Helenã à Pariderapta decẽnali bello obsessa, ac demũ expugnata est. Virg. lib. 2, -ceciditq; superbũ Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia. ¶ Dicta est etiam Ilios. Ouid. lib. 14. Metam. -postquam alta cremata est Ilios, & Danaas pauetũr Pergama flammas. Horat. non semel Ilios Vexata. ¶ Ilium propriè

ciuitas

ciuitas est: nā regio, Troia est: quauis interdum pro ciuitate, Troiam ponat Virgilius, vel lib. 3. Aeneid. Et campos vbi Troia fuit.

Iliacus, a, um, penult. corr. Ἰλιακός, Possessiuū deductum ab Ilio, agri Troiani vrbe. Virg. 1. Aeneid. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. ¶ Iliacus morbus à Plauto vocatur, qui infestat Ilia. sed hoc vt pleraque alia apud Plautum crediderim esse ficticium, vt ambiguitate vocis risum captaret.

Ilius, a, um. Idem, Virg. 9. Aeneid. -quam miseram tenuit non Ilia tellus.

Iliades, ἰλιάδαι, Troiani. Iliades, Troianæ. Virg. 3. Aenc. Et circum Iliadea crinem de more solutæ.

Ilias, adis, ἰλιάς, Homeri opus clarissimū omnium quotquot vnquam extitetunt, Poëtarum scriptis citra controuersiam prælatum. Dicta Ilias ab eo quòd bellum contineat apud Ilium inter Græcos & Troianos ob raptū Helenæ gestum. Ouid. lib. 2. Trist. Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua Inter amatorē pugna virūmque fuit? ¶ Quoniam verò hoc in opere nullum mali genus nō recensetur, factum est vt Ilias malorum, pro ingenti calamitate accipiatur, ἰλιὰς κακῶν. Cice. ad Atticum lib. 8. Nō possum enim secus vaticinari, tanta impendet malorum Ilias. Præterea, quia hoc opus in primis est prolixum, XXIII continens volumina, factum est, vt quum opus aliquod impendiò prolixus indicare volumus, dicamus id Iliade esse prolixius.

Illabor, pen. prod. illaberis, illapsus, Incido, influo. ἐπιπίπτω, ἐπέρχομαι. Ital. *Cascare, scorrere, sdrucciolare.* Gal. *Couler dedans, s'avaller, descendre doucement.* Hisp. *Deslizarse à lugar, deslizarse dentro.* ¶ Plinius lib. 5. cap. 29, loqueus de Mæandro fluuio, Postremò Catiam placidus, omnésque eos agros fertilissimo rigās limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari. Cicero 1. de Finib. Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam: & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur. Virg. 2. Aeneid. -sensit medios illapsus in hostes. Ibidem, Mediæque minans illabitur vrbi.

Illapsus, huius illapsus. ἔκπτωσις, ἔμπτωσις. Ital. *Scesso piamamente.* Gal. *Douce cheute, descente.* Hisp. *Deslizamiento.* ¶ Colu. lib. 2. cap. 2. Vt eiusmodi constructio ripam sustineat, ne præcludatur humoris illapsū atque exitu.

Illaboratus, a, um, Quod sine labore & diligentia confectum est. ἀπόνως εἰργασμένος. Ital. *Cosa fatta senza fatica.* Gal. *Qui n'est point elabouré, ou on n'a point pris grand' peine à le faire.* Hisp. *Cosa hecha sin trabajo.* ¶ Quintil. de Cice. lib. 10. cap. 3. Tum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata.

Illac, aduerbium. Per locum ἐκεῖ, ἐκεῖσε, ἐκείθεν. Ital. *Per quel luogo.* Gal. *Par la.* Hisp. *Allí, donde alguno vaà.* ¶ Terentius in Eunucho, Plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo.

Illacerabilis, & illacerabile, penult. corr. ἀνεπιλύτως, ἀνεπιλύτως. Ital. *Che non si può stracciare.* Gal. *Qu'on ne peut dechirer.* Hisp. *Cosa que no se puede despedaçar.* ¶ Vt Spolium illacerabile. Silius lib. 5.

Illacessitus, penult. prod. ἀ μὴ πρόσκοπος, ἀπροσπέλαστος. Ital. *Che non è provocato ne irritato.* Gal. *Qui n'a point esté provoqué, irrité, agacé, assailli.* Hisp. *Cosa no provocada y no desafiada.* ¶ Tacitus in vita Agricolæ, Tanta ratione curāque, vt nulla antè Britanniæ noua pars illacessita transierit.

Illachrymo, as, penult. corr. Idem ferè quod lachrymo. ἐπιδακρύω. Ital. *Piagnere.* Gal. *Larmoier, pleurer.* Hispa. *Llorar con lagrymas.* ¶ Liuius bel. Pun. Secundi, lib. 7, Illachrymasse dicitur, partim gaudio, partim, &c. Illachrymare morti, vel errori alienius, est propter errorem vel mortem eius lachrymas emittere. Idem 10. bel. Maced. Si te, qui morti innocētis, qui meo infœlici errori vnus illachrymasti, in locum meum substitutum relinquam. ¶ Dicitur & de rebus insensibilibus, pro eo quod est exudare, seu humorem emittere. Virgil. 2. Georg. Illachrymat mœstum templis ebur, æráque sudant.

Illachrymabilis, Inexorabilis, & qui tam durus est vt ad lachrymas, aut ad misericordiam cōmoueri nō possit. ἀδάκρυτος, ἀνοικτίρμων. Ital. *Che non ha pietà, ne si piega per le altrui lacrime.* Gal. *Qu'on ne peut esmouvoir à l'armoyer ou amoir pitié.* Hisp. *El que tiene compassion.* ¶ Hoc epitheto Horat. tribuit Pluton, lib. 2. Carminum.

Illæsus, Nomen adiectiuum compositum ex in, negatiuo, & participio læsus. ἀβλαβής. Ital. *Non offeso.* Gal. *Qui n'a aucune blesseure, sain & entier.* Hisp. *No lisiado è offendido* ¶ Plinius lib. 15. c. 30. Gallinam conspicui candoris sedente aquila ex alto abiecit in gremium illæsam. Martialis li. 1. Illæsum timidis vnguibus hæsit onus. Cupressus illæsa bruma, Stat. 6. Thebai.

Illætabilis, Iniucundus, ingratus, tristis. ἄχαρις. Ital. *Triste, maniconioso.* Gal. *Triste, mal-plaisant.* Hisp. *Cosa triste, no alegre.* ¶ Virgil. 3. Aeneid. Hinc Drepani me portus, & illætabilis vnda Accipit.

Illaqueo, as, Laqueo constringo. ἐμπλέκω. Ital. *Allacciare.* Gal. *Enlacer, prendre au laqs.* Hisp. *Enlazar.* ¶ Cic. de Atusp. responsis, Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, &c.

Illatebro, as, pen. cor. In latebris abscondo. ἐγκρυπτόμαι. Ital. *Ascondere dentro.* Gal. *Cacher & celer en lieu secret.* Hisp. *Esconder dentro.* ¶ Gellius ex 5. Annali. Qu. Claudij, Arma plerique abiiciunt, atque inermes illatebrant sese.

Illatro, as, ex in & latro, πρὸς λῃστεύω. Lucanus.

Illaudatus, illaudati, Idem quod illaudabilis, teste Gellio, & innominabilis, qui neque mentione, aut memoria vlla dignus est, neq; vnquam nominādus. ἀνεπαινέτως, ἀπαξιόλογος. Ital. *No laudato, non degno di laude.* Gal. *Qui n'est point loué, indigne d'estre loué.* Hisp. *No alabado, no digno de ser alabado.* ¶ Sicut quondam à communi consilio Asiæ decretum fuit, vti nomine eius, qui templum Dianæ Ephesi incenderat, nemo vllo tempore nominaret. Est enim nomen hoc, idoneum ad exprimēdum sceleratissimi hominis detestationem. Virg. lib. 5. Geor. -quis aut Eurystea durum, Aut illaudati nescit Busiridis aras? Est autem illaudatus, nomen, non participium: neque enim verbum habet à quo descendat, neque vllum importat tempus. Nam dicitur illaudatus, non qui laudatus non fit: sed qui laudari non meruit, vt est lib. 7. Aeneid. Dites inaccessos vbi Solis filia lucos: pro inaccessibiles, non ad quod nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debet. Sic fontem inexhaustum dicimus non tam eum qui nunquam exhaustus sit, quàm qui exhauriri non potest.

Illaudabilis, le, Qui non est dignus vt laudetur. ἀνεπαίνετος. Ital. *Indigno di laude.* Gal. *Indigne d'estre loué.* Hisp. *No digno de loor.* ¶ vt Carmen illaudabile, Statius 5. Sylu.

Ille, Illa, Illud: illius, in genitiuo, penultima indifferente, Pronomen est demonstratiuum, tertiam designans personam, tam à loquente quàm ab audiente remotam, de qua satis multa dicta sunt in dictione HIC. ἐκεῖνος. Ital. *Quello, colui.* Gal. *Celuy-la, celluy-la.* Hispa. *Aquel.* ¶ Interdum emphasim habet, vehementiamque addit orationi, quod Græci exprimunt per ὁ articulum. Terentius Andr. Hic ille est. Virg. in principio 1. Aeneid. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen.

Illecebræ, arum, penul. corr. Blanditiæ & pellaciæ, ab illiciendo dictæ, quòd animum ad se alliciant: quemadmodum voluptates, & diuitiæ quæ nulli non adblandiuntur. ἡδυπάθειαι, κακομαλίαι. Ital. *Carezze, cose che adescano.* Gal. *Allichemens, rantes choses qui attrayent, & allichent.* Hispa. *Los halagos.* ¶ Vtimur autem hoc nomine tam in bonam partem, quàm in malam. Cic. lib. 6. de Repu. Suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus. Idem pro Cælio, Erāt apud illum illecebræ libidinum multæ. Idem pro Sestio. Nam siqui voluptatibus ducantur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt, missos faciant honores, &c. Legitur etiam in singulari numero illecebra. Idem pro Milone, Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem?

Illecebrosus, a, um, Quod blandimentis hominē allicit. ἡδυπαθής, ἀλλακτικός, ἡλκτικός. Ital. *Che accarezza, & attrahe con lusinghe.* Gal. *Qui aliche fort, attrayant.* Hisp. *Cosa llena de halagos.* ¶

Illecebrosè, aduerbium. ἡδυπαθῶς. Ital. *Con lusinghe.* Gal. *Auec allichement.* Hisp. *Con halagos.* ¶ Plaut. in Bacchid. Manū da. & cōsequere. P. Aha minimé. S. Quid ita obsecro? P. Quia istoc illecebrosius fieri nihil potest.

Illecto, Illectus, Vide ELICIO.

Illepidus, a. um. In quo nihil leporis est, nec elegantiæ. ἄχαρις, ἀπαράδεκτος. Ital. *Senza piacevolezza.* Gal. *Mausade, qui n'a aucune grace en soy.* Hisp. *Cosa desgraciada.* ¶ Plaut. Baech. Sine modo & modestia sum, sine bono iure, atque honore: Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus viuo. Cicero 3. de Natura deorum. Parentem habere suarum, illepidum, in liberos difficilem. Scortillum non illepidum, nec inuenustum, Catullus.

Illepidè, aduerbium, Iniucundè, & infacetè. ἀχαρίστως. Ital. *Sgratiatamente, malaggiamente.* Gal. *Mausadement, sans grace.* Hisp. *Desgraciadamente.* ¶ Plin. in Præfat. totius operis, Nec Plancus illepidè quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, &c. Horatius 2. epistо. 1. -non quia crassè Compositum, illepidéve putetur.

Illex, Vide ELICIO.

Illi, cum circūflexo, aduerbium, Pro ibi vel illic. ἐκεῖ. Ital. *Iui, in quel luogo.* Gal. *La, en ce lieu là.* Hisp. *Allí, donde alguno está.* ¶ Terent. in Adel. Ego illi maximam partem feram. Vbi Dona. Errant qui putant illi, esse pronomen, quum sit aduerbium loci vt Virgil. lib. 2. Aeneid. -illi mea tristia facta, Degeneremque Neoptolemum natrare memento. Idem in Hecy. Nam illi haud licebat nisi præfinitò loqui. Idem in Phorm. Interea dum sedebamus illi, interuenit adolescens quidam.

Illibatus, ta tum. Idē quod purus, intactus, & incorruptus. ἀδιάφθορος. Ital. *Incorrotto, puro, non guasto.* Gal. *Qui n'est point entamé ne corrompu, entier.* Hispa. *Cosa no tocada ni corrupta.* ¶ Est autem nomen, non participium: quum illibo nō legatur. Liu. 3. ab vrbe. Illibatū imperiū. Plin. lib. 17, c. 17. Vt illibato cortice, atque vt sectura inferior ponatur. Illibatum robur hominis, Colum. lib. 12. cap. 1. & lib. 3. cap. 10. Ex proximo teritæ integro illibatóque succo aluntur.

Illiberalis, le, Parcus, non munificus. ἀνελεύθερος. Ital. *Non liberale, non cortese.* Gal. *Qui n'est point liberal, vilain, chiche.* Hisp. *No liberal, no cortes.* ¶ Cicero Memmio, lib. 13. Non te in me illiberalem, sed me in te negligentē putabit. ¶ Interdum illiberale dicitur quod contrà fit ac libertum hominem decet. Illiberale facinus, libero homine indignum. Terent. Adel. -ex illāne familia Tam illiberale facinus esse ortum? Iocus illiberalis. Cicero 1. Offic. Duplex omnino est iocandi genus: vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum.

Illiberalitas, tatis, Parsimonia, auaritia, sordes: cui opponuntur Liberalitas & munificētia. ἀνελευθερία. Ital. *Villania tenacità, strettezza.* Gal. *Vilenie, chicheté.* Hisp. *Aquella cosa no liberal.* ¶ Cicero 2. Offi. Habenda est autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi finere, flagitiosum est: sed ita vt illiberalitatis auaritiæque absit suspicio.

Illiberaliter, Non liberaliter, iniustè, inclementer, atque aliter ac hominem liberum decet. ἀνελευθέρως, ἀγεννῶς. Ital. *Disonestamente, villanamente, non da gentilhuomo.* Gal. *Vilainement, chichement.* Hisp. *No liberalmente.* ¶ Illiberaliter apud veteres dicebatur factum (inquit Donatus) siquis excessisset omne genus maleficij. Terēt. in Adelp. -factum à vobis duritet, Immisericordit érque, atque etiam, si est pater Dicendum magis apertè, illiberaliter. Idem in Phor. Nam ni ita eum existimassem, nunquam tam graueis Ob hanc inimicitias caperem in nostrā familiā, Quam is alpernatur nunc tam illiberaliter.

ILLIBERIS, Ἰλλιβερίς, Oppidum in finibus Galliæ Narbonensis, iuxta Pyrenæos montes, non procul à Ruscinone, eiusdē nominis fluuio irrigatum, teste Strabone lib. 4. Plin. in descriptione Galliæ Narbonensis Illiberim sua ætate exiguum oppidulū fuisse indicat, & (vt ipsius verbis vtar) magnæ quondam vrbis tenue vestigium. Fortè Salsas. ¶ Ptolem. lib. 2. cap. 6. Illiberim alterā collocat in Bætica Hispaniæ regione, quā nonnulli candē esse existimant cum ea quā hodie *Granatā* appellāt.

Illic, ἐκεῖ, αὐτοῦ, αὐτᾶ. Ital. *La, in quel luogo.* Gal. *La, en ce lieu là.* Hisp. *Allí donde alguno está.* ¶ Aduerbium in loco. Terent. Adelph. Illic vbi etiam caprificus magna est. Plaut. Trinum. Illic sum, atq; hic sum. ¶ Illic pro Ille. Terent. And. Vbi illic scelus est, qui me perdidit? Idem Eunuch. Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est.

Illicio, cis, attraho, & quasi inesco, ex in & antiquo verbo lacio. ἐπιτήδω, ἕλκω. Ital. *Accarezzare, attrarre, adescare.* Gal. *Attirer, allicher.* Hisp. *Atraer con halagos.* ¶ Teren. in Andr. -tūne hic homines adulescentulos Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?

Illectus, participi ū, Attractus, imitatus. ἀπατηθείς, ἀλλαθείς. Ital. *Allettato, adescato.* Gal. *Attiré, alliché.* Hispa. *Atraydo con halagos.* ¶ Cice. 4. Tusc.

Libido

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libido ad id quod videtur bonum, illecta, & inflammata videtur.

Illectus, ctus, ui, Blanditiæ, & illectamentum. {ἐπαγωγή, δέλεαρ μος. Ital. *Adescamento, lusinghe.* Gal. *Allichement, attraiement.* Hisp. *Halagos.* } Plaut. Bacch. Magis illectum tuum quàm lectum metuo. ¶ Est item illectus, compositum à participio lectus, idem significans quod non lectum. ἀδιαλεκτος, ἀναγνωστός. Ouid. lib. 1. de Arte amandi, Si nõ accipiat scriptum, illectúmque remittat, Lecturam spera, propositúmque tenebit.

Illecto, ctas, Frequenter illicio. {ἐπαγωγίαω. Ita. *Allecare.* Gal. *Attirer, allecher.* Hisp. *Atraer con halagos.* } Augustinus, Quos ad peccata illectant.

Illex, illegis, Qui sine lege viuit. {ἄνομος. Ital. *senza legge.* Gal. *Sans loy.* Hispa. *Hombre ò muger sin ley.* } Plaut. Persa, Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi. Quo in loco illex Valla idem significare arbitratur quod exlex.

Illex, icis, communis gene. Interdum substantiuè accipitur pro illecebris, & incitamento. {ἐπαγωγή. Ital. *Incitamento, stimolo.* Gal. *Allichement, esguillon.* Hisp. *Atraida por halagos.* } vt, Illex animi Venus, Plaut. Pœnul. Idem Persa, Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi. ¶ Interdum adiectiuè sumitur, vt idem sit quod illiciendi vim habens. {ἐπαγωγός, ἑλκυστικός. Ital. *Cosa che attrahe, & adesca.* Gal. *Alechant, attrayant.* Hispa. *Estragara.* } vt, Oculi illices, apud Apuleium, quòd aspectu ad libidinem incitemur.

Illicium, cij, ab illiciendo dictum, pro incitamento. {ἕλκηθρον, ἐπαγωγή. Ital. *Incitamento, stimolo, adescamento.* Gal. *Allichement, attraiement.* Hispa. *Atrayda por halagos.* } Varr. lib. 3, Sed si transfituræ sunt apes eò, apiastro perfricandum, quòd illicium hoc illis. Cicero ad Atticum libro 11, Posteaquam mihi literæ à Cornelio Balbo minore missæ essent, illum existimare Qu. fratrem illicium meæ profectionis fuisse, his verbis ad Cæsarem scripsi.

Illicitus, a, um. Quod non licet. {ἀθεμίτος. Ital. *Illicito.* Gal. *Illicite, non loysible a faire ou dire.* Hispa. *Cosa illicita ò que no conuiene.* } Cice. pro Cluentio, Multitudinem illicitum est contradicere.

Illicitè, Aduerb. {ἀθεμίτως, ἀθεσμίτως, ἀθέμιτα. Ital. *Illicitamente.* Gal. *Illicitement.* Hisp. *No conuenientemente.* } Vlpian. in l. fideicommissa. §. Si quis illicitè. ff. de lega. & fideicom. lib. 3.

Illico, aduerbium est loci, Propriè idem significans quod ibidem, quasi in eodem loco. αὐτόθι. Ennius, Et quia quo irent, nescibant, illico mansere. id est in eo loco. Terẽt. in Adelph. Otiose nunc iam illico consiste. Donatus, Illico, modò locum, modò tempus significat. ¶ Plerúnque ponitur prostatim, siue continuò, {παραχρῆμα. Ital. *Di fatto, subito, incontinente.* Gal. *Soudain, sur le champ.* Hispa. *Luego.* } Cicero pro Mureena Simulatque increpuit suspicio tumultus, illico artes nostræ conticescunt. Idem pro Quintio, Illicóne ad Prætorem ire conuenit.

Illido, dis, penult. prod. Duro alicui corpori affigo atque ita confringo. {κατάκλασις, ἐκκλάω, κατάγνυμι. Ital. *Rompere, frangere.* Gal. *Heurter contre, froisser.* Hisp. *Quebrar una cosa en otra.* } Valerius Maxi. lib. 1, Coactis Locrẽsibus ex thesauro eius magnã illi pecuniam dare, quum onustus nefariis prædã nauigaret, vi subitæ tempestatis tota cum classe vicinis Deæ litoribus illisus est. Hoc est impegit ad vicina litora, & naues fregit. Cice. de Arusp. respon. Iam ista serpens compressa atque illisa, morietur. Virg. 5. Aene. -durósque reducta Librauit dextra media inter cornua cæstus Arduus, effractóque illisit in ossa cerebro. Dentes illidere lacessitus Arduus, effractóque illisit in ossa cerebro. Dentes illidere labellis, Lucre. lib. 4. Illidere dentem alicui rei, pro imprimere. Horat. 2. Serm. Saty. 1, -& fragili quærens illidere dentem, Offendit solido. Illidere manus, Cice. 3. Tusc. Aequo ca illisa scopulis. Virg. 3. Georg.

Illisus, us, ui, Idem quod illisio, & ipse actus illidendi. {κατάκλασις, κατάκλασμα. Ital. *Esso battere contra qualche cosa.* Gal. *Heurt & froissement contre quelque chose.* Hisp. *Quebradura de vna cosa con otra.* } Plinius lib. 27. cap. 8, Illisu ipso repercussus.

Illigo, as, are, Innecto, Intexo. {συνδεσμέω. Ita. *Legare, auiluppare.* Gal. *Attacher, lier auec.* Hispa. *Atar.* } vt quum emblemata poculis, vel aurum argento illigare dicimus. ¶ Per translationem sumitur pro implicare, figento illigare dicimus. ¶ Per translationem sumitur pro implicare, figere. Liu. lib. 2. bel. Maced. Posteaquam nos neque inuolnere, ἐμπλέκω. Liu. lib. 2. bel. Maced. Posteaquam nos neque decernere id præsidium, neque velle illigari Romano bello vidit. Liu. 2. bel. Maced. Priuatis etiam hospitiis, familiarique amicitia plerique alligati Philippo erant.

Illimis, me, Purus, quasi sine limo. {ἄπλος, καθαρός. Ital. *Puro, senza fango.* Gal. *Sans bourbier.* Hispa. *Cosa clara, sin limo ò cieno.* } Ouid. 3. Metam. Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis.

Illinc, aduerbium de loco. {ἐκεῖθεν. Ital. *De la, di quel luogo.* Gal. *De la, de ce coste la.* Hisp. *Alli, donde alguno esta.* } Terent. Adel. Illinc huc transfertur virgo. Cice. 2. Philip. Omnem se amorem abiecisse illinc, atq; in hanc transfudisse. ¶ Hinc illinc prouerbiale. Terent. Adel. -an sedere oportuit Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc Illinc veniret, expectantem?

Illinio, is, ire, Inungo. {ἐπιχρίω. Ital. *Vngere.* Gal. *Oindre.* Hisp. *Vntar.* } Colu. lib. 6. cap. 14, Prædictóque medicamẽto defricatur & illinitur: sed si ex toto propter cernicis tumorem iugum recusat, paucis diebus requies ab opere danda est: tum ceruix aqua frigida defricanda, & spuma argẽtea illinienda est, id est inungenda. Plin. lib. 30. cap. 11, Cornicis carnes esse, & nidum illinire, in longissimis morbis vtilissimum.

Illino, nis, penult. corr. illeui, illitum, tertiæ coniugationis. Inungo, liquidi quippiam rei alicui induco. {ἐπιχρίω, ἐμπλάττω. Ital. *Vngere.* Gal. *Oindi quippiam rei alicui induco.* {ἐπιχρίω, ἐμπλάττω. Ital. *Vngere.* Gal. *Oindi quippiam rei alicui induco.* {ἐπιχρίω, ἐμπλάττω. Ital. *Vngere.* Gal. *Oindre, endurre par dessus quelque chose humide.* Hisp. *Vntar.* } Horat. 1. Serm. satyra 4, Et quodcunque semel chartis illeuerit, omnes Gestiet à furno redeuntes scire.

Illitus, ta, tum, penult. corr. {ἐπιχρισθείς. Ital. *Vnto.* Gal. *Oint.* Hisp. *Vntado.* } Virgil. Illita tela dolis, nec Martem comminus vsquam Ausa pati virtus. Liuius libro 2, Ita in vadis hæsitantes frumenti aceruos sediisse illitos in limo.

Illitus, us, ui, Illinendi actus. {τὸ ἐπιχρίειν. Ital. *Esso vngere.* Gal. *Frottement, onction.* Hisp. *Vntadura.* } Plin. lib. 24. cap. 6, Soutus aurium emẽdat infusu, stromax illitu, neruorúmque nodos.

ILLIPA, Ἰλιππα, Cognomento magna, ciuitas Turdetanorum in tractu Hispaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum libro 2. cap. 5. & Plinium libro 3. cap. 1.

ILLIPVLA, Ἰλιπουλα, quæ & ILLIPA minor, Ciuitas Turdetanorum in ea parte Hispaniæ Bæticæ quæ Lusitaniæ proxima est. Ptolemæus lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

Illiquefacio, cis, In re aliqua liquefacio. {τήκω. Ital. *Liquefare in qualche cosa.* Gal. *Fondre dans quelque chose.* Hisp. *Derretir en alga.* } Cice. 5. Tuscul. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

Illiteratus, ta, tum, Literarũ expers. {ἀγράμματος, ἀγράμματος. Ital. *Non litterato, ignorante.* Gal. *Non lettré, sans lettres.* Hispa. *No letrado.* } Cice. 2. de Orat. Quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, sed nihil ad Persium. Plin. Epist. 147, Est libertus mihi non illiteratus.

Illò, aduerbium ad locum. {ἐκεῖσε. Ital. *A quel luogo.* Gal. *A ce lieu la.* Hisp. *Aculla do alguno esta.* } Plaut. Capt. Vbi illò aduenio. Terent. And. Quum illò aduenio, solitudo ante ostium.

Illocabilis, & hoc illocabile, Quod locari non potest. {ἀνεκδοτος. Ital. *Che non si può allogare.* Gal. *Qui ne peut pourvoir.* Hisp. *Lo que no se puede poner en lugar.* } vt, Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem, aut inopiam nuere non potest. Plaut in Aulul. Virginem habeo grandem, virum inuenire non potest. Plaut in Aulul. Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem, Neque eam queo locare cuiquam.

Illotus, a, tum, penult. prod. Quod lotum nõ est, hoc est quod sordidum est, & immundum. {ἄλουτος. Ital. *che non è lauato, sporco, brutto, immunda.* Gal. *Qui n'est point lauè, ord, sale.* Hisp. *No lauado, sucio.* } Vnde dicimus, Illotis manibus, vel pedibus rem aliquam aggredi. hoc est irreuerenter, confidenter & imperitè rem aliquam attentare: velut si grammatista aliquis triuialibus illis disciplinis vix ad summam cutem tinctus, enarrationem Virgiliani poëmatis audeat agredi. Tractum est adagium à sacrorum cæremoniis: in quibus omnia pura conuenit esse, & prolotis manibus, vel pedibus rem aliquam aggredi. hoc est irreuerenter, confidenter & imperitè rem aliquam attentare: velut si grammatista aliquis triuialibus illis disciplinis vix ad summam cutem tinctus, enarrationem Virgiliani poëmatis audeat agredi. Tractum est adagium à sacrorum cæremoniis: in quibus omnia pura conuenit esse, & probè lota. Vide Eras. Adagia. Illoti echini, Horat. 2. Serm. satyra 8, Etub

ritate, & eorũ illustrium plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis. Idem in Verrem, Tam illustre ac nobile domicilium, illustre, notumque omnibus factum, apud eundem, 7. Verr. Facta illustria, & gloriosa. Idem 1. de Finibus. Fama illustris, Virg. 7. Aeneid. Illustris & lata via, Cice. 3. Verr.

Illustro, as, Rem aliquam lucidam & splendidam facio, vel lucem & splendorem affero. ξλαμπρυνω, κηρύλλω τινα. Ital. *Illustrare, dar gran luce.* Gal. *Illustrer, donner clarté & lumiere ou lueur.* Hispa. *Esclarescer.* ζ Columel. lib. 1, Vinctis quam salubertimum subterraneum ergastulum, plurimis & iis angustis illustrarum fenestris. Auri fulgore templum illustrate. Cicero 4. Verr. ¶ Et translationem accipitur pro nobilitare clarúmque & celebrem reddere. ζδοξάζω τινά. Ital. *Dar chiara fama, illustrare.* Gal. *Illustrer, baailler brun.* Hisp. *Ennoblescer.* ζ Cice. Lentulo lib. 1. Epist. Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. ¶ Nonnunquam etiam pro declarare, patefacere, manifestare, aperire: quòd quæ aperta sunt, maiorem lucem præbeant. ζδηλόω. Ital. *Dichiarare.* Gal. *Declarer, donner à entendre.* Hisp. *Declarar.* ζ Cice. in Catil. Omnia & Senatus, & vos quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata & patefacta viditis. Idem de Oratore, Patefacere & illustrare obscura. Illustrare philosophiam Latinis literis, idem lib. 1. Acad. & 1. Tusc.

Illustratio, onis. ζτὸ κοσμοῦν τινα, τὸ λαμπρύνον τινα. Ital. *Illustramento, ornamento.* Gal. *Esclaircissement, ornement, reparement.* Hisp. *Esclarescimiento, ornamento.* ζ Quintil. lib. 6. cap. 2, Insequetur ὑπάρχα, quæ à Cicerone illustratio & evidentia dicitur.

Illustramentum, ti. ὁ λαμπρυντήρ, τὸ κοσμοῦν τινα. Idem. Quintil. lib. 11. cap. 3, Hæc sunt vel illustramenta pronuntiationis, vel vitia: quibus propositis, multa cogitare debet orator.

Illutibilis, le, Quod eluí non potest. ζἀνιπτωτός. Ital. *Che non si può lavare.* Gal. *Qui ne se peut laver.* Hisp. *Lo que no se puede lavar.* ζ Plaut. in Menæch. Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.

Illuuies, uiei, Squallor, immunditia, sordes. ζἀλυσία. Ital. *Sporchezza, bruttura.* Gal. *Ordure, salleté.* Hisp. *Suziedad.* ζ Terẽt. in Heaut. Ea texebat vnà, pannis obsita, neglecta, immunda illuuie.

ILLYRIS, dis, ἰλλυρίς, siue ILLYRIVM, rij, siue ILLYRICVM, ci, regio Europæ satis ampla, secundum dextrum maris Adriatici latus extẽta, à cæteris partibus Istria, Mysia superiori, & Macedoniæ parte quæ Adriatico mari incumbit, terminata. Dicta ab Illyrio Polyphemi (vt Appianus scribit) siue (vt Eustathio placet) Cadmi filio. Hodie Sclauoniam vocant. Vrbes habet Iaderam, Epidamnũ, postea Dyrrachium, hodie Rhagusiam dictã, Salonam, & alias quamplurimas. Vulgò *Esclauonia.*

Illyricus, ca, cum, ἰλλυρικός. Virgil. 1. Aeneid. Antenor potuit medius elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus.

ILVA, λλυα, Ptolemæo, Insula Tusciæ adiacens, decem passuum millibus distans à Populonia, renascentis ferri metallis vbertima. Virgil. 10. Aeneid. -at Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

ILVRCIS, ἰλλυρκίς, Vrbs fuit Vasconum, in citeriori Hispania, postea à Sempronio Graccho Gracchuris dicta.

ILVS, li, ἶλος, Ilius fuit Trois regis Troianorum, & pater Laomedontis, quem matura ætate morbi, regni hæredem reliquit. Ab huius nomine celebertimum illud Mysiæ minoris, siue Troadis caput Ilij nomen accepit: siue quòd ab illo primùm fuerit conditum, quum Dardanus antea in montibus Dardaniam condidisset, vt placet Homero lib. 13. Iliad. siue quòd à Dardano primùm conditum instaurarit Ilus, & auctius reddiderit: quemadmodum non obscure monuit Virgil. lib. 8. Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & autor. Autor est Strabo libro 13, primũ omnium Ilum ausum fuisse in campis habitare, proindeque in medijs campis fuisse sepultum: cuius sepulchri meminit & Homerus 11. Ilia. ¶ Fuit & alter Ilus, Aeneæ filius, alio nomine Ascanius appellatus. Virgil. 1. Aeneid. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat, dum res stetit Ilia regno.

I ante M

IMACARENSES, ἰμακαρηνοῖοι. Populi Siciliæ stipendiarij, in mediterraneis insulæ sitj: quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 8.

IMADVCHI, ἰμαδοῦχοι. Scythiæ populi, Caucasi montis iuga accolentes. Plinius lib. 6. cap. 7.

Imago, nis, Simulacrum, species, exemplar, & alicuius rei præsentatio. ζεἰκών. Ital. *Imagine, figura, simulacro, sembianza.* Gal. *Image, representation, semblance.* Hisp. *Imagen, o semejança.* ζ Cicero de Amici. Nemo vnquam animo aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Virgil. 2. Aene. -atque ipsius vmbra Creusæ Visa mihi ante oculos, & nota maior imago. Cicero in Orat. Demosthenis imaginem ex ære vidi. Idem de Natu. deor. Fac imagines esse quibus pulsantur animi, species duntaxat obiicitur quædã. ¶ Olim nobiliores maiorum suorum imagines ad vinum expressas, in atriis suspendere solebant, illarum multitudine nobilitatem metientes. Quo factum est vt imagines pro nobilitate accipiantur. Cicero de Lege Agr. significare volens se nouum hominem, id est nulla generis nobilitate commendabilem, Consulem tamen factum, ita ad populum inquit, Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis autores generis mei commendarunt: sic siquid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Idem in Pisonem, Obrepsisti ad honorem errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile nihil habes præter colorem. Vbi fumosas imagines appellat Cicero antiquissimi generis stemmata. Plinius in Epist. lib. 9. ad Protocerũ, Neq; enim ardẽtius tu pronepotes, quàm ego liberos cupio: quibus videor ámeo, tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus: nascantur modò, & hunc nostrũ dolorem gaudio mutent. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem patrum antiquam, sed repentè, fortunæque beneficio quæsitam: quomodo nostris temporibus multi extiterunt, ignotis natalibus orti, qui ne auum quidem, aut etiam patrem ciere aut possent, aut auderẽt, qui subitarijs principum beneficijs, & aulicorum suffragationibus, supra ciuile fastigium euecti, ingentium splendidarúmque gentilitatum fundamenta iecerunt. Hæc ex Budæo. ¶ Imago pro vagina: quòd veluti sit imago eius rei quam claudit. Virgil. lib. 8, Curuam seruans sub imagine falcem. ¶ Rhetores imaginem, εἰκόνα, vocant quandam orationis figuram, quum res gesta non simpliciter indicatur, sed vt gesta sit ostenditur, vt est illud. Ipse inſã immanis scelere ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

Imaguncula, diminutiuum, Parua imago. ζεἰκόνιον. Ital. *Piccola imagine.* Gal. *Petite image.* Hisp. *Pequeña imagen.* ζ Suetonius.

Imaginarius, a. um. Quod verum nõ est, sed quod ita imaginamur & animo concipimus acsi verum esset: cuiusmodi apprehensionem propriè dicimus imaginationem. ζφανταστικός, εἰκαστικός. Ital. *Imaginario, contrefatto.* Gal. *Imaginaire, contrefait, feint.* Hisp. *Imaginado, fingido.* ζ Suetonius in Claudio Cæsare, Equestres milites ita ordinauit, vt post cohortem, alam: post alam, Tribunatum legionis daret: turpeodraque, instituit, & imaginariæ militiæ genus quod vocatur super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Imaginarius talcibus cedere. Liuius 2. ab Vrbe, Emptio imaginaria. Vlpian. l. Is qui suis ff. de manumiss. Si ab ignoto emptus sit, postea autem pretium suum obtulerit: dicendum erit non esse audiendum: ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria fiat emptio: & per fidem contractus inter emptorem & seruum agatur. Est autem imaginarius emptor, qui seruum illius nummis emit.

Imaginosus, nosa, nosum. In quo sunt plures imagines. ζεἰκονώδης. Ital. *In cui sono molte imagini.* Gal. *Plein d'images.* Hisp. *Cosa llena de imagines.* ζ Vn. de Speculũ imaginosum, à Catulo dicitur ab imaginibus quæ in speculo numerosæ videntur.

Imagino, nas, imagines facio, seu repræsento. ζεἰκονίζω, ἀπεικονίζω. Ital. *Far imagini, rappresentare.* Gal. *Representer ou rendre la semblance d'aucun, faire images.* Hisp. *Hazer imagines.* ζ Gell. lib. 15, Vt speculum in loco certo positum nihil imaginat aliorsum translatum facit imagines.

Imaginor, aris, Significat rei alicuius quæ facta sit, vel fieri possit, vel etiã quæ fieri non possit similitudinem mente concipio. ζφαντάζομαι, ὑπονοῶ τινα, ὑπονοοῦμαι. Ital. *Imaginarsi, pensare.* Gal. *Imaginer, comprendre ou se penser.* Hisp. *Imaginar ò fingir visiones.* ζ Plinius lib. 10. cap. 13, Ideo profluuio genitali datur, & Venerem crebrò per somnia imaginantibus. Plin. in Epist. Caius quidem Pannius quod accidit, multo ante præsensit: visus est sibi per nocturnam quietem iacẽre in lectulo suo compositus in habitu studentis, habere ante se scrinium, (ita solebat) mox imaginatus venisse Neronem, in toro sedisse.

Imaginatio, Pro huiusmodi conceptu. ζφαντασία, ὑπόνοια. Ital. *Imaginatione.* Gal. *Imagination.* Hisp. *Obra de imaginar, imaginamento.* ζ vt, Imaginationes libidinum, apud Plinium lib. 10. cap. 7. ¶ Imaginabile, Quod mente concipi potest. ἐπίνοητον.

Imaginatus, a. um. Quod est ad alicuius imaginem factum. ζεἰκονισμένος. Ital. *Fatto ad imagine d'alcuno.* Gal. *Imagine, fait à la semblance ou image de quelqu'vn.* Hisp. *Imaginado ò fingido, hecho ala imagen de alguno.* ζ Lactantius lib. 15, Sed terram digitis suis imaginatam metuant & adorent.

IMANTOPODES, penultima correpta, ἱμαντόποδες. Populi in Aethiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est: hoc est, vt Solinus interpretatur, cui flexis crurum nexibus ingrediuntur. ἱμὰς enim Græci lorum dicunt. De his Plinius lib. 5. cap. 8. ¶ Sunt & aues quædam imantopodes dictæ ex argumento pedum, quasi loripedes, quòd habent crura prælta. Plinius lib. 10. cap. 47, Laudatissimi porphyriones in Comagene: rostra iis, & prælonga crura rubent. Hæc quidem & imantopodi multo minori, quanquam eadem crurum altitudine. Nascitur in Aegypto: insistit ternis digitis. Quo tamen in loco Plinij, quidam hæmatopodi legere malunt, vt potius à sanguineo crurum colore, quam ab eorundem longitudine dicta sit. Vide suprà Hæmatopodes.

IMAVS, pen. prod. ἴμαος. Caucasi montis pars, Indiam à Scythia diriments, Scythiámque ipsam in duas secans partes, quarum altera, Scythia intra Imaum: altera, Scythia extra Imaum appellatur. Vide Plin. lib. 6. cap. 17, & Ptolemæum Asiæ Tabula 9.

IMBAROS, ἴμβαρος, Sami insulæ fluuius est apud Plinium lib. 5. cap. 37.

Imbecillis, & hoc imbecille. & Imbecillus, a, um, Debilis, languidus, infirmus: quasi bacillo destitutus: quæ firmioribus plantis, quæ citra bacilli adminiculum vix possunt subsistere. ζἀσθενὴς. Ital. *Debole, languido.* Gal. *Imbecille, foible, debile, lasche.* Hispa. *Debil y flaco.* ζ Plinius in Panegyr. Quis enim est tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem Consulem speret, quanto sæpius fuerit? Cicero de Amic. Vt si parẽtibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo, vel fortuna: eorum augeant opes, eisque honori sint, & dignitati. Horat. 2. Serm. Imbecillus, iners: siquid vis, adde, popino. Cice. de Amic. Imbecilla enim humana natura est ad contemnendam potentiam, &c. Plin. in Epist. Sed hæc fœlicitas tetræ, imbecillis cultoribus fatigatur.

Imbecillitas, tis, Debilitas, infirmitas, defatigatio: & tam ad animũ quàm ad corpus refertur, sicut & Imbecillus. ζἀσθενεία, ἀδυναμία. Ital. *Debolezza, infirmità.* Gal. *Imbecillité, foiblesse, debilité, lascheté.* Hispa. *Flaqueza ò impotencia.* ζ Cicero de Amic. Sæpissimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud consyderandum videri solet, num propter imbecillitatem atq; inopiam desideranda sit amicitia. Imbecillitas materiæ morum, Cæsar 2. bel. Ciuil. Imbecillitas consilij. Cicero 1. Offic. Imbecillitas ætatis, Cicero ad Brutum.

Imbecilliter, aduerbium. Debiliter, & remissè, ac languidè. ζἀδυνάτως. Ital. *Debolmente, fiebolmente.* Gal. *Debilement, foiblement, laschement.* Hispa. *Flacamente.* ζ Cice. 4. Acad. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hisque quæ videntur, imbecillius assentiuntur. Idem 5. Tusc. Qui imbecillius horrent dolorem & reformidant.

Imbellis, & hoc imbelle, Timidus, ignauus, quasi bello parum aptus. ζἀπόλεμος, ἄμαχος, ἀνανδρος. Ital. *Inetto alla guerra, timido.* Gal. *Couard, lasche en bataille, debile.* Hispa. *Flaco para poder pelear, indispuesto para batallar.* ζ Cicero 1. Offic. Nunquam periculi fuga committendum est vt timidi imbellésque videamur. Ouid. in Epist. Tres sumus imbelles numero, sine viribus vxor, Laertésque senex, Telemachúsque puer. Imbellis, inermisque fœminarum turba. Liuius 8. bel. Pun. & 2. bel. Maced. Imbelle telum. Virgil. 2. Aene. Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu Cõiecit. Imbelles damę, Martia. lib. 13. Imbellis cithara, hoc est, molle

quiddam

quiddam & effœminatum resonans, & à Martio tubæ strepitu plurimùm distans.

Imbellia,iæ, Ignauia, inertia, & belli imperitia. ἀνανδρία. Ital. *Viltà, poca sperenza a di combattere.* Gal. *Couardise en guerre, debilité & faute de courage.* Hispa. *Flaqueza para pelear.* } Macro.lib.3.Satur. Tũc Pœnus eludens ignauiam, imbelliámque militum eius pretiosè armatorum, Planè, inquit, satis esse credo Romanis hæc, etsi auariſſimi sunt.

Imber, bris, generis masc.in ablatiuo imbre, vel imbri. ὄμβρος. Ital. *Pioggia, pioua.* Gal. *Pluye.* Hisp. *El agua llouia, llouia.* } Virgil.4.Aeneid. –& ventis pulsatur & imbri. Lucretius, Ex igni terráque animæ nascuntur & imbre. Est autem imber (vt Apul.lib.de Mũdo inquit) agmen aquarum largius ex concretis effusum nubibus: nimbus verò repentina, & vehementior pluuia: quæ quanto est improuisior, tanto est præcipitatior, & breuiore astringitur casu. Virgil. 1. Georg. Maximus asperitatis, & breuiore astringitur casu. Virgil. 1. Georg. Maximus agricolis, pelagóque parabitur imber. Plautus in Mostel. Venit imber, laduat parietes, perpluunt tigua. Terentius in Eunuc. Quo pacto Danae missile aiunt quondam in gremium imbrem aureum. Virgil. libro 4. Georg. –ipse feraces Figat humo plantas, & amicos irriget imbres. ¶ Per translationem pro quouis humore aqueo accipitur. Virgil. lib. 1. Aeneid. pro aqua marina accepit, quum ait, Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. ¶ Imber pro lachrymarum effusione. Ouid. 3. Amor. Eleg. 5, Spargebat tepido flebilis imbre sinus. ¶ Lactis, lapidũ, sanguinis, & terræ imber, Cic. 1. de Diui. Ferreus imber, Virgil. 12. Aeneid. Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber. ¶ Sunt tamen qui hoc nomẽ cum h & y scribant, quod à Græco verbo ὕειν, quod est pluere, deduci arbitrentur: vnde & hyemem dictam esse suprà ostendimus. Verisimilius tamen videtur à Græco ἔμβρος deriuari, quod nobis imbrem sonat. Sine aspiratione autem scribi debere ex compositis apparet, quæ sunt September, October. Nouember, & December.

Imbricus, ca, cum, Pluuiosus, & imbres ferens, aut generans. ὁμβροφόρος. Ital. *Piouoso.* Gal. *Pluuieux.* Hisp. *Llunioso.* } Plaut. in Merca. Hic Faunius serenus est, hic Auster imbricus: Hic facit tranquilitatem, iste omnes fluctus concier.

Imbrifer, ra, rum, penult. corr. Pluuius, pluuias afferens. ὁμβροφόρος. Ital. *Che apporta pioua.* Gal. *Qui apporte ou ameine la pluye, plurieux.* Hisp. *Cosa que trae agua llouia.* } vt. Auster imbrifer, Cælum imbriferum. Colu. lib. 5. cap. 5. Hoc ego siccis locis fieri vtiliter non negauerim: sed vbi aut vliginosa regio est, aut exili sunt imbriferi, minimè faciendum censeo. Virg. 1. Georg. Vel quum ruet imbriferum ver.

Imberbis, & hoc imberbe, Quod nõ est barbatum. ἀγένειος, ἀμύστακος. Ital. *senza barba, sbarbato.* Gal. *Qui n'a point de barbe.* Hisp. *Lo que no tiene barba.* } Horat. de Arte, Vel quia turpe putant parêre minoribus, & quod Imberbes didicere, senes perdẽda fateri. Ciceto pro Domo sua, Quæ maior calumnia est, quàm venire imberbem adolescentulum, &c. Idem 1. de Natu. deo. Isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.

Imbibo, is, pen. corr. Idem ferè quod bibo, vel humorem attraho, & in me recipio. ἐμπίνω. Ital. *Beuere.* Gal. *Boire, emboire.* Hispa. *Embeuer en si.* } Plin. lib. 20. cap. 14, Imbibitur ad serpentium ictus decoctum. Idem lib. 24. cap. 15, Radix eius imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi. ¶ Imbibere item per metaphoram apprehendere significat. ἐπιλαμβάνω, σὺν πολλῇ σπουδῇ. Ital. *Apprehendere.* Gal. *Prendre, concevoir.* Hisp. *Prender.* } Cic. 2. Verrina, An iste vnquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Liuius lib. 2. ab Vrbe, Nec vlla vi domari poterat, tantum certamen animis imbiberat.

IMBRASVS, ἴμβρασος, Sami insulæ fluuius est, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

IMBRIVS, per duas syllabas, Nomen vnius ex Centauris, apud Ouidium lib. 12. Metam. At non Eurynomus, Lycidásque, & Araeus, & Imbreus, Effugere necem.

Imbrex, icis, pen. corr. Canalis est, vel tegula curua & oborta, per quam imber defluit. στρόβιλος. Ital. *Embrice, coppa, tegola da coprire le case.* Gal. *Tuille creuse & à demi ronde.* Hispa. *La teja ò canal del tejado.* } Plautus in Milite, Quòd meas confregisti imbrices & tegulas, Ibi dum condignam te sectaris simiam. Sisenna lib. 3. Hist. Dissipatis imbricum fragminibus, ac testis tegularum. Ex quibus locis constat, imbrices genus esse tegularum incuruum ex opere figlino, quo etiam hodie in plerisque locis vtimur ad arcendum imbrem. Vnde imbricata tecta appellamus, quæ ex imbricibus sunt confecta. Vide infrà.

Imbricatus, a, um, Imbricis modo incuruatus, imbricum figurã referens. στρωλωτός. Ital. *Che ha figura d'embrice, fatto à forma di tegole.* Gal. *A demi rond comme tuille d'esgouts.* Hisp. *Cosa canalada con canales.* } Plin. lib. 11. cap. 1, Supernè tantùm imbricatis flexibilibus vertebris. Vitruuius lib. 2, Inferta verò cæmenta, alia super alia sedentia, inter se imbricata, non speciosam, sed firmiorem, quàm reticulata, præstant structuram. Quo in loco vocat Imbricata cæmenta, quæ imbricum in morem inter se ligata sunt & composita. Budæus.

Imbricatim, aduerbium, Imbricum modo. στρογγύλως, κεκλασμένως. Ital. *A foggia di tegole.* Gal. *A la façon de tuilles des esgouts.* Hisp. *Como à canales.* } Plin. lib. 9. cap. 34, Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata.

IMBRVS, ἴμβρος. Insula Thraciæ adiacens, Mercurio sacra, cum oppido eiusdem nominis. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Imbulbitare, Est puerili stercore inquinare. βολβιτίζω. ¶ Imbubinare autem est menstruo mulierum sanguine polluere. Lucilius apud Nonium, Hæc te imbubinat: at hic contrà te imbulbitat. Deductum autem est imbulbitare à Græco βόλβιτι: quo nomine fimus vel stercus significatur.

Imbuo, is, bui, butũ, Liquore, vel odore aliquid inficio, & (vt ita dicam) imbibere facio. ἐμβάπτω, ἐμβάπτομαι. Ital. *Tingere, empire, immergere.* Gal. *A breuer de quelque liqueur.* Hisp. *Embeuer ò empapar à beuclur.* } Habétque ferè præter accusatiuum, etiam ablatiuum eius rei qua quid imbuitur. Colum. lib. 10. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt insistentes apes, quasi per syphonem succum euocent. Horatius lib. 1. Epist. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu. Cic. 14. Philip. Imbuti sanguine gladij, p. c. legionum, exercituúmque nostrorum, vel madefacti potius duorum Consulum. ¶ Per translationem sumitur pro initiare, instituere, erudire: vnde imbutum literis, imbutum bonis moribus, dicimus, id est præditum, & ornatum ac perfusum. Imbutum vitiis, hoc est inquinatum. Sallustius, Auaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi malis venenis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat. Cic. lib. 1. Offic. Plerunque autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem morésque deducimur. Gellius, Patinam fermento imbutam, id est conditam. ¶ Aliquando prætermittitur ablatiuus. Cato de Re rustica, Dolia olearia noua sic imbuito, amurca impleto. id est infundito, vel illinito. Virgil. 1. Aeglo. –illius aram Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. id est insperget, vel inficiet suo sanguine.

Imitor, aris, penult. corr. Aliorum exempla sequor. μιμοῦμαι. Ital. *Imitare.* Gal. *Imiter, contrefaire, ressembler.* Hisp. *Remedar, asemejar, conformarse, contrahazer.* } Sed ad mores tantùm, dicta, factáque pertinet. Sequor, & ad corpus, & ad mores spectat. Neque enim refert dixeris, Tu præcedis, ego te imitor: dicimus tamen, Tu sequeris præcepta patris. Plinius in Epistolis. Quam sanè quum componerem, illos habui in manibus, vt non æmularer, (improbum enim ac penè furiosum) sed tamen imitarer & sequerer, quantum id diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ dissimilitudo pateretur. Ciceronis de claris Oratoribus, Quem Cotta cùm verbis, tum sono ipso subrusticò imitabatur. ¶ Imitari chirographum alterius, id est adulterare, Cic. de Natu. deor. Chirographum sex primorum imitatus est. ¶ Imitari, pro simulare. Tacitus lib. 1, Quanquam mœstitiam imitarentur, contumaciæ propiores.

Imitatus, participium passiuè sumptum. κατὰ μίμησιν. Ital. *Contrafatto.* Gal. *Imité, contrefait.* Hisp. *Contrahecho.* } Cicero de Vniuers. Quum autem ingressa est, imitata & efficta simulacra, bene agi putat si similitudinem veri consequatur. ¶ Item imitatus actiuè, μιμητικῶς. Cicero ex Platone, Vtrum imitatus est exemplar fabricator? πότερον ἀτενίσας τὸ παράδειγμα, ἢ πρὸς γένεσιν ἀποβλέπων ἀπεργάζετο:

Imitatio, onis. } μίμησις. Ital. *Imitatione, conformamento.* Gal. *Imitation.* Hispa. *Aquella obra de remedar, remedamiento.* } Cic. 14. Philip. Excellentium ciuium virtutem imitatione dignam, non inuidia, putarent.

Imitator, oris. } μιμητής. Ital. *Imitatore, che contrafa.* Gal. *Imitateur, contrefaiseur.* Hispa. *Remedador.* } Cic. 3. de Leg. Nec enim tantum mali est, peccare principes (quanquam est hoc magnum per seipsum malum) quantum illud, quòd permulti imitatores principum existunt. Martia. lib. 1, Si quis erit recti custos, imitator honesti.

Imitatrix, icis. } ἡ μιμητικὴ, ἡ μιμουμένη. Ital. *Donna che contrafa altrui.* Gal. *Celle qui imite, ensuit & contrefait.* Hisp. *Remedadora.* } Cic. 1. de Legi. Penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas.

Imitabilis, le, Quod quis potest imitari. μιμητός. Ital. *Che si può imitare, imitabile.* Gal. *Qu'a esté mis en imite, aisé à contrefaire.* Hisp. *Cosa que se puede remedar.* } Cic. in Oratore, Nam orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus.

Imitamen, inis, neutri gene. Imitatio. μίμημα. Ital. *Imitatione.* Gal. *Imitation, suite.* Hisp. *Aquella obra de remedar.* } Ouid. 4. Fast. –Priscique imitamina facti, Aera deæ comites, raucáque terga mouent.

Imitamentum, ti, Idem quod imitatio. μίμημα. Ital. *Imitatione, conformamento.* Gal. *Imitation, suite.* Hispa. *Remedamiento.* } Gell. lib. 7. cap. 5. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus, ossa atque vrnam è sepulchro tulit filij: & quasi Orestis amplexus, oppleuit omnia, non simulachris, nec imitamentis, sed luctu atque lamentis veris & spirantibus. Tacitus lib. 13, Cæterùm peractis tristitiæ imitamentis, curiam ingressus, &c. Idem lib. 3, Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lachrymas, vel doloris imitamenta.

Immadeo, es, ere, Madidum esse. ὑγραίνω. Ital. *Essere humido.* Gal. *Estre mouillé.* Hisp. *Mojarse.* } Plin. lib. 17. cap. 5, Et quum à siccitate continua immaduerit imbre, tunc emittit illum suum halitum diuinum ex sole conceptum. Ouid. 5. Trist. Credibile est lachrymis immaduisse genas. Terra immaduit, Idem 6. Metamor.

Immanis, & hoc immane, penult. prod. Significat crudele, ac minimè bonum, nocens, ac ferum. ἄγριος, ἀπάνθρωπος. Ital. *Crudele, fiero, grande oltra misura.* Gal. *Desmesure, cruel.* Hisp. *Cruel, grande, inhumano.* } Virg. 4. Georg. Immanem ante pedes hydrum moritura puella Seruantem ripas alta non vidit in herba. Idem 1. Aeneid. Pygmalion scelere ante alios immanior omnes. Cicc. ad Qu. frarrem, libro 1, Quòd si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus ac barbaris nationibus, &c. Immania saxa, à Virgilio dicuntur pro asperis & horrendis, 1. Aeneid. –tenet ille immania saxa, Vestras Eure domos. ¶ Immane aliquando ponitur pro ingenti, magno, siue immenso. ὑπερμεγέθης, ὑπερμήκης. Virgil. lib. 6. Aeneid. Posuitque immania templa. ¶ Sumitur aliquando immane, pro fœdo. Sic enim interpretatur Nonius illud Accij in Andro. Immane te habet templum obuallatum ossibus. ¶ Immanè, pro immaniter. Sallustius, Immanè quantum animi exarsere.

Immanitas, atis, Sæuitia. ἀνημερία, ἀγριότης. Ital. *Crudelta.* Gal. *Cruauté.* Hisp. *Crueldad.* } Cicc. lib. 1. Offic. Quò detestabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni scelere patriam. ¶ Immanitas pretij, id est magnitudo. Plinius lib. 35. cap. 11, Nec vllius in pictura velocior manus fuit: artis verò tantum, vt immanitate pretij antecelleret celeberrimos eadem ætate imaginum pictores.

Immansuetus, a, um, Asper, indomitus, & mansueto contrarius. ἀνήμερος, ἀνήμερος, ἄγριος. Ital. *Intrattabile, feroce.* Gal. *Intraittable, farouche.* Hisp. *Cosa braua ò non mansa.* } Cic. 1. de Legibus, Ipsíque in hominibus nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret qualem habere Deum deceat, tamẽ habendum sciat. Ouid. 15. Metam. At quibus ingenium est immãsuetum, ferúmque. Idem epist. 17. At tu de rapidis immansuetissimè ventis, Quid mecum certa prælia mente gens?

Immarcesco, is, ere, Corrumpor, putrefio. ἀλφοβύσσομαι, σήπομαι, μαραίνομαι. Ital. *Ammarcirsi.* Gal. *Se flestrir, & faner se pourrir.* Hisp. *Marchitarse.* } Horat. 2. Serm. satyr. 7. Nempe immarcescunt epulæ sine fine petitæ, Illusique pedes vitiosum ferre recusant Corpus. Id est corrumpuntur in stomacho cibi.

Immaturus,

Immaturus,a,um,Non maturus,proprié de fructibus, & frugibus dicitur,quum ante tempus colliguntur.{ἄωρος}.Ital. *Non maturo,acerbo.* Gal. *Qui n'eſt point meur, vert.* Hiſ. *Coſa no madura en ſu tiempo.*} Plin.lib.12.ca.13. Eſt & quæ vocatur amomis,minus venoſa,atq; durior, ac minus odorata:quo apparet,aut aliud eſſe,aut colligi immaturum. ¶ Transfertur & ad alia:vt,Conſilium immaturum,id eſt præcipitatum.Liuius 2.bel. Pun. Se,quæ cõſilia magis res dent hominibus, quàm homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum. Immaturus amor, id eſt intempeſtiuus.Liuius lib. 1.ab Vrbe, Abi hinc cum immaturo amore ad ſponſum,inquit,oblita fratrum mortuorum,viuiſque,oblita patriæ. Immatura mors,qua quis ante cõſtitutum vitæ tempus, & confectam ætatem ſenio,eripitur ac moritur. Cice.2.Philip.Etenim ſi ab hinc annos propè viginti hoc ipſo in templo negaui poſſe mortem immaturam eſſe Conſulari:quanto verius nunc negabo ſenì?

Immaturitas,atis.{ἀωρία. Ital.*Troppo gran fretta.* Gal. *Trop grand auancement deuant le temps & ſaiſon,indene meurté* Hiſp. *No madurez,ò madurez a no en ſu tiempo.*} vt apud Suetonium in Auguſto, Immaturitas ſpõſarum,quæ nondum coniugio aptæ erant. Cic.pro Quintio,Quid hæc feſtinatio, quid hæc immaturitas tanta ſignificat?

Immediatè,aduerbium, ἀμέσως, Citò,ac celeriter.Gell.libro 10.cap.11, Incuriosè, & immediatè, ac propriè etiam ſubruſticè, ex ipſo loco ac tẽpore hybernarũ vigiliarũ,Atticas noctes inſcripſimus. Quo tamẽ in loco crediderim rectius legi poſſe immeditatè,ἀπερισκέπτως,ἀμελῶς.

Immedicabilis,le, Quod medicaminibus non poteſt ſanari.{ἀθεράπευτος, ἀνήκεστος}. Ital.*Che non ſi può medicare.* Gal. *Incurable, qu'on ne peut guarir.* Hiſpa. *Coſa que no ſe puede ſenar.*} Ouidius 2.Metamor.Vtque malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere. Telum immedicabile, Virgilius 12.Aeneid.

Immeio, is,immixi, immictum,immeiere.Budæus.Vlpianus his verbis, De eo qui vrinam facit,morbi genus ſignificauit, quod à Græcis οὐρῆν, dicitur,id eſt immeiere Latinè.

Immemor,immemoris,penult.corr.omnis generis. Qui non meminit. {ἀμνήμων,ἐπιλήσμων}. Ital. *Non memore,non ricordeuole.* Gal. *Non memoratif,qui a oublié.* Hiſpa.*Coſa oluidadiça, que oluida.*} Cicero pro Sylla, Adeóne immemor rerum à me geſtarũ eſſe videor? Terent.Andr. Num immemor es diſcipli? Cice.de cla.Orat.Magna hæc immemoris ingenij ſigna. Idem ad Atticum, In alia incidi, non immemor iſtius mandati tui. Virgil. 9, -meriti tanti non immemor vnquam. ¶ Immemor beneficium, paſſiuè. Terentius in Andr.Iſtæc commemoratio, quaſi exprobatio eſt immemoris beneficì. Vbi Donatus, immemoris beneficij, cuius nemo meminerit.

Immemorabilis,le, Quod commemorari non debet,aut non poteſt.{ἀνεφύητος}. Ital. *Coſa della qualle non ſi deue tener memoria.* Gal. *Indigne de qui on face memoire.* Hiſp.*Coſa que no ſe deue ò puede recordar.*} Plautus Capt.Neq; ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles. Spatium immemorabile, id eſt maximum, Lucretius lib.4.

Immemoratus,ta,tum,adiectiuum, Nõ commemoratus.{ἀμνημόνευτος}. Ital. *Coſa nuoua.* Gal. *Choſe nouuelle de laquelle on n'ouit iamais parler.* Hiſpa. *Coſa nueua.*} Horat.1.Epiſt. -iuuat immemorata ferentem
In genis,oculiſque legi,manibúſque tenere.

Immenſus,ſa,ſum,Quanuis à principio menſus ſit compoſitum,nomen tamen eſt, non principium, idem ſignificans quod valde magnum,& quod menſurari præ magnitudine non poteſt.{ἀμέτρητος. Ital. *Smiſurato,grande.* Gal. *Deſmeſuré, grand outre meſure.* Hiſp.*Coſa ſin medida.*} Cice.1, de Diuin.Obſeruata ſunt hæc tempore imménſo, hoc eſt infinito & vix menſurabili. Idem 1. de Diuin.Poſt Anaximenes aëra deum ſtatuit, eúmque gigni,eſſéque immenſum, & infinitum, & ſemper in motu. Virgil.3. Aeneid.Clamorem immenſum tollit, quo pontus, & omnes intremuere vndæ,penitúſque extertita tellus Italiæ.

Immenſitas,tatis,Infinitas.{ἀμετρία,ἀπειρία. Ital.*Infinità.* Gal.*Grandeur,longueur,ou largeur demeſurée.* Hiſp.*Infinidad,ſin medida.*} Cic.1.de Natu.deor. In hac igitur immenſitate latitudinum,longitudinum,altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. Idem 2. de Natu.deor. Saxorum aſperitates,impendentium montium altitudines, immenſitatéſque camporum,&c.

Immeo,as,are,Idem quod Meare,niſi aliquid addat præpoſitio. {ἔρχομαι, εἰσβαίνω,εἰσάρχομαι. Ital.*Intrare,andar dentro.* Gal.*Entrer,aller dedans.* Hiſp.*Entrar,ir adentro.*} Plinius lib.8. cap.25, Itaq; & Delphini immeantes Nilo,quorum dorſum,&c.

Immeans,particip. Plin.lib.11. cap.39. Setas ſuum obſtare tenuitati immeantis ſpiritus.

Immerens,Innocẽs,qui nihil commeruit.{ἀνεπίληπτος. Ital.*Chi non ha meritato.* Gal.*N'ayant point merité ny deſerui.* Hiſp.*Coſa que no la mereſce.*} Sueto. in Tito,Muſtum queſtus,eripi ſibi vitam immerenti. Plinius Epiſto.9, Honeſtiſſimũ credidi non premere immerentem.Horat.2. Carm.Ode 13, Te triſte lignum,te caducum In domini caput immerentis.

Immerenter,aduerbium, Præter meritum.{ἀδίκως. Ital.*Immeritamente, à torto,* Gal.*A tort,ſans l'auoir merité.* Hiſp.*No merecciendolo.*} Valer.lib.6.ca. 1, Inſerit ſe tantis vitiis mulier alienigeni ſanguinis, quæ à Philippo Rege temulento immerenter damnata, Prouocarem,inquit,ad Philippum,ſed ſobrium.

Immeritus,a,um,Qui nihil cõmeruit. {ἀβάσκητος,ἀνεπίληπτος. Ital.*Che non ha meritato.* Gal.*Qui ne l'a point merité ne deſerui.* Hiſp.*Indigno ò ſin mereſcimiento, ò que no mereſce.*} Virgil.3. Aeneid.Poſtquam res Aſiæ,Priamique euertere gentem Immeritã viſum ſuperis. ¶ Hinc deducitur ſuperlatiuum Immeritiſſimus,& aduerbium Immeritò,hoc eſt præter meritum. ἀδίκως. Terencius Phorm.Iandudum te omnes nos accuſare audio Immerito,& me omnium immeritiſſimo.

Immergo,is,immerſi,merſum,ere,Intingo.{ἐμβάπτω.Ital.*Bagnare,immergere.*Gal.*Plonger,mettre auant dedans.* Hiſp.*ſabullir ò anegar.*} vt,Immergere panem aceto. ¶ Interdum idem quod ſubmergo. καταδύω. Virgil.3.Aeneid. -vaſtóque immergite ponto. Liuius 5.bel.Pun.Et eo impenſius, quo auidius ex inſolentia in eas ſe immerſerant.

Immerſabilis,ile,Quod mergi nõ poteſt.{ἀβύθιστος}.Ital.*Che non può eſſere ſommerſo.*Gal.*Qu'on ne ſauroit ſumerger ou noyer.* Hiſp.*Coſa que no puede anegarſe.*} Per tranſlationẽ ſumitur pro forti,firmo,& erecto, quique nullis aduerſarum rerum fluctibus mergi poteſt. Horat.1.Epiſt.de Vlyſſe.

Et mores hominum inſpexit,latúmque per æquor,
Dum ſibi,dum ſociis reditum parat,aſpera multa
Pertulit,aduerſis rerum immerſabilis vndis.

Immetatus,penult.prod. Non metatus. {ἀόριστος, ἀπερίγραφος, ἀδιόριστος. Ital.*Non limitato,ſenza confine.* Gal.*Qui n'eſt point meſuré, ne limité, ne borné.* Hiſp.*No deſlindado.*} Horat.3.Carm Ode 24.Viuũt & rigidi Getæ, Immetata quibus iugera,&c.

Immigro,as,are, In domum aliquam habitandi gratia ſe conferre. {μετοικίζομαι,μετοικέω. Ital.*Andare ad habitare.* Gal.*Aller loger ou habiter.* Hiſ. *Mudar caſa à otro lugar.*} Plautus in Moſtel.Poſteaquam immigrauì in ingenium meum, perdidi operam fabrorum Illico. Id eſt,pro animi ſententia vixi. Cicero 13. Philip. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit. Idem 1. Tuſcul.Neque ea planè videt animus, quum repentè in tam inſolitum, tàmque perturbatum domicilium immigrauit.

Immineo,nes,penult.corr.Significat inſto,impendeo. {ἐπίκειμαι,ἐπανίστημι. Ital.*Soprastare.* Gal.*Pencher deſſus, eſtre pres de tomber deſſus.* Hiſp.*Sobre eſtar ò ſobre pareſcer.*} Cic.1.Tuſc.Mors propter incertos caſus quotidie imminet. Liu.2. ab Vrbe, Quum haud cuiquam in dubio eſſet bellum ab Tarquiniis imminere,id quidé ſpe omnium ſerius foit. ¶ Imminere exitio alterius,eſt vigilare,& inſidiari ad inferendum alteri exitiũ, ἐφίστασθαι. Ouid.lib.1.Meta.Imminet exitio vir coniugis,illa mariti.

Imminuo,is,ere, Attenuare, diminuere. {ἐλαττῶ. Ital.*Menomare, ſcemare,* Gal.*Apetiſſer, diminuer, amoindrir.* Hiſpa.*Amenguar ò disminuir.*} Cicero 4. Acade.Ac vereor interdum ne talium perſonarum quum amplificare velim, imminuam etiam gloriam. Plautus Ciſtel.Neque pudicitiam meam mihi alius imminuit quiſquam. Ouidius in Epiſto. Sapphûs, Poſtquàm ſe dolor imminuit, nec pectora plangi. Nec puduit ſcitiis exululare comis. Cice.Atti.lib.1,Dolor acceſſit bonis viris,virtus non eſt imminuta.

Imminutio,verbale.{ἐλάττωσις.Ital.*Diminutione ſcemamento.* Gal. *Diminution, apetiſſement, amoindriſſement.* Hiſp. *Obra de amenguar, amenguamiento.*} Cice. Pulchro,lib.3, Sine illa imminutione dignitatis.

Immiſceo,es,ere, Admiſceo. {ἐμμίγνυμι. Ital.*Meſcolare.* Gal.*Meſler parmi.* Hiſp.*Mezclar en vno.*} Liu.3. ab Vrbe,Et immiſti turbæ militum togati, &c. Idem 5,ab Vrbe,Faliſci propria etiam cauſa infeſti,quòd Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerant.Virgil.11.Aene.Contentúſque fuga, mediis ſe immiſcuit armis.Ouid.7.Metam. -ſummis immiſcuit ima.

Immiſerabilis,le,Qui nullius miſericordia ſubleuatur.{ἀνοικτίρμων,ὁ οὐκ ἀνάξιος}. Ital. *Di cui niuno ha miſericordia.* Gal.*Indigne de miſericorde,de qui on ne doit auoir pitié,ne compaſſion.* Hiſp.*Al que non ſe haze miſericordia.*} Horat. 3.Carmen.Ode 5, Si non periret immiſerabilis Captiua pubes.

Immiſericors,is,Immitis,quaſi ſine miſericordia.{ἀνελεήμων.Ital.*Che non ha miſericordia,non miſericordioſo.* Gal. *Immiſericordieux,qui n'a ne pitié ne miſericorde.* Hiſp.*Coſa ſin miſericordia.*} Cice.2.de Inuent.Ipſum immiſericordem,ſuperbum fuiſſe.

Immiſericorditer,aduerbium. {ἀνελεῶς, ἀνοικτίρμονος, ἀνοικτιρμόνως, ἀνελεημόνως. Ital. *Senza pieta & miſericordia.* Gal. *Immiſericordieuſement, ſans pitie ne miſericorde.* Hiſpa. *Sin miſericordia.*} Terentius Adelpho. -factum à vobis duriter. Immiſericorditérque.

Immitis,penult.produ.Aſper,crudelis. {ἀμείλικτος,ἄγριος}. Ital.*Crudele, ſenza miſericordia.* Gal.*Sans douleeur, rebelle,rude,cruel.* Hiſpa.*Coſa cruel y ſin miſericordia.*} vt, Virgil.1. Aeneid.Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achilli. ¶ Accipitur nonnunquam pro acerbo,& immaturo, ἄωρος, προφθὰς. vt Immitia poma, apud Plinium libro 15. Immite pelagus, id eſt procelloſum, & inquietum. Apule.Erat enim turbidum, atque immite pelagus.

Immitto,tis, Inſero,intromitto.{ἐμβάλλω,εἰσφυσῶ,ἐπιφίημι. Ital.*Mettere dentro.* Gal.*Mettre dedans.* Hiſp.*Meter adentro.*} Plinius in Epiſt.Dices immiſſa terris noua flumina. Ouid.5 Meta. Illic & lentum filis immittitur autum. Idem in Epiſt.Phylli. Hinc mihi ſuppoſitas immittere corpus in vndas Mens fuit.Virgil.lib.9.Aene. Rumpere clauſtra manu,ſociósque immittere portis. Cicero pro Seſtio, Sernique & egẽtes in tecta noſtra cum facibus immiſſi. Idem 6. Verr. Eóne tu ſeruos ad ſpoliandum fanum immittere auſus es? Immiſſa barba,pro prominẽti & prolixa.κατηφὴς. Virg.3.Aene.Reſpicio,dira illuuies,immiſſáque barba. ¶ Accipitur etiam immittere pro eo quod vulgò dicimus *ſubornare.* Salluſt.in Catil.Alij Tarquinium à Cicerone immiſſum aiebant, ne Craſſus ſuſcepto malorum patrocinio Remp.turbaret.

Immiſſio,verbale.{ἔνεσις,ἔμφυσις. Ital.*Eſſa mettere dentro.*Gal.*Ennoy,laſchement.* Hiſp. *Aquella obra de meter adentro.*} Cice.de Senectu.Sarmentorúmque ea quam dixi aliorum amputatio,& aliorum immiſſio.

Immiſſum,ſi,ἐμβολιδίον.Differt à proiecto(vt Iabolenus de verborum ſignificatione inquit)vt proiectum dicatur,quod ita prouehitur,& extenditur ex aliquo ædificio,vt nuſquam quieſcat:qualia ſunt mœniana & ſuggrundia: immiſſum verò quod ex noſtro ædificio protenſum,in alieno recumbit: vt ſunt tigna, & trabes quæ ex noſtro pariete in parietem vicini immittimus.

Immobilis,le, Quod moueri non poteſt. {ἀκίνητος}.Ital. *Immobile.* Gal, *Immobile,immeuble,qui ne ſe peut mouuoir.* Hiſp.*Lo que no ſe puede mouer.*} Plinius lib.11,cap.37, Aures homini tantùm immobiles. Virgil.7.Aene. -ſolóque immobilis hæret Intentos voluens oculos. Ouidius 13, Metamor.Scopulis immobilior.

Immoderatus,a,um, Intemperans, vel nimius in re aliqua. {ἄμετρος}. Ital *Immoderato, non temperato.* Gal. *Deſreiglé, deſmeſuré.* Hiſpa.*Deſtemplado, deſmeſurado.*} Cice.ad Attic.lib 13, Alexandrum,poſtquam Rex appellatus ſit,ſuperbum,crudelem,immoderatum fuiſſe. Idem pro Sex. Roſcio, Ventis vehementioribus,aut immoderatis tempeſtatibus,aut nimio calore,&c.

Immoderatio,nis. {ἀμετρία.Ital.*Immoderatione, ſmiſuramento.* Gal. *Deſreiglement,deſarroy,deſmeruſement.* Hiſp.*Deſtemplança.*} Cicero pro Sylla, Interdum efferatur immoderatione verborum.

Immoderatè, aduerbium,Immodicè,extra modum. {ἀμέτρως, ἀκανόνως. Ital.*Immoderatamente.* Gal.*Immoderement,deſreiglement,deſmeſurement.*Hiſp. *Deſtempladamente.*} Cic.1.Tuſcul.An temperantia ſinet te immoderatè facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere quicquam?

Immodestus,a,um,Immoderatus,non temperatus. {ἀμέτρος. Ital. *Immodesto.* Gal. *Desreiglé, desmesuré, desbordé.* Hispa. *No templado.* } Terentius Heaut. Vel heri in conuiuio quàm immodestus fuisti. Cicero 1. Offic. Ipsúmque genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum, & facetum esse debet.

Immodestia,stiæ,Intemperantia,immoderatio. {ἀμετρία. Ital. *Immodestia.* Gal. *Immodestie, desreiglement, desordre.* Hisp. *Destemplanza.* } Plautus Mercat. Sed amori accedũt etiam vltra hæc quæ diximus, Incogitantia, excors immodestia, petulantia, cupiditas, &c.

Immodestè,aduerbium,Immoderatè. {ἀμέτρως. Ital. *Immodestamente.* Gal. *Immodestement, desreiglement.* Hisp. *Destempladamente.* } Plautus Pœn. -cur ego apud te mentiar? Amo immodestè.

Immodicus,a,um,Nimius. {ὑπερμέτρος. Ital. *Fuor di misura, smisurato.* Gal. *Qui ne garde point mesure, desreiglé.* Hil. *Desmedido, desconcertado.* } Colum. lib. 1. cap. 3. Suáque lege C. Licinius damnatus est, quòd agri modum, quẽ in magistratu rogatione tribunitia promulgauerat, immodica possidẽdi libidine transcendisset. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1, Cũcta sed immodicum tempora frigus habent. Idem 1. de Ponto, eleg. 5,

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:
Immodicus contrà capit vtrunque labor.

Immodicè,aduerbium, Nimis, immoderatè. {ὑπερμέτρως. Ital. *Smisuratamente.* Gal. *Excessiuement, par trop.* Hisp. *Destempladamente, sin medida.* } Columm. lib. 2. cap. 16, Magisque conducere agricolæ frequenter id potius quàm immodicè facere. Immodicè ferre aliquem casum, pro immoderatè. Cicc. 4. Tusc.

Immodulatus,a,um, Non modulatus, vel parum bene modulatus: vt, Poëmata immodulata. {οὐκ ἐμμελὴς, οὐκ εὐμελὴς. Ital. *Non fatto con ragione de versi.* Gal. *Qui n'est pas fait par mesure, mal sonnant.* Hispa. *No hecho con medida.* } Horat. in Arte poët Non quiuis videt immodulata poëmata.

Immolitus, penult. prod. Idem quod ædificatus. {οἰκοδόμητος. Ital. *Edificato.* Gal. *Edifié.* Hispa. *Edificado.* } Liu. 1. bel. Maced. Aquam publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt: & quæ loca publica inædificata, immolitáve priuati habebant, intra dies triginta demoliti sunt.

Immolo,las,penult. corr. Sacrifico. quod verbum tractum est à consuetudine sacrificantium, qui victimis iam mactandis molam salsam soletabant inspergere. {θύω. Ital. *Sacrificare.* Gal. *Immoler, sacrifier.* Hisp. *Sacrificar.* } Festus, Immolare, est mola, id est farre molito, & sale hostiam fusam sacrificare. Cicc. 2. de Diuin. Quid quum pluribus diis immolatur, quí tandem euenit, vt litetur aliis, aliis nõ litetur? Horatius Epod. 5, Libidinosus immolabitur caper. Et agna tempestatibus. Cicero pro Fonteio, Consuetudo hominum immolandorum apud Gallos. ¶ Accipitur aliquando pro occido, quemadmodum & macto. Virgil. 12. Aeneid. -Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat, & pœnas scelerato ex sanguine sumit.

Immolatio,verb. {θυσία, σφαγὴ, τὸ θῦμα. Ital. *Sacrificio.* Gal. *Sacrifice.* Hisp. *Sacrificio.* } Cicer. 1. de Diuinat. Immolationis tempus.

Immolator,oris, Qui immolat & sacrificat. {θύτης, σφαγεύς. Ital. *Sacrificatore.* Gal. *Sacrificateur.* Hisp. *Sacrificador.* } Cicero 1. de Diuin. Hæc decessio capitis, aut accessio subitóne fieri potest, vt se exta ad immolatoris fortunam accommodent?

Immorior,eris, In re aliqua morior. {ἀναπόθνῃσκω. Ital. *Morire sopra qualche cosa.* Gal. *Mourir dedans ou sur quelque chose.* Hisp. *Morir sobre algo.* } Plin. lib. 29. cap. 4, Nam quum immortuus est in vino, faciem eorum qui biberint, lentigine obducit. Ouid. 2. de Ponto, Fortiter Euxinis immorimur aquis. Sic immori hastæ, apud Valerium Flaccũ, lib. 6. Argon. Immori studio alicui, hyperbolica locutio, pro eo quod est tam pertinaciter ei incumbere, vt sola morte quis videatur ab eo posse diuelli. Horat. 1, Epist. 6, Immoritur studiis, & amore senescit habendi.

Immoror,raris,pen. corr. immorari, Moram trahere. {μέλλω. Ital. *Dimorare, indugiare.* Gal. *Sejourner, retarder.* Hispa. *Tardar.* } Colum. lib. 8. cap. 5, Incubantibus autem gallinis, iuxtà ponendus est cibus, vt saturæ studiosius nidis immorentur. Quintil. libro 2. cap. 16, Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit vita: & (ne terrenis immorer) Solem, lunamque, præcipua syderum, aliquando etiam nocere?

Immortalitas,tatis, Sempiterna viuendi perseueratio {ἀθανασία. Ital. *Immortalità, eternità.* Gal. *Immortalité.* Hisp. *Immortalidad, aquella condicion de no morir.* } Cicc. de Amicitia, Nisi enim (quod ille minimè putabat) immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optaret? Terent. in Andria, -nam mihi immortalitas Patta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cicc. 1. de Natu. deor. Cedit nulla re, nisi immortalitate, cœlestibus beata vita.

Immortalis,le, Qui perpetuò viuit, nũquam moriturus. {ἀθάνατος. Ital. *Immortale, perpetuo, eterno.* Gal. *Immortel, qui ne meurt jamais.* Hisp. *Immortal, que no puede morir.* } Plaut. in Trinum. Elio, tua vxor quid agit? M. Immortalis est, Viuit, victúraque est. Terent. in Eunucho, Dij immortales, homo homini quid præstat? Immortalis memoria, Cicero pro Cornelio Bal. Immortalia facinora, immortalia opera, quæ nullo tempore sunt intermoritura. Plaut. in Mostel. -quid mihi fiet tertio, Qui solus facio facinora immortalia? Liu. 1. ab Vrbe, His immortalibus editis operibus, quum ad recensendum exercitum concionem in campo ad Capræ paludem habere, &c.

Immortalè, Pro immortaliter: vt, Flos immortalè virens, apud Valerium Flaccum lib. 7. Argon.

Immortaliter,aduerbium, Perpetuò. {ἀθανατίως, ἀϊδίως. Ital. *Perpetuamente, eternamente.* Gal. *Immortellement, ayamais.* Hisp. *Immortalmente, perpetuamente.* } Cic. ad Qu. fratrem, Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immotus,a,um, à moueo, Quod non mouetur. {ἀκίνητος. Ital. *Immoto.* Gal. *Ferme, stable, qui n'est point remué.* Hisp. *Cosa firme y no mouible.* } Plin. lib. 8. cap. 16, Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures: nanque & has notas generosissimo cuique natura tribuit: immota ergo placidus, clemens, blandientique similis: quod rarum est: crebrior enim iracundia eius. Virg. lib. 3. Georg. Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tacta Vipera delituit. Idem 4. Aeneid. Mens immota manet.

Immulgeo,es, Lac ex vberibus in rem aliquam exprimo. {ἐκθηλάζω. Ital. *Mulgere.* Gal. *Traire ou tirer le laict a' vne mamelle.* Hisp. *Ordeñar leche.* } Plin. lib. 11. cap. 39. Fabulosum arbitror de strigibus, verba eas infantium labris immulgere. Virg. 15. Aenei. -& lacte ferino Nutribat, teneris immulgens hubera labris.

Immugio,gis, immugiui. & immugij, immugitũ, immugire, Idem quod mugio. {μυκάομαι. Ital. *Muggire.* Gal. *Murler, bugler.* Hisp. *Bramar el buey ò mugio.* } Virgil. 1. Aenei. -Cuiusque immugiit Aetna cauernis. Item 11. Aenei. -mœstóque immugit regia luctu

Immundus,a,um, Impurus, impolitus. {ἀκάθαρτος. Ital. *Immondo, lordo.* Gal. *Ord & sale.* Hisp. *Cosa suzia.* } Terent. Heautont. Ea texebat vnà, pannis obsita, Neglecta, immunda illuuie. Virgi. 3. Aeneid. -contactúque omnia fœdant Immundo. Idem 5. Aene. -sed pronus in ipso Cõcidit, immundóque fimo sacróque cruore.

Immunis,ne, pen. prod. Qui est liber ab onere publico, qui nullo fungitur officio, qui vel ætate, vel alio priuilegio præstare munia non tenetur. {ἀτελὴς. Ital. *Esente, franco dalle communi grauezze.* Gal. *Exempt de faire aucune charge, franc.* Hisp. *Cosa exempta ò priuilegiada.* } Cicc. pro Fonteio, Falsum est, ob vacationem pretium fũ datum, quum immunis nemo fuerit. Idem 5. Verg. Quinque præterea sine fœdere immunes ciuitates ac liberæ, Centuripina, Halesina, &c. Immunes agros, liberóque; arare, Cic. 4. Ver. ¶ Immunis, pro otioso, pigro. Cicc. de Amicitia, Non est re, Cic. 4. Ver. ¶ Immunis, pro otioso, pigro. Cicc. de Amicitia, Non est humana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos vniuersos tueri, eísque optimè consulere soleat. Virg. lib. 4. Geor. Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. ¶ Immunis cum genitiuo. Ouid. 3. Meta. Nullum passa iugum, curuique immunis aratri. Virg. 12. Aenei. aspicit vrbem Immunem tanti belli, atque impunè, quietam. Legitur aliquando & cum ablatiuo. Liu. 1. ab Vrbe, In de vna centuria facta est immunis militia.

Immunitas,tatis. Exemptio, & vacatio munerum. & onerũ. {ἀτέλεια. Ital. *Immunità, esentione.* Gal. *Exẽption de faire aucune choſe, franchiſe.* Hisp. *Aquella exempcion libertad, priuilegio.* } Cic. 2. Philip. Nequa post Idus Martias immunitatis tabula, néve cuiusquã beneficij figeretur. Idem ad Caſſium, Epist. lib. 12. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. Plin. Paneg. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modò reductus esset in patris potestatem.

Immunitus,a,um, Non munitus. {ἀτείχιστος. Ital. *Non fornito, non fortificato.* Gal. *Qui n'est point fortifié ne garni.* Hisp. *Cosa no fortalecida.* } Est autem cognomen, non participium, quum immunio non dicatur. Cic. pro Cecinna, Si via sit immunita, iubet, quà velit, agere iumentũ. Liu. 2. bel. Pun. Edictóque proposito, vt quibus oppida, castellàque immunita essent, in loca tuta commigrarent. Vrbs immunita, Ouidius 10. Metam.

Immunificus,a,um, Auarus, sordidus, tenax, illiberalis. {ἀνελεύθερος, Ital. *Non liberale.* Gal. *Qui n'est point liberal, eſcharz.* Hisp. *Cosa no franca ni liberal.* } Plaut. in Trinum. Ciui immunifico scis, quid cantari solet, Quod habes, ne habeas.

Immurmuro,as,are, {ἐμμορμύρω, ἐπιβομβέω, τριζω. Ital. *Mormorare.* Gal. *Murmurer.* Hisp. *Murmurar.* } Vt, Agmen totũ immurmurat, Ouid. 3. Metamorph. Sub lingua immurmurare aliquid, Pers. Saty. 2. Syluis immurat Auster. Virg. 4. Georg.

Immusculus,li, Auis est, autore Festo, quam alij regulum, alij offifragam dicunt. videtur tamen apud Festum legendum esse immissulus, cuius auis meminit Plinius, lib. 10. cap. 7, inter genera aquilarum. Vide ea quæ annotauimus in dictione IMMVSTVLVS.

Immussulus, siue immissulus. Ales ex genere aquilarum est (inquit Festus) sed minorum vitium quàm aquila: quæ volucris raró, & non feré, præterquàm Vere apparet: quia æstum, algorémque metuit. Appellatur autem ita, quòd subitò, & inexpectata se immittat. Hæc Festus. Ex quibus verbis non immussulus, sed immissulus scribẽdum videtur, siue immussulus: nam ab immittendo deducit. De hac aut ſic scribit Plin. lib. 10. cap. 7, Sangualem autem atque immissulum, Augures Romani magnæ quæstioni habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, & sangualem ossifragæ. Massurius sangualem ossifragam dicit esse: immussulum autem pullum aquilæ, prius quàm albicet cauda. Quidam post Mutium Augurem non esse visus Romæ confirmauere. Ego (quod verisimilius est) in desidia rerum omnium non arbitror agnitos. Hæc Plinius.

Immuteſco,is, immutui, ere, Mutum fieri, tacere. {κωφὸν γίνομαι. Ital. *Estar cheto, ammutire.* Gal. *Deuenir muet, ne dire mot.* Hisp. *Enmudeſcerſe.* } Quintilianus libro 10. cap. 3, Non ergo putemus semper optimum esse quod latet, ne immuteſcamus alioqui. Statius lib. 5. Theb. Ruptis immutuit ore querelis.

Immuto,as,are, Idẽ quod simplex muto, siue vario. {μεταβάλλω, ἀμείβω. Ital. *Mutare, variare.* Gal. *Muer, changer.* Hispa. *Mudar, diuerſificar.* } Terent. Eunucho, Dij boni, quid hoc morbi est? adeóne homines immutarier Ex amore, vt nõ cognoſcas eundem esse? ¶ Interdum idem quod permuto, ἀμείβω, ἀμάσσω. Plaut. Epidico, Accipe argentum hoc Danista: hic sunt quadraginta minæ. Siquid erit dubium, immutabo.

Immutabilis,le, Quod nullo modo mutatur ac flectitur. {ἀμετάβλητος. Ital. *Immutabile.* Gal. *Immuable.* Hisp. *Cosa que no ſe puede mudar.* } Cicc. 2. de Natu. deor. Stellæ spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeant. Idem de Fato. Sequitur illico, esse causas immutabiles, eásque æternas, quæ prohibeant quicquam secus cadere, atque casurum sit.

Immutabilitas,atis, {ἀμεταβλησία. Ital. *Fermezza, constanza.* Gal. *Fermeté constance.* Hispa. *Fermeza constante, constancia* } Cicero de Fato, Sed in satis immutabilitatem apparere.

Imò, vnico m, Idem est quod Quin potius. {μᾶλλον δέ. Ital. *Anzi.* Gal. *Mais pour mieux dire, mais qui plus eſt, mais pluſtoſt.* Hispa. *Antes no.* } Terent. Andr. -dictum puta, Nempe vt curentur recte hæc. s t. Imò aliud. Plautus in Amphit. In somnis fortasse. A T. imò vigilans vigilantem.

IMOLA. æ, Vrbs est Italiæ, in via Aemylia, quæ Forum Cornelium vocatur à Ptolemæo, lib. 3. cap. 1.

Impacatus,a,um, Non pacatus. {οὐκ εἰρηνικός, ἄσπονδος. Ital. *Non placato.* Gal. *Noiſif, querelenx, qui n'eſt point appaiſé.* Hisp. *Cosa no apaziguada.* } Virg. 3. Georg. -incursúsque luporũ. Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. Odia impacata, Claudianus lib. 2. in Eutrop.

Impallee,

Impalleo, es, ere. Idem quod Pallere. {ὠχριάω, ὠμοχλιάω. Ital. *Diuenir pallido. Gal. Deuenir ou estre palle. Hisp. Amarillescerse.*} Stat. 6. Thebaid. Euentu impalluit ipse secundo.

Impallescere, est rei alicui tam pertinaciter inhærere, vt inde pallor cõtrahatur. Persius, At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

Impages, penul. produ. Dicuntur quæ à fabris in tabulis figuntur, quò firmius cohæreant: à pangendo, id est à figendo. ἐμπήγνυμι. Vnde & Poetæ versus pangere dicuntur, & agricolæ pangere plantas. id est infigere. Hæc Festus.

Impancro, as, teste Nonio, Antiqui dicebant pro inuado: quod verbum est à Græco tractum, quasi πῶν κρέας, hoc est omnem carnem consumo. Varro, In regiam arcam impanerarunt.

Impar, tis, Non par, inæquale. {ἄνισος. Ital. *Disegnale, non pari.* Gal. *Inegal, non pair.* Hisp. *Desigual.*} vt, Imparia arma, id est inæqualia. Virgil. 4. Georg. Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. Fortuna est impar animo, id est non respondet animi magnitudini. Impar numerus, qui non potest diuidi in duas partes æquales: vnde & περισσὸς vocant Græci. Virgil. Aeglo. 8, Numero Deus impare gaudet. Par, impar, lusus puerilis genus est. quo manu nuces, pecuniam, aliúdve quid occultantes, exquirunt coniecturam colludoris. ἄρτιον ἢ περισσὸν. Horat. 2. Serm. saty. 3, Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Impariter, aduerbium. Id est inæqualiter. {ἀνίσως, ἀνίσως. Ital. *Disegualmente.* Gal. *Inegalement.* Hisp. *Desigualmente.*} Horat. in Arte, Veribus impariter iunctis querimonia primùm, Mox etiam inclusa est mentis sententia compos.

Imparatus, a, um, Non paratus. {ἄπορος. *Non in ordine, non preparato.* Gal. *Qui n'est pas prest.* Hisp. *No aparejado y no apercebido.*} Terent. Phormione, Vt ne imparatus sim, quum aduenient Phormio. Plaut. Capt. Qui ex parata, imparatam rem omnem facis. Cic. pro Milone, Quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros.

Imparens, tis, Non parens, siue inobediens. Festus.

Impasco, is, impaui, impastum, In loco aliquo pasco. {ἐνεμέω, ἐπινέμω. Ital. *Pascere in qualche luogo.* Gal. *Paistre dedans ou en quelque lieu.* Hisp. *Apacentar en algun lugar.*} Colum. lib. 6. ca. 5, In ea loca perducẽdi sunt, quibus nullum impascitur pecus.

Impastus, Nomen est compositum ab in, priuatiuo, & participio pastus, idémq; valet quod non pastus, ieiunus. {ἄνηστος. Ital. *Non ancora pasciuto.* Gal. *Qui n'a point repeu, encor jeun.* Hisp. *Cosa no cenada ò no apacentada.*} Virg. 9. Aene. Impastus ceu plena leo per ouilia turbans, &c. Turba impasta luporum, Silius lib. 7.

Impatibilis, bile, Intolerabilis, & qui ferri non potest. {ἀνεκτός, οὐ πάνεκτος. Ital. *Che non si può patire.* Gal. *Intolerable, impatible, importable.* Hisp. *Lo que no se puede padescer.*} Cic. 2. de Fini. Quem quidem vos impatibilem facitis. Plaut. Amph. Cladésque exantlatem impatibiles. Impatibilis cruciatus, impatibilis dolor, Plin. lib. 25. cap. 5. Idem lib. 20. cap. 18, Quum impatibilis valetudo odium vitæ fecisset.

Impatiens, impatientior, impatientissimus. Nullius laboris, aut doloris patiens. {ὁ οὐκ ἀνεκτός, ὁ μὴ δυνάμενος πάσχειν τι ἀπὸ τινος. Ital. *Che non può patire cosa alcuna, impatiente.* Gal. *Impatient, qui ne peut endurer ne souffrir.* Hisp. *Cosa que no puede sufrir ni padescer algo.*} Plin. lib. 8. cap. 1, de elephantis, Idem impatientes frigoris. Ouid. 1. de Reme. amoris, Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte, Respuit, atque odio verba monentis habet. Pisum impatientissimum frigorum, Plin. libro 8. cap. 12. Ouidius 5. Trist. Eleg. 2.

Quique fugax rerum, securáque in otia natus,
Mollis & impatiens antè laboris eram.

Impatientia, æ, {ἀνεξία. Ital. *Impatienza.* Gal. *Impatience.* Hisp. *Aquel no sufrimiento.*} Plin. lib. 11. cap. 23, Fieri autem primò papiliones paruos nudósque: mox frigorum impatientia villis inhorrescere.

Impatienter, aduerbium, Aegrè, & molestè. {ἀβαρῶς. Ital. *Impaticatamente.* Gal. *Impatiemment.* Hisp. *No sufridamente.*} Plin. Epist. 7. Amaui consummatissimum iuuenem tam ardenter, quàm nunc impatienter requiro.

Impauidus, da, dum, Qui nihil timet. {ἄδειος. Ital. *Che non teme cosa alcuna, senza paura.* Gal. *Qui ne craint rien, qui est sans peur.* Hisp. *Cosa sin pauor y miedo.*} Plin. lib. 28. cap. 19. Et pellis asinina iniecta impauidos infantes facit. Sil. lib. 7, Impauidus somni seruat pecus. Virg. 12. Aene. -fixúmque latronis Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.

Impauidè, aduerbium, Intrepidè, audacter. {ἀδεῶς. Ital. *Senza paura.* Gal. *Sans peur, hardiment.* Hisp. *Sin pauor ò miedo.*} Liui. lib. 9 bel. Maced. Et poculo impauidè exhausto, haud ita multo pòst expirauit.

Impeccabilis, Immunis à peccato. {ἀναμάρτητος, ἀναμάρτητον. Ital. *Che non pecca.* Gal. *Qui ne peche point.* Hisp. *Lo que no peca.*} Gel. lib. 17. cap. 19, Is erit plerunque impeccabilis, vitámque viuet tranquillissimam.

Impedio, is, ire, Est implicare, inuoluere, ac proprie de pedibus dicitur: quàquam ad alia etiam transfertur. {πέδη, ἐμποδίζω. Ital. *Impedire.* Gal. *Empescher, empestrer.* Hisp. *Empachar ò embaraçar.*} Terent. in And. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt. Ibidem, Vidén' me tuis consiliis Miserum impeditum esse? Plaut. in Aulula. Sed dum me tuis seruat, se impediuit. Cic. 4. Verr. Sin illud dices, te Heraclij voluntate ac lege recessisse, ipse te impedies, ipse tu tua defensione implicabere. ¶ Impedire aliquando accipitur pro cõspurcare, sordidare, polluere. μιαίνειν. Plaut. in Amphit. Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit: per quam teneo thesaurum stupri. ¶ Impedire, obstare, nequid fiat impedimento esse. κωλύειν. Cic. de Senect. Hac igitur frui licet senibus, nec ætas impedit, quãuis & cæterarum rerum, & in primis agri colendi studia teneamus vsq; ad vltimum tempus senectutis. Cæsar 2. belli Gallici, Quo facilius finitimorum equitatum, si prædandi causa ad eos veniisset, impedirent. Cic. ad Atti. lib. 8, Vt te mecum coniungeres prius quàm Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. Hinc

Impeditus, participium, A quo Impeditus, tior, tissimus, nomen. {ἐμπεδικός, ἐμποδιστικός. Ital. *Impedito.* Gal. *Empesché, empestré.* Hisp. *Empachado.*} vt, Impeditissimæ syluæ. Cæsar 2. bel. Gal. Impeditior pugna, Liu. 4. belli Pun.

Impeditio, onis, Prohibitio, occupatio, detentio. {κώλυσις, ἐμπόδιον. Ital. *Impedimento.* Gal. *Empeschement.* Hisp. *Empacho.*} Cic. 1. de Diuin. Vrget enim animus in somniis, libérque sensibus, ab omni impeditione curarum, iacente & penè mortuo corpore.

Impedimentum, ti, Quo quis impeditur vt nõ perficiat quod cupit. {ἐμπόδισμα, κώλυμα. Ital. *Impedimento.* Gal. *Empeschement.* Hisp. *Empacho.*} Cic. 1. de Orat. Athenienſem Demosthenem: in quo tantum studium fuisse, tantúsque labor dicitur, vt primùm impedimenta naturæ, diligentia, industriáque superarit. Teren. in Andria, Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis. ¶ In exercitu impedimenta dicuntur instrumenta, vel sarcinæ, vel etiam aliæ quęuis res quæ ad vsum exercitus circunferuntur. σκευοφορικά. Curt. Magno consilio lactoram sarcinarum impedimentorúmque contempsit. Cæsar 1. bel. Gal. Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. ¶ Impedimentorum nomine etiã iumenta contineri docet Frontinus in Strateg. quum ait, In Hispania, à Petreio Pompeij legato in magna aquarum & pabuli inopia impedimenta fuisse interfecta.

Impedo, as, penul. cor. Pedaminibus sustineo. {ἐκπεδῶ, χαραγῶ. Ital. *Fortificare con pedagno.* Gal. *Garnir d'apuis, enchalasser.* Hispan. *Rodrigar vides.*} Colum. lib. 4. cap. 16, Quum mensem tricesimum excesserit posita vinea, id est tertio autumno, vehementioribus statumnibus statim impedanda est. Vnde Impedata vinea, ab eodem dicta, quæ pedamentis fulta est.

Impello, lis, instanter persuadeo, induco, incito. {ἐπείθω, ἐπαναγκάζω. Ital. *Persuadere, scacciare, spingere, incitare.* Gal. *Pousser de roideur.* Hisp. *Empuxar, induzir con razones.*} Sallust. Alitet haud facilè eos ad tantum negotium impelli posse. Terent. in And. Dum in dubio est animus, paulò momento huc illuc impellitur. ¶ Item Impellere est vrgere ὠθεῖν. Virg. 4. Aeneid. Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. ¶ Impellere plaustrum in terram. Cato cap. 5. Terram cariosam caueto ne ares, néve plaustrum, néve pecus in eam impellas. ¶ Aliquando est contorquere. Virg. 1. Aene. Cùm conuersa cuspi de montem Impulit in latus. ¶ Aliquando est labefactare. Plin. lib. 35. cap. 11. Immenso & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores. ¶ Aliquando significat loco pellere. Liuius, Impulsa frons prima, & trepidatio subsidiis illata. Iuuen. Saty. 10, -vnde altior esset Caius, & impulsæ præceps immane ruinæ. Impellere ianuam digito, Cice. 4. Tuscul.

Impulsus, participium, {ἐπαναγκασθείς. Ital. *Spinto, incitato, smosso.* Gal. *Pousse, incité, esmeu.* Hispa. *Empuxado.*} Pro labefactato, & penè perfracto: translatione sumpta ab arboribus aut columnis quæ conuelluntur, & paulatim nutant.

Impulsus, us, nomen. Incitatio, instigatio. {ἐπαγωγή, ἐπαναγκασμός. Ital. *Incitamento, istigatione.* Gal. *Poussement instigation, incitation.* Hispa. *Empuxon, ò obra de empuxar.*} Cic. 2. de Natu. deo. Is autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte mouetur. Impulsu tuo, suo vestro: hoc est ductu, & suasu, atque hortationibus. Cic. pro Rosc. Am. Ipsos certò scio non negare, ad hæc bona Chrysogonum accessisse impulsu suo.

Impulsio, onis, Idem quod impulsus. Cice. lib. 2. de Inuent. Impulsio est quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: vt amor, iracundia, ægritudo, &c. Inductio & impulsio ad hilaritatem, apud eundem 3. de Oratore.

Impulsor, oris, Qui incitat, & impellit ad aliquid faciendum. {ἐπαγωγός, ὁ παρορμῶν. Ital. *Impulsore, incitatore.* Gal. *Pousseur, qui induit instigatent.* Hisp. *Atorcedor ò empuxador.*} Terent. in Eunuc. Here, ne me spectes, me impulsore hæc non fecit. Idem in Adelp. Tum autem Syrum impulsorem vah quibus illum lacerarem modis!

Impendeo, des, di, sum. verbum est neutrum, idem significans quod supra aliquid pendeo. {ἐπικρέμαμαι, ἐπαιωροῦμαι, ἐπικρεμάννυμι, ἐφίσταμαι. Ital. *Essere sopra, sopraſtare.* Gal. *Pendre dessus, pencher dessus.* Hispa. *Estar colgado encima, estar cerca.*} vt quum gladium, vel saxum alicuius capiti dicimus impendêre. Cice. 5. de Finib. Gladium è lacunari setâ equinâ appensum demitti iussit, vt impendêret illius beati ceruicibus. Idem 1. de Finib. Accedit etiam mors quæ quasi saxum Tantalo semper impendet. ¶ Accipitur per metaphoram Impendêre pro instare, vel immineré. Cicero de Aruspicum responsis, Tum vidi, ac multo antè perspexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impendêret procella Reipublicæ. Cic. Planco, Agitúrque præclarè, si nosmetipsos regere possumus, vt ea quę partim iam adsunt, partim impendent, moderatè feramus hoc est propè vel parata sunt. Inuenitur aliquando hoc verbum habere post se accusatiuum. Terent. in Phorm. Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala.

Impendo, is, di, sum, actiuum, In rem aliquam expendo, & insumo. {ἀναλίσκω, ἀναλόω. Ital. *Spendere.* Gal. *Despendre, employer.* Hispa. *Despender, ò gastar.*} Plin. in Epist. In aquæductu, Domine, Nicomedienses impenderunt HS. XXX. CCC. XXIX. qui imperfectus adhuc relictus. Vnde Impensa, & Impedium. ¶ Per translationem, Impêndere operam, Impendere laborem, dicimus pro eo quod est operam, vel laborem in re aliqua collocare. Plin. Iunior ad Cæcilium Maximum. Rursus quum audis quid studiis laboris impenderit: nec scripsisse satis videtur, nec legisse. Dicimus autem, Impendo operam huic rei, & in hanc rem. Colum. in Præfat. lib. 1, Sic vt rosariis impenderet curam, quum à plerisque etiam maiora negligantur. Cic. in Ver. Impendere pecuniam in res vanas.

Impensus, nomen ex participio, Insolens, immodestus. {ἀλαζών. Ital. *Insolente, immodesto.* Gal. *Insolent, immodeste, desmesuré.* Hilpan. *Demasiado, no modesto, destemplado.*} Plaut. in Capt. Væ misero illi, cuius cibo iste factus est impensior. Plaut. in Bacch. Pol quidem meo animo, ingrato homine nihil impensius est.

Impensa, æ, Idem est quod expensa, sumptus. {δαπάνη, ἀνάλωμα. Ital. *Spesa.* Gal. *coust, despense.* Hisp. *Gasto ò despensa.*} Cælius Ciceroni, Fam. 8. Ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam. Cicero ad Atti. Possessores nullam impensam fecerant, nondum instruxerant. ¶ Accipitur etiã impensa pro beneficio. Martial. lib. 1. Epig. Impensis vitam principis annumetes.

Impensè, aduerbium, Valde vel nimis. {σφόδρα, ἄγαν. Ital. *Molto, grandemente.* Gal. *Mont fort, grandement.* Hisp. *En grande manera, demasiadamente, mucho.*} Plaut. id Epid. Est impensè improbus. Terent. in Adelp. Sed si id vultis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

potius quæ vos propter adulescentiam Minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum. ¶ Impensius, pro vehementius, siue multo magis. σφοδρότερον. Colum. Sed cuiusque disciplinæ prudentem delectant impensius ea quæ propriis generibus distinguuntur, quàm quæ passim velut abiecta, & quodam aceruo confusa sunt. Plin. lib. 6. Epist. Quo impensius rogo vt timori meo quotidie singulis, vel etiam binis epistolis consulas.

Impendium, dij. Dicitur impensa, ab impendendo ære. ⸗ δαπάνη, ἀναλωμα. Ital. spesa, espesa. Gal. Coust, despense, perte. Hispa. Gasto, ò despensa. ⸗ Plinius in Episto. Ego mihi curam tantùm, & impendium vendico. Cicero pro Quintio, Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impêdio. ¶ Impendium etiam teste Varrone, dicitur pecunia quæ in fœnore sorti accedit, hoc est vsura ipsa, quòd fœnus cum sorte coniunctum vnum fiat quasi cõpendium. ⸗ Ital. Vsura. Gal. Vsure, interêt. Hisp. La ganancia ò bracal. ⸗ Cicc. ad Atti. lib. 6, Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut vt pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recusare.

Impendiosus, a, um, Qui plus æquo impendit, & plus consumit quàm par est. ⸗ δαπανηρός. Ital. Che fa molta spesa. Gal. Grand despendeur. Hisp. Despendedor ò gastador, que haze mucha despensa. ⸗ Plaut. in Bacch. Nimio præstat impendiosum te, quàm ingratum dicier.

Impendiò, aduerbium intendendi, idem significans quod supra modum, impêsè, vel plus satis: soliq; comparatiuo iungitur. ⸗ ὑπερβολικῶς. Ital. Grandamente, con spesa. Gal. Atout fort, grandement, demesurément. Hispa. En grande manera, muy mucho, demasiadamente. ⸗ Gell. lib. 1. cap. 2. Erat ibidem nobiscum simul adolescens, philosophiæ sectator, disciplinæ, vt ipse dicebat, Stoicæ: sed loquacior impêdiò, & promptior. Idem lib. 11. cap. 18. Quoniam videbantur impendiò acerbiores. ¶ Impendiò magis, pro Quoniam videbantur impendiò acerbiores. ¶ Impendiò magis, pro multo magis. Terent. in Eunuc. -& quia consimilê luserat Iam olim ille ludum, impendiò magis animus gaudebat mihi Cic. ad Atti. lib. 10, At ille impendiò magis odit Senatum. Sic etiam dicimus, Impendiò minus, pro multò minus. Plaut. in Aulu. Atq; ille verò, minus minúsq; impendiò Curate, minus me impertite honoribus.

Impenetrale, pen. prod. Cuius vltimum (inquit Festus) penetrale intrare non licet, ἄδυτον.

Impenetrabilis, ile, Quod penetrari non potest. ⸗ ἀδιάβατος, ἀδιάτμητος. Ital. Impenetrabile. Gal. Qu'on ne peut penetrer. Hispa. Cosa que no se trasspassa. ⸗ Liu. 2. bel. Pun. Et quum auersi, ac diuerso latè agmine à tam multis simul venientibus haud sanè impenetrabiles essent, in litus passim naues egerunt. Mens impenetrabilis iræ, Silius lib. 17, Armis impenetrabilis. Stat. 3. Thebai. Pudicitia impenetrabilis, Tacitus lib. 4.

Impennatas aguas, inquit Festus, in Siluari carmine veteres pro spicis vsurparunt quæ non habent aristas. Aguas enim nouas voluerunt antelitei.

Impensibilis, bile. Idem quod inconsiderabilis, quod satis expendi non potest. ⸗ ἀσύμβατος, ἀσύγκριτος. Ital. Che non si puo assai considerare. Gal. Qui ne se peut assez peser. Hisp. Cosa que no se puede considerar y pesar. ⸗ Gell. lib. 11. cap. 5. Omnium q; rerum fidem, veritatem, mistis confusisve signis veri atque falsi, ita impensibilem videri aiunt, vt quisquis homo est, &c.

Impensus, Impense, vide IMPENDO.

Imperceptus, adiectiuum, Quod satis perceptum non est, quódve satis percipi non potest. ⸗ ἀκατάληπτος. Ital. Che non si è potuto intendere. Gal. Qu'on n'a peu comprendre n'entendre. Hisp. Cosa no entendida. ⸗ Gell. lib. 14. cap. 1. Mimorum maioribus imperceptiora.

Imperculsus, adiectiuum. ⸗ ἄκροτος, ἄπταιστος. Ital. senza strepito. Gal. Qui n'est point frappé ou blessé, sans bruit. Hisp. Sin estruendo ò sonido. ⸗ vt, Pedes imperculsos mouere, hoc est sine strepitu. Ouid. 3. Amo. Eleg. 1, Atq; imperculsos nocte mouere pedes.

Imperditus, a, um, Quod perdi destruive non potest. ⸗ διαφθαρτός, ἀνόλεθρος. Ital. Che non si può destruere. Gal. Qui n'est point perdu, gaste ne destruit, sauue & sauue. Hispa. Lo que no se puede destruir. ⸗ Virg. 10. Aeneid. Et vos ô saue & sauue. Hispa. Lo que no se puede destruir. ⸗ Virg. 10. Aeneid. Et vos ô Graiis imperdita corpora Teucri. Vbi Seruius, Imperdita corpora Graiis, quos Græci perdere nequiuerunt. Pectora imperditæ, Stat. lib. 3. Theb.

Imperfectus, a, um, Nondum absolutus. ⸗ ἀτελής. Ital. Imperfetto. Gal. Imparfait. Hisp. No acabado de hazer. ⸗ Virg. 8. Aene. -pars imperfecta manebat. Plin. epist. 254. Qui imperfectus adhuc relictus, ac etiam destructus est. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 16, -imperfectúmque dierum Deseruit celeri morte Sabinus opus.

Imperfossus, a, um, Non perfossus. ⸗ ἄτρητος. Ital. Non perforato. Gal. Qui n'est point percé. Hisp. No passado ò horadado. ⸗ Ouid. 12. Meta. -manet imperfossus ab omni, Iuque cruentatus Ceneus Elatcius ictu.

Imperator, Imperiosus, vide IMPERO.

Imperitus, a, um, Non expertus, inquit Donatus: inscius, ignarus, rudis, indoctus. ⸗ ἀδιάπειρος, ἄπειρος, ἀπαίδευτος. Ital. Ignorante, poco prattico. Gal. Qui n'est point expert, Ignorant. Hisp. No experimentado, ni sabio, nescio. ⸗ Terent. Adelphis, Homine imperito nunquam quicquam iniustius. Idem in Eunucho, Non adeò inhumano ium ingenio Chærea, Neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam. ¶ Imperitus & callidus, contraria sunt, quemadmodum rudis & astutus. Cicc. pro Roscio Comœdo, Callidum imperitus non fraudat. ¶ Imperita multitudo, imperitum vulgus. Cicc. 1. Officiorum, Etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Plin. lib. 34. ca. 34. Quod imperitum vulgus appellat ferrum viuum. ¶ Imperitus rerum. Terent. in Andria, Túne hic homines adolescentulos, impentos rerum, eductos liberé, in fraudem illicis.

Imperitia, æ, inscitia. ⸗ ἀπειρία, ἀπαιδευσία μεγάλη. Ita. Ignoranza, mancamento d'esperienza. Gal. Ignorance, faute d'experience & sauoir. Hispa. Inexperiencia, ò no sperienza. Gal. Ignorance, faute d'experience & sauoir. Hispa. Inexperiencia, ò no sabiduria, ignorancia. ⸗ Plin. lib. 17. cap. 2, Contra Circium serere imperitia existimatur.

Imperitè, aduerbium, Indoctè. ⸗ ἀπαιδεύτως. Ital. Ignorantamente. Gal. Sottement & lourdement, ignorantement. Hispa. No experimentadamente. ⸗ Cicc. de claris Oratoribus, Dicebat enim Scipio non imperitè: Cneúsque Pompeius Ser. F. aliquem numerum obtinebat. Idem pro Cornel. Balbo, Quid enim potuit dici imperitius?

Imperito, Imperium, vide IMPERO.

Impero, as, penul. corr. Iubeo, præcipio. ⸗ κελεύω, ἐπιτάττω. Ital. Imperare, commandare. Gal. Enioindre, commander d'autorité. Hispan. Mandar con señorio, enseñorear. ⸗ Quintil. Nam quanuis infestum latronibus mare iussus imperaui: neque dissimulauerim magnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret. Terent. in Andria, Non imperabat coràm quid opus facto esset puerperæ. Idem in Eunucho, Hos prius introducam: & quæ volo, simul imperabo. Cicc. 3. de Legibus, Qui bene imperat, parueris aliquando necesse est: & qui modestè paret, videtur, qui aliquando impetet, dignus esse. ¶ Imperare tributum dicitur princeps, quando subditos imperio cogit ad conferendum tributum. Imperare pecuniam, arma, naues, obsides. Cicero ad Atticum, lib. 4, Obsidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia. Cæsar libro 1. bel. Ciuilis, Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ, &c. Cicero 7. Ver. Superiorum Prætorum consuetudo quum hæc fuisset, vt naues ciuitatibus, certúsque numerus nautarum, militúmque imperaretur, tu & maximæ & locupletissimæ ciuitatis Mamertinæ nihil horum imperauisti. Idem pro lege Manilia, Idem Cretensibus, quum ad eum vsque Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditionis non ademit, obsidésque imperauit. Imperare, pro velle. Terent. in Andria, Animo iam nunc otioso esse impero. Vbi Donatus, Impero, pro volo.

Imperor, aris, passiuè. Horat. lib. 1. epist. 5, Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non inuitus. Seneca lib. 1. Theb. Malo imperari, quàm eripi mortem mihi.

Imperatum, Idem quod iussum. ⸗ ἐπίταγμα. Ital. Commandato. Gal. Commande. Hisp. Cosa mandada, ò imperada. ⸗ Vnde Facere imperata, pro eo quod est parêre mandatis, apud Cæsarem, 1. bel. Gal. Liuius, Qui quum in pace essent, imperatáque prioribus Consulibus fecissent.

Imperito, as, pen. cor. frequentatiuum est ab impero: quod modò significat iubeo. ⸗ κελεύω. Ital. Comandare, imperare. Gal. Commander, gouuerner, Hisp. Mandar con señorio, enseñorear. ⸗ Plaut. in Capt. Quod antehac pro iure imperitabam meo. Modò dominor, siue imperium in alios habeo. ἄρχω. Liu. 1. ab Vrbe, Qui Cære opulentorum oppido imperitans. Horat. 2. Serm. sat. 7, -nempe Tu, mihi qui imperitas, aliis seruis miser.

Imperator, oris, Ad quem rei militaris summa refertur: ab imperando dictus, propterea quòd exercitui, quæ factu opus sunt, imperet. ⸗ στρατηγός. Ital. Imperatore, capitano generale. Gal. Commandeur, empereur, chef de guerre. Hisp. Emperador ò capitan general. ⸗ Id autem nominis nemo consequebatur, nisi re bene gesta, atque aliquot millibus externorum hostium cæsis. Plin. lib. 7. cap. 26, enumerans Pompeij laudes, Toties imperator, antequam miles. Cicc. 4. Philip. Faciam igitur vt imperatores instructa acie solent, quàquam paratissimos milites ad prælíandum videant, vt eos tamen adhortentur. Idem 2. Tusc. In primis laudabat illud, quòd diceret, eosdem labores non esse æquè graues imperatori & militi: quòd ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorum. Nunc summi principis Romani imperij nomen solum est, sacrosanctum, maiestatéque non impunè violabili munitum. Græci αὐτοκράτορα vocant.

Imperatrix, icis, fœmininum. ⸗ ἡ βασίλισσα, ἡ αὐτοκράτειρα, ἡ ἡγεμονίς. Ital. Imperatrice. Gal. Imperatrice, femme qui est chef de guerre. Hisp. La hembra que manda ò señorea. ⸗ Cicc. pro Cælio, Prægestit animus iam videre, primùm lautos iuuenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares: deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis, atque in præsidio balnearum locatos.

Imperatorius, a, um, ⸗ στρατηγικός, βασιλικός, ἡγεμονικός. Ital. Imperiale, imperatorio. Gal. Imperial, des apartenances d'vn chef de guerre. Hispa. Cosa para imperar. ⸗ Quod ad imperatorem pertinet: vt, Imperatoria donatio, Cic. 5. Verr. Imperatorium ius. Idem 3. Ver. Publius Seruilius quæ signa atque ornamenta ex vrbe hostium virtute capta, belli lege, atque imperatorio iure sustulit, ea populo Romano asportauit.

Imperium, rij, Significat iussum vel præceptum. ⸗ ἐπίταγμα. Ital. Commandamento, imperio. Gal. Puissance sur autruy, commandement. Hisp. El señorio, ò mandado de gran señor. ⸗ Virg. 4. Aene. Imperio læti parent. ¶ Aliquando dicitur dominium aut regnum. ἡγεμονία, ἀρχή, δεσποτεία. vt apud Virg. lib. 1. Aene. Imperium Oceano, famam qui terminet astris. ¶ Aliquando est potestas vel iurisdictio. Vlpian. de Inrisd. omnium iudi. l. Imperium. Merum est imperium, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam Potestas appellatur. Mistum est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit: vt iurisdictio, iudicij dandi licentia.

Imperiosus, Qui nimius est in imperando, aut qui nimis acerbè imperat. ⸗ Ital. Imperioso, troppo arrogante nel commandare. Gal. Qui est trop arrogant à cõmander. Hisp. El que manda como señor, ò que muy mucho manda. ⸗ Cicc. in Oratore, Cognoscat etiam rerum gestarum, & memoriæ veteris ordinem, maximè scilicet nostræ Vrbis: sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium. Liu. 7. ab Vrbe, Eodem tenore duos insequentes Consulatus gessit: eodem hæc imperiosa Dictatura geretur. Sic etiam Cicc. 2. de Finib. Manlium illum Torquatum qui filium, quòd iniussu suo cum hoste pugnasset, secuti percussit, vocat imperiosum, hoc est nimis seuerum & crudelem in imperãdo. Plaut. in Pseud. Nam necesse est hodie Sicyoni me esse, aut eius mortem exequi: Ita herus meus est imperiosus. Imperiosus sibi, qui sibi ipse imperat, qui vitæ suæ modum habet: siue, vt vulgò dicitur, qui suis passionibus dominatur. Horat. 2. Serm. Saty. 7, Quisnam igitur liber? sapiens, sibiq; imperiosus. ¶ Imperiosissima & superbissima familia, Liuius 9. ab Vrbe. ¶ Ab imperiosus fit comparatiuum imperiosior. Horat. 1. Carm. Ode 14, -ac fine funibus Vix durare carinæ possunt imperiosius Aequor.

Imperiosè, aduerbium. Hoc est seuerè, acerbè, & imperiosi domini more.

Impermissus, a, um, adiectiuum. Illicitus. ⸗ ἀθέμιτος. Ital. Non permesso, non lecito. Gal. Qui n'est point permis ne licite. Hisp. Illicito. ⸗ vt. Gaudia impermissa, id est illiciti concubitus, apud Horat. 3. Carm. Ode 6.

Impersonale verbum, Dicitur quod non habet certas aut distinctas personas, aut numeros: sed sub eadem voce omnibus personis vtriusq; numeri attribuitur. ἀπρόσωπον. Eius duæ sunt species: quædã enim sunt impersonalia actiuæ vocis, quædam passiuæ. De constructione eorum, vide Syntaxin. neque enim hic vocum constructionem, sed significationem docendam suscepimus.

Imperterritus, a, um, Qui nulla re terretur. ⸗ ἀνεκπλήκτος, ἀδεής. Ital. Che non ha

Universidad de Deusto Biblioteca

ann ha paura di cosa alcuna. Gal. *Qui n'eſt point eſpouuanté.* Hiſp. *No eſpantado.* } Virg. 10. Aene. -manet impertertitus ille. Imperterritus equum impellebat. Silius lib. 7.

Impertio, is, Participem facio, tribuo. { μεταδίδωμι. Ital. *Partire, impartire, far partecipe.* Gal. *Departir, donner.* Hiſpa. *Partir o dar parte.* } Cice. de Oratore, Et te exorabo profectò, vt mihi quoque tuæ ſuauitatis aliquid impertias. Idem in Catilinam, Deinde collegæ meo laus impertitur. Habet autem hoc verbum poſt ſe vel datiuum perſonæ, cum accuſatiuo rei cuius qui particeps fit: vt in exemplis iam adductis. Vel accuſatiuum perſonæ cum ablatiuo rei. Terent. Eunucho, plurima ſalute Patmenonem ſuum impertit Gnato. ¶ Legitur & impertior deponés. Cicero pro l. Manil. Lucullo tantum impertiri laudis quantum viro forti debeatur. Idem pro Archia, Multis gratuitò ciuitatem in Græcia hominibus impertiebantur.

Imperturbatus, Adiectiuum. { ἀνεμπόδιστος, ἀνεμπόδιστον. Ital. *Non perturbato, chiaro.* Gal. *Qui n'eſt point troublé, ſans perturbation.* Hiſp. *No turbio ò perturbado.* } Contrarium eſt Turbato. Plin. lib. 2. cap. 23. Imperturbata lux. Ore imperturbato bibere venenum, Ouid. in Ibin.

Imperuius, a, um, vt Amnis imperuius. id eſt non vadoſus. { ἄβατος. Ital. *Que non ſi può paſſare.* Gal. *Pas ou on ne peut paſſer.* Hiſp. *No paſſadero, que no ſe puede paſſar.* } Ouidius 9. Metam. Vorticibúſque frequens erat, atque imperuius amnis.

Impeſco, is, ere, In lætam ſegetẽ paſcẽdi gratia immittere, inquit Feſtus.

Impes, impetis, vide Impetus in IMPETO.

Impetigo, inis, tertia ſyllaba producta, ἄλφος quibuſdam, aliis λέχηλη. { Ital. *Volatica.* Gal. *Galle ou graville, ou feu volage. Et empeine.* } Fœdatio cutis, ſerpens cum pruritu: quam alij ſcabiem ſiccam, aſperam, & prominentem intelligunt: alij morbum ſimilem ſcabiei ſquamoſum, corpúſque dehoneſtantem. Ab impetu nomen deductum. Serenus, Si verò vitium eſt, quod ducit ab impete nomen, Hoc matutina poteris cohibere ſaliua. Et apud Columellam lib. 5, ſcribitur, quòd impetigines & ſcabies aceto & alumine defricantur in equis. Plin. lib. 23. ca. 7, Hyberna caprificus in aceto cocta & trita impetigines tollit. Impetiginis ſpecies ſunt quatuor, quas vide apud Celſum, lib. 5. ¶ Olim etiã pro eodem dicebatur impetix, teſte Feſto. Item petigo: quòd vicina petat, ſeſe latè ſumma cute diffundens. Lucil. lib. 10, vt citat Nonius, Illuuies, ſcabies oculos huc, denique petigo conſcendere.

Impeto, tis, penult. corr. Inuado, adorior. { ἐπιτίθεμαι. Ital. *Aſſaltare.* Gal. *Courre ſus, aſſaillir.* Hiſpa. *Arremeter acometiendo.* } Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16, Itaque impetentes à ſe eiiciunt fucos, quòd hi, &c. Apuleius, Iurgiis me oppidò impetens.

Impetus, us, Vis, vel violenta inuaſio. { ἐπιφορά, ῥώμη, βία. Ital. *Empito, aſſalto, violenza.* Gal. *Impetuoſité, vehemence, effort, aſſaut, choc.* Hiſp. *Arrebatamiento, acometimiento, impeto.* } Plin. de vir. illuſtr. Quum Tarquinios in vrbem reſtituere tentaret, & primo impetu Ianiculum cepiſſet. Lucret. lib. 1, Quamlibet in partem trudunt res antè, ruúntque impetibus crebris. Plin. lib. 9, In naufragos, vrinantéſve impetum facit. Cice. pro Roſcio Amerino, Vos autem maximè debetis in eos impetum facere qui merentur. ¶ Legimus etiam pro eodem ablatiuum impete ab antiquo nominatiuo impes, qui nunc non eſt in vſu. Stat. 7. Theb. Tranſiliunt campos, autigámque impete vaſto Corripiunt. Plautus in Amphitryone. Quis tam vaſto impete has foreis toto conuulſit cardine?

Impetuoſus, a, um, Qui magno fertur impetu. { ῥαιδιουργός, μανικός. Ital. *Impetuoſo.* Gal. *Impetueux.* Hiſp. *Coſa muy arrebatada.* } Plinius lib. 35. cap. 10, Impetuoſus animus.

Impetritus, a. um, Qui eſt ſtabilis, quaſi in petra fixus. βέβαιος. Plautus in Aſin. Impetritum, inauguratum eſt.

Impetro, as, penult. corr. Significat obtineo, & quaſi id quod cupio, facio: ex in. & patro: vnde & Perpetro, pro perficio. { κατορθώνω. Ital. *Impetrare, ottenere.* Gal. *Impetrer, obtenir.* Hiſpa. *Alcançar algo por ruegos.* } Plautus in Curcul. -neque quiequam queo Aequi bonique ab eo impetrare. Terent. in Hecy. Videndum eſt ne minus propter iram hanc impetrem quod poſſim: aut ne faciam plus, quod póſt minus me feciſſe ſatius ſit.

Impetratio, onis, verbale. { κατόρθωσις, κατόρθωμα. Ital. *Impetratione.* Gal. *Impetration.* Hiſp. *Alcançamiento.* } Cic. ad Attic. lib. 11, Illud moleſtius, iſtas impetrationes noſtras nihil valere.

Impetrabilis, bile, paſſiuè, Quod facile poteſt impetrari. { κατορθωτός. Ital. *Che facilmente ſi può impetrare.* Gal. *Qui aiſément ſe peut impetrer.* Hiſpa. *Coſa que ſe puede alcançar.* } Liuius 6. bell. Macedo. Itaque præmiſſis à Philippo qui ſpem impetrabilis veniæ oſtendebant, &c. Idẽ. Omnia & impetrabilia & tuta. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro eo qui facilè impetrat. Plaut. in Moſtel. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. Idem in Merc. Impetrabilior, qui viuat, nullus eſt dico.

Impetraſſo, pro impetro Vetercs dixere. Plaut. in Aulu. Et iſtuc confido à fratre me impetraſſere.

Impexus, a, um, Non pexus. vt, Barbæ impexæ. { ἀκτένιστος. Ital. *Non pettinato.* Gal. *Qui n'eſt point pigné, n'accoûtré.* Hiſp. *Coſa no peynada ò no roſa.* } Virgil. 3. Georg. Stiriáque impexis induruit horrida barbis. Antiquitas triſtis & impexa, id eſt inculta, apud Tacitum in Dialogò de Orat. Comæ impexæ, Ouid. 5. Faſt.

Impico, as, are, Pice illinere. { πισσόω. Ital. *Vngere di pece.* Gal. *Empoiſſer, enduire ou oindre de poix.* Hiſp. *Empegar con pez.* } Colu. lib. 12. cap. 29, De lacu quàm recentiſſimum addito muſtum in amphoram nouam, eámque oblinito, & impicato diligenter, ne quicquam aquæ introire poſſit.

Impiger, penult. corr. Non piger, ſed ſtrenuus, & diligens. { ἐπιμελής. Ital. *Diligente, ſollecito.* Gal. *Qui n'eſt point pareſſeux.* Hiſp. *No perezoſo, diligente.* } Tibul. Impiger Aeneas volitantis fratet Amoris. Cicero, Quis eſt tam impiger in ſcribẽdo, quàm ego? Horat. 1. Epiſt. Impiger extremos curſit mercator ad Indos. Cicero pro Font. Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem.

Impigrè, aduerbium, Diligenter. { ἐπιμελῶς. Ital. *Diligentemente, velocemente.* Gal. *Sans pareſſe, diligemment.* Hiſp. *No perezoſamente, ligeramente.* } Liuius 2. ab Vrbe, Impigrè ſequuti ſunt. Plaut. in Rud. -nam vt de nocte multa, Impigréque exurrexi, lucrum poſtpoſui ſopori & quieti. Liuius 4. bel. Pun. Omnia impigrè facta.

Impigritas, atis, Pro impigritia. { ἐπιμέλεια. Ital. *Diligenza, ſollecitudine.* Gal. *Diligence à faire quelque choſe.* Hiſp. *Aquella no pereza, preſteza.* } Cice. lib. 5. de Repub. vt citat Nonius, Nunquam viri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

Impingo, gis, impegi impactum, Ex in, & pango, ſignificat impello, & illido. { ἐπαίρω, πρόσκρουσον, πλὴν ἀπεναντίας. Ital. *Sbattere, percuotere, ſpingere.* Gal. *Ruer & jetter contre, heurter contre.* Hiſp. *Empuxar, tropeçar en coſa teſtua.* } Cic. lib. 3. Tuſcul. Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare deſinat. Impingendus dixit, quaſi illidendus, & nolenti ingerendus. Denotat enim vim aliquam. Virgil. lib. 5. Aeneid. Exanimata tequens impingeret agmina muris. ¶ Plautus in Capt. pro impono vſurpauit, Iubete huic craſſas compedes impingier. ¶ Impingere dicam, idem eſt quod ſcribere dicam, vel actionem intendere. Terent. in Phorm. Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignũ eſt liberam, dicam tibi impinguam grandem. δίκην σοὶ μεγάλην.

Impinguo, guas, Pinguem facio, ſagino. { παχύνω, λιπαίνω. Ital. *Ingraſſare.* Gal. *Engraiſſer.* Hiſpa. *Engordar ò engraſſar.* } Vnde Impinguatus, participium idem ſignificans quod pinguis factus.

Impius, a, um, Sceleratus, nephatius, & præcipuè qui de Deo, patriáve, aut parentibus malè meretur. { ἀσεβὴς, ἄθεος. Ital. *Empio ſcelerato, crudele.* Gal. *Mal-ſchant, ſans religion & pieté.* Hiſpa. *Malo, impio ſin piedad.* } Terent. in Eunuch. Vbi ego illum ſceleroſum miſeram atque impium inueniam? Cice. in Piſo. Me fugerat, deorum immortalium has eſſe in impios & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas. Gens impia, Virgil. 2. Georg. Domus impia, Ouid. 8. Metamor. ¶ Impia herba, ea eſt quam Officinæ, & Herbariorum vulgus *Chriſtoccium* appellant. ἀσεβὲς. Ita dicta, ſiue quòd ſuculos habeat capitatos, iis ex quibus enaſcuntur, ramulis altius inſurgentes, atque ita videantur liberi teſe ſupra parentes efferre: ſiue quòd à nullo animalium attingatur. Autor Plin. lib. 24. cap. 19.

Impiè, Sceleratè, nephariè: & propriè quando quis de Deo, patria, aut de parentibus malè meretur, aut verò de iis qui parẽtum loco ſunt. { ἀσεβῶς, ἀνοσίως. Ital. *Empiamente, crudelmente.* Gal. *Irreuerenment, contre l'honneur de Dieu, cruellement.* Hiſp. *No religioſamente, cruelmente.* } Cice. 5. Tuſcul. Vituperare quiſquam, inquam, vitæ parentem, & hoc parricidio ſe inquinare audet, & tam impiè ingratus eſſe, vt eam accuſet quam verè i deberet, etiamſi minus percipere poſſet? Quintil. lib. 7. cap. 2, Tu impiè feciſti, quum exhæredationem meruiſti.

Impietas, tatis, Sceleratus, inhumanúſque affectus aduerſus Deum, patriam, vel parentes, eóſve qui parentum loco ſunt. { ἀσεβοσυλία, ἀθεότης. Ital. *Impietà, crudelità.* Gal. *Meſpris de ceux à qui on doit honneur & reuerence, impieté, cruauté.* Hiſp. *La heregia contraria de religion, crueldad.* } Cice. 1. de Finib. Etſi verò impietas molita quippiam eſt, quãuis occultè fecerit, nũquam tamen confidet, id fore ſemper occultum. Idem 4. de Fin. Sed nihil eſt quod tam miſeros faciat, quàm impietas & ſcelus.

Impio, as. Contamino, ſcelere polluo. { μιαίνω. Ital. *Contaminare, violare.* Gal. *Souiller de meſfaits.* Hiſp. *Enſuziar lo con ſagrado, hazerſe cruel.* } ex in, & pio: cui opponitur Expio. Plaut. in Rud. Nam hoc mihi haud laboris eſt, laborem hunc potiri, ſi erga parentem, Aut deos me impiauit. id eſt ſi impius fui erga parentes.

Impiatus, Sceleratus, inquit Feſtus. { μιαιφόνος. Ital. *Sporcato.* Gal. *Souillé de meſfaits.* Hiſpa. *Enſuziado por malhechos.* } Significat etiam maculatum & pollutum. Apul. Cruore humano aſperſum, atque impiatum. Thalami impiari facinore. Senec. Hippol.

Implacabilis, & implacabile. Qui placari non poteſt. { ἀσπόνδητος, ἀπαράιτητος. Ital. *Implacabile, che non ſi può placare.* Gal. *Qu'on ne peut apaiſer, difficile à apaiſer.* Hiſp. *Coſa que no ſe puede aplacar.* } Cice. ad Quintum fratr. Nam ſi implacabiles iracundiæ ſint, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma eſt lenitas. Idem in Piſonem, Si aſpernaretur amicitiam meam, ſeſéque mihi implacabilem, inexpiabilémque præberet, tamen ei, quum tantas res geſſiſſet, gererétque quotidie, nõ amicus eſſe non poſſem. Ouid. 3. de Pont. Eleg. 3. Effice ſit nobis non implacabilis ira. Inde

Implacabiliter aduerbium. { ἀσπόνδητος, ἀπαράιτητος. Ital. *Obſtinatamente, implacabilmente.* Gal. *Obſtinément, implacablement.* Hiſp. *Conformadamente en mal, implacablemente.* } Tacit. libro 1, Scaurum, cui implacabilius iraſcebatur, ſilentio tranſmiſit.

Implacatus, a, um, Non placatus. { ἀπρόσκλητος, ἀπάλλακτος. Ital. *Non placato.* Gal. *Non apaiſé, qui n'eſt pas content.* Hiſp. *No aplacado.* } vt, Gula implacata. Ouid. 8. Metam. -ſed inattenuata manebat Tum quoque dira fames: implacataque vigebat Flamma gulæ.

Implacidus, a, um, Inquietus, non placitus { ἀσύμφορος, ἀπρεπὴς. Ital. *Inquieto.* Gal. *Mal-plaiſant, & mal-gracieux.* Hiſpa. *Coſa no aſſoſſegada ni plazible.* } vt, Diuûm implacidiſſimus Mars, Stat. 9. Theb. Hor. 4. Carm. Ode. 14. militet nam tuo Druſus Cenaunos implacidum genus, Bennóſque, &c.

Implano, as, penult. corr. Decipio. { ἀπατῶ, παραπλανῶ. Ital. *Ingannare.* Gal. *Tromper, deceuoir.* Hiſp. *Engañar.* } Cyprianus, Siquis (inquit) putat ſe aliquid eſſe, quum non ſit, ſeipſum implanat.

Implanator, pro impoſtore, qui Græcè πλάνος dicitur. Apud claſſicos hoc verbum non temere inuenias.

Impleo, es. Plenum facio. { ἐμπίμπλημι, ἐκπίμπλημι, πληρόω, πλήθω. Ital. *Empire.* Gal. *Emplir, remplir.* Hiſp. *Hinchir.* } Conſtruitur cum ablatiuo, vel genitiuo. Virg. 1. Aene. Impleuitque mero pateram Ibidem, Implentur veteris Bacchi pinguiſque farinæ. Interdum etiam inuenitur habere ablatiuum cum præpoſitione. Cice. 4. Acad. De quibus rebus volumina impleta ſunt, nõ à noſtris ſolùm, ſed etiam à Chryſippo. ¶ Implere ſuum officium, eſt quod barbari dicunt. *Facere ſuum debitum.* Plin. in Epiſt. Vereor enim ne aut exceſſiſſe, aut nõ impleſſe officij mei partes videar. ¶ Impleri etiam dicuntur fœminæ brutorum animantium, quum admiſſario admiſſario fœtum concipiunt. Plin. lib. 14. cap. 63. Canes implentur vno coitu. Colum. lib. 7, Itaque quinquennis parum habetur idoneus fœminis implendis.

Implexus, Inuolutus, innexus. { ἐμπεπλεγμένος, ἐμπεπλεγμένος. Ital. *Implicato, intricato.* Gal. *Entrelacé l'vn dedans l'autre.* Hiſp. *Enbetrado.* } Plin. libro 33. cap. 1. Eſt quidem apud eundem Homerum, virorum crinibus aurum implexum: ideo neſcio an prior vſus à fœminis cœperit. Virg. 4. Georg. Cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Implico,cas, penult.corr. Idem est quod inuoluere vel ionectere. ἐμπλέκω, περιπλέκω. Ital. *Ingreppare, aniuppare*, Gal. *Entrelacer, enueloper, entortiller, entriquer & meſler, empeſtrer*. Hiſp. *Emboluer, trgar inuricando*. Virgil. 2. Aene. Implicitque comam læua. Senec. in Epiſt. Quod malè implicuiſti, ſoluas potius, quàm abrumpas. Ouid. 1. Metam. Dixit, & implicuit materno brachia collo. ¶ Per trãſlationem accipitur pro ſermonibus obtexere, & circunuenire. Liu. 7. bel. Pun. Eum primò incertis implicãtes reſponſis, vt metus tormentorum admotus fateri vera coëgit, edocuerunt literas ſe ad Annibalem ferre. ¶ Præteritum eius eſt implicui, & interdum implicaui: ſupinum, implicitum, vel implicatum. Cice. 1. Offic. Quæ quatuor, quanquam inter ſe colligata & implicita ſunt, tamẽ ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur. Idem in Piſonem, Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt? Plin. lib. 9. Epiſto. Implicitus ſuſpicionibus. ¶ Implicari morbo, detineri. Liuius 3. ab Vrbe, Intra caſtra quies neceſſaria morbo implicitũ exercitum tenuit. ¶ Implicari, & cõſtringi multis officiis. Cice. 1. Acad. Nullis occupationibus implicatus Deus, Cice. 1. de Nat. deor. Muliebribus religionibus implicari, Ciceto pro domo ſua. ¶ Implicare caput, hoc eſt ornare. Plautus Pœnulo, Implicat ad ſpeculum caput.

Implicitarus, particip. Ouid. 5. Faſt. Protinus accedunt Charites, nectũntque coronas, Sertáque cæleſtes implicitura comas.

Implicito,as, are, frequentatiuum, συχνὰ ἐμπλέκω. Plinius libro 9. Epiſto. ad Caninium, Varios orbes implicitat, expeditque. hoc eſt inuoluit, & euoluit.

Implicatio,onis, Inuolutio, connexio. ἐμπλοκή. Ital. *Imuilupamento, intricamento*. Gal. *Entrelacement, entortillement, enueloppement*. Hiſ. *Embolumiẽto*. Cic. 2. de Natu. deo. Huic adde neruos, à quibus artus continemur, eorúmque implicationem corpore toto pertinẽtem. Idem pro Seſt. Aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malint, quàm ſuo deflagrare.

Implicitè, aduerbium, Perplexè, latenter, inuolutè: cuius antitheton eſt Expeditè. ἁπλῶς. Ital. *Intricatamente*. Gal. *Intriquecmẽt, obſcurement, auec empeſchement, & difficulté*. Hiſp. *Intricadamente*. Cic. 2. de Inuent. Abſoluta eſt quæ ipſa in ſe, non vt negotialis, implicitè, & abſconditè, ſed patentius, & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.

Imploro,as, penult. prod. Inuoco: & propriè dicitur quum quis in malis poſitus eſt, & cum miſeratione auxilium petit. ἐπικαλῶ, ἐπιβοήθειαν αἰτῶ. Ital. *Inuocare, dimandare aiuto*. Gal. *Demander aide en pleurant*. Hiſpa. *Rogar como llorando mucho, ò con laſtimoſa demanda ayuda*. Terentius in Adelph. Illæ fidem nunc noſtram implorat Demea. Plin. in Epiſto. Legati rurſus inducti, irerum me iam præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meam, quam eſſent contra Maſſam Bebium experti. Cice. 7. Verr. Vóſque etiam atque etiam imploro & appello ſanctiſſimæ deæ, quæ, &c.

Imploratio,onis, Inuocatio, auxilij petitio in rebus afflictis. ἐπίκλησις. Ital. *Eſſo dimandare aiuto, ſupplication*. Gal. *Imploration, priere, requeſte*. Hiſpa. *Aquel ruego como llorando*. Liu. 8. ab Vrbe, Proditur memoriæ aduerſus crebram deorum implorationẽ, &c. Cic. 7. Verr. Si te acerba illius implorato, & vox miſerabilis non inhibebat, ne enim quidem Romanorum fletu commouebare? Idem de Orat. Omnium deorum, & hominum, & ciuium, & ſociorum implotatio.

Impluuis, & hoc impluue, penult. prod. Quod plumis caret. ἄπτερος, ἀπτέρυγος. Ital. *Senza piume*. Gal. *Qui eſt ſans plumes*. Hiſpa. *Sin plumas, deſplumado*. Plinius libro 8. cap. 55. Lepus omnium præde naſcens, ſolius, præter dalypodem, ſuperfœrat, aliud educans, alind in vtero. pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Et libro 10. cap. 3, Halilætus tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, &c.

Impluo, is, implui, vel impluui, implutum, impluere, Super aliquid pluere. ἐμπίπτω. Ital. *Piouere ſopra qualche coſa, ſtrapiouere*. Gal. *Pleuuoir dedans*. Hiſp. *Llouer ſobre algo*. Plaut. in Moſtel. Quum impluit cæteris, ne impluat mihi. Columel. lib. 2. cap. 8, Tremellius quidem aſſeuerat, prius quàm impluerit, ab auibus, aut formicis ſata edi, vbi æſtuis ſerenitatibus ager aret.

Impintus, a, um. Pluuia madefactus. κατατεθρυμμένος.

Impluuiũ, uij, inquit Varro, eſt locus ſub cælo in medio domus relictus, vnde lumen deorum caperentcitra dictus, quòd eò implueret. ἡ αὐλή, ὁ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιβρέων τόπος ἐν οἰκίᾳ. Ital. *Pluuale, luoco ſcoperto done ſi raccoglono le aque che piouano*. Gal. *Vn lieu & petite court, entre les maiſons on tombent les eaus de la pluye*. Hiſp. *El patio dela caſa*. Feſtus, Impluuium, quò aqua impluit collecta de tecto. Terent. in Phor. Monſtra euenerunt mihi: Introiit in ædes ater alienus canis: anguis per impluuium decidit de tegulis.

Impluuia, æ, Veſtis erat, qua ſacerdotes per imbrem vtebantur. χλαῖνα. Pluuiale nunc vulgò appellatur. Varro, Salium quoque ſereno tempore impluuia amictum fuiſſe criminabantur. Hæc Sipontinus. Alij tamen à colore hoc veſtis genus dictum putant. nam impluuiatus color à Nonio dictus eſt, quem nos fuſcum, ſiue pullum vocamus, quaſi fumato ſtillicidio implutus.

Impluuiatus color, Is eſt quem nos fuſcum aut pullum dicimus: inde dictus, teſte Nonio, quaſi fumato ſtillicidio implutus. Vide Thyleſium in libello De coloribus.

Impolitia, tiæ, Quaſi incuria, inelegantia. ἀκοσμία, ἀκαταστασία. Ital. *Roxeza, negligenza di addornare qualche coſa*. Gal. *Negligence & pareſſe d'acouſtrer, & orner quelque choſe*. Hiſp. *La no elegancia, ni galania*. Gell. lib. 4. cap. 12, Siquis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur. Impolitias facere dicebantur Cenſores, inquit Feſtus, quum Equiti æs abnegabant ob equum male curatum.

Impolitus, a um, Rudis, nondum perpolitus. ἀκατασκεύαστος. Ital. *Roxo, groſſo*. Gal. *Qui n'eſt point poli, groſſe, lourd*. Hiſpa. *Coſa no poluda ò acicalada*. Cice. de Prouin. Conſ. Impolitæ verò res, & acerbæ ſi erunt relictæ, quanquam ſuot abſciſſæ, tamen efferent ſeſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent. Idem de claris Orat. Forma admodum impolita, atque rudis. Idem 1. de Orato. Genus hominum rude, hebes, & impolitum.

Impolitè, aduerbium. Inelegãter. ἀκοσμότερον. Ital. *Senza politeza, groſſamente, ordamente*. Gal. *Sans poliſſure, lordement, groſſement*. Hiſp. *No polida ò acicalada-*

damente. Cice. 1. de Orat. Quum ſæpiſſimè tibi Senatus breuiter impolitéque dicenti, maximis tit de rebus aſſenſus, &c.

Impollutus, a, um, Non pollutus. ἁγνὸς, ἀμόλυντος. Ital. *Non mucchiuto, non violato*. Gal. *Impollu, non pollu en fonſtié*. Hiſp. *No ſuzio ni manzillado*. vt fides impolluta, Sil. lib. 13.

Impomenta, Quaſi imponimenta, quæ poſt cœnam menſis imponebant. Feſtus.

Impono, is, penult. prod. Suprà pono. ἐπιτίθημι, ἐπιτάσσω. Ital. *Imporre, ſopraporre*. Gal. *Mettre deſſus ou dedans*. Hiſp. *Poner en cima de otra coſa*. Virgil. 1. Aeneid. -molemque & montes inſuper altos Impoſuit. Idem lib. 4. Vidit, turicremis quum dona imponeret aris. ¶ Imponere finem vel clauſulam rei alicui, eſt idem quod finire vel abſoluere. Virg. 7. Aeneid. Finémque imponere curis. ¶ Interdum iniungo. ἐπιτάσσω, ἐπιτρέπω, προστάσσω. vt, Impono tibi hoc onus. Terent. in Andr. Tibi pater me dedo, quidiuis oneris impone, impera. ¶ Cum datiuo verò ſignificat decipere. ἐξαπατῶ. Quintil. in Decl. Spes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Cice. ad Qu. fratrem lib. 2. Sic legibus pernicioſiſſimis obſtitit, maximè Catonis, cui tã egregiè impoſuit Milo noſter. ¶ Imponere extremam manum, ſignificat perficio. Donatus, Imponitur extrema manus tebus, cum perficitur id quod cœperit: relinquitur, quum res imperfecta dimittitur. Virgil. 7. Aeneid. Nec minus interea extremam Saturnina bello Imponit regina manum.

Impoſitus, penult. corr. Particip. ἐπικείμενος, ἐπιτεθείς. Ital. *Poſto dentro, di ſopra, diſſotto*. Gal. *Impoſé, mis dedans, poſé deſſus*. Hiſp. *Puesto en cima de otra coſa*. Plin. lib. 15. cap. 30. Tyberi impoſita iuxta nonum lapidem Flaminia via. Clitellæ boui ſunt impoſitæ, Cice. Atti. lib. 5.

Impoſitus, huius impoſitus. ἐπίθετος. Ital. *Eſſo poneto di ſopra*. Gal. *Poſement deſſus*. Hiſp. *Poſtura en cima de alguna coſa*. Plinius lib. 24. cap. 4. Vlcera commanducata, impoſituque efficaciſſimè ſanati. Ex vetuſto codice legitur, commanducato impoſitóque.

Impoſitio, aliud verbal. ἐπίθεσις, ἐπίτριμμα. Idem Plinius 27. cap. 13. Succus eius lacteus in gummi ſpiſſatus vel ſemen, impoſitione ſpicula e corpore eiicit.

Impoſititius, Adiectiuum. ἐπιθετικὸς. Ital. *Poſto*. Gal. *Poſé, appliqué*. Hiſp. *Puello*. Quod impoſitum eſt: vt, Seruitus impoſititia, hoc eſt non naturalis. Vipia. in l. De pupillo. §. Sextus Pedius. ff. de Noui ope. nunciat. Sextus Pedius diffinit, noui operis nuntiationis triplicem eſſe cauſam: aut naturalem, aut publicam, aut impoſititiam. Et paulo poſt, Impoſititiã, quum quis poſtea ius ſuum diminuit, alterius auxit. Hoc eſt poſteaquam ſeruitutem ædibus ſuis impoſuit, contra ſeruitutem fecit. Impoſititia nomina, quæ à natura impoſita ſunt, vnde alia deriuãtur. Ex Varrone.

Impoſitiuus, penult. product. Adiect. Plin. libro 28. cap. 4. Pythagoræ inuentis non temerè fallere impoſitiuorum nominum imparem vocalium numerum, clauditates, &c.

Impoſitiua nomina, ἐπίθετα ὀνόματα.

Impoſtores. Dicuntur deceptores, verſuti, qui aliis imponunt, hoc eſt decipiunt. ἀπατεῶνες. Ital. *Ingannatori*. Gal. *Trompeurs, abuſeurs, effronteurs*. Hiſp. *Engañadores, los que juegan de paſſa paſſa*. Vipia. l. 3. §. Medicos ff. de Varr. & extraor. cog. Non tamen ſi incauta uerit, ſi imprecatus eſt, ſi (vt vulgari verbo impoſtorum vtar) exorciz auit.

Impoſtura, æ, Fraus, deceptio. ἐξαπάτη, φενακισμός. Ital. *Fraude, inganno*. Gal. *Tromperie, abus*. Hiſp. *Engaño*. vnde impoſturam facere, eſt decipere, circunuenire. ἐξαπατῶ, φενακίζω. Vlpia. de crimine ſtellionat. l. 3. Siquis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, ſtellionatus poteſt appellari.

Imporco, as, Porcas in agro facio. ἀροτριῶ, ἀροτριᾶς ἀροτριᾷ. Ital. *Fare i ſolchi alla terra, laurare*. Gal. *Faire des ſeillons en vne terre, la labourer & eſſeillonner*. Hiſp. *Aporcar algo con tierra, labrar la tierra*. Colu. lib. 1. ca. 10, Et ſimiliter quum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatúmque occabimus.

Imporcitor, oris, Qui porcas facit. Eſt autem porca, vt inquit Varro, lib. 2. de Re ruſt. terra eminens inter duos ſulcos. Contrà, Feſtus ſulcos rariores, qui aquæ ducendæ gratia fieri ſolent, porcas vocari tradit: crebriores autem, limos appellari.

Importo, tas, Infero. εἰσφέρω. Ital. *Portare dentro*. Gal. *Porter dedans, apporter*. Hiſp. *Traer à dentro de algun lugar*. Cæſ. 8. belli Gall. Sylueſtribus, anguſtiſque itineribus frumentum importare in oppidum inſtituit. Cice. 2. Offic. Per eoſdémque, ſiquid importetur nobis incommodi, propulſemus. Cæſar 5. bell. Gall. Aere vtuntur importato.

Importunus, a, um, penult. prod. Qui aliquid facit præter rationem loci, ſeu temporis, aut perſonarum. ἄκαιρος. Ital. *Importuno, faſtidioſo*. Gal. *Importun, ennuyeux*. Hiſp. *No conueniente al tiempo, ni al negocio, ni al lugar, importuno*. Terent. in Heaut. Imò ille fuit ſenex importunus ſemper. Nonnunquam idem eſt quod immanis, & abominandus. Virgil. 11. Aeneid. Bellum importunum ciues cum gente deorum, Inuictiſque viris gerimus. Vbi Seruius, Importunum, inquit, bellum inde vocat, quod portu, id eſt quiete careat. Cicer. in Anton. Non poſſum æquo animo videre tam importunos, tam ſceleratos hoſtes. Pauperies importuna, id eſt grauis & moleſta. Horat. 3. Carm. Importuna tamen pauperies abeſt.

Importunè. aduerbium, Intempeſtiuè, moleſtè, impudenter, præter loci, temporis, aut perſonarum rationem. ἀκαίρως. Ital. *Fuor de tempo, fuor de propoſito*. Gal. *Hors temps & ſaiſon*. Hiſp. *Importunamente, inconueniẽtemente*. vt, Importunè inſiſtere, apud Cicer. 1. Acad.

Importunitas, atis, Intempeſtiuitas, quæ neque loci, vt ait Donatus, neque temporis obſeruat commoditatem. ἀκαιρία. Ital. *Importunità, ſcelerageze*. Gal. *Importunité, outrage*. Hiſp. *Importunidad*. Terent. in Andr. Importunitatem ſpectate aniculæ. ¶ Accipitur tamen importunitas non raro pro immanitate, ſeu nephario aliquo & execrando ſcelere. Cicero pro Cluentio, Hums importunitatem matris à filij capite depelite. Idem in Piſonem. Animal ex omnium ſcelerum importunitate, & omnium flagitiorum impunitate concretum.

Importuoſus, a, um. Quod eſt ſine portu. ἀλίμενος. Ital. *Senza porto*. Gal. *Qui n'a ponit de port*. Hiſp. *Sin puerto*. Salluſt. in Iugur. Quem locum Catabathmon incolæ appellant: mare ſæuum & importuoſum, & ager frugum

frugum fertilis. Tacit.lib.12, Mare importuosum.

Impos,tis, penult.gen.corr. Qui rem aliquam in potestate sua non habet: cuive quod cupit,ex voto non succedit. {ἀκρατής, ἄκυρος. Ital. *Che manca di qualche cosa, che non ottiene qualche cosa.* Gal. *Qui ne peut se contenir, qui n'est maistre de soy.* Hispa. *Impotente.*} Sic impotem rationis, dicimus eum qui rationem non habet cupiditatibus dominantem. ἀκρατὴς λογισμοῦ. Item impotem animi, cui mens sana non est, cuique animi instrumentum est vitiatum. ἄφρων. Plaut.Captiuis,Eripite huic gladium, quæ sui est impos animi. Impos voti, cui aliquid [illegible] non succesſit, quique quod optabat, assecutus non est. ἀντίθετον autitheton est Compos: de quo suprà eguimus suo loco.

Imposſibilis,le, Quod fieri non potest. {ἀδύνατος. Ital. *Impossibile.* Gal. *Impossible.* Hisp. *Cosa que no puede ser.*} quam vocem nonnulli putauerunt Latinam non esse: sed illi profecto tota errant via: non semel enim legitur apud Quintil.vt lib.5.cap.13, Impossibilia aggrediantur, pro effectis relinquant vix dum inchoata.

Impostores, Impostura, vide IMPONO.

Impotens,tis, penult.corr. Qui affectuum suorum potens non est, sed ab appetitibus suis vincitur. {ἀκρατής. Ital. *Impotente, debole, che non può raffrenare i suoi affetti.* Gal. *Impatient,impotent,debile.* Hisp. *No poderoso.*} Cice. 5.Philip. Aduolabat ad vrbem à Brundusio homo impotentissimus ardens odio, animo hostili in omnes bonos Antonius. Idem Lepido, Sin ista pax perditorum hominum in possessionem impotentissimi dominatus restituta est. id est superbissimi,& quò ira, libidoque rapiunt, sequentis. Sic etiam impotentem Decemuirorum dominatum dixit Liuius ab Vrbe, pro crudeli, libidinoso, & rationis frænis minimè coërcito. ¶ Accipitur etiam impotens pro inope, tenui,debili. ἀδύνατος. Cice pro Muræ. Ad salutem innocentium,ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum hæc valeant.

Impotentia,æ, Plerunque imbecillitatem significat,siue infirmitatem, vt inquit Donatus. {ἀδυναμία,ἀσθένεια. Ital. *Debolezza, impotenza.* Gal. *Peine & debile puissance,impuissance.* Hisp. *Flaqueza no potencia.*} Terẽt.in Adelph. Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo Suspicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis: Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. Quoties autem ad animum transfertur, significat vitium illud quum quis iracundiæ, vel aliis animi sui affectibus imperare non potest. ἀκρασία, νόσος. Cice.4. Tuscul. Item inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus,impotentiam quandam animi à temperantia & moderatione plurimum dissidere.Cice.5.Tuscul.Qui nihil metuant, nihil agant,nihil cõcupiscant, nulla impotentia efferantur. Ad eundem etiam modum Tyrannus impotentissimus dicitur à Quintiliano: & Decemuiri,quorum principatus erat superbus,violentus, & immoderatus,à Liuio impotentes domini nuncupatur:& à Seneca impotentia Fortunæ asscribitur: cuius successu elatiores, insolentioréque reddi homines consueuerunt.

Impotenter,Aduerbium, {ἀκρατῶς,ἀπεγνωσμένως. Ital. *Per tirannia.* Gal. *Desreglement,comme quand on est mutué de colere, par tyrannie.* Hispa. *Por tyrannia.*} Quintil.lib.1.cap.3. Nequid improbè,nequid impotenter faciat,mouendus est puer. Impotenter regnare, iniustè & impiè, Hirtius lib.4. bell.Alex.ad.Impotentius regi,Liuius lib.7.beli.Punic.

Impræsentiarum, Vnica dictio est,idem significans quod tempore præsenti. {ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ, ἐν τῷ παρόντι. Italicè, & Hispani. *Al presente.* Gal. *Pour le present, alors.*} Neque solùm dicitur de eo quod nunc præsens est, sed sæpius de eo quod præsens fuit, aut præsens erit. Cato cap.144,de lege oleæ legendæ,Extra quam siquem socium impræsentiarum dixerit. Vlpia.de tabu.exhibend.Quid enim, si occultatæ tabulæ,posteà prolatæ sunt cur noceat ei qui responderit quod impræsentiarum ei videbatur? Idem, Tempus enim ei dandum est,si non potest impræsentiarum exhibere. In præsentia autem duæ potius videntur esse dictiones: quare non per m (vt à nonnullis scribi video)sed per n potius diuisis dictionibus scribendum puto.

Impransus,a,um, Qui nondum pransus est. {ἄναριστος. Ital. *Che non ha anchora desinato.* Gal. *Qui n'a point disné.* Hispani. *El que no ha comido.*} Plautus Sticho, Quàm mox cocta est cœna? impransus ego sum. Horatius 2. Sermon. Satyr.2, Verum hic impransi mecum disquirere. Plautus Amphitr. Hoc adeò hoc commemini magis, quia illo die impransus fui.

Imprecor,aris, secunda syllaba corr. Est mali quippiam in caput alicuius precari. {ἀράομαι. Ital. *Pregar qualche male.* Gal. *Prier que mal auienne à quelqu'vn,maudire.* Hisp. *Rogar que venga mal à otro.*} Quintilia.lib.15.Declama.Non imprecemur debilitatem, naufragia, morbos: pauper sit, & amet quancunque meretricem. Virgil.4. Aeneid.Littora littoribus contraria,fluctibus vndas Imprecor.

Imprecatio,onis,verbale, Execratio,deuotio,diræ. ἀραί.

Imprimo,is, penult.corr. Rei cuipiam molli figuram aliquam induco. {ἐκτυπόω, εἰκονίζω, ἐπιφαγίζω. Ital. *Imprimere, stampare, calcare.* Gal. *Empraindre, imprimer, marquer.* Hispa. *Imprimir como el sello à libros.*} Vnde impressæ literæ, obsignatæ dicuntur. Cicero 1. Tuscul. An imprimi, quasi ceram, putamus animum? Idem pro Cecin. Nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit,deiici neminem posse. Colu.lib.7.cap.11, Cum duobus vulneribus impressis per vnamquanque plagam singuli testiculi exprimuntur.

Impressio, Id est violentus impetus, qualem facere solent acies instructæ, quum altera in alteram irrumpere conatur. {πρόσβολή. Ital. *Violenza, assalto violento.* Gal. *Emprainte & marque, impression, assaut & effort ou choc.* Hisp. *Impression,arrebatamiento.*} Varro lib.2. de Re rust.cap.4, Hostes se arbitrati occasionem habere victoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. Cice.pro Flac.Non igitur impressio, nõ occasio,non vis, non tempus, non imperium, non fecures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Hirtius in Comment.Cæsar equitum turmas suorum iubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erat,facere impressionem. Budæus in Epist. ¶ Per translationem item impressiones dicuntur imagines quas imaginatiua animæ facultate apprehendimus Cice.4.Acad.Quum visa in animos imprimuntur,inter ipsas impressiones nihil interesse.

Improbus, a,um, pen.corr. Non probus,malignus,& nequam. {μοχθηρός, πονηρός, κακοήθης. Ital. *Tristo,maligno.* Gal. *Meschant,reprouué,effrenté.* Hispani. *Malo y desuergonçado, irreuerente.*} Plaut.in Pseud. Verum ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo. Terent.in Andr.Tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum, Ipsum animũ ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. ¶ Interdum idem est quod sæuus.Virgil.10.Aeneid. -lauit improba teter. Ora cruor. ¶ Interdum turpis. Lucilius, Omnes formosi, fortes, vbi ergo improbus est? hoc est turpis & fœdus, vt Nonius interpretatur. Plautus, Improbiorem non vidi faciem mulieris. ¶ Interdum magnus, & indefessus. ἀκάματος. Virgil.1.Georg. -labor omnia vincit Improbus. Vbi Seruius, Improbus, vel magnus, vel nulli probabilis. ¶ Quandoque insatiabilis,damnosus. Virgil.1. Georg. -nihil improbus anser, Strymoniæque grues. Vbi Seruius, Improbus, insatiabilis, nulli probandus. Improba merx,iniusta,vel quæ facilè emptorem inuenit. Plaut.in Mil. Sicuti merci pretiũ stat,pro virtute vt væneat: Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Improbum os, inuerecundum, improbitatem, & impudentiam præ se ferens. Sueton.de clar. Gram.Ac tanto amore erga patronũ memoriam extitit, vt Sallustium historicum, quòd eum oris improbi, animo inuerecundo scripsisset, acerbissima satyra lacerauerit.

Improbulus, diminutiuum. {ὁ μικρὸς μοχθηρίσκος, μικρὸς ἀδίκημος. Ital. *Cattiuello.* Gal. *Vn peu audacieux & importun.* Hispani. *Malo vn poco.*} Iuuenal. Satyr. 5, Finge tamen te improbulum: superest illi, qui ponere cogat.

Improbè, aduerbium, Non probè, praue, peruerse, {πονηρῶς, ἀκολάστως. Ital. *Maluagiamente.* Gal. *Meschamment, impudemment.* Hisp. *Malo desuergonçadamente.*} Plaut.in Trinum.Siquid scis me feciſse inscité, aut improbè.Cice.5. Verr.Est aliquid quod improbius fieri potest? Idem lib.2. Officio.Nec si plures sunt ij,quibus improbè datum est,quàm illi,quibus iniustè ademptum.

Improbitas, atis, Malignitas. {μοχθηρία. Ital. *Ribalderia, malvagità.* Gal. *Meschanceté.* Hisp. *La maldad ò desuergueça.*} Plin.lib.2.cap.23,Improbitas cordis humani.Cic.4.Verr.Ex multis similibus ea sumam quæ maximè improbitate excellere videbuntur.

Improbo,as,are, Damno,reicio, vitupero. {ψέγω, ψόγω. Ital. *Dannare, vituperare, refutare.* Gal. *Reprouuer,despriser,blasmer.* Hisp. *Reprouar.*} Plautus Merc.Qui bono sunt genere nati,præditi ingenio malo, Suapté culpa ex genere capiunt genus, ingenium improbant. Plinius in Epistò. Quinetiam Domitius Afer, qui illos in numen assumpsit, reliquit testamentum ante octo & decem annos nuncupatum:adeóque postea improbatum sibi, vt patris eorum bona proscribenda curauerit. Cæsar 1. bell Ciuilis. Curio vtrunque improbans consilium, quantum alteri sententiæ deesset animi, tantum alteri superesse dicebat.Horat. Epod.5, Per hoc inane purpuræ decus, precor. Per improbatorum hæc Iouem.

Improbatio,onis, Vituperatio, reiectio. {ἀδοκιμασία, ἀνάψογος. Ital. *Biasimo,disprezzo.* Gal. *Reprouuement, blasme.* Hispani. *Reprouamento.*} Ad Herenn.libro 2, Hæc & ad improbationem, & approbationem testium pertinebunt.

Improbabilis,le, Quod probari non potest. {ἀδοκίμαστος. Ital. *Che non si può prouare.* Gal. *Qu'on ne peut approuuer, qu'on doit rejetter.* Hisp. *Lo que no se puede prouar.*} Cice.lib.4. Acad.Quamobrem siue tu probabilem visionem,siue improbabilem, & quæ non impediatur, (vt Carneades volebat) siue aliud quid proferes &c. Celsus in Procœ.lib.1,Si rationes sequi velit omnium,posse videri improbabiles.

Improbro,as, penultima corre. Probro afficere. {ἀποδοκιμάζω, ἀνειδίζω. Ital. *Biasimare.* Gal. *Dire honte & villanie, dire opprobre.* Hispani. *Injuriar.*} Plautus Truculi.Rus tu improbras, vt nacta es hominem, quem pudeat probri.

Improcèrus,ra,rum, penult.prod. {ἀμέγεθος, ἐμμεγής. Ital. *Basso,non alto.* Gal. *Bas, qui n'est haut ne grand d'estature.* Hispa. *Cosa no grande ni de gruesso.*} Humilis, non procerus. Gell.lib.4. cap.19, Aduertimúsque hinc elici tarditatem,corpora eorum improcera fieri.

Improfessus, participium absque verbo. {ἀπαγγείλας. Ital. *Chi non ha dichiarato la sua conditione.* Gal. *Qui n'est point bailli par declaration & denombrement.* Hispani. *El que no ha declarado su estado y condicion.*} Martianus l. Interdum. §. Idem etiam. ff. de public. Siquis improfessus seruus fuerit, & probetur in commissum cecidisse, & aut vxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud quid grauius admisisse, vt cognoscat procurator.

Impromiscuus, Non promiscuus, impermistus. {ἄμικτος. Ital. *Non commune,non vulgare.* Gal. *Qui n'est point commun ne vulgaire.* Hispa. *Cosa que no es comun.*} Gel.lib.12.cap.4, Suauitas tam impromiscua,támque ab omni fuco remota est.

Impromptus, a,um, Tardus, contrarius prompto. {βραδύς. Ital. *Tarde, non prompto.* Gal. *Qui n'est point prompt ne soudain.* Hisp. *Tardio.*} Liuius 7. ab Vrbe,Quia infacundior sit,& lingua impromptus. βραδύγλωσσος.

Impropero,ras, penultima correpta, Crimen,vel aliquid aliud obicio. {ὀνειδίζω. Ital. *Riprouerare, dir villania.* Gal. *Reprocher, dire villenie.* Hispa. *Injuriar.*} Plautus in Ruden. Etiam vim impropetas flagitij flagrantia? ¶ Impropero aliquando etiam accipitur pro intrò propero: hoc est festinanter & properanter ingredior. {ἐπαμύνω, ἐπαμύνομαι. Ital. *Entrare con fretta.* Gal. *Se hailler, aller hastiuement.* Hispa. *Apressurarse mucho, entrar apressuradamente.*} Plin.lib.35 cap.13, Inque basi quadrata intos labyrinthum inextricabilem: quò siquis improperaret fine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

Improperatus,nomen, Non festinatus. {ἐπιτήδειος, πεπροπηδημένος. Ital. *Non affrettato.* Gal. *Qui n'est point hastif, n'auancé, fait tout beau.* Hisp. *No apressurado.*} Virgil.9. Aeneid.Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus Improperata refert.

Improprius, a,um, Non proprius. {ἄκυρος. Ital. *Improprio.* Gal. *Impropre.* Hispa. *No proprio.*} Quintilia.libro 8.cap.2, In hac autem proprietatis specie,quæ nominibus ipsis cuiusque rei vtitur,nulla virtus est, atque ei contrarium est vitium, id apud nos impropsium apud Græcos ἄκυρον dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Improprié,aduerbium.{ἀκυρολογίας. Ital.*Impropiamente*.Gal.*Improprement*.Hisp.*No propriamente*.} Gell.lib.17.cap.1, Vt scribere ausi sint, M.Ciceronem parum integrè,atque improprié,atque inconsideratè loquutum. Plin. lib.8.cap.10, Mandunt ore,spirant & bibunt,odorantúrque haud improprié appellata manu. De elephantis.

Improsperè,aduerbium,Infœliciter, non prosperè {δυσχερῶς. Ital. *Infelicemente*. Gal.*Malheureusement*. Hisp.*No prosperamente,desdichadamente*.} Colum.lib.1.cap.1, Vbi quid perpetam admiuistratum cesserit imperè,vitatur quod fefellerat.

Improtectus, Indefensus, protectore, patronóve destitutus. {ἀνυπερασπίστως, ἀπροστάτευτος. Ital. *Non difeso*. Gal. *Qui n'est point couuert ne defendu, descouuert*. Hispani. *No defendido*.} Plinius libro 13. capite 26, Nequa in re aduersa & repentina incursio imparatis, improtectisque nobis obtigerit.

Improuidus,a,um.Incautus, qui nõ prouidet quod futurum est. {ἀπρονόητος, ἀπρόβλεπτος. Ital. *Incauto,non accorto*. Gal.*Qui ne prevoit point ce qui doit auenir, & n'y pourueoit point*. Hisp.*No proueido*.} Lib.1.ab Vrbe,Et quum improuidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent.Cicc.de Legibus, Necessitas quædam fatalis improuidas hominum mentes occupauit. Improuida tela,passiuè, quæ non præuidentur. ἀνάτευκτα. Plin.in Epist.Sæpius à Domitiano,non secus ac tela, quæ ipso cæca & improuida feruntur,in optimum quenque contorquebantur.

Improuidè,aduerbium, Incautè.{ἀπροόπτως. Ital.*Incautamente,non accortamente*. Gal. *Sans auoir preueu ce pourueu*. Hisp. *No proueidamente*.} Liu.7. bel.Pun.Neque pro veteris prudentia ducis tam improuidè ilset.

Improuisus,a,um,penultima producta, Quod non est præuisum, inopinatum,subitum, repentinum. {ἀπροσδόκητος. Ital. *Improuiso, non preuisto*. Gal.*Dequoy on ne se gueitoit pas, improuiste*. Hispa. *Cosa no mirada de antes*.} Cicc.ad Atticum, lib.15, Etiam illud quid est quod non pertimescendum sit,quum hominem temperãtem, summum medicum,tantus improuisus morbus oppresserit? Horat.2. Carm.Ode 13, -sed improuisa leti Vis rapuit, rapiétque gẽtes. ¶Improuisior,comparatiuum. Tasitus lib.2, Eodem anno duodecim celebres Asiæ vrbes collapsæ, nocturno motu terræ: quo improuisior,grauiórque pestis fuit.

Improuisò,aduerbium, Ex improuiso,ex inopinato,de improuiso,de repente,subitò,repẽtè. {ἀπροσδοκήτως, ἀπροσδοκήτου. Ital.*All' improuista,improuisamente*. Gal.*A despourueu,à pié leué,sans y auoir pensé,à l'improuiste*. Hisp. *Subitamente,y de improuiso*.} Plaut.in Trucul.Qui amat,nequit quin nihili sit,atque improuisè se partibus expolier.

Improuisò,aduerbium, Idem ἀπροόπτως. Cicc.12. Philip.Cur hoc tempore cur tam improuisò? cur tam repentè pacis est facta mẽtio? Liu.3. ab Vrbe.Arcem Tusculanam improuisò nocte capiunt.

Imprudens,tis, Ignarus,non prudens, insciens. {ἄφρων. Ital. *Imprudente*. Gal. *Imprudent, mal-auisé*. Hispani. *No prudente ni sabio*.} Cicero pro Rosc.Amer.Hæc omnia Iudices, imprudente L.Sylla facta esse certè scio.Terent.in Hecyr.-equidem plus hodie boni Feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem vnquam Constituitur interdum cum genitiuo. Columel.in Proœm.lib.10, Tota vita vellent imprudentes negotij sui conspici:ád est ignari.Terent.in Eunuc.Emit eam dono mihi, imprudens harum rerum,ignarúsque omnium.

Imprudentia.æ,Insciti,error.inscientia. {ἄγνοια. Ital. *Imprudencia, inauertencia*. Gal *Imprudence, inaduertance,mesgarde*. Hispa. *Aquella no prudencia*.} Cic.de Inuen.Imprudentia est,quum scisse aliquid is qui arguitur, negat.Terent.in Eunuc.Si id est peccatum,peccatum imprudentia est.

Imprudenter, aduerbium, Insciè, & per imprudentiam. {ἀγνοίας. Ital. *Imprudentemente*. Gal.*Imprudemment, par mesgarde*, Hisp.*No prudentemente*.} Terent.in Andr. -interea hæc soror Quam dixi,ad flammam accessit imprudentius. Cicero 1.de Inuent.Nam si iis qui imprudenter læserunt, ignosci conuenit: iis qui necessariò profuerunt,habere gratiam non oportet?

Impubes,is,vel Impubis,& hoc Impube, vel Impuber,eris, Qui ad annos pubertatis nondum peruenit. {ἀγένειος. Ital. *Giouinetto senza barba*. Gal.*Qui n'a point encor de poil ou de barbe, jouuenceau*. Hispa. *Mancebo sin barba*.} hoc est qui nondum lanuginem circa genitalia membra emisit, quam Latini pubem vocant.Ouid.1.Fastorum,Nam puer impubes, & ad huc non vtilis armis, Vnus de Fabio gente relictus erat Plin. lib. 23.cap.7, Corticem eius impubescentem puer impubis si detracto ramo detrahat dentibus. Liu.1. ab Vrbe, Laudatámque virginem parte obsidum se donare dixit:ipsa quos vellet, legeret: productis omnibus elegisse impuberes dicitur.

Impubescens,entis, adiectiuum, Dicitur qui nõdum lanuginem emittit: vt in proximè præcedenti exemplo Plinij. ὁ μήπω γένειον.

Impudens,penul.corr.tis,Qui nullo pudore ducitur,quem nihil pudet, inuerecundus,perfrictæ frontis. {ἀναίσχυντος, ἀκατάσχετος. Ital. *Impudente,senza vergogna*. Gal.*Impudent,effronté,effronte*. Hisp.*Desuergonçado,sin vergueça*.} Cicc.4. Acad. Vtrum igitur nos impudentes, qui labi volumus? an illi arrogantes qui sibi persuaserint scire se solos omnia? Terent.in Eunuc. Tum equidem istud os tuum impudens videre nimium veliem. Cicc. Tum equidem istud os tuum impudens videre nimium veliem. Cicc. ad Heren. Qui verecundiæ fines semel transierit suæ, bene & nauiter oportet esse impudentem.

Impudentia. æ, Inuerecundia. {ἀναισχυντία. Ital. *Sfacciataggine, sfacciatezza*. Gal.*Impudence,effrontement,effrontaments, hardiesse effrontée*. Hisp.*Desuergonçadeza*.} Cicc.5. Verr. Quid ad hanc impudentiam addi potest? Idem pro domo sua, An ego tantam oculorum impudentiam habere possim, vt videam, &c.

Impudenter, Idem quod petulanter,inuerecundè. {ἀναιδῶς, ἀκαταισχύντως. Ital. *Sfacciatamente,senza vergogna*. Gal. *Impudemment,sans honte & vergogne*. Hispa. *Desuergonçadamente*.} Terent.in Andr. Mirum verò impudenter mulier si facit meretrix? Cicc. de Amic. Sed plerique petere sibi, ne diem impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt.

Impudicus,a,um,pen.prod.Non pudicus,impurus, qui pudicitiam suã prostratam habet. {ἀκόλαστος, ἀκάθαρτος. Ital. *Impudico,non casto*. Gal.*Impudique, paillard*. Hispa. *Luxurioso o no casto ni limpio*.} Quum de mare dicitur, eum denotat qui muliebria patitur. γυναικισμὸν, κίναιδον. Cicc.ad Octauium, Audiet Marius, impudico domino parêre nos qui ne militem quidem habere voluit nisi pudicum. ¶Ponitur quandoque etiam pro impudente, temerario, & pro eo qui nullo pudore ducitur. Plaut. in Rud. O facinus impudicum, Quam liberam esse oportet, ferunt postulare.

Impudicitia, æ,{πόλλαυτροπεία, ἀσέλγεια. Ital. *Lussuria,non castità*. Gal.*Impudicité, paillardise*. Hispa. *Aquella no castidad o limpieza*.} Cicc.ad Octauium, Nulla dignitas maiorum conciliasset opem potentium, sed forma pecudedecus pecuniam & nomẽ nobile conscelcratum impudicitiæ detulisset. Quintilia.lib.2, cap.2, Nónne optimè patronus occurrat prius conuitiis luxuriæ,petulantiæ,impudicitiæ,quàm veneficij?

Impudicatus,adiectiuum,Stupratus,inquit Festus.

Impugno,as,are, Significat oppugnare. {πολεμῶ, πολιορκῶ. Ital. *Oppugnare,impugnare*. Gal.*Impugner,combattre à l'encontre,resister*. Hispa.*Pelear ò pugnare,impugnare*. Gal.*Impugner,combattre à l'encontre,resister*. Hispa.*Pelear ò combatir con otro*.} Plaut.Milite, -ad eum Vineas,pluteósque agam, res imparata est,impugnandóque Capere certa res est Liu.5.ab Vrbe, Impugnate terga hostium. ¶Per trãslationem ponitur pro aduersari.Horat.2.Epist.1.Nostra sed impugnat: nos,nostráque liuidus odit.

Impugnatus, participium, Victus. {πολεμούμενος. Ital. *Impugnato*. Gal, *Impugné*. Hisp.*Combatido*.} Plin.lib.5.cap.24,Primò hunc illi impugnatus cursum taurus aufert.

Impugnatio,onis, Idem quod oppugnatio. {πολιόρκησις, πολέμησις. Ital. *Contraditto,resistenza*. Gal.*Contrariété,opposition contre,resistence*. Hisp.*Aquella contradicion,resistencia de combatir*.} Cicc.Attic.lib.4, Ipse domum P.Syllæ pro castris tibi ad eam impugnationem sumpserat.

Impulsio,impulsiõ,& Impulsus, vide IMPELLO.

Impuno,onis,A veteribus impudens dicebatur.Lucil.lib.2.vt citat Nonius Homo impurarus,& impuno,& rapax.

Impunitus,a,um.Liber, inultus,nõ punitus,pœnis solutus. {ἀτιμώρητος, Ital. *Non punito,esselto*. Gal.*Impuni*. Hisp. *No punido ni castigado*.} vt Impunita iniuria,ob quam nullum sumptum est supplicium. Cicero 7.Verr. Possemus hanc iniuriam,ignominiámque, nostris Roma,inultam impunitámque dimittere?

Impunè,aduerbium, Sine pœna,absq; mulcta,impunitè. {ἀτιμωρήτως, ἀζημίως. Ital. *senza punitione, senza pena*. Gal.*Sans estre puni, sans danger*. Hisp. *Sin pena y sin castigo*.} Ouid.2.Metam,Haud impunè feres: adimam tibi nanque figuram. ¶Aliquando idem est quod sine noxa,aut detrimento.Virgil.lib.2. Georg.Et sæpe alterius ramos impunè videmus Vertere in alterius, mutatámque insita mala Ferre pyrum. Vbi impunè, videtur posuisse pro eo quod est sine noxa, aut detrimento matris. ¶Aliquando accipitur pro frustra ματαίως. Apuleius, Impunè Capitolium ascendi,quum nemo esset. Terent.in Hecy.Impunè illud optare tibi licet Horat.Obturem patulas impunè legẽtibus aures. Iuuen.Sat. 1,Impunè ergo mihi recitauerit ille Togatas? hic Elegos? impunè diem consumpserit ingens Telephus? ¶Impunius,magis impune,ac cum minori periculo.Terent.in Heaut.Numquam commodius vnquã herum audiui loqui, Nec quum malè facerem, crederem mihi impunius licere Cicero 6 Verr.Ille,ciuis Romanus quòd erat, impunius id facturum putauit. ¶Impunissimè, superlatiuum. Plaut.in Pœn. -nam impunissimè Tibi quidem hercle vendere hasce ædes licet.

Impunitus,tatis,Venia peccati,licentia libertas,quum scilicet is qui peccauit,nulla mulctatur pœna {ἀτιμωρησία. Ital. *Perdono, grazia,remissione de castigo meritato*. Gal. *Impunité, grace & remission de quelque meffait*. Hispa. *Aquella no punicion ni castigo*.} Sallust.in Catil.Siquis indicasset de coniuratione quæ contra Rempublicam facta erat, præmium decreuere, seruo libertatem, & libero impunitatem eius rei, & sestertiorum ducenta millia. Cicc.2.de Fini.Quæ libido se non proripiet ac proiicet, aut occultatione proposita,aut impunitate aut licentia.

Impurus,ta,tum,penult.prod.Immundus,turpis,impudicus:quanquam etiam frequenter pro scelerato,& improbo accipi solet. {ἀκάθαρτος, ἀκάθαρτος. Ital *Immondo,sporco, scelerato*. Gal.*Ord & sale, vilain,meschant*. Hispa. *No puro ni limpio sucio*.} Terent.in Adelph. O hominem impurum.Idem Eunuch.Mei loci atq; ordinis hominem haud impurum. Cicc.lib.4.de Repub.Sed iuuentuti nostræ minimè audiendus, quippe si ita senuit vt loquitur, est homo impurus. Idé 4. Philip.Quàm multis illum ingenuis,quàm multis matribus familiás in illa tetra atque impura legatione vim attulisse existimatis?

Impuratus,a,um,Idem quod impurus. βεβηλωμένος. Terent.in Phorm.Impuratus me ille vt etiam irrideat? Ibidem, -tum hunc impuratum poterimus nostro modo Vlcisci.

Impurè,aduerbium, Immundè, turpiter, impudicè. {ἀκαθάρτως, αἰσχρῶς. Ital. *Immondamente,impudicamente*. Gal.*Meschamment & vilainement*. Hispa. *Sucia y nõ limpiamente*.} Cicc.3, de Finib.Quis animo æquo videt eum quem impurè ac flagitiosè putet viuere?

Impuritas,atis, Turpitudo,impudicitia. {ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια. Ital. *Infamia, bruttezza*. Gal. *Vilaine,ordure,meschanceté*. Hisp. *Suziedad y no limpieza*.} Cicc. 2.Philip.Quum omnes impuritates pudicæ in domo quotidie susciperes;vino,luxuriísque confectus.

Imputatus,a,um,Quod non est putatum,seu amputatum. {ἀκρεμόνευτος. Ital. *Non podato*. Gal. *Non poné,ou taillé*. Hisp. *No podado*.} nomen est,non participium: quum Imputo in hac significatione non legatur. Plin.lib.4, Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas statuit, ratione excogitata,vt putare cogerentur.

Imputo,as, penult.corr. Est commodi vel incommodi alicuius causam in aliquem reiicere,& asserere eum fuisse eius rei causam & originem. {ἀποτίθημι. Ital.*Imputare la colpa ad alcuno*. Gal.*Imposer, mettre sur,reprocher*. Hispa.*Echar*.} Et tam in bonam partem accipitur, quàm in malam. Quintilia.libro 5, cap.10, An ei cædes imputanda sit, à quo iurgium cœpit? Plinius libro 18. cap.1, Nostris eam criminibus vigemus, culpámque nostram illi imputamus. Quintilia.13. Declam.Imputa nobis propitios ventos,& secundum mare, ac ciuitatis opulentæ liberalitatem quæ tantum frumenti vendidit,quantum duobus populis satis esset. ¶Interdum significat supputare,& numerare,subducere rationem. λογίζεσθαι. Vipianus. Præterea si matrem alunt pupilli tutor, putat Labeo imputare eum posse. Colum lib.1.cap.7, Longæque plus seminis imputant tacti,quàm quod feuerint. ¶Interdum imperare, imponere tributum. Plin.in Epist.Eidem ciuitati imputata sunt terna millia quæ

viatici nomine annua dabantur, legato eunti ad eum qui Mesæ præest, publicè salutandum.

Imputator, verbal. πτολογίων, ὁ ἐπεξοδιασὴς ἀνεξιτήλως. Senec. de Benefic. Multi sunt tam prauæ naturæ, vt malint perdere quæ præstiterūt, quàm videri recepisse, superbi & imputatores.

Imputresco, is, Idem quod putresco. ‖ σήπομαι. Ital. *Putrefarsi.* Gal. *Se pourrir.* Hisp. *Podrirse.* ‖ Columel. lib. 6. cap. 17. Nam animal ipsum oleo mersum necatur: & quum imputruit, conteritur.

Imus, a, um, Infimus, extremus. ‖ κατώτατος, ὕστατος. Ital. *Basso, infimo, vltimo.* Gal. *Le plus bas, le plus profond.* Hisp. *Baxo, vltimo, ò cabero.* ‖ Virgil. 6. Aene. Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo. Cicc. in Som. Scip. Ima sede semper hæret terra. ¶ Aliquando etiam dicimus Imum pro intimo. Virgil. 6. Aeneid. Fuditque preces rex pectore ab imo.

I ante N

In, ‖ εἰς, ἐν. Ital. *In, nel.* Gal. *En.* Hisp. *En, enel.* ‖ Præpositio est quæ & separari & componi solet. Separata tam accusatiuo, quàm ablatiuo deseruit. Cum accusatiuo constructa variat habet significationes pro ratione adiuncti. Quãdoque enim in bonam partem accipitur, idémque significat quod erga. Virgil. lib. 1. Aeneid. Accipit in Teucros animum, mẽtémque benignam. ¶ Quandoque in malam, pro aduersus, vel contra. κατά. vt, In parricidam dico, & In tyrannum pugno. Plinius, Quum mihi sermo in adulterum esset. Virgil. 1. Aeneid. Quid meus Aeneas in te committere tantum, Quid Troes potuere? ¶ Quandoque ad. Virgil. 1. Aeneid. Impulit in latus. ¶ Quandoque post. Liuius, Bellum in trigesimum diem indixerant. id est post triginta dies, vel triginta diebus exactis. ¶ Iungitur etiam aliquãdo accusatiuo pro ablatiuo. vt, Vereor te in os laudare. pro, in ore. Terentius in Adelph. In quem exempla sient. id est in quo. ¶ Interdum idem quod vsque ad. Martia. lib. 1, —in lucem semper Acerra bibit. hoc est vsque ad lucem. ¶ Nonnunquã idem significat quod pro. Terent. in Andr. Olera & pisciculos minutos ferre in cœnam seni. hoc est pro cœna, vel gratia cœnæ. Cicc. 5. Verri. Ne amplius in iugera singula, quàm terna medimna exigeret. hoc est pro singulis iugeribus. ¶ Cum verbis autem motus constructũ idem est quod intrò: vt, Recepit se in forum, Rediit in vrbem. Quum autem iungitur ablatiuo, tunc habet eandem vim quam apud Græcos ἐν. vt, In vrbe, In tempore. ¶ Aliquando significat inter. Virgil. 1. Aene. Penthesilea furens mediis in millibus ardet. ¶ Composita quoque variis capitur modis. Nam modò ponitur pro intra, vel intro: vt Ingredior, Induco. Modò pro contra: vt Inclamo, Insulto. Modò intensiua est: vt Increpuit, Insonuit. Sic Infractum aliquando inuenitur pro eo quod est valde fractum. Virgil. 12. Aeneid. Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos. Idem alibi, Nosco crines, incanáque menta. hoc est valde cana. Modò negatiua, seu priuatiua: vt, Ignarus, Inutilis. Modò significat supra: vt Immineo, Impẽdeo. Modò fine, vt Iniussu meo. Modò solenniratem quandam importat. vt, Indico, cis, quod significat ritu solẽni quicquam promulgo, aut iubeo. Modò motum ad locum: vt, Infero, Importo. Habet nonnunquam qualitatem ad peius deteriùsque pendentem: vt, Quàm semel informeis vidisse Cyclopas. Non enim Informis, nullius formæ, sed malæ formæ significat. Componitur in cum omnibus literis, tam vocalibus, quàm consonantibus. Sed quãdo iungitur vocalibus, vel c, d, f, g, h, n, q, s, t, semper remanet n: vt Inauris, ineo, initio, inops, inuoco, incedo, induco, infero, ingero, inhibeo, innuo, inquiro, infisto, intueor. Quãdo verò cum b, m, & p, mutatur n in m, vt imbibo, immunis, impono. Cum l & r, mutatur n in l, vel in r. vt, Illudo, Irruo. ¶ In diem addicere, Est rem vænalem ita vendere, vt nisi alius ad certum præstitutúmque diem maius pretium obtulerit, illius sit qui primò obtulit. ἐμπρόθεσμον αὐτίπρασις. ¶ In dies singulos, Id est per quoslibet dies. ‖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Ital. *Di in di, ogni dì.* Gal. *De jour en jour, tous les jours.* Hisp. *De dia en dia, cada dia.* ‖ Cicc. Metello, Meæ rationis atque eius mei consilij, maiorem in dies singulos fructum, voluptatémque capio. ¶ In diem viuere, Est præsentis tantùm diei habere rationem, neque solicitum esse de victu subsequentis diei. qualiter vixisse traditur Diogenes Cynicus: qui ob id ἐφημερεύων. hoc est in diem viuẽs est appellatus. Sic Mercari panem in diem, dicimus, pro eo quod est, tantum panis emere, quantum nobis in singulos dies est opus. ¶ In dies, Id est per singulos dies, καθ' ἑκάστην ἡμέραν: & ferè constituitur cum comparatiuo, aut alia quauis dictione incrementum importante. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Crescente in dies multitudine. Cicc. 1. Philip. Nam quum serperet in vrbe infinitum malum, idque manaret in dies latius. Interdum etiam sine aliquo incremento. Hircius, Vt omnes in dies horãsque parati essent. ¶ In horam, plerunque cum verbo Viuo coniungitur, sicut & In diem. ‖ εἰς ὥραν. Ital. *D'hora in hora.* Gal. *D'heure en heure.* Hisp. *De hora en hora.* ‖ Dicimus enim Viuere in horam, sicut Viuere in diem: quæ duo ferè sunt eiusdem significationis, hoc est non habere rationem subsequentis diei, aut horæ: sed ita viuere acsi proxima hora nobis esset moriendum. Cicero, Neque qui in horam viuunt, non modò de fortunis & bonis ciuium, sed ne de vtilitate quidem sua cogitauerunt. In horas verò, εἰς ὥρας, ferè coniungitur cum verbo incrementum significante: sicut In dies, pro eo quod est de hora in horam, magis ac magis. Virgil. 10. Aeglo. Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas, Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus. Aliquando etiam sine dictione incrementi, pro eo quod est singulis horis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. Clauum vt mutaret in horas. hoc est sæpissimè, quasi singulis horis. ¶ In manu, vel In manibus esse dicitur quod est in potestate, vel in promptu, & in facili. ‖ ἐπιχείρητος. Ital. *In potestà, in arbitrio, in mano.* Gal. *En pouuoir, en la main, à la volonté.* Hisp. *En poder, en mano, en aluedrio.* ‖ vt, Victoria in manibus est, id est propemodum iam tenetur. Terẽt. in Heec. Tibi in manu est, ne fiat. In manibus, pro inter manus. ἐν χερσίν. Cicc. in Catone, Septimus mihi liber Originum est in manibus. id est septimo libro nondum summa imposita est manus. ¶ In manũ dare, est (vt Donatus interpretatur) clàm & sine armis dare: quemadmodum fieri solet quũ Iudex, aut aduersarij patronus corrumpitur. ἐγχειρίζειν. Terent. in Phormio. Soli sumus nunc, inquam, hic: cho, dic, quid velis tibi dari in manum? ¶ In mediũ, id est in vsum communem. εἰς τὸ μέσον. Cicc. 1. Offic. In hoc naturam debemus ducem sequi, & cõmunes vtilitates in medium afferre mutatione offi-

ciorum. ¶ In mentem venit, Idem quod recordor, siue memini. ‖ ἐπέρχεταί μοι τὸν νοῦν. Ital. *Venire & tornare in mente.* Gal. *Reuenir en memoire.* Hispa. *Venir à l'entendimiento ò memoria.* ‖ Cicc. 3. de Finib. Venit mihi Platonis in mentem. Idem lib. 5. Epist. Solet mihi in mentem venire illius temporis, quo suauissimè vnà fuimus. Interdum idem est quod expendere, seu cogitatione reuoluere. ἐπιπλέζειν. Virgil. 4. Aeneid. Non venit in mentem quorũ consederis aruis. ¶ In numerum ludere, est inquit Seruius, ludere & saltare ad modũ rhythmi, & cantilenæ. ἐμμελῶς παίζειν. Virgil. 6. Aelog. Tum verò in numerum Faunósque, feràsque videres Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus. ¶ In ordinẽ redactus, siue coactus. Idẽ est quod exteris hominibus inferioris ordinis adæquatus. ἐγκύκλιος, ἐγκύκλιος, ἐγκύκλιος. Vnde illi propriè dicuntur in ordinem redigi, qui quum aliquãdo fuerint functi summis honoribus, eò tandem rediguntur, vt inter alios nihil emineant. Liu. 12. ab Vrbe, Tribuni plebis in ordinem redacti. id est contemptui habiti, nec pluris æstimati, quàm aliquis è populo. Sueto. in Claudio, In ordinem se coactum scriberet. Hinc etiam Extra ordinem, pro egregiè dicitur. ἐκτὸς τάξεως. ¶ In posterum, posthac, vel postea. ‖ ἐπ' ἀσκήσεως τὸ ἑπέπειτα. Ital. *Per l'auenire.* Gal. *A l'auenir, par ci apres.* Hisp. *Despues.* ‖ Plin. lib. 6. Epist. In posterum, nisi adhibebis modum, ego adhibebo. Quintil. lib. 1. Multa linguæ vitia, nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur. ¶ In rem præsentem, nõ tempus, sed locum significat, quasi in locum rei cõtrouersæ. Vnde iudex in rem præsentem venire dicitur quum accedit ad locum de quo est controuersia. Cicero 1. Offic. Vt si constitueris te cuipiam in rem præsentem esse venturum. Idem pro Cecinna. Placuit Cecinnæ de amicorum sentẽtia constituere, quo die in rem præsentẽ veniretur. Sic etiam dicimus, In re præsenti disceptare, hoc est eo ipso in loco de quo est controuersia. Liuius lib. 3, Scribit missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginensem & Regem Masinissam in re præsenti disceptarẽt. ¶ In spem venio, Sperare incipio. ‖ εἰς ἐλπίδα ἔρχεσθαι. Ital. *Entrare in speranza, cominciare à sperare.* Gal. *Commencer d'esperer, entrer en esperir.* Hisp. *Comenzar à esperar.* ‖ Cicc. 2. de Orat. Nõnullam in spem veneram, posse me aliquid ex istis discere. ¶ In tẽpore, significat opportunè. ‖ ἐν καιρῷ. Ital. *Opportunamente, à tempo.* Gal. *Opportunément, à temps.* Hisp. *A tiempo.* ‖ Sallust. Maximè ferocia Regis Mithridatis in tẽpore bellaturi. Terent. in Andria, Venit in tempore.

Inabruptus, a, um, Indiuulsus, non abruptus, aut qui abrumpi non potest. ‖ ἀδιάῤῥηκτος. Ital. *Che non si può rompere.* Gal. *Qui n'est point rompu, ou qu'on ne peut rompre.* Hispani *Lo que no se puede romper.* ‖ Statius 5. Syl. Nec mirum, si vos collato pectore missos Iunxit inabrupta concordia longa catena.

Inaccessus, sa, sum, Ad quod non acceditur, vel accedi non potest. ‖ ἄβατος, ἀπρόσιτος. Ital. *Done non si può andare.* Gal. *Qui n'est point hanté, ou qu'on ne peut aborder ou aller.* Hispa. *Donde ninguno llega ò donde no se puede llegar.* ‖ Plin. lib. 12. cap. 14, Saba regio à dextra maris scopulis inaccessa. Idem libro 12. cap. 12, Deserta incolit, nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa. Virgil. 7. Aeneid. Diues inaccessos vbi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu. Vbi Seruius, Inaccessos lucos interpretatur inaccedendos, hoc est ad quos nemo debeat accedere: non autem inaccessibiles, quum Vlysses eò accesserit. Sic Illaudatum Busiridem vocat Virg. non quòd nunquam fuerit laudatus. Constat enim ab Isocrate fuisse laudatum: sed quòd laudari, aut nominari non debeat.

INACHIA, ἰναχία. Peninsula est Europæ totius clarissima, quam Peloponnesum vocamus. ¶ Est & Inachia nomen puellæ ab Horatio adamatæ, cuius meminit Epod. 11. Hic tertius December, ex quo desiiti Inachia furere.

INACHIVM, ἰνάχιον. Peloponnesi oppidum, inter Syllæum promontorium, & Isthmum situm: alio nomine Argos Dipsium appellatum. Plinius lib. 4. cap. 5.

INACHVS, pen. corr. ἴναχος, Fluuius est in latere exortiuo Peloponnesi per agrum Argiuum in sinum Argolicum illabens. Hunc Poëtæ fabulantur, Iûs patrem fuisse: quam quum Iupiter vitiasset, aduẽtum Iunonis præsentiens, in vaccam mutauit. Ouid. lib. 1. Metam. Inachus vnus abest, imóque reconditus antro Fletibus auget aquas, natámque miserrimus Io Luget, &c. ¶ Fuit & Inachus primus Argiuorum rex, qui Inacho fluuio nomẽ dedit: à quo Argiui ipsi, Inachidæ appellati sunt. Huius filia creditur fuisse Io: quam quum Iupiter vitiasset, & in Cretam aduexisset, Inno pellicis impatiens, grauissimis odiis eam exagitauit. Quæ res Poëtis occasionẽ fabulandi dedit, Io Inachi fluuij filiam fuisse, Iunonis metu à Ioue in vaccam mutatam: quam quum illa à coniuge dono accepisset, œstro immisso tantopere fuisse exagitatã, vt furore correpta nusquam consistere posset, donec in Aegyptum transuecta, in Isidẽ deam mutata est. Huius meminit Horat. 2. Carm. Ode 3. Diuésue prisco natus ab Inacho Nil interest, an pauper.

Inachius, a, um, adiectiuum. Virg. lib. 2. Georg. Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.

Inachis, ἰνάχις, patronymicum fœmininum est ab Inacho deductum: quod à Poëtis accipitur pro Io, Inachi filia, quam Iupiter metu vxoris in vaccam dicitur transformasse. Ouidius libro 1. Metamor. Coniugis aduentum præsenserat, inque nitentem Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.

Inadulabilis, le, Non obnoxius adulationi. ‖ ἀνεπιδεκτος. Ital. *Non soggetto alle adulationi.* Gal. *Qu'on ne gaigne point par flatteries.* Hisp. *No subjecto à lisonjas.* ‖ Gel. lib. 14. cap. 4. Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit iudicem, qui iustitiæ antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, &c.

Inædifico, as, are. Idem ferè est quod ædificare, siue potius locum aliquem, siue aream ædificiis implere. ‖ κατασκευάζειν, οἰκοδομεῖν. Ital. *Fabricare, edificare.* Gal. *Edifier dedans, dessus ou auprez.* Hisp. *Edificar en lugar.* ‖ Cicc. de Arusp. Resp. A Sext. Serrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine fœdata esse nescimus? Vbi sacella inædificata intelligit loca in quibus sacella fuerant, postea prophanis ædificiis occupata. Sic inædificare plateas, dixit Cæsar lib. 1. bel. Ciui. pro eo quod est plateas' ædificiis obstruere. ¶ Inædificare præterea aliquando accipitur pro eo quod est iungere, vel adaptare in ædificio. Plin. libro 10. cap. 3. Inædificatur nido lapis aëti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, quem aliqui dixere gagatem.

Inæqualis, Non æqualis, dispar. {ἀνώμαλος, ἄνισος. Ital. *Desegnale.* Gal. *Inegual, mal-vni.* Hisp. *Desigual.* } Martia. lib. 1. Pinguis inæquales onerat cui villica mensas Inæqualis percussus venarum. Plin. lib. 7. cap. 51.

Inæqualitas, tatis, Disparitas. {ἀνωμαλία. Ital. *Inegualità.* Gal. *Inegualité.* Hisp. *Desigualdad.* } Colum. lib. 3. cap. 12, Opus est inter has inæqualitates magno temperamento.

Inæqualiter, aduerbium. {ἀνωμάλως, ἀνίσως. Ital. *Inegualmente.* Gal. *Inegualement.* Hisp. *Desigualmente.* } Colu. de Arbori. cap. 7, Et eodem ferro acuto plagam emendes ficubi inæqualiter findi videbitur.

Inæquabilis, le, Idem quod inæqualis: ἀνώμαλος, ἄνισος: vt Inæquabili varietate distinguere. Cic. in Partitionibus.

Inæquabiliter, aduerbium. Idem quod inæqualiter. ἀνωμάλως, ἀνίσως. Varro 3. de Re rusti. cap. 9, Ob quam rem ova aut inæquabiliter matureſcunt, aut conſeneſcunt.

Inæquo, as, Idem quod complano, hoc est planũ, & æquum facio, {ἰσάζω. Ital. *Spianare.* Gal. *Aplanir, faire vni & egualer.* Hispa. *Allanar.* } Cæsar 1. bell. Ciuil. Fossas transuersas viis perducit, stipitesque præacutos defigit: hæc leuibus cratibus terrãque inæquat.

Inæstimabilis, le, Quod æstimari non potest. {ἀτίμητος, ἀξιολόγητος. Ital. *Inestimabile.* Gal. *Inestimable.* Hispa. *Lo que no se puede estimar.* } Liu. 5. bell. Maced. Quod è grege se Imperatorum, velut inæstimabilem, secreuisset. Inæstimabile gaudium. Liu. 9. bel. Pun.

Inæstuo, as, are, Idem quod æstuare, aut valde æstuare. {ἐνθέρμαινομαι, ἐκζεῖν καὶ ζεῖν. Ital. *Bollire.* Gal. *Boullir, estre fort chaud & esmeu.* Hispa. *Hervir, bullir.* } Horat. Epod. 11. Bilis inæstuat præcordiis.

Inaffectatus, a, um, Non affectatus. {ἀτεχνής, ἀκατασκεύαστος. Ital. *Non fatto con molta curiosità.* Gal. *Qui n'est point affecté, ne fait par trop grand curiosité.* Hispa. *Hecho con poco cuidado.* } Quintil. lib. 11, Quia mirè simplicitas illa & securitas inaffectatæ orationis tenues causas decet. Plin. in Paneg. Inaffectata veritas verborum. Quintil. lib. 10. ca. 1, Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam?

Inalbesco, is, ere, Album fieri. {λευκαίνομαι. Ital. *Diuenir bianco.* Gal. *Deuenir blanc, se blanchir.* Hisp. *Emblanquecerse.* } Celsus lib. 2, Venæ sub lingua inalbescunt. Idem lib. 3, Totum corpus cum albore inalbescit.

Inalgesco, is, ere, Idem quod algescere. {ψύχομαι. Ital. *Diuenir freddo.* Gal. *Deuenir froid.* Hispa. *Enfriarse.* } Celsus lib. 3. cap. 3, Frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, vbi totum corpus intremit.

Inamabilis, le, Qui nõ potest amari, in quo nihil est quod ametur. {ἀνέραστος. Ital. *Che non si può amare.* Gal. *Qu'on ne peut ou on ne doit aimer, indigne d'estre aimé.* Hisp. *Lo que no deue ser amado.* } Plin. Epist. 187, Quanquam id genus operis inamabile, inamœnum, magisque laboribus ruris, quàm voluptatibus simile. Ouid. 5. Trist. Eleg. 7, Siue locum specto, locus est inamabilis, & quo Esse nihil toto tristius orbe potest.

Inamaresco, is, ere, Amarum fieri. {πικραίνομαι. Ital. *Diuenir amaro.* Gal. *Deuenir amer.* Hisp. *Amargar.* } Horat. 5. Serm. Satyr. 2. Nanque inamarescunt epulæ sine fine petitæ.

Inambitiosus, a, um, Nullo modo ambitiosus. {ἀφιλόπρωτος. Ital. *Senza ambitione.* Gal. *Qui n'est point ambitieux.* Hispa. *No codicioso de honra.* } Ouid. 11. Metam. Secretos montes, & inambitiosa colebat Rura.

INALPINI, Dicuntur qui Alpes incolunt. Plin. lib. 3. cap. 5, Alpes, populique Inalpini variis nominibus, sed maximè capillati.

Inambulo, as, are, Significat spatiari, & spatia ambulando conficere. {περιπατῶ. Ital. *Passeggiare.* Gal. *Se pourmener, tourner ça & là.* Hisp. *Andar en lugar, passear.* } Cicc. 1. de Orat. Neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo. Idem ad Atticum, Ante lucem inambulabam domi.

Inambulatio, onis, {περίπατος. Ital. *Passeggiamento.* Gal. *Pourmenement ou pourmenoir.* Hispa. *Obra de passearse, passeadero.* } Cicc. in Bruto, Non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio.

Inamœnus, a, um, Iniucundus. {ἀηδής. Ital. *Non ameno.* Gal. *Mal-plaisant.* Hisp. *Cosa no deleitable.* } Ouid. 10. Metam. Persephonem adiit, inamœnaque regna tenentem. Feritas inamœna. Stat. 2. Syl.

Inanimus, a, um, Quod non habet animam, vel anima caret, & non vitit. {ἄψυχος. Ital. *Senza anima.* Gal. *Sans ame, qui n'a point d'ame.* Hispani. *Cosa sin anima.* } Cicc. lib. 2. Offic. Quæ ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, vt aurum, argentum. Idem 1. Tuscul. Inanimum est omne quod pulsu agitatur externo. Plin. lib. 7. cap. 15, Inanima caro.

Inanimatus, a, um, Idem quod Inanimus. {ἄψυχος ἄμοιρος ζωῆς, ἄψυχος. Cic. in Somn. Scip. Inanimatum est enim omne quod impulsu agitatur externo. Legitur & inanimum. Idem in Topic. Animata inanimatis anteponantur.

Inanis, ne, penult. prod. Vacuus. {κενός, ἀδειής. Ital. *Vacuo, voto.* Gal. *Vuide, où il n'y a rien.* Hisp. *Vano, hueco y vazio.* } Plautus in Persa, Non ego inimicitias omnes pluris æstimo, Quàm mensa inanis si nunc apponatur mihi. Cicc. 7. Verr. Inanem te nauem esse in Italiam deducturum. ¶ Ponitur quandoque inane, pro ære. κενόν. Lucret. lib. 2, Longum per inane resoluit. ¶ Quandoque pro otioso. Horat. in Serm. -in medio qui Scripta foro recitent, sunt multi, quique lauantes, Suanè locus voci resonat conclusus: inanes Hoc iuuat. Sic & Vacuus pro otioso dicitur à Virgilio in Sileno, Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes. ¶ Inanium inania cõsilia, κενοὶ κενὰ βουλεύοντες. Et, Inanium inanes cogitationes, κενοὶ κενὰ νοοῦντες. Quum quis sua spe frustratur.

Inanitas, atis. Pro vacuitate. {κενότης. Ital. *Vacuità, vanità.* Gal. *Vuidange, vanité, vanité.* Hisp. *Vandad ò oquedad.* } Plaut. in Cistel. Mihi inanitate iandudum intestina murmurant. Cicc. de Fato, Quum duo indiuidua per inanitatem ferantur. Plinius lib. 13. cap. 22, Quædam verò inanitatem, vt arundines. ¶ Item pro vanitate. μωλωπώδης. Iquidem & inanis pro leui & vano quandoque sumitur. Virgilius, Iustabiles animos ludo prohibebis inani.

Inaniter, aduerbium, Vanè. {κενῶς. Ital. *Vanamente, senza causa.* Gal. *En vain, sans cause, pour neant, vainement & follement.* Hisp. *Vana y vazamente.* } Cicc. 4 Tuscul. Quum tamen inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest. ¶ Inaniter, pro frustra. ματαίως. Ouid.

2. Metam. Et medicas exercet inaniter artes.

Inania, æ, Idem est quod inanitas, vel vacuitas. κένωσις. Plautus in Aulul. Nam hìc apud nos nihil est aliudquæsti furibus: Ita inaniis oppletæ sunt, atque araneis.

Inaniloquus, Qui inania loquitur. {κενολόγος. Ital. *Chi parla cose vane.* Gal. *Qui parle & dit choses vaines, babillard.* Hisp. *El que habla cosas vanas.* } Plautus, Surdus sum profectò: inaniloquus es.

Inanesco, scis, Inanis fio. {κενοῦμαι. Ital. *Vanire.* Gal. *Se vuider, s'euacuer.* Hisp. *Vaziarse.* } quod ab inaneo, nes, fieri certum est.

Inanio, nis, niui, nitũ, Vacuo. {κενόω. Ital. *Votare, euacuare.* Gal. *Vuider, euacuer.* Hisp. *Vaziar.* } Plin. lib. 20. cap. 3, Herbacea arefacta per se inanit alnum. Idem lib. 21. cap. 20, Vesicas inanit, & epiphoris illinitur.

Inanitus, penul. produ. Euacuatus. κενωθείς. Plin. lib. 25. cap. 5, Cortex remanet, hoc inanito medulla cadit. ¶ Huius compositum est Exinanio, ἐκκενόω: de quo suo loco.

Inapparatio, Incuria, & negligentia apparationi contraria. {ἀσκευασία. Ital. *Quando non è apparechiato.* Gal. *Faute d'apresť, quand il n'y a nul apresť ou apareil.* Hispa. *Quando no es aparejado.* } Ad Heren. lib. 2, Si præterea ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, impudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse.

Inapertus, a, um, Non patens, non expositum: {ὁ μὴ πάνυ φανερός, ἀνώφθιος. Ital. *Non aperto.* Gal. *Qui n'est point ouuert, mal-aisé à trouuer.* Hisp. *No abierto.* } vt Senectus inaperta fraudi, Silius lib. 7.

Inardesco, cis, Flammam concipio, igne accendor. {ἐκκαυθῆναι. Ital. *Essere acceso.* Gal. *Ardre, estre embrasé.* Hisp. *Consumirse alguna cosa del fuego.* } Inardeo verò, idem est quod in re aliqua ardeo. Horat. Epod. 3. Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosius, hoc est arsit in humeris Herculis.

Inaresco, cis, Aridus & siccus fio. {ξηραίνομαι, ἐκμαραίνομαι. Ital. *Seccarsi.* Gal. *Deuenir sec, se secher.* Hisp. *Secarse.* } Colum. lib. 1, Deinde vbi rectorio illud inaruerit.

Inarefactus, Particip. ab inarefio. {κεκαταξηρασμένος, ἀφανισμένος. Ita. *Forte secco.* Gal. *Fort seiché.* Hispan. *Mucho secado.* } Plin. libro 32. cap. 10. Ad sanguinem sistendum & ranarum illinunt cinerem vel sanguinem inarefactum.

Inargentatus, a, um, Argento coopertus, & illinitus, atque obuolutus. {ἀργυρωμένος. Ital. *Argentato.* Gal. *Argenté, couuert ou bruni d'argent.* Hispa. *Plateado por defuera.* } Plin. libro 21. cap. 2. Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis postquam è lamina ærea, tenui, inaurata, aut inargentata dabantur.

Inargutè, aduerbium, Non acutè. {οὐκ ἀξυνέτως. Ital. *Senza argutie, senza sottilità.* Gal. *Sans subtilité.* Hisp. *Sin sotileza.* } Gell. lib. 21. cap. 13, Tunc Sulpitius Apollinaris renidens, Non mehercule inargutè, inquit, nec incalidè opposuisti hoc Tullianum.

INARIME, ἄρημος Homero, πυρωθεῖσα Stephano, Insula est in sinu Puteolano, nõ procul à Neapoli, vt ait Plin. lib. 3. cap. 6. In qua mons fuit qui terræmotum passus, alteram fudit insulam, quæ Prochyta ab effusione dicta est. Sub hanc quoque insulam Typhoea gigantem à Ioue detrusum, Virgilius his versibus declarat, Tum sonitu Prochyta alta tremit, durúmque cubile Inarime, Iouis imperiis imposta Typhœo. Eadem & Aenearia, à statione nauium Aenex: & à coxendicis forma, Ischia dicitur. Ab Homero in Catalogo insula hæc ἄρημος appellatur. Primus Virgilius quum illud Homeri ἐν ἀρίμοις transferret, ex ἐν, Ionum præpositione, & ἀρίμοις, vnam dictionem conflauit, numero & declinatione mutatis. Inarime verò ab Arimis, siue populis, siue beluis, ita prisca Hetruscorum lingua simias dictante, quas Græci πίθηκους vocant, vnde nomen insulis Pithecusis, vt Straboni placet, ex historia fabulosa, quam Harpocration, Xenagoras, & Suidas ita referunt. Fratres (aiunt) duo fuerunt, Candulus & Atlas, omnium scelerum quibus humana vita damnata est, autores & inuentores. Quibus morum peruersitas, Cercopum nomen dedit. Impostores enim ac planos, quales hi præcipui fuere, ita Græci vocant, ab animalibus quæ κίρκους, id est caudæ motu blandiũtur. Iis summũ studium fuit, appulsos & aduenas dolis quibuscunq; circunuenire. Quod quũ in ipsum etiã Iouem tentassent, ab eo ex hominibus in simias mutati sunt, quas Græci pithecos vocant. Vnde insulis quas tenebant, Pithecusæ vocabulum datũ. Hinc Ouidius Xenagoram secutus 14. Metamorphoseos, cecinit, Inarimen, Prochytémque legit, sterilique locatas Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas. Quanquam Plin. lib. 3. ait, Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimauere, sed à figulinis doliariorum.

Inaro, pen. corr. Idé est quod aro. {ἀρόω. Ital. *Arare.* Gal. *Labourer, arer, cultiuer.* Hispa. *Arar y labrar la tierra.* } Plin. lib. 18. cap. 14, Inarari protinus solum opus est. ¶ Interdum inarare idem est quod arando obruere: vt cum lupinum, fabaliáve, aut quid simile stercorandi agri gratia aratro obrumus. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 24, Itaque lupinum, quum necdum filiculam cepit, & nonnunquam fabalia, si ager macrior est, pro stercore inarare solent. Inarare arbores, apud Columel. lib. 2. cap. 2.

Inaratus, a, um, Nõ aratus. {ἀνήροτος. Ital. *Non arato.* Gal. *Non arẽ, qui labouré.* Hisp. *Cosa no arada, no labrada.* } Virgil. 2. Georg. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Inartificialiter, aduerbium. {ἀτέχνως. Ital. *Non artificiosamente.* Gal. *Inartificiellement, sans artifice.* Hispan. *Sin arte.* } Quintil. lib. 2. cap. 17, Sed nec illa omittenda sunt quæ in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem.

Inaspectus, ta, tum, Non visus, nõ conspectus. {ἀόρατος, ἀθεώρητος. Ital. *Non visto.* Gal. *Non veu, non regardé.* Hisp. *No mirado.* } Stat. 1. Thebaid. -imæque recessu Sedis inaspectos cælo radiisque penates Seruantem.

Inassatus, Idem est quod simplex assatus. {ἀνόπτος, ἀνήλιος. Ital. *Arrosito.* Gal. *Rosti.* Hisp. *Cosa mucho assada.* } Plin. lib. 28. cap. 8, Glaucomata verò recinoris recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis. Idem lib. 30. cap. 8, Verendorum formicationibus, verrucisq;, medetur arietini pulmonis inassati sanies.

Inassuetus, ta, tum, Idem quod insuetus, inusitatus. {ἀσύνηθης. Ital. *Non vsitato,* nuo

to,non consuete. Gal. *Inacostumé,non acostume.* Hisp. *No acostumbrado,desusado.* ¶ Ouid. 4. Fast. Portitor Panditur interea Diti via:támq; diurnum Lumen inassueti vix patiuntur equi. Idem in Ibin, Cogit inassuetas sumere tela manus.

Inateres, pen. prod. ἐνάτερες. Græco nomine dicuntur quæ duobus vel pluribus nupserunt fratribus: sicut æelij, αἰήλιοι, quibus duæ nupserint sorores. Quibus vocibus, quando Latinis destituimur, pro nostris vti possumus.

Inattenuatus, a, um, Non attenuatus, aut imminutus. ¶ ἀλεπτυσμένος, ἠλαττωμένος. Ital. *Non attenuato, non sminuito.* Gal. *Qui n'est point atteinté, appoinsé ne amoindri.* Hispan. *No adelgaçado.* ¶ Ouid. 8. Meta. Iamque fame patrias, altique voragine ventris, Attenuarat opes: sed inattenuata manebat Tum quoque dira fames, implicatæque vigebat Flamma gulæ.

Inaudax, acis, Timidus. ¶ δειλός. Ital. *Timido.* Gal. *Qui n'est point hardi, couard.* Hisp. *Temeroso.* ¶ Horat. 3. Carm. Ode 20, Dura paulo post fugies inaudax Prælia raptor.

Inaudio, dis. Rem antea occultam audio, & intelligo. ¶ ἀκούω. Ital. *Vdire.* Gal. *Ouyr.* Hisp. *Oyr.* ¶ Plautus in Aulul. Credo ego iam illum inaudisse, mihi esse thesaurum domi. Cic. Pansæ, Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram.

Inauditus, a, um, Non auditus, nouus. ¶ ἀκήκοος. Ital. *Inaudito, nuouo.* Gal. *Dequoy on n'a point ouy parler, non ouy.* Hisp. *Cosa no oyda.* ¶ Liu. 5. bel. Maced. Et multa nomina gentium inauditarum. Tacit. lib. 17, Inauditi, atque indefensi, tanquam nocentes, perierant. Cic. 1. de Orat. Nihil dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum.

Inauditiuncula, læ. Festiua, iucundáque narratiuncula, auditu non indigna. ἀκροαματάριον. Gell. lib. 5. cap. 21, Habebátque nonnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoatáque, partim non probas.

Inauguro, as, pen. corr. ¶ ἀναστεφανόω, ἀνιερόω. Ital. *Dedicare, consecrare.* Gal. *Dedier, consacrer.* Hispa. *Consagrar.* ¶ Est præcedente augurio dedicare, vel consecrare. Apud veteres enim nefas erat quempiam in dignitatem aliquam, aut sacerdotium assumi, aut etiam ædem alicui Deorum consecrari, nisi auguratò, hoc est addicentibus auibus. Cic. 2. Philipp. Quid igitur cessas? cur non inaugurate? sume diem, vide qui te inauguret: collegæ sumus, nemo negabit. Liu. 3. ab Vrbe, Eo magis quòd & Augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat: locumque inaugurati, vbi auspicatò cum populo agi posset. ¶ Huic contrarium est Exaugurare, hoc est quod augurio consecratum erat, addicentibus auibus profanum facere.

Inauguratò, aduerbium, hoc est præcedente augurio, & addicentibus auibus. ταῦτ' οἰώνισε μοι, οἰωνὸν τόδε. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Id quia inauguratò Romulus fecerat, negare Accius Nauius, inclytus ea tempestate Augur, neque mutari, neque nouum constitui, nisi addixissent aues, potte.

Inauris, Ornamentum quod ab aure pendet. ¶ ἐνώτιον, ἐνωτίδιον. Ital. *Ornamento de l'orecchie.* Gal. *Bague ou autre pendu au tendron de l'oreille.* Hispa. *Los cercillos delas orejas.* ¶ Nam in Oriente decus existimatur gestare aurum in auribus. Plaut. in Epid. Non meministi me in aurem ad te afferre natali die? Plin. lib. 9. cap. 55. Antonia Drusi mutænæ quam diligebat, inaures addidit.

Inauritus, a, um, Carens auribus. ¶ ἄωτος. Ital. *Che non ha orecchie.* Gal. *Qui n'a point d'oreilles, eforillé.* Hispan. *Cosa que no tiene orejas.* ¶ Gell. lib. 7. cap. 6, Quædam animalium alia alio carent sensu: & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritáve, id est sine auribus.

Inauro, as, Auro tego, vel aurum induco. ¶ χρυσόω. Ital. *Dorare, indorare.* Gal. *Dorer, enrichir d'or.* Hisp. *Dorar por defuera.* ¶ Per metaphoram accipitur pro diuitem facio. Cic. ad Trieb. lib. 7, Puto te malle à Cæsare consuli, quàm inaurari. Horat. 1. Epist. 12, -vt te Confestim liquidus fortunæ riuus inauret.

Inauratus, a, um, Auro intectus: vt, Inaurata statua. ¶ χρυσοῦς, χρυσωτός. Ital. *Indorato.* Gal. *Doré, enrichi d'or.* Hisp. *Dorado por defuera.* ¶ Cic. in Pisonem. Ouid. 2, Fast. Coruus inauratum pedibus cratera recuruus Tollit, & aërium peruolat altus iter.

Inauspicato, Non captatis, vel perperam captatis auspiciis. ¶ ἀοιώνιστος. Ital. *Senza auspici, con importuni auspici.* Gal. *A la malheure.* Hisp. *Malaventuradamente.* ¶ Cic. 1. de Diuin. Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quòd inauspicatò pomœrium transgressus esset, comitia Consulibus abrogandis habuit. ¶ Et quia veteribus ita persuasum erat, nihil fœliciter succedere nisi aues addixissent, factum est vt Inauspicatò accipiatur pro infœliciter. Vnde Crito ille Terentianus dicit se inauspicatò Athenas contulisse, quòd maguam molestiam suscepisset, sine vlla commodi compensatione.

Inausus, a, um, Quod quis non audet. ¶ ἀπάλαμνος, ἀτόλμητος. Ital. *Che non si ardisce.* Gal. *Que personne n'ose entreprendre ou faire.* Hispa. *No atreuido ni osado.* ¶ Sene. Thyeste, Ac me innocentem faciat, & inausa audeat. Id est quæ alij non sint ausi. Virgil. 8. Aen. At furiis Caci mens effera, nequid inausum, Aut intentatum scelerisve, dolive fuisset.

Incæduus, a, um, cum diphthongo, Quod non cæditur: ex in, & cæduus. ¶ ἀτάμητος. Ital. *Che non si taglia.* Gal. *Qu'on ne coupe point, qui n'est point tondu.* Hispa. *Cosa que no se corta.* ¶ vt Incædua sylua. Lucan. lib. 3. Stat vetus, & multa incædua sylua per annos. Sic Incædui montes, dicuntur sylvosi, quos intonsos Virgilius appellat. Seruius, Intonsi montes, sylvosi, incædui.

Incalesco, cis, incalui, Valde calidus fio. ¶ λιθερμαίνομαι. Ital. *Scaldarsi, diuenir caldo.* Gal. *S'eschauffer.* Hisp. *Calentarse.* ¶ Plin. lib. 14. cap. 21, Item vasis incalescentibus, operculisque sudantibus. Colum. lib. 2. cap. 4, Pingues campi, qui diutius continent aquam, proscindédi sunt anni tempore iam incalescente. Liu. lib. 9. bell. Macedo. Fortè epulantibus iis, quum iam vino incaluissent, nuntiatum in conuiuio est.

Incalfacio, cis. Calidum facere. ¶ θερμαίνω. Ital. *Scaldare.* Gal. *Eschauffer.* Hisp. *Calentar.* ¶ Ouid. 4. Fasto. Quantum si culmos Titan incalfacit vdos. Idem 15. Meram. Iactáque coniectos incalfacit hostia cultros.

Incallidus, a, um, per duplex ll, Non astutus. ¶ ἀδόλος, ἀπλοῦς. Ital. *Semplice, non astuto.* Gal. *Qui n'est pas fin, caut ne rusé.* Hisp. *No astuto ni maliciosso.* ¶ Cic. 1. de Inuent. Sed quum à summis viris maximæ res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad paruas controuersias priuatorum accederent.

Incallidè, Simpliciter, non astutè. ¶ ἁπλῶς. Ital. *Senza accortezza, semplicemente.* Gal. *Sans ruse, peu finement, sottement.* Hispan. *No astutamente.* ¶ Cic. 3. Offic. In his tribus generibus, quoquo modo possint, non incallidè tergiuersantur.

Incalo, as, pen. corr. Idem quod vocare, teste Festo. καλέω.

Incandesco, scis, incandui, Candens & ignitus fio. ¶ ἐκπυροῦμαι, πυροῦμαι, πύρωσις. Ital. *Diuenir affocato.* Gal. *S'eschauffer fort vehementement.* Hispa. *Encenderse.* ¶ Ouid. 7. Metam. Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit: volat hoc, atq; incandescit eundo: Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes. ¶ Per metaphoram accipitur pro vehementer irasci, & iracundia quodammodo accendi.

Incanto, as, Verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adiunctis, aliquid supra naturam molior. ¶ ἐπᾴδω, γοητεύω. Ital. *Incantare.* Gal. *Enchanter.* Hispa. *Encantar con palabras.* ¶ Plin. lib. 28. cap. 2, Qui malum carmen incantasset.

Incantatio, & Incantamentum, ti, ¶ ἐπῳδή, γοητεία. Ital. *Incantesimo.* Gal. *Enchantement.* Hisp. *Encantamiento.* ¶ Plin. lib. 28. cap. 21, Valeantne aliquid verba, & incantamenta carminum.

Incanus, na, num. Idem quod canus, aut valdè canus, Seruio teste. ¶ πολιός. Ital. *Canuto, bianco di vecchiezza.* Gal. *Chenu, blanc de vieillesse.* Hisp. *Cosa muy cana y blanca.* ¶ Plaut. in Rudente, Equem tu hic hominem culpam, incanum videris. Virgil. 3. Georg. -nosco crines, incanáque menta. Incana herba, id est subalbida lanugine canitiem referens. Colum. lib. 8. cap. 2, Palex ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ herbæ dependent.

Incanesco, verbum. Canus fio. ¶ πολιόω. Ital. *Venir canuto.* Gal. *Deuenir blanc ou chenu.* Hisp. *Encanescer.* ¶ Catul. in Argon. Spumis incanuit vndu.

Incapistrare, Illigare: à capistro formatum verbum. ¶ φιμόω, καταδέω. Ital. *Legare.* Gal. *Lier, enchevestrer.* Hisp. *Atar.* ¶ quod tamen apud classicos scriptores non temere inuenies.

Incassum, aduerbium, Frustra, inaniter. ¶ ματαίως, μάτην. Ital. *In vano.* Gal. *En vain.* Hisp. *En vano.* ¶ tractum à cassibus, vt ait Seruius. Sallust. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quintium, vidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitentur: quæ profectò incassum agerentur, si prius quàm vos seruiendi, finem illi dominationis facturi erant. Virgil. 7. Aeneid. Turne tot incassum fusos patière labores: Incassum tela iactare, Liuius 10. ab Vrbe. Ignis incassum furit, Virg. 3. Georg.

Incastigatus, a, um. Non castigatus. ¶ ἀνεπανόρθωτος. Ital. *Non castigato.* Gal. *Non corrigé.* Hisp. *No castigado ni corregido.* ¶ Horat. 1. Epist. 10, Nec me dimittes incastigatum, vbi plura Cogere, quàm satis est, ac non cessare videbor.

Incauo, as, pen. corr. Idem quod cauo, excauo, vel effodio. ¶ κοιλόω, κοιλαίνω. Ital. *Cauare, incauare.* Gal. *Cauer dedans, creuser.* Hispa. *Cauar à fuera.* ¶ Colum. lib. 4. cap. 25. Nam quum in aduersum pressa manu defecare quid debet, cultro vtitur: quum autem retrahere, sinu: quum alleuare, scalpro, quum incauare, rostro.

Incautus, ta, tum, Qui sibi cauere nequit. ¶ ἀβάσκοπος, ἀφύλακτος. Ital. *Incauto, non auedato.* Gal. *Imprudent & negligent.* Hisp. *No cauto ni astuto.* ¶ Cic. pro Plancio, Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerūt: prouidentem antè, & præcauentem nunquam certè mouebunt. Virgil. 3. Georg. Continuò ferro culpam compesce, prius quàm Dira per incautum serpant contagia vulgus. Ouid. 4. de Pon. eleg. 14, Plectar & incauto semper ab ingenio.

Incautè, aduerbium, Improuidè, imprudenter. ¶ ἀφυλάκτως, ἀσκόπως. Ital. *Senza accortezza, imprudentemente.* Gal. *Par meggarde, imprudemment.* Hispa. *No prudentemente, sin cuidado.* ¶ Cice. 7. ad Atticum, Nihi ego insanio, stultè omnia & incautè agi iudico. Liu. 4. ab Vrbe, Primo prælio, quod ab Sempronio incautè imprudentéque commissum est, &c. Legitur & incautè, inconsultéque. Idem 9. bello Macedon. Sed dum incautius subit muros, ictus, ex vulnere paucos post dies moritur.

Incedo, dis, pen. prod. cessi, cessum, Ingredior. εἰσέρχομαι, sed proprié cum pompa, & quodam fastu. πέμπω. ¶ Ital. *Andare, caminare pomposamente.* Gal. *Se marcher, aller.* Hispa. *Andar con pompa.* ¶ Virgil. lib. 1. Aeneid. Ast ego, quæ diuûm incedo regina, Iouisque Et soror & coniux. Liu. lib. 2, Ipse in ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Seneca. Tenero ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus. ¶ Aliquando significat simpliciter ire. βαδίζω. Plaut. in Merca. Flagitium est, si sequatur, quando incedit per viam. Idem in Curcul. Cautè vt incedas via. Liu. lib. 5. bel. Punic. Secundi, Cum signis prima luce motis, segnitèr agmen incedere.

Incessus, sus, ¶ βάδισμα, βάδισις. Ital. *Camino con grauità.* Gal. *Allure auec grauité, marcheiment.* Hisp. *Andadura con pompa.* ¶ Valla, Incedere est ambulatè: inde Incessus siue tardus, siue festinus, siue commotus, incompositus, immoderatúsque: propriè tamen sublimior quidam, & fastum præ se ferens. Cic. 2. de Fin. Quòd si vultum, si incessum fingeres, quo grauior videretur, non esses tui similis. Virgil. 1. Aen. Et vera incessu patuit dea. ¶ Accipitur tamen quandoque pro quouis gressu, siue hominum, siue aliorum animalium. Plin. lib. 10. cap. 38, Incessus omnibus animalibus certus, & vniusmodi, & in suo cuique genere.

Incesso, is, ssi, vel ii, a supino verbi incedo formatum, idem ferè significans quod lacesso, vel conuitiis infector. ¶ κακῶς λέγω. Ital. *Molestare, prouocare.* Gal. *Venir sus, assaillir, molester, vexer.* Hisp. *Buscar, dezafiar al enemigo.* ¶ Lactant. lib. 3, Quid ergo te magistra illa vitæ docuit? an vt potentissimum Consulem maledictis incesseres? Quintil. lib. 7. cap. 3, Satius est omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm aut leuibus, aut frivolis, aut manifesto falsis reum incessere. hoc est lacerare vel accusare maledictis. κακῶς λέγειν. ¶ Dicimus etiam, Incessit me cupiditas, vel incessit mihi cupiditas, pro eo quod est inuasit, vel cepit me cupiditas. Sunt tamen qui in hac significatione velint esse præteritum à verbo incedo: quibus non facilè assentior, eo quòd in præsenti, aut futuro, aliisve temporibus in quibus incedo distingui potest ab incesso

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersitate scripturæ, non vtamur incedo in hac significatione. Non enim dicimus, Incedit me cupiditas, vel incedet. Verisimilius itaque videtur præteritum incessit, in hac significatione esse ab incesso. Liu. lib.1, Timor deinde patres incessit, ne ciuitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Et iterum, Perfectis patris mandatis, cupido incessit animos iuuenum sciscitandi ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Valerius Maximus datiuo iunxit, Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Terent. in Adelph. coniunxit cum accusatiuo, mediante in, Noua, inquit, nunc religio in te Istæc incessit? ¶Aliquando ponitur sine datiuo vel accusatiuo expresso, & significat impetu. ἐπέρχομαι. Colum. lib.2. ca.21, Si verò procellæ ventorum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit. Idem cum datiuo posuit, Famem quoque, si sterilitas annorum incessit hominibus, commodè propulsat. ¶Interdum significat ingredior. Idem lib.3. Et quum autumnus incesserit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet.

Incelebris, bre, pen. corr. Non celebre. {ἀδοκίμαστος, ἄσημος. Ital. *Non celebre, non celebrato.* Gal. *Incogneu, sans renom.* Hisp. *No famoso, no diuulgado.*} vt, Vallis incelebris apud Silium lib.8.

Incendo, dis, Inflammo. {ἐμπυρίζω, ἐμπίμπρημι, κατακαίω. Ital. *Infiamare, abbruciare.* Gal. *Faire bruler, mettre le feu, allumer.* Hisp. *Encender.*} Plautus in Menæ. Sternite lectos, incendite odores. Cic.7. Verr. Inflammati nauem, incendique iussit. ¶Hinc per translationem dicimus, Incendere aliquem ira, vel amore, hoc est ad amandum, vel irascendum inducere. Plaut. in Asin. Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit.

Incensio, onis, Inflammatio. {ἐμπύρησις, πυρκάϊσις. Ital. *Abbruggiamento di fuoco.* Gal. *Embrasement, bruslement.* Hisp. *Encendimiento.*} Cicero pro P. Sylla, Incensione vrbem, internecione ciues, vastitate Italiam, interitu Rempublicam liberauit.

Incendium, dij, Inflammatio. {ἐμπρησις, ἐμπύρωσις. Ital. *Incendio, abbruscíamento.* Gal. *Embrasement de feu, vn grand feu bruslant vne maison ou autre chose.* Hisp. *El fuego quando algo se enciende.*} Plin. lib.12. cap.19, Donec id deflagrum incendio consumptum est. ¶Per metaphoram etiam accipitur pro vehemētia amoris. Plaut. in Asin. Nam ni impetro, regem perdidi: ex amore tantum est homini incendium.

Incendiarius, rij, Qui tectis, ædificiisve ignem iniicit. {πυρκολητής. Ital. *Incendiario.* Gal. *Boutefeu.* Hispa. *El que pone fuego por hazer daño.*} Quintil. Decla.9. Morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus vna laus est) homicidas, inclusus turpiore custodia. Vtuntur etiam hac voce Suetonius in Vitellio, & Tacit. lib.15. ¶Incendiaria, auis quædam infausta, alio nomine Spinturnix dicta: cuius conspectus tam inauspicatus habebatur, vt eam solam ob causam, vrbem sæpius lustratam fuisse, memoriæ proditum sit. Quidam incendiariam auem esse volunt, quæcunque apparuerit ex aris vel altaribus carbonem auferens. Vide Plin. lib.10. cap.13.

Incentio, Incentiuus, Vide INCINO.

Incensus, a, um, Qui non est census, hoc est qui censum suum non est professus: quod criminis grauissimi loco habebatur apud Romanos, adeò vt qui censum non esset professus, libertate spoliaretur. ἀπογράφω. Cic. pro Cecin. Si patet vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Iam populus quum eum vendidit qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed indicat eum non esse liberum, qui vt liber sit, adire periculum noluit. Quum autem incensum vendidit, hoc indicat quum ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui quum liber esset, censeri voluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse.

Inceptio, Incepto, Inceptor, Vide INCIPIO.

Incerno, nis, Compositum à Cerno, significat cribro. {ἀλφίτου λεπτοῦ. πτίσσω, ἀλφιτεύω. Ital. *Crucellare, cernere.* Gal. *Cribler, sasser, bluter ou tamiser.* Hispa. *Cerner como harina.*} Cato de Re rust. cap.48, Tum semen tersto cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vnde Incerniculum, cribri genus quo frumenta purgantur. Vitru. Super fricaturam, Leuigationibus & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

Incerniculum, li, Est instrumentum quo frumenta purgantur antequam molantur. {πτύλιον. Ital. *Crinello, tamiso.* Gal. *Vn crible, sas ou bluteau.* Hisp. *Cedaço para cerner harina.*} Plin. lib.8. ca 44, Decretum fecere, quo cauetetur ne frumentarij negotiatores ab incerniculis eum arcerent. Cato de Re frumentarij cap.3, Cribrum vnum, incerniculum vnum, securim vnam, scamnum vnum.

Incero, as, pen. prod. incerare, Aliquid cera tegere. {κηρόω. Ital. *Incerare.* Gal. *Enciver, couurir ou enduire de cire.* Hisp. *Encerar cubriendo de cera.*} Iuuen. Satyr.10, -genua incerare deorum.

Incertus, a, um, Dubius. {ἄδηλος, ἀπερίσκεπτος. Ital. *Dubbio, incerto.* Gal. *Incertain, douteux.* Hisp. *Dudoso, no cierto.*} Plaut. in Pseud. Certa amittimus, quum incerta petimus. Terent. in Heaut. Domum reuertor mœstus, atq; animo fere Perturbato, atque incerto præ ægritudine. Incertum vulgus, hoc est non sibi constans. Cic. pro L. Muræna, Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.

Incerto, as, Incertum, seu dubium reddo. {ἀδηλόω, ἐς ἀπορίαν καθίστημι. Ital. *Far dubbio.* Gal. *Faire ou rendre incertain.* Hispa *Hazer dudoso y no cierto.*} Plaut. in Epid. Longa dies meum incertat animum. Verbum est deriuatum à nomine incertus.

Incesso, Incessus, Vide INCEDO.

Incestus, stus, & Incestum, sti, {ἀσέμνεια βδελυκτὸν καὶ ἄνομος μοιχεία. Ital. *Incesto, congiontione carnale illecita, come tra parenti.* Gal. *Inceste, cognoissance ou assemblée charnelle illicite, comme auec parentes.* Hispan. *Ayuntamiento con parienta.*} Dicitur flagitium quod committitur cum ea cum qua alioqui non erat futurum legitimum matrimonium, vt cum matre, sorore, socris virginibus, aut similibus: ita dictum (vt Nonius putat) quasi non castum. Alij Incestum deducunt à cesto Veneris cingulo, quo amor matitalis in legitimis nuptiis conciliari putabatur: vt Incestus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulum illud, iustarum nuptiarum insigne, non adhibetur. Papinianus l. Si adulterium. ff. ad legem Iuliam, de adult. Incestum autem quod per illicitam matrimonij coniunctionem admittitur, excusari solet vel sexu, vel ætate, vel etiam puniendi

correctione, quæ bona fide interuenit. Cic.4. Tuscul. Omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior: vt si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico & corruptelas, & adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo. Seruius in illud 6. Aeneid. Totámque incestat funere classem, Incestum interpretatur quamcunque pollutionem.

Incestus, sta, stum, Idem est quod pollutus. {μιαρός. Ital. *Macciato, violato.* Gal. *Pollu, souillé.* Hisp. *Ensuziado.*} Propert. lib.3. eleg.11, Scilicet incesti meretrix regina Canopi. Cic. pro domo sua, Istius qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro polluit cæremonias, &c.

Incestè, aduerbium, Fœdè, turpiter. {ἀσελγῶς, βδελυρῶς. Ital. *Con tale spurcitia carnale.* Gal. *Par volaine, infame & illicite paillardise.* Hispan. *Con ayuntamiento con parienta.*} Cice. pro Cælio, Ideo aquam adduxi, vt ea tu incestè vterere?

Incesto, as, Polluo. {μιαίνω. Ital. *Macciare, violare.* Gal. *Polluer, corrompre.* Hisp. *Ensuziar, violar.*} Sueton. in Tiberio, cap.43, Triplici serie connexi, inuicem incestarent se coram illo. Tacit. lib.5. Post quos Sextus Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, è saxo Tarpeio deiicitur. Virgil.6. Aeneid. Totámque incestat funere classem.

Incestuosus, Qui incestum commisit, hoc est qui inconcesso concubitu se polluerit: cuiusmodi sunt qui aut cum sanguine iunctis, aut Deo dicatis virginibus sese commiscent.

Incestificus, a, um, {ἀφροσυνοποιός, ἀφροδίσιος. Ital. *Chi corrompe parenti* Gal. *Corrompeur de femmes ses parentes.* Hisp. *El que comete pecado de ayuntamiento con parientes.*} Sene. Thyeste, -ego castam manum Nefandus, incestificus, execrabilis Attrecto.

Inchoo, as, A' nomine Chaos, vt autor est Festus, eo quòd Hesiodus omnium rerum initium dixerit esse chaos. {ἄρχομαι. Ital. *Cominciar, dar principio.* Gal. *Commencer, encommencer.* Hisp. *Començar.*} Est autem inchoare idem quod incipere. Virgil. 3. Georg. Te sine nil altum mens inchoat. Cic. de Clar. Orat. Meos libros quos expectas, inchoani, sed conficere non possum his diebus. ¶Quandoque perficere inchoo. Virgil. 6. Aen. Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras. Vbi Seruius. Inchoat, perficit: & est verbum sacrorum. ¶Idem Seruius in illud 3. Georg. Te sine nil altum mēs inchoat: autor est, antiquos olim scripsisse Incoho, aspiratione interposita inter duas vocales, quòd putarent nullum verbum esse Latinum quod ante o finale haberet alterum o: quod tamen hodie videmus in verbo Boo, & composito Reboo. In secunda autem syllaba verbi Inchoo nullam scribebant aspirationem, quòd tres tantum putarent esse voces Latinas quæ post c literam aspirationem reciperent, sepulchrum, orchus, & pulcher: ex quibus, inquit Seruius, pulcher tantùm hodie recipit aspirationem. ¶Martianus capella neutrum protulit, quum ait, India ab Emodiis montibus inchoat.

Inchoatiua verba, A Prisciano appellantur quæ à verbis secundæ potissimum coniugationis, aut à nominibus quibusdam adiectiuis deducta, in sco syllabam desinunt: cuiusmodi sunt calesco, & frigesco, à caleo, & frigeo: item mitesco, dulcesco, sterilesco, à nominibus adiectiuis mitis, dulcis, & sterilis deducta. ἀρχικὰ ῥήματα. Huius generis autem verba Priscianus Inchoatiua appellauit, quòd putauerit per ea significari inchoationem actionum quæ per verba primitiua denotantur. Quem ob id non immeritò reprehendit Valla lib.1. Elegantiarum, docens ea augmentatiua potius appellanda, quum incrementum potius importent, quàm inchoationem. Eius rei exempla quæ hic citra modum, nullo iudicio, minorēque ordine, & planè quod à Græcis dici solet, πρὸς μέλος καὶ ἀτάκτως congesta erant, studioso lectori ex Valla petenda relinquimus.

Incido, dis, incidi, incisum, pen. prod. ex in, & cædo, Quod est ferio, seu seco. {ἀναγλύφω, κατακόπτω, ἐγκολάπτω. Ital. *Tagliare, intagliare* Gal. *Entailler, couper, meeser, trancher, engrauer.* Hisp. *Cortar, entallar, esculpir.*} Virg. 3. Aeg. Atque mala vites incidere falce nouellas. ¶Accipitur etiam incido pro inculpo. Plin. in Paneg. Quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trabibus, aut statuis nomen tuum, sed monumentis æternæ laudis incidatur.

Incisus, sa, sum Quod significat per incisionem inscriptū, vel insculptum. {ἐγκολαπτός. Ital. *Tagliato scolpito.* Gal. *Coupé, entaillé, engraué.* Hisp. *Cortado, esculpido, entallado.*} In qua significatione habet post se datiuum: vt apud Suetonium de Claris Grammaticis, In quo fastos à se ordinatos, & marmoreo parieti incisos publicaret. ¶Interdum etiam accusatiuum cum præpositione in. Liu. 3. ab Vrbe, Leges in æs incisas in publico proposuerunt. Nonnunquam etiam ablatiuum cum eadem præpositione: quod est contra Laurentium Vallam. Cic. in Orato. de signis. Id non modò conscripserunt, verum etiam in ære incisum tradiderunt. ¶Incisum aliquando significat amissum. ἀπεκεκομμένος. Liu. lib.3, Itaq; spe incisa, prius quàm prædicta dies adesset, Appius mortem sibi conciuit. ¶Incisum, Oratores vocant sensum, non expleto numero conclusum: quod plerisque pars membri esse videtur. κῶλα μέρη. vt Domus tibi deerat: at habebas. pecunia superabat: at egebas. Fiunt autem singulis verbis incisa. Cic. in Orat. Quæ nescio cur quum Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos non rectè incisa & membra dicamus.

Incisio, onis. Est actus ipse incidendi. {ἀναγλυφή. Ital. *Taglio, intaglio* Gal. *Incision, coupure.* Hisp. *Cortadura, entalladura.*} Colum. lib.3. Infra incisionem & alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato ex vtraque parte, vt his potius plagis humor defluat, quàm ex incisione abundet. ¶Incisio aliàs in oratione pars membri est quod Græci κόμμα nominant. Cic. in Orat. In incisionibus verò multò magis, & in membris.

Incisura, ræ, Ipsa incisio. {ἀναγλυφή. Ital. *Taglio.* Gal. *Coupure, entaillure.* Hispa. *Cortadura.*} Plin. lib.11. cap.39, Pili recisi, non vt herba, ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Colum. lib.12. ca.54, Tum salem inter incisuras raporum non nimium minutum aspergito. ¶Incisuræ etiam dicuntur in manibus quæ vulgò lineæ vocantur. Plin. lib.11. cap.52, Contrà longæ esse vitæ incuruos humeris, & in manu duas incisuras longas habentes.

Incisus, us, pen. prod. Idem quod incisio. Plin. lib.16. cap.12, Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.

Incisè, aduerbium, Idem quod incisim. {κατὰ κόμματα. Ital. *Minutamente in pin parte.* Gal. *Par coupures, par morceaux, par pieces.* Hispa. *A cortaduras, ò cortando.*

tando. } Cice. in Orato. Quo autem pacto debeat incisé, membratimve dici, iam videmus.

Incisim, significat per incisiones, minutatim. {κατὰ κόμματα, διαιρετικῶς μέρη. Ital. A tagli. Gal. Par coupures, par incisions. Hispa. A cortadúras, cortando. } Cic. in Oratore, Hæc quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim dicere solebas.

Inciduus, dua, duum, Quod cædere, vel incidere non licet. {οὐ μετὸν τέμνειν. Ital. Che non si dee cacciare. Gal. Qu'on ne coupe point, ou qu'il n'est licite de couper. Hispa. Que no se deue cortar. } Ouid. 2. Fast. Monte sub Exquilio, multis inciduus annis, Iunonis magnæ nomine lucus erat. Idem 3. Amo. Eleg. 1, Stat vetus & multos inciduus lyrius per annos.

Incido, dis, incidi, penul. corr. Ex in, & cado: supinum facit incasum, licet parum vsitatum. {ἐμπίπτω. Ital. Accadere, incorrere. Gal. Tomber d'auenture dessus, choisir dessus ou pres. Hisp. Caer en algo ó auenteçer. } Omnia enim à cado composita proferunt supinum cum a, sicut cado: quæ verò à cædo pro fœtio, mutant e in i, vt incisum, reciſum. Vnde ab incido, incasum, incasurus. Plin. lib. 2. cap. 17. Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror, verùm hæc ideo facta, quia incasura erant illa. Est autem incidere, proprie idem quod in aliquid, seu supra aliquid cadere. Liu. lib. 2. bel. Pun. secundi, Sagunti ruinæ (vtinam falsus vates sim) vestris capitibus incident. ¶ Sumitur tamen frequenter incidere pro eo quod est casu incurrere, ἀπροόπτως aut de improuiso labi, præsertim quando construitur cum accusatiuo mediante in: vt Incidi in latrones, Incidi in errorem. Cic. Curioni, Quòd in id Reipublicæ tempus non incideris, sed veneris. Incidere ergo, casu venire est: venire verò, certo iudicio, & sententia, & consultò. Quod ipse Cicero in eo quod sequitur declarat, Iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti Tribunatum tuum. Iungitur quandoque cum datiuo: vt, Mihi incidit suspicio. Quandoque absolutè ponitur: vt Incidunt sæpe multæ causæ: Obiurgationes incidunt necessariæ: & Incidit de vxoribus mentio. item, Incidit quæstio, Aliud ex alio incidit, in quibus tamen intelligitur datiuus, similitérque exponuntur acsi datiuum haberent vt Incidit mentio. hoc est casu nobis euenit vt de ea re faceremus mentionem.

Inciens dicitur propinqua partui, quòd fœtus eius sit incitatus. Festus.

Incile, huius incilis, {διώρυξ. Ital. Canale, condotto, cannone per condur via l'acqua. Gal. Voe trenchée, fossé, canal ou conduit, par lequel on fait couler l'eau en quelque lieu. Hispanicè. El cauze del molino ó acequia para regar. } Teste Vlp. l. 1. ff. de Riuis, est locus depressus ad latus fluminis: ex eo dictus, quòd incidatur. Scinditur enim lapis vel terra, vnde primùm aqua ex flumine agi possit, quemadmodum in pistrinis frumentariis videmus. Quod autem ad incile opponitur aquæ deriuandæ, compellendæve ex flumine causa (quod vulgò Clausa dicitur) siue id ligneum sit, siue lapideum, siue ex qualibet alia materia, ad continendam transmittendámque aquam excogitatum, Latinè (Vlpiano teste) septum dicitur. ¶ Item incile dicitur locus per quem primum deducitur ex quocunque riuo aqua, irrigandi causa. Apud Festum pro eodem in plurali numero legimus incilias, siqua tamen fides haberi debeat libro à sciolo quodá tam fœdè contaminato. Ego certè incili legendum puto.

Inciles, inquit Festus, canales sunt, in quos aqua confluit in viis lapide strati: ab eliciendo dicti. Sic enim habent omnia exemplaria. Quo tamen in loco non inciles, sed iniices, siue illices legendum est.

Incilo, las, penult. prod. Increpo, vel improbo. {ἐγκαλέω, ψέγω. Ital. Riprendere. Gal. Reprendre. Hisp. Reprehender. } Plautus, Melius tamen est ita vt dixi uere, nequis nostra incilet facta. Lucr. lib. 3, Iure (vt opinor) agat, iure increpet, incilétque.

Incingo, Idem quod cingo, & circunligo. {περιζώννυμι. Ital. Cignere. Gal. Ceindre, enuironner. Hisp. Ceñir. } Liu. 8. ab Vrbe, Ipse incinctus cincto Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. Virgil. 7. Aeneid. Pampineásq; gerunt incincti pellibus hastas. Ouid. 3. Amo. Eleg. 7, Quid tibi turritis incingere mœnibus vrbes?

Incino, uis, pen. corr. Cum quadam modulatione cano. {ἐνᾴδω. Ital. Cantar per ragione. Gal. Chanter soit par voix ou par instrumens. Hispa. Cantar para iuntar y contrahar. } Gell. lib. 4. cap. 13, Creditū est hoc à plerisq; Ithaci, quum maximè doleant, tum si modulis leuibus tibicen incinat, minui dolores. Propertius, seu varios incinit ore modos. Gell. lib. 1. ca. 11, Et frequentamenta quædam varia tibicen incineret. ¶ Hinc fit frequentatiuum Incanto, tas, de quo suprà: & Incentio, de quo mox.

Incentio, nis, Cantio, seu cantilena. {ἐνᾳδή. Ital. Canzone. Gal. Chanson. Hisp. Cancion. } Gell. lib. 4. cap. 13. docet plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum. ¶ Incentio, Incantamentum quod vocis modulatione fiebat. Gell. lib. 16. cap. 11, Vt serpentum virulentorum domitores sint, & incentionibus, herbarúmque succis faciant medelarum miracula.

Incentiuus, ua, uum, ἐνᾳδικός. vt Tibia incentiua, apud Varronem quæ à dextra canit: sicut Succentiua, quæ à sinistra succinit. Verba Varronis sunt hæc, lib. 1. de Re ruſt. cap. 2, Et vt dextra tibia alia, quàm sinistra, ita vt tamen fit quodammodo coniuncta: quòd est altera eiusdem carminis modorum incentiua, altera succentiua. ¶ Accipitur etiam incentiuum pro incitatiuo, siue irritatiuo, propterea quòd milites

Universidad de Deusto
Biblioteca

quens. Altera inclinatione egerunt scobem. Inclinationes rerum & temporum dicūtur, quando Reipub. cōstitutio tenorem suum iam non amplius seruat. sed ad mutationem spectare videtur. Cic. in Philip. Minimis momentis p. c. maximæ inclinationes temporum fiunt.

Inclinamentum, ti. Pro declinatu, vel derinatione, vel terminatione. ξ ἐγκλιτικὸν. Ital. *Mutatione, derivatione.* Gal. *Declinaison soit de noms ou de verbes.* Hisp. *Declinacion de nombres ò verbos.* ξ Gell. lib. 4. cap. 9. Hoc inclinamentum semper huiusmodi verborum, &c.

Inclinatus tus. Declinatio. ἔγκλισις. Gell. lib. 3. cap. 12. Neque aliud est, quod simili inclinatu dicatur.

Includo, dis, pen. prod. Intus claudo. ξ ἐγκλείω, ἐγκλείω. Ital. *Rinchiudere, serrare di dentro.* Gal. *Enfermer, enclorre.* Hispa. *Encerrar, meter ò poner dentro.* ξ Virgil. 2. Aeneid. Inclusos vtero Danaos. Cic. de Senectu. Nam dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. Idem de Vniuersitate, Sed quia nondum omne animal in mundo incluserat.

Inclusio, onis ξ ἐγκλεισμὸς, ἐγκλεισμός. Ital. *Rinchiudimento.* Gal. *Enfermement.* Hisp. *Encerramiento.* ξ Cic. in Vatin. M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere volueras.

Inclytus, a, um, pen. corr. cum y. Idem est quod glorioſus, excellens, atq; insignis, quique veluti fulgore quodam famæ resplendet. ξ Δίδυμος, ἀξιάκουστος. Ital. *Incito, glorioso, illustre.* Gal. *De grand renom, qui a grand bruit, illustre.* Hisp. *Glorioso, preclaro, famoso, illustre.* ξ Componitur enim ex εὖ, & κλυτὸς, quod clarum significat, & glorioſum. Virg. 2. Aeneid. O patria, ô diuūm domus Ilium, & inclyta bello Mœnia Dardanidūm. Liu. 7. ab Vrbe. Inclyta iustitia, religiōq; ea tempestate Numæ Pompilij erat. Idem 6. bel. Pun. Inclytum diuitiis templum. Sunt qui per i, nostrum scribant, putēntque deriuari ἀπὸ τοῦ κλέος: quibus tamen reclamat accentus, & quantitatis ratio: quandoquidem ratione diphthongi ει, media deberet produci, quæ apud omnes corripitur.

Incoactus, a, um, Pro volūtario. ξ ἑκούσιος. Ital. *Volontario, non sforzato.* Gal. *Non contraint, volontaire.* Hisp. *De su voluntad, voluntariamente.* ξ Valer. lib. 4. cap. 7. Incoactam voluntatem esse in amicitiis contrahendis. Senec. Epist 67. Omne honestum iniussum, incoactūmque est, syncerum, & nullo malo mistum.

Incoctilia, Incoctus, Vide INCOQVO.

Incœnis, nis, Sine cœna, qui non cœnauit. ξ ἄδειπνος. Ital. *Senza cena.* Gal. *Sans souper, ou qui n'a encor soupé.* Hisp. *El que no ha cenado.* ξ Plaut. in Casi. -illæ autem senem Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus, Vt ipsæ solæ ventres distendant suos.

Incœno, as, Apud Sueton. in Tibetio, cap. 39, legitur pro suo simplici Cœno. ξ δειπνέω. Ital. *Cenare.* Gal. *Soupper.* Hispa. *Cenar.* ξ Incœnante eo (inquit) compluta & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt.

Incœnatus, Non cœnatus, nomen est, non participium, quum Incœno non legatur in hac significatione. ξ ἄδειπνος. Ital. *Che no a cenato.* Gal. *Qui n'a encor soupé.* Hispa. *El que no ha cenado.* ξ Cato de Re rust. Bibat aquam mulsam, cubet incœnatus, postea mane bibat succum. Plaut. in Pseud. Ic incœnatus cubitum.

Incogitans, tis, Inconsyderatus, non satis perpendens ea quæ aggreditur. ξ ἄλογος, ἀλόγιστος. Ita. *Inconsiderato.* Gal. *Estourdi, qui fait tout a la volée, inconsideré.* Hisp. *El que no piensa.* ξ Terent. in Phorm. Quòd nisi fuissem incogitans, ita cum expectatem, vt par fuit. Et iterum, Adeón' te esse incogitantem, atque impudentem Phædria, Vt phaleratis dictis ducas me & meam ductes gratis?

Incogitantia, æ. ξ ἀλογίστια. Ital. *Inavertentia, inconsideratione.* Gal. *Inadvertence, inconsideration, estourdissement.* Hisp. *A qual poco pensamiento.* ξ Plau. in Merc. Incogitantia, excors immodestia.

Incogitatus, a, um, Idem quod incogitans. ξ ἄλογος, ἀλόγιστος. Ital. *Inconsiderato.* Gal. *Incosideré.* Hispa. *El que no mucho piensa, osado.* ξ Plaut. Bacchi. Petulans, proteruo, itacūdo animo, indomito, incogitato, Sine modo, & modestia sum. Hic actiuè accipitur: apud Senecam verò epistola 58, passiuè ponitur, Alacritas incogitata, & imussa.

Incogitabilis, le, Idem quod incogitans, hoc est qui non solet cogitare quum quid rerum gerit. ἀλόγιστος. Plaut. in Mil. Nunc demum sco me tanīe excordem, cæcum, incogitabilem. Lactant. li. 1, Qui deos colunt, interdum videri solent tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes. ¶ Dicitur etiam passiuè de re quæ non cogitatur, siue quæ cogitatione comprehendi non possit. ἀπερινόητος.

Incognitus, a, um, Non cognitus. ξ ἄγνωστος. Ital. *Incognito, non conosciuto.* Gal. *Incognu.* Hisp. *No conocido.* ξ Sallust. in Iugur. Nequid de absente incognita canta natus. Cic. pro Cecin. Dum incognita re iudicare vohuilet, &c. Virgil. 1. Aeneid. -sed res animos incognita turbat. Ouid. 2. Metamorph. -promissis testis adesto Dis iuranda palus, oculis incognita nostris.

Incohibeico, is, ere. Luctet. lib. 3. Aere qui credas posse hanc cohiberier vllo, Corpore qui nostro tactus magis incohibescit. Hoc est non cohiber.

Incoibilis, bile, Quod coīre, & coniungi non potest. ξ ὁ οὐ δυνάμενος, ὁ οὐ δυνάμενος. Ita. *Cio non si puo congiegnere con altri.* Gal. *Qui ne se peut joindre auec vn autre.* Hisp. *Cosa que no se puede ayuntar.* ξ Gell. lib. 5. cap. 3. Videt enim cum eo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili facilè atq; expedite incedentem.

Incolo, lis, Inhabito. ξ οἰκῶ, κατοικέω. Ital. *Habitare.* Gal. *Habiter.* Hisp. *Morar en lugar, habitar.* ξ Cic. 1. Tuscul. Vbi sunt ergo ij quos miseros dicis, aut quem locum incolunt? Idem 1. de Diuin. Loca quæ à quibuscunque incoluntur.

Incola, æ. Ab incolendo deducitur, sicut ab accolendo Accola. ξ οἰκήτωρ, μέτοικος. Ital. *Habitatore.* Gal. *Habitant, habitateur.* Hisp. *El morador en lugar.* ξ Est autem incola qui in aliena vrbe, vel Repub. habitat, quasi ciuis aut municeps. Plinius, Quod eorum montium incolæ facere consueuerunt. Cic. lib. 1. Offic. Peregrini & incolæ officium est, nihil præter negotiam suum agere, nec esse in aliena Rep. curiosum. Pomponius Iureconsultus scribit, Incolam esse qui in aliqua regione domicilium conduxit, quem Græci παροίκους appellant. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt intra eum fe quasi in aliquam sedem recipiant. ¶ Iu-

quilinus autem, qui in alienas ædes, alienáque prædia ex conducto habitat, siue in vrbe, siue ruri. Cic. in Philip. At verò te inquilino, non domino, personabant omnia vocibus ebriorum. Vnde inquilinus, probri vel odij causa quis appellatur, quasi domū propriā non habeat. Sallust. in Cic. M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romæ. Qui autem inquilinis cœnacula locant, à Iureconsultis dicuntur facere cœnacula. Martialis, Vicinus Nonio, vel inquilinus Sit, siquis Nouium videre nō vult.

Incolatus, huius incolatus, ξ οἰκίωσις. Ital. *Habitatione de forestieri.* Gal. *Habitation.* Hisp. *Aquella morada en lugar de estrangeros.* ξ Ipsa habitatio in aliena patria: seu tempus quo quis in aliquo loco habitat ita, vt inde discessurus sit.

Incultus, a, um, A cultus participio compositum: idem est quod non cultus: propriéq; dicitur de agris, quorum cultora deseritur. ξ ἀκατέργαστος. Ital. *Rozzo, incolto.* Gal. *Qui n'est point labouré, qui n'est point acoustré ou ajancé, lourd.* Hispa. *Cosa no labrada ni poluda.* ξ Liuius 2. ab Vrbe, Caritas primùm annonæ ex incultis per secessionem plebis agris. Cicer. de Natura deorum, Terræ tegio inhabitabilis & inculta. ¶ Per translationem accipitur pro inornato, neglecto, horrido, inelegante, & illaborato ἀνεξέργαστος. Cicero de claris Orator. Vir vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Et paulo pòst, Cotta alia quidem inculta via & horrida ad eandem laudem peruenerat.

Incultè, aduerbium, Asperè, horridè, inornatè. ξ ἀκατασκεύως. Ital. *Rozzamente, inornatamente.* Gal. *Sans ornement ou elegance, grossement, lourdement.* Hispa. *No labrada ni poludamente.* ξ Cic. de Clar. Orat. Et dicere non incultè solebat, & erat cùm literis Latinis, tum etiam Græcis, vt illis temporibus, satis eruditus. Idem pro Quintio, Vixit enim semper incultè atque horridè: natura tristi atque recondita fuit. Idem in Oratore, Incultè & horridè dicere.

Incolumis, me, penult. corr. Idem est quod sanus & salnus. ξ ὑγιὴς, σῶος, ὑγιής. Ital. *Sano & saluo.* Gal. *Sain & sauue.* Hisp. *Entero y sano* ξ *vezio.* ξ Terent. in Andr. Posthac incolumem, sat scio, fore me, nunc si deuito hoc malum. Cic. 4. de Fin. Vt se & saluum in suo genere, incolumémq; vellent. Idem pro Rosc. Amer. Quibus incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Aedes incolumes, pro integris & non ruinosis, apud Vlpianum, l. Qui bona fide. §. Quum inter. ff. De dam. infect. Horat. 1. Serm. Saty. 4, -vitam famamque tueri Incolumem possim, &c.

Incolumitas, tatis, Est, vt Cicero inquit, saluris tuta atque integra conseruatio. ξ ὑγίεια, σωτηρία. Ital. *Sanità, salute.* Gal. *Santé entiere, seureté.* Hispa. *Sanidad y entereza.* ξ Idem Trebiano, siqui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate, in qua sunt omnia agenda, &c. agam per me ipse, & moliar. Idem 5. de Fin. In quibus numerant incolumitatem, conseruationémque omnium partium.

Incomes, penul. corr. huius incomitis, Festo autore, dicitur sine comite, antiquum est.

Incomitatus, a, um, Non comitatus, comitibus destitutus. ξ ἀσυνόδευτος, ὁ οὐκ ἀκολουθούμενος ὑπὸ ἀκολούθων, ὁ οὐκ ἀκόλουθος, &. Ital. *Scompagnato, non accompagnato.* Gal. *Qui n'est point accompagné.* Hispa. *No acompañado.* ξ Cic. 1. de Orat. Cuius autem quum indotatam esse atque incomitatam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti.

Incomitas, atis, (vt quidam putauerunt) est actus incedendi sine comite. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 10, Necnon etiam hoc, quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, quibus mos eorum non denegauit, ante nuptias vt succumberent quibus vellent, & incomitas, vt vagari liceret, & filios haberent. Quo tamen in loco vel puer discernat legendum esse Incomitatis: vt sit datiuus ab adiectiuo fœminino incomitata.

Incomitio, as, are, inquit Festus, est tale commissum facio, propter quod necesse sit in comitium, hoc est in conuentum venire. Plautus in Curcul. Adolescens, quæso ne me incomities. LYCO. Licétne inforare, si incomitiare non licet?

Incommendatus, penult. prod. Adiectiuum. ξ ὁ οὐ πάνυ σπουδαῖος, ὁ μὴ σπουδαῖος, ὁ οὐ φίλτατος. Ital. *Non recommandato.* Gal. *Qui n'est point recommandé.* Hisp. *No encomendado.* ξ Quod libidinosè violatur, tanquam expositum sine commendatione. Ouid. 11. Metamor. Nihil illis veritum est, incommendataque tellus.

Incommodum, di, Damnum, detrimentum. ξ βλάβη, βλάβος. Ital. *Danno, incommodità.* Gal. *Dommage, nuisance, ennuy, desplaisir, facherie.* Hisp. *Daño, ò no prouecho.* ξ Plaut. in Amph. -ita cuiq; comparatum Est in ætate hominum, ita dus placitū, voluptati vt mœror Comes consequatur: quin incommodi Plus, maliq; illico adsit. Cic. 1. de Fin. Itaq; non ob ea solùm incommoda quæ eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus. Incommoda ferre, pro incommodare. Cic. ad Qu. fra. Dicebat scriptum in ea Epistola, quam tuā esse dicebat, te aut quasi amicis tuis, gratias acturum, aut quasi inimicis, incommoda laturum.

Incommodus, a, um, Quod damnum adfert, vel molestum est. ξ βλαβερὸς, ἀνιαρὸς, ἐπαχθὴς. Ital. *Incommodo, molesto, dannoso.* Gal. *Incommode, mal propre, ennuyeux, facheux, dommageable, nuisant.* Hispa. *No prouechoso, danoso.* ξ Terentius in Hecy. Ain' tu tibi hoc incōmodum euenisse iter? Et paulo pòst, -non hercle verbis dici potest Tantum, quàm re ipsa nanigno incommodum est. Cic. 5. Verrina, Non potest reprehendi illa æstimatio quæ aratori non modò incommoda non est, sed etiam grata est. Incommoda vxor, & importuna. Plautus Asin.

Incommoditas, atis, Damnum, molestia. ξ βλάβη, ἀνιαρότης. Ital. *Incommodità, danno.* Gal. *Incommodité, facherie, ennuy, nuisance.* Hispa. *Daño, no prouecho.* ξ Si Terentius in And. Nempe incommoditas denique hæc omnis redit. Si eueniat (quod dij prohibeant) discessio. Liuius 10. ab Vrbe, Romæ tum desiderio viri, tum incommoditate temporis tristis nuntius fuit, vt, &c.

Incommodè, Molestè, intempestiuè, cum incommodo, seu detrimento. ξ ἀνιαρῶς, ἀκαίρως, ἀσυμφόρως. Ital. *Incommodamente, disconciamente.* Gal. *Incommodement, mal à propos, mal à point.* Hispan. *No prouechosamente, danosamente.* ξ Terentius in Hecy. Sed continò vultum earum sensi immutari omnium, Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum. Cicer. de Amicitia, Quamobrem cum illo quidem

(vt suprà dixi) actum optimè est: mecum autem incommodius. Incommodissimè nauigare, Cic. ad Attic. lib. 5.

Incommodo, das, penult. corr. Noceo, seu damnum infero. {βλάπτω. Ital. *Incommodare, nuocere.* Gal. *Incommoder, faire ou porter dommage, nuire.* Hisp. *Dañar à uno aprouechar.* } Cicero pro Quintio, Vt quum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere potuit. Terent. in Andria, Quem ego credo manibus pedibúsq; obnixè omnia facturum, Magis id adeò, mihi vt incommodet, Quàm vt obsequatur gratio.

Incommoditas, onis. Pro incommoditate. {τὸ βλάπτειν, ζημίωμα. Ital. *Incommodità, danno.* Gal. *Dommage, nuisance, ennuy, desplaisir, facherie.* Hisp. *Daño, no prouecho.* } Cic. ad Atticum, lib. 1, Atque in ista incommodatione alienati illius animi & offensi, illud inest tamen commodi.

In commune, Aequaliter omnibus. {εἰς κοινὸν, κοινῇ. Ital. *Communamente.* Gal. *communement, egualement.* Hispa. *Igualmente, comunamente.* } Terent. in Aud. Id te oro, in commune vt consulas. Pro eodem etiam dicimus, In medium consulere.

Incompactum, Disiunctum, malè cõpositum. ἀσυνάκτως. Ital. *Disgiunto, mal composto.* Gal. *Disioinct.* Hisp. *Desbecho.*

Incomparabilis, le, Cui nihil potest comparari, seu adæquari. {ἀσύγκριτος, ἀσύμβλητος. Ital. *Incomparabile.* Gal. *Incomparable, qui n'a point son pareil.* Hisp. *Cosa que no se puede comparar.* } Plin. lib. 7. cap. 25, Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas. id est cui compararí alia non potest. Quintil. lib. 1. cap. 3, Sed præstet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctissimum atque incomparabilem magistrum domi habeat.

Incompertus, a, um, Incognitus, & de quo nullam certitudinem habemus. {ἄδηλος, ἀνεπίγνωστος. Ital. *Incognito, no trouato.* Gal. *Dequoy on ne sait rien au vray, incognu.* Hispan. *Desconocido, no hallado.* } Plin. lib. 34. cap. 13, Origo atque natura eius incomperta est mihi. Liuius 8. bel. Pun. Id vtrum purum ex interuallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompertum est. Plin. lib. 12. cap. 8, Qualis sit ea, incompertum habeo.

Incompositus, a, um, Incomptus, inornatus, inelegans: contrariũ composito. {ἀκόσμητος, ἀδιάπλαστος, ἀσυνθέτος. Ital. *Non ornato, non elegante.* Gal. *Qui est sans ordre, mal ajancé, mis en desarroy.* Hispa. *No bien compuesto.* } vt, Incomposita oratio. Liu. 4. ab Vrbe, Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur, cæterum militariter grauis. Motibus incompositis, Quintil. lib. 4. cap. 5. Motus incompositos dare, Virgil. 1. Georg.

Incompositè, aduerbium, Inelegantèr. {ἀσυντέτως, ἀτέχνως. Ital. *Senza ordine.* Gal. *Sans ordre.* Hisp. *Sin orden.* } Liu. 5. bel Punici, Et in hostem negligenter & incomposite venientem incurrunt.

Incomprehensus, Non comprehensus. {ἀνόητος, ἀδιάληπτος. Ital. *Non comprehenso.* Gal. *Incomprehensible, qui n'est point compreus.* Hisp. *No comprehendido.* } Lactant. lib. 3, Intellexit nullo humano studio posse ad sapientiam peruenirí, & ideo non oportet incomprehensæ atque imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

Incomprehensibilis, le. Quod comprehendi non potest. {ἀκατάληπτος. Ital. *Incomprehensibile, che non si può comprehendere.* Gal. *Incomprehensible, qu'on ne peut comprendre ou tenir.* Hisp. *Lo que no se puede comprehender.* } Plinius in Epist. Est in disputando incomprehensibilis, vt lubricus, ita eludit. Incomprehensibilis arenæ paruitas, Colum. lib. 10, in Proœmio.

Incomptus, Inornatus. {ἄκομος, ἀκόσμητος. Ital. *Non ornato, non acconcio.* Gal. *Qui n'est point orné, mal ajancé.* Hisp. *No ornado ni pulido, desatauiado.* } Cicero ad Attic. lib. 2, Quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt. Idem in Orat. Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. Capilli incompti, Caput incomptum, apud Horatium.

Inconcessus, a, um, Non concessus, illicitus, negatus, prohibitus. {ἀπαγορευτός. Ital. *Prohibito, non concesso.* Gal. *Qui n'est point permis, illicite.* Hisp. *Illicito, no concedido.* } Quintil. lib. 10. cap. 2, Quum totum exprimere, quum elegeris, penè sit homini inconcessum. Virgil. 1. Aeneid. Pergama quum peteret, inconcessósque hymenæos. Ouid. 3. Amo. eleg. 4, Indigneris licet, iuuat inconcessa voluptas.

Inconcilio, as, are, Turbo, dispergo. {ταράττω. Ital. *Disturbare.* Gal. *Mettre en discord, troubler.* Hisp. *Desbaratar.* } Plautus in Bacch. Ipse quod in se fuit, accuratum habuit quod posset mali Facere in me, inconciliare copias omnes meas. ¶ Accipitur etiam inconciliare pro irritare & inimicum facere. Plaut. in Trin. Inconciliastin' eum qui mandatus est tibi illum qui mandauit eum, extrubasti ex ædibus.

Inconciliatè, aduerbium, Perperam, inconsultè. {ἀπερισκέπτως. Ital. *Senza concordia.* Gal. *En mettant haine & discorde.* Hispa. *Sin concordia.* } Plautus in Most. Ne inconciliatè quid nos porrò postulet.

Inconcinnus, a, um, Inelegans, inornatus, absurdus, incompositus. {ἀκόσμητος, ἀνάρμοστος, ἄμουσος, ἀκομψός. Ital. *Mal composto, disconcio.* Gal. *Mal ajancé & façonné, qui n'a point de grace.* Hispan. *Desatauiado.* } Gellius lib. 16. cap. 5, Ea ferme omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Cicero 2. de Orat. Nam qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibus cum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. Horat. 1. Epist. 19, Asperitas agrestis, & inconcinna, grauisque.

Inconcinniter, aduerbium, Inornatè, incomptè, impolitè. {ἀκοσμήτως, ἀμούσως. Ital. *Senza gratia, disconciamente.* Gal. *Mal proprement.* Hisp. *Desatauiadamente.* } Gell. lib. 10. cap. 17, Vertitque in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter.

Inconcussus, Qui non concutitur. {ἀσάλευτος, ἀσυγκίνητος, ἀσάλευτος. Ital. *Che non si commuue.* Gal. *Non esbranlé.* Hisp. *No sacudido, ni mouido.* } Lactant. lib. de Ira Dei, Pronus est lapsus, & facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur. Stat. 5. Syl. Florebant hilares, inconcussique penates.

Inconditus, a, um, pen. corr. Ex in, & conditus, quod à condo fit, idem est quod inordinatus, incõpositus. {ἀκόσμητος, ἀκατάστατος, ἀτάκτως, ἀσύντακτος, ἀσύνθετος, ἄμουσος. Ital. *Disordinato, mal composto.* Gal. *Mal composé & basti sans mesure, sans ordre.* Hisp. *No bien compuesto.* } Liuius lib. 4. Decad. 1, Cultus spolia opima Regis interfecti gerens: in eum milites carmina incondita, æquantes eum Romulo, canere. Eius simplex protulit Plautus in Amph. Magis iam saxo dices posticum in cunis conditus est. ¶ Interdum inconditum ponitur pro inconscripto. Sallustius in Iugurtha, At illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, inconditi renere. Quo loco inconditum accipitur pro inconscripto, vt indicat Seruius in illud Virgilij 2. Aegloga. -vbi hæc incondita solus Montibus & syluis studio iactabat inani. Corpora incondita, id est insepulta, apud Lucanum lib. 6.

Inconditè, aduerbium, Incompositè, inordinatè. {ἀκοσμήτως. Ital. *Disordinatamente.* Gal. *Sans ordre, sans mesure, mal proprement.* Hisp. *No apuesto auenir.* } Cic. 3. Offic. Dicam, vt potero, inconditè fortasse, seu tamen vt res possit intelligi.

Inconditus, penult. prod. à verbo condio. Non conditus, insipidus. ἀνάρτυτος.

Inconfessus, Non confessus. {ὁ μὴ ἀληθεύσας, ὁ μὴ ὁμολογήσας. Ital. *Chi non ha confessata la verità.* Gal. *Qui n'a point confessé la verité.* Hisp. *El que no a confessada la verdad.* } Ouid. 2. Metamor. Scrutandum dederat, sed cum inconfessa quid esset.

Incongelabile, Quod non potest congelari. {ἀκατάπηκτον, ἀπάγωτος. Ital. *Che non si può congelare.* Gal. *Qui ne se peut glacer.* Hisp. *Cosa que non se puede congelar.* } Gellius, Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile sit.

Incongruens, tis, Quod non congruit, nec concordat rei de qua agitur. {ἀνάρμοστος. Ital. *Discommenuole.* Gal. *Qui ne conuient & n'accorde point, incogru.* Hisp. *No conueniente.* } Plin. in Epist. Nam quibus sententia Cæpionis placuit, sententiam Macri, vt rigidam, durámque reprehendit: quibus Macri, illam alteram dissolutam, atque etiam incongruentem vocant. Gel. lib. 2. cap. 5, Est enim pleraq; & tibi, & nobis incongruens.

Inconniuens, penult. prod. om. gen. Quod palpebras non mouet: à verbo conniueo, quod significat oculorum tegumenta cõmouco. {ἀκατάβλεπτος. Ital. *Che non muoue le palpebre de l'occhio.* Gal. *Qui ne cligne point les yeux.* Hisp. *Que no cierra ò guiña el ojo.* } Gell. lib. 2. cap. 1, Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu per dies, atq; pernox à summo lucis ortu, ad Solem alterum orientem inconniuens.

Inconscius, a, um, Contrarium conscio. {ἀσυνειδὸς. Ital. *chi non sa gli altrui fatti* Gal. *Qui n'en fait rien.* Hispa. *Cosa non sabidora.* } Liu. 1. belli Pun. Aicon inconsciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu transisset.

Inconsequentia, æ, Vitium est orationis, quum aut res, aut verba prætermittuntur, quæ ad superiora subsequi par erat. ἀκολουθία. Quintil. lib. 8. cap. 6, Quæ est inconsequentia rerum frequentissima.

Inconsiderantia, Inconsideratus, Vide INCONSYDERANS.

Inconsolabilis, Qui consolationem non admittit, cuius dolori consolatio nulla mederi potest. {ἀπαραμύθητος, ἀπαρηγόρητος. Ital. *Che non riceue consolatione.* Gal. *Qu'on ne peut consoler ne reconforter.* Hisp. *Que no recibe consolacion.* } Ouid. 5. Metam. -contemptáque fontis Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus Mente gerit tacita.

Inconstans, tis, com. gen. Qui sibi non constat, leuis, mobilis, volubilis, qui tum hoc, tum illud dicit. {ἀστάτως, ἀστήρικτος. Ital. *Instabile, leggiero, inconstante.* Gal. *Inconstant, variable, leger, muable.* Hispa. *No constante ne firme.* } Cicero Planco, lib. 10. Famil. Quum is frigidas sanè & inconstantes recitasset literas Lepidi. Plin. lib. 19. cap. de Medicina. Mirúmque, & indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorẽ fuisse, & etiãnum sæpius mutari.

Inconstanter, Leuiter, nullàque constantia. {ἀστάθμητως, ἀστηρίκτως. Ital. *Inconstantemente.* Gal. *Inconstamment, legerement.* Hisp. *No constantemente.* } Cic. 4. Tusc. Si aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt.

Inconstantia, æ, Leuitas, constantiæ contraria, {ἀστάθμητον. Ital. *Leggierezza, inconstanza, instabilità.* Gal. *Inconstance, variété, legereté.* Hispa. *Aquella no constancia, variedad.* } Cic. Attic. lib. 10, Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse.

Inconsuetus, ta, um, Non assuetus. {ἀσύνηθης. Ital. *Non costumato, mastato.* Gal. *Inaccoustumé, non accoustumé.* Hispa. *No acostumbrado.* } Silius lib. 12, -super inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles.

Inconsultus, nomen, Imprudens, temerarius, quasi nullius consilij, qui nullo sano consilio ea quæ aggreditur, expendit. {ἄβουλος, δυσβούλευτος. Ital. *Senza consiglio, imprudente.* Gal. *Qui ne prend point de conseil, desprouueu de conseil, mal conseillé, imprudent.* Hisp. *El que es sin consejo.* } Cic. pro Deiotaro, Homo inconsultus, & temerarius hæc non videbat. Quintil. Declamat. 19, O' inconsultam & muliebrem semper amentiam, id est imprudentem & inconsideratam. ¶ Quandoque verò inconsultus participium est, & accipitur pro eo à quo consilium nõ est petitum. ἀσυμβούλευτος. Varro lib. 1. de Re rust. Etenim inscio atque inconsulto domino, serui sæpe ex agro discedunt. Sic dicimus, Inconsultus medicus ad ægrotum venit. id est à quo consilium nemo petiit. ¶ Interdum accipitur pro eo qui incertus est, cuique deest consilium. Virgil. 3. Aen. Inconsulti abeunt, sedémque odere Sibyllæ.

Inconsulto meo, Dixerunt veteres pro eo quod est me inconsulto. οὐκ ἐμοῦ γνώμην προβουλεύσαντος. Plaut. in Trinu. quia rure dum fui Ego vnos sex dies, me absente atque inscio inconsulto meo Aedes venales hasce inscribit literis.

Inconsultè, Stultè, temerè, absque consilio. {ἀκόντως, ἀβούλως. Ital. *Pazzamente, senza consiglio.* Gal. *Par mesgarde, à la volée, sans y penser & sans en deliberer.* Hisp. *Sin consejo.* } Sallust. Inconsultè ac veluti per dementiam cuncta simul agebant. Inconsultè ac temere aliquid dicere, apud Ciceronem lib. 1. de Nat. deorum, Pro eodem legitur & inconsultò in Rhetoricis ad Heren. lib. 1.

Inconsumptus, a, um, Non consumptus, non exhaustus. {ἀδαπάνητος. Ital. *Non consumato.* Gal. *Qui n'est point consumé ne vsé.* Hispan. *No gastado ò acabado.* } Ouid. 7. Metam. Inque manu thuris pars inconsumpta reperta est.

Inconsutilis, penult. corr. Non consutilis. {ἄρραπτος. Ital. *Senza cucitura.* Gal. *Qui n'est point cousu.* Hisp. *No cosido.* } vt, Vestis inconsutilis, quæ nullam habet futuram. ¶ Pro eodem dicitur & inconsutus.

Inconsyderans, tis, adiectiuum. Idem quod inconsultus, & inconsyderatus, {ἀσκεπτος. Ital. *Incosiderato.* Gal. *Qui ne considere & n'auise point à ce qu'il*

Universidad de Deusto
Biblioteca

qu'il dit ou fait, inconsideré. Hisp. *Cosa que no lo mira bien.*} Cicer. 2. de Diuin. Nos autem ita leues atque inconsyderantes sumus, vt si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc vnum, monstrum putemus.

Inconsyderatus, a, um, Qui non consyderat. {ἀσκεπτος, ἀλογιστος. Ital. *che non considera, trascurato.* Gal. *Inconsideré, mal-auisé.* Hisp. *El que non mira bien, que es sin consejo.*} Lactant. lib. 1, Nemo est tam inconsyderatus, qui non intelligat fuisse mortales. Cicer. pro Quintio, O rem incredibilem, ô cupiditatem inconsyderatam! Inconsyderata fama populi, Cicer. 3. Tuscul.

Inconsyderatè, aduerbium, Inconsultè, temere. {ἀσκεπτως, ἀπερισκεπτως. Ital. *Senza consideratione, inconsideratamente.* Gal. *Inconsidérement, sans y penser.* Hisp. *No bien mirando.*} vt apud Ciceronem in Offic. Temere, fortuitu, inconsyderatè, negligenter facere aliquid. Gell. lib. 17. cap. 1, Vt scribere aui sint. M. Ciceronem parum integrè, atque impropriè, atque inconsyderatè loquutum.

Inconsyderantia, æ, Inconsulta ratio. {ἀλογιστια. Ital. *Inconsideratione, trascuratezza.* Gal. *Faute d'auis, inconsideration.* Hisp. *Razon sin consejo, sin consideracion.*} Cicer. ad Qu. fratrem, Cuius in hoc vno inconsyderantiam & ego cum.

Inconsyderatus, a, um, Qui non consyderat. {ἀσκεπτος, ἀπερισκεπτος. Ital. *che non considera, trascurato.* Gal. *Inconsideré, mal-auisé.* Hisp. *El que non mira bien, que es sin consejo.*} Lactant. lib. 1, Nemo est tam inconsyderatus, qui non intelligat fuisse mortales. Cicer. pro Quintio, O rem incredibilem, ô cupiditatem inconsyderatam! Inconsyderata fama populi, Cicer. 3. Tuscul.

Inconsyderatè, aduerbium, Inconsultè, temere. {ἀσκεπτως, ἀπερισκεπτως. Ital. *Senza consideratione, inconsideratamente.* Gal. *Inconsidérement, sans y penser.* Hisp. *No bien mirando.*} vt apud Ciceronem in Offic. Temere, fortuitu, inconsyderatè, negligenter facere aliquid. Gell. lib. 17. cap. 1, Vt scribere aui sint. M. Ciceronem parum integrè, atque impropriè, atque inconsyderatè loquutum.

Inconsyderantia, æ, Inconsulta ratio. {ἀλογιστια. Ital. *Inconsideratione, trascuratezza.* Gal. *Faute d'auis, inconsideration.* Hisp. *Razon sin consejo, sin consideracion.*} Cicer. ad Qu. fratrem, Cuius in hoc vno inconsyderantiam & ego cum.

Inconsyderatus, a, um, Qui non consyderat. {ἀσκεπτος, ἀπερισκεπτος. Ital. *che non considera, trascurato.* Gal. *Inconsideré, mal-auisé.* Hisp. *El que non mira bien, que es sin consejo.*} Lactant. lib. 1, Nemo est tam inconsyderatus, qui non intelligat fuisse mortales. Cicer. pro Quintio, O rem incredibilem, ô cupiditatem inconsyderatam! Inconsyderata fama populi, Cicer. 3. Tuscul.

Inconsyderatè, aduerbium, Inconsultè, temere. {ἀσκεπτως, ἀπερισκεπτως. Ital. *Senza consideratione, inconsideratamente.* Gal. *Inconsidérement, sans y penser.* Hisp. *No bien mirando.*} vt apud Ciceronem in Offic. Temere, fortuitu, inconsyderatè, negligenter facere aliquid. Gell. lib. 17. cap. 1, Vt scribere aui sint. M. Ciceronem parum integrè, atque impropriè, atque inconsyderatè loquutum.

Inconsyderantia, æ, Inconsulta ratio. {ἀλογιστια. Ital. *Inconsideratione, trascuratezza.* Gal. *Faute d'auis, inconsideration.* Hisp. *Razon sin consejo, sin consideracion.*} Cicer. ad Qu. fratrem, Cuius in hoc vno inconsyderantiam & ego cum. {Cic. ad Qu. fratrem, Cuius in hoc vno inconsyderantiam & ego cum.

Inconsyderatus, a, um, Qui non consyderat. {ἀσκεπτος, ἀπερισκεπτος. Ital. *che non considera, trascurato.* Gal. *Inconsideré, mal-auisé.* Hisp. *El que non mira bien, que es sin consejo.*} Lactant. lib. 1, Nemo est tam inconsyderatus, qui non intelligat fuisse mortales. Cicer. pro Quintio, O rem incredibilem, ô cupiditatem inconsyderatam! Inconsyderata fama populi, Cicer. 3. Tuscul.

Inconsyderatè, aduerbium, Inconsultè, temere. {ἀσκεπτως, ἀπερισκεπτως. Ital. *Senza consideratione, inconsideratamente.* Gal. *Inconsidérement, sans y penser.* Hisp. *No bien mirando.*} vt apud Ciceronem in Offic. Temere, fortuitu, inconsyderatè, negligenter facere aliquid. Gell. lib. 17. cap. 1, Vt scribere aui sint. M. Ciceronem parum integrè, atque impropriè, atque inconsyderatè loquutum.

Inconsyderantia, æ, Inconsulta ratio. {ἀλογιστια. Ital. *Inconsideratione, trascuratezza.* Gal. *Faute d'auis, inconsideration.* Hisp. *Razon sin consejo, sin consideracion.*} Cicer. ad Qu. fratrem, Cuius in hoc vno inconsyderantiam & ego cum. {Cic. ad Qu. fratrem, Cuius in hoc vno inconsyderantiam & ego cum. Sustinebo, vt potero: & tu vt possis, est tuorum neruorum.

Incontaminatus, Impollutus, purus, syncerus. {ἀσπιλωτος, ἀμολυντος. Ital. *Puro, sincero, no contaminato.* Gal. *Non contaminé, sans macule ou tache, entier.* Hisp. *Cosa no ensuziada, limpia.*} Varro 3. de Re rust. cap. 9, Aspectu ac facie incontaminata. Liu. 4. ab Vrbe, Nequid synceri, nequid incontaminati sit.

Incontentus, adiectiuum à verbo tendo, is, contento contrarium, hoc est quod non est tensum, sed laxum. {ἀνειμενος. Ital. *Non tirato.* Gal. *Qui n'est point tendu, roide, lasche.* Hisp. *No tendido.*} Cic. 4. de Finibus. Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ sint, &c.

Incontinens, tis, omnis gen. Intemperans, qui se à libidine, gulâve non continet. {ἀκρατης. Ital. *Incontinente, immoderato.* Gal. *Incontinent, intemperé, immoderé.* Hisp. *Incontinente de pasion, destemplado.*} Plaut. in Asin. At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales pretij: Madidum, dehinc scito illum ante omnes minimi mortales pretij: Madidum, nihili, incontinentem, atque osorem vxoris suæ. ¶ Interdum incontinens accipitur pro eo qui quod sibi commissum est, fideliter non conseruat. Plin. lib. 8. cap. 43, de asinis loquens, Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, ni cogatur in cursum verberibus à coitu.

Incontinenter, aduerbium, Intemperanter, sine continentia. {ἀκρατως, ἀκρατικως. Ital. *Intemperatamente, incontinentemente.* Gal. *Intemperemment, incontinuement, en debauché.* Hisp. *No continentemente, destempladamente.*} Cic. 3. Offic. Si omnes deos, hominésque celare possimus, nihil tamen nobis auaré, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.

Incontinentia, æ, Intemperantia, immoderatus voluptatum vsus. {ἀκρασια. Ital. *Incontinenza, immoderanza.* Gal. *Incontinence, intemperance.* Hispan. *Aquella obra de no se contener, destemplança.*} Cicer. pro M. Cælio, Multa de incontinentia, intemperantiáque differunt. ¶ Accipitur aliquando incontinentia pro impotentia, siue imbecillitate aliquid sibi commissum retinendi. Vnde incontinentiam vrinæ dicimus, pro imbecillitate musculi retentiui, vrinam malè retinentis. Plin. lib. 8, cap. 28. Veficam in vino potam contra vrinæ incontinentiam.

Inconuenientia, æ, Indecentia.

Inconuenientia, æ, Etiam dicuntur quæ ob diuersitatem inter se non conueniunt. ἀσυμφωνια. Seneca de Vita beata, Desinant igitur inconuenientia inter se jungere, & voluptati virtutem implicare.

Inconuenientia, æ, indecentia.

Inconuenientia, æ, Etiam dicuntur quæ ob diuersitatem inter se non conueniunt. ἀσυμφωνια. Seneca de Vita beata, Desinant igitur inconuenientia inter se jungere, & voluptati virtutem implicare.

Inconuenientia, æ, indecentia.

Incoquo, quis, penult. corr. incoxi, ctum, In re aliqua coquo, siue lixo. {Ital. *Cuocere dentro à qualche cosa.* Gal. *Cuire dedans ou auec.* Hisp. *Cozer con otra cosa.*} Virgil. 4. Georg. Huius odorato radices incoque Baccho.

Incoctus, a, um, participium passiuum est à verbo Incoquo, idem valens quod in aliquo coctus. {ἐνεψημενος. Ital. *Cotto con qualche cosa.* Gal. *Cuit dedans ou auec.* Hisp. *Cozido con otra cosa.*} Plin. lib. 18. cap. 11, Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert. Cruor incoctus herbis, Horat. Epod 4. Incoctũ generosum pectus honesto. Pers. Satyr. 2. Veliera incocta Tyr ostrubores, Virgil. 3. Georg.

Incoctilia, à veteribus dicta fuerunt vasa ænea, quibus plumbum incoctum erat, nequid ex ære ingrati saporis cibis accideret. {κεραμοπυρωτα. Ital. *Vasi stagnati.* Gal. *Vaisseaux estamez.* Hispa. *Vasos estanados.*} Plin. lib. 34. cap. 17, Album plumbum incoquitur æreis operibus, Gallianum inuento, ita vt vix discerni queat ab argento, eáque incoctilia vocant.

Incordio, as, are, In cor immittere. {Ital. *Mettere nel cuore.* Gal. *Mettre dans le cœur.* Hisp. *Meter ò poner en el coraçon.*} Antiquum est verbum, quo Plautus vsus est in Cistel. Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acritus vlus est in Cistel. Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acritus vlus est in Cistel. Si me abl

Increſco,is,Augeor,innaleſco.{ἐπιδίδωμι,αὐξάνομαι.Ital. *Accreſcere,prender augmento.* Gal. *S'augmenter,croiſtre de plus en plus.* Hiſp. *Mucho creſcer,tomar increſcimiento.*} Liu.1.ab Vrbe, Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ, media vrbe,imminens foro ædificatur. Quintil.lib.8 ca.4, Hoc genus increſcit, ac ſit manifeſtius, ſi ampliora verba cum ipſis nominibus, pro quibus ea poſituti ſumus,conferantur:vt Cicero in Ver.Non enim furem,ſed raptorem:nõ adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ:non ſacrilegum,ſed hoſtem ſacrorum religionumque: non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium ſociorúmque in veſtrum iudicium adduximus.Illo enim modo,vt ſit multum,hoc etiam plus vt ſit,efficitur.Suetonius de cla.Grammat.Poſt hoc magis,ac magis gratia & cura artis increuit,vt ne clariſſimi quidem viri abſtinuerint. Lucan.lib.2, Intonſos rigidam in frontem deſcendere canos Paſſus erat,mœſtámq; genis increſcere barbam.Ouid.9.Metamor. Vt dolor increuit.

Increſcentia,tiæ, (vt nonnulli interpretantur) Idem eſt quod incrementum,adducentes illud ex Plin.lib.8. cap. 32, Increſcentia Solis vapore durant.*ἐπίδοσις,αὔξη.* Qua tamen in re nimis pueriliter labuntur, quum increſcentia ibi ſit nomen adiectiuum neutri generis,caſus accuſatiui, cui reſpondet ſubſtantiuum Cornua.vt hic ſit ſenſus, Cerui durant increſcentia cornua vapore ſolis.

Incruentus,a.um,Sine cruore.{ἀναίμακτος,ἀναίμωτος.Ital. *ſenza ſangue, non ſanguinolento.* Gal. *Qui n'eſt point ſanglant.* Hiſpan. *Coſa no enſangrentada,no ſangrenta.*} vt.Incruenta victoria,in qua nullus cruor effuſus eſt,nulliq; aut pauci ſunt occiſi. Liu.7. bel. Pun.& 7. ab Vrbe, Nec Romanis incruenta victoria fuit, quarta parte militum amiſſa. Idem 8. ab Vrbe, Haudquaquam tamen incruento milite ſuo.

Incruentatus,a.um.Nõ maculatus cruore.{ἀναίμακτος.Ital. *Che non è macchiato di ſangue.* Gal. *Qui n'eſt point enſanglanté ou ſouillé de ſang.* Hiſpan. *Coſa no enſangrentada.*} Tacitus lib.20,Diſceſſerant obſeſſores, miſtus ex Cattis,Vſipiis,Mattiacis exercitus,ſatietate prædæ,nec incruentati.

Incruſto,as,are,Cruſtam inducere, ſiue cruſtam applicare. {κρυάω.Ital. *Incroſtare,far croſta.* Gal. *Encroutter,crepir.* Hiſpan. *Cubrir de croſtas, encroſtar.*} Varro 3.de Re ruſt.cap.14, Has quoque ſaginare ſolent ita, vt oliam cum ſoraminibus incruſtent ſapa & fatre.Horat.1.Serm.Sat.3, At nos virtutes ipſas inuertimus, atque Syncerum cupimus vas incruſtare. Id eſt virtutem quaſi vitium interpretamur.

Incruſtatio,onis,Cruſtæ ad parietem, aut pauimentum, aut vas aliquod applicatio.*κρύωσις.*

Incubo,as,pen.corr.bui,bitum, Propriè idem eſt quod incumbere, inniti, quaſi in re quapiam cubare. {ἐγκυμαίνω,ἐπίκειμαι.Ital. *Appoggiarſi, ſtar ſopra,conare.* Gal. *Eſtre couché ou geſir ſur quelque choſe.* Hiſp. *Acoſtarſe ſobre algo.*} Habet autem plerunque datiuum.Quintil.lib.10,Qui autem ſciuerit,quo quæque ſint modo dicenda, niſi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes caſus habuerit eloquentiam, velut theſauris clauſis incubabit. Papinius,& feſtinantia ſiſtens Fata ſalutifero mitis Deus incubat angui.Virgil.1.Aeneid. –ponto nox incubat atra.¶Incubare ouis dicuntur aues,quum excludendi fœtus gratia oua fouent. *ἐπωάζειν.* Lactant. de Opifi. Nidos aut luto ædificant, aut virgultis & frondibus inſtruunt, & cibotum expertes incubant ouis. Dicimus quoque incubare oua, in eadem ſignificatione. Varro 3.de Re ruſt. Negant plus vigintiquinq; oua incubare. Quo in loco incubare verbum eſt actiuum : cuius etiam paſſiuo aliquoties vſus eſt Plin.lib.10. cap.54,Oua incubari intra decem dies edita vtiliſſimum : vetera, aut recentiora,infœcunda.Idem lib.29.cap.3,Fiunt & tota lutea,quæ vocant ſchiſta, quum triduo incubata tolluntur Pro eodem legitur & incubate abſolutè:ita tamen vt ſubaudiamus datiuum ouis,vel accuſatiuum oua. Colum.lib.8.cap.5, Gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis.Et paulo pòſt, Inhibetur cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. ¶Incubare Ioni.eſt in Capitolio dormire,ad accipienda à Ioue reſponſa.Plaut.in Curculione, Nanq; te incubare ſatius fuerat Ioui,qui tibi auxilio in iureiurando fuit.Seruius in illud Virgilij 7. Aeneid.Pellibus incubuit ſtratis,ſomnóſque petiuit.Incubare,inquit, propriè dicuntur ij qui dormiunt ad accipienda reſponſa. ¶Accipitur aliquando incubare pro inhabitare. Apul.7. Metamor. Tabernulam quandam, vitatis maris fluctibus incubabat. Ad eundem etiam modum Macrobius Dionyſium appellat Siculæ aulæ incubatorem. ¶Incubare pecuniæ,pro inhiare,& vehementer cupere.Cicero pro Cluentio,Hic ille planus improbiſſimus,quæſtu iudiciatio paſtus, qui pecuniæ,quam conſiderat,ſpe iam atq; animo incubaret, contrahit frontem.Liu.8.ab Vrbe.Liberes fœnore plebem Romanam, & iſtos incubantes publicis theſauris ex præda clandeſtina euoluas. ¶Interdum ſignificat coràm habere:tranſlatione ſumpta ab auibus quæ incubatu fouent oua,& excludunt fœtus. Apul.lib.3,Aureos folles incubabat.

Incubito, as, are, frequentatiuum. {πολὺς κατάκλισις, κατάκλισις.Ital. *Speſſo appoggiarſi,ſtar ſopra.* Gal. *Coucher & geſir ſouuent en vn lieu.* Hiſpa. *Acoſtarſe muchas vezes ſobre algo.*} Colum.lib.8.cap.14, Cellas, in quibus incubitant,ſiccißimas eſſe oportet.

Incubitus,tus,verbale,Quod modò actum illum ſignificat oua fouendi. {ἐπώασμός.Ital. *Couamento.* Gal. *Couuement.* Hiſp. *Aquella obra de eſtar ſobre huenos.*} Plin.lib.10.cap.54,Quędam autem citra incubitum ſponte naturæ gignunt. Modò geſtum,modúmq; cubantis.*ἡ κατάκλισις,ἡ ἐγκοίμησις.* vt.Incubitus dextri lateris, quum quis cubat in dextrum latus. Plin. lib.28. cap.4, Ariſtoteles & Fabianus plurimum ſomniari circa vernum & autumnum tradunt,magiſq; ſupino cubitu, & prono nihil. Theophraſtus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius à ſupinis.

Incubatus,us, pen. prod. Plin.lib.10. cap.54, Si incubatu tonuerit, oua pereunt.Hoc eſt quum gallina incubat ouis.

Incubatio,onis.Idem quod incubitus.Plin.lib.10. cap.56, Rara incubatio ouis noxia.

Incubitio,onis, Idem quod incubatio. Plin.lib. 10.cap.54, Incubitioni datur initium poſt nouam lunam.

Incubus,Morbus eſt noctu quieſcentes infeſtans, quum ſcilicet externa quædam vis quieſcentes videtur inuadere, & veluti ſuo pondere preſſos grauare.*ἐφιάλτης.* Naſcitur hoc morbi genus copia vaporum ex voracitate,& cruditate in caput redundantium. Antiquitas credidit eſſe Faunos & Syluanos,vel dæmones hominum inſultores.

Inculco,as,are,Infercio,& quaſi calcando immitto. {ἐπικόπτω.Ital. *Inſaccare,imaliggiare.* Gal. *Entrejetter parmi à force,inculquer.* Hiſp. *Recalcar vna coſa ſobre otra.*} Plin.lib.29.cap.2, At canis rabioſi morſibus inculcata, poſt diem ſeptimum ſoluitur. ¶Per tranſlationem ſignificat eadem ſæpius itetando ingerere.*συμβολογεῖν.* Cic.1.Offic.Ne,vt quidam,Græca verba inculcantes,iure optimo rideamur. Idem de Fato, Quid ergo attinet inculcare fatum,quum ſine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunámve referatur?

Inculpatus,a,um, Qui culpa caret. {ἀνέγκλητος,ἀνεύθυνος.Ital. *Incolpato,ſenza colpa.* Gal. *Inculpable,qui eſt ſans blaſme ou reprobe.* Hiſpa. *Coſa que no tiene culpa.*} Gell.lib.2.cap.6,Sed enim qui in re, atq; omni tempore laude omni vacat, is illaudatus eſt:iſque omnium peſſimus, deterrimúſque eſt.Sicuti omnis culpæ priuatio inculpatum facit: inculpatus autem inſtar eſt abſolutæ virtutis.Ouid.9.Metamor. –ſed vita,fidéſq; inculpata fuit.

Incultus,& Inculté,Vide in INCOLO.

Incumba,æ,Eſt pars pilæ in frontibus, cui onus ædificij incumbit. Vide Annotationes Budæi in Pandectas.

Incumbo,bis,ere,Innitor, inhæreo, ſuper aliquid iaceo. {ἐπίκειμαι,ἐπερείδω.Ital. *Appoggiarſi,dar opera à qualche coſa.* Gal. *Eſtre couché ou appuyé ſur quelque choſe.* Hiſ. *Acoſtarſe ſobre alguna coſa,applicarſe à alguna coſa.*} Virg.8. Aegloga,Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.Plin.lib.2.cap.64, Namque in illo caua in ſe conuexitas vergit,& cardini ſuo.hoc eſt,terræ vndique incumbit.Virgil.lib.5.Aeneid.Incubuitque toro, dixitque nouiſſima verba. ¶Aliquando accipitur pro eo quod eſt obnixè rei alicui operam dare.*σπουδάζειν.* in qua ſignificatione ſæpe datiuo iungitur:vt,Incumbere literarum ſtudiis, Virtuti incumbere. Frequenter etiam accuſatiuo,mediante AD vel IN,vt à Cicerone ferè ſemper vſurpatur,Pergite,inquit,adoleſcentes,& in hæc ſtudia,in quibus eſtis,incumbite. Idem Attico lib.2, Quare incumbamus ad illa præclara ſtudia,hoc eſt totis viribus,omnique conatu enitamur.Idem Cornificio, Te tamen horror,vt omni cura in Rempub.incumbas, hoc eſt ſuſtentandam,ſiue tuendam.Cic.pro Pomp.Quare videte num dubitandum vobis ſit omni ſtudio ad id bellum incumbere.Aliquando poſt accuſatiuum adhibetur adiectiuum, vt effectus rei quæ deſignatur, demonſtretur:vt idem pro P.Sylla,Neminem eſſe ex illo honoris gradu, qui non omni ſtudio,virtute,auctoritate incubuerit ad Rempublicam conſeruandam. Si verò non ponitur adiectiuum,tunc ſubintelligitur:vt, Incumbere ad bellum:ſcilicet ſuſcipiendum,vel gerendum.&, Ad eius perniciem incumbenti:ſubaudi exequendam. ¶Eſt præterea quandoq; incumbere idem quod ſubire, ſiue ſupernenire,ingruere.*ἐπικεῖσθαι,ἐγκεῖσθαι,προσφέρεσθαι.* Lactant. lib.2, Si morborum peſtifera vis incubuit. Virgil.1.Aeneid Incubuere mari. Quintil. lib.5.cap.9, Quum magna vis venti in mare incubuit.

Incunabula,orum,vide ſuprà in dictione CVNAE.

Incuratus,pen.prod.Adiectiuum.{ἀκηδὴς,ἀμελὴς.Ital. *Non curato, non guarito.* Gal. *Negligé,meſpriſé.* Hiſ. *Hecho ſin cuidado.*} Horat.1.Epiſt.17. Stultorum incurata pudor malus vlcera cælat.

Incuria,æ,Negligentia.{ἀμέλεια.Ital. *Negligenza,poca cura.* Gal *Negligence, nonchalance.* Hiſp. *El deſcuido,ò negligencia.*} Cic.Attico, Quo magis vituperanda eſt rei tam neceſſariæ tanta incuria. Incuria,fame, vel morbo conſumi,apud eundem de prouinciis Conſul.

Incurioſus,a,um,Negligẽs,curæ,vel curioſitatis expers.{ἀμελὴς,ἀκηδέστος.Ital. *Negligente,poco curioſo.* Gal. *Negligent, nonchalant.* Hiſp. *Deſcuidado y negligente.*} Apuleius, Incurioſum agnum dixit pro pingui: quòd qui omni prorſus cura ſint liberi,pulcherrimè pingueſcant.

Incurioſè,penult.prod.Aduerbium.Negligenter.{ἀμελῶς,ἀφρόντιστος,ἀμελλητόστως.Ital. *Negligentemente.* Gal. *Negligemment.* Hiſpa. *Floxa y deſcuidadamente.*} Gell.lib.2.cap.6.Reprehendunt quaſi incurioſè & abiectè verbum poſitum. Agere puerìtiam incurioſè, Tacit.lib.17. Incurioſus agere,Tacit.lib.20.Plin.Rebellat ſæpe humor incurioſè datus.

Incurro,ris,Contra aliquem curro,vel incido in rem aliquam.{ἐμπίπτω, ἐπιτρέχω.Ital. *Correre contro à qualch' vno,incorrere.* Gal. *Encourir, courir dedans ou contre.* Hiſp. *Encontrar con otro,incurrir.*} Liu.1.ab Vr.Eo prælio præcipua equitum gloria fuit:vtrinque à cornibus poſitos,quum iam pelleretur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe à latetibus ferunt, vt, &c. ¶Aliquando eſt irruere,aut impetu ferri in aliquem.Salluſt. Poſtquam Catilina fuſas copias,ſéque cum paucis relictum videt : memor generis atque priſtinæ dignitatis,per confertiſſimos hoſtes incurrit, ibique pugnando confoditur. ¶Incurrere maleuolentiam vel indignationem alicuius idem eſt quod ſubire,vel incidere in eius odium vel indignationem.Lactantius, Aut oblitus eſſe propoſiti videar, aut loquacitatis crimen incurram. ¶Aliquando ſignificat incurſiones facere, agrúmq; hoſtilem populari.D.Brutus Ciceroni, Aut Apennino, Alpibuſque ſe teneat,& decurſionibus per equites,quos habet multos, vaſtet ea loca quæ incurret.

Incurſus,ſus,& Incurſio,Id eſt impetus,& acceſſus hoſtilis. {ἐπιδρομή, ἐπιδρόμησις.Ital. *Carreria del ſoldato.* Gal. *Courſe ſur quelques vns.* Hiſp. *Corrida de ſoldados.*} Colum.Holticis incurſionibus vaſtatas finges. Cæſ.5. bel.Gal. Quòd à Pituſiis finitimam partem prouinciæ incurſionibus vaſtari audiebat.Cic.pro Cecinna,Impetum armati Antiochi,cæterorúmque tela,& incurſus refugit.

Incurſo,as,are.frequentatiuum,Eſt currendo petere, & offendere. {ἐπιτρέχω.Ital. *Correre ſopra alcuno.* Gal. *Courir ſus, ſiue courſe.* Hiſpa. *Correr contra algo.*} Plau.Amph.Aſini me motdicibus ſcindant,boues incurſent cornibus.Idem Aulu.Vbi viuos homines mortui incurſant boues. Ouid. 2.Metamor. –atque ſub æthere fixis Incurſant ſtellis.Tacit.lib.19, Nutantem aciem victor equitatus incurſat.

Incurſans, antis, participium. *ἐμπίπτων, ἐπιτρέχων.* Plin. lib.11. cap.37, Natura oculos compoſuit lubricos propter incurſantia,& mobiles.

Incuruus, Valde curuus. {κυρτὸς,κοφὸς.Ital. *Torto grandemente.* Gal. *Courbé.* Hiſpa. *Encoruado baxo.*} Terent.in Eunuch. Continuo accurrit ad me,quàm longè quidem, incuruus, tremulus, labiis demiſſis. Plinius lib.11. cap.52, Ariſtoteles longæ eſſe vitæ ponit incuruos humeris. Incurua carina, Ouid.15.Meta. Cic.1.de Diuin. Incuruum & leuiter à

ſummo

Universidad de Deusto
Biblioteca

summo inflexum bacillum.

Incuruo,as,Incuruum facio. {κυρτόω. Ital. *Torcere.* Gal. *Courber, faire courbé.* Hisp. *Encoruar otra cosa.*} Plin.lib.16.cap.42, Robur, olea, incuruantur, cedúntque ponderi. Cic.2. de Finib. Incuruatum bacillum. Virgil.5. Aeneid. Tum validis flexos incuruant viribus arcus. Membra incurnata. Ouid.6. Metamor.

Incurnesco,incurnescis, Incuruus fio. {κυρτοῦμαι. Ital. *Diuenir torto.* Gal. *Se courber & ployer.* Hisp. *Encoruarse.*} Cic. lib.1. Tuscul. Arbores frondescere, ramos baccarum vbertate incurnescere.

Incus,cudis,pen.prod.fœm.gen.Instrumentum ferreum est,super quod fabri ferrum cudunt. {ἄκμων. Ital. *Incude, incugine.* Gal. *Vn enclume.* Hispa. *La yunque.*} Plin.lib.33.ca.4. Fit & cura electrum argento addito: quòd si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Cic.1. de Natura deorum, Ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atque figuræ, quas vos effici posse sine follibus & incudibus non putatis. ¶ Reddere versus incudibus, per translationem sumitur pro emẽdare & expolire. Horat. in Arte, Et malè tornatos incudi reddere versus. ¶ Incus maxima non metuit strepitus, ἄκμων μέγιστος ὑ φοβεῖται τὸν ψόφον. Excelsus animus non commouetur minis, aut fortunæ sæuientis procellis. ¶ Eandem incudem assiduè tundere, dixit Cic.lib.2. de Orat. pro, indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare.

Incuso,as, Mores, factúmve alicuius reprehendo, idque cum querela, quòd officij limites sit prætergressus. {αἰτιῶμαι. Ital. *Accusare.* Gal. *Accuser.* Hisp. *Quexar de alguno accusandolo.*} Cæs.1.Comment. Omnium ordinum adhibitis ad id consilium Centurionibus, vehementer eos incusauit.

Incusatio,onis,verbale,Reprehensio,querela. {αἰτίαμα. Ital. *Accusa, bestemmia.* Gal. *Accusation, plainte, blasme.* Hisp. *Quexamiento de alguno acusandolo.*} Cic.3.de Orat. Quorum partim habent vitiorum & peccatorũ acrem quandam cum amplificatione incusationem, aut querelam.

Incussus,a,um,pen.prod.adiectiuum est à verbo incudo formatum ἐγκαταλεπτός. vt, incussus lapis. apud Virgil 1.Georg. -lapidémque reuertens Incussum, aut atræ massam picis vrbe reportat. Quem locum exponens Seruius, Incussum (inquit) lapidem, id est manualem molam, cudendo asperatam.

Incustoditus,a,um, Non custoditus. {ἀφύλακτος. Ital. *Senza custodia.* Gal. *Qui n'est point gardé.* Hispan. *No guardado.*} Ouid. lib.2. Meram. Incustoditæ Pylios memorantur agros Processisse boues. Idem 1. Trist. eleg.5, Vtque rapax stimulante fame, cupidúsque cruoris, Incustoditum captat ouile lupus. Mart. lib.1. Incustoditis & apertis Lesbia semper, Liminibus peccas.

Incutio,tis.pen.corr.cussi,cussum: ex In, & quatio, q in c, & a in u mutatis, Ictũ infero, impingo, infligo: {ἐμφορῶ, ἐπιτίθημι. Ital. *Scuotere, sguassare.* Gal. *Ietter contre, ruer & frapper impetueusement.* Hisp. *Sacudir contra otra cosa.*} vt, Incutere scipionem eburneum in caput alterius, apud Liuium 5.ab Vrbe. Incutere colaphum. Iuuenal. Satyr.9, Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. ¶ Per translationem sumitur pro immittere. ἐμποιῶ. Virgil.1. Aeneid. Incute vim ventis. Cic.de Vniuers. Rursúsq; emersi errorem incutiant rationis expertibus. Incutere metum, terrorem hostibus, apud Liuium.

Incussus, participium, siue nomen ex participio. ἴμπληξις, σφυρήλατος. Plin.lib.22.cap.14. Medetur cum mica salis, contusa, incussíliq; inustis & strumis.

Indago,gas,pen. prod. Propriè venatorum verbum est, idem significans quod feras multigare. {ἠρεύνησις, τὴ ἀγκυνοσοφίαν ἀπεικάζεται, ἀπεικάζω. Ital. *Inuestigare, cercare.* Gal. *Cercher à la trace, chercher diligemment, s'enquerir.* Hisp. *Buscar por el rastro ò pesada.*} Cicc.2.de Finib. Canis natus ad indagandum. ¶ Per translationem accipitur pro quouis modo inquirere, vel perscrutari. ἀνεξιχνίαστον. Cic.de Optimo gen. dicen. Aut reprehendet quòd inuiratas vias indagemus, tritas relinquamus. Idem 5. de Finibus, Consideratio, cognitióve rerum cælestium, & earum quas à natura occultas & latentes indagare ratio potest, &c.

Indagatio, Inquisitio, perscrutatio. {ἀνεξιχνίασις. Ital. *La cerca, il cercamento.* Gal. *Cerchement, enqueste, inquisition.* Hisp. *Buscamento.*} Cicc.1. Offic. Inest indagatio & inuentio veri, eiúsque virtutis munus est proprium.

Indagator,tis, Venator, inquisitor. {ἠρευνής. Ital. *Cercatore.* Gal. *Cercheur, enqueteur.* Hisp. *El que busca assi.*} Colum.lib.9. cap.8, Sed indagatorem conueniet matutina tempora vestigandi eligere. Indagator aquarum, Idem lib.2.cap.2.

Indagatrix,cis, {ἠρευνήτρια, ἰχνευτική. Ital. *Cercatrice.* Gal. *Cercheresse.* Hisp. *La que busca assi.*} Cic.5. Tuscul. O' vitæ philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum!

Indaganter, aduerbium. {ἰχνευτικῶς. Ital. *Seguendo la traccia.* Gal. *En suiuant la trace.* Hisp. *Rastreando.*} Colum.lib.5.cap.1, Boni venatoris est indaganter quamplurimas feras capere.

Indago,ginis, Series plagarum, quibus saltus, stabuláque ferarum cinguntur à venatoribus. {περίφραγμα κυνηγέσιον. Ital. *Rete da pigliare le bestie seluatiche.* Gal. *Toiles ou panneaux, tente de filets tout au tour.* Hisp. *La red para tomar bestias.*} Virgil.4. Aeneid. -saltúsque indagine cingunt. Lucanus lib.6. -saltus, nemorosáque tesqua, Et syluas, vastáq; feras indagine claudit. Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram indaginem vocauit, fossam & turrium munitarum seriem. Cæs.8.bel. Gal. Syluis vndique impeditissimis, aut altissimo flumine vel indagine munitum. ¶ Per translationem accipitur pro captionibus, quas quis non facile queat effugere. Tacit. lib.13. de Seneca, Romæ testamenta & orbos velut ex indagine capi: id est, captatorem esse orborum, ita vt nullus captiones eius euadat. ¶ Item generaliter sumitur pro quauis indagatione, seu inquisitione. {Ital. *La cerca, il cercamento.* Gal. *Cerchement, enqueste.* Hisp. *El buscamento.*} Plin.lib.7. cap.49, In qua sententia fuisse Aristotelem video, & ea multis persuasisse doctrinæ indaginibus.

Inde,aduerbium est importans motum de loco, idem significans quod ex eo loco. {ἐκεῖθεν. Ital. *Indi de lì, da quel luogo.* Gal. *De la, de ce lieu la.* Hisp. *Desde ò desde alli adelante.*} Liu.lib.1. ab Vrbe, Primò in Macedoniam venisse, dein in Siciliam quærentem sedes, delatum. ¶ Aliquando dicitur non de loco, sed de rebus. Liuius in præfatione, Omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi, tuæq; Reipub. quod imitere, capias. ¶ Aliquando ponitur pro deinde. ἐντεῦθεν. Liu.1.ab Vrbe, Crimini maximè dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu, hostilem in modum prædas agere. ¶ Hinc fiunt composita, Deinde, exinde, perinde, & proinde. quæ habent accentum in antepenultima.

Indebitus,a,um. Nõ debitus. {οὐκ ὀφειλόμενος. Ital. *Non douuto.* Gal. *Indeu, qui n'est pas deu.* Hispa. *Cosa no deuida.*} vt, Fletus indebitus. Seneca Her. Oetæo. -indebitos nato quidem Compesce fletus mater Alcidæ inclyti. Ouid. Epist.15, Præmia magna quidem, sed nõ indebita posco.

Indecens,tis,omn.gen. Non decens, turpis, præter decorum, deformis. {ἀπρεπής, ἀσχήμων, ἀσχήμων. Ital. *Non conueneuole, disconcio, bruto.* Gal. *Messeant.* Hisp. *Cosa fea y sin gracia.*} Martial.lib.5, Oculóque ludos spectat indecens vno. Seneca de Benef. lib.1.cap.9, Indecentissimum sponsaliorum genus est adulterium.

Indecenter, aduerbium. {ἀπρεπῶς. Ital. *Sconueneuolmente.* Gal. *Mal conuenamment, par messeance.* Hisp. *Fea y desgraciadamente.*} Plaut. Merc. Nec tolerant, vt æquũ est, patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. Martial.lib.12, Quàm sit lusca Philænis indecenter, &c.

Indecet, pen.corr. Verbum est in tertiis dũtaxat personis vsitatum, idem significans quod dedecet, siue indecorum est, & inconueniens. {ἀπρεπές ἐστι. Ital. *Non si conuiene.* Gal. *Il messied, & n'est pas seant ne conuenable.* Hisp. *Es cosa fea y sin gracia.*} Plin.Iun.in Epist. Iuuenes adhuc confusa quædam & quasi turbata non indecẽt: senibus placida omnia, & ordinata conueniunt.

Indeclinabilis,le, Quod declinari vel vitari non potest. {ἀπαράβατος. Ital. *Che non si può schiffare.* Gal. *Qu'on ne peut euiter, qui ne varie point, qui n'est point muable.* Hisp. *Cosa que no se puede apartar, ò esquiuar.*} Gell. lib.6.cap.2, Fatum est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum. ¶ Indeclinatus. Ouid.4. de Pon. Hæc tibi, qui perstas indeclinatus amico, Non est quòd lingua dicta tremente putes.

Indecor, pen.corr. huius indecoris, etiam pen.corr. Idem est quod indecorus. {ἀσχήμων, ἀσχήμ. Ital. *Dishonorato, biasimato.* Gal. *Messeant, laid, deshonneste.* Hisp. *Deshonrado.*} Seruius putat cõpositum esse à nomine decor, & penultimam obliquorum naturaliter produci, quanuis à Virgilio aliquot in locis corripiatur, vt lib.7, Non erimus regno indecores, Idem lib.12, Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris, Nec genus indecores. Vbi Seruius ait, Aut systole est, aut certè dicimus nominatiuum non inueniri, vt in multis nominibus fit. Nonius ostendit apud antiquos fuisse in vsu nominatiuum indecoris, & hoc indecore, citans illud Accij ex Athamante. Cuius sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud conuenit. Hodie tamen nominatiuus non est in vsu, siue ille fuerit indecor, siue indecoris. Vtcunq; est, penultima obliquorum semper corripitur. Quare magis videri debet compositum à decus, quàm à decor: sicut à corpus fiunt cõposita bicorpor & tricorpor: aut certè bicorporis, & tricorporis. Qui quidem nominatiui etiãsi non sint in vsu frequenter tamen vtimur eorum obliquis.

Indecorus,a,um,pen.prod. Turpe, contrarium decoro. {ἀπρεπής. Ital. *Inconueniente, bruto.* Gal. *Deshonneste, vilain, laid, messeant.* Hisp. *Turpe, indecente.*} vt, Indecora lasciuia ludere, Plin.lib.18.cap.34. Cicc.1. Offic. Eriusta omnia decora sunt: iniusta contrà, vt turpia, sic indecora. Indecorus quæstus, Liuius 1.bel. Indecorus visus, Plin.lib.13.cap.12.

Indecorè, aduerbium, Indecenter, turpiter. {ἀπρεπῶς. Ital. *Dishonestamente, brutamente.* Gal. *Deshonnestement, vilainement.* Hisp. *Fea y desonestamente.*} Cic. 1. Offic. Cauérque nequid indecorè, effœtéque aut faciat, aut cogitet. Ibidem, Et ea si non decorè, aut quàm minimè indecorè facere possimus.

Indefensus, Nõ defensus, defensore, patronóve destitutus. {ἀνυπεράσπιστος, ἀνυπερμάχητος. Ital. *Non difeso.* Gal. *Qui n'est point defendu.* Hispa. *No defendido.*} Liuius lib.4, Suos increpans clara voce, Hic præbituri (inquit) vos telis hostium estis indefensi, inulti? id est sine defensione, sine vindicta. Plin.lib.18.cap.7, Indefensa quippe membranis continentur.

Indefessus,a,um, Non fatigabilis. {ἀκμήτος. Ital. *No stracco.* Gal. *Qui ne se lasse point.* Hisp. *No cansado.*} Ouid.9.Metamorph. -defessa iubendo est Sæua Iouis coniunx: ego sum indefessus agendo.

Indefinitum, Dicimus quod nullis rationibus circunscriptum est. {ἀπερίγραφον. Ital. *Indeterminato, oscuro, intricato.* Gal. *Obscur & intrinqué.* Hispan. *Cosa no determinada, y escura.*} Vnde Grammatici indefinitè ignum esse positum affirmant, quando nec relatiuè, nec interrogatiuè positum est. Significat etiam obscurum & perplexum. Gel.lib.16. cap.4, Indefinitus, inexplicabilisque sermo het.

Indefletus,a,um, Non defletus, cuius mortem nemo lachrymis est prosecutus. {ἄκλαυστος. Ital. *Non pianto.* Gal. *Qui n'a point esté pleuré.* Hispa. *No llorado.*} Ouid.lib.7. Metamor. Qui lachryment defunt, indefletæque vagantur Natorum, matrúmque animæ, iuuenúmque, senúmque.

Indeflexus,a,um, Non inclinatus. {ἀκαμπτος, ἀκλινης. Ital. *Non piegato.* Gal. *Qui n'a point esté ployé.* Hisp. *Cosa que no se tuerce ò plega.*} Plin.in Paneg. Iam firmitas, iam procerras corporis, iam honor capitis, & dignitas oris: ad hoc, ætatis indeflexa maturitas.

Indelebilis,le, Quod deleri non potest. {ἀνεξάλειπτος. Ital. *Che non si può distruere, sempiterno, perpetuo.* Gal. *Qu'on ne sauroit effacer ou abolir.* Hisp. *Cosa que no se puede raer ò quitar.*} Ouid.lib.15, Metam. -nomẽq; erit indelebile nostrum.

Indelibatus, a, um, Idem quod illibatus, intactus. {ὁλόκληρος, ἄθραυστος. Ital. *Non contaminato, intiero.* Gal. *Entier, qui n'est encor entamé.* Hisp. *Cosa no gustada ni tocada.*} Ouidius 1. Trist. eleg.4. Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno, Indelibatas cuncta sequuntur opes.

Indemnatus,a,um. Non condemnatus. {ἀκατάκριτος, ἀκατάδικος. Ital. *Non condemnato.* Gal. *Qui n'a point esté condamné.* Hisp. *No condemnado.*} Plautus in Curcul. -proh Deũm atque hominum fidem! Hoccine pacto indemnatum, atque intestatum me arripi? Cic. pro lege Agraria, L. Sillia, quum bona indemnatorum ciuium funesta illa auctione sua venderet.

Indemnis,ne, Nullo affectus damno, nullum consecutus detrimentum. ἀβλαβής, ἀζήμιος. Ital. *Senza danno.* Gal. *Exempt de dommage.* Hisp. *Sin dano.*

Indemnitas,tis, Fuga vel vitatio damni. {τὸ ἀζήμιον, ζημίας ἀποφυγή. Ital. *Il schiffare il danno.* Gal. *Exemption de dómage, desdommagement.* Hisp. *Esquiuar el dano.*} Papinianus in l. Fideiussor. ff. De neg. gest. Fideiussor imperitia

ritia lapsus, alterius quoque contractus, qui personam eius non contingebat, pignora, vel hypothecas susceperit, & vtranq; pecuniam creditori soluit: existimans indemnitati suæ consulisse prædiis consuli posse.

Indeploratus, a, um, Idem quod indefletus. {ἄκλαυτος. Ital. *Non pianto.* Gal. *Qui n'a point esté pleuré.* Hispa. *No llorado.*} Ouid. 3. Trist. eleg. 5, Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulchri, Indeploratum barbara terra teget.

Indepravatus, pen. prod. Qui non corrumpitur. {ὁ οὐ διαφθορός, ὁ οὐ διαφθειρόμενος. Ital. *Non guasto, non corrotto.* Gal. *Qui n'est point depravé, ne gasté.* Hisp. *No estragado ò corrompido.*} Senec. epist. 77. Si via indepravata virtus est, & sui iuris permanet, solum bonum est virtus.

Indeprecabilis, Quod nullis precibus potest auerti. ἀπαραίτητος. Gel. Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

Indesertus, a, um, Quod nunquam deseritur. {ὁ μήπω λελειμμένος. Ital. *Che mai non si abbandona.* Gal. *Non delaissé, qu'on ne delaisse iamais.* Hisp. *No desierto, ni desamparado.*} Ouid 2. amo. eleg. 9, Si tamen exaudis pulchra cum matre Cupido, Indeserta meo pectore regna gere.

Indefes, Impiger, qui defes non est. {ἄκμων. Ital. *Non pigro.* Gal. *Qui n'est point paresseux, ne oisif.* Hispa. *No perezoso, ni floxo.*} Gellius lib. 7. cap. 12, Id profectò existimandum est, non omnino inculpatum, neque indesidem visum esse, cuius corpus in tam modicum modum luxuriasset, exuberassétque.

Indesinenter, aduerbiū, Sine intermissione, semper, & continuè, {ἀπαύστως, ἀδιαλείπτως, ἀπαύστως. Ital. *Continuamente.* Gal. *Toûjours, sans cesse.* Hispa. *Siempre y de contino.*} Varro 2. de Re rust. cap. 9, Et si alter indesinenter æger est, ne sine cane grex sit.

Indetonsus, a, um, Non tonsus. {ἄκειρος, ἄκουρος. Ital. *Non tosato.* Gal. *Qui n'est point tondu.* Hisp. *No trasquilado.*} Ouid. 4. Metamorph. Additur his Nyseus, indetonsúsque Thyoneus.

Index, indicis, Vide INDICO.

INDIA, ἡ Ἰνδική, Regio Orientalis, Asiæ terminus, quæ tam vasta perhibetur, vt eam tradant esse tertiam partem omnium terrarum. Pomponius scribit tantum spatium litoris eam occupare, quantum per sexaginta dies noctésque velificantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinque millia oppidorum, quorum nullum Cooppido minus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine, in quem ab Occidentali plaga desinit, qui solus præter Nilum crocodilos creat. A' Septentrione Tauri iugis, ab Ortu Eoo pelago, à Meridie suo, hoc est Indico clauditur. Gemmis abundat, capricanes & elephantos procreat. Arbores habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Iudi procul gentium soli nunquam emigrauere finibus suis. Illic binæ æstates, lenes auræ, temperies cæli, vbertas soli, aquarum abundantia: quæ omnia faciunt, vt maiora in India, quàm in cæteris regionibus nascantur animalia. ¶ Ab India sunt adiectiua, Indus, ἰνδός, & Indicus, ἰνδικός.

Indicatio, Indicatura, Indicium, Vide INDICO.

Indico, as, pen. corr. are, Manifesto, palàm facio. {δηλόω, δείκνυμι. Ital. *Manifestare, palesare.* Gal. *Monstrer, bailler à cognoistre.* Hisp. *Demostrar y descubrir lo secreto.*} Plaut. in Asina. -egóne hæc patiar, aut taceam? Emori me malim quàm hæc eius vxori non indicem. ¶ Aliquando demonstro, indicio sum. ἐπιφαίνω. Lactant. lib. 7, Ipsa ergo virtutis perpetuitas indicat humanum animum, si virtutem ceperit, permanere: quia & virtus perpetua est, & solus humanus animus virtutem capit. ¶ Aliquando defero, accuso. κατήγορος. Vnde Vlp. in l. Indicasse. ff. De verb. significatione. Indicasse, inquit, reum, est detulisse, arguisse, accusasse, conuiciisse. Sed hæ significationes in idem recidunt. ¶ Aliquando negotiationis verbum est, & rebus venalibus accommodatum, quod in mercibus distrahendis vsurpatur, quando ille cuius est merx, pretium statuit rei quam venundat. Est enim indicare, venditoris: sicut liceri, emptoris. ἐμπορικός. Plaut. Persa, Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Idem in Milite, Venio ad macellum, rogito pisces, indicant caros. Apul. lib. 1. Et percontato pretio, quòd centú numis indicaret, aspernatus, centum viginti denariis præstinaui. Cic. 3. Offic. Scæuola Publij filius quum postulasset vt sibi fundus, cuius emptor esset, semel indicaretur.

Indicatus, ta, tum, participium. {πεπραμένος. Ital. *Posto à prezzo.* Gal. *Mis à prix.* Hisp. *Puesto á precio.*} Plin. lib. 28. cap. 13, Eadem ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus sit.

Index, ge. commu. Pro eo vel ea, qui vel quæ aliquid indicat, & defert. {μηνυτής, μήνυτρον. Ital. *Manifestatore, dimostratore.* Gal. *Monstreur ou monstre.* Hispa. *Descubridor del secreto.*} Asconius scribit esse qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita. Sallust. in Catil. Plerique Crasso ex negotiis priuatis obnoxij, conclamabant indicem falsum esse. Martial. lib. 1, Index non opus est nostris aut vindice libris. Cic. 7. Verr. Cuius rei neq; index, neque vestigium aliquod, neq; suspicio cuiquam esset vlla. Plin. lib. 8. cap. 16, Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures. Cic. in Orat. Imago animi vultus est, indices oculi. ¶ Est præterea index in libris, quem alio nomine vocamus Elenchum: Barbari vocant *Repertorium.* Cic. 2. de Orat. In philosophos vestros si quando incido, deceptus indicibus librorum, qui sunt ferè inscripti de rebus notis, verbum prorsus nullum intelligo. Idem lib. 4. ad Atticum, Iisque imperes vt fumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci, vt opinor, σωμάτους appellatis. Gell. lib. 20. ca. 11, Neque item desunt qui indices libris suis fecerunt. ¶ Index item dicitur digitus pollici proximus, propterea quòd indicanda re quapiam eo vti soleamus. δεικτήριος. Lapis quóque quo auri bonitatem exploramus, à Latinis index appellatur. Ouid. 2. Meram. -periuráque pectora vertit In durum silicem, qui nunc quóque dicitur index.

Indicium, cij, Proprie est delatio detectióve criminis, facta à quopiam qui eius conscius fuerit. {μήνυσις, μήνυτρον. Ital. *Manifestatione, segno.* Gal. *Indice, enseigne, monstre, signe.* Hisp. *Demostracion, descubrimiento delos cosas.*} Sallust. in Catil. Itaque consulente Cicerone frequens Senatus decreuit indicium falsum videri. ¶ Accipitur item indicium pro signo, argumento, vestigio, siue nota alicuius rei. γνώρισμα. Idem Post reditum, Specimen hoc virtutis, hoc indicium animi sui fore non putauit. Idem pro Cluentio, Omnia quæ solent esse ind cia & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore reperta sunt.

Indicina, næ, Idem quod indicium: qua voce vsus est Apuleius. μήνυσις. Indicinæ (inquit) præmium occupasse.

Indicatio, onis, Aestimatio alicuius rei, siue appretiatio, quam vocant. {τίμησις. Ital. *Estima del precio di qualche cosa.* Gal. *Prix, taxe.* Hisp. *Obra de estimar ò apreciar.*} Plin. lib. 22. cap. 24, Mellis cautas atque indifferentias, nationésque, & indicationem, in apium ac deinde florum natura diximus. Plaut. in Persa, Tua merx est, tua indicatio.

Indicatiuus, a, um, Dicitur id quo aliquid indicatur. ἐμφατικός, δηλωτικός. Vnde indicatiuus modus dictus est, quia eo præsenté actú indicamus.

Indicatura, æ, Aestimatio. {τίμησις. Ital. *Prezzo, estimatione.* Gal. *Prix, ou prisée.* Hisp. *Apreciadura.*} Plin. in Præfat. Nec fiducia operis est hæc, sed indicatora.

Indico, cis, pen. prod. xi, ctum, Multa significat. Nam aliquando significat denuntiare. {μηνύω, ἐπιμηνύω. Ital. *Denuntiare.* Gal. *Denoncer, signifier.* Hispa. *Denunciar.*} Quanuis inter se differant, quòd maiorem vim habeat indicere, quàm denuntiare. Nam denuntiare proprié est significare, & simpliciter sumi potest: vt, Ventus denuntiat pluuiam; & denuntio me tibi propediem affuturum. Cicero pro Plan. Denuntiasti homo adulescens, quid de Repub. sentires. Indicere verò, est solenniter, & quadam cum autoritate significare. Quod Cic. lib. 1. Offic. apertè docuit, qui vtrunque verbum coniunxit, Ac belli quidem æquitas feciali populi Romani iure perscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum antè sit, & indictum. In his verbis duo genera belli gerendi fuisse significat. Primum rebus repetitis: quæ si negabantur reddi, & bellum cum illis gestum fuisset, iustum habebatur. Alterum, honestius iustiúsq; erat, eo quòd repetitis rebus, nisi redditæ fuissent, bellum gerendum esse, maturo decernebatur consilio. Tum ad hnes hostium, denuntiatis belli suscipiendi causis, bellum indicebatur. Sed quo pacto indiceretur, Liu. lib. 1. declarat his verbis. Quandocunque pars maior eorum qui aderant, in eandem sententiam ibat, bellum erat consensu fieri solitum, vt fecialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præsentibus diceret, Quod populi priscorum Latinorum, hominésve prisci Latini aduersus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerúnt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse, Senatúsve populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, vt bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego, populúsque Romanus, populo priscorum Latinorum, hominibúsque priscis Latinis bellum indico, facióq; Id vbi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum, morémque eum posteri acceperunt. ¶ Voluptatibus bellum indicere, per translationem dicimus pro eo quod est cum voluptate pugnare, libidinique & gulæ frænum iniicere. Cic. de Sene. Ne omnino bellum videar indixisse voluptati. Sic etiam dicimus, Indicere concilium, indicere tributum, hoc est solenniter & publica autoritate significare, & veluti imperare. συγκαλέω. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Longe à domo patribus excitis, ipsum qui concilium indixerat, non adesse. Idé lib. 4. Vnde enim eam pecuniam confici posse, nisi tributo populo indicto? Cicero in Ver. Act. 5, Legem sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutum omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt. ¶ Indicere spectaculum, est denuntiare & significare futurum spectaculum. Liu. lib. 1 ab Vrbe condita, Indici deinde finitimis spectaculum iubet. Indicere funus, est euocare homines per præconem ad funus. Sueton. in Cæsare, Funere indicto rogus extructus est. Indicere iustitium, est imperare cessationem dicendi iuris: quod non aliter, quàm in maximo Reipublicæ luctu, aut periculo fieri consuevit. Liu. lib. 10. ab Vrbe, His nuntiis Senatus conterritus, iustitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iubet.

Indictus, cta, ctum, dicitur quod est solenniter promulgatum. {προκεκηρυγμένος. Ital. *Manifestato con solennità.* Gal. *Commandé, signifié, crié publiquement.* Hisp. *Denunciado con solemnidad.*} vt Indictum bellum dicitur, quod publica autoritate, & solenni ritu est denuntiatum. Indictum funus, denuntiatæ exequiæ. Indictæ dapes, Ouid. 4. Fast. Tunc magis indictas concelebrántque dapes. ¶ Est præterea Indictus, cta, ctum, nomen compositum à participio dictus, & præpositione in, quod idem significat quod non dictus. Terent. in Pho. Quod dictum, indictum est: quod modò erat ratum, id irritum est. Liu. lib. 5, Itaque quæ tum cecinerit, Diuino spiritu instinctus, ea se nec vt indicta sint reuocare posse. ¶ Sic etiam dicitur, Indicta causa, id est non dicta, & non defensa. ἀκατήγορος. Cicero pro Qu. Rabirio, Sed indicta causa, ciuem Romanum capitis condemnari coëgit.

Indictio, onis, Est tributi, vel exactionis genus, quod à principibus populo indicitur, hoc est imperatur. {ἔκτασις, συμβολή. Ital. *Taglia que si pone da principe sopra i popoli.* Gal. *Taille, impost.* Hisp. *Pecho ò pecha, tributo.*} Ascon. Pædianus in 4. Verr. Omne genus peostationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. De hoc titulus est de indictionibus, lib. 10. Codicis Iustiniani. Vide Annotationes Budæi in Pandectas.

Indictiuus, ctiua, ctiuum, Quod indictum est. {κελευστός. Ital. *Publicato.* Gal. *Publié.* Hisp. *Denunciado, publicado.*} vt, Funus indictiuum, ad quod per præconem populus solet euocari. Et indictiuæ feriæ, quas Consules vel Prætores indicunt.

Indidem, pen. corr. aduerbium, compositum ab inde, & idem, quod est ex eodem loco. {ἐνθενδήποθεν, ἐκεῖθεν δηθέν. Ital. *Di quello istesso luogo.* Gal. *De ce lieu la mesme.* Hisp. *Del mesmo lugar.*} Plaut. in Cistel. Indidem vnde oritur, facio vti facias stultitiam sepelibilem. Cic. pro Sexto Roscio Amerino, Si per alios fecisse dicis, quæro seruósne, an liberos: quos homines? indidémne Ameria, an hosce ex vrbe ficarios?

Indies, vide in præpositione IN.

Indifferens, is, gen. om. Quod sua natura neque bonum est, neque malum. {ἀδιάφορον. Ital. *Indifferente.* Gal. *Indifferent.* Hisp. *No differente.*} Cic. 3. de Finib. Itaq; id definimus, quod sit indifferens cum æstimatione medioci. Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit vt indifferens dicerem. Indifferens homo, qui non discernit, nec est difficilis, aut morosus in re aliqua. Sueton. in Iul. Cæsare, Nam circa victum C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oppius adeò indifferentem fuisse docet, vt quondam ab hospite cõditum oleum pro vnguento appositum, aspernantibus cæteris, solùm etiam largius dicat appetisse. Indifferẽs dolor apud Stoicos. Gell. li. 11. ca. 25.

Indifferentia, tiæ, Similitudo, affinitas, conuenientia. {ἀδιαφορία. Ital. *Indifferenza, somiglianza.* Gal. *Indifference, similitude, conuenance.* Hispan. *No differencia, semejança.*} Gell. lib. 13. cap. 3, Hoc ego scripsi de vtriusq; vocabuli indifferentia. Ibidem cap. 21, Cuius sonitus quanta apud veteres indifferentia sit, notius est quàm vt plura in id verba fumenda sint.

Indifferenter, aduerbium, Indiscriminatim. {ἀκρίτως, ἀδιαφόρως. Ital. *Indifferentemente, senza differenza.* Gal. *Indifferemment.* Hisp. *No differentemente, sin differencia.*} Indifferenter ferre, hoc est æquo animo ferre, vel non magni pendere: quod alio modo dicimus, Súsque déque ferre. Suet. in Domi. Occisum cum populus indifferenter, miles grauissimè tulit.

Indigena, næ, pen. corr. communis gen. Qui eo in loco quem incolit, natus est: quasi inde genitus. {ἐντόπιος. Ital. *Colui che habita in quello istesso luogo done egli è nato.* Gal. *Nay & natif du pays.* Hisp. *Varon ò muger natural de alli.*} Omnes habitatores aut indigenæ sunt, aut aduenæ, aut conuenę: aduenæ, de vno loco venientes: conuenæ, de diuersis indigenæ, qui in ea ipsa regione in qua habitant, sunt geniti. Liu. 1. bel. Pun. Nec maiores eorum indigenas, sed aduenas Italiæ cultores. ¶ Aliquando adiectiui vim habet, iungitúrque substantiuis cuiusuis generis. Ouid. 6. Metam. Naiadum, Faunique foret tamen ara, rogabam, Indigenæve dei. Plin. lib. 14. cap. 6, Dixisse hospiti de indigena vino.

Indigeo, ges, gere, Ex in, & egeo compositum: de, euphoniæ gratia interiecto, Significat idem quod simplex egeo: iungitúrque nunc genitiuo, nunc ablatiuo. {χρῄζω, δέομαι, ἐνδεὴς εἰμί. Ital. *Hauer bisogno.* Gal. *Auoir faute & disette, auoir besoing, estre indigent.* Hispa. *Hauer menester algo.*} Terent. in Andr. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris. Cic. de Orat. lib. 1, Iam illa non tam artis indigent, quàm laboris. Cæs. 2. belli Gal. His rebus indigebant quæ ad oppugnationem castrorum necessariæ erant. Cassius Ciceroni, Cohortatione te puto non indigere. ¶ Huius impersonali Plin. lib. 10, vsus est, Nunquam, inquit, conspectis, nisi cum præsidio earum indigetur.

Indigens, participium, Egens. {ἀπορῶν, ἐνδεὴς. Ital. *Bisognoso.* Gal. *Indigent, souffreteux.* Hisp. *Menesteroso.*} Cicero de Amicitia, Quid enim ille erat indigens mei? Benignè facere indigentibus, Cic. 2. Offic. Ferre opem indigentibus, Idem 2. de Finibus.

Indigentia, tiæ, Inopia, egestas, penuria. {ἔνδεια. Ital. *Bisogno, pouertà.* Gal. *Disette, souffreteux, besoing, faute.* Hispa. *Menester, pobreza.*} Cicer. de Amicitia, Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita.

Indigus, a, um, pen. corr. hoc est egenus, vel qui indiget. {ἐνδεὴς, ἄπορος. Ital. *Bisognoso.* Gal. *Indigent, souffreteux.* Hisp. *Menesteroso.*} Plin. lib. 8. ca. 40, Stipendiorum indiga. Virgil. lib. 2. Georg. -haud opis indiga nostræ. Lucret. lib. 1, Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri.

Indigestus, a, um, Digesto, & ordinato cõtrarium. {ἄτακτος, ἀδιάτακτος. Ital. *Disordinato.* Gal. *Confus, qui n'est point mis par ordre.* Hisp. *Cosa no bien repartida.*} Plin. lib. 30. cap. 15, Materia turpa, & indigesta simplicitas. Ouid. lib. 1. Meta. -rudis, indigestáque moles.

Indigestè, aduerb. Significat inordinatè, & incompositè. {ἀδιατάκτως, ἀκαταστάτως. Ital. *Disordinatamente.* Gal. *Confusément.* Hisp. *Sin orden.*} Gell. lib. 20. cap. 11, Quas breuiter, & indigestè, & inconditè, annotationibus, tractationibus, lectionibúsque variis feceramus. Indigestũ & crudum, Macrob. Satur. lib. 7. cap. 7.

Indigetes, penult. corr. Dij ex hominibus facti. {οἱ ἀπὸ ἀνθρώπων θεοί. Ital. *Santi.* Gal. *Hommes deifiez, selon la superstition des Ancíens saints.* Hisp. *Los santos canonizados.*} Quo nomine dictus est Aeneas, quum pugnans cum Mezentio, nusquam apparuisset. Alij indigetes dicunt esse deos tutelares, quorum nomina vulgari non licet. Liu. 8. ab Vrbe, Lares dij nouensiles, dij indigetes, dini quorum eo potestas nostrorum, hostiúmq;, &c. Virgil. 12. Aeneidos, Indigetem Aeneam, scis ipsa, & scire fateris, Deberi cælo, fatisque ad sydera tolli. Idem 1. Georg. Dij patrij indigetes, & Romule, Vestáque mater. Vbi Seruius, Patrij dij sunt, qui præsunt singulis ciuitatibus, vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes autem propriè sunt dij ex hominibus facti, quasi in diis agentes. Abusiuè tamen omnes dij generaliter possunt dici indigetes, tanquam nulliuè rei egentes. Vide Macrob. lib. 1. de Som. Scip. cap. 9.

Indigito, tas, pen. corr. Antiquum verbum est, idem significans quod voco, nomino. {ἐπονομάζω. Ital. *Chiamare, nominare.* Gal. *Appeler, monstrer au doit.* Hisp. *Llamar o monstrar con el dedo.*} ita dictum ab indicando, quasi indicito: vel à digitis, quòd quempiam nominantes, perinde fit acsi digito ostendamus. Macrob. Nanque virgines Vestales ita Apollinem indigitant, Apollo medice, Apollo Pæan. Idem, Nam ita ab incolis indigitantur.

Indigitamenta, Libri pontificales, qui & nomina deorum, & rationes ipsorum nominum continent. Festus, Indigitamenta, incantamenta, vel indicia interpretatur.

Indignor, aris, Grauiter fero, stomachor, mihi indignum videtur. {ἀγανακτῶ, δύσκολα φέρω. Ital. *Sdegnarsi.* Gal. *Se courroucer & marrir, se mescontenter.* Hisp. *Enfadarse.*} Cic. 1. de Inue. Duodecimus locus est, per quem indignamur, quòd nobis hoc primis acciderit. Ouid. 9. Metam. Venerat huc Dryope satorum nescia: quóque Indignêre magis, nymphis latuisse coronas. Seruius Cic. lib. 4, Hem nos homunculi indignamur si quis nostrum interiit, aut occisus est.

Indignans, participium. {ἀγανακτῶν, ἀξιοπαθῶν. Ital. *Chi è corrucciato.* Gal. *Qui se courrouce & marrit.* Hisp. *El que se enfada.*} Freta indignantia, Ouid. 11. Metam. Corda indignantia longam pacem, Stat. 3. Thebaid.

Indignans, nomen, qui facilè indignatur. {ἀγανακτίστης. Ital. *Corrucciato.* Gal. *Courroucé.* Hisp. *Ayrado y sañudo.*} Colum. lib. 8. cap. 17. Quum sit mollissimum & seruituris indignantissimum.

Indignatus, a, um, partic. {ἀγανακτήσας. Ital. *Chi è corrucciato.* Gal. *Courroucé & marri.* Hispan. *Ayrado y sañudo.*} Virgil. 2. Georg. Atque indignatum magis stridoribus æquor. Procellæ indignatæ, Stat. 3. Syl.

Indignatio, onis, Ira, ἡ ἀγανάκτησις. Iuue. Satyra 1, Si natura negat, facit indignatio versus. Plin. lib. 9. cap. 30, Conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici.

Indignabundus, Indignans. {ἀγανακτῶν ἐστὼς, ὀδυρόμενος. Ital. *Chi è corrucciato.* Gal. *Tout corroncé, tout marri.* Hisp. *Lo que muho se enfaña.*} Liu. 8. bel. Maced. Quum illa muliebriter indignabunda, nihil de communi filia secum consultatum adiecisset.

Indignus, a, um, Non dignus. {ἀνάξιος. Ital. *Indegno.* Gal. *Indigne.* Hispan. *Cosa indigna y no merescedora.*} Terent. in Eunuch. Nam si ego digna contumelia hac Sum maximè: at tu indignus qui faceres tamen. Idem Adel. Aeschine Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere Indigna Adel. Aeschine Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere Indigna genere nostro? Liu. 4. ab Vrbe, Itaq; sicut priore anno per indignissimos ex plebeiis candidatos, omnium etiam dignorũ tædium fecerant. ¶ Interdum pro miserabili, fœdo, crudeli, graui. *Seruius.* Idem, Indignis quum egomet sim acceptus modis. Virgil. 6. Aen. -atq; illi Misenum in littore sicco, Ve venere, vident, indigna morte peremptum. ¶ Interdum pro magno: vnde Ennius indignas turres dixit, id est magnas.

Indignitas, atis, penult. corr. atis. {ἀναξία, ἀσχήμων. Ital. *Dishonestà, villaccaria.* Gal. *Indignité, deshonnesteté, vilanie.* Hisp. *Indignidad, deshonestad, deshonestidad.*} Liu. 2. ab Vrbe, Egóne has indignitates diutius patiar quàm necesse est? Cic. pro Muræn. Neque tamen satis scienter pro rei indignitate decreuit. Indignitas calamitatis, Cic. 7. Verr.

Indignum, Aliquando interiectionis vim habet, & per parenthesim interponitur, quemadmodum & infandum. Ouid. 5. Metam. Pectora rupisset nisi post altaria Phineus Iisset, & (indignum) scelerato profuit ara.

Indignè, aduerbium, Inhonestè, præter dignitatem. {ἀναξίως. Ital. *Indegnamente.* Gal. *Indignement.* Hisp. *Indignamente y no merescidamente.*} Terentius in Adelphis, Cui miseræ indignè per vim vitiũ obtulerat. Ibidem, -eripuit mulierem Quam amabat: clamant omnes indignissimè Factum esse.

Indiligens, tis, adiectiuum omnis gen. Idem quod negligens. {ὀλίγωρος, ἀμελὴς. Ital. *Negligente, y no diligente.* Gal. *Negligent, mal soigneux, nonchalant.* Hisp. *Perezoso y no diligente.*} Terent. Adelphis, Sed vereor ne indiligens nimium sies. Plin. lib. 13. cap. 13, Deprehenditur etiam odore, quum fuerit indiligentior.

Indiligentia, æ, Negligentia. {ὀλιγωρία. Ital. *Negligenza, dapocaggine.* Gal. *Nonchalance, negligence.* Hispa. *Descuydo.*} Cicc. ad Qu. fratrem, Litteratum missarum indiligentiam reprehendi.

Indiligenter, aduerbium, Negligenter. {ὀλιγώρως. Ital. *Negligentemente.* Gal. *Negligemment.* Hispa. *Negligente y descuydadamente.*} Terent. Phormione, -quia pol mei patris bene parta indiligenter et Turatur. Cic. ad Atticum lib. 16, Quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum.

Indipiſco, scis, Assequor, adipiscor. {κατακτῶμαι. Ital. *Conseguire.* Gal. *Obtenir, gaigner, acquerir.* Hispa. *Alcançar, conseguir.*} Plaut. in Aulul. -neque partem Tibi ab eo, cui sit, indipisces, neque furem excipies. ¶ Pro eodem etiam dicimus indipiscor, eris, in præterito indeptus. Liu. lib. 6. bel. Pun. Ne dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea manu iniecta, &c. ¶ Gellius lib. 12, pro auspicari, siue incipere videtur posuisse. Sed enim, inquit, Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum tibiarúmque concentu, verùm consensu tacito nitibundos.

Indepto, as, frequentatiuum, {κατακτάομαι. Ital. *Acquistare.* Gal. *Acquerir.* Hisp. *Alcançar.*} Varro, Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

Indeptus, a, um, participium à Indipiscor. {κατακτάς, κατακτήσας. Ital. *Chi ha acquistato.* Gal. *Qui a obtenu, ou acquis.* Hisp. *El que ha alcançado.*} Liuius 6. bell. Pun. Nec dirimi ab se hostem paterentur quam quis indeptus nauem erat ferrea iniecta manu. Lucret. lib. 3.

Indirectus, a, um, Incompositus, & inornatus. {ἄτακτος, ἀδιάθετος. Ital. *Inornato.* Gal. *Qui n'est point bien dressé ne accoustré.* Hisp. *No compuesto ni polido.*} Quintil. lib. 5. cap. 13, Indirecta ferè, atque vt sic dicam, clamosa est actio.

Indiscriminatim, Indifferenter, & sine discrimine. {ἀκρίτως, ἀδιαφόρως. Ital. & Hispa. *Indifferentemente.* Gal. *Indifferemment.*} Varro 4. de Lingua Latina, Quibus nos in hoc libro, perinde vt nihil interfit, vtamur indiscriminatim.

Indiscretus, a, um, ex in, & discretus participio verbi discerno, compositum, Quod ægrè aut nullo modo discerni potest. {ἄκριτος. Ital. *Che non si può discernere.* Gal. *Qui n'est point diuisé ne separé.* Hispa. *No apartado.*} Plin. lib. 35. cap. 10, Imagines adeò similitudinis indiscretæ pinxit, vt, &c. Indiscreta lux, hoc est minimè discreta & inseparata. Plin. lib. 7. cap. 60.

Indisertus, a, um, Non disertus, ineloquens. {ἄφραστος. Ital. *Ineloquente, senza eloquenza.* Gal. *Qui n'a pas le langage en main.* Hispa. *No elegante ni esparzido.*} Cic. 2. de Natura deorum, Nam neque indisertum Academicum perfimuissem, nec sine ista philosophia Rhetorem quauis eloquentem. Idem tertio de Finibus, Vt interpretes indiserti solent.

Indisertè, aduerbium, Sine aliqua eloquentia. {ἀφράστως. Ital. *Senza eloquenza.* Gal. *Sans eloquence, en sot langage.* Hisp. *Sin Elegancia.*} Cicc. ad Quintratrem, lib. 2, Orationem meam collaudauit satis multis verbis, non me hercule indisertè Seuerus Antistius.

Indispositè, Aduerbiũ pro Inordinatè. {ἀδιαθέτως, ἀκαταστάτως, ἀτάκτως. Ital. *Disordinatamente.* Gal. *Desordonéement.* Hisp. *Desordonadamente.*} Senec. Epist. 125. Multa animalia, perturbatè & indispositè mouentur.

Indissolubilis, le, Quod dissolui, siue rumpi non potest. {ἄλυτος. Ital. *Indissolubile, che non si può sciogliere.* Gal. *Qu'on ne peut dissoudre, dissoudre ou desnouer.* Hisp. *Cosa que no se puede desatar.*} Cic. de Vniuersitate, Sed quoniam orti estis immortales, vos quidem esse indissolubiles non potestis.

Indissolutus, ta, tum, Colligatus, non solutus. {ἀδιάλυτος, ἀδιάλυτος. Ital. *Que sta sempre ligato.* Gal. *Qui est demeuré sans dissoudre, ou dissoudre.* Hisp. *Que esta siempre atado.*} Cic. de Vniuersitate, Hæc iunt indissoluta me inuito: quanquam omne colligatum didissolui potest.

Indistinctus, a, um, Inordinatus, confusus. {ἄτακτος, ἀδιάκριτος. Ital. *Confuso, non distinto.* Gal. *Non diuisé ne separé, confus.* Hisp. *No distincto, ni apartado.*} Quintil. lib. 8. cap. 2, Neque inordinata, neque indistincta. Gell. lib. 13. cap. 29, indistincta nanque fient, & confusa.

Indistinctè, aduerbium, Inordinatè, confusè. {ἀτάκτως. Ital. *Confusamente, senza distinctione.* Gal. *Sans distinction, confusément.* Hisp. *No distincto y apartadamente, confusamente.*} Gell. lib. 20. cap. vltimo, Indistinctè atque promiscuè

miscuè adnotabam.

Indistrictus,a,um,Non districtus. {ἀνεφίκτος, ἄπρακτος. Ital. *Non offeso.* Gal. *Qui n'a point esté offensé, ou blessé.* Hispan. *No offendado.* } Ouid.2. Metamorph. -remouebitur omne Tegminis officium, tamen indistrictus alibo. Id est illæsus.

Indiuiduus,a,um, Quod non potest diuidi, vel quod non separatur. {ἄτομος. Ital. *Indiuiduo, che non si può separare.* Gal. *Qu'on ne peut diuiser ou partir en pieces.* Hispan. *Cosa que no se puede partir.* } Cicc.1. de Fin. Ille atomos, quas appellat, id est corpora indiuidua. Indiuiduum à Dialecticis dicitur terminus singularis, qui de vno solo prædicatur, vt Socrates de Sepio.

Indiuiduè, aduerbium ἀδιαιρέτως.

Indiuisus,a,um, Non diuisum. {ἄσχιστος. Ital. *Indiuiso.* Gal. *Qui n'est point diuisé.* Hisp. *Cosa no partida en partes.* } Indiuisæ vngulæ, quæ fissæ non sunt. Varro 2. de Re rust. cap. 7.

Indo,dis, didi, ditum. Impono. {ἐνπάσσω. Ital. *Imporre.* Gal. *Mettre dedans, imposer.* Hisp. *Meter a dentro.* } Plaut. in Captiuis, Pœnulum vocitatus est: post nos nomen indidistis Tyndaro. ¶ Quandoque significat infero, immitto. Plaut. in Casina, Dij me & te infœlicitent, si ego in os meum vini guttam indidi. ¶ Interdum imprimo. ἐνίημι. Plaut. in Asinaria, Qui sæpe antè in nostras scapulas cicatrices indiderant. Inditus, participium. {ἔνσπασμος, ἐνστατός. Ital. *Posto dentro.* Gal. *Mis dedans.* Hisp. *Puesto adentro.* } vt, Castella rupibus indita, Tacit. lib. 4. Lecticæ inditus, Tacit. lib. 3. Idem lib. 11. Vinctisq; inditis in vrbem raptus, neque data Senatus copia, intra cubiculum auditur.

Indocilis,le, Qui penitus doceri non potest. {δυσμαθής, ἀδίδακτος. Ital. *Che non si può insegnare.* Gal. *Indocile, à qui on ne peut rien apprendre.* Hisp. *El que no puede ser enseñado.* } Seruius, Indocile est quod penitus non potest discere. Plin. lib. 30. cap. 45, E volucribus hirundines sunt indociles. Cic. 1. de Nat. deorum, Dictum est omnino hac de re alio loco diligentius: sed quia nimis indociles quidam, tardique sunt, admonendi sæpius videntur.

Indoctus,a,um, Rudis, & qui doctus non est. {ἀμαθής, ἀπαίδευτος. Ital. *Rozzo, ignorante.* Gal. *Indocte, ignorant.* Hisp. *Indocto, no enseñado.* } Cicc. 1. de Fin. Non admodum indoctus. Plautus in Trinum. Indoctus quàm docte facis. Idem in Bacch. Ego longè anteeo stultitia, & moribus indoctis. Cic. in Bruto, Sed omnium oratorum, siue rabiarum, qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt.

Indoctè, aduerbium, Imperitè. {ἀμαθῶς. Ital. *Ignorantemente.* Gal. *Indoctement.* Hisp. *No enseñadamente.* } Cicc. 2. de Nat. deorum. Quæ qui videat, non indoctè solùm, verumetiam impiè faciat, si deos esse negat.

Indoleo,les, & Indolesco, scis, Valdè doleo, vel dolore afficior. {ἀλγέω. Ital. *Dolersi grandemente.* Gal. *Se douloir grandement.* Hispan. *Mucho dolerse.* } Plinius lib. 31. cap. 3, Sed tanta intentione oculorum opus, est vt indolescant. Cicc. 2. Philip. Quis, qui non indoluerit, tam ferò se, quem hominem secutus esset, cognoscere? Ouid. 1. Trist. Non igitur nostris vllum gaudere Quiritè Augnror, at multos indoluisse malis. Indoleo genitiuo iunctum. Ouid. 11. Metamorph. -successorúmque Mineruæ Indoluit.

Indolentia,æ, Absentia doloris, quum nihil dolet. {ἀνωλγησία. Ital. *Assentia di dolore.* Gal. *Absence de douleur.* Hispa. *Lo no tener dolor.* } Lactant. lib. 3. Nam corporis bona, id est incolumitas, indolentia, & valetudo, non minus, quàm homini, necessaria, ac nescio an etiam magis: quia homo & medelis, & ministeriis subleuari potest, muta non possunt. Cicc. 2. Offic. Vt qui rem expetendam vel voluptate, vel indolentia metiùntur. Idem 3. Tusc. Minimè assentior iis qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant.

Indoles,huius indolis, pen. corr. ab inolesco fit, per interpositionem d. Et in pueris quidem, atque adolescentibus est significatio quædam futuræ probitatis. {φύσις. Ital. *Natura, ingegno.* Gal. *La nature.* Hisp. *La señal de virtud en los niños.* } Cicero de Senectute, Vt enim adolescentibus bona indole præditis (φύσει εὖ ἐχόντων) sapientes senes delectantur. In viris verò signum est præsentis virtutis. Idem 3. Offic. Homines, in quibus est virtutis indoles, commouentur. ¶ Vnde & pro præstantia, seu generositate quadam virtutis, atque animi ponitur. Liuius lib. 1. ab Vrbe, de Lauinia iam matre, Tanta, inquit, in ea virtutis indoles fuit. Lucan. lib. 5, Indole si dignum Latia, si sanguine prisco Robur inest animis. ¶ Aliquando etiam in malum dicitur: vt apud Liuium, lib. 1. bel. Pun. de Annibale, Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit. ¶ Transfertur quoque ad muta, atque inanimata. Idem, Sicut in frugibus pecudibúsque non tantùm semina ad seruandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cælique sub quo alunrur.

Indomitus,a,um, pen. corr. Qui domari non potest, & mitescere. {ἀνήμερος, ἀδάμαστος, ἀδάμαντος. Ital. *Indomito.* Gal. *Qui n'est point dompté.* Hispa. *Cosa no domada.* } Plaut. in Trinum. Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem indomito, Pleno amoris lasciuiæ. Indomiti boues, apud Varronem 2. de Re rust. cap. 5. Indomitus iuuencus, Colum. lib. 6. cap. 2. Indomitæ animi cupiditates, Cicc. 3. Verrina. Indomita ingenia, Liu. lib. 1. belli Punici. ¶ Aliquando ponitur pro magno. Virg. 3. Aen. Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras? Seruius.

Indomabilis. Indomitus, qui domari non potest. {ἀδάμαστος. Ital. *Indomito, che non si può domare.* Gal. *Indomptable, qu'on ne peut dompter.* Hisp. *Cosa que no se puede domar.* } Plaut. in Cas. Aedepol næ tu, si esses equus, esses indomabilis.

Indormio,is,ire, Propriè idem est quod in re aliqua, vel super rem aliquam dormire. {ἐνκαθεύδω. Ita. *Dormire supra qualche cosa.* Gal. *Dormir en quelque chose.* Hisp. *Dormir sobre algo.* } Horat. 5. Serm. Sat. 1, -conis super quelque chose. Hisp. *Dormir sobre algo.* } Horat. 5. Serm. Sat. 1, -congestis vndique saccis Indormis. ¶ Per metaphoram accipitur pro gestis vndique saccis Indormis. ¶ Per metaphoram accipitur pro cessare, & tardum esse. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 2, Sic ego, qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem tum equis, tum velis. Indormire causæ, est remissius & segnius tractare negotium. Cicc. 2. Philip. Edormi crapulam, inquam, & exhala: an faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?

Indotatus,a,um, Non dotatus, vel dote carens. {ἀπρικτος. Ital. *Indotato, senza dote.* Gal. *Sans dotaire, non doné.* Hispan. *cosa no dotada.* } Terentius in Adelphis, Primum indotata est: dum præterea quæ secunda ei dos erat, Perit. Indotata ars. Cic. 1. de Orat. Cuius artem quum & indotatam esse, atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti.

Indubito,as,are, Idem quod diffido. {ἀπιστῶ. Ital. *Dubitare, sfidarsi.* Gal. *Estre en doute, douter.* Hisp. *Dudar, desconfiarse.* } Statius 3. Syl. -sed ingratus qui plura adnecto, toíque Moribus indubito.

Indubitatus,a,um, Certus, & de quo dubitari non potest. {ἀναμφίλογος. Ital. *Certo, indubitato.* Gal. *Dequoy on ne doibte point, certain.* Hisp. *Cierto, no dudoso, ni dudado.* } Quintil. lib. 9. cap. 4, In iis verò quæ indubitata sunt, breuior. Plin. lib. 7. cap. 12. Indubitatum exemplum Nicæi nobilis pyctæ Byzantij geniti. Indubitata spes apud eundem lib. 31. cap. 3.

Indubitabilis,le, Idem. Quintil. lib. 4. cap. 5. Illo sequenti (si modo indubitabile sit) vtendum solo.

Indubitanter, aduerbium, Certò. {ἀναμφιλόγως. Ital. *Certamente, senza dubio.* Gal. *Sans doute, certainement.* Hisp. *Sin duda, ciertamente.* } Plin. lib. 18. ca. 11, Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit.

Indubitatè, Aduerbium, Idem. Vlpian. in L. Quòd si nolit. §. Si ancilla. ff. De ædilit. edict. Sed si forte vius fructus proprietati accreuit, indubitatè hoc quoque restituetur ei.

Inducíæ,arum, Dicuntur quædam quasi pax, vel potius cessatio à bello in certum tempus inter hostes pactaita dictæ, quòd in certum diem à pugnando otium præbant. {ἀνοχή. Ital. *Tregua.* Gal. *Treue.* Hispan. *Las treguas.* } Cicc. 1. Offic. Vt illi qui, quum centum triginta dierum essent cum hoste pactæ inducíæ, noctu populabantur agros, quòd dierum essent pactæ, non noctium inducíæ. Aurelius Opilius inducias dici existimabat ab initu, hoc est introitu: quoniam tempore inducíarum hostes inter se vtrinque vltro citroque alteri ad alteros impunè inire solent, & introire. Gellius putat inducias dictas esse ex tribus dictionibus, Inde vti iam, quòd elapso tempore inducíarum deinceps omnia belli iure agantur. Græci etiam ἐκεχειρίαν ab abstinendis manibus appellarunt. Nam per cessationem istam pugnæ pactitiam, non pugnatur, & manus cohibentur. Has Lycaon primus inuenit, fœdera Theseus.

Induco,pen. prod. Propriè introduco. {εἰσάγω, εἰσαγωγεύω. Ital. *Introdurre.* Gal. *Mettre dedans, introduire.* Hisp. *Meter adentro.* } Plautus, Induc eam in domum. Idem in Truc. Quis homo est, qui inducit pompam tantam? ¶ Quandoque est persuadere, illicere, decipere, inclinare. {πείθω, ἐπαίρω. Ital. *Persuadere, indurre.* Gal. *Persuader, induire.* Hisp. *Inducir con razones.* } Lucil. Huius ego animum si induco vt ab amore meretricis desistat. Idem, Miserum senem Sirenum cantu inductum. Terent. in Andr. Vide quò me inducas. Plautus in Asin. Nunquam hodie induces vt tibi credam hoc argentum ignoto. ¶ Quandoque abolere, cancellare, antiquare. ἀπαλείφω, ἀφανίζω, ἀκυρόω. Sueton. in Cæsar. Amplissimis verbis collaudatum in integrum restituit, inducto priori decreto. Et alibi, Multa, inquit, & delata, & inducta, & superscripta inerant. Verbum id iuris est. Origo ea, quòd quæ in pugillaribus ceratis scripta erant, ducto per ceram stylo, interlini soleant, & obliterari. ¶ Accipitur præterea inducere pro eo quod barbare dicimus personam aliquam loquentem facere, quod & introducere dicimus. Cic. 3. Offic. Hinc ille Gyges inducitur à Platone. Tracta est hæc significatio à fabularum actionibus. Ibi enim personæ induci propriè dicuntur, quum ad agendum, proscenium ingrediuntur. ¶ Inducere animum, est sibi persuadere. Terent. in Adelph. Sic mea ratio est, sic animum induxi meum.

Inductio,onis, verbale, Idem quod ductus, siue ductio: vt, Inductio aquarum. {ἐπαγωγή, ἀγωγή. Ital. *Induttione.* Gal. *Induction, conduite dedans.* Hisp. *Obra de meter dentro ò inducir.* } Cicc. 2. de Natura deorum, Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. ¶ Inductio præterea genus argumenti, quo fit à particularibus ad vniuersalia progressus. ἐπαγωγή. Inductio (inquit Budæus) argumentatio est quæ ex concessis sensim laqueos texit, ad irretiendum eum qui semel se interrogandum præbuit. Deinceps enim aliæ alias percontationes excipiunt, & illationes.

Inductus,us, aliud verbale. {εἰσαγωγή, ἐπαγωγή. Ita. *Induttione, persuasione.* Gal. *Induction, persuasion.* Hisp. *Inducimiento.* } Autor ad Heren. lib. 2. Si maximè ita sit, num ea re concedi reo conueniat, quod alieno inductu fecerit. Cicc. pro Varcno, vt citat Quintilianus lib. 5. cap. 10. Optio vobis datur virum velitis casu illo itinere Varenum vsum esse, an huius persuasu & inductu.

Indugredi, Antiqui dicebant, metti causa, pro ingredi: sicut Indperator, pro Imperator: indupeditus, pro impeditus. Lucret. lib. 1, -viámq; indugredi sceleris.

Indulco,cas, dulcem facio. {γλυκαίνω. Ital. *Addolcire.* Gal. *Faire doux.* Hisp. *Endulçar.* }

Indulcoro, indulcoras, pen. prod. Idem quod induleo. ἐδδω.

Indulgeo,ges, dulsi, Indultum. Significat obsequor, cõsentio, inseruio, facilè concedo, & plus æquo permitto. {εὐαρεστέομαι, ἐπιτρέπω, ἐφίημι, σχολάζω, χαρίζομαι. Ital. *Compiacere, far cosa grata.* Gal. *Donner bandon ou abandon, permettre & laisser faire ce qu'il veut.* Hisp. *Regalar, dar, ò conceder misericordiosamente.* } Cicc. in Lælio, Sed obsequium multò molestius, quod peccatis indulgeos, præcipitem amicum ferri finit. hoc est peccatis non repugnans. Idem Tironi, Indulge valetudini tuæ, id est molliter vaca. Terent. in Heaut. Nimium illi indulges. ¶ Item indulgere accipitur pro operam dare, & cupiditatibus obsequi. Virgil. 4. Georg. Quòd nec concubitu indulgent Idem 4. Aeneid, Indulge hospitio, causásque innecte morandi. Idem, Sin tumulis accline solum, collésque supini, Indulge ordinibus. ¶ Inuenitur aliquando indulgere cum accusatiuo. Terent. in Eunuc. Eiciunda est hercle hæc animi mollities: nimis me indulgeo. Lucil. 3, Te, qui iram indulges nimis, manus abstinere à muliere melius est.

Indulgeor, passiuum. Gel. lib. 20. cap. vlt. Ipse autem ad hoc scripsi, vt liberis quoque meis paratæ istiusmodi remissiones essent, quando animus eorum interstitione aliqua negotiorum data laxari, indulgerique potuisset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indulgens, indulgentis, nomen ex participio: quod aliquando significat eum qui alteri indulget. {ἀνειδὼς, συγχωρῶν. Ital. *Chi tratta troppo licentiosamente & delicatamente.* Gal. *Qui donne abandon, qui permet faire tout ce qu'on veut.* Hisp. *El que regala halagando.*} Plinius lib. 17. cap. 10, Nutricem indulgentiorem esse, quàm matrem, sæpe conuenit. ¶ Interdum accipitur pro pulchro & formoso, cui propter insignem formam aliquid intur pro pulchro & formoso, cui propter insignem formam aliquid indulgetur. Quintil. Declam. 18, Placet ergo vt si filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior, refugiat mater amplexus. ¶ Indulgentissimi imperatores dicti sunt, quasi clementes, benefici, propensique ad gratificandum.

Indulgentia, æ, Quod aliquando accipitur pro molli permissione, quæ severitati opponitur. {φιλοστοργία, ἐπιείκεια. Ital. *Abandono di correttione, permissione, concessione.* Gal. *Bandon, abandon, traittement delicat.* Hispan. *Regalo.*} Quintilianus lib. 1. cap. 3. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit. ¶ Aliquando etiam Indulgentia accipitur pro pulchritudine, quemadmodum etiam indulgens pro pulchro & formoso. Stat. Egregiæ tanta indulgentia formæ.

Indulgenter, aduerbium, Obsequenter, blandè, demissè, ad nutum, & pro arbitrio alicuius. {φιλοστόργως, ἀνειμένως. Ital. *Troppo licentiosamente.* Gal. *Par trop d'abandon, en trop permettant.* Hispan. *Regaladamente.*} Cic. ad Atticum lib. 9, Illud me præclarè admones, quum illum video, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar.

Indulgitas, pro indulgentia, συγχώρησις. Sisenna Histor. lib. 3, vt citat Nonius. Bassus assidua indulgitate victus.

Induo, is, ui, tum, Ex in, & duo, duis, cuius origo à Græco Νω, quod ingredior significat, trahitur. {ἐνδύω, ἐνδύνω, ἐνδύομαι, ἀμπέχω, ἐξαμπέχομαι. Ital. *Vestire.* Gal. *Vestir.* Hisp. *Vestir vestidura.*} Construitur variis modis: nam quandoque habet duos accusatiuos in voce actiua, in passiua autem, vnum: & hoc apud Poëtas, & Historicos, non apud Oratores, quos imitandos in primis censeo. Virgil. lib. 2, –deinde comantem Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur. Curtius, Iámque nox apparebat, quum thoracem indutus procedit ad milites. Aliquando cum vno tantùm accusatiuo construitur. Cic. ad Atticum, Quare talaria induamus. Sic Curtius, Loricam tamen, quam ratò induebat, amicis orantibus sumpsit. ¶ In hac constructione induo transsumitur pro assumo. Quintil. lib. 6, Quorum personas induere quid attinet, nisi affectus assumamus? Liu. lib. 3. ab Vrbe, Adeóque nouum ingenium induerat, vt plebicola repentè, omnisque popularis auræ captator euaderet. Cicer. 3. Officiorum, Deponit enim personam amici, qui induit iudicis. ¶ Interdum etiam habet accusatiuum cum datiuo. Plautus in Casina, Ocyssimus sum omnium, qui viuunt: Loricam induam mihi: optimum esse arbitror. Cic. lib. 2. de Finibus, Ex eius spoliis sibi & torquem & cognomen induit. Plin. lib. 33, Pessimum vitæ scelus fecit, qui anulum primus induit digitis. Sueton. in Augusto, Si manè sibi calceus perperam, ac sinister pro dextro indueretur. ¶ Aliquando vltra verbi accusatiuum peculiarem habet alium accusatiuum cum præpositione in, & tunc pro conuerto, siue transformo sumitur. Virgil. lib. 1. Georg. Contemplator item quum se nox plurima syluis Induet in florem. Cicero 2. de Diuinat. loquens de anhelitibus terræ, Quum autem, inquit, se in nubem induerint. ¶ In hac etiam constructione accipitur pro iniicio, seu immitto. Cic. in Hortensio, Et, vt docuit Antiochus, in idipsum se induit quod timebat. Gellius, Aesopus ille e Phrygia fabulator, tes salubriter ac prospicienter animaduersas, in mentes animósque hominum cum audiendi quadam illecebra induit. ¶ Denique quum pro vestio capitur, vltra accusatiuum construitur cum ablatiuo sine præpositione eius rei qua quis induitur. Curtius, Deposita veste quam habebat, Arabica induitur. Autor ad Herenn. lib. 4, Palla inaurata indutus. ¶ Quandoque etiam in hac constructione pro illino sumitur. Plautus in Mostel. Id eis vitium noconstructione pro illino sumitur. Plautus in Mostel. Id eis vitium nocet, atque etiam nunc satis boni sunt, si sunt induti pice. Colum. ad vicet, atque etiam nunc satis boni sunt, si sunt induti pice. Colum. ad vites transtulit pro onero, quum dixit, Nam ita se induunt vuis, vt netes transtulit pro onero, quum dixit, Nam ita se induunt vuis, vt netes transtulit pro onero, quum dixit, Nam ita se induunt vuis, vt nequeant capere maturitatem. ¶ Sumitur etiam pro ferio, occido, impliqueant capere maturitatem. ¶ Sumitur etiam pro ferio, occido, implico, aut iugulo. Cic. 3. Verrina, Sua confessione induatur, ac iuguletur. Cæsar. lib. 7. bel. Gal. Quin ordines coniuncti inter se atque impliciti, quò qui intraueraut, se ipsi acutissimis vallis induebant: hos, cippos appellant. Et iterum, Aut se stimulis inopinantes induebant, aut in scrobes delati transfodiebantur.

Indutus, huius indutus, nomé verbale. {τὸ περίβλημα. Ital. *Vestimento, veste, habito.* Gal. *Habillement.* Hispa. *Vestidura.*} Gerere vestem indutui, Tacit. lib. 16, Nisi ea quam indutui gerebat, veste detergeret.

Indumentum, ti, Vestimentum: ab induo. {ἔνδυμα. Ital. *Vestimento.* Gal. *Vestement, habillement.* Hisp. *Vestidura, vestido.*} Gell. lib. 16. cap. 19, Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum eiaculauerat, extitisse. Cic. de Nat. deorum lib. 1, Quod quum facere vultis, indumenta tamen corripitis.

Inducula, le, Vestis interioris genus est, ab induendo dictum. Plautus in Epid. Quid erat indutai an regillam induculam, an mendiculam?

Indupedire, Apud antiquos legitur pro impedire. Lucret. lib. 4. Et multo citius, quanto minus indupedire Pauca queunt.

Induperatorem, pro Imperatore Poëtæ vsurparunt. Iuuenal. Satyra 4, Qualem tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem?

Induro, as, are, Durum facere. {σκληρύνω. Ital. *Indurire, far duro.* Gal. *Endurcir.* Hisp. *Endurecer otra cosa.*} Plin. lib. 8. cap. 52, Tunc inter se dimicant, indurantes attrita arborum costas, lutóque se tergorantes. Idem lib. 15. cap. 17, Punica aqua marina feruente indurati opottet. Ouidius 6. Metamorph. Indutóque niues, & terras grandine pulso.

Induresco, is, siue indureo, es, Durus fio. {σκληρύνομαι. Ital. *Diuenir duro.* Gal. *Deuenir dur, s'endurcir.* Hisp. *Endurecerse.*} Colum. lib. 2. ca. 21, Antequã ex toto grana indurescant. Quintil. lib. 1. cap. 4, Fraugas citius quam corrigas, quæ in prauum indurnerunt.

INDVS, *indis*, Fluuius Orientis, secundum Gangem longè maximus, Indiam ab Occasu alluens, à quo tota ea regio nomen accepit. Hunc in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamissus, aduersus, Solis ortum effusum aiunt, in sèque x ix amnes recipere: de quo Arrianus de gestis Alexandri lib. 5.

Indusium, sij, Genus vestis, quasi intusium, quod intus, & mox supra subuculam sumebatur. {χιτωνίσκος. Ital. *Camiscia.* Gal. *Vne chemise.* Hisp. *La camisa.*} sicut pallium & palla vocata sunt, quæ palam, id est foris supra induium.

Indusiarius, Dicitur qui conficit indusia. {ὁ τοὺς χιτωνίσκους ποιῶν. Ital. *Chi fa ò vende camiscie.* Gal. *Vendeur ou faiseur de chemises.* Hispa. *El que haze ò vende camisas.*} Plautus in Aulu. Patagiarij, indusiarij, flammearij, violarij.

Indusiatus, Dicitur qui huiusmodi veste est indutus. Plaut. in Epid. Indusiatam, paragiatam, caltulam, & crocotulam. Varro indusium appellat per t, non per d, quum ait, Vnum quod foris à palàm palla: alterum quod intus, à quo intusium.

Industria, æ, Promptitudo quædam ingenij, & habilitas ad aliquid faciendum. {φιλοπονία. Ital. *Industria, arte, ingegno.* Gal. *Industrie, diligence, dexterité.* Hisp. *Industria, diligencia, dexteridad.*} Autor ad Heren. in Præfatione lib. 1, Ne opetis, vt industria nostra tuæ morem geramus voluntati. Cice. 5. Verrina, In quo meam industriam ac diligentiã spectari volo. De industria aliquid facere, hoc est dedita opera. Terent. in Andria, Paulum interesse censes, ex animo omnia, vt fert natura, facias, an de industria? Cic. 1. Offic. At illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscũtur. Ex industria, idem Quintilianus lib. 9, Mastrugam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit.

Industrius, a, um, Diligens, qui multæ industriæ est, & prõpto ingenio ad aliquid faciendum. {φιλοπονός. Ital. *Industrioso, ingenioso.* Gal. *Industrieux, diligent, habile, laborieux.* Hisp. *Industrioso y diligente, diestro y de buen recaudo.*} Cic. 5. Verr. Nympho est Centuripinus homo gnauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. ¶ Industrior, comparatiuus. Plaut. Mostel. –quo neque Industrior de iuuentute erat arte gymnastica, disco, hastis, &c. ¶ Industrium (inquit Festus) antiqui dicebant indostruum, quasi quicquid ageret, instrueret, & studeret domi.

Industriè, aduerbium, ingeniosè. {ἐυφυῶς, τεχνικῶς, σπουδαίως. Ital. & Hispa. *Industriosamente, ingeniosamente.* Gal. *Diligemment, par industrie, soigneusement.*} Colum. lib. 9. cap. 2, Higinus veterum autorum placita secretis dispersa monumentis, industriè collegit. Hinc deducitur comparatiuum industrius, pro magis industriè. Cice. pro Domo sua ad Pon. Quis apud pop. Rom. de illius dignitate industrius, qui Senatui sæpius dixit?

Induuium, induuij, pro cortice arboris, quo ipsa induitur. {φλοιός, τὸ ἔνδυμα. Ital. *Scorza d'albero.* Gal. *Vesture, l'escorce qui couure l'arbre.* Hispa. *Vestidura del arbol.*} Plin. lib. 13. cap. 4, Vtilem sibi, arborisque induuiis circulum mira pernicitate homine subeunte.

Inebræ, Aues, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent: & prorsus omnia inebra appellantur quæ tardant, vel morantur agentem. Festus.

Inebrio, as, are, Ebrium reddo. {μεθύσκω. Ital. *Inebbriare.* Gal. *Enyurer.* Hisp. *Embriagar ò emborrachar.*} Plin. lib. 12. ca. 22, Palma quę vocatur adiplos, vescentes inebriat. Idem lib. 17. cap. 26, Quoniam inebriatis radicibus nocent. Iuuena. Saty. 10, –qui te per compita quærat Nolentem, & miseram vinosus inebriat aurem.

Inebrior, briaris, Ebrius fio. {μεθύσκομαι. Ital. *Inebbriarsi.* Gal. *S'enyurer.* Hisp. *Embriagarse, emborracharse.*} Dicimus & per translationem Inebriari voluptatibus, hoc est voluptatum illecebris ita implicari, & irretiri, vt ad res honestas seriósque inidoneus reddaris & ineptus.

Inedia, æ, Abstinentia à cibo. {ἀσιτία. Ital. *Fame.* Gal. *Faute de boire & manger.* Hisp. *Hambre.*} Cic. 5. de Finibus, Vigiliis & inedia necatus. Plin. lib. 11. cap. 54, Homini non ante diem septimum lethalis inedia.

Ineditus, Idem est quod non editus. ἀνέκδοτος, vt, causa inedita. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16, Essent & iuuenes, quorum, quòd inedita causa est, Appellandotum nihil mihi iuris adest. Id est, sunt & alij iuuenes, qui præclara poëmata conscripserunt: sed quoniam edita nondum sunt, nihil est, cur vobis illa magnopere commendem.

Ineffabilis, bile, Quod effari non possis, aut exprimere. {ἀνεκδιήγητος. Ital. *Ineffabile, che non si può esprimere.* Gal. *Qu'on ne peut exprimer, ineffable.* Hispan. *Cosa que no se puede hablar ò exprimir.*} Plin. lib. 28. cap. 2, Non est facilè dictu, externa verba atque ineffabilia derogent fidem validius, an Latina inopinata, &c. Idem in Præfatione lib. 5, Populorum eius (subaudi Africæ) oppidorúmq; nomina vel maximè sunt ineffabilia.

Inefficax, cis, omnis generis, Quod virtutem aliquid efficiendi non habet. {ἀνενεργής. Ital. *Senza forza ò virtù ò qualche effetto.* Gal. *Qui n'a force ne vertu, n'efficace à faire quelque chose.* Hisp. *Cosa no sufficiente para hazer.*} Plin. lib. 27. cap. 12, Inefficacius quàm superiora. Idem lib. 34. cap. 11, Fit & ex candido ære squama, Cypria longè inefficacior.

Ineffigiatus, a, um, Informe, quod non est factum ad aliquam effigiem. {ἄμορφον. Ital. *Senza forma, che non ha alcuna figura.* Gal. *Qui n'a nulle forme ou semblance.* Hisp. *Cosa no contrahecha, sin forma.*} Gell. lib. 27. cap. 10, Nanque vt illa bestia fœtum ederet ineffigiatum informémque: lambendóque id posteà, quod ita edidisset, conformaret, & fingeret.

Inelaboratus, a, um, Quod artificio non satis exercitum est. {ἀνεπιτήδευτος. Ital. *Senza pratica.* Gal. *Non elaboré.* Hisp. *No labrado ni polido.*} Quintilianus lib. 4. ca. 1, Nec tamen deducta semper, atque circunlita, sed sæpe simplici atque inelaboratæ similis, nec verbis vultúque nimia promittens, &c.

Inelegans, tis, Eleganti contrarium. {ἄμουσος. Ital. *Rozzo, senza eleganza.* Gal. *Qui n'est point gay, poli ne galliard, qui n'a point de grace.* Hispa. *Cosa non elegante, ni galana.*} Plin. lib. 37. ca. 10, Carmen dicatũ Veneri non inelegans. Cic. de claris Orat. Inerátque & ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia.

Ineleganter, aduerbium. {ἀμούσως, ἀνεπιτηδεύτως. Ital. *Senza gratia ò bellà.* Gal. *Sans grace, beauté ou elegance.* Hispa. *No elegantemente, galanamente.*} Cice. 2. de Finibus, Primùm diuisit ineleganter. Duo enim genera quæ erant, fecit tria.

Ineluctabilis, bile, Quod vitari non potest, hoc est domari, & lucta euinci. {ἀνεπιπάλευτος. Ital. *Che no si può domare.* Gal. *Inuincible, insuperable.* Hisp. *Cosa contra que no se puede resistir.*} Virgil. 8. Aeneid. Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum, His posuere locis. id est insuperabilis vis fati. Idem 2, Aeneid. Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.

Inemen

Universidad de Deusto Biblioteca

Inemendabilis,le,Quod emendari non potest. {ἀδιόρθωτος}.Ital.*che non si può emendare*.Gal.*Qu'on ne peut amender ne corriger*.Hispa.*Cosa que no se puede emendar*.} vt, Prauitas inemendabilis, apud Quintilianum,lib.1. capite 1.

Inemorior,eris,inemori,penult.correp.{ἀπαγχονίσκομαι}.Ital.*Morire in qualche impresa*.Gal.*Mourir en disant, faisant ou estant en quelque chose*.Hisp.*Morir haziendo alguna cosa*.}Horat.Epod.5.Quod posset infossus puer Longo die bis terque mutatæ dapis Inemori spectaculo. Hoc est emori in speculo,&c.

Inemptus,a,um, Non emptum. {ἀνώνητος}.Ital. *Non comperato*. Gal. *Qui n'est point acheté*.Hispa.*Cosa no comprada*.} Martialis lib.1, Saltus aprum, campus leporem tibi mittit inemptum.Colum.lib.11.ca.3, Vt & quotidiani victus sui leuet sumptum,& aduenienti domino præbeat, quod ait Poëta, inemptas turis dapes. Virgil.4. Georg. dapibus mensas ornabat inemptis.

Inenarrabilis,le,Admirabile,& quod enarrari non potest. {ἀνεκδιήγητος}. Ital.*Che non si può narrare ne raccontare*.Gal.*Qu'on ne peut raconter, inenarrable*. Hisp.*Cosa que no se puede contar*.} Plin.lib.8.cap.7, Sed Pompeiani amissa fugæ spe,misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes, supplicauere. Inenarrabilis subtilitas, Plin. lib.21.cap.1, & lib.10. cap.2. Martial.lib.2,Vis dare maius adhuc,& inenarrabile munus.

Inenarratus,ta,tum,{ἀνέκφραστος, ἀνεκδιήγητος}.Ital.*Non narrato ni raconta-to*.Gal.*Qui n'est point narré,expliqué ne raconté*.Hisp.*No declarado,no contado*. Gell.lib.12.cap.6,Quod inenarratum relinquamus.

Inenodabilis,le,Idem est quod inextricabilis, perplexus , quod scilicet enodari & dissolui non potest. {ἀδιάλυτος, ἀλυτος}.Ital.*Che non si può snodare ne sciogliere*.Gal.*Qu'on ne peut desnouer ne dissoudre*.Hisp.*Cosa que no se puede desenhaçar*.} Cicc. de Fato, Nec quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus pertimescat fatum,& ab atomis petat præsidium , eásque de via deducat,& vno tempore suscipiat res duas inenodabiles.

Ineo,is,ire.Ingredi. {εἰσέρχομαι}.Ital. *Entrare dentro*.Gal. *Entrer dedans*. Hisp. *Entrar dentro de lugar*.}Plaut.in Cas.Si tu iubes,inibitur tecum.id est ingrediar tecum.Idem,Videbo id prius, quàm ineam domum. Cicc.pro Corn.Balbo,Nequis castra Imperatoris initet.Plautus , Iniit te vnquã febris.id est nunquámne te corripuit febris? ¶Inire bellum, incipere & aggredi.εἰσπολεμεῖν. Salluſt.in Catil. Quapropter vos moneo , vt forti atque parato animo sitis,& prælium quum inibitis , memineritis vos diuitias,decus,gloriam,præterea libertatem & patriam in dextris vestris portare. Inire certameo.Cicc.4.de Finibus. Inire beneficium, id est comparare. Terent. in Andria , Quàm maximè abs te postulo Chreme, Vt beneficium verbis initum dudum nunc re comprobes. Inire consilium,pro capere consilium.Cicc.ad Brutum , Consilia inire cœpi Brutina planè. Cæsar, Vnà cum Ambiorige consilium inierat. Inire causam & rationem alicuius rei, hoc est rationem vel causam cogitando inuenire.Liu.lib.4.bel.Maced.Atque ego nonnullarum cupiditatum nec causam quidem,aut rationem inire possum. Inire Consulatum,est auspicari dignitatem Consularẽ. Cæsar, Qua ex die Consulatum iniit Lentulus. Inire cubile alicuius , pro eo quod est cum vxore eius concumbere. Cicc. de Aruſp. respon. Quum vxorem,sororémque non discernis,quum quod ineas cubile , non sentis. Inire gratiam ab aliquo , est beneuolentiam alicuius demereri. χάριτος ἴσχω. Terent.in Adelphis, Ego lepidus ineo gratiam. Plaut. in Asinaria,Bene hercle facitis,& à me initis gratiam.Cic.ad Atticum,Quod ille si faciat, tam cum bonis omnibus summam ineat gratiam. Inire nexum,pro vinciri,deuinciri,illigari,& detineri. Liu.7. ab Vrbe, Nam etsi vnciatio fœnore facto , leuata vsura erat , sorte ipsa obruebantur inopes,nexúmque inibant.id est vinciebantur,& astringebantur.Inire rationem,pro viam ac modum aliquid agendi quærere. Terentius in Heaut. Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro inunda est mihi. ¶Inire , pro coire , siue concumbere. ἐμβαίνειν, βαίνειν. Plin. lib.7.cap.40,de canibus,Primos quoque mares pariunt , in cæteris alternant,si ineantur opportuno & commodo tempore.Idem,Sed asini qui equas ineant,optimi legendi sunt.

Inito,tas,frequentatiuum ab ineo,ἐμβατεύω.Diomedes,Ab ineo,is,inito dicimus.Pacuuius,Loca arida initas.

Initus,us,nomen,Coitum significat. {ἔμβασις,ἐχεία.Ital. *Quando il maschio monta sopra la femina*. Gal.*Montement,entrée , comme du masle auec la femelle*. Hisp.*El ayuntamento del macho con la hembra*.}Plin.lib.8.cap.42,de equis, Nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare. Ibidem cap.44,Et quæ non primo initu generare cœperit. Sic lib.10. cap.63. Varro 2.de Re ruſt.cap.7.Tametsi incredibile , quod vsu venit memoriæ mandandum,Quum equus matrem vt saliret adduci non posset,& eum capite obuoluto peroriga adduxisset , & coëgisset matrem inire: quum descendenti velum dempsisset ab oculis , ille impetum fecit in eum,ac mordicus interfecit. Peroriga appellatur is , qui admissarium ad fœminam admittit,vt ait Varro ibidem.

Ineptus,pta,ptum,ex in,negatiua particula, & aptus componitur. {ψυχολέγων, ἀπέρικαλος, φλύαρος}.Ital.*Non atto, mal destro , sucito*. Gal. *Mal adroit,& mal propre,inepte, messeant, sot, fat*.Hispa.*Cosa no atamiada ni habil*.} Quid autem significet, docet Cicc.lib.2. de Orat. his verbis , Ineptus nomen habere videtur,quòd non sit aptus, idq; sermonis nostri consuetudine perlatè patet.Nam qui aut tempus quid postulet,non videt, aut plura loquitur,aut se ostentat,aut eorum quibuscum est,vel dignitatis vel commodi rationem non habet,aut denique in aliquo genere aut inconcinnus,aut multus est,is ineptus dicitur.

Ineptio,is,iui,itum,Ineptias facio,aut dico,quod neq; loco,neq; tempori,neq; rebus,neq; personis conuenit. {ἀδολεσχία, ψυχολογία}.Ital.*Dire ò fare cose conscie,inettire*. Gal.*Dire ou faire choses mal à propos, resuer, bauer*. Hisp. *Hazer ò dezir necedades*.} Terent. in Phor. -non agam , imò non desinam, Donec perfecero hoc.P.Ineptis. Idem in Adel.Hanc te æquum est ducere: & te operam , vt fiat , dare. M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te inquam. M. Ineptis. Lactant. de Opific. Vereor ne huiusmodi portenta, & ridicula refutare non minus ineptum esse videatur. Sed libet ineptire , quoniam cum inepto agimus,ne se ille nimis argutum putet.

Ineptia,& Ineptitudo. {ἀπειροκαλία.Ital.*Inettie*.Gal.*Meseance, sottise,bauerie,*

resuerie.Hisp.*Inhabilidad,necedad*.}Teren.in Phorm.Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.Cic.1.Tuscul.Ineptiæ penè aniles.

Ineptè,aduerbium,Minus aptè, & imprudenter. {ἀπροσκόπως.Ital.*Inettamente,goffamente*.Gal.*Sottement,mal proprement*.Hisp. *Desatinada y inhabilmente*.}Plautus in Mostel. Interdum ineptè studeus es.Cicc.1. Tuscul. Nam etsi non sus Mineruam,vt aiunt:facit tamen ineptè, quisquis Mineruam docet.

Inermis,me, Dicitur qui armatus non est. {ἄοπλος}.Ital. *senza arme,disarmato,inerme*.Gal. *Desarmé sans armes,qui n'a point d'armes*.Hisp. *Cosa desarmada*.} Cic.pro Cecin. Arma esse suis nominibus , alia ad tegendum alia ad nocendum: quæ qui non habuerint , eos inermes fuisse vincex. Liu.2.ab Vrbe, Ad hæc Albana pubes inermis ab armatis septa , &c. ¶Et per translationem inermis dicitur qui nihil habet quo causam suam tueatur,aut defendat.Cicc. 1.de Finib.Iam in altera philosophiæ parte,quæ est quærendi & disserendi,quæ λογικὸς dicitur,ille vester planè(vt mihi quidem videtur)inermis ac nudus est.

Inermus,a,um, Idem. Virgil.12, Aeneid. Tum studio effusæ matres , & vulgus inermum , Inualidique senes , turres & tecta domorum Obsedêre. Gell. lib.17. cap.2. ex Qu. Claudij Annal. lib.1, Arma plerique abiciunt , atque inermi ioiatebrant sese. Salluſt. in Iug. Neque quenquam decere , qui manus armauerat , ab inermis pedibus auxilium petere.

Inermo,as,are,Armis spoliare.Festus. {ἀφοπλίζω}.Ital.*Disarmare, dispogliare l'arme*.Gal.*Desarmer*.Hisp.*Desarmar,despojar de armas*.}

Inerro,as,In loco quopiam aberro. {ἐμπεριπατέω}.Ital.*Vagare in qualche luogo*.Gal.*Aller çà & là,vaguer & errer*.Hispa.*Vagar*.} Plin. lib.1.Epistol. Experieris non magis Dianam montibus , quàm Mineruam inerrare. Ignis inerrat ædibus,Statius 1.Syl.

Inerrans, Idem est quod non errans. {ἀπλανής}.Ital.*Che non erra*.Gal.*Qui n'erre point*.Hisp.*Lo que no yerra ni yerra*.} Vnde inerrantes stellæ dicuntur, quæ & fixæ appellantur. Lactant. lib.2, Stellarum vel inerrantium, vel vagarum dispares cursus , orbis ille , dum vertitur , exhiberet. Cicero 2. de Natura deorum, Nec verò ea stellæ , quæ inerrantes vocantur,non significant eandem mentem atque prudentiam,quarum est quotidiana,conueniens, constánsque conuersio.Idem,Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam.

Iners,tis,Ab antiquis accipiebatur pro eo qui artem nullã nosset, quem Græci ἄτεχνον appellant.{Ital.*Senza arte ò giudicio,da poco*.Gal.*Qui n'a nul art ne sauoir,pareſſeux,lasche,faitneant*.Hisp.*Sin arte*.} Cicc. 3. de Finib. Sed illustremus animo has maximas artes , quibus qui carebant , inertes à maioribus nominabantur. Postea tamen consuetudo obtinuit vt pro ignauo potius , stupido & desidè accipiatur. {ἀνόητος, ἀνοητότατον. Ital. *Stupido,disutile,poltrone*.Gal.*Pareſſeux, lasche, faineant*.Hisp.*Necio, haragan, floxo*.} Terentius in Andria, -atque hoc confiteor Iure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilij sum.Cicc.4. Verrina,At homo inertior,ignauior,magis vir inter mulieres nequam, quàm impura inter viros muliercula,&c. Plin. lib.7. cap.6,Iliæ ad flexum immobiles,ad repugnandum inertes,& pondere suo oneratæ. Virgilius lib.4.Georg.In medium seu stabit iners,seu profluet humor. Donatus in Adelph. Intelligamus aliter dici non inertem Socratem , aliter non inertem seruum. Iners membris. Plinius lib.8. cap.21, Iuxta hanc fera appellatur catoplebas,modica alioquin,cæteríque membris iners, caput tantùm prægraué ægrè ferens,&c. Iners in Venerem,id est segnis ad coitum , Columella lib.6. cap.27. Aetas iners , senectus, Tibul.lib.1.eleg.1. Corda inertia,Virgil.9. Aeneid. Corpora inertia, Idem 1.Aeneidos.

Inertia,tiæ, Propriè artis ignorationem significat: accipitur tamen pro ignauia,socordia, desidia.{ἀπειρία, ἀμαθία.Ital. *Pigritia,poltroneria*. Gal.*Pareſſe,negligence,lascheté*.Hisp.*Haraona y floxura*.} Cicc.in Partic.Animi autem,aut quemadmodum affecti sunt,virtutibus,vitiis,artibus,inertiis:aut quemadmodum commoti,cupiditate, metu,voluptate, molestia.Col.in Præfat.lib.2,Non ergo fatigatione, quemadmodum plurimi credidêrunt , nec senio , sed nostra scilicet inertia minus benignè nobis arua respondent.Cicc.lib.1. ad Qu. fratrem, Duo illa relinquamus,idque largiamur inertiæ nostræ.

Inerticula, Vitis genus est , vinum ferens neruis innoxium : vnde & nomen habet , quòd scilicet iners habeatur in tentandis neruis. ἀμπελὶς. Græci vocant ἄμπελον , eo quòd non facilè gignat ebrietatem.Colum.lib.3.cap.2,Inerticula tamen nigra , quam quidem Græci ἀμπελον appellant,potest in secunda quasi tribu esse : quòd & boni vini est,& innoxia:vnde etiam nomen traxit,quòd iners habetur in tentandis neruis.

Ineruditus,a,um,Non eruditus.{ἀμαθής,ἀπαίδευτος}.Ital.*Ignorante*.Gal. *Qui n'est point sauant,ignorant*.Hisp.*No enseñado,inerudito*.}Cicc.1. de Finib. Non ergo Epicurus ineruditus. Idem 4.Acad. Modò nequis illud tam ineruditum,absurdúmque respondeat. Suetou.de clar.Gram.Præterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum fatem.

Inesco,as, Quasi oblata esca decipio. {δελεάζω}. Ital. *Ingannare , adescare*. Gal.*Amorcer,apaſter,allicher*.Hisp.*Cevar enganando para tomar*.}Translatio sumpta est à piscibus,& auibus, quæ proprie inescari dicuntur , quum escam captantes capiuntur. Terent. Adelph. Nunquam rem facies:abi, nescis inescare homines, Sannio.Liu.2.bel.Pun.Annibal id damnum haud ægerrimè passus,quin potius credere velut inescatam temeritatem ferocioris Consulis.

Ineuitabilis,bile, Quod vitari non potest. {ἀναπόδρατος, ἄδρατος}.Ital. *Che non si può schifare*.Gal.*Ineuitable,qu'on ne peut euiter ne fuir*.Hisp.*Cosa que no se puede esquiuar*.} Plin. in Panegy. Magnum & ineuitabile , ac toties cuique experiendum malum.Ouid.ad Liuiam, Sed rigidum ius est , & ineuitabile mortis.

Inexaturabilis,le, Insatiabilis. {ἀπληστος}.Ital.*Insatiabile*.Gal.*Insatiable*. Hisp.*Cosa que no se puede hartar*.}Virgil.5.Aen.Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.

Inexcogitatus,Quod excogitatum , & præmeditatum non est. {ὁ μὴ προενθυμηθείς , ἀπροενόητος}.Ital. *Non imaginato , non premeditato*. Gal. *Non encor trouué,inuenté ne excogité*.Hispan.*No imaginado,ni pensado*.} Plinius lib.36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.15,Nouum & inexcogitatum antea posteáque remedium inuenit ille Rex.

Inexcultus,a,um, Inornatus. {ἄκομψος, ἀνήρτυτος. Ital. *Inornato, rozzo.* Gal.*Qui n'est point bien accoustré, & orné, sans ornement exquis.* Hispan. *No aseyiado, no compuesto.*} Gell. lib.13.cap.21, M.Cato Consularis, & Censorius, publicis iam, priuatisque opulentus rebus, villas suas inexcultas & rudes, nec tectorio quidem prælitas fuisse dicit.

Inexcusabilis,le, Quod excusari non potest. {ἀσυγγνώστος. Ital.*Inexcusabile.*Gal.*Inexcusable,qu'on ne peut excuser.*Hisp.*Lo que no se puede excusar.*} Ouid.7.Metamorph.Gratia diis, fœlix, & inexcusabile pectus.

Inexercitatus,a, um, Exercitato contrarium. {ἀγύμναστος. Ital.*Non esercitato,non prattico.*Gal.*Qui n'est point exercité, dutt & vsité.*Hisp.*No exercitado vsado.*} Cicero de Senect.Quibus qui splendide vsi sunt, hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec, tanquam inexercitati histriones,in extremo actu corruisse.Idem 2.Tuscul. Rudis ille, & inexercitatus miles.

Inexercitus,Idem Cic.5.Tusc. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philosophum,&c.

Inexhaustus,a,um,Nunquam desinens,siue quod exhauriri non potest. {ἀνεξάντλητος.Ital.*Inessausto,che non si può votare.*Gal.*Qu'on ne peut espuiser.*Hisp.*Cosa que no se puede vaziar.*} Cic.3.de Legib. Erat enim, vt icis,in eo inexhausta auiditas legendi: nec satiari poterat. Inexhausta mea talia, quæ exhauriri non possunt præ abundantia. Virgilius libro 7. Aeneid. Ast Ilua trecentos Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Inexorabilis,le,Implacabilis,qui exorari non potest.{ἀνεκμείλικτος.Ital. *Che non si può mitigare,che non si può placare.*Gal.*Inexorable,qui ne veut rien octroyer quelque priere qu'on luy face.*Hisp.*Cosa que no puede mitigarse, ni apiacarse.*} Cicero ad Qu.frat.lib.1, In literis mittendis, vt sæpe ad te scripsi, nimium te inexorabilem præbuisti.Liu.2.ab Vrbe,Leges rem surdam, inexorabilem esse.Virgil.2.Aeneid.Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas: Atque metus omnes,& inexorabile fatum Subiecit pedibus,strepitumque Acherontis auari.

Inexpectatus,a,um,Contrarium expectato.{ἀπροσδόκητος.Ital.*Non aspettato.*Gal.*Qu'on n'attendoit point.*Hisp.*cosa no esperada para venir.*} Quintil. lib.9.cap.2, Illis non accedo qui schema esse existimant etiam liquid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum.Ouid.12.Metamor. -nec inexpectatus in armis Hostis adest.

Inexperrectus,a,um, Non experrectus. {ἀνήγερτος.Ital.*Non sueglisato.*Gal. *Qui n'est esueillé.* Hispan.*No despertado.*} Ouidius 12. Metamor. In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat Sopitus venis, & inexperrectus Aphypnas.

Inexpertus, a, um, Intentatus. {ἀπείρατος.Ital. *Non prouato.*Gal. *Qui n'est point experimenté.*Hisp.*No experimentado.*} Virgil.4.Aen.Nequid inexpertum frustra moritura relinquat.

Inexpiabilis,le, Quod expiari non potest. {ἀνεξίλαστος.Ital.*Che non si può purgare.*Gal.*Qu'on ne peut purger ne apaiser.*Hisp.*Lo que no se puede alimpiar.*} Cic.1.Tuscul. Tum è Pontificio iure, & cæremoniis sepulchrorum intelligi licet quas maximis ingeniis præditi nec tanta cura coluissent, nec inuiolatas tam inexpiabili religione sanxissent. Liu.lib.3.bel. Maced. Vt inexpiabile bellum aduersus se vnum maneret. Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem,Liu.9.bel.Maced.

Inexplanatus, a, um. {ἀδιάρθρωτος, ἀδιασάφητος.Ital. *Impedito, non piano.* Gal.*Qui n'est pas bien distinguć.*Hispan.*No allanado, no claro.*} vt,Inexplanata lingua, hoc est impedita, neque agilis, neque etiam complanata, vt apertè proferre possit. Plinius lib.11. cap.37, Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur, quum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere.

Inexplebilis,le,Quod expleri non potest, insatiabile. {ἀπλήστος.Ital. *Che non si può empire,insatiabile.*Gal.*Qu'on ne peut assouir ne contenter.*Hispan. *Cosa que no se puede hartar.*} Cic.5.Tuscul.Quid verò illum, quem libidinibus inflammatum & furentem videmus omnia rapidè appetentem cum inexplebili cupiditate?Plin.lib.3.cap.47, Huc omnia inexplebile animal congerit.

Inexpletus, penult. prod. Adiectiuum. {ἀπλήρωτος, ἀπλήρωμος.Ital. *Non ancor fornito.* Gal.*Qui n'est point encor complet.* Hisp.*Cosa no harta ni llena.*} vt,Cædes inexpletæ,apud Statium 8, Theb. hoc est nondum completæ. Lachrymans inexpletum, Virgil.8. Aeneid. id est inexplebiliter, nomen pro aduerbio,vt inquit Seruius.

Inexplicabilis,le, Quod explicari non potest. {ἄλυτος,ἀδιέξιτος.Ital. *Che non si può esplicare.*Gal.*Qu'on ne peut expliquer ne bailler a entendre.*Hispa. *Cosa que no se puede declarar.*} Plin.lib.21.cap.2,De generibus lingulis dicere,immensum & inexplicabile est. Inexplicabiles fraudes, Cicero.1. Tuscul.Plin.lib.5.cap.5,Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Inexplicabiles viæ continuis imbribus: hoc est vnde sese quis facilè extricare non queat, Liuius 10. bel. Maced. Laquei inexplicabiles, Quintil.lib.5.cap.10.

Inexplicitus,a,um, Intricatum,inuolutum,obscurum,& quod facilè explicati non potest.{ἀνείλητος.Ital.*Intricato, inuiluppato.*Gal.*Qui n'est point declaré,expliqué ou entendu.*Hisp.*No desenbetrado y obscuro.*} Mart.lib.9,Democrites, Zenonas,inexplicitósque Platonas.

Inexploratus,a,um,Explorato contrarium. {ἀνεξιχνίαστος.Ital.*Oscuro, non inuestigato.*Gal.*Qu'on n'a point encor cerché.*Hisp.*Cosa no buscada ni hallada y obscura.*} Liuius lib.6. Pun. Non altitudo mœnium, non explorata stagni vada, non castellum in alto tumulo situm,&c. ¶Accipitur interdum pro incerto, & incomperto.ἄδηλος.Plin.lib.35.cap.6,Apportatur & Indicum ex India, inexploratæ adhuc inuentionis mihi. De atramento.

Inexploratè, siue Inexplorato, aduerbium. Sine exploratione & inquisitione. {ἀνεξετασμένως. Ital. *Senza riguardo.*Gal.*Sans regard.*Hispan. *No buscando.*} Liuius libro 6, Inexploratò pabulatum cohortes misere. Gell.lib.5.ca.19.Sed arrogationes non temerè,nec inexploratè committuntur.

Inexpugnabilis,le,Quod expugnari non potest. {ἀάλωτος.Ital.*Che non si può pigliare, inespugnabile.*Gal.*Qu'on ne saurois offrecer ne prendre par force.* Hispan.*Cosa que no se puede tomar por fuerça.*} Liuius 2.ab Vrbe,Ibi alto,& munito loco arcem inexpugnabilem fore. Cicero.5. Tuscul. Volumus enim eum,qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum.

Inexputabile, Quod numerari non potest. {ἀνεπιμέτρητον, ἀνεπίκριτον.Ital.*Che non si può numerare.*Gal.*Qu'on ne peut nombrer ne compter.*Hisp.*Lo que no puede ser contado.*} Colum.lib.9.cap 4,Nam inexputabilis erat numerus.

Inextinctus,a,um, Quod non extinguitur. {ὁ κ' ἡ ἄσβ-ε-στος.Ital.*Che non mai s'estingue.*Gal.*Qui ne s'esteint ou qu'on n'esteint point.*Hispa.*Cosa no apagada del huego.*} Vnde Ouid. lib.6. Fast. ignem Vestæ vocat inextinctum, quòd semper suppeditatis fomentis à sacris virginibus, nunquam penitus extingueretur, Ignis inextinctus templo celatur in illo. Effigiem nullam Vesta nec ignis habent.

Inextirpabilis,bile. Quod extirpari non potest. {ἀκ οἷός τε ἀνασπασθῆναι. Ital.*Che non si può svellere.*Gal.*Qu'on ne peut desraciner ou arracher du tout.*Hisp. *Cosa que no se puede desarraigar.*} Plin.lib.15.cap.20.Radices multæ,atque altæ,& ideo inextirpabiles.

Inextricabilis,Insolubilis, quod extricari non potest:seu vnde quis extricare se non potest.{ἀπρακτος,ἄλυτος.Ital.*Che non si può stricare, che non si può sciogliere.*Gal.*Dequoy on ne se peut despestrer,dont on ne peut sortir a son aise.* Hisp.*Cosa que no se puede desenbarar,o desatar.*} Virgil.6.Aeneid.Hic labor, ille domus,& inextricabilis error.Plin.lib.36.cap.13, Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. Inextricabilia vitia, Idem lib.20.cap.21.

Inexuperabilis,le, Quod superari non potest. {ἀνυπέρβλητος.Ital.*Insuperabile,che non si può vincere.*Gal.*Qu'on ne peut surmonter ou outrepasser.*Hispa.*Cosa que no puede ser vencida.*} vt,Inexuperabilis vis fati,Liu.8. ab Vrbe, Idem 5.ab Vrbe,Alpes inde oppositæ erant, quas inexuperabiles visas haud equidem miror,nulla dum via superatas.

Infabre,penult.corr. Inartificiosè, inornatè, fœdè, & impolité. {ἀσκευῶς,ἀνάρτυτως.Ital.*Impolitamente, senza artificio.*Gal.*Lourdement.*Hisp.*No artificiosamente.*} sicut Affabrè,pulchrè,& ornatè. Liuius 6.bel. Mace. Aureos torques M.CCCC.LXX. ad hæc auri pondo CCXI.v.argenti infecti,factique in Gallicis vasis,non infabrè suo more factis duo millia CCCXI.pondo,&c. Horat.2. Serm. Saty.3, Quid scalptum infabrè, quid fusum durius esset?

Infabricatus,a,um, Non fabricatus, impolitus. {ἀνηρτισμένος, ἀνήρτυτος.Ital.*Non fabricato.*Gal.*Qui n'est accoustré,taillé ou charpenté.*Hispan.*Cosa non fabricada.*} Virgil.4.Aeneid.Frondentésque ferunt ramos, & robora syluis Infabricata fugæ studio.

Infacetus,a,um, Inurbanus, rusticus, qui nihil salis habet, aut leporis. {ἄκομψος, ἀχάριτος, ἄπρεπος.Ital.*Non faceto, non ciuile.*Gal.*Mal plaisant.* Hispa.*Rustico y descortes.*} Plaut.in Truc. Quid?tam infacetus Lemno aduenis? Non infacetus homo,Cic.3.Offic. Non infaceto lepôre, Plin.lib.37.cap.1. Infacetum mendacium,Cic.pro Cælio.

Infacetiæ,arum,Inurbanitates,& rusticitates. {ἡ ἀστειολογίας τέχνης,ἀχαριστία.Ital.*Rusticheze.*Gal.*Maunaise grace,gestes mal plaisantes.*Hispa.*Rusticidad y descortesia.*} Vnde Catullus Annales Volusij dicit esse plenos infacetiarum.

Infacundia, æ, Dicendi imperitia. {ἡ τοῦ λέγειν ἀπειρία. Ital. *Infacondia, goffezza nell' orare.*Gal.*Mauuaise grace à parler,faute de bien parler.*Hispan.*No elegancia en habla.*} Gell. lib.11. cap.16, Tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia.

Infacundus,Inelegans,nulla dicendi facultate præditus. {ἀπειρόλεκτος ἢ λέγειν,ἀφυής.Ital.*Poco eloquente.*Gal.*Qui n'a aucune grace à parler.*Hispa.*No elegante en habla.*} Liu.4.ab Vrbe,Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus,nactus inter aduersarios,&c.

Infamis,me,pen. prod. Qui ob vitium aliquod, aut turpitudinem malè audit,aut cui fama est parum secunda,aut integra. {ἄτιμος.Ital.*Infame, vituperato.*Gal.*Infame,diffamé,descrié.*Hispa.*Infame ò mal infamado.*} Cic.6. Verr. Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris, flagitiisque fecisti. Terent. in Heaut. -ea causa magis Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri. Infamis dictus est ab antiquis digitus medius, propter ignauiam: quoniam indigere videatur aliorum defensione.Persius Satyr.2, Infami digito lustralibus antè saliuis Expiat. Iuuen. Mediúmque ostenderet vnguen. Nam veteres quum aliquem medio digito indicabant,latenter eius significabant infamiã: cuius rationem propter nimiam obscœnitatem hîc consultò prætermisimus.Si quis tamen nosse cupiat,videat prouerbium, Digitum medium ostendere.

Infamia,æ, Macula, probrum, nota turpitudinis. {ἀτιμία, δυσφημία.Ital. *Infamia,disonore.* Gal.*Mauuais bruit & renom, infame,diffame.*Hispa.*Infamia,ò mala fama.*} Terent.in Andr.Tum id clàm cauit,ne vnquam infamiæ Ex res sibi esset,vt virum fortem decet.Cic.5. Verrina, Nihil ad tuas aures,de tua infamia peruenisse.

Infamo,as,are,pen.prod. Infamia afficio, ignominiam vel notam inuro. {ἀτιμάζω.Ital.*Suergognare,infamare.*Gal.*Infamer, diffamer, faire infame.*Hisp. *Infamar ou mala parte.*} Quintil. lib.10. cap.1, Deinde quum se iactaret eodem modo dicere,Senecam infamauit. ¶Inuenitur etiam interdum pro diuulgare.Liu.10.bel.Maced. Infamandæ rei causa ianuam obserari iubet. ¶Infamare agrum, deuastare.Colum.lib.1.cap.7,Ita fit vt & actor & familia pecent,& ager sæpius infametur.

Infamatus,participium, {δυσώνυμος, δυσκλεὴς γενόμενος.Ital.*Infamato.*Gal. *Diffamé.*Hisp.*Infamado.*} Ouid.14.Metam. Et procul insidias, infamatæque relinquunt templa deæ.

Infandus,a,um,Ingens,immẽsus,inenarrabilis,nefarius, illicitus:à fando, quòd oratione exprimi non possit aut debeat. {ἄῤῥητος.Ital.*Cosa da non dire.*Gal.*Chose dequoy on ne deut jamais parler.*Hisp.*Cosa que no se deue hablar.*} Virg.2,Aen.Infandum Regina iubes renouare dolorem. Terent.Eun.Perij,obsecro tam infandum facinus meatu? ne audiui quidem.Mart.lib.9,Immatura dabant infandas corpora pœnas. Virgil.4. Aeneid. -infandum si fallere posset amorem. ¶Ponitur nonnunquam pro interiectione.Virgil.lib.1.Georg.Infandùm,sistunt amnes, terræque dehiscunt.Idem lib.1.Aen.Naubus(infandùm)amissis.

Infans,tis,substantiuum,Dicitur puer qui nondum fari cœpit.{νήπιος, βρέφος.Ital.*Fanciullo,bambino.*Gal.*Qui est encor petit,enfant.*Hisp.*Nino aun*

que

que sepa ni puede hablar. ¶ Cic. 3, Verrina, Iste infanti pupillæ fortunas patriæ ademit. Liu. 1. belli Macedon. In Sabinis incertus infans natus masculus, an fœmina esset. Ouid. 15. Metamorph. Editus in lucem iacuit sine viribus infans. ¶ Accipitur etiam aliquando infans pro brutorum animalium, atque ipsarum etiam auium fœtu. Plin. Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Idem lib. 10. cap. 61, Vespertilio volucra sola lacte nutrit, vbera admouês, geminos volitat amplexa infantes. ¶ Adiectiuum verò capitur quasi pro paruo. Plin. lib. 22. cap. 22, de boleto. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti, id est parui & nondum adulti. ¶ Interdum dicitur infans, non facundus. Cice. in Bruto, Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. ¶ Per translationem sumitur pro stulto, & quasi loqui nesciente, Ex quo infantior & infantissimus, id est stultior & stultissimus. Autor ad Heren. lib. 2, Et dum cautè, expeditéque loqui volunt, infantissimi reperiuntur. Idem ad Qu. Frat. Gabinius absolutus est: omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribúsque infantius: nihil illo consilio sordidius.

Infantia, tiæ, Aetas hominis vsque ad annum septimum: quòd ad id ferè tempus satis commodè fari non possumus. ¶ Ἡμίβροτος. Ital. *Età del fanciullo fino à sette anni.* Gal. *Enfance.* Hisp. *Edad del niño que no habla.* ¶ Plin. lib. 9. cap. 8, Atque etiam gestans fœtus in infantia. Quintil. lib. 1. cap. 2, Et quantum in infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. ¶ Dicitur etiam infantia, quum quis rem aliquam nouit, quam tamen explicare non potest. Cic. 3. de Orat. Dummodo hoc constet, neq; infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat: neque inscitiam eius, cui res non suppetit, verba non desint, esse laudandam, quorum si alterum optandum sit, malim equidem indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem.

Infantaria, pro puerpera. ¶ Ἡ τεκοῦσα, ἡ τεκετοκοῦσα. Ital. *Femina grauida.* Gal. *Celle qui porte enfans, enfantiere.* Hisp. *Parida muger que pario.* ¶ Martial. lib. 4, Et quod mireris magis, infantaria non est.

Infantile, adiectiuum, Quod est infantis. Νηπιῶδες.

Infarcio, cis, Impleo. ¶ Ἐμπλήθω. Ital. *Empire, insaccare.* Gal. *Fourrer dedans, remplir, entasser.* Hispan. *Hinchir y recalcar.* ¶ Plin. lib. 35. cap. 14, Quid? non in Africa, Hispaniáque ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati, vtrinque duabus tabulis inferciuntur verius, quàm instituuntur) ænis durant incorrupti, imbribus, ventis, ignibus, omníque cæmento firmiores? Colum. lib. 12. cap. 53, Et maximè in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. ¶ Infarcire verba, Inculcare, & sine ordine inferere. Cice. in Orat. Quæ vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiiciat, vt id de industria factum intelligatur: neque infarciens verba, quasi rimas expleat, &c.

Infatigabilis, Qui non defatigatur. ¶ Ἀκμάτιστος. Ital. *Che non si stracca.* Gal. *Qu'on ne peut lasser.* Hisp. *Cosa que no puede ser fatigada.* ¶ vt, Infatigabilis cursus. Plin. lib. 18. cap. 19, Dentes quidem eorum maximi, equis quoque adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur.

Infatuo, as, are, Fatuum, sine sale, id est sine sapientia facio. ¶ Ἐκμαραίνω. Ital. *Impazzire.* Gal. *Faire deuenir fol, rendre stupide & sot.* Hispan. *Enloquescer, hazer bouo y loco.* ¶ Fit enim à fatuus, & præpositione IN, quæ eius significationem auget. Cic. pro L. Flacco, Neminem quidem adeò infatuare potuit, vt ei numum vllum crederet. Idem 3. Philip. Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. Hier. ad Rust. Quid Solomone sapientius? tamen amoribus fœminarum infatuatur. ¶ Infatuatæ mulieres dictæ sunt quæ Faunorum ludibriis attinguntur. Et similiter infatuati viri, quos nunc vulgus *Spiritu correptos* nominat: quidam etiam dæmoniacos.

Infaustus, a, um, Infœlix, infortunatus. ¶ Δύστυχος. Ital. *Sfortunato, infelice.* Gal. *Malencontreux, infortuné, malheureux.* Hisp. *Cosa desdichada.* ¶ Ouid. lib. 4. Metamor. Bella infausta gerunt, multúmque ab vtraque cruoris Parte datur.

Infectores, & infectus, Vide INFICIO.

Infectus, nomen adiectiuum, compositum ex IN negatiua particula, & participio factus, idem significans quod non factus: vt, Infectum argentum. Ἄεργυρος, ἀνήργυρος. ¶ Ital. *Non fatto.* Gal. *Non fait, non encor acheué.* Hispan. *No hecho.* ¶ Infecta pace, infecto negotio, ἀπράκτως. Plautus in Cap. Quòd malè feci, crucior modò, si infectum fieri posset. ἀγένητον. Idem in Amphi. Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat. Terent. in Eunuc. Infecta pace, vltro ad eum venies, indicans te amare, & ferre non posse. Liu. lib. 4. bell. Maced. Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo: & signati bigatorum XVII millia viginti tria. Infecti, id est non signati, nec exlati.

Infelix, Infeliciter, Infelicito, & Infelicitas, Vide INFOELIX.

Infensus, a, um, Iratus, malè alicui cupiens. ¶ Ἐχθρός. Ital. *Più che inimico, corrucciato.* Gal. *Faſché, courroucé, aſpremẽt, offensé.* Hisp. *Ayrado, sañudo, mas que enemigo.* ¶ Terent. in Andr. Me infensus seruat, nequam faciam in nuptiis fallaciam. Sueton. in Vitel. Nullis tamen infensior, quàm vernaculis. Cic. 1. Verr. Iam nunc timeo quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensíque sunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim.

Infenso, as, are, Pro infensum habere. ¶ Ἐνοχλέω. Ital. *Hauer più che inimico, corrucciarsi asprẽmente.* Gal. *Faſcher on se faſcher, offenser ou estre offensé.* Hispan. *Hauer mas que enemigo.* ¶ Tacit. libro 13, Vt quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur. ¶ Infensare, pro infestare. Idem lib. 5, Adequitare castris, infensare pabula. Idem lib. 13, Sed palàm infensare Armeniam.

Infer, Apud antiquos legitur pro infrà, sicut super. ¶ Κάτω. Ital. *Di sotto.* Gal. *Dessous.* Hisp. *De baxo.* ¶ Cato de Re rust. cap. 149, Vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo, vbi super inférque vicinus permittet, tum decedito. Sunt tamen qui hoc in loco super & infer malint esse antiqua adiectiua: vt super vicinus dicatur qui, à superiori parte fundum contingit: Infer, qui ab inferiore.

Inferiæ, arum, Sactificia quæ inferis soluuntur. ¶ Χοαὶ, ἐνάγισμα. Ital. *Sacrificii mortori.* Gal. *Sacrifices pour les morts.* Hispan. *Las offrendas de muertos.* ¶ Vnde inferias facere, est manes sacrificiis placare. Virgil. 10. Aen. Viuentes rapit inferias quas immolet vmbris. Cice. de Nat. deorum lib. 3,

Tertius est ex Idæis dactylis, cui infetias afferunt. Virgil. 9. Aen. Absenti ferat inferias, decoretque sepulchro. Ouid. 5. Fast. Inferias tacitis Manibus illa dabunt.

Infernas, atis, sicut supernas, omnis gen. ¶ Ὁ κάτω φοιτῶν. Ital. *chi è da basso.* Gal. *Qui est d'embas.* Hisp. *Cosa de abaxo.* ¶ Plin. lib. 16. cap. 39, Et ideo Romæ infernas abies supernati præfertur. Vitruuius, Infernatia ligna sunt quæ ex Apennini parte, qua inferum mare spectat, cæduntur, supernatia è diuerso.

Infernus, ¶ Ἅιδος. Ital. *Inferno.* Gal. *Le gouffre d'enfer.* Hisp. *Infierno.* ¶ Pro inferorum loco, in singulari gen. mascul. in plurali neutri esse autores sunt Grammatici: cuius tamen rei nullum ex classicis testimonium protulerunt: nisi fortassis ex sacræ Scripturæ interpretibus, quos ea in re non imitabimur. ¶ Est enim re vera infernus, a, um, nomen adiectiuum, significans id quod est infra nos, sicut supernus, quod supra nos est. ¶ Κάτω, ὁ κατώτατος, ὁ κατάγαιος. Ital. *Da basso.* Gal. *D'embas.* Hispa. *Cosa baxa.* ¶ Plin. lib. 2. cap. 47, Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris spirat. Infernæ vmbræ, Mart. lib. 1. Inferna stagna, Liu. 8. ab Vrbe. Inferni dij. Idem 1. bel. Maced.

Inferné, Aduerbium, ¶ Κάτωθεν. Ital. *De abbasso.* Gal. *D'embas.* Hispan. *De abaxo.* ¶ Plinius.

Infernalis, le, Ab infernus fit, quum est substantiuum. ¶ Καταχθόνιος. Ital. *Infernale, dall' inferno.* Gal. *Infernal, chose d'enfer.* Hispan. *Infernal, del inferno.* ¶ vnde Infernales Furiæ.

Infero, penult. corr. infers, intuli, illatum, Intro porto. ¶ Εἰσφέρω. Ital. *Portar dentro.* Gal. *Porter ou mettre dedans ou dessus.* Hisp. *Meter ó traer hazia dentro.* ¶ Plautus in Amph. Neque meum pedem huc intuli. Lactant. lib. 2, Non placebat Perso, quòd aurea vasa templis inferantur. ¶ Interdum ponitur pro iniicere. ἐμβάλλω. vt, Infetre manus. Lactant. lib. 4, Nefandas manus deo suo intulerunt. Cice. in Paradoxis, Et æquè peccare se, si priuatis, acsi magistratibus manus inferantur. ¶ Inferre se, pro eo quod est, cum impetu irruere. Liuius lib. 2, Adeò concitato impetu se intulerant Hetrusci, vt funderent ipso incursu Aricinos. ¶ Inferre damnum, cladem, detrimentum. Cæsar 2. bel. Ciuil. Magnísque vltrò illatis detrimentis, eos qui irruptionem fecerant, in oppidum reiiciebant. Liu. 9. belli Puni. Omnibus pacis modo incuriosè agentibus, magna clades illata. ¶ Interdum subiicere, seu apponere. *Imponere.* Lactant. lib. 1, Quod clarum fiet exemplo quod inferemus. ¶ Interdum introducere. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Lacus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, quò quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum deæ, inferebat, Camœnis eum locum sacrauit. ¶ Interdum pro ingerere. Cic. lib. 3. Offic. Turpe est, & valde vitiosum in re seuera, conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. ¶ Interdum pro concludere. Seneca, Quum his argumentis quod proposuerat intulisset. ¶ Interdum pro contrà ferre. Cæsar lib. 1, Romani conuersa signa impetitò intulerunt. ¶ Inferre arma est bellum gerere. ἐπιφέρειν πόλεμον. Cice. Octauio, Quibus cogitas arma inferre? ¶ Inferre crimen, est imputare, seu obiicere. Cice. in Lælio, Addendum eodem est, vt ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. ¶ Stuprum inferre. Cic. in Paradoxis, Quancunque in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis.

Inferus, a, um, inferior, infimus, Quod est infrà, quemadmodum superus, a, um, quod est suprà. ¶ Ὁ κάτω, κατώτερος, κατώτατος. Ital. *Basso.* Gal. *Qui est embas, bas.* Hisp. *Cosa baxa.* ¶ Plaut. in Merc. Limen superũ, inferúmq; salue, simul autem vale. Cic. 1. Tuscul. Eadémque ab animo, tanquam ab oculis caliginem dispulit, vt omnia supera, infera, prima, media, vltima videremus. ¶ Inferum mare, Tyrrhenum: sicut superum, Adriaticum: quòd ex vrbe Roma versus Adriaticum euntes, ferè semper ascendunt: contrà ad vrbem, ad mare Tuscum venientes descendunt. Aut certè eo quòd Adriaticum mare Italiam ab Oriente alluit Tyrrhenum ab Occidente & Meridie.

Inferi, orum. ¶ Οἱ κάτω, οἱ νέκυες. Ital. *L'inferno, chi è nell' inferno.* Gal. *Les enfers ou ceux qui sont és enfers.* Hispan. *Infierno ó los diaoses del infierno.* ¶ Quòd infra nos circa terræ centrum credantur habitare. Cic. pro A. Cluétio, Nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi fortè ineptiis, ac fabulis ducimur, vt existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre. Plautus Aulul. Siquid coxerint, superi inecœnati sint, & cœnati inferi.

Inferior, & hoc inferius. ¶ Κατώτερος, κατωτέρω. Ital. *Più basso, inferiore.* Gal. *Plus bas, inferieur.* Hisp. *Mas baxo, inferior.* ¶ Comparatiua ab inferus. Plin. lib. 11. cap. 37, Sed palpebræ quadrupedibus in superiore tantùm genæ, volneribus in inferiore. Cic. 1. Verr. Tuíquum omnibus rebus inferior fis, hac vna in re te mihi anteferri putas oportere, quòd Quæstor illius fueris: ego, si superior exteris rebus esses, te hanc vnam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere. Cornel. Tacitus lib. 3, Tiberius atque Augusta publico abstinuere, inferius maiestate sua rati, si palàm lamentarentur.

Inferius, comparatiuum aduerbiale. ¶ Κατώτερον. Ital. *Più abbasso.* Gal. *Plus bas.* Hisp. *Mas abaxo.* ¶ Ouid. 2. Metamorph. Inferiúsque suis fraternos currete Luna Admiratur equos.

Infimus, a, um, superlatiuum. ¶ Κατώτατος. Ital. *Più basso.* Gal. *Tout le plus bas.* Hispa. *Cosa muy baxa.* ¶ Plautus in Cure. In loco infimo boni homines atque dites ambulant. Infimi homines, id est contempti, nullo in honore habiti, vel abiectæ conditionis. Terent. Eunuch. Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos Homines. Cice. pro Flacc. Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem. Idem 1. de Fin. In quo nihil æquè nec summum, nec infimum, nec medium, nec vitimum, nec extremum sit.

Infimates, penult. prod. Dicti sunt qui ex infima plebe sunt. ¶ Οἱ ὑπερδεεῖς. Ital. *Huomini di bassa conditione, plebei.* Gal. *Hommes de la plus basse condition que soit.* Hisp. *Los de abaxo, pueblos delos menudos.* ¶ ficut Summates, qui maximæ & summæ nobilitatis sunt, vel autoritatis. Plaut. in Sticho, Summates viri atque infimates.

Infimo, as, pen. corr. Deprimo, infimum facio. ¶ Ταπεινόω. Ital. *Deprimere, abbassare.* Gal. *Abbaisser.* Hisp. *Abaxar.* ¶ Est enim contrarium verbo sublimo. Apul. de dæmonio Socratis, Ingenia illa ad beatitudinem sublimata

Universidad de Deusto
Biblioteca

mata sunt, hæc ad miseriàs infirmata.

Inferueo, es, sine Inferuesco, is, Idem quod feruco. {ἀναπαζόμαι, ἐκθηριόομαι. Ital. *Bollire.* Gal. *Bouillir, s'eschauffer fort.* Hisp. *Hervir, bullir.* } Cato cap. 108, Facito bis, aut ter inferueat. Idem cap. 90, Et far parum ficito, & fabæ tertia pars vt inferuescat. Horat. 1. Serm. Satyr. 4, Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis, Corycióque, &c.

Inferuefacio, cis. {ἀναπαζόω. Ital. *Far bollire.* Gal. *Faire bouillir.* Hisp. *Hazer hervir ò bullir.* } Colum. lib. 12. cap. 17, Liquatúmque acetum inferuefaciant. Idem lib. 9. cap. 12, Omnia eadem æquis ponderibus in vnum lenigata, & fictili vase cum ammineo vino inferuefacta.

Infestiuus, Infacetus, iniucundus. {ἀστεϊσμὸς, ἀκαλός. Ital. *Rustico, non piacevole, non faceto.* Gal. *Rustique, qui n'est point plaisant ne recreatif.* Hisp. *Desdonado, rustico.* } Gellius, Homo subagresti ingenio, & infestiuo.

Infestus, a, um, Qui alicui bellum infert: & est plus quàm inimicus, jámq; aduersus eum fertur. {ἐπιπαρὸς, ἐχθρὸς. Ital. *Inimico, pia che inimico.* Gal. *Fort contraire & nuisible.* Hisp. *Enemigo, dañoso.* } Plaut. in Cas. Tibi soli infesta est pius, quàm cuiquam. Cic. 3 Verr. Quis hunc audet dicere atatoribus infestum, & inimicum fuisse? Accipitur etiam passiuè pro eo qui infestatur. Cic. pro Rosc. Ame. Filij vita infesta sæpe ferro, & insidiis appetita. Idem pro Plancio, Dolebam, Iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quòd is meam salutem, atque vitam sua beneuolentia, præsidio, custodiáque texisset. Nigidius infestum à festinando dici putat. Qui enim instat alicui, Nigidius infestum à festinando dici putat. Qui enim instat alicui, eúmque properans vrget, & opprimere eum studet, atque festinat: & contrà, de cuius periculo, & exitio festinatur: horum vtetque infestus dicitur, ab instantia fraudis quam vel facturus alicui, vel passurus est. Infestum mare habere, vt annotauit Nonius, significat latrocinando mare infestare. Cic. lib. 3. de Repub. Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone: Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Senectus infesta, hoc est molesta & grauis. Liu. 1. ab Vrbe, Tum verò indies infestior Tullij senectus, infestius cœpit regnum esse. Signa infesta, dicuntur, quæ aduersum tendunt. πολεμικὰ σημεῖα. Cæsar 6 bel. Gall. Illi vbi præter spem, quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt. Liu. 2. ab Vrbe, Sic in primum infestis hastis prouolant duo Fabij.

Infesto, tas, Diuexo, molestiam infero. {ἐνοχλῶ. Ital. *Molestare.* Gal. *Fort molester, tranailler & tourmenter.* Hisp. *Empecer los enemigos.* } Plin. lib. 7. cap. 2, Quos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. ¶ Infestare, pro vitiare. Plin. lib. 15, Arborem ipsam fertilitate consumi, muscо prætexta rubro infestari. Infestantur vincta Austris & Euris, Colum. lib. 3. cap. 12. Infestat infantes editos pleniluniun, Plin. lib. 7. cap. 6.

Infestatio, Molestatio, vexatio. ἐνόχλησις.

Infestè, aduerbium, Noxiè. {δυσμενῶς, ἐχθρικῶς. Ital. *Di malaggio cuore, & per nuocere.* Gal. *De mauuais courage & pour nuire.* Hisp. *Enemigamente.* } Liu. 6. bel. Pun. Age contrà, quæ illi infestè in nos fecerint, repetite. Id est inimico animo.

Infibulo, as, penult. corr. {ἐμπερῶ, περονίσω, ἐμπερονάω. Ital. *Affibbiare.* Gal. *Emboucler.* Hisp. *Echar candado para cerrar.* } Cels. lib. 7. cap. 25. Infibulare quoque adolescentulos quidam valetudinis causa consuerunt.

Inficias, Inficialis, Inficiator, Vide INFICIOR.

Inficio, is, ere, pen. corr. ex in, & facio. Tingo, imbuo. {βάπτω. Ital. *Tingere.* Gal. *Teindre.* Hisp. *Tenir ei tintar.* } Plaut. in Truc. Quia tibi infuso inficiti propudiosa pallulam. Plin. lib. 7. cap. 15, de menstruis mulierum, Ad omnem contactum adhærens, præterquam filo, quod tale virus infecerit. Cæsar 5. bel. Gall. Omnes verò se Britanni glasto inficiũt, quod cæruleum efficit colorem. ¶ Per translationem sumitur pro vitio, seu macula. {μολύνω. Ital. *Macchiare.* Gal. *Macules, infecter.* Hispa. *Inficionar ò corromper.* } Cic. lib. 5. Tusc. Sed nos vmbris, deliciis, ouo, languore, desidia, animum infecimus. Liuius, Hoc luxu, & peregrinis infecti moribus. ¶ Item venenare. φαρμάττειν. Virgil. 2. Georg. -quo non præsentius vllum, Pocula si quando sæuæ infecere nouerca. Plin. lib. 11, Nimio fumo inficiuntur apes. Hoc verbum Diomedes à fuco componi existimat: dicit enim, facio, conficio: fuco, inficio. Sed aspera nimis videtur compositio, licet à significatione non abhorreat.

Infectus, a, um, ab Inficio, Idem est quod tinctus, maculatus, venenatus. {βεβαμμένος, διεφθαρμένος. Ital. *Tinto, macchiato.* Gal. *Teint ou imbu de quelque liqueur.* Hisp. *Tenido, inficionado, corrompido.* } Plin. lib. 11. cap. 37, Mulieribus etiam palpebræ infectæ quodammodo, tanta est decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque. Sueton. in Caligula, Inuenta & arca ingens variorum venenorum plena, quibus mox a Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exitio. Seneca. Diu in istis vitiis iacuimus, eiui difficile est: non enim inquinati sumus, sed infecti.

Infectus, us, Accipitur pro tinctura {βαφὴ. Ital. & Hisp. *Tintura.* Gal. *Teinture.* } Plin. lib. 8. cap. 48. De reliquarum infectu suo loco dicemus.

Infectores, Qui lanam colore aliquo inficiunt, id est tingunt. {βαφεῖς, βαπτικοί. Ital. *Tintori.* Gal. *Teinturiers.* Hispan. *Tintores ò tintoreros.* } Plinius lib. 10. cap. 7, Quatio infectores lanarum vtuntur, quod glastum vocant. Idem lib. 35. cap. 6. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæreleit æreis cortinis. Infector succus, quo lanę, vel quidpiam aliud tingitur, & inficitur. Plin. lib. 12. cap. 23, Purpurarum generi infector ille succus.

Inficior, aris, deponens, Nego, dicto, non facto. {ἀρνέομαι, ἀξιόω εἶναι. Ital. *Negare.* Gal. *Nier.* Hispa. *Negar.* } Plautus in Cistel. Omnia inficiatur ea quæ audiuit confessa est. Cic. in Catil. Nam quum id posset inficiari, repente præter opinionem confessus est.

Inficias, tantum accusatiui casus est, & pluralis numeri, & solùm cum eo, is iungitur, & sine præpositione: vt, Hic inficias iturus est, hoc est negabit. ἐξαρνούμενος ἔρχεται. Terent. in Adelph. Si inficias ibit, testis mecum est anulus, quem amiserat. Gell. lib. 16. cap. 19, Nautas stupefactos, conuictósque inficias ire non posse.

Inficialis, le: vt, Inficialis status, quo itur inficias, & negantur obiecta. {ἀρνητικὸς. Ital. *Negativo.* Gal. *Negatoire.* Hisp. *Negadero.* } Cic. in Topic. Itaque aut inficiales, aut coniecturalis prima appellatur.

Inficiator, oris, Qui negat se vel debere quod actor petit, vel commisisse quod accusator obiicit. {ἀρνητὴς. Ital. *Negatore.* Gal. *Nieur, denieur.* Hisp. *El que niega, negador.* } Cic. lib. 1. de Orat. Nouum intelligebat, vt si ille

inficiator probasset Iudici, antè petitam esse pecuniam quàm esset deberi cœpta, &c. Vnde status coniecturalis dicitur inficialis, quo negamus quod vel petitur vel obiicitur, Cic. in Catil. Hoscę ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos esse arbitror. Martial. lib. 1, Inius, ô fallax, atque inficiator, eamus.

Inficiatio, nis, Verbale, Negatio. {ἄρνησις. Ital. *Negatione.* Gal. *Deniement, denegation.* Hispa. *Negacion.* } Cic. 2. de Orat. Ac nostræ ferè causæ quæ quidem sunt crimiuum, plerunque inficiatione defenduntur.

Infidus, a, um, pen. prod. Non fidus, cui non est fidendum. {ἄπιστος. Ital. *Infido, di cui non se dee fidare.* Gal. *Desloyal.* Hisp. *Cosa de qui en no se deue fiar.* } Cic. de Amic. Tum quum exul esset, se intelexisse quos fides amicos haberet, quos infidos. Plautus in Asin. Vbi sciens fideli infidus fueris. Liu. 7. ab Vrbe, Et propter Latinorum infidum iandiu fœdus. Virgil. 2. Georg. Illum non populi fasces, non purpura regum Flexit, & infidos agitans discordia fratres. Horat. 2. Carm. Ode 35, At vulgus infidum & meretrix retrò Periura cedit.

Infidelis, le, Qui promissis non stat, nec fidem promissam exoluit, quin potius violat. {ἄπιστος. Ital. *Infidele, senza fede.* Gal. *Desloyal, qui ne tient point la foy, infidele.* Hisp. *Infiel, que no tiene fe.* } Plaut. in Asin. Vbi fidentem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris. Cæsar 7. bel. Gall. Qui autem erãt per se infideles, manus cogere, atque apertè bellum parare cœperunt. Cic. ad Catonem, lib. 15, His ego subsidiis ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem, vt ex alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem.

Infidelitas, atis, Fides violata, perfidia. {ἀπιστία. Ital. *Infidelità.* Gal. *Infidelité, desloyauté.* Hisp. *Infeldad.* } Cæs. 8. bell. Gal. Infidelitatem eius sine vlla perfidia iudicauit comprimi posse. Cicero pro Milone, Quantæ infidelitates in amicis. Idem 5. Tusc. Quantopere verò amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, &c.

Infideliter, aduerbium. {ἀπίστως. Ital. *Infidelmente.* Gal. *Infidelement, desloyaument.* Hisp. *No fielmente.* } Cicero ad Brutum, Infideliter aliquid cuipiam suadere.

Infigo, gis, pen. prod. Intus figo. {ἐμπήγνυμι, ἐμπήγνυμαι. Ital. *Ficcare dentro.* Gal. *Ficher dedans.* Hisp. *Hincar à dentro.* } Cic. 4. Tusc. Quum in acie M. Alienum Pelignum scuto perlexit, gladiúmque hosti in pectus infixit. Infixa in tergis hostium pila, Liu. 7. bell. Pun. Infixa animis religio, Idem 9. bell. Pun. Telum infixum educere, Ouid. 13. Metamorph. Hærent infixi pectore vultus, Virg. 4. Aeneid.

Infimates, infimo, as, Infimus, a, um, Vide INFERVS.

Infindo, dis, dere, Findendo incido. {ἐγκόπτω. Ital. *Fendere.* Gal. *Fendre.* Hisp. *Hender.* } Virgil. Aegl. 4. -quæ cingere muris Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.

Infinitus, a, um, Finito contrarium. {ἄπειρος. Ital. *Infinito, senza fine.* Gal. *Infini, sans fin, desmesuré.* Hisp. *Infinito, no determinado.* } Cic. pro Rosc. Com. Qui tantas, & tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Infinitæ altitudinis spelunca, Cic. 6. Verr. Infinitum imperium, id est sine exceptione, vel maximum, & quasi perpetuum. Cic. 4. Verr. Postquam M. Antonij infinitum illud imperium senserant.

Infinitè, aduerbium, Perpetuò, indesinenter. {ἀορίστως, ἀπείρως. Ital. *Infinitamente, senza fine.* Gal. *Infinement, sans fin, sans cesse.* Hispan. *Infinitamente.* } Cic. in Paradox. Illi aurata tecta in villis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, supellectilem & vestem infinitè concupiscenti, &c.

Infinitò, ablatiuus loco aduerbij. ἀορίστως, ἀδιορίστως. Plin. lib. 15. ca. 8, Procedente persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinitò præstare cæteris eiuldem generis alibi genitis.

Infinitas, tis, Perpetuitas. {ἀπειρία. Ital. *Infinità.* Gal. *Infinité, chose sans fin.* Hisp. *Infinidad.* } Cic. 1. Offic. Gradus autem plures sunt societatis hominum, vt enim ab illa discedatur infinitate, propior est eiusdem gentis, nationis, &c.

Infinitio, onis, Cic. 1. de Finib. Infinitio ipsa, quam ἀπείρειαν vocant, tota ab illo est. Id est infinitas, siue infinitudo.

Infinitiuus modus, Sine alterius verbi adminiculo poni solet. ἀπαρέμφατον. vt apud Virgil. 1. Aeneid. Mene incepto desistere victam? Quo in loco subintelligitur, oportet vel decet. Ponitur etiam frequentissimè infinitiuus pro præterito imperfecto indicatiui. Terent. in Eunuch. Inuidere omnes mihi pro inuidebant. ¶ Ideo autem dicitur infinitiuus, quia alij modi definiunt personas & numeros: hic autem sine numeris & personis est, & habet solum præfinitum tempus, præsens, præteritum, & futurum: vt, Amare, præsens: Amasse, præteritum: Amatum ire, futurum.

Infirmus, Non firmus, imbecillis & debilis. {ἀσθενὴς, ἄκυρος. Ital. *Infermo, debole.* Gal. *Foible, debile.* Hisp. *Cosa flaca y no firme.* } Cic. 1. Acade. Et simul assidamus, inquam, si videtur. Sanè istud quidem, inquit: sum enim admodum infirmus. Inops & infirma classis, Cic. 7. Verr. Aetate affecta, & viribus infirmis homo, Idem 6. Verr. Infirmi saporis vinum, ingenerosum, debile, & quod linguam non ferit, aut pungit. Columel. lib. de Arbor. cap. 3, Montibus ciuisq; difficulter vineæ conualescunt, sed firmum, probúmque saporem vini præbent: humidis & planis locis robustissimè, sed infirmi saporis vinum, nec perenne faciunt. ¶ Infirmior, comparatiuus. Horat. 1. Serm. Saty. 9, -sum paulo infirmior vnus Multorum. ¶ Infirmissimus, ac desperatissimus homo, Cic. in Pisonem. Caput infirmum, Horat. 1. Epist. 17. Leuissimæ, ac infirmissimæ causæ, Cic. pro Cluent.

Infirmitas, Inualiditas: non ægrotatio, vt plerique malè vsurpant: sed potius debilitas illa quæ vel ex ætate, vel ex morbo contingit. {ἀσθένεια, ἀῤῥωστία. Ital. *Debolezza, infermità.* Gal. *Debilité, foiblesse.* Hispan. *Flaqueza no firme.* } Cic. de Senect. Vt enim infirmitas est puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam confirmatis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, &c. Idem de Claris Orat. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis. Idem pro Sylla, Infirmitatem corporis animi virtute superauit.

Infirmo, as, are, Debilitare, infirmum reddere, & etiam refellere. {ἀσθενῶ, ἀκυρῶ. Ital. *Indebolire, far inferme.* Gal. *Debilitar, affoibler.* Hispan. *Enflaquescer à cosa cosa.* } vt, Infirmare argumenta, & rationes alicuius. Cic. de Diuinit. Nec ea dico, quæ si dicam, tu infirmare non possis. ¶ Infirmare

mare fidem rei tis ad Iudicem, Cic pro Rosc.Com.est infirmum reddere, & ostendere periurum esse testem, aut falcem fide indignum. Idem 2. de Natura deorum. Quanta verò illa sunt quæ vos Academici infirmatis & tollitis?

Infirmatio,onis, Confutatio. {ἀνασκευή. Ital. *Debilitatione.* Gal. *Debilitement, & refutement de chose[s] alleguées.* Hisp. *Flaqueza.*} Cic lib.1. de Inuent.Iudicatio est quæ ex infirmatione & cõfirmatione rationis nascitur controuersia. Infirmatio rerum iudicatarum, Cicc.pro lege Agrar.

Infirmè, Aduerb. {ἀσθενῶς, ἀσθενικῶς. Ital. *Debolmente, da infermo.* Gal. *Debilement. foiblement.* Hisp. *Flaqua y no firmemente.*} Imbecilliter, impotenter. Cicer.Senatui lib.15. epist His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirme animatos esse,& nouarum rerum expectatione suspensos,&c.

Infit,verbum defectiuum,autore Festo, Idem est quod incipit. {φησὶ, λέγειν ἄρχεται. Ital. *Comincia, dice.* Gal. *Il dit ou commence a dire.* Hisp. *Comença, dize.*} Plautus in Aulul.Infit ibi postulare plorans, eiulans. Sæpius tamen accipitur pro inquit. Liu.1.ab Vrbe, Ibi infit annum se tertium & nonagesimum agere.

Inflammo,as, Idem est quod incendo. {φλογόω, φλογίζω. Ital. *Infiammare.* Gal. *Alumer, enflamber, embraser.* Hispa. *Encender en llama.*} Cicc.6. Verr. Quam quum inuestigare Ceres vellet, dicitur inflammasse tedas iis ignibus qui ex Aetnæ vertice erumpũt. Idem 7. Verr.Classem pulcherrimam pop.Rom.in litus expulsam & eiectam, quum primum aduersperasceret, inflammari, incendique iussit. ¶ Per translationem accipitur pro augere. Cic.2. Verr.Quum sint parati qui concionibus & legibus hanc inuidiam Senatus inflammare conentur. ¶ Inflammari passiue, pro vehementer appetere, & desiderare aliquid.Cic.de Amicit.Honores verò quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, vt nihil inanius esse, nihil leuius existiment?

Inflammatio,nis. {φλεγμονή, φλεγμασία. Ital. *Infiammazione.* Gal. *Inflammation, enflambement.* Hisp. *Encendimiento.*} vt, Inflammationes inanimarum, quas Græci φλεγμονὰς vocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte, veluti cuiusdam ignis ardor se ostendit.

Inflecto,is,ere. Idem quod flecto. {κάμπτω. Ital. *Piegare, torcere.* Gal. *Plier, tordre, tourner.* Hispa. *Doblegar.*} Cæsar 1.bel.Gall.Quum ferrum se inflexisset Cicc.7.Verr. Vbi primùm ex alto sinus ad vrbem ab litore inflectitur. Vestigium cursus sui inflectere, A cursu suo declinare. Cicc.2. de Natu.deor. Oculos aliquorsum inflectere, Cicero ad Quir.post red. Voces inflectere cantu. Tib.lib.2.Eleg.7.

Inflexus, participium. {κεκαμμένος, κεκαμπύλος. Ital. *Torto, piegato.* Gal. *Courbé, tourné, plié.* Hispa. *Doblegado.*} vt, Aratrum inflexum, Virgil.1. Georg. Incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum, Cicero 1. de Diui.Ceruix inflexa, Virgil.lib.1.Aeneid. Genu inflexum,Proper. lib.3. Eleg.9.

Inflexus,us, Nomen, Ipse inflectendi actus. {κάμψις, περιγωγή. Ital. *Torcimento.* Gal. *Flechissement, pliement.* Hisp. *Doblegadura.*} Plin.lib.11.cap.25, Fert obliquo ictu,& inflexu.

Inflexio, onis. κάμψις. Idem. Cicero de Vniuer. Omnis enim orbis eorum, quasi facilitatis inflexione vertebatur. Laterum inflexio, Cicero 1. de Orat.

Inflexibilis,le, Quod inflecti non potest. {ἀκαμπὴς. Ital. *Che non si può piegare ne torcere.* Gal. *Qu'on ne peut plier, flechir ou tourner.* Hispa. *Cosa que no se puede doblegar.*} Plin.lib.28. cap.12, Dolorem inflexibilem (opithotonon vocant) leuat vrina caprarum, auribus infusa. Plin.Epistlo.3:7.Peruicaciam certè,& inflexibilem obstinationem debere puniri.

Infligo,gis, pœnul.prod.Ictum infero, incutio. {ἐπιτίθημι, προσπίπτω. Ital. *Percuotere, dare colpi.* Gal. *Frapper ou jetter contre.* Hispa. *Apretar, golpear ò herir.*} ex in & fligo.verbo antiquo, quod sternere significabat. Plin.lib. 8.cap.36, Sæpe in arena colaphis infligi examinantur. Cicc.in Pisonem, Quæ discessus meus Reipub.vulnera inflixit. Idem in Vatin.Si ad cætera vulnera quibus putasti Rempub.deleri, hanc quoque mortiferam plagam infixisses Auguratus tui.

Inflo,as,are, Turgefacio.à folle, qui flatu turgescit, tractum. {φυσόω. Ital. *Insiare, gonfiare.* Gal. *Enfler, soufflet dedans.* Hisp. *Hinchar ò soplar.*} Vnde tibicen buccinam vel calamos inflare dicitur, pro tibia canere, vel calamis.Varro 3.de Re rust.cap.13, Qui quum eò venissent cum stola,& cithara & cantare esset iussus, buccinam inflauit. Inflare ambas buccas,iratorum proprium.Horat.1. Serm.Saty.1, -quin Iupiter ambas Iratus buccas inflet. ¶ Inflare,turgescere,tumere,& efferri,vel superbire,Cicc.1.de Legibus. Fannij autem ætati coniunctus Antipater paulo inflauit vehementius,habuitque vires agrestes ille quidem,atqui horridas,sine nitore ac palæstra.

Inflatus animus,Superbus,elatus. {ὑπερήφανος. Ital. *Insiato, gonfio, superbo.* Gal. *Enflé, fier, orgueilleux.* Hisp. *Inchado, soberuio, altiuo.*} Cicc.3. Tuscul.Sic igitur inflatus, & tumens animus in vitio est. sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet.

Inflatus,us, Ipse inflandi actus. {φύσησις, φυσήματος. Ital. *Il gonfiare.* Gal. *Soufflement.* Hisp. *Hinchazon.*} Cicc 4. Acad.Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt, aut Andromacham. Inflatus diuinus, pro afflatu,& inspiratione, apud Cicer.1. de Diuin.Tum aliquo instinctu, inflatúque diuino futura renuntiat.

Influo,is,xi,xum, Illabor,intro fluo. {εἰσρέω. Ital. *Scorrere, inondare dentro.* Gal. *Couler dedans, entrer dedans.* Hispa. *Intrar, ò correr lo liquido.*} Columel. libro 1, Sed ampla stabula sic ordinentur, nequis humor influere possit. Cicero 4. Tusc.ul.Apud Hypanim fluuium qui ab Europæ parte influit. Cicero 4. Tusc.ul.Apud Hypanim fluuium qui ab Europæ parte in fit. Cicero 4. Tusc.ul.Apud Hypanim fluuium qui ab Europæ parte influit. Pontum influit. ¶ Influere in aures hominum, id est sensim irrepere. Cicero in Lælio, Quibus blanditus C.Papyrius nuper influebat in aures concionis.

Infodio,di,sum, Humi defodio, terra obruo. {κατορύσσω. Ital. *Cauare, sotterrare.* Gal. *Enfouir, enterrer.* Hisp. *Cauar, soterrar.*} Virg.2.Georg. Antè supinate. Gal. *Enfouir, enterrer.* Hisp. *Cauar, soterrar.*} Virg.2.Georg. Antè supinatas Aquilonì ostendere glebas, Quàm lætum infodias vitis genus. Nonnunquam idem valet quod simplex fodio. Colum.lib.4, Campestris locus altè duos pedes infodiendus est.

Infœcundus, da, dum, ex in & fœcundus, sterilis, minimè fœcundus. {ἄφορος, ἄτοκος, ἄγονος, ἄκαρπος. Ital. *Sterile, non fertile.* Gal. *Infertile, sterile, qui ne porte point de fruit.* Hispa. *Cosa esteril y no fertil.*} Plinius lib.12. cap. 10, Lanigeris arboribus folia infœcunda. Idem libro 10. capite 54, Qua incubari intra decem dies edita, vtilissimum: veteta, aut recentiora,infœcunda. Idem, Infœcunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt.

Infœcunditas, {ἀφορία, ἀγονία, ἀκαρπία. Ital. *Sterilità.* Gal. *Esterilité.* Hispa. *Esterilidad.*} quo vsus est Columella.

Infœlix,cis, Vel potius Infelix absque diphthongo, omnis generis.idem quod infortunatus, miser. {δύσμοιρος. Ital. *Infelice, misero, sfortunato.* Gal. *Malheureux.* Hisp. *Desdichado y sin ventura.*} Terent. Eunuc. At ego infœlix, neque ridiculus esse, neque plagas pati Possum. Ibidem, Proh fidem deûm,facinus fœdum! ô infœlicem adolescentulum! Infœlix, & ærumnosus.Cicc.7.Verr. ¶ Infœlix, Non fœcundus, inquit Seruius in illud Virgilii.Aegloga, Infœlix lolium, & sterdes dominantur auenæ. Cicero pro Rab.Quæ tu homo lenis, ac popularis, libentissimè commemoras: Caput obnubito, arbori infœlici suspendito. Virgilius 2. Georg. Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara, Frugibus infœlix.

Infœlicitas,vel potius Infelicitas, sine diphthongo, Aduersa, vel incommoda fortuna, calamitas. {δυστυχία. Ital. *Infelicità, disgratia.* Gal. *Malheur, mauuaise fortune.* Hisp. *Desdicha y desuentura.*} Terent.in Adelph.Quid hoc (malum) infœlicitatis? nequeo satis discernere.Cicer.lib.2. de Fin.bono.& malorum, Beatè autem viuere, alij in alio, vos in voluptate ponitis, item omnem infœlicitatem in dolore.

Infœliciter,vel potius infeliciter, sine diphthongo,aduerbium, idem significans quod infortunatè, miserè, calamitosè. {δυστυχῶς. Ital. *Infelicemente, disgratiatamente.* Gal. *Malheureusement.* Hispa. *Desdichadamente.*} Terenc.in Eunuc.Dum sequor hunc, fit mihi obuiam. P. Incommodè hercle. e. Imò enim verò infœliciter. Liu.1. ab Vrbe, Id quanquam omissum iam ex omnium cura Latinorum, ob rem toties infeliciter tentatam in armis,vilebatur.

Infœlicito,as,are, vel melius sine diphthongo infelicito, Infœlicem & miserum facere. {δυστυχῆ ποιῶ. Ital. *Fare infelice, far misero.* Gal. *Faire malheureux, & miserable.* Hispani. *Hazer desdichado, y desuenturado.*} Plautus in Cas.Dij me & te infœlicitent si ego in os meum vini guttam indidi.

Informis, me, Sine forma. {ἄμορφος. Ital. *sformato, senza forma.* Gal. *Qui n'a point de figure ou forme.* Hispani. *Disforme ò sin forma.*} Plinius libro 7. cap.15, Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Informe cadauer. Virgil.8.Aeneid. Hyemes informes, Horatius 2. Carm.Ode 10.

Informo,as,are, Est primam illam, & rudem operi alicui formam inducere. {ἀναπλάττω, ἀναγλυφίζω, ἀπεργάζομαι, μορφόω. Ital. *Fare la prima bozza, fare lo primo schizzo.* Gal. *Façonner, former, bailler forme.* Hisp. *Informar ò dar forma.*} Virgil.6.Aeneid. His informatum manibus, iam parte polita Fulmen erat. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est in mores componere, seu certam formam morum imprimere animo. ἠθοποιῶ. Cicer.pro Archia. Nam vt primùm ex pueris excessit Archias, atque ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Animus bene à natura informatus.Cicc.1.Offic.

Informatio,nis, Propriè dicitur prima illa & rudis forma quæ ab artifice operi alicui inducitur. {ἀναπλάττωσις, ἀπεργασία. Ital. *Il primo schizzo.* Gal. *Imagination, le premier trait.* Hispani. *El debuxo, obra de dar forma.*} ¶ Per translationem autem accipitur pro rudi quadam & imperfecta ratione à natura primùm animo impressa Cicero 1. de Natura deorum. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, hoc est anteceptam animo rei quandam informationem.sine qua nec intelligi quicquam,nec disputari possit? Ibidem, Quæ enim nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus.

Inforo,as, penult.corr.à foro compositum, In foro traducere, fori fabulam facere: sicut incomitiare, per comitium diuulgare. {εἰς ἀγορᾶς διαβολὴν ποιῶ, κακῶς ἀγορεύω. Herodiano. Ital. *Far fauola del foro.* Gal. *Mener ou diuulguer en plein marché.* Hispani. *Diuulgar.*} Plautus in Curcul. Adolescens ob rem publicam, hocinius mihi Quod insigne habeo, quæso ne me incomities. t y. Licétne inforare, si incomitiare non licet? c. Non inforabis me quidem: nec mihi placet tuum profectò nec forum, nec comitium. ¶ Aliquando componitur ex in,& foro,as, quod est intus foro. {εἰσοργαλόω. Ital. *Forare.* Gal. *Percer, forer.* Hisp. *Horadar ò barrenar.*} Plin.lib.17. cap. 14, Timebant prisci truncum findere: mox inforare ausi medium: ipsique medullæ calamum imprimebant.

Infortunatus,a,um, Infœlix, miser, calamitosus, ærumnosus. {δυστυχής. Ital. *Infelice, misero, sfortunato.* Gal. *Malheureux.* Hisp. *Malauenturado.*} Terent.Eunuc. O infortunatum senem. Cicc.ad Attic.lib.2, Nihil me infortunatus,& Catulo,tum splendore vitæ,tum hoc tempore.

Infortunium,ij, Infœlicitas, calamitas, ærumna. {δυστυχία, δυστυχές. Ital. *Infelicità, miseria, disgratia.* Gal. *Malheur, malencontre, inconuenient.* Hispa. *Desuentura.*} Terent.in Adelph. Si attigisses.ferres infortunium. Infortunium habere, calamitosum esse. Liu.1.ab Vrbe, Ni pareat patri, habiturum infortunium esse.

Infortunitas,atis, Idem.Gell.lib.6.cap.1, Itidem sunt bona & mala,fœlicitas & infortunitas,dolor & voluptas.

Infra,ab in, nasci videtur, cuius significatio nota est {κάτω, κατωτέρω. Ital. *Disotto.* Gal. *Dessous.* Hisp. *Debaxo.*} Et sine casu quidem aduerbium est: adiuncto verò casu,præpositio: vt apud Terent.in Eunuch.Ego te esse infra omnes infimos puto homines. Facitque ex se Inferns,a,um,inferior, infimus, infernus. Docet Laurentius Valla, Infra, ad dignitatem & locum referri: vt, Infra dignitatem meam est, & infra tectum. Intra,ad numerum & spatium. ἐντός. vt, Intra viginti dies,& intra muros: non autem infra. Sunt autem infra & supra, inter se relatiua, sicut intra & extra,supet & subtet.

Infractus,a,um, Idem quod fractus: nisi siqua maior vis ex natura præpositionis accedat. {κατακεκλασμένος. Ital. *Rotto, sfracato.* Gal. *Derompu & brisé.* Hisp. *Quebrantado.*} Cic.1.Acad.Tu autem te negas infracto remo commoueri. Idem pro Domo sua, Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Sic infractus animus dicitur qui demissus est,& de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iectus, & rerum aduersarum fluctibus pessundatus. Cice.1. Acad.Non modò non infracto animo erat, verumetiam confirmato & renouato. Res infracta, id est perdita, afflicta, & desperata. Cice. Attic lib.9. Tum potetimus deliberare, non scilicet iam integrare, sed minus infracta, quàm si vnà proiecteris te. Oratio infracta, id est humilis & demissa, qualis solet esse eorum quibus parum propitia est fortuna. Liu.8. bel. Maced. Oratio fuit immissa & infracta, extenuantis opes suas, vrbiúmque suæ ditionis egestatem querentis. ¶ Legitur aliquando infractus, in contraria significatione, pro non fracto. {ἀῤῥηγής, ἄῤῥηκτος. Ital. *Non rotto, non spezzato.* Gal. *Qui n'est point derompu ne brisé.* Hisp. *No quebrantado.*} Plin.lib.8.cap.50, Mares quàm maximè simos, longis auriculis, infractisque armis quàm villosissimos probant. Ad eundem etiam modum interpretatur Seruius illud Virgil.12.Aeneid. Turnus vt infractos aduersò Marte Latinos Defecisse videt.

Infractio, nis, Idem est quod fractio, vel ruptura. {κλάσις, θλάσις. Ital. *Rottura.* Gal. *Rompement, brisement.* Hisp. *Quebrantamiento.*} vt, Infractio ossis, vel cartilaginis. Infractio animi, id est pusillanimitas, vel demissio & torpor animi rebus aduersis, vel desperatione fracti. ἀθυμία. Cic.3. Tuscul. Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.

Infræno, as, are, Proprié equis fræna imponere. {χαλινόω. Ital. *Frenare, mettere il freno.* Gal. *Brider.* Hispa. *Enfrenar con freno.*} Liu.7. bel. Maced. Pauci stabant impauidi equi, eos ipsos non sternere, non infrænare, aut ascendere facilè poterant. ¶ Per translationem accipitur pro cohibere, seu domare, detinere. Plin.lib.9. cap.21, Quod vbi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant, hoc est detinent, seu cohibent, ne longius progredi possint. Idem lib.32.cap.1, Infrænat impetus, & domat mundi rabiem, nullo suo labore, non retinendo, &c.

Infrænatus, a, um, nomen adiectiuum est, Idem significans quod nõ frænatus. {ἀχάλινος. Ital. *Sfrenato.* Gal. *Qui n'est point bridé.* Hispa. *Desenfrenado.*} Liuius 6 belli Macedo. Non stratos, & infrænatos magna pars habebant equos.

Infrænus, a, um, & Infrænis, ne, Sine fræno, non frænatus. {ἀχάλινος. Ital. *Senza freno, sfrenato.* Gal. *Desbridé, sans bride.* Hispa. *Desenfrenado, sin freno.*} Virgil.lib.10, Illum infrænis equi lapsu tellure iacentem. Idem 4. Aeneid. Hinc Numidæ infræni cinguntur. Vbi Numidas infrænos vocat, quòd equis vterentur infrænatis, quos sola regebant virga. Infrænus cursus. Colum.lib.10, Sed quid ego infræno volitare per æthera cursu Passus equos?

Infragilis, le, Firmus & validus. {ἀῤῥηκτος. Ital. *Fermo, saldo, non fragile.* Gal. *Qu'on ne peut rompre, casser ou briser.* Hisp. *Recio, y no flaco.*} Ouid.1. Trist. Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset. Animum infragilem tenere, Idem ad Liuiam.

Infremo, is, re, Idem quod simplex fremo, hoc est murmure & flatu indignationem ostendo. {βρίμω, βρυχάομαι, φρυάττω. Ital. *Fremere.* Gal. *Frenir, bruire.* Hisp. *Bramar.*} Virg. 10. de apro, Infremuitque ferox, & inhorruit armos. ¶ Accipitur aliquãdo pro perstrepere, personare, & sonitu horroré incutere. Silius lib.3, Nec bellum raptis tam dirum millenis carinis Actius infremuit, trepidúmque exterruit orbem.

Infrendeo, des, infrendui, dere, Propriè significat dentes iratè cadendo quatere, & inuicem collidere. {τὰς ὀρτῆρας τῶν ὀδόντων, βρύχω. Ital. *Stringere, & sbattere i denti per ira & rabbia.* Gal. *Grincer les dents, comme font courroucé.* Hisp. *Batir los dientes regañando.*} Virgil.3. Aene. Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per æquor Iam medium.

Infrendes, Dicuntur pueri sine dentibus, qui frendere non possunt. ἀνόδοντες.

Infrequens, tis, omnis gene. Parum frequẽtatus. {μανός. Ital. *Poco frequentato.* Gal. *Qui n'est point frequenté ou hanté.* Hisp. *Cosa no espessa ni poblada.*} vt, Infrequens forum, in quo pauci conueniunt. Infrequens Senatus, Infrequens forum, in quo pauci conueniunt. Infrequens Senatus, paucorum Senatorum conuentus. Liu.3. ab Vrbe, Præterquam quòd infrequens Senatus iudicio erat sociis afflictam ciuitatem pestilentia esse, mœstum etiam responsum tulere. Infrequẽs in loco aliquo quis esse dicitur, qui raró eum frequentat. Cic.ad Qu.fratrem, Et sum equidem, vt scribis, & Romæ, & in prædiis infrequens.

Infrequentia, tiæ, Raritas, & paucitas. {μανίστης. Ital. *Rarità, picciolo assembramento di gente.* Gal. *Petite assemblée, rarité.* Hisp. *Aquella no espessura ni poblamento di gente.*} Cice. ad Qu.fratrem, Summa infrequentia, quum vellet exire, á cons. retentus est. Liu.lib.2. ab Vrbe, Nec agi quicquã per infrequentiam poterat Senatus.

Infrico, as, are, Idem quod fricare, & fricando contundere, vel illinere etiam fricando. {ὀντρίζω. Ital. *Fregare.* Gal. *Frotter.* Hispa. *Fregar.*} Columel.libro 12. cap.30, Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato, & oblinito.

Infrigo, gis, xi, ctum, Simul frigo in patella, aut alio quouis instrumento. {συντηγανίζω. Ital. *Frigere insieme.* Gal. *Frire auec ou dedans.* Hispa. *Freir juntamente.*} Plin.lib.20. cap.13, Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum.

Infringo, gis, Valde frango. {κατάῤῥηγνυμι. Ital. *Rompere grandemente.* Gal. *Enfraindre, rompre, briser.* Hisp. *Mucho quebrar.*} Plin.lib.32.cap.6, Ne insidens ales infringat. Cæsar 3. bel. Ciui. Vt primus excursus, víque militum infringeretur, aciésque distenderetur, &c. ¶ Interdum est illidere, & infligere. συντρίβω. Terẽt.in Adelph. Plus quingentos colaphos infregit mihi. Hinc fit infractus, quando idem significat quod fractus, vel valde fractus. Vide suprà.

Infrio, as, Rem friatam & cõminutam rei alicui intero. {ἐπιτρίβω. Ital. *Minuzzare, triolare intra altre cose & in mezzo.* Gal. *Esmier, menuiser auec ou dedãs.* Hisp. *Desmenuzar quebrando.*} Cato de Re rust. cap.79, Eos melle vngito, papauer infricato. Columel.lib.8.cap.5, Atque ita paulum triti salis vulneribus infriatur. Idem lib.7.cap.5, Superfusóque aceto, vel æris ærugine infriata.

Infructuosus, a, um, Quod non fert fructum. {ἄκαρπος. Ital. *Infruttuoso.* Gal. *Infructueux.* Hisp. *Cosa no fructuosa.*} Colum.lib.11.cap.2, Post quem diem sera & infructuosa sit huiusmodi rerũ cultura. Infructuosæ preces, vanæ, frustra factæ, & ex quibus nihil ei qui rogat, fructus aut vtilitatis prouenit. Plinius Epist.176, Quod vel maximè dolorem meum vicerat: obseruantur oculis casti labores & infructuosæ preces, & honor quem meruit.

Infrunitus, ἄφρων, ἀνάφρονος, apud Senec.lib.3, de Beneficiis, legitur pro stolido & insipiente. Vide FRVNISCOR.

Infuco, as, pen.prod. are, Fuco tingo: & per translationem tego, dissimulo. {φυκιόω, ἐγχρίω. Ital. *Imbellettare, coprire, dissimulare.* Gal. *Farder, desguiser.* Hispa. *Afeytar con afeyte.*} Cice.3.de Orat. In scriptis, & in dictis non aurium solùm, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur. Plaut.in Mil. Nunc pol ego metuo nequid infucauerit. Si hic nõ videbit mulierem, aperitur dolus. Vbi infucare aliquid, dixit pro eo quod est, fallaciam aliquam latenter struere, & quibusdam quasi coloribus ita dissimulare, vt difficilè deprehendatur.

Infula, læ, penult.corr. Fascia est in modum diadematis (vt inquit Seruius in 10. Aeneid.) à quo dependent vittæ ab vtraque parte. {κεκρύφαλος. Ital. *Una sorte di mitra da Pontefici, la mitra de Vescoui.* Gal. *Vn ornement ancien duquel vsoient les pontifes anciens, mitre.* Hispa. *El velo ò toca de los sacerdotes.*} Festus, Infulas, sacerdotum filamentum vocabant. Alij scribunt infulas filamenta alba esse quibus templa ornabantur: & moris fuisse, vt nubẽtes priusquam mariti domum ingrederentur, infulis postes ornarent. Cic.3.de Orat. Pamphilúmque nescio quem, finamus in infulis tantam rem, tanquam pueriles delicias depingere. Idem 6. Verr. Præstò mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.

Infulatus, a, um, Quod est infula ornatum, κεκρυφαλωμένος. Virgil.3.Georg. Lanea dum niuea circundatur infula vitta.

Infulcio, infulcis, ire, Pro ingerere. Senec.epist.115. Non definit omnibus locis hoc verbum infulcire.

Infulgens, Particip. sine verbo, Idem quod fulgens. {ἐπιλάμπων. Ital. *Rilucente, lampeggiante.* Gal. *Reluisant, resplendissant.* Hisp. *Resplendesciente.*} Catull. Argon. Sæpe pater Diuûm templo infulgente reuisens, &c.

Infumo, as, penult.prod. Ad fumum sicco: sicut Insolo, ad solem sicco. {καπνίζω. Ital. *Seccare al fumo.* Gal. *Enfumer, seicher à la fumée.* Hispa. *Secar al humo, sahumar.*} Vnde Carnes infumatæ dicuntur quæ fumo sunt siccatæ. κρέα καπνιστά. Plautus, Atque hillas infumatas, & sumen. Plin.lib.28. cap.9, Et infumata pilis oculorum medetur.

Infumibulum, Spiraculum per quod fumus exit. καπνοδόχη. Ital. *Fornace, camino.* Gal. *Cheminee.* Hisp. *Cheminea.*

Infundo, dis, dere, Introfundere. {εἰσχέω, ἐγχέω. Ital. *Infondere, gettare dentro.* Gal. *Verser dedans.* Hispa. *Derramar à dentro.*} Columel.lib.6.cap.4, Ac postero die spicas vlpici, vel allij, cum vino conteras, & in naribus infundas. Cicero 11. Philip. Ac hic nuper sororis filio infudit venenum non dedit. ¶ Quandoque infundere est supra fundere, ἐπιχέω. Virg.1. Georg. Certatim largos humeris infundere rores.

Infusio, onis, Infundedi actus. {ἔγχυσις, ἐπίχυσις. Ita. *Versamento.* Gal. *Versemẽt dedans.* Hisp. *Obra de derramar à dentro.*} Plin.lib.20.cap.21. Valuas & cibo & infusione mollit in oleo.

Infusus, us, Idem quod infusio. Plin.lib.24.cap.6, Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitu.

Infundibulum, li, Instrumentum quo in vasa liquores infundimus. {χώνη, ἐπίχυσις. Ital. *Imbotatoia, piria.* Gal. *Vn entonnoir, vne tremuye de moulin.* Hispa. *Embudo, ò tolua de molino.*} Cato, In cella olearia hæc opus sunt, dolia oleatia, & opercula, sectarium oleatium vnum, labellum vnum, infundibula duo. Columel.libro 24.cap.15, Atque is nidor per infundibulũ imbibitur in vetere tussi. Rustici nostrates luram vocitant. Antiquiores autem os vtris, luram dicebant. Vnde Lurcones, capacis gulæ homines nomen acceperunt, qui à Græcis appellantur λαιμάργοι, & γαστρίμαργοι.

Infurnibulum, Pala qua panes in furno disponuntur. {Ital. *Pala da infornare.* Gal. *Paele pour enfourner.* Hisp. *Pala de horno.*} Plin.lib.24.cap.15, Radix eius ponitur in carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Quo tamen in loco vetusti codices teste Hermolao habent, Per infundibulum. Non malè tamen infurnibulum legi posse idem Hermolaus fatetur, eo quòd Græci hoc genus hauriendi fumi, aut nidoris ὑποκαπνισμὸν vocant.

Infuscо, as, are, Fuscum reddere. {ὑπομελανίζω. Ital. *Offuscare.* Gal. *Brunir, noircir.* Hisp. *Embaçar ò ennegrecer à otro.*} Plinius lib.9. cap.29, Infuscata aqua abscondunt. id est obscurata, & turbida facta, vel turbata. Infuscare vellera, Colum.lib.7.cap.3. Infuscari barbarie, transfertè pro inquinari. Cicero de clar. Orat. Sed omnes tum ferè qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Infuscus, Idem quod fuscus. {φαιός. Ital. *Fosco.* Gal. *Noirastre.* Hispa. *Baço ò pardo en color.*} Colum.lib.9. cap.10, Quidam etiam infusci atque hirsuti reperiuntur.

INGAEVONES, latissimi Germaniæ populi, in Sicambros, Teutonos, & Cauchos diuisi, teste Plin.lib.3.cap.14.

INGAVNI, Liguriæ populi fuerunt, qui Albingaunum oppidum in ora Ligustica condiderunt.

Ingelabilis, πάγους δ' ἀνάῤῥωστον. Gel.lib.17. cap.9. Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu dirumpantur, mare omne ingelabile sit. Quædam exemplaria habent incongelabile.

Ingemino, as, are, Idem quod geminare, aut frequenter geminare. {διπλασιάζω, διπλόω. Ital. *Radoppiare.* Gal. *Doubler, redoubler.* Hisp. *Repetir ò doblar.*} Virgil.1. Georg. Tum liquidas corui presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant. Ouid.6. Fast. Hostiles ingeminauit opes. ¶ Ingeminare, neutrum. Virg.1. Georg. -ingeminant Austri, & densissimus imber. Vbi Seruius ingeminant, pro ingeminantur positum esse ait.

Ingemo, mis, secunda syllaba correpta, ui, itum, Vehemẽter gemo & grauiter fero. {στενάζω, στενάζω, ὀδύνομαι. Ital. *Gemere.* Gal. *Geindre, gemir, se guementer.* Hisp. *Mucho gemir.*} Cice.in Som.Scip. Hic cum exclamasset Lælius, ingemuissẽntque cæteri vehementius, lenitet arridens Scipio, &c. Idem 5. Philip. Vna illa in re ciuitas seruitutis oblita ingemuit. Habet aliquando post se accusatiuum. Virgil.in Daphnide, Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones Interitum.

Ingemisco, cis, eiusdem significationis. Cic.in Epist. Pueri Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati. Ingemiscere malo alicui, est mali alicuius gratia ingemiscere. Idem 2. Tusc. Quem vidit nemo illi ingemiscentem malo.

Ingenero,

Ingenero, as. Ingigno, gignendo insero. {ἐγγενάω, ἐμφυτεύω. Ital. *Ingenerare.* Gal. *Engendrer.* Hisp. *Engendrar à dentro.*} Cic. 1. Offic. Eademque natura virationis hominem conciliat homini, & ad orationis & vitæ societatem ingenerátque in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt. Idem 5. de Finib. Et illum appetitum rerum à natura accommodatarum ingeneratum putauerunt omnibus, qui continétur ea commendatione naturæ, qua seipsi diligunt. Idem pro L. Agrar. Ingenerantur hominibus mores à stirpe generis, vel ex his rebus. id est procreantur.

Ingeniculari, Significat genu flectere. γονυπλῆν. Ital. *Inginocchiarsi.* Gal. *S'agenouiller.* Hisp. *Arrodillar, ò hincar las rodillas.*

INGENICVLVS, Signum in cælo, quod Græco vocabulo ἐγγόνατα nominant. Firmicus libro 6, Ingeniculus, qui & Engonasis, in extremis partibus oritur. Hoc sydere nati, erunt mendaces, fugaces, callidi. Hic est Hercules (vt Higinus docet) qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dexteram partem opprimere conatur.

Ingenium, nij, à Gignendo, propriè natura dicitur cuiq; ingenita. {φύσις. Ital. *Natura, ingegno.* Gal. *La nature qu'vn chascun a, engin, esprit & entendement.* Hispa. *Naturaleza, ò ingenio natural.*} Sallust. lib. 3. Histor. Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebantur, hoc est natura & situ loci. Plaut. in Sticho, Vbi facillimè spectatur mulier quæ ingenio bono est. Terent. in Andria, Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi id est cum hominibus eius naturæ. ¶ Est etiã ingenium, vis quædam naturalis nobis insita suis viribus prænalens ad inueniendũ quod ratione indicari possit, εὕρεσις, εὑρίσκω. Cic. lib. 5. de Finib. Prioris generis est docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur vno ingenij nomine: eásque virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. Vnde præclara ingenia, & obtusa ingenia dicimus, id est acuta & rudia. Peracre ingenium, Cice. 3. de Orat. Rude, Quintil. lib. 1. cap. 2.

Ingeniosus, a, um, Qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habet. {εὐφυὴς, δεξιός. Ital. *Ingenioso.* Gal. *Ingenieux, qu'a bon esprit.* Hispani. *Ingenioso y agudo de ingenio.*} Cicero pro Cluentio, Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Idem pro Roscio Comœdo, Quo quisque est ingeniosior, & solertior, hoc docet iracundius, & laboriosius.

Ingeniosè, aduerbium, Subtiliter, & cum ingenio. {εὐφυῶς. Ital. *Ingeniosamente, sottilmente.* Gal. *Ingenieusement, subtilement.* Hispa. *Sotil, y ingeniosamente.*} Cic. 1. de Inuentione, Nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniosè, & diligenter electas res collocasse.

Ingens, tis, Magnus & immensus. {ὑπερφυὴς, ὑπερμεγέθης. Ital. *Molto grande.* Gal. *Mont grand, fort grand.* Hispa. *Cosa muy grande en su genero.*} Plus enim est ingens, quàm magnus. Terent. in Eunuch. Magnas verò agere gratias Thais mihi? c. Ingentes. Virg. 1. Georg. -populátque ingentem farris aceruum Curculio. idem 2. Georg. -qui me gelidis in vallibus Hæmi Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbra. Ingens animus, Fortis, magnus, & constans. μεγαλοψυχία. Plinius in Panegyrico, Si vnius tertium Consulatum eundem in annum, in quem tuum, contulisses, ingentis animi specimen haberetur. Horat. lib. 2. Sermo. Ingens virtus atque animus. Virgil. 3. Georg. Ingentes tollent animos.

Ingenuus, a, um, Qui in libertate natus est: cuius antitheton est libertinus. {ἐλεύθερος, γενναῖος. Ital. *Libero, gentile.* Gal. *Noble & honneste, franc, debonnaire.* Hisp. *Libre, hidalgo.*} Est enim libertinus, qui ex iusta seruitute manumissus est: aut certè qui liber quidem natus est, sed ex parentibus libertis. ἀπελεύθερος. Vnde interrogare hoc modo solemus, Ingenuúsne, an libertinus est? id est liber natus, an seruitute liberatus, siue ex libertinorum genere ortus? Plautus in Pœnulo, Quia Adelphasium, quam herus deamat tuus, ingenua est. Terent. in Phormione, Vt ne addam, quòd sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es. Cicero 3. Verrina, Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, &c. Ingenua facies, quæ & liberalis dicitur, hoc est elegãs. Plautus in Pœnulo, Facies quidem pol ingenua est. Artes, siue disciplinæ ingenuæ, id est liberales, & ingenuis, hoc est liberis, dignæ. Cic. 2. de Finib. Sint ista Græcorum, quanquam ab his philosophiam & omnes ingenuas disciplinas habemus. Idem, Vt omittam has artes elegantes, & ingenuas.

Ingenuitas, tatis, Libertas, nobilitas, honestas. {ἐλευθερία, εὐγένεια. Ital. *Nobiltà, honestà.* Gal. *Ingenuité, honnesteté, noblesse.* Hisp. *Hidalguia, honestidad, libertad.*} Cic. 3. Verri. Vestitus enim neminem commouebat is, quem illi mos, & vis ingenuitatis dabat. Præ se ferre probitatem quãdam, & ingenuitatem, Cice. 1. Acade. Idem 3. Verrina, Detrahes ornamenta nõ solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis.

Ingenuè, aduerbium, Liberè & simpliciter. {ἐλευθέρως, ἁπλῶς. Ital. *Francamente, da huomo da bene.* Gal. *Franchement, noblement, simplement.* Hisp. *Libre y hidalgamente.*} Ingenuè loqui dicimus, quum quis ita loquitur vt liberum hominem decet: hoc est vt nihil timidè dicat, aut seruiliter. Sic ingenuè fateri, est libere, & audacter, simplicitérque fateri. Cic. ad Metellum, Quod me abs te cupisse laudari, aperté atque ingenuè confitebar. Ingenuè educari, hoc est liberaliter, & quemadmodum hominem liberum decet. Idem 3. de Finib. Quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenuè, non ipsa turpitudine, etiam si cum læsura non sit, offenditur?

Ingenuatus, Ingenuis moribus dotatus. {ἐλεύθερος. Ital. *Nobile, libero.* Gal. *Noble, franc.* Hispa. *Libre, hidalgo.*} Plautus in Milite, Itidem diuos dispertisse vitam humanam æquum fuit, Qui lepidè ingenuatus esset, vitam longinquam darent.

Ingero, ris, penult. corr. Infero, importo. {εἰσφέρω. Ital. *Portare dentro, por dentro.* Gal. *Porter, mettre ou jetter dedans ou contre.* Hisp. *Meter ò dentro.*} Plaut. in Pseud. Tu qui vnã habes, aquã ingere: face, plenum ahenũ sit citó. Ingerere cibum vel potionem ægroto, pro porrigere, Celsus. Conuitia ingerere alicui, Horat. 1. Serm. Saty. 5. Ligna ingerere foco. Tibul. 2. Eleg. 1. Mala multa in aliquem ingerere, Plautus Bacch. Oscului ingerere, Sueton. de Clar. gram. Semen solo ingerere, pro seminare, Colum. lib. 2. cap. 10. Ingerere dicta in aliquem, pro maledicere, & cõuitiari. Plaut. in Asinaria, Nunc vxorem me esse meministi tuam? Modò quum dicta in me ingerebas, odium, non vxor eram.

Ingestum, pro eo quod violenter oblatum est. εἰσβολή, ἐπεισφόρημα. Tacitus libro 1, Nomen Patris patriæ Tiberius à populo sæpius ingestum repudiauit.

Ingestabilis, le. Quod gestari non potest. {ἀφορητός. Ital. *Che non si può portare.* Gal. *Qu'on ne peut porter.* Hisp. *Cosa que no puede ser traýda.*} Plin. lib. 7. cap. 6. Ingestabile onus crutum & inguinum leuis tumor.

Ingigno, is, ingenui, ingenitũ. Inter gignendum insero, ingenero. {ἐγγενάω. Ital. *Ingenerare, generare di dentro.* Gal. *Engendrer dedans.* Hisp. *Engendrar à dentro.*} Cic. 5. de Finib. Sine vt doctissimis viris visum est, maior aliqua causa, æque diuinior hanc vim ingenuit. Idem lib. 2. Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi, &c. Natali & ingenita sterilitate laborantibus, Colum. lib. 3. cap. 7. Ingenita nobilitas. Ouid. ad Pisonem.

Ingitas, Quasi indigitas, id est paupertas. {πενία. Ital. *Pouertà* Gal. *Poureté.* Hisp. *Pobreza.*} Plaut. in Pœnulo, Profectò ad ingitatem lenonem rediget, si eas adduxerit. Alij legunt, incitas. Vide suprã.

Inglomero, as, are, Accumulare, coacernare, & veluti in globi formam inuoluere. {ἀναστρογγυλόω. Ital. *Accumulare, accumulare.* Gal. *Emmoncelar, emuoloper.* Hispa. *Emboluer.*} Stat. 1. Thebaid. -sed plurimus Auster Inglomerat noctem, tenebrosa volumina torquet.

Inglorius, ria, rium, Qui nullam laudem, aut gloriam sua virtute, aut fortitudine consequutus est, & veluti ignobilis. {ἄδοξος, ἀκλεής. Ital. *Senza gloria, ignobile.* Gal. *Qui n'a point de bruit, sans honneur.* Hispa. *Cosa sin honra y alabança.*} Virg. 9. Aene. Ense leuis nudo, parmáque inglorius alba. Cic. 1. de Legib. Præter quam honestatis & gloriæ similitudinem, beati, qui honorati sunt, videntur: miseri autem, qui sunt inglorij.

Ingluuies, ingluuiei, Insatiabilis voracitas. {λιχηδία, λαφυσσισμός, λαιμαργία. Ital. *Ingordigia.* Gal. *Gourmandise, glotonnie.* Hisp. *La gorgantez, ò tragoura.*} Terẽt. in Eunuc. Quæ cum amatore suo quum cœnant, ligurianti Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam, &c. ¶ Accipitur etiam pro situm videre ingluuiem, sordes, inopiam, &c. ¶ Accipitur etiam pro situ gutturis, in quem aues cibos recenter deuoratos demittunt. Colu. lib. 8. cap. 5, de gallinis loquens, Nam si vacua non est ingluuies, cruditatem significat. ¶ Apuleius pro curculione posuit, quum ait, Restis ad ingluuiem astricta.

Ingrandesco, cis, dui, Augeor, grandior fio. {μεγαλώνομαι. Ital. *Diuenir grande, aggrandirsi, farsi grande.* Gal. *Deuenir grand, s'aggrandir, accroistre.* Hisp. *Engrandescerse.*} Colum. lib. 11. cap. 3, At circa Calendas Martias, locis apricis, licet potrum (si iam ingranduit) transferre. Idem lib. 2. cap. 10, Quæ vt celeriter prodeat, & ingrandescat, antequam seratur, fimo arido permisceri debet.

Ingratus, a, um, Iniucundus, non gratus, non acceptus. {ἀχάριτος. Ital. *Ingrato, non grato.* Gal. *Ingrat, mescognoissant le bien qu'on luy a fait, non agreable.* Hisp. *Desagradescido.*} Plinius lib. 17. cap. 25, Minus quinquennium est quod prodiere quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis. Ioci non ingrati. Ouid. 3. Fast. Onus ingratum. Catull. Ingrata oratio, cui opponitur iucunda, Quintil. lib. 8. cap. 3. Ingrati saporis caseus, Colu. lib. 7. cap. 8. ¶ Ingratus item dicitur qui non meminit accepti beneficij, nec gratiam vllam habet. ἀχάριστος, ἀχάριτος. Terent. in Andr. Adeóne me gratiam vllam habet ἀχάριστος, ἀχάριτος. Terent. in Andr. Adeóne me ingratum vllam habet ἀχάριστος, ἀχάριτος. Terent. in Andr. Adeóne me ingratum putas. Adeóne porró ingratum, aut inhumanũ, aut ferum, &c. Cic. ad Attic. Nihil cognoui ingratius, in quo vitio nihil mali non inest. Ingratus animus, Senec. Epist. 1, Nec mirum est, inter plurima, maximáque vitia nullum esse frequẽtius, quàm ingrati animi. ¶ Ingratus, inuitus & coactus, inquit Donatus. Terent. in Eunu. Opus faciam, vt defatiger vsque, Ingratus vt dormiam.

Ingratè, aduerbium. {ἀχαρίστως. Ital. *Ingratamente.* Gal. *Ingratement.* Hispa. *Desagradescidamente.*} Plinius libro 17. cap. 2, Quòd siquis illa forte ab nomine excogitari potuisse credit, ingratè deorum munera intelligit. Idem libro 18. cap. 3, Non ingratè nominando Marcum Varronem. id est libenter.

Ingratis, Præter gratiam & meritum, & præter voluntatem. {ἀέκητι, ἀνανεύοντος. Sic, παρὰ γνώμην. Ital. *Contra il mio volere.* Gal. *Contre le gré, malgré, à regret.* Hisp. *Contra la voluntad de alguno.*} Plaut. in Amphit. Ingratis exitaguit. Cicero pro Quintio, Extorquendum est inuito atque ingratis, quod non debet. Vide GRATIS.

Ingratiis, ablatiuus, aduerbialiter positus, pro ingratis: vt, Ingratiis tuis, id est præter gratiam tuam vel meritum: quasi dicas, non est quòd tibi agam gratias. Plaut. Mercat. Nimiũ multum scis. I V T. Tuis ingratiis. Idem in Caf. Si tu nolis, filiúsque etiam tuus, Vobis inuitis, atq; amborum ingratiis, Vna libella liber possum ego fieri.

Ingrauo, as. pen. corr. Exaggero, & grauius facio. {βαρυνω. Ital. *Aggrauare, far più graue.* Gal. *Faire plus pesant, appesantir, affaisser.* Hisp. *Agrauar ò hazer pesado.*} Virgil. 11. Aene. Ingrauat hæc sæuus Drances.

Ingraueſco, is. Grauior & molestior fio. {ἐπιβαρύνομαι. Ital. *Diuenir più graue, più molesto.* Gal. *Deuenir pesant, s'appesantir, se rengreger.* Hisp. *Hazerse pesado.*} Cicero de Senectute, Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingraueſcunt, animi autem se exercendo leuantur. Idem ad Brutum, Ingraueſcit in dies malum. Ingraueſcentem morbum præuidere. Cic. 2. de Diui. Ingraueſcens ætas, id est senectus. Cic. de Amic. Mutari etiam mores hominum sæpe dicebat, aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingraueſcente.

Ingredior, eris, Introeo. {εἰσέρχομαι, εἰσβαίνω. Ital. *Entrare.* Gal. *Entrer.* Hisp. *Entrar.*} Propert. lib. 2, Nouus ingreditur tua templa sacerdos. ¶ Accipitur aliquãdo pro simplici gradior, siue incedo. Virg. 1. Georg. Continuò pecoris generosi pullus in aruis Alius ingreditur. Cice. ad Atti. Si dormis, exſpergiſcere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. ¶ Interdum est quasi incipere, αἴρομαι. Lactant. lib. 6. Iustus ergo quoniam durum asperúmque, iter ingressus est. ¶ Interdum, prodire. Plaut. Nihil te pudet sceleste in conſpectum ingredi.

Ingreſſio, onis, Actus ipse ingrediendi. {εἴσοδος. Ital. *L'entrata.* Gal. *Entrée.* Hisp. *Entrada.*} Cice. 5. Philip. Vt quomodo aditus hostium prohibetur Hisp. *Entrada.*} Cice. 5. Philip. Vt quomodo aditus hostium prohibetur castellis, & aggeribus: ita ab ingreſſione fori populum Tribunósque plebis propulsari videres. Idem de Orat. lib. 1, Ac video hanc primam Ingreſſionem meam è media philosophia repetitam.

Ingreſſus, us, Inceſſus, ambulatio. {βάδισμός. Ital. *L'andare.* Gal. *Marchure, allure.* Hisp. *Obra de andar, andadura.*} Cic. 1. de Nat. deo. Ingreſſus, cursus, accubatio, inclinatio, seſſio. Idem 1. de Orat. Orationis vestigia, ingreſſúmque non vidi. ¶ Ingreſſus, Initium. ἀρχή. Quintil. lib. 9. cap. 4, Si pars posterior in clausula deprehendatur, rursus prior in ingreſſu.

Ingruo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ingruo,uis,Est confertim,& cum clamore impetum facio,more grnum, qui nonnisi magno agmine & vehemẽti clangore volitant. {ἐπιπέτομαι. Ital. *Assalire.* Gal. *Assaillir auec impetuosité.* Hispa. *Arremeter con impetu.*} Plaut.in Amph.Nostri contrà ingruunt:vicimus vi feroces.Lactan,lib. 2,Si sæua tempestas,si grando ingruat,ad Deum confugimr.Colu.lib. 2.Etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Dicitur enim de bello, de pluuia,de tempestate,de ruina,& huiusmodi.

Inguina, pen.corr. A rei anatomicæ peritis proprié dicuntur partes illæ corporis concauę,pubi vtrinque vicinæ,tumoribus quibusdam contra naturam,qui etiam bubones Græco nomine appellantur,maximè obnoxiæ.{τὸ ἐγκάτιον,τὰ ἔγκατα. Ital.*Inguinaglia.* Gal.*L'aine,le bas du ventre ou sont les parties honteuses.* Hisp.*La ingle.*} Passim tamen à scriptoribus inguina accipiuntur pro ipsis pudẽdis,tam fœminarum,quàm virorum,τὰ αἰδοῖα. Martialis,Accessi quoties ad opus,missisque mouemur Inguinibus. Sueto.in Nerone,Virorum,ac fœminarum ad stipem deligatorum inguina inuaderet.Liuius 7.ab Vrbe,Vno atque altero subinde ictu ventrem,atque inguina hausit Obscœnum inguem,Horat.1.Sermo.Satyr.8, Candida inguina,Virgil.6.Aegloga.

Inguinaria,riæ, Herba est passim in vepribus nascens, quæ & aster Atticus dicitur, à capitulis quibusdam, quæ in cacumine habet stellarum modo radiata,ἀστεριοειδῆ ἀνθη. Inguinariam autem inde appellari docet Plin.lib.26.cap.9,quòd inguinis dolores sedet.

Ingurgito,as,pen.corr.Cum vehementia inglutio, gulam impleo, cibo aut potu intemperanter me obruo.{χαρίζω,λαιμάω,ἐγχάνω,ἐμφορῶ.Ital. *Trangugiare.* Gal. *Remplir par dessus, fourrer & mettre dedans jusques à crener.* Hisp.*Tragar.*} Plautus in Curcul.Vide, vide vt ingurgitat impura in se merum,auariter,plenis faucibus.Cice.in Antonium,Idem quum se cibis ingurgitasset, Ingurgitare ingenium poculis, Gell.lib.14. cap.2. Ingurgitare se in flagitia, Cice.in Pis.Ingurgitare se in philosophiam, Gell.lb.5.Lactan.lib.4,Sicut sus,quæ se ingurgitat cœno.

Ingustabilis,le, Quod gustari non potest.{ἄγευστος. Ital. *Ingustabile, che non si può gustare.* Gal.*Dequoy on ne sauroit ou on n'oseroit gouster.* Hispa. *Cosa que no se puede gustar.*} vt, Ingustabilis fons,Plin.lib.2.cap.106.Idem lib. 16.cap.26, Fœmina post autumnum fert baccas acerbas & ingustabiles cunctis animantibus.

Ingustatus,a,um, nomẽ adiectiuum est, compositum ab in,particula negatiua,& participio gustatus: idem significans quod non gustatus.{ἀ μὴ γευσάμενος, ἄγευστος. Ital. *Non gustato.* Gal. *Dequoy, on n'a point encor gouſté ou tasté.* Hispa.*Cosa no gustada al gusto.*}Horat.1.Serm.Sat.8, Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.id est quæ antè nunquã gustaueram.

Inhabilis,le, Non aptus.{ἀνεπιτήδειος. Ital.*Inhabile,non atto.*Gal.*Inhabile, qui n'est point propre à quelque chose.* Hisp. *No habil,no ataviado.*} Colu.lib.2. cap.1, Progenerandis esse fœtibus inhabilem. Inhabilis magnitudo, Liu.3.bel.Maced. Inhabile telum, Idem 4.bel.Pun.

Inhabito,as,ate, In loco aliquo habito. {οἰκέω. Ital. *Habitare.* Gal.*Habiter ou demeurer en quelque lieu.* Hispa.*Morar.*} Liu.4.bel.Puni.Procul abeant vici qui inhabitantur. Plin.in Epist.o.Inde inhabitantibus tristes. Inhabitat animus in oculis,Plinius lib.11.cap.37.

Inhabitabilis,le,Quod habitari non potest. {οἰκιστός. Ital. *Che non si può habitare.* Gal.*Inhabitable, ou on ne peut habiter.* Hispa. *Cosa que no se puede morar.*} Cic.1.de Natu.deo.Atque terræ magnas regiones inhabitabiles, inculsásque videmus. Sic Plin.lib.6.cap.17.

Inhæreo,es,Ad rem aliquam hæreo,vel affixus sum. {προσκολλῶμαι. Ital. *Accostarsi,appoggiarsi.* Gal.*Tenir à ou contre, y heurter.* Hisp.*Allegarse.*} Colu. lib.3,Cacumina deinde oliuæ,sicut matri inhærent, vtraque parte abradito,& ita fissuræ fici aptato,cuneúmque eximito. Inhærebat oculis memoria imaginis: hoc est semper præ oculis erat,& versabatur ob lis memoria imaginis: hoc est semper præ oculis erat,& versabatur ob oculos,apud Plin.in Epist. Inhærere vestigiis. Colu.lib.9.cap.8. Inhærere voluptatibus,Cice.1.de Fini.

Inhæresco,scis,Adhæreo,affigor. {προσκολλῶμαι, ἐμπήγομαι. Ital.*Attaccarsi.* Gal. *Tenir ou herdre ou estre cemeint auec.* Hisp. *Allegarse.*} Colu.lib.2. cap.2, Perexigua conspergitur aqua gleba', manúque subigitur, ac sic glutinosa est,quanuis leuissimo tactu pressa inhæresceit,& piscis in morem ad digitos lentescit habendo,vt ait Virg.lib.3.de Natu.deor.Prouisum etiam,vt siqua minima bestia conaretur irrumpere, in sordibus aurium,tanquam in viseo,inhæresceret. Inhæresciunt penitus in mentibus.Cice.3.Tusculi.

Inhalo,as,penult.prod. Halitum inspiro.{ἐμπνέω,εἰσπνέω. Ital.*Fiatare, spirare.* Gal. *Souffler, respirer.* Hispani. *Soplar y espirar.*} Cice.in Piso.Quum isto ore fœtido teterrima nobis popinam inhalasses. Lact.de na.Deo. Si ceræ inhalauerit.

Inhibeo,es, secunda syllaba correpta, ex in, & habeo compositum, Est rem cœptam,ne vlterius progrediatur, impedire, vt docet Valla,lib.5. {ἀναστέλλω. κωλύω. Ital.*Prohibire,vietare.* Gal.*Retenir, engarder, empescher, mettre dedans defendre.* Hispani. *Vedar ò defender.*} Virgil.12. Aeneid.Parcite iam Rutuli,& vos tela inhibete Latini.Ouid.ad Liuiam, Sustẽtabat aquas, Curtiúsque inhibebat equorum. Mentem inhibere à turpi probro,Cat

algò à dentro.} Plautus, Antequam hæc in domum iniicias. Terentius in Andr. Quæ ipse iniquum iniicere voluit, prohibui. ¶ Iniicere manus, est manibus apprehendere, & tanquam rem suam sibi vendicare. ἐπιβάλλειν χεῖρας. Vnde Manus iniectio, dicitur vēdicatio rei nobis debitæ, nulla iudicum autoritate expectata. Quintilianus, Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit. Paul. l. penult. ff. de Seruis export. Si Titius seruum vendidit ea lege, vt si Romæ moratus esset, manus iniicere liceret: emptor aliis eadem lege vendidit, & seruus fugit à secundo emptore, & Romæ moratur: quæro, an sit manus iniectio, & cui. Virgil. 6. Aeneid. Iniecere manum Pateræ, hoc est tanquam rem suam sibi vendicauerunt, & abstulerunt. ¶ Aliquando est cum impetu iacere, seu impetum facere. Ouidius, Qua centū quisque parabat Iniicere anguipedum captiuo brachia collo. ¶ Aliquādo simpliciter iacere. Plautus in Episto. Tragulam in te iniicere adornat. ¶ Aliquando idem quod innectere vel ligare. Idem in Capt. Iniicite huic manicas mastigiæ. id est innectite. Et in Casl. Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum. id est immittam, Liuius libro 1. ab Vrbe. Iniectæ Turno catenæ. id est impositæ. ¶ Huius compositum est Superiniicio, de quo suo loco.

Iniectus, huius iniectus, verbal. ἐπιβολή, ἐπιβολός. Ital. *Esso gittare dentro.* Gal. *Iettement dedans ou dessus.* Hisp. *Echamiento en algo.* } Plin. lib. 8. cap. 16, Vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quāuis leui iniectu aperto capite, ita vt deuinciatur non repugnans.

Iniectio, aliud verbale. ἐπιβολή, ἐπίβολος. vt, Manus iniectio, ius domini in re capienda & vindicanda quam agnoscit suam. Senec. 2. de Tranquil. vitæ, Habebat ergo secum vera bona, in quæ non est manus iniectio. Loquitur de bonis, quæ Fortuna non potest iniecta manu tanquam sua reposcere.

Iniecto, as, are, frequentatiuum. ἐμβριθόομαι, συχνάκις ἐπιβάλλω. Stat. 9. Thebaid. Ausus erat furto dextram iniectare Leonteus.

Inimicus, ci, Qui alium odio prosequitur, vlciscendique tempus expectat: ab in priuatiua particula, & Amicus. ἐχθρός. Ital. *Inimico, nemico.* Gal. *Ennemi.* Hisp. *Enemigo.* } Est autem inimicus propriè priuatus, Hostis publicus. Sueto. in Tib. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter, necdum planè inimicus, aut hostis. Plautus in Persa, Nam inimici famam non ita, vt nata est, ferunt. Cicc. 5. de Finib. Necesse est quidem, si quis sibiipsi inimicus est, eum quæ bona sunt, mala putare.

Inimicus, a. um, Quod ad inimicum pertinet. ἐχθρός, δυσμενής. Ital. *Cosa de inimico.* Gal. *Ennemi, chose d'ennemi.* Hisp. *Enemigo, cosa de enemigo.* } Cicc. 4. Verr. At videte, quàm non inimico animo sim acturus. Plaut. in Capt. Vidēn' hunc, quàm inimico vultu tuetur? ¶ Transfertur & ad res inanimatas, accipiturque pro contrario, & noxio. Plin. lib. 11. cap. 53, Inimicæ oculis vomitiones, maximè autem dentibus.

Inimicitia, æ, Singulari numero. ἔχθρα, ἀνίχθεια. Ital. *Inimicitia.* Gal. *Inimitié.* Hisp. *Enemistad.* } Cic. lib. 4. Tusc. Inimicitia, ira vlciscendi tempus obseruans. Cæsar lib. de Anal. plurali semper numero dicendas putat Inimicitias. Terent. in Phorm. Ni ita existimassem, nunquam tam graues Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam. Cic. 1. Offic. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt.

Inimico, as, cum accusatiuo, Inimicum facio. ἐχθραίνω. Ital. *Inimicare, diventare inimico.* Gal. *Estre ennemi, hair.* Hisp. *Enemistar, ò hazer enemigo.* } Horat. lib. 4. Carm. Ode vlt. – non furor Ciuilis, aut vis eximet otium, Non ira quæ procudit enseis, Et miseras inimicat vrbes.

Inimicor, atis, deponens, Inimicitias exercco. ἔχθρα χάσμα. Ita. *Diuentare inimico.* Gal. *Estre ennemi, hair.* Hispa. *Ser enemigo.* } Apud Quint. Ciceronem de Petitione Consulatus, Sin autem id neges, statim alienari sese, & inimicantur.

Inimicè, aduerbium, Hostiliter, auerso animo, & cōtrario. ἐχθρικῶς. Ital. *Inimicamente.* Gal. *Odieusemēt, en ennemi, haineusemēt.* Hisp. *Enemigablemente.* } Cicc. 2. Philip. Ego autem vide quàm tecum agam non inimicè.

Inimiciter, aduerb. obsoletum, eiusdem significationis. Accius Didascalicōtū lib. 1. vt citat Nonius, Pacare hostem feroce inimiciter accensum.

Inimitabilis, & hoc inimitabile, Quod nemo facilè queat imitari. ἀμίμητος. Ital. *Che non si può imitare.* Gal. *Inimitable, qu'on ne peut imiter.* Hisp. *Cosa que no se puede remedar.* } Quintil. lib. 2. cap. 17, Opera quædam nobis inimitabilia. Idem lib. 10. cap. 2. Quædam sunt inimitabilia quibus aut infirmitas naturæ non sufficit, aut diuersitas repugnat.

Inde, Ex eo loco. ἐκεῖθεν. Ital. *Daquel luogo.* Gal. *De ce lieu.* Hisp. *De aquel lugar.* } Liu. Ita exercitus inde domos abducti.

Iniquus, a, um, ab in, & æquus: æ in i productam conuersa: idem est propriè quod inæqualis, hoc est nō planus. ἀνώμαλος. Ital. *Disuguale.* Gal. *Inegual, mal-vni.* Hispa. *Cosa no ygual.* } Vnde Iniquus locus dicitur qui æqualis non est. Liu. 2. ab Vrbe. Cum equis pōst aliquanto pugnatum est, inuito quidem Consule, quia loco iniquo subeundū erat ad hostes. ¶ Per translationem verò dicitur de hominibus iniustis, & improbis, quique totius æquitatis sunt expertes. ἀσύμφορος, ἀγαθός. Ital. *Iniquo, ingiusto, strangioneuole.* Gal. *Inique, injuste.* Hispa. *Injusto.* } Terent. in Andr. – sed ea nunc me exquirere, Iniqui patris est. Idem in Heaut. Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes iudices. Cic. 2. Tusc. Quod hi ferunt iniquo animo, qui certis, &c. ¶ Aliquādo capitur pro magno, seu immenso. ἀκανθώδης. Virgil. 1. Georg. Iniquo ponderc rastri. ¶ Aliquando pro angusto. Idem 4. Georg. Verùm hæc ipse eqùidem spatiis exclusus iniquis Prætereo.

Iniquitas, atis, Iniustitia, malignitas, iniuria. ἀγνωμοσύνη, ἀδικία, πονηρία, malitia. Ital. *Iniquità, iniustitia.* Gal. *Iniquité, mauuaistie, injustice.* Hisp. *Iniusticia fea.* Ital. *Iniquità, iniustitia.* Gal. *Iniquité, mauuaistie, injustice.* Hisp. *Iniusticia fea, maldad.* } Plin. lib. 22. cap. 19, Id acciderine ob iniquitatem præpotentium, an fortè, non satis constat. Iniquitas loci, inæqualitas. Liu. 7. ab Vrbe, Si ab eo consilio iniquitate loci deterrentur. Iniquitas temporis, difficultas, & angustia. Liu. 5. bel. Maced Nam si quòd aliquando seruierunt temporum iniquitate pressi, &c.

Iniquè, aduerb. Iniustè. ἀγνωμόνως, ἀδίκως. Ital. *Iniquamente.* Gal. *Iniquemēt, à tort & sans cause.* Hisp. *Injustamēte.* } Cic. ad Brut. Atq; hoc ipsum inquies, iniquè facis, qui hostilis animi in Remp. homines, ciues appelles.

Initium, tij, Cœptum. ἀρχή. Ital. *Principio, commeiamento.* Gal. *Commencement, entree.* Hisp. *Comienço notable y principal.* } Valla, Principiū rei maioris, initium vocatur: vt, Initium orationis. Quintil. lib. 4. cap. 1, Quod principium Latinè, vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci videntur procœmium nominasse: quod à nostris initium modò significatur, illi satis clarè partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicēdum sit, ostendunt. Terent. in Hecyra, Hic adeò hia rebus anxius initium fuit inueniundis. Ibidem, Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire. ¶ Initia item dicebantur Cereris sacra, quæ & μυστήρια Græco nomine appellantur. Varr. lib. 2. de Re rust. A suillo pecore immolandi initium primum sumptum videtur. Cuius vestigia, quòd initiis Ceretis porci immolantur, & quòd initiis pacis, fœdus quum feritur, porcus occiditur. Alio nomine initiationes nuncupantur, quæ (vt ait Tertullianus) semper arcent profanos & arbitris carent.

Initio, as, Sacris imbuo. μυῶ. Ital. *Ordinare nelle cose sacre.* Gal. *Initier, bailler commencement en la religion.* Hisp. *Consagrar ò dar orden sacra.* } Cic. 1. de Nat. deo. Vbi initiantur gentes oratum victimæ. Plin. lib. 30. cap. 2, Magicis etiā cœnis eum initiauerat. Vnde Initiatus, sacris imbutus, μεμυημένος. Cicc. 2. de Leg. ait mysteria appellari initia, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus, tanquam ea sint vitæ principia. Proprie tamen Initia dicebantur Cereris sacra, quibus neminem interesse fas erat, nisi initiatum. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1, Cui consentaneum est quòd initia vocantur potissimùm quæ Cereri fiunt sacra. Liu. 1. Decad. Acarnanes duo iuuenes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudētes religionis cum cætera turba ingressi sunt. Pueri quoque Eduliæ, Potinæ, & Cubæ, edendi, potandi, & cubandi deabus, initiabantur, teste Varrone lib. 4. de Ling. Latina, quum à lacte & cunis, ad solidiores cibos & lectulos transibant. ¶ Aliàs initiari, est inchoate & auspicari. κατάρχεσθαι. Firmicus, Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingressus.

Inito, as, vide INEO, inis.

Iniucundus, a. um, Insuauis, tristis, molestus. ἀηδής. Ital. *Ingiocondo, tristo, molesto.* Gal. *Mal-plaisant, triste.* Hisp. *Cosa que no deleyta, triste.* } Cicc. 1. de Finib. Minimè nobis iniucundus labor.

Iniucundè, aduerbium. ἀηδῶς, κακοηθῶς. Ital. *Non giocondemente, non lietamente.* Gal. *Mal plaisemment, de mauuaise grace.* Hispa. *No trayendo deleyte.* } Cicc. ad Atti. lib. 1. Quæ res mihi asperius à nobis atque nostris, & iniucundius actæ videbantur.

Iniucunditas, atis. ἡ ἀηδία, τὸ ἀνιαρόν. Ital. *Spiacevolezza, mala gratia.* Gal. *Mauuaise grace, desplaisance, tristesse.* Hisp. *La disposicion de no deleytar.* } Cicc. 2. de Natu. deo. Sed tamen prætereundum est, nequid habeat iniucunditatis oratio.

Iniudicatus, a. um, Non iudicatus. ἀκατάκριτος. Ital: *Non giudicato.* Gal. *Qui n'est point jugé.* Hispa. *No juzgada en juyzio.* } Gell. lib. 13. cap. 23, Decem hominibus vitam eripis, indicta causa, iniudicatis, indemnatis. Quintil. libro 10. cap. 1, Id quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo.

Iniuges hostiæ. Vocabantur quæ nunquam domitæ, aut iugo subditæ fuerant. ἄζυγες ἱερεῖαι. Festus & Macrob.

Iniungo, is. Impono, demando, præcipio: vt Iniungo tibi hoc onus, vel munus. ἐπιτάττω, ἐπιτίθημι. Ital. *Imporre, commettere.* Gal. *Imposer, commander.* Hisp. *Injungir ò imponer.* } Liu. 3. ab Vrbe, Comitiorum illi habendorum, quādo minimus natu sit, munus consensu iniungunt. Idem 6. bel. Pun. Verterunt orationem eò, vt dicerent, priuatis id, seu æquum, seu iniquum onus iniungendum esse. Sic Cæsar 8. bell. Gall. & 2. bell. Ciuil. ¶ Propriè tamen Iniungere, est intus, vel supra iungere. ἐπιζεύγνυμι, ἐπιζεύγνυμαι. Colum. lib. 7, Ingúmque quatto die accipiunt, cui ramus illigatus temonis vice traiicitur interdum & pondus aliquod iniungitur, vt maiore nisu labotis exploretur patientia. Idem lib. 5, Itaque pingui terra singulis brachiis licebit bina iniungere flagella. Iniungere detrimentum Reipublicæ, est inferre, aut addere: quod & Facere detrimentum dicitur. Brut. ad Cic. 11. Epist. Tamen si quo etiam casu Ilaram se traiecerint, nequid detrimēti Reipub. iniungant, summa à nobis dabitur opera. Id est ne damnum inferant Reipublicæ. Iniungere iniuriam. Liu. 3. ab Vrbe. Iniungere seruitutem, In seruitutem redigere. Idem 5. ab Vrbe. Iniungere tormentum. Plin. in Paneg.

Iniuratus, a, um, Qui non iurauit. ἀνώμοτος. Ital. *Che non ha giurato.* Gal. *Qui n'a point juré.* Hisp. *No juramentado, que no juro.* } Plaut. in Adelp. Nam iniurato scio plus crederet mihi. Cic. pro Cecin. Quū id iurati dicunt quod ego iniuratus insimulo.

Iniuria, æ, Ex eo dicta est, quòd non iure fiat. ἀδικία, ὕβρις. Ital. *Ingiuria.* Gal. *Injure.* Hisp. *Injuria ò injusticia.* } Omne enim quod nō iure fit, (inquit Vlp. l. 1. ff. de iniuriis, & fam. libel.) Iniuria dicitur siue verbis, siue re. Re, quum manus inferuntur: verbis, quum fit conuitium. Specialiter verò, eodem Vlpiano teste, Iniuria dicitur contumelia, à cōtemnendo. ¶ Interdum etiam eodem Vlpiano teste, Iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur: interdum ipsa iniquitas, cùm quis iniquè vel iniustè sententiam dixerit. Plaut. in Aulul. Ego me iniuriam filiæ fecisse fateor tuæ Cereris vigiliis per vinum, atq; impulsu adolescentiæ. Terent. in Heaut. Nunc aliud spectant matres omnes filius Io peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. ¶ Nonnunquam iniuria, aduerbialiter sumitur pro immeritò. ἀλόγως, οὐκ εἰκότως. Plaut in Milite, Amant te omnes mulieres, neque iniuria, qui sis tam pulcher. Cicer. in Catil. Ego tibi iniuria suspectus sum.

Iniuriosus, Quum de persona dicitur, eum significat, qui iniuriam infert. ὑβριστής. Ital. *Ingiurioso.* Gal. *Injurieux.* Hispa. *El que haze injuria.* } Cicer. 1. Offic. Primùm in eo peccant, quòd sint iniuriosi in proximos. Quando verò de rebus dicitur, id significat quod iniuriæ plenum est. ὑβριστικός, vt, Iniuriosus ictus. Plin. lib. 17. cap. 24, Aut circumfossor iniurioso ictu verberauit. Iniuriosa vita, plena sceleribus, & iniquitatibus, quæq; alteri damnum infert & iniuriam. Cicc. 1. de Legib. Quòd si pœna, si metus supplicij, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa, facinorosáque vita, nemo est iniustus.

Iniuriosè, aduerbium. ὑβριστικῶς. Ital. *A torto, contra regione.* Gal. *A tort & injurieusement, contre tout droit & raison.* Hisp. *Injuriosa ò injustamente.* } Cicc. pro lege Manilia, Maiores vestri sæpe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Colum. lib. 1. cap. 8, In cæteris præbitis iniuriosè tractentur.

Iniurius, a, um. Quod est iniquum. ἄδικος. Ital. *Chi fa torto & dispiacere, ingiusto.*

ziuſto. Gal. *Qui fait tort, & deſplaiſir, iniuſte.* Hiſp. *Injuſto, que haze injuſticia.*} Plaut. in Aulul. Si mihi dat operam, me illi iraſci iniurium eſt. Terent. in Hecyr. Iniurium autem vlciſci aduerſarios? Vbi Donatus, Iniurium, iniquum: indignantis modò ſignificatio eſt, & vim aduerbij habet. ¶ Iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris. Terent. in Heaut. Enimuero reticere nequeo: multis modis iniurius Clitipho eſt. Idem in Andr. Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes, Ipſus ſibi iniurius eſſe videatur, neque id iniuria.

Iniuſſus, a, um, Non iuſſus. {ἀκέλευστος. Ital. *Non cõmandato.* Gal. *A qui on n'a point commandé.* Hiſp. *No mandado.*} Hora. 1. Serm. Saty. 3. Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos Vt nunquam inducant animum cantare rogati: Iniuſſi nunquam deſiſtant. Virg. 6. Aeglo. Non iniuſſa cano. Idem 1. Georg. - atque iniuſſa virescunt Gramina.

Iniuſſus, ſus, ſubſtantiuũ, ἀνεὺ κελεύσεως μοῦ. Quod vix aliter quàm in ablatiuo vſurpatur: vt, Iniuſſu meo, id eſt me nõ præcipiẽte. Terẽt. in Phor. Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Cice. de Senect. Vetátq; Pythagoras iniuſſu Imperatoris, hoc eſt Dei, de præſidio, & ſtatione vitæ decedere. Idem ad Attic. lib. 4. Ne iniuſſu populi iudicarent.

Iniuſtus, a, um, Non iuſtus. {ἄδικος. Ital. *Ingiuſto.* Gal. *Injuſte.* Hiſpa. *No juſto.*} Terent. Adelph. Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius, Qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat. Iniuſtus, qui iuſtam magnitudinem excedit. Virg. 3. Georg. Iniuſto ſub faſce viam dum carpit. Cice. 2. de Orat. Me verò iam pertimeſcente, vt illam non Norbani ſeditionem, ſed illam populi Romani iracundiam, neque eam iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderes.

Iniuſtè, aduerbium, Iniquè, iniuriosè. {ἀδίκως. Ital. *Ingiuſtamente.* Gal. *Injuſtement.* Hiſpa. *Injuſtamente.*} Plaut. in Pſeud. Non ſoles reſpicere te, quũ dicas iniuſtè alteri. Cice pro Flacco, Facis iniuſtè Læli.

Iniuſtitia, æ, Iniquitas. {ἀδικία. Ital. *Ingiuſtitia.* Gal. *Injuſtice.* Hiſp. *Injuſticia, injuria.*} Terent. Adelph. Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non poteſt: Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia. Idem Heaut. Eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea.

Innaſcor, eris, Naſcẽdo inferor. {ἐμφύομαι, ἐγγίνομαι. Ital. *Innaſcere, naſcere dentro ò inſieme.* Gal. *Naiſtre dedans ou auec.* Hiſp. *Naſcer dentro.*} Plaut. Mil. Non mihi auaritia vnquam innata eſt, ſatis habeo diuitiarum. Cice. lib. 1. Offic. Sed illud odioſum eſt, quod in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Terent. in Andr. Hoccine credibile eſt, aut memorabile, Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet, &c.

Innato, as, are, Intus nato. {ἐνήχομαι. Ital. *Notare dentro.* Gal. *Nager en ou deſſus.* Hiſp. *Nadar eñ algun lugar.*} Colum. lib. 11. cap. 4, Vbi nõ innatent, ſed ſemper ſint in iure ſubmerſa. Plin. li. 8. ca. 40, Equos innatãtes ſæpe demergent. Virg. 1. Georg. Necnõ & torrentẽ vndam leuis innatat alnus.

Innauigabilis, le, Vbi quis nauigare nõ poteſt. {ἄπλωτος. Ital. *Innauigabile.* Gal. *Innauigable, ſur lequel on ne peut nager ou nauiger.* Hiſpa. *Donde no ſe puede nauegar.*} Liu. 5. ab Vrbe, Inſignis annus hyeme gelida, ac niuoſa fuit, adeò vt viæ clauſæ, Tybetis innauigabilis fuerit.

Innecto, is, ere, Colligare, circumligare. {ἐμπλέκω. Ital. *Ligare, ingroppare.* Gal. *Lier & joindre enſemble.* Hiſp. *Atar y travar en vno.*} Virgil. 8. Aeneid. -tum lactea colla Auro innectuntur. Colum. lib. 11. cap. 1, Itaq; mancipia vincta, quæ ſunt ergaſtuli, per nomina quotidie citare debebit, atque explorare, vt ſint compedibus diligenter innexa.

nitor, penul. prod. inniteris, innixus, vel innixus, Inhæreo, incumbo. {ἐπερείδομαι, ἐπιτρέπομαι. Ital. *Appoggiarſi, attaccarſi.* Gal. *S'appuyer deſſus, ou tenir ferme.* Hiſp. *Allegarſe, eſtribar en algo.*} Conſtruitur autem cum dativo, vel ablatiuo. Datiuo. Quintil. lib. 6. cap. 2. Omnia curæ tutelæque vnius innixa. Liu. 8. bel. Pun. Itaque ſteterunt ſcutis innixi. Virg. 4. Aeneid. Ter ſeſe attollens, cubitóque innixa leuauit. Ablatiuo. Liu. 4. ab Vrbe, Et ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit. Admittit & accuſatiuum, mediante præpoſitione IN. Plin. lib. 7. cap. 53, Hora diei ſecũda, in P. Pauſam fratrem innixus, obiit.

Inno, nas, per duplex nn, ex in & no, quaſi intus no. {ἐπιπλέω, ἐπινέλάζω, ἐπινήχομαι, ἐπιπλώω. Ital. *Notare.* Gal. *Nager.* Hiſp. *Nadar por dentro.*} Cic. 2. de Nat. deor. Quot genera, quánq; diſparia partim ſubmerſorũ, partim fluitantiũ, & innantiũ beluarũ. Liu. 1. bel. Pun. Nihil, dummodò innare aquæ, & capere onera poſſent, curãtes. Virg. 3. Georg. Fluuios innare rapaces. Horat. 3. Carm. Ode 17, Et innãtem Marieæ Littoribus tenuiſſe Lyrim. ¶ Hinc fit Innato frequentatiuum: de quo paulo antẽ.

Innabilis, bile, penul. corr. {ὁ οὐ ἀπλωτός, vt. Ital. *Che non ſi puo nauicare ne nauiger.* Hiſpa. *Donde no ſe puede nauigar.*} Ouidius 1. Metamor. Sic erat inſtabilis tellus innabilis vnda.

Innocens, tis, adiectiuum, Innoxius, crimine purus. {ἄνοσος. Ital. *Innocẽte.* Gal. *Innocent, qui ne nuit à perſonne.* Hiſp. *El que no empece ni haze mal, innocente coſa.*} Cic. 5. Tuſc. Innocens dicitur nõ qui leuiter nocet, ſed qui nihil nocet. Terẽt. Adelp. Obſecro populares, ferte miſero atq; innocẽti auxiliũ. Cæſar 6. belli Gal. Ne cõmuni odio Germanorum innocẽtes pro nocentibus pœnas pẽdant. Cic. pro Roſc. Amer. Innocens ſi accuſatus fuerit, condemnari nõ poteſt. ſit, abſolui poteſt: nocens, niſi accuſatus fuerit, condemnari nõ poteſt.

Innocentia, æ, Integritas: {ἀνοσία. Ital. *Innocentia.* Gal. *Innocence.* Hiſp. *Aquella innocencia de no hazer mal.*} ſeu vt Cice. 3. Tuſcul. ait, Affectio animi talis quæ noceat nemini. Salluſt. Vbi quæ Metellus agebat, ex nuntiis acceptiſſimus & de innocẽtia ſua certior Romæ factus, diffidere, ac cum demam veram deditionem facere conatus eſt.

Innocenter, Innoxiè, ſine noxa. {ἀνόσως. Ital. *Innocentemente.* Gal. *Innocemment, innocentement.* Hiſp. *No haziendo mal, innocentemente.*} Cicer. in Salluſt. Antequam eos res ſuæ geſtæ, & vita innocẽtiſſimè acta commendamit. Plin. lib. 18. cap. 31, Omnia quæ exduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decreſcente luna, quàm creſcente fiunt.

Innocuus, a um, Actiuè accipitur pro eo qui non nocet. {ἄνοσος. Ital. *Che non nuoce ad alcuno.* Gal. *Qui ne nuit point, qui ne fait tort à perſonne.* Hiſp. *El que no haze mal à ſi ni à alguno.*} Plin. lib. 8, Eoſdem peſtiferos ferunt in Græcia, innocuos eſſe in Sicilia. ¶ Paſſiuè verò pro eo cui nõ nocetur, ἀσφαλής. Virg. 10. Aeneid. -& ſedere carinæ Omnes innocuæ, id eſt ſine detrimento. Vbi Seruius oſtendit, illud intereſſe inter innocuum & innoxium, vt innocuus dicatur, cui nocere nemo poſſit: Innoxius, qui non nouit nocere. Quam tamen differẽtiam irridet Valla lib. 6. putátque in loco Virgilij iam citato, naues non ideirco dictas eſſe innocuas, quòd eis noceri non poſſet: ſed magis quòd nemini nocuiſſent.

Innoteſco, is, Notus fio. {γνωρίζομαι. Ital. *Farſi noto.* Gal. *Venir en bruit, & eſtre cogneu.* Hiſp. *Ser conoſcido, hazerſe conoſcer.*} Lactant. lib. 1, Denique à doctis huius ſeculi, quibus fortè ſcripta eius innotuerunt, derideri ſolent. Plin. lib. 35. cap. 11, Cteſilochus Apellis diſcipulus petulanu picturæ innotuit.

Innoxius, a, um, Innocẽs, culpa carens, inculpatus, ſeu is qui nemini nocet. {ἄνοσος, ἀβλαβής. Ital. *Innocente, che non nuoce ad alcuno.* Gal. *Qui ne nuit a perſonne, inconipable.* Hiſpa. *El que no haze mal à alguno, innocente.*} Plaut. in Capt. Decet innocentem ſeruum atque innoxium Confidentem eſſe, ſuum apud herum potiſſimùm. Salluſt. Ipſi innoxij florentes, ſine metu ætatem agere. Serpens innoxius. Virg. 5. Aene. Verba non innoxia. Virg. 2. Georg. ¶ Innoxius, paſſiuè, cui noceri non poteſt. Colum. lib. 2. cap. 10, Sic condita, erit à curculionibus innoxia. Idem libro 5. cap. 9, Vt ſit innoxius ab iniuria pecorum.

Innubilus, a, um, Idẽ eſt quod clarum, & ſerenum, nubilóque contrariũ. {ἄνεφος. Ital. *Chiaro, ſereno, non nubiloſo.* Gal. *Sans nuées, ſerain.* Hiſp. *Claro, ſin nuues.*} Lucret. lib. 3, Neque nix acri concreta pruina Cana cadens violat, ſempérque innubibus æther Integit: & largè diffuſo lumine ridet.

Innubis, & hoc innube, pen. prod. Sine nubibus. {ἀνέφελος. Ital. *Senza nuuoli.* Gal. *Sans nuees, ſerain.* Hiſp. *Sin nuues.*} vt, Dies innubis, quo nullæ apparent nubes. Seneca in Hercule, Nanque vt reluxit pellicis captæ decus, Et fulſit Iolæ: qualis innubis dies.

Innubo, is, ere, Propriè eſt tranſire ad domum mariti. {ἐκγαμῶ. Ital. *Andar à marito.* Gal. *Prendre mari.* Hiſp. *Caſarſe la muger y andar à caſa del varon.*} Accipitur tamen ſimpliciter pro tranſire. Lucil. lib. 6. Saty. Inuadere atque innubere cenſent. Feſtus. Vnde innubere in illuſtrem familiam dicuntur mulieres, quæ viro generoſo nubunt, multíſque imaginibus claro. Huic opponitur enubere, quod eam reſpicit familiã è qua mulier nuptui traditur. Vnde enubere è patribus, dicitur mulier Patritij ordinis, quæ viro plebeio nubit.

Innuba, pen. corr. quæ nunquã nupſit. {ἀνύμφευτος. Ital. *Che mai ſi è maritata.* Gal. *Fille non mariée, qui ne fut jamais mariée.* Hiſ. *La muger que nunca ſe caſo.*} Sic laurus dicitur innuba apud Ouid. lib. 10. Metam. propter Daphnẽ virginem, quam fabulantur in laurum fuiſſe transformatam. Ouid. 12. Metamor. -contempto munere Phœbi Innuba permaneo. Idem 10. Metamor. Nec tiliæ molles, nec fagus & innuba laurus.

Innuptus, a, um, Nõ nuptus. {ἄγαμος. Ital. *No maritato.* Gal. *Non marié.* Hiſ. *No caſado.*} Virgil. 2. Aeneid. Circum pueri, innuptæque puellæ Sacra canunt. Cice. 3. de Oratore, Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis, id eſt illicitis, & præter ius fáſque contractis. Propriè de puellis dicitur.

Innumerabilis, le, Quod numerari non poteſt. {ἀνεξάριθμος. Ital. *Innumerabile.* Gal. *Innumerable, qu'on ne peut nombrer.* Hiſp. *Coſa que no ſe puede contar.*} Cice. 5. Verr. Cognoſcite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam.

Innumerabilitas, atis, Infinitas. {ἀπειρία. Ital. *Infinità, innumerabilità.* Gal. *Vn nombre infini.* Hiſp. *Infinidad.*} Cic. 1. de Natu. deo. Tamen pleráque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatémque mundorum, &c.

Innumerabiliter, aduerbium. Lucre. lib. 5. -qui corpore toto Innumerabiliter priuas mutatur in oras.

Innumeralis, le, Idem quod innumerabilis: ſed eſt antiquum. ἀπερίληπτος, ἀναρίθμητος. Lucre. lib. 2. -cætera, quæ ſunt, Non eſſe vnica, ſed numero magis innumerali.

Innumerus, a, um, Idem quod innumerabilis. Plinius libro 2. cap. 3, Innumeræ rerum effigies. Lucan. Adde, quòd innumeræ concurrunt vndique gentes.

Innumeroſus, a, um, Idem cum ſuperioribus. Plin. lib. 10. ca. 65, Ex omnibus quæ perfectos fœtus, vel tantos & innumeroſos edunt, ſupra cuncta eſt murium fœtus.

Innuo, is, Signo aliquo capitis voluntatem oſtendo, ſiue affirmem, ſiue negem. {ἐπινεύω. Ital. *Acennare.* Gal. *Faire ſigne de la teſte.* Hiſp. *Hazer ſeñas con la cabeça, como delos ojos.*} Cice. pro Muræna, Atque ille, vt ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit, ſed indicauit, atque innuit. Idem ad Alienum, lib. 13, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & innuo. Ad Herennium, lib. 4, Quòd ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, imò innuiſſet modò, hoc facilè perfici poſſet.

Innuptus, vide INNVBO.

Innutrio, is, ire, Idem quod in loco aliquo nutrire. {ἐνατρέφω. Ital. *Nutrire di dentro.* Gal. *Nourrir dedans.* Hiſpa. *Criar dentro.*} Plin. in Epiſt. Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari ſubiret timendi pauor.

INO, ἰνώ, Nomen Cadmi & Hermiones filiæ, vxoríſque Athamantis Thebarum Regis, & Liberi patris nutricis. Eadem, Cicerone teſte, eſt quæ Leucothea, λευκοθέα, id eſt alba dea, à nobis verò Matuta, & Aurora dicitur. Vnde Ouid. in Faſt. Leucothee Graiis, Matuta vocabere noſtris. Fabulam Inûs Ouid. lib. 3. Metam. refert, quemadmodũ Ino cum Melicerta filio propter timorem, de ſcopulo ſe præcipitem miſit in mare, ambóq; facti ſunt dij marini, illa, Leucothea: Melicertes, Palæmon (qui & Portunus) vocati ſunt. De quibus Cyprianus, Melicertes & Leucothea præcipitantur in maria, & fiunt poſtmodum numina.

Inobſitus, a, um, Perpetuò memor. {ἐπιλελησμένος, ἀνεπίληπτος. Ital. *Che mai ſi domentica.* Gal. *Qui ne s'oblie jamais.* Hiſp. *Coſa que ſe guarda en la memoria.*} Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15, Semper inoblita repetã tua munera mente.

Inobrutus, a, um, Non obrutus. {ἄκλυστος, ἀκατάκλυστος. Ital. *Non coperto di acqua.* Gal. *Qui n'eſt point couuert d'eau.* Hiſpa. *Coſa no ſoterrada ni anegada.*} Ouid. 7. Metam. Deucalioneas effugit inobrutus vndas.

Inobſcuro, as, are, Obſcurum reddere. {ἀμαυρόω, λήθην ποιῶ. Ital. *Oſcurare.* Gal. *Obſcurcir.* Hiſp. *Eſcurecer à otra coſa.*} Cic. 9. Philip. Cui ſi ſtatuam in roſtris decreto veſtro ſtatueritis, nulla eius legationis poſteritate inobſcurabit obliuio.

Inobſequens, tis, omnis gener. Inobediens. {ἀνυπήκοος. Ital. *Inobediente.* Gal. *Inobedient, non obeiſſant.* Hiſp. *Deſobediente.*} Seneca in Hippol. Inob-

ſequentes

sequentes protinus fræuis equi Rapuere currum.

Inobseruatus, a, um. Non obseruatus. {ἀπαρατήρητος. Ital. *Non guardato, non custodito.* Gal. *Dequoy on ne se gueritoit point.* Hisp. *Cosa no guardada.* } Martia. lib. 8, Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret. Ouid. 4. Metam. -ac ille Vt puer, & vacuus, & inobseruatus in herbis, Hucit, & hinc illuc. Inobseruata varietas, Plinius lib. 28. cap. 5.

Inobseruabilis, le, Quod obseruari nō potest. {ἀπαρατήρητος, ἀνεπιτήρητος. Ital. *Cosa che non si puo comprendere.* Gal. *Qu'on ne peut comprendre.* Hispa. *Cosa que no se puede guardar.* } Plin. lib. 2. ca. 17. Martis sydere cuius est maximè inobseruabilis cursus. Catull. Argon. Ne labyrintheis è flexibus egredientem Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Inocciduus, a, um, Non occiduus. {ἀδιάφθαρτος, ἀδιάλειπτος. Ital. *Perpetuo, che non cade mai.* Gal. *Qui ne reconce point, durant sans cesse, perpetuel.* Hisp. *Cosa que no cae, perpetuo.* } vt, Visus inoccidui, id est oculi semper vigilantes. Statius lib. 6. Theb. Spectat inocciduis stellatum visibus Argum.

Inocco, as, Cooperio. {ἐπικαλύπτω. Ital. *Coprire.* Gal. *Couurir.* Hispa. *Cobrir.* } quod fit quum semē in agro seminatum est, & glebas farculis, aut crates dissoluimus, vt semē humo conregatur. Colum. lib. 2. cap. 8, Nam semē, quod sicco solo ingestum. & iam inoccatum est, perinde acsi repositum esset in horreo, non corrumpitur, Componitur autem ex in, & occo, as, quod est comminuo: de quo alibi.

Inoculo, as, pen. corr. Oculum vnius arbotis alteri adhibeo, seu oculum in arbore aperio. {ἐνοφθαλμίζω. Ital. *Inserire, por dentro, inestare, incalmare.* Gal. *Enter en escusson.* Hisp. *Enxerir de escudete.* } Colum. lib. 11. cap. 2, His quidem diebus arbores ficorum inoculantur: quod genus insitionis, emplastratio vocatur.

Inoculatio. Plin. lib. 17. cap. 14, In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua. {ἐνοφθαλμισμός. Ital. *Incalmatione.* Gal. *Enture d'arbres en escusson.* Hisp. *Aquella obra de enxerir en escudete.* }

Inodorus, a, um, Quod est sine odore. {ἄοσμος, ἄνοσμος. Ital. *Senza odore.* Gal. *Sans odeur.* Hisp. *Cosa que no ha de si olor.* } Persi. Satyr. 6, -vrnæ Ossa inodora dabit. Gell. lib. 7. cap. 6, Quædam animalia alia carent alio, & aut cæca natura gignūtur, aut inodora, inauritāve. Alij legunt inora.

Inodoro, as, are. Odore inficere. {ὀζῶ ποιῶ. Ital. *Far sentire odore.* Gal. *Faire sentir quelque odeur.* Hisp. *Cosa que haze olor.* } Colum. lib. 11. cap. 3, Nam sic sara, & rursus sic recondita, existimātur neque acerrimi saporis existere neque mandentium halitus inodorare.

Inoffensus, a, um, Quod non offenditur. {ἀβλαβής, ἀπροσπαίστος. Ital. *Non offeso.* Gal. *Contre lequel on n'a point heurté, non offensé.* Hisp. *No offendido.* } vt Inoffensa tempora à valetudine, hoc est nullo morbo læsa & offensa. Gell. lib. 2. cap. 1, Temperantia quoque eum fuisse tanta traditum est, vt omnia ferè vitæ suæ tempora à valetudine inoffensa vixerit.

Inofficiosus, a, um, Qui facit contra officium, vel qui nullum officium præstat amico. {ἀνοφείλητος. Ital. *Discortese.* Gal. *Qui font contre le deuoir, inciuil.* Hispa. *Descortes, descuidado en la amistad.* } Cice. ad Atti. lib. 13, Aliter enim non fuissemus & in his inofficiosi, & in nosmetipsos. Inofficiosum testamētum, dicitur (vt ait Paulus Iurisc.) quod non ex officio pietatis paternæ cōfectum est, filiis sine legitima causa exhæredatis. ἀνοφείλητος διαθήκη. Cice. 3. Vert. Testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum.

Inolesco, is leui, lui, etum, & itum, Superinteresco. {ἐπιφύομαι. Ital. *Crescere, aggrandirsi.* Gal. *Croistre & s'augmenter.* Hisp. *Crescer.* } Colum. lib. 5. cap. 10, Amygdala, si parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito, & ita librum arboris inolescere finito. Virgil. 2. Georg. -hinc aliena ex arbore germen Includunt, vdóque docēt inolescere libro. ¶ Inoleuit, actiuē. Gel. lib. 12. cap. 5, Natura omnium rerum quæ nos genuit, indult nobis, inoleuitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus. id est inolefecit, inseruit, confirmauit.

Inominatus, a, um, Malè ominatus, infœlix. {δυσοίωνος, δύσφημος. Ital. *Infelice, sfortunato.* Gal. *Portant malencontre, malheureux.* Hispa. *Malaventurado, desdichado, mal aguero.* } Horat. Epod. 16, Aut pars indocilis melior grege: mollis, & expes, Inominata perprimat cubilia.

Inopaco, as, are, Opacum reddere & obscurum. {σκοτάζω. Ital. *Oscurare.* Gal. *Ombrager, offusquer.* Hisp. *Hazer escuridad ò sombra, escurecer.* } Colum. lib. 2. cap. 15, Media rursus terrena pars esse debet, vt colocatis cōseratur, aliisq; familiaribus aquæ viridibus, quæ inopacant auium receptacula.

Inopinans, Nomen est adiectiuum, idem significans quod incautus, improuidus, cuique aliquid accidit præter opinionem. {ἀπροσδόκητος. Ital. *Incauto, che non considera à quello che può accidere.* Gal. *Qui ne se doubte de rien, inconsideré.* Hisp. *No prouevdo, que non piensa lo que puede acontescer.* } Cæs. 6. bel. Gall. Multos in agris inopinantes deprehendit.

Inopinanter, hoc est subitò, & præter expectationem. {ἀπροσδοκήτως. Ital. *Subitamente, senza hauerui pensato.* Gal. *Sans y penser.* Hisp. *No pensando.* } Suet. in Tib. Cæsare, cap. 60, In paucis diebus quàm Capreas attigit, piscatori qui sibi secretum agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricati eodem pisce faciem iussit.

Inopinatus, a, um, Improuisum, quod præter spem & opinionem euenit. {ἀπροσδόκητος. Ital. *Di che non se pensa che possa auenire.* Gal. *De quoy on ne se doubteroit point.* Hispa. *Cosa no pensada.* } Cice. 3. Tusc. Hæc enim fere tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri. Repentina, & inopinata grauiora, Cicer. 3. Tusc.

Inopinatè, & inopinatò, aduerbia, Idem quod præter spem. {ἀπροσδοκήτως. Ital. *Impensatamente.* Gal. *Sans y penser.* Hispa. *No pensando.* } Liuius 4. bel. Macedo. Quid ad id, quod futurum erat, ne inopinatè accideret, præparatis suorum animis signa extemplo conuertit. Idem 6. belli Pun. Quum inopinatò in castra Romana Numidæ, Hispanique cum elephantis irrupissent.

Inopinabilis. Quod quis nūquam existimasset futurum. {παράδοξος. Ital. *Cosa che non si può pensare che auenga.* Gal. *Qu'on ne pouuoit iamais qu'il deut auenir.* Hisp. *Cosa de que no se puede tener opinion.* } Gel. lib. 17. cap. 12, Infamiæ materias, siue quis mauult dicere inopinabiles. Idem lib. 12. cap. 18, Atque id etiam quod magis inopinabile est.

Inopinus, a, um, penult. prod. Idē quod inopinatus: vt, Inopina quies. Virgil. 5. Aene. Vix primos inopina quies laxauerat artus. Gaudia inopina, Stat. 1. Sylu. Dolor inopinus, Idem 1. Theb.

Inopportunus, penult. prod. {ἄκαιρος, ἀκατάλληλος. Ital. *Non conueneuole, improprio.* Gal. *Qui n'est point conuenable, mal-propre.* Hisp. *No conueniente, no con sason ò tiempo.* } Opportuno contrarium. Cicero 3. de Orat. Est enim huic loco nostro sedes non inopportuna sermoni, -importunæq; voluere, Virgil.

Inops, inopis, Pauper. {ἄπορος. Ital. *Pouero, senza aiuto.* Gal. *Pouure, dissetteux, souffreteux.* Hisp. *Pobre y menguado de riquezas.* } Cice. 2. Offic. Nam quum premeretur inops multitudo ab iis qui maiores opes habebant, &c. ¶ Aliquando dicitur sine ope, sine auxilio. Vnde inopem animi, inopē prudentiæ dicimus: id est sine ope animi, sine ope prudentiæ, Iungitur enim cum genitiuis omnium rerum. Inops auxilij. Liu. 1. ab Vrbe. Inops consilij, Idem 6. bel. Pun. Inops dicendi sapientia. Cic. 1. de Diuin. Inops remedij, Plin. lib. 16. cap. 1. ¶ Aliquādo inops dicitur insepultus. ἄθαπτος. Virgil. libro 6, Hæc omnis quam cernis, inops, inhumatāque turba. Ex iure enim Pontificio terra iniiciebatur & circa cadauera, & circa ablentium corpora, quibusdam solemnibus sacris additis. Inops igitur dicitur insepultus, quasi sine terra, quæ Ops dicitur.

Inopia, æ, Egestas, indigentia. {πενία. Ital. *Pouertà.* Gal. *Pouureté, disette.* Hisp. *Pobreza y necessidad.* } Cicer. de Amic. Humilem sanè relinquant, & mintmè generosum, vt ita dicam, ortum amicitiæ, quam ex inopia, atque indigentia nasci volunt. Idem 1. de Inuen. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis.

Inopiosus, a, um, Sine ope. {ἄπορος. Ital. *Senza aiuto.* Gal. *Pouure, necessiteux.* Hispa. *Pobre y necessitado.* } Plautus, Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio Dubias, egenas, inopiosas consilij.

Inora, Dicuntur animalia sine ore. {ἄστομος. Ital. *Senza bocca.* Gal. *Sans bouche.* Hisp. *Animales que no tienen boca.* } quales sunt Astomi Indiæ populi, halim viuentes & odore: quorum meminit Plin. lib. 7. cap. 2.

Inoratus, a, um, Non oratus. {ἀπαρακλητος, ἀπαραίτητος. Ital. *Non dimandato non pregato.* Gal. *Non harengué, ne demandé.* Hisp. *No demandado ni rogado.* } Cic. pro Rof. Amer. Legati Ameriam te inorata reuerterunt. Loquitur de legatis ad Syllam missis, ab eo tamen non auditis.

Inordinatus, a, um, Quod non est ordinatum. {ἀτακτος. Ital. *Disordinato.* Gal. *Desordonné, hors & sans ordre.* Hisp. *Desordenado.* } Cice. de Vniuer. Idq; ex inordinato in ordinem addoxit. Inordinati, & incompositi milites, Liu. 2. bell. Pun. Inordinatissimi pili, Plin. lib. 22. cap. 22.

Inorior, verbum deponens, idem quod simplex. {ἀνίσχω, ἐπιγίγνομαι. Ital. *Nascere.* Gal. *Naistre.* Hisp. *Nascer.* } Tac. lib. 11. Recentia hæc: quid si memoria eorum morietur?

Inornatus, a, um. Ornato contrarium. {ἀδιακόσμητος, ἄκοσμος, ἀκόρμητος. Ital. *Disornato, rozzo.* Gal. *Mal accoustré ou ajancé.* Hisp. *No aderesado ni compuesto.* } Cic. in Orat. Dum intelligamus hoc esse Attico in Lysia, non quòd tenuis sit, & inornatus, sed quòd nihil habeat insolens & ineptum. Inornata verba, Horat. de Arte. Inornati capilli, Ouid 5. Metam.

Inornatè, aduerbium. {ἀκοσμήτως. Ital. *Senza ornamento.* Gal. *Sans ornement.* Hisp. *No aderesadamente.* } Ad Heren. lib. 4, Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando, & in lædendo, aut in corpore, aut in animo aut in extraneis rebus dicere.

In posterum, pen. cor. {τὸ λοιπὸν, τὸ ἑξῆς, εἰς τὸ ἐπειτα. Ital. *Per l'auenire.* Gal. *A l'auenir, par cy apres.* Hisp. *De aqui adelante.* } vide POSTERVS.

In primis, pen. prod. Duæ partes sunt, positæ loco aduerbij ordinis quæ idem valent quod ante omnes, vel ante omnia, vel vnum ex primis. {εἰς τὰ πρῶτα. Ital. *In prima.* Gal. *Premierement, en premier lieu.* Hispa. *Primeramente.* } Sallust. Quæ quidem res in primis mihi videtur causa fuisse facinoris maturandi.

Inquam, vide INQVIO.

Inquantum, aduerbium. {ἐφ' ὅσον, καθ' ὅσον. Ital. *Inquanto.* Gal. *Autant que.* Hisp. *Tanto como.* } Id est tantum quantum. Plin. in Epist. Quæ, vt domus ipsa, perierunt, à me tamen, inquantum potuerit, requirentur.

Inquies, tis, gen. om. pro Inquietus, ta, tum, Quod est sine quiete. {ἀκοίμητος, ἀκατάπαυστος. Ital. *Inquieto.* Gal. *Qui n'a point de repos.* Hisp. *Cosa sin holgança.* } Sall. lib. 1. Histo. Humanum genus inquies, atque indomitum. Plinius in præfatione Naturalis historiæ, Iam sibi satis gloriæ quæsitum, nisi in præfatione Naturalis historiæ, Iam sibi satis gloriæ quæsitum, & potuisse se definere, ni animus inquies pasceretur opere. Apul. lib. 1, Quæ contentione & inquieti procacitate præditus asinus.

Inquies, substātiuum fœm. gen. {ἡ δὲ ἀκαταστασία καὶ ἀκοιμησία, πόνος. Ital. *Trauaglio, mancamēto di riposo.* Gal. *Faute de repos.* Hisp. *Aquella no holgança.* } Idē est, quod inquietudo, solicitudo. Plin. lib. 14. cap. 22. Furiales somni, & inquies nocturna. Gel. lib. 19. cap. 9, Vt interea labor hic vigiliarum & inquies suauitate paulisper vocum, atque modulorum acquiesceret.

Inquieto, as, Turbo, quietem agere non permitto. {ἀκοιμίζω. Ital. *Inquietare, turbare.* Gal. *Trauailler & molester, tormenter.* Hispa. *Molestar ò perturbar.* } Colum. lib. 9, Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietentur.

Inquietudo, inis, Turba, priuatio quietis. {πόνος. Ital. *Inquietudine, perturbatione.* Gal. *Inquietude, faute de repos trauail, molestie.* Hispa. *Aquella no holbança.* } Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 8, Tametsi inquietudinem Tiberius ne hoc quidem modo quo putabat, potuit effugere.

Inquietus, penul. prod. Adiect. {ἀνάπαυστος, ἀκατάπαυστος, ἀκοίμητος. Ital. *Inquieto senza riposo.* Gal. *Qui n'a point de repos.* Hisp. *Cosa sin holgança.* } Quieto contrarium: vt, inquietus animus: hoc est, turbulentus, Liu. 1. ab Vrbe. Inquietus homo & ad Tribunatum spirans, Idem 3. ab vrb. præcordia inquieta, Horat. Eped. 5.

Inquietatio, verbal. {πρόσκλησις, ἐνόχλησις. Ital. *Trauaglio, mancamēto di riposo.* Gal. *Trauail, faute de repos.* Hisp. *Aquella no holgança, trabajo.* } Liu. 2. bel. Pun.

Inquilinus, ni, penult. prod. ex in & colo, Qui in alieno priuato habitat: proprié tamen in conducto, siue in vrbe, siue ruri, vt inquit Valla lib. 4. {ἐνοικος, παροικος, μέτοικος. Ital. *Che tiene casa à fitto.* Gal. *Locatif ou louager.* Hisp. *El que mora en casa ò habitacion alquilada.* } Sueto. in Claud. Cæs. Partē etiam census omnes ordines conferre iussit, & insuper inquilinos priuatarum ædium, atq; insularum, pensionē annuam repræsentare fisco. Cice. 2. Philip. At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus conuiorum. ¶ Inquilini etiam interdum dicuntur qui in eisdem habitant ædibus. Martial lib. 1, Vicinus Nouio vel inquilinus eisdem habitant ædibus. Martial lib. 1, Vicinus Nouio vel inquilinus Sit, siquis Nouiū videre non vult. Vide etiam in verbo INCOLO, is.

Inquino, as, penult. corr. Maculo, deturpo. {μιαίνω, μολύνω. Ital. *Macchiare, imbrattare.* Gal. *Souiller, honnir, salir.* Hispan. *Enssuziar ò manzillar.* } Horat. libro 1. Serm. Mentior at siquid, merdis caput inquiner albis Coruorum.

Universidad de Deusto

Coruorum. Lactant.libro 6, Pecudum sanguis effusus quo aras inquinant. Cicc.1. Tuscul.Quibus cæcati velut domesticis vitiis, atque flagitiis sese inquinassent. Fit autem à cunio, is, vt inquit Festus. Cunire verò est stercus facere.

Inquinatus,a,um,Fœdatus,contaminatus,pollutus,{μιαινομενος, κεκοπρισμενος. Ital. *Macchiatto, imbrattato.* Gal.*Souillé, homi.* Hisp. *Ensuziado ò manzillado.*} Cicero de Aruſp.respon. Fœdior atque inquinatior. Idem pro Flac.Nihil enim illo inquinatius. Sordidissima & inquinatissima ratio,Cicero 2.Offic.

Inquinatè,aduerbiũ, Sordidè,turpiter. {με μιαν βρωσιν, με μιαν ῥυπον. Ital. *Lordamente, sporcamente.* Gal. *Ordement, salement, vilainement.* Hisp. *Suziamente.*} Cicc.de Claris Orat.Itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum inquinatè locutus.

Inquinamentum, ti, Sordes & immunditia. {ῥυπος, μολυσμα. Ital. *Sporcitia.* Gal. *Souillure, ordure, salisé.* Hisp. *Suziedad.*} Gellius libro 2. cap.6, Cuius significationis multo, assiduóque vsu totum verbum ita contaminatum est, vt iam squallor de re nulla alia,quàm de inquinamentis solis dici cœperit.

Inquio,is,Defectiuum est, significans idem quod dico. {φημι. Ital. *Dire.* Gal. *Dire.* Hisp. *Dezir.*} Cicc.lib.1.de Orat.Aucupari verba oportebit, inquio:vt ea quæ sunt frigidiora, vitemus.Perſ.Saty.1. Hoc iuuat: hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.Iuuena.Sary.3, -quando artibus, inquit, honestis Nullus in vrbe locus. Cic.in Verr.Vbi sunt Pamphile(inquiunt)scyphi? Idem 2.de Orat.Tu verò, inquisti, molestus non eris. Idem 4. Verr.Ergo,inquiet, aliquis, donauit populo Syracusano illam hæreditatem. Plaut.in Pseud.Ius bonum orat Pseudolus, Dabo, inquc.Terẽt.in Heaut.Eccum me,inque. Autor ad Heren.lib.4,Quid enim tibi vis,aliquis inquiat? Plin.in Aulul.Nunc quæ res tibi,& gnatæ tuæ Bene,fœliciérque vortat,ita dij faxint,inquito. Hæc sunt ferè quæ in vsu sunt huius verbi inquio.

Inquam,verbum est defectiuum, Idem significans quod dico, dicebam, vel dixi.Terent.in And.Matura-DAV.Iam,inquam,hic adero. Plaut.in Captiuis,Quis agit hoc? quis profitetur,inquam? quam muti silent.

Inquiro,is,penult.prod.Inuestigo,quasi intus quæro.{ἐξετάζω,ἐπιζητέω. Ital.*Cercare,inuestigare.* Gal.*Chercher,enquerir,enqueſter, s'informer.* Hisp.*Buscar.*} Cicero 1.Offic. Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotiũ agere, nihil de alieno inquirere,miniméque esse in aliena Repub.curiosum. ¶ Inquirere pro eo quod vulgò dicunt, *facere informationem.* Cicero 6. Verr.Nimirum, didici etiam dum in ifium inquiro, artificum nomina. ¶ Inquirere in patrimonium & vasa, hoc est patrimonij & vasorum valorem scisciari. Senec. libro 1, Sed nomina facturi diligenter in patrimonium & vasa debitoris inquirimus. Sic etiam accipiendum est illud Ouidij, Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Inquisitio,onis,Inuestigatio. {ἐπιζητησις, βασανισμος. Ital.*Inquisitione informatione.* Gal.*Cherchement,enqueſte,information.* Hisp.*Busca y informacion, inquisicion.*} Cicero 1. Offic.In primisque hominis est propria veri inquisitio,atq; inuestigatio. ¶ Inquisitio, pro *informatione* quam vocant. Cicer.4.Verrina,Ecquem existimatis vnquam vlla in prouincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris,tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum?

Inquisitor,oris, Qui inuestigat. {ἐξεταστης, βασανιστης. Ital.*Cercatore,informatore.* Gal.*Chercheur,enqueſteur,inquiſiteur.* Hisp.*Buscador,inquisidor.*} Plin.lib. 8.cap.40. Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loco tetrahens. ¶ Inquisitor, qui inquirit,& vt vulgo loquuntur, *informat se de aliqua re.* Plin.Epist.9.Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem reum postulauit.

Insalubris,bre,penult.prod. Quod est salubri contrarium. {νοσωδης. Ital. *Non sano.* Gal.*Mal-sain.* Hisp.*No sano ni salutable.*} Plin.lib.18.cap.5.Neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum. Colum.libro 1. cap.4, M. Attilius Regulus dixisse memoratur, fundum sicut ne fœcundissimi quidem soli, quum sit insalubris, ita nec effœti, si vel saluberrimus sit,parandum.

Insalutatus,ta,tum, Non salutatus. {ἀπροσαγορευτος. Ital. *Non salutato.* Gal. *Non saluè.* Hisp.*Non saludado.*} Vnde Insalutato hospite discedere dicũtur qui clanculum se subducunt:quod facere solent ij qui facinoris alicuius sibi conscij,hospitis sui conspectum subterfugiunt.

Insanabilis,le,Quod sanari non potest. {ἀνιατος, ἀθεραπευτος. Ital.*Che non si può sanare.* Gal.*Incurable,qu'on ne peut guerir.* Hispa. *Cosa que no se puede sanar.*} Cicero pro Sestio, Ego verò, si mihi vni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera, quam Reipub. imposuisset.

Insanus,penult.prod.Qui non est sani consilij,& qui non habet mentem integram. {παραφρων, μανιαδης. Ital.*Pazzo.*Gal.*Insensé,hors du sens,phrenetique.* Hisp.*Loco.*} Terẽt.in Eunu.Scitum herele hominem,hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Vnde Insania.æ, stultitia, dementia, μανια, παραφροσυνη. Terent.in Adel.Prò Iupiter,tu homo adiges me ad insaniam.Plaut.in Aulul.Laruæ hunc atq; intemperię,insaniæque agitant senem. ¶ Itẽ insanus magnus dicitur.Virg 9.Aeglo.Insani feriant sine littora fluctus. Insanum studium equorum, armorum, &c. id est immodicum. ἀκρασια, ὑπερβολη. ¶ Sunt qui existimant insanum aliquando accipi pro valde sano, vt in particula intendendi vim habeat, sicut in dictione infractus,& inclytus.citántq; illud Persij ex Sary.3,Et insano multum laudanda magistro. Quo tamẽ in loco accipi congruè potest pro nimis cõcitato ad curam discipuli, à quo subueretur reportare notam indiligẽtiæ. Nam veteres præter notam significationem, pertinaces & inuincibiles appellabant insanos. Contentiosi quoq; qui nunquam succumbebant,aliósque improbabant,insani vocati sunt.

Insanè,aduerbium,vehementer,propterea quòd insani omnia vehementer faciunt,inquit Varro,neque rei alicuius seruãt modum. {υπερφυως, ἀκολαστως. Ital.*Pazzamente.* Gal.*Extrageément,en folie.* Hisp.*Locamente.*}

Insania.æ,Dementia. {ἀνοια,μανια. Ital. *Pazzia.* Gal. *Maladie quand on est hors du sens,folie,phrenesie.* Hisp.*Locura.*} Terent.Adel.Prò Iupiter tu homo adiges me ad insaniam.Plaut.Aulul.Laruæ hunc,atque intemperię insaniæque agitant senem.

Insanio,is,iui,itum, à Insanus compositum, pro eo quod est furere, vel insanum esse. {μαινομαι, παραφρονεω. Ital.*Impazzire.* Gal.*Estre insensé ou hors du sens.* Hisp.*Enloquescer.*} Terent.in Adelph.Minimè miror qui insanire occipiũt ex iniuria.Plaut.in Menæch.Hei mihi,insanire me aiunt,vltrò quum ipsi insaniant. ¶ Quãdoq; est carmen componere.Virg 3.Aeglo. Insanire libet.Nam insani, ἐνθεοι dicuntur,id est Deo pleni. Sernius.

Insanitas,atis, Idem quod insania. {μανια, παραφροσυνη. Ital.*Pazzia.* Gal. *Folie,rage.* Hisp.*Locura.*} Cicc.3. Tuscul.Insipientia autem quam insanitas,eadémque dementia.

Insatiabilis,le, Quod satiari non potest. {ἀπληστος. Ital. *Non satievole, che non si può satiare.* Gal.*Insatiable, qu'on ne peut saouler ne rassasier.* Hisp.*Cosa que no se puede hartar.*} Insatiabilis cupiditas.Cic.1. Tusc.& 1.de Fin.Insatiabilis voluptas.Idem 4.de Fin.Insatiabilis animus.Liu.4.ab Vrbe.

Insatiabiliter,aduerbium. {ἀπληστως. Ital.*Insatiabilmente.* Gal.*Insatiablement.* Hisp.*No se pudiendo hartar.*} Plin.in Epist.Quos ego quum recordor in re inani,frigida,assidua,tam insatiabiliter desidere,&c.

Insatiuus,a,um,Quod non seritur,quod sponte prouenit. {αυτοφυης. Ital. *che non si semina.* Gal.*Qui ne se seme point.* Hispa.*cosa que no se siembra.*} Plin. lib.19.ca.12, Hoc insatiuum rumex vocatur,nascitúrque fortissimum.

Insaturabilis,le,Quod saturari non potest. {ἀπληστος. Ital.*Che non si può saziare,insatievole.* Gal.*Qu'on ne peut saouler & rassasier.* Hisp.*Cosa que no se puede hartar.*} Cicc.pro Sestio,Libelli etiam pro vino sæpe oppignerabantur: manebat insaturable abdomen,copiæ deficiebant.

Insaturabiliter,aduerbium. {ἀπληστως. Ital.*senza satiarsi.* Gal. *Sans se saouler & rassasier.* Hisp.*No pudiendo se hartar.*} Cicc.2.de Natu.deor.Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit æras temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur.

Inscendo,is, Idem est quod ascendo. {ἐπιβαινω. Ital. *Ascendere.* Gal.*Atonter sur quelque chose.* Hisp.*Subir à riba.*} Plaut.in Amph.Quadrigas si nunc inscendas Iouis, Atque hinc fugias. Gellius vsus est huius passiuo inscendas Iouis, Atque hinc fugias. Gellius vsus est huius passiuo inscendor. ita enim ait lib.5.cap.2,de Bucephalo Alexandri equo,Haud vnquam sese ab alio inscendi,nisi à rege,passus est.

Insciens,tis,adiectiuum,Ignarus,inquit Donatus. {ἀγνοων. Ital.*Ignorante.* Gal.*Qui n'en sait rien,ignorant du fait.* Hisp. *Cosa nescia ò no sabidora.*} Plautus in Trin.Me absente, atque insciente, inconsultu meo, Aedes venales hasce inscribit literis. Terẽt.in Heaut.Si peccaui,mi Chreme,Insciens feci. e.m. id equidem ego, etiam si tu neges, certò scio, Te inscientem atque imprudentem dicere,ac facere omnia.

Inscientia,æ, Ignorantia. {ἀγνοια. Ital.*Ignoranza.* Gal.*Ignorance, faute de sauoir.* Hisp.*Necedad ò no sabiduria.*} Cic.pro Syl.Vos denique in tantis tenebris errorꝭ & insciẽtiæ clarissimum lumen prærulistis menti meæ, Idem 1.Acad.Sed inter scientiam & insciẽtiam comprehensionem illam quam dixi,collocabat.

Inscienter, aduerbium, Per imprudentiam siue ignorantiam. {δι' ἀγνοιαν. Ital.*Ignorantemente.* Gal.*Ignorammment.* Hisp.*No sabiamente.*} Cicc.in Top, Partitione autem sic vtẽdum est, nullam vt partem relinquas: vt si partiri velis tutelas,inscienter facias,&c.

Inscitus,ta,tum,Inelegans,& malè compositus. {ἀστειος. Ital.*Inelegante, mal composto.* Gal.*Sot,lourd,de peu d'esprit.* Hispa. *No polido, mal compuesto.*} Plautus in Menæch.Mulier hæc inscita est, & stultra, quantum perspexi modò.

Inscitè, Imperitè,incomptè,impolitè,ineleganter. {ἀμαθως, ἀπαιδευτως. Ital. *Lordamente, senza giudicio, goffamente.* Gal.*Sottement, lourdement,sans jugement.* Hisp. *No sabiamente ignorantemente, sin juyzio.*} Plaut.in Triu.Si quid scis me fecisse inscitè aut improbè, si id me Non accusas, tute ipse obiurgandus es,scio.

Inscitia,æ, Ignorantia,imprudentia. {ἀπαιδευσια, ἀνεπιστημοσυνη. Ital.*Ignoranza.* Gal.*Ignorance, faute de sauoir.* Hisp. *Necedad ò no sabiduria.*} Plaut.in Curcul.Heus tu mulier,malè mereri de immerente,inscitia est.Terent. in Heaut.O Iupiter,tantam inesse animo inscitiam!

Inscius,Nescius,imprudens,quasi non sciens. {ἀσυνετος, ἀφρων. Ital.*Che non sa, imprudente.* Gal.*Qui n'en sait rien,ignorant du fait.* Hisp.*Necio ò no sabidor.*} Cic. 4.Acad.Quam si subtraxeris,quî distingues artificẽ ab inscio? Idem 5. de Fin.Nec verò sum inscius esse vtilitatem in historia,non modò voluptatem. Inscia ac temeraria turba,Liu.4.bel.Punici.

Inscribo,bis,penult.prod. Est rei alicui titulum,vel autoris nomen addere. {ἐπιγραφω. Ital.*Sopra scriuere.* Gal *Escrire ou engraver en ou sur quelque chose,intituler.* Hispa. *Intitular poniendo titulo, sobrescrivir.*} Cicc.lib.Tuscul. Quid nostri philosophi, nónne in his ipsis libris quos scribunt de cõtemnenda gloria,suã nomina inscribunt? Idem Cassio,In statua quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti optimè merito. Lactant. libro 1, Minutius Felix in eo libro qui Octauius inscribitur, sic argumentatus est. ¶ Interdum dilacerare. ἐπιξαω, ἐπιγραφω. Plautus,Corpus tuum virgis vlmeis inscribam,id est insigniam : vel ita dilacerabo, vt notæ inscriptæ appareant.

Inscriptus, a, um, Quandoque pro non scripto sumitur. {ἀγραφος. Ital. *Non scritto.* Gal.*Qui n'est point escrit.* Hisp.*No escrivido.*} vt apud Varronem lib.2.cap.1, Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum,atq; ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerit,lege Censoria committat mulctam. Quintilia.lib.3.cap.8, Alia esse scripta, & alia inscripta.

Inscriptum,ti, Breue quoddam in chartula scriptum, cuiusmodi solẽt dare Præfecti vrbium iis qui merces exportant. {τὸ ἐπιγραπτον, τὸ ἀσημειωμα. Ital.*Breue,bolletino.* Gal. *Vn bulletin, vn billet.* Hispa. *Letera del principe.*} Lucil.Facit Idem quod illi qui inscriptum è portu exportant clanculum,ne portorium dent. ¶ Inscriptum, pro inscriptione. Gell.libro 20. cap.vlti.Quædam alia inscripta, nimis lepida, multáfque prorsus concinnitates redolentia.

Inscriptio,verbale, Modò titulus,modò nota. {ἐπιγραφη, ὑπογραμμισμος. Ital. *Soprascritta.* Gal.*Escrite au,inscription,titre.* Hispa.*Sobrescritura,titulo.*} Plinius lib.29.cap.1, Hinc illa infœlicis monumenti inscriptio, Turba se medicorum perisse.

Insculpo,pis,psi,ptum,à scalpo compositum est, teste Diomede, non à sculpo,quod Latinum non est. {ἐγκολαπτω. Ital.*Scolpire.* Gal.*Entailler,engraver.* Hisp.*Esculpir.*} Mutatur autem prima vocalis in vltimam, quemadmodum in cõpositis verbi Calco,inculco,conculco,& proculco. Vnde gemmam scalptam contendit dicendum,non sculptam. Est autem in-

sculpere,

sculpere, incidere aliquid in æs, in argento, in marmore, in gemma, & simili materia. Plin. in Epistō. Incisa & insculpta publicis, æternisque monumentis. ¶ Per metaphoram dicimus aliquid insculptum esse in animo, quod ita memoriæ animóque nostro impressum est, & infixum, vt facilè excidere non possit. Cice. 2. de Natu. deor. Omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptum, esse deos.

Insĕco, as, are, Idem quod secare, siue intus secare. {Ital. *Tagliare.* Gal. *Couper, tailler.* Hispa. *Cortar.*} Liu. lib. 8. bel. Maced. Sed non tam parentibus plagis mouentur: interdum insecta cute, vbi latior, quàm altior plaga est, etiam gloriosum se pugnare putant. Colum. lib. 11. cap. 47. Quidam oliuam non contundunt, sed acuta arundine insecant. Idem lib. 4. cap. 15, Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ vsque ad medullam.

Insecta, Animalcula sunt partim terrestria, vt scolopendræ, stelliones: partim volucria, vt apes, vespæ: partim cum vtroque participantia, vt formicæ: partim pennis & pedibus carentia, vt tineæ quæ in homine nascuntur. {Ital. *Piccioli animali che non hanno sangue.* Gal. *Petites bestes qui n'ont point de sang.* Hisp. *Los animales cenidos.*} Aristoteli. Dicta insecta ab incisuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum sunt, atque alui. Hæc Albertus Magnus appellat annulata. Vide plura de his apud Plinium, lib. 11. cap. 1.

Insecabilis, bile, Quod secari, ac diuidi non potest, quales sunt atomi. {Ital. *Che non si può tagliare.* Gal. *Qu'on ne sauroit couper ne diuiser.* Hisp. *Cosa que no se puede cortar.*} Quintil. lib. 2. cap. 17. Ne hi quidem, qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt.

Insĕdatus, a, um, Non sedatus, turbulētus, commotus. {Ital. *Non acquetato, commosso.* Gal. *Qui n'est point posé ne rassis.* Hispa. *No assossegado.*} Cice. in Partit. Simúlque altitudo animi in capitēdis incommodis, & maximè iniuriis, & omne quod est eius generis graue, insedatum, turbulentum, ἀπάθειαν, ἀοχλησίαν.

Insĕdabilis, le, Quod sedari non potest: vnde aduerbium insedabiliter Lucre. lib. 16. Insedabiliter sitis arida corpora mersans.

Insĕmino, as, are, Inserere. {Ital. *Seminare.* Gal. *Semer.* Hisp. *Sembrar.*} Gel lib. 19. cap. 5. Qui aquam nisalem frugibus sanè & arboribus fœcundā diceret, sed hominibus potu nimio insalubrē esse: tabem & morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminare.

Insĕnesco, scis, scere, Diutissimè immorari, quasique in eo ætatem consumere, & senem fieri. {Ital. *Diuenir vecchio in qualche negotio.* Gal. *Enuieillir, deuenir vieil.* Hisp. *Enuegescerse.*} Quintil. lib. 10. cap. 5, Singulis actionum partibus insenescere. Tacitus libro 3, Quum plerique isdem negotiis insenescerent.

Insensĭbilis, le, Quod sub sensum cadere non potest. {Ital. *Insensibile.* Gal. *Insensible.* Hisp. *Cosa que no se puede sentir.*} Gell. lib. 17. cap. 10, Innumerabile esse ait, & propemodum insensibile.

Insensĭlis, le, Idem. Lucret. libro 2, -necesse est Ex insensilibus tamen omnia consiteare Principiis constare.

Insĕpultus, a, um, Non sepultus. {Ital. *Insepulto, non sepelito.* Gal. *Qui n'est point enseueli, ne enterré.* Hispa. *No enterrado.*} Cice. 4. Catil. Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos aceruos ciuium. Horatius Epod. 5, Póst insepulta membra different lupi, Et exquilinæ alites.

Insĕquor, pen. corr. Sequor, vel subsequor. {Ital. *Seguitare, seguir dentro, perseguitare.* Gal. *Suiure, ensuiure, poursuiure.* Hisp. *Seguir, perseguir.*} Virg, Aeue. Insequitur clamórque virūm, stridórque rudentum. Cice. de cla. Orat. Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. Idem in Ora. Quinetiam postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. ¶ Item persequi, & insectari. διώκειν. Cic. lib. 2. Philip. Si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante pop. Rom gladio stricto insecutus es. Virgil. 1. Aeue. Nunc eadem fortuna vitos tos casibus actos Insequitur: quem das finem rex magne laborum? Ciceto pro Rosc. Ame. Quid vis amplius? ecquid insequeris? quid oppugnas? Insequi clamore ac minis, Cice. pro Cluentio.

Insequens, participium. {Ital. *Perseguitante.* Gal. *Ensuiuant.* Hisp. *Perseguidor, el que siegue.*} Cic. ad Augustum, Quę non insequēs hora antecedente calamitosior pop. Rom. illuxit? Insequēs officium, De quo mox dicturi aut deliberaturi sumus. Plancus ad Senatum lib. 10. Epist. Ciceronis, Huic prius excusandum me esse arbitror, quàm de insequente officio quicquam vlli pollicendum.

Insequenter, aduerbium, Pro inconsequenter. {Ital. *Senza proposito.* Gal. *Inconsequemment, mal à propos.* Hispa. *No siguiendo se.*} Gell. lib. 10. cap. 20, Obscurè & insequenter particula illa posita.

Insĕctor, aris, frequentatiuum. Sæpe & multùm persequi. {Ital. *Perseguitare attentamente.* Gal. *Poursuiure diligemment & instamment.* Hisp. *Perseguir mucho y con diligencia.*} Cic. pro Font. Insector vltrò, atq; insto accusatori Iudices: insector, inquam, ac flagito testeis. Plaut. in Capt. Nam ista voce Insecto, sed apud vetustissimos duntaxat. Plautus in Capt. Iam illic nos insectabit lapidibus, nisi illum iubes Comprehendi. ¶ Insectari terram rastris. Virgil. 1. Georg. Assiduis terram insectabere rastris.

Insectatio, onis. {Ital. *Il perseguitare con trista parole.* Gal. *Poursuite, comme quand on medit aucun.* Hisp. *Aquella obra de perseguir con palabras injuriosas.*} Liu. 2. ab Vrbe, Inde illam absentis insectationem esse natam, quòd morando spem destituerit.

Insĕro, is, penult. corr. Inseui, insertum, significat immitto, impono, immisceo. {Ital. *Inserire per dentro, imbiancare, ingraffare, incalmare.* Gal. *Enter, mettre dedans.* Hisp. *Meter dentro, enxerir.*} Terēt. in Heaut. Vidin' ego te modò manum in sinum huic meretrici Inserere? Colum. lib. 6. cap. 4, Nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inseras. Plin. lib. 10. cap. 57. Penna per trāsuersas inserta nares. ¶ Quando facit inseui, insitū, significat idem quod insemino. Colu. lib. 5. cap. 7, Arboribus rumpotinis, si frumentum non inseritur, in vtranq; partem viginti pedum spatia interueniunt. hoc est si inter arbores frumentum non seminetur. Solent enim Itali inter arbores illas quæ vitibus vestiuntur, frumentū serere: qui mos etiam hodie mansit in Campania, & in agro Mediolanensi. De arbore dicitur, quādo scilicet scisso truncо, surculus fœcundæ arboris inseritur in stetili. ἐμφυλεύσαι. siue quum oculus vnus arboris alteri adhibetur: quod quidam inoculationē vocant: vel quando arbor seritur, aut plantatur. Virgil. 1. Aeglo. Insere nūc Melibœe pyros, pone ordine vites. Colu. de Arbo. cap. 8. Vitem, quam insiturus es, resecato, & plagam leuato, atq; ita findito, & paratos surculos in fissura demittito eatenus quà adrasi sunt. Idem, Insita est fructuosior quàm quæ insita non est, quàm quæ cum ramis, radicibúsque seritur. ¶ Per trāslationem Lactan. lib. 5, Odiū & inuidiam & dolum hominibus inseuit, vt tam essent, quàm serpētes, venenati, tam rapaces, quàm lupi. Diome. Inseror, insertus & insitus facit. Et tradunt quidam Insitus arborum esse, Insertus hominis vel alicuius rei. Seruius, Insitas arbores dicimus: insertas verò causas aut fabulas. Plin. lib. 10, Penna per transuersas inserta nares.

Insĭtum, siti, penult. corr. {Ital. *Inestato, Piantato, Imalmato.* Gal. *Vn greffe, vn'ante.* Hispa. *Cosa enxerida ò enxerta.*} Nomen, est ipse surculus ex vna arbore recisus, & in aliam implantatus. Columel. lib. 4. cap. 29. Tum quod ex insito profundit, sublīgādum, ne vento surculus motus labefactetur, explantetúrve tener pampinus. Idem de Arbor. cap. 26, Terram circa arborem aggerato vsque ad ipsum insitum.

Insĭtus, penult. corr. participium, innatus. {Ital. *Inestato, incalmato.* Gal. *Inseré, mis dedans.* Hisp. *Enxerido.*} Cice. 6. Verr. Hoc quum cæterę gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, vt animis eorum insitum, atque innatum esse videatur. Insitus vtri cluis, Sallust. in Cicero. Insitus genti mos per latrocinia militiam exercere, Liuius 8. bel. Pun.

Insĭtus, us, penult. corr. nomen. Idem quod insitio. Plin. lib. 16. cap. 3, Et hactenus publica sunt genera, cætera regionum locorúmque, aut ex his inter se insitu mista.

Insĭtio, onis, Inserendi actus. {Ital. *Inestamento, incalmatura.* Gal. *Entement, enture.* Hisp. *Obra de enxerir arboles.*} Colum. lib. 5. cap. 11, Tria genera porrò insitionum antiqui tradiderunt. Ouidius 1. de Remedio amoris, Venetit insitio, fac ramum ramus adoptet. Cic. de Senect. Nec cōsitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricultura solertius.

Insĭtor, otis, Qui inserit. {Ital. *Incalmatore.* Gal. *Enteur.* Hisp. *Enxeridor.*} Plin. lib. 18. cap. 33, Hunc caueat insitor calamis, gemmísque inoculator.

Insititius, Dicitur illud quod insitum est. {Ital. *Inestato, incalmato.* Gal. *Enté, inseré.* Hisp. *Enxerido.*} vt, Surculus insititius. ¶ Per metaphoram accipitur pro omni eo quod proprium aut naturale non est, sed aliunde ascitum. Plin. in Epist. Quid multa? inuideo Græcis quòd illorum lingua scribere maluisti. Neque enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, quum hoc insititio & inducto tam præclara opera perfeceris.

Insĭtiuus, a, um, Idem quod insititius, quod scilicet naturale non est, sed aliunde adscitum. Gellius, Corpúsque & animum benigne ingenitis primordiis inchoatum, insitiuo degenerísque alimēto lactis alieni corrumpere. Cice. pro Sestio, Quúmque insitiuum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ censu prohibuisset.

Insĕrto, tas, frequentatiuum à supino insertum formatum. {Ital. *Accommodare.* Gal. *Accommoder, mettre dedans.* Hisp. *Atauiar.*} Virg. 2. Aeneid. Hic ferro accingor rursus, clypeóque sinistram Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam. Statius 5. Theb. -piget irrupisse volantum Concilia, & cælo mentem insertasse veranti. Dextras insertare catenis. Stat. 12. Thebaid.

Insĕrpo, is, ere, Idem quod serpere, & obrepere. {Ital. *Entrare dentro dolcemente.* Gal. *Se trainer & couler dedans, entrer doulcement.* Hisp. *Entrar à escondidas.*} Stat. 1. Thebaid. -iam somnus auaris Inserpit curis.

Insĕruio, is, Obsequor alicui, & seruientis officium præsto. {Ital. *Seruire, far seruitio.* Gal. *Seruir, faire seruice.* Hisp. *Seruir, hazer seruicio.*} Cice. 1. Offic. A quo plurimum sperat, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimùm inseruit. Antiqui etiā accusatiuo iungebant. Plaut. in Mostel. Non meretricum est, vnū inseruire amantem. Inservire suis commodis, est vtilitati suæ consulere. Cic. 2. de Fini. Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnā indolem, quos suis cōmodis inseruituros, & quicquid ipsis expediat, facturos arbitramur.

Insĭbilo, as, are, Idem quod sibilare, vel spirare. {Ital. *Subbiare.* Gal. *Siffler.* Hisp. *Silbar.*} Ouid. 15. Metamor. Qualia succinctis vbi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. Membra insibilat ignis, Silius libro 12.

Insĕccatus, a, um, Non siccatus. {Ital. *Non seccato.* Gal. *Qui n'est point seché.* Hispa. *Cosa no seca ni enxuta.*} Stat. 3. Theb. Vulneráque ista ferens putri insiccata cruore, Protinus ite peto.

Insĭdeo, es, penult. corr. In re aliqua siue super rē sedeo. {Ital. *Sedere sopra qualche cosa.* Gal. *Estre assis dessus.* Hispa. *Assentarse sobre algo.*} Plin. de Viris illustribus, Hic primus instituit, vti equites Romani Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis insidentes, in Capitoliū transirent. Liu. 7. ab Vrbe, Equo deinde quàm poterat maximè exornato insidentem se in specum immisisse. ¶ Aliquando pro inhæreo. ἐμφύομαι. Cice. lib. 4. Tuscul. Quum autem hic feruor concitatióque animi inueterauerit, & tanquam in venis medullisque insederit. ¶ Aliquando locum aliquem occupo ad intercipiendum præteuntes, ἐνεδρεύω: vt Insidere arcem militibus. Liu. 6. belli Pun. Quingentis militibus arcem insedit. Insidere itinera, Liu. 5. belli Pun. Quā fugam inclinaturā credebat, omnia itinera insidere iubet. ¶ Aliquādo obsidere, πολιορκῶ. & modò cum accusatiuo cōstruitur. Liu. 2. bel. Pun. Magonem locum monstrabit quem insideratis. Modò datiuo. Virgil. lib. 12, Arripuítque locum, & syluis insedit iniquis. Liu. lib. 9, Insessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subuehebatur.

Insideri, passiuè. Liuius 5. belli Pun. Vixque omnes hostium præsidiis insiderentur.

Insĭdiæ, arum, Dolosa expectatio ad aliquem aggrediendum: ab insidendis locis quæ ad insidias deligimus. {Ital. *Insidie, agnati.* Gal. *Espies, embusches.* Hisp. *Las assechanças.*} Solent enim qui hostibus insidiantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidiantur, ea loca insidere quà illos iter facturos putant, vt incautos opprimant. Cæs. 2. belli Gall. Insidias veritus. Cicc. pro Cn. Plancio, Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis. Idem 3. Offic. Suntne igitur insidiæ, tendere plagas, &c.

Insidior, aris, Insidias tendo. {ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω. Ital. *Insidiare, far agguati.* Gal. *Espier, guetter.* Hisp. *Assechar.*} Sallustius in Iugurtha, Adherbalem vitæ suæ dolis insidiatum esse. Cicero de Orat. Non enim id agit vt insidietur, & obseruet, sed fauet. Martia. lib. 12, Si te delectant animosa pericula, tuscis (Tutior est virtus) insidiemur apris. Virgil. 9. Aeneid. -lupus insidiatus ouili. Ouid. 13. Metamor. Hostibus insidier, fossas munimine cingo.

Insidiator, oris, Qui tendit insidias. {ἐπίβουλος. Ital. *Insidiatore.* Gal. *Espieur, guetteur.* Hisp. *Assechador.*} Cicer. pro Milone, Insidiatori verò, & latroni quæ potest afferri iniusta nex?

Insidiosus, Qui sæpe insidiatur, plenus insidiis, fallax. {ἐπίβουλος, ἐπιβουλευτικός. Ital. *Pien d'inganni.* Gal. *Plein de tromperie.* Hisp. *Lleno de assechanças y engaños.*} Cic. 4. Verr. Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vnquam? Insidiosus latro, Martia. libro 14. Plin. lib. 29. cap. 1, In qua conditione insidiosissima autoritatem pessimis boni faciunt.

Insidiosè, Cum insidiis. {μετ' ἐπιβουλῆς. Ital. *Con tradimento, con inganno, con trussa.* Gal. *Par trahison, par deception & tromperie, en guettant.* Hisp. *Con asechança, con engaño.*} Cicc. lib. 3. Offic. Ratio ergo postulat nequid insidiosè, nequid simulatè nequid fallacitèr.

Insido, is, pen. prod. insedi, insessum Significat ad sedendum descendo, vel clàm & sensim delabor. {ἵζω, ἐνίδρυμαι. Ital. *Sedere.* Gal. *S'asseoir & se poser, reséder sus.* Hisp. *Assentarse.*} Virg. 5. Aene. Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena Floribus insidunt variis, & candida circum Lilia funduntur. Quintil. lib. 10. cap. 7, Moras, & secessum, & silentium quæret, dum illa verba fabricentur, & memoriæ insidant. Lactant. lib. 6, Vitanda ergo spectacula omnia non solùm nequid vitiorum pectoribus insidat. id est sensim ingrediatur, & inhærear. Statius passiuum protulit 2. Theb. Fessis insiditur astris.

Insignis, & hoc insigne, Eximius, nobilis: & propriè is in quo aliqua sunt signa quibus ab aliis discernitur. {ἐπίσημος. Ital. *Nobile, manifesto, chiaro.* Gal. *Notable, segnalé, bien marqué, remarqué.* Hisp. *claro, señalado.*} Virgil. lib. 3, Georg. Nec mihi displiceat maculis insignis & albo. hoc est, insignitus, quique maculis ab aliis distinguitur. Liu. 1. ab Vrbe, Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit, insignique eum veste, & Curuli regia sella adornauit. Virg. lib. 4. Aene. -ostróque insignis & auro Stat sonipes. hoc est auro & ostro insignitus, vel insigniter instratus. ¶ Insigne itaq; generaliter dicitur quicquid signo aliquo, vel nota inter alia emineat. Vnde qui nobilitate, aut virtute aliqua, aut etiam vitio inter alios eminent, insignes dicuntur. Virg. 1. Aene. Insignem pietate virum. Sic etiam insignes latrones dicimus, qui maiore audacia grassantur, & suis facinoribus omnibus innotuerunt. Item insignia etiam facinora dicimus, quæ vulgatia nõ sunt, sed rara: nihilque habent mediocre, sed aut insigniter bona, aut mala. Insignis homo omnibus notis turpitudinis, Cic. pro Rab. Terent. in Eunuc. Iandiu aliquam causam quærebat senex quamobrem aliquid insigne faceret. Donatus, Insigne aliquid, magnum, & nobile facinus. Sic etiam insignia scelera, à Tacito dicũtur. Omne enim quod excellit, siue illud sit vitium, seu virtus, insigne dicitur. Vnde etiam quãdoque simpliciter pro magno sumitur. Lucil. Cotus non curat caudam insignem esse, modò pinguis siet.

Insignia, insignium, {σημεῖα. Ital. *Insegne, arme.* Gal. *Enseignes, marquet, armoiries, armes.* Hisp. *Las insignias de las honras, las armas.*} Dicuntur ea quæ in vestibus, vexillis, & huiusmodi insignita sunt: aut ipsæ vestes, vexilla, & alia quæ fiunt, aut ferũtur ita ab aliis discreta vt nosci possint cuius sint, & ad quos pertineant: vt vestes militares, & insignia militaria, regalia, consularíave, quibus acies ab acie, eques ab equite, Rex & Cõsul à viro priuato cognosci debet. Virgil. 2. Aeneid. Danaúmque insignia nobis Aptemus clypeos. Liu. lib. 1. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Sallust. Cum fascibus, atque aliis imperij insignibus ad Manlium in castra tendit. Mos enim fuit antiquorum, vt benemeritis insignia tribuerent magistratuum. Vnde scribit Tacitus decreta fuisse Narcisso Quæstoria insignia à Claudio Cæsare. Ab eodé insignia Prætura Crispino decreta fuerunt. ¶ Et nõ solùm signa & ornamẽta ob virtutem adepta, sed etiam insignia laudis, & insignia gloriæ dicimus: vt Cicero Appio, Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assequuti sunt. ¶ Dicimus etiam in numero singulari, Insigne, is, Ouid. 1. de Arte, Este procul vittæ tenues, insigne pudoris. Sic etiam dicimus insigne regni, pro diademate quo reges vtuntur. Cicero 3. Philip. Esset enim illi seruiendum, si Cæsar ab ipso regni insigne accipere voluisset.

Insignio, is, iui, itum, Signis noto, seu distinguo. {σημαίνω, ἐπιφημίζω. Ital. *Ricamare, ornare.* Gal. *Marquer, noter & remarquer, orner.* Hisp. *Señalar, ornar.*} vt apud Claudianum lib. 1, Hic elementorum seriem, sedésque paternas Insignibat acu. Lib. 4. ad Heren. Siquam rem deformabimus turpem aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus, quo magis insignita sit forma Virgil. 7. Aeneid. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. Insignire annum cladibus, Tacitus, pro insignem facere.

Insignitus, penult. prod. particip. aut nomen ex participio, Idem quod insignis. {ἐπίσημος. Ital. *Ornato, hallato.* Gal. *Marqué, orné, segnalé.* Hisp. *Ornado señalado.*} Cic. 1. de Diuin. Quòd plenus aër sit immortalium animorum in quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant. Tacit. lib. 4, His partæ victoriæ spes, & si cedant, insignitius flagitium.

Insignitè, pen. prod. Insigniter, eximiè. {σημαντικῶς. Ita. *Illustremente, manifestamente, chiaramente.* Gal. *Fort excellemment, notablement, evidemment, clairement.* Hisp. *Notablemente, señaladamente.*} Cic. pro Quintio, Neq; tamen quisquam inuentus est tam insignitè improbus. Plaut. in Menæch. Nen sinas in me insignitè fieri tantam iniuriam.

Insigniter, aliud aduerbium eiusdem significationis. σημαντικῶς, ἐπισήμως. Cicc. in Partitionibus, Parentibus, amicis, hospitibus præcipuè atque insigniter diligendis. Idem 3. Philip. Quis autem rex vnquam fuit tam insigniter impudẽs, vt haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia? Colum. lib. 10. cap. 1, Superest ergo cultus hortorum insigniter neglectus quondam veteribus agricolis.

Insile, insilis, penult. corr. Est suspẽdiculum vel perpendiculum, quod telam demissam examinat: ita dictum, vt credit interpres Lucretij, eo quòd applansa pectine tela resultet & subsiliat. Lucret. libro 5. Textile post ferrum est, quia ferro tela paratur: Nec ratione alia possunt tam leuia gigni Insilia, ac fusi, radij, scapique sonantes. Alij volũt esse duo leuia gigni Insilia, ac fusi, radij, scapique sonantes. Alij volũt esse duo instrumenta lignea, pedibus textorum supposita, quibus alternis resurgentibus & depressis, telæ aperiuntur & contrahuntur.

Insilio, is, penul. corr. insilui, insiliui, insilij, insultum, Saltu ingrediot, vel super aliquid salio significat. {ἐνάλλομαι, ἐπιπηδάω. Ital. *Assalire, saltare in qualche cosa.* Gal. *Saillir ou sauter dessus, ou dedans, se ruer dessus.* Hispa. *Saltar en otra cosa.*} Stat. libro 9. Thebaid. Insilnere vadis, magnóque fragore solutus Agger. Lucret. lib. 3, Insiluit solo, nociturus pondere puppi. Insilire in equum, Liu. 6. ab Vrbe. Plaut. in Rud. E naui timidæ ambæ in scapham insiluimus, &c. Plin. lib. 8. cap. 16, Dum sequitur, insilit saltu, quo in fuga non vtitur.

Insimul, Ex in & simul significat vnà. {ἅμα. Ital. *Insieme.* Gal. *Ensemble.* Hisp. *juntamente.*} Stat. 1. Syl. Et gentes alis insimul togatas.

Insimulo, as, penult. corr. Accuso, crimen ingero. {κατηγορέω, ἐνδείκνυμι, ὀνειδίζω, μέμφομαι. Ital. *Accusare, incolpare.* Gal. *Accuser, blasmer, mettre sus.* Hisp. *Acusar, culpar.*} Cic. Trebatio. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem accipis. ¶ Iungitur etiam quandoque genitiuo. Terent. in Phor. Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies ¶ Accipitur etiam insimulo pro suo simplici simulo. κατασκευάζομαι. Cicero lib. 1. Offic. Solus neglexit fidem, furere insimulauit, ne quò iret.

Insimulatio, Quæ (vt inquit Donatus) est falsi vel veri criminis incusatio. {ἔλεγχος, τὸ ἐγκαλεῖν. Ital. *Accusa, biasmo.* Gal. *Blasme, accusation.* Hispani. *Aquella falsa acusacion.*} Cicero pro Fonteio, In falsam atque iniquam proborum insimulationem vocabatur.

Insinuo, as. In notitiam alicuius adduco. {ἐνδύομαι, ἐγκολπίζω, ἐγκρύπτω, ὑποτρέχω, παρεισδύομαι. Ital. *Mettere in seno ò gittar dentro, demostrare.* Gal. *Mettre ou jetter au sein, fourrer dedans, demonstrer.* Hisp. *Enseñar ò meter en el seno, demostrar.*} Sueto. de Clar. Gram. Quare citò manumissus Augusto insinuatus est, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticu suscepit. hoc est in notitiam Augusti peruenit. Cicero de Amicit. Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cauendum est. Plaut. in Milit. Interim iuit hinc miles: fortè Athenas aduenit: Insinuat sese ad illam amicam heri mei. ¶ Dicitur autem Insinuo, quasi in sinum, vel pectus immitto. Apud Virgil. libro 2. Aeneid. legitur insinuat pro passiuo insinuatur. Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis Insinuat pauor. Vbi Seruius, insinuat, inquit, pro insinuatur.

Insinuatus, Inflexus, complicatus, compressus. {συμπεπλεγμένος. Ital. *Riuolto, torto.* Gal. *Tors, doublé.* Hispani. *Doblegado, tuerto.*} Apule. lib. 9, Siccine vacuus & otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi? Tali enim habitu manus otiosorum complicantur. Liuius pro eodem dixit, Compressis manibus'. cuius hæc sunt verba ex lib. 7. ab Vrbe, Quid aliud causæ esse, credamus, cur veteranus dux fortissimus bello, compressis (quod aiunt) manibus sedeas?

Insinuatio, onis. παρεισδυσις. Cicc. 1. de Inuentione. Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscurè subiens auditoris animum. Vide Quintil. lib. 4.

Insipidus, a, um, Quod iniucundum habet saporem, aut quod fatuum est, & saporis omnis expers. {ἄνοστος, ἄνοιος. Ital. *Che ha cattivo sapore.* Gal. *Qui ne sent rien, stupide.* Hispa. *Cosa desabrida sin sal.*} ¶ Per translationem accipitur pro stulto & insipienti. ἀνόητος. Gell. lib. 6. cap. 1, Nihil est prorsus, inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala.

Insipiens, tis, Non sapiens, qui non cogitat quæ agenda sunt. {ἀνόητος, ἄφρων, μωρός. Ital. *Pazzo, sciocco.* Gal. *Fol, qui n'est point sage.* Hispani. *Necio, sabido, necio.*} Cicero 2. de Finib. Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere. Idem de Amicitia, Nihil insipiente infatuato intolerabilius fieri potest.

Insipientia, æ, Imprudentia, dementia. {ἀνοησία. Ital. *Pazzia.* Gal. *Folie.* Hispa. *La necedad ò ignorancia.*} Plaut. in Amph. Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est.

Insipienter aduerbium, Imprudenter. {ἀνοήτως. Ital. *Pazzamente.* Gal. *Folement.* Hispani. *Neciamente.*} Plautus in Truculento, -per tua obsecro genua, Vt tu istuc insipienter factum, sapienter feras, mihique ignoscas.

Insipo, as, are. Verbum est antiquum & obsoletum, quod Festus interpretatur iniicere. Cato de Re rust. cap. 85, Omnia bene permiscero, & in ollam nouam insipato.

Insisto, stis, Significat in re aliqua consisto. {ἐνίστημι, ἐφίσταμαι, ἐνίζανω. Ital. *Affermarsi, star fermo.* Gal. *Se tenir ferme sur quelque chose, s'arrester.* Hispa. *Estar firme, firmarse en lugar.*} Plin. lib. 7. cap. 2, Contuentes solem immobilibus oculis, feruẽtibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Cæs. 2. bel. Gal. At hostes etiam in extrema spe salutis tantam virtutem præstiterunt, vt quum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent, hoc est super mortua cadauera starent, & pugnarent. ¶ Insistere vestigia, pro firmare. Virgil. lib. 11, Vtque pedum primis infaus vestigia plantis Institerat, iaculo palmas armauit acuto. Item insistere, pro operam dare. ἐπιβάλλομαι, ἐνίστημι. ¶ Item solicitare, vrgere. ἐπείγω. Plinius. Frequentiúsque. vt id ageret insistebat. Autor ad Herennium in hac significatione cum datiuo coniunxit, Nũc idem nosmetipsi vobis insistemus: res enim communis agitur. id est vim faciemus. ¶ Item pro resistere, immorari, & quasi sistere gradum: cuius contrarium progredi. Cicero 4. Verr. Quot videtis esse in vno furto peccatorum gradus? vt si singulis insistere velim, progredi iste non posset. Idem in Orat. Sæpe accidit vt aut citius insistendum sit, aut longius procedendum. Insistere hastæ, hoc est inniti. Plinius de viris illustrib. Aduocato Marco Liuio Pontifice, hastæ insistens, & solennia verba respondens, se & hostes diis manibus deuouit. Insistere vestigiis alienis, hoc est inhærere, & sequi aliena vestigia, Plinius libro 6. cap. 17.

Instatio, nis, verb. Progressioni opponitur. {Ital. *Dimora, mora.* Gal. *Arrest, demeure.*

demente. Hispa. *Perdaya.*} Cice.1. Tuscul. Aut quis errantium stellarum cursus, progressiones, institutiones notauit? Quo tamen in loco nonnulli (sed perperam) legunt institutiones. Vocat enim Cice. stellarum institiones quum omnino nō mouentur, sed ad quoddam tempus insistunt, siue consistunt: id quod ipsemet testatur lib.2. de Natu.deor.

Insitio, Insititium, vide INSERO.

Insitum, ab insectione dictum, Pulmenti genus, ex insectis & minutatim tritis carnibus confectum, ἔψημα. Apud Apitium sæpe fit mentio de insitio.

Insitum, insitiuus, vide INSERO.

Insociabilis, le, Quod coniungi non potest. ἀσυμπάθητος, ἀσυμπάθητον. Ital. *Che non si può accompagnare.* Gal. *Qui n'est point accompagnable.* Hisp. *Cosa que no puede ser acompañada.*} Plin.lib.16.cap.43, In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se, & cum aliis insociabili glutino, sicut robur. Sed nec ferè cohærent, nisi similia natura, vt siquis lapidem lignúmque coniungat. Indomita & insociabilis gēs, Liu.7.bel.Maced. Regnum insociabile, Tacit.lib.13. Liu.7.bel.Pun. Inusitati nāque antea alienigenis, nec videre ipsi aduenam in terra sua adsueti, omni generi humano insociabiles erant.

Insolabiliter, aduerbium, Sine consolatione. ἀπαραμυθήτως. Ital. *Senza consolatione.* Gal. *Inconsolablement, desolaticment.* Hispa. *No podiendo ser consolado.*} Horat.1.epist.14, Me quāuis Lamiæ pietas & cura moratur Fratrem mœrentis, rapto & defratre dolentis Insolabiliter.

Insoletis, penult. corr. Insuetus & insolitus. ἄηθης. Ital. *Insolito, non solito.* Gal. *Inusité, qui n'est point en vsage.* Hisp. *No acostumbrado.*} Horat.3.Carm. Ode 29, Fortuna sæuo læta negotio, & Ludum insolentem ludere pertinax. Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alij benigna. Sallustius, Insolens vera accipiendi. Gell.lib.1, Atq; id quod à C. Cæsare excellentis ingenij, ac prudentiæ viro, in primo de Analogia scriptum est, habe semper in memoria atque pectore, vt tanquam scopulum, fugias inauditum atq; insolens verbum. ¶ Per translationem ponitur pro superbo & arrogante, qui præter legem agit humanam, atq; naturalem: & quem audacē, vel *præsumptuosum* dicere solemus. ἀλαζών. Ital. *Arrogante, fastidioso.* Gal. *Insolent, arrogant, superbe, fier.* Hisp. *Arrogante y soberuio.*} Quod est, quum quis audet facere vel dicere quod à modestis viris fieri aut dici non solet. Cic. pro Marcel. In victoria, quæ sui natura insolens & superba est. Idem de Senect. Tertiam enim iam ætatem hominum viuebat: nec erat ei vetēdum ne vera de se prædicans nimis videretur aut insolens, aut loquax.

Insolentia, æ, Insuetudo, res non consueta aut solita. ἀήθεια. Ital. *Insolenza, non vsanza.* Gal. *Faute d'accoustumance, inaccoustumance.* Hisp. *Aquella no costumbre.*} Cice.1.de Inuent. Primò propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, &c. Liu.8.bel.Maced. Et offenderunt aures insolentia sermonis. ¶ Insolentia, pro arrogantia, superbia. ἀλαζονεία. Ital. *Soperbia, arroganza.* Gal. *Insolance, arrogance.* Hisp. *Arrogancia y soberuia.*} Cice.5. Verr. De luxuria Apronij loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitis ac turpitudine. Cicero 1. Tuscul. Quæ quidem cogitans soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admirantur. ¶ Insolentia, pro nouitate. Cic. pro Deiot. Moueor etiam loci ipsius insolentia.

Insolenter, aduerbium, Arroganter, & superbé. ἀλαζονικῶς. Ital. *Superbamente, arrogantamente.* Gal. *Fierement, arrogamment.* Hispa. *Arrogante y soberuiamente.*} Cic.4. Tusc. Insolenter se efferre. Liu.2.ab Vrbe, Tandem superant externa: adeò superbè, insolentérque hostis eludebat. ¶ Aliquādo etiam insolenter ponitur pro raró. Cice.1.de Inuen. Deinde natura eius eueniténe vulgò soleat, an insolenter & raró.

Insolidum, siue Insolidò, pen.corr. Integré. καὶ ὁλόκληρον, καθ' ὁλόκληρον. Ital. *Interamente.* Gal. *Entierement, en tout & pour le tout.* Hisp. *Intogramente, ò enteramente.*} Senec.de Benefi.lib.2, Præsentia nondum tota insolida sunt: potest illa casus aliquis incidere. Obligari insolidū, Vlpia.l.His verbis.eod.titu. Spondere insolidum, Iulianus.l.Reos.eodem titu.

Insolitus, a, um, Non suetus. ἄηθης. Ital. *Insolito, non consueto.* Hispa. *Inacostumé, non accoustumé.* Hispa. *Desacostumbrado, no acostumbrado.*} Virgil.1. Georg. -insolitis tremuerunt motibus Alpes. Cicero 3. Verr. Cur prudentissimas, electissimásque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas, inuitásque prodire cogis? Insolitus ad laborem exercitus, Cæs.3.bel.Ciuilis.

Insolitè, aduerb. ἀήθως. Gell.lib.1.cap.5, Intempestiuè ac insolitè differebat. Sunt tamen qui eo loco legant, Insubide differebat.

Insolo, las, penult. prod. Ad solem sicco. ἡλιάζω, ἡλῶ. Ital. *Seccar al sole.* Gal. *Mettre au soleil, seicher au soleil.* Hisp. *Assolear poniendo al sol.*} Colu.lib. 12.cap.39, Quas per triduum insolaueris. Idem lib.4. cap.17, Nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoquitur.

Insolatus, In sole, seu ad solē siccatus, aut calefactus. ἡλιωθείς. Ital. *Seccato al sole.* Gal. *Exposé, & seché aux soleil.* Hisp. *Cosa asolanada.*} Columel.libro 5, Super hoc materiæ quæ fructum habent, melius conualescunt, & vuæ commodius insolatæ percoquuntur. ¶ Insolare quoque puellæ crines dicuntur, dum facie tecta passos capillos ad solem expandunt siccandi gratia. Et ipsi crines insolati dicuntur. Plinius libro 21. cap.14, de cera loquens, Candidissima verò sit post insolationem etiamnum recocta.

Insolubilis, le, Quod solui non potest. ἄλυτος. Ital. *Che non si può sciogliere.* Gal. *Indissoluble.* Hisp. *Cosa que no se puede desatar.*} Quintil.lib.5.cap.9. Vbi est signum insolubile, ne lis quidem est. Insolubile iudicium, necessarium, quod vrget hominem: apud eundem Quintilianum.

Insolutum accipere, Est aliquid accipere in satisfactionem, aut certè deductionem rei debitæ. Seneca lib.2. de beneficiis, cap.26, Inde est vt omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat, necessaria pro suo pretio æstimatum existimet. ¶ Sic etiam dicimus Insolutum cedere, id est cedere in solutionem. Exempla nusquam non occurrunt apud iurisconsultos.

Insolum, Veteres pro insolitum dixerunt. Afran. Orbitatem senectati rus malum metui: quod insolidum non venit exco ac dementi.

Insomnium, nij, neut. gen. Quod in somnis videmus. ἐνύπνιον, ὄνειρος. Ital. *Sogno, visione vedúta in sogno.* Gal. *Songe ou vision qu'on voit en dormant.* Hispa. *Vision en sueños.*} Tibul. Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera. Cicero de Senect. Caret ergo etiam vinolentia, & crudítate, & insomniis.

Insomnis, insomne, Quod est peruigil. ἄϋπνος. Ital. *Senza sonno, vigilante.* Gal. *Sans dormir, sans someil.* Hisp. *Sin sueño ò desuelado.*} Vnde insomnes noctes, apud Virgil.9. Aeneid. hoc est peruigiles. -noctem custodia ducit Insomnem ludo. Oculi insomnes. Stat.3. Thebaid.

Insomnia, æ, Vigilia. ἀγρυπνία, ἀϋπνία. Ital. *Vigilia, vigilanza.* Gal. *Faute de dormir, quand on ne dort point.* Hisp. *La vela contraria del sueño.*} Cælius Plotio, apud Nonium, Consequitur comes insomnia: ea portò insaniam affert. Donatus in illud Terentij in Eunuc. Aut mox noctu te adigent hostium insomnia Legitur, inquit, & Adiget, vt sit insomnia numeri singularis.

Insomniosus, Qui multum somniat. ἐνυπνιώδης. Ital. *Che si sogna molte cose.* Gal. *Qui songe plusieurs choses, songeart.* Hispa. *El que mucho sueña.*} Caro de Re rust.cap.157, Omnino qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies.

Insons, tis, Innocens, qui extra culpam est. ἄνοσος, ἀναίτιος. Ital. & Hisp. *Innocente.* Gal. *Innocent.*} Liu.4. ab Vrbe, Etiam si regni crimine insons fuerit. Plaut. in Asin. Ille æquior suppilabat me, quod ancillas meus Suspicabar, atque insontes miseras cruciabam.

Insono, as, are, Idem quod simplex sono. ἐνηχῶ. Ital. *Suonare.* Gal. *Sonner, rendre vn son.* Hisp. *Sonar.*} Lucan.lib.2, Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes Miscentur, tantum, &c. Ouid.11. Metam. Nulla mora est, calamis agrestibus insonat ille.

Insonus, na, num, pen.corr. Quod est sine sono & strepitu. ἄφωνος, ἀνηχής. Gal. *Senza suono, che non ha suono.* Gal. *Chose sans son ou bruit.* Hisp. *Cosa sin ruydo y sin sonido.*} Apuleius, Insono vestigio me perducit. Sic Absonum, sine sono, vel malè sonans. Vide suo loco.

Insopitus, a, um, penult. prod. Insomnis, peruigil: vt Insopitus draco. ἄϋπνος. Ital. *Vigilante.* Gal. *Qui ne dort point, qui n'est point assopi de somme.* Hisp. *Cosa que no puede adormescerse, velador toda la noche.*} Ouid.7. Metamor. -cur non tauros exhortor in illum, Terrigenásque feros, insopitúmque draconem?

Insortitus, a, um, vt Insortita spicula. ἀκλήρωτος. Ital. *Non partito per sorte.* Gal. *Qui n'est point diuisé ne parti par sort.* Hisp. *Cosa no partida por suerte.*} Plaut. in Casi. Si non impetraui, spicula etiam insortita sunt mihi.

Insperans, tis, omnis generis. Qui non sperat. ἀνέλπιστος. Ital. *Che non spera, senza speranza.* Gal. *N'esperant point, qui n'espere point.* Hispani. *El que no espera.*} Cicero 1. de Orat. Insperanti mihi cecidit, vt in istum sermonem dilaberemini.

Ex insperato, aduerbium, Præter spem & opinionem. ἀπροσδοκήτως. Ital. *Senza hauerni pensato, all'improuiso.* Gal. *Sans qu'on l'esperat, hors ou contre esperance.* Hispani. *No esperando, fuera de esperança.*} Plinius libro 25. cap.1. Casúque accidit vt milite à morsu canis, incipiente, &c. Seruatúsque est ex insperato.

Insperatus, a, um, penul. prod. ἀνέλπιστος. Ital. *Cosa non sperata.* Gal. *Non esperé, qu'on n'espere point.* Hisp. *Cosa no esperada.*} Non speratum: vt, Gaudium insperatum. Terentius in Heaut. -celem tam insperatum gaudium, Quum illi nihil periculi ex indicio fiet? Insperatum, nec opinatum malum, Cicc.3. Tuscul.

Insperabilis, le, Quod vix sperari potuisset. ἀνέλπιστος, ἀνελπίστως. Ital. *Che non si può sperare.* Gal. *Qui ne se peut esperer.* Hispani. *Cosa que no se puede esperar.*} Gell. libro 4. cap.18. Pacémque & victoriam vobis peperi insperabilem.

Inspergo, is, ere, Sparsim infundo. ἐπιπάσσω. Ital. *Spargere, aspergere.* Gal. *Espandre ou esparder par dedans ou dessus.* Hisp. *Derramar.*} Cice.2. de Diui. Cor est in extis, iam abiceret, simulac molam & vinū insperseris. Colum.lib.11.cap.2, Hoc eodem tēpore stercoris pars in prata digerenda, pars oleis & cæteris arbotibus inspergenda. Næui inspersi egregio corpori, Horat.1. Serm. Satyr.6.

Inspicio, is, penult. corr. Aspicio, intueor, ac penitus cognosco. κατοπτεύω, ἐφοράω, ἐπισκοπέω, ἐποπτεύω. Ital. *Guardare, vedere.* Gal. *Regarder dedans, considerer & voir de pres.* Hisp. *Mirar, y ver.*} Terent. in Adelph. Denique inspicere tanquam in speculum vitas hominum iubeo, atque ex aliis exemplum sumere sibi. Plaut. in Menæch. Quum inspicio marsupium, Viaticati hercle admodum æstiuè sumus. Idem in Mostel. Cupio hercle inspicere has ædes.

Inspectio, onis, Diligens rei alicuius consideratio. ἐπισκοπή, ἐφορεία, ἐπίσκεψις. Ital. *Considerazione diligente di qualche cosa.* Gal. *Regard, consideration, esgard.* Hisp. *Mirada diligente.*} Colu.lib.1. cap.4. Nam prima inspectione neque vitia neq; virtutes abditas ostendit. Cice.2. Philip. Nos enim aspectionem solùm habemus. Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem, id est cognitionem & iudicium.

Inspecto, as, Continuè, siue attentè intueor. ἐφορῶ, περισκοπέω. Ital. *Guardar con diligenza.* Gal. *Regarder souuent & diligemment, considerer.* Hisp. *Mirar à menudo ò con deligencia.*} Gell.lib.1, Ibi in stadio inspectante populo, in osculis atque manibus filiorum animam efflauit. Cice. ad Brut. Quod vtinam inspectare possis timorē de illo meum. ¶ Inspectare etiam dicuntur satellites, quos principes præsidij custodiæque corporis sui causa circum se habent. Sueton in Cæsare. Sunt qui putent confisum eum nouissimo illo Senatusconsulto, ac iureiurando etiam custodias Hispanorum cum gladiis inspectantium se remouisse.

Inspico, as, penult. prod. In modum spicæ vel spici acuo. ἀκιδοῦν, ἀκίζω. Ital. *Aguzzare.* Gal. *Faire aigu & pointu comme vn espi, aguiser.* Hispa. *Dentar la hoz, aguzar, esgar.*} Virgil.lib.1. Georg. Ferróque facies inspicat acuto. Vbi Seruius, Acuto ferro incidit, ad speciem & imaginem aristarum.

Inspiro, as, penult. prod. Afflo, perflo. ἐμπνέω. Ital. *Inspirare, spirare, soffiare.* Gal. *souffler dedans ou dessus.* Hisp. *Soplar, esparar.*} Colum.lib.1. Sed granaria sealis adeantur, & modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Virgil.1. Aene. Occultum inspires ignem. Idem 4. Georg. Illis iramodum supra est, læsæque venenum Morsibus inspirant.

Inspoliatus, a, um, Non spoliatus. ἀνύλευτος. Ital. *Non spoliato.* Gal. *Qui n'a point esté pillé ne despouille.* Hispa. *No despojado.*} Quintil.lib.7 cap.2. Hominem occisum esse constat, non in solitudine, vt à latronibus suspiceri: non prædæ gratia, quia inspoliatus est: non hæreditatis spe, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauper fuit: odium igitur in causa.

Inſpuo, is, ere, Super aliquid spuere. {ἐπιπτύω. Ital. *Sputare sopra qualche cosa. Gal. Cracher sur ou dedans quelque chose.* Hispa. *Escupir en algo.*} Plin. lib. 22. cap. 21, Tradúntque cōmanducata ea si inſputatur, mori serpentem. Idem lib. 31. cap. 9, Datúrque lingēdus, & oculis iumentorū inſpuitur.

Inſputo, as, frequentatiuum. {συχνὰ ἐμπτύω. Ital. *Sputare souente.* Gal. *Cracher souuent.* Hispa. *Escupir amenudo.*} Plaut. Capt. Quibus inſputare saluti fuit: atque iis profuit.

Inſtabilis, le, Inconſtans, variabilis. {ἀστατὸς, ἀσύστατος. Ital. *Instabile, leggero, inconstante.* Gal. *Inconstant, legier, variable.* Hisp. *Cosa que no puede estar queda.*} Virgil. lib. 4. Georg. Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. Et paulo pòſt, Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram.

Inſtabilitas, atis, Inconſtantia. {ἀστασία. Ital. *Instabilità, inconstanza.* Gal. *Instabilité, inconstance, legereté.* Hisp. *Mouedura, inconstancia.*} Plin. lib. 24. cap. 17. Hanc autem à Regibus Perſarum comedi atque bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatémque mentis.

Inſtans, tis. {ἐνεστώς, ἐνεστὼς. Ital. *Instante, chi è presente.* Gal. *Qui est pres, qui s'approche ou est present.* Hisp. *Cosa presente ò cercana.*} Pro minimo temporis momento, apud claſſicos ſcriptores non legimus: quo tamen vtuntur quidam noſtræ ætatis philoſophi, vt pleriſque aliis quæ docti nō recipiunt. Apud idoneos tamen ſcriptores legimus Inſtans tempus, pro tempore præſenti, vel pro momento illo temporis quod nunc inſtat: non tamē abſolutè (vt illi vtuntur) pro quouis minimo temporis puncto. Tacitus lib. 19, Præterita, inſtantia, futura pari obliuione dimiſtat. Quintil. lib. 5. cap. 10, Præteritum, inſtans, futurum.

Inſtanter, aduerb. Sedulò, perſeueranter. {ἐνστατικῶς. Ital. *De continouo, continouatamente, perseueratamente, senza cessare.* Gal. *Auec diligente poursuite, perseuerammẽt, & sans cesse.* Hispa. *Apressuradamente.*} Quintil. lib. 9. cap. 4, Vbicunque acriter erit, & inſtanter, pugnacitérque dicendum, membratim, cæsimque dicemus.

Inſtantia, æ, Sedulitas, aſſiduitas, & continua intentio. {ἔνστασις. Ital. *Instanza, continuatione, perseueranza.* Gal. *Poursuite continuelle, perseuerance.* Hisp. *Aquella presencia ò cercanedad, instancia.*} Plinius libro 3. cap. 5. Quis eſt enim quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia poſſit efficere?

Inſtar, Indeclinabile, licet Probus Inſtaris genitiuum eſſe dixerit: & ſere ſine præpoſitione ponitur. {ἴσα. Ital. *A guisa, à similitudine.* Gal. *A la cẽp. raison, à l'equipollent, comme.* Hisp. *A semejança, à modo.*} Et modò idē significat quod ad æquiparationem, ſiue ad menſuram. Colum. lib. 5, Vineam nouellam gemmas agere ſinito, ſimulátque pampinus inſtar quatuor digitorum erit, tum demū pampinato. Idem lib. 1, In campo rario, in colle ſpiſſius acerui ſtercoris inſtar quinque modiorū diſponentur. ¶ Modò ad ſimilitudinem, vt illud Ciceronis accipi poteſt. Funeranam autem quæ fuit non vici inſtar, ἰσόρροπον, ἰσοστάσιον. Sed vtbis quod erat Amani caput, &c. Et in Piſonē, Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redij, quum Senatum egreſſum vidi, Populúmque Rom. vniuerſum, Sueton. in Cæſare, Cuius iam etiam (ſcilicet equi) inſtar pro æde Veneris genitricis poſteà dedicauit. id eſt effigiem conſimilem. ἀνάτυπον. Solinus cū præpoſitione vſus eſt. Meſopotamiā opimat annuæ innudationis exceſſibus, ad inſtar amnis Aegyptij terris ſuperfuſus, inuecta ſoli fœcunditate.

Inſtauro, as, Feſtus putat dictum eſſe ab Inſtar, eo quòd propriè aliquid inſtaurari dicatur quum ad priſtinam ſimilitudinem reficitur. {ἀνανεόω, ἀνανεάζω. Ital. *Rinouare, restaurare.* Gal. *Restaurer, racoustrer, rabiller.* Hisp. *Renouar lo viejo.*} Vnde Donatus in illud Terentij, Amantium iræ, amoris redintegratio eſt: Integratio, inquit, hoc eſt inſtauratio. ¶ Virgilius ad animum tranſtulit, quum ait, Inſtaurati animi regis ſuccurrite teſtis. hoc eſt recreati, & reſtituti. ¶ Alij volunt inſtauro compoſitum eſſe à ſtauro antiquo verbo, quod idem ſignificabat quod hodie inſtauro: negántq; ab Inſtar deriuatum eſſe, propterea quòd ratò vſu veniat vt euerſa ædificia ad ſimilitudinem priſtinam reſtituantur. Mulcáque ab iſtis argumenta adducuntur, quibus probare conantur, inſtauro non eſſe dictum ab inſtar, ſed ab antiquo verbo ſtauro, à quo & reſtauro aliqui vſurparunt. Melius itaq; dicemus inſtaurare nihil aliud eſſe quàm reficere, reſtituere, integrare. Liu. lib. 4, Nam Phaliſci perpelli ad inſtaurandum bellum, neque clade Romanorum, neq; ſociorum precibus potuere. Inſtaurandum, non ad ſimilitudinem priſtini gerendum: ſed integrandum, & denuo inferēdum. Sic Cicero de Prouinciis cōſularibus in Piſonem & Gabinium, Periculum eſt ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. Virgil. lib. 3, Ergo inſtauramus Polydoro funus, id eſt integramus, ſupplemus, & facimus funus, quod fieri pro loco & tempore condecebat. Idem lib. 7, Certatim inſtaurant epulas. id eſt denuo imponunt. Quum ergo inſtauro nihil in ſignificato conueniat cum inſtar, nullo pacto ab inſtar formari dicendum putant, præſertim quū nec ad analogiam pertineat, quòd inſtaro, non inſtauro facere deberet. Reſtauro autem, quanuis penè aboleuerit, & pro eo inſtauro melius vtamur, tamen Lactan. lib. 7. vſurpat pro reduco, ſeu reformo, renouo, reficióve: Verùm ille (inquit) quum deleuerit iuſtitiam, iudiciúmque maximum ſecerit, ac iuſtos qui à principio fuerunt, ad vitam reſtauraverit, mille annis inter homines verſabitur. Non enim, Ad antiquam ſimilitudinem reformauerit, intelligendum eſt, quum longè elegantiori forma ſint inſtorum corpora reficienda, quàm ea quam prius habuerant.

Inſtauratio, onis, Refectio. {ἀνανέωσις. Ital. *Rinouatione, rissore.* Gal. *Restauration, acoustrement, renouuellement.* Hisp. *Obra de renouar, renouacion.*} Cicero de Aruſp. reſp. Dij ludorum inſtauratione placantur.

Inſtauratitius dies, Vltimus Circēſium erat, Iouis propitiandi gratia additus: de cuius inſtitutione vide Macrob. lib. 1. Satur. cap. 7.

Inſtauratiui ludi, dicebantur qui in locum eorum qui aut prætermiſſi erant, aut perperam facti, inſtaurabantur. Cic. 1. de Diuin. Itaque ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

Inſterno, is. Super ſterno, operio, ſuperextendo. {ἐπιστρώννυμι. Ital. *Distendere di sopra, coprire.* Gal. *Couurir, estendre dessus.* Hisp. *Cubrir, estender sobre algo, dere de sopra, coprire.*} Plin. 1. lib. 19. cap. 5. Si palo adacto cauerna palea inæqualis lo aſpero. ſternatur. Liu. 10. bel. Pun. Tabuláſque ſuperinſtrauit, vt pernium nauiū ordinem facerēt. Virgil. 2. Aeuc. -ſaluíque inſternor pelle leonis.

Inſtratus ornatu regio, Plin. libro 8. cap. 42, Vnde inſtrata, equorum ornamenta dicuntur. Et inſtratus lectus dicitur, veſte ſtragula excultus. {ἐπιστρωμνύω. Ital. *Coperto, steso di sopra.* Gal. *Couuert, estendu par dessus.* Hisp. *Cubierto, estendido sobre algo.*}

Inſtratum, ſubſtantiuum, Ab inſternendo, equorum operimentum. {ἔντοχα. Ital. *Coperta da caualli.* Gal. *Tout habillement seruant de couuerture, comme housse, loudier, & telles choses.* Hisp. *Estrado ò repostero de los caualos.*} Vlpia. l. Inſtrato. ff. de verb. ſigni. Inſtratum omne veſtimẽtum continere quod iniicitur, Labienus ait. Idem alio loco, Inſtratum, ſignificat omnem veſtem ſtragulam inſternendi cauſa paratam. στρῶμα.

Inſtragulum, li, Idem quod ſtragulum. στρῶμα. Cato de Re ruſt. cap. 10, Culcitras octo, inſtragula octo, puluinos ſedecim, operimenta decem, mappas tres, &c.

Inſtigo, as, penult. prod. Ex in & obſoleto verbo ſtigo, cuius originem referunt ad verbum Græcum στίζω, quod eſt pungo, ſeu ſtimulo. {παροξύνω, ἐπιτείνω. Ital. *Instigare, stimolare.* Gal. *Esguillonner, inciter, esmouuoir.* Hiſpa. *Hostigar ò aguijonear.*} Vnde Inſtigo pro inſtimulo: & tam in bonum quàm in malum ſumitur. Inſtigare, incitare, & quaſi impellere obiurgatione quadam. Terent. in Andr. Agè ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Liu. 3. bel. Macro. Infenſi & irati Romanos in Annibalem, & ipſos cauſam odij quærentes inſtigabant. Idē 10. ab Vrbe, Hæc precatus velut inſtigāte dea, & ipſe collegæ & exercitus virtutem adæquauit ducis. Cicero in Piſon. An tu eras Conſul, quum in Palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus iniectis inſtigante te?

Inſtigatio, onis, Inſtigandi actus. {παρακίνησις, παροξυσμός. Ital. *Instigatione, incitamento.* Gal. *Instigation, esguillonnement.* Hiſp. *Hostigamiento*} Ad Heren. lib. 2, Amplificatio eſt res quæ per locum communem inſtigationis auditorum cauſa ſumatur.

Inſtillo, as, are, Guttatim infundo. {σταλάζω, ἐπιστιλάζω. Ital. *Gocciare, instillare, lambicare.* Gal. *Degoutter, destiller goutte à goutte.* Hiſpa. *Destillar gota à gota, gotear.*} Plin. lib. 10, Et aurium granitati ſuccum raphani inſtillant. Cice. de Sene. Nanque hæc quoque niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguūtur ſenectute. Idem 2. Tuſcul. Guttæ quæ ſaxa aſſiduè inſtillant Caucaſi. ¶ Per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt ſenſim in animum mittere. Cice. ad Atti. libro 9, Attulit vberrimas tuas literas quæ mihi quiddam quo ſtarem, inſtillarunt.

Inſtimulo, as, are, penult. corr. {παροξύνω, παροργίζω. Ital. *Stimolare, incitare.* Gal. *Esguillonner, inciter.* Hiſpa. *Hostigar, aguijonear.*} Inſtigare, & ſtimulis quibuſdam impellere. Ouid. 6. Faſt. Diſſimulata deam Latias Saturnia Bacchas Inſtimulat fictis inſidioſa ſonis.

Inſtinctus, us, ui, Inſtigatio, & quam Diuinam vocant inſpirationem. {παροξυσμός. Ital. *Instinto, inspiratione diuina.* Gal. *Instinct, esguillon, mouement d'esprit, inspiration diuine.* Hiſpa. *Mouimiento diuino.*} Cicero 1. Tuſcul. Sine cœleſti aliquo mentis inſtinctu. Idem 1. de Diuin. Quæ inſtinctu Diuino afflatúque funduntur. Inſtinctu alicuius facere, hoc eſt ſuaſu & impulſione. Plin. in Paneg. Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam & imperio.

Inſtigatus, participiū. Inſtigatus. {ἐπεγείρω, παροξύνω. Ital. *Instigato.* Gal. *Esguillonné, prouoqué.* Hiſpa. *Hostigado, aguijoneado.*} Liu. 5. ab Vrbe, Itaque quæ tum cecinerit Diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec, vt indicta ſint, reuocare poſſe, &c.

Inſtinctor, oris, Impulſor. {ὁ ἐπεγείρων, παροξυντής. Ital. *Stimulatore, incitatore.* Gal. *Esguillonneur, prouoqueur.* Hiſp. *Hostigador.*} Cornelius Tacitus lib. 7. Nec deerat ſceleris inſtinctor.

Inſtipulor, aris, Eſt certa & ſolennia quædam verba concipere, quibus is qui interrogatur, aliquid ſe daturum facturúmve promittit. διομολογοῦμαι. Stipulationis huiuſmodi exemplum inſigne eſt illud apud Plautum in Pſeudolo, Minæ viginti ſanæ ac ſaluæ ſunt tibi, &c. Nullum periculum eſt quod ſciam, ſtipularier. Vt concepiſti verba, viginti minas dabin? 2. Dabuntur.

Inſtita, æ, penult. corr. Tenuis faſciola, qua honeſtæ tantū matronæ vtebantur, (inquit Acron) quæ ſtolæ imam partem ambiebat. {ἡ μεσὴ τῆς ἄνω ἐσθῆτος παρυφὴ πλατεῖα, ἡ περίζωμα. Ital. *Lista larga, che si vsaua anticamente à piè delle vesti delle honeste matrone.* Gal. *Vne bande qu'on souloit attacher, & coudre au bas d'vne robe à femme, comme va fet, & ou vne queue.* Hiſp. *Vestidura insignia de calidad.*} Horat. libro 1. Serm. Saty. 2, Nil medium eſt, ſunt qui nolunt tetigiſſe, niſi illas Quarum ſubſuta talos tegit inſtita veſte. Contrà, alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem. Ouid. in Arte. Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris, Quæque tegis medios inſtita longa pedes.

Inſtito, Vide INSTO.

Inſtitor, oris, penult. nominatiui corr. Dicitur qui à mercatore negotiationi alicui eſt præpoſitus: quales ſunt illi quos negotiatores tabernis ſuis ſolent præponere, vel merces aliquas vēndas committere. {ἐμπολήμων. Ital. *Fattore di mercante, mercante.* Gal. *Reuendeur, facteur de marchand.* Hiſp. *Regaton, mercader ò reudedor.*} Dicti autem ſunt Inſtitores (vt indicat Vlpia. in l. 3. Digeſt. de Inſtitor. act.) ab inſiſtendo, eo quòd negotio inſiſtant. Iuue. Saty. 7, Inſtitor hybernæ tegetis, niueſque cadurci. Liu. 6. ab Vrbe, Vrbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorúmque, & inſtitorū, opificúmque retenta. Propert. lib. 4. eleg. 2. Mundus demiſſis inſtitor in tunicis. ¶ Inſtitor eloquentiæ. Quintil. lib. 11. cap. 1, Commoueatúrne quiſquam eius fortuna quem tumidum ac ſui iactantem, & ambitioſum inſtitorē eloquentiæ in ancipiti ſorte videat. ¶ Poëtæ ferè ſemper accipiunt inſtitorem pro eo qui venditor eſt mercium delicatarum, cuique veſtiarij & lintearij dant veſtem circunferēdam & diſtrahēdam. Ouid. de Arte, Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem. ¶ Plautus ancillam pro domina negotiantē, inſtitricem vocat. ¶ Vergiliarū quoq; ſidus Inſtitor veſtis dicitur, quòd menſe Nouembri quum earum occaſus eſt, ex hoc ſidere coniecturam faciunt hyemis. nam ſi nubilus fuerit earum occaſus, pluuioſam hyemem denuntiat. Ideóque negotiatores ſtatim augent lacernarū pretia, quibus pluuio tempore vtimur: ſi verò ſereno tempore occiderint, aſperitas hyemis denuntiatur. Idcirco reliquarum veſtium pretia accendunt.

Inſtitorius, a, um. Quod ad inſtitorem pertinet. {ἐμπολήμων κατὰ λόγον. Ital. *Pertinente à mercantia & à tali fattori.* Gal. *Apartenant au fait des marchans ou des facteurs.* Hiſpa. *Cosa de aquella regatoria.*} vt Ars inſtitoria. Sueton. in Claud.

Claud. Cæs. cap. 27, Dispositæ per littora & tipas diuersoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ, & matronarum institorias operas imitantium, atq; hinc inde orantium vt appelleret. Institoria actio, dicitur qua dominus institorem conuenit, vel pro institore conuenitur. Ἐπιτροπικὴ. Vlpia. l. Quicũque. ff. De instit. actione. Si libitinarius (quem Græci νεκροδόκον vocant) seruum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem: quãuis & furti, & iniuriarum actio competeret.

Instituo, is, ex in & statuo, Proponо, cõstituo, decerno, certum mihi est. ἐπιχειρῶ, προτίθημι. Ital. *Proporre, instituire.* Gal. *Instituer, proposer, ordonner.* Hispa. *Constituir, proponer.* Plaut. in Baech. Ego dare me ludum meo gnato institui, vt obsequium animo sumere possit. Cic. 4. Verr. Tu qui institueras in eos animaduertere, qui perperam iudicassent. ¶ Aliquando incipio. εἰσηγοῦμαι. Plinius. Priusquam id opus institueram. Cic. pro Cluentio, Quæso, vt me, Iudices, sicut facere instituistis, benigne, attentéque audiatis. ¶ Aliquando doceo, instruo, παιδεύω, παιδεύω. Seneca, Sunt enim non modò literis, sed etiam bonis moribus instituẽdi adolescentes. Cic. pro Quintio, Qui apud te esset educatus, quem tu à puero instituisses, vt nobili ne gladiatori quidẽ hæret. ¶ Dicitur & de malis artibus. Iuuenalis, Instituitque rudes melior Locusta propinquas. id est docet eas veneficia. ¶ Aliquando ordino, & propriè de ludis, de orationibus, de moribus hominum dicitur. κοσμῶ, τοιζω. Terent. Optimè vitam instituit. Sallust. Ea familia ortum, ita se ab adolescentia vitam instituisse, vt omnia bona in spe haberet.

Institutus, a, um, participium, Constitutus, ordinatus. ἐπιτετηδευμένος. Ital. *Ordinato, apparecchiato.* Gal. *Ordonné, constitué.* Hispa. *Ordenado, constituydo.* Cic. Atti. lib. 2, Magistratus hic multos annos post Decemuiros institutus est. ¶ Institutus, eruditus. Cic. 3. de Finib. Eos melius à natura institutos fuisse, quàm institui potuissent à philosophia. Institutus, inceptus. Cic. pro Domo sua, Neque institutas cæremonias persequi, neque verbum vllum solenne potuit effari.

Institutio, onis, Institutio, doctrina. παιδεία, ἀγωγή. Ital. *Institutione, introduttione.* Gal. *Instruction, enseignement.* Hispani. *Obra de enseñar.* Cicero 1. Offic. Magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur. ¶ Institutiones item dicuntur libri, siue præcepta ad artem aliquam viam sternentia, quas ἐπαγωγὰς appellant Græci. Vnde etiam Quintilianus opus suum, quo futurum Oratorem instituit, Institutiones oratorias inscripsit.

Institutum, ti, τὸ παιδεῦσαι, ἐπιτηδεῦσαι. Ital. *Vsanza buona pigliata per consiglio.* Gal. *Vne coustume & maniere de faire, mours, façon de viure.* Hispa. *Buena costumbre y bien deliberada.* Bonus mos, consilio & ratione sumptus, & domestica disciplina quæ literis non mandatur, sed obseruatur cõmuni opinione bonorum virorum per quandam consuetudinem, ἔθος. Vnde de institutis antiquis, titulus est apud Valerium Maxi. lib. 2. id est de moribus antiquorum vsu & consuetudine receptis. Cic. de cla. Ora. Iuris publici leges, & instituta cognouerat. Idem 2. Verr. Veteri consuetudine institutóque maiorum. ¶ Aliquando idem est quod propositum, siue inceptum, aut scopus. σκοπὸς, στοχασμός. Cic. in Topi. Sed ad huius libri institutum nihil pertinent. Idem 2. de Inuent. Quod ad hoc nostrum institutum nihil pertinet.

Insto, as. Idem est quod vrgeo: & ferè datiuo iungitur. ἐπίκειμαι, ἐγκεῖμαι. Ital. *Instare, affettare con instantia.* Gal. *Presser de pres, soliciter & haster.* Hisp. *Apressurar ò aquexar.* Cic. pro Quintio, Verùm quoniam tibi instat Hortensius vt eas in consilium: à me postulat, ne dicendo tempus absumam. ¶ Interdum incumbo. ἐγκεῖμαι, ἐφίεμαι. Virgil. 1. Aeneid. Talis erat Dido, talem se læta ferebat Per medios instans operi, regnisque futuris. ¶ Instare etiam dicuntur hostes, quum vndique vrgent & impressionem faciunt. Liu. lib. 1. Ita incurrisse à lateribus ferunt, vt non sisterent modò Sabinas legiones ferociter instantes cedentibus, sed subitò in fugam auerterent. Quandoq; verò accusatiuũ habet. Plaut. in Curcu. Si magis me instabunt ad prætorem, sufferam. ¶ Interdum etiam accipitur Insto pro insisto, hoc est ingredior. Idem in Asinar. Rectam instas viam, id est insistis, vel ingressus es rectam viam. ¶ Inuenitur etiam sine aliquo prædictorum casuum, licet possit intelligi. Sallust. in Catil. Veterani virtutis pristinæ memores comminus acriter instare: illi haud timidi resistunt. Instare pro instabant, quasi contra stabant, id est pugnabant. Terent. in Andr. -ego illud sedulò Negare factum, ille instat factum. id est contẽdit & perseuerat esse factum. ¶ Aliquãdo idem est quod imminere, vel propinquum esse. Sallust. in Catil. Optimum factu ratus, noctẽ quæ instabat, antè capere, nequid eo spatio nouaretur. id est proxima erat, vel sequebatur. Cæsar 1. bel. Gal. Cæsit vbi se diutius duci intellexit, & diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.

Instito, as, re, Frequentatiuum est, Sæpe contra stare, repugnare. Cæsar lib. 1, Id conspicati Heluetij qui in montem sese receperant, rursus instare, & præsum redintegrare cœperunt.

Instantia, æ, Instanter, aduerbium, Instabilis, & Instabilitas, vide supra suo ordine.

Instragulum, Instramentum, vide INSTERNO.

Instrenuus, a, um, Contrarius strenuo, Minimè generosus, ignobilis, indiligens, & ad res gerẽdas minimè promptus. ἀνανδρος, ἀργός. Ital. *Non bellicoso, non generoso, instrenuo.* Gal. *Qui n'est point vaillant ne hardi, couard.* Hispa. *No diestro, no hidalgo, no diligente.* Plaut. in Mostel. Atq; vbi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, Immundus, instrenuus, hiciam ædibus vitium additur. Instrenuus animus, Ingenerosus, ignobilis. Terent. in Heaut. Ambo accusandi: etsi illud inceptum tamen animi est pudentis signum, & non instrenui.

Instrepo, is, ere, In re aliqua strepitum edo: vt quũ apes floribus instrepere dicimus. ἐμβομβῶ. Ital. *Far strepito.* Gal. *Faire bruit.* Hispani. *Hazer estruendo.* Aliquando accipitur pro simplici strepo, cum quadam tamẽ intentione soni, ex vi præpositionis accedente: vt sit Instrepere, grauem strepitum, & sonum emittere. Virgil. 3. Georg. Póst valido nitens sub pondere faginus axis Instrepit. Claud. 8. Paneg. Dentibus horrendum instrepit. Liu. 4. ab Vrbe, Inde siquid instrepat terroris, sine Patricio magistratu placere Rempub. opprimi.

Instringo, is, ere. ἐπιστρέφω. Ital. *Stringere.* Gal. *Estraindre.* Hispa. *Apretar.* Catul. de Lesbia, Quin te animo offirmas, tèque instringisque, rediguisque, Et dius inuitis desinis esse miser?

Instrumentum, ti, Ab instruo fit. ἐργαλεῖον, σκεῦος. Ital. *Instromento.* Gal. *Instrument.* Hisp. *Instrumento.* quo nomine significatur omne illud quo quis ad operandum vtitur. Sic dicimus arma instrumenta belli esse. σκεύη πολεμικά. Cic. 1. Acade. Totius belli instrumentis, & apparatu. Ligones, marras, sarcula, instrumenta agricolationis. Item dicitur id quo quis instruitur, hoc est docetur. Διδασκαλία. Vnde dicimus, Instrumẽtum vetus & Instrumentum nouum, pro Lege veteri, & Lege noua. Ex his enim homo instruitur quid agere, aut vitare debeat. ¶ Aliquãdo sumitur pro apparatu quo fundus, taberna, & id genus alia instruuntur. κατασκευή. Cic. pro Domo sua. In fundum autem vicini Consulis, non modò instrumenta, aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur. Idem in Verr. Hæc omnia in instrumẽto ac supellectili C. Vettis nominabantur. Suet. in August. Alexandria capta nihil sibi, præter calicem, ex instrumẽto regio retinuerit. Sic apud Iurisconsultos titulus est de Fundo instructo, & instrumento legato. ¶ Aliquando Instrumenti nomine intelligitur monumentum scripturarum, ad res gestas pertinẽtium, quale fermè est repertorium, quod vulgò *Inuentarium* appellatur. ὑπόμνημα. Suet. in Vespa. Vndique inuestigatis exemplaribus instrumentum imperij pulcherrimum ac vetustissimum confecit.

Instruo, is, xi, ctum, Ordino, apparo, componо. κοσμῶ, παρασκευάζω, Ital. *Apparecchiare, ordinare.* Gal. *Acoustrer, equipper, ordonner, instruire.* Hisp. *Pertrecher, ordenar, poner à punto.* & dicitur de acie, de classe, de causa, ac etiam de mente alicuius εὐτρεπίζω, παρασκευάζω. Plaut. in Amph. Nos nostras more nostro & modo instruximus legiones. Cic. pro Muræna, Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Lactant. lib. 1. Quod malum à Græcis ortum est, quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia, incredibile est quãtas mendaciorum nebulas excitauerit. Idem lib. 3, Apparet falsam & inanem esse omnem philosophiam, quia nec instruit ad iustitiæ munera, nec officium hominis, rationémque consummat. hoc est, non præparat, imbuit, aut instituit. Colum. lib. 5, Nõnulli strenuè fabricant nauigia, nec consummata petinde instruunt armamẽtis, ministrisque. id est armant vel muniunt. ¶ Instruere epulum, est apparare. παρασκευάζειν, ἑτοιμάζειν. Gell. lib. 2, Verba Lælij hæc sunt, Quibus indicat hœdum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, cœnámque, ita vt lex Licinia sanxisset, pomis, oleribúsque instructam. id est paratam. ¶ Instruere discipulos, id est docere, literis & disciplinis imbuere: quãuis Valla neget se in eo significatu reperisse. διδάσκειν. Quintil. lib. 2. cap. 5, Orationum lectione susceptos à se discipulos instruxerit. Idem, His omnibus admiscebitur, vt quisque locus postulabit, dicendi ratio: quæ nõ eorum modò scientiam, quibus solis quidam nomen artis dederant, studiosos instruat.

Instructor, oris, Qui parat, & instruit. κοσμητής. Ital. *Colui che ordina, che apparecchia.* Gal. *Qui apreste & appareille.* Hispa. *Pertrechador, ordenador.* Cicero post red. in Sen. Hi sunt conditores, instructoréque reipublicæ. Instructus, us, Apparatus. παρασκευή, κατασκευή. Ital. *Apparecchio, ordinatione.* Gal. *Appareil, equippage.* Hispa. *Pertrechimiento, aparejo.* Cic. 3. de Orat. Rimis est diducta oratio, non fontibus: & quocunq; ingreditur, eodem est instructu ornatúque comitata.

Instructio, onis, Constructio. κατασκευή. Ital. *Instruttione, ordinatione.* Gal. *Ordonnance, equippage.* Hispa. *Obra de pertrechar y poner à punto.* Traianus in Epist. Plinij, Si instructio noui balinei oneratura vires Prusentium non est, possumus desiderio eorum indulgere. Instructio exercitus, Instructio militum, apud Cic. 2. de Natu deor.

Instupeo, es, Idem quod stupeo, aut valde stupidus, & sensus expers sum. ἀναισθητῶ, ἀναισθητέω. Ital. *Stupire.* Gal. *Estre estonné & estourdi.* Hisp. *Estar sin sentido y pasmado.* Plin. lib. 28. cap. 4. Salpæ torporem sedari, quocunque membro instupente, siquis in sinum exuat.

Insuasum, si, neutr. gene. appellabant antiqui colorem (inquit Festus) similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicido. Plaut. in Trucul. Aduenisti huc subtentatum exornatis ossibus, Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam.

Insuauis, e, Iniucundus. ἀηδὴς. Ital. *Non soaue, aspro, ingiocondo.* Gal. *Non doux ne souef, amer.* Hispa. *No suaue al sentido, aspero.* Cicero de Amicit. Insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Idem 2. de Orat. Qui vitam insuauem sine his studiis putaretis.

Insubidus, ἄφρων, ἀσύνετος. Ital. *Troppo subito, à fretuloso, temerario.* Gal. *Trop soubdain & hatif, temeraire, inconsideré.* Hispa. *Subito, osadoy sin razon.* Gellius lib. 19. cap. 9. Sed ne nos, id est nomẽ Latinum, tanquam profectò vastos quosdam & insubidos ἀνεμοβλήτους condemnetis.

Insubidè, aduerbium est. ἀφρόντως, ἀσυνέτως. Ital. *Subitamente, frettolosamente, temerariamente.* Gal. *Temerairement, sans y auoir pensé, inconsidérément.* Hispa. *Subito y osadamente.* Quo vtitur Gell. lib. 1. cap. 2, Multa atque immodica de philosophiæ doctrinis intempestiuè, atque insubidè disserebat. id est præcipitanter, priusquam subiret, aut in mentem veniret quid diceret. Macrob. lib. 7. Satur. Ipsam verò videndi naturam non insubide introspexit Epicurus.

INSVBRES, Populi Cisalpinæ Galliæ, cuius ciuitates sunt, Mediolanũ, Papia, Lauda, Nouaria, Vercellæ, & Comum. Ἰνσυβρες. Vngo, *Lombards.* Cicero pro Corn. Balbo, Fœdera Germanorum, Insubrium, Heluetiorum, Lapidum, &c. Strab. lib. 5. Insubres hac etiã ætate sunt, qui Mediolanũ metropolim habuere. Ea quidem pridem vicus erat: (omnes enim vicatim habitabãt) hac verò tempestate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas est, quodammodo Alpibus finitima. Hæc ille. Horum regio dicta est Insubria.

Insubtiliter, penult. corr. Aduerb. ἐκ ἀγχίνου, ἐκ δριμύτητος, ἀφρόνως. Ital. *Non sottilmente, goffamente.* Gal. *Non subtilement, lourdement.* Hisp. *No sotilmente.* Non subtiliter. Vlpian. l. 1. §. Si ex fundo. ff. de Hæred. instit. Marcellus non insubtiliter non putat hodie hoc prodere.

Insucco, as, Succo imbuo, humecto, irrigo. ἐγχυλίζω, ἐγχυμίζω, ἐμβρέχω. Ital. *Bagnare, intingere.* Gal. *Mouiller, tremper, baigner en quelque liqueur.* Hisp. *Empapar en gusto, mojar.* Colum. lib. 7. cap. 5, Fracta pecudum non aliter, quàm hominum crura sanantur, inuoluta lanis, oleo atque vino insuccatis, atque mox circundatis ferulis colligata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insuesco,is,& Consuesco, Idem quod assuefio. {ἐθίζομαι. Ital. *Assuefarsi, auezzarsi.* Gal. *S'accoustumer.* Hisp. *Acostumbrarse.*} Plaut. in Capt. Imperare insueui. Terentius in Adelphis. Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut audebit, Tanto magis audebit cæteros. Columel. libro 6. cap. 27. Cui partui deinde quum decem diebus insuerit equa. Tacitus. Duas pelices, quarum corpori insueuerat. Id est cum quibus consuetudinem habuerat. ¶ Insuescere, frui parta victoria. Liu. 5. bel. Pun. ¶ Insuesci, passiuè. Colum. lib. 11. cap. 3. Atq; vbi cœperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, vt in id spatium quod sulcis interiacet, inclinentur.

Insuefacio,cis,ere, Consuefacere. {ἐθίζειν. Ital. *Accostumare.* Gal. *Accoustumer.* Hispani. *Acostumbrar.*} vnde Insuefactus, assuefactus. Cæsar 4. bel. Gall. Nonnullis locis audacter tela coniicerent, & equos insuefactos incitarent.

Insuetus,a,um, Insolitus, vel cui non assueuimus. {ἀσύνηθες. Ital. *Non vsato, non solito, disusato.* Gal. *Inaccoustumé.* Hisp. *No acostumbrado.*} vt apud Virgil. 6. Aene. Insuetũ per iter gelidas enauit ad Arctos. Idem 1. Aeglo. Non insueta graues tentabunt pabula fœtas. ¶ Insuetus alicui rei dicitur is, qui rei alicui nõ assuenit. Liu. 8. bel. Puni. Vt nõ Syphacem modò barbarũ, insuetúmque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimũ facundè, aliquãdo sibi conciliaret. Insuetus mos. Cic. ad Attic. lib. 4. Quo Senatus cõsulto recitato, quum populus more hoc insueto & nouo, plausum eo nomine in recitando dedisset, habui concionẽ. Insuetus cõmeliæ. Idem ad Att. lib. 2. Insuetus laboris. Cæsar 7. bel. Gall.

Insula,læ,pen. corr. Dicitur terra quæ vndiq; aquis clauditur, proprie autem in mari. {νῆσος. Ital. *Isola.* Gal. *Vne isle.* Hisp. *La isla tierra cercada de mar ò de rio.*} Vnde quidam à salo appellatas insulas volunt: quòd in salo, id est mari, sitæ sint. Hinc Peninsula, quæ quasi insula est, & vndiq; ferè aquis clausa, angusto q; tantùm terræ spatio, quod dicitur Isthmos, cõtinenti annectitur. χερρόνησος. Mediamnis autem vocatur, quam amnis circuit. μεσόρρυτος. Insulas tamen nullo discrimine vocamus etiam eas, quæ flumine vel lacu ambiuntur. Cice. 3. de Leg. Insula quæ est in Hibreno flumine. Idem pro Milone, Insula in lacu Precio. ¶ Insulæ etiã dicuntur domus in vrbe ab aliis separatæ, & vicos vndique habentes, quòd sicut insulæ sunt in mari loca vndique ambita, vndisque discreta à continenti, ita domus nullis connexa ædificiis cohærentibus, insulæ nominantur. Λάλαυσος οἶκος Budæo. Vnde Spartianus scribit ccccxxxv insulas olim Romæ incẽdio absumptas fuisse. Vlpia. l. Stipulationes non diuiduntur. ff. De verb. obli. Planè si in insulam fulciri quis stipulatus sit, non est expectandum vt insula ruat. Cic. pro M. Cælio, Nunc demum intelligo P. Clodij insulam esse venalem, cuius hic in ædiculis habitet decem, vt opinor, millibus.

Insularis,are, Quod est insulæ, & ad insulam pertinet. {νησιωτικός. Ital. *ciò che s'appartiene ad isola.* Gal. *Des apertenances d'isle.* Hispa. *cosa perteneciente à isla.*} vt, Morbus insularis, ex insulis inuectus. Plinius, Qui primus insularem morbum in vrbem inuexit. Insularis pœna, qua quis in insulam deportatur. Marcel. Nec strepente vllo, nec obsistente, insulari pœna mulctati sunt.

Insularius, Qui insulas, hoc est ædes potẽtiorum ab aliis ædificiis discretas custodiæ causa inhabitat. {ὁ ἐπὶ τῶν μεγάλων οἰκῶν ἐπιστάτης. Ital. *Guardiano di casa.* Gal. *Concierge.* Hisp. *Guardador de aquella tal casa.*} Hoc verbo vsus est Pomponius in l. Si ita. ff. de Vsu & habit. Dominus, inquit, proprietatis, etiã inuito vsufructuario, vel vsuario, fundum vel ædes per saltuarium vel insularem custodire poterit. Budæus.

Insulsus,a,um. Proprie id dicitur quod salsum aut salitum nõ est. {ἀνάλατος. Ital. *Non salato.* Gal. *Sans sel, sans saueur.* Hispa. *Cosa sin sal, no salada.*} Sæpius tamen per translationem accipitur pro fatuo, inepto, siue insipiente. {ἀπερίτμητος, ἀναίσθητος. Ital. *Goffo, senza grazia.* Gal. *Sot, mansade, sans aucune saggese ne grace.* Hisp. *Cosa sosa y sin gracia.*} Plautus in Rudente, Bonam est quòd habeas gratiã meritò mihi, Qui te ex insulso salsum feci opera mea. Terẽt. in Eunuc. Fatuus est, insulsus, tardus: ístertit nocteísque & dies. Cic. 1. de Orat. Sed qui eius rei rationem quandam conati sunt, artémque tradere, sic insulsi extiterunt, vt nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur.

Insulsitas,atis, Ineptia. {ἀπροσδιονυσία, ἀναισθησία. Ital. *Inettia, zoccaggine.* Gal. *Sottise ou sottise.* Hisp. *Sosedad ò desgracia.*} Cic. ad Attic. lib. 13. De hortis ex tuis literis cognoui, & Chrysippo in villa, cuius insulsitatem bene norã. Idem pro Rab. Iam nostis insulsitatem Græcorum.

Insulsè aduerb. Imprudenter, inepté. {ἀπροσδιονύσως, ἀναισθήτως. Ital. *Inettamente, imprudentemente.* Gal. *Sottement.* Hisp. *Desfabridà ò desgraciadamente.*} Cic. ad Cæc. lib. 2. Epistol. Sed ita locutus insulsè est, vt mirum Senatus conuitiũ excepérit. Idem ad Atti. lib. 15. Omnia videntur insulsè fieri.

Insulto,tas, frequentatiuum ab Insilio, cuius supinum est Insultum. {πηδῶ. Ital. *Assaltare, dileggiare.* Gal. *Sauteler, s'esleuer contre quelqu'vn.* Hisp. *Saltar para mal hazer.*} Inde Insulto propriè est multùm & cum impetu super rem aliquã salire. Et aliquãdo habet post se accusatiuũ. Terẽt. in Eun. Næ tu istas, faxo, calcibus fœpe insultabis frustra. Sæpius autem datiuum. Virg. 3. Georg. Insultare solo, & gressus glomerare superbos. ¶ Per translationẽ accipitur pro irrideo, & contumeliosius in aliquem aliquid vel dico, vel facio. ἐπιχαρακτηρίζω, ἐπιχλευάζω. Sall. Multos tamẽ ab adolescẽtia bonos insultauit. Cic. pro Flac. Nunc verò nõ insultabo vehemẽtius, nec volitabo in hoc insolẽtius, neq; in istam nugatorem muchar. Idem pro Milone, Clodius qui tot annos in hanc Rempub. insultauit.

Insultatio,onis, Amara irrisio, & insolens in calamitate alicuius cõtumelia. {σκωμμάτιον. Ital. *Oltraggio, beffamento.* Gal. *Outrage, mocquerie.* Hispani. *Affuella obra de mal hazer, ejcarnescemiento.*} Quintil. lib. 8. cap. 5. Non tam probatio, quàm extrema quasi insultatio.

Insulturæ, æ. Insultandi actus. ἐπιπήδησις. Plautus, Nam ego istam insulturam & desulturam nihil hìc motor.

Insum, In re aliqua sum. {ἐνεῖναι. Ital. *Essere in qualche cosa.* Gal. *Estre en vn da dens.* Hispa. *Ser en algo.*} Lactan. lib. 2. Inest ergo fidelibus ratio ad peragendos meatus suos apta: sed Dei est illa ratio. Terent. in Eunuc. In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ, &c. Idem in Andr. Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides. Plin. in Paneg. Cui plus inest iniuriæ, quàm pulchritudinis inest.

In summa, Diuisis dictionibus, & Summatim eandem ferè habent significationem. {κεφαλαιωδῶς. Ital. *In somma.* Gal. *En somme.* Hisp. *Reduziendo en summa.*} Quintilia. In summa non recedo: fas est mihi inuitis etiam parentibus pie facere. Perinde enim est acsi diceremus, Quod vt summatim comprehendam.

Insumo,mis, per simplex m, penult. prod. Significat impendo, consumo. {ἀναλίσκω, δαπανῶ. Ital. *Consumare, spendere.* Gal. *Employer, despendre.* Hisp. *Gastar, consumir.*} Gell. lib. 2. cap. 24. Lex Fannia lata est quæ ludis Rom. item ludis plebeiis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies, centenos æris insumi concessit. Cic. ad Attic. lib. 5. Nos tamen, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in Prouincia nos gerimus, vt nullus teruncius insumatur in quenquam. Insumere curam. Plin. lib. 9. cap. 46. Omnis ergo cura ad speculandum hoc malum insumitur. Insumere operam, Cice. 5. Verr. Quantam igitur spem illi prædæ proposumere operam, Cice. 5. Verr. Quantam igitur spem illi prædæ propositam arbitramur fuisse, qui tãtum præsens lucrum nulla opera insumsisse arbitramur fuisse, qui tãtum præsens lucrum nulla opera insumsiram arbitramur fuisse, qui tãtum præsens lucrum nulla opera insumpta contempserit, atq; despexerit? Liu. 10. ab Vrbe, Malle fructra opepta contempserit, atq; despexerit? Liu. 10. ab Vrbe, Malle fructra opetam insumptam, quàm quicquam incidisse.

Insuo,is, In re aliqua suo, incindo. {ἐνράπτω. Ital. *Cusire in qualche cosa.* Gal. *Coudre en vn dedans.* Hispa. *Coser en algo.*} Varr. 2. Re rust. Quæ intra capita insuitur pellis mollis. Virgil. 5. Aeneid. Terga boum plumbo insuta insuitur pellis mollis. Virgil. 5. Aeneid. Terga boum plumbo insuta insuitur pellis mollis. Virgil. 5. Aeneid. Terga boum plumbo insuta ferróque rigebant. Ouid. 3. de Arte aman. Nec prodite graues insuto vestibus auro. Valer. Maxi. lib. 1. Tarquinius M. Tullium Duũmuirum, quòd librum secreta ciuilium sacrorum continẽtem custodiæ suæ commissum, pecunia corruptus, Petronio Sabino scribẽdum dedisset, culeo insutum, in mare abiici iussit. ¶ Per translationem accipitur pro implicare, immiscere, coniungere. Liu. 10. bel. Maced. Lepidus molem ad Tarracinã ingratum opus, quòd prædia habebat ibi, priuatámque publicæ rei impensam insuerat.

Insuper, penult. corr. Ad hoc, præterea. {ἐπὶ τούτοις. Ital. *Oltre à ciò.* Gal. *Dauantage, par dessus, oultre.* Hisp. *Allende desto.*} Cice. ad Qu. fratrem, Nam ne te fugiat, latius insuper Epicurus. Plaut. in Truculento. Vt illud acceptum fit prius, quod perdidi, hoc addam insuper.

Insuperabilis,le, Quod superari, & domari non potest. {ἀδάμαστος. Ital. *Insuperabile, inuincibile.* Gal. *Insurable, inuincible.* Hispani. *Lo que no puede ser vencido.*} vt, Morbus insuperabilis. id est incurabilis. ἀθεράπευτος, ἀνίατος. Plin. in Epist. Rogauitque vt medicos consuleremus de summa valetudinis: vt si esset insuperabilis, sponte exiret è vita. ¶ Interdum idem est quod impervius, inaccessus: propriéque de mõtibus dicitur, qui facilè traiici nõ possunt. ἀπρόσβατος. Liu. 1. bel. Pun. Constabat non ram bello motos, quàm longinquitate viæ, Alpiúmque insuperabili transitu. Insuperabilis bello, inuictus, qui bello superari non potest. ἀνίκητος, Virgil. lib. 4. Aeneid. Genus insuperabile bello.

Insurgo,is,ere. Sursum me erigo. {ἀνίσταμαι. Ital. *Leuarsi.* Gal. *Se leuer à l'encontre.* Hisp. *Leuantarse.*} Virg. 11. Aene. Tum validam pérque arma viro, pérque ossa securim. Altior insurgens oranti & multa precanti Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro. ¶ Insurgere remis, idem est quod incumbere, & vehementer adniti. Solent enim remiges, quum totis viribus remis incumbunt, è sedilibus suis assurgere. Virg. 5. Aene. Nunc nunc insurgite remis. Ouid. 9. Metamor. Credénsque suis insurgere remis. ¶ Insurgere altius in oratione verba dicuntur, quum subsequentia pondere superant priora. Quintilia. lib. 8. cap. 4. Hæc etiam solet crescere verbis omnibus altius atque altius insurgentibus.

Insusurro,as. Leni susurro alicui quicquam in aurem dico. {ἐνψιθυρίζω. Ital. *Mormorare, sampognare.* Gal. *Dire tout bas, & en l'oreille, murmurer entre ses dens.* Hisp. *Zumbar ò murmurar en algo.*} Cic. 5. Tuscul. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ (vt mos est in Græcia) insusurrantísque alteri. Hic est ille Demosthenes. Macrob. lib. 2. Saturn. Vale dicenti hoc tantùm insusurrauit, Non putabam me tibi tam familiarem. Cicero 4. Acad. Verùm quoniam non solùm nauta significat, sed etiam Fauonius ipse insusurrat, nauigandi nobis tempus esse.

Insuscẽptus,a,um. Non suscẽptus. {ἀδεκτος. Ital. *Non pigliato, non receuuto.* Gal. *Non pris ne receu.* Hispani. *No tomado ni ricebido.*} Ouid. ad Liniam, Dixit, & iratus vota insuscepta reliquit: Durauitque animum, destituítque preces.

Insyncerus,ra,rum, Non syncerus, parũ integer, corruptus. {ὁ ἀκίρατος, ἐπίκηρος. Ital. *Non sincero, corrotto.* Gal. *Qui n'est point pur ne sain ne entier.* Hispa. *No limpio ni apurado.*} Gell. lib. 5. cap. 3. Is Protagoras insyncerus quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit. Cruor insyncerus. Virgil. 4. Georg. Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri Pandere: quóque modo cæsis iam sæpe iuuencis, Insyncerus apes tulerit cruor.

Intabesco,is,ere, Idem cum simplici, Marcore videlicet ac tabe cõsumi. {μαραίνομαι, διατήκομαι. Ita. *Ammarcirsi.* Gal. *Deuenir ou estre atique, affoibir ou flestir.* Hisp. *Corromperse.*} Colum. lib. 4. cap. 3. Nouella verò dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, & sic intabescit, vt nullis deinceps impensis recreari possit. Horat. Epod. 5. Cibo interminato intabuissent pupulæ. Ouid. 15. Metamor. -vt lata plumbea funda Missa solet medio glans intabescere cælo.

Intactus,cta,ctum, Integer, immaculatus, impollutus. {ἀπείρατος, ἀμόλυντος, ἀδιάφθορος. Ital. *Non tocco, non corrotto.* Gal. *A qui on n'a point touché, sain & entier.* Hisp. *No tocado, no corrompido.*} Liu. lib. 5. ab Vrbe, Integri, intactique fugerunt. Idem lib. 8. belli Maced. Infamia intactum, inuidia, qua possunt, vrgent. Intacti religione animi vit, hoc est quẽ nulla religio tangit. Liu. lib. 5 ab Vrbe. Intactus à sibilo, nũquam exsibilatus, aut explosus. Cælius Ciceroni, Hoc magis animaduertsum est, quòd intactus à sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem. Virgo intacta manet, Catullus in carmine nuptiali. Carmen intactum Græcis. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 10. Grex intactus, Virgil. 6. Aeneid.

Intactile, Tactum refugiens, siue quod tangi non potest. {ἀπτὸν, ἄψαυστον. Ital. *Che non si può toccare, che fugge il tatto.* Gal. *Qu'on ne peut toucher ou attoucher.* Hisp. *Lo que no puede ser tocado.*} Lucret. lib. 1, Sin intactile erit, &c.

Intaliare, Antiqui dicebant pro eo quod est icindendo formare, testa Varrone, ἐγγλύφειν, quemadmodum Taliare, pro scindere.

Intaminatus, Idem est quod incontaminatus. {ἀμίαντος, ἀμόλυντος. Ital. *Incorrotto, non contaminato.* Gal. *Non contaminé, ne souillé, entier.* Hispa. *No corrompido.*} Horat. 3. Carminum, Virtus repulsæ nescia sordidæ, Intaminatis

minatis fulget honoribus.

Intantum, & Inquantum, Idem valent quod eatenus, & quatenus. {τοσοῦτον, τόσον, τοσοῦτος. Ital. *Tanto.* Gal. *Tant, autant.* Hisp. *Tan.*} Seneca de Beneficiis lib. 2, Quomodo danti intantum producēda notitia est muneris sui, inquantum delectatura est cui datur: rita, &c. Virg. 6. Aeneid. Nec pner Iliaca quisquam de gente Latinos Intantum spe tollet auos.

Integer, a, um, pen. corr. Si de ætate dicitur, intelligitur ea quæ in flore consistit, scilicet iuuentute, in qua robur viuidum, & sanguis adhuc integer est, qui ætate in senium vergentem minuitur. {ἀκμαῖος. Ital. *Intero, vigoroso.* Gal. *Entier.* Hisp. *Entero.*} Terent. in Andr. Egregia forma, atq; ætate integra. Integra res, quæ est perfecta, de qua nihil est imminutum: vt, Integrum corpus, cui nihil deest. ὁλοτελὴς. Integer vir, qui est innocens, candidus, nullóque vitio corruptus ἀκέραιος, ἀδιάφθορος. Cic. pro Plancio, Quúmque illo nemo esset neque integrior, neque sanctior. Integer homo, & castissimus. Cic. 1. de Orat. Integer æui, dicitur cui adhuc ætas integra est. ἀκμάζων. Vnde Ennius deos integros æui vocat, quòd quum immortales sint, nihil de eorū æuo imminuatur. Integrum mihi est, significat in arbitrio est & potestate. Cicero pro Rab. Ego autem si mihi esset integrum, susciperem hoc crimē, agnoscerem, confiterer. In integro res esse dicitur, hoc est in potestate, ita vt adhuc possit vel fieri, vel omitti. Idem lib. 3. de Orat. Sed quoniam hæc iam neque in integro esse possunt, &c. ¶ Integer, pro firmo, recenti, & laboribus non fracto. Cæsar, Quum crebro integri defessis succederēt. ¶ Idem pro sobrio, quique ex crapula nihil sentit detrimenti. Cic. de Natu. deor. Multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus. Integrum se seruare, pro neutri parti se addicere. Cic. ad Atti. lib. 7. Quòd me amicissimè admones, vt me integrum, quoad possim, seruem, gratum est. In integrum restituere, est in pristinum statum reducere. Terent. in Phor. Si hoc videtur, quod te absente hic filius Egit, restitui in integrum, æquum est. Cic. 7. Vert. Vt damnati in integrū restituantur, vincti soluantur. ¶ Hinc aduerbium, Ab integro, denuò rursus. ἐξ ὑπαρχῆς. Virgil. 4. Aeglo. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. De integro, idē. Terent. Heaut. Ratio de integro inunda est mihi. De integro incidere in morbum, Cic. ad Cornif. Epist. lib. 12.

Integro, as, penult. corr. Rursus inchoo, instauro, siue innouo. {ἀνανεόω, ἀνακαινίζω. Ital. *Reintegrare.* Gal. *Faire ou rendre entier, restaurer.* Hispa. *Enterar à otra cosa.*} Virgil. 4. Georg. -ramóque sedens, miserabile carmen Integrat. Liu. lib. 5. Simul vt ab religione animos remiserunt, integrant seditionem Tribuniplebis. Cic. 1. de Inuent. Sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur. Stat. 8. Thebaid. -bellum integrabat Enyo.

Integrasco, is, Idem est quod integror, instauror, ab integro redeo. {ἀνανεόομαι, ἀνακαινίζομαι. Ital. *Essere fatto intero, essere reintegrato.* Gal. *Retourner en son entier.* Hisp. *Enterarse.*} Terent. Hoc malum integrascit. Vbi Donatus, Integrascit, id est integratur.

Integritas, atis, Incorruptio, innocentia. {ἀκεραιότης, ἀδιαφθορία. Ital. *Integrità.* Gal. *Integrité.* Hispa. *Entereza.*} Cic. 3. Verr. Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate, pudicitiáque existimari. Idem 2. de Orat. Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. Integritas corporis, id est integra valetudo. ὑγίεια. Cic. de Finib. Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.

Integrè, aduerbium, Purè, syncerè, castè. {ὁλοκλήρως, ἀκεραίως. Ital. *Integramente.* Gal. *Entierement.* Hisp. *Enteramente.*} vt, Integrè viuere, apud Cic. 4. de Fini. Incorruptè atque integrè iudicare, Idem 1. de Finib. Castè, integréque versati in periculis amicorum, Idem pro lege Manil.

Intego, is, penult. corr. integere. Idem quod simplex tegere. {καλύπτω, σκεπάζω. Ital. *Coprire.* Gal. *Couurir.* Hisp. *Cubrir.*} Cæs. 2. bel. Ciuil. Integebantur porticus lignis coniunctis inter se. Liu. 7. bel. Pun. Postquam neque in æquum dimitti agmen vidit, & tum loci altitudine, tum vallo etiam integi Romanos, &c.

Integumentum, ti, Quo quid integitur. {σκέπασμα. Ital. *Coprimento, coperta.* Gal. *La couuerture.* Hispa. *Cobertura.*} Liu. 10. bel. Maced. Deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt se, lanáque cum integumētis, quæ Ioui appositafuit, decidit. Cic. in Pisonem, Vereor nequis sit qui istius insignem nequitiam, frontis inuolutam integumentis, nondum cernat.

Integre, Integrasco, Integritas, Integro, vide INTEGER.

Integumentum, vide INTEGO.

Intelligo, is, penult. corr. xi, ctum, Intellectu apprehendo, seu mente percipio. {συνίημι. Ital. *Intendere.* Gal. *Entendre.* Hisp. *Entender.*} Cic. ad Tironem, Tu istic, siquid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. Terent. in Andr. Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptiis. Cic. 3. de Natu. deor. Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atq; intelligi potest. ¶ Intelligitur impersonale. Cic. 1. de Fini. Ex quo intelligitur, nec intempetantiā propter se fugiēdam esse. Idem de Amic. Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ, concordiæque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest. ¶ Huius compositū est, Subintelligo, quod est mediocriter intelligo.

Intellectus, ctus, Nobilissima animæ rationalis pars, quæ & mēs, & intelligentia dicitur, qua præditus homo, vnus cæteris antecellit animantibus, cuiusq; opera res incorporeas, & ab omni materia seiugatas, notiones atq; formas solus apprehendit. {νόησις, νοῦς. Ital. *Intellecto.* Gal. *Entendement.* Hisp. *Entendimiento potencia del anima.*} ¶ Improprie tamen passim apud scriptores intellectus vocabulum etiā de brutis animantibus dicitur, in eadē scilicet significatione, qua nos & sensus, & perceptionis, & cognitionis vocabulis vtimur. Plin. lib. 8. cap. 42. de equis, Nam in circo ad currus iuncti, non dubiè intellectū adhortationis & gloriæ fatentur. Idem lib. 20 cap. 35, Columbis inest quidam gloriæ intellectus. ¶ Intellectus, pro significatione. Quintil. lib. 5. cap. 10, Verba quedam dimisos intellectus habent. Idē lib. 1 cap. 11, Quidam literis instituendos, qui minores septē annis essent, non putauerūt, quòd illa ptimum ætas & intellectum disciplinarū capere, & laborem pati nō possit. Sic intellectus saporum, id est perceptio, & sensus. Plin. lib. 11. cap. 37, Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, hominī & in palato.

Intelligens, tis, nomen ex participio, Sagax, sapiens, doctus, prudens,

{συνετός. Ital. *Intelligente, dotto.* Gal. *Entendu, cognoissant.* Hisp. *Entendido, docto.*} Terent. in Eunuc. Dij immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens Quid interest?

Intelligenter, aduerbium. {συνετῶς, ἐπιστημόνως. Ital. *Intendentemente.* Gal. *Entendablement.* Hisp. *Entendiendose.*} Cic. in Partit. Sumuntur autem trium rerum gratia: vt amicè, vt intelligenter, vt attentè audiamur. Plinius in Epist. Quàm studiosè, quàm intelligenter lectitabat?

Intelligētia, tiæ, Facultas animæ nobilissima, qua res etiam incorporeas, & ab omni materia abstractas contemplamur. {νόησις, σύνεσις. Ital. *Intelligenza.* Gal. *Intelligence, cognoissance.* Hispa. *Obra del entendimiento.*} Cicero 1. de Natu. deor. Mens simplex fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur. Idem 2. de Diuin. Pars animi, quæ rationis atq; intelligentiæ sit particeps. Idem de Vniuers. Deus intelligētiam in animo, animū cōclusit in corpore. ¶ Intelligentiæ item dicuntur particulares notiones quas mente apprehēdimus. Idem 1. de Leg. Natura homini rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudauit, tanquam fundamenta scientiæ.

Intelligibile, Quod mente percipi potest. νοητόν. Ital. *Che si può intendere.* Gal. *Qui se peut entendre.* Hisp. *Cosa que se puede entender.*

Intemerandus, Non violandus, aut contaminandus: refertúrque ad res sacras. {ἀσεβεστος, ἀμίαντος. Ital. *Che non deue esser violato.* Gal. *Qu'on ne doit point corrompre.* Hisp. *Cosa que no deue ser corrompida.*} Valer. Flac. 5. Argon. -an Martia templa Intemeranda minus?

Intemeratus, ta, tū, Inuiolatus, incorruptus. {ἀμίαντος, ἀμόλυντος, ἄφθαρτος. Ital. *Inuiolato, incorrotto.* Gal. *Qui n'est point violé.* Hispa. *No corrompido.*} Virgil. 2. Aeneid. Siqua est, quæ restat adhuc mortalibus vsquam Intemerata fides. ¶ Intemerata sacra dicuntur, quæ ritè perfecta sunt, & vt sacrificij ratio exigebat. Virgil. lib. 3. Aeneid. Corripio è stratis corpus, tendóque supinas Ad cælum cum voce manus, & munera libo Intemerata focis. Vbi Seruius, Intemerata, ritè perfecta, vt si leniter est fundendum vinum, aut mola iniicienda, fic fiunt, vt ratio exigit sacrificij: aliter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra.

Intemperans, tis, Immoderatus, incontinens, voluptatibus & ventri præter modum indulgens. {ἀκόλαστος, ἀκρατής. Ital. *Intemperato, immoderato.* Gal. *Intemperant, immoderé.* Destemplado.} Cic. de Senect. Libidinosa etenim & intemperans adolescētia effœtū corpus tradit senectuti. Liu. lib. 4. bell. Pun. Auidus atq; intemperans plebeiorum animus, Cice. 1. Acad. Intemperantis etiam arbitror esse, scribere quod occultari velit.

Intemperantia, æ, Incontinentia, immoderatio. {ἀκολασία, ἀκρασία. Ital. *Intemperanza, incontinuanza.* Gal. *Intemperance, incontinuance.* Hisp. *Destemplança.*} Cice. 4. Tusc. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente, etiam à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi, nec regi, nec contineri queant. Plin. libro 11. cap. 37, Intemperantiam risus constare lienis magnitudine quidam putant.

Intemperanter, aduerbium, Immoderatè, immodicè. {ἀμέτρως, Ital. *Intemperantemente.* Gal. *Intemperamment, demesurément.* Hispa. *Destempladamente.*} Cicero 1. Philip. Nimis itacundè hoc quidem, & valdè intemperanter. Idem 5. Philip. Ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus vtatur.

Intemperatè, aliud aduerbium, Incontinenter. {ἀκολάστως. Ital. *Stemperatamente, senza modestia.* Gal. *Intemperément, sans atrempance.* Hisp. *Destempladamente.*} Cice. de Vniuers. Qui autem immoderatè, & intemperatè vixerit, eum secundus ortus in figuram transferet.

Intemperatus, a, um, Incontinens, immodicus. {ἄμετρος, ἀκόλαστος. Ital. *Incontinente, intemperato.* Gal. *Intemperé, immodere, desreglé, desmesuré.* Hisp. *Destemplado.*} Cic. in Piso. Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam & gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædicem? &c. Idem de Amic. Intemperata quædam beneuolentia.

Intemperiæ, arum, Erant quædam deæ habentes vim nocendi, & per intemperantiam læuiendi: quas Cato de Re rust. cap. 141, facto sacrificio iubet propulsari. ἰοπτῶς. Ἐμπίδιος. Plaut. Laruæ hunc atque intemperiæ agitant senem. Idem Amphit. Dij vostram fidem, quæ intemperiæ nostram agunt familiam.

Intemperies, ei, Rerum mistarum inconuenies temperatura. {δυσκρασία. Ital. *Mala dispositione, distemperanza.* Gal. *Indisposition, intemperence.* Hisp. *Destemplança.*} Sic intemperiem cœli dicimus, quum aër est immoderatè aut calidus, aut frigidus, aut humidus & siccus. Colum. lib. 1. in Præfa. Sæpenumero ciuitatis nostræ principes audio culpātes modò agrotum infœcunditatem, modò cæli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem. Liu. lib. 8. ab Vrbe, Fœdus insequens annus seu intemperie cæli, seu humana fraude fuit.

Intempesta nox, {ἀκροτομία. Ital. *Quand' ogn' vn dorma.* Gal. *Le temps de la nuit que tout le monde repose, cõme la minuit.* Hisp. *El silencio dela media noche.*} Varro lib. 4. de Ling. Latina, Inter vesperuginē & iubar dicta nox intempesta: vt in Bruto Cassij, quod dicebat Lucretia, Nocte intempesta nostram deuenit domum. Intempestam Aelius dicebat, quū tempus agēdi est nullum: quod alij concubium appellarunt, quod ferè omnes tunc cubarent: alij ab eo quòd fleretur, silentium noctis, quod idem tempus Plautus conticinium, Videmus (inquit) factū volo, redito conticinio. Hæc Varro. Virgil. 1. Georg. -aut intempesta silet nox. Et 3. Aene. Et lunā in nimbo nox intempesta tenebat. Vbi Seruius intempesta, media, hoc est nimiū obscura. Intempesta dicta est nox media, inactuosa, carens actibus, per quos tempus dignoscimus. Vnde est, intempestiuè venisti, id est ἀκαίρως. Hæc Seruius. Liu. 7. ab Vrbe, Ab Samo intempesta nocte venit. Cic. 7. Verrina, Repentè nocte intempesta seruorū armatorum fit concursus, atq; impetus. Macro. lib. 1. Satur. & Censorinus de Die natali, cap. de diebus, Intempestam noctem docēt esse eam partem noctis quæ est inter noctem concubiam, & mediam noctem: putántque dictam intempestam, quasi intempestiuam, quòd ea pars noctis intempestiua sit rebus agēdis. Vide Macrobiū, & Censorinum locis iam citatis: vbi omnes diei & noctis partes ex ordine explicant. Intempestæ Grauiscæ. Virgil. 10. Aeneid. Et Pyrgi veteres, intempestæque Grauiscæ. vbi Seruius, Grauiscarum oppidum alij intempestum dicunt, quasi ventis ac tempestatibus careus: quod nulla

potest ratione contingere. Intempestas ergo Grauiscas, accipiamus pestilentes, & secũdum Plinium in Naturali histo. & Catonem in Originibus: vt, Intempestas intelligas sine temperie, id est æqualitate, aut temperatura. Nam vt ait Cato, ideo Grauiscæ dictæ sunt, quòd grauem aërem sustinent.

Intempestas, statis, Intemperies: vt, Intempestas cæli, hoc est iniuria. {δυσκρασία. Ital. *Mala disposítione, indisposítione d'aria ò di tẽpo.* Gal. *Mors heure, temps en saison, indisposition de temps.* Hisp. *Indisposicion.*} Plin.lib.18. cap.6, Malum pátremfamiliãs, quisquis interdiu faceret quod noctu pollet, nisi intempestate cæli.

Intempestiuus, a, um, Quod fit præter opportunitatem temporis. {ἄκαιρος, ἄωρος. Ital. *Fuor di tempo, importuno.* Gal. *Hors temps & saison, incommode, mal à propos.* Hispani. *Cosa fuera de su tiempo.*} habétque autitheta tempestiuus, & opportunus. Cicc. de Amicit. Nunquam intempestiua, nunquam molesta est amicitia. Idem ad Atti.lib.4, Si nihil habebis, tamẽ scribas aliquid, nunquam enim mihi tua aut intempestiua epistola, aut loquax visa est. ¶ Intempestiuus, pro ominoso, & mali portenti. Plinius lib.18. cap.35, de indiciis tempestatum, Anseres continuo clangore intempestiui, pecora exultantia, & indecora lasciuia ludentia eandem significationem habent.

Intempestiuè, aduerbium, Importunè. {ἀκαίρως. Ital. *Fuori di tempo ò di stagione.* Gal. *Hors heure, temps & saison.* Hisp. *Fuera di tiempo y hora.*} Cicc. lib. 1. Offic. Ne si irascamur, aut intempestiuè accidentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatẽ inutilem & odiosam incidamus. Colum. in Proœ. Et ne singulos iutempestiuè nunc prosequar, &c.

Intendo, Vehementer tendo, vel extendo: vt, Intendere arcum. {τείνειν, ἐπιτείνειν. Ital. *Tirare, drizzare.* Gal. *Tendre, estendre.* Hisp. *Tender, estender ò entesar.*} Cicc. 7. Vere. Tabernacula quemadmodum consueuerat temporibus æstiuis, quod antea iam demonstrauí, carbaseis intenta velis collocari iussit in litore. Idem in Catone, Intentum animũ, tanquam arcum, habebat: nec languens succumbebat senectuti. ¶ Intendo aliquãdo idem est quod animaduerto, diligẽtérque intueor. ἐφίημι. Virg. 5. Aene. Intenti expectant signum. Vnde intẽdere animum rei alicui, est animum adiicere & applicare. Sallust. in Iugurtha, In regnum Adherbalis animum intendit. ¶ Intendere animum te aliqua, per translationem dicimus, pro eo quod est, tei alicui arduæ totis ingenij viribus incumbere: cui opponitur, Relaxare animum, quod est intensam animi curam re quapiam amœniore remittere. Cicero in Hortensio, Quæro, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem. ¶ Interdum Intendere idem est quod innectere, illigare. ἐπιπλέκειν. Virgil. 2. Aene. -& stuppea vincula collo Intendunt.

Intentus, siue intensus, vtrunque dicitur, particip. Extensus, porrectus. {τεταμένος. Ital. *Intento, teso, stesso.* Gal. *Tendu, estendu.* Hisp. *Tendido.*} Cic. de Orat. Voces & chordæ sunt intentæ. Plin.lib.8, cap.8, Intentos, ingentes arcus defigunt humi. ¶ Intentus, attentus. προσεκτικός. Liu. 1. ab Vrbe, Operi certè (id quod constat) agresti intentus, &c. Quintil.lib. 10. cap. 1, Vix singula quisquam intentissima cura consequi possit.

Intentè, aduerbium, Accuratè, diligenter. {ἐπιμελῶς. Ital. *Intentamente, diligentemente.* Gal. *Ententiuement, diligemment, soigneusement.* Hisp. *Diligentemente y con cuydado.*} Audire aliquem intentè, & modestè. Quintil.lib. 2. cap. 2. Plin. Epist. 4. Non mehercule tam mea sunt, quæ mea sunt, quàm quę tua: hoc tamẽ differunt, quòd solicitius & intentius tui me, quàm mei excipiunt. Liuius 7. bel. Pun. Hostilium intẽtius monuit, vt in eo spem non motutos quicquam Hetruscos poneret.

Intentus, tus, tui, verbale, Significat rei alicuius in alteram extensionem: {ἐπίτασις, ἔντασις. Ital. *Stendimento, sforzamento.* Gal. *Estendement, effortement.* Hispa. *Estendimiento, esfuerço.*} vt, Intentus gladij in iugulum. Intentus palmatum, id est manuum extensio cum quadam comminatione: cuiusmodi fieri videmus in seditione & discordia, aut reclamatione alicuius turbæ: cuius non solùm voces verumetiam manus intensæ conspiciuntur in eum, quem explodere & eiicere cupiunt. Cicero pro Sest. Voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnem præfuderunt.

Intentio, siue Intensio, Extensio, cui opponuntur laxatio & remissio. {τάσις. Ital. *Estendimento.* Gal. *Estendement.* Hisp. *Estendimento.*} Colum. lib. 6. cap. 6, Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac veluti sonitus, fastidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Intentio corporis, Cic. 1. Tusc. Intentio vocis, quæ & vociferatio dici potest. Plin. lib. 28. cap. 16. ¶ Intentio & remissio contraria. Cicc. 2. Tusc. Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissa opprimunt: simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem pondenum: remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. ¶ Est præterea intentio, finis quò animus, ad quod intenditur dirigitur. σκοπός. Plin. in Epist. Tu ergo intentionẽ scribentis accommodes. ¶ Intentio etiam accipitur pro diligentia, & studio. Quintil. libro 8. cap. 2, Idipsum in consilio est habendum, non semper tam esse acrem iudicis intentionem, vt obscuritatem apud se ipse disentiat. Plin. in Epist. Vt tantum curæ intentionisque susciperc & possint, & velint. ¶ Intẽtio, apud oratores est oratio crimen, debitúmve alicui obiiciens. Cic. 1. de Inuent. At si qua intentionis depulsio nõ est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. ¶ Intentio, augmẽtum, incrementum. αὔξησις. Gell. lib. 16. cap. 5, Ve particula, sicuti quædam aliæ, tum intentionem significat, tum minutionem.

Intento, as, are, Comminor. {ἀπειλεῖν, ἀπείλημα, ἐπήλημα. Ital. *Minacciare.* Gal. *Menacer.* Hisp. *Amenaçar ò atentar.*} Virgil. 1. Aeneid. Præsentiaque viris intentant omnia mortem. Liu. 8. bel. Maced. Vno in loco tẽmque viris intentant omnia mortem. Liu. 8. bel. Maced. Vno in loco ferro ignique gesta res est, á duobus irrito incepto, quum intentassent magis quàm iniissent certamen, Aetoli abscesserunt. id est quum intentassent magis quàm iniissent certamẽ, Aetoli abscesserunt. id est quum non tam certamen iniissent, quàm specie certaminis hosti terrorem incutere conati essent. ¶ Intentare manus alicui, pro iniicere. Hircius 6. belli Hisp. Eum qui legatos iugulasset, lapidare, & ei manus intentare cœperunt. ¶ Intentare arma Latinis, Liuius 6. ab Vrbe. Intentare ferram, Cicero pro Milone.

Intentatus, participium ἀπείλημα. Liu. 9. ab Vrbe, Gladij etiam plerisque intentati, & vulnerati quidam, necatique.

Inrentatus, a. um, nomen, Non expertus, non tentatus. {ἀπείρατος. Ital.

Non prouato ne esperimentato. Gal. *Qu'on n'a point experimenté ne essayé.* Hispa. *No experimentado.*} Cic. in Lælio, Nemo est qui non quocum consuerit, *No experimentado.*} Cic. in Lælio, Nemo est qui non quocum consuerit, libentius vtatur, quàm intentato & nouo. Virgil. 10. Aene. -hæc intentata manebat Sors rerum. Martial. lib. 2, Nil intentatum Selius, nil linquit inausum. Plin. lib. 17. cap. 7, Quid enim intentatum Græcis?

Intepeo, es, ere, & Intepesco, scis, Incalescere, & tepidum fieri. {χλιαίνομαι. Ital. *Diuenir tepido.* Gal. *S'atiedir, deuenir tiede.* Hisp. *Entibiarse.*} Propert. lib. 4. Eleg. 1, Et lacus æstiuis intepet Vmber aquis. Ouid. 5. Fast. Et variæ radiis intepuere comæ.

Inter, Extra compositionem medium quiddam importat: & tam de loco, quàm de tempore, & persona dicitur. {μετάξυ. Ital. *Tra, fra.* Gal. *Entre, au milieu.* Hisp. *Entre.*} Cic. Att. lib. 3, Intet me & Brundusium Cæsar est. Idem 2. Verr. Vt dies quadragintaquinque inter binos ludos tolle-rentur. Idem de Amicit. Quæ sæpe intet me & Scipionem de amicitia disserebantur. Inter cœnam, hoc est in cœna, vel dum cœnatur. Cic. 2. Phil. Si inter cœnam, in tuis illis immanibus poculis hoc tibi accidisset. Inter falcarios, dixit Cic. in Catil. pro eo quod est, In eum locum, vbi sunt falcarij. Dico, inquit, te priore nocte veniisse inter falcarios (non agam obscuré) in M. Lecæ domum. ¶ Inter se diligere, est se mutuò diligere. Cic. 1. de Nat. deor Dij inter se diligunt. Idem ad Qu. fratrem, Pueri valẽt, & nos, & inter se amant. ¶ In cõpositione sæpe idem valet quod in medio: vt, Interpono, intersero. Modò priuationé seu destructionem importat: vt, Interficio, interimo. Modò idem valet quod ex vel in vniuersum: vt, Interbibo pro ebibo. Modó significat quod ex vel in vniuersum: vt, Interbibo pro ebibo. Modó significat quod ex omnibus literis, & integra manet: a, vt interarefco: b, vt interbibo: c, vt, intercedo: d, vt interdico: e, vt intereo: f, vt interficio: i, vt, interficio: l, vt interlinio: (notetur intelligo, vbi r, mutatur in l) m, vt interim: not: n, vt interneco: p, vt interpello: r, vt interregnum: s, vt intersum: t, vt interturbo: u, vt interuenio. Ab inter, fiunt intercea, & interim.

Interalbico, as, are. {ἀλλοδαπίζομαι, ἀλλόδαπος γίνομαι. Ital. *Ritirarsi nel bianco.* Gal. *Estre blanc par endroits.* Hisp. *Ser blanco en algunas partes.*} Est colorem album per interualla ostendere, inter alios colores emicantem: quod in quibusdam variis coloris gemmis accidere solet, & in vestibus quibusdam, quarum subtegminis color distat à colore staminis. Plin. lib. 37. cap. 10, Leucochrysos fit chrysolitho interalbicante.

INTERAMNA, ἐντέραμνα, Vulgò *Terrano in Abbruso*, Vrbs Vmbriæ: ita dicta quòd inter duos amnes sic cõstituta, Narian scilicet, & Tyberim.

Interanea, orum, Dicuntur intestina, à præpositione intra, eo quòd intra corpus sint condita. {τὰ ἔντερα. Ital. *Interiori.* Gal. *Entrailles.* Hisp. *Los intestinos y assadura.*} Plin. Medelæ sunt innumeræ ad interanea. Idem lib. 9. cap. 43, Hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerãt. Colum. lib. 10. Quidam exemptis interaneis, occisas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis suis delitescentibus apibus præbent teporem.

Interarescere, Est penitus arescere, hoc est omnino aridum fieri: sicut interbibere, funditus ebibere. {ἀποξηραίνομαι. Ital. *Seccarsi affatto.* Gal. *Deuenir sec ou tari, se secher se tarir du tout.* Hisp. *Secarse de todo punto.*} Cic. 5. Tuscul. Nihil enim interarescere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum in quibus vita beata consistit.

Interbibo, is, penult. corr. Totum bibo. {ἐκπίνω, ἀποπίνω. Ital. *Bere affatto.* Gal. *Boire tout.* Hispa. *Beuer todo.*} Plaut. in Aulul. -prætetea tibicinam, Quæ mihi interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pirenem potest. Donatus.

Interbito, as, are, Interuenire. {ἐπιέρχομαι. Ital. *Intervenire.* Gal. *Entrevenir, survenir.* Hisp. *Entrevenir.*} Plaut. in Mostel. Hic ego tibi præsidebo, ne vila interbitet quæstio. Verbum est antiquum, compositum ex inter, & ito, interposita litera b, causa solidioris soni.

Intercalo, as, are, Interserere, seu interponere. {παρεμβάλλω, παρεντίθημι. Ital. *Intrapore, intramettere.* Gal. *Mettre ou inserer dedans ou parmi.* Hisp. *Entreponer.*} Cato de Re rust. cap. 150, Si intercalatum erit Calendis Maiis, agnos x x x ne amplius promittat. Plin. lib. 18. cap. 25. Ita vt x vt annis continuis nõ intercalaretur. ¶ Intercalare, differre, Liu. 9. ab Vrbe, Sed si me audiatis, priusquam dedantur, hìc in comitio virgis cæsos, hanc iam vt intercalatæ pœnæ vsuram habeant. Bud.

Intercalaris, lare, Interiectitius, interpositius. {παρεμβολαῖος, ἐμβόλιμος. Ital. *Interposto.* Gal. *Inseré.* Hisp. *Enxerido, entrepuesto.*} vt, Intercalaris mensis dictus est, cui inserebatur dies qui deerat ad complendum annum, diuersis quidem rationibus diuerso tempore. Is autem mensis erat Februarius, quoniam erat vltimus anni. Non tamẽ intercalabatur in fine mensis, sed post vigesimum & tertium diem Terminalibus iam peractis: deinde reliquos Februarij dies, qui erant quinque post intercalationem, subiungebant, vetere religionis suæ more, vt Februarium omnino Martius sequeretur. Vide de hoc plura in dictione NVMERVS. ¶ Intercalares Calendæ, dicuntur, Calendæ mensis intercalaris, id est Februarij. Alij intelligunt Calendas Martias, non quòd eo mense intercalarentur dies, sed quòd essent proximæ diebus intercalatis: id est quòd statim sequerentur intercalationem, quinque tantùm diebus interpositis, aut certè eo quòd in omnibus mensibus dies qui Idus subsequuntur, denominationem sumunt à mense subsequente. Cic. ad Ligarium, Familia. 6, Ego tamen quum ad tertium Calendas intercalares rogatu fratrum tuorum veniissem mane ad Cæsarem. ¶ Intercalares dies, ἐπαγόμεναι ἡμέραι, Græci emboliſmos, siue hyperbolicos nominant. ¶ Intercalaris versus, qui frequenter inter aliquos versus interponitur, vt est apud Virgilium, Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Intercalarius, a, um, Idem quod intetcalaris. ἐμβολιμαῖος. Liu. 7. belli Maced. Triumphauit mense intercalario pridie Calendas Martias.

Intercalarium, rij, substantiuè, pro tempore quod intercalatur, vt annus cum cursu Solis cõueniat. Cicc. 4. Verrina, Tunc Cephaleditani decreuerant intercalarium quadraginta quinque dies longũ, vt reliqui mensis in suam rationem reuerterentur.

Intercapedo, pen. prod. genitiuus, intercapedinis, Interstitium tẽporis vel loci inter duo spatia intercepti. {διάστημα, διάχυσμα. Ital. *Intervallo, spatio de tempo ò di luoco tra due.* Gal. *Espace de temps ou de lieu entredeux.* Hisp. *Espacio entre dos tiempos ò lugares.*} Cicero Tironi, Famil. 16, Itaque iam

me non

me non pœnitebit intercapedinem scribendi feciſſe. Idem 1. de Finib. Alij audaces, proterui, iidem intempestantes & ignaui permanentes: quas ob cauſas in eorum vita nulla eſt intercapedo moleſtiæ.

Intercedo,is,pen.prod.ſſi, ſum, Propriè idem eſt quod medium eſſe,& inter duo ſpatia ſiue temporis, ſiue loci interponi. {διίστημι, μεσίζω}. Ital. *Intercedere, intrametterſi.* Gal. *Eſtre entredeux, venir entredeux.* Hiſp. *Interceder, entreponerſe.* } Cæſ. lib. 1, Non ſe hoſtem vereri, ſed anguſtias itineris, & magnitudinem ſyluarum, quæ inter eos & Arioviſtum intercederent. Cic. lib. 2. de Orat. Vix annus intercеſſerat. ¶ Intercedere etiam illud eſt quod barbare dicimus, *Oppoſuere ſe*, hoc eſt rem aliquam impedire, & prohibere ne ſtatuatur. {ἀντιφέρομαι} ad verbum Plutarchus, {ἐπιστῆναι, ἐμποδὼν ἵστασθαι, ἐνίστασθαι}. vt, Tribuni intercеſſerunt, hoc eſt oppoſuerunt ſe, & rem impediuerunt, contradixerunt. Cæſar lib. 8, Quòd ad Aricinos ſpectat, nihil intercedit quo minus Samniti populo pacis, belliq; arbitrium ſit. Terent. in Andr. Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. id eſt intervenerit, vel impediuerit. ¶ Dicimus etiam, Intercedit mihi tecum neceſſitudo (id eſt amicitia.) ſic & Intercedit tibi cum illo affinitas: hoc eſt media eſt, quę me tibi, & te illi conciliat. Cic. Appio Pulchro, Famil. 6, Veteres mihi neceſſitudines cū his omnibus intercedunt, quibuſcum ego agere de te non deſtiti. Gellius pro inhibere ac coërcere poſuit, Ne ſibi, inquit, intercedamus, quo minus ſuapte poteſtate vti liceat. Similiter Sueton. in Cæſare, Cæterū Cælio Metello Tribuno plebis turbulentiſſimas leges aduerſus collegarum intercеſſionem ferenti autorem, propugnatorémq; ſe pertinaciſſimè præſtitit. ¶ Intercedere item aliquando accipitur pro ſpondere, ſeu fideiubere. {ἐγγυάω}. Cic. Att. lib. 1, Accerſiuit ad ſe, promiſit, intercеſſit, dedit. Item lib. 6, Adſcribit, & quaſi calcar admouet, intercеſſiſſe ſe pro iis magnam pecuniam. Idem Philip. 2, Tantum pro te intercеſſiſſe dicebant. ¶ Quidam etiam hoc verbum vſurparunt pro eo quod eſt, conciliandi gratia interuenire, & pacificatorem, deprecatorémve agere. Apuleius, Dum pro inope & calamitoſo intercederem.

Intercеſſio, onis, Impeditio, & prohibitio nequid fiat: quam vulgi vocabulo *Oppoſitionem* vocamus. {ἀντιφορά}. Ital. *Oppoſitione, impedimento.* Gal. *Oppoſition, empeſchement.* Hiſpa. *Contraposicion, empacho.* } Erat autem intercеſſio propriè Tribunorum, quibus ius fuit intercedendi, hoc eſt vetandi prohibendique. Nam (vt Gellius docet) Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non iuri dicendo, ſed intercеſſionibus faciendis, vt iniuria quæ coram fieret, arceretur, & vt vim fieri prohiberent. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Refertur ſtatim de intercеſſione Tribunorum. Intercеſſioni cedere, vel prouocationi: hoc eſt non procedere vltrà, & admittere oppoſitionem.

Intercеſſor, oris, Is quem vulgus *Oppoſitorem* vocat. {ἐνστάτης, ἀντιφορεύς, μεσίτης}. Ital. *Chi oppone & impediſce.* Gal. *Qui oppoſe & empeſche.* Hiſp. *Aquel tal entremetidor, empachador.* } Cic. 3. de Legibus, Parēre iubet lex intercеſſori. Ibidem, Intercеſſor rei malè ſalutaris ciuis eſto.

Intercido,is,pen.prod.cidi,ciſum, Ex inter & cædo: æ diphthongo in i productam mutata, Per medium ſeco. {διαπρίω, διαμπάω}. Ital. *Tagliare per mezo.* Gal. *Couper par le milieu.* Hiſp. *Entrecortar.* } Cæſar lib. 2, Vt ſi poſſent, caſtellum, cui præerat Titurius Quintus legatus, expugnarent, pontémque interciderent.

Intercиſus, pen. prod. participium. {διατμητός}. Ital. *Tagliato, rotto per mezo.* Gal. *Coupe par le milieu.* Hiſp. *Entrecortado.* } Vnde intercиſæ pactiones, dicuntur abruptæ, & non integræ. Cic. in Paradoxis, Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercиſas, &c. Intercиſi dies dicebantur, deorum, hominúmque communes: ita dicti, quòd veluti diuiſi eſſent, partémque ſibi dij, partem homines vendicarent. Macrob. lib. 1. Satur. Intercиſorum dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt ius dicere: nam quum hoſtia cæditur, fari nefas eſt: inter cæſa & porrecta fari licet. Quibus verbis ſignificatur medio illo interuallo, quod erat inter victimam cæſam, & extra porrecta, dum ſacerdos cæremonias quaſdam peragebat, fas fuiſſe Prætori ius dicere, & fari verba illa Do, dico, & addico. Et ita dies intercиſi, ex parte feſti, & ex parte profeſti ſunt. Cic. ad Att. Nequid inter cæſa & porrecta (vt aiunt) oneris mihi addatur, aut temporis. Quo in loco nonnulli malè legunt inter cæſa vnica dictione, quemadmodum etiam in loco Macrobij iam citato: quum tamen intercæſa Latinum, non ſit. Nam ab intercido dicitur intercиſum. Eſt itaque legendum vtroque loco inter cæſa, diuiſis dictionibus: vt, inter cæſa & porrecta, intelligamus tempus illud intermedium quod eſt inter victimas cæſas, & extra porrecta: hoc eſt illud tempus quo extra porriciuntur: quo medio tempore ſacerdotes ſolebant cæremonias quaſdam peragere, vt autor eſt Varro lib. 2. de Lingua Latina. Cicero autem loco iam adducto prouerbialiter dixit, Inter cæſa & porrecta, pro eo quod eſt inter hæſitationem & cunctationem rei alicuius cœptæ, aut perficiundæ, aut omittendæ.

Intercиſio, onis, verbale. {ἡ διατμησις, ἡ διατμησία}. Ital. *Tagliamento per mezo.* Gal. *Coupure ou coupe par le milieu.* Hiſpa. *Entrecortadura.* } vt, Intercиſiones ſtomachi, apud Plinium lib. 20. ca. 14, quas Dioſcorides lib. 3. cap. 26, {διὰ μέσου τμήσεις}, morſus & eroſiones ſtomachi vocat.

Intercиſè, aduerbium, Sectim, & per inciſiones. {κατὰ τμήματα}. Ital. *Facendo in pezzi, in particelle.* Gal. *Par morceaux & parcelles.* Hiſpa. *A cortaduras ò cortando.* } Cic. in Partitionibus, Inuertatur ordo, & idem quaſi ſurſum verſus, retróque dicatur: deinde idem intercиſè atque permiſtè.

Intercido,is,pen.corr. intercidi, intercaſum, Pereo, intereo, & temporis ſpatio euaneſco. {ἀπόλλυμι, διόλλυμι}. Ital. *Cadere, morire.* Gal. *Choir, mourir.* Hiſp. *Caer, morir.* } Liu. lib. 2, Credo, quia nulla geſta res inſignem fecerit Conſulatum, memoriam intercidiſſe. Gellius, Certè quidem maiore nunc copia populi oppreſſa intercidiſſem. Plin. lib. 35. cap. 8, Siue extant, ſiue intercidêre. Cic. pro Deio. Pereant amici, dum vnà inimici intercidant. Plin. lib. 9. cap. 51. Ea excludunt quinquageſimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. ¶ Intercidere pro cadere. Liu. 6. bel. Pun. Ita in arcto ſtipatæ erant naues, vt vix vllum telum in mare vanum intercideret.

Intercinctus, participium ab intercingo, Maculis quibuſdam circunquaque diſtinctus. {ἐπίζωστος, μεσόζωστος}. Ital. *Intracinto, circondato.* Gal. *Entrecouuert, entrelacé.* Hiſp. *Entrecenido.* } Plin. lib. 37. cap. 10, Candore intercincto variis coloribus. Idem lib. 36. cap. 8, Thebaicus intercinctus auteis gutt

tis inuenitur in Africæ parte Aegypto adſcriptæ.

Intercino,nis,pen.corr. Cantum immiſceo. {ἐπᾴδω, ἐπᾳδή}. Ital. *Cantar tra due.* Gal. *Entrechanter, chanter entredeux.* Hiſpa. *Entrecantar.* Horatius in Epiſt. per tranſlationem dixit, -neu quid medios intercinat actus, Quod non propoſito cōducat. hoc eſt nihil ſcribat quod non ad propoſitum faciat.

Intercipio,is,pen.corr. Incautū per inſidias capio, interuerto, efficiōq; nequid eō perueniat quò deſtinatum eſt. {ὑποτίθεμαι, λοχλαμβάνω, μεσολαβία, ἀπολαμβάνω}. Ital. *Tor di mezo, pigliare.* Gal. *Prendre cependant, ſurprendre.* Hiſp. *Entreſacar, tomar.* } Plaut. in Amn. Quid ſi fortè in inſidias deuenero, Tum redimes me, ſi me hoſtes interceperint? Cic. pro Cluent. Id quum daretur in mulſo, Balbutium quendam eius familiarem intercepiſſe, bibiſſe, ſtatimque eſſe mortuum. Idem ad Qu. Frat. Ego ad te ne hæc quidem ſcribo, ne cuiuſquam animum meæ literæ interceptæ offendant. Intercipere regnum. Plin. de Viris illuſt. Intercipere victoriam, Idem in Paneg. Intercipi morbo, Colum. lib. 7. cap. 5. ¶ Quandoque tamen ſignificare poteſt totum capio: ſicut exponit Donatus illud Terentij in Eunuch. Quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Interceptus, participium. {μεσολαβητός}. Ital. *Soprapreſo.* Gal. *ſurprins.* Hiſp. *Entreſacado.* } vt, interceptus mortalitate, præuentus, præpeditus. Plin. in Epiſt.

Interceptio, onis. {ἀπόληψις}. Ital. *Eſſo ſopraprendere.* Gal. *ſurpriſe.* Hiſp. *Entreſacamiento.* } Cic. pro Cluent. Per quem porrò datum? vnde ſumptum? quæ deinde interceptio poculi?

Interceptor, oris. {μεσολαβίων}. Ital. *Chi ſopraprende.* Gal. *Surpreneur.* Hiſp *Entreſacador.* } Liuius 4. ab Vrbe, Prædæne interceptorem fraudatorémque etiam malum minari militibus? Interceptor litis alienæ, Liuius 3. ab Vrbe.

Intercludo,is,pen.prod. Ab iter & cludo: n, euphoniæ cauſa interiecta, Iter impedire, quaſi iter claudere. {κλείω, ἀποκλείω}. Ital. *Serrar il paſſo.* Gal. *Enclorre, couper ou fermer le paſſage.* Hiſpan *Cerrar en medio.* } Varro 1. de Re ruſt. cap. 63, Sub terra qui habent frumentum in his quos vocant ſyros, quod cum periculo intrò itur recenti apertione, ita vt quibuſdā ſit intercluſa anima. Cic. ad Terent. Epiſt. 14, Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, vt quum velitis exire, non liceat. ¶ Aliquando etiam accipitur pro impedio. Virg. 2. Aeneid. -ſæpe illos aſpera ponti Intercluſit hyems, & terruit Auſter euntes. Autor ad Heren. Vt ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ intercluſiſſent. Commeatum inimicis intercludere, eſt impedire, & itinera obſidere, ne inimicis commeatus poſſit deferri. Plaut. Mil. Intercludē inimicis commeatum, tibi muni viam. Cæſar 1. bel. Gall. Eo conſilio, vti frumento, commeatúque, qui ex Sequanis & Heduis importaretur, Cæſarem intercluderent. Fugam intercludere, iter occupare per quod inimici fugam arripere poſſent. Cæſar lib. 7. bel. Gall. & Liu. lib. 5. belli. Puni. Hoſtes intercludere ab oppido, & ponte, & commeatu omni, Cæſar lib. 1. bel. Ciui. Dolore intercludi, id eſt impediri, Cic. ad Attic. libro 8.

Intercluſio, onis, Impedimentum, occupatio. {ἀποκλεισμός}. Ital. *Rinchiudimento, tagliamento de via.* Gal. *Eſtoupement, empeſment ou cloſture de paſſage.* Hiſpan. *Aquella obra de encerrar, encerramiento ou medio.* } Cic. 3. de Orat. Clauſulas enim & interpuncta verborum, animæ intercluſio, atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

Intercolumnium, {μεσοστύλιον}. Ital. *Spatio fra l'vna & l'altra colonna.* Gal. *L'eſpace qui eſt entre deux colomnes.* Hiſpan. *El eſpacio entre columnas.* } Dicitur ſpatium illud in ædificiis quod eſt medium inter columnas. Vide COLVMNA.

Interconciliare, Beneuolum reddere. {διαλλάσσω}. Ital. *Conciliarſi, farſi benevolo.* Gal. *Concilier, mettre amitié entre.* Hiſp. *Halagar ò enamorar, hazer amigo.* } Quintil. lib. 12. ca. 10, Siue aliud interconciliandi videtur præſtare officium. Ibidem, in docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in monendo grauitas videatur.

Interculco, cas, are, {ἀποπατῶ πατῶ}. Ital. *Calpeſtare tra due con piedi.* Gal. *Fouler aux piés entre ou par le milieu.* Hiſpa. *Entrecalcar, recalcar en medio.* } ex Calco compoſitum, in medio, vel inter aliqua calco. Colum. lib. 12. cap. 43, Et deorſum verſus ſpectantes ollæ componuntur, ita diſtantes vt interculcari poſſint vinacea.

Intercurro,is, intercurri, intercurſum, ere, Interuenire, & intercedere, ait Budæus. {μεσοτρέχω}. Ital. *Tranſcorrere, intrauenire.* Gal. *Courir entre, ſurvenir.* Hiſpan. *Entrevenir, entrecorrer.* } Cic. 8. Philip. Pugnatur accerrimè: qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis: hos contempſit. Idem 2. Tuſculan. Ergo his laborioſis exercitationibus & dolor intercurrit.

Intercurſo, ſas, ſare, frequentatiuum. {διαμάχομαι}. Ital. *Metterſi tra due.* Gal. *Se mettre ou eſtre entredeux.* Hiſp. *Entremeterſe, ſer entre dos.* } Plin. lib. 29. cap. 4, Vnum ſimile formicæ, ſed multò maius, ruſo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurſantibus reſperſum guttis.

Intercurſus, us, ui, Interuentus, intercеſſio. {παρεμπτώσεις, παρέντευξις}. Ital. *Soprauenimento di alcuno.* Gal. *Suruenement de quelqu'vn parmi.* Hiſp. *Entrevenimiento de alguno.* } Liu. 2. ab Vrbe, Conſulum intercurſu rixa ſedata eſt. Idem 4. bel. Maced. Quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro ſignis collatis dimicaretur: nonne intercurſu matronarum inter acies duas prælium ſedatum eſt?

Intercus,utis,pen. genitiui corr. {ὁ μεταξὺ σαρκὸς καὶ δέρματος}. Ita. *Tra carna & pelle.* Gal. *Qui eſt entre cuir & chair, interieur.* Hiſpan. *Entre cuero y carne.* } adiectiuum eſt, idem ſignificans quod inteſtinus, a, um, quaſi inter carnem & cutem, vel quaſi intra cutem. Vnde Aqua intercus. ὑδρωψ. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, &c. Sic Vitium intercus appellat Gellius libro 13. cap. 8, quod foris non apparet, quaſi intra cutem conſiſtens. Quum (inquit) vitia facundiſſimè accuſarent, intercutibus vitiis ipſi madenter.

Intercutaneus, a, um, Quod infra cutem eſt. {ὑπὸ τὸ δέρμα}.

Interdatus, cibus, apud Lucretium, lib. 4, hoc eſt per corporis partes diuiſus. Propterea capitur cibus, vt ſuffulciat artus, Et recreet vires interdatus. {διαμεμερισμένος}. Ital. *Donato tra due.* Gal. *Donné & diſtribué, ou mis entre.* Hiſp. *Puſſto ò entrecido en medio.* }

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interdico, cis, pen. prod. Vero, prohibeo. {προλαμβάνω, ἀκωλύω, ἀπαγορεύω, ἀπείργω. Ital. *Prohibire, vietare, interdire.* Gal. *Defendre quelque chose à autrui.* Hispan. *Poner entredicho, vedar.*} Interdicitur autem locus, homo, res. Et cõstruitur cum datiuo, & ablatiuo. Cic. in Catone, Malè rem gerentibus, patriis bonis interdici solet. ¶ Interdum etiam res qua quis prohibetur, in accusatiuo ponitur. Sueton. de Nerone, Et quum interdixisset vsum amethystini ac Tyrij coloris, præluſit cunctos negotiatores. Sene. lib. 3. de Ira, Si iubet Cæsar, statim illi domum meam interdicam. Quod est contra Sipontinum, qui negat posse construi cum accusatiuo. In passiuis autem locutionibus accusatiuus huiusmodi in nominatiuum conuertitur. Cic. pro Domo sua, Vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur. πρὸς τὸ ὕδατος καὶ πυρὸς εἴργεσθαι. ¶ Significat quandoq; obstare: & tunc duntaxat cum datiuo construitur. Cicc. Vertina 4, Nemo nostrùm posset ædes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere: si quum hæc à quopiam vestrùm petita fiunt, pater improbus, cui nemo interdicere possit, det quem velis iudicem.

Interdictus, a, um, participium, Idem quod vetitus, seu prohibitus. {ἀπηγορευμένος, ἀπηγορευθείς. Ital. *Cosa interdetta.* Gal. *Interdit, defendu.* Hisp. *Cosa entredicha.*} Horat. 1. Epist. 6, Cui potior patria fuit interdicta voluptas. Sueton. in Caligul. cap. 25, Breuiq; missam facit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu.

Interdictum, cti, substantiuum, Idem quod vetatio, siue prohibitio. {ἀπαγόρευμα, διάταγμα. Ital. *Interdetto, diuieto.* Gal. *Defense.* Hispan. *Entredicho.*} Vnde interdicta Prætorum, dicuntur formæ, & conceptiones verborum quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat, quum de possessione inter aliquos contendebatur. Cic. contra Rullum, Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur. Idem ad Att. Cæsaris interdicta respuentur. Idem pro Cecin. Possessionem per interdictum repetere.

Interdictio, onis, verbale, Idem significat quod prohibitio. {διάρρημα, ἀπαγόρευμα. Ital. *Interdetto, prohibitione.* Gal. *Defense, prohibition.* Hisp. *Entredicho, vedamiento.*} Cic. pro Domo sua, Id autem vt esset faciundum, non ademptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

Interdiu, aduerbium temporis, Significat per diem. {μεθ' ἡμέραν. Ital. *Di giorno.* Gal. *De jour, sur jour.* Hispan. *Entredia.*} cui contrarium est Noctu. Cato de Re rust. Canes interdiu clausos oportet, vt noctu acriores & vigilantiores sint. Plin. lib. 18. cap. 6, Malum patremfamiliàs, quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi intempestate exli. ¶ Olim etiam pro eodem dicebatur interdius. Plaut. in Mostel. Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius. Et in Aul. Nescio pol quæ illanc hominem intemperiæ tenent: Vel pernigilat noctes totas: tum autem interdius Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

Interductus, us, Interpunctio, & distinctio quæ inter sententias à librariis duci solet. {διαστολή. Ital. *Segno tra le clausule di vn parlare, doue si prende riposo & lena.* Gal. *Note ou marque entre les clauses d'vne oraison, qui signifie en quel endroit il faut reposer, & reprendre son haleine.* Hispan. *El espacio entre dos cosas.*} Cicc. in Orat. Ne infinitè feratur, vt flumen oratio quæ non aut spiritu pronũtiantis, aut interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.

Interdum, aduerbium, Idem quod aliquando, vel nonnunquam, ex inter, & dum, quod antiqui Interduatim dicebant. {ἐνίοτε. Ital. *Qualche volta.* Gal. *Aucunes fois, quelques fois, par fois.* Hispan. *Alas vezes.*} Virgil. lib. 2. Georg. Interdum aut hederæ pendunt vestigia nigræ. Terent. in Eunucho, Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Interea, aduerbium temporis est, compositum ex integris duobus, inter, & ea: quod quum sit neutrum plurale, debuit corripi: sed quia fecit tamen & ablatiuus singularis intelligi, qui in compositione solet huiusmodi inueniri: vt, Quapropter, Quocirca. Significat autem interim, tantisper, hoc interim spatio. {μεταξὺ, ἐν τούτῳ. Ital. *Tra tanto, fra questo mezzo.* Gal. *Ce pendant, ce temps pendant.* Hispa. *Entretanto.*} Terent. in Hecy. Quid interea? ibãne ad Bacchidem? Vbi Donatus, Interea, inter eos dies. Idem in Andria, Credo, impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis protrahat dies: Interea fiet aliquid, spero. ¶ Interdum significat tamen. Virgil. 1. Georg. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Interea loci, Idem est quod Interea temporis. {ἐν τῷ μεταξὺ. Ital. *Tra questo tempo.* Gal. *Durant ce temps.* Hispan. *Entre tanto tiempo.*} Sæpe enim locus accipitur pro tempore: vt apud Terent. in Andr. Et multa alia quæ non est nunc narrandi locus. Plautus in Pseud. Interea loci Si lucri quid detur, potius rem diuinam deferam. Terent. in Heaut. Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Antiphila.

Intereo, is, interij, Pereo, occido, morior, intercido. {ἀφανίζομαι, ἀπόλλυμαι. Ital. *Morire affatto.* Gal. *Mourir du tout.* Hispan. *Perescer del todo.*} Cicc. 3. de Nat. deorum. Non intelligo quomodo calore extincto corpora interean: non intereant aut humore aut spiritu amisso. Idem ad Attic. Vt posse videremur sine dolore interire. Plaut. Amph. Vigilans somnio, viuus & sanus intereo. Ita interii mea, Ouid. 1. de Arte. Morte interire. Ouid. in Ibin. Interire radicitus, est penitus, & sine vlla spe renascẽdi interire: metaphora ducta à plantis, quæ cum radicibus euulsæ nunquam repullulant. Lactant. lib. 9, Sed & genus omne impiorum radicitus interibit. ¶ Habet autem interire maiorem vim, quàm perire. Terent. in Hecy. Perij, interij, cur mihi id non dixit?

Interitus, participium, {διαφθαρμένος. Ital. *Morto.* Gal. *Mort.* Hispan. *Muerto.*} Reperitur in passiua significatione apud Quintum Claudium, Pugna acriter commissa, & multis vtrinque interitis.

Interitus, us, Pro morte. {ὄλεθρος. Ital. *Ruina, distruttione.* Gal. *Destruction, perdition, mort.* Hisp. *La muerte, obra de perescer.*} Cic. 1. Tusc. Est enim interitus quasi discessus & secretio, ac diremptio earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Interitus patriæ, id est euersio patriæ. Cicc. 5. Tusc. Interitus patriæ, exilium, seruitus, &c. Interitus legum, hoc est abolitio. Cic. in Catil. Aruspices legum interitum, & vrbis occasum appropinquare dixerunt.

Interitio, onis, verbale, Idem quod interitus. ἀνάλωσις. Cicc. in Frument. Quum bis in eadem prouincia maguæ fugitiuorum copiæ versatæ sunt, tum interitio facta nulla est. Sic enim legit Nonius. Sunt tamen qui legunt hic, internecio.

Interequito, as, In medio equito. {διϊππάζομαι. Ital. *Caualcare tra mezzo.* Gal. *Chenaucher parmi vn entre autres.* Hispan. *Caualgar entremedias.*} Cæsar lib. 6. bell. Gal. Ordines interequitant. Liu. 5. bel. Maced. Obstabant duces hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, sed interequitantes alarij non patiebantur.

Interest, componitur ex in & re, & est, vt sit, quasi in re est. διαφέρει. Vnde mea interest. διαφέρει μοι τινός, διαφέρει μοι τινί, μέλει μοί τινος. {Ital. *Appartenere, essere differenza.* Gal. *Apparient, estre difference.* Hisp. *Pertenescer, ser differencia.*} in re mea est, hoc est in mea vtilitate. Ideóque construitur cum his ablatiuis, Mea, tua, sua, nostra & vestra, & cuia: siue sit personale; siue impersonale, quum in aliis nominibus genitiuo iungatur, vt Socratis interest: id est in re Socratis est. ¶ Pro eodem interdum inuenitur, in re est, diuisis dictionibus. Liu. Quid enim in re est aliud, si plebeiam Patricius duxerit? Quid iuris tandem mutat? Plaut. Si tuam est quippiam in rem. id est, si tua interest. Idem, Vtrum veniat nẽne, nihil in re est mea. ¶ Ponitur quandoque sine aliquo casu. Plin. lib. 9, Seri etiam radices illitas fimo interest. Sic dicimus, Interest vnde quis gaudeat: id est multum facit, vel magna differentia est. Vale. Max. Nihil interest an humi, an sublimi putrescam. Cicero genitiuũ iunxit, quum ait, Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Similiter Liuius, Si nihil interest regis, peto vt dum dico, vinculis liberet. Nam hæc nomina, magni, parui, tanti, quanti & aduerbia, facile, multum, plus, plurimum, parum, paulum, paululum, pauxillum, nihil, nunquid, aliquis, magis, minus, maximè, minimè, iunguntur cum his verbis, interest & refert: vt, Minimè interest, minimè refert. ¶ Interdum etiam interest, componitur ex inter, & est, significãtque interdum præsentem esse. παραγίγνεσθαι, παρεῖναι, & sic construitur cum datiuo. Cicero Lentulo, Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solùm, sed etiam præfuit. Valer. Max. Quò facilius laboribus & periculis interesset. ¶ Interdum in medio esse, interiacere. μεσιτεύειν. Liu. 2. de bello Punico, Id morari victoriam rati, quod interesset amnis. Colum. Arbores quæ intererunt, ablaqueabuntur. ¶ Interdum differentiam importat. διαφέρει. & construitur cum duobus accusatiuis, mediante inter. Cic. 1. Offic. Inter hominem & beluam hoc maximè interest. Dicimus quoq;, Sapiens interest à stulto, & interest stulto. Terent. in Eunuc. -homini homo quid præstat? Stulto intelligens quid interest? Idem alio modo protulit in Adelphis, Hoc pater, hoc dominus interest. id est hoc interest inter patrem & dominum.

Interfacio, interfeci, interfactum, Interim, seu per interualla facio. {Ital. *Fare in mezzo.* Gal. *Faire entredeux.* Hispan. *Hazer entremedias.*} Liu. 5 belli Pun. Reliquit tamen modicum præsidium, vt simul interfaciendo muro adiuuaret, &c.

Interfaris, interfatur, interfari, Interpellare, loquentem interrumpere. {διαλέγειν τινά. Ital. *Interrompere, intramettere à parlare.* Gal. *Parler parmi le propos d'autruy, entrerompre la parole de quelqu'vn.* Hispa. *Estoruar al que habla, interromper.*} Plin. in Epist. Et quem interfari nefas esset, etiam hunc conuitia audire, etsi inulta, pateretur. Virgil. 1. Aeneid. -nec plura querentẽ Passa Venus, medio sic interfata dolore est. Liu. 3. ab Vrbe, Prius quàm aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur.

Interfatio, Verbale. {λόγου περιπέτεια. Ital. *Parlamento interposto.* Gal. *Parole entrecoupee parmi quelque propos.* Hisp. *Habla entrepuesta.*} Quintil. lib. 4, Interim expediet narrationes breuiter interfatione distinguere.

Interfeminium, Vide FEMEN.

Interficio, cis, pen. corr. Significat occidere. {κτείνω, φονεύω, ἀναιρῶ, ἀποκτείνω. Ital. *Vccidere, ammazzare.* Gal. *Tuer.* Hispa. *Matar.*} Cæsar 7. bel. Gall. Equitem Romanũ qui rei frumentatiæ iussu Cęsaris præerat, interficiunt. Interficere vita, hoc est vita priuare. Plautus in Trucul. Salue, qui me interfecisti penè & vita, & lumine. Gell. lib. 12. ca. 7, Eadẽ mulier & virum & filium eodem tempore, venenis clàm datis, vita interfecerat. Interficere pessimis exemplis. Plaut. Mostel. Pro Iuppiter! nam quod malum versatur meæ domi! vt dij deæque omnes me pessumis exemplis interficiant. Interfectus omni supplicio. Cicc. pro lege Manil. Vos legarum populi Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis? Interfectus vsus ædium, Plautinus sermo, in Merca. Vsus, fructus, victus, cultus iam mihi harumce ædium interemptus est, interfectus est, alienatus est: occidi. Interfici etiam inanimata dicuntur. Virgil. 4. Georg. Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes. id est perde & crema.

Interfector, oris. {φονεύς. Ital. *Ammazzatore.* Gal. *Tueur, meurtrier.* Hispan. *Matador.*} Brutus Ciceroni, Hic ipse puer, quem Cæsaris nomen incitare videtur in Cæsaris interfectores. Cic. Post reditum, Si hostes atque interfectores Reipub. reuixissent. Idem 4. Philip. Vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici posset.

Interfio, is, interfieri, Pro consumi, & interire, apud antiquos. {ἀναιρεῖσθαι, διαφθείρεσθαι. Ital. *Consumarsi, morire.* Gal. *Mourir, perir du tout.* Hisp. *Morir, perescer.*} Lucr. lib. 3, -vt aut putrescat corpore posito, Aut flammis interstat, malisve ferarum.

Interfluo, fluis, Per medium fluo. {διαρρέω. Ital. *Scorrere per mezzo.* Gal. *Passer & couler entre.* Hisp. *Correr entremedias.*} Plin. lib. 17, cap. 18, Flumine medium oppidum interfluente. Liu. 7. belli Pun. Et Aetoli nauibus per fretum, quod Naupactum, & Patras interfluit (Rhion incolæ vocant) exercitu traiecto, depopulati erant.

Interfluus, a. um, Quod interfluit. {ὁ μέσος διαρρέων. Ital. *Che scorre di mezzo.* Gal. *Qui coule entredeux.* Hisp. *Lo que corre entremedias.*} Plin. lib. 6. cap. 26, Interfluo Euphrate, id est interfluente.

Interfringo, gis, ere, Idem quod infringere. {διαρρήγνυμι. Ital. *Rompere, fragere.* Gal. *Entrerompre.* Hisp. *Romper, quebrar.*} Cato cap. 44, Qui locus rectè ferax erit, quæ arida erunt, & siquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Sic Plin. lib. 17. cap. 18.

Interruro,

Interfuro, ris, fere. In medio duorum insanio. {Δι᾽ μαίνομαι, μετ᾽ ἐμοῦ μαίνεται. Ital. *Furiare di mezzo.* Gal. *Enrager ou forcener entre.* Hispan. *Enloquecer entremedias y entre dos.*} Stat. 1. Achil. -dúmq; arma parantur Donec, & alternum Mauors interfurit orbem.

Interfundo, Per medium fundo. {Διαχέω.} Ita. *Spargere di mezzo.* Gal. *Espandre entredeux.* Hisp. *Derramar entremedias.* Plin. lib. 2. Idem Oceanus interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispertit. Idem lib. 3. cap. 8. Sicilia Brutio quondam agro cohærens, mox interfuso mari auulsa. Virgil. 4. Georg. -& nouies Styx interfuso coercet.

Intergerini, parietes appellantur, qui intergerũt, hoc est ferunt, & sustinent onera, quos è creta iubet Vitruuius constituere. {οἱ μεταξὺ βαστάζοντες, Διὰ τοῖχοι μεταξύ.} Ital. *Muri saldi, molto fermi.* Gal. *Murs forts ou murailles materyennes.* Hispan. *Muros ò pared en medio de dos casas.*} Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergerũtur. Vitruuius, Et catenis colligatæ in eo loco, qui finitus erit, constituantur: & intergerinis è creta, heronibúsque ex vlua factis calcetur. Festus, Intergerini parietes dicuntur qui inter confines construuntur, & quasi intergeruntur. Budæus putat eosdem parteces intergerinos dici, qui à Papiniano concratitij vocantur, qui communiter à duobus vicinis ædificantur ad gerendum onus duorum ædificiorum, quæ illis incumbunt. Barbari vocant *Medianum parietem.* Plin. lib. 35. cap. 14. Romæ non fiunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus quàm vnam contignationem tolerat: eautúmque est ne communis crassior fiat. nec intergerinorum ratio patitur.

Inter hæc, Duæ dictiones loco aduerbij positæ, eiusdem significationis cum interea. {μεταξὺ.} Ital. *Fra questo mezzo.* Gal. *En cet entrefaites, tandis.* Hisp. *Alli entretanto.*}

Interiaceo, es. pen. corr. {Μεσόκειμαι. Μεσοκείμαι.} Ital. *Esser posto tra due.* Gal. *Estre couché & estendu entredeux, estre entre.* Hisp. *Yazer ò estar entre dos.*} In medio iaceo. Plin. epist. 150. Et duo publica opera quanquam via interiacente. Liu. lib. 7. Bell. Pun. Interiacebat campus: colles imminebant undi. ¶ Interiacet Capuam, & interiacet Capuæ dicimus. Plin. lib. 5. cap. 4. Et à regione quæ duas Syrtes interiacet. Columel. lib. 11. cap. 3. Vt in id spatium, quod sulcis interiacet, inclinentur. De seminibus. Interiacet hæc inter eam, Plin. lib. 4. cap. 12.

Interibi, aduerbium, Idem significans quod interea. {Ἐν τῷ μεταξύ.} Ital. *Fra questo mezzo.* Gal. *Ce temps pendant, tandis.* Hisp. *Alli entretanto.*} Plau. in Asin. Agè tu interibi da suauium Gel. lib. 3. cap. 7. Consul interibi dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos atque editos.

Interiicio, is, tertia syllaba corr. Inter aliquid iacio, interpono, intermitto, intermiseco. {Μεταπίπτω, παρεμβάλλω.} Ital. *Gettare tra qualche cosa.* Gal. *Entrejetter, jetter parmi ou entredeux.* Hisp. *Entreponer ò meter.*} Columel. lib. 1. Vt siqua interiecta sint stramentis, aut paleis spinarum, vel germinum semina intereant. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Aliásque interiectas collibus valles. Ibidem. Paucis interiectis diebus. Cæs. li. 7. belli Gall. Galli inter equites, raros sagittarios, expedítósque læuis armaturæ interiecerant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent.

Interiectus, participium. {Παρεμπεσὼν, παρεμβεβλημένος.} Ital. *Interposto.* Gal. *Entrejetté, mis entredeux.* Hisp. *Entrepuesto.*} Cæs. 7. bel. Gal. Nego inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spatiis singulæ singulis saxis interiectis, arctè contineantur. Interiectus inter Philosophos, id est intermedius, inquit Budæus. Cicc. 1. Offic. Aut interiecti inter philosophos & eos qui Remp. administrarent, delectarentur re sua familiari. Idem 2. de Natu. deorum, Nasus quasi murus oculis interiectus. ¶ Interiectum tempus hoc est, interpositum, ὁ μεταξὺ χρόνος.

Interiectus, us, ui. Ipse interiiciendi actus. {Παρέμπτωσις, παρεμβολή.} Ital. *L'interporre.* Gal. *Entrejet, interposition.* Hispan. *Obra de entreponer.*} Cic. 2. de Nat. deorum. Interpositu, interiectúque terræ. Colum. lib. 3. cap. 21. Si verò interiectibus capere coiusque generis fructum aueat, &c.

Interiectio, Interpositio, & insertio. {Παρέμπτωσις.} Ital. *Interpositione.* Gal. *Entrejet, interposition.* Hispa. *Entreposicion.*} Quintil. lib. 4. cap. 2. Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum Iudicis reficere dissuaserim, maximè quidem breui interiectione. Idem lib. 8. cap. 2. Etiam interiectione, qua & Oratores & Historici frequenter vtuntur, vt medio sermone aliquem inferant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur, breue est. Autor ad Heren. lib. 1. Et tamen occultè dicemus interiectione verborum. ¶ Est etiam interiectio pars orationis, animi affectum exprimens: ita dicta quòd orationi interiiciatur.

Interim, pen. corr. aduerbium temporis, Idem significans quod interea, tantisper, hoc interim spatio. {μεταξύ.} Ital. *Fra questo mezzo.* Gal. *Tandis, te pendant.* Hisp. *Entretanto.*} Terent. in Andr. Funus interim procedit, sequimur. Cic. 3. de Orat. Hoc interim in spatio conclaue illud concidit. Idem pro Liga. Interim Varus Vticam venit. ¶ Ponitur & pro aliquando, ἐνίοτε. Quintil. lib. 1. cap. 9. Prima barbarismi ac solœcismi fœditas abiit. Sed quia interim excusantur hæc vitia aut consuetudine, aut autoritate, aut vetustate, denique vicinitate virtutum, aciter se in illud tenue discrimen Grammaticus intendat. ¶ Aliquando pro repentè. Terent. in Hecy. Primùm dies compluscolos bene conueniebat sanè inter eas: interim Miris modis odisse cœpit Sostratam. Vbi Donatus interim, exponit pro repente. ¶ Interim aliquando discretio est rei quæ ad narrationem pertinet, vt apud Teren. in Andr. Tristis interim, nonnunquam collachrymabat.

Interimo, mis, pen. corr. Interficio. {Ἀναιρέω, ἀφανίζω, Διαφθείρω.} Ital. *Ammazzare, recidere.* Gal. *Tuer.* Hisp. *Matar.*} Plaut. in Cistel. Accurrite, ne se interimat. Cic. 1. de Nat. deorũ, Si quæ interimant, innumerabilia se interimat. Cic. 1. de Nat. deorũ, Si quæ interimant, innumerabilia sunt: etiam ea quæ conseruent, infinita esse debent. Idem pro Mil. Me quidem exanimant & interimunt hæ voces Milonis. ¶ Interdum ponitur pro priuo. Plaut. Cistel. Nam dudum, vt concurrimus, Alcesimarchus ne se vita interimeret.

Interemptio, verbale. {Ἀφανισμός, καθαίρεσις, Διαφθορά.} Ital. *Uccisione, homicidio.* Gal. *Meurtre, tuerie, occision.* Hisp. *Matanza.*} Cic. pro L. Manil. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione patefactum est. Vetus exemplar legit, internecione.

Interior, {Ἐνδότερος,} & Interius, {Ἐνδοτέρω.} Ital. *Più a dentro.* Gal. *Qui est plus dedans & plus avant.* Hispa. *Mas à dentro.*} ab Interus antiquo pontiuo, Vide INTRA.

Interitus, us, Vide INTEREO.

Interiungo, Subsisto: tractum à curru, cuius rotæ interiecta fude iunguntur, vt quiescat. {Ἐφίστημι.} Ital. *Raggiungere, far fermare.* Gal. *Entretoucher, entrejoindre.* Hisp. *Entrejuntar.*} Martial. lib. 2. Et quum currere debeas Bouillas, Interiungere quæris ad Camœnas. ¶ Interiungere equos, est equos è curru soluere, vt & passu & quiete reficiantur. Idem lib. 3. -& hora lassos Interiungit equos meridiana. ¶ Interiungere dextras, quod & iungere dextram dextræ dixit Virgil. Liu. 2. bel. Puu. Tum dextræ interiunctæ, militéque concione dimissa, à notis, ignotísque benignè atque hospitaliter inuitati.

Interlino, is, pen. corr. interlini, interliui, vel interleui, interlinire, Scripturam, vel picturam lituris corrumpo. {Ἐξαλείφω.} Ital. *Cancellare.* Gal. *Canceler, effacer.* Hisp. *Truncar ò cassar la escriptura.*} Cic. pro Cluent. Qui tabulas publicas municipij sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleuerit. Ibidem, In eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. Idem 4. Ver. Corruptæ, atque interlitæ tabulæ.

Interloquor, pen. corr. Alio loquente sermones intermiscere, ac quodammodo interturbare loquentem. {Διαλαλέω.} Ital. *Romper il parlare.* Gal. *Entrejetter quelque propos.* Hisp. *Estoruar al que habla.*} Terent. in Heaut. Siccine mihi interloquere? ¶ Quandoq; significat aliquid inter agendum definio. Vnde interlocutoria sententia vocatur quæ non definit controuersiam, sed aliquod obiter ad causam pertinens decernit. Gell. lib. 14 cap. 2. Aliter atque aliter eadem in causa, eodémque in tempore sentire, & interloqui videatur.

Interlocutio, onis, sermonis interpositio. {Διάλογισμός.} Ital. *Parole dette tra l'altre parlare.* Gal. *Propos entrejetté.* Hisp. *Habla entrepuesta.*} Quintil. lib. 5. cap. 7. Breui interlocutione patroni refutandus est.

Interluceo, ces, pen. prod. In medio luceo, vel interea luceo, vel inter aliquid luceo. {Μεταφαύω.} Ital. *Tralucere.* Gal. *Entreluire.* Hisp. *Entreluzir.*} Liuius 9. bel. Punic. Duos soles visos & noctu interluxisse, & facem stellæ septies ab ortu solis ad Occidentem porrigi visam. ¶ Interlucet per translationem, pro interapparet, & inter conspicitur. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Quibus inter gradus dignitatis forcunæque aliquid interlucet, posteri fama ferrent. Virgil. 9. Aeneid. -interlucétque corona Non tam spissa viris.

Interluco, cas, pen. prod. Ramos seu plantas inutiliter pullulantes cum interuallo resecare: & à luce deductum videtur, quòd quum exeduntur rami lux fiat ipsi arbori amplior. {Διαφωτίζω.} Ital. *Tagliar i rami inutili del albero quà e là.* Gal. *Esbrancher vn arbre, & comme luy bailler jour.* Hisp. *Entrefacar los ramos de los arboles.*} Plin. lib. 17. cap. 23. Deputantur enim pariter cum vite interlucata, densitate ramorum, qui sint supernacui.

Interlucatio, verbale. {Τῶν κλάδων ἐκκοπὴ ἵνα πολυκάρπως Διαφωτισθῇ.} Ital. *Sbrancamento d'alberi.* Gal. *Esbranchement d'arbres.* Hisp. *Entresacamiento destos ramos deles arboles.*} Plin. lib. 17. cap. 27. Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annotum trucidatio inutilissima. Eadem dicitur collucatio, apud Catonem & Varronem.

Interlunium, nij, Dicitur id spatium temporis in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc noua videtur: quia radiis solaribus supernè illustratur, non autem ab ea parte quæ nobis conspicua est. {Σύνοδος, ἡ ἐκλείπουσα σελήνη.} Ital. *Tempo tra la luna vecchia & nouua.* Gal. *Le temps d'entre la vieille & nouuelle lune.* Hisp. *La conjuncion dela luna conel sol, tiempo entre la luna vieja y nueua.*} Plin. lib. 7. cap. 5. Septimo nonnunquam die, posteróue plenilunij die, aut interlunio concepti nascuntur. Idem lib. 16. cap. 39. Inter omnes conuenit, vilissimè in coitu lunæ iterm: quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant. Hora. 1. Carm. Ode 25. Thracio bacchante magis sub interlunia vento.

Interluo, luis, Interfluo. {Μεταπίπτω.} Ital. *Bagnare in mezzo.* Gal. *Mouiller en passant par dedans ou au milieu.* Hispan. *Mojar entremedias.*} Claud. 1. lib. 1. Trinacria quondam Italiæ pars vna fuit, sed pontus & æstus Mutauere situm, rapuit confinia Nereus Victor, & abscissos interluit æquore montes. ¶ Aliquando lauare est. Διαπλύνω. Cato de Re rustica Manus interluito, postea vinum sumito. Virgil. 4. Aeneid. Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina, (Tantum aui longinqua valet mutare vetustas) Dissiluisse ferunt: quum protinus vtraque tellus Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis, Hesperiam Siculo latus abscidit: aruâque, & vibes Littore diductas angusto interluit æstu.

Intermaneo, es, ere, Inter, vel in medio maneo. {Μεταξὺ Διαμένω.} Ital. *Stare in mezzo.* Gal. *Demeurer entredeux.* Hisp. *Quedar entremedias.*} Lucan. lib. 6. Defessus Cæsar mediis intermanet agris.

Intermedius, a, um. Interiacens. {Μεταξύ, μέσος.} Ital. *Fra mezzo.* Gal. *Qui est entredeux, qui est au milieu.* Hisp. *Entremedias.*} Cic. in Orat. Est autem quidam interiectus, intermedius & temperatus, nec acumine posteriorum, nec flumine vtens superiorum: vicinus amborũ, in neutro excellens. Varro lib. 3. de Re rust. In lateribus dextra & sinistra postici sunt, primoribus columnis lapideis intermedius arbusculis humilibus ordinatæ.

Intermenstruus, Vide INTERMESTRIS.

Intermeo, as, are. Idem quod interfluere, hoc est per medium meare, & fluere. {Μεταπίπτω.} Ital. *Scorrere di mezzo.* Gal. *Passer entre, passer parmi.* Hisp. *correr io inquedo entremedias.*} Plin. lib. 5. cap. 30. Longéque clarissimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Silenus.

Intermestris luna, dicitur interlunium, & coitus Lunæ. {συνόδος.} Ital. *congiontione della luna col sole.* Gal. *Conjonction de la lune auec le soleil.* Hisp. *Conjuncion de la luna conel sol.*} Plin. lib. 16. cap. 38. Nisi intermestri luna, acq; dimidiata, ne tangas materiam.

Intermenstruus, a, um, adiectiuum. Idem: vt, Luna intermenstrua. Plinius lib. 18. cap. 52. Maximè autem intermenstrua dimidiáque stercorato. Varro lib. 1. de Re rust. Quod à noua luna crescit ad plenam, & inde rursus ad nouam lunam decrescit, quoad veniat ad intermenstruum. À quo die dicitur luna esse extrema & prima.

Intermico, as, penult. corr. In medio splendeo. {Διαφαύω.} Ital. *Risplendere in mezzo.* Gal. *Resplendir ou reluire entre.* Hispan. *Resplandescer entremedias.*} Claud. lib. 1. -rutilum squamis intermicat aurum. Augustin. de Ciuit. Dei, lib. 9. Id quoque vel in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne lumen candidum intermicare.

Interminor, penult. correp. aris, Magnum malum denuntio, vehementer minor. {Ἀπειλῶ, ἐπιφέρω μέγα κακόν. Ital. *Minacciare qualque gran male.* Gal. *Menacer fort.* Hisp. *Amenazar de pena grave.*} Plaut. in Asin. Mihi tibique interminatus est, nos futuros vlmeos, Ni hodie Argyrippo essent viginti argenti minæ. Terent. in Andr. Dixine tibi? Interminatus sum, ne faceres? num veritus? Plautus Capt. Eminor, Interminórque, nequis mihi obstiterit obuiam. Interminari vitam. Plautus Casina, -imitatur malarum malam Disciplinam, vitro quæ interminatur suo vitam. Id est quæ vitam se interfecturam minatur.

Interminatus, a, um, Non terminatus, termino carens, indefinitus. {Ἀόριστος, ἀόριστον. Ital. *Non terminato.* Gal. *Qui n'a point de borne ne de fin.* Hisp. *Cosa sin termino y fin.*} Cic. 1. de Nat. deorum, Confugitis ad deum, cuius operam profectò non desideraretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis.

Interminus, a, um, Quod non habet terminum. {Ἀπέρατος, ἀόριστος. Ital. *Senza termine.* Gal. *Sans bornes, sans limites.* Hispan. *Cosa sin termino y fin.*} Sidon. ad Fontei. Dominis Simplicio, & Appollinari intermina interfessione vos comperi, &c. ¶ Hanc tamen vocem apud quempiam veterum non facile inuenias.

Intermisceo, es, ere, Miscere in medio. {Μεταμίγνυμι. Ital. *Meschiare di mezzo.* Gal. *Entremoster, mester parmi.* Hispan. *Mezclar entremedias.*} Colum. lib. 11. cap. 3, Deinde ad Calend. Februarias sereno die conuenit semina spargi, quibus & aliquod satureiæ semen intermiscēdum erit. Plin. lib. 19. cap. 6, Intermiscri satureiam, quoniam melius proueniat. Virg. Aeglo. 10, Doris amara suam non intermisceat vndam.

Intermitto, Ad tempus omitto, cesso, {Ἀφίημι, ἐπέχω. Ital. *Tralasciare.* Gal. *Entrelaisser, cesser par fois.* Hispan. *Entremeter, ò dexar estar.*} Cicero, Etsi ego id tempus intermiseram potius, quàm omiseram. Cæsar 1. bel. Gall. Quum iter non intermitteret. Cic. 2. Offic. Acriores autem remorsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. Idem lib. 5. de Finib. Nec verò intermittunt aut admirationem earum rerum quæ sunt ab antiquis repertæ, aut inuestigationem nouarum. Terent. Adelp. -pol is quidem iam hîc aderit: Nam nunquam vnum intermittit diem quin semper veniat.

Intermissus, us, Idem quod intermissio. {Ἄφεσις. Ital. *Intermissione.* Gal. *Cesse, discontinuation.* Hisp. *Cessacion ò intermission.*} Plin. lib. 10. ca. 29, Luscinius, diebus ac noctibus quindecim garrulus sine intermissu cantus.

Intermissio, onis, verbale, Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. Ἄφεσις. Cic. 1. de Nat. deor. Nec tamen video quomodo videatur iste deus beatus quum sine vlla intermissione pulsetur, agitetúrque atomorum incursione sempiterna. Idem Trebat. Neque alia vlla fuit causa intermissionis epistolarum, nisi quòd vbi esses planè nesciebam.

Intermorior, eris, Morior, pereo, intereo, perdor. {Συναποθνήσκω μι. Ital. *Morire.* Gal. *Mourir.* Hisp. *Morir.*} Bithynicus ad Cic. lib. 6. Epist. Peto à te vt absentem me, quibuscunque in rebus opus fuerit, tuearis: si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. ¶ Intermortuum verò, Latini dicunt eum qui inter mortem vitámq; ex dolore procumbit, similis expiranti. Plin. lib. 32. cap. 10, Vituli marini adeps instillatur naribus intermortuarum vulvæ vitio. Sueton. de Nerone, Postquam deinde Galbam, & Hispanias desciuisse cognouit, collapsus, animóq; malè fracto diu, & sine voce, propè intermortuus iacuit. Cicero in Piso. Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis. Id est ex reliquiis propemodum extinctis. Memoriam generis propè intermortuam reuocare, Idem pro Muræna.

Intermundium, dij, τὸ μεταξὺ κόσμων, Spatium medium inter plures mundos: sicut Intercolumnium spatium inter columnas. Voluit enim Epicurus infinitos esse mundos, & inter eos spatia magna inania, per quæ atomi volitantes alios atque alios mundos coagmentarent. Cic. lib. 3. de Finib. Individua quum dicitis, & intermundia quæ nec sunt vlla, nec possunt esse, intelligimus. Idem 1. de Natu. deorum Tanquam modò ex Epicuri intermundiis descendisset. Budæus.

Intermuralis, & hæc Intermurale, pen. prod. {Ὁ ἐν τῷ τείχει μεταξύ, ἡ ἡ μεσόβοιος. Ital. *Tra due mura.* Gal. *Qui est entre deux murs.* Hisp. *Entre dos muros.*} Liu. lib. 4 Decad. 5 ad finem, Muro vrbis coniuncta procul videtur, diuisa est intermurali amni, & eadem ponte iuncta.

Internascor, eris, In medio nasci. {Μεταφύομαι. Ital. *Nascere in mezzo.* Gal. *Naistre parmi ou entredeux.* Hisp. *Nascer entremedias.*} Plin. lib. 18. ca. 16, Gal. *Naistre parmi ou entredeux.* Hisp. *Nascer entremedias.*} Plin. lib. 18. ca. 16, Internascentésque herbas excludi. Liu. 8. bel. Pun. Angustiæ & internata virgulta ordines diremebant. Tacitus lib. 20, Virgulta postremò, & stirpes, & internatas saxis herbas vellentes, miseriatum patientiæ q; documentum fuere.

Interneco, as, pen. corr. interneeaui, internecatum, & internectum, Deleo, simul interficio, & multitudinem totam fermè complectitur. {Ἐξολεθρεύω. Ital. *Vccidere, ammazzare.* Gal. *Tuer tout.* Hisp. *Matar.*} Plaut. in Amphit. Legiones reueniunt domum, duello extincto maximo, atque internectis hostibus. Cic. 14. Phil. Internecti notha testamenta credo subiiciunt.

Internecio, Vitæ priuatio. {Ἀναίρεσις. Ital. *Vccisione.* Gal. *Tuerie, occision.* Hisp. *Muerte violenta.*} Liuius lib. 9. Lucerini, ac Samnites ad internecionem cæsi. Cic. 5. Verr. Tamen aratorum internecio facta nulla est. Cicc. ad Atticum, Neque enim resisti sine internecione posse arbitramur.

Internecinus, a, um, pen. prod. Quod ad internecionem pertinet. {Ἀναιρετικός. Ital. *Ciò che si appartiene ad vccisione.* Gal. *Pernicieux, mortel.* Hisp. *Cosa pertenesciente a matar.*} Vnde internecinum testamentum dicitur, autore Festo, propter quod dominus eius necatus est. Internecinū bellum, cuius exitus alteri parti internecionem affert. Liu. lib. 9, Nullus modus fuit cædibus, delerāque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde acsi internecino bello certasset. Plinius lib. 8. cap. 24. de aspide loquens, Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone.

Internecto, is, ere, Colligare, inter se connectere. {Συνδέω, συμπλέκω. Ital. *Legare insieme.* Gal. *Entrelacer, entrelier.* Hisp. *Atar juntamente.*} Stat. 8. Theb. -vix magna lauare Vulnera, & effantes libet internectere plagas.

Internigrans, penult. corr. internigrantis, Passim nigricans. {Ὁ ἐν τῷ μεταξὺ μελανίζων. Ital. *Negreggiante.* Gal. *Entrenoir, entremeslé de noir.* Hisp. *Entremegreguante.*} Stat. 6. Theb. -noctémque diémque Assimilans, matrenegreguante. Stat. 6. Theb. -noctémque diémque Assimilans, matrenegrantibus albæ.

Internidifico, as, penult. corr. {Ἐν τῷ μεταξὺ κοπρίζω. Ital. *Nidificare tra due.* Gal. *Faire son nid entre ou parmi.* Hisp. *Anidar entre dos.*} Plinius lib. 10. cap. 33. Tertium est earum genus quæ zipas excauant, atque ita internidificant.

Interniteo, es, ere, Inter alia nitere, vel pellucere. {Διαφαίνω, μεταξὺ λάμπω. Ital. *Lucere tra l'altre cose.* Gal. *Entreluire, luire ou reluire entre ou parmi.* Hispan. *Luzir entremedias.*} Plin. lib. 37. cap. 5, Tunc enim rellute internitent: quia his ventis maximè arenæ mouentur. Curtius, Spissæ nubes intendere se cælo, & quicquid lucis internitebat, offusa caligine extinctum est. Idem alibi, Armorum internitentium fulgor.

Internodium, dij, Est spatium intermedium inter duos nodos, quale videmus in arundinibus & culmis. {Φάλαγξ. Ital. *Spatio tra l'vno & l'altro nodo.* Gal. *Ce qui est entre deux nœuds ou jointures.* Hispa. *El canuto entre dos nudos.*} Colum. lib. de Arbor. cap. 3, Virgam malleolarem non amplius quàm sex gemmarum esse conuenit: ita tamen, si breuia interno dia habet. Plinius lib. 7. cap. 2. Arundines verò tantæ proceritatis, vt singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Ouid. 11. Metam. -longa internodia crurum. Idem 6. Metam. Mollia nodosus facit internodia poples.

Internosco, Inter alios nosco, siue discerno. {Διαγινώσκω. Ital. *Discernere, cognoscere tra gl' altri.* Gal. *Entrecognoistre, cognoistre entre autres.* Hispa. *Distinguir entre diuersos.*} Plaut. Amphit. Nunc internosse vt vos possitis fagur entre diuersos.

interpellari traiectitiæ pecuniæ possit. ¶Interpellare partam victoriam, impedite, remorari. Cæsar 3. bel. Ciuil. Sed siue ipsorum perturbatio, siue error aliquis, siue etiam fortuna partam iam, præsentémque victoriam interpellasset, dandam omnibus operam vt acceptum incommodum virtute sarciretur. ¶Interpellare de negotio aliquem, est connenire, & verba cum eo facere, λόγους περί τινος ποιεῖσθαι. Seneca lib. Declam. 8, Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit.

Interpellatio, onis. {λόγων παρεμβολή, ἀλλοίωσις. Ital. *Sturbamento*. Gal. *Rompement de propos, desiourbier*. Hisp. *Estoruamiento*.} Cic. de prouinciis Consularibus, Interpellatio mei familiaris, qua paulo antè interrupta est oratio mea. Idem ad Atti. lib. 12, Putabam enim commodius te idem istud domi agere posse interpellatione sublata. Idem Leptæ, lib. 16, Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine vlla interpellatione versor. Plinius in Epist. Interdum lasso mihi opportuna interpellatione subueniunt.

Interpellator, toris, Interuentor qui interrumpit sermonem, aut aliquid aliud agentem. {ὁ τὸν λόγον παρεμβολεύων. Ital. *Sturbatore*. Gal. *Destourbeur, entrerompeur de propos*. Hisp. *Estoruador*.} Cic. 3. Offic. Dictabat se hortulos aliquos emere velle, quò inuitaret amicos, & vbi se oblectare sine interpellatoribus posset. Idem Attico, lib. 15, Sed interpellatores illic minus molesti. Autor ad Heren. lib. 1, Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores. Cic. lib. 3. Epist. In literis sine interpellatore versor.

Interpensiua, apud Vitruuium, Perticarum, tigillorum, asserúmve genera sunt quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias deriuandos, vel alium quemuis vsum interlocantur, quasi ea quæ à pendendo Græci appellant κρεμαστήρας.

Interpensiui parietes, Sunt qui supra contignationem struuntur, nec in solo fundamentum habent, sed in pendenti surgunt. Hermolaus. κρεμαστῆρες.

Interplico, as, are, Passim implico. {παραμπλέκω. Ital. *Trapiegare*. Gal. *Entrepier*. Hisp. *Entrepiegar*.} Stat. 4. Thebaid. Albáque puniceas interplicat insula cristas.

Interpolo, as, are, Est immutare, vel instaurare, & rebus vetustis nouam formam inducere: à polliendo dictũ, vt Perottus existimat. {ἀνακαινίζω. Ita. *Rinouare, instaurare*. Gal. *Repoulir, racoustrer, regratter quelque chose vieille, & la renouueller*. Hisp. *Renouar ò afeytar ò adobar*.} Vnde vestimenta interpolata, quibus à fullonibus ita noua lana est inducta, vt pro nouis fallere possint. Cic. ad Quintil. Fratrem. Vult, inquam, Appius, renouare eundem magistratum, quo minus togam prætextam quotannis interpolet. ¶Sic mancipia interpolata dicuntur, quæ quum sint veterana, tamen à vænalitiariis ita ornantur, finguntur, & quasi renouantur, vt pro nouis vendi possint. Vlpian. in l. Præcipiũt ædiles. ff. de Aedi. edict. Quia igitur vænalitiarij sciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro nouitiis vendunt. Plinius lib. 12. cap. 14, At hercle Alexandriæ, vbi thura interpolantur. id est rudia quum sint, polliuntur. Conuehebatur enim illuc thus rude, aspectu simile cortici. Plaut. in Amph. Illic me homo interpolabit, meúmque os finget denuó.

Interpolatio, onis. {ἀνακαίνισις, ἀνανέωσις. Ital. *Rinouatione di cose vecchie*. Gal. *Renouuellement de choses vieilles*. Hisp. *Renouamiento de cosas viejas*.} Plin. lib. 13. cap. 12. de chartis, Hanc excepit Romæ Fannij sagax officina, tenuatámque curiosa interpollatione principalem fecit è plebeia.

Interpolator, toris, Qui antiquas vestes reconcinnat, ac renouat, vt facilius vendat. {ἱματοδιαφθορεύς. Ital. *Rigattiere, racconciatore de vesti vecchie*. Gal. *Radoubeur, frippier*. Hisp. *Renouador, affeytador*.}

Interpolatrix. {Ital. *Racconciatrice de vesti vecchie*. Gal. *Radoubeuse, frippiere*. Hisp. *Renouadora, afeytadora*.} Mulier quæ antiquas vestes renouat, vt eas facilius vendat. ἀνανεωτρία. Pomponius, Interpolatricem accersire oportet, quæ huic vestem adducat.

Interpolis, & hoc le, Quod interpolatum est. {ἱματοδυσής. Ital. *Rifatto, rinouato*. Gal. *Radoubé, renouuellé, repetassé*. Hispan. *Afeytado, adobado, renouado*.} Plin. lib. 19, Est quidem eius natura interpolis: rursúsque quamlibet vetustum nouo miscetur. ¶Sic per translationem mulieres etiam interpoles dicuntur quæ vitia deformitatis arte occultant. Plaut. in Most. Nam istæc veteres, quæ se vnguento vnctitant, interpoles,
Vetulæ edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant.

Interpolus, la, lum, Idẽ quod interpolis, hoc est reconcinnatus. ἱματοδυσής. Vlpian. l. Labeo. ff. de Contrahen. empt. & vend. Si vestimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit.

Interpono, nis, ere, Interfero, interiicio. {παρεισφέρω, παρεμβάλλω. Ital. *Interporre*. Gal. *Entremettre, interposer*. Hisp. *Entreponer*.} Cicer. de Amic. Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne inquam & inquit sæpius interponeretur. ¶Interponere accusatorem, est submittere, vel subornare. Cic. 3. Verrina, Interposuistis accusatorem, qui quum ego mihi centum & decem dies solos in Siciliam postulassem, ceruum & octo sibi in Achaiam postularet. ¶Interponere autoritatem suam, est autoritate sua impedire ne aliquid fiat. Cic. 3. Philip. Quòd si autoritatem tuam interponis sine armis, magis quidem laudo. Fidem suam interponere, est aliquid in fidem suam recipere. Cæsar 5. belli Gal. Ipsi vero nihil nocitum iri, inque eam rem se suam fidem interponere. Interponere postulata, est proferre ea quæ quis sibi postulet concedi. Cic. 8, Philip. Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minus quod opus esset ad bellum, à vobis pararetur. Interponere se rei alicui, est se immiscere. Cicer. in Diui. in Verrem, Curte interponis inuitissimis his, quibus maximè lex consulum esse vult?

Interpositus, a, um, participium. {παρεμβληθείς. Ital. *Posto tra due*. Gal. *Interposé, mis entredeux*. Hispan. *Entrepuesto*.} Plin. lib. 18. cap. 16, Interpositis quibusdam diebus. Hoc est interiectis, vel intermissis.

Interpositus, us, ui, Idem quod interpositio. {παρείσφησις, παρεμβολή. Ital. *Interpositione*. Gal. *Interposement, assiette entredeux*. Hispan. *Aquel entreponer*.} Cicer. 1. de Natura deorum, Tum ipsa incidens in vmbram terræ, quum est e regione solis, interpositu interiectúque terræ repente deficit. De luna.

Interpositio, onis, Insertio, interiectio. {παρείσφησις. Ital. *Intraponimento di una cosa tra due*. Gal. *Interposition, entreiacement*. Hisp. *Aquel entreponer*.} Cic. de Inuen. Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione. ¶Interpositio, pro iis quæ lineis superscribi, & inscribi solent, dum aliquid emendatur. Cic. ad Tironem lib. 16, Tu istic, siquid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. Vna omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facilè legere soleo, de quadrimo Carone.

Interpremo, pen. corr. Comprimo, vel premendo collido. {συμπιέζω. Ital. *Rinchiudere, premere tra due*. Gal. *Entreserrer, entrepresser*. Hisp. *Apretar entre dos*.} Vnde interpremere fauces, est faucibus compressis spiritum intercludere. Plaut. in Rud. Aedepol, infortunio hominem prædicas donabilem. τ. Qui sacerdotis scelestus fauces interpresserit.

Interpres, tis, Est qui in aliqua re agenda medius est, & veluti conciliator, & autor. {ἱερμηνεύς, ἀκροατής. Ital. *Interprete*. Gal. *Truchement, interprete*. Hisp. *Trujaman ò farante de lenguas, el que declara lo escuro*.} Virgil. lib. 4. Aen. Túque harum interpres curarum, & conscia Iuno. Interpretes ab Asconio dicuntur per quos inducitur pactio. Quoniam verò huiusmodi homines, animos eorum quibus dati sunt interpretes, scisciantur, & inuicem illi exponunt, factum est vt interpres pro eo accipiatur qui obscura exponit. Virg. 3. Aeneid. Troiugena interpres diuûm. Vbi Seruius, Interpres, vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Cicer. 1. de Diuin. Interpretes portentorum Galeotæ in Sicilia nominabantur. Ibidem, Quorum omnium interpretes, vt grammatici poëtarum, proximè ad eorum quos interpretantur, diuinationem videntur accedere. ¶Interpres item, qui vertit aliquid ex vna lingua in aliam. Cic. de Opt. gen. Orat. Nec conuerti vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, & eatum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis.

Interpretor, aris, pen. cor. Expono, explico, explano. {ἑρμηνεύω, ἐξηγέομαι. Ital. *Interpretare, spouere*. Gal. *Interpreter, expliquer, donner a entendre*. Hisp. *Trujamanear, declarar lo escuro*.} Cic. 2. lib. Offic. Nec quicquam aliud est Philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. ¶Interpretari, pro iudicare. Cic. ad Attic. Quod si auderem, Athenas peterem, sanè ita cadebat vt vellem. Nunc nostri hostes ibi sunt, & te non habemus: & veremur ne interpretentur illud oppidum non satis ab Italia abesse. Liuius 1. ab vrbe, Rectè, an perperam interpretes, fuerit ista eius deliberatio qui bellum suscepit. Interpretari memoriæ alicuius: hoc est reducere in memoriam. Plaut. Epid. Iniquè iniurius es. P. quid iam? M. quia tuæ memoriæ Interpretari me æquum censes.

Interpretatus, a, um, participium, Expositus, explicatus. {ἑρμηνευθείς. Ital. *Interpretato, dichiarato*. Gal. *Interpreté, declaré*. Hisp. *Declarado*.} Cic. 2. de Leg. Vesta quasi focus vrbis, vt Græco nomine est appellata: quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus.

Interpretatio, onis, Expositio. {ἑρμηνεία. Ital. *Interpretatione, dichiaratione*. Gal. *Declaration, interpretation*. Hisp. *Obra de trujameo ay declarar*.} Cicer. 1. Offic. Nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatio. Interpretatio, inquit autor ad Heren. lib. 4, est quæ non iterans, idem redintegrat verbum, sed id commutat quod positum est alio verbo quod idem valeat. ¶Interpretatio, Coniectura & iudicium. Liu. 2. ab Vrbe, Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Budæus.

Interpretamentum, ti, Interpretatio. ἑρμηνεία. Gellius, Ex quibus diuersa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus. Idem lib. 5. cap. 18, Cuius Latinum interpretamentum scriptum est in libro Sempronij.

Interpunctus, ta, tum, Quod punctis distinctum est. {διεστιγμένος, διεστικτός. Ital. *Distincto con certi punti*. Gal. *Distingué par points*. Hispa. *Apartado con puntos*.} Cic. 2. de Orat. Sed & festiuitatem habet narratio distincta personis, & interpuncta sermonibus.

Interpunctum, cti, neut. gen. Distinctio. {διαστολή. Ital. *Distinctione con punti*. Gal. *Distinction par points*. Hisp. *Apartamiento con puntos*.} Cicer. 3. de Orat. Clausulas, & interpuncta verborum, animæ intercluso, & angustiæ spiritus attulerunt.

Interpunctio, onis, Idem quod interpunctum. Cic. pro Mu. Res enim sunt paruæ propè in singulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatæ.

Interpurgare, {διαπεριαίρειν, περικαθαίρειν. Ital. *Cauare di quà & di là quel che è souerchio*. Gal. *Oster par ci par la ce qui est mauuais & superflu, Sarcler*. Hisp. *Quitar ò purgar de todas partes lo superfluo*.} Plin. lib. 18. cap. 26. Ficus interpurgari, femina fieri.

Interputo, as, pen. corr. Quasi per circuitum putare, & purgare. {περικαθαίρω. Ital. *Tagliare i piccioli rami de gli arbori*. Gal. *Esmonder, oster & couper les petites branches des arbres*. Hisp. *Podar los pequenos ramos del arbol*.} Colum. lib. 3, Rosam frutetibus ac surculis disponi per surculos pedales conuenit, per idem tempus quo & violam: sed omnibus annis fodi ante Calendas Martias, & interputari oportet: hoc modo multis annis perennat.

Interquiesco, is, re, Idem quod quiescere. {ἡσυχάζω. Ital. *Riposare*. Gal. *Se reposer*. Hisp. *Holgar, quedarse*.} Plin. in Epist. Iulio mense quo maximè lites interquiescunt, positis ante lectos cathedris, amicos collocaui. Cic. de Claris Ora. Quum hæc dixissem, & paululum interquieuissem, &c.

Interrado, is, pen. prod. Hinc illinc abrado. {ἀποξέω. Ital. *Radere d'ogni intorno*. Gal. *Racler entre*. Hispa. *Raer en derredor*.} Colum. de Arbor. cap. 19, Nam si spisse posueris, neqi infrà quicquam ferere poteris, nec ficipsæ fructuosæ erunt, nisi eas interraseris. Plin. lib. 15. cap. 1, Oleæ attondentur, sicut & vites, atque etiam interradi gaudent. ¶Interradere, pro exculpere, hinc illinc radere, & excauare. Plin. lib. 35. cap. 1. de pictura, Nec tantùm, inquit, vt parietes toti operiantur, verùm & interraso marmore, vermiculatisque ad effigies rerum animaliúmque crustis. Budæus.

Interrasilis, sile, Idem quod interrasus, hoc est per interualla erasus, & exculptus. {ἀποξέσις. Ital. *Raduto d'ogni intorno*. Gal. *Racle à l'entour*. Hispan. *Raido en derredor*.} Plin. lib. 12. cap. 19, Coronas ex cinamomo, interrasili auro inclusas.

Interrex, egis, Dicitur is qui Regis mortui munere fungitur, donec nouus Rex creatus sit. {μεσοβασιλεύς. Ital. *Vicere in morte del Re*. Gal. *Vroy, vn regent qui gouuerne cependant qu'il n'y a point de Roy*. Hisp. *El vicerey y entre rey y rey*.} Hic autem magistratus introductus fuit post mortem Romuli.

Nam

Nam quum inter Patres de Rege creando conuenire non posset, res ad interregnum rediit, placuitque Remp. à Patribus administrari, donec nouus Rex creatus esset. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe. Cicc. contra Rullum, L. Flaccus Interrex legē de Sylla tulit, vt omnia quæcunq; ille fecisset, rata essent. Idem lib. 3. Epi. Ego omnibus, vnde petitur, hoc consilij dedetim, vt à singulis Interregibus binas aduocationes postulent.

Interregnum, ni, Regni interuallum, & spatium temporis quousque in locum demortui Regis alius ordinatur. {μεσοβασιλεία. Ital. *Tempo tra la morte di vn re & la creatione di vn altro.* Gal. *Le temps entre le trespas d'vn roy & la creation d'vn nouueau.* Hispa. *Aquel medio tiempo de rey y rey.*} Cicc. ad Attic. Nam permagni eius interest, rem ad interregnum non venire. Idem ad Qu. frat. Res spectat ad interregnum.

Interritus, a, um, pen. corr. Idem quod imperterritus. {ἀδεής. Ital. *Che non ha paura.* Gal. *Asseuré, qui n'a point de peur.* Hispa. *El que no ha miedo.*} Ouid. 10. Metamor. Quid quòd ineſt virtus, & meus interrita lethi? Idem 6. Metamor. -sola est interrita virgo.

Interrogo, as, Quæro, rogo. {ἐρωτάω, πυνθάνομαι. Ital. *Interrogare, dimandare.* Gal. *Interroguer, demander, enquerir.* Hispa. *Preguntar respuesta.*} Cicc. in Orat. Vt interrogando vrgeat, & rursus quasi ad interrogata sibiipse respondeat. Idem in Partit. Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogem. Plaut. Pœnulo, Si exierit leno, censetis hominem interrogem, Meus seruos si ad eum venerit, nécne.

Interrogatio, {ἐρώτησις. Ital. *Interrogatione.* Gal. *Interrogation, demande.* Hispa. *Pregunta de respuesta.*} id est, Petitio: & Interrogatiuum, ἐρωτηματικόν. Cic. de Fato, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum est. Instare interrogationi, Quintil. lib. 5. cap. 7. Longius repetita interrogatio, Idem ibidem.

Interrogatiuncula, læ, diminutiuum. {τὸ μικρὸν ἐρώτημα, ἐρωτημάτιον. Ital. *Picciola dimanda.* Gal. *Petite interrogation, petite demande.* Hispa. *Pequeña pregunta.*} Cic. in Parad. Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit efficit. Idem 4. de Finib. Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

Interrumpo, pis, Medium abrumpo. {διαῤῥήγνυμι, διαῤῥήγνυμαι. Ital. *Interrompere, disturbare.* Gal. *Interrompre, destourner.* Hispan. *Interromper.*} Plancus Ciceroni, Pontes quos feceram, interrupi. Interrumpere ordinem, id est confundere, Colum. lib. 11. cap. 2. Interrumpere somnos, Interturbare, Plin. lib. 28. cap. 4.

Interruptus, particip. {διῤῥηγμένος, διεῤῥαγώς. Ital. *Rotto, discontinuato.* Gal. *Interrompu, discontinué.* Hisp. *Entrerompido.*} Amnis interruptus aquis, Lucan. lib. 2. Interrupta consuetudo, Intermissa, Cic. ad Cassium, Epist. lib. 15.

Interruptè, aduerbium, Incisè, vel cæsim, aut diuisé. {συνεχόμενος. Ital. *Diuisamente, separatamente, interrottamente.* Gal. *Par interruption, sans continuer.* Hisp. *Cortando, apartadamente.*} Cicc. 2. de Orat. Erit autem perspicua narratio, si verbis vsitatis, si ordine temporum conseruato, si non interruptè narrabitur.

Interscalmium, mij, Dicitur spatium illud in naui quod est inter scalmū & scalmum. {μεσοσκάλιον. Ital. *Spatio tra scalmo & scalmo doue s'appoggiano i remi.* Gal. *L'espace qui est entre les cheuilles d'vn nauire.* Hispa. *El espacio entre vno y vno.*} Item Interstitium, spatium duarum columnarum. Est autem scalmus lignum illud ad quod remus inhæret, & circunflectitur.

Interscapilium, lij, {τὸ μεσοχίνιον. Ital. *Spatio tra due spalle.* Gal. *L'entredeux des espaules.* Hisp. *El cerro entre espalda y espalda.*} Propriè est spatium illud in dorso quod inter scapulas est. Higinus in descriptione Vrsæ, In humero claram vnam, in pede de posterioribus nouissimo duas, in summo interscapilio vnam.

Interscindo, dis, Medium abrumpo, siue discindo. {διαχόπτω. Ital. *Fendere, tagliare per mezzo.* Gal. *Couper par le milieu.* Hispan. *Entrecortar.*} Liuius 1. re, tagliare per mezzo. Gal. *Couper par le milieu.* Hispan. *Entrecortar.*} Liuius 1. bel. Pun. Pontémq; interscinderent. Cic. 2. de Legi. Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, à tergóque pontem interscindi iuberet. Lactant. de Opific. Labra ipsa quæ quasi antea cohærebant, quàm decenter interscindit. Liu. 8. bel. Pun. Nam & ipsa Chalcis, quanquam eiusdem insulæ vrbs est, tamen adeò arcto interscinditur freto, vt ponte continenti iungatur.

Interscribo, bis, penult. prod. Inter versus scribo, interpono, interfero. {παρεγγράφω. Ital. *Scriuere di mezzo.* Gal. *Escrire entredeux.* Hisp. *Escrinir entre medias.*} Plin. Epist. 129, Potetis & quæ dixeris post oblionem rettractare, multa detinere, plura transire, alia interscribere, alia retscribere.

Interseco, as, pen. corr. In partes secare. {διατέμνω. Ital. *Tagliare in pezzi.* Gal. *Entretailler.* Hisp. *Entrecortar.*} Ad Heren. lib. 3. Vt ipsa pronuntiatione res ipsas quas demonstrauimus, inserere, atque intersecare videamur in animis auditorum.

Intersepio, pis, pen. prod. Velut sepibus quibusdam intercludo, vel iter impedio. {διαφράσσω, διαφράττω. Ital. *Intermezzare.* Gal. *Entrenner & clorre de hayes, boucher.* Hispa. *Distinguir entre partes.*} Liu. 2. bel. Maced. Per triduum insequens territauit eos, nunc præliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quædam, ne exitus ad fugam esset. Interserpire vrbem vallo, id est munire. Liu. 5. bel. Pun. Lactant. de Opific. At id velut pariete per medium ducto interscpit. Cic. pro Cor. Balb. Ne interseptum sit huius iter perpetuò ad hoc amplissimum præmium ciuitatis.

Interseptum, Dicitur quicquid in re aliqua medium est, vti est cartilago illa quæ veluti paries intermedius nares dirimit: item septum illud transuersum quod viscera vitalia separat à naturalibus. διάφραγμα. Ital. *Il mezzo.* Gal. *Le milieu.* Hisp. *El medio.*

Interscro, seris, interseui, intersitum, pen. corr. In medio aliorum plango, semino, insercóue. {παραφυτεύω, παρεμβάλλω. Ital. *Piantare ò seminare fra altre cose.* Gal. *Planter ou semer entredeux.* Hispa. *Plantar ò sembrar entre medias.*} Colum. de Re ruit. lib. 3. cap. 16, Cœquato deinceps pastinato malleolus ordinatis viribus interserendus est. Idem lib. 8. cap. 15, Eáque congregantur interbitis buxeis, aut myrtcis fruticibus. Ouid. 10. Meta. -mediis interserit oscula verbis.

Interscro, ris, seui, sertum, Interpono, interiicio. {παρεμβάλλω, παρεντίθημι. Ital. *Frammettere, interporre.* Gal. *Entremettre, inserer parmi.* Hisp. *Entreponer, entrexerir.*} Plin. in Epist. Prædia agris meis vicina, atque etiam interserta, venalia sunt.

Intersisto, is, intersistere, pro Resistere in medio spatio. {διίστημι, διίσταμαι. Ital. *Formarsi in mezzo, à tra due.* Gal. *S'arrester au milieu, ou entredeux.* Hisp. *Estar entre medias.*} Quint. lib. 8. cap. 3. Quia vltima priotis syllabæ litera exprimi nisi labris coëuntibus non potest, aut intersistere nostra: quia exprimi nisi labris coëuntibus non potest, aut intersistere nostra indecentissimè cogit, &c. Item lib. 9 cap. 4. Intersistentes clausulæ.

Intersistitur impersonale, lib. 9. cap. 4. Tum longè per se, & veluti vltimæ syllabæ, aliquid etiam medij temporis inter vocales quasi intersistatur assument.

Interspiro, as, pen. prod. Perspiro, expiro. {ἀναπνέω. Ital. *Spirare, soffiare tra due.* Gal. *Souffler entre deux, respirer.* Hisp. *Espirar y respirar.*} Cato, Manu compresso acina, vt combibant aquam marinam: vbi impleueris dolium, operculo operito, relinquito quà interspiret.

Interspiratio, verbale. {ἀναπνοή. Ital. *Respiratione.* Gal. *Respiration.* Hisp. *Respiracion.*} Cic. 3. de Orat. Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, &c. Plin. lib. 23. cap. 1, A balneis raptim & sine interspiratione necat. De musto loquitur.

Intersterno, nis, Interiicio, intermisceo. {παραμίγνυμι. Ital. *Interporre.* Gal. *Estendre ou coucher entredeux.* Hispa. *Entreponer.*} Iusti. lib. 1, Hæc Babyloniam condidit, murúmque vbi cocto latere circundedit, arena, pice, bitumine intestrato. Plin. lib. 19. cap. 2, Alij hastulis redæ subiectis, & subinde interstratis, oleo aspersam accendunt.

Interstinguo, uis, Distinguo. {ἀναστίζω, κατακαίω. Ital. *Distinguere, separare.* Gal. *Distinguer, separer.* Hispan. *Apartar vno de otro.*} Statius 3. Syluarum, Spatia interstincta columnis. ¶ Interdum idem quod extinguo. Festus, Ignis Vestæ siquando interstinctus esset, virgines verberibus affiictus. Ignis Vestæ siquando interstinctus esset, virgines verberibus affiictus,

mentum vnius partis esse potest: interrimentum verò dantis & accipientis. Secundum quod Cicero interrimentum pro communi conficiendi alicuius negotij iactura posuit. Budæus.

Interritura, ræ, Idem quod interrimentum, hoc est damnum, & propriè in auro, argento, aut vestibus, quorum pretium vsu atq; attrectatione imminuitur. βλάβη. Scæuola de Pig. actio. l. Pignori. Quæro, interritura quæ ex operis facta est, vnum, &c.

Interturbo, Valde turbo, seu aliquid aut agentem, aut dicentem interpello. {Ital. *Disturbare*. Gal. *Destourner*. Hisp. *Estorvar*.} Plaut. in Bacch. Ne interturba: imperatum iam in cera est. Terent. in Andr. Dauus interturbat omnia. vbi Donatus, Hic inter, auctiua particula est, adeo vt non pro media significatione sit, sed qua maiorem habere non potest: vt Interfectus.

Interturbatio, onis. {Ital. *Turbamento, disturbo*. Gal. *Destourbier*. Hisp. *Estorvamiento*.} Liuius 3. belli Puni. Ipsique valetudinem excusans patri, animi quoque eius mirabilem interturbationem quum quæreret, &c.

Interuaco, as, pen. corr. In medio vacuus maneo. {Ital. *Restare vacuo in mezzo*. Gal. *Estre vuide & vacant entredeux*. Hisp. *Ser vazio entremedio*.} Colum. lib. 5, Bulbus tripedaneis interuacantibus spatiis obrutus, anno celerius maturam perticam præbet.

Interuallum, li, Spatium quod est inter palos vallum castrense constituentes: à quo omne spatium, interuallum est nuncupatum. {Ital. *Interuallo, spatio*. Gal. *Interualle, distance, espace*. Hispa. *Espacio de tiempo ò lugar*.} Plin. lib. 6. cap. 22. Septem dierum interuallo taxato. Cic. ad Cassium, Primùm vt te, quem iandiu plurimi facio, tanto interuallo viderem: deinde vt tibi, &c. Ex tanto interuallo. Cic. ad Cass. Cur ex tanto interuallo rem desuetam vsurparent. Longo interuallo. Cic. 8. Verr. Versabatur in Sicilia longo interuallo alter, non Dionysius, &c. Quod etiam dicitur, longo post tempore.

Interuallatus, a, um, Quod post certa temporum interualla reuertitur. {Ital. *Che va & ritorna*. Gal. *Qui va & revient*. Hisp. *Que tiene espacio entre ir y tornar*.} vt, Interuallata febris, quam intermittentem, & reuertentem vocamus. Gell. lib. 17. cap. 12, Hæc biduo medio interuallata febris.

Interuello, lis, Passim è medio aliorum euello. {Ital. *Stirpar di mezzo*. Gal. *Arracher d'entre les autres*. Hisp. *Arrancar entremedias*.} vt quum aut lolium è tritico, aut canos è barba, aut capillos euellimus. Palladius, Si spissa sunt, interuelles aliqua vt cætera roborentur. Plaut. in Amphit. -næ ego infœlix homo fui Qui non alas interuelli, volucrem vocem gestito.

Interuenio, nis, pen. corr. In medio negotio, quasi ex insidiis superuenio, & opprimo in ipso actu eos qui rem celatam vellent. {Ital. *Soprauenire, interuenire*. Gal. *Entrevenir, survenir*. Hisp. *Entrevenir*.} Terent. in Adel. Interuenit homo de improuiso. ¶ Accipitur etiam aliquando pro interesse. Cicer. Quod non esset factum, si ipse interuenissem. ¶ Intetuentum est, impersonale. Terent. Heau. Vbi de improuiso est interuentum mulieri.

Interuenies participium. {Ital. *Sopraueniente*. Gal. *Survenant*. Hisp. *Entreveniente*.} Cic. 3. Tusc. In magna parte vitæ dolore non interueniente.

Interuentus, us, ui, Actus ipse interueniendi. {Ital. *Sopraueuta, interueniimento*. Gal. *Survenue*. Hispa. *Sobrevenida, obra de entrevenir*.} Plaut. in Amph. Sed prælium id tandem ditemit nox interuentu suo. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Interuentu collegæ ipse exercitúsque est seruatus.

Interuentor, Dicitur qui alicui rei interuenit, quem & interpellatorem vocamus. {Ital. *Interuentore, mallenatore*. Gal. *Entrevenant, survenant, moyenneur*. Hisp. *Entrevenidor*.} Cicer. de Fato, Omnis ferè in his deliberationibus consumebatur oratio: idque & sæpe aliàs, & quodam liberiore quàm solebat, & magis vacuo ab interuentoribus dic- ¶ Aliquando etiam accipitur pro fideiussore, idque maximè apud Iurisconsultos.

Interuenium, Quod est inter venas terræ. {Ital. *Spatio tra la vene della terra*. Gal. *Ce qui est entre deux veines de la terre*. Hisp. *Espacio entre las venas de la tierra*.} Vitruu. lib. 8, Sed non per interuenia ditabantur, & decrescant. Idem lib. 2. cap. 6, Igitur penitus ignis, & flammæ vapor per interuenia permanans & ardens, efficit leuem eam terram.

Interuerto, is, Callidè surripio: quod plerunque fit quum rem commodatam, aut creditam, nobis vendicamus, dolóque nc domino restituatur, efficimus. {Ital. *Toglier via con astutia*. Gal. *Destourner, soubtraire, desrober secrettement*. Hisp. *Quitar ò arrebatar con engaños*.} Vnde Cic. 6. Verr. Candelabrum, quod Rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat, à Verre, qui illud commodato à rege acceperat, interuersum esse conqueritur. ¶ Dicimus autem, interuertere aliquem simpliciter: & interuertere aliquem re aliqua, & interuertere rem aliquam. Plaut. in Asin. Qui ad heri fraudationem callidum ingenium geruot, Vnde sumam? quem interuortam? quò hanc celocem conferam? Idem in Pseu. Vt me, si posset, muliere interuorteret. Marcel. Iurisconsl. in l. Si duo. ff. Depositi. Si duo hæredes rem apud defunctum depositam dolo interuerterint. ¶ Interuertere pro subuertere. euertere. Paul. in l. Amissione. ff. de Cap. dimi. Quæ salua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti constat. Scæuola, Cui per fundum aquæductus debetur, quacunque vult in eo riuum facere licet, dum ne aquæductum interuerterit.

Interuigilo, as, pen. corr. {Ital. *Non dormire fermamente*. Gal. *Entreveiller, ne dormir qu'ademi*. Hispan. *Entrevelar*.} Senec. Epist. 1. lib. 12. Somno parcissimo vtor, & quasi interuigilo: latis est vigilare desiisse.

Intetuiteo, es, pen. corr. Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 2.

Interuiso, is, pen. prod. Per interualla inuiso. {Ital. *Venir à vedere à visitare*. Gal. *Visiter tandis ou par fois, aller veoir quelques fois*. Hispan. *Tornar à ver à ciertos tiempos*.} Cicer. Mario, Teque & istam rationem otij tui & laudo, & vehementer probo: quódque minus interuisis, hoc fero animo æquiore.

Interundo, as. Solin. ca. 27. Hoc fuluum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprimè decet: hoc est, in vndarum figurã distinctum.

Interuomo, is, pen. corr. {Ital. *Vomitare tal volta*. Gal. *Vomir parmi ou quelques fois*. Hispan. *Entregomitar ò gomitar alguna vez*.} Lucretius lib. 6. Quod dulces inter salsas interuomit vndas. Budæus, hoc est, interfundit.

Interusuriũ, ij, {Ital. *Profitto di vsura*. Gal. *Ce qui vient entre deux vsures*. Hisp. *Provecho de logro y vsura*.} Commodum est, vel vsura medij temporis. Vlp. in l. Sed si. §. vlt. ff. de pecul. Vt medij temporis interusurium magis creditor consequatur.

Intertula, pen. corr. Vestis intima & corpori proxima, quam vulgus *Camisiam* vocat. {Ital. *Camisia*. Gal. *Chemise*. Hisp. *La camisa*.} Valer. ad Rufin. Quem vestire debuit intertula, vestiuit interitu. Hæc alio nomine supparus, tunica linea, subucula, & indusium dicitur.

Intestatus, Dicitur non solùm qui mortuus est nullo confecto testamento, sed etiam cuius ex testamento adita non est hæreditas, vt inquit Paulus, l. Intestatus. de Verb. signific. {Ital. *Che non ha fatto testamento, intestato*. Gal. *Qui n'a point testé, que n'a point fait testament*. Hisp. *El que no ha hecho testamento*.} Pomp. Ipse cum vno seruo senex intestatus proficiscitur. Vlp. De suis & leg. hæred. Intestati propriè appellantur, qui quum possent testamentum facere, testati non sunt. Cic. pro Cluentio, Haud hæres est Cluentius, intestatum dico esse mortuum. ¶ Intestatus, nullis testibus conuictus. Plaut. in Curc. Hoccine pacto indemnatum atque intestatum attipi? Non absurdè tamen dici posset intestatum in hoc Plauti loco accipi pro non antestato, hoc est nemine in testem assumpto. Erat enim consuetudo apud veteres, vt antequam aliquem in ius raperent, antestarentur, hoc est liberum hominem vnum aut alterum in testem assumerent, eique aurem vellicantes quærerent, Licétne antestari? Qua solennitate non obseruata, nemini licebat quempiam in ius ducere. Vide ANTESTOR.

Intestatò, aduerbium, Sine testamento. {Ital. *Senza testamento*. Gal. *Sans faire testament*. Hisp. *Sin testamento*.} Cic. 2. de Inuent. Si paterfamiliàs intestatò moritur: familia, pecuniáque eius agnatorum, gentiliúmque esto. Scæuola, L. Titius intestatò moriturus. Paulus, Vt legata quæ ei dederat, intestatò moriens testitueret.

Intestabilis, Qui iure testamentũ facere non potest, & cuius testimonio non creditur. {Ital. *Che non può far testamento*. Gal. *A qui il n'est permis par les loix faire testament, infame*. Hisp. *El que no puede hazer testamento*.} simile apud Græcos ἄτιμος. Caius in l. Quum lege. ff. de testa. Intestabilis quum lege quis esse iubetur, cò pertinet, ne eius testimonium recipiatur: & eo amplius (vt quidam putant) néve ipsi dicatur testimonium. ¶ Gellius lib. 7. cap. 18, pro detestabili posuit. κατάγνωστος. Eos tamen (inquit) qui ad Annibalem non rediissent, vsqueadeò intestabiles inuisósque fuisse, vt tædium vitæ ceperint, necémque sibi conciuerint. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, -vter Aedilis fuerit ve Vestrum Prætor, is intestabilis, & sacer esto. Vbi interpres Porphyrio, Antiqui eos quos ad testimonium admitti nolebant, Intestabiles vocabant: Detestabiles, quorum testimonium malum, & execrandum esset.

Intestinus, a, um, pen. prod. Idem quod interaneum, siue internum, quod scilicet intus reconditum est, & foris non apparet. {Ital. *Interiori, cosa di dentro*. Gal. *Qui est dedans, intestin, interieur*. Hispa. *Cosa de dentro, entranable*.} Seruius Sulpit. Ciceroni, Quid est quod tantopere commoueat tuus te dolor intestinus? Intestinum bellum, quum ciuitas veluti in sua viscera coniurat. ἐμφύλιος πόλεμος. Intestinum malum. Cic. ad Brutum, Ingraueścit enim in dies intestinum malum: nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus. Intestinum odium, dicitur occultum, & dissimulatum. Liu. 2. ab Vrbe, Intestino inter patres plebémque flagrabat odio. Intestinum opus, quod ad ornatum ædium ex ligno conficitur. Vulgus vocat *Minutiariam*. Varro lib. 3. de Re rust. Quum villam habetes opere tectorio, & intestino, ac pauimentis è nobilibus lithostrotis spectandam, parum putasses esse, ni tuis quoque literis exornati parietes essent.

Intestina, Quidam sunt quasi membranacei canales, qui in interiore ventris parte siti, alimentorum excrementa è ventriculo excipiunt, longisque orbium anfractibus tandem per secessum deiiciunt. {Ital. *Interiori*. Gal. *Les entrailles*. Hisp. *Las tripas y asfadura*.} Cic. 2. de Nat. deorũ. Ex intestinis autem & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iecur per vias quasdam à medio intestino vsque ad portas iecoris. Sunt autem intestina in corpore humano omnino sex: quorum primum ventriculo per pylõrum adhærens, à duodecim digitorum longitudine Herophilus δωδεκαδάκτυλον appellauit: rei anatomicæ periti ferè ἔκφυσιν vocant. Secundum, à Græcis νῆστις, à nobis ieiunum appellatur, quòd semper sit inane. Tertium à nobis tenue, ab illis ἴλεος appellatur. Varro etiam hillam appellat. Quartum cæcum dicitur quòd propter sinuositatem exitu carere videatur. Quintum, Græco nomine κόλον, à Latinis crassum intestinum nominatur, quòd reliquis carnosius sit, à dextra ilium regione, ad sinistram super ventriculi fundum delatum, lienem interim & iecur contingens. Sextum, spinæ è directo incumbit, ad sedem vsque porrectum: quod quoniam nullos habet sinus, rectum appellatur. Legitur & intestinus mascul. gen. Plinius lib. 11. cap. 37. Intestinus quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem inflectitur, vt lepiæ & polypo: in homine annexus infimo stomacho similis canino.

Intexo, is, ere, Intus texere, innectere, texendo inserere, implicare. {Ital. *Texere tra qualche cosa*. Gal. *Tistre dedans ou auec, inserer*. Hisp. *Texer dentro algo*.} Virgil. 3. Georg. -vtque Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Vbi Seruius, Intexti, intus texti. nam in velis ipsi erant picti qui eadem vela portabant. Idem 2. Georg. Illa tibi lætis intexit vitibus vlmos. Id est annexit. Cic. in Partit. Læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus. Plin. lib. 13. cap. 11, Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere. ¶ Intexere aliquem. Cic. Attic. lib. 13, Scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam possem intexere. Id est eum loquentem inducere, vt fit in dialogis.

Intimus, a, um, superlatiuũ est ab antiquo adiectiuo interus. Illud significans quod maximè intus reconditum est. {Ital. *Più à dentro*. Gal. *Qui est trefauant*. Hispan. *Mas dentro*.} Cicer. 6. Verr. In eo sacrario intimo

intimo fuit signum Cereris per antiquum. Plautus Truc. Traxi ex intimo ventre suspirium. ¶Intimus, charus, familiaris. {ἐνδότατος, σωφίλτατος. Ital. *Domestico, famigliare.* Gal. *Domestique, familier, amy.* Hisp. *Amigo.* } Cic. ad Quin. Fra. lib. 1, Intimus, proximus, familiarissimus quisqi, aut sibi pertimuit, aut, &c. Plaut. Truc. Nam me fuisse huic fateor summum, atque intimum. Idem Mil. Itaque intimum ibi se miles apud lenam facit. ¶In intimis alicuius esse, pro valde amari ab aliquo. Cic. ad Attic. lib. 4, Itaque in intimis est meis, quum antea notus non fuisset. timè, aduerbiũ. {ἐνδόμυχα, ἐνδοτάτω, ἐκ τῆς φιλτάτης. Ital. *Di cuore, intrinsecamente.* Gal. *Du plus profond, du tresprofond du cœur.* Hisp. *De coraçon, de dentro.* } Cic. ad Quint. Fratrem, Quarum altera est de Blandenio Teuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari.

Intingo, gis, Immergo, madefacio. {βάπτω. Ital. *Intingere, bagnare.* Gal. *Mouiller, tremper dedans.* Hisp. *Mojar.* } Plin. lib. 20. cap. 17, de anilo, Viride aridúmve omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur, desideratum. Cato cap. 156. Crudam si edas, in acetum intingito, mirificè conquit. Intinctum arte, Cic. 2. de Orat. Alterum quod totum arte intinctum videtur, tametsi artem requirit, tamen prudentiæ est mediocris quid dicendum sit videre.

Intinctus, us, Condimentum ad obsonia condienda: quod nos saporem incibis dicimus, Græci ἐμβάμμα, κομμότομος. { Ital. *Condimento, sapore.* Gal. *Sauce, saulpiquet.* Hisp. *Adobo.* } Colum. lib. 12. cap. 55, Hoc sinapi ad embamata non solùm idoneo, sed etiam speciosо vteris. ἐμβάπτει enim intingere est. Plin. lib. 15. cap. 29, Eadem origine aprorum sapor commendatur, plerunque ad intinctus additis myrtis.

Intolerabilis, le, Quod tolerari & ferri non potest: vt, Intolerabilis dolor. {δύσφορος, ἀνεκφόρητος. Ital. *Intolerabile, insopportabile.* Gal. *Intolerable, insupportable.* Hisp. *Cosa que no se puede sufrir.* } Cic. 4. Acad. Ille vir bonus qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacetari potius, quàm officium prodat, aut fidem, &c. Idem 3. de Orat. Mihi omnia sunt intolerabilia ad dolorem. Intolerabilis auaritia, Idem ad Qu. Frat. lib. 1. Intolerabile frigus, Idem pro Rosc. Amer.

Intolerabiliter, aduerbium, Supra modum, ita vt ferri non possit, & (vt ita dicam) impatibiliter. {ἀφορήτως, ἀοικτίκτως. Ital. *Intolerabilmente.* Gal. *Intolerablement.* Hisp. *No podiendo se suffrir.* } Colum. lib. 1. cap. 4, Sunt quædam loca quæ solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

Intolerandus, a, um, adiectiuum, Idem quod intolerabilis. {δύσφορος. Ital. *Da non essere tolerato.* Gal. *Qu'on ne pourroit souffrir ne porter.* Hisp. *Cosa de no suffrir.* } Cic. 7. Verr. O magnum atque intolerandum dolorem. Intoleranda hyems, Liu. 5. ab Vrbe. Intoleranda libido, Idem 7. bell. Pun. Immanis atque intoleranda barbaries, Cic. pro Font.

Intolerans, antis, adiectiuum, Impatiens, impotens, qui tolerare non potest. {ἀδυνάτος. Ital. *Impatiente.* Gal. *Impatient.* Hisp. *Mal suffrido, no suffrido.* } Liu. 9. ab Vrbe, Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. Intolerantissima laboris corpora, hoc est impatientissima, Liu. 10. ab Vrbe, & lib. 7. bel. Pun.

Intoleranter, aduerbium, Impotenter. {ἀφορήτως, ἀδυνάτως. Ital. *Impatientemente.* Gal. *Impatiemment.* Hispa. *Mal suffridamente.* } Cic. 2. Tusc. Possumúsne nos contemnere dolorem, quum ipsum Herculem tam intoleranter dolere videamus?

Intolerantia, æ, Impotentia, impatientia. {ἀδυναμία. Ital. *Intolerança.* Gal. *Impatience.* Hisp. *Mal suffrimiento.* } Cic. pro Cluent. Quis illum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset? Idem pro lege Agrar. Perspicite quanta potestas permittatur, non priuatorum inuidiam, sed intolerantiam Regis esse dicetis.

Intondeo, es, re, Circuntondeo. {περικείρω. Ital. *Tosar d'intorno.* Gal. *Tondre tout autour.* Hisp. *Tresquilar en derredor.* } Colum. lib. 11. ca. 23, Vt antè quàm transfatum deponas, omnes radiculas amputes, & fibrarum summas partes intondeas.

Intonsus, a, um, Non tonsus. {ἄκειρος. Ital. *Non tosato.* Gal. *Qui n'est point tondu.* Hispa. *No tresquilado.* } Plin. lib. 6. cap. 28, Arabes mitrati degunt, aut intonso crine, barba abraditur, præterquam in superiore labro. Intonsa coma, Cic. 3. Tusc. Colum. lib. 7. cap. 3, Igitur, vt dixi, miraberis oues intonsas: variam & canam comam improbabis. Ouid. 4. Fast. Bis caput intonsum fontana spargitur vnda. Intonsi homines, & inculti, Liu. 1. bel. Pun.

Intono, as, pen. corr. are, Idem quod tono. {βροντάω. Ital. *Tonare, far romore.* Gal. *Tonner, rendre vn son haut & clair.* Hisp. *Tronar.* } Cic. de Diu. Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris. Ouid. 2. Metam. Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure Mittit in aurigam. ¶Per translationem dicitur & de quouis alio sono vehementiore. Plin. lib. 9. cap. 40, Intonuit ingenti latratu canis. Hyems intonata Eois fluctibus, Horat. Epod. 2. hoc est tempestas sonora. ¶Intonare, pro iracundè dicere, & cum quodam vocis impetu loqui. Liu. 3. ab Vrbe. Quum hæc intonuisset plenus iræ, multitudo ipsa se sua sponte dimouit.

Intorqueo, es, Cum impetu eiaculor, initio, vibrando emitto. {συρίσσω, προβάλλω. Ital. *Tirare, trarre con impeto.* Gal. *Tordre, entortiller, lancer.* Hisp. *Torcer ò tirar tiro.* } Virgil. 2. Aeneid. –factum qui cuspide robur Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam. Cicc. de Atusp. resp. Si quod in me telum intorserit, statim me esse arripturum arma. ¶Item circumtorqueo, Δαγρίσω. Colum. lib. 3. cap. 23. Quum iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos quibus pendent, intorqueto, eo modo seruabuntur etiam anno toto. Cic. 2. de Orat. Vt cum Testio Penatio mentum in dicendo intorqueri, tum vt diceret siquid vellet, si nucem fregisset.

Intortus, a, um, participium, Obuolutus. {συστρεπτός. Ital. *Tiratto, tratto con impeto, torto.* Gal. *Tors, tiré, lancé.* Hisp. *Torcido o tirado.* } vt, Intortum circa lanum brachium paludamentum, Liu. lib. 5. bel. Pun.

Intra, Præpositio, ab in, deducta: sicut ab ex extra: significátque spatium temporis, aut loci. {ἐντός. Ital. *Entro, dentro, intra, fra.* Gal. *Dedans.* Hispan. *Dentro.* } Plautus in Curcul. –dimidiam partem nationum vsque omnium Subegit solus intra viginti dies. Lucanus lib. 5, Intra castrorum timuit tentoria ductor. Intra cubiculum, intra oppidum, significat in tentoriis, in cubiculo, in oppido. ¶Aliquando significat citra. Cicc. ad Sulpitium, Sed tamen, quando effugi eius occasionem, qui forasse arbitraretur me hanc Rempublicam non putare, si perpetuò tacerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum, vt & illius voluntati, & meis studiis seruiam. Intra modum (inquit) id est citra modum, hoc est minus quàm modicè: quod idem valet quod moderatè, & cummodo. Cuius contrarium est, Vltra modum. Sic dicimus, Intra diem, ἐμπροθεσμότερον, ἐντὸς τῆς ἡμέρας. Intra famam, ἔντιμος, ἐντὸς τῆς φήμης. id est citra opinionem, & minus ipsa fama, vel quod famæ magnitudini non respondet. Vltra famam, quod est mains ipsa fama. Quintil. Hortensij scripta tamen intra famam sunt. ¶Intra, sine casu, aduerbium est, cui contrarium est Extrinsecus. Colum. lib. 12. cap. 43, Hæc vasa & opercula extrinsecus & intrà diligenter picata esse debebunt. Valla hoc interesse docet inter, intra, & infra, vt hoc, ad dignitatem & locum: illud, ad spatium & numerum referatur. Qua de re latius egimus non ita multo antè, in dictione INFRA.

Interus, à quo Interior, & hoc interius, Magis intrà, vel intrò. {ἐνδότερος. Ital. *Piu dentro, piu auanti.* Gal. *Qui est plus dedans & plus auant.* Hisp. *Mas dentro.* } Terentius in Eunuc. In interiore parte, vt maneam solus cum sorore. Cic. in Sallust. Africam interiorem obtinens. Virgil. 1. Aeneid. At domus interior regali splendida luxu Instruitur. Cic. 3. de Nat. deor. Plures enim tradunt nobis ij qui interiores scrutantur, & reconditas literas, antiquissimum Ioue natum, &c.

Intrarius, a, um, Interaneum, intus abditum, intimum. {τὸ ἔνδον, ἐνδόμυχος. Ital. *Di dentro.* Gal. *De dedans.* Hisp. *De dentro.* } Plautus, Charos mihi, atq; intrarios amicos.

Intractatus, a, um, vt, intractatus equus, hoc est indomitus. {ἀδάμαστος. Ital. *Indomito non maneggiato.* Gal. *Qui n'est point encor traittable, indompté.* Hisp. Ital. *No tratado, no domado.* } Cic. de Amic. Arqui in ipso equo, cuius modò mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est qui non eo quo consueuit libentius vtatur, quàm intractato, & nouo.

Intractabilis, le, Indomabilis, qui tractari, domarive non potest. {ἀδάμαστος. Ital. *Che non si può domare.* Gal. *Intractable, qu'on n'ose manier.* Hispa. *Cosa que no se puede tratar ni domar.* } Plin. lib. 19. ca. 5, Virus illi intractabile est. Virgil. 1. Georg. –petite ordea campis Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. Animus intractabilis, Senec. Hippol.

Intremo, intremis, pen. corr. intremere. Idem quod tremo. {τρέμω, σείομαι, φρίττω. Ital. *Tremare.* Gal. *Trembler.* Hispa. *Temblar.* } Plin. lib. 2. cap. 8, Intremunt verò & in manibus posita æquè quàm in ædificiis. Virg. 3. Aeneid. Clamorem immensum tollit quo pontus, & omnes Intremuere vndæ, penitúsque exterrita tellus Italiæ.

Intremisco, is, Idem quod intremo. Plin. lib. 8. cap. 4, de elephanto, Idem vestigio hominis animaduerso prius quàm homine, intremiscere insidiarum metu traditur. Idem lib. 2. cap. 79, Neque enim vnquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari.

Intrepidus, a, um, Qui nihil timet, impauidus. {ἀδεής. Ital. *Intrepido, che non ha paura.* Gal. *Qui ne craint rien, asseré, hardi.* Hisp. *No temeroso.* } Plin. in Præfat. 3, Sed hæc quis posset intrepidus æstimare, subiturus ingenij tui iudicium, præsertim lacessitum? Ouid. 13. Metam. Illa super terram defecto poplite labens, Pertulit intrepidos ad fata nouissima vultus. Hyems intrepida, apud Tacitum in vita Agricolæ.

Intrepidè, aduerbium, Sine pauore, audacter. {ἀδεῶς. Ital. *Senza timore, arditamente.* Gal. *Sans crainte, hardiment.* Hispa. *No temerosamente.* } Liu. 6. bell. Pun. Postquam assuetudine quotidiana saris intrepidè vilum est fieri, in campum, &c. Ibidem lib. 3. Ibi intrepidè Xenophanes legationis princeps à Philippo Rege se missum ait.

Intrico, as, pen. prod. Implico. {ἐμπλέκω. Ital. *Intricare, inuiluppare.* Gal. *Empestrer.* Hisp. *Enbetrar, emboiner.* } Plaut. in Persa, Atque ita intricatum ludit potans Dorpalum. Eius contrarium est Extrico. Vtrunque dictum creditur à tricis, quæ sunt festucæ, vel capilli, vel simile quippiam, quo autum pedes implicantur. Plautus, Quod argentum tu mihi, quas mihi tricas narras?

Intrinsecus, {ἐντός. Ital. *Di dentro, intrinsecamente.* Gal. *Par dedans.* Hispa. *De dentro.* } & Extrinsecus, ἔξωθεν, aduerbia sunt cõposita ab intra, & extra, & secus, quum significat iuxta. Colum. lib. 12. cap. 43. Lata vasa in modum patinarum fieri iubeat: eáque intrinsecus & extrinsecus & intrà diligenter picata esse debebunt. Sic Plin. lib. 11. cap. 37.

Intrò, aduerbium, motus ad locum, Idem significans quod in domum. {ἐντός. Ital. *Entro, dentro.* Gal. *Dedans.* Hisp. *Dentro à lugar.* } quemadmodum intus, domi vel è domo. ¶Componitur autem cum verbis incipientibus à d, vt introduco: à g, vt introgredior: m, vt intromitto: r, vt introrumpo: s, vt introspicio, u, vt introuoco. Plaut. Aulu. Ibo intrò, vt herus hæc quæ imperauit, facta, quum veniet sient.

Intro, as, Ingredior, introeo. {εἰσέρχομαι. Ital. *Entrare, andar dentro.* Gal. *Entrer, aller dedans.* Hisp. *Entrar dentro, andar dentro.* } Plin. in Epist. Ac subinde sibi nuntiari iubent an iam recitator intrauerit. Virgil. 5. Aeneid. Adsumus, & portus delati intramus amicos. Ouid. 15. Metamorph. Iámque caput rerum Romanam intrauerat vrbem. Venabula intrant vrsi, hoc est transfigunt, Martial. lib. 14. ¶Et per translationẽ, intrare infamiliaritatem alicuius, id est sese insinuare. Cic. ad Qu. fr. In prouincia verò ipsa, siquem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis antè ignotus sit, huic quantum credendum sit vide.

Intratus, participium præteriti temporis rarum. ὁ εἰσεληλυθώς. Liuius, Ibi rursus sylvæ intratæ. Id est in sylvas intratum est.

Introcludo, Est in interioribus claudo. {ἐνδοθεν κλείω. Ital. *Rinchiudere.* Gal. *Enfermer, enserrer.* Hispa. *Encerrar à dentro.* } Seneca, Qui domi iutroclusus otiabatur.

Introdo, as, are, {εἰσδύομαι, εἰσέρχομαι πεζῇ μέσῃ. Ital. *Gittarsi dentro à qualche luoco.* Gal. *Se jetter dedans quelque lieu, donner dedans.* Hispa. *Echarse dentro algun lugar.* } Cic. pro Cecinna, Atque etiam se ipse inferebat, & introdabat. Hoc est, vltrò se offerebat gerendis negotiis. Budæus.

Introduco, cis, pen. prod. Significat intra aliquem locum duco. {εἰσφέρω, εἰσάγω, εἰσπέμπω. Ital. *Introdurre, menar dentro.* Gal. *Introduire, mettre en auant.* Hisp. *Guiando llenar à dentro.* } Sallust. in Catil. Vulturtium cum legatis introducit. Cæsar 2. bel. Gal. Id fieri posse, si suas copias Hedui in fines Bellouacorum introduxerint. Introducere, pro inducere. Cicc. 11. Philip. Quam ambitionem constantissimus & grauissimus ciuis L. Cæsar

Cæsar in Senatum introduxit. ¶ Per translationem est instruo, doceo.

Introductio, Erudiendi principium, quam Græci εἰσαγωγὴν siue παραγωγὴν vocant. {Ital. *Introduttione.* Gal. *Introduction, conduite.* Hispa. *Aquella obra de meter adentro, guia.*}

Introeo, is, iui, itum, pen. supini corr. Ingrediar. {εἰσέρχομαι, εἰσπορεύομαι. Ital. *Entrare.* Gal. *Entrer.* Hispan. *Entrar a dentro.*} Terent. Andr. Vt hinc te iussi introire, opportunè hic sit mihi obuiam. Introire in vitam, id est nasci. Cic. de Amic. Quamobrem cum illo quidem, vt suprà dixi, actum optimè est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius, vt prius introieram, sic prius exire de vita.

Introitur, impersonale. Varro. lib. 2. cap. 63. Quò cum periculo introitur recenti apertione.

Introitus, us, Pro ingressu. {εἴσοδος, εἴσοδος. Ital. *Entrata.* Gal. *Entrée.* Hisp. *Entrada.*} Cæsar. 1. bel. Ciuilis, Tamen veritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, &c.

Introfero, penult. corr. {εἰσφέρω, εἰσκομίζω. Ital. *Portar dentro.* Gal. *Porter dedans.* Hisp. *Traer ò llenar adentro.*} Notæ significationis: quod quidam diuisim malùt legere, Intro ferre. Cic. 7. Verr. Tantum dabis, vt cibum tibi introferre liceat.

Introgredior, eris, Introeo. {εἰσέρχομαι. Ital. *Entrare.* Gal. *Entrer.* Hisp. *Entrar adentro.*} Virgil. 1. Aeneid. Postquam introgressi, & coràm data copia fandi.

Intromitto, is, In domum admitto. {εἰσδέχομαι, εἰσαγγέλλω, εἰσπέμπω. Ital. *Riceuer dentro.* Gal. *Mettre dedans.* Hilpan. *Meter ò recebir dentro.*} Terent. in Eunucho, -vereor ne illud grauius Phædria Tulerit, néve aliorsum atque ego feci, acceperit, Quòd heri intromissus non est. Dicimus autem intromitto in ædibus, & in ædes. Plaut. in Aulula. Profectò in ædibus meis, me absente, neminem volo intromitti. Frequentius tamen per accusatiuum intromittere in ædes, eo quòd tacitus quidam motus per hoc verbum significetur.

Introrsus, aduerbium, vel introrsum, intro versus, hoc est versus interiora. {πρὸς τὰ ἔνδον. Ital. *Verso dentro.* Gal. *En dedans, vers le dedans.* Hisp. *Hazia à dentro.*} Cæsar lib. 2. bell. Gal. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur aduersus, huic contrarius, passibus circiter ducentis inferius apertus, à superiori parte syluestris, vt non facile introrsus inspici posset.

Introrumpo, pis, Intruo, cum impetu introeo. {εἰσῤῥήγνυμι. Ital. *Entrar con furia.* Gal. *Entrer de force & de roideur.* Hispan. *Entrar con violencia y arrebatamiento.*} Gell. lib. 15. cap. 22. Cerua emissa in cubiculum Sertorij introrupit.

Introspicio, cis, pen. corr. Introrsus aspicere, diligentissimè videre. {εἰσορῶ. Ital. *Guardare dentro.* Gal. *Regarder dedans, considerer diligemment.* Hisp. *Mirar adentro.*} Cic. 2. de Diuin. Negant enim id esse maiestatis deorum, scilicet causas omniũ introspicere, vt videãt quid cuiq; conducat.

Introuoco, pen. corr. In domum aduoco. {εἰσκαλέω. Ital. *Chiamare dentro.* Gal. *Faire entrer.* Hispan. *Llamar adentro.*} Liuius lib. 10. ab Vrbe, Fabius nihil precatus populum, quàm vt priusquam introuocarentur ad suffragium tribus, Apij Claudij Prætoris allatas ex Hetruria literas audirent.

Intrudo, is, ere, Intrò trudo, & importunè me ingero. {εἰσωθέω. Ital. *Cacciar dentro.* Gal. *Pousser dedans.* Hisp. *Empuxar adentro.*} Cice. pro Cecinna, Atque etiam se ipse inferebat, & intrudebat, & in eam opinionem Cesennium adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callidè posse, vbi non esset Eubutius.

Intubus, masculini, vel intubum neutrius: vel etiam (vt aliis placet) intybus, vel intybum per y, pen. corr. Genus est herbæ variæ sub se continens species. {σέρις. Ital. *Radicchio, indiuia.* Gal. *Endiue, scariette, cicoree blanche.* Hisp. *Endibia ò chicoria.*} Est enim satiuum quoddam, aliud syluestre. Satiuum rursus in duas diuiditur species: quarũ altera folio latiore, & lactucæ similior est, altera subamara, & folio angustiore. Vtrunq; genus Officina *scariolam*, vulgus *Cichorium hortense* vocat. Agreste quoq; intubum dum duas sub se continet species: quarum altera Romano ambũbeia, Aegyptiorum verò vocabulo cithorũ nominatur. Altera à Græcis hedypnois: ab herbariorum vulgo *Dens leonis* appellatur, propterea quòd folia habeat vtrinque denticulata. Plin. lib. 20. cap. 8. Intubi quoque non extra remedia: succus eorum cum rosaceo, & aceto capitis dolores lenit. Virgil. lib. 1. Georg. Et amaris intuba fibris.

Intubaceus, a, um, Quod est ex intubo. {τὸ ἐκ σέριδος, κιχόρειος, σέριος. Ital. *Cosa di indiuia.* Gal. *D'endiue, de cicoree.* Hisp. *Cosa de endibia, de chicoria.*} vt, Intubacea folia, apud Plinium, lib. 27. cap. 12.

Intueor, eris, intuitus, Videre, & cominus inspicere. {εἰσορῶ, κατανοέω. Ital. *Guardare.* Gal. *Regarder, considerer, prendre garde.* Hisp. *Mirar ò acatar.*} Plin. Epist. 31. Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere. Plaut. Cap. Vidén' hunc quàm ri, subinde respicere, sub hac consistere. Plaut. Cap. Vidén' hunc quàm inimico voltu intuetur? Idem True. Qui alterum incusat probri, ipsum oportet se tueri. Intueri animis, id est animaduertere. Cice. pro Domo sua, Date hanc Tribunis plebis licentiam, & intuemini paulisper animis iuuentutem, &c. Intueri aliquid acri & intento animo, Cice. 1. de Fin. Intueri in aliquam rem, & Intueri in aliquem, Cicero de Vniuers. & de cla. Orat.

Intuitus, us, verbale, Ipse actus intuendi. {ἡ ἐποψις, κατόψις, ὄψις. Ital. *Riguardamento.* Gal. *Regard, veue.* Hispa. *Mirada, acatamiento.*} Quintil. lib. 10. cap. 1, Totum opus non ad intuitum rei, pugnámq; præsentem, sed ad memoriam posteritatis, &c. Plin. lib. 16. cap. 10, Abies hilarior intuitu.

Intumeo, es, ere, & intumesco, is, Inflari, conuerti in tumorem. {ἐξοιδέω, ἐξοιδαίνομαι. Ital. *Gonfiarsi.* Gal. *S'enfler.* Hisp. *Hincharse.*} Plin. lib. 11. cap. 34, Est animal eiusdem turpitudinis, infixo semper sanguini capite viuens, atque ita intumescens. Idem lib. 2. cap. 81, Intumescens fluctus. Bilis intumuit sub pectore, Persius Saty. 5. Humus intumescit viperis, Horatius Epod. 16. Intumescere, pro italci, Ouid. 2. Metamor. Intumuit Iuno, postquam inter sydera pellex Fulsit. In qua significatione inuenitur etiam datiuo coniunctum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14, Intumuit vati non tamen Ascra suo.

Intumulatus, penult. produ. Adiect. pro insepulto. {ἄθαπτος, ἄτα φος. Ital. *Non sepolto.* Gal. *Qui n'a point esté enseuely ou inhumé.* Hisp. *No sepelido, ò enterrado.*}

Intuor, eris, pen. corr. intutus, vel intuitus sum, intui, Inspicere, videre. {ἐπιτηρέω, ὁράω. Ital. *Guardare.* Gal. *Regarder.* Hisp. *Mirar.*} Plaut. in Mostel. Profectò nullam equidem illic cornicem intuor.

Inturbatus, Non turbatus. {ἀτάραχος. Ital. *Non turbato.* Gal. *Qui n'est point troublé.* Hisp. *No perturbado.*} Plin. in Paneg. Et sedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri soleret.

Inturbidus, pen. corr. adiectiuum, Non turbidus. {ἀθόλωτος, ἀταράχητος. Ital. *No torbido.* Gal. *Tranquille, sans trouble.* Hisp. *No turbio.*} Tacitus lib. 3, Inturbidus externis rebus annus domi suspecta seueritate, &c.

Intus, aduerbium loci ab in, deductum, idem significans quod genitiuus domi aduerbialiter positus: vel è domo. {ἔνδοθεν, ἔνδον. Ital. *Dentro.* Gal. *Dedans.* Hispan. *Dentro en lugar.*} Plaut. Quis intus est? Idem in Mostel. Quid ita pultas, vbi nemo intus est? Idem in Cistellaria. Die me orare vt aliquis intus prodeat. Idem in Mostel. Pultandum fores, Atque euocato aliquem intus ad te Tranta. Idem in Milite, Sed vbi ille exierit intus, &c.

Intusium, Vide INDVSIVM.

Inturus, a, um, pen. prod. Non securus, incustoditus, indefensus. {ἀφύλακτος, ἀπροφύλακτος. Ital. *Mal sicuro, non sicuro.* Gal. *Qui n'est point seur, dangereux.* Hispa. *No seguro del peligro.*} Liu. lib. 5, Castra Gallorum intuta, neglectáque ab omni parte nacti inuadunt.

Intybus, Vide INTVBVS.

Inuado, is, pen. prod. Incesso, corripio, incido, & tam datiuo, quàm accusatiuo iungitur. {ἐφάλλομαι. Ital. *Assalire, venire addosso.* Gal. *Eunahir, assaillir, se ruer dessus.* Hispan. *Acometer con impetu.*} Varro de vita Pasto. Tanta porrò inuasit cupiditas bonorum plerisq;. Salust. de bell. Iugur. Tanta libido cum Mario eundi plerósque inuaserat. ¶ Item repentè, & cum impetu aliquem aggredi, ἐπεξέρχομαι, ἐμπίπτω. Virgil. lib. 4. Aen. Inuadunt vrbem somno vinóq; sepultam. ¶ Item ingredi, vel intrare. Cice. ad Lentulum, Non potui magis in arcem illius causæ inuadere. Virgil. lib. 6, Nunc inuade viam, vaginàque eripe ferrum.

Inualesco, scis, Robur ac firmitatem acquiro. {ἰσχύω, ἐπιῤῥώνυμαι, ἐπισθενόω. Ital. *Inualerssi, corroborarsi.* Gal. *Reprendre force & vertu, s'enforcir.* Hisp. *Conualescerse, confortarse.*} Vnde inualuisse consuetudinem, siue mores dicimus quum significare volumus consuetudinem inuetteratse, & iam longo vsu receptam esse. Plin. in Epist. Nam postquam obiit ille, increbruit passim, & inualuit consuetudo, binas, vel singulas clepsydras, interdũ, & dimidias, & dandi, & petendi. Quintil. lib. 1. cap. 1, Tenuit consuetudo, quæ quotidie magis inualescit. ¶ Aliquando inualescere, vt Calepino visum est, significat infirmum ac debile fieri, in desuetudinem venire. Quintil. lib. 10. cap. 2, Quum verba intercidant, inualescántque temporibus: mea tamen sentẽtia multò aptius accipies ibi inualescere pro robur & vires acquirere, vt verbum inualescant, opponatur verbo intercidant. Hoc enim videtur velle, verba intercidere, & rursum in consuetudinem redire: quod & ipsum testatur Horatius de Arte Poẽtica, Multa renascentur quæ iam cecidere, cadéntque Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus.

Inualetudo, nis, Imbecillitas. {ἀῤῥωστία. Ital. *Debolezza, infermità.* Gal. *Debilité par maladie, faute de force.* Hisp. *Flaqueza y dolencia.*} Cic. in Lælio, Quòd autem his Nonis in collegio nostro nõ affuisses, inualetudinem respondeo causam, non mœstitiam fuisse. Idem ad Attic. lib. 7, Inualetudo tua me valde conturbat: significãt enim tuæ literæ te prorsus laborare.

Inualentia, tiæ, Idem quod inualetudo. ἀῤῥωστία. Gel. lib. 20. cap. 1. Vitium aliquod imbecillitatis atque inualentiæ demonstratur.

Inualidus, a, um, Infirmus, debilis, ægrotus. {ἄῤῥωστος. Ital. *Debole, poco gagliardo.* Gal. *Foible, imbecille, debile, malade.* Hisp. *Flaco y no rezio.*} Plin. lib. 11. cap. 39, Inuentæ fœminæ quædam defluuio capitis inualidæ. Inualidi milites, Liu. 3. bel. Pu. Idem 6. ab Vrbe, Qui vbi videre Camillum, iam ad munera corporis senecta inualidum, vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes. Corpus inualidum, Ouid. Epist. 20. Artus inualidi, Idem Epistola eadem. Manus inualidæ, Lucan. lib. 5. Robur inualidum, Ouid. 5. Trist.

Inuecho, his, pen. corr. Intrò veho, naui vel vehiculo importo. {εἰσφέρω, ἐπάγω. Ital. *Atenare, dentro.* Gal. *Porter dedans, aporter, amener.* Hispan. *Meter ò traher adentro.*} cuius contrarium est Euecho. Plin. lib. 6. cap. 19, Alij tellurem exercent, militiam alij capessunt, merces alij suas euehunt, res externas inuehunt. Inuectus portum, Inuectus vrbem, pro in portum, & in vrbem. Plin. lib. 6. cap. 22, Aquilonibus raptus præter Acarnaniam x v. die Hippuros portum eius inuectus. Liu. lib. 4. ab Vrbe, Præposito c o s. castris, ipse triumphans inuectus vrbem. Dictatura se abdicauit. ¶ Aliquando Inuehere, idem est quod in naui currũve vehere. Virgil. 5. Aeneid. Centauro inuehitur magna.

Inuehor, eris, deponens, Maledictis aggredior, & veluti quodam impetu sermonis in aliquem feror. {λοιδορέομαι. Ital. *Dir male, far impeto contra alcuno con male parole.* Gal. *Outrager quelqu'vn de parole, eferuer contre luy.* Hisp. *Ir con furia de palabras contra otro.*} Cice. Epist. lib. 3, Itaque in ea palàm vehementer inuectus. Idem lib. 3. Tusc. Itaque & Aeschines in Demosthenem inuehitur. Et 2. de Nat. deorum, In Stoicos inuehebatur. ¶ In eadem significatione aliquando legimus Inueho. Cic. 3. Philip. Quum ille in me absentem inuehens, non intelligebat, &c.

Inuectio, onis, verbale, Ipse inuehendi actus. {εἰσαγωγὴ, εἰσφορὰ, ἐπαγωγὴ, παροξυσμός. Ital. *Il portar dentro, impeto con parole.* Gal. *Portage, parlement, outrage de parolet.* Hisp. *Obra de meter a dentro. Acometimiento.*} Cic. 2. Offic. Iam verò & earum rerum quibus abundaremus, exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. ¶ Inuectio, pro infectatione & impetu animi in aliquem. Cic. 2. de Inuen. Clementia per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur.

Inuectus, us, ui, Idem quod inuectio. Plin. lib. 4. cap. 1. Amnis Achelous è Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens, & Artemitam insulam assiduo terræ inuectu continenti annectens.

Inuectitius, a, um, Quod inuehitur. {εἰσαγόμενος. Ital. *Chi è portato.* Gal. *Qui est porté.* Hisp. *Cosa traida.*} Plin. lib. 10. cap. 29, Quum Theophrastus tradat inuectitias esse in Alia etiam columbas.

Inuectiuus, a, um, Quo in aliquem inuehimur, hoc est quo quis maledictis incessitur. ψόγος. Vnde inuectiuæ orationes dicuntur aduer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus aliquem scriptæ, quibus in illius mores, ve ingenium, aut vitam inuehimur.

Inuenditus, penult. corr. Adiectiuum. {ὁ μὴ ἀπεμπολῶν, ὁ ἀπρόθητος. Ital. *Non venduto.* Gal. *Qui n'est point vendu.* Hisp. *No vendido.*} Scæuola in L. Seius. ff. de Rescin. vendit. Quæsitum est quum neque, fideiussor datus, neq; omnis pecunia secundum legem suis diebus soluta sit: an prædia inuendita sint.

Inuenio, nis, penult. corr. Comperio, quasi in aliquid venio. {εὑρίσκω, εὕρημα. Ital. *Ritrouare, trouare.* Gal. *Trouuer, inuenter.* Hisp. *Hallar.*} Plaut. Ciste. Quod quæritabam, filiam inueni meam. ¶ Inuenire, comminisci, excogitare. Terent. in Eunu. Cæterùm idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso! Virgil. 4. Aeneid. Inueni germana viam. ¶ Inuenire, acquirere. Terentius in Eunuc. Vtinam tam aliquid inuenire facilè possis Phædria, Quàm hoc peribit. ¶ Inuenire, adipisci. Cic. 3. Phil. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporémque cordis cognomen ex contumelia inuenit. ¶ Differunt (secundum aliquos) inuenio & repertio: quòd inuenire, sit rem quæsitam offendere: repetire, casu. Ouid. 2. Metam. Tu non inuenta reperta es.

Inuentio, & Inuentum, verbalia. {εὕρημα, εὕρεσις. Ital. *Inuentione.* Gal. *Inuention.* Hisp. *Hallazgo.*} Plin. lib. 5. cap. 12, Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis, & siderum. Idem lib. 25. ca. 1, Vinum ieiunos bibere nouitio inuento vtilissimum est.

Inuentus, us, ui, Idem quod inuentum. Plin. lib. 17. cap. 10, Ex eodem inuentu est furculos abscissos serere.

Inuentiuncula, læ, diminutiuum. {τὸ εὕρημάτιον. Ital. *Picciola inuentione.* Gal. *Petite inuention.* Hisp. *Pequeño hallazgo.*} Quintil. lib. 8, Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent.

Inuentor, oris, Qui quippiam primus inuenit. {εὑρίτης, εὑρητής. Ital. *Inuentore, trouatore.* Gal. *Inuenteur.* Hispan. *Hallador.*} vt, Inuentor olei Deus, Cic. 6. Verr. Scelerúmque inuentor Vlysses, Virg. 2. Aeneid.

Inuentrix, icis, fœmin. gen. {ἡ εὑρίτις. Ital. *Inuentrice.* Gal. *Trouueresse, inuenteresse.* Hisp. *Halladora.*} Plin. lib. 35. cap. 11, Amauit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum. Cic. 2. de Nat. deor. Princeps & inuentrix belli Minerua.

Inuentarium, rij, Idem quod repertorium. {τὸ ὅλον ζητήματος ἕξεως εὕρεσις, κτῆμα, κάθαρσις. Ital. *Inuentario.* Gal. *Inuentaire.* Hispan. *El inuentario de los bienes.*} Vlpian. in l. Tutor qui repertorium. ff. de Administ. tut. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgò *inuentarium* appellatur, dolo fecisse videtur.

Inuenustus, sta, stum, Illepidus, & sine Venere (vt inquit Donatus) id est sine gratia, quam omnes respuant repudiéntq;. {ἀκαρφεδὼν, ἄμυσος. Ital. *Senza gracia, poco gratioso.* Gal. *Mal plaisant, mal gratieux, maussade.* Hisp. *Cosa no hermosa ni graciosa.*} Terent. Andr. Adeóne esse hominem inuenustum, aut infœlicem quenquam, vt ego sum? Cice. de Claris Orato. Censorinus Græcis literis satis doctus, quod proposuerat explicans expeditè, non inuenustus actor, sed iners, & inimicus fori.

Inuenustè, aduerbium, Ineptè, inelegantèr, impolitè. {Ital. *Senza gratia.* Gal. *Sans grace ne beauté.* Hisp. *Fea y desgraciadamente.*} Gell. lib. 17. cap. 12, Inibi in eisdem laudibus non hercle hæc sententiola inuenustè lusit.

Inuerecundus, da, dum, Impudens, totius verecundiæ expers. {ἀναισχυντῶν. Ital. *Senza vergogna.* Gal. *Esbonté, qui a perdu toute honte.* Hisp. *Desuergonçado.*} Sueton. de Cla. Gram. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt Sallustium historicum, quòd eum oris improbi, animo inuerecundo scripsisset, &c. Plautus Rud. -legirupa, impudens, impurus, inuerecundissimus. Cic. 1. de Inuent. Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen cum accuses: non enim probus est.

Inuergo, gis, Inuersi, inuersum, secundum Diomedem, inuergere, Illabi, Influere. {ἐνεργῶ, ἐπικλίνω. Ita. *Inchinare, riuerściare.* Gal. *Incliner, espandre dessus.* Hisp. *Enclinar, trastornar vna cosa en otra.*} Plaut. Curc. Ipsum expeto te tangere: inuergere in me liquores tuos Sino ductim.

In versum, Significat in ordinem. εἰς τάξιν, εἰς ἐφεξῆς. Virgil. 4. Georg. Ille etiam seras in versum distulit vlmos.

Inuerto, is, In contrarium verto, vt vestem aut pellem, seu etiam verba prepostere prononcio. {ἀναστρέφω, παραγκωνῶ. Ital. *Riuoltare, rouerściare.* Gal. *Renuerser, tourner à l'enuers ou au rebours.* Hispan. *Boluer lo de dentro a fuera.*} vt pro Lauo, Vola. Terentius in Heaut. Ego autem te noui quàm esse soleas impotens, Inuersa verba, euersas ceruices tuas. Plin. lib. 32. cap. 2, Infixam hamo inuertere se, quoniã sit dorso cultellaro. Virgil. 3. Georg. Et campum horrentem fractis inuertere glebis. ¶ Inuertere negotium aliquod, est perturbare. Cic. ad Qu. Frat. Quid quæris? probè premitur, nisi noster Pompeius diis hominibúsque inuitis negotium inuertit.

Inuersus, participium, vt Manus inuersa, Ceruix inuersa, Inuersa consuetudo. {ἀνεστραμμένος. Ital. *Riuerściо, mutato.* Gal. *Changé, renuersé.* Hisp. *Boluendo.*} Quint. lib. 3. ca. 11, Nónne nos hæc inuersa consuetudo deceperit?

Inuersio, verbale. {ἀναστροφή. Ital. *Rinuerśamento.* Gal. *Renuersement.* Hisp. *Reboluimiento.*} vt, Inuersio verborum, apud Ciceronem 2. de Orat. pro transpositione.

Inuesperascere, Vesperum fieri. {ἑσπερίζει. Ital. *Farsi sera.* Gal. *Se faire tard, se faire nuit.* Hisp. *Hazerse tarde, anochecer.*} Liu. 9. bel. Macedo. Iam inuesperascebat.

Inuestigo, gas, pen. prod. Quærendo inuenio. {ἰχνεύζω. Ital. *Inuestigare trouare le traccia.* Gal. *Chercher à la trace, suiure au trac, trouuer.* Hisp. *Buscar por el rastro.*} Tractum à venatoribus qui per vestigia feras quærendo inueniunt. Terent. in Heaut. Nihil tam difficile est, quin quærendo inuestigari possit. Cice. pro Liga. Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est quod latebat, confitendum est, vt opinor. ¶ Accipitur etiam Inuestigare simpliciter pro quærere & indagare. ἀνιχνεύειν. Cic. 6. Verr. Qui inuestigabant, & perserutabantur omnia.

Inuestigator, Pro inquisitore. {ἀνιχνευτής. Ital. *Cercatore con diligente inquisitione.* Gal. *Cherchent, qui fait a la trace & descouure quelque chose.* Hisp. *Buscador por el rastro, y con diligencia.*} Cicero de Vniuersitate, Acer inuestigator, & diligens earum rerum quæ à natura inuolutæ sint.

Inuestigatio, Idem est quod disquisitio, siue inuentio. {ἀνιχνεύσις. Ital. *Cercamento, trouamento.* Gal. *Cherchement, enqueste, suite à la trace, trouuement.* Hisp. *Busca por el rastro, hallamento.*} Cice. lib. 1. Offic. In primisque est hominis propria, veri inquisitio atque inuestigatio.

Inuestigabilis, Pro minus vestigabili. ἀνιχνίαστος.

Inuestio, is, ire, Orno, quasi speciosam veste induco. {κοσμέω. Ital. *Adornare.* Gal. *Vestir, orner.* Hisp. *Aseytar, ornar.*} Plin. lib. 35. cap. 7, Publicas porticus inuestiuit pictura.

Inuestis, & hoc inueste. Idem est quod impubis, cui scilicet inguina nondum prima lanugine sint vestita. {ἄπυος. Ital. *Senza barba.* Gal. *Sans barbe.* Hisp. *Mancebo aun no barbado.*} Macrob. Satur. lib. 3. Romani quoque pueros puellásve nobiles, & inuestes Camillos & Camillas appellant. Palladius lib. 11. cap. 14, Inuestis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat.

Inuetero, ras, rare, Ad vetustatem seruare, inquit Budæus. {παλαιόω. Ital. *Conseruare fuoche inuecchi, acconciare le cose che si conseruino alla vecchiaia.* Gal. *Garder pour l'arriere saison, faire enuieillir, acoustrer pour garder.* Hisp. *Adobar alcuna cosa para guardarla, hazer ennegescer.*} Plin. lib. 23. cap. 2, Aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies deferuescente corrina, atque ita defundebant, inueterabántque. Idem lib. 19. cap. 6, Si diutius allium cæpéque inueterari libeat. Columella, Nonnulli quibus non fuit curæ cælestem inueterare aquam, recentem sumunt, eámque vsque in quartam diem decoquunt. Sic Inueteratum vinum. Plin. li. 14. cap. 2. ¶ Inueterare pro inualescere. ἰσχυρίζομαι. Cic. 2. de Nat. deor. Nec vnà cum seculis ætatéque hominum hæc opinio diuinitatis inueterare potuisset. Budæus. Inueteratum malum, antiquum. Cicero de Amic. Omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratum fit plerunque robustius. Inueteratus dolor. Cice. 5. Tuscul. Inueterata inuidia. Idem pro Cluent. & 2. Offic.

Inueteratio, onis, Vetustas, antiquitas. {ἰσχύρισμα, παλαίωσις. Ital. *Inuecchiamento.* Gal. *Enuieillissement.* Hisp. *Ennegescimiento.*} Cic. in Tuscul. Inueteratio autem, vt in corporibus, ægrius depellitur, quàm perturbatio: citiúsque oculorum repetentibus tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo: sic cognita iam causa perturbationum.

Inueteresco, is, ere, Vetustatem acquiro, inualesco. {ἐπιγηράσκω, παλαιῶμαι. Ital. *Inuecchiarsi.* Gal. *S'enuieillir.* Hisp. *Ennegescerse.*} Colum. lib. 7, de morbo loquens, Sed si iam inueterauit, vehementioribus est opus remediis. Terent. in Prol. Hecy. Nouas qui exactas feci, vt inueterascerent: Ne eum Poëta scriptura euanesceret. Cicero in Catil. Res nostræ in monumentis inueterascent, & corroborabuntur.

Inuicem, pen. corr. ex in, & vicem, Proprié significat mutuò. {ἐκ ἀντιδόσεως. Ital. *Scambieuolmente.* Gal. *L'vn apres l'autre, chascun sa fois.* Hisp. *A vezes.*} Quintilianus, Qui se ardentissimo amore inuicem dilexerunt. ¶ Aliquando sumitur pro vicissim. Plinius Iunior, Habes res vrbanas, inuicem rusticas scribe.

Inuictus, a, um, Qui vinci non potest. {ἀνίκητος. Ital. *Inuitto, che non si può vincere.* Gal. *Inuincible, qu'on ne peut vaincre ne surmonter.* Hispan. *Cosa nunca vencida.*} Cicero pro Marcel. Rectè igitur vnus inuictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio, visque deuicta est. Inuictum se à labore præstare, id est indefessum. ἀκάματος. Cic. 1. Offic. Nec qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. Armis inuictus Annibal, Cic. 3. de leg. Agr. Dux inuictus, Ouid. 4. Trist. eleg. 2.

Inuideo, es, secunda syllaba cor. Ex alicuius rebus secundis dolore afficior. {φθονῶ, βασκαίνω. Ital. *Hauer inuidia, inuidiare.* Gal. *Auoir enuie, estre marri du bien qu'a vn autre.* Hisp. *Hauer embidia.*} Tractum à nimis videndo, teste Cicerone, quòd oculos, & animum in eos quibus inuidemus, continuè intentos tenemus. Vnde etiam cum accusatiuo constructum inuenitur. Ouid. Epist. 13. Troadas inuideo. ¶ Sæpius tamen cum dativo. Cice. pro Corn. Balbo, Est huius seculi labes quædam & macula, virtuti inuidere. Idem 6. Philipp. Nemo alterius qui suæ confidit, virtuti inuidet. Interdum cum vtroque, cum dativo scilicet personę, & accusativo rei. Virgil. 7. Aegloga, Liber pampineas inuidit collibus vuas. Idem 8. Aeneid. Sed mihi tarda gelu, seclisque effœta senectus Inuidet imperium. Sic etiam decenter dicimus, Inuideo tibi doctrinam. φθονῶ σοι τὸν λόγον. Fortuna mihi inuidet diuitias. Plinius, Neque ego (vt multi) inuideo aliis bonum quo ipse careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Cic. 3. Tuscul. Vt nobis optimam naturam inuidisse videantur. ¶ Sunt qui dicant, Inuidere aliquando accipi pro non videre, adducentes illud Ciceronis ex 1. lib. de Oratore, Itaque ne hoc possim dicere, me omnino ignorare quid possideat: neque planè nosse atque inuidisse. Quo tamen in loco, vt in plerisque aliis, decepti sunt corruptis exemplaribus, qui Dictionarium hoc consarcinauerunt. Nam in hoc loco apud Ciceronem, Inaudisse legendum est, non inuidisse. ¶ Eius passiuum est inuideor. φθονοῦμαι. Horat. in arte Poëtica, -ego cur acquirere pauca Si possum, inuideor? ¶ Aliquando etiam legitur Inuidetur impersonaliter. Plautus in Trucul. Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis. Nam inuidere alij bene esse, tibi malè esse miserum est. Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent.

Inuidia, æ, Mœror ex aliena prosperitate. {φθόνος, βασκανία. Ital. *Inuidia.* Gal. *Enuie, haine & male grace.* Hispa. *Embidia, ò odio, ò enemistad.*} Cice. 14. Philipp. Hæc interposui p. c. vt quosdam monerem, vti excellentium ciuium virtutem imitatione dignam, non inuidia putarent. Horat. 1. Epistо. 2, Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. ¶ Est autem inuidiæ vocabulum ambiguum, quod tam in eum cadit qui inuidet, quàm in eum cui inuidetur. Inuidentia autem actiuè solum accipitur. Cic. 4. Tuscul. Ab inuidendo inuidentia rectè dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum dictum est à nimis videndo fortunam alterius. Cadit enim in vtrunque, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Et Paulo antè, Aegritudini subiicitur inuidentia: vtendum est enim decendi causa verbo minus vsitato, quoniam inuidia non in eo solùm qui inuidet, dicitur, sed etiã in eo cui inuiderur. ¶ Aliquando pro odio & maleuolentia sumitur: vt si quis calamitates suas referat, ostendátve, vt autori calamitatum concitet odium cæterorum, tunc dicitur inuidiam facere, vel vocare, vel adducere in inuidiam. Quintilianus, Nec ei tot scelerum commemoratione concitaremus inuidiam. Terent. Andria, -ita vt Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Inuidiola, diminutiuũ. {τὸ φθονάριον, ὁ μικρὸς, καὶ ὀλίγος φθόνος. Ital. *Picciola inuidia.*

inuidia. Gal. *Petite enuie.* Hisp. *Pequeña embidia.* ¶ Cicero, Quum nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset.

Inuidentia, æ. Ægritudo animi, ex alterius rebus secundis susceptа, quæ præsertim nullam iacturam afferunt inuidenti. ¶ Ital. *Inuidia.* Ital. *Enuie.* Hispa. *Embidia.* ¶ Huius autem antitheton est misericordia. Cic. 4. Tusc. Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis: sic inuidentia, ægritudo est ex alterius rebus secundis. Ibidem. Ab inuidendo inuidentia rectè dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum dictum est à nimis videndo alterius. cadit enim in vtrumque, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Vbi inuidètiam potius quàm inuidiam dicere maluit, tanquam inuidentia inuidi sit, inuidia vtriusque, tam eius qui inuidet, quàm eius cui inuidetur. Sed in frequenti vsu est inuidia magis, quàm inuidentia, apud doctos indoctósque indiscriminatim. Inuidia distat ab odio, quòd inuidemus fortunato, odimus vitiosum: inuidiam profiteri erubescimus: odisse palàm, decorum est, inuidia hominum tantùm est, odium reliquarum etiam animantium, vt inquit Plutarchus in libro de Inuidia & Odio.

Inuidus, pen. corr. Qui alicui inuidet, hoc est qui ex alterius prosperitate dolore afficitur. ¶ Ital. *Inuido.* Gal. *Enuieux.* Hisp. *Embidioso.* ¶ Horatius, Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Plinius in Paneg. Alienisque virtutibus tunc quoque inuidus.

Inuidè, aduerbium, Idem significans quod ex inuidia, vel instinctu inuidiæ. ¶ Ital. *Inuidamente.* Gal. *Enuieusement, par enuie.* Hisp. *Embidiosamente.* ¶ vnde inuidè aliquid facere dicitur is qui inuidia ductus aliquid facit quod alterius aut laudi aut prosperitati obfuturũ arbitratur.

Inuidiosus, a, um, Propriè is dicitur cui inuidetur. ¶ Ital. *A cui si ha inuidia, chi è inuidiato.* Gal. *Enuié, plein d'enuie, à qui on porte enuie.* Hispan. *Cosa de que se ha embidia.* ¶ Ouid. 11. Met. Pactolúmque petit: quanquam non aureus illo Tempore, nec catis erat induitosus arenis. Sic potentia & opes, inuidiosæ dicuntur. Cic. pro Corn. Balbo, Pecunia L. Cornelij neque inuidiosa est, & quantacunque est, &c. Hoc est, non est tanta vt merito ei quis possit inuidere. ¶ Inuidiosum etiam dicitur quod inuidiam, hoc est odium alicui conciliat. Cic. de Leg. Agraria contra Rullum, Qui possessiones inuidiosas tenebant. Idem 2. de Inuent. Hoc tibi inuidiosum futurum est. Idem de Amicitia, Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum. Inuidiosus etiam actiuè accipitur (vt quidam volunt) pro inuido. hoc est pro eo qui inuidet. Ouid. 15. Metam. Tempus edax rerum, tũque inuidiosa vetustas Omnia destruitis. Quo tamen in loco non absurdè vetustas inuidiosa accipi potest, hoc est odiosa, cuique omnes malè cupiant.

Inuidiosè, aduerbium: vt, Inuidiosè aliquid dicere, vel facere, est eo animo quippiam dicere vel facere, vt aliquem in inuidiã, hoc est in odium adducamus. ¶ Ital. *Per rendere odioso.* Gal. *Par enuie, pour mettre en male grace.* Hisp. *Embidiosamente.* ¶ Cic. 4. Acad. Num minus hæc inuidiosè dicuntur? Idem pro Milone, Contiones illæ quibus inuidiosè potentiam meam criminabare.

Inuigilo, as, pen. corr. Cum cura & solicitudine vigilo, vel rei alicui incumbo. ¶ Ital. *Vegghiare.* Gal. *Veiller.* Hisp. *Velar ò trabajar.* ¶ Colum. lib. 10. cap. 10, Inuigilate vir: tacito nam tempora gressu Diffugiunt, nullóque sono conuertitur annus. Virgil. 4. Georg. Namq; aliæ victum inuigilant, & fœdere pacto Exercentur agris.

Inuitnius, Abstemius, quasi sine vino. ¶ Ital. *Che non bee vino.* Gal. *Qui ne boit point de vin.* Hisp. *El aguado.* ¶ sicut Inuius, sine via. Qui enim vinum non bibit, inuinius dicitur. Apul. lib. vlt. Neque vllum animal essem, & inuinius essem. Vox noua est, & vt pleræque aliæ, asino Apulej aptissima, qui rudere interdum maluit, quàm loqui.

Inuiolabilis, le, Quod violari non potest, aut vulnerari. ¶ Ital. *Che non si può violare.* Gal. *Inuiolable.* Hisp. *Cosa que no puede ser corrumpida.* ¶ Silius lib. 16, -velut inuiolabile telis Seruabant, sacrúmque caput.

Inuiolatus, a, um, Integer, incorruptus, illæsus. ¶ Ital. *Inuiolato, incorrotto.* Gal. *Non violé ne gasté.* Hisp. *No corrumpido.* ¶ Cicero pro Rabi. Quũ castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum defendo seruari oportere. Idem pro Sestio, Omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. Colum. lib. 12. cap. 1, Quæ domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, & ita explorata atque inuiolata recipere.

Inuiolatè, aduerbium, Incorruptè. ¶ Ital. *Intieramente, senza corrottione.* Gal. *Entierement, sans corruption, inuiolablement.* Hisp. *Enteramente, non podiendo ser corrompido.* ¶ Cic. de Senectute, Memoriam nostri pié, inuiolatéque seruabitis.

Inuisò, is, ere, Idem quod simplex viso, nisi quid addat compositio vehementiæ. ¶ Ital. *Andare à vedere.* Gal. *Aller voir, visiter.* Hispa. *Yr à ver alguna cosa.* ¶ Cic. ad Atticum, lib. 1, Et vt iam inuisas nos, non solùm rogo, sed etiam suadeo. Virgil. 1. Georg. -incertum est, vrbisne inuisere Cæsar, Terrarúmque velis curam.

Inuisus, a, um, Non visus. ¶ Ital. *Non visto.* Gal. *Qu'on n'a point veu* Hisp. *No visto.* ¶ Cic. de Arusp. respons. Occulta & maioribus non inuisa solùm, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit. Alias ponitur pro odioso, seu pro odio habito, & quem æquo animo videre non possumus. ¶ Ital. *Odioso, veduto mal volentieri.* Gal. *Odieux, huy, qu'on ne veut point volontiers.* Hispan. *Cosa odiosa y aborrescida.* ¶ Cice. pro lege Manilia, Ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sunt qui lentem siccatam oleo inungant.

Inunctio, onis, Illitus, illitio. {ἐπάλειμμα. Ital. *Ontione.* Gal. *Onction, oincture.* Hisp. *Vntadura.* } Plin. lib. 28. cap. 8, Felle glaucomata & suffusiones corrigi propè creditur tridui inunctione.

Inuoco, as, pen. corr. Intro voco: & nonnunquam non voco: quanquam posterius hoc ratius est. {εἰσκαλέω. Ital. *Chiamare dentro.* Gal. *Appeler dedans.* Hisp. *Llamar para vente dentro.* } Plaut. in Capt. vtranque significationem complexus est, quum inquit, Nam scorta inuocantur, & nos patrati inuocamur. ¶ Aliquando significat in auxilium vocare, & subsidium petere, & proprié in rebus afflictis. {ἐπικαλέω, ἐπιβοάω. Ital. *Inuocare, chiamare per aiuto, per soccorso.* Gal. *Inuoquer, reclamer, appeler a secours.* Hisp. *Llamar à ayuda.* } Plautus in Asin. Deam sibi inuocet quam lubebit, propitiam. Cic. 2. de Natura deo. Apud nostros Iunonem Lucinam in papitiau. Cic. 2. de Natura deo. Idem Antequam iret in exilium, Auxilium ab aliquando inuocant. Idem Antequam iret in exilium, Auxilium ab alicuiundo

est quam Aristophanes Eutipidi Poetæ obiicit ioculariter, Matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse olim, sed scandicem.

Ioculatorius, a, um, Quod fit per iocum. ¶ Ital. *Cosa giocosa.* Gal. *Ioyeux, plein de raillerie.* Hisp. *Lleno de burlas.* ¶ Cic. ad Atti. lib. 4. Huic ioculatoriæ disputationi senem illum, vt noras, interesse sane nolui. Quidem legunt ioculatorem: sed an rectè, ipsi viderint.

Iocor, atis, Nugas ago, non seriò loquor, cauillor. ¶ Ital. *Scherzare, giuocare.* Gal. *Se ioüer, railler, se gaudir.* Hisp. *Burlar, jugar.* ¶ Cicero lib. 1. Epist. Sed iam cupio tecum coram iocari. Plaut. in Menæch. Solet iocari sæpe mecum illo modo. Cic. 4. de Finib. Habent enim acceſſionem dignam in qua laboretur, vt mihi in hoc iocari videantur interdum, quum ita dicant.

Iocans, tis, participium. ¶ Ital. *Chi scherza di parole.* Gal. *Se iouant, se raillant, se gaudissant.* Hisp. *El que se burla.* ¶ Cic. 4. Acad. Me quoque, iocânsue, an ita sentiens, (non enim satis intelligebam) cœpit hortari vt sententia desisterem.

Iocatio, onis, verbale, Iocosa & faceta narratio, aut locutio. ¶ Ital. *Giouacamento.* Gal. *Raillerie.* Hisp. *Burla, obra de burlar.* ¶ Cic. ad Papyrium. Nunc venio ad iocationes mas.

IOL, Ἰόλη, Ptolemæo, Mauritaniæ Cæsariensis vrbs, Iubæ olim regia, à Diuo Claudio coloniæ iure donata, deductis eò eiusdem iussu veteranis, & in honorem D. Augusti Cæsarea appellata. Autor Plin. lib. 5. cap. 2, & Strabo lib vltimo.

IOLCOS, Ἰαλκός, Stephano, Oppidum est Magnesiæ, (quæ est regiuncula, Thessaliæ ab Ortu annexa) inter Pelion & Ossam montes ad sinum Pelasgicum, quem & Iolciacum ab huius oppidi nomine appellat, Ouid. 7. Metamorphoseos.

IOLAVS, Ἰόλαος, Iphicli filius fuit, qui Herculi hydram interficienti adfuit, ferróque candenti cruorem restinxit atque cohibuit. Hic quum ad decrepitam ætatem peruenisset, Herculis precibus iuuentuti restitutus est: vt fabulatur Ouid. 4. Metam. -dubiáque legens lanugine malas Ore reformatus primos Iolaus in annos. Hercule verò vita functo, pleroſq; ex filiis eius in Sardiniam insulam adduxit, ibiq; cum incolis, qui natione Tusci erant, promiscuè habitauit, vt tradit Strabo lib. 5.

IOLE, Ἰόλη, Euryti Oechaliæ Regis filia fuit, ab Hercule adamata, quam quum Eurytus iam victus ei tradere recusasset, licet certaminis legem debitam, ita accensus Hercules Eurytum interfecit, vrbéque direpta Iolen abduxit: posteáque Hyllo filio suo vxorem tradidit. Ouid. lib. 9. Metam. -at longis anxia curis Argolis Alemene questus vbi ponat aniles, Cui referat nati testatos orbe labores, Cuive suos casus, Iolen habet. Herculis illam Imperio thalamóque receperat Hyllus.

ION, Ἴων, Orthomenis filius, ex Chio insula, Poëta Tragicus, & Lyricus, & Philosophus: cuius scripta commemorantur à Suida. ¶ Fuit & alter Ion, Xuthi filius, à quo Pelasgi Aegialces, qui Achaiâ Peloponnesi regionem incolebant, Iones primùm appellati sunt, teste Herod. lib. 7.

IONIA, æ, Ionia, Asiæ minoris regio, media inter Cariam & Aeolidem tum cæli bonitate, tum situs commoditate nulli regionum posthabenda. ¶ Huius incolæ dicti sunt Iones, Ἴωνες, ab Ionibus Græciæ populis oriundi: quorum olim duodecim præcipuæ fuerunt ciuitates, decem in continenti sitæ, Miletus scilicet, Myus, Priene, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, Erythræa, & duæ in insulis, Chios, & Samos. Vide Herodotum lib. 1.

Ionicus, a, um, pen. corr. Quod est ex Ionia Ἰωνικός. vt, Ionica lingua, inter quinque Græcorum linguas notissima. Motus Ionicus. Horat. lib. 3. Carm. Ode 5, Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, & fingitur artibus Iam nunc, & incestos amores De tenero meditatur vngui.

Ionius, a, um, Ἰόνιος, vt, Fluctus Ionius. Virgi. 3. Aeneid. Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo. Vndæ Ioniæ. Lucan. lib. 5, Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas. ¶ Ionium mare, Ἰόνιος πέλαγος, dicitur ea pars maris Mediterranei, quæ supra fauces Adriatici inter Siciliam & Cretam expanditur: vt non obscurè innuit Plin. lib. 4. cap. 11, quum ait, Ionium mare à Græcis in Siculum & Creticum diuidi. Sunt qui Isthmum Peloponnesiacum Ionij & Aegæi maris terminum faciunt: in qua sententia videtur fuisse & Lucanus, sic scribens lib. 1. Pharsaliæ, -qualiter vndas Qui secat, & geminum gracilis mare separat Isthmos, Nec patitur conferre fretum: si terra recedat Ionium Aegæo franget mare. Quod si concedamus, dicendum erit, Creticum mare, Aegæi, non Ionij partem esse. Ptolemæus verò in descriptione Macedoniæ eam quoque partem sinus Adriatici quæ Macedoniæ oram ab Occasu alluit, Ionio mari attribuit: eiúsque terminos, Dyrrhachio siue Epidanno vrbe, & Pylichno fluuio circunscribit. Rectius tamen Plinius, cæteráque Acroceraunio promontorio Ionium mare ab Adriatico dirimunt. Quod autem ad nominis rationem attinet, non satis conuenit inter scriptores: Didymus enim dictum existimat ab Ionio quodam Dyrrhachij filio, quem Hercules quum imprudenter occidisset, in mare proiecit, vt memoriam eius propagaret. Solinus ab Ionia extrema Italiæ regiuncula dictum mauult. Lycophron, ab errore Ius. Inachi filiæ: alij ab Ionum naufragio: nonnulli ab Ione quodam Adriæ patre, qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

Ionthi, Ἰόνθοι, A Galeno appellantur exigui duríque faciei tumores, à crasso humore generati, quos Plinius Celsúsque varos, Itali sua lingua *Cossos* appellant, teste Manardo Epist. Med. lib. 7 & 8.

IOPAS, Ἰόπας, Africæ regulus fuit, vnus ex procis Didûs: cuius meminit Virgilius, lib. 1. Aeneid. -cithara crinitus Iopas Personat aurata.

IOPPE, Ἰόππη, Vulgò, *Puerto Iaffa.* Vrbs est maritima Palæstinæ, quæ (vt quidam volunt) regia fuit Cephei Andromedæ patris. Hæc referente Solino in Collectaneis, & Plin. li. 5, fuit antiquissima omnium vrbium in vniuerso orbe, vtpote ante diluuium vniuersale condita. Quod & ostendit saxum, quod vinculorum Andromedæ vestigia adhuc retinet, quam expositam beluæ (vt ait Solinus) non irritus rumor circumtulit. Nonnulli verò alij non Ioppen Palæstinæ, sed aliam Indiæ vrbem fuisse dicunt, vbi Andromeda marinæ beluæ fuit exposita, quum dicat Ouid. lib. 1. de Arte amandi, Perseus Andromeden nigris portauit ab Indis. Et Sappho ad Phaonem, Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo, Andromede, patriæ fusca colore suæ. Sunt tamen qui credant, eam in Aethiopia Indica fuisse natam, circa Ioppen tamen Palæstinæ vrbem beluæ marinæ fuisse expositam.

IORDANIS, Ἰορδάνης, Fluuius in Iudæa eximiæ suauitatis, Petræam à reliqua Iudæa dirimens, vt autor est Plin. lib. 5. cap. 5, Oritur ad radices Libani duobus fontibus: alteri est nomen Ior, alteri Daniqui simul iuncti, Iordanis nomen efficiunt.

IOS, Ἰός, Insula est maris Myrtoi, vna Sporadum, distans à Naxo XIIII. M. pass. in qua sepultus est Homerus, oraculo iubente, quoniam matrem eius ex Io foret: ipse verò certa matre, incerta esset patria. Vide Plinium, lib. 4. cap. 12.

IOSPICA, Oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 21, Ptolemæus Lopsicam appellat.

IOTAPATA, otum, siue Iotapata, ta, Ἰωτάπατα, ἡ Ἰωτάπατα Stephano, Syriæ oppidum, apud Iosephum, lib. 3. Antiquit.

Iouinianos, Ἰοβινιανούς, Diuus Maximianus voluit vocari, qui se fortiter in Illyrico gessisset.

Iouis gemma, Quæ vitra candorem & lævis est & tenera. Διὸς λίθος. Plin. lib. 37. cap. 10.

Iouis flos, Flos est æstiuus & inodorus, colore purpureo, cuius gratia coronamentis expetitur. Διὸς ἄνθος. Plin. lib. 21. cap. 10, Colore tantùm placet Iouis flos, odor abest: sicut & illi qui Græcè Phlox vocatur.

I ante P.

Ipes, Quæ & Scnipes. Ἶπες, ἡ σκνῖπες, à Græcis appellantur vermiculi vero tempore, & potissimùm spirante Austro, in vitibus nascentes, oculósque earum erodentes: quos rustici solent ampelitide terra enecare, vt docet Galenus lib. 9. Simpl. Medic.

IPHARES, & Thestorius, filij fuerunt Priami, quos illi vno partu Peridia Idæa nympha enixa est, quam ipse furtim in venatione compressérat: postea verò in bello Troiano ab Antilocho Nestoris filio sunt occisi.

IPHIANASSA, Ἰφιάνασσα, & Lysippe, filiæ fuerunt Prœti Argiuorum Regis, quibus Perottus Mœram & Euryalen addit: quæ quum ad Iunonis templum venissent, deam contumeliis affecerunt, patriis sui domum diuitiis templi Iunonis, vel vt alij ferunt, formam suam deæ pulchritudini præferentes, à Iunone in furorem versæ sunt, vt putarent se esse vaccas. Ad quas curandas accersitus est Melampus, cui pater regni partem, & alteram filiam, quam vellet, nuptui promisit. Placata igitur per supplicationem, & hostias Iunone, Melampus Prœtidas à morbo curauit, & Iphianassam vxorem duxit. ¶ Hoc nomine appellator etiam à Lucret. lib. 1, Iphigenia Agamemnonis filia, ex Clytæmnestra, quum inquit, Aulide quo pacto Triuiai virginis aram Iphianassæo turparit sanguine fœdè.

IPHICLVS, pen. corr. siue (vt apud Solinum legitur) Iphicles, Ἰφικλῆς Suidæ. Fuit Amphitryonis & Alcmenæ filius, eodem partu cum Hercule editus. Iolai pater: sepulchrum habet Arcadiæ vrbem, vt scribit Pausanias. Setuius, Hercules natus est cum Iphiclo Amphitryonis filio: sed quum Iuno duos serpentes immisisset Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapsus, suo vagitu excitauit parentes: qui quum surrexissent, viderunt Herculem angentem manibus angues immissos ei nouercalibus odiis. Fuerunt & alij huius nominis.

IPHICRATES, Ἰφικράτης, teste Aemylio & Plutarcho, vir Athenienſis, non tam magnitudine rerum gestarum, quàm disciplina militari nobilitatus. Hic primus omnium spoliis bello captis nomen suum inscripsit, quum antea solius ciuitatis nomen inscriberetur. Autor Suidas.

IPHIDAMAS, Ἰφιδάμας, teste Hom. lib. 11. Iliad. Antenoris filius fuit, corpore lato atque procero, ab Agamemnone in bello Troiano interemptus.

IPHIGENIA, Ἰφιγένεια, Agamemnonis & Clytæmnestræ filia fuit: de qua ita fabulantur Poëtæ: Quum Agamemnon in Aulide cernum Dianæ ignarus occidisset, dea irata ventorum flatus amouit, vt Græci nauigare non possent. Quapropter quum oraculum consulerent, responsum est, Agamemnonio sanguine deam esse placandam. Missus igitur Vlysses Iphigeniam astu à matre abduxit, Achilli eam nupturam simulans: quúmque iam immolanda esset, dea eius miserta cernam pro ea supposuit, virginem autem in Tauricam regionem transtulit, vbi à Thoante Rege eiusdem deæ factis præfecta est, quæ humano sanguine fieri solebant. Quò quum postea Orestes Furiis agitatus, & ab incolis captus venisset, iámque esset immolandus, à sorore agnitus & liberatus est: cum quo non multo pòst occiso Thoante Rege aufugit, ablato secum Dianæ simulachro, in lignorum fasce abscondito, propter quod illam Fascelidem vocarunt. Tandem venerunt in Italiam, & in Aricino nemore simulachrum locauerunt, ædificato deæ insigni templo. Ouid. lib. 3. de Ponto, Sceptra tenente illo, liquidas fecisse per auras Nescio quam dicunt Iphigenian iter.

IPHIMEDIA, pen. prod. Ἰφιμήδεια, Vxor fuit Aloei, quæ compressa à Neptuno filios geminos peperit, Otum & Ephialtè, qui singulis mensibus nouem digitorum longitudinem staturæ suæ adiiciebat: quúmq; paucis annis in summam corporis molem excreuissent, vnà cum cæteris gigantibus aduersus superos bellum mouentes, Apollinis & Dianæ telis confixi sunt.

IPHINOVS, Ἰφίνοος, Vnus ex Centauris, apud Ouidi. 12. Metamor.

IPHIS, Ἶφις, Puer fuit formæ venustate conspicuus: qui quum Anaxareten puellam efflictim amaret, neque illa eius amori responderet, impatientia amotis vitam laqueo finiuit. Quúmque iam ad sepulturam efferretur, Anaxarete è fenestra prospiciens, in saxum mutata est. Vide latius hanc fabulam apud Ouid. 14. Metamorph. ¶ Fuit item Iphis, puella quædam Cretensis ex Phæstio oppido, Lygdi & Telethusæ filia, quam mater insciò viro (qui, si filia sibi nascereturr, occidi eam imperarat) virili habitu educauerat. Qua ratione quum ad annos pubertatis patrem fefellisset, Lygdus Ianthen puellam ei despondit. Quapropter inops consilij Telethusa, Isidis auxilium implorauit: quæ ipso nuptiarum die Iphidem transformauit in marem. Vide Ouidium lib. 9. Metamorph.

IPHITVS, Ἴφιτος, Filius Praxonidis, siue Hæmonis, qui primus Olympia instituit. ¶ Iphitus item alius Eurysi Oechaliæ regis filius fuit, & frater Ioles, quem Hercules e turri præcipitauit. ¶ Alius fuit Troianus, de quo Virg. li. 2, Aen. Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ips, ῥ, Vermiculus est vitium oculos erodens, vt & eis frumenta, tripes ligna, fis vestes, is vittũ, midas fabã. Vide latius suprà in dictione IPES.

Ipse, a, um, Pronomen demonstratiuum, quod cum aliis pronominibus iunctum, eorum accipit significationem: vt Ego ipse, tuipse, is ipse. ξαὐτὸς. Ital. *Esso.* Gal. *Luy, luymesme.* Hisp. *El mesmo.* ζ Inuenitur tamen sæpe absque aliis per eclipsim prolatum, & tamen eorum habens significationem, quæ cum eo subaudiuntur. Virgil. 2. Aeneid. Quæque ipse miserrima vidi. ¶ Aliquando relatiuum est. Idem 3. Aeu. -Ipse arduus, altáque pulsat Sydera. ¶ Aliquando emphaticum, id est expositionem alicuius rei latentis habet, cuiusmodi est illud apud Virgil. 2. Aeneid. Ipse pater Danais animos, viréſq; secundas Sufficit. Ibi enim ipse, latentem quandam habet energiam: quasi dicat, Ipse Iupiter, qui se omnibus æquum solet præbere, & quem minimè verisimile erat talia facturum fuisse. Quòd si addatur particula met, discretio signatur: vt Ipsemet, hoc est ipse per se, & non per alios. ¶ Apud veteres ipsus, pro ipse dicebatur. Terent. Ipsus est. ¶ Item superlatiuum Ipsissimus, αὐτοτατος. ¶ Hinc fit compositum isipse, id est ipse & non alius.

Ipsullices, Bracteæ dicebantur in muliebrem, virilémve speciem expressæ. Festus.

I ante R.

Ir, Vide HIR.

Ira, Animi excandescentia, in corde sedem habens: ira dicta est ab eo quod est ire. ξὀργὴ. Ital. *Colera, ira.* Gal. *Ire, courroux, cholere.* Hisp. *Ira.* ζ Nam à se it qui irascitur, & furit. Vnde & qui iram deponit, ad se redire dicitur. Terent. in Adelphis, Tandem reprime iracundiam, & ad te redi. Cic. 4. Tuscul. Quæ autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt ira sit libido puniendi eius videatur læsisse iniuria. Iræ sunt inter Glycerium & gnatum, Terent. in Andria. Iram euomere in aliquem, Terent. in Adelph. Cic. in Offic. Prohibenda maximè est ira in puniendo. Indomitæ iræ. Virgil. 2. Aeneid. Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Exercere iras. Virgil. 3. Georg. Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachiæ Iuno pestẽ meditata iuuencæ. Ouid. 13. Metam. -rostrísque & aduncis vnguibus iras Exercent, alaíque aduersáque pectora lassant.

Iracundus, da, dum. Qui ex parua, vel nulla causa præcedente irascitur: quíque natura ad iram prochuis est, etiamsi tunc nulla moueatur ira. ξὀργίλος, χαλεπὸς, ὀξυμενὴς, ὀξυμηνὴς. Ital. *Colerico, iracondo.* Gal. *Cholere, qui se courrouce incontinent & pour peu de chose.* Hisp. *Ayrado.* ζ Plaut. in Mil. Opus erit me tibi aduocato tristi, iracundo? Ecce me. Idem in Pœn. Eia haud vestrum est iracundos esse quod dixi ioco,

Iracundia, dicitur Procliuitas in iram. ξὀργιλότης. Ital. *Desiderio di vendetta, dispetto.* Gal. *Despit, ire.* Hisp. *Aquella ira que permanesce.* ζ Donatus, Ira de causa est, iracundia de vitio multùm irascentis. Cicc. 4. Tuscul. Ex quo in aliis anxietas, vnde anxijtio aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: éstque aliud iracundum esse, aliud iratum. Seneca, Ira quo distet ab iracundia, apparet: quo scilicet ebrius ab ebrioso, & timens à timido: iratus, potest esse non iracundus: iracundus potest aliquando non iratus esse. Vsurpatiué tamen iracundia ponitur pro ira. Cic. 3. Tuscul. Quanquam ipsa iracundia libidinis est pars: sic enim definitur, Iracundia est vlciscendi libido. Terentius in Adel. Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.

Iracundè, aduerbium. Furiosè, animosè, cum ira. ξὀργίλως, χωρὶς ὀργῆς μετὰ. Ital. *Sdegnosamente, con ira.* Gal. *Avec ire, par courroux, de cholere.* Hispa. *Ayradamente.* ζ Cic. Philip. 8, Nam me tecum iracundè agere dixisti solere, non est ira: vehementer me agere fateor, iracundè nego.

Irascor, scetis, iratus sum, Ira commoueor, stomachor, suscenseo. ξὀργίζομαι. Ital. *Irasci, adirarsi, corrucciarsi.* Gal. *Se courroucer, se despiter se cholerer.* Hisp. *Enojarse de presto.* ζ Et modò absolutè ponitur. Terent. in Ennuch Ille continuò irasci, Neque negare audere Idem Adelph. Rursum Demea irascere? Modò construitur cum dativo. Cicc. ad Atti. lib. 1, Pompeij nostri amici negant me ei iratum fore, si ad mea conuicia non venerit. Plautus, Noli amabò Amphitruo irasci Sosiæ causa mea. Cic. pro Qu. Rosc. Dij immortales hominibus irasci & succensere cõsuerũt. ¶ Irasci vicem alicuius, pro dolere, Liu. 4. bel. Macedon. ¶ Huius composita sunt, Subirascor quod est paulum vel leniter irascor. Obirascor, contra irascor, ἀνθυβρίζομαι. Liu. lib. 1. Fortunæ (vt fit) obirati, cultum reliquerant Deũm.

Iratus dicitur, qui aliqua re lacessitus excandescit: etiam si natura non iracundus. ξὀργισθείς. Ital. *Adirato, corrucciato.* Gal. *Iré, courroucé, despité, choleré.* Hisp. *Ayrado y saũdo.* ζ Cicero pro Cælio, Huic ego deos propitios, plerique autem iratos putant. Idem ad Atti. Nolo te illum iratum habere. Iratior. Cic. ad Atti. lib. 15, Antonio est enim fortasse iratior. Iratissimus. Cic. 8. Philip. Cæsar ipse qui illis fuerat iratissimus, tamẽ propter singularem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

Iratè, aduerbium, per iram significat. ξκατ' ὀργὴν. Ital. *Iratamente, corrucciosamente, con ira.* Gal. *Par courroux, par cholere.* Hisp. *Ayradamente, saũdamente.* ζ Colum. lib. 7. cap. 12, Satis est seueros esse, nec blandos vt nonnunquã etiam conseruos iratius intueantur, semper excandescant in exteros.

Ireus, Genus est farciminis. Festus.

Ire pedibus in sententiam, ποδηγεῖν, quid sit vide suprà in verbo EO, IS.

Irenarches, siue Irenarcha εἰρηνάρχης, Qui ad tollendas discordias & pacandos ciuium animos, siue qui disciplinæ publicę, & corrigendis moribus præfuitur. Græci enim εἰρήνην pacem vocant: ἄρχειν, præfectum aut principem. Horum officium erat tranquillitatem publicam seruare, & iter facientibus vias securas præstare. Vide Vlpianum l. Munerum. Digest. de Muneribus, & honoribus.

IRIA Flauia, Oppidum est Celtorum, in ora Occidentali Tarraconensis Hispaniæ: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. ¶ Est & Iria Tautinorum oppidum, non procul à Dertona: cuius meminit idem Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

Iris, huius iris, vel iridis. ξἶρις. Ital. *L'arco del cielo.* Gal. *L'arc du ciel.* Hisp. *El arco del cielo ò delas nuues.* ζ Arcus cælestis: ab εἴρω, quod est dicere, vel nuntiare: propterea quod arcus huiusmodi pluuias denuntiet: vnde etiam Poëtæ Irim Iunonis nuntiam esse finxerunt. Virgil. 5. Aeneid. Irim de cælo misit Saturnia Iuno. Huius arcus causa est radius Solis, cauæ nubi immissus qui repulsa acie in Solem refringitur. Nubes enim formam arcus discoloris efficiũt, quia alia parte earũ tumidiores sunt, alia submissiores, & quadam crassiores quàm vt Solem transmittant, aliæ imbecilliores quàm vt excludant. Hæc inæqualitas alternis lucem vmbrámq; commiscet, & exprimit illam mirabilem arcus varietatem. ¶ Est & Iris, ξἶρις. Ital. *Iride, giglio azzurro, lilio celeste.* Gal. *Flambe ou glayeul.* Hisp. *Lirio cardeno.* ζ herba gladioli foliis, sed maioribus, latioribus, & pinguioribus, radice odorata, & sternutamenta mouente, flore colorum varietate arcus cælestis speciem referente. Vulgus *Lilium cæruleum* appellat. Vide Plin. lib. 21. cap. 7.

Irinum, ξἴρινον. Ital. *Onguento fatto di iride.* Gal. *Onguent fait de glayeul.* Hispan. *Vnguento hecho de lirio cardeno.* ζ Vnguentum quod ex iride fit. Plin. li. 13. cap. 1, Irinum Corinthi dia maximè placuit. Idem lib. 20. cap. 17, Capitis dolores discutit illitum ex aceto & infusum naribus cum irino, oculorum epiphoras, & tumores.

Irion, onis, ἰρίον μικρὸν, Frugis genus est, culmo assurgens fetulaceo, foliis & flore sesamo non dissimili. Seritur in Italia ante Vergiliarum exortum: in Græcia autem & Asia, sub earundem occasum. Vide Plin. lib. 18. cap. 7.

Irnella, Vasis genus in sacris. Festus.

Ironia, pen. prod. εἰρωνεία. Figura est in pronuntiatione vim omnem habens, quam nos vel dissimulationem, vel irrisionem dicere possumus: quum scilicet pronuntiatione ipsa nos diuersum ostendimus significare ab eo quod verba ipsa videntur sonare. Eiusmodi est illud Iunonis apud Virgil. 10. Aeneid. Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Nisi enim amaritudo pronuntiationis adiuuerit, confiteri videtur quod negare contendit.

Irpices, Rastri sunt dentati, in agris ad extirpandas radices herbarum accommodati. Festus.

IRPINI, Populi erant ad Soractem montem, ita appellati ab Irpo: quo nomine Samnites lupum appellant, siue quòd lupum ducem secuti, sedes suas delegerunt, vt Festus tradit: siue quòd more luporum ex rapto viuerent. Hos Seruius Hirpinos vocat per aspirationem in prima syllaba.

Irradio, as, pennlt. cor. ξἀκτῖνόλω, ἀκτῖνα φέρω φαίνω. Ital. *Mandar raggi come il sole, lampeggiare.* Gal. *Ietter rayons comme fait le soleil, jetter clarté & lumiere.* Hisp. *Echar de si rayos de luz.* ζ Irradiare, Illustrare, & quasi intus radiare. Plaut. Faciunt quod consueuerunt, irradiant salibus mensam, omnes ad risum prouocant.

Irrasus, pen. prod. Non rasus. ξἄξυστος. Ital. *No raduto.* Gal. *Qui n'est point rasé ne tondu.* Hisp. *No raydo.* ζ Plautus in Rudente, Dij te ament cum irraso capite.

Irrationabilis, le, pen. corr. Ratione carens. ξἄλογος. Ital. *No ragioneuole.* Gal. *Chose sans raison, qui n'use point de raison.* Hisp. *Cosa fuera de razon.* ζ Quint. lib. 7. cap. 4, Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale: nam est equus animal, sed irrationabile. Sunt tamen qui & hic & alibi apud eundem autorem, non rationabile, sed rationale legant.

Irraucio, is, irrausi, sum, teste Prisciano, siue irraucesco, cui, Raucus fio. ξβραγχάω, βραγχάζω. Ital. *Diuenir ranco.* Gal. *Estre enroué.* Hisp. *Enronquecerse.* ζ Cic. lib. 1. de Orat. At Æsopum, si paulum irraucuerit, explodi. Priscianus legit irrauserit.

Irredux, ducis, pen. corr. ξἄνοδος. Ital. *Per lo quale non si può tornar saluo.* Gal. *D'ou on ne retourne point.* Hisp. *Donde non se torna del peligro.* ζ Contrarium est nomini redux: vt apud Lucanum lib. 9, Irreducémque viam defecto limite carpit, hoc est, viam à qua rediturus non est.

Irrediuiuus, a, um, ξὁ οὐκ ἀναζώσιμος ἐκ τοῦ ἅδου. Ital. *Che non si può rifare.* Gal. *Qu'on ne peut refaire ne reparer.* Hisp. *Cosa que no se puo reboluer ò renouar.* ζ Contractiũ rediuiuo: vt, Irrediuiuus pons apud Catullum, pro irreparabili, inquit Budæus. Catulli verba hæc sunt, Epig. 19. ad Coloniam. -sed veteris iuepta Ciura ponticuli, sub his totus irrediuiuus Ne supinus eat, cauáque in palude recumbat.

Irreligatus, a, um, Idem quod solutus & non ligatus. ξἀδέτος. Ital. *Sciolto.* Gal. *Qui n'est point lié, deslié.* Hisp. *Cosa no atada.* ζ Ouid. 1. de arte, Vtịs erat è fomice tunica velata recincta, Nuda pedem croceas irreligata comas.

Irreligiosus, a, um, Pietati, & religioni repugnans. ξἀνόσιος, ἀνοσιώτατος. Ital. *Irreligioso.* Gal. *Qui n'est point religieux, irreligieux.* Hisp. *Cosa no religiosa.* ζ Liu. 5. ab Vrbe, Saluo etiam tum discrimine diuinarum, humanarúmque rerum, irreligiosum ratus, sacerdotes publicos, sacráque populi Romani pedibus ire, ferríque se & suos in vehiculo conspici. Plin. in Epist. 112, Sed eam reuerentiam cùm literis ipsis, tum scriptis tuis debeo, vt immere illa, nisi vacuo animo, irreligiosum putem.

Irremeabilis, bile, Vnde remeare non possis. ξἄνοδος, ἀνόδευτος. Ital. *D'onde non si può tornare à dietro.* Gal. *D'ont on ne peut reuenir ne retourner.* Hisp. *Cosa que no puede tornar.* ζ vt, Error irremeabilis. Virgil. 5. Aeneid. -ancipitémque Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi Falleret indeprensus, & irremeabilis error. Idem 7. Aeneid. Occupat Aeneas aditum custode sepulto, Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ. Viæ irremeabiles. Senec. Hercul. furente.

Irremediabilis, le, Cui mederi, hue remedium adhibere non possumus. ξἀκίατος, ἀπήνωτος. Ital. *Cui non si può trouare remedio.* Gal. *A quoy on ne peut remedier.* Hispa. *Cosa sin remedio.* ζ Plin. lib. 20. cap. 7, E' quibus dixisse non pudeat, si in defectu Lunæ, Solisve congruat vis illa, irremediabilẽ fieri. Idem lib. 25, cap. 13, Sed in vino pota irremediabilis existimatur.

Irremunerabile, Quod ob magnitudinem remunerari non potest, nec par pari rependi. ξἀνεκτίνητος. Ital. *Che non si può remunerare.* Gal. *Qui ne se peut remunerer.* Hisp. *Cosa que no se puede galardonar.* ζ

Irreparabile, Quod reparari, & in integrum restitui non potest. ξἀνεπανόρθωτος. Ital. *Che non si può reparare.* Gal. *Irreparable, qu'on ne peut reparer.* Hisp. *Cosa que no se puede reparar.* ζ Virgil. 3. Georg. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrepertus, a, um, Non repertus. ξἀνεύρετος. Ital. *No ritrouato.* Gal. *Non encor trouué.* Hisp. *No hallado.* ζ Horat. 3. Carm. Qua tumidus rigat arua Nilus Aurum irrepertum, & sic melius situm Quum terra celat. Id est, nondum repertum.

Irrepo, pis, pen. prod. Passim & latenter more reptilium introeo. ξπαρεμπίπτω, εἰσδύομαι, παρεισδύομαι, ἀνεσέρπω. Ital. *Rampicare, rampasi.* Gal. *Se coulier*

Universidad de Sevilla Biblioteca

Cuelar tout doucement, & traines en quelque lieu. Hisp. *Entrar à escondidas ò gateando.* } Cuius frequentatiuum est Irrepto. Plin.lib.26. cap.1. Non fuerat hæc lues apud Italos, patrésque nostros, & primò Tiberij Cæsaris principatu medio irrepsit in Italiam. Cicer.3. de Orat. Irrepit in hominum mentes.

Irreprehensus, Qui reprehendi iure non possit. ἀνεπίληπτος, ἀνεπιλήπτως. Ital. *Che non si può riprendere.* Gal. *Sans reprehension, sans blasme, irreprehensible.* Hisp. *Lo que no se puede reprehender.* } Ouid.5. Trist. Eleg.2.5. Et tandem probitas irreprehensa fuit.

Irrequietus, ta, tum, Quod nullam habet requiem. ἄπαυστος. Ital. *Che non ha quiete.* Gal. *Qui n'a point de repos.* Hisp. *Cosa no descansada.* } Plin.lib.2.ca.3. Aetereno & irrequieto ambitu, &c. Mart.lib.4. Discurris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra est, Cui non mane feras irrequietus aue. Bella irrequieta. Ouid.2. Trist. Sors irrequieta, Ouid.2. Metamor.

Irresectus, a. um, Non resectus. ἀπόλογος. Ital. *Non tagliato.* Gal. *Non coupé ni rogné.* Hisp. *No cortado.* } Horat. Epod.5. Hic irresectum sæua dente lituido Canidia rodens pollicem.

Irresolutus, ta, tum, Quod nunquam remittitur. ἀπόλυτος. Ital. *Non sciolto.* Gal. *Qui n'est point deslié.* Hisp. *No atado.* } Ouid.1. de Ponto. Eleg.2. At semel intentus neruo leuis arcus equino, Vincula semper habens irresoluta manet.

Irretio, tis. Dolo capio, & quasi reti quodam inuoluo. ἐνεδρεύω, ἀγρεύω, παγιδεύω. Ital. *Irretire.* Gal. *Enueloper en ses rets ou lacs.* Hisp. *Enredar ò embolver.* } Cic.4. Acad. Quid enim ad illum qui te captare vult, vtrum tacentem irretiat te, an loquentem? Irretire illecebris, allectare, & detinere. Cicer. in Catil. Cui tu adulescentulo quem corruptelarum illecebris irretiisses, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætulisti?

Irretitus, Dicitur qui aliqua fraude vel blanditiis, aut dolo, quasi reti captus est ἐνεδρευθείς, δεδεκευμένος. Ital. *Legato, preso.* Gal. *Enuelopé & pris au filé.* Hisp. *Atado, enredado.* } Cic.5. de Finib. Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Irretortus, a. um, Pro recto. ἀνορθώτος. Ital. *Non torto.* Gal. *Non tourné.* Hisp a. *No torcido.* } Horat.1. Carm. Ode 2, Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acernos.

Irreuerenter, aduerbium. Sine reuerentia & honore. ἀνεπαίδευτως, ἀναισχύντως. Ital. *senza reuerenza.* Gal. *Irreueramment, sans reuerence.* Hispa. *No acatando.* } Plin. Epist.38, Cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adulescentuli obscuri ad declamandum huc transeunt, tam irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noster expresse diuisse videatur, sic in foro pueros à centumuiralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholis.

Irreuerentia, æ. Reuerentiæ contraria. ἀναιδεία. Ital. *Irreuerenza.* Gal. *Irreuerence.* Hisp *Aguel no acatamiento.* } Tacit. lib.13, Quibusdam coalitam libertate irreuerentiam eò protupisse frementibus. Plin. Epist. 92, Studiorum irreuerentia.

Irreuocabilis, le, Quod non potest reuocari. ἀνεπανάκλητος, ἀμετάκλητος. Ital. *Che non si può reuocare.* Gal. *Qui ne se peut reuoquer.* Hisp. *Que no se puede reuocar.* } Plin. Epist.51, Cuius tædio ad mortem irreuocabili constantia decurrit, vsque ad supremum diem beatus & fœlix. Horat.1. Epist.18. Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Irreuocandus, da, dum, Idem: vt, Error irreuocandus, apud Claudianum de bel. Get.

Irreuocatus, a, um, Non reuocatus. ἀνεπανάκλητος, ἀμετάκλητος. Ital. *Non reuocato.* Gal. *Non reuoqué.* Hispan. *No reuocado.* } Horat.2. Epistol.1, Quum loca iam recitata reuoluimus irreuocati. Ouid.11. Metamor. –sed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus persitat dulcedine sanguinis asper.

Irreuolutus, a, um, Contrarium reuoluto. ἀνείλιτος. Ita. *Non riuolto.* Gal. *Qui n'a point esté reuolué, facilleté, ne desroulé.* Hisp. *No rebuelto.* } Marr. lib.11, Vadas, & redeas irreuolutus.

Irrideo, irrides, irrisi, irrisum. pen. prod. ex in & rideo, Derideo, ludibrio habeo. γελοιάω. Ital. *Deffare, schernire, beffeggiare, dileggiare.* Gal. *Se mocquer, & rire de quelqu'vn.* Hisp. *Burlar, escarnescer.* } Terent. in Heaut. Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adiuuas. Idem in Eunn. Cœpit ad id alludere, Et me irridere. Cic.2. de Nat. deo. Etiam per iocum deos irridens, quum cauea liberati pulli, &c.

Irrisus, participium. γελοιασθείς. Ital. *Schernito.* Gal. *Mocqué.* Hispa. *Escarnescedo.* } Tacitus lib.4. Ad vana, & totics irrisa reuolutus.

Irrisus, us, pen. prod. χλεύασια. Ita. *Schernimento.* Gal. *Moquerie, irrision.* Hisp. *Burla ò escarnescimiento.* } Tacit. lib.1, Retinentis centuriones irrisu, & contumeliis, postremò verberibus infectantur. Idem lib.3, Non sine contumeliis, postremò verberibus infectantur. Idem lib.3, Non sine irrisu audientium postulauit. Irrisui esse: id est ludibrio haberi. Plin. lib.22. cap.5, Imò verò plerisque vitrò etiam irrisui sumus, ista commentantes, ac friuoli operis arguimur.

Irrisio, onis, Subsannatio. χλεύασμός. Ital. *Scherno.* Gal. *Moquerie.* Hispan. *Escarnescimiento.* } Cic.1. Offic. Deforme etiam de seipso prædicare, falsa præsertim: & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Irrisor, oris, Qui irridet. χλευαστής. Ital. *Schernitore.* Gal. *Moqueur.* Hisp. *Burlador, escarnescedor.* } Cic. in Parad. Veniant igitur isti irrisores huius orationis ac sententiæ, & iam vel ipsi iudicent, &c.

Irridiculè, aduerbium, Infacetè, ineleganter. ἀγελάστως, ἀχαρίτως. Ital. *Senza gratia, ridiculosamente.* Gal. *Sans grace & rencontre, sans moquerie.* Hisp. *Sin gracia y burla.* } Cæsar 1. bel. Gall. Quod quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, pluspuam pollicitus esset, Cæsarem facere.

Irrigo, pen. corr. ex in & rigo, Adaquo, humecto, quasi riuos in agrum deduco. ἀρδεύω, βρέχω, ἐκτείνω. Ital. *Adacquare, bagnare.* Gal. *Arrouser.* Hisp a *Regar derramando agua.* } Cicer.2. de Natura deorum, Aegyptum Nilus irrigat. Idem 1. de Natura deorum. Democriti fontibus Epicurus irrigat. Idem 1. de Natura deorum. Democriti fontibus Epicurus irrigat. Plin.lib.2.cap.63, Quámque sanguine nouus hortulos suos irrigauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Irrugio,gis. Valde rugio. {Italo rugghiare. Ital. *Ruggire grandemente.* Gal. *Rugir beaucoup, comme le lion.* Hisp. *Mucho bramar el leon.*}

Irrugo,as, are, In rugas contrahere. {Arrugare. Ital. *Creſpare.* Gal. *Se rider.* Hisp. *Arrugar ha ziendo rugas.*} Gell.lib.11.cap.1. Neæquor illud ventis irrugetur.

Irrumpo, is. Violenter cum impetu ingredior. {Entrare, entrare con empito, entrare violentamente. Ital. *Entrare con empito, entrare violentemente.* Gal. *Entrer par force, se ruer impetueuſement dedans.* Hisp. *Entrar con impetu.*} Plin.lib.35. Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat. Ouid.15. Metamor. -portas, qui primus Carthaginem irruperat. Ouid.15. Metamor. -portas irrumpere apertas. Virgil.11. Aeneid. -portas irrupêre patentes. Lactant.lib.2. Nam quum ab Alexandro capta ciuitas eſſet, ac milites ad eam ſpoliandam irrupiſſent. Et fermè ſemper in hac ſignificatione hoc verbo vtuntur autores. Lactantius propriè ſumpſit lib.6. pro penitus frango, διαῤῥήγνυμι. Summum (inquit) inter ſe hominum vinculum eſt humanitas, quod qui irruperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt.

Irruptio,onis. Impetus, incurſio. {Entrata impetuoſa. Ital. *Entrata impetuoſa.* Gal. *Entrée impetueuſe.* Hisp. *Entrada con impeto.*} Cic. pro lege Manil. Nam quum hoſtium copiæ non longè abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecoris relinquuntur.

Irruo,is rui,pen.corr. irrutum, Cum impetu aliquem aggredior, vel violenter me aliquò immitto. {Entrare, ſcagliare. Ital. *Aſſalire con furia.* Gal. *Se ruer & jetter deſſus.* Hisp. *Acometer con furia y impeto.*} Salluſt. in Iugurtha, Quum forte in eum irruerêt, facilè repulſi. Cic.2. de Finib. Et equo admiſſo in mediam Latinorum aciem irruebat. Terent. Adelph. Fores effregit, atque in ædes irruit alienas.

Irtiola, æ, genus vitis: Vmbriæ, Piceno, & Meuanati agro peculiare, teſte Plin.lib.14.cap.3. Colum.lib.3.cap.2. Nam has nuper mihi cognitas, pergulauam dico, & irtiolam, ferreolámque, non facilè aſſeuerem quo gradu habendæ ſint.

IRVS, ῎ιρος. Mendicus fuit Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, quem Vlyſſes domum reuerſus pugno interfecit: vt eſt videre apud Homerum 18. Odyſſ. Huius paupertas abiit in prouerbium, vt hominem extremæ inopiæ Iro pauperiorem dicamus. Ouid. Irus erit ſubitò, qui modò Crœſus erat.

I ante S.

Is, ea, id, eius, Pronomen eſt eandem habens ſignificationem quam ille aut hic: eundémque in oratione ſitum obtinet. {Colui, esso. Ital. *Questo, il medeſimo, colui, coſtui, quello.* Gal. *Il, celuy, coſtuy là, celuy.* Hisp. *El, ella, ello.*} Et modò demonſtratiuè accipitur. Cic.lib.2. Epiſt. Neque enim tu is es, qui, qui fis neſcias. Idem pro P. Sylla. Neque enim vna eſt ratio defenſionis ea quæ poſita eſt in oratione. Modò relatiuè. Cic.ad Att. lib.1, Venit mihi obuiam puer tuus: is mihi literas abs te reddidit. Idem 6 Philip. Antonius cum vna legione, & ea quidem vacillante, L. fratrem expectat. Idem de Diuinatione, Plurimis noſtris exemplis vſus es, & iis quidem illuſtribus. ¶ Nonnunquàm accipitur is pro talis, vel ciuſmodi. Cic.lib.2. Epiſt. Is enim tu vir es, & eum me eſſe cupio, vt, &c. Idem Attic.lib.3. Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis.

IS, Ἶς. Vrbs à Babylone itinere dierum octo diſtans, apud quam eſt Is fluuius, in Euphratem ſe exonerans: è quo bitumen ædificandis muris Babylonis ſubminiſtrabatur. Autor Herodotus lib.1.

ISAGA, ſiue (vt in quibuſdam exemplaribus legitur) Iſca, fluuius eſt in meridionali Britanniæ inſulæ. Vulgò *Ex.* Ptolem.lib.2.cap.3.

ISAEVS, Ἰσαῖος, cum æ diphthongo, Nomen rhetoris pariter & philoſophi, quem Philoſtratus in Vitis ſophiſtarum, Aſſyrium fuiſſe tradit. Cuius hoc fuit inuentum, cuiuſuis rei argumentum in breue contrahere compendium.

Isagoge, pen.prod. {Introduttione. Ital. *Introduttione.* Gal. *Introduction.* Hisp. *Introduction.*} Prima artis, ſcientiæve alicuius rudimenta, ad maiora altioráque viam munientia. A Græco verbo εἰσάγω, quod ſignificat inſtituo, & prima artis cuiuſpiam elementa trado. Quidam ex noſtris verbum ex verbo reddentes, introductionem appellarunt. Gell.lib.16.cap.8. Quum diſciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, neceſſe fuit adire atque cognoſcere, quas vocant dialectici εἰσαγωγάς.

Iſagogicon, εἰσαγωγικόν. Liber prima artis alicuius præcepta tradens, & ad interiora altioráve viam quandam munions. Quidam ex noſtris Introductorium vertunt, vocabulo inter doctos non ſatis recepto.

ISANDER, Ἰσανδρος. Filius fuit Bellerophontis & Achimenes, qui quum eſſet bellum inter Lycios & Solymos, contra Solymos pugnans occiſus eſt.

ISAPIS, pen.prod. Vulgò *Aſſi*, Fluuius Flaminiæ, propinquus Cæſenæ, vt Strabo lib.5. ſcribit. Lucanus lib.2, Cruſtumíumque rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.

ISARA, pen.corr. Fluuius eſt Allobrogum, non procul à Cemeno monte in Rhodanum influens. Vulgò *Iſere.* Vide Plin.lib.3.cap.4.

Iſatis, {Isatis. Ital. *Guado.* Gal. *Guede, paſtel en Languedoc.* Hisp. *Paſtel.*} Græcis vocatur herba quam Latini glaſtum appellant. Eius duo ſunt genera: iſatis ſylueſtris, folia habet lactucæ, ſed maiora: caules prætenues, multifidos, quadantenus rubentes: in quorum cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus ſemen habet flore tenui & luteo: ſatiua, folia habet plantagini ſimilia, verùm pinguiora nigrioráque, caulémque duorum cubitorum altitudinem excedentem. Hanc truſatilibus molis premunt, vt herbaceam ſaniem excludant: deinde abacto liquore digerunt in magnos globos, quos in tabulatis in cinerem putreſcere ſinunt. Tolоſates *paſtellum* ab effigie paſtillorum, in quos glomerantur, nominant.

ISAVRIA, Ἰσαυρία. Regio eſt Aſiæ minoris, proxima Ciliciæ ad Taurum montem, quam Publius Seruilius cognomento Iſauricus ſubegit, & multas piratarum munitiones quæ in ora maritima erant, vi cepit. Hæc Strabo lib.12. qui ſe Seruilium vidiſſe ſcribit. Fuiſſe autem traditur fortunæ adeò tenuis, vt publico funere fuerit elatus. Iſauri, populi Iſauriam tenentes.

ISAVRVS, Flaminiæ fluuius eſt, qui accepto Iſapi, non procul à Cæſena in mare Adriaticum influit. Lucanus lib.2. Cruſtumíumque rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.

ISAVRA, orum, Ἴσαυρα, Vrbs Iſauriæ, quæ eſt Aſiæ regio non procul à Tauto monte, inter Lycaoniam & Ciliciam ſita. Hanc vrbem poſtea Claudius, deducta eò colonia, à nomine ſuo Claudiopolim appellauit: vt eſt autor Ammianus.

Iſchades, ἰσχάδες, Græco nomine ſici aridi appellantur, teſte Polluce in ὀπῶρα proprie de recentibus dicuntur.

Iſchas, adis, ἰσχάς, Raphani agreſtis genus quod apion nonnulli, alij agriophanum appellant. Autor Plinius.

Iſchæmon, ἰσχαίμων, Herba à Thracibus primùm inuenta, quæ fertur ſanguinem ſiſti, non aperta modò vena, verumetiam præciſa. Serpit è terrâ milio ſimilis, foliis aſperis & lanuginoſis. Autor Plin.lib.25.ca.8.

ISCHIA, ἰσχία. Inſula eſt maris Tyrrheni, altera Oenarridum, e regione Veliæ ſita. Autor Plin.lib.3.cap.7.

Iſchias, adis. ἰσχιὰς, λαπαθιοειδὴς, Herba quædam radice cyperi, quæ commanducata dentium dolorem ſedat. Alij leucacantham vocant, alij polygonaton. Plin.lib.22.cap.16.

Iſchia, ἰσχία, Oſſa duo ſunt in poſteriore hominis parte oſſi ſacro, in anteriori mutuò ἐξ ἀρμονίαν cohærentia. Latinè coxendices appellantur. Vtrunque horum grandi cauatum eſt acetabulo, in quo inſertum femoris caput circunuoluitur.

Iſchias, {Ischias. Ital. & Hisp. *Sciatica.* Gal. *Vne goutte ſciatique.*} Arthritidis ſpecies eſt apud Aeginetam, coxendices (quæ ἰσχία vocant Græci) præcipuè infeſtans. Vulgò corrupto nomine *Sciaticam* vocant. Plin.lib.29.cap.1, Bibitur propter iſchiada & ſtranguriam in vino.

Iſchiacus, ſiue iſchiadicus. {Ischiadico. Ital. *Chi patiſce di ſciatica.* Gal. *Qui eſt malade d'vne goutte ſciatique.* Hisp. *El doliente de ſciatica.*} Qui iſchiade morbo laborat. Plinius lib.23. cap.1, Prodeſt ſtomacho, &c. vertigini, torminibus, iſchiadicis. Cato de Reruſt.cap.123, Vinum ad iſchiacos ſic facito, &c.

ISCHOMACHE, es, Ἰσχομάχη, Vxor Pirithoi fuit, ex Atracia Theſſalix regiuncula, alio nomine Hippodamia appellata, quam quum Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theſeo profligati ſunt. Propert.lib.2.Eleg.4. Iſchomache, Lapithæ genus heroinę. Dicta Iſchomache παρὰ τὸ, ἰσχειν τὰς μάχας, hoc eſt à cohibenda pugna.

ISCHOPOLIS, ἰσχόπολις, Vrbs eſt Ponti Cappadocij, iuxta Ceraſuntem: teſte Ptolemæo lib.5.cap.6.

Iſchuria, ἰσχουρία, A Græcis dicitur vrinæ ſuppreſſio: quæ octo modis fieri ſolet: inflammatione, duritia, ſanguinis collectione, reſolutione, lapidis procidentia, vlceratione, & lithiaſi.

ISIACI, ἰσιακοὶ, Iſidis ſacerdotes erant in Aegypto, qui veſtibus tantùm lineis, quas illi λινοστολίας appellabant, amiciebantur. A qua conſuetudine emanauit ſcitum illud Plutarchi dictum, Οὐτε γὰρ φιλοσόφων τοσαύτη σπουδὴ καὶ ἐπιμέλεια τῶν τριβώνων καὶ λινοστολίας. Hoc eſt. Neq; philoſophos facit barba promiſſior, veſtiſque attrita, nec item iſiacos linea amictus. Habet autem hoc non inuenuſtam prouerbij ſpeciem, Iſiacum non facit linoſtolia: pro eo quod trito vulgi prouerbio dicimus, *Azonachum non perfici cuculło.*

ISIPHYLVS, Ἰσίφυλος, Pater fuit Proteſilai, cuius meminit Ouidius in epiſtola Laodamiæ ad Proteſilaum, Vix ſocer Iſiphylus, vix me grandæuus Acaſtus, Vix mater gelida mœſta refecit aqua.

ISIS, Iſis, & Iſidis, Iſim in accuſatiuo. Ἶσις, Inachi filia, Io prius dicta, quæ quum à Ioue adamaretur, metu interuenientis Iunonis in iuuencam fuit tranſmutata: appoſitóque à Iunone Argo centoculo cuſtode, arctiſſimè fuit obſeruata. Tandem implorato Iouis auxilio, quum ad Nilum peruenisſet, priſtinam formam recepit, & ab Aegyptiis mutato nomine Iſis dicta eſt: á quibus etiam numinis loco eſt habita. Lucanus lib.6. Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim. ¶ Hoc etiam nomine dicta eſt inſula in ſinu Arabico. Scribit Suidas, Iſim Iouem ex Argo Græciæ vrbe rapuiſſe: & quum Iunonem timeret, mutaſſe nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam: cúmque ea obertantem in Aegyptum veniſſe.

Iſiaticus, a, um, denominatiuum ab Iſide. Iuuenalis Sat.3, Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ.

ISMARVS, pen.corr. generis maſcul. Ἴσμαρος, in plurali neutrius, Mons Thraciæ aſper & incultus ex vna parte, ex alia fertilis viuetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit. Virgil.6. Aegloga, Nec tantùm Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea. Etrurſus 2. Georg. -iuuat Iſmara Bacchо Conſerere, atque olea magnum veſtire Taburnum. ¶ Eſt item Iſmarus, Ἴσμαρος Stephano: ſiue, vt apud Plinium legitur, Iſmaron, Cyconum vrbs in Thracia, à monte ad quem ſita erat, nomen habens. Vnde Iſmarius, a, um, id eſt Thracius.

ISMENE, Ἰσμήνη, Oedipi filia, vt aſſerit Statius 2. Thebaidos, Cyrrhei cuiuſdam iuuenis ſponſa, qui ante nuptias à Tydeo occiſus eſt.

ISMENIAS, Ἰσμηνίας, Nomen Thebani viri, optimi tibicinis. Apuleius. Neſcio, inquit, vt Iſmenias, tibiis canere: vt Apelles, pingere: vt Lyſippus, fingere. De hoc Plutarchus in Pericle dicit, Quum audiſſet Antiſthenes, Iſmeniam optimum eſſe tibicinem, reſpondit, Malus igitur vir eſtimam ſi probus eſſet, tibicen non eſſet.

ISMENVS, pen.prod. Ἰσμηνὸς, Fluuius Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripum Euboicum illabens. Dictus autem putatur Iſmenus ab Iſmeno Pelaſgi filio. Statius lib.1. Thebaidos, Horruit ingenti venientem Iſmenon aceruo.

Iſmenius, a, um, Id eſt Thebanus. Iſmenides, mulieres Thebanæ.

Iſocinnamon, ἰσοκίνναμον, Frutex eſt præſtantiſſimi odoris in iiſdem ferè locis naſcens, in quibus & cinnamum naſcitur & caſia. Dictum iſocinnamum, quòd cinnami præſtantiam adæquare videatur. Alio nomine daphnoidem appellant. Vide Plin.lib.12.cap.20.

Iſocolon, ἰσόκωλον, A rhetoribus vocatur ſchema, quod Latinorum nonnulli compar appellauerunt: quum ſcilicet periodus duabus aut pluribus ſententijs breuibus, & inter ſe paribus exigitur. Exemplum eius hoc affert Sipontinus, Nequaquam mihi res eſt cum eo qui neque finem habet cupiendi, neque modum ſtatuit vtendi: Nam & multum deſiderare, egentis eſt animi: & nihil parcere, egeſtatis eſt initium.

ISOCRATES, penult. correp. Ἰσοκράτης, Nomen maximi oratoris Græci, cuius domus cunctæ Græciæ quaſi indus quidam patuit, atque officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, ſuauiſſimus orator, & in diuerſo dicendi

cendi genere nitidus, & compt⁹. Omnes dieĉdi veteres sectatus est, inuentione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Hic nonagesimo quarto anno ætatis eum librum composuit, qui Panathenaicus inscribitur. Centum & sex annos vixit.

Isodomon, ἰσόδομον. Vocabant genus structuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis sunt crassitudinis. Nam vbi crassitudo est inæqualis, pseudisodomon appellant. Plin. lib. 36. cap. 23. Græci è lapide duro ac sibce æquo construunt, veluti lateritios parietes: quum ita fecerint, isodomon vocant genus structuræ. At quũ inæquali crassitudine structa sunt, pseudisodomon.

Isonomia, ἰσονομία, Cum accẽtu in penultima, Latinè iuris æqualitas dicitur. Cic. 1. de Nat. deo. Summa verò vis infirmitatis magna ac diligẽti contemplatione dignissima est: in qua intelligi necesse est eam esse naturam vt omnia omnibus, paria paribus respõdeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est æquabilem tributionem.

Isopyron, ἰσόπυρον. Herba quam aliqui vocant phaseolum, quoniam eius folium quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthij. Plin. lib. 27. cap. 11.

Isopleuron, ἰσόπλευρον. Figura cuius latera omnia sunt æqualia. Nam ἴσος Græcis æquale sonat, & πλευρὰ latus.

Isostates, ἰσοστάτης, Æqualitatis recognitor. Co. de Pond. & aur. ill. l. Quoties. Quoties de æqualitate solidorum orta fuerit contentio, placet quem sermo Græcus vocat isostatem, pro sua fide & industria, vt neque fallat neque fallatur, contentionem dirimere.

ISPALIS, ἰσπαλὶς Ptolemæo, Vulgò *Siuiglia*, Vrbs clarissima Hispaniæ Bæticæ, non procul à freto Gaditano: à qua vnus ex quatuor iuridicis Bæticæ conuentibus Hispalensis à Plinio appellatur. Hodie ab Hispanis *Sebilla* dicitur. Vide HISPALIS.

ISPELLVM, ἰσπέλλον, Vulgò *Spello*, Vmbrorum ciuitas, non procul à Camertibus: cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 1. Hodie Ispolum.

ISPORIS, ἰσπωρὶς, Olim vicus fuit ad Syrtim magoam, teste Ptolemæo lib. 4. hodie ciuitas esse creditur ea quæ Naim appellatur.

ISSA, ἴσσα. Vulgò *Lissa*. Insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, vt tradit Ptolemæus lib. 2. cap. vlti in qua fuit non ignobilis ciuitas eiusdem nominis. ¶ Est item Issa catellæ nomen apud Martialem, epigrã. 138. Issa est passere nequior Catulli.

ISSVS, ἰσσὸς, Oppidum Ciliciæ nõ procul ab Amano monte, circa quod Alexander Darium vicit: vnde etiam pro Isso Nicopolium appellauit. Ab huius oppidi nomine propinquus sinus, Issicus appellatur à Ptolemæo Tab. 4. Asiæ.

Iste, ista, illud, genitiuo istius, pen. indifferente. {Ital. *Questo, costello.* Gal. *Cestuy-ci, celuy qui est auprez de toy.* Hispa. *Esse.*} Proprie dicitur de eo qui apud te est, aut de quo loquetis. Terẽt. in Eunuc. Mirum ni tu credas quod iste dicat. Cic. Cælio, lib. 2. Putaténe vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia?

Istõ, aduerbium ad locum. Idem significans quod istuc. {Ital. *Costà, costà.* Gal. *La ou tu es.* Hispa. *Donde tu eſtas.*} Plin. Epist. 50. Destino enim, si tamen officij ratio permiserit, excurrere istõ.

Istic, Istæc, Istoc, pro Iste hic. Terentius in Heaut. Quid istuc quæso? qui istic mos est Chrypho? nãne fieri oportet?

Istũcine, penult. corr. pro istũdne. Terent. in Eunu. Istũcine interminata tum hinc abiens tibi?

Istiusmodi, penult. corr. {Ital. *Cotale, di questa sorte.* Gal. *De cette maniere, tel, de ceste sorte.* Hispa. *Eſta de eſſa manera.*} Nomen indeclinabile: hoc est istius formæ & speciei: vel talis. Plaut. in Mostel. -nihil moror mihi clientes istiusmodi. Id est tales. Idem Epid. -malim istiusmodi mihi amicos furno meros, quàm foro.

Istic, aduerbium. est loci, quietem vel motũ significans eo in loco in quo tu es. {Ital. *Costì, in cotesto luogo.* Gal. *La ou tu es.* Hispa. *Ay donde tu eſtas.*} Terent. in Eunu. Omitte, iam istic adero. Idem Adelph. Tibi verò quid istic est rei? Cic. Valerio lib. 1. Et tibi malis esse vbi aliquo numero sis, quàm istic, vbi solus sapere videare.

Istinc, aduerbium, de loco. {Ital. *Di donde tu sei.* Gal. *De la ou tu es.* Hispa. *Ay donde tu eſtas.*} Cic. ad Attic. lib. 7. De malis nostris tu prius audis, quàm ego: istinc enim emanant.

Istuc, aduerbium, Ab isto loco. {Ital. *Di donde tu sei.* Gal. *De la ou tu es.* Hispa. *Ay donde tu eſtas.*} Terentius in Adelph. -accede istuc Parmeno: Nimium istoc abisti.

Istac, aduerbium, Per locum. {Ital. *Per la donde tu sei.* Gal. *Par la ou tu es.* Hispa. *Por ay donde tu eſtas.*} Terent. in Heaut. Abi deambulatum. o L. deambulatum, quó? s. vah, quasi desit locus. Abi sanè istac, istorsum, quò vis.

Istorsum, aduerbium. Versus eum locum vbi tu es. {Ital. *Verso la donde tu sei.* Gal. *Vers la ou tu es.* Hisp. *Hazia alla donde tu eſtas.*} Terentius in Phorm. Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes Sophrona.

ISTER, Istri, ἴστρος, Vulgo *Danoe*. Fluuius est Europæ longè maximus, qui ortus in iugis Arnobæ montis Germaniæ, ex aduerso Rauraci Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, sexaginta auctus amnibus, in Põtum sex ostiis euoluitur. Alio nomine Danubius dicitur, præsertim à fonte vsq; ad cataractas quæ sunt in montibus Daciæ, non procul à Tauruno oppido. Nam inde deinceps Istri nomen assumit. Ouidius 1. de Ponto, Stat vetus vrbs ripæ vicina binominis Istri.

Isthmia, ἴσθμια. Inter quatuor sacra certamina numerantur, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari solebant, in honorem Neptuni instituta à Theseo, vt Plutarcho videtur: aut certè in honorem Palæmonis, vt ex Archiæ Poëtæ Græco Epigrãmate colligitur, quod etiam hodie circunferrur. Huius certaminis victores pinu coronabantur. De institutione horum ludorum sic scribit Plutarchus in vita Thesei. Theseus primus Neptuno certamen instituit, gloriatique est solitus, ob Herculem Iouis, ob se verò isthmia Neptuno celebrari. Quod enim ibidem in Melicertæ honorẽ institutum est, nocturnu agebatur, initiandi magis, quàm spectaculi speciem præferens. Hactenus ille. Dicta autem sunt Isthmia, à Peloponnesi isthmo, in cuius faucibus celebrabantur, non procul à Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

Isthmus, mi, ἰσθμὸς, Est angustia illa intermedia inter peninsulam & cõtinentem, & veluti quædam cernix, quæ à continente, velut à corpore gracilescens, peninsulam cum continẽte, tanquam caput cum reliquo corpore connectit. Isthmo opponitur porthmus, id est fretum angustum inter duas continentes: quale est fretum Gaditanum, exiguo internallo Europam ab Africa dirimẽs. Isthmus omnium celeberrimus est ille quem & Corinthiacum & Achaicum vocamus, quinque tantum millium spatio Aegæum mare ab Ionio submouẽs, angustóque tramite Helladi Peloponnesum annectens. In huius Isthmi faucibus Corinthus olim sita fuit, totius Peloponneſi vrbs clarissima. ¶ Isthmum perfodere dicebantur, qui magno quidem conatu, sed irrito molirentur aliquid. Ductum ab hoc Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat vt naues longo & ancipiti ambitu iuxta peninsulam circumagerentur. Vnde complures illũ adorti sunt, quà erat angustissimus, perfodere, nempe Demetrius Rex, Dictator Cæsar, C. princeps, Domitius Nero, infausto, vt omnium patuit exitu, incepto. Autor Plin. lib. 4. cap. 4.

ISTRIA, ἰστρία, Italiæ regio, post flexum Adriatici sinus, Illyrio contermina, quæ in latitudine sexaginta passuum millia, in circuitu centum viginti quinque millia complectitur à Phormione, nunc Tisano fluuio ad Banoticum sinum, in quo Arsia amnis decurrens, Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorum gentem, fama est originem à Colchis duxisse, missis ab Aeeta Rege ad Argonautas persequendos: qui vt à Ponto intrauerunt Istrum, nec raptores inuenissent, siue metu regis, siue tædio longæ nauigationis iuxta Aquileiam consederunt. Istrique ex amnis nomine, quò à mari concesserant, sunt appellati. In ea est Iustinopolis vrbs, quam Iustinus imperator extruxit.

Istri, orum, ἴστροι, Istriæ populi, à Colchis (vt putatur) oriundi. Luca. lib. 4. Detegit orta dies stantes in puppibus Istros.

ISTROPOLIS, ἰστρόπολις, Thraciæ vrbs, non procul ab ostiis Istri, Milesiorum colonia. Autor Plinius lib. 4. cap. 11.

ISVRA, Insula est sinus Arabici, apud Plinium lib. 6. cap. 28.

I ante T

Ita, aduerbium est similitudinis, idem valens quod sic. {Ital. *Si, così, a questo modo, in tal maniera.* Gal. *Ainſi, tellement, voire, ouy.* Hisp. *Si, tambiem.*} Cic. in Verrem. Est ita vt dicitur, Iudices. ¶ Cum negatione idem ferè valet quod valde. Cic. libro 3. Epist. Cassius non ita multum furore vtitur. Idem 2. de Finib. Accessione vtuntur non ita probabili. Idem de Clar. Orator. Illic non ita pridem abiit. Terent. in Andr. Non ita dissimili sunt oratione ac stylo. ¶ Quandoq; optantis. Pacuuius, Ita te dij ament, ita tibi pro voto secundent omnia. ¶ Quandoque illatiua coniunctio est, pro igitur. Cic. Ita nobilissima ciuitas Græciæ & olim potentissima, sepulchrum ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. ¶ Similiter quando componitur cum que, semper est coniunctio causalis, & habet accentum in prima syllaba, idémque significat quod ergo vel igitur. ναὶ δὲ τε. Si autem duæ partes sunt, habet accentum in penultima, & dicimus itáque, ut supra. Terent. in Andr. Imò ita volo, itáque postulo, vt fiat. Plautus in Amph. Verùm ita animatus ita volo, itáque fusum nunc, vt ea te patera donem. ¶ Ita sanè, concedentis est particula cum affirmatione. ναί, πάνυγε.

ITALIA, ἰταλία. Europæ regio, prius Hesperia dicta, ab Hespero Atlantis fratre, qui à fratre ex Africa pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (vt Macrobius inquit) ab Hespero stella, quòd Occasui subiecta sit. Dicta etiam fuit Oenotria, vel à bonitate vini quod in Italia nascitur (nam Græci οἶνον vinum dicunt) vel ab Oenotrio Sabinorum rege. Postea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit, eámque partem in qua postea Turnus regnauit, à suo nomine Italiam appellauit. Virgil. lib. 1. Aene. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt: Terra antiqua, potens armis atque vbere glebæ. Oenotrij coluere viri, nũc fama, minores Italiam dixisse, ducis de nomine gentem. Timæus & Varro, à bobus vocatam dixerunt, quoniam Tauri Græca veteri lingua, Itali vocati sunt, à quorũ multitudine & pulchritudine Italiam dixerũt. Latium autem & Ausonia, non totius Italiæ, sed partium quarundam sunt nomina. Latium enim est ea pars Italiæ quæ citeriori Tyberis ripæ adiacet, vbi hodie est Roma. Ausonia verò dicta fuit Italiæ regio maritima, inter eam agri Brutij partem, qua Siciliæ obiicitur, & Salentinos intercepta: vnde etiam vicinum mare Ausonium appellatum fuit. ¶ Est autem omnis Italia in formam cruris inter Adriaticum & Tuscum mare, à iugis Alpium dorsóque Apennini porrecta, se paulatim attollens vsque ad fretum Siculum. In vltimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium spectat mare, alterum Siculum, in extremitate Rhegium oppidum habens. Eius longitudo quæ ab Augusta prætoria, quæ in Alpino fine sita est, per Romam Capuamque porrigitur, vsque ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & viginti millia passuum continet: latitudo verò quadringenta decem, vbi maior latitudo: vbi verò minor, centum triginta sex, habétque vmbilicum in agro Reatino. Olim tamen ex latere maris superi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Diuiditur autem in tredecim regiones: scilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium siue Aprutium, Picenum, Flaminiam & Aemyliam, seu Romandiolam: Vmbriam, nunc ducatum Spoletanum: Galliam Cisalpinam, Venetiam, nunc Marcham Tarusianam: Iapidiam & Carniam, nunc Forum Iulium, & Istriam.

Italus, a, um, adiectiuum, ἰταλὸς. Quod ex Italia est: vt, Gens Itala. Virgil. 6. Aeneid. Qui maneant Itala de gente nepotes. Idem 3. Aene. Et sæpe Hesperiam, sæpe Italia regna vocare. Horat. 2. Carm. Ode 7. Dius patriis, Italóque cælo.

Italicus, a, um, ἰταλικὸς. vt, Oræ Italicæ. Ouid. 15. Metam. Graia quis Italicis autor potuisset in otis Mœnia.

Italicum, ἰταλικὸν, Philosophiæ genus quoddam nuncupatum ab ea parte Italiæ quæ quondam magna Græcia dicta est, quod (vt docet Augustinus lib. 8. de Ciui. Dei,) autorem habuit Pythagoram Samium: à quo etiam ferunt ipsum Philosophiæ nomen exortum.

ITALICA, ἰταλικὴ, Vrbs Pelignorum, quæ alio nomine Corfinium dicitur, vt ait Strabo libro 5. ¶ Alia Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispa-

Universidad de Deusto Biblioteca

Iensi, teste Plinio lib. 3. cap. 1. patria Silij Italici, à qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

ITALICENSES, *Ἰταλικηνσοι*, Dicti sunt populi ab Italica Hispaniæ Bæticæ vrbe.

Item, aduerb. Significat similiter, quasi iterū idem. ¶ *ὁμοίως, ὡσαύτως*. Ital. *Similmente*. Gal. *Aussi, semblablement, pareillement*. Hisp. *Esso mesmo, semejantemente*. ¶ Autor Donatus, & Valla lib. 2. cap. 51.

Iter, iteris, secūdum Prisc. & itineris, ab antiquo nominatiuo Itiner, quo veteres vsi sunt. ¶ *ἡ ὁδός, ὁδοιπορία*. Ital. *Viaggio*. Gal. *Chemin*. Hisp. *Camino*. ¶ Plautus in Mercator. Ergo itiner meum exequi me fines? Varro, Expectant itiner longo sermone leuare. Genitiuus etiam iteris, quānis hodie non sit in vsu, legitur tamē ablatiuus itere apud Lucretium lib. 5. Concussos itere, & labefactos aëre multo. Dictum iter, ab eundō, cuius supinum est itum: sine ab ito frequentatiuo. Est autem iter idem ferè quod via, vel profectio ipsa, vel etiam nauigatio: vt apud Terentium, Ain' tu tibi incommodum euenisse hoc iter? Non hercle Parmeno verbis dici potest, quantum te ipsa nauigare incommodum est. ¶ Iter facere, *ὁδοιπορεῖν*, est ire: quod & Iter tenere, *τὴν ὁδὸν ἰέναι*, dicimus. Virgil. 1. Aeneid. Quóve tenetis iter? Habere iter, idem quod iturum esse: vt, Iter habeo ad Cæsarem id est oportet me ire, vel iturus sum ad Cæsarem. At Viam facere, *ὁδοποιεῖν*, non est iter facere: sed locum, vbi non erat via, aperire: quod etiam dicimus, viam munire. ¶ Iter pro incœpto, & instituto. Cice. ad Qu. Frat. lib. 3. Quare neque ego impediti Ciceronis iter atque illam disciplinam velo: & ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur: in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. Id est nostro dicendi genere.

Itero, as, penult. corr. Repeto, resumo: quasi iterum aliquid ago. ¶ *ἀναλαμβάνω*. Ital. *Rifare, replicare*. Gal. *Reprendre & repeter quelque chose, la retenir*. Hisp. *Repetir algo la segunda vez, iterar*. ¶ Liuius lib. 1. ab Vrbe, Resistere, atque iterare pugnam iubet. Iterare æquor, apud Horatium lib. 1. Carm. Ode 7. pro iterum nauigare. Iteratu ridiculum, Plaut. Casina. Iterandum eadem ista mihi, Cicer. ad Attic. lib. 14. Iterare campum, terram, agrum, pro iterum proscindere, Colum. lib. 2. cap. 4. Igitur vliginosi campi proscindi debent, post Idus mensis Aprilis; quo tempore quum arati fuerint diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum, vel octauum Calendas Iulias, iteratos esse oportebit: ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos. Idem, Colles pinguis soli, &c. Februario statim proscindendi sunt: deinde de Aprili medio vsque in solstitium iterandi, tertiandique.

Iteratio, onis, Repetitio, resumptio. ¶ *ἀνάληψις*. Ital. *Il replicare qualche cosa*. Gal. *Reprinse & repetition de quelque chose*. Hisp. *Obra de repetir algo la segunda vez*. ¶ Cice. in Orat. Itémque si quæ verborum iterationes contētionem aliquam, & clamorem requirēt, erunt ab hac summissione orationis alienæ. Iteratio, arationis genus qua ager secūdō proscinditur, apud Plin. lib. 18. cap. 20 ¶ Iteratio præterea secūda olearum pressura dicitur, apud Colum. lib. 12. cap. 50. Apud Gellium lib. 3. cap. 18, legitur iterare pro iter facere. Sed eos (inquit) Senatores qui Magistratum curulem nondum acceperant, pedibus iterauisse in Curiam. Quo tamē in loco omnino legendum puto, itauisse.

Itinerarium, Descriptio itineris, hoc est commētarius earum rerum quæ in itinere acciderūt. ¶ *ὁδοιπορικόν*. Ital. *Charta del viaggio*. Gal. *Charte à voiager, liure pour monstrer les chemins & distances des lieux*. Hispani. *Libro de los lugares del camino*.

Itineror, neraris, Iter facio. ¶ *ὁδοιπορέω*. Ital. *Far viaggio*. Gal. *Voiager*. Hisp. *Hazer camino*. ¶ Vtitur hoc verbo Apuleius, & recētiores quidam. Alioqui apud classicos scriptores non temerè occurrit.

Iterum, aduerbium, Idem valens quod rursus. ¶ *αὖθις, αὖ*. Ital. *Vn altra volta, di nuouo, anchora*. Gal. *Encor, derechef, pour la seconde fois*. Hispani. *La segunda vez*. ¶ Virgil. 4. Aeglog. Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. ¶ Interdum significat secundò. *τὸ δεύτερον*. Cicero libro 1. de Innent. Primò quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertiò turpe.

ITHACA, *Ἰθάκη*. Vulgò *Compare*. Insula est in mari Ionio, ante Epirum, in qua regnauit Vlysses. Cicero 1. de Orato. Aeſi nos id (inquit) quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis, ac tanta natura, vt Ithacam illam in aspertimis saxulis, tanquam nidulum, affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, imperij, dignitatis. Hæc ille. ¶ Ab Ithaca, Vlysses Ithacus dicitur, & Ithacensis. Virgil. lib. 2. Aeneid. Hoc Ithacus velit, hoc magno mercentur Atridæ. ¶ In Ithaca vrbs est eiusdem nominis item mons Neritos, *Νήριτος*: à quo tota insula interdum est Neritos appellata, vt annotauit Seruius in illud Virgil. 3. Aeneid. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiúmque, & Neritos ardua saxis, &c.

ITHOME, *Ἰθώμη*. Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione: cuius meminit Homerus in Catalogo. ¶ Est & altera Ithome, in agro Messeniaco quam Lacedæmonij post decem annorum obsidionem in deditionem acceperunt: vt refert Thucyd. lib. 1. Statius lib. 4. Thebaid. Planáque Messene, montanáque nutrit Ithome.

Itidem, penult. corr. Similiter, eodem modo, quasi iterum idem. ¶ *ὡσαύτως, ὁμοίως*. Ital. *Medesimamente, similmente, parimente*. Gal. *Pareillement, semblablement*. Hispani. *Otra y otra vez, semejantemente*. ¶ Terent. Andr. Ibo ad eum, atque hæc eadem quæ tibi dixi, dicam itidem illi. Suetonius de August. Centuriones statione deserta, itidem vt manipulares, capitali, animaduersione punuit.

Itio, onis. Profectio, actus eundi. ¶ *πορεία*. Ital. *L'andare, il partirsi*. Gal. *Partement, allée*. Hispani. *Andadura, partida*. ¶ Terent. Phorm. Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?

Ito, itas, vide EO, IS.

ITON, onis. *Ἴτων*. Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione, ea in parte qua Crocium campū Amphrysus fluuius irrigat. ¶ Hinc Itonia, *Ἰτωνία*, cognominata est Minerua, quòd hoc in oppido eximium habetet templum, summóque cultu veneraretur. Fuit & Itoniæ Mineruæ templum in Bœotia. Vide Strab. lib. 9.

ITVRVM, *Ἴτουρον*, Vmbriæ oppidum est, non procul ab Ispello. Autor Strabo libro 5.

ITVRAEI, *Ἰτουραῖοι*, Populi Syriæ Cœles in Arabiam vergentis, accolas, qui plana incolunt, perpetuis excursionibus infestantes, testa Plinio libro 5. cap. 23. & Strabone libro 16. Hos arcu plurimum vsos fuisse memoriæ traditur: vnde Ituræi arcus à Poëtis maximè celebrantur. Virgil. 2. Georgic. Ituræos taxi curuantur in arcus. Lucan. libro 7. Ituræis cursus fuit inde sagittis. Cicero 5. Philip. Ituræi barbari cum sagittis.

Itus, us, & Itio, verbalia, Vide EO.

ITVRISSA, *Ἰτούρισσα*, Ciuitas est Hispaniæ citerioris in tractu Vasconum, cuius meminit Mela lib. 3, & Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

ITYLVS, & NEIS, Filij fuerunt Zethi ex Aëdone coniuge, quorum Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans eum esse Amalea Amphionis filium: inuidebat enim vxori Amphionis, eo quòd ei sex essent filij masculi. Quæ quum errorem suum cognouisset, optauit mori, sed deorum commiseratione in Carduelem versa, Itylum deflet.

ITYMONEVS, teste Homero, Hyperochi filius, vir in primis strenuus: qui in bello Pyliorum cum Elidensibus à Nestore iaculo est interfectus.

ITYPHALLI, *Ἰτύφαλλοι*, Dicti sunt in sacris Bacchi qui Phallum sequebantur, muliebri veste induti, & ad carminis Phallici, siue Ityphallici numeros saltantes. Erat autem Phallus, teste Suida, membri virilis effigies quæ primùm ex ficulno ligno, postea verò ex aluta rubra fieri solebat, quam sibi ita inter femina adaptabant, vt inde enata videretur.

ITYS, *Ἴτυς*, Terei & Prognes filius fuit, qui (vt est in fabulis) à Progne matre discerptus, & patri epulandus appositus, in phasianum mutatus est. Autor Seruius apud Virgilij in Sileno. Ouid. ad Liuiam, Deflet Threcium Daulias ales Itym. Vide PROGNE.

I ante V.

IVBA, Rex Mauritaniæ fuit, Pompeianarum partium constantissimus assertor, qui Curionem à Cæsare in Africam missum cum omnibus copiis delcuit. Victo verò Pompeio, cū Scipione copias coniunxit: commissóque prælio superatus, quum nulla iam spes reliqua esset, magnificè epulatus, cum Petreio mutuis vulneribus concurrens, fortissimè cecidit. Plutarchus in vita Cæsaris. De Iuba (inquit) rege triumphauit. Eius filius Iuba quoque nomine, puer admodum in eo deductus est triumpho: fortunatissimam vtique captiuitatem, qua effectum est vt ex barbaro inter doctissimos scriptores connumeretur.

Iubæ, arum, Crines animalium à collo pendentes. ¶ *χαίτη*. Ital. *Crini*. Gal. *Les crins*. Hisp. *Las cerneias ò crines*. ¶ Plin. lib. 10. cap. 63, Equarum iubas tondere præcipiunt. Cæsar 1. bello Galli. Equorū iubis subleuari. Plin. lib. 8. cap. 16, Leonis præcipua generositas tunc, quum colla armósque vestiunt iubæ.

Iubatus, a, um, Quod iubas habet. ¶ *ὁ χαίτην ἔχων, ὁ χαιτήεις, χαιτήεσσα*. Ital. *Chi ha crini*. Gal. *Crinu, qui a des crins*. Hispa. *Cosa con aquellas crines*. ¶ Vnde Iubati leones dicuntur qui iubas habent, ad differentiam eorum qui iubas non habent. *χαιτήτες*. Iubati angues, id est cristati, & cernicibus erecti. Plaut. in Amphi. Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo.

Iubar, aris, penult. corr. Propriè est splendor solis, aliorúmve siderum, iubarum quandam similitudinem referens. ¶ *φέγγος*. Ital. *Il splendor del sole ò d'altra stella*. Gal. *Lueur & resplandissent, comme du soleil & estoilles*. Hisp. *La claridad del sol ò otras estrellas*. ¶ Virgil. 4. Aeneid. Et portis iubare exorto delecta iuuentus. Hoc est exorto sole, vel solatibus radiis, non autem Lucifero, vt quidam interpretantur: quod ex eo quod præcedit, facilè potest intelligi: – vbi primos crastinus ortus Extulerit Titan, radiisque retexerit orbē. Ouid. 1. Fast. Et tremulum summa spargit in æde iubar. Et nō tantùm de Solis seu stellæ claritate dicitur, sed etiam de cuiuscunque rei splendore, vt auri, argēti, gemmarum, aut similium rerum. ¶ Vnde & ad maiestatem hominis transfertur. Claud. Per fratris regale iubar.

Iubeo, iubes, iussi, iussum, Impero, præcipio, mando. ¶ *κελεύω, ἐπιτάσσω*. Ital. *Comandare*. Gal. *Commander*. Hisp. *Mandar como señor*. ¶ Terent. in Eunuc. Iubēsne? CH. iubeo, cogo, atque impero. Quintilia. 9. Decl. Nam quanuis infestum latronibus mare iussus intrani: neque dissimulauerim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret. ¶ Interdum ponitur pro rogare. Virgil. lib. 2. Aeneid. Infandum regina iubes renouare dolorem. ¶ Interdum pro precari, optaréque: vt Iubeo te saluere, Iubes me bene sperare. Terent. in Andr. Iubeo Chremetem saluere. ¶ Interdum pro decernere. *ψηφίζομαι*. vt Populus iussit, id est decreuit. ¶ Inuenitur aliquando hoc verbum cum accusatiuo. Lucan. lib. 2, Iámque secuturo iussurus classica Phœbo.

Iussio, onis, Iussus, us, & Iussum, si. Id est mandatum. ¶ *ἐπίταγμα, ἐντολή*. Ital. *Comandamento*. Gal. *Commandement*. Hispa. *El mandamiento*. ¶ Plaut. in Amph. Iouis iussu venio. Plaut. in Curcul. Postquā suo iussu profectus perueni in Cariam. Gell. lib. 10. cap. 20, Lex est generale iussum populi, &c. Virgil. 4. Aeneid. Ille patris iussa exequitur. Sisenn. libro 3, Tamen Tudertibus senatusconsulto & populi iusso dat ciuitatem. A iussus componitur iniussus, us, Terent. in Hecyr. Quamobrem incēdor ira, te esse ausum facere iniussu meo. *ἀπροστάκτως*.

Iubilum, li, Dicitur id quod ex gaudio fit voce, nec tamen verbis explicatur. ¶ *ἀγαλλίασις*. Ital. *Grido che significa allegrezza*. Gal. *Eſcri de ioye*. Hisp. *La grita ò alborbolas como de Moros*. ¶ Silius lib. 13, Et lætus scopulis audiit iubila Cyclops.

Iubilo, as, penultima corr. Est rustica & incondita voce gaudium testari. ¶ *ἀγαλλιάομαι*. Ital. *Iubilare, far festa*. Gal. *S'esiouir de ioye*. Hispa. *Hazer alborbolas con grito como los Moros*. ¶ Iubilare (inquit Festus) est rustica voce inclamare. Augustinus verò sic, Iubilare proprie est, gaudium verbis non posse explicare, & tamen voce testari quod corde conceptum est, & verbis explicari non potest.

Iubilatus, est clamor rusticorum: Quiritatus, vrbanorum, vt ostēdit Valla ex Varronis autoritate.

Iucundus, a, um, Suauis, gratus, lætitiam & voluptatem afferens: à iuuādo dictum, teste Cice. 2. de Finib. propterea quòd quæ iucunda sunt, mentem,

mentem & sensus iuuent. {ἡδέως, ἡδέα. Ital. *Soaue, giocondo, dilettoso, dolce.* Gal. *Plaisant, ioyeux, recreatif, qui donne plaisir.* Hispa. *Cosa que da plazer á otro.*} Vnde iucundæ literæ, iucunda oratio, iucundus aspectus. Cic. ad Attic. Fuit mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Idem 4. Inuect. in Catil. Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas.

Iucunditas, Amœnitas quædam, ex qua nascitur voluptas. {ἡδονή, ἡδύτης, τέρψις. Ital. *Giocondità, piacere che si dona ad alcuno.* Gal. *Resiouissance, plaisir, recreation.* Hisp. *Aquel plazer y alegria.*} Cic. ad Attic. Nihil mihi vnquam fit plutimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quàm quòd meam Tulliolam diligentissimè coluisti.

Iucundè, aduerbium, Suauiter, dulciter. {ἡδέως, τερπνῶς, φιλοφρόνως. Ital. *Giocondamente, con diletto.* Gal. *Ioyeusement, plaisamment, auec recreation.* Hisp. *Plazentera y alegramente.*} Cic. 1. de Fini. Clamat Epicurus is quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucundè viui, nisi sapienter, honestè, iustéque viuatur, &c.

Iucundo, as, Voluptate, & delectatione afficior. {ἡδύνω, τέρπω. Ital. *Hauer piacere, sentir dilettatione.* Gal. *Se recreer, se resiouyr.* Hispa. *Alegrarse.*} Lact. lib. 4. Quotidie autem iucundabar ante faciem eius, quum lætaretur orbe perfecto gaudio affici. ¶ Inuenitur etiam iucúdo, das. Augustlib. 17. de Ciuitate Dei, Exaltasti dexteram, iucundasti omnes inimicos eius. Apud Classicos neutrum facilè inuenias.

IVDÆA, dææ, *Iudæa*, Quæ & Palæstina dicitur, Syriæ regio est, à quo Iudaicus, ca, cum, pro Iudæus, a, um, sicut Hebraicus, Achaicus, Euboicus: pro Hebræo, Achæo, Eubœo. Iuuen. Saty. 14. Iudaicũ ius ediscunt. Diuiditur autem Iudæa in Galilæam, hoc est in eam partem quæ Syriæ iuncta est, & Peræam, hoc est vltetiorem, quæ Arabiæ & Aegypto proxima est, à cæteris Iudææ partibus Iordane amne discreta. Reliqua autem Iudæa diuiditur in decem Toparchias: quas vide apud Plin. libro 5. cap. 14. Dicta autem est Iudæa à Iuda filio Patriarchæ Iacob, quam antea diceretur terra Chanaan. Vide Interpretationes dictionum Biblicarum.

IVDÆVS, *Iudæus*, Qui & Hebræi, à Iuda filio Iacob dicti sunt. Nam licet fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filiis Iacob descenderunt, à Iuda tamen primogenito omnes Iudæi sunt appellati: quia (vt Augustinus inquit) de stirpe eius regnum veniebat Iudæis. Prophetauerat enim Iacob, dicens, Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat qui promissus est. De tribu autem Iuda venit Dominus noster Iesus Christus.

Iudaicus lapis, *Iudaicus λίθος*, Inde nomen accepit, quòd in sola Iudæa nascatur. Candidus est, figura glandis, lineis distinctus inter se æqualibus, velut torno factis. Autor Dioscor. lib. 5. Retinet nomen in Officinis.

Iudex, Iudicatio, Iudicium, vide IVDICO.

Iudico, as, Ius dico, iudicium exerceo, statuo, decerno. {κρίνω, διαιτάω. Ital. *Giudicare.* Gal. *Iuger.* Hispa. *Iuzgar.*} Cic. pro Placco, Itaq; recuperatores contra istum rem minimè dubiam prima actione iudicarunt. Cic. Attic. lib. 6. Consulibus permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarét. ¶ Interdum idem est quod æstimare, & opinionem de re aliqua in animo concipere. Cic. pro M. Marcello, Serui itaque etiam iis iudicibus, qui multis pòst seculis de te iudicabunt, & quidem haud scio an incorruptius quam nos. ¶ Cum accusatiuo personæ idem valet quod condemnare: vt, Iudicare aliquem capitis. Terent. in Adelph. Hominem maximi pretij esse hodie te iudicaui animo meo. Cic. de Amic. Sed vt mihi videris, non rectè iudicas de Catone. Liu. lib. 6. ab Vrbe, Centurionem nobilem militaribus factis, iudicatũ pecuniæ quum duci vidisset, medio foro accurrit. Iudicatum pecuniæ, dixit, pro eo quod est, *iudicatum*, vel condemnatum actione pecuniæ. *κεφάλαιον χρημάτων.* Gell. lib. 20. cap. 1. Quantæque pecuniæ iudicati essent, prædicabatur. ¶ Huius composita sunt, Abiudico, Adiudico, Diiudico, & Præiudico, de quibus suis locis. ¶ Iudicatum facere, est parére iudicato, & persoluere quod iudex dependendum esse pronuntiauit. *διαλῦσαι τὸ κεφάλαιον, καθελεῖν ἃ ἔκρινεν τέλος κρίσεως διδόναι.* Cic. pro Flac. Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. ¶ Iudicare quempiam creditori, est debitorem ei addicere, ita vt abduci possit & vinciri. Plaut. Menæch. Nam ego ad Menæchmum, cui iandiu sum iudicatus, vltrò eo, vt me vineiat. ¶ Iudicassit, pro Iudicauerit: antiquum. Cic. 3. de Legib. Quum magistratus iudicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.

Iudicatus, a, um, participium. {κεκριμένος, κεκλικὼς δίκην. Ital. *Giudicato.* Gal. *Iugé.* Hisp. *Iuzgado.*} Cic. 4. Verr. Atque vt aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatisque, & de iudiciis datis dicere desistamus. Ne iudicatum sit, id est ne valeat sententia, apud Vlpianum de Feriis.

Iudicatio, onis, Actus vel facultas iudicandi. {κρίσις. Ital. *Giudicio.* Gal. *Iugement.* Hisp. *Iuyzio.*} Quintil. lib. 6. cap. 5, Consilium est ratio quædam altè petita, habétque in se & inuẽtionem & iudicationem. ¶ Interdum Iudicationis nomine id dicitur, quod in iudicium venit, & in quo præcipuus causæ totius cardo versatur. *τὸ κρινόμενον.* Cic. 2. de Inuẽt. Quæstio in coniecturali eadem quæ iudicatio.

Iudicatus, us, ui, Iudicatio, Iudicandi facultas, vel officium iudicis. {κρίσις, ἐπίκρισις. Ital. *Giudicio.* Gal. *Iugement, pouuoir & autorité de iuger.* Hispa. *Iuyzio.*} Cic. ad Atti. lib. 12, De Cocceio & Libone quæ scribis, approbo: maximè quòd de iudicato meo respõsum sit. Gell. lib. 14. cap. 2, Iurauí mihi non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum.

Iudicatum, ti, substantiué. {τὸ κεκριμένον, τὸ κεκριμένον πράγμα. Ital. *Cosa giudicata.* Gal. *Chose iugée & decidée.* Hispa. *Cosa iuzgada.*} Est (vt ait Cic. 2. de Inuent.) de quo iam antè sententia alicuius, aut aliquorum constitutum est. Ibidem lib. 1. Iudicatum est res assensione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Idem pro Flacco, Frater meus pro sua æquitate prudentiáque decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret.

Iudicato, aduerb. Idem quod maturo iudicio, & non temere. {σὺν κρίσει, μὴ κρίνων. Ital. *Con giudicio.* Gal. *Auec iugement.* Hispa. *Con iuyzio.*} Gell. lib. 14. cap. 1, An ita ferio iudicatóque pronuntiaret.

Iudex, cis, Quasi ius dicens populo, siue quòd iure disceptet. {κριτής, δικαστής. Ital. *Giudice.* Gal. *Iuge.* Hisp. *El iuez.*} Iure autem disceptare, est iustè iudicare. Est itaque iudex, qui ex iurisdictione propria, aut sibi delegata & commissa, ius habet causas litigantium cognoscendi. Et qui ex propria iurisdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: qui verò ex delegata, dicitur delegatus, seu extraordinarius. Cicer. pro Sext. Rosc. L. Cassius ille, quem populus Romanus veriſſimum & sapientissimum iudicem putabat, idẽtidem in causis quærere solebat, cui bono fuisset. ¶ Iudex rerum, pro æstimatore. Horat. 2. Serm. Saty. 7. -at ipse Subtilis veterum iudex & callidus audit. Cicero 3. de Finib. Quia te æquissimum habeo eorum studiorum, quę mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem.

Iudicium, cij, Est legitima disceptatio duorum aut plurium coram iudice. {κρίσις, δίκη. Ital. *Giudicio.* Gal. *Iugement.* Hisp. *El iuyzio.*} Cic. pro Cecinna, Omnia iudicia aut distrahendarũ controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. Idem pro Qu. Rosc. Aliud est iudiciũ, aliud arbitrium: iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Capitale iudicium, Quintil. lib. 4. cap. 1. Iudicium capitis, Cic. 1. Tuscul. ¶ Apud Iurecõsultos variis modis dicitur iudicium: sed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione causæ discutiẽdæ in iure fit coram iudice: & est actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis, actoris, & rei. Quintil. libro 7. cap. 5, Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. ¶ Accipitur etiam iudicium pro existimatione, siue opinione alicuius. Cic. de Clar. Orat. Intráque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est consequutus.

Iudicialis, & hoc iudiciale, Quod ad iudicium pertinet: vt, Iudiciale genus causarum. {δικανικός. Ital. *Ciò che à giudicio s'appartiene.* Gal. *Iudicial, des apertenances de iugement.* Hispani. *Cosa perteneciente al iuyzio.*} Cicero 1. de Inuent. Iudiciale est quod positum in iudicio, habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & reculationem. Iudiciales suppressiones, Cicero pro Cluentio. Iudicialis molestia, Cicero ad Atticum.

Iudiciarius, a, um, Quod ad iudicem, siue ad iudicium pertinet: vt, Controuersiæ iudiciariæ. *δικανικά.* Cicc. 3. Verrina, Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. Gellius, A Poëtarum & Rhetorum iudiciariæ controuersiæ constitueretur. Gellius, A Poëtarum & Rhetorum iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri?

IVERNIA, *Iuernia* Stephano, Insula est in Septentrionali Oceano tantum ferè à Britannia distans, quantum Britannia ipsa distat à continente. Cæsar Hyberniam vocat: Mela Iuuernam: quo nomine etiam Iuuenalis eam appellat. Satyr. 2, -arma quid vltra Littora Iuuernæ Iuuenalis eam appellat. Satyr. 2, -arma quid vltra Littora Iuuernæ promouimus, & mòdò captas Orcadas, & minima contentos nocte Britannos? Strabo etiam *ipsum* nominat: quem videtur sequutus Claudianus de quarto Honorij Consulatu: Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne. Vulgus *Irlandiam* vocat.

Iugalis, Iugamentum, vide IVGVM.

Iugere, dicuntur mihi, quum vocem emittunt. Festus.

Iugerum, ri, penult. corr. {γῆ πλέθρου τὸ πλῆθος. Ital. *Campo, spatio di terra che vn giorno si ara con vn paio di buoi.* Gal. *Autant de terre que deux bœufs accomplissent labourer en vn iour, deux bœufs de terre.* Hisp. *Vna obrada de vn par de bueyes, espacio de tanto campo quãto pueda arar vn par de bueyes en vn dia.*} In singulari frequentius est secundæ declinationis, & in plurali sæpius per tertiam declinatur, iugera, iugerum, iugeribus: ab antiquo nominatiuo iuger, vel iugus. à quo adhuc in vsu sunt genitiuus iugeris, & ablatiuus iugere. Similiter à nominatiuo iugerum legitur adhuc datiuus & ablatiuus pluralis iugeris. Varro lib. 1. de Re rust. In Hispania vltetiore metiũtur iugis. in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. De genitiuo iugeris, testimonium est apud Pomponiũ Melam, Sed vltrà (inquit) quàm canalem habet, cuchi plus iugeris spatio sublimis. Ablatiuo iugere vsus est Tibullus, Vt multo innumeram iugere pascat ouem. Est autem iugerum mensura, quam Hieronymus Mathematicus ducentis pedibus contineri scribit. *πλέθρου.* Quintilianus autem ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidij in latitudinem: à iugo dictum, teste Plin. lib 8, eo quòd tantum ferè spatij vno iugo boum in die arari possit. Varro lib. 1. cap. 10, Iugerũ, quòd quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus, pedes centum viginti, & longus totidem: is modius, ac mina Latinè appellatur. Iugeri pars minima, dicitur scrupulum, id est decem pedes, & longitudine & latitudine quadratum. Alij iugerum inde dictum putant quòd constet ex duobus actibus quadratis simul iunctis. Columel. libro 5. cap. 1, loqueos de actu quadrato, Hoc duplicatus facit iugerum: & ab eo quod erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit. ¶ A iugerum fit compositum semiiugerum, quod continet dimidium iugeri: hoc est centum & viginti pedes in longitudinem, & sexaginta in latitudinem. Galli olim etiam vocauerunt *Arepennum*, vt testatur Colum. lib. 5. cap. 1.

Iugeratim, Per singula iugera. {κατὰ πλέθρα. Ital. *Per ciascuno giugero.* Gal. *Par demi arpents.* Hisp. *De obrada en obrada.*} Colu. lib. 3. cap. 3, Vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent.

Iuges, Iugis, vide IVGVM.

Iuglans, Est quæ per antonomasiam nux appellatur, & inter nuces primũ locum obtinet. {κάρυον βασιλικόν. Ital. *Noce.* Gal. *Noix.* Hisp. *La nuez.*} dicta quasi Iouis glans, teste Macrobio, ea forma cõpositionis qua Iupiter cõponitur ex nominatiuo antiquo Iouis & Pater, quasi Iouis pater. Creditũ est enim hoc nucis genus Ioni sacrum esse, eo quòd hæc arbor inter omnes nuces suauissimũ ferat fructum. Cloatius, referente Macrobio, Dinglandem primò vocatam scribit, quasi *δὸς βάλανον*: postea detractione primæ literæ, iuglandem. Cicc. 5. Tusc. Instituitque vt candẽtibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerẽt. Constat sanè apud antiquissimos maximo in honore fuisse glandem, antequã mortales ad delicias se conuerterẽt, vt quæ sola simplici vitæ atq; innocuæ aliméta præbebat. Quapropter quũ hunc fructum, scilicet nucem veteres illi egregium existimarent, decorare cum digna appellatione volentes, iuglandem quasi Iouis cibum nuncupauere, ¶ Hanc nucẽ ob excellentiam Græci basilicam appellant, quasi nucem regiã. Plinius, Et iuglandes è Perside à regibus translatas, indicia sunt

Græca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græca nomina. Optima earum genera sunt quæ Persica atque basilica vocant. Persica quidem intactu augentur, vt putamen rumpant, ideóque molluscæ nuces, à putaminis mollitie vocitãtur. ¶ Est & aliud nucis inglandis genus quæ Tarẽtina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, vt vix attrectata frangatur, & autum furto semper exposita. Vnde quidam Tarẽtum appellarum putant, quòd nuces inglandes, & pineas molles habeat, ac similiter oues. Tarentum autem Sabini vocant quod nos dicimus molle. Ad quod alludens Horatius, molle Tarẽtum vocauit. Secundum inter nuces locum obtinet pinea, exiles nucleos habens, quãuis totius corporis magnitudine alias superet. Hęc Sylvestris pinus dicitur ad differentiam alterius quæ vrbana vocatur. Est & tertium genus eius quæ pinus picea appellatur, quòd piceæ potius quàm pino similis sit: ideirco etiam apinam vocant, quasi minimè pinum. Nux hæc autem verius, quàm putamen, adeò mollem habet, vt simul mandatur. Quartum genus, apinastrum vocant. Tertio loco numerãtur anellanæ, quas antea abellinas patrio nomine constat vocitatas, ab Abellino Campaniæ oppido vbi abũdant, cæteris minores: vnde à Satyrico poëta Numæ nuces vocantur. Proprium arboris nomen est corylus. Eædem & Prænestinæ vocantur, quòd his Prænestini abundent: vel quòd à Pœnis obsessi hoc nucis genere famem toleraverint: vt refert Macrob. lib. 3. Satur. Et Pontiæ, quòd in Asiam Græciámque primò é Ponto venẽre, inquit Plin. Hinc illud Papinij ex Hendecasyll. Quicquid nobile Põticis nucetis. Dehinc sequitur amygdala, nucleum habens dissimilem latitudine. Hæc & nux Græca vocatur, & Thasia à Thaso insula Thraciæ adiacente, è regione Nessi fluuij, olim Aeria, & Aethria dicta: cuius populi, Thasij vocantur. Postea nux castanea armata echinato calyce, quæ & Heracleotica. Sunt & castaneæ triangulari forma, quæ in aqua nascuntur, & coctiuæ vocantur.

Iugo, Iugas, vide IVGVM.

IVGVLA, læ, Signum est cæleste quod & Orion dicitur. ἀγλαὸν, de qua Varro, Iugula signum est quod Accius appellat Oriona, quum ait, Citius Orion patebit. Huius signi caput ducitur ex tribus stellis: quas infra duæ claræ, quas appellant humeros: inter quas quod videtur, iugulum: vnde Iugula dicta. Plaut. in Amph. Neque Iugula, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Iugulus, li, penult. corr. vel in neutr. gen. Iugulum, ferè accipitur pro colli parte anteriori, in qua aspera arteria cernitur eminere. ‡ δειρὴ. Ital. *Gola, strozza.* Gal. *Le gosier ou gauion.* Hisp. *El cuello ò garganta, è asilla.* ‡ Periti tamen rei anatomicę iugulos appellant cõcauitates duas in summa thoracis parte sub clauibus sitas: quorum alterum dextrum, alterum sinistrum iugulum nominant, Græcè σφαγαὶ dicuntur. Plin. lib. 11, Vni homini sunt duo iuguli, dextrum, & sinistrum. Apuleius, Per iugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit. Corn. Celsus lib. 8, A dextro ingulo si id factum est, ad alam sinistram à sinistro, ad dextrã. Neutro genere vsus est. Cic. de Fato, Quòd iugula concaua non haberet. Passim tamen (vt iam diximus) iugulus pro parte anteriore colli accipitur: qui locus quia maximè lethalis est & penetrabilis, factum est vt iugulare accipiatur pro quouis modo interficere: pro quo etiã Iugulum ferire frequenter legimus apud idoneos autores. ¶ Dare iugulum, & Petere iugulum. Cicer. pro Mil. Quòd si ita putasset, certè optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non semel ab illo, neq; tum primùm petitum: quàm iugulari à vobis, quia se illi non iugulandum tradidisset. ¶ Ostentare iugulum pro capite alicuius, est velle se obiicere periculo capitis pro vita alterius. Cicer. ad Atti. libro 1. Me verò teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum, audisse quæ consurrectio iudicum facta sit, vt me etiam circunsteterint, vt apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. ¶ Virgil. 10. Aeneid. Hæc loquitur, iugulóque haud insciꝰ accipit ensem. Ouid. 1. Metam. Obstitit vnus iugulum mucrone retolluit. ¶ In agendis causis iugulum petere, tunc dicitur Orator, quãdo quod est potentissimum, id inuadit, ac premit validissimè aduersarium, videtúrque illum iugulare argumẽtis, perinde ac vibratis telis. Κατὰκτεῖναι. Quintil. libro 8. cap. 6. Nam illa agendis causis iam detrita. Pedem conferre, & Iugulum petere, & Sanguinem mittere, inde sunt, nec offendit tamen.

Iugulo, as, Iugulum incido, interficio. ‡ σφάττω, σφάζω. Ital. *Scannare, tagliare la gola.* Gal. *Couper la gorge, esgorger, esgorgeter.* Hispani. *Degollar, cortar el cuello.* ‡ Cicero 5. Tusc. Nec grunnitum audiunt, quum iugulatur sus. Liu. 4. bel. Pun. Inter hæc abstractam penetralibus iugulant. Lact. lib. 3, Qui quum timeant ne ab hoste iugulentur, ipsi se iugulant, vt mortem morte deuitent. ¶ Et nõ solùm de gladio, sed etiam de morbo dicitur. Cels. lib. 3, Quartana neminem iugulat. ¶ Transfertur interdum ad inanimata. Martialis, Scelus est iugulare Falernum. ¶ Iugulare hominem suis verbis, hoc est conuincere. Terent. Eunuc. Pulchrè mehercle dictum, & sapiẽter, papæ: Iugularas hominem, quid ille? Sic apud Cic. 7. Verr. Iugulari suo confessione. Iugulari suo gladio, suóque telo dicitur qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suo inuento, dolóve capitur: denique in quem quocũque modo seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectũ sit. Vide Adagia Erasmi. Iugulare gladio plumbeo, hoc est facilè, nullóque negotio aliquem cõuincere, seu reum peragere. Cicer. Atti. lib. 1. Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri dicere.

Iugulatio, tionis, verbale. ‡ σφαγὴ. Ital. *Scannamento, effo taggliare la gola.* Gal. *Esgorgement, coupemẽt de gorge.* Hisp. *Degollamiento, obra de cortar el cuello.* ‡ Hircius 6. bel. Hispa. Iugulatione oppidanorum facta.

Iugum, iugi, Vertex siue cacumen montis. ‡ κορυφὴ, ἀκρώρεια. Ital. *Sommità di monti.* Gal. *Le sommet ou coupet d'vne montaigne.* Hisp. *La cumbre del monte alto.* ‡ Virgil. 5. Aeglo. Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. Cæsar 4. bel. Gal. Tandem Germani ad dextro latere summum iugum nacti, hoste loco depellunt. Ouid. 1. de Remed. amo. Nũc tua frondosis retia tende iugis. ¶ Est & ligneum instrumẽtum quo iunguntur boues, & ad inuicem arctantur. ‡ ζυγὸς, ζύγιον. Ital. *Giogo, paro.* Gal. *Vn ioug, vn couple.* Hisp. *El yugo para vñr los animales.* ‡ Plin. lib. 8. cap. 16, de leonibus, Iugo subdidit eos, primúsque Romæ ad currum iunxit M. Antonius. Idem lib. 10. cap. 45, Leones iugum subeunt. ¶ Accipitur & pro pari boum. ‡ Ital. *Vn paio di buoi.* Gal. *Vn couple de bœufs, vn paire de bœufs.* Hispa. *La yunta de vn par de bueyes ò otros animales.* ‡ Cicer. 5. Verr. Quid qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. Plin. lib. 9. cap. 15, Nec nisi boum iugis extractus. ¶ Per metaphorã etiam iugum accipitur pro seruitute, onere, vel tyrannide. Cicero 1. Philip. Patriæ iacebetatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant. Hinc iactare iugum apud Iuuenalem, pro, incommodè ferre seruitutis necessitatem. Translatũ à bubus nondum assuetis iugo. ¶ Item lignum quo textores telam conuoluunt. Ouid. lib. 6. Metam. Tela iugo iuncta est: stamẽ secernit arundo. ¶ Præterea iugum dicebatur, sub quo ignominiæ gratia victi hostes mittebantur. Nam fixis in terra duabus hastis, super eas ligabatur tertia: tunc victi hostes discingebãtur, & sub illa transire cogebantur inermes. Cic. 3. Offic. At Tit. Veturius & Sp. Posthumius, quum iterũ Consules essent, quia quum ma

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

mentum. Hispa. *Prenadonente.*} Plaut. in Mil. Venerem, amorem, amœnitatémque accubans exerceo. Et quidem ædepol omnis mores ad venustatem ingigo.

Ingata vitis, à Iugo, quod ad similitudinem militaris iugi fiebat. *ἐυζάλι-γον*, vt suprà videre licet in dictione IVGVM.

IVGVRTHA, Filius fuit Manastabalis, fratris Micipsæ Regis Numidarum, quem Micipsa patruus moriens hæredem regni sui constituit vnà cum duobus filiis suis adhuc impuberibus, Adherbale, & Hyempsale: quos ille postea beneficiorum immemor, insidiis adortus interfecit, vt solus regnaret. Id ægre ferentes Romani bellum aduersus Iugurtham mouerunt: quod ducum inertia, perfidiáque præter omnium expectationem multos in annos est protractum: quo temporis interuallo varia sæpe eventu pugnatum est, donec misso in Numidiam Mario, Iugurtha fractis opibus suis ad Bocchum Mauritaniæ regem confugit: à quo proditus, Syllæque traditus, ad Marium perductus est, & ab eo Romæ in triumpho ductus, tandémque in carcerem coniectus, animi dolore periit. Propert. lib. 3. Victor cum victis pariter miscebitur Vmbris: Consul cũ Mario captæ Iugurtha sedes. Vide Sallustium de bello Iugurthino.

Iuli, *ἴουλοι*. Propriè dicuntur teneræ illæ lanugines, quæ in arboribus flores antecedunt, vt in ficu grossuli. Plin. lib. 16. cap. 29, Ferunt & auellanæ iulos compactili callo ad nihil vtiles. Vnde per metaphorã dicuntur inli teneræ illæ lanugines quæ in iuuenũ genis primæ enascuntur. ¶ Hinc Seruius Ascanium Aeneæ filium Iulum cognominatum existimat, quòd adhuc adolescens, quum primam cœpisset emittere lanuginem, Mezentium singulari certamine superarit: quanquam Virgilius nõ vno in loco etiam antequam in Italiam appelleret, Iulum fuisse cognominatum ostendit. ¶ Est item Iulus vermis multipes, & lanuginosus, arboribus passim adrepens.

IVLIA gens, *ἰούλιον φῦλον*, Dicta est ab Iulo Ascanio Aeneæ filio, siue ab Iulo, Iuli Ascanij filio, vt inquit Festus.

IVLIA, *ἰούλια*, Vrbium multarum nomen est in gratiam C. Iulij Dictatoris impositum. Est enim Iulia Norici oppidum, apud Plin. libro 4. cap. 24. ¶ Iulia Fidentia Hispaniæ oppidum, inter Bætim amnem, & Oceanum situm. Plin. lib. 3. cap. 1. ¶ Iulia elatitas, eiusdem Bæticæ oppidum, in conuentu Astigitano. Plin. ibidem. ¶ Iulia fama, oppidum in eadem Bætica, quà Lusitaniæ proxima est. Plin. ibidem. ¶ Iulia virtus, eiusdem Bæticæ oppidum est, in cõuentu Astigitano, apud eundem lib. 3. cap. 1. ¶ Iulia concordia, eiusdẽ Bæticæ oppidum, ibidem apud eundem. ¶ Iulia contributa, Iulia restituta, eiusdem Bæticæ oppida apud eundem loco iam citato. ¶ Iulia fœlicitas, Lusitaniæ oppidum, notiore nomine Olyssippo appellatum. Plin. lib. 4. cap. 22.

IVLIANVS, *ἰουλιανός*, Imperatoris Romani nomen, qui quum Christo nomen dedisset, factus imperator ab eo defeciit: vnde & Apostatæ cognomen apud Christianos inuenit.

IVLIAS, adis, *ἰουλιάς*, Iudææ oppidum, ad latus exortiuum Genesaræ lacus. Plin. lib. 5. cap. 15.

IVLIOBONA, Oppidum est Calletum, in Gallia Lugdunensi, nõ procul à Lexouiis & Vnellis. Ptolem. lib. 2. cap. 8.

IVLIOBRIGA, *ἰουλιόβριγα*, Cantabrorum oppidum est, in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Plin. lib. 3. cap. 3. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

IVLIOMAGVS, *ἰουλιόμαγος*, Andium oppidum in Gallia Lugdunensi. Ptolem. lib. 2. cap. 8.

IVLIOPOLIS, *ἰουλιόπολις*, Mysiæ oppidum, alio nomine *Ζηδικώμη* appellatum. Plin. lib. 5. cap. 32.

IVLIS, dis, *ἰουλίς*, Ceæ insulæ oppidum, Simonidis Melici patria. Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est & Iulis piscis nomen, cuius ius præcipuum purgandæ alui facultatem habet. Plin. libro 32. cap. 9, Optimum ius è scorpionibus, & iulide, & taxatilibus, nec virus resipientibus.

IVLIVM Sextifirmium. Iulium forum, Iulium castrum, Hispaniæ Bæticæ oppida sunt apud Plin. lib. 3. cap. 1.

IVLIVS, Mensis dictus est quintus à Martio, in honorem Iulij Cæsaris: propterea quòd eo mẽse ad quartum Idus Quintileis fuerit natus. Antea enim Quintilis dicebatur. Vide Macro. lib. 1. Satur. cap. 12, Nimis itaque puerililer labuntur, qui Cæsarem à mense Iulio Iulium dictum putant, quum constet omnium scriptorum testimonio, Iuliorum familiam ab Iulo Ascanio Aeneæ filio nomen traxisse. Virgil. 1. Aene. Iulius à magno demissum nomen Iũlo. Lucan. lib. 9, Gentis Iũlææ vestis clarissimus atris Dat pia thura nepos.

IVLIVS CAESAR, Omnium Romanorum Imperatorum clarissimus fuit, quémque vnum ex Romanis habemus, quẽ Alexandro Macedoni non modò conferre, verumetiam iure possumus præponere. Eius laudes & res gestas paucis perstrictas vide apud Plin. lib. 7. cap. 25, Iuliorum autem nomen, ab Iũlo Ascanio Aeneæ filio tractum putatur: quod & ipsum ostendit Virg. lib. 1. Aene. quum ait, Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar, Imperium Oceano famã qui terminet astris Iulius, à magno demissum nomen Iũlo. ¶ A Iulius fit denominatiuum Iulianus, na, um. Vnde Iuliani milites appellantur à Suetonio veterani milites, quorum opera vsus erat Iulius Cæsar. ¶ Item fasti Iuliani, à Iulio Cæsare confecti. Similiter Vectigalia Iuliana, à Iulio imposita & exacta, apud Ciceronem 13. Antoniana.

IVLIVM Carnicum, Ptolemæo libro 2. cap. 14. Vrbs est inter Italiam & Noricum, in ditione Ducum Austriæ, volgò *Gelitia*.

Iumentum, ti, á iuuando, id est operam præbendo. {*κτῆνος*. Ital. *Giumento, bestie caualine, & bestia della quale ci seruiamo à portar pesi.* Gal. *Iument, toute beste seruant à porter ou tirer.* Hisp. *Bestia de carga como asno.*} Cuius appellatione continentur animalia quæ vel sarcinas gerunt, vel curius trahũt, vel terram excolunt: vt equi, muli, asini, cameli, boues. Columel in Præf. lib. 6. cap. 3, Nec tamen vlla regio est, in qua modò frumenta gignantur, quæ non vt hominum, ita armentorum adiumento iuuetur. Vnde etiam iumenta nomen à re traxere, quòd nostrum laborem vel onera subuectando, vel arando iuuarent. Plin. lib. 8. cap. 8. de camelis, Omnes autem iumentorum in iis terris dorso funguntur. Columella seré iumẽti nomine intelligit equos, non autem boues, vt lib. 1. cap. 6, Nec altius edita esse præsepia conuenit, quàm vt bos aut iumentum sine incommodo stans vesci possit. Idem lib. 6. cap. 19, Machina fabricanda, qua clausa iumenta, bouésque curentur. ¶ Est & iumentum vehiculi genus. *ζύγλη*, quod adiunctis pecoribus trahebatur: quod à iungendo quidam dictum existimant. Gel. lib. 20. cap. 1, Iumentum nõ id solũm significat quod nũc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri iumentum à iungendo dixerunt. ¶ Suo iumento sibi malum accersere, dicitur qui ipse sibi malorum est autor tanquam suo sumptu, sua opera, quasi suopte plaustro, malotum sarcinam apportet sibi. Plaut. Amphitry.

Iuncus, ci, á iungẽdo, quoniam vsus eius ad iuncturas vtilis est. {*σχοῖνος, βρίκος*. Ital. *Giunco*. Gal. *Ionc*. Hisp. *El iunco.*} Iuncorum autem multæ sunt species, de quibus vide Plin. lib. 21. cap. 18. Molli iunco detexere aliquid, Virgil. 1. Aeglo. Palustres iunci, Ouid. 8. Metamor. Limosus iuncus, Virgil. 1. Aeglo. Tibul. lib. 2. Eleg. 3, Et fiscella leuis detexta est vimine iunci.

Iunculus, diminutiuum. {*σχοινίον*. Ital. *Picciolo giunco*. Gal. *Petit ionc*. Hisp. *Pequeño iunco.*} ¶ Iunculos item vocabant cibi genus ex opere dulciario, qui ad similitudinem iuncorum figuratus erat, quales hodie in opere pistorio vænales conspiciuntur. Vel dicitur opus lactarium, siue coagulatum, instar metæ formatum, iuncis inclusum, quæ meta lactis à Martiale dicitur. Vulgus *Iuncatam* à iuncis nominat.

Iunceus, a, um, Quod est ex iunco. {*βούκινος, σχοινος*. Ital. *Di giunco*. Gal. *De ionc*. Hispa. *Cosa de iunco.*} vt, Iuncea eratis, Plinius libro 21. cap. 14. Et apud Colum. lib. 12. cap. 6. Iuncea sporta. ¶ Per translationem, virgo iuncea, id est tenuis, gracilis, & tenera in modum iunci. Terent. Eunucho, -deducunt cibum, Tamesi bona est natura, reddunt curatura inceas.

Iuncinus, adiectiuum, Ex iunco factum. {*σχοινινος*. Ital. *Fatto di giunco*. Gal. *Fait de ionc*. Hisp. *Hecho de iunco.*} Plin. lib 15. cap. 7, Sic & Rhodinum è rosis, iuncinum è iunco.

Iuncosus, a, um, Iuncis plenum. {*σχοινώδης*. Ital. *Pieno de gionchi*. Gal. *Plein de ioncs*. Hispa. *Lleno de juncos.*} Plin. lib. 18, cap. 6, Iuncosus ager verti pala debet. Littora iuncosa, Ouid. lib 7. Metamor.

Iuncetum, ti, Locus iuncis cõsitus. {*σχοινών*. Ital. *Luogo dove sono molti gionchi*. Gal. *Ioncaye, lieu ou croissent les joncs*. Hisp. *Lugar donde nascen muchos juncos.*} Varro 1, de Re rust. cap. 7, Primum genus quod dixi, maximè quærit salicta, secundum arundineta, tertium iuncta.

Iuncus odoratus, A rosæ odore, quem spirat, nomen accepit. *σχοῖνος ὀσμαντικός*. Scapo est exili rubente, flore copioso, vinoso, sapore linguam mordicans. Præstantissimus nascitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. Vide Plin. lib. 12. cap. 22.

IVNO ANNI, vide IN O AVNI.

Iungo, gis, iunxi, iunctum, Connecto, compono, quasi in vnũ ago. {*ζεύγνυμι*. Ital. *Giungere, congiungere*. Gal. *Ioindre, acopler*. Hisp. *Ayuntar.*} Plin. lib. 11. cap. 32, Ceruix articulorum nodis iungitur. Sapientia iuncta eloquentiæ, Cicc. de Clar. Orat. Virgil 8. Aene. Queis neqi mos, neque cultus erat nec iungere tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto. ¶ Huius composita sunt, Adiungo, adiungo, coniungo, disiungo, deiungo, quod est separo. Plautus in Asinaria, Ne nos deiunge amantes. Iniungo, interiungo, subiungo, & seiungo.

Iunctus particip. {*ἐζευγμένος*. Ital. *Congiunto*. Gal. *Ioint, acomplé*. Hisp. *Ayuntado.*} Amor legitimo fœdere iunctus, Ouid. 2. Trist. Elegan. 7. Puella iuncta matrimonio, Liu. 10, bel. Pun.

Iunctio, onis, Idem quod coniunctio. {*σύζευξις*. Ital. *Congiuntione*. Gal. *Conjonction*. Hisp. *Ayuntamiento.*} Cicero 1. Tuscul. Est enim interitus quasi discessus, & secretio earum partium, quæ antè iunctione aliqua tenebantur.

Iunctura, æ, Idem quod cõiunctio. *σύζευξις*. Colu. lib. 2. cap. 2, Hoc enim genus iunturæ maximè probatũ est. Genuum iunctura, Ouid. 2. Metamor. Iunctura verborum, id est compositio, Quintil. lib. 9. cap. 4.

Iunctim, aduerbium, Sine interuallo. {*ἑνικῶς* Ital. *Insieme, giontamẽte*. Gal. *Tout joignant, tout ensemble*. Hispa. *Ayuntadamente.*} Sueto. Magistratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

Iunices, penult. prod. Teneræ ætatis boues fœminæ, quæ iam cessarunt vitulæ esse, necdum tamen ad summam magnitudinem peruenerunt: dictæ quasi iuuencæ, à iuniore ætate. {*δαμάλαι*. Ital. *Manzuole, torelle*. Gal. *Genices, jeunes vaches*. Hispa. *Mugeres mancebas ò nouillas.*} Pers. Satyr. 3, Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquescant. Nominatiuus singularis est iunix. Plautus in Milite, Quàm mox ad stabulum iunix recipiat se de pabulo. Mares autem in eadem ætate, iuuenci, *μόσχοι*, appellantur.

Iuniculus, Palmes vetus in magnam longitudinem, & ad quartum vsque pedamentum porrectus, quod alio nomine draconem vocant, ad masculeta conficienda idoneum. Plinius libro 17. cap. 25, Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alij dracones, alij iunculos vocant, vt faciant quæ masculeta appellant.

Iunior, vide IVVENIS.

Iunipetus, ti, penult. cort. {*ἄγναλλος*. Ital. *Ginepro*. Gal. *Genieure, ou genevre*. Hispani. *El enebro.*} Arbuscula, quæ in locis arenosis frequens nascitur, pro foliis spinas habens perpetuò virentes: vnde & topiario operi idonea est: materiámque habet cariei non obnoxiam. Vide Plinius libro 8. cap. 25.

Iunix, vide IVNICES.

IVNIVS, Mensis. {*ἰούνιος, ἰουνιμαιών*. Ital. *Giugno*. Gal. *Le mois de juing*. Hispa. *El mes de junio.*} à Iunone putatur dictus, quem Iunonialem & Iunonium dicebant. Sed postea detritis quibusdam literis, ex Iunonio Iunius est dictus. Sunt qui putant à Iunio Bruto dictum Iunium, qui primus Romæ factus est Consul, quòd hoc mense scilicet Calendis Iuniis, pulso Tarquinio, sacrum Carneæ deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Alij à iunioribus deriuant, sicut Maium à maioribus. Ouidius lib. 6. Fast. Sic statuit, mensẽsque nota secreuit eadem: Iunius est iuuenum: qui fuit antè, senum.

IVNO, *ἥρα*, Saturni filia fuit, & (vt fabulantur Poëtæ) Iouis & soror & cõiunx. Physici interpretantur per Iunonẽ intelligi aërem: idcirco autem Iouis coniugem, & sororẽ putari, quòd summa sit aëris cum æthere similitudo. Cic. 2. de Nat. deor. Aër, vt Stoici disputant, interiectu: inter

mare

Universidad de Deusto
Biblioteca

mare & cælum, Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & coniunx Iouis, quòd similitudo est ætheris, & cum eo summa cõiunctio. Effœminarunt autem eum, Iunonique tribuerũt, quòd nihil est eo mollius. Et paulo pòst, Sed Iunonem à Iuuando credo nominatam. Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curetis, quæ vtitur cuttu & hasta. Virg. 1. Aene. -hic illius arma, Hic currus fuit. Est & Lucina, quæ partubus præest. Terent. in Andr. Iuno Lucina fer opem. Est regina. Virgil. 1. Aene. Ast ego quæ diuûm incedo regina. Et quia præest nubentibus, Pronuba dicitur. Idem 4. Aeneid. Et pronuba Iuno.

Iunonius, a, um: vt Auis Iunonia, pauo. Ouid. 1. de Arte, Laudatas ostendit auis Iunonia pennas. Iunonius mensis. id est Iunius, Ouid. 6. Fasto. Iunonius puer, dicitur Augustus à Cicerone ad Octauium. Templa Iunonia, Ouid. 3. Trist.

Iunonicolæ, Colentes Iunonem, Ouid. 6. Fast.

Iunonigena, æ, Vulcanus dicitur, Iunonis filius. Ouid. 4. Metamor.

IVNONIA, Duarum insularum nomen est inter Fortunatas, quarum altera Iunonia maior, altera Iunonia minor appellatur: vt ex Iubæ sententia refert Plin. lib. 6. cap. 32. ἰφαλα.

IVPITER, Iupitris, vel Iupiteris, secundum Priscianum, non Iouis: qui genitiuus est non à Iupiter, sed à nominatiuo Iouis. ζῆς. Nam à principio Iouis appellatus est, à iuuando: postea adiuncto altero vocabulo dictus est Iupiter, quasi Iouis siue iuuans pater: sicut Liber pater, & Dis pater dicere solemus. E contrario veteres Veiouẽ appellauerũt Deum, cui dempta esset iuuandi facultas: celebrabant enim quosdam deos, vt prodessent: quosdam, ne obessent, placabant. Fabulantur autem Poëtæ Iouem Opis & Saturni filium fuisse, in Creta insula eodem cum Iunone partu editum, & in Ida monte à Curetibus educatum: idque clam patre, qui ex pactione cum Titano fratre inita, filios suos omnes deuorabat. Quum autem in virum adoleuisset, cognouissétque etiam tunc patrem vitæ suæ insidiari, regno eum pepulit, mũdique imperium cum fratribus Neptuno, & Plutone sortite diuisit: ac Ioui quidem, cæli & terræ: Neptuno, matis: Plutoni, inferorum imperium obtigit. Iunonem deinde sororem suam vxorem duxit, quæ ei Vulcanum peperit. Cic. 3. de Nat. deor. tres enumerat Ioues, cuius hæc sunt verba, Principio Ioues tres numerant ij qui Theologi nominantur: ex quibus primum & secundum natos in Arcadia, alterum patre Aethere: ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cælo, qui genuisse Minervam dicitur, quam principem & inuentricem belli ferunt. Tertium Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Hæc Cicer. Physici interpretantur Iouem esse elementũ ignis, dictúmque Iouem putãt à iuuãdo, eo quòd nulla sit res, quæ sic omnia foueat, quemadmodum calor. A Poëtis dicitur diuûm atq; hominum rex: à maioribus autem Optimus, maximus. Et quidé antè optimus, id est beneficentissimus, quàm opes magnas habere. Cice. contra Clodium prodesse omnibus, quàm opes magnas habere. Cice. contra Clodium pro Domo sua. Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia Pop. Rom. optimum: propter vim, maximum appellauit. ¶ In carmine ferè geminamus p, eo quòd à iuuando putatur deriuari, cuius prima syllaba corripitur. ¶ Ponitur quandoque pro aëre. Horat. Ode 1, Maner sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor. Iuuenalis, -fremeret sæua cum grandine vernus Iuppiter. Vnde & Sub dio dicimus, id est sub aëre. Nam δία Iouem vocant Græci, quem omnia esse voluerunt: vt Valerius Soranus, Iuppiter omnipotens, regum, rerúmque, deúmque Progenitor, genitrixque deũm, Deus vnus & omnes. ¶ Accipitur & pro pluuia. Virgil. lib. 2. Georg. Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis. ¶ Est & Iupiter nomẽ stellæ illius salutaris quæ in ordine secunda est. ¶ Aliquãdo per Iouem intelligimus ipsam vim duorum superiorum elementorum, quæ actiua est dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem. ¶ Iupiter aquilam delegit, Ζεὺς ἄνεμον ἐλέξε. Vbi quis asciscit sibi præclaros, suisque rebus accommodos, Poëtæ fingunt aquilam Ioui fulmẽ porrigere, quòd hæc auis omnium altissimè subuolet, nec ictu fulminis lædatur. ¶ Ne Iupiter quidẽ omnibus placet, Theognis in Sentent. -οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς, Οὔτ' ὢν πολλοῖς ἀνδράσι, οὔτ' ἀπὼν. id est -neque Iupiter ipse, Siue pluat, seu non, vnicuique placet. Hodiéque vulgò dicunt, neminem inueniri qui satisfaciat omnibus. nam aliis alia probantur. ¶ Ponẽ à Ioue atque à fulmine, πρὸ Διὸς καὶ κεραυνοῦ. Refertur à Diogeniano. Admonet nõ esse agẽdum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere, si quando libeat: maximè cum regibus atq; tyrannis. ¶ Stultitia est, Iouem putare esse, τὸν μισθόν, τὸν δία νομίζειν, ὅστις πλουτεῖ, id est, insciti est, natum tot annos, credere esse vllum Iouem. In eum accommodari potest qui grandis natu dicit aut sentit, absurdum quippiam, quum propter ætatem nihil oporteat iam ignorare. Non conuenit enim in natu grandes puerilis superstitio. Recenſetur à Suida. ¶ Iouis suffragium, Διὸς ψῆφος, dicebatur sacrum & inuiolatum. Vnde sententiam eius, cuius sit velut irrefragabilis autoritas, Iouis suffragium rectè dixeris.

IVRA, Mons est Galliæ, Sequanos ab Heluetiis diuidens, autore Cæsare in Commẽtariis. Sunt qui putent eum esse, quem Galli sua lingua vocant *Le mont des faucilles*.

Iuramentum, Iuratus, vide IVRO.

Iurgo, as, Contendo, litigo, rixor. ξυγχομαι χαίνω, λοιδορέω, φιλονεικέω. Ital. *Contendere, litigare*. Gal. *Noiser & tancer, debatre*. Hisp. *Reñir, ò mordaz mente reprehender*. Terent. in Andr. Quum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. Differt autem Iurgate à litigare, & Iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res est. Siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio, vel concertatio, iurgium dicitur: inter inimicos dissensio, lis appellatur. Cic. 4. de Repub. Si iurgant, inquit, benevolorum concertatio est: lis, inimicorum, nõ iurgium dicitur. Idem. Ergo lex putat inter se vicinos non litigare. ¶ Est & iurgor deponens. Horat. 2. Sermo. Saty. 1, -iure inquit Thrasius istis Iurgatur verbis. ¶ Ab his fiunt composita, Obiurgo, & Obiurgor. de quibus alibi.

Iurgium, gij, Contentio, dissensio, & leuior quædam lis, qualis nonnunquam etiam inter amicos solet accidere. ξυλονεικία, ἔρις. Ital. *Contentione, lite*. Gal. *Noise & debat*. Hisp. *Reuella, contencion*. Cic. de Senectu. Vt Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse. Idem 4. Tuscul. Ita, cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium.

Iurgiosus, a, um, Contentiosus seu contumeliosus. ξυλόεις. Ital. *Contentioso*. Gal. *Noiseſ, noiseux*. Hispani. *Rencilloso*. Gell. libro 1. capite 17, Mulier morosa admodum fuisse fertur, & iurgiosa. De Xantipe Socratis vxore.

Iuridicus, Iurisdictio, vide IVS.

Iuro, as, Iureiurando aliquid affirmo, vel nego: quod verbum à iure deductum putatur, quòd iurare propriè sit aliquid ita sanctè promittere, acsi ius esset. ὄμνυμι, ὀμνύω. Ital. *Giurare*. Gal. *Iurer*. Hispa. *Jurar*. Cicero ad Metel. Iuraui iusiurandum veritissimum. ¶ Iurare conceptis verbis, est iurare certa verborũ formula, quam iuraturo præitis qui iuramentum defert. Plautus, in Cistel. At ille conceptis iurauit verbis apud matrem meam, Me vxorẽ ducturum esse. ¶ Iurare in leges alterius: id est iurare se seruaturum leges alterius. Plin. de vir. Illustr. Aqua & igni interdixit ei, qui in leges suas non iurasset. ¶ Iurare in litem. Cicero pro Rosc. Comœdo, Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litẽ non dubitet? Iurare in verba. Cæs. 1. bel. Ciuil. Princeps in hæc verba iurat ipse: ad idem iusiurandum adigit Afranium. ¶ Huius composita sunt. Abiuro, Adiuro, Coniuro, Deiuro, Exiuro, Deiero, Peiero, Obiuro, Præiuro, & Eiuro: quorum significata vide suis locis.

Iuratus, Aliquando actiuè accipitur pro eo qui iurauit. ὁμοσμένος, ἐνόρκιος. Ital. *Che ha giurato*. Gal. *Qui a juré*. Hispa. *El que ha jurado*. Autor ad Herennium, Ex eo quòd ait se non potuisse adesse ita vt iuratus fuerat, id est iurauerat. Sic iniuratus, qui non iurauit. ἀνώμοτος. Idem in Verr. Malo ei iurato suam quàm iniurato aliorum tabellas committere. Plaut. in Amphitr. Nam in iurato, scio, plus credet mihi, quàm iurato tibi. Passiuè protulit Lucan. libro 8, Mihi per Latium iurata tonãtem. Idem lib. 5. vsus est verbo passiuo iuror, Et lætæ iurantur anes bubone siniſtræ.

Iuramentum, ti, Sacramentum, iusiurandum, hoc est affirmatio, vel negatio rei alicuius sacræ attestatione firmata. ὅρκος. Ital. *Giuramento*. Gal. *Iurement, ſerment*. Hispani. *El juramento*. Senec. lib. 2. de Clem. O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regésque iuramentum faciant, hoc est in cuius verba reges, & principes iurent.

Iurandum, di, Idem quod iusiurandũ. ὅρκος. Ital. *Giuramento*. Gal. *Iuremẽt, ſerment*. Hisp. *El juramento*. Plaut. in Cistel. Verùm haud metuo ne iurãdum nostrum quisquam culpitet. Et paulo pòst, Abi quærere, vti tuo iurando satis sit subsidij.

Iureiurare, Idem quod iurare. ὀμνύω. Ital. *Giurare*. Gal. *Iurer*. Hispani. *Jurar*. Liuius Deca. 5. libro 1, Prætores ambo in eadem verba iureiurarunt.

Iurulentus, vide IVS pro liquore.

Ius, iuris, neutr. gener. Liquor eorum quæ coquuntur, & ad coquinariam pertinet. ζωμός. Ital. *Brodo*. Gal. *Brouet, potage*. Hisp. *El caldo de la carne ò pescado*. Plaut. Mostel. Itidem olent quasi quum vnà multa iura confundit coquus. Terent. Eunuc. Quo pacto ex iure hesterno panẽ atrum vorent. Vocare pisces in ius. Varro 3. de Re rust. Sic hos pisces nemo coquus in ius vocare audebit. Ius conditum. Cicero 5. Tuscul. Quid victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nónne videmus? vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod caput cœnæ erat, delectatum. Tum is qui illa cœperat, Minimè mirum: condimenta enim defuerunt.

Iurulentus, a, um, Quod cum iure coctum est. ζωμώδης. Ital. *Cotto con brodo*. Gal. *Qui eſt accoutré en potage*. Hisp. *Cosa guisada con su zumo*. Coru. Celsus lib. 2. cap. 10, Tum res eadem magis alit iurulenta, quàm assa, magis assa, quàm frixa. Varro, Vbi pultem aut iurulenti quid ponebant, à capiendo catinum nominarunt. Apuleius verò in Magiæ Apolo. iusulentum, non iurulentum formauit, sic de Ennio dicens, Ostendit, qualiter quisque piscium assus aut iusulentus optimè sapiat.

Iusculum, siue quod vsitatius est, iuseulum, liquor eorum quæ coquuntur. ζωμίδιον. Ital. *Brodetto, guazzetto*. Gal. *Vn chaudeau, vn petit brouet*. Hispa. *El caldo*. Apuleius, Offendo Photidem, quæ suis dominis parabat mscum fartim conciſum. Cato de Re rust. cap. 156, Posteà inde iusculum frigidum sorbere.

Ius, iuris, à iussu, vt quidam volunt, deducitur. δίκαιον, τὸ δίκαιον. Ital. *Ragione, dritto, giuſticia*. Gal. *Droit, raiſon, juſtice*. Hispani. *Razon, derecho*. Nihil enim aliud est ius, quàm quod vel natura, vel ciuitas, aut populus, vel gens, vel consuetudo iubet. Terent. in Heaut. Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque æquum sciũt? Et differt à lege, quòd ius, generale est: lex, iuris species. Rursus ius ad nõ scripta etiam pertinet, lex tantum ad ius scriptum. Diuiditur autẽ ius, in naturale, gentium, & ciuile. Naturale, quod est commune omni nationi, eo quòd vbique instinctu naturæ habetur, nõ aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso naturæ conditore: vt maris & fœminæ coniunctio, liberorum successio in bonis parentum, puerorum educatio, communis omnium possessio, quia iure naturali omnia hæc omnibus nationibus sunt communia: quemadmodum & rei depositæ vel commodatæ restitutio, violentiæ per vim repulsio, quod tibi vis fieri vt alteri facias, & econtrario. Ius gentium, quo gentes humanæ vtuntur, quod à naturali processisse facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se conuenit: vt scilicet Deo, religioni, patriæ & parentibus pareamus, vt vim atque iniuriam propulsemus. Ius ciuile, quum aliquid communi iuri vel additur vel detrahitur: hoc est quum populus sibi constituit quasi proprium ius ciuitatis. Hoc autem scripto constat, vt sunt leges, plebiscita, Senatusconsulta, principum decreta. Aut sine scripto, vt ea quæ autoritate prudentium fiunt: quæ legũ interpretationes rectius dici possent, quàm leges. Vnde qui hoc profitentur, Interpretes iuris, & Iureconsulti, & Iuris prudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Iuris antistites nominantur. ¶ In ciuili iure Prætorium ius continetur, quod Prætores supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerunt, ob publicam vtilitatem. Hoc à Prætoris honore, honorarium appellatur. ¶ Est etiã ius singulare, quod contra tenorem rationis, ob aliquam vtilitatem autoritate constituẽtium introductum est. ¶ Ius cõsuetudinis, quod in morem vetustas vulgi approbatione produxit. ¶ Ius militare, quo soli milites sunt adstricti, vt belli inferendi soiẽnitas, fœderis faciendi nexus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

signo dato egrediũ in hostes, & pugnæ cõmissio, signo dato receptio, stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, prædæ diuisio pro personarum qualitatibus. Iuris præcepta tria sunt, honestè viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere. ¶ In nostra etiam religione est ius diuinum, in quo diuina oracula comprehẽduntur: & ius principum, quod principes singuli suis regnis præscripserunt. ¶ Aliquando ius ponitur pro autoritate, siue libertate quadam atq; licentia. *Ius regium.* Cice. pro Archia, Quare suo iure noster ille Ennius, sanctos appellat Poëtas, id est sua quadam autoritate, & pro libertate sibi omnium consensu vt grauissimo Poëtæ, concessa. Idem, Pro meo iure dico, quasi confidenter. Hinc sui iuris esse dicuntur, qui nullius imperio sunt subiecti, *αὐτεξούσιοι. αὐτόνομοι.* ¶ Aliquando pro necessitudine: vt, Est mihi cum illo ius cognationis, vel amicitiæ ¶ Aliquando pro loco in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit in id in quo fit: quem locum definiunt, vbicunque Prætor salua maiestate imperij sui, saluóque more maiorum dicere ius constituit. Ius suum obtinere non posse dicebant veteres eum, quem nunc iustitiam habere, vel consequi non posse dicimus. Cice Hic Philodamus, postquam ius suum obtinere non potuit, vt humanitatem, consuetudinemque suam retineret, laborabat. In eadem etiam significatione dicimus, ius suum non retinere. Idem Cicero in Antonium, actione 4, Hoc edicto non Siculi, sed isti ipsi equites Romani, qui ius suum retinere se contra Apronium posse erant arbitrari, splendidi homines, & aliis Prætoribus gratiosi, vincti Apronio traditi sunt.

Iure, ablatiuus, Aliquãdo aduerbialiter ponitur pro eo quod est merito. Quintil. Quis eum id non meruisse, quis non iure passum affirmet?

Iusiurandum, di, Est affirmatio religiosa, vt inquit Cic. lib. 3. Offic. *ὅρκος, ἐπιορκήσειν.* Ital. *Giuramento, sacramento.* Gal. *Iurement, serment.* Hisp. *juramento.* Plaut. in Pseud. Quid item, vt nos, iureiurando quærunt rem. Cice. 3. Offic. Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.

Iurisdictio, onis, Iuris dicendi officium. *δικαιολογία, διάκρισις.* Ital. *Giurisdittione.* Gal. *Iurisdiction, puissance de juger.* Hisp. *jurisdicion como señorio.* Seruius Sulp. Ciceroni, Postero die quum ab eo digressus essem eo consilio vt ab Athenis in Bœotiam irem, reliquámque iurisdictionẽ absoluerem. Cice. 4. Vert. Is vænalem iurisdictionem in Sicilia habuit.

Iurisconsultus, ti, siue Iurecõsultus, Iuris siue legum interpres. *ὁ νομικός, ὁ δικαιογνώμων, σοφὸς νομοθέτης.* Ital. *Giurista, dotto in leggi.* Gal. *Iurisconsulte, jurisse, sauant de loix.* Hispa. *Letrado en la ley y por pleytos.* Cice. 2. de legib. Sed iurisconsulti, siue erroris obiiciendi causa, quò plura, & difficiliora scire videantur: siue (quod similius veri est) ignoratione docendi (nam non solùm scire aliquid artis est, sed quædam ars etiam docẽdi) sæpe quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispertiuntur: velut in hoc ipso genere, quàm magnum illud Scæuolæ faciunt Pontifices ambo, & iidem iurisperitissimi. Consultus iuris, apud Horat. de Arte.

Iuridicus, ca, cum, penult. corr. Quod iurisdictioni destinatũ est, vel quod secundum ius est. *ἴδιος δικαστής.* Ital. *Giuridico, pertinẽte al dritto.* Gal. *Iuridic, apartenant au droit.* Hispani. *Pertenesciente al derecho.* Vnde iuridicus dies, quo ritè ius dici potest. Et iuridica actio, quæ secundum ius est. ¶ Dicitur etiam iuridicus, qui ius dicit. *δικαστής.* Ital. *Giudice.* Gal. *Juge.* Hisp. *Juez.* Seneca in Herc. fur. Flentes Eurydicem iuridici sedẽt. Iuridici conuentus dicuntur in quibus ius redditur. Plin. lib. 3. cap. 1, Iuridici conuentus ei quatuor. id est in quibus iura redduntur.

Iuridicialis, le, Idem quod iudicialis. *δικαστικός.* Ital. *Ciò che à giudice, ò à giudicio s'appartiene.* Gal. *Apartenant à juge ou à juger.* Hispa. *Cosa pertenesciente al juyzio, ò juez.* Cice. 1. de Inuent. Huic generi Hermagoras partes quatuor suppositit, deliberatiuam, demonstratiuam, iuridicialem, negotialem. Iuridicialis status apud Quintil. lib. 3. cap. 8.

Iusculum, vide IVS pro liquore.

Iussus, participium à IVBEO, & Iussum, si, vide IVBEO.

Iustus, Qui à iuris præceptis nõ deflectit. *δίκαιος.* Ital. *Giusto.* Gal. *Iuste.* Hisp. *cosa justa è ygual.* Cic. 1. Offic. Iustus homo, isque quẽ bonum virũ dicimus. Idem pro Sestio, Aristides, qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur. ¶ Interdum ponitur pro satis magno & mediocri, quum & ius ipsum mediocritas quædam sit. Vnde iustam magnitudinem alicuius rei dicimus, quum nec debita minor est, nec modum excedit. Iustum opus, satis magnum, nõ exiguum. Plin. in Præfat. lib. 8, Opere iusto tẽporum nostrorum historiam orsi. Sic iustum prælium, iustum exercitum, historici dicunt magnum, & non contemnẽdum. Sic etiam Asconius, iustas inimicitias, pro magnas apud Ciceronẽ exposuit. ¶ Interdum pro vero. *γνήσιος.* Vnde apud Iureconsultos, qui filiũ adoptat, interrogatus, an velit eum, quem adoptat, iustum sibi filium esse. id est, verum filium. Iustus dominus, pro vero, cui contrarius est alienus. Cice. lib. 1. Offic. Quare L. Syllæ, & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, nõ debet liberalis videri. Iusta materfamiliàs, & Pellex contraria. Liu. 9. bel. Maced. Nam etsi minor ætate quàm Perseus esset, hunc tamẽ iusta matrefamiliàs, illum pellice ortum esse. ¶ A iustus fit compositum iniustus, qui contra ius facit, & qui iustam magnitudinem excedit *ἄδικος.* Cice. 5. Tuscul. quæst. Vir malefícus natura & iniustus. ¶ Interdum accipitur pro nimis magno. Virg. 3. Georg. Iniusto sub fasce viam dum carpit. ¶ Iusti dies qui fuerint apud veteres, apertissimè docet Gell. lib. 20. cap. 1, his verbis, Cõfessi itaq; æris, ac debiti iudicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent. Eósque dies Decemuiri iustos appellauerunt, velut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitionem quãdam & cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset. ¶ Dicebãtur præterea in bellis suscipiendis dies iusti, numero tres & triginta, ab eo scilicet die quo res repetitæ erant per Fecialem: quibus elapsis, nisi reddite res essent, hasta in fines hostium coniecta, bellum indicebatur. De hoc vide Liu. lib. 1. ab Vrbe.

Iustè, aduerbium, Rectè, legitimè, iure. *δικαίως.* Ital. *Giustamente.* Gal. *Iustement.* Hisp. *justa è ygualmente.* Brutus Ciceroni, At hoc, ipsum, inquies, iniquè facis: imò iustissimè. Idem in Sallust. Id vos si forte offendimini, iustius huic quàm mihi succensere debetis. Iustè & legitimè imperare, Cicero lib. 1. Offic.

Iusto, ablatiuus pro aduerbio: vt, Longius iusto, id est longius quàm par est. Quintilia. libro 9. cap. 4, Membrum longius iusto, tardum: breuius, instabile est.

Iusta, Exequiæ, siue parentalia quæ mortuis impenduntur, ita dicta quòd iure fierent his qui de nobis meruerant. *ἐναγίσματα, νεκρώσιμα, στέμματα, ἐπιτάφια.* Ita. *Essequie, pompe funerali.* Gal. *Les obseques, funerailles, sacrifices & ceremonies qu'on faisoit aux trespassez.* Hispa. *Las exequias de los muertos.* Sallust. in Iugurtha, More regio iusta magnificè fecerant. Ouid. Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem. Cice. 2. de Legibus, Non solùm vita cruciari atque dedecore, verùm & sepultura, & iustis exequiarum caruerunt. ¶ Iusta pro constitutis, quæ necessariò præstari debent. Colum. libro 11. cap. 2, Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arbustorúmque siue putatio, siue alligatio sumenda est, quorum iusta certa esse non possunt. Ad iusta perducere, id est ad iustum laborem. Colum. lib. 6. cap. 14. Iusta reddere, opus debitum & consuetum perficere. Colum. lib. 1. cap. 8.

Iustitia, æ, vt inquit Cice. 5. de Finib. Est habitus animi, communi vtilitate seruata, suum cuique tribuens, atque societatem coniunctionis humanæ munificè, atque æquè tuens. *δικαιοσύνη.* Ital. *Giustitia.* Gal. *Iustice.* Hisp. *La justicia que yguala las partes.* Virgil. 1. Aeue. O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem, Iustitiáque dedit gentes frænare superbas. Ouid. 3. de Ponto, Iustitia vires temperat ille suas.

Iustificus, a, um, Iustitiam faciens. *δικαιοῦν.* Ital. *Che fà giustitia.* Gal. *Qui fait justice.* Hisp. *El que haze justicia.* Catull. Argo. Iustifica mens deorum.

Iustitium, tij, Quasi iuris statio dicitur. Est enim iuris dicẽdi intermissio, quæ fieri solet in publico luctu, & Reipublicæ calamitatibus. *ἀνοχὴ δίκης.* Plutarcho. Ital. *Vacatione da tener ragione.* Gal. *Vacation quand on cesse de plaider.* Hisp. *Las vacaciones delos juyzios.* Liu. Dictator quum iustitium edixisset, omnes iuniores sacramẽto adegit. Idem, Iustitium edicit: claudi tabernas tota vrbe iubet: vetat quemquam priuatæ quicquam rei agere. Tristi iustitio clausa fora, Luca. lib. 5. Dicitur & iustitium remittere, pro eo quod est iustitio finem imponere. Liu. lib. 10, Vt Romam reditum est, iustitium remissum est.

IVTVRNA, *Ἰουτούρνη.* Dauni filia, & Turni Rutulorum regis soror, quam Iupiter pro erepta virginitate immortalitate donauit (vt placet Virgil. lib. 12. Aen.) Numicique fluminis nympham fecit. Hæc in bello fratrẽ aduersus Aeneam multùm adiuuit: sed videns fratri necem instare, in Numicum fluuium se occultauit. Alij dicunt eam rẽ habuisse cum Latino rege: eóque palàm facto, sua spõte se in Numicum præcipitauisse. Virg. At procul vt diræ stridorem agnouit & alas Infelix crines scindit Iuturna solutos, &c. ¶ Est & Iuturna, fons Italiæ, prope Numicum salubertimæ aquæ: vnde ad omnia sacra Romã afferebatur aqua. Ad hunc fontem plerique in superioribus Virgilium respexisse volunt.

Iuuamen, vide IVVO.

Iuuenalia, Iuuenalis, vide IVVENIS.

Iuuencus, ci, Bos iunior, qui iam vitulus esse desiit, nondum tamẽ in iustam magnitudinem excreuit. *μόσχος, μόσχη.* Ital. *Manzo, giouenco.* Gal. *Vne jeune beste, vn jeune beuf ou toureau.* Hispa. *El mancebo ò buey nouillo.* Dictus à iuuando, vt Varroni placet, quòd iam dominum in agro colendo adiuuare possit. Colum. libro 6 cap. 2, Nam vbi plaustro aut aratro iuuencum consuescimus, ex domitis bubus valẽtissimum, eundémque placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurrẽtem retrahat, & cunctantem producat. Sociare iuuencos impositio aratro, Stat. 1. Thebaid. Virg. 3. Georg. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Pascit equos: seu quis fortes ad aratra iuuencos. ¶ Iuuencus & iuuenca, non tantùm de bobus, sed & de hominibus iuuenibus intelliguntur. Ouid. Epist. 5, Graia iuuẽca venit, quæ te, patriámque domúmque Perdat, Io prohibe, Graia iuuenca venit. ¶ Propriè tamen iuuenci vel iuuencæ, dicuntur boues qui iam desierunt esse vituli. Varro enim lib. 2. cap. 5. de Re rusti. quatuor distinguit bubuli generis ætates: quarum prima est vitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum. ¶ Iuuencus quoque de homine iuuene. Horatius 2. Carm. Ode 8, Te suis matres metuunt iuuencis, Te senes parci, miseræque nuper Virgines nuptæ. In quem locum annotauit Porphyrion, iuuencum non solùm de bobus, verumetiam de hominibus adolescentulis dici: quamuis in ea significatione frequentius iuuenculos dicamus, & iuuenculas.

Iuuenculus, diminutiuum, *μειρακίων.* Catul. ad puerum, Qui flosculus es iuuenculorum.

Iuuenca, æ, Vacca iunior, quæ iam vitula esse desiit, nondum tamẽ in iustam magnitudinem excreuit. *δαμάλις, πόρις.* Ital. *Manza, manzuela.* Gal. *Genisse, jeune vache.* Hisp. *Manceba ò nouilla.* Virg. 3. Georg. Pascitur in magna sylua formosa iuuenca. ¶ Accipitur aliquando pro puella, vel florentis ætatis muliere. *παῖς.* Ouid. 5. Epist. Graia iuuenca venit, quæ te, patriámque domúmque Perdat: Io, prohibe, Graia iuuenca venit. Reliqua vide in dictione IVVENCVS.

Iuuenis, à iuuando, quòd ea ætas maximè sit apta ad laborem tolerandum. *νέος.* Ital. *Giouane.* Gal. *Ieune, jouuenceau.* Hispa. *Mancebo ò mancebo en edad, joues.* Et à Iureconsultis iuuenes dicuntur, qui adolescentiæ excesserunt ætatem, quoad incipiant inter seniores numerari. Virgil. 5. Aeneid. Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat. ¶ Iuuenes feruidi. Horatius 4. Carm. Ode 13, Possent vt iuuenes visere feruidi, Multo non sine risu, dilapsam in cineres facem. Plinius libro 7. cap. 36, Cornelia enim iuuenis est, & parere adhuc potest. ¶ Hinc formatur comparatiuum iunior. Nam quòd apud Columel. lib. 9. cap. 11, legitur iuueniori examini, arbitror librariorum culpa accidisse: præsertim quum in venerandæ cuiusdam fidei exemplaribus legatur iunioni. Horat. 2. epist. 1, Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno. Iuniores ferui. Plin. libro 8. cap. 32, Alioqui ante frontem prominere solitos iunioribus. ¶ Iuuenis de oue. Colum. lib. 7. cap. 3, Fœmina post bimatum maritari debet, iuuenisque habetur quinquennis. ¶ Iuuenis, pro iuuenili, adiectiuè. Ouid. 7. Metam. & admonitus iuuenes nutricibus annos Posse suis reddi.

Iuuenilis, le, adiecti. Quod ad iuuenem pertinet. *νεανικός.* Ital. *Da giouane, giouanillo.* Gal. *De jeunesse, apartenant à jouuenceau.* Hispa. *Cosa de mancebo.* vt, Aetas iuuenilis. Iuuenile robur, Columel. libro 4. cap. 3. Iuuenilis ludus vel iocus, Liuius 1. ab Vrbe. Virgil. 5. Aeneid. Et mihi quæ fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerint iuuenili in corpore vires. Ouid.lib.5.Triſtium,eleg.3,Integer & lætus,læta & iuuenilia luſi. Idem libro 14.Metamor.Silenúſque ſuis ſemper iuuenilior annis.

Iuueniliter,aduerbium,Quod eſt more iuuenum.ξνεανικῶς. Ital.*A foggia da giouani.* Gal.*A la façon de jeunes gens.* Hiſp.*En manera de mancebo.* ξ Cic. in Catone,Et Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua mollicbat. Ouid.7.Metam.Venatum in ſyluas iuueniliter ire ſolebam.

Iuuenalis,le,adiectiuum,*νεανικός*. Idem quod Iuuenilis. Plin.lib.33. cap. 2,Quum C.Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur. Iuuenalis dies dicebatur feſtũ quoddam quod à iuuenibus peculiariter celebrabatur primo die poſt elapſa Saturnalia, à Caligula primum inſtitutum. Suet.de Calig.Adiecit diem Saturnalibus,appellauitque iuuenalem.

IVVENALIS,*Ἰουβενάλιος*,Nomen propriũ Satyrici Poëtæ,cæteris omnibus, qui argumentum eiuſmodi tractarunt, meritò præferendus,niſi ſecretam illam flagitiorum ſentinam nuſquam non mouens, caſtiores animos à ſui lectione auertiſſet.

Iuuenalia, Erant ludi, qui pro ſalute iuuenum celebrabantur,*νεανικά*. Sidonius, Iam verò iuuenalibus peractis, Quem te prædueris ſequente in ævo, Chattis poſterioribus loquemur. Tacitus lib.14,Ne tamẽ adhuc publico theatro dehoneſtaretur,inſtituit ludos iuuenalium vocabulo,in quos paſſim nomina data.

Iuuenesco,is, Iuuenis fio.ξνεάζω. Ital.*Ingiouenirſi, farſi giouane.* Gal.*Rajeunir.* Hiſpani. *Hazerſe mancebo.* ξ Ouidius 3.Amor.Illius à tactu Pylius iuuenescere poſſet. Plin.libro 34. cap.14. Vites ſqualore deciſo annis omnibus cogimur iuuenescere. Idem lib.8.cap.57,de gliribus, Rurſus æſtate iuuenescunt.

Iuuenari, Temere & inconſideratè,& iuuenum more aliquid dicere, vel facere.ξνεαζεσθαι.Ital.*Parlare inconſideratamente, parlar,da giouane.* Gal.*Faire comme jeunes gens, parler comme eux.* Hiſpa.*Hablar,ò parlar no bien mirando,como mancebo.* ξ Horatius in Arte, Aut nimium teneris iuuenentur verſibus vnquam.

Iuuentus,tutis, Aetas iuuenilis, quæ & iuuenilitas, & iuuenta dicitur. *νέοτης*. Salluſtius, Ibíque iuuentutem ſuam exercuit.¶ Sæpius accipitur pro multitudine iuuenum.ξνεολαία.Ital.*Giouentù.* Gal.*Jeuneſſe,jeunes gens.* Hiſp.*Mocedad ò mancebia.* ξ Seruius Sulpitius Ciceroni, Licitum eſt tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum eligere. Cicero 2. Tuſcul.Iuuentutem laboribus erudiunt.¶ Aliquando ponitur pro dea quæ præeſſe putabatur huic ætati:hoc eſt Hebe Iunonis filia & Herculis vxor.Liu.4.Decad.lib.6, Iuuentutis ædem in circo maximo C.Licinius Lucullus Duũmuir dedicauit. Plin.lib.35. cap.10, Pinxit hic raptum Proſerpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro, ſupra ædiculam Iuuentutis.

Iuuenta,tæ,Aetas iuuenilis.ξνέοτης. Ital.*Giouentù.* Gal.*Jeuneſſe.* Hiſpa.*Mocedad ò mancebia.* ξ Plin.lib.7. cap.13, Aliis ſterilis eſt iuuenta: aliis ſemel in vita datur gignere. Idem lib.9. cap.55, Nec niſi iuuenta conſtat ille qui quæritur vigor. Viridis iuuenta,Virgil.5.Aeneid. Audax iuuenta,Idem 4.Georg. Imbellis iuuenta,Horat.3. Carm.Ode 2.¶ Iuuenta,pro iuuenum multitudine,quæ & iuuentus dicitur.*νεολαία*. Martial. lib.2, Quintiliane vagæ moderator ſummæ iuuentæ. Iuuẽta,dea meliotis ætatis,& iuuenturis,apud Valerium,lib.4.

Iuuentas,Dea quæ iuuentuti præeſſe putabatur.*Ἥβη*. Horat.1.Carm.Ode 30,Et parũ comis ſine te iuuentas. Vbi Acron,Aliud eſt iuuenta,aliud iuuentas,aliud iuuentus. Iuuenta,ætas putatur: iuuentas, ipſum numen: iuuentus, ipſi iuuenes.¶ Accipitur tamen aliquando iuuentas pro ætate ipſa iuuenili. Lucret.lib.5. Tum demum puerili æuo florente iuuentas Occipit,& molli veſtit lanugine malas.

IVVERNA,Inſula eſt non procul à Britannia,quæ vulgò *Irlandia* dicitur, à doctis verò Hybernia. Iuuc.Sat.2, -arma quid vltra Littora Iuuer. næ promouimus,& modò captas Orcadas,& minima contentos nocte Britannos? Græci vocant *ἰσιρνα*, teſte Hermolao. Claudianus in quarto Honorij Conſulatu,vocat Iernam.

Iuuo,as,iuui,iutum, Opem fero, & auxiliot.ξὠνέω, *ἀρκέω*. Ital. *Giouare.* Gal.*Aider.* Hiſp.*Ayudar.* ξ Plautus in Trinummo. -nunc ego te quæſo, Vt me opera & conſilio iuues. Terent.in Heaut.Crede, inquam, mihi, Aut conſolando,aut conſilio,aut re iuuero. Lactant.libro 5. Si eloquentia, ſi virtute ingenij diuinarúmque rerum doctrina iuuiſſet.¶ Iuuare,pro eo quod eſt beneficio & miſericordia proſequi.Cicero 4. Verr.Legis Corneliæ meminit, quæ proſcriptum iuuari vetat. Liuius, Iuuiſſe eos omni commeatu claſſem hoſtium.¶ Iuuat, impersonale:id eſt delectat.*ἥδομαι*. Virgil. 3. Aencid. Iuuat euaſiſſe tot vrbes. Dicimus autem hodie,iuuat me: olim etiam, iuuat mihi. Plaut.in Capt.Neque vnquam quicquam me iuuat quod edo domi. Idem in Ciſtel.Quando ita tibi iuuat,vale atque ſalue.¶ Iuuari paſſiuum, pro adiuuari,& auxilium accipere. Plin.lib.17.cap.17, Quod ſic etiam iuuatur. Ouid.1.de Ponto,eleg.4, Sed vereor,ne me fruſtra ſanare labores: Nec iuuet admota perditus æger ope.

Iuuans,participium.ξὁ ἀφελῶν,ὁ ὠνήσων.Ital.*Aiutante.* Gal.*Aidant.* Hiſp. *Ayudador.* ξ Cicero ad Trebel. Méque diis iuuantibus ante brumam expectabis.

Iuto,as,frequentatiuum,à quo adiuto. Vide ſuo loco.

Iuuamen, Iuuatio, & Iuuamentum, Idem ſignificant, ſcilicet auxilium. *ἀφέλημα,ὄνησις*, Ital.*Giouamento.* Gal.*Aide.* Hiſp.*Ayuda.*

Iuxtà, Præpoſitio ſemper ſeparatur, & ſignificat apud vel prope. ξπαρά. Ital.*Appreſſo.* Gal.*Auprés,jouxte,joignant.* Hiſp.*Cerca.* ξ Virgil.lib.4.Aene. Humilis volat æquora iuxta.Plautus,Iuxta te ſum,vt pié tuearis oportet.¶ Aliquando ſignificat ſimul,coniunctim.*ἅμα*. Varro de Vita pop. Rom.Quum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam, id eſt ſimul cum ancillis.¶ Quando verò aduerbium eſt,ſignificat æquè, ſimiliter,eodem modo. *ὁμοίως*. Plautus.Dixi tibi, mater: iuxta mecum rem tenes. id eſt æquè atque ego. Salluſtius in Iugurt.Hyemem atq; æſtatem iuxta pati.¶ Interdum etiam ſecundum,vel poſt.Gell.lib.4.cap.9, Nigidius figulus,homo (vt ego arbitror) iuxta M.Varronem doctiſſimus.hoc eſt ſecundum Varronem,vel poſt Varronem.

Iuxtim, aduerbium, Significat propè. *πλησίον*. Sueton.in Tyb.Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerunque ſe offerebat conſiliarium,aſſidebátque iuxtim,vel ex aduerſo in parte primori.

I ante X.

Ixia,*ἰξία*, Herba quædam,cum terra colorem mutans:vnde & chamæleonem appellarunt. Ixias autem dicitur *ἀπὸ τοῦ ἰξοῦ*, hoc eſt à viſco, quod quibuſdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro maſtiche vtuntur mulieres. Huius duæ ſunt ſpecies,candido & nigro colore diſtinctæ. Vide Plin.lib.22.cap.18.

IXION, penult. prod. huius Ixionis, penult.corr. *ἰξίων*. Filius fuit Phlegyæ (alij tamen Aetionis, alij Iouis filium faciunt) qui principio vxorem duxit Diam filiam Deionei ſeu Eioneiicui quum multa pro compenſatione dotis pollicitus eſſet, & ob id pater ſponſæ ad eum veniſſet vt munus reciperet, Ixion facta ſcrobe, eáque lignis & ſtramentis inuecta,patrem ſponſæ in ea fraude peremit: à qua cæde quum neq; hominesneque dij eum luſtrare vellent, diúque incertus vagaretur, Iupiter illius miſertus, in cælum aſſumptũ expiauit. Quúmque iam purgatus apud ſuperos degeret, Iunonem amare cœpit, eámque de ſtupro interpellauit. Quod quum Iupiter ab vxore intelleXiſſet, nubem illi ſub Iunonis effigie oppoſuit, ex qua ille Centauros genuit. Deiectus deinde in terrã,quum paſſim gloriaretur cum deorum regina rem habuiſſe, Iupiter indignatus fulmine ad inferos Ixionem detruſit, eráuitque vt ibi rotæ volubili alligatus, perpetuò volutaretur: vnde Ouidius, Volvitur Ixion,& ſequiturque fugitque.

Ixionides, Patronymicum.

Ixon,*ἴξον*, Græci appellant viſcum,quo aues capiuntur: vnde & chamæleonem herbam ixiam vocauere, quòd quibuſdam in locis ad radicem eius viſcum inuenmatur,quo mulieres vice maſtiches vtuntur.

Iynx,iyngis, *ἴυγξ*, Auis quæ verticilla, à colli verſura vocatur. Hæo paulo maior eſt quàm fringilla, colore vario, linguam ſerpentibus ſimilem habet, quam longitudine quatuor digitorum exerit, rurſúmque contrahit intra roſtrum,collum circumagit in aduerſum,reliquo quieſcente corpore. Vnde & turquilla à quibuſdam eſt appellata. Sunt qui & turbinem vocant, putántque auem eſſe amatoriis medicamentis infamem. Frequens auis huius mentio eſt apud Theocritum in Pharmaceutria.

DE LITERA K.

KLitera, Græcorum eſt, non Latinorum, quam ipſi *κάππα* nominant. Ea Latini non vtuntur, niſi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis vtuntur: vt Kyrie eleeſon, *κύριε ἐλέησον*, id eſt Domine miſerere.¶ Sunt autem duæ dictiones. Nam *κύριε* vocatiuus caſus eſt nominatiui *κύριος*: & *ἐλέησον*, imperatiuus aoriſti 1. à verbo *ἐλεέω*. Per apoſtrophon dicimus *κύρι ἐλέησον*. Sed huiuſmodi, quoniam merè Græca ſunt, ſatius fuerit ſcribere Græcis literis. Nam & Priſcianus teſtis eſt, K apud Latinos eſſe ſuperuacuum: & Quintilianus non obſcurè innuit loco eius nos habere literam c, quæ ad omnes vocales vim ſuam perferat.

L



Litera,Latinorum eſt,Græcorum lambda ſono & poteſtate reſpondens, vna ex iis,quæ à Græcis *ἀμετάβολα*, hoc eſt immutabiles, à Latinis liquidæ appellantur. Quo fit, vt mutam immediatè ſubſequens in eadem ſyllaba, præcedentem ſyllabam, ſi breuis fuerit, reddat indifferẽtem. Hinc fit vt Atlas, priorem ſyllabam habeat indifferentem, quum natura breuis ſit. Martial.Non aliter ridetur Atlas cum compare mulo. Et alibi, Conturbabit Atlas. Virgilius eandem producit, 8. Aeneid.At Maiam maximus Atlas. Idem, Atlas generat, cæli qui ſydera fulcit.¶ Nomina verbáque ab hac litera incipientia, ſi cum præpoſitione AD vel IN componantur, poſterior litera præpoſitionis conuertitur in L vt allabor, alluo, illuo, illuſtris,'pro adlabor,adluo, inluo,inluſtris.

LA,ſiue LAA,*λᾶ* Lycophroni, *λάα* Homero,Laconiæ oppidum, edita in petra ſitum:vnde & nomen habet,nam *λᾶς* Græcis petra eſt, vel lapis. Hanc vrbem quum expugnaſſent Caſtor & Pollux, Laperſæ, *λαπίρται*, cognominati ſunt. Incolæ, Lai, *λαεῖς* dicuntur Stephano.

Labarum,penult.corr. *λάβαρον*, Vexillum erat militare, ante Imperatorem geſtari ſolitum, auro intertextum, gemmiſque intermicantibus ſplendidiſſimum: tantæ olim exiſtimationis vt à militari turba adoraretur. Huius deinde loco Conſtantinus crucis Dominicæ inſigne iuſſit præferri. Meminit huius vexilli Ambroſius in Epiſt.Septimius in Apologitico.Sozomenus Hiſtoriæ Tripart.lib.1.cap.5,Et præter hos Caſſiodorus,Rufinus,& Prudentius in Symmachum.

Labaſco,vide LABO.

LABANIS, Inſula eſt in ſinu Arabico,apud Plin.lib.6.cap.28.

LABARA, *λάβαρα*, Cariæ oppidum,apud Stephanum.

LABDA,æ, *λάβδα*, Amphionis cuiuſdam ex Bacchiadarum genere filia fuit: quæ quòd clauda eſſet,& ob id à Bacchiadis cæteris ſperneretur, Eetioni nupſit,eique puerum peperit,quem ab euentu Cypſelum nominauit. Nam quum duo Corinthiis reddita eſſent oracula,quibus illi monebantur, fore vt Labdæ filius Corinthi aliquando tyrannidem inuaderet, miſſi ſunt publico decreto decem viri qui puerum interficerent. Verùm quum fortè puer ei qui primus eum à matre acceperat,arriſiſſet,ille miſericordia motus, adduci non potuit vt eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rurſus alij: atque ita deinceps per manus traditus infans,à decimo matri redditus eſt,nemine eum interficere volente. Poſt hæc illi egreſſi,& pro foribus ſtantes, ſeſe mutuò, & præcipuè eum qui primus puerum acceperat, increpabant qui eum ex conuento non occidiſſet.Quod quum audiſſet Labda quæ intus ad fores abſtabat,puerum in mélura frumentaria,quam cypſelum vocant Græci,occultauit: vnde poſtea mater ei Cypſelo nomen impoſuit. Vide latius hanc hiſtoriam apud Herodotum lib.5.

LABDACVS, *λάβδακος*, Phœnicis filius, qui ſenex Thebas vocatus, ibi aliquandiu regnauit: filiúmque habuit Laium,qui à patre Labdacides vocatur. Statius lib.6.Theb. -nec verbera pallidus abdit Labdacides.

Labdacidæ,

Universidad de Barcelona Biblioteca

Labdatides, penult. corr. λαβδατίδαι, Cognominati sunt Thebani à Labdaco rege Laij patre.

LABDATES, Liburniæ populi sunt apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Labefacio, Labefacto, vide LABFS.

Labellum, vide LABRVM.

LABEO Antistius, Nomen Iureconsulti, à labiorum magnitudine sic dicti. Quicunque enim magna labia habent, labeones, & labrones cognominantur χειλῶνες, χείλωνες. Hic Labeo (vt Gellius ait lib. 14.) iuris ciuilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de iure publicè respondit. Sed cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in grammaticam atque dialecticam, literasque antiquiores altiorésque penetrauit, Latinorúmque verborum origines, rationésque percalluit, eáque præcipuè scientia ad enodandos iuris laqueos vtebatur. Immodica libertate fuisse perhibetur, & nimia vtendi iuris pertinacia, adeò vt D. Augusto iam principe, & Rempublicam obtinente, ratum tamen pensúmque nihil haberet, nisi quod iustum sanctúmque esse, in Romanis antiquitatibus legisset. Quare quum à muliere quadam Tribuni aduersus eum aditi, Gellianum ad eum misissent vt veniret, & mulieri responderet, iussit eum qui missus erat, redire, & Tribunis dicere, ius eos non habere neque se, neque alium quenquam vocandi, quum moribus maiorum Tribu pleb. prehensionem haberent. Posse igitur eos venire, & prehendi se iubere, sed vocandi absentem ius non habere. Vide plura de hoc apud Gellium lib. 13. cap. 10. & 12.

LABERIVS, Poëta Mimographus, à Cæsare annulo equestri donatus, cuius meminit Macrobius Satur. lib. 2. & Gell. lib. 17. ca. 9. Senec. lib. 7. Declamat. Laberium Mimum Diuus Iulius ludis suis produxit: deinde equestri ordini reddidit: quem quum iussisset ire sessum, omnes equites ita se coarctauerunt, vt venientem non reciperent.

Labes, huius labis, fœmin. genet. Ruina, lapsus, à labendo. {πλῶμα, κατάπτωσις, ὄλισθος, λύμη. Ital. *Rouina, macchia.* Gal. *Tache, macule, souillure.* Hisp. *Mancilla ò caymiento.*} Virgil. 2. Aeneid. Hinc mihi prima mali labes. ¶ Est quoque labes violenta quædam illuuies aquæ: aut tempestatis, grandisue ruina: aut quum terra in altissimum hiatum, barathrúmve aperitur. Cicc. 1. de Diuin. Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset. Ibidem, Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque desederint. Labes, atque eluuies ciuitatis, Cicc pro Domo sua. Labes atque pernicies prouinciæ, Idem 2. Verri. ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet ab oleo, aut simili liquore in vestem delapso. κηλὶς, σπίλος. ¶ Frequentius tamen per translationem pro quouis animi vitio accipitur. Cicero pro Domo sua, Hanc labem turpitudinis, & inconstantiæ poterit popu. Roma. dignitas sustinere? Ouid. in Epistol. Deianiræ. Lætáque sit vitæ labe nouerca tuæ. Cicero 3. Offic. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnerat.

Labecula, diminutiuum. {μικρὸν σπίλος, κηλίδιον. Ital. *Picciola taccia, picciola rouina.* Gal. *Petite tache ou souillure ou ruine.* Hispa. *Pequeña mancilla ò caymiento.*} Cicc. in Vatin. Sed quum Annium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, &c.

Labefacio, is, Rumpo, frango, perdo, mobile & instabile reddo. {παραλύω, λυμαίνομαι. Ital. *Destruggere, rouinare, crollare.* Gal. *Rompre & gaster, perdre & corrompre.* Hisp. *Hazer caer à otro, destroyr, quebrar.*} Terent. in Adel. Omnes dentes labefecit mihi. Præterea colaphis tuber est totum caput. ¶ Aliquando pro deterrre, & à constantia abducere. Cicero pro Sestio, Quem nulla vnquam vis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. ¶ Labefacere fidem suam dicitur debitor quum malè soluendo efficit nequis ei quippiam velit credere. Sueton. Rediit sanè nihilo opulentior, vt qui propè labefacta fide, omnia prædia fratri obligaret. ¶ Aliquando pro eneruare, frangere, debilitare, resoluere. Lucret. -vsque adeò Veneris compagibus hærent Membra voluptatis dum vi labefacta liquescant.

Labefactio, onis. {ἡ λύσις, ἡ λύμη, ἡ βλάβη. Ital. *Rouina, sfortamento.* Gal. *Gastement, branslement.* Hisp. *Caida, caimiento.*} Plinius libro 23. cap. 1, Tussim veterem inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœam, dentium labefactionem.

Labefactus, particip. {λελυμένος, λυμαλέος. Ital. *Rotto, guastato.* Gal. *Rompu, gasté.* Hisp. *Rompido, gastado.*} Virg. 4. Aeneid. Animum labefactus amore. Robora labefacta, Ouid. 12. Metamor.

Labefacto, as frequentatiuum, Affligo, perdo, corrumpo, mobile & instabile reddo, vacillare facio. {λυμαίνομαι, παραλύω. Ital. *Rompere guastare, corrompere.* Gal. *Gaster, ruiner, corrompre.* Hil. *Hazer caer à otro, destruyr, gastar, corromper.*} Colum. lib. 2. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quò speciosius ingrediantur sublimes, & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cicc. in Catil. Quòd si legere vel audire velitis, externas maximas Respub. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. ¶ Aliquādo pro commouere, & à proposito auertere. Cicero ad Cornif. Nec verò postea destiti labefactare eum qui summa cum tua iniuria, contumeliáque Reipub. prouinciam absens obtinebat.

LABETIA, Arabiæ oppidum, ab Aelio Gallo dirutum. Plinius libro 6. capite 28.

LABICANVM, λαβικανὸν, à Suetonio in Cæsare accipitur pro villa quadam in agro Labicano. Dictus est autem aget Labicanus à Labicis vicino oppido, cuius meminit Liu. lib. 2. ab Vrbe, Labicos, inquiens, pedi tum vi cepit. Vnde & populi ipsi, Labici dicti sunt, de quibus Virg. lib. 7. Et picti scuta Labici.

LABICI, Vulgò *Valmonte*, Italiæ populi, qui genus suum à Glauco Minois filio traxerunt, quem Labicum appellarunt à scuto militari, intus ansato, quod primus in Italia ostendit. Nam λαβὴ Græcis ansam significat, vel manubrium. Virgil. lib. 7. Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici. Vide LABICANVM.

LABIENVS, prænomine Titus, Cæsaris in Gallia Legatus, qui plurimū in exercitu & gratia valebat & autoritate. Hic post res amplissimas sub Cæsare gestas, instante bello ciuili, defecit ad Pompeium, pertinacissimúmque sese Cæsaris hostem præbuit. Victis enim Pompeianis partibus, Parthos in societatem solicitauit: magnásque eorum copias in Asiam adduxit. Autor Strab. lib. 14. ¶ Fuit præterea Titus quidam Labienus, scriptor immodicæ libertatis, qui quòd in omnes nullo discrimine iuueheretur, Rabies cognominatus est. factúmque est opera inimicorum, vt scripta eius publicè exurerentur. Quod quum intueretur Cassius Seuerus, Nunc me, inquit, vinum exuri oportet, qui ea ad vnguem edidici. Labienus autem ignominiam illam tam grauiter tulit, vt scriptis suis supersites esse noluerit, sed in maiorum suorum monumenta se inferri iusserit, viuúmque ibidem includi.

Labium, bij, & Labrum, bri. Eiusdem sunt significationis. {χεῖλος. Ital. *Labro.* Gal. *Leures, haulieure.* Hispa. *El bezo ò labio de la boca.*} Sunt enim extremitates, & opercula oris, & veluti vallum quoddam ad tegendam dentium deformitatem à natura datum. Persius, Nec fonte labra prolui Caballino. Terent. in Eunuc. Labiis demissis. Cæsar 5. bell. Gall. Capillóque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput, & labrum superius. Martial. lib. 2, Basia dimidio quòd das mihi Posthume labro, &c. ¶ Admonere labra poculis. Virgilius 3. Aeglog. Necdum illis labra admoui, sed condita seruo. ¶ Primoribus seu ptimis labris aliquid degustare, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod est leuiter & perfunctorie aliquid attingere. Cicc. 1. de Nat. deor. Hunc censes primis, vt dicitur, labris gustasse physiologiam? Idē 2. de Orat. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. ¶ Mordere labrum, ἐσθίειν τὰ χείλη, vel hodiernis temporibus vulgo dicitur qui stomachatur, animóque ringitur. Sumptum ab indignantium gestu. Aristoph. in Vespis. ¶ Labra item dicuntur rei cuiusuis extremitates: vnde summi fossatum & fluuiorum margines, labra appellantur. Cæsar 7. bel. Gall. Pollam pedes viginti latam directis lateribus duxit, vt eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. ¶ In vulneribus quoque extremæ oræ, quæ acu iunguntur, labra dicūtur. ¶ Labrum item dicitur vas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Plin. Epistol. 101, Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumiectáque platanos, & subiectu platanis leni aspergine fouet. ¶ Est & labrum genus vasis in balneis ad lauandum aptum, quasi lauabrum. λουτήρ. Cicc. Terent. Labrum si in balneo non est, fac vt sit. ¶ Item quoduis aliud vas amplum & patulum. Virgil. 8. Aene. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis, Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ. ¶ Hinc labra vinaria, lopinaria, & olearia dicūtur, in quibus lupini condūntur, & in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato, Oleum in labrum primum indito. ¶ A labrum in primo significato fit sublabro: de quo infrà. ¶ Apud antiquos etiam labias legimus in fœminino genere. Plaut. in Stich. Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gellium, Labias sensim primores emonemus.

Labo, as, Cado, vacillo, nuto. {σφάλλομαι. Ital. *Cadere, vacillare.* Gal. *Broncher, chanceler, vaciller.* Hisp. *Caer, bambonear.*} Ouid. lib. 11. Metam. Iamque labant cunei, spoliatáque tegmine ceræ Rima patet. Virgil. lib. 2. Aeneid. Labat ariete crebro Ianua. Horat. 3. Carm. Ode 6, Delicta maiorum immeritus lues Romane, donec templa refeceris, Aedésque labantes deorum. Virgil. 12, Aeneid. Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis. ¶ Et per translationem labare sermone, pro inconstanter & timidè loqui. Plin. lib. 14. cap. 22. Labant animi, hoc est deficiūt, Liu. 6. bel. Maced. Labat consilium meum. Cicc. ad Attic. lib. 8. Mens labat. Celsus lib. 2. cap. 7.

Labasco, scis, scere, verbum inchoatiuum, Idem significans quod casum minari, & ruinæ vicinum esse. {καταφέρομαι, ὑποφέρομαι. Ital. *Minacciare rouina, cascare.* Gal. *Commencer à cheoir, vaciller, chanceler.* Hisp. *Caer, amenazar caida.*} Lucret. libro 4, Vincitur in longo spatio tamen atque labascit. ¶ Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de priliina constantia excidere. καταφρονῶν. Terent. Eunu. Labascit victus vno verbo, quàm citò! ¶ Reperitur & labascor, deponens pro neutro. Varro Rerum diuin. libro 7. Postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam populi. Nonius.

Labor, eris, lapsus. Cado, leuiter & sensim deorsum feror. {πίπτω, ὀλισθάνω. Ital *Cascare, scorrere.* Gal. *Cheoir peu à peu, defaillir.* Hisp. *Caer, desfinarse, delezнarse.*} Cicc. de Arusp. resp. Vt aliquis lapsus de cælo cœtus hominum adeat. Lactant. libro 6, Aut hostili aliquo impetu diruuntur, aut certè vetustate ipsa dissoluta labuntur. ¶ Interdum idem est quod in desuetudinem abire, siue exolescere. Liu. in præfat. libro 1, Labente deinde paulatim disciplina. ¶ Aliquando errare, falli, peccare. Cicero 1. de Finib. Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non terè labitur. ¶ Labi etiam dicuntur ij qui in lubrico figentes vestigia in terram ruunt.

Lapsus, us, Ruina, casus, præcipitium. {πτῶσις, ὀλίσθημα. Ital. *Rouina, errore.* Gal. *Cheute, coulement, glissement.* Hispa. *Resualadero, caida.*} Plinius libro 7. cap. 37, Et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. ¶ Per translationem etiam accipitur pro errore, vel culpa per imprudentiam admissa. Plin. libro 5. cap. 1, Haud alio fidei proniore lapsu, quàm vbi falsæ rei grauis autor exstitit. ¶ Item lapsus serpentum, progressus dicitur. Virgil. 2. Aene. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. ¶ Lapsus rotarum à Virgil. 2. Aeneid. dicuntur, quasi labiles rotæ: quibus scilicet subiectis, facilius laberetur ingens ille equus ligneus.

Lapsio, Idem quod lapsus, pro ruina. {ὀλίσθημα, πάλαισμα. Ital. *Rouina.* Gal. *Cheute.* Hisp. *Caida.*} Cic. 4 Tusc. Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis prochuitas, vt significet lapsionem: in neutris habeat superius nomen.

Lapso, as, frequentatiuum, Lubrico, & nutanti gradu incedo. {ὀλισθάνω. Ital. *Scorrere.* Gal. *Se tenir, glisser souuent.* Hispani. *Delezнarse.*} Virgil. 2. Aeneidos. -hæc dicens altaria ad ipsa trementem Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati. ¶ Lapsantem gressum firmare, Silius libro 5.

Labor, oris, Opera, defatigatio. {πόνος, κόπος. Ital. *Fatica.* Gal. *Labeur, peine & trauail.* Hisp. *Trabajo con afan.*} Nec me labor iste grauabit. Valla, Labo primam breuem habet: labor primam longam. Hinc labor, oris, & laboro, as, prima breui: quod an ab altero illorum deriuetur, an ab vtroque potius, liberum opinamur relinquo. Cicc. de Senectu. Nonne melius fuisset otiosam ætatem & quietam sine vllo labore, aut contentione

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione traducere? Ouid. 1 [illegible]e Arte, Pars est exhausta laboris. Cicc. pro Archia. Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus? Labor exercet apes. Virgil. 1. Aeneid. ¶ Labor apud Poëtas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, vel alio quouis incommodo. Virgil. 1. Aeneid. Me quoque per multos similis fortuna labores Iactatam, hac demum voluit consistere terra. Idem 3. Aeneid. Requies ea certa laborum. Ouid. epistol. 9. Series immensa laborum. ¶ Dicitur etiam labos, sicut lepos, arbos. Plaut. Trinummo. Quanquam ibi animo labos grandis capitur. Arduus labos. Valerius 6. Arg. ¶ Laborem serere, πόνον σπείρειν, vulgò dicebantur qui frustra laborarent, quasi nihil fructus è labore reportaturi præter laborem. Diogenianus.

Laboro, as, penult. prod. Fatigor, & cum labore aliquid ago. ἐργάζομαι, πονῶ, κακοπαθῶ. Ital. *Affaticarsi, faticare, durar fatica.* Gal. *Labourer, travailler, peiner, ahanner.* Hisp. *Trabajar afanando.* Seneca. Iugiter fodiendo laborat. Cicc. 5. Verr. Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, vt omnes, &c. ¶ Ambitiosè circa aliquid laborare. Quintil. libro 3. cap. 11. ¶ Arma laborare, id est laborando conficere. Statius 3. Thebaid. ¶ Vnde & per translationem laborare, pro malè habere sumitur. vt quum aliquê laborare quartana, πυρέσσειν, aut laborare podagra dicimus. Plin. Succus eius podagra laborantibus prodest. Laborare ex renibus, Cicc. 2. Tuscul. Laborare ex dolore puerperij. Terent. in Andr. Laborare à frigore, Plin. libro 32. cap. 10. ¶ Aliquando pro conari, siue niti: quod & allaborare dicimus. Cicero de Prouinciis, Nec decreui solùm, sed etiam vt vos decerneretis laborarui. ¶ Interdum idem quod angor, & solicitus sum. φροντίζω. Cicc. epistol. 110, Nam de iudiciis quod quæris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei: sit vel Sellus tam elo quens, vt probare possit se liberum, nõ laboro. Idé Qu. fratri. De filij tui eruditione quod labores nihil est. Idem D. Bruto, Senatum, populúmque Romanum de te laborare non solùm salutis suæ causa, sed etiam dignitatis tuæ. Aliquando pro componere, colere. κοσμεῖν, διαπονεῖν. Virgil. 2. Aeneid. Arte laboratæ vestes, id est compositæ. Et laboratus ager, dicitur qui probè cultus est. καλῶς γεωργόν. Laborati libri, hoc est compositi, elucubrati. Martial. libro 1, Plena laboratis habeas quum scrinia libris, Emittis quare Sosibiane nihil? ¶ Non laboro de hac re: hoc est non curo, neque anxius sum, inquit Budæus. Cicero pro Rosc. Ametino, Quoniam cuius consilio occisus sit inuenio: cuius manu sit percussus, non laboro. Idem 4. Acade. Sed quia non laboro quàm valde ea quæ dico, probaturus sis, eo minus conturbor. ¶ Laborare re frumentaria. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Illi omnia perpeti parati, maximè re frumentaria laborant. ¶ Laborare vitiis. Liu. 4. bel. Maced. Diuersísque duobus vitiis, auaritia & luxuria ciuitatem laborare. ¶ Laboratur, impersonale. Cicer. ad Leutulum lib 1, Laboratur vehementer, inclinata res est. ¶ Huius verbi composita sunt, allaboro, & elaboro: de quibus egimus suprà suis locis.

Laboriosus, a, um. ἐπίπονος, πολυπράγμων. Ital. *Faticoso.* Gal. *Laborieux, penible.* Hisp. *Trabajoso con afan.* vt, Laboriosus homo, dicitur laboris multum sustinens. Cicero pro Cælio, Vos laboriosos existimet, quibus otiosis, nec in communi quidem otio liceat esse. Laboriosus ager, in quo colendo plurimum laboratur. Cæcilius, Durum rus fugit, & laboriosum. Laboriosum opus difficile, & quod non sine labore perficitur. Plaut. in Merc. Laborioso nihil tibi quicquã operis imperabo. Laboriosæ exercitationes. Cicc. 1. de Finib. Quis nostrum exercitationem vllam corporis suscepit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi cõsequatur? Hinc laboriosior, laboriosissimus.

Laboriosè, ἐπιπόνως. Ital. *Faticosamente, con afanno.* Gal. *Auec peine & trauail.* Hisp. *Trabajosamente.* Laboriosius, laboriosissimè, aduerbia. Quod est cum maximo labore. ἐπιπονώτερον. Cicc. 1. Verr. Itaque semper hi diligentissimè, laboriosissiméque accusarunt, qui seipsos in discrimé existimationis venire arbitrati sunt. Idem pro Roscio, Iam quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius, & laboriosius.

Laborifer, penult. corr. adiectiuum. Idem quod laboriosus, seu laboris patiens. ἐπίπονος. Ital. *Saldo alla fattica.* Gal. *Laborieux, qui porte ou endure trauail.* Hispani. *Trabajoso, que trae labor.* vt, Hercules laborifer. Ouid. 9. Metamor. Nãque laborifero quum iam natalis adesset Hercules. Idem 15. Metamor. -numénque superbum Cæde laborifero credunt gaudere iuuenci.

LABORIAE, arum, Vulgò *Terra di lauoro.* Campaniæ pars illa, quæ vulgò terra laboris dicitur, miræ fertilitatis, stipulam tantæ crassitudinis gignens, vt ea incolæ pro ligno vtantur. Dictæ autem sunt Laboriæ, à laboro, eo quòd ad sui cultum plurimùm exigant laboris. Plin. lib. 18. cap. 11. Quantum autem vniuersas terras campus Circumcampanus antecedit, tantum ipsum pars eius quæ Laboriæ vocantur. Finiuntur Laboriæ via ab vtroque latere Consulari, à Puteolis, & à Cumis Capuam ducente. Hinc Laborinus campus. Plin. lib. 17. cap. 4.

LABRADEVS Iupiter, in Catia colebatur: cuius simulachrum primus dicitur confecrasse Arfalis tex, quum Gygæ aduersus Candaulem Lydorum regem suppetias tulisset, indéque secutum Lydorũ regum gestamen, in Cariam retulisset. Securim autem Lydi labryn appellant. Vnde Ioui Labradeo cognomen factum est. Vide Cælium lib. 6. cap. 11. Autor est Plinius libro 32. cap. 2. Labradei Iouis delubrum fontem fuisse anguillis insignem, quæ inaures additas gestabant.

Labrum, bri, vide LABIVM.

Labellum, li, diminutiuum: sicut à flabro, flabellum. ἐπίλαβρον. Ital. *La bretta.* Gal. *Petite lauue.* Hisp. *El beço.* Cicc. 1. de diuin. At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, respõsum est, singulari illum suauitate orationis fore. ¶ Interdum etiam pro vasculi genere ponitur. facto ad similitudinem labri, quo in balneis vti solemus ad lauãdum. Plin. Cinerémque in labellis aqua addita confricant manu, & considere patiuntur.

Labrosus, a, um. Quod extremitates habet, veluti quædam labra prominentes. χειλώδης. Ital. *Cosa con orio, o con labra.* Gal. *Leppu, qui a grosses leures ou gros bord.* Hispa. *Cosa de grandes beços.* Cellus lib. 7. cap. 26. Ferramentum fecit in summa parte labrosum, in ima semicirculatum.

Labrum venereum, Herba est ex genere aculeatarum, echinata fetens capitula, quibus fullones pannis vestibúsque lanam inducunt. ἀφρόλαπαθον. Dioscorides dipsacum appellat. Vulgus Herbariorum *Virgam pastoris.*

Labrus, Piscis genus, cauda placens, ab vno Ouidio memoratum, referente Plin. lib. 32. cap. vlti.

Labrusca, æ, Vitis agrestis, quæ & erratica dicitur. ἄμπελος ἀγρία. Hisp. *La vna dela vid silueſtre.* Ital. *Lambrusca.* Gal. *Vigne sauuage.* Labrusca dicta, teste Seruio, quòd in agrorum labris, hoc est marginibus, & sepibus nascatur. Virgil. in Buc. Syluestris raris sparsit labrusca racemis. Legitur & labruscum neut. gen. Virgil. in Culice, Densaque virgultis auidè labrusca petuntur.

Laburnum, Arbor est Alpina, dura candidáque materia, aquas refugiẽs, cuius florem cubitali longitudine non attingunt apes. Autor Plinius lib. 16. cap. 18.

LABVNETVS, Filius Nictocris reginæ Babyloniæ, tandémque Babyloniorum tyrannus. vide Herod. lib. 1.

LABYRINTHVS, λαβύρινθος, per y, & per th, Locus multis viarum ambagibus inflexus. Quatuor autem præcipuos fuisse Labyrinthos docet Plinius libro 36. cap. 13. Creticum, qui arte maximè fuit spectabilis, à Dædalo, vt putant, factus iussu Minois, qui Minotaurum illi inclusit: cui Athenienses ex fœdere septem quotannis ex liberis suis deuorandos mittebant. Aegyptium in nomo Heracleopolite, omnium maximum & portentosissimum humani ingenij opus, lapideis è Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis, vnde exẽpla sumpsit eius quem in Creta fecit Dædalus; quem Pomponius Mela libro 1. descripsit. Lemnium, columnarum nitore insignem: centum enim & quinque. Lemnium, columnarum nitore insignem: centum enim & quinquaginta columnas habebat. Quartum Italicum à Porsena Hetruscorum rege sepulchri causa extructum. Creticus centesimam tantùm portionem eius qui in Aegypto erat, continebat, itinerum tamẽ ambagibus, occursibus, & recursibus multo admirabilior. Siquis plura noscere cupit, Plinium adeat libro 36. cap. 13. qui verè vesanam illam fuisse dementiam scribit, quæsisse gloriam impendio nulli profuturo, præterea fatigasse regni vires, quum tamen laus maior artificis esset. ¶ Labyrinthum, λαβύρινθον, olim vocabant orationem aut rem quampiam vehementer impeditam & inextricabilem.

Labyrinthæus, a, um, Catullus, Ne Labyrinthæis è flexibus egredientem Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Labyrinthiacus, a, um, apud Mantuanum.

Labyzus, λάβυζος. Aromatis genus, ex quo myrrhæ commisto Persicorum regum diademata solent parari. Est autẽ labyzus, gummi quoddam myrrhæ non dissimile, sed longè pretiosius, odoratiúsque. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 18.

LACAENA, λάκαινα. Fœmininum est à Lacon, significans mulierem ex Laconia. Virgil. 2. Aeneidos, Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ Has euertit opes. Idem 2. Georgic. - Virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

Lac, lactis, Succus maternus, quo animalia nutriuntur, dictum à laciendo, quòd admotis mammis infantes alliciantur. γάλα. Ital. *Latte.* Gal. *Du lait.* Hisp. *Leche.* Virgil. 3. Aegloga. -& lac subducitur agnis. ¶ Lacte, genc. neutro in nominatiuo dixit Plautus in Milite, Tam similem quàm lacte lacti est. Idem in Menæch. Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, mihi crede, viquam similius. Lac schiston, γάλα σχιστὸν appellatur in qua pars caseosa separata est à serosa. Lac Cyrenaicum, laserpitij succus, quod & Laser appellatur, in Cyrenaica regione primùm repertum. Vide infrà in dictionibus LASER & LASERPITIVM.

Lactes, pluralis numeri, gen. fœm. τὰ μεσεντέρια. Dicuntur graciliora intestina per quæ labitur cibus, quæ tria sunt, tenue, ieiunum, pylorus: intestina per quæ labitur cibus, quæ tria sunt, tenue, ieiunum, pylorus: innolnuntúrque mensenterio, vt à spinæ contactu duro munitiora tutioráque redduntur. Dictæ lactes à lacte, aut propter mollitiem, aut propter cãdorem pinguedinis: aut certè ab antiquo verbo lacio, propterea quòd cibum alliciant. Plaut. Curcul. Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus. Plinius existimat lactes tantùm in hominibus & ouibus dici, in cæteris autem animalibus ille appellari. Eius verba sunt libro 11. cap. 37. Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in cæteris, illæ: à quibus capaciora intestina ad aluum, homine flexuosissimis orbibus. ¶ Quidam pro intestinis pinguibus accipiunt: vnde Persius, Emetis auriculas pulmone & lactibus vnctis.

Lactarius, a, um, Quod lac in se habet, siue succum lacteum. γαλακτώδες. Ital. *Che ha latte.* Gal. *Laitier, qui rend du lait.* Hispani. *Cosa que tiene leche.* Plin. lib. 26. cap. 8, Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam. Lactaria animalia, quæ lactis gratia pascuntur. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1, Dandum bubus lupinum & lactariis medica & cythisum.

Lactarius, rij, Pistor qui cibos ex lacte cõficit. γαλακτοπώλης. Spartianus in Heliogabalo, Dulciarios & lactarios tales habuit, vt quæcunque coqui de diuersis eduliis exhibuissent, vel structores, vel pomarij, illi modò de dulcibus, modò de lactariis exhiberent.

Lacteus, a, um, Quod ex lacte est. γαλακτώδης. Ital. *Di latte.* Gal. *De lait.* Hispa. *Cosa toda de leche.* Quandoque accipitur pro niueo & lactis candorem referente: vt, Colla lactea. Virgil. 8. Aeneid. -tum lactea colla Auro innectuntur. Lacteus porcus qui lacte alitur. Martial. libro 5, Nondúmque victa lacteum faba porcum, hoc est porcum adhuc lactentem, & fabam per ætatem frangere non valentem. ¶ Lacteus orbis, siue circulus, in cælo dicitur, quem Græci γαλαξίαν vocant: vtroque nomine à lactis candore deducto. Cicero in Somn. Scipio. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt à Graiis accepistis) orbem lacteum nuncupatis. Plin. lib. 2. cap. 25, Omnes fermè sub ipso Septentrione aliqua eius parte non cernitur, sed maximè in candida, quæ lactei circuli nomẽ accepit. Vide Macro. in Somn. Scipio.

Lacteolus, a, um, diminutiuum. ὑγαλακτώδης. vt, puellæ lacteolæ, Catull. in Camerium, Epigram. 51. Folia lacteola, Politianus in Elegia quadam de violis.

Lacteo, es, Lac fugo. γαλάζω. Ital. *Lattare.* Gal. *Teter, faire du lait de la mamelle.* Hisp. *Mamar la leche.* Var. 2. de Re rust. cap. 5, Lactentes cum matribus ne cubent. Cicero 2. de Diuin. Romulus lactens fulmine ictus.

Vnde

Vnde lactens porcus est, qui adhuc lac sugit. Varro 2. de Re rust. cap. 4, Porci qui depulsi sunt à mamma, à quibusdam delici vocantur: neque iam lactentes dicuntur Lactentia frumenta vocat Virg. lib. 1. Georg, nuper lactescentia, hoc est albescentia & lactis colorem referentia.

Lactesco, is, ere, Est in lac conuerti. {γαλακτῶδες. Ital. *conuertarsi in latte.* Gal. *Deuenir lait, auoir du lait.* Hispani. *Ser à hazerse leche.* } Cicero 3. de Natur. deor. Omnis ferè arbus matrum lactescere incipit. Nonnúquam idem quod lacte impleri. Plin. libro 11. cap. 41, Asinæ prægnantes continuè lactescunt.

Lacto, as. Lac præbeo, quod propriè matrum est. {γαλάζω. Ital. *Lattare, dar il latte.* Gal. *Alaitter.* Hisp. *Dar à mamar la leche.* } Varro 2. de Re rust. cap. 7, Anniculis iam factis dandum hordeum, & furfures vsquequo aderunt lactantes. Lactans mulier propriè dicitur quæ lac in mammis habet. Gell. lib. 12. cap. 1, Nam plerunq; sine discrimine quæcunque lactans est eo tempore, offerri solet. Cellus lib. 2. cap. 28, videtur lactãtia accipere pro lactariis: hoc est pro iis quæ ex lacte cõfecta sunt. Lac (inquit) mel, adeóque lactantia, atq; omne pistorum opus. Idem cap. 29, eiusdem libri, Mel crudum, lac, lactãtia omnia, mulsum. ¶ A lacto fit compositum ablacto, hoc est à lacte arceo: quod vide suo loco. ¶ Est præterea lacto frequẽtatiuum ab antiquo verbo lacio, quod significat decipio, & per blanditias in fraudem illicio. *ἀπάτημα, δόλος, δόλωμα.* Terent. in Andr. Nónne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudiũ, Nisi me lactasses amantẽ, & falsa spe produceres? ibidem, Tunc hîc homines adolescẽtulos, imperitos rerum, eductos liberè in fraudem illicis? Solicitando, & pollicitando animos eorum lactas?

Lactatus, us, ui, Actus ipse lactandi. {γαλακτισμός, πάντωσις. Ital. *Lattamento.* Gal. *Alaittement, tettement.* Hisp. *Aquella obra de dar à mamar la leche.* } Plin. lib. 32. cap. 2, Ob id sibilo à piscatoribus tanquam serpentibus euocari, & capi, pinguescere lactatu, &c. De murænis.

LACCOBRIGA, λακκόβριγα. Oppidum Vaccæorum, in Hispania Tarraconensi. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

LACCOPLVTI, λακκόπλουτοι. Cognominati sunt Callix Athenienses posteri, propterea quòd is Callias repente ditatus esset thesauro in campis Marathoniis subter terram inuẽto. Nam Græci λάκκους appellabant quos & fyros dicimus, hoc est loca subterranea, in quibus vinũ, oleum, frumentáve recondebant. Vnde & laccum pro sepulchro vsurpat Psalmorum interpres, καὶ ἐμιάνθησαν τῇ κοπρίᾳ αὐτῶν εἰς λάκκον. Hoc est, Et similis ero descendentibus in laccum.

LACEDAEMON, onis, λακεδαίμων, Vulgò *Mezistra*, Clarissima totius Peloponnesi vrbs Lycurgi legibus optimè instituta, alio nomine Sparta dicta, Menelai olim regia. Dicta Lacedæmon à Lacedæmone Iouis & Taygetes filio. Virg. 7. Aeneid. At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor. ¶ Huius ciues, Lacedæmonij dicũtur, & Lacones. Vegetius etiam Lacedæmonas appellat, lib. 3, Athenienses, inquit, & Lacedæmonas & Macedonas rerum potitos.

Lacer, ri. & Lacerus, a, um, penult. corr. Dilaniatus, {διεῤῥωγώς, διαλελυμένος, διεσπασμένος. Ital. *Straccato, squarciato.* Gal. *Deschiré, desmembré, mutilé.* Hispani. *Despedaçado en partes.* } Propriè, ait Asconius, lacerus dicitur amputatus membris, aut oculis, vel auribus. Virgil. 6. Aene. Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora, manúsque ambas, populatáque tempora raptis Auribus, & trũcas inhonesto vulnere nares. Tacitus, Donec soluta compage scutorum, exangues, lacerósque prosternerent. Lacer (inquit Festus) dicitur qui auribus curtatus est: item, Lacerum, quodcunque in corpore imminutum.

Lacero, as, Dilanio, mẽbratim discerpo. {διασπάω, διαῤῥήγνυμι. Ital. *Stracciare, squarciare.* Gal. *Deschirer, desmẽbrer, mutiler, mettre par pieces.* Hisp. *Despedaçar en partes.* } Virgil. 3. Aeneid. Quid miserum Aenean laceras? Terent. Adel. Tum autem Syrum impulsorem, vah quibus illum laceratem modis. Laceratæ morsu viscera, Cicero 2. Tuscul. Lacerare vnguibus, Ibidem. Lacerare motsu viscera, Cicero 2. Tuscul. Lacerare vnguibus, Ibidem. Lacerare diem, Lacerare homines malè suadendo, Plaut. Curculione. Lacerare diem, in vanum consumere tempus diei, Plautus in Sticho. Lacerate rem suam, absumere bona sua, Plaut. Merc. Lacerat me meus mœror. Cicero ad Attic. lib. 3.

Laceratio, onis, verbale. {διαῤῥήγνυσις. Ital. *Straccamento, smembramento.* Gal. *Deschirement, desmembrement.* Hispa. *Despedaçadura.* } Cicc. in Pis. An ego ite & Gabinium cruci suffixos videtem, maiore afficiar lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex infamia? Muliebres lacerationes genarum, Cicero 3. Tuscula.

Lacerna, æ, Vestis exterioris genus, pluuiæ frigoríscq; iniuriæ propulsandæ in primis accommodatum {φαιλόνης. Ital. *Mantello.* Gal. *Manteau.* Hisp. *La vestidura trepada, capa de cemmo.* } Plin. lib. 18. cap. 25, de Virgiliarum occasu agens, Ergo ex occasu eius de hyeme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris auaritia. Nubilo occasu pluuiosam hyemem denuntiant, statimq; augentur lacernarum pretia. Hactenus Plinius. Ob eãdem etiam causam à viatoribus lacernæ sumebantur, præsertim ab iis qui expeditè & sine togæ impedimento inter facere volebant. Hinc M. Antonio obiicit Cicero, quòd nimio festinandi studio ordinis magistratúsq; sui oblitus, non toga aut calceis ornatus, vt Consulis, sed gallicis, & lacerna, vt quiuis è vulgo, in vrbem rediisset. Verba eius sunt hæc, 2. Philippica, Nam quòd quærebas, quomodo sct. Verba eius sunt hæc, 2. Philippica, Nam quòd quærebas, quomodo redissem, primùm luce, nõ tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. In castris item nobiliores lacernis vtebantur. Propert. lib. 3. Texitur in castris quarta lacerna tuis. Ouid. 2. Fast. Mittẽda est domino, nunc nũc properate puellæ, Quàm primũ nostra facta lacerna manu. Verba sunt Lucretiæ puellas suas ad opus adhortantis, vt viro suo in Ardea obsidione agenti lacernam mitteret. Lacertantis, vt viro suo in Ardea obsidione agenti lacernam mitteret. Lacernis item in spectaculis vtebantur, & potissimum candidis, quæ togis item in spectaculis vtebantur, & potissimum candidis, quæ togis superinduebantur. Martia. in Distichis, Amphitheatrales nos commendamur ad vsus, Quum tegit algentes nostra lacerna togas. Candidis autem potissimùm lacernis in spectaculis vsos fuisse, satis indicat Epigramma Martialis in Horatium quendam, qui quum solus nigra lacerna spectaculis interesset, cæteris omnibus albatis, factum est vt repentè cadente niue, cæteris concolor redderetur. Verba eius sunt hæc,

Spectabat modò solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs, & minor ordo, maximúsque
Sancto cum duce candidus sederet:
Toto nix cecidit repentè cælo:

Albis spectat Horatius lacernis. Mulieres quoque lacernis quandoque vsas legimus. Iuuen. Saty. 1. Ipse lacernatæ dum se iactaret amicæ. ¶ Festus lacernam dictam putat, quasi laceram, hoc est parte aliqua imminutam, eo quòd minor sit (vt ille ait) capitio.

Lacernatus penul. prod. Qui lacerna est indutus. {ὁ μανδύᾳ κεκοσμημένος, φαιλόνῃ ἐσθῆτι. Ital. *Mantellato.* Gal. *Emmantelé.* Hispan. *Vestido di tal vestidura.* } vt. amica lacernata, Iuuen. Saty. 1.

Lacerta, æ, {σαῦρος. Ital. *Lucerta.* Gal. *Laisarde.* Hisp. *Lagarto animal reptile.* } vel Lacertus, ti, Serpentis genus notissimum, inde nomen habẽs quòd pedes habent ad nostrorum lacertorum, hoc est brachiorum similitudinem accedentes. *σαῦρος.* Eius duo sunt genera colore & magnitudine distincta. Minorem zignyda vocant, siue chalcidem, tergo ferrugineo maculis quibusdam nigricantibus distincto. Alterum genus viride est, superiore multo maius, Italiæ quàm nostris regionibus frequentius. Vtroque in genere mas lacertus dicitur. Virgil. Aegloga 2, Nunc virides etiam occultant spinetа lacertos. Cice. ad Att. lib. 2, Nam ad lacertas captandas, tempestates non sunt idoneæ.

Lacertus, Piscis genus mari peculiare, cuius multæ enumerantur species à Plinio lib 32. capi. vlti. *σαῦρος.* Martialis, Quum saxetani fertur tibi cauda lacerti.

Lacertus item in homine dicitur summa brachij pars, inter scapulæ & cubiti ossa intercepta, quæ à Celso humerus, à Galeno βραχίων appellatur. {ὁ ἀπὸ τοῦ βραχίονος μῦς, ὁ μυῶν, ἀγκάλης τόνος, alij βραχίων. Ita. *Muscolo, la parte carnosa del corpo, doue è la forza, il braccio.* Gal. *Muscle, & partie charnue du corps, comme la fourc du bras, le bras.* Hisp. *El morcillo de musso o braço, el braço.* } Ouid. 1. Metam. Laudat digitósque manúsque, Brachiáque, & nudos media plus parte lacertos. Virg. 5. Aene. Ferit æthera clamor Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis. Cicer. de Senect. Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus. Idem 4. Tuscul. O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. ¶ Et quoniam partes illæ corporis musculosæ sunt, & validis toris compactæ, factum est vt lacertos pro viribus ac robore accipiamus: neque solùm pro corporis robore, verumetiam pro vehementia & pondere orationis quos & nervos appellamus. Cic. de claris Orat. Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic vt fieri nihil possit valentius. Amentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratoriis lacertis, vitibúsque torquere, apud Cic. lib. 2. de Oratore.

Lacertosus, a, um, Id est torosus & musculosus {μυώδης. Ital. *Forte, possente, de grosse muscole.* Gal. *Qui a gros muscles, fort & puissant.* Hispa. *Cosa con morcillos, fuerte.* } Colum. lib. 7, Feminibus lacertosis cruribus compactis. ¶ Quandoque idem quod validus & robustus. Cic. 8. Philip. Quos Cẽturiones pugnaces & lacertosos inter Mimorum, & Mimarum greges collocauit.

Lacesso, is, lacessiui, & lacessi per syncopen: & lacessisse, pro lacessiuisse: & lacesserunt, pro lacessiuerunt. Est autem lacesso, idem quod prouoco, irrito, incito. {κατεγκαλέω, ἐρεθίζω, ὑποκαίω, κατεπείγω, ἀσπαλιεύω, παροξύνω Ital. *Prouocare, incitare.* Gall. *Irriter, agacer, prouoquer.* Hispan. *Prouocar à defasiar.* } Et tam in bonam partem accipitur, quàm in malam. Terent. in Prolog. Eunuchi, Is ne esset, moneo, & desinat lacessere. Cicero, Hos ego sermones, qui & multi sunt, & tuam existimationem (vt sentio) non offendunt, lacessiuj nunquam. id est excitaui, inquit Budæus. Sallustius, Pridie legiones in monte positas lacessiuit. Cicero Cornificio, Sic igitur facies, méque amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quàm prouocare. Virgilius 3. Aegloga. Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas. Sallustius, Postremò dissimulandi causa, siue expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatum venit. Colum. libro 2. cap. 2, Nunquam stimulo lacessat iuuencum: quod retractantem calcitros úmque reddit.

Lacessor, passiuum. Cic. 3. de Orat. Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur. Idem pro Pompeio, Nationes, quas nunquam pop. Rom. neque lacessandas bello, neque tentandas putauit. ¶ Legitur & lacessiri per quartam verborum declinationem, ab indicatiuo lacessior, quemadmodum accerso dicimus, & accersio.

Lachanon, {λάχανον. Ital. *Herba da mangiare.* Gal. *Herbe à manger.* Hisp. *Ortaliça.* } Græcum nomen est generale ad omnia olera. Horat. lib. 1. Ser. Satyr. 6, Ad porri & ciceris refero, lachanique catinum.

Lachanopola, pen. prod. λαχανοπώλης, Olerum venditor. Et Lachanopolis, λαχανοπῶλις, mulier olera vendens.

Lachanopolium, pen. prod. λαχανοπώλιον, Forum olitorium, hoc est locus vendendis oleribus destinatus.

Lachanizo, as, are. {λαχανίζω, βλακεύω. Ital. *Esser lasso, molle, debole.* Gal. *Estre lasche, mol & foible.* Hisp. *Ser muelle, ser flaco, muelle.* } Languere. Suet. in Augusto, cap. 87. Et betizare pro languere, quod vulgo lachanizare dicitur.

LACHESIS, λάχεσις, Vna Parcarum, quam Latinè sortem interpretari possumus. Nam λαγχάνειν est sortiri. Hanc autem ideirco vitæ humanæ præesse voluerunt, quòd in ea sortem, hoc est casum plurimùm valere arbitrabantur.

Lachryma, æ, {Italicè, & Hispanicè, *Lagrima.* Gal. *Larme.* } vel potius lacryma, sine aspiratione, à Græco δάκρυον, d in l mutata: cuius rei argumento illud esse potest, quòd vetustissimi dacrymas dicebant, seruato d. Festus. Dacrymas pro lachrymas Liuius sæpe posuit: nimirum quòd Græci δάκρυα appellant. Sunt tamen qui negent hoc nomen Græcum esse, sed Latinum à lacerando vt sint lachrymæ dictæ, quasi lacertimæ, quoniam ex animi laceratione lachrymæ citantur. Quicquid id est, constat certè absque aspiratione scribendum. Est autem lachryma, humor ex oculis flentium manans. Quintil. libro 4. cap. 2, Solet nonnunquam mouere lachrymas ipsa confessio. Ouid. lib. 2. Metamorph. Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit. Cicer. in Paritit. Citò arescit lachryma, præsertim in alienis malis. Idem 1. de Inuenti. lachryma nihil citius arescit, ἀδὲ ῥᾷδιον ἐστι ἐπιλαθέσθαι δακρύων, ex Apollonio dictum: quòd vehemens affectus facile vertitur in tædium. ¶ Lachrymæ arborum dicuntur, autore Theophrasto, ipse humor naturalis, quem interdum ipsæ arbores foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus continetur. Plin.in Proœm. lib.23, Lachryma vitium, quæ veluti gummi est,lepras & lichenas & psoras nitro antè præparatas sanat.

Lachrymula,diminutiuũ. {δακρύιον. Ital.*Piccola lagrima,lacrimetta.* Gal.*Petite larme,larmette.* Hisp. *Pequeña lagrima.*} Terent.in Eunucho. Hæc verba vna mehercule falsa lachrymula, Quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, Restinguet.

Lachrymo,as. pen.corr.neutrum, & Lachrymor,aris deponens, vel potius lacrymo, & lacrymor sine aspiratione, Lachrymas effundo, aut profundo. {δακρύω. Ital. *Lagrimare, piangere.* Gal. *Larmoyer, pleurer. jetter larmes.* Hisp. *Lagrimar,llorar con lagrimas.*} Terent. Adelph. Oh lachrumo gaudio. Oui.3.de Arte amandi, Quò non ars penetrat? discunt lachrymare decenter: Quóque volunt plorant tempore, quóque modo. Lachrymat id, hoc est ob id. Terent.Eunuch. Num id lachrymat virgo? Cicer.7.Verrina. Ecquis fuit quin lachrymaretur? Ouid.15.Metamor. -manúque simul veluti lachrymantia tersit Lumina. ¶ Lachrymate etiã dicuntur plantæ, quum humor ex eis destillat.Plin.lib.17.cap.14.Ideo lachrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis quàm aridos. ¶ In qua significatione interdum inueniur post se habere accusatiuum. Lactant. in Hymno Dominicæ resurrectionis-lachrymat sua gaudia palmes.

Lachrymatus,a,um,participium à passiuo lachrymor, {δεδακρυσμένος. Ital. *Lacrimato.* Gal. *Larmoyé.* Hisp. *Lagrimado,llorado.*} Ouid.lib.1.Fast. Nondum perruleral lachrymatas cortice myrrhas Acta per æquoreas hospita nauis aquas.

Lachrymatio,onis. {δάκρυσις. Itali. *Esso lacrimare, & piagnere.* Gal. *Larmoyemens, pleurement.* Hisp. *Llorar con lagrimas.*} Plinius in Proœm.lib.13, Genarum scabiem emendat, oculorúmque lachrymationes.

Lachrymosus,a,um, Abundans lachrymis. {δακρύεις. Ital. *Pieno di lacrime.* Gal. *Plein de larmes.* Hisp. *Lleno de lagrimas.*} Plinius lib.17.cap.28, Quin & vitium radicibus aquam falsam iubent affundi, si fiat lachrymosæ. Carmen lachrymosum, Ouid.libr.5.Trist. Fumus lachrymosus,hoc est prouocans lachrymas,Horat.lib.1.Serm. Saty.5.Funera lachrymosa.Ouid.epist.13. Risus lachrymosus,Statius lib.7.Theb.

Lachrymosè,aduerbium. {μετὰ πολλῶν δακρύων, δακρυόεντως. Ital. *Lacrimosamente.* Gal *Auec larmes,en larmes.* Hisp.*Con lagrimas, llorosamente.*} Plin.lib. 16.cap.43.Stamineam hoc vsu probant venam,& vocant fertilem: argumento similitudinis quoniam lachrymosè crispa.

Lachrymabilis,le.Lachrymas commouens,miserabilis. {κλαύσιμος.Ital. *Cosa per laqualle si deue piagnere.* Gal.*Qu'on doit pleurer,digne d'estre pleuré.* Hispan.*Cosa digna de ser llorada.*} vt Bellum lachrymabile.Ouid.8.Metamor. Leter,ait,doleámne geri lachrymabile bellum.Idem 2.Metam.Vixque tenens lachrymas,quia nil lachrymabile cernit.

Lachrymabundus,a,um. {δακρύοις ἐοικὼς, δακρυρρόων. Ital. *Pieno di lacrime, fondato in lacrime.* Gal.*Tout esploré, larmoyant à grosses gouttes.* Hisp. *Lleno de lagrimas.*} Liu.3.ab Vrbe, Atille lachrymabundus, Gratum est,inquit, craſtina die vestra opera vtar.

LACIBVRGIVM, Ptolemæus lib.2. cap.11, Germaniæ vrbs in climate magis Septentrionali.

Lacinia,laciniæ, in vestimento pars extrema, & cæsuræ particulatim cõcisæ decoris causa, inquit Sipontinus,à lacerando dictum. {ἱδόνιον τὸ γυναικεῖον, σπαρτόν. Ital.*Orlo delle vesta, frangia, merli,crispe, falde delle veste.* Gal. *Le bord ou le pli d'vn habillement chiquetè & frangé.* Hispa. *Falda ò trepa ò orilla de la vestidura.*} Laciniæ itaque sunt in vestimento partes extremæ, quas interdum in humerum solemus reuocare, quibusque in sinum collectis,aliquid gestare consueuimus: ita dictæ,vt Festus indicat,à lacerãdo,quòd sint partes quædam,& segmẽta vestem dividentia.Plaut.Merc.At tu ædepol sume laciniam,atque absterge sudorem tia.Plaut.Merc.At tu ædepol sume laciniam,atque absterge sudorem tibi. Cicero Tironi, Videor enim videre te ementem rusticas res,cum villico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina. ¶ Columella lib.8, Iubet pecus ægrotum distribui in lacinias, id est in particulas separari,vt facilius conualescant. Nam discreta animalia,& in partes diuisa, in lacinias segregata dicuntur. ¶ Lacinia tenere dicuntur,qui leuiter rem tenent,hoc est extrema vestis ora.Cicero lib.3. de Orat.Nam illud alterum genus quod est temporibus locis, rebus definitum,obtinent,atque id ipsum lacinia.

Laciniatus,adiectiuum. Vnde Laciniata vestis,id est sinuosa.

Laciniatim,aduerbium,Quod significat particulatim,& separatim. Apuleius, Non laciniatim dispersos,sed cuneatim stipato commeatu, difficultates illas transibiremus.

Laciniosus,sa,sum, Amplus,& sinuosus. {ὁ καὶ ἡ πολύπτυχος. Ital. *Pieno di falde.* Gal.*Qui a des plis* Hisp. *Lleno de baldas.*} vt Vestis laciniosa. Sermo laciniosus,id est flexuosus,multisque ambagibus inuolutus.Hieronv. ad Theod.Laciniosus cõtra nos sermo protractus est. Ab eodem disputatio laciniosa dicitur, pro tortuosa & implicata. Ab Apuleio, Conuallis laciniosa. ¶ Plinius etiam Alexãdriam laciniosam fuisse scribit, hoc est extensis vestium laciniis similem.Verba eius sunt hæc, lib. 5.ca.10. Metatus est eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, XV. M. pass.laxitate inserta, ad effigiem Macedonicæ chlamydis,orbe gyrato laciniosam, dextra lævaque anguloso procursu Laciniosa folia, Plinius lib.25.cap.10.

LACINIVM, λακίνιον. Vulgò *Cabo de le colonne en Calabria.* Promontorium in extremis Italiæ finibus inter Petiliam & Crotonem in mare excurrens.Ioniúmque dirimens ab Adriatico. Dictum Lacinium à Lacino quodam latrone, quem Hercules,quòd boues suos abegisset,ibi tradidit interemisse. Iunonique ibidem templum ædificasse,quam etiam à nomine illius Laciniam cognominauit. Virgilius 3.Aeneid.Hinc finus Herculei (si vera est fama) Tarenti Cernitur:attollit se diua Lacinia contrà.

acio,is, lacui, & lexi, secundum Priscianum, & in supino lacitum, & lectum, Significat in fraudem duco: ab obsoleto nomine lax, quod fraudem significat. {ἐκπλήσσω. Ital. *Mettere alla mazza.* Gal. *Tromper, mener quelqu'vn pour le tromper.* Hispani. *Quitar al engaño, ò por engañar.*} Festus, Lacit, id est decipiendo induxit. Lax enim fraus est. Simplex tamen lacio desit esse in vsu. ¶ Eius composita sunt, Allicio, delicio, elicio, illico, oblicio, pellicio: ex quibus fiunt frequentativa, Allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto. Et habent quidem duo præterita, eodem Prisciano teste, & duo supina,quemadmodum lacio: quanuis ab elicio, elicui solùm inueniatur. Ex eo tamen quòd

quam prælæ vinacea subiiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eámque oblinito, & impicato diligenter. Ouidius 6 Fastis, Præmia de lacubus proxima musta tuis. Plinius in Epistol. Ipse vindemias colligo, si tamen colligere est, nonnunquam decerpere vuam, torculum inuisere, gustare de lacu mustum. Varro lib. 1. cap. 54, Quæ calcatæ vuæ erunt, earum scapi cum folliculis subiiciēdi sub prælum, vt siquid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Græcè λῆνος dicitur: vnde Lenæus Bacchus: & Lenobates, vuæ calcator. ¶ Lacubus item distinguunt granaria, vt sepatatim quæque legumina ponantur, vt est videre apud Columellam lib. 1. cap. 6. ¶ Interdum lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorum contignationibus, teste Seruio, vel pro ipso tignorum interstitio, lacuum quādam similitudinem referente. Lucilius, Resultántque ædésque lacúsque.

Lacusculus, diminutiuum. {λακκύδιον. Ital. *Fossetta.* Gal. *Vne petite fosse.* Hisp. *Pequeña cana, lagunajo.*} Colu. lib. 12. cap. 50, Oportet habere lacusculos tam multos quàm postulabit modus oliuæ.

Lacuna, næ, penult. prod. à lacu fit, & est aquæ collectio, vel fossa, vt Festus docet, in qua aqua collecta stare cōsueuit. {λίμνη. Ital. *Acqua morta, laguna.* Gal. *Lacune, fosse.* Hisp. *Laguna de agua reposada, lagunajo.*} Virgil. lib. 1 Georg. Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, & obducto late tenet omnia limo, Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Vbi Seruius, Lacunæ sunt fossæ in quibus collecta aqua stare consueuit. ¶ Vnde etiam in agris lacunæ dicuntur fossæ ad siccandos agros patatæ. Virgil. lib. 3. Georg. Et totæ solidam in glaciem vertēre lacunæ. ¶ Lacuna pro quacunque etiam fossula siue concauitate accipitur. Varro 2. de Re rust. cap. 7, His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub iis lacunæ, ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sedecim. ¶ Lacuna in pauimento pro loco fidente ponitur à Vitruuio lib. 7. cap. 1. ¶ In libris quoque lacunæ dicuntur loca hiantia & mutilata, in quibus ad perfectionem nonnihil desideratur. ¶ Explere lacunam rei familiaris, per translationem dicitur pro eo quod est sarcire damnū acceptum, vel rem familiarem exinanitam explere & redintegrare. Cicero Act. 2. in Verrem, Censores fecerunt idem, quod in nostra Republica solent ij qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam vt ita potestatem gererent, vt illam lacunam rei familiaris explerent. ¶ Item vallecula superioris labri, per similitudinem lacuna vocatur à Lactantio. ¶ Lacuna in auro, id est adulteratio, vel fraus, & legitimi valoris imminutio. Cic. Attico, Vide nequa sit lacuna in auro. ¶ Huius diminutiuum est Lacunula.

Lacunosus, a. um, adiectiuum. Idem est quod Inæquale & lacunis plenum. {κοιλώδης, τραχύδης. Ital. *Pieno di fosse.* Gal. *Plein de fosses ou fossettes, creux par ci par la.* Hispa. *Lleno de lagunas y cauas.*} Cicero 2. de Natura deorum, Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexas continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

Lacuno, as, penultima producta, Lacunar facio, vel lacunaris similitudinem rei alicui induco. {φαλάω, σανιδόω. Ital. *Far lago à lagune.* Gal. *Planchoter de pieces cauees ou creuses.* Hispani. *Labrar de paquiçami.*} Ouid. 8. Metamor. -molli tellus erat humida musco Summa lacunabant alterno murice concbæ.

Lacunatus, a, um. Ad lacunæ formam depressum. {ὁ ἐκ ἡ τετραγώνου, σκαλοειδής. Ital. *Cauato à foggia di lago.* Gal. *Cane & fait comme vne fosse, creux.* Hisp. *Cauado, labrado de paquiçami.*} Plin. lib. 15. cap. 10, Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.

Lacunar, aris, penult. prod. Contignatio exsculpta, tignorum interstitiis lacuum, siue lacunarum quandam similitudinem referens. {φάτνωμα, σπόδιον. Ital. *Trame che sostenta la fabrica.* Gal. *Les cheurons ou plancher d'vne maison, ou le lambris du plancher.* Hispani. *El sobrado ò entresuelo hecho en guisa de laguna ò Lagunijo, ò labrado de paquiçami.*} Suetonius in Neronе, Lacunaria quæ noctu super dormientem, laxata machina, decidерent, parauit. Horat. libro 2. Carmi. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Cicero 5. Tuscul. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, seta equina appēsum, demitti iussit. ¶ Eadem & laquearia dicuntur. Virg. 1. Aeneid. Dependent lychni laquearibus aureis.

LACYDES, λακύδης Suidæ, Philosophus fuit Cyrenæus, primus nouæ Academiæ institutor. Hunc tradit Plinius tantopere ab anſere quodam fuisse adamatum, vt ei perpetuò comes adhæserit, nusquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus. ¶ Fuit præterea hoc nomine quidam ex Argiuorum regibus, molli incessu, comāque perpetuò vnguentis delibuta. Meminit eius Plutarchus eo in opusculo, quo docet quo pacto vtilitatem ab inimicis capere possimus.

Lada, Plinio, λήδη Dioscoridi, Frutex est ex cysthi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ vernò tempore pingue quiddam & roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhæresci t, indéque depexum colatur, cogitúrque in offas. Id ladanum appellant, in Cypro insula præcipuè laudatum. Plin. lib. 12. cap. 17.

LADAS, λάδας, Alexādri Macedonis cursor fuisse traditur, tanta pedum velocitate, vt vestigia eius in arena non apparerent. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam ταχῖτιν cognominabant. Martial. lib. 2, Quid si per graciles vias Petauri Inuitum iubeas subire Ladam?

Ladanum, λάδανον, Est quiddam pingue ladæ herbæ insidens, barbisque caprarum adhærescens. Hæc autem herba nascitur in Cypro. Vide Plinium libro 12. cap. 17. Et quæ suprà annotauimus in dictione LADA.

LADE, Insula in ora Ioniæ, teste Plinio lib. 5. cap. 31. Stephanus λάδη Aeolidis insulam facit.

LADON, λάδων, Fluuius Arcadiæ, iuxta quem Poëtæ fabulantur Syringa nympham in fistulam fuisse mutatam. Ouid. libro 1. Metamor. Donec

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lætandum. Cicero pro lege Manilia, Atq; illud in primis lætandum mihi esse video. Salluſt. Tamen lætandum magis quàm dolendum caſum tuum puto.

Læto,tas, Lætum facio. {φαιδρύνω. Ital. *Far allegro.* Gal. *Rendre joyeux,reſiouir.* Hiſp. *Alegrar à otro.*} Accius Pelopidis,vt citat Nonius, Et te vt triplici lætarem bono. Antiquum eſt.

Lætifico,as, Idem. {Εὐφραίνω. Plaut. Ita meũ cor hæc anus lætificauit modó. Cic. 2. de Natu. deor. Contrahit terram, tum viciſſim lætificat,vt cum cælo hilarata videatur.

Lætificor,aris,deponés, Lætor, lætus ſum. {χαίρω, χαρήσομαι. Ital. *Eſſere allegro.* Gal. *Eſtre joyeux,s'esjouir.* Hiſp. *Ser alegre.*} Plaut. Aul. Nunc eo alij lætificantur meo malo,& damno.

Lætificus, lætifica, lætificum. {Εὐφραντικός. Ital. *Chi rallegra.* Gal. *Qui reiouit.* Hiſp. *Que alegra.*} vt, Lætificæ vires, Cice. 1. Tuſcul. ex antiquo poëta.

Lætiſco,is, Antiquiſſimi dixerunt, pro lætus ſio. φαιδρύνομαι. Siſen. lib. 4. apud Nonium, Vtrúmne dij cultu erga ſe mortaliũ lætiſcant, an ſupernæ gentes humana negligant. Verbum eſt prorſus obſoletum.

Lætitia, lætitiæ. Eſt exultatio animi (vt definit Gellius lib. 2. cap. 17.) cum gaudio efferuentiore, propter euẽtum rerum expetitarum. {εὐφροσύνη, χαρά. Ital. *Letitia,allegrezza.* Gal. *Leeſſe,ioye,reſiouiſſance.* Hiſpani. *Alegria.*} Cice. 4. Tuſcul. Lætitia opinio recens boni præſentis in quo efferri rectum videatur. Et proptiè lætitia eſt, quum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu: gaudium, quum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur vltra modum, vt facilè appareat. Hinc dicunt Stoici Gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe. Vide GAVDIVM. Cice. in Catil. Hic tu qua lætitia perfruêre? quibus gaudiis exultabis? quãta in voluptate bacchabere? Proſequi aliquẽ lætitia. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Lætitudo,inis, Idem quod lætitia. χαρμοσύνη, χαρά. Accius in Bacchis, vt citat Nonius. Quanta in venando affectus eſt lætitudine.

Lætabilis,le, Id eſt lætitia dignus. {χαρτόν. Ital. *Degno d'allegrezza.* Gal. *De quoy on ſe reiouit,digne de reſiouiſſance.* Hiſpa. *Coſa digna de alegria.*} Cice. libro 1. Tuſcul. Quod vt ita ſit, (nihil enim pugno) quid habet iſta res aut lætabile,aut glorioſum? ¶Inde fit compoſitum Illætabilis, contrariæ ſignificationis.

Lætamen,inis. Fimus qui per agros iacitur, quòd lætas, hoc eſt pingues ſegetes faciat. {κόπρος. Ital. *Letame.* Gal. *Fiens pour fomer la terre.* Hiſpani. *Eſtiercol para eſtercolar la tierra.*} Plin. libro 18. cap. 16, Ipſúmque pro lætamine eſt.

Læua,æ, Manus ſiniſtra dicitur. {ἀριστερά. Ital. *Mano ſiniſtra,manca.* Gal. *La main ſenẽſtre ou gauche.* Hiſp. *La yzquierda mano.*} vnde & Scævolæ nomẽ tractum eſt, à Græco λαιός, quod ſiniſtrum ſignificat. Cicero 4. Acad. Quum autem lævam lævam manum admoueret, &c. Virgil. 3. Aeneid. Lævam cuncta cohors remis ventíſque petiuit. Liu. 4. ab Vrbe, Dextra montibus, læua Tyberi amne ſeptus.

Læuus,a,um, Idem quod ſiniſter. {λαιός, ἀριστερός. Ital. *Siniſtro.* Gal. *Gauche, ſenẽſtre.* Hiſp. *Siniẽſtro ò yzquierdo.*} vt Læua manus, apud Ciceronẽ 1. Acad. Lævus humerus, Ouid. 6. Metamor. Lævum cornu, Cæſar 3. Commen. ¶Per tranſlationem accipitur pro inauſpicato & infœlici. δυσοίωνος. Virgil. 1. Aeglo. Si mens non læua fuiſſet. Idem lib. 4. Georg. –ſiqua Numina læua ſinunt, auditque vocatus Apollo. ¶Lævũ tamen fulmen quum dicimus, proſperum ſignificamus, εὐώνυμον. propterea quòd quæ nobis ſiniſtra ſunt, ſuperis ſint dextra. Herruſci cælum in ſedecim partes diuiſerunt: è quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem econtrario appellauere dextras. Hinc omnia fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera: quoniam à læua parte mundi ortus eſt, ſicut ſcribit Plinius. Et (vt autor eſt. Cice. 2. de Diuinat.) optimum auſpicium habebatur apud Romanos, quod ſiniſtrum fuerat. Vnde Virgilius antiquitatis conſultiſſimus dixit, Intonuit lævum, quod fœlicitatem portendere credebatur.

Lævis,ue, cum diphthongo in priore ſyllaba, Quod planum, politum, & tactu aſperum non eſt. {λεῖος. Ital. *Polito, ſpianato.* Gal. *Vni, poli, aplani au toucher.* Hiſp. *Coſa liza, polida, y ſin pelos.*} Virgil. 7. Aeneid. At lævem clypeum ſublatis cornibus Io Auto inſignibat. ¶Accipitur aliquando pro glabro & depilato. Perſius Saty. 1, Troſſulus exultat tibi quando pro glabro & depilato. Perſius Saty. 1, Troſſulus exultat tibi per ſubſellia lævis. Virgil. 6. Aeglo. Et ſæpe in lævi quæſiſſet cornua fronte. Tibul. lib. 1. eleg. 8, Chariot eſt auro iuuenis, cui lævia fulgent Ora, nec amplexus aſpera barba terit. Ouid. 5. de Arte amãdi, Fœmina quid faciet, quum vir ſit lævior ipſa?

Lævitas,tis, Eſt aſperitati contraria. {λειότης. Ital. *Vna cierta equalità che da piacere toccando.* Gal. *Vne douceur qu'on ſent en touchant quelque choſe qui n'eſt point rude.* Hiſpa. *Aquella liſura ò raſura.*} Martianus, Lunarem circulum ingreſſa Virgo, conſpicatur globoſum quoddam renerúmque corpus, è ſuperoi toris lævitate compactum, inſtar ſpeculi pendentis. ¶Accipitur interdum lævitas pro lubricitate. Celſus libro 4. capite 26, Ex torminibus interdum inteſtinorum lævitas oritur, quæ continere nihil poſſunt, & quicquid aſſumptum eſt, imperfectum protinus reddunt.

Lævor,oris, gen. maſcul. Idem quod lævitas, aſperitati contraria. λειότης. Plin. libro 13 cap. 12, Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, lævor. Idem lib. 9 cap. 35, Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore ponderc, &c. De vnionibus.

Læuigo,as, pen. corr. Complano, polio, quaſi læue ago. {λειαίνω. Ital. *Polire, ſpianare.* Gal. *Aplanir, vnir, polir.* Hiſpa. *Aliſar ò acepillar ò acecolar.*} Plinius, Sũt quidam in eo genere molliores, qui & cote lævigantur. Idem lib. 13 cap. 12, Scabritia chartæ lævigatur dente.

Læuo,as, Idem quod lævigo. λειαίνω, ξέω. Statius libro 1. Thebaid. Pars teretes lævare manu, ac diſponere menſas. Celſus, Lævat quæ exaſperata ſunt.

Lævatus,tior, tiſſimus. Gellius lib. 17. cap. 8, Ad coquendum ideo videntur faciliora, quæ lævatiora, lævíaque ſunt.

Laganum, ni, penultima corr. {λάγανον. Ital. *Laſagna.* Gal. *Bignet ou crepet.* Hiſpani. *La laſaña.*} Placentæ genus ex farina aqua ſubacta, addito caſeo, aliíſque condimentis, ſimul in pingui iure decoctis. Lagana (inquit Acron) ſunt quædam quaſi membranulæ ex farina & aqua, quæ iure pingui coctæ, & caſeo, pipere, croco, cinnamóque conditæ, in cibis dantur.

LAGARIA, λαγαρία. Magnæ Græciæ oppidum, non procul à Thuriis, Epei, & Phocenſium opus.

Lagaritanus,a,um: vt, Vinum Lagaritanum, mite & dulce, & à medicis mirificè commendatum. Autor Strabo lib. 6.

Lageos, λάγεως. Genus vuæ, quæ & leporatia dicitur, Virg. lib. 1. Georg. Et paſſo pſythia vtilior, tenuiſque lageos. Seruius.

Lagari, λάγαροι. Verſus dicuntur, qui medio claudicant pede: ſicut myuti, qui poſtremo: & acephali, qui à breui ſyllaba incipiunt. Ex Hermolao.

Lagena,æ, Genus vaſis teſtacei, ad vinum præcipuè accommodatum. Hiſpa. *Barril* {ἀλυσφόρον. Ital. *Vn fiaſco ò barleto.* Gal. *Vn flaccon ou vne boſelle.*} Columella, Omnis ſpurcitia cum ſpumis eximatur, quæ decocta quum tam craſſa fuerit quàm defrutum, refrigeretur, & bene picata

Lallare, Antiqui dixerunt pro eo quod est lac sugere. ἡλάζειν, λαλίειν, λαλαγίειν. ἡλάζειν τὴν θηλὴν ἐμεῖσθαι. Videtur esse ex iis vocibus, quibus nutrices alumnis suis se accommodant. Cuiusmodi sunt papa, & tata pro pane, & mamma pro matre, & similes. Persius Saty. 3, Et similis regum pueris pappare minutum Poscis, & iratus mammæ lallare recusas.

Lama, æ, Aquarum collectio est, interprete Festo, quæ & lacuna dicitur. λίμνη.

Lambo, is, bi, tum, secundum Priscianum. ξλαίχω, λιχμῶμαι. Ital. *Leccare.* Gal. *Lapper comme font les chiens en beuuant. licher.* Hisp. *Lamer o lamber.* ξLucil. lib. 14, Lactisque puer qui lamberat ore placentas. Est autem lambere, lingere: hoc est lingua aliquid leuiter tangere, sicut canes bibentes. λάπτειν. Colum. lib. 8. cap. 17, Nam quia dentibus caret, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandare quidem nō possunt. Martia. lib. 14, Lambere quæ turpes prohibent tua prandia muscas, Alitis eximiæ cauda superba fuit. Idem lib. 6, Sit placidus licet, & lambat digitósque manúsque. Virgilius pro tangere posuit 3. Aen. Attollitque globos flammarum, & sidera lambit. ¶Interdum sumitur pro leuiter alluere. Horat. lib. 1. Carm. Vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes. ¶Allambo, compositum, vide suo loco.

LAMBRVS, Fluuius in Cisalpina Gallia, quē Padus defert in mare Adriaticum, vt ait Plin. libro 3. cap. 16. & 19. A quo Lambrani dicti sunt eius accolæ. Sucto. in Cæsarem, Per Lambranos & Transpadanos duxit.

Lamella, vide LAMINA.

Lamentor, aris, Voce querula, tristique oratione damnum ac dolorem testor. ξθλαίω, ὀλοφύρομαι. Ital. *Lamentarsi, dolersi.* Gal. *Lamenter, braire & crier de douleur, & enuoy qu'on a.* Hisp. *Llorar con vozes gritando.* ξ Terent. in Andr. Quæ tum mihi lamentari, præter cæteras visa est. Idē in Phorm. Modò quandam vidi virginem hic vicinæ Miseram suam matrem lamentari mortuam. ¶Cic. 1. Tusc. pro lamentatione dignum aliquid monstrare posuit, quum inquit, Nam hæc quidem vita mors est, quam lamētari possem si liberet. Idem 1. de Orat. Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coëgisset.

Lamentatus, ta, tum, particip. ξὠδυρμένος. Ital. *Lamentato.* Gal. *Lamenté.* Hisp. *Llorado.* ξvt. Fata diu lamentata, Silius lib. 13.

Lamentatio, Est (vt Cicero 4. Tusc. docet) ægritudo cum eiulatu. ξθλῖψις, ὀλοφυρμός. Ital. *Lamento.* Gal. *Lamentation.* Hispani. *Llanto con vozes.* ξ Idem 1. Tusc. Sed illa lugubris lamentatio, fletúsque mœrens, &c. eo est quod, &c.

Lamentas, Pro lamentationibus dixere veteres. Pacuuius in Herm. Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius.

Lamentum, ti, Ipsa lamentatio. ξθλῖψις. Ital. *Lamento.* Gal. *Lamentation.* Hispa. *Llanto con voz.* ξCic. de Senect. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. Virgil. 4. Aeneid.

Lamentis, gemitúque & fœmineo vlulatu,
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.

Lamentabilis, bile, Quod est dignum multa lamentatione. ξπολύθρηνος. Ital. *Lamentevole.* Gal. *Digne de lamentation, lamentable.* Hispa. *Cosa digna de ser llorada.* ξ Virgil. 2. Aeneid. Troianas vt opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. Cicero 2. de Legib. Posteaquam, vt scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. Lamentabili voce deplorare, Cic. 2. Tusc. Carmen lamentabile, Statius 5. Syl.

Lamentarius, a, um, Quod ingerit lamentationem. ξθλιπτικός. Ital. *Cosa che muoue à lamentarsi.* Gal. *Pleureux, qui esmeut à lamenter.* Hispa. *Cosa que haze llorar.* ξPlaut. in Capt. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt.

LAMIAE, arum, λάμιαι. Ab antiquis mulieres esse putabātur, siue verius dæmonum quædam phantasmata, quæ formosarum mulierum specie assumpta, pueros pariter & iuuenes blanditiis allectos deuorabant. Hæ quum foris essent egregiè oculatæ, domi prorsus cæcutiebāt. Horat. 1. Carm. Neu prāsæ Lamiæ puerum viuum extrahat aluo. Apul. lib. 1. de Asin. At ille colore spurcissimi humoris perculsus, quo me Lamiæ illæ infecerāt, aspernatur. Philostratus in Apollonio ait Lamias à quibusdam Latuas appellari, & Lemures, à nōnullis etiam Empusas, essēque ad amorem & venerem propēsas, & carnes humanas maximēque formosorum esurienter appetere, ideóque libidinis cupiditate allicere eos, vt postea deuorēt. Plura de his vide apud Cælium Rhodig. lib. 29. cap. 5. ¶Lamiarū item nobilis Romæ familia fuit, à Lamo orta Antiphatis patre, & Læstrygonum Rege, qui Formiis regnauit. Ex hac familia fuit Aelius ille Lamia, Senator Romanus, ad quē extat carmen illud Horatij Carm. 3. Ode 17, Aeli vetusto nobilis ab Lamo (Quando & priores hinc Lamias ferunt Denominatos & nepotum Per memores genus omne fastos) Autore ab illo ducis originem, Qui Formiarum mœnia dicitur Princeps, & inuicem Maricæ Litoribus tenuisse Lyrim. ¶Chrysostomus Dion in intima Africa feras quasdā esse scribit muliebri facie, quæ & ipsæ Lamiæ dicuntur, vberibus autem totóque pectore adeò speciosо, vt nullo pictoris ingenio effingi queant, quibus rerectis homines in fraudem alliciunt, captósque deuorant. ¶Lamia item meretrix quędam insignis fuit Demetrij Regis amica, cui blandientes Thebani, Veneris Lamiæ delubrum consecrarunt.

Lamina, penult. corr. Metalli cuiusuis frustum in latitudinem ductum, crassius tamen quàm bractea. ξἐλασμός. Ital. *Lama, piastra.* Gal. *Lame, plastron, vne table ou bande large & assez espoisse soit de cuiure ou autre metail.* Hisp. *La lama ò hoja de metal.* ξ Liu. 3. bel. Pun. Etiam tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto, Manlium pro militibus, qui, &c. Cæsar 2. bel. Ciuil. Eo super tigna bipedalia iniiciunt, eáque laminis clauisque religant. Cic. 4. Verr. Quid quum ignes, cadentésque laminæ, cæterique cruciatus admouebantur?

Lamella, læ, diminutiuum. ξτὸ μικρὸν ἔλασμα. Ital. *Rama piocciola.* Gal. *Petite lame.* Hisp. *Pequeña lama ò hoja de metal.* ξ Vitruuius lib. 7. cap. 3, Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca, Maiorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

Lamna, pro lamina, apud Horatium libro 2. Carm. Nullus argento color est auaris Abdito terris, inimice lamnæ Crispe Sallusti, nisi temperato Splendeat vsu.

Lamium, Vrticæ genus mitissimum, prorsúsque innoxium, quam Vrticam mortuam herbarij appellant. Plin. libro 21. cap. 15, Quæ innoxia est, morsu carens, lamium vocatur.

LAMIRVS, λάμιρος, Herculis filius fuit, ex Iole Euryti Oechaliæ Regis filia.

Lampas, adis, penult. corr. ξλαμπάς. Ital. *Lampada.* Gal. *Vne torche ou vn flambeau.* Hispani. *La lampara.* ξ Idem quod fax, ἀντὶ τοῦ λάμπει, quod est splendere. Virgil. 9. Aene. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. ¶Frequenter tamen sumitur pro instrumento, in quo ellychnium accensum oleo fouemus, quod & lychnum pensilem vocamus: vt apud Iuuenal. Saty. 3, Aenea lampas. Colum. lib. 12. cap. 18, Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. Ouid. 12. Metam. Lampadibus densum rapuit funale cotrusis. ¶Est etiam Lampas genus facis in aëre. Plin. lib. 2. cap. 26, Duo genera faciunt: Lampades vocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis visum est. Vulgus *faces ardentes, vel lanceas ignitas* vocat. ¶Lampada cursu tradere, elegans est prouerbium, pro eo quod est, partes suas quasi successione in alium transferre, Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16. Sed ô Merula, Axius noster ne dum hoc audit, physicam addiscat, quòd de fructu nihil dixi: nunc cursu lampada tibi trado. Tractum à consuetudine lampadophororum, qui in certamine lampadodromito, si lampadem ad metam inextinctam non pertulissent, eam alteri tradebant.

LAMPE, pes. λάμπη. Oppidum est Archadiæ, ad Lampeum montem. Plin. lib. 4. cap. 6.

LAMPETIA, λαμπετία, Filia Solis ex Neæra, soror Phaethusæ & Lampethusæ, cum quibus patris sui armenta in Sicilia pascebat, quo tempore Vlysses eò tempestate appulsus est. Vide infrà in dictione PHAETHVSA.

LAMPEDO, Mulier Lacedæmonia, paræ fœliciratis, vt quæ & Regis filia fuerit, & regis vxor, & Regis mater. Plin. lib. 7. cap. 41.

LAMPEVS, Mons est Arcadiæ, teste Plinio lib. 4. cap. 5.

LAMPIA, Fluuius est Arcadiæ, cuius meminit Statius lib. 4. Thebaidos, Cadēnsque iugis Lampia niuosis.

LAMPON, Panchates, Pelorus, Camphasus, nomina sunt equorum apud Silium. ¶Fuit & Lampon, sacrificus vates, per anserem velut auem auguralem iurare solitus.

LAMPSACVM, penult. corr. Ciceroni & Plinio, Ptolemæo Lampsacus, λάμψακος. Vulgò *Labsico.* Nomen vrbis in litore Hellesponti, in ora Asiatica. Cic. 3. Verr. Oppidum in Hellesponto est Lampsacum, in primis Asiæ prouinciæ clarum, & nobile: homines autem ipsi Lampsaceni in omnes ciues Romanos officiosi. Plin. lib. 5. cap. 32, Deinde Pereote oppidum, & Lampsacum antea Pityusa dictum.

Lampsacenus, a, um, λαμψακηνός. Vnde Charon historicus, & Adamantius. & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni à patria fuerunt cognominati.

Lampsacius, a, um, λαμψάκιος, λαμψακικός. denominatiuum. Martia. lib. 10, Nam mea Lampsacio lasciuit pagina versu. Vbi Lampsacium versum dixit, pro lasciuo, quales Priapo dedicari solēt, qui Lampsaci præcipuè colebatur.

Lampyris, idis. ξλαμπυρίς. Ital. *Zucciola.* Gal. *Vne petite mouche ou petit ver qui reluit de nuit, luisette.* Hispa. *La luziernaga.* ξ Vermiculus noctu lucens: nonnulli noctilucam, alij nitedulam vocant. Plin. lib. 11, cap. 28, Lucēt ignium modò noctu laterum & clunium colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgentes, nunc verò compressu obumbratæ: non ante matura pabula, aut post defecta cōspicuæ. Idem lib. 18. cap. 26, Estque signum illius maturitatis, & horum sationis cōmune, lucentes vespere per arua cicindelæ: ita appellant rustici *stellantes volatus*, Græci verò lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

LAMVS, Filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydiæ, cui nouercam se factam esse Deianira apud Ouidium in Epist. cōqueritur, quum inquit, Vna recens crimē, referatur adultera nobis, Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo. ¶Alius fuit Lamus Neptuni filius, Læstrygonum Rex, quo Lamiarum familia nomen accepit: de qua paulo antè egimus in dictione Lamia. ¶Item Lamus, equus generosus apud Silium, Tum Lamus & Sicoris proles bellacis Ilerdæ.

Lamyrus, Piscis est ex genere lacertorum, apud Plinium lib. 22. cap. 22.

Lana, æ, Quæ de ouibus detonderur, aut deciditur, à laniando. ξλῆνος. Italicè & Hispanicè, *Lana.* Gal. *Laine.* ξ Laniare enim scindere est. Scinditur autem nunc lana quæ velli solebat: vnde à vellendo vellus dicebatur. Cicero 2. de Orato. Quando ad me venis cum tua colu & lana? Virgil. 2. Georg. Quid nemora Aethiopum molli canentia lana? Ouid. 1. de Arte aman. Consule de gemmis, de tincta murice lana, Cōsule de facie, corporibúsque diem. Sunt qui à lænitate, hoc est à mollitie lanam dictam putent. Est autem in sola oue lana: nam cæteræ quadrupedes pilos aut setas habent.

Lanaris, & hoc lanare, Quod habet lanam. ξλεῶδες, εἰρεώδης. Ital. *Lanoso.* Gal. *Qui a en poste laine.* Hisp. *Lanudo, de lana.* ξ Varro lib. 2. de Re rust. cap. 19, Nos qui pecus pascimus lanare.

Lanarius, rij, substantiuum, Qui lanam curat. ξλεωργός. Ital. *Lanaio.* Gal. *Celuy qui apreste ou accoustre laine.* Hispa. *El que cobra lana.* ξ Plaut. in Aulul. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lanatus, a, um, Lana tectus. ξItal. *Lanoso, coperto di lana.* Gal. *Laine, qui a en poste laine.* Hisp. *Cosa lanuda, de lana.* ξvt, Lanatæ oues, apud Colum. lib. 12. cap. 1. Lanatæ pelles, Colum. lib. 6. cap. 1. Sed iaculi quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti sunt. Lanatæ vites, amineæ dictæ, quòd canescant lanugine. Colum. libro 3. cap. 2, Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ vocabulum non ideo vsurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè canescit lanugine.

Lanatior, tius, comparatiuum. Plin. lib. 21. cap. 20, Hi & folia eius thymo similia tradunt, nisi quòd molliora sunt, & lanatiore canitie.

Laneus, a, um, adiectiuum, Quod est ex lana. ξλεώδης. Ital. *Di lana.* Gal. *De laine.* Hispa. *Cosa de lana.* ξ vt, Pannus laneus. Plaut. in Mil. -caucasiam Habeas ferrugineum, culturam ad oculos laneam. Laneum pallium, Cic. 3. de Nat. deor. Lanea vitta, Propertius lib. 3. eleg. 6. Laneum latusculum, id est latus mollissimum, Catullus ad Thallum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lanicium,cij.Idem quod lana,vel lanę prouentus. {ἔριον.Ital. *Lana,pratica ò arte di lana.* Gal. *Laine ou l'art & reuenu d'icelle.* Hispa. *Lana, prouecho ò arte de lana.*} Plinius lib.6.cap.17. Primi sunt hominum,qui noscantur,Seres,lanicio syluarum nobiles,perfusam aqua depectẽtes frondium canitiem. Virgil.3. Georg.Si tibi lanicium curæ, primùm aspera sylua, Lappæque tribulique absint. Vbi Seruius, Lana, inquit,dicimus & lanicium,quemadmodum fuga & effugium.

Lanificium,cij.Lanæ opificium. {ἐριουργία, πλυσις. Ita. *Lanificio.* Gal. *Fait ou art d'accoustrer de laine.* Hispa. *Aquella obra de lana.*} Plin.de præclaris gestis Romanorum. Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Columella libro 12,in Proœmio, Nunc verò quum pleræque sic luxu & inertia diffluant, vt ne lanificij quidem curam suscipere dignentur.

Lanificus. Qui lanæ arte exercet. {ἐριουργός, πλυντικός. Ital. *Lanaiuolo.* Gal. *Qui besoigne de laine.* Hisp. *El que obra lana.*} Martia lib.6. Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos vox habet ista deos. Manum lanificam imponere pensis. Tibullus lib.2.eleg.1. Artis lanificæ doctissimus, Claudianus 2.in Eutrop.

Lanifer,a,um, Quod lanam fert. {ἐριοφόρος. Ital. *che porta lana.* Gal. *Qui porte laine.* Hisp. *Cosa que trae lana.*} vt, Laniferæ arbores. Plin.lib.13.cap.14. Aethiopia Aegypto contermina insignes arbores ferè non habet, præter laniferas.

Laniger,a,um. Lanam ferens ἐριοφόρος. Eiusdem insulæ (inquit Plinius lib.12.cap.10,) excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum Virgil.3. Georg. Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas. Idem lib.3.Aeneid. Lanigeræ comitantur oues,&c.

Lanoculus. Qui lana tegit oculi vitium, inquit Festus.

Lanosus,a um. Lana abundans. {ἐριώδης. Ital. *Lanoso.* Gal. *Lanu.* Hisp. *Lanudo.*} Colum.lib.7.cap.3. Eliges bimam, vasti corporis,ceruice prolixa, prolixi villi,nec asperi lanosi & ampli veteri.

Lanaria,æ. Herba est quam vulgus *Saponariam* appellat, inde nomen habens,quòd lanæ, quæ ob pinguedinem colorem recipere non possunt, eius succo eluantur σάπων. Plin.lib.24.cap.18, Herba lanaria ouibus ieiunis data,lactis abundantiam facit.

Lancus,lupus, Piscis est Timaui fluuij, qui ideirco laneus dicitur, quòd iuxta hunc fluuium maxima onium copia sit, vbertimúsque lanarum prouentus. Martialis,Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cum sale pastus aquas.

Lancea,æ, {λόγχη. Ita. *Lancia,*Gal. *Vne lance,peque ou jauelline.* Hisp. *Lança,arma para pelear.*} Teli genus logissimum,quod quidam à ferri latitudine,alij à Græco λόγχη deductum putant. Gellius tamen libro 10.cap.30, Hispanicam vocem esse affirmat. Plin.lib.15.cap.30,de lauto loquens, Romanis præcipuè lætitiæ,victoriarúmque nuntia additur litetis,& militum lanceis pilísque fasces imperatorum decorat,&c. Tacitus, Disiectam fluitantémque testudinẽ lanceis,contisque testantur, donec disiecta compage scutorũ exangues prosteruerent. Lucan.lib.6, Nulla fuit non certa manus, non lancea fœlix. Festus autor est, lanceam olim à Lucullis vocatam fuisse luculleam. ¶ Lanceam Budæus etiam esse dicit fuiculum vænabuli vel iaculi.

Lanceola,diminutiuum,cum accentu in antepenultima. {λογχάριον. Ital. *Piccola lancia.* Gal. *Petite lance.* Hispa. *Pequeña lança,lanceta.*} Hieronymus lib.1.Regum. Prophetæ lucorum incidebant se lanceolis, donec sanguine perfunderentur.

Lanceārius,lanceārij. Qui lanceam gerit. {λογχοφόρος. Ital. *che porta lancia.* Gal. *Lancier ou piquier.* Hisp. *El lancero.*} Lanceārij sunt ex Tranquillo, inquit Budæus,qui nunc vulgò *Picarij*,quasi spiculatij,dicuntur.

Lanceātus,a,um. Lancea armatus. {λογχωτός. Ital. *Chi ha lancia, armato di lancia.* Gal. *Armé & garni de lance.* Hispa. *Armado de lança, alanceado.*} ¶ Lanceati etiã dicuntur,qui ictu lanceæ necantur. Iul.Firm. Quicunq; habuerint horoscopum in x x 1. parte Tauri lanceati orientur.

Lances,Vasa lata & rotũda,minus exacuata,quàm patinæ,quibus caro tam tosta,quàm elixa mẽsæ infertur. {πιναξίδια, πίνακες. Ital. *Piati grãdi.* Gal. *Plats grands ou grandes escuelles.* Hisp. *Platos grandes.*} Iuuenal. Satyr.5. Aspice quàm magno distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla,& quibus vndiq; septa Asparagis. Plautus in Amphitr. Interea dum isti certant, in popinam diuertẽdum est mihi: Lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam. Plin.lib.33, Lances è centenis libris argenti tunc supra quingentas numero Romæ fuisse constat. Horat.2.Serm.Satyr.4, –iligna nutritus glãde rotundat Curuat aper lances. ¶ Lances etiam in libra dicuntur duo illa vascula lancium escariarum similitudine,in quorum altero pondus, in altero verò res ponderãda imponitur: vnde & libræ bilances dictæ sunt, quòd duas habeant lances. {τὰ πλάστιγγα, ἢ τὰ πλάστιγγος. Ital. *Scodelle della balanca.* Gal. *Bassins de balance.* Hispa. *Las escudillas de balança.*} Cicero.lib.5.de Finib. Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Persius Satyr.4, Scis etenim iustum gemina suspẽdere lance Ancipitis libræ. ¶ Lancem etiam vas esse rebus diuinis aptum, docet Ausonius in Monosyllabis, Thuribula,& pateræ: quæ tertia vasa Deũm,lanx.

Lancino,as penult. corr. Liceo,vero. {ἁρπάζω, κυλλοκόζω. Ital. *Lacerare.* Gal. *Poindre, piquer,deschirer.* Hisp. *Despedaçar.*} Plin.lib.11.cap.34, Est & volucre canibus peculiare suum malum,autes maximè lancinans,quæ defendi morsa non queunt. Seneca, Aliam inter leges celebrísque spectaculum fori lancinauit.

Lanerum, Vestimenti genus ex lana succida confectum. εἱμάτιον. Festus.

Laneus vide LANA.

Langa,gæ,à Græcorum quibusdam animalis genus creditum est, quod & languriam appellarunt) circa Padum Italiæ fluuium vitam agens: cuius vrinam Zenothemis in electrum putauit concrescere: quod tamen falsum esse constat, vt pleráque omnia, quæ Græci scriptores de tota electri ratione prodiderunt. Plinius lib.37. cap.2, Alij dixere languriam, & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem,& circa Padum iis vitam affirmat.

LANGIA, penultima producta, Fons est in Nemea sylua, postea Archemoros dictus, ab Hypsipyles alumno, quem cum illa, Argiuis fontem hunc ostensura, in gramine reliquisset, serpens interemit. Statius libro 4.Thebaid.

Hæc quoque secreta nutrit langia sub vmbra:
Nondum illi raptus dederat lachrymabile nomen Archemorus.

Languor,gnoris, Defectio virium,& remissio vigoris: & tam de corpore, quàm de animo dicitur. {μάρανσις, ἀσθένεια. Ital. *Languire,al languire.* Gal. *Langueur, defaillance de force.* Hisp. *Flaqueza con dolencia.*} Cicero de Diuinat. Animus quum languore corporis nec membris vti,nec sensibus potest, incidit in varia visa & incerta. Idem 4. Philippica, Expectatio legatorum quantum languoris afferat animis, quis non videt? Cicero libro 1.Officiorum. Nihil autem magis cauendum est senectuti,quàm ne languori se desidiæque dedat. Plaut.in Asinaria, pro lassitudine posuit,quum ait,

Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores vlmeis affectos lentis virgis.

Lãgueo,es,gui. Deficio,infirmus sum,dissoluo. {χαλάω πονῶμαι, χαλάω, πεφακυῖαν. Ital. *Languire,essere debole.* Gal. *Languir, venir en langueur, defaillir.* Hisp. *Enflaqueserse.*} vt, Languens vox,apud Ciceronem 1. Offic.Idem in Pisonem, Quanquam languet iuuentus, nec perinde,atque debet, in laudis & gloriæ cupiditate versatur. Idem 1. Philip. Quúmque languerem è via,& mihimet displicerem,nisi,&c. ¶ Interdum est timidum esse. Sallust.in Catilina,Quantò vos attentius ea agetis, tantò illis infirmior erit animus: si paulum modò vos lãguere viderint,iam omnes feroces aderunt. ¶ Interdum otiosum esse. μαλθακεῖν, μαλθακὸν εἶναι. Ibidem, Séque si pauci adiuuarent,languẽtibus aliis, in curiam impetum facturum. ¶ Huius verbi composita sunt, Elangueo. ἐκλυσιτονῶ: à quo elanguesco, quod est valde infirmus fio. παραλύω, Relangueo, à quo relanguesco,in languorem recido. Ouid.lib.6. Metamorphoseos. Imposito fratri moribunda relanguit ore. Claudianus lib.1, Relanguere pro remissum esse posuit: –vix ille pepercit,

Erubuitque preces,animúsque relanguit atrox.

Langueſco, Inualidus, tepidus, seu otiosus fio. {ἐκλύομαι, χαλάω. Ital. *Diuenir languido, languire.* Gal. *Venir en langueur, languir, perdre cœur, defaillir.* Hisp. *Enflaqueserse.*} Cice.in Catone, Orator, metuo,ne languescat senectute. ¶ Aliquando ponitur pro languore confici. Virgil.lib.12.Purpureus veluti quum flos succisus aratro, Languescit moriens. ¶ Aliquando pro minui. Plin.epistо.173, Seu quia ita natura comparatum, vt proximorum incuriosi,longinqua sectemur: seu quòd omnium rerum cupido languescit,quum facilis occasio est.

Languefacio, Languorem affero, siue languere facio. {Ital. *Far languire.* Gal. *Faire languir.* Hispa. *Enflaquescer à otro.*} Cice.de Legib. Incitare languentes,& languefacere excitatos.

Languidus,a,um, Remissus,debilis,infirmus. {ἐκνευρισμένος, ἀσθενὴς, χαλαρός. Ital. *Languido.* Gal. *Qui languit,langoureux,lasche.* Hisp. *Flaco por dolencia.*} Ouid.lib.5. Fast. –violas arere videres, Filáque punicei langida facta croci. Plin.epistо.190. Quum iam satis ille primus imperus defetbuisset, & languidiorin dies ira ad iustitiam redisset. Cicero in Catilinam. Qui mihi accubantes in conuiuiis,complexi mulieres impudicas,vino languidi,confecti cibo,sertis redimiti,vnguentis oblin, debilitati stupris, eructant sermonibus suis cædem bonorum, atq; vrbis incendia.

Languidulus,la,lum,diminutiuum. {ἐκνευρισμένος. Ital. *Vn poco languido.* Gal. *Vn peu langoureux.* Hispani. *Flaco vn poco.*} vt, Somni languiduli, Catullus Argon.

Languidè, aduerbium. {ἀσθενῶς. Ital. *Languidamente.* Gal. *Laschement, langoureusement.* Hisp. *Flacamente.*} Id est cunctanter, negligenter, otiosè. Colu. lib.11.cap.1, Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat. Cæsar lib.7. bel.Gallici, Quòd paulo incautius custodias in muro dispositas videbat,suos quoque languidius in opere versari iussit,& quid fieri vellet,ostendit.

Langurium, Quidam ex Græcis scriptoribus succinum appellarũt, quòd putarent circa Padum fluuiũ bestias quasdam esse, langurias, siue langas appellatas, quarum vrinam existimabant in succinum concrescere. Vide Plinium lib.37.cap.2.

Laniger, vide LANA.

Lanius,nij,seu Lanio,onis, Qui carnes in carnario vendit populo: à laniendis pecoribus, quòd eas concidat,laniétque. {κρεωπώλης, κιμνάρης. Ital. *Beccaio.* Gal. *Boucher.* Hisp. *El carnicero.*} Plautus in Capt. Dij immortales,vt ego collos pertruncabo tergoribus? Quanta pernis pestis veniet? quanta labes larido? Quanta fumini absumedo? quanta collo calamitas? Quanta laniis lassitudo? quanta porcinariis? Varro 2. de Re rusti.cap.5, Lanij qui ad cultrum bouem emunt. Terentius Eunucho, Concurrunt læti mihi obuiam cupedinarij,cetarij,lanij,coqui.

Laniena,æ, Officina in qua laniantur, ac venduntur carnes {κρεωπώλιον. Ital. *Beccaria.* Gal. *Boucherie.* Hisp. *La carniceria.*} Plautus in Epid. Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias rogitando fum raucus factus. ¶ Accipitur etiam pro ipsa laceratione à laniando. κιμνάρα.

Lanionius,nia,nium. Quod ad lanium pertinet. {κρεωπωλικός. Ital. *Pertinente à beccaio.* Gal. *Apartenant à boucher.* Hispa. *Perteneciente à carnicero.*} Vnde Lanionio more. κρεωπωλικῶς. Et Lanioniæ mensæ, in quibus scinditur caro. Sueto.in Claud. Carnificem statim acciri cum machæra, mentáque lanionia flagitauit.

Lanio,as,Scindo. {κρεουργῶ, κυλλοκοπῶ, κυλλοπαρακόζω. Ital. *Fendere, stracciare.* Gal. *Deschirer, despecer.* Hisp. *Hender, despedaçar como carne.*} Virgil.libro 3. Georg. –ipsíque suos iam morte sub ægra Discissos nudis laniabant dentibus artus. Liu.2.bell.Macedo. Et Formiis,duo lupi oppidum ingressi, obuios aliquot laniauerant.

Laniatus,a,um,participium. {κρεουργηθεὶς. Ital. *Stracciato, squartato.* Gal. *Deschiré, despecé.* Hisp. *Despedaçado.*} Virg.12.Aene. Et roseas laniata genas. Classis laniata. Ouid.Epist.7. Capillos laniata. Idem Epistо.14. Huius compositum est Dilanio,dissecо,diuello. Διαμάττω: de quo suprà.

Laniatus,us,ui, Ipse actus laniandi. {κρεουργία, κατάκοπος. Ital. *Il stracciare, il stracciare, il sfortecare.* Gal. *Deschirement, despecement, esquartellement.* Hispani. *Obra de despedaçar como carne.*} Cicero 1. Tuscul. Quid igitur mihi ferarum laniatus obesse nihil sentienti? Plin.libro 11.cap. 37. Ora apertiora laniatu viuẽtibus. Idem lib.8.cap.40, Laniatúque & latratu adactum,

adactum, vt cogeretur fateri scelus.

Laniarium, rij. Idem quod laniena. {κρεωπώλιον. Ital. *Beccaria.* Gal. *Boucherie* Hisp. *La carneceria.*} Varr. 2. de Re rust. cap. 4. Ignauum & sumptuosum esse, qui suci diã in carnario suspenderit potius ab laniario, quàm ex domestico fundo.

Lanistæ, Præfecti lusti gladiatorij, qui gladiatores instituebant exercebántque ad mutuam lanienam. {μονομάχοι. Ital. *Maestri di scrimia.* Gal. *Maistres d'escrime* Hisp. *Maestros que ensenan a esgremir.*} Hi familias habebant domi ad gladiaturam exercendã: quas instituere, & mox paratas vendere solebant muneratiis. Iuue. Satyr. 3, Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenisq; lanistæ. ¶ Hinc Lanistarium, dicti sunt à Columella, qui aues certaminibus præparabant.

Lanugo, ginis, pen. prod. Tenera quasi lanæ cuiusdam mollities, qualis in adolescentium genis, & in pomis quibusdam cernitur. {ἴουλος. Ital. *Prima barba, lanugine.* Gal. *Poil follet, barbe qui commence à venir.* Hisp. *El vello, fuzco, primera barba.*} Colum. lib. 4. Lanatam quoque amineam quidam maximè probabant: quæ hoc vocabulum non ideo vsurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè canescit lanugine. ¶ Ponitur aliquando pro scobe. Colum. lib. 4. cap. 29, Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

Lanuginosus adiectiuum. {ἐριῶδης, ἰκλώδης. Ita. *Chi ha musco sottile.* Gal. *Qui a force barbe follete, force cotton ou mousse.* Hispa. *Cosa llena de fuzes ò vellos.*} Plin. lib. 22. cap. 2, Est & alia similis, pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam verò, enchusa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginosior, & minus pinguis.

LANVVIVM, Oppidum erat Latij in via Appia, à quo prospectus patebat maris, & Antij. Huius oppidi frequens est mentio apud Ciceronem in Orat. pro Milone. Vulgò *Indumo.*

Lanuuinus, a, um. Quod est ex Lanuuio: vt, Colei Lanuuini. Cicero Pæto lib. 9, Honesti colei Lanuuini: Clitetnini, non honesti.

Lanx, cis, Vide suprà LANCES.

LAOCOON, Λαοκόων, Filius fuit Priami ex Hecuba, & Apollinis Thymbræi sacerdos, qui primus hastam in equum ligneum torsit: ob quod factum Virgil. lib. 2. Aeneid. ait ipsum cum duobus filiis periisse.

Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce, &c.

LAODAMAS, Λαοδάμας, Halius & Clytoneus, filij fuere Alcinoi regis & Aretes: vt scribit Homerus Odyss. lib. 8.

LAODAMIA, Λαοδάμεια, Bellerophontis fuit filia ex Achemeno coniuge: cuius amore correptus Iupiter cum ea concubuit, susceptq; Sarpedonem, qui postea Lyciæ rex factus est. Verùm quum Bellerophontes rerum successu elatus, in cælum euolare conaretur, Iupiter hominis temeritatem ægrè ferens, œstrum illi immisit, quo exagitatus equus, sessorem excussit. Diana quoq; Laodamiæ infensa, suis eam telis confixit. Homer. 6. Iliad. ¶ Altera fuit Laodamia Acasti & Laodotheæ filia, quæ tanto amore Protesilaum virum suum adamauit, vt quum ab Hectore occisum cognouisset, superstes ei esse noluerit. Priusquã tamen interiret, in solatium mœroris optauerat vt mortui vmbram videret: qua visa in illius amplexibus expirauit. Ouid. Epist. 10, Mittit & optat amãs, quò mittitur, ire salutem. Aemonis Aemonio Laodamia viro.

LAODICE, Λαοδίκη, Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupsit. ¶ Alia fuit Agamemnonis filia, quam pater cum Chrysothemi, & Iphigenia, seu Iphianassa, Achilli obtulit, vt ex his quam vellet, vxorem eligeret.

LAODICEA, Λαοδίκεια, Vrbs celebertima in Asia, Lyco flumini imposita: primò Diospolis appellata, dein Rhoas, & postremò Laodicea. Hæc vrbs præ cæteris Asiæ vrbibus multis clarissimis ciuibus est nobilitata. Ex quibus fuit Hiero, qui hæreditatem populo diuisit supra duo millia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit. Postea Zeno orator, & Polemo eius filius, qui ob res fortiter gestas prius ab Antonio, postea ab Augusto ad regiæ dignitatis fastigium euectus est.

LAODOCVS, Λαοδόκος, teste Homero lib. Iliad. 4, Antenoris Troiani filius, strenuus, in cuius formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Troianorum, vt Pandarum inuenire posset, quo ei suaderet vt sagitta Menelaum confoderet.

LAOMEDON, pen. corr. Λαομέδων, Rex fuit Troiæ, Ili filius, qui quum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus se soluturum iureiurando affirmauit. Verum perfecto opere Laomedon periurus pactam mercedem negauit: propter quod dij irati, Neptunus aquam, Apollo pestem vrbi immisit. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum consuluit: responsum est, non aliter deos placari posse, quàm si singulis annis virgo Troiana ceto dilaceranda exponeretur. Institutum itaque est, virginem quotannis exponi, eámq; sorte eligi. Sed quum tandem sors in Hesionen (quam tamen alij solam ab Apolline & Neptuno expostulatam tradunt) Laomedontis filiam cecidisset, & iam scopulo alligata monstrum expectaret, Hercules fortè illac transiens, liberaturum se filiam Laomedõti pollicitus est, si equos diuino semine procreatos, quos habere eum constabat, in præmium sibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta belua, virginem liberauit. Sed quum Laomedon promissis non staret, indignatus Hercules, collecto vndiquaq; exercitu, Ilium expugnauit, Laomedontem occidit, Hesionem Telamoni vxorem dedit, quòd primus murum conscendisset. Priamum eius filium captiuum abduxit, qui postea auro à vicinis redemptus fuit, ideóque, λυτοῦ πριαμένος, hoc est, à redimendo nomen obtinuit.

Laomedontiades, patronymicum. Virgil. lib. 8, Laomedontiaden Priamum Salamina petentem. Vbi additur a, vt in multis aliis, vt commodius ingrediatur carmen heroicum, sicut Anchisiades, Telamoniades. Aliquando subtrahitur syllaba, vt Athemides, pro Athemonides, Deucalides pro Deucalionides.

Laomedonteus, pen. prod. Λαομεδόντειος, adiectiuum deductum à Laomedonte Troianorum rege. Virgil. 4. Aeneid. –necdum Laomedonteæ sentis periuria gentis?

Lapathum, λάπαθον, Herba est acidi saporis, quæ à Latinis rumex appellatur. Multæ autẽ sunt lapathi species, quas vide apud Plin. li. 20. ca. 21.

LAPERSAE, Λαπέρσαι, Dicti sunt Castor & Pollux Iouis filij, ab eo quòd Lãcedæmonij Laconici vrbem expugnauerint.

LAPETHOS, Λάπηθος, Cypri insulæ oppidum est, portum habens & naualia. Meminit eius Plin. lib. 5. cap. 31.

Lapis, idis, {Ital. *Pietra, sasso.* Gal. *Pierre.* Hispan. *Piedra.*} Quem Græci λίθον vocant, à nonnullis ita distingoitur à saxo, vt lapis mitior sit, minórq;, ac teneriori saxũ maius, aspetius, durióſq;. Vnde gemmæ lapides, non saxa dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 18, Nusquam hic vtiliot, quàm in Italia gignitur, lapisq;, non saxum est. Idem. Est & viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquã copiosus: & vbi inuenitur, lapis, non saxũ est. Sed hæc profectò differentia non videtur cum Plinio conuenire, qui non magnitudine distinguit saxum à lapide. Nam etiam colomnas ex vno lapide fieri, & Laocoontis statuam ex vno lapide excisam fuisse affirmat. Videtur itaq; magis dicendum, saxum esse, quod ex rupibus vel lapicidinis excinditur: lapidem, qui è terra effoditur. ¶ Et quoniã apud veteres lapidibus milliatia signabantur, poditur quandoque lapis pro milliario. Vnde legimus, ad tertium, ad quartum lapidem. ¶ De lapide emptos quoq; dicimus, qui publica auctione à præcone erant venditi. Nam priſco more præcones ex lapide facere præconium solebant: vbi mancipia quoq; venalia, præconis voce proclamabantur. Colum. li. 4, Non tamen excedunt septem iugera, vnius operam vinitoris, quem vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium posse cõparari putat. Cic. in Piso. Tribunus de lapide emptos esse ait, quia mercede id faciebant. Traductum autem est à lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse complurium auctorum testimonio constat, vnde præcones in auctionibus res vænales pronuntiabant. Vnde M. Tullius vilissimos homunculos, de lapide emptos appellat. ¶ Hominẽ præterea lapidem quandoq; dicimus, qui negligens stupidúſq; sit, quiq; ad id agendum quod maximè oporteat, nõ moueatur. Terent. in Heaut. Hei, quid ilas lapis? Ibidẽ, Quos tes dedere, vbi possem perfrontiscere, Nisi essem lapis, quæ vidi! ¶ Lapis interdum, pro petra accipitur. Virg. Aeg. 1, Et tibi magna satis quamuis lapis omnia nudus, Limosóque palus obducat pascua iunco. ¶ Lapis iucusus, manualis mola est, cudendo exasperata. Virg. 1. Georg. –lapidémq; reuertens Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat. ¶ Lapis bibulus, qui arenarius vocatur. Virg. 2. Geor. Aut lapidem bibulum, aut squallentes infode conchas. hoc est, pumicem. ¶ Lapidem decoquis, λίθον ἑψεῖς, pro eo quod est, Inaniter laboras. Neq; nusquam mollescit lapis quantumuis diutina coctione. ¶ Lapides flere. De re vehementer miseranda, prouerbiali hyperbole dici solet, eam esse tam lamentabilem, vt vel lapides cogantur ad fletum. Cic. pro Muræna. ¶ Verberare lapidem, prouerbiali quadam forma, dicimus aptè, vbi quis obiurgat incastigabilem, aut docet indocilẽ, aut inanem operam sumit, in re quapiam. ¶ Vitiabit lapidem longum tempus, Σύψασ' πίπτει ὁ κάλος χρόνος. Nihil in rerum natura saxo durabilius: at id quoq; temporum diuturnitate absumit.

Lapideus, a, um, Quod ex lapidis materia constat. {λίθινος. Ital. *Di pietra.* Gal. *De pierre.* Hisp. *Cosa de materia de piedra.*} vt, Lapideus murus, apud Liu. lib 1. ab Vrbe. Lapideus imber, apud eundem lib. 10. bel. Pun. & Lapidea Niobe, id est in lapidem conuersa. Cic. 3. Tusc. Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu silentium. ¶ Per translationem ponitur lapideus pro graui & ponderoso. Plaut. in True. Lapideus sum, commouere me miser non audeo.

Lapidosus, a, um. Quod lapidibus abundat. {λιθώδης. Ital. *Pieno di pietre, pietroso.* Gal. *Plein de pierres, pierreux.* Hisp. *Lleno de piedras.*} Ouid. de Nuce, Cautabor quare sit lapidosus ager. Plin. lib. 19. cap. 8, In locis incultis, lapidosis. ¶ Aliquando pro duro ponitur. Virgil. 2 Georg. Et prunis lapidosa rubescere corna.

Lapidarius, ria, rium, Quod ad lapides pertinet. {λιθικός. Ital. *Pertinente à pietre.* Gal. *Apartenant à pierres.* Hisp. *Pertenesciente à piedras.*} vt, Latomiæ lapidariæ. Plautus in Capt. Tyndatus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur.

Lapidarius, ij, substantiuum. {λιθοξόος, λιθουργός, λατόμος, λιθοτόμος. Ital. *Tagliapietra.* Gal. *Tireur de pierres, quarrier ou tailleur de pierre.* Hisp. *El cantero.*} Vlp. in L. Si vt certo. §. Sed interdum. Commod. vel contra. Nam & Mela scripsit, si seruus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit.

Lapillus, li, diminutiuum, Calculus, paruus lapis. {λιθάριον. Ital. *Pietra piccola, pietruccia.* Gal. *Petite pierre, pierrette.* Hisp. *Piedra pequena.*} Plin. lib. 10. cap. 23, Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno & decidens, indiligentiã coarguat. ¶ Lapillorũ item nomine gemmas, hoc est lapides pretiosos intelligimus. Curtius, Lapilli auribus pendent. Horat. 1. Serm. Satyr. 2, Nec magis huic intra niueos viridesque lapillos. Ouidius de Nuce, Peregrini lapilli.

Lapicida, æ, vel Lapidicida, æ, generis mascul. Qui lapides vel ex rupe excindit, vel ædificio adaptat. {λατόμος, λιθοξόος, λιθοτόμος, λατύπος, λιθουργός. Ital. *Tagliapietra, scarpellino.* Gal. *Tireur de pierre, quarrier, ou tailleur de pierre.* Hisp. *El cantero.*}

Lapidicina, pen. prod. vel potius lapicidina, quemadmodum lapicidam, & homicidam dicimus: Locus vbi lapides exciduntur, quam λατομίας vocant Græci. Vnde & carcerem latomias vocamus, siue quòd damnati ad lapides excidendos mittebantur: siue quòd Syracusanorum tyranni latomias habebant instar carceris excauatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad vrbem extruendam, hisque pro carcere vtebantur. {λατομία, λατόμια. Ital. *Cauo de pietre.* Gal. *Vne quarriere d'ou on tire les pierres.* Hisp. *La canteria.*} Plautus in Capt. In lapidicinas facite deductus fiet. Cic. 2. de Diuin. Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapidicinas Chiorum extitisse.

Lapido, as, pen. corr. Lapidibus obruo, vel lapides in aliquem iacio. {λιθάζω, λιθοβολῶ, κατα-λιθάζω. Ital. *Lapidare.* Gal. *Lapider.* Hisp. *Apedrear.*} Vnde scribit Macrobius lapidatum à pop. Rom. fuisse Vatinium, significare volens, lapidibus iactis fuisse impetitum. ¶ Transfertur etiam ad inanimata: vt, Lapidare aliquem verbis, pro eo quod est incessere. Macrobius, Notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidatam. ¶ Lapidare aliquando est lapidibus pluere. Liuius lib. 7. bel. Pun. Veiis de cælo lapidauerat. Idem lib. 3. Decad. 5, Reate imbri lapidauit. Sueton. in Calig. Quo die obiit Germanicus, lapidata sunt templa.

Lapidatio, verbale. Id est iactus lapidum. {λιθοβολία. Ital. *Lapidamento.* Gal. *Lestemens de pierres, lapidement.* Hisp. *Apedreamiento.*} Cic. 6. Verr. Fit magna lapidatio. Plin. de Viris illust. Intercedentem Bebium collegam lapidatio. Plin. de Viris illust. Intercedentem Bebium collegam facta per populum lapidatione submouit.

Lapidator. Lapides iaciens. {λιθοβόλος. Ital. *Chi lapida, chi tira pietre.* Gal. *Lapideur, ieteur ou tireur de pierres.* Hisp. *Apedreador.*} Cic. pro Domo sua, Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

Lapio, is, iui, itum. Dutum efficio, & quasi in lapidem conuerto. λιθόω. Pacuuius. Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Festus. Lapit, id est dolore afficit. Obsoletum est.

Lapidesco, scis, scere. Legitur pro in lapidem conuerti, seu in lapideam duritiem. {λιθόομαι. Ital. *Diuenir pietra, conuertersi in pietra.* Gal. *Deuenir pierre ou aussi dur que pierre, se conuertir en pierre.* Hisp. *Hazerse piedra.*} Plin. lib. 32. de baccis coralij. Aiunt tactu protinus lapidescere. Idem lib. 5. ca. 103. Similiter in flumine Silari vitta Surrentum, non virgulta modò immersa, verùm & folia lapidescunt.

LAPITHAE, pen. corr. Λαπίθαι. Populi fuerunt Thessaliæ, Pindum & Othryn montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. Hi primi omnium frænos & strata æquorum etedũtur inuenisse. Virg. 3. Georg. Fræna Pelethronti Lapithæ, gyrósque dedere. Et lib. 2. Georg. Et magno Hylæum Lapithæ craterа minantem.

Lappa, æ. {Ital. *Lappola.* Gal. *Bardane.* Hisp. *Yerua, amor del hortolano.*} Herbæ genus, capitula habens leuiter hamata, ideóque vestibus adhærentia. Tres autem sub se complectitur species. Nam quædam dicitur canaria, quæ est exigua, canibusque adhæret. Altera maior est, & φιλάνθρωπος appellatur, quòd vestibus hominum adhærens, ipsos amare videatur. eadem vocatur aparine. Tertia appellatur personata: & maxima est, nascitúrque inter riuos & flumina. Græci eam ἄρκιον vocant.

Lappago, pen. prod. Herbæ nomen est, quam describit Plin. lib. 26. cap. 10. his verbis. Et lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis, aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris. Quæ talis est, mollugo appellatur: similis, sed asperioribus foliis, asperugo.

Lapsana, pen. corr. λαψάνη. Olus syluestre trium foliorum: de quo Plin. lib. 19. cap. 11. Inter syluestres brassicas & lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo, aluum leniter emollit. Idem lib. 19. cap. 9. Necnon olus quoq; syluestre est trium foliorum, diui Iulij carminibus, præcipuè iocis militaribus celebratum. Alternis quippe versibus exprobrauere, lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parsimoniam cauillantes.

Lapsio, Lapsus. Vide LABOR.

Laqueare, ris, & per apocopen laquear, aris: & laqueatium, tij. Dicitur camera, hoc est pars superior cubiculi & cœnationis conuexa, quæ variis adornari solet sculpturis & coloribus. {φάτνωμα, καισάρωμα. Ital. *Traue maestro di casa.* Gal. *Le plancher d'vne maison ou le lambris du plancher.* Hisp. *El sobrado o entresuelo labrado de ſaquizami.*} ¶ Hæc etiam lacunaria appellantur, propterea quòd tignorum internalla, quandam lacuum speciem præbere videantur. Horat. lib. 2. Carm. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Seruius in illud Virgil. 1. Aen. Dependent lychni laqueatibus aureis: à nomine lacus significante trabem in ædificiis planam, ait diminutiuum esse lacunar, à quo lacunatium, & per antiltœchon laquear, & laqueatium.

Laqueatus, a, um. Quod est laqueis irretitum. {ἁμαχεδῶς, Ita. *Legato, allacciato.* Gal. *Lassé, enlassé, tenu en laqs.* Hisp. *Enlazado.*} Colum. lib. 6. cap. 19. Cæterùm corpus laqueatum, & distentum temonibus obligatur, immotúmq; inedentis arbitrio est expositum. ¶ Laqueatum item, dicitur id quod laquearibus est ornatum. φατνωτός. Vnde laqueata tecta. Cic. lib. 1. de Legib. Magnificas villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Et apud Liuium 5. Decad. lib. 1. Laqueatum auro templum dicitur: hoc est laquearibus aureis, vel auratis ornatum: qualis structura in tectis Regij palatij Parisiis visitur. Verba Liuij sunt hæc, Antiochiæ Iouis Capitolini magnificũ templum, non laqueatum auro tantùm, sed parietibus totis lamina inauratum, hoc est non tantùm habés laquearia inaurata, sed etiã ipsos parietes auro incrustatos.

Laqueus, ei. Vinculum ita nexum, vt pondere deprehensum claudatur. {παγίς. Ital. *Laccio.* Gal. *Lacs, lien, licol, piege, lasſoo.* Hisp. *Lazo para prender.*} Vnde dicimus, Laqueo vitam finiuit, id est suspendio vitam finiuit. Cice. 6. Verr. Homini iam collum in laqueum inferenti subueniisti. Ouidius 6. Meram. -laqueóque animosa ligauit Guttura. Virgil. Georg. 1, Tum laqueis captare feras, & fallere visco Inuentum. ¶ Ponitur etiam laqueus pro quacunque re, qua homo capi ac irretiri potest. ¶ Hinc griphos captiosásq; argumentationes, laqueos dicimus. Cic. de Fato, Ad Chrysippi laqueos reuertamur. Gell. lib. 1. cap. 2. Atque interea vocabulis haud facilè cognitis, syllogismorum, captionúmque dialecticarum laqueis strepebat. ¶ Hinc & Cicero pro Milone, laqueos iudicij dixit, Quum, inquit, illam beluam iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret. Et pro Cecinna, capi aliquem laqueo verbi dixit, pro eo quod est, irretire aliquem argutus verborum. Si ad interdicti sententiam confugis: & de quo fundo fit actum tum, quum Ebutius restituere iubebatur, id quærendum esse dicis, neque æquitatem rei verbi laqueo capi putas oportere: in meis castris, prætidisque versaris. ¶ Laqueus auxiliari videtur, ἀντιβοήθει, id est, Laqueus, ita vt videtur, bono est. Dictitari consueuit, quoties incommodum alicui verteretur in bonum. ¶ Suo ipsius laqueo captus est. In eum qui sibi malorum est autor. Psal. 9. ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν. Id est, In ipso laqueo quem abscondetunt, comprehẽsus est pes eorum. Nota metaphora. ¶ In laqueum inducere, est arte hc cõcludere quempiam, vt iam nullum sit effugium. ¶ Laqueus laqueum cepit, ἀνὴρ ἀνδρὶ παγὶς ἔστι, λαὸς λαῷ πάγος. id est Laqueum laqueus, ita vt videtur, ceperit. Vbi malus malum obseruat. ¶ Mandare laqueum dicimur iis, quos vsque adeo negligi à nobis significamus, vt vel si suspendãt sese, nihil ad nos attineat. Iuuenalis de Democr. -quum fortunæ ipsæ minaci Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem.

LARIS, Vide LARA.

LARA, siue Larunda, Nympha fuit quæ Iunoni furta Iouis cum Iuturna patefecit. Hanc Mercurius compressit, & inde geminos sustulit, qui à matre Lares appellati sunt. ¶ Sunt qui credant Lares, δαίμονες, geniósq; eosdem esse, existimantes vnicuique duos Lares esse: alterum bonum, alterum malum: vt nonnulli etiam duos Angelos bonum, malúmque à Deo in custodiam datos dicunt, sed non natos nobiscum, vt illi de genio siue lare dicunt. Colebantur domi, focúsque illis sacer erat. Vnde vulgus focũ, foculare appellat, quasi laris focum. Hi putati sunt dij domestici, ἐφέστιοι θεοί, quòd ad vrbis cõmoda vigilare dicuntur inter compita. Ouid. in Fast. Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt. ¶ Ab aliquibus dij agrorum vocati sunt. Tibullus, Vos quoq; fœlices quondam, nunc pauperis agri Custodes fertis munera vestra Lares. Quoniam autem Lares, siue Penates, etiam priuatorum domibus præesse credebantur (Plautus in Aulul. Ego Lar sum familiaris ex hac familia Vnde exeuntem me aspexistis:) factum est, vt vtrunque vocabulum pro ipsis domibus vsurpetur. ἑστία. Sallust. in Catil. Illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam vllum esse? Martialis lib. 1. O mihi curarum pretium non vile mearum, Flacce Antenorei spes & alumne laris. Horatius Sermo. lib. 1. Saty. 2, Qui patrium Numæ donat fundũmq; laremq;. ¶ Ponitur & pro parte interiore domus. Ouid. 1. Fast. Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frõtes: E quibus hæc populum spectat, at illa larem. Vbi etiam pro foco posset accipi, sicut & alibi sæpe apud Poëtas. ¶ Quandoque pro igne. Colum. lib. 11. cap. 1, Consuescátque rusticos circa larem domini, focúmque familiarem semper epulari. ¶ Ab ipso lare, ἀφ' ἑστίας ἄρχου. Id est, A Lare incipe. hoc est, à domesticis ac familiaribus initium sumito. Rectè dicetur in magistratus & alienæ vitæ censores: quorum officium est, vt in primis suos, suorũmq; vitam corrigant. Nam ἑστίαν Græci vocãt quem nos Larem ac Vestã vocamus. Aristoph. ¶ Lari sacrificant, ἑστίαν θύουσι. In tenaces dicetur qui de suis nemini quicquã impartiunt: aut in conuiuas edaces qui nihil appositis epulis mittunt amicis neq; quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat, ex iis quæ Laris immolabantur, aliquid foras efferre.

Lararium, tij. Sacrarium domesticum, in quo Lares & dij peculiares adorabantur. ἱερεῖον, θεοπρόπιον. Scribit Lampridius Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitasse, ad effigies deorum, in quibus habebat Appollonium, Orpheum, Abrahamum, & CHRISTVM. In secundo larario simulachrum Virgilij & Ciceronis.

LARANDA, λάρανδα, Ciuitas Lycaoniæ, in præfectura Antiochena, non procul à Derba. Vide Ptolemæum lib. 5. cap. 6, & Strabonem lib. 12.

Lardum, di, siue laridum. Caro suilla quouis modo salita. {χοιρεία σάλτη. Ital. *Lardo.* Gal. *Du lard, du porc salé.* Hisp. *El lardo o tozino de tocino.*} Ouid. lib. 6. Fast. Pinguia cur illis guttantur larda Calendis? Laridum legitur apud Plautum in Captiuis, Quanta, inquit, pernis pestis veniet! quanta labes larido!

LARENTIA, Nobilissima meretrix fuit, quæ populum Romanum hæredem fecit, & postea pro dea habita, Flora appellata est: cuius sacra Floralia dicuntur. Vide suprà in dictione FLORA.

LARES, rium, Vide LARA.

Largior, ris, Profusè dono. {πρόϊημι, χαρίζομαι. Ital. *Donare largamente.* Gal. *Donner largement, & aboudamment.* Hisp. *Dar largamente.*} Largiri ciuitatem. Cic. pro Cor. Balbo, Homo tum grauitate & prudentia præstãs, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate. Largiri cœnam. Plaut. Amphitryo. Proin tu istam cœnam largire, si sapis, esurientibus. Largiri libertatem populo. Cic. 3. de Legibus, Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largiot populo, vt autoritate valeant, & vtantur bonis: sic enim à me recitata lex est de suffragiis. Largiri vitam. Plaut. Asin. -Iam ipse Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam. Si tempus non largitur: id est non permittit, non concedit. Colum. lib. 5. cap. 9. Largiri se vltrò. Plaut. Mil. Nam tu te vilem feceris, si te vltrò largibere. Largibere, pro largiẽris. Sicut idem Plaut. in Bacch. Tum libertatem Chrysolao largibere.

Largitor, verbale, Id est profusor, prodigus. {δοτὴρ, χορηγός. Ital. *Prodigo di donare.* Gal. *Liberal donneur.* Hisp. *El que da largamente.*} Liu. 6. ab Vrbe, Quũ vrbem impetu cœpisset Dictator, prædam militi dedit, quo minus speratam, minimè largitore duce, eo militi gratiorem. Cicero hac voce frequentissimè vtitur, pro eo qui largitione populum corrũpit, & ambitus crimen committit, quemadmodum in Oratione pro Cælio. Non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impunè vnquam esse largitor. Idem 1. Offic. Existũntq; in Repub. plerumque largitores, & factiosi, vt opes quàm maximas consequantur.

Largitas, tis. {δαψίλεια. Ital. *Liberalità, largità.* Gal. *Largesſe.* Hisp. *Liberalidad, largueza.*} & Largitio, onis, διάδοσις, inter se differunt, quod Largitas (vt Agretius ait) humanitatis sit: Largitio, ambitionis. Est enim largitas rationabilis, & definitus liberalitatis effectus: largitio, expensa quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magistratuũ. Terent. in Adelph. Quæ istæc subita est largitas? ¶ Quandoque tamen largitio pro liberalitate ponitur. Cęsar 1. bel. Ciuil. Simul à tribunis militum, centurionibúsque mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit: quo facto duas res consecutus est, quòd pignore animos Centurionum deuinxit, & largitione redemit militum voluntates.

Largus, a, um, Idem quod copiosus, multus. Plin. lib. 11. ca. 39, Pili equis in iuba largi, in armis leoni. ¶ Accipitur etiam pro eo qui multa largitur, hoc est pro eo qui liberalis est, vel etiam prodigus, splendidus, dapsilis. {λαμπρός, δαψιλής. Ital. & Hisp. *Largo.* Gal. *Large, abondant.*} Cicero lib. 2. Offic. Omnino sunt duo genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales.

Largè, aduerbium, Liberaliter, abundanter. {δαψιλῶς. Ital. *Largamente, copiosamente.* Gal. *Largement, abondamment.* Hisp. *Larga y copiosamente.*} Horat. lib. 1. Carm. Ligna super foco largè reponens.

Largiter, aliud aduerb. quãuis non ita in vsu sit. Brutus Atti. Sed persuade tibi de voluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter.

Largitus, peu. corr. teste Nonio, pro Largè, siue largiter: sed antiquũ est, & obsoletum. Afranius, Quid istuc est? quid flet? quid lachrymas? largitus proloquere.

Largiloquus. Qui abũdãter loquitur. {πολυλόγος. Ital. *Gran parlatore.* Gal. *Grãd parleur.* Hisp. *Que largamente habla.*} Plau. in Cistel. -quę vbi saburratę sumus, Largilo quæ extẽplo sumus: plus loquimur, quàm sat est. ¶ Sic etiam largiflũ dicimus pro eo quod largè & abundãter affluit. Cic. 3. de Ora

de Oratore. Grando mista imbri largissimo subita, & præcipitans cadit.

LARINA, pen. prod. Virgo quædam Italica, vna ex Camillæ comitatu, quæ Turno aduectus Aeneam suppetias tulit. Virgil. 2. Aeneid. At circum lectæ comites, Lurinâque virgo. Tullâque, & ætatam quatiens Tarpeia secorim, Inalides, quas ipsa decus sibi Dia Camilla Delegit, pacisque bonas, bellique ministras.

LARINE, λαρίνη. Fons est Atticæ, sicut Callirrhoe. Plin. lib. 4. cap. 7.

LARISSA, λάρισσα. Nomen est multarum ciuitatum. Vna est in plaga Thessalica à qua Achilles Larissæus dictus est. Alia pensilis in Creta. Alia in Peloponneso, arx Argiuorum. Alia in agro Atticæ. ¶ Apud Troiam etiam Asiæ vrbs est Larissa, vt Strabo scribit: à qua Larissæus Iupiter, ὁ ἐπὶ λαρισσαίῳ, ἢ λαρισαῖος, est dictus. ¶ Larissa quoque in Italia, quam (vt Diodorus lib. 1. scribit) Pelasgi condidere. Cæsar 3. bel. Ciuil. Vniuersi simul Larissam versus se recipere cœperunt.

LARIVS. Lacus est totius Italiæ amplissimus, Vulgò *Lago de Como*, vnde & à Virgilio Maximus vocatur: quem & à Como vicino oppido nonnulli appellant Comensem. Per hunc lacum medius fluit Abdua fluuius, aquásque eius reddit suauiores: deinde per oppositam lacus partem erumpens, in Padum non longè à Cremona influit. Dictus Larius à fulicarum multitudine. A Græcis enim λάρος vocatur fulica quæ est auis nigra & aquatica.

Larius, a, um, Catulus, Veronam veniat noui relinquens Comi mœnia, Lariúmque littus.

Larix, ικος Theophrasto, si Theodoro credimus, Arboris genus coguarum abieti & pino, nullam quantumuis longa senecta cariem sentiens, neque ignem per se concipiens, neque vlla ratione ardens, eo quòd plurimùm terrestris, aqueæq; habeat substantiæ, minimum autem igneæ, aut æriæ. Nec est alia ratio eâ consumendi, quàm si magna lignorum copia vratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici littora, vix alibi nota. Vide Plin. lib. 16 cap. 10. Lucan. lib. 9. Et latices, fumóque grauem serpentibus vrunt Abrotanum.

LAROPII. Populi fuerunt in Scythia Asiæ, vt lib. 4. Scribit Herodotus.

Laruæ, arum, Noxiæ inferorum vmbræ: à Laribus (vt quidam putant) dictæ. ‡ μορμόνες, μορμολύκεια Ital. *Spiriti di notte*. Gal. *Esprits qu'on dit aller de nuit, loups garous*. Hisp. *Fantasma que parece de noche*. ‡ Plaut. in Amphit. Nam hæc quidem ædepol laruarum plena sunt. Vnde Laruati, νυμφόληπτοι, dicũtur furiosi, & mente moti, quasi à laruis exterriti: quales sunt quos vulgò *Demoniacos* appellant. Plautus Laruatus ædepol hominem miserum mendicum quærit at. Hic etiam ceriti dicuntur, à Cerere, quasi Cereris ira animo vexati. Plautus, Certè, larnatus, aut ceritus. ¶ Larua etiam persona. ‡ πρόσωπον, μορμολύκειον. Ital. *Volto finto, maschera*. Gal. *Masque, faux visage*. Hisp. *La mascara, ò carratula ò carantoña*. ‡ dicitur quam barbari vocant *Masiam*. & Laruarum, dicimus personatum. Horat. 1. Sermo. Satyr. 5. Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis. Apule. in Apol. Laruas appellat noctium occursacula, bustorum formidamina sepulchrorum terriculamẽta. August. lib. 4. de Ciuit. Dei, Laruæ dicuntur animæ hominum deprauatæ, & in malis vitæ meritis maculosæ, quæ à corpore separatæ, terriculamentum sunt mortalibus. ¶ Cum laruis luctari dicuntur ij qui vita defunctos infectantur maledictis: qua re nihil esse posset indignius ingenuo viro.

Larualus, vide in laruæ.

Larualis, le. Terribilis, deformatus, pallẽs, emaciatus, ac prorsus horrendus. μορμολύκειος. Sidonius, Facies veluti vmbris mœstificata larualibus.

LARVNDA. Nympha fuit, Larium mater, quam alij Laram vocant, à qua Lares dicti. Vide LARA.

Larus, ri. Auis est aquatica, colore fuluo, magnitudinem columbæ non multum excedẽs. λάρος. Quidam fulicam interpretãtur. ¶ Larus hians, λάρος κεχηνώς, prouerbiali metaphora de furibus dicitur. Est enim hæc auis mirum in modum rapax & vorax. Suidas.

LARYMNA. Oppidum in ora Locrorũ Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem non procul à Thronio oppido, teste Plin. lib. 4. cap. 7.

Lasanum, pen. corr. ‡ λάσανον Ital. *Cianguolo*. Gal. *Pot de chambre, pot à pisser, office*. Hispan. *Orinal*. ‡ Vasculum euacuando ventri accommodatum. Horat. 1. Serm. Satyr. 6, Quum Tyburte via Præterem quinq; sequuntur Te pueri, lasanum portantes, œnophorúmque.

Lasciuus, ua, uum, pen. prod. Protervus, salax, plus mollitiei (vt inquit Valla in Raudensem) quàm roboris aut constantiæ habens. ‡ ἀσελγής, λάγνος. Ital. *Lasciuo, molle, luxurioso*. Gal. *Lasciff, semillant, saffre, luxurieux*. Hisp. *Dissoluto, loçano, retoçon*. ‡ Virg. 3. Aeglo. Malo me Galatea petit lasciua puella. Plin. lib. 8 cap. 40. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ Regis, vxore eius Consingi lacerata propter lasciuiorem eius cum marito iocum. ¶ Dicitur etiam de brutis animantibus. Virgil. 2. Aegl. Florentem cytisum sequitur lasciua capella. ¶ Aliquando ponitur pro impudico Mart. lib. 1. Lasciua est nobis pagina, vita proba.

Lasciuia, æ, Mollities, petulantia, nequitia, incontinentia animi nec virtutem, nec probitatem reuerentis, procacitatéq; se oblectantis. ‡ ἀσέλγεια, λαγνεία. Ital. *Lasciuia, luxuria*. Gal. *Incontinence & lasciueté, paillardise*. Hisp. *Loçania, obra de retoçar*. ‡ Procedit enim lasciuia ab animi alacritate. ¶ Aliquando ponitur pro ioco, petulantia, & procacitate improba. Plin. lib. 26. cap. 1, Grauissimum ex his morbis Lichenas appellauere Græco nomine: Latinè, quoniam in mento ferè oriebatur, ioculari primùm lasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miseris,) mox & vsurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus. ¶ Lasciuia maledicendi apud Quintil. lib. 9 cap. 2, ponitur pro dicacitatis voluptate. Assistentes, inquit, oderint hanc maledicendi lasciuiam. ¶ In oratione quoque ludibunda, & exultante dicitur esse lasciuia. Idem Quintilianus, Ne recentis huius lasciuiæ flosculis capti, voluptate quadam praua deliniantur.

Lasciuibundus, adiectiuum. Plautus, Quidnam dicam Dinacium lasciuibundam tam libenter mœrere?

Lasciuè. aduerbium, id est petulanter, procaciter, molliter, nequiter.

Lasciuio, is. Significat petulanter agere. ‡ ἀσελγαίνω, λαγνεύω Ital. *Lasciuire, insolentire disordinatamente* Gal. *Rager, folastrer, estre lascif, s'esbaudir*. Hisp. *Retoçar ò burlar*. ‡ vt equi indomiti solent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter solitum, aut lusitare, exultaréque solent. Colum. lib. 7, Satietate vetni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt. ¶ Lasciuire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli hubertate luxuriant. Budæus.

Laser, eris, Succus laserpitij, eximij in medicamentis vsus. ‡ ὑποσκιρτίς. Ital. *Belgoino*. Gal. *Benjoin*. Hisp. *Mezoin, assafraçar*. ‡ Plin. lib. 19. cap. 3, Ab his proximum dicetur autoritate clarissimum laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius succum vocant laser, magnificum in vsu medicamentisq;. Colum. lib. 5. cap. 10, Nos exiguum admodum laseris vino diluimus, & ita cacumina arboris summa oblinimus. Laseris in condituris meminit Apicius. Palladius lib. 3. laser appellat opon Cyrenaicum, eo quòd laserpitium herba ex qua hic succus conficitur, primùm in Cyrenaica regione sit reperta. Officinæ Asam fœtidam appellant.

Laserpitium, tij, Virgultum herbidum, ex cuius culmo exudat succus roscidus quem vocant laser, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica prouincia laudatissimum. σίλφιον. Hinc Catullus ad Lesbiam laserpitiferas vocat Cyrenas. Caulem laserpitij magudarim vocari autor est Galenus, quanquam non desunt qui ipsum etiam semen eodem nomine appellent. A laserpitio Cato formauit Laserpitiatus, a. um. cap. 116, de Re rust. Lentim quomodo seruari oporteat: Laserpitium aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpitiato, & in sole ponito. Plin. lib. 18. cap. 30, Sunt qui lentem aceto laserpitiato respergant.

LASIA, λασία. Vulgò *Andro*, Insula est decem tantùm passuum millibus distans à Geresto Eubœæ, quæ notiore nomine Andros dicitur. Autor Plio. lib. 4. cap. 12. ¶ Est & altera eiusdem nominis insula, non procul à sinu Trœzenio, teste eodem Plinio loco iam citato.

Lassus, nomen est adiectiuum, Idem significans quod fessus vel fatigatus, hoc est corporis vel animi labore fractus. ‡ κεκμηκώς. Ital. *Stracco, affaticato, lasso*. Gal. *Las, lassé*. Hisp. *Cansado con trabajo, fatigado*. ‡ Plaut. Amphit. Lassus sum hercle, e naui vt vectus huc sum: etiam nunc nauseo. Terent. Hecyra Etenim lassam oppidò tum aiebant: eo ad eam non admissa sum. Plaut. Pseud. -nam vt lassus veni de via, Me volo curare. Amore lassus. Ouid. 3. Amo. Eleg. 6.

Lassulus, li, diminutiuum. ‡ ὑποκεκμηκώς, ὑπόκοπος, ὑπόκαμνος. Ital. *Alquanto stanco*. Gal. *Qui est vn peu ou aucunement las*. Hisp. *Cansado ò trabajado vn poco*. ‡ Catullus, Itaque vt domum Cybeles tetigerunt, lassulæ, Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere.

Lassitudo, is. Pro molestia quam ex labore suscipimus. ‡ κόπος, κόμος. Ital. *Stracchezza, l'essere stracco*. Gal. *Lassez*. Hisp. *Cansancio por trabajo*. ‡ Sallust. Non famem aut sitim, neq; frigus, neq; lassitudinem opperiri. Plautus Capt. -illic ibi demum est locus, Vbi labore, lassitudo est omnis exigunda ex corpore. Cic. ad Cornif. Sed nulla lassitudo impedire officiũ & fidem debet. Cæsar 2. bell. Gall. Cursu ac lassitudine exanimatus.

Lasseo, es. Lassus sum, à quo Lassesco, is, lassus fio, fatigor. ‡ κοπιάω, κάμνω, κάμπτω, κοπιῶ, κάμπτομαι. Ital. *Diuenir lasso, stancarsi*. Gal. *Se lasser, deuenir las*. Hisp. *Cansarse*. ‡ Plin. lib. 10. cap. 16. Non lassescere in vllo labore qui neruos ex alis gruis & cruribus habeant. Idem lib. 14. cap. 2, Si non præpinguis soli hubertas lassescentem sustineat.

Lasso, as. Fatigo. ‡ κοπιῶ, κόπτω, κάμνω. Ital. *stancare, affaticare*. Gal. *Lasser*. Hisp. *Cansar à otro*. ‡ Plin. lib. 3. Epist. Multisque caulis non lassaretur modò, verumetiam confunderetur. Martia. lib. 8, Lassare dominum supplicibus libellis. Ouid. 3. de Põto, Mitius ille perit, subita qui mergitur vnda, Quàm sua qui tumidis brachia lassat aquis. ¶ Huius compositum est delasso, vehementer lasso. Plaut. in Asin. Eum etiam hominem in Senatu dare operam aut clientibus ibi labore delassatum, noctem totam stertere.

Lassor, aris, passiuum. Ouid. 2 Meta. In molli nequicquam lassor arena.

Lassatus, participium. ‡ κεκμηκώς, κεκμηκότος. Ital. *Fatticato*. Gal. *Lassé*. Hisp. *Cansado*. ‡ Iuuenal. Satyr. 6. Et lassata vitis, nondum satiata recessit.

LASTHENIA. Nomen est mulieris Mantineæ, quæ adeò cupida fuit discendæ Philosophiæ, vt assumpto virili habitu, Platonis auditorium frequentaret. Laertius.

LASVS, λάσος. Primus de musica scripsit, & dithyrambum certamen protulit primus: vixitque temporibus Darij Persarum regis. Suidas.

Lateo, es, latui. In occulto sum. ‡ λανθάνω. Ital. *Esser nascoso, nascondersi*. Gal. *Se cacher, estre caché, n'estre veu ne cognu*. Hisp. *Esconderse*. ‡ Virgil. 3. Aeglog. Latet anguis in herba. Cic. 3. Verr. Nullę sunt occultiores insidię, quàm hæ quæ latent in simulatione officij. Horat. 1. Epist. -Veianius, armis Herculis ad postem fixis, latet abditus agro. ¶ Et quoniam ea quæ in occulto sunt, ferè ignoramus, factum est vt latere accipiatur pro incognitum esse, vel ignorari. Et in hac significatione pleruncque accusatiuum habet. Virgil. 1. Aeneid. Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. ¶ Sic dicimus, Hęc res latet me: id est ignoro hanc rem. Latet plerósq; id est in occulto est plerisque, vel plerique ignorant. Plin. lib. 2. cap. 20, Latet plerósque, magna cæli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris, superiorum trium siderum ignes esse. ¶ Aliquando etiam in hac significatione cum dativo legitur. Lucan. lib. 10, Tu mihi causa lates. ¶ Huius verbi composita sunt, Deliteo, de quo suprà: Obliteo, & Oblitesco, de quibus suis locis.

Lateuter, aduerbium, clam, occultè. ‡ κρυφῆδόν Ital. *Nascosamente*. Gal. *En cachette, secrettement, couuertement*. Hisp. *Escondidamente*. ‡ Cicc. in Topic. Cùm enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ euentus obscura causa, quæ latenter efficitur.

Latito, as, pen. corr. Sæpè, aut ferè semper lateo. ‡ λανθάνω, ἐκφεύγω. Ital. *Nascondersi spesso*. Gal. *Se cacher, ne se monstrer point*. Hispa. *Esconderse à menudo*. ‡ Cic. pro Cluẽt. Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio. Hora. 3. Carm. Ode 12, Catus idem per apertũ fugientes Agitato grege cervos iaculari, & Celer alto latitantem fruticeto excipere aptum. Lactant. lib. 3. Latitantem atq; ignotam sibi veritatem differendo eruere voluerunt. ¶ Cato tamen latitauerunt dixit, pro frequenter tulerunt, frequentatiuum secundum verbi fero, fers. ¶ Latitare, inquit Budæus, dicuntur qui ad iudicium vocati frustrantur, & iudificantur. Cicc. pro Quint. Ego experiri non potui: latitauit, procuratorẽ nullum reliquit.

Latitatio, onis. ‡ κρυπτοκρυβία Ital. *Nascondimento* Gal. *Cachement* Hisp. *Escondimento* ‡ Quintil. lib. 7. ca. 5, Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia.

Latebra,

Latebra,bræ,pen. corr. & Latebræ, arum, locus vbi aliquid occultatur. {φωλεός.Ital. *Nascondimento,ascosagna.*Gal.*Cachette.*Hisp.*Escondrijo, lugar de esconder.*} Lucan.lib.1, Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbus erit.Quintil.Et quanuis odio euersoris nostri euocatus ex latebris suis,populus subsellia non implet. Quidam ita distinguunt: vt latebræ de hominibus dicantur: latibula de feris, quod quanuis aliquando verum sit, non semper tamen obseruatur. Nam & latebræ passim apud receptæ autoritatis scriptores pro ferarum lustris inueniuntur accipi. Liu.lib.46, Inter vepres, & latebras ferarum noctem vnam delituit.Plin.lib.10.cap.19, Oenanthe quidem etiam statos latebræ dies habet. ¶ Neque solùm de ferarum cubilibus, verumetiam de quibuslibet locis dicitur,in quibus aliquid absconditur Plaut.in Aulu. -Non metuo, ne quispiam inueniat, ita probè in latebris situm est. -Ponitur interdum latebra pro excusatione, & prætextu. ἀφορμή. Cic.3.Offic.Sed si hoc sibi sumant,nullam esse fidem,quæ infideli data sit,viderint,ne quæratur latebra periurio, id est excusatio qua lateat, id est non videatur periurium.

Latebricola,læ,pen.corr.Latebras incolens. {φωλαγός.Ital.*Chi si occulta in luochi nascosti.*Gal.*Qui se tient & demeure en cachettes.*Hispa.*Morador en escondrijos.*} Plautus Trinummo, Latebricolarum hominum corruptor.

Latebrosus,sa,sum,vt,Latebrosus locus, in quo frequentes latebræ sunt. {φωλεώδης Ital. *Doue sono molti nascondimenti.*Gal.*Plein de cachettes.*Hisp.*Cosa llena de escondrijos.*} Plaut.in Baech.Nã huic ætati non conducit mulier latebrosus locus. Latebrosus locus ad equites tegẽdos,Liu 1, Bell. Pun. Colles latebrosi, Silius lib.5. Flumina latebrosa, Virgil. 8. Aeneid. Nox latebrosa, Lucan.lib.6. Via latebrosa.Cic.pro Sest.

Latebrosè,aduerbium. Occultè, clàm. {κρυβδὸν Ital. *Asciosamente.*Gal.*En cachette.* Hispan.*Escondidamente.*} Plaut. Trinu. -patet adsum, Impera quid vis, neq; tibi ero in mora:neq; latebrosè me abs tuo Conspectu occultabo.

Latibulum,li, in quo aliquid delitescit. {φωλεός.Ital.*Luogo doue si nasconde.* Gal.*Caverne taisniere,cachette.*Hisp.*Escondrijo.*} Valla distinguit latibulum à latebra,quòd latebra hominũ sit, latibulum ferarũ. Sed hæc differentia non semper obseruatur. Nam quemadmodum suprà ostendimus, latebram etiam pro ferarũ lustris accipi,ita etiam latibulum aliquãdo de iis locis dicitur,in quibus homines se occultant. Cic.Attico lib.12, Ego autem volo aliquod emere latibulum,perfugium doloris mei.

Latibulo,latibulas,Neutrum,& latibulor,aris, deponẽs, significat lateo. {φωλεύω.Ital. *Nascondersi.*Gal.*Se cacher, se musser & tapir.*Hisp.*Esconderse.*} Varro,Vide ne seruus dominis latibulet. Accius,Progredere,& nequis latibuletur,prospice.Antiquum est.

Later,masc.gen.laterem,latere:& lateres in plurali integrum inuenitur pro terra & cocta,& in lapidem durata: genitiuus & datiuus singulares rarò leguntur.{πλίνθος.Ital.*Quadrello, mattone.*Gal.*Brique ou tuille.* Hisp.*Ladrillo.*} Cic.2.de Diuin.Nunc hoc in latere,aut in cæmento, ex quibus vrbs effecta est, potuit valere? Colum.lib.6.cap.14,Itaq; quum id accidit,veteri lateri later conteritur,cõque intrito, &c. Idem lib.9. cap.6,Reliqua sunt alueorum genera duo,vt vel ex fimo fingantur,vel lateribus extruantur.Valla lib.1,Coctiles lateres,qui cocti sunt,& non crudi.Vitruuius,Siue silex,sine cæmentum, aut coctus later, siue crudus,his erit vtendum.Plaut.Latere firmior. Laterum tria genera sunt: didoron,δίδωρον, à lõgitudine duorum palmorum ita dictum, palmorum(inquam)maiorum,quorum singuli valent palmos minores tres, hoc est digitos duodecim:quæ mensura geminata conficit sesquipedẽ: quæ erat didori longitudo:latitudo autem pedis vnius.Alterum tetradoron,τετράδωρον,tertium pentadoron,πεντάδωρον nominabant,à mensura quatuor & quinq; palmorum.Græci enim antiqui δῶρον palmũ vocabant,& ideo δῶρα munera,quia manu dabãtur.Vide Plin.li.35.ca.14. ¶ Laterem lauare,prouerbiali specie dicitur pro eo quod est, operam ludere. Inde tractum,quod rubedo illa in lateribus ablui non possit. Terent.in Phorm.Purgem me?laterem lauem, id est frustra agam.

Laterculus,li,diminutiuum,Paruus later. {πλινθίον.Ital.*Mattonello.*Gal.*Petite tuille.*Hisp.*Pequeño ladrillo.*} Plinius,Crudis laterculis ad formam cami. Curtius lib.5.scribit laterculo coctili structos fuisse muros Babylonis.Colum.lib.18.cap.14,Sub porticibus deinde quadratæ harũ cæmentis,vel etiam laterculis extruuntur.

Lateritius,a,um,Quod est materiatum ex latere.{πλινθινος.Ital.*Mattonato di mattoni.*Gal.*Fait de tuile ou de brique.*Hisp.*Cosa obrada de ladrillos.*} Plin. Lapide duro,ac silice æquo construunt,veluti lateritios parietes.Idem lib.35.cap.14, Græci præterquam vbi è silice fieri poterat structura, parietes lateritios prætulere.

Lateratus,adiectiuum,Idem quod lateritius.πλινθίνος.Plin.lib.7.ca.56, Lateratas domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Atheuis. Sic enim legit Calepinus: quum tamen omnia Plinij exemplaria,quæ quidem nobis videre contigit,hunc in modum legendum ostendant,lateratas,ac domos constituerunt,&c.vt lateratas intelligamus officinas fornacésque fingendis, coquendisq; lateribus aptas. ¶ Lateratum, genus tigni. Vitruu.lib.1. cap.10, Ipsi autem lateratis circà fixis contineantur,tegantúrque tabulis maximè palmeis.

Lateralis,Vide LATVS,substantiuum.

LATERANVS,Nomen proprium nobilissimi Romani, qui quum Consul designatus esset, iussu Neronis est interfectus. Iuuen. Satyr. 10, -egregias Lateranorum obsidet ædes Tota cohors.Vnde etiam Lateranensis basilica sancti Ioannis vocata est, quòd eo in loco extructa fit,vbi olim erat palatium Lateranensium, clarissimæ apud Romanos familiæ. Hieronymus ad Marcel. Quis credat mulierem nobilem & potentem in domo Laterani Consulis defigoati,&c.

Laterna,næ,à lateo,licet lateo habeat primam correptam, laterna verò productam. {λαμπάς Ital.& Hisp. *Lanterna.*Gal. *Lanterne.*} Mart.lib. 14, Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis: Et tuta est gremio parua lucerna meo. Dicta laterna, quòd lumen in ea inclusum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à vento extinguatur.Plaut.in Amph. Quò ambulas tu, qui Vulcanum inclusum in cornu geris?

Laternarius,rij,Qui alteri laternam præfert. {λαμπαδοῦχος,δαδοῦχος,λυχνοφόρος,λαμπτήρ.Ital.*Che porta la lanterna.*Gal.*Qui porte la lanterne.*Hisp.*Lanternero,el que lleua la lanterna.*} Cic. in Pisonem, An cum altero barbaro Epicureo,cum altero Catilinæ laternario?

Latesco,Vide LATVS adiectiuum.

Latex, laticis, Omnis humor dicitur, ab eo quòd intra aliquid lateat. {ὑγρὸν.Ital.*Ogni humore.*Gal.*Toute liqueur.*Hispan.*Toda humor.*} De aqua, Virgil.4.Aeneid.Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.De vino, Idem 1.Aencid.Regales inter mensas,laticémque Lyæum.Sic Ouidius Palladios latices dixit,quum oleum dicere vellet.Et Lucretius.Absynthij laticem. Liquoris vitigeni lacte, Lucr. lib.5. Cærulei latices, Ouid.3. Trist. Eleg.10. Calidi latices, Virgil.6. Aeneid.Absynthij amarum perpotare laticem,Lucr.lib.4.

Lathyris,λάθυρις. Herba quæ cataputia maior appellatur,de qua sic Plin. lib.27. cap.11. Lathyris folia habet multa, lactucæ similia, tenuiora, germina multa,in quibus semen tuniculis continetur,vt capparis.

Latialis,Vide LATIVM.

Latibulum,Vide LATEO.

Laticlauium,Latifolia,Latifundium,Vide LATVS,adiectiuum.

Latine,Latinus,Vide LATIVM.

LATINI,Italiæ populi dicebantur,qui eum tractum incolebant, qui est inter ostia Tyberis & Circeios:quam Italiæ partem Latium antiquum appellabant. Hi ante Aeneæ in Italiam aduentum Aborigenes dicti sunt:postea verò Troianis permisti vno nomine dicti sunt Latini, siue à Latio regione illa quam incolebant, siue à Latino rege, cuius filiam Lauiniam Aeneas duxerat vxorem.

LATINVS,ni,substantiuum,λατῖνος,Nomen Regis Aboriginum, Fauni & Maricæ nymphæ filij, cuius filiam Lauiniam Aeneas accepit vxorem.De hoc Virgil. lib.7. Aeneid. -Rex arua Latinus, & vrbes Iam senior longa placidas in pace regebat.

Latio,Vide FERO.

Latito,Vide LATEO.

Latitudo,Vide LATVS,adiectiuum.

LATIVM,tij,Vulgò *Campagna di Roma.* Ea pars Italiæ est, teste Plin.lib.3, cap.5. quæ est inter ostia Tyberis & Circeios, millia passuum quinquaginta in longitudinem non excedens:quod postea prolatis imperij terminis,antiquum Latium est appellatum. Postea verò, teste Seruio, Latij nomine dictum est quicquid est inter Tyberim & Vulturnum amnes.Totúsque ille tractus diuiditur in Latium citerius, & Latium viterius. Citerius Latium à Tyberis ripa Fundos vsque protenditur:viterius,à Fundis vsque ad Vulturnum amnem. ¶ Dictum autem Latium putatur,quòd illic latuerit Saturnus, dum Ioue fugeret.Ouid. lib.1.Fast.Dicta quoque est Latium terra latente Deo. Virg.8.Aeneid. -Latiúmque vocari Maluit,his quoniã latuisset tutus in oris.Contrà Varro Latium à Latino Rege dictum asserit.

Latius,a,um,Quod ex Latio est. Colum.in Præfat.lib.1, An Latiæ musæ non solos aoytis suis Accium & Virgilium recepere:sed eorum & proximis,& procul à secundis sacras concessere sedes? Agri Latij, Ouid.3. Fast.Gens Latia,Ouid.4.Fast. Lingua Latia.Ouid.2.de Põto,Eleg.3.

Latialis,le,Quod ex Latio est:vt,Iupiter Latialis dictus est, quòd in Latio coleretur.Virgil.Et residens celsa Latialis Iuppiter Alba. Cic.Sicut vtique ferias non Latiales, Latiarésve,sed Latinas dixeris,aut Latias. Latialis sermo,qui & Romanus,& Latinus.Plin.lib.3.cap.1,Ex his digna memoratu,aut Latiali sermone dictu facilia.Id est Latino.Macrobius lib.1.cap.1,Doctrinæ latialis haud insciam.

Latinus,a,um,λατῖνος,nomen deriuatiuum à Latio.Virgil.1.Aen.Genus vnde Latinum. Inde Latinum sermonem dicimus cum quo vrebantur in Latio. Carmen Latinum,Horat.1.Carm. Ode 32. ¶ Latinæ consuetudini tradere,id est Latinum sermonem conuertere. Columella in Præfat.lib.12,Hæc in Oeconomico Xenophontis: & deinde Cicero, qui eum Latinæ consuetudini tradidit. Vertere in Latinum: hoc est in Latinam linguam.Quint.lib.10. cap.5, Vertere Græca in Latinum, veteres nostri oratores optimum iudicabant.Cic.1. de Finibus, Ita sentio, & sæpe disserui, Latinam linguam non modò non inopem,vt vulgo putarent:sed locupletiorem etiam esse, quàm Græcam.

Latinæ,latinarum, Feriæ erant conceptiuæ, singulis annis à magistratibus in certos, vel incertos dies concipi solitæ, quibus pro communi totius Latij salute Ioui Latiali in monte Albano sacra fiebant à præfecto vrbis Latinarum causa creato: populisque Latinis carnes diuidebantur ex præscripto vetusti fœderis inter Romanos & Latinos icti, Sp.Cassio,& Posthumo Cominio cos 22. Cuius fœderis leges ne vllo vnquam tempore interciderent,Romæ in ænea columna fuerunt incisæ.Cic.pro Plancio,Quibus in municipiis vix iam qui carnem Latinis petant inueniuntur.

Latinè,aduerbium,Id est more Latinorum. {λατῖνιστί.Ital.*Latinamente.*Gal. *En Latin,a la maniere des Latins.*Hisp.*Latinamente,en Latin.*} Cic.6.Verr.Latinè me scitote,nõ accusatoriè loqui.Idem 2.Philip.Antonium, quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet:sed vt appellant ij qui planè & Latinè loquuntur,hoc est propriè & apertè.Dicimus quoque,Scio Latinè:vbi subauditur,loqui:quod turpiter exprimeretur:sicut quum dicimus, Scio fidibus,vbi subauditur,canere non tamen exprimitur. Liu.1.ab Vrbe, Terror ad hostes transiit.Etenim audiuerant clara voce dictum,& magna pars Fidenatiũ,vt qui coloni additi Romanis essent, Latinè sciebant.Cic.pro Cecinna, Quid enim facilius est, quàm probari iis qui Latinè sciant,in vno seruulo familiæ nomen non valere?

Latinitas,atis,Locutio ipsa Latina,hoc sermo Latinus. {Ital.*Fauella latina.* Gal.*Langage latin.*Hisp.*Habla Latina.*} Cic.Att.lib.7,Securúsque sum,non dico Cæcilium,manè vt ex portu in Piræeum,(malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium,cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à C.Lælio scribi.

Latinicensis,& hoc Latiniẽse,idem quod Latinus.Cic.de Arusp.Respons. Quòd in agro Lannienſi auditus est strepitus cum fremitu. ¶ Significare etiam potest eum qui alibi ortus, in Latio cum Latinis versatur, vt suprà dictum est in dictione Hispanus.

LATMIVS mons,λάτμιος ὄρος,mons Ioniæ, notus fabula Endymionis, quem quum Luna adamaret, in Latmio monte ab ea sopitũ ferunt,vt vnum ab eo osculum auferret:vnde & ipse Endymion Latmius dictus

est

est Ouid.lib.3.de Arte. Latmius Endymion non est tibi Luna rubori?

LATOIS, idis, secunda syllaba producta. Λητοΐς, patronymicum est fœmininum à Græco nomine Λητώ deductum, quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos Latonā. Latois itaq; à Poëtis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latini Græcorum imitatione Latoniam appellant. Ouid.7.Meta. Inde Calaureæ Latoidos aspicit aruа.

Latomiæ, vel Latumiæ, arum, {λατομίαι. Ital. *Luogo donde si scarpellano sassi.* Gal. *Quarrieres.* Hisp. *La cantera, minera de canos.*} à Græcis dicuntur, quæ nos lapicidinas, hoc est loca vnde exciduntur saxa. λάας enim à Græcis vocatur qui à nobis lapis: & τόμος, sectio. Liu.6. bel.Pun. Comprehensa postea priuata ædificia, comprehensæ latomiæ, forúmq; piscarium. Ad latomias damnari solebant ij qui in opus metalli damnabantur. Plaut.in Capt. Tyndarus in latomias lapidarias ab Aegione damnatur. Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias. ¶ Et quoniam carceres in plerisque locis fiebant in lapicidinis iam effossis, vt in Sicilia Latomiæ Syracusanæ, factum est vt latomiæ de quouis carcere dicantur. Cic.7.Verr. Carcer ille qui est à crudelissimo Tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latomiæ vocantur, in istius imperio domicilium Romanorum fuit.

Latomus, {λατόμος. Ital. *Tagliapietra.* Gal. *Tireur de pierre, quarrier, tailleur de pierre.* Hisp. *Cantero que saca las piedras y labra.*} Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus saxa excindit, aut ad opus adaptat.

LATONA, pen.prod. Λητώ, filia Cœi Titanis, à Ioue amata & oppressa est, ex quo geminam concepit prolem, Appollinem videlicet & Dianam: quod Iuno adeò ægrè tulit, vt immisso contra illam Pythone serpente, per totum terrarum orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad fororem Asterien in insulam Ortygiam peruenisset, à qua suscepta est, ibique Dianam peperit, quæ euestigio obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, & Apollinem nascentem suscepit: qui adultus mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare responsa. Porrò hæc insula, quum antea Ortygia vocaretur, postea Delos vocati cœpit, quòd quum antea aquis mersa fuisset, subitò Iouis iussu conspicua fuerit reddita. Nam δηλόω Græci dicunt, quod nos ostendere, seu manifestare.

Latonia, Λητωΐς, dicta est Diana, à matre Latona, quemadmodum Apollo ipse, Latonius, Λητῶος. Virgil.9.Aeneid. Tu dea, tu præsens nostro succurre labori, Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Similiter Delos, vt ait Seruius, dicta est Latonia, quòd in ea Latona enixa sit Dianam & Apollinem.

Lator, latoris. Vide FERO.

LATREVS, Vnus ex Centauris: Λάτρεύς. Ouid.12. Metam. Quem dederat letho membris & corpore Latreus Maximus.

Latria, æ, pen.prod. Latinè cultus, obsequium, seruitus. {λατρεία. Ital. *Seruitù, offeruatione.* Gal. *Service, reuerence.* Hispa. *Honra ò acatamiento al mayor.*} Augustinus lib.10.de Ciuit.Dei, Latriam nostri, vbicunque sanctarum Scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus quæ debetur hominibus: secundum quam præcipit Apostolus seruos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græcè nuncupari solet. Latria verò secundum consuetudinem qua locuti sunt qui nobis Diuina eloquia condiderunt, aut semper, aut frequenter, aut penè semper ea dicitur seruitus quæ pertinet ad colendum Deum.

Latrina, næ, Locus priuatarum sordium, & ad exonerandum ventrem accommodatus: à latendo, siue potius à lauando, vt mox Varronis testimonio docebimus. {λαφόδρομος, λόπινον. Ital. *Cacatoio, luoco da scaricare il ventre.* Gal. *Privetrait, latrine.* Hisp. *La privada ò necessaria dela casa.*} Apuleius de Asino lib 9, Omnia prorsus vt in quandam cœnosam latrinam, in eius animum confluxerant vitia. Foricæ verò loca publica, in quibus licet omnibus ventrem exonerare. Cloaca, aquæ ductus subterraneus dicitur, ad eluendas vrbis sordes accommodatus. Antiqui lauatrinam dixerunt: quæ postea, syllaba vna sublata, latrina est appellata. Varro lib.2.de Analogia, Deinde quum breuitatis causa nomina contraherent, quo essent aptiora, pro lauatrina latrinam nominarunt: sicut ex maxillis, axillis, & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta sunt. Ex quo apparet, latrinam à lauando dictam esse, propriéque significare colluuiem omnium sordium, quæ ex tota domo in vnum locum confluunt. Plaut.in Curc. Istas tuas magnas minas non plutis facio, quàm ancillam meam quæ latrinam lauat. Videntúrque latrinæ differre à cloacis, tanquam priuatæ à publicis. Colum.lib.10, Immundis quacunque vomit latrina cloacis.

Latro, as, Proprium est canis, quum vocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens. {ὑλακτέω. Ital. *Abbaiare.* Gal. *Abayer, japper.* Hisp. *Ladrar propriamente los perros.*} Virg.3.Aegloga, Multùm latrante Lycisca. Plautus in Pœn, Etiámne meæ in me latrant canes? Cic.pro Rosc.Amer. Quòd si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint. ¶ Latrare ad homines transfertur, pro vociferari, & intentiore voce clamare. Cic.2.de Orat. Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, quum à Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? ¶ Huius verbi composita sunt, Allatro, & oblatro, de quibus vide suis locis.

Latror, latraris, passiuum. Plin.lib.25.cap.10, Hanc habentes organ latrari à canibus.

Latratur, impersonale. Ouid.2.Trist. Scit cui latretur, quum solus obambulat ipse.

Latrans, latrantis, participium. {ὑλακτῶν. Ital. *Che abbaglia.* Gal. *Qui abaye.* Hisp. *Cosa que ladra.*} Vt Colla latrantia canis. Propert.lib.5.Eleg.18.

Latratus, participium à passiuo latror. {ὑλαχθείς. Ital. *Abbagliato.* Gal. *Abayé.* Hisp. *Ladrado.*} Stat.1.Achil -iuxtáque Caphareus Latratum pelago tollens caput.

Latrator. {ὑλακτικός. Ital. *Abbagliatore.* Gal. *Abayeur.* Hisp. *Ladrador.*} Virgil. 8.Aeneidos -& latrator Anubis.

Latratus, us, Ipsa vox canum, siue ipse latrandi actus. {ὑλακή, ὑλαγμός. Ital. *Abbagliamento.* Gal. *Abayement.* Hisp. *Ladrido de perros.*} Virgil.5.Aeneid. -Iæuis canum latratus in auras. Ouid.2. Fast. Sicut aper longè syluis latratibus actus. Fulmineo celeres dissipat ore canes. Plin.li.8.ca.40, Ab alio in Epiro agitum in conuentu percussorem domini, laniatu & latratu adactum vt cogeretur fatcri scelus.

Latrones, Græca dictio est, qua significantur viarum obsessores, qui viatores aut vita aut pecunia spoliant. {λῃσταί. Ital. *Ladroni* Gal. *Larrons.* Hisp. *Ladrones.*} Horat.lib.1. Epist. Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones. Ita dicti, autore Festo, quòd à latere adoriantur: vel à latendo, quòd latenter insidientur. Cic.2. Philipp. Erat enim vinendum latronum ritu, vt tantum haberet, quantum rapere potuisset. Horat.2. Serm. Satyra 1, -quem cur distringere coner Tutus ab infestis latronibus? ¶ Vsurpant poëtæ latronem pro venatore. Virg.lib.12, -fixúmque latronis Impauidus frangit telum: quum superius dixisset, Saucius ille graui venantū vulnere pectus. ¶ Apud antiquos etiam, latrones dicebātur conducti milites, à λατρεύω seruio: nam seruiebant mercede. Moris autē erat, vt hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Varro autem huiusmodi stipatores putat latrones dictos, quasi laterones, quoniā circa latera esse soleant, quos nunc satellites vocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & laterani, & stipatores, & παραστάται vocantur. Plau.in Mil. Nam ego hodie ad Seleucum Regem misi parasitum meum, Vt latrones quos conduxi hinc, ad Seleucum duceret, Qui eius regiam tutarentur.

Latrunculus, diminut. Paruus latro. {λῃστάριον. Ital. *Ladroncello.* Gal. *Larronneau.* Hisp. *Ladro, pequeño.*} Cic. de Prouinciis Cōsularibus, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta. ¶ Sunt etiam latrunculi siue latrones, quibus ludimus, sedecim scrupis gemina acie vtrinque directis: in quibus duo Reges sunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, totidem centuriones. {Ital. *Scacchi.* Gal. *Eschecs.* Hisp. *Axedrez.*} Martialis, Insidiosorum si ludis bella latronum. Seneca, Latrunculis ludimus.

Latrunculator, oris, Qui rerum capitalium iudex, siue quæstor appellatur, & vulgò *Iudex maleficiorum.* {δικαστὴς τῶν λῃστῶν καὶ ζωλάτων. Ital. *Giudice de malefici.* Gal. *Preuost des mareschaux.* Hisp. *El juez aclos Ladrones.*} Vlp.li.5.Pād. l.Solemus de Iudic. Latrūculator de re pecuniaria iudicare nō potest.

Latrocinor, aris, pen.corr. Latronum more prædor. {λῃστεύω. Ital. *Rubbare.* Gal. *Destrobber, brigander, destrouſſer.* Hisp. *Robar.*} Cice. pro Milone, Quasi Appius ille Cæcus viam straniſſet, non qua populus Romanus vteretur, sed in qua posseri sui impunè latrocinarentur. Cice.1. de Nat.deo. Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt, sana compilant. ¶ Significat & mercede milito. Plautus in Milite, -an quia latrocinaris, arbitramini Quidquis vobis licere facere, verbero? Idem in Cure. Latrocinatus annos decem mercedem accipio.

Latrocinium, nij. Ipse latrocinandi actus. {λῃστεία. Ital. *Ladroneccio, latrocinio.* Gal. *Brigandeire, deſtrouſſement de gent, voletrie, larcin.* Hisp. *Aquel robo publico.*} Colum. Et in ipso facto latrocinium. Cæsar 8.bell. Gall. Quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum erant oppressi. Cice. pro Deiot. Tueri fines suos ab excursionibus hostium, & latrociniis. ¶ Ponitur aliquando pro ipsa militia. Plautus, Qui apud Regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptrasti.

Latrocinatio, verbale, Idem quod latrocinium. λῃστεία. Plin.lib.19.cap.4, Multitudinis innumeræ sæua latrocinatio.

Latus, a, um, Spatiosus, amplus, laxus: cuius contrarium est Angustus. {εὐρύχωρος, πλατύς. Ital. *Lato.* Gal. *Large, de grand' eſtendue.* Hisp. *Ancho en respecto de luengo.*} Plin.12.cap.7, Lata radice arbor. Terentius Heaut. Huc est intrò latus lectus. Cic.6.Verr. Vna via lata perpetua, multæq; transuersæ Syracusis. Ibidem, Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosóque disiuncta.

Latus etiam aliquando participium est à Ferot, idem valens quod portatus. {φερόμενος, κομισθείς. Ital. *Portato.* Gal. *Porté.* Hisp. *Traido.*} Cic.ad Qu. Frat.lib.2, Latus lectica.

Latè, aduerbium, Idem quod In multis locis. {ἐπὶ πολὺ, διὰ πολλοῦ. Ital. *Largamente, ampiamente.* Gal. *Largement au large, amplement.* Hispan. *Largamente, anchamente.*} Cic.pro Lege Manil. Latè, longéq; diffusa laus Pompeij. Idē pro M.Marcel. Vagabitur nomen tuū longè, atq; latè. Virg.8.Aen. Lucus latè lacer. Cic.in Catil. Latius opinione dissemination est hoc malum. Idem 1.Offic. Hoc latissimè pateat, ad plurimósq; pertineat. Idem li.5 de Fin. In omni autē honesto de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latius pateat quàm cōiunctio inter homines hominum.

Latitudo. Pro spatiositate. {πλάτος, εὖρος. Ital. *Larghezza.* Gal. *Largeur, eſtendue.* Hisp. *Anchura, largura.*} Cic.1. de Nat.deo. In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. Cic.3.de Lege Agrar. Qui latitudinem possessionum rueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non possunt. Idem 2.de Orat. Oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur.

Latesco, Latus fio, & in latum extendor. {πλατύνομαι. Ital. *Dilattarsi, allargarsi.* Gal. *S'eſlargir, deuenir large.* Hisp. *Enſanchearſe ſer ancho.*} Colum.lib.2, Iugerum agri non amplius quatuor sextarios raporum seminis obserendum est, quarta parte amplius napis spargendum; qui non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cic.in Arato, Hic equus à capite & longa cervice latescit.

Latifolia, Arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putant cum ilicibus: à latitudine foliorum nomen habens. πλατύφυλλος. Plin.lib.16. cap.6. In querna glande alia dulcior, molliórque fœminæ, maris spissior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia, & Myrtus latifolia, apud Plin.lib.15.cap.7.

Latifundium, dij, Magnus & amplus fundus. {ἐπιγειότης. Ital. *Gran fondo, gran poſſeſſione.* Ga. *Vn fond d'heritage de grand' eſtendue.* Hisp. *Heredad entera y grande.*} Plin.lib.27.cap.22, Latifundiis non legitima naturæ festinatio, id est non potest vna certa ratio præscribi putādæ vineæ in magnis prædiis: quòd aliæ serius id, aliæ maturius desiderant. Idem lib.18. cap.8. Latifundia perdidere Italiam.

Latusclauus, Tunica erat purpurea prætexta, latior tunica vulgari, qua Senatores vtebantur. πλατύσημος. Hoc vestis genere primus vsus est Tullus Hostilius Romanorum Rex. teste Plin.lib.9. cap.19. Vtebantur eo & sacerdotes: vt non obscurè ostēdit Silius Italicus lib.3, quum ait, Sacrificam laro vestem distinguere clauo. Et quoniam hac veste vtebantur peculiariter Senatores, factum est vt Latusclauus accipiatur pro dignitate Senatoria. Plin.in Epist. Ego Sexto latumclauum à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui. ¶ Ab Ouidio Clauus simpliciter,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pliciter dicitur pro senatoria dignitate, illo versu, Curia restabat, claui mensura coacta est.

Laticlauij, Senatores appellati sunt, à latoclauo. πλατύσημοι. Sueton. in Augusto, Ac ne expers castrorum esset, binos plerunque laticlauios præposuit singulis alis. Laticlauia tunica. Valer. lib. 5, Et tunica laticlauia donatum, ad Masinissam remisit.

Latus, eris, Quod est infra alam. {πλευρόν. Ital. *Lato, fianco, costato.* Gal. *Le costé.* Hisp. *Lado ò costado.*} Virgil. 2. Aeneidos, Laterique Argiuum accommodat ensem. Quintil. lib. 1. cap. 11, Inclinatio laterum fortis & virilis. Cic. pro Cluent. is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. ¶ Hinc Lateris dolor, quem Græci πλευρίτιδα vocant. Cice. 3. de Orato. Crassus laterum dolore consumptus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9, Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis, Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra. ¶ Aliquando Latus pro viribus & spiritu ponitur. Cic. de Senect. Quum legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suasissem. Idem de Senect. Neq; enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. ¶ A latere, dicuntur chari & amici principum, qui eorum lateribus semper adsunt. Liuius lib. 4. bel. Pun. Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita vilissima fingenti inter dolores gemitúsque occurrerunt. Curtius lib. 5, Quum ad perniciem eius etiam à latere pecunia ipsius solicitaret hostis.

Latusculum, li, diminutiuum, Parum latus. {πλευρίδιον. Ital. *Picciolo lato.* Gal. *Petit costé.* Hisp. *Pequeño lado ò costado.*} Catullus ad Thallum, Ne laneum latusculum, manúsque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. Speculorum latuscula, id est parua latera. Lucretius lib. 4, Quinetiam quæcunque latuscula sunt speculorum.

Lauacrum, Vide LAVO.

Laudo, das, Commendo, verbis extollo. {αἰνῶ, ἐγκωμιάζω. Ital. *Laudare, lodare.* Gal. *Louer, dire bien, nomer en bien.* Hispan. *Loar ò alabar.*} Virgil. 2. Georg. –laudato ingentia rura, Exiguum colito. Differt autem à verbo Probo: quòd re magis probemus, laudemus verbis. Plautus in Trin. vtrunque coniunxit, Laudo (inquiens) consilium, & probo. ¶ Aliquando Laudare, est nominare. Plaut. in Capt. Id scias, Iouem supremum testem laudo. ¶ Laudare, inquit Macrob. lib. 6. cap. 7, Saturn. significat prisca lingua nominare, appellaréque. ¶ Nonnunquam etiam citare, & in testem adducere. ἐπιμαρτύρομαι. Gell. lib. 3. cap. 16, Varro vndecimo mense nasci hominem posse dicit, eiúsq; sententiæ tam de octauo, quàm de vndecimo mense, Aristotelem laudat autorem. Cic. 3. de Orat. Atque hæc quidem ab his philosophis quos tu maximè diligis Catule, dicta sunt: quod eo sæpius testificor, quòd autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam, id est his philosophis nominatim citandis, & tanquam ad testimonium dicendum euocandis, quos autores harum rerum habeo. ¶ Laudare cum exceptione, id est non integré. Cic. lib. 1. Epist. ad Quint. Fratrem, Vnum est quod tibi ego præcipere non desinam, neque te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim qui istinc veniunt, ita de virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis summis laudibus excipiant vnam iracundiam. ¶ Huius composita sunt, Allaudo, Collaudo, Elaudo, de quibus supra.

Laudatus, a, um, participium, siue nomen ex participio. {αἰνετός. Ital. *Lodato.* Gal. *Loué.* Hisp. *Alabado.*} Abundè laudatus, Ouid. 1. Trist. eleg. 6, Falsó laudata fœmina. Idem 3. Amor. Eleg. 11, Laudatissima forma. Idem Epist. 18.

Laudator, oris, {ἐπαινέτης, ἐγκωμιαστής. Ital. *Chi lauda altrui.* Gal. *Celuy qui loue & dit bien de quelqu'vn.* Hisp. *Alabador.*} Ad Heren. lib. 4, Nolo esse laudator, ne videar adulator. Laudator voluntarius. Cic. 6. Verr.

Laudatrix, cis. {ἐγκωμιαστικὴ. Ital. *Donna che lauda.* Gal. *Celle qui loue.* Hispan. *Alabadora.*} Cic. 3. Tusc. Virtutum laudatrix fama popularis.

Laudandus, gerundiuum vt, loci non laudandi. Ouid. 1. Trist. eleg 8.

Laudatio, onis, Ipsa laudantis oratio. {ἔγκωμιον. Ital. *Laude, lode.* Gal. *Louange.* Hisp. *Loor, alabança, ò obra de alabar.*} Cice. 4. Verr. Præclara laudatio. Idem 2. de Finibus, Lege laudationes Torquate, non eorum qui sunt ab Homero laudati, &c.

Laudabilis, le, Quod merito laudari potest. {ἐπαινετός, ἀξιέπαινος. Ital. *Lodeuole.* Gal. *Louable, digne d'estre loué.* Hisp. *Cosa digna de ser alabada.*} Plautus in Persa, Aedepol dedisti virgo operam laudabilem, probam, & sapientem, & sobriam. Laudabilis vita, apud Cice. de Amic. Rectæ & laudabiles res, Idem 1. de Fin. Opus laudabile, Lucret. lib. 5. Carmen laudabile, Horat. de Arte.

Laudabiliter, aduerbium, Cum laude & commendatione. {ἀξιοζήλως. Ital. *Lodeuolmente.* Gal. *Louablement, auec louange.* Hisp. *Loablemente.*} Cicero 5. Tusc. Quid? ad rectè, honestè, laudabiliter, postremò ad bene viuendum, satisne est præsidij in virtute?

Laudatiuus, a, um, Quod laudationi est accommodatum. ἐγκωμιαστικός. Vnde Laudatiuum genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine demonstratiuum vocant Rhetores. Quint. lib. 2. cap. 16, Laudatiuam totã, quæ est pars Rhetorices tertia. Et Laudatiuus casus, dictus est accusatiuus, quia per hunc videmur vel accusare, vel laudare.

Laus, dis, fœm. gen. Præconium, commendatio, gloria. {ἔπαινος. Ital. *Laude, lode, gloria, honore.* Gal. *Louange, los.* Hisp. *Loor, alabança, ò honra.*} Terent. in Adelph. dij vostram fidem, Vtrum studiòne id sibi habet, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Proprié virtus est, non alsunde proueniens, sed suis nixa radicibus. Virgil. 5. Aeneid. Primam meruit qui laude coronam. Dicta ἀπὸ τοῦ λαοῦ, hoc est à populis, quòd proprié laus sit populi, de aliquo recta loquentis. Certare laudibus alicuius. Virgil. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hæmus, Laudibus Italiæ certent. Condere laudem alicui. Cic. 1. de Orat. Vt eorum quibus summa dicendi laus à nostris hominibus concessa est, &c. Conciliare laudem. Quint. lib. 2. cap. 7, Et laudem sæpe maiorem, quàm si nostra sint, conciliant. Ponere in laude. Cic. 3. de Orat. Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Cic. Metello lib. 5, Ego doloti non solùm ignosco, sed summam etiam laudem tribuo.

Lauer, eris, neut. gen. & aliquando fœmi. {σίον. Ital. *Gergolestro.* Gal. *Berle,* Hisp. *Rabaça.*} Herba est in aquis nascens, frutice pingui, recto, foliis lactis oluscatro similibus, sed minoribus & odoratis. Dioscor. Plin. lib. 26. cap. 8, Lauer quoque nascens in riuis, condita & cocta torminibus medetur.

LAVERNA, Deæ cuiusdam nomen fuit apud Romanos, in cuius tutela fures esse putabantur, qui ab ea Lauerniones dicti sunt. ¶ Hinc Lauernalis porta Romæ dicta est, ab æde Lauernæ propinqua. Hæc fere ex Festo.

LAVINIA, Λαουινία, Filia fuit Latini Regis & Amatæ, quæ primùm Turno, deinde Aeneæ desponsata est: cuius occasione orto inter hos duos bello, multi vtrinque occubuerunt. Tandem deuicto Turno, Aeneæ nupsit: quo mortuo ipsa priuigni insolentiã timens, in syluas prægnãs profugit, & apud Tyrrheum pastorem diuertit, ibique peperit filium, quem Iulum Syluium Posthumum appellauit, eo quòd post patris funus in syluis natus esset. Hanc tamen postea Ascanius in regnum reuocauit, quum ipse secessisset Albam longam, vrbem à se conditam: Lauinio nouercæ relicto, quod illa moriens Iulo Syluio Posthumo filio suo reliquit. Virgil. Aeneid. lib. 12, –& victum tendere palmas Ausonij videre: tua est Lauinia coniunx, &c.

LAVINIVM, Λαούινιον Stephano, Λαυίνιον Straboni, Vrbs fuit in Latio, ab Aenea condita, & à nomine Lauiniæ vxoris ita appellata. Cuius rei testis est Liu. lib. 1. ab Vrbe, Aeneam (inquiens) apud Latinum fuisse in hospitio tradunt. Ibi Latinum apud Penates deos domesticum publico adiunxisse fœdus, filia Aeneæ in matrimonium data. Ea res vtique Troianis spem affirmat tandem stabili, certáque sede finiendi erroris. Oppidum condunt: Aeneas ab nomine vxoris Lauinium appellat.

Lauo, as, Idem est quod abluo, & quod sordidum est, aqua purgo. {λούω, νίπτω, πλύνω. Ital. *Lauare.* Gal. *Laver.* Hisp. *Lauar.*} Plaut. in Aulul. Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere. Idem in Truculento, Vise illam, atque opperire ibi, iam exibit nam lauabat. Virgil. 3. Aegloga, Omnes in fonte lauabo. Ouid. Epist. 2, Membra lauabis aqua. Idem 3. de Arte, Lachrymis vulnera sæua lauat. Præteritum facit laui. Terent. in Heaut. Atque illa, si iam lauerit, mihi nuntia. Supinum est lotum: vnde deducitur participium lotus. Matt. lib. 5, Lotus nobiscum est, hilaris cœnauit, & idem inuentus mane est mortuus Andragoras. Olim etiam lauatum faciebat, & per syncopen lautum. Terent. in Eunucho, Abeũt lauatum, perstrepunt. Horat. 1. Sermo. Satyr. 6, Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit. Ouid. 3. Fast. Sacra lauaturas mane petebat aquas. ¶ Veteres hoc verbum per tertiam coniugationem inflectebant. Virgil. lib. 10, Aeneid. Visceribus superinfundens lauit improba teter Ora cruor. Horat. 1. Serm. Satyr. 5, Ora manúsque tua lauimus Feronia lympha. Quibus in locis quum prima syllaba huius verbi corripiatur, certum est non esse præteriti temporis, quum dissyllaba præterita priorem necessariò producant. Simile est illud apud Virgil. 3. Aeneid. Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem. ¶ Interdum significat madefacere, humectare. βρέχω. Plautus in Pseud. Gestas tabellas tecum, eas lachrymis lauit. ¶ Huius composita, Abluo, alluo, colluo, circunluo, deluo, diluo, eluo, illuo, perluo, proluo, præluo, reluo, & subluo: quorum significata vide suis locis.

Lauatio, Ipse lauandi actus, aut lauacrum. {λοετρόν. Ital. *Lauamento.* Gal. *Lauement, baignement.* Hisp. *Lauamiento.*} Plin. lib. 8. cap. 45, Lauatione calidæ aquæ traduntur pinguescere. Cic. Varroni, Si minus, persequar in Cumanum, & antè te certiorem faciam, vt lauatio parata sit, id est balneum.

Lauacrum, Balneum, in quo quis lauari commodè potest. {λουτρόν. Ital. *Bagno, ò lauatoio.* Gal. *Lauoir, vn lieu à se laver.* Hispan. *Lugar do se lauan.*} Gellius lib. 1. cap. 2, Propulsabamus caloris incommoda lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris & mollibus, ædium posticum refrigerantibus lauacris. Huius dictionis secunda à fine producitur, quum à supino lauatum deriuetur.

Lautus, ta, tum, Modò significat idem quod lotus. {λελουμένος. Ital. *Lauato.* Gal. *Laué.* Hisp. *Lauado.*} Terent. Téne asymbolum venire vnctum atq; lautum é baineis? Horat. 2. Sermo. Satyr. 3, Libertinus erat qui circum compita siccus Lautis manè senex manibus currebat. Cic. pro Deiotaro, Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? Modò idem ferè quod mundus, & splendidus. {πολυτελής. Ital. *Delicato, polito, honesto, magnifico, eccellente.* Gal. *Magnifique & somptueux, honneste, honorable.* Hisp. *Aseytado ò delicado.*} Vnde Lauta cœna, apud Plin. in Epist. 194, dicitur, quæ magnificè, opiparéque est instructa. ¶ Et homo lautus dicitur, qui elegans est, mundus, & splendidus. λαμπρός. Cic. 3. Verr. Quum iste, atque illius amici, homines lauti, atque vrbani, sermones huiusmodi dissiparent. ¶ Modò diuitem & potentem. Terent. in Heaut. Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cic. Aelio lib. 13, In Halesina ciuitate tam lauta, quàm nobili coniunctissimos habeo. Lautum & copiosum patrimonium, apud eundem pro Rab. Posthumo.

Lautè, aduerbium, Id est eleganter. {λαμπρῶς. Ital. *Delicatamente, galantemente, magnificamente.* Gal. *Mignonnement, jouliment, gentement.* Hisp. *Aseitada y delicadamente.*} Plaut. in Casi. Lautè vestitus, exornatúsque ambulat. Idem in Mil. Loquitur lautè, & minimè sordidè. A lautus fit diminutiuum lautulus: à quo aduerbium lautulè.

Lautitia, æ, Epularum magnificentia, à lauatione dicta, vt Festo placet, quia apud antiquos elegantiæ quæ nunc sunt, non erant, & raró quis lauabat. {πολυτέλεια. Ital. *Delicatezza, magnificenza in habiti & in cibi.* Gal. *Magnificence en habits ou banquets.* Hispa. *Aseyte ò delicadeza en manjares.*} Lautitia igitur munditia est quæ in vestitu & cibo fit. Plin. lib. 9. ca. 55, Quum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, lautitiam eius omnem, apparatúmque detrectant. Cic. in Epist. Fama ad te mea noua lautitia veniet. ¶ Antiquitus etiam lautitia dicebatur, teste Festo, farina ex tritico aqua conspersa.

Lautia, orum, Munera dicebantur quæ Romani per Quæstores legatis exterarum nationum mittebant. λαύτια, vt inquit Plaut. in Prob. {Ital. *Presenti de Romani agli ambasciatori esterni.* Gal. *Presens & dons que les Romains enuoyoyent aux ambassades des estrangers.* Hisp. *Las dadiuas que dauan los Romanos a los embaxadores estrañeros.*} Vnde scribit Liuius, Lautia Attalo fuisse decreta. Festus, Dautia dicebant veteres quæ Lautia dicimus: dabãtur legatis hospitij gratia. Liu. 8. bel. Pun. Locus inde, lautiáqi legatis præberi iussa. Legimus & Lautias fœminini generis in eadé significatione. Liu. 8. bel. Pun. Ad hoc ædes, libera loca, lautiq, legatis decreta. ex Bud.

Lautes

Laurea, Vide LAVRVS.

LAVREA Tullius, Ciceronis libertus fuit, cuius extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma apud Plinium lib. 31, quod quoniam circa principium operis huius inseruimus in dictione Academia, illinc lectori petendum relinquimus.

LAVRENTIA, Vxor Faustuli fuit, pastoris Amulij, quæ Romulum, & Remum expositos nutriuit. & quoniam se omnibus prostituebat, lupa dicta est: & hinc locus datus est fabulæ, Romulum & Remum à lupa esse nutritos. Hinc aliqui Larentiam vocant: festáque in honorem eius instituta, Larentinalia.

Laurentalia, Festa. Feriæ erant in honorem Accæ Laurentiæ institutæ, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui sacerdotes in velabro sacrificabant, teste Varrone lib. 5. de Ling. Lat. Laurentalia (inquit Festus) Laurentiæ coniugis Faustuli, & nutricis Romuli & Remi festa.

Laurens, tis, modò gentile nomen est λαυρεντῖνος. Virgil. 12. Aeneid. Ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini. Idem 1. Aeneid. Laurentis regia Pici. ¶ Modò denominativum omnis generis. Virg. 12. Aeneid. Te quoque Laurentes viderunt Aeole campi Oppetere. Idem alibi, Ignotum Laurens habet ora Mimanta. Idem lib. 7, -postquam Laurétia victor, Geryone extincto, Tiryntbius attigit arua.

LAVRENTVM, Fauitas Latij, non procul à Lauinio: ita dicta à sylua laureâ quam exilia ædificata est. Vel (vt inquit Prisicianus) à lauro ibi primùm inuenta, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti sunt.

LAVREOLVS. Poëtis traditur fuisse latro sceleratissimus, eóque nomine in crucem sublatus, & à feris deuoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in spectaculis repræsentata est. Iuuen. Laureolum velox etiam bene Lentulus egit, Iudice me, vera dignus cruce. De Domitiano quoque memoriæ proditum est, quòd hanc fabulam præsentaturus, nocentissimum quendam, vltimo supplicio damnatum, in crucem eligi iusserit, & immissa vrsa dilacerari: atque ita rei veræ, non fictæ, spectaculum populo exhuberit. Martialis in Amphitheatro Cæsaris: Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nudo pectore pauit auem: Nuda Calydonto tic pectora præbuit vrso Non falsa pendens in cruce Laureolus.

Laureotis, huius laureotis, penultima producta, Spodij genus est ex argento. Est autem spodium cineris genus ex metallis, dum in fornace coquuntur, fauillæ modo euolans, & in fornacis pauimentum recidens: vt docet Galenus lib. 9. Simpl. medicam. qui ea ratione distinguit spodium à pompholyge, quòd hæc ob leuitatem ad summas vsque fornacum cameras euolaret, illsque adhæresceret: illud neque tam alte euolaret, & mox in pauimentum recideret. Plinius tamen spodon etiam illud appellat, quod summis fornacum testudinibus adhæret: distinguitque à pompholyge solo colore, quòd pompholyx minus candida sit. Verum de re omni metallica tutius Galenum ducem sequemur, qui vt exploratorta hac de re tradere posset, præsens metalla artificúmque officinas peruiuauit. Erit itaque laureotis (vt diximus) cineris species ex argenti fornacibus, fauillæ modo euolans, & in pauimentum recidens. Plin. lib. 34. cap. 13. Fit & in argenti fornacibus spodos, quam vocant laureotin.

Laurices, Fœtus sunt cuniculorum è matre excæti, vel vberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti, gratissimis in cibis habebantur. Autor Plin. lib. 8. cap. 55.

LAVRION, Λαύριον. Locus in Atticæ montanis mare spectans, argenti fodinis nobilitatus: cuius meminit Thucydides belli Peloponnesiaci lib. 2, & 6.

LAVROLAVINIVM, Λαυρολαβίνιον. Vrbs Latij, proxima Laurento.

Laurus, ri, ⁋ Ital. *Lauro, alloro.* Gal. *Laurier.* Hisp. *Laurel arbol.* ⁋ Hodie secundæ est declinationis, olim etiam quartæ fuit. Vnde aliquando legitur ablatiuus singularis lauru: & accusatiuus pluralis laurus. Est autem genus arboris, perpetua virens coma: vnde & Apollini sacra esse putatur, eo quòd is Deus semper iuuenis & imberbis esse existimetur. A Græcis δάφνη dicitur: quæ res Poëtis fabulandi occasionem videtur præbuisse. Daphnen puellam ab Apolline adamatam, quum vim eius effugere non posset, deorum miseratione in laurum fuisse mutatam. Laurus (inquit Plin. lib. 15. cap. 30) triumphis proprié dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Cæsarum, pontificumque: quę sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato. Delphicam & Cypriam. Delphica laurus dicta, quòd victores Delphis ea coronarentur: & est vitidior laurus, maximis baccis, & è viridi rubentibus. Cypria, folio breui, nigro, subtùs pa. Quidam mustaceam addiderunt, ita dictam, quoniam mustaceis subiceretur. Hanc esse folio maximo constat, flaccidóque, & albicante. ¶ Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quam nonnulli syluestrem laurum intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt colore, est enim et cærulea bacca. ¶ Item regia laurus, quæ & augusta cognominatur, amplissima & arbore, & folio, baccis quoque gustatu non asperis. ¶ Sunt & alia lauri genera: quæ vide apud Plin. lib. 15. cap. 30, ex quo hæc paucis verbis immutatis. Laurus Apollinea, quòd Apollini dicata sit. Ouid. 6. Fast. Venit Apollinea longas concordia lauro Nexa comas. Delphica lauro comam cingere. Horat. 3. Carm. Ode 30. Fatidica laurus, Claudia. 3. Paneg. Vel quòd Apollini fatidico Deo est dicata: vel quòd ex eius etemarę strepitu futura colligebant, vt Porphyrius philosophus, & Iliados 1. scribit Eustathius. Fragosius enim combusta fœlicitatem portendere credebatur. Tibull. lib. 2. Elegia 6, At laurus bona signa dedit, gaudete coloni. Contrà, si tacitè conflagrasset, triste erat augurium. Propert. lib. 2. elegia 29. Et iacet extincto laurus adusta foco. Vide Cælium Rhodig. lib. 5. cap. 7. Laurus ipsa pacifera. Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus ipsa pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium.

Laurea. Proprié lauri folium appellatur, perpetuo virens, & topiario operi accedens. ⁋ Ital. *Foglia de lauro.* Gal. *Fueille de laurier.* Hisp. *Hoja de laurel.* ⁋ Ouid. 3. Fastor. Ceóit ab Iliacis laurea cana focis. Plin. lib. 15. cap. 30. Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur virtis: vnius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Quem Plinij locum sic intelligo, Nullam esse arborem à qua virtis nomen sit impositum præter vnam laurum: deinde nullam esse arborem, cuius folia habeant distinctam appellationem, præter vnius lauri folia, quæ laureæ dicuntur. ¶ Aliquando ponitur pro lauro. Virgil. 7. Aeg. Populus Alcidæ gratissima, mittis Iacchо, Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo. Horat. lib. 2. Carm. Tum spissa ramis laurea feruidis. ¶ Aliquando pro corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. ⁋ Ital. *Ghirlanda con foglie di lauro.* Gal. *Chapeau de fueilles de laurier.* Hisp. *Corona ò guirnalda de laurel.* ⁋ Martial. lib. 1. Quæ dator ex Dacis laurea, tota tua est. Cato verò de Re rust. lib. 1. Lauream & laurum, & mutata diphthongo au, in o literam: Loream pro eodem accipit.

Laureus, a, um. Quod est ex materia lauri. ⁋ δαφνῖνος. Ital. *Di lauro.* Gal. *De laurier.* Hisp. *Cosa de laurel.* ⁋ quomodo roteus, myrteus, quod ex rosa, myrtóve confectum est: vt, Laurea corona, & serta laurea. Plin. lib. 15. cap. 30. Ouid. 2. Trist. Ponar & in nitida laurea serta coma.

Lauretum, Locus in quo lauorũ copia est. ⁋ δαφνών. Ital. *Luogo pieno d'alloro.* Gal. *Vn lieu plaute de lauriers.* Hisp. *Lauredal, vngar de laureles.* ⁋ veluti rosetum, myrtetum, spinetum, locus rosis, myrtis, spinísve cõsitus. Plin. lib. 15. cap. vlt. Durat & in vrbe nomen impositum loco, quando lauretum in Auentino vocatur, vbi sylua lauri fuit.

Laureola, læ, cum accentu in antepenultima, diminutiuum, & pro corona triumphali capitur ⁋ δαφνοῦς στέφανος, διάδημα μικρόν. Ital. *Ghirlanda di lauro.* Gal. *Petit chapeau ou guirlande de laurier.* Hisp. *Corona ò guirnalda de Laurel.* ⁋ Cic. lib. 2. Epist. Famil. qualemcunq; triumphũ Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantum modò vt haberem negotij, quod esset ad laureolam satis. Laureolam in mustaceo quærere, est ex re friuola insignem laudem captare. Cic. ad Atticum, Bibulus, credo, voluit appellatione hac inani nobis esse parum eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere.

Laureatus, a, um, nomen est non participium. Laureo enim verbum, quamuis nonnulli eo vtantur. Latinum non est. Hinc laureati, qui laureis coronati sunt. ⁋ δαφνηφορούμενος. Ital. *Inghirlandato di lauro.* Gal. *Coronés de laurier.* Hisp. *Coronados de laurel.* ⁋ Cic. pro Muræna, Qui imaginẽ parentis sui laureatam in gratulatione sua conspexit. Sic fasces laureatos dixit idem Cic. 2. de Diuinat. id est fasces laurea vel lauro circunuolutos. Plin. lib. 35. cap. 18. Tantúmq; non cum laureatis fascibus remitti illò, vnde cretatis pedibus aduenissent.

Laurifer, ra, rum. & Lauriger, Ferens, seu gerens laurum. ⁋ δαφνηφόρος. Ital. *Che produce lauri.* Gal. *Qui porte lauriers.* Hisp. *Que tiene o trae laurel.* ⁋ Plin. lib. 15. cap. 30, Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso. Luca. lib. 5 Laurifero nullo comitetur vulnere cursus. Marc. lib. 3, Laurigeros ageres quum læta triumphos. Ouid. 3. de Arte, Visite laurigero sacrata palatia Phœbo.

Lauricomus, a, um. ⁋ δαφνηφόρος, ὁ δαφνόκομος. Ital. *Qui porta lauro.* Gal. *Qui porte ou a des lauriers.* Hisp. *Cosa que tiene hojas de laurel.* ⁋ vt, Montes lauricomi, id est lauri comis ornati. Lucret. lib. 6.

Laurinus, na, num, pen. prod. Quod ex lauro factum est. δαφνῖνος. vt, Laurinum oleum. δάφνινον. ⁋ Ital. *D'alloro.* Gal. *De laurier.* Hisp. *Cosa de materia de laurel.* ⁋ Plin lib. 15. cap. 4, Oleum laurinum vetius, quò recentius. Idem lib. 11. cap 8, Item laurino folio. Idem lib. 19. cap. 8, Exit & in cubitalem altitudinem, foliis laurinis, sed mobilibus.

LAVS, Lai, dictio disyllaba, λαύς. Fluuij nomen est in finibus Italiæ, agrum Brutium à Lucanis dirimens: cuius meminit Strabo lib. 6. & Ptolemæus lib. 3. cap. 1. ¶ Est & alter eiusdem nominis fluuius, in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniatarum agrum in mare sese exonerans: idem (opinor) cum eo quem Plin. Aeantem appellat. Vide Ptolemæum lib. 3. cap. 13.

Laus, laudis, Vide LAVDO.

LAVSVS, Filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Syluiæ, quem Amulis patruus fugato patre occidit. Ouid. 3. Fast. Ilia cum Lausо de Numitore fati. ¶ Alius fuit Mezentij filius, quem Aeneas interfecit, quum parentem vulneratum defenderet. Virg. lib. 11. Aeneid.

Ingemuit chari grauiter genitoris amore,
Vt vidit, Lausus, lachrymæque per ora voluræ.

Lautia, Lautitia, Lautus, Vide LAVO.

LAVTVLAE, arum, Locus fuit in vrbe Romana, non procul à Iano geminoà lauando dictus, quòd aquas calidas haberet. Autor Varro li. 4. de lingua Latina.

LAVS Pompeia, Italiæ Transpadanæ oppidum, à Boiis conditum, teste Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgo *Lode.*

Laxamentum, Laxare, Laxatus, Vide LAXVS.

Laxus, xa, xum, Proprié idem est quod nõ tensus, siue remissus. ⁋ χαῦνος. Ital. *Rallentato.* Gal. *Lasche, large.* Hisp. *Floxo, ancho.* ⁋ vt, Laxæ fides. laxi rudentes, laxus arcus. Virg. 11. Aeneid. Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. Idem 3. Georg. Et primùm laxos tenui de vimine circlos Cereici subnecte. Sic laxa vela dicimus, quæ ventorum flatu non tenduntur. ¶ Item Laxas habenas pro molli & leni imperio, translatione ab equis sumpta, qui habenis abductis molestius & laboriosius incedunt, quàm iisdem relaxatis. ¶ Accipitur item laxus, pro amplo & capaci. χῶρος. Colum. lib. 1. cap. 3, Nec dubium quin minus reddat laxus ager, non rectè cultus, quam angustus eximiè. ¶ Laxum tempus, id est longum: cui opponitur breue, & angustũ. Plin. in Epist. Fecit enim hoc quoque, vt cætera, impudentissimè, quòd post duos & Consulares, & disertos, tempus sibi & quidem laxius vindicauit, id est longius. Cic. ad Attic. lib. 6. Ego sic diem statuo latis laxam, id est tempus satis longum. Proculus l. quum stipulatus. ff. de Verborum oblig. Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim, id est, quum diem protulerim. ¶ Hinc Prolixum, quasi porrò laxum. Inuenitur & Laxùm, aduerbium, pro latè. Martial. Et adhuc superet centies tibi laxùm.

Laxè, aduerbium. ⁋ χαῦνως. Ital. *Largamente, rimessamente.* Gal. *Lachement, aut large.* Hisp. *Floxamente, anchamente.* ⁋ Cic. pro Domo sua, Habitare laxè & magnificè voluit. Laxè, & angustè sunt cõtraria. Varro 2. de Re rust. ca. 10, De numero pastorum alij angustius, alij laxius continuere solẽt.

Laxitas, atis, Proprie opponitur contentioni. ⁋ χαῦνωσις. Ital. *Rallamamento, remissione, allentamento.* Gal. *Estendue au large, largeur.* Hispa. *Floxura, anchura.* ⁋ vt, Laxitas in fidibus esse dicitur, quum tensæ non sunt. Accipitur tamen

tamen non ratò pro amplitudine, seu magna capacitate. *Liuius.* cui opponitur angustia: vt, Laxitas domus. Cic. 1. Offic. Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Laxitas viarum, Colum lib. 4. cap. 18.

Laxo, laxas, Propriè idem quod laxum facio, & quod tensum erat, remitto. ¶ *χαυνόω.* Ital. *Rallentare, rilasciare.* Gal. *Mettre au large, laischer, relascher.* Hisp. *Aflojar, enfanchar.* ¶ vt, Laxare arcum, laxare fides citharæ, laxare rudentes. ¶ Accipitur tamen nõ ratò pro dilatare, seu ampliare. *Lucret.* Cic. Attico lib. 2, Vt monumentum illud eo vsque laxaremus, & vsque ad atrium libertatis explicaremus. Plin. lib. 12. cap. 14, Laxatur hic platea, non adimitur. ¶ Aliquando accipitur pro relaxare, & ex eo quod debebatur, aliquid remittere. *Laxare*, habére que antitheton astringere. Cic. ad Atticum, Tantum est vt ex eo quo astricti sumus, aliquid laxari velim, vt, &c. ¶ Aliquando ponitur pro libero. Lucelus ad Ciceronem lib. 5. Epistol. Vt istis te molestiis laxes. Cic. in Catone Maiore, Qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferrent. Idem 1. Tusc. Quòd qui nunc facimus, qui laxati curis, &c. ¶ Aliquando ponitur pro aperio. Virg. 2. Aen. Laxat clausira Sinon. ¶ Hinc componitur Relaxo, quod est rursus laxo, recreo, remitto. Cic. lib. 1. Offic. Atque etiam quum relaxare animos voluerint, caueant intemperantiam.

Laxamentum, ti, Idem quod relaxatio, siue remissio intentionis, vel requies. ¶ *Λύσις.* Ital. *Rallentamento, relassamento da fatica, recreatione.* Gal. *Relasche, relaschement, eslargissement, recreation.* Hisp. *Floxura, anchura, recreacion.* Cic. lib. 7. Epist. Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnauit tibi munusculum. Idem pro Cluentio, Non modò causæ, sed ne legi quidem quicquam per Tribunos laxamenti, nec veniæ habere. si modum excesseris.

LAZI, λάζοι Stephano, Populi sunt Themiscyræ regionis, ad Pontum Euxinum. Vide Plin. lib. 6. cap. 5.

L ante E.

Lea, Leonis fœmina est, quæ & Lœna, λέαινα dicitur. ¶ Ital. *Leona, leonessa.* Gal. *Lionne.* Hisp. *La leona.* ¶ Lucr. lib. 5, Irritata leæ iaciebant corpora saltu. ¶ Lea item brassicæ genus, latis foliis è caule exeuntibus: vnde & καυλώδη quidam vocauere. Græci item λείαν appellant, hoc est læuem, à foliorum læuitate. Plin. lib. 10. cap. 9. ¶ Est item Lea, insula supra Cretam, vna Sporadum: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Item oppidum Syenitarum, qui sunt populi in ea Africæ parte quæ sinum Arabicum spectat. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

Lœna, pen. prod. λέαινα, Leonis fœmina, itidem vt lea appellatur. Virg. 2. Aegloga, Torua leæna lupum sequitur: lupus ipse capellam. Plin. lib. 8. cap. 16, Aristoteles tradit lœnam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos vno minus, ab vno sterilescere: informésque, minimásque carnes esse initio magnitudine mustelarum: semestres vix ingredi posse, nec nisi bimestres moueri. ¶ Fuit præterea LEAENA, scortum quoddam Athenis non ignobile, ob lyræ cantum Harmodio, & Aristogitoni familiare. Hanc memoriæ proditum est, ad necem vsq; à tyranno excruciatam, nullis tamen tormentis adduci potuisse vt tyrannicidarum consilia patefaceret. Quamobrem Athenienses & honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrare, animal nominis eius fecere: atque vt intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Autor Plin. lib. 34. cap. 8.

LEANDER, λέανδρος, Iuuenis nomen est ex Abydo Asiæ oppido, in litore Hellesponti sito, qui quum Erûs puellæ amore captus esset, quæ in oppositi litoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam transnabat. Quod vbi aliquoties non infœliciter cessisset, tam audacior factus, quum mari tumido, & impacato se cõmisisset, vi ventorum fluctuúmq; victus, in Hellesponto submersus est. Fabulam hanc, aut fortassis historiam, elegantissimo carmine apud Græcos prosecutus est Musæus: à quo Ouidius mutuatus est argumentum epistolarum Erûs ad Leandrum, & Leandri ad Ero.

LEARCHVS, λέαρχος, Athamantis & Ioûs filius, quem pater furore correptus occidit. Quod quum vidisset Ino, arrepto Melicerta altero filio, in mare se præcipitauit: atque illa quidem in deam maris mutata est, quam Græci λευκοθέαν, Latini Matutam vocant: Melicertes autem in deum marinum, quem Græci παλαίμονα, Latini Portunum vocant. Ouid. lib. 6. Fast. Tuque cadis patria parue Learche manu.

LEBADIA, siue Lebadea, pen. prod. λιβάδια, Vrbs Bœotiæ est, non procul à Chæronea, & Orchomeno, nullam omnino gignens talpam. Plin. lib. 8. cap. 58, In Bœotiæ Lebadia illatæ solum ipsum fugiunt, quæ iuxtà in Orchomeno tota subruunt arua, talpæ: quarum è pellibus cubicularia vidimus stragula: adeò ne religio quidem à portentis submouet delicias.

LEBEDVS, pen. corr. λέβηδος Suidæ, Ioniæ ciuitas est, à Colophone cõtum viginti stadia distans. Hic scenicorum histrionum collegium fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant. Horatius lib. 1. Epist. Scis Lebedus quàm sit Gabiis desertior.

Lebes, tis, masc. gen. pen. gent. prod. ¶ λέβης. Ital. *Paiuolo.* Gal. *Chauderon ou marmite.* Hisp. *El caldero de cobre.* ¶ Vas æneum, in quo quid igni applicamus, vt ebulliat: vt docet Porphyrius, in 9. lib. Iliad. Ouid. in Epist. Briseidos ad Achillem: Viginti fuluos operoso ex ære lebetes. Virgil. 5. Aeneid. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.

LEBINTHVS, λέβινθος, Insula est vna Sporadum, non procul à Parmo, teste Strabone lib. 10.

Lecanomantia, λεκανομαντεία, cum accentu in penultima. Diuinatio quæ fit per peluim. Vnde Strabo, lecanomantas & hydromantas in Perside frequentes fuisse tradit lib. 6. Geographiæ.

LECHAEVM, λέχαιον, Portus est Corinthi, ad sinum Crissæum siue Corinthiacum, qui Isthmum Peloponnesi ad Occidentem alluit. Nam alterum, qui sinu Saronico ab Oriente abluitur, Schœnuntem appellant. Papinius, Curua Palæmonio secluditur vnda Lechæo.

Lecte, Vide LECTO, legis.

Lectici, Lecticarius, Vide LECTVS.

Lectio, & Lectus, participium. Vide LEGO.

LECTVM, Ακτον Homero, Vulgò *Scorpium*, Asiæ promontorium est, ad Idam montem pertinens, Troadémque disterminans ab Aeolide. Autores Plin. lib. 5. cap. 30, & Strabo lib. 13.

Lectus, Notæ significationis est: dictus (vt Varro inquit) quòd lectis herbis & frondibus, & stramentis sieri soleat. ¶ *κλίνη, δόκη.* Ital. *Letto.* Gal. *Lit ou couche.* Hisp. *Lecho.* ¶ Vel (vt alij putant) ab alliciendo, quòd fatigatos ad quiescendum alliciat. Alij à Græco deducunt. Nam quem nos lectum dicimus, antiqui Græci vocabant λέκτον. Cic. ad Patrum, lib. 9. Epist. Dixi te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares. Idem 7. Verrin. Dixit in lecto esse, quòd ex pedibus renebatur, id est decumbebat, iam, Nam pater grandis iam diu lecto tenebatur, id est decumbebat, iam, & morbo vexabatur. ¶ Lectos etiam olim habebant in triclinio, in quibus recumbentes cibum sumebant: quos ab vsu discubitoriis, & triclinares appellabant: ad' quorum differentiam lectos cubiculares vocat Cic. 2. de Diuinatione, quos nocturnæ quietis causa in cubiculis habemus.

Lectulus, diminutiuum. ¶ κλινίδιον, κλιναρίον, κλίνις. Ital. *Letto picciolo.* Gal. *Vn petit lit, vne couchette.* Hisp. *Pequeño lecho.* ¶ Cic. Attico lib. 14, A ducenda autem vxore sic abhorret, vt libero lectulo neget esse quicquam iucundius. Terent. in Adelph. Lectulos in sole ligneis pedibus faciundos dedit.

Lectica, æ, pen. prod. Cathedra aut sedes, qua ferebantur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus stratus erat. ¶ Φορεῖον, κλινίς. Ital. *Lettica.* Gal. *Littiere, ou on se fait porter.* Hispan. *Las andas à litera.* ¶ Iuuen. Satyr. 3. Nanque facit somnum clausa lectica fenestra. Græci modò φορεῖον, modò ἁρπαφόρον appellant, à numero sex aut octo seruorum lecticam gestantium.

Lecticula, læ, diminutiuum. ¶ κλινάριον. Ital. *Picciola lettica.* Gal. *Petite littiere.* Hisp. *Pequeñas andas à litera.* ¶ Sueton. in Augusto, A cœna in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. Cic. Matio, Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula circumcursare possis.

Lecticarius, rij, Qui lectica ferebat. ¶ κλινοφόρος. Ital. *Portatore di lettica.* Gal. *Qui porte ou aide à porter la littiere.* Hisp. *El que à cuestas lleua las andas.* ¶ Seruius Sulpitius ad Ciceronem, Coactus sum in eadem illa lectica qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in vrbem eum referre.

Lecticariola, læ, à Martiale vocatur mulier quæ lecticariorum (id erat vilissimum seruorum genus) amores sectatur: quemadmodum contrà ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarum consuetudinem appetit. Locus est Martialis in lib. 12. in Alaudam, Ancillariolum tuate vocat vxor: & ipsa Lecticariola est: estis Alauda pares.

Lectisternium, nij, Quum sacrorum gratia lecti in templis sternebantur ad discumbendum, siue pernoctandum. Propriè Ionis epulum dicebatur. *Liuius* apud Athenæum. In Capitolio enim stratis tribus lectis, conuiuium apponebatur tribus diis, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iupiter, id est Iouis simulacrum, statuebatur in lectulo recubans: Iuno & Minerua in sellis considebant: sed appositis epulis, non ipsi dij, sed septem epulones fruebantur. De inuentione lectisterniorum lege Liu. lib. 5.

Lectisterniator, oris, Qui lectum sternit. ¶ ὁ λίνην στρώσας, στρώσας τὰ κλίνη. Ital. *Chi fa il letto.* Gal. *Qui fait le lit.* Hispan. *Que haze el lecho ò strado.* ¶ Plaut. in Pseud. Tu esto lectisterniator: tu argentum eluito.

Lecythus, pen. corr. ¶ λήκυθος. Ital. *Boccale da l'oglio.* Gal. *Bocal à tenir l'huile, gouttieres ou burette.* Hisp. *El azeytera.* ¶ Vasis genus ventre protuberante, gutturéque angustiore, oleo asseruando accommodatum: quod A. Gellius guttum appellat. Iulius Pollux Lecythum etiam inter vnguentaria vasa annumerat. ¶ Per translationem item lecythum pro orationis splendore, & excussa in scribendo cura positum legimus. Cic. Attico lib. 2, Nosti illas λυκύθους. ¶ Lecythum habet in malis, ἔχει λήκυθον ἐν ταῖς γνάθοις, id est, Lecythum habere ad malas. Tectum & ænigmaticum conuitium est in anus, quæ rugas illitis pigmentis dissimulant. Aristoph. in Concionatr. ¶ Non est oleum in lecytho, ἔλαιον οὐκ ἔστιν ἐν τῇ λήκυθῳ. Scilicet quum significamus non esse precibus locum apud inexorabilem. Aristoph. in Anib. Est autẽ allusio ad vocem: nam ἔλαιον oleum significat: & ἔλεος misericordiam.

LEDA, λήδη, Tyndari Laconiæ regis vxor fuit, quam quum Iupiter adamaret, transformatus in cygnum, cum ea concubuit. Ex quo congressu Leda duo peperit ouа: ex quorum altero nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytæmnestra. Ouid. in Epist. Helenes ad Paridem, Dat mihi Leda Iouem cygno decepta parentem.

Legalis, Vide LEX.

Legarium, Vide LEGO, legis.

Legatarius, Legator, Legatum, Vide LEGO, legas.

LEGERDA, λεγέρδα, Vrbs est Armeniæ maioris, in Entetena regione, non longè ab Euphrate fluuio. Ptolemæus lib. 5. cap. 13.

Legifer, Vide LEX.

Legio, onis, A delectu militum dicta est. ¶ λεγεών. Ital. *Legione, squadra de soldati.* Gal. *Legion.* Hisp. *Legion.* ¶ teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina, eo quòd legionis milites virtim legi, hoc est eligi soleant. Diuiditúrq; legio in decem cohortes: cohors in quinquaginta manipulos: manipulus in viginti quinque milites. Legiones Romanæ à numero, atq; ordine nomina sumebant: vt Primani, Secundani, Decumani milites vocabantur, qui erant primæ, secundæ, & decimæ legionis. Liu. 7. bel. Maced. Romana acies vnius propè formæ fuit, & hominum, & armorum genere: duæ legiones Romanæ, duæ sociorum & Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos singulæ habebant. Vide Vegetium de Re milit. lib. 2. cap. 2. & seq.

Legiuncula, læ, diminutiuum, Parua legio. ¶ λεγεωνάριον. Ital. *Picciola legione.* Gal. *Petite legion.* Hisp. *Pequeña legion.* ¶ Liu. lib. 5. bel. Macedon. Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris Regis.

Legionarius, a, um. Quod est legionis, vel quod ad legionem pertinet. ¶ στρατιωτικός. Ital. *Pertinente à legione.* Gal. *Apartenant à legion.* Hispa. *Perteneciente à legion.* ¶ Asinius Pollio Ciceroni lib. 10. Epist. Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam nisi. Cæsar 3. bel. Ciuil. Et legionarij interioris munitionis defensores, scalis admotis, &c. Legionariæ cohortes, Liu. 4. bel. Maced.

Legicupa, Legislator, Legitimus, Vide LEX.

Legiuncula, Vide LEGIO.

Lego, legas, In legationem mitto, oratorem constituo, vel meo, vel publico nomine aliquid acturum. ¶ πρεσβευτὴν ἀποστέλλω, ἐπιτροπεύω. Ital. *Mandar legati, ambasciadori.* Gal. *Enuoyer en ambassade.* Hisp. *Embiar embaxador.* ¶

In qua

Universidad de Deusto Biblioteca

In qua significatione præter accusatiuum inuenitur habere datiuum significantem cum, ad quem aliquis legatur. Plautus in Amphit. Delegit viros primorum principes: eos legat Telebois. ¶ Sæpius loco dativi accusativū habet cum præpositione Ad. Cic. 5. Verr. Nobilem Androna Centuripinum legarunt ad Apronium. ¶ Cum nominibus locorum constructum, eandem habet constructionem quam cætera verba motum ad locum includentia. Nam si ea fuerint ciuitatum, castellorum, aut vicorum nomina, in accusatiuo collocabuntur sine præpositione: vt Legare quempiam Carthaginem, vel Corinthum: sin regionum ea fuerint nomina, in accusatiuo ponentur, mediante præpositione In. Sallust. in Iugurt. Legantur tamen in Africam maiores natu. ¶ Interdum legare, verbum est militare, idem significās quod legatum sibi substituere, & parti copiarum aliquem præficere. Cic. Attic. lib. 8, Dolabella me sibi legauit. Idem A. Cecinnæ, Cassium sibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. ¶ Quandoque committere: Plautus in Cas. -quin turi es in præfectura tua? Quin potius quod legatum est tibi negotium, id curas? ¶ Quandoque decernere, & testamento aliquid alicui relinquere. Λαβεῖν, κληρονομῆσαι. vt, Testator liberto suo argenti pondo decem legauit: hoc est decreuit ex hæreditate sua decem argenti pondo liberto suo conferri. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Numitori qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Syluiæ gentis legat. ¶ Aliquando assignare, adscribere, imputare. Liu. 8. bel. Pun. Patere nos omnia quæ prospera tibi, & pop. Rom. imperio euenere, tuo consilio assignare: aduersa, casibus incertis belli, & fortunæ legare. ¶ Huius verbi composita sunt, Ablego, allego, delego, à quo subdelego, relego, sublego, quæ habent pen. prod. Derivatiua sunt, Collega, & Collegium: de quibus omnibus vide suo loco.

Legatus, legati, Qui legatione fungitur, siue qui refert mandata alterius. ἄγγελος, πρεσβευτής. Ital. *Ambasciatore, legato.* Gal. *Legat, ambassadeur.* Hisp. *Legado ò nuncio ò embaxador.* } Virgil. 11. Aeneid. Legati responsa ferunt. Cic. 9. Philip. Lartes Tolumnius Rex Veientum, quatuor legatos populi Romani Fidenis interemit. ¶ Legatus item in bello dicebatur qui Imperatoris vice fungebatur, maximāque eo absente in exercitu obtinebat auctoritatem, quive ab Imperatore cum parte expeditionum mittebatur, aut præsidio præfiebatur. ἔπαρχος, ἀντιστράτηγος. Cæsar lib. 2. bel. Ciuil. Neque se ignorare quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Vbi Legatum propterea fiduciariam operam obtinere dixit, teste Budæo, quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eum oportet. Legatum mittere de aliqua re, est mittere aliquem qui de aliqua re cum alio, nostro nomine tractet. Cic. 2. de Orat. Quum Athenienses ad Senatum legatos de suis rebus maximis mitterent. Legatos decernere, est censere legatos mittendos esse, siue legatos sententia sua constituere. Cic. ad Lentulum, Crassos tres legatos decernit.

Legatio, onis, verbale, Munus, officiū, vel functio legati. } πρεσβεία, πρεσβεύσασθαι. Ital. *Ambasciata, ambasciata, legatione.* Gal. *Ambassade, legation, l'office d'vn ambassade.* Hisp. *Legacia ò embaxada.* } Cic. 9. Philipp. Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monumentum extare voluerunt: vt in bellis periculosis obitent homines legationis munus audacius. ¶ Legatio interdum pro ipsis legatis qui mittuntur, ponitur. Quintil. lib. 10. cap. 1. Missa ad Achillem legatio. ¶ Legatio quoque quædam est quæ libera dicitur. Legationes, inquit Budæus, liberæ olim ornamenti tantùm causa ab Senatu impetrabantur: quemadmodum honorarij magistratus à principibus honestamenti causa conceduntur, titulóque tenus obeuntur, & geruntur. Has autem ij Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in prouinciis, vt qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in prouinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controuersias haberent, atque fauorabiliores. Quamobrem lege XII. tabul. id vetitum erat his verbis, Rei suæ ergò nequis legatus esto. Cic. contra Rullum, Legatos vestros autoritate tenui, qui quanquam rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. Graue est enim nomen imperij: idque etiam in leui persona pertimescitur, propterea quòd vestro, non suo nomine abutuntur. Brutus ad Cic. lib. 11, Quum in his angustiis versaret, placitum est mihi vt postularem liberam legationem mihi, reliquisque nostris, vt aliqua proficiscendi causa honesta quæreretur. ¶ Est & Legatio votiua, quæ voti prætextu suscipitur. Cic. ad Att. lib. 15, Votiua ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdū, quæ si stetisset Resp. vouissem, ea me, euersa illa, vota dissoluere. Legationem date, est alicui obeundæ legationis munus iniungere. Cicero contra Rullum, Quibus vos legationē dedistis. Legationem accipere, id est suscipere onus legationis obeūdæ. Cicero pro Flacco, Qui hanc ipsam legationē, quam habet, non accepit à suis ciuibus, &c. Legationem gerere, Id est fungi legatione, & legatum esse. πρεσβεύειν. Quint. lib. 7. cap. 5, Malæ gestæ legationis apud Græcos.

Legatiuum, ui, Dicebatur id quod dabatur legato nomine viatici, & impensæ. } τὸ βραβεῖον, τὸ πρεσβικὸν ἐφόδιον. Ital. *Spesa d'vn ambasciatore.* Gal. *Ce qu'on baille à vn ambassadeur pour despendre & faire son voyage.* Hisp. *El gasto ò despensa del embaxador.* } Vlp. in l. Munerum. ff. De muner. & honor. Legati quoq; qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod legatiuum dicitur, interdum solent accipere: sed & nicostrategi, & pistrinorū curatores personale munus ineunt. Idem l. 2. ff. de Legat. His qui non gratuitam legationem susceperunt, legatiuum ex forma restituitur. Sic legit Budæus: alij legatitium legunt.

Legatum, ti, Diminutio quædam hæreditatis, qua testator ex eo quod vniuersum hæredis foret, alicui quid collatum velit. } τὶ κληρονομικὸν ἐφόδιον. Ital. *Vn lascito in testamento.* Gal. *Vn legat, vn legs, chose laissée par testament.* Hisp. *La manda enel testamento.* } Modest. l. Legatum. ff. de Leg. 2. Legarum, est donatio quædam testamento relicta: & Legati appellatione, fideicommissum, & mortis causa donatio continentur. Plin. Epist. 44, Illa vt in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit. Petere legatum ex testamento, Quint. lib. 4. cap. 14.

Legatarius, vel Legataria, Dicitur cui ex testamento aliquid legatum est. } λαχὼν κλῆρον, etiam λαχὼν κληρονομίαν. Ital. *A cui è lasciata qualche cosa per testamento.* Gal. *Legataire, à qui on a laissé quelque chose par testament.* Hisp. *Aquel à quien se dexa vna tal manda.* } Iustin. Instit. de legat. Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatū. Legataria prouincia, dicitur quæ alicui delegata est. Cic. ad Attic. lib. 15, O rem miseram, primùm vllam ab istis legationem: deinde, si aliquam, hanc legatariam prouinciam.

Legator, oris, Qui aliquid legat per testamentum. } Διαθέτης, Διατιθέμενος. Ital. *Testatore che lascia legato per testamento.* Gal. *Testateur qui laisse quelques legs.* Hisp. *Testador que dexa la tal manda.* } Sueton. in Tiberio, Iterum eo censente vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit quin rata voluntas legatoris esset.

Lego, gis, gi, ctum, Proprie colligo, hinc atque illinc decerpo. } ἀναλέγομαι. Ital. *Raunare.* Gal. *Recueillir, & amasser.* Hisp. *Coger lo derramado.* } Virg. 3. Aegl. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. Colum. li. 2, Optimam quanque spicam legere oportet, separatimque ex ea semen reponere. Virg. 2. Aegl. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. ¶ Hinc tractum est, vt Legere etiam sit oculis scripta percurrere, quoniam literæ oculis legi, id est colligi videntur. } ἀναγιγνώσκω, ἀναγινώσκω. Ital. *Leggere.* Gal. *Lire.* Hisp. *Leer.* } Cic. Mario. lib. 7. Dummodo is tibi quiduis potius quàm orationes meas legerit. Virg. 4. Aeg. At simul heroum laudes, & facta parentis Iam legere. ¶ Propter quod ea quoque quæ picta sunt, legere dicimur. Virg. 6. Aeneid. -quin protinus omnem Perlegerent oculis. Tractum à Græcis qui γράφειν scribere & pingere dicunt. ¶ Item, quoniam nautæ dum aspera loca prætereunt, legere, id est colligere vela consueuerunt, quandoque accipitur pro prætervehi, vel prætervagari. παραπλέω. Liu. 5. bel. Macedon. Oram Italiæ legens. Virg. 3. Aeneid. Litoraque Epiri legimus. ¶ Aliquando pro furripere, quòd ea quæ furamur, colligimus. κλέπτειν. Virgil. 10. Aeneid. Quid boceros legere, & gtemiis abducere pactas? Quo in loco Seruius exponit legere pro furari. Idem Aeg. 9, Vel quæ subtegi tacitus tibi carmina nuper. ¶ Hinc Sacrilegium. ἀρπαγία.

Lectus, ta, tum, participium, Quod interdum comparatione, & temporis amissione in numero migrat: idémque, significat quod selectus, siue ex aliorum numero separatus. } Ἐκλελεγμένος. Ital. *Raccolto, eletto tra gli altri.* Gal. *Esleu, choisi.* Hisp. *Elegido.* } Horat. in Carm. seculari, Virgines lectas, puerósq; castos. Diis quibus septē placuere colles. Dicere carmen. Virg. 5. Aen. Præterea bis sex genitor lectissima matrū Corpora captiuósq; dabit. Cic. 5. Verr. Lectissimus adolescens, dixit: & in 1. Lectissimi viri, atq; ornatissimi. Idem in Catil. & ad Attic. lib. 10, Lectissima femina.

Lectè, lectius, lectissimè, aduerbium. Cic. in Orat. Sententiis, verbisque lectissimè dicere.

Lectio, lectionis, Proprie est actus legendi. } Ἀνάγνωσις. Ital. *Lettione.* Gal. *Lecon, lecture.* Hispa. *La lecion, obra de leer.* } Cice. ad Attic. Quotus enim quisq; est, qui epistolam paulò graniorem ferre possit, nisi eam per lectionem reuelarit? Quinc. lib. 2. ca. 12, Et ipsius lectionis tædiū vicibus leuatur. ¶ Accipitur etiam lectio pro recitatione poëmatis: quæ sic definitur à Diomede. Lectio est actificialis interpretatio, vel varia cuiusq; scripti pronuntiatio, seruiēs dignitati personarum, exprimēsq; animi cuiusq; habitum. ¶ Aliquando ponitur pro electione. } Ἐκλογή, αἵρεσις. Ital. *Elettione.* Gal. *Election.* Hisp. *Elegimiento.* } Liu. Et eam lectionem nemo tatam habuerat. ¶ Aliquando pro collectione. συλλογή. Columel. lib. 2. cap. 2, At saxosum facilè est expedire lectione lapidum.

Lectus, us, ui, Electio siue collectio. } Ἐκλογὴ, συλλογή. Ital. *Scielta, eletta.* Gal. *Eslute, choix, election.* Hisp. *Elegimiento, obra de elegir.* } Tacit. lib. 20, Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, veterano pedite, atque equite firmauit.

Lectito, tas, pen. corr. Frequēter lego. } Ἀναγνωσκόμενον. Ital. *Leggere spesso.* Gal. *Lire souuent.* Hisp. *Leer à menudo.* } Cic Pæto, Pyrrhi te video libros lectitasse. ¶ Ponitur & pro identidem colligere. Valerius lib. 8, Conchulas, & calculos in litore lectitasse

Lector, lectoris, Qui aliquid legit. } Ἀναγνώστης. Ital. *Lettore.* Gal. *Lecteur.* Hisp. *El lector.* } Cice. de Oratore, Brutus duos lectores excitauit: & alteri Crassi orationem legendā dedit, alteri de Leg. Seruil. Idem lib. 3. Epist. Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas, & fortunæ vicissitudines.

Legulus, guli, pen. corr. Qui vuas aut oleas colligit. } Ἀμπελουργός. Ital. *Raccogliore.* Gal. *Cueilleur, vendengeur.* Hisp. *Cogedor de cosas menudas.* } Cato cap. 144, Legulos quot opus erit, præbeto, id est collectores.

Legumen, pen. prod. huius leguminis, Quicquid ex terræ satis in siliquis nascitur: vt sunt fabæ, pisa, cicer, lentes, & similia. } Ὄσπριον. Ital. *Legume.* Gal. *Tout ce qu'on cueille en arrachant de terre, comme pois, feues & choses semblables, legume.* Hil. *Legumbre.* } Dictum est autem legumen à legendo, quòd manu legatur. Varro lib. 1. de Re rust. de cicere, Hoc enim quoque legumen, vt cætera, quæ euelluntur è terra, non subsecantur vt fruges: quæ quòd ita legantur, legumina dicta. Virg. 1. Georg. Vnde prius lætum siliqua quassante legumen.

Legumentum, ti, & Legumen, rij, Idem quod legumen. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 32, Viciam, lentem, ciæreulam, eruilam, cæteráque quæ alij legumina, alij (vt Gallicani quidam) legaria appellant, &c.

LEITVS, λαιτός, Vnus ex quinque Bœotorum ducibus qui ad Troiam profecti sunt, teste Homero lib. 2. Iliad.

LELANTVS, Fluuius est Eubœæ insulæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

LELEGES, pen. corr. λέλεγες, Asiæ populi fuerunt, origine Græci, ita dicti, quasi λελεγμένοι, eo quòd diuersis è locis collecti essent. Hi primum insulas tenuerunt: indéq; in continentem transgressi, partim in Mysia ad Adramyttenum sinum consederūt: vbi & Homerus maiorem Lelegum partem videtur collocare: partim in eo Ionię tractu, qui Cariæ est proximus: vnde etiam Plinius tradit Miletum Ioniæ totius caput Lelegeida olim fuisse appellatam. Ouid. lib. 9 Metamorph. Caras, & armiferos Lelegas, Lyciámque pererrat. Lelegum originem nonnulli ad Thessalos retulerunt: è quibus est Seruius, explicans illud Virg. 8. Aen. Hic Lelegas, Caráſque, sagittiferósque Gelonos Finxerat. Plin. verò lib. 4. ca. 7, Lelegas olim appellatos fuisse ait, quos postea Loeros Epicnemidios nominarunt, per quos Cephisus amnis in mare illabitur. Eustarhius λέλεσθαι multis ex locis confluxisse existimat, atq; inde etiam nomen accepisse: quod etiam non obscurè innuit Strabo lib. 7. Aristoteles autem Lelegum appellationem ad Lelegem quendam Leucadium refert, cuius nepotem ex filia tradit fuisse Teleboam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lema, æ. {λῆμα. Ital. *Lacrima congelata.* Gal. *La chassie des yeux.* Hisp. *Lagrima yelada, dolencia de los ojos.*} Humor albus in oculis concretus. Plin. lib. 23. cap. 1, Aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erunt. Inde Lemosi. λημῶντες, λημᾶλιοι. Cælius lib. 7. cap. 6.

LEMANNONIVS, Sinus in Septentrionali Britanniæ parte collocatur à Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

LEMANVS, pen. prod. λιμναῖος, Vulgò *Lago de Lozana,* Lacus est Allobrogum, Geneuam & Lausannam vrbes alluens, Rhodanúmque fluuium impermistis aquis transmittens. Lucanus lib. 2, Deseruere cauo tentoria fixa Lemano.

Lembus, λέμβος, Nauicolæ exiguæ genus, sed miræ velocitatis: cuiusmodi ante classem explorandi gratia solent præmitti. Polybius lib. 1, Ὅμοιον δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν συραικοσίων στρατιωτικοῖς λέμβοις ἐπιπλεῦσαι τοὺς ἀπὸ τῶν ἐναντίων τριήρεσι καὶ κατιδεῖν τὸ πλῆθος καὶ τὴν παρασκευήν. Hoc est, similiter & Quæstoribus, qui à Syracusanis præmissi erant, annuntiarunt lembi qui solebant antecedere aduersariorum aduentum. Liuius lębos inter naues actuarias videtur annumerare: vt Decadis 4. lib. 4, Naues quas ciuitatibus maritimis ademisset, redderet: néve ipse nauim vllam præter duos lembos, qui non plus quàm sedecim remis agerentur, haberet. Erant autem & maiores lembi, bello vtiles. Idem lib. 5. Decad. 5, Anteor, qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriã inde tralecit. Erant & minores, scapharum instar, quibus à litore ad onerarias aduehebantur. Plaut. Mercat. Dum hæc aguntur, lembo aduehitur pater tuus pauxillulo. Virgil. quoque lib. 1. Georg. lembos inter fluuiatiles lyntres anoumerat. Non aliter (inquit) quàm qui aduerso vix flumine lembum Remigiis subigit, si brachia forte remisit, Atq; illum in præceps prono rapit alueus amne.

Lemma, atis, λῆμμα. Dicitur id quod in ratiocinationibus assumitur, siue per se, siue in subiectis pronuntiationibus. Cic. 2. de Diuinat. sumptionem interpretatur. Sed demus (inquit) tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici: sed nos Latinè loqui maluimus. ¶ Vocantur præterea lemmata, quædam veluti themata, quæ carmini, alíue operi præfixa, paucis verbis eius indicant argumentum. Matt. lib. 14. Lemmata si quæris cur fiant adscripta, docebo: Vt si malueris, lemmata sola legas. Vbi lemmata vocat, succinctos illos veluti titulos quos Epigrammatis suis præfixit, ad indicanda singulorum argumẽta. ¶ Accipitur etiam lemma, pro themate, siue argumento, quod nobis in carmine, alióue opere scribendo proponimus. Plin. Epist. 92, Nam lemma sibi sumpsit, quod ego interdum versibus ludo.

Lemniſci, orum, {λημνίσκοι. Ital. *Fiocchi, nappe.* Gal. *Rubens ou bendes estroittes à lier chapeaux de fleurs ou de triomphe desquelles les bouts pendent.* Hisp. *Las vendas ò vandas de lienço.*} Fasciolæ coloriæ dependentes ex coronis: inde dictæ quòd antiquissimum genus coronarum fuit laurearum, inquit Festus. Plin. lib. 21. cap. 3, Crassus diues primus argento, auróque folia imitatus ludis suis coronas dedit: accesserunt quoque & lemniſci, quos adiici ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscas, quibus iungi, nisi aurei, non debebant. ¶ Celsus lib. 7. cap. 28, videtur accepisse lemniscum pro linamento, quod chirurgi vulneribus imponunt, oleo, vel vnguento illitum. Intus (inquit) implicitum in longitudinem linamentum (λημνίσκον Græci vocant) in aceto tinctum demittere.

Lemniſcatus, adiectiuum: λημνίσκωτος ἀριθμὸς πολλάκις. vt, Palma lemniſcata. Cic. pro Rosc. Amerino, Multas esse infames palmas: hanc primam tamen esse lemniscatam, quæ Romæ deferatur.

LEMNOS, λῆμνος, Vulgò *Stalimene,* Insula est maris Aegæi, Thraciam à Septentrione, ab Occasu Athou montem habens, fabuloso Vulcani casu nobilitata. Eadem & Hypsipyle dicitur, à filia Thoantis eiusdem nominis, quæ in hac insula regnauit.

Lemnius, nia, nium, adiectiuum: vt Lemnia turba, apud Ouidium in Ibin. Saxa Lemnia, apud eundem 5. Trist. Lemnia mala, λήμνια κακά. id est ingentia, & inaudita: qualia Lemnum afflixisse dicuntur. ¶ Sic & Lemnia manu, λημνίᾳ χειρί. dicimus pro eo quod est, nefaria, impia, crudeli.

Lemnia terra, quæ in Lemno insula effoditur. Eius tres à Galeno enumerantur species, quarum vna fullonibus in vsu est ad extergendas vestes: altera fabris, quæ à Græcis μίλτος, à Latinis rubrica vocatur: tertia medicis, quæ à Græcis σφραγὶς λημνία, hoc est sigillum Lemnium appellatur, ab imagine capræ (vt vult Dioscorides) aut certè Dianæ, (vt mauult Galenus) quæ illi imprimi solet. Effoditur autem hæc terra in sola Lemno, non tamen in quauis parte eius insulæ, sed tantùm in colle quodam Hephæstiadi ciuitati imminenti: quem etiam Vulcano ipsi sacrum fuisse fabulantur, eo quòd is à matre de cælo deturbatus, in collem illum feratur decidisse. Cuius fabulæ occasionem præstitit collis eius color, & sterilitas. Nam & exusto simillimus est, & nullam omnino plantam gignit. Hæc autem terra quo pacto soleat præparari à sacerdote Dianæ, vide Galenum lib. 9. de Facultate Simpl. medicamen. vbi meritò reprehendit Dioscoridem, qui putauit terræ huic hircinum sanguinem admiscerí. Hodie sphragidarij pro terra Lemnia supponunt terram sigillatam. Quicquid enim terræ Lemniæ quotannis colligi potest, ad Turcarum principem defertur, neque vlla ratione ad nos peruenire posset, nisi ille nostros principes, eorúmve legatos, aliquot orbiculis interdum donaret.

Lemonium, Herba est succum lacteum emittens, concrescentem gummi modo, humidis locis. Autor Plin. lib. 25. cap. 9.

LEMVRES, Lemurum, pen. corr. Larvæ nocturnæ, & terrificationes imaginum, & bestiarum, inquit Nonius. {οἱ μορμόνες, τὰ φάσματα, τὰ μορμολύκεια. Ita. *Spiriti che si dice andare di notte, aquali fanno paura.* Gal. *Esprits qu'on dit aller de nuit, qui font peur, loupsgarous.* Hispa. *Las fantasmas que parescen de noche.*} Ouid. 5. Fast. Mox etiam Lemures animas dixere silentum. Varro lib. 1. de Vita populi Romani, Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra ianuam eiicere.

Lemuria, orum, Festa erant Lemuribus sacra, quæ quum celebrabantur (id autem erat mense Maio) templa omnia clandebantur, nuptiæque omnes infaustæ putabantur. Quæ res fecit locum prouerbio, Malum mense Maio nubere. Ouid. lib. 5. Fastorum,

Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
Inferias tacitis Manibus illa dabunt. Et paulò post,
Fana tamen veteres illis clausere diebus,
Vt nunc ferali tempore operta vides.
Nec viduæ tedis eadem, nec virginis aptæ
Tempora: quæ nupsit, non diuturna fuit.
Hac quoque de causa (si te prouerbia tangunt)
Mense malas Maio nubere vulgus ait.

Lena, lenæ, Vide LENO.

LENAEVS, λῆναιος, Vnum ex Bacchi cognominibus. λὶς & λῆνος, hoc est à torculari, siue lacu impositum. Virgil. lib. 2. Georg. Huc pater ô Lenæe tuis hic omnia plena Muneribus.

Lenis, & hoc lene, Idem quod facilis, non iracundus, clemens, indulgẽs. {εὐκίνητος, ἥμερος, πρᾶος. Ital. *Manfacto, facile.* Gal. *Doux & gratieux, qui n'est point rude.* Hisp. *Cosa blanda al tocar, ò cosa manfa.*} Terent. in Hecyra, Ego sum animo leni natus, non possum aduersari meis. Cicero pro Sexto Roscio Ameri. Vestrum nemo est quin intelligat populum Romanum, quin quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. ¶ Lene & Asperum sunt contraria: vt videre est apud Ciceronem lib. de Finib. 2. ¶ Lenes cibi & Acres, apud Cellum lib. 2. cap. 21, opponuntur. ¶ Lene vinum dicitur delicatum, non vehemens, aut asperum, neque linguam, aut cerebrum feriens. Terent. in Heaut. -pitissando modò mihi, Quid vini absumpsit? sic hoc dicens, Asperum Pater hoc est, aliud lenius. ¶ Lene venenum dicitur, quod mitem quodammodo & vix sensibilem mortem inducit. Cic. ad Attic. lib. 2, Sed ita lenibus vti videbantur venenis, vt posse viderentur sine dolore interire. ¶ Lenis sonus, id est placidus. Cic. lib. 3. de Oratore, Ille autem superior leniore quodam sono est vsus. ¶ Lenissimus Auster quoque à Cicerone lib. 7. ad Atticum dicitur, id est leniter spirans.

Lenitas, lenitatis, Mansuetudo, facilitas. {πραότης. Ital. *Mansuetudine, facilità.* Gal. *Douceur, gratieuseté.* Hisp *Halago, mansedumbre.*} Terent. in Andr. Mirabar hoc si sic abiret: atque heri semper lenitas Verebar quorsum euaderet. Cice. ad Atticum lib. 10, Patris autem lenitas amanda potius ab illo, quàm tam crudeliter negligenda. Lenitas gustus, id est suauitas: contraria asperitati. Plin. lib. 26. cap. 8, Differentia intelligitur lenitate gustus.

Lenitudo, inis, Idem quod lenitas, hoc est facilitas. πραότης. Cice. 6 Verr. Verebar ne eorum nimia lenitudine oppugnarer. Lenitudo orationis, id est suauitas expers asperitatis. Idem 5. Tusc. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea si bona dicemus, quid erit in philosophi grauitate?

Leniter, aduerbium, Placidè, non vehementer. {πράως. Ital. *Piacevolmente, mansuetamente.* Gal. *Doucement, gratieusement.* Hisp. *Blanda ò mansamente.*} vt, Leniter arridere, apud Cice. 1. de Finibus. Leniter disputare, apud eundem 4. Acad. Leniter agere Liu. 7. bel. Pun. Castigando, increpandóque, & plus quàm leniter agendo. ¶ Legitur & Lenè, in eadem significatione, licet non æquè vsitatè. Martial. lib. 1, Tepida nata bis lene Congredi vada.

Lenio, nis, niui, vel nij, nitum, Mulceo, placo, flecto {ἡμερόω, καλάω. Ital. *Mitigare, placare, humiliare.* Gal. *Adoucir, apaiser, alleger.* Hisp. *Halagar ò amansar.*} Sallust. in Catil. In tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quàm exagitanda videbatur. ¶ Aliquando imminuere, leuare, mitigare. Cic. in Catil. Nonnulli ficta & hæc, & multa præterea existimabant ab iis qui Ciceronis inuidiam, quæ postea oborta est, leniri credebant atrocitate sceleris, qui pœnas dederant, id est imminui. Cice. Trebat. Tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectabo, absentem memoria colam, omne desiderium literis mittendis, accipiendisq; leniam. ¶ Legitur & lenibo, futurum antiquum. Propert. Lenibunt tacito vulnera nostra sono. ¶ Huius compositum est Delenio. κηλέω. de quo vide suo loco.

Lenimentum, ti, Idem quod mulcimẽtum, siue mitigatio. {κήλησις, πάυσις. Ital. *Adolcimento, conforto, pacificamento.* Gal. *Adouciſſement, apaiſement, alegement.* Hispan. *Halago.*} vt, Elleborum dare cum lenimento raphani. Plin. lib. 25. cap. 5.

Lenimen, inis, Idem quod lenimentum, hoc est quo aliquid lenitur, & dulcoratur. κήλημα. Ouid. 11. Metamorph. -addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem.

Leno, onis, Qui scortorum prostitutione quæstum facit. ita dictus ab alliciendo, quòd adolescentulos alliciat: {μαστροπός, πορνοκόπος. Ital. *Ruffiano.* Gal. *Maquereau.* Hisp. *Alcahuete, ò alcahuetador.*} vel à leniendo, quòd leniendo animos adolescentium corrumpat. Terent. in Adelph. Leno ego sum, fateor, pernicies communis adolescentium. Ouid. li. 1. Amor. Eleg. 10, Deuouet imperium tamen hæc lenonis auari. Priscianus existimat hoc nomen duobus generibus commune esse: quanuis habeat fœmininum lena.

Lena, æ, Appellatur ab Vlp. l. Palàm Digest. De ritu nup. quæ mulieres quæstuarias prostituit. {μαστροπός, ή. Ital. *Ruffiana.* Gal. *Maquerelle.* Hispa. *Alcahueta ò alcahuetadora.*} Item ea quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. ¶ Item siqua cauponam exercens, in ea corpora quæstuaria habeat, vt multæ assolent sub prætextu instrumenti cauponij prostitutas mulieres habere, dicendum est hanc quoq; lenæ appellatione contineri.

Lenulus, li, diminutiuum. {μαστρόπιον. Ital. *Roffianetto.* Gal. *Petit maquereau.* Hisp. *Pequeño alcahuete.*} Plautus in Persa, Ita vt occœpi dicere, lenule, de ilia pugna.

Lenunculus, culi, aliud diminutiuum. {μαστροπίον. Ital. *Roffianello.* Gal. *Petit maquereau.* Hisp. *Pequeño alcahuetador.*} Plautus in Pœn. Sic deriſorem ære militari tengeto lenunculum. ¶ Est & lenunculus nauigium piscatorium. {τὸ λεμβάδιον, κελλίδιον πλοῖον. Ital. *Naue picciola da pescare.* Gal. *Nauire a pescher.* Hispa. *Pequeño naue para pescar.*} Sallust. lib. 1. Histor. Indicit forte per noctem lenunculo piscandum. Cæs. 2. bel. Ciuilis, Horum fuga nauium onerariarum magistros incitabat: pauci lenunculi ad officium imperiúmque conuenichant. Amminanus Marcell. lib. 14, Nam sole orto magnitudine angusti gutgitis, & profundi, à transitu arcebantur: & dum piscatorios quærũt lenunculos, vel innare temere contextis ratibus. Idem lib. 16, Auido flatu ventorum lenunculo se commisisse piscantis.

Lenonius, a, um, Quod ad lenonem pertinet. {μαστροπικός. Ital. *Cosa di Roffiano.*

fano. Gal. *De maquereau.* Hisp. *Cosa perteneciente à alcahuete.* ¶ Platus in Menæch. Ab iis locis lenoniis. Idem in Rud. -ne vt leno postules. Tu hic fide lenonia vti non potes: seruanda est fides. Idem Asin. Portitorum similimæ sunt iamnæ lenoniæ.

Lenocinium, nij. Lenocinandi actus, hoc est exercitium lenonis. ¶ μαστροπεία. Ital. *Roffianesmo, roffianezzo.* Gal. *Maquerelage, alichement, amadouement. Alcahueteria.* ¶ Vlp. l. Palam. ff. De ritu nupt. Lenocinium facere, non minus est quàm corpore quæstũ exercere. Quid autem sit lenocinium facere, docet Vlp. l. Athletas. ff. De his qui not. infam. Lenocinium facit (inquit) qui quæstuaria mancipia habuerit: sed & qui in libertis hunc quæstum exercet. Plaut. in Epid. Quid, ego lenociniũ facio, qui quidem habeam alienos domi? Cic. 5. Verrina, Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria, meretriciã disciplinam, domesticum lenocinium videre? ¶ Ponitur interdum pro delinimento, allectamẽto, illecebra, blanda assimulatione. ¶ λαγνεία. Cic. pro L. Muræ. Vtrum lenocinium, inquit, à grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarum imperium à pop. Rom. probas? Idem pro Sestio, Et sevitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt. ¶ Quandoq; sumitur pro exquisitiore elegantia. κομψεία, κομψότης. Sueton. de Aug. Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venustissima, quãquam & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo incuriosus. Cic. 2. de Nat. deo. Perspicuum est enim quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Lenocinor, aris, tertia syllaba cor. lenocinium facio. ¶ μαστροπεύω, κομψεύομαι. Ital. *Roffianare.* Gal. *Estre maquereau, amadouer, blandir.* Hisp. *Alcahuetear.* ¶ Per translationem pro blanditi ponitur, siue allicere, quod lenones facere solent. Cice. 1. Verrina, Tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet quàm potest. ¶ Interdum significat gratiam conciliare. Plin. lib. 2. Epist. Potest tamen fieri, quanquam in his difficultatibus, libro isti nouitas lenocinetur. Budæus.

Lens, lendis, fœm. gen. Ouum pediculorum, capillis adhærens: ex quo postea pediculi generantur. ¶ κόνις, ιδος. Ital. *Lendine.* Gal. *Lende.* Hisp. *Liendre.* ¶ Serenus, Vnda maris capiti lendes deducit iniquas. Plin. lib. 28. cap. 11, Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem lib. 29. cap. 6, Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo.

Lens, lentis, Genus leguminis, folio viciæ, tribus, quatuórve in siliqua granis, inter legumina minimis. ¶ φακός. Ital. *Lenticchia, lente.* Gal. *Lentille.* Hisp. *Lenteja.* ¶ Dicta autem putatur lens ab adiectiuo lenis, quod qui ea vescuntur, lenes ac moderati fiunt. Plin. lib. 18. cap. 12, Inuento apud veteres autores æquanimitatem fieri vescentibus lente. Virg. 1. Georg. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. ¶ Lentim pro Lentem in accusatiuo frequens est apud Catonem, vt cap. 35, Lentim in rudeto, & rubricoso loco qui herbosus non fiet, ferito. ¶ Ante lentem augere ollam, πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τὴν λοπάδα. Prouerbiali figura dictum, pro eo quod est, spes ingentes in animo concipere, priusquam res ipsa teneatur. Aut polliceri quod ipse nondum habeat. Aut præpropere sibi placere, quasi iam possideat ea quæ procul etiam absumit vt teneantur. Citatur à Cratete & à Plutarcho. ¶ Dives factus, iam desiit gaudere lente, ἐπεὶ πλούσιος, οὐκέτι ἥδεται φακῇ. Lens pauperum ac tenuium cibus est: quæ fastiditur simulatque fortuna contigit. Vnde prouerbium in eos quibus ad vberiorem conditionem euectis fastidio sunt ea quæ prius inopes boni consulebant. Ex Aristoph.

Lenticula, æ, Genus est leguminis lenti simillimum, sui tamen generis. ¶ φακῆ. Ital. *Lente picciola.* Gal. *Petite lentille.* Hisp. *Pequeña lenteja.* ¶ Plin. li. 15. cap. 11, Folia sunt lenticulæ simillima. Græci φακὴν appellant, vt ex Theodori versione annotauit Hermolaus: quum lentem φακὸν nominent. Vnde tritum illud Græcorum prouerbium, τὸ ἀπὸ τῆς φακῆς μέρος, sic ferè omnes vertunt, In lenticula vnguentum. Quod quidem prouerbium in eos dici solet qui nullo rerũ discrimine quas agunt, dicúntve, pari nixu cuncta moliuntur: quod genus homines Græci κακοζήλους, ἀπεριττολόγους, appellant. ¶ Lenticula etiam genus vasis est à figura leguminis dictum. Videtúrq; id esse quod discus appellatur apud Dioscoridem. Plin. lib. 18. cap. 12, Duo lentis genera in Aegypto: alterum rotundius, nigriúsq; alterum sua figura: vnde vario vsu translatum est in lenticulas nomen. Videtur autem Lenticula fuisse vasis vnguentarij genus, in qua etiam significatione à sacrorum Bibliorum interprete vsurpatur. ¶ Ab huius item vasis similitudine, in gemmis quoque lenticula appellatur, figura circa medium sui lata, rotunda, & depressa. Plin. lib. 37. cap. 12, Figura oblonga maximè probatur: deinde quæ vocatur lenticula: postea clypeidos. ¶ Rursus Lenticulæ, maculæ sunt in corpore quæ & lentigines dici solent. Celsus lib. 6. cap. 5, Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

Lenticularis, & hoc lare, adiectiuum. φακοειδής. vt, Lenticularis forma. Apuleius lib. 2. Flor.

Lenteo. Lenteſco, Vide LENTVS.

Lentigo, pen. prod. genitiuo lentiginis, Macula subrufa, & nigra interdum, in facie, ad lentis similitudinem. ¶ φακός. Ital. *Lentigine.* Gal. *Petite tache rousse en forme de lentille qui vient au visage ou au corps.* Hispan. *Pecca.* ¶ Vnde & Lentiginosus. ¶ φακιάδης. Ital. *Lentigineso.* Gal. *Lentilleux, qui est plein de taches qu'on appele lentilles.* Hisp. *Pecoso.* ¶ Plin. lib. 9. cap. 20. de atriplice. Ac nisi mutata sæpe aqua coquendum, stomacho contrariũ esse, lentigines & papulas gignere. Idem lib. 20. cap. 15, Sugillatis illinitur cum melle, & vua passa, & aceto: lentigini nigræ ex aceto.

Lentiſcus, Arbor est in Chio præcipuè nascens, (quanquam & in Italia, & in Narbonensi Gallia proueniat) magnitudine roboris, forbi folio, terebinthi odore, acinis, dum matureſcunt, rufis: vbi maturuerint, nigris: mastichen exudans in modum gummi. ¶ σχῖνος. Ital. *Lentisco.* Gal. *Lentisque.* Hisp. *Lentisco, mata.* ¶ Hæc arbor perpetuò viret: tétque in anno fructus profert. Quod & ipsum testatur Cicero de Diuin. versibus ex vetusto aliquo poeta adductis: Iam verò semper viridis, sempérque grauata Lentiscus, triplici solita est grandescere fœtu: Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi. Dictam autem lentiscum putat Ruellius, quòd liquore quodam lentescat. Sudat enim resinam quam in Chio insula mastichen vocant. Eius fructum Hippocrates σχίδα vocat: arborem autem σχῖνον. Ex arboris huius ligno præstantissima fiunt dentiscalpia. Mart. lib. 14, Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna leuare potest. ¶ Lentiscũ mandere, σχῖνον λαμπτῆρας. dicuntur qui nimio comendi corporis, studio superfluunt. Nam ex lentisco dentifricium fieri consueuit. Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est lentiscum arrodere dicuntur: & σχινοπρῶτες, lentisci arrosores appellantur.

Lentiſcinus, scina, scinum, denominatiuum, Quod ex lentisco factum est: ¶ σχινος. Ital. *De lentisco.* Gal. *De lentisque.* Hisp. *Cosa de lentisco.* ¶ vt, Oleum lentiscinum. Plin. lib. 23. cap. 2, Tunc addito oleo lentiscino illita, vna nocte rufat capillum.

Lento, lentas, Vide LENTVS.

LENTVLI, λέντλοι. Romani quidam nobilissimi, ita cognominati à lente, vt Ciceriones à cicere. ¶ A quibus denominatiuum Lentulitas, declinauit Cic. lib. 3. Epist. pro nobilitate Lentulorum, Vilam (inquit) Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus quàm ornamenta virtutis existimas?

Lentus, lenta, lentum. Idem est quod tenax & viscosus. ¶ γλισχρός. Ital. *Flessibile.* Gal. *Qui plie facilement sans se rompre, lent.* Hispan. *Liento, que se puede doblegar.* ¶ Plautus Menæchmis. Quàm lentum est, & visco simile! ¶ Non nunquam idem quod molle, flexibile, & minimè fragile. Virgil. 5. Aeg. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ. ¶ Sed translatũ ad animum, pro leni ac placido capitur, & æquanimi: vt, Vir patiens, & lentus, apud Ciceronem lib. 2. de Oratore. ¶ Interdum pro facili. Lucil. Satyr. lib. 11. vt citat Nonius, Lucius Cotta senex Crassi pater huius Paneti Magnus trico fuit numarius soluere nulli Lentus. ¶ Interdum pro tardo. ¶ βραδύς. Ital. *Tardo.* Gal. *Tardif, lent.* Hisp. *Tardo, pereçoso.* ¶ Plin. Epist. 147, Ibat illa lento gradu, quasi grauis vinculis. ¶ Interdum pro secuto & otioso. Virgil. 1. Aegl. Tu Tytire lentus in vmbra, &c. ¶ Interdum pro remisso & frigido. Virgil. 1. Georg. Noctis lentus non deficit humor. ¶ Habet & alias significationes, vt quum dicimus, Lentum colorem, id est fluentem, & facilè euanescentem. Plin. lib. 12. cap. 15, Colos in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus. ¶ Lentus ignis, dicitur moderatus, non vsqueadeo calescens. Plin. lib. 13. cap. 4, Lentus ignis è palmis. ¶ Lentus tepor, remissus. Plin. lib. 12. cap. 19, Probatur casia gustu, quàm maximè feruens, potius quàm lento tepore leuiter mordens. ¶ Lenta viuacitas, id est longa, & tenax. Plin. lib. 8. cap. 27, Alioqui viuacitatis adeò lentæ, vt ciectis interaneis diu pugnet.

Lentè, aduerbium, Id est tardè, & cunctanter. ¶ βραδέως. Ital. *Tardamente, pigramente.* Gal. *Lentement, tardiuement.* Hisp. *Tardiamente, pereçosamente.* ¶ Plin. Epist. 13, At tum quoque lentè, & cunctanter veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. ¶ Lentè aliquid ferre, est illud patienter & æquo animo pati. Cicc. 2. de Oratore, Neque enim est facile perficere, vt irascatur ei, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lentè ferre videare. ¶ Lentè agere, est remisse, & segniter agere. Liu. 1. ab Vrbe, Lentè agere iis Tatius, Sabinique visi sunt. ¶ Lentè, ac fastidiosè probare aliquem, est longo temporis tractu, & post diuturnam morosamque tentationem aliquem probare. Cic. ad Attic. lib. 2, Quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lentè, ac fastidiosè probauissem.

Lentitia, tiæ, Idem quod lentor, seu flexibilitas. ¶ γλισχρότης. Ital. *Tenerezza, facilità à piegare come una vimine.* Gal. *Mollesse & facilité à se plier.* Hisp. *Lentura, doblegadura.* ¶ Plin. li. 16. ca. 37, Alię virgas sequacis ad victuras lętitię.

Lentitudo, inis, Tarditas. ¶ βραδύτης. Ital. *Tardezza.* Gal. *Tardineté, fatardise.* Hisp. *Tardança y pereçza.* ¶ Cic. ad Qu. fratrem lib. 1, Nam illud nõ solùm est grauitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem 4. Tusc. Eámque quam lentitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. Tacit. lib. 16, Lentitudine exitus graues cruciatus afferente. Idem li. 15, Seneca interim durante tractu, & lentitudine mortis, Statium Annęum, &c.

Lentor, toris, Humor tenax, & glutinosus, inquit Budæus. ¶ γλισχρότης. Ital. *Humore tenace.* Gal. *Humeur tenant & gluant.* Hisp. *Humor liento y retenedor.* ¶ Plin. lib. 9. ca. 36, de purpuris, Congregantur verno tempore, mutuóque attritu lentorem euiusdam ceræ saliuant. Idem lib. 13. cap. 5, Fert folliculos emittentes animalia, lentorémque resinosum. Colum. lib. 5. cap. 6, Vt aliquem tamen succum & lentorem habeat, iniiciemus areis. Plin. lib. 9. cap. 51, de piscium generatione, Quæ durioris testæ sunt, vt murices purpuræ, saliuatio lentore.

Lento, tas, Lentum reddo. ¶ χαυνόω. Ital. *Lentare, piegare.* Gal. *Plier & ployer.* Hisp. *Doblegar, hazer liento.* ¶ Virg. lib. 3, Antè & Tiinacria lentandus remus in vnda. Vbi Seruius, Lentandus: aut lentè tibi nauigandum est (nam totam Siciliam circuit) aut flectendus: vnde Lentum vimen dicimus, id est flexibile.

Lenteo, lentes, Lentus sum, tener, & mollis. ¶ γλισχραίνομαι. Ita. *Essere lento, molle, tenero.* Gal. *Estre gluenx, & tenant, estre tardif.* Hispan. *Ser liento.* ¶ Vnde apud Lucilium legitur, Lentet opus, pro eo quod est, lentè procedit.

Lenteſco, tescis, tescere, Lentum, seu tenerum ac molle fieri. ¶ γλισχραίνομαι. Ital. *Diuenir molle, lento.* Gal. *Deuenir mol & lent.* Hispa. *Hazerse liento y muelle.* ¶ Colum. lib. 11. cap. 2, Quæ si natura minus lenta est, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in stercore obruenda est, vt lentescat. ¶ Virgil. lib. 2. Georg. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo, id est cohæret, vt exponit Seruius. Colum. lib. 2. ca. 11, Cicera bubus erui loco fresa datur in Hispania Bætica: quæ quum suspensa mola diuisa est, paulùm aqua maceratur, dum lentescat, hoc est cohæreat: vel (vt ait Budæus) glutinosa fiat. ¶ Curæ lentescunt tempore. Ouid. lib. 2. de Arte amandi,

Sit mora tuta breuis, lentescunt tempore curæ:
Vanescítque absens, & nouus intrat amor.

Lenulus, Lenunculus, Vide LENO.

Leo, es, leui, letum, Hodie in vsu non est: ex compositis tamen eius quæ sunt deleo, & releo, apparet eiusdem significationis fuisse cum verbo lino: quod etiam præteritum ab eo mutuò accepit. Horat. lib. 1. Carm. Græca quod ego ipse testa Conditum leui.

LEO, λέων, Byzantius philosophus fuit, auditor Platonis, qui Philippo Macedonum regi infesta patriæ suæ arma inferenti occurrens, Die, inquit, Philippe, quæ causa te impellit ad oppugnanda nostra mœnia? Quúmq; Philippus respondisset, amore patriæ illius esse impulsum, vt ea potiretur. Atqui, inquit, musico amantibus instrumento, non bel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lico opus est. Postea verò quum Philippus Byzantium diu frustra obsedisset, intelligens id Leonis opera fieri, vt illũ apud suos in inuidiam vocaret, literis eum apud ciues calumniatus est, proditorem patriæ appellans, sæpiúsque sibi ab eo vrbem vænalem esse oblatam, & potuisse iam vrbe potiri, nisi turpe indicasset victoriam suffurari. His itaq; literis Leo apud ciues suos in suspicionem adductus, quum domum suam arctissima custodia obseruari videret, laqueo vitam finiuit.

Leo, leonis. ¶ λέων. Ital. *Leone*. Gal. *Lion*. Hisp. *El leon*. ¶ Animal ferox, & omnium animalium generosissimum, tum præcipuè quum colla armósq; vestiunt iubæ, quod ætate accidit. Leones tantùm ex feris clementia vtuntur in supplices, prostratis parcunt, coëunt auersi, quêadmodum & lynces, cameli, elephanti, rhinocerotes, & tigrides. Eorum animi index est cauda, sicut equorum aures: vim summam in pectore habent, saciati innoxij sunt. Timent rotarum orbes circumactos, & currus inanes, & cristas, cautúsq; gallinaceorum, sed maximè ignes. Vide Plin. lib. 8. cap. 16. ¶ Est & Leo macinus ex canerorum genere, apud Plin. lib. 32. ca. 11. ¶ Item Leo, cæleste signum, apud Plin. lib. 17. ca. 24. quem putant fuisse leonem Theumesium ab Hercule occisum, in cælum ab Ioue transtatum. Dictus est autem Theumesius, à Theumesio Bœotiæ monte. ¶ Leones radere dicuntur qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno suo periculo. Socrates apud Plat. de Rep. li. 1. ¶ Leonem stimulas, πρὸς λέοντα τύπτεις. De iis qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant atq; extimulant. ¶ Leonem ex vnguibus æstimare, ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γινώσκειν, est ex vna quapiam coniectura negotium vniuersum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima coniicere. Natum videtur adagium à Phidia statuario, qui (sicut narrat Lucianus in Hæresibus) inspecto duntaxat leonis vngue, quantus esset totus leo perpendit, totúmq; ex indicio vnguis effinxit.

Leoninus, na, num, adiectiuũ. ¶ λεόντειος. Ital. *Di leone*. Gal. *De lion*. Hisp. *Cosa de leon*. ¶ vt, Adeps leoninus, apud Plin. lib. 24. cap. 17. Et Leonina species, apud Varronem lib. 2. De Re rust. cap. 9.

LEONATVS, λεοντᾶς. Vir nobilis fuit ex Macedoniæ ducibus, Philippi ex materno genere consanguineus, vnà cum Alexandro educatus. De quo vide plura apud Suidam.

LEOCHARES, λεωχάρης. Nobilis statuarius fuit, vnus ex iis qui Mausoli regis Cariæ sepulchrum cælauerunt, vt tradit Plin. lib. 35. cap. 5.

LEOCORION, λεωκόριον. Monumentum fuit ab Athenienſibus in medio Ceramico erectum. Nam quum Attica vniuersa maxima fame laboraret, vnúmq; hoc ab oraculis ostenderetur remedium, siquis liberos suos immolaret, inuentus est Leos quidam Orphei filius qui tres filias suas virgines, Pasitheam, Theopen, & Eubulen tradidit immolandas. Cuius beneficij memores Athenienses, monumentum in Ceramico erexerunt, quod Leocorion appellarunt. Autor Suidas.

LEODAMAS, pen. corr. gen. Leodamantis, λεοδάμας. Thasius Philosophus fuit, cuius meminit Laërtius in vita Archytæ Tarentini.

LEOGORAS, æ, λεωγόρας. Andocidæ rhetoris pater fuit, teste Suida.

LEONIDES, λεωνίδης. Lacedæmoniorum Rex fuit, ex genere Heraclidarum, qui apud Thermopylas, quum angustias aduersus Xerxem tueretur, fortissimè pugnans occubuit. Cuius cadauer Persæ, abscisso capite è cruce suspenderunt. Autor Herodotus lib. 7. ¶ Fuit præterea Leonides quidam Alexãdri Magni pædagogus: qui quum discipulum videret in pueritia sine parsimonia thura aris ingerentem, monuit illum, vt tum demum quum thuriferas regiones subegisset, illo modo supplicaret. Cuius rei memor Alexander Arabia iam potitus, misit ei nauim thure onustam, exhortans eum vt in deos parcus esse desineret. Autor Plin. lib. 12. cap. 14.

Leontice, λεοντική. Herba est quam Dioscorides cacaliam appellat, foliis grandibus & candidis, inter quæ semen dependet minutis margaritis simile: cuius grana quindecim in oleo macerata, atq; aduerso capillo illita, porriginem tollunt. Vide Plin. lib. 35. cap. 11. Officinæ *carui* agreste appellant.

Leontios, λεόντιος, Gemma à leoninæ pellis similitudine nominata, quemadmodum pardalios à similitudine pellis pantheræ. Autor Plin. lib. vlt. cap. 11. ¶ Fuit præterea Leontios quidam eximius statuarius, qui Olympiæ fecit Stadiodromon Astylon, aliáque opera quæ commemorantur à Plin. lib. 34. cap. 8. ¶ Fuit item Leontios quidam Tripolis Lydiæ episcopus, ex Mœsia ortus, de quo vide Suidam.

LEONTISCVS, λεοντίσκος. Mamertinus quidam Pycta fuit, ex argumento Acrocherſites cognominatus, tanto corporis robore, vt summis aduersarium manibus arripiens, non prius eum desereret quàm deficientem sentiret. Suidas.

Leontopetalon, λεοντοπέταλον, Herba est caulem emittens dodrãtalem, plurimis alis concauum, & in cacumine semina parua duo aut tria, cáq; in siliquis, ciceris modo: flores punicei coloris, anemonæ similes: folia brassicæ, sed papaueris diuisura, radicibus nigris, rapæ similibus. Nascitur in aruis. Vide Plin. lib. 27. cap. 11. Vulgus à similitudine pedis leonini, *pauam leonis* appellat.

Leontophonos, λεοντοφόνος, Exiguum est animal, in iis tantùm regionibus nascens in quibus gignuntur leones: quibus tam præsens est venenum, vt gustato leontophono leo statim moriatur: vnde etiam animalculum hoc leontophoni nomen accepit. Autor Plin. lib. 8. cap. 38.

Leontopodion, λεοντοπόδιον, Herbula est duorum digitorum, folio parno, anguito digitorum trium, quatuórve longitudine, hirsuto, lanoſioréque ad radicem, & subcandido: in cacumine caulium capitula tanquam peforata, floribus nigris erumpentibus, semen quod oculis vix possit deprehendi propter circundatam lanuginem. Ruellius existimat eam esse quam vulgus *cruciatam* appellat.

Leopardus, ¶ λεοπάρδαλις. Ital. *Leopardo*. Gal. *Leopard*. Hisp. *Animal mezclado de leon y pardo*. ¶ Animal ex pardo & lœna natum, iubis carens, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus. Nascitur in Africa, vbi propter penuriam aquarum ad paucos amnes multitudo ferarum conuenit, ideo multiformes ibi animalium partus, mutuò sese miscentibus diuersorum generum animalibus. Vnde ortum est prouerbium, Semper aliquid noui Africam afferre. Vide Plin. lib. 8. cap. 15.

LEOS, Orphei filius, Vide LEOCORION.

LEOSTHENES, pen. corr. λεωσθένης, Viri Athenienſis nomen, qui quum

sponsus esset, & Lamiacum bellum concitasset, in prælio interfectus est. Ob cuius amorem sponsa, Demotionis Areopagitarum principis filia, se interfecit, sicut Hieronymus contra Iouinianum testatur. Suidas Leosthenẽ tradit eo in prælio quod Athenienses aduersus Macedones cõmiserunt, quum multa strenuè gessisset, lapidis ictu interisse.

Lepidium, λεπίδιον, Herba est in cubitalem, eóq; maiorem altitudinem assurgens, foliis lauri, sed mollioribus, & maioribus, quæ trita sinapi assurgens, foliis lauri, sed mollioribus, quæ trita sinapi olent, & piperis acrimoniam referunt. Vnde vulgus herbariorum *piperitim* vocitat. Quidam etiam raphanum, quòd raphano syluestri, quem amoraciam alio nomine dicunt, planè similis sit. Lepidium autem ab effectu appellatur, quòd τὰς λεπίδας, hoc est squamas & maculas faciei deleat & repurget.

LAPADVS, Vide LOPADVSA.

Lepidotes, λεπιδώτης, Gemma quæ squamas piscium imitatur. Plinius lib. 37. cap. 10.

Lepidus, da, dum, pen. corr. In quo lepõris est plurimum, quem vulgus imperium *bonam gratiam* vocat: & tam de homine, quàm de oratione, & aliis rebus dicitur. ¶ λαμπρός, χαριέντως, χαρίεις. Ital. *Piacevole, gratioso*, & aliis rebus dicitur. ¶ λαμπρός, χαριέντως, χαρίεις. Ital. *Piacevole, gratioso*. Gal. *Plaisant, gay, joli, qui est de bonne grace*. Hisp. *Gracioso en donayres*. ¶ Terent. Gal. *Plaisant, gay, joli, qui est de bonne grace*. Hisp. *Gracioso en donayres*. ¶ Terent. in Andr. O lepidum caput. Plaut. in Milite, At quidem illuc ætatis qui sit, non inuenies alterum Lepidiorem ad omnes res. Idem in Aulularia, O lepidum diem. Idem in Pœnulo, Nimium lepidum mihi memoras facinus. Idem in Epid. Forma lepida & liberali. Idẽ in Mostel. Quin tu te exornas moribus lepidis, quum lepida tute es. ¶ Lepidum interdũ aduerbialiter ponitur pro lepidè. Plaut. in Pœnulo. Lepidum eloquere. ¶ Lepidus, politus, inquit Donatus, ἀπὸ τῆς λεπίδος, id est à lamina siue squama. Plin. lib. 34. Excutiuntur veluti milij squamæ quas vocant lepidas.

Lepidè, aduerbium, id est cum lepõre. ¶ χαριέντως, χαρίεσσαν, καλῶς, γλαφυρῶς. Ital. *Piacevolmente, con buona gratia*. Gal. *Plaisamment, gaillardement, de bonne grace*. Hisp. *Graciosamente en donayres*. ¶ Cic. ad Attic. lib. 2, Nunc fit lepidè illa τῶν ἀκτίνων radiorum. Plaut. in Persa, Lepidè hercle adiuuas. hoc est eleganter, & opportunè. Idem in Milite, Vin' tu lepidè facere?

Lepidulè, diminutiuum. Plaut. in Pseud. Eam circunducam lepidulè.

Lepista, stæ, Vasis aquarij genus, teste Festo, idem fortassis cum eo quod Aristophanes λεπαστὴν vocat. Varro li. 1. de Vita pop. Rom. vt citat Nonius, Lepistæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt, aut æneæ.

LEPONTII, Populi sunt Alpini, Salassis finitimi, ex comitatu Herculis ibi relicti, quòd membra haberent nine præusta. Plin. lib. 3. cap. 20.

Lepor, ôris, & Lepos, ôtis, Propriè est venustas, vrbanitásq; sermonis. ¶ χαρίεσσα, χαριεντισμός. Ital. *Piacevolezza, giocondità, Humanità*. Gal. *Iolieté, bonne grace, dexterité*. Hisp. *Gracia en donayre, dulce hablar, suauiloquencia*. ¶ Pli. lib. 17. cap. 1, Crassus faceto lepõre solers. Cic. 7. Verrina. Lepõre, ac venustate affluens. Idem 1. de Orat. Magnus in iocando lepos erat in homine. Lepor dicendi, est ornatus, concinnitas, elegantia. Cic. 4. Acad. Cuius primò non admodum probata ratio, quanquam floruit acumine ingenij, tum admirabili quodam lepõre dicendi, &c.

Leporarium, Leporinus, Vide LEPVS.

Lepra, æ. ¶ λέπρα. Ital. & Hisp. *Lepra*. Gal. *Lepre, ladrerie*. ¶ Galeno, cæterisq; Græcis medicis, scabiei genus est, cutem deformi obducens crusta, ab atra nascens bile, corpúsque vehementer pruritu infestans. In qua significatione leprę vocabulo vtuntur etiam Latini. Plin. lib. 24, Lachryma vitium, veluti gemma, lepras, & lichenas, & pſoras nitro antè præparatas soluit. Auicenna verò, cæterique Arabicæ factionis, lepræ vocabulum impropriè vsurpant pro elephantiasi, quod morbi genus superiori multò est perniciosius: vt quod non solùm cutem infestet, verumetiam carnem ipsam vsque ad ossa depascatur.

LEPRIVM, λέπριον, Elidis oppidum ad Alpheum fluuium, cuius incolæ dicuntur Lepriatæ. Vide Plin. lib. 4. cap. 5, & Ptolemæum lib. 3. cap. 16. ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arcadia, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 6, & Cic. lib. 6. Epist. ad Atticum.

LEPTE acra, λεπτὴ ἄκρα, Indiæ promontorium, aliàs Drepanum appellatum: de quo vide Plin. lib. 6. cap. 29.

LEPTINES, pen. prod. λεπτίνης, Athenienſis orator fuit non incelebris: qui quum liturgiarum onus ad paucos, eósque tenuioris fortunæ rediisse videret, potentioribus ferè omnibus immunitate donatis, tulit legem, vt sublato iure immunitatis, liturgiarum sumptus ex æquo à dictioribus suppeditarentur. Quam legem oppugnat Demosthenes ea oratione quam aduersus Leptinem inscripsit.

LEPTIS, λέπτις Ptolemæo, Duarum vrbium nomen est in Africa propriè dicta: quarum minor, quæ Sarrana dicitur, inter duas Syrtes est sita: cuius meminit Silius lib. 3, Tabraca, tum Tyrium vulgus, Sarranáque Leptis. Hæc etiam Neapolis dicitur. Vulgò *Mahometa*. Altera quæ maior Leptis dicitur, trans Syrtim minorem sita est, ad Oeam oppidum. Vulgò *Tripoli*. De hac Hieronymus, In Lepti (inquit) vrbe semibarbara, & posita in solitudine, moris est vt nurus altera die socrum ollam mutuo postulet. Vtriusque ciuitatis meminit Strabo lib. 17.

Leptocarya, λεπτοκάρυα, Græco nomine dicuntur auellanæ, quæ & Ponticæ, & Heracleoticæ appellantur.

Lepton centaurium, λεπτὸν κενταύριον λεπτόν, hoc est centaurium minus, herba est quam Latini fel terræ vocant, propter summam amaritudinem. Galli vocant *exacum*, eo quòd potum, omnia medicamenta mala per aluum exigat. Plura vide apud Plin. lib. 25. cap. 6.

Leptophyllon, λεπτόφυλλον, Septima tithymali species est, in petris nascens: ita dicta à tenuitate foliorum. Alio nomine dendroides δενδροειδὲς appellatur, eo quòd ex omnibus tithymali generibus comosissimum sit. Vide Plin. lib. 26. cap. 9.

Leptorages, λεπτόραγες, Vuæ quædam dicuntur, dulces quidem habentes acinos, sed tenues tamen & minutos: cuiusmodi sunt quas *vuas Corinthiacas* vulgò appellamus. Plin. lib. 14. cap. 1, Est & illa naturæ lasciuia, vt prægrandibus adhæreant pergulis parui, mites, & suauitate certantes: leptoragas has vocant. Hactenus Plinius. Dictæ autem sunt leptorages, ab acinorum tenuitate. Nam λεπτὸν exiguum est, & tenue, ῥάγες autem à Græcis vuarum acini dicuntur.

Lepus, oris, Animal satis notum, à celeritate dictũ, quasi leuipes. ¶ λαγώς. Ital.

Ital. *Lepre.* Gal. *Lievre.* Hisp. *Liebre.* } siue (vt Varro putat lib. 3. de Re ruſt. ca. 12.) ab eo quòd Aeoles antiquo vocabulo Λίπαγος vocabant, quem nos leporem. Vide plura de hoc apud Gell. lib. 1. cap. 18. Virg. 3. Georg. Et canibus leporem, canibus venabere damas. Idem 1. Georg. Aut cõſequi lepores, aut figere damas. Horat. Epod. 2. Pauidúmq; leporem, & aduenã laqueo gruem Iucunda captat præmia. ¶ Per tranſlationem pro infami, impudico, ſiue pathico accipitur: ſiue quòd hoc animal poſteriore potiſſimùm ſui parte, hoc eſt lumbis, & clunibus, ſpectamentum de ſe præbeat: ſiue quòd puerorum amatores non ſecus illos ſectentur, venenturq; atq; canes leporem: ſiue quòd lepori vtrũq; ſexum tradant ineſſe, ſicut & hyænæ. Terent. in Eun. Lepus tute es, & pulpamentum quæris: id eſt quod in te habes (inquit Donatus) hoc quæris in altero. ¶ Lepus etiam piſcis eſt ex lacertorum genere, inter marina venena numeratus, præſertim in Indico Oceano, vbi vel ſolo tactu peſtilens, vomitum diſſolutionémq; ſtomachi protinus creat: in noſtro mari colore tantum lepori ſimilis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore. Hæc Plin. lib. 9. cap. 49. ¶ Lepus dormiens, λαγὼς κοιμώμενος. Quadrat in eum, qui quod non facit, id facere ſeſe adſimulat aut quod facit, id ſe facere diſſimulat. Nam leporem patentibus genis dormire, cùm alij permulti tradunt, tum Plin. lib. 11. cap. 37. id quod etiam hominibus nõnullis ait accidere, quos Græci κοιμωδῶς ἀκούειν appellant. Neq; perperam dicetur & in timidos. Adagium à multis refertur. ¶ Leporem non edit. Antiquitus ſuperſtitioſe creditum eſu leporinæ pulpę conciliari formã. ¶ Lepus pro carnibus, λαγὼς ἀντὶ τῶν κρεῶν: ſobandi peticlitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam ſui vtilitatem in diſtrimen vocantur. Nam leporem non inſectamur quòd noceat, ſed quòd pulpamentum habeat. ¶ Boue venari leporem, πρὸς βοῦν τὸν λαγὼν κυνηγετεῖν, dicuntur qui rem abſurdam, ſtultam ac præpoſteram aggrediuntur. Plutarchus. ¶ Leporis vitã viuere, λαγῶ βίον ζῆν, dicuntur qui ſæpe anxij trepidique viuunt, quòd id animal omnium prædæ expoſitum, ne ſomnũ quidem capit niſi oculis apertis. Demoſthenes in Aeſchin.

Lepuſculus, li, diminutiuum. } λαγίδιον. Ital. *Leprettino.* Gal. *Leuraut, petit lieure.* Hiſp. *La lebraſtica.* } Cic. 6. Verr. Si minus eiuſmodi quidpiam venari potuerant, illa quidem certè pro lepuſculis capiebantur, patellæ, paterę, thuribula, &c. Idem 1. de Nat. deo. Si Seriphi natus eſſes, nec vnquam egreſſus ex inſula in qua lepuſculos, vulpeculãſque ſæpe vidiſſes, &c.

Leporarium, rarij, Non tantùm pro loco vbi lepores aluntur, ſed etiam pro omnibus ſeptis villæ affixis accipitur, quæ habent incluſa animalia, quæ inibi paſcuntur. } λαγωοτροφεῖον. Ital. *Chiuſura, ſerraglia da nutrirui ſalvaticine.* Gal. *Garenne, parc ou clos à nourrir lievres ou autres beſtes ſauuages.* Hiſp. *Viuar, lugar de liebres ò otras beſtias.* } Gell. li. 2. ca. 20. Vinaria veteres quandoq; Leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia. Varro de re Ruſt. lib. 3. cap. 3. Leporaria te accipere volo, non ea quæ tritaui noſtri dicebant, vbi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta, affixa villæ quæ ſunt, & incluſa habent animalia quæ paſcuntur. Hæc antiquiores Roborata etiam appellari voluerunt: à tabulis roboreis, quibus ſepta erant antè quàm muro cingerentur.

Leporinus, a, um, pen. prod. Quod eſt ex lepore. } λαγῶος. Ital. *ciò che è di lepore.* Gal. *De lievre.* Hiſp. *Coſa de liebre.* } vt, Pes leporinus. Leporinus cinis, apud Plin. lib. 28. ca. 11. Leporinum lac, Varro 2. de Re ruſt. cap. 11. ¶ In leporinis, ἐν λαγῴοις, catinis viuere dicebantur qui lautè atque in deliciis vitam agebant.

LERINA, Inſula eſt prouinciæ Narbonenſi adiacens, e regione Antipolis. Plin. lib. 3. cap. 5.

LERNE, ſiue Lerna, λέρνη, Lacus eſt in agro Argiuo, Herculis labore notiſſimus, qui in eo hydram Lernæam ferrur interemiſſe, vicinæ omni regioni adeò infeſtam, vt locum fecerit prouerbio, λέρνη κακῶν, hoc eſt lerna malorum, de malis plurimis ſimul in vnum congeſtis & accumulatis. ¶ Eſt & fluuius eiuſdem nominis per Praſias in ſinum Argolicum illabens, teſte Strabone lib. 8.

Lernæus, a, um, λερναῖος, vt Palus Lernæa, Hydra Lernæa.

LERO, ronis. λέρων, Inſula eſt Galliæ, Antipoli aduerſa, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

LEROS, λέρος, Inſula eſt Cariæ adiacens, in mari Icario, vna Sporadum: quæ & Leria dicitur, teſte Strabone lib. 10. Vulgò *Lero.* Inſulani, Lerij, λέριοι, dicuntur, qui olim corruptiſſimis moribus fuiſſe perhibentur. Hinc eſt illud quod Phocylidæ nomine circunfertur, λέριοι πάντες· ἐκ δὲ μιᾶς, ὃ δ' ὅς. Πάντες πλὴν Γαυρονλίου· Γαυρονλίης λέριος, hoc eſt Lerij mali, non vnus quidem, alter verò minimé: Sed vniuerſi excepto Patrocle: etenim Patrocles Lerius, &c. In eos rectè dicetur, qui pariter omnes gentis vitio ſunt improbi.

LERTOSA, λερτῶσα, Ilercaonum oppidum in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

LESBOS, λέσβος, Vulgò *Metelin*, Inſula eſt in Aegæo, Aeolicarũ vrbium metropolis, quæ olim vniuerſæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus eius ſtadiorum cẽtum ſupra mille, à Borea in Auſtrum protenſa, quingenta & ſexaginta ſtadia longitudinis habens: feraci agro, & multa materia ad claſſes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ, Mitylene, qua nunc tota inſula Mitylene vocatur, & Pyrrha in Occidentali litore ſita. Fuit & Ereſſos, & Antiſſa cum porto, & Methymna. Dicta Leſbos ab vrbis nomine, quæ in ea potentiſſima fuit: fuc à Leſbo Iapeti filio, qui in eam inſulam nauigauit. Ex hac Pittacus vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus: item Alcæus, Sappho, Theophraſtus philoſophus, & alij viri ſcientia clariſſimi orti fuere.

Leſbius, a, um, λέσβιος, vt, Leſbium vinum, apud Gell. lib. 13. cap. 5.

Leſbous, a, um, pen. pro. Hor. li. 2. Car. Leſboũ refugit tendere barbiton.

Leſbides, pen. corr. Dicũtur mulieres ex Leſbo. Sappho apud Oui. in Epiſt.

Leſbides infamem quæ me feciſtis amatæ,
Deſinite ad citharas turba venire meas.

Leſſus, us, Lugubris eiulatio. } θρῆνος. Ital. *Pianto.* Gal. *Pleur, ſcri de dueil, lamentation.* Hiſ. *Endecha ò llanto ſobre muerto.* } Plaut. in Truculento, Theris quoque etiam lamentando leſſum fecit filio. Cic. 2. de Legib. Mulieres quoque etiam lamentando leſſum fecit filio. Cic. 2. de Legib. Mulieres genas ne raduntor: néve leſſum funeris ergò habento. His enim verbis ſignificatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

LESTORI, Populi Indiæ extra Gangem, qui ferè & ſylueſtres eſſe dicuntur, & in ſpecubus habitare, & coruis albis & pſittacis abundare. Meminit horum Ptolemæus lib. 7. cap. 2. Hodie *Regnum Pego* dicitur.

LESTRYGONES, ſiue LAESTRYGONES cum diphthongo in prima ſyllaba, Λαιστρυγόνες, Populi fuerunt Italiæ totius immaniſſimi, agrum Formianum non procul à Caieta incolentes, humanáq; carne veſcentes. Dicti Læſtrygones λὰο τοῦ λαφύσσειν, hoc eſt à latrocinio. Verùm de his copioſius egimus ſuprà ſuo loco.

LETHAEVS, λήθαιος. Fluuius Aſiæ, ortum habens à Pactio Epheſiorum monte, & circa Magneſiam vrbem in Męandrum influens. Autor Strabo lib. 14. ¶ Eſt & Lethæus alius in Creta inſula, non procul à Gortyne, teſte eodem Strabone lib. 10. ¶ Sunt & alij eiuſdem nominis fluuij, qui recenſentur ab eodem Strabone lib. 14.

Lethalis, lethale, Vide LETHVM.

Lethargus, gi, } λήθαργος. Ital. *Malattia che induce ſonno, & ſcordamento d'ogni coſa.* Gal. *Maladie qui fait dormir exceſſivement, & aſſopit le malade en ſorte qu'il luy fait oublier toutes choſes.* Hiſpan. *La enfermedad que mata durmiendo.* } Eſt torpor, & inexpugnabilis penè ſomni neceſſitas, cũ alienatione mentis: vt inquit Celſus lib. 3. cap. 20. Plin. lib. 20. cap. 12, Præterea inſaniam facere, & lethargos, & iocinoris vitia, &c. Quidam Latinè veternum dici putant: quamuis Plin. in raphani medicinis veternum à lethargo diuiſſe videatur. Locum eundem in corpore occupat, quem phrenitis, nimirum cerebrum: materiam verò habet contrariam. Gignitur enim ex abundantia pituitæ quum phrenitis ex flaua bile aduſta naſcatur. Dicitur autem Lethargus (vt quidam putant) λὰο τοῦ λήθης, hoc eſt ab oblitione. Nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum, à pituita frigidiore, humidioréque cerebrum refrigerante, & madefaciente, & præcipuè poſteriores ventriculos cerebri occupante, in quibus quidam memoriæ ſedem eſſe volunt, quanquam veriſimilius eſt eam per totum cerebrum eſſe diffuſam.

Lethargia etiam pro lethargo ponitur. Plin. lib. 24. cap. 9. Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti, in lethargia, & phreneſi.

Lethargicus, ca, cum, } λήθαργικός. Ital. *Infermo de letargo.* Gal. *Qui eſt malade de lethargie.* Hiſp. *Que tiene tal dolencia.* } Qui lethargum patitur. Horat. 9. Serm. Saty. 3, Lethargicus hic quum ſit pugil, & medicum vrget. Plin. lib. 20. cap. 4. Hydropicis quoque ex aceto, & ſinapi ſumpti, & lethargicis. ¶ Ponitur etiam adiectiuè: vt, Lethargicus morbus. Plin. lib. 24, Grauedinem enim, morbúmque lethargicum patitur.

LETHE, lethes, λήθη. Nomen fluuij quem apud inferos eſſe poëtæ tradiderunt, cuius latices ſiquis guſtaſſet, omnium prætentarũ rerum obliuiſci voluerunt. Idcirco λὰο τοῦ λήθης, id eſt ab oblitione nomen habet. Datus eſt hinc fabulę locus, quia morientibus omnium rerum obliuio ſurrepit. Conſtat autem hunc amnem in Africa circa extremũ Syrtim cornu, Berenicẽ vrbem alluere. ſed ea apud omnes fama eſt, hunc fluuium ab inferis ad ea loca inundatione prorũpere. Luc. li. 8, Quã iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis (vt fama) trahẽs obliuia venis.

Lethæus, thæa, thæum. λήθαιος. Lucan. lib. 3. Non me Lethææ coniunx obliuia ripæ Immemorem fecere tui. Virg. 6. Aeneid. Lethæumque domos placidas qui prænatat amnem. Ouid. 1. Triſt. eleg. 7, Cunctáve Lethæis merſa feruntur aquis.

Lethum, thi, Pro morte. } μοῖρα, θάνατος. Ital. *Morte.* Gal. *Mort.* Hiſp. *Muerte.* } Cic. 1. de Diuin. Tamen eodem ſibi letho, quo ipſe interiiſſet, pereundum. Idem ad Attic. lib. 10, Vide quàm turpi letho peream. Virg. 12. Aen. An fratris miſeri lethum vt crudele videres? Idem 5. Aen. Miſtia multa daret letho, gemerẽtq; repleti Amnes Ouid. 1. Triſt. eleg. 2, Genus miſerabile lethi. De etymo, & ſcriptura huius dictionis, diuerſi diuerſa ſentiunt. Priſcianus putat ab antiquo verbo leo deriuari, quod veteres vſurparunt pro deleo: vnde etiam ſine aſpiratione ſcribendum putat. Apuleius à luo deducit, & per œ in priore ſyllaba ſcribi præcipit. Alij per antiphraſin dictum putant ab adiectiuo lætus, quòd minimè ſit lætum, ſed omnium rerum triſtiſſimum. Veriſſima tamen videtur Varronis & Feſti opinio, qui λὰο τοῦ λήθης, hoc eſt ab obliuione dictum putant, eo quòd per mortem omnium rerum obrepat obliuio. Vnde etiam poëtæ Lethen fluuium apud inferos eſſe finxerunt, quo guſtato nos omnium rerum protinus obliuiſci voluerunt. Rectius itaque facturi videmur, ſi lethum per aſpirationem ſcripſerimus.

Lethalis, le, Mortiferum. } θανατηφόρος, νοσηφόρος. Ital. *Mortifero, mortale.* Gal. *Mortel.* Hiſp. *Coſa mortal.* } Plin. lib. 11. cap. vlt. Homini non ante diem ſeptimum lethalis inedia. Duraſſe & vltra vndecimum, certum eſt. Plin. de Viris illuſtr. Tarquinium graui quidem, ſed non lethali vulnere acceptò petere, vt, &c. Virgil. 11. Aeneid. Qua vulnus lethale ferat. Ouid. 13. Metamorph. Qua patuit, ferro lethalem condidit enſem.

Lethaliter, aduerbium. } θανατηφόρως, ὀλεθρίως. Ital. & Hiſp. *Mortalmente.* Gal. *Mortellement.* } Plin. lib. 11. cap. 37, Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lethifera, æ, um, Quod mortem infert. } θανατηφόρος. Ital. *Che da morte, mortifero.* Gal. *Qui apporte la mort, qui fait mourir.* Hiſp. *Coſa mortal.* } Colum. li. 7. cap. 12. Et vt plurimi paſtores affirmant, rabies arcetur. Lethifer morbus huic generi. Ouid. 7. Metamor. Lethiferis caluit ſpiritus aſtibus Auſtri. Virgil. 10. Aeneid. -quies tela, fagittæ Corytique leues humeris, & lethifer arcus. Annus lethifer, Virgil. 5. Aeneid. Anguis lethifer, Statius 5. Theb.

Letho, as, Morte afficio. } θανατόω. Ital. *Dar la morte, vccidere.* Gal. *Faire mourir, tuer.* Hiſp. *Matar, dar la muerte.* } Vnde Lethata corpora legimus, hoc eſt morte mulctata, & interempta. Ouid. 3. Metam. de Cadmi ſocijs à ſerpente interemptis, Vt nemus intrauit, lethatáque corpora vidit, Victorémque ſupra ſpatioſi corporis hoſtem, &c.

Leuamen, Leuamentum, Leuatio, Vide Leuo in LEVIS.

LEVANA, Vocabatur dea quæ pueris præerat de terra leuandis: vt inquit Auguſtinus.

Leucacanthia, λευκάκανθα. Herba eſt in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores ſedat. Alio nomine Rhamnus dicitur. Dioſc. lib. 3. cap. 21. Plin. lib. 22. cap. 16.

Leucachates, chatæ, maſc. gen. λευκάχατες, Gemma candida ex genere Achatarum Plin. lib. 37. cap. 10.

Leucanthemis, λευκάνθεμις, Herba eſt quæ & Anthemis, & Leucanthemum à nonnullis vocatur: ab aliis etiam Chamæmelon, eo quòd mali odorem habeat. Vide plura de hac herba apud Plinium lib. 22. cap. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Officinæ hodie *chamæmillam* vocant.

LEVCAETHIOPES, λευκαιθίοπες, teste Plin.lib.5.cap.7, Populi sunt interioris Libyæ, qui supra Getulos Meridiem versus primi occurrunt, Libyægyptiis proximi.

LEVCADIA, λευκάδια, Vulgò *Leucada* ὁ *S. Maura*. Peninsula fuit contra sinum Ambracium, opera accolarum à continente abscissa, arenæque accumulatione rursus continenti reddita, vt tradit Pomponius Mela lib.2. Hæc etiam Neritis appellata fuit. Plin.lib.4. cap.2, Deinde Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opera accolarum abscissa à continente ac reddita, ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium: qui locus vocatur Dioryctos.

Leucargillium, λευκαργίλιον, Argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico vtuntur, in humida duntaxat, frigidáque terra prouenientis. Vide Plin.lib.17.cap.7.

LEVCAS, Leucadis, λευκάς, Oppidum est in Leucadia peninsula, olim Neritum appellatum, teste Plin.lib.4.cap.1. Quinetiam Strabo totam peninsulam, siue (vt ipse appellat) insulam (aliquando enim humano opere à continenti fuit abscissa, & rursus arenæ alluuione eidem annexa) Lucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit lib.10.) in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportato Nerito, qui quondam fuerat isthmus: nunc verò fretum, & euripus est, ponte iugabilis, mutato nomine dixerunt Leucadem, sumpto (vt reor) à Leucate vocabulo.

Leucadius, a, um, denominatiuum, Quod est ex Leucade insula. Ouid. in Epist. Sapphus, Tu quoq; mollis Amor pennas suppone cadenti, Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.

LEVCASPIS, λευκάσπις, Vnus ex comitibus Aeneæ, natione Lycius, vnà cum Oronte in Tyrrheno mari tempestate submersus. Virgil.6. Aene. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem.

LEVCATES, æ, pen. prod. λευκάτης, Promontorium est Acarnaniæ, ad sinum Ambracium, Apollinis templo nobile: à petræ candore nomen habens. Virgil.3. Aeneid. Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.

LEVCE, λεύκη, Parvum oppidum in finibus Ioniæ, & Aeolidis, non longè à Smyrna olim insula. Autor Plin.lib.5.cap.29. ¶ Est præterea Leuce, parua insula Ponti, Borysthenis amnis ostio obiecta, quæ quòd Achilles in ea sepultus fuerit, etiam vocatur Achillea: ab aliquibus etiam Macaron appellata. Autor Plin.lib.4.cap.13. ¶ Aliud item huius nominis oppidum in Italia, stadiis quingentis à Tarento distans. Lucan.lib.5, Secretáque litora Leuce. ¶ Sunt item Leucæ, insulæ quinq; Lesbo adiacentes, quarum meminit Plin.lib.6.cap.32.

Leuce, λεύκη, à Græcis appellatur, quam Latini populum albam appellant. Galli à tremula frondium mobilitate *Trambulam* nominant. Vide infra in dictione POPVLVS. ¶ Est item Leuce, herba mercuriali simillima, nisi quòd per medium folium linea alba transcurrat: vnde & Mesoleucon appellatur. Autor Plin.lib.27.cap.11. ¶ Est item Leuce, morbi genus quod Latini vitiliginem albam appellant.

LEVCI, Populi inter Belgas, Mediomatricibus finitimi, iaculandi olim peritissimi: iidem (vt putatur) cum iis quos hodie *Luxemburgenses* vocamus. Lucan.lib.1, Optimus excusso Leucus, Rhemúsque lacerto.

LEVCIPPVS, λεύκιππος, Philosophus fuit Eleates, siue vt aliis placet, Abderites, Zenonis auditor, qui vniuersum quidé infinitũ esse dixit, eiúsq; partes plenũ esse & inane, omniáq; fieri ex atomis sibi inuicem implicatis. Reliqua vide apud Laertiũ. Meminit huius & Cic.4. Tusc.

Leucochrysus, λευκόχρυσος, Gemma est ex hyacinthorum genere, inter auri colorem vena candida intercedente. Autor Plin.lib.37.cap.9.

Leucogæa, Gemma est tota candida, quę & Galactites, & Leucographia appellatur, lactis succo & sapore notabilis. Plin.lib.37.cap.10.

LEVCOGEI, Vulgò *Limera*, Colles sunt in agro Campano, inter Neapolim & Puteolos, in quibus sulphur præstantissimum effodiebatur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admistum, candorem simul afferebat & teneritatem. Fontes quoque ex his collibus erumpebant, vulneribus medicinam, dentibúsque firmitatem afferentes. Vide Plin. lib.18.cap.11. & lib.31.cap.2, & lib.35.cap.15.

Leucographis, idis, λευκογραφίς, Herba quædam vtilis sanguinem excreantibus. Plin.lib.27.cap.11.

Leucoion, λευκόϊον Dioscoridi. {Ital. *Viola garafano*. Gal. *Violette*. Hispa. *El alhelí blanco*.} Licet pro ratione etymi violam albam videatur significare, tamen & pro lutea & purpurea solet vsurpari. Neque tamen est quòd Leucoij nomine eum intelligas florem quem *ion* Græci, Latini violam proprié appellant: sed quem vulgus ab odoris similitudine *caryophyllon* nominat, siue is albus sit, siue luteus, siue purpureus. Vnde Leucoion album dixit Colum. lib.11, innuens nimirum etiam aliorum colorum esse leucoia.

LEVCOLA, Apud Plin.lib.5.cap.27, Promontorium Pamphyliæ, Lyciæ conterminæ. ¶ Est & insula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. ¶ Strabo quoque portum in Cypro vocari tradit Leucola.

Leucoma, pen. prod. huius leucomatis, λεύκωμα. Album dicitur, hoc est tabula illa in qua iudicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. Pictatiũ aliàs dicitur, & matrix. Hermolaus. ¶ Accipitur etiam Leucoma, λεύκωμα, pro albugine oculorum, & albo oui, quod vitellum ambit.

Leucomænides, λευκομαινίδες, Pisciculi exigui, qui & *βόκες* appellantur, vt ex Speusippo annotauit Hermolaus.

LEVCON, nis, λεύκων, Rex Ponti, à fratre Oxylocho necatus, quòd cum eius vxore adulterij & incestus consuetudinem haberet. Ouid. in Ibin, Aut pia te cæso, dicatur adultera: sicut Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est. ¶ Est item Leucon, λεύκων, Genus quoddam ardeolatum, à candore ita dictum, de quo Plin.lib.10.cap.60.

Leucoparyphos, λευκοπάρυφος, Candidis vestibus indutus, nullóque pretioso succo inebriatis. Est enim πάρυφος vestiũ contextus. Vnde tritum est apud Græcos prouerbiũ, ἐξ ἧς λευκοπάρυφος ἐπὶ τὰ ἱμάτια ἐλεοπάρυφος: in eos dici solitum qui in vestium quidem sumptu frugi sunt, animi verò luxu diffluunt. Vide Cælium Rhodig.lib.16.cap.7.

Leucopetalos, λευκόπετάλος. Gemma quæ candorem niuis auro distinguit. Plin.lib.37.cap.10.

LEVCOPETRA, {λευκόπετρα. Vulgò *cabo dele Arme, spartauento en Calabria*.} Promontorium è regione Siciliæ in agro Rhegino, à candore nomen habens. Cic.1.Philip. Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram (quod est promontorium agri Rhegini) venti detulissent, ab eo loco conscendi vt transmitterem.

Leucophæus, cum diphthongo. {λευκόφαιος. Ital. *Fosco, quasi nero*. Gal. *Couleur meslé, de blanc & gris, cendré, gris blanchastre*. Hisp. *El pardillo*.} Color natiuus ex albo & fusco mistus. Nam λεύκος album dicunt Græci, & φαιὸς fuscum, hoc est subnigrum. Plin.lib.32.cap.10, Iecur rubetæ, vel φαιὸς fuscum, hoc est subnigrum. Plin.lib.32.cap.10, Iecur rubetæ, vel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. Vitruuius de his coloribus scribens, Fõtes, inquit, & flumina sunt, quorum potu pecora, quanuis alba sint, aliis locis procreant velleta leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. Idem, In campis Troianis, proximè flumen armenta rufa, & pecora leucophæa nascuntur. Nos colorem cineritium vocamus, vulgus nostrum *gryseum* appellat.

Leucophæatus, {λευκοφαιατὸς. Ital. *Vestito di fosco*. Gal. *Vestu de gris*. Hisp. *Vestido de pardillo*.} Qui est leucophæo colore indutus, cuiusmodi sunt Franciscani. Mart.lib.1, Amator ille tristium lacernarum, Et bæticatus, atque leucophæatus. ¶ Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine: quasi subfusca, siue subcandida.

Leucophlegmatia, λευκοφλεγματία, Species est hydropis, qua aqua subter cutem inæqualiter collecta, alibi aliter extuberat. Alio nomine hyposarca, ὑποσαρκὶς, appellant. Vide Celsum lib.3.cap.21.

Leucophorum, λευκόφορον. Glutinũ, quo aurum ligno inducitur. Fit ex sinopidis Ponticæ selibra, filis lucidi libris decem, & melini Græciculis libris duabus, mistis, & per dies duodecim vnà tritis. Plin.lib.35.cap.6.

Leucophthalmos, λευκόφθαλμος, Gemma quæ candidam, nigrámque oculi speciem continet, aliàs rutila. Plin.lib.37.cap.10.

LEVCOPOLIS, λευκόπολις, Oppidum Asiæ in sinu Doridis, apud Plin. lib.5.cap.29.

Leucopygi, λευκόπυγοι, Molles & effœminati, quasi candidis natibus, qui scilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur melampygi, hoc est fortes & viriles, quibus nates pilis nigricant.

LEVCOSIA, λευκωσία. Insula contra Pæstanum sinum, in mari Tyrrheno Lucaniæ adiacens (vt Strabo lib.6. refert) parvum ad continentem habens cursum. Dicta Leucosia ab vna Sirenum quæ hoc in loco perit, quum spreta ab Vlysse, in profundum sese abiecisset. Festus ab Aeneæ consobrino loco datum nomen existimat. ¶ Quin & Samothracia Leucosia prius est appellata, vt inquit Aristoteles de Repub.

Leucostictos, λευκόστικτος, Marmoris porphyritici genus, candidis interuenientibus punctis.

Leucosyria, λευκοσυρία, Prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia. Strabo libro 12.

LEVCOTHEA, {λευκοθέα. Ital. *Aurora*. Gal. *L'aube du jour, le point du jour*. Hisp. *Alua*.} Quam & Matutam Latini vocauerunt, eadem est cum Aurora. Leucothea dicta quasi alba dea. Cic.1.Tusc. Quid Ino Cadmi filia, nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? De hac vide plura suprà in dictione INO.

LEVCOTHOE, pen. corr. λευκοθόη, Orcami Regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quam à Phœbo grauidã factam quum pater viuam defoderet, Phœbi miseratione mutata est in arborem thuriferam. Vide Ouid.lib.4.Metamor.

Leucrocuta, Aethiopica fera est perniciissima, humanas imitans voces, asini feri magnitudine, cruribus cerninis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, bisulca vngula, ore ad aures vsque rescisso, dentium locis osse perpetuo. Autor Plin.lib.8.cap.21.

LEVCTRA, orum, λεῦκτρα, τὰ, Vicus est Bœotiæ iuxta Thespias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeóq; attriuit, vt postea imperium nequiuerint reparare.

Leuctricus, a, um, adiectiuum: vt, Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta. ¶ Item Leuctricæ puellæ, id est Hippo, & Miletia, siue (vt aliis placet) Theano & Euexippe, Scedasi filiæ, quæ à Lacedæmoniis quibusdam hospitibus vim passæ, doloris impatientia sibi necem intulerunt, cóq; in campo sepultæ sunt, in quo postea commissa est ea pugna, qua Lacedæmoniorum opes conciderunt. De his sic scribit Hieronymus contra Iouin. Quo ore laudandæ sunt Scedasi filiæ in Leuctris Bœotiæ, quas traditum est absente patre duos iuuenes prætereuntes iure hospitij suscepisse, qui multum indulgentes vino, vim per noctem intulere virginibus: quæ amissa pudicitia, nolentes superuiuere, mutuis conciderunt vulneribus? Plutarchus tamen in Narrationibus amatoriis, ab ipsis hospitibus puellas post stuprum occisas ait, & in puteum coniectas: cadauerãque earum à Scedaso canis indicio fuisse inuenta.

Leuidensa (autore Seruio) Vile genus vestis: sic dictum quoniam filo admodum raro esset textum. Cic. Dolabellæ, Sed ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui leuidensæ, crasso filo, cuiusmodi esse solent ipsius munera. Ibi Cicero parum elaboratam, atq; expolitam orationem suam pro Deiotaro, quam Dolabellæ requirenti mittebat, vocat prouerbiali figura Munus leuidensæ: hoc est munus vile, & minimi pretij, cuiusmodi solent esse Regis Deiotari munera. Quondam inter hospitum xenia vestes in primis erant.

Leuigo, Vide LAVIS.

Leuir, leuiri, pen. genit. corr. Affinitatis nomen, quo significatur frater vxoris, vel mariti. {ἑκυρός. Ital. *Cognato*. Gal. *Le frere du mari, le beau frere, soit du mari ou de la femme*. Hisp. *El marido de la hermana, ò el cuñado*.}

Leuis, leue. Significat id quod est sine pondere: vnde leuis armatura. {ἐλαφρὸς, κοῦφος, ἀβαρὴς. Ital. *Leggiero, lieue, senza peso*. Gal. *Leger*. Hisp. *Ligiano de peso ò seso*.} Virg.lib.12, Corytiq. leues humeris, & lethifer arcus. Leue illud proprie dicitur esse quod facilius sursum attolitur, quàm deorsum tendat: vt ignis. Leue etiam dicitur quod licet non prorsus sine pondere sit, parum tamen habet ponderis. vt Leuis armatura. Cic.10. Philip. Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, &c. Leuis armaturæ milites sunt pedites expediti, non magno armorũ pondere onerati. Eadem quoq; ratione Leuis armaturæ equites dicuntur. Et à Cic.2. de Diuina. Leuis armaturæ excursio in oratione, elegãter dicitur pro prima argumentorũ leuiorum textura. Sed hæc, inquit,

fuerit

fuerit nobis tanquam leuis armaturæ, prima orationis excursio, nunc cominus agamus, experiamúrq; si possimus cornua commouere disputationis tuæ. ¶ Transfertur etiam ad animum: vnde Leues homines, vocantur inconstantes, qui facilè opinionem mutant, viles, & nullo honore digni. ἀξίωμα, quemadmodum econtrario graues dicimus, constantes, seueros, prudentes. Plaut. Menæch. Quid ais homo leuior, quàm pluma? Hinc Leuis autor, à Liu. lib. 5. ab Vrbe, dicitur cui nulla sit adhibenda fides. Sed, inquit, autorem leuem, nec satis fidum super rauis se esse patres rati. Et à Terentio in Hecy. ea dicuntur leuia, quę vana sunt, & nullius, aut certè parui momenti: Leuia, inquit, hæc sunt, quæ tu pergrania esse In animum induxti tuum. Et Cic. ad Attic. li. 4, quod indiligenter agitur, leui brachio agi, dixit: Consules, inquit, qui illud leui brachio egissent, rem ad Senatum detulerunt. ¶ Leuis quandoq; accipitur pro paruo: vt Leuis dolor. Cic. 1. de Finib. Quòd mors sensu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis soleat esse. Plautus in Pœnulo, -verùm ita sunt omnes isti nostri diuites: Si quid benefacias, leuior pluma est gratia. hoc est nullâ aut paruam habent gratiam. Plin. lib. 11. cap. 53, Mortem illico affert leui tactu. Leui admodum vomere sauciare summam partem terræ, dixit Colum. lib. 2, cap. 2, pro eo quod est, leuiter terram arare. Leuis esse sententiæ, dicuntur ij qui sententiam, siue propositum sæpe mutant. Terent. in Hecy. Itidem mulieres illæ sunt fermè, vt pueri, leui sententia. ¶ Leue interdum pro inefficaci ponitur: vt quum dicitur, Leue nomen. Cicero pro Roscio Amerino, Sin eos quos qui leuiore nomine appellant, percussores appellant, &c.

Leuiculus, a, um, diminutiuum à leuis. ξύκκουλος. Ita. *Alquanto leggiero.* Gal. *Vn pou leger.* Hisp. *Liuiano vn poco.* Cic. lib. 5. Tusc. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectati se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia est.

Leuitas, Quæ modò dicitur de re non ponderosa. ξιλαφρότης, κούφοτης. Ital. *Leggerezza, inconstanza.* Gal. *Legereté, inconstance.* Hisp. *Liuiandad de peso ò de sitio.* Plin. lib. 11. cap. 12, Syncerum quidem deprehenditur leuitate. Modò de vitio grauitati & constantiæ contrario. ἐτερία. Cic. quum in Antonio genus quoddam sordidissimũ vitæ demonstrare vellet, quòd in caupona delitesceret, quòd ad vesperum potaret, quòd ore inuoluto iter faceret ne cognosceretur, Videte (inquit) hominis leuitatem: tanquam prorsus ista dedecora hoc vitio notarentur.

Leuiter, aduerbium. ξιλαφρῶς, κούφως. Ital. *Leggiermente, da huffoni.* Gal. *Legerement, soudainement, briefuement.* Hispan. *Liuianamente.* Sueton. de Claris Gramma. Functũsq; militia, studia repetit quæ iam inde à puero non leuiter attigerat. id est non paruo tempore literis operam dederat, aut non indiligenter à pueritia attigerat, & multò plus quàm à limine salutauerat. ¶ Aliquando ponitur pro breuiter. Cic. in Catone, Tamen vt leuissimè dicam, &c. Idem pro Rosc. Amer. Non omnia dicam, & leuiter vnum quodq; tangam. hoc est obiter, & quod dicitur, in transcursu. Idem pro eodem, Sed in animo est quemadmodum antè dixi, leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquamque rem. hoc est succinctè, & breuiter tractare. ¶ Dicitur etiam pulchrè eadem in significatione. Leuiter in transitu attingere aliquid: vt apud Quintil. lib 7. cap. 4. ¶ Ponitur aliquando pro parum, & pro eius diminutiuo secundo paulolum, siue admodum parum. Plaut. in Pœnulo, Et quanquam bene volumus leuiter lenonibus. Plin. in Epist. lib. 6. Ea tamen quæ sunt pretiosiora, aut integra manent, aut leuissimè læsa sunt. id est admodum parum. Cic. 1. de Nat. deor. Genæ oculis subiectæ, leuiterq; eminentes. id est paululum. Idem lib. 2. de Orat. Leuiter eruditus homo. id est parum, & vix mediocriter. ¶ Aliquando ponitur pro facile, patienter, siue æquo animo. Cic. de Prouinc. consula. Atque hoc velim probare omnibus P. C. sed leuissimè feram, si forte his minus probaro, qui inimicum meum repugnante vestra auctoritate texerunt. Idem ad Att. Id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam.

Leuisidus, a, um, pen. corr. Qui facile fidem violat. ξιλόπιστος, ἄπιστος. Ital. *Che non ha ferma fede.* Gal. *Qui est de legere foy, qui n'est point ferme.* Hisp. *Cosa de mala y liuiana fe.* Plaut. in Perſa, Omnes sunt lenæ leuisidæ.

Leuipes, pen. corr. huius leuipedis, omnis generis, Celer, & pedibus leuis. ξιλοπόδαρος. Ital. *Che ha i piedi veloci.* Gal. *Qui est leger de pié, qui va toſt.* Hisp. *El que ha los pies ligeros.* Varr. 3. de Re rust. cap. 12, Aelius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quòd leuipes esset.

Leuisomnus, a, um, Quod leui somno est: elegans canum epitheton qui leui somno premuntur. ξιλαφρόϋπνος. Ital. *che ha il sonno sottile.* Gal. *Qui est aiſé à eſueiller, de leger somme.* Hispa. *El que ha el sueño ligero y sutil.* Lucr. lib. 5, Et leuisomna canum fido cum pectore corda.

Leuo, uas, pen. corr. In altum tollo, veluti leue quiddam. ξαίρω. Ital. *Leuare, alzare.* Gal. *Hauſſer, leuer en haut.* Hisp. *Alçar.* Ilia. Mox aqua leuata vento, quùm super gelida montium cacumina concreta esset. ¶ Interdum est auferre. Virg. 2. Aen. -atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. ¶ Interdum exonerare, & quasi releuare. Virgil. 9. Aegl. Ego hoc te fasce leuabo. ¶ Possumus etiam eum dativo dicere, Leuabo tibi hunc fascem, in eadem significatione. Plaut. in Mil. Leuandum morbum mulieri video. ¶ Interdũ extenuare, minuere, & lene facere. κουφίζω. Virg. 1. Aen. Nostrumq; leues quæcunq; laborem. id est leuem facias: vt exponit Seruius. Plautus in Epid. -virgini pauperculæ, Tuæque matri me leuare paupertatem. Hic, Leuare virgini paupertatem, est subuenire paupertati, vel inopiam subleuare. Cic. pro Milone, & pro Corn. Balbo, Gaditani pop. Rom. in caritate frumento suppeditato leuauerunt. id est subuenerunt pop. Rom. annonæ penuria laboranti. ¶ Ponitur aliquando pro recreare. Cic. in Catone, Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingrauescunt: animum autem se exercendo leuantur. ¶ Ponitur aliquando pro liberare. Plin. lib. 28. cap. 4, Leuatur ilico percussus à pœna. Cic. de Amic. Qui hac opinione non modò verbis, sed etiam opere leuandi sunt. ¶ Aliquando ponitur pro curare, siue sanare. Plin. lib. 7. ca. 2, Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium nare. Plin. lib. 7. ca. 2, Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium nate. Plin. lib. 7. ca. 2, Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium nare. Plin. lib. 7. ca. 2, Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentũ ictus contactu leuare solitos. ¶ Compostà huius verbi sunt, Alleuo, colleuo, eleuo, releuo, & subleuo. de quibus suis locis.

Leuasso, antiquum verbum pro Leuo, sicut abiarasso, pro abiuro. Cic. de Sene. in vetu quodã Ennij, O Tite siquid ego aiuto, curámve leuasso.

Leuatio, verbale, Quod præter alia sui verbi significata, pro consolatione ponitur, siue pro alleuatione. ξκούφισις. Ital. *Alleuiamento.* Gal. *Allegement.* Hisp. *Alaliuio.* Cic. ad Attic. lib. 12, Leuatio quædam est, si minus doloris, at officij & debiti. Idem 1. Tusc. Quę leuationem habent ægritudinum.

Leuamen, inis, Quod leuat, & minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit. ξκούφισις. Ital. *Alleuiamento, alleggiamento.* Gal. *Soulagement, allegance, soulas.* Hispa. *Et alaliuio.* Cice. ad Attic. lib. 12, Quòd si esset aliquod leuamen, id esset in te vno. Marti. lib. 6. Hic tibi curarum socius blandúmq; leuamen. Virgil. 3. Aen. Heu genitorem omnis curæ, casúsque leuamen Amitto Anchisen.

Leuamentum, ti, Idem quod leuamen. Cice. 5. de Finib. Nos autem non solùm beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiam leuamentum miseriarum. Plin. lib. 8. Epist. Studia vnicum doloris leuamentum. Tacit. lib. 3. Sed reuertentibus post laborem, quod honestius quàm vxorium leuamentum.

Leuor, Leuus, Vide LAEVVS.

LEVPHANA, λεύφανα. Oppidũ est Germaniæ in climate magis Septentrionali. Ptolemæus lib. 2. cap. 11.

LEVTYCHIDES, λεωτυχίδης. Vir Lacedæmonius fuit, Menaris filius, & inimicus Demarati, quem à Cleomene adiutus regno expulit, & in locum eius Spartanorum rex creatus est. Verùm quum acceptæ contra leges pecuniæ in ius accerseretur, Tegeam profugit, vbi & diem suum obiit. Vide Herodotum lib. 6.

Lex, Dicta putatur quòd publicè legatur, vt omnibus nota sit, & ab omnibus obseruetur. νόμος. Ital. *Legge.* Gal. *Loy, ordonnance, constitution.* Hisp. *La ley.* Hanc quidam definiunt esse generale iussum populi, aut plebis rogante magistratu, & hoc duntaxat in libera ciuitate. ¶ Quinetiam regum & principum iussa leges dicuntur, præsertim Imperatoris, postquam in eum populi Romani maiestas translata fuit. Rogabat magistratus populum quod constituẽ dum esset, populus iubebat. Id iussum si generale est, & ad omnes pertinens, lex dicitur: si ad singulos ciues spectat, priuilegium est. Cic. 1. de Legib. sic legem definit, quòd sit ratio summa, insita in natura, quæ recta suadeat, prohibeátque contraria. Legum appellatione, Leges duodecim tabularum, Senatusconsulta, Plebiscita, Edicta Prætorum, Decreta principum, Legitimæ actiones, Interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire. Dicimus eleganter, Lege agere cum aliquo: quod aliter dicimus, Actionem intendere in iudicio, siue iudicio experiri. Plaut. in Auln. Lege agito mecum, molestus ne sis, & cœnam coque. ¶ Interdum Lege agere, est exequi sententiam à iudice latam, siue iudicis iussum expicte: vt si iudex sententiam tulerit, vt qui victi sunt, virgis cædantur, deinde securi feriantur: & lictori dicat Iudex, Lege age. hoc est exequere sententiam. Liuius de Campanis loquens, Fuluius acceptas literas, neq; resolutas, quum in gremio reposuisset, præconi imperauit vt lictorem lege agere iuberet. id est vt ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exequeretur. ¶ Interdum lege agere, pro eo quod est legitimè agere, ponitur. ¶ Legibus aliquem soluere, pulchrè etiam dicitur, quod nunc *Dispensare* vulgus vocat. Liu. 10. ab Vrbe, Tribuni plebis nihil id impedimento futurum aiebant, se ad populum laturos, vt legibus solueretur. Is legibus solui dicitur, cui speciali priuilegio cõceditur, vt legibus patère non teneatur. Cic. Philip. 11, Qui ex ædilitate Cõsulatum petit, legibus soluatur. Legem ferre, est legis autorem esse. Cice. Post reditum, Legem Tribunus pleb. tulit ne auspiciis, &c. Concedere leges, est leges obseruandas præcipere. Vnde Conditores legum dicuntur, quos Legislatores appellamus. νομοθέτας. quales apud Athenienses fuerunt Draco & Solon: apud Lacedæmonios Lycurgus: Romæ, Decem viri. Pro eodẽ etiam dicimus, Componere leges, constituere legem, sancire leges, dare leges, imponere leges, scribere leges, iubere legem. Quibus contraria sunt, Perrũpere leges, dissoluere leges, perfringere leges. ¶ Lex quoq; pro conditione ponitur. Plaut. in Asin. Agedum, istum ostende quem conscripsisti syngraphum Inter me, & amicã, & lenam leges pellege. Dicimus & Hac lege, siue ea lege, id est hac conditione, siue hoc pacto, siue hoc iure. Cic. 3. Tusc. Ea lege nos esse natos, vt nemo in perpetuũ esse possit expers mali. Terent. in Eunuc. Verùm heus tu, lege hæc tibi meam astringo fidem. ¶ Accipitur item lex pro norma, siue regula. Cic. 3. de Orat. Hanc igitur, Crassus inquit, ad legem cum exercitatione, tum stylo, qui & hoc maximè ornat, ac limat, formanda vobis oratio est. Idem in Orat. Quo etiam difficilius est oratione vti quàm versibus, quòd in illis certa quædam & definita lex est, quam sequi oportet. ¶ Lex Cornelia, quam Cornelius Sylla Dictator tulit aduersus falsarios, cuius pœna erat in liberum, deportatio, & bonorum omnium publicatio: in seruum, capitis supplicium: vt docet Martianus l. 2. ff. Ad leg. Corn. de falsis. ¶ Lex Lepidiana, quam Lepidus tulit: quæ & sumptuaria dicta est, quòd cœnarum sumptus restringeret. ¶ Lex Licinia, lata est à Publio Licinio Crasso diuite: cuius ferendæ tantum studium ab optimatibus impensum est. vt Senatusconsulto iuberetur, vt ea tantummodo promulgata, antequam trinundino confirmaretur, ita obseruarentur ab omnibus, quasi iam populi sententia comptobata esset. Huius legis summa erat vt Calendis, Nonis, nundinis liceret cuique in dies singulos duntaxat triginta asses edendi causa consumere: cæteris verò diebus ne amplius apponeretur quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum libra, & quod ex terra, vite, arboréve natum esset. ¶ Lex Municipalis, quam vnaquæq; vrbs sibi priuatim constituit. ¶ Lex Orchia, prima omnium de cœnis lata ad populum fuit, quam tulit Orchius Tribunus plebis de Senatus sententia, tertio post anno quàm Cato Censor fuerat. Hęc numerum tantum conuiuarum præscribebat, iubebátq; vt patrũbus iannis cœnitaretur, quo obseruato eius videri posset. ¶ Lex plagiaria, quæ aduersus plagiarios erat lata, hoc est qua puniebantur ij qui aliena mancipia ad fugam incitabant, vel fugitiua receptabant. Vide PLAGIVM. ¶ Lex Satyra, dicebatur quæ vno rogatu multa simul comprobabat. ¶ Lex tabellaria, suffragia scribere non permittebat, sed puncto notare iubebat. νόμος μισθοφορικός. ¶ Lex & regio, νόμος καὶ χώρα. Admonet prouerbium seruiendum & obsecundandum esse moribus regionis in qua versetis. ¶ Lex in manibus, ἐν χερσὶν

Universidad de Deusto
Biblioteca

νόμιμος, id est, Lege manuum: dicitur quum res vi geritur, non ex præscripto legum. Aeschines contra Timarchum.

Legislator, toris, Qui legem tulit. {νομοθέτης. Ital. *colui che fa la legge*. Gal. *Legislateur, qui fait loy ou ordonnance*. Hisp. *El que haze ò da la ley*.} ¶ Dicitur etiam legumlator, & separatim lator legum, vel lator legis. Liu. 4. belli Macedonici, Noster legumlator non in paucorum manu Remp. esse voluit. Cic. 4. in Catil. Latorem legis Sempronix iussu populi pœnas Reip. dependisse.

Legifer, ti, Idem quod legislator. νομοθέτης. Ouid. 3. Amor. eleg. 9, Optauit Minos similes sibi legifer annos.

Legifera, fœminino. νομοθέτειρα Virgil. 4. Aeneid. -mactant de more bidentes Legiferæ Ceteri, Phœbóq; patrique Lyæo.

Legirupa, legirupæ, Qui legem frangit. {παρανομητής. Ital. *che rompe la legge*. Gal. *Rompeur & violateur des loix*. Hisp. *El que quita la ley*.} Plaut. in Pseud. Impudice, sceleste, verbero, bustirape, furcifer, socifraude, parricida, sacrilege, periure, legirupa, pernicies adolescentum.

Legirupio, onis, Qui rumpit leges. {παρανομητής. Ital. *Violatore di legge*. Gal. *Violateur, infracteur de la loy*. Hisp. *Quitador de ley*.} Plaut. in Rud. Iube modò accedat prope hanc legirupionem.

Legitimus, a, um, Quod est æquum, iustum, conueniens, & secundum legem factum. {νόμιμος, νομικός. Ital. *Leggittimo*. Gal. *Legitime, selon la loy*. Hisp. *justo y hecho por ley*.} vt Vxor legitima. Martial. lib. 5, Quæ legis causa nupsit tibi Lælia Quinte, Vxorem potes hanc dicere legitimam. Ouid. 10. Meta. Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus, &c. Aetas legitima ad petendum Consulatum, Liu. 5. bel. Pun. Amor legitimus, Ouid. Epist. 15.

Legitimè, aduerbium. {νομίμως. Ital. *Leggittimamente*. Gal. *Legitimement*. Hisp. *Legitima y justamente*.} Cic. 1. Offic. Iustè & legitimè imperanti. Idem pro A. Cecinna, Is qui legitimè procurator dicitur. Cuius contrarium est illegitimum. Vnde legitimi filij, qui secundum legem nati sunt.

Leguleius, leguleij, Qui legum studia sectatur, seu versatur in legibus. {νομικός. Ital. *Colui che studia nelle leggi, leggista*. Gal. *Legiste*. Hisp. *Letrado y docto en las leyes*.} Cic. 1. de Orat. Ita & tibi Iureconsultus per se nil nisi leguleius quidam cautus videtur, & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

Legalis, le, Quod ad legem pertinet. {νομικός. Ital. *Pertinente à legge*. Gal. *De la loy, des apartenances de loy*. Hisp. *De ley ò perteneciente à la ley*.} Quint. li. 3. cap. 10, Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in priuata maximè consilia.

Lexis, huius lexeos. {λέξις. Ital. *Vocabulo, voce*. Gal. *Parole, diction*. Hisp. *Palabra*.} Dictio. Cic. 3. de Orat. Quàm lepidè lexes compostæ vt tesseriæ omnes Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Ex Poëta quopiam vetusto.

LEXOVII, Λιξόβιοι. Galliæ Lugdunensis populi, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. quos Cæsar Lexouios vocat. Horum metropolis erat Neomagus, Vulgò *Lyseux*.

L ante I.

Liæ, Sunt foramina quæ in summo mali recipiunt funes.

Libadion, λιβάδιον. Herbæ genus quæ nostris vulgò *Centaurion minus* appellatur: nomen habet ab eo quòd fontibus & locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium scaturigines λιβάδας appellant. Vide Plin. libro 25. cap. 65.

Libamen, Libamentum, Vide LIBO.

LIBANIVS, Λιβάνιος, Nomen sophistæ Antiocheni, qui floruit Iuliani apostatæ temporibus, vsq; ad Theodosium seniorem. Discipulus fuit Diophanti. Scripsit encomium Constantij Cæsaris, & alterum Iuliani: præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolas quasdam. Suidas.

Libanochros, λιβανόχρως, Gemma quæ thuris similitudinem ostendit, & succum mellis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Libanotis, pen. prod. λιβανωτίς, Frutex odorem thuris habens, qui rosmarinus appellatur. Plin. lib. 19. cap. 12, Libanotis radicem habet olusatri, nihil à thure differentem. Vsus eius post annum stomacho salubberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. Hactenus Plin. Eius tres sunt species, quas vide apud Dioscoridem.

LIBANOTVS, λιβάνωτος, Ventus flans inter Liba, hoc est Africum, & Notum. Plin. lib. 2. cap. 47.

LIBANVS, pen. corr. Λίβανος, Syriæ mons, à Sydone Phœnices oppido, vsque ad Symiram vrbem Syriæ Cœles extensus, centum quinquaginta stadiorum longitudine. Huic ex aduerso obtenditur Antilibanus, valle tantùm interiecta, olim muro illi coniunctus. Inter duos hosce montes Orontes fluuius oritur, teste Plin. lib. 5. cap. 19, 20, 22. ¶ Libanus item quæ & Dendrolibanus dicitur, frutex siue arbuscula thurifera, ita dicta (vt Poëtæ fabulantur) à iuuene quodam Assyrio eiusdem nominis, in hunc fruticem commutato. Hinc etiam thus ipsum Græci λίβανον appellant.

LIBARNVM, Λίβαρνα Ptolemæo, Libarna Plinio, Oppidum Italiæ sub Apennino situm non procul à Dertona. Ptolemæus lib. 3. ca. 1, & Plin. lib. 3. cap. 5.

Libatio, Vide LIBO.

Libella, Vide LIBRA.

Libellio, Libellus, Vide LIBER priore correpta.

Libens, Libenter, Vide LIBER.

LIBENTINA dea, Venus, seu Proserpina. Aug. lib. 4. de ciu. Dei, Neque enim audent aliquas pattes sub nomine deorum vel dearũ deæ Cloacinæ tribuere: aut Volupiæ, quæ à voluptate appellata est: vt Libentinæ, cui nomen est à libidine. Huius meminit & Cic. 2. de Nat. deo.

LIBER, priore prod. in genitiuo Liberi, pen. corr. Bacchus siue Dionysius, Διόνυσος, vini repertor. Multos autem fuisse Liberos, siue Bacchos, Dionysiósve ostendit Diodorus, quorum longè celebertimus est, qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotiis natum, qui Liber appellatus est à liberando: nam libertatis deus est: siue quòd Bœotiæ vrbes liberas fecerit: (ipse enim, vt inquit Plutarchus, pro Bœotiæ libertate pugnauit) vel quia vinum curas soluat, & mentem ab illis liberet: seu quòd vino vsi, liberè loquantur. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Senec. lib. de Tranquil. vitæ, Liberum appellatum dicit, non ob licẽtiam linguæ, sed quia liberat seruitio curarum animum, & tristitiæ medetur. Varro à labendo deduct, quòd lubrica mens ebrij, quò iubet, prolabatur. Augustinus docet Liberum vocari, quòd mares in coeundo, per eius beneficium, emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis cium, emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. ¶ Interdum Liber ponitur pro ipso vino: sicut Ceres pro frumento. Terent. in Eunuc. Sine Cerere & Baccho friget Venus. ¶ Liber etiam dicitur Sol: quia liberè per aerem vagatur. Virg. lib. 1. Georg. -vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres.

Liberalia, orum. Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur Διονύσια. Næuius, Libera lingua loquuntur ludis liberalibus. Cic. ad Cornificium lib. 12, Liberalibus literas accepi tuas. Idem ac Attieũ, Liberalia tu accusast

Liber, ra, rum, Propriè is dicitur qui seruitutem non seruit: hoc est qui aut ingenuus natus est, aut ab hero suo libertatem est assecutus: habétque antitheton Seruus. {ἐλεύθερος. Ital. *Libero, non seruo*. Gal. *Libre, franc*. Hisp. *Libre de seruidumbre*.} Cic. 2. de Nat. deor. Qui de libera matre est, liber est. Idem pro Ceci. Non potest iure Quiritium liber esse qui est, liber est. Idem pro Ceci. Non potest iure Quiritium liber esse qui in numero Quiritium non sit. ¶ Liber item dicitur is qui ad gratiam non loquitur, sed liberè profert quicquid sentit. παρρησιαστής. Cic. 1. de Nat. deor. Epicurus homo ad scribendi licentiam liber. ¶ Aliquando Liberum etiam dicimus pro otioso, & omni negotio, curaque vacuo: vt Soluto, liberóque animo esse, apud Cic. 4. Verr. Idem 1. Offic. Si ab omni animi perturbatione liber sis. Martialis vno in disticho significationem hanc cum superiori coniunxit, ludens in vocis ambiguitate. Liber homo es nimium, dicis mihi Chœrile semper: (hoc est nimium liberè loqueris.) In te qui dicit Chœrile, liber homo est: hoc est vacuus liberè loqueris.) In te qui dicit Chœrile, liber homo est: hoc est vacuus negotiis, & quod agat, non habens. ¶ Liber etiam ponitur pro eminenti & extanti. Varro in Eumenid. vt citat Nonius: Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. ¶ Item pro magno, seu valido. Ouid. Epist. 8, Perfruor infœlix liberiore malo. Vnde campus liberior, ἐυρύχωρος. qui amplus est, latéque patens, & in quo equi libero inoffensóque cursu vagari possunt. Indéque sumpta translatione, Oratores liberum ad dicendum campum nactos dicimus, quum in locum latè patentem incideruut, amplam suppeditantem materiam ad latius expatiandum. ¶ Libera vti lingua, παρρησιάζεσθαι, est audacter loqui quod sentias, nihilque aut potentiæ alicuius, aut gratiæ tribuere. Plautus in Cistel. Quia quum adeò me compleui flore Liberi, Magis libera vti lingua collibitum est mihi. ¶ Libero corde fabulari, est fabulari liberè, & sine timore. Plautus in Epid. Facilè tu istue sine periculo, & cura corde libero Fabulare Ioui. ¶ Liberæ ædes, quibus quis vti potest, tanquam suis. Plautus in Mil. Liberæ sunt ædes, liber sum autem ego, me vti volo liberè. ¶ Liberum arbitrium, est animi voluntas, ac sententia libera. Liu. 7. bel. Maced. Et permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sæuiretur, metuebant. ¶ Liberum cælum, quod omnibus æquè commune est. Cic. 1. Tusc. Et in liberum cælum, tanquam in domum suam, venerit. ¶ Liberæ literæ, quæ liberius atque audacius loquuntur. Cic. ad Attic. lib. 1, Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulò liberiores literas committere audeo. ¶ Libera mandata, quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. Liu. 7. bel. Maced. de legatis loquens, His quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata de summa rerum Senatus constituit. ¶ Liberum tempus, id est vacuum, quo omni cura soluti sumus. Cic. 1. de Finib. Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quúmque nihil impedit, &c. ¶ Aliquando Liber ponitur pro immuni, siue pro alicui rei non obnoxio: & ablatiuo iungitur cum præpositione, & sine præpositione: vt, Liber à delictis, qui nulli delicto est obnoxius, apud Cic. pro lege Agrar. ¶ Liber à fide, qui fidem soluit. Liu. 7. bel. Pu. Ita tollit inducias, vt liber à fide, incœpta exequeretur. ¶ Liber ab irrisione, qui nihil aut fecit, aut dixit, cut meritò possit irrideri. Cic. 4. Acad. Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius, &c. ¶ Liber à legibus, qui non subditur legibus. Plaut. in Trin. Ambitio iam more sancta est: libera est à legibus. ¶ Sic liber à prædonibus, Liber à metu. ¶ Sine præpositione: vt Liber omni cura animus: apud Cic. 1. de Fin. ¶ Sic, Liber pauore, liber metu, liber religione animus. ¶ Aliquando cum genitiuo construitur pro liberali. Plaut. in Amphi. Nam ego vos nouisse credo iam, vt sit pater meus, Quàm liber harum rerum multarum fiet. Liberum est mihi, eleganter dicitur, pro licet mihi vel possum, & in arbitrio meo constitutum est. Plinius in Epistо. Erit enim & post emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere.

Liberè, Quod modò idem significat quod ingenuè & liberaliter. {ἐλευθέρως. Ital. *Liberamente, splendidamente*. Gal. *Librement, franchement*. Hispa. *Libremente*.} Terent. in Andr. -túne hic homines adolescentulos Imperitos rerum, educatos liberè in fraudem illicis? Modò idem quod solutè, & sine alicuius obstaculo. Plaut. in Bacch. An non vides, vt solæ liberè grassentur? Liberè viuere. id est suo more viuere neque subiici alterius voluntati. Terent. in Andr. Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia, Liberius viuendi fuit potestas. Liberè loqui, Est confidenter loqui, ita vt nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ cuiusquam, παρρησιάζεσθαι. Cicc. pro Plancio, Asperius (inquit) loquutus est: imò verò liberius.

Libertas, libertatis, seruituti opposita est. {ἐλευθερία. Ital. *Libertà, licentia*. Gal. *Liberté, franchise*. Hisp. *Libertad ò licencia*.} quam sic definit Florentinus l. Libertas. ff. De statu hominum. Libertas, est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi, aut iure prohibetur. Cicc. in Parad. Libertas est potestas viuendi vt velis. ¶ Accipitur etiam libertas pro eo quod Græci vocant παρρησίαν, hoc est pro loquendi, admonendi, increpandíque fiducia, quum scilicet quiduis quod sentimus, liberè loquimur, nullius respectu, gratia, aut potentia commoti. Et in hac significatione libertas accipitur ferè in meliorem partem, cíq; opponitur assentatio. Licentia verò in malam ferè partem accipitur, quum quis libertate abutitur vsque ad temeritatem, & procacitatem. Est enim licentia immoderata impunitáque quædam facultas agendi, dicendíque quicquid velis. Quintilianus, Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Terent. in Heauton. Deteriores omnes sumus licentia. Ponitur tamen quandoque licentia pro

libertate in bonam partem, vt apud Cice. lib. 3. Offic. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro iure liceat defendere. Idem libro 1. eiusdem operis, Magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. ¶ Libertas quandoque etiam in malum accipitur, pro effræni quadam animi libidine. Cicero 5. Verrina, Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam, libertatémque viuendi. Adimere libertatem, est aliquem libertate spoliare. Cic. pro Domo sua, Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatē ademisses. Amittere libertatem. Ibidem, Nemo ciuis Romanus aut libertatem, aut ciuitatem possit amittere, nisi ipse autor factus sit. Dicimus præterea, Dare libertatem alicui, habere libertatem, largiri largitatem, retinere libertatem, recipere libertatem, tenere libertatem, vindicare in libertatem: quorum exempla nusquam non occurrunt. ¶ Libertas etiam libertatis dea dicebatur: cuius templum in Auentino constitutum fuisse narrant historiæ.

Liberalis, le, Benignus, munificus. ἐλεύθερος, δωρεαλής. Ital. *Liberale, magnifico.* Gal. *Liberal, franc.* Hisp. *Liberal, franco.* } cui contraria sunt Parcus, auidus, tenax, & sordidus. Cice. pro Qu. Rosc. Liberalis auidum fraudasse dicitur. Idem Antequam iret in exilium, Est enim liberale officium, fetere beneficium vt metere possis fructum. Idem pro Cælio, Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. Idem pro Qu. Roscio, Roscius semper liberalissimus munificentissimúsque fuit. ¶ Differt tamen liberalis à munifico: quia liberalis dicitur qui rogatus: munificus, qui sponte beneficium contulit. Cicero libro 3. de Ora. Quid tam porró regium, tam liberale, tam munificū, quàm opem ferre supplicibus? ¶ Sunt etiam qui ita distinguant, vt liberalis sit, qui paruis & priuatis hominibus beneficia præstat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: sic liberalitas, naturæ benignitas, quæ maximè in præstanda operæ amicis perspicitur, & versatur inter priuatos & paruos homines: munificentia, inter magnos. Quod nomen á Libero patre (vt Valerio Maximo credimus) deductum est. ¶ Accipitur quandoque liberalis pro pulchro, & eleganti. Plautus in Mil. Lepida, & liberali forma est. Terent. in Ennu. Quam liberali facie, quàm ætate integra! ¶ Liberali ingenio dicitur esse, qui est, vt vulgò dicitur, *bonæ naturæ*, siue *boni cordis*. Terent. in Adel. Nam ingenium noui tuum liberale. Liberale respōsum, hoc est ingenuum, & minus dissimulanter prolatum. Cice. ad Attic. lib. 3, Quòd si non modò tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeij minus liberali responso perterritum, à turpissimo consilio reuocaret, &c. Liberale coniugium, est quod liberē, & inter liberos fit. Terēt. in Andr. Spero consuetudine, & coniugio liberali deuictum, Chreme, Dehinc facilè ex illis sese emersurum malis. Liberale iudicium, & causa liberalis, in quo de alicuius agitur libertate. ἐλεύθερος δίκη. Quintil. lib. 6. cap. 4, Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. ¶ Plautus in Curcul. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali Causa manu assereret, mihi argentum omne redditum iri. Terent. in Andr. Nam ego illam liberali causa assero manu. Vbi Donatus, Ordo est, Ego liberali causa assero illam manu: & sunt iuris verba, à quibus etiam assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Quin & causa ipsa liberalis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. Vide ASSERO. ¶ Liberales artes, quæ solius ingenij, non manuum ministerio peraguntur. ἐλεύθερα μαθήματα. cuiusmodi sunt Grammatica, Dialectica, Geometria, cæteræque id genus: ideo liberales dictæ quòd liberum hominem potissimùm deceant: nam manibus corporísque labore victum quæritate, illiberale quiddam habet & seruile. Cic. 1. de Inuen. Quos habuerit artium liberalium magistros, quos viuendi præceptores, &c. Plin. lib. 14, Pessum iere vitæ pretia: omnésque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici cœptum. Cicer de Orat. ingenuas artes appellat. Studia liberalia, Tacit. libro 3. Liberalis doctrina, Cice. 5. de Finib. Liberalis eruditio & doctrina, Cice. 2. Tuscul. ¶ Illiberales verò mechanicæ, quæ in manuum opera consistunt: habent enim seruile ministerium.

Liberalitas, Munificentia. ἐλευθεριότης. Ital. *Liberalità, magnificenza.* Gal. *Liberalité, honneste largesse.* Hispa. *Liberalidad, franqueza.* } Cice. 5. de Finib. Nam quum ita nati factique simus, vt & agendi aliquid, & diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, &c. Idem 1. Offic. Iustitiæ est coniuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet. Liberalitas (vt inquit Speusippus) est habitus qui in quærendis, erogandisque pecuniis decorum seruat. Hoc est decens & moderata acquisitio, & erogatio pecuniæ, auaritiæ, & prodigalitatis extremis circunscripta. Nam si non tantum quantum oportet, tribuas, auaritia oritur: sin excedas in dando modum, déque plus quàm oportet, & cui non oportet, & quando, & qua causa non oportet, in vitium laberis prodigalitatis. ¶ Aliquando ita accipitur liberalitas, vt seruili metui opponatur. Terent. in Adelph. Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo quàm metu.

Liberaliter, Largè, munificé. ἐλευθερίως. Ital. *Liberalmente, magnificamente.* Gal. *Liberalement, franchement.* Hispa. *Liberalmente, francamente.* } Cicero 4. Verr. Hi porró, qui successerunt, vehementer istius cupidi: liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. ¶ Interdum liberaliter idem valet quod ingenuè, & vt libero homine dignum est. Cice. 3. de Finib. Essēque hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus. Liberaliter eruditus is dicitur qui optimis artibus institutus est. Cice. 2. Tuscul. Sed si possumus, eos excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam differendi elegantia, ratione & via philosophantur. Sic Liberaliter instructus, apud Cæsarem libro 3. bel. Ciuil. Liberaliter seruire, id est bono animo, & libero, libenter obsequendo. Terent. in Andr. Propterea quòd seruiebas liberaliter. ¶ Aliquando pro indulgenter. Sallust. Exercitum quem in Asia ductauerat, luxuriosè, nimísque liberaliter habuerat. Cuius contrarium est illiberaliter, de quo suo loco.

Liberi, orum, plurali tantùm numero. Dicuntur filij, vel filiæ: quāuis etiā Liberorum appellatione vnus filius, & vna filia intelligatur. } παῖδες. Ital. *Figliuoli.* Gal. *Enfans ou enfant, ingrè.* Hisp. *Los hijos.* } Caius in l. Non est. ff. De verbor. signifi. Non est sine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia est. Terent. in Hecy. Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent. Sic & Cicero, En cui tuos liberos committas, quum de vno ageret. Olim tamen in vsu erat nominatiuus singulatis liber, pro filio. Catul. in Arg. Optauit genitor primæui funera gnatis Liber vt innuptæ poteretur flore nouercæ. ¶ Item nepotes & pronepotes, cæterique ex his descendentes, Liberorum appellatione continentur. Paulus. ff. de Gradib. affi. l. Iurisconsulti. Liberi, inquit, vocātur vsq; ad trinepotem. Callistratus l. Liberorum. ff. de Verb. signifi. Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterique qui ex his descēdunt, continentur: hos enim omnes Liberorum appellatione lex duodecim Tabul. comprehēdit. Similes patri liberi, Seneca. Medea. Parere liberos, Idem Thebaid. Procreare liberos, Quintil. libro 3. cap. 8. Auctus liberis, Tacit. lib. 3, Tanquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis vrgeret. Dare operam liberis, est procreandorum liberorum causa cum vxore rem habere. Cicero 1. Offic. Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum.

Libertus, Qui quū esset seruus, factus est liberta: dictus quasi liberatus. ἀπελεύθερος, ἀπελευθερωθείς. Ital. *Fatto libero di seruo.* Gal. *Affranchi & mis en liberté.* Hisp. *El que de siervo fue hecho libre.* } Huius relatiuum est patronus. Plaut. in Asin. Magis decorum est, libertum potius quàm patronum, onus in via portare. Vlpianus eum esse libertum definit, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Quintil. lib. 7. cap. 8, Patrono in libertum manus iniectio sit. Idem lib. 11. cap. 1. Eadem pro libertis aduersus patronos obseruantia.

Liberta, fœminino. ἀπελευθέρα. Ital. *Fatta libera di serua, franca.* Gal. *Affranchie & mise en liberté.* Hispani. *Puesta en libertad, hecha franca y libre.* } Horat. 1. Serm. Saty. 1. -ad hunc liberta securi Diuisit medium fortissima Tyndaridarum. Modestinus, Libertis, libertabúsque meis, libertum libertæ testatoris non contineri.

Libertinus, tini, Antitheton est ingenui. ἀπελεύθερος, ἐλεύθερος. Libertus autem relatiuum patroni. Per libertinum enim significamus cōditionem hominis, sicut per ingenuum: per libertum verò priuatū quendam respectum ad patronum. Plaur. Milite. Ingenuam, an libertinam? Propriè itaq; libertini dicuntur qui ex libertis procreati sunt, hoc est qui ipsi quidem nunquam seruierunt, sed quorum parentes, antequam filij nascerentur, é seruitute manu emissi sunt. Cice. 4. Philip. Ipse ex libertini filia suscepit liberos. ¶ Postea tamen libertinorum, & libertorum vocabula in eadem significatione vsurpari cœperunt, pro iis scilicet qui post iustam seruitutem libertatem essent consecuti. Quod manifestissimè ostendit Suetonius in Claudio his verbis, Ignarus temporibus Appij & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.

Libero, beras, Modò idem significat quod manumitto, & ex seruo libertum facio. ἐλευθερόω, ἀπολύτρωσις. Ital. *Liberare, donare la libertà.* Gal. *Deliurer, mettre en liberté.* Hisp. *Librar de seruidumbre ò peligro.* } Propriéque heri est, quum seruū de potestate sua emittit. Nonnunquā tamen & seruus se liberare dicitur, quum peculio suo se redimit. Cice. 1. de Orat. Siquis apud nos seruisset ex populo fœderato, seséque liberasset. ¶ Modò iudicij verbū est, idem significans quod absoluo, & ab actione intentata liberum iudico. ἀφίημι. Cic. pro Cluent. Iudices hunc quē iam bis condemnatū acceperant, liberarunt. Idem 4. Verr. Qui Sopatrum eodē illo crimine liberarant. ¶ Aliquando generale verbum est, idem significans quod molestia, damno, vel periculo eripio. Cic. Attico, Næ tu me solicitudine magna liberaris. Liberare fidē, est præstare promissum. Cice. pro Flacco, Ipse tamē Fusiis satisfacit absentibus, & fidē suam liberat. Liberare se ære alieno, est creditam sibi pecuniam creditori numerare, siue debita persoluere. Cic. ad Atti. lib. 6. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, &c. Liberare item debitorē dicitur creditor, aut eius hæres, quum quod sibi debebatur, et acceptum fert. Papin. l. Quum hęres. ff. de Liberat. legat. Quum hæres rogatur debitorem suum liberare, de eo tantùm cogitatum videtur quod in obligatione mansit. Paulus l. Legati Titio. ff. eod. tit. Si is cui Titius debebat, debitū ei remittere voluerit, nihil interest hæredem suum iusserit, vt eum liberaret, an prohibeat eum exigere: vtroque enim modo liberandus est debitor, & vtroque casu competit vtro ad liberandum debitorem actio.

Liberator, liberatoris, verbale, Id est vindex libertatis. ἐλευθερωτής. Ital. *Liberatore, chi mette in liberta.* Gal. *Qui deliure & met en liberté.* Hisp. *El que libra.* } Cice. ad Attic. Patriæ liberatores vrbe carebant ea, à cuius ceruicibus iugum seruile deiecerant. Idem alibi, Romæ nostri liberatores tutò esse non possunt.

Liberatio, tionis, Actus ipse liberandi, remissio, absolutio. ἄφεσις, ἄφεσις, ἀπολύτρωσις. Ital. *Liberatione.* Gal. *Deliurance.* Hisp. *Libramiento.* } Cice. in Pisonem, Reorum acerbissimæ damnationes, libidinosissimæ liberationes. ¶ Accipitur præterea liberatio pro acceptilatione, quæ à Græcis ἀπόχυσις dicitur, siue pro absolutione à nexu. Vnde Titulus est in Pandect. de Liberatione legata.

Liber, bri, substantiuum, priore cor. Propriè corticis genus est tenuius, quod in phillyras plures diuidi potest: cuiusmodi erant quæ papyris in Aegypto detrahebantur, chartæque vsum præbebant. } φλοιός. Ital. *Scorza d'albero.* Gal. *Escorce d'arbre.* Hispa. *La corteza de arbol.* } Cicero 1. de Natu. deor. Trunci obducuntur libro aut cortice, quò sint à caloribus & frigoribus tutiores. Plinius libro 13. cap. 11, Palmarum foliis primò scriptitatum: deinde quarundam arborum libris. Indifferenter tamen pro quouis cortice positum inuenitur. Colum. libro 5. cap. 10, Ita librum arboris inolescere finito. Virgil. 10. Aegloga, Quum moricus alta liber aret in vlmo. Idem 2. Georg. -huc aliena ex arbore germen Inclodunt, vdóque docent inolescere libro. Et quoniam libri, hoc est tenuiores arborum cortices, chartæ olim vsum præbebant, codices quoque qui ex iis compaginari solebant, libri. } βίβλοι. Ital. *Libri.* Gal. *Liures.* Hisp. *Libros.* } dicti sunt: obtinuitque vsus vt quāuis murata re, aliísque iam inuentis chartarum generibus, priscum tamen manserit nomē, libríque dicantur qui ex pluribus cōcinnati sunt chartis, ex quacunque materia præparatis. Iidem & codices dicuntur, ab arborum caudicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad scribendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum solebant conficere, eásque cera obducere. Cice. Atti. Demettij libram de cõcordia tibi remisi. ¶ Sic vniuersa Virgilij opera simul compacta, vnum dicimus librum. Plin. Epist. 20, Postea recisa, ac purgata, in vnum librum grandem quidem, vnum tamen, coarctasse. ¶ Quãdoque tamen libros vocamus operis alicuius partes, certãque segmenta, in quæ totum opus distinguitur Græci λόγους, τόμους, καὶ βιβλία appellant. vt quum dicimus Virgilij Aeneida in x II libros distinctam esse. ¶ Liber præterea ponitur pro *inuentario*, vt vulgò dicitur, siue *registro*. Cic. 5. Verr. Misit literas ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum missarum apud Tullium magistrum familiarem tuum inueni. Budæus. ¶ A liber, quãdo cortices significat, fit verbum Delibro, penult. corr. quod est corticem detrabo. λοπαδίζω, ἀποφλοιῶ. Vide suo loco.

Libellus. li. Parvus liber. {χαρτίδιον, βιβλίον. Ital. *Libretto*. Gal. *Vn liuret, petit liure*. Hisp. *Librillo*.} Martia. lib. 14. Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Constabit numis quatuor empta tibi. ¶ Aliquando etiam ponitur pro epistola siue tabella. Brutus ad Cice. lib. 11, Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti. ¶ Inde libelliones dicti sunt, de quibus infrà. ¶ Ponitur aliquãdo pro punctis, siue articulis scriptũ aliquod distinguentibus. Cice. in Verr. Recita mihi hunc primum libellum: deinde illum alterum Cannieij. ¶ Libelli etiã dicuntur quod vulgus *supplicationes*, ἱκετηρίας, appellat: quos Martialis Supplices libellos nominauit illo hendecasyllabo, Idem supplicibus vacat libellis. Tales enim principibus dari solét ad negotia explicanda à subditis, in quibus petitiones continentur. Sueton. in Cæsar. pro eodem sine addito dixit libellum, Libellúmque indicem insidiarum, ab obuio quodam porrectũ, libellis cæteris, quos sinistra tenebat, quasi mox lectutus commisceuit. ¶ Libellus ponitur etiam pro commentario quam *memoriam* vulgò vocant. Quintil. lib. 12. cap. 8, Pessimæ verò consuetudinis est libellis esse cõtentum quos componit aut litigator, qui cõfugit ad patronum, aut alij ex genere aduocatorum. Quo in loco, teste Budæo, libellus accipitur pro scripto memoriæ causa parato, pro quo etiam libellum memorialem dicimus. Suetonius in Iul. Cæs. Epistolæ quoque eius ad Senatum extant, quas primùm videtur ad paginas, & formam memorialis libelli conuertisse. ¶ A Cicerone autem ad Atti. Libellus mandatorum dicitur in quo memoriæ causa, quæ alicui mandantur, siue iniunguntur, sunt perscripta. ¶ Libellus etiam, eodem Budæo teste, dicitur Epistola assertoria, quam vulgò *certificationem* vocamus: vt quas vectigalium & tributorum immunes ad publicanos destinare solent, ne pro vectura res suas aduehétes, importantésve inhibeant. Paul. in l. si Publicanus. ff. de Publican. Significent, inquit, id libello manu sua subscripto (eúmque ad publicanum mittat. ¶ Est & libellus mensuræ genus. Cato de Re rust. cap. 15, Parietes villæ si locet in pedes centum, id est pedes denos quoquouersum, habeat libellum in pedes quinos, &c. ¶ Dicitur quoque libellus scripti genus, quo aliquis in iudicium vocatur. Plautus in Cure. Vbi tu es qui me libello Venereo citastitecce me sisto, edes contrà. ¶ A libellis autem ministri illi esse dicuntur qui principi in hoc negotio subseruiunt, vt supplices libellos accipiant, euoluant, iisque respondeant. Suetonius, Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. ¶ Libellos proponere in locis celebertimis, est scriptum aliquod in locis publicis affigere. Cicero pro Quintio, De quo libelli in celebertimis locis proponuntur, huic ne aperire quidem certè tacitè, obscuréque conceditur. Libellos signare, siue subnotare dicitur is qui libellis supplicibus, quas vulgus *requestas* vocat, respondet. Plin. in Epist. Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. Pro eodem legitur & libellos agere: vt in Lre scriptum. de Distra. pignor. Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano. id est Papiniano libellis apud Imperatorem præfecto. ¶ Apud Leguleios libellus diuersis modis dicitur. Nam est libellus accusationis, conuentionis, repudij, & huiusmodi. ἐγκλημα, καὶ ἐπιγραφὴ βιβλίου.

Libellulus, diminutiuum à libellus. βιβλίδιον. Hieronymus, In præsenti libellulo edoceat.

Libellio, onis, masc. gener. A veteribus dicebatur quem nos *Tabellionem* vocamus. {γραμματεύς. Ital. *Porta lettere, notaio*. Gal. *Porteur de lettres, notaire*. Hisp. *Mensajero, Escriuano*.} Varro, Tum ad me ferunt, quòd libellionem esse sciebant. ¶ Accipitur interdum pro librario qui libros scribit, & vendit. Stat. 4. Syl. Sed Bruti senis oscitationes, De capsa miseri libellionis, Emptum plus minus esse Caiano, Donas.

Librarius. a. um, Quod ad libros pertinet. {γραφικός. Ital. *Ciò che s'appartiene à libri*. Gal. *Qui apartient à liures*. Hisp. *Cosa perteneciente à libros*.} vt, Atramétum librarium, quo libri scribuntur: quemadmodum sutorium, quo coria: & tectorium, quo parietes denigrantur. Plin. libro 35. cap. 6, Omne autem attramentum Sole perficitur: librarium & tectorium glutino adoisto. Taberna libraria, in qua libri venales prostant. βιβλιοπωλεῖον. Cic. 2. Philip. Quum tu illum in foro spectante populo Romano gladio stricto insecutus esinegotiúmque transegisses, nisi ille se sub scalas taberuæ librariæ coniecisset.

Librarius, rij, substantiuum, Qui libros manu sua describit, pretio ad id conductus. {βιβλιογράφος. Ital. *Librario, libraro, scrittore de libri*. Gal. *Libraire escrinein de liures*. Hisp. *Librero ò el escriuano que escrine los libros*.} nam qui eos vendit. Græco potius nomine bibliopola dicitur. βιβλιοπώλης. Cice. pro lege Agrar. Aliquando tandem me designaro, lex in publicum propolenitur, cõcurrunt iussu meo plures vno tempore librarij, descriptam legem ad me afferunt. Liui. 8. bel. Maced. In L. Scipione malim equidem librarij mendum quàm mendacium scriptoris esse in summa auri atq; argẽti. Horat. in Arte, Vt scriptor si peccat, idem librarius, vsque Quãuis est monitus, venia caret. Plin. lib. 7. ca. 25, de insigni memoria Iulij Cæsaris, Epistolas verò tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas.

Librariolus, li, diminutiuum. Pro seruulo à manu. {ὑπογραμματοφόρος. Ital. *Picciolo libraio ò scrittore de libri*. Gal. *Petit libraire ou escriuain de liures*. Hispa. *Pequeño librero, ò escriuano de libros*.} Cicero ad Attic. libro 4, Et iam velim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus. Idem 1. de Legib. Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

Libraria, æ, substantiuum, Taberna in qua libri prostant. {βιβλιοπωλεῖον. Ital. *Libraria*. Gal. *Librairie, bibliotheque*. Hispa. *La libreria de libros*.} Gellius lib. 5. cap. 4, Apud Sigillaria forte in libraria ego & Iulius Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus.

Librarium, rij, Theca est, siue scrinium quo libri continentur. {νὴ βιβλιοθήκη. Gal. *Vn guarde-liures ou armoire*. Ital. *Grosso registro, ò luoco da guardare i libri*. Gal. *Vn guarde-liures ou armoire, ou bureau gros registre*. Hispa. *Grueso registro, lugar para gardar libros*.} Cic. pro Domo sua, Exhibe quæso, Sexte Clodi, librarium illud legum vestrarũ, quod te aiunt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turbaque nocturna, tanquam Palladium, sustuliisse.

LIBERA, æ, Iouis & Cereris filia, quæ & Proserpina dicitur. περσεφόνη. Cice. 1. de Nat. deor. Liber Cereris filius, & frater Liberæ.

Libet, verbum impersonale, Idem significans quod placetrà labendo (vt Varro inquit) quòd quæ placent, in mentem prolabatur. {δοκεῖ, ἐπιτήδευμα. Ital. *Piace*. Gal. *Il plait*. Hispa *Antoja, ò place*.} Duo habet præterita, libuit, & libitum est. Plautus in Pseu. Cur id ausus facere? B Libuit. id libuit, & libitum est. Plautus in Pseu. Cur id ausus facere? B Libuit. Id est, sic volui, sic placuit mihi. Idem in Asinaria, Siquid te volam, vbi eris? L. Vbicunque libitum erit animo meo. ¶ Hinc fit Collibet, penult. corr. vel Collubet, collibuit, collibitum est, collibere, idem quod libet. Terent. in Eunu. Siquid collibuit, noui te. Colum. lib. 11. cap. 1, Futurus mox, si collibuisset, quod nunc aggredior.

Libens, tis, Volens, voluntarius, gaudens. {ἀσμένως, ἑκών. Ital. *Voluntario, facile*. Gal. *Qui volontiers & de son bon gré fait quelque chose, volontaire*. Hispa. *Aplazible y de buena gana*.} Cice. ad Attic. lib. 10, Si vera sunt, ignoscet: si falsa, me libente eripies mihi hũc errorem. Idem pro Cluen. Eámque animis vestris aut libentibus, aut æquis remittatis. Liui. lib. 9. bel. Pun. Vt modicas iniurias non æquo animo pati, sed propè libenti videri possent. Cice. ad Attic. lib. 4, Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus.

Libens, autore Donato, interdum aduerbialiter ponitur pro libenter. ἀσμένως. Terent. in Andr. Fugín' hinc? B. Ego verò ac libens.

Libenter, Non grauatè, æquo, gratóque animo. {ἑκουσίως, ἀσμένως. Ital. *Volontieri*. Gal. *Volontiers, debait*. Hisp. *Plazenteray gauosamente*.} Cice. 4. Acad. Itaque quum aliud diceret, atque sentiret, libenter vti solitus est ea dissimulatione, &c. Horat. 2. Epistol. Dicit enim citius meminitque libentius illud, Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur. Libẽter viuere, & cœnare, autore Donato, est bonorum ciborum edacem esse. Terent. in Eunuc. -tu hercle cum illa Phædria Et libenter viuis: etenim bene libenter victitas.

Libentia, æ, Voluptas, illecebræ. {ἡδονή. Ital. *Voluptà*. Gal. *Volupté*. Hispa. *Deleyte*.} Gellius lib. 15. cap. 2, Cui libentiæ, gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ sint.

Libido, penult. prod. genitiuo libidinis, Est effrænata, & temerè suscepta rei alicuius cupiditas. {ἐπιθυμία, ἀκόλαστος ἐπιθυμία, ἀφροδισιασμός. Ital. *Libidine, lussuria*. Gal. *Plaisir, volupté desordonnée, appetit desreiglé, paillardise*. Hispa. *Gana, antojo, luxuria*.} Vnde ferè semper in deteriorem partem accipitur. Plautus in Epid. Nequam es homo Epidice, cui libido est malè loqui. Augustinus libro 14. de Ciuit. Dei, scribit Libidinem esse generale vocabulum omnis cupiditatis, quum & ipsam iram nihil esse quàm vlciscendi libidinem, veteres definierint: & Anatitiam, libidinem habendi pecuniam: Pertinaciam, libidinem quomodocunque vincendi: & Iactantiam, libidinem gloriandi. Et quum multarum rerum libidines sint, tamen quum libido dicitur, neq; cuius rei libido sit, additur, non ferè solet animo occurrere nisi illa qua obscœnæ partes corporis excitantur. Cicero 4. Tusculanar. Voluntas est quæ quidcum ratione desiderat: quæ autem aduersus rationem incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrænata quæ in omnibus stultis inuenitur. Sallustius in Catilina, medium vocabulum esse ostendit, quod tam in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi possit, hoc est pro voluptate tam honesta, quàm inhonesta. Magísque (inquit) in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis, & conuiuiis libidinem habebant. ¶ Libido nauseæ, id est cupiditas vomendi. Cato cap. 156, Vbi libido veniet nauseæ, eúmque apprehender, decumbat, purgétque sese.

Libidinosus, sa, sum, Qui in libidinem propensus est, quíque veneri plus æquo indulget. {ἀσελγής, ἀκρατής, ἀκόλαστος, ἀφροδισιαστικός. Ital. *Lussurioso, libidinoso*. Gal. *Impudique, sujet à son plaisir desordonné, adonné à paillardise*. Hisp. *Luxurioso*.} Cicero de Senec. Libidinosa enim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Plinius libro 11. cap. 39, Libidinosiores hominum quoque hirtos colligens. Quintil. libro 6. cap. 4, Libidinosior es quàm vllus spado. Libidinosas sententias Cicero pro Domo sua dixit, quæ pro libidine cuiusque feruntur. Libidinosæ dapes, dicuntur exquisitæ, & curiosæ. Columel. in Præfat. libri 10, Mox quum sequens, & præcipuè nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, &c.

Libidinosè, aduerbium, Idem quod imporenter, & pro animi libidine. {ἀκρατῶς. Ital. *Lussuriosamente, disonestamente*. Gal. *Impudiquement, d'vn appetit desordonné*. Hispa. *Luxuriosamente*.} Sallust. in Iugurt. Post vbi paulatim licentia creuit, iuxta bonos & malos libidinosè interficere. Cicero 1. Verr. Vt quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. Idem lib. 1. Offic. Caueátque nequid libidinosè aut faciat, aut cogitet. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Abstinebatur à patribus, in humiliores libidinosè, crudelitérque consulebatur.

Libidinor, aris, Libidinem perago, voluptati indulgeo. {ἡδυπαθῶ. Italicè, *Darsi alla lussuria*. Gal. *S'adonner à paillardise*. Hispanicè, *Luxuriar*.} Suetonius in Nerone, capite 28, Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum incestè, ac maculis vestis proditum affirmat.

LIBETHRA, Libethræ, penult. prod. λείβηθρα, Fons Musis sacer in Magnesia regiuncula Thessaliæ annexa: vt docet Plin. libro 4. cap. 9, & Pomponius Mela, libro 2. Sunt qui in Olympo monte Libethram vrbem fuisse dicant, à Sye torrente funditus euersam, quum iam olim oraculo prædictum esset, fore et Libethrij *cum suis* omnes interirent, quum Orphei ossa Sol inspexisset. Erant autem Orphei reliquiæ in columna quadam conditæ, quæ viæ imminebat à Dio in Olympum ducenti. Quem in locum quum ingens hominum vis conueniisset, vt

pastorem

pastorem in somnijs suauiter canentem audirent, euênit vt columna euersa Orphei ossa nudarentur: eodémque die torrens nomine Sys supra modum auctus, Libethrios cum vrbe submersit. Vide Cælium Rhodigin. lib. 18. cap. 22.

Libethrides, λειθρίδες, Dictæ sunt Musæ, à Libethra Magnesiæ fonte, Musis sacro, & Poëtarum carminibus celebrato: vt non obscurè innuit Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Macedoniæ. Strabo tamẽ lib. 10. autor est, Musas appellatas esse Libethridas, à Libethro Thraciæ monte, quem postea Macedones tenuerunt. sub quo & antrum fuisse ait Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. Virgil. 7. Aegio. Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro. concite, &c.

LIBETHRVS, penult. prod. λειθρος, Mons est Macedoniæ, teste Lycophrone, habens ad radicem Pimpleam fontem, Musis consecratum, Alij Libethron Thraciæ mõtem esse aiunt, postea à Macedonibus occupatum: ad cuius radicem antrum fuit Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. Vide Strabonem lib. 10.

Libidinosus, Libido, vide LIBET.

LIBITINA, næ, penult. prod. Dea, in cuius templo vendebantur, & locabantur ea quæ ad sepulturam pertinebant: ita dicta à libitu, vel à libidine. Plutarchus Venerem fuisse putat, redditque rationem in Problematibus, quare Romani ea quæ ad pompam funebrem spectant, in Veneris templo voluerint asseruari: vt scilicet eo ipso humanæ fragilitatis admoneremur, certò scientes exitum ab ortu non procul abesse, quum eadem dea morientibus præsit, & vitam ingredientibus. Alij malunt esse Proserpinam Plutonis vxorem, quã quòd inferiorum crederetur regina, mortuis præesse putabant: ideóque etiam ea, quibus mortui exornati veluti ad inferos deducuntur, in eius templo voluerunt asseruari. ¶ Quandoque Libitinam positam legimus pro ipso apparatu funebri, quem Libitinarij in vsum exequiarum locabant. {τὰ ἐνάγοντα, τὰ νεκρικὰ, κηδεῖα, ἐπικήδεια. Ital. *Dispensa no funerali.* Gal. *Despense de funerailles.* Hisp. *Despensa de mortuorio.*} Liuius libro 40. In vrbe tanta fuit pestilentia, vt vix tunc Libitina sufficeret, ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Suetonius in Nerone, Pestilentia vnius autumni, qua triginta funerum millia in rationẽ Libitinæ venerunt. Quo in loco rationem Libitinæ dixit, pro iis rationibus quas conficiebant ij qui in æde Libitinæ locabant ea quæ ad funebres pompas pertinerent. ¶ Exercere libitinam dicebantur ij, qui in æde Libitinæ præerant locandis, vendendísque iis quæ necessaria erant funebrem pompam instructuris. Valerius Maxi. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum suarum vsum, tum ministerium suũ gratuitum polliciti sunt. ¶ Sed quoniam in æde Libitinæ locabantur necessaria ad funebrem apparatum, hinc factum est vt Libitina aliquando pro morte, seu pro lecto quo mortui ferebantur, caperetur. Horat. lib. 3. Carm. Multaque pars mei Vitabit libitinam.

Libitinarius, narij. Propriè dicitur is qui locat aut vẽdit ea quæ ad pompam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet sepeliendorum funerum. {νεκροκήδης, νεκροθάπτης. Ital. *Colui che vende, ò da à pigioni quello che si appartiene alla pompa de morti.* Gal. *Celuy qui fait mẽtier d'enseuelir les morts, & faire sepultures & funerailles.* Hispa. *El que apparexa cosa del mortuorio.*} Tractum est nomen à Libitina dea, in cuius æde asservabantur ea quæ ad instructionem funebris pompæ erant necessaria. Vlpian. l. Quicunque. ff. de Institor. actio. Si libitinarius, quem Græci νεκροφόρον vocãt, seruum polinctorem habuerit, ísque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus verbis patet, libitinarij exercitiũ honestius fuisse quàm polinctoris. Habebant enim libitinarij domi suæ seruos, quorum opera vtebantur ad polincienda, hoc est ad abluenda, vngenda, & consuenda cadauera: quos polinctores vocabant, à poliendis cadaueribus. Designatores autem dicebãtur, qui pompam funebrem instruebãt, & cuique incedendi præscribebant locum: quos Græci ἡγεμόνας appellant. De quibus latius suis locis. Seneca de Benefic. An tu Atuntium, & Ateium, & cæteros qui captandorum testamẽtorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores & libitinarios, vota?

LIBO, omnis, Rumanus ciuis fuit, qui Romæ in Comitio puteal primus extruxit, quod idcirco Libonis puteal dicitur ab Horat. lib. 1. Epist. 20,

Ennius ipse pater nunquam, nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda forum, puteálque Libonis
Mandabo siccis: adimam cantare seueris.

Libo, as, Leuiter degusto, & quasi primis labris attingo. {λείβω. Ital. *Degustare legiermente, assaggiare con le labra.* Gal. *Gouster d'vne chose, comme en mouiller seulement ses leures.* Hisp. *Gustar.*} Sunt qui libare dictum putant, quasi labiare: quum tamen constet verbum esse Græcum. Illi enim dicunt λείβω, quod nos, ei diphthongo in i longum commutata, vertimus libo. Virgil. lib. 4. Georg. Purpureóque meruit flores, & flumina libant. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro leuiter tangere. Virgil. 2. Aeneid. Oscula libauit natæ. Quandoque pro sacrificare. Virgil. 2. Aeneid. ... ἐπὶ μεγάλοις δὲ καὶ ἀπορωτέροις πολλάκις. Virg. 3. Aene. -tendóque supinas Ad cælum cum voce manus, & munera libo Intemerata focis. Cicero lib. 3. de Leg. Certas fruges, certásque baccas sacerdotes publicè libanto. Lactantius lib. 5, Nihil enim sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat quàm solam innocentiam, quam siquis obtulerit Deo, satis piè, satis religiosè libabit. ¶ Libare laudem ex aliens labo-ribus, hoc est laudis, quæ alteri debebatur, partem præripere, & sibi vẽribus. hoc est laudis, quæ alteri debebatur, partem præripere, & sibi vẽ-ribus, hoc est laudis, quæ alteri debebatur, partem præripere, & sibi vẽ

libellam dedisset? Libellam pro asse posuit, ex eo dictam, quòd libram æris valebat, id est assem. Quum autem minimam pecuniam significare volebant, assem, & libellã dicebant. Plautus in Captiuis. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argẽti ideo dicitur, quòd numulus erat argenteus decima pars denarij Cic. ad Attic. lib. 7. Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio: subaudi, hæredem. ¶ Libella etiam est fabrile instrumentum quod nostrates, autore Budæo, *Niuellam* appellãt. {ἡ γαῦλος μικρὰ μεγαλοφυὴς. Ital. *Piobino da ginistare.* Gal. *Vn niueau, vn plomet.* Hisp. *El niuel para nivelar.*} Plin. libro 7. cap. 56, Formicem autem, & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius, subaudi, inuenit. Idem lib. 36. cap. 22, Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet.

Libralis & hoc, brale. Quod est vnius libræ. {λιτραῖος. Ital. *D'vna libra.* Gal. *D'vne liure.* Hispa. *Cosa de peso de vna libra.*} Plinius lib. 19. cap. 2, Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Libreales offæ, quæ libræ vnius pondus exæquant. Colum. libro 6. cap. 2, Post hæc diductis malis, educito linguam, totúmque eorum palatum sale defricato, libralésque offas in præsulfæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito.

Librarius, tia, rium, à Libra. Quod est libræ. {λιτραῖος. Ital. *De libra.* Gal. *De laure.* Hisp. *De libra.*} Colum. libro vlti. cap. 53, Caro in libraria frusta conciditur. Vbi frusta libraria vocat, quorum singula singulas libras ponderare adæquarent.

Libraria, à libra. Quo nomine significatur ancilla quæ præficitur partiendis pensis. Iuuen. Saty. 6, -si nocte maritus Auersus tacuit, periit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas.

Librile, penult. prod. Scapus libræ, inquit Festus, hoc est trabs illa transuersa, ex qua libræ dependent. ζυγὸς, ἐφ' οὗ αἱ ζυγοὶ. Ital. *Il fondo di vna ballanza.* Gal. *La brayete d'vne ballance.* Hisp. *Astil de la balança.*

Libripens, dis. Antiquitus dicebatur, qui ante argẽtum signatum, quum Romani adhuc ære graui vterentur, militibus appendebat stipendia. Dictus libripens à libra ænea, qua vtebatur ad pendenda, hoc est ad ponderanda stipendia. {ζυγοστάτης. Ital. *Chi pesa tenendo in mano la ballanza.* Gal. *Qui poise tenant la balance.* Hispa. *El que pesa con balança.*} Plin. libro 33. cap. 3, Populus Ro. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est. Libralis (vnde etiam nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere. Quin & millium stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quæ mãcipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinij verbis clarissimè ostenditur, eum primum dictum fuisse libripendem, cuius officium erat militibus appendere æs graue in stipendium. Postea verò libripendis nomen transiisse ad eum qui in mancipationibus, hoc est in contractibus imaginariis quibus res mancipij, adhibito ære & libra, alienabantur, tenebat libram. Nam apud veteres (vt docet Boethius in tertia parte Commentariorum in Top. Ciceronis) res mancipi, hoc est quæ nostri sunt dominij, alienari non poterant, nisi adhibitis, vt minimum, quinque testibus ciuibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui vocabatur libripens. Quo autem ritu id fiebat docet Caius libro 1. Instit. his verbis, Est autem mancipatio (vt & suprà indicauimus) imaginaria quædam venditio. Eáque res agitur adhibitis non minus quàm quinque testibus Rom. puberibus, & præterea alio eiusdem conditionis qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram: ídque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco.

Libro, as, Pondero, trutino, æstimo, examino. {σταθμῶ. Ital. *Pesare, ponderare, essaminare.* Gal. *Poiser, balancer, contrepoiser.* Hispa. *Pesar con peso.*} Plin. lib. 19. cap. 5, In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Metum librare. Stat. 9. Thebaidos, -paulùm stetit anxius heros, Librabátque metus. Apuleius. Omnia, priusquã aliquid statuas, libranda sunt. ¶ Aliquando graue facere. Plin. lib. 11. cap. 11, Apes, si oriatur procella, apprehẽsi pondusculo lapilli se librant, id est grauiores faciunt. Virgil. 4. Georg. Excursúsque breues tentant, & sæpe lapillos Tollunt, his sese per inania nubila librant. ¶ Aues etiam se librare dicuntur, quum velut sagitta arcu excussa, ex alto in terram se præcipitant. Plinius libro 10. cap. 3, Supereſt haliæetus clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, &c. Ouidius 8. Metamor. Corpus librauit in alas. ¶ Aliquando æquare. Colum. libro 4, Sic permensum & librarum opus in similitudinem veruacti semper procedit. Idem libro 10, Et paribus Titan orbem librauerat horis. Librare ponderibus. Cicero 5. Tuscul. Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat, &c. Librare malleum. Ouidius libro 2. Metamorph. Lacertis viculo dextra libratus ab aure, Tempora discussit claro cua malleas ictu. ¶ Ponitur interdum pro iaculari, & magna vi quicquã iacere. Plin. in Paneg. Nihil à cæteris, nisi robore ac præstantia differens, quum libero Marte nunc cominus tela librates, nunc vibrata susceperes. Virgil. 9. Aeneid. -hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librat ab aure.

Librator. {τοῦ μάρτυρος. Ital. *Scandagliere.* Gal. *Pouseur, fonteuier.* Hispa. *Nineador.*} Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet librandi, hoc est expendendi, & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quanto scilicet altiores sint eo loco, quò eos ducere constituimus. Plinius in Episto. Supereſt vt tu libratorem, vel architectum, si tibi videtur, mittas qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. ¶ Libratores etiam dicuntur qui eminus cum hostibus pugnant, tela, aut lapides, aut glandes torquentes Tacitus libro 13. Libratoribus, funditorib̃úsque attributus locus, vnde eminus lapides, & glandes torquerent. Idem lib. 2, Sensit dux imparem cominus pugnam, remotisque paulùm, legionibus, funditores, libratoréſque excutere tela, & prorurbare hostem iubet.

Libramentum, ti, Aequamentum. {ἰσοῤῥοπία. Ital. *Aggnaglamento.* Gal. *Niuellement, contrepoix.* Hispa. *El nivel.*} Colum. lib. 1. cap. 5, Nam eiusmodi positio medium libramentum, temperamẽtúmque ventorum hyemalium, & æstiuorum tenet. Plin. lib. 31. cap. 6, Libramẽtum aquæ in centenos pedes sursum elici minimum erit. ¶ Libramenta tormentorum, tensa sunt habenæ, & lora, seu funes quibus librantur, seu vibrantur tormẽta. Tacitus lib. 19. Vincula, & libramenta tormentorum abscidissent. ¶ Libramenta plumbi, sunt massæ plumbeæ in arietes coniectæ & vibratæ. Liu. lib. 8. Decad. 4. In arietes telonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitésve robustos incutiebant.

Librilla, (inquit Festus) instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachij crassitudinem, in modum flagellorum, loris reuincta, inde dicta quòd librari manu, id est ponderari videantur.

Libraria, Librarius, vide LIBER. & LIBRA.

Librile, Librilla, Libripens, Libro, libras, vide LIBRA.

LIBS, libis, λίψ. Ventus ab Occasu brumali flans aduersus Vulturnum: ita dictus, quòd à Libya spiret: qua ratione & Africus à nostris appellatur. Gellius lib. 2. cap. 22. Plinius lib. 2. cap. 47.

Libum, vide LIBO, libas.

LIBVRNIA, λιβυρνὶς, Regio supra intimum Adriatici sinus recessum sita, inter Istriam, & Dalmatiam: ita dicta à Liburno quodam Attico, si Stephano credimus. Hodie *Croatiam* vocant, in ditione Ducum Austriæ.

Liburni, λιβυρνοὶ, Populi ex Liburnia regione inter Istriam, & Dalmatiam sita. Virgil. 1. Aeneid. Antenor potuit mediis elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus Regna Liburnorum, & fontes superare Timani. Lucanus libro 2, Pugnacésque mari Graiorum classe Liburnos. ¶ Liburni item viatores dicti sunt, qui ex agris iussu magistratuum sæpe vocabant ciues, frequénsque eorum via erat ab agris ad vrbem. Liburni inde dicti, quòd feré ex Liburnia

ficatione: vnde & Grámatici neutrum passiuum esse dicitur: quemadmodum væneo, & vapulo: quæ quum voce neutra sint, significationem tamen habent respondentem verbis passiuis vendor, & verberor. ¶ Licere itaque res aliqua dicitur, quum pretium pro ea offertur. Contrà licen dicitur is qui rei alicuius emendæ animo pretium pro ea offert. κηρυκικῶς. ¶ Indicate autem dicitur venditor, quum merces suas empturo certo æstimat pretio. εὐφημικῶς. Plautus in Menæ. -die septimo Anctio fiet. MEN. Menæhme. MEN. manè sanè Vænibunt serui, suppellex, fundi, ædes, omnia Vænibunt, quicqui licebunt præsenti pecunia: hoc est quantulumcunque eorum nomine offeretur. Horat. 1. Sermo. Contra Leuinum Valeri genus, vnde Superbus Tarquinius regno pulsus fuit, vnius assis Non vnquam pretio pluris licuisse. Martial. lib. 6, Paruo quum pretio diu licerer. Cicero ad Attic. libro 12, De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audietam: &, vt opinor, heri ad te scripseram.

Liceor, eris, Idem est quod pretium offero in auctione alicuius rei. ξυμβάλλω, ἀντιτιμῶμαι. Ital. *Mettere all' incanto.* Gal. *Preser ou mettre encherc, apretier.* Hisp. *Poner en precio en almoneda.* } Plaut. Stich. Iocos ridiculos vendo, agite licemini. Pers. Satyr. 3, Et centum Græcos curto centusse licetur. Huius verbi præteritum ratione analogiæ deberet esse licitus sum, quod teste Valla, non est in vsu. Eo tamen vsus est Cice. 5. Verr. Herbitenses quum viderent, si ad Aeschrionem pretium rediisset, se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri: liciti sunt vsque eò, quoad efficere posse arbitrabantur. ¶ Liceri contra aliquem. Cicero 3. Offic. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Licitator, oris, Qui crebrò licetur, quique pro re emenda conducendáve pretium alio maius pollicetur. ὁ ἀντιτιμώμενος, ἀνταγοράζων. Ital. *Chi mette prezzo all' incanto.* Gal. *Encherisseur, celuy qui met encherc sur ce qu'on vent.* Hisp. *El que pone precio en almoneda.* } Licitatorem apponere, est subornare aliquem qui coram emptore maius pretium offerat, vt res pluris æstimetur, vendatúrque. Cicero ad Marium, libro 7, Nunc quoniam tuum pretium noui, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris væneat. Idem libro 3. Offic. Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet.

Licitor, aris, Quanuis frequentatiuum videatur à verbo liceor, eiusdem tamen omnino est significationis cum suo perfecto, vt autor est Valla libro 3. ἐπαντιτιμῶμαι, ἐπιβάλλω. Ital. *Mettere prezzo.* Gal. *Mettre prix, mettre encherc.* Hispa. *Poner en precio en almoneda.* } Nihil enim aliud est licitari, quàm pro re vænali pretium offerre. Curtius de Rebus Alexandri, Quum habeatis arma, licitamini hostium capita. ἐπαυξήσατε ἀλλήλοις. Plinius libro 7. cap. 38, Aristidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus est. ¶ Licitari item, teste Nonio, congredi, & pugnare significat. Cæcilius in Hym. Quin machæra licitari aduersum eum cœpisti sciens. Ennius, Pars ludere saxu iactant, & inter se licitantur.

Licitatio, verbale. Id est auctio vel subhastatio. ἀντιτίμησις. Ital. *Prezzo, offerta sopra cosa che si vende.* Gal. *Enchere mise sur ce qu'on vent au plus offrant.* Hisp. *Aquella postura de precio.* } Licitationem facere. Cic. 4. Verr. Exquisitis palàm pretiis, & licitationibus factis describebat Censores, &c.

Licet, impersonale, Modò idem significans quod fas est. ἔξεστιν, ἐξόν. Ital. *È lecito, gliè lecito.* Gal. *Il est permis, il est licite.* Hispa. *Es lícito, conuiene.* } Cicero, Neque enim licebat locum numini consecratum turpi flagitio contaminare. Virgil. 9. Aeneid. Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris Haud licitum, nec vestra capit discordia finem. ¶ Modò significat possibile est, siue conceditur, aut potestas datur. ἐνδέχεται, ἐνδέχομαι. Martialis. Piscinam peto, non licet natare. Cice. lib. 1. Tuscul. Idque cùm multis aliis rebus, tum è Pontificio iure, & cæremoniis sepulchrorum intelligi licet. Cic. 1. Tuscul. Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminundæ. Quintil. lib. 4. cap. 4, Procuratorem tibi esse non licuit. Cice. pro Com. Balbo, Si cui Romano licet esse Gaditanum. Quibus in testimoniis hoc animaduertendum est, vtroque modo rectè dici, Licet mihi esse otioso, & otiosum. Cice. Attic. libro 1, Quo in genere mihi negligenti esse non licet. Idem pro Flacco, Cur his per te frui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? ¶ Si per te licet, id est si permiseris, vel si potero, à te non impeditus. Plautus in Asin. Asinaria vult esse, si per vos licet. Terent. in Prolog. Heau. Date potestatem mihi statariam agere vt liceat per silentium: id est vt ego possim agere, vobis tacentibus. Lucanus verò lib. 7, Omnia maiorum vertamus busta licebit: pro eo quod est, ius fasque erit. ¶ Licet absolutè, pro poteris facere. Cice. libro 1 de Inuen. Hanc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagorã licebit: id est poterit sequi. ¶ Modò significat facile est. Cic. lib. 1. Offic. Licet enim ota ipsa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine, aut motu cõmoti sunt, &c. id est facile est. ¶ Modò aduerbium concedentis est, idem significans quod esto. Virgil. 6. Aeneid. -licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terreat vmbras. ¶ Modò est coniunctio aduersatiua pro quãuis. εἰ καί. Ital. *Ben che.* Gal. *Iaçoit que, non obstant que.* Hispani. *Aunque.* } Quintil. lib. 1. cap. 10, Licet enim dicamus proprium, speciosum, sublime: nihil tamen horum, &c.

Licitum est, Idem quod licet. ἐξόν. Plautus in Amphi. Quin intro ire in ædes nunquam licitum est. id est nunquam permittitur.

Liciturum, Cice. ad Atti. lib. 2, Quòd nihilo magis ei licituram esset plebeio Rempublicam perdere, quàm similibus eius, &c.

Licentia, æ, Libertas immodica, impunitáque quædam facultas agendi, dicendíque quicquid velis. ἐξουσία, ἄδεια. Ital. *Licenza.* Gal. *Licence, abandon.* Hispa. *Licencia, la soltura para mal hazer.* } Terent. Deteriores omnes sumus licentia. Lucan. libro 1, Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri? Quint. Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, vt idem sit quod libertas. Cice. 3. Offic. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro iure liceat defendere. Idem lib. 1. Offic. Magnis enim illi, & diuinis bonis licentiam hanc assequebantur.

Licentior, oris, & Licentius, Quod immodicè liberum est. ὑπερφυῶς ἐλεύθερος. Ital. *Più licentioso.* Gal. *Trop abandonné.* Hispa. *Mas suelto de regla.* } vt Licentior epistola, in qua nimis liberè scribimus. Plin. in Præfat. Natu. histor. Licentiore epistola narrare constituit. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora, quasi multa per licentiam facientia. Licentior vita id est dissoluta. Valer. lib. 9. cap. 1, Licentior dithyrambus. Cicero 3. de Orat. Inde ille licentior & diutior fluxit dithyrambus. Idem in Orat. Quid verò licentius quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora?

Licentiosus, a, um, qui nimia vtitur licentia. ὑπερφυής, ὑπερβολικός. Ital. *Licentioso.* Gal. *Trop licencieux, trop hardi.* Hisp. *Suelto de regla.* } Quintil. lib. 1. cap. 10, Nam ebur dicere, non minus est licentiosum, quàm si sulphuri, & gutturi subiiceremus o mediam in genitiuo. Tacitus, Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentiosus.

Licenter, aduerbium, ab adiectiuo Licens, Idem significans quod nimium liberè. ὑπερφυῶς. Italicè, & Hispanicè, *Licentiosamente.* Gal. *Licencieusement, abandonnément.* } Cicero in Orat. Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare. Idem 1. de Nat. deor. Tanta est impunitas garriendi, ad quam licenter fluentium frequenter transitio fit visionum, vt è multis vna videatur. ¶ Ab hoc Gellius formauit Prælicenter, quod est quasi nimis licenter, Quæ verba (inquit) finxit prælicenter.

Lichas, λίχας, Mensura est quam Galli sita lingua impropriè *palmum* vocant: hoc est illud interstitium quod est inter pollicem & indicem quàm maximè extensos.

LICHAS, Puer quidam Herculis, per quem Deianira viro suo in Octamonte sacrificaturo, vestem misit Nessi Centauri sanguine infectam: quã quum ille induisset, serpente iam per corpus veneno, dolotis magnitudine in furorem versus, Lichan pernicioso muneris latorem, capillis arripuit, & in subiectum mare præcipitauit: quem Poëtæ fabulantur in saxum sui nominis fuisse mutatũ, quod à nautis in mari Euboico osteditur. Ouid. 9. Metam. Nunc quoque in Euboico scopulus breuis eminet altè Gurgite, & humanæ seruat vestigia formæ: Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur, Appellántque Lichan.

Lichades, λιχάδες, Insulæ tres sunt in mari Euboico, à Licha Herculis puero ita appellatæ, quem in hoc mare præcipitauit Hercules, Nessi Centauri sanguine in furorem conuersus. Autor Strabo lib. 9.

Lichen, enis, λειχήν, vel Lichenes, plurali numero, λειχῆνες, Ital. *Infermità, mentagra.* Gal. *Dartre ou feu volage, qui est vne maladie sur la peau de la personne.* Hispa. *El empeyne.* } Morbi genus faciem præcipuè infestans, quem Latini quòd à mento potissimùm oriretur, mẽtagram appellarunt. Irrepsit in Italiam Tiberij principatu, antea vniuersæ propemodum Europæ incognitus, sine vllo quidem dolore, & sine vitæ pernicie, tanta tamen fœditate, vt quæcunque mors præferenda esset. Hæc Plin. lib. 26. cap. 1. Galenus tamen, cæteríque Græci, lichenum nomine leuius quoddam mali genus videtur intellexisse, quàm quod à Plinio describitur: illud scilicet, quod Latini impetiginem appellant. Quinetiam Plin. ipse lib. 20. cap. 1, lichenas impetiginem interpretatur, sicut psoram, scabiem. Vide Manardum Epist. Medic. lib. 7. ¶ Est & Lichen herbæ genus, singulari aduersus lichenas remedio: vnde & nomẽ accepit. Eius duo sunt genera: quorum alterum in locis nascitur saxosis, folio vno ad radicem lato, caule vno, paruo, lõgis foliis dependentibus. Alterum petris roscidis adhæret, vt muscus. Autor Plin. lib. 26. cap. 4.

Licia, orum, Sunt fila quibus in telis textrices implicant stamina: quãuis nonnunquam etiam pro ipsis accipiuntur staminibus. μίτος. Ital. *Ioci, fili da trama.* Gal. *Les fils de la treme d'vn tiſſerant.* Hispa. *Los lizos dela tela.* } Plin. lib. 8. cap. 48, Plurimis verò liciis texere quæ polymita appellant, Alexandria instituit. Virgil. 8. Aeglo. Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore Licia circundo. Ouid. 2. Fast. Tunc cantata tenet cum fusco licia plumbo. Vnde Trilicem dicimus vestem, quæ ex tribus liciis constat. Et Titiuilicia, fila de tela decidentia. Plaut. in Casi. Non ego verbum emptitem titiuilicio, id est re admodum vili.

LICIANVS, Poëta Martiali coætaneus & conterraneus: ad quem extat eius Epigramma lib. 1. Videbis altam Liciane Bilbilim.

Licinia, æ, Genus oliuæ quæ & Liciniana dicitur, ab inuentore. Cato de Re rust. cap. 6, Qui ager frigidior, & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Colum. lib. 5. cap. 49, Videntur autem & alia genera huic rei magis esse idonea, sicut liciniæ & culmineæ.

Licitator, Licitor, vide LICEO.

Lictor, oris, Minister Consulis, Proconsulis, & similium. ῥαβδοῦχος Plutarcho in Romulo. Ital. *Sbirro, boia, sergente.* Gal. *Sergent, bourreau.* Hisp. *El macero real.* } Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tãtùm, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos. Hi magistratus præibant, ac quoties iussi erant, fasciculos soluentes, primò virgis cædebant damnatum, mox securi feriebant. Liuius, Missíque lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt, securíque feriunt. Hos primus instituit Romulus, vt est autor Plutarchus in vita eius. Dicti autem sunt lictores à ligando, eo quòd magistratus pop. Rom. priusquam quempiam verberari iussisset, pedes & manus à ministris illi iubebat ligari: quod & ipsum non obscurè indicat Cic. in Orat. pro Rab. Lictor, inquit, colliga manus. Differũt autem Lictor & Viator, vt Lictores dicantur ministri Consulum, Prætorũ, Proconsulum, Præsidum, cæterorúmque qui cum imperio sunt: Viatores, Tribunorum ministri. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Ardens itaq; ira Tribunus, viatorem mittit ad Cõsulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gell. lib. 13. cap. 12, ex libro 21, Rerum hum. Varronis, In magistratu habent alij vocationem, alij prehensionem, alij neutrum. Vocationem, vt Consules, & cæteri qui habent imperium: Prehensionem, vt Tribuni plebis, & alij qui habent viatorem: Neque prehensionem, neque vocationem, vt Quæstores, & cæteri, qui neq; lictorem habent, neq; viatorem.

Lictorius, a, um, Quod ad lictorem pertinet. ῥαβδοῦχικός. Ital. *Pertinente à boia.* Gal. *Apartenant à bourreau ou sergent.* Hisp. *Perteneſciente à macero real.* } Plin. lib. 7. cap. 30, Fasces lictorios ianuæ summisit, cui se Oriens Occidénsque summiserat.

Lien, lienis, gener. mascul. σπλήν. Ital. *Milza.* Gal. *La rate ou ratelle.* Hispani. *El bazo.* } Viscus est in humano corpore sinistram partem occupans, concaua sui parte in dexteram, hepar versus, gibba verò ad spinalium

Universidad de Deusto
Biblioteca

nalium coſtarum extrema conuerſum, humoréſque melancholicos ex hepate per vas venoſum ad ſe attrahens, quorum partem tenuiſſimam in ſui alimentum conuertit, reliquam per proprium quendam meatum quem ſtomachum vocant medici, in ventriculum eructans. Alio nomine ſplen dicitur. Perſius Satyra 1, Sed ſum petulanti ſplene cachinno. Hoc eſt procliuior ſum ad riſum. Tradunt enim Phyſici lienis magnitudinem, riſus intemperantiam gignere. Intumeſcit quandoq; lien, vt cingere hominem videatur. Plaut. in Curcul. Nam quaſi zona, liene cinctus ambulo, Geminos in ventre habere videor filios: Nihil metuo, niſi medius diſrumpar miſer.

Lienoſus, Qui liene laborat. {ὁ λιεντερικός, ὁ λιώδης. Ital. *Chi patiſce di milza.* Gal. *Qui a douleur de rate.* Hiſpa. *El que cria bazo.*} Accidit autem hic morbus (vt inquit Ariſtoteles libro 3. de partibus animalium) quoties plus excrementi in lienem diuertit, quàm calor eius viſceris poſſit conficere. Plin. lib. 7. cap. 2, Quorundam corpore partes naſcuntur ad aliqua mirabiles: ſicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cuius tactu lienoſis medebatur. Lienoſum cor, lienis naturam habens, vt turgeat ſicut lien. Plaut. in Caſi. -vbi ſim neſcio: Perij, cor lienoſum, opinor, habeo. mandudum ſalit.

Lienicus, Idem quod lienoſus. Plinius libro 29. cap. 3, Hæc & illita lienicis, &c.

Lienteria, æ, {λιεντερία. Ital. *Fluſſo di ventre.* Gal. *Flux de ventre.* Hiſp. *Fluxo de vientre.*} Fluxus ventris ex læuitate inteſtinorum: quum ſcilicet inteſtina ob læuitatem cibum non continent, ſed talem propemodum excernunt qualis eſt ingeſtus. Nam λεῖον Græci læue dicunt, & ἔντερον inteſtina. Hoc morbo qui laborant, Lienterici dicuntur.

Ligamen, vide LIGO.

LIGARIVS, Romanus quidam nobilis, Pompeij partes in bello ciuili ſequutus: quo mortuo in Africam ſeſe contulit ad Scipionem, pertinaciſſimúmque ſeſe Cæſari hoſtem præbuit. Quo nomine quũ poſtea à Tuberone accuſaretur, defenſus eſt à Cicerone elegãtiſſima illa Oratione quæ pro Ligario inſcribitur.

Ligellum, li, Breue domicilium & tuguriolum. {καλύβη, οἰκίδιον. Ital. *Caſſetta, caſſuppola.* Gal. *Loge ou logette.* Hiſp. *Choça ò caſa pagiça.*} Plautus in Aul. Diuum atque hominum clamat continuo fidem. De ſuo ligello fumus ſi quà exit foras. Quo in loco Nonius Ligelli nomine domunculam ſiue tugurium intelligit. Quanquam non inuenuſtè ligellum intelligere poſſumus diminutiuum eſſe à ligno, quemadmodum tigellum à Tigno.

LIGEA, penult. prod. λιγεία, Nymphæ nomen, Nerei & Doridis filiæ, à cantus ſuauitate ita dictæ. Virgil. 4. Georg. At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit: eam circum Mileſia vellera Nymphæ, Carpebant hyali ſaturo fucata colore, Drymóque, Xantóque, Ligeáque, Phyllodocéque.

LIGER, Ligeris, Rutuli cuiuſdam nomẽ fuit, fratris Lucagi, quem Turni auſpicia ſequutum Aeneas interfecit. Virgil. 10. Aene. -veſano talia late Dicta volant Ligeri.

LIGER, eris, λίγηρ Ptolemæo: qui & Ligeris in nominatiuo: vnde accuſatiuus Ligerim. Nobilis eſt Celtarum fluuius qui in Aruernorum finibus oriens, Heduóſque à Biturigibus diuidens, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum influit. Cæſar libro 7. bel. Gall. Liger ex niuibus creuerat. Idem paulo pòſt, Magnis itineribus ad Ligerim peruenit. Vulgò *Loire.*

Ligilium, Genus herbæ, de qua apud rei ruſticæ ſcriptores fit mentio, quomodo ſeratur.

Lignarius, a, um, {ξυλικός. Ital. *Pertinente à legno.* Gal. *Apartenant à bois.* Hiſp. *Perteneſciente à leña.*} quod ad lignum pertinet, vt faber lignarius, qui ligna dolat. ¶ Lignarius, ij, ſubſtantiuum. {ξυλεύς, ξυλοκόπος. Ital. *Legnaiuolo.* Gal. *Boſcheron, charpentier.* Hiſpa. *Cortador de madera.*} qui lignum ſecat, aut qui lignatum it. Liu. 5. bel. Maced. Et iidem porticum extra portam Trimeginam inter lignarios fecerunt.

Lignum, ni, A legendo (inquit Varro) quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum vterentur. {ξύλον. Ital. *Legno.* Gal. *Bois.* Hiſpa. *Leña ò madera.*} Plinius libro 12. cap. 11, Quoniam fructus is conſtat radice, frutice, cortice, ligno, &c. Cicero 3. Verr. Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubiicere cœperunt. Horatius 3. Carm. Ode 17, -dum potes aridum Compone lignum, cras genium mero Curabis. Virgil. 1. Georg. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum. Idem 2. Georg. Quid tibi odorato referam ſudantia ligno Baſſamáque, & baccas ſemper frondentis acanthi? ¶ In ſyluam ligna ferre, eſt aliquem iis rebus augere velle quibus ipſe maximè abũdet. Horat. ¶ Lignum curuum, haud vnquam rectum, ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν. Diſtorta prauáqua ingenia vix vnquam ad bonam frugem traducuntur. Vſurpauit Galenus.

Ligneus, a, um, Quod ex ligno eſt. {ξύλινος. Ital. *De legno.* Gal. *De bois.* Hiſp. *Coſa de madera ò de leña.*} vt Ligneus equus. Plaut. Rud. Nempe equo ligneo per vias cæruleas eſtis vectæ. Ouid. 12. Metam. -quo multa fagerdos Lignea contulerat veterum ſimulachra deorum. Cicero 2. de Inuent. Materiã ligneam flamma vri poſſe neceſſe eſt. Soleas ligneas in pedes inducere, Idem 2. de Inuent. Pontículus ligneus, Idem 5. Tuſcul. Lignea turris, Liu. 3. bel. Pun.

Ligneolus, diminutiuum. Cice. ad Quintum Frat. lib. 3, Hanc ſcripſi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Liguile, huius liguilis, penult. prod. & neutr. gen. {ξύλον. Ital. *Legnaio, ſtima de legno.* Gal. *Lieu à tenir bois.* Hiſpa. *Luger do ſe guarda la leña.*} Dictum eſt vbi ligna in domo ad comburendum parata ſunt: ſicut fœnile, vbi eſt, vel eſſe ſolet fœnum. Sic bouile, equile, caprile, & huiuſmodi.

Lignoſus, ſa, ſum, Quod inſtar ligni durum eſt. {ξυλώδης. Ital. *Legnoſo, duro come legno, ſimile à legno.* Gal. *Aboudant en bois reſemblant à bois, dur comme bois.* Hiſp. *Coſa llena de leña ò de madera, ò dura come madera, ò ſemejante à ella.*} Plin. lib. 12. cap. 7, Arbor radice lata, lignoſáque.

Lignor, aris, ari, Verbum eſt caſtrenſe, idem ſignificans quod ligna colligere, ſiue congerere. {ξυλίζομαι. Ital. *Far legne, andare à pigliar legna alla foreſta.* Gal. *Aller querir du bois ou en couper ou aporter.* Hiſpa. *Hazer leña ỹ por leña ò madera.*} Proprie enim milites lignati dicuntur, quum in ſyluam profecti ligna incidunt quæ in caſtra conuehant. Liuius libro 10. ab

Vrbe, Reſpondentibúſque lignatum ſe ire, An tandem, inquit, nunc caſtra vallata non habetis? Plaut. Capt. Ite iſtinc, afferte lora. c. num lignatum mittimur?

Lignatio, onis, Lignorum defectio, vel deportatio. {ξυλισμός, ξυλεία, ξυλοφορία. Ital. *Taglio di legno, portamente di legno, luoco ove ſi taglia.* Gall. *Aport de bois, taillis, le lieu ou on coupe lebois.* Hiſp. *Aquella obra de yr por leña, el lugar donde ſe haze leña, cortadura de leña.*} Cæſar 5. bel. Gall. Vt nonnulli milites, qui lignationis munitioniſque cauſa in ſyluas diſceſſiſſent, repentino equitum aduentu interciperentur. ¶ Lignatio pro loco vnde ligna accipi poſſunt. Columel. libro 1. cap. 5, Sit autem vel intra villam, vel extrinſecus inductus fons perennis, lignatio, pabulúmque vicinum.

Lignatores, Dicti ſunt milites qui lignatum vadunt. {ξυλοφόροι. Ital. *ſoldati che vanno à far legne.* Gal. *Qui vont querir ou aporter bois, boſcherons.* Hiſpa. *Los que van por leña para quemar.*} Liu. lib. 10. ab Vrbe, Paucis citra millibus lignatores ei cum præſidio occurrunt. Cæſ. 5. bel. Gall. Subitóque expreſſis lignatoribus, magna manu, &c.

Ligo, as, Vincio, conſtringo. {δέω, δεσμέω. Ital. *Legare.* Gal. *Lier.* Hiſpan. *Atar.*} Quintil. lib. 5. cap. 14, Quæ apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolum nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inextricabili ſerie connectunt. Guttura ligauit laqueo, Ouid. 6. Metam. Vulnera ligare, Ouid. 7. Metam. Legibus ligare aliquem, Statius 4. Sylu. Cice. 4, in Cæcil. Filium eius impuberem ligatum à Prætore miſſum. ¶ Huius compoſita ſunt, Alligo, colligo, circunligo, deligo, illigo, obligo, præligo, religo, ſubligo: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Ligamen, inis, Ligaculum, li, Ligamentum, ti, ſignificant id quo aliquid ligatur. {σύμμιγμα, δεσμός. Ital. *Legame, legatura.* Gal. *Lien, liaiſon, liement.* Hiſp. *Atadura.*} Colum. lib. 11. cap. 2, Poſſit etiam ſalix deciſa pridie ad ſucubrationem expurgari, & ad vitium ligamina præparari. Propert. lib. 2. eleg. 30, Nocturna limina mitræ.

Ligo, onis, Ruſticum inſtrumentum ad extirpandas herbarum radices accommodatum. {δικέλλα, μάκτρα. Ital. *Zappa.* Gal. *Vn hoyau.* Hiſpan. *El açada ò el açadon.*} Plinius libro 18. cap. 6, Adduxit graues ligones, vomeres pondetoſos. Ouid. 3. Amor. Quum bene iactati pulſarunt arua ligones.

Ligula, vide LINGVA.

LIGVRIA, æ, λιγυρία, Italiæ regio, pro maiore parte mõtoſa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tuſciam attingens. Cuius caput eſt Genua. Dicta Liguria, à Ligyſto Phaethontis filio, conuerſione y in u.

Ligur, vel Ligus, ris, λίγυς, Secundum Priſcianum aliquãdo eſt proprium nomen, & tunc eſt gene. maſculini. Aliàs eſt nomen gentile, virum ſignificans, vel mulierem ex Liguria: & ſic eſt communis generis. Probus putat Ligus eſſe adiectiuum omnis generis: nullum tamen de neutro genere profert teſtimonium. Lucan. libro 1, Et tunc tonſe Ligur quondam per colla decora Crinibus effuſis toti prælate Comatæ. Virgil. lib. 11, Vane Ligus, fruſtráque animis elate ſuperbis. Idem, Aſſuetúmque malis Ligurem.

Liguſticus, a, um, penult. corr. λιγυστικός, Nomen poſſeſſiuum, vt, Mare Liguſticum, quod Liguriam alluit. Saxum Liguſticum. Iuuena. Satyr. 3, Nam ſi procubuit, qui ſaxa Liguſtica portat.

Ligurio, ris, iui, vel rij, itum, Significat multa auidè conſumo, & ſuauiora edulia carpo, & per helnationem patrimoniũ voro. {λιχνεύω, λιχνῶμαι. Ital. *Conſumare il ſuo in pacchia.* Gal. *Gourmander, lichardet, ou prendre les meilleurs morceaux.* Hiſpa. *Comer y gaſtar en goloſinas.*} Perſonæ triſyllabæ huius verbi penultimam producunt, contra conſuetudinem eorum quæ ſunt eiuſdem terminationis. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 2, -puer vnctis Tractauit calicem manibus, dum furta liguriit. ¶ Eſt etiam ligurire, ſuauiſſima quæque deguſtare paulatim, & cum quadam mora atque elegantia comedere, quaſi ſinendo vt per ſe cibus in ſtomacho liquefiat. Terẽt. Eunuc. Quæ cum amatore ſuo, quum cœnãt, liguriunt. Dictum ἀπὸ τοῦ λιγυρῶς, quod Græci ſuaue dicunt, vt inquit Donatus. ¶ Per tranſlationem Cicero D. Bruto ſcribẽs, ad ſuppilationem rerum vſus eſt, Quum quidam (inquit) de collegis noſtris agrariam liguirent curationem, diſturbaui rem, totámque nobis integram reſeruaui. Quidam tamen non poſtremæ notæ viri, liguirent, interpretantur ibi, pro eo quod eſt appeterent, & præpropera quadam ſpe quaſi deuorarent. ¶ Liguirre lucra, pro eo quod eſt ſenſim depeculari. Cicero pro tranſlationem dixit 5. Verr. Commiſſa eſt, inquit, pecunia tanta Prætori: non reperietis hominem timidè, nec leniter hæc improbiſſima lucra liguirientem, &c.

Liguritores, Dicuntur guloſi, & voratores eduliorum dulciorum, qui conſumptis dapibus catillos etiam lingunt, quos antiqui catilliones appellabant. λίχνοι.

Liguritio, onis, auiditas, immoderata appetentia. {ἡ λιχνεία, ἡ λιχνοῦ ἕξις, ἡ φιλοψία. Ital. *Auidità grande, ardente appetito.* Gal. *Gourmandiſe & friandiſe, appetit deſordonné de lichardet & manger bons morceaux.* Hiſpa. *Aquella obra de comer goloſinas.*} Cicero 4. Tuſcul. Aegrotationi autem talia quædam ſubiecta ſunt, mulierоſitas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & ſiqua ſunt ſimilia.

LIGVS, Liguris, vide LIGVRIA.

Liguſticum, Herba eſt in ea Apennini parte præcipuè naſcens, quæ Liguriæ imminet: vnde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt, quod panaceam Heracleoticam & caule referat, & radice & effectu, Galenus literæ vnius immutatione Libyſticum vocat. Officinæ *Zenſticum* appellant.

Liguſtrum, ſtri, à lego quaſi leguſtrum, λύγος quibuſdam, aliis φιλύρια. {Ital. *Liguſtro.* Gal. *Du troeſne.* Hiſpa. *El arbor dela atheña.*} Arbos ex cuius ligno teſſeræ fiunt apriſſimæ, oluæ ſimilis folio, ſemine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premitúrque, quod poſtea cyprinum vocatur, ab arbore ſua quæ dicitur cypros alio nomine: à cuius vbertate Cypro Cilicij maris inſulæ nomen inditum eſt. Plinius lib. 24. cap. 10, Liguſtrum eadem arbor eſt quæ in Oriente Cypros. Suos in Europa vſus habet.

LIGYES, λίγυες, Populi Aſiatici, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt: quorum meminit Herodotus lib. 7.

LIGYSTVS,

LIPSITVS, teste Fabio pictore, Phaethontis fuit filius, à quo Figuris cognominata est.

Lilium,lij.§ λείριον. Ital. *Giglio.* Gal. *Herbe ou fleur qu'on appelé lis.* Hisp. *Açucena.* § Flos est notissimus, proximâ (teste Plinio) à rosa nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem patulum se laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, & semine, stantibus in medio crocis. Ex hoc flore conficitur oleum, siue vnguentum quod Græci λείριον vocant. Nam illi λείριον vocant florem, quem nos lilium dicimus. Sunt autem diuersa Liliorum genera: quæ vide apud Plin. libro 21. cap. 4. Virgil. 6. Aeneid. -& candida circum Lilia funduntur. Idem 4. Georg. Hîc tatum tamẽ in dumis olus, albâque circum Lilia verbenâsque premens, vescúmque papauer.

Liliaceus,a.um,adiectiuum. § λειριῶδ-. Ital. *Di giglio.* Gal. *De lis.* Hispa. *cosa de açucena.* § vt, Oleum liliaceum, Palladius lib. 6. cap. 14.

Lirinon, § λείριον. Ital. *Oglio ò vnguento di giglio.* Gal. *Huyle ou onguent de lis.* Hispa. *Azeyte ò vnguento de açucenas.* § Vnguentum, siue oleum ex liliis. Plin. libro 21. cap. 5. Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione vnguenti, oleique, quod lirinon appellatur. Idem lib. 13. cap. 4. Lirinon, quod & Phaselinũ, & Syrium vocauimus, tenibus vtilissimum est, sudoribúsque cunctandis, &c.

Lilietum,ti, Locus, in quo liliorum copia est. § λειριών. Ital. *Luogo dove sono molti gigli.* Gal. *Lieu ou croissent les lis.* Hisp. *Lugar de muchas açucenas.* § Palladius, Lilieta, canneta ponenda sunt. Idem libro 3. cap. 21, Noua lilieta formabunt.

LILYBAEVM, λιλύβαιον, Promontorium Siciliæ, cum vrbe eiusdem nominis. Libyam spectans. Tria enim tradũtur esse eius insulæ præcipua promontoria: ex quibus quod Græciam respicit, Pachynum: quod Italiam, Pelorum, Scyllæ oppositum: quod autẽ in Austrum Libyam versus procurrit, Lilybæum appellatur. Autor Pompo. lib. 2, Ab his tribus promontoriis. Vulgò *Marsala.*

Lima,æ, Instrumẽtum fabrile quo ferrum aut aliquid aliud terendo expolitur. § λίμη. Ital. *Lima.* Gal. *Vne lime.* Hisp. *La lima de hierro, instrumento para limar.* § Quintilia. lib. 10. cap. 2, Opus politat lima. ¶ Hinc non inelegãter dicimus, Scriptis deesse vltimam limam, quũm significare volumus nõ satis tersa esse, & expolita. Item lima vti, pro castigare, & expolire. Ouid. lib. 1. de Ponto, Scilicet incipiam lima mordacius vti, Vt sub iudicium singula verba vocem.

Limo,limas,Lima polio, læuigo, & superflua detrahо. § λιμάω, ἐκλεπίζω, ἀφαιρέω, ἐξω λεπιδόω. Ital. *Polire, limare.* Gal. *Limer, polir à la lime.* Hisp. *Polir, limar con lima.* § Plin. lib. 36. cap. 6, Scalpere atque limare gemmas. ¶ Ponitur aliquãdo per translationem pro expolire, & redundantia circuncidere Cicc. 1. de Orat. Neque hæc ita dico, vt ars aliquid limare non possit, neq; enim ignoro, & quæ bona sunt, fieri meliora posse doctrina. ¶ Aliquãdo est limis oculis aliquid intueri. Horatius, Non illic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. ¶ Aliquãdo est coniungere, teste Nonio. Plautus in Pœn. At vide sis, cum illa nunquam limauí caput. Idem in Mercat. Nisi cũ illo, aut ille mecum neuter stupri causa caput limaret. ¶ Huius composita sunt Delimo, & elimo, quæ habent penultimam productam.

Limatus,a,um, Nomen ex participio. § λιμασμῶδ-. Ital. *Limato, polito, ornato.* Gal. *Limé, poli, orné.* Hispa. *Limado, ornado, afeytado.* § Cicc. de clar. Orat. Nihil enucleatẽ, quo fieri possit aliquid limatius. Horat. 1. Serm. Saty. 10, -fuerit Lucilius, inquam, Comis & vrbanus, fuerit limatior idem Quàm rudis.

Limatè, tius, ssimè, adverbium, Hoc est politè, ornatè. § Ital. *Ornatamente.* Gal. *Ornement.* Hispani. *Ornadamente.* § Cicero 5. de Finib. Vnum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod, &c.

Limatulus, tuli, diminutiuum, § λιμασμῶδ-. Ital. *Alquanto limato & polito.* Gal. *Vn peu limé & poli,* Hispa. *Limado y ornado vn poco.* § Cicc. Volumnio, Opus est hic limatulo, & polito tuo iudicio. Id est tersо, & subtili.

Limatura,ræ, Scobs, hoc est puluisculus limando detractus. λίμμα. Ital. *Limatura.* Gal. *Limure, limaille.* Hisp. *Limadura.*

Limax,cis, teste Varr. lib. 6. de Ling. Lat. Idem est quod cochlea: nomẽque habet à limo, in quo per hyemem delitescit, Vere prodiens. § λεῖμαξ. Ital. *Lumaca.* Gal. *Limace ou limaçon.* Hisp. *Caracol.* § Colum. lib. 10, Implicitus conchæ limax, hirsutáque campe. Nonnulli tamen volunt limacis nomen generalius esse quàm cochleæ: vt cochlea tantùm dicatur quæ conchæ includitur, suámque secum domum circunfert: limax etiam illa quæ testa caret.

Limbus,bi, Est pars infima vestis muliebris, imos pedes contingens: vel potius fascia extremitatem vestium circunquaque ambiens. § κρασπέδη, ῥάκος. Ital. *Lembo, orlo.* Gal. *Bord, bordure.* Hisp. *El cabo ò borde dela vestidura.* § Quid. -quam limbus obibat Aureus, ornabant aurata monilia collum. Virgil. 4. Aeneid. Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Vbi Seruius, Limbus est fascia extremitatem vestium ambiens, secundum antiquum ritum. ¶ Huius diminutiuum est Limbulus, à quo limbellus.

Limbolarius,rij. Qui limbum vestium consuit. § ῥαπτοπερόνης. Ital. *Chi fa tali orli.* Gal. *Brodeur, qui fait bords* Hispa. *Bordador ò bosiador.* § Plaut. in Aul. Textores, limbolarij, acularij, &c.

Limen,minis, Dicitur quod ex transuerso in ianua est: à limo, id est obliquo, quòd ingredientibus, exeuntibúsque transuersum sit, vt est apud Donatum, Festúmque. § θλιβὸς, ὀδὸς, βαθμὸς. Ital. *Soglia, soglio della porta, intrata di casa.* Gal. *Le linteau ou seuil de l'huis, l'entrée d'vn huis ou porte.* Hisp. *El lumbral dela puerta.* § Terent. in Hecy. Iam vt limen exirem, ad genua accidit. ¶ Nec solùm inferiorem partem significat, quæ sub pedibus calcari solet in ingressu, seu etiam superiore, quam Græci ὑπερθύριον, ἢ ὑπερθύριος appellant. Iuuen. Satyr. 6, -pendentia liquit Vela domus, & adhuc virides in limine lauros. Næuius verò limen superum & infernum dixit. Exime limen superum, quod mihi misero sæpe confregit caput: inferum quoque, vbi ego omnes defregi digitos. ¶ Limen superum, inferúmque discedentes salutabant. Plaut. Limen superum, inferúmque salue, simul autem vale. ¶ Ponitur interdum limen pro ingressu. πυλὼν. Virg. 2. Aene. Limen erat, cæcæque fores, & peruius vsus

Tectorum. ¶ Interdum pro domo ipsa. Virgil. 1. Georg. Penetrant aulas & limina regum. ¶ Interdum pro carceribus vnde stadiodromi cursum auspicantur. Virgil. 5. Aeneid. -signóque repente Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt. ¶ Interdum pro amicitia, vt testatur Seruius, enarrans illud de Turno, -Se limine pelli. Iuuen. Satyr. 5, Limine submouetur. id est repellitur ab amicitia. ¶ Ad limina seruus, pro arriensi, apud Apul. de Asino, & apud Virgil. libro 9, Fidúsque ad limina custos. id est Ianitor, inquit Budæus. Limina imperij, id est extremi fines. ¶ Musas vix à limine salutasse, prouerbiali metaphora dicuntur ij qui vix leuiter & summis tantùm labris literas degustarunt: ¶ Ipsum ostij limen tetigisti, ἀοιδὸν πίκρανας τὸν βατὸν τῶν θυρῶν. Dicitur solitum quoties ad rem ipsam peruenitur.

LIMENTINVS, Putabatur deus qui liminibus præesset. ὑπερτάτιος.

Limenarcha,æ, masculi. gene. § λιμενάρχης. Ital. *chi guarda vn passo di mare ò vn porto marittimo.* Gal. *Celuy qui garde les passages sur mer, qui a la charge des ports de mer, maistre de ports.* Hisp. *Guardador de los puertos marinos.* § Dictio Græca est, quam Latinè Præfectum portus interpretari possumus. λιμένα enim Græci portum dicunt. Erant autem Limenarchæ, qui portubus præerant, ex quibus frequẽs erat traiectus ad exteras nationes. Hos Aristoteles lib. 6. Politicõn, λιμενοφύλακας appellat. Hæc ferè Budæus in l. Limenarchæ, ff. de seruis fugit.

Limes,itis, masculi. gene. Semita transuersa, militari via angustior. § ἀντενῶς. Ital. *Via per trauerso, termine, confine.* Gal. *Frontiere ou lisiere, chemin trauersant les terres, sente.* Hisp. *La linde ò termino.* § Colum. libro 1, Semitas, nouósque limites in agro fieri non patiatur. Virgil. 8. Aeneid. Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam. Idem 2. Aeneid. -tunc longo limite sulcus Dat lucem. Quintil. libro 2. cap. 13, Itaque & stratum militari labore iter sæpe deserimus, compendio ducti: & si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circuire cogimur. Liui. lib. 2. bel. Maced. Intra portam, extráque latæ sunt viæ vt & oppidani dirigere aciem à foro ad portam possent: & extrà limes mille fermè passus in Academiæ gymnasium ferens, pediti, equitique hostium liberum spatium præberet. Budæus. ¶ Limites item in agris dicuntur ipsi termini quibus agrorum fines distinguuntur. Festus, Limites in agris modò termini, modò viæ transuersæ dicuntur. Virgil. 1. Georg. Nec signare quidem aut partiri limite campum Fas erat. ¶ In agris limites duo maximi erant, cardo & decumanus. Limes decumanus est qui ab Oriente in Occidentem spectat: Cardo à Meridie ad Septentrionem. Reliqui limites angustiores, distántque inter se paribus intervallis. Vide Plin. lib. 22. cap. 53.

Limito,limitas, penult. corr. Termino, siue limitibus distinguo: quemadmodum Semito, in semitas distinguo. ἀφορίζω, ἀπεντέλλω. Ital. *Limitare, terminare.* Gal. *Limiter, borner par sentiers & voyes, diuiser & partir par chemins & bornes.* Hispa. *Deslindar ò poner lindes.* § Vnde Limitatus ager, dicitur in centurias diuisus, inquit Festus. Plin. libro 17. cap. 22, Vineas limitari oportet decumano XVIII pedum latitudinis, ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque limitibus denũm pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano limitari: semper verò quintanis seminari: hoc est vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur. ¶ Per translationem accipitur pro restringo, siue reseco. Cicc. Appio Pul. De tua prolixa, beneficáque natura limitauit aliquid posteriot annus, propter quandam tristitiam temporum Quo tamen in loco quædam exemplaria limauit habent, non limitauit.

Limitanei milites, Qui sunt in limitibus, id est in finibus Imperij in præsidio constituti ad incursus inimicorum vicinorum arcendos. § ὅροις, εἰς τὰ τῆς ἀντενῶς. Ital. *Gente d'arme alle frontiere.* Gal. *Gens d'armes qui se tiennent és frontieres d'vn pais.* Hispani. *Hombres de armas en frontera.* § ¶ Item agri limitanei, qui in limitibus alicuius prouinciæ, proximè hostes sunt siti, Iurisconsultus in l. fin. de Fundis limitrophis. Agros limitaneos vniuersos cum paludibus, omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueuerunt, &c. Limitanti fundi, sunt limiti deputati.

Limitatio,onis. § ὁρισμὸς, ἀφορισμὸς. Ital. *Diuidere il camino.* Gal. *Limitation, diuision de sentiers & chemins.* Hispani. *Obra de deslindar ò poner lindes, apartamiento de caminos.* § Colum. libro 3. cap. 12, Non intempestiuè commorabimus Iulij Græcini conscripta, velut formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Limeum, Herba qua venatores sagittas inficiunt: vnde à nonnullis Venenum ceruarium appellatur Plin. lib. 27. cap. 11.

LIMNAE, λίμναι, Locus erat in arce Athenarum templum habens Dionysio sacrum, à Theseo rege extructum: quo in loco vetustiora Bacchanalia peragebantur, die duodecimo mẽsis Anthesterionis, qui nostro ferè Nouembri respondet. Meminit huius loci Aristophanes in Ranis, & Thucydides lib. 2. Histor.

Limnesium, λιμνήσιον, Herba est, quam alio nomine Centaurium minus appellant, copiosissimè circa lacus proueniens, & paludes quas λίμνας Græci appellant: vnde & nomen accepit. Dioscorides libro 3. capite 7.

LIMNOS, λίμνος, Insula est deserta, iuxta Orientalem plagam Hyberniæ, teste Ptolemæo libro 2. cap. 2. Plinius libro 4. cap. 16, Silimnum vocat.

LIMNOTHALASSA, λιμνοθάλασσα, Insula Hispaniæ adiacens inter Carthaginem nouam & Sueronem, non procul à Dianio. Strabo libro 3.

LIMNORIA, λιμνωρία, Nympha: à cura lacus sic dicta: λίμνη enim lacus, & ὠρέω cura dicitur.

Limonia,æ, λιμωνία, Alterum genus anemones. Plinius libro 21. capite 11.

LIMONIADES, λιμωνιάδες, Nymphæ sunt florum & pratorum, quas aliquando mori & deficere dicit Aristoteles, sicut Faunos & Satyros. Dictæ Limoniades à pratis quæ Græci vocant λειμῶνας.

Limoniates, λιμωνιάτης, Gemma eadem videtur quæ smaragdus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Limonion, λιμώνιον, Herba est similis betæ, verùm foliis tenuioribus, & minor

Universidad de Deusto
Biblioteca

minoribus, numero circiter decem, caule tenui, recto, altitudine lisiorum, pleno seminis rubri, quod gustatum linguam astringit. Plin. betam sylvestrem appellat, lib. 20. cap. 8. Vulgæ *beta pratensis*.

LIMONVM, Pictonum oppidum in Gallia Aquitanica, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 7.

Limpidus, a, um, Clarus, purus, lucens. {λαμπρός. Ital. *Chiaro, limpido.* Gal. *Clair comme eau de roche.* Hispa. *Cosa limpia.*} Colum. libro 11. cap. 28, Vere florēte rosa, defæcatum quàm limpidissimum in vasa bene picata & pura transferto. Lacus limpidi, Catullus ad Simionem peninsulam. Epigram. 29.

Limpitudo, dinis, Puritas, claritas. {λαμπρότης. Ital. *Chiarezza, purità.* Gal. *Clarté d'eau ou d'autre chose.* Hisp. *Limpieza.*} Plin. lib. 32. cap. 11, Stant velut fusillo crure longo, in arena defixæ, hiantésque qua limpitudo est, pedali non minus spatio.

LIMOVICI, Ptolemæus lib. 2. cap. 7, Galliæ Aquitanicæ populi: alio nomine Lemouices. Vulgò *Limosins.*

Limus, limi, Genus vestis, ab vmbilico ad pedes pertingens, qua tegunt, vt ait Seruius, pudenda poparum. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam: vnde & nomen accepit: nam limum obliquum dicimus. Virg. 12, Velati limo, & verbena tempora vincti. ¶ Limus præterea lutum significat, seu cœnum illud mollius quod ab aquis deferri solet. {ἰλύς, πηλός. Ital. *Fango, mata, loto.* Gal. *Boue, fange.* Hispani. *Limo de la tierra ò cieno.*} Virgil. 8. Aeglo. Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit Vno eodémque igni: sic nostro Daphnis amore. Idem 4. Georgic. Tu tamen & læui rimosa cubilia limo Vnge. Horat. 2. Sermon. Satyr. 4, Siue grauis veteri cratere limus adhæsit.

Limosus, a, um, Limo plenus, & cœnosus. {ἰλυώδης, πηλωδής. Ital. *Pieno di fanga.* Gal. *Bourbeux, fangeux, plein de boue & de fange.* Hisp. *Cosa llena de limo ò cieno.*} Virgil. 2. Aeneid. Limosóque lacu per noctem obscurus in vlua Delitui. ¶ Hinc Illimis, & hoc illime, penult. prod. quod est sine limo, defæcatum, syncerum. ἄπηλος. Ouid. lib. 4. Metam. Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis. ¶ Hinc & Oblimo, de quo alibi.

Limus, ma, mum, Obliquus, transuersus, obtortus: pro quo etiam Limis dicimus, teste Festo, per tertiam declinationem. {διάστροφος, παράπλαγξ. Ital. *Trauerso, torto.* Gal. *Qui est de trauers, tornè.* Hisp. *Cosa tuerta ò atrauesada.*} Vnde Oculi limi, vel limes dicuntur quibus ex obliquo aliquem aspicimus. Plaut. in Milite, Aspice limis oculis. Plin. lib. 8. cap. 16, Nec limis intuentur oculis: aspicique se simili modo nolunt. id est obliquis oculis. Vnde qui oblique aspicit, limis oculis spectare dicitur, παρόμματος, παρόμμασι τὰς ὀφθαλμούς, παρόμματος. Terent. in Eunuc. Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum. Vbi Donatus, Limis, si nominatiuus singularis est, transuersum significat: si septimus pluralis, deest oculis. Nam Limis est transuersus: vnde limen dicitur quòque quod ingredientibus, exeuntibúsque transuersum est. Quum igitur dissimulant homines se videre quod vident, & non recta facie, sed trāsuersa intuentur, limes dicūtur aspicere. ¶ Hinc Limulus diminutiuum. Plautus in Bacch. Vidén' limulis vt obsecro intuentur.

LIMYRA, Λίμυρα, Lyciæ fluuius, cum oppido eiusdem nominis. Plinius libro 5. cap. 27.

Linamentum, vide LINVM.

LINDOS, Λίνδος, Vulgò *Lindo.* Vrbs est Rhodi insulæ. In Rhodo, inquit Pomponius, tres quòdam erant vrbes, Lindos, Camiros, Ialisos. Gentile est Lindius, Λίνδιος.

LINDVM, Λίνδος, Duorum oppidorum nomen est in Britannia insula: vt est videre apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3.

Linea, æ, A Geometris propriè appellatur longitudo, latitudinis prorsus expers. {γραμμή. Ital. *Linea, ò spaga da legnaiuolo, segno tirato su qualche cosa.* Gal. *Ligne, raye, cordeau de charpentier.* Hispani. *La linea ò raya ò traça.*} ¶ Hoc item nomine dicitur filum illud quo fabri vtuntur ad signādam materiam: siue quòd ex lino fieri soleat, siue quòd eo creta aut rubrica infecto, lineæ materiæ soleant induci. ¶ Præterea Linea dicitur filum omne ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columella, Ligato pede longa linea gallina custoditur. Plinius, Murænæ deuorant hamum, admouéntque dentibus lineas, atque ita erodunt. Quo in loco accipitur Linea pro funiculo illo cui annexus est hamus, quo piscatores vtuntur ad decipiendos pisces. ¶ Lineam mittere, apud Plautum in Most. videtur accipi pro eo quod est expiscari, vel explorare aliorum consilium, Non (inquit extemplo ostendam meum sensum: lineam mittam. hoc est explorabo illorum mētem. Sunt qui à nautis ductum putent prouerbium, qui ad explorandum locorum profunditatem funiculum mittunt in mare, cui plumbum in extremo adhæret. Græci βολίδα vocant. Alij à piscatoribus ductum putant, qui ad capiendos pisces lineam hamatam in aquam mittunt. Sunt etiam qui à pictoribus ortum putēt, qui vbi aliquid pingere volunt, lineam prius vmbræ cuipiam similem mittunt, per quam ipsi picturam dirigunt: sed ex illa ratiōnem ab intuentibus nihil deprehendi potest de picturæ forma. ¶ Nullam hodie lineam duxi, πάμπαν οὐδεμίαν γραμμὴν ἤγαγον. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat quibus cessatum ab exercitio studij artisque suæ. Plin. lib. 35. cap. 10.

Lineo, as. Est lineas ducere, lineis rem aliquam figurare, & deformare. {διαγράφω. Ital. *Tirar linee, lineare.* Gal. *Aligner, marquer à ligne, pourtraire par lignes & traits.* Hisp. *Traçar, debuxar.*} Cato de Re rust. ca. 14, Et quæ opus sunt domui, præstabit, & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitque materiam solam duntaxat.

Lineamenta, Lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei vniuscuiusque forma dignoscitur: à lineari pictura tracta, in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. {γραμμαί. Ital. *Lineamenti, figure tratte à linee.* Gal. *Traits, pourtraits premiers, lineaments.* Hisp. *Traças.*} Iustinus lib. 1, Lineamentorum æqualitas matri & filio persimilis. Cic. 4. Verr. Contemnere etiā signū illud Himeræ iam videbatur, quòd eum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabant. Plin. lib. 35. cap. 25, Nec qui succederet operi ad præscripta lineaméta, inuentus est. Lineamenta in geometria sunt linearum productiones. Cicero 1. de Orat. In geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines, &c. ¶ Lineamenta animi, sunt ornamenta. Cic. 3. de Finib. Animi enim lineamenta

sunt pulchriora, quàm corporis.

Linearis, re, Quod ad lineam pertinet. {γραμμικός. Ital. *Lineare.* Gal. *Apartenant à ligne.* Hispa. *Cosa perteneciente à la linea.*} Vnde linearis pictura vocatur.

quod in alijs ceprehendit. ¶ Est etiam ligula instrumentum cauum & oblongum, in tenuem linguæ factum: quale est illud quo vtuntur aromatarij ad extrahenda è vasis vnguenta. Plinius libro 21. cap. 14, Cera Punica fit hoc modo, ventilatur sub dio sæpius cera fulua: deinde fertur in aqua marina ex alto petita, addito nitro: inde ligulis eligunt florem. Columel. libro 9. cap. 15, ligulam vocat instrumentum ad purgandum è vase spumam. Deinde (inquit) vbi liquatum mel in subiectum alueum defluxerit, transfert in vasa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta sint, dum musteus fructus efferuescat: itque sæpius ligula est fricandus. ¶ Accipitur etiam ligula pro mensura quadam, quæ alio nomine cochlear dicitur, quæ est quarta pars cyathi. Nam quatuor ligulæ complent cyathum. De quo vide Agricolam lib. 1. Plin. lib. 20. cap. 5, Item opisthotonicis, & iecinorum vitijs, & torminibus, & stranguriæ, duarum aut trium ligularum mensura. Idem. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta, sexta, septima, ligulæ mensura, id est cochlearis. ¶ Veteres etiam gladiolum oblongum in speciem linguæ factum, ligulam vocitauere: cuius rei testis est Gellius libro 10. cap. 25.

Lingulatus, adiectiuum: γλωσσάλης. vt, Lingulatus tubulus, apud Vitru. libro 8. cap. vlti.

Linguax, cis. Verbosus, multum loquens, qui nimium & stultè loquitur. ξαλός. Ital. *Cianciatore.* Gal. *Languart, bauart, babillar.* Hisp. *Parlero, ò hombre de lengua.* } Gellius libro 1. cap. 15, Hoc genus homines in verba prouectos, locutuleios, & blateroues, & linguaces dixerunt.

Lingulaca, cæ, Piscis, ex planorum genere delicatissimus, quem Germani linguam vocant. Galli à similitudine solearum, quæ calceis subsuuntur, *soiam* appellant. Plaut. in Casina, Vin' lingulacas? a r. quid opus est? quando vxor est domi, Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet. Quo in loco facit Plautus, quod nusquam non agit, vt vndiq; concitandi risus occasionem quærat. Nam quum Olympio, cui à Stalinone hero negotium erat iniunctum obsonandi, hoc est obsonia coemendi, quæsiuisset, vellémne lingulacas, quod genus erat piscis delicatissimi: detorsit Stalino vocis eius significationem ad mulierem linguacem: respõditque nihil sibi opus esse lingualacis, quum domi habetet vxorem linguacissimã. Esse autem lingulacam piscis genus apud Plautum, clarissimum est eo, quod statim subiicit Olympio: In re præsenti ex copia piscaria. Consulere licebit quid emam.

Liniger, vide LINVM.

Linio, is, iui, itum, quattæ cõiug. Vngo vel frico, aut aliquid simile, quod digito, aut aliquo instrumento alicui rei superinducitur, fricatur, vel imprimitur, sed tenuiter, non crassé. ἀλείφω, ἀλοίφω. Ital. *Vngere, fregare.* Gal. *Oindre.* Hisp. *Vntar.* } Colum. lib. 8, Fercè autem per æstatem sic musceis aures canum exulceratur sæpe, vt totas amittant. Quod ne fiat, amaris nucibus contritis liniendæ sunt.

Lino, is, lini, litum, vel leui, litum, Rem aliquam mollem alteri induco. ἀλείφω, χρίω. Ital. *Vngere, macchiare.* Gal. *Oindre, macular, tacher.* Hisp. *Vntar, manchar.* } Colum. lib. 7, Sed illius sanatur noxia, fibula ahena si locum læsum compungas, cteráque cimolia & aceto linas. ¶ Aliquãdo obturare. Virgil. lib. 4. Georg. -neque illæ Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. ¶ Aliquando insignire, & quasi linẽdo & poliendo exornare. Cice. ad Qu. frat. lib. 2, Lucretij poëmata, vt scribis, lita sunt multis luminibus ingenij, id est insignita, & quasi fucata. Præterito lini vsus est Quintilianus in Declam. Cæci, Et ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti. Colum. lib. 12. cap. 50, vsurpauit præteritum liui. Multi (inquit) quum semel noua dolia vel seriæ crassa gummi liuerunt, vna in perpetuũ gummitione contenti sunt. Præteritũ leui videtur manasse ab antiquo verbo leo: quod tamen hodie inter præterita verbi lino est vsitatissimum. Horat. lib. 1. Carm. Ode 20, Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipse testa Conditum leui. Cato de Re rust. Postea dolium calefacito minus quàm si picare velis: repeat satis est: lignis lenibus facito calescat: vbi temperatè tepebit, cuminum indito, postea linito. Si rectè leueris in dolium quinquagenarium pedum quatuor satis erit. Supinum vnum tantum habet litum, penult. corr.

Litus, a, um, participium. Idem quod vnctus, siue oblitus. ἠλειμμένος. Ital. *Macchiato, vnto, sporco.* Gal. *Oint, taché, maculé.* Hisp. *Vntado ò manchado.* } vt, Litæ veneno sagittæ. ¶ Aliquãdo idem quod maculatus, siue maculis quibusdam aspersus. πεποικιλμένος. Virg. 4. Georg. -eluceant aliæ & fulgore coruscent Ardentes auro, & paribus lita corporis guttis.

Litura, æ, Macula, vel deletio in scriptura, picturáve, cuum scilicet superinducto atramẽto, allóve liquore scripturam vel picturam destruimus. ἐξάλειμμα. Ital. *Cassatura.* Gal. *Effacement, effassure.* Hisp. *Borron ò raedura de letra.* } Cice. pro Arch. Et vnius nominis litura se commotum esse dixerit. ¶ Ponitur aliquando pro ipsa linitione vel linimento. χρῖσις, ἢ χρῖσις, ἢ ἄλειμμα. Colum. libro 4. cap. 24, Nam & teredinem formicámque prohibet: solem etiam & pluuias arcet eiusmodi litura.

Litturo, as. Cancello, expungo. διαγράφω, ἐξαλείφω. Ital. *Cancellare.* Gal. *Effacer.* Hisp. *Borrar ò raer la letra.* } Sidon. Apol. Tunc vel certius te probasse reliqua gaudebo, si litturasse aliqua cognouero.

Linostrophon, λινόστροφον. Herba est notissima, quam nonnulli prasion, alij marrubium vocant. Vide Plin. lib. 20. cap. 22.

Linozostis, λινόζωστις. Dicitur herba quam Latini mercurialem vocant. Plinius lib. 25. cap. 5.

Linquo, is, liqui, lictum, secundum Priscianum, quanuis in simplici supinum in vsu non sit. } λείπω. Ital. *Abbandonare.* Gal. *Abandonner, laisser, delaisser.* Hispa. *Dexar, desamparar.* } Sunt qui putent, Nestorem sequuti, priorem præteriti liqui indifferentem esse, decepti (quod res ipsa loquitur) corrupta Virgilij lectione, quam sic adduxerunt, Nanque suam patria liquerat tellute sepultam. Quem tamen versum omnium tum grammaticorum, tum exemplarium consensu sic legendum constat, Nanque suam patria antiqua, cinis ater habebat. ¶ Est autem linquere idem quod deserere, relinquere. Plautus in Amphitr. Vbi me liquisti? 2. domi cum Alcumena coniuge. Virgil. 1. Aeglog. Et dulcia linquimus arua. Idem 3. Aeneid. Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus. Linqui animo, hoc est deficere, & deliquium pati. Curtius, Linqui denique animo, & submitti genu cœpit. ¶ Huius compositum est Delinquo & Relinquo.

Linquens, participium: vt, Linquens animus, à Curtio vocatur animus deficiens, & deliquium patiens. Linquentem (inquit) reuocauit animum, & nudum hostis latus subiecto mucrone hausit.

Lintearius, Linterarius, Linteones, Linteolum, vide LINTEVM.

Linter, tris, masculini vel fœminini generis, Proprié dicitur arbor excauata, qua accolæ fluuiorum olim vtebantur vice nauiculatum. ἁκάτιον σκαφίδιον. Ital. *Battello, pasciarino.* Gal. *Petit batteau.* Hispani. *Lenuon, barco de vn madero pequeño.* } Virgilius libro 2. Georg. Cauat arbore lintres. Cæsar libro 7. bel. Gallici, Conquirit etiam lintres: bas magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Tibullus libro 2. Eleg. Exiguus pulla per vada linter aqua. Plinius lib. 6 cap. 23, Præterea longè à terra abest nauium ritus, lintribúsque efferuntur onera quæ gerũtur. Liui. lib. 1. belli Punici, Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriúmque temere ad vicinalem vsum paratarum. Cice. pro Mili. Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit.

LINTERNVM, vide LYCHNVS.

Linteum, lintei, Pannus linens: & sudarium quo in balneis vtimur, & alijs negotijs ad extergendum. λῖνον. Ital. *Panno di lino, faZuolo.* Gal. *Linceul, linge de quelque sorte qu'il soit.* Hispa. *Lienço, ò sauana de lino.* } Plautus in Mostel. Linteum cape, túque exterge tibi manus. Martialis, Non tam sæpe terer lintea fullo tibi ¶ Lintea etiam dicuntur vela quibus vtuntur naues. Virgil. 4. Aeneid. Certum est dare lintea retro. ¶ Item quæ in theatro rendi solent ad spectantium umbracula. Vnde legimus Cæsarem totum forum linteis adumbrasse. ¶ Accipiuntur etiam lintea pro vestibus lineis.

Linteolum, linteoli, diminutiuum. λίνον, λῖνον. Ital. *LinZuolo piccolo.* Gal. *Petit drapeau, drapelet, petit linceul.* Hisp. *Pequeño lienço.* } Plin. libro 21. cap. 12. Vulneribus (inquit) in linteolis imponitur. Idem lib. 20. cap. 17, Distillationẽ narium discutit rusum in linteolo olfactum. Colum. libro 6, cap. 16, Præfractis cornibus linteola sale atque aceto & oleo imbuta superponuntur.

Linteatus. Linteis indutus: id est lineis vestibus: quali habitu fertur fuisse Appollonius Philosophus: quoniam huiusmodi habitus videbatur mundior quàm qui ab animalibus deglubebatur. ὁ λινοῦς ἐνδεδυκώς. Ital. *Vestito con lenZuolo.* Gal. *Vestu de linge.* Hisp. *Vestido de lienço.* } Liu. 10. ab Vrbe, Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est.

Linteatius, rij, Qui lintea conficit aut vendit. λινουργός, λινοπώλης. Ital. *Che fa ouero vende lenZuoli.* Gal. *Linger, qui vend linge.* Hisp. *El lencero.*

Linteones, Qui texunt linteamina in vestium vsum: vt docet Seruius lib. 7. Aeneid. } ὑφάντες λινοπλόκοι. Ital. *Tessari di tele.* Gal. *Tisserans de toiles, lingers.* Hisp. *Texedores de tela.* } Plaut. in Aulul. Aut manuleatij, aut myrobrecatij, Propolæ, linteones, calceolarij. Firmicus libro 2. Math. Si Luna in Veneris signis constituta feratur ad Martem, ista coniunctio faciet linteones, aut tabernarios, atque colorum tinctores.

Linteus, a, um, adiectiuum vide LINVM.

Linum, lini. } λίνον. Italicè, & Hispanicè, *Lino.* Gal. *Du lin, fil ou fillet de lin.* } Herba est notissima quæ cannabis modo in lanæ mollitiem contusa, netur in vsum intimarum vestium. Virgil. 1. Georg. Vrit enim campum lini seges. Plinius libro 10. cap. 31, Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. ¶ Linum pro filo posuit Celsus libro 7. cap. 14, A quibusdam, inquit, tumor ad imum acu traiectatur duo lina ducento: deinde vtriusque lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur.

Lineus, a, um. } λίνεος, λινοῦς. Ital. *Cosa di lino.* Gal. *Qui est fait de lin.* Hispa. *Cosa de materia de lino.* } Quod ex lino est: vt, Vestis linea, de lino facta. Plin. lib. 12. cap. 6, Sed vnde lineas vestes faciunt. Virgil. 5. Aeneid. Nodos, & vincula linea tupit.

Liniger, ra, rum, Gerens vestes lineas. } λινοστολιφόρος. Ital. *Vestito di lino.* Gal. *Vestu de lin.* Hispa. *Vestido de lino.* } Ouidius 1. Metamor. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Isidis intelligit, qui lineis vestibus indui solebant. Iuuena. Satv. 6. Qui grege linigero circundatos, & grege caluo Plangentis populi cernit detisor Anubis. Ouidius 1. Amorum, elegia 2, Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isim Quæsieris.

Linteus, a, um, Quod ex lino est confectum. λίνεος. Ital. *Cosa fatta di lino.* Gal. *Chose faitte de lin.* Hisp. *Cosa hecha de lino.* } vt, Vestis lintea. id est lino compacta, & contexta. Cicero 7. Verr. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij atque odores, vestémque linteam. Lintei libri, qui de lino fiebant, cuiusmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liui. 4. ab Vrbe, Licinius Macer autor est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Moneræ inuentis. Plin. libro 13. cap. 13, In plumbeis, linteisque voluminibus scripti tutum constat.

Linamentum, ti, Penicillus ex linteo decerptus, qui vulneri imponitur ex linteolo, vel spongia, vel lana, ad exiccandam saniem, & putulentiam extrahendam. μύσσα, πλύσις. Ital. *Drapo di lino ò di lana.* Gal. *Drapeau ou charpie, tente de charpie, de drapeau, de laine, ou d'esponge.* Hispa. *El paño de lino, las hilaças de lienço, la mecha ò el paulo.* } Celsus lib. 5. Linamentum inuolutum & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendúmque in nares. Idem lib. 7. cap. 18, Et intus implicitum in longitudinem linamentum, λίνωσιν Græci vocant, in aceto tinctum demittere: supráque fricidam lanam aceto madentem deligare. ¶ Linamenta item dicuntur quæcunque ex lino constant. Plin. lib. 32. cap. 10. Delphini adipe linamenta accensa excitant vuluæ strangulato oppressas.

LINVS, Apollinis & Terpsichores filius, siue vt quidam volunt, Mercurij & Vraniæ Musæ, lyricæ peritissimus, vt qui discipulos habuerit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occisum ferunt, quum eum rusticius canentem nimis petulanter corripuisset. Virgil. Aeglo. 4. Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quanuis atque huic pater adsit, Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo. ¶ Fuit autem re vera Linus poëta antiquissimus, qui fertur primus à Phœnice ad Græcos literas attulisse. Hermodotus verò Platonicus libro 1. disciplinarum, dicit hunc Mercurij ex Musa Vraniæ filium, Thebis genitum, scripsisséque

Universidad de Deusto
Biblioteca

pfiſſéque de mundi generatione: item de Solis & Lunæ curſu, animalíumque & fructuum generatione. In principio ſui operis omnia ſimul nata dixit, quem ſequutus eſt Anaxagoras. Occubuit in Euboea, ſagitta ab Apolline tranſfixus. ¶ Alius fuit Linus Hypermneſtræ maritus, Aegiſthi filius, quem tamen Ouid. in Epiſt. Heroidum, Lynceum appellat, non Linum.

LIPARA, penultima correpta. Λιπάρα, Vulgò *Lipara*, Inſula vna ex Aeoliis, à Liparo rege, Auſonis regis filio, cui ſucceſſit Aeolus: quum antea Meligunis vocaretur, teſte Plinio libro 3. cap. 9. ¶ Eſt etiam medicamenti pinguis, & lenis nomen, vt ait Celſus. Plinius libro 33. cap. 6, Addunt & in medicamenta, quæ vocant Liparas, ad excreſcentia vlcerum.

Liparæus, a, um, adiectiuum. Λιπαραῖος.

LIPARIS, λίπαρις, Ciliciæ fluuius, ἀπὸ τῆς λιπαρᾶς: quoniam vt ſcribit Vitruuius, natantes in hoc flumine, aut ſe lauantes, non aliter vngunt ur ab ipſa aqua, quàm ſi oleo, aut adipe lauarentur. ¶ Eſt quoque piſcis quidam ex genere lacertorum, teſte Plinio, libro 32. cap. 11. ¶ Eſt & gemmæ nomen, quæ ſuffita beſtias omnes euocat. Plinio, libro 37. cap. 10.

Lipopſychia, λιποψυχία, Vox Græca eſt Latinè ſonans animi defectionem, vel animi deliquium: quæ & *ἀνάψυξις* dicitur.

Lipothymia, λιποθυμία, Latinè defectus animi, ſiue animæ, quæ & Lipopſychia dicitur.

Lippus, pi, Qui oculos habet lachrymantes, quũ putredo ab his defluit. Plaut. in Mili. Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis naucletus dixit. ¶ Lippa ficus dicta, vel quòd ſuccus foliorum eius lacteus lippis prodeſt, vel quòd dum folia & ramuli truncantur, ſuccum lachrymoſum emittant. Martia. lib. 7. Et lippa ficus, debiliſque boletus.

Lippitudo, inis. Ipſum oculorum lachrymantium vitium. {λίμη. Ital. *Lacrimatione d'occhi.* Gal. *Mal des yeux quand ils pleurent & ſont chaſſieux.* Hiſp. *Aquella dolencia delos ojos.*} Corn. Celſus, Si frons prurit, lippitudinis metus eſt.

Lippio, is, iui, itum, Lippus fio, hoc eſt marcorem in oculis contraho. {λημιάω. Ital. *Diuenir lippo.* Gal. *Eſtre chaſſieux, auoir les yeux chaſſieux.* Hiſp. *Ser cegaſojo.*} Plinius libro 28, Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Cicero ad Attic. libro 7, Quum leuiter lippirem, has literas dedi. Plautus in Curcul. ad fauces tranſtulit, -proſpicio parum: Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus.

Lippitur, penultima producta, impersonale. Plinius libro 28. cap. 8, Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & croci vncia.

Lipſana, penult. corr. λείψανα, tantum pluraliter declinatum, Nomen eſt quo apud nos reliquiæ ſignificantur.

Liptote, A quibuſdam recentiorum Grammaticorum vocatur figura, quando vis verborum rei magnitudini non reſpondet. Vt apud Virgil. 1. Aeneid. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Vbi Non ignara mali, dixit pro eo quod eſt, in malis magnopere exercitata. Originem autem huius dictionis referunt ad verbum λείπομαι, quod eſt deficio, eo quòd ciuſmodi orationibus vis quædam verborũ deeſſe videatur. In antiquiſſimis tamen Seruij, aliorúmque commentariis manu ſcriptis, non Liptote legitur, ſed Litotes, λιτότης, quæ vox Græcis inter exteta tenuitatem ſignificat, & ſimplicitatem. Hinc fit, vt credam recentiorum quorũdam Grammaticorum inſcitia factum eſſe vt figura quã vetuſtiores λιτότητα nominarunt, Liptote cœperit appellari.

Liquamen, Liqueo, Liqueſco, Liquefio, vide Liquo, liquas, in LIQVOR.

LIQVENTIA, vide LIQVETIA.

Liquet, impersonale, vide póſt LIQVOR, etis.

LIQVETIA, ſiue (vt quidam ſcribunt) Liquentia, Fluuius eſt Ippidiæ, in finibus Venetiæ ex Opiterginis montibus naſcens, teſte Plinio lib. 3. cap. 18. Vulgò *Liuenza.* Virgil. 9. Aeneid. Quales aeriæ Liquetia flumina circum Siue Padi ripis, Atheſim ſeu propter amœnum Conſurgunt geminæ quercus. Quo tamen in loco nonnulli Liquentia legere malunt, & Liquentia flumina eadem ratione dicta exiſtimant, qua alibi, & Fluuios liquentes, & Campos liquentes, & Mella liquentia, perpetuo epithero Poëta appellauit.

Liquidus, vide LIQVOR, liqueris.

Liquor, eris, tertiæ coniugat. abſque præterito, & ſupino, Idem eſt quod reſoluor, defluo, deſtillo, liquefio, vel liqueſco. {τήκομαι, χέομαι. Ital. *Eſſere fatto liquido.* Gal. *Se fondre, couler.* Hiſpa. *Derretirſe.*} Producit autem hoc verbum primam ſyllabam quæ in verbis liquo, liqueſco, liquefio, & in nomine liquor corripitur. Lucanus libro 9, -femorum quoque muſculus omnis Liquitur, & nigra diſtillant inguina tabe. Liquidus autem apud Lucretium ponitur indifferenter, eo quòd tam à liquor fieri poſſit, quàm à liqueo. Craſsáque (inquit) conueniunt liquidis, & liquida craſſis.

Liquidus, da, dum, penult. corr. Molle, fluxum. {ὑγρός. Ital. *Liquido.* Gal. *Liquide, fondu.* Hiſp. *Humido.*} Plautus Milite, Liquidius cultúſque quàm ventus eſt Fauonius. Liquidus ventet dicitur à Martiale libro 13, qui eſt fluidus & laxus. ¶ Aliquando ponitur pro puro. {καθαρός. Ital. *Puro, chiara.* Gal. *Clair, pur ſans ſe.* Hiſp. *Puro, claro y ſin hez.*} Virg. 6 Aeneid. Liquidúmque per aëra lapſæ. Idem libro 4. Georg. Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantúm Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem. id eſt defæcata, & ſine ſordibus. ¶ Aliquando pro proſpero, ſiue optimo. Plautus in Pſeud. Ab ſiniſtra auſpicio, atque ex ſententia confidentia eſt. Inimicos me poſſe perdere.

Liquidum, di, ſubſtantiuum, Pro aqua. Horat. 1. Serm. Saty. 1, Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius vrna Vel cyatho.

Liquidò, Quod ſignificat purè & manifeſtè. {καθαρῶς. Ital. *Puramente, chiaramente.* Gal. *Liquidement, clairement, manifeſtement.* Hiſp. *Claramente, manifeſtamente.*} Terent. in Andr. Quia ſi forte opus ſit ad herum iurandum mihi Non apposuiſſe, vt liquidò poſſim. Cicero ad Catonem lib. 15, Gratiſſimum eſt, te libenter amicitiæ dediſſe quod liquidò veritati dares. Liquidò dicere, id eſt apertè. Cicc. 4. Verr. Nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquidò diceret.

Liquidè, liquidius, liquiſſimè, Idem quod liquidò. Cicero ad Pl. anlibro 10, Liquidius de toto ſenſu tuo iudicaui. hoc eſt apertius, certius, ac facilius.

Liquor, oris, maſcul. gene. Humor liquidus. {ὑγρότης. Ital. *Liquidezza.* Gal. *Liqueur, humeur coulant.* Hiſpa. *Licor delo que cuela.*} Plin. libro 10. cap. 52, Piſcium oua ex liquore mollia. Cicc. 1. de Natu. deor. Aquæ admiſtum eſſe calorem. primùm ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio. Virgil. 3. Georg. Rurſus abundabat fluidus liquor, omniáque in ſe Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Pellucidi amnium liquores, Cicc. 2. de Natu. deor. Virigeni liquoris latex. Lucretius lib. 5.

Liqueo, es, licui, liquere, Liquidum & fluidum eſſe. {τήκεσθαι. Ita. *Eſſere liquido.* Gal. *S'amollir, ſe fondre.* Hiſp. *Derretirſe.*} Vnde Liquens nomen ex participio, idem ſignificans quod liquidus. Virgil. 6. Aeneid. Principio cælum, & terras, campóſque liquentes Spiritus intus alit. Vbi camposliquentes dixit pro mari. ¶ Hinc fiunt compoſita colliqueo, & deliqueo: à quibus rurſus fiunt augmentatiua colliqueſco, & deliqueſco: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Liqueſco, is, Liquidus, fluidúſque fio, molleſco. {τήκομαι. Ital. *Diuenir liquido.* Gal. *Deuenir liquide, s'amollir, ſe fondre.* Hiſpa. *Derretirſe.*} Perſius Satyr. 2. Tot tibi quum in flammas iunicum omenta liqueſcant. Virgil. 8. Aeglo. Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit. Idem 8. Aeneid. Vulnificúſque chalybs vaſta fornace liqueſcit. Vbi Seruius, Liqueſcit, propriè dixit: nam ferrum non ſoluitur, ſed molleſcit. Liqueſcere voluptate, & fluere mollitia, eſt mollem eſſe, & voluptati deditum. Cicc. 2. Tuſcul. Opinio eſt enim quædam effœminata & lenis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liqueſcimus, fluimúſque mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Liuius 1. bel. Pun. Vt verò tot hominum iumentorúmque inceſſu dilapſa eſt: per nudam infra glaciem, fluentémque labem liqueſcentis niuis ingrediebatur.

Liquo, as, Priore ſyllaba correpta, Significat liquidum facio, quum ſcilicet aurum vel plumbum igni diſſoluimus. {τήκω, χέω. Ital. *Liquefare.* Gal. *Fondre, amollir, eſſreandre & tirer le ius.* Hiſp. *Derretir.*} Lucan. lib. 7. Ereptáque telia liquauit. Cicc. 2. Tuſcul. Ex quo liquatæ Solis ardore exciduntque guttæ. Ouid. 4. Faſt. Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer Sumere, & expreſſis mella liquata fauis. Liquare aluum. Celſus lib. 4. cap. 4, Liquanda aluus, interdum etiam ducenda. Aluus liquida, fluida & libera, non aſtricta. Ducta aluus, quæ liberius fluit quàm natura patiatur, ac multum ſoluta.

Liquamen, inis. {τὸ χάλικωμα, τὸ ἐγχάλικωμα, ὁ χάλιξ. Ital. *Graſſo ò ſeuo colato.* Gal. *Graiſſe, ſein ou autre choſe fondue.* Hiſp. *La manteca de coſa derretida.*} Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in vſum coquinarium ſeruata ad condiendos cibos. De aliis etiam dici poteſt quæ non comeduntur. γάρος vt apud Columellam libro 7. cap. 4, Succus excocti lupini, veteris vini fæx & amurca pari menſura miſcétur: eóque liquamine tonſa ouis imbuitur. Idem lib. 6. cap. 2, Libraléſque offas in præſulſæ adipis liquamine tinctus lingula demittito.

Liquefacio, cis, Idem eſt quod liquidum & fluidum facio, admoto ignis vel Solis calore: à quo liquefio eiuſdem cum liqueſco ſignificationis. {χέω, τήκω. Ital. *Liquefare, far liquido.* Gal. *Faire fondre ou amollir.* Hiſpa. *Derretir.*} Cicc. in Catil. Et ſtatuæ veterum hominum delectæ, & legum æra liquefacta. Virgil. 1. Georg. Flammarúmque globos, liquefactáque voluere ſaxa, id eſt igne ſoluta, inquit Seruius. ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Alliquefacio & Colliquefacio: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Liquefio, fis, Fundor, liqueſco. {χέομαι, τήκομαι. Ital. *Diuenir liquido.* Gal. *Deuenir liquide.* Hiſpa. *Derretirſe.*} Cicc. 1. de Natu. deor. Glaciem calore liquefactam, & dilapſam diffundi. Idem in Catil. Quum & legum æra liquefacta ſint.

Liquet, impersonale, Idem quod conſtat, ſiue manifeſtum & certum eſt: quoniam quæ reſoluuntur, certa, conſtantia, & manifeſta fiunt. {σαφές, δῆλόν ἐστι. Ital. *È manifeſto.* Gal. *Il appert, il eſt manifeſte.* Hiſp. *Es manifeſto.*} Terẽt. in Eunu. Illum liquet mihi deierare his mẽſibus ſex non vidiſſe proximis, Niſi nunc quum minimè vellem. Cicc. 1. de Natu. deor. Nec verò Protagoras qui eſſe negat omnino de diis habere quod liqueat, ſint, non ſint, qualéſve ſint, quicquam videtur de natura deorum inſpicari. Liquet inter nos, id eſt compertum, & certum habemus. Cicc. 1. de Nat. deor. Sed quod inter nos liqueat, nec tu quidẽ intelligis. Non liquere ſibi de cauſa, dicebant Iudices, quãdo non ſatis ſibi conſtabat, condemnandúſne eſſet reus, an abſoluendus: neque commodè poterant iudicare, niſi cauſa denuò diceretur. Quum itaque illud ſignificare volebant, ſibi de cauſa non conſtare, reúmque eſſe ampliandum, inſcribebant in illis tabellis quæ ad colligenda ſuffragia iudicibus dari ſolẽt, duas haſce literas N L. Illa enim erãt nota ampliationis, quemadmodum A abſolutionis, & C condemnationis. Quòd ſi collectis ſuffragiis, maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inſcriptã, tunc Prætor, aut is qui iudicio præerat, Iudicibus de cauſa non liquere, reúmque ampliandum videri pronuntiabat: hoc eſt cauſam denuo eſſe dicendam, & reum in aliud tempus reiiciendum. Vlpianus de Arbitr. l. Idem Pomponius. Proinde ſi forte vrgeatur à Prætore ad ſententiam arbiter, æquiſſimum erit, ſi iuret ſibi de cauſa nondum liquere, ſpatium ei ad pronuntiandum dari. Gell. lib. 13, Vt abſoluerem tamẽ, inducere in animum non quiui, & propterea iuraui non liquere, atque ita iudicatu illo ſolutus ſum.

Lira, æ, prima ſyllaba prod Sulcum ſignificat, ſiue foſſam rectam in agro, teſte Nonio, in quam terræ vligo confluit. {αὖλαξ. Ital. *Solco, ò elevatura di terra tra due ſolchi.* Gal. *Seillon, terre eſleuée entre deux ſeillons, ou rayons.* Hiſp. *La tierra entre dos ſulcos, emelga.*} Columella tamẽ liras eaſdem videtur facere cum porcis, hoc eſt editiores terræ cumulos inter duos ſulcos interceptos. Sic enim ſcribit libro 11. cap. 2. Liras ruſtici vocant eaſdem porcas, quum ſic aratum eſt vt inter duos latius diſtãtes ſulcos medius cumulus

eumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. Idem lib. 11. cap. 3. Eſt autem lira ſimilis ei porcæ quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt, vt vliginem vitent.

Litare. {θύειν καλὰ ἱερεῖα, ἀφ' ὧν ἱλάσκεσθαι θεούς. Ital. *Fare tali elevature tra ſolchi.* Gal. *Faire ſeillons en une terre labourée.* Hiſpa. *Emelgar lo arado à ſembrado.*} Quod eſt liras facere, vt in ſulcos ex porcis aqua defluat: quod fieri ſolet tertia aratione, iacto iam ſemine. Solebant enim antiqui, teſte Varrone de Re ruſt. lib. 1. ca. 29. tres facere arationes. Primò enim arabatur terra, idque vocabant proſcindere. Deinde ſecũda aratione excitatæ grandiores glebæ frangebantur, quod vocabant offringere. Tertia aratione iacto ſemine, boues litare dicuntur, quum tabellis ad vomerem additis, ſimul & ſatim frumẽtum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas quò pluuia aqua dilabatur. Plin. lib. 18. cap. 20. Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur, vbi res poſcit, crate, vel raſtro: & ſato ſemine iteratio. Hoc quoque vbi conſuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratio adnexa, quod vocant lirare, opetientes ſemina: vnde primùm appellata deliratio eſt.

Liratim, aduerbium, Per liras. {κατ' ἄυλακας. Ital. *Solco à ſolco.* Gal. *Par ſeillons.* Hiſpa. *De emelga en emelga.*} Colum. Exque quum ſint diuiſæ, liratim ſeri debent.

LIRIMIRIS, λιριμιρὶς, Oppidi numen in tractu magis Septentrionali Germaniæ. Ptolemæus lib. 2. cap. 11.

LIRIOPE, λειριόπη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephiſus amnis Narciſſum puerum formoſiſſimum ſuſcepit. Ouidius libro 3. Metamorph. Cærula Liriope, quam quondam flumine curuo Implicuit, &c.

Lirinum vnguentum, vide LILIVM.

LIRIS, λίρις, Fluuius Campaniæ, ſiue Latij noui, per Minturnarum ruinas in ſinum Caietanum illabens, non procul à Formiis. Alio nomine Glanicus dicitur, teſte Plinio libro 3. cap. 5. Itali hodie *Guarigliano* appellant.

Lis, tis, Controuerſia: à limite, id eſt termino dicta: quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerint. {δίκη, ἔρις. Ital. *Lite, controverſia.* Gal. *Noiſe, debat, procez.* Hiſp. *Lid ò pleyto, ò contencion.*} Lis & Iurgium ſic differunt, teſte Nonio, quòd leuior diſſenſio, vel diſcordia inter beneuolos, aut propinquos, iurgium dicatur: grauior diſceptatio inter inimicos, lis. Cic. de Rep. 4. Si iurgant, beneuolorum concertatio eſt: nam lis inimicorum, non iurgium dicitur. Et paulo pòſt, Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare. ¶ Lius inſtrumentum à Quintiliano pro ipſis actis quas *prodactiones* vocamus. Dicimus eleganter. Litem habere cum aliquo, litem alicui intendere, litem capitis in aliquem inferre. Litem ſuam facere, id eſt litis cauſam ſuſcipere, & tãquam ſuam defendere. Litem perdere, id eſt eius rei cauſam, de qua agebatur, dimittere. Litem in rem ſuam vertere: id eſt rem inter duos controuerſam adiudicare ſibi. quod fit, quum iudex ita cum litigatoribus agit, vt ei iure ſuo cedant. ¶ Litis conteſtatio, eſt hinc inde apud Iudicem negotij principalis facta narratio. Oritur enim litis conteſtatio ex petitione actoris, & exceptione rei.

Litigo, as, penultima correpta, Diſcedo, contendo, tam in foro quàm extra iudicium. {ἀμφισβητεῖν, ἐγκαλεῖν, διαδικάζεσθαι, ἀμφιφέρεσθαι. Ital. *Litigare, far lite.* Gal. *Avoir noiſe, debat, different ou procez contre quelqu'vn.* Hiſp. *Pleytar ò contender.*} Cicero pro Cælio, Aliquot enim in cauſis videram eum fruſtra litigantem. Martial. libro 7. Ah miſer, & demens vipinti litigat annos Quiſquam, cui vinci Gargiliane licet? Plaut. in Rudẽ. Qua de re nunc litigatis inter vos? Cicero ad Attic. Hircius cum Quinto acerrimè pro me litigauit. Idem Qu. frat. Litigarem tecum, ſi fas eſſet.

Litigium, gij, Litis actio. {ἀμφισβήτησις, ἔρις. Ital. *Lite, controverſia.* Gal. *Noiſe, debat, procez.* Hiſp. *La lid, pleyto ò contencion.*} Plaut. in Caſina, Nam ego quid contrahere cupio litigij inter eos? Idem Menæch. Litigium tibi eſt cum vxore. Plin. lib. 37. cap. 10. Siderites ferro ſimilis, & litigio illata diſcordias facit.

Litigioſus, a, um, Qui frequens in litibus verſatur, vel quauis de cauſa litem mouet. {φιλόδικος, δίκαιος, ἐγκληματικός, ἀμφισβητητικός. Ital. *Litigioſo.* Gal. *Noiſeux, litigieux, plaideresu, contentieux.* Hiſp. *Pleyteador, contencioſo.*} Cic. in Verr. Hominem id ætatis minimè litigioſum, quàm tumultuoſiſſimè aggrediuntur. Idem pro Mur. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, vnde petebantur? ¶ Litigioſa diſputatio. Cic. 5. de Finib. Fora litigioſa, plena litibus, Ouid. 4. Faſt. ¶ Interdum litigioſum idem eſt quod controuerſum, hoc eſt de quo lis eſt & controuerſia. ἀμφισβητήσιμος. vt, Litigioſum prædium, apud Cic. de Orat. Litigioſus ager, apud Ouid. 2. Faſt.

Litigator, Qui litigat, hoc eſt qui litem habet in iudicio pendentem. {ὁ δικάζων, ὁ διαδικολογούμενος. Ital. *Chi ſa lite, litigante.* Gal. *Plaideur, faiſeur de noiſes, grand debateur.* Hiſpani. *Pleyteador, contendedor.*} Cicero pro Domo ſua, Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius quàm æſtimabat. Sueton. de clar. Gramma. Caſſius Seuerus interpellatis iudicibus dilationem petit, vt litigator ſuus alium grammaticum adhiberet.

LISSA, λίσσα, Inſula eſt maris Adriatici, contra Iader. Plinius libro 4. cap. vltimo.

LISSVS, λίσσος, Fluuius Thraciæ, inter Meſembriam Samothracum & Strymam Thaſiorum in mare illabens, quem Græci ſcriptores inter eos annumerant quos à Xerxiano exercitu exiccatos tradunt. Autor Herodotus libro 6. ¶ Liſſus item oppidum eſt in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul à Nymphæo promontorio, teſte Plinio lib. 3. cap. 22. & Ptolemæo lib 2. cap. vlti. Lucanus lib. 5. Prætereunt fruſtra tentati littora Liſſi, Nymphæumque tenent.

Litania, λιτανεία. Idem eſt quod ſupplicatio: à verbo Græco λιτανεύειν, quod ſignificat ſupplicare, & vota ſuſcipere. Vulgus ineptè vocat *Letaniam.*

Litera, teræ, Quanuis ratione etymologiæ primam videatur debere corripere: (exeditur enim Litera dicta, quaſi litura) vbique tamen apud veteres poëtas eandem producit. {γράμμα. Ital. *Lettera.* Gal. *Lettre.* Hiſp. *Letra.*} Superflua itaque auctoritas eorum poteſt videri, qui primam huius dictionis ſyllabam producere non audent, niſi geminata conſonante: inſignis autem illorum temeritas, qui eam nullo veterum exemplo corripiunt, friuoloque ac incerto etymo fieri, ab vnanimi veterum omnium conſenſu nun dubitant diſcedere. Propriè autem Literæ dicuntur minimæ ac indiuiduæ partes orationis, ex quibus conſtituuntur ſyllabæ, & tam ſingulari, quàm plurali numero elementum ſignificat, videlicet A, B, &c. Cic. pro Sylla. Literæ poſteritatis cauſa repertæ ſunt. Quintil. lib. 1. cap. 4. Vt pro Fundanio Cicero teſtem, qui primã eius literam dicere non poſſet, irridet. Cic. 4. Verr. Huic etiam Romæ videmus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum à communi Sicilia datas. ¶ Dicitur autem Litera quaſi legitera, vt quibuſdam placet, eo quòd legenti præbeat iter: vel quòd in legendo iteretur, vt ait Seruius: vel à lituris, quòd ſcripta deleri poſſit: in ceratis enim tabulis antiqui plerunque ſcribere ſolebant, & deinde delebant. Vel à lino, is quòd in ſcribendo atramẽtum illinitur, hoc eſt leuiter inducitur chartæ. ¶ Aliquando Litera capitur pro ſcribentis manu. Cicero ad Attic. Nam Alexidis manum amabam, quòd tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. ¶ Plurali numero Literæ epiſtolam deſignant. {γράμματα. Ital. *Lettere.* Gal. *Lettres miſſives, epiſtre.* Hiſpani. *La letre, carta meſſagera.*} niſi apud poëtas, apud quos legitur Litera pro epiſtola, γράμμα quoque à Græcis. Ouid. in Epiſt. Quam legis, ab rapta Briſeide litera venit. ¶ Vocantur præterea Literæ, λόγοι, diſciplinæ, quæ literarum monumentis continentur. Plautus in True Literas didiciſti, ſine alios diſcere. Vnde Dare literis operam dicimus, hoc eſt incumbere artibus quæ ſcriptæ ſunt. Ad literam, idẽ quod ad verbum, & quod barbari *literaliter* dicunt. Quintil. libro 9. cap. 1, Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam ſubieci. ¶ Aliquãdo ponitur pro ſcriptura. Cic. in Verr. act. 5. Vt Romam rediit, nullam literam pupillo, malam matri eius, nullam tutoribus reddidit, id eſt ſchedulam nullam ſcripſit, qua teſtaretur & aguoſceret ſe accepiſſe pecunias, &c. ¶ Nullam literam ad me miſit, aut ſcripſit pulchrè pro eo quod eſt, nihil ſcripſit, nullas literas miſit. Cic. Caninio lib. 2. Ille quum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunquam miſit: id eſt tantùm abeſt vt ad me literas miſerit, vt ne literam quidem miſerit. Literas attingere, eſt ipſas tractare, ſeu verſari in ſtudiis literarum. ¶ Literæ interiores, ſunt abſtruſiores, altiorẽſque diſciplinæ. Vulgares & Reconditæ literæ ſunt contrariæ. ¶ Literæ publicæ ſunt, quas barbari *regiſtra* vocant. Referre aliquid in literas publicas, eſt quod barbari *Inregiſtrare* dicunt. ¶ Ponuntur interdum literæ pro alicuius ſcriptis. Cic. ad Attic. Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude eſſet perſtrictus. id eſt meis omnibus ſcriptis.

Literula, diminutiuum. {γραμμάριον. Ital. *Picciola lettera.* Gal. *Petite lettre.* Hiſ. *Pequeña letra.*} Cic. ad Tironem lib. 16, Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis. ¶ In numero plurali pro epiſtolio. Cic. ad Attic. lib. 14, Etſi noui nihil, noſtro more tamẽ ne patiamur intermitti literulas. ¶ Aliquando eodem numero pro ſcientiis, ſiue diſciplinis aut earum ſtudiis. Cic. ad Tironem lib. 16, Literulæ meæ, ſiue noſtræ tui deſiderio oblanguerunt.

Literatus, Qui literis præditus eſt, literis ornatus, eruditus, doctus. {ὁ φιλόλογος, ὁ περὶ λόγους ἐσχολακώς. Ital. *Litterato, dotto.* Gal. *Lettré, & ſauant.* Hiſp. *Letrado, hombre de letras.*} Cic. in Verr. act. 5. Circumpedes autem homines formoſos, & literatos, ſuos eſſe dicebat, le emiſſe. Idem, Frater tuus, quem literatiſſimum fuiſſe iudico, facilè diceret, Hic verſus Plauti non eſt, hic eſt. ¶ Literatus etiam dicitur, cui aliquid inſculptum eſt, & ſuperſcriptum. Plaut. in Pœnulo, Haud ſecus tu vt-deas literatas ibi epulas, &c. Literatum otium, in quo literis operam damus. Cicero 5. Tuſcul. Quid eſt enim dulcius otio literato? huius contrarium eſt, Illiteratus: de quo ſuo loco. ¶ Literatulus, diminutiuum eſt.

Literatè, aduerbium, Doctè, eruditè, eleganter. {πεπαιδευμένως, γραμματικῶς. Ital. *Dottamente.* Gal. *Doctement.* Hiſp. *Doctamente.*} Cic. in Piſo. Ita enim ſunt perſcriptæ ſcitè & literatè, &c.

Literarius, ria, rium, Quod ad literã, vel ad literas pertinet. {γραμματικός. Ital. *Ciò che ſi appartiene à lettere.* Gal. *Apartenant aux lettres.* Hiſpa. *Coſa para letras, ò perteneciente à letras.*} Vnde dicitur Ludus literarius. παιδευτήριον, διδασκαλεῖον. Plin. libr. 9. capit. 8. Ex Batano Puteolos in ludum literarium itantem, &c. id eſt in ſcholam.

Literator, oris, Qui leuiter literis tinctus eſt, vel qui prima literarum elementa docet. {γραμματικός. Ital. *Alquanto dotto.* Gal. *Lettré tellement quellement.* Hiſpa. *El mal grammatico ò letrado.*} Literatorem enim non perfectum literis, ſed imbutum tantùm eſſe docet Suetonius de Clar. Gram. Vnde apud maiores, quũ familia alicuius vænalis produceretur, nõ temerè quem literatum in titulo, ſed literatorem inſcribere ſolebant, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum.

Literatura, ræ, Eadem quæ grammatica. {γραμματικὴ. Ital. *Scrittura, ſcienza.* Gal. *Literature, cognoiſſance des lettres.* Hiſp. *El letrero, conoſcimiento de las letras.*} Quintilia. libro 2. cap. 15, Nos ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam, vt Grammatice literatora eſt, non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum oratoria. ¶ Aliquando ponitur pro literarum ſcientia, & cognitione. Cicero 2. Philip. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. De Cæſare loquitur.

Literoſus, a, um, Idem quod literatus. ἐσχολακώς. Caſſius Hemina Annalib. 4, Homo mere literoſus. ex Nonio. Antiquum.

Lithargyros, λιθάργυρος, Corporis metallici genus, quod à Plinio argenti ſpuma appellatur: quanuis non ex ſolo argento, verumetiam ex auri vena fiat, & ex plumbo. ¶ Sunt etiam tria eius genera, Chryſitis, Argyritis, & Molybditis: quæ vide apud Plinium libro 33. cap. 6, & Dioſcoridem lib. 5.

Lithiaſis, is, λιθίασις, Calculi generatio in veſica, per quem vrinæ excretio prohibetur. A verbo Græco λιθιᾶν, quod eſt calculo laboro. ¶ Lithiaſis præterea dicitur, quum in palpebris gignuntur albicantia quædam, & dura tubercula, lapillorum modo.

Lithizontes, λιθίζοντες, Gemmæ quædam ex genere carbunculorum, liuidius, & languidius lucentes: vnde & nomen acceperunt, quòd ad lapidem potius quàm ad gemmarum naturam accedant. Autor Plinius libro 37. cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lithocolla, λιθόκολλα, Glutinum quo lapides coniunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino. Hermolaus.

Lithoglyphus, penult. corr. {λιθόγλυφος. Ital. *Scarpellino.* Gal. *Tailleur, ou sculpteur.* Hisp. *Escultor ò entallador.*} Sculptor lapidum.

Lithospermon, λιθόσπερμον. Herba est quæ hodie nomine notiore Milium Solis dicitur. Lithospermon ideo dictum, quòd semina tanquam calculos ferat, candore, & rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea. Vide Plinium lib. 27. cap. 11.

Lithostrotos, pen. prod. {λιθόστρωτος. Græcis. Ital. *Terra battuta, lastricato con pietre.* Gal. *Pauè de pierres.* Hispani. *El suelo solado de piedras.*} Adiectiuum est, idem significans quod lapide stratus: à nomine λίθος, lapis, & verbo στόρνυμι, quod est sterno. ¶ Hinc Lithostrota dicta sunt quædam pauimentorum genera quæ ex minutis lapillis sternebantur, colorum diuersitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. Plin. lib. 36. cap. 25. Pauimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, pictutæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Et paulo pòst, Lithostrota cœpere iam sub Sylla, paruulis certè crustis: extátque hodie quod in Fortunæ delubro Prænestæ fecit.

Lithotomia, λιθοτομία, Lapicidina, quæ & Latomia dicitur: à nomine λίθος, lapis, & verbo τέμνω, cædo, vel seco. ¶ Fuit etiam carceris nomen apud Syracusanos, in quo noxij asseruabantur, qui inde videtur fuisse appellatus, quòd in loco quodam extructus esset, vnde olim excisi erant lapides. Meminit huius carceris Thucy. libro 6. & sæpius Cic. in Verrinis.

Litigator, Litigiosus, Litigo, Litigium, vide LIS, litis.

Litò, as, Sacrificio facto deos placo, votúmque impetro: verbum à precibus dictum, teste Festo, quas Græci λιταὶ vocant. {λιτάζειν. Ital. *Placare con sacrificij, impetrare con sacrificij.* Gal. *Impetrer de Dieu par sacrifices.* Hisp. *Impetrar y placar por sacrificio.*} Sutton in Cæsare. Deinde pluribus hostiis cæsis quum litare non posset, introiit curiam. ¶ Inter Litare & Sacrificare hoc interest (inquit Nonius) Sacrificare est veniam petere; Litare est propitiare, & votum impetrare. Virg. 4. Aeneid. Tu modò posce deos veniam, sacrisque litatis Indulge hospitio. Sacris (inquit) litatis, id est venia per sacrificia impetrata, vel fœlicem euentum promittente victima. Plaut. in Pœnu. Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iuppiter Faciat, vt semper sacrificem, neque vnquam litem. Litare victimas, apud Tranquillum, id est victimis cæsis litare. ¶ Aliquãdo ponitur pro satisfacere. Plin. in Pane. de statuis loquẽs, Illæ autem aureæ, & innumerabiles strage & ruina publico gaudio litauerunt. ¶ Litatò, id est addicentibus victimis: sicut Auspicatò, id est addicentibus auibus. hoc est lætum rei institutæ exitum promittentibus. Liui. 5. ab Vrbe, Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicatò, nec litatò instruunt actè diductam in cornua. Litandum, gerundium, hoc est litari debet. Virgil. 2. Aeneid. Sanguine quærendi reditus, animáque litandum Argolica.

Litatio, onis, Voti per cæsam victimam impetratio, vel victimę læta promittentis mactatio. {κατάθυσις. Ital. *Impetratione con sacrificij.* Gal. *Impetration de ce qu'on demande à Dieu.* Hispani. *Obra de impetrar ò placar por sacrificio.*} Liuius 7. bel. Pun. Per dies aliquot hostiæ maiores sine litatione cæsæ: diúque non impetrata pax deúm. ¶ Huius compositum est Perlito, quod est perfectè lito. Gellius, Si hæ res diuinæ factæ, ritéque perlitatæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.

Litus, oris, Dicitur terra adiacens mari, quæ fluctibus alluitur: vnde & nomen inuenisse putatur ab alluendo, vel allidendo. {κυματοπλήξ, ἀκτή, ἰσθμός. Ital. *Lito.* Gal. *Le bord ou le rivage de la mer ou d'vn fleuue.* Hispani. *La ribera del mar ò tierra cerca della.*} Litus (inquit Celsus l. Titius. ff. de Verborum significatio.) est quousque maximus fluctus à mari peruenit: idque M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primum constituisse. Propriè itaque litus de mari dicitur: ripa, de fluminibus. ὄχθη. Ouid. 1. Metamorph. -campóque recepti Liberioris aquæ pro ripis litora pulsant. Sueton. in Nero. Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ. ¶ Quandoque etiam litus dicitur de fluminibus. Virgilius in Ditis, Littora quæ dulcis auras diffunditis agris, quum de Mincio Mantuani agri fluuio loqueretur. ¶ Sumitur interdum pro agro mari vicino. Virgil. 4. Aeneid. -cui littus arandum, Cuique loci leges dedimus. ¶ Interdũ pro sparso circa aram: à litando, quia ibi litabantur hostiæ. Nam (sicut docet Donatus) nauigantes eundo & redeundo in litore sacrificabant. Si itaque Donato à litando litus dici credimus, videtur vnico t, esse scribendum: quemadmodum etiam à nonnullis scribi videmus. In carmine tamé omnes geminant consonantem. Sed ne hoc quidem videtur necessarium, quum nusquam inueniatur breuiari. Vnde videtur potius natura longa esse, quàm per epenthesin geminatæ consonantis licenter produci. Malo tamen rem integram cuiusque arbitrio permittere, quàm de re tam incerta quicquam temere pronuntiare.

Litoreus, a, um, adiectiuum. vt Litorea domus, quæ in litore, aut iuxta litus constructa est. {παράκτιος, ἐπιθαλάσσιος. Ital. *Chi è alla spiaggia del mare.* Gal. *Qui est sur le bord de la mer.* Hisp. *cosa della ribera.*} Martial. libro 10, Anxuris æquoreis placidos Frontine recessus, Et propius Baras littoreámque domum. Littoreæ aues apud Virgil. 12. Aeneid. Litoreas agitabat aues. id est paludtres.

Litoralis, le, Idem: vt, Litoralis pisces: id est in litore viuens. Plin. lib. 9. cap. 17. Nec litoralibus gratia. Dij litorales. Catul. de Phasel. Neque vlla vota litoralibus deis Sibi esse facta.

Litorosus, a, um. {ὁ κατὰ τὸν αἰγιαλόν. Ital. *Chi è appresso il lito del mare.* Gal. *Qui est frequent au bord.* Hispa. *Que esta casi siempre à la ribera.*} Plin. lib. 37 cap. 10, Calais sapphirum imitatur, candidior, & litorosi maris similis. id est eum aquæ marinæ colorem referens qui est circa litus.

Litura, vide LINO.

Lituus, litui, ὁ λίτυος, τὸ μακρὸν ξύλον ἐπικαμπὲς εἰς ὀφιοκέφαλον, περιττὸν ἱερατικὸν ῥάβδος. Plutarcho, Baculus incuruus quo sedentes Augures auibus templa designabant. {Ital. *Tromba, picciola verga ritorta da gli augori.* Gal. *Vn baston ou vne verge courbe dequoy vsoyent les augures anciennement, vn cor ou cornet.* Hispa. *La trompeta bastarda ò curua, ò cierta verga que vsauan antiguamente los agueros.*} Gel. libro 5. cap. 8, Lituus est virga breuis, in parte qua robustior est, incurua. Primus litui vsus à Romulo manasse creditur, qui dum vrbem conderet, huiusmodi baculo regiones direxit: quod & ipsum asserit Cicero libro 1. de Diuinat. Quid (inquit) lituus iste vester, quod clarissimum est insigne Auguratus) vnde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum vrbem condidit. Qui quidem Romuli lituus id est incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum (quod ab eius litui quo canitur, similitudine nomen inuenit) quum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, eámque deflagrasset, innentus est integer. Eadem ferè de hoc litio, eámque deflagrasset, innentus est integer. Eadem ferè de hoc lituo scribit Plutarchus in Vita Romuli. Lituus (inquit) consecratus est in Palatino colle vsque ad Gallorum tempora, à quibus capta vrbs incensa fuit. Sed postea expulsis à Camillo hostibus inter altissimas fauillas illæsus quum ignis omnia consumpsisset, inuentus est. ¶ Est præterea lituus, autore Festo, buccinæ genus incuruum gracilem edens vocem, quo in bello vtebantur: qua qui canebat, Liticen dicebatur, παλαιστής. Virgil. libro 6. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Lucan. libro 1, Stridor lituum, clangórque tubarum. Ouid. 3. Fast. Iam lituus pugnæ signa daturus erat. Stat. 6. Thebaidos, Et lituis aures circumpulsantur acutis.

Liueo, Liuesco, Liuidus, vide LIVOR.

LIVIVS, Λίβιος, Nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patauinus, quem Quintilianus Herodoto opponit, vt Sallustium Thucydidi. De hoc Hieronymus ad Paulinum, Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ, Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis celebrandúmque miraculum, vt tantam vrbem ingressi, aliud extra vrbem quærerent. ¶ Fuit & alius Liuius, cognominatus Andronicus, Latinorum poëtarum antiquissimus: de quo Diomedes, Constat (inquit) apud Romanos primum Latino sermone Comœdiam Liuium Andronicum scripsisse. Gell. libro 17. cap. vlti. Primus omnium T. Liuius poëta fabulas docere Romæ cœpit: post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centum & sexaginta.

Liuor, uoris, Color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum nonnulli appellant: qualem in contusis corporis partibus videre est, quum fuste, aliòve corpore duro ictu illato, exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. {πελιδνότης, σφάδυξ. Ital. *Liuidore, liuidura, color simile à piombo.* Gal. *Couleur de plomb.* Hispa. *El cardenal, color de plomo.*} Plin. libro 20. cap. 22, Illinitur & liuoribus, suggillatisque cum melle. Hinc Liuorem contrahere, est nigrescere. Colum. lib. 12. cap. 47, Quia hæc candidior est oliua, quàm ea quæ contusione liuorem contrahit. ¶ Et quoniam talis est color inuidorum, ideo liuor accipitur pro inuidia. Luc. lib. 1, Liuor edax tibi cuncta negat. Claud. lib. 3, -rabiem liuoris acerbi Nulla potest placare quies.

Liuidus, da, dum, Proprié is dicitur qui ex ictu fustis, alterius̃ve corporis duri, plumbeum colorem in parte læsa contraxit: quod accidere solet exilibus venis ictu collisis, sanguinéque ad cutem diffluente. {πελιδνός. Ital. *Liuido, chi ha liuidure, di colore simile al piombo o con liuidura.* Gal. *Qui a la chair meurtrie ou en est de la couleur, ou de couleur de plomb, ternè.* Hispa. *Amarillo o negro de golpe, cosa cardena.*} Plinius, Thapsiæ succus suggillatis ac liuidis prodest. ¶ Hinc Liuidum pro eo quod subnigrum est ponitur: qualis est color plumbi. Virgil. 6. Aeneid. Quídve petunt animæ, vel quo discrimine ripas Hæ inquunt, illæ remis vada liuida verrunt. Brachia liuida armis, Horat. 1. Carm. Ode 8. Vorago paludis liuidissima, Catulus ad Coloniam. Ora liuida facta digitis, Ouid. Epist. 19. ¶ Quoniam verò qui inuidia laborant, exedentes se dolore, hunc colorem contrahunt, liuidus sæpe pro inuido ponitur. βάσκανος. Martial. lib. 1. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Liuidulus, diminutiuum, Id est subliuidus. {ὑπόπελιδνος. Ital. *Alquanto liuido.* Gal. *Vn peu ternè.* Hispani. *Cardeno vn poco.*} Iuuena. Satyr. 11, Ponebant igitur Tusco farrata carino Omnia tunc: quibus inuideas, si liuidulus sis.

Liueo, nes, Liuidus sum, hoc est plumbei coloris. {πελιδνόομαι. Ital. *Essere liuido.* Gal. *Estre ternè, ternir.* Hisp. *Ser cardeno.*} Plin. lib. 22, Cortex verò (scilicet helioscophi) liuentibus colorem reddit. Ouid. 2. Metam. Liuent rubigine dentes. Crura liuentia compedibus, Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. Labellis impressis liuere. Idem 1. Amorum, eleg. 7. ¶ Per translationem accipitur pro inuidere. βασκαίνειν, φθονεῖν. Tractum ab inuidorum, cõsuetudine, aliena fœlicitate pallentium. Pomp. Malignus homo, fortunis aliorum semper liuens. Martial. libro 10, Liuet Carinus, rumpitur, &c. Fata liuentia, Stat. 5. Sylua.

Liuesco, is, Liuidus fio. {πελιδνοῦσθαι, χλωροῦμαι. Ital. *Diuenir liuido.* Gal. *Deuenir ternè, ternir.* Hispani. *Hazerse cardeno.*} Claudia. libro 3, Haud equidem inuideo: nec enim liuescere fas est, Vel nocuisse deos. Martia. libro 8, Liuescit nulla caligine fusca, nec odit Exploratores nubila massa focos. Digiti liuescunt in pedibus, Lucret. libro 3. ¶ Huius compositum est Alliuesco.

Lix, licis, Cinis dicitur in quem materiæ rediguntur, quum fuerint exustæ. {κόνις. Ital. *Cenere.* Gal. *La cendre du foyer.* Hispa. *La ceniza del hogar.*} Plin. lib. 36. cap. 27, citat Varronem dicentem, Lix cinis est foci.

Lixiuia, æ, Aqua in qua lauandi gratia decoctus est cinis. {κονία. Ital. *Lissia.* Gal. *Lessiue.* Hispa. *La lexia de ceniza.*} Colum. libro 12. cap. 16, Sunt qui culmos fabæ exurant, & ex eo, quod cremarint, cinere lixiuiam faciant. Et paulo pòst eodem capite, Deinde in lixiuiæ sextarios, decem salis cyathos, & olei cyathum adiiciant. Et rursum paulo antè, In olla fictili ampla, præparatam lixiuiam cineris sarmenti calefieri conuenit. Nonius Marcellus lixiuium effert neutro genere. Lix (inquit) cinis dicitur, vel humor cineri mistus. Nam etiam nunc id genus lixiuium vocatur.

Lixæ, arum, Dicti sunt, inquit Sipõtinus, qui villoris quæstus gratia exercitum sequuntur, vtputa lauandi, aut coquendi gratia: à cinere, qui lix antiquis dicebatur, vt Varronis testimonio docet. Plin. lib. 36. cap. 27, {σκευοφόροι. Ital. *Cuoci di gente d'arme, faccamanni.* Gal. *Qui seruent le camp pour gagner à seruir, & blanchir au cuire aux gens de guerre.* Hispa. *Los agua dieros que llenã agua al real, ò que sieruen à otras cosas.*} Nonius tamé affirmat antiquos

lixam

lixam dixisse pro aqua: indéque elixum dictũ esse, quod aqua coctum & mollitum esset: & lixas, qui militibus aquam ad castra vel tentoria solent ferre. Schus lib. 1, –inutile Marti Lixarum vulgus. Scipio apud Liuium, Actium Vmbrum appellat semilixam, quasi semi mancipium, nomine iguominioso. Varro lixulax & semilixulax vocabulo Sabino scribit dici circulos ex farina, caseo, & aqua commistos, olim inter viliora cibaria numeratos.

Lixo, as, Aqua coquo: quod tamen apud veteres non facilè inuenies. ξίψω. Ital. *Alessare.* Gal. *Cuire en eau, faire bouilir en eau.* Hispani. *Cozer en agua.* Magis in vsu est compositum eius elixo, quod est eiusdem significationis. Prolixo huc non pertinet. Neque enim fit à lixo, sed ab adiectiuo prolixus, quod componitur ex porrò, & laxus.

Lixus, xa, xum, Quod aqua coctum est: à lixa antiquo nomine, quo veteres aquam significabant, teste Nonio. ξιψηστ. Ital. *Cotto à lesso.* Gal. *Bouilli, cuit en l'eau.* Hispa. *Cozido en agua.* ¶ Frequentiore tamen in vsu est elixus, quemadmodum elixo vsitatius est quàm lixo.

Lixabundus. Dicitur qui exiguæ mercedis gratia, vilissimis sese obsequiis immiscet. ἐψηλὰ ἐπαίων. vel ἐκ δούλου ἐρῶν. Tractum à lixarum consuetudine, qui vilissima quæque in exercitu munia obibant. Plautus, Qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas.

LIXVS, λίξος, Colonia à Claudio Cæsare facta in Mauritania Tingitana, circa quam Poëtarum fabulæ & Antæi regiam, & Hesperidum hortos collocarunt, aurea mala ferentes, à dracone peruigili summa cura asseruata. Cui fabulæ occasionem suppeditasse existimat. Plinius flexuosum muris æstuarium, draconis modo nemus quoddam ambiens, nihil præter oleastros ferens. Vide Plinium lib. 5. cap. 1. ¶ Est & Lixus, amnis in eadem ora, cuius meminit ibidem Plinius, & Pomponius Mela in fine sui operis.

L ante O

Lobæ, In milio Indico dicuntur culmi, siue comæ arundinaceæ semen complectentes. λόβαι. Plinius libro 18. cap. 7. Milium (inquit) intra hos decem annos ex India in Italiam est inuectum, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, prægrandibus culmis, (Lobas vocant) omnium frugum fertilissimum.

LOBRINI montes, λόβρινα ὄρη, In Phrygia sunt: vnde Rhea Lobrina. Scholiastes Nicandri.

Lobus, bi, λοβὸς, Ima auricula: διὰ τὸ λαμβάνειν, propterea quòd eam apprehendamus, quempiam admonentes. In hepate quoq; partes extremæ, & quædam veluti segmenta, ventriculum circunquaque amplectentia, lobi dicuntur. Nicander in Theriacis, Ἠ'πατος ἀκροτάτῃ κίονας λοβὸς ἐν στομάζει. Ἐξήγητης. Vbi interpres στόμαζειν accipit summam solidámque hepatis partem ex qua lobi dependent.

Locarium, Pretium quod pro taberna stabulóve persoluitur, vt in eo quis se locare, hoc est collocare possit. ξενίκιον. Ital. *L'affitto.* Gal. *Louage de maison, paiement de louage.* Hispa. *La paga del mesón.* ¶ Autor Varro lib. 4. de Lingua Latina.

Locellus, vide Loculus, in LOCVS.

Locito, Loco, vide LOCVS.

LOCANVS, Fluuius est Locrorum in fronte Italiæ quæ olim magna Græcia dicebatur. Plin. lib. 3. cap. 10.

LOCHIAS, λοχίας, Promontorium est Aegypti, non procul ab Alexandria & Pharo. Strabo lib. 17.

LOCOZVS, λοκοζοῦς, Vrbs Phrygiæ, quam Thraces tenuerunt, cognomento Locozij. Vide Stephanum.

LOCRI, orum, λοκροὶ, Græciæ populi, Parnassum montem vtrinque accolentes: quorum qui Occiduam incolunt plagam, ad Crissæum vsque sinum pertingentes, medij inter Aetolos & Phocenses, á grauitate odoris Ozolæ, & à situ Hesperij cognominantur. Qui verò Parnassum ad ortum accolunt, ad mare vsque Euboicum extensi, in duplici sunt differentia. Nam hi quidem à Cnemide monte Epicnemidij, illi verò ab Opunte vrbe Opuntij cognominantur. Autor Strabo lib. 9. ¶ Sunt & Locij in extrema Italiæ ora quam magnam Græciam antiqui appellarunt, oppidum incolentes eiusdem nominis, ab iis Locris qui Aiacem Oileum ad Troiam sequuti sunt, conditum: vt annotauit Seruius in illud Virgil. 3. Aeneid. Hic & Naryci posuerunt mœnia Locri. Hi discriminis gratia Epizephyrij cognominãtur, quòd supra Zephyrium promontorium siti sint.

Locris, idis, λοκρὶς, Græciæ regio, vtrinq; Parnasso incumbens: cuius incolæ dicuntur Locri: vt iam dictum est.

Loculatus, Loculamentum, Loculus, Locuples, vide LOCVS.

Locus, huius loci, & in plurali nume. Loci, orum, vel Loca, orum. Quicquid aliquid continet, siue, vt ait Varr. libro 4. de Lingua Lat. vbi quicquam consistit. χώρα. Ital. *Luogo.* Gal. *Lieu, place.* Hispa. *Lugar.* ¶ Virgil. 8. Aeneid. Hic locus vrbis erit. Seruius Sulpitius Cicer. libro 4. Epist. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locum delegimus, ibique eum combussimus: posteáque curauimus vt idẽ Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. ¶ Frequentissimè etiam accipimus locum pro vice: vt quum dicimus, Loco patris te habeo, hoc est vice patris, & ea charitate te amplector qua patrem. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. Terent. in Andr. Si te in germani fratris dilexi loco ¶ Mouere aliquem loco, est aliquem de loco suo, vel de dignitate depellere. Horat. lib. 2. Epist. Audebit, quæcunque parum splendoris habebunt, Verba mouere loco. Cicer. ad Quint. Fratr. libro 2, Exarsit dolor: vrgere illi vt nos loco mouerent. ¶ Accipitur etiam Locus pro natalibus, vel conditione natiuitatis. Sallustius, Inter suos non obscuro loco natus. ¶ In plurali numero indifferenter dicimus Loca, vel Locos, pro eo quod aliquid continet. De neutro genere vbique plurima occurrunt exempla. Masculino genere vsus est Virgil. 6. Aeneid. Deuenere locos lætos. Idem primo Aeneid. Deuenere locos, vbi nũc ingentia cernis Mœnia. Gell. libro 6. cap. 6. eodem in loco vtroque genere vsus est. Nam quoniam non ipsæ tantum aues quæ prosperius prævolant, sed etiam loci quos capiunt, quòd idonei fœlicesque sunt, præpetes appellant: ideireo Dædali pennas præpetes dixit, quoniã ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. ¶ Frequentius tamen Locos, νόους, accipimus pro sedibus argumẽtorum, ex quibus, veluti ex promptuariis quibusdam petuntur argumenta. ¶ Loci etiam in mulieribus dicuntur vascula semen recipientia, in quibus (vt ait Varro) nascendi initia consistunt. Plin. lib. 11. cap. 37, Fœminis eadem omnia, præter vesicæ iunctus vtriculus. Vnde dictus vterus, quod alio nomine Locos appellant, hoc in reliquis animalibus vuluam tantum dicimus. Colum. tamen libro 6. cap. 37, equarum etiam genitalia vocat locos. Quòd si (inquit) admissarius ineris est in venerem, odore perfricantur detersis spongia fœminæ locis, & admota equi naribus. Idem etiam libro 8. cap. 11, pauonum loca appellat, in quibus ouà nascuntur, Sæpiúsque (inquit) digitis loca fœminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt ouà. ¶ E loco inferiore agere, est ad iudices. De superiore loco agere, est pro rostris. Ex æquo loco agere, est in Senatu: vt etiam annotauit Budæus. Cicer. 3. de Orat. Nam siue de cæli natura loquitur, siue de terræ, siue de diuina vi, siue de humana, siue ex inferiori loco, siue ex æquo, siue ex superiore. ¶ Priore loco causam dicere, est ante defendere quàm quis accusatus sit. Cicer. pro Quintio, Vt ipse causam caperis, si sponsionem feciisset, priore loco diceret. Posteriore verò loco dicere, est defensorem esse, & pro reo dicere. Idem ibidem, Quoniam maiores ita constituerunt, vt qui pro capite diceret, is posteriore loco causam diceret. ¶ Secundo loco, à Cicer. ad Lentulum pro præterea ponitur. Facile, inquit, secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, &c. ¶ Pulchrè etiam dicitur, Si in isto essem loco, pro eo quod est, si meum esset negotium, si mea res ageretur. Plaut. in Bacch. Verùm, vt ego opinor, si ego in istoc essem loco Dem potius aurum, quàm illũ corrumpi sinam. ¶ Ponitur aliquando locus pro statu. Plaut. in Bacch. In eum nunc reuenit res locum, &c. Terent. in Adelph. Peiore res loco non potest esse quàm in quo nunc sita est. Cicer. ad Brutum, Nostræ res meliore loco videbantur. id est statu & fortuna. ¶ In loco res posita dicitur, quæ rectè dignéque posita, siue collocata est. Cicer. 7. Verr. Rectè collocata, & iudicio populi in loco posita esse videatur. ¶ Ponitur interdum locus pro æstimatione, amore, gratiáque. Cicer. in Philip. Quẽ locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? Esse magno loco apud Regem, dixit idem in Epist. Cæs. 1. Commen. Qui si iuuissent, eodem se eos loco, quo Heluetios, habiturum. ¶ Ponere in loco maledicti, & contumeliæ, est quod barbari dicunt, *sapere ad malum & ad nomisma.* Cicer. in Pisonem. Tũne etiam ausus meum discessum in maledicti & contumeliæ loco ponere? ¶ Tenere principem locum, est maximè esse in pretio, & autoritate, primúmq; dignitatis gradum obtinere. Cic. pro Plancio, Qui in mea salute principem semper locum, autoritatémque tenuistis. ¶ Locus aliquando ponitur pro opportunitate, καιρὸς. Cic. de Offic. Locum autem actionis, opportunitatem rẽporum esse dicunt. ¶ Loco aliquid quærere, est quærere quando res postulat. Cic. in Partit. Loco tu quidem quæris, sed plenius, &c. ¶ In loco, id est opportunè. Terent. in Heaut. In loco ego verò laudo. Cic. Antè quàm iret in exilium, Fidei conducit, inquit, in loco beneficium retribuere. ¶ Loco dicere, est aliquem rogatum sententiam dicere. Cic. 3. de Legib. Vt loco dicat, id est rogatus: vt modò, ne sit infinitus. ¶ Locus non est bonitati, id est bonitas non est in pretio. Cic. 3. de Finibus. Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus. ¶ Locum alicui dare, est ipsum admittere, & recipere. Cic. de Orat. Hæc turba & barbaria totensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. ¶ Aliquando locus ponitur pro tempore, vel spatio. Terent. in Heaut. Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus. Locus precì non est relictus: hoc est precibus amplius flecti non potest. Terent. in And. Nihil est preci loci reiictum. ¶ Locus etiam in scriptoribus dicitur quæuis operis particula. Teren. in Prolog. Adelp. -eum Plautus locũ Reliquit integrum, eum hic locum sumpsit sibi in Adelphos. ¶ Loci, in muliere dicuntur vascula semen & maternum sanguinem recipientia, inter vesicam & intestinum rectum sita. in duos diuisa sinus: vnde & locos plurali numero appellarunt. ἀλφούς. Aliis nominibus & vterus dicitur, & vulua. Quanquam inter hæc Plinius ita distinguit, vt vulua brutorum animantium dicatur, loci autem & vterus solarum mulierum. Verba eius sunt hæc libro 11. capit. 37, Fœminis eadem omnia, præter vesicæ iunctus vtriculus: vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animantibus vuluam. ¶ Loci item à Dialecticis appellantur sedes argumentorum, ex quibus, veluti ex promptuariis quibusdam petũtur argumenta. τόποι. Cicero 3. de Orat. Aristoteles locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit. Ibidem lib. 2, Aristoteles proposuit quosdam locos ex quibus omnis argumentatio ad omnẽ disputationem inueniretur. Et paulò antè Locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet.

Loculus, li, diminutiuũ, Exiguus & angustus locus. ζωάριον. Ital. *Luoghetto.* Gal. *Petit lieu.* Hispa. *Pequeño lugar.* ¶ Plautus Mil. Sed in cella pauulum erat loculi lubrici. ¶ Aliquando loculi dicuntur loculamenta quædam separata in piscinis, ornithotrophiis, aliorúmve animalium stabulis, in quibus vnaquæque seorsum aluntur. σηκοί. Varro lib. 3. de Re tust. cap. 17. Hortensius familiaris noster quàm piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita sæpe cum eo ad villam fui. ¶ Sæpe etiam loculos accipimus pro sacculo in quo pecunia seruatur. ¶ βαλάντιον. Ital. *Borsa.* Gal. *Bourse ou gibbecière.* Hisp. *Bolsa ò bolsico.* ¶ Martia. lib. 14, Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet. ¶ Interdum etiam loculus. ¶ σορὸς. Ital. *Cataletto.* Gal. *Cercueil ou caisse en quoy on garde les corps morts.* Hisp. *Caxa de la cerca de los muertos.* ¶ pro capsula, seu cõditorio quo mortuorum reliquiæ conduntur. Plin. lib. 7. cap. 2, Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.

Locellus, li, Id est cramcula, diminutiuum à loculis. ¶ βαλάντιον. Ital. *Borsetta, sachetto.* Gal. *Petite bourssette, sachet ou gibbecière.* Hispa. *Bolsico ò caxa pequeña.* ¶ Mart. lib. 14, Siquid adhuc superest in nostri fœce locelli, Munus erit: nihil est ipse locellus erit.

Loculatus, lata, latum, Quod habet diuersos locos. ¶ πολυτρὴς. Ital. *Dove sono più luoghi da porui cose diuerse separatamente.* Gal. *Ayant plusieurs petits trous & lieux pour mettre plusieurs choses chacune à part.* Hisp. *Cosa de muchos bolsas y lugares para guardar las cosas apartadamente.* ¶ Varro 3. de Re tust. cap. 17. Nam vt Pausanias & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diuersi colores sint, certas: sic hi loculatas habent pi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scinas, vbi dispares discluſos habent pisces.

Loculoſus, a, um, Quod multos habet loculos, seu sinus, septo aliquo intermedio distinctos {πολύθαλ. Pieno di luoghi. Gal. Plein de lieux & petit tours. Hisp. Cosa llena de muchos lugares y bolsas.} Plin. lib. 15. cap. 22, Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Loculamēta, orum, Loca distincta, siue capsulæ in quibus aues, apes, aut etiam maiora animalia seorsum nidificare, seu habitare solent: & à loculis deduci videtur. {νοσσιά. Ital. Diuersi luoghetti da farsi nido gli vccelli. Gal. Petits lieux & trous separez, pour retirer quelque chose, comme ruches à miel & ou nichent les oiseaux. Hisp. Cauanas ò caſillas como del palomar.} Colum. libro 8. cap. 8, Vel si nou ita competit paxillis adactis tabulæ supponātur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant. Idem lib. 9. cap. 12, Crepitaculis æreis, aut testarum plerunque vulgo iacentium terreatur fugiens iuuentus: eáque quæ vel pauida quum repetierit alueum maternum, & in eius aditu glomerata pependerit, vel statim se ad maximam frondem contulerit, protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intrinsecus prædictis herbis: deinde guttis mellis respersum admoueat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo siue theca rei alicuius. Vitruuius lib. 10, Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatū, inclusum in alterum loculamentum collocetur.

Locuples, pen. corr. genitiuo locupletis, pen. prod. Diues, multa possidēs: quasi locorum plenus, hoc est multos habens agros, seu possessiones. {πολυκτήμων, πλούσιος. Ital. Ricco. } Gal. Riche. Hispan. Ricco. } Plin. lib. 18. cap. 3, Cognomina etiam primi inde Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerunt: Pisones à pinsendo: hinc & Locupletes dicebant, loci, id est agri plenos. Est autem hoc nomen omnis generis, secundū Priscianum, tam in i, quàm in e finias ablatiuū. Cic. Attico, Nec moderatior quàm Sylla in pecuniis locupletium. Idem in Frument. In prouincia locupleti & referta. Horatius 2. Serm. In locuplete domo. ¶ Neque solùm pro diuite, & loca multa possidenti accipitur, verumetiam pro firmo, certóque & magnæ autoritatis, indubitataque fidei homine. Vnde Locupletem autorem, testem, tabellarium dicimus, de cuius fide meritò nemo debeat ambigere, ἀξιόπιστος. Cic. lib. 3. Offic. Accedit eò testis locuples. Possidonius. Et paulo post, Quorum quidem testem nō mediocrem, sed haud scio an grauissimum Regulum nolite quæso vituperare. Quē enim locupletiorem quęrimus quàm principem pop. Rom. qui retinendi officij causa, cruciatum subierit vltro? Locupletis antitheta sunt Egens, & tenuis. Cic. 4. Verr. Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. Idem pro Plancio, Egentes in locupletes atmabantur. ¶ Locuples orātio, diues verborū, & abundans. Cicero 3. de Orat. Inde ille licentior, & diuitior finxit dithyrambus: cuius membra & pedes, vt ait idem, sunt in omni locuplete oratione diffusa. ¶ Locuples etiam aliquando per translationem ponitur pro instructo & copioso. Cic. 1. de Natu. deor. Locupletior igitur hominum natura ad beatè viuendum, quàm deorum: quòd pluribus generibus fruitur voluptatum.

Locupleto, as, penult. prod. Dito, locupletem reddo. {πλουτίζω. Ital. Arricchire. Gal. Enrichir. Hisp. Enriqueser à otro.} Colum. libro 3, Vt antè perpensum & exploratum habeamus, vt locupletet patrem familiæ vinearum cultus. Plaut. Visus est paterna hæreditate locupletarier. Cicero 5. Verr. Ob hasce res, quoniam te locupletaui, hoc anulo aureo dono. Idem 1. Offic. Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione. ¶ Huius compositum est Collocupleto, de quo suo loco.

Loco, as, Pono, constituo. {τίθημι. Ital. Collocare, porre. Gal. Mettre en quelque lieu, asseoir, poser. Hisp. Poner alguna cosa en lugar.} Liu. lib. 1, Castra ab vrbe haud plus quinq; millia passuum locat. Virgil. 1. Aene. -hîc alta theatri Fundamenta locant alij. ¶ Interdū est reponere. Plaut. Aulul. Dum aulam domi locatam perquirit, ablatam repetit. ¶ Interdum nuptui tradere. {ἐκδίδωμι, γαμετίζω. Ital. Maritare. Gal. Donner en mariage, marier. Hisp. Casar hija, ò nieta ò criada.} Terent. in Phorm. Quæso quid si filiam suam vnicam locaret? ¶ Pro eodem etiam diximus, Locare filiam nuptum. Terent. in Phor. Vt potui, virginem nuptum locaui huic adolescenti. Item Locare in matrimoniū. Plaut. in Trinummo. Vbi erit locata virgo in matrimonium. ¶ Interdum idem est quod pretio vtendum do. {μισθῶ, ἐκμισθῶ, ἐκδίδωμι. Ital. Affittare. Gal. Bailler à loage, loer. Hispa. Arrendar alguna cosa à otro.} In qua significatione frequenter datiuum habet personæ cui quid locatur, cum accusatiuo rei quæ locatur, & ablatiuo pretij: vt, Aedes quas in Palatio amplissimas habebas, centum te sestertiis Mutio locasse audio. ¶ Sæpe tamen pretium non exprimitur. Cic. in Verr. Menonis nobilissimi honoris vxoris fundus erat colono locatus. ¶ Locare alicui operam suam, est aliquid mercede faciendum suscipere. μισθοῦσθαι. Gell. lib. 5. cap. 3. Ob quærendum victum ad circumagendas molas quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse. Plautus Trinummo, Nam operā meam tribus numis ego locaui ad artes nugatorias. ¶ Locare alicui opus faciundum, dicitur is qui pro opere faciundo alteri mercedem constituit. μισθοῦν. Sulpitius Ciceroni, Curauimus vt iidem Athenienses in eodem loco monumētum ei marmoreum faciendum locarent. ¶ Interdum locare idem est quod collocare, siue impendere: vt quum operam, pecuniāmve bene aut malè locatam dicimus. Plautus Mostel. Nec quicquam argenti locaui tam diu vsquam æquè bene. Idem Amph. Optumè optumo optumam operam das, datam pulchrè locas.

Locito, as, penultima corre. Frequentationm formatum à supino verbi Loco, a in i mutata. {μισθοῦν, ἐκδίδωμι. Ital. Affittare spesso. Gal. Bailler souuent à loage, loer souuent. Hispani. Arrendar à menudo.} Terent. in Adelph. Agelli est hic sub vrbe paululum quod locitas foras: Huic demus qui fruatur.

Locator, oris. {ὁ μισθωτής, ὁ μισθωτός. Ital. Colui che dà à fitto. Gal. Loeur, qui baille à loage. Hispa. El que arrienda à otro por renta.} Propriè dicitur is qui rem aliquam pretio vtendam dat: vt, Locator prædij vel ædium, dicitur is qui prædij ædiúmve vsu conductori concesso pretium accipit. ¶ Interdum tamen locator is dicitur qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedem constituit. Bud. Quanquam locator sit plerunque qui pretium accipit, & conductor qui dat: vt sit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquam viceuersa euenit vt locator pretium det, cōductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 52, Romæ quoque Corfidium materteræ suæ maritum, funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

Locatio, onis, verbale, Relatiuum est Conductionis: propriéque eius est qui pretium accipit. {μίσθωσις, ἔκμισθωσις. Ital. Locatione, il dare à fitto. Gal. Loage, bail à loage. Hispa. Arrendamiento.} Cic. 3. Verr. Hic istius sceleratæ locatione, nefarióque latrocinio, bonis patriis, fortunisque omnibus spoliatus, venit in iudicium. Idem ad Attic. lib. 4, Disturbata porticus Catuli quæ ex s. c. coss, locatione reficiebatur, & ad tectum pene peruenerat. ¶ Inducere locationem, est irritam facere locationem, tabulásque de locatione confectas interlinire, aut discerpere. Cicero ad Attic. libro 1, Asiani qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse, vt induceretur locatio, postulauerunt.

Locusta, stæ, Insecti genus est, infirmas habens alas, tam modicis se volatibus è terra attollēs, vt saltare potius videatur quàm volare. {ἀκρίς. Ital. Canaletta. Gal. Vne langouste, vn sauterau, ou sauterelle. Hispa. Langosta.} In Africa & Syria maiore corpore nascuntur, firmioribúsque alis: tanta autem copia, vt herbas, messésque omnes aut erodāt, aut tactu adurant. Quinetiam & maria transuolare dicuntur, & absumptis domesticis omnibus, extetus pabula quærere, non sine infausto præsagio eorū ad quos penetrarint. In India monstrosæ magnitudinis nasci traduntur, vt interdum trium pedum longitudinem excedant: ex quorum femoribus & cruribus, quum inaruerint, serræ solent confici. Vide plura de his apud Plin. lib. 11. cap. 29. ¶ Locusta etiam piscis est ex genere crustatorum, corpore longo, cornua ante oculos bina, longa & aspera habet: dictus à similitudine terrestris. Plin. lib 9. cap. 30, Locustæ fragili crusta muniuntur in eo genere quod caret sanguine. Latent mensibus quinis: & veris principio senectutem exuunt anguium more, renouatione tergorum. Cætera in aquis natāt: locustæ reptantium modo fluitant. Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis: in pauore, in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Vnum hoc animal, nisi viuum feruenti aquæ incoctum, fluida carne non habet callum.

LOCVSTA, Venefica fuit Neroni grata, ex Galliis euocata: cuius opera Agrippina Claudium, & Nero Britannicum de medio sustulerunt: vt est videre apud Tacitum lib. 11. & 12. Iuuen. Saty. 1.

Instituítque rudes melior Locusta propinquas
Per famam, & populum nigros efferre maritos.

Locutio, Locutor, Locutuleius, vide LOQVOR.

Lodix, cis, penult. prod. Lecti operimentum. {στρωμνή. Ital. Coltre schiauina, coperta di letto, Gal. Loudier ou grosse couuerture de lit. Hisp. La manta ò cobertor de cama.} Iuuenalis Satyr. 6, Ζωὴ, καὶ ψυχὴ modo sub lodice relictis Veteris in turba.

Lodicula, læ, diminutiuum. {ἡ μικρὰ καὶ σύντομος στολή. Ital. Picciola schiauina ò coltra. Gal. Vn petit loudier ou couuerture de lit. Hisp. Pequeña manta ò cobertor de cama.} Sueto in Augusto, Ita vt in extremis spatiis subsultim decurreret festiculo, vel lodicula inuolutus.

Lœdoria, λοιδορία, cum accentu in pen. A Græcis dicitur mordax conuitium: differtque à scommate, quòd hoc sit mordacitas quadam vrbanitate & loco adumbrata: lœdoria verò apertum, amarulentúmque conuitium, nulla vrbanitatis specie velatum. Vide Macrobium in Saturn.

LOIMIVS, λοίμιος, Apollinis cognomen, quod ei Lydij imposuerunt ob malorum expulsionem, finita pestilentia. Nam pestem Græci λοιμὸν appellant.

Logarium, Logeum, Logica, Logion, Logistæ, Logisterium, Logistice, Logistoricus, Logodædalus, Logographi, vide LOGOS.

Logos, {λόγος. Ital. Ragionamento, parola, ragione. Gal. Parole, raisonnement. Hispa. Razon, palabra, razonamiento.} Apud Græcos modò sermonem significat, modò verbum, modò rationem. Hieron. ad Paulinum, Logos Græcè multa significat: nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiúsque rei, per quam sunt singula, quæ subsistunt. Augustin. contra hæreses, Hermes, qui Latinè dicitur Mercurius, scripsit librum, qui λόγος τέλειος appellatur, id est verbum perfectum. ¶ Λόγους item Græci vocant opetis tomos, siue sectiones, quos & libros Latinè appellamus. ¶ Habet & alia significata apud Græcos, quæ ad nostrum institutum nihil pertinent. Hoc tamen hîc prætereundum non fuit, logos etiam à Latinis scriptoribus vsurpari, pro verbis futilibus, & ad nihil prorsus cōducentibus. Cice. Gallo, Ego te certò scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animaduertisse. Terent. in Phorm. Fœnetatem istud beneficium tibi pulchrè dices. Dilogi, id est ridicula dicta, & verba inutilia. ¶ A logos fiunt, Catalogus, epilogus, dialogus, elogium, analogia, & propè infinita alia.

Logarion, {λογάριον. Ital. Picciol conto, picciol registro. Gal. Petit conte ou petit registre. Hisp. Pequeña cuenta ò pequeño registro.} apud Vlpianum l. 3. de Penu. legat. Accipitur pro leuioribus minutioribúsque rationibus, quales iis de rebus quæ quotidie in vsum familiæ erogantur, in aduersariis solent conscribi. Verba Vlpiani sunt hæc, Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad logarion paratas, contineri appellatione Penoris.

Logeum, penult. prod. λογεῖον, Pulpitum in scena, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum (quoad Comœdiæ chorum habuerunt) cæterique personam non habentes, fabulæ subseruiebant. Vtitur hac voce Vitru. libro 5.

Logica, cæ, & Logice, ces. {λογική. Ital. Logica, dialettica, arte da disputare. Gal. Logique, dialectique, science pour disputer. Hisp. La logica, arte de disputar.} Ars differendi, verúmque inquirendi, quæ & Dialectica dicitur. Nonnulli Græcæ vocis etymon reddentes, rationalem philosophiæ partem appellant Cicero 1. de Finibus, Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac differendi, quæ λογική dicitur, iste vester, vt mihi quidem videtur, planè inermis ac nudus est. Ibidem, Totáque est logice, quam rationem differendi voco. Boëthius in Commen. Top. Hæc est (inquit) disciplina quasi differendi quædam magistra, quam Logicen veteres

veteres Peripatetici appellarunt: continens in se inueniendi, iudicandique peritiam.

Logica, logicorum, neutr. gen. plur. num. Cic. 4. Tuscul. Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici, quæ logica appellant, quia differunrat subtilius.

Logion, pen. corr. λόγιον, Græci oraculum appellant, præsertim soluta oratione editum. Nam quod carmine respondebatur, χρησμὸν potius nominant: vt post Suidam annotauit Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 6.

Logistæ, λογισταί. Supputatores, siue æstimatores dicuntur, ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod est rationes subducere, æstimare, seu rem aliquam diligenter expendere. ¶ Athenis Logistæ magistratus erant, quorum munus erat expendere quæ in magistratu quisque gessisset. Aristophanis tamen interpres Logistas eosdem fuisse existimat cum Agoranomis, quorum munus idem fere erat cum eorum officio qui Romæ Aediles dicebantur.

Logistice, es, λογιστική. Ars supputandi quam vulgus *Abacum* vocat: ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod est supputare & calculum subducere.

Logisterium, λογιστήριον. Locus in quo exercitus recensetur, militiq; stipendium penditur. Iulius Pollux inter Athenienſium diœsteria numerat & Lostigerium: interpretatúrq; locum fuisse in quo Logistæ considere, & muneri suo vacare consueuerunt.

Logistoricus, Liber fuit Varronis sermonū, & dictorum insignium narrationem continens. Gellius lib. 4. cap. 19. Marcus Varro in Logistorico scripsit, &c. Macrb. lib. 3. Saturn. Varro in Logistorico qui inscribitur Martius de Fortuna.

Logodædalus, λογοδαίδαλος. Qui inanem verborum ornatum, nō rerum, pondus sequitur: siue qui captiosa, artéq; composita oratione alium in fraudem conatur inducere. Cic. in Orat. Hæc tractasse Thrasymacum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium multósque alios quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Logographi, pen. corr. λογογράφοι. Teste Suida, dicuntur qui acta iudicialia excipiunt. Cuius sententiæ subscribit & Ammonius οἱ ἐμοὶ καὶ ἄλλοι λέγουσι: cuius hæc sunt verba, λογογράφοι εἰσὶν, οἱ τὰς δικανικὰς λόγους γράφοντες. Demosthenes tamen, & Aeschines vocem hanc in deteriorem partem ferè vsurpant, magnique conuitij loco sese mutuò λογογράφους appellant.

Loligo, pen. prod. genit. loliginis, Piscis genus, à volatu dictum, teste Varrone. ξ τὰ Ἀθ. Theodoro. Ital. *Pesce calamaro.* Gal. *Vn poisson qu'on appelle callemar, ou tante.* Hisp. *El calamar pescado conocido.* ξ Nam (vt ex Trebij Nigri sententia scribit Plin. lib. 32. cap. 2.) tanta interdum multitudine è mari euolant loligines, vt nauigia demergāt. Coëunt linguis, quemadmodum & sepiæ, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes: pariunt autem ore. Itali hodie à thecæ calamatiæ similitudine *calamarium* appellant. Habent enim duo officula, quorum alterum calami, alterum gladioli perspicui, pellucidiq; imaginem refert. Ad hæc cruorem habet nigrum atramenti similitudine. Vnde succum loliginis pro liuore hominis parum candidi ponunt Horat. 1. Sermonum Saty. 4. -hic nigræ succus loliginis, hæc est Aetugo mera. Vbi Porphyrio, Ex loliginis succo liuorem mentis vult intelligi: ex ærugine, venenum. Prima huius dictionis syllaba semper producitur, idque contra naturam primitiui Volo quod priorem corripit. Vnde nonnulli in carmine geminato I scribunt lolligo.

Loliguncula, diminutiuum, τὸ διδιον. Plautus in Casina, Emito sepiolas lepidas, loliguncúlas, &c.

Lolium, lij, Herba est hordeo similis, (cuius etiam vitium esse putatur) in segetibus nascens. Gallis *Yuraie.* Ital. *Loglio.* Gal. *Yuraye.* Hisp. *El joyo ò vallico.* ξ Virg. 1. Georg. Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ. Plin. lib. 18. cap. 17. Nam lolium, & tribulos, & carduos, lappáſque non minus quàm rubbos inter frugum morbos potius, quàm inter ipsius terræ pestem numerauerim. ¶ Lolio victitare dicuntur, qui visu sunt imbecillo: nocet enim oculis lolium, propter vapores acres quos in cerebrum attollit. Ouid. 1. Fast. Et careant loliis oculos vitiantibus agri.

Loliaceus, a, um, Quod ex lolio est. ξ Ital. *Di loglio.* Gal. *D'yuraye.* Hisp. *De joyo ò vallico.* ξ vt, Farina loliacea.

Loliarius, a, um, ξ Ital. *Pertinente à loglio.* Gal. *Appertenant à yuraye.* Hisp. *Pertenesciente à joyo ò villico.* ξ vt, Cribrum loliarium, quo lolium ex frumento excernitur. Colum. lib. 8. cap. 5. Cribro vicario, vel loliario, qui iam fuerit in vsu, palli superponantur.

Lolius, Genus piscis admodum parui, & facie à loligine dissidens. τὸ ἰός. Vide Hermolaum in Plinium.

Lomentum, ti, Farina fabacea, qua ad eruganda corpora vsa est antiquitas. ξ Ital. *Farina di fave.* Gal. *farine de feues.* Hisp. *Harina de las habas.* ξ Martialis lib. 3. Lomento rugas vteri quòd condere tentas. Plin. lib. 22. cap. 25. de faba loquens, Lomento, inquit, ex aceto decocto, tumores matutat, atque aperit. ¶ Est item Lomentum coloris quoddam genus quod in vsum pictorum ex cæruleo confici solet. Plin. libr. 33. cap. vlti. Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum: perficitur id lauando terendóve: & hoc est cæruleo candidius. Et paulo pòst, Est & subtilissimum genus lomenti, (quidam tritum vocant) quinis assibus æstimatū. Postremum hoc genus à Grecis propriè λείμμα appellatur.

Lonchitis, ξ λογχῖτις. Ital. *Herba di longo gambo.* Gal. *Espece de plantin qu'on dit long plantin ou lancelee.* Hisp. *El carmel yerua nota.* ξ Herba est in locis frutentibus nascens, foliis porri, ad radicem rubentibus, flores habens ceu galericulos, personis comicis similes, paruam exerentes linguam: semen verò inuoluetis clausum, triangulum, & lanceæ simile: vnde sibi nomen vendicauit. Non esse autem eandem cum Xiphio, seu Phasgano vendicauit. Non esse autem eandem cum Xiphio, seu Phasganitio (vt hactenus à Dictionarij huius concinnatoribus perperam creditum est) apertissimè docet Plin. lib. 25. cap. 11.

LONDINIVM. Λονδίνιον Ptolemæo lib. 2. cap. 3, siue vt aliis placet, Londinum, Britanniæ insulæ metropolis. Vulgò *Londres.*

Longano, onis, A quibusdam appellatur intestinum rectum, à crasso intestino, quod κῶλον appellant, ad sedem vsque porrectum, spinæ è directo incumbens. ἀπὸ τοῦ ῥέχειν ἐπὶ τὰ ὀπίσω. Ratio nominis inde tracta est quòd in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, vt cætera intestina.

Apicius, Longanones porcinos ex rure Tarentino, farcto cunctos in cinere pullorum.

Longæuus, Longaminis, vide LONOVS.

LONGOBARDI, Populi Cisalpinæ Galliæ à Germanis oriundi, & à barbarum prolixitate cognominati. Hi relicto Oceano vltimísque Germaniæ oris, Albino duce Italiam ingressi, breui omnes pene citeriotis Galliæ vrbes cepere. Ibi quum ducentis annis regnassent, à Carolo magno superati fuerunt. Alij arbitrantur Longobardorū gentem ex Lingonibus, & Batdis, hoc est Gallis coaluisse: quemadmodum Celtiberi ex Celtis Galliæ populis & Iberis creduntur commissi: ideóque Lingobardos potius appellandos putant.

Longus, ga, gum, Propriè (inquit Nonius) idem est quod per planum porrectus. ξ μακρὸς. Ital. *Longo.* Gal. *Long.* Hisp. *Luengo.* ξ Virg. 3. Georg. Tum longo nullus lateri modus. ¶ Nonnunquam idem quod in altum erectus, hoc est procerus. Virg. 9. Aeneid. Stant longis inuixi hastis, & scuta tenētes. Plautus Trin. -qua facie est homo? s. Sesquipede quidem est quàm tu, longior. Longus pedes septem. Plinius, In hoc cæli circumplexu æquinoctij die medio, vmbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, vmbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Lōgus pedum quatuor. Columella, In morem horti areas latas pedum denūm longas pedum quinquagenūm facito. Idem, atq; ita mense vltimo Aprilis seritur tantum quantum singuli cyathi seminis locum occupent, decem pedum longū, & quinq; latum. ¶ Per translationem ponitur quandoq; pro diuturno. Virg. lib. 3. Aeneid. Et longum Andromache testantur amorem. ¶ Ponitur nonnunquam pro prolixo & fuso. Plaut. in Trin. Longo sermone vtimur. Cicero lib. 1. de Nat. deo. Sed nolo esse longior. Longum est, id est multi temporis. Cicero 3. Verr. Longum est dicere quàm improbè fecerit. ¶ Quandoq; pro magno: vnde Longiores dies, maiores dicimus. ¶ Quandoq; pro pernicioso. Virg. lib. 1. Aeneid. Necnō & vario mortem sermone trahebat Infœlix Dido, longúmq; bibebat amorē. ¶ Longa dies, pro longo tempore. Plautus. Epid. Longa dies animum incertat meum. Iuuen. Saty. 10. Longa dies igitur quid contulit? ¶ Ne longum faciam, id est vt breuiter dicam. Horat. libr. 1. Serm. Saty. 3. In longum ducere. Virg. 9. Aegloga, Causando nostros in longum ducis amores.

Longùm, aduerbialiter, Quod significat longo tempore. ξ μακρῶς. Ital. *Longamente.* Gal. *Longuement.* Hispa. *Luengamente.* ξ Martialis, Vtque tuis longùm dominūſq;, puérq; fruantur Muneribus. Virg. lib. 10. Aenecid. -non me, quicunq; es, inulto Victor, nec longùm lætabere. Idem tertia Aegloga, Et longùm formose vale, vale inquit, Iola.

Longè, aduerbium, Idem significans quod procul, siue longo intertuallo. Et modò de loci spatio dicitur. ξ πόῤῥω, μακρόθεν. Ital. *Di lungi.* Galice. *De loing, loing.* Hisp. *Lexos ò de lexos.* ξ Cic. pro Flacco, Non longè à gradibus Aureliis hæc causa dicitur. Ibidem, Longè omnino à Tyberi ad Caicū. Idem pro domo sua, Eius simulachrum non longè à Tanagris in sepulchro positū fuit. ¶ Modò de temporis internallo. Cic. pro Sylla, Tempus muneris dandi longè abest. Idem de Claris Oratoribus, Varro vitam Nœuij producit longius. Longè, latéq;, id est multis variisq; in locis. διῤῥύδην. Cic. 1. de Nat. deo. Sol longè latéque collucet. Idem pro Lege Manilia, Tantum bellum, tam diuturnum, tam longè latéq; dispersum. ¶ Interdum significat valde. Sallustius, Longè mihi alia mens est. ¶ Interdum accipitur pro multò, iungitúrq; comparatiuo, aut superlatiuo, μακρῷ. Cic. de Claris Orato. Vir longè post natos homines improbissimus. Idem alibi, Illud homini longè optimum esse. Accipitur etiam longè aliquādo pro eo quod barbari dicunt, *à longe.* Sic Virg. 2. Georg. dixit, Littora longè resonantia. Ita etiam ferè accipitur apud Plautum in Truculent. Næ ista stimulum longè habet quæ vsque illine Cor pungit meum, hoc est habet stimulum longum, vel à longè protensum. Longè prospicere futuros casus, est eos longè ante videre quàm eueniant. Cic. de Amic. Vt nos longè prospicere oporteat futuros casus Reipub. Longè gentium significat omnino longè. sicut, Nusquam gētium, nusquam locorum, idem significante quod omnino nusquam. Cicero Atti. libr. 6. Tu autem abes, longè gentium.

Longulus, la, lum, diminutiuum, ξ μακρούλος. Ital. *Longhetto.* Gal. *Longuet.* Hispa. *Luengo un poco.* ξ vt, Longulum iter. Cic. Atti. lib. 16. Itaq; eo die mansi Aquini, longulum sanè iter, & via inepta.

Longiusculus, la, lum, diminutiuum à cōparatiuo Longior siue Longius, idem valens quod paulò longior. μακρότερος. Cicero pro Archia, Quòd epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis. Plin. lib. 10. cap. 36. Fœmininis passeribus longiusculum spatium.

Longulè, diminutiuum. ξ μακρὰ πόῤῥωτον. Ital. *Vn poco di longi.* Gal. *Vn peu loing.* Hisp. *Lexos vn poco.* ξ Plautus in Rud. Haud longulè ex hoc loco.

LONGIMANVS, ni, Cognomen fuit Artaxerxis Persarum regis, inde impositum quòd alteram manum haberet longiorem. μακρόχειρ.

Longipes, pedis, omn. gen. Longos pedes, siue longa crura habens. ξ μακρόκωλος. Ital. *Longa di piede.* Gal. *Haut sur iambes, qui a longs piés.* Hisp. *El que tiene luengos los pies.* ξ Plin. libr. 30. cap. 4. Bupresis animal est rarum in Italia, simillimum scarabæo longipedi, hoc est longos pedes habenti.

Longæuus, a, um, Annosus, senex, quasi longi æui. ξ πολυέτης, μακρόβιος. Ital. *Vecchio, attempato, de longa età.* Gal. *Qui vit ou a vescu long temps, de longue vie & durée.* Hisp. *Cosa de luenga edad.* ξ Virg. 8. Aenecid. Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux Educet syluis regem, regumq; parentem. Idem 3. Aenecid. Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti Haud dubitanda refer. Cice. in Catone, O miserum senem qui mortem contemnendam in tam longæua ætate non viderit.

Longæuitas, tis, Annositas, senectus. μακροχρονιότης, πολυετία.

Longanimis, nime, pend. corr. Qui est perseuerantis animi, æquanimiter tolerans quicquid sibi acciderit. μακροθύμος. Ital. *Patiente d'animo, che tolera i casi della fortuna.* Gal. *Patient.* Hisp. *Paciente y sufrido.*

Longanimitas, Pro tolerantia. ξ μακροθυμία. Ital. *Tolerantia, patientia.* Gal. *Patience.* Hisp. *Paciencia, y sufrimiento.* ξ Hieronymus, Longanimitas quæ alibi sustentatio dicitur, à patientia differt.

Longitudo, dinis, Prolixitas. ξ μακρότης, μῆκος. Ital. *Longhezza.* Gal. *Longueur.* Hisp. *Longura.* ξ Plin. lib. 11. cap. 25. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Cic. 9. Philip. Non longitudo itinerum, Non asperitas viarum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, non morbus ingraueſcens retardauit. ¶ Accipitur nonnunquam pro longo temporis ſpatio. Terenti. in Heaut. Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia Quæ eſſent, prima habere, neq; conſulere in longitudinem, Cæpit rationem, vt neque egeres, neque vt hæc poſſes perdere. Cic. 7. Verr. Noctis longitudo ſtupris & flagitiis conterebatur.

Longinquus, a, um, Quod eſt remotum, diſtans. {λόντηρ, μακρός. Ital. *Lontano, ſtrauerſo.* Gal. *Longtain.* Hiſp. *Coſa de lexos.*} Cice. Marcello, Non dubito quid præſentes cenſeant, nos quidē longinqui, & à teipſo miſſi in vltimas gentes. ¶ Aliquando ſignificat quod in longum tenditur. Claudianus, Sic qui vecturus longinqua per æquora merces Mollitur tellure ratem. ¶ Aliquando ponitur pro externo & peregrino ἀπόδημος. Ouid. de Triſti. Si mea longinquus viſcera piſcis edet. Et longinquo, & E præſenti opponuntur. Plin. lib. 7. cap. 51, Repetimus inter exempla Clazomenij, animam relicto corpore errare ſolitam, vagámque è longinquo multa annuntiare, quæ niſi à præſenti noſci non poſſent. Ex longinquo veniens nobilitas, dicitur antiqua nobilitas. Plin. libr. 10. capite 42, Minor nobilitas quia non ex longinquo venit, &c. ¶ Ponitur aliquādo pro diuturno. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Donec ipſe quoque longinquo morbo eſt implicitus. ¶ Aliquando pro longo. Plautus in Milite, Vitam longinquam darent. ¶ Nonnūquam pro ſero ſiue lento. Plautus Mercat. Longa quum amanti iſtud. Longinquus ſermo opponitur breui. Plaut. in Mil. Breui n' an longinquo ſermone? ¶ Longumquum loqui, id eſt diutius, & quod barbari dicunt, *tenere longum proceſſum.* Plautus in Mercat. Oratio næ odioſa eſt, quum rem agas, longinquum loqui? Equidem ad capita rerum peruenias.

Longinquitas, Ipſa locorum diſtantia. {λόντης. Ital. *Lontananza.* Gallicè, *Loingtaineté, longue diſtance des lieux.* Hiſp. *Aquella lexura de lexos.*} Cice. ad Cælium lib. 2. Propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſimè omnia perferuntur. ¶ Aliquando pro diuturnitate. Terentius in Hecyra, Hæc mihi nunc cura eſt maxima, vt ne cui mea longinquitas ætatis obeſt, mortémve exoptet meam. Cæſar 1. belli Ciuilis, Tamen rei eius moram, temporiſque longinquitatem timebat. Cic. 2. de Finibus bonorum & malorum, Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit: qui ſibi is conueniet, ſi negabit voluptatem creſcere longinquitate?

Longiſco, is Longus fio. {κλωνίσκομαι. Ital. *Diuentar lungo.* Gal. *Deuenir long.* Hiſp. *Hazerſe luengo.*} Ennius, Neque corpora firma longiſcunt quicquam. Nonius.

Longurio, onis, Longus homo, & procerus à perticæ, quam longurium vocant, ſimilitudine dictus. {ἐπὶ μήκους, ἐπὶ μεγάθους, ἐπὶ μήκους. Ital. *Lungo.* Gal. *long.* Hiſp. *Luengo.*} Varro, Hic qui ante me eſt, neſcio quis longurio. Antiquum eſt.

Longurius, rij, Pertica longior quæ ſepibus hortorum, vel etiam bellicis traiici ſolebat ad eas confirmandas. {ῥάβδος, δόλιχος. Ital. *Lunga pertica.* Gal. *Vne longue perche.* Hiſp. *Haſta à pertiga luenga.*} Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 14, Secunda ſepes ex agreſti ligno, ſed non viuit. Fit autem palis ſtatutis crebris, ac virgultis implicitis, aut latis perforatis, & per ea foramina traiectis lōgurijs ferreis binis aut ternis, aut ex arboribus truncis demiſſis in terram, deinceps conſtitutis. Idem lib. 2. capi. 7. Itaque in ſtabulis oportet clauſa habere oſtia ac feneſtras, & inter ſingulas à præſepibus interiicere longurios qui ea diſcernant, ne inter ſe pugnare poſſint. Cæſar lib. 4. bel. Galli. Hæc directa materia iniecta contexebantur, ac longuriis, cratibúſq; conſternebantur.

LOPADVSA, λοπάδουσα, Inſula inter Siciliam & Lybiam eregione Thapſi, cuius meminit Strabo lib. vltimo.

Lopas, adis, λοπάς, Genus, conchæ marinę. Plaut. in Medico paraſito, Adcito lopades, echinos, oſtreas. Dictæ lopades à vaſis culinarij generis, quod Græci λοπάδας λοπάδιον appellant. Bayfius ſartaginem interpretatur. ¶ Eſt & Lopas, ſiue Lope, veſtimenti genus: in qua ſignificatione priorem ſyllabam producit, quum apud Græcos ſcribatur per ω.

Loquor, loqueris, locutus per c, ſecundum Priſcianum, ſiue loquutus per q, Propriè ſignificat, verba qualiacunque profero. {λαλέω, φθέγγομαι. Ital. *Parlare, ragionare.* Gal. *Parler, diſcourir, raiſonner.* Hiſp. *Hablar, razonar.*} Differunt autem loqui, & dicere, quòd loqui ſit à natura: dicere, eleganter & facundé. Quanquàm loqui aliquando pro dicere poſitum inuenitur. Plaut. in Menæch. Quos tu parаſitos loquere? Ibidem, Adoleſcens quæſo loquere tuum mihi nomen. Loqui ad voluntatem, apud Ciceronem in Paradox. eſt quod lubet, dicere. Loqui ad voluptatem, eſt ſermone ſuo voluptatem audientibus afferre. Cice pro Quintio, Fatetur ſe non dicere, non ad voluptatem loqui poſſe. ¶ Loqui lapides, eſt ea loqui quæ ſic audientis mentē obtundunt, ac offendunt, vt ſi lapidibus illius caput ferires. Plaut. in Aulula, Quia mihi miſero cerebrū excutiunt tua dicta ſoror, Lapides loqueris. ¶ Loquuntur hoc palām. Cice. 5. Verr. Hoc quum palām Decumani tota prouincia loquerentur. Loquuntur vulgò, id eſt vulgi in ore verſatur. Cicero 7. Verr. Quum vulgò loquerentur, ſuppoſitum in eius locum, &c. Loquuntur annales, hiſtoriæ, hoc eſt, referunt, commemorant. Loquitur res ipſa, hoc eſt apertiſſima eſt, & ſermone non eget. Loquitur fama, hoc eſt homines famam ſecuti loquuntur. ¶ Dare aliquem loquendum chartis, dixit Martialis lib. 5, Quem chartis, famæq; damus populóq; loquendum. ¶ Compoſita huius verbi ſunt, Alloquor, colloquor, circunloquor, deloquor, eloquor, interloquor, obloquor, præloquor, & perloquor: quorum ſignificata partim ſuprà explicuimus, partim infrà ſuis locis exequemur.

Locutus, ſiue Loquutus, participium. {εἰπὼν, φάμενος. Ital. *Chi ha parlato.* Gal. *Qui a paclé.* Hiſp. *El que ha hablado.* Horat. lib. 1. Epiſt. 7. Vt vētum ad cœnam eſt, dicenda tacenda locutus, Tandem dormitum dimittitur. Virg. 1. Aeneid. Sic ore locuta eſt.

Locutio, ſiue Loquutio, loqutionis, Sermo. {φράσις, λάλημα. Ital. *Parlamento.* Gal. *Parole, vn parler, parlement.* Hiſp. *Obra de hablar.*} Cice. in Orat. Quanquam enim omnis locutio oratio eſt: tamen vnius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt.

Locutor, ſeu Loquutor, Qui nimium loquitur. {λάλος. Ital. *Parlatore, ciancione.* Gal. *Parleur, babillart.* Hiſp. *Hablador, parlero.*} Gell. Qui ſunt leues & futiles & importuni locutores.

Locutuleij, Sunt homines in verba prouecti, quos & blateroues, & linguaces dicimus, quorum lingua tam prodiga infrænisq; eſt, vt tetterrima quadam colluuione verborum fluat ſemper, & æſtuet. {ἀδολεσχοῦντες. Ital. *Ciancioſatori, gran parlatori.* Gal. *Grans parleurs, babillars.* Hiſpa. *Habladores, parleros.*} Gell. lib. 1. cap. 15.

Loquacitas, atis, Multiloquium, inanis, & immodica garrulitas. {πολυλογία, πολυλογίη. Ital. *Parlare abondante & vano.* Gal. *Trop grande abondance de paroles, trop parler.* Hiſpa. *Hobra de mucho hablar.*} Cic. Torquato, Facit autem nō loquacitas mea, ſed benevolentia longiores epiſtolas. Idem ad Atticum lib. 7. Loquacitati ignoſces, quæ & me leuat ad te quidem ſcribentem, & elicit tuas literas.

Loquacito, tas, Multùm loquor. {πολυλογῶ. Ital. *Palar molto.* Gal. *Parler beaucoup, caqueter.* Hiſp. *Hablar mucho.*} Hieronym. Si quando mulierculæ de diuitiis propriis, de filiis, de veſtibus, de mundi vanitatibus garrulando loquacitent, vt moris eſt eis, frangantur. Vox noua eſt, quā apud veteres non facilè inuenias.

Loquax, cis, Verboſus, garrulus. {λάλος, πολύλογος. Ital. *Ciancioſatore, che parla molto.* Gal. *Caqueteur, babillart, grand parleur.* Hiſpa. *Coſa mucho ablada.*} Cicero pro Cluen. Præterea ſeruum illum Nicoſtratum, quem nimium loquacem fuiſſe, ac nimium domino fidelem, &c. Idem lib. 2. de Orat. Quare iſtam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax. Hinc corui & aliæ aues quæ humanam vocem imitantur, loquaces dicuntur.

Loquacior, cōparatiuum, λαλίστερος. & ſuperlatiuum loquaciſſimus, λαλίστατος. Cic. de Senectute, Et ſenectus eſt natura loquacior. Idem pro Flacco, Repentè homo loquaciſſimus obmutuit.

Loquaciter, aduerbium. {λαλητικῶς, ἀδολεσχῶς. Ital. *Con abondanza di parole.* Gal. *Auec trop grand' abondance de paroles ſuperflues.* Hiſpa. *Parleramente, con muchas palabras.*} Cic. pro Muræna, Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille?

Loquela, loquelæ, Sermo, quem loquendo proferimus. {λαλιά. Ital. *Parola.* Gallicè, *Parole.* Hiſpanicè, *Habla.* Catullus, Verboſa gaudet Venus loquela.

Loquentia, tiæ, & Loquium, quanuis à loquor deducantur, non tamen eis vtimur, niſi in compoſitione: vt, Breuiloquentia, breuiloquium: multiloquentia, multiloquium: magniloquentia, magniloquium. Similiter magniloquus, multiloquus, ſtultiloquus, blandiloquus, & huiuſmodi, magniloquus, multiloquus, ſtultiloquus, blandiloquus, & huiuſmodi, quæ habent penulti. corr. λάλησις, λαλιά. Valerius Probus tamen, teſte Gellio lib. 1. cap. 1. affirmat Salluſtium loquētiam vſurpaſſe pro loquacitate. Sic enim legit, Satis loquentiæ, ſapientiæ parum. Vbi tamen vulgo legitur. Satis eloquentiæ.

Loquitor, aris, Garrio, multùm loquor, verba multa inaniter profundo. {πολυλογέω. Ita. *Ciancioſare, parlar molto.* Gal. *Parler beaucoup.* Hiſp. *Hablar mucho.*} Plautus in Bacch. Eho tu loquitatúſne es gnato meo male? Vſus eſt hoc verbo Apuleius in Floridis.

Lora, æ, ſiue Lorea, Genus potionis eſt, quam Græci ὀξυκράτιον appellant, quaſi ſecundariam: nam ὀξύκρατον apud Græcos ſecundum dicitur. {Itali. *Vino leggiero.* Gal. *Vin de deſpenſe, buuette.* Hiſp. *El vino aguapie.*} Plinius lib. 14. cap. 10, Non poſſunt iure dici vina, quæ Græci ὀξυκράτια appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua vinaceis, quanuis inter vina operaria numerentur. Tria eorum genera. Primum decima parte aquæ addita, quæ musti expreſſa ſit, & ita nocte & die madefactis vinaceis, rurſúſq; prelo ſubiectis. Alterum, tertia parte eius quod expreſſum ſit, addita aquæ, expreſſóque decocto ad tertias partes. Tertium fæcibus vini expreſſum, quod fæcatum Cato appellat. Varro de Vita popu. Roman. Antiquæ mulieres maiores natu bibebant lorā. Dicta lora quaſi lota, quòd fiat ex vinaceis aqua dilutis. Vide Varronem de Re ruſt. lib. 1. cap. 54, & Columellam lib. 12. cap. 40.

Loramentum, Lorarij, vide LORVM.

Lorica, cæ, pend. prod. {θώραξ, θώρακος. Ital. *Panciera, lorica, Corracina, corazza.* Gal. *Halecret, cuiraſſe ou harnois d'hōme d'armes, brigandine ou cotte de maille.* Hiſp. *Cotta de malla.*} Eſt munimentum corporis, quale in Imperatorum antiquis ſtatuis videmus: quanuis generaliter accipiatur pro omni eo quo corpus aduerſus vim tegimus. Dicta autem putatur lorica à loro. Nam antiquitus, teſte Varrone, pectoralia ex crudo corio fiebant. Cicero pro Muræna, Deſcendi in campum cum firmiſſimo præſidio fortiſſimorum virorum, & cum illa lata inſigniq; lorica, non quæ me tegeret: etenim ſciebam Catilinam non latus, aut ventrem, ſed caput & collum ſolere petere. Liui 5. ab Vrbe, Multóſq; imperitos nandi, aut inualidos, graues loricis, aliiſque tegminibus hauſere gurgites. Virg. 3. Aencid. Loricam conſertam hamis, auróq; trilicem. ¶ Dicitur præterea lorica, in ædificiis quoddam quaſi ſepimentum & veluti peribolus, quæ nos tuetur à lapſu. τοῖχος. Lorica enim pars eſt murorum, & ſtructurarum. Vitruuius lib. 2. de lateritiis parietibus loquens, Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à ventis deiectæ, quā poſſit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica teſtacea lædi lateres, ſed proiectura coronarum reiiciet extra perpendiculum ſtillas. Curt. libr. 8. Anguſta muri corona erat: non pinnæ, ſicut alibi, faſtigium eius diſtinxerant: ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepſerat. Itaq; Rex hærebat magis quàm ſtabat in margine, clypeo vndiq; incidentia tela propulſans. Loricam appellat ſtructuram faſtigiatam, quæ aquam pluuiam vtrinque diſpellit extra perpendiculum veluti ſuggrundalis prominentibus. Huiuſcemodi ſtructuræ à noſtris ſtructoribus Capiſtratæ appellantur. ¶ In pauimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium è marmore tuſo cum calce & arena. Vitruuius libro 6, Itaq; ſi neceſſitas vrgeat, vt minimè vitioſa fiant, ſic erit faciendū. Quum coaxatum fuerit, inſuper altera coaxatio tranſuerſa ſternatur, clauiſq; præfixa duplicem præbeat contignationi loricationem: deinde ruden nouo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur. Varro libro 1. de Re ruſt. cap. 57. Parietes & ſolum opere tectorio marmorato loricandi. Hæc Budæus. Cæſar. 5. bel. Gal. Turres contabulauerunt: pinnæ, loricæque ex crateribus attexuntur.

Lorico, cas, Loricam indun. {ἐνθωρακίζομαι, θωρακίζω. Itali. *Armarſi di ſcorazza.* Gal. *Veſtir vn halecret ou harnois, ſe couurir.* Hiſ. *Armare como de cota de malla.*} Plin. lib. 8. cap. 24. Mox vbi pluribus eodem modo ſe coriis

Universidad de Alicante Biblioteca Virtual

loricauit, in dimicationem pergit. ¶Huius verbi compositum est dilorico, de quo alibi.

Loricatus, ta, tum, participium. Lorica indutus. {πανοπλισμένος, θωρηκοφόρος} Ital. *Armato di coraccina.* Gal. *Armé d'vn haleret, bergandine ou cotte de malle.* Hisp. *Armado de cota de malla.* } Liu. 3. bel. Pun. Statua eius indicto fuit Prænestę in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite, &c.

Loricatio, Apud Iureconsultos, accipitur pro ornatu domus speciosо magis quàm necessario. *Hieronym.*

Loricula, æ, diminutiuum. Paruam loricam significat. {μικρὸς θώραξ.} Ital. *Picciola coraccina, picciol Zacco di magia.* Gal. *Petit haleret, petite cotte de malle.* Hisp. *Pequeña cota de malla.* } ¶Accipitur etiam pro munimento quod obsessores vrbium construunt. Nam vltra iactum teli fossam faciunt, eámque vallo sudibus, & turriculis instruunt, vt erumpentibus é ciuitate possint obsistere. {*Lueco fortificato come si fa nelle terre per resistere a gli assalti di altre terre.* Gal. *Vn lieu fort ou fortification que font ceux qui fortifient vne ville pour resister aux faillies de ceux de la ville.* Hisp. *Empresa ó sexbique para defenderse.* } Autor Vegetius lib. 4. Cæsar 8. bel. Gal. ita scribit, Hæc imperat vallo XII pedum muniri, coronisque pro hac ratione eius altitudinis inædificari: fossam duplicem pedum denum, quinúm latertibus directis deprimi: turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus traiectis, constratisque contungi: quorum frontes viminea loricula munirentur, vt hostes à duplici propugnatorum ordine depellerentur.

Loripes, edis, pen. corr. Qui pedem in modum loritorum habet. {ἰμαντόπους.} Ital. *Zoppo, che ha il pie torto.* Gal. *Qui a la jambe torte.* Hisp. *pancayfo.* } Iuuen. Saty. 2. Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Plautus Pœnu. Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes tardissimos.

Lorum, ri, ptiore producta, Propriè significat corrigiam ex corio: vnde habenas, & retinacula iumentorum, quæ ferè ex corio fieri solent, lora appellamus. {ἱμάς. Ital. *Correggia, staffile, redine.* Gal. *Lanieres, longue courroye de cuir, fangle.* Hispa. *La cuerda ó la coyunda.* } Ouid. 2. Metam. Colla iugo abrumpunt, abrutáque lora relinquunt. Ibidem, Corripe lora manu. Virgil. 3. Georg. -illi instant verbere torto, Et proni dant lora: volat vi feruidus axis. Idem lib. 1. Aeneid. Pertur equis, currúque hæret resupinus inani, Lora tenens tamen. ¶Præterea etiam lora dicuntur zonæ ac volumina ex corio bubulo, quibus pugiles vrebantur: quos & cæstus appellabant. ¶Præterea quęcunque ligamina, lora dici possunt. Gell. Postea videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum, vrbe tota circum tabernas ire. ¶Et loramenta, quælibet ligamenta, etiam quæ ex tabulis fiunt. Hierony. Loramento ligneo circundatum ædificij fundamentum non dissoluetur. Iustinus lib. 11. de nodo Gordio, Quum capita loramentorum intra nodos abscõdita reperire non posset, violentius oraculo vsus gladio loramenta cędit. ¶Lorum etiam pro corrigia accipitur qua homines verberantur. Donatus, Lora apud veteres lauta dicebantur à lauro triumphorum, sub qua mos erat captiuos vinciri, ducique per pompam. Ideo autem vt conditionis reminiscantur, loris cæduntur. Vode & Loratij dicebantur: de quibus suo loco diximus. Terent. Adelph. Nam si molestus pergis esse, iam intrò arripiêre, atque ibi Vsque ad necem operiere loris. 5. loris liberi Cic. 13 Philip. Quos Antonius deliciarum causa loris in cõuiuio cædi iubebat à suis publicè. ¶Item lora dicuntur corrigiæ, quibus lecti & sellæ instruuntur: super quibus tomenta, vel culcitræ imponuntur. Marc. lib. 2, Recens sella, linteisque lorisque. ¶Hinc etiam funiculus aureus argenteusve, qui collo gestati solet, lorum appellatur. ¶Inuenitur etiam lorus, λῶρος, masc. gen. sicut & corius, & collus. Apul. Lorum quempiam sinu suo depromit.

Loramentum Vide in LORVM.

Loreus, a, um, adiect. {ἱμάντινος, ἱμαντώδης.} Ital. *Di correggia.* Gal. *De courreye.* Hisp. *Cosa de coyunda.* } Plin. lib. 18. cap. 31, Antiqui funibus, vittisque loreis ea detrahebant. Sic apud Catonem cap. 3, Loreus funis.

Lorarij serui, à loro dicti sunt, quorum officium erat aliquem ex seruis iussu domini aut vincire, aut loris cædere. {λωροδόρμας, οἱ τοὺς ἐφ' ὧν ἐπιτάττοντες, μαστιγοφόροι.} Ital. *Chi battono ò flagellano i serui.* Gal. *Ceux qui d'ordonnent fouetteyent les serfs.* Hispa. *Los que azotauan los siervos.* } Lorariorum frequens est mentio apud Plautum. ¶Dicebantur præterea Lorarij, lictores aut ministri magistratuum, qui eis in prouincias proficiscentibus ministrabant, falcesque præferebãt. Cato id genus homines etiam Brutianos appellat: quoniã Brutij ignominiæ causa iussi sunt à Romanis, vt magistratibus in prouincias euntibus parerent, & præministrarent seruorum vice, quòd primi totius Italiæ ad Annibalẽ defeciuissent.

LORYMA, λώρυμα, Locus est Cariæ, è regione Rhodi insulæ. Plin. lib. 5. cap. 28, & Strabo lib. 14.

LOTIS, idis, λωτίς, Nymphæ nomen est, quæ Priapum fugiens, in arborem loton fingitur transmutata. Ouid. 9. Metamorph.

Lotis in hanc nymphe fugiens obscœna Priapi,
Contulerat versos seruato nomine vultus.

Lotometra, æ, Panis genus est ex semine loti herbæ confectum. Vide Plin. lib. 22. cap. 21.

LOTOPHAGI, pen. corr. λωτοφάγοι, Populi in Africa apud Syrtes, à loto nomen sortiti, quòd arboris eius fructu credantur victitare: cuius cibus tam est dulcis vt aduenis incutiat patriæ obliuionem. Vnde quum Vlyssis socij delati fuissent in Africam, & lotum gustassent, vix inde abducti sunt, vt placet Homero lib. 9 Odyss. Vide LOTOS.

Lotium, lotij, Vrina, à diluendis corporibus appellatum. Est enim totius corporis lotio. {οὖρον. Ital. *Orina.* Gal. *Vrine, pissat.* Hisp. *Vrina.* } Suet. in Vespasiano, Reprehendenti filio Tito, quòd & vrinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: at illo negante, Atqui, inquit, è lotio tamen est. ¶Habet autem hæc dictio, quamuis à supino lotum fieri putetur, contra naturam primitiui primam syllabam correptam. vide Vallam lib. 1. cap. 2.

Lotos, λωτός, Arbusculæ, seu fruticis species Africæ familiaris, à Lotide nympha, quæ Priapum fugiens, in eam arborem fingitur commutata, nomen habens. Ouid. lib. 10. Metamorph. Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos. Hæc arbor (vt inquit Plin. lib. 23. cap. 17, & lib. 21. cap. 17,) in Africa, vocatur celtis: támq; dulci est cibo, (nam myrti modo baccas fert) vt nomen etiam genti, terræque dederit, nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Hinc locus factus prouerbio, Loton gustasti, λωτὸν ἔφαγες: De iis dicebatur qui diutius in peregrinis regionibus hærerent, velut obliti reditus. Neque inconcinnè dicetis in eos, qui simulatque semel voluptatem inhonestam degustarint, ad pristina studia reuocari non queunt. Ligno color niger ad tibiarum cantus expetitur. Quare & à Poëtis pro tibia ponitur. Quidam arbitrantur esse eam arborem quam Romani Viscolum dicunt. ¶Est etiam eodem nomine herba in Aegypto: quam Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati primam nominauit. Hæc recedentibus aquis Nili, prouenit similis fabæ, in cuius capite fructus est papaueri similis: intus grana ceu milium, ex quo incolæ faciunt panem, quam lotometram appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 21.

LOXIAS, λοξίας, Apollo dictus est, vel propter obliqua & tortuosa responsa, quæ huius vates reddebant, quo facilius consultoribus imponerent: vel quòd Apollo, id est Sol, Zodiacum obliquè peterret: λοξὸς enim Græcis obliquus est.

L ante V.

Lubet, buit. Veteres per u scribebant: quod nos per i. Vide LIBET. {Ita. *Piacere.* Gal. *Il plait.* Hisp. *Hauer gana.* } Plaut. Amphitr. Ita verò pellẽ se facit, quando lubet. Ibidẽ. Tuus sum, proinde vt commodum fiet, lubet quicquid facias. Cic. de Senect. Idipsum tamen vt lubebit: quoniã, &c.

Lubens, tis, omnis gene. {ἀσμενος.} Ital. *colui chi fa volentieri vna cosa.* Gal. *Qui fait quelque chose volentiers.* Hisp. *Cosa aplaZible y de buena gana.* } Plautus Cistel. Aedepol factum id est lubenti animo. Idem Sticho, Lubente hercle me facies.

Lubens, Pro lubenter. Terent. Heaut. Faciam boni tibi aliquid pro isthac re, ac lubens. Idem Adelph. Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi lubens bene faxim. Plautus Cas. Lubens fecero, & volens.

Lubenter, aduerbium, Id est lubenti animo. {ἀσμένως.} Ital. *Volentieri.* Gal. *Volontiers.* Hisp. *Plazentera y ganosamente.* } Plautus Rudẽ. Nam qui dormiunt lubenter sine lucro, & cum malo quiescunt. Idem Capt. -omnes profecti liberi lubentius Sumus, quàm seruimus.

Lubidinem, Veteres dixere à lubet, pro libidine. Plautus in Trinummo, Lubido est obseruare quid agat. Idem Menæchmis,

Nam homini misero malum si accedit ad malum,
Maior lubido est fugere, & facere nequiter.

Lubentia, tiæ, & Libentia, quemadmodum dicimus libet & lubet: Idem est quod voluptas, lauritia, deliciæ, iucunditas. {ἡδονή. Ital. *Piacere, diletto.* Gal. *Plaisir, volupté, grace.* Hisp. *Aquel plaZer y buena gana.* } Gell. lib. 15. ca. 2, Cui libentiæ, gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ sint. Plaut. in Asin. Lubentiorem te faciam, quàm lubẽtia est. Quo in loco Lubentiam videtur accepisse pro dea quadã voluptatũ deliciarúmq; præside.

Lubricus, a, um, pen. corr. Quasi labricus. {ἀλισθηρός, γλιοῦς, σφαλερός.} Ital. *Lubrico, che sbriccia.* Gal. *Grillant, glissant.* Hisp. *Cosa liZa para caer, que desliZa ó resbala.* } Propriè enim lubricus locus dicitur, teste Valla lib. 4, in quo quis nequit consistere: quales sunt herbæ perfusæ sanguine, aut terra argillosa humectata, aut marmora læuigata, terra glaciata, aqua gelata, cæteráque huiusmodi, vbi commodè vestigium figere non possumus. Virgil. 5. Aeneid. Et sese opposuit Salio per lubrica surgens. ¶Lubricum item dicitur, quod si comprehendatur, manibus elabitur. faciléque effluit: vt, Piscis lubricus, qui facilè manibus effluit, dum contrectatur. Virg. 2. Aen. Lubrica conuoluit sublato pectore terga. Et alibi, Adytis quum lubricus anguis ab imis. Inde figuratè adolescentia lubrica dicitur, quòd proclinis sit ad lapsum. Cice. pro Cælio, Vix adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. Lubrici oculi, id est mobiles: sicut dicitur pes lubricus, qui est in lubrico, Cic. lib. 2. de Nat. deor. Natura oculos fecit lubricos, & mobiles. ¶Ponitur aliquando pro fallaci & qui multas elabendi nouit vias. Virg. 11. Aen. Nequiequam patrias tentasti lubricus artes. ¶Lubricus locus per translationem dicitur pro difficili & incerto. Cic. 2. Offic. Qui locus est sanè lubricus: quoniam vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Lubricè, aduerbium, pen. corr. Inconstanter, & parum synceré. {γλισχρως. Ital. *Istabilmente, dubbiosamente, in sbriccio.* Gal. *Inconstamment, doubteusement, en glissant.* Hisp. *Dudosamente, con deliZamiento.* } Cic. 2. Philip. Et lubricè veritus in bello est.

Lubricum, ci, pen. corr. Substantiuum. {τὸ γλισχρὸν. Ital. *sbricciamento, istabilità per strada.* Gal. *Glissement, grillement.* Hisp. *DeliZamiento.* } vt, Lubricum itinerum, Tacitus lib. 18. Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate. Idem lib. 1, Illi sanguine suo, & lubrico paludũ lapsantes, &c. Idem lib. 19. Per angusta, & lubrica viarum flexerunt.

Lubrico, cas, Lubricum facio. {γλισχρὸν, ὀλισθηρὸν ποιῶ. Ital. *Far sbricciare.* Gal. *Faire glissant ou grillant, faire glisser.* Hisp. *HaZer desliZar ó resbalar á otro.* } Iuuenalis, Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.

LVCA, λοῦκα, Ciuitas Tusciæ, à qua Lucenses dicuntur qui in ea habitãt, vel qui in ea orti sunt. Vulgo etiam hodie *Lucca.* Dicta à Lucomone Hetruscorum Rege. De hac Strabo lib. 5, Luca vbs est ad montes Lunæ incumbentes, vbi plerunque vicatim habitant: regio tamen virorum probitate floret: & robur militare hinc magnũ educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus militares cepit ordines.

Lucæ boues, siue Lucanæ, Dicti sunt elephãtes, eo quòd in Lucania primùm visi sint, eo tempore quo Pyrrhus Romanis bellum inferebat. Plin. lib. 8. cap. 6, Elephantes Italia primùm vidit Pyrrhi Regis bello: & boues lucas appellauit in Lucanis visos. Dicti autem sunt boues, eo quòd Itali ad ea vsque tempora maius animal non nossent, quàm bouem. Næuius, Atque prius pariet locusta bouem lucam.

LVCANI, Λευκανοί, Populi Italiæ à Samnitibus orundi, secundum mare extensi, Silaro fluuio à Picentinis, Lao à Brutiis dirempti: quorum oppida præcipua fuerunt. Velia, Pæstum, & Buxentũ, aliáq; nonnulla, quæ vide apud Pli. li. 3. c. 5. Hor. li. 2. Ser. Sat. 8, Lucanus an Appulus anceps.

Lucanica, Genus farciminis ex porcinis carnibus, à Lucanis populis primũ inuentũ. {λουκάνικα. Ita. *Salciccia.* Gal. *Saulcisse.* Hisp. *Longaniza.* } Mar. li. 13, Filia Picenæ venio lucanica porcæ.

Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVCANVS, Nomen proprium Poëtæ, Senecæ, viri vndecunque doctissimi, & grauissimi Tragœdiarum scriptoris, nepotis. Hic bellum ciuile inter Cæsarem, & Pompeium grauissimo carmine perscripsit. Item Orphæum Tragœdiam, multaque alia quæ hodie non extant. Periit incisa iussu Neronis vena, iam Consul designatus, propterea quòd inter eos nominatus esset, qui cum Pisone coniurarant. Vide latius vitam eius apud Crinitum.

Lucar, Pretium (inquit Festus) quod ex lucis captatur: vel erogatio quæ in lucis fiebat. Et Lucaris pecunia, quæ est in luco erat data.

Lucaria, orum, Festa quæ in luco Romani faciebant, qui permagnus erat inter viam Salariam & Tyberim: eo quòd victi à Gallis, fugientes è prælio ibi sese occultauerant. Festus.

Lucellum, Vide LVCRVM.

LVCENTIA. Citeriotis Hispaniæ vrbs, & Romanorum quondam colonia, vt scribit Pomponius Mela lib. 2.

LVCENTVM. Hispaniæ Tarraconensis oppidum à superiore diuersum, quod Ptolem. lib. 2. cap. 6, statuit supra Carthaginem, Occasum versus.

Luceo, Vide LVX.

LVCERES, siue Lucerenses, Tertia pars erat populi Romani tempore Romuli Romanorum Regis. Constat enim, autore Liuio, receptis iam in vrbem Sabinis, populóque aucto, Romulum omnem populum in tres secreuisse tribus: quarum vna Tatienium appellatâ est à T. Tatio Sabinorum duce: altera à Romulo Ramnẽsium: tertia Lucerum à Lucumonibus, hoc est à Tuscis (vt refert Varro) qui pugnanti aduersus Tatium Romulo suppetias tulerunt.

LVCERIA, λευκέλα. Vrbs Apuliæ, Ausonum colonia. Plin. lib. 3. cap. 11.

LVCERIVS, λύκιος. Ardeæ Rex, qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatium.

Lucerna, Lucesco, Vide LVX.

LVCETIVS, λυκήτιος. Dictus est Iupiter, à luce quam præstare hominibus putabatur. Sic Iuno Lucetia, quòd lucis causa sit, parturientes adiuuans.

Luci, aduerbium, Lucidus, Lucifer, Lucifuga, Vide LVX.

LVCILIVS, Poëtæ vetustissimi nomen, patria Auruncani, qui primus Latinorum Satyram scribere aggressus est. Obiit apud Neapolim anno ætatis suæ quadragesimosexto, publicóque funere elatus fuit. De Lucilio vide Quintilianum lib. 10, & Horatium lib. 1. Serm. Satyr. 4, Hinc omnis pendet Lucilius hosce secutus, &c.

LVCINA, pen. prod. Dea partuum præses: teste Seruio, quæ & Iuno dicitur & Diana. λεύκυα. Terent. in And. Iuno Lucina fer opem. Virgil. in Pollione, Castaëaue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Quo in loco manifestè accipitur pro Diana. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Luna à lucendo nominata sit: eadem est enim Lucina. Itaque vt apud Græcos Dianam, eámque luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana omnuaga dicitur, non à venando, sed quòd in septem numeratur tanquam vagantibus. Dicta Lucina, quòd partum ferat in lucem. Plin. lib. 16. cap. 44, putat Lucinam dici, quòd oculis præsit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Iunoni sacer est in Exquiliis. Ouid. lib. 2. Fasto. Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus: Aut quia principium tu dea lucis habes.

Lucinos, Dicimus quibus sunt parui vtrinque ocelli, & breuis visus. Illud enim videtur innuere. Plin. lib. 11 cap. 37, si vulgatis editionibus adhibeamus fidem. Ab iisdem (inquit) qui altero lumine orbi nascerentur, coelites vocantur: queis parui vtrinque ocelli, Lucini, iniuriæ cognomen habuere. In quibusdam tamen venerandæ vetustatis exemplaribus sic legitur, Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, coelites vocabantur: queis parui vtrimque, ocellæ.

LVCIVS, Prænomen est Romanis familiare: quod idcirco illi qui primò hoc prænomine fuit appellatus, impositum creditur, quòd prima luce esset natus. Sic Lucia nomen mulieris, pen. corr. proferri debet contra communem abusum. ¶ Lucius Ostius, tempore bellorum ciuilium patrem suum proscriptum, quem Triumuiri ad supplicium perquirebãt, latentem prodidit, vt eius bona acciperet. Autor Plutar. in Romulo.

LVCRETIA, Romanæ castitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini Præfecti vrbis, & vxor Collatini, quam Sext. Tarquinius, quum precibus exorare non posset, vi oppressit: stricto enim gladio in cubiculum irruens, mortem minabatur ni voluntati suæ obsequeretur: addebátque se cum mortua iugulatum seruum positurum, vt in sordido adulterio necata diceretur: quibus minis illa perterrita, vt infamiæ suspicionem effugeret, expugnari sese passa est. Quo facto fœmina, conuocatis patre, marito, cæteríque amicis, obortis repentè lachrymis, tyranni flagitium detexit, & educto cultro, quem sub veste occultum habebat, sese statim confodit. Qua re moti pater cum marito & cæteris amicis, populo ad arma concitato reges expulerunt. Vide hæc latius apud Liuium ad finem lib. 1. ab Vrbe Martial. Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis, &c.

LVCRETILIS, pen. corr. Mons fuit in Sabinis: de quo Horatius lib. 1. Carm. Veloz amœnum sæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus.

LVCRETIVS, Poëta antiquissimus, qui Ciceronis tamen ætatem non multò antecessit. Scripsit de rerum natura libros sex, qui etiam hodie leguntur. Extat honorificum de eo elogium apud Ouidium in Eleg.

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras quum dabit vna dies.

Lucrificabilis, Lucrifuga, Vide LVCRVM.

LVCRINVM. Dauniorum est oppidum in Apulia, vt scribit Strabo li. 6, & Pomponius lib. 2.

LVCRINVS, pen. prod. λυκρῖνος, Lacus Campaniæ in sinu Baiano, contra Puteolos, propinquus Auerno lacui, adeó vt in maximis quandóq; tempestatibus coniungi soleãt. Dictus à lucro, propter multitudinem piscium qui ibi capiebantur. De vtroque Martialis, Dum modò Lucrino, modò se permittit Auerno.

Lucrum, cri, Quæstus, vel vtilitas. ξέρδος, κέρδος. Ital. *Gadagno*, *vtilità*. Gal. *Gaing, profit*. Hispan. *Ganancia, ò el logro*. } Terentius in Heaut. Nam ille haud scit, hoc paulum lucri, quantum ei damni apportet. Cic. 5. Tusc. Alij emendi, aut vendendi quæstu & lucro ducerentur. Ouid. 3. de Arte, Ita subit deforme malum, lucrique cupido, Iurgiáque & rixæ, solicitúsque dolor. ¶ Lucri est, veteres vsi sunt pro prodest, vel vtile est. Plaut. in Amph. Lucri est, quod miseriam deputat. ¶ Frequentius pro eodem dicimus, Lucro est. Cic. Quibus vtri nostrum ceciderint, lucro futurum est. Deputare in lucro, est tanquam lucrum æstimare. Terentius in Phorm. Quicquid præter spem eueniet, omne id deputabo in lucro. Pro eodem etiam dicimus Ponere in lucro. Cic. pro Flacco, Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur.

Lucrosus, sa, sum, Plenum lucro. κερδαλέος. Ital. *Pien di gadagno*. Gal. *Plein de gaing, qui aporte gaing & profit*. Hispan. *Ganancioso*. } Plin. lib. 18. cap. 12, Et auctionibus eam adhiberi lucrosum putant. Ouid. 2. Amor. Eleg. 10, Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas. Plin. lib. 8. cap. 31, Id peræquè lucrosissimum. Idem lib. 37. cap. 12, Neque est vlla fraus vitæ lucrosior.

Lucellum, li, diminutiuum, Parum lucrum. κερδάριον. Ital. *Picciol gadagno*. Gal. *Petit gaing, petit profit*. Hisp. *Pequeña ganancia*. } Horat. 2. Serm. Saty. 5, De sene gustarit tecum partita lucellum. Cic. 5. Verr. Agè, quid tum si Apronio deliciis Prætoris lucelli aliquid iussi sunt dare? putate Apronio datum: si Apronianum lucellum, ac non Prætoria præda vobis videbitur.

Lucrificabilis, le, Id est lucrum afferens. κερδαλέος. Ital. *Che apporta gadagno*. Gal. *Gaignable, qui aporte gaing*. Hispa. *Cosa de mucha ganancia*. } Plautus Perfa, Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

Lucrifuga, Qui lucrum fugit. μισοκερδὴς. Ital. *Che fugge il gadagno*. Gal. *Qui fuit le gaing*. Hisp. *El que huye el logro y ganancia*. } Plaut. in Pseud. –Venus hæc mihi Bona dat, quũ hos huc adigit lucrifugas, dãni sui cupidos.

Lucriones, Dicti sunt qui vndique lucrum aucupantur. φιλοκερδεῖς. Ital. *Atti al gadagno*. Gal. *Qui gaignent de tous costez*. Hisp. *Los que ganan de todas partes*.

Lucror, aris, Id est lucrifacio. κερδῶ ποιῶμαι, κερδαίνω, κερδίζω. Ital. *Gadagnare*. Gal. *Gaigner*. Hisp. *Ganar*. } Cic. in Parad. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impunè posset, auri pondo, &c. Idem 7. Verr. Pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari. Morem fati lucrari, Statius 9. Thebaid.

Lucrifacio, cis, Idem quod lucrari. κερδαίνω. Cic. 5. Verr. Iam verò omnem ex ærario pecuniam lucrifactam videtis. Lucrifacere iniuriam, est impunè alicui iniuriam inferre, nullámque ob eam pœnam luere. Plin. lib. 7. cap. 39, Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli vacabat. Martia. lib. 8. Emit lacernas millibus decem Bassus: Tyrias coloris optimi lucrifecit. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 4, Atque adeó non dissimulabo, quod volo de ornithone primùm, quòd lucrifecerunt hoc nomen turdi.

Lucrifio. κερδαλεόομαι. Ital. *Essere gadagnato*. Gal. *Estre gaigné*. Hisp. *Ser ganado*. } Cic. 5. Verrina, Quid si ostendo in hac vna emptione lucrifieri tritici modios centum?

LVCTATIVS Catulus, Romanus ciuis fuit, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduersum Pœnos profectus, sexcentas eorum naues cõmeatibus & aliis oneribus impeditas apud Aegates inter Siciliam, & Africam depressit, finémq; bello imposuit: pacẽ petentibus hac conditione concessit, vt Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis inter Italiam, Aphricámq; dedecerent: Hispania citra Iberum fluuium abstinerent.

Luctiferus, Luctificus, Luctisonus, Vide LVCEO.

Luctor, ctaris, deponens. Propriè significat lucta contendo: quod sit quum duo se inuicem complectentes, alter alterum in terram deiicere conatur. πάλαισμα. Ital. *Lottare, giocare alla lotta*. Gal. *Luicter*. Hisp. *Luchar*. } Virgil. 6. Aeneid. Contendunt ludo, & fulua luctantur arena. ¶ Per translationem accipitur pro contendere, vel repugnare. Cic. 1. de Orat. Tum ridens Scæuola, Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius. ¶ Composita sunt Colluctor, Illuctor, Obluctor, Reluctor, de quibus suis locis.

Luctatio, Ludus quo alius alium nititur in terrã prosternere. πάλαισμα. Ital. *Lotta*. Gal. *Luicte, luictement, effort*. Hisp. *Lucha*. } Liu. 1. bel. Pun. Tetra tibi luctatio erat, vt à lubrica glacie non recipiente vestigium, &c. ¶ Per translationem accipitur pro pugna siue contentione, seu concertatione. Cice. 2. de Finibus, Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant.

Luctator, Qui lucta cum altero contendit. παλαιστής. Ital. *Lottatore*. Gal. *Luicteur*. Hisp. *Luchador*. } Ouid. in Ibin, Vt iacet Aonio luctator ab hospite fusus. Plaut. Pseud. –magnum hoc vitium vino est: pedes captat primùm: Luctator dolosus est.

Luctatus, tus, tui, Idem quod luctatio. πάλαισμα. Ital. *Lotta*. Gal. *Luicte, luictement, effort*. Hisp. *Lucha*. } Plin. lib. 8. cap. 12, Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus.

Luctamen, inis, Idem. Virgil. 8. Aeneid. Remo vt luctamen abesset. Miserum luctamen, Valer. Flac. 2. Argonau.

Lucto, as, Veteres dicebant pro eo quod nunc vsitatius dicimus luctor. παλαίω. Terent. in Hecyra, Dicitque se illi anulum, dum luctat, detraxisse. ¶ Inde etiam legitur compositum Deluctо. Plautus in Trin. Quibus ærumnis deluctaui, filjo dum diuitias quæro?

Lucta, luctæ, Certaminis genus, vnum ex Græcorum pentathlo, quo alius alium prosternere in terram nititur. πάλη. Ital. *Lotta*. Gal. *Luicte*. Hisp. *Lucha*.

Luctus, Luctuosus, Vide LVGEO.

Lucubro, Lucubratio, Luculentus, Vide LVX.

LVCVLLVS, λούκουλλος. Nomen nobilissimi Romani, & ditissimi, Pompeij, & Ciceronis æqualis: qui in Quæstura amplissimum populo munus edidit. Prætor Africam iustissimè rexit. Aduersum Mithridatem missus, collegam suum Cottam Chalcedone obsessum liberauit. Cyzicon obsidione soluit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, cúmque regno suo Ponto expulit: quem rursum cum Tigrane rege Armeniæ bellum instaurantem magna fœlicitate superauit. Nimius in habitu, maximè signorum & tabularum amore flagrauit. Ingraueſcẽte deinde ætate, quum iam desipere cœpisset, tutela eius M. Lucullo fratri permissa est. Vide latius vitam eius apud Plutarchum.

LVCVMONES, λουκούμωνες. Olim dicti sunt Tusci quidam: qui quòd Romulo aduersus Sabinos suppetias tulissent, in ciuitatem recepti, Lucerensium tribui nomen fecerunt. Autor Varro.

Lucus,

Universidad de Deusto Biblioteca

Lucus,ci. Nemus arboribus densum,deo alicui factum:à luceo per antiphrasin dictum,teste Seruio,eo quòd non luceat:quoniam quum nullæ illic arbores propter religionē cæderentur,opacus & sine luce erat. {ἄλσος. τέμενος. Ital. *Bosco,selua.* Gal. *Petit bois espois consacré a quelque religion.* Hisp. *El bosque consagrado à algun dios.*} Valla lib.4. Lucus nequaquam exiguus est,quin potius manu consitus, religiosúsque atque vel alicui Deo, vel alicuius hominis cineribus consecratus. Ideóque aut circa delubra nominum,aut circa sepulchra positus est. ¶ Sunt alij qui non per contrariū dictum putent,sed propter lumina crebra sacrificiorum, quæ ibi nocturno tempore fiebant. Virgil.1. Aen. Lucus in vrbe fuit media,lętissimus vmbra. Vbi Seruius. Vbicunque Virgilius lucum ponit,sequitur etiam consecratio:vt, -luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. Idem 6. Aen. Nulli certa domus:lucis habitamus opacis. Cic. pro Milone, Vos enim Albani tumuli atque lucivos inquam imploro, atque obtestor. ¶ Lucus Martis dictus est in quo Mars Iliam Vestalem virginem compressit, vt est apud Iustinum & Plutarchum. ¶ Fuit & Martis lucus apud Colchos,in quo poętæ finxerunt auteum Phryxei arietis vellus à peruigili dracone asseruari. Memoriit huius luci aliquoties Valerius Flaccus in Argonauticis. Item Iuuenalis Saty.1, Nulli nota magis domus est sua, quàm mihi lucus Martis,&c.

LVCVS Augusti,Ptolemæo lib.2.cap.6, Vrbs Cæpororum,in tractu Hispaniæ Tarraconensis,quam Augusti turrim Pomp.Mela nominat.

LVCVS Feroniæ, Oppidum est Tusciæ mediterraneum, non procul à Luca.teste Ptolemæo lib.3.cap.5.

Ludia,Ludibrium, Ludicre, Ludifico, Ludimagister, Ludius, Ludo, Vide LVDVS.

Ludus,di, Dicitur in factis, inquit Valla, iocus in verbis. {παιδιά. Ital. *Giuoco.* Gal. *Ieu,esbat.* Hisp. *juego.*} Est enim propriè ludus, quoduis iudicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri solitum,proposita tamen quadam lucri spe, & damni periculo. Nam quæ ad solam voluptatem fiunt,eodem Valla teste, Lusus propriè dicuntur, vel Lusiones. Vnde Ludum aleæ,melius dicimus quàm lusum: & contrà,Lusum trochi,melius quàm ludum. ¶ Accipitur tamen aliquando ludus pro ioco,& iocus pro ludo. Horat.lib.1.Serm.Satyra 1, Sed tamen amoto quæramus seria ludo. Ouid.lib.3. de Ar. aman. Mille fac esse iocos, turpe est nescire puellam Ludere: ludendo sæpe paratur amor. In ptiore exemplo ludus ponitur pro ioco,opponitúrque serio. In posteriori iocus ponitur pro ludo: sed hoc rarius. Nam ferè ludus ita accipitur vt de factis dicatur: & præcipuè de priuatis quibusuis iudiciis. ¶ Nam spectacula publica magis ludi dicuntur in numero plurali:vt, Ludi Megalenses, Ludi Circenses, Ludi Apollinares, Ludi gladiatorij. Sed de his postea. ¶ Accipitur etiam Ludus frequentissimè pro ipso loco in quo aliquid exercitij fit, in quo scilicet aut vires corporis aut ingenij acumen exercemus,aut etiam in quo pueri instituuntur à suis præceptoribus:quod etiam Græci λαὸ ἀπὸ γυμνάζειν, hoc est ab exercendo,vocant Gymnasium. Sic dicimus Ludum palęstræ, ludum pilæ,ludum gladiatorium, ludum literarium, pro ipso loco in quo huiusmodi rebus exercemur, aut instituimur. Asconius. Omnem scholam Ludum dixere Romani. Cic lib.2.de Orat. Tum hoc in ludo non præcipitur:faciles enim causæ ad pueros deferuntur. Quo in loco Cicero ludum dixit pro schola Rhetorum. Sic ludus literarius, dicitur schola in qua pueri literis dant operam. Plaut. in Mercat. Hodie ire in ludum occœpi literarium. ¶ Ludimagister, qui præest ludo literario, de quo paulo pòst suo loco. Ludum aperire,est ludimagistrum agere. Cicero ad Pætum lib.9. Epist. Dionysius tyrannus quum Syracusis expulsus esset,Corinthi dicitur ludum aperuisse. ¶ Per translationem etiam ludus dicitur pro re iucunda, & minimè difficili. Cic. de Orat. Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. ¶ Ludos reddere. Terent.in Andria, Hiccine me si imparatum in veris nuptiis Adortus esset, quos mihi ludos redderet?id est vt me luderet,siue irrideret. ¶ Ludos quoque aliquem facere, est aliquem irridere. ἐπιτρέχειν, ἐμπαίζειν. Plaut.in Capt. Nunc is te ludos facit. Et absolutè,ludos facere,est quod Gallicū vulgus ait, *se gaudir,se mocquer.* Terent.in Phormio. Vt ludos facit? ¶ Ludum noui,à Plauto dictum est eleganter,pro eo quod est perspicio technam,intelligo dolum. Nempe in Amphitryone, -atat, noui iam ludum: Id Sosiæ factum est opera. ¶ Ludos operam facere,est operam perdere. Plaut.in Rud Iam nunc & operam ludos facit,& retia. ¶ Aliquando ludus pro cantilena ponitur. Virgil.7. Aegloga, Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Ita enim hoc in loco ludum interpretatur Seruius. ¶ Ludo,ablatiuus ponitur pro per ludum. Virgil.lib.5. Aeneid. Qua ludo indutus belli simulachra ciebat. ¶ Lusus verò,& lusio(vt iam diximus)ad voluptatem magis pertinent,sine vlla spe lucri, aut periculo damni: & puerorum propriè dicuntur. Quintil.lib.1, Nihil me lusus offenderit. Et paulo pòst, Sunt etiam nonnulli acuendis ingeniis non inutiles lusus. Cic.de Finib.lib.5, Infantes lusionibus vel laboriosis delectantur. Idem lib.de Senectute, Sibi igitur alij habeant arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam,sibi pilam,sibi natationes & cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. ¶ Ponitur tamen quandoque lusus pro ludo,& ludus pro lusu:similiter lusus pro ioco: opponitúrq; serio,quemadmodum & iocus. Plin.Iun. Aristoni, Quos, quantósque autores sequar, facilè impetrari posse confido, vt errare me, sed cum illis sinant,quorum nō seria modò, verùm lusus etiam exprimere laudabile est. ¶ Ludi verò,tantùm plurali numero, spectacula publica significant. ἀγῶνες, πανηγύρεις. Cice. in Verrem, Inter binos ludos. Idem Philipp.10.de Bruto loqueus,Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua,populique Romani dignitate apparatos,præsens fecit. Sic ludos gladiatorios potius dicimus,quàm ludum gladiatoriū,quoties vnum, pluráve paria gladiatorum depugnatura in arenam producuntur. Contrà pro loco vbi gladiatores instituuntur,melius ludum gladiatorium dicimus in numero singulari. Legitur tamen aliquando ludus gladiatorius pro publico spectaculo. Quintil.in Declamat. pro gladiatore,Quòd me diu piratæ in carcere retentum, quia redemptorem illis diuitem promiseram patrem,in ludum vendiderunt, hoc est vt me exhiberent in ludis gladiatoriis. Frequentius tamen in hac significatione numero plurali vtimur. Sic dicimus Apparare ludos, facere ludos,pro edere. Facere ludos alicui numini, hoc est in honorem alicuius numinis spectacula exhibere. Item committere ludos, id est celebrare. Cic.ad Quintum fratrem lib.3, Hæc scripsi ad octauum Calendas Nouembris, quo die ludi committebantur. Fuerunt apud Græcos quatuor ludorum genera præcipua,scilicet Olympici, Pythij, Isthmici,& Nemeæi,de quibus dictum est in dictione CERTAMEN. Ludi apud Romanos etiam quatuor erant, Megalenses, Funebres, Plebeij & Apollinares.

Ludius,dij,& Ludio,onis, Pro ioculatore, histrione. {ἰγγενὴς, χορευτής. Ital. *Giuocolatore.* Gal. *Ioueur,basteleur,joueur de soupleſſes,danseur.* Hisp. *Truhan, albardan.*} Liuius, Acciti ex Hetruria ludiones qui ad tibicinis modum saltabant. Cic.pro P. Sext. Ipse ille maximè ludius, non solùm spectator,sed actor. & ὀρχηστής. Ouidius 1.de Arte, Ludius æquatam ter pede pulsat humum. Liu.9.bel.Macedon. Et conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

Ludia,diæ, Dicitur mulier gesticulatrix, quæ saltu, & gesticulatione spectatores oblectat. {ὀρχήστρια. Ital. *Giuocatrice.* Gal. *Basteleuſe ou joueuſe de soupleſſes.* Hisp. *La muger del esgremidor,o truhan o albardan.*} quemadmodum viri, qui artem eam exercent, ludiones dicuntur, vt iam dictum est. Martial. lib.5, Hermes cura labórque ludiarum. Martianus de nuptiis Philologiæ, Ludiam quandam Gaditanam saltantem vidimus semicinctam.

Ludimagister, Qui ludo literario præest. {γραμματιστής. Ital. *Maestro di ſcuola.* Gal. *Maiſtre d'eſcholle.* Hisp. *Maestro de escuela.*} Cice.1.de Nat.deor. Sed quum agellus eum non aleret, vt opinor, ludimagister factus est. Ludimagistri(inquit Asconius)dicuntur qui primas literas docent.

Ludibundus,Id est quasi ludens,& nullo negotio. {παίζων. Ital. *chi ſcherza al giuoco.* Gal. *Qui ſe iouë & s'esbat.* Hisp. *El que mucho juega o burla.*} Cic.4.Verrina, Si Vulteium habebis,omnia ludibundus perficies. Idem ad Tironem, Postero die in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

Ludo,is,si,sum, Notę est significationis,& construitur ferè cum ablatiuo eius rei,qua luditur. {παίζω. Ital. *Giuocare,beſſeggiare.* Gal. *Iouer.* Hisp. *Jugar o burlar.*} Terent. in Adel. Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris. Cic.in Anton. O hominem nequam, qui non dubitauit vel in foro alea ludere! Idem de Orat. Vt qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ:sed indicat ipse motus didicerintne palęstram,an nesciant. ¶ Nonnunquam etiam cum accusatiuo. Sueton. in Augusto, Aliquando vt vincat,ludit assiduè aleam. ¶ Sic dicimus ludere ludum,& ludere ludo. Terentius in Eunucho, Consimilem intulerat iam olim ille ludum Plaut. in Mostel. Scis solere illam ætatem tali ludo ludere. ¶ Ludere alieno corio,est in re alterius munificum se præbere & liberalem:vt contrà Ludere suo corio,est de suo largiri, aut suo sumptu periculóque quippiam aggredi. Martialis lib.3, Das gladiatores sutorum Regule cerdo: Quódque tibi tribuit fibula, sica rapit. Ebrius es:neque enim faceres hoc sobrius vnquam, Vt velles corio ludere cerdo tuo. ¶ Interdum est deridere,iocari,leuiter,siue scurriliter loqui,vel alterum deludere,siue eludere. ἐπιτρέχειν, κερτομεῖν. Plautus in Asinaria. Nec me cur ludatis scire possum. Terent. in Adelphis, Cur non ludo hunc aliquantisper? melius est, Quandoquidem hoc nunquam mihi volunt credere. Plin.ad Fab. Ludere me putas?serio peto. ¶ Interdum moueri. Terent.in Adel. Congrum istum maximum in aqua finito ludere paulisper. Virgil.lib.9. Aen. -geminos huic vbera circum Ludere pedentes pueros. ¶ Interdum canere,pulsare. Gellius, Is optimè ludere à magistro eius didicerat. ¶ Interdum verbibus scribere,sed nonnisi in opusculis ferè,qualia sunt Epigrammata,& huiusmodi opuscula,lusus dicuntur. Virgil.1. Aegloga, Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. ¶ Interdum amittere, perdere. Terentius in Phorm. In illis fructus est,in his opera luditur. Nam ludere operam,est ipsam perdere,& frustra laborare. Plaut.in Casina, Si nunc me suspendam,meam operam luserim. Vbi notandum,ludo modò actiuum,modò neutrum esse,vt ex iis quæ scripta sunt, intelligi licet. ¶ Interdum decipere. ψεύδειν. Virgil.lib.1.Aeneid. Vana spe lusit amantem. ¶ Ludere aliquem dolis,est dolo circumuenire. Terent.in Eunucho, An potius hæc pati æquum est fieri, vt à me ludatur dolis? ¶ Ludere in numerum,est saltare ad rhythmi modum,& sonum cantilenæ. Virgil.in Sileno, Tum verò in numerum Faunósque, feráſque videres Ludere. ¶ Ludunt mea verba,venustè dicitur, pro inaniter iactantur, incassum volant,& tanquam ludibria sunt. Propert.lib.2, Non audis,& verba sinis mea ludere. Fortasse legendum est, Verba finis me ludere: vt dicamus ludere verba, quemadmodum dicimus, ludere operam, hoc est perdere. Lusum ire. Horat.1.Serm. Saty.5, Lusum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliúsque.

Lusus,lusa, lusum, participium, Deceptus, falsus. {ψευδὴς. Ital. *Schernito, beffato.* Gal. *Mocqué,decen.* Hisp. *Escarnescido,burlado.*} Cic lib.2. de Finibus, Sed & illum quem nominaui,& cæteros sophistas, vt è Platone intelligi potest,lusos videmus à Socrate.

Lusito,tas. frequentatiuū. {παίζειν πολλάκις, παιγνίδια ἐζητεῖν. Ital. *Giuocar ſpeſſo.* Gal. *Iouer ſouuent.* Hisp. *Jugar, burlar muchas vezes.*} Plaut. Capt. Nam vbi illò aduenì, quasi patritius pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur quibuscum lusitent.

Lusor,lusoris,verbale, Qui ludit aut decipit. {παίκτης. Ital. *Giuocatore.* Gal. *Iouëur.* Hisp. *Jugador.*} Plaut. Amphi. Quid enim centes, te vt deludam contra lusorem meum, Qui nunc primùm te aduenisse dicas, modò qui hinc abieris? Ouid lib.4. Trist.Eleg.9, Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum, id est scriptor.

Lusorius,a,um, Quod ad ludum spectat. {τὸ παιγνιῶδες. παικτικός. Ital. *Pertinente à giuoco.* Gal. *Apartenant a jeu.* Hisp. *Pertenesciente à juego.*} vt, Tabula lusoria, in qua tesseris luditur. Plin. lib.37. cap.2, Transtulit alueum cum tesseris lusorium gemmis duabus. Lusoria quæstio, quæ vel ludo fit,vel de ludo tractat. Plin.lib.7. cap.53, Pudore Diodorus sapientiæ Dialecticæ professor, lusoria quæstione non protinus ad interrogationes Stilbonis dissoluta, obiit.

Ludifico,as. actiuum: & Ludificor,aris, deponens, Derideo,seu per iocum & ludum fallo. {ψεύδομαι, ἐντρυφῶ. Ital. *Beffare, dileggiare.* Gal. *Ie mocquer, abuſer, tromper & deceuoir.* Hispan. *Burlar, y burlar.*} Plautus in Casina, Iam hic est lepidè ludificatus. Terentius in Phorm. Ergo sic me ludificamini?

Universidad de Deusto
Biblioteca

ludificamini? Plaut. in Cistel. Meámque rem perite, & ludificare filiam. Idem in Amphit. Rogásne improbe etiam, qui ludificas me? Cic. pro Rosc. Amer. Quum enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Liu. 1. ab Vrbe, An quicquam superbius esse, quàm ludificari sic omne nomen Latinum?

Ludificans, tis, participium. {ψεδόμενος, κωμῳδούμενος. Ital. *chi beffa.* Gal. *Qui se mocque.* Hisp. *El que se burla.*} Silius lib. 7, -ficci stimulabant sanguinis enses Ludificante ducem Fabio.

Ludificatus, aliud participium. κωμῳδηθείς. Silius lib. 7, variè nunc lævus in orbem, Nunc dexter, levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo. Plaut. Bacchid. -neu quid ei succenseat Mea causa, de auro quod eum ludificatus est. Ludificatus passivè. {κωμῳδία, ἐμπαιγμός. Ital. *Inganno, beffato.* Gal. *Trompé, mocqué, abusé.* Hisp. *Escarnescido, burlado, engañado.*} Sallust. in Iugurtha, Ludificari incerto prælio.

Ludificatio, nis, {ἐμπαιγμός, παιδιά. Ital. *Inganno, scherno.* Gal. *Tromperie, mocquerie, abus, envie.* Hisp. *Escarnescimiento, engaño.*} Liu. lib. 8. Dec. 4, Ferri tam ludificatio ista non potest.

Ludificabilis, le. {ἐμπαικτικός, ἐμπαικτικῶς. Ital. *che si può giouacare.* Gal. *Qu'on peut jouer ou qu'on doit mocquer.* Hispa. *Cosa que se puede jugar.*} Plautus Cas. Neque vsquam ludos tam festiuos fieri quàm Hic intus fiunt ludi ludificabiles Seni nostro.

Ludibrium, brij, Res vana & deridenda. {τὸ κωμῳδούμενον. Ital. *scherno.* Gal. *Mocquerie, risée.* Hispa. *Burla ò escarnio.*} Virgil. 6. Aen. -foliis tantum ne nomina manda: Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus. ἐκπυσμός. id est derisui, & contemptui. Terent. in Hecyra, Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. Esse alicui ludibrio, est derideri, vel illudi ab aliquo. Cic. ad Brutum, Nec pati sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Romani.

Ludicrum, cri, substantiuum, pen. corr. Id est ludus, & quæcunque res iocalaris, & non seria. {παίγνιον παιδιά. Ital. *Cosa da scherzo.* Gal. *Jeu de balateur, farceur, jeu de plaisance.* Hisp. *Cosa de burla, juego.*} Liu. lib. 1. ab Vrbe, Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt, & à Palanteo vrbe Arcadica Palanteum: deinde Palatinum montem appellatum. Ibidem, Turbato per metum ludicro mœstæ parentes virginum profugiunt. Idem lib. 7. bel. Pun. Simul quòd Olympiæ ludicrum ea ætate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Vertere in ludicrum prouerbij, id est iocoso prouerbio celebrari. Plin. lib. 3. cap. 11, Diomedes ibi deleuit gentes Monadotum, Dardorúmq;, & vrbes duas quæ in prouerbij ludicrum vertêre, Apinam, & Tricam.

Ludicer, a, um, Ioculatis, leuis. {παιγνιώδης. Ital. *Pertinente à giuoco, ò à ricreatione.* Gal. *Apartenant à jeu.* Hisp. *Pertenesciente á juego.*} Virgil. 12. Aeneid. -nec enim leuia aut ludicra petuntur Præmia. Artem facere ludicram, id est histrionicam exercere. Vnde duodecim tabularum lege cautum erat ne in quatuordecim gradibus sederet, qui artem ludicram fecisset. Plaut. in Aulu. Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram, id est subsilire. Ludicræ tibiæ, quibus in ludis vti solebant ad modos faciendos. Plin. lib. 16. cap. 38, Nunc sacrificæ Tuscorum è buxo, ludicræ tibiæ loto, ossibúsque asininis, & argento fiunt.

LVENTINVM, siue potius LEVENTINVM, Britanniæ vrbs Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Lues, Dicitur quum in vrbe aut in agro febris, aliúdve morbi genus homines vel pecora, arboréve corripit, aut fata. {λοιμός. Ital. *Malattia contagiosa sopra huomini & beste.* Gal. *Maladie contagieuse qui court generalement sur les bestes & gens, peste publique.* Hisp. *Pestilencia, dolencia ò enfermedad que se pega.*} Differtque à peste, quòd hæc aut citò perimit, quæ corripit, aut citò abit ab eo quem inuasit. Lues verò generalius accipitur etiam pro iis malis quæ lentè ea quæ corripiunt, conficiunt. Dictam autem putat Festus luem à lauando, quòd omnia quæ corripuit, ad nihilum vsq; diluat. Alij luem dictam putant λύειν, quòd omnia dissoluat. Cic. de Aruspicum respon. Vt eos ludos hæc lues impura pollueret. Virgil. lib. 3. Aeneidos,

-subito cum tabida membris
Corrupto cæsit tractu, miserandáque venit
Arboribúsque, satisque lues, & lethifer annus.

LVGDVNVM, λούγδουνον Stephano, Emporium est totius Galliæ Celticæ longè celeberrimum, à quo ea pars Galliæ Lugdunensis dicta est, à L. Munatio Planco, dum Galliæ Comatæ præesset, conditum in colle supra confluentem Rhodani & Araris imminente: vbi etiam hodie non obscura antiquæ vrbis extât vestigia. Strabo lib. 4 Lugdunum in colle conditum, vbi Araramnis Rhodano immiscetur, Romano tenetur imperio: ampliori quoque dignitate virorum secundum Narbonem affluens, quibus vlui magno est emporium. Ibi quoque Romani duces aureum numisma, argenteúmque signarunt. Lugduni etiam templum fuit communi vniuersæ Galliæ impensa extructum, & Cæsari Augusto consecratum, ea parte ante vrbem, vbi amnes confluunt: imbique ara dignitatis eximiæ erat, gentium sexaginta titulo insignis: dicatis ibi totidem gentium simulachris. Hæc Budæus de Asse. Fuit præterea hæc ciuitas celebribus nundinis insignis, ad quas totius Galliæ populi ad emendum, & vendendum conueniebant: vnde etiam hodie locus ille in quo olim situm fuit Lugdunum, Forum Veneris appellatur. In hac etiã vrbe, à Caligula Cæsare (vt in vita eius cap. 20, testatur Suetonius) institutum fuit certamen Latinæ, Græcæque facundiæ. Quo certamine ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem qui maximè displicuissent, scripta sua spongia, linguáque delere iussos, nisi ferulis verberari, aut flumine proximo mergi maluissent. Huc spectasse videtur Iunenalis, quum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunensem dicturo. Ea autem vrbs, tam insignis cóque egregiis ornamentis nobilitata, teste Seneca in Epistolis, sub imperio Neronis, centesimo anno, à quo fuerat condita, vna nocte conflagrauit. Hodie verò Lugdunum in plano situm est, magna sui parte Rhodano & Arari fluminibus inclusum, nulli Christiani orbis angulis incognitum. Vulgò *Lion.*

Lugeo, es, luxi, luctum, à verbo Græco λύω (vt quidam putant) quod est soluo: eo quòd continuo luctu vita hominis soluatur. {πενθερῶ, κατοδύρομαι. Ital. *Piangere.* Gal. *Pleurer abondamment.* Hispa. *Llorar.*} ¶ Accipitur autem modò actiuè pro deflere, aut deplorare. κατακλαίειν. Ouid. lib. 11. Metamorph. Fratrem lugebat ademptum. Cic. ad Curium lib. 7. Epist. Sed mehercule & tum Rempublicam lugebam, quæ non solùm suis erga me, sed etiam meis erga se beneficis mihi erat charior. Lactant. lib. 4, Quis tam facundus, & tam rerum verborúmque copia instructus existet? quæ oratio tanta affluentiq; vbertate decurreus, vt illam crucem meritò deploret, quam mundus ipse, & tota mundi elementa luxerũt?

uem, aut elumbem sese simulans. ¶Item delumbis pro molli & effœminato. Persius Sat. 1. -summa delumbe saliua. Hoc natat io labris. ¶Inde Delumbe ratmen, pro laseiuo, minimèque virili. ¶Et verbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare. ἐκθηλύζω. Plin. li. 20. cap. 4. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur. ¶Delumbare sententias, per translationem, pro eo quod est nervis & robore suo spoliare. Cic. in Or. At. Nec minutos numeros sequens concitet, delumbéque sententias.

Lumbulus, li, diminutiuum. ἑλαφάκιον. Ital. *Picciolo lombo è reguano*. Gal. *Petit rable*. Hisp. *Pequeña lomo*. ¶Plin. lib. 28. cap. 11. Sicca lippitudo, lumbulis suum tostis, atque contritis, & imposita tollitur.

Lumbisragium, gij. Id est fractura lumborum. ἑλαφάγιον. Ital. *Rottora de reguani*. Gal. *Rompure de rable & reins*. Hisp. *Quebradura de lomos*. ¶Verbum est fictitium, quo vsus est Plautus in Amphit. Nam si me irritassis, hodie lumbisragium hinc auferes.

Lumbago. Vitium & debilitas lumborum, vt ait Festus. ἰσχιόφυμα.

Lumbare, Tegmen, quo pudenda teguntur, περίζωμα. Apud Ieremiam, Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos.

Lumen, inis, Res aliqua splendorem de se diffundens: ita dictum quasi lucimen. ¶Φῶς. Ital. *Lume*. Gal. *Lumiere*. Hisp. *Lombre ò luz. qualquiera*. ¶Seruius in 2. Aen. Lumen à luce distinguit, quòd in lumine sit splendor, sed cum fumo: in luce solus splendor. Virgil. 7. Aeneid. -tum fumida lumine fuluo Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis. Idem 6. Aen. -nec fumea redis Lumina. Idem 9. Aeneidos, -piceum fert humida lumen Teda. Verùm hæc Seruij differentia non est perpetua. Nam & Solem & Lunam, & cætera cœlestia corpora lumina appellamus, quæ tamen procul dubio fumi omnis sunt expertia. Alij lumina intelligunt corpora ipsa lucida, quæ claritatem de se diffundunt. Sic Solem ipsum lumen appellant, lucem autem claritatem à Sole profectam. Sed hoc, vt in Sole forsasse verum est, ita in cæteris locum non habet. Neque enim splendorem à candela, lychnóve per ædes diffusum, statim lucem appellaueris. Lucem itaque alij vni Solis splendori proprium esse volunt: aliarúmque rerum claritati nonnisi per abusum, aut per translationem tribui. ¶Ponitur aliquando pro luce, siue die. Cic. pro Rab. Posthumo, Si te secundo lumine hic offendero, moriere. Virgil. 6. Aen. -vix lumine quarto Prospexi Italiam. ¶Aliquando pro oculo, quòd oculorum beneficio lumen conspiciamus. Quint. in Procœ. lib. 6. Prior alterum ex duobus eruit lumen. ¶Doctorem ac lumen desiderare, est desiderare rei alicuius difficilis, ac obscuræ interpretationem. Cic. ad Trebat. lib. 7. Qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen, luménq; desiderant. ¶Luminibus obstruere, est ædificando officere luci domus vicini. Cic. pro Domo sua, Quum ille negaret, primò se luminibus eius obstructurum minabatur. ¶Per translationem quoque alterius luminibus obstruere dicimur, quum nominis eius claritatem obscuramus. Cic. in Bruto, Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum, quasi exaggerata altius oratio. Lumina præferre menti alicuius, id significat quod vulgò *inspirare aliquem* dicimus. Cicero, Antequàm iret in exilium, Vos, vos obtestor dij immortales, qui meæ menti lumina præstitistis, quum consensum extinxi coniurationis, arcémque vrbis ab incendio ac flamma liberaui. ¶Lumina ciuitatis, dicuntur insignes viri, & clari. Cic. in Catil. Orat. 3. in fine, Lumina ciuitatis extincta sunt. ¶Lumina in pictura, vmbræ opponuntur. Plin. lib. 35. cap. 5, Tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen, atque vmbras, differentia colorum alterna vice sese excitante: deinde adiectus est splendor alius hic quàm lumen, quem quia inter hoc & vmbram esset, appellauerunt tonon. ¶Lumina orationis, sunt sententiæ & figuræ quæ suis locis, velut emblemata quædam interiecta, orationem mirum in modum illustrant. ¶Lumen soli mutuas, τὸ φῶς ἡλίῳ δανείζειν. Quum docemus doctissimum, monemus vehementer prudentem: aut quum conamur exponere quæ per se sunt clarissima. Simile huic est, quod Quintil. refert, Lumen soli inferre.

Lumino, as, ¶Φωτίζω. Ital. *Illuminare, alluminare*. Gal. *Esclairer*. Hisp. *Alumbrar*. ¶à quo Illumino, as. Eiusdem vtrunque significationis. φωτίζω καὶ φωτίσω. Martianus, Quos stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. ¶Relumino, lumen reddo.

Luminare, aris, Ipsum lumen, aut id quod claritatem, splendorémve de se diffundit. ¶Φωστήρ. Ital. *Lume, luminare*. Gal. *Lumiere & clarté, luminaire*. Hisp. *Lumbrera, ò cuerpo luzio*. ¶Hieronymus in Gen. Fecit Deus duo luminaria magna: vnum vt præesset diei, alterum vt præesset nocti. ¶Luminaria item per translationem appellamus viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor eluceat, quique sui ordinis hominibus decori est, & ornamento. Cic. 2. Philip. In te autem M. Antoni, id decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, &c. id est tot egregiis viris, qui sunt lumen & splendor, ac ornamentum Senatus & ciuitatis.

Luminosus, a, um, Quod est clarum, & apertum. ¶Φωτεινός. Ital. *Luminoso*. Gal. *Plein de lumiere, fort reluisant & esclairant*. Hispan. *Cosa llena de lumbre*. ¶Cic. in Orat. Tum sunt maximè luminosæ, & quasi actuosæ partes duæ.

Luna, lunæ, A lucendo dicta, quod noctu sola luceat. ¶Σελήνη. Ital. & Hisp. *Luna*. Gal. *La lune*. ¶Alij lunam quasi lucem alienam dicunt, quòd lumen à Sole recipiat. Cic. in Somnio Scipionis, Ex quibus ea erat minima, quæ vltima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis discipula, obsequitur cursibus supernis, & prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole, crescens aut senescens, dispertat lumen, ideóque semper est instabilis. Ouid. 15. Metamor. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ Esse potest vsquam, sempérque hodierna sequente. Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem. Luna (vt inquit Macrobius) dispensationibus septenarijs luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. Primis septem diebus dimidiata semiorbem ostendit, Græcóque sermone διχόφωτος & διχότομος vocatur, quasi dimidia. Secundis totum orbem complet, fitque plenilunium, quod Græci πανσέληνον vocant. Tertijs rursus διχόφωτος efficitur. Quartis fit totius lunæ cum Sole, quod interlunium vocant, & silentem lunam, & intermenstruam. Græce μηνοειδὴς dicitur. Hinc plenilunium, quod est quum luna quintadecima & rotunda est, Solique ex diametro opponitur. Plin. lib. 18. Quum verò occidente Sole orietur (scilicet luna ex aduerso) ita

vt pariter aspiciantur, tunc etiã plenilunium. Interlunium, quum apparere desierit, & noua fit, & coëunte vel silenti luna. Vnde lunæ coniunctio dicitur dies silentis lunæ. Luna vigesima, pro vigesimo die post nonam lunam. Plin. lib. 2. cap. 97. Aestus idem triduo in mense consistit, septima, octaua, nonáque luna. ¶Quarta luna nati, εὐγενεῖς γενέσεις, dicuntur qui parum feliciter nati sunt, vt autor est Eustathius in lib. Iliados 2. Propterea quòd Hercules hac luna natus fertur, cuius omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici potest & in eos qui laboribus sibi nequiquam frugiferis fatigantur; Herculis videlicet exemplo, qui inuandis aliis sudauit, sibi inutilis.

Lunula, diminutiuum, ¶Μηνίσκος. Ital. *Picciola luna*. Gal. *Petite lune*. Hispan. *Pequeña luna*. ¶Bautus in Epid. Lunulam, atque anellum aurcolum in digito.

Lunaris, are, Quod ad lunam pertinet. σεληνιακῶς. vt, Lunaris ratio, Lunaris annus. Plin. lib. 15. cap. 29, Lunaris annus, qui mense vno suum efficit cursum. Ouid. 15. Metamorph. Cæruleus, & vultum ferrugine lucifer atra Sparsus erat: sparsi lunares sanguine currus. Idem 5. Fast. Sol quoque cum stellis nulla grauitate ferentis: Et vos lunares exiluistis equi. Cic. in Som. Scipionis, Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono: grauissimo autem hic lunaris & infimus.

Luno, lunas, lunare, In modum lunæ, quando in cornua curuatur, flectere. ¶Σεληνοειδῆ κατὰ. Ital. *Torcere à guisa di luna*. Gal. *Faire & tourner en courber en la forme de la lune croissant*. Hisp. *Plegar en guisa de luna*. ¶Ouid. 1. Amo Lunauit que genu, simoëntum fortiter arcum id est intendit.

Lunatus, a, um, Quod est ad lunæ similitudinem factum, vel quod habet speciem lunæ. ¶Σεληνοειδής. Ital. *Ch'a forma de luna corrotta*. Gal. *Comm comme la lune*. Hisp. *Plegado en guisa de luna*. ¶vt, Lunatum ferramentum. Colum. lib. 12. cap. 54. Deinde, sicut consueuerunt (a) gamarij, decisiatim ferramento lunato incidito. Tres enim sunt figuræ crescentis lunæ, nam modò curuatur in cornua, modò in orbem circumacta, vt quum est plena, & Soli aduersa: modò dimidio orbe cæsa: hoc est, quum æqua proportione diuiditur: & ob id à nostris dimidia, à Græcis διχότομος vocatur. Virgil. lib. 1. Aeneid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens. Classis lunata, Lucanus lib. 3. Cauda lunata delphinorum, Seneca Oedip. Frons lunata vituli, Claudianus de Rapt. Pros.

Lunatici, Dicuntur qui furore laborant, non illo quidem perpetuo, sed interualiis quibusdam recurrente. ¶Οἱ σεληνιαζόμενοι. Ital. *Lunatici, matti per luna*. Gal. *Lunatiques, fols ou malades par lunes*. Hisp. *Lunaticos, alunados, Locos por lunas*. ¶Quod mali genus inde nomen accepit, quòd ij qui ipso interlunio nati sunt, familiare esse consueuerit: siue quòd statis lunæ ratione interualliis soleat teneri, Iulius Firm. 4. Mathe. Et si luna malè fuerit collocata: aut spasticos, aut lunaticos, aut caducos facit.

LVNA, Hetruriæ oppidum ad mare situm, fœcundissimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum. Vulgò *Luna*. Plin. lib. 36. cap. 6. Adiecit idem Nepos, Mamurram totis ædibus nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Caristio, aut Lunensi. Lucanus lib. 1,

-quorum qui maximus æuo,
Annus incolum deserit mœnia Lunæ, &c.

Lunensis caseus. A Luna vrbe nomen accepit, quę fuit in ea parte Hetruriæ, quæ Liguriæ proxima est. Erat autem hoc caseï genus sola magnitudine laudatum, vt quod librarum mille pondus nonnunquam æquaret: vnde inter fercula obsonia referuit à Martiale, lib. 14, Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ. Præstabit pueris prandia mille tuis. Plin. lib. 11. cap. 42, Mixtum Hetruriæ atque Liguriæ confinium Lunensem mittit, magnitudine conspicuum: quippe & ad singula milia pondo premitur.

LVNAE promontorium, Hetruriæ promontorium, non procul à Macra fluuio: cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 1. ἀκρωτήριον. ¶Est item eiusdem nominis promontorium in Lusitania, non procul à Tagi ostio, apud eundem Ptolemæum lib. 2. cap. 5.

LVNARIVM. Promontorium Lalætanorum in Hispania Tarraconensi: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iouis.

Luo, luis, lui, Significat persoluo. ¶Λύομαι. Ita. *Purgare pagare*. Gal. *Payer, satisfaire, souffrir punition*. Hisp. *Lauar ò pagar la pena*. ¶Liu. lib. 1. ab Vrbe, Vt tamen debito supplicio scelus luere id est soluere, seu purgare. Dictum putatur à verbo Græco λύω, quod inter cætera significat etiam purgo: aut λύω & ἀλύω, quod est lauare, siue abluere. Luere pœnas, est dare pœnas, seu ferre supplicium. Cic. Attico lib. 3, Itaque mei peccati luo pœnas. Sic luere supplicium, est supplicio affici. Iustin. lib. 1. Quicunque capi potuerunt, supplicia cruciibus luerunt. Luere capite, est capite plecti. Liu. 9. ab Vrbe, Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. Luere maculas sanguine, est abstergere, purgare, eluere, & tum à lauando quidam ductum volunt. Cic. in Verrem, Act. 7, Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculis furtorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Luere peccata, est delictorum supplicium ferre. Liu. 8. bel. Maced. Ego tamen, & cum aliis pro dignitate imperij vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. ¶Luere aliquando est, pretium redemptionis redemptori offerre, ait Bud. Vlp. Qui statu controuersiam patiuntur, non debent per id tempus militare: sed nec hi qui ab hostibus redẽpti sunt, priusquàm se luant.

Luitur, impersonale. Lucanus lib. 2, -hac cæde luitur
Quicquid Romani meruerunt pendere mores.

Luitio, onis. ¶Λύσις. Ital. *Pagamento per riscatto*. Gal. *Rachat, payement de rançon*. Hisp. *Pagamento de desafio*. ¶Vlp. de capt. & postli. reuer. l. Si patre. Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est suum ei posse luere dem existere.

Luiturus, participium. Luitora pœnas puppis. Claud. 4. Panegyr.

Luendus. Ouid. 2. Trist. Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

Lupa, Lupanar, Lupanarius, Lupatum, Vide LVPVS.

LVPERCAL, à lupa dictum, Locus sub Palatino mõte, sacratus ab Euandro

Universidad de Deusto
Biblioteca

dro Pani Deo Arcadiæ, qui Lycæus vocatur, eo quòd nõ sinat lupos in oues ixuire. Quanuis quidam ita appellatum velint, quòd lupa ibi Remum & Romulum nutriuerit. λυκαῖον. Ouid. 2. Fasto.

Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal:
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Lupercalia, Solennia quædam sacra dicebantur, quæ mense Februario à Lupercis fiebant in honorem Panos pastorum Dei. λυκαῖα. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 2. Hodierni dici res gestas Lupercalibus habebis. Seruius enarrans illud Virg. lib. 8. Aen. Hic exultantes Salios, nudósq; Lupercos. Quum, inquit, in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi, proiectis vestibus, persecuti sunt latrones: quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis prospere gestam, consuetudo permansit vt nudi Lupercalia celebratent.

Luperci, Sacerdotes erant Panos Dei pastorum, qui Lupercaliorum die nudi per vrbem cursitabant, præquantiúmque mulierum manus, vtero sósque caprina pelle feriebant: qua re & fœcunditatem, & facilem partum fieri putabant. ¶ Dicti autem creduntur Luperci, à Pane Deo pastorum cui sacra faciebant in Lupercali. Græci enim Panа vocant Lycæum, nomine λύκε λυκαν, hoc est à lupo, deriuato, quòd oues à lupis tueri credebatur. Vel à Lycæo monte Arcadiæ in quo Pan colebatur. Ouid. 2. Fast. Quid vetat Arcadiæ dictos de monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. Cic. 2. Philipp. insectatur M. Antonium quòd in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se Lupercum exhibuerit.

LVPIA, Germaniæ fluuius Pomponio lib. 3. Coniectura est, inquit Vadianus in Melam, eum esse quem hodie Neccharum vocant, qui haud longè à Danubij fontibus ortus, per Vvirtembergensem ducatum lapsus, móxque in Occasum versus, Rhenum seortsum illabitur. Strabo longè secus, quàm Pomponius Lupiam in Visurgim deferri ait, vt Lupiæ nomine nõ Necchарus, sed is amnis quem hodie Fuldam vocant, intelligatur. Tacitus (adeò in re tantilla variant scriptores) libro Augustæ historiæ 2, Lupiam vocat amnem non in Rhenum, sed in Oceanum elapsum. Hæc Vadianus. Cuius viri alioqui diligentissimi lapsum tam supinum satis mirari nõ possum, præsertim in suæ Germaniæ chorographia. Constat enim Lupiam Bructerorum (hodie Vvestphalos appellant) fluuium esse, qui etiam hodie nomen retinet, non procul à Padenborna nascentem: ad cuius caput extat oppidulum, quod Germani sua lingua *Lipemprunnum*, quasi Lupiæ fontem appellantialiúdque circa medium fere fluminis tractum visitur oppidulum, quod eodem cum fluuio nomine Lupiam nominant. Labitur autem in Rhenum (quod & Mela asserit) circa Vesaliam agri Cliuensis oppidum.

LVPFVRDVM, Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Vrbs Germaniæ, hodie Myssa, Vulgò *Meissen*.

Lupinus, ni, & Lupinum, ni, substantiuum, Leguminis genus est omnium amatissimum, quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit. ¶ Ἥρεμος. Ital. *Lupino*. Gal. *Du lupin*. Hisp. *El altramuz*. ¶ Dictus autem putatur Lupinus à lupi natura, quòd nõ minus terram appetat, vorãxque illius sit, quàm lupus: & tellurem adeò amat, vt quanuis fructoso solo coniectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perueniat. Vide Plin. lib. 18. cap. 14. Horat. 1. Epist. 7, Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Vide Erasmum in Chiliad. Virg. 1. Georg.
–tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos.

Lupus, lupi, Animal rapax, quod nulli notum non est. ¶ λύκος. Ital. *Lupo*. Gal. *Vn loup*. Hisp. *Lobo*. ¶ Huius fœm. est lupa. Ouid. 1. Trist. Excussa est auidi dentibus agna lupi. Horat. Epod. 15, Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion Turbaret hybernum mare. Virg. 3. Georg. Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum, Atque canum? Horat. Epod. 16, –habitandáque fana Apris relinquunt, & rapacibus lupis. Virgil. 6. Aen. –pleno lupus insidiatus ouili. ¶ Est etiam Lupus, piscis genus quem Romani olim piscibus omnibus prætulerunt: eósq; præcipuè, qui in Tyberi inter duos pontes capi essent: quos catillones, hoc est liguritores vocabant: metaphora ducta ab hominibus gulosis, & delicatis, quos ideo catillones vocabant antiqui, quòd ablumptis cibis ipsos etiã catillos lingerent. λάβραξ. Est enim hic piscis voracissimus, stercorúmq; ac latrinarum auidissimus lectator: à nullo sordiũ genere temperãs. Paulus Iouius in eo libello quẽ de piscibus Rom. edidit, Spigolã vocari ostendit: multisq; argumentis eorum opinionem conuincit, qui hunc Sturione esse putauerunt. Plin. lib. 9. ca. 17, Postea præcipuam autoritatem fuisse lupo & asellis Cornelius Nepos, & Laberius poëta Mimorum tradidere. Luporum lautissimi qui appellantur lauati, à candore mollitiáque carnis. Martial. li. 13, Laneus Eugani lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cũ sale pastus aquas. Idem lib. 2, Mullum dimidium, lupúmque totum. ¶ Item Lupus, genus est fræni aspertimi, quod & lupatum dicitur, à lupinis dentibus, qui inæquales sunt: & propterea morsus eorum aspertimus. His frænis vrebantur Galli. Ouid. lib. 4. de tristibus, Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. ¶ Item lupus, est instrumentum aduncum, quo vasa quæ in puteum fortè ceciderũt, extrahuntur. ἅρπαξ Græco vocabulo, & à nostris harpago nominatur. Iuu. 8. bel. Pun. In alios lupi superne terret iniecti, vt in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. ¶ Item aranei genus, Plin. lib. 11. cap. 24, Luporum nomine minimi non texunt. ¶ Hoc nomine etiam dicta est herba, quæ asparagi vice mandi solet: quæ & lupus salictarius appellatur, quòd salices ad similitudinem vitis ascendat. Hanc herbam officinæ vocant lupulum, Galli *houbelon*. Ea vtuntur Belgæ ad condiendam ceruisiam admistis frugibus. ¶ Item lupus (vt Palladius autor est) ferula manubriata vocatur. ¶ Quem lupo commisisti. Terent. in Eunucho. Concinnè hoc vtemur prouerbio, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 3. Philipp. Etenim in concione dixerat se custodem futurum vrbis, vt qui ad Calendas Maias ad vrbem exercitum habiturum. O præclarum custodem, ouium (vt aiunt) lupum. Custósne vrbis an direptor & vexator esset Antonius? Quadrare videtur quoties inimico negotium committitur: eique qui nobis pessimè velit: propterea quòd lupus & aguus genuino quodam odio dissident. ¶ Lupo agnum eripere.

Plaut. Pœn. Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt. Hoc vti possumus prouerbio, vbi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, sperare futurum vt lupus agnum semel arreptum amittat. ¶ Lupus est in fabula, prouerbium est notissimum, quo vtimur quoties nostro sermoni supernenit is de quo loquebamur, & nobis sua præsentia amputat loquendi facultatem. Prouerbium tractum est à lupi natura, quem ferunt iis quos prior aspexerit, vocem intercludere. Ad quod alludit Virgil. 9. Aegloga, –vox quoq; Mœrim Iam fugit ipsa: lupi Mœrim Virgil. 9. Aegloga. –vox quoq; Mœrim Iam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores. ¶ Lupum auribus tenere, prouerbium est quod in re ancipiti periculosáque dici solet. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. Sueton. in Tiberio, Cunctandi causa erant metus vndique imminentium discriminum, vt sæpe lupum se auribus tenere diceret. ¶ Lupus aquilam fugit, λύκος ἀετὸν φεύγει. Vbi periculum eminens cuitari non potest. Aquilam enim allata quum sit, frustra lupus fugit. ¶ Lupus ante clamorem festinat, λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει. Vbi quis admissi conscius, vltro timet priusquam accusetur: siquidem lupus simulátque prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore, veniat in periculum. ¶ Ale luporum catulos. Ἥψας λυκιδέας. Prouerbium est, teste Theocriti interprete, in eos qui læduntur ab iis de quibus benemeriti sunt aut in ingratos. ¶ Lupus hiat. λύκος χάσκει. Dicebatur si quis re multum sperata multúmque appetita frustratus discederet. Aiunt enim lupum prædæ inhiantem rictu latè diducto accurrere: qua si frustretur, obambulare hiantem. Aristoph. in Lysistrata. ¶ In laqueos lupus. εἰς πάγας λύκος. Quum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. ¶ Ex ore lupi. ἐκ λύκου στόματος. Vbi res quæpiam præter spem recipitur, quæ iam planè periisse videbatur. ¶ Vt lupus ouem amat, ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ: qui sui cõmodi gratia simulat amorem: nam is vulgo dicitur amor, quum reuera sit odium. Socrat. in Phædro. ¶ Lupus pilum mutat, non mentem, ὁ λύκος τὴν τρίχα, ἀ τὸν χρόαν οὐ μάλλον. Senecta canitiem affert improbis, non item aufert malitiam.

Lupa, pæ, fœmininum. ¶ λύκαινα, πόρνη. Ital. *Lupa, putana*. Gal. *Louue, paillarde publique*. Hispan *Loba, ò la puta del burdel ò ramera*. ¶ Plin. de Viris illust. Ad vagitum lupa accurrit, eósque vberibus suis aluit. Ouid lib. 3. de Arte amandi, Rapidæ tradis ouilia lupæ. ¶ Ponitur tamen quandoque pro meretrice, quòd vt lupa cibis, ita hæc vel libidinis, vel quæstus appetens sit. Plaut. in Epid. Deuorrunt mores virgini longè, ac lupæ. Cic. pro Milone, Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.

Lupanar, penult. prod. Prostibulum, gancum, in quo lupæ, hoc est meretrices prostant. ¶ πορνεῖον, γυναικῶν πωλικὸν. Ital. *Bordello*. Gal. *Bourdeau*. Hisp. *El burdel*. ¶ Quintil. lib. 7. cap. 4, An deprehensus in lupanari cum aliena vxore, adulter sit, quæritur. Iuuenal. Satyr. 6, Intrauit calidum veteri centone lupanar. Oblitum lupanar, Catul.

Lupanarium, arij, Idem quod lupanar. πορνεῖον οἰκεῖον. Vlp. de Petit. hæred. Licet à lupanario præceptæ sint. Nam & in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercentur.

Lupanaris, & hoc lupanare: vt, Infamia lupanaris, apud Apulcium, pro spurca & fœda fama, qualis esse solet meretricibus. ¶ γυναικὸς πορνικῆς. Ital. *Di bordello*. Gal. *De bourdeau*. Hisp. *Cosa de burdel*. ¶ Ambros. Cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari.

Lupor, atis, ari, Scortari, meretricari. πορνεύειν. Turpilius apud Nonium, Qui cum meretrice per vias habitu nostro lupantur. Antiquum.

Luparius, rij, Qui venatur lupos. ¶ λυκηγὸς ἀνήρ. Ital. *Cacciatore de lupi*. Gal. *Chasseur de loups*. Hisp. *Cazador de lobos*. ¶ Seruius in Comment. Georg. Constat enim lupatios carnibus tinctis veneno lupos necare.

Lupatum, ti, Idem quod lupus, pro fræno aspertimo. ¶ χαλινός. Ital. *Morso*. Gal. *Vn mors de bride fort rude, vn frein fort aspre*. Hispan. *El freno de la brida ò de cosoja*. ¶ Virgil. 3. Georg. –pressisque negabunt Verbera dura pati, & duris parêre lupatis. Dicta lupata (vt Seruius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales sunt: vnde & eorum morsus vehementer obest. Ouidius 1. Amor. Eleg. 2, Asper equus duris contunditur ora lupatis.

Lupinus, a, um, Quod est lupi. ¶ λυκεῖος. Ital. *Lupino, di lupo*. Gal. *De loup*. Hisp. *Cosa perteneciente à lobo ò loba*. ¶ Cicero in Catil. Quem inauratum in Capitolia paruum atque lactantem vberibus lupinis inhiantem fuisse meminisse. Plin. lib. 28. cap. 11, Lupino quoque adipe, vel medulla fuum fricari oculos contra lippitudines præcipiunt.

Lura, (inquit Festus) Os culei, siue vtris ab antiquis dicebatur.

Lurco, cas, Cibum cum auiditate nimia sumo. ¶ λιχνίζομαι. Ital. *Trangugiare*. Gal. *Gourmander, manger auidement*. Hisp. *Tragar mucho*. ¶ Pomponius Stiti, vt citat Nonius, Lardum lurcabat lubens.

Lurcor, aris, deponens, idem. Lucilius Satyra 2, Vt lurcarentur laridum & carnaria furtim.

Lurcones, Dicti sunt gulosi, & bonorum suorum consumptores. ¶ λιχνοί. Ital. *Trangugiatori, gulosi*. Gal. *Gourmands qui despendent tout leur bien en gourmandise*. Hisp. *Golosos ò glotones*. ¶ Plau. in Perſa. Perenniserue, lurco, edax, furax, fugax. Lucilius Saty. lib. 5, vt citat Nonius, Edite lurcones, comedones, viuite ventres. Suetonius de clar. Gramm. cap. 15, Lastaurum, & lurconem, & nebulonem, popinonémque appellans, & vita scriptisque monstrosum.

Luridus, a, um, penult. corr. Quod est supra modum pallidum, quasi loridum, seu loco percussum, & liuidum factum. ¶ ὠχρός, πελιδνός. Ital. *Pallido molto*. Gal. *Fort palle & comme battu & meurtri d'escourgees, blaffard*. Hisp. *Cosa de color amarillo*. ¶ Horatius lib. 3. Carm. Mœrétque partus fulmine luridum, Missos ad Orcum. Ouidius 1. Metamorph. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Horat. 4. Carm. 13, –& refugis te, quia luridi Dentes, te quia rugæ turpant, & capitis niues. Ouid. 15. Metamorph. –solis quoque tristis imago Lurida solicitis præbebat lumina terris.

Lutor, oris, masc. gen. Pallor, color subflauus. ¶ ὠχρότης. Ital. *Pallidezza*. Gal. *Palleur*. Hispan. *Amarillez*. ¶ Lucret. lib. 4, Lutida præterea fiunt, quæcunque tuentur Arquati: quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt simulachris obuia rerum.

Luscinia, æ, Auis cantus suauitate præcellens, quæ & Philomela appellatur

latur:ita dicta, vt volunt, quòd lugens canat, aut certè quòd canat ante lucem. {ἀηδὼν. Ital. *Rosignuolo, lusignuolo.* Gal. *Rossignol.* Hisp. *Ruyseñor.*} Plin. lib. 10. cap. 29. Luscinijs diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu auc. Poëtæ fabulatur, Philomelam à Tereo violatam, in hanc auem fuisse mutatam: ad quam fabulam alludit Martialis lib. 14. Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur auis. Ob eandem causam & Atthis dicitur. Fuit enim Philomela patria Athenienſis, Pandionis Regis filia. Martialis lib. 6. Sic vbi multisona feruet sacer Atthide lucus. Animaduertendum contrà, ac multi fabulam tradiderunt, existimasse Gorgiam Philomelam in hirundinem, Prognem sororem ipsius in luscinium conuersam fuisse: quam etiam opinionem sequutus est M. Varro, Lusciniola, luctuosè canere existimatur, atque esse ex Attica progne in luctu facta auis. Et Virg. Aeg. 6. Quas illi Philomela dapes. Ex Comment. Petri Victorij in 3. lib. Rhetor. Arist. ¶ Nec quantum luscinię dormiũt, ὡδ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνώουσιν. In eos conuenit, qui somni sunt parcissimi. Luscinię minimum dormire feruntur vel propter Ityn extinctum vel propter timiditatem. Potius dictum videtur quòd luscinię vernis mẽsibus per omnem ferè noctem perpetuo cantu garriant.

Lusciniola, diminutiuum. {ἀηδόνιον. Ital. *Picciolo lusignuolo, lusignoletto.* Gal. *Petit rossignol, rossignolet.* Hisp. *Pequeña ruyseñor.*} Plaut. in Bacc. Pol ego quoq; metuo, luscinioląe ne defuat cantio.

Luscioſus, siue Luscitioſus, Is dicitur, teste Nonio, qui ad lucernam non videt. {μυωπ. Ital. *Che ha corta vista.* Gal. *Qui a courte veue.* Hisp. *El que no ve sino con poca luz.*} Varro Disciplinarum lib. 8, vt citatur à Nonio, Vesperi non videre quos appellant luscioſos. Idem Andabatis, Aedepol idem cæcus, non luscioſus est. Budæus in Annota. luscioſos, siue luscitioſos eos dici existimat, qui propius admota oculis vident, remota verò non: quod genus homines res intuendas oculis ferè contingere solent, & limis etiam clausisque oculis aspicere, eosdémque à Græcis μύωπας vocari ait.

Luscus, sci, Qui altero captus est oculo. {ἑτερόφθαλμος. Ital. *Losco.* Gal. *Louschet.* Hisp. *Tuerto, menguado de vn ojo.*} qualis fuit Annibal, de quo Iuuenal. Saty. 10, Quum Getula ducem gestaret bellua luscum. Cic. lib. 2. de Orat. Et tamen id dixit, quod in omnes luscos conueniret. Martial. lib. 8, Oculo Philænis semper altero plorat: Quo fiat istud quæris modo? luscа est. ¶ Compositum Eluſco, as, quod est luscum facio, & oculum eruo. μυῶ. Scribit Iulianus Iureconsultus, Aquilia lege teneri cum qui eluscauerit discipulum in disciplina.

Luſio, Vide Ludo in LVDVS.

LVSITANIA, νίκ, λουσιτανία. Tertia Hispaniæ pars, ad Septentrionem Durio amne à Tarraconensi prouincia, ad Austrum à Bætica Ana fluuio diremptа: cuius descriptionem vide apud Plin. lib. 4. cap. 21, & Ptolemæum lib. 2. cap. 5, Strabo tamen lib. 3, Lusitaniam ad Austrum Tago flumine terminat. Dictam autem volunt Lusitaniam à Luso, & Lysa Liberi patris comitibus, qui eum bacchantes in Hispaniam secuti sunt, vt tradit Plin. lib. 3. cap. 1. Hodie *Portugaliam* appellant.

Lusito, Vide Ludo, in LVDVS.

LVSIVS, λοῦσιος. Arcadiæ fluuius frigidissimus, Gortynam vicum præterfluens, in quo Iouem primum ablutum fuisse Arcades asserũt: vnde & nomen accepisse putatur. Vide Cælium Rhodig. lib. 18. cap. vltimo. ¶ Fuit & Lusius quidam, Matij ex sorore nepos, qui quum Trebonio generoso adolescentulo vim afferre conaretur, ab eodem occisus est. Valerius lib. 6. cap. 1, Clusium appellat.

LVSPIAE, λουσπίαι. Ptolem. lib. 5. cap. 1, Calabriæ vrbs, Lupia Plinio.

Luſtrum, stri. Ferarum habitaculum in syluis: à luto, vt Seruius putat, eo quòd apri, suésque syluestres in lutosis ferè locis sua habeant cubilia. {σπήλαιον, κοιτῶνας θηρῶν. Ital. *Habitacolo delle fere, cauerna doue se ritirano gli animali saluatichi.* Gal. *Cauerne ou se retirent les bestes sauuages és bois.* Hispa. *Lugar de las fieras.*} Alij putant luſtrum per antiphrasin dictum, quòd minimè sit illustratum, sed obscurum & immundum. Virgil. lib. 2. Georg. Non absunt illis saltus, ac luſtra ferarum. ¶ A qua similitudine ij qui in locis abditis ac sordidis desidiæ & ventri indulgent, in luſtris vitam agere dicuntur. Propter quod & luſtra dicuntur popinæ, & lupanaria, vbi lupæ, id est meretrices delitescunt. πόρνειον, τὸ πορνοβοσκεῖον. Cicer. 2. Philipp. Quum omnes impuritates impudica in domo quotidie susceperis, vino, luſtrisque confectus. Idem Cassio. Quę autem in luſtris & in vino commentatio potuit esse? ¶ Luſtrum item dicebatur sacrificij quoddam genus, quo vrbis luſtrandæ gratia sus, ouis, & taurus immolabantur. Liu. lib. 2, Omnes centuriæ, & equites in campum Martium conuocati, sue, oue, tauro cæsis immolarunt: quod luſtrum est dictum, sicque à sacrificio illo census obtinuit nomen luſtri. ¶ Quia verò census ipse, siue luſtrum quinto quoque anno habebatur (quanto tempore durabat Censorum magistratus) inualuit consuetudo vt Luſtri appellatione spatium quinq; annorum appelleretur: quod Olympias apud Græcos dicitur, id est quinquennium: ita tamen vt quadriennio exacto, quinto quoque anno ineunte, luſtrum peractum intelligatur. {πενταετία, ἡ πενταετηρίς, πενταετηρίς. Ital. *Spatio d'anni cinque.* Gal. *Espace de cinq ans.* Hispa. *Espatio de cinco años.*} Plin. auunculus lib. 2. cap. 47, Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire eadẽ vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium luſtri eius semper intercalari anno Caniculæ ortu. Intercalarem annum dixit, quem Biſſextilem dicimus. Vlpianus de Rebus cred. Nam etsi colonus post luſtrum completum fructus percepetit, condici eos constat. Tacitus secundum luſtrum dixit, vt secundam Olympiadem, de ludicro quinquennali loquens Romæ instituto. Hæc Budæus.

Luſtro, as, Perago, ambio, circumago. {περιέρχομαι, περιέρχω, περιτρέχω. Ital. *Circondare.* Gal. *Enuironner, tourneyer.* Hisp. *Andar en derredor de lugar.*} Lactant. lib. 2, Sed Luna, quæ orbem illum signiferum triginta dierum spatio luſtrat. Cic. lib. 5. de Finibus, Cur ipse Pythagoras & Aegyptum spatio luſtrat. Cic. lib. 5. de Finibus, Cur ipse Pythagoras & Aegyptum luſtrauit, & Persatum Magos adiit? Virgil. lib. 3. Aeneid. -quo tutior hoſpita luſtres Aequora, & Ausonio possis considere portu. Idem lib 4. Georg. Atuáque Rhiphæis nunquam viduata pruinis Luſtrabat. ¶ Interdum significat expiare. {ἁγνίζειν, καθαίρειν. Ital. *Purgare.*

Gal. *Purger.* Hispan *Purgar, alimpiar.*} Liu. lib. 3. ab Vrbe, Ibi instructum exercitum omne, sue, tautis tribus luſtrauit. Virgil. 5. Aegloga, -& quum solennia vota Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus agros. Idem lib. 6. Aen. Idem ter socios pura circumtulit vnda, Spargens rore leui, & ramo fœlicis oliuæ. Luſtrauitque viros, dixitque noniſsima verba. ¶ Interdum idem est quod circumquaque aspicio, & oculis quodammodo ambio. περισκοπῶ. Virgil. lib. 8. Aeneid. Ille os, oculósque loquentis Iandudum, & totum luſtrabat lumine corpus. Luſtrare animo, id est perpendere & examinare ἐξετάζειν. Cic. lib. 3. Officior. Sed quum omnia ratione atque animo luſtraueris. ¶ Interdum luſtrare, accipitur pro sequi. ἀκολουθῶ. Virg. 2. Aeglo. At mecum raucis, tua dum vestigia luſtro, Sole sub ardenti resonant arbuſta cicadis. ¶ Interdum patefacere, clarificare, illustrare. φανερὸν ποιῶ, λαμπρύνω. Virgil. lib. 3. Aeneid. Postera Phœbea luſtrabat lampade terras Orta dies. ¶ Luſtrare exercitum, id est recognoscere, recensere ἐπισκοπῶ. Cæsar lib. 7. belli Gallici, Legionibus quæ ex omnibus hybernis ad fines Treuerorum euocatis, eò profectus est, ibique exercitum luſtrauit. ¶ Huius verbi composita sunt Colluſtro, Illuſtro, Perluſtro: quorum significata vide suis locis.

Luſtror, aris, passiuè. Ouid. lib. 13. Metam. -ego luſtror ab illis, Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto. Pectora fluminibus iubeor supponere centum. Idem lib. 10. Metam. Magico luſtrabere ritu. Virg. lib. 3. Aeneid. Luſtramúrque Ioui, vocisque incendimus aras. Vbi Seruius, Aut luſtramur, id est purgamur, vt Ioui sacra faciamus: aut certè luſtramur Ioui, id est expiamur.

Luſtror, aris, deponẽs, Significat scortor, in luſtris & lupanaribus versor. A luſtris, quæ interdum pro meretricum latibulis accipiũtur. {πορνεύομαι. Ital. *Andare à meretrici.* Gal. *Hanter le bourdeau, bordeler.* Hisp. *Andar por las puterias.*} Plautus in Pseud. Luxuriantur, luſtrantur, comedunt quod habent.

Luſtratus, participium, Purgatus, expiatus. {καθαρθείς. Ital. *Purgato.* Gal. *Purgé & nettoyé.* Hisp. *Ampiado por sacrificio.*} vt, Luſtratum atque purgatum Capitolium. Liu. lib. 2 ab Vrbe. Martial. in Præfat. lib. 8. Meminerit, nonnisi religionis purificatione luſtratos accedere ad templa debere. Corpus luſtratum diuino odore, Ouid. 14. Metamor.

Luſtratio, verbale. Circuitio, peragratio. {περιέρχεια. Ital. *Il terminare, l'andare qua & là.* Gal. *Aller a l'entour, tournoyement.* Hispan. *Andadura en derredor.*} Cic. 2. Philipp. Quæ fuit eius peragratio itinerum? luſtratio municipiorum? ¶ Ponitur & pro sacrificio expiationis. {ἐξαγνισμός, καθαρμός. Ital. *Purgatione.* Gal. *Purgation.* Hisp. *Purgacion.*} Colum. lib. 2. cap. 28, Hoc loco certum habeo quosdam, quum solennia festorum percensuerim, desideraturos luſtrationum, cęterorúmque sacrificiorum, quę pro frugibus sunt; morem priscis vsurpatum.

Luſtramen, inis, Idem quod luſtratio. Valerius lib. 6. Argon. Semineciśque duces inter sua tela, suósque Inter equos, sæuam misero luſtramine versant Congeriem.

Luſtralis, strale. Quod luſtrandi, hoc est purgandi, seu expiandi vim habet. {καθαρτικός. Ital. *Purgatiuo.* Gal. *Purgatif.* Hisp. *Cosa para alimpiar.*} Vnde aqua luſtralis dicitur, qua à sacerdote luſtrationis, hoc est purgationis causa aspergebantur. Ouid. 3. de Ponto, Spargit aqua captos luſtrali Graïa sacerdos. Sic luſtrale sacrificium dicitur, quod luſtrationis causa fit. Liu. lib. 1, Sacrificium luſtrale in diem posterum parat. Luſtralia extа veteres dixerunt præpinguia: eo quòd luſtralis, id est quinquennalis bos, dicitur esse perfectæ ætatis.

Luſtricus, a, um. Idem ferè est quod luſtralis. καθαρτικός. ¶ Vnde Luſtrici dies infantium appellantur: puellarum octauus, puerorum nonus, quia his infantes luſtrantur, & nomina eis imponuntur. Hæc Festus. ¶ Et qui eos luſtrant, luſtratores vocantur, & fœminę luſtratrices: & qui luſtrantur, luſtrati nominantur.

Luſtrificus, a, um. Idem quod luſtralis. ἁγνιστικός. vt, Cantus luſtrificus, Valerius 3. Argon.

Luſus, Vide Ludo in LVDVS.

Lutamentum, Lutatius, Vide LVTVM.

Lutea, æ. Herba est in paluſtribus & aquosis locis nascens, flore rufo vel aureo, caulibus spargens cubitales, eóque maiores, quorum è geniculis folia exeunt gracilia, salicis foliis non dissimilia. λυσιμάχιον quibusdam Rustici *cerinoltum* vocant, pannorum infectoribus hoc nomine notissimam, qui cæruleo coloris pannos ei incoquentes, colorem viridem efficiunt. Nam ex flaui cæruleique commistione viridis color emergit. Qua ratione olim etiam adulterinam chrysocollam conficiebant, lutea herba cæruleo subtrita. Plin. lib. 33. cap. 5, Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipsam cæruleo subtritam, pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo.

Luter, eris, pen. prod. λουτήρ. Vasis genus est (vt quidam existimant) quo vinum diluitur: cuius meminit Hieronymus in Iouinianum. ¶ Alij hoc nomine peluim significari arbitrantur, aut certè vas in quo vasa abluuntur. Quibus etiam vocis ipsius etymon suffragari videtur, quod λοῦσθαι, hoc est à lauando tractum videtur. ¶ Vnde & λουτήριον diminutiua forma, vasis genus est, Iulio Polluci, in quo calices abluuntur.

Luteſcere, Vide LVTVM.

LVTETIA, Parisiorum vrbs celebertima, primum in Sequanæ insula condita, nunc præter insulam vtranque ripam latissimis occupans ædificiis, cúmque maximis Europæ vrbibus magnitudine certans & frequentia. Græci λευκέτιαν nominant, à parietum (vt quidam existimant) albedine. Meminit huius vrbis Strab. lib. 4. Vulgò *Paris.*

Luteus, tea, teum, prima syllaba producta. Quod est coloris rufi, sed dilutioris. {ξανθός. Ital. *Di color d'oro, giallo.* Gal. *Iaune.* Hisp. *Cosa de color amarillo.*} vnde Luteum oui, dicimus pro vitello, qui albumine ambitur. ¶ Huius nominis primitiuum est lutum prior syllaba producta, quo nomine herba quædam significatur, crocco colori tingendo idonea, quam & luteam nominat Plinius, vt paulo pòst latius fusius dicturi. Hoc colore nuptialia vela, quæ flammea vocabant, olim tingebantur. Plin. lib. 21. cap. 8, Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Lucan. lib. 1, Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Lutcolus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luteolus, diminutiuum. {ὑπόξανθος. Ital. *Alquanto giallo.* Gal. *Vn peu jaune.* Hisp. *Vn poco de color amarillo.*} Virgil. 2. Aeg. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Colum. lib. 12. cap. 47, Oliua pausea vel orchita, quum primùm ex albo dulcoratur, sirque luteola.

Luteus, priore correpta, Vide LVTVM, priore correpta.

Luto, as, Vide LVTVM.

Lutra, æ, Animal est ex iis quæ Græci ἔνυδρα, vel ὑδρία vocant, simile fibro, sola cauda ab eo differēs. *ενυδρις*, Herodoto. Nam fiber, piscis, caudam habet. {Ital. *Lodra animale.* Gal. *Vn loutre.* Hispan. *Nutria.*} Plin. lib. 8. ca. 30, de fibro loquens, Cauda piscium iis cætera pars luttræ. Vtrunq; aquaticum, vtrique mollior pluma pilus.

Lutum, ti, pen. corr. Terra est humore soluta, quam & cœnum vocamus. {πηλός. Ital. *Fango, lotto.* Gal. *Bone, fange.* Hispan. *Lodo.*} Iuuenalis Satyr. 6, Compositique luto nullos habuere parentes. Horat. lib. 1. Epist. 2, Vixisset canis immundus, vel amica luto, sus. Fictus ex argilla & luto homulus, Cicero in Pisonem. Volutatus in luto totius corporis vestigiis Verres, Cic. 6. Verr. Pocula composuit de facili luto, Tibullus lib. 1. Eleg. 4. ¶ In eodem luto hæsitare: id est sic implicari cuipiam negotio, vt se inde nequeat extricare quin in idem aliudve simile recidat. Terent. in Phormione, -quid nunc porrò? Quid fiet? in eodem luto hæsitas, vorsuram soluis. Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ crescunt. ¶ Huic pene contrarium est, Extra lutum pedes habes, ὃν ἐκ πηλοῦ πόδας ἔχεις, hoc est emersisti è periculo, aut extra periculum constitutus es. A viatoribus sumptum. ¶ Lutum luto purgare, πηλὸν πηλοῦ καθαίρειν, dicitur vbi res sordida sordibus tollitur: hoc est quum sordes non tolluntur, sed aut mutantur, aut augentur etiam. Apollonios. ¶ Per translationem Plautus in Persa lenonem vocat lutum. Possum, inquit, te facere, vt argeorom accipias, lutum?

Luteus, a, um, prima syllaba correpta, Quod ex luto confectum est. {πήλινος. Ital. *Di terra, di lotto.* Gal. *Fait de boue ou de mortier de terre.* Hispa. *Cosa toda de lodo.*} vt, Luteus paries, lutea vasa. Ouid. lib. 1. Fast. -igootáque prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabe fingit opus. ¶ Per translationem luteū dicimus, quicquid vile est, & nullius pretij. Plaut. in Pœn. Neque periurior, neque peior alter vsquam est gentium, Quàm herus meus est, neque tam luteus, neque tam cœno collitus. Idem in Truc. Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam. Cic. 6. Verr. Tum illos cœpisse Prætori dicere, putasse id se, quod audissent, alicuius pretij scyphos esse Pamphili: luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet.

Lutosus, a, um, Cœnosus, luto plenus, vel luto infectus. {πηλώδης. Ital. *Fangoso.* Gal. *Boueux.* Hisp. *Lleno de lodo.*} Plin. lib. 18. ca 19, Lutosam terram ne tangito. Colum. lib. 12. cap. 54, Raporum quàm rotundissima ne tangito. Colum. lib. 12. cap. 54, Raporum quàm rotundissima semina sumito, eáque si sint lutosa, detergito, & summam cutem nouacula decerpito.

Lutulentus, a, um, Idem quod lutosus. πηλώδης, βορβορώδης. Colum. lib. de Arboribus, cap. 12. Lutulentam terram neque arare, neq; fodere oportet. Cic. in Salust. Itaque nihil aliud studet, quàm vt lutulentus sus cum quouis volutari. Horat. 1. Serm. Saty. 5, de Lucilio, Quum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.

Luto, as, Luto inficio, siue oblino. {πηλόω. Ital. *Infangare.* Gal. *Enduire ou salir de boue.* Hisp. *Enlodar con lodo.*} Cato de Re rust. cap. 92, Postea conspergito amurca bene omne quod lutaueris. ¶ Ponitur etiam pro maculare. Martial. lib. 14, Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos.

Lutescere. Significat luteum fieri, & in luti morem mollescere. {πηλοῦσθαι. Ital. *Diuenir fango.* Gal. *Se conuertir en boue.* Hisp. *Ser enlodado.*} Colum. lib. 8. cap. 17, Nam quæ limo, cœnóque lutescunt, vt autè iam dixi, conchylus magis, & iacentibus apta sunt animalibus. Nonius ex Poëta quopiam, Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit.

Lutamentum, ti, Paries, aliúdve opus ex luto confectum, lutóve oblitum. {πήλωμα. Ital. *Cosa fatta di terra o loto.* Gal. *Chose faite de terre ou boue.* Hisp. *Cosa hecha de lodo o de tierra.*} Cato de Re rust. cap. 128, Neque mures caua facient, neque herbæ nascentur, neque lutamenta scindent se.

Lutarius, a, um, Quod in luto degit. {πηλοβιοῦσ. Ital. *Chi viue nel fango.* Gal. *Qui vit en bourbier.* Hisp. *Cosa que viue en el lodo.*} vt, Testudines lutariæ, apud Plin. lib. 32. cap. 4. Lutarius mullus, qui ex luto sibi pabulum petit, vilissimum ex omni mullorum genere, teste Plin. lib. 9. cap. 17.

Lutum, pen. prod. Herba eadem est quam & luteam diximus vocari, qua olim cæruleo subtrita chrysocollam adulterinam faciebant. λυτροφόρος quibusdam. Virgil. 4. Aegl. Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Vitruuius luteum appellat per tres syllabas. Vnde nonnulli etiam apud Virgilium, Luteo, legendum cæsent, duabus postremis syllabis in vnam contractis.

Lux, cis, Splēdor fulgor, claritas, & propriè ea quæ à Sole diffusa orbem illustrat. {φῶς. Ital. *Luce, splendore.* Gal. *Lumiere, clarté.* Hisp. *La luz.*} Cic. de Diuinat. Si Deus erat, cur se contra naturam abdidit, vt patefactus aratro lucem aspiceret? Hinc lucem intueri dicimus, pro eo quod est vita frui. ¶ Quoniam autem dies clara est, quemadmodum nox obscura, ponitur quandoque pro die, sicut nox, pro tenebris. Gell. lib. 2. cap. 29, Alta luce orta, auis in pastum profecta est. Martial. lib. 8, Quum facias versus nulla non luce ducentos. Cic. pro Mil. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij, &, opinor, vltra. ¶ Prima luce, hoc est vbi primum cœperit dilucescere: sicut contrà, Primis tenebris, id est incipiente iam nocte. Terent. Adelph. Cæterùm tus cum filio cum prima luce ibo hinc. Vbi Donatus, Cum primo loco legit, dicens, Cum primo lucu, veteres dicebant, Lucum pro luce, seu Sole ponentes. Ergo, Cum primo lucu, quum primum Sol cœperit lucescere. Liu. 1. ab Vrbe, Vt omnes ciues Romani, equites, peditésque in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adesent. ¶ Lux autem λὸ τὸ λύειν dicta est: λύειν enim veteres Græci appellant primam lucem, quæ præcedit Solis exortum: quod etiam summum mane dicitur. ¶ Aliquando idem est quod splendor, & nitor. Lucretius lib. 4, Viridis cum luce smaragdi. Virgil. 2. Aeneid. Exultat telis & luce coruscus ahena. ¶ Ponitur aliquando pro vita. Cic. 1. Tuscul. Tamen obiiciebatur interdum animo metus quidam, cogitanti fore aliquando finem huius lucis, & amissionem omnium vitæ commodorum. ¶ Lucis viurā alicui dare, est finere eum viuere. Cic. in Verrem, act. 7, Cur, inquam, ciuibus Romanis, quos

piratæ ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti? ¶ In luce, pro publico dixit venustè Cic. in Cato. Maiore, Nec verò ille in luce modò, atque in oculis ciuium magnus, sed intus domique præstantior. ¶ Lux mea, blandimenti genus, quo mulierculis blandimur. Martial. ad Gell. Si non mentiris, si verum lux mea dicis. Cic. Terent. lib. 14, Hem mea lux, meum desiderium. ¶ Lux pro oculis. Statius lib. 11. Theba. Et effossæ squalent vestigia lucis. ¶ Luces in plurali, pro stellis. Cice. in Arato, Illæ quæ fulgent luces ex ore coruscō.

Luci, aduerbium, Id est interdiu. {Ital. *Di giorno.* Gal. *De jour.* Hispan. *Entre dia.*} cui opponitur noctu. Cic. 2. Philipp. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi? Plautus in Menæchmis, O facinus indignum & malum, Epidamnij ciues, herum meum Hoc in pacato oppido luci deripier in via!

Luculentus, a, um. Quod est luce plenum, splendens. {λαμπρὸς, φέγγος. Ital. *Splendido, pieno di luce.* Gal. *Fort clair, plein de lumiere.* Hisp. *Claro, lleno de luz.*} Cicero Troeba. Camino luculento vtendum. Plaut. in Cure. Pulchrum & luculentum hoc nobis euēnit prælium. ¶ Aliquando accipitur pro ornato, perspicuo & aperto. Sallust. in Catilina, Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & vtilem Reipub. ¶ Ponitur aliquando pro probato, & optimo: vt quum Cic. ad Attic. lib. 7. dicit. Luculentus autor, & Luculenta conditio: id est optima, vel opima. Plaut. in Rud. Vin' tibi luculentam conditionem ferre me? ¶ Aliquando pro diuite. Plaut. in Capt. Multos iam lucrum luculentos homines reddidit. ¶ Aliquando pro magno. Cice. 7. Philipp. Luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix.

Luculenter, aduerbium, Egregiè, & splendidé. {λαμπρῶς. Ital. *Chiaramente, splendidamente.* Gal. *Clairement, gentement.* Hisp. *Claramente, manifiestamente.*} Cic. 2. de Finib. Quum Græcè, vt videor, luculenter sciam.

Luculenté, Idem. Cic. 1. de Diuinatione, Quum ipse paucis interposuit versibus dicas satis luculenté. ¶ Aliquando ponitur pro aperté. Cic. de Claris Orato. Et luculentè scripserunt, etiam si minus, quàm tu, politè.

Luculentitas, tatis, Antiquum est. Laberius Tucca, vt citat Nonius, Dominus noster tua luculentitate captus.

Luceo, ces, xi. Splendeo, lucem emitto. {φαίνω, λάμπω, φέγγω. Ital. *Lucere, risplendere.* Gal. *Luire, rendre lumiere & clarté.* Hisp. *Luzir ò resplandescer.*} Cic. in Somn. Scipionis. Luna quæ luce lucebat aliena. ¶ Aliquando significat diem esse. Plaut. in Mil. Vigila, expergiscere, inquam, lucet. Cicero pro Roscio Amerino, Occisus est cœna redieus: nondū lucebat, quum Ameriæ scitum est. Idem 7. Verrina, Lucebat iam ferè. Lucere facem alicui, aut cereum, est alicui præferre facem, aut cereum. Plaut. in Cas. Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem. Idem in Curcul. Tute tibi puer es lautus, luces cereum. ¶ Eius compositæ sunt, Alluceo, colluceo, dilucco, eluceo, illuceo, interluceo, pelluceo, siue perluceo, reluceo, & transluceo: quorum significata suis explicantur locis.

Lucescit, impersonaliter, Clarum fit. {ἡμέρα γίνεται. Ital. *Si fa giorno.* Gal. *Il fait clair, il fait jour, le jour poind.* Hispa. *Se haze dia.*} Plaut. in Amphit. Exire ex vrbe, priusquam lucescat, volo. Liu. 4. ab Vrbe, Et iam lucescebat, omniáque sub oculis erant.

Lucens, participium, Splendens, conspicuus. {φαίνων. Ital. *Lucente.* Gal. *Luisant.* Hisp. *Luzida cosa, resplandesciente.*} Virgil. 6. Aeneid. Lucentémq; globum lunæ. Faces lucentes, Ouid. 3. Fast. Marmora lucentia. Stat. 1. Syl. Tunicæ lucentes auro, Idem 9. Theba.

Lucidus, a, um, Quod est clarum, perspicuum. {φανὸς, φωτεινός. Ital. *Lucido, chiaro.* Gal. *Clair, plein de lumiere, rendant clarté.* Hispa. *Claro, luzio y resplandesciente.*} vt Lucida nox, apud Plin. lib. 2. cap. 7. Ouid. Epist. 21, Nec premit articulos lucida gemma meos. Idem 1. Fast. Lucidior visa est, quàm fuit antè, domus. Horat. 1. Carm. Ode 3, Sic fratres Helenæ lucida sydera, &c. ¶ A quo Pellucidus, & Transluciduś. διαφανής. Quintil. lib. 8, Similiter illa translucida, & versicolor quorundam elocutio res ipsas effœminat.

Lucifer, pen. corr. Stella Veneris, ita dicta, quum antegreditur Solem: quum verò subsequitur, Hesperus vocatur, teste Cic. lib. 2. Nat. deor. & Varr. 3. de Re rust. cap. 5. {φωσφόρος. Ital. *Stella diana.* Gal. *L'estoile du jour.* Hisp. *El cuzero del alua.*} Infima est quinque errantium (inquit Cicero) terræque proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem: quum autem subsequitur, Hesperus. Virgil. lib. 2. Aeneid. Iámque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ, Ducebátque diem. Ouid. 8. Metamorph. Iam nitidum retegente diem, noctísque fugante Tempora Lucifero: cadit Eurus, & humida surgunt Nubila, &c.

Luciferus, fera, ferum, adiectiuum. {ὁ φωσφόρος. Ital. *Che porta lumiera o luce.* Gal. *Qui porte lumiere.* Hisp. *Cosa que haze ò trae luz.*} vt, Diana lucifera, Valer. Argo. 7. Equi luciferi, Ouid. Epist. 11, Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi, Denáq; Luciferos Luna premebat equos. Luciferum Poëtæ filium faciunt Iouis & Auroræ, qui Trachyniam nympham amauit, & ex ea suscepit geminam prolem, Ceycem videlicet & Dædalionem. Dictus autem est Auroræ filius, quia stella illa quæ & Venus dicitur, manè solem præcedens, quasi ex eiusdem sinu oriri videtur. Virgil. Aegl. 8, Nascere præque diem veniens age Lucifer almum.

Lucifico, as, pen. corr. Lucidum facio: à quo cōpositum Elucifico, de quo suprà.

Lucifugus, & Lucifuga, pen. corr. {ὁ τὴν φῶς φεύγων, φευγούσα. Ital. *Che fugge la luce.* Gal. *Qui fuit la lumiere.* Hisp. *Cosa que huye de la luz.*} Qui fugitat lucem, & gaudet tenebris. Cic. 1. de Finib. Lucifugi, maledici, monstrosi, etiam aliis amatoriis leuitatibus dediti. Virg. 4. Georg. -nam sæpe fauos ignotus adedit Stellio, & lucifugis congesta cubilia blattis. ¶ Seneca lucifugas homines appellat, qui contra naturam nocte vtuntur pro die: qui & λυχνόβιοι dicuntur, quasi lucernarij.

Lucigena, Luce genitus. λυκηγενής. Ital. *Generato di luce.* Gal. *Engendré de lumiere.* Hisp. *Engendrado de luz.*

Lucerna, Instrumentum, in quo vnum pluráve ellychnia accensa, oleóq; fota, nobis lumen præbet, quanquam etiam non rarò pro ipso lumine accipitur. {λύχνος. Ital. *Lucerna.* Gal. *Lampe, lumiere.* Hisp. *El candil.*} ¶ Huius prima corripitur, quum tamen in luceo producatur. Iuuenalis, Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ. Cic. 4. Acad. Itaque Timagoras

magoras Epicureus negat sibi vnquam, quum oculum torsisset, duas ex lucerna scrobiculas esse visas. Plaut. in Mostel. Lucernam forte oblitus fueram extinguere. Plinius, Ex medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Lucernarum vsum primi Aegyptij monstrauere, vt autor est Eusebius lib. 10. Præparat. Euange. Lucernarum alia simplex est, quæ habet partem vnam tantùm exporrectam, & quæ vno ellychnio contenta est: quæ cubicularia dicitur: de qua Martial. lib. 14. Alia dimyxos, ad duo ellychnia ferenda, alia trimyxos, ad tria: alia polymyxos, ad plura. Martial. lib. 14. Illustrem quum tota meis conuiuia flammis, Tótque geram myxos, vna lucerna vocor. ¶ Lucernam adhibes in meridie, λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις. Id est, facis nó suo tempore: aut, explicas quæ per se sunt clarissima.

Lucernula, diminutiuum. λυχνία.

Lucernarius, Qui lucernam fert. λυχνοκόμος.

Lucubro, lucubras, pen. corr. Vigilo, & nocte ad lucernam aliquid compono. ξυνεκκάω. Ita. *Vegghiare, cõponere qualche cosa vegghiando.* Gal. *Veiller de nuit, besogner à la chandelle.* Hisp. *Velar trabajando ala candela.* Varro de Origin. Non solùm ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubraui. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Sed nocte sera deditam lanx, inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inueniunt. Cic. in Paradox. Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Lucubratio, lucubrationis, Vigilia, & opus quod fit lucubrando. ἡ κατὰ φῶς ἀσχολία, ἀκροασία. Ital. *Vegghia ò compositione fatta alla candella.* Gal. *Veille ou besogne faitte à la chandelle.* Hisp. *Aquella obra de velar ò trabajar ala candela, cossa hecha ala candela.* Cic. lib. 1. de Nat. deorum, Nam ista quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione ancillarum. ¶ Sunt & lucubrationes rusticanæ, vespertina & antelucana, quando à vespere & ante lucem conficiunt intra villam opera rei villaticæ conducibilia. Colum. lib. 11. cap. 2. Item ad lucubrationem vespertinam palos decem vel ridicas quinque conficere, totidémque per antelucanam lucubrationem.

Lucubratoria lectica à Tranquillo in Augusto cap. 78, dicitur in qua lucubrare solebat Augustus.

Luxo, as, Membrum aliquod intorqueo, & loco suo moueo. ξηρόω, ἐξαρθρόω. Ital. *Smuestrare, mouer di luogo.* Gal. *Desmettre de son lieu, desmouer.* Hisp. *Desconcertar ò desencaxar huessos.* ¶ Vnde luxa, siue luxata membra, dicuntur locis suis mota, & soluta. ἐξηρθρωμένα. Plin. lib. 28, Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari: M. Varro podagris. Idem lib. 31. ca. 6, Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuslibet generis aquam, facillimè in artus redeunt. ¶ Et luxari, dicuntur quorum membra suis locis mota sunt. ἐξαρθροῦσθαι. Idem, Althææ radix decocta luxatis prodest. ¶ Stirpium quoq; radices luxari dicuntur, quum atro aut ligone perstrictæ mutilantur, locóque mouentur. Plin. lib. 17. cap. 24. Aut culpa vinitorum colentium ægrotãt vites, quum perstringuntur: aut circunfossor iniurioso ictu verberauit, vel etiam subarator imprudens luxauit radices, corpúsve desquamauit.

Luxus, xus. Non solùm pro re veneréa, sed etiam, & ferè semper propriéque pro omni superfluitate, & nimia profusione, & sumptuosiore cibi, vestitus, & aliarum rerum cura dici solet. ἄσωτια. Ital. *Lussuria, sontuosità.* Gal. *superfluité, excez.* Hisp. *Luxuria, superfluidad.* Cic. lib. 1. Offic. Luxuria cùm omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Et paulo pòst, Turpe est diffluere luxuria. Idem pro Muræna, Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Idem pro Sexto Rosc. In vrbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia. Idem 2. Verr. Luxuries in flagitiis, crudelitas in supplicijs. ¶ In segetibus item, cæterísque stirpibus, luxuries dicitur quum alimenti vbertate quodammodo lasciuiunt, herbarum frondiúmve copiam iusto maiorem emittentes. ἐξωγμός. Virgil. lib. 1. Georg. Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

Luxuriosus, a, um, Immodicè voluptatibus deliciísque indulgens, & non solùm in rei venereæ vsu, verùm etiam in epularũ apparatu, vestiúmq; ornatu modum excedens, & plus satis lasciuiens. ἀσωτικὸς ἀκολάστως ἁβρός. Ital. *Lussuriosso, superfluo, eccessiuo.* Gal. *Luxurieux excessif, trop sumptueux.* Hisp. *Viçioso, superfluo, y luxurioso.* Quintilianus in Proœmio libri 1, Muliebris & luxuriosus cultus non corpus exornat, sed deregit mentem. Cicero de Lege Agraria contra Rullum, Vt in suis rebus, ita in Rempubl. luxuriosus nepos. Idem 6. Philipp. Multa & lauta supellex, non illa quidem luxurioſi hominis, sed tamen abundantis. Cic. 2. de Finib. Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis, & doloris metu, &c. Ibidem, Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quòd ita viuant, vt persequantur cuiusque modi voluptates. ¶ Luxuriosa lætitia, dicitur nimia, & profusior quàm par sit. Liu. lib. 2. ab Vrbe condita, Sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia. ¶ Luxuriosa frumenta, quæ tam confertim, & copiosè nimis prouenium, vt immitti in ea soleant oues ad depascendum. Cicero in Oratore de rusticis loquens, Siquidem est eorum gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. ¶ Luxuriosa vitis, quæ plures æquo frondes habeat, aut sarmenta. Colum. lib. 4. cap. 21, Siquidem luxuriosa vitis, nisi fructu compescitur, malè defloreſcit, & in materiam, frondémque effunditur. ¶ Luxuriosa pabula, quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plin. lib. 17. cap. 4, Nec luxuriosa pabula, pinguis soli semper indicium habent.

Luxuriosè, aduerbium. ἀσώτως. Ital. *In superfluità, eccessiuamente.* Gal. *Auec excez & superfluité, excessiuement.* Hil. *Viciosa y superfluamente.* vt, Luxuriosè viuere, id est molliter & delicatè. Cicero pro Cælio, Cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè viuere.

Luxurio, luxurias, neutrum: & Luxurior, luxuriaris, deponens, Propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti vbertate quodammodo lasciuiunt, ramos, frondésque iusto plures emittentes. ἐξωγμοῦσθαι. Ital. *Soprabondare, lussuriare.* Gal. *S'abondonner à toutes superfluitez, delices & volupter, croistre trop.* Hisp. *Enuiciarse, ser superfluo.* Colum. lib. 3, Carumina virgarum, ne luxurientur demutilato. Plin. lib. 18. cap. 24. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni in calidis serius, ne ante hyemem luxurient. Agri quoque præpingues luxuriare dicuntur, quum abundè stercorati præter modum fœaces euadunt. Ouid. 1. Epist. Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. ¶ Transfertur & ad homines, quos & ipsos luxuriare dicimus, quum rebus secundis, otióve lasciuiunt. Tibullus, Luxuriant animi rebus plerunque secundis. Ouid. epist. 15, Deliciisque decet luxuriare nouis. Idem lib. 5. Fast. Nos quoque idem facimus tunc, quum iuuenilibus annis Luxuriant animi, corporáque ipsa vigent. Liu. lib. 1, Positis exterorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium, disciplináque militaris continuerat. ¶ A luxurior fit compositum Eluxurior, de quo vide suo loco.

Luxurians, antis, partic. ἀσωτεύων. Horat. lib. 2. Epist. 2, -Latiúmque beabit diuite lingua: Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Leuabit cultu.

Luxuriatus, participium. ἀσωτευσάμενος. Ouidius lib. 5. Trist. Non tamen vt lusit, rursus mea littera ludet: Sit semel illa mea luxuriata loco. Fames luxuriata multo sanguine, Statius 2. Theb.

L ante Y.

LYAEVS, æi, pen. prod. λυαῖος. Vnum ex Liberi patris cognominibus, inde impositum, quòd immoderatus vini vsus pariat λύσιν, hoc est rixam & seditiones. Aut certè παρὰ τὸ λύειν τὰ μέλη τῶν μεθυόντων, hoc est ab eo quòd ebriorum membra soluat: vnde & λυσιμελὴς à Græcis cognominatur. Virgil. lib. 4. Aeneid. Legiferæ Cereris, Phœbóque, patrique Lyæo.

Lyæus, a, um, pro Lyæius. Virgil. 1. Aeneid. Regales inter mensas, laticémque Lyæum.

LYCABETVS, beti, penult. prod. λυκαβηττός Suidæ, Atticæ mons est, apud Plin. lib. 5. cap. 7.

LYCAEA, λυκαία, Sacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorem Panos fieri solita, quæ postea ab Euandro in Arcadiam translata, Lupercalia dicta sunt, vt placet Ouid. lib. 2. Fasto. Pausanias tamen in Arcadicis Lycæa Iouis sacra fuisse tradit, à Lycaone Pelasgi filio ad Iouis Lycæi aram primùm institutа. Vide Cælium Rhodig. lib. 24. cap. 17.

LYCAEVS, æi, λύκαιον, Arcadiæ mons, Ioui sacer, teste Pausania in Arcadicis, olim etiam Olympus & ἱερὸν ὄρος, id est sacer vertex ab incolis appellatus, quòd Ioui ibi educatum existimarent. In quo etiam monte Iouis Lycæi ara fuit, à Lycaone Pelasgi filio primùm consecrata, quam quum postea mactati pueri sanguine respersisset, in lupum dicitur esse transformatus. Erat ibidem & Iouis Lycæi lucus, quem siquis lege spreta esset ingressus, annum superuiuere negabatur. Item fons insignis, nomine Agno, tam admirabilis naturæ, vt re diuina ibi curiosius peracta, quercúque tamo aqua leuiter commota, mox densus inde surgeret vapor, nebulæ assimilis, quæ non multo pòst effecta nubes, aggregatis item aliis, largos demitteret imbres. Hęc Pausanias. Constat tamen Lycæum montem non soli Ioui, verumetiam Pani sacrum fuisse. Virgil. 1. Georg. Ipse nemus linquens patrium, saltúsque Lycæi, Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ, Adsis ô Tegeæe fauens. Hinc etiam Lycæus passim à Poëtis cognominatur. Idem lib. 8. Aeneid. -gelida monstrat sub rupe Lupercal, Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

LYCAMBES, bis, per tertiam, vel Lycambes, bæ, per primam declinationem, λυκάμβης. Neobules pater fuit, qui quum filiam Archilocho Poëtæ despondisset, postcáquam pœnitentia ductus non tradidisset, tam acerbo carmine ab eo est perstrictus, vt voluntario laqueo vitam finierit. Horat. in Epod. Ode 7, -in malos asperrimus Parata tollo cornua: Qualis Lycambæ spretus infido gener.

Lycambeus, a, um, pen. prod. Ouidius in Ibin, Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

LYCAON, pen. prod. genitiuo Lycaonis, pen. corr. λυκάων, Arcadiæ Rex fuit, Pelasgi filius, quem Iupiter, quòd aram suam in Lycæo monte, mactato puero sanguine respersisset, in lupum mutauit: vt scribit Pausanias in Arcadicis. Ouidius tamen lib. 1. Metamorph. omnino aliam tradit transformationis huius causam, quæ sic habet: Iupiter aliquando quum multa de humani generis impietate inaudisset, neque tamen omnia crederet, vt rem omnem certius exploraret, relicto cælo, in terram descendit: aliquótque regionibus peragratis tandem sub noctem in Arcadiam peruenit ad Lycaonis regiam, vbi quum se Deum esse significasset, vulgúsque se ad sacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon, ea ipsa nocte se periculum facturum esse dixit, deúmve an mortalem hospitio suscepisset: conatúsque est noctu dormientem interimere. Quod quum frustra tentasset, alia ratione rem aggressus est. Habebat obsides à Molossorum gente ad se missos. Horum vnum iugulauit, partimque assum, partim crudum Ioui epulandum apposuit. Cuius rei immanitate indignatus Iupiter, regiam tyranni immisso fulmine exussit, ipsúmque in syluas fugientem, in lupum transformauit. ¶ Alius fuit Lycaon Nelei filius: & frater Nestoris, quem Hercules capta Pylo interemit. ¶ Alius item fuit Priami filius ex Laothoe Altai Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Troiano interemit: vt placet Homero lib. 21. Iliad. ¶ Lycaon item faber insignis fuit ex Gnossa Cretæ vrbe, artifex eius ensis quem Ascanius dedit Euryalo: de quo Virgilius 9. Aeneid.

LYCAONIA, λυκαονία, Asiæ regio, Cappadociæ pars, secundum Ptolemæum, ad Taurum montem pertingens ea parte qua Pamphyliæ imminet. Vrbes habet Iconiũ, Adopissum, Cannam, Paraiaida, aliásq; complures, quas vide apud Ptolemæum lib. 5. cap. 6. ¶ Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, à Lycaone Rege, Pelasgi filio, & patre Arcadis, à quo deinde Arcadia dicta fuit.

Lycaones, pen. corr. λυκάονες, Populi Lycaoniæ, in finibus Cappadociæ ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Taurum montem, qui & Lycaonij appellátur. ¶ Lycaones alij à Ptole. lib. 5. cap. 2, collocantur in finibus Lyciæ, non procul à Themizonijs.

Lycanthropia, λυκανθρωπία, Melancholicæ affectionis siue insaniæ genus est, quo qui afficiuntur, lycanthropi, λυκάνθρωποι, dicuntur teste Aegineta, eo quòd lupos imitentur, noctu è lectis exilientes, & ad diem vsque inter sepulchra diuersantes, facie interim pallida, oculisq; arescentibus, & lingua, sitibundi quoque, cruribúsque immedicabiliter exulceratis.

LYCASTE, λυκάστη, Filia fuit Priami ex concubina, cuius amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanûs sororis Hecubæ filius, eam vxorem duxit. ¶ Fuit item Lycaste, meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ vrbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ quum Buten, Amyci Bebryciorum Regis filium hospitio excepisset, eius concubitu vsa, Erycem ei peperit: quo factum est vt apud posteros creditum fuerit, Buten ex Venere Erycem genuisse. Vide suprà in dictione BVTES.

LYCASTVS, λύκαστος, Vrbs Cretæ, ita dicta à luporum multitudine quæ ibi esse perhibetur. Strabo lib. 10.

LYCEVM, pen. prod. λύκειον, Gymnasij celeberrimi nomen iuxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio philosophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia. Cicero. 1. Acade. Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. ¶ Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano, à nomine scholæ Aristotelicæ ita dictum, de quo lib. 1. de Diuinat. sic refert. Nuper quum essem cum Qu. fratre in Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulãdi causa in Lyceum venissemus (id enim superiori gymnasio nomen est) Perlegi (inquit ille) tuum paulo antè tertium de Natura deorum. Huius nominis penultima producitur à Cicerone in versu illo, Inque Academia vmbrifera, nitidóque Lyceo, Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

LYCHNIDVS, λυχνιδός, Vulgò *Ocrida*, Macedoniæ oppidum, sub Candauia monte situm, ad viam Egnatiam, quæ ab Apollonia, marique Adriatico in intimam Macedoniam ducit. Autor Strabo lib. 7, & Ptolemæus lib. 3. cap. 14.

Lychnis coronaria, λύχνις στεφανωτική, Herba est, quæ à Romanis geniculatis, seu bellaria vocatur. Florem habet violæ albæ magnitudine, sed purpureum. Nectitur ad coronas. Plin. lib. 21. cap. 4, Rosam Græcam appellat: vulgus hodie *Candelarium*. ¶ Lychnis syluestris, λυχνὶς ἀγρία, herba est satiuæ lychnidi per omnia similis, cuius radicem Asiani boliten vocant. Dioscorides à Romanis accipitrinum pedem appellari testatur. Penitus tamen diuersa est à lysimachia, siue lutea, quam vulgus hodie *accipitrum pedis* nomine agnoscit. ¶ Plin. lib. 25. cap. 10, Lychnidem agriam scribit esse herbam lino similem, radice nulla, flore hyacinthi, semine vitulinarum narium similitudinem referente: alióque nomine antirrhinon, siue anarrhinon appellari.

Lychnites, penult. prod. λυχνίτης, Marmor album, quod in Paro insula effodiebatur: sic cognominatum, quòd ad lucernam in cuniculis cæderetur, sicut Plin. lib. 36. cap. 5. testatur. ¶ Est etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta à lucernarum accensarum præcipua gratia. Plin. lib. 37. cap. 7.

LYCHNITIS, idis, λυχνῖτις, Lacus est in Occidentali tractu Macedoniæ, sub Carmania monte: cui imminet oppidum nomine Lychnidus. Vide Stephanum περὶ πόλεων, & Strabonem lib. 7.

Lychnitis, tidis, λυχνῖτις, Herba est ex phlomidos generibus, alio nomine thryallis dicta, foliis ternis, aut quaternis, crassis, pinguibus, plumosis, ad lumina lucernarum vtilibus. Autor Plin. lib. 25. cap. 10.

Lychnus, ni, λύχνος, Græcis idem est, quod nobis lucerna, παρὰ τὸ λύειν τὸ νύκτωρ. ‡ Ital. *Lucerna, lume*. Gal. *Lampe, lumiere, chandelle*. Hisp. *Candil, lumbre*. ‡ hoc est ab eo quòd tenebras soluat. Virgil. 1. Aeneidos, Dependent lychni laquearibus aureis. Plautus, Lucernam emũge parumper, vt videat anus vbi pedes ponat. Lychni pensiles, lucernæ erant multis lucentes myxis, quæ ex laquearibus suspensæ, totum illustrabant triclinium. ¶ Hinc Ellychnium, ἐλλύχνιον, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, vt affuso oleo flammam nutriat.

Lychnobij, λυχνόβιοι, Dicti sunt, qui loco dierum noctibus vtuntur, & ad lucernas viuunt, quasi lucernarij. Apparétque prouerbiali ioco dictos qui lucernariam vitam ducerent, vt torqueri possit vel in nocturnum potorem, vel hominem supramodum studiosum, qui (quemadmodum dictum de Demosthene) plus absumat olei quàm vini, vel in sordidum & parcum, quasi de lucernario oleo victitantem. Seneca vlti. Epistо. Nil consumebat, nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibusdam anatum & sordidum, Vos, inquit, & lychnobium dicetis.

Lychnuchus, λυχνοῦχος, Ital. *Lucerniere*. Gal. *Vn chandelier, ou qui sonstient la lampe, qui tient la chandelle ou autre lumiere*. Hisp. *Donde se pone el candil*. ‡ Græcè nominatur quicquid lucernas sustinet, siue id sit candelabri genus, siue homo quispiam lucernam gestans. Plin. lib. 34. cap. 3, Placuere & lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.

LYCIA, λυκία, Regio minoris Asiæ, inter Pamphyliam, & Cariam sita, olim (si poëtarum fabulis credimus) Chimæræ monstri iguibus infestata. Cuius fabulæ occasioné præbuit Chimæra eius regionis mons, crebrò ignem eructans. Dicta est autem Lycia à Lyco Pandionis filio. Vrbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: à qua Apollo Patareus cognominatur.

Lycius, gentile. Virgilius 1. Aeneidos, Vnam quæ Lycios, fidúmque vehebat Orontem.

Lycius, a, um, adiectiuum: vt, Lyciæ sortes, apud Virgil. 4. Aeneid. id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat.

LYCIDAS, dæ, λυκίδας, Nomen Centauri vnius ex iis qui Pirithoo Hippodamiam sponsam eripere conati, à Lapithis interempti sunt. Ouid. 12. Aeneid. At non Eurynomus, Lycidásque, & Araeus, & Imbreus Effugére necem. ¶ Est & nomen pastoris apud Virgil. 9. Aeglo.

LYCIMNIVS, siue potius Licymnius, λυκίμνιος, Auus maternus Herculis, quem Tlepolemus eiusdem Herculis ex Astiochia filius, iam ætate proiectum interfecit. Autor Homerus in Catalogo.

LYCISCA, Nomen canis proprium, à lupi (vt videtur) similitudine impositum, siue ab eo quòd lupum coërceat. Virgil. 3. Aeglo. Multum lattante Lyciscа. Seruius Lyciscas vocari arbitratur canes ex lupo & cane fœmina natas: cuiusmodi in Cyrenaica Libya gigni scribit Aristoteles. Plin. lib. 8. cap. 21, hoc genus hybridas Crocutas vocat, omniáque dentibus frangere ait, & deuorata protinus concoquere.

Lycium, λύκιον, Dioscoridi, Spinæ genus folia habens buxeis similia: vnde & pyxacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cum radicibus tusis, succóque expresso, fit medicamentum quod & ipsum lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissimè in Lycia Asiæ regione, teste Dioscoride: vnde & nomen videtur accepisse. Plin. lib. 24. ca. 14. Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chiromiam appellant.

LYCIVS, λύκιος, Apollinis cognomen, à lupi natura (vt quidam putant) impositum. Nam sicut lupi pecora rapiunt, ita ipse humorem haurit impositum. Nam sicut lupi pecora rapiunt, ita ipse humorem haurit radiis. Vel ἀπὸ τοῦ λυκάβαντος, quo nomine prisci Græcorum dicebant lucem illam quæ præcedit Solem. Vel (quod verius puto) à Lycia Asiæ regione, in qua præcipuè colebatur. Habet enim ea regio Pataram vrbem Apollinis oraculo insignem.

Lycoctonon, λυκοκτόνον, Aconiti genus, ita dictum quòd eo in crudæ carnis offis occultato lupos necent venatores. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 66.

LYCOMEDES, λυκομήδης, Scyri insulæ Rex, cui Thetis filiũ suum dormiente præceptore suo Chirone clàm raptum seruandum tradidit, vt ibi inter eiusdem Regis filias (erat enim facie venusta & puellari, ita vt facilè pro puella sese gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Troianum, à quo illum non reuersurum esse sciebat, proficisci cogeretur. Apud quem quum delitesceret, Deidamiam Regis filiam vitiauit, & ex ea Pyrrhum suscepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cuius meminit Homerus lib. 9. Iliad

LYCON, λύκων, Philosophus Peripateticus fuit, ex Troade Asiæ regione, in dicendo adeo suauis, vt pro Lycone Glycon nominaretur: tracto nomine à dulcedine. Hic fuit cultu & vestium mollitie nitidissimus. Lucta & pilari lusione exercebatur. Periit podagræ morbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit præterea Lycon quidam Orator, vnus ex accusatoribus Socratis. de quo Laërtius in vita Socratis. Fuerunt & alij eiusdem nominis, quorum meminit idem Laërtius.

LYCOPHRON, λυκόφρων, Poëta, patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici adoptione verò Lyci Rhegini historici filius, inter septem poëtas, qui Pleiades dicebantur à numero stellarum à Philadelpho Ptolemæo receptus. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philœcus, Homerus iunior, Lycophron. Tragœdias eius enumerat Suidas. Scripsit & Alexandram, poëma valde obscurum, in quo meminit de vaticiniis Cassandræ, exorsusq; ab Hercule, & rebus Troianis, prosequitur vsque ad Alexandrum Macedonem. De huius morte Ouid. in Ibin, Vtque cothurnatum perisse Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa sagitta tuis. ¶ Alius fuit Periandri Corinthiorum Regis filius ex Melissa, Procles Epidauriorum Tyranni filia, quam quum Periander grauidam ictu calcis occidisset, Lycophron cum Cypselo fratre suo ad Procletem se recepit. Verùm repente filios Periandro quum Procles eos dimittere cogeretur, flens eos admonuit, meminisse eos debere quisnam matrem eorum occidisset. Quod verbum tam altè Lycophronis menti insedit, vt Corinthum reuersus, adduci non potuerit vt aut patrem prior salutaret, aut ab eo compellatus, verbum vllum responderet. Qua filij pertinacia irritatus Periander, ædibus eum eiecit, edicto simul proposito, Apollini vt sacer esset, quisquis eum tecto receperet. Cuius edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in porticu quadam à patre inuentus, illuuie squallidus, & inedia tantum nõ exectus, blandéque ab eo inuitatus, vt posita pertinacia regni successionem miserrimo præferret exitio, nihil aliud respondit quàm caput eius Apollini deberi, quòd contra edictum in colloquium suum venisset. Periander itaque animaduertens grauius esse malum filij, quàm cui facilè mederi posset, in Corcyram (nam & illi imperabat) eum ablegandum curauit. Verùm quum ingraueſcente iam ætate Periander sibi conscius esset, se deinceps tyrannidi administrandæ minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore ad regni administrationem eum euocauit. Cui quum ille respondisset, se patre viuo Corinthum non reuersurum, hanc ei conditionem tulit Periander, sese in Corcyram concessurum, modò ipse ad tyrannidis successionem sese Corinthum conferret. Id approbante filio, Periander conscensa naui, in Corcyram cursum tenuit, futurum ratus vt filius mitteretur Corinthum. Quæ res eum magnopere fefellit. Edocti enim de his omnibus Corcyræi, qui Periandro malè cupiebant, vt aduentum eius præcluderent, Lycophronem interimunt. Quod facinus tam indignè tulit Periander, vt insulam vi ingressus, trecentos primorum Corcyræorum pueros Sardis ad Halyatten Regem miserit castrandos: qui tamen quum Samum appulissent, beneficio Samiorum seruati sunt, & incolumes domum remissi. Vide Herodotum lib. 3, & Laërtium in Periandro.

Lycophthalmos, λυκόφθαλμος, Gemma est quatuor colorum ex rutilo, & sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, vt luporum oculi, illis per omnia similis. Plin. lib. 37. cap. 11.

LYCOPOLIS, λυκόπολις, Vrbs Aegypti, à lupis dicta, quòd Aethiopas Aegyptum incursantes, lupi facta acie vsque ad vrbem Elephantinam repulerunt. Ibi Aegyptij Lycopolim condiderunt, à bestiis illis ei nomen imponentes: quas etiam pro diis coluerunt. Autor Diodorus libro 2.

Lycopsis, λυκόψις, Anchusæ species, longioribus quàm lactuca foliis, crassioribúsque, caule longo, hirsutóque. Vide Plin. lib. 27. cap. 11, Galli *Linguam caninam* appellant.

LYCORIS, λυκωρίς, Volumnij Senatoris libertа fuit, vero nomine Citheris dicta, miserè à Cornelio Gallo adamata: quo tamen spreto Antonium in castra sequuta est. Virgil. 10. Aeglo. -tua cura Lycoris, Pérque niues alium, pérque horrida castra sequuta est.

LYCORMAS, λυκόρμας, Stephano, Fluuius est Aetoliæ, flauas arenas volens. Hic postea Euenus ab Eueno Rege Aetoliæ, qui se in illum præcipitauit, appellatus est, teste Strabone lib. 7. Ouid. lib. 2. Metam.

Arsurúsque

Arsurúsque iterum Xanthus flauúsque Lycormas.

Lycos, λύκος. Minimum aranei genus, à rapacitate dictum. Plin.lib.30. cap.6, Araneus, & maximè qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi lupum appellat: vt lib.11. cap.24, Luporum nomine minimi non texunt.

LYCTVS, λύκτος, Cretæ vrbs, edito in loco sita: vnde & Lython quidam appellarunt, teste Stephano, de vrbibus, & Strabone lib.10.

Lyctius gentile. λύκτιος. vt Lyctius Idomeneus apud Virgil.3.Aeneid.

LYCVRGVS, λυκοῦργος, Nobilis Spartiata fuit, Polydectæ filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum Regis: cui etiam in regnum successit, ignarus Eunomum vxorem grauidam reliquisse. Quod vbi primùm cognouit, posito Regis nomine, Prodici, hoc est tutoris nomè assumpsit, regique adulto (Charilao ei nomen erat) regnum fideliter restituit. Verùm quum ciuitatem pessimè institutam animaduerteret, ad constituendam salubrioribus legibus Rempub. animum adiecit. Conscriptis itaque iis quæ longa peregrinatione didicerat ciuitati vtilia fore, Delphos sese contulit, vt Dei quoque consilium in re sanctissima exploraret. Quúmque Pythia consilium eius à Phœbo maximè probari, deique potius quàm hominis inuentum esse respõdisset, alacrior ad peragendum institutum factus, foro aliquot armatis occupato, leges suas perfert. Quibus quum iam ciues mediocriter assuefactos videret, vt quas tulerat leges, æternas quoque redderet, hanc rationem commentus est. Simulat arduum adhuc quiddam superesse, quod ad ciuitatis salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggrediendum non esset: itáque de causa se Delphos proficisci velle. Interim tamen Reip. interesse vt leges, quemadmodum latæ erant, in reditum suum inviolatæ seruarentur: idque ita futurum primùm à Regibus, deinde à cæteris omnibus iusiurandum exegit. Profectus itaque Delphos, quum Pythiam respondentem audisset, nihil legibus illis absolutius esse, fœliciúsmámque fore ciuitatem eam in qua illæ quàm diutissimè seruarentur, constituit sibi amplius in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando iureiurando soluti, leges suas exeuterent. Missio itaq; Spartam oraculo, amicósque itineris comites amplexus, ilsque dimissis, Cirrham concessit, vbi mox suis sibi manibus necem consciuit. Quanquam alij Crissæ, nonnulli etiam in Creta interiisse volunt: vbi etiam sepulchrum eius apud Pergameam vrbem ostenditur. Spartani mortuo sacellum consecrarunt, & ob singularia eius in patriam merita diuinos ei honores tribuerunt. Vide latius vitam eius apud Plutarchum. ¶ Fuit & Lycurgus, Nemeæ Rex, & pater Archemori, alumni Hypsipyles: cuius meminit Statius lib.5. & 6. Theb. ¶ Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quòd Thracas immoderatè vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi iussit: vt scribit Plutarchus eo in opusculo, quod de Poëtarum vtilitate conscripsit. Hinc datus est Poëtis locus fabulæ, Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutum esse, adeò vt & nutrices illius, in Nysa latentes persequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, vt præcipiti fuga traiecto mari, in Naxum se receperit: ideóque iusta numinum ira Lycurgum in furorem conuersum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellet, tibias sibi succidisse. Hic est ille Lycurgus, cuius meminit Virg.3.Aen. Terra procul vastis colitur Mauortia campis: Thraces arant, acti quondam regnata Lycurgo.

Lycurgeus, a, um, denominatiuum, penult. prod. λυκοῦργος. Cic. ad Attic. lib.1, Nosmetipsi qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie demitigamur. Vbi interpres, Lycurgei, id est optimates, legum assectæ, & propugnatores: qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus seuerissimum interpretatur.

LYCVS, λύκος, Bœotiæ rex fuit, Qui Antiopam Nyctei regis filiam vxorem duxit: quam postea, quum à Ioue in Satyrum conuerso compressum cognouisset, repudiauit, Dircémque vxorem duxit: quæ verita ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in vinculis asseruauit: quibus Iouis miseratione dissolutis, in Cithæronem montem profugit, vbi Amphionem & Zethum peperit: qui postea à pastore, qui ipsos nutrierat, de Lyci iniuria edocti, cum vxà cum vxore interfecerunt. ¶ Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis quo Hercules ad inferos descenderat, rei bene gerendæ occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupauit: quúmque iam Megaræ Herculis vxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfectus: vt est videre apud Senecam in Hercule furente. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Aeneæ comitibus, de quo Virgil. lib.1, Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum Fata Lyci. ¶ Est etiam Lycus, λύκος, fluuius Ponti, præter Heracleam Maryandinorum in Pontum Euxinum influens. Autor Plin.lib.2.cap.103. ¶ Alius item est eiusdem nominis fluuius in Asia, Laodiceam præterfluens: cuius meminit idem Plin.lib.5.cap.29. ¶ Est item Lycus Germaniæ fluuius, Rhætos dirimens à Vindelicis, & præter Augustam Vindelicorum in Danubium illabens, teste Ptolemæo lib.2.cap.12.

LYDDA, λύδδα, Iudææ oppidum, ad occasum Iordanis fluuij, teste Ptolemæo lib.5.cap.16, & Plin.lib.5.cap.14. Vulgò *Rama*.

LYDIA, λυδία, Regio Asiæ minoris, Crœso rege & Pactolo aurifero flumine notissima, quę flexuosis Mæandri amnis recursibus perfusa, supet Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta est à Lydo Atyos filio, quum antea Mæonia vocaretur. Vrbes habet Philadelphiam, Hypepas, Magnesiam, & Sardis Crœsi regiam, totiúsque regionis caput. ¶ Huius regionis incolæ Lydi dicuntur, qui teste Herodoto lib.1, primi aurum, argentúmque signarunt: primíque caupones, institorésque fuerunt. ¶ Lydus in meridie, λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ. In hominem insatiatæ aut etiam intempestiuæ libidinis dictitabatur. Narrant Lydos adeò libidine perditos fuisse, vt non tantum nocte vacarent voluptati venereæ, verùm etiam ipso meridie lasciuirent, manibus fœdum opus peragentes. Vnde λυδάζειν dicunt Græci pro Lydorũ more vitam agere. ¶ Lydus camponatur, λυδὸς κρεμπόλιος. In effœminatos & voluptatibus addictos iaciebatur. ¶ Lydum in planitiem prouocas, λύδιον εἰς πεδίον προκαλεῖς. In eum comperit, qui lacessit iandudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quòd ad bellum capessendum æquo propensiores essent.

Lydius lapis, Coticula est, cuius attritu aurum proditur cuiusmodi sit: alio nomine Heraclius lapis vocatus, teste Theophrasto de Nat. lapidum. βάσανος. Latini etiam indicem appellant: in quem Batus ille pastor apud Ouidium trãsfiguratus fingitur, manente nimirum etiãnum prodendi studio. De hoc meminit Plin. lib.33. cap.8, his quidem verbis, Auri, argentique mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt autor est Theophrastus: nunc verò passim: quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Iis coticulis periti quum è vena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili tatione non fallente. ¶ Vicem autem prouerbij habet in eos qui vehementer acri, exactóq; iudicio sunt, vt lapides Lydij, λίθοι λυδοὶ καὶ ὁ λίθος λυδός vocentur.

LYDVS, λυδός. Herculis filius ex Iole. Alter filius Atyos, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio est appellata. Nam quum propter terræ sterilitatem Mæonia populum suum alere non posset, Tyrrhenus sorte iacta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens, eam tenuit partem quæ ad mare inferum versa est, & à se Tyrrheniam nominauit, maréque ipsum Tyrrhenum: Lydus verò remanens, Mæoniam de suo nomine vocitauit.

LYGDAMVS, λύγδαμος. Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adiutor Herod.lib.1.

LYGDANVM, Oppidum Theutraniæ, quæ Mysiæ pars est, teste Plinio lib.5.cap.30.

Lygos, seu Lygus, λύγος. Frutex est ad iustæ penè arboris magnitudinem excrescens, in asperis nascens locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habens longos, folia oliuæ, sed molliora. ¶ Duo eius sunt genera, vnum flore partim albo, partim purpureo, alterum flore purpureo tantùm, & semine piperi non dissimili. Ratio nominis ducta est à ramorum flexibilitate. Nam λύγος à Græcis dicitur vimen. Ob quam etiam rationé à Latinis Vitex dicitur. Officinæ vocant *Agnum castum*.

LYMIRA, Oppidum est Lyciæ, cum fluuio eiusdem nominis, in quem Arycandus influit, teste Plin.lib.5.cap.27. Ptolemæus transpositis vocalibus λίμυρα appellat.

Lympha, ὕδωρ. Ital. *Acqua*. Gal. *Eau*. Hisp. *Agua*. A nostris aqua, per mutationem n in l, quasi Nympha. Nam Græcè dicitur νύμφη. Columel.lib.10, Doctáque Parthenope Sebethide roscida lympha. Virgil.4. Aeneid. Dic corpus properet fluuiali spargere lympha. Horat. Epod.16, -montibus altis Leuis crepitante lympha desilit pede. Virgil.9.Aeneid. -hausit de gurgite lymphas. Restinguere pocula lympha. Horat.1.Serm.Saty.5.

Lymphatici. νυμφόληπτοι. Ita. *Matti, pazzi, furiosi*. Gal. *Forcenez, troublez d'esprit par quelque vision*. Hisp. *Locos, rauiosos*. Furiosi, insanientes: quasi Nympharum conspectu in furorem versi. Nam creditum est ab antiquis, vt inquit Festus, qui in fonte speciem quandam, id est imaginem nymphæ vidisset, furore corripi, quos Græci νυμφόληπτους, Latini Lymphaticos vocant. Plin.lib.25.cap.5, de Elleboro albo. Medetur itaque morbis comitialibus, vertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis. Plin.lib.26. cap.8, Semen eius potum lymphatica somnia facere dicitur Liu.10.ab Vrbe, Ita victorem equitatum velut lymphaticus pauor dissipat. Tales sunt ferè ij qui ceriti & laruati dicuntur: quasi Cereris ira, aut laruarum occursatione vexati. Plautus, Laruatus certè es, aut ceritus. Et alibi. Iube hanc pro cerita circunferri.

Lympho, as, verbum actiuum, In furorem ago. νυμφόω. Ital. *Infuriare*. Gal. *Mettre hors au sens*. Hisp. *Rauiar, y hazer rauiar à otro*. Valerius 3.Argonaut. Rupta quies: Deus ancipitem lymphauerat vrbem. Id est turbarat, & in belli furorem verterat. Eius passiuo vsus est Plin.lib.34.ca.19, Hac herba epota lymphari homines. ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teste Prisciano: vt apud Curtium, Quippe lymphari, trepidare cœperunt, omnia pectora occulto metu percurrente. Nisi fortè ibi malimus legere lymphati.

Lymphatus, ta, tum, adiectiuũ. Idem quod insanus, vel furore correptus. νυμφόληπτος, φρενόληπτος. Ital. *Insano, furioso, pazzo*. Gal. *Forcené, troublé de son sens pour quelque vision*. Hisp. *Rauioso*. Horat. lib.1.Carm. Mentémq; lymphatam Mareotico Redegit in veros timores. Virgil.4. Aeneid. Immensam sine mote furit lymphata per vrbem. id est mente commota, furiata. Plin.lib.30.cap.10, Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpæ aspersu resipiscere. Metu lymphato trepidare, Luca.lib.7. Pectora lymphata, Ouid.11. Metamorph.

Lymphatio, onis. νυμφολῆψία, φρενολῆψία. Ital. *Pazzia, furia*. Gal. *Trouble-ment d'esprit, forcenerie*. Hisp. *Aquella obra de rauiar*. Plin.lib.35.cap.15, Et præfixisse in limine è sepulchro cuulsos clauos, aduersus nocturnas lymphationes.

LYNCESTIS, λυγκηστίς, Macedoniæ fluuius est, cuius aqua pota non minus ebrietatem inducit, quàm siquis vino se ingurgitasset. Plin.lib.2, cap.103, Lyncestis aqua temulentos facit. ¶ Est etiam Lyncestis, idis, λυγκηστίς, Macedoniæ regio in Occidentem versa: cuius caput est Heraclea, teste Ptolemæo lib.3.cap.13. ¶ Huius incolæ dicuntur Lyncestæ, quorum meminit Plin.lib.4.cap.10.

Lyncestius, a, um. Ouid.lib.15. Metamor. Huic fuit effectu dispar Lyncestius amnis, Quem quicunque parum moderato gurgite traxit, Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

LYNCEVS, διΣΥΛΛΑΒΟΝ, huius Lynceï vel Lynceos, penultima obliquorum correpta, λυγκεύς, Vnus ex Argonautis, tanta oculorum acie præditus, vt diceretur vel parietem visu penetrare, & (vt ex historicis nonnulli prodiderunt) nouissimam Lunam, primámq; eodem die in signo arietis conspicere: quod paucis mortalium contigit vidisse. Vnde Valerius lib.1. Argonaut. Solus transigit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit: solitúmque exeuntem à Carthagine classem Punicam, numerúmque nauium, ex Libycana specula manifestissimè notare. Solinus refert fuisse strabonẽ. ¶ Fuit & Lynceus alius frater Idæ, qui pro duabus Leutippi filiabus, quas desponsatas Castor & Pollux rapuerant, arma sumpserunt, initáq; pugna Castor Lynceï, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas verò, quum ipsum etiam Pollucem conaretur adoriri, immisso à Ioue fulmine interiit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

teriit. Vide Ouidium ad finem lib. 5. Fast. Apollonius tamen in Argonaut. Idam à Castore interfectum tradit: idque Lynceum per abietem vidisse, & Castorem occidisse.

Lynceus, a, um, per tres syllabas, & pen. prod, λύγκ@-. denominatiuum est à Lynceus formatum. Ouid. 5. Fast. Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense, Non expectato vulnere pressit humum. Victor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta, Qua ceruix humeros continuata tegit. In primo carmine, Lynceo, est adiectiuum: in tertio Lyncea est accusatiuus à Lynceus primitiuo.

Lyncurium, λυγκούριον, Gemma est coloris subflaui, quam vetustas credidit ex lyncis vrina concrescere: vnde & nomen videtur accepisse. In qua etiam sententia fuit Plin. lib. 8. ca. 38. Item Ouid. 15. Metamorph. vbi sic habet, E quibus (vt memorant) quicquid vesica remisit, Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto. Recentiores tamen asserunt lyncis vrinam non concrescere: quod etiam superioribus annis compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

LYNCVS, λύγκ@-, Rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, vt hominibus frugum vsum commonstraret, susceptum hospitio, vt in se gloriam transferret, interimere cogitauit. Ob quam rem irata Ceres eum conuertit in lyncem feram varij coloris, vt ipse variæ mentis extiterat. Hæc Seruius. Ouid. 5. Metamorph. Rex ibi Lynceus erat, regis subit ille penates.

LYNDVS, Vide LINDVS.

Lynx, masculini vel fœminini generis, genitiuo lyncis. {λύγξ. Ital. *Lupo ceruiero.* Gal. *Lynx, vne espece de cerf de diuerses couleurs, & ayant le cuir tacheté & de veue fort aigue.* Hisp. *Lobo cerual, animal de aguda vista.*} Animal est ex luporum ceruariorum genere, vario colore, & maculoso tergore, acutissimóque visu. Plin. lib. 28. cap. 8. Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt. Horat. 2. Carm. Timidos agitare lynces. Virgil. 1. Aeneid. Maculosæ tegmine lyncis. Huius vrina in calculi duriciem verti olim credebatur, & in lapidem eum concrescere, quem ob id lyncurium appellant. Quod tamen falsum esse nuper compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

Lynceus, a, um, adiectiuum, pen. corr. λύγκ@-. Horat. 1. Serm. Saty. 2, -ne corporis optima lynceis Contemplere oculis. Est enim prius hemistichium versus dactylici finis: nisi per synæresin malis duas syllabas in vnam contrahi. ¶ Homo lynceus, id est vehementer perspicax, quem non facile quis fefellerit. Cic. ad Varro. lib. 9. Epist. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris, nihil offendat, nusquam incurrat?

Lyra, {λύρα. χέλυς. Ital. *Lira.* Gal. *Vne harpe.* Hisp. *Cierto instrumento musico de cuerdas, como guitarra.*} Instrumentum musicum, in quo quot sunt fides, tot resonant voces. Lyra dicta, quasi λύτρα, propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inuenisse) pro boum compensatione fuerit data: quum antè chelys diceretur. Formam habet (vt inquit Plin. lib. 9. cap. 10.) testudinis. Horat. 1. Carm. Ode 10. Te canam magni Iouis, & deorum Nuncium, curuæq; lyræ parentem. Ouid. 11. Metamorph. Distinctámque lyram gemmis, & dentibus Indis Sustinet à laeua Idem 10. Metamorph. Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt. ¶ Lyra etiam signum cæleste est. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 5, Hoc secundum astri exortum facito, quod Græci vocant Lyram, Fidem nostri. Lyra occidit quarto Nonas Februarij, vel certè Calendis Februariis, ídque noctu, teste Higino, quando occidunt terga Leonis. Ouid. 3. Fast. Illa nocte aliquis tollès ad sidera vultum Dicet, vbi est hodie, quæ Lyra fulsit heri? Qui poëticam Astrologiam scripserunt, volunt hanc lyram esse à Mercurio primùm inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam: Apollinem autem inuenta cithara Orpheo lyram concessisse, mortuo autem Orpheo, à Musis in cælo fuisse collocatam. Alij dicunt esse lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri tyranni Corinthiaci, & primus fuit omnium citharistarum.

Lyricus, ca, cum, adiectiuum, Quod ad lyram pertinet. λυρικός. Hinc Poëtæ Lyrici, dicti quòd ad lyram sua carmina cantabant, statuebatúrque eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur. Horatius 1. Carm. Ode 1, Quòd si me lyricis vatibus inseris, Sublimi feriam sidera vertice. Modi lyrici. Ouid. epist. 20, Quum lyricis sim magis apta modis.

Lyrica, orum, Pro carminibus lyricis. Plin. Iunior lib. 1. Epist. 3, Scribit enim & vtraque lingua lyrica doctissima.

Lyricen, nis, pen. corr. Qui lyra canit, cuius significationis est etiam lyristes. {λυρωδός. Ital. *Sonatore de lira.* Gal. *Ioueur de harpe.* Hisp. *Tañedor de aquel instrumento.*} Plinius Iunior ad Genitorem, Quàm multi, quum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos ponunt? Pro eodem etiam dicimus lyrista, sicut citharistes & citharista.

LYRCEVS, pen. prod. λυρκεύς, Fons Arcadiæ sub Cynuria mõte, ex quo Inachus fluuius oritur. Autor Strab. 4. li. ca. 8. Stat. 4. Theb. Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens Inachus. ¶ Stephanus Lyrceum agri Argiui montem esse ait, indéq; vicinam regionem Lyrceam appellari.

Lyrceus, lyrcea, lyrceum, λύρκειος. Ouid. 1. Metamorph. -iam pascua Lernæ Consitáque arboribus Lyrcea reliquerat arua.

Lyrceius, a, um, per quatuor syllabas. λυρκήϊος. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. -dominum Lyrceia tellus,
Antráque deprensæ tremuerunt conscia culpæ.

LYRIS, Vide IRIS. per i, Latinum.

LYRNESSVS, λυρνησσός Stephano, Oppidum fuit Troadis ab Achille euersum, quum Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio raptam, à Græcis inferretur: ex quo Briseida quoq; abduxit, occiso Minete eiusdem oppidi principe, quæ inde Lyrnessis ab Ouid. lib. 4. Trist. appellatur, Fertur & abducta Lyrnesside tristis Achilles.

Lyrnessius, a, um, denominatiuum, λυρνησσιος Stephano. Virgil. lib. 10. Aeneid. Lyrnessius Acmon. Ouid. in Epist. Briseidis ad Achillem, Diruta marte tuo Lyrnessia mœnia vidi.

LYSANDER, λύσανδρος. Lacedæmoniorum Imperator, homo factiosus, qui odium totius Græciæ in Lacedæmonios concitauit. Huius ductu Lacedæmonij Athenienses, ducémque eorum Connonen nauali prælio superarunt: paulo pòst tamen eodem duce à Conone superati sunt terrestri prælio, in quo & Lysander ipse occisus est. Reliquam eius vitam pete ex Plutarcho.

LYSANIAS, λυσανίας, Orator Græcus. ¶ Alter fuit Arcas qui Lycaonem regno expulit.

LYSIANES, λυσιάδης, Athenienſis, Phædri philosophi filius. De quo Cic. Phil. 5, sic scribit, Lysiadem Athenienſem plerique nouimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festiuus, vt ei cum M. Curio consessore eodem & collusore facillimè possit conuenire, &c.

LYSIAS, λύσιας, Syracusanus genere, Cephali filius, vnus è decem oratoribus, natus Athenis, quò pater se transtulerat. Puer Thurion coloniã migrauit, rediit annos natus quadraginta septem, interque principes oratores habitus. De quo sic scribit Cicero in Bruto. Tum fuit Lysias (inquit) ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè (inquit) ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere: (nam plane quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris) nihil acutè inueniri potuit in eis causis quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presè, nihil enucleatè quo fieri possit aliquid limatius: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum grauitate, vel sententiarum, quo quicquam esset elatius.

LYSICRATES, λυσικράτης, Athenienſis quidam, in quem aliquoties inuehitur Aristophanes, quòd capillos iam canos nigro tingeret, quo iuuenis etiamdum videretur. Erat autem alioqui simus, & deformis, & furax, & largitor, adeo vt locum fecerit prouerbio, Λυσικράτης δωροδοκῶν, ἁρπαγὴς ἀγοραῖος. hoc est Lysicrates largitor, Athenienſium Impedocles, rapax forensis. Autor Suidas.

LYSIDICE, λυσιδίκη, Filia fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pitthei soror, quæ Electrioni nupsit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, vt inquit Plutarchus. Alij verò, inter quos est Commentator Homeri, matrem Alcmenes non Lysidicen Pelopis, sed Anaxo Anaxi cuiusdam filiam dicunt.

LYSIMACHIA, λυσιμάχεια, Vulgò *Hexamili*, Thraciæ Chersonesi vrbs, ad Hellespontum, ob terræ motum deserta. Plinius lib. 4. cap. 11. ¶ Fuit & Lysimachia Aetoliæ vrbs, ad Hydram lacum, quam & ipsam sua ætate fuisse prostratam, scribit Strabo lib. 10.

Lysimachia. Plinio, λυσιμάχειον Dioscoridi, Herba est, quæ vulgò *Salicaria* dicitur, siue quòd folia habeat salicis, siue quòd subter salices nascatur. Dicta Lysimachia, siue ab inuentore Lysimacho, siue παρὰ τὸ λύειν τὰς μάχας. Refert enim Plinius tantam huic herbæ componendorum dissidiorum vim inesse, vt discordantibus iumentis iugo imposita, asperitatem eorum cohibeat.

LYSIMACHVS, λυσίμαχος, Agathoclis filius è successoribus Alexandri Magni, Pergamo præfuit, vbi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit: amore literarum ac philosophiæ ardebat adeò, vt Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitum, de virtute differentem sæpius audierit, poculúmque ei, ac remediũ miseriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni obiecisse dicitur: sed ille viribus fretus rem posteris prodendam fecit, manum amiculo conuolutam in os leonis inferens, adrepta lingua feram exanimauit: quo facto vehementius postea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. Vide Trogũ lib. 15. ¶ Lysimachus, λυσίμαχος, natione Acarnan, Alexandri pædagogus, secundas post Leonidem obtinuit: nullo vrbanitatis genere præditus, nisi quòd se Phœnicem: Alexandrum, Achillem: Philippum verò Peleum nuncupabat. Autor Plutarchus in Alexandro Magno. ¶ Lysimachus item alius fuit, patria Athenienſis, Aristidis Iusti filius, qui ob memoriam paternorum in Rempublicam meritorum, adeò charus populo fuit, vt quum à patre prorsus inops relictus esset, (fuit enim Aristides adeò pauper, vt in defuncti ædibus nihil præter verū ferreum fuerit inuentum) publico tamen decreto centum ei agri consiti, totidémque inculti ingera in Eubœa fuerint assignata, centúmque minæ ex publico numeratæ, & quaternæ drachmæ in singulos dies. Vide Plutarchum in vita Aristidis, & Demosthenem in oratione aduersus Leptinen.

LYSIPPE, es, λυσίππη, Vna fuit filiarum Prœti, quæ quòd se Iunoni præferre non essent veritæ, tanto furore correptæ sunt, vt per agros discurrentes, se vaccas esse crederent. Vide IPHIANASSA.

LYSIPPVS, Sicyonius clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera feciſſe traditur, quorum singula arti claritatem dare potuissent. Hic, teste Quintiliano, ad veritatem optimè accessit: quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab vno Lysippo se fingi voluit, vt pingi ab Apelle. Horat. lib. 1. Epist. ad Augustum, Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra Foris Alexandri vultum similantia. Cicero, Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quòd illorum artem cum ipsis tum etiam sibi gloriæ fore putabat, &c. ¶ Lysippus item poëta comicus, cuius fabulas enumerat Athenæus.

Lysis, huius lysis, & lysios, λύσις, Id est solutio, à λύω, soluo. Cic. 3. Tuscul. Ex quo ipsam ægritudinem & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. ¶ Lysis in architectura, hiatus est inuatum, id est solutio continui parietis. Vitruuius lib. 6. cap. 10.

LYSISTRATVS, pen. corr. λυσίστρατος, Lysippi statuarij frater fuit, qui primus signa ex gypso finxit. Vide Plin. lib. 35. cap. 12.

LYSIVS, λύσιος, Liberi patris cognomen apud Bœotios, λύειν τὰ λύειν, hoc est à soluendo impositum. Ferunt enim Bœotios aliquando à Thracibus deprehensos, partim captos, partim in fugam versos fuisse: ex quibus quum nonnulli ad Trophonij specum confugissent, visum est iis noctu, astantem Deum Liberi patris sibi auxilium promittere. Quo somnio alacriores redditi, Thracas ex insidiis adorti sunt: quos quum vino somnóque obrutos inuenissent, nullo negotio superarunt: receptíque suis, quum in patriam redissent, Dionysio cognomento Lysio templum consecrarunt. Autor Heraclides Ponticus. ¶ Iulius Pollux, deos omnes qui auertuncandi mali gratia colebantur, Lysios vocari ait, quos & ἀλεξικάκους, & ἀποτροπαίους Græci nominant.

Universidad de Deusto Biblioteca

LYTAE, λυταὶ, Exigua Theſſaliæ regio, circa Peneum amnem: ſic dicta quòd Nep. unus diſſipatis aquis, Tempe ab inundatione liberarit.

LYTHIRAMBVS, λυθίραμβος. Bacchi cognomentum, inde impoſitum quod eo ex femore Iouis (cui interempta matre inſertus fuerat) in lucem prodituro, identidem Iupiter inclamauerit, λύθι μάμμα, id eſt ſolue futurum.

Lytta, λύττα, Genus vermiculi, qui naſcitur in lingua canum. Hic ſi infantibus eatenus eximitur, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5.

LYXEA, pen. prod. λύξεια, Acarnaniæ oppidum, apud Stephanum.

M



Litera vna eſt ex iis quæ Græci Grammatici ἡμίφωνα ἄτυπα, καὶ ἀμετάβολα, hoc eſt ſemivocales ſimplices, & immutabiles, Latini liquidas appellant. In compoſitione & derivatione migrat in n, ſequente d, vel t, vel c, vel q: vt Tantum tantundem, Idem identidem, Eorum eorundem, Num, ōūcubi nunquis, nunquam. Sic circunquaque, tanquā, nanq; quenque, quanque, quicunque. Similiter Am præpoſitio ſequentibus f, vel c, vel q, mutat m, in n, vt anfractus, & cætera. Vide in dictione Anfractus.

MA, accentu circunflexo, μᾶ, Mulier fuit vna ex iis quæ Rheam ſequebantur, cui Iupiter Bacchum tradiderat educandum: quæ interrogata à Iunone, cuius eſſet infans, ἄρρ, hoc eſt Martis, reſpondit. Vnde factum eſt vt Bacchus apud Caras Maſaris fuerit appellatus. Ipſa quoque Rhea Mā appellata fuit: cui Lydi taurum immolabant: vnde Lydiæ vrbs Maſtaura fuit nominata. Vide Stephanum in dictione Maſtaura.

MACAE, μάκαι Stephano, Populi ſunt fœlicis Arabiæ, Carmanis oppoſiti, nardo, myrrha, & thure abundantes. Autor Mela lib. 3.

MACAREAE, μακάρεια. Vrbs Arcadiæ, à Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis Beatam vocari tradit. ¶ Gentile eſt Macareates, μακαρεάτης, eodem Stephano teſte.

MACAREVS, μακάρεὺς, Aeoli filius, qui cum Canace ſorore concubuit. Vide Epiſtolam Canaces apud Ouidium.

MACARIA, μακαρία, Herculis filia fuit, quæ ſe pro incolumitate publica Manibus deuouit. Vide Cælium, & Eraſmum in prouerbio. ¶ Cyprus item inſula olim ob inſignem fertilitatem Macaria dicebatur. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

MACARIOS, μακάριος, Viri proprium eſt: quo nomine duo commemorantur à Suida, viri pietate iuxtà ac eruditione inſignes. Eſt autem Græcum nomen, quod nos Beatum interpretamur.

MACAROS, μάκαρος, Nomen eſt Cretæ inſulæ à temperie cæli. Plinius lib. 4. cap. 12.

MARCO, Oppidum Brachmanarum, populorum Indiæ: apud Plinium lib. 6. cap. 17.

MACEDNON, μακεδνὸν, Pindi montis Theſſaliæ regiuncula, in Herod. libro 1.

MACEDONIA, μακεδονία, Latiſſima Europæ regio, duobus olim regibus, & terræ imperio clariſſima, antea Aemonia: & Emathia appellata, quæ à tenuibus initiis, regum prudentia, gentiſque fortitudine eò magnitudinis excreuit, vt centum quinquaginta facta fuerit populorum. Hanc à Septentrione, à Dalmatia Mœſiáque montana ſeiungunt: ab Occaſu mari Adriatico, ſiue Ionio: ab Ortu Aegæo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipſa Græcia excipit. Dicta Macedonia à Macedone quodam Oſiridis, ſiue (vt Stephanus & Solinus ſcribunt) Iouis filio, & Thyiæ filiæ Deucalionis. Hinc deducitur gentile Macedo, onis, μακεδών, & poſſeſſiuum Macedonicus, a, um, μακεδονικός.

Macedo, μακεδών, penult. corr. Qui ex Macedonia ortus eſt. Luc. lib. 6. Quam tibi ſacrato Macedo ſeruetur in antro. Cic. 5. Tuſc. Alexandet Macedo, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nónne tertio & trigeſimo anno mortem obiit?

Macedonicus, μακεδονικός. Poſſeſſiuum à Macedonia: vnde Mare Macedonicum, quod eſt Aegæi pars, Macedoniam ab ortu abluens. Macedoniuſ, a, um. Ouid. 12. Met. Qui clypeo, gladióq;, Macedoniáq; ſatiſſa.

Macellum, li, Locus Romæ, quò venalia omnia quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. ¶ ὀψωνάλιον. Ital. *Piazza, mercato.* Gal. *Boucherie, marché.* Hiſp. *Carniceria, ò peſcaderia.* ¶ Plaut. in Aul. Venio ad macellum, rogito piſces indicant caros: agninam caram, cara omnia. Cic. 2. de Diuin. Si Epicuri de Voluptate liber corroſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore. Dictum Macellum, teſte Varrone & Feſto, à Macello quodam homine improbiſſimo, qui in vrbe latrocinium exercebat, quo damnato Cenſores Aemylius & Fulvius ſtatuerunt vt in domo eius obſonia venderentur, redactis in ærarium eius bonis. Alij Macellum dictum putant, quòd ibi fuerit hortus, quem macellum à Lacedæmoniis appellatum ferunt. Et Iones oſtia hortorum Macellotas vocabant, vt ait Varro lib. 4. de Ling. Lat. Donatus à mactandis pecoribus deriuat.

Macellarius, rij. Dicitur venditor eorum quæ ad victum pertinent, non ſolùm carnium, ſed omnium obſoniorum: quinetiam panis & frumenti venditor: nam hæc omnia in macello venundabantur. ¶ ὀψωνάλης. Ital. *Venditore d'ogni vivanda.* Gal. *Vendeur de toutes viandes.* Hiſp. *El que vende carne ò el que vende peſcado y otras coſas.* ¶ Varr. lib. 2. cap. 4. Duo ſunt ornithonis genera: vnum delectationis, alterum fructus cauſa, quo genere macellarij, & in vrbe quidam habent loca clauſa: & iure maximè conducta, &c. Suetonius in Cæſare, Ea quæ ad epulum pertinebant, quanuis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

Macellarius. Adiect. Vt, Macellaria taberna, ὀψωνάλιος ἰσχνοπώλιον, ὀψωνάλιον. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 4.

Macer, cra, crum, Exilem, extenuatúmque ſignificat, quem medici gracilem vocant, cuiuſmodi ſunt bilioſi ferè omnes. ¶ ἰσχνός, λεπτός. Ital. & Hiſp. *Magro.* Gal. *Maigre.* ¶ Virgil. 3. Aegl. Heu heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo? Colum. lib. 2. cap. 9, Nam vel pinguiſſima vel macerrima humo faciatur. Sipontinus à Græco μακρὸς, deduci putat. Illi enim μακρὸν, longa dicunt: quæ autem tenuia ſunt, longiora videntur. ¶ MACER, μάκρος, eſt etiam poëtæ proprium, qui de herbarum viribus ſcripſit.

Macellus, a, um. Diminutiuum à Macer, pro macilento. Lucil. lib. 6. Si noſti, non magnus homo eſt. naſutus, macellus. Nonius. ¶ Fuit præterea Macellus hominis improbiſſimi, & ſeditioſi nomen, quo capitis damnato, redactiſque in ærarium eius bonis, ædes etiam eius diruta ſunt, eáque in area extructum eſt ædificium venundandis obſoniis deſtinatum: quod ab eius nomine Macellum fuit appellatum.

Macilentus, Macie extenuatus. Interpretc Feſto. ¶ λεπτόσαρκος, σφριγόλης. Ital. *Macilento.* Gal. *Fort maigre.* Hiſp. *Coſa muy magra.* ¶ Plaut. Aſin. Macilentis malis rufulus, aliquantum ventriоſus. Idem Capt. Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates? AR. dicam tibi, Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Macies, Macritudo & Macor, ſiue Macror: Corporis extenuationem ſignificant. ¶ λεπτότης ἰσχνότης. Ital. *Magrezza.* Gal. *Maigreur ou maigreur.* Hiſ. *Magreza.* ¶ Plaut. in Capt. Oſſa atque pellis ſum miſeria macritudine. Pacuuius, Corpúſque meum tali mœrore, errore, macore ſenet. Colum. lib. 6. cap. 14. Eſt etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tuſſis & macies. Plin. lib. 10. cap. 63, Vertex ſubantis audita voce, niſi admittatur, cibum non capit vſque in macrem. Virg. 3. Aeneid. -quum ſubitò è ſylvis macie confecta ſuprema Ignoti noua forma viri, miſerandáque cultu Procedit. Idem 3. Georg. Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.

Maceo, ces, macui, Idem quod macreo, hoc eſt macer ſum. ¶ λεπτύνομαι, σαρκίζομαι. Ital. *Smagrirſi.* Gal. *Eſtre maigre.* Hiſp. *Emmagreſcerſe.* ¶ Plaut. in Aulul. Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet.

Maceſco, ſcis. Macet fio. ¶ λιγνύομαι, λεπτύνομαι, μικρολογέομαι. Ital. *Diuenir magro.* Gal. *Deuenir maigre.* Hiſp. *Emmagreſcerſe.* ¶ Colum. lib. 1. ca. 9. Conflat annua ſegetibus eius (ſcilicet hordei) maceſcere. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 16, Tum propter labórem aſperantur, & maceſcunt.

Macio, as, Macrum facio. ¶ ἰσχναίνω, λεπτύνω. Ital. *Immagrire.* Gal. *Amaigrir.* Hiſp. *Emmagreſcer à otra coſa.* ¶ Cuius compoſitum eſt Emacio, de quo vide ſuo loco.

Macreo, ces, Macer fio: à quo Macreſco, eiuſdē ſignificationis. ¶ λεπτύνομαι. Ital. *Diuenir magro.* Gal. *Deuenir maigre, Eſmaigrir.* Hiſp. *Emmagreſcerſe.* ¶ Colum. lib. 6. cap. 3, Dabimúſq; operam, ne penuria cibi macreſcat pecus. Varr. Quia earum aſpectus ad deſyderium macreſcere facit volucres incluſas. Mart. lib. 13, Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus.

Macero, as. Quum ad corpus refertur, ſignificat attenuo, contero: ab eo quod eſt Macer. ¶ λεπτύνω, κατατήκω. Ital. *Macerare, ammollire nell'acqua, Smagrire.* Gal. *Amaigrir, rendre maigre, amollir, attendrir, deſtremper.* Hiſp. *Emmagreſcer, cattar à remojar.* ¶ Horat. 1. Carm. Quam penitus leuis maceret ignibus Plau. in Capt. Multos iſte morbus homines macerat. ¶ Quum autem ad animum ſignificat affligo, ac nimia cura, ſtudio, vel ſolicitudine meipſum conficio, & attenuo. Plau. in Mil. At hoc me facinus miſerum macerat, Meúmque cor, cornúſque cruciat. Terent. Andr. Tu modò, anime mi, noli te macerare. Ibidem. Sed quid ego, cur me excrucio? cur me macero? ¶ Accipitur etiam frequentiſſimè pro eo quod eſt humore aliquo emollire, vel in aqua quippiam aſſeruare, donec ſalſedinem aliúmve ſaporem deponat. Ter. in Adelph. Salſamenta hæc, Stephanio, ſic macerentur pulchré. Colum. lib. 1, Piſcinas duas, alteram quæ anſeribus pecoribúſque ſeruiat, alteram in qua lupinum, vlmi vimina, & virgas atque alia, quæ ſunt vſibus noſtris apta, macerāmus. ¶ Eſt etiam Macerare aliquando proluere, madefacere. Plin. lib. 11. cap. 41. de Poppea, Totum corpus illo lacte macerabat. Idem Plin. lib. 16. cap. 10, iubet podagricos macerare pedes in decocto verbenacæ. Vitruuius etiam iubet calcem coctam diu macerari, antequam fabri ea vtantur.

Maceratus, a, um, Participium, Mollis & tener factus. ¶ ἐκτηκόμενος, εὐσθενής. Ital. *Macerato, ammollito.* Gal. *Deſtrempé, macere.* Hiſ. *Cortado ò remojado.* ¶ Plaut. Pœn. Macerato hoc pingues ſunt auro in Barbaria boues.

Macereſco. Idem eſt quod macror, hoc eſt madefio, & mollificor. ¶ ὑγραίνομαι. Ital. *Macerarſi.* Gal. *Se deſtremper & amollir.* Hiſp. *Remojarſe.* ¶ Cato de Re ruſt. cap. 92, Frumento curculio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum paulum addito, ſinito macereſcant.

Macro, as, Macero: cuius compoſitum eſt Emacro, quod eſt valde macrum facio. ¶ ἰσχναίνω. Ital. *Smagrare.* Gal. *Amaigrir.* Hiſpan. *Emmagreſcer à otra.* ¶ Plinius lib. 18, Terram emacrari hoc ſatu (ſcilicet milij) exiſtimantes.

Maceria, æ, & Macries, ei, Paries ſiue murus, vel congeries lapidum in vnum compactorum, ſine intrita, aut alio genere ferruminis: cuiuſmodi parietes fere eos eſſe videmus, quibus vineæ claudi ſolent. ¶ τοῖχος, ῥάγος. Ital. *Muro ſecco ſenza calcina.* Gal. *Muraille ſeche ſans mortier.* Hiſp. *El cabarada de piedras ſin barro.* ¶ Terent. in Adelph. Iube hanc maceriam dirui. Varro tamen aliter lib. 3. de Re ruſt. cap. 12, Quis ignorat ſepta è maceriis ita eſſe oportere in leporario, vt tectorio tecta ſint, & ſine altari? Cato de Re ruſt. cap. 15, Maceria ſi ex calce & cæmentis, vel ſilice ædificetur. ¶ Legitur quandoque Maceries apud antiquos pro macie, vel macilentia, λεπτότης. Afranius, Si ille hoc nunc ſentit, facere illi ſatis vis, quanta illius mors ſit maceries tibi. Nonius.

MACESTVS, μάκιστος, Fluuius eſt Myſiæ, in Rhyndacum influens. Plin. lib. 5 cap. 31.

Machæra, æ, ¶ μάχαιρα. Ita. *Spada ſemitorra.* Gal. *Glaive ou eſpée.* Hiſp. *Eſpada.* ¶ Sica gladius, culter. Quod nomen impoſitum eſt à Græcis, à verbo μάχομαι, quod eſt pugno. Iuuen. Satyr. 7. -ames nomen victúmque machæræ. Apul. lib. 9 de Aſin. Comminabatur ſeſe conciſurum eum machæra fruſtatim.

Machærophorus, ¶ μαχαιροφόρος. Ital. *Spadaccino.* Gal. *Eſpadaſſin, maiſtre d'eſcrime.* Hiſp. *El gremidor, que trahe eſpada.* ¶ Sicarius, gladium ferens. Cic. ad Qu. frat. lib. 6. Hominem portauit ad mare octophoro, machærophoris centum ſequentibus.

Machæropœus. ¶ μαχαιροποιός. Ital. *Spadaio* Gal. *Fourbiſſeur, faiſeur d'eſpées* Hiſ. *El que haze eſpadas.* ¶ Faber gladiorum. Quo nomine dictus eſt Demoſthenis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sthenis pater, ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multisq; artificij seruis instructam habebat.

MACHAERVS, untis, μαχαιρᾶς Stephano, Arx Iudææ, secundum olim ab Hierosolymis dignitatis locum obtinens. Plin. lib. 5. cap. 16.

MACHALAVM, Nomen Græcum, compositum ex μάχη, quod pugnam significat: & ἄλαος, cæcum & errantem. Oppidum in Brixiano agro, Insubrum clade nobile.

MACHAON, μαχάων, Filius fuit Aesculapij & Arsinoes (alij Coronidis, alij Hesiones filiæ Meropis, alij Xanthiones filium faciunt) Podalirij frater, & medicus insignis, qui etiam cum reliquis Græciæ principibus ad Troiam venit. Tandem ab Eurypylo occisus. Virgil. lib. 2. Aeneid. Pelidésque Neoptolemus, primúsque Machaon. De eo etiam Homerus 2. Iliad. Ab eo Machaonius deducitur. Vnde Machaoniam artem Poëtæ vsurpant pro Medicina.

Machina, pen. corr. Molitio, inuentio. ‡ μηχανή Ita. *Machina.* Gal. *Machine, subtile inuention.* Hisp. *Fabrica sotil inuencion.* ‡ Vnde Mechanicus, faber. seu opifex eorum operum, quę ingenio simul & manibus fiunt. Et Mechanica ars, fabrilis. Vnde artes diuiduntur in Liberales, & Mechanicas. Asconius, Machina dicitur, vbi non tam materiæ ratio, quàm manus, atque ingenij ducitur. ¶ Machina etiam dicitur instrumentum, quo moles aliqua facilè quocunque voluetis impelli potest. Plin. lib. 19. cap. 2. de spartho loquens, Qui volet miraculum æstimare, quanto sit in vsu omnibus terris nauium armamentis, machinis ædificationum. Et Machinas bellicas, ἑλεπόλεις, vocamus opera fabrilia, quibus in bello vtimur. Virgil. 2. Aeneid. Quo molem hanc immanis equi statuêre? quis autor? Quidve petunt? quæ religio? aut quæ machina belli? Horat. 2. Episto. 2, Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Vitru. lib. 10. cap. 19, Constituebatur autem in ea atietaria machina, quæ Græcè κριοδόκη dicitur, in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries. ¶ Murales machinæ. Plin. lib. 7. cap. 56. ¶ Item ipsa consilia, quibus decipere hostem conamur, Machinæ vocantur. Plaut. in Bacc. Aliquam machinabor machinam. Cic. 3. de Natura deorum, -nec quid inde auferam, Nec quem dolum ad eum, machinámve commoliar, Scio quicquam. Idem ad Brutum, Ad reliquos hic quoque mihi labor accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.

Machinalis, & hoc le. Quod ad machinas spectat. μηχανικός. vt, Machinalis scientia, apud Plin. lib. 6. cap. 37, Grande & Archimedi Geometricæ & machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit.

Machinarius, rij. Machinarum opifex. μηχανουργός. Paul. l. Si putator. ad leg. Aquil. Si machinarius hominem prætereuntem occiderit.

Machinor, aris, Imaginor, cogito, perdolum aliquid molior. ‡ ἐπινοῦμαι, μηχανῶμαι. Ital. *Machinare, imaginare.* Gal. *Machiner, trouuer quelque finesse.* Hisp. *Buscar y pensar cosa de engeno.* ‡ Frequentius enim in malam partem accipitur. Plaut. in Cas. Illa nubet mihi: machinate quod lubet. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Confestim Turno necem machinatur. Sallust. in Cat. Iam tum non Consulibus, sed plerisque Senatoribus perniciem machinabantur. Dicitur autem machinari à μηχανάομαι, quod est inuenio. Vnde μηχάνημα, Inuentum & molimen dicitur. Cic. 3. de Natura deorum, Niobe, parúmne ratiocinari videtur, & sibi ipsa nefariam pestem machinari? Machinati pestem aliquam in omnes. Cic. in Cat. ¶ Accipitur etiam Machinari in bonam partem, pro inuenire rationem. Cic. 2. de Diuin. Nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis causa natura machinata est.

Machinamentum, Pro machina capitur. μηχανή. Liu. 4. bell. Punic. Turres contabulatas, machinamentáque alia quatiendis muris portabant. Tacit. lib. 15, Adiabeni quum promouere scalas & machinamenta inciperent, facilè detrusi.

Machinator, oris. Machinarum inuentor, aut opifex. μηχανοποιός. Liu. 4. bell. Punic. Archimedes is erat, vnicus spectator cæli, syderúmque, mirabilior tamen inuentor ac machinator tormentorum bellicorum, operúmque, qui ea, quę hostes ingenti mole agerent, ipse perleui momento ludificaretur. ¶ Machinator item dicitur, doli alicuius & fraudis consutor. μηχανορράφος. Cic. in Catil. Improbissimus machinator omnium scelerum, hoc est inuentor & autor.

Machinatio, Aliud verbale, pro inuentione, & astutia. ‡ μεχάνημα. Ital. *Inuentione, astutia.* Gal. *Inuention & subtil moien, engin.* Hisp. *Sotil inuencion de engeno.* ‡ Colum. lib. 6. cap. 2, Hac machinatione consequemur, vt etiam contumaces boues grauissima onera non recusent. Interdum etiam pro ipsa Machina. Cæs. 2. bel. Gal. Primus irridere ex muro, atq; increpitare vocibus, quòd tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur.

Machinosus, 2, um, πολυμήχανος. Machinis confectus, vel dolis excogitatus: vt Nauigium machinosum, apud Suetonium in Nerone cap. 34, Repetentique Baulos in locum corrupti nauigij, machinosum illud obtulit.

MACHLYAE, μάχλυες Herodoto, Populi Africæ supra Nasamones, quos Androgynos esse tradit Calliphanes, vtriusque naturæ inter se vicibus coeuntes. His Aristoteles tradit dextram mammam esse virilem, lęuam muliebrem. Vide Plin. lib. 6 cap. 2.

Machlis, Fera est Scandinauiæ insulæ peculiaris, alcæ similis, sed nullo suffraginum flexu. Vnde dormitura non cubat, sed arbori se acclinans somnum capit: quæ à venatoribus antè succisa, quum semel ceciderit, erigere se non potest, eáque sola ratione capitur: aliàs mirę velocitatis. Labrum ei superius prægrande: ob id retrogreditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Vide Plin. lib. 8. cap. 15.

MACINOS, Vrbs Thraciæ, quam Ptolemæus Madi nominat degenere vocabulo. Vide Vadianum in Melam, lib. 3 in descriptione Thraciæ.

Macidatus, Liquoris infusione madens. ‡ Ital. *Bagnato.* Gal. *Moillé, trempé.* Hisp. *Mojado.* ‡ Apul. lib. 8, Ille spongijs macidatis tumores comprimere.

Macir Plinio, aliis Macer, μάκερ Dioscoridi. Cortex est subrufus & magnæ radicis, qui ex India aduehitur, detractus ex arbore sui nominis. Vide Plin. lib. 12. cap. 8. Officinis Macis appellatur.

MACISTVS, μάκιστος Stephano, Oppidum est Triphyliæ, hoc est Elidis, quod Caucones inhabitarunt: ita dictum à Macisto fratre Phryxi. Plin. lib. 4. cap. 6, Macistum enumerat inter Arcadiæ ciuitates.

MARCA, Campus est Iudææ, teste Strabone lib. 16.

MACRAE, Regio Iudææ, mari proxima: de qua Strabo lib. 16.

MACRA, Fluuius est ex Apennino fluens, Liguriam ab Hetruria diuidens, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 5. & iuxta Lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influens. Vide Strabonem lib. 5. ¶ Est & Insulæ nomen in Carcinite sinu, teste eodem Plinio lib. 4. cap. 13. Ptolemæo Marcalla dicitur.

MACRIS, μάκρις, Insula est exigua. Euboeæ adiacens, olim eius pars, donec impetu maris fuit abscissa. Vide Plin. lib. 2. cap. 88, Stephanus Euboeam ipsam olim Macrim vocatam tradit.

MACRITIVS, μακρίτιος, vir Coûs fuit, Sinopes celeberrimæ Ponti vrbis conditor. Vide Stephanum in dictione Sinope.

MACROBII, μακρόβιοι, Populi sunt Aethiopiæ, vltra Meroen, vt inquit Solinus, quibus dimidio protensior est vita, quàm nostra. Iustitiam colunt, amant æquitatem, plurimum valent robore, & forma sunt pulcherrimi.

MACROBIVS, μακρόβιος, Viri Consularis nomen est, qui fuit Seruij coætaneus, qui in Somnium Scipionis Commętariorum libros duos aliósque septem Saturnaliorum conscripsit.

MACROCENII montes, Vide MACROCRENNII.

MACROCEPHALI, μακροκέφαλοι, Populi sunt Themiscyræ regionis, quæ Ponto & Colchidi proxima est. Horum meminit Plin. lib. 5. cap. 4. & Mela lib. 1.

MACROCHIR, μακρόχειρ, Cognomen fuit Artaxerxis Assyriorum regis, ideo illi impositum, quòd alteram manum haberet longiorem. Latini Longimanum vertunt.

Macrochira, μακρόχειρα, Tunica manicata, quæ & chirodota appellatur. Lamp. Macrochiras ex purpura ad vsum suum reuocauit. Has Romæ induere fuit indecorum. August. lib. 1. de Doct. Talares ac manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat.

Macrocola, orum, pen. prod. ‡ μακρόκωλα. *Carta reale.* ‡ Teste Hermolao in Plinium, maiores, & longiores chartæ, quas nos hodie chartas regias vocamus: quo etiam nomine Catullus chartæ quoddam genus appellauit. Cic. ad Attic. lib. 13, Sed tamen ego non despero, probatum iri Varroni: & id quouiam impensum fecimus in macrocola, facilè patior teneri. Arbitratur autem Hermolaus Macrocolum dici, διὰ τὸ μακρῦ κόλλυ, quasi longum membrum, vel potius longam membranam. Vnde potius vnico l. scribendum videtur: quemadmodum & protocolon. nam vtriusque eadem videtur origo. Est enim Protocolon prima illa charta, in qua scribæ acta breuiter delineant, ornatius, & amplius, quoties res poposcerit, describuntur. Macrocolorum meminit Plin. lib. 13. cap. 12. de generibus chartarum loquens. Præterea (inquit) in chartis spectantur tenuitas, densitas, candor, & lævor. Primatum mutauit Claud. Cæsar. Nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Ad hoc transmittens literas liturę metum afferebat æuersis, & aliàs indecoro visu pertransucida. Igitur & secundo colio facta sunt statumina è primo subtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura, & cubitalis macrocolis. Hæc Plinius. Sunt qui Macrocollum scribant gemino ll, putantes dictum esse, διὰ τὸ κόλλαν, hoc est à glutine, quo chartæ glutinantur.

MACROCRENNII, Montes sunt non procul ab Istri fluminis ostiis. Plin. lib. 4. cap. 12.

Macrologia, μακρολογία, Sermonis prolixitas: cui opponitur βραχυλογία, siue Laconismus. μακρολογεῖν enim Græcis est multa loqui, & prolixo sermone vti.

MACRONES, penult. prod. μάκρωνες, Populi Iberiæ, Albanis finitimi. Plin. 6. cap. 10.

MACRON TICHOS, μακρὸν τεῖχος, Oppidum est Thraciæ non procul ab Isthmo Cherronesi, ita dictum à longo muro, quem Miltiades ibi à Propontide ad Melanem sinum duxit, Cherronesum à reliqua excludens Thracia. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

MACROPOLIS, μακρόπολις, Agri Syracusani oppidulum, quod & Euryalus appellatur Stephano.

MACRYES, μάκρυες, Libyæ populi sunt Stephano, iidem, opinor, cum iis, quos Herodotus & Plinius, Machlyes vocant. Vide suprà.

Macteæ, Dicuntur pretiosa edulia. ‡ μάκτραι. Ital. *Cibi di molto prezio.* Gal. *Viandes exquises & de grand prix.* Hisp. *Manjar magnifico y costoso.* ‡ Sueton. de Caligula, Multis venenatas macteas misit. Quo in loco nonnulli legunt Matryas, alij Matteas. Apud Martialem legitur Mactea pluralis numeri, & neutri generis. Mactea (inquit) sola iuuant. Vide exactius infrà in dictione MATTYA.

Macticus, penult. corr. Qui habet magnas malas, & os patens, quasi malacticus. Festus.

Macto, ctas, Interficio. ‡ σφάττω. Ital. *Ammazzare.* Gal. *Tuer, occire, mettre à mort.* Hisp. *Matar.* ‡ Cic. de Arusp. respons. Clodius diuisores omnium tribuum domi suæ crudelissima morte mactauit. Plaut. in Amph. At ego certè cruce excruciatum mactabo. Tractum est à sacris, vbi mactari hostiæ dicuntur, quæ immolantur. θύειν. Virgil. 4. Georg. Et nigram mactabis ouem, lucúmque reuises. Idem 4. Aeneid. Mactant lectas de more bidentes. Vbi Seruius, Mactant, verbum sacrorum, ἀπὸ τοῦ σφάττειν μάχαιραν dictum, vt adolere. Mactare supplicio, Cic. in Catil. Nónne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? ¶ Mactare Orco, id est ad Orcum demittere, & præcipitare. Liu. lib. 9. ab Vrbe, Sacratos more Samnitium milites, eóque candida veste, & patibus candore armis insignes, eos se Orco mactare Iunius dictitans, quum intulisset signa, &c. ¶ Mactare infortunio. Plaut. in Pœn. Diuitem audacter solemus mactare infortunio. Dictum est autem Macto, quasi magis auctо: hoc est augeo. Nam prius quàm victimam immolarent, thus, aut vinum super eam fundebant. Vnde Mactum esse taurum dicebant, thure, vel vino cumulatam hostiam, quasi magis auctam. ¶ Hinc Mactare pro magis augere, veteres vsurparunt. Cic. de Rep. Ferunt laudibus, mactant honoribus. ¶ Per translationem ponitur pro malo afficere, seu malè tractare. Plautus in Aul. Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri, Dotatæ mactant & malo, & damno viros. ¶ Quandoque pro præcipitare. Accius, Aut illorum copias fundam in campo, aut naues vram, aut castra mactabo in mare. Quandoque pro honorare. Plautus, Tamen honestè mactatum

tum reducem domum. ¶Quandoque pro violare. Cic 6. Verr. Quum videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum.

Mactatus,ta tum,Participium, {ἐπιφαγμένος, τυθείς}. Ital. *Ammazzato*. Gal. *Tué*. Hisp. *Matado*. }vt, Hostia mactata. Horat. 1. Carm. Ode 19, Mactata veniet lenior hostia. Ouid. 15. Metam. Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras Dicitur vltoris.

Mactandus,da,dum. Seneca Troad. Mactanda virgo est Thessali busto dueis.

Mactatus,huius mactatus. {φόνος. Ital. *Percissione*. Gal. *Tuerie, assommement*. Hisp. *Matanza*. } Lucretius lib. 1. -Nubendi tempore in ipso Hostia conciderat mactatu mœsta parentis.

Mactator,oris. Senec. {ἱερεὺς, σφαγεύς}. Troad. Perge mactator senum.

MACTORIVM, μακτώριον, Vrbs Siciliæ, apud Stephanum.

Mactra, Arca panaria, quæ κάδος à Græcis dicitur: à verbo Græco μάττω, quod significat subigo, vel pinso. {Ital. *Mattara, arcella*. Gal. *Vne huche, vn mayt*. Hisp. *Arca para guardar el pan*. }

Mactus,cta,ctum, {ἐπαυξήσις. Ital. *Accresciuto*. Gal. *Augmenté, amplifié*. Hisp. *Crescido*. }Putatur esse dictio composita ex aduerbio Magis, & nomine auctus. Solus autem vocatiuus vtriusque numeri ab hoc nomine est vt in vsu in numero singulari Macte, & in plurali Macti: quibus propriè vtimur, quum aliquem ob rem bene cœptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Construitúrque tam cum genitiuo, quàm cum ablatiuo. Virgil. lib. 9. Aeneid. Macte noua virtute puer, sic itur ad astra. Martial. lib. 12. Macte animi quê tarus habet, morsúmq; tuorum. Sil. lib. 5, -venerande pudici Doctor macte animi. Cic. Att. Macte virtute esto. Plin lib 2. cap. 12. in laudem Astrolog. Macti ingenio este cæli interpretes, retúmque naturæ capaces. Stat. lib. 7. Thebaid. Macte animo iuuenis. Simillimum est illud apud Græcos, ἐπαινῶ, ἐπαινῶν, quibus vtuntur re gnauiter & fœliciter gesta. ¶His autem dictionibus Macte & Macti, quanuis vocatiui sint, attamen ex vsu autorum tam pro nominatiuo, quàm pro accusatiuo licitè vtimur, non ratione, sed autoritate. Liu. lib. 2. ab Vrb. Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Idem lib. 4. ab Vrb. Macte virtute Seruili esto, liberata Repub. ¶Ponitur aliquando aduerbialiter. Plaut. in Mil. Is amabat meretricem macte Athenis Atticis. id est valde, vehementer, & quantum poterat amabat.

Macula,læ, Sordes siue labes. {ῥυπὶς, κηλίς}. Ital. *Macchia*. Gal. *Tache, macule*. Hisp. *Mancha ò mançilla*. } Plin. Follones eas maculas è vestibus tollunt. Virgil. 3. Georg. Ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. Lucentes maculæ. Stat. 1. Syl. ¶Quandoque pro infamia. Cice. Cuius vt adulescentiæ maculas, ignominiásque præteream. ¶Quandoque pro retis foramine, seu plaga. Idem in Verr. act. 7, Reticulum ad nates sibi admouebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Varr. lib. 2. pro reti posuit, Septum totum grandibus maculis integitur, ne eò inuolare aquila possit, néve ex ea euolare aues. ¶Maculæ item in corpore dicuntur, colorum varietates, à reliquo corporis colore differentes. Plautus in Captiuis, Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Atra bilis agitat hominem. ¶Marmora item variegata maculis, picta dicuntur. Seneca Epist. 116, Delectant nos ingentium maculæ columnarum. ¶Eleganter dicimus, Delere maculam. Cicero pro lege Man. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore susceptа. Eluere maculam. Cic. pro Sest. Quoniam illa in Repub. macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset eluere. ¶Inurete maculam. Cic. in Sallust. Nónne tibi videtes æternas inurete maculas, quas reliqua vita eluere non possit? ¶Afficere macula. Cice. pro Rosc. Com. Legationis ipsius cæremoniam polluerit, maculáque affecerit.

Maculosus,a,um, Sordidus, immundus. {ἰουπώδης, κηλώδης}. Ital. *Macchiato, sporco*. Gal. *Plein de taches & macules, tacheté*. Hisp. *Manchado, manzillado*. } Plaut. Sordida & maculosa facie. Cic. 2. Phil. Auctionis verò miserabilis aspectus: vestis Pompeij non multa, eáque maculosa. Maculosus, notis, siue maculis conspersus. Virgil. 1. Aeneid. Succincta pharetra, ac maculosæ tegmine lyncis. Maculosus homo, per translationem dicitur immundus. & impurus. Cic. Attic. lib. 1, Non enim vnquam turpior in ludo talario cõsessus fuit: maculosi senatores, nudi equites, &c. Tacitus. lib. 17, Auaritia & libidine fœdus, & maculosus. Horat. 4. Carm. Ode 5, -mos, & lex maculosum edomuit nefas.

Maculo, as, Id est, fœdo, turpo. {μολύνω, κηλίδω. Ital. *Macchiare, sporcare*. Gal. *Maculer, tacher, souiller*. Hisp. *Manchar ò manzillar, ensuziar*. } Plautus in Captiu. Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Virgil. 3. Aeneid. Et terram tabo maculát. Ouid. 7. Meta. Exiguo maculauit sanguine ferrum. Virgil. 10. Aeneid. Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen, Pulsus ob inuidiam solio sceptrisque paternis. Cicero pro Mil. Túq; ex tuo edito monte Latialis sancte Iupiter, cuius ille latus, nemora, finésq; sæpe omni nefario stupro & scelere maculat. ¶Hinc Commaculo, las, & Immaculatus, qui est sine macula.

MACYBERNA, Vide MECYBERNA.

MACYNIA, μακύνεια, Oppidum est Aetoliæ, in Taphiasso monte situm, de quo Strabo lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 2. Apud Stephanum Macrynia legitur, sed corruptè: quod & ipsa literarum series, & alphabetici ordinis lex satis indicat.

MADAVRA, μάδαυρα, Ciuitas in confinio Getuliæ sita, & Numidiæ, à qua Apuleius Madaurensis est appellatus.

Madeo,es, Madidus sum, & humore aliquo conspersus. {βρέχομαι. Ital. *Essere humido, bagnato, molle*. Gal. *Estre trempé ou mouillé, estre moiste*. Hisp. *Mojarse*. } Plin. lib. 8. cap. 25, Tergoris ad scuta galeásque impenetrabilis, præterquam si humore madeat. ¶Madere metu, est præ timore, sudore aspersum esse. Plautus in Mostel. Hei mihi quum istæc blanda dicta, quò eueniant, cogito, madeo metu. ¶Madere vino. est ebrium esse. Martial. lib. 11. Hic totus volo rideat libellus, Et sit nequitor omnibus libellis, Qui vino madeat, nec erubescat. Ouid. 13. Metam. -arripit libellis, Qui vino madeat, nec erubescat. Ouid. 13. Metam. -arripit ensem: Hoc ait vtendum est in me mihi: quique cruore Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit. Idem 1. Fastor. Spartáque cælesti rore madebit humus. Idem. 3. Trist. Eleg. 5, Oque madens fletu, pallidiúsque meo.

Madesco, scis, Habet significationem passiuam innatam, idémque ferè est quod madidum fieri, humescere, siue humectari. {ὑγραίνομαι. Ital. *Essere bagnato*. Gal. *Estre mouillé*. Hisp. *Mojarse, ser mojado*. } Colum. lib. 11. cap. 3. Hæc enim res efficit vt in coctura celerius madescat, & viridem colorem sine nitro conseruet. ¶Aliqui hanc differentiam constituunt inter Madescere & Madefieri, quòd madescamus sudore, vel alio humore ex nobis proueniente: Madefiamus humore extrinsecus veniente. Sed hoc non est omnino verum. Colum. lib. 7. Stabuletur sicco loco, ne humore madescant vngulæ. ¶Hinc componitur Permadesco, quod est valde madidus fio. {διάβροχος γίνομαι}. Idem lib. 2, In id tempus conuenit inter peritos rei rusticæ, non esse arandum, nisi si magnis (vt fit nonnunquam) subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuiis terra permaduerit.

Madefacio,cis, Madidum facio, humore aspergo. {δίαιτα, διυγραίνω, βρέχω. Ital. *Bagnare, inhumidire*. Gal. *Ramoistir, mouiller, tremper*. Hisp. *Mojar*. } Cic. 1. de Diuin. Vaticinatum, madefactum iri minus xxx diebus Græciam sanguine. Virgil. 5. Aeneid. Humum viridésque super madefecerat herbas. Colum. lib. 2. cap. 4, Quum post longas siccitates leuis pluuia superiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit.

Madefio, Habet significationem passiuam, idémque est quod madidus fio, vel humore aspergor. {διαβρέχομαι. Ital. *Essere bagnato, essere inhumidito*. Gal. *Se mouiller*. Hisp. *Ser mojado*. } Suetonius in Cæsarem, Quum decidisset in mare, per ducentos passus euasit ad proximam nauem elata læua, ne libelli quos tenebat, madefierent. Ouid. 8. Metam. -madefactáque terra etuore est, Idem 15. Metam. Emathiq; iterum madefient cæde Philippi.

Madidus,a,um, Aliquo liquore respersus: cui opponitur Siccus. {διάβροχος}. Ital. *Humido, bagnato*. Gal. *Humide, mouillé, moiste*. Hisp. *Mojado*. } Ouid. 1. Metam. Tum quoque vt ora Dei madida rorantia barba Contigit. Virgil. 5. Aeneid. -madidáque fluens in veste Meandres. Ouid. 1. de Arte am. Fac madidas videat si potes, illa genas. ¶Ponitur aliquando pro ebrio. Plaut. in Amphit. Faciam, vt sit madidus sobrius, id est efficiam vt videatur ebrius, quum nihil biberit. ¶Quandoque idem quod imbutus re aliqua. Matt. Siquis Cecropiæ madidus, Latiæque Mineruæ Artibus. ¶Hinc Semimadidus. {ἡμιθέρμαντος}. Colum. lib. 2, Sed quandocunq; arabitur, obseruabimus ne lutosus ager tractetur, néve exiguis nimbis semimadidus.

Madido,das, Madidum facio. {ὑγραίνω. Ital. *Inhumidire* Gal. *Mouiller* Hisp. *Mojar otra cosa*. } Claud. lib. 2. de Rapt. Proserpinæ: -ille nouo madidans nectare pennas Concutit, & glebas fœcundo tore maritat.

Madifico,as, Idem quod madefacio. {ὑγραίνω, βρέχω. Ital. *Bagnare, inhumidire*. Gal. *Mouiller*. Hisp. *Mojar otra cosa*. } Plin. lib. 38. cap. 7, Et si contra epiphoras feruentes oculorum anguli subinde madificentur.

Mador, oris, Humiditas. {ὑγρότης, ὑγρασία. Ital. *Humidità, bagnamento*. Gal. *Moisteur, humidité*. Hisp. *Mojadura, humididad*. } Sallust. lib. 3 Histo. Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur. Nam omnia oppida stagnabant redundantibus cloacis aduerso æstu maris.

Madulsa, æ, Ebrius, quòd quasi madidus sit vino: apud Plaut. in Pseud. Ital. *Vbbriaco*. Gal. *Yure yurogne* Hisp. *Borracho, embriago*. } Festus legit Madusa sine l, his verbis, Madusa, ebrius: à Græco μαδύω deductum, vel quia madidus sit vino.

Madon, Herba est, quæ à Latinis vitis, à Græcis ἀμπελόδεσμη dicitur. Huius sarmenta longis & exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia habet pampinosa, ad similitudinem hederæ. Plin. lib. 18. cap. 1.

MAEA, μαία. Ciuitas ad Hellespontum Stephano.

MAEANDER, μαίανδρος, cum diphthongo, qui & Mæandrus, Fluuius Phrygiæ, siue Mæoniæ, qui oritur è lacu in monte Aulocrene, plurimisque affusus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita sinuosus redditur flexibus, vt sæpe ad fontem eredatur reuerti. Vide Plinium lib. 5. cap. 29. Ouid. lib. 9. Metam. Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis Ludit, & ambiguo lapsu refluitque, fluitque. Mæander, inquit Strabo, flexuosus est, quoniam alueus multas recipit mutationes, & multum limum deducens modò huic, modo illi ripæ adiicit. Hunc Poëtæ fingunt Oceani & terræ filium fuisse, & Cyaneen Nympham genuisse, quam postea Miletus Solis filius oppressit, & ex ea Caunum & Byblidem suscepit. Vide Ouid. 9. Metamorph. ¶Vnde obliquitates omnes Mæandros veteres appellarunt: vt quum res agitur non simpliciter, sed vafris & obliquis consiliis: sumpta metaphora à fluuio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: vnde & nomen habere videtur, quasi oberret, quærens hominum consortia. Cic. in Piso. Quos tu mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexionésque quæsisti? ¶More Mæandri illud fieri dicitur, quod tortuosè flexuoséque fit. Colum. lib. 8. cap. 17, Oportebit autem nonnullis locis molas intercidi more Mæandri, paruis, sed angustis itineribus. ¶Mæander etiam teste Nonio, picturæ genus est, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydum addi solet. Virgil. 5. Aeneid. Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura mæandro duplici Meliboea cucurrit. Vbi Seruius, Mæandro duplici, flexuoso. Et hoc dicit, Erat in chlamyde, flexuosa, & inter se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Festus neutr. gen. Mæandrum vocat hoc genus picturæ. Mæandrum, inquit, genus picturæ, dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus. ¶Hoc etiam nomine dictus est mons Indiæ.

MAEDI, μαῦδοι, Populi sunt supra Macedoniam siti, Triballis & Dardanis vicini: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongum in prima syllaba, ad differentiam Medorum, qui in Asia sunt, Parthis finitimi.

Mætnacterion, μαιμακτηριών, Mensis September, ita appellatus à turbido aëre.

Mæna, mænæ, μαινίς Aristoteli, Piscis est marinus, qui Latinis Alecula, siue Alec dicitur, interprete Theodoro, ex quo sallamenta fieri solent. Plin. lib. 31. cap. 7, Quin è muria sallamentorum recoquitur, iterúmq; consumpto liquore ad naturam suam redit: vulgó è mænis iucundissimus. Cic. 2. de Finib. Qui enim voluptatem ipsam contemnunt, his licet dicere se accipenserem mænæ non anteponere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MAENADES, μαινάδες. Dictæ sunt mulieres, quæ insanientium ritu Bacchi Orgia celebrabant: vnde & Bacchæ dicuntur. Mænades autem dictæ sunt à verbo Græco μαίνομαι, quod significat insanire. Iuuen. Sat. 6. -crinémque rotant vlulante Priapo Mænades.

MAENALVS, μαίναλος Stephano, in singulari numero masculi gen. teste Diomede, & in plurali, Mænala, neut. gen. Arcadiæ mons altissimus, non procul ab Argis, pinis refertus, ita dictus ἀπὸ τῶν μαινάδων, quod est furere, & insanire: aut certè à Mænalo Lycaonis filio: vt annotauit Scholiastes Theocriti. Virgil. 10. Aeglo. Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mænalus. Idem 8. Aeglo. Mænalus, argutúmq; nemus, pinósque loquentes Semper habet. Idem 1. Georg. -tua si tibi Mænala curæ, Huc ades ô Tegeæe fauens. ¶Est & Mænalus, Stephano μαίναλος, nomen ciuitatis Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio.

Mænalius, a, um, Quod est ex Mænalo. Vnde Bacchus dictus est Mænalius. Et aper Mænalius, quem Hercules Eurystheo attulit. Et versus Mænalius, id est Arcadicus. Virgil. 8. Aeglog. Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

MAENARIA, μαινάρια, Insula est in mari Ligustico: ita dicta à mœnis piscibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit iusulæ huius Plin. lib. 3. cap. 6.

MAENOLES, μαινόλης. Dictus est Dionysius, quod Latinè totum furentem significat: siue quòd vino contrahitur ebrietas, quæ species est insaniæ: siue quòd à mulieribus furentibus, quas Bacchas vocabant, aut Mænadas, sacra eius celebrabantur.

Mænomenon mel, μαινόμενον μέλι, Genus est mellis venenati, quod in Ponto ex Rhododrendi flore contrahitur: ita dictum ab insania quam gignit. Plin. lib. 21. cap. 13.

MAEONIA, μαιονία, Lydia est, regio minoris Asiæ, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, Meridiana parte Catiam amplectens, ad Occasum supra Ioniam excurrens: ita dicta à Mæone flunio, vt Stephano placet. Mæoniam Strabo lib. 13, κτλ. μάονα χάραν, hoc est exustam regionem vocat, eámque arboribus prorsus carere tradit, præter vitem, vini iucundissimi feracem. Summam autem camporum faciem cinerulentã esse, petrosam & nigram, adustionis quandam similitudinem retinentem. Imminet autem Mæoniæ Tmoli montis rupes altissima, ex qua Pactolus fluuius defluit, aureas trahens arenas: vnde & Chrysorrhoas dicitur. ¶Inde Bacchus dictus est Mœonius. Virgil. 4. Georg. Cape Mœonij carchesia Bacchi. ¶Item Lydi dicti sunt Mœonidæ, & mulieres Lydiæ, Mœonides. Ouid. 6. Meta. Mœonis elusam designat imagine tauri Europam. Quo in loco Mœonis accipitur pro Arachne puella Lydia.

MAEON, onis, pen. gen. corr. μαίων, Pater fuit Homeri: vnde & ipse dictus est Mœonides: ipsiúsque poëmata Carmina Mœonia passim appellantur à poëtis. Martialis, Perlege Mœonio cantatas carmine ranas.

MAEOTIS, pen. prod. μαιῶτις. Palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phasidis ostium, hyeme congelascens: Tanaim, aliósque innumeros ferè recipiens fluuios, & Cymmerio Bosphoro à Ponto Euxino discreta: ita dicta ab accolis, qui Mœotæ appellantur: de quo vide testimonium Plinij in dictione MAEOTAE. Lucan. lib. 3. Quáque fretum torrens Mœotidos egerit vndas. ¶Aliquando vtimur hoc nomine tanquam patronymico fœminino. Iuuc. Sat. 15. Tale quid excusas Mœotide sæuior ara Aegyptus? Quo in loco Aram vocat Mœotidem, quæ erat in Taurica regione Thraciæ, quæ non procul abest à Mœotide palude.

Mœoticus, a, um, Vt Mœotica tellus, Mœotica vnda, quæ passim leguntur apud Poëtas.

MAEOTAE, pen. prod. μαιῶται, Dicti sunt populi Scythiæ, non procul à Mœotide palude, quæ ab illis nomen sumpsit. Plin. lib. 4. ca. 12, A Buge supra Mœotin Sauromatæ, & Essedones: at per oram ad Tanaiam, vsq; Mœotæ: à quibus lacus nomen accepit.

Mœreo, Mœstus, & Mœstitia, Vide MOEREO.

Magar, Pœnorum lingua villam siue tuguria pastoritia significat, quæ & Magalia Virgilio dicuntur, quanuis Magaria (secundum Seruium) dici debeant. Virgil. 1. Aeneid. Miratur molem Aeneas magalia quondam.

MAGARSVS, μάγαρσος, Oppidum Ciliciæ iuxta Mallum: de quo Plin. lib. 5. cap. 27. Stephano Verruca est editissima, non oppidum.

Magas, adis, siue Magadium, μαγάς, μαγάδιον, Instrumentum est musicum, tabula quadrata constans, leuiter conuexa, intentis in ea citharæ fidibus. ¶Dicitur etiam ea pars lyræ, in qua plectrum illiditur, id est vbi percussio fit chordarum manu dextra. Iugum verò dicitur, vbi sinistra manu chordæ premuntur. Budæus.

MAGDOLVS, μαγδωλός. Aegypti oppidum apud Stephanum: cuius incolæ dicuntur Magdolitæ.

MAGI, μάγοι, Populi sub Caucaso monte siti è regione Bactrianorum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

Magia, Vide MAGVS.

MAGIA, μαγία, Illyrici oppidum est Stephano, cuius incolæ Magiatæ dicuntur, & Magiani. ¶Est & Magia fontis nomen in agro Syracusano, apud eundem.

Magice, Magicus, Vide MAGVS.

Maginor, aris, Quasi tardè conor, & nugor, inquit Festus.

Magirus, pen. prod. μάγειρος. Latinè coquus dicitur. Vnde Archimagirus, ἀρχιμάγειρος, princeps coquorum.

Magis, idis, μάγις, vt ex Pollucе docet Budæus, Idem est quod mactra: hoc est vas illud in quo farinæ subiguntur. ¶Nonnunquam etiam rotundæ mensæ genus, tripodi imponi solitum, vt eiusdem Pollucis testimonio probat Budæus. ¶Idem autor est hoc nomine etiam appellari posse orbiculatum instrumentum, quo panifices, & dulciarij pistores, quos *pastillarios* vocamus, subigendis farinis opificij sui vtuntur: *Rondellum* appellant. Est etiam genus lancis eiusdem formæ. Plin. li. 33. cap. 11. Cornel. Nepos tradit tympana, se inuenæ, appellata stateras & lances, quas antiqui Magidas appellauerunt, *Platellam* nostri vocant.

Magis, aduerbium, significat Plus. ¶μᾶλλον, ἐπὶ πλέον, ἐπὶ πλεῖστον. Ital. *Piu.* Gal. *Plus, d'auantage.* Hisp. *Mas en comparacion.* ¶Vnde Magis ac magis, ἐπὶ πλέον ἐφ' ἑαυτὸ. deducitúrq; à Magnus: & præter naturam aliorum aduerbialium comparatiuorum terminatur in is, quum reliqua omnia similia sint comparatiuò neutri generis. ¶Iungitur interdum comparatiuo. Plaut. in Stic. Imò enim hic magis est dulcius. ¶Mage ponitur interdum pro magis. Plaut. in Trucul. Quem ecastor mage amo, quàm dudum. A quo fit compositum Demagis, quod significat valde magis, & pro nimis à veteribus ponebatur, teste Festo.

Magister, stri, ¶διδάσκαλος, καθηγητής. Ital. & Hispan. *Maestro.* Gal. *Maistre.*¶ Proprie artium præceptor dicitur, autore Festo. Terent. in And. -nam antea Qui scire posses, aut ingenium noscere, Dum ætas, metus, magister prohibebant? Cic. de Amic. Quæ disputata ab eo meminisset magister meus Scæuola. Quanuis etiam Magistri nomen ad omnes transferri possit, quibus præcipua cura rerum incumbit. Hinc Magistri pagorum, societatum, vicorum, collegiorum dicuntur, ἀγορανόμοι, qui pagis, societatibus, vicis, & collegiis præsunt. ¶Magister equitum, ἱππάρχος, dicitur, cui summa potestas erat in equites: vulgus Gallicum *Connestabilem* appellat. Varro 4. de Ling. Latina, Magister equitum dicebatur, quòd summa potestas ei esset in equites & accensos. Addebatúrque semper Dictatori, cui summa potestas erat in populum, à quo & Magister populi dicebatur. Cic. 1. de Finib. Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla, qui trium pestiferorũ vitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. ¶Magister aliquando pro pædagogo ponitur. Terent. in Phormione. Abeuntes ambo hinc tum senes, me filius Relinquunt quasi magistrũ. Vbi donatus, Magistrum: sic Latini, quem Græci pædagogum appellant. Quint. lib. 1. cap. 2. Doctissimum, & incomparabilem magistrum domi habeat. ¶Magister pecoris, Pastor. Varr. 2. de Re rust. ca. 10. Contrà pernoctare quenquam ad suum gregem, esse omnes sub vno magistro pecoris, eum esse maiorem natu potius quàm alios, & peritiorem quàm reliquos. ¶Magister ludi, & Ludimagister vno verbo dicitur. Cic. 1. Ver. Strab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis alienis orationibus compositum dedit, verbo vno discesseris. ¶Magister morum. Cic. ad Appium lib. 1, Eo breuior est hæc epistola, & vt aduersus magistrum morum modestior. ¶Magister nauis est, cui totius nauis cura mandata est: vt docet Vlpian. de Exerci. act. lib. 1. ¶Magister scripturæ dicitur, qui ciuitatis alicuius publicos pecorum prouentus scribendi munus habet. Cic. 5. Verr. Missic in Siciliam literas ad Carpinatum, quum esset magister scripturæ, & ex publicanorum. ¶Magistri etiam dicuntur, qui bona sub hasta vendunt. Cic. ad Att. li. 2, Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant fore magistrum, si bona venirent, L. Pontius. Vide Cælij Rhodig. Antiq. lect. li. 11. ca. 5.

Magistra, æ, ¶διδάσκαλος, ου. Ital. *Maestra.* Gal. *Maistresse.* Hisp. *Maestra.*¶ Cic. 1. de Finib. Magistra ac duce natura. Idem pro Rosc. Amerin. Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est. Quintil. lib. 1. cap. 3, Certissima loquendi magistra, consuetudo. Ouid. Epist. 5, Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse, Consule: queis ætas longa magistra fuit.

Magistellus, li, diminutiuum, Paruus magister.

Magisterium, rij, ¶διδασκαλία. Ital. *Magistero.* Gal. *Maistrise & gouuernement.* Hispa. *Dignidad del maestro.*¶ Magistri dignitas, seu officium. Nam Magisteria sic à magistro videntur deduci, quomodo à ministro Ministeria. Suet. in Augusto, Auus municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio tranquillissimè senuit: id est officij municipij sui. Cic. de Senect. Me verò & magisteria delectant à maioribus institutа, & is sermo, qui more maiorum à summo adhibetur magistro in poculo. Plin. lib. 8. cap. 40, Inter se exercent etiam magisteria.

Magistro, as, κυβερνάω, Moderor, guberno, autore Festo.

Magistratus, tus, Modò significat eos, qui in potestate aliqua sunt constituti: ¶οἱ ἐν ἀξιώματι, οἱ ἐν τέλει, οἱ ἐν ταῖς πολιτείαις, οἱ πολιτεύματα. Ital. *Magistrato.* Gal. *Magistrat, ou officier.* Hisp. *El que tiene officio para regir y gouernar.*¶ vt sunt Consules, Proconsules, Prætores, Proprætores, & alij qui ciuitates, & prouincias regunt. Cic. ad Papyr. Pæt. Quem magistratus comprehendi & in vinculis teneri iusserat. Idem lib. 3. de Leg. Videtis igitur hanc esse magistratus vim, vt præsit, prospiciátque recta & vtilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus, veréque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem, mutum magistrum. Idem 1. Offic. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere, se gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & fidei suæ commissa meminisse. ¶Modò ipsam potestatem, seu officium, πολιτεύματα. Cic. Nam istum in vrbe magistratum gerebat. Idem de Amic. Vbi eos inueniemus qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant? ¶Magistratuum alij Maiores, vt Consules, Censores, Prætores. Alij præter hos dicebantur Minores: vt Aediles, Quæstores, Tribuni. ¶Venustè dicimus, Creare magistratum, Dare magistratum, Gerere magistratum, Habere magistratum, Mandare magistratum, Abire magistratu, Accipere magistratum, Venire in magistratum, Magistratum imminuere, quod est derogare iuri, & prærogatiuis officij.

Magmata, pen. corr. μάγματα, Pastilli, & massæ factæ ex vnguentorum fœcibus odoris gratia: ἀπὸ τοῦ μάττειν, quod est terere & miscere, & in massam redigere. Plin. lib. 13. ca. 2, Siccis odoribus constant, quæ Diapasmata vocantur: nam fœces vnguenti Magmata appellant.

Magmentum, inquit Festus, veteres dixerunt, quasi maius augmentum, & auxilium, quoniam augebant numerum hi, qui accedebant alicui genæ, vt adiumento essent.

MAGNA GRAECIA, Dicta est ea pars Italiæ, quæ à Tarento vsque ad Cumas est, vel (vt Plin. lib. 3. refert) quæ à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum vsque protenditur. Sic dicta (vt Festus putat) quòd multæ magnæque ciuitates in ea fuerint à Græcis conditæ. Vide Iust. lib. 20. Virg. 3. Aen. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. In ea habitauerũt Pythagoras philosophus, & Archytas, Parmenides, & Zeno eiusdem sectatores, & Ennius poëta. A quibusdam tota Italia dicta est maior Græcia. Ouid. in Fastis, Itala nam tellus Græcia maior erat.

Magnanimus, Magnanimitas, Vide MAGNVS.

Magnatius, ¶μεγαλέμπορος. Ital. *Che ha gran maneggio* Gal. *Qui a grand maniement d'affaires, grand negotiateur.* Hispan. *Grande negociador.*¶ Apud Apuleium, pro magno negotiatore ponitur, à negotium magnitudine, tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam claros in obeundis magnis mercaturis.

MAGNATA, μαγνᾶται Ptolemæo, Vrbs Hiberniæ, à qua Magnatæ populi vocati sunt. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 2.

Magnates, pen. prod. {μαγιστᾶνες. Ital. *Nobili, potenti.* Gal. *Nobles, puissans, les grands.* Hisp. *Los grandes en dignidad, y nobles.*} Dicuntur nobiliores, & potentiores, quorum magna est potentia, & autoritas.

Magnes, etis, {μάγνης. Ital. *Calamita pietra.* Gal. *Vne pierre qu'on appele aimant.* Hispa. *La piedra y manceua del hierro.*} generis masculini, Genus lapidis ad se ferrum attrahentis. Plin. lib. 36. cap. 16. Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit, & patitur mores: trahitur nanque à magnete lapide: domitrix illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque vt propius venit, assistit, tenetúrque, & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellãt, quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, vt ex Nicandri sententia tradit. Plin. lib 36. cap. 16. qui quum pecus pasceus, pedem fortè haberet ferratum, & crepidas ferreis clauis compactas, animaduertit lapidem hunc ferro adhærescere. Alij à Magnesia dictum volunt Lydiæ regiuncula, in qua lapidem hunc primùm volunt esse inuentum circa Heracliam vrbem: vnde & Heracleon appellarunt. In qua sententia est Lucret. lib. 6. vbi sic scribit, Quod superest, agete incipiam, quo fœdere fiat Naturæ, lapis hic vt ferrum ducere possit, Quem Magneta vocant patrio de nomine Graij. Magnetum quia sit patriis in finibus ortus. Cicero 1. de Diuin. Vt si Magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat & trahat: ar rationem cur ita sit, afferre nequeam.

Magneticus, a, um, Claudianus de magnete, Venerem magnetica gemma figurat.

MAGNES, μάγνης Suidæ, Athenienfis antiquæ Comœdiæ scriptor tempore Epicharmi, docuit fabulas nouem, vicit duabus. ¶ Magnes item alter Smyrnæus puer, præ cæteris mortalibus formosus: poetica insuper & musica ornatus, corona insignis aurea, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat multis dilectus, præsertim Gygi Lydorũ regi. Parentes autem probrum huiusmodi perosi, capta occasione comã eius inciderunt: vestem, ornatúmq; omnẽ lacerauerunt. Quare commotus Gyges, in Magnesios bellum mouit, quibus tandem superatis reuertens, Sardibus panegyricum celebrauit magnificentissimum. Suid.

MAGNESIA, μαγνησία Macedoniæ regio, Thessaliæ annexa, de qua Plin. lib. 4. cap. 9. ¶ Est & Magnesia, Ioniæ oppidum ad Mæandrum fluuiũ, distans ab Epheso (sicuti scribit Plin. lib. 5. cap. 29,) XVI. M. pass. circa quam L. Scipio Asiaticus Antiochum regem magna clade affecit.

Magnessa, æ, μάγνησσα Stephano, Mulier è Magnesia regione Thessaliæ annexa: aut è Magnesia Ioniæ ciuitate. Horat. lib. 3. Carminũ, Ode 7, Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens. Masculinũ eius est Magnes, etis: quod de se facit fœmininum Magnessa, quemadmodum à masculino Cres fit fœmininum Cressa.

MAGNETES, μάγνητες, Qui & Magnesij, μάγνησσοι, Populi vocati sunt. Lucre. lib. 8, Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Magnetes, etum, {μάγνητες. Ital. *Senatori.* Gal. *Senateurs.* Hispa. *Senadores.*} Apud Macedones erant, qui apud nos Senatores dicuntur, siue principes & capita vrbis: vnde & sumimum magistratum vocant Magnetarchen, teste Liuio lib. 5. bel. Maced.

Magnus, a, um, {μέγας. Ital. & Hispa. *Grande.* Gal. *Grand.*} Grandis cuius comparatiuum est Maior, superlatiuum Maximus. Virg. 1. Georg. Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum. Idem 2. Aene. Tum magnum exitium (quod dij prius omen in ipsum Cõuertant) Priami imperio, Phrygibúsque futurum. Cicc. in Orat Magnum opus & arduum Brute conamur. Idem 1. de Orato. Studio acriore, otio ac facultate discendi maiore ac maturiore, & labore ac industria superiore. Ouid. 13. Metam. -quæritur istis, Quãm mihi maior honos. Cic Qu. frat. lib. 2, Eum tibi cõmendo maiorem in modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. Idem de Amicit. Sed hi ne comparentur Catoni maximo & spectato viro. Ouid. ad Liuiam, Maximus ille armis, maximus ille toga. ¶ Maior, ad annos relatũ, pro longiore æuo. Terent. Eunuc. Verùm illa si viuit, annos nata est sedecim. Nõ maior. Martia. lib. 9, -maior erat mensibus illa tribus. ¶ Magno natu. Liu. 3. ab Vrb. Cõsurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Idem 6. belli Pun. Inter hæc è media turbâ obsidũ mulier magno natu, Mandonis vxor, &c. ¶ Maior natu. Cice. 1. Tuscul. Anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu quàm Plautus & Næuius. ¶ Maximus natu. Liu. 1. bel. Pun. Ita enim maximus natu ex iis in consilio respondit. ¶ Magnum facere: id est magnum aliquid præstare. Horat. 1. Sermo. Saty. 10, At magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis Miscuit. Cic. 1. Acad. Magnũ est efficere, vt quis intelligat, quid sit illud verum & simplex bonum, hoc est magni laboris, vel magnæ vtilitatis. ¶ Quod maius est. Cic. de Amicit. Quòd si tanta vis probitatis est, vt eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel (quod maius est) in hoste etiam diligamus. ¶ Concipere maiora animo. Ouid. 15. Meta. Viribus maiora audere, Virgil. 10. Aeneid. Maior morbus, qui & comitialis dicitur, Celsus lib. 3. cap. 23, Inter notissimos morbos est etiã is, qui comitialis, vel maior nominatur. ¶ Magno, Absolutè, pro magno pretio. μεγάλου. Apul. Me denique pauperculus quidam hortulanus comparat quinquaginta numis, sed magno aiebat. Varr. lib. 3. de Re rust. Piscinæ ædificantur magno. Virg. 2. Aene. Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ. Cice. 5. Verr. Qui, vt ais, magno vendidisti. Eiusdẽ significationis est genitiuus Magni, verbis æstimationem importantibus iunctus. Cice. Cass. libro 15, Magni erunt mihi literæ tuæ. Id est habebo eas in pretio. Plin. Epist. 2. lib. 3, Itaq; magni æstimo, dignitati eius aliquid astruere. ¶ Magnũ, Pro valde. μέγα. Plaut. Mil. Eho, an dormit Sceledrus intus? LVCR. Non naso quidem: nam eo magnùm clamat, tetigit calicem. Idem Mostel. Atqui ille exclamat de repente maximùm. ¶ Optimus maximus, non solum de Deo dicitur, sed etiam de fundo, agro, domo, & aliis. Celsus in l. Quum venderes. ff. de contrah. empt. Quum venderes fundum, nõ dixisti, Vt optimus maximúsque est: verum est quod Qu. Mutio placebat, non liberum, sed qualis esset, fundum præstari oportere. ¶ Maximus Pontifex dicebatur, quòd rerum quæ ad fana & religiones pertinent, maximus iudex sit, vindéxque cõtumaciæ priuatorum, magistratuúmque. ¶ Minorum pontificum Maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item Minimus, qui nouissimus. ¶ Maximæ dignationis Flamen (inquit Festus) Dialis est inter quindecim Flamines: & quum cæteri discrimina maiestatis suæ habeant, minimi habent Pomonalis: quòd Pomona leuissimo fructu agrorum præsidet, hoc est pomis. Maiores flamines appellabantur patritij generis: Minores, plebeij. ¶ Maximus Curio, cuius autoritate Curiæ, omnésque Curiones regantur. ¶ Maximi annales appellabantur, nõ magnitudine, sed quòd eos Pontifex maximus confecisset. ¶ Maiorem Consulem L. Cæsar putabat dici, vel eum penes quẽ fasces sint, vel eum qui prior creatus sit. Prætorem autem maiorem, vrbanum: minores, cæteros. Maximũ Prætorem putant dici alij eum, qui maximi imperij sit: alij, qui ætatis maximæ in collegio: quãuis Augurum decretum sit, quòd in salutis augurio Prætores maiores & minores appellantur, non ad ætatem, sed ad vim imperij pertinere. ¶ Magnum annũ dicunt mathematici, quo septem syderа errantia expletis propriis cursibus sibimet concordant. ¶ Maxima hostiam ouilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. ¶ Maxima mulcta, antiquitus erat boum triginta & duarũ ouium. μεγίστη ζημία. Sed quum in fraudem mulctæ dictæ soluerẽtur boues ouésq; parui pretij, ideirco constituti sunt postea in singulas oues deni æris, in boues verò æris centeni. Erat itaque mulcta maxima trium millium & viginti æris, hoc est trecentarum & duarum drachmarum. ¶ Magnum socerum, appellat vir vxoris suæ auum. Magnam socrum, vir vxoris suæ auiam appellat. Maior socer, vxoris meæ proauus. Maior socrus, vxoris meæ proauia. Maior patruus, aui & auiæ patruus. Maior amita aui & auiæ amita. Maior auũculus, aui & auiæ auunculus. Maior magistratus, Consul dicitur. Hæc Festus.

Maiores, {πρόγονοι, πρόπαπποι, οἱ ἄνωθεν, ἢ τοὺς γονέας, πρόγονοι. Ital. *Maggiori, antichi.* Gal. *Les ancestres.* Hisp. *Los padres subiendo arriba.*} Intelligi possunt quicunq; aui, abaui, proaui, ataui, tritaui, & ante hos in infinitũ: sicut Minores, qui etiam post trinepotes futuri sunt. Cice. in Sallust. Ego meis maioribus virtute præluxi, vt si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Cæs. 4. bel. Gall. Quòd Germanorum consuetudo hæc sit à maioribus tradita, quicunq; bellum, &c. ¶ Accipiuntur etiã Maiores indifferenter et pro omnibus qui ante nos fuerũt quemadmodum Minores pro posteris: vtimúrq; his duobus nominibus in duabus iam dictis significationibus, tantùm in numero plurali.

Magnanimus, mi, {μεγαλόψυχος, μεγαλόψυχον. Ital. *Magnanimo.* Gal. *Courageux, magnanime.* Hisp. *De grande animo, magnanimo.*} Qui magni est animi. Cice. 1. Offic. Itaque viros fortes, & magnanimos, eosdem bonos, & simplices, veritatis amicos, miniméque fallaces esse volumus. Ouid. 1. Trist. Eleg. 5. Corpora magnanimo satis est prostrare leoni. Idẽ 12. Metam, Neve ea magnanimus frustra memorauerit heros. Virgil. 4. Georg. Magnanimósque duces, totiúsque ex ordine gentis Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

Magnanimitas, atis, {μεγαλοψυχία. Ital. *Magnanimità.* Gal. *Magnanimité grãd cœur & courage.* Hisp. *Grandeza de animo, magnanimidad.*} Est sublimitas, & præstantia animi: quam sic definit Speusippus, Magnanimitas est moderatus contingentium vsus, vrbana cum hominibus conuersatio, magnificentia cum ratione. Cice. 1. Offic. Nam quum omnis honestas manet à partibus quatuor, quarum vna sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c. Plin. lib. 7. cap. 25, Idem magnanimitatis præbuit exemplum, cui comparari non possit aliud, &c.

Magnificus, a, um, {μεγαλοπρεπής. Ital. *Magnifico, splendido.* Gal. *Magnifique, honnorable.* Hispa. *Cosa magnifica y liberal.*} Qui in magnis pro dignitate sumptum facit: quique circa munera impensas facit honorificas: veluti in ludis, in rebus diis sacrificatis, in ædificiis, in epulo publico: non autem qui in seipsum sumptuosus est. Plautus Asinaria, Exemplo facio facerum me, atque magnificum virum, Dico me esse atriensem. Terentius. Heaut. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Cic. 1. Offic. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Magnifica verba. Terent. Eunu. Vrbes magnificæ, Ouid. 2. de Pont. Magnifica domus, Plin. lib. 17. cap. 1. ¶ A Magnificus fit comparatiuus Magnificentior: & superlatiuus Magnificentissimus. Cicero 2. de Finib. Ad altiora quædam, & magnificentiora, mihi crede Torquate, nati sumus. Idem 2. Offic. L. Crassus Qu. Mutio magnificentissima ædilitate functus est.

Magnificentia, æ, Est (vt inquit Cice. 2. de Inuent.) rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio, atq; administratio. {μεγαλοπρέπεια. Ital. *Magnificenza.* Gal. *Magnificence.* Hisp. *Magnificencia, grandeza de animo.*} Idem de Amicitia. Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia. Idem contra Rullum, Hoc vix est liberi populi: vix vestrorum amicorum magnificentiæ. Quintilia. lib. 4. cap. 2, His tribus narrandi virtutibus adiiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant.

Magnificè, aduerbium, Lautè, honorificè. {μεγαλοπρεπῶς. Ital. & Hisp. *Magnificamente.* Gal. *Magnifiquement.*} Terent. in Adelph. Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin superet tua. Brutus ad Cicero. Iuuat enim magnificè loqui: & certè decet aduersus ignorantes. Plin. lib. 13. cap. 7, Siccæ fici stomachum lædunt, guttuti & faucibus magnificè vtiles. Cice. 1. Offic. Hæc præscripta seruantem licet grauiter, magnificè, animosèque viuere: atq; etiam simpliciter, fidelitet, & vitæ hominum amicè. ¶ Magnificius, Cato pro Magnificentius dixit, seruata regulari formatione à comparatiuo Magnificè. Vide Festum.

Magnifico, as, Extollo, exalto. {μεγαλύνω. Ital. *Essaltare, magnificare.* Gal. *Magnifier, extoller.* Hisp. *Engrandescer.*} Plin. lib. 28. cap. 16, Magnificant & vituli, qui nondum herbam gustauerit, fimum. Plin. lib. 17. cap. 9, Arcesilaum quoque magnificat Varro. Plaut. Menæch. Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare.

Magniloquus, Qui magna loquitur. {μεγαλορρήμων. Ital. *Che parla cose grande.* Gal. *Qui parle d'vn haut stile, beau & magnifique parleur.* Hispa. *El que habla grandes cosas.*} Martial. lib. 2, Candide πάντα φίλων, hæc sunt tua, Candide πάντα, Quæ tu magniloquus nocte diéque sonas. Tacitus in vita Agricolæ, Atque illi modò cauti ac sapientes, prompti post eucntum, ac magniloqui erant.

Magniloquentia. {μεγαλορρημοσύνη. Ital. *Il parlare cose grande.* Gal. *Parole au stile de haut apparoil, magnifique & hautaine parole.* Hispani. *Grandeza*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dexa de palabras. } Cice. in Orat. Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior. Homeri magniloquentia, Cicero Cæsari lib. 13. Epist.

Magnipendo, is, In magna æstimatione habeo, { *μεγὰ ποιῶ ποιῶμαι.* Ital. *Estimar grandemente.* Gal. *Fort estimer & priser.* Hispa. *Estimarò apreciar mucho.* } Plaut. Curcul. Neque eum ad me adire, neque me magni pendere Visus est. Liuius, Romanorum nemo id autoritatis aderat, vt promissa eius magnipenderentur. Terent. Adelph. Ego quoque à meis me amari, & magnipendi postulo.

Magnitas, pro Magnitudine apud antiquos. Accius, Nanque sat frugineque dici potest pro magnitate.

Magnitudo, Copia, amplitudo, sublimitas. { *μέγεθος.* Ital. *Grandezza.* Gal. *Grandeur.* Hisp. *Grandeza generalmente.* } Cicero pro Rosc. Amer. Magnitudo æris alieni. ¶ Magnitudo animi, id est excellentia, præstantia. *μεγαλοψυχία.* Cice. 4. de Finib. Quæque ab eisdem de temperãtia, de modestia, de magnitudine animi, de omni honestate loquuntur. ¶ Magnitudo periculi pro grauitate. Cic. pro Quintio, Primùm magnitudo periculi summo timore hominem afficit.

Magnopere, aduerbium. Id est valde, vehementer. { *μέγα.* Ital. *Grandemente.* Gal. *Grandement, beaucoup.* Hisp. *En grande manera.* } Plaut. in Trucul. Magnam rem is & magnam: magnopere ferua viaticum. Terent. Heaut. Meministine me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum, Si puellam parerem, nolle tolli? Lucret. lib. 3. Sed in omnibus rebus magnopere à vera lapsi ratione videntur. Cicero ad Cassium libro 15. Ego cæterarum rerum causa tibi Romam magnopere properandum censeo. ¶ Magnopere facere. Cice. 7. Verr. Quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes facere, istius anaritia nauibus exinanitis? Non magnopere laboro: quod barbari dicunt, Non multum curo. Cicero pro Rosc. Comœ. Et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. ¶ Magno opere, separatim aliquando legitur. Plaut. Casi. Atque id nõ tam ægrè est iam viciisse villicum, Quàm id expetiuisse opere tam magno senem.

Maximè. { *μεγίστως.* Ital. *Massimamente, sopra tutto.* Gal. *Grandement, principalemẽt, sur tout.* Hisp. *Mayormente.* } quod quandoq; præcipuè, quãdoque sæpissimè significat. Cicero Lentulo, Vel etiam id, quod mihi maximè libet. Idem pro Domo sua, Intuemini paulisper animis iuuentutem, & maximè eos qui, &c. Idem 1. de Natu. deorum, Quæ ratio poëtas, & maximè Homerum impulit. Sæpissimè autem pro summè, & vehementer. Cice. 1. Offic. Vt quisque maximè opis indigeat, ita ei primùm opitolari. Idem de Orat. Dicere quàm maximè ad veritatem accommodatè. ¶ Interdum est affirmatiua responsio. Terent. in Eunuc. Tu Parmeno huc fac illi adducantur. P. Maximè.

Maximopere aduerbium. { *μεγαφυῶς.* Ital. *Grandissimamẽte.* Gal. *Grándement.* Hisp. *Mayormente* } Cice. Epistо. A te maximopere peto, & quæso.

Maximitatem, Veteres pro magnitudine dixerunt. Lucilius, Neq; ad hoc me rogas inani maximitate.

MAGNVS PORTVS, *μέγας λιμὴν*, Mauritaniæ Cæsariensis oppidum est, à portus spatio ita appellatum: vt tradit Plinius lib. 5. cap. 2.

MAGO, Nobilium aliquot Pœnorum ducum nomen fuit: quorum primus rem ac disciplinam Carthaginiensium vehementer auxit. Is ante bellum Punicum bellum, vt Liuius & Trogus referunt, cum CXX. nauibus bello Tarentino auxilio venit Romanis, ægrè ferens Italiam ab externis inuadi. Cui actæ à Senatu gratiæ auxiliáque remissa. Duos morieus filios reliquit, Asdrubalem & Annibalem, de quibus antè scripsimus. ¶ Mago, Annibalis frater, causa victoriæ apud Trebiam fuit, sed apud Locros à Manlio clausus, ab Annibale liberatur. Liuius quoque libro 30. scribit Magonem Annibalis fratrem, in agro Insubrium vulneratum, quum in Africam per legatos reuocatus nauigaret, apud Corsicam obiisse. ¶ Mago alius, à Scipione capitur apud Carthaginem in Hispania, Romámque per Lælium mittitur. ¶ Mago denique Afer, qui de Re rust. duodetriginta volumina scripsit, de quo Columella libro 1. sic ait, Veruntamen Carthaginiensem Magonem vel rusticationis parentem veneremur. Nam huius octo & viginti memorabilia illa volumina ex Senatusconsulto in Latinum sermonem cõuersa sunt. Huius Magonis meminit & Seruius, quem Virgilium in Georg. scribit esse imitatum. Item M. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1., & Plinius lib. 18. cap. 2. ¶ Mago item, oppidum est in minoribus Baleatibus, vt scribit Pomponius in fine lib. 2.

MAGOG, *μαγὼγ*, Nomẽ viri, filij Iaphet, proprium: à quo (vt ait Iosephus lib. 1.) Magogæ dicti sunt, qui à Græcis Scythæ dicuntur.

Magudaris, siue (vt alij scribunt) Magydaris, *μαγύδαρις*, Caulis esse creditur ex laserpitij radice enascens. Plin. lib. 19. cap. 3. Alij tradunt laserpitij radicem fuisse maiorem cubitabili, rubétque in ea super terram. Hoc inciso profluere solitum succum, ceu lactis, supernato caule, quem Magydarin vocarunt. ¶ Est etiam Magudaris laserpitij species, vt testatur Plinius eodem libro & capite, Alterum, inquit, genus est quod Magydatis vocatur, tenerius, & minus vehemens sine succo. Plaut. in Rudente, Si tibi confidis fore multam magudarim. Colum. lib. 6. cap. 16, Facit & radix, quam Græci vocant *μαγύδαριν*. Vulgus nostra consuetudine vocat laserpitium. Vbi tamen quædam exemplaria, *εἰλφιον* habent, non *μαγύδαριν*.

Magus, gi. { *μάγος.* Ital. *Mago, incantatore.* Gal. *Magicien, enchanteur.* Hispani. *Hombre sabio en el arte magica.* } Dictio Persica, qua apud eos significatur sapiens. Sic enim Persæ Magos vocant, vt Græci Philosophos, Latini Sapientes, Galli Druydas, Aegyptij Propheras, siue Sacerdotes, Indi Gymnosophistas, & Assyrij Chaldæos. à Chaldæa Asiæ regione. Accipitur etiam Magus pro incantatore, qui maleficas, & omnibus legibus veritas artes exercet. Nam quum Magi apud Persas potissimùm deorum cultui vacare solerent, in tantum postea aucta est eorum vanitas, vt non solùm obseruatione syderum futura prædicere, sed artibus quibusdam, & maleficiis, & scire se omnia, & facere posse profiterentur.

Magus, æ, cum accentu in penultima. { *μάγος.* Ital. *Magico, incantesimo.* Gal. *Art magique, enchanteur.* Hisp. *La arte magica.* } Vox est Persica, quam illi ferè accipiunt pro sapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Vnde & Magi ab illis appellabantur, quos Græci vocant Philosophos.

Duplex tamen traditur Magiæ species: quarum altera, quam iam diximus, nihil aliud est quàm consummatus naturalis philosophiæ apex, quam Pythagoras, & Plato, & Empedocles, cæterique inter Philosophos præstantissimi, veluti sanctiorem quandam disciplinam, indefatigabili studio, longinquisque peregrinationibus conquisiuerunt. Altera, quam Goëtiam, *γοητεία*, vel Thurgiam vocant, dæmonum inuocatione, infandisque incantationibus constat, quam & leges omnes execrantur, & Plinius artem intestabilem vocat, irritam & inanem. Ecclesiastici Magicas præstigias vocant, eò quòd rerum veritatem emẽtiantur, hominum mentes fallacia præstringentes. ¶ Huius Magiæ plures sunt species: Hydromantia, *ὑδρομαντία*, quæ fit ex aqua. ¶ Axinomantia, *ἀξινομαντία*, quæ fit securibus & aliis dolabris. ¶ Lecanomãtia, quæ fit peluibus, quas Græci *λεκάνας* vocant. Nam apud Persas erant Magi Lecanomantici dicti, vt lib. 15. docet Strabo, quasi ex peluibus diuinantes. Nam vaticinantes peluim accipiebant aqua plenam, dæmonibus congruentem, in profunda tepentibus. Vbi autem dæmon illapsus erat, aqua edebat sonum quendam fatidicum. ¶ Catoptromantia, *κατοπτρομαντία*, quæ fit per specula. De qua Spartianus in Iuliano intellexit, quum ait, Carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando futura respicere dicũtur. ¶ Pyromantia, *πυρομαντία*, quæ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus inuenit. ¶ Geomantia, *γεωμαντία*, quæ fit per terram. Chiromantia, *χειρομαντία*, per lineamenta manuum. ¶ Necromantia, siue Necyomantia, *νεκρομαντία*, ὴ *νεκυομαντία*, quæ fit per euocationes vmbrarum, & per inferorum colloquia. à qua Necromantici, quorum incantamẽtis mortui resuscitari, diuinare, ad interrogata respondere videntur. Quàm nonnulli etiam Sciomantiam vocari putant. Quidam inter Necyomantiam, Sciomantiámque distinguunt, quòd in Necyomantia ad erigendum cadauer sit sanguis necessarius: in Sciomantia sola sufficiat vmbræ euocatio. ¶ Capnomantia, *κνπνομαντία*, quæ fit ex fumo aræ, cuius motu futura cognoscebant: à qua Capnomantæ dicuntur. ¶ Coscinomantia, *κοσκινομαντία*, quæ fit per cribrum: quo genere etiam hodie mulieres aliquot in Gallia vtuntur, ad inuestigandas res furto ablatas. Ex hoc Magiæ fonte deriuati sunt apud Italos Hetrusci aruspices, apud Indos Brachmanes & Gymnosophistæ, apud Gallos Druydæ, & Bardi, apud Siculos Galeotæ: vbiq; autem terrarum Astrologi, qui & Chaldæi vocantur, quanuis alibi sint nati.

Magice, huius magices, penultima corr. { *μαγικὴ, γοητεία.* Ital. & Hispani. *Arte magica.* Gal. *Art magique.* } Ars ipsa incantandi, quam quidam Magiam vocant. Plin. lib. 30. cap. 1, Si non expers sedes eius tota Thrace magices fuisset.

Magicus, a. um, adiectiuum. { *μαγικὸς, γοητικὸς.* Ital. *Pertinente ad arte magica.* Gal. *Appartenant à art magique.* Hispa. *Pertenesciente à arte magica.* } Quod ad magnum, vel etiam magicen pertinet: vt, Magicas artes, Magicas herbas dicunt, quibus magorum vanitas gloriatur. Virgil. 4. Aene. Testor chara deos, & te germana, tuúmque Dulce caput, magicas inuitam accingier artes. Virgil. 8. Aeglo. Coniugis vt magicis sanos auertere sacris Experiar sensus. Plin. lib. 25. cap. 3, Nec alia dico magica portenta, nisi vbi cauenda sunt, aut coarguenda, in primis fide eorum damnata. De magica arte vide Plinium lib. 30. cap. 1, & 2.

MAIA, *μαῖα*, Atlantis filia fuit ex Pleione Nympha, ex qua Iupiter Mercurium susceperit. Virg. 8. Aene. Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. At Maia (auditis si quicquã credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cæli qui sydera sulcit. ¶ Fuit & altera hoc nomine Fauni filia, cui in mellario vase, non mel, sed vinum sacrificabant. ¶ Maiam item Græci amitam & matersteram vocant: item nutricem & obstetricem: denique mulieres omnes natu grandiores honoris gratia Maias salutabant. ¶ Est item Maia, cancrorum genus maximum apud Aristotelem lib. 4. Animal. *μαῖα.*

Maiales, Porci castrati. { *χοῖροι τομίαι.* Ital. *Porci castrati.* Gal. *Verrats ou porcs chastrez.* Hispa. *Puercos castrados, ò marranos.* } Varro 2. de Re rust. cap. 4, Castrantur verres commodissimè anniculi vtiq;, nec minores quàm semestres. Quo facto nomen mutant, atq; è verribus dicuntur Maiales.

Maiestas, tis, A magnitudine dicta est. Est enim decus, amplitudo, & dignitas vel populi, vel Senatus, vel Principis, imperatorisve, aut etiam priuati magni viri, aut alterius etiam inanimatæ rei. { *σεμνότης, μεγαλειότης, ἀξιωμάτων, ἀξίωμα.* Ital. *Maiestà.* Gal. *Magesté, excellence de dignité.* Hispa. *Majestad del Rey ò principe.* } Horat. 2. Epist. 1, –sed neque parvum Carmen maiestas recipit tua: nec meus audet Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent. ¶ Vnde Maiestatis crimen, Iureconsulti definiunt, quod aduersus Populum Rom. vel securitatem eius committitur. Et Rei maiestatis dicũtur, qui eiusmodi criminis accusantur. Maiestas etiam dea credita est, Honoris & Reuerentiæ filia, de qua Ouidius, Donec Honor, placidóque decens Reuerentia vultu, Corpora legitimis imposuere toris, Hinc sacra Maiestas, quæ mundum temperat omnem, Quáque die partu est edita, magna fuit. Nec mora, consedit medio sublimis Olympo Aurea, purpureo conspicienda sinu. ¶ Maiestas populi dicebatur: Autoritas autem, senatus. Populus enim scisceere solebat, & iubere: Senatus censere, & autor esse. Cicero 3. Philip. Tantus autem consensus municipiorum, coloniarúmque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad autoritatẽ huius ordinis, maiestatémque Pop. Rom. defendendam conspirasse videantur. ¶ Maiestas nominis, Est magnitudo, siue dignitas. Martia. libro 1, Quum pars libri & maior, & melior ad maiestatem sacri nominis tui allegata sit. ¶ Maiestas alicuius loci, est eius præstantia, siue excellentia. Liu. 1. ab Vrb. Cõcepit animo eam magnitudinem Ionis templi, quę digna Deũm, hominúmque rege, quæ Romano imperio, quæ ipsius etiã loci maiestate esset. ¶ Maiestas in oratione, est grauitas. Cice. de Amic. Quanta in oratione maiestas. ¶ Imminuere, vel minuere maiestatẽ, Est aliquid committere contra dignitatem, vel amplitudinem populi, aut principis. Pro quo etiam dicimus, Lædere maiestatem, vel Soluere maiestatem. Cicero in Partit. Maiestas est imperij, atque in omni populi Romani dignitate: quam minuit is, qui per vim multitudinis, rem ad seditionem vocauit. Et deinde, Exstitit illa disceptatio, minuerit maiestatem, qui voluntate populi Romani rem gratam, & æquam per vim egit. Idem 2. de Orat. Tamen ab illo maiestatẽ imminutam negabam, &c. Suet. in Claudio.

Cæs. cap.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cæſ.cap.16. Ex quibus verbis apparet, maieſtatem populi Romani læſam maiores ob id exiſtimaſſe, quòd ciuis Romanus aſſeclam ſe regi, & comitem prebere non dubitaſſet contra morem maiorum, vt creditam pecuniam reciperet. Contrà, Retinere maieſtatem, eſt quod vulgus ait ſeruare autoritatem. Cice. in Orat. Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirij cauſa contioebatur. Conſtituere maieſtatem, eſt lapſam, aut labantem dignitatis veneratione amplitudiniſque exiſtimationem confirmare. Salluſt. Maiores noſtri paràdi iuris, & maieſtatis conſtituendæ gratia per ſeceſſionem armati bis Auentinum montem occupauere. ¶ Conſeruare maieſtatem, eſt idem quod retinere.

Maior, Maiores, vide MAGNVS.

Maius, ἡ μαιΦ· παρὰ τὸ μαίεσθαι. Ital. *Maggio.* Gal. *Le moïs de May.* Hiſp. *El mes de Mayo.* } Menſis, à maioribus dictus, (vt inquit Macrobius) quorum concilio Reſpub. gerebatur: ſicut Iunius à iunioribus, qui rem armis gerebant. Poſtquam enim Romulus populum Rom. in maiores, minoreſque diuiſit, vt altera pars conſilio, altera armis Rempub. tueretur, in honorem vtriuſque partis hunc Maium, ſequentem Iunium vocauit. Ouid. 5. Faſto. Hinc fua maiores tribuere vocabula Maio, Iunius à iuuenum nomine dictus adeſt. Sunt qui Maium à Maieſtate dea denominatum velint, quòd flamen Vulcanalis Caleudis Maiis huic deæ rem diuinam faceret. Alij à Maia Mercurij matre: propterea hoc menſe mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio ſacrificare ſoliti erant. Quam opinionem etiam attingit Ouidius loco iam citato, Aut tu materno donaſti nomine menſem Inuentor curuæ furibus apte fidis. Hoc menſe Romæ Lemuria celebrabantur, templáque omnia clauſa erant: putabatúrque id tempus nuptiis contrahendis parum eſſe idoneum: quæ opinio adnoſtra etiam tempora permanauit. Vide Ouidium lib. 5. Faſtor.

Mala, æ, pen. prod. Eſt pars faciei eminens inter oculum, naſum, & buccam, quæ & Gena dicitur. } κόγχη, σιαγών. Gal. *La ioue ou la maſchoire.* Hiſp. *La maxilla de la cara.* } ita appellata, quòd rotundam ſpeciem mali præ ſe ferat. Plin. lib. 11. cap. 37. Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci Genas vocabant: ibi oſtenditur pudor. Virgilius tamen lib. 3. Georg. equino generi malas tribuit, quum ait, -quo tempore Glauci Potniades malis membra aſſumpſere quadrigæ. Plaut. Trinum. -at pol ego etiamſi vetet, edam, atque ambabus Malis expletis vorem: & quod illi placeat, præripiam potiſſimum. Virg. 5. Aene. Duro crepitant ſub vulnere malæ. Lucret. lib. 5. Iuuentas molli veſtit lanugine malas. Cice. in Orat. Malam à Maxilla dictam eſſe oſtendit, abiectis aliquot mediis literis. Quinetiam (inquit) verba ſæpe contrahuntur, non vſus cauſa, ſed autium. Quomodo enim veſtet Axilla, Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quam literam etiam e maxillis, è taxillis, è vexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit.

Malabathrum, pen. corr. μαλάβαθρον. Dioſcoridi folium eſt nardi odore, quod ex India aduehitur: cuius duo ſunt genera. Alterum in Indiæ paludibus quibuſdam gignitur, nulliſque hærens radicibus, lenticulæ modo aquis innatat. Alterum in Syria, copioſiúſque etiam in Aegypto arboribus eiuſdem nominis detrahitur. Ex vtroque vnguentum conficitur odoratiſſimum, quod Malabathrinum, & Foliorum appellatur. Scribitur & Malobathrum, per quartam vocalem in ſecunda ſyllaba.

MALACA, μαλάκη. Stephano ciuitas in Hiſpania Bætica. Mela lib. 2. Siga oppidum è regione Malacam vrbem Hiſpaniæ contemplatur.

Malache, μαλάχη, pen. corr. Species eſt maluæ ventrem emolliens: vnde & nomen habet. Nam Græci μαλακὸν dicunt, quod nos molle. Plin. lib. 20. cap. 21. Duo maluarum genera amplitudine folij diſcernuntur. Maiorem Græci Malopen vocant in ſatiuis: alteram ab emolliendo ventre, dictam putant Malachen.

Malachra, quam alio nomine Maldacon vocant. Arbor eſt in Bactriana regione, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici gummi genus exudans, quod Bdellium vocant. Plin. lib. 12. cap. 9.

Malachites, μαλαχίτης. Gemma ſpiſſius virens: ita dicta à colore maluæ, quæ Græcè μαλάχη dicitur. Eadem & Molochites appellatur. Nam Græci μαλάχην, & μολόχην pro eodem dicunt. Plin. lib. 37. cap. 9. Non tranſlucet molochites ſpiſſius virens, à colore maluę nomine accepto, reddendis laudata ſignis, & infantium cuſtodia quadam, innato contra pericula ſpiorum medicamine.

Malacus, a, um, } μαλακὸς. Ital. *Molle.* Gal. *Mol.* Hiſp. *Mouelle.* } Latinè mollis, delicatus. Plaut. in Bacch. Pro lorica malacum capiam pallium. Id eſt molle. & effœminatum. Ibidem. Hic noſtra agetur ætas in malacum modum, hoc eſt molliter, & ſuauiter.

Malacia, æ, } μαλακία. Ital. *Bonaccia, languidezza.* Gal. *Tranquillité de mer, quand la mer eſt calme, foibleſſe.* Hiſp. *Bonança en la mar, ò calma.* } Tranquillitas, quum maris fluctus omnino quieſcũt, & languent, neq; vlla aura commouentur. Cæſar 3. Bel. Gall. Ac conuerſis in eam partem nauibus, quò ventus ferebat, tanta ſubitò malacia ac tranquillitas exitit, vt ſe loco mouere non poſſent. Lucretius Pellaciam, à pelliciendo appellat, vbi dicit, Subdola quum ridet placidi pellacia ponti. ¶ Eſt etiam Malacia, mollities quædam prægnantium & defectio, quum modò hoc, modò illud appetũt adeò vt ne terra quidem, aut carbonibus extinctis abſtineant, quod vitium alio nomine κίττα, hoc eſt Pica vocatur. Prouenit hoc incõmodum à cõceptu potiſſimùm mẽſe tertio, nequeunte fœtu omnia ad ſe delata alimẽta abſumere. Plin. lib. 25. cap. 6. Malicorium expetitur grauidarum malaciæ, quoniam guſtatu moueat infantem. Ibidem. Horum ſemen edendum præcipiunt in malacia prægnãtibus. ¶ Malacia ſtomachi, hoc eſt deprauatus appetitus, propter oris ventriculis affectum ab humorum crodentium copia. Plin. lib. 18. ca 7.

Malaciſſo, ſas, Mollio, ſubigo. } μαλακίζω. Ital. *Ammollire, domare.* Gal. *Amollir, & peſtrir, rendre laſche.* Hiſp. *Amollentar.* } Plaut. in Bacch. Ah nimium ſerus ex-r. mihi ſum. 2. malaciſſandus es.

Malaſſo, ſas, Mollio, ſubigo, maturo. } μαλάσσω. Ital. *Far molle, maturare.* Gal. *Amollir, & peſtrir, rendre laſche.* Hiſp. *Hazer muelle, madurar.* } Commalaſſo, quod eſt mitigo, maturefacio, Varr. In dolore adiaphoron eſſe, quòd philoſophia commalaſſaret eam partem, quæ concuti cupiditatibus ſolet.

Malacoſtracon, μαλακόστρακον. Græci vocant, quod mollem habet teſtam: vnde Malacoſtracos piſces, μαλακόστρακα ἰχθύας, vocamus, qui teſtam quidem habent, ſed tamen molliorem: vt in cancrorum genere eſt videre. Piſces enim omnes aut ſquamis teguntur, vt mugil & cyprinus: aut molli cute, quos μαλακοδέρμους vocant Græci, vt polypus & ſepia: aut teſtis durioribus, qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellantur, quales ſunt oſtreæ, purputæ, & buccinæ: aut molliore teſta, quos μαλακοστράκους iam diximus appellari.

Malchus, μάλχος. Sophiſta fuit Byzantius, qui ſcripſit hiſtoriam à Conſtantino vſque ad Anaſtaſium. Suidas.

Male, aduerbium, vide MALVS. penult. corr.

MALEA, μαλία, μάλεα, pen. indifferente, Promontorium Laconiæ, quod per quinquaginta millia paſſuum in mare protenditur, vbi periculoſa eſt nauigatio, propter aduerſos vẽtorum flatus. Hinc eſt illud prouerbium, Quum ad Maleam deflexeris, domeſticos obliuiſcere. Virgil. lib. 5. Ionióque mari, Maleæque ſequacibus vndis. Stat. lib. 7. Theb. Raucæ circunſonat ita Maleæ. Dicta Malea, à Maleo Argiuorum rege, qui in ea templum pulchrum conſtruxit, quod Maleoticum appellauit. ¶ Maleacus ſinus, vide MALIACVS.

Maledico, Maledictum, Malefacio, vide Malus adiectiuum.

MALEVENTVM, Hirpinorum vrbs, poſtea auſpicationis ominis gratia Beneuentum appellatum. Vide Plinium lib. 3. cap. 11.

Maleuolentia, vide MALVS, adiectiuum.

MALEVS, μάλεως, per ſimplex l, Mons eſt Oretum, Indicæ gentis, iuxta quem vmbræ æſtate in Auſtrum, hyeme ad Septentrionem iaciuntur.

MALIACA, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs Ptolemæo, lib. 2. cap. 6. Vulgò *Malgrado.*

MALIACVS SINVS, μαλιακὸς κόλπος. Locrorum Epicnemidiorũ eſt, è regione Eubœæ, in quem Sperchius fluuius influit, teſte Ptolemæo: ita dictus à Malieo oppido, cuius meminit Stephanus.

Malicorium, Putamẽ mali granati. } ὀσθόν. Ital. *Scorza del pomo granato.* Gal. *L'eſcorce d'vne grenade.* Hiſp. *Corteza de granada.* } Plinius libro 24. cap. 11. Huius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Idem lib. 23. cap. 6. Vulgus coria maximè perficere illo nouit: ob id malicorum appellant medici.

Maligno, Malignus, Vide MALVS adiectiuum.

MALIMNVS, μαλίμνος, Siciliæ mons eſt apud Theocritum, malis, hoc eſt pomis refertus.

Malitia, vide Malus adiectiuum.

Malleus, lei, Fabrile inſtrumentum notiſſimum, ita dictum, quòd res duras molliat, quaſi molleus: vel quòd quæ dura ſunt, mollinatur ad ignem, vt malleis flagellentur. } σφῦρα. Ital. *Martello.* Gall. *Maillet ou marteau.* Hiſp. *Martillo.* } Varr. de Re ruſt. libro 1. cap. 22. Corbes, fiſcinæ, tribula, mallei, & raſtelli. Plautus in Menæch. -quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam, Sæpe tritam, ſæpe fixam, ſæpe excuſſam malleo.

Malleolus, li. Diminutiuum à Malleus: id eſt paruus malleus. } σφύριον. Ital. *Martellino.* Gal. *Maillet.* Hiſp. *Pequeño martillo.* } ¶ Ab huius ſimilitudine etiam vocatur Malleolus. } μόσχος ἀμπελικός. Ital. *Sarmento di vite.* Gal. *Marquotte de vigne ou le ſerment.* Hiſp. *El ſarmiento.* } nouus palmes vitis, innatus prioris anni flagello, dictus quòd in ea parte, quæ deciditur, ex veteri ſarmento prominens vtrinque malleoli ſpeciem præbet, & plantationi aptus eſt. In qua etiam ſententia fuiſſe Plinius videtur, quum ait libro 17. cap. 21, ſuteculum vtrinque capitulatum è duro ſeri conſueuiſſe, eóque argumento malleolum etiam nunc vocari. Cicero de Senect. Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines, nónnetta afficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent? Dicuntur etiã Malleoli, faſciculi ex pice, ſulphure, aliiſque id genus incendij fomitibus confecti, ad comburenda ædificia accommodati. Cicero in Cati. Definant inſidiari domui ſuæ Conſuli, circunſtare tribunal Prætoris vrbani, obſidere cum gladiis curiam, malleolóſque ad incendendam vrbem, facéſque comparare. Idem pro Milone, Domus in clino Capitolino ſcutis referta, plena omnia malleolorum ad vrbis incendia comparatorum.

Malleolaris, & hoc. lare, A Malleolus fit. } μόσχος ἀμπελικός. Ital. *Pertinente à ſarmento di vite.* Gal. *Apartenant à marquette ou ſarment.* Hiſp. *Pertenecciente à ſarmiento.* } Colum. lib. 3. Virgam malleolarem non amplius quàm ſex gemmarum eſſe conuenit.

Malleatus, ta, tum, Quod malleo factum, aut cõtuſum eſt. } σφυρωτός. Ital. *Martellato.* Gal. *Batu ou acouſtré au maillet, martellé.* Hiſp. *Martillado, ò hecho al martillo.* } Vnde Malleati libri dicuntur, qui malleo percuſſi, & complanati ſunt: quod ferè fieri ſolet, antequam libri compaginentur. Vipia l. Librorum appellatione, de Legat. 3. Sed & perſcripti libri, nondum malleati, vel ornati continebuntur. Colum. lib. 12. cap. 19, Iſque qui præerit huic decoquendo, cola iuncea, aut ſpartea, ex crudo, id eſt non malleato ſparto præparata habeat.

Malleator. } σφυροκόπος ἰλλυρικὸς. Ital. *Martellatore.* Gal. *Qui vſe de maillet ou de marteau.* Hiſp. *Aquel que maja ò martilla.* } Martial. lib. 12. Illinc paludis malleator Hiſpanæ Tritum nitenti fuſte verberat ſaxum.

MALLI, μάλλοι. Indiæ populi, à Mallo monte vicino ita dicti. Autores Plinius lib. 6. cap. 17, & Strabo lib. 15.

MALLOS, μαλλός. Ciliciæ oppidum clariſſimum, à Mallo conditore ita appellatum, vt ex Callimachi ſententia refert Stephanus. Lucret. lib. 3. Mallos & extremæ reſonant noualibus Aegæ. Hodie vulgò *Malo.*

MALLOTES, μαλλώτης, penult. prod. A Græcis appellatur mons Idæ, ab ouium multitudine. Nam μαλλὸς, apud eos ſignificat vellus, vel pellem lanatam. Vide Cælium lib. 25. cap. 1.

MALVS, μάλος, Mons eſt in ea parte Indiæ, quæ eſt intra Gangem, à quo vicini populi Malli, μάλλοι, appellantur. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Malluuium, nij. Vas, in quo lauantur manus. } χέρνιβον. Ital. *Lauatoio da mani.* Gal. *Baſſin ou vaiſſeau à laver les mains.* Hiſpani. *El plato ò fuente para aguamanes.* } Et fœminino genere Malluuiæ, (vt Feſtus ait) ſicut Pelluuium, & Pelluuiæ, quo lauantur pedes.

Malo, mauis, mauult, malui, malle, Magis velle. } Ital. *Voler più toſto, amar meglio.* Gal. *Aimer mieux.* Hiſpani. *Mas querer.* } Cicero de Clar. Orat. Meo iudicio multò ſtare malo, quàm aliorum. Idem 1. Tuſc. Næ ego haud paulò hunc animum malim, quàm omnium fortunas. Ad Attic. libro 14. Tamen arbitror malle te quietam ſenectutem potius agere, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm ſolicitam. ¶Legitur & Mauolo, Mauellem, Mauelim, pro Malo, Mallem, Malim. Plaut. Aſin. Amari mauolo, mi gnate me abs te. Idem Amph. Expertri iſtue mauellem me, quàm mihi memorari. Idem Aulul. Mortuum ego me mauelim letho malo, Quàm non ego illi dem hodie inſidias ſeni.

Malobathrum, thuſ, μαλάβαθρον φύλλον, Folium eſt, nardi odorem referens: cuius duæ ſunt ſpecies: alterum in quibuſdam Indiæ paludibus gignitur, nulliſque hærens radicibus lenticulæ modo, aquis innatat. Alterum in Syria, copioſiúſque etiam in Aegypto, arboribus eiuſdem nominis detrahitur. Ex vtroque vnguentum, vel oleum exprimitur odoratiſſimum, quod & Malobathrinum, & Foliatum vocatur, cóque matronæ, & effœminatiores aliquot viri Romæ vti ſolebãt ad vngendos capillos. Horat. 2. Carm. Quum quo morantem ſæpe diem mero Fregi coronatus nitẽtes Malobathro Syrio capillos. Scribitur & Malabathrum, μαλάβαθρον Dioſcoridi. Vide ſuprà.

Maloion, μαλλίον. A quibuſdam appellata eſt herba, quam Dioſcorides λυχνὶδα στρουμμάλιον, hoc eſt Lychnidem coronariam appellat.

MALSANES, ium, μαλσάνη, Oppidum eſt fœlicis Arabiæ, à quo ſit gentile Malſanites. Stephanus.

Maltha, æ, μάλθη. Cera erat pici liquidæ commiſta, tabulis cerandis idonea, λεπτὴ μαλθακίαν, hoc eſt à mollitie nomen habens. Hoc etiam nomine appellarut limus quidam flagrans, magna in copia proueniẽs in ſtagno quodam Samoſatæ, vrbis Comagenes, natura tam admirabili, vt aqua accendatur, nec niſi terra reſtinguatur. Hoc limo Samoſatæi vrbem ſuam, Lucullo oppugnante, defenderunt, hoſtes vnà cum armis exurentes, vt autor eſt Plin. lib. 2. cap. 107. ¶Eſt præterea Maltha materia quædam duriſſima, ex calce viua, adipe ſuillo ſubacta, adverſus omnem annorum iniuriam inuicta. Vide eundem lib. 36. ca. 24. ¶Hinc deducitur verbum Maltho, as, quod eſt maltham rei alicui inducere, vel maltha oblinere: quod præcipuè fiebat in iis monumentis, quæ æterna eſſe volebant, & aquæ reſiſtentia. Plinius loco iam citato, Quæ malthantur, oleo perfricantur antè.

MALVA, Aphricæ fluuius, Cæſarienſem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teſte Peole. lib. 4. cap. 1. Plin. lib. 5. cap. 2, Maluanam appellat.

Malua, æ, μολάχη, μολόχη. Ital. *Herba malua.* Gal. *Malue.* Hiſp. *La malua.* Herba eſt notiſſima, cuius duo genera poſuit Plinius libro 20. cap. 21, quæ foliorum amplitudine diſcernuntur. In ſatiuis maiorem Græci Malopen: alteram ab emollienda aluo, Malachen dixere. Cicero Gallo libro 7. Ita ego, qui me oſtreis & murænis facilè abſtinebam, à beta, & à malua deceptus ſum. Martial. Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis.

Maluaceus, cea, ceum, μολάχινος. Ital. *Di malua.* Gal. *De mauue.* Hiſpani, *Coſa de malua.* Plin. lib. 21. cap. 4, Alia funditur è caule maluaceo.

Malus, li, fœmin. gener. Arbor, cuius fructus eſt Malum, notiſſimum pomi genus. μηλία. Ital. *Il melo pomaro*, Gal. *Pomier.* Hiſpani. *Manpano.* Virgil. Aegloga 3, Malo me Galatea petit, laſciua puella. Tractum nomen à Græcis, qui malum, μῆλον dicunt. Vnde Melimela dicuntur penultima producta. Virgil. 3. Aeglo. Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. ¶Malum granatum, Plinius libro 25. cap. 8. ¶Malum Perſicum, Plin. libro 15. cap. 14. Plura alia malorum genera inuenies apud ipſum Plin. & Colum. libro 5. cap. 10. & Varronem de Re ruſti. libro 1, cap. 59.

Malum Punicum, ſidá. Ital. *Pomo granato.* Gal. *Pome de grenade, vne grenade.* Hiſpa. *La granada.* Mali genus, quod à granorum multitudine etiam Granatum appellatur. Dictum Punicum, quòd è Pœnorum regione, primùm in orbem noſtrum ſit tranſlatum. Martial. libro 1, Aut imitata breues Punica mala roſas.

Malum terræ, A Latinis vocatur herba, quæ à Græcis Ariſtolochia dicitur. cuius quatuor ſunt ſpecies, quas recenſet Plin. lib. 25. cap. 8.

Malinus, a, dictiuum, Materiatum ex malo. μήλινος. Ital. *Coſa fata di pomaro.* Gal. *choſe faitte de pomier.* Hiſp. *Coſa hecha de manpano.* Colum. lib. 7. cap. 8, Eſt etiam non ingrati ſaporis muria præduratus, atq; ita in malini ligni, vel culmi fumo coloratus.

Malus, li, priore prod. maſcul. gene. Arbor nauis, quòd inſtar mali ſit in ſummitate, vel quia cingitur quaſi quibuſdam malis, quorum volubilitate facilius leuantur vela. ἱστός. Ital. *L'arbore della naue.* Gal. *Le mat ou arbre d'vn nauire.* Hiſp. *Maſtel dela naue.* Virg. 5. Aeneid. Ingentique manu malum de naue Seteſti Erigit. Ouid. Epiſt. 5, -Rigido pendentia linteа malo. Cicer. de Senect. Vt ſiqui gubernatorem in nauigando agens nihil dicant, quum alij malos ſcandant, alij per foros curſent. Luca. lib. 2. Antennas, proram, malos, tonſáſque natantes.

Malus, la, lum, prima corrept. Dicitur quod opponitur bono. κακός, φαῦλος. Ital. *Coſa mala, coſa cattiua.* Gal. *Mauuais.* Hiſp. *Coſa mala.* Cic. 3. Offic. Philoſophi quidam minimè mali illi quidem, ſed non ſatis acuti. Ouid. 4. Triſt. Leuior fortuna malorum. Pœnas exercere malorum, hoc eſt caſtigare malos, Virgil. 6. Aeneid. Mala æras, Plaut. Aulula. Atque vt te dignam mala malam ætatem agas. Homo malus, Plaut. Menæch. -ô hominẽ malum! Vt diſſimulat! ¶Dicimus etiam malum militem, qui eſt imbellis: Malum imperatorẽ, qui eſt imprudens. Malum Grammaticum, qui eſt rudis. Malum iudicem, qui eſt iniquus. Malam faciem, quæ eſt deformis. ¶Præterea Malum ſubſtantiue ſumitur pro labore, afflictione, & anguſtia. πολυπραγμοσύνη, πόνος. Virgil. 2. Georg. Aſſuetúmque malo Ligurem. Plaut. Pœn. Siquid boni promittunt, pro ſpiſſo euenit: Id quod mali promittunt, præſentarium eſt. Terentius in Andr. Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum? Cicer. 5. Verr. Tu, niſi malo coactus, rectè facere neſcis. Ibidem, Nam vi, malo plagis adductus eſt, vt frumenti daret, non quantum haberet, ſed quantum cogeretur. Peſſus malis, Ouid 9. Metamor. Cauſa, crimen, capútque malorũ, Virgil. 12. Aeneid. Opes irritamenta malorum, Ouidius 1. Metamor. Deforme malum. Idem 3. de Arte. Fatale malum, Ouid. 5. Triſt. Affligi malo, Quintil. in Proœ. libri 6. Ego vel hoc vno malo ſic eram afflictus, vt me iam nulla fortuna poſſet efficere fœlicem. ¶Item ſumitur pro malignitate. Seneca, Imbecillum, inſontémque damnare, ſummum eſt malum. ¶Item Malum, pro interiectione, perinde acſi diceremus, Proh nefas. Qui loquẽdi mos, per interrogationem & honeſtus, & vſitatus eſt. Gellius, Quæ (malum) iſta ratio eſt? Plinius lib. 7. cap. 55. Que (malum) iſta dementia eſt iterari vitam morte? Terent. in Adelph. Quod hoc (malum) infœlicitatis? In eundem ſenſum Cicero ad Atticum dixit, Qui (malum) iſti Pindeniſſij? ¶Aliquando capitur Malum pro paruo: ſicut bonum pro magno.

Malè, Praue, nequiter, vitioſè, improbé. κακῶς. Ital. *Malamente, inquitoſamente.* Gal. *Mauuaiſement, mal.* Hiſp. *Malamente.* Cicer. Attic. O factum malè de Alexione. ¶Aliquando ponitur pro valde. Idem de Clar. Orat. Addebat etiam, idque ad rem pertinere credebat, ſcriptores illos malè mulctatos, id eſt magna pœna affectos. ¶Similiter quum dicimus, Malè formido, Malè maceror, Malè metuo, Male timeo, Malè odi, ſignificat valde multum, ſiue vehemẽter. ¶Modò pro parum. Virg. 3. Georg. Heu malè tum mites defendit pampinus vuas. ¶Modò pro incommodè, ſicut Bene pro commodè: vt, Male habito, Bene habito. ¶In compoſitione habet vim negationis, δύς, vt Maleſanus, Malefortis. Ouid. lib. 4. Faſt. Nondum tradiderat victas victoribus artes Græcia, facundum, ſed maleforte genus. ¶Malè viuere, Eſt paupertimè, & in egeſtate, vel anxiè, & ſolicitè viuere. ¶Malè loqui, eſt maledicere. ¶Malè habet me hæc res, id eſt illud me moleſtat, iratus ſum ob id, illud me angit, vexat, ſolicitat. ¶Male docere quid ſit, hæc Terentij verba docebunt in Heaut. Malè docet te mea facilitas multa, id eſt cauſa eſt tibi vt malè agas: arripis inde anſam malè faciendi. ¶Malè conſulere in aliquem, Eſt aliquid illius incommodo, & damna facere. ¶Malè acceptus inopia rerũ dicitur, qui propter inopiam malè tractatur. ¶Malè aliquem verbis accipere, Eſt iniuria afficere. Subauditur tamen aliquando ablatiuus, Verbis. ¶Malè animatus erga aliquẽ is dicitur, qui illi malè afficitur, & non bene vult. ¶Malè eſſe animo tum dicitur, quũ ictu alicuius mœroris perculſus animus non ſuſtinet corpus, ſequitúrque ruina membrorum. ¶Malè aliquid cuipiam credere. Eſt non totũ credere. Plaut. in Pœn. Male credam, & credam tamen. Horat. 2. libro Sermonum, -pratenſibus optima fungis Natura eſt: aliis malè creditur. ¶Malè cadere, id eſt malè ſuccedere, ſiue accidere alicui, quod non ſperabat. Cæſ. in Comment. Vbi tantos ſuos labores & apparatus malè cecidiſſe viderunt, &c. ¶Malè audio, Significat alicuius maledicta ſuſtineo, ſeu infamor, vituperor, culpor: ἀδοξῶ, ἀδοξίαν ἔχω, κακὸς ἀκούω. Ital. *Hauer cattiua fame, hauer mal nome.* Gal. *Auoir mauuais bruit, eſtre diffamé & mal renommé.* Hiſp. *Ser infamado.* ſicut Bene audio, laudor. Huius antitheton eſt Maledico. Terent. in Andr. Si pergat maledicere, petius audiet. Cicer. in Orat. Non quòd libenter malè audiam, ſed quia ego cauſam non libenter relinquo. Idem ad Attic. Hanc nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille malè audiat. ¶Male cogito de te, Id eſt malè affectus ſum erga te, & maleuolo in te ſum animo. κακονοῶ. Ouid. in Epiſto. Didûs, Non tamen Aenean, quamuis malè cogiter, odi. Cæſius Ciceroni, Et ipſe facilè animaduerterem, malè eum de me cogitare. Huic cõtrarium eſt, Bene cogito. εὐνοῶ. ¶Malè conciliatus. Terent. Eunuc. Fugiue prodi, malè conciliate. Vbi Donatus, Malè, magnò ſignificat, vt Plaut. Amphit. Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto malè. Ergo, Malè conciliate, magnò empte ſignificat. Plaut. Pſeud. Exite hinc, agite, ite ignaui, malè habiti, & malè cõciliati. ¶Malè iudico, κακῶς κρίνω, κακῶς φρονῶ, malè cenſeo, malè opinor. ¶Malè mereor de te, κακῶς ποιῶν, malè tracto te, tibi noceo, & incommodo. Cuius cõtrarium eſt, Bene mereor, εὖ ποιῶ τινα, εὐεργετῶ. Cicer. 1. de Finib. Malè, credo, mererer de meis ciuibus, ſi ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferem. ¶Malè opto tibi, κακὰς εὐχομαί σοι, malè precor, vel imprecor tibi rem aliquam malam. ¶Maleſuadus, pen. prod. Qui male ſuadet. Plaut. Moſtel. Perij hercle, ni ego illã peſſimis exemplis encaſſo. Illa hanc corrumpit mulierem maleſuada vulgi læna. Fames maleſuada, Virg. 6. Aene. Et metus, & maleſuada fames, & turpis egeſtas. Amor maleſuadus ſceptri, Stat. 1. Thebaid. ¶Malè vertere, Eſt in perniciem vertere. κακὰν τρέπειν. Ital. *Volgere in rouina.* Gal. *Venir en ruine, venir à mal.* Hiſpani. *Tener mal prouecho.* Terent. in Adelph. Minis viginti ru illam emiſti, quæ res tibi vertat malè. Vbi Donatus, Vertumnus dicitur Deus, qui rebus ad opinata reuertẽtibus præeſt. Sæpe autem malè cedit, quod bonum putatur: & hoc eſt, malè vertiſſe: vt ille gladius, qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereunti: de quo Virgil. 4. Aeneid. -enſémque receſſit Dardanium, non hos quæſitum munus in vſus. ¶Malè volo tibi, Odi te: quod & malè cupio dicitur. κακῶς θέλω. Ital. *Voler male.* Gal. *Vouloir mal.* Hiſp. *Malquerer.*

Maledico tibi id eſt Maledictis te afficio: in te maledicta, id eſt conuitia, probra, contumelias conicio. κακηγορέω, κακηγορία. Ital. *Maldire.* Gal. *Maudire, injurier, blaſmer.* Hiſp. *Maldezir.* Terent. in Eunu. Neſcis, cui maledicas nunc viro.

Maledicus, a, um, maledicentior, & maledicentiſſimus, Qui proclivis eſt ad maledicendum, aut obtrectandum. βλασφημος. Ital. *Che dice male d'ogn'vno.* Gal. *Meſdiſant.* Hiſp. *Maldizionte.* Cic. pro Flac. In tam ſuſpicioſa, & maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorũ nõ reliquit. Idem 1. de Fini. Homo natura malenolus, & maledicus. Item pro Flac. Qui in vberrima re turpe compendium, in maledicentiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne, non modò crimen effugit. Plaut. in Merc. At ego pol maledicentiorem, quàm te noui neminem.

Maledicentia. Obtrectatio, conuitiũ. κακηγορία, δυσφημία. Ital. *Detrattione.* Gal. *Detraction.* Hiſp. *Aquel habito de maldezir.* Gell. lib. 3 cap. 3, Ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis, &c.

Maledicè, aduerbium. Id eſt contumelioſè. κακηγορικῶς, δυσφήμως. Ital. *Con detrattione, dicendo male.* Gal. *Par detraction, en meſdiſant.* Hiſp. *Maldezientemente.* Cicero 1. Offic. Quod maximè tum ſolet euenire, quum ſtudioſè de abſentibus detrahendi cauſa aut per ridiculum, aut ſeuerè, aut maledicè, contumelioſéque dicitur.

Maledictum, ti. Conuitium, probrum, contumelia. λοιδορία. Ital. *Maldetto, villania.* Gal. *Maudiſſon.* Hiſpa. *Maldicha, injuria de palabras.* Cicer. ad Q. fratrem, lib. 2, Quum omnia maledicta, verſus denique etiam obſcœniſſimi in Clodium & Clodiam dicerentur. Ouid. 5. Metam. -maledictáque culpæ Additis, & nõ eſt patientia libera nobis. ¶Figere omnes maledictis. Cicer. 1. de Nat. deor. Congerere maledicta, Quintil. libro 7. cap. 3. Conijcere maledicta in vitam alicuius. Cicero pro Planc. Vexare aliquem probris & maledictis, Cicero pro Flac.

Maledictio,

Maledictio, onis, {κακηγορία. Ital. *Maledittione, detrattione.* Gal. *Mandisson, detraction.* Hisp. *Maldicion, maldezimiento.*} Cice pro Cælio, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

Malefacio, {κακῶς ποιῶ τι, κακουργῶ. Ital. *Far male.* Gal. *Malfaire, nuire.* Hispani. *Mal hazer.*} Cicero ad Brutum libro Epistol. 11, Dij isti Segulio malè faciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, &c. Idem ad Attic. Quòd si iste Italia relinquet, faciat omnino male. Et Malefacio, compositum. Terent. Adelph. Neque tu verbis vnquam solues quod mihi te malefeceris.

Malefactum, cti, {κακούργημα. Ital. *Maleficio, danno.* Gal. *Malfait, ou meffait.* Hisp. *Malhecho.*} Cice. 1. Offic. Benefacta male locata, malefacta arbitror. Ex Ennio. Insignia malefacta, Lucret. lib. 5.

Maleficus, ca, cum, Pro pernicioso, qui damnum infert, & qui nocet alteri. {κακοῦργος. Ital. *Colui che fa male.* Gal. *Malfaisant, nuisant, dommageable.* Hispani. *Cosa malhechora.*} Cicero 7. Verr. In externorum hominum & maleficiorum, sceleratorúmque custodias, in prædonum, hostiúmque, tu tantum numerum ciuium Romanorum includere ausus es? Plinius libro 11. cap. 52, Oculi quibuscunque sunt longi, maleficos esse indicant: qui carnosos à naribus angulos habent, malitiæ nota præuenti. Varr. 3. de Re rust. cap. 7, Vt locus omnis sit illustris, néve quæ serpent, aliúdve quid animal maleficum introire queat. Maleficum frondibus animal, capra, Plinius libro 12. cap. 17. ¶ Interdum idem est quod veneficus, & incãtator: vnde Maleficas mulieres dicimus incantatrices, quæ & Sagæ dicuntur: & Maleficas artes, pro incantationibus, & veneficiis.

Maleficium, cij, Malefactum, iniuria, facinus. {κακούργημα. Ital. *Maleficio.* Gal. *Malfait, ou meffait, mal.* Hisp. *Maleficio, ò malhecho.*} Budæus, Maleficium dicitur, quicquid improbè admissum est. Vlpian. l. j. ff. si fam. fort. fec. dic. Vtilissimum id edictum Prætor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum. Cicero pro Rosc. Amer. Vt si dissimulare omnes cuperét se scire, ad quem maleficium pertineret. Idem 2. Offic. Vt ne illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. Committere maleficia, & Admittere maleficia, apud Cic. pro Sex. Rosc. Amer. Temperare à Maleficio, Cæsar 1. bel. Gal. Neque homines data facultate itineris per prouinciam faciendi, existimabat temperaturos ab iniuria & maleficio.

Maleficentia, æ, Damnum, iniuria, facinus. {κακουργία. Ital. *Maleficio, danno, ingiuria.* Gal. *Malfaisance.* Hispa. *Malhecho, daño, injuria.*} Cæsar. lib. 1. bel. Gal. Sibi esse in animo iter facere per prouinciam sine vlla maleficẽtia. Plin. lib. 9. cap. 9, Abest enim illa lasciuia, maximè tamen rostris caniculorum maleficentia assimilati.

Maleficiosè, aduerbium. {κακούργως, ὑποβουλικῶς. Ital. *Malitiosamente.* Gal. *Malicieusement.* Hisp. *Maliciosa y astutamente.*} Cice pro Cecin. Quum hoc nouæ litis genus tam malefice intenderet. Sic enim legit Calepinus: quum tamen constet, Malitiosè ibi, nõ Maleficiosè legendum esse: nam Maleficiosus, & Maleficiosè Latina non sunt.

Maleuolus, {κακόνους. Ital. *Maleuolo, inuido.* Gal. *Malveillant.* Hisp. *Cosa que mal quiere à otro, mal quista.*} Inuidus, & malum cuiquam exoptans, Cicero 3. Tuscul. Nam illam quidem noueram ex commemoratione alienorum malorum ad maleuolos consolandos esse accommodatam. Idem ad Brutum, Atque illo die cognoui paulò plures in senatu maleuolos esse, quàm gratos.

Maleuolens, tis, Idem quod maleuolus. {κακόνους. Ital. *Maleuolo.* Gal. *Malveillant.* Hisp. *Malquisto.*} Plaut. Viuo maleuolente génio natus.

Maleuolentia, æ, {κακοήθεια, δυσνοια. Ital. *Maleuoglienza.* Gal. *Malueillance & enuie.* Hispa. *Malquerencia.*} Inuidia, odium, & (vt Cicero 4. Tuscul. definit) voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Item ad Qu. fratrem lib. 1, Quanquam illorum erit vetius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.

Malignus, a, um, Qui malo est & deprauato animo, & consuetudine malenolus: vt interpretatur Nonius. {κακοήθης, φθονερός. Ital. *Maligno, scelerato, che ha mal' animo.* Gal. *Malin, malicieux, mauuais.* Hisp. *Maligno, malicioso.*} Plin. Homo malignus & inuidus. ¶ Interdum idem quod iniquus, & alienus. Terent. Hecy. Sed vt sit, postquam hunc alienum ab sese videt, Maligna multò & magis procax facta illico est. Hinc Maligna via, quæ angusta & ardua est. Virgil. 11. Aene. Aditúsque maligni. Maligna lux, quæ subobscura est. Idem 6. Aeneid. Quale sub incertam luligna lux, quæ subobscura est. Idem 6. Aeneid. Quale sub incertam lunam, sub luce maligna. ¶ Interdum idem quod parcus, & minime liberalis: γλίσχρος, φειδωλός, cuius antitheton est Benignus. Vnde Maligne ager dicitur, hoc est sterilis, quisque domino suo se quodammodo ingratum exhibet, seménque sibi creditum parum liberaliter refundit. Virg. 2. Georg. Difficiles primùm terræ collésque maligni. ¶ Laudatores quoq; malignos dicimus qui intra modũ & frigidè laudant, adeò vt præ inuidia ex meritis laudibus aliquid detrahere videantur. Quintil. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus.

Malignitas, tatis, Quæ est peruersa, & deprauata voluntas. {κακοήθεια. Ital. *Malignità.* Gal. *Malignité, mauuaistié, malueillance.* Hispani. *Malignidad.*} Plaut. in Capt. Nam hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam iubens, Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. ¶ Quandoq; pro parsimonia ponitur. Liuius, Malignitas conferendi ex priuato.

Malignè, aduerb. Peruersè, deprauatè, & quod Cicero dicit, Malitiosè, parum candidè, & cũ quadam parsimonia. {κακοήθως, κακουργότερον. Ital. *Malignamente.* Gal. *Malicieusement.* Hisp. *Maliciosa y astutamente.*} Liu. 3. ab Vrbe, Malignè Senatus in vnum diem supplicationes Cõsulum nomine fecit. Laudare aliquem malignè. Horat. 2. Epist. 1.

Malitia, æ, Peruersitas, quæ virtuti, seu bonitati contraria est. {κακία. Ital. *Malitia.* Gal. *Malice.* Hispa. *Malicia, astucia.*} Senec. In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia. ¶ Proprie autem Malitia est, quum quis datas, in illo extrema malitia. ¶ Proprie autem Malitia est, quum quis datas, in illo extrema malitia. Senec. Epist. 47, Hoc habẽt inter cætera boni mota opera male agit. Senec. Epist. 47, Hoc habẽt inter cætera boni mota opera male agit. Senec. Epist. 47, Hoc habẽt inter cætera boni motares, placent sibi, & permanent: leuis est malitia, sæpe mutatur non in melius, sed in aliud. ¶ Frequenter autem sumitur pro versutia. Cice. 4. Tuscul. Huius igitur virtutis contraria est vitiositas: sic enim malo quàm malitiam appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam Malitia, cétti cuiusdã vitij nomen est: Vitiositas, omnium. ¶ Antiquis Malitia vocabulum medium fuisse videtur: quod & in bonam partẽ accipi poterat. Vnde Malitiam malam, legimus apud Plautum in Aulularia, Equidem (inquit) te ciuem sine omni malitia mala etiam Semper sum ratus, & nunc arbitror. ¶ Accipitur etiam quandoque Malitia pro inclementia, vel intemperie. Vnde cæli vel terræ malitiam dicimus, pro mala cæli, vel terræ temperatura. Plin. Quod modò cæli, modò terræ malitia facit. Varro, Id sæpe accidit malitia soli.

Malitiosus, Versutus, callidus, astutus, fallax. {ῥαδιούργος, πανοῦργος. Ital. *Pieno di malitia, malitioso.* Gal. *Malicieux.* Hisp. *Malicioso, astuto.*} Cic. 3. Offic. Hoc autem celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis non videt? certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni: versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Malitiosa iuris interpretatio. Cice. 1. Offic.

Malitiosè, aduerb. Callidè, dolosè. {πανούργως. Ital. *Malitiosamente.* Gal. *Malicieusement, par finesse & tromperie.* Hisp. *Maliciosa y astutamente.*} Plautus in Mil. At non malitiosè tamen feci, id est non feci vt deciperem. Cice. 2. Verr. Malitiosè necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. Idem in Orat. Et in eligendo fecit malitiosè. ¶ Malitiosius gerere rem mandatam, Cicero pro Roscio Ame.

Peior, & hoc peius comparatiuum, {κακίων, κάκιστον. Ital. *Peggiore, men buono.* Gal. *Pire, plus mauuais.* Hisp. *Peor, menos bueno.*} Cice. 2. Tuscul. Turpitudo peius est quàm dolor.

Peius, aduerbium, Magis ac multo magis & vehementius. Cice. libro 7. Epistol. Postremò vix verisimile fortasse videatur, oderam multo peius hunc quàm illum ipsum Clodium.

Pessimus, penult. corr. superlatiuum, vt Omnium pessimus poëta, Catullus ad M. Tull.

Pessimè, aduerb. Cice. 5. in Verr. Intelligit secum actum esse pessimè.

MAMAVS, μάμας, Fluuius est Peloponnesi, in tractu Triphyliaco, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Autor Strabo lib. 8.

MAMBLIA, Oppidum Aethiopiæ, ab ea parte, qua Africam spectat. Autor Plinius lib. 8. cap. 20.

MAMERCVS, Præsul fuit Viennensis, qui teste Prolemæo Lucensi, anno CCCCLIIII, supplicationes primus instituit, quas Rogationes nostri vocant, ob frequentes terræ motus, quibus ea regio infestabatur. Volaterranus. ¶ Mamercus item Pythagoræ filius fuit, insigni humanitate, à quo Aemylia gens appellationem traxit.

MAMERTVS, Oscorum prænomen, à Marte deductum, quem illi Mamertem appellarunt.

MAMERS, Lingua Oscorũ dictus est, qui à Romanis detractione vnius syllabæ Mars, & à Poëtis per epenthesim Mauors appellatur. Festus.

MAMERTES, Corinthius, filios fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam vbi Sisapo factũ resciuit, eum membratim discerpsit, vt est autor Ouidius in Ibin.

MAMERTINI, μαμερτῖνοι, Populi Campani, qui quum Messanam colonos misissent, ipsi quoque Mamertini potius, quàm Messanenses sunt vocati: & vinum eorum, cuius ager ille feracissimus est, Mamertinum, teste Plinio lib. 14. cap. 6, non Messanense appellatum est. Martial. li. 13, Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta, Si detur, quoduis nomen habere potest. Dicti à ciuitate Mamertia, quæ à Lacedæmoniis subuersa fuit, quòd Messenij quinquaginta virgines Lacedæmonias violare tentassent: & non consentientes, eas occidissent. Stephanus μαμερτίνους vocat.

MAMILIA, æ, Telegoni filia fuit, à qua Mamiliorum familia nomen traxit.

Mamillana, Fici genus est, à mamillarum similitudine ita dictum: cuius meminit Plinius lib. 15. cap. 18.

Mamma, æ, Dicitur receptaculum lactis in fœmina, quo fœtum educat quod & Vber dicitur. {μαστός, θηλή. Ital. *Poppa, mamma.* Gal. *Mamelle, tette.* Hispa. *Teta.*} Iuuenalis Satyr. 1, Et nuda teneat venabula mamma. ¶ Mammas habent & capræ. Plin. lib. 11. cap. 40, Quibus solida vugula, nec supra geminos partus. hæc omnia binas habent mammas, nec alicubi quàm in fœminis. ¶ Mammæ etiam porcarum dicuntur. Martial. lib. 2, Quicquid ponitur, hinc & inde verris, Mammas suminis, imbricémque porci, &c. ¶ Μάμμη quoque Græca dictio est, qua significatur Auia, id est patris, seu matris mater. ¶ Hoc etiam nomine infantuli matrem vel nutricem appellant, sicut patrem Tatam. Martial. lib. 1, Mammas, atque tatas habet Afra. Plaut. in Mostel. Nunc comessatum ibi ad Philolacheten, vbi nos hilari ingenio, & lepido accipiet. Ecquid tibi videor mammam Adire? Cato, Qui cibum, ac potionem Buas, & Pappas vocant, & patrem Tatam, & matrem Mammam.

Mamilla, læ, Quãuis diminutiuum sit à mamma, quod geminata consonante scribitur, vnico tamen m, contentum est, primámque syllabam contra primitiui naturam corripit. {θυτθός. Ital. *Mamella.* Gal. *Mamelle, petite tette.* Hisp. *Pequeña teta.*} Iuuen. Saty. 6, Illa loqui recta facie, strictísque mamillis. ¶ Mamillæ pensiles in capris. Varr. lib. 2. de Re rustic. cap. 3, Duas vt mamillas pensiles habeant, quòd hæ fœcundiores sint, &c.

Mammula, læ, aliud diminutiuum à Mamma. μαζίον.

Mamillare, tis, Velum, siue fascia, aut quoduis aliud amiculi genus, quo mulieres mammas tegere consueuerunt. {στηθόδεσμον. Ital. *Velo da coprire le mamelle.* Gal. *Vn gorgias ou gorgerette dequoy les femmes couurovẽt les tettes.* Hisp. *Faxa para faxar las tetas.*} De quo est distichon illud apud Martial. lib. 14, Tantino poteras pectus cõstringere tergo: Nam pellis mammas non capit ista tuas.

Mammarus, ta, tum, Quod mammarum similitudinem refert: μαστώδης: vnde Tegulæ mammatæ dictæ sunt, quæ balneis adhibentur, & aquæ ductibus.

Mammeatus, ta, tum, Idem quod mammosus, μαστώδης. Plautus, Cuius amicam mammeatam vidimus.

Mammosus, sa, sum, Quod habet magnas mammas. {μαστώδης. Ital. *Che ha gran mamelle.* Gal. *Qui a grandes mamelles.* Hispa. *Tetudo, que tiene grandes tetas.*} Martia. lib. 14, Mammosas metuo: teneræ me trade puellæ. Varro lib. 2. cap. 9, Canes etiam mammosas appellat. Et apud Plin. lib. 15. cap. 15, Pyra mammosa. Apud eundem lib. 12. cap. 14, Thus mammosum dicitur, pro fœminino, ad differentiam masculi thuris. ¶ Mammosum panicum, Idem lib. 18. cap. 7.

Mammola

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mammolatriam, Qui huc ex Brunsfelsij Onomastico transtulerunt, pro Acantho herba, ij profectò imperitum sequuti gubernatorem, vnà cum illo in scopulum impegerunt. Nam in castigationibus Dioscoridis exemplaribus Marmoraria legitur, non mammolatia. Vide infrà.

Mammona, penult. produ. μαμμωνᾶς, Vox est Syriaca, diuitiarum Deum significans. Quem Græci πλοῦτον vocant: accipitúrque pro ipsis diuitiis. Qui plura de eo nosse cupit, videat Annotationes Erasmi in Matthæum.

Mamphur, Lignum rotundum, loto circũuolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Festus.

MAMVRIVS, μαμύριος, Faber ærarius laudatissimus, qui tẽpore Numæ floruit, & Saliorum ancilia confecit, ad similitudinem eius quod de cælo deciderat. De hoc sic scribit Festus, Mamurij Veturij nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant: hac de causa, Numa Pompilio regnante, é cælo cecidisse fertur ancile, id est scutum breue: quod ideo sic appellatum est, quia ex vtroque latere erat recisum, vt summum infimumque eius latus medio pateret: vnáque edita vox est, Omnium potentissimam fore ciuitatem, quandiu id in ea manssisset. Itaq; facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cæleste posset. Probatum opus est Mamurij Veturij, qui præmij loco petiit, vt suum nomen Salij inter carmina canerent. Hæc ille. Ouid. 3. Fasto. Inde sacerdotes operi promissa vetusto Præmia persoluunt, Mamuriúmque vocant.

MAMVRRA, Formiis natus, eques Romanus, & præfectus fabrorum C. Cæsaris in Gallia, qui primus Romæ in Cælio monte parietes domus suæ marmore inctustauit, nullámque in ædibus columnam habuit nisi é marmore: omnésque solidas é Carystio, aut Lunensi. Hic est ille Mamurra, Catulli Veronensis carminibus proscissus, qui domum eius dixit habere, quicquid habuisset Comata Gallia. Hæc Plinius lib. 36. cap. 6.

MANASTHVS, μανάσθης, Aegyptius fuit ex Diospoli vrbe ortus, qui de Physiologia, & de Astrologia iudiciaria carmen reliquit. ¶ Fuit & alter hoc nomine Mendesius, sacerdos apud Aegyptios. Vtriusque meminit Suidas.

Manalis, vide MANO.

Manceps, pis. Qui aliquid à populo emit, conducitve, quia sublata manu, significat se autorem emptionis esse. ἐπιτελώνης. Ital. *Chi compra ò piglia à fitto del publico.* Gal. *Vn achepteur ou fermier des choses publiques.* Hisp. *El que compra ò arrenda en almoneda* } Cõductor aliàs Latinè, & Redemptor, & Sector appellatur. Cicc. pro Roscio Amerino, Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. Paul. l. qui fideiussor. ff. Locati, Qui fideiussor exístit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum, hoc est apud publicanum. Cicero 3. Verrina, Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. Quo in loco Manceps accipitur pro redemptore sartorum tectorum. Sueton. in Vespasiano, cap. 1, Non negatim iactatum à quibusdam Petronij patrem e regione transpadana fuisse mancipem operarium, id est conductorem mercenariorum, & operariorum setuorum, vt opera eorum ad quæstum vteretur. Plinius libro 10. cap. 43, videtur Mancipem accepisse, pro magistro officinæ, qui operis opificum redemptis vtitur ad quæstum: aut certè pro eo, quem Græci Propωlam vocant, qui minoris emit, vt carius vendat. Hunc (inquit Plinius) siue æmulatione incitatus manceps proximæ sutrinæ, siue iracundia subita, vt voluit videri, excrementis eius imposita calceis macula, exanimauit. In hac etiam significatione hoc nomine vsus est idem Plinius libro 33. capite 4. Aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. Hæc fere Budæus. ¶ Quandoque accipitur pro mancipatore, qui dat aliquid mancipio. Plaut. Ego mancipem te nihil morot, nec lenonem alium quenquam. Antea autem dixerat, Egón' ab lenone mancipio aliquid accipiam, quibus sui nihil est? Metaphoricõs hac dictione vsus est Plinius Epist. lib. 2, Sequuntur auditores actoribus similes, conducti, & redempti mancipes: conuenitur à conductis, & redemptis in media basilica. Mancipes, inquit, id est ij qui causidicos in causis agendis, cõducta ad hoc corona vulgi plaudentis, laudandos redemerunt.

MANCINVS, μάγκινος, Consul fuit Romanus, qui quòd ignominiosam cum hostibus pacem erat pactus, ad liberandos religione Romanos, hostibus fuit deditus.

Mancipium, pij, vel Mancupium, Homo in bello captus, & seruituti subiectus. ἀνδράποδον. Gal. *Mancipio, schiauo.* Gal. *Esclaue & serf.* Hisp. *Siervo ò sierua, esclauo.* } Varro, Mancipium dicitur, quòd manu capiatur. Plautus in Sticho, Damna euenerunt maxima misero mihi: Ita me mancipia miserum affecerunt malé. ¶ Aliquando est dominij comparatio, possidendique ius, atque etiam dominium, & mancipatio. Cicc. 3. Offic. Ex Sergio seruiebant, sed hoc in mancipio Marius non dixerat. ¶ Sic materfamiliàs dicitur esse in mãcipio mariti, hoc est in eius dominio, & potestate. ¶ Mancipio dare, Est rem ita dare, vt euictionem præstaturos nos spondeamus. ¶ Et Mancipio accipere, Est ea lege emere, vt venditor præstet euictionem. Plaut. in Curcul. Memini, & mancipio tibi dabo. c v. egóne à lenone quicquam mancupio accipiam, quibus sui nihil est, nisi vna lingua? Lucret. libro 3, Vitáque mancipio nulli datur, id est nulli ita datur, vt proptiam ac perpetuam habeat. ¶ Sui mancipij esse, est nullius dominio subiectum esse. Brutus ad Ciceronem, Quærenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur Antonius. An scilicet vt illo prohibito rogaremus alterum, qui se in eius locum reponi pateretur, an vt esset sui iuris, & mancipij Respublica? Quo in loco Sui mancipij Rempublicam dixit Brutus, quæ nullius dominio subiecta esset, antequam Augustus Imperium occupasset. ¶ Inde res mancipi, vel (vt antiqui loquebantur) res mancupi dicuntur, quæ in nostro sunt mancipio, hoc est quæ nostro dominio, iuri, aut potestati sunt subiectæ, quásque, quoties lubet, possumus alienare. Quæ autem in nullius sunt potestate, quæque alienari non possunt, Res nec mancupi, vel res sui iuris dicuntur, quæ scilicet in nullius sunt mancipio. ¶ Emptio mancipi, dicebatur solenne quoddam genus imaginariæ emptionis, quod fiebat præsentibus non minus quinque testibus puberibus Romanis, & eo, qui lancem tenebat, Libripénsque vocabatur: quibus præsentibus, is qui mancipium accepit, æs tenens, ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio: isque mihi emptus est hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram: idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco. ¶ Sunt itaque Emptio mancipi, & Mancipatio, quasi correlativa. Nam respectu venditoris contractus hic dicitur Mancipatio: contrà respectu emptoris, dicitur Emptio mancipi. De his latius diximus in dictione Libripens. Quod autem attinet ad Grammaticæ rationem, in hisce locutionibus, Res mancipi, vel mancupi, Res nec mancipi, Emptio mancipi, & similibus, Mancipi genitiuus est à Mancipium, abiecta vltima vocali per apocopen: quanquam non desunt qui aut nomen indeclinabile putent, aut datiuum esse à Manceps: qui certè fallúntur, vt alibi latius docuimus Huiusmodi emptionis meminit Plin. lib. 33. cap. 3. Qua cõsuetudine (inquit) in iis emptionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur.

Mancipo, pas, penult. corr. à nomine Mancipium fieri videtur: idémque est quod in mancipium, hoc est in dominium alterius trado, hoc est vendo, obligo, vel quouis modo alieno. ἀνδραποδίζω, χειρῶ, χρῶμαι. Ital. *Mancipare, alienare.* Gal. *Se dessaisir & saisir vn autre de quelque possession & droit.* Hisp. *Agenar, vender.* } Plaut. in Cur c. Alienos mancipatis, alienos manumittitis, alienis imperatis: Nec vobis autor vllus est, nec vosmet estis vlli. Cicc. Philipp. 3, Tum iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis nostris opposuit. Mancipatum emphaticè dixit, quod plus est quàm venditum.

Mancipatus quoque participium, Ponitur pro deuincto, seu astricto. } χειροδέτης ἀνδραποδιζόμενος. Ital. *Venduto, obligato, mancipato, dato ò venduto in seruitu.* Gal. *Mis ou vendu entre les mains de son seigneur.* Hispan. *Vendido, apropriado.* } Cicero in Cato. Maior. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, &c.

Mancipatio, Quod est genus imaginariæ venditionis, fieri solitum solenni quodam ritu, quem iam aliquoties descripsimus, tam in dictione Libripens, quàm paulo antè in nomine Mancipium. } χειρωνὰξ, ἀνδραποδισμός. Ital. *Vendita.* Gal. *Saisie apres auoir achepté.* Hisp. *Aquella obra de comprar ò apropriar.* } Mancipatio (inquit Boëthius 3. Commentar. in Top. Cicc.) est imaginaria quædam venditio. Ea res sic agitur: adhibitis non minus quam quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui Libripens dicitur, is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio: isque mihi emptus est hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram: idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco. ¶ A mancipo fit compositum, Emancipo, quod est, Iure meo libero, quasi extra mancipium, hoc est extra dominium meum pono. ¶ Item verbale Emancipatio: de quibus suis locis diximus.

Mancus, Propriè dicitur, qui altera manu caret. } πηρός, χωλός. Ital. *Che ha vna mano sola, debole.* Gal. *Manchot, mutilé.* Hisp. *Manco de manos.* } quanquam & pro debili accipiatur & pro infirmo, cuius scilicet membrum aliquod naturales suas actiones probé obire non potest. Cicero pro Rabirio, Quintus Scævola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus & debilis. Ouid. 3. Fastor. Et licet antiquo manibus collatus Epeo Sit prior, irata Pallade mancus erit. ¶ Transfertur & ad res inanimatas. Cicero 3. de Finibus, Qui mancam fore putauerunt sine aliqua accessione virtutem.

MANDANE, es, μανδάνη, Astyagis Medorum regis filia fuit, quæ patri per quietem visa est tantum vrinæ reddere, vt totam Asiam inundaret. Quare quum ex Magis didicisset fore vt qui ex filia sua nasceretur, Astyagi imperium obtineret, Medorum nemini eam tradere voluit vxorem sed Cambysem quendam, mediocris dignitatis Persam sibi generum delegit: ex quo quum illa grauida esset effecta, rursus Astyages somniauit, ex filiæ vtero vitem egredi, quæ totam Asiam obumbraret. Quo somnio exterritus, filiam grauidam ad se accersit, filiúmque ex eo natum cuidam ex intimis familiaribus, Harpago nomine, tradit necandum. Qui quum per se ipse tam triste ministerium nollet exequi, Mitradati regio pastori negotium illud committit. Huic vxor erat nomine Spaco, quæ sub idem ferè tempus mortuum enixa erat partum. Quare quum regium puerum intueretur forma insigni præditum, eum pro suo educauit: qui postea ab auo agnitus, & in Persidem ad matrem remissus, vbiprimùm adoleuit, Harpagi instinctu Astyagi bellum intulit, eúmque in prælio captum, quoad vixit, penes se habuit. Vide Herodotum lib. 1.

MANDANES, μανδάνης, Gymnosophista fuit insignis apud Indos, quem quum Alexãder per internuntios ad Iouis filij epulum vocari iussisset, & parenti ampliss ima præmia, detrectanti verò grauissimum proponeret cruciatum, constantissimè ferunt respõdisse, nec illum Iouis filium esse, nec magnæ parti terrarum imperare: nec se illius donis permoueri, cui nulla esset satietas: nec minas pertimescere, quòd viuenti India abundè multa esset suppeditatura: mortem verò tantum abesse vt formidaret, vt multis etiam votis eam expeteret, quæ sese marcida senio carne liberatum, in puriorem meliorémque vitam immutaret. Vide Strabo. lib. 15.

Mandatarius, Mandatum, vide MANDO.

Mandibula, læ, In qua dentes sunt siti, quæ & Maxilla dicitur. } γνάθος, γένυς. Ital. *Mascella.* Gal. *Mascheire.* Hispan. *La quixada, assiento delos dientes.* } Sunt autem duæ mandibulæ, superior scilicet, & inferior: à mandendo.

Mando, das, Committo. } παραγγέλλω, παραδίδωμι. Ital. *Commettere, imporre.* Gal. *Mander, bailler charge ou commission.* Hispanicè, *Mandar.* } vt quum quid memoriæ mandatur, committitúrve, vt memoriter teneatur: siue ex propria memoria id fiat, quum quid reperitur, auditur: siue ex scripto. ¶ Ex memoria propria, Libro tertio ad Herennium, Quoniam nuperrimè dictum facilè memoriæ mandatur, vtile est, quum dicere destinamus, recentem aliquam relinquere in animis auditorum firmam argumentationem. ¶ Ex scripto, Gell. Memoriæ mandatum, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. ¶ Et sic Mando significat manu scribendo memoriæ do: vt

Cicero.

Cicero pro Sext. Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Nam Mandare monumentis aut annalium, aut literarum. Est scribere, & posteritati relinquere. ¶ Aliquando vtrunque coniungimus, Mandare aliquid memoriæ, & literis. Idem libro 12. Philip. Quid huic facias, qui hoc literis, memoriæque mandauit? Lactant. libro 6, O ingenia hominibus indigna, quæ has ineptias protulerunt, miseros atque miserabiles, qui stultitiam suam literis, memoriæque mandauerunt. Literis & memoriæ capere licet, non solum scripto id mandatum esse, vt rem ordine gestam ipsi scriptores haberent, sed etiam vt memoriæ posteritati darent. Nam non intelligi par esse censeo, Literis & memoriæ, dictum ex abundantia, sed ex diuersitate rei. Est etiam Mandare memoriæ, in memoria figere, & tenere. Cic. de Amicit. Quius disputationis sententias memoriæ mandaui. ¶ Mandare terræ semina, Idem est quod seminare. Colum. libro 3, Semina quàm recentissima terræ mandare conuenit. ¶ Interdum Mandare, Committere, iniungere, παραγγέλλειν, ἐντέλλεσθαι, ἐπιτρέπειν. Plautus in Curcul. Mandatum est mihi vt has tabellas ad eam ferrem. Terent. in Adelph. Huic mandes, si quid rectè curatum velis. Et à manu danda declinatum constat, quòd in dandis accipiendisque mandatis manus sibi inuicem dare mos erat. ¶ Mandare aliquid æternitati, siue immortalitati, Est curare vt sit æternum. ¶ Mandare in vltimas terras, Est mittere. ¶ Mandare aliquid animis, Est ipsis animis committere, vel in animos immittere. ¶ Mandare animis, & mentibus, Est memoriæ committere, & memoria tenere. Cicero in Catilin. Attendite, quæso, diligenter quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibúsque mandate. ¶ Mandare fidei alicuius, Est committere eius fidei. ¶ Mandare se fugæ, Est fugere. Similiter mandare vitam fugæ, quod est fugiendo vitam seruare, & tueri. ¶ Mandare literis, Est scribere. ¶ Mandare scriptis, Est scriptum posteritati relinquere. ¶ Mandare aliquem humo, Est inhumare. ¶ Mandare tumulo, Idem. ¶ Mandare vinculis, Est in vincula conijcere. Cicero in Catilinam in Senatu, Cæsar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare. ¶ Mandare versibus, Est carmine aliquid conscribere: apud Ciceronem pro Archia. ¶ Mandare honores alicui, Est honores tribuere. ¶ Mãdare magistratũ, Est decernere. Cicero pro Plancio, Populus in mandandis magistratibus nõ inanis est dignitatis iudex. ¶ Mandare curam, vel curas aliis, Est eas aliis relinquere, siue committere. ¶ Mandare infra mortuos, dixit Cicero pro Quintio. Is non modò ex numero viuorum exturbatur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur. ¶ Mandare vetustati, Est posteritati relinquere. ¶ Composita huius verbi sunt, Amando, Admando, Commendo, Demando, Præmando, & Remando: de quibus suis locis.

Mandator, Verbale, Qui alteri mandatũ aliquod iniungit. ἐντολεύς, πραγματεύς. Ital. *Chi commette ad alcuno vna impresa.* Gal. *Qui donne charge ou commission de faire quelque chose.* Hisp. *Mandador, el que manda.* ¶ Mandatores item Budæus ait impulsos esse delatorum, intérque delatores numerari. Sueton. in Vesp. Inter aduersa temporum & delatores, mandatoréque erant.

Mandatarius, Cui dantur mandata peragenda. ὁ ἐντολὴν πραγματεύων.

Mandatum, Et participium, & nomen esse potest. Participium, vt mandatum est mihi ἐντεταλμένον, apud Plautum. Cicero pro Rosc. Amer. in priuatis rebus, si quis rem mandatam non modò malitiosius gessisset, &c. ¶ Nomen, vt apud Quintilianum. Mandata tamen tua fili perago. ¶ Et est propriè Mandatum, Commissio, hoc est quod committitur. ἐντολή, ἐντολεῖον, πρᾶγμα. Ital. *Commissione, commandamento.* Gal. *Mandement, commission, charge.* Hisp. *El mandado.* Sallust. C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium Regem mittit. cum mãdatis huiusmodi. Elegantèr dicimus, Venire cum mandatis. Mandata, & legatos mittere. Mandata accipere ad aliquẽ. Habere mandata ab aliquo. Facere mandata. Mandata digerere, persequi, conficere. Mandata addere. Exhaurire mandata, id est exequi & absoluere. Dare mandata de aliquibus rebus. Dare mandata alicui ad aliquem.

Mando, mandis, mandi, mansum, Significat cibum dentibus conficio. μασσάομαι. Ital. *Masticare.* Gal. *Mascher, manger.* Hisp. *Mascar ò comer.* Cic. 1. de Natura deor. Alia fugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Serenus, Purgatur cerebrum mansa radice pyrethri. ¶ Accipitur etiam pro rodere, vel mordere. Virgi. 4. Aeneid. Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit. Huius compositum est Remando, ἀναμασσάομαι, quod est rursus mando, rumino. Plin. lib. 10, Pontici quoq; mures simili modo remandunt.

Mansito, frequentatiuum. Plautus in Amphit. -mutatos Atticos in Arcadia homines, Et sæuas belluas mansitasse.

Mando, mandonis, Edax, qui assiduè mandit. φάγος. Ital. *Mangione.* Gal. *Vn grand mascheur ou mangeur.* Hisp. *Comilon, que mucho come.* Lucilius apud Nonium, Atque omnes mandonum gulæ.

Manduco, cas. penult. prod. Idem quod mando. μασσάομαι. Ital. *Mangiare, masticare.* Gal. *Manger, ou mascher.* Hisp. *Comerò mascar.* Sueto. in Augusto, Qui in balneo demum post horam primam noctis duas bucceas manducatũ prius quàm vngi inciperem.

Manducor, aris, Deponens apud antiquos. Luci. lib. 14. (vt citat Nonius) Illud qui faciat, quod manducamur in ore. ¶ Eius compositum est Commanduco. Plin. libr. 20, Huius cucurbitæ comanducatæ succus stomacho admodum prodest.

Mansus, participiũ. μασσηθείς. Ital. *Masticato.* Gal. *Masché.* Hisp. *Maxcado.* Quint. lib. 10. cap. 1, Cibos mansos ac prope liquefactos demittimus. Cicer. 2. de Orat. Atque omnia minima mansa (vt aiunt) nutrices infantibus pueris in os inserant.

Mansurius, à mandendo, Edacem significat, inquit Festus. πολυφάγος.

Manducatus cibus, & Commanducatus, non tam significat comestum, quàm mansum, & dentibus comminutum, masticatúmque, qui deinde pro medicamento imponi solet. ἀλφιτοφαγοκριβάνη. ἀλφιτοφαγοκρίβανος.

Manduco, onis, Edacẽ significat, teste Nonio, ἀδηφάγος. Ital. *Mangione, gran mangiatore.* Gal. *Vn grand mascheur, ou mangeur, gouin.* Hisp. *Comilon, gran comedor.* Hæc enim omnia ferè idẽ denotant, Mandones, Manducones, Manduci, Mansurii, Comedones, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Lurcones, Gurguliones, Helluones, Parasiti, Gulones, Phagones, Ligurritores, Nepotes, Catillones.

Manducus, ci, Idem quod manduco, onis, teste Nonio, Plautus in Rud. Quid si aliquò ad ludos me pro manduco locem? Manduci effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas, & formidolosas imagines ire solebat. Erant enim laruato capite humano, maxillas vasta magnitudine, vastísque armatas dentibus habẽtes: quis oris hiatu, dentiúmq; crepitu sese in vtranque partem viæ dum flecterent, ridentem turbam vertebant in fugam. Quædam exemplaria hoc in loco apud Plautum habent Manduca. Festus legit Manduce à nominatiuo Manduces, vel mandux.

MANDONIVS, Dux Hispanus, partes Romanorum cum Scipione Africano in Hispania iuuit: deinde Scipione ægrotante, seditionem agitare, in Romanósque insurgere cœpit: quem quum Scipio morbo liberatus comprehendisset, veteris officij memor, tantùm castigatum verbis dimisit. Liuius lib. 39.

Mandra, æ, ἡ μάνδρα. Ital. *Mandra.* Gal. *Estable à bouf, cheuaux, ou autres bestes.* Hisp. *El cobre è reconcauo de bestias.* Spelunca, cubile, & receptaculũ ouium, boum, aliorúmque huiusmodi. ¶ Item agmen ipsum veterinorum, aut aliorum brutorum animantium. Iuuen. Satyr. 3. -& stantis conuitia mandræ Eripiunt somnum Druso. Probus scribit, Mandram esse vici ostium, vel flexum, vel arrectum, aut breue, & vile ædificium, quod angustat latitudinem vici: vel ingẽs vehiculum, quo trabes portantur: quod Græcè Mandron dicitur. Martialis libr. 5, Vixque datur longas mulorum vincere mandras, Quæque trahi multo marmora fune vides.

Mandragora, æ, ἡ μανδραγόρας. Ital. *Mandragora.* Gal. *Mandragore.* Hisp. *Mandragola.* penult. corrept. Herbæ sopoliferæ genus est, quod alio nomine appellatur Circeium. Eius duæ sunt species, quas & sexu distinguunt. Nam candidam, marem putant: nigram fœminam. Ferunt mala anellanarum nucum magnitudine. Mandragoram fossuri ab aduersante vento cauent, & Occasum spectant. Vis eius in poculo somnifera est, ac etiam olfactu. Colum. lib. 10, Mandragoræ pariat flores. De hac verba vide Plinium lib. 25. cap. 13.

MANDRO, Fuit nauicularius quispiam, qui aspirante fortuna, tandem factus est Imperator: vnde etiam factus adagio locus, in eos qui præter meritum ad opes, euectí, pristinæ conditionis non meminerunt.

MANDROPOLITES, μανδροπολίτης, Oppidum est Phrygiæ: à quo Gentile Mandropolites, μανδροπολίτης Stephano.

MANDVRIVM, μανδούριον. Oppidum Iapygiæ, hoc est Apuliæ: à quo fit gentile Mandurinus. Stephanus.

Mane, ἔωθεν. Ital. *La mattina.* Gal. *Le matin, au matin.* Hisp. *La mañana.* Diei principium, quum dies clarus est: ab homine boni nominis. Manum enim veteres bonum dicebant. vt ait Seruius. Telle autem Nonio, Manum veteres clarum dixere. Macrob. lib. 1. Saturnaliorum, putat Mane dictum esse à Manibus, eò quòd exordium lucis ab inferioribus partibus emergat. Varro à manando deriuat, quòd cum Sole manet dies ab Oriente. Vnde Manij & Lucij, qui nati sunt mane, & luce. ¶ Iunctum inuenitur sæpe adiectiuis, migratq; in nomen substantiuũ. Martial. libr. 1, Sed mane totum dormies. Persius Satyr. 3, Iam clarum mane fenestras Intrat. ¶ Iunguntur quoq; ei aduerbia. Cic. 3. ad Attic. Bene mane hæc scripsi. ¶ Inuenitur iunctum genitiuo 1vt, Mane diei. Hirt. de bell. Africa. libr. 5, Præsertim quum milites à mane diei ieiuni sterissent defatigati.

Maneo, nes, mansi, sum. μένω. Ital. *Restare, remanere.* Gal. *Demeurer & s'arrester, ne bouger.* Hisp. *Quedar.* Significat me contineo aliquo in loco, moror, commoror, resisto. firmus sto. Cic lib. 3. Offic. Cyrillum quendam suadentem vt in vrbe maneret. Virg. 10. Aen. -Manet imperterritus ille, Hostem magnanimum opperiens. ¶ Quandoque expectare, ἀναμένω, ἀναμένω, ἐπιμένω. Plautus, Ego hîc te manebo. ¶ Quandoque futurum esse, instare, imminere. μένω. Cic. 2. Philip. Cuius te fatum, sicut Curionem, manet. Hoc est cuius fatum tibi imminer, sicut Curioni. ¶ Quandoq; inhærere, fixum esse. Virg. 1. Aeneidos, -manet alta mente repostum. Iudicium Paridis. ¶ Quandoque durare, persistere, perstare. Terent. in Heaut. Manere affinitatem hanc inter nos volo, si vllo modo possit, quod spero fore. ¶ Manere promissis, idem quod stare promissis, quod barbari dicunt, Tenere sua promissa. Virg. 2. Aeneid. Tu modò promissis maneas seruatáque serues Troia fidem. ¶ Mane, gaudentis aliquãdo particulã, non opperiri iubentis, inquit Donatus. Terent. in Adelph. Sed quidnam foris crepuit? s. mane, ipse exit foras. ¶ Huius composita sunt, Commaneo, Emaneo, emineo, immineo, obmaneo, permaneo, præmineo, prominco. De quibus suis locis.

Mansio, onis, à Maneo. Actus ipse manendi, aut quiescendi in aliquo loco, cui contrarium est Decessio. Cic. ad Sulpit. lib. 4, Is mecum sæpe de tua mãsione, aut decessione communicat. ¶ Ponitur etiam pro hospitio. σταθμός, καταγώγιον. Ital. *Dimora, alloggiamento.* Gal. *Demeure ou arrest qu'on fait en quelque lieu.* Hispa. *La vilanca, aposiamento, quedada.* Sueto. in Tit. Vespas. cap. 10, Deinde ad primam statim mansionem febrim nactus, quum inde lectica transferretur, &c. ¶ Ponitur quandoq; pro itinere vnius diei. Plinius lib. 12. cap. 14. Mansionibus octo stat regio thurifera à monte excelso. Idem lib. 6. cap. 23, A Copto camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis.

Mansito, as, frequentatiuum à Maneo. πολὺ μένω, πολὺν χρόνον μένω. Ital. *Molto & spesso morare.* Gal. *Demeurer souuent.* Hisp. *Quedar muchas vezes.* Tacitus lib. 13, Quippe mansitasse vnà conuincebatur. Idem lib. 14, Quum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitauerat, ad supplicium agi oporteret.

Manes, manium, Seruius putat per antiphrasim dictos ab antiquo adiectiuo Manus, hoc est bonus, quòd minimè essent boni. δαίμονες. Ital. *Anime infernali.* Gal. *Les esprits & ames des trespassez.* Hisp. *Animas de muertos.* Putabant enim veteres Manes esse deos inferos, eósque inter numina læua numerabant: placabántque eos sacrificiis, ne nocerent. Alij putant hoc nomine appellatas fuisse animas separatas à corpore: vnde videmus vetusta sepulchrorũ monumẽta Diis manibus esse inscripta. In qua etiã sententia videtur fuisse Apuleius de dæmonio Socratis. Manes (inquit) animæ dicũtur melioris meriti, quæ in corpore nostro Genij dicũtur, corpori renũtiãtes: lemures, quũ domos incursionib⁹ infestarẽt:

Laruæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laruæ appellabantur: contrà si bonæ fuerint, Lares familiares. Sunt etiam qui putent Manes eosdem esse, quos vetustas Genios appellauit: duóque Manes corporibus ab ipsa statim conceptione assignatos fuisse, qui ne mortua quidem corpora deserant: consumptisque etiam corporibus, sepulchra inhabitent. Quare qui sepulchra demoliebantur, Deos Manes violare putabantur. Cicc. 2 de Legibus, Deorum manium iura sancta sunto ¶ Quandoque Manes dicuntur pœnæ. Virg. 6. Aeneid. Quisque suos patimur manes. Vbi Seruius, Manes, id est supplicia, quæ sunt apud manes.

MANES. μάνες, Hæresiarcha fuit, tempore Aureliani Cæsaris, genere Brachmanes, tantæ dementiæ, vt se Spiritum Paracletum esse assereret à Christo promissum, à quo Manichæorum secta fluxisse traditur. Hic tandem à Persarum rege, quòd eius filium, quem repulsis omnibus medicis sanandum susceperat, interemisset, viuus excoriatus est. Autor Suidas.

MANES. Fluuius est, siue potius torrens, Locrorum Epinecmidiorum, Thronion præterfluens: interdum tam exiguus, vt transeuntis vix tingat pedes, interdum tam latus, vt in bina diffundatur iugera. Alio nomine Boagrius appellatur. Vide Strabonem lib. 9.

MANESIVM, μανήσιον, Phrygiæ oppidum, à diuite quodam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Stephanus.

Manethus, vide paulo antè MANAETHVS.

MANETHVSA, Vrbs Cretæ insulæ, apud Pomponium Melam lib. 2.

Mangones, Dicti sunt magistri formæ puerorum, & mentiendi coloris artem probè callentes, qui homines vendebant. {μαγγανευταὶ μαγγανεύουσι, μαγγανεύσασθαι. Ital. *Venditori & mercadanti d'huomini.* Gal. *Faraeurs, regratteurs, marchands.* Hisp. *Pregoneros que venden esclauos.*} Solebant enim pueris, puellisque, quo facilius vendi possent, artificio quodam inducere colorem fuco, ac verum robur inani sagina mentiri, vt carius venderent. Martialis, Millia pro puero centum me mango poposcit. Sueto. in Domi. Castrari mares vetuit: spadonũ, qui residui apud mangones erãt, pretia moderatus est. Plin. Thynni sanguine oblitos pueros pubescere negant mangones. ¶ Aliarum quoque rerum Mangones dicuntur, qui merces poliunt, atque interpolant, vt pluris vendant. Vnde Plin. lib. 36. cap. 13. Decussi fragmenti paululum, quod in lamina ferrea reratur, efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. ¶ Nec mares tantùm, sed etiam fœminæ, Mangones vocantur. Plinius Mango obstetrix erat.

Mangonizo, mangonizas, Orno, compono rem ad alliciendos emptores. {μαγγανεύω, σκευωρέω. Ital. *Ornare la cose acciò che più facilmente si vendano.* Gal. *Regratter, rabiller, farder.* Hisp. *Aderyar lo que se vende.*} Plinius libr. 23. cap. 1, Succus radicis vitis nigræ, cum eruo, lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizat corpora. ¶ Transfertur etiam ad alia: nam & Oratio mangonizata, & forma, & domus, & reliqua dici possunt, vt lenocinijs, & fuco potius quàm veritate allectent. ¶ Hodie etiam mangonizantur panni, siue linei, siue lanei. ¶ Quin & equos mangonizatos venire videmus. Hos Græci ab equis comendis ἱππεκκόμους vocant.

Mangonicus, ca, cum, Quod ad mangonem pertinet. {σκευωρητικός. Ital. *Cosa pertinente à tale venditore.* Gal. *Appertenant à fardeur, frippier, ou regratteur.* Hispa. *Cosa perteneciente à pregoneros.*} Plin. libr. 21. cap. 26, Radix hyacinthi bulbacea, mangonicis venalitiis pulchrè nota, quæ in vino dulci illita, puberratem coercet, & non patitur erumpere. Sueton. Necessariòque ad mangonicos quæstus suttinendæ dignitatis causa descendit.

Mangonium, mangonij, Artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur. {μαγγάνευσις, σκευωρία μαγγανεία. Ital. *Acconcimento, & abellimento di cose vechie per meglio venderle.* Gal. *Fardemement, desguisement, regrattement, fripperie.* Hisp. *El aderyte de lo que se vende.*} Plinius lib. 10. cap. 50, Nec tamen in hoc mãgonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pectore tantùm gallinarum laudatis.

Maniæ, maniarum, μανίαι, Deformes personæ, autore Festo. ¶ Manias item laruas, quas nutrices pueris minitari solent, appellant. ¶ Item Mania dea, Larium mater, cui olim sacrificabant. ¶ Maniæ etiam dicebantur ficta quædã ex farina in hominum figuras, quòd deformes essent, quas etiam Maniolas appellabant. Autor Festus.

Mania, æ, {μανία. Ital. *Turbamento d'animo, pazzia.* Gal. *Troublement d'esprit, folie.* Hisp. *La locura.*} Teste Actio, insaniæ genus est sine febri, ex sanguine non putrido proueniens, in caput irruente: cui quandoque & bilis miscetur. Differt à melancholia, quòd hæc ex atra bile fiat: mania verò ex tenuium, & biliosorum humorum malignitate: vt testatur Galenus in 3. lib. Aphorismorum. Cic. 4. Tusc. Græci μανίαν vnde appellent, non facilè dixerim: eam tamen distinguimus nos melius, quàm illi. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ latius patet, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, melancholiam illi vocant: quasi verò atra bile solùm mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Qui ita sit affectus, cum dominum esse rerum suarum vetant duodecim Tabulæ. Itaque non est scriptum, Si insanus: sed, Si furiosus esse incipit. Stultitiam enim censuerunt, id est inconstantiam sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum, atque vsitatum. Furorem autem rati sunt mẽtis ad omnia cæcitatem quod maius est quàm insania.

Manica, manicæ, penul. corrept. Pars vestis, qua manus teguntur. {χειρίς. Ital. *Manica.* Gal. *Manche, gant, gantelet.* Hisp. *Guante dela mano, ò manga de la vestidura.*} Virgilius 9. Aeneid. Et tunicæ manicas, & habent ridimicula mitræ. ¶ Hinc Manicata vestis, quæ manicas habet: quas, velut probrosas, & fœmineas taxat Poëta, quòd priscí Romani breues, & circa humerũ desinentes vestes primò gestauerint. Cic. in Catil. Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis, & talaribus, ac tritis tunicis, velis amictos, non togis. ¶ Manicæ etiam dicuntur manuum vincula, quemadmodum Pedicæ, vel Compedes, vincula quibus pedes ligantur. πέδαι. Virg. 1. Aeneid. -manicas, atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. ¶ Aliquando etiam Manicæ per translationem dicũtur vincula nauium. Lucanus, Aft alias manicæque ligant, teretésq; catenæ. ¶ Itẽ Manicæ, checæ sunt ex ferro, quibus brachia & manus contra hostium iniurias muniuntur. Iuuenalis, Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat, Baltheus, & manicæ, cristæ, crurisq; sinistri Dimidium tegmen. *Brassaletum*, Gallicum vulgus appellat. ¶ Et Manicæ dicuntur, quibus aduersum vim frigoris manus muniuntur. χειρόθηκαι. Plinius Iunior ad Macrum, Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus: cuius manus hyeme manicis muniebantur, vt ne cœli quidem asperitas vllum studij tempus eriperet.

Manicatus, pen. cor. Adiect. Quod habet manicas. {ὁ χειρίδωτός. Ital. *Chi ha maniche.* Gal. *Qui a manches.* Hisp. *Cosa de luengas mangas.*} vt manicata tunica, Cic. in Cat. Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. Colum. lib. 11. cap. 1. Quæ vtraque prohibeatur optimè pellibus manicatis & sagatis cucullis.

MANICHÆI Hæretici, vide suprà MANES.

Manicon, μανικὸν, Sthrycmi herbæ species est, quam si quis drachmæ pondere sumpserit, variæ species ac lætitia plenæ animo obseruantur quod pondus duplicatum mentis excessum triduo affert, triplicatum morte. Alio nomine Dotycnion appellatur, eo quòd cuspides in prælijs eo tingerẽtur. Vide Plinium lib. 21. cap. 31. Ea putatur esse, quæ hodie in officinis *Solatrum mortale* appellatur.

Manicula, æ, diminutiuum, Parua manus. {χειρίον. Ital. *Piccola mano.* Gal. *Petite main.* Hisp. *Pequeña mano.*} Plautus in Ruden. Duæ connexæ maniculæ & fucula. ¶ Manicula item dicitur transuersa regula in stima aratri, ita dicta, quòd manu bubulci teneatur. Autor Varro lib. 4. de Lingua Latina.

Manifestus, a, um, adiectiuum. Idem quod clarus, & apertus: ab antiquo adiectiuo Manus, quod clarum significabat, (teste Nonio) & verbo Facio. {δῆλος, φανερός. Ital. *Manifesto, chiaro, aperto.* Gal. *Manifeste, clair & euident.* Hisp. *Cosa manifiesta y clara.*} Cic. 4. Verr. Manifestis in rebus hominẽ iam teneri videbitis. ¶ Iungitur pulchrè genitiuo: vt. Manifestus sceleris, aut mendacij: cuius scelus, aut mendacium omnibus palam est. Sallust. in Iugurth. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, &c. Dicimus autem venustè, Manifestum facere, & Manifestum habere.

Manifestè, aduerbium, Id est palàm, perspicuè, clarè, non obscurè. {φανερῶς. Ital. *Manifestamente, chiaramente, apertamente.* Gal. *Manifestement, clairement, euidemment.* Hisp. *Manifiesta y claramente.*} Cic. in Catil. Vt tota res à vobis manifestè deprehenderetur.

Manifestò, aduerbium, eiusdem significationis. Cic. pro Cluent. Oppianici facinus manifestò compertum, ac deprehensum.

Manifesto, as, verbum, Palàm facio. φανερῶ. Italicè, *Manifestare, dechiarare.* Gal. *Manifester, declarer.* Hisp. *Manifestar y declarar.*

Manifestarius, a, um, Idem est quod manifestus: quod vulgò dicimus *Notorium*: {δῆλος, φανερός. Ital. *Manifesto.* Gal. *Manifeste, clair.* Hisp. *Manifiesto y claro.*} vt, Res manifestaria. Plautus in Milite, Mitte Sceledre manifestaria res est. ¶ Fur manifestarius, αὐτόφωρος, vel Adulter manifestarius, qui in ipso furto, vel adulterio deprehensus est. μοιχὸς ἐπ' αὐτοφώρῳ. Idem in Aulul. Capio fustem, obtrunco gallum furem manifestarium.

MANILIVS OCTAVIVS, A quo Manilij fluxere: is Tusculanorum dux, & Tarquinij genet, ad quem ille post fugam se recepit, eiúsque auxilio Romanis intulit bella. Liuius lib. 1.

MANIOLAE, Insulæ ex aduerso Indiæ extra Gangem, in quibus tradunt nauigia, quæ clauos ferreos habent, detineri, nec vlterius progredi, nequando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, illa ad se trahat. Eas tenent Anthropophagi, Manioli dicti: sicut scribit Ptolomæus libro 7.

Manipulus, li, A manu fit, & proprie significat manualem herbarum fasciculum, quem manu quis apprehendit metendo. {δράγμα, δράγμιον. Ital. *Manipolo, branchata.* Gal. *Vne poignee, vne iauelle, vn boteau.* Hisp. *El manojo de hierua.*} Plin. 18. cap. 28, Iustum est vna opera iugerum in die desecari, alligariq; manipulos tria millia ducenta, quaternorum pondo. Manipulos fœni hic vocat Plinius, quos nostri *Botellos* vocant, inquit Budæus. ¶ Interdum ponitur pro exigua militum manu, quæ vnam sequitur signũ. {λόχος, μερὶς στρατιωτῶν. Ital. *Manipolo.* Gal. *Vne chambrée de dix hommes de guerre.* Hisp. *Seña de cada esquadra.*} Et in legione quidem erant triginta manipuli. Dictus Manipulus (vt inquit Varro) ab eo quòd plures militum manus iunguntur. ¶ Seruius docet Manipulos esse signiferos, quòd imperante Romulo, quum Romani & Latini sub vno centurione bellum aggressuri essent, manipulo herbæ hastæ alligato pro signo vterentur. Ouid. 3. Fastor. Pertica suspensos portabat longa manipulos, Vnde manipularis nomina miles habet. At Vegetius lib. 2, scribit Manipulum vocari cõtubernium decem tantummodo militum sub vno papilione degentium, ab eo quòd coniunctis manibus dimicabant. Teren. in Eunuc. Cedò alios: vbi centurio est Sanga, & manipulus furum? hoc est manus militum. ¶ Inde Commanipulones, qui incedem manipulo sunt: & Commanipularis. quibus nominibus vtitur Spartianus.

Manipularis, re, Quod ad manipulum pertinet, quódque est de manipulo: vt Miles manipularis, vnus è manipulo: quem & Manipularem dicimus absolutè. {ὁ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους, ὁ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόχου. Ital. *Della squadra di dieci homini.* Gal. *Qui est de la chambrée ou compagnie de dix hommes de guerre.* Hisp. *El que esta debaxo de esquadra.*} Plautus in Mostel. Conueniunt manipulares: eccos, prædam participes petunt. Cic. ad Attic. lib. 9. Et me vna hæc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis secutus sim. Cæsar 7. bel. Gall. Tres suos nactus manipulares atque ab iis subleuatus, murum ascendit.

Manipulatim, aduerbiũ, Significat per manipulos. {κατὰ λόχους. Ital. *A schiedra.* Gal. *Par pettes bandes.* Hisp. *De esquadra en esquadra.*} Plautus in Pseud. Manipulatim mihi Munigeruli facite antè ædes iam hic adsint. Liuius libr. 8. ab Vrb. Et quod antea phalanges similes Macedonicis erant, hoc postea manipularim structa acies cœpit esse.

MANIVS, Prænomen est, quo Romanorum quidam appellari sunt, quòd mane nati essent: quemadmodum Lucij dicebantur, qui prima luce nascebantur. Hoc prænomine appellatus est Martius quidam, qui (vt nasce

scribit Plinius lib. 18. cap. 3.) in summa annonæ caritate populo singulos sumenti modios singulis assibus vendidit.

MANIANA, Vrbs Lusitaniæ, Ptolemæo: vnigò *Mons maior*. ¶ Maniana item, Tuscorum vrbs, Ptolemæo: hodie *Mallianum*. Pontificum villa.

MANLIVS Capitolinus, Prænomine Marcus, nobilis Romanus fuit, qui re malè gesta à Consulibus ad Alliam cõtra Gallos Senones, videns in maximis vrbis parum esse præsidij, lecta mille iuuenum manu, arcem Capitolinam occupauit, & à vi hostium seruauit intactam. A qua tamẽ ipsa arce, quòd in affectati regni suspicionem venisset, postea præcipitatus est: eautúmque est Senatusconsulto, ne quis ex Manlia gente Marcus diceretur. De huius fortitudine vide Plinium libro 7. cap. 28. Historiam hanc scribit Seruius, enarrans illud Virgilij, In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis. ¶ Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento imperiosus, quòd sæuissimi exempli autor fuerit, filio suo maximæ spei iuuene, quòd cõtra imperium suum in hostem pugnasset, virgis cæso, & securi percusso. Atq; inde, Imperia Manliana dicta, apud Liuium Decadis primæ lib. 4. De hoc vide Gellium lib. 9. cap. 13. ¶ Manlius Torquatus alius fuit, qui ob ingenij & linguæ tarditatem à patre in prædia rusticana relegatus fuit: patrémque iudicio exemit à Marco Pomponio accusatum, vt scribit Liuius libro 4. Decadis 1. ¶ Manlius Volso, cuius memiuit Liuius libro 8. de bel. Maced. Cn. Manlius Volso (inquit) Consul in Asia acceptis à L. Scipione copiis, & exercitu instauro, cõtra Gallogræcos bellum gessit, eisque superatis reuertens, quum in æde Bellonæ triumphum peteret, decem legati, qui cum eo missi fuerant, restiterẽ: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Aemylius Paulus dicebãt se legatos Cn. Manlio datos, pacis fœderisque cum Antiocho ineundi gratia: Manlium autem operam dedisse, vt eam pacem turbaret, multósque nobiles viros in exercitu sua temeritate morti obiecisse: vicit tamen amicis atque cognatis suffragantibus, res fœliciter gestas, & exercitum integrũ reportatum dicẽbus. Triumphus igitur ei decretus. Hactenus Liuius. ¶ Manlius itẽ alius fuit, Proconsul Hispaniæ: cuius meminit Liuius lib. 50. Autor Valer. Maximus lib. 6. cap. De seueritate. ¶ Manlius item Torquatus alius, Ciceronis tempotibus, vir doctus, ex Rhodia disciplina Molonis, natura ad dicendum nec satis solutus, neq; expeditus. Cui si vita suppeditasset, sublato ambitu Consul factus esset. Plus facultatis habuit ad dicendum, quàm voluntatis. Itaq; studio huic non suffecit. Hæc Cicero. ¶ Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etsi non erat (inquit Cicero) oratio, quam Græci politicen dicunt: erant in eo plurimæ literæ, nec ex vulgares, sed interiores quædam & reconditæ: summa verborũ & grauitas, & elegantia: atq; hæc omnia vitæ decorabat grauitas: me quidem admodum delectabat. Pædianus autem de eodem sic scribit, L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorem in Consulatu accusauit, qua & ipse Sylla & collega damnati sunt. Rursus cum accusauit, quòd in coniuratione Catilinæ fuisset: defenditur à Cicerone, cuius extat oratio. ¶ L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Seruilius fortè cœnaret, filiósque eius deformes animaduerteret, Non similiter (inquit) Manli fingis & pingis. Ad quem Manlius, In tenebris (inquit) fingo, in luce pingo. Autor Macrobius. ¶ Manlius, etiam alius fuit cognomento Antiochus, cõditione seruus, arte astrologus ac poëta, vnà cum Plotio poëta mimorum, & Taberio Etrusco Grammatico conseruus, ex Asia vna naui aduectus, teste Plinio lib. 35. ca. 17. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine, ex vtero mortuæ matris exectus, quem Plinius lib. 7. cap. 9. scribit Carthaginem cum exercitu esse ingressum. ¶ Manlius item Mathematicus, Romæ Augusti temporibus fuit. Cuius mentionem facit Plinius lib. 36 cap. 10.

Manliana imperia, Dicuntur dura, seuera, & crudelia: quemadmodum à Græcis tyrannis & crudelitas, *φαλαρισμὸς* vocatur. Tractum prouerbium ab historia quam scribit Liuius libro 4. ab Vrbe de Manlio Torquato, qui filium, quòd contra edictum suum cum hoste pugnasset, virgis cæsum, securi iussit percuti. Vide Erasmum in Chiliad. ¶ Sunt & Manliana, malorum genera ab insitore sic dicta: vt tradit Plinius libro 15. cap. 14.

Manna, {*μάννα, βοὸς μέλι, ἀερομέλι.* Ital. *Manna.* Gal. *Manne, comme miel qui tombe du ciel.* Hispa *Manna.*} Manna. Hebraicum vel certè Syriacum est vocabulum, quo significatur ros melleus matutinus, teste Cælio libro 13. cap. 56. qui à Corn. Celso Ros Syriacus appellatur. Galenus lib. 5. de Alimentis, autor est, hoc mellis genus copiosissimè colligi in Libano Syriæ monte, eiúsque regionis rusticos expansis humi velleribus, concussisque arboribus plena sæpe fictilia eius roris domum referre. ¶ Manna thuris, *μάννα λιβάνου* Dioscoridi: Micæ thuris sunt è maioribus guttis, vecturæ concussione elisæ. Omnis enim thuris substantia in antiqua medicina trifariam diuisa fuit, in thus, corticem thuris, & eiusdem manna, quam & pollinem thuris nonnulli appellarunt. A Græcis etiam *τὸ λεπτὸν μάννα*, à concussu dicitur: nihilque habet commune cum melle aërio, quod voce ab Hebræis detorta recentiores Manna appellant. Vide Plinium libro 12. cap. 14, & Dioscoridem libro 1. cap. 72.

Manni, orũ, Equi sunt exigui rollutim vestigia glomerantes: qui & Asturcones ab Asturia regione Tarraconensis Hispaniæ, & Gradarij appellantur. {*οἱ μάννοι, τὰ ἱππάρια.* Ital. *Caualetti.* Gal. *Cheualets.* Hispa. *Caballos enanos.*} Horatius in Epod. Et Appiam mannis terit.

Mannulus, li, Equinus pullus. {*ὁ μάννος, ἱππάριον μικρὸν.* Ital. *Poledre, caualetto.* Gal. *Cheualet petit cheual.* Hispa. *Caballo enano, pollo hijo de caballo.*} Martial. lib. 12, Nusquam est multo, mannuli tacebunt. Plinius Epist. 67, Habebat puer mannulos multos, & iunctos, & solutos: habebat canes maiores, minorésque. ¶ Dicti autem sunt Mannuli, siue, vt est apud Horatium, Manni, quòd mansuetudine manum sequãtur: vt scribit Acron in illud Horatij, lib. 3. Carm. Si per obliquum similis sagittæ Terruit mannis.

MANNVS, Filius fuit Tuisconis Dei, aliàs Teutonis, à quo Alemanni dici gloriantur. Vide in ALEMANNI.

Mano, manas, manare, Propriè dicitur quum aliquid ex integro, sed nõ satis solido, per minutissimas partes stillat. {*μίνυθος, ῥεῦμα.* Ital. *stillare, sorgere, colare.* Gal. *sortir, sourdre, couler.* Hispani. *Manar como agua de fuente, destillar.*} Tractum à Græcis, qui *μανὸν* rarum, & sine densitate

appellant. Festus Manare à Manè aduerbio dictum putat. Solísque proprium esse existimat, quum orientes radij splendorem iactare incipiunt: sed frequẽtius ad aquam & ad humores refertur. ¶ Per translationem ponitur pro descendere, fluere, procedere. *ὁδοιπορεῖν.* Et huiusmodi res, quæ manat, quandoq; in nominatiuo ponitur. Virgil. 3. Aeneidos, Tum gelidus toto manabat corpore sudor. Lactant. lib. 1. Quid mirum si ab hac gente vniuersa flagitia manauerunt? id est processerunt. ¶ Quandoque in accusatiuo. Plin. lib. 14. Arborum succo manantium picem, resinámque aliæ ortæ in Oriẽte, aliæ in Europa feruntur. ¶ Quãdoq; in ablatiuo. Liuius lib. 1. ab Vrbe. Cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum, manantem cruore præ se teneus, id est fluentem, vel stillantem. Quandoque ponitur pro disseminari, dispergi, serpere, peregrehiscere. Cic. 2. Tusc. Latius enim manabit hæc ratio, & aliquãto maiorem locum, quàm de vno dolore occupabit. ¶ Sic fama vel rumor rei alicuius dicitur manare, hoc est dispergi, & diuulgari. Liuius lib. 7. ab Vrbe. Diuisa enim erant per Campaniæ vrbes, manauerántque à Capua consilia in exercitum omnem. Cic. 14. Philip. Quum, vt scitis, hoc triduo, vel quatriduo tristis à Mutina fama manaret. ¶ Sic Manat malum, apud eundem, Philip. 3. ¶ Huius verbi composita sunt, Emano, & Permano: quæ vide suis locis.

Manalis fons, dictus, quia aqua ex eo perpetuò manat. ¶ Manalis vrceolus, siue guttumium, Vas dicebatur ex quo aqua in pollubrum dimittitur. *ὑδρία.* ¶ Manalis lapis, Ostium est Orci, per quod animæ inferorum ad superos manant, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis: quam quum propter nimiam siccitatem in vrbem pertraherent, sequebatur statim pluuia: cúmque, quòd aquis manaret, Manalem lapidem dixere. Festus.

Manobarbulus, Teli genus simile plumbeæ pilæ, quo vtentes milites ipsi Manobarbuli dicti sunt. Hi postea à Maximiano Cæsare, quòd se fortiter in Illyrico gessissent, Ioniniani, & Herculani dicti sunt. Sipontinus putat esse vocabulum peregrinum.

Manon, *μάνος.* Spongiæ genus minus spissum, & mollius: *ἀπὸ τῆς μανότητος*, hoc est à raritate appellatum. Plin. libro 9. cap. 45. Spongiarum tria genera accepimus: spissum, prædurum, & asperum. Tragos id vocatur: minus spissum & mollius, Manon: tenue densúmque, ex quo penicilli, Achilleum.

Mansisserna, Aquæ vrna, id est vrceus. *ὑδρία.* Plautus in Bac. Effer mansisternam cum aqua foras.

Mansuetus, a, um, Mitis, cicur, quasi manu assuetus, quòd omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsione miteſcant. {*ἥμερος, πρᾶος, πραΰς.* Ital. *Mansueto, dolce, trattabile.* Gal. *Doulx & traittable, priué & apprimoise.* Hispa. *Manso.*} Virgil. 7. Aeneid. Ille manum patiens, mensæque assuetus herili. Terent. in Andr. Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij, Mansuetique animi officia. Cic. 3. Philip. Illud quæro, cur tam subitò mãsuetus in senatu fuerit, quum in edictis tam fuisset ferus? Ouid. 5. Trist Elegan. 6, Numinis vt læsi fiat mansuetior ira. Idem in Ibin, Huic igitur meritas grates, vbicunque licebit, Pro tam mansueto pectore semper agam. Cic. 2. de Orat. In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus. Festus, Mansuetus, neque misericordia mœstus, neque crudelitate sæuus, sed modestia temperatus. ¶ Bestiæ mansuetæ, etiam placidæ, & cicures dicuntur. Plinius trifariam diuidit animantia: in placida, fera, & intermedia. Nam hirundines apes, delphini, nec placida sunt, nec fera: sed mediæ inter vtrunque naturæ.

Mansuetè, aduerbium, Placidè, clementer. {*πράως.* Ital. *Dolcemente.* Gal. *Doulcement, paisiblement.* Hispa. *Dulce y mansamente.*} Cic. pro Marcel. At verò quum aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens & superba est, aut audimus, aut legimus, quo studio incendimur, vt eos sæpe, quos nunquam vidimus, diligamus.

Mansuetudo, mansuetudinis, Lenitas, clementia, facilitas, & vt inquit Speusippus, cõstantia animæ aduersus iræ impetum immobilis. {*πραότης.* Ital. *Mansuetudine, humanità.* Gal. *Douleur, humanité, priauté.* Hisp. *Mansedumbre.*} Cic. 1. Offic. Quid ad hãc mansuetudinem addi potest, cum, qui cum bellum geras, tam molli nomine appellari?

Mansuefacio, is, Mansuetum reddo. {*ἡμερόω.* Ital. *Domesticare, far mansueto.* Gal. *Apriuoiser, adoulcir, donter.* Hispa. *Amansar.*} Plin. lib. 8. cap. 16. Primus autẽ hominum leonem manu tractare ausus, & ostẽdere mansuefactum. Liu. 3. ab Vrb. Paulatim permulcendo, tractandóque mansuefecerant plebem. Cic. 1. Tusc. A' quibus mansuefacti, & exculti, à necessariis artificiis ad elegantiora defluximus.

Mansuesio, Mansuetus fio, mansuesco, cicuror. {*ἡμερόομαι.* Ital. *Essere fatto mansueto.* Gal. *S'apriuoiser.* Hispani *Ser amansado.*} Cæsar. 6. bel. Gall. Sed assuescere ad homines, & mansuefieri, ne paruuli quidem excepti possunt.

Mansues, etis, Antiqui dicebant pro mansueto. {*ἥμερος.* Ital. *Mansueto.* Gal. *Doulx, traittable, priué, apriuoise.* Hisp. *Manso, amansado.*} Plaut. Asinar. Reddam ego te ex fera fame mansuetem. Accius Meleagro, Nunc me matrem mansues misericordia capsit.

Mansuesco, is, Mansuetus fio, miteſco. {*ἡμερόομαι, ἡμερῶμαι.* Ital. *Essere domesticato.* Gal. *Deuenir doulx & priué, s'adoulcir & apriuoiser.* Hispani. *Amansarse, ser amansado.*} Colum. libro 7, Nam per hæc blandimenta triduò ferè mansuescunt. Virgil. 4. Georg. Nescioque humanis precibus mansuescere corda. Lucan. lib. 4. Sic vbi desuetæ syluis in carcere clauso Mansueuere feræ. Virgil. 2. Georg. Tellus mansuescit arando. Varro libro 1. de Re rust. pro mansuefacto posuit, quum inquit, Sic ex animalibus, quum propter eandem vtilitatem, quæ possent, syluestria deprehenderent, ac cõcluderent, & mansuescerent. Fortasse legendum mansuefacerent.

Mansuetarij, Qui feras mansuefaciunt. {*ἡμεροδαμασταί.* Ital. *Colero che domestica le fiere.* Gal. *Apriuoiseurs, qui apriuoisent les bestes sauuages.* Hispa. *Los que amansan à domau animales brauos.*} Lampridius in Helioga. Habuit leones, & leopardos, quos edoctos per mãsuetarios, subitò ad secundam mensam iubebat accumbere. Iuli. Firmicus lib. 8. Matheseos, Septentrione oriente nati, erunt mansuetarij ferarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MANTALVS, μάνταλος, Phrygiæ oppidum, ita dictum à Mantalo conditore. Gentile Mantalenus, μανταλήνος. Stephanus.

Mantare, Veteres pro manere vsurpabant, teste Nonio. μένειν. Plautus in Pseud. At dabit, parabit aliquid hos dies: manta modò. Cæcilius Hypebrastaria, vt citat Nonius, In voltu eodem, in eadem mantat malitia. Plautus Pseud. -nos herus apud ædem Veneris mantet.

Mantelum, manteli, & Mantelium, mantelij, & Mantele, mãtelis, Composita dictio ex Manus, & Tela: quasi mappa, à manibus tergendis. §χειρόμακτρον. Ital. *Mantile, tonaglia.* Gal *serviette ou touaille à mains, ou nape.* Hispa. *Paño, suelo de manos ò toualja.* § Est enim linteolum, quo manus tergere solemus. Ouid. lib. 3. Fast. Dixerat, ad dextram villis mantele fugere solemus. Ouid. lib. 3. Fast. Dixerat, ad dextram villis mantele sogere solemus. Ouid. lib. 3. Fast. Dixerat, ad dextram villis mantele sutis. Martia. libro 12. Mantele è mensa sustulit Hermogenes. Aliquibus in loco legunt Mantile: quod tamen in idem recidit, vt suo loco hoc in loco legunt Mantile: quod tamen in idem recidit, vt suo loco dicemus. ¶ Rutilus Mantelia, seu Mantela accipiuntur pro penulæ genere, quo se, vt lorica, milites solent munire: siue pro thorace, quo pectus armatur. Græci hanc μανδύαν vocant, vt Suidas ait. Plin. libro 7. cap. 2, Ossibus humanorum capitum bibere, cutibúsque cum capillo pro mantelibus ante pectora vti. ¶ Ponitur metaphoricè, pro tegmine quolibet, siue velamento, Plautus in Capt. Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantelum est meis. Ponitur ibi pro pallio, latebra, aut quouis alio tegmine, quo dolus tegi possit.

Mantes, mantis, § μάντης, ὁ μάντις. Ital. *Indouino.* Gal. *Deuin, sourcier.* Hispa. *Adeuino ò adeuina.* § Latinè vatem sonat. Cic. 1. de Diuinatione. Nam Athenienses omnibus semper publicis conciliis diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocant: adhibuerunt.

Manteum, mantei, penult. prod. μαντεῖον, Locus oraculis dicatus. Cicero libro 2. de Finibus, Vt quasi de manteo promanant medicamenta illa Epicurea, dolor si grauis, breuis: si longus, leuis. Vetera exemplaria habent, De nartheeto. Plin. lib. 5. cap. 29, Ab Epheso manteum aliud Colophoniorum.

Mantice, mantices, penult. corr. § μαντική. Ital. *L'arte d'indouinare.* Gal. *L'art & science de deuiner.* Hispani. *Arte para adeuinar.* § Ars ipsa diuinandi. Cicero 1. de Natura deorum. Sequitur μαντικὴ vestra, quæ Latinè Diuinatio dicitur.

Mantia, æ, § μαντεία. Ital. *Diuinatione, profetia.* Gal. *Deuination.* Hispa. *Diuinacion.* § Diuinatio, vaticinium. A Mantia per compositionem fiunt Necromantia, Hydromantia, Pyromantia, & alia huiusmodi, quorum penult. producitur. Vide supra in dictione MAGIA.

Mantica, æ, penult. corr. Perula viatoria, qua scilicet iter facientes viaticum, aliáve necessaria circunferunt. § πήρα. Ital. *Bisaccia.* Gal. *Bourse ou gibeciere, besace ou bissac.* Hisp. *Los arguenas ò alforjas ò mochila.* § Finxit Aesopus mortales singulos binas habere manticas, quarum altera ante pectus, altera à tergo propenderet: sed in priorem aliena vitia coniicere, in posteriorem sua. Hinc ortum est prouerbium, vt dicamus homines non videre quod in tergo manticæ est, hoc est quum aliena vitia acutissimè videant, in suis prorsus cæcutire. Catullus ad Varum, Sed non videmus, manticæ quod in tergo est.

Manticula, pro parua mãtica, in qua (vt ait Festus) pecunias suas tenuiores solent recondere. τὸ μηδίον.

Manticularia, dicuntur ea quæ in frequenti vsu habentur, & quasi manu tractantur. Frequens enim ad manus tergendas vsus fuit mantelorum: vnde hæc trahitur similitudo. Festus.

Manticularius, rij, Dicitur fur, qui inferens se confertæ multitudini, marsupia aut secat, aut artificio doloso aperit, & euacuat, ablata pecunia. §βαλλαντιοτόμος. Ital. *Tagliaborse.* Gal. *coupebourse.* Hispa. *Ladron cortabolsos.* § Dictum à manticulis, in quibus tenuiores, teste Festo, pecuniam recondebant.

Manticulatio, Astus & fraus, furtum, incisio loculorum. κλοπὴ βαλλαντίων.

Manticulor, aris, Est, autore Festo, furandi gratia manticulas attrectare. § κλέπτω ἐπὶ βαλλαντίων. Ital. *Marsolare, rubbare.* Gal. *Desrober.* Hispani. *Desalforjar.* § Inde ponitur pro aliquid dolosè ago. Pacu. Ad manticulandum astu aggreditur. Hoc verbo etiam vsus est Plautus in Captiuis, Sume, posce, prome quidquis: te facio cellarium. Nam hercle nisi manticulatus probè hæc fuisti, petito, Aeternum tibi dapinato victum, si vera auctumas.

Mantichora, μαντιχώρας. Bestia in India, quæ triplicem dentium ordinẽ, & hominis faciem vnà cum corpore leonino habet, humanas carnẽ, & hominis faciem vnà cum corpore leonino habet, humanas carnes maximè affectans. Plin. lib. 8. cap. 21. De mantichora sic scribit Aelianus lib. 7. cap. 2, Apud Indos (inquit) nascitur immenso robore animal, cui Indorum lingua Mantichora nomen est, magnitudine maximi leonis, colore rubrũ, canis modo villosum, facie eadem propè quæ hominis, dentium triplici vtrinque ordine acutissimorum, caninis maiorum, auribus hominis similibus, nisi quòd hæ & grandiores & villosiores sunt: oculis cæsiis, & his non dissimilibus hominis: pedibus & vnguibus iisdem, qui leonis. Summa cauda illi scorpionis modo terreni, aculeo plus quàm cubitali armata: reliquum caudæ vtrinq; aculeis cuspidatum est: quos, tanquam tela, si quis insequatur, eminus iaculatur. Humanis carnibus maximè delectatur: quocirca complures homines interficit: nec singulos duntaxat homines inuadit, sed plures collectos solum interimit. ¶ Ideo Indicè Mantichora appellatur, quòd bestia sit hominum conficientissima, ex rebus quas gerit, nomen trahens. Vide plura apud Aelianum loco iam citato.

Mantile, lis, penult. prod. gen. neut. Idem quod mantelum. § χειρόμακτρον. Ital. *Mantile, tonaglia.* Gal. *Serviette ou touaille à mains, nape.* Hisp. *Paño, suelo de manos, toualja.* § Virg. 4. Georg. -tonsisque ferunt mantilia villis. Seruius inquit, maiores mappas villos habuisse. Epigramma est apud Martialem libro 14. de mantili, siue Gausapa villosa, Nobilius villosa tegant tibi lintea cirrum, Orbibus in nostris circulus esse potest. Plin. lib. 7. cap. 2, Cutibúsque cum capillo pro mantilibus ante pectora vti. Quo tamen in loco in plerisque Plinij codicibus Mantelibus legitur per secundam vocalem in antepenultima.

MANTINEA, penult. prod. μαντίνεια, Vrbs Arcadiæ, quæ postea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Persæ patri curator regni fuit. Sed postea Hadriani Imperatoris iussu rursus Mãtinea fuit appellata.

Mantineus, a, um: vt Prælium Mantineum, quod inter Thebanos & Lacedæmonios eorũmque socios apud Mantineam contigit: in quo Epaminondas Thebanorum dux victoria iam propemodum potitus, cecidit: vt est videre apud Xenophontem de rebus Græcorum libro vltimo, & apud Plutarchum in vita Epaminondæ.

Mantis, Diuinus, vel vates. Vide MANTES.

Mantissa, Lingua Tusca, autore Festo, dicitur additamẽtum rei quæ vẽditur, id est pauxillum illud quod adiicitur ponderi: ita dictum quòd manu addatur. § ἐπίθημα. Ital. *Giunta.* Gal. *Addition au poix.* Hisp. *Añadidura al peso justo.* § Lucilius, Mantissa obsonium vincit.

MANTIVS, μάντιος, Melampi filius, ex Iphianassa filia Prœti & pater Polyphidei, & Cliti: vt est videre apud Homerum lib. 15. Odyss.

MANTO, huius Mantûs, μάντις, Mulier fatidica fuit Tiresiæ Thebanorum vatis filia, quæ quum post patris obitum Creontis, & Theseityrãnidem fugeret, primùm in Asiam venit: vbi Apollinis Clarij templum condidit: deinde etiã in Italiam, vbi ex Tyberi fluuio (vt poëtæ fabulantur) vel ex Tyberino rege Oenum peperit: qui postea ad Padũ fluuium vrbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellauit.

MANTVA, æ, μάντυα ἢ μάντουα Stephano, Vulgò *Mantoua.* Vrbs est clarissima ab Oeno filio Tyberis, & Mantûs Tiresiæ Thebani vatis filiæ, ad Padum cõdita, & à nomine matris eius Mantua appellata. Vnde Virg. lib. 10, Ille etiam patriis agmen ciet Oenus ab oris, Fatidicæ Mãtûs, & Tusci filius amnis. Qui muros, mattísque dedit tibi Mantua nomen. Poëtarum clarissimo, illustrissimóque principe Virgilio Marone gloriatur Mantua, cuius fœlix ingenium tam omnes efferre debent, quàm imitari nulli possunt.

Mantuanus, mantuana, mantuanum, μαντυανὸς ἢ μαντουάνος, à Mãtua possessiuum. Vnde Mantuanus Homerus, Virgilius dictus est. Fama mantuana, Stat. 4. Sylua.

Manubiæ, & Manubrium, vide pòst MANVS.

Manum, Dicitur clarum, vnde etiam Mane, post tenebras diei pars prima. Nonius.

Manus, huius manus, à manando dicta est, quòd ex brachiis manet, vel quòd ex ea manent digiti. § χείρ. Ital. & Hispa. *Mano.* Gal. *Main.* § Ouid. Epist. 17, Iam tibi formosam porriget illa manum. Catullus Berecyntia, Niueis citata cepit manibus leue tympanum. Virgil. 1. Aene. Tendentémque manus Priamum conspexit inermes. ¶ Plena manu, hoc est ampliter, copiosè, prolixè, miniméque malignè. Cice. Attic. libro 1, At hercle alter tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit! Manufactus, vna dictione, siue duabus opponitur naturali. Celsus, Naturales, vel manufactæ natationes. Cice. 3. de Finib. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum, támque compactum, & coagmẽtatum inuenirí potest? ¶ Manus præterea instrumẽtum, & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus raptæ tenentur: à manus humanæ similitudine. Plin. libro 7. cap. 56. Anacharsis harpagonas, manus Pericles Athenienses inuenit. ¶ Item Manus multitudo vocatur, vel exercitus. Virgil. 6. Aeneid. Hic manus ob patriam pugnãdo vulnera passi. Idem 6. Aeneid. Iuuenum manus emicat ardens Littus in Hesperium. ¶ Accipitur etiam Manus pro potestate: vt quum dicimus, rem aliquã in manu nostra esse sitam: quod Græci dicunt, ἀφ' ἡμῖν εἶναι. Lucanus lib. 1, In manibus vestris, quantus sit Cæsar, habetis. ¶ Manumittere, Est de seruo liberum facere, libertatem dare. ἀφιέναι. Cice. pro Cælio, Adsunt serui ex cognatorum sententia manumissi. ¶ Manumissus, Liberatus à potestate domini. ἀφειμένος, ἐλεύθερος. Nam quandiu quis in seruitute est, manui, hoc est potestati subditus est. ¶ Interdum verbum hoc diuiditur: dicimúsque Mittere manu, vel Emittere manu. Plautus in Aulul. Igitur orabo, vt manu me mittat. Frequentius coniunctim scribitur. ¶ Hinc Manumissio, quæ est datio libertatis. Cice. pro Cæl. Sed scire cupio, quid habeat argumẽti ista manumissio Erat autem mos in manumissione, vt dominus caput, aut aliud membrum serui tenens, diceret, Hunc hominem liberum esse volo: & mittebat eum è manu. ¶ Inde Manumissio dicta est, & Manumissus, à potestate liberatus. ¶ Item Manus capitur pro proboscide elephanti, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephantus. Curt. lib. 4. de elephanto loquens, Præcipuè terribilis illa facies erat, quum manu arma virósque corriperent, & super se regentibus traderent. Idem de eodem, Copidas vocabant gladios leniter curuatos, falcibus similes, quibus appetebãt beluarum manus. ¶ Nonnunquam pro scriptura manuum. Quintil. lib. 1. de Orthographia, Caussa, Cassus, Cicero & Virgilius scripserunt: sic manus eorum docent. Cice. ad Attic. lib. 4, Occupationum mearum vel hoc signum erit, quòd epistola librarij manu est. Idem ad Attic. lib. 11, Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo: nosti familiares: signum requirent, & manum: dices iis, me propter custodias eas vitasse. Budæus. Manum conserere, Est prælium incipere, & comminus pugnare. συμβάλλειν, συμπλέκεσθαι. Proprie tamen Manum conferre, nihil aliud est quàm manus coniungere. Apud Iurisconsultos autem Manum cõserere dicebãtur litigantes, quum in agrum, aut aliam rem, de qua lis erat, profecti, præsente Prætore, rem litigiosam manu apprehendebant, iúsque suum in re præsenti vindicabant. Postea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoribúsque aliis negotiis occupatis: placuit vt litigantes fine Prætore in agrum proficiscerentur, glebámque inde in ius ad Prætorem deferrent, & in ea, tanquam in toto agro, vindicarent, aduersariúmque ex iure manu consertum ad Prætorem vocarent. Vide ea quæ de hoc annotauimus in verbo Confero. ¶ Ad manus venire, similiter est prælium, seu contẽtionem incipere. Plaut. Itur ad manus, arma sumuntur. ¶ Manu factum, Quod naturale nõ est, sed hominis manu fabricatum. χειροποίητον, Cic. 3. de Fini. Quid est aut in natura, aut in operibus manu factis, &c. Idem pro Marcello, Nihil est opere, aut manu factum, quod non aliquando consumat vetustas. ¶ Manibus prælium facere, Est manus cõserere. Sallust. in Iugur. Romani pro ingenio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare: alij succedere, ac modò muri fuffodere, modò scalis aggredi, cupere manibus prælium facere. ¶ Manu docere, Est apertè docere. Cice. 1. de Natu. deor. Epicurus autem res occultas, & penitus abditas non modò viderat animo, sed etiam sic tractauit, vt manu doceat nos, eam esse vim & naturam deorum.

dcorum. ¶Primas & secundas manus quas legere est apud Quintil. lib 5.) Hermolaus vocari posse ait, quando sessis recentes succedunt: sed tamen potius ictus significari videntur, vt ait Budæus. ¶Inter manus arripere aliquem, est collatis simul manibus aliquem sublimè ferre. Plaut. in Mostel. Arripite hunc intrò actutum inter manus. ¶Inter manus aliquid esse, dicitur per translationem, pro in potestate esse. Virgil. Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras. ¶Versari inter manus, Est in vsu esse. ¶Sub manu esse, id est ad latus, expeditū, promptúmque in vsum, siue esse in promptu, & in proximo. ¶In manus sumere librum, pro eo quod est librum legere. ¶Esse in manibus liber dicitur, qui editus est, & legitur. ¶Manus remittere in aleæ ludo, est collusori iactum condonare, quem sua quisque manu damnosum iecit. ¶Manu capere. Idem quod bello quærere. Sallust. Populus Romanus quascũque vrbes, & agros manu ceperat. Regi donat. ¶Succedere sub manus, Est aliquid bene, & ad optatum contingere. ¶Rem ad manus venire, Est etiam ad contentionem & pugnam venire. ¶Per manus tradere, Idem quod de manu in manum, quo vtitur Cice. ad Cæs. Imperator lib. 7. Torum denique hominem tibi trado de manu, vt dicitur, in manum tuam istam. ¶Per manus tradita disciplina, vel historia dicitur, quæ non monumentis literarum, sed verbo tantum traditur, & à maioribus ad posteros sine literis trãsmittitur: quemadmodum sacrorum mysteria olim tradi solebant. ¶Præ manibus, pro In manibus, vel inter manus. Plaut. in Bacchid. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus. ¶Præ manu dare, Est quod vulgò dicitur, Ante omnia, vel ante manũ dare, Gallico sermone, *Auancer*. ¶Tollere manus, Modus est loquendi, signum lætitiæ significans. Cice. Cæs. Sustulimus manus & ego, & Balbus: tanta fuit opportunitas. ¶Tendere manus, Est petentis auxilium, vel misericordiam implorantis signum. Cæs. lib. 5. belli Gall. Hedui manus tendere, deditionẽ significare. ¶Plus illi est in manu, quam tibi, Id est ditior est te. ¶Nihil illi est in manu Id est nihil habet. Habere enim in manibus dicuntur, qui aliquid possident, & diuites sunt. ¶Manus tua hæc est. Hoc est hi fauent tibi, & te iuuant. ¶Manus vetant prius, quàm penes sese habeant, quicquam credere, Plautus in Trucul. id est nihil credam te daturum, nisi prius numeraueris. ¶Manus multas poscit hoc opus. Plin. in Epist. 158, id est, hoc opus est multi laboris. ¶Manus oculatæ dicũtur à Plauto in Asinaria, quæ re ipsa aliquid volunt exhiberi, non oratione promitti. Semper (inquit) oculatæ nostræ sunt manus: credunt quod vident. ¶Manu fingere, Est arte, cutáque formare: tractum à plastis, qui è molli luto manu imagines faciunt. ¶Manum ferulæ subducere. Est iam aliquo modo in literis profeciſſe, & desinere in ludo literario versari. Nam antiquitus Grammatici solebant puerorũ manus ferula percutere. Iuuena. Saty. 1, Et nos ergo manum ferulæ subduximus. ¶Manum de tabula tollere nescire, Est in re aliqua conficiẽda oimis anxium esse. Tractum ab Apellis elogio de Protogene, quo dicebat illum manum de tabula tollere nescire. ¶Manũ non verterim. Prouerbialis est hyperbole, qua vtimur quoties nos rem aliquam sũsque déque ferre volumus significare, & de ea nos nihil esse solicitos. ¶Manum sub pallio habere, dicũtur Rhetores, qui inter agendum non commouentur. Nam bona pars actionis in manibus cõsistit. Quæ omnia vide latius in Adagiis Erasmi. ¶Manus iniectio, Dicitur quoties nulla iudicis autoritate expecta, rem nostrã nobis vindicamus. χεὶρ ἐπιβολή. De quo vide in Iniicio. ¶Manibus ac pedibus quicquam obire. Id est summa diligentia: illis enim verbis extremũ conatum significamus. πολλῇ τε καὶ χερσὶ καὶ λάκτισμῷ. Terent. in And. Quem ego credo manibus, pedibúsque obnixè omnia Facturum. ¶Ad manum. In promptu, in proximo, & parabile. ἐπίχειρον. Sene. Ad manum est, quod sat esse.

Manicula, manículæ, diminutiuum, vide suprà post MANICON.

Mantiola, mantiolæ, diminutiuum itẽ à manus. Parua manus. Nonius, Mantiolis tene illis.

Manualis, le, Quod extensæ manus altitudinem habet. Plin. lib. 24. cap. 13, Obid incipientibus hydropicis efficax, manualibus scapis eius in tribus heminis aquæ decoctis vsque ad tertias. ¶Manualis fasciculus lini, ἡ χειρὸς, ὁ χειρωνακτῶν, ὃς ἐστὶ χειρωνάξιον. Ital. *Quanto si può tenere in mano*. Gal. *Qu'on peut empoigner ou tenir en la main*. Hisp. *Cosa que se puede tener en la mano*. (apud Plin. lib. 19. cap. 1,) hoc est qui manus implet: nostræ ætatis medici Manipulum vocant.

Manuarius, a, um, Quod ad manum pertinet. ἐγχειρίδιος. Ital. *Ciò che appartiene à mano*. Gal. *Apartenant à la main*. Hispa. *Cosa perteneciente à mano*. vnde Aes manuarium, quod manuum labore acquiritur. Gell. Hoc ære quasi manuario collecto cœnula parabatur.

Manuleatus, a, um, Idem quod manicatus. χειριδωτὸς. Ital. *Vestito di habito con maniche*. Gal. *Vestu d'vn habillement ayant manches*. Hisp. *Vestido de vestidura con mangas*. Plaut. in Pseud. Manuleatam tunicam hominem habere addecet, hoc est tunicam manicas prolixiores habentem. ¶Manicatum, aut Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicaris. Sueto. in Calig. cap. 52, Gemmatásque, indutus penulas, manuleatus, & armillatus in publicum processit.

Manulearius, Qui vestimenta manicata conficiebat. ὁ χειριδωτὸν χιτῶνα ποιῶν. Plaut. in Aulul. Aut manulearij, aut myrobrechatij.

Manubrium, brij, A manu. Capulus cuiuscunque rei appellatur, quòd manu teneatur. χάσμη, λαβή. Ital. *Manico*. Gal. *Manche*. Hispa. *Empuñadura, como de espada*. Plaut. in Aulu. Exemi ex manu manubrium. Plin. libro 16. cap. 43, Hyginas manubria ruſſicis, carpinea, iligna, cerrea. Colum. lib. 11. cap. 2, Vel facta manubria aptare, quorum optima sunt iligna.

Manubriolum, li, diminutiuum. Paruum manubrium. τὸ λαβίον, τὸ κωνίον. Ital. *Manicheto*. Gal. *Petit manche*. Hispa. *Pequeña empuñadura*. Celsus lib. 7. cap. 7, Lini duo capita apprehendere, & per ea erecto vngue, si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat.

Manubiæ, arum, Dictæ sunt, quòd manu capiantur ab hostibus ἐλάφυρα. Ital. *Prede tolte all' inimici*. Gal. *La desponille & le butin qu'on a gaigné sur les ennemis*. Hispa. *Botin, el despojo dela canalgada*. Est enim præda ab hostibus capta. Asconius scribit Manubias esse prædas Imperatorum pro portione de hostibus capta. Vnde Cice. 5. Verrina, faceté Manubias vocat, signa & tabulas, quæ è Sicilia Verres, tanquam hostium spolia deportauerat. Nónne (inquit) perspicuum est, Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet? ¶Spolia quoq, quæsita de hoste nobili per deditionem, Manubias veteres dicebant, de quibus quod vellent, facerent. Gellius verò libro 13. cap. 25, quid præda à Manubiis distet, his verbis declarat, Nam præda inquit, dicuntur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt: Manubiæ appellatæ sunt pecuniæ, quæ à Quæstore ex venditione prædæ redactæ sunt. Dicit tamen quosdam non ignobiles scriptores aut temerè, aut incutiosè prædam pro manubiis, & manubias pro præda posuisse: sed qui propriè locuti sunt, sicut Cicero in oratione de Lege Agraria, Manubias pecuniam dixisse. Verba autem Ciceronis sunt hæc, Quod ad quemque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Quo in loco M. Tullius manifestè distinguit Prædam à Manubiis: vt annotauit Nonius Marcellus: qui prorsus eadem de manubiis sentit, quæ Gellius. ¶Manubias facere, est prædari. Cice. in Verrem, Qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecit. ¶Est quoque, vt iactus fulminum Manubiæ dicantur. κεραυνοβολία. Vnde ait Seneca lib. 2. Quæst. Ioui tres manubias dari, quarum prima monet, secunda prodest, tertia adhibitis consilio diis emittitur.

Manubialis, & hoc. biale, Quod ad manubias pertinet. ἡ τῶν λαφύρων χέρσος. Ital. *Di bottino*. Gal. *De butin*. Hisp. *Cosa de botin*. vt Manubialis pecunia, quæ ex venditione manubiarum contracta est. Sueto. in August. Quòd autem facilius vndique vrbs aditretur, desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus mittẽda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.

Manubiarius, adiect. um, Manubiarũ particeps, Plautus in Trucul. Amicus mihi esto manubiarius.

Manuor, aris, deponens. Idem est quod Furor, furaris. κλέπτω. Accius, Manuarus vestem amicæ.

Manupretium, Dictio composita, idem significans quod merces. Cice. in Pisonem, Quum verò ista tibi prouincia manupretium fuerit nõ euentse per te, sed perditæ ciuitatis.

Mapalia, orum, ἡ καλύβη, οἰκία. Ital. *Capane*. Gal. *Logettes, maisonnettes à la mode des Perses*. Hisp. *Majadas como de ganado*. Punica lingua, agrestes casæ dicuntur, autore Festo, in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solutè viuentibus obiici. Sunt autem quasi rotundæ cortes, vt inquit Cato libro 4. Orig. Liu. 9. bel. Pun. Familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribúsque suis (ea pecunia illis est) prosecuti sunt regẽ. ¶Mapalia, inquit Seruius, idem significat quod Magalia, hoc est Afrorum casas: sed Magalia, ma, producit, Mapalia verò corripit. Virg. 3. Georg. Et tectis habitata mapalia tectis. Idem 4. Aeneid. Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

MAPETA. μαπήτα. Sarmatiæ Asiaticæ vrbs, autore Ptolemæo lib. 5. cap. 9. Vulgò *Copa*.

Mappa, æ. Linteum quo mensa sternitur, aut certè qua mannum sordes in mensa abstergimus. σάβανον. Ital. *Touaglia*. Gal. *Nape*. Hisp. *Los manteles è toualias*. Nam in conuiuium pro se quisq; mappam afferebat. Martia. lib. 12, Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. Plin. lib. 19 cap. 1. Ardentes in focis conuiuiorum vidimus mappas, sordibus exustis, splendescentes igni magis quàm possent aquis. ¶Mappam (inquit Quintil. lib. 1. cap. 9,) vsitatum Circo nomen Pœni sibi vendicant. Idcirco autem dicit mappam Circo vsitatam, quòd in ludis Circensibus Prætor soleat præsidere, qui mappæ missione signum dabat ineundi certaminis. Martia. lib. 12, Cretaram Prætor quum vellet mittere mappam, Prætori mappam surripit Hermogenes. ¶A Mappa verò fit diminutiuum Mappula.

MARAS. μάρας Suidæ nomen proprium viri ex Beroea Syriæ ciuitate: qui vt ditissimus, ita humanissimus, & officiosissimus in omnes tum ciues tum hospites extitit. Vide Suidam.

Marasmus, μαρασμός. Idem quod tabes; hoc est totius corporis, vel partis alicuius siccitas, quæ accidere solet, humore natiuo vi caloris absumpto. A verbo Græco μαραίνομαι, quod est tabesco. ¶Hinc Febris marasmodes à medicis appellatur hecticæ species quæ contingit ex febri ardente adeò propagata, vt humorem totius corporis absumat. Vide Galenum de Different. feb. lib. 1. cap. 10.

MARATHESIVM, μαραθήσιον, Ephesiorum oppidum in Caria: cuius incolæ dicuntur Marathesij. Stephanus.

MARATHONIA, μαραθωνία. Oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis: cuius incolæ dicuntur Marathoniatæ. Stephanus.

MARATHON, μάραθον, Attici agri ciuitas, distans ab Athenis circiter decem millia passuum, non procul à Tricorytho, & Rhamnunte: morte Icari regis interfecti insignis, victoriáque Thesei, tauro Marathonio superato: similiter & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darij Persarum regis exercitu profligauit. ¶Est & Marathon, exiguum oppidulum Phocidis, ad mare, non procul ab Anticyra: vt est videre apud Strabonem lib. 9.

Marathonius, nia, nium. μαραθώνιος. Vnde Taurus Marathonius dictus est, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Hic est taurus amatus à Pasiphae, quem Hercules ex Creta eò abegit.

Marathron, ἡ μάραθρον. Ital. *Finocchio*. Gal. *Du fenoil*. Hispa. *Hinojo*. Latini fœniculum dicunt. De Marathro & Hippomarathro vide Plinium libro 20. cap. 10.

Marathrites, οἶνος μαραθίτης. Ital. *Vino di finocchio*. Gal. *Vin de fenoil*. Hisp. *Vino de hinojo*. Vinum eo modo dictum quo Aromatites: nempe quod marathrum infusum habet: valétque ad visus imbecillitatem adiuuandam. Colum. lib. 12. cap. 35.

MARATHVS, thi. μάραθος, Antiqua Phœnicum ciuitas: cuius meminerunt Plinius lib. 5. cap. 20, & Strabo lib. 16. ¶Stephanus item Marathum vrbem in Acarnania collocat.

MARATHVSA, æ. μαραθοῦσα Stephano, Insula ante Ioniam, Asiæ regionem, non procul à Clazomenis: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. ¶Est & Marathusa, Cretæ insulæ oppidum, apud eundem lib. 4. cap. 10.

MARCELLA, μαρκέλλα, Nomen mulieris Romanæ, quæ quũ à matre rogata esset, gauderétne se nupsisse: Ita valde, respõdit, vt amplius nolim.

MARCELLVS, Nomen viri clarissimi Romani proprium, cuius gesta & à Plutarcho, & ab aliis scripta sunt. Hic Gallorum ducem singulari certamine fudit, spolia legit: Annibalem primus vinci posse docuit: Syracusas

Universidad de Deusto
Biblioteca

cusas per tres annos obsedit, & tandem expugnauit, quinquies Consul. Hic secundo bello Punico, dum ad occupandum collem quendam cum paucis proficiscitur, Annibalis insidiis circunuentus, occisus est, magnificéque à Romanis sepultus.

Marceo, es. ui, Putreo. ξ σήπομαι, μαραίνομαι ϖ. Ital. *Marcire*, Gal. *Estre flestri, pourri & gasté*. Hisp. *Marchitarse*. ξ Martia. lib. 5, Marcentes tibi porrigétur vuæ. ¶ Nonnunquam idem quod langueo. Ouid. 1. Amorum, Eleg. 13, Cur ego plector amās, si vir tibi marcet ab annis. Celsus lib. 1. cap. 2, Si marcet animus, si corpus torpet, si moueri loquíque piget. Liuius 3. bel. Pun. Sed qui pugnent, marcere Campana luxuria, &c.

Marcesco, Putresco. ξ ἀπομαραίνομαι ϖ. Ital. *Marcire, guastarsi*. Gal. *Deuenir ou estre pourri ou gasté*. Hisp. *Marchitarse, ser marchito*. ξ Plin. li. 10. ca. 48, Corpus occisæ statim marcescit. ¶ Ponitur quandoque pro languesco. Suetonio in Calig. Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Liu. 8. bel. Pun. Ad hæc equitem marcescere desidia. ¶ Huius composita, Emarcesco, & immarcesco, de quibus suis locis.

Marcidus, a, um, adiectiuum, Id est putridus siue languescēs. ξ μαραντικός, σηπεδώδης. Ital. *Marcio, marcito*. Gal. *Flestri, pourri*. Hispani. *Cosa marchita ò mustia*. ξ Plin. libro 11. cap. 37, Fessis equis aures marcidæ. Plin. in Paneg. Alij marcidi somno, hesternáque cœna redundantes, comitiorum suorum nuntios opperiebantur.

Marcor, marcotis. Putredo, vel languor, & consumptio, quæ & Tabes dicitur. ξ σηπεδών, σῆψις. Ital. *Marcia*. Gal. *Flestrissure ou pourriture*. Hispa. *Marchitura*. ξ Plin. lib. 22. cap. 22, Si ferri vel chalybis aliqua rubigo vel panni marcor affuerit. Celsus de lethargo, lib. 3. cap. 20, In hac marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas.

Marcipor, Marci puer, hoc est famulus: sicut Publipor, Lucipor, & alia huiusmodi. Plin. lib. 33. cap. 1, Singuli Marcipores, Lucipores ve, dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant. Quibus verbis significat Plinius priscos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare Marcipores, quasi Marci pueri vocabantur, hoc est ministri & assectæ: vt Græci παῖδας vocant seruos. Quod in numerosa familia postea fieri nō potuit. Fabius lib. 1, In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino: vnde Marcipores, Publipores.

MARCLVDAS, Latro fuit insignis in sylua Dodonæa, vt scribit Tortellius.

MARCOMANI, vnico n. & penult. corr. μαρκόμανοι, Populi Germaniæ, quos Cæsar cum Ariouisto Germanorum rege superauit. Hos Bohemos, vel Morauos putant esse. Statius libro 5. Syluarum, Quæ modò Marcomanos post horrida bella, vagósque Sauromatas. Vide & Strabonem libro 7.

MARCVLVS, diminutiuum à Marco, inquit Festus. ¶ Est etiam nomen instrumenti, quo fabri ærarij vti solent. ξ ἡ μαῖσις, χαλκίον σκεπτόν. Ital. *Martello di magnano*. Gal. *Vn marteau de chaudronnier*. Hisp. *El martillo de hierro*. ξ Plin. lib. 7. cap. 56, Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius, & metalla æris, vtrunq; in insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem. Martial. lib. 12, Negant vitam ludimagistri manè, nocte pistores, æratiorum marculi die toto.

MARDI, μάρδοι, Populi Asiæ, supra Pontum, nō procul à Colchide: quorum meminit Plinius lib. 5. cap. 6. ¶ Stephanus Mardos quosdam inter Hyrcanos collocat.

MARDONIVS, μαρδόνιος ϖ, Ex præcipuis fuit Persarum sattapis, quem Xerxes prælio nauali apud Salaminem à Themistocle superatus, cum trecentis armatorum millibus in Græcia reliquit. Hunc postea Pausanias speciosissima victoria apud Platæas superauit: vbi & Mardonius ipse occubuit, ab Aimnesto quodam Lacedæmonio interfectus. Vide Herodotum lib. 9.

Mare, huius maris. Notæ est significationis: dictum (vt putatur) ab amaritudine aquarum. ξ θάλασσα. Ital. *Mare*. Gal. *La mer*. Hisp. *La mar*. ξ Virgil. 2. Aeneid. -vastum maris æquor arandum. Idem 2. Aene. -quum Iuppiter æthere summo Despiciens mare veliuolum, terrásque iacentes. Cicc. 1. Tusc. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. ¶ Maximum autem illud mare, quod totam terram ambit, à velocitate Oceanum appellant. Illud verò quod inter Abylam & Calpen irrumpens, Africam diuidit ab Europa, Mediterraneum mare vocatur. Vtriusque autem maris partes à prouinciis quas alluunt, varia sortiuntur nomina. Sic Oceanum Atlanticum vocamus mare illud, quod ab Occidente Atlantem montem alluit. Britannicum, quod Britanniæ: Germanicum, quod Germaniæ est proximum. Ad hunc etiā modum sinus ille maris, quem Mediterraneum mare vocamus, à regionibus quas alluit, varia inuēnit nomina. Nam vbi Hispaniam alluit, Ibericum appellatur: vbi Liguriam, Ligusticum: vbi Tusciæ proximum est, Tuscum mare, vel Tyrrhenum appellatur. Sed hæc latius suis locis. ¶ Mare cælo miscere, Est omnia turbare, nihilque non facere. Virgilius de Iunone omnia aduersum Troianos tētante, -maria omnia cælo Miscuit. Iuuena. Saty. 6, -clames licet, & mare cælo Confundas, homo sum. ¶ Mari terráque quærere, id est vbiqs. Plautus in Pœn. postquam eas perdidit, Mari, terráque illas vsquequaque quærit. Sic Cicero, Terra marique conquirere. ¶ Mare quandoque pro quacunque grandiore aqua vsurpatur. ¶ Mare rubrum, ἐρυθρὰ θάλασσα. Sinus maris est Arabiam fœlicem à meridie alluens, ab augustiis Arabici sinus vsque ad sinum Persicum extensus. Rubrum appellatū, non quòd aqua eius re vera sit rubra (vt pletique putauerunt) sed quòd eiusmodi appareat, à subiectæ arenæ rubedine, vel Solis repercussu. Siue (quod magis placet) imitatione Græcorum, qui mare hoc Erythræum appellarunt, ab Erythra rege Persei & Andromedes filio, qui ea in ora imperauit: vbi etiam sepulchrum eius ostendi solet, teste Strabone lib. 16, Latini itaque rati Erythræum à Græcis dictum, quòd ἐρυθρὸν, hoc est rubrum esset, ipsi quoque Rubrum mare appellarunt. Vide latius apud Strabonem loco iam citato.

Marinus, a, um, Quod mare incolit, vel quod est in mari. ξ θαλάσσιος, ἁλικός ϖ. Ital. *Marino*. Gal. *De mer, marin*. Hisp. *Cosa de mar*. ξ vt Pisces marinus, Marina aqua, Ostreæ marinæ apud Plin. lib. 10. cap. 69. Cic. 2. de Nat. deor. Probabile est igitur præstantem intelligentiam in syderibus esse, quæ & ætheream partem mundi incolunt, & marinis terrenísque humoribus lōgo interuallo extimatis alnotur. ¶ Transmarinum autem dicimus, quod trans mare est. ὑπερθαλάσσιον. vt Transmarinæ merces, & Transmarinus triumphus.

Maritimus, a, um, pen. corr. Quod mare accolit, vel quod ad mare est, vel ad mare fit. ξ παραθαλάσσιος ϖ, παράλιος ϖ. Ital. *Marittimo*. Gal. *Maritime, qui est ad mare fit*. ξ *Qui est ou demeure aupres ou sur le bord de la mer*. Hispa. *Cosa cerca de la mar*. ξ vt Ora maritima. χώρα παραθαλασσία ϖ. Gens maritima, Bellum maritimū. Cic. ad Attic. lib. 2, Quod extremum est, te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus, quia maritimum hoc cōtempsisti. Plautus Cist. Modò quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Maritimis moribus mecum experitur, ita meum frangit amātem animum. Id est, pedes mecum experitur, ita meum frangit amātem animum. Id est, pedes mecum experitur, ita meum frangit amātem animum. Id est, peribus mecum experitur, ita meum frangit amātem animum. Id est, peribus mecum experitur, ita meum frangit amātem animum. Id est, peribus

MARIANA COLONIA, Corsicæ insulæ ciuitas, ita dicta à C. Mario septies Consule, qui eò coloniam deduxit. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

MARIANÆ FOSSÆ, Narbonensis prouinciæ oppidum est, quod hodie *Aquas mortuas* vocant: ita dictum à vicina fossa à C. Mario ad mare vsque ducta. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 10, Plib. 3. cap. 4, & Strab. lib. 4.

MARIANDYNVM, μαριανδυνία Stephano, Regio in Asia sita est, Bithyniæ conterminа, vbi Hercules Cerberum canem tricipitem ad superos traxisse dicitur: quem ferunt ibi virulentam spumam in saxis euomuisse, ex quo ibi natum volunt aconitum. Eius regionis incolæ dicti sunt Mariandyni, qui olim, teste Herodoto lib. 1, Crœsi regis imperio paruerũt. Horum meminit Strabo lib. 8, & Valerius Flaccus lib. 4. Argonaut. Et Mariandynũm penetrauit ab vrbes.

MARIANVS, Ptolemæo Hispaniæ Bæticæ mons, vulgò *Sierra Morena*, saltus Castulonensis.

MARICA, Dea habita fuit litoris Minturnensium iuxta Lyrim amnem. Horat. lib. 3. Carm. Qui Formiarum mœnia dicitur princeps & innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lyrim. ¶ Fuit etiam Marica Fauni vxor, & regis Latini mater: vt testatur Virg. li. 7. Aeneid. -rex arua Latinus, & vrbes Iam senior longa placidas in pace regebat. Hunc Fauno & nymphа genitum Laurente Marica Accipimus.

MARIDVNVM, μαριδουνον, Britanniæ insulæ vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Marinus, Maritanus, Vide MARS.

MARIS, Fluuius Agathyrsorum in Istrum fluens, teste Herodoto lib. 4.

Mariscæ, Ficus grandiores, sed insipidæ, quas à Græcis βύσκας appellari tradit Festus. {Ital. *Fici insipidi.* Gal. *Figues folet.* Hispani. *Vn cierto genero de higo sin sabor.*} Martial. li. 14, Infanti melimela dato, fatuáque mariscas. Plinius lib. 15. cap. 18, Cato de ficis ferendis ita meminit, Ficos mariscas in loco cretoso, & aperto serito. Colum. libro 10, Purpureæque chelidoniæ, pinguésque mariscæ. ¶ A fructus huius similitudine etiam Mariscæ dicuntur, tubercula vlcerosa, quæ ex præpostera libidine circa podicem nascuntur: & fortasse eadem sunt cum illis, quæ Martialis in Cæcilianum Ficos appellat. Iuuen. 2. Saty. Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.

Mariscus, masculini generis: vel Mariscum generis neutri, Genus iunci maioris, quem ἑλόχαιτον Græci vocant, hoc est totum iuncum. Ex eo fiunt tegetes, & marinæ nassæ: vt ait Plin. lib. 21. cap. 18.

Maritus, ti, Vxoris vir, à nomine Mas, maris. {ἀνὴρ, ἀνδρόγυνος. Ital. *Marito.* Gal. *Mari.* Hispa. *Marido de mujer legitima.*} Plautus in Cas. Quid agis tu marite, mi vir? vnde ornatu hoc Aduenis? ¶ Ignara puella mariti, hoc est virgo, Horat. 2 Epist. 1. Iura violata mariti, Ouid. 2. de Arte. Neq; solùm de viro, sed de aliis quoque animantibus dicitur: vt de gallinaceo apud Columel. lib. 8. cap. 15, Rarior est in his auibus, maritis bonitas. Olentis vxores mariti, hoc est capræ, Horat. 1. Carm. Ode 17. ¶ Maritæ, dicũtur mulieres nuptæ. {γυναῖκες γαμεταί. Ital. *Donne maritate.* Gal. *Femmes mariees.* Hispani, *Mugeres legitimas de alguno marido.*} Ouid. lib. 2. Fastor. -dura cum sorte maritæ Reddebant veteri pignora rara fui. Transfertur etiam ad arbores vitiferas, quales sunt vlmi & populi, exteræque id genus arbores, quibus vites applicantur, quásque suis clauiculis complectuntur. Plin. libro 14. cap. 1, Iam in Campano agro populis nubunt vites, maritásque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis, geniculato cursu scandentes cacumina æquant.

Marito, tas, Viro trado, seu associo. {γαμετίζω. Ital. *Maritare.* Gal. *Marier, conioindre.* Hisp. *Ayuntar marido y muger.*} Sueton. in Vesp. cap. 14, Vitelli hostis sui filiam splẽdidissime maritauit, dotauitque etiam, & instruxit. Tacit. lib. 12, Capto rursus initio, quando maritandum principem cuncti suaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. ¶ Neque solùm de hominibus, sed etiam de aliis dicitur: vt de arboribus, quæ vites sustinent. Colum. lib. 3, Sexto anno si iam videbitur firma, maritabitur hoc modo. De arbore loquitur. Et lib. 4. cap. 1, Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea scrobem vitibus comparat. ¶ Maritari etiam dicuntur canes. Varro 2. de Re rust. cap. 9, Tum enim dicuntur catulire, id est ostendere se velle maritari.

Maritalis, & hoc maritale. {γαμικὸς, γαμικός. Ital. *Pertinente à maritaggio, à marito.* Gal. *Apartenant à mariage ou mari.* Hisp. *Cosa perteneciente à casamiento ò à marido y muger.*} Colum. in Proœmio lib. 12. Xenophon Atheniensis eo libro P. Syluine, qui Oeconomicus inscribitur, prodidit maritale cõiugium sic comparatum esse natura, &c. Capistrum maritale. Iuuen. Satyra 6. Stulta maritali iam porrigit ora capistro. Vestis maritalis. Ouid. 2. de Arte, Luisa muritari Gallica veste manus.

Maritus, a, um, adiectiuum, Idem significans quod coniugalis. {γαμικὸς. Ital. *Conugale.* Gal. *Marié, conioint ou lié auec.* Hispa. *Cosa de marido y muger.*} Liuius lib. 7. tertij bel. Pun. Vagabatur cum vno aut altero comite per maritas domos dies noctésque. Ouid. in Epist. Paridis ad Helenam: An pudet, & metuis Venerem temere maritam, Castáque legitimi fallere iura tori? ¶ Sic maritum oliuetum per translationem dixit Colum. lib. 3. cap. 11, Rarissimum (inquit) arbustum, vel oliuetum, quod non fuerit maritum, vineis destinatur. ¶ Marita pecunia, hoc est dotalis, apud Plautum in Epid. Pulchra ædepol dos pecunia est. P. Quæ quidem ædepol non est marita.

MARIVM, μάριον Stephano, Oppidum fuit in Cypro insula, teste Plin. lib. 5. cap. 31.

MARIVS, Qui septies Romæ Consul fuit, ex municipio Arpinate humili loco fuit natus, multósque annos in villa Ciuernate vitam rusticam egit, procul ab vrbanis deliciis. Hic per ordinem primis honoribus functus, legatus Metellum in Numidia criminando, Consulatum adeptus. Iugurtham captum ante currum egit. In proximũ annum Consul vltro factus, Cimbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutonas in Italia vicit, déque his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit inuentus, & in carcerem coniectus, immissum percussorem Gallum vultus autoritate deterruit: acceptáque nauicula in Africam traiecit, vbi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, cæsis inimicis, septimo Cõsulatu (vt quidam ferunt) voluntaria morte decessit. Hic quum in cruribus varices haberet, præbuit varicosum crus medico secandum: & dum secaretur, neque suspirans, neque supercilia contrahens, pertulit sectionem: fixísque oculis spectauit cruciabilem curationem. Quúmque medicus alterum crus secare vellet, minimè assensum præbuit, dicens, Curationem tanto dolore dignam esse non arbitror. ¶ Habuit filium Marium nomine, qui quum esset viginti septem annorum, Consulatum inuasit: quem honorem mater tam immaturum fleuit. Hic patri fœuitia similis, Curiam armatus obsedit, & inimicos trucidauit: tandem & ipse crudelissimo mortis genere Catuli manibus inferias missus est.

Marianus, a, um. Cice. 1. de lege Agr. Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam tapit? Proper. lib. 3. Eleg. 3, Aut quibus in campis Mariano prælia signo Stent.

MARMACES, μάρμακες, Populi Aethiopiæ: quorum meminit Hecatæus in descriptione Asiæ.

MARMARICA, μαρμαρικὴ, Regio Africæ, quæ (vt Ptolemæus lib. 4, scribit) ab Occaso terminatur Cyrenaica prouincia, à Septentrione Aegyptiaco pelago, ab Oriente Aegypto, à Meridie interioris Libyæ parte, quæ Aegypto contermina est. Plin. lib. 5. cap. 6. Mareotidem appellat. Populos habet Adirmachidas, Matmaridas, & Mareotas.

MARMARIDAE, Populi sunt Marmaricam Libyæ regionem incolentes. Inter hos sunt Psylli, qui habent saliuam præsens aduersus omnia venena remedium afferentem. Horum opera vsus est Cato, quum reliquias Pompeiani exercitus per deserta Libyæ ad Iubam regem perduceret.

MARMARIDIVS, Magi nomen apud Plinium lib. 3. cap. 1.

Marmarites, μαρμαρίτης, Herba à quibusdam appellatur, quam Dioscorides κηκίδα: nos Fumariam, vel fumum terræ dicimus. Est autem ex iis nomenclaturis, quas inter notha Dioscoridis reiiciunt eruditi.

Marmaritis, penult. prod. μαρμαρῖτις, Herbæ genus, quam alio nomine Aglaophotim vocat, propter admirabilem colorem. Nascitur in marmoribus Arabiæ: qua de causa Marmaritis vocata est. Vide Plinium lib. 24. cap. 17.

MARMARIVM, μάρμαριον. Euboeæ insulæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Marmarij, & Marmarini. Vnde & Apollo Marmarinus dictus, qui insigne ibi habebat templum. Stra. lib. 10.

MARMELES, μάρμηλος. Oppidum Phœnices: cuius incolæ Marmæi μαρμαλεῖς, appellantur. Stephanus.

Marmor, oris, penult. corr. {μάρμαρος. Ital. *Marmo.* Gal. *Marbre.* Hisp. *Piedra marmolina, marmol.*} Genus lapidis durissimi, & solidissimi: cuius diuersa sunt genera. ¶ Quoddam enim album, Parium dicitur à Paro insula: quale & in Liguria olim Lunẽsium lapicidinæ dederunt. ¶ Aliud Laconicũ, quod est viride, & cunctis hilarius. ¶ Aliud Luculleum, quod ferè atrum erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. ¶ Aliud Ophites, à maculis serpentum, quibus distinguitur, nomen accepit. ¶ Aliud Porphyrites, quod est rubrum, candidis interuenientibus punctis, quod & Leucostictos vocatur. ¶ Basalites ferret coloris & duritiæ, vnde nomen mutuatur. ¶ Onychites, ex Arabiæ montibus est, ex quo vasa potoria in Germaniam afferuntur. ¶ Alabastriten quoque candidum canare solent ad myrotheciæ: quoniam vnguenta incorrupta seruare creditur. Sũt & alia marmoris genera, quæ breuitatis causa omitto. Vide Plin. lib. 36. cap. 7. Templum de marmore. Virgil. 4. Aeneid. Præterea fuit in tectis de marmore templum. Incisa notis marmora, Horat. 4. Car. Ode 8. Virg. 6. Aeneid. Solido de marmore templa.

Marmoratio, onis. {μαρμάρωσις. Ital. *Fabrica, edificatione di marmo.* Gal. *Reſtiment de marbre.* Hispa. *Encaladura de marmol.*} Ex marmore constructio, à Marmoro, ras, quod est ex marmore construo. Apul libro 3. Flo. Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio, nec proscenæ contabulatio, nec scenæ columnatio, sed nec culminis æris pretium, & artificis ministerium, quæ mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus iniquè defuere.

Marmoratus, a, um, {μαρμαρωτὸς. Ital. *Coperto di marmo.* Gal. *Paué ou reuẽtu de marbre.* Hisp. *Edificio de piedra marmol, cubierto de marmol.*} Quod superficiem tantùm ex marmore habet: vt Marmorata pauimenta apud Cic. 2. de Leg. Var. libro 3. de Re ru. substantiuum vsurpauit. Intrinsecus (inquit) quasi læuissimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinuntur, & extrinsecus circum fenestras, ne mus aut lacerta arrepere ad columbaria possit.

Marmoreus, a, um, {μαρμάρεος, μαρμάρεος. Ital. *Marmoreo, di marmo.* Gal. *De marbre.* Hisp. *Cosa de marmol.*} Quod ex marmore est: vt Sepulchrum marmoreum, Plin. libro 13. cap. 1. Varro autor est, Pitium quendam Prætura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cicero pro Domo sua, Columnæ marmoreæ ex ædibus meis inspectãte Populo Romano ad socerum Cõsulis portabantur. Ouid. 4. Metam. Marmoreum ratus esset opus. ¶ Tecta marmorea, & sola marmorea, apud Ciceronẽ in Pata. Cerui marmorea, hoc est candida, niuei marmoris similitudine. Virgil. 4. Georg.

Marmorosus, a, um, adiectiuum, {μαρμαρώδης. Ital. *Pieno di marmo, duro come marmo, simile à marmo.* Gal. *Plein de marbre, dur comme marbre, reſſemblant à marbre.* Hispa. *Cosa llena de marmol, ò que tiene marmol, ò semejante à marmol.*} Quod marmoream formã, vel duritiam habet. Plin. lib. 33. cap. 12, Sil proprié limus est: optimum ex eo quod Atticum vocatur. Pretium in libras XXXII. Proximum marmorosum sub dimidio Attici pretio.

MARO, onis, Opifex fuit figulus, siue (vt alij putant) Magi cuiusdam viatoris mercenarius, Virgilij Latinorum poëtarum principis pater.

Maroneus, a, um, penult. prod. Stat. libro 4. Syluarum, -tenuem ignauo pollice chordam Pulso, Maroneique sedens in margine templi, Sumo animum.

MARONEA, pen. prod. μαρώνεια Stephano, Ciconum ciuitas, præstantissimo vino laudata. ¶ Inde Maroneus, a, um, Tibullus ad Messalam, Victa maroneo fœdatus lumina Baccho.

MARPESVS, μάρπησσος Stephano, pen. prod. Mons in Paro insula: à quo Marpesius sia, sium, μαρπήσιος: vt Marpesia cautes, apud Virgil. 4. Aeneid. id est Parius lapis.

MARPESSA μάρπησσα Homero, Filia Euenj, & speciosa inter paucas nympha, vxórque Idæ, omnium illius seculi vicorũ formosissimi: mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ, vxoris Meleagri. ¶ Hanc maritus tam temeriter fertur adamasse, vt quum eam Apollo rapere conaretur, sumpto arcu & sagittis, raptoré inuadere non dubitarit. Verùm quum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius recuperandæ spes nulla superesset, mater eam pro Marpessa Halcyonem nominauit, propterea quòd fatum Halcyoni simile sortita videretur. Vide Homerum 9 Iliad.

Marplacidæ, Nauigij genus, quo Siculi vtebantur.

Marra, Ferreum instrumẽtum, ad excindendas herbas accommodatum. {τὸ μάρρον Ital. *Marra*. Gal. *Vne marre de vigneron*. Hisp. *Almadana ò marra*.} Colum. lib. 10, Contundat marra, vel fracti dente ligonis. Iuuena. Saty. 3, Ne marræ, & sarcula desint.

MARRVBII, Populi fuerunt Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes, sic dicti vel à rege Marrubio, vel quòd circa mare habitent. Virg. 7. Aene. Quin & Marrubia vẽnit de gente sacerdos.

Marrubium, bij, Herba satis nota, quæ exulcerare vesicã putatur. Græci πράσιον, alij Linostrophon, quidam Philopœda, nonnulli Philochares appellant. {Ital. *Marrobio*. Gal. *Herbe appelée du Marrubium*. Hisp. *Marrubio, marrojos*.} Plinius lib. 20. cap. 22. ¶ Est & Marrubium nigrum, πράσιον μέλαν, & βαλλοτὴ à Græcis appellatum: quod & Marrubium fœtidum nonnulli nominant.

MARRVCINI, Populi Italiæ in regione Marsorum. Silius lib. 8. Marrucina simul Frentanis æmula pubes.

MARS, Deus belli præses ab antiquis creditus. Ἄρης. Dictus, vt ait Varro lib. 4. de Lingua Latina, quòd maribus in bello præsit: siue à Sabina dictione Mamers, quo nomine Sabini Martem dicebant: à poëtis Mauors dicitur per epenthesim, quòd magna vertat. Hic Iouis & Iunonis filius fuisse fingitur: vel vt Ouidius fabulatur, solius Iunonis. Quũ enim olim Iuno turbata, eo quòd animaduertisset Iouem maritũ percusso capite sine muliere procreasse Mineruam, versus Oceanum profecisceretur, vt scrutaretur quo pacto & ipsa sine viro parere posset, & in itinere fatigata, secus fores Floræ Deæ, coniugis Zephyri, confedisset, interrogata ab ea ferturiquã ob causam ad Oceanum pergeret: quæ cognita, facturam se voti compotem Deam pollicita est, si id Iuno Iouem celaret. Quod quum Iuno iureiurãdo affirmasset, mox illam Flouera monuit, in campis Olenios florem esse, quo tacto statim conciperet sine vitio: id experta Iuno, concepit, & peperit filium, quem Martem nominauit. Hunc ferunt postea cum Venere concubuisse, cósque Vulcani fallaciis tam obscœnè iacentes catena inuisibili ligatos, omnium deorum risui expositos fuisse: tandem Neptuno intercedente, à Vulcano solutos esse. Sororem habuit Bellonam, belli deam. Sacrum ei fecerunt lupum & picum: quos in Dei huius tutela esse credi voluerũt. Salios habuit sacerdotes, de quibus infrà. ¶ Ponitur sæpissimè pro ipso bello, μεταυτοκῶς. Virgil. Aeglo. 10, Nunc insanus amor duri me Martis in armis Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes. Liuius lib. 1. ab Vrb. cond. Aliquãdiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatum fuit. ¶ Est etiam Mars planetæ nomen quatuor & viginti mensibus, & sex diebus orbem lustrãs. ¶ Marte nostro aliquid dicimur facere, quoties aliquid nostro ingenio nullius adiuti auxilio cõficimus. ἀνεξαρτήτως. Cicc. 3. Offic. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed vt dicitur, nostro Marte. ¶ Mars communis dicitur, quòd incertus ac varius belli euentus sit. Cicc. 11. Philip. Sed vt concedam incertos esse exitus belli, Martem communem, tamen pro libertate vitæ, periculo decernendum.

Martius, a, um, Quod ad Martem pertinet. ὁ Ἄρειος. vt Martia auis, Martii dicata. Ouidius Fast. 5, Martia picus auis gemino pro stipite pugnat. ¶ Interdum etiam Martium dicitur, quod ad bellum pertinet: vt Martia arma. August. lib. 3. de Ciuit. Dei, Nullo Martio impetu territi sedarentur inimici. ¶ Interdum bellicosum: vt Martius populus. ¶ Martius campus, Planities quædam fuit in agro Romano, inter Tyberim, & antiquam vrbem sita: hodie vrbis pars: ita dictus, quòd Tarquinio in exilium acto (cuius hic erat) Marti fuerit consecratus. Ἄρειος πεδίον. Liu. libro 2. ab Vrb. Aget Tarquiniorum, qui inter vrbem & Tyberim erat, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. ¶ Martius mensis, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. ¶ Martius mensis, Ital. *Marzo*. Gal. *Le mois de Mars*. Hispani. *El mes de Marzo*. Primus olim anni mensis apud Romanos, quem Romulus genitori suo dicauit. Ouid. 3. Fastor. A te principium Romano ducimus anno, Primus de patrio nomine mensis erit.

Martigenus, a, um, adiectiuum, Marte genitus. ἀρειγενής. Plaut. in Amphit. Martigenam ille aggressus beluam magnus Europæ quæstor, anguineo Repentè hostes peperit seminio.

Martialis, & hoc, le, Ἀρειῶος, Quod est natum sub Marte stella, vel qui Marti seruit. Cicero pro Aulul. Cluen. Martiales quidam Latini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei Deo veteribus institutis, religionibusque Latinatium consecrati. ¶ Martialis verò substantiuum, est nomen Poëtæ proprium, qui Epigrammatum festiuitate Epigrammatici nomen promeruit.

MARSI, orum, μάρσοι. Stephano, Populi Italiæ Picentibus, Aequiculanis, & Samnitibus finitimi, à Marso Circes filio orti, qui saliua sua serpentum morsibus medebantur. Vide Plin. lib. 7. cap. 2. Quinetiam regio ipsa eodem nomine effertur. Cicero pro Domo sua, Is in Marsis natus est. ¶ Sunt & Marsi Scythiæ populi apud Herodotum lib. 4. ¶ A Marsis fit Marsicus, a, um: vt Marsicum bellum, quod Romani cum Marsis gesserunt.

MARSVS, Circes filius, qui Marsorum genti in Italia nomen dedit, vt testatur. Plin. lib. 7. cap. 2.

MARSPITER, pen. corr. Mars pater: Ἄρης: sicut Iupiter, & Iouis pater, vt Iouis sit nominatiuus, hoc est ipse Iupiter, & ipse Mars. Gellius libro 5. cap. 12.

Marsupium, pij, {μάρσιππον. Ital. *Borsa*. Gal. *Gibbeciere, bourse*. Hisp. *La bolsa*.} Sacculus nummorum. Cato de liberis, Et quod perspicuum est, maiorem curam habere marsupij nostri, quàm vitæ nostræ. Plautus Amph. Vt bene nummatum seruaretur marsupium. Varro 3. de Re rust. cap. 17, Magis ad oculos pertinent, quàm ad veficam: & potius marsupium domini exinaniunt, quàm replent.

MARSYAS, μάρσυας, Tibicen fuit é Phrygia ea temeritate, vt ipsum etiã Phœbum ad cantus certamen auderet prouocare: à quo & victus, & excoriatus est. Vide fabulam apud Ouidium lib. 6. Fastor. ¶ Est & Marsyas, siue Marsya, Asiæ minoris fluuius, Apamiam alluens: quem Poëtæ fabulantur ortum esse ex Nympharum, & Satyrorum lachrymis, Marsyam defientium. Ouid. 6. Metamorph.

Illum ruricolæ, syluarum numina, Pauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nimphæ flerunt, & quisquis montibus illis
Lanigerósque greges, armentáque bucera pauit.
Fertilis immaduit, madefactáque terra caducas
Concepit lachrymas, ac venis perbibit imis.
Quas vbi fecit aquas, vacuas emisit in auras.
Inde petens tapidum ripis decliuibus æquor,
Marsya nomen habet. Phrygiæ liquidissimus amnis.

MARSYA, æ, μάρσυα, Oppidum Phœnices: vnde Marsyeni. Stephanus.

MARSYAS, Periandri filius, Pellæus historicus, nutritus vnà cum Alexandro Magno: scripsit res Macedonicas libris decem à primo rege vsque ad Alexandrum. Item de rebus Atticis libros duodecim. ¶ Marsyas Philippeus historicos superiore recẽtior. ¶ Marsyas Tabenus, qui scripsit de Tranquillitate libros duodecim: fabulosa libris septem, & quædam alia de patria sua. Autor Suidas.

Martes, tis, Fera exigua, ex genere mustelarum: cuius pellis summo habetur in pretio. Martia. lib. 10, Venator capta marte superbus adest.

MARTIA. Catonis Vticensis vxor fuit, quam postea, quum ex ea aliquot liberos sustulisset, Hortensio amico concessit: eóque mortuo sub initium bellorum ciuilium eam reduxit. Qua in re Cato maleuolorum reprehensione non carnit, qui vacuam & pauperem eam dimissam esse calumniabantur, vt postea Hortensij testamento locupletatam reciperet. Autor Plutarchus in Vita Catonis.

MARTIA AQVA, Quæ & Aufeia, omnium toto orbe aquarum clarissima fuit, à nono lapide structis fornicibus in vrbem perducta: ita dicta ab Anco Martio Romanorum rege, qui eam primus in vrbem ducere auspicatus est. Vide suprà in dictione AVFEIA. & apud Plin. lib. 31. cap. 3.

MARTION, Smyrnæus medicus, de quo sic scribit Plin. libro 28. cap. 4, Martion Smyrnæus, qui de simplicibus affectibus scripsit, rumpi scolopendras marinas spuro tradit: item rubetas, aliásque ranas.

MARTIVS, Substãtiuum cognomen fuit Anci, quarti Romanorum regis, qui Numæ Pompilij nepos fuit, æquitate & religione auo similis. Latinos bello domuit, & Auentinum Ianiculúmque montes vrbi addidit: noua mœnia oppido circundedit: syluas ad vsum nauium publicauit: salinarum vectigal instituit: carcerem primus ædificauit: Ostiam Coloniam maritimis commeatibus opportunam in ostio Tyberis deduxit. Autor Liuius lib. 1. ab Vrbe.

Martyr, martyris, pen. gen. corr. μάρτυς, à Græcis dicitur, quem nos testem vocamus. Quo factum est, vt qui sanguinis sui pignore Christo diuinitatis testimonium dederunt, Martyres vocentur. ¶ Hinc Martyrium μαρτύριον, testimonium.

MARVLLVS, Tribunus plebis cum Flauio, coronas Cæsaris Dictatoris statuis detraxit, cósque qui primi Cæsarem regem salutauerant, in vincula duci iussit. Quamobrem Cæsar Marullum magistratu priuauit. Autor Plutarchus in Cæsare. ¶ Marullus item poëta mimographus sub Antonino principe, apud Spartianum. ¶ Pomponius item Marullus Grammaticus Romæ profitebatur, sermonis Latini exactor molestissimus, quum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Atteio Capitone & esse illud Latinum: & si non esset, futurum certé. Iam inde mentitur (inquit) Capito: tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes. Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit,

Qui caput ad lævam dicit, glossemata nobis
Præcipit: os nullum, vel potius pugilis.

Marum, μάρον Dioscoridi, Herba est surculosa, flore origani, sed odoratiore, foliisque multò candidioribus: quæ circa Magnesiam & Tralleis copiosa gignitur. Plin. quoque lib. 12. cap. 24, in Aegypto marum nasci tradit, sed peius, quàm Lydium, maioribus foliis, ac variis.

MARVS, (quod hîc pro nomine montis perperam legebatur) vide TMARVS.

Mas, maris, masc. gen. Sexus vocabulum est, fœminæ appellationi oppositum. {ἄρσην, ἄρρην. Ital. *Maschio*. Gal. *Masle*. Hispa. *El macho*.} Cicc. 1. de Natu. deor. Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt. Liu. 8. bel. Pun. Cæte porcus biceps, & agnus mas, idémq; fœmina. Colum. lib. 8. cap. 2, Cõtumax ad concubitum dedignatur gallina admittere marem. Varro 3. de Re rust. cap. 12, Quis item nescit, paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur leporarium? Colum. lib. 6. cap. 24, Mense Iulio fœminæ maribus plerunque permittendæ.

Masculesco, is, ere, Est masculum fieri. {ἀρρενόω. Ital. *Immaschirsi*. Gal. *Deuenir masle*. Hisp. *Hazerse macho ò mas rezio*.} Plin. lib. 18. cap. 13, de rapis & napis loquens, Genera eorum duo prima fecere, masculinum, fœminúmque: & ea serendi modo ex eodem semine. Denfiore enim sata masculescere, hoc est ex fœminis masculos fieri.

Masculo, las, Masculum animũ induo, firmo, roboro. {ἀρρενόω. Ital. *Immaschire*. Gal. *Faire meslé*. Hisp. *Hazer macho*.} A quo Commasculo. Apuleius 2. de Asino, His cognitis, animum meum commasculaui.

Masculetum, ti, Locus in quo plantæ vinearũ masculæ consitæ sunt. Plantæ autẽ masculæ sunt, quæ non subiguntur, vt palmites alios emittant: sed altius crescunt, & in altum attolli permittuntur. Plinius lib. 17. cap. 22, Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum vsque pedamentum emitti: quod alij Dracones, alij Iuniculos vocant, vt faciant quæ Masculeta appellant.

Masculus, li, substantiuum, diminutiuũ est à Mas. {ἀρσενίδριον. Ital. *Maschio*. Gal. *Masle*. Hisp. *Macho*.} Plaut. in Cistel. Bona fœmina, & malus masculus hîc te volunt. ¶ Aliquando adiectiuum est, idem significans quod masculinus, vt Mascula facies. ἀρρενωπία. Mascula Sappho, dicta est ab Horat. lib. 1. Epist. eo quòd tribas esset, & in portentoso mulierũ concubitu viri vice fungeretur. ¶ Mascula proles, Horat. 3. Carm. 6, Sed rusticorũ mascula militi proles, Sabellis docta ligonibus Versare glebas. ¶ Aliquãdo accipitur pro forti, & vehementi, & quod virum decet. Sic mascula bilis dicitur à Persio 5. Saty. -calido sub pectore mascula bilis Intumuit. Plin. lib. 12. cap. 14, quandam thuris speciem Thus masculum appellat, ad differẽtiam fœminini. Idcirco autem thus masculum

Universidad de Navarra Biblioteca

sculum quidam dici putant, quòd testium speciem habeat.

Masculinus, na, num. {ἀρρενικός. Ital. *Di maschio.* Gal. *De masle.* Hispa. *Cosa de macho.*} vt Masculinum genus, quod masculum est. Plin.lib.18. cap.13. Genera eorum Græci duo prima fecere, masculinum fœmininúmque, & ea serendi modo ex eodem semine.

MASSARIS, μάσσαρις, Bacchi cognomen apud Caras: de cuius origine sic fabulantur: in comitatu Rheæ, cui Iupiter Bacchum alendum commiserat, mulierem fuisse, cui nomen erat Mâ: quam quum Iuno rogasset cuius is esset puer, ἄτ@-, hoc est Martis, illa respondit. Qua voce à Iuno captâ, Bacchus deinceps Massaris dictus est, quasi τὸν μὰ ἀπο-

MASDORANI, Asiæ populi, iuxta Parthiam, & Carmaniam desertam incolentes. Horum meminit Ptolemæus lib.6. cap.17.

MASDORANVS, Mons Asiæ, qui Parthiam ad Orientem ab Asia dirimit. Autor Ptolemæus lib. 6. cap.5.

MASINISSA, Numidarum Rex fuit, acerrimus primùm nominis Romani hostis, postea verò fidelissimus socius. Hic ad extremam vsq; senectam mira valetudinis prosperitate, vegetóq; corporis robore vsus est, adeò vt nonagesimo ætatis anno filium genuerit, itérque quamuis prolixum faciens, equum nunquam ascenderit. Ouid.6. Fast. Posteà lux melior, superat Masinissa Syphacē. De hoc multa Liu.lib.3. bel. Punici.

MASIVS, μάσιος Stephano, Gordyæorum montium pars est, supra Nisibim vbi Armenia dirimitur à Mesopotamia. Autor Strabo lib.11.

Maspetum, maspeti, penult. corr. μάσπετον Dioscoridi, Caulis est laserpitij, ferulæ similis. Plin. autem lib.19. cap.3, folia laserpitij hoc nomine tradit appellari.

MASPII, μάσπιοι. Gens Persica, apud Stephanum.

MASSA, Libyæ fluuius Ptolemæo.

Massa, massæ. {μᾶζα. Ital. *Pasta & simili cose spesse.* Gal. *Paste, masse, chose massiue & espesse.* Hisp. *La massa de pan y tal cosa semejante.*} Farina omnis macerata, & aqua subacta. ¶ Significat etiam quicquid densum est, spissúmve ad similitudinem farinæ subactæ: vt Massa auri, Massa ferri, hoc est pila, & veluti moles. Columel. libro 12. cap.5, Quidam ferri massas exurunt, ita vt ignis speciem habeant. Virgil.1. Georg. Massam picis vrbe reportat.

Massula, eius diminutiuum est. {τὸ μαζίον, ἢ μαζίσκος. Ital. *Picciola massa.* Gal. *Petite masse.* Hisp. *Pequeña pasta.*} Colum.lib.12. cap.38, Posthæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, &c.

MASSACA, μάσσακα Stephano, Indorum oppidum est, apud Arrianum.

MASSAESYLIA, μασσαισυλία, siue, vt apud Stephanum & Strabonem legitur, μασσαισυλία vnico σ, Africæ regio, à Mauris Mulucha fluuio (quem Strabo Molochat appellat) dirempta. Vide Strabonem lib.17, & Plinium lib.5. cap.2. ¶ Huius regionis populi Massæsyli vocati fuerunt, quos Plinius testatur sua ætate extinctos fuisse, regionémque eorum à Getulis fuisse occupatam.

MASSAGETAE, μασσαγέται, Populi Scythici in Asia vltra mare Caspium: qui quum per deserta discurrunt, equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Apud hos senio confecti, in frusta cæduntur, admisíscque ouillis carnibus à suis eduntur: qui verò morbo intereunt, feris deuorandi obiiciuntur. Infestissimi sunt hospitibus, neq; cū vicinis populis vllam seruant amicitiam, aut fidem. Vxores habēt communes, cum quibus etiam in publico coitu nō verentur. Solem præcipuè venerantur, cui & equū immolant: cæteros deos habent neglectui. Vnde Strabonem lib.11, & Herodotum lib.5. Stati. in Achilleide, Lactea Massagetæ veluti qui pocula fuderāt Sanguine puniceo, &c. ¶ Nominatiuus singularis est Massageta. vel Massagetes. Luc. lib.3, Longáque Sarmatici soluens ieiunia belli Massagetes, quo fugit equo.

Massāris, Vna est, quæ ex vite syluestri cum flore in Africa decerpitur: medicinæ tantùm, & odoramentis idonea. Vide Plinium libro 12. cap. vlti. & in Proœmio lib.23.

MASSIA, μασσία, Stephano, Oppidum Hispaniæ vlterioris, non procul à Tarteſſo, circa quod lateres fiebant ex terra pumicosa, qui siccati non mergebantur in aqua. Vide Plinium lib.35 cap.14.

MASSICVS, pen.corr. Mons Campaniæ, optimi vini ferax. Silius lib.7, Massicus vuiferis addebat nomina glebis. ¶ Hinc Massicum vinum, inter Campana vina olim laudatissimum. Plin.libro 14. cap.6, Certant Massica æquè ex monte Gaurano, Puteolos Baiásque spectantia. Horat.lib.1. Carm. Est qui nec veteris pocula Massici spernit. Docet Seruius, Massicus in plurali facete Massica. Virgil.lib.7, -vertunt fulicia Baccho Massica.

MASSILIA, μασσαλία, Vulgò *Marsille*, Vrbs in Narbonensi prouincia Medis Astyage, Hebræis verò Sedechia imperante condita, circa secundam & quadragesimam Olympiadem, annis anté quàm Virgo pareret, D C. XIII: post obitum Dauid regis annis C C C. C I XXX I I I I. Diruta deinde, à Phocensibus instaurata est, qui Cyri tyrannidem fugientes, destituta Græcia in hunc sinū nauigarunt. Olim Massiliæ studia ingenuarum doctrinarum adeò floruerunt, vt Romani pro Attica peregrinatione Massilioticū peterent gymnasium ad disciplinas capessendas. Plaut. in Casin. Massilienses mores, tāquam optimos, & probatissimos dixit. Vbi (inquit) tu es, qui colere mores Massilienses postulas? Massiliēsium mores & instituta summis laudibus extollit Cicero, cùm alibi sæpe, tū præcipuè in Oratione pro L. Flacco: cuius hæc sunt verba, Neque verò te Massilia præterco, quæ L. Flaccum militem quæstorem cognouisti: cuius ego ciuitatis disciplinam atq; grauitatem, nō solùm Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam. Quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguísque diuisa, quum in vltimis terris cincta Gallorū gentibus, Barbariæ fluctibus alluatur: sic optimatum consilio gubernatur, vt omnes eius instituta laudare facilius possint, quàm æmulari. Inclytam autem fuisse clarissimo gymnasio in Agricolæ vita Tacitus quoque testatur, quum socerum scribit Agricolam statim paruulum sedem ac magistrā studiorum Massiliam habuisse, locum Græca comitate & prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum. Lege Strabonem lib.4. De eius veteribus institutis multa Valer. lib.2. De origine verò & primis initiis nō pauca Iustinus lib.43. Hæc vini optimi ferax fuit: vnde Martial. lib.13, Tu me Massiliæ ponere vina putes. ¶ A Massilia fiunt Massilienſis, Massilianus, Massilioticus, μασσαλιώτης, μασσαλιώτικος. Vnde Massilienses viri, Massiliana vina, & Massilioticum ostium Rhodani, quod Massiliæ proximum est. Plin.lib.5. cap.4, Libyca appellantur duo Rhodani ora modica: ex his altera Hispaniense, alterum Metapinum: tertium, idémque amplissimum, Massilioticum.

MASSYLI, pen.prod. μασσύλιοι Stephano, Populi Africæ, Cæsariēsi Mauritaniæ, & Massesylis proximi. Hi neq; frænis, neq; ephippiis vtuntur, sola contenti virga, qua equos regunt.

Massylus, a, um, adiectiuum. Virgil.4, Aeneid. Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Massylius, a, um. Lucanus lib.4. Et gens quæ nudo residens Massylia dorso Ora leui flectit frænorum nescia virga.

Massylæus, a, um. Martia. lib.9, Et Massylæum virga gubernat equum.

MASTAVRA, μάστουρα. Lydiæ ciuitas ita dicta, quòd in ea Rheæ, Bacchi nutrici, (quæ Mā Lydis appellatur) taurus solerat immolari. Vide suprà in dictione MA. Huius incolæ dicti sunt Mastaurenses, μαστουρῆς, & μαστουρίτης Stephano, quorum meminit Plin.lib.5. cap.29.

Mastiche, es, penult. corr. cum aspiratione in vltima syllaba, μαστίχη Dioscoridi. {Ital. *Mastice.* Gal. *Du mastich.* Hispa. *El almaciga goma de lentesco.*} teste Plinio lib.12. cap.17, lachryma est, quam lentiscus arbor, gummi modo fudat.

Mastix, igis, penult. obliquorum prod. {μάστιξ. Ital. *Staffile, sferreggiata.* Gal. *Fouet, verges à fesser.* Hispa. *El açote.*} Scutica, seu flagrum, quo mancipia cæduntur: à Græco verbo μαστίζω, flagris cædo. ¶ Inde Homeromastix appellatus est Zoilus ille Homeri calumniator: de quo vide infra in dictione Zoilus.

Mastigophorus, μαστιγοφόρος, Dicebatur seruus flagellifer, qui scilicet agonothetas in factis certaminibus comitabantur, virgas præferēs, ad submouendam turbam, & cohibendas seditiones. Budæus.

Mastigia, antepen.prod. {μαστίγιας. Ital. *Huomo da bastone, pezza d'asino.* Gal. *Digne d'auoir du fouet, batable.* Hisp. *Apotadizo.*} Dici potest verbero, hoc est verberibus dignus. Plautus, Crucior lapidem nō habere, vt illi mastigiæ cerebrum excutiam.

Mastigeus, mastigei. Idem quod Mastigia. Plaut. in Trinum. Aggrediundus est hic homo mastigeus.

Mastruca, Vestis genus, qua Sardi vtebantur. {ἡ μαστρύκη. Ital. *Veste vsata da sardi.* Gal. *Vest sorte d'habillement duquel vsent les Sardes.* Hispa. *Vestidura propria dellos de Cerdiña.*} Cicero pro Scauro, Quem purpura regalis non commouit, cum Sardorum mastruca mutauit.

Mastrucatus, Qui mastruca vtitur. {ὁ μαστρυκωτὸς, μαστρύκιον ἐνδεδυκώς. Ital. *Vestito di tale habito.* Gal. *Vestu de tel habit Sardoys.* Hispa. *Vestido de aquella veste.*} Idem de Prouinciis Cōsularibus. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta.

Mastus, μαστός. Latine mamma, & proprie animalium est. Per translationem tamen Masti etiam appellantur tubuli mammati in fontibus, & aqueductibus, quos Latinorum nonnulli Mammas, Varro etiam Papillas vocat Virrun. lib.7. Athenis (inquit ex huiusmodi locis & fontibus masti vsq; ad portum Piræeum ducti sunt salicetes. A Cassiodoro etiam Vbera appellantur, Quanto (inquit) pulchrius est Claudiam aquam per tot ficca montium iuga lauacris, & domibus liquores puríssimos fistularum vberibus immisisse. Plinius lib.26. cap.15, herbam etiā eius nominis esse dicit, quæ potui indita, pilos mammarum è partu nascentium aufert.

MASSYRIVS, μασσύριος, Eques Romanus fuit tempore Tiberij, Iureconsultus non incelebris, qui publicè de iure rescripsit.

Matæotechnia, ματαιοτεχνία, Supersticiosa artis imitatio, & vanitas artis dicitur, quæ scilicet artifici nihil affert commodi. Eiusmodi fuit ars eius, qui ciceris grana ex spatio satis longinquo in acum fine frustratione iniiciebat. ματαιότης enim vanum dicitur, πλάνη ars.

MATAVRVS, μάταυρος, Siciliæ oppidum, Locrorum opus: cuius incolæ dicuntur Mataurini. Steph.

Matella, Matellio, vide MATVLA.

Mateola, apud Plinium, & Catonem, Genus est sarculi. Cato de Re rust. cap.46. Quum taleam demittes, pede tantùm opprimito: si parum descendit, malleolo aut mateola adigito: cauetóque ne librum scindas, quum adiges.

Mater, huius matris, Notæ significationis nomen est, à Græco, μήτηρ. {Ital. & Hisp. *Madre.* Gal. *Mere.*} Cic. pro A. Cluen. Nam Sassia mater huius Habiti (mater enim à me nominis causa, tamesi in hunc hostili odio & crudelitate est, mater inquam appellabitur: neque vnquam ita de suo scelere & immanitate audiet, vt naturæ nomen amittat.) Virgil. 8. Aeglo. -crudelis tu quoq; mater. Carentes matre priuigni, Horat. 3. Carm. Ode 24. ¶ Aliquando tamé pro nutrice ponitur. Plautus vtrāque significationem complexus est. Ita forma simili pueri, vt mater sua Non internosse posset, quæ mammam dabat: Neque adeò mater ipsa, quæ illos peperierat. ¶ Sumitur etiam hoc nomen latius, vt & de brutis animātibus dicatur, quæ fœtum ediderunt. Mater, inquit Nonius, quæ quoduis animal partu edit. Virgil. 3. Georg. -exercetos prohibēt à matribus hœdos. ¶ Mater mellis, apis. Varro 3. de Re rust. cap.5, Denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur respectu propaginum, quæ ex ipsis nascuntur. Plin. libro 12. cap.5, Superiores eiusdem rami in excelsum emicant, syluosa multitudine, vasto matris corpore. ¶ Luxuries auaritiæ mater. Cic. 2. de Orat. ¶ Sapientia omnium bonarum rerum mater. Idem 2. de Legibus.

Matercula, æ, diminutiuū à mater. {τὸ μητρύδιον, μητρίδιον. Ital. *Picciola madre.* Gal. *Petite mere.* Hispa. *Pequeña madre.*} Cicero pro Flac. Nunc denique matercula suæ festiuus filius, aniculæ minime suspiciosæ purgat se per epistolam. Horat. 1. Epistol. 7, Dum pueris omnis pater & matercula pallet.

Maternus, a, um, Quod matris est. {μητρικός. Ital. *Di madre.* Gal. *De mere.* Hispa. *Cosa de madre.*} vt Maternus paternúsque sanguis. Cic. pro Rosc. Ameri. Idem pro Cluen. Nomen amantius indulgentiúsque maternum. Ouid. 3. Metamor. -maternáque tempora complet. Virg. 4. Aeneid. Materno veniens ab auo Cyllenia proles. Vbera materna. Stat. 1. Thebaid. Maternus animus, Terent. in Heaut. Res maternæ atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

paternæ absumptæ, Horat. 1. Epist. 16.

Materfamiliâs, Vxoris species est. {δέσποινα. Ital. *Padrona di casa, donna, madonna.* Gal. *Mere de famille, la maistresse ou dame de la maison.* Hispa. *Muger casada, panda.*} Non enim quæuis vxor statim materfamiliâs est, sed ea sola quæ in mariti manu mancipióque est, aut in eius, in cuius manu, mancipióque est maritus: ita dicta, quoniã non in matrimonium tantùm, sed in familiam quoq; mariti, & in sui hæredis locum venit. Festus dicit, nõ antè matrem familiæ dici, quàm vir eius paterfamiliâs appellatur: nec posse hoc nomine plures in vna familia appellari, sed vnam tantùm mattemfamiliâs dici. Vlpian. l. pronuntiatũ ff. de Verb. signi. aliter hoc nomen interpretatur. Matremfamiliâs (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhonestè, sed honestè, & cum dignitate vixit. Matrem enim familiâs à cæteris fœminis mores discernunt, atq; separant: proinde nihil interest nupta sit, an vidua: ingenua, an libertina. Nam neq; nuptiæ, neq; natales faciunt matremfamiliâs, sed boni mores. Liui. 4. bel. Maced. Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, mattemfamiliâs tuam purpureum amiculum habere nõ fines? Iusta materfamiliâs, & Pellex, contraria. Liu. 9. bel. Maced. Hunc iusta matrefamiliâs, illum pellice ortũ esse. Vide hac de re plura apud Gellium lib. 18. cap. 6, & apud Boethium Commẽ. 5. in Topica Ciceronis. Porrò quod ad vocis huius compositionẽ attinet, Familiâs, antiquus est genitiuus, Græcorum imitatione formatus: qui genitiuum fœminorum in a purum desinentium, mittunt in as.

Mater magna, Dicebatur Tellus, deorum (vt vetustas credidit) omnium mater, à Græcis Cybele dicta: cui sus prægnans mactabatur, quæ hostia est propria terræ. κυβίλη. Dicitur & Mater alma, quòd omnia alat. ¶ Iter Mater deũm, quòd omnia generet. ¶ Vocatur item Mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Diudyma vocant.

Mater matrima, Illa quæ quum mater sit, adhuc habet matrẽ viuentem. Vide infrà in dictione MATRIMVS.

Mater Matuta, Aurora dicitur, quam antiqui, teste Festo, ita appellarunt à vetusto nomine Manum, quod illis bonum significabat. λεύκιππα. Hanc Poëtæ fingunt fuisse Ino Cadmi filiam, quæ Athamantis furorem metuens, vnà cum Melicerta filio sese in mari præcipitauit: qui quum nusquam conspicerentur, in marinos deos mutati credebantur: atque ipsa quidem à Græcis λεύκιππα, & à nostris Mater Matura: Melicertes autem ab illis παλαίμων, & à Latinis Portunus appellatus est. Cic. 1. Tuscul. Ino Cadmi filia λεύκιππα nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris.

Matertera, Matris soror, quasi matet altera, inquit Festus. {μητραδελφή. Ital. *Zia.* Gal. *La sœur de ma mere, ma tante.* Hisp. *Hermana dela madre.*} Cic. 2. de Orat. Quo cũ nostra erat matertera, &c. Idem 1. de Diuin. Puellam defatigatam petiisse à matertera, vt sibi concederet pauliſper, vt in eius sella requiesceret. Ouid. 1. Metamor. -tu tantùm fida sorori Esse velis, prolisque meæ matertera dici.

Matralia Matris Matutæ festa, tertio Nonas Iunij celebrari solita. μητρῶια. Ouid. lib. 6. Fast. Ite bonæ matres, vestrum Matralia festum, Flauáque Thebanæ redditæ liba deæ.

Matrona, æ, Dicitur, inquit Gellius libro 18. cap. 6, quæ in matrimonium cum viro conuenit, vt in eo maneat, etiam si liberi adhuc non sunt susceptí {δέσποινα. Ital. *Patrona di casa, matrona.* Gal. *Dame, maistresse d'vne maison.* Hisp. *Matrona, señora de casa.*} Quippe appellationem habet à matris nomine, non iam adepto, sed cum spe & omine mox adipiscendi. Vnde ipsum quoq; Matrimonium vocatum est, quoniam ea vir & vxor coniunguntur, vt illa mater fiat. Plaut. Cas. Non matronarum officium est, sed meretricum, Vitis alienis, mi vir, sublanditier. Cic. 3. de Natu. deor. Nano quoq; dea putanda est: quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus Natio nominata est. Ouid. 2. Metamor. Senserat hoc olim magni matrona Tonantis. ¶ Distinguitur autem Matrona à Materfamiliâs, quòd Materfamiliâs dicatur, quæ per coemptionẽ in manum mancipiúmque viri conuẽnit, & in sui hæredis locum: viróque intestato, veluti filia, succedit. Matrona autem, quæ & vxor vsu dicebatur, quæ in lecti tantùm consortiũ veniebat, non etiam bonorum. Vide Boeth. in Top. Ciceronis.

Matronalis, & hoc le, adiectiuum, apud Liui. 4. belli Macedo. Matronale decus apud Colum. lib. 12. in Proœ. Matronalis labor, qui matronę est. Matronales genæ, Ouid. 2. Fast. de Lucretia, Quæque potest narrari: testabantur vltima, flenti, Et matronales erubuere genæ. γυναικεῖος, ὁ τῆς εὐσεβοῦς γυναικός. Ital. *Di femina honorata.* Gal. *De matrone, de femme d'honneur.* Hispa. *cosa de matrona.*

MATRONA, pen. corr. Vulgò *Marne.* Nomen est fluuij Campaniam Galliarum alluentis: de quo sic Ausonius in Mos. Non tibi se Liger antefetet, non Axona præceps, Matrona nõ Gallos Belgásque interfita fines.

Matronalia, Qui erant dies matronis festi, quibus viri pro cõseruatione coniugij diis supplicabant.

Matricida, æ, Qui matrem occidit: vnde Matricidium, actus ipse, hoc est matris occisio. {μητροκτόνος, μητραλοίας. Ital. *Vcciditor della madre.* Gal. *Homicide & meurtrier de sa mere.* Hisp. *El que mato à su madre.*} Cic. ad Quint. Frat. lib. 1, Quem scribis certissimum matricidam.

Matricidium, ij, actus ipse. {μητροφονία, μητραλοία. Ital. *Micidio de madre.* Gal. *Homicide fait de famere.* Hispa. *Matanza de madre.*} Cic. 1. de Inuent. Orestes si accusetur matricidij, &c.

Matrimonium, nij, Est matris & fœminæ coniugatio {συζυγία, ἐπιγαμία. Ital. *Matrimonio.* Gal. *Mariage.* Hispani. *Casamiento, matrimonio.*} Cicero 5. Verr. Vectius affinis, cuius sororem habes in matrimonio. Cicero pro Cluent. Saffiam in matrimonium ducere cupiuit. Idem, Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonij dignitate, sed sceletis societate coniunctæ. Idem 2. Philip. Cutio te à meretricio quæstu abduxit, & tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili, & certo collocauit.

Matrimoniale, est adiectiuum, Quod ad matrimonium pertinet. {γαμικός. Ital. *Di matrimonio.* Gal. *De mariage.* Hisp. *Matrimonial cosa.*} Auguſt. lib. 15. de Ciui. Quid concubitus coniugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum procreandorum sit causa liberorum?

Matruelis, Dicitur qui ex matris meæ fratre prognatus est. Vlpian. l. 1. ad Legem Pompon. de Patricidiis. ἀδελφιδοῦς ἐκ γυναικός, ὁ ἀνεψιὸς ἐκ μητρὸς ἀδελφῶν. Ital. *Figliuolo ò figliuola del fratello di mia madre.* Gal. *Le fils ou la fille du frere ou de la sœur de ma mere.* Hisp. *El cuñado, hijo del hermano dela madre.*

Matrescere, Est matri similem fieri. {μητρόζω. Ital. *Assimigliarsi alla madre.* Gal. *Estre fait semblable à sa mere.* Hisp. *Semejarse ala madre.*} Pacu. Vtinam nunc matrescam ingenio, vt meum patrem vlciſci queam. Nonius.

Matrimus, mi, penult. corr. {ὁ ἐν μητρὶ ζῶσαν ἔχων. Ital. *Colui che ha la madre anchora viua.* Gal. *De qui la mere est encor viuante.* Hisp. *El que tiene la su madre viua.*} Qui mattem adhuc habet superstitem. Cic. de Aruſp. resp. Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit. Reliqua vide infrà in dictione Patrimus, & suprà, MATERMATRIMA.

Matrix, cis, Fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. {μήτρα. Ital. *La femina di qualche animale che se tiene per vacca.* Gal. *Vne portiere, vne femelle qu'on garde pour porter des petits.* Hisp. *La madre ò que puede de serlo.*} Colum. Sint ergo matrices robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus. Idem libro 7. cap. 3, Vt eadem ratione matrices ineantur. ¶ Medici tamen accipiunt Matricem pro vtriculo, qui in fœminis iunctus est vesicæ, ad recipiendum semen, & continendum fœtum accommodatus. Vide Gellium libro 12. cap. 7. ¶ Matricem arborem dixit Sueton. in Auguſt. ex qua stolones fuerreuerunt. Ex ea arbore, inquit, continuò nata soboles, adeò paucis diebus adoleuit, vt non æquipararet modò matricem, verumetiam obtegeret. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni vel caudicis tertium à cortice continetur: à nonnullis Cor, ab aliis Medulla dicitur, à Theophrasto μήτρα. Vide Ruellium lib. 1. cap. 2.

Materia, tiæ, seu Materies, ei, Est ex qua aliquid fit. {ὕλη. Ital. *Materia.* Gal. *Matiere, comme bois à bastir, marrain ou autre chose.* Hispa *Madera, materia.*} vt Materia libri, membrana est, & atramentum. Ouid. 2. Metamor. Regia Solis erat sublimibus alta columnis, Clara micante auro, &c. Et paulo póst, Materiam superabat opus: nam Mulciber illic Aequora cælarat medra cingentia terras, &c. ¶ Rudis materia, apud Lucanum lib. 2, id est primũ chaos, Siue parens rerum, quum primùm informia regna, Materiámque rudẽ flamma cedente recepit, &c. ¶ Materia domus, calx, lapides, ligna, saxa, tegulæ: quanquam Materiæ appellatione peculiariter intelligantur ligna, quæ ædificiis apta sunt. Liuius, Mul. tam materiam ceciderat miles. Quintil. lib. 7. cap. 1, Opera extruentibus satis non est saxa, & materiam, & cætera ædificanti congerere vtilia, nisi disponendis eis, collocandísque artificum manus exhibeatur. Colum. lib. 3, vocat materiam lignum, quod est intra corticem. Quasi cuneum ferreum (inquit) vel osseum inter corticem & materiam lene dimittito, ne lædas, aut rumpas corticem. Idem lib. 5. cap. 6. Materiam vocat palmitem, qui de nouello nascitur: & in tenero alligatus dependet. ¶ Materies de equis etiam dicitur. Colum. lib. 6. cap. 27, Equinum pecus tripartitò diuiditur: est enim generosa materies quæ circo facilisque certaminibus equos præbet. ¶ Accipitur etiam Materia pro argumento libri: Græci ὑπόθεσιν vocant: Itali. *Argomento, soggetto.* Galli *argument, matiere, subiet.* Hisp. *Argumento, materia.* Horat. de Arte Poët. Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam. Virtibus. Sueton. de Cla. Grammat. Ad exercitanda discentium ingenia, æquales inter se committere solebat, proposita non solùm materia quam scriberent: sed & præmium, quod victor auferret. Cic. ad Atti. lib. 2. Quòd me, vt scribam aliquid, hortaris, crescit mihi quidem materies, vt dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat, &c.

Materiale, Quod est materiæ, ὑλικόν, μεθοδικῶς. à quo Materialiter, ὑλικῶς, aduerbium. Vnde materialiter aliquid sumi dicitur, quum non forma rei, sed materia significatur.

Materiarius, rij, Dicitur qui materiam ad ædificia suppeditat. {ὑλοτρόκος. Ital. *Maestro de legnami, che prepara la materia à i muratori.* Gal. *Charpentier ou boscheron.* Hisp. *El madero.*} à materia, cuius nomine ligna ad fulciendũ, ædificandúmque necessaria, idoneáve significantur. Plaut. in Milit. Adsunt fabri, architectíque, eam quidem ad rem haud imperiti. A. Si non nos materiarius remoratur, quo quidem opus est, Noui indolem nostri ingenij, citò erit parata nauis.

Materiarius, adiectiuum {ὑλικός. Ital. *Pertinente à materia.* Gal. *Apartenant à matiere.* Hisp. *Cosa perteneciente à materia.*} vt Materiarius faber, Faber lignarius: & Materiaria fabrica, lignaria. Plin. lib. 7. cap. 56, Fabricam materiariam Dædalus, & in ea ferram, asciam, &c. inuenit.

Materior, aris, Deponens, verbum est castrense, ea forma dictum, qua Lignor {ὑλοτομέω. Ital. *Fabricare.* Gal. *Charpenter.* Hisp. *Obrar de madera, madera.*} Et autem Materior idem quod materiam cædo. Proprié enim milites materiari dicuntur, quum materiam cædunt ad conficiendum vallum. Cæsar 7. bel. Gal. Erat eo tempore & materiari, & frumentati, & tantas munitiones fieri necesse.

Materiatus, a, um, adiectiuum, Quod ex materia confectum est {ὑλικός, ξυλόφορτος. Ital. *Fatto de legami.* Gal. *Fait de marrei.* Hisp. *Maderado de madera y otra cosa.*} Sic Cic. lib. 3. Offi. vocat ædes male materiatas, quæ ex mala, & improba materia sunt confectæ.

Materiatio, & Materiatura, verbalia esse videntur à verbo Materio, quod tamen nusquam (quod quidem sciam) legitur. Vtroque vsus est Vitruuius lib. 4. cap. 2.

Materis, huius materis {ἡ ξυλεία, τὸ ὑλητικόν, τὸ ὑλοτόμια. Ital. *Legname d'vna fabrica.* Gal. *La charpenterie d'vn edifice.* Hisp. *Aquella obra de madera.*} Teli genus post lanceam longius. Sisenna, Gallis materibus, Sueui lanceis configunt. Fœminini generis est. Nonius.

Maternus, Matertera, vide MATER.

Matheſis, sis, μάθησις: vel Mathema, atis, pen. prod. μάθημα, disciplina: à μανθάνω, quod & disco significat, & doceo. Proprié autem de iis dicuntur artibus, quæ firmis demonstrationibus constant: cuiusmodi sunt Geometria, Astrologia, Musica, & Arithmetica.

Mathematicus, μαθηματικός, A nomine Græco μάθημα, quod disciplinam sonat: Dicitur proprié, qui Geometriæ, Musicæ, Arithmeticæ, Astrologiæque disciplinas nouit. Nam hæ proprié Mathematicæ scientiæ, vel disciplinæ dicuntur, eò quòd discantur plane, & per demonstrationem aliquam percipiantur. Philosophia verò, Logica, cum aliis, non dicuntur Disciplinæ, quia non firmissima demonstratione, vt illæ, sed ratione quadam, & studij inuestigatione percipiuntur. Cic. 1. de Orat. Quis ignorat, ij qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, &

quàm

quàm recondita in arte, & multiplici, subtilique versentur? Iuuenalis Satyr. 14. Nota mathematicis genesis tua.

MATINVS, prm. prod. Mons est Calabriæ, autore Porphyrione, apibus abundans. Lucan. lib. 9. -& calidi lucent buxeta Matini.

Matinus, a, um, adiectiuum: vt Apis matina. Horat. 4. Carm. Ode 2. Ego apis Matinæ more modóque Grata carpentis thyma per laborem Plurimum circa nemus, vuidique Tyburis ripas operosa paruus Carmina fingo. ¶ Cacumina matina. Idem Epod. 16. -quando Padus Matina laueris cacumina.

MATIVM, Cretæ insulæ oppidum est, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Matralia, Vide MATER.

Matreico, Matricida, Matrinus, Matrimonium, Matrix, Vide MATER.

Matrona, Matronalis, Vide MATER.

Matrici, Festo, Homines dicuntur malarum magnarum, atque ore latè patenti.

MATRINVS, ὁ Ματρῖνος, Fluuij nomen in Piceno, non procul ab Adria vrbe: de quo Strabo lib. 5. & Ptolemæus in descriptione Italiæ.

Matta, Storia, & teges, quæ fit ex cannabe, lino, iunco, palma, scirpo, aut sparto: vbi stuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut quid simile infertum est: {κώδιον, στρῶμα. Ital. *Stuola, coperturà è stora con stoppa, scirpo è giunco, ò mataraz̃o.* Gal. *Loudier, materas ou matellats, nate.* Hispa. *Estera de esparto y juncos.*} Ouid. 6. Fast. At dominus, discedite, ait, plaustróque morantes Sustulit: in plaustro scirpea matta fuit.

MATTIACVM, Germaniæ oppidum, calidis fontibus nobilitatum: de quibus sic scribit Plin. lib. 31. cap. 2. ¶ Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum haustus triduo feruet. Circa margines verò pumicem faciunt aquæ. ¶ Hinc Mattiacas pilas quidam dictas existimant sphærulas ex odorato sapone constantes, quòd fortassis præstantissimæ apud Mattiacum conficerentur. Martialis in Distichis, Si mutare paras longæuos cana capillos, Accipe Mattiacas (quò tibi calua?) pilas. Idem paulo ante Causticam spumam pro eodem posuisse videtur, quum ait, Caustica Teutonicos accendit spuma capillos. Captiuis poteris cultior esse comis.

Mattici, lege MATRICI.

Mattya, æ, quid sit, ostendit Cælius lib. 9. cap. 12, his verbis, Mazam (inquit) putant ex farina, oleo, & aqua confici solitam. Suidas etiam ex lacte: vnde mox paulò nata & mattya est: dictáque eo nomine pretiosa omnia edulia, vt scribit Athenæus. Martial. lib. 10, Diues, & ex omni posita est instructa macello Cœna tibi, sed te mattya sola iuuat. Suetonius in Caligula, Et multis venenatas mattyas misit.

Matula, æ, Vas est in quod vesicam leuamus: quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium propriè mulierum esse volunt. {ὀρθόν, ἀρβάλη, σκαφίον. Ital. *Orinale, boccale da orinare.* Gal. *Pot à pisser, vrinal.* Hisp. *Orinal.*} Plaut. in Mostel. Iam hercle ego vos pro matula habebo, nisi matulam datis. ¶ Pro meticuloso, vanóque accipere videtur. Idem Plautus in Persa Tacen', an non taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi. Quid metuis?

Matella, à matula. Vas, in quod vrinam reddimus. {ὑροχοΐς, ἀμίς, ἀγγεῖον, ἀγγεῖδιον. Ital. *Mastelletta, Orinale.* Gal. *Pot à pisser.* Hisp. *Orinal.*} Martial. lib. 10, Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es. Græci σκαφίον vocant. ¶ Sunt tamen qui ita matellam distinguunt à scaphio, vt illa vitrorum sit, hoc mulierum, tam ad ventris onus, quàm ad vrinam excipiendam accommodatum. Matellam verò, quòd angustiore esset ore, vrinæ tantùm excipiendæ fuisse vsilem. ¶ Est item Matella, aquarum vas, teste Nonio, Plautus Amphitryone, Næ tu postulas, matellam vnam tibi aquæ infundi in caput. Varro Eudymionibus, vt à Nonio citatur, Diutius aphoctaschias ad communem reuocat matellam.

Matellio, Vasis aquarij genus, teste Varrone lib. 4. de Lingua Lat. ita dictum à Matula, à cuius figura tamen nonnihil recedit. Varro de Vita past. Postularet truellum, matellionem, peluim Cic. in Parad. Quid enim censes, si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, &c. ¶ Matellio item Pompeio Festo vas est, in quod vrina redditur: quod & Matella appellatur.

Maturus, a, um, pen. prod. Quod neq; crudum, neq; immite, neq; caducum, neq; nimium coctum, sed in tempore temperatum prouenit: & propriè de fructibus dicitur: vt Poma matura. {πέπων, ὡρῖος. Ital. *Maturo.* Gal. *Meur, auancé, hasté.* Hisp. *Cosa madura ò ligera.*} Cic. in Catil. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si matura, & cocta, decidunt. ¶ Per translationem ponitur quandoque pro sene: vt Maturus æui homo, id est senex, & perfectam ætatem habens. Virg. 5. Aen. Aeui maturus, Acestes. ¶ Matura ætas, Senilis, quasi omninò perfecta, & tempus debitum assecuta. ἡ ὡρία ἡλικία, ἤγουν ἡ ὁλικία. ¶ Ponitur interdum pro celeri, & festino, siue repentino: vt Matura senectus. Celsus, Ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Cic. 7. Verr. Vt etiam illa vox, & illa imploratio, Ciuis Romanus sum, quæ sæpe multis in vltimis terris opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & supplicium maturius ferret. ¶ Maturum malum. Plaut. in Pseud. Mittam hodie huic suo Die natali malam rem, magnam & maturam. ¶ Maturum facere. Est citò expedire. Gell. lib. 3. cap. 7. Maturum censeo, si rem seruare vis, faciendum. ¶ Quandoque pro graui ac constanti. Cic. pro Cecinn. Siquis quod spopondit, qua in re verbo se vno obligauit, id non facit, maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemnatur. ¶ Virgo matura viro. Gel. lib. 12. ca. 7. Virginem habens iam maturam viro. Horat. 3. Carm. Ode 6. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. ¶ Virginitas matura toris, apud Stat. 1. Achil. ¶ Eius composita sunt duo, Immaturus, Præmaturus, de quibus alibi.

Maturissimus, superlatiuum. Colum. lib. 4. ca. 29, Fœcundos, & quàm maturissimos surculos viti detraxerit. Idem lib. 11. cap. 3, Horum autem ruborum semina quàm maturissima eligi oportet.

Maturrimus, aliud superlatiuum. Tacitus lib. 12, Robur ætatis quàm maturrimum precari.

Maturitas, atis, Propriè est perfecta coctio succi in fructibus. {πέπωσις. Ital. *Maturità.* Gal. *Meureté, maturité.* Hispan. *Madurez̃a, ò prestez̃a.*} Cic. de Orat. Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. Idem de Nat. deorum. Commutationes temporum quadripartitæ, ad maturitatem frugum aptæ. Colum. Nos quoque medicatam fabam sic comperimus, quum ad maturitatem perducta sit, minus à curculione infestari. ¶ Transfertur & ad alia: vt Maturitas orationis, Maturitas sceleris, Maturitas ætatis. Cic. Sulp. lib. 4. Epist. Tamen hoc studium quotidie ingrauescit, maturitate credo ætatis, ad prudentiam. Idem de Senectute, Sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. ¶ Maturitas virtutis. Cic. pro Cæl. Quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. ¶ Accipitur item Maturitas pro tempore maturo, siue opportunitate. Cic. ad Attic. li. 1, Inducendi senatusconsulti maturitas nondum est. Idem ad Quintratrem lib. 3, Sed eius rei maturitas necdum venit, & tamen nunc appropioquat.

Maturè, aduerbium, Tempestiuè, siue ad tempus, vel in tempore. {ὡρίως. Ital. *A tempo, presto.* Gal. *Meurement, de bonne heure, à temps, soudainement.* Hisp. *Madurament e ò presto.*} Sallust. in Catil. Prius quàm incipias, consulito: at vbi consuleris, maturè opus est facto. ¶ Aliquando significat citò, ante tempus. Plaut. in Curcul. Qui homo maturè quæsiit pecuniam, nisi eam maturè parcit, maturè elurit. ¶ Comparatiuum Maturius. Cic. 4. Acc. Quò quidem & maturius venimus, &c.

Maturissimè, vel Maturrimè, superlatiuum. Cic. 1. de Orat. Quippe qui omnium maturrimè ad publicas causas accesserim. Idem pro Cecin. Nam vt quæque res est turpissima, sic maximè, & maturissimè indicanda est. ¶ Pro eodem etiam legimus Maturatè. Liu. 1. Belli Macedonici, Iussis cæteris, quantum maximè possent, maturatè sequi. Plaut. Mil. Iube maturatè illam exire huc. Idem Pseud. -at maturatè propera: vides iam diei multum esse.

Maturo, ras, Maturum facio, perficio. {πεπαίνω. Ital. *Maturare.* Gal. *Meurir, hasler, auancer.* Hisp. *Madurar.*} Cic. in Cat. Primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. ¶ Interdum Maturare, est accelerare, ita vt adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius, neque serius fiat. Hoc verbum Diu. Augustus duobus Græcis vocabulis exprimere solebat, σπεῦδε βραδέως, quæ significant, Accelera tardè. Vnde Virg. lib. 1. Georg. quasi contraria, separauit Maturare, & Properare: quum ait, Frigidus agricolam si quando detinet imber, Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno Maturate datur. ¶ Vnde Maturè fit, quod tempestiuè fit. Idem Aen. lib. 1, Maturate fugam: quod est, quasi cum maturitate, id est cum tranquillitate & lenitudine discedite. Sallustius videtur simpliciter posuisse pro properare: quum ait, Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet. Sic Liu. lib. 10, Inde comitiorum causa Romam profecturus maturauit. His exemplis manifestum est Maturare absolutè dici posse. & Maturare rem aliquam. ¶ Maturare cœpta. Est maturè absoluere. Liu. 4. bel. Pun. Domum ad cœpta maturanda redire iubet. ¶ Maturare alicui mortem, hoc est accelerare, vt apud Ciceronem pro Cluen. Huic mortem maturabat inimicus. ¶ Maturare iram. Est mitigare, & lenire. ¶ Passiuum est Maturor, eiusdem significationis cum matureſco. πεπαίνομαι. Plin. lib. 15. cap. 18, Contrà nouissima sub hyeme maturatur chelidonia.

Maturatus, participium, id est Maturus factus. {ὡρωμένος, ὡριμένος. Ital. *Affrettato, maturato.* Gal. *Auancé, hasté, meuri, meur.* Hisp. *Madurado, maduro, presto.*} Cic. in Cat. Deinde maturata dulcescit. ¶ Maturatum negotium dicitur acceleratum aut maturè perfectum. Et apud Plinium, Maturata concoctio, id est perfecta. ¶ Maturato opus est, hoc est Opus est celeritate & maturitate. Liu. 4. bel. Pun. Sed quod volebant, non quàm maturato opus erat, gnauiter expediebat. Idem 1. ab Vrb. Vt cum singulis fidelibus amicis veniant: ita facto, maturatóque opus esse: rem atrocem incidisse.

Maturatè, id est Festinanter. De hoc diximus in aduerbio Maturè.

Matureſco, à Matureo, Maturum fieri. {πεπαίνομαι. Ital. *Maturarsi.* Gal. *Se meurir, deuenir meur.* Hisp. *Madurarse.*} Plin. lib. 11, Quum mella cœperint matureſcere, abigunt fucos. Colum. lib. 4. Nam & quæ matureſcere incipiunt, tempestiuè leguntur: & quæ nondum maturitatem ceperunt vuæ, sine dispendio differuntur. ¶ Matureſcere dicitur homo, quum nondum grauis est, sed iam incipit esse grauis. ¶ Et apostema matureſcere dicitur, quum non discutitur, sed perducitur ad maturitatem, vt vel fragi per se, vel ferramento aperiri possit.

Matureſcens, participium. {ὁ ἀνθρώπος, ὁ πεπαίνων. Ital. *Che si fa maturo.* Gal. *Se meurissant, deuenant meur.* Hispa. *Que se haze maduro.*} Plin. lib. 20. cap. 3, Malus Assyria omnibus hortis pomifera est: aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis subtusfcentibus.

Matuta, tæ, pen. prod. A nostris Aurora. {λευκοθέα. Ita. *Aurora.* Gal. *L'aube du jour.* Hisp. *Alua, madrugada.*} à Græcis dicitur, hoc est alba dea: ita dicta, eo quòd matutino tempori præsit: vt ait Cic. lib. 1. Tuscul. sic inquiens, Quid Ino Cadmi filia? nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Hęc fuit filia Cadmi, nomine Ino, Athamantis vxor, quæ mariti insaniam fugiens, in mare se præcipitauit vnà cum Melicerta filio: quorum corpora quum nusquam inuenirentur, pro diis marinis habiti sunt: & Ino quidem à Græcis λευκοθέα, à nostris Matuta dicta est: Melicerta autem à Græcis Palæmon, à Latinis Portunus est appellatus.

Matutinus, na, num, & Matutinum tempus. {ἑωθινός. Ital. *Dela mattina, matutino.* Gal. *Du matin, matinal.* Hispan. *Cosa de la madrugada.*} quum scilicet Matuta, hoc est aurora incipit apparere. Cic. ad Attic. lib. 1, Itaq; quum bene completa domus est, tempore matutino, quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quo eum aut iocari liberè, aut suspicare familiariter possimus. Quare te expectamus, &c. ¶ Matutinis omnibus, pro quolibet mane, dixit Plin. lib. 10. cap. 43, Cotuæ omnibus matutinis euolans in rostra. ¶ Matutino, pro manè, idem Plinius dixit lib. 9. ca. 10, & subauditur Tempore. Ferunt, inquit, & pastum egressas nocte, amidéque saturatas lassari, atque matutino summa in aqua obdormiscere. ¶ Matutinus homo. Virgil. 8. Aeneid. Nec mimus Aeneas se matutinus agebat. Vbi Seruius, Rem temporis ad personam transtulit.

Matutinum, matutini, pen. prod. Manè. τὸ πρωϊνὸν. Quintil. lib. 12. cap. 18. Pridie ad se venire, litigatorem, aut eodem matutino iubet.

MATVCETHAE, μητυκέθαι, Populi Scythiæ Europæ, apud Stephanum.

Mauolo, mauis, Idē quod Malo: quod frequens est in Plauti Comœdiis.

MAVORS, qui & Mars, quòd magna vertat, vt ait Cic. lib. 1. de Nat. deor. ἄρης. ¶ Vnde Mauortius, tia, tium. Vide MARS.

MAVRITANIA, μαυρουσία. Africæ regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antæus gigas regnasse dicitur, ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariēsis à Cæsarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictáq; est Mauritania, ἀπὸ τοῦ μαύρου, quod interpretatur obscurum, vel nigrum, quòd nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantes.

Mauri, μαυρόποδες, μαυρούσιοι, Populi sunt, qui Mauritaniam Africæ regionem Occidentalem versus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumerâ aliarum gentium multitudine, in hæc loca peruenisse multi crediderunt, vt Strabo libro vltimo scribit. Sallustius certè in Iugurtha, Mauros & Numidas, reliquósque qui maritimam Africam colunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maximè autem rebus contra Iugurtham gestis, innotuerunt. Vide Strab. lib. vlt.

Maurus nomen gentile est, vt Gallus qui è Gallia originem habet: Mauritanus verò possessiuum, vt Gallicus. ¶ Dicimus ergo virum Maurum, & bellum Mauritanum.

Maurusius, a, um, μαυρούσιος. Possessiuum est à nomine Maurus. Silius lib. 10. Et multa thorax perfossus cuspide, & hæreus Loricæ interdum Maurusia pendet arundo. Sic Tellus Maurusia apud Claudianum 3. Paneg.

Maurusiacus, a, um. Martial. lib. 12, Et Maurusiaci pondera rara citri.

MAVSOLVS, pen. prod. μαύσωλος, Cariæ regis nomen, quem Theopompus scribit, referente Suida, nulla à re pecuniæ cupiditate abstinuisse. Hunc tam ingenti amore prosecuta est vxor Artemisia, vt eius fato perfuncti cineres vino permistos tradatur ebibisse. Ad hæc sepulchrum eidem sumptuosissimum extruxit, vt in sequenti dictione videre est.

Mausoleum, pen. prod. μαυσωλεῖον, Mausoli regis Cariæ sepulchrum, ab Artemisia vxore extructum tanta operis magnificentia, vt inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Martialis de Amphitheatro Domitiani, Aere nec vacuo pendentia Mausolea Laudibus immodicis Cares in astra ferant. ¶ Ab operis huius similitudine sepulchra omnia sumptuosiora, Mausolea sunt appellata. Vnde & Suetonius sepulchrū Cæsarum, Mausoleum appellauit. De Mausoleo vide plura apud Plin. lib. 36. cap. 5, & apud Herodotum lib. 7.

Mausoli, μαυσωλεῖα, Dicti sunt Cares, Asiæ populi, à Mausolo rege, Artemisiæ viro. Stephanus.

MAVSOS, μαυσσός, Agri Corinthij vicus est Stephano.

MAXIES, μαξύης, Africæ populi, à Troianis (vt ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistram radunt, & corpus minio tinguunt. Autor Herodotus lib. 4.

Maxilla, læ, Non est diminutiuum à Mala, (vt putauit Priscianus) sed mala à Maxilla fit per detractionem mediæ syllabæ, sicut docet Cic. in Orat. ad Brutum. Vide suprà in dictione Mala. ξυαγών. Ital. *Mascella*. Gal. *La mastheire*. Hisp. *La quixada ò maxilla dela cara*. ¶ Est autem Maxilla, in qua fixi sunt dentes: quanuis etiam de parte exteriore quandoque dicatur, quæ barbam emittit. Persius Saty. 4, Tu quum maxillis balanatum gausape pectas, Inguinibus quare detōsus gurgulio extat? ¶ Hinc Maxillaris, & hoc, re, quod ad maxillam pertinet: vt Deus maxillaris, γναθιαῖος, qui etiam dicitur Molaris. Plin. lib. 11. cap. 37, Maxillaréque ita sanari dentes præcipuè putant.

Maximates, Dicuntur primarij ciuitatis, qui & Summates, & Primates, & Optimates vocantur. ἄριστοι, μεγιστῆνες.

MAXIMINVS, μαξιμῖνος, Natione Thrax, Romanorum imperator, fuit effectus est in locum Alexandri Seueri, à militibus occisi: qui & ipse ab exercitu suo cæsus est, quum Aquileiam nequiquam obsideret. Vide Herodianum lib. 8.

Maximus, Maximopere, Vide MAGNVS.

Maza, μάζα, Panis genus est constans farina, oleo, & aqua, aut etiam ex lacte, teste Suida. Vide Cælium Rhodig. lib. 9. cap. 12.

MAZACA, μάζακα, Palæstinæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mazæneni, μαζανηνοί.

MAZACA, μάζακα, Stephano, Ciuitas Cappadociæ sub monte Argeo, quam Tiberius Archelao pulso, & Cappadocia in prouinciæ formam redacta, nominauit Cæsaream. ¶ Hinc Mazacenius, & Mazaces, Mazacis in genitiuo, μαζακηνός, μαζακέως. Suet. in Nero. Turba Mazacum.

MAZARVM, μάζαιον, Bithyniæ oppidum, teste Stephano, in dictione ἀμαξίτιον.

MAZAEI, μαζαῖοι, Pannoniæ populi sunt, apud Strabonem lib. 7.

MAZARES, μαζάρης, Ex Medorum Satrapis fuit, qui Priuenses in Cyri ditionem redegit. Vide Herodotum lib. 1.

MAZYES, μάζυες, Libyæ populi inter Nomades, diuersi ab iis, quos ab Herodoto Maxias vocari suprà ostendimus.

Mazara, æ, Genus teli quo antiqui in bello vtebatur. Cæs. 1. bell. Gall. Et nonnulli inter carros, rotásque, mazaras, ac tragulas subiiciebant, nostrósque vulnerabant.

MAZERAS, Fluuius in ora maris Hyrcani. Plin. lib. 6. cap. 16.

Mazonomum, pen. corr. μαζόνομον, μαζονομεῖον. Græca dictio, qua lanx grandior significatur ad ferenda obsonia in mensam. Horat. 2. Serm. Sat. vlt. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis. Varr. lib. 3. de Re ruit. cap. 4, Vt in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, vbi delicatè cœnitaret, & alios videret turdos in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos.

M ante E.

Me, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui. Ennius lib. 2, Si quid me fuetic humanitus, vt teneatis, &c.

Meapte, Compositum ex ablatiuo Mea, & particula Pte, extra compositionem nihil significante: vt, Meapte causa, ἰδιαιτέρως. id est mea propria. Terent. in Heaut. Ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte

causa Lætor, quàm illius: quam ego scio esse honore quouis dignam.

MEARVS, μίαρος. Ptolemæo, Fluuius Hispaniæ in ora Asturum. Pompon. Mela. lib. 3. Vulgò *Mearus*.

Mearus, rus, vide in dictione MEO, meas.

Mecaphroditon, μηκαφρόδιτον. Species est papaueris, spumeum habens semen: vnde etiam à Dioscoride, μηκων ἀφρώδης, hoc est spumeum papauer appellatur.

Mecastor, νὴ τὸν κάστορα. Iurandi aduerbium. Mecastor, ait Festus, & Mehercules, iusiurandum erat: quasi diceretur, Ita me Castor, Ita me Hercules, iusiurandum iuuet. Terent. in Hecyr. Saluē mecastor Parmenonem. Vbi Donatus, Olim salutantes addebant iusiurandum, vt hoc sedulò facere viderentur.

MECESTVS, μήκιστος, Troadis fluuius, in Rhyndacum influens: cuius meminit Strabo lib. 12.

Mechanicus, μηχανικός. Ital. *Mecanico, artefice de operecingnose*. Gal. *Mechanique, faiseur de machines ou d'autres œuures mechaniques*. Hisp. *Official de qualquier arte*. ¶ pen. corr. Faber opifex eorum operum, quæ ingenio simul ac manibus fiunt, ἀπὸ τῆς μηχανῆς: quod inuentionem significat. Sueton. in Vesp. August. cap. 18, Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolii pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mechanicus, adiectiuum: vt, Ars mechanica, βαναυσικὴ τέχνη, quæ manu exercetur: cuiusmodi est ars fabrilis. Vnde artes diuiduntur in liberales, & mechanicas.

MECISTVM, μήκιστον, Triphyliæ oppidum est Stephano. Est autem Triphylia Peloponnesi regio littoralis, quæ & Messenia dicitur.

MECISTEVS, μηκιστεύς, Fuit ex sociis Aiacis Telamonij, vt scribit Homerus lib. Iliad. 15.

MECOENAS, μηκήνας, cum œ diphthōgo, proprium nomen Tusci equitis clarissimi, & apud Augustum potentissimi: cui, velut vnico studiorum clarissimorum patrono, Virgil. Georgica sua, & Horatius libros Carminum inscripsit. Delicatum hunc fuisse, non solùm cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant: qua re eum Augustus Malacinum vocabat, & exagitabat frequenter vt cacozelum, teste Tranquillo, Horat. 1. Carm. Mecœnas atauis edite regibus. Fuit vir hic in prouehendis cum omnium disciplinarum, tum præsertim poëticæ cultoribus adeò benignus, vt ab eo etiam hodie studiorum patroni, qui in subleuanda doctorum hominum egestate se munificos præbent, Mecœnates appellentur.

MECON, onis, μήκων Stephano, Vrbs est Peloponnesi, non procul à Corintho, quæ postea Sicyon appellata est, teste Strabone lib. 8.

Meconium, μηκώνιον. Succus est papaueris, teste Dioscoride, adeò frigidus, vt epotus exitium afferat.

Meconites, μηκωνίτης, Gemma est papaueris similitudinem exprimens: de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Meconis, μηκωνίς, Lactucæ genus: à copia lactis soporiferi. μήκωνα enim Græci papauer dicunt. De hoc videas Dioscor. lib. 6. cap. 17, & Hermolaum Barbarum in eundem lib. 4. cap. 68. & Plin. lib. 8. cap. 19.

Mecum, μετ' ἐμοῦ. Ital. *Meco, con meco*. Gal. *Auec moy*. Hisp. *Comigo*. ¶ Id est cum me, vbi præpositio euphoniæ causa postponitur. Cic. in Oratore ad Brut. Ex eo Mecum & Tecum: non Cum me, & Cum te, vt esset simile illis Vobiscum, atque Nobiscum. Interdum mecum, μετ' ἐμαυτοῦ, ἐν ἐμαυτῷ, significat intra me. Terent. in Hecy. Haud propterea te rogo, vt hæc proferam, sed vt tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiscum, & Vobiscum. ¶ Mecum cum Simul pulchrè iungitur. Plaut. in Bacch. Atque vt cum mecum ad te adducam simul. ¶ Similiter cum Vnà. Terent. in Hecy. Vt colloqui mecum vnà possit. ¶ Interdum hæc tria coniungimus, Mecum, Vnà, Simul. Terent. in Heaut. Clinia hæc fieri videbat mecum quidnimecum vnà simul. ¶ Mecum facere, significat mecum sentire: quod insulsè dicitur, *Facere pro me*. Cic. pro Cecin. Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat.

MECYBERNA, μεκύβερνα, Oppidum maritimum in Orientali tractu Macedoniæ, non procul à Pallene: à quo & vicinus sinus Mecybernæus dicitur. Meminit huius oppidi. Plin. lib. 4. cap. 10.

MEDABA, μήδαβα Stephano, Nabathæorum oppidum.

Meddix, Summi magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius, Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

MEDEA, μήδεια, Insignis incantatrix fuit, Aeetæ Colchorum regis filia: quæ quum Iasonem perditè deamaret, facilem illi ad aureum vellus aditum præbuit, sopito peruigili dracone, qui noctes, diésque illud asseruabat. Quo facto, patris iram metuens, Iasonem in Græciam sequuta est, patrémq; insequentem discerptis Absyrti fratris membris, & per viam dispersis, retardauit. Repudiata deinde ab Iasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucámq; Creontis filiam, cum qua Iason secundas cōtraxerat nuptias, incensa regia, vnà cremauit, ipsúmq; etiam Iasonem impatientia doloris manus sibi inferre coëgit.

Mederga, pro me ergo, id est Erga me, dixerunt antiqui, interposito d, propter hiatum vocalium. Plaut. in Epid. -quasi quid filius meus Deliquisset mederga.

MEDEON, onis, μήδειον, Duorum vicorum nomen est apud Strabonem lib. 9, quorum alterum in Phocide collocat ad sinum Crissæum: alterum in Bœotia, non procul ab Onchesto.

Medeor, deris. ἰάομαι, ἰατρεύω. Ital. *Medicare*. Gal. *Medeciner, remedier*. Hisp. *Ameiçinar*. ¶ A Medius fieri videtur, eo quòd ad medium temperamentum, quoad fieri queat, æger debeat reduci. ¶ Est autem Mederi, remedium afferre. Et construitur ferè cum datiuo. Cic. pro Quintio, Ita fit, vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, &c. ¶ Quandoque cum accusatiuo. Terent. in Phor. Quas, quum res aduersæ sint, minus mederi possit. ¶ Inuenitur etiam Medetur impersonale. Plin. lib. 27, Ex eo medetur oris vlceribus perunctis hoc succo foliis pusillis. ¶ Dicimus etiam Mederi contra morbum. Plin. lib. 9. cap. 13, Contra serpentium ictus medentur.

Medendo gerundium, quod etiam in passiua significatione inuenitur, vt annotauit Seruius in illud Virgilij 12. Aeneid. Exuperat magis, ægrescitque medendo, id est dum ei medetur. Huius verbi compositum est, Immedeor, quod est intus medeor. Colum. lib. 6, Si oportebit palorum

Universidad de Deusto Biblioteca

lorum capita, & imas partes misto simo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

Medela, æ, Idem quod medicina, siue morbi remedium. *ἰατρεία, ἄκεσις, ἄκεσμα.* Ital. *Medicina.* Gal. *Medecine.* Hisp. *Medicina.*

MEDIA, μηδία. Regio Asiæ, à Septentrione Hyrcano mari, ab Occasu maiori Armenia & Assyria terminata: à Meridie Persidem, ab Ortu Hyrcaniam habens & Parthiam, quæ Cossæorum montibus ab ea excluditur. Strabo lib. 11, Mediam in duas diuidit partes: quarum alteram Maiorem vocat, cuius caput Ecbatana facit: alteram Minorem, quæ & Atropatia dicta est, ab Atropato duce, qui eam à Macedonum impetu tutam præstitit. Est autem Media bona sui parte montosa & frigida, & ferè tota sterilis, excepta regione, quæ sub Caspiis portis in humili & concauo iacet solo, quę opulenta est, rerúmque omnium necessariarum ferax, præterquá olei. In ea campus est latissimus, quem Hippoboton vocat, in quo equorum quinquagiota millia pasci dicuntur. Regium id armentum est. Mediam Solinus dictam putat à Medo, Aegæi & Medeæ filio. Hinc Medicus, a, um, prima syllaba longa, *μηδικός*: vt, Malum medicum, quod & Citreum appellatur.

Medica, æ. *μηδική* Ital. *Medica, tre foglie.* Gal. *Herbe appelée grand Treffle ou foin de Bourgongne.* Hisp. *Trebol.* Herba est trium foliorum, semper virens, in equorum pabulis laudatissima: quæ semel sata, decem annos durat, singulisque annis quater aut interdū sexies demessa, sua semper sponte sucrescit: ita dicta quòd in Media abunder. Seruius scribit Medicam à Medis in Græciam fuisse translatam, quo tempore Romani eam inuaserunt Colum. lib. 7. Ad maciem nulla res tantum, quantum Medica, potest. Vide Catonem de Re rustica, cap. 41, & Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 41. & Colum. lib. 7.

Mediastinus, Vide MEDIVS.

Medico, cas, & Medicor, aris, Idem significant quod Medeor. *ἰατρεύω.* Ital. *Medicare.* Gal. *Medeciner, remedier.* Hispa. *Amelezinar, ó curar dolencia.* Virgil. lib. 1. Georg. Semina vidi equidem multos medicare ferentes. Ouid. 1. Amor. Eleg. 14, Dicebā, desiste tuos medicare capillos, Tingere quam possis, iam tibi nulla coma est Eius passiuo vsus est Plin. lib. 16. cap. 27, Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur. Sed hoc rarius. Frequentius enim vtimur verbo deponente Medicor: quod modò cum datiuo iungitur. Virgil. 2. Georg. Senibus medicantur anhelis. Terent. in Andr. Eius labore, atque eius dolore Gnato vt medicaret tuo. Modò cum accusatiuo. Idem lib. 12. Aeneid. Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Eualuit.

Medicatus, a, um, Quod medicamentis admixtis est infectum. *φάρμακον ἐν ἑαυτῷ ἔχων.* Ital. *Medicato, mescolato di qualche liquore medicinale.* Gal. *Medecyné, mixtionné de quelque drogue ou liqueur.* Hisp. *Amelezinado, mesclado con melezina.* vt, Medicatæ fruges. Virgil. 6. Aeneid. Melle soporatam, & medicatis frugibus offam. Sic medicata pocula, Medicatæ ficus, Medicatus sapor, Medicatus odor. Mar. lib. 9. Sātonica medicata dedit mihi pocula virga. Plin. lib. 23, cap. 7. de ficis, Nouissimæ salubriores, quàm primæ: medicatæ verò nunquam. Plin. Epist. 17. Color cæruleo albidior, viridior & pressior, sulphuris odor, saporque medicatus, vis, qua fracta solidantur. Medicata suffitione vina, Colum. lib. 1. cap. 6. Tela medicata veneno, Silius lib. 7.

Medicatio, verbale. *ἴασις, ἄκεσις, φάρμακον.* Ital. *Medicamento, rimedio.* Gal. *Medicament, medecine, remede.* Hisp. *Melezina, medicina.* Colum. lib. 2. ca. 10, Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commodè seruari.

Medicus, ci, Qui artem medendi nouit. *ἰατρός.* Ital. *Medico.* Gal. *Medecin.* Hisp. *Medico, curador de dolencias.* Huius duo sunt scopi, vt scilicet præter naturam affectos, quoad eius fieri potest, ad naturalem statum sciat reducere: aut si id fieri non queat, vt saltem dignoscat qui sanabiles sint, & qui deplorati. Officium medici (vt inquit Asclepiades) est, vt cutò, vt celeriter, vt iucundè curet Vocantur quoq; medici, *ἀπὸ τοῦ μαίεσθαι* à Græcis. Plaut. in Rud. Imò ædepol vna liteta plus sum, quàm medicus. c. tum tu mendicus es? i. terrigisti acu. Cice. pro Cluentio, Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atq; optimus quæritur: in periculis capitis, vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimúsque patronus adhibetur. Cura solers medicorum, Ouid. 1. de pont. Eleg. 7. Celer, atque fidelis medicus, Horat. 2. Serm. Sat. 3. Conuocare medicos, Catullus.

Medicus, a, um, Quod est medici. *ἰατρικός.* Ital. *Di medico.* Gal. *De medecin.* Hisp. *Cosa de medico.* Virg. lib. 3. Georg. Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. Ars medica, Tib. lib. 2. Eleg. 3. Ope medica iuuare aliquem, Ouid. 2. Amorum. Plin. lib. 8. cap. 16, Vnde medicas manus hominis sciunt?

Medicum mālum, Vide MEDIA.

Medicina, æ, Modò ipsam medendi artem significat, quam Græci *ἰατρικὴν* vocant. Ital. & Hisp. *Medicina.* Gal. *L'art de medecine.* Cic. 5. de Finibus. Quoniam vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia. Modò pharmaca, & remedia, quibus quis curatur. Idem ad Attic. lib. 16, Sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Idem 2. de Orat. Sicut medico diligenti prius quàm conetur ægro adhibere medicinam, non solùm morbi eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est. Somnus medicina curæ. Ouid. 1. de Ponto Eleg. 2, At puto quam requies, medicinâque publica curæ Somnus adest, solitis nox venit orba malis. Adhibere medicinam reip. Cic. pro Sest. Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos Iudices, vt aliquando essetis seueri, aliquando medicinam adhiberetis reip. Non ea est medicina, quum sanæ partis corporis scalpellum adhibetur, atq; integræ, carnificina est ista, & crudelitas. Afferte medicinam. Cic. in Catil. Deinde singulis medicinam consilij, atque orationis meæ, si quam potero, afferam. Facere medicinam. Cicero Terentiæ, Ita fum leuatus, vt mihi deus aliquis medicinam feciſſe videatur. Plaut. Ciſtel. -confidam fore Si medicus veniat, qui hoc morbo facere medicinam potest. Parare medicinam. Ouid. 1. de Reme Principiis obstat: ferò medicina paratur Quum mala per logas inualuere moras. Medicinam, inquit Nonius, dicimus & venenum: tractum à Græcis, qui venenum *φάρμακον* appellant. Medicinæ inuentorem Chironem Centaurum perhibent: hic inuēnit herbarum vires. Nonnulli Aesculapio hoc tribuunt. Apud Ouid. 1. Metam. medicinæ inuentionem sibi Apollo vendicat, Inuentum, (inquit) medicina meum est. Plurimum deinde medicinæ contulit Hippocrates: supremum autem fastigium Galenus imposuit. Medicinæ tria genera veteres fecere: *διαιτητικόν, χειρουργικόν, φαρμακευτικόν*: quarum prima victus ratione, altera manu, tertia pharmacis medetur.

Medecinæ, arum, Medicorum tabernæ, vicus thurarius, tabernæ aromatariæ, vbi pharmacopolæ obuersantur, & pharmaca venduntur. *ἰατρεῖον.* Ital. *Speciarie, botteghe da medecine.* Gal. *Boutiques de medecins ou apothecaires.* Hisp. *Tiendas de especias y medicinas.* Plaut. in Amph. Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia. Apud emporium, in macello, in palæstra, atque in foro, In medicinis, in tonstrinis, apud ædes omnes sacras.

Medicinalis, le, adiectiuum, Quod ad medicinam pertinet. *ἰατρικός.* Ital. *Medicinale.* Gal. *Medecinal.* Hisp. *Cosa pertenesciente ala medicina, medicinal.* vt Herba medicinalis, *πόα ἰατρική.* Cucurbita medicinalis, *σίκυα ἰατρικά*, vasculum ore angusto, infernè latius, quo sanguis exugitur, cute prius scalpello incisa. Nomen accepit à cucurbita hortensi, quam similitudine refert. Plin. lib. 32. cap. 10, Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda sanguine. Cellus, Vix vlla perpetua præcepta ars medicinalis recipit. Medicinalis verò digitus, dictus est minimo proximus, vt inquit Macrobius, quem & Anularem veteres appellarunt, quòd in eo digito veteres anulum potissimum gestabant. Cuius rei rationem hanc reddit idem Macrob. lib. vlt. neruum scilicet quendam à corde ad hunc digitum proficisci: ideóq; potissimùm anulo, veluti corona quadam circundari.

Medicabilis, le, Cui adhiberi medicina potest. *ἰάσιμος, ἰατρευτός.* Ital. *Atto à essere medicato.* Gal. *Qui se peut guerir, medecinable.* Hisp. *Cosa que se puede amelezinar.* Ouid. 1. Metam. Hei mihi, quòd nullis amor est medicabilis herbis. Idem Epist. 5, -nulla medicabilis arte Læsa pudicitia est, Sunt tamen qui legant reparabilis. Quandoque ponitur pro medicinali. Colum. lib. 7. cap. 10. Quippe ligni sucens medicabilis, epotus intestini tumorem compescit.

Medibile, Idem quod medicabile *ἰάσιμον.* Festus, Medibile, medicabile.

Medicamen, inis, Idem quod Medicina. *ἴαμα, φάρμακον.* Ital. *Medicamento.* Gal. *Medecine, remede, medicament.* Hisp. *Melezina.* Plin. lib. 7. cap. 16, Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis, salinam infici. Ouid. 2. de Arte, Ergo agè, & iratæ medicamina fortia præbe, Illa ferè requiem sola doloris habent. Cic. in Piso. Et quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, exensatione te vti valetudinis: quòd diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. Accipitur & Medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc est inficiuntur, seu tinguntur: vnde & pro fuco purpuræ posuit. Plin. lib. 9. cap. 28.

Medicamentū, ti, Idem quod medicina: quo videlicet homines, ac etiam cætera animalia curantur. *ἴαμα, φάρμακον.* Ital. *Medicina.* Gal. *Medicament, remede.* Hisp. *Melezina.* Cic. 3. Offic. Si quis medicamentū culpiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento vnquam postea vteretur, &c. Idem 2. de Nat. deorum, Medicamentorum salutarium pleniſſimæ terræ. Sumitur quandoque Medicamentum pro veneno, sicut Venenū pro medicamento: quoniam Græci vtrunq; *φάρμακον* vocant. Caius Iureconsultus de verb. sign. Qui venenum dicit, adiicere debet bonum vel malum: nam & medicamenta, venena sunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum, naturam eius cui adhibitum est mutat. Quum id quod nos Venenum appellamus, Græci Pharmacum dicunt, apud illos quoq; tam medicamenta quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis distinctio fit. Medicamenta amatoria, dicuntur philtra, aut alia quæuis venena, quæ ad amorem conciliandum dantur. Medicamenta soporifera, quibus somnus accersitur.

Medicamentarius, tij, substantiuum. Qui medicamenta conficit. *φαρμακοποιός.* Ital. *Colui che fa medicine.* Gal. *Medecin, qui apreste les medecines.* Hisp. *Medico ó que adoba melezinas.* Plin. lib. 19. cap. 6, Sectiui duo genera, hoc herbaceum, folio incisuris eius euidentibus, quo vtuntur medicamentarij. Medicamentaria, Ars conficiendi medicamenta. *φαρμακοποιϊκή.* Plin. lib. 7. cap. 56, Medicinam volunt Aegyptij apud ipsos repertam: alij per Arabum Babylonis, & Apollinis filium: herbariam & medicamentariam à Chirone.

Medicamentosus, Quod remedium adfert, & medicamenti vice est. *ἰατρικός.* Ital. *Medicinale, che porta medicina.* Gal. *Medicinal, portant medecine.* Hisp. *Cosa medecinal.* Cato cap. 15, Et primùm scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior.

Medietas, Vide MEDIVS.

Medimnus, *μέδιμνος*, Genus mensuræ, teste Budæo, quæ senos capit modios: Galli sua lingua *Muiam* vocant, Cic. 5. Verr. Sed tritici septem millia medimnum ex Nymphonis arationibus edicta pœna, &c. Dicimus & Medimnum neut. gen. Idem ibidem, In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici sentur.

Mediocris, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus, Vide MEDIVS.

MEDIOLANVM, *μεδίλανον*, Vulgò *Milano*, Vrbs est Cisalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertissima, agrique bonitate fœlicissima, annis CCCIX, ante Christi aduētum à Gallis Insubribus condita, & à nomine relicti ab eis Mediolani (vt putat Volaterranus) ita appellata. Quanquam sunt nonnulli, inter quos est Ambrosius, qui à sue dimidia parte lanata Mediolanum appellatum putent. In hac etiam sententia videtur fuisse Sidonius Apollinaris. Verisimilior tamen apparet Volaterrani opinio, præsertim quum ipse etiā Ptolemęus Mediolanum oppidum in Gallia Lugdunensi recenseat inter Ligerim & Sequanam fluuios. De origine huius vrbis scribit Liu. lib. 5. Decad. 1, In hæc verba, Galli per Taurinos, saltúsq; Iuliæ Alpis transcenderunt: fusisq; acie Tuscis haud procul Ticino fluuio, quum, in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognominem Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidere vrbem, quam Mediolanum appellarunt. Ex hac vrbe Statius Cæcilius poëta comicus originem traxit. Est præterea Mediolanum, siue Mediolanium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium, teste Ptolem. Britanniæ oppidum. ¶Item aliud inferioris Germaniæ oppidum in Colonensi diœcesi, quod hodie Monasterium vocant. ¶Strabo lib. 4. aliud huius nominis oppidum collocat inter Xantones Galliæ Aquitanicæ populos, quod hodie idem esse credimus cum eo quod vulgò *Saintes* vocant. Vrbs est (inquit) Xantonum Mediolanum, ad Oceanum vergens, inter Aquitanos maximè arenosa, & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis. Huius etiam Mediolani, & alterius in Gallia Cisalpina meminit Stephanus Byzantius excellentissimus chorographus, his verbis, *Μεδιόλανον πόλις ἀκτικὴ καὶ ἐπίνειον. Μεδιόλανοι, πόλις ἄκτη τῆς Ἰταλίας λαμπρὰ σφόδρα.*

MEDIOLVM, *μεδίολον*, Oppidum est Celtiberorum in Tractu Tarraconensi Hispaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Putatur ea esse quæ hodie *Medina cæli* appellatur.

MEDIOMATRICES, *μεδιομάτριακες*, Populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini, Metenses scilicet, & his vicini Lotharingiæ populi. Plin. & Strabo Mediomatricos vocant. Vulgò *Metz en Lorraine*.

Medion, *μήδιον*, Herba est Mediæ peculiaris (vnde & nomen accepit) in locis vmbrosis, petrosisque nascens. Romani Trifolium odoratum vocant. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 20.

MEDION, *μέδιον*, Oppidum in finibus Aetoliæ, apud Polybium lib. 28.

Medioxumi Dij, vide Medioctis in MEDIVS.

Medipontus, Instrumentum funarium, quod apud Catonem cap. 3, numeratur inter ea quæ necessaria sunt ad conficiendum oleum.

Meditor, aris, pen. corr. Quasi medio animo verso, hoc est cogito, & mente pertracto. ¶ *μελετᾶν, φροντίζειν, φιλοσοφεῖν.* Ital. *Pensare, curare.* Gal. *Mediter, penser diligemment & attentivement.* Hisp. *Mucho pensar.* ¶ Plaut. in Amph. Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam, cum illò aduenero. ¶Interdum est cogitando inuenire. Terent. in And. Venit meditatus, alicunde ex solo loco. *ἐπιτηδεύειν*. Plin. in Paneg. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoq; meditati teneamus, &c. Meditati, inquit, id est præparata oratione. ¶Interdum exercere. Virgil. 6. Aeglog. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Plaut. in Sticho, Simúlque ad cursuram meditabor Me ad ludos Olympiæ. ¶Inde Meditationes, *μελετήματα μικρά*, in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarij quidam conflictus, qui citra sanguinem fiebant. Nam ars militaris, teste Vegetio, vt cæteræ omnes artes, meditatione perficitur. ¶Meditari alicui insidias, vel dolum, Idem est quod tendere insidias, vel dolum. Virgil. 5. Aegl. Nec lupus insidias pecori, nec retia cerui Vlla dolum meditantur. ¶Seruius putat Meditor dictum esse, quasi melitor, à verbo Græco *μελιτῶ*, per immutationem l, in d. Interdum enim hæ duæ literæ sibi mutuò cedunt: vt quum dicimus, Sellam pro Sedda. Hinc est quod Meditor interdum accipitur pro suauiter cano: vt apud Virgil. 1. Aeglog. Syluestrem tenui musam meditaris auena. ¶Reperitur etiam hoc verbum in passiua significatione. Terent. in Phorm. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda. *προμεμελετημένα*. Cic. 1. Offic. Leuiora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.

Meditatè. ¶ *ὡσεὶ μεμελετημένως*. Ital. *Pensatamente per lungo tempo*. Gal. *Pour y auoir pensé de long temps*. Hisp. *Con mucho pensamiento*. ¶ Plaut. in Bacch. Nàm tu illorum mores per quàm meditatè tenes, quasi dicat, probè calles illorum mores, illósque ad vnguem posti ex longa meditatione, vsu, & experientia. ¶Huius compositum est, Præmeditor. ¶Immeditatus, participium sine verbo, non meditatus. *ἀμελέτητος*. Cic. lib. 1. Offic. Id se in foro optimè iam immeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditati.

Meditatio, onis, Commentatio, exercitatio. ¶ *μελέτη*. Ita. *Gran pensiero*, Gal. *Grand penſement*. Hisp. *Grande pensamiento*. ¶ Cic. 2. de Orato. Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. Idem 2. de Diuin. Multi naturæ vitium meditatione, atq; exercitatione sustulerunt: vt Demosthenes. Idem 3. Tuscul. Stulta est meditatio futuri mali. Definitur autè hoc modo, Meditatio, est reuocatio sensuum interiorum ad suam originem, sedémque principalem.

Meditamentum, ti, Idem quod meditatio. Tacit. lib. 20, Et cæteris belli meditamentis militem firmabant. Idem lib. 15, Nomina summæ curæ, & meditamenta.

Meditabundus, cogitabundus. ¶ *σκεπτικὸς, ὁ ἐν φροντίδι ὤν*. Ital. *Penſoſo*. Gal. *Penſif*. Hisp. *El que mucho piensa*. ¶ Et aduerbium Meditabundè, cogitabundè, *φροντιστικῶς*.

Meditatiuum, Dictio ficta à Grammaticis, qui Meditatiuum verbum appellant, quod sensum quendam meditãdi videatur habere, cuiusmodi sunt Esurio, Micturio, & similia: quæ Valla desyderatiua vocat, quòd desyderium significent actus per verbum primitiuum significati.

MEDITRINA, pen. prod. Medicamentorum dea, Festo.

Meditrinalia, orum, Sacra deæ Meditrinæ. Mos erat, ait Festus Latinis potulis, quo die quis primùm gustaret mustum, dicere omnis gratia, Vetus nouum vinum bibo: veteri nouo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum: eiúsque sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de Ling. Lat. lib. 5, Meditrinalia, dies dictus est à medendo: quod, vt ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum nouum & vetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Nouum vetus vinum bibo: nouo veteri morbo medeor.

Medius, dia, dium. Quod mensuratum æqualiter distat ab extremis. ¶ *μέσος*. Ital. *Mezzano*. Gal. *Qui eſt au milieu, moyen*. Hisp. *Cosa media entre dos cabos*. ¶ quamuis etiam Medium dicatur, quicquid inter duo extrema est, etiam si non æqualiter distet ab vtroque. Virgil. 7. Aeneid. Interea medium Aeneas iam classe tenebat Certus iter. ¶Quandoq; idem valet quod in commune, siue in communem vsum. Virgil. 1. Georg. Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant. Idem 12. Aen. Consulite in medium, & rebus succurrite fessis. Cic. 1. Offic. Et omnes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum. ¶Aliquando Medium dicitur, quod ex vno tantum participat, quantum ex altero. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Medium erat Anco ingenium, hoc est prochue tam ad pacis, quàm ad belli artes: ita religione Numam

anum suum exprimens, vt militarem disciplinam non negligeret. ¶Aliquando pro dubio ponitur. Liu. 9. bel. Maced. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat cessurum patrum autoritati esse. ¶Quandoque manifestum. Virgil. 2. Aen. Medióque ex hoste receptí. Ibidem, Quanquam in media iam morte tenetur. Vtrobique exponit Seruius Medium pro manifesto. In priore tamen exemplo, non inepté interpretari possumus, E medio hoste, pro, E mediis hostibus, vel E medio hostium. ¶Quandoque intercedens, aut potius importunus, ac incongruus. Idem 1. Aeneid. Ne qua ferit dolos, mediúsve occurrere possit ¶Accipere aliquem medium, hoc est per medium corpus. Liu. 1. ab Vrbe, Multò & ætate & viribus validior, medium arripit Seruium, elatúmq; è curia in inferiorem partem per gradus deiecit. Sic apud Terentium in Andria, Accurrit, mediam mulierè complectitur. ¶Eleganter dicimus, Ponere in medio, vel, quod idem est, Proferre aliquid in medium, pro eo quod est Publicè exponere, & omnibus ea de re iudicandi potestatem facere. Cic. de Nat. deor. Ponam in medio sententias Philosophorum. ¶Vocare in medium, Idem ferè est quod vocare in dubium, & clarius de re aliqua velle cognoscere. Cic. pro Cluent. Rem. in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere. ¶Venire in medium, Est in disputationem, & controuersiam venire. Cic. 1. de Finib. Prima veniat in medium Epicuri ratio. ¶Procedere in medium, Est in coronam prodire: & interdum idem cum superiori. ¶Relinquere aliquid in medio, Est indecisum, & controuersum aliquid relinquere, nihilq; de eo statuere. ¶In medio esse, vel, positum, aut situm esse in medio, Est manifestum esse, facilè, vel in promptu. Cic. 4. Ver. Tabulæ positæ sunt in medio. Aliquando tamen in medio esse, ponitur pro eo quod est, Dubium esse, vel incompertũ: vt apud Suetonium, Quod discrepat, in medio sit: hoc est indecisum relinquatur. ¶In medium consulere, Est in commune consulere, vel ad communem vtilitatem: de quo suprà diximus. ¶Pellere de medio, vel è medio, Est extra consortium nostrum abigere. Ennius apud Ciceronem pro Muræna, Pellitur è medio sapientia. ¶Recedere de medio, Est se subducere, & occultare. Cic. pro Sext. Rosc. Recede de medio, per alium transigam. ¶Sumere argumenta de medio, Est ex rebus manifestissimis, & omnibus notis argumenta sumere. ¶Tollere de medio, pro occidere. Cicero pro Rosc. Am. Perfacile hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ ignotum, tolli de medio posse. ¶Medio excedere, pro mori. ¶E medio discedere, pro recedere, & occultari, ait Budæus. ¶Priscianus Medium dictum putat à modo, hoc est à mensura: vnde & modium: & differentiæ causa Medium dici existimat, mutato o, in e. Alij malunt à Græco *μεσῶ* deducere, quod idem est quod medius. ¶Hinc Dimidius, a, um, quasi per medium diuisus.

Media vocabula, Dicuntur, quæ in bonam & in malam partem accipi possunt: *μέσα* à Græcis dicta. Qualia sunt Tempestas, Valetudo, Factnus, Dolus, Gratia, Industria, Periculum, Venenum, Contagium: & apud veteres Honor, quo etiam significabatur iniuria. Vide Gellium lib. 12. cap. 9.

Medietas, atis, Alicuius pars media. ¶ *μεσότης*. Ital. *Metà*. Gal. *La milieu, la moitié*. Hisp. *El medio de dos extremos, mediania*. ¶ Hac voce Cicero non ausus est vti, vt testatur in libello de Mundo, siue Vniuersitate. Sic enim ibi habet, Vt in singulis essent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Graeci *μεσότητας* vocant: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur: erit enim planius.

Mediocris, & hoc, cre, Medium tenens, modestus. ¶ *μέσος*. Ita'. *Mediocre, mezzano*. Gal. *Mediocre, moyen, ne trop grand ne trop petit*. Hisp. *Cosa comunal o mediana*. ¶ Cic. 2. de Oratore, Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. Idem 3. Tusc. Omne enim malum, etiam mediocre, magnum est. Cic. de Amicit. Nec verò negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium.

Mediocritas, Id est medium, vt ait Nonius. ¶ *μέσον, μετριότης*. Ital. *Mediocrità, ne troppo ne poco*. Gal. *Mediocrité, ne trop ne peu, moyen*. Hisp. *La mediana entre dos cabos*. ¶ Cic. lib. 1. Offic. Eadem ratio est habenda vestitus in quo, sicut in pleriſque rebus, mediocritas optima est. Col. lib. 4, Mediocritas in electione loci maximè probatur, quoniam in confinio boni, malíq; posita est.

Mediocriter, aduerbium, Id est medio, quodam modo, siue prudenter, & moderatè. ¶ *μετρίως*. Ital. *Mediocremente*. Gal. *Mediocrement*. Hisp. *Medianamente*. ¶ Cic. 5. Verr. Quod mehercule iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem 2. Tusc. Nemo mediocriter doctus ignorat. Terent. Andr. Horum ille nihil egregiè præter cætera Sciebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Medioximus, vel Medioxumus, pen. corr. Mediocrem, siue medium significat. ¶ *μέσος*. Ital. *Mediocre*. Gal. *Mediocre, moyen*. Hisp. *Cosa cerca del medio*. ¶ Vnde Medioximi dij vocantur, potestatis mediæ. Seruius in lib. 8. Aeneid. dicit Herculem esse communem deum, vtriusque naturæ medium, inter mortalitatem, & diuinitatem. Esse enim numina aliqua tantùm terrestria, aliqua tantùm cœlestia, aliqua media, quos deos Apuleius Medioxumos vocat. Plaut. in Cas. At ita me dij, deæque, superi, & medioxumi, &c. In Cistel. Medioxumam quam duxit vxorem, ex ea nata est hæc virgo.

Mediusculus, Putauit Calepinus diminutiuum esse ab adiectiuo Medius, deceptus corrupto Plinij loco, quem ex lib. 11. cap. 37, citat ad hunc modum, Oculos vnicolores nulli, cum candore omnibus mediusculo differentes. Qui locus hodie sic restitutus est, Oculus vnicolor nulli, cum candore omnibus medius color differens.

Medius fidius, Aduerbium est iurandi, ex tribus compositum, putatúrque idem significare quod Mehercules: quasi dicas, ita me Iouis filius amet. *τὸν τοῦ Διὸς υἱόν*. Nam Δία, Græci dicunt quem nos Iouem. Fidium autem pro filio dictum videtur: quia antiqui pro l, literam d, sæpissime collocabant. ¶Quidam interpretantur Per diui fidem: quidam per diurni temporis, id est diei fidem. Hæc Festus. Alij sic exponunt, Medius fidius, hoc est Per deum Fidium: nam Fidius deus est qui fidei præest. Plaut. in Asin. Per dium Fidium credis iurato mihi. Cic. ad Brut. Ego medius fidius non existimo tam omnes deos auersos. ¶Fidij dei alia duo fuerunt nomina: nam & Sancus, & Semicaper appellabatur: fiebatque

fiebátque ei sacrum Nonis Iunij in colle Quirinali: vbi templum habebat à Sabinis (vt putatur) primùm dedicatum: qui in vrbem recepti, deos quoque patrios in vrbem transtulerunt. Ouid. 6. Fastorum, Quærebam Nonas Sanco, Fidióne refertem, An tibi Semicaper: tunc mihi Sancus ait, Cuicunque ex illis dederis, ego munus habebo, Nomina terna feroſsic voluere Cures.

edianus, a, um. Quod in medio eſt. ¶ μέσος ☞. Ital. *Mezzano.* Gal. *Qui eſt au milieu & entre deux.* Hiſp. *Coſa mediana ò puesta en medio.* ¶ Vnde Mediánas columnas dixit Vitruuius lib. 3. cap. 1, vt ab angularibus, quæ craſſiores ſunt, diſtingueret.

Mediaſtinus, pen. prod. ¶ μεσόδουλος, μεσόπαις. Ital. *Famigliaccio.* Gal. *Seruiteur qui ſert en choſes viles, vn fouillon.* Hiſp. *Siervo de poco precio.* ¶ Mancipium abiectius eſt, teſte Budæo, quod viliſſima & ſordidiſſima miniſteria obire domi cogitur: qualia ſunt domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiuſmodi alia facere: ob hoc ita dictum, quòd in media domo ad imperia omnium nutúſque ſoleat excubare. Cice. in Catil. Magnopere contemno exercitum collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis decoctoribus, ex iis qui vadimonia deſerere, quàm illum exercitum, maluerunt. Colum. lib. 1. cap. 9. Mediaſtinus qualiſcunque ſtatus poſſit eſſe, modò perpetiendo labori ſit idoneus. Ibidem, Separandi ſunt aratores à vinitoribus, atque à mediaſtinis. Horat. 1. Epiſt. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Lucil. Villicum Ariſtocratem mediaſtinum, atque bubulcum. Vlp. lib. 1. Digeſt. Naut. caup. ſtabular. Qui mediaſtini operæ fungitur, non continetur: vt purpurarij, atriarij, & focarij, & his ſimiles. ¶ Priſcianus Mediaſtinos interpretatur ſeruos eſſe abiectiſſimos lauantibus in balneis miniſtrare ſolitos: itáque appellatos exiſtimat, quòd in medio balnei ſtare ſoleant, ad ſordidiſſima quæque miniſteria parati. ¶ Mediaſtinum appellant medici membranas in ventre hominis medio, quæ ſunt veluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos veluti ventriculos.

Mediaſtuticus, penult. corr. Summus apud Campanos magiſtratus erat. Liu. lib. 6. Decad. 3, Mediaſtuticus (qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt) eo anno Seppius Leſius erat loco obſcuro, tenuique fortuna ortus, &c.

Mediterraneus, nea, neum. Quod eſt à mari remotum, quaſi in media terra. ¶ μεσόγαιος ☞. Ital. *Che ſta intra terra.* Gal. *Qui eſt au milieu de la terre.* Hiſp. *Coſa lexos dela mar y en medio dela terra.* ¶ Cæſ. 5. belli Gall. Naſcitur ibi plúbum in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum. Quintil. lib. 5. ca. 10. Montanus, an planus: maritimus, an mediterraneus. Cic. 1. de Natura deorum. Ita fit, vt mediterranei mare eſſe non credant. Mediterraneum mare, ἡ ἐντὸς θάλαττα, quod ex Oceano inter Abylam Mautitaniæ, & Calpen Hiſpaniæ promontorium irrumpens, per medias terras diffunditur, Africámque dirimit ab Europa.

Mediterreus, adiectiuum. Idem ſignificans quod Mediterraneus. Feſtus, Mediterream melius quam Mediterraneam Siſenna dici putat. Antiquum.

Meditullium, lij. Non medium terræ, ſed procul à mari, quaſi meditelliũ, ab eo quod eſt tellus. *A μέσον.* Cic. in Top. dicit, tullium in hoc verbo extenſionem eſſe vocabuli nihil ſignificantem.

MEDMA, μήδμα Stephano, Oppidum in agri Brutij litore, vnà cum portu. Plin. lib. 3. cap. 5.

MEDMASSA, μήδμασσα ☞ Stephano, Oppidum Cariæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

MEDON, μήδων. Nothus fuit Oilei, ex matre Rhyna, teſte Homero lib. 2. Iliad.

MEDOACVS, ſiue Meduacus, μήδουακος ☞, Venetorum fluuius Patauium alluens, qui nunc vulgò *Brenta* dicitur. Nam oſtia Padi Plinius deſcribens, ait, Pars eorum & proximum portum facit Brundulum, ſicut Edronem Meduaci duo, & foſſa Clodia. Strabo ſcribit Medoacum vocari & portum, & fluuium. Idem ſupra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuiſſe gentem tradit. Vide Plin. lib. 3. cap. 16.

Medulla, æ, Dicta eſt, quòd in oſſibus media ſit. ¶ μυελός. Ital. *Midolla.* Gal. *Moelle.* Hiſp. *Meollo, ò tuetano del hueſſo.* ¶ Plaut. in Stich. At ego perij, cui medullam laſſitudo perbibit. Plin. lib. 11. cap. 32. Et medulla ex eodem videtur eſſe, in iuuenta rubens, & ſenecta albeſcés. Cic. 4. Tuſc. Quum autem hic feruor, concitatióq; animi inueterauerit, & tanquã in venis medulliſq; inſederit, tum exiſtit & morbus, & ægrotatio. Idem 5. Tuſc. Tu verò Metradore, qui omne bonum in viſceribus medulliſq; codideris, &c. ¶ Hinc Emedullo, ἐκμυελίω, quod eſt medullã extraho. Plin. de limonio, Item grauceolentiam alarum emendat, radicis emedullatæ vncia in vini Falerni heminis tribus decocta. ¶ Per tranſlationem ſignificat declaro. Plaut. Narra iam rem nobis omnem, atque emedulla.

Medullitus, pen. corr. aduerbium eſt, ſignificãs Ex ipſis medullis, vel vſq; ad medullas. ¶ ἐκ μυελῶν. Ital. *Profondamente, affettuoſamente.* Gal. *Profondement, affectueuſement* Hiſp. *Profunda y affectuoſamente.* ¶ Varro, Medullitus Aquilonium ſeruat frigedinem. ¶ Per tranſlationem ſignificat intimè, vel ex intimo affectu. Plaut. in Moſtel. Vt videas eam medullitus me amare.

MEDVLLIA, μήδουλλα, Stephano, Latij oppidum fuit, Albanorum opus, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

MEDVLLINA, μήδουλλα. Plutarcho, Puellæ cuiuſdam Romanæ nomen fuit, quæ à patre in tenebris vitium paſſa, quum ex detracto ei anulo ſtupri autorem agnouiſſet, cæpillis eum ad aram pertraxit, patrémque primùm, deinde etiam ſeipſam ad expiandum flagitium interfecit. Vide Plutarchum in Parallelis.

MEDVSA, pen. prod. μήδουσα. Fuit filia Phorci ex Ceto marina belua: quæ vnà cum duabus ſororibus Euryale & Stenione, Gorgadas inſulas in Oceano Aethiopico tenuiſſe feruntur. Vnde & Gorgonides appellantur. Hæc quum eſſet inſigni forma, etiam habuit inter alia decoris ſpectabilia crines proximè ad auri colorem accedentes, quorũ ſplendore captus Neptunus, in Mineruæ templo cum ea concubuit: ex quo concubitu poſtea natus eſt Pegaſus equus. Quam iniuriam Minerua graui & iniquo animo ferens, Meduſæ crines, quibus maximè amaton ſuo placuerat, in angues mutauit: dediteque vt omnes eam aſpicientes in lapides verterentur. Quamobrem quum nemo tam immane monſtrum intueri poſſet. Perſeus Iouis & Danaes filius, Mercurij talaribus, & falcato enſe accepto, Palladis item ſcuto, vt ære repercuſſam efficiem eius videre impunè poſſet, ex improuiſo, quum ipſa anguéſque ſopiti eſſent, adortus, vno validiſſimo ictu peremit, & in patriam rediens quum eiuſdem caput ſecum deferret, contigit vt guttæ ſanguinis decidentes per ſolitudines Africæ mutarentur in ſerpentes. Vide Lucan. lib. 9. Squallebant late Phorcinidos arua meduſæ. ¶ Inde Meduſæus, a, um, vide in dictione PEGASVS.

Meduſa, μήδουσα. A quibuſdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam, ſiue Lanceolam, Dioſcorides λογχίτιν appellauit. Habet hæc herba florem inuerſo pileolo ſimilem, qui theatralis larvæ, & hiſtrionicæ perſonæ formam refert: ex cuius medio, quaſi ex aperto & hiante ore, ſe profert quædam quaſi lingua candido colore. Ob quam cauſam & Meduſam appellarũt, à Gorgonis abſciſſi capitis ſimilitudine. Nam etiam hodie in antiquis monumentis Meduæ caput ita effictum videmus, vt quàm maximè poteſt, aperto ore, linguam exerat. Vide Marc. Vetr. in Dioſcor.

MEGABYZI, μεγάβυζοι, ſiue Megalobyſi, Dicebantur Epheſiæ Dianæ ſacerdotes, quos eunuchos eſſe oportebat: vnde & pro imbellibus ac mollibus poni conſueuerunt, quales ſunt ſpadones. Quint. lib. 5. ca. 11. An verò ſtatuarum artifices, pictoréſq; clariſſimi, quum corpora quàm ſpecioſiſſimè pingendo, fingendóve effingere cuperent, nunquam tamen in hunc ceciderunt errorem, vt Bagoom, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis aſſumerent ſibi, ſed Doryphorum illum aptum vel militiæ, vel palæſtræ: aliorum quoque iuuenum bellicoſorum & athletarum corpora decorare exiſtimarunt.

MEGAERA, μεγαίρα, cum diphthongo in pen. Furia infernalis. Nam μεγαίρω Odi, ſiue inuideo Latinè denotat. Clau. Inuectiua prima in Rufinum. Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra.

Megalium, μεγάλιον. Vngentum à magnificentia ſic appellatum, eo quòd excuſſerit Telinum ante ſe cantatiſſimum: alij à Megalreo inuentore Siculo, ſiue Athenienſi dictum malunt. Vide Dioſcoridem lib. 1. cap. 6. & Hermolaum in Plinium.

Megaleſia, orum, μεγάλεια. Dies qui dicatus erat magnæ matri deorũ. Ludi quoque qui celebrabantur ante templum in ipſo Magnæ matris deũm conſpectu, Megaleſia, ſiue Megalenſia dicebantur, & Ludi Megalenſes. Liu. lib. 1. ab Vrb. M. Iunus Brutus ædẽ Magnæ matris deũm in palatio dedicauit, & ludos ob eam dedicationem factos, Megaleſia appellauit. Cic. de Aruſp. reſpon. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio noſtri maiores ante templum in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri, celebrarique voluerunt?

MEGALOPOLIS μεγαλόπολις, Arcadiæ vrbs, poſt Leuctricum bellum condita: quæ dimidia ſui parte Oreſtia vocabatur, ab Oreſtis aduentu. Ex hoc oppido ortum traxerunt Cercidas, præſtantiſſimus legiſlator, Miliambon poëta, Aeneſias Peripateticus Theophraſti diſcipulus, Acesdorus, qui de vrbibus ſcribit, & Polybius Hiſtoricus. ¶ Megalopolis item Aſiæ oppidum fuit, poſtea Aphrodiſias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluuios ſitum, quod Stephanus Cariæ attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icariam corruptè legamus pro Caria. Tertia eiuſdem nominis ciuitas in Iberia collocatur ab eodem Stephano.

Megalopolitæ, μεγαλοπολίτης. Megalopolis incolæ. Stephanus.

Megaloprepeia, ¶ μεγαλοπρέπεια. Ital. *Magnificenza.* Gal. *Magnificence.* Hiſp. *Franqueza.* ¶ Magnidecentia, vel munificentia, quæ inter magnos viros vertatur, magnifice in rebus. ¶ Et Megaloprepes, μεγαλοπρεπὴς, dicitur, qui huiuſmodi magnidecentia, aut munificentia vtitur: quem Magnificum quidam appellant.

Megalopſychia, μεγαλοψυχία, Magnanimitas: & Megalopſychus, μεγαλόψυχος ☞, Magnanimus.

MEGARA, æ, penult. corr. μέγαρα, Vrbs eſt Achaiæ in confinio Atticæ, & Peloponneſi, patria Euclidis Geometræ: ita dicta à Megareo Apollinis filio. Vrbis huius meminit Plin. lib. 4. cap. 7, & Seruius Sulpitius ad Cic. lib. 4 Epiſtol. Pro eodem dicimus Megara, orum, plurali numero. Plin. lib. 16. cap. 39. Megaris diu ſtetit oleaſter in foro. Columel. lib. 10. Iam Megaris veniant genitalia femina bulbi. ¶ Eſt item Megara, montis nomen in Sicilia apibus abundãtis, qui vrbem habet eiuſdem nominis in radice ſitam. ¶ Fuit præterea hoc nomine filia Creontis, & vxor Herculis.

Megarus, a, um, adiectiuum. Virgil. 3. Aen. Pantagiam Megarósq; ſitus.

MEGAREVS, dictio triſyllaba, μεγαρεύς. Nomen fuit patris Hippomenis, & nepotis Neptuni, ex Onheſto Bœotiæ oppido oriundi. Ouid. 10. Metam. Namque mihi genitor Megareus Onheſtius: illi Eſt Neptunus auus: pronepos ego regis aquarum. ¶ Fuit præterea eodem nomine vnus ex Apollinis filius, qui Megaris à ſe conditis nomẽ fecit.

MEGARIS, idis, pen. corr. μεγαρίς. Regio eſt Achaiæ, in confinio Atticæ & Peloponneſi, ita dicta à Megaris, præcipua eius tractus vrbe. Plin. lib. 4. cap. 7. Attingit Iſthmum parte ſui, quæ Megaris appellatur, à colonia Megara. Ex hac regione præſtantiſſimi mittebantur bulbi, qui ab ea dicti ſunt Megarici. Plin. lib. 19. cap. 5. Proxima his eſt bulborum natura, quos Cato in primis ſerendos præcipit, celebrans Megaricos. ¶ Eſt præterea Megaris, inſulæ nomen inter Neapolim & Pauſilypum ſitæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 6.

MEGES, μέγης, Vnus fuit ex Græcorũ principibus, qui ad Troiam profecti ſunt: de quo Homerus in Catalogo nauium.

Megiſtanes, ¶ μεγιστᾶνες. Ital. *Magnati, gran perſonaggi.* Gal. *Grands perſonages, & excellens.* Hiſp. *Grandes en dignidad.* ¶ Dicuntur proceres, primatéſque, nam μέγιστος ☞ Latinè dicitur Maximus. Corn. Tacit. Megiſtanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit ſedibus. Suet. in Caligula cap. 5. Regem etiam regum & exercitatione venandi, & conuictu megiſtanum abſtinuiſſe.

Mehercule, Iurandi aduerbium, Idem ſignificans quod per Herculem. νὴ Δία, νὴ τὸν Ἡρακλέα. Cic. Att. lib. 10, Epiſtola tua gratiſſima fuit meæ Tullíæ, & mehercule mihi. ¶ Dicimus etiam Mehercules in eadem ſignificatione. Feſtus, Mecaſtor, & Mehercules iuſiurandum erat, quaſi diceretur, Ita me Caſtor, ita me Hercules: vt ſubaudiatur, Iuuet. Cicero in Oratore, Imperatam eſt, inquit, à conſuetudine, vt peccare ſuauitatis cauſa liceret: & Pomeridianas quadrigas, quàm Poſtmeridianas libea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

libentius dixerim, & Mehercule, quàm Mehercules.

Meio, is, dissyllabum, tertiæ coniugationis, Significat vrinam emitto. {μείω, ἰμιχλέω. Ital. *Orinare.* Gal. *Pisser, vriner.* Hil. *Mear, orinar.*} Diomedes præteritum quidem proprium Meij esse dicit, sed Minxi esse in vsu. Persius Saty. 7, -facer est, pueri, locus, extra Meiite. Horat. 2. Serm. Saty. 7, Ditior aut formæ melioris meiat eodem. Mart. lib. 3, Minxisti currente semel Pauline carina: Meiere vis iterum, iam Palinurus eris, Iuuen. Saty. 1, Cuius ad effigiem non tantùm meiere fas est. ¶ Mictum, mictu in supino. Horat. 1. Serm. Saty 8, -atque in me veniat mictum atque cacatum Iulius & fragilis Pedacia. Mula meiens, Catullus.

Mel, huius mellis, à Græco μέλι, notæ significationis est. {Ital. *Mele.* Gal. *Miel.* Hisp. *Miel.*} Cicero de Senect. Villáque tota locuples est: abundat lacte, caseo, melle. Idem 3. de Finib. Mel etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur. Virgil. 4. Georg. -hinc cæli tempore certo Dulcia mella premes. Ibidem, Feruet opus, redolétque thymo fragrantia mella. Ibidem, -& spumantia cogere pressis Mella fauis. Plaut. in Trucul. In melle sunt linguæ situæ vostræ, atq; orationes, Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto. Sunt qui dicant mel esse cæli sudorem, alij syderum saliuam, alij purgantis se aetis succum. Constat sanè ex aere decidere, syderum maximè exortu, sublucanis temporibus. Vnde sub primam auroram, folia arborum melle roscida inueniuntur. ¶ Mel vernum, dicitur Anthinum mel. ¶ Mel æstiuũ, vocatur ἀγρίον. ¶ Mel quod per se fluxit, Acæton vocatur, quòd sine rectimento sit. ¶ Mel syluestre, Ericæum ab erica frutice, quam & gisarum nominant, folia habet tamarici similia. ¶ Acraton, Mel purum atque integrum, quod neque acescere cœpit, nec vllum passum est vitium. Vide Plin. lib. 11. cap. 14.

Melliculum, li, diminutiuum blandientis μελίκιον. Plaut. Casi. Meum corculum, melliculum, verculum. Idem Curcul. Egón' apicularum operа congestum non feram, Ex dulci oriundum melliculo dulci meo?

Mellarius, a, um, Quod ad mel pertinet. {μελίσσιουικός. Ita. *Pertinente à mele.* Gal. *Apartenant à miel.* Hisp. *Pertenesciente a miel.*} Plin. lib. 21. cap. 14, Vasa mellaria, aut suos lauari aqua præcipiunt.

Mellarium, substantiuum, vide infrà MELITTONES.

Mellarius, rij, substantiuum, Qui mellis opus exercet. {μελιτηρός. Ital. *Chi ha in governo le api & il mele.* Gal. *Celuy qui a le gouvernement des mouches à miel & qui en retire le miel.* Hispan. *El colmenero.*} Varr. lib. 3, de Re rust. cap. 16, Ad extrema, quà mellarij fauum eximere possint, opercula imponunt alueis.

Melliturgus, μελιτουργός. Latinè Mellarius dicitur, qui mellificium exercet: sic enim interpretatur Varr. lib. 3. de Re rust.

Mellatio, onis, Mellis vindemia, quum mel eximitur. {μελίτωσις. Ital. *Raccolta del melle.* Gal. *Cuillette de miel.* Hispan. *La castraçon de las colmenas.*} Plin. lib. 12. cap. 16, Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & Virgiliarum occasu, Idibus Nouembris ferè includitur. Idem lib. 11. cap. 15, Aestiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus reliquit placet.

Melleus, a, um, Quod ex melle est, vel mellis dulcedinem refert ipso gustu. {μελίτινος. Ital. *Di mele, suaue.* Gal. *De miel, ou luy ressemblant.* Hisp. *Cosa de materia de miel.*} vt Melleus sapor, apud Plin. lib. 15. cap. 14. Per translationem quoq; vocem melleam dicimus, pro suaui, & auditu iucunda.

Mellilus, a, um, diminutiuum, à Melleus. μελίκορος. Plautus Casi. Mea vita, mea mellila, mea festiuitas Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea. Quanquam non absurdè fortassis Mellila, diminutiuum ibi intelligere possimus à nomine Mel: vt Mea mellila, plurali numero dictum intelligamus, pro eo quod est, Mea mella, vel meæ deliciæ.

Mellitus, a, um, pen. prod. Quod est melle conditum: vt. {μελιτώδης, μελίκορος. Ital. *Mellato.* Gal. *Fait de miel ou doux comme miel.* Hisp. *Cosa dulce como miel.*} Placentæ mellitæ. Horat. 1. Epist. 10, Vtque sacerdotis fugitiuus, liba recuso, Pane egeo iam mellitis potiore placentis. Plin. libro 36. cap. 19 Melitites suecum remittit dulcem, mellitúmque tusus. Varr. 3. de Re rust. cap. 16, Et faui melliti intus ponendi, à faucibus longè. ¶ Mellitus puer, pro suaui, & iucundo. Cic. ad Att. lib. 1, Ita sum ab hominibus destitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur. Catullus ad Iuuencium, Mellitos oculos tuos Iuuenci, &c.

Mellifluus, a, um, Ex quo fluit mel, vel fluere videtur, μελίρρυτος, μελίρρυτος, hoc est dulce, iucundum: vt Mellifua oratio.

Mellifico, as, Mel facio. {μελιτεύω. Ital. *Far melle.* Gal. *Faire du miel.* Hisp. *Hazer miel las abejas.*} Virgilius, in quodam Epigrammate, Sic vos non vobis mellificatis apes.

Mellificus, a, um, {μελίβοτος. Ital. *Di mele.* Gal. *De miel.* Hisp. *Cosa hecha de miel.*} Colum. lib. 8, Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant. ¶ Item Mellificatio, onis, μελιβοτία.

Mellificium, ci, Mellis factio. {μελιβοτεῖον. Ital. *Artificio di far mele.* Gal. *Façon de miel, a construyre de miel.* Hisp. *Aquella obra de hazer miel.*} Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16, Sed vt hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium, thymum. Idem, Quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Colum. lib. 9. ca. 12, Apes magis mellificiis, quàm fœtibus student.

Mellifer, ra, rum, Ferens mel. {μελίφορος. Ital. *Che porta mele.* Gal. *Qui porte miel.* Hisp. *Cosa que trae miel.*} Ouid. 15. Meta. Nónne vides quos ceta tegit sexangula, fœtus Melliferarũ apiũ sine membris corpora nasci?

Melligenus, na, num, penult. corr. Quod est eiusdem generis cum melle, {μελιγενής. Ital. *Di mele.* Gal. *De miel.* Hisp. *Cosa de miel.*} Plin. lib. 16. cap. 7, Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. Hoc est eiusdem succi, cuius est mel ipsum.

Melabathrum, pen. corr. μελάβαθρον, Herba est, quæ alio nomine Partheniom dicitur, chomæmelo adeò similis, vt pro ea sæpe fallat legentem. Vide Dioscoridem lib. 3.

MELAENA, μέλαινα. Insula est in ostio maris Adriatici quæ alio nomine Corcyra dicitur: vt docet Plinius lib. 3. ca. 16. Statius lib. 12. Thebaid. Icarij, Celeique domus, viridisque Melæna.

MELAENE, μέλαινη, Oppidum in Arcadia, à Melæneo Lycaonis filio conditum inter Heræam & Megalopolim. Plinius Melanæam vocat lib. 4. cap. Stephanus Melænas.

Melampelos, pen. corr. μελάμπελος, Herba est, quæ alio nomine Helxine dicitur: quidam etiam ex Latinis Vitem nigram appellant. De hac Dioscorides lib. 4.

Melamphyllon, μελάμφυλλον, Herba est aculeata, folio in nigredinem tendente: vnde & nomen accepit. Alio nomine Acanthus dicitur. Vide Plin. lib. 22. cap. 22, & Dioscoridem lib. 3, & quæ suprà annotauimus in dictione Acanthus.

MELAMPHYLLON, μελάμφυλλον, Nomen est montis in Thracia, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

MELAMPHYLLVS, μελάμφυλλος, Insula est Ioniæ adiacẽs, ante Ephesum, quæ notiori nomine Samus appellatur. De hac Plin. lib. 5. cap. 31. & Strabo lib. 14.

Melampyros, μελάμπυρος, Herba est in segetibus nascens, teste Theophrasto, quæ aliàs Myagros appellatur. Latinè sonat frumentum nigrum.

Melampodion, μελαμπόδιον, Genus est nigri hellebori, ita dictum, à Melampode quodam, qui eo vti in diuinationibus solebat, appellatum: vel à pastore eiusdem nominis, qui primus hãc herbam inuenisse dicitur, dum capras eo purgari animaduertit. Vide Plin. lib. 25. cap. 5.

MELAMPVS, μελάμπους, Amythaonis Argiui, & Diorippes filius, teste Homero Odyss. lib. 15. Nomen autem accepisse fertur, eo quòd matet infantem exposuerat toto corpore tectum, præterquam pedibus, qui à sole atro colore attracto, nomini causam dederunt. Augurio claruit, Byantem item iuuit in auferendis bobus Iphiclo, quas ille Neleo restituit, accepta eiusdem filia, Pero nomine, in vxorem. Filias quoq; Prœti furiis agitatas sanitati mentis restituit, quarum vnam Iphianassam nomine in coniugem accepit, vt superius traditum est. Virg. lib. 3. Georg. Phyllirides Chiron, Amythaoniúsque Melampus, &c. ¶ Est quoque canis nomen apud Ouid. lib. 3. Metam. A pedum nigredine impositum.

MELANCHAETES, μελαγχαίτης, Canis nomen est apud Ouidiũ. lib. 3. Met. δὶὰ τὸ μελαίνης χαίτης, hoc est à pili nigredine impositum.

Melancholia, Cum accentu in penultima, Latinè dicitur nigra cholera, hoc est atra bilis, quæ sæpe in furorem agit homines. {Græcè, μελαγχολία. Ital. *Melancomia.* Gal. *Melancholie.* Hispa. *Melancolia.*} Cicero 3. Tusc. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, melancholiam ipsi vocant: quasi verò atra bile solùm meus, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. ¶ Melancholiæ varias species, vide apud Galenum in tractatu de Atra bile.

Melancholicus, Qui nigra bile plurimùm abundat. {μελαγχολικός. Ital. *Maninconico.* Gal. *Melancholique.* Hispan. *Melancolico.*} Plin. lib. 20. cap. 7, Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, &c. Cic. 1. Tusc. Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse: vt ego me tardiorem esse non molestè feram. Idem 1. de Diuin. Aristoteles eos eriam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens, atque diuinum.

MELANCLAENI, μελάγχλαινοι, Scythiæ populi, à nigris vestibus, quas ferunt, ita nominati Stephano.

Melancoryphus, phi, μελαγκόρυφος, auis, quæ & Ficedula dicitur: sed Ficedula tantùm autumno ab edendis ficis, aliis temporibus melancoryphus vocatur, quòd κορυφὴν μέλαιναν, hoc est verticem nigram habeat. Latinè Atricapillam dicere possumus. Plin. lib. 37. cap. 8, Sunt qui in Arabia inueniri eas dicant in nidis auium, quas Melancoryphos vocant.

Melandryon, μελάνδρυον, Ruellius interpretatur intimam, durissimámq; roboris materiam, quæ cortice & alburno detractis relinquitur.

MELANAEA, μελαναία Stephano, Oppidũ est in Arcadia. Plin. li. 4. ca. 6.

MELANEVS, per tres syllabas, & pen. corr. μελανεύς, numeratur inter canes Actæonis, apud Ouid. 3. Metam. Harpalos, & Melaneus, hirsutósque corpore Lachne. ¶ Est & Centauri nomen apud eundem in Metamorph.

Melanion, μελάνιον, Flos est subnigri coloris. Latinè violam albam possumus interpretari.

MELANIPPION, μελανίππιον, Pamphyliæ fluuius, apud Hecatæum in descriptione Asiæ.

Melanorrhizon, pen. prod. μελανόρριζον, Herba est, quam alio nomine Veratrum nigrum appellant. Nomen habet à radicis nigredine. μέλαν enim nigrum est, & ῥίζα. radix. De hac Dioscor. lib. 4.

Melanteria, μελαντηρία, Alio nomine Atramentum metallicum appellatur, quo mulomedici vruntur ad putrefactam, siue excrescentem carnem consumendam. Vulgus Gallorum *Armontum* vocat.

MELANTHIA, μελανθία, Filia fuit Deucalionis ex Pyrrha, & soror Hellenis.

Melanthion, μελάνθιον, Herba est, siue potius frutex pusillus, à seminis nigredine nomen habens, quod à Plin. lib. 20. cap. 17, Gith appellatur, & à quibusdam Melaspermon. Officinæ *Nigellam* vocant.

MELANTHIVS, μελάνθιος, Pastor caprarum Vlyssis, qui, quòd & rem domini absentis vnà cum procis absumpsisset, & herx, filióque heriti semper se molestum præbuisset, post reditum Vlyssis, à Telemacho trucidatus est: vt est videre apud Homerum Olyss. lib. 22. ¶ Fuit item hoc nomine nobilis quidam Athenienfis, cuius celebratur illud in Gorgiam æmulum suum dicterium, Hic nobis concordiam suadet, qui tres in vna domo concordes efficere non potuit. ¶ Præter hos & pictor nobilis fuit hoc nomine Pamphili Macedonis discipulus, de quo Plin. lib. 25. cap. 10.

MELANTHO, μελανθώ. Filia fuit Protei senis, cui consuetudo fuit positis vestibus dorso delphinum insidere, atque sic per maria patris vagari. Qua re cognita, Neptunus se in delphinum transformauit, illámque blandiendo illexit, vt dorso suo insideret, transuectáque in aduersum littus stuprum obtulit. Ex quo concubitu Amycum natum fuisse quidam prodiderunt: quem tamen Seruius Melites filium facit.

Melanurus, μελάνουρος, Piscis est saxatilis, nigricantem habens caudam. Penultima huius dictionis producitur, quum apud Græcos scribatur per ω diphthongum. Lippius in 3. Oppian. Haud facili paruus melanurus fallitur arte. Ennius tamen contra orthographiæ rationem penultimam corripuit, primámque, quæ per ε scribitur, licenter produxit in hoc versu, Melanurum, turdum, merulam, timbramque marinam.

¶ Ea

¶Est præterea Melanurus, serpentis genus, præcipuè in Libya & Arabia nascens, vipera minus, sed ad inferendam perniciem multò velocius. Morsi ab eo siti torquentur, immodicéq; bibentes sibi necem inferunt. Cauda lineis duabus nigris distinguitur (vnde & nomen accepit) corpore reliquo albicante. Vide Cæl. lib. 34. cap. 63.

Melappium, Mali genus, ita dictum ab Appij mali similitudine. Plin. lib. 15. cap. 14.

MELAS, μέλας, Multorum fluuiorum nomen est. Nam vnum esse in Mygdonia ostendere videtur Ouid. lib. Metam. 2, Mygdoniúsque Melas. ¶Rursum alium nauigabilem esse in Cilicia, & ipsius terminum, id est qui Ciliciani à Pamphylia diuidat, scribit Plin. lib. 5. cap. 27. ¶Alium item in Thracia, collocat idem Plin. lib. 4. cap. 11. ¶Item alium in Bœotia, qui à Parnasso profluens, Mineruæ sacer dicitur à Poëtis, quia ripæ eius oliuis sint refertæ. Stat. lib. 7. Theba. Palladiúsque Melas Hecateia gurgite nutrit Flumina. Is vnus omnium Græciæ fluuiorum ab ipso fonte nauigabilis est, atque circa solstitium æstiuum, vt Nilus, stata accipiens incrementa: nec longus excurrit, sed in lacus & cuniculos delapsus, modica sui parte Cephiso infunditur. Huius fluminis aquas oues nigras efficere scribit Plin. lib. 2. cap. 103. Eius etiam meminit Herodotus lib. 7. ¶Postremò alium esse in Sicilia ostendere videtur Ouid. Fast. lib. 4, quum de fluminibus & de locis Siciliæ, quæ peragrauerat Ceres, loquēs ait, Sacratúmq; Melan, pascua læta boum.

MELEAGER, & MELEAGRVS, pen. prod. μελέαγρος Suidæ, fuit Oenei Calydoniæ regis filius, ex Althæa coniuge, quo recenter nato, visa sibi est mater, tres Parcas igni assidentes videre, manúque stipitem tenentes, æqualem puero cum stipite vitam assignare. Recedentibus itaque Parcis, Althæa extinctum stipitem diligentissimè asseruauit. Adulto deinde Meleagro, quum spreta ab Oeneo Diana, immensæ magnitudinis aprum immisisset, qui omnem regionem latè vastabat, Meleager collecta robustissimorum iuuenum manu, aprum interfecit, capútque eius Atalantæ Iasij Argiuorum regis filiæ, quæ prima aprum vulnerauerat, velut partem spolij dedit. Quod quum auunculi sui vi puellæ auferre conarentur, vtrunque occidit. Nuntiata atque fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem versa, fatalem illum stipitem in ignem coniecit, quo exusto, Meleager etiam exustis intus intestinis omnibus consumptus est. ¶Nominis huius nominatiuus tripliciter effertur, Meleager, Meleagrus, & Græco more Meleagros. Ouid. 6. Meta. Nec tamē illa fui successu lætior ictus, Quàm Meleager erat. Ibidem, Iuscius atque absens flamma Meleagrus eadem Vritur. Et paulò antè, -donec Meleagros, & vnā Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.

MELEAGREA, μελεαγρεία, Calydon vrbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperauit.

Meleagrides, {μελεαγρίδες. Ital. *Galline d'India.* Gal. *Gelines d'Afrique.* Hisp. *Gallinas moriscas.*} Gallinæ Africanæ sunt, quas vulgus Indicas gallinas vocat. Has Ouidius lib. 8. Metam. fabulatur Meleagri sorores fuisse, doloris impatientia, quem ex morte fratris concepetant, in has aues conuersas. Plin. lib. 10. cap. 16, Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia Africæ: hoc est gallinarum genus giberum, variis conspersum plumis. Varr. lib. 3. de Re rust. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellāt Græci. Hæ nouissimæ in triclinium ganearum introierunt è culina, propter fastidium hominum. Vide ea quæ in dictione GALLINA annotauimus, de tribus gallinarum generibus.

MELES, etis, pen. genitiui prod. μέλης, Fluuius est Ioniæ, Smyrnam alluens, ad cuius ripas natus fertur Homerus. Meminerunt fluuij huius Plin. lib. 5. cap. 29, & Strabo lib. 12.

MELESIGENES, pen. corr. μελησιγενής, Nomen proprium Poëtarum principis, qui postea à cęcitate dictus est Homerus. Melesigenes autem appellatus est (vt refert in vita eius Herodotus) à Melete fluuio Smyrnam alluente, ad cuius ripas natus creditur.

Melia, μελία, A Græcis dicitur arbor quam Latini Fraxinum vocant. Vide Ruellium lib. 1. cap. 82. ¶Est & Melia Cariæ oppidum, apud Hecatæum lib. 1. Genealog.

Melia terra, μελία γῆ, Terræ genus est Erettiæ cineteæ non dissimile, quódque digitis confricatum stridorem reddit trito pumici simulem. Vires habet in medicina eaidem ferè cum alumine, paulò tamen ignauiores. Pictoribus etiam vsui est, ad diuturniorem colorum firmitatem. Plin. Melinum vocat, nomine deducto à Melo insula, vna Sporadum, vnde aduehi solet.

MELIBOEA, μελίβοια Stephano, Vrbs est Magnesiæ, quæ est Græciæ regio, annexa Thessaliæ, teste Plin. lib. 4. cap. 9. Patria Philoctetæ Pœantis filij: à quo Meliboeus, a. um, μελίβοιος. Item Meliboeus μελίβοιος, nomen pastoris, impositum ab eo, quòd boum curam habeat.

Meliceris, dis, penult. prod. μελικηρίς, Abscessus species est ex pituitæ affluxu generati, qui humorem in se continet, mellis & crassitudinem & colorem referentem. Vnde & nomen accepit. Plin. lib. 21. de Meliloto, Peculiariter contra meliceridas efficax. Celsus lib. 5. hoc abscessus genus, μελικηρίδιον. vocari asserit, nomine sumpto à fauo, cuius similitudinem refert.

MELICERTA, siue Melicertes, μελικέρτης, Inûs & Athamantis Thebarum regis filius, cum quo mater, quum virum videret furere, in mare se præcipitauit, ambóque deorum miseratione in numina marina sunt commutati: Ino quidem in Leucotheam, quàm & Maturam matrem vocant: Melicerta verò in Palæmonem, quem Latini Portunum appellant. Vide MATVTA.

Melichros, μελίχρους, Gemma est mellei coloris: vnde & nomen habet. Plin. lib. 37. cap. 11, Colos appellamit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota.

Melichrysos, μελίχρυσος, Gemma quæ ex India mittitur, quasi per aurum syncero melle transluceute. Plin. lib. 37. cap. 9.

Melicraton, μελίκρατον, Potus est confectus ex aqua & melle, qui à Latinis Aqua mulsa dicitur, Nomen accepit παρὰ τὸ μέλι τε κεράννυμι, hoc est à melle, & verbo κεράω, siue κεράννυμι, quod est misceo, siue tempero.

Melicus, a, um, {μελικός. Ital. *Musico.* Gal. *Musicien.* Hisp. *Dulce en canto.*} pen. corr. Idem quod musicus, à Græco nomine μέλος, quod carmen, siue cantum significat. Vnde poëtæ lyrici, Melici dicti sunt. Ausonius, Tu melicos, lyricósque modos. Cic. de Opt. gen. Orator. Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiam, atque dithyrambici, &c.

Melicæ Gallinæ, esse Columella lib. 8. cap. 2, vulgò appellatæ sunt, quæ Medicæ dici debuerant.

MELIGINE, μελίγουνα, Insula est matis Adriatici, ante Dalmatiam sita. Ptolem. lib. 2. cap. vltimo.

MELIOVNIS, μελιούνις, Insula est Siciliæ adiacens, vna ex Aeoliis, quæ notiore nomine Lipara dicitur, Plin. lib. 3. cap. 9.

Melilotos, pen. prod. μελίλωτος, quasi dulcis, & mellea lotos, Herba est croco similis, frequens Campaniæ, quæ quòd coronamentis adhiberi solet, Sertula Campana appellatur à Latinis. De hac Plin. lib. 21. ca. 11. & Ruellius lib. 3. cap. 35, Ouid. Pars thyma, pars flores, pars melilotos amant.

Melimela, pen. prod. μελίμηλα, vtrobique per simplex l, dicuntur poma mustea, siue dulcia, quasi mellea mala. Nam μέλι mel, μῆλον malum significat. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 59, Quæ antea mustea vocabant, nunc melimela appellant. Eadem vulgò Nana vocantur, à paruitate arborum, in quibus producuntur. Plin. lib. 15. cap. 14, Mustea à celeritate mitescendi, quæ nunc Melimela dicuntur à sapore melleo. Mart. lib. 7, Infanti melimela dato, fatuāsque mariscas: Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia sapit. Vide Columellam lib. 5. cap. 10.

Melina, æ, μηλίνη, Vt Festus ait, genus tibiæ acutissimi soni. ¶Est & genus vestis, vel à colore, vel à Melo insula, vnde afferebatur, sic dictæ. Plaut. in Epid. Vbi ergo estimisi si in vidulo, Aut si in melina attulisti.

MELINOPHAGI, μελινοφάγοι, Thraciæ populi, ita dicti, quòd panico vescantur. Stephanus.

Melinum, ni, {μήλινον. Ital. *Melisso.* Gal. *Melisse.* Hisp. *Toronjil.*} neut. gen. Apiastrum vocat Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16. ¶Est & melinum (vt ait Plin. lib. 23. cap 6,) oleum ex flore malorum. ¶Est & vnguentum. Plin. lib. 13. cap. 1. Amaracinum in Coo: postea eodem loco præfatum est melinum. ¶Melinum quoque coloris candidi species est, à Melo insula, vna Sporadum, nomen habens, vbi præstantissimum effoditur. Dioscorid. lib. 5, Meliam terram vocat. Plin. lib. 35. cap 6, Melinum candidum & ipsum est optimum in Melo insula. In Samo quoque nascitur, sed eo non vtuntur pictores, propter nimiam pinguedinem. Plaut. in Mostel. Neq; cerussam, neque melinum, neq; aliam offuciam.

Melior, Meliusculus, Melioresco, Vide BONVS.

Melipecta, μελιπηκτά, Cibaria mellita, cuiusmodi sunt placentæ mellitæ.

Meliphyllon, {μελίφυλλον. Ital. *Melissa.* Gal. *Melisse.* Hisp. *Toronjil.*} Herbæ nomen est, quæ alio nomine dicitur Apiastrum. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16, Reliquum thymo, & cythiso obseuisse, & apiastro, quod alij μελίφυλλον, alij μελισσόφυλλον, quidam μέλισσον appellant. Virgil. 4. Georg. -huc tu iussos asperge liquores Tzita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen. Vbi Seruius annotauit, Meliphylla per syncopen esse dicta, quasi melissophylla.

Melipontus, Quem & Medipontum vocari suprà ostendimus, Funis genus est, quod à Catone non vno in loco numeratur inter ea quæ necessaria sunt oleum conficientibus. Cato cap. 68, Vbi vindemia, & oleitas facta erit, prela extollito, funes, torculos, melipontos, subductarios, aut in carnario, aut in prelo suspendito.

Melis, huius melis, fœm. gen. μέλις, Animal, quod & Taxus, siue Taxo dicitur, quòd sit mellis auidissimum, & alueariis semper infestum, in cauernis viuens, asperum, mordáxque, magnitudine vulpis, colore felis: ex cuius pelle pharetras, & canum collaria obtegunt. Plin. lib. 8. cap. 38, hanc esse ait melibus in metu solertiam, vt sufflata cute distentæ, ictus hominum, & morsus canum arceant.

MELISSA, μέλισσα, Oppidum Libyæ, cuius incolæ dicuntur Melissæi. Stephanus.

MELISSA, μέλισσα, Melissi Cretensium regis filia, quæ vnà cum sorore Amalthea, Iouem caprino aluit lacte. ¶Fuit item huius nominis Nympha, quæ mellificium primò inuenit: vnde data est occasio fabulæ, Melissam in apem fuisse conuersam. Colum. lib. 9. cap. 2, Nec sanè rustico dignum est scisciari, fueritne mulier pulcherrima specie, quam Iupiter in apem conuertit. ¶Melissa præterea quædam fuit, Periandri Corinthiorum tyranni vxor, quam ille, concubinarum delationibus temere credens, quum grauida esset, pedibus conculcans interemit. Vide Laërtium in vita Periandri.

Melissophyllon, {μελισσόφυλλον. Ital. *Melissa.* Gal. *Melisse.* Hisp. *Toronjil.*} Herba est ballotæ similis, quæ & Apiastrum, & Citrago, & Meliphyllum, & Melinum appellatur. Galli *Melissam* vocant. Nomen habet ἀπὸ τῶν μελίσσων, hoc est ab apibus quæ eo tantopere oblectantur, vt si eo aluearia perungantur, nusquam diffugiant. De hac herba vide Colum. lib. 9. cal. 8, & Varr. de Re rust. lib. 3. cap. 16.

MELISSVS, μέλισσος, Cretensium rex fuit antiquissimus, qui primus diis sacrificauit: cuius filiæ Melissa, & Amalthea fuerunt, quæ Iouem infantem melle & lacte caprino aluerunt. ¶Fuit item Melissus, Grammaticus muneri datus Mecœnati, & manumissus ab eo. Autor Tranquillus. ¶Melissus præterea Samius, Parmenidis auditor, philosophus ciuibus suis charus, quibus præcepta plura dedit, Rempubliceam administrauit, classique in bello præfuit, vt refert Apollodorus.

MELITA, æ, vel Melite, es, μελίτη. Vulgò *Malta*, Insula est non procul à Pachyno Siciliæ promontorio. Ouid. 3. Fastor. Fertilis est Melite, sterili vicina Corcyræ. ¶Est etiam Melite, siue Melita, vrbis nomen in hac ipsa insula, à Carthaginiensibus (vt refert Diodorus) conditæ, textrinis pretiosissimarum vestium in primis nobilis. Cic. 6. Verr. Insula est Melita, iudices, satis lato ab Sicilia freto, periculosóq; disiunctain qua est eodem nomine oppidum, quò iste nunquam accessit: quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit.

Melitæus, a, um, & Melitensis, μελιτεύς. Strephano: vt Melitæi catuli, μελιτεῖα κυνίδια, quæ ad fœminarum delicias ex Melita aduehebantur. Plin. lib. 3. cap. vltim. Melita, vnde Melitæos canes appellari, autor est Callimachus.

MELITENE, es, μελιτήνη, Cappadociæ regio, prætenta Armeniæ maiori, non procul ab Euphrate. Plin. lib. 6 cap. 3.

Melites, μελίτης, Gemma sic dicta à colore mali Cydonei, quod μῆλον κατ' ἐξοχὴν

Universidad de Deusto
Biblioteca

χρατ' ἐξοχὴν dicitur. Plin. lib. 37. cap. 11, sic ait. Melites mali coloris, nec plura addidit.

Melitites, masc. gen. μελιτίτης, pen. prod. Genus potionis dulcis (vt ait Plin. lib. 14. cap. 9.) factæ ex melle & musto, hoc est ex congio mellis, & quinque congijs austeri musti, & cyatho salis, vnà feruefactis. Distat autem à mulso, in quo binis vini singuli mellis congij admiscentur, vt docet Dioscorides lib. 5. ¶ Est præterea Melitites, lapis cinericei coloris, qui coti attritus, vel cum liquore contusus, liquorem dulcem emittit. Vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 36. cap. 19, & Galenum lib. 9. Simpl.

MELITTAEA, μελιτταία, Thessaliæ oppidum, Stephano.

MELITVSA, μελίτουσα Stephano, Illyrici oppidum: cuius incolæ Melitusæi & Melitusij appellantur.

Melittones, μελιττῶνες, pen. prod. Aluei, in quibus apes nutriuntur. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16, Melittones ita facere oportet, quos alij μελισσοτροφεῖα appellant. Eadem quidam Mellaria. Vulgus Gallicum *Ruches* vocat.

Meliturgus, Vide MEL.

MELITVS, μέλιτος, Nomen alterius ex accusatoribus Socratis.

Melium, μήλιον, Herba est in aquis & locis vliginosis nascens, semen habens lini semini non dissimile, aliquanto tamen maius & firmius, & præ læuore splendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioscor. lib. 3.

Melius, comparatiuum à Bene, & Meliuscule, Vide BENE in BONVS.

MELIZANDRVS, μελιζανδρος, Poëta Milesius, Lapitharum & Centaurorum bellum scripsit, vt est autor Aelianus de varia histo.

Melizomum, μελίζωμον, penult. prod. Condimentum quoddam vocat Apicius, ex mellis despumati mistura confectum.

MELLARIA, æ, Oppidum Hispaniæ in tractu Bætico, Pomponij Melæ patria, vt ipse testatur Geographiæ suæ lib. 2.

Mellacium, ὑδρομελίπηκτον. Mustum ad mediam partem decoctum, quam Sapam appellamus, vt inquit Nonius.

Mellificatio, Mellificator, Mellifico, Mellitus, Vide MEL.

Melligo, inis, μελίτωμα, pen. prod. Succus è lachrymis arborum, siue florum, quem apes deuorant, postea ad alueos regressæ euomunt, operáque componunt. Plin. lib. 11. cap. 6, Primùm itaque fauos cõstruunt, ceram fingunt, deinde sobolem, postea mella. Ceram ex floribus, melligine è lachrymis arborum, quæ glutinũ pariunt, salicis, vlmi, arundinis succo, gummi, tesina. ¶ Ponitur & pro quocunque succo floredinis succo, gummi, tesina. ¶ Ponitur & pro quocunque succo florescentis fructus adhuc, atq; immaturi. Plin. lib. 12. cap. 27, In prima lanugine demittitur vua, ciúsq; melligo, reliquum corpus sole coquitur.

Mellíloquus, pen. corr. Cui oratio suauis instar mellis, ex ore profluit. μελίγηρυς, μελίφωνος.

MELO, nomen fluuij, qui & Nilus, & Geon appellatus est. Ausonius in Aenigmate, Melonis albam paginam.

MELOBOSIS, μηλόβοσις, Nympha est, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia: sic dicta ab ouibus pascendis.

MELOCABVS, Germaniæ vrbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11. Vulgò *Choburgk*.

Melocarpos, μηλόκαρπος. Herba est, quę alio nomine Aristolochia longa appellatur. Dioscor. lib. 3. cap. 4.

MELOESSA, μηλόεσσα, Insula est ex Syrenusis vna, è regione Lacinij extremi Italiæ promontorij, non tam à pomorum, quàm à pecoris abundantia dicta. Vide Plin. lib. 3. cap. 10.

Melolontha, μηλολόνθη, Scarabæi genus est, colore viridi nascens.

Melomeli, μηλόμελι, Cõfectio quædam ex malis cydoneis melle obrutis in lagœna. Rationem conficiendi docet Columella lib. 12. cap. 45. & Dioscor. lib. 5.

Melones, A Palladio dicuntur, qui ex genere peponum ad malorum rotunditatem accedunt: à quibusdam, facto ex malo & pepone nomine, Melopepones appellantur.

Melonomus, μηλονόμος, pen. corr. Ouium pastor. Nam μῆλον & poma, & oues significant.

Melopepones, μηλοπέπονες. Fructus sunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, sed humi rotundantur, & odorem iucundissimum habent, vbi maturuere. Palladius Melones vocat. Vide Ruellium lib. 1.

Melos, μέλος. Ita. *Dulce ζμα di canto, melodia.* Gal. *Doulceur de chant, melodie.* Hisp. *El canto dulce.* generis neut. & indeclinabile est, aut certè defectiui. Numerum genitiuum, & datiuum singulares, totúmque pluralem numerum apud Latinos non habet. Ablatiuo Melo vsus est Lactantius Firmianus in Hymno de Resur. Dominica, Fitque repercusso dulcior aura melo. Apud Græcos declinatur τὸ μέλος. τοῦ μέλους. Est autem Melos, cantus suauitas, ex apta vocis modulatione, & flexu procedens. Persius in proœmio Satyrarum, Coruos Poëtas, & Poëtridas picas Cantare credas Pegaseum melos. ¶ Hinc multa deriuantur, de quibus mox.

MELOS, μῆλος, gen. fœm. Insula est Cretæ adiacens, vna Sporadum: & vrbs in eadem insula. Strabo, Melos insula inter Cretam, Peloponnesúmque interuallo æquali sita, à Peloponneso promontorium Scyllæum, à Creta Dictynnæum habens.

Melodia. μελῳδία. Ital. *Melodia.* Gal. *Melodie, doux chant.* Hisp. *Canto dulce.* cum accentu in penultima. Dulcis cantus, siue melleus.

Melodes, pen. prod. μελώδης, Accipitur pro melico dulcia carmina cantante. Sidon. Proculus melodes insonare pulsibus.

Melota, æ, & Melote, es, μηλωτή, penult. prod. Dici potest pellis ouina vnà cum lana corpori detracta. μῆλον enim à Græcis dicitur, quæ à nobis ouis.

Melothrum, μελόθρον, Herba est, quæ alio nomine ἄμπελος λευκή, hoc est vitis alba appellatur. De hac Dioscorides lib. 4.

MELPOMENE, μελπομένη, pen. corr. Vna ex Musis, tragœdiarum inuentrix, à modulando nomen trahens. Virg. de Musarum inuentis, Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu. Vide MVSA.

MEMBLIARVS, μεμβλιάρος, Insula est maris Aegæi, vna Sporadum, non procul à Thera & Anaphe. Plin. lib. 4. cap. 12.

Membrum, bri, Proprie dicitur caro artus tegens. μέλος. Ital. *Membro.*

Gal. *Membre.* Hispa. *Miembro.* vnde Membrana, superior membri pars dicitur, hoc est pellis ipsa. Silius, —& venis malè iuncta trementibus ossa Extant consumptis visu deformia membris. ¶ Accipiuntur tamen etiam Membra pro singulis corporis partibus: vt manus, pes, auris, membra dicuntur. Terent. in Adel. Membra metu debilia sunt. Cic. 3. de Finib. Iam membrorum id est partium corporis, alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata, vt manus, crura, pedes, &c. alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni. Virgil. 9. Aeneid. Quò sequar? aut quæ nunc artus, auulsaque membra, Et funus lacerum tellus habet? ¶ Membra principalia sunt, Cor, cerebrũ, iecur. Quomodo autem differant membra ab Artubus, vide in dictione ARTVS. ¶ Sumitur etiam Membrum pro parte rei inanimatæ. Plin. Epistol. 17. lib. 2, Adhæret dormitorium membrum, transitu interiacente. Hoc est pars domus quieti corporum dicata. Cic. 1. de Nat. deorum Omnes autem eius partes, atque omnia membra tam facilimè noscuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. Columella præterea & Apuleius partem domus membrũ nominant. Et Vipianus de manumissionibus. Quæri, inquit, potest, si fabris duobus, vel pictoribus templum vel membrum depictum esset. ¶ Membra præterea in Oratione dicuntur partes periodi, quæ Græci κῶλα vocant: eáque rursus diuidũtur in incisa, quæ illi κόμματα dicunt. Autor ad Herennium. Membrum, omnis appellatur res breuiter absoluta, sine totius sententiæ demonstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Cicero in Oratore, Quæ Græci κόμματα, & κῶλα nominant, nos recte incisa, & membra dicimus. ¶ Sumitur etiam pro parte, quum ad inanimata transfertur. ¶ A Membrum fiunt adiectiua, Bimembris, δίκωλος, Trimembris, τρίκωλος, Quadrimembris, τετράκωλος, hoc est duarum, trium, quatuor partium.

Membratim, aduerbium. Significat per membra singula. κατὰ μέλη. Ital. *A membro à membro.* Gal. *Par membres, par pieces, membre à membre.* Hispan. *Miembro à miembro.* Plin. lib. 9. cap. 15, Hi membratim cæsi, cruice & abdomine commendantur. Idem lib. 11. cap. 37, Itaque nunc per singulas partes corporis, præter iam dictas, membratim tractetur historia. Cic. in Partit. Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim gesti negotij suspiciosa explicatio. Quintil. lib. 9. cap. 4, Vbi cunq; acriter erit & instanter, pugnacitérq; dicendum, membratim cæsim q; dicendum.

Membrana, æ, Pellis exterior, quæ membra tegit. διφθέρα. Ital. *Pelle sottile.* Gal. *Taye, petite peau.* Hispa. *La tela.* quanquam generaliter pro quauis tenuiore pellicula accipiatur, in quacunque parte animalis sita. Cic. 2. de Nat. deorum. Quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestiunt & sepsit. Lucr. lib. 4, Membranas mittunt vituli de corpore summo. Plin. lib. 9. cap. 29, Membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. ¶ In ligno quoque membrana est. Plin. lib. 13 de tilia, Inter corticem & ligneum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranæ περγαμηναί. Ital. *Bergamina.* Gal. *Parchemin.* Hisp. *Pergamino.* etiam dicuntur chartæ Pergamenæ, quòd de animalium membris sint detractę, in quorum tergoribus primùm ab vno latere scribi cœptum, deinde ab vtroque, derasis pilis. Earum vsus Pergami, regnante Eumene mehoanitmagnámq; earum vim Rex Attalus Romam misit, vt penuria chartæ pellibus pensaretur. Vnde Pergamenarum nomen ad hanc vsque diem, tradente sibi inuicem per manus posteritate, seruatum est. Quintil. lib. 10. cap. 3, Illa quoque minora non sunt transeunda, scribi optimè ceris, in quibus facillima est delẽdi ratio, nisi fortè visus infirmior membranarum potius vium exiget. Plin. lib. 7. ca. 21, In nuce inclusam Iliada, Homeri carmen in membrana scriptum, tradidit Cic. Mart. lib. 1, Hos eme, quos arctat breuibus membrana tabellis. Horat. de Arte, Membranis intus positis delere licebit Quod non ediderís. ¶ Differt autem Charta à Membrana, quòd Mẽbranæ pelliceæ sunt, & Pergami primùm inuentæ: vnde & Pergamenæ sunt appellatæ. Chartæ autem ex papyro olim in Aegypto fiebant, vt Plinius ostendit: apud nos è centonibus certo quodam modo maceratis, & glutino concretis formantur. Chartam ex papyro in victoria Magni Alexandri inuentam scribit Varro, antea palmarum foliis scriptitatum fuisse, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata liuteis, & schedis confici cœpta. Ptolemæus autem chartas, Eumenes verò membranas, quum vterq; eorum maximas haberet bibliotheeas, inuenerunt: quorum alter Pergami, alter Aegypti rex fuit. Plinius autem putat chartarum vsum Numæ temporibus fuisse, idq; autoritate Cassij Heminæ confirmat, qui Co. Terentium scribam, agrum suum in Ianiculo repastinantem, inuenisse ait aream, in qua Numa rex situs esset, & in ea libros eius è charta scriptos. Sed Numam: pluribus ætatibus ante Alexandrum fuisse constat.

Membranula, diminutiuum. τὸ ὑμένιον. Ital. *Pelle sottile.* Gal. *Taye, petite peau.* Hisp. *La tela.* Cic. ad Attic. lib. 4, Iisque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant.

Membranaceus, a, um, Quod similitudinem membranæ habet. ὑμενώδης. Ital. *Simile à membrana.* Gal. *Semblable à parchemin.* Hisp. *Cosa semejante à pergamino.* Plin. lib. 16. cap. 31, Quibusdam cortex membranaceus, vt vitis. Idem lib. 10. cap. 61, Volucrum animal parit vespertilio tantùm, cui membrana ceu pinnæ.

Membraneus, a, um, Quod ex membranis est. διφθερικός, περγαμηνός. Ital. *Di bergamina ò membrana.* Gal. *De parchemin.* Hispa. *Cosa de pergamino.* Vipian. librorum appellatione. ff. de Lega. iij. Quòd si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

Membrari, Significat per membra formari. ἀρθρόω. quo verbo vtitur Censorinus, in lib. de Die natali.

Membratura, Est membrorum positura. ἁρμολογία.

Membrosus, a, um, μελέδων, Qui magna habet membra.

Memecylos, μεμηκυλών, Species est arbuti. Plin. lib. 15. cap. 24, de vnedone loquens, Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, Comaron, & Memecylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos. Vide Dioscoridem lib. 1.

Memini, A Meno antiquo verbo fit, quo veteres vti sunt pro recordor, & in mentem reuoco: à quo prima syllaba geminata, fit præteritum Memini, sicut à Pungo, Pupugi. μέμνημαι. Ital. *Ricordarsi.* Gal. *Se souuenir, auoir memoire.* Hisp. *Recordarse.* Et quamuis sit præteriti temporis, in præsenti

præsenti tamen ferè semper accipitur, teste Valla in Rauden. Plaut. Epid. Annulum, atque anellum aureolum in digito? v. memini mihi homo. 1. Non memmisti me in aurem ad te afferre natali die? Idem Asin. Iussi voco te. 1 2. non eo. ME. non is? memento. 1 2. memini. Terent. in Andr. Facturum quæ voles, scio esse omnia. P. memini. Cic. pro Quint. Memini, verus est, de scurra multò facilius diuitem, quàm patremfamiliàs fieri posse. Virg. 2. Aeneid. Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit. Incipiam. Ouid. 9. Metam. Dum loquor, horror habet, quòque est meminisse doloris. ¶ Requirit genitiuum, vel accusatiuum. Terent. in Eunucho, Faciam vt huius loci dicique, meiq; semper memineris. Virg. 9. Aeglo. -numeros memini, si verba tenerem. Ouid. Epist. 21. -meminerunt omnia amautes. Cic. de Senect. Omnia, quæ curant, senes meminerunt. Sed quum significat mentionem facio, recusat accusatiuum, postulátque ablatiuum cum præpositione DE, vel genitiuum. Quint. lib. 11. cap. 2, De quibus multi meminerunt. Ibidem, Neque omnino huius rei meminit Poëta ipse. ¶ In priore significatione iungitur tam cum præterito infinitiui, quàm cum præsenti. Virg. 9. Aeglo. Nunque sub Oebaliæ memini me turribus altis Coricium vidisse senem. Idem, Cantando puerum memini me condere Soles. Cicero Appio, Ad me adire quosdam memini. Idem Papyrio lib. 4. Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant. Quod erit, magnificum sit & lautum. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat, cætera eodem modo. Idem Att. lib. 1, De comitiis meis, & tibi me permisisse memini. Idem pro Rosc. Am. Memini si me ita distribuisse initio causam. ¶ Huius compositum est, Commemini, de quo suo loco.

Memor, huius memoris, pen. corr. gen. omnis, secundum Priscianum, à verbo Memini, qui rei alicuius recordatur. {μνημονικὸς, μνήμων Ital. *Ricordevole, memore.* Gal. *Memoratif, qui a memoire, & se souuient.* Hisp. *El que se recuerda.*} Plaut. in Pseud. Aduerte ergo animum, & fac sis promissi memor. Idem Cap. Nunquid vis? P. venias tempori. A. memorem mones. Virgil. 4. Aeneid. Et bene apud memores veteris stat gratia facti. Idem 6. Aeneid. Quisque sui memores alios fecere merendo. Horat. 2. Serm. Satyr. 6, Viue memor quàm sis æui brevis. ¶ Quum autem de inanimatis rebus dicitur, significat rem cuius nos memores sumus. Virgil. 1. Aeneid. -fœuæ memorem Iunonis ob iram Horat. lib. 1. Carm, Siue puer furens Impressit memorē dente labris notam. hoc est tam vehementem, vt non facilè excidat memoria. Ouid. Epist. 19, Et vocem memori condidit aure tuam. Idem 4. de Ponto Eleg. 2, Carmina sola tibi memorem restantia curam Non data sunt quid enim, quæ facis ipse, darem? ¶ Huius contrarium est Immemor, de quo suo loco.

Memoria, æ, (vt inquit autor ad Herennium, lib. 1,) Est firma animi rerum & verborum dispositionis perceptio. {μνήμη Ital. *Memoria, rimembranza* Gal. *Memoire.* Hisp. *La potencia de se recordar, memoria.*} Cic. 2. de Inuen. Memoria est per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Idem de Clar. Orat. Quorum memoria & recordatio in maximis nostris graussimisque curis iucunda sanè fuit. Idem ad Plancum lib. 10. Epist. Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi. Terentius in Andria. Io memoria habeo, δὸς μνήμην ἰχθύι. Vbi Donatus, Pius est, quàm si dixisset, Scio. Nam quæ scimus, possumus obliuisci: quæ verò memoriæ commendamus, nunquam amittimus. ¶ Aliquando pro antiquitate ponitur. Pacuuius, Pérque nostram egregiam humanitatem, quam memoria firmauit. ¶ Nominis huius in oratione varius est vsus. Dicimus enim, Insidet in memoria, Memoriæ affigere, Memoriæ mandare, Memoria custodire, Memoriam alicuius rei sibi proponere, In memoria esse alicui, Memoriā alicuius vsurpare, Memoriæ alicuius dare operam, Memoria tenere, Memoria continere, Memoria complecti, Memoriam alicuius tenere, Memoria meminisse, Memoriæ prodere, Memoriam alicuius rei prodere posteris, Memoriæ tradere: Memoria est, pro eo quod est, Memini: Memoria cadit vel intercidit, Memoria falli, Memoria repetere, In memoriam redigere, In memoriam reuocare, Reducere in memoriam, In memoriam redire, Referre memoriam alicuius, Omni memoria, vel in omni memoria, pro in omni tempore: Superiori memoria, pro superiori tempore: Vsque ad hanc memoriam, id est vsque ad hoc tempus: Vt mea memoria est, id est quantum possum meminisse, aut reminisci: Memoria mea factum non est illud, id est quantum meminisse possum. Quarum locutionum testimonia passim bonos autores legenti occurrent.

Memoriola, diminutiuum. Cicc. ad Att. lib. 12, Sed quod scribis iguiculum matutinum χρονικώτερον, est memoriola vacillare.

Memoriter, aduerbium, significat quod imperiti dicunt, Mente tenus. {μνημονικῶς. Ital. *Memoriosamente.* Gal. *Par memoire, par cœur.* Hisp. *De coro ò de memoria.*} Cic. de Amicitia, Q. Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucundè solebat. Sic etiam dicimus, Memoriter cognoscere, Memoriter memorare, Memoriter colligere, Memoriter meminisse, Memoriter narrare, Memoriter respondere, Memoriter exponere, Memoriter vocare.

Memorabilis, le. Qui est dignus memoria. {ἀξιομνημόνευτος, ἀξιόλογος. Ital. *Memorabile.* Gal. *Memorable, digne de memoire.* Hisp. *Cosa digna de memoria.*} Colum. in Præfat. lib. 1, Quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces. Cic. de Amicitia, Quum accepissemus à patribus maximè memorabilem C. Lælij, & Pub. Scipionis familiaritatem fuisse. Terent. Heaut. Heus tu, non sit sine periculo facinus magnum & memorabile. Virg. 4. Aen. -magnum & memorabile numen. Idem 2. Aen. -nanqi, etsi nullū memorabile nomen, Fœminea in pœna est. Cic. 3. de Finibus. Si enim sapiens aliquis miser esse possit, nec ego istam gloriosam memorabilémq; virtutem non magno æstimandam putem.

Memoro, as, penult. corr. ad memoriam reduco. {μνημονεύω. Ital. *Commemorare, ricordare.* Gal. *Penser & remmenorer, reduire en memoire.* Hisp. *Recordar à otro.*} Plaut. in Pœn. Memorandum mihi, si noui fortè, aut si sunt cognati mihi. ¶ Interdum est dicere, narrare, seu exponere, recitare. λέγω, ἀπαγγέλλω. Liu. lib. 1. ab Vrb. Herculémq; in ea loca, Geryone interempto, boues mira specie abegisse memorant: id est dicunt. Virgil. 1. Aen. Musa mihi causas memora, id est dic, expone. Plaut. in Trin. Agedum, nomen tuum primùm memora mihi. Idem in Amphit. Ibi nunc meus pater memorat, legiones hostium vt fugauerit, hoc est commemorat, vel narrat. ¶ Huius composita sunt, Commemoro, & Rememoro, quod est in memoriam reduco. Legitur & passiuum Memoror. Plautus in Amph. Experiri istuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Sallust. Incredibile memoratu est, quàm facile coaluerint.

Memorator, oris, verbale. Qui memorat. {ὁ μνημονεύσας. Ital. *Raccontatore.* Gal. *Racontur.* Hispan. *Recordador.*} Propert. lib. 3. Eleg. 1, Necnon ille tui casus memorator Homerus.

Memoratus, us, verbale, Idem quod memoratio. {ἀνάμνησις Ital. *Rimembranza.* Gal. *Memoire.* Hisp. *Obra de recordarse.*} Gell. lib. 11. cap. 4, Eos versus non minus frequenti, assiduóque memoratu dignos puto, quàm philosophorum die officiis decreta.

MEMPHIS, μέμφις, Vrbs Aegypti regia, ab Ogdoo rege condita, & à nomine filiæ eius appellata. Hæc inter omnes Aegypti vrbes secundum ab Alexandria locum obtinuit, pyramidibus, regum sepulchris, in primis insignis. Eius ambitus traditur fuisse centum & quinquaginta stadiorum. Sita est hæc vrbs in loco totius Aegypti opportunissimo, vbi Nilus in duas scissus partes, literæ Δ speciem præbet: quo fit vt portuosissima sit, omnique penè ex parte nauigiis aditum præbeat. Vulgus hodie *Alcayrum* vocat. ¶ Hinc hunc duo patronymica, vnum masc. gen. Memphites, æ alterum fœm. Memphitis, idis, Tibul. lib. 1. Eleg. Barbara Memphiten plangere docta bouem. Iuu. Saty. 15, -aune aliam terra Memphitide sicca Inuidiā facerent nolenti surgere Nilo?

Memphiticus, a, um, adiectiuum. Ouid. 1. Arte amandi, Neu fuge Nilige næ Memphitica facta iuuencæ.

Memphites, æ, vel, is, pen. prod. μεμφίτης. Lapis est pinguis, varióque colore, in membris secandis vel vrendis citra omne periculum sensum adimens. De hoc Dioscorides lib. 5.

MEMPRICVS, Rex Britanniæ, qui fratrem Malyn exuit vita, vt eo mortuo regnaret, Autor Volaterranus.

MENA, μήνη. Apud Romanos fait dea, quæ menstruis fluxibus præesse putabatur. Quo etiam nomine dictus est piscis quidam brevis, μαινὶς, qui hyeme candidus, æstate nigrior fit: sed tunc Mæna cum diphthongo scribitur. Cic. de Finib. Qui voluptatem contemnunt, eis licet dicere, se accipere quàm mænæ non anteponere. Mart. lib. 11, & caudam cibij brevesq; mænas. Hunc piscem eundem esse cum halece Theodoro credimus, qui ex Aristotele Halecem vertit, quem ille μαινίδα appellat.

MENAECHMVS, μέναιχμος, Philosophus, Endoxi auditor, qui Platonis temporibus vixit, & scripsit libros tres, in libros Platonis de Republ. ¶ Menæchmus item Sicyonius historicus, qui scripsit historiam Alexandri Magni. Meminit vtriusque Suidas.

Menæchmi, μέναιχμοι, Apud Plautum comœdia, in qua gemini introducuntur eiosdem nominis, qui indiscreta similitudine miros aspicientium errores excitant. In castigationibus exemplaribus legitur Menæhmi sine c.

MENALCAS, μενάλκας. Pastoris nomen apud Virg. 3. Aeglog.

MENALIPPA, æ, vel Menalippe, es, μενάλιππη. Fuit Antiopes Amazonum reginæ soror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello quod contra Amazones gessit: quam quum Anthiopæ sorori restitueret, accepit pretium, arma reginæ & baltheum. Nam hæc quoque ex eo bello reportare fuerat inssus ab Aristeo. Iuuenal. Saty. 8, Syrma vel Antigones, seu personam Menalippes.

MENALIPPIDES, μενάλιππίδης, Poëta Melius genere, scripsit Dithyrambicorum plures libros, & poëmata epica, & epigrammata & elegos. ¶ Huius ex filia nepos Menalippides iunior, item poëta, scripsit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuúsque est apud Perdiccam regem Macedoniæ. Suidas.

MENALIPPVS, μενάλιππος. Thebanus quidam fuit, qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter vulnerauit. Quum igitur Tydeus mortem appropinquare videret, adeò impatienter tulit, vt ferè in rabiem versus socijs iusserit vt vulneratoris caput ad se deferrent: & apud Statium sic vociferatur, -caput ô mihi si quis Apporter Menalippe tuum. Qui postquam illud multo sanguine fuso obtinuissent, ad dominum suum detulerunt: qui mordicus illud arripuit, ac ceruici non aliter, ac canis rabidus, dentes infixit; quúmque illam bestiali ritu deuoraret, occubuit. ¶ Fuit & alter Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in venatu fertur peremisse, óbque id fratricidium exulasse. ¶ Fuit & tertius Menalippus Troianus: qui quòd virtute præstaret, à Priamo filij loco amatus fuit.

MENANDER, μένανδρος, Poëta comicus, Theophrasti discipulus, strabus fuit, mente acutus, amore in mulieres insanus. Scripsit fabulas LXXX. & epistolam vnam ad Ptolemæū regem, aliáq; nonnulla soluta oratione. Hæc Suidas. Quint. lib. 10. ca. 1, Menander, meo quidē iudicio, diligenter ad cuncta quę præcipimus efficienda, sufficiat. Ita omnē vitæ imaginē expressit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accōmodatus. Ouid. 2. Trist. Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri. Legitur & Menandros, Græcorum more. Idem lib. 1. Amor. Dum fallax seruus, durus pater, improba lena Vixent, & meretrix blanda, Menandrus erit. ¶ Menander item Laodiceus sophista, scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani. Suidas. ¶ Menander alius Simoni Mago successit, non solùm eius referens impietatem, sed longè maioribus superans portentis. Sese enim iactitabat seruatorem esse ex Olympo, ad hominum salutem demissum, docebátq; nullo alio pacto Angelos ab hominibus vinci, aut cogi posse, quàm artis magicæ disciplina & baptismo à se traditis, ex quibus solis immortalitatem humano generi contingere posse affirmabat. Hæc Irenæus.

MENAPII, μέναπιοι, Populi, qui ad vtranque Rheni ripam habitant, proximi Vbiis, Eburonibus, & Sicambris. Vnde coniecturam facere possumus esse eos, quos hodie Iuliacenses vocamus & Cliuēses: quanuis Menapiorum olim latiores fuisse videntur fines, quàm hodie sunt Iuliacensium & Cliuensium.

MENARIA, lege MAENARIA.

Menda, æ, & Mendum, di, Error vel erratum. {σφάλμα Ital. *Menda, errore.* Gal. *Faute.* Hispan. *Yacha, ò mancilla, ò mancura.*} Ceciuna Ciceroni lib. 6, Fam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fam. Nam quum mendum scripturæ litura tollatur. Ouid. lib. 1. de Arte, Nocte latent mendæ, vitióque ignoscitur omni. Cic. Attic. lib 2, Castritianum mendum nos corrigemus, &c. Idem 4. Verr. Quod mendum ista litura correxit. Ouid. 1. Amor. Elegia 5, In toto nusquam corpore menda fuit. ¶ Hinc etiam fit verbum Emendo, as, quod est quasi mendas tollo. Remendo pro eo quod est rursus mendam tollo, Latinum non est: quanuis id quod recensuerit Calepinus inter deriuata à nomine Mendum, deceptus corrupto loco Columellæ, quem sic citat ex lib. 3. cap. 17. Quidam flagellum totum, sicut erat matri detractum, crediderunt sationi conuenire, idque per gemmas quinas, vel etiam per senas partiti, complures tale oleaster remendauerunt: quod ego minimè probo. Quo in loco castigatiora exemplaria sic habent, Taleolas terræ mandauerunt.

Mendosus, a. um, Quod est erroribus plenũ. {πολυμεμπλακτος. Ital. *Pien d'errori, scorretto.* Gal. *Incorrect, plein de fautes.* Hispa. *Cosa llena de mentiras y erradas.*} vt, Exẽplar mẽdosum, apud Pli. in Epist. Cic. 4. Verr. Cur seruus societatis, qui tabulas confecerit, semper in Verrutij nomine certo ex loco mendosus esset? Idem 2. de Oratore, Deinde singulorum generum partes, in quo & deesse aliquam partem, & superare mendosum est. Idem de Clar. Orat. Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. ¶ Ponitur quandoq; pro vitioso. Ouid. 2. Amor. Non ego mendosos ausim defendere mores. Horatius in Serm. Mendosa est natura.

Mendosè, id est incorrectè, inemendatè. {πολυμεμπλακτως, ψευδῶς. Ital. *Scorrettamente, con molti falli.* Gal. *Avec beaucoup de fautes.* Hisp. *Mentirosamente, con muchos errados.*} Cicero ad Qu. frat. lib. 3, De Latinis verò quò me vertam nescio, ita mendosè & scribuntur, & væneunt. Idem 1. de Inuen. Neque eo dico, quòd eius ars, quam edidit, mihi mendosissimè scripta videatur, &c. Persius Satyra 5, –mendosè colligis, inquit Stoicus, hîc autem mordaci lotus aceto.

Mendacium, cij, Est orationis vanitas. {ψεῦδος. Ita. *Bugia, menzogna.* Gal. *Mensonge, menterie.* Hisp. *Mentira.*} Ouid. Epist. 21, Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ. Cic. pro Cluen. Homo qui esset totus ex fraude & mendacio compositus. Idem pro Muræna, Improbi hominis est mendacio fallere. Magnum & impudens mẽdacium, Idem pro Cluent. Dicere mendacium, & Mentiri, quomodo differant, vide in verbo MENTIOR, iris.

Mendaciunculum, li, diminutiuum, Paruum mendacium. {τὸ μικρὸν καὶ ἰυπαλὲς ψεῦδος. Ital. *Bugietta.* Gal. *Petite mensonge, petite menterie. Pequeña mentira.*} Cic. lib. 2. de Orat. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Mendax, cis, Vanus, futilis, qui frequenter dicit mendacium. {ψεύστης, ψεύστις. Ital. *Mendace, bugiardo.* Gal. *Menteur.* Hisp. *Mentiroso.*} Cic. pro Rosc. Com. Quid interest inter periurum & mendacem? qui mentiri solet, peierare consuenit. Idem 2. de Diuin. Mendaci homini ne verum quidem credere solemus. Virgil. 8. Aeneid. Raptabátque viri mendacis viscera Tullus Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres. Splendide mendax. Horat. 3 Carm. Ode 11. Fui mendax mihi, hoc est falso mihi persuasi. Ouid. Epist. 2. ¶ Et genitiuo iungitur: vt Mendax huius rei est: id est de hac re mentitur. Plaut. in Asin. Si huius rei esse mendacem inueneris. ¶ A' Mendax fit Comparatiuum Mendacior, Superlatiuum Mendacissimus, & Aduerbium Mendaciter, ψευδῶς.

Mendaciloquus, pen. corr. Qui loquitur mendacium. {ψευδολόγος. Ital. *Bugiarde che dice bugie, bugiardo.* Gal. *Menteur, qui dit mensonges.* Hisp. *El que habla mentiras mentiroso.*} Plaut. in Trin. Nihil est profectò stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neq; argutum magis.

MENDESIGVM, μενδήσιον, Vnum ex Nili ostiis, autore Plin. lib. 5. ca. 10.

MENDESIVM, μενδήσιον, Aegypti oppidum, cuius incolæ Mendesij, μενδήσιοι appellantur. Herodotus lib. 2. dictum existimat à Pane, qui ibi sub hirci specie colebatur. Hircus enim Aegyptiorum lingua Mendes appellatur. Ab hoc etiam oppido vicinum Nili ostium Mendesium dictum fuit. ¶ Mendesium quoque vocatur, nobilissimi vnguenti genus, quod ex hac vrbe præstantissimum mittebatur. de quo Plinius lib. 13. cap. 1.

Mendicula, pen. cor. πανοῦργον πλοκή. Vestis: à Mendice dicta, quo magistratus nomen erat apud Oscos, vt ait Festus. Plaut. Epid. Quid erat indutas an regillam inducilam an mendiculam?

Mendicum, (inquit Festus) dici putant velum quod in prora ponitur.

Mendicus, pen. prod. Qui victum ostiatim quærit. {πτωχός, πτωχεύων. Ital. *Mendico, pittocco.* Gal. *Mendiant, qui demande l'aumosne.* Hisp. *Mendigo, el que pide mendigando.*} Et, vt refert Festus, Verrius dictum putat à mœre, quòd mentem eius fefellerit fortuna: vel à medendo, quòd precetur quòd mentem eius fefellerit fortuna: vel quòd manu indicet. Plaut. in omnes, vt vitæ suæ medeantur cibo: vel quòd manu indicet. Plaut. in Trin. Semper mendici molesti sunt. Idem Persa, Cum hac dote poteras vel mendico nubere. Cic. 5, Tusc. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quanuis sit sapiens. Ponitur aliquando adiectiuè pro misero, & inope: vnde apud Ciceronem pro Muræna legimus superlatiuum Mendicissimus, pro miserrimo, paupertimóque. Solos (inquit) sapientes, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites. ¶ Iurerdum accipitur pro infirmo & imbecillo. Cic. 3. de Orat. Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractatum ex vulgi opinionibus, exiguum sanè ac mendicum est, hoc est infirmum & inualidum, quódque mendici in morem alienum postulet auxilium.

Mendiculus, diminutiuũ. {πτωχάριον. Ita. *Mendico piccolo.* Gal. *Belistreau, cagnardeau.* Hispan. *Mendigo pequeño.*} Cic. in Catil. Collectum ex senibus deperatis, ex agresti luxoria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, &c.

Mendico, as, pen. prod. Vitæ alimenta postulo ostiatim. {πτωχεύω, πτωχάζω. Ital. *Mendicare.* Gal. *Mandier, demander l'aumosne.* Hisp. *Mendigar.*} Iuuen. Saty. 6, Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem. Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plaut. in Amph. Quia senecta ætate à me mendicas malum.

Mendicans, pen. prod. participium. {πτωχεύων, πτωχεύουσα. Ital. *Mendicante.* Gal. *Mendiant.* Hisp. *Mendigo.*} Plaut. Cap. –decere vineatur magis Me fatuum ferre apud te, sumptu & vestitu tuo, Quàm illic, vbi minimè honestum est, mendicantem viuere.

Mendicatus, penult. prod. Aliud participium: vt, Cibo mendicato pasci. Ouid. 6. Trist.

Mendicitas, Inopia. {πτωχεία. Ital. *Pitoccheria, mendicatione.* Gal. *Mendicité, pouureté, jusques a mendier d'huis en huis.* Hisp. *Mendiguez.*} Cic. pro Flac. Potuit dare Sextilius: nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. Plaut. Rud. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, Dum tuis auscultato magnidicis mendaciis. Cic. 5. de Finibus, Quum & mendicitatem multi perpetiantur, vt viuant. Idem in Cat. Vt omnes animi cruciatus, & corporis egestas, & mendicitas consequatur.

Mendiciter, Idem quod miserè, & tenuiter. πτωχῶς.

Mendicimonium, Idem est quod inopia. πτωχεία. qua voce vsus est verborum insignis innouator Laberius, vt refert Nonius.

Mendicabulum, Mendicatio ipsa, siue ipse mendicus. {πτωχεῖα. Ital. *Pitoccheria, mendicatione.* Gal. *Mendicité.* Hisp. *Mendiguez.*} Plaut. in Aulul. Nam istos reges memorare nolo, hominum mendicabula.

Mendum, Vide MENDA.

MENECINA, μένεκινα, Vrbs mediterranea Oenotriæ, à qua Menecinæi, μενεκινάται, & Meneceni populi. Stephanus.

MENECRATES, μένης κράτος. Aeliano teste, medicus fuit Syracusanus, qui ab ægrotis aliam mercedem non stipulabatur, quàm vt ipsum Iouem appellarent, seseque autem illius seruos fatererentur. ¶ Alter Menecrates comicus poëta fuit, vt scribit Suidas.

MENEDEMVS, μενέδημος, Philosophus ex Eretria ciuitate, à quo philosophi Eretriaci dicti sunt. Eretria verò in Eubœa est, vt inquit Strabo lib. 9. Hic militiam primò exercuit, postea ad Platonem concessit. Fuit honestate & grauitate insignis, status corporis in sene, vt in iuuene, fuit firmus & validus. Et quum primùm ab omnibus ludibrio haberetur, postea tanta in admiratione habitus est, vt ciuitatis gubernacula ei traderentur. Obiit vitæ suæ anno septuagesimo tertio. ¶ Fuit & alius Menedemus Lampsacenus. Cynicus, qui in tam prodigiosam venerat superstitionem, vt sumpto habitu Furiæ, prodiret, dictitans se exploratorem ex inferis venisse, delaturum dæmonibus mortalium peccata. Pullatus ambulabat cum tunica talari adstricta baltheo puniceo, Arcadicum pileum gestabat, cothurnos tragicos, virgam in manu. Autor Laertius. ¶ Item alius Rhodius, Aristotelis auditor, de quo vide Aristotelis iudicium apud Gellium lib. 13. cap. 5.

Menelæetus, μενελαεύς, Auis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans, quæ sola ferrus suos alit, frequéntsque versatur in montibus. Vide Plin. lib. 10. cap. 3.

MENELAVS, μενέλαος, Filius Atrei, & Aeropes, vt Homerus tradit, Plisthenis verò, vt Hesiodus, & frater Agamemnonis, rex Spartę, qui Helenam Iouis & Ledæ filiam, vxorem habuit: quam quum Paris Priami filius eo absente rapuisset, legatos ad Paridem misit, qui illam repeterent: sed quum reddere nollet, omnes totius Græciæ principes ad bellum conuocauit, qui collecto maximo exercitu, ad vnum omnes sub Agamemnone rege in excidium Troianum coniurarunt. Quúmque iam tota Phrygia, atque Mysia deuastata, Ilium Priami regiam decennali bello oppugnassent, tandem fraude magis quàm viribus illud expugnauerunt: atque sic egregiam suam coniugem recepit, cõsensaque naui post octauum erroris annum, domum redit. Tantæ molis erat infame reducere scortum. Virg. lib. 2. Aeneid. Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.

MENES, μήνης, Teste Herodoto, primus omnium hominum in Aegypto regnauit, sub quo tota Aegyptus, præter Thebaicam plagam palustris fuit.

MENESTHEVS, μενεσθεύς, Viri fortis nomen, qui vnà cum Adrasto & Tydeo profectus est ad bellum Thebanum. Vide Statium libro 6. Thebaid.

MENESTHO, μενεσθώ, Nomen Nymphæ, à memorando dictum.

MENESTHIVS, μενεσθεύς, Fuit Atithoi & Philomeduſæ filius, ex Arna ciuitate, quem Paris in bello Troiano occidit, teste Homero in initio lib. 7. Iliad.

Meniana, Aedificia quædam dicta sunt, à Menio inuentore, qui primus excogitauit hoc structuræ genus, vt tignis extra columnam proiectis, tabulisque superpositis, ampliatáque columnæ summitate, pluribus in vna columna spectatoribus locus fieret. Vulgò nunc Podioli, & Lobiæ dicuntur. Scribit Porphyrio, Menium scurrilitate notissimum, post abrosum patrimonium vendidisse domum quam habuerat ad forum spectantem, vna sibi recepta columna, vnde gladiatores spectaret, quæ ex eo Menij columna nominabatur. Super hac colũna (vt nonnulli tradiderunt) Menius, tectum proiecit & tabulata: vnde ipse & posteri eius spectare munus gladiatorium possent. Vnde factum putatur, vt omnia id genus ædificia Meniana vocarentur. Suet. in Calig. Pauci è proximis menianis spectabant.

Meninges, μήνιγξ. Membranæ duæ sunt, cerebrum circunquaq; contegentes, quarum exterior, quæ aduersus cranij impressiones cerebri velati propugnaculum est & tegumentum, Crassa tiue Dura meninx appellatur: & vulgò *Dura mater.* Hæc cranium intus succingit, inter se & alteram meningem tantum relinquens spatij, quantum cerebri pulsibus satis est. Est autem hæc cribri ritu perforata, duplicatúrque, vt commodius venas muniat, quas in se habet ad summum capitis verticem ascendentes. Altera cerebro penitus coniuncta est, quæ quòd tenuissimæ illi membranæ (quam in fœtu χοριοειδῆ, id est secundas vocant) persimilis sit, μητρομήνιξ appellatur: Vulgò *Pia mater.*

MENINX, μήνιγξ, Nomen insulæ, ex aduerso minoris Africæ (vt docet Plin. lib. 5. cap. 7.) quæ in longitudinem patet trigintaquinque millia passuum, in latitudinem vigintiquinque. Vulgò *Gelues.*

MENIPPEVS, μενίππειος, Phœnix, philosophus Cynicus, conditione seruus, qui nihil memoria magnopere dignum reliquit, præter Næniam aliquot, Testamenta, & Epistolas, & id genus nucas crebris salibus, Cynicaque mordacitate refertas: ad quarum imitationem M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippeas appellauit, vt tradit Macrobius in Satur. Hic ad rem augendam tam auidus fuisse dicitur, vt etiam nauticum fœnus exerceret. Qua ratione immensam pecuniæ vim breui congessit, quámque quum per insidias sibi competissent esse ereptam, laqueo vitam finiuit. Hæc Diogenes Laertius.

¶ Fuit

¶Fuit item, teste Suida, Menippus quidam Poëta Comicus. ¶Alius item Stratonicensis, tota Asia disertissimus, præceptor Ciceronis, vt ipse in Bruto testatur. Post à me (inquit) Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus: quorum erat princeps Menippus Stratonicensis, meo iudicio tota Asia illis temporibus disertissimus: & si mihi habere molestiarum, nec inpriarem, Atticorum est, hic orator in illis numerari recte potest. Hactenus Cicero in Bruto.

MENIVS, Lycaonis filius, qui quum patre in lupum verso & domo conflagrante Iouem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.

MENIVS, cvs. Romanus, anno ab vrbe condita 430. deuictis nauali prælio priscis Latinis ac Antiatibus, eorum rostra nauium ærata in foro posuit, appellarique forum Rostra cœpit. Autor Liu. lib. 8 & Plin. lib. 34. cap. 5.

MENLEARIA, μηνλεαγία, Ptolemæo lib. 2. cap. 6, Hispaniæ vrbs: vulgò *Marcia*.

MENODOTVS, μηνόδοτος, Medicus insignis, ætate Serapionis, cuius meminit Galenus in Therapeut.

MENOECEVS, μηνοικεύς, Iuuenis Thebanus, filius Creontis, qui pro patriæ salute sanguinem suum, atque adeo vitam ipsam sponte profudit. Nam quum Thebanis eo tempore, quo ab Argiuis obsidebãtur, redditum esset oraculum, vrbem saluam fore, si vltimus ex Cadmi posteris, spontanea se morte manibus eius deuoueret, intelligens Menœceus oraculum illud ad se pertinere, nihil cunctatus, suo sibi gladio necem conscíuit. Vide Statium 10. Thebaid.

MENOETIS, μηνοῖτις, pen. prod. Vrbs Phocentium vltima, quæ ad Oceasum vergit.

MENOETES, μηνοίτης, Nomen vnius ex sociis Aeneæ, qui gubernator fuit nauis, cui nomen erat centauro. Virgil. 5. Aeneid. Rectorem nauis compellat voce Menœten.

MENOETIVS, μηνοίτιος, teste Homero, Filius fuit Actoris ex Aegina, quam vitiatam Iupiter illi in coniugem dederat. Hic postea relicta Aegina matre in Opuntem Locrorum se contulit, ibique Patroclum ex Sthenele vxore suscepit, qui ab eo Menœtiades appellatur. Ouid. in Epist. Penel. Sine Menœtiaden falsis excidisse sub armis, &c.

Menoles, vide MAENOLES cum diphthong.

MENON, onis, μήνων, Arrogantissimus Sophista fuit Socratis ætate: cuius meminit Plutarchus in libello, quem περὶ πολυφιλίας inscripsit.

MENOPHILVS, μενόφιλος. Eunuchus fuit, cui Mithridates à Pompeio victus filiam seruandam dedit in arce quadam: quam quum Manlius Priscus obtedisset, defensorémque deditionem parantes Menophilus sentiret, gladium in viscera sua compegit, veritus ne captiua puella raperetur & violaretur. Autor Ammianus Marcel. lib. 16.

MENOSCA, μηνόσκα, Oppidum Vardulorum in Tarraconensi Hispania: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 20, & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

MENOSGADA, Vide MONOSGADA.

MENOTHARVS, μηνόθαρος, fluuius in Mœotim influens: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Mens, huius mentis, fœm. gen. §νους. Ital. *Mente, pensiero, memoria*. Gal. *Entendement, pensee, esprit, memoire*. Hispa. *Entendimiento, ò memoria*. § Est princeps animæ facultas, quæ & intelligentia à quibusdam vocatur: qua solus homo præditus, cæteris antecellit animantibus, quáque res incorporeas & ab omni materia abstractas contemplatur. Hinc fit, vt mentem plerique dictam existiment, quasi eminentem: siue quòd inter omnes animæ facultates maximè emineat, siue quòd per eam inter animalia plurimũ emineamus. Ouid. 15. Meta. Mente deos adiit, & quod natura negabat Viribus humanis, oculis ea pectoris hausit. Cic. de Senec. Homini siue natura, siue Deus, nihil mente præstantius dedit. Idem pro Rabirio, Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorũ mentes diuinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maximè, quòd optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil nisi sempiternum spectare videatur. Idem 2. Offic. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur. Lactant. lib. 7, Primum non idem est mens, & anima. Aliud est enim, quo viuimus: aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima sopitur: & in funoris mens extinguitur, anima manet. Et ideo qui mentis compotes non sunt, non excordes, sed dementes appellantur. Mens ergo (id est intelligentia) vel augetur, vel minuitur pro ætate: anima in statu suo semper est. Et ex quo tempore spirandi accepit facultatem, eodem vsq; ad vltimum durat, donec emissa corporis claustro, ad suam sedem reuolet. Thales Milesius, Velocissimum (inquit) omnium quæ sunt, est mens: nam tantæ celeritatis est, vt vno temporis puncto cælum omne collustret, maria peruolet, terras & vrbes peragret. ¶Qui verò Animum & Mentem idem esse dicunt, falluntur: quum Mens sit cogitationis, consiliique subtilitas quædam, certæ rationi consentanea. Ideo Amentes & Dementes dicuntur, qui nullo consilio vtuntur. Animus verò est vitæ, & voluntatis fundamentum. Plaut. in Cistel. Exanimor, differor, distrahor, diripior, ita Nullam mentem animi habeo. Idem in Epid. Pauor territat mentem animi, neque est vbi meas collocem spes. Ex quibus Plauti testimoniis clarissimè ostenditur, Mentem esse rem diuersam ab Animo. Alioqui enim Plautus ineptè dixisset, mentem animi. Similiter etiam Terentius in Andria, Animum & Mentem res diuersas facit. Mala (inquit) mens, malus animus. ¶Ponitur quandoque pro voluntate, sententia, siue (vt vulgus loquitur) intentione. Virgil. 1. Aeneid. –in primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentémq; benignam. Cic. lib. 4. Tusc. Quæst. Humanos autem animus, qui deceptus est ex mẽte diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc est fas dictu) comparari potest. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata, vt nec necetur erroribus, sit perfecta mẽs, id est absoluta ratio, quod est idem quod virtus. ¶Ponitur quandoque id est absoluta ratio, quod est idem quod virtus. ¶Ponitur quandoque pro consilio, γνώμη. Virgil. 1. Aeneid. Nostram nunc accipe mentem. Mens pro consilio. ¶Quandoque pro animo. Cicer. 1. de Orat. Ego autem defendetem. ¶Quandoque pro animo. Cicer. 1. de Orat. Ego autem defendetem, si mihi hæc cum mente fuisse, &c. ¶Suæ mentis esse dicuntur, qui sibi rebus hæc cum mente fuisse, &c. ¶Suæ mentis esse dicuntur, qui sibi rebus recte prospiciunt, & bonam mentem habent. Cicer. in Pisonem, Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, &c. ¶Deponere mentem meatúmque in gremiis mimarum, dixit Cicero in Antonium Philip. 3. ¶Huius composita sunt Amens. Demens. Vehemens. ¶Mente captus, pro amente accipitur. ἄνους, παράφρων, quemadmodum Oculis captus, pro cæco. Festus, Mente captus dicitur, quum mens ex hominum potestate abiit.

Mentio, onis, à supino Mentum. Quod à Meno verbo antiquo deducitur, teste Valla lib. 3 §λανθάνω & νω. Ital. *Mentione, memoria*. Gal. *Mention, memoire*. Hisp. *Mencion ò memoria*. § Mentionem facere alicuius, est commemorare. Terent. in Eunuch. Siquando illa mentionem Phædriæ facit, &c. Cicero ad Sulpitium lib. 13. Hominem esse neminem, qui vnquam mentionem tui sine tua summa laude fecit. ¶Dicimus etiam Mentionem facere de aliquo. Mentionem habere alicuius. Incidere in mentionem alicuius. Intermittere mentionem alicuius. Plin. li. 2. ca. 8, In mentione terræ dicetur, id est dum terræ facimus mentionem.

Mentior, iris, Contra id quod in mẽte est, loquor. §ψεύδομαι. Ital. *Mentire, dar bugie*. Gal. *Mentir, feindre*. Hispan. *Mentir*. § Plaut. in Amph. –verbero, mentitis nunc: At iam faciam vt verum discas dicere. Terent. in Heaut. Non est mentiri meum Id est non consueui mentiri. Qui enim mentitur, non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur in eius detrimentum. Quj verò mendacium dicit, tum etiam fallitur, quum credit se verum dicere. Vnde Nigidius, apud Gellium, Vir bonus præstare debet ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. ¶Aliquando tamen Mentiri, est per imprudentiam falsum dicere, sicut & Mendacium dicere. Cic. lib 4. Tusc. Nunc ad philosophos veniam, qui negant amorem stuprum esse, atque in eo litigant cum Epicuro non inuitum mentiente. Priscianus vult hoc verbum esse commune. ¶Interdum est fingere, simulare, & velle videri id quod non est: vt quum dicimus Mentiri sexum, Mentiri colorem fuco. Martial. lib. 1. Mentitúrque virum prodigiosa Venus. Colum. in præfa. lib 1. Attonitique mirantur æstus effœminatorum, quòd à natura ferum viris denegarum muliebri motu mentiantur, decipiántque oculos spectantium. Quint. lib. 2. cap. 15. Et mangonum, qui colorem fuco, & verum robur inani fagina mentiuntur. Plin. lib. 37. cap. 8, Inficitur, candorémque mentitur. ¶Et dicimus Mentiri aduersus aliquem. Mentiri in aliquem. Mentiri alicui, & Mentiri de aliquo: testimonia passim est inuenire. ¶Huius compositum est ementior, quod est apertè, seu publicè ostendo quod non est. ἀποφαίνω ψεῦδος.

Mensa, æ, Ad quam accumbimus cibum sumpturi: dicta, (inquit) Varro, quasi mesa, quòd inter dous poneretur. §τράπεζα. Ital. *Mensa, tauola*. Gal. *Table*. Hispan. *Mesa en que comamos*. § Virgil. 1. Aeneid. Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt Pocula. Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima mensarum genera, Citrea scilicet, & Acerna: de quibus apud Martia. lib. 14. Epigrammata duo. Ouid. 12. Met. Hunc pede conuulso mensæ Pellæus acernæ Strauit humi Belatas, dereeto in pectora mento Ad Vmbras. Cic. 6. Ver. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Lutadio abstulisti. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, –modò sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus, Quamuis crassa, queat, &c. ¶Quandoque ponitur pro prandio, vel cœna. Iuuenal. Saty. 1. –quum de tot præclaris orbibus, & tam, Antiquis vna comedunt patrimonia mensa. Vnde & Primæ, & Secundæ mensæ, id est primi & secundi cibi: vulgus *Intromum* & *Exitum* mensæ appellat. Ouid. de Nuce, Poma cadunt mensis nou interdicta secundis. Cic. ad Attic. lib. 14, Secundam mensam, dixit in numero singulari. Hæc (inquit) ad te scripsi, apposita secunda mensa. ¶Accipitur etiam Mensa pro abaco nummulariorum, quemadmodum apud Græcos τράπεζα: vnde & ipsi nummulatij à Cicerone Mensarij vocantur, quos Græci vocant τραπεζίτας. Cicer. in Pisonem, Quid? stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus, mensis palàm propositis, esse numeratum? ¶Ponitur quandoque pro disco, siue quadra, qua vtimur in mensa ad epulas in frustula conscindendas. Fieri solet frequentius ex ligno, aut stanno, olim etiam ex pane. Virgil. 7. Aen. Accisis coget dapibus consumere mensas. ¶De mensa mittere, id est de iis quæ apposita erant mensæ. Cicer. ad Attic. lib. 5, Discubuimus omnes præter illam: cui tamen Qu. de mensa misit, illa reiecit. ¶Anti qui mensam vasorum quadratam habuerunt, vocauerúntq; Vrnarium: de quo vide Varronem. ¶Fuit & mensa vinaria rotunda, nomine Cylibantum, κύλιξ & κύλιξ: sic enim Græci calicem vocant. Altera erat quadrata vna columnella subnixa, Cartibulum vocabatur. Autor est idem Varro de Lingua Latina lib. 4.

Mensula, æ, diminutiuum. §τραπέζιον. Ital. *Picciola tauola*. Gal. *Petite table*. Hisp. *Pequeña mesa*. § Plaut. in Mostell. Credo aquam manibus, puer, appone hic mensulam.

Mensarius, ij, Qui & Argentarius à Latinis, à Græcis τραπεζίτης, & τραπεζικός dicitur. § Ital. *Cassiere, banchiere*. Gal. *Banquier, caissier, changeur*. Hispa. *Banquero ò cambiador*. § Liu. lib. 7. ab Vrbe, Solutionem æris alieni in publicam curam verterunt: quinque viris creatis, quos Mensarios à dispensatione pecuniæ appellarunt. Cicer. pro Flac. Cum ciuitate mihi res est acerrima, & conficientissima literarum, in qua nummus moueri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor mensariis, qui apud illos à populo creantur.

Mensularij, Idem qui mensarij, & argentarij dicuntur. τραπεζίται. Vtitur hac voce Vlp. l. Si ventri. ff. de priuil. cred.

Mensio, onis, Vide METIOR.

Mensis, is, A Metior deducitur, quasi res numero dierum mensa. §μήν. Ital. *Mese*. Gal. *Mois*. Hisp. *El mes*. § Cic. lib. 2. de Nat. deorum. Qui quia mensa spatia conficiũt, Menses nominantur. Macrobius à Græco μείς, id est à Luna trahit: nam Lunæ curriculo mensis conficitur. Terent. in Adelph. Compressa grauida facta est: mensis hic decimus est Horat. 2. Epist. 1, Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno. Stat. 3. Syl. –stupet ipse labores Annus, & angusto bissenì limite menses. Virgil. 3. Georg. Sæpe diem, noctémque, & totum ex ordine mensem Pascitat. Terent. Adelph. Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Virgil. 3. Aeglog. Et incipient magni procedere menses. ¶Menses in plurali, sunt mulierum menstrua. Plin. lib. 21. cap. 25, Ciet menses è vino pota. Idem lib. 21. cap. 21, Prodest & orthopnœis & anhelationi, muliersúmque mensibus retardatis. ¶Hinc Trimestris, τρίμηνος, trium mensium.

Universidad de Deusto Biblioteca

fium. Aug. lib. 13. de Ciuit. Arcades, quorum anni trimestres fuerunt. ¶ Bimestris, duorum mensium.

Menstruus, a, um, Quod est vnius mensis. {μηνιαῖος, ἐνμηνῖος. Ital. *Di vn mese.* Gal. *D'vn mois, ou qui vient de mois en mois.* Hisp. *Cosa que dura vn mes.*} Cic. 1. de Nat. deorum, Huius hanc lustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. Lucan. lib. 1, Menstruus in Fastos distinguit secula Consul. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 27, Et quando tempora duorum generum sunt, vnum annale, quod Sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod Luna circumiens comprehendit, &c. Cic. pro Rosc. Com. Quid est, quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est, quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ æternæ. ¶ Menstrua cibaria, apud Cic. 5. Verr. quæ sunt vnius mensis. Sic Opus menstruum, Menstrua vita. ¶ Menstruum etiam ponitur aliquando pro alimento in singulos menses legato: vt Annuum quod in singulos annos. Vlpianus in l. Qui ponis. ff. de cess. bon. Siquid misericordiæ causa fuerit relictum, puta menstruum, vel annuum, alimentorum nomine.

Menstrua, orum, substantiuum, pluralis numeri. Mulierum profluuium est, & purgatio frigidi & indigesti humoris, quē natura quasi noxium expellit. {τὰ γυναικεῖα, τὰ ἐμμηνα. Ital. *Flusso di sangue che patiscono le donne ogni mese.* Gal. *Le flux de sang que vient és femmes tous les mois, leur male sepmaine.* Hisp. *La purgacion de la muger.*} Dicta sunt autem Menstrua, quòd vnoquoque mense mulieribus, quæ eius ætatis sunt, vt possint concipere, soleant accidere: vnde etiam Menses appellamus. Menstrui virus describit Plin. lib. 7. ca. 15, his verbis, Sed nihil facilè reperitur mulierum profluuio magis monstrificum: accesunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus insidēre, decidunt: speculorum fulgor ipso aspectu heberatur, acies ferri præstringitur, eboris que nitor aluei apum emoriuntur: æs etiam atque ferrum rubigo protinus corripit, odórq; dirus æra. Et in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus infigitur.

Menstrualis, le, Quod singulis mensibus fit. {μηνιαῖος. Ital. *Cosa che si fa ogni mese.* Gal. *D'vn mois, qui se fait par chascun mois.* Hisp. *Cosa que se haze cada mes.*} Plaut. in Capt. Qui solebam menstruales epulas antè adipiscier. ¶ Menstrualis mulier, quæ menstrua patitur, quæ mulieribus singulis mensibus accidere solent. ἡ τὰ ἐμμηνα ἔχουσα. Plin. lib. 19. ca. 10, Omnia verò accessu mulieris menstrualis flauescunt. Idem lib. 7. cap. 15, Solum autem animal menstruale mulier est.

Mensura, Vide METIOR.

Mentagra, æ, Morbus dictus à mento, à quo incipit, & faciem quidem, collum, pectus, manúsque fœdo quodam furfure occupat. {λειχήν. Ital. *Infermità che vienne al mento.* Gal. *Male dartre.* Hispan. *La buba ò empeyne dela barua.*} Vide Plinium lib. 26. cap. 1, & ea quæ annotauimus in dictione Lichen.

Mente cuptus, Vide MENS.

MENTERCOSA, βρητερκοσα, Ciuitas est Hispaniæ, in finibus Celtiberiæ, Ptolem. lib. 2. cap. 6.

MENTESA, βρητεσα, Oppidum Hispaniæ, in plaga Australi Celtiberiæ. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Mentha, æ, {ἡδύοσμος. Ital. *Menta herba.* Gal. *Herbe appelée menthe.* Hispan. *La yerua buena.*} Herba vulgò nota, etiam hodie apud nos nomen retinēs: ita dicta à Græca dictione, μίνθη. Sic enim olim hæc herba à Græcis vocabatur à nomine Minthes Cocyti filiæ, quam Proserpina cum Plutone deprehensam in hanc herbam commutauit: quæ postea, commutato nomine, propter odoris suauitatē dicta est ἡδύοσμος. Plin. li. 19. ca. 8. ¶ Menthæ nomen suauitas odoris (hoc enim significat Hedyosmos) apud Græcos mutauit: quum alioqui Mintha vocaretur: vnde veteres nostri nomen declinauerunt.

Menthastrum, Syluestre olus dictum, quòd mentham imitetur, quasi syluestris mentha. {ἡδύοσμος ἄγριος. Ital. *Menta salmatica.* Gal. *Du pouliot ou de la mente sauuage* Hispa. *El mastranto.*} Plinius lib. 20. cap. 4. Dioscorides lib. 3. cap. 40.

Mentigo, inis, pen. prod. Genus morbi, quod pecudes inuadere solet. λοιγός. Colum. lib. 7. cap. 5, Est autem Mentigo, quam pastores Ostiginem vocant, mortifera lactentibus. Ea plerúnque fit, si per imprudentiam pastoris emissi agni, vel etiam hœdi, roscidas herbas depauerint, quod minimè committi oportet: sed quum id factum est, velut ignis sacer, os, atque labra fœdis vlceribus obsidet.

Mentior, iris, Vide MENS.

MENTOAS, βρητιος, Fluuius olim dicebatur, quem nunc (Eustrathio in Dionysium teste) Istrum, siue Danubium appellamus.

MENTOR, toris, βρητωρ, pen. corr. Mirus fuit in vasis cælandis artifex. Iuuen. Saty. 8, Raræ sine Mentore mensæ. Plin. lib. 33. cap. 11, L. verò Crassus orator duos scyphos habuit, Mentoris artificis manu cælatos, sestertiis c. Idem li. 12, Mentori quotidie testimoniū perhibet Capitolinus Iupiter, & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata eius artis vasa.

Mentoreus, a, um, Propert. lib. 1, Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

MENTORES, pen. corr. βρητωρες Stephano, Populi fuerunt in Illyrico: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

Mentum, ti, ab eminendo: à gula enim eminet. {γένειον. Ital. *Mento.* Gal. *Le menton.* Hispan. *La barba de hombre ò muger.*} Et quanuis Plin. lib. 11. cap. 37, dicat mentum nulli præter hominem esse, Plautus tamen in Menæch. porcis etiam menta tribuit: Glandonicam (inquit) suillam, lardum, pernam, Itidem autem synciput, aut menta porcina. Item Virgil. 3. Georg. de boue, Et crurum tenus à mento palearia pendent. Cicer. 1. Tuscul. Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. Virgil. 3. Georg. Nec minus interea barbas, incanáque menta Cyphyj tondent hirci, setáque comantes Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.

Menus, lege MOENVS.

MENVS, Vir fuit inter Samnites natus, qui mirè solitudinem amabat, in qua, nequid per otium perperam faceret, apes curabat.

MENVTHIAS, adis, βρητιας, Stephano, Insula est Aethiopiæ adiacens, iuxta Prassum promontorium: cuius meminit & Ptolemæus lib. 4. ca. 7. Vulgò *Madagascar ò isla de S. Iorge.*

MENVTHIS, βρητις, Vicus Aegypti non procul à Canopo: cuius incolæ Menuthitæ βρητιται vocantur. Stephanus.

Meo, as, Vado, vltrò citrò q; eo. {πορεύομαι. Ital. *Andare.* Gal. *Aller à trauers, passer.* Hisp. *Andar, ir.*} Plin. lib. 9. cap. 17, de acipensere, Vnus omnium squamis ad os versis, contra aquam nando meat. Idem lib. 8. cap. 14, Interruptis angusto transitu iugis, ita vt vix singula meent plaustra. Anima means in membra diuersa, Lucan. lib. 3. Mobilitas meandi per magnum inane, Lucret. lib. 2. ¶ Est item Meare, fluere, manare. ῥέω. Vnde Meatus, quos Græci πόρους vocant. Plin. lib. 20. cap. 22, Succos maluæ decoctæ, poros, hoc est meatus suaues facit. ¶ Huius composita sunt, Commeo, Immeo, Permeo, Remeo, & Transmeo, de quibus suis locis.

Meatus. {ἡ πορεία, ὁ πόρος, τὸ βάσις.} Ital. *Corso, passaggio.* Gal. *Cours, passage.* Hisp. *Corrida, passamiento.*} Plin. lib. 10. cap. 58, ponitur pro itione, siue pro incedendi, aut volandi ratione. Aues solæ (inquit) vario meatu feruntur & in terra, & in aere. Item lib. 2. cap. 8, Meatus sydcrum, hoc est cursus, & motus astrorum.

Meabilis, & hoc bile, adiectiuum. {βατὸς, πορευτὸς. Ital. *Che passa facilmente per tutto.* Gal. *Qui passe facilement & va par tout.* Hisp. *Cosa passadera por logar.*} Plin. lib. 2. cap. 5, Vitalem hunc & per cuncta rerum meabilem, aetem, id est qui facilè per omnia meat, & fluit.

Meon, μήων Dioscoridi, Herba est folia habens ãniso non dissimilia, quam Plin. lib. 20. cap. 23, Meu appellat.

Mephitis, huius mephitis, penult. prod. Terræ putor, ex aquis maximè sulphuratis, atque corruptis proueniens. {θειώδης ἀποφορά. Ital. *Puzza di terra solforata.* Gal. *Vne puanteur de terre & eau sulfurifreces.* Hisp. *Hedor dela piedra, tierra y agua suffre.*} Est & in nemoribus grauior ex densitate syluarum. Virgil. lib. 7, -nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat, sæuámque exhalat opaca mephitim. ¶ Alij Mephitim Deum esse volunt, Leucotheæ connexum: sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. ¶ Alij Iunonem intelligunt, quam aerem esse constat. Omnis autem putor, nonnisi ex corruptione aetis nascitur, sicut bonus odor de aere incorruptore: vt sit Mephitis, dea odoris grauissimi, id est graueolentiæ. Hæc Seruius in locum Virgilij iam citatum.

Mephiticus, a, um, Apud Sidonium Apollinarē pro fœtulento. μεφιτικός.

MERA, μέρα, Proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat. lib. 8. Theb. -Aegææ Veneris quos Mera sacerdos Ediderat perhibente Dea. ¶ Mera item Proeti & Antiæ filia fuit, quæ quum venationi dedita, Dianam per nemora sequeretur, à Ioue visa & dilecta est, qui sumpta Dianæ figura, cum ea concubuit. Quapropter quum postea ob patrati sceleris pudorem, timens ne denuo deciperetur, vocanti se Dianæ obsequi nollet, ab eadem sagittis confossa occubuit. Tandem in canē est mutata. Ouid. lib. 7. Meta. Et quos Mera nouo latratu terruit agros. ¶ Est etiam alterius canis nomen, de qua suprà in dictione ERIGONES.

Meracus, a, um, pen. prod. vt statim docebimus, Idem est quod merum, hoc est solum & purum. {ἀκρατῆς. Ital. & Hisp. *Puro.* Gal. *Pur.*} Plin. li. 13. cap. 1, Meracis potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidémque postea suadet Hesiodus vti. Vnde Vinum meracum dicitur, quod nihil habet aquæ admistum Hor. 2. Epist. 2, Expulit helleboro bilem, morbúmque meraco. Propertius, Ah pereat quicunque meracas repperit vuas, Corrupitque bonas nectare primus aquas. Calpinus putauit, huius dictionis penultimam syllabam corripi, adducens hunc versiculum ex Priapeis, Constitui meracas, edidicique notat. Sed quoniam hic versiculus neque certi est autoris, neque mendæ suspicione caret, tanti apud nos esse non debet, vt receptissimorum poëtarum testimoniis, quæ iam adduximus, debeat præferri.

Meraculus diminutiuum. ἀκρατάριον, οἶνος ἀκρατάριος. Plin. lib. 20. cap. 19, Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus resistit.

Meracior, comparatiuum: & Meracissimus superlatiuum. Vnde Meracius bibere dicuntur ij qui minus aquæ, vino miscēt, ἀκρατέστερον, ἀκρατέστατον, ζωρότερον: sicut econtrariò Dilutius, qui plus aquæ adhibent. Celsus præcipit hyeme meracius bibendum esse, æstate dilutius. Cic. 3. de Nat. deo. Vt si medicus sciat, eum ægrotum, cui iussisset vinum sumere, meracius sumpturum, statimque periturum, magna sit in culpa.

Mercalis, Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus, participium, Mercatus, adiectiuum, Vide MERCOR.

Merces, cedis, A merendo ære, inquit Varr. lib. 4 de lingua Latina. {μισθός. Ital. *Mercede salario.* Gal. *Loyer, salaire.* Hispan. *jornal de cada vn dia.*} Est enim Merces, præmium quod datur pro labore, seu stipendio. Iuuc. Sat. 7, Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo. Cicer. pro Sext. Rosc. Interim mihi videris Eruci tua mercede duas res assequi velle: nos iudicio perfundere: accusare autem eos ipsos, à quibus mercedem accepisti. ¶ Quandoque ponitur pro pensione, & reditu annuo. Cic. 1. de Finib. Vides igitur si amicitiam sua charitate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates prædiorum pretiosorum mercede superari. ¶ Quandoque pro pretio & damno. Cicer. ad Lent. Tamen in molestia gaudeo te eam fidem cognoscere hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram.

Mercedula, læ, diminutiuum. {τὸ μισθάριον. Ital. *Picciolo salario.* Gal. *Petit salaire.* Hisp. *Pequeño jornal.*} Cicer. 1. de Orat. Itaque vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus.

Mercenarius, rij, Qui mercedis gratia operā suam alicui præstat. {μισθοφόρος, μισθωτός. Ital. *Chi lauora per salario.* Gal. *Mercenaire, qui fait quelque chose pour auoir salaire.* Hisp. *El peon jornalero de vn dia.*} Colum. Siue mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquem recusantem iam quotidianum illud tributum, qui vectigalis esse non possit, ignarum rei, cui præfuturus est, magistrum fieri iubet. Cic. 1. Offic. Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.

Mercenarius, a, um, Quod mercede conductum est. {μισθωτός, μισθοφορικός. Ital. *Cosa pertinente à salario.* Gal. *Apartenant à loyer & salaire.* Hispa. *Cosa perteneciente à jornal de cada vn dia.*} vt, Mercenarij testes apud Ciceronem in Epistolis: & Mercenarium Prætoris decretum, apud eundem in Verrem. Mercenarius, & Gratuitus sunt contraria. Cic. 1. de Leg.

de Leg. Quid liberalitas? gratuitáne est, an mercenaria? Si fine præmio, benigna est, & gratuitati cum mercede, conducta.

Mercimonium, Vide MERX.

Mercor, aris, deponens est, Lucri causa mercaturam exerceo, vel etiam simpliciter emo. {ἐμπολεύομαι καὶ ἀγοράζομαι, ἐμπορεύομαι. Ital. *Mercare.* Gal. *Marchander, achester.* Hispa. *Mercar ò comprar.*} Et quandoque accusatiuo solo contentum est. Terent. in Heaut. Inde adeò, quòd agrum in proximo hic mercatus es. Quandoque cum ablatiuo pretium denotante iungitur, sicut Emo. Gellius lib. 1. cap. 19, Libros treis reliquos mercatur, nihilo minoti pretio. ¶ Quandoque ablatiuo mediante aliqua harum præpositionum A, Ab, vel De, sine pretio expresso. Cic. li. 1. Offic. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant. Plaut. in Epid. Mercatus te hodie est de lenone Apœcides? ¶ Quandoque datiuo. Terent. in Eun. Quidam eunnchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. ¶ Mercari Græca fide, est vbi non verbis, neque stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniam numerassent. Plaut. in Asin. Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. ¶ Mercari præsenti pecunia. Idem in Cap. Quos tam grandi sum mercatus præsenti pecunia. ¶ Composita sunt, Commercor. Plaut. in Capt. Pater ergo captiuos commercatur alios. ¶ Præmercor, ante alios mercor, vt scilicet carius vendam.

Mercatus, a, um, participium, {ἀγορασμένος, ὠνημένος &c. Ital. *Mercante.* Gal. *Marchant qui achete.* Hisp. *Mercador, ò comprador.*} Modò actiuè accipitur, vt apud Terentium, Agrum in proximo mercatus es, id est emisti. Modò passiuè. {ἠγορασμένος, ὠνημένος. Ital. *Comprato.* Gal. *Achaté.* Hisp. *Comprado.*} Plin. li. 37. ca. 2, H-S CL M. trullam vnam non ante multos annos mercatam à matrefamilias, nec diuite.

Mercatus, us, Idem quod mercandi actus. {ἀγορά, ἀγορασμός. Ital. *Mercato.* Gal. *Marchandise, achet.* Hisp. *El mercado, obra de mercar.*} Plaut. in Most. Aedes filius tuus emit. T R. ædes: T R. ædes. T R. Euge. Philolaches patrissat, & iam homo in mercatum auottitur. ¶ Aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi, vendendique gratia conueniunt, quem etiam appellamus Emporium, vel Forum. {ἀγορά, ἐμπόριον. Ital. *Mercato.* Gal. *Marché.* Hisp. *Mercado, lugar de mercar ò comprar.*} Liu. lib. 1. ab Vrb. Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur. Cic. lib 1. Offic. Quò cum, tanquam ad mercatum bonarum artium, profectus sis, inanem redire turpissimum est. Terent. in Adelph. -emptæ mulieres Complures, & item hinc alia quæ porro in Cyprum, Nisi eò ad mercatum venio, damnum maximum est. Quem in locum Donatus annotauit. Mercatum aliquando accipi pro ipso tempore quo negotiatores ad emendum & vendendum conueniunt: hoc est pro ipsis nundinis.

Mercatio, onis, verbale. {ἀγορασμός. Ital. *Il mercare.* Gal. *Achet, marchandise.* Hisp. *Obra de mercar.*} Gell. lib. 3. cap. 3, Pecunia omni in mercationibus perdita.

Mercator, oris, Qui emit, siue vt ipse possideat, seu vt alteri vendat. {καπηλεμπολητής, ἀγοραστής. Ital. *Mercante.* Gal. *Marchant.* Hisp. *Mercader ò comprador.*} Horat. 1. Epist. Impiger extremos curris mercator ad Indos. Cic. in Orat. Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi vænalitij, mercatoresq; superarunt. Iuu. Sat. 14, -Sacci mercator olentis. Hora. de Arte, Mercatórve vagus, cultórve virentis agelli.

Mercatura, æ, Negotiatio, seu actus mercandi. {ἐμπορία. Ital. *Mercantia.* Gal. *Marchandise.* Hisp. *Mercaderia.*} Cic. lib. 1 Offic. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa vndique apportans, multis sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Dicimus autem, Facere mercaturam, pro exercere. Cic. 7. Verr. Alios qui à prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent, &c. Idem de Lege agr. Hanc verò emendi & vendendi quæstuosissimam, ac turpissimam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate pop. Rom. semper putaui.

Mercalis, le, Quasi vendibilis. {ὠνητός. Ital. *Vendibile, mercantesco.* Gal. *Vendible.* Hisp. *Cosa que se pueda vender.*} Colum. lib. 7. cap. 6, Ex his singula capita quæ videntur esse robustiora, in supplementum gregis seruantur, cætera mercalibus traduntur: id est vendibilibus. Quædam tamen exemplaria hic legunt Mercãtibus, non mercalibus. ¶ Hinc componitur Promercalis, de quo infrà.

Mercedula, Mercenarius, Vide MERCES.

Mercurialis, Herba est insigniter aluum ciens. {λινόζωστις. Ital. *Mercorella.* Gal. *Herbe appelee mercuriale ou fainolle.* Hisp. *Mercurial, ortiga muerta.*} Huius duo genera, masculus & fœmina. Plin. lib. 25. ca. 5, Linozostis, seu partheuion. Mercurij est inuentum: ideo apud Græco Hermupoan multi vocant eam: apud nos omnes Mercurialem.

MERCVRIVS, Iouis & Maiæ filius, ita dictus à mercibus, eo quòd negotiatoribus præsidere existimetur. A Græcis ἑρμῆς dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, hoc est ab interpretando. Variis à Poëtis appellatur nominibus: nam modò Ligius dicitur, modò Argiphontes, modò Nomius, modò Cyllenius. Præter hunc tres alij fuisse Mercurij dicuntur: vnus Cœli & Diei filius: alter Liberi & Proserpinæ: tertius Iouis & Cyllenes, quem fama est, ob Argi cædem profugum, literas Aegyptiis ostendisse: verùm omnes ad Maiæ filium referuntur. Ideo alas in capite, & in pedibus ponunt, volentes signare, velocem ferri per acta sermonem. Ideo autem deorum nuntium dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est deus facundiæ, quòd hominibus eloquentiam præstare putabatur. Habitus est etiam deus mercatorum, palæstræ, furum, κτήσεως, ἐριδίου. Lyram inuenit: Hermaphroditum ex sorore Venere genuit: Martem è duris carceribus liberauit: Argum interemit: Promætheum in Caucaso religauit. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Aegyptiorum sacerdos, superioris (vt putatur) nepos, qui à Græcis ἑρμῆς τρισμέγιστος, hoc est Mercurius ter maximus dictus est, quòd & summus esset sacerdos, & sapientissimus philosophus, & rex potentissimus. ¶ Est etiam Mercurius vnus ex septem planetis, cuius corpus cunctorum syderum minimum, ferè semper subest radiis solarubus, à quibus non recedit longius, quàm viginti octo gradus. Ideo ab Astronomis γλαφυρὸς dicitur, quod est, radians. Vnde etiam solatus & perustus fingitur, quòd Soli vicinior sit, quàm reliquæ stellæ. Cice. lib. 3. de Natura deorum, quinque Mercurios commemorat: Mercurius (inquit) vnus Cœlo patre, Die matre natus, cuius obscœnius excitata natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius, Ione tertio natus ex Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre, quem Aegyptij nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Phenearæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse. Hactenus Cic. Virgil. lib. 4. Aeneid. Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat, &c.

Mercuriales, videntur fuisse sodales ex collegio aliquo in honorem Mercurij instituto. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2. M. Furium Flaccum, equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini, & Mercuriales de collegio eiecerunt.

Merda, æ, {κόπρος, μίσυ &c. Ital. *Merda.* Gal. *Merde, ester.* Hisp. *Estiercol, mierda.*} cibi excrementum quod per secessum egeritur. Horat. li. 1. Serm. Mentior at siquid, merdis caput inquiner albis Coruorum atque in me veniat mictum atque cacatum Iulius.

Merdo, as. χέζω, à quo permerdo, de quo suo loco & conspurco.

Mere, a, deuerbium. Vide MARE.

Merenda, æ, Cibus, autore Nonio, qui datur post meridiē. {ἀριστήσιμον, τὸ μετ' ἄριστον φαγεῖν. Ital. *Merenda.* Gal. *La reconer, le gouster.* Hisp. *La merienda del medio dia.*} Vnde & Merendo, as. Calphurnius in Buc. -ferèque videbitur hora Merendæ. Plautus in Most. Videsis, ne forte ad merendam quopiam diuorteris, atque ibi melius quàm satis fuerit, biberis. Festus, Merendam antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet medio die caperetur.

Mereo, es, & Mereor, eris, deponens indifferenter faciunt præteritum mertui, vel meritus sum: & propriè significant aliquid facio quòobrem aut præmium accipere dignus sim, vel pœnam pati. {μισθοφορῶμαι, φέρομαι ἄξιος ὢν, ἄξιος εἰμί. Ital. *Meritare.* Gal. *Meriter, desserue.* Hisp. *Merescer.*} Et in hac significatione frequentius vtimur verbo deponente, præterquam in præterito, quo indifferenter vtimur. Et tam in bonam partem accipitur, quàm in malam. Plautus in Mostel. Quid merear, quamobrem mentiar? Quint. lib. 4. cap. 1, Nam vt oprobrio est plus fauoris mereri: sic proximum, odij minus. Cic. 1. de Nat. deorum. Quid enim mereas, vt Epicureus esse desinas? Terent. in Andr. Vnum hoc scio, hanc meritum esse, vt memor esses sui. Plaut. in Trinummo. Non video meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. ¶ Quando verò cum ablatiuo construitur mediante præpositione De, idem est quod conferre aliquid boni, vel mali in aliquem, & hoc ferè cum altero horum aduerbiorum Bene, vel Male: vt, Bene mereri de aliquo, εὖ ποιεῖν, est aliquid beneficij in aliquem conferre. Virgil. 4. Aene. Si bene quid de te mermi. Malè mereri de aliquo, κακῶς ποιεῖν, idem est quod offendere. Plaut. in Curcul. Heus tu mulier, male mereri de immerente insciti est. ¶ Interdum sine his aduerbiis. Mereri de aliquo dicimus, quod modò in bonam, modò in malam partem accipitur pro exigentia argumenti. Cic. 6. Verr. Talis ille vir fuit, ita de Pop. Romano meritus, vt non vni familiæ, sed vniuersæ ciuitati commendatus esse debeat. hoc est tam multa beneficia in populum Romanum contulit. ¶ Tertiò significat stipendia facio in militia, στρατεύομαι, hoc est stipendij gratia militio, & dimico: & tunc datiuum, aut ablatiuum requirit, vel absolutè ponitur. Lucan. lib. 10, Aere merent paruo. Stati. lib. 4. Theb. -non hi tibi solum Amphiarae merent. Luc. lib. 6, Scæua viro nomen, castrorum in plebe merebat. Ouid. 3. Fastorum, -totidem Pilanos habebat Corpora, legitimo quique merebat equo. Dicimus etiam Merere pedibus. Liu. 4. belli Punici, Vt ij omnes, quos Censores notassent, pedibus mererent. ¶ Aliquando etiam accusatiuo iungitur, vt apud Suetonium, Prima stipendia meruit. Et in hac significatione vix vtimur verbo deponente Mereor. Non enim dicimus Mereri pedibus, vel Mereri stipendia: sed Merere pedibus, Merere equo, Merere stipendia. ¶ Hinc Emeriti milites dicuntur, qui militia perfuncti sunt: id est qui perfecte meriti & exempti senio à labore efficiuntur. Plin. lib. 11, Notissimæque fessis, & tam emeritis inchoatæ. Nonnunquam etiam passiuè sumitur, vt apud Quintilianum, Emeritis huic bello stipendiis. Et per translationem Emeriti boues dicuntur, & quædam alia. Emeriti verò senes, solent habere eos qui pro se laborent, qui dicũtur pro alio opus agere. ¶ Iungitur etiam ablatiuo cum præpositione Cum. Cic. 7. Verr. Clamabat ille miser se ciuem esse Romanum, municipem Cossarum, meruisse cum L. Pretio splendidissimo equite Romano, qui Panhormi negotiaretur. ¶ Et cum præpositione Sub. Liu. lib. 1. Dec. 3, Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Asdrubale Imperatore meruit. ¶ Accipitur etiam Mereo, pro eo quod est, turpẽ quæstum facio, ἐργάζομαι, ἐταιρῶ. Inde Meretrices dicũtur, quæ corpore quæstum faciunt: & Meritorij pueri, qui quæstus gratia ad præposteram libidinem prostituuntur, & Meritoria taberna dicitur diuersorium mercenarium, vbi quæstus gratia hospites accipiuntur. ¶ Composita sunt, Commereor, Demereor, Emereor, Promereor siue Commereo, Demereo, Emereo, & Promereo: de quibus suis locis.

Meritus, ta, tum, nomen ex participio, Idem est quod congruum, & conueniens. {ἄξιος. Ital. *Meritato, conueniente.* Gal. *Merité, deserui.* Hisp. *Merescido, conueniente.*} Virgil. 1. Aeneid. Meritos aris impouet honores. Idem 3. Aeneid. Et pater Anchises passis de littore palmis Numina magna vocat, meritóque indicit honores. Ouid. in Ibin, Huic igitur meritas grates, vbicunque licebit, Pro tam mansueto pectore semper agam. ¶ Vbi verò Meritus, est participium, actiuè eum signat, qui aliquid meruit. Plin. lib. 7. cap. 30, de Cicerone, Ptimus in toga triumphum linguæque lauream merite. Passiuè etiam interdum accipitur. Idem lib. 7. cap. 18, Quæ Cannis corona merita. Virgil. Aeneid. 8, -Merita accendit Mezentius ira. ¶ Huius contrarium est Immeritus, ἀνάξιος. Virg. 3. Aen. Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritam visum superis. A quibus Merituissimus, & Immeritissimus. Teren. in Phormio. Iandudum te omnes nos accusare audio immeritò, & me omnium horum immeritissimum. ¶ Meritum meum est: hoc est meritus sum. Terent. in Heaut. Hui, tam graues hos quæso? M. sic meritum est meum. Idem in Phorm. Faciamq;, & dicam. P. benignè dicis. M. Pol

Universidad de Deusto
Biblioteca

meritum est tuum. Id est meritus es. ¶Sic merito meo. Plaut.in Asin. -nemo enim me accusauit Merito meo. Hoc est propter peccatum à me admissum.Ibidem,Decet verecundum esse adolescentem Argyrippe.AX.ædepol pater, Merito tuo facere possum.Id est meritus es tuis in me beneficiis, vt illud præstem. ¶Pro merito, hoc est ita vt meritus est quispiam.Terent.in Phorm.Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.

Meritum,ti,Dicitur quoduis nostrum factum, quo alicuius animum demeremur,vel offendimus.Est enim vocabulum medium, quod tam in meliorem,quàm in deteriorem partem accipi potest, & pro locorum ratione intelligendum est. Quando in bonam partem accipitur,idem fere est quod Beneficium. {μισθὸς ἀπὸ ἔργου, ἀξίωμα. Ital. *Merito.* Gal. *Merite.*Hisp.*Merescimiento.*} Plancus Ciceroni, Quid enim pro maximis tuis, ac pene immortalibus in me meritis, præstare amplius possim? Virg.9.Aeneid. -Meriti tanti non immemor vnquam.Ouid.Epist.12, Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Idem 8.Metam. Nil agis,ah frustra meritorum oblite meorum? ¶In peiorem partem vsus est Ouid.Epist.5. Leniter ex merito quicquid patiare,ferēdum est.Item Varinius ad Ciceronem,Scis meam fortunam nescio quomodo facile obtrectatores inuenire,nō meo mehercule merito.id est culpa.Græcè ἀξία. ¶Dicitur etiam Meritum, pro mercede, vt annotauit Budæus ex illo Terentij in Phormione, Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem? Nihil suaue meritum est.id est nihil mihi meredis suaue est,vt ego illam cum illo nuptam feram.

Meritissimum,substantiuum, hoc est maximum meritum. Plaut. in Asin. -iube aduenire,quæso, Meritissimo eius,quæ volet,faciemus.

Meritó,aduerbium.Id est digne,iure. {ἀξίως, ἀξίως. Ital. *Degnamente,meritamente.* Gal. *A bon droit & à bonne cause, en l'ayant merité.* Hisp. *Dignamente, merecidamente.*} Terent.in Adelph. Bene facis, meritò te amo. Cic.5. Verr. Quanquam meritò sum iratus Merello, tamen hæc, quæ vera sunt,dicam. Superlatiuū habet Meritissimò,itidem aduerbium,citra tamen comparatiuum. Cic.de Orat.lib.1,Primùm Scæuolæ te dedisti, quem omnes amare meritissimò pro eius eximia suauitate debemus.

Merito,as, A supino verbi Mereo, significat quæstum, vel lucrum ex re aliqua referre. {μισθοφορεῖν. Ital.*Guadagnare.* Gal.*Meriter,deseruir, gaigner.* Hisp.*Ganar.*} Plin.lib.7.cap.32, Quippe quum iam apud maiores Roscius histrio ter s quinquaginta annua meritasse prodatur.

Meritorius,a,um, Quod quæstus gratia locatur. {μισθωτὸς. Ita.*Che si da per guadagno,che si da à nolo.* Gal.*Meritoire,mercenaire, de louage.* Hisp. *Cosa alquilada por precio.*} Vnde equi meritorij, & Meritoriæ thedæ. {ὄχημα μισθωτόν. Meritoria vehicula. Tranq.in Calig.cap.39, Quicquid instrumenti veteris aulæ erat,ab vrbe repetit, comprehensis ad deportandum meritoriis vehiculis. ¶Meritorium quoque cœnaculum idem Tranquillus dixit,pro ablocatitio diuersorio:ita de Vitellio scribēs, Satis constat, exituro viaticum defuisse:tanta egestate rei familiaris, vt vxore,& liberis,quos Romæ relinquebat,meritorio cœnaculo abditis,domum in reliquam partem anni ablocaret. ¶Pueri meritorij, dicuntur scorta masculæ,quæ ad turpem quæstum prostituuntur:quemadmodum mulieres, quæ corpus suum virorum libidini prostituunt. Meretrices appellantur:vtrique à merendo dicti,quòd corpore suo mereant,hoc est turpem quæstum faciant.Cic.in Anton.Ingenui pueri cum meritoriis, scorta cum matribusfamiliàs versabantur. ¶Taberna meritoria,diuersorium atque hospitium mercenarium, quò cuiq; introire licet danti mercedem. ¶Ratio verò meritoria,quasi vilis & malè coempta. ¶Aliquando Meritorium absolutè dicitur, pro taberna mercede conducta. Iuuen.Sat.3. -nam quæ meritoria somnum Admittunt.

Meretrix,cis. {ἑταίρα, πόρνη. Ital.*Meretrice.* Gal. *Paillarde, putain.* Hisp.*Puta.*} A merendo,teste Varrone,nam mercede suam exercet militiam, quæ copiam sui corporis facit.Hęc etiam Prostibula dicitur,siue à prostando, siue (vt alij putant) quòd pro stabulis, hoc est ante diuersoria soleat habitare.Vnde & Plautus in Cistel.Intro ad bonam meretricem:in via sola prostibula sanè est.Idem Truc. Meretricem ego itidem esse reor, Mare vt est,quod des deuorat,nunquam abundat. Idem in Cap.Hic neque periurus leno est, nec meretrix mala. Ouid.1. Amor. Eleg.15, Dum fallax seruus, durus pater, improba lena Viuet,dum meretrix blanda,Menandrus erit.Horat.1. Sermon. Satyr.4, -à turpi meretricis amore Quum detereret.

Meretricula,diminutiuum. {ἑταιρίδιον, ἡ πορνὴ τέττιξ. Ita.*Picciola meretrice.* Gal.*Petite putain,petite paillarde.* Hisp.*Pequeña puta.*} Cic.5. Verr.A meritricula commendari.

Meretricius,a,um. {ἑταιρικός. Ital.*Cosa da meretrice.* Gal. *De paillardes, apartenant à putains.* Hisp.*Cosa de puta.*} Quod est meretricis,vel quod ad meretricem pertinet: vt, Ars meretricia. Terent. in Heaut. Ignaram artis meretriciæ. Idem in Andr. Ac meretricios amores nuptiis glutinas? Idem in Eunuc. Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia Deprehendi quenquam? ¶Meretricia disciplina,Cic.5.Verr. Meretriciæ opes,Idem pro Cælio.

Meretricium, cij, {ἑταιρεῖον. Gal.*Arte meretricia.* Gal. *Paillardise & puterie.* Hisp.*Arte de putetias, puteria.*} Ipsa meretricandi ars. Tranq. in Calig. Additúmque ad caput legis, vt tenerentur publico, & quæ meretricium,& quæ lenocinium fecissent.

Meretriciè,aduerbium,Id est in modū meretricis. {ἑταιρικῶς. Ital.*A foggia di meretrice.* Gal.*A la façon d'vne paillarde.* Hisp.*En manera de vna puta.*} Plaut.in Milit.Quàm dignè ornata incedit,haud meretriciè.

Meretricor,aris,pen.prod. {ἑταιρίζω, πορνεύω. Ital.*Puttaneggiare.* Gal.*Paillarder,putasser.* Hisp.*Putanear.*} Scortor. Aulus Gellius, Thais meretricando magnam pecuniam demerebat. Colum.lib.11. cap.1, Quippe plurimum affert mali,si operario meretricandi potestas fiat.

Mergæ,arum. {πέδη ἡμιτόμιον, πεῖσμα ὀρύγματα ἡμίτομα. Ital. *Forcole,forche.* Gal. *Vn cauelier,fourches.* Hisp.*Las horcas para trastornar manojos.*} Furculæ sunt,autore Festo,quibus acerui frugū fiunt:dictæ à mergis volucribus. Vt enim illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur: sic messores furcas in fruges mergunt, vt eleuare possint manipulos. Plaut.in Pœn. Palas vendundas sibi mergas datas, Vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. ¶Alij mergas ferramenta esse existimant, quibus olim in frugibus demetendis vtebantur. Nam in ratiore segete ea metendi erat ratio,vt culmi medij falce inciderentur,spicæque inter duo ferramenta distringerentur, quæ à Columella Mergæ appellantur.Sic enim habet ille lib.1.cap.21,Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus serriculatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis medium culmen secant:multi mergis,alij pectinibus spicam ipsam legunt, idq; in rara segete facillimum,in densa difficillimum est. Plin.lib.18.ca.30, Mergites appellat.

Merges, itis, pen.corr. {τὸ δεμάτιον, τὸ φακιόλιον. Ital.*Fasso di spiche.* Gal.*Vne poignee ou.suelle d'espics de blé.* Hispan.*El manojo.*} Spicarum manipulus: à mergendo dictus,inquit Seruius.Virgil.lib.1 Georg. Aut fœtu pecorum,aut Cerealis mergite culmi, Prouentúque oneret sulcos. Mergites quoque à veteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in ratiore segete messores spicas solent distringere, quæ & Mergæ vocantur à Columella,vt suprà suo loco ostendimus.Plin.lib.18.cap.30, Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur,atque inter duos mergites spica distringitur.

Mergo,gis,si, sum, Sub aquam pono, liquore aliquo operio. {βάπτω. Ital. *Mergere,attuffare,porre sotto acqua.* Gal. *Plonger en l'eau, mettre tout dedans l'eau & l'en couurir.* Hisp.*Sabullir so el agua.*} Plin.lib.9 cap.38, Rursúsque mergitur lana carminata,donec omnem ebiberit saniem. ¶Interdū etiam simplex Mergo,pro composito Submergo legitur, κατ' ἐνάντωσιν. Virgil. Aeneid.6. -quis te,Palinure,deorum Eripuit nobis, medióque sub æquore mersit?Manifestius etiam Plin.lib.9 cap.44, Piscantium cymbas speculatur, occultúsque adnatans mergit. ¶Per translationem autem Mergere dicimus pro obruere, inuoluere, seu implicare. Virgil. Aeneid.6.Sed me fata mea, & seclus exitiale Lacænæ, His mersere malis. ¶Huius composita sunt, Demergo,Emergo, Immergo, Submergo:quorum significata vide suis locis.

Mersо,sas, Sæpe mergo. {κατάβαπτον βαπτίζω. Ital.*Mergere spesso.* Gal.*Plonger en l'eau souuent.* Hispan.*Sabullir so el agua muchas vezes.*} Colum. lib.7. cap.4, Quarto die,sic est vicinia maris,ad litus deducta mersatur ouis. Virg.1, Georg.Balantúmque gregem fluuio mersare salubri. Catullus, Fluctibus fortunæ mersor.

Merto,as,Idem quod mersо. Accius Deiphobo, Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præsentem præsens dictis mertare instituit. Hęc Nonius. Festus, Mertat, pro mersat antiqui dicebant. Fabius verò Quint.li.1.c.6, Et hæc ipsa(inquit)s,litera,ab his nominibus exclusa, in quibusdam ipsa alteri successit.Nam Mertare, atq; Pultare,dicebāt.

Mergulus,li. {βάπτιγμον. Ital.*Stoppino,lusignuolo.* Gal.*La meche.* Hisp.*La mecha del candil.*} Dicitur funiculus ille qui in lychno flammam nutrit. Græco vocabulo Ellychnium vocamus.

Mergus,goris, ὑδρία, Genus vasis, quam nonnulli situlam appellant, ita dictum,quòd puteo mergatur,dum eo aquam haurimus.

Mergus,gi. {κῆυξ. Ital.*Smergo.* Gal.*Vn oiseau appelé plongeon.* Hisp.*Cuervo marino.*} Auis ita dicta,quòd se in aquam,cibum captans, assiduè immergat,teste Varr.lib.4.de lingua Latina,& Ouidio Metam.11. de Aelaco Priami filio,ita scribente, Aequor amat,nomēnque manet .quia mergitur illi. Virgil.5.Aeneid. -immotáque attollitur vnda Campus,& apricis statio gratissima mergis. Ouid.1. de Ponto eleg.7, Nam prius incipient turtes vitare columbę,Antra feræ,pecudes gramina,mergus aquas, Quàm malè se præstet veteri Græcinus amico. Huius auis natura est,vt sæpe mergens aurarum signa colligat, & præuidens tempestatem futuram, properè medio reuolet ex æquore, & ad litorum tuta cum clamore contendat. ¶Est & Mergus in vite,vt docet Colum. lib.4.cap.15,quum supra terram iuxta suum adminiculum vitis curuatur, atque ex alto scrobe submersa, perducitur ad vacantem palam. Pallad.Mergum dicimus,quoties velut arcus supra terram relinquitur, alia parte vitis infossa. Et paulo póst, Mergi verò post biennium recinduntur,in ea parte quæ suprà est,& in loco iustas vites relinquunt.

Mergina, μεργίνη, A Romanis vocatur herba illa, quam Græci σμύρνιον πτελέαν, hoc est similacem asperam vocant.Vide Dioscoridem lib.4.

Meribibulus, Vide MERVS.

Meridies,ei,Medius dies,quasi medidies. {μεσημβρία. Ital. *Meriggio,mezodì.* Gal.*Midi.* Hisp.*Medio dia.*} Nam(vt inquit Varro)d,antiqui,non r, in hoc loco dicebant: sed suauioris ergò pronuntiationis mutatum est d, in r, quod & confirmat Cicero in Oratore ad Brutum, dicens, Ipsum meridiem,cur non medidiem?credo,quòd erat insuauius.Plaut. in Mostel.Heus iam appetit meridies.Id est instat,appropinquat. Horat.3. Carm. Ode 28. Inclinare meridiem sentis. Terent. in Adelph. -præter hæc, Meridie ipso faciam vt stipulam colligat. Semper autem masculinum est,quia certum diei tempus significat.

Meridianus,a,um,Quod ad meridiē spectat. {μεσημβρινός. Ital.*Di mezodì.* Gal.*De midi.* Hisp.*Cosa de medio dia.*} Sic Plin.lib.2.cap.19,Meridianum Solem dicit, & lib.13, cap.4, Orbem meridianum. ¶Meridianō, pro meridie, id est hora meridiana. Plin.lib.2. cap.26, Emicant & fasces, nonnisi quum decidunt,visæ: qualis Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente,præter ora populi meridianō transcurrit. ¶Meridianus pro gladiatore.Suet.in Claud.cap.34, Bestiariis, meridianisque adeò delectabatur,vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet:& meridie dimisso ad prandium populo prælideret: prætérq; destinatos etiam leui,subitáque de causa quosdam committeret. ¶Inde fit compositum Pomeridianus,de quo infrà.

Meridianus, siue Meridianus circulus, μεσημβρινὸς κύκλος, Vnus est ex sex maioribus sphæræ circulis,per polos mundi, & verticem nostrum ductus,qui vnà nobiscum mutatur,quoties aut Ortum, aut Occasum versus,nos conferimus.Dictus Meridianus ab eo,quòd Sole in nostro hemisphærio ad circulū hunc accedente,apud nos sit meridies: & rursus media nox,quū in inferiore hemisphærio sol ad eundē peruenerit.

Meridio,dias,& Meridior, diaris, deponens, Significat cibum meridianum capio. {μετ' ἀρίστου φάγω. Ital.*Mangiare outro dormire dopo mezzo giorno.* Gal.*Mercienner,reposer ou dormir a midi.* Hispan.*Merendar o comer ò dormir à medio dia.*} Plautus,Ientando,meridiando,comessando, pergræcando vitam ducere. ¶Aliquando significat somnum meridianum capio, ὁ μεσημβρίαν κοιμῶμαι. Coro. Celsus lib.1. cap.2, Longis diebus meridiari potius ante cibum,vtile est:sin minus, post eum: per hyemē totis noctibus conquiescere.Suet.de Nerone, Missos à Messalina vxore Claudij,

dij, qui eum meridiantem, quasi Britannici æmulum, strangularent.

Meridiatio, Quies meridiana. {μεσημβρίνη, ἀνάπαυλα. Ital. *Esso dormire à mezzo giorno.* Gal. *Meridienne, le repos ou dormir sur le midi ou sur jour.* Hisp. *Aquella obra de dormir à medio dia.*} Cic. lib. 2. de Diuina. Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi: quibus antea vti non consueueram.

MERIONES, μηριόνης. Fuit, teste Homero lib. Iliad. 2, Auriga Idomenæi, & cum eo dux nauium, quæ è Creta venerant ad Troiam, ipsi Marti, vt ait, ipsius Martis arbitrio comparandus.

Meris, idis. Herba est, quæ alio nomine Tripolium appellatur. De hac Dioscorides lib. 4.

Merismos, μερισμός. A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Distributionem vocant: quum scilicet genus in species, aut totum in partes dissecamus, ordine discreto: quæ sententiarum figura diuisioni ac partitioni affinis est. Nam dispositio (quæ vtrunque complectitur) est, autore Fabio, vtilis rerum ac partium in loco distributio. Huc etiam pertinet ἀζεύγνυον, id est dissolutio, quum dispersa distributione dissipantur: quali Cicero vsus est in Epistola ad Lucceium secunda, Familiarium lib. 5. Transferam animum ad ea quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur.

Merito, aduerbium, Merito, meritas, Meritorius, Meritum, Meritus, adiectiuum, Vide MERERO.

MERITVS, substantiuum, Mons est Traciæ, apud Plin. lib. 4. cap. 11.

MERMEROS, Vnus ex Centauris. Ouid. Metam. 12, Quique pedum nuper certamine vicerat omnes Mermeros, accepto tum vulnere tardior ibat. Μέρμερος autem Latinè curiosus interpretatur, à verbo μερμηρίζω, quod est cogito & consulo.

MERMESSVS, μερμησσός, Vrbs Troadis, Sibyllæ Erythrææ patria, vt Stephano placet, qui etiam ab vrbis huius rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamen magis credendum existimo, qui Geographiæ suæ lib. 14, Erythræam Sibyllam dictam existimat, ab Erythris Ioniæ vrbe, non procul à Clazomenis sita.

MERO, per iocum dictus est Tiberius Cæsar, pro Nerone: quòd impendiò vinosior esset. Tranquillus in Tiberio Cæsare, In castris tyro etiam tum propter nimiam vini auiditatem, pro Tiberio, Biberius: pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero vocabatur.

Merobibus, a, um, Vide MERIBIBVLVS.

Meroctes, Lapillus porracei coloris, qui lacte sudat. Plin. lib. 37. cap. 10.

MEROE, oes, μερόη, Vulgò *Saba.* dictio trissyllaba, Insulæ Nili Metropolis, à qua & tota insula Meroë dicitur. De hac ita scribit Herodotus, Meroë fuit olim regni caput: clypei figuram ea insula imitatur, ad tria millia stadiorum cum Nilo protensa: accolũt pastores eam, qui passim venantur, & agricolæ qui aurifodinas habent. Hanc Cambyses condidit, appellauitque à nomine sororis Meroës. Quum enim Aegyptum omnem occupasset, Meroën secum vsque ad Aegyptios ducens processit: quæ quum ibi mortem obiisset, vrbi nomen indidit. De hac Luca. lib. 10, -gurgite rupto Ambitur nigris Meroë fœcunda colonis. Patet lõgitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum. Præterea fert & lapidum multiplex genus: distãtque à Syene quinque millibus stadiorum, vltra quam est torrida zona. Exuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingentas esse scribit Diod. lib. 1, & 17. De hac etiam Strabo lib. 16, plura scribit.

MEROPE, es, pen. corr. μερόπη. Vna filiarum Atlantis ex Pleione Nympha, cuius stella ex septem Pleiadibus obscurissima apparet, quòd quū sorores omnes diis nupsissent, sola Sisypho nupserit homini mortali. Vide Ouid. 4. Fast.

MEROPIA, μεροπία. Vulgò *Stifano.* Insula est vna Cycladum, quę aliis nominibus & Siphnos, & Acis appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

MEROPIS, μερόπις. Insula est Cariæ adiacens, quæ notiore nomine Cos appellatur. De hac Plin. lib. 5. cap. 31. Vulgò *Lango.*

Merops, μέροψ, Auis est, teste Aeliano, pietate in parentes volucribus cæteris præstans: nam vbi primùm per ætatem volare potest, parentes in altissimis specubus reconditos alit. Infesta in primis est alueariis, apésque absumit: vnde & Apiastra à quibusdam appellatur. Virgil. 4. Georg. Absint & picti squallentia terga lacerti Pinguibus à stabuliis, meropésque, aliæq; volucres. De hac aue sic scribit Plin. li. 10. ca. 33, Nec verò iis minor solertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, prioti subrutilo. Nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine. ¶ Meropes præterea diuersarum linguarum homines dicuntur: à μείγνυμι, quod est diuido, & ὤψ, per o, breue, quod vocem significat. ¶ Est etiam Merops, Gigantis nomen, vnius ex iis qui Iouem de cælo deturbare conati sunt: à quo Cos insula, Meropis appellata existimatur.

MEROPVS, μέροπος, pen. corr. Mons Græciæ iuxta Thessaliam, variis præruptus anfractibus: qui vndique referiente Echo, voces diuersas reddit, vnde etiam appellationem sortitus est.

MEROS, siue Merus, μηρός, Mons est in finibus Indiæ, in cuius radice. Dionysius in Indiam proficiscens, Nysam vrbem condidit. Curt. lib. 7, Nysa sita est sub radicibus montis, quem Meron accolæ appellãt. Inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis femine Liberum patrem esse celatum. Græcè enim μηρὸς femur significat.

Mersõ, & Merto, Vide MERGO.

Merula, Auis sic dicta, quòd sola volet, & solitaria pascatur: quasi mera volans. {κίχλη. Ital. *Merla vccello.* Gal. *Vn merle.* Hisp. *La merla.*} Hanc tamen etymologiam, vt superstitiosam & plus iusto curiosam, ridet Fabius lib. 1. cap. 10, ita Varronem vellicans, Sed huic tanti fuit vertere, vt merula, quia sola volat, quasi mera volans nominaretur. De huius auis natura Plin. lib. 10. cap. 29, Merula ex nigra ruffescit, æstate canit, hyeme balbutit, circa solstitium muta. Rostrum quoque in aniculis, in ebur transfigurator duntaxat maribus. Horat. 2. Serm. Sat. 8, Vidimus & merulas poni, & sine clune palumbes. Idem de Arte, Intentus merulis anceps. ¶ Est etiam piscis saxatilis Plin. teste, lib. 32, cap. 11. ¶ Hoc nomine etiam dictus est fluuius, qui Albingæ ciuitatis latus alluit: alio nomine Centa dictus, quia centenis amnibus augetur.

Merus, a, um, Quod est solum. {ἄκρατος. Ital. & Hisp. *Solo.* Gal. *Seul.*} Te-

rent. in Phor. Nihil habet, nisi spem meram ¶ Per translationem ponitur pro puro. Cic. lib. 2. de Orat. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes ἀνδρες exierunt. Idem 3. de Nat. deor. Vehementius quidem inuectus es in meram Stoicorum rationem. Idem ad Attic. lib. 4. Venerat horis duabus ante Cherippus, mera monstra nũtiatat. Idem, Quid est igitur quod laborem tamicos habet, meras nugas, &c.

Merum, substantiuum, Vinum aqua non dilutum. {ἄκρατος. Ital. *Vino puro.* Gal. *Vin pur & sans eau, & sans aucune mixtion.* Hisp. *Vino puro y no mezclado.*} Plin. lib. 23. cap. 1. Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum viuum. Ouid. 15. Metam. -odiúmque meri permansit in vndis. Idem 9. Met. Haud alio vultu, quàm si conuiua taceres Inter plena meri tedimitus pocula sertis. Virgil. 3. Aen. Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit, impleuitque mero, diuósque vocauit. Stans celsa in puppi.

Meribibulus, li. {Ital. *Colui che bene il vino senza acqua.* Gal. *Qui boit le vin sans eau.* Hisp. *Bruedor de vino sin agua.*} Qui vinum sine aqua bibit: cuiusmodi homines à Græcis ἀκρατοπόται appellantur: quo veluti peculiari epitheto apud illos Thraces notati sunt. Aug. Quum temeti auidior esset, quadam die ab irata ancilla per conuitium appellata est meribibula: quæ res tantum ei pudorem iniecit, vt postmodum sobria prorsus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutiuum est. Sicut enim Bibulus diminutiuum videtur à Bibus, quo extra compositionem non vtimur, ita Meribibula, vel Merobibula, à Merobiba: quo nomine licentiosa compositione vsus est Plautus in Curc. Anus hic, recubare solet, custos, ianitrix: nomen est leuæ multibiba, atque merobiba.

MERVSIVM, sij, μερούσιον. Siciliæ locus 70 à Syracusis stadiis distans: cuius incolæ Merusij dicti sunt. Autor Stephanus.

Merx, huius mercis, Est species ipsa quæ emitur, venditúrve. {ἐμπορία. Ital. *Merce.* Gal. *Marchandise, denree.* Hisp. *Mercaderia.*} Mercatura verò est ipsum negotiationis exercitium. Cic. lib. de Rep. 3, Phœnices primi mercaturis, & mercibus suis, auaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. ¶ Portò Merx singulare interdum legitur, sed minus vsitatè. Plin. lib. 12. ca. 25, Sarmenta quoque in merce sunt. Plaut. in Cistel. Mala merx hera hæc, & callida. Idem in Milit. Sicuti merci pretium stat pro virtute vt væneat. Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idem Persa, Merx tua mala est. Quintil. lib. 1. cap. 12, Sordidæ mercis negotiator. Gestat mercem sine fuco. Horat. 1. Serm. Saty. 2. Frequentius verò in plurali. Horat. in Arte, Ve præco, ad merces turbam qui cogit emendas. Cic. 7. Vett. Mercibus ademptis in vincula coniectos esse mercatores. ¶ Esculentæ merces, apud Colum. lib. 12, hoc est ea quæ hominum esui accommodata venduntur. Fallaces & fucosæ merces, Cic. pro Rabir. Posth. Mutare merces, Ouid. 1. Trist. eleg. 2.

Mercimonium, eiusdem significationis: nomen quidem antiquum, sed quod tamen non reformidauit exactissimus verborum censor Laurentius Valla. statim in fronte versionis Latinæ Herodoti Græci historici. Vsus est, & Plaut. in Curc. Sed quid agit meum mercimoniũ apud vos?

Mesa, μέσα. Teste Vitruuio, sunt partes mediæ ædium; quas idem Latinè Medianas appellari asserit.

MESAPIA, MESAPVS, Vide MESSAPIA.

MESANITES SINVS, μεσανίτης κόλπος. Persici fin' pars est. Stephano.

Mesaræum, μεσαραῖον, Vide MESENTERIVM.

Mesarchon, μεσάρχων. Dicitur corpus illud venosum, per quod hepar, veluti per manum chylum ex ventriculo attrahit. Alio nomine Mesenterium dicitur.

Mesauli, μέσαυλαι, Aedium itinera dicuntur, quæ inter duas aulas, id est duo atria, sunt interposita. A nonnullis etiam Andrones vocãtur, teste Cælio Rhodig. lib. 27. cap. [illegible].

Mesenterium, μεσεντέριον, Crassa quædam & adiposa membrana est, multis & neruis, & venis, & glandulis intertexta, medium inter intestina situm obtinens: vnde & nomen accepit. Huius veluti manus cuiusdam opera, iecur chylum à ventriculo attrahit, per eas venas, quas mesataicas vocant. Alio nomine Mesaræum appellatur.

MESES, Mesæ, μέσαι, Ventus inter Boream, & Cæciam medius: vnde & nomen habet. Huius meminit Plin. lib. 2. cap. 47.

MESEMBRIA, μεσημβρία, Vulgò *Mesembre*, Megarensium colonia, quam antea Menebriam vocabant, quasi Menapolim, id est Menæ ciuitatem. Eius enim ædificator Menas appellabatur: Bria verò sermone Thracio ciuitas vocatur. Hæc Strabo lib. 7. Mesembriaci portus meminit Ouid. 1. Trist. eleg. 9.

MESTA, Vide MAESTA.

Mesochorus, pen. corr. μεσόχορος, Qui in medio turbæ stans, reliquis canendi, vel aliud agendi signum proponit. Sidonius, -nullus ibi lyristes, Choraules, mesochorus, tympanistria, psaltria canit. Vide Cælium Rhod. lib. 4. cap. 14.

Mesocranium, μεσοκράνιον, Vertex capitis, medium cranij locũ obtinens.

MESOLA, μεσόλα, Messeniaci agri oppidum, inter Taygetum montem, & Messenem vrbem situm. Gentile est Mesolates. Stephanus.

Mesoleucos, μεσόλευκος, Gemma, quam mediam linea alba distinguit: de qua Plin. lib. 37. cap. 10. ¶ Est præterea hoc nomine herba quædam, habens candidam lineam per folium discurrentem. Plin. lib. 27. ca. 11, Leuce Mercuriali similis, nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transeurrente: quare Mesoleucon quidam vocant. μέσος nanque medius est, & λεύκη albus.

MESOMEDES, pen. prod. μεσομήδης, Poëta Lyricus ex Creta oriundus, Adriani Cæsaris libertus: in cuius gratiam scripsit laudes Antinoi, qui Adriano in deliciis erat. Suidas.

Mesomelas, μεσομέλας, Gemma est nigram habens venam, quemlibet colorem per medium secantem: de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Meson, μέσων ἀθάνατος, autore Festo, Persona Comica appellatur aut coqui, aut nautæ, aut eius generis: dicta ab inuentore eius Mesone Comœdo, vt Aristophanes ait grãmaticus. Quanquã rectius videtur manare à fonte Græco, μέσος nanq; medium significat. Porrò coquorum, nautarum, cerdonum, atq; huiusmodi opificum personæ mediæ sunt: vt quæ neque seruiles videantur, quum liberæ sint operæ: neq; omnino

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberæ, quum mercenariæ. Est autem merces, teste Cicerone, autoramentum seruitutis. Proinde mediæ sunt & mistæ personæ, quæ μίσθιοι dici possunt: vt κόρδων & μάγειρος, dicimus in Comœdiis. ¶ Fuit præterea Melon, μίσθιος quidam Astrologus, qui Atheniensibus in expeditionem Siciliensem profecturus, quum ipse quoque ad id bellum delectus esset, imminentem toti exercitui cladem prospiciens, propriis ædibus ignem iniecit, furorémque tam scitè assimulauit, vt veluti insanus, & bello parum idoneus, domi fuerit relictus. Vide Plutarc. in Nicia, Alcibiade & Pyrrho. Item apud Cæl. lib. 11. cap. 76.

Mesonyction, μεσονύκτιον, Media nox. Vide latius suprà in dictionibus AVRORA & DIES.

MESOPONTIVS, μεσοπόντιος, cognominatus est Neptunus qui apud Ereſum Lesbi insulæ ciuitatem colebatur. Stephanus.

MESOPOTAMIA, μεσοποταμία, Regio maioris Asiæ, inter Euphratem & Tigrim, vnde nomen habet: μέσος enim medium sonat, & ποτάμος fluuium. Tacitus lib. 5, Mox repetita amicitia regis, multo apud eum honore, præfectus campis, qui Euphrate & Tigri inclytis amnibus circunfluit, Mesopotamiq; nomen acceperunt. Habet hæc regio Tigrim ab Oriente, & Euphratem ad Occidentem: à Meridie Babyloniam, ab Aquilone Caucasum. ¶ Mesopotamiam impinguat Euphrates (vt inquit Solinus) annuæ inundationis excessibus terris superfusus. Hæc regio etiam dicta est Seleucia, vt lib. 6. refert. Plinius.

Mesosphærum, μεσόσφαιρον, Indici nardi folium, vt magnitudine, ita & pretio, medium ex tribus speciebus locum obtinens. Vide Plinius lib. 12. cap. 12.

Mespilus, li, pen. corr. ἡ μέσπιλος. Ital. *Nespolo*. Gal. *Meſlier, ou meſſlier, ou neſſlier*. Hisp. *Meſpero*. ἡ Genus arboris, cuius frudus Mespilum ἡ μέσπιλον. Ital. *Nespolo frutto*. Gal. *Meſle, meſſle, ou neſſle*. Hispan. *Meſpero fruta*. ἡ dicitur. Palladius de insitionibus, Mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris. Hæc arbor foliis est prius rubris, quàm deciduis, radice inextirpabili: ignota Italiæ Catonis ævo.

MESSALA, læ, pen. prod. μεσσάλας, Dictus est Valerius Coruinus, quia Messanam in Sicilia expugnauit, & vrbis captæ in se translato nomine, Messana primò, paulatimque vulgo permutante literas, Messala dictus est. Vnde & Messalarum familia Romæ florentissima, ex qua Messala Coruinus orator nobilis ortum habuit. Hic quum prouectior foret, ante biennium quàm moreretur, adeò memoriæ sensum amisit, vt vix paucula verba coniungeret, & nominis quoque sui immemor esset. Tandem verò vicere ori innato, seipsum inedia confecit: autor Cælius, & Crinitus lib. 1. cap. 12. Is orator fuit (Fabio teste li. 10. ca. 1.) nitidus & candidus, & quodam modo præ se ferens nobilitatem suam: viribus tamen minor. Illius familia Coruini cognomentum tulit à coruo, qui Valerio Tribuno, vni ex maioribus, aduersus Gallum puguanti suppetias tulit, vt meminit Gellius lib. 9. cap. 11.

MESSALINA, μεσσαλίνα, pen. prod. nomen filiæ Barbati Messalæ, consobrini Claudij Imperatoris. Tandem ab ipso Claudio supplicio affecta est, quum C. Silio nupsisset. Autor Tranquillus in Claudio. Prodigiosam huius libidinem lege apud Iuuenalem Satyr. 6, Tacitum lib. 11, & Plin. lib. 10 cap. 62.

MESSANA, μεσσήνη, Vrbs est Siciliæ, propinqua Peloro promontorio, à Messenijs Achaię populis condita, & à nomine relictæ ab illis vrbis ita appellata. Silius lib. 15, Incumbens Messana freto, ninibúsque reuulsa. Huius incolæ primùm Messanenses dicti sunt: postea verò quum Mamertini, natio Campana, eò colonos misissent, ipsi quoq; Mamertini potius, quàm Messanenses sunt vocati. Clarissima autè est ex bellis Punicis & Atticis. Fuit enim causa primi belli Punici, vt Florus tradit li. 2. Eius quoq; ager feracissimus est vini, quod Mamertinum appellatur. Martialis. Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta Si detur, &c.

MESSAPIAT, μεσσαπιάω. Laconici agri loens, in quo Iupiter colebatur, vt ex Theopompi sententia refert Stephanus.

MESSAPIA, μεσσαπία, Regio est in extremis finibus Italiæ, peninsulæ forma, isthmo non admodum lato, qui est inter Brundusium & Tarentum, continenti adhærens. Eadem & Iapygia dicta est, & Calabria. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11.

MESSAPION, μεσσάπιον, Euboeæ insulæ mõs. ita dictus à Messapo quodam, qui inde in Italiam coloniam deduxit. Stephanus.

MESSAPVS, μέσσαπος, Vnus ex fortissimis Italiæ ducibus, qui Turno aduersus Aeneam suppetias tulit. Virg. 7. Aeneid. At Messapus equûm dominor, Neptunia proles, Quem neq; fas igni quenquam, vel sternere ferro. Quem Virgilij locum exponens Seruius, ideo Neptuni filium creditum ait, quòd mari in Italiam fuerit aduectus.

MESSEIS, μεσσηίς, Thessaliæ fons est, non procul à Pharsalo oppido: cuius meminerunt Plin. lib 4. cap. 8, & Strabo lib. 9.

MESSENE, μεσσήνη, Ciuitas Græciæ in Peloponneso, à qua Messenij dicti sunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium vrbem cõdiderunt, quam à nomine patriæ suæ μεσσήνην appellauerunt. Latini ε in α longum commutato, vocant Messanam. De Messeniis ita scribit Hieronymus in Iouinianum: Spartiatæ, & Messenij diu inter se habuere amicitias, in tantum, vt ob quædam sacra etiam virgines ad se mutuò mitterent. Tandem verò Spartani Messenios, propter frequentem defectionem, in seruitutem redegerunt, cóq; durius etiam quàm reliquos seruos tractarunt, ne denuo res nouas mobirentur. Hinc adagium natum, Semilior Messena. Hi se nota literæ M, cognobiles reddebant.

MESSIAS Hebraicè, Græcè Christus, Latinè Vnctus dicitur.

Messio, Messor, Messorius, Vide METO.

Messis, huius messis, Modò significat tempus metendi. ἡ θερισμός, ἀμητός. Ital. *Ricolta*. Gal. *La muiſſon, le temps de la moiſſon*. Hisp. *La meſſe, la mies ò los panes*. ἡ Virgil. 5. Aeg. Ante focum si frigus erit: si messis in vmbra. ¶ Modò segetem ipsam tam maturam. ἄμητος. Idem 1. Georg. Illius immensæ ruperunt horrea messes. Neque solùm de segete dicitur, sed etiam de vuarum, pomorum, aut etiam herbarum prouentu. Ouid. 3. de Ponto. Tristia per vacuos horrent absynthia campos, Conueniéntque suo messis amara loco est. ¶ Per translationem accipitur pro multitudine vel copia cuiuslibet rei. Plaut. in Trinum. Neque quicquam hic vile est, Nisi mores malicorum licet iam messem metere maximam. ¶ Propriè tamen Messis dicitur de segetibus, iisque rebus quæ

metuntur: vnde & nomen accepit. Varro de Re rust. lib. 1. ca. 50, Messis proprio nomine dicitur de iis quæ metuntur, maximè in frumento: & ab eo est vocabulo declinata. ¶ Interdum idem est quod Messio, siue actus metendi, θερισμός. Cic. 1. de Orat. Tamẽ nemo tam sine oculis, actus metendi, θερισμός. Cic. 1. de Orat. Tamẽ nemo tam sine oculis, ac messis, quid arborũ putatam sine mente viuit, vt quid sit sementis, ac messis, quid arborũ putatam sine mente viuit, vt quid sit sementis, ac messis, quid arborũ putatio, ac vitiũ, quo tempore anni, aut quo modo ea fiãt, omnino nesciat.

MESTHLES, μεσθλής, Dux Maronum, qui vnà cum fratre Antipho Troianis suppetias tulit aduersus Græcos, vt testatur Homer. lib. 2. Iliad.

Met, Piam, & Te, syllabicæ sunt adiectiones, extra compositionem nihil significantes: in compositione autem aliquid addentes significationi dictionum cum quibus cõponuntur: vt Egomet, Quispiam, Tute. Sed Met, iungitur casibus omnibus pronominis primæ personæ, tam pluralis, quàm singularis numeri, absq; genitiuo plurali: vt Egomet, memet, nosmet, & reliqua. Secundæ verò personæ obliquis tantùm casibus: vt Tuimet, tibimet. Nominatiuo non addunt, ne verbum putetur Tutmet à tumeo: sed Tute, & Turemet profertur. Aduerbio Tãquam, coniunxit etiam Plaut. in Truc. Tanquammet genium meum. Et quidem sic iuncta discretionẽ significat: vt Ipsemet, id est ipse per se, & non per alios. ¶ Pte, iungitur cum ablatiuis horum quinq; pronominum Mea, Tua, Sua, Nostra, & Vestra: vt Meapte, Tuapte, Suapte, Nostrapte, Vestrapte. Vel cum eorũ masculis aut neutris: vt Meopte, Tuopte, &c. ¶ Te, similiter cum pronomine secundæ personæ idem efficit: vt Tute id feciſti, id est tu ipse per te, & non per alium. Sed hoc soli nominatiuo iungitur. Nam Tuite, aut Tibite non dicimus. In accusatiuo aliquando legimus Tete: sed tunc diuisæ potius videntur dictiones, maioris affectus causa figuratè geminatæ: quẽadmodũ etiam aliquando legimus Me me. ¶ Ce, verò iungitur obliquis horum pronominum Hic, Ille, Iste, in s literã desinentibus: vt Huiusce, Hisce, Hosce, Hasce, Istiusce, & Illiusce: vnde fiunt cõposita Huiuscemodi, Istiuscemodi, & Illiuscemodi. Interdum etiam inuenitur iunctum cum casibus horum pronominũ desinentibus in c literam: vt Hicce, hæcce, hoccce: pro quibus tamen frequentius vtimur Hiccine, hæccine, hoccine. Virgilius Hocce erat alma parens, quòd me per tela, per hostes Eripis? Terentius, Hoccine est credibile aut memorabile factũ? ¶ Hicce, seu hiccine, ὁδί: Sicce, siue siccine, οὗτος: Hæccine hanccine, illiccine, οὑτοσί. Illicce, illanccine. Terentius, Illanccine mulierem dixit, pro illamne.

Meta, æ, Congeries, seu strues in acutum tendens, seu turbo inuersus: ita dicta quòd esset posita in dimenso spatio: vel quia eam metiãtur quadrigæ circuncurrentes. ἡ κῶνος. Ital. *Meta*. Gal. *Vn but ou borne, ou autre choſe large par bas & montant en pointe*. Hispa. *El termino*. ἡ Moris enim erat septies metam lustrare. Propert. lib. 2. Eleg. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu, Septima quàm metã triuerat antè rota. Quum enim iam carceribus emissæ ad metam venissent quadrigæ, erat opus vt circum ipsam flecterentur. Virgil. 5. Aen. Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam Constituit signum nautis. ¶ Hinc etiam agrorum termini, quòd pyramidali figura fieri soleant, Metæ vocantur. ¶ Eadem etiam ratione Metæ fœni vocantur, quæ ita congestæ sunt, vt inferiori parte latiores, superne in angustum desinant conum. Colum. lib. 19. cap. 2, Certè quicquid ad eum modum, quo debet, siccatum erit, in metas construi conueniet, eásque ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic enim commodissimè fœnum defenditur à pluuiis. ¶ Per trãslationem verò, quoniam meta collocari consueuit in fine circi, vel alterius spatij, in quo quadrigæ certabant, factum est vt Meta accipiatur pro quocunq; termino ac fine. ὅρος, πέρας. Virg. lib. 1. Aen. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Ouid. ad Liuiam, Tendimus hoc omnes, metam properamus ad vnam. Omnia sub leges mors vocat atra suas. ¶ Hinc peruenisse ad metam dicuntur, qui iter aut aliud opus perfecerunt. ¶ Accipitur quandoq; pro inferiori parte molæ, sicut Catullus pro superiori. Vide in dictione CATILLVS. ¶ Meta lactis, dicitur caseus, qui factus est ad formam metæ. τυρὸς κωνοειδής. Martialis, Fert ille ceris cana cum suis mella, Metámque lactis Sassinate de sylua.

Metula, læ, diminutiuum, legitur apud Plinium Iuniorem in epistolis.

Metabasis, μετάβασις. Latinè Transitio: figura qua monemus quid dictum sit, & proponimus quod superest: vt Cicero pro Deiota. Habetis crimina insidiarum: nihil enim dixit amplius, & paulo pòst sequitur, Reliqua pars accusationis duplex fuit. Huius figuræ Fabius (quam esse ait, quum sensus non mutatur, sed forma loquendi) longè diuersum exemplum adducit, lib. 9. cap. 3. ex Virg. Aeneid. lib. 1, Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Metabole, μεταβολή, quam quidam Traiectionem interpretantur: Figura est quę fit contrariis ita transpositis, vt à priori posterius oppositum proficiscatur: vt apud Terentium in Andr. Quoniam id fieri quod vis non potest, id velis quod possit.

METABVS, μέταβος, Sisyphi filius fuit, teste Stephano, & Nepos Aeoli, qui Metapontum in Italiæ finibus condidit.

METACHOEVM, μετάχοιον, Arx Bœotiæ, inter Orchomenum & Coroneam, quam alij Metachœrum appellant. Stephanus.

METAGONIVM, μεταγώνιον, Promontorium Aphricæ à Numidia diuidens: ita dictum, quòd angulare sit. Ab hoc promõtorio Numidia ipsa Metagonitis dicitur. Autores Plin. lib. 5. cap. 3, & Mela lib. 1. Vulgò *Cabo de tres arcas*.

Metaleptis, μεταλῆψις, Figura est, quæ fit quum aliqua dictio aliud à propria sua significatione, ex iis quæ præcesserunt, denotat: vt apud Virg. 1. Aeg. Post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas. Post aliquot (inquit) aristas, hoc est post aliquot ætates, vel post aliquot annos. Nam ex aristis ætates, ex ætatibus annos intelligimus. Idem 1. Aen. Speluncis abdidit atris. Vbi ex atris, tenebrosæ: ex tenebrosis profundæ intelliguntur. Latinè Transsumptionẽ vocare possumus. Deducitur enim, κατὰ μεταλαμψίαν, quod inter cætera significat trãsumere.

Metallum, li, ἡ μέταλλον. Ital. *Metallo*. Gal. *Metail*. Hispan. *Metal*. ἡ Dicitur quæuis materia dura, è terræ visceribus effodi solita: vt aurum, argentum, cuprum, stannum, plumbum, & similia. Dictum putatur à verbo Græco, μεταλλάω, vel μεταλλεύω, hoc est à fodiendo, vel perserutando. Alij dictum putant, παρὰ τὸ μὴ τὰ ἄκρα ἐφικνεῖσθαι: eo quòd vix vlla metalli vena inuenitur, quin alterius metalli vena in propinquo postea inueniatur

xiatur. Plin.lib.33.cap.6, Id quoq; in sterili solo, atq; etiam in montibus & vbicunq; vna inuenta vena est, non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia: vnde Metalla Græci videntur dixisse. Virgil.2. Georg. Hæc eadem argenti riuos, ærisque metalla Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. Ouid. 4. Fastor. Omnia purgat edax ignis: vimumque metalli Excoquit. Horat. 1. Epist. 10, Sic qui pauperiē veritus, potiore metallis Libertate caret. ¶ Metallum miniarium, Fodina ex qua effoditur minium. μεταλλοτροφία. sicut Argentarium, ex quo argentum & Plumbarium, ex quo plumbum effoditur. Plin. lib. 33. cap. 7, Celebertimum ex Sisaponensi regione in Bæticæ miniario metallo, vectigalibus populi Romani nullius rei diligentiore custodia.

Metallarij, siue Metallici. {μεταλλικοί. Ital. *Cauatori de metalli.* Gal. *Tireurs de metaux.* Hisp. *Canadores y facadores de metal.*} Qui in metallis versantur, & præcipuè qui ad effodienda metalla damnati sunt: de quibus apud Iurisconsul. ff. de Pœnis & C. de metal.

Metallicus, adiectiuum. {μεταλλικός. Ital. *Di metallo.* Gal. *De metall.* Hispa. *Cosa de metal.*} Quod ad metallum pertinet. Plin. lib. 27. cap. 4, Fuere qui traderent, in Iudæa super Hierosolymam eius naturam metallicam. ¶ Metallicum atramentum, Corpus est metallicum, quo mulomedici excrescentem in iumentorum vlceribus carnem consumunt. μεταλλικὸν. Vide suprà in dictione Melanteria.

Metallicus substantiuum. {μεταλλικός. Ital. *Cauatore de metalli.* Gal. *Tireur de metal.* Hisp. *El que cauda à buscar mineros, facador de metal.*} Qui metallis effodiendis, & purgandis dat operam. Plin. lib. 34. cap. 16, Lauant eas arenas metallici, & quod subsidit coquunt in fornacibus.

Metallifer, Metallum gignens {μεταλλοφόρος. Ital. *Che porta metalli.* Gal. *Qui porte metail, ou il y a mines de metail.* Hispa. *Cosa que trae ò cria metal.*} Statius syluarum lib. 4. Anne metalliferæ repetit iam mœnia Lunæ?

Metamorphosis, μεταμόρφωσις. pen. prod. Transfiguratio, seu transformatio Latinè dicitur à verbo Græco μεταμορφῶ, quod significat transformo. Hoc nomine Ouidius, & Apuleius libros transformationum suarum inscripserunt.

METAPA, æ, μίτωπα, Acarnaniæ oppidum, apud Polybium lib. 5. cuius gentile est Metapœus. Stephanus.

Metaphora, æ, pen. corr. μεταφορά. Translatio à Cicerone dicitur, fitque quum nomen aut verbum ex proprio loco in eum transfertur, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est: vt, Classique immittit habenas. Virgilius Aeneid. 6.

Metaphrenum, μετάφρενον, Pars illa corporis, quæ præcordiis à tergo est obiecta: ita dicta quòd μετὰ τὰς φρένας, hoc est post præcordia sita sit.

Metaplasmus, μεταπλασμός, Dici potest transformatio. Est autem teste Donato, translatio recti, solitique sermonis in alteram speciem, metri vel ornatus, vel necessitatis gratia, vt Agreste, in ablatiuo, pro Agresti. Fit à verbo μεταπλάσσω, quod est transformo.

METAPINVM, teste Plinio lib. 3. cap. 4, vnum est ex ostiis Rhodani.

METAPONTIS, tidis, μεταπόντις. Insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Gnidum sita, recentiore nomine Syme appellata, à Syme Ialysi filia. Vide Stephanum in dictione SYME.

METAPONTVM, μεταπόντιον. Ptolemæo, quasi transpontum, Dictum est oppidum Italiæ in sinu Tarentino, à quo Metapontini populi à Pyliis, qui Nestore duce è Troia nauigauerunt, conditum: adeo tertæ prouentu, & agricolatione fœlix, vt ea gratia auream æstatem Apollini Delphico, aliquando donum obtulerit. Pompon. lib. 2.

Metathesis, penult. corr. μετάθεσις, Latinè transpositio, quum vna littera necessitatis causa, ex vno dictionis loco in alium trāsponitur, vt Tymbre, pro Tymber. Virgil. 10. Aeneid. At tibi Tymbre caput Euandrius absumit ensis.

Metator, & Metatio, vide in verbo METO.

METAVM, μίτωον. Lesbi oppidum, à Meta quodam Tyrrheno ita appellatum. Stephanus.

METAVRVS, & Metaurum, μίταυρον, Vulgò, *Metro*, Vmbriæ fluuius per Flaminiam decurrens, & inter Fanum Fortunæ, & Senogalliam in mare defluens. Iuxta hunc fluuium Claudius Nero Cōsul, cum Liuio Salinatore Asdrubalem interfecit. Plin. lib. 3. cap. 14, Nunc in ora flumen Aesis, Senogallia, Metaurus fluuius, colonia Fanum Fortunę, Pisaurum cum amne. Lucan. lib. 2, In læuum cecidere latus, velóxque Metaurus, Crustumiúmque rapax. Horat. lib. 4. Carm. Ode 4, Quid debeas ô Roma Neronibus, Testis Metaurum flumen, quo in loco Metaurum flumen, neutro genere, protulit, sicut alibi Rhenum, Quum flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.

Metaxarij, Negotiatores dicūtur, qui serici mercaturam exercent. Nam μίτα Græcis sericū est. Vtitur hac voce Iustinianus, C. de pignorib. l. fin. eámque interpretatur Alciatus in l. Balluca. C. de metall.

METELIS, μίτηλις. Oppidum Aegypti, non procul ab Alexandria, recentiore nomine Bechis appellatum: à quo vicinus Nomus Metelites dictus est. Stephanus.

METELLVS, μέτελλος, Cæciliorum familiæ cognomen fuit, ex qua non pauci fortissimi, Reique pub. vtilissimi ciues orti sunt: & in primis L. Cæcilius Metellus Pontifex Maximus, quem adeò impeditæ ac balbutientis linguæ fuisse tradunt, vt multis mensibus fatigatus, tortúsque fuerit, dum meditatur in æde Opiferæ dedicanda dicere. Hic fuit ille Metellus, qui teste Plinio libro 7. cap. 44, conflagrante æde Vestæ, Palladium Troia aduectum, subtraxit ab incendio, magna quidem pietate, sed euentu misero. Nam dum in flammas auidius se conijceret, orbatus est visu. Iuuen. Saty. 3, Da testem Romæ tam sanctum, quam fuit hostes Numinis Ideſ: procedat vel Numa, vel qui Seruauit trepidam flagranti ex arce Mineruam. Hic Metellus etiam primo bello Punico, aduersus Pœnos speciosissimum egit triumphum, CXII elephantis in eo ductis. ¶ L. Metellus, à domita Macedonia Macedonicus vocatus, Prætor Pseudophilippū. & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Inuisus plebi quòd bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem, & ideo Consul ægre factus. De hoc Liu. libro 59. ¶ Memorantur alij plures Metelli, vt Balearicus, Virtutis, quem Plin. Diadematum vocat. ¶ Metellus præterea Numidicus dictus, quòd de Numidiæ rege Iugurtha triumpharit. Cuius meminit Cic. & item Aulus Gell. cap. 6. lib. 1, & lib. 6. cap. 11. ¶ Metellus Creticus à deuicta Creta dictus, cuius meminit Plutarchus in Pomponio. ¶ Metellus Dalmaticus, à deuictis Dalmatis. Autor Pedianus in Act. 3. cōtra Verrem. ¶ Metelli, Plebeij fuere, vt ait Liu. lib. 19, verum clari victoriis & magistratibus, Cæciliique omnes appellati.

Metempsychosis, pen. prod. μετεμψύχωσις. Latinè reddi potest Animæ transmigratio, hoc est transitus animarū ex vno corpore in aliud. Putabat enim Pythagoras nihil interesse inter animam hominis, quā rationalem animā vocamus, & brutorum animantium: sed mortuo homine eius animā transmigrare in corpora brutorum. Vnde Ouid. Pythagoræorum dogma lib. 15. Metamor. explicans, ait, Morte carent animæ, semperque priore relicta Sede, nouis domibus viuunt, habitántque receptæ. Ex hoc Pythagoræ dogmate inducta est ab esu animalium abstinentia, ne forte (vt festiuiter ait Tertullianus) bubulam quis de aliquo proauo suo opsonaret. Hiero. Probabo nō Empedoclis & Pythagoræ vos dogma sectari, qui propter μετεμψύχωσιν, id est trāsformationem, omne quod monetur, & viuit, edendum non putant.

Meteora, penult. prod. μετέωρα, à Græcis dicuntur, Mista imperfecta, eò quòd in sublimi, hoc est in aëre generētur: cuiusmodi sunt pluuiæ, niues, grādines, faces ignitæ: de quibus tractat Aristoteles tribus primis libris Meteorologicis: nam quarto, qualitates persequitur.

Meteroscopus, pen. corr. μετεωροσκοπικός. Qui sublimia respicit. ¶ Accipitur pro stolido, rebúsque gerendis inutili.

Methodus, μέθοδος. pen. corr. ex μετὰ & ὁδὸς aspirato componitur. Methodum appellat Quintil. lib. 1. Institut. quam Cicero viam, artem, & rationem vocat: & alibi breue dicendi compendium vertit, quasi breuem viam, qua quàm celerimè ad petitiam euadimus.

Methodici, μεθοδικοί, A methodo dicti sunt, qui rationem artis, & discendi compendia sequuntur. ¶ Et Amethodi, ἀμέθοδοι, hoc est à via, & ratione docendi, discendique abhorrētes, quasique auij. Hæc ex Budæo in Pandectas.

METHONE, pen. prod. μεθώνη, Vulgò *Modon*, Ciuitas est litoralis Peloponnesi, in Messeniaca regione, quam quum obsideret Philippus Rex Macedonum, Alexādri Magni pater, oculum amisit ictu sagittæ, quam iecerat Aster oppidanus, cui quoque inscriptum erat, Aster relum Philippo immisit in oculum. Valerius Flac. lib. 1, Neleidésque Periclymenus, quem parua Methone, &c. Huius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 16. Hodie *Madona* via peregrinantium Hierosolymam à Venetiis.

METHVRIADES, μεθουριάδες. Stephano, siue (vt apud Plinium legitur) Methurides, insulæ quatuor sunt in sinu Megarico, non procul à Troezene. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

METHYDRIVM, μεθύδριον. Stephano, Arcadiæ oppidū est, de quo Strabo lib. 8. & Plinius lib. 4. cap. 6.

METHYMNA, vel Methymne, μέθυμνα. Vrbs Lesbi, apud quam nascitur generosum vinū. Ouid. 1. de Arte amandi, Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Methymneus, æa, um, μεθυμναῖος. Idem lib. 11. Metam. Et Methymnæa potiuntur littore Lesbi. Ab hac vrbe ortum habuit Arion citharœdus nobilis, quem Herodotus à prædonibus in mare proiectum, & à Delphine incolumem deuectum in portum ad Tænarum fabulatur.

Meticulosus, Vide METVO.

METIOCHVS, μετίοχος. Fuit, teste Herodoto lib. 6, Miltiadis Atheniēsium ducis filius, qui quū à Phœnicibus captus, Dario Persarum regi, contra quem pater bellum gerebat, præsentaretur, in nullo prorsus læsus fuit. sed cum donauit Darius pulcherrimo palatio, multis possessionibus, diuitiis, atq; vxorem Persicam dedit, ex qua liberos suscepit.

Metior, metiris, mensus. Significat mensuro, taxo. {μετρέω. Ital. *Misurare.* Gal. *Mesurer.* Hisp. *Medir.*} Cic. 1. de Natu. deor. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur. Idem 1. Offic. Etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitraretur. Idem de Amic. Iam virtutem ex consuetudine vitæ, sermonisque nostri interpretemur: nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia. ¶ Metiri stipendiū. Curt. libro 3. Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus sexcenti denarij tributi, peregrinus eques quingenos accepit, ducenis pedestrium stipendium mensum est. ¶ Metior pro æstimo. Cic. in Catone, Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationis, corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorum, & sermonibus metiebar, id est æstimabam. ¶ Quādoq; metiri ponitur pro transmeare. Virgil. Georg. 4, -magnum qui piscibus æquor, Et iuncto bipedum curru metitur equorum. Plaut. in Pseud. Quin hinc metimur gradibus militaribus? id est quin hinc abimus. ¶ A supino Mensum fit Mensio, quæ est mensura. Cic. in Orato. Vide infrà.

Mēsores à Metior, Appellātur agrorum finitores. {μετρητοί. Ital. *Misuratori.* Gal. *Arpenteurs, mesureurs.* Hispa. *Medidores.*} Colum. lib. 6. cap. 1, Ego non agricolæ, sed mēsoris officium esse dicebam. ¶ Mensores præterea sunt (inquit Vegetius lib. 1. cap. 7.) qui in castris ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hospitia in ciuitatibus præstant. Hoc in loco Podismus est dimensio pedibus facta. Hi etiam Metatores (autore Budæo) dicuntur.

Mensio, mensionis, à verbo Metior, Idem quod mensura. {μέτρησις. Ital. *Misuramento.* Gal. *Mesurement, mesurage.* Hispa. *Obra de medir, medimiento.*} Cic. in Oratore, Aures, vel animus aurium nuntius naturalem quandam in se continent vocum omnium mensionem.

Mensura, mensuræ, Instrumentum quo metimur: vnde & nomen habet: aut quo rei alicuius quantitatem deprehendimus. {μέτρον. Ital. *Misura.* Gal. *Mesure.* Hispa. *Medida.*} Plin. lib. 7. cap. 56. Mensuram, & pondera Phidon Argiuus, aut Palamedes (vt maluit Gellius) inuēnit. ¶ Transsumitur etiam ad alia. Idem lib. 3 cap. 1. Quasi verò mensuram vllius rei posset agere, qui sui nescit. Plin. in Panegyr. Iunior in Epist. Ex illo enim mensuram beneficij tui prorsus nescio.

METIS, μῆτις, Nympha Oceani & Tethyos filia, sic dicta à consulendo: μῆτις enim consilium significat. Huius meminit Hesiod. in Theogonia.

METISCVS, Turni auriga. De quo Virgil. libro 12. Aeneid. Aurigam Turni media inter lora Metiscum Exutit. &c. Sunt qui scribendum putent Methyscus, etymon eius deducētes, à Græco verbo μεθύσκομαι,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod est inebrior.

METIVS SVFETIVS, Dux Albanus tempore Tulli regis Romanorum, qui quòd ex præscripto fœderis ad belli societatem contra Fidenates vocatus, euntibus in hostem Romanis, suos prælio eduxerat, iussu Tulli duabus admotis quadrigis discerptus est. Vide Liuium libro 1. ab Vrbe.

METIVS GEMINVS, Dux Tusculanorum, superatus à Romanis bello Latino. ¶ Metius item Curtius, Sabinorum dux contra Romulum, ob raptas Sabinas acriter pugnauit.

METIVS CARVS, Delator insignis fuit, de quo Plinius prima Epistola ad Vocanium, & lib. 6. ad Hispanum.

Meto, tis, messui, messum, Fruges seco, & fructus colligo. {θερίζω, ἀμάω. Ital. *Mietere.* Gal. *Moissonner, recueillir le grain, auoster.* Hispa. *Segar.*} Propriè enim segetes meti dicuntur, & herbæ, quum falce alióve instrumento resecantur. Cice. 3. de Orat. Vt sementem feceris, ita & metes. Cæsar 4. belli Gall. Tum dispersos depositis armis, in metédo occupatos subitò adorti. ¶ Vuas quoque metere, dixit Virgil 2. Georg. pro colligere vuas, seu vindemiam facere. Sementa (inquit) & vallos primus sub tecta referto: postremus metito. ¶ Sumitur etiam latius pro seco, vel amputo. Lactant. libro 5, Qui virilia sua ferro metunt. ¶ Item pro depasco. Virgil. 4. Georg. Illæ continuò saltus syluásque peragrant, Purpureóque metunt flores. ¶ Metere maximã messem malorũ, dixit Plautus in Trinum. pro eo quod est, maximã malorum hominum copiam inuenire. Vide in dictione MESSIS. Idem in Epidico, Mihi istic nec seritur, nec metitur: hoc est ista res nihil ad me pertinet, vt quæ neque meo periculo fiat, neque emolumẽto. Vide Erasmum in Chiliad. ¶ Huius composita sunt, Demeto, Emeto, & præmeto, de quibus suis locis.

Messio, Ipsa metendi, id est fruges vel herbas secandi actio. à verbo Meto, metis. θερισμός. Ital. *Esso mietere.* Gal. *Moissonnement.* Hisp. *Messe ò mies.*

Messor, messoris, Dicitur qui metit. {θερισής, ἀμητής. Ital. *Mietitore.* Gal. *Moissonneur.* Hispa. *Segador.*} Virgilius Georg. 1, -quum flauis messorem induceret aruis Agricola. Cicero 3. de Oratore Non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari. Virgilius 2. Aegloga, Thestylis & rapido fessis messoribna æstu Allia, serpyllúmque, herbas contundit olentes. Plautus in Capt. -rogas? Sartor, satórque scelerum, & messor maxumé.

Messorius, messoria, messorium, Quod ad messorem pertinet. {θερισικός. Ital. *Pertinente à mietitore.* Gal. *Apartenant à moissonneur.* Hispa. *Cosa perteneciente à segador.*} Cicero pro Sestio, Messoria se corbe contexit. ¶ Sic etiam Operam messoriam dicimus, pro labore ipsius messoris.

Metœcus, μέτοικος, Qui de vna ciuitate in aliam migrauit habitandi animo. Latinè aduena dici potest, vel Inquilinus. Pompon. de verbo. signifi. l. Pupillus, Paræcum, πάροικον appellat.

Metonymia, μετωνυμία, cum accentu in penultima, Latinè transnominatio, Figura est, quæ sit quum inuentorem pro re inuenta ponimus. Terent. in Eunuc. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. ¶ Aut contrà, sed tamen paulò durius est: veluti si Vinum ponamus pro Baccho. ¶ Vel quum continens pro eo, quod continetur, vsurpamus. Virgilius Nunc pateras libate Ioui, id est vinum contentum in pateris. ¶ Aut cõtrà, contentum pro continẽti. Virgilius lib. 1. & 7. Aeneidos, Cratéras magnos statuunt: & vina coronant. Non vina, sed cratêras in quibus vina continentur. ¶ Vel quum dominus rei, pro re ipsa ponitur: vt Hûc tibi comedendum propino, id est eius bona deuoranda trado. ¶ Vel quum ex effectu efficiẽs accipimus. Virgilius 1. Aeneid. -mœstúmque timorem Mittite, id est timorem qui mœstos facit. ¶ Aut contra. Virgilius libro 8. Aeneidos. Hic melior remis. Significat enim velocitatem, quæ per remos fit. ¶ Vel quum ducem pro his qui subsunt: vt, Ab Annibale cæsa sunt apud Cannas sexaginta millia. ¶ Vel quum autor, pro opere sumitur: vt Terentius semper in manibus habendus: nõ Terentius quidem, sed Terentij liber, seu opus. Hæc tum ex tabulis Mosellani, tum ex Copia Erasmi.

Metopion, μετώπιον, Arbor est in Africa Aethiopiæ subiecta nascens, ex qua Ammoniaci lachryma in subiectas arenas destillat. Plinius lib. 12. cap. 28, Ergo Aethiopiæ subiecta Africa Ammoniaci lachrymam stillat in arenis suis. Inde & nomen etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam Metopion vocant. Hactenus Plin. ¶ Dioscoridi verò Metopion, ferula est in Syria nascens, ex qua galbanum destillat. ¶ Est & Metopion olei genus ex amaris amygdalis confectum, teste Plinio lib. 15. cap. 7.

Metoposcopus, μετωποσκόπος, Latinè frontis inspector interpretari potest: ἀπὸ τοῦ μετώπου, quod frontem significat, καὶ σκοπῶ, quod est contemplari, inspicere, considerare. Sunt enim Metoposcopi, qui ex frontis & faciei lineamentis, quid cuique euenturum sit, diuinant. Sueto. in Tito, Quo quidem tempore aiunt metoposcopũ à Narcisso Claudij liberto adhibitum, vt Britannicum aspiceret, constantissimè affirmasse, illum quidem nullo modo, cæterùm Titum, qui tum propè adstabat, vtique imperaturum. Plin. libro 35. cap. 10, Imaginum similitudines adeò indiscretè pinxit, vt (incredibile dictu) Appion Grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum additiuantem (quos Metoposcopos vocant) ex iis dixisse aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

Metor, metaris, Propriè significat metas in agris terminandi gratia dispono, & mensuro locum futuro ædificio, vel castris, vel alteri cuiuis operi. {ὁρίζω, μετρέω. Ital. *Por meta, misurare.* Gal. *Aligner, mettre bornes, mesurer, asseoir.* Hisp. *Apasentar, poner termino.*} Gellius lib. 1. cap. 1, Nã quum furor, assoir. Hisp. *Apasentar, poner termino.*} Gellius lib. 1. cap. 1, Nã quum ferè cõstaret curriculum stadij, quod est Pisis apud Iouem Olympium, Herculem pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos. ¶ Hinc vsus inualuit, vt Metari simpliciter pro disponere, ac parare vsurpetur. Virgil. libro 2. Georg. -si pinguis agros metabere campi, Densa sere. ¶ Item pro collocare. τάσσω. Vnde Castrametari dicimus, pro eo quod est Castra collocare. στρατοπεδεύειν. Sallust. in Iugurtha, Sylla pariter cum ortu Solis castrametabatur. ¶ Metari cælum. Ouid. 1. Fastor. Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis, Ponemúsque tuos ad vaga signa dies. ¶ Inuenitur etiam Meto, metas. Virgil. in Culice, Metabat sese circum loca. ¶ Compositum à Metor est Emetor, penult. prod. quod est, perfectè mensuro. ἀπομετρέω. Lactan. de Opificio Dei, Nam si peritus architectus, quum magnum aliquod ædificium facere constituit, primò omnium cogitat quæ summa perfecti ædificij futura sit, & antè emetatur, quem locum leue pondus expetat.

Metatio, metationis, Ipse metandi, hoc est collocandi, diuidendi, vel disponẽdi actus. {μέτρησις, κατὰ μέτρησιν, διάθεσις, διάταξις. Ital. *Ordine, assettamento.* Gal. *Assiette, alignement.* Hisp. *Apasentamiento.*} Colum. lib. 9. cap. 15, Hęc in quincuncẽ vineartũ metatio expeditissima ratione cõficitur.

Metator, metatoris, nomẽ verbale, Qui arbores in seminario, vel arbusto disponit, & ordine quodam digerit. {μετρητής, διαμετάκτης, διαμέτρης. Ital. *Chi pianta gli alberi à linea.* Gal. *Qui assiet, qui plante les arbres à la ligne.* Hisp. *Apasentador, el que planta ò assienta los arboles por orden.*} ¶ Itẽ qui locũ futuro ædificio, aut castris collocãdis metitur, aut qui agrum, alliúmve quemuis locum in certas distribuit partes. Cic. in Philip. Saxa, castrorũ antea metator, nunc, vt spetat, vrbis. Ibidem, Saxa peritus metator & callidus, vrbem iam decempeda sua diuiserat. Lucan. lib 1, Hesperios audax veniam metator in agros. Pro eodem Cice. in Philipp. Decempedatorem dixit. L. Antonius (inquit) agri publici & priuati æquissimus decempedator. ¶ Metatores etiam dici possunt, qui iussu arq; autoritate principis militibus diuersoria assignant: quique in castris figendis tentoriis locum vnicuique ostẽdunt. Vegetius lib. 2. cap. 7. Metatores (inquit) in castris dicuntur, qui præcedentes, locum castris idoneum eligunt. Hi etiã Mensores dicuntur: vt suprà suo loco docuimus.

Metatus, participium, quod aliquando passiuè acceptũ, videtur esse à verbo passiuo Metor. Horat. lib. 2. Carmin. Nulla decempedis metata priuatis Opacam porticus excipiebat Arctou.

Metrenchytæ, μητρεγχύται, Instrumenta sunt medicorum: per quæ medicamenta in vterum iniiciuntur. Linacrus vertit Vterinos clysteres. Vide Galenum 5. Methodi.

Metreta, æ, penult. prod. Genus vasis, cõstans ex duobus bariis. {μετρητής. Ital. *Misura di dieci coogij.* Gal. *Vne sorte de mesure contenant selon la supputation de Budee soixante septiers.* Hisp. *El arrena ò cierta otra medida.*} Quod (inquit Budæus libro 5. de Asse) Dioscorides metretam dixit, Plin. Cadum transtulit, quod & ipsum Græcum est, sed vtroque nostri vtuntur. Metretam enim Cato, & Columella dixerunt. Est autem coogiorum decem, vt autor est Dioscorides libro 5, his verbis. Ἔστι δὲ ἡ μετρητὴς χοῶν δέκα. Decem autem congij sexaginta sextarios valent, id est amphoram & quadrantem. Pollux tamen in 10, de Vocabulis ait, Cratinum comicum metretam amphoram appellasse. De hoc nomine plura apud Budæum.

Metricus, a, um, vide METRVM.

METROCLES, μητροκλῆς, Cynicæ sectæ philosophus, & discipulus Cratis, qui Hipparchiam sororem eius in matrimonium habebat. Vide Laërtium.

Metrocomia, μητροκωμία, Sic est inter vicos, vt Metropolis inter vrbes, à fuisque coloniis agnoscitur. Est enim proprie Metrocomia vicus vel pagus, vnde in alios vicos ductæ sunt coloniæ: quemadmodũ Metropolis vrbs est, ad quam deductæ coloniæ, velut ad matrem, originem suam referunt. Vide Annot. Budæi. Vtitur hac voce Iustinianus in suo Codice, titulo, Nõ licere habitatoribus metrocomiæ possessiones suas ad extraneum transferre, & Iurisc. l. vlti. de Exact. tribut. Latinè Matrix villa dici potest, quemadmodum Metropolis, Matrix ciuitas. Nam μήτηρ matricem sonat, & κώμη vicum, siue villam.

METRODORVS, pen. prod. μητρόδωρος. Pictor, & philosophus Atheniensis. Carneadis auditor, vt Cicero testatur de Orat. lib. 1, Erat, inquit, etiam Metrodorus, qui cum illis vuà illum ipsum Carneadem diligentius audierat. ¶ Fuit prætetea Metrodorus quidam Scepsius, qui postea relicta philosophiã ad ciuilium rerum administrationem sese contulit. Hic oratori in scriptis suis, quàm philosopho vicinior fuit, nouóque quodam dicendi genere multos à sui imitatione deterruit. Propter nominis tamen famam, quãquam pauper erat, clarum conuiuium apud Carthaginienses assequutus est, atq; vti Carthaginiensis vsuebatur. Quúmque amicitiam Mithridatis regis sibi cõciliasset, ad illum cum vxore profectus, honore maximo ab eo affectus est. Nam iuri dicundo præfectus fuit, cum potestate tam ampla, vt ab eo ad regẽ prouocare nõ liceret. Quæ tamen res ei non fœliciter cessit. Nam quum hominum aliquot improborum odium incurrisset, legatus ad Tigranem Armeniorum regem missus, à Mithridate defciuit. Quamobrem comprehensus à Tigrane, inuitus ad Mithridatem remissus est: quo in itinere, siue regis opera, siue morbo (nam vtrunque dicitur) extinctus est. Hæc Strabo lib. 13, Huius etiam meminit Cicero, memoriámque eius commendat Tuscul. quæst. libro 1, Non quæro, inquit, quãta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is, qui à Pyrrho ad senatum missus est legatus, Cineas, quanta nuper Carneades, quanta qui modò fuit, Scepsius Metrodorus, quanta noster Hortensius. Hactenus Cice. ¶ Fuit & Metrodorus quidam Chius, qui vniuersum sempiternum esse dicebat. Nam si factum esset à nõ ente, aiebat infinitum etiam esse debere. Quoniam sempiternum, quum non habeat principium vnde incipiat, nec exitum habebit, quo terminetur. Immobile quoq; asseruit, quoniã moueri nõ possit, quod nõ transeat: transire autem necesse est aut in plenum, aut in vacuum: in quorum alterum vniuersi transitus fieri non potest. Ex æthere autem nubes fieri aiebat densatione aquæ, quæ ad solem decurrens extinguit ipsum: quibus rarefactis, rursum accenditur. Solem siccitate constipatã ex aqua splendida stellam efficere. Dixit etiã, diem ac noctem inde fieri, quod Sol extinguatur, atq; accendatur: Eclipsim quoque extinctione fieri. ¶ Fuit item Metrodorus Lampsacenus, Epicuri discipulus, fidissimúsque amicus, Strabone, Diogenéque testibus.

Metropolis, μητρόπολις, penult. corr. Dicitur vrbs, teste Budæo in prioribus Annot. in Pand. ex qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ ex Athenis missæ sunt, & ab vrbe Roma. Latinè Matricem ciuitatem dicere possumus. Nam μήτηρ matricem sonat, & πόλις ciuitatem. Nam quemadmodũ in pecore ex matricibus noui semper fœtus: ita ex metropoli nouæ ciuitates propagantur. Potest & ἀπὸ τῆς μητροπόλεως cõpositum videri. Sic enim se habet Metropolis ad coloniam, vt mater ad filiam: id quod illo Thucydidis loco manifestè declaratur. Ἀποικίαν μὲν πέμψαι, τιμῆς τῆς μητροπόλεως ἀξιοῦντες, εἰ μοχθηρὰ τις, id est Colonia beneficio

neficio affecta; honore Metropolin suam prosequitur: iniuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoles, inquit Suidas, dicuntur quæcunq; ciuitates coloniæ deduxerunt. Latinè dici possunt Matrices vrbes.

Metropolitani, μητροπολίτης. Qui ex Metropoli oriundi sunt, quive metropolim inhabitant.

Metropolites, μητροπολίτης. pen. prod. Metropolitanæ ciuitatis incola.

METROPOLIS, μητρόπολις. Vrbs Phrygiæ teste Stephano, à Cybele Deûm matre condita. ¶Item alia eiusdē nominis, in conuētu Apamenō. ¶Tertia in conuentu Ephesiorum ad Caystrum fluuium. ¶Stephanus præterea alias septem enumerat, quarum primam in Lydia, secundam in Thessalia collocat, tertiam Acarnaniæ, quartam Scythiæ attribuit, reliquas tres in Ponto, superiore Thessalia, & Euboea constituit.

Metrum, metri, {μέτρον. Ital. *Misura.* Gal. *Mesure.* Hisp. *Medida.*} Mensura. Et quoniam mensurantur versus, à nostris dicuntur Metra. Colum. lib. 3. cap. 10, Nam idipsum censuisse maiores nostros non dubium est, quannis nullo alio sit scripto proditum, exceptis, quæ retulimus, metris Virgilianis. Definitur Metrum, quòd sit connexio quædam atque ordinatio pedum, ad delectationem aurium inuenta. ¶Hinc fiunt per compositionem, Monometrum, quod vnica mensura maiori, hoc est duobus pedibus constat. ¶Dimetrum, quod duabus mensuris, hoc est pedibus quatuor. ¶Trimetrum, quod sex pedibus. ¶Tetrametrum, quod octo pedibus, siue quatuor mēsuris constat: quem numerum pedum raro supergredimur. ¶Pentametrum dicitur, quod quinq; habet mēsuras minores, quas nos vocamus pedes. ¶Hexametrum, quod sex minoribus mensuris seu pedibus constat.

Metricus, a. um, μετρικός. Quod ad metrum, hoc est ad versum, siue ad mensuram pertinet: vt Ars metrica, μετρική, & Lex metrica. Plin. lib. 11. cap. 37, Arteriarum pulsus in modulos certos, legésque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus.

Metuo, metuis, metui, Idem quod timeo. {Δέδια, φοβοῦμαι. Ital. *Temere.* Gal. *Craindre, auoir peur.* Hispani. *Temer.*} Varro à motu animi deductum putat, quum id, quod malè casurum putat, mens refugit. ¶Quúmque vehementius in mouendo, vt se abeat, foras fertur, Formido appellatur. ¶Si autem ex horrore venturæ rei vehementer tundatur pectus, à pauiendo Pauor dicitur. Pauire enim tundere est. Inde pauimentum, quòd pedibus pauiatur, id est tundatur. ¶Et quia in hac perturbatione frigescimus, ab horrendo Horror dicitur, vt à tremendo Tremor. ¶Et propriè Metuere, seruorum est: Vereri, liberorum. Cicero in Cato. Metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant. ¶Quærit Aristoteles in Problem. Cur tremunt, qui metuunt? An propter refrigerationem? Deficit enim calor, atque contrahitur. Hinc Virgilius, -gelidúsque per ima cucurrit Ossa tremor. Metuentibus aluus funditur, algor & sitis prouocatur, testiculi contrahuntur, dentes crepitant, & artetantur. ¶Dicimus Metuo te, & Metuo tibi, quemadmodum Timeo te, & Timeo tibi: quæ sic differunt, vt Metuo, vel Timeo te, idem sit quod metuo, nequid mihi mali inferas. Metuo vel Timeo tibi, nequid tibi mali accidat. Terent. in Eunuc. Metuebant omnes iam me. Plautus in Amphi. Ego cunas recessim rursum prorsum trahere, & ducere.

Metuens, nomen ex participio. {φοβούμενος, δεδώς. Ital. *Temente.* Gal. *Craignant, craintif.* Hispani. *Temeroso.*} vt Metuens legum, Metuens iudiciorum. Cicero post reditum in Senatu, Nam Consules, modesti, legúmque metuentes, impediebantur lege, non ea quæ de me, sed ea quæ de ipsis lata erat. Idem pro domo sua, Homines legum, iudiciorúmque metuentes.

Metuentior, comparatiuus. Ouid. 6. Fast. Regis opus placidi, quæ nō metuentius vllum Numinis ingenium terra Sabina tulit. Idem Epist. 18, Quid tamen euenit, cur sis metuentior vndæ?

Contemptúmque prius, nunc vereare fretum?

Metuendus. Cic. de Aruspi. resp. Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræmotus horribilis, eum quibusdam multis, metuendisque rebus.

Metutus, pen. prod. participium. Lucret. libro 5, Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.

Metus, tus, Timor, & est (sicut Vlpianus scribit) de instanti vel futuro periculo, mentis trepidatio. {φόβος, δέος. Ital. *Timore, tema, paura.* Gal. *Peur, crainte.* Hisp. *Miedo, espanto.*} Cic. 4. Tuscul. Metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. Ibidem, Aegritudini finitimus est metus: est enim metus, vt ægritudo præsentis, sic ille futuri mali: itaque nonnulli metum Præmolestiam appellabant, quòd esset quasi dux consequentis molestiæ. ¶In metu aliquem ponere, pro metuere dixit Cic. ad Attic. Quid autem, inquit, absurdius hunc metuere, alterū in metu non ponere? Et tam actiuè, quàm passiuè sumitur. Nam metus hostium, rectè dicitur, & quum timent hostes, & quum timētur. ¶Capitur interdum pro religione: quoniam (vt docet Seruius) nata est ex timore. Virgil. lib. 7, multósque metu seruata per annos.

Meticulus, diminutiuum. Hinc

Meticulosus, Significat timidum. {δεδοικώς. Ital. *Paurofo, timido.* Gal. *Craintif, peureux.* Hispa. *Medroso ò temeroso.*} Plautus in Mostel. Nescis quàm meticulosa res sit ire ad iudicem? Idem in Amphitryo. Nullus est hoc meticulosus æquè.

Metys, Purgamentum ceræ, ex quo partem aluei priorem apes illinunt. Hæc Sipontinus. Plin. tamē lib. 11. cap. 7, (vnde Sipontinus hæc videtur esse mutuatus) primum ceræ fundamentum Commosim appellat. Quare libet suspicari, Perottum deprauato Plinij vsum esse exemplari.

Meu, per duas syllabas, μῶυ Dioscoridi, Herba est caule, foliisque anisō non absimilis: de qua Plinius lib. 20. cap. 23.

MEVANIA. μευανία Ptolemæo, Vulgò *Mevania*, Ciuitas Vmbriæ, inclyta Propertio alumno, sita ad viam Flaminiam, armentorum & gregum ferax. Lucan. lib. 1, -tauriferis, vbi se Mevania campis Explicat, &c. ¶De hac ita Plinius lib. 35. cap. 14, In Italia quoque latetitius murus Aretij & Mevaniæ est. Huius vrbis incolæ dicūtur Mevanates: de quibus Plinius lib. 3. cap. 14.

MEVIVS. Poëta ineptissimus fuit Virgilij & Horatij temporibus, vtrique æquè inuisus, quòd poëmata illorum insectaretur, & ex alienæ laudis obtrectatione gloriam aucuparetur: vnde & Virgiliomastix vulgò appellatus est. Virgil. 3. Aeglo. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mevi: Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Horat. lib. 1. Carm. Mala soluta nauis exit alite, Ferens olentem Mevium.

Meus, mea, meum, pronomen possess. vt Meus ager. {ἐμός. Ital. *Mio.* Gal. *Mien, mon.* Hisp. *Mio.*} Quum verò dico, Meus sum, perinde est ac si dicerem, Meæ potestatis sum. ἐντός. ¶Persius Satyr. 5. Postquā meus à Prætore recessi. ¶Aliquādo etiam, Meus, Tuus, Suus, substantiuè accipiuntur. faciléq; in eis subauditur substantiuū aliquod, Amicus, Familiaris, vel Domesticus. Virg. lib. 4, -dulcésque meorum Reliquias. Et lib. 5, Cæpe dona extrema tuorū. Terent. in Phorm. Ego meorū solus sum meus. Meus carnifex, (apud eundem in Andria) qui me excarnificat. ¶Meum est, hoc est Mei officij est. ἐμοῦ ἐστι τοῦτο. Sic Tuum, suum, nostrum, & vestrum est, id est tuum, suum, nostrum, & vestrum officium est. Meum non est, id est non est mea natura. Terēt. in Heaut. Non est mētiri meum. ¶Mea, Mea tu, & huiusmodi, muliebria sunt blandimēta, sine quibus, inquit Donatus, nō progreditur colloquium fœminarum, & maximè trepidantium. Terent. in Adelph. Modò dolores, mea tu, occipiūt primulum. Idem in Eunuc. Hen obsecro mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit? ¶Meum est, pro Meum est inuentū, excogitaui illud. Ibidem Tuum obsecróne hoc dictum erat? vetus credidi, TRAS. Audieras? GNA. sæpe: & fertur in primis. TH. Meum est, id est ego ipse huius dicti autor sum. ¶Mea quidem sententia, pro, vt ego sentio, vt opinor. Idem in Adelph. Et errat longè, mea quidem sententia. ¶Mea est descriptio, apud Ciceronē de Senect. pro. Egomet descripsi. ¶Meo pretio, in prologo Hecyræ, interpretatur Donatus pro Pretio à me facto, & à me statuto. ¶Mea vnius salus, Cic. in Vatin.

MEZENTIVS. Tyrrhenorum Rex, summus deorum contemptor, à subditis ob immanem crudelitatem cum tota familia expulsus, qui vnà cum Lauso filio fugiens, ad Turnum Rutulorum regem peruenit, cum quo aduersus Aeneā profectus est, sed inauspicato: Aeneas enim ipsum cum filio in pugna interfecit. Virgilius lib. 11, At Iouis interea monitis Mezentius ardens Succedit pugnæ, &c. Fuit impius in homines sine deorum respectu, inquit Macrobius.

M ante I.

Mi, μοι. Dandi casus, à genitino Mis. Virg. 6. Aeneid. Et mi genus ab Ioue summo. ¶Mi, vocatiuus à Meus. Terent. in Adel. O mi Aeschine, ó mi germane. Idem in Phor. Mi patrue, salue. Quo in loco, Mi, vim blandimenti habet. Idem in Eunuc. Ne crucia te obsecro anime mi Phędria. Fœminarum, inquit Donatus, oratio, etsi non blanditur, blanda est tamen. ¶Mi, inuidiosè cogitantis. Idem in Hecyra, Illius dices culpa factum. SOSTR. haud equidem dico mi Laches. Donat.

MIACORVS, penult. prod. μιάκορος, Chalcidis oppidum, apud Theopo. lib. 25, referente Stephano. A quo sit gentile Miacorius.

Mica, micæ. Puluisculus ille, qui in arena quasi argentum fulget. {ψῆγμα. Ital. *Poluere che lampeggia nella fabbia, ogni pezzo di pane.* Gal. *Miette, mie, petit morceau comme ce qui reluit parmi le sablon.* Hispa. *La migaja.*} A quo & panis, & omnium rerum frustula, quæ tractantibus nobis aliquā rem, inde emicant, Micas appellamus. Vnde est illud, Nam & catelli comedunt de micis quæ cadunt de mensa dominorū suorum. Catullus, Nulla in tam magno est corpore mica salis. Ouid. 1. Fast. Antè, deos homini quod conciliare valeret, Far erat, & puri lucida mica salis. Horat. 3. Carm. Ode 22, Mollibit auersos penates Farre pio & saliente mica. Vbi Porphyrion, Salientem micam, salis granum intellige, quòd saliat quum in ignem missum sit.

Mico, micas. Propriè est subinde, & per interualla, vt micæ faciunt, fulgeo, & resplendeo. {ἀστράπτω, ἀμφιλάμπω. Ital. *Risplendere, rilucere.* Gal. *Reluire par fois, estinceller, jetter lueur.* Hisp. *Resplandecer.*} Virgil. 1. Aene. -crebris micat ignibus æther. Idem lib. 10. Aene. Qualis gemma micat, fuluū quæ diuidit aurum. Et quoniam talis quædam vatiatio, dum digitis sortimur, apparet, per translationem Micare capitur pro digitis sortiri, ἀπὸ μάτην τῶν δακτύλων. Varro. Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequator. ¶Est autem Micare digitis, lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repentè porrectis digitis, certantium vterque numerū diuinet. Huius meminit Cic. lib. 2. de Diuin. Quid enim sors est? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesserus. ¶Ab hoc ludi genere tractum est, vt qui certissima esset fide, quique vir bonus existimaretur, eum antiqui dignum dicerent, qui cum in tenebris micaretur. Cic. lib. 3. Offic. Hæc nónne turpe est dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitēt? A quibus natum est id, quod iam tritum est vetustate, prouerbium. Quum enim fidem alicuius, bonitatémque laudant, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices. Porrò qui cum in tenebris mices, ei liberum est, si velit, fallere. Proinde dignus qui cum in tenebris mices dicitur, qui sit vsqueadeo certa fide, vt nec si turpe possit, velit quempiā mendacio fallere. Ex Erasmo. ¶Et quia splendor tremulus est, & intermissis vicibus mouetur, factum est vt Micare accipiatur pro eo quod est interpositis interuallis moueri. μαρμαίρω. Virgil. lib. 3. Georg. -& linguis micat ore trifulcis. Cice. 2. de Nat. deor. Iam verò venæ, & arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu. Huius composita sunt, Dimico, Emico, promico: de quibus suis locis.

MICIPSA, Numidarum Rex. Massiniſſæ regis filius, qui Iugurthā Manastabalis fratris filium, vnà cum Adherbale & Hyempsale filiis regni participem reliquit. De quo Sallustius de Bello Iugurthino.

Microcosmus, μικρὸς μέγας, Latine paruus mundus reddi potest: quam appellationem Philosophorum nonnulli homini in primis conuenire voluerunt, quòd corpus quidem habeat ex quatuor elemētis, animam autem ex cælo decerptam.

Micrologia, μικρολογία, à Græcis appellatur, anxia cura circa minutula, & sedulitas quouis modo rem augendi. Is quoque qui rem vilem magni facit, & tennissimum lucellum vndecūque aucupatur, Micrologus, μικρολόγος, appellatur.

Micropsychos, pen. corr. {μικρόψυχος. Ital. *Pusillanimo, di poco animo.* Gal. *Pusillanime, de peu de cœur.* Hisp. *Medroso ò temeroso, de poquillo coraçon.*} Pusillanimus dicitur, & timidus. Nam ψυχὴ anima, & μικρὸς, paruus. Plin. lib. 22. cap. 24. Inuenio apud autores hunc potum bibendum alsiosis: item animi humilis, ac præparci, quos illi dixere micropsychos.

Micropsychia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mictopsychia, μικροψυχία, Pusillanimitas.

Microsphæron, μικρόσφαιρον, Nardi folium est, ex tribus speciebus vt minimum, ita & longè præstantissimum. Vide Plin. lib. 12. cap. 12.

Micturio, micturis, penult. corr. Verbum desyderatiuum à Meio. Idem quod cupio meiere, vel teneor desyderio meiendi. {ουρησιᾶω. Ital. *Desiderare de vrinar.* Gal. *Auoir faim de pisser, vouloir vriner.* Hispani. *Hauer gana de mear.*} Iuuen. Saty. 6, Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic.

MIDAEVM, vel Midæarum, μιδάειον, Phrygiæ oppidum Stephano. Plin. lib. 5 cap. 32, Midaion appellat.

MIDAS, μίδας, Gordij bubulci filius fuit, & Rex Phrygum, qui cunctos penè reges pecuniæ abūdantia anteceſſit. Huic (vt est in fabulis) propter Bacchum hospitio susceptum, concessum est vt quicquid vellet, optaret, futurus voti compos: optauit autem vt quicquid corpore cōtigisset, in aurum verteretur: quod annuente Baccho, factum est. Sed quum cibus & potus contacti etiam in aurum mutarentur, sensit tandem stolidus, se stultè petiisse: & facti pœnitens, orauit Bacchum vt hoc munus auferret: tum Bacchus iussit vt in Pactolo flumine se lauaret, & sic liberaretur. Quod quum feciſſet, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Postea quum Phœbus & Pan carmine certarent, & Midas iudex electus cum Tmolo monte (qui Phœbum victorē pronuntiauerat) secundum Panā iudicium tulisset, indignatus Apollo asininas ei auriculas addidit, quas tā scitè occultauit, vt nemo sciret præter solum tonsorem: qui quum rem inauditam tacere non posset, fossam ingressus proclamauit, Aures asininas habet Rex Midas. Deinde fossam terra adoperuit, succesūque temporis creuerūt illic arundines, quæ cōmotæ vocem quam tonsor infoderat, reddiderunt. Vide Ouid. 11. Metamor. -arguitur tamen, atq; iniusta vocatur Vnius sermone Midæ: nec Delius aures Humanam stolidas patitur retinere figuram, &c. Nonnulli dicunt, quum inter Apollinem & Marsyam decertantes iudex constitutus esset, & ipse pro Marsya sententiam tulisset, auriculis asininis à Phœbo fuisse donatum. Hinc natum est prouerbium, Auriculas asini Midas habet: quo vtimur in stolidos, & crassis auribus. pinguique iudicio homines. Alij narrant, quum præteriret aliquādo Liberi patris asinos, atq; eos afficeret iniuria, iratum Bacchum Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuisse, & asininarum instar prominentes, atque hinc fabulæ locum ortum esse: quanquam plurimis placet, hac allegoria significatum Midam, vtpote tyrannum, coryceos ac subauscultatores demittere solitum, per quos quæcunque per omnem regionē vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis vtens aurium vice. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo reciri etiam ea quæ clàm ac procul fierēt, occasionem fabulæ datam esse, vt Midas diceretur auriculas asini habere. Vel quòd nullū aliud animal acrius audiat, quàm asinus, excepto mure: vel quòd aures habeat omnium longissimas. Persius, Auriculas asini quis nō habet? Ferunt nonnulli primum poëtam scripsisse, Auriculas asini Mida Rex habet: deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, Quis non habet? Hæc ex Erasmi Chiliadibus.

Midas, μίδας, Vermiculus est in fabis nascens, inquit Theophrastus lib. 4. de Plantarum causis, & Hermolaus in Plinium libro 21. cap. 19. ¶ Est item Midas fœlicissimus iactus in ludo tesseratum, à Mida beatissimo rege nomen habens.

MIDIA, siue MIDEA, penult. prod. μίδεια Stephano, Oppidum fuit in agro Argino, ita dictum à Midia Aloëi filia, quum antea Persepolis appellaretur. Meminit oppidi huius Homerus lib. 2. Iliados.

MIEZA, μίεζα, Oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium vocabāt: à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Autor Stephanus. Huius oppidi meminit etiam Plinius lib. 31. cap. 2.

Migro, migras, Est, inquit Valla lib. 5. cap. 85, domicilium muto, & aliò me ad habitandum confero, relicta priore habitatione. {μετοικίζω, μετοικέω. Ital. *Mutar stanza, andare ad habitare altroue.* Gal. *Desloger, changer de maison.* Hispa. *Mudarse de casa à casa.*} Liuius lib. 1. ab Vrbe, Et Romam inde frequenter migratum est à parentibus maximè, & propinquis raptarum. ¶ Migrare ex vita, idē est quod mori. μεταβαίνειν ἐκ βίου. Cice. lib. 6. de Republ. Antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno & his tectis P. Cornelium Scipionem. Idem de Fin. 1, Non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita, id est mori. ¶ Legitur interdum Migrare actiuè pro transferre, μετοικίζειν. Gell. lib. 2. cap. 29, Ita Cassita nidum migrauit. ¶ Apud antiquos in vsu fuit Migrassit, pro Migrauerit: vt apud Cice. 3. de Leg. xx II. Tabul. Quisquis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto. ¶ Huius composita sunt Commigro, Demigo, Emigro, Immigro, Remigro, Semigro, Transmigro: quorum significata vide suis locis.

Migratio, migrationis, Verbale à Migro, verbi significationem retinet, {μετοίκησις. Ital. *Esso desloggiare, il mutar stanza.* Gal. *Deslogement, changement de logis.* Hispa. *Mudança de casa.*} Cice. Fam. 9, Migrationem, & emptionem fœliciter euenire volo, tuúmque in ea re consilium probo. Idem Tuscul. 1, Sin vera sunt quæ dicuntur, mortem esse migrationem in eas oras, quas qui vita excesserunt, incolunt, id multò iam beatius est.

Mihi, pronomen datiui casus ab Ego, varium vsum habet. ἐμοί, μοί. Nonnunquam significat Ad meam vtilitatem, aut Ad meum damnum. Terent. in Adelph. Siquid peccat Demea, mihi peccat. ¶ Aliquando, Quantum ad meum iudicium, vt interpretatur Donatus illud in Adelphis, Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis, Cui dominus curæ est. ¶ Aliquando, A me. Idem in Heaut. Syrus est prehendendus, atque adhortandus mihi. ¶ Aliquando, In me, Circa me. Idem in Hecyr. Vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. ¶ Aliquando Mihi & Tibi, in oratione ponuntur festiuitatis tantùm gratia. Cicero in Pisonem, Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa assequutum? ¶ Mihi crede, seu Credas mihi velim, affirmātis sunt particulæ, quæ idem significant, quod certè. Cicero, Tuis (mihi crede) literis perlectis, exilui gaudio. ¶ Mihimetipsi, datiuus est ab Egomet ipse: quo vsus est Cicero pro Quintio, Breuitas postulatur, quæ mihimetipsi amicissima est.

Mihipte, Pro mihiipsi posuit Cato. ἐμαυτῷ Festus.

Milax, μίλαξ, A Galeno appellatur frutex hederæ similis, quem Similacem vocat Dioscorides. Vterque duas eius facit species, asperam, & læuem. Vide infrà in dictione SMILAX.

MILCIADES, lege infrà MILTIADES.

Miles, huius militis, gen. commu. {στρατιώτης. Ital. *Soldato.* Gal. *Soldat, homme de guerre, & gendarme.* Hispa. *Hombre armado para la guerra, soldado.*} Dicitur quicunque militiam exercet, autore Valla, libro 6. cap. 32. sed propriè, qui pedes militat: à militia, id est à duritia, quam pro Repub. sustinet, dictus: aut à multitudine, aut à malo, quod arceat: aut à mollitie per contrarium (vt Festus putat) eo quòd nihil molle, sed potius asperum quid gerat. Vel à mille, quasi millesimus quisque, quòd trium millium prius legio fiebat, & singulæ tribus, Tatiensium, Ramnensium, Lucerum, mille milites mittebant. Cicero pro lege Manil. Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. Idem pro Corn. Bal. C. Marius P. Africani discipulus ac miles. ¶ Leuis armaturæ milites. Cæsar 8. bel. Gal. Quibus celeritec subuenunt leuis armaturæ milites, Hoc est pedites, & expediti milites. ¶ Aerarij milites, vt ait Varro 4. de Lingua Latina, dicuntur ab ære, quòd stipendia facerent. ¶ Aurati & Argentati milites. Liu. 9. ab Vrb. Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ. ¶ Caſarij milites, hoc est morbo aut debilitate affecti, ob idque cessare coacti. Liuius 6. ab Vrb. Tertius exercitus ex caſariis semioribus à Lu. Quintio scribatur, qui vrbi, mœnibúsque præsidio sit. ¶ Legionarij & Auxiliarij milites. Asinius Pollio Ciceroni lib. 10. Epist. Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi. ¶ Tria autem sunt (vt inquit Seruius) militum genera, Euocati, qui non milites, sed pro milite erant. Vnde Consul solebat dicere, Qui vult Rempub. saluam, me sequatur. Nam diuersi ad diuersa loca propter cogendos exercitus mittebantur. Virgil. 9. Aeneid. Mittitur & magni Veoulus Diomedis ad vrbem. Sallust. Ab his omnes euocatos cētutiones. Tumultuarij, qui necessitate aliqua electi ad vnum duntaxat bellum, militant, quādo vicinum periculum vrbis singulos iurare non patitur. Virgil. lib. 7, -simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. ¶ Sacramento religati, qui post electionem in Rempubl. iurabant, se non recessuros à præcepto Consulis, nisi post completa stipendia: quod militare sacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebant, erántque quinque & vigiuti annis obligati: vt apud eundem in illud Virgilij 2. Aeneid. Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. De his tribus militiæ generibus vide Budæum in Pandectas.

MILETOPOLIS, μιλητόπολις, Vrbs in minore Asia, inter Cizicum, & Bithyniam, ad Rhyndacum amnem, cuius meminit Strabo lib. 12.

MILETVS, μίλητος. Filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ: vel (vt Ouidius habet) Deiones, qui quum Minoa Cretensium regem iam senem regno priuare vellet, à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellauit, eiúsque incolas Milesios. Ouid. lib. 9. Metam. Tūc erat inualidus, Deionidémque iuuentæ Robore Miletum, Phœbóque parēte superbum. Pertimuit, credénsque suis insurgere regnis, Haud tamē est patriis arcere penatibus ausus. Sponte fugis Milete tua, celerique carina Aegæas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis positoris habentia nomen. Alij tamen aliam afferunt nominis rationem: vt est videre in dictione sequenti. ¶ Inde Miletis, idis, Patronymicum, id est Byblis, Mileti filia.

MILETVS, penult. prod. μίλητος, Vrbs fuit in finibus Ioniæ, & Cariæ, autore Herodoto, ædificata à Mileto Solis & Deiones filio, vt testatur Ouid. 9 Metam. Strabo tamen lib. 12, à Sarpedone conditam mauult, Iouis filio, & Minois ac Rhadamanti fratre: & ab eo Miletum appellatam fuisse ab altera eiusdem nominis vrbe, quam in Creta reliquerat. Vrbem hanc præstantissimæ lanæ prouentus nobilitauit, ex qua fiebant Milesia stragula, quæ ob insignem mollitiem in prouerbium cesserunt. Martial. libro 8, Nec Miletus erat vellere digna tuo. Et Virgil. lib. 4. Georg. -quanuis Milesia magno Vellera mutentur Tyrios incocta colores. Vbi Seruius, Milesia vellera, id est lanæ pretiosissimæ. Nam Miletus ciuitas est Asiæ, vbi tinguntur lanæ optimæ. Idem 4. Georg. -Milesia vellera nymphæ Carpebant, hyali saturo fucata colore. Cice. in Verr. Nam quid à Milesiis lanæ publicè abstuleris. ¶ Hæc etiam Anactoria fuit nominata, ab Anacte quodam, Cæli & Terræ filio. Fuit autem hæc vrbs coloniis à se conditis in primis fœcunda, quæ octoginta & amplius vrbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitus Branchidarum appellatum, postea Apollinis Didymæi. Ex Mileto ortum traxerunt viri memoratu digni, Thales vnus ex septem sapientibus, qui primus Physiologiæ, ac Mathematicæ autor inter Græcos est habitus: & Anaximander eius discipulus. Item huius rursus discipulus Anaximenes, & Hecatæus, qui scripsit historiam: & Aeschines orator, non ille, qui cum Demosthene contendit, sed alter qui assumpta nimia erga Pompeium licentia, in exilium missus est. Hinc & Timotheum musicum ortum ferunt, & Pittacum philosophum. ¶ Alia fuit eiusdem nominis vrbs in Creta, teste Homero libro 2. Iliados.

Milesij, μιλήσιοι, Populi à Mileto vrbe dicti sunt, qui quum prius potentes essent & opulenti, deliciis deinde dediti, & opes, & potentiā amiserunt.

Miliaria, Auis ita dicta, quòd milio vescatur, & pinguescat. κέγχρις. Huius meminit Varro lib. 3. de Re rust. cap. 5. ¶ Miliaria etiam herba est, quæ millium necat. Plin. lib. 22. cap. 25.

MILIAS, lege MILYAS.

MILICHIAE, Fontis nomen in agro Syracusano, teste Plin. lib 2. cap. 8.

Militia, æ, bellum, & rem militarem significat. {στρατεία. Ital. *Militia, soldo.* Gal. *Guerre, le temps de la guerre.* Hisp. *La guerra à tiempo dela guerra.*} Cicero 3. Offic. de Vlysse, Sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. Horatius libro 1. Sermon. Satyr. 1, O fortunati mercatores, grauis annis Miles ait, multò iam fractus membra labore. Contrà mercator, nauim iactantibus Austris, Militia est potior, quid enim? concurritur: horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. ¶ Quandoq; per metaphoram pro quouis exercitio & vlu sumitur. Cice. ad Attic. lib. 5, Gratæ hæc & magna, mihi que nondum laboriosa ex illa vetere militia. ¶ Militiæ nomen dare, est, inquit Budæus in Annot. in Pādectas, ad delectū vltrò sese exhibere, nomēnque suum in militum album describendum edere. Cice. in Philip. Re & veritate

veritate nobis milites sine vlla recusatione, summo etiam cum studio nomina dare; id est ἑκουσίους ἐπιδίδοναι στρατιώτας. ¶ Militiam vrbanam sequi, dixit Cicero pro Muræna, pro eo quod est in iudiciis versari, & cum aduersariis in foro contendere. ¶ Imaginariam militiam vocat Suetonius in Claud. pugnam simulatam ad spectatorum delectationem exhibitam. ¶ A militia sit compositum Commilitium, hoc est ipsa belli societas: & Commilito, onis, qui nobiscum militat. συστρατιώτης. Cicero pro Deiotaro, Hic verò adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. ¶ Militiæ, genitiuus aduerbij vice positus, sicut Domi. Terent. Adelph. -vnà à pueris paruuli Sumus educati: vnà semper militiæ & domi Fuimus. Salluſt. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Rom. domi militiæque, mari atque terra præclara facinora fecit.

Milito, militas, Militiam exerceo, & stipēdia in bello mereo, neutrum est, § στρατεύομαι, ῶμαι. Ital. *Militare. effercitare l'arte de la guerra guerreggiare.* Gal. *Guerroyer, militer, suiuir ou faire la guerre.* Hispa. *Estar ó andar à la guerra, guerrear.* § vt, Hic sub Cæsare militauit. Plin. in præfat. lib. 23, Militare didicisset sub Annibale. Cicero Offic. 1, Qui in eadem legione militabat. ¶ Aliquando habet post se ablatiuum pretij. Curtius, Græcis mercede apud Persas militantibus.

Militatur, impersonaliter. Plautus in Perſa, Illa militia militatur magis. Legitur & Militor passiuum. Horat. Epod. 1, Libenter hoc, & omne militabitur Bellum in tuæ spem gratiæ.

Militaris, & hoc tare, Quod ad milites aut militiam pertinet. § στρατιωτικός. Ital. *Ciò che si appartiene à militia.* Gal. *Militaire, de guerre.* Hispa. *Cosa pertenesciente ala guerra.* § vt Militaris homo. Plautus Epid. -Scio Te esse quidem hominem militarem. Salluſt. Præmittit illis homines militares. ¶ Militaris via, Quæ vulgò communis dicitur, alio nomine Regia, seu Consularis, siue etiam Prætoria, aut Publica via. λεωφόρος. ¶ Dicta est autem militaris, quòd à militibus sternneretur, vel quòd milites in bellum proficiscentes, per eam iter facerent. Eiusmodi fuerunt Romæ Salaria, Flaminia, Appia, Aemilia. ¶ Aetas militaris, hoc est robusta, & ad militiam apta. Tacitus libro 2 Referebat habitasse quondam septingenta militia ætate militari. ¶ Signa militaria. Cicero in Catil. Quum arma, quum secures, quum fasces, quum tubas, quum signa militaria, quum aquilam illam, &c. ¶ Timor militaris. Plautus Pseud. -sic ego illum dolis Atque mendaciis dabo in timorem militarem aduenam.

Militaris herba, quam & Dioscorides στρατιωτικὴν appellat, Herba est quæ aliis nominibus Achillea, Millefolium, & Supercilium Veneris appellatur. Militaris dicta, quòd ab ea milites vulnerati petere soleant præsidium.

Militarius, adiectiuum, Antiqui vsurpauerunt pro militaris. στρατιωτικός. Plautus in Pseud. Quin hinc metimur gradibus militariis?

Militariter, aduerbium, significat more militum, seu more militiæ. § στρατιωτικῶς. Ital. *Da soldato.* Gal. *En homme de guerre, en façon de la guerre.* Hispa. *A manera de guerra, ala soldada.* § Liuius 5. ab Vrb. Aduersus hæc Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur, cæterùm militariter grauis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta.

Milium, milij. Genus frugis, à mille dictum est (vt putat Festus) propter multitudinem granorum. § κέγχρος. Ital. *Miglio.* Gal. *Du millet.* Hispa. *El mijo.* § Martia. lib. 12, Frumentum, milium, ptisanámque, fabámque solebas Vendere. Plinius lib. 28. cap. 10, Milio Campania gaudet præcipuè, pultémque candidam ex eo facit: fit & panis prædulcis. Ibidem cap. 7, Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo: adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis: Lobas vocant omnium frugum fertilissimum.

Mille, substantiuum, & neutri generis. § χίλιοι. Ital. *Mille.* Gal. *Mille.* Hispa. *Mil.* § Declinatúrque in vtroque numero: quanuis in singulari numero genitiuus, & datiuus non inueniantur. Ablatiuus, quāuis hodie in vsu non sit, inuenitur tamen apud antiquissimos. Lucilius lib. 9, vt citat Gellius libro 1. cap. 16, Tum milli numûm potes vno quærere centum. Vbi, Vno milli numorū dixit, pro mille numis: aeſi diceret, Potes mille numis acquirere centum millia. ¶ Constituitur autem Mille substantiuum cum genitiuo, tam in numero singulari, quàm in plurali. Cice. in Anton. Quis vnquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expēsum? Quadrigarius lib. 3. Annalium, Ibi occiditur mille hominum. Varro lib 7. Rer. hum. Plus mille, & cētum annorum est. Plautus in Mili. Qui mille annorum perpetuò viuunt. hoc est quod Græci χιλιάδα vocant. ¶ Aliquādo mille adiectiuum est, pluralis numeri tantùm, & inclinabile, quemadmodum, & Centum: vt quum dicimus, Mille nummi, Mille propugnacula. Nec licet dicere, Millia homines, quia substantiua non cohærent sine copula. Dicimus tamen, Decem millia, & ducēti homines, quod ita intelligitur, decem millia hominum, & ducenti homines. Georg. Valla putat Mille adiectiuum etiam scriptura differre à substātiuo, quòd illud gemino consonante scribi debeat, hoc vnico l, contentum sit, quemadmodum Ile, & Cubile & reliqua eiusdem terminationis.

Millesimus, a, um, adiectiuum, Ordinis numerus est, à Mille formatus. § χιλιοστός. Ital. *Milleſimo.* Gal. *Milliesme.* Hisp. *cosa de mil en orden.* § Cice. ad Attic. lib. 19, Feciſti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad mē misisti: ex quo quidem ego (quod inter nos licear dicere) millesimam partem vix intelligo. Idem de Fato, Quāquam id millesimo antè anno Apollinis oraculo edictum esset.

Millefolium, millefolij, Herbæ genus est, quod Græci μυριόφυλλον appellant: de quo vide Plinium lib. 24. cap. 16.

Millefolia, æ, Panacis genus est, ab Achille inuentum: vnde Achilleos, appellatur. ἀχίλλειον. Plin. lib. 25. cap. 5, Aliqui & hanc Panacem Heracleon, alij Sideritin, & apud nos Millefoliam vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus, quàm fœniculi foliis vestitam ab imo.

Millepeda, æ, Animal est (teste Plin. lib. 29. cap. 6,) è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahens se. χιλίπους. Oniscon Græci appellant, alij Tilon, qui multo pedum agmine scater, ab aliis Centipeda, aut Multipeda dicta. Hieronymus cōtra Iouinianum, Coge Syrum, Africum, & Arabem, vt vermes Ponticos glu-

tinata eos aspiciet vt muscas, millepedas, & lacertos.

Milliarius, a, um, Mille librarum. § χιλιόλιτρος. Ital. *Migliaio.* Gal. *De mille.* Hispa. *cosa de mil.* § Vnde Apri milliarij apud Columellam dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. Senec. libro 11. Epistol. Non magnam rem facis, quòd viuere sine recto apparatu potes, quòd non desyderas milliarios apros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ iam nota animalia fastidientis. Plinius lib. 17. cap. 12, Milliarias vocari multas oleas narrant à pondere olei, quod ferant annuo prouentu. Et Milliarius grex, apud Varronem de Re rust. lib. 2. cap. 10. Itē milliaria porticus apud Suetonium in Ner. cap. 31, Vestibulum eius fuit, in quo colossus CCXX pedum staret. Ipsius effigiei, tanta laxitas, vt porticus triplices milliarias haberet.

Milliarium, rij, Mille passuum spatium. § μίλιον. Ital. *Miglio.* Gal. *L'eſpace de mille pas, une demie lieue.* Hisp. *La milla.* § Cice. ad Attic. lib. 8, Postea audiui à tertio milliario tum eum esse: πεντεκαιδεκάτῳ σχεδὸν μιλίῳ ὄντα. Hoc etiam millium dicitur. Vide Budæum in priot. Annot. in Pand. Huius octaua pars stadium vocatur, passus continens 125. Passus autem ex quinque constat pedibus: & singuli pedes è quatuor palmis: singuli autē palmi quatuor digitis. ¶ Milliarium etiam dicitur vas ad coquendum accommodatum. ἀλλᾶς. Cato de Re rust. Inter orbem & milliarium vnum digitum interesse oportet. Palladius lib. 1, Vas æneum milliario simile, id est altum & angustum, vespere inter alueatia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accensum. ¶ Milliarium aureum, fuit columna aurata in capite fori Romani, in qua incisæ omnes viæ Italiæ terminabātur. Et hoc milliarium, Plinij, Tranquilli, Plutarchi, atq; Taciti monumentis celebratur.

Milliare, Idem quod Milliarium, hoc est mille passuum spatium. Cice. ad Attic. libro 6, Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentissimē.

Millies, aduerbium est numerandi, idem significans quod mille vicibus. § χιλιάκις. Ital. *Millevolte.* Gal. *Mille fois.* Hisp. *Mil veces.* § vt Millies te vidi. Sic Decies, Centies, & huiusmodi. Cice. in Verr. Act. 5, Millies audiuit. Terent. Phor. At enim tædet iam audire eadem millies. Cice. 1. Offic. Millies oppetere mortem, quàm illa pati, maluisset.

Millus, siue Millum, li, § ἱμάντιον. Ital. *Collare da cani.* Gal. *Vn collier comme celuy qu'on met aux chiens, ayans des pignons par dehors.* Hispa. *Collar del can con carrancas.* § nam vtroque modo dicitur, Collare canum venaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus, aduersus impetum luporum. Scipio Aemylianus ad populum, Nobis (inquit) reique publicæ præsidio eritis, quasi millus cani. Dictus Millus, à multitudine clauorum, hoc est à mille clauis: vel quasi melinus, quòd ex pelle animalis melis ferè hæc collaria fiant. Varro de Re rustic. lib. 2. cap. 9, Ne vulnerentur canes à bestiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum: id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clauis capitatis, cui intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri.

MILO, milonis, μίλων. Ciuis Romanus fuit ex municipio Lanuuino, qui quum P. Clodium Tribunum plebis multa seditiose in re publica molientem occidisset, frustra à Ciceronе defensus elegantissima illa oratione, quæ etiam hodie omnium manibus teritur. Massiliam damnatus in exilium profectus est: vbi quum aliquando vidisset orationem Ciceronis pro se scriptam, multò meliorem ea, quæ in iudicio habita erat, dixisse fertur, Si sic orasset Cicero, nō ego Massiliæ vmbilicos legerem. Hæc Dion. in Roma hist. ¶ Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniensis, qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidisse dicitur, & sine fatigatione per stadij spatium supra humeros portasse, totúmque eo die comedisse. Huic malum tenenti digitis nemo poterat extorquere: dum constitisset, nemo vestigio educere. Quum autem nimia neruorū fiducia arborem in parte media hiantem diducere vellet, brachiis hinc inde constrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. ¶ Est & Milo siue Milus, nomen montis Indiæ, in quo homines auersis plantis nascūtur, octonos digitos in singulis pedibus habentes. Autor Plin. lib. 7. cap. 2.

MILONIA, μιλωνία. Oppidum Samnitium, apud Dionyſ. libro 16. Antiquit.

MILTIADES, per t, in secunda syllaba, μιλτιάδης Suidæ, Dux Atheniensium clarus, qui decem millibus suorum ciuium, & Platæensibus auxiliariis mille, profligauit Persarum sexcēta millia in campis Marathoniis. Autor est Iustinus libro 2. Postea tamen peculatus damnatus, in carcere & vinculis mori ab Atheniensibus coactus est. Autor Valerius Maximus lib. 5. cap. 3.

Miluus, & Miluius, vtroque modo dicitur, Auis rapacissima: à molli volatu (vt quibuldam placet) vel fictitio nomine à voce quam edit. § ἰκτῖνος. Ital. *Nibbio.* Gal. *Vn milan, ou vn lua, ou vne eſcoſſe.* Hispa. *Milano.* § Ouid. libro 3. Fast. Iuppiter altitibus rapere imperat: tulit illi Miluius, & meritis vēnit in astra suis. Terēt. in Phorm. Non rete accipitri tenditur, neque miluio. Plin. libro 10. cap. 10, Mihi ex eodem accipitrum genere magnitudine differunt. Notandum in his rapacissimam, & famelicam semper alitem, nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. ¶ Ab huius auis similitudine pisces quidam Miluius, siue Miluus dicitur, quòd se altiu supra mare attollens, miluij io modum volare videatur. Plin. libro 9. cap. 16, Volat hirundo sanè quàm similis volucri hirundini: item miluus. ¶ Ponitur & pro sydere cœlesti, in quod miluus, qui Ioui elapsum annulum retulit, fertur mutatus. Ouidius lib. 3 Fastor. Stella Lycaoniam vergit decliuis ad arctos Miluius, hæc illa nocte videnda venit. ¶ Item, Miluus per translationem de homine rapaci dicitur. Plaut. in Pœnul. Tenesis me arctè mea voluptas, malè ego metuo miluos. Mala ista bestia est, ne fortè me auferat pullum tuum.

Miluinus, adiectiuum, à nomine Miluus, quod ad miluum pertinet. § ἰκτινώδης. Ital. *Di nibbio.* Gal. *De milan, hua ou eſcoſſe.* Hisp. *Cosa de milano.* § ¶ Miluinæ tibiæ dicuntur, quæ in accentus exeunt acutissimos. ¶ Item Miluinæ vngulæ, pro manibus rapacibus. Plautus in Pseud. An tu inuenire postulas quenquam coquum, Nisi sit miluinis, aut aquilinis vngulis? ¶ Et Miluinus pes, herbæ nomen est apud Colum. libro 12. cap. 7, quam nonnulli eandem esse putant cum coronopo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MILVAS, adis, μιλυὰς. Regio est in minore Asia, Cariæ, & Lyciæ finitima: cuius incolæ Milyæ μίλυαι appellati sunt, à Milya Cragi vxore, quum antea Solymi appellarentur. Vide Stephanum & Strabonem lib. 12.

MIMALEIS, μιμαλεὶς. A Callimacho insula dicitur, quæ ab aliis Melos, à nonnullis Zephyria vocatur. teste Plinio lib. 4. cap. 12.

MIMALLONES, μιμαλλόνες. Bacchæ mulieres, à Mimante Thraciæ, vel (vt alij malunt) Ioniæ monte, vel à μιμέομαι verbo Græco, quod imitor significat, quòd Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. ¶ Inde Mimallonis, idis, patronymicum fœmi. quo ferè in eadem significatione vtimur. Ouid. lib. 1. de Arte amandi, Eccæ Mimallonides sparsis in terga capillis.

Mimalloneus, mimallonea, mimalloneum. Persius Saty. 1, Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Hæ quoq, Bassarides, & Thyades, & Ogygides vocatæ sunt.

MIMAS, antos, μίμας, Mós Ioniæ in minori Asia, testibus Plinio & Strabone: vel, vt Suidas mauult, Thraciæ, vbi sacra, & certamina quotannis fieri Baccho consueuerunt. Ouid. 2. Metamor. Et tandem Rhodope niuibus caritura Mimásque. ¶ Mimas etiam gigantis nomen fuit, qué Iupiter fulminauit. Horat. lib. 3. Carm. Sed quid Typhœus, & validus Mimas, &c.

MIMERMNVS, μίμνερμος. Suidæ, Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Astypalæensis Elegiarum scriptor. Natus fuit Olympiade XXXVII, ideóque septem sapientibus antiquior est. Quidam tamen eodem tempore vixisse illum dicunt. Vocatus fuit Ligyastades, propter cõcinnitatem & dulcedinem carminis. Scripsit libros multos. Hæc Suidas. Propert. lib. 1 Eleg. 9.

Plus in amore valet Mimermni versus Homero:
Carmina mansuetus lenia quærit amor.

Mimesis, ζμίμησις. Ital. *L'arte da imitare i gesti & le parole d'altri.* Gal. *Art pour contrefaire tous gestes & contenances.* Hisp. *Arte para contrahazer las personas.* } Latinè imitatio morum alienorum. Alio nomine à Græcis dicitur ἠθοποιία. Quintil. libro 9. cap. 2, Imitatio morum alienorum, quæ ἠθοποιία, vel (vt alij malunt) μίμησις dicitur, iam inter leuiores affectus numerari potest. Est enim posita ferè in eludendo, sed versatur in factis & in dictis: in factis, quod est παρατηρητικὸν vicinum: in dictis, quale est apud Terent. in Eunuc. At ego nesciebam quorsum tu ires, Paruula hinc est abrepta: eduxit mater pro sua: Soror dicta est: cupio abducere, vt reddam suis. Donatus super illo Terentij loco in Phor. Ad precatorem abeam, credo, qui mihi sic oret, Nunc omitte quæso hũc: cæterùm Posthac si quicquam, nihil precor, &c. Mimesis, inquit, dicitur vbi non verba modò, verumetiam gestum, vocémque fingimus alienam. Idem alibi, Mimesis est quando aliqua verba sic pronuntiamus, vt vana videantur. Mimesis igitur figura est cognata ironiæ, quãdo alterius verba, seu gestum imitamur: quod ferè deridentes, improbantésque facimus.

MIMNEDVS, penult. prod. μιμνηδός. Oppidum Lydiæ apud Hecatæum in descriptione Asiæ. Stephanus.

Mimus, mimi. ζμῖμος. Ital. *Mimo, buffone.* Gal. *Basteleur, bouffon, qui contrefait tous gestes & contenances.* Hisp. *El momo, contrahazedor de personas.* } Efficior Latinè, qui vel intra, vel extra scenam gesticulationes exercet, imitatúrque dicta, factáque morésve hominum & naturas. A μιμέομαι, (vt Diomedes inquit) quod significat imitor. Histrio verò personatus in scena Comœdias & Tragœdias, voce & corporis gestu agit. Inde Pantomimi, id est omnium personarum imitatores, efficturéque. Et Archimimi, pro histrionum principibus. Hæc fusius à Budæo declarantur in proœmio Annot. in Pandect. ¶ Mimi etiam dicuntur poëmata, sine reuerentia lasciuiam imitantia: quod genus Latini vocant Planipedias. Ouid. 2. Trist. Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Sueton. in Cæsare, Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit. Cic. pro Cælio, Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ. ¶ Mimus quoque pro ridiculo facto, & quasi fabula risu digna translatè positur. Sueton. in vita Othonis cap. 3, Quare diducto matrimonio, sepositus est per causam legationis in Lusitaniam: & satis visum, ne pœna actior mimum omnem diuulgaret: qui tamen sic quoque hoc districho enotuit, Cur Otho mentito sit quæritis exul honore? Vxoris mœchus cœperat esse suæ. Dicimus etiam, Mimo subseruire, pro eo quod est, Facere contrariam vocem in symphonia, hoc est figmentum, vel fabulantem adiuuare.

Mima, mimæ ζμῖμη. Ital. *Donna che contrafa gli altrui gesti.* Gal. *Celle qui contrefait tous gestes & contenances.* Hisp. *La muger contrahazedora de personas.* } Cic. in Philip. 2. Vehebatur in essedo Tribunus pleb. lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur: quam ex oppidis municipales homines honesti obuiam necessariò prodeuntes, non vero illo, & mimico nomine, sed Volumniam salutabant.

Mimula, diminutiuum à Mima, quod gesticulatricem significat. ἡ μίμη. Ibidem paulo pòst, Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ mimulæ.

Mimographus, penult. corrup. Lasciui poëmatis scriptor, vt fuit Philistio, vt Publius, vt Laberius.

Mimicus, a, um, adiectiuum, à Mimus, sicut à Satyrus Satyricus. Quod ad mimum pertinet. Cic. de Orat. 2, Vitandum est oratori vtrumque: ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Mina, æ, Græcè μνᾶ. Atticum est vocabulum, quo tam in appellatione rei numariæ, quàm ponderalis Athenienses vtebantur. Constabat autem ex drachmis Atticis centum: erátque maior Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonaginta sex tantùm pendebat drachmas. Fannius apud Priscianum,

Accipe præterea paruo quam nomine Graij
Mnam vocitant, nostrique Minam dixere priores.
Centum hæ sunt drachmæ: quod si modò dempseris illis
Quatuor, efficies hanc nostram denique libram.

Sed hoc de mina noua intelligi debet, quæ & Solonis mina à quibusdam appellatur. Constat enim minam Atticam antiquitus fuisse drachmarum tantùm septuaginta quinque: quæ auctis postea à Solone ponderibus, Mina vetus appellata est: de qua intelligi debet quod subdit Fannius apud Priscianum, Attica quæ fiet, quartam si dempseris hinc, mna. Quo tamen in loco Fannius sentire videtur, Minam Atticam eam esse, quæ constat septuaginta quinque drachmis, quam nos Minam veterem vocauimus: alteram verò, quæ centum constat drachmis, Minam Græcam vocari. Sed hoc non esse verum, facile Plinij autoritate conuinci potest: qui lib. 21. cap. vlti. vbi ex professo Atticorum ponderum interpretationem tractat, subdit in fine capitis, Mina, quam nostri Minã vocant, pendet drachmas Atticas centum. Vide plura eius rei testimonia tam Græca, quàm Latina apud Georg. Agricolam. Quoties autem apud scriptores minæ mentio occurrit, de mina noua intelligendum est, quæ epitritij portionem habet, ad minorem seu veterem minam: quemadmodum & talentum maius ad talentum minus. Continet itaque Mina, si de põdere intelligas, vncias duodecim, & semissem. Quòd si de re numaria sit sermo, Mina ad monetæ Gallicæ æstimationẽ reducta, valebit circiter libras Turonenses septẽdecim, & semissem. Tantum enim conficiunt centum drachmæ, singulæ tribus solidis Turonensibus & semisse æstimatæ. Budæus æstimat Minam aureis coronatis decem: quod in idem recidit, modò sanè intelligas singulos coronatos ab eo triginta quinque dundaxat solidis Turonensibus æstimari. ¶ Mina etiam mensuræ genus est, qua agri metiuntur, qui & Modius dicitur, & Actus quadratus. Habet in latitudine pedes centum viginti, & in longitudine totidem. Vide Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 10. ¶ In pecore item ouillo, Minæ dicuntur, quæ ventre sunt glabro. Idem lib. 2. cap. 2, Emptor stipulatur prisca formula, illascę oues, lanas rectè esse, vti pecus ouillum, quod rectè sanum est extra luscam, surdam, minam, id est ventre glabro.

Minaciæ, minaciarum, à Plauto dicuntur, quas nos hodie Minas vocamus, ἀπειλαί. vt in Truc. Melius, te munere certare mecum, quàm minaciis. Idem in Rud. Minacias ego istas flocci non facio tuas.

Minæ, minarum, Comminationes, & metus incussio per verba aut signa. ζἀπειλή. Ital. *Minaccie.* Gal. *Menaces.* Hisp. *Las amenazas.* } Terentius in Andr. Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas. Cicero ad Attic. lib. 2, Minæ Clodij, contentionésque, quæ mihi proponuntur, modicè me angunt. Liuius 2. ab Vrbe, Destitutus tum quoque inter tantas fortunæ minas, metuendus magis quàm metuens. Virg. 3. Aeneidos, Dij prohibete minas: dij talem auertite casum. ¶ Quandoque etiam dicuntur eminentiæ murorum, quas pinnas, ἐπάλξεις vocant, teste Seruio: & à Minor, aris, deriuatur, quod inter cætera extare & eminere significat. Virgilius 4. Aeneidos, -pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes.

Minor, aris, Minas infero, terrorem alicui incutio denuntiatione periculi. ζἀπειλέω, ἐπαπειλέομαι. Ital. *Minacciare.* Gal. *Menacer.* Hisp. *Amenazar.* } Cic. 1. Tuscul. Cui quum Lysimachus Rex crucem minaretur. Ouid. Epist. 10, Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. Terent. Heaut. Abiturum se abs te esse illico minabitur. ¶ Item Eminere, extare, efferri. Virg. 1. Aeneidos - geminique minantur in cælum scopuli.

Minans, minantis, participium ζἀπειλῶν. Ital. *Minacciante.* Gal. *Menaçant, qui menace.* Hisp. *Amenazador, que amenaza.* } Ouid. 2. Fastor. Edidit impauidos ore minante sonos. Idem 5. Metamorph. Rident Pæonides, spernúntque minantia verba. ¶ Composita huius verbi sunt, Comminor, & Interminor, quæ habent penult. correptam.

Minatio, onis, Minæ vel actus comminandi ζἀπείλησις. Ital. *Minacciamento.* Gal. *Menacement.* Hisp. *Amenazamiento.* } Cicero de Oratore. Execrationes, admirationes, minationes.

Minanter, aduerbium. Idem quod minaciter. ζἀπειλητικῶς. Ital. *Minacciosamente.* Gal. *En menaceant, per menaces.* Hisp. *Amenazando.* } Ouid. lib. 3. de Arte amandi. Multáque submissè, multa minanter agant.

Minitor, aris Frequentatiuum, sæpe vel impetuosè minor. ζἀπειλῶ. Ital. *Minacciare.* Gal. *Menacer, ou fort menacer.* Hisp. *Amenazar.* } Plaut. in Curcul. Mihin' malum minitare? &c. Atque ædepol nõ minitabor, sed dabo. Cic. 2. Catil. Vobis, atque huic vrbi ferro, flammâque minitantur. ¶ Pro eodem etiam legimus Minito, as, præsertim apud antiquos. Plautus in Amphit. Quid minitabas te facturum, si istas pepulisset em fores?

Minitans, tis, participium ζἀπειλῶν. Ital. *Minacciante.* Gal. *Menaçant, qui menace.* Hisp. *Amenazador.* } Cic. 7. Ver. Quem iam ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitantem, à se retractum esse, & allevatum, &c.

Minitabundus, Hoc est valde minans, quasi plenus minarum. ζἀπειλητικῶν. Ital. *Minacciante, pieno di minaccie.* Gal. *Menaçeant, plain de menaces, plein de menaces.* Hisp. *Cosa que mucho amenaza, llena de amenazas.* } Liu. 9. belli Maced. Etenim tum quoque minitabundus petebat.

Minitabiliter, Veteres dixerunt pro minaciter. ἀπειλητικῶς. Pacuuius in Antiopa, Minitabilitérque increpare dictis sæuis incipit.

Minax, cis, Qui frequenter minatur. ζἀπειλητικός. Ital. *Minaccioso.* Gal. *Menaçeur, ou qui menace.* Hisp. *Cosa que mucho amenaza.* } Virg. lib. 3. Georg. 1. & ire viam, & fluuios tentare minaces Audet, & ignoto sese cõmittere ponto. Cic. pro Font. Iuduciomarus iste minax atque arrogans. Idem, Cæsar minaces & acerbas literas ad Senatum misit.

Minaciter. aduerbium. ζἀπειλητικῶς. Ital. *Minacciosamente.* Gal. *En menaçeant, par menaces.* Hisp. *Mucho amenazando.* } Liu. lib. 2. Minaciter fremunt, id est iurgiosè, & cum minis. Plautus in Stich. An potius rentem leniter? an minaciter? scio lites fore. Cic. in Philip. 5, Num putatis Pub. C. dixisse eum minacius, quàm facturum fuisse?

MINAEI, siue, vt apud Stephanum legitur, Minnæi, duplicato n, μιννᾶιοι. Populi sunt in regione Arabiæ, mari rubro adiacentes, qui primi commercium thuris fecere, nec præter hos Arabes alij thuris arborẽ vidẽt. Vnde ab ipsis thus ipsum Minæum dictum est, teste Plin. lib. 12. cap. 14.

MINCIVS, Venetorum fluuius, qui ex Benaco lacu defluens, alium prope Mantuam lacum efficit: & inde rursus multis torrentibus auctus, efflorit in Padũ. Virg. 4. Georg. - tardis vbi Mincius errat Flexibus. Ab hoc Virg. Minciades dictus. Inue. Illos Minciadę celebrat dulcedo Maronis.

MINERVA, Disciplinarum dea, quæ Græcè Pallas dicitur. Ἀθηνᾶ. Et à minando dicitur, quasi vim minetur. Solet enim pingi ægide & hasta formidabilis. Aut à minuendo (vt placet Cic. li. 2. de Nat. deor. Aut (vt alij malũt) à monẽdo, quòd recte moneat. Festus, Minerua dicta quòd bene moneat. Hanc enim Pagani pro sapientia ponebant. Cornificius verò quòd fingatur, pingatúrque militaribus minitãs armis. Hæc ille,

Eadem

Universidad de Deusto Biblioteca

Eadem & Tritonia à Poëtis appellatur, quòd Ogygis regis tẽporibus circa Tritonidem Africæ paludem virginali facie dicatur apparuisse: ab Homero etiam γλαυκῶπις, quasi glaucos habens oculos. ¶ Palladis autem nomen accepisse putatur ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est à iaculando, vel vibrando. Pingitur enim quasi manu hastam tenens eámque vibrans. Hæc prima olei, & lanificij inuẽtrix creditur extitisse: ob quæ erga humanum genus beneficia diuinos honores meruit, sapientiæque & bonarum omnium artium dea habita est. ¶ Fabulantur autem Poëtæ Minervam ex cerebro Iouis esse prognatam: quo commento significare volunt humaniorum literarum disciplinas, humani ingenij nõ esse inuentum, sed ex Iouis cerebro, hoc est ex inexhausto diuinæ sapientiæ fonte ad hominum vsum esse depromptas. Pingui seu crassa Minerua aliquid facere, est simplicius, rudius, vel indoctius aliquid facere. Columella in Præfatione libro 1. Potest enim nec subtilissima, nec rursum (quod ainnt) pingui Minerua res agrestis administrari. ¶ Inuita Minerua aliquid facere: idem est, quod repugnante ingenio, vel repugnante natura aliquid aggredi. Horat. de Arte, Tu nihil inuita dices, faciésve Minerua. ¶ Sus Mineruam, subaudi docet, vel monet, stultissimum est prouerbium, quo vtimur, quoties indoctos aliquis eum conatur docere, à quo ipse sit magis docendus. Vide Erasmi Adagia.

Minerual, & Mineruale, à Minerua deductum nomẽ, erat quasi præmium quod dabatur præceptori, sicut cœna, & huiusmodi, quasi magisterij merces paucis diebus à scholasticis dari solita ante Quinquatria, per quos dies pueri vacabant. διδακτήριον. Varr. 3. de Re rust. cap. 2, Quin simulac promiseris minerual, incipiam, inquit. AXIVS. Ego verò non recuso vel hodie, & ex ista pastione crebrò. Ouid. 3. Fast.

Nec vos turba feri censu fraudante magistri
Spernite: discipulos attrahit illa nouos.

Mingo, mingis, minxi, minctum, Vrinam facio. ἀπὸ μείω. Ital. *Pisciare, orinare.* Gal. *Pisser, vriner.* Hisp. *Mear, orinar.* } pro quo magis vtimur Meio. Vnde & Permingo. περιμείω. Horat. Hunc perminxerunt calones, atq; caballi. ¶ Hinc Micturio, & Micturo, tas, quæ vide suis locis.

Miniaria, Miniarius, Miniacius, Miniatus, Vide MINIVM.

MINIO, Fluuius est Tusciæ, nõ procul à Cære oppido. Vulgò *Mignone*, Virgil. lib. 10. Qui Cære domo, qui sunt Minionis in aruis.

Minimus, minimè, Vide PARVVS.

Minio, minias, miniare, Vide MINIVM.

Ministro, as. Seruio, potrigo, præparo. ὑπηρετῶ, διακονῶ, ὑπουργῶ. Ital. *Ministrare, seruire.* Gal. *Administrer, seruir.* Hisp. *Seruir, ministrar.* } Plaut. in Curcul. Tu tabellas consignato, hic ministrabit, id est seruiet. Gell. lib. 2. Idque facilè factu dixit, quoniam filij sui pocula in conuiuio regi ministrarent. Virgil. 1. Aene. Iámque faces & saxa volant, furor arma ministrat. Varro 3 de Re rust. cap. 17. Quũ non paulò sumptuosius, quàm ego, his ministrem victum. Huius composita sunt, Administro, Submistro: quorum significata vide suis locis.

Ministrator, ministratoris. Qui ministrat. ὑπηρέτης. Ital. *Seruitore.* Gal. *Seruiteur, ministre, administrateur.* Hisp. *El que sierue, siervo.* } Cic. 2. de Oratore. Vt quum teipsum Sulpitii obiurgabam, quod ministratorem peteres, non aduersatium.

Ministratrix, icis, } ὑπηρέτις. Ital. *Seruitrice, cameriera.* Gal. *Seruante, chambriere.* Hispa. *Sierua, la que sierue.* } Idem quod ministra. Cic. 1. de Orat. Sed vt omnes comites atque ministratrices esse diceres.

Ministratorius, adiectiuum, Quod ad ministrationẽ pertinet. } ὑπηρετικὸς. Ital. *Cosa da seruire.* Gal. *Chose pour seruir.* Hisp. *Cosa para tal seruicio.* } vt Ministratorij vrceoli apud Martialem lib. 14.

Minister, stri. Qui inseruit, & ministrat. } ὑπηρέτης. Ital. *Ministro.* Gal. *Seruiteur ou ministre.* Hispa. *Sierno.* } Cicero 1. de Orat. Infimi homines mercedula adducti, ministros se præbẽt in iudiciis oratoribus. Valer. Flac. in Argon. -taciti sedent ad iussa ministri. Cic. de Amic. Vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam. ¶ Huius fœmininum est ministra. ὑπηρέτρια. Idem 2. de Fin. Ministræ & satellites voluptatum, virtutes.

Ministerium, rij. Proprie ministri opera est. } διακονία, ὑπηρεσία. Ital. *Ministerio.* Gal. *Ministere, seruice, maniemant.* Hispa. *Seruicio, ministerio.* } Quanuis & pro omni operatione poni consueuerit, vt de rege Latino Virgil. 7. Aenecidos, Abstinuit tactis pater, auertíque refugit Ferda ministeria: & cæcis se condidit vmbris. Plin. lib. 10. cap. 71, Et minor varietas in pedum ministerio. Virgil. 6. Aenecid. -pars ingenti subiere pheretro, Triste ministerium. Ouid. 11. Metamor. Somne quies rerum, placidissime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Fessa ministeriis mulces, reparásque labori, &c. ¶ Aliquando ministeria ponimus pro ministris, sicut Seruitia pro seruis. Paulus Iureconsultus, Vrbica ministeria dicimus etiam, quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt.

Minitor, & Minitabiliter, Vide MINOR, minaris, in MINAE.

Minium, minij, Pigmenti genus est laudatissimi coloris, quod in argentariis metallis cum argẽto viuo inueniri solet. } μίλτος. Ital. *Minio* Gal. *Vermillen.* Hisp. *Bermellon.* } Maxima eius copia, teste Plin. lib. 33. cap. 7, effoditur in Hispania, sed hoc durum est & arenosum. Optimum nascitur supra Ephesum in Cilbianis agris. Quo pacto autem purgetur minium, docet idem Plinius paulo post, arenam esse colore cocci, quæ teri consueuit, & deinde lauari, abiectísque purgamentis, quæ in aqua supernatant minium in fundo inueniri. Nonulli per errorem Minium idem esse putant cum cinnabari: quũ proprie cinnabaris sit sanies draconis morientium elephantum pondere elisi, vtriusque animalis sanguine permisto. Idem loco iam citato, Comperique vulgò pro cinnabari Iudica in medicamẽta minium addi insciția nominis, quod esse venenum docebimus inter pigmenta.

Miniaria, æ. Locus in quo foditur minium. μιλτουργία. Plin. lib. 33. cap. 7, Sisaponẽsibus autem miniariis suæ venæ arena sine argento excoquitur. Auri modo probatur.

Miniarius, adiectiuum, vt Miniarium metallum. Plin. ibidem, Celeberrimum ex Sisaponensi regione in Bætica miniario metallo, &c.

Miniacius, cia, cium, Quod est ex minio. μιλτώδης. Vitruuius lib. 7, Parietes passim expolitione miniacia expoliebantur.

Miniatus, & per diminutionem Miniatulus, idem est quod rubrum, quasi minio tinctum. μιλτωμένος. Homero. Vnde ceram miniatulam veteres dixerũt, quam nos rubram dicimus. Et Miniatula cera aliquid notare, pro eo quod est, loca corrigenda annotare. Cic. ad Dolabellam in Epist. ad Attic. lib. 15, His literis scriptis, nec ad quemquam dedi, quæ quidem vereor, ne miniatula cera tua pluribus locis notanda sint. Idẽ ad Attic. lib. 16, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

MINIVS, μίνιος. Fluuius Hispaniæ iuxta Abubricam Callæcorum oppidum, vastissimo ore in Oceanum profluens. Vulgò *Mino.* De hoc Plin. lib. 4. cap. 20, & Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Mino, as. Duco. } ἄγω. Ital. *Menare, condurre.* Gal. *Mener, conduire.* Hisp. *Llenar, guiar.* } Festus. Agasones equos agentes, id est hinc minãtes. Apud Antiquos etiam pro minor legitur, A quo Minito, tas, vt suprà docuimus ex Prisciano.

MINOA, penult. prod. μίνοα. Vulgò *Alcomora*, Vrbs in Amorgo insula, vna Cycladum. Item altera in Siphno insula, vna Sporadum. Tertia in Sicilia. Atque hæ quidem tres enumerantur à Stephano. Strabo præterea lib. 9. Minoam fuisse emporium tradit in agro Attico, decem & octo stadiis à Megariis distans, quod postea Nisæam appellarunt.

MINOIS, idis, μινωΐς. Insula est vna Cycladum, quæ notiore nomine Baros appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

Minor, minaris, Vide MINAE.

Minor, comparatiuus à paruus. Vide PARVVS.

MINOVM, μίνωον. Oppidum est Cretæ insulæ, à Minoë rege ita appellatum. Recensetur à Plin. lib. 4. cap. 12.

MINOS, μίνως. Iouis & Europæ filius. Rex Cretæ, qui primus Cretẽsibus leges dedit. Hic quum haberet vxorem Pasiphaen, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum, quòd bouem ligneam fabricasset, sub qua latens cum tauro vxor concubuerat, persecutus in Siciliam peruẽnit, vbi à Cocali regis filiabus interfectus fuit (vt Aristoteles refert) iuxta Camerinam vrbem, & apud inferos propter insignẽ iustitiam iudex animarum factus est. Virg. 6. Aene. Quæsitor Minos vrnam mouet.

Minoius, a, um, μινώϊος. Possessiuum: vt Minoia regna. Virg. 6. Aene. Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna.

Minous, a, um, aliud adiectiuum. Ouid. in Ibin, Si tua contigerit Minoas puppis arenas. ¶ Taurus Minous, pro Minotaurus. Stat. 1. Achil.

Minois, minoidis, Patronymicum fœm. Ouid. 8. Metam. Protinus Aegides rapta Minoide Diam Vela dedit. Quo pacto antẽ Minos iudex habeatur infelorum propter iustitiam, non video, quum violator fuerit hospitij, & raptor (vt Suidas ait) Ganymedis, & multa alia commisisse dicatur à vera iustitia non parum abhorrentia.

MINOTAVRVS, μινώταυρος. ex Minoë, & tauro dictio cõposita, Monstrum biforme ex portentoso Pasiphaes cum tauro concubitu progna tum: quod iussu Minois (vt fabulantur poëtæ) Labyrintho inclusum, humanis carnibus vescebatur. Huic quotannis Athenienses ex præscripto fœderis septem ex suis liberis mittebant deuorandos. Sed tertio anno Aegei filius Theseus sorte missus, Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga euasit. De hoc Virgilius 6. Aeneidos ad principium.

Hic crudelis amor tauri suppostáque furto
Pasiphaë mistúmque genus, proleſque biformis,
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ sed enim miseratus amorem
Dædalus, ipse dolos tecti, ambagésque resoluit,
Cæca regens filo vestigia.

Seruius interpretatur Taurum, scribam fuisse Minois, qui absente rege cum Pasiphaë concubuit in domo Dædali: & quia Pasiphaë eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro esset similis, factus est locus fabulæ, vt Minotaurum biforme monstrum peperisse dicatur.

MINTHE, μίνθη. A poëtis Coeyti filia fuisse fingitur, quam quum Persephone cum Plutone deprehendisset, in herbam sui nominis commutauit. Nam μίνθη à priscis Græcis dicebatur herba, quæ postea ab odoris suauitate ἥδυσμος appellata fuit. Latini vnius tantùm literæ immutatione Mentham vocant. Hanc fabulam tangit Ouidius 10, Metam. ad finem, -an tibi quondam Fœmineos artus in olentes vertere mẽthas Persephone iussit?

MINTHE, μίνθη. Mons est Peloponnesi, non procul à Pylo: de quo Strabo lib. 8.

Minthos, μίνθος. Præter vulgatam illam significationẽ, qua apud Græcos stercus humanũ significatur, etiam floris nomẽ est in sterquilinijs enascentis, quo mirum in modum afficiuntur hirci. ¶ Alij caprarum sterimenta hoc nomine significari volunt, quibus frigentium hircorum nares pastores illinunt, & ita commoto sternutamẽto curant. Vide Cœlium Rhod. lib. 10. cap. 22.

MINTVRNAE, μιντοῦρναι. Ptolemæo, oppidum in Campania inter Sinuessam & Formias, ad Lyrim fluuium: habẽs propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens persecutionem Syllæ.

Minuo, minuis, minui, minutum, Minorem reddo, detrabo, derogo, exhaurio, extenuo, eleuo, debilito, decessionẽ de summa facio. } ἐλαττόω, μειόω. Ital. *Minuire, menomare.* Gal. *Amoindrir, apetisser, diminuer, menuiser.* Hisp. *Desmenuir, ar, amenguar.* } Plinius Sadix commãducata dentium dolorem minuit. Cic. ad Attic. Si putarem meam molestiam minui posse. Idem in Catil. Nequid de summa dignitate Reipub minueretur. Terent. in Prolog. Heaut. Vt aliqua pars laboris minuatur mihi. Cæsar 3. bel. Gall. Nam & nostris militibus spem minuit, & hostes ad pugnandum alacriores effecit. ¶ Huius cõposita sunt, Comminuo, Diminuo, Imminuo, de quibus vide suis locis.

Minutio, verbal. } μείωσις, ἐλάττωσις. Ital. *Diminutione.* Gal. *Menoisement, diminution.* Hisp. *Desmenuzamiento, amenguamiento.* } Gel. lib. 16. ca. 5. Ve particula rum intẽtionem significat, tum minutionem. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Minutus, a, um. & particip. & nomen esse potest. Participium significat comminutum, hoc est minus factum. } ἐλαττωθείς. Ital. *Minuito, menomato.* Gal. *Amoindri, menuise, apetisse.* Hispan. *Menudo, desmenuzado, amenguado.* } vt Minuta spes, pro imminuta, apud Tacitum in vita Agricolæ. Nomen, idem est quod breue vel paruum. λεπτόν. Cicero 7. Verri. Reticulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

culum ad nares admouebat,tenuissimo lino,minutis maculis,plenum rosæ. ¶Aliquando ponitur pro pusillanimo &scrupuloso,teste Nonio, vt à Græcis dicitur λεπτόψυχος. Cic.1.de Fin.Ecce autem alij minuti, & angusti,& omnia semper desperantes: aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi.

Minutulus,diminut.λεπτολογώτερος,μικρότερος. Plau.in Pœnulo,Si minus curassiet, quum veniant heri domum, Nutrices pueros infantes minutulos.

Minutatim,significat in minutissimas partes.{κατὰ λεπτόμερος.Ital. *A minuto.* Gal.*Par le menu,petit à petit.* Hisp. *Desmenuzando en pieças.*} Colum. lib.8. cap.14. Nasturtium consectum minutatim. ¶Aliquando etiam accipitur pro paulatim.Var.li.1.de Re rust.Tum ita ad subigendum vt minutatim affuefaciant,& vt tironem cum veterano adiungant. Imitando enim facilius domantur.

Minutim, aduerbium,In minutas partes significat.{λεπτομερῶς. Ital. *Minutamente.*Gal.*Par pieces menues, fort menu,par le menu.*Hisp. *Desmenuzando en pedaços.*} Colum.lib.5,Insequitur deinde fossor,qui crebris bidentibus æqualiter & minutim soli terga comminuat.

Minutia, æ, Cõtemptibilis paruitas cuiuscunque rei, inquit Sipontinus. {σμικρόλεπτον, λεπτόν. Ital.*Minutia,*Gal.*Petite piecette,morceles.*Hisp.*Parte pequeña de cada cosa.*} Lactant.de ira Dei.Hæc (inquit) per inane irrequietis motibus volitant, & huc atque illuc feruntur, sicut pulueris minutias videmus in sole,quum per fenestram radios,ac lumen immiserit.¶Minutia etiam dicta porta Romæ,à Minutio,quòd Minutij sacello proxima esset. ¶Et Minutia,virgo Vestalis,quæ propter suspicionem stupri viua defossa est. Liuius 8.ab Vrbe.

Minutal,Genus edulij, quod ex concisis minutatim oleribus fit, autore Apicio.μινούτιον. Fiebat inter cætera marino pisce,liquamine,oleo,vino,porris,& coriandro.Matt.lib.11,Hinc exit varium coco minutal.

MINVTIVS, Cognomento Augurinus, Tribu. plebis, qui Sp. Melium regnum Romæ affectantem reum peregit. Huic, quòd farris pretium trinis nundinis, ad eam vilitatem redegisset, vt asse modius væniret, tantum à plebe habitum est honoris,vt collata in capita stipe vnciaria, ænea ei statua extra portam trigeminam fuerit collocata. Autore Plin. lib.34.cap.5,& lib.18.cap.3.

Minutizo,Idem quod patua voce succino.Μινυτίζω enim cantillo signi ficat,& modulatè concino. {Ital. *Cantar sotto voce.* Gal.*chanter bas.* Hisp. *Cantar baxo.*} Sidon.lib.1.Epist,Diluculo autem philomela inter frutices filetum Proguen,& inter aceres minutizantem. ¶Hinc Minutizationes,μινυτισμοί, dicti sunt,teste Festo,auium minorum cantus.

Minus,Minusculum,Vide MINOR,in PARVVS.

MINYA,*pirbus* Stephano,Thessaliæ oppidum,à quo nonnulli Argonautas Minyas vocatos existimant: quanquam alij nominis huius originem ad Minyam regem referre malint.

MINYAE, μινύαι, Populi fuerũt Thessaliæ,qui Iasonem in Colchos proficiscentem secuti sunt: qua dictione frequenter vtitur Valerius Flaccus in Argonaut.pro ipsis Argonautis.Ouid.lib.7.Metamorph.Iámq; fretum Minyæ Pegasæa puppe secabãt.Alij dicunt fuisse populos Bœotiæ circa Iolcum montem habitantes: quos ita dictos volunt à Minya rege Orchomeni,filio Chrysæ,& nepote Neptuni.

MINYAS, μινύας, Chrysæ filius,à quo Minyæ,quibus imperauit, nomen acceperunt. Hic quum mortales omnes suæ ætatis opibus superaret, primus omnium gazophylacium recondendarum pecuniarum gratia extruxit.De hoc Pausanias,& Cælius Rhodig.lib.20.cap.25.

MINYEVS, per quatuor syllabas. siue Minyeius (vt apud Homerum legitur)per quinque,fluuius est Thessaliæ, postea Orchomenus dictus, vt scribit Plin.lib.4.cap.8.Hunc Strabo lib. 8, eundem facit cum Anigro. Homerus lib. 11. Iliados, iuxta Arenen in mare defluere tradit, quum ait,Ἐν δὲ Νέλεα πέλεν μέγε Μινυήϊον, ἠδὲ Ἄρηνην Ἐξεγένοντ' Ἀρίστην.

Mirabilis,Miraculum,Mirificus,& alia,Vide MIROR.

MIRITVS, Vide MERITVS.

Mirmillones, Erant pugilles Retiariorum aduersarij. Nam digladiantium alter Retiarius,alter Mirmillo appellabatur.Festus, Retiario, inquit,pugnanti aduersus mirmillonem cantatur, Non te peto, piscem peto,quid me fugis Galle?Quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicum est,ipsique Mirmillones antè Galli appellabantur: quorum galeis piscis effigies inerat. Quod genus pugnæ institutum est à Pittaco, vno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrinonem dimicaturus, propter controuersias finium,quæ erant inter Atticos,& Mitylenæos, reti occultè allato,impediuit Phrinonem.

MIROBRIGA, μιροβρίγα Ptolemæo,Vulgò *Ciudad Rodrigo*,Hispaniæ vlteriotis vrbs in conuentu Cordubensi.Plin.lib.3.cap.1,Mirobricam vocat per secundam consonantem in vltima syllaba.

Miror,aris,Proprié significat re aliqua,tanquã noua, obstupefio. {θαυμάζω. Ital.*Ammirare, stupire.* Gal.*S'esmerueiller & esbahir.*Hisp.*Marauillarse.*} Virg.1.Aen.Artificumque manus inter se,operũmque labore Mirantur.¶Mirari etiam est,cũ voluptate intueri.Idem 2. Georg. Seu quis Olympiacæ miratus præmia pugnæ.Item nescire,quia(vt Donatus inquit) admiratio ab ignorantia descendit. Terent.in And. Miror vnde fit.¶Sed quum dicimus,Miror me,Miraris te, Miratur se: tunc Mirari significat placere,& de se magnificè sentire.Martial.lib.13,-qui se mirantur,in illos Virus habe.¶Construitur hoc verbum cum accusatiuo, & cum genitiuo. Virg.11. Aen. Iustitiæne prius mirer, belline laborum.¶Quandoque absolutè ponitur.Ouid.lib.13.Metamorph. Dúmque moror,mirórque,simul fugit omnis in vndas. ¶Huius composita sunt,Admiror, Demiror, Emiror: quorum significata vide suis locis.

Miratio,{θαυμασμός. Ital. *Ammiratione.* Gal. *Admiration.* Hisp. *Marauillamiento.*} Cic.2. de Diuin. Causarum enim ignoratio, in re noua mirationem facit.

Mirator, {θαυμαστής. Ital. *chi si marauiglia.*Gal.*Esmerueilleur,qui s'esmerueille.* Hisp. *El que se marauilla.*}

Miratrix,cis,fœminino:mive Turba miratrix. Inuen. Saty. 4. Item Fama miratrix,apud Senecam in Hippolyto, Fama mirattrix senioris æui.

Mirandus,a,um.Admiratione dignus {θαυμαστός. Ital. *Degno d'admiratione.* Gal. *Digne d'admiration.* Hisp. *Cosa digna de marauilla.*} Terent. in And.Mirando hoc tanto,tam repentino bono.Cic.6. Ver. Quoniam

mirandum in modum Græci rebus istis, quas nos contemnimus, delectantur.

Mirabundus,Qui miratur. {θαυμάζων. Ital. *Pieno di marauiglia.* Gal.*Qui s'esmerueille ou fait de l'esbahi* Hisp. *Cosa que mucho se marauilla.*} Liuius 5, bel. Pun.Extemplò improuida res pauorem incutit Pœnis, mirabundique vnde tot hostes tam subitò exorti,&c.

Mirus, a ,um, Admiratione dignus. {θαυμαστός. Ital. *Marauiglioso.*Gal. *Merueilleux,digne d'admiration.*Hisp. *Marauilloso.*}Plin.lib.2.cap.108. Hipparchus & in coarguendo eo,& in reliqua omni diligentia mirus, adiicit stadiorum paulò minus XXV.millia.Idem lib.12. cap. 9, Mira arborum natura.Idem lib.9.cap.55.Miræ ad cauendum solertiæ.Virg.4.Aene.Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui,miro quod honore colebat.Plau.in Amphi. Enimuero illud præter alia mira,mirot maximè,si hæc habet pateram illam.¶Hinc Permirus,a,um, penult.prod.Cicero Appio Pul.Illud verò mihi permirum accidit,tantam teneritatem fuisse in eo adulescẽte.¶Apud veteres mira pro monstris atque horrendis sumuntur.θαυμάσια,τέρατα. Plaut.in Amphit. Mira memoras, nimis formidolosum prædicas facinus. Vergilius autem Georg.4.de Proteo canens,tes huiusmodi admirandas,& portentosa vocat Miracula, Omnia (inquit) commutat se in miracula rerum. ¶Mirum ni, idem ferè est quod nimirum, hoc est certè,vel profectò. Plaut.in Amphit Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat. Terent.in Andr. Age igitur vbi nunc est ipsius? c. Mirum ni domi est. ¶Mirum,responsio aduerbij cuiusdam formam habẽs.Terent. Eunuc. Rex te ergo in oculis.T. scilicet. o. Gestare. T. verùm credere omnes exercitum,Consilia.c. Mirum.¶Hinc Mirius antiqui dixerunt pro magis mirum. Varr.Nunquid hoc mirius.¶Mirum in modum,id est immodicum modum.Vide infrà.¶Mirum in modũ,&Mirandum in modum. θαυμαστῶς ὅσον, θαυμάσιον ὅσον ἄλλων.id est maiorem in modum,vel supra modum.Plaut.in Amphi.Vtetque deluditur dolis mirum in modum.Cic. Metello,Marcellum tuum Consulem factum,téque ex lætitia esse affectum,mirandum in modum gaudio.¶Mirum quantum. eiusdem significationis.Liu.lib.1.ab Vrbe. Mirum quantum illi viro hæc nuntiantí fides fuerit.

Mirè,aduerbiũ,pro miro modo,siue mirabiliter. {θαυμαστῶς, θαυμασίως. Ital.*Mirabilmente.*Gal.*Merueilleusement.*Hispa, *Marauillosamente.*} Cic.ad Attic.Puero municipia mirè fauent.

Mirificus,a,um,Quod est mirabile.{θαυμαστός. Ital. *Mirabile.*Gal.*Merueilleux,admirable.*Hisp.*Marauilloso.*}Cic.in Caton. Mirificos fructus ferũt. ¶Hinc superlatiuum mirificissimus.Terent.in Phorm.Quidnam arbitraris,nescio,atqui mirificissimum,scilicet facinus.

Mirificè,aduerbium,pro Mirum in modum. {θαυμαστῶς. Ital. *Marauigliosamente.*Gal. *Merueilleusement.*Hisp.*Marauillosamente.*} Cic.4.Acad.Delectabatur autem mirificè lectione librorum.

Mirifico,as,Mirabilem facio.{θαυμαστὸν ποιῶ. Ital. *Far marauiglioso.*Gal. *Faire merueilleux.*Hisp. *Hazer marauilloso.*} Plaut. in Amphi. Quanquam adeò Thebani ciues modo miro mirificant.

Mirabilis,& hoc mirabile-, Quod est admiratione dignum. {θαυμαστός, θαυμάσιος. Ital.*Mirabile.*Gal. *Admirable,merueilleux.*Hisp.*Marauilloso.*} Cic. lib.3.Officiorum, Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo,aut laudabilius,aut præstantius.

Mirabilitas,pro stupore.{θαυμαστότης. Ital. *Mirabilta.* Gal.*Merueille.* Hisp.*Marauilla.*}Cic.lib.5.ad Attic.Ea erga, & hæc animi despicientia mirabilitatem magnam facit.

Mirabiliter,aduerbium. {θαυμαστῶς. Ital.*Mirabilmente.*Gal. *Merueilleusement.* Hisp.*Marauillosamente.*} Cic. ad Cæs. lib. 13. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.

Miraculum,Dicitur quicquid admirationem afferre potest,quasi sit contra naturam.{θαῦμα. Ital.*Miracolo.*Gal.*Miracle.*Hisp. *Milagro ò marauilla.*} Vnde veteres miracula pro monstris posuere.Liu.lib.2.Adiicium miracula huic pugnæ,silentio proximæ noctis & sylua Arsya ingentem auditam vocẽ.¶Hinc Accius personas distortas,oribus diformes,miracula appellat. ¶Miracula septem mundi sunt hæc, Templum Dianæ Ephesiæ,quod summæ magnificentiæ fuit, & admirationis apud priscos. Ducentis viginti annis constat factum esse à tota Asia.Columnæ centum viginti septem à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine:ex his triginta sex cælatæ. Simulachrum ipsius deæ ex hebeno esse tradunt. Plin.lib.7.cap.38,& lib.16.cap.40,& lib.36.cap.5,& 14. Secundum,Mausoli regis sepulchrum, Plin. libro 35.cap.14.Tertium, colossus Solis apud Rhodios,Plin.lib.34.cap.7.Quartũ, Iouis Olympici simulachrum,quod Phidias fecit ex ebore, Plin.libro 7.cap.38,& lib.14.cap.5,& lib.35.cap.8,& lib.36.cap.5, Quintum, muri Babylonis,quos Semyramis regina cõstituit.Sextum,Pyramides in Aegypto, Plin.lib.36.cap.12. Septimũ,Domus Cyri Medorum regis,quam Menon arte prodiga,illigatis auro lapidibus fabricauit.

Misanthropos, penult.prod. {μισάνθρωπος. Ital. *Che ha in odio l'huomini.* Gal.*Qui hait les hommes.*Hisp.*Aborrescedor delos hombres.*}Osor hominum, qui homines odit,qui fugit homines congressus, quasi μισῶν τοὺς ἀνθρώπους. Hoc cognomine peculiariter dictus fuit Timon quidam Atheniensis, qui hominum genus vniuersum exosum habebat, nulliúsque congressum admittebat, præterquam vnius Alcibiadis,quo se idcirco delectari aiebat,quòd sciret eum aliquando populo Athenienſi magni mali causam futurum.

Miſcco,sces,miscui,mistum,per s.nõ per x, Tempero,turbo,confundo, & sine ratione,perturbatéque facio.{μείγνυμι, μίσγω, κυκάω. Ital.*Meschiare,mescolare.* Gal.*Mesler,brouiller,mistionner* Hisp.*Mezclar ò estorbiar.*} Virgil.1.Aeneid.Interea magno misceri murmure pontum,hoc est turbari. Plin.lib.7.cap.56,Vinum aqua miscere Staphylus docuit.Columel. lib.6 cap.4,Multi largo sale miscent pabula. Idem lib.7.cap.5, Cælestis aqua pari mensura lacti miscenda est. Cicero pro Sext.Roscio, In tenebris ruebant,omnia miscebant. hoc est perturbabant.¶Quandoque est potum ministrare, κεράννυμι: tractum à commistione calidi & frigidi: aut certè aquæ & vini. Iuuena. Satyr.5, -nescit tot millibus emptis Pauperibus miscere puer. ¶Miscere absolutè, pro Miscere omnia. Cicero ad Quintum fratrem libro 2, Pompeius abest, Appius miscet. ¶Huius composita sunt, Admiscco, Commiscco, Immiscco, Intermiscco,

Universidad de Deusto Biblioteca

Intermiſceo, permiſceo, promiſceo.

Miſtus, participium, hoc eſt temperatus. ¶ μεμιγμένος, συμμικτος, ἡμίμικτος. Ital. *Meſcolato, temperato.* Gal. *Atrampé, meſlé.* Hiſp. *Templado, mezclado.* ¶ Luius 3. ab Vrbe, Ea colluuio miſtorum omnis generis animantium, &c.

Miſtura, æ. Temperatura, confuſio, & moderatura, vt ait Nonius. ¶ μῖξις. Ital. *Meſcolanza, miſtione.* Gal. *Meſlange, mixtion.* Hiſp. *Mezcladura.* ¶ Columel. libro 9. cap. 5, Nam ea miſtura palatum, atque lingua, totúmque os perficitur.

Miſcellaneus, a, um, Quod variarum ex rerum commiſtione, nullo obſeruato ordine, conflatum eſt. ¶ σύμμικτος. Ital. *Meſcolato.* Gal. *Meſlé, mixtioné.* Hiſp. *Mezclado.* ¶ Gell. lib. vlti. cap. 11, Quia variam & miſcellaneam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt, eò titulos quoq; ad eam ſentẽtiam exquiſitiſſimos indiderunt. Sic Apuleius in Metamor. Miſcellaneam turbam vocat, ex promiſcua colluuione hominũ diuerſi ordinis, atq; dignitatis conflatam. Nec mora (inquit) cum magna irruptione patefactis ædibus magiſtratibus, eorúmque miniſtris, turbæ miſcellaneæ cuncta complera.

Miſcellanea, orum, Dicuntur quæcunque ex variis diſſimilibúſque rebus, nullo ſeruato ordine, ſunt commiſta. ¶ σύμμικτα. Ital. *Meſcolamenti, miſcugli.* Gal. *Meſlanges.* Hiſpa. *Mezclamientos.* ¶ Vnde nonnulli opera ſua, in quibus res variæ nullo ordine tractantur, Miſcellanea vocauerunt. ¶ Inter ludos quoque miſcellanea dicebantur, in quibus varia ſpectacula nullo ordine exhibebantur: ita dicta à permiſtus ſpectaculis, ſiue (vt aliis placet) à confuſis conſeſſibus, quòd in iis ſedendi ordo, vt in iuſtis ludis non ſeruaretur. Iuuenal. Satyr. 11, Sic veniunt ad miſcellanea ludi.

Miſcellus, la, lum, adiectiuum, Quod miſtum eſt. ¶ συμμικτικός. Ital. *Meſchio.* Gal. *Meſlé.* Hiſpa. *Mezclado.* ¶ Miſcellos ludos Lugduni edidiſſe Caligulam, ſcribit Suetonius in Calig cap. 20. Varro libro 3. cap. 7, Miſcellum vocat columbarum genus, quod nec agreſte eſt, nec domeſticum, ſed ex vtroque temperatum. Ex his duabus ſtirpibus (inquit) fit miſcellum tertium genus fructus cauſa, atque incedunt in locum vnum. Et has columbas Bergomates noſtri *cornarolas* appellant. ¶ Item Miſcellæ vites, quæ omni agro conueniunt, quòd cæteris vbique vtiliter miſceantur. Cato de Re ruſti. cap. 6, Cæteræ vites, & de his miſcellæ maximè, in quemuis agrum conueniunt. Varro 1. de Re ruſt. cap. 54, Nam & præcox, & miſcella, quam vocant nigram, multo antè coquitur. Miſcellas vuas vocat Cato cap. 23, quibus præliganeum vinum fit, quod operarij bibant.

MISCELLVS, μίσκελλος, Crotonis vrbis in magna Græcia conditor: de quo vide infrà in dictione SYRACVSAE.

MISCERA, μίσκερα. Oppidum Siciliæ apud Stephanum.

Miſellus, Vide MISER.

MISENVS, penult. prod. μῖσηνος. Vulgò *Monte Miſeno.* Promontorium eſt Campaniæ, non procul à Cumis, nomen habens à Miſeno Aeneæ tubicine illic ſepulto. Virgil. 6. Aeneidos, At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum Imponit, ſuáq; arma viro, remúmque, tubámque Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo Dicitur, æternúmque tenet per ſecula nomen. Horat. libro 2. Sermo. Satyr. 4, Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini.

Miſer, ra, rum. Flebilis, calamitoſus, ærumnoſus, infœlix. ¶ ἄθλιος, δύσμορος, πάλας. Ital. *Miſero, meſchino.* Gal. *Miſerable, malheureux, pitteux.* Hiſpa. *Coſa mezquina ò deſdichada.* ¶ Terent. Eunuc. Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis, Miſeriq;. Idem Heaut. Nemo eſt miſeriot me. Sallu. in Iugurt. Etiam nate expertus ſum patrum fidei miſeris eſſe. ¶ Miſer animi. Plautus in Milite, Quid illam miſeram animi excrucias, Quæ nunquam malè de te merita eſt? Miſer animo, & Miſer ex animo, apud eundem in Truculento, & Sticho. ¶ Interdum Miſer ponitur pro ægroto: nam ægritudo genus eſt infœlicitatis. Plaut. in Pœnulo, Miſeram eſſe prædicat buccam, Forraſſe medicos nos arbitratur. ¶ Interdum innocens. Cicero pro Milone, Miſeros interdum ciues optimè de Republica meritos. ¶ Inuenitur etiam pro interiectione dolentis poſitum, atſi diceremus, Nefas. δύσμορε. Virgil. 6. Aeneid. Cecropidæ iuſſi (miſerùm) ſeptena quotannis Corpora natorum. ¶ Miſerrimum miſeriarum. Cicero ad Quintum fratrem lib. 3. Epiſto. Quod de fratre, vbi eum viſuri eſſemus, neſciebamus: quem quidem ego, nec quo modo viſurus, nec vbi dimiſſurus ſim, ſcio, id eſt maximum & miſerrimum meorum miſeriarum.

Miſellus, a, um, diminutiuum eſt à Miſer. ¶ παλαιστικός. Ital. *Meſchinello.* Gal. *Pouret, poure petit malheureux.* Hiſpani. *Mezquino ò deſdichado vn poco.* Plautus Cenſẽ' miſello mali aliquid facturum? ¶ Miſellum pallium. Plaut. in Rud. Heu, ſum redactus ad hanc vſq; vnam tunicam, Et ad hoc miſellum pallium? Cic. ad Attic. lib. 3, Meum Ciceronem, cui nihil miſello relinquo præter inuidiam, & ignominiam nominis mei, tuere, quoad poteris. Idem ad Terentiam, Sed certè quoquo modo res ſe habebit, illius miſellæ & matrimonio & famæ ſeruiendum eſt.

Miſerè, aduerbium, Infœlicitet. ¶ ἀθλίως, παλαιστικῶς. Ital. *Miſeramente, infelicemente.* Gal. *Miſerablement, malheureuſement.* Hiſpa. *Mezquinamente, deſdichadamente.* ¶ Cicero. Neque commoueri eius deſiderio non poſſum, qui tam miſerè periit. ¶ Quandoq; ſignificat Valde, nimis. Plaut. Cure. Vidén' vt miſerè moliuntur, neq; queunt complecti ſatis. Terẽt. Andr. –nam omnes nos quidem Scimus, quàm miſerè hanc amarit. Idem Adel. Neſcio, niſi quia tam miſerè hoc eſſe cupio verum, eo vereor magis. Ibidem, –nam hunc diem Miſerè nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere. Idem Heaut. Eam miſerè amat.

Miſeriter, Idem quod miſerabiliter. ¶ οἰκτρῶς. Ital. *Miſerabilmente.* Gal. *Miſerablement.* Hiſp. *Miſerablemente.* ¶ Laberius apud Nonium, Mens incorrupta miſeriter corrumpitur.

Miſeria, æ, Infœlicitas, calamitas, quum ſcilicet quis patitur vel egeſtatẽ, vel damnum. ¶ πάλαιστρα, ἄλη. Ital. *Miſeria, infelicità.* Gal. *Miſere, malheur.* Hiſpa. *Miſeria, deſdicha.* ¶ Cicer. 2. Tuſcul. Gentes noſtras flebunt miſerias. Plaut. Amph. Miſertima iſtæc miſeria eſt ſeruo bono, &c. Cicero 3. de Finib. Ita qui proceſſit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilo minus in miſeria eſt, quàm ille qui nihil proceſſit.

Miſeritudo, Idem quod miſeria. ἀθλιότης. Accius, Qui fœlix miſeritudine factus eſt aliena. Idem in Alphenbœa, Miſeritudo eorum iſta eſt liberũm. Ex Nonio.

Miſereor, Miſereris, miſertus, vel miſeritus, verbum deponens. ¶ ἐλεῶ, οἰκτίρω. Italicè & Hiſpanicè, *Hauer miſericordia.* Gal. *Auoir pitié & compaſſion.* ¶ conſtruitur cum genitiuo. Eſt autem Miſereri, ex alicuius miſeria corde anxium eſſe. Habet enim paſſiuum affectum. Virg. 2. Aeglo. Nil noſtri miſerere, mori me denig; cogis. Brutus Ciceroni, Aut miſerebor veſtri. Cicero pro Corn. Balbo, Miſereminí eius qui non de ſuo peccato, ſed huius ſummi & clariſſimi viri facto diſceptat. Virg. 2. Aene. –miſerere laborum Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.

Miſeteo, antiqui vſurpant pro Miſereor. ἐλεῶ. Ennius in Hecuba, Miſerete manus, date ferrum, vt me anima priuem. Nonius.

Miſeret, Imperſonale, ſimili modo paſſiuũ affectũ habet, ſicut Miſereor, ἐλεῶ vel οἰκτίρω. Idem eſt enim, Miſeret me illius, & Miſereor illius: quia vtrunq; ſignificat Ex illius miſeria angorem ſuſcipio. Cicero, Miſeret me infœlicis familiæ. Virgil. 5. Aeneid. Si te lapſorum miſeret, quæ munera Nyſo Digna dabis? ¶ Miſeret me, eadem forma, inquit Feſtus, dicitur, qua piget, pœnitet, tædet. Terẽt. in Eunu. –quid eſt? p. Miſeret me itaque vt ne viderem, miſera huc effugi foras. ¶ Miſeret me vicem tuam. Terent. Heaut. Ita me di amabunt, vt nunc Menedemi vicem Miſeret me, tantum deueniſſe ad eum mali.

Miſeretur, apud vetuſtiſſimos legitur pro Miſeret. Turpilius in Epicleto, Quàm matris, nunc patris me miſeretur magis. Nonius.

Miſereſco, ſcis, Moueor miſericordia. ¶ οἰκτίρομαι. Ital. *Mouerſi à miſericordia.* Gal. *Auoir pitié & compaſſion.* Hiſp. *Hauer miſericordia, y compaſſion.* ¶ Virgil. 2. Aeneid. His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus vltró. Plautus Epid. Siquid eſt homini miſeriarum, quo miſereſcat miſer, ex animo eſt. Et tam accuſatiuo, quàm genitiuo iungitur. Apule. Commodum omnes miſereſcimus. Stat. libro 1. Thebaid. Et generis miſereſce tui. Virgil. 8. Aeneid. At vos ô ſuperi, diuũm tu maxime rectos Iuppiter, Arcadij quæſo miſereſcite regis. ¶ Inde compoſitum Commiſereſcit. Terent. in Hecyr. Demum tam ægrè tulit, vt ipſam Bacchidem, ſi adeſſet, credo, commiſereſceret.

Miſereſcit, imperſonale, cum ſignificato ſui verbi. Terent. in Heaut. Atq; inopis te miſereſcat mei.

Miſericors, dis, omn. gen. Qui ex alicuius calamitate dolorem animo ſuſcipit, quíque facilè ad commiſerationem mouetur. ¶ ἐλεήμων. Ital. *Miſericordioſo.* Gal. *Miſericordieux.* Hiſpa. *Coſa que ha miſericordia.* ¶ Cic. 4. de Finibus. Nec miſericordem iudicem eſſe oportere. Idem pro Ligario, Si honeſto, & miſericordi mendacio ſaluti ciuis calamitoſi conſultum eſſe vellemus.

Miſericordior, comparatiuum antiquum, quo vtitur Plaut. in Rud. Nulla miſericordior eſt me fœminarum.

Miſericordia, æ, Eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborãtis, inquit Cic. 4. Tuſcul. ¶ ἐλεημοσύνη. Italicè, & Hiſpanicè, *Miſericordia, compaſſion.* Gal. *Miſericorde, compaſſion.* ¶ Idem pro Deiota. Nõ debeo tentare, quonam modo dicendo miſericordiam tuam commouere poſſim: ipſa enim occurrere ſolet ſupplicibus, nulla oratione euocata. Idem 3. Tuſcul. Quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis, ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. ¶ Miſericordia, inquit Auguſtinus, quid eſt, niſi alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde compaſſio, qua (ſi vtique poſſimus) ſubuenire compellimur? Stoici miſericordiam inter vitia animæ computant. Vnde Seneca, qui ſe Stoicorum ſectæ addixit, Vitium, inquit, animi eſt, miſericordia: nec miſerebitur ſapiens, ſed ſuccurret. Auguſt. lib. 9. Ciuit. Stoicorum eſt, miſericordiam ſolere culpare. Vnde Cic. 3. Tuſcul. tanquam Stoicus dixit, Si ſapiens in ægritudinem cadere poſſet, poſſet & in miſericordiam, poſſet & in inuidentiã. Verùm in oratione pro Ligario in laudem Cæſaris, tanquam Peripateticus dixit, Nulla de tuis virtutibus plurimis nec gratior nec admirabilior miſericordia eſt. Terent. Andr. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt: Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſollicitatio. Cicero pro Roſc. Am. Prædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia viuo.

Miſericorditer, aduerbium, Significat, cum miſericordia. ἐλεημόνως. Italicè & Hiſpanicè, *Miſericordioſamente.* Gal. *Miſericordieuſement.*

Miſeror, raris, Affectum actiuum habet, ſignificátque verbis, aut lachrymis, aut opere dolorem, quem ex alicuius miſeria habemus, oſtẽdere: & conſtruitur cum accuſatiuo. ¶ οἰκτίρω. Italicè & Hiſpanicè, *Hauer miſericordia.* Gal. *Auoir pitié & compaſſion.* ¶ Feſtus, Miſeratur is, qui conqueritur aliena incommoda. Salluſt. in Iugur. Eos multa pollicẽdo, ac miſerando caſum ſuum, confirmat, id eſt lamentando. Cæſar 1. bel. Gall. Abditi in tabernaculis aut ſuum fatum querebantur, aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur, id eſt deplorabant. Virgil. 4. Georg. Contuſóſque animos, & res miſerabere fractas. Idem 10. Aeneid. Ingemuit miſerans grauiter, dextrámque tetendit. Idem 12. Aene. –& Turni ſortem miſerantur iniquam Miſerata animi, pro animo. Virg. 10. Aene. Inuenémque animi miſerata repreſſit. ¶ Hinc Commiſeror: & verbale Commiſeratio, quæ eſt ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicuius infœlicitate mouemur: quum ſcilicet vel ex aſpectu alicuius, vel oratione vel etiam cogitatione adducimur, vt eius miſereamur. ἀνελεημοσύνη. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Agmen migrantium impleuerat vias, & conſpectus aliorum mutua miſeratione integrabat lachrymas. Autor ad Heren. lib. 3, Commiſerationem breuem eſſe oportet.

Miſero pro Miſeror dicebant veteres: vt Accius in Athamante, Atque ita de illis meruí, vt iure hæc nunquam miſerarent mala.

Miſeratio, onis, Cõmiſeratio, ægritudo, qua ex alicuius infœlicitate mouemur. ¶ οἰκτιρμός. Ital. *Pieta, compaſſione.* Gal. *Pitié, compaſſion.* Hiſ. *Aquella obra de miſericordia, compaſſion.* ¶ Plin. Epiſt. 51, Quod me recordantem fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. Cic. Lucceio libro 5, Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miſeratione delectat?

Miſerandus, Miſeratione dignus. ¶ ἐλεεινός. Ital. *Degno di miſericordia.* Gal. *Miſerable, de qui on doit auoir pitié & compaſſion.* Hiſpa. *Lo que merece ſer miſericordia.* ¶ Cicero 2. Tuſcul. ex Sophocle, Accede, accede nate, aſſiſte, miſerandum aſpice Enſceratum corpus lacerari patris. Idem 1. de Orator. Hunc in minimis, tenuiſſimíſque rebus ita labi, vt aliis miſe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

randus, aliis irridendus esse videatur.

Miserabilis, le, Miseratione dignus, id est per quē alij misericordia commouentur. {ἐλεεινός, οἰκτρός. Ital. *Degno di misericordia.* Gal. *Miserable, de qui on doit auoir pitié & compassion.* Hispani. *Cosa digna de misericordia.* } Ouid. in Ibin, Sisque miser semper, ne sis miserabilis vlli. ¶ Aliquando dicitur fiebilis, lamentabilis. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatum est, & tectis modò ditutis alterius vribis, duo populi in vnum confusi sunt. Ibidem, Voces etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum præcipuē. ¶ Miserabile pro miserabiliter nomen pro aduerbio. Virgil. 2. Aeneid. -miserabile cæsis Hostibus insultans. Seruius.

Miserabiliter, Idem significat quod miserē {ἐλεεινῶς, οἰκτρῶς. Ital. *Miserabilmente.* Gal. *Miserablement.* Hispani. *Miserablemente.*} Cicero 1. Tusc. Etsi enim flemus, quum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. Liu. 3. ab Vrbe, Prosequuntur coniuges liberique, cuinam se relinquerent in ea vrbe, in qua nec pudicitia, nec libertas sancta esset, miserabiliter rogitantes.

Miseranter, aduerbium, Cum commiseratione. {ἐλεεινῶς. Ital. *Con pietà & compassione.* Gal. *Auec pitié & compassion.* Hisp. *Con compassion & misericordia.* } Gel. lib. 10. cap. 3. Equid est quod aut ampliter, insignitérque: aut lachrymosè, aut miseranter, &c.

MISETVS, ti, pen. prod. μισητός, Oppidum Macedoniæ apud Stephanū, cuius gentile est Misetius. μισητ@.

Misocali, μισόκαλοι, Græco vocabulo appellantur, qui ab omni literarum elegantia, niteréque dicendi abhorrent: tanquam inuenusti & honestatis osores.

Misogynia, penult. prod. μισογύνια, Odium mulierū, quale fuit in Euripide Tragœdiarum scriptore, qui mulieres ferè omnes maiorem in modum exosus fuisse dicitur: vnde & μισογύνης, id est osor mulierum dictus.

MISPILA, μίσπιλα, Medorum oppidum, apud Xenophontem lib. 5. expeditionis Cyri minoris. Gentile est Mispilates.

MISSENIA, (quod hìc corruptè legebatur) Vide MESSENIA.

Missile, Missio, Missus, Vide MITTO.

Misy, syos, μίσυ, Corpus est metallicum, quod in fodinis ærariis supra Chalcitim & Sory inuenitur, colore subflauo in morem sulphuris igné iam experti. Vulgus *Vitriolum* appellat. ¶ Misy præterea Plinio, lib. 19. cap. 3. tuberis genus est, suauitate odoris & saporis præcipuum, quod in Cyrenaica prouincia nascitur, nostratibus carnosius.

Mitella, Vide MITRA.

Mitescò, mitescis, Vide MITIS.

Mithras, μίθρης, Cum h, à Persis dicitur Sol: cuius simulachrum effingebant rictu leonis, cum tiara, vtraque manu bubula premens cornua. Solem enim multæ gentes pro deo coluerunt: alij aliis eum appellantes nominibus. Quod & Statius indicat lib. 1. Thebaid. hisce versibus, Adsis ô memor hospitij Iunoniáque aura Dexter ames, seu te roseum Titana vocari Gentis Achemeniæ ritu, seu præstat Osirim Frugiferum, seu Persei sub rupibus antri Indignata sequi torquētem cornua Mithram. Strabo lib. 15, Persæ cælum Iouem putant: colunt Solem, quem Mithram vocant. ¶ Ponitur aliquando pro primario sacerdote. Apul. lib. vlti, Ipsúmque Mithram illum, suum sacerdotem, præcipuum sacrorum ministrum decernit.

Mithriaca, orum, μιθριακά, Sacra Mithræ (sic enim Persæ solem appellabant) quæ in antro fieri solent, boue inde cornibus educto, quem post hymnorum concentum Soli immolabant. Lampridius in Commodo, Sacra Mithriaca homicidio vero polluit, quum illic aliquid ad speciem timoris vel dici, vel fingi soleat.

Mithrax, μίθραξ, Gemma est variis colotibus cōtra Solem refulgens: de qua Plinius lib. 37. cap. 10, Mithrax à Persis accepta est, & Rubri maris montibus multicolor, contra Solem variè refulgens.

MITHRIDATES, penult. corr. μιθριδάτης, Rex Ponti fuit, vi tanta & animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis sociali bello, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit: Græciam, insulásque omnes, exceptа Rhodo, occupauit: sed postea à Sylla apud Dardanum fusus, & à Pompeio victus, tandem à Pharnace filio in turre obsessus, venenum sumpsit. Quúmque id sæpius frustra bibisset, quòd aduersum venena multa antea medicaminibus corpus firmauerat, immissum percussorem Gallum, citò autoritate vultus territum reuocauit, & in cædem suam manum trepidantis adiuuit. Hic Mithridates arguitur maximæ crudelitatis: nam Laodicem coniugem & sororem, præterea matrem, fratrémque ac tres filios impuberes, totidémque filias interfecit. Iuuenal. Satyr. 14, Ocyus Archigenem quære, atque eme, quod Mithridates Composuit, &c. Vide Iustinum & Valerium. ¶ Alius etiā Mithridates, qui Bruti epistolas collegit: vnde ait, πῶς βούτου ἐπιτολὰς ἀναγνῶναι δύναιτο τοσαύτας, ὁ μήτε δυνάμεις τοσαύτας χάριν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐγκωμιαστὰς φρονήματος ἰσχυροῦ χαρακτῆρας.

Mithridaticum antidotum, μιθριδάτειον ἀντίδοτον, à rege Mithridate nomen habet, eo quòd primus hoc commistionis genus eredatur inuenisse, & aduersus venena eo se præmuniuisse. Plinius libro 25. cap. 2, Vni ei excogitatum quotidie venenum bibere, præsumptis remediis, vt consuetudine ipsa obnoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti: ex quibus etiam vnum eius nomen retinet. Illius inuentum aurumant, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis: quoniam veneno viuetent.

Mitigo, Mitigas, Vide MITIS.

Mitis, & hoc mite, Idem est quod lenis, dulcis, māsuetus, suauis. {πρᾶος, ἥμερος. Ital. *Manseuetudo, humano, piacenole.* Gal. *Doux, debonnaire.* Hispani. *Manso ò blando.* } Cic. de Senect. Facit persæpe sibi audientiam, diserti senis compta & mitis oratio. Eius contrarium est Immitis, ἄπρος, id est asper, sæuus, crudelis. Virgil. 1. Aeneid. Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achilli. ¶ Quandoq; Mitis ponitur pro tranquillo, & Immitis pro procelloso & inquieto. Idem lib. 9, Mitis vt in morem stagni, placidæque paludis. Apul. Erat enim turbidum, atque immite pelagus. ¶ Quandoque pro maturo, ἥμερος. Virgil. 1. Aeglo. -sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles. Plin. Immitia adhuc, & cruda poma. ¶ A Mitis

fiunt aduerbia Mitius, & Mitissimè. Cæsar 7. bel. Gal. Quàm mitissimè potest legatos appellat. Ouid. 15. Metamor. -similes aliorum respice casus, Mitius ista feres.

Mitesco, is, Mansuesco. {πραΰνομαι, ἡμεροῦμαι. Ital. *Mansuefarsi.* Gal. *Deuenir doux & traitable, s'adoucir.* Hisp. *Amansarse, ablandarse.* } Plin. lib. 21. cap. 25, Vt feræ domi educatæ mitescunt. ¶ Aliquando tranquillum fieri. Apul. Conflacescunt fluctus, mare mitescit. ¶ Aliquando matureſco. πραΰνομαι. Plin lib. 15 cap. 13, Reliquorum pomotum velocitas citò mitescentium transuolat.

Mitigo, as, penult. corr. Placo, quasi mitem ago. {πραΰνω. Ital. *Mitigare, indolcire.* Gal. *Adoucir, amollir.* Hisp. *Amansar, ò ablandar.* } Cic. 7. Verr. Neque in parētum luctu atq; lachrymis, te mei nominis commemoratio mitigauit. Virgil. 5. Aeneid. Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus, Quam nec lōga dies, pietas nec mitigat vlla. Lactan. lib. 4, Donec rursus pœnitentia populi mitigatus, liberaret eos seruitute. ¶ Item maturare, πεπαίνω. Cic. lib. 4. de Repub. Quúmque autumno terras ad cōcipiendas fruges patefaceret, hv me ad concipiendas relaxarit: æstiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. ¶ Huius compositum est Commitigo, de quo suprà.

Mitigatio, onis, nomen verbale. {πραΰνσις. Ital. *Mitigatione, placamento.* Gal. *Apaisement, adoucissement.* Hispa. *Obra de amansar ò ablandar.* } Cicero 3. de Orat. Omnísque ad omnem animi motum impulsio, & si ita res ferret, mitigatio.

Mitigatorius, adiectiuum, Quod habet vim mitigandi. {πραϋντικός. Ital. *Lenitiuo, c'ha virtù di placare.* Gal. *Lenitif, qui a vertu & puissance d'adoucir.* Hisp. *Cosa que puede amansar ò ablandar.* } Plin. lib. 28. cap. 6. Cōtra renum, & lumborum, vesicæque cruciatus in balnearum foliis pronos vrinam reddere mitigatorium habetur.

Mitifico, as, Mitem, ac placidum facio. {ἡμεροποιέομαι. Ital. *Mansuefare, domesticare.* Gal. *Rendre doux & apaiser.* Hisp. *Amansar ò ablandar.* } Plin. lib. 8. cap. 7, de elephantis, Capti celerrime mitificantur hordei succo. ¶ Mitificare cibum, concoquere. Cic. 2. de Diui. de gallis loquens, Depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso, & mitificato cibo, cantus edere quiete satiatos.

Mitra, æ, {μίτρα. Ital. *Mitra.* Gal. *Mitre.* Hispa. *Mitra, ornamento dela cabeça.* } Dictio barbara, qua significatur quoddam capitis ornamenti genus, hoc est pileus incuruus quo primùm Mæonij, deinde Aegyptij, Syri, Phryges, & Lydi vsi sunt. ¶ Aliquando tamen & pro muliebri corona ad ornatum capitis adulescentularum accipitur, ex qua pendebant fasciolæ, quæ Phylla dicebantur, quòd foliorum instar penderēt. Nostri quoque Pontifices mitris vruntur, quùm rei diuinæ operam dant. Et apud Græcos non solùm pro ornatu capitis, sed etiam pro fascia in loricæ modum contexta, ad latera defendenda sumitur. Virg. 9. Aene. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. ¶ Fuit etiam Mitra zonæ quoddam genus, quam soluebant primùm parientes, & Dianæ consecrabant, quam ob causam eam λυσζώνην cognominabant. Vide Cælium Rhodig. lib 16. cap. 10.

Mitella, diminutiuum, Parua mitra. μιτρίον. Virgil. Copa Syriscæ caput Graia redimita mitella.

Mitto, tis, misi, missum. Notæ est significationis. {πέμπω. Ital. *Mandare.* Gal. *Enuoyer.* Hispa. *Embiar.* } Cicero in Catone, Hunc librum ad te de Senectute misimus. ¶ Interdum excindere, vel emittere, vel deponere, ἀφίημι. Virgil. 1. Aeneid. -mœstúmque timorem Mittere. Terent. in Adelph. Hera lachrymas mitte. ¶ Item donare. Virgil. 9. Aegloga, Hos (illi quod nec bene vertat) mittimus hœdos. ¶ Mittere in consilium, est dimittere iudices ad sententiam dicendam, vbi orator dixerit, Dixi. Autor Asconius. Cicero pro Cluent. Cur Stalenum, quum in consilium irent, Cluentius & Canutius abesse patiebantur: & quum in consilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Budæus. ¶ Missum facere, est deponere, ac etiam à nostra consortio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere: quod quidam barbarè dicunt. *Dare licentiam*, vel *Licentiare*. Terent. in Phorm. Missum te facimus. ¶ Mitti sanguis dicitur, quū fit phlebotomia. φλεβοτομέομαι, ἰητρὸς αἷμα. Cornel. Celsus lib. 2. Mitti sanguis debet ex brachio. Idem, Sanguinem incisa vena, mitti nouum nō est. ¶ Huius composita sunt, Admitto, Amitto, Committo, Immitto, Omitto, Permitto, Præmitto, Promitto, Remitto, Manumitto, Summitto, & Transmitto, de quibus suis locis.

Missus: a, um, participiū. eas significationes habet, quas Mitto. πεμφθεὶς. Ital. *Mandato.* Gal. *Enuoyé.* Hisp. *Embiado.*

Missus, us, substant. quartæ declin. immissionem ferarum, siue ludorum, aut gladiatorum in arenam significat. {ἔφεσις, ἀγωνοθεσία. Ital. *Giuramento.* Gal. *Iettement.* Hisp. *Echamiento.* } Suetonius in Domit. In his Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Idem in Claudio, Circenses frequenter etiā in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione. Hæc Budæus. ¶ Aliquando sumitur pro immissione ferculorum. {πεμφθεὶς. Ital. *Messo.* Gal. *Mets.* Hispa. *El manjar, ò cosa que se lleua en plato.* } Vnde Lampridius scribit Heliogabalum celebrasse tale conuiuium vt apud amicos singulos singuli missus apparatentur: & aliquando omnes missus sola carne phasianorum struxisse. Budæus.

Missio. Actus ipse mittendi. {πόμπη. Ital. *Il mandare.* Gal. *Enuoy.* Hisp. *Obra de embiar.* } Cic. ad Attic. lib. 1, De literarum missione sine causa abs te accusor. Legatorum missio. Idem 7. Philip. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, nunquā probaui: quorum reditus quid sit allaturus, ignoro. ¶ Missio non solùm significat ipsum mittendi actum, sed etiam dimittendi. ἄδεια, ἀπόλυσις. Sueton. in Cæsare, Missionem continuò efflagitauit. Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta, quæ emeritis stipendiis ab imperatore indulgetur. Est causaria, qua quis propter valetudinem à laboribus militiæ soluitur. Vnde Causarij milites dicuntur à Liuio. Est & Ignominiosa, quum quis propter delictum sacramento soluitur.

Missito, tas, penult. corr. frequentatiuum, Sæpe mitto. {σκοπὸν πέμπω. Ital. *Mandar spesso.* Gal. *Enuoyer souuent.* Hispani. *Embiar à menudo.* } Liuius 9. ab Vrbe. Quòd incolumi Herulco nomine simul cum iis Samnites auxilia missitauerant.

Missiculo,

Missiculo las, Iteratiuum est, à verbo Mitto, eiusdémque significationis cum Missito hoc est frequenter, & repetitis vicibus mitto. {μεταπέμπω. Ital. *Mandar spesso.* Gal. *Enuoyer souuent.* Hisp. *Embiar á menudo.*} Plautus in Epid. -empta est ancilla, quòd tute ad me literas Missiculabas.

Missilis, & hoc missile, adiect. penult. corr. Quod facilè mittitur, Missile, pennit. corr. substantiuè, Telum quod manu mittitur. {ἀκόντιον, βέλος. Ital. *ogni sorte di dardo.* Gal. *Toute sorte de dard.* Hisp. *La lança o por lo que se tira.*} Virgil. 9. Aeneid. -sed pellere vallo Missilibus certant. ¶ Vnde & lapides Missilia dicuntur. Plin. libro 28. cap. 4, Ferunt difficiles partus statim solui, quum quis tectum, in quo sit grauida, transmiserit lapide vel missili, ex his quæ tria animalia singulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, vrsum. Missiles lapides, Liuius 1. ab Vrbe. Pondus missile disci. Propert libro 3. Eleg. 14. Missilia saxa, & missilia tela. Liu. 2. & 5 ab Vrbe. Missilia tormenta, Plin. libro 8. cap. 21. ¶ Missilia etiam dicuntur munera quæ à Principibus populo spargebantur, vt puta bellaria, lintea, odores, vnguenta. *imdicese.* Suet. in Calig. Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio viritim diuisit. Idem in Nero. cap. 21, Quare spectaculum multiplicatis missilibus in serum protrahebatur.

MITYLENE, nes, μυτιλήνη, pen. prod. & Mitylenæ, arum, Vrbs in Lesbo iuxta Methymnam, à cuius nomine nũc omnis insula Mitylene appellatur. Vulgò *Metelin.* Mart. lib. 10. Quum tibi nõ Ephesos, nec sit Rhodos aut Mitylene. Dicta Mitylene, vt Diodorus lib. 4, scribit, à Mitylene Machari filia. Hæc nunc Mitalinum dicitur, vrbs clara Pittaco ex septem sapientibus vno, & Alcæo poëta, & Antimenide fratre eius, & Diophane oratore, & Theophane Pompeianarũ rerum scriptore, qui Magno Pompeio admodum familiaris fuit. & ab eo in concione militum ciuitate donatus, vt testatur Cice. pro Archia. De hac scribit Vitruuius libro 1, quòd magnificentèr & eleganter ædificata fuerit, sed non prudenter posita: in qua Auster quum flat, homines ægrotant: quum Corus, tussiunt: quum Septentrio, restituuntur in salubritatem.

Mixobarbari, μιξοβάρβαροι, Dicebantur qui ex altero parente Græco, altero Barbaro prognati erant: quo nomine dicti fuerunt Medeæ liberi, quos illa ab Iasone repudiata, Aegeo peperit. Nonnulli recentiorũ, detorto põnihil vocabulo, Mixobarbaros vocauerunt, qui quum Barbari essent, Græcè tamen nossent.

Mixtarius, vel potius Mistarius. Vas quo vinum aqua miscemus. κώνηον, Lucil. Vreeus, aut gemina longus mistarius ansa.

M ante N.

Mna, μνᾶ, Græcè, Latinè Mina. Vide MINA.

MNAS, Pirata fuit, qui tẽpotibus Pompeij oram Italiæ prædatoria classe infestabat, vt est autor Plutarchus in Antonio.

MNEMOSYNE, pen. corr. μνημοσύνη, memoriam significat. Poëtæ Musarum matrem faciunt, quòd omnium scientiarum thesaurus memoriæ beneficio & acquiratur, & conseruetur. ¶ Inde Mnemosynon, μνημόσυνον. penult. corr. dicitur monumentum, vel pignus quod ad nostri memoriam apud amicum relinquimus. Catullus, Mnemosynon mei sodalis id est monimentum.

Mnemonica, μνημονικὴ, ab Autore ad Herennium lib. 3, vocantur præcepta memoriã adiuuantia. Quemadmodum (inquit) qui literas sciũt, possunt id quod audierunt scribere, & recitare quod scripserunt: ita qui mnemonica didicerunt, possunt quæ audierunt, in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare.

MNASYRIVM, μνασύριον. Locus est in Rhodo insula, nõ procul à Lyndo oppido: cuius meminit Strabo lib. 14.

MNESARCHVS, μνήσαρχος, Inter principes philosophorum Ciceroni numeratur, Acade. quæst. lib. 4.

MNESIMACHVS, μνησίμαχος, Poëta Comicus: cuius fabulæ tres enumerantur à Suida.

MNESITHEVS, μνησίθεος, Medicus Athenicusis, cuius meminit Galenus de Arte curatiua ad Glauconem. ¶ Mnesitheos quoque à quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Buphthalmus appellatur. Vide Dioscoridem lib. 3.

MNESTER, μνηστὴρ, Agrippinæ mattis Neronis libertus. Is, Agrippina à satellitibus Neronis interempta, ferro se transfixit: incertum charitate in patronã, an metu exitij. Autor Cornelius Tacitus lib. 14. Latinè procum sonat. Nam μνηστεύω, idem est quod puellæ nuptias ambio.

MNESTHEVS, μνηστεύς, Proprium viri Troiani, vnius ex comitibus Aeneæ, qui ab Assaraco rege originem traxit, vt autor est Virg. 12. Aeneid. Et genus Assaraci Mnestheus. Nonnunquam verò causa metri additur e post m, vt fiat dictio trisyllaba, Menestheus. Virgil. 10. Aene. Nec Lycio genitore minor, nec fratre Menestheo. Nam aliter non potest stare versus, vt annotauit Seruius.

Mneuis, μνεῦις, Suidæ Bos Soli sacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant, in septo eum nutrientes. Autor Strabo lib. 17.

M ante O.

MOAB, μάωβ, Arabiæ ciuitas, quæ & Areopolis nominatur. Quo etiam nomine vocatus est filius Lot, à quo Moabitæ.

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter, Vide MOVEO.

Moderate, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Modero, Modeste, Modestia, Modestus, Modice, Modificum, Modifico, Vide MODVS.

Modius, dij, vt inter doctos nostræ ætatis ferè conuenit, mẽsuræ genus fuit continens sedecim sextarios {μόδιος, ὁ μόδιος, qui etiam μόδος. Ital. *Moggio.* Gal. *Vn muy ou vn boisseau* Hispa. *Celemin o almud.*} Cice. de Amic. Verumque illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. Idem 2. Offic. Ne Marco quidem Seio vitio datum est, quòd in caritate asse modium populo dedit. Volusius Metianus, Quadrantal, quod nunc plerique amphorã vocant, habet vrnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios octo & quadraginta, heminas sex & nonaginta, quartarios centum nonaginta duos, cyathos quingẽtos septuaginta sex. Et quibus Volusij verbis facillimè colligi potest capacitas modij. Nam quũ dicit Amphoram, quam antiqui Romani Quadrantal vocabant, continere tres modios, sextarios autem octo & quadraginta, sequitur necessariò Modium tertiam partem esse XLVIII. sextariorum, quæ est sedecim sextariorum. Lapsus est itaque Perottus, & post eum Calepinus, qui Modiam esse putauerunt duotum & viginti sextariorum: quãquam vtrobique librariorum (vt arbitror) culpa Sextertiorum legatur, non Sextariorum. ¶ Hinc fit compositum Semodius, quod significat modij dimidium. Colum. libro 2, Eadem quatuor modiis, nonnunquam tribus, aliquãdo etiam duobus ac semodio iugerum occupat. ¶ Modius vini Parisinus, tricenos senos sextarios noribus capit: Sextarius autẽ octonas cas, quas pintas dicimus. Budæus. ¶ Modius tritici Parisinus, quatuor & viginti medimnos Atticos capit. ¶ Modius agri. Actus quadratus, qui latus est pedes centum viginti, & longus totidem: Mina etiam Latinè dicitur, teste Varrone 1. de Re rust. cap. 10. ¶ Modium neutro genere etiam dicitur. Plin. libro 18. cap. 16, Id præstant in iugera modia vicena.

Modiolus, li, cum accentu in antepenultima. {μόδιος, χοινίς. Ital. *Moggio piccolo.* Gal. *Vn petit muy ou boisseau.* Hisp. *Pequño celemin o almud.*} Est quarta pars modij, vt putat Sipontinus, adducens illud Plauti ex Cistell. -vix exculpsi vt diceret, Quia ei promisi modiolum vini dare. Ex quo Plauti loco satis constat modiolum esse genus mensuræ. cuius tamen fuerit capacitatis, neq; ex hoc loco deprehẽdi potest, neq; alibi memini me legisse. ¶ Hoc etiam nomine dictum est paruum vas quadratum ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam. Horum autem modiolorum (vt est apud Frontinum de aquæ ductibus) alius est erogatorius, alius acceptorius, vt multis in locis intueri licet. Vitruuius, Ita quum tota à calcantibus versabitur, modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum reuertentes, infundent in castellum: ita per se quod extulerunt. ¶ Modiolus etiam est vas mensorarium potui paratum, vt phiala, vt trulla: non tamen poculum, inquit Sexuola in l. Seiæ. ff. de auro & argẽ. legat. Hæc Budæus. ¶ Modiolus in rota, cui affixi sunt radij. Plin. lib. 9. cap. 4, Apparẽt & totæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque claudentibus. ¶ Est præterea Modiolus instrumentum chirurgicum. Celsus lib. 8. cap. 3, Excidant verò os duobus modiis: si parumlum est, quod læsum est modiolo, quem γρυπὸν Græci vocant: si latiosus, terebris. Deinde subdit, Modiolus ferramentum concauum, & teres est, finis oris ferratum, per quod medium clauus ipse quoque interiore orbe cinctus demittitur.

Modialis, le, A modio. {μοδιαῖος. Ital. *D'vn moggio.* Gal. *D'vn muy.* Hisp. *Cosa de vno celemin.*} vt Vas modiale, quod modium continet. Plautus in Capt. Aulas, calicésque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

Modò, Quãdo habet o finalem corr. significat tempus præsens, vel mox præteritum, vel nõdum præteritum, sed statim futurum {ἄρτι. Ital. *Hora, pure.* Gal. *A cette heure, tantost, n'agueres.* Hispa. *Agora, poco ha passado.*} vt Modò id ago. Terent. in Eunu. Modò ait, modò negat. Sic etiam dicimus, Modò dicebam, Modò veni, Modò faciam. ¶ De tempore præterito testimonium est apud eundem in Eunuc. Quàm dudum? d. o. Modò. Vbi Donatus, Nota Modò apertè pro tempore præterito dictum esse, id est iamdudum. Nam qui vitiauerat virginem, non modò, sed longe antè vestem mutauit cum eunucho. ¶ Ponitur etiam aliquando pro duntaxat, solùm, tantummodo. μόνον. Liuius lib. 1, ab Vrbe, Eucrus belli minus miserabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatum est, & tectis modò diuersis alterius vrbis, duo populi in vnum confusi sunt. Id est solùm vel tantùm vnius vrbis tectis diuersis. Quintil. lib. 2. cap. 16, Quidam enim circa res omnes, quidã circa ciuiles modò versari Rhetoricem putauerunt. ¶ Aliquãdo etiam idem est quod Si modò, Dum modò. μόλις. Terent. in Heaut. Modò liceat viuere, spes est. Virg. lib. 4. Aeneid. Si modò quod memoras factum fortuna sequatur. ¶ Hinc & Solummodo, Tantũmodo, & Amodo, ἀπὸ τότου, quod significat Posthac. Apul. Vt nemo me amodo tam manè egredientẽ solum videbit. Quòd si Modo producta vltima syllaba proferatur, datiuus vel ablatiuus casus est à Modus. ¶ Modò, pro saltem. Terent. in Adelph. Vtinam hoc sit modò defunctum. ¶ Modò pro interdum. Propert.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodonteis turba lauatur aquis:
Et modò Tartesios crines aspersa pruina
Sectatur primos per iuga longa canes.

¶ Modò non, idẽ est quod Ferè, vel propemodum: pro quo etiam dicimus, Tantùm non. Terent. in Phor. Modò non auti montes pollicens.

Modulor, Modulatio, Modulator, Modulatus, vide MODVLVS in MODVS.

Modus, di, Proprièt ationem significat, id est mensuram, siue formam. {μέτρον, μέτρα. Ital. *Modo, misura, regola.* Gal. *Moien, maniere & façon, mesure, regle.* Hisp. *Manera, medida.*} Ratio verò iubet nequid nimis, sed omnia cũ moderamine fiant. Vnde Quomodo & Quemadmodum dicimus, id est qua ratione. ¶ Et Admodum pro Satis, quasi secundum rationẽ. Et Propemodum, ferè, quasi parum absit à modo, hoc est à ratione. ¶ Et Mirum in modum, Maiorem in modum, quasi vltrà rationem. ¶ Commodum, aptum, conueniens: quasi cum modo & ratione. Plaut. Pœn. -vetùm hoc vnum tamen cogitato, Modus omnibus in rebus soror est optimum habitu. Cice. de Orat. In omnibúsque rebus videndum est quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. Idem de Senect. Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic viuendi modum. Idem 1. Offic. His enim rebus quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus consetuabimus. Colum. libro 2, Est autem modus in ficando fœnõ, vt neque peratidum, neque rursus viride colligatur. Id est mensura quædam, & moderatio. Idem libro 3. In quo serobe destinaueris nuces serere, tertam minutam in modum semipedis ponito. Id est mẽsuram. ¶ Modus etiam dicitur quantitas, vt apud eundem lib. 2, Atque rursus in Sole siccata, & mox refrigerata recondiuntur: si maior est modus, in horreo: si minor, in vasis oleariis, salsamentariisque. ¶ Interdum dicitur finis seu euentus, πέρας. Iuuenalis,

Imponitque modum sapiens, & rebus agendis. Virgil. libro 4. Aeneid. Sed quis erit modus? ¶ Accipitur etiam Modus pro mensura illa quam cantores inter canendum obseruare solent. Cic. 1. de Orat. Solet idem Roscius dicere, se quò plus ætatis sibi accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum. Vnde etiã illud in titulis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Comœdiarum Terentij, Modos fecit Flaccus Claudi filius tibiis paribus, dextris & sinistris.

Modulus, li, diminutiuum est à nomine modus, & proprie significat mẽsuram. {μέτρον. Ital. *Misureta, modello.* Gal. *Petite moûe & mesure.* Hispa. *Pequeña medida à mancra.*} Sueton. in Nerone, Scrobem coràm fieri imperauit, dimensus ad sui corporis modulum. ¶ Modulos etiam vocabant veteres architecti particulas quasdam, ad quas totum opus solent dimetiri: vulgus hodie *Parum pedem* vocat. Paul. in l. Non solum. ff. de Oper. noui nuntiat. Sed vt probari possit quid postea ædificatum sit, modulos sumere debet is qui opus nouum nuntiat. ¶ Erant præterea Moduli, quædam mensuræ in aquæductibus, quibus aqua ex castellis ad priuata ædificia duci solet. Vlpian. l. damni infecti. ff. de Damno infecto. Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum aut riui faciẽdi causa opus faceret, etiam satisdare debere. Hæc ferè omnia ex Budæo. ¶ Est etiam Modulus, idem quod modulatio, vel ipse cantus, aut flexus vocis, vel ipsa (vt loquuntur) cantus mentura. Plin. lib. 11. cap. 37, Arteriarum pulsus in modulos certos, legésque metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Idem libro 7. cap. 56, Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx inuenit. ¶ Modulus, siue Modus potest etiam dici id cantionis genus, quod Galli cantores vocant *Vn motet.*

Modulor, aris, pen. corr. Mensuro, siue cum mẽsura, & numerorum ratione compono. {μετρέω, μελῳδέω, καταυλέω. Ital. *Misurare, comporre qualche cosa con misura.* Gal. *Chanter, prononcer, ou jouer de mesure & musique, composer par mesure.* Hispa. *Medir, componer algo con medida.*} Gell. lib. 1. cap. 1, Scitè subtilitérque ratiocinatum Pythagoram philosophũ dicit, in reperienda, modulandáque status longitudinisque eius præstãtia. ¶ Sic Modulari carmẽ, est componere, vel decantare. Virgil. 7. Aeglo. Carmina describi, & modulans alterna notaui. Idem 10 Aeglo. Carmina pastoris Siculi modulabor auena. Cicc. in Ora. Ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec vna plus, nec à postrema syllaba circa tertiam: quò magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria.

Modulatus, a, um, Participium, vt Modulata cantica. {κατηυλημένος. Ital. *Fatto con misura.* Gal. *Fait & composé par mesure.* Hispani. *Hecho con medida.*} Quintil. libro 9. cap. 2, Nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinem modulatis. ¶ Sonus inodulatus. Sene. Agam. –non quæ vetno nobile carmen Ramo cantat querula Aedonis Itys, in varios modulata sonos.

Modulatus, us. ui, Modulandi actus. {μελῳδία, συμμελέω. Ital. *Misura di musica.* Gal. *Mesure de musique.* Hisp. *Medida de musica.*} idem quod modulatio. Senec. Herc furente, Cuiúsque muros natus Amphion Ioue Struxit canoro saxa modulatu trahens.

Modulatio, onis, verbale. {μελῳδία, ῥυθμία, συμμελέω. Ital. *Misura di musica, melodia.* Gal. *Mesure de musique, melodie.* Hispa. *Medida de musica, melodia.*} Quintilianus, Quorum alterum modulatione, altetum canore, ac sonis constat.

Modulamen, inis, neut. gen. Idem quod Modulatio. Autor Philomelæ,

Nam quanuis aliæ volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis æquiualere tuis.

Modulator, oris, Qui modulatur. {μυθωιδικὸς, μελῳδός. Ital. *che impara à cantare, cantore.* Gal. *Faiseur de chansons, chanstre.* Hisp. *el cantor que canta suaue.*} Colum in Præfat. lib. 1, Placitæ disciplinæ cõlectentur magistrum vocis, & cantus modulatorem.

Modulatè, aduerbium, Concinnè, & cum mensura. {ῥυθμικῶς, μετ' ᾠδῆς. Ital. *Con misura.* Gal. *Auec mesure.* Hisp. *Con medida.*} Cicc. 2. de Nat. deor. Si ex oliua modulatè canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quædam scientia?

Modificor, aris, Est metiri, aut mensurare. {μετρέω. Ital. *Misurare.* Gal. *Mesurer.* Hisp. *Medir.*} Gell. lib. 1. cap. 1, Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secũdum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est: atq; ita id collegit quod erat consequens, tantò fuisse Herculem corpore excelsiorem quam alios, quãtò Olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret. Cicero 3. de Orat. Verba illa modificata esse debebunt. ¶ Hinc Modificatio, pro temperantia, modo, vel mensura. μελῳδία.

Modicus, a, um, Parum, ac pusillum. {ὀλιγοστός. Ital. *Pocco, picciolo.* Gal. *Moyen, mediocre, petit.* Hisp. *Pequeño, poquillo.*} vt Modica pecunia. Plin. lib. 10. cap. 55, Sed inuentum, vt oua in calido loco imposita paleis, igne modico fouerentur. Horat. 2. Epistо. 2. –ex modico, quantum res poscet, acerno Tollam. Colum. libro 6. cap. 2, Humilis enim & modica corporatura pecori operatij debet esse. Apul. Modico labore fatigatur. ¶ Sic Immodicũ pro nimis magno ponitur. ἄκρως, ἀμέτρως. Colum. C. Licinius damnatus est, quoniam in magistratu rogatione tribunitia quam promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. ¶ Refertur etiam ad numerum, vt idem sit quod paucus. Plautus, In angiportu turba est, domum modici introierunt. Cicero in Parad. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte: est enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me filebo, de te loquar. Sic immodicos, dicimus nimis multos. Martialis, Atriáque immodicis arctat imaginibus. ¶ Proprie tamẽ Modicum dicitur, non cui aliquid sit imminutum, sed quod non excedat modum, & modestum est, & temperatum. μέτριον. Plautus, Cui animus modicus, continuens, expers ambitionis.

Modicum, ci, substantiuum. {ὀλιγοστόν. Ital. *Poco.* Gal. *Peu.* Hisp. *Poco, pequeño.*} Iuuen. Saty. 9, –modico contentus agebas.

Modicellus, a, um, diminutiuum à Modicus. {ὀλιγοστότερος, μικρότερος. Ital. *Picciolino.* Gal. *Petit.* Hisp. *Poquillo.*} Sueto. in Neron. cap. 48, Decubuit super lectum modicella culcitra, veteie pallio stratum, &c.

Modicùm, aduerbium, Significat parum. {κατ' ὀλιγον, εἰς μικρόν. Ital. *Vn poco.* Gal. *Vn petit, moyennement.* Hispani. *Medianamente, poco.*} Idem, Aedepol id modicum curat.

Modicè verò, Temperatè. {μετρίως. Ital. *Moderatamente, temperatamente.* Gal. *Temperement, moyennement, assez, petitement.* Hisp. *Medianamente, templadamente.*} Idem in Milite, Modicè lapis. Hoc est mediocriter & temperatè, neq; nimis, neq; parum. Varro de Re rust. Quum aër est modicè temperatus. ¶ Immodicè, nimis, vel intemperatè. ἀμέτρως. Colum. lib. 2, Magísque conducere agricolæ, frequenter id potius, quàm immodicè facere. ¶ Aliquando etiam Modicè idem videtur significare quod parum. Plin. lib. 6. cap. 22, Aedificia modicè à terra extantia.

Moderor, aris, Rego, moderationem adhibeo, modum pono. {κυβερνάω, διοικῶ, διοικέω, διέπω, ἐπιστατῶ, ἐφορῶ, χαλιναγωγῶ. Ital. *Moderare, reggere.* Gal. *Moderer, regir, gouuerner.* Hisp. *Regir y templar.*} & tam accusatiuo, quã datiuo iungitur. Sallust. Fortuna, cuius libido gentibus moderatur. Plaut. in Curc. Linguæ moderandum est. Sueto. in August. Nec successum victoriæ moderatus est. Terent. Heaut. Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit. Cicc. 6. Tuscul. Tibicines, liquc qui fidibus vtuntur, luo, nõ multitudinis arbitrio cantus numerósque moderantur. ¶ Linguæ moderari. Plaut. Curcul. Sed interim crepocre fores, linguæ moderandum est mihi. Hoc est tacendum est mihi. ¶ Dicitur & Modero, ras, in eadem significatione. Sallust. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Cõsul gla um edu xerit, quis illi finem statuet aut quis moderabit? Accius in Epigonis, apud Nonium, Vidẽ', vt te impietas stimulat, neque moderat metus?

Moderatio, onis. {μετρότης, σύνεσις. Ital. *Gouerno, misura, temperamento.* Gal. *Gouuernement, mesure, attrempance.* Hisp. *Regimiento y templanza.*} Cic. de Senec. Moderatio modò vitium adsit, & tantum quantum quisq; potest, nitatur. Vide MODESTIA.

Moderans, particip. {κυβερνῶν, διοικῶν. Ital. *Donante misura.* Gal. *qui modere & gouuerne, qui donne mesure.* Hisp. *El que da medida y regimiento.*} Iuuen. Sat. 10. de Demosth. –sæuus & illũ Exitus eripuit, quẽ mirabãtur Athenæ Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.

Moderanter, aduerbium. {μετρίως. Ital. *Temperatamente, moderatamente.* Gal. *Temperement, moderement.* Hisp. *Templadamente.*} Lucret. lib. 2, Quis regere immensi summam, quis habere profundi Indu manu validus potis est moderanter habenas? Ouid. 1. Metamor. –moderantius, oro, Curre, fugámque inhibe, moderantius ipse sequar ipse. Huius compositum est Præmoderor, ante moderor.

Moderatus, adiectiuum. {σύμμετρος, μέτριος. Ital. *Moderato, temperato.* Gal. *Temperé, moderé.* Hisp. *Templado.*} Cic. de Senec. Moderati enim, & nec difficiles senes, nec inhumani, tolerabilem agunt senectutem. Ouidius 1. Trist. eleg. 8, Nec solet irasci, neque enim moderatior alter.

Moderatè aduerbium, Cum moderatione {σὺν μετρίοις, μετρίως. Ital. *Moderatamente, temperatamente.* Gal. *Temperecmẽt, moderement.* Hisp. *Templadamente, medianamente.*} vt Moderatè dictum. Cicc. pro Font. Ab his quicquam sanctè, aut moderatè dictũ putabitis? Idem 1. de Finib. Qui autẽ, si maximè hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri. Idem 3. de Legib. Quæ res quũ sapientissimè, moderatissimèque constituta esset à maioribus nostris, nihil habui (sanè nõ multum) quod putarem nouandum.

Moderatim, aliud aduerbium. Lucret. lib. 1, –naturáque rebus Paulatim tribuit, moderatim crescere cogens.

Moderator, oris, Rector, gubernator. {διατάκτης, ἐπιστάτης. Ital. *Moderatore, gouernatore.* Gal. *Gouuerneur, maistre & regent.* Hispa. *Regidor ò templador.*} Cicc. lib. 1. Tusc. Hæc igitur, & alia innumerabilia quum cernimus, possumúsne dubitare quin his præsit aliquis conditor, vel effector, si hæc nata sunt, vt Platoni videtur, vel si semper fuerũt, vt Aristoteli placet, moderator tanti operis & muneris? Idem 2. de Natu. deor. Postea quum vidissent motus eius finitos & æquabiles, omniáque ratis ordinibus moderata, immutabilíque constantia, cœperũt intelligere inesse aliquem nõ solùm habitatorẽ in hac cælesti & diuina domo, sed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tactique muneris. ¶ Moderator iuuẽtæ, Præceptor & pædagogus. Manil. lib. 2, Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ. Ouid. 2. de Pon. eleg. 5, Succedátque suis orbis moderator habenis.

Moderatrix, Gubernatrix, rectrix. {κυβερνήτειρα, διοικήτειρα. Ital. *Gouernatrice.* Hal. *Gouernatate.* Hisp. *Regidora, gouernadora.*} Cicc. 1. de Inuen. Moderatrix rerum sapientia. Idem 3 de Nat deor. Eius autem voluerit fidelem & moderatricem diuinam esse prouidentiam.

Moderamen, inis, Idẽ quod Moderatio. {διάκρισις. Ital. *Gouerno.* Gal. *Gouuernement, regiment.* Hispa. *Regimiento.*} Ouid. 3. Metamor. Obstupui, capiátque aliquis moderamina, dixi, de nauis moderamine, hoc est gubernatione, intelligit, quam κυβερνητικὴν μοῖραν vocant Græci. Idem 2. Metam. Victima prona via est, & eget moderamine certo. de equorum moderamine loquitur, quod ἡνιόχειον vocant Græci. Sumere moderamina mundi, Claudia. de laudibus Serenæ.

Modestus, a, um, à Modico. Contrarium est arroganti, qui scilicet animi elationi, cæteríq; cupiditatibus moderatur, & in rebus omnibus modum seruat. {κόσμιος, σωφρονικός. Ital. *Modesto, accostumato, temperato.* Gal. *Modeste, temperé.* Hispa. *Modesto y templado, moderado.*} Terent. in Adelph. Proba & modesta. Vbi Donatus, Proba sibi & modesta apud alios. Idem Hecy. Hæc ita vti liberali esse ingenio decet, Prudens, modesta: incommoda, atque iniurias Viri omnes ferre, & tegere consuetudinis. Modestus vultus, id est ipso aspectu modestiam quandam præ se ferens. Terent. Andr. –& vultu, Sosia, Adeò modesto, adeò reuisto, vt nihil supra. Cicero. Nam & modestum hominem cognosces, & prudentem. Idem pro Plan. Adolescentis modestissimi pudor. Idem contra Rullum, Plebs optima, & modestissimi mores.

Modestè. {κοσμίως. Ital. *Modestamente, con misura.* Gal. *Modestement, auec mesure.* Hisp. *Modestia y templadamente.*} Cum modo, & temperatè. Terent. in Phor. Animus, qui modestè isthec ferat. Var. Non eos optimè vixisse, qui diutissimè vixerunt, sed qui modestissimè.

Modestia, æ, {τὸ κόσμιον, κοσμιότης, σωφροσύνη. Ital. *Modestia, mediocrità.* Gal. *Modestie, attrempance.* Hispa. *Templança, moderacion.*} & Moderatio, μετριότης, hunc habet ordinẽ, quòd modestia fundamentũ, soliditas, & basis ipsa virtutis est, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat arrigatúrque modos in factis & dictis, & cæteris talibus, quæ agẽdi officio vtuntur. Autor ad Heren. lib. 1, Modestiam definit, quòd sit in animo continens moderatio cupiditatum. Cicc. 1. Offic. Sic fit, vt modestia scientia sit opportunitatis idoneorũ ad aliquid agendum temporum. Claudia. 8. Panegy. Seruat inoffensam diuina modestia vocem. Quintil. lib. 5. cap. 7, Nam sæpe qui aduersus insectantem pugnassent, modestia mitigantur. Cicc. 1. de Diuina. Vbi ille paulo ante sapiens virginali modestia?

Modiperatores, Dicuntur, teste Nonio, qui in conuiuiis modificandi autoritatem habẽt, quasi modum imperantes. *συμποσιαρχοι*. Var. Rer. human. lib. 10. Vtcitat idem Nonius, In conuiuiis instituti sunt modiperatores atque magistri.

Mœchus, {*μοιχος*. Ital. *Adultero*. Gal. *Adultere, paillard*. Hispa. *Adultero de casada* } Adulter. Plaut. in Amphit. -illa illum censet Virum suum esse, quę cum mœcho est. Terent. Eunuc. Nunc minatur porrò sese id quod mœchis solet. ¶ Huius fœmininum est Mœcha, *μοιχη*, idem quod adultera. Martial. lib 10, Ad nocturna iacet faltosæ limina mœchæ. ¶ Mœchus mulierum. Plaut. Mil. Herus meus ita magnus mœchus est mulierum, vt neminem Fuisse æquè, neque futurum credo. Ponitur tamen pro quocunque inhonestè per libidinem peccante.

Mœchisso, as, are, Per adulterium polluo. {*μοιχαω*. Ital. *Adulterare*. Gal. *Adulterer, paillarder*. Hispa. *Adulterar con casada*. } Plaut. in Cas. in adulterio dum mœchissat, Casinam, credo, perdidit.

Mœchor, aris, Inhonestè per libidinem pecco, adulterium committo. {*μοιχαζω*. Ital. *Commettere adulterio*. Gal. *Adulterer, commettre adultere, paillarder*. Hispa. *Adulterar los casados*. } Catullus. Mentula mœchatur, mœchatur mentula certè.

Mœnia, mœnium, pluraliter tantùm declinatur, à muniendo dicta. {*τειχη*. Ital. *Mura, muraglie*. Gal. *Les murs d'vne ville*. Hispa. *Los muros dela ciudad o villa*. } Veteres enim œ, & u, indifferenter ponebant. Et proprié dicuntur, quæ vrbem cingunt. Virgil. 2. Aeneid. -& mœnia pandimus vrbis. Non tamẽ vrbis tantùm sunt, sed etiam munitionum, castrorum, & aliorum ædificiorum. Cæsar 2. belli ciuil. Quum penè ædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur. Cicero 3. de Natu. deor. Diligentioréque vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. Virg. 9 Aeneid. -ingenti clamore per omnes Condunt se Teucri portas, & mœnia complent. Idem 1. Aene. O fortunati, quorum iam mœnia surgunt. ¶ Hinc fit Submœnium, quod est sub mœnibus. Vnde Submœnianæ, vel Summœnianæ, meretrices dictæ sunt, quæ sub mœnibus in fornicibus prostabant. Martial. lib. 8, Conuina Zoili quisquis potest esse, Summœnianas cœnet inter vxores. ¶ Mœne singulariter protulit Ennius teste Festo, Apud emporium in campo hostium per mœne.

Mœnitus, Mœnibus cinctus. {*τειχοδης*. Ital. *cinto di mura*. Gal. *Enclos de murs*. Hispa. *Bien cerrado de muros*. } Plautus in Bacch. Quum Priami Pergamum diuina mœnitum manu. Participium est passiuum antiqui verbi Mœnio, quo veteres vtebantur pro Munio: quemadmodum & Pœnio pro Punio.

MOENIANA. Vide MENIANA.

MOENVS, siue Mœnis, Vulgò *Meyn ò Meno*, fluuius est Germaniæ, per agrum Franconiensem in Rhenum defluens: de quo Plinius libro 9. cap. 15, Pomponius lib. 3, Mœnim vocat. In Rhenum (inquit) influunt Mœnis, & Lupia.

Mœreo, res, mœstus, per œ diphthongon, deduci putatur *λαπὸ μοίρας*, quo nomine Græci Parcam significant, siue mortem: Varro tamen à marcendo dictum putat, quòd mœrore corpus marcescat: ita per æ scribẽdum videretur. {*συνεπόμαι, συνοδυρομαζω*. Ital. *Essere gramo, attristarsi*. Gal. *Estre triste & dolent, se contrister*. Hisp. *Entristecerse*. } Est autem Mœrere, tristari, & dolore affici. Cice. de Amic. Quocirca mœrere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis sit, quàm amici. Horat Epod. 15, Eheu translatos alió mœrebis amores. ¶ Aliquãdo etiam inuenitur cum accusatiuo constructum. Cicero Terentiæ, A te quidem omnia fieri fortissimè & amantissimè video: nec miror, sed mœreo casum eiusmodi, vt tantis tuis miseriis meæ miseriæ subleuentur. id est doleo. ¶ Item deploro, vt apud eundem lib. 1. Tuscul. At illa sicut acerbissimam rem mœret. *ἀδύρομαι*. Et iterum, Quum grauiter filij mortem mœreret.

Mœro, ras, Mœrentem & tristem facio. {*λυπω*. Ital. *Ingramire, attristare*. Gal. *Contrister faire marri*. Hisp. *Entristecer à otro*. } Pacuuius, Nam me multis mœrauit modis. Nonius.

Mœrens, ẽtis, participium. {*λυπηρὸς, ὀδυρόμενος*. Ital. *Che sta dolente*. Gal. *Qui est dolent & marri*. Hisp. *El que tiene tristeza, triste*. } Virgil. 1. Aene. -& dictis mœrentia pectora mulcet. Ouid. Epistо. 11, Interea patrius vultu mœrente satelles Venit.

Mœror, oris, Est ipse mœrendi actus, & vehemens tristitia: & maior est quàm dolor. {*λύπη*. Ital. *Gramezza, dolore, noia*. Gal. *Tristesse & douleur de cœur, marrison, dueil*. Hispa. *Tristeza ò lloro*. } Cice. Attic. lib. 12, Mœrorem minui, dolorem non potui. Iuuen. Saty. 10, -inque Perpetuo mœrore, & nigra veste senescant.

Mœstus, a, um, adiectiuum, Tristis, miserandus. {*λυπηρὸς*. Ital. *Mesto, triste*. Gal. *Triste & dolent*. Hisp. *Triste, mustio, llaroso*. } Virgil. 1. Aene. -& mœstas promere voces. Cæsar 7. belli Galli. At ij, qui ab Alexia processerant, mœsti, propè victoria desperata, se in oppidum receperũt. Ouid. 4. Trist. eleg. 4, Alter ab alterius fanere mœstus erat. Luca. lib. 8, -quatum tellure latebas Mœstior, in mediis, quàm si Cornelia campis Emathæ stares. Virgil. 2. Aeneid. In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector Visus adesse mihi.

Mœstitia, & Mœstitudo, inis. Idem quod mœror, vel vehemens tristitia. {*κατήφεια*. Ital. *Mestitia, tristezza*. Gal. *Tristesse, dueil*. Hisp. *Dolencia tristeza, lloro*. } Plaut. Cui tanta mœstitudo obtigit. Quintilia. Dolore, atq; animi mœstitia langues. Cic. 1. de Finib. Sapientia enim est vna, quæ mœstitiam pellat ex animis. Tacit. libro 3. Cæsar flexo in mœstitiam ore, suam inuidiam, &c.

Mœstè, aduerb. {*λυπηρῶς*. Ital. *Con dolore, con mancomia*. Gal. *Auec dolem & tristesse*. Hisp. *Con dolencia ò tristeza*. } Autor ad Hereon. Tum clementer, mœstè, hilariter.

Mœstiter, aduerbium antiquum, pro Mœstè. Plaut. in Rud. Obsecro tam mœstiter vestitas?

Mœri, orum, pro muris. {*τειχη*. Ital. *Mura*. Gal. *Les murs ou murailles*. Hispa. *Muros*. } Virgil. 10. Aeneid. Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum. Vbi Seruius, Mœrorum, pro murorum, antiquè. Nam veteres, pleráque eorum quæ nos per u, dicimus, per œ diphthongum pronuntiabant. Hinc est Mœrorum pro Murorum, & contrà Punio pro Pœnio.

MOERIS, *μοιρις*, Insula est in mari Lycio: de qua Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Fuit præterea hoc nomine Aegyptiorum rex, cuius opus est lacus inter Arsinoitem & Memphitem nomò manu factus, circuitu CCCLXX M pass. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. De hoc Plin. lib. 5. cap. 9.

MOESIA, *μοισία*, Vulgò *Seruia*, Prouincia est Europæ iuxta Danubiũ, quæ à Pannonia ad Pontum vsque protenditur. In ea sunt Dardani, Mœsi, & Triballi, Pontóque contermini Scythæ.

MOGVNTIA, *μογοντία*. Oppidum Transalpinæ Galliæ ad Rhenum fluuium. Vulgò *Mogoncia*. A Gallis vocatur *Maience*.

Mola, læ, nomẽ habet à mole, eo quòd taxi mole fruméta, legumináque in ea terantur. {*μύλη*. Ital. *Macina*. Gal. *Vne meule*. Hisp. *Muela*. } Alij à mouendo dictam putant, quòd species in eam coniecta motu, & ratione lapidis comminuantur. Iuuen. Satyr. 8, -tritóque trahũt epiredia collo Segnipedes, dignique molam versare nepotes. Ouid. 3. de Arte, Illa sonat raucum quiddam, atq; inamabile ridet, Vt rudit à scabra turpis asella mola. Cic. ad Att. lib. 2. Vt Rhodi videretur molis potius, quàm Moloni operam dedisse. ¶ Puniceæ molæ. Ouid. 6. Fast. Inde focũ seruat pistor dominámque focorum, Et quæ puniceas versat asella molas. ¶ Molas antiqui ab asinis Asinarias, alias à manu Manuarias, à trudendo Trusatiles appellabant, quæ & Versatiles dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 18, Idem molas versatiles Vulsiniis inuentas, quarum aliquas & sponte motas inuenimus in prodigiis. Sumunt quoq; molæ nomina ex rebus quæ per eas comminuuntur: vnde Molas frumentarias dicimus, & Molas fabarias. ¶ Molæ oleariæ dicuntur, quibus ex nucibus, aut ex semine aliquo oleum exprimitur. Et Latinè quidẽ Mola, Græcè *μύλη* siue *μύλη* dicitur: vnde Amylum, *ἄμυλον*, placentæ genus sine mola factum ex tritico. In molẽdinis superiorem partem, Metam vocant, *μύλην*: inferiorem verò Catillum, *ὄνον*. ¶ Accipitur etiam quãdoque Mola, *μύλη*, pro mandibula, siue maxilla. ¶ Dicitur præterea aliquando Mola, caro informis, & inanima in vtero mulieris, sine viri semine genita: quæ licet his quoque accidat quæ coitu vtuntur, quoties menstrua vitiosa sunt, aut semen viri ad formandum fœtum debile est, atque ineptum, frequẽtius tamen his accidit quæ à coitu abstinent, solitæ aliàs coire, quales viduæ sunt in quibus fit huiusmodi tumor præter naturam, quum semen sanguini mistum induruerit in carnem: quãuis aliquando ex solo spiritu fiat mola, quæ mouetur natura tentante eam expellere. De hac Aristo. lib 4. de Gener. anim. Quum ex humore crudo conceptus fuerit, tũc mola gignitur, idque in mulieribus meritò aut solis, aut maximè. ¶ Præterea Mola, à molito farre, dicitur far tostum, & sale spartum, quòd eo molito hostiæ asperguntur. *ἁλεύρωσις*. Plin. lib. 12. cap. 18, Nec minus propinj erant dij mola salsa supplicantibus, imò verò (vt palàm est) placatiores. Plaut. in Amph. -prodigiali Ioui Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit. Horat. 2. Serm. Saty. 5, Tu quum pro vitula statuis dulcem Aulide natam Ante aras, spargisq; mola caput, improbe, salsa. Luc. li. 1, -iam fundere Bacchum Cœperat, obliquóque molas inducere cultro. ¶ Inspergere molam. Cice. 2. de Diuin. Caput est in iecore, cor in extis: iam abscedet, simulac molam & vinum insperseris. ¶ Apud antiquos post glandes & arbuta vsus farris in honore fuit, seruatus in tantum, vt sacrificium nõ fieret sine sale & farre. Virgil. 8. Aeglo. Sparge molam. Hinc Immolo, las, de quo suo loco.

Molaris, is, subitantiuum generis masculini. {*μυλικὸς*. Ital. *Masculare*. Gal. *Dent maschelere*. Hisp. *La muela para mascar*. } Dens maxillaris est: à mola pro maxilla deducto nomine, quòd cibum à cæteris dentibus confractum, dentes maxillares molant. ¶ Aliquando etiam Molaris accipitur pro molæ fragmento. Ouid. lib. 3. Metamor. Aut comes (inquit) ero: dixit, dextrãque molarem Sustulit. Stat. libro 3. Theb. Vastæque sudes, fractique molares.

Molaris, & hoc molare, adiect. {*μυλικὸς*. Ital. *Cosa da far mole*. Gal. *Propre ou conuenable à faire meule de moulin*. Hisp. *Cosa para hazer muela*. } vt, Lapis molaris, ex quo mola fit. Plinius lib. 36. cap. 25, Vtilior eadem ex effosso lapide, quàm ex tipis fluminũ collecto: vtilior è molari, quia est quædam pinguior natura eius. ¶ Hunc quidam Pyriten vocant, quòd ei insit plurimus ignis, quem *πῦρ* Græci dicunt: vel à frumento, quod *πυρὸν* nominant, quod eo conteritur. Vide infrà.

Molarius, a, um, Quod ad molam pertinet. {*μυλικὸς*. Ital. *Da macina*. Gal. *De mule*. Hisp. *Cosa de muela*. } vt Asinus molarius, quo vtimur ad molam. Cato de Re rust. cap. 11, Molarium asinum vnum.

Molo, lis, molui, molitum. Significat mola tero. {*ἀλέω, μύλλω*. Ital. *Macinare*. Gal. *Moudre*. Hisp. *Moler*. } Terent. Phorm. Molendum vsque in pistrino, vapulandum. Plin. lib. 7. cap. 56, Ceres frumenta inuenit, quum antea glande vescerentur: eadem molere, &c. Cæsar lib. 1. Comment. Trium mensium molita cibaria sibi vnumquẽque domo efferre iubet. Compositum eius est Permolo, quod aliquando pro subagitare accipitur. Horat. 1. Serm. Saty. 2, Huc iuuenes æquum est descendere, non alienas Permolere vxores. Trasslatio sumpta à mola. Commolo, simul molo. *συναλέω*. Lactan. de Opi. Contritos, & commolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos vi sua deprimit, & transmittit ad ventrem. Emolo, perfectè molo. Habent autem hæc penult. corr.

Molitura, {*τὸ ἄλεσις*. Ital. *Molitura*. Gal. *Mouture*. Hispa. *La moledura ò obra de moler*. } Plin. lib. 15. cap. 13, Molitura etiam præstant ieiunio fœminatum quandam imaginem panis.

Molitor, penult. corr. Qui molit. {*μυλαυλὸς, ἀλέτης*. Ital. *Mo macio*. Gal. *Meusnier*. Hisp. *Molinero ò el que muele*. } Vulgò *Molendinarius* dicitur. Et Molitrix, quæ molit. *μυλαυλὶς*. Est & Molitor, penult. prod. à Molior, vide suo locò.

Molendinarius, a, um, Quod ad molendinum pertinet. {*μυλικὸς*. Ital. *Da molino*. Gal. *Apartenant à mouldre*. Hispa. *Cosa para moler*. } vt, Asina molendinaria. Paulus Iureconsultus, Asinam molendinariam negant ea appellatione contineri.

Molettrina, æ, pen. prod. à molendo, Pistrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non molebantur. {*μυλὼν, μυλαυλὶς*. Ital. & Hispa. *Molino*. Gal. *Vn moulin*. } Cato in Themum, (vt Nonius citat) Carcere, cerno, molettrina. Budæus credit etiam hoc nomine appellari posse aquariarum molarum loca.

Molile, molilis, Instrumentum quo aliquid molitur, siue imminuitur, vel id quod molæ, aut collis boum, vel humeris seruorum adalligatur ad trudendas molas. *μυλαύλιον τῶν βοῶν*. Cato cap. 104, Molas asinarias

tias vnas, & trusatiles vnas, Hispanienses vnas, molilia tria, abatū vnū. Ibidem. Iuga plostraria duo, iugum asinarium vnum, molile vnum.

Moles, huius molis, {ὄγκος, βάρος}. Ital. *Grandezza, mole.* Gal. *Tonte chose grande, puissante & massiue.* Hisp. *Grandeza ò pesadumbre.* {Res magna, & ingentis ponderis: nomen habens à mouēdo, quòd ægrè moueatur. Festus, Moles pro magnitudine ferè poni solet. Virgil. 6. Aeneid. -totámque infusa per artus Mens agitat molem. id est magnitudinē mundi. Colum. lib. 4, India prohibetur molibus ferarum mirabilis. Idem libro 2. cap. 2, Atque hoc modo tota mole corporis, totóque pondere nititur. Ouid. Epistō. 2, Est sinus adductos modicè falcatus in arcus, Vltima prærupta cornua mole rigent. ¶ Molem & montes, apud Virgilium, pro Molem montium. lib. 1. Aeneid Hoc metuens, molémque & mōtes insuper altos Imposuit. ¶ Quoniam verò quæ magna sunt, difficilia esse consueuerunt, capitur quandoque moles pro difficultate. Virgil. lib. 1. Aene. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. ¶ Et in mari Moles opera dicuntur siue aggeres, quibus excluditur aqua. Cice. ad Attic. lib. 4. Constat enim aditus insulæ esse munitos mirificis molibus. Accipitur & pro motu. Virgil. 5. Aene. Inde Gyam ipsámque ingenti mole Chimæram Consequitur.

Molestus, a, um. Grauis, odiosus, qui alicui officit, nec finit eum quiescere. {ἀνιδρώς, λυπηρός, ὀχληρός. Ital. *Molesto.* Gal. *Fascheux, ennuyeux.* Hispa. *Pesado ò enojoso.* {Cice. de Amic. Molesta veritas est: siquidem ex ea nascitur odium. Idem de Sene. Importunitas autem & inhumanitas omni ætati molesta est. Terent. in Andr. Molestus ei certè fuero, atq; animo morem gessero. ¶ Molesta tunica dicebatur alimentis ignium illita & intexta, qua reos in pœnam induebāt. Iuuenalis, Ausi quod liceat tunica punire molesta. Vide Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 5.

Molestia, æ, Solicitudo, & grauitas. {ἀνιδρότης, ἀνία. Ital. *Molestia, fastidio.* Gal. *Ennuy & fascherie.* Hisp. *Pesadumbre y enojo.* {Cice. 4. Tuscul. Molestia, ægritudo permanens. Idem de Sene. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modò omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam & iucundam senectutem. Terent. Eunuc. -si sapis Neque præterquàm quas ipse amor molestias Habet, addas. ¶ Inde fit compositum Præmolestia. Cice. lib. 4. Tuscul. Alij metum Præmolestiam appellabant id est anticipationem molestiæ, quasi metus sit præuius dux molestiæ futuræ.

Molestè, aduerbium. Grauiter, ægrè. {ἀνιδρῶς. Ital. *Con dispiacere, con affanno.* Gal. *Auec ennuy & fascherie.* Hisp. *Grave y enojosamente.* {Cice. 4. Acad. Non molestè (inquit) fero nos hæc contulisse. Idem 2. Verr. Cupiebam dissimulare, me id molestè ferre: cupiebam animi dolorem vultu tegere, & racturnitate celare.

Molesto, stas. Molestia afficio, & quasi molem affero. {ἀνιάω. Ital. *Molestare, fastidire.* Gal. *Molester, fascher, donner ennuy.* Hisp. *Agraviar ò enojar.* {Modest. Ab Aurelio Semptonio fratre meo neminem molestari volo.

Molerrina, Molile, vide MOLA.

Molior, iris, à mouendo, vel à molibus, Significat rem aliquā cum difficultate, magnóque conatu loco moueo. {κινῶ, μοχθῶμαι. Ital. *Mouere con difficultà.* Gal. *Mouuoir auec peine.* Hisp. *Dificultosamente mouer.* {Liu. lib. 9. ab Vrbe, Num montes moliti sua sede paramus? ¶ Est item moliri, vel ingenio, vel corpore ad aliquid agendum moueri. ¶ Et pro vehitate appositi exponi solet. Nā moliri classem est parare. ναυπηγεῖσθαι. Virgil. 3. Aeneid. classémque sub ipsa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ. Moliri iter, est peragere. Idem 6. Aeneid. Inde datum molitur iter. ¶ Moliri habenas, est gubernare. Idem 12. Aeneid. Et manibus molitur habenas. ¶ Moliri insidias, est meditari aut tendere, vt libro 1. Georg. Insidias auibus moliri, incendere vepres, Apuleius, Dum mihi moliuntur insidias. ¶ Moliri arcē, est extruere. κτίζειν. Virgil. 1. Aeneid. -pars ducere muros, Molirive arcem. Cuius contrarium est Demoliri. ¶ Moliri moram, est moram facere. Virgil. 1. Aene. Molirive moram, aut veniendi posscere causas. ¶ Moliri iacula, est iaculari. Idem 1. Georg. Ipse pater media nimborum in nocte coruisca Fulmina molitur dextra. ¶ Moliri bellum, est bellum præparare, vel machinari. Colum. in Præf. Qui bella molitur, armorum & militiæ gnaros adhibeat. ¶ Moliri etiam simpliciter positum, significat inuenire. Plautus, Aliquid mollar, quo me hoc dissimine liberem. Quod etiam Machinari dicitur. ¶ Aliquando conari. Cicero de Vniuersitate, Mundum efficere moliens Deus, terram primùm ignémque coniunxit. Idem 3. de Legib. Qui aliquod munus efficere molitur. ¶ Aliquando operari, vel facere. Cice. libro 1. Tuscul. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, vnde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Colum. libro 2. Et ideo minoribus aratris moliuntur, id est operantur. ¶ Aliquando passiuè Moliri, pro retardari. Luci. libro 7, Mutiamur, molimur, subducimur. ¶ Huius composita sunt, Amolior, Admolior. Quorum significata explicantur suis locis.

olitus, participium. ἐργασάμενος, μηχανησάμενος. Cicc. lib. 1. de Finib. Molita quippiam impietas.

Molitio, onis, verbale, Ipse moliendi actus, conatus ipse, & machinatio. {Ital. *sforzo che si fa per fare qualche cosa.* Gal. *Effort pour faire quelque chose.* Hisp. *Esfuerço para hazer alguna cosa.* } Cicero 1. de Natur. deor. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt?

Molimen, inis, penult. prod. Nisus & conatus, quo aliquid molimur, & conamur. {σπουδή, κατασκευή. Ital. *sforzamento.* Gal. *Effort.* Hisp. *Esfuerço.* } Liuius 2. ab Vrbe, Res tamen suo ipsa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. Ouid. 1. de Pont. Eleg. 3. Magna tenent illud numen molimina rerum. Idem 12. Metamor. -solidóque reuellere duno Annosam pinum magno molimine tentat. ¶ Pro eodem etiā dicimus Molimentum. Liuius 7. bel. Maced. Et eo minoris molimenti ea claustra esse, quòd in fluminis modum, longum, & angustum, & vadosum ostium portus sit.

Molitor, penult. prod. Qui aliquid machinatur, conatur, struit, aut efficit. {ὁ κατασκευάζων, ποιητής. Ital. *chi fa sforzo di fare qualche cosa.* Gal. *Qui se efforce de faire quelque chose.* Hisp. *El que se esfuerça para hazer algo.* } Cice. de Vniuer. Hanc igitur habuit rationem effector mūdi, molitórque Deus, vt vnū opus totum atq; perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolueret. ¶ Molitor rerum nouarum, apud Suetonium in Domitiano cap. 10. Molitrix nouarum rerum, Idem in Claud. cap. 35.

Molitrix, penult. corr. vide MOLITOR in Mola.

Mollis, le, Tener, non durus, tactui cedens: à mouendo, quasi mobilis, quòd in quancunque partem facilè trahi ac moueri possit. {μαλθακός, μαλακός. Ital. *Molle, tenero.* Gal. *Mol, delicat.* Hisp. *Muelle ò blando al sentido del tocar.* } Virg. 2. Geor. Quid nemora Aethiopum molli canētia lana. Cic. 3. de Orat. Sicut Mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & fingimus. ¶ Cum homine iunctum, in deteriorē partem ferè accipitur, pro effœminato scilicet & minimè forti. Cice. 1. de Orat. Quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam eneruatus, tam omnia ad voluptatem corporis, dolorémque referens, probare posset? Idem de Clar. Orat. Solutus & mollis in gestu. Liu. 3. bel. Maced. Quum in publico epulatus, reuerteretur domū temulentus, prosequentibus mollibus viris, qui ioci causa conuiuio celebri interfuerant. ¶ Molle ingenium, hoc est docile, cuique facilè doctrina imprimitur. ¶ Mollis animus, hoc est tractabilis, flexibilis, placabilis, qui scilicet facilè accipit offensiones, & facilè deponit. Cice. Attic. lib. 1, Quanta sit in Qu. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam offensionē, & ad deponēdam, nihil attinet ad te, qui ea nosti scribere. ¶ Quoniam verò ea quæ tenera sunt, pro voluntate nostra facilè tractamus, & quocunq; lubet ducimus, factum est vt Mollis quandoq; pro domito sumatur. Virg. 3. Georg Belgica vel molli melius feret ebseda collo. ¶ Quandoque pro facili. Ibidem, -iuuat ire iugis, qua nulla priorum Castaliam molli diuertitur orbita cliuo. ¶ Quādoq; pro maturo, πικρός. Idem 1. Aeg. -sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles. ¶ Mollia vina, dicuntur defæcata, & aspernitate carentia. vt annotauit Seruius in illud Virgilij 1. Georg. Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina. ¶ Quandoq; pro opportuno ac tempestiuo. ὡραῖος. Idē 4. Aene. Sola viri molles aditus, & tempora noras. ¶ Quādoq; pro remisso, & contemnēdo. χαῦνος. Idem 3. Georg. Tua Mecœnas haud mollia iussa. ¶ Quandoq; pro suaui, iucundo, & placido. Idem, Molléque sub arbore somni. ¶ Hinc Mollior, & Mollissimus. Liu. 4. bel. Maced. Volo id quàm mollissima via consequi. Colum. libro 6. cap. 1. Corpore denso breuique, colore rubeo, vel fusco, tactu corporis mollissimo.

Molliculus, a, um, Diminutiuum à Mollis. {ἁβρός, ἁπαλός. Ital. *Delicato, tenerello.* Gal. *Mollet, domillet.* Hisp. *Luxurioso ò del cuydo.* } Plautus pro tenello & delicato posuit, quū inquit in Casina, -sed lepide volo Molliculus esca, vt ipsa mollicula est. Catul. ad Aurelium. Qui me ex versiculis meis putastis, Quòd sint molliculi, parum pudicum.

Molliculus, diminutiuum à Molliculus, μαλάκιος. Catul. Cinæde Thalli mollior cuniculi capillo, Vel anseris medullula, vel inula mollicella.

Mollities, ei, quæ & Mollitia, æ, Idem quod mollitudo. {μαλθακία, μαλακότης, χαυνότης. Ital. *Mollitie, delicatezza.* Gal. *Molleffe, delicatesse.* Hisp. *Molledura, blandura, ò delicadeza.* } Plin. libro 11. cap, Item omnium auriculæ aut nares, quæ modicum eminent flexilit mollitia. Idem lib. 13. cap. 9. Sed vbi nox illi, huic pomū, differens breuitate ac mollitie. ¶ Quandoq; & in malum, pro effœminatione capitur. Sallustius, Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini. Terēt. in Eunu. Abi sis, nihil dicis Parmeno: Eiciūda hercle hæc mollities animi: nimis mihi indulgeo. Cic. 1. de Finib. Qui officia deserunt mollitia animi, id est laborū & dolorum fuga. ¶ Mollities maris, Placiditas, tranquillitas. μαλακία. Plin. de Vir. illustr. Vbi per mollitiem maris anguis proximū Aesculapij fanū petiit. Colum. lib. 7. cap. 2, Ex his rursus quicquid conceptum est maternam mollitiem, paternum & auitum retulit colorem.

Mollitudo, Contrarium duritiei. {μαλακότης. Ital. *Tenerezza.* Gal. *Molleffe, delicatesse.* Hisp. *Molledura, ò blandura.* } Cic. 2. de Nat. deor. In pulmombus autē inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. Idem 3. de Orat. In ipso tactu inest & mollitudinis, & læuitatis modus. ¶ Accipitur & pro facilitate, & flexibilitate. Autor ad Heter. lib. 3. Mollitudo vocis, quum eam torquere pro commodo nostro possumus.

Molliter, aduerbium, Id est leniter, nō duriter. {μαλακῶς, πράως. Ital. *Mollemente.* Gal. *Mollement, delicatement.* Hisp. *Muellemente, ò blandamente.* } Plin. lib. 15. cap. 10, Mira naturæ cura molliter semina collocandi. Cice. 2. de Natu. deor. Et cubilia fibi, nidósque constituunt, eósque quàm possunt mollissimè substruunt, vt quàm facillimè oua seruētur. Ferre molliter, id est placidè, æquo animo. Cic. de Sene. ¶ Quod ferendū est molliter sapienti. Idem 2. de Finib. Aberat enim omnis dolor, qui si adesset, nec molliter ferret, &c. ¶ Aliquādo significat delicatè. {ἁβρῶς, μαλακῶς. Ital. *Delicatamente.* Gal. *Dilicatement.* Hispan. *Delicadamente.* } Terent. in Adelph. Aedepol Syrisce te curasti molliter. Plaut. Pœn. Ego id quæro hospitium, vbi ego curer mollius, Quàm regi Antiocho curari hospites solent.

Mollius, compatatiuum. Tacit. lib. 18. Et amici adulantes, mollius interpretabantur vnius legionis eam seditionem.

Mollio, is, molliui, vel mollij, mollitum, Molle reddo. {μαλακόω, μαλακίζω. Ital. *Far molle, mollificare.* Gal. *Amolir adoucir.* Hispa. *Amollentar, ò ablandar.* } Horat. 1. Serm. Saty. 4, -dum ferrū molliat ignis. ¶ Accipitur & pro sedare mitigare, siue placare. κατευνάω. vt, Mollire mare, Mollire ventos. Gel. lib. 19. cap. 1, Sed postea, quum Brundusium aduēt arem us, mollitique essent venti maris, perennētatus ego eum sum, quæne illa ratio esset pauoris sui. Accius Telepho. Remisque nixi, properiter nauem in fugam tradūt subter saxa ad læuam, qua mons mollibat mare. ¶ Mollire animos, pro tēperare, mites facere. Cice. 4. Tusc. Molliunt animos nostros, ita sunt deinde dulces, vt nō legantur modò, sed etiam edifcantur. ¶ Mollire animos, pro effœminare. Cice. 5. Tuscul. Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, desidia animū infecimus: opinionibus, malóque more delinitum molliimus, Sallustius, Loca amœna, voluptuosa facilè in otio feroces militum animos molliuerant, id est effœminauerant. Ouid. 3. Fast. -lanam mollire puellæ Discant, & pleuas exonerare colos. ¶ Huius compositū est Emollio, quod est valde mollio. ἐκμαλάσσω. Plin. Quæcunque emollitū opus sit, anserino adipe curantur. Et Præmollio. προμαλάσσω.

Mollesco, is, Mollis aut placatus fio. {μαλακόομαι. Ital. *Ammolliti, placati, acquetarsi.* Gal. *S'amollir.* Hisp. *Hazerse mas muelle, ò blandito.* } Claud. lib. 1. de Rap. Proserp. -diuisque leuari Ferrea lasciuis mollescant corda sagittis.

Universidad de Deusto Biblioteca

sagittis. Ouid.4. Metamor. Quisquis in hos fontes vir veneris, exeat inde Semiuir, & tactis subitò molleſcat in vndis. Idem 1. de Pont. eleg.7. Pectora molleſcunt, aſperitásque fugit. Plin.libro 12. cap.17. Ladanum viſu aridum, ſtatim tactu molleſcere. ¶Hinc componitur Remolleſco. Ouid.lib.1.Metam. -precibus ſi numina iuſtis Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum. Cæſar. Vinum ad ſe omnino importari non ſinſit: quòd ea res ad laborem ferendum remolleſceret atque effœminaret arbitrentur.

Mollifico,as,& Mollefacio,is,Idem quod mollio. μαλάσσω.

Mollipes,pedis, Qui mollem habet pedem. ξ μαλακόπους. Ital. *Che ha i piedi molli.* Gal *Qui a le pié mol, & tendre.* Hiſp. *El que tiene los pies muelles ò blandos.* ξ Cic.1.de Diu.Mollipedéſque boues ſpectantes limina cæli.

Molleſtra,æ, Pellis ouina. ξ μαλακή. Ital. *Pelle pecorina.* Gal. *Peau de brebis.* Hiſp. *Pelleja ò cuero de oueja.* ξ Molleſtras(inquit Feſtus)antiqui vocabant pelles ouinas quibus galeas extergebant.

Mollicina,æ, penultima producta, Veſtis (inquit Nonius) à mollitie dicta. μαλακὸν ἱμάτιον. Mœuius in Epidico, Mollicinam,crocotam, chirodotam,ricam.

Molo,molis,vide MOLA.

MOLO, μόλων, Orator Alabandenſis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate: cuius meminit Plutarchus in vita Ciceronis,& Strabo lib.14.

Mollugo,inis, Species eſt lappaginis, ſimilis anagallidi, niſi quòd ramoſior eſt, ac pluribus foliis, aſpera alioqui,& graui odore. Plin.lib. 26.cap.10. Quidam eandem credunt cum ea, quam Dioſcorides vocat Hippophæſton.

Molluſca,æ, τὸ κύριον μαλακίδιον. Nux eſt è genere iuglandium,cortice adeò molli, vt vix attrectata ſtatim frangatur: vnde & nomen accepit. Hæc etiam Nux Perſica appellatur,quòd è Perſide primùm ad nos ſit tranſuecta: cuius rei optimus teſtis eſt Sueuius apud Macrobium, qui hoc nucis genus eo tempore quo Alexander Macedo cum regibus Perſarum bellum geſſit, in Græciam tranſlatum affirmat. Meminit huius nucis & Plinius lib.15.cap.22, atque tam matureſcentem putamen ſuum rumpere. Macrobius putauit Molluſcam eandem eſſe cum malo Perſico, adducens Sueuij teſtimonium, qui idem eſſe oſtendit Perſicum & Molluſcam: ſed in hoc fallitur Macrobius, quòd puter Sueuium de pomo Perſico loqui,quum de nuce loquatur. Vide Ruellium lib.1.cap.89.

Molluſcum,Vber eſt aceris arboris,quemadmodum & Bruſcū: Sed bruſcum intortius eſt criſpum, molluſcum verò ſimplicius ſparſum: & ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubiè prælatum à veteribus credo fuiſſet Plin.libro 16. cap.16. Pulchertimum verò eſt bruſcum, multóque excellentius etiamnum molluſcum.

MOLOCHATH, Aſiciæ fluuius, Mauritaniam Cæſarienſem à Maſſæſylorum regione dirimens. Plinio & Salluſtio Mallucha dicitur.

Moloche,quæ & Mulache, μολόχη. ἡ μολάχη. Herba eſt notiſſima,quam Latini Maluam appellant.

Moloche agria, μολόχη ἀγρία. Herba eſt inter ſylueſtris maluæ genera annumerata à Galeno. Plinius Hibiſcum interpretatur,lib.20.cap.4, paſtinacæ ſimilem facit.

Molochinus color, Qui in purpuram inclinat, quòd maluæ flori ſimilis ſit, μολοχινός: Græci enim μολόχην maluam dicunt.

Molochinarius,Molochini coloris infector. Cæcilius in Pauſimacho (vt citat Nonius) Carcaſina, molochina. Plaut.in Aulul.Aſtant molochinarij,petunt fullones.

Molochites, μολοχίτης, Gemma eſt non tranſlucens, ſpiſſa viriditate maluæ colorem referens:vnde & nomen accepit. Nam maluam Græci μολόχην, μολάχην appellant. Plin.lib.37.cap.8, Non tranſlucet molochites, ſpiſſius virens,à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata ſiguis. & infantium cuſtodia quadam, innato contra pericula ipſorum medicamine.

MOLORCHVS, μολόρχης, Dictus fuit ſeniculus Arcadicus, qui ad expugnationem leonis Nemæi proficiſcentem Herculem ſuſcepit comiter hoſpitio. Cuius beneficij nomine Hercules illi ſacra ſolennia inſtituit, quæ Molorchea dicebantur. Quin & leo ipſe à nomine eius Molorcheus, μολόρχης, à poëtis dicitur. De hoc Statius libro 4, & Seruius in tertium lib.Georg.

Molorthus,Idem quod perpendiculum,hoc eſt plumbum à filo & gnomone dependens, quod à ſummo ædificio deorſum demiſſum,rectitudinem eius, vel obliquitatem indicat. μόλυβδος ὀρθός. Dictus autem putatur Molorthus,quaſi μολυβδὸς ὀρθός, hoc eſt plumbum rectum,ſine prioris dictionis in compoſitionis euphoniæ gratia abiecto.

MOLOSSIA, μολοσσία,Regio,pars Epiri à Moloſſo Pyrrhi & Andromaches filio nominata: cuius incolæ etiam appellātur Moloſſi, μολοσσοί. Scribit Theopompus fuiſſe xxiii. Epitotarum gentes,è quibus celeberrimi fuerunt Chaones,& Moloſſi. In hac regione naſcebantur boni canes, qui & ipſi Moloſſi dicti ſunt. Virgil.3. Georg.Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vnà Velocis Spartheæ catulos, acrémque Moloſſum Paſce ſero pingui. ¶Legitur & Moloſſus,a,um, adiectiuū. Ouid.1.Metamor.

Nec contentus eo,miſſi de gente Moloſſa
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.

Moloſſi, μολοσσίδες κύνες, ex Moloſſia Epiri regione mittebantur: vnde & nomen acceperunt. Poëtæ fabulantur canes hoſce originem traxiſſe à cane æneo, à Vulcano fabricato,quem ille Ioui,Iupiter Europæ,Europa Procridi,Procris Cephalo dono dedit. Vide Iul.Pollucem lib.5.cap.5.

Moloſſus, μολοσσός,Pes metricus dictus eſt ab eius regionis ſaltatione:vel quòd odas eo pedis genere magna ex parte cōſtantes Moloſſi in templo Iouis canere conſueuerunt, in memoriam Moloſſi filij Pyrrhi & Andromaches: à quo poſtea feſta Moloſſia ſunt dicta. Vel (vt alij volunt)quòd Moloſſi ad bellum procedentes, huius modulata compoſitione vtebantur. Conſtat autem tribus longis,vt Æneas.

Molocrum,penult.corr.Lignum quadratum eſt,autore Feſto,quo veteres immolabant. ¶Item illud quo molæ vertūtur.quod Græci μύλακρα dicunt. ¶Item tumor ventris,qui etiam virginibus accidere ſolet, Molucrum vocatur. Afranius, Ferme virgini, tanquam grauidæ mulieri, creſcit vterus: molucrum vocatur,tranſit ſine doloribus.

Moly, μῶλυ, Herba eſt Homeri carmine celeberrima: de qua & ſcribit Plinius lib.25.cap.4. Laudatiſſima herbarum eſt Homero teſte,quam à diis vocari putat Moly:& inuentionem eius Mercurio aſſignat, contráque ſummæ veneficia demonſtrat. Naſci eā hodie circa Pheneum, & in Cyllene Areadiæ tradunt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda, nigráque,magnitudine caparæ, folio ſcillæ:effodi autē difficulter. Græci autores florem eius luteum pinxere,quum Homerus candidum ſcripſerit. Ibidem plura. Nomen habere putatur παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους,

Molybdæna, μολυβδαίνα. penult.prod. Eſt(inquit Plinius libro 33.cap. 18,) quæ aliàs Galena vocatur,plumbi & argēti vena communis. ¶Eſt etiam(vt idem aſſerit lib.25.cap.13,) genus herbæ,ſic dictæ,quòd nomine Plumbago dicitur.

Molybditis, μολυβδῖτις, Argenti ſpuma, quæ fit ex plumbi fuſura. Plin. lib.33.cap.6, Fit in iiſdem metallis & quæ vocatur ſpuma argenti. Genera eius tria: optima,quam chryſitin vocant: ſecunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin. Deinde ſubdit, Chryſitis ex ipſa vena fit,argyritis ex argento, molybditis ex plumbi fuſura, quæ fit Putcolis,& inde nomen habet.

MOLYCRIA, μολύκρια,Oppidum eſt Aetoliæ,non procul ab Antirrhio promontorio,quod Rhium Molycricum appellauit Thucydides lib.2.

MOLYNDEA,pen.prod. μολύνδεια Stephano,Lyciæ oppidum.

Molyris, idis, μολυρὶς, Ariſtoteli locuſtæ genus, quæ frumenta depopulatur.

MOLYS, μῶλυς, Libyæ oppidum,à quo fiunt gentilia Molytes,& Molyates. Stephanus.

Molyſa, μόλυζα, ab Hippocrate appellatur alij caput cum ipſa coma. Vide Ruellium lib.2.cap.85.

MOMEMPHIS, μωμεμφίς, Ægypti oppidum, à quo Momemphitica præfectura,apud Strabonem lib.17.

Momen, mominis, id eſt momentum. Lucret.lib.3, Momine vti paruo poſſint impulſa moueri.

Momētum,dicitur qualecunq; ſpatium temporis,& qualecunq; pondus, ſiue magnum hoc ſit,ſiue parnum. ξ μόμεντο. Ital.& Hiſp. *Momento*, Gal. *Moment.* ξ Cic.Trebat. Omnia momenta obſeruabimus,neq; vllum prætermittemus tui iuuandi & leuandi locum. Idem 3.de Finib.In his momenta ſunt maxima ad beatè viuēdum. ¶Accipitur etiam frequēter Momentum pro minimo puncto temporis,quod Græci ἄτομον vocāt, vel ἀκμήν. Horat.lib.1. Serm Saty.1. -quid enim? concurritur: horæ Momento cita mors venit,aut victoria læta. ¶Nonnūquam etiam pro aliarum rerum minima quantitate. Plin.lib.30.cap.7, Proſunt & combuſtæ,vt cinis earum bibatur in vino, addito reſinæ momento. ¶Momentum etiam iuxta eum modum dicitur,quo multi dicunt,Res parui momenti: id eſt quæ magnum vel paruum pondus, & vim habet. Liu. lib.5.ab Vrbe.Rege ſuperato nullum momentum in ſolis pet ſe Gallorum copiis fore. Cic.4.de Finib.Sic errare Zenonem, qui nulla in re, niſi in virtute aut vitio,propenſionem ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret. Idem in Vat. Cuius teſtimonium propter turpitudinē vitæ, fortéſque domeſticas,nullius momenti putarētur. Braſſica nullius momenti in medicina. Plin.lib.20. cap.9. ¶Momētum pro particula.Plin.lib.18.cap.34, Sol autem quotidie ex alio cæli momento,quàm pridie oritur.

Momentaneus nea,neum. Quod eſt caducum, & quod facilè mutatur, ac deficit. ἀβέβαιος, ἐλαττούμενος.

Momentarius.a,um, Quod in momento fit. ξ μομεντάριο. Ital. *Ciò che si fa in vn momento.* Gal. *Ce qui se fait en vn moment.* Hiſp. *Cosa que ſe haze en vn momento.* ξ Ambro.Syros verò Eliſæus, quos obſidentes in ciuitatem induxerat, momentaria exercitate perculſos,quum,quò ingrederentur, videre non poterant.&c.

Momentoſus, Alicuius momenti. ξ μεγάλου ῥοπὴν ἔχων, ἀναγκαῖος, ἀναγκαιότατος, ἐπικαιρότατος. Ital. *Di molta importanza.* Gal. *De grande importance.* Hiſp. *Cosa de grande peſo.* ξ Quintil.Declam.13.Nunc verò,differendum mihi eſt, quàm momentoſa ſit huius animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leuiter flores decerpunt, vt nulla appareat rapinæ iactura.

MOMVS,mi, μῶμος, Deus quidam Nocte matre (inquit Heſiodus) ac Somno patre progenitus. Huic adeò mos eſt,ipſum quidem nihil operis edere,ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari, & ſiquid eſt omiſſum,aut perperam factum, id ſumma cum libertate carpere. Nam μῶμος Græcè reprehēſionem ſonat. Vide de eo fabulam apud Lucianum in dialogo de hæreſibus.

MONA, μόνα, Inſula eſt inter Britanniam & Hyberniam ſita, vt docet Plin.libro 4. cap.16. Corn.Tacit.libro 14. Igitur Monam incolis validam,& receptaculum perfugarum, aggredi parat,nauéſque fabricatur plano alueo aduerſus breue littus,& incertum. Idem in Iulij Agricolæ Vita.Monam inſulam,cuius poſſeſſione reuocatum Paulinum rebellione totius Britanniæ ſuprà memorati, redigere in poteſtatem animo intendit.

MONABAE, μοναβαῖ, Iſauriæ oppidum: à quo ſit gentile Monabates. Stephanus.

Monachus,chi, ξ μόναχος, ἀναχωρητής. Ital. *Monacho, ſolitario.* Gal. *Moine, ſolitaire.* Hiſp. *Monje, ſolitario, ſolo.* ξ Latinè ſolitarius, παρὰ τὸ μοναζειν, quod eſt in ſolitudine viuere. Primi enim monachi quo contemplationi, ſacrarum literarum ſtudio,ac orationi cōmodius vacare poſſent, hominum cœtus fugiebant, & in vaſtiſſimas ſe conferebant ſolitudines. Hinc Monaſterium, ξ μοναστήριον, ἀσκητήριον: antiquitus φροντιστήριον. Ital. *Monaſterio.* Gal. *Monaſtere.* Hiſp. *Monaſterio.* ξ Solitudo.

MONAPIA, μωναπία, Inſula eſt inter Hyberniam, & Britanniam, cuius meminit Plinius lib.4. cap.16. In emendationibus exemplaribus Menapia non Monapia legitur.

Monarchia,æ, μοναρχία. cum accentu in penultima, Eſt vnius principatus, quem Sueronius appellat Arbitrium orbis terrarum. Hac qui potitur, Monarcha μοναρχὴς dicitur.

Monas,nadis, μονὰς,à μόνος deducitur,& ſignificat vnitatem. Ital. *Vnità.* Gal. *Vnité.* Hiſp. *El numero de vno.*

Monaulos, μόναυλος, Tibia ſimplex: μόνος enim ſolus interpretatur, & αὐλὸς tibia. Martia.libro 14, Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet. Plin.lib.7. cap.56, Monaulon, id est vnicam & simplicem tibiam, Mercurius inuênit.

Monedula,æ, Auis ex graculorum genere, quasi monetula, quòd monetas surripiat. {κηλεών. Ital. *Monachia.* Gal. *chucas ou chouete.* Hispa. *La graja.*} Huic enim aui furacitas argenti atq; auri præcipuè est. Plin.lib. 10.cap.29. Insubrium tractu examina graculorum, monedularúmque: cui soli aui furacitas auri argentique præcipuè mira est. Ouid.7. Meta. Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

Moneo, mones, monui, itum, Admoneo, suadeo, hortor, præcipio, prædico, memorem facio. {ἀναμιμνήσκω, παραινέω. Ital. *Auisare, ricordare, ammonire, auertire.* Gal. *Aduertir, auertir, conseiller.* Hisp. *Amonestar, recordar.*} Cic.ad Qu.Fratrem, Tu me de retinenda Sestij gratia literis monuisti. Idem ad Atticum, Idipsum me mones, quod triduo antè cogitaram. Idem de Amic. Sed quum tot signis natura declaret quid velit, obsurdescimus tamen nescio quomodo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Ibidem, Nam & monendi sæpe amici sunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè quum benevolè fiunt. Plaut.in Pseud. At hoc volo monere te, monendus ne me moneas. ¶ Interdum Monere, inuitare est, sicut inuitantur amici ad cœnam. παρακαλῶ. Terét.in Heaut. -sed vt dici tempus est. Monere oportet me hunc vicinum Phaniam, ad cœnam vt veniat. ¶ Construitur nonnunquam cum duobus accusatiuis: vt, Moneo te hoc. Cicero in Catil. Sed eos hoc moneo, desinant furere. ¶ Modò cum ablatiuo mediante præpositione De, vel pro. Cice.2.de Diu. Quod idem dici de Moneta potest: à qua, præterquam de sue pleta quid vnquam moniti fumus? Terent.in Andr. Habeo pro illa re, illum quod moneam probé. Modò cum genitiuo. Valer.Max. Ab eo qui prò rimè assidebat, solutæ à se legis suæ admonitus. ¶ Moneris, pro monueris, antiquè. Pacuuius in Armorum iudicio, vt citatur à Nonio, Dic quid faciam: quod me moneris, effectum dabo. Idem in Chryside, Dij monerint meliora. ¶ Composita sunt, Admoneo, Commoneo, Emoneo, Præmoneo, & Submoneo, quorum significata vide suis locis.

Monitum, ti, Quod quis non monet. {παράκλησις, παραίνεσις. Ital. *Auiso, documento, ammonitione.* Gal. *Auertissement, amonnition.* Hispani. *Amonestamiento, enseñamiento.*} Cicero 4. de Finib. Itaque quæ sunt eorum consolationes, quæ cohortationes, & etiam monita à consilio scripta ad summos viros? Virgil. 8. Aeneid. -cum Hetrusca resedit Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm. Ouid.3. de Arte, Hæc quoque pars monitis erudienda tuis.

Monitus, us, penult.corr. & Monitio, Idem significant. {παράκλησις. Ital. *Ammonitione.* Gal. *Amonnition, auertissement, remonstrance.* Hisp. *Amonestamiento.*} Liuius 1. ab Vrbe, Seu voce cælesti ex Albano monte missa, (nam id quoque traditur) seu aruspicum monitu. Iuuena. Satyr. 14. Et læuo monitu pueros producit auaros. Virgil. 4. Aeneid. Multáque præterea vatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant.

Monitor, oris, Qui nos alicuius rei monet. {παραινέτης, ὑπομνηματίστης. Ital. *Ammonitore, auisatore.* Gal. *Amonnesteur, auertisseur.* Hispa. *Amonestador.*} Cice.in Catil. Fortasse minus erunt, hoc monitore, & autore huiusce sententiæ, mihi populares impetus pertimescendi. Externus monitor. Stat. 5. Syiua. -nec enim externo monitore petendus Virtutis tibi pulcher amor. ¶ Accipitur interdum etiam Monitor pro vocatore, qui scilicet aliquem monet, hoc est vocat, vt ad conuiuium accedat. Terent.in Heaut. Monere oportet me hunc vicinũ Phaniam, Ad cœnam vt veniat: ibo vt visam si domi est. Nihil opus fuit monitore: iandudum domi Præstò apud me esse aiunt. ¶ Dicuntur præterea Monitores, qui in iudicio summissa voce oratorem admonent eorum quæ dicenda sunt. Cice.in Diu.in Verrem, Video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus tenet. ¶ Sic etiam in scena Monitores dicuntur, autore Festo, qui histriones, eorum quæ dicenda, agendáve sunt, monent. Galli vocant *Protocolles.*

Monitorius, a, um, Quod monet. παραινετικός. vt Liber monitorius.

Monitio, Quæ fit ante commissum. {παράκλησις, ὑπόμνησις. Ital. *Ammonitione, auisamento.* Gal. *Amonnition, auertissement.* Hispani. *Amonestamiento.*} Obiurgatio, post turpe factum. Cicero libro 3. Offic. Habenda ratio & diligentia est, primùm vt monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.

Moneta, æ, penult.prod. dicta est, quòd nos signi impressione vel autoris, vel pretij moneat. {νόμισμα. Ital. *Moneta.* Gal. *Monnoye.* Hisp. *La moneda.*} Martia.lib.1, Et centum dominos nouæ monetæ. ¶ Quo etiam nomine dicta est Iuno. Cice.lib.1. de Diui. Post cladem illam maximã à Senonibus Gallis factam, audita vox ex arce Iunonis fuit, ex quo Iuno illa appellata Moneta est.

Monetalis, & hoc monetale, Quod ad monetam pertinet. {νομισματικός. Ital. *ciò che s'appartiene à moneta.* Gal. *Ce qui apartient à monnoye.* Hisp. *cosa de moneda.*} Apul.de Asin. Plotina pretiosissimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. ¶ Monetales Triumuiri dicti sunt (sicut scribit Pomponius Iureconsul.lib.2.de Orig.iur.) æris, argenti, atque auri flatores. Cic.ad Attic.lib.10.de Vulteio loquens, Monetali autem adscripsi, quod ille ad me Proconsulem. id est, In summa epistola scripsi, Vulteio monetali. Budæus.

Monetarius. Qui monetam cudit. {ἀργυροκόπος. Ital. *Monetario.* Gal. *Vn monnoyeur, battent ou forgeur de monnoye.* Hispa. *Monedero, forjador de moneda.*} Firmicus, Habentes horoscopum sub signo hoc, erunt monetarij.

Monile, penult.prod. {ὅρμος, περίαυχον. Ital. *Collana, monile.* Gal. *Collier, carquan.* Hisp. *collar ò cadena de oro.*} Ornamentum gutturis, quod solet de collo virginum pendere, Græcè ὁρμίσκος nuncupatur, inquit Hieronymus: dictum quod gestantem virtutis admoneat: nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat. Ouid. 10. Metamor. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. ¶ Neq; solùm illud Monile dicitur, quod ex hominum, verumetiam quod ex equorum, aliorúmque animalium collo dependet. Virgil.7. Aeneid. de equis Latini, Aurea pectoribus demissa monilia pendent. Gell. libro 5. cap. 5, Equitatum frænis, ephippiis, monilibus, faleríque præfulgentem. ¶ Monile etiam segmentum dicitur, quod quibusdam bracteolis quasi præsegminibus constat.

Monimentum, Vide MONVMENTVM.

Monobeli, μονόβηλοι, A Lampridio in vita Heliogabali vocantur qui solo obelo, hoc est longitudine conspiciendi sunt.

Monoceros, otis, penult.corr. {μονόκερως. Ital. *A licorno.* Gal. *Vne licorne.* Hisp. *Vnicornio.*} Animal vnicum cornu gerens, quod & Vnicornis appellatur. Habet equinũ corpus, caput ceruinum, mugitum horridum. Plin.lib.8. cap.21, Aspectu autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, &c.

Monochordum, {μονόχορδον. Ital. *Manacorda.* Gal. *Vn manicorde, ou espinette.* Hisp. *Monacordio en la musica.*} Instrumẽti musici genus est, ita dictum, non quòd vnã chordam, sed quòd omnes chordas vnius vocis habeat, nisi panniculi nexu distinguantur.

Monoclonos, μονόκλωνος, Species est Artemisiæ, à ramuli vnitate ita appellata, quemadmodum πολύκλωνος à ramulorum multitudine. Vide Dioscoridem lib.3.

Monochromata, μονοχρώματα, Picturæ dicebantur, quæ non variis (vt hodie) sed singulis coloribus constabant. Plin.lib.33.cap.7, Cinnabari vetères, quæ etiam nũc vocant monochromata pingebant. Idem Plin. lib.35.cap.3, autor est, primum picturæ genus fuisse lineare, quod nullis adhibitis coloribus, rei pingẽdæ similitudinem circunductis lineis exprimebat. Dehinc huic succesisse alterum picturæ genus, quod singulis coloribus rerum imagines imitabatur: idque, postea inuẽta operosiore pictura, Monochromaton esse appellatum.

Monochromateus, adiectiuum. Plin.lib.35.cap.5, Qui monochromatea genera picturæ vocauerint, qui deinde, &c.

Monodia, cum accẽtu in penult. μονῳδία. Lugubris cantus, qui fit à præfica in defunctorum funetibus, quasi vnius cantus. Nam cæteris flentibus sola præfica canit. Huiusmodi cantus etiam Næniа dicitur.

MONODVS, penult.corr. μονόδους, Bruſiæ, Bithyniæ regis filius, qui dentium loco os vnum continuum habuit in superna oris parte, vt tradit Plinius libro 7 cap. 16. Vnde etiam Monodus dictus est, quasi μόνον ὀδόντα ἔχων, eo quòd quodammodo vnicum, cúmque perpetuum haberet dentem.

MONOECVS, cum œ diphthongo, μόνοικος, Vulgò *Porto di Monaco.* Portus & statio quædam Liguriæ, ab Albinga oppido distans stadiis quadringentis & octoginta. A Monœci portu vsque in Tusciam vniuersum litus continuum omnino sine portu est, exceptis quibusdam paruis stationibus ad iactandas anchoras, nec est multarum, aut magnarum capax nauium. Arcem habet munitissimam non procul à Nicea, quam hodie Itali vocant *Monicho.* Lucanus libro 4, -solus sua littora turbat Circius, & fida prohibet statione Monœci. Nominis rationem ad Herculem referunt, qui ibi ædem habebat, in qua solus colebatur.

Monogamus, pen.corr. {μονόγαμος. Ital. *Colui che ha hauuto vna moglie sola.* Gal. *Qui a este marié vne fois.* Hispani. *casado vna vez.*} Vnius vxoris vri. Vnde & Monogamia. Hierony. Quàm sancta sit monogamia, hinc ostenditur, quòd digamus in clerum eligi non potest.

Monogenion, μονογένιον. Herba est insignis, quæ notiore nomine Pæonia appellatur. Legitur in quibusdã Dioscoridis codicibus. A doctioribus tamen hæc nomenclatura, vt pleræque aliæ ex Brunsfelsij Onomastico huc translatæ, inter Notha Dioscoridis numerantur.

Monogrammi, {μονόγραμμοι. Ital. *Magri, senza colore.* Gal. *Maigres, eschars, sans couleur.* Hisp. *Muy magros, flacos sin color.*} Dicti sunt homines macri, pertenues, ac decolores. Vnde apud Cice. libro 2. de Natu. deor. Dij ab Epicuro Monogrammi dicuntur. Trãslatio ducta est ab antiquissimo picturæ genere, quæ solis lineis rei similitudinem exprimebat, non additis reliquis, quæ iustam picturam absoluunt. Hanc Græci μονόγραμμον vocant. Plinius lib.35.cap.3, picturam linearem appellat.

Monologion, μονολόγιον, Sermo per omnia sibi similis, vel eadem orationis facies, quum nulla varietate leguntur tædium.

Monomachia, {μονομαχία. Ital. *Duello.* Gal. *Combat de seul à seul.* Hispa. *El desafio de vno por vno.*} A Latinis Duellum, vel singulare certamen appellatur, quod fieri solet ad eruendam rei alicuius veritatem, vel ad purgationem inducendam: idque hunc in modum, vt qui se sic probaturum purgaturúmve aliquid obtulerit, & vicerit, probasse vel purgatus esse credatur: sin succubuerit, in probatione defecisse, vel obiecti criminis conuictus esse putetur. Hoc tamen probationis genus hodie iure etiam ciuili est eliminatum. Nam in otio ciuili, & domestica quiete, cruenta spectacula sibi non placere, Imperator attestatur l. Vnica. C. de gladiatoribus. ¶ Qui hoc certaminis genere congrediuntur. Monomachi μονομάχοι dicuntur.

Monophagi, μονοφάγοι, Dicebantur, teste Athenæo, qui seorsum cibum sumebant, more diuerso à Romanis, qui simul cum amicis accumbebant: vnde & Cœnam appellabant, ἀπὸ τῆς κοινωνίας. ¶ Dicuntur præterea Monophagi, qui eodem perpetuo victu vtuntur: quæ viuendi ratio etiam Monophagia μονοφαγία appellatur.

Monopodium, μονοπόδιον, Dicitur mensa vnico tantùm pede subnixa. Liu.9. bel. Maced. Et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam aduexerunt.

Monopolium, lij, μονοπόλιον, Dicitur, quum penes vnum aliquem speciei alicuius vendendæ potestas est, ἐστὶ δὲ μόνου τοῦ πωλοῦντος. Hoc enim fit, quum vnus solus aliquod genus mercaturæ vniuersum emit, vt solus vendat, pretium suo modo statuens. Quod genus hodie in multis rebus seruatur, vt in coraliis Aphricæ apud Hipponem, alumine in Sicilia & Etruria, vuis passis in Achaia, bitumine in Iudæa: quod quia Græci Asphalton vocant, omne monopolium vulgò Asphaltium dicitur. Plautus, Habes murinam & calamum, potes monopolium instituere. Legimus apud Iustinianum monopolia non esse admittenda, quoniam non ad commodum Reipubl. sed ad labem, detrimentáque pertinent.

Monops, μόνωψ, Feræ genus est Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quod quum ab insequẽtibus vrgetur, acre & igneum stercus excernit, quod si in venatorum quempiam inciderit, mortem repẽtè affert. Autor Aelianus lib.7. cap.8.

Monoptoton, μονόπτωτον, pen.prod. Vnius casus, quod vnum solum habet casum: vt Natu ablatiuus, quum aliquem maiorem, aut minorem natu dicimus. Reliqui enim casus nõ sunt in vsu. ¶ Aptota, ἄπτωτα, verò dicun

Universidad de Deusto Biblioteca

ro dicuntur, quæ sine casu sunt, hoc est nomina indeclinabilia.

MONOSCELI, μονόσκελοι, Homines Indici, singulis cruribus. σκέλος enim crus dicitur. Hi & Sciopodes vocantur, quòd in maiori æstu humi iacentes σκιὰν ποδῶν, hoc est vmbra pedis se protegant. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

Monoxyla, μονόξυλα. Lintres sunt, ex ligno vno (vt vox ipsa statim indicat) excauatæ: quibus Aegyptij per stagna, & Nili inundationes vtuntur. Strab. lib. 3. Plin. lib. 6. cap. 25, Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becarim conuehitur, vocatur Cottona.

Mons, huius montis, Terræ tumor altissimus, ab eminendo, quasi eminens dictus. {ὄρος. Ital. *Monte, montagna.* Gal. *Vne montaigne, vn mont.* Hisp. *El monte, altura dela tierra.*} propter quod omne quod eminet, Mons dici potest. Virgil. -præruptus aquæ mons. Tacit. lib. 4, Cæli temperies hyeme mitis obiectu montis. Virgil. 12. Aeneid. -totúsque remugit Mons circum, & vocem latè nemora alta remittunt. ¶ Sumitur quandoque pro saxo. Idem 6. Aeneid. Prensantémque vncis manibus capita aspera montis Ferro inuasisset. ¶ Sic aliquando Saxum pro monte, vt apud eundem, Saxi de vertice pastor. ¶ Hinc Septimontium, locus qui habet septem montes. Montes aureos pollicetur: prouerbialis hyperbole, de iis qui immensa promittunt, spésque amplissimas ostentant. Vide Chiliades.

Monticulus, diminutiuum, Paruus mons. {λόφος, βουνός. Ital. *Monticello.* Gal. *Montaiguette, petite montaigne.* Hispan. *Pequeno monte.*} Dicitur & Monticellus.

Montanus, a, um, Quod est ex monte. {ὀρεινός. Ital. *Montano, di monte.* Gal. *De montaigne.* Hisp. *Cosa montañosa ò de monte.*} vt, Montani imbres. Ouid. 11. Metam. Panâque montanis habitantem semper in antris. Idem 2. Fastor. Campus erat, campi claudebant vltima colles, Syluáque montanas occulere apta feras. Cicero contra Rull. Ligures montanos, duros, atque agrestes, docuit ager ipse, nihil ferendo nisi multa cultura, & magno labore quæsitum.

Montosus, a, um, Vbi sunt multi montes, {ὀρεσσόφορος. Ital. *Montuoso.* Gal. *Montaigneux, plein de montaignes.* Hisp. *Cosa de monte, ò lleno de montes.*} vt Montosa regio, non montuosa. Plinius, Nascitur in montosis & asperis, aliquando & herbosis. Virgil. lib. 7. Et te montosæ miserè in prælia Nursæ. Cicero de Amicit. Quàm locis etiam ipsis montosis delectemur, & syluestribus.

Montigena, In monte genitus. ὀρεσσίγονος.

Montiuagus, penult. corr. Qui per montes vagatur. {ὀρεσσίβολος. Ital. *che vaga per monti.* Gal. *Qui court, fuit ou vague par les montaignes.* Hispan. *Cosa que vaga por los montes.*} Cic. 5. Tusc. Quid bestiæ? nónne frigus, non famem, non multiuagos atque syluestres cursus, atque lustrationes patiuntur?

Monstro, as, Ostendo, declaro. {δείκνυμι. Ital. *Mostrare.* Gal. *Monstrer & enseigner.* Hisp. *Demostrar como à la vista.*} Terent. in Adel. Scio vbi sit, verùm hodie nunquam monstrabo. ¶ Monstrare aliquando, pro docere. Plaut. in Bacch. Iam perdidisti te, atque me, atque operam meam, Qui tibi nequicquam sæpe monstraui bene. Cic. 1. de Diuin. Qui semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. ¶ Huius composita sunt, Commonstro, Demonstro, & Præmonstro.

Monstratio, onis, verbale. {δεῖξις, ἐπίδειξις. Ital. *Dimostratione, assegnamento.* Gal. *Demonstration, enseignement.* Hispa. *Demostracion, enseñamiento.*} Terent. Adel. Defessus sum ambulando: vt Syre te, cum tua Monstratione magnus perdat Iuppiter.

Monstrator, oris, verbale. {ὁδηγητής, ὑποδείκτης. Ital. *Mostratore.* Gal. *Monstreur, qui monstre.* Hispa. *El que demostra, enseñador.*} Virgil. 1. Georg. Adsis ô Tegeææ fauens, oleæque Minerua Inuentrix, vncique puer monstrator aratri.

Monstrabilis & hoc mõstrabile. {δεικτός, δεικτέος. Ital. *Digno di esser mostrato & cognosciuto.* Gal. *Digne d'estre monstré & cogneu.* Hisp. *Digno de ser mostrado y conoscido.*} apud Plin. Epist. 107, Nescio an notis hominem, quanquàm nosse debes: est enim probitate morum, ingenij elegantia, operum varietate monstrabilis.

Monstrum, stri, A monstrando dictum est, quòd aliquid significando demonstret. {τέρας. Ital. *Mostro, miracolo.* Gal. *Monstre.* Hisp. *Milagro.*} Cic. 2. de Nat. deor. Monstra, prædictiones, & præsensiones rerũ futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ futura sunt, portẽdi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. Virg. 3. Aen. Horrendum, & dictu video mirabile monstrum. Idem 2. Aene. Et monstrum infœlix sacrata fistimus arce. ¶ Monstrum pro prodigio. Virgil. 2. Aeneid. Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. Cice. 5. Verr. Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. Virgil. etiam Polyphemum vnoculum, monstrum horrendum ingens appellauit. Et sic quicquid est naturæ deforme, hoc est præter naturam aut deficit, aut excedit, monstrum, & res monstrosa est. Terent. in Eunuc. Quid istuc nam monstri fuit? Donat. Monstrum, est omne contra naturam: si igitur eunuchus est, & vitiauit virginem, contra rerum naturam factum est. ¶ Quandoque Monstrum, φάσμα ponitur pro monstratione, vt apud Virgil. 3. Aeneid. Monstra deûm refero. ¶ Monstrum ali dicimus, vbi quid occulti vitij latẽre significamus. Haud scio an inde ducitur metaphora, quòd monstra ob pudorem clanculum aluntur, & occultantur. Terent. in Andr. Quamobrẽ nisi si id est, quod suspicor, Aliquid monstri aiunt. Vide latius in Adagiis Erasmi.

Monstrosus, a, um, Quod monstrum refert. {τερατώδης. Ital. *Mostruoso.* Gal. *Monstreux.* Hisp. *Milagroso.*} Lucan. lib. 1, Monstrosique hominum partus. Cic. 2. de Diuin. Quid minus mirum, quàm illam monstrosissimam bestiam vnam euertisse, sortes dissipauisse?

Monstrosè, aduerbium, Præter naturam. {τερατωδῶς. Ital. *Mostruosamente, contra natura.* Gal. *Monstreusement, contre nature.* Hispan. *Milagrosamente, contra natura.*} Cic. 2. de Diu. Nihil tam præposterè, tam incondite, tam monstrosè cogitari potest, &c.

Monstrifer, ra, rum, adiectiuum, Monstrum referens. {τερατώδης. Ital. *Mostruoso.* Gal. *Monstreux.* Hisp. *Milagroso.*} Plin. lib. 6. cap. 30, Animalium hominumque effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum. Lucil. lib. 5, -mundúmque coercens Monstriferos agit vnda suus.

Monstrificus, a, um, Qui monstra dicendo, vel faciẽdo profert. {τερατώδης. Ital. *Mostruoso.* Gal. *Monstreux.* Hisp. *Milagroso.*} Plin. lib. 21. ca. 5, Inuenta in his & ratio inserendi, monstrificis hominũ ingeniis. Idem lib. 8. ca. 15, Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis monstrificum.

Monstrificè, aduerb. {τερατωδῶς. Ita. *Mostruosamente.* Gal. *Monstreusement.* Hisp. *Milagrosamente.*} Pli. li. 28. ca. 11. Equatũ virus à coitu in lychnis accensum, Anaxilaus prodidit, equorũ capitũ visus repræsentare mõstrificè.

Montanus, Montigena, Montiuagus, Montosus, Vide MONTES.

Monumentum, ti, Vel etiam monimentum per i, {μνημεῖον, μνήμη. Ital. *Memoria, monumento.* Gal. *Memoire, monument, souuenance.* Hisp. *Memoria à recordacion, amoneſtamento.*} Dicitur quicquid nos moneat, siue monere possit rei alicuius præteritæ, vt tituli, sepulchra, statuæ, fana, porticus, carmina, historia, documenta, doctrina, libri, cæteráque eiusmodi. Vnde Cicero ad Cæsarem, Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriam magis spectare debere posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Ouid. 13. Metam. At puto, funeribus dotabere regia virgo, Conderúrque tuum monumentis corpus auitis. Cic. 1. Tuscul. Quid testamentorum diligentia? quid ipsa sepulchrorum monumenta? quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Florentinus Iureconsultus l. monumentum. ff. de Relig. & sumpt. funerum. Monumentum generaliter est res memoriæ causa in posterum prodita, in quam si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrũ: si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum. quod Græci κενοτάφιον appellant. Varro lib. 5. de lingua Latina, Monumenta à monendo, quæ sunt in sepulchris. Et ideo secundum viam, quò prætereuntes admoneant & se fuisse, & illos esse mortales. Ab eo cætera quoque scripta ac facta memoriæ causa Monumenta dicta. Hactenus Varro. Rerum gestarum monumenta, sunt historiæ, vel annales, quæ virorum fortium memoriam ab interitu vindicant, quæque posteros admonent, vt illorum exemplo, pericula omnia pro patria intrepidè subeant. Cic. 1. de Orat. Rerum gestarum monumenta, & vetustatis exempla oratori nota esse debent. Idem 2. de Finib. Vt enim nos ex Annalium monumentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis. ¶ Monumentum etiam dicitur pignus, aut res aliqua, memoriæ causa apud aliquem relicta. Græci μνημόσυνον vocant. Virgil. 5. Aeneid. -quem candida Dido Esse sui dederat monumentum & pignus amoris.

MONYCHA, cha, cum y. & ch aspirato, μώνυχα. Nomen est matris diui Augustini, cuius vitæ sanctimoniam & ipse diuus Augustinus, & Maphæus Vegius Laudensis vates literis mandauere.

MONYCHVS, μώνυχος, pen. corr. vnus fuit Centaurorũ, de quo Iuuen. Satyr. 1, Quantas iaculetur Monychus ornos. Ductum autem est hoc nomen à Græco μόνυξ, quod perinde est, ac si Latinè solungulum dicas. Hoc autem proprium equorum est epitheton, qui vnicam & solidam habent vngulam. Quo fit, vt & Centauris tribuatur, quibus Poëtarum fabulæ equinos tribuerunt pedes.

MONYMA, μώνυμα, pen. corr. Mithridatis vxor, quæ in desperatione rerum profligatarum, detractum è capite diadema collo circumligasse traditur, seséque ex eo suspendisse: & quum corporis pondere laqueus ille diruptus esset, dixisse, Execrandum diadema, neque in tam tristi ministerio mihi profuisti, móxque quum super illud humi abiectum insputasset, eunucho regio iugulandam sese obtulisse.

MONYMVS, μώνυμος, Corinthij cuiusdam trapezitæ seruus: qui quum magno philosophiæ amore teneretur, Diogenique in primis operam dare cuperet, simulata insania monetam hen spargere cœpit, eóq; modo ab illo dimissus, ad philosophiæ studium se conuertit, & Diogeni se totum tradidit. Vide Laërtium.

MOPSIVM, μόψιον, Agri Pelasgici oppidum in Thessalia, apud Strabonem lib. 9.

MOPSOS, μόψος, Liberum Ciliciæ oppidum, ad Pyramum fluuium situm, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Strab. lib. 14, μόψια Idas appellat.

MOPSOPIA, μοψοπία, Attica regio, à Mopso rege sic dicta, vt autor est Strabo lib. 9.

MOPSVS, μόψος, Nomen proprium viri vatis, qui (vt Pomponius Mela refert) in finibus Pamphyliæ Phaselim vrbem condidit. ¶ Fuit & alter Mopsus Lapitha, id est Thessalus (vt Strabo lib. 9,) qui fuit Ampyci & Chloridis filiæ Orchomeni filius. ¶ Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi, Apollinis filius.

Mora, æ, Expectatio, temporis dilatio. {μέλλησις, ἐπιτήδευμα ἀναβολῆς. Ita. *Indugio, dimora.* Gal. *Demeure, retardement, delay.* Hispan *La tardança ò detenimiento.*} Plautus, Cui mora semper obfuit, diligentia profuit. Cice. 6. Philip. Itaque bellum nefarium illatum Reipublicæ quum viderem, nullam moram interponendam insequendi Antonium putaui. Terent. Andr. Nec mora vlla est quin eam vxorem ducam. Virg. 3. Aeneid. Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti. Idem 5. Aeglog. In me mora non erit vlla. Terent. Andr. Sed sequere me intrò, ne in mora illi sis.

Morula, æ, Diminutiuum à mora. μέλησις. Aug. lib. 11. Conf. Quæro quoniam dies dicitur non tantum moruia Solis super terram, secundum quod aliud est dies, aliud nox.

Mormentum, ti, Idem quod mora. {μέλησις. Ital. *Dimora.* Gal. *Demeure, retardement, delay.* Hisp. *Tardança.*} Apuleius in Floridis, Hisce igitur mormentis omnibus, qui volunt equitare, ad vectorem sibimet equum deligunt.

Morator, verbale. Idem quod retardator. {μελλητής, ὀκνηρός. Ital. *Dimoratore, tardatore.* Gal. *Retardeur, delayeur.* Hispan. *Tardador.*} Liu. 2. ab Vrbe, Quatuórque Tribunorum aduersus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum COSS. habent.

Moratorius, a, um, adiectiuum. {ὀκνηρός. Ital. *Cosa da tardare.* Gal. *Chose pour retarder.* Hisp. *Cosa para tardar à otra.*} Paulus Iureconsul. Quò minus prædium iure pignoris distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. Hoc est cautio quæ datur vt quis differat & expectet.

Mora varicata, κωλοβάτης, A Romanis vocatum fuisse rubi fructum, autor est Dioscorides lib. 4. cap. 35.

Moralis, Moratus, Vide MOS.

Morbus, bi. Est habitus cuiuscunq; corporis contra naturam, qui vsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius faciat deteriorem: & aliàs in toto corpore, aliàs in parte accidere solet. {νόσος, ιέντης. Ital. *Morbo, male.* Gal. *Maladie.* Hisp. *Dolencia, enfermedad, mal.*} Totius corporis morbus est, veluti phthisis & febris: partis autem, veluti cæcitas, aut pedis debilitas. Apud Iurecōsultos scriptum est, Morbum & Vitium distare: quòd Morbus temporalis sit imbecillitas, & sanari queat: Vitium perpetuum impedimentum. Cic. li. 4. Tusc. Morbum esse totius corporis corruptionem, veluti febris est: Vitium, quum partes corporis inter se dissident. Ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas. Cice. Attic. lib. 11, Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat. Idem 1. in Cat. Vt homines ægri morbo graui, quum æstu, febriq; iactantur. Idem 1. Offic. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes, leniter curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Virg. 3. Georg. -omniáq; in se Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Galenus in tractatu de differentiis morborum, Morbus (inquit) est affectus contra naturam, primò vitians actionem. Quare quum actio vitiata non fuerit, morbi nomen non meretur. Euenit autem tripliciter, vt actio impediatur. Aut enim id contingit ex primarum qualitatum intemperie, aut ex partium immoderatione, aut ex solutione vnitatis. ¶ Morbi in animo dicuntur vitia inueterata & dura: vt est auaritia, ambitio. Cic 4. Tuscul. Quomodo autem in corpore est morbus, ægrotatio, & vitium: sic in animo. Sallust. in Cice. Grauiter, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis, quàm morbo animi, petulantia ista vti. Et dicimus, Affici graui morbo, Laborare morbo, Conualescere ex morbo, &c.

Morbidus, a, um. Quod est morbo infectum. {νοσερὸς, ιπποσ@, νοσηματώδης} Gal. *Morbato, infectato.* Gal. *Malade, maladif, malsain.* Hisp. *Doliente ò enfermo.*} Plin. lib. 8. cap. 26, Atque ita profluuio sanguinis morbidum alias corpus exonerat. Lucret. lib. 6, -languens, quem contulit agricolarum Copia, conuenienti ex omni morbida parte. Varro 3. de Re rust. ca. 16, Aut quum sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus. Morbida vis, quæ morbum affert, Lucret. lib. 6, -vnde repentè Mortiferam possit cladem conflare coorta Morbida vis hominum generi, pecudúmque catervis, Expediam. Idem, Fit morbidus aër.

Morbificus, a, um. Quod morbum infert. νοσοποιὸς. Ital. *Che apporta morbo.* Gal. *Qui porte maladie.* Hisp. *Cosa que haze ò trahe dolencia.*

Morbolus, a, um Idem quod morbidus, obnoxius videlicet morbo, qui & Valetudinarius dicitur. {νοσερὸς. Ital. *Malsano.* Gal. *Malsain.* Hisp. *Doliente ò enfermo, ò de mucha dolencia.*} Cato de Re rust. ca. 2, Ferramenta vetera, seruum senem, seruum morbosum & siquid aliud superfit, vendat.

Mordeo, des, momordi, & olim morsi, morsum. {δάκνω. Ita. *Mordere.* Gal. *Mordre.* Hispa. *Morder, mordiscar.*} Lucan. lib. 3, Exhibuit primus chalybem, frænoq; momordit. Plaut. in Trin. Ni fugissem (inquit) medium, credo, præmorsisset. Est autem Mordere, dentibus lædere. Ouid. 13. Metam. -manúq; Pabula decerpsi, decerptáq; dente momordi. Cic. pro Rosc. Amer. Latrant & mordent canes. ¶ Per translationem verò significat detrahere. Terent. in Eunuc. -inuidere omnes mihi, Mordere clanculum: ego non flocci pendere. ¶ Item pungere, siue dolore afficere. Cic. Attic. li. 13, Valde me momorderūt epistolæ tuæ de Attica nostra. ¶ Cōposita sunt Admordeo, Cōmordeo, Demordeo, Immordeo, Obmordeo, Præmordeo, Remordeo. de quibus vide suis locis.

Morsus, a, um, participium. {δηγμὸς. Ital. *Morso, morsicato.* Gal. *Qui est mors.* Hisp. *Mordido.*} Plin. lib. 26. cap. 3, Datur morsis à cane rabioso ne rabidi fiant.

Morsus, us, nomen, Proprié dicitur actus mordendi. {δηγμὸς. Ital. *Morso, morditura.* Gal. *Morsure.* Hisp. *Bocado ò mordedura.*} Cic. de Diuin. li. 2, Quid Aristolochia ad morsus serpentum possit, &c. Idem de Fato, Philoctetes vlceratus serpentis morsu. Catul. lib. 1. Epigr. Atque acres solet incitare morsus. ¶ Accipitur etiam Morsus pro dolore & ægritudine. Cice. 3. Tuscul. Itaque & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perferetur, spe proposita boni. ¶ Nonnunquam etiam pro detractione. Horat. lib. 1. Epistolarum,

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro, morsúque venenat.

Morsiuncula, æ, diminutiuum. Paruus morsus. {δηγμάτιον. Ital. *Picciola mordicura.* Gal. *Petite morsure.* Hisp. *Pequeña mordedura.*} Plaut. in Milit. Compressiones arctæ amantium compares,
Teneris labellis molles morsiunculæ.

Mordax, cis. Qui mordendo lædit. vel qui aliis detrahit. {δακλικὸς. Ital. *Mordace, mordatore.* Gal. *Mordant, poignant.* Hispa. *Cosa que muerde ò maldize.*} Plin. lib. 16. cap. 24, Mordacia sunt quibusdam folia, vt vrticis. Plautus Truc. Nam tibi iam, amabo, ianua est mordax mea, quò introire Metuas, mea voluptas? Mordax folium: hoc est pungens, & tactum, vel gustum feriens.

Mordacitas. {τὸ δακλικὸν, ἡ δακλικὴ ἐνέργεια. Ital. *Mordacità.* Gal. *Aspreté mordante.* Hisp. *Aquella obra de morder ò maldezir.*} Plin. lib. 21. ca. 16, Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas.

Mordicibus, pro morsibus, δήγμασιν. Plaut. in Aulul. Asini me mordicibus scindant.

Mordicus, pen. corr. aduerbium, Significat mordendo. {δακτὶ. Ital. *Co denti.* Gal. *Avec les dens, en mordant.* Hisp. *A bocados.*} Plaut. in Cure. Manum arripuit mordicus. Idem in Menæch. Oportebat iam nasum ademptū mordicus. ¶ Aliquando significat strictim, & quasi morsu ac dente. Sueton. in Cæs. Elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent, paludamentum mordicus traheus, ne spolio potiretur hostis. ¶ Mordicus tenere per translationem, pro summa pertinacia tueri. Cice. 4. de Finibus, Quum id fugiunt, re eadem defendunt, quæ Peripatetici, verba tenent mordicus.

Mordico, cas, pen. corr. Dolorē affero, perinde acsi morsu lædere. δάκνω.

Morsicatim, Significat mordendo. {δακτὶ, δακλικῶς. Ital. *Mordendo.* Gal. *En mordant.* Hisp. *Mordiendo.*} Varro, Sicut pupilli incedunt, & in bellis morsicatim ludunt. Ex Nonio.

Moretum, ti, pen. prod. {μάγειρος. Ital. *Torta di farina, latte, vino, formaggio, & altre sorte d'herbe.* Gal. *Certaine gasteau, tarte ou torteau fait de farine, lait, vin, fromage, & d'herbes.* Hisp. *El almodrote ò salsa semejante.*} Genus libi ex lacte, vino, caseo, & herbis confectum, quale describitur à Virgilio in eo opusculo cui titulus est Moretum. Ouid. 4. Fast. Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretū. In dominæ mensis tan sua causa subest? Lacte, mero veteres vsi narrantur, & herbis Sponte sua siquas tetra ferebat, ait, Candidus elixæ miscetur caseus herbæ, Cognoscat priscos vt dea prisca cibos. Dictum autem est Moretum (vt non obscurè innuit Virgilius loco iam citato) à verbo Græco μορέω, quod inter cætera significat abrado. Virgilij verba sunt hæc, Tum demum digitis mortaria tota duobus Circuit, inque globum distantia contrahit vnum, Constet vt effecti species nomēnque moreti.

MORCVS, Fluuius est ex Alpibus defluens, vnus eorum, qui à Pado excipiuntur: de quo Plin. lib. 3. cap. 16.

MORINI, pen. corr. μόρινοι, Populi sunt inter Belgas ad Oceanum Britannicum, Caletibus, & Nerutis vicini, quorum oppidum mediterraneum, Ptolemæo teste, fuit Teruanna, τερούανα, etiam hodie nomen retinens. Hi à Virgilio Extremi hominum appellantur, quòd (vt diximus) Oceano sint proximi, breuissimúsq; ab eis, vel ipso Cæsare teste, in Britanniam sit traiectus.

Morliones, μωρολιονες, Stulti, principum deliciæ. Mart. lib. 8, Morio dictus erat, viginti millibus emi.

Morion, Lapidis pretiosi nomen. Plin. lib. 37. cap. 10, Morium Indicus quæ nigerrimo colore transluceat, vocatur Pramnion: in qua misceatur & carbunculi colos, Alexandrinum: vbi Sardæ, Cyprium.

MORISENI, Thraciæ populi, circa Ponti littora incolentes: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Mormyra, Piscis est marinus, variis coloribus pictus, cuius meminit Ouidius in Halieut. referente Plin. lib. 32. cap. vltimo.

Morochthus, μόροχθος, Lapis est in Aegypto nascens, quem nonnulli à lacteo colore Galaxian, & Leucographia appellant. Vruntur eo Linteariorum officinæ ad candorem vestium, propterea quòd mollis sit, & facillimè diluatur. Autor Dioscorides lib. 5.

Morior, Vide MORS.

Moror, raris, priore corr. Expecto. {περιμένω. Ital. *Aspettare, indugiare.* Gal. *Retarder, detenir, amuser, attaudre.* Hisp. *Esperar lo que ha de venir, tardar.*} Lentulus Senatui, inter Epistolas Ciceronis, Diutius morari, aut expectare præsidium, non necesse habui. ¶ Aliquando etiam accipitur pro Curo vel æstimo. Plaut. in Aul. -pallas, purpuram Nihil moror, quæ in seruitutem sumptibus redigunt viros. Idem, Nihil moror istos magnas dotes dapsiles. hoc est nihil curo, nihil facio, οὐδὲν μοι μέλει. ¶ Sæpissimè etiam Morari, est detinere, retardare, ἐπέχω, κωλύω. Quintilianus in Mathematico, Quid me adhuc pater retines? quid moraris abeuntem? Plaut. in Epid. Nihil ego te moror: id est detineo, vel expectare facio. ¶ Item Morari, manere. χρονίζω. Cæsar bell. Gall. lib. 2, Itaque paulisper apud oppidum morati, agrósque Rhemorum depopulati, &c. ¶ Item hærere, dubitare. Virgil. 2. Aeneid. Quídve moror, si omnes vno ordine habetis Achiuos. Et in his omnibus significationibus habet primam correptam. ¶ Morari verò, prima producta, significat Insanire, desipere. {μωραίνω. Ital. *Impazzare.* Gal. *Folastrer.* Hispan. *Hazer bouerias.*} quod ostendit Suetonius, scribens solitum esse dicere Neronem, Desiisse Claudium inter homines morari. nam Græci μωρὸν, stultum vocant & fatuum. Videbatur dicere, Claudium desiisse manere & viuere inter homines: quum intelligi vellet, eum desiisse per mortem delirare & desipere, qui viuus delitauerat. ¶ Morans, antis, participium. Virgil. 4. Georg. -nanque morantes Martius ille æris rauci canor increpat. Vbi Seruius, Morantes, id est tardè incedentes. ¶ Composita à Morat sunt, Cōmotor, Demoror, Immoror, & Remoror, de quibus suis locis.

Moros, {μωρὸς. Ital. *Stolto.* Gal. *Fol.* Hisp. *Loco, bobo.*} Græca dictione appellatur, qui Latinè stultus. Plaut. in Trinu. Amor mores hominum moros, & morosos efficit. ¶ A quo morari verbum prima longa. Vide paulò antè in verbo MOROR.

Morologus, gi, {μωρολόγος. Ital. *Che ragiona pazzie.* Gal. *Qui parle follement, & sottement.* Hisp. *El que habla bouerias.*} pen. corr. qui stulta & inepta loquacitate vtitur. ¶ Vnde & sermones huiusmodi Morologiæ, μωρολογίαι dicuntur: qui & periphrasticōs Morologi sermones appellantur à Plauto in Pseudolo, Nec molestum esse, nec sermonibus morologis. μωρὸς enim stultus, λόγος sermo. Plaut. in Per. Morologus fio. hoc est sermone stulto vti incipio.

Morosus, Vide MOS.

MORPHEVS, μορφεύς, Somni minister est, qui (vt in fabulis est) iussu domini quoscunque vultus hominum fingit, verba ipsa, mores item & gestus imitans. Ouid. lib. 11. Metam. Excitat artificem, simulatorémque figuræ Morphea, &c.

Morphnus, μορφνὸς, Aquilæ genus, circa paludes & lacus vitā præcipuè agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiā Plācus & Anataria appellatur. Vide Plin. lib. 10. cap. 3, vbi sex aquilarum genera enumerat, Melænaeton, Pyrgagon, Morphnō, Percnopterum, Gnesion, & Haliæeton, &c.

Mors, tis, teste Plutarcho, Nihil aliud est quàm σώματος, καὶ ψυχῆς διάλυσις, hoc est animæ & corporis dissolutio. {τὸ θνῆσκειν, καθαιρεθῆναι πάλιν, ἀναίρεσις@. Ital. *La morte.* Gal. *La mort.* Hisp. *La muerte.*} Cice. 1. Tuscul. Sunt enim qui discessum animi à corpore putent esse mortem. Ibidem, A malis igitur mors abducit, non à bonis. Mors (inquit Seneca) est naturæ lex, tributum, officiúmque mortalium, malorúmque omnium remedium. Hæc à veteribus dea credita est, Noctis, & Erebi filia, quæ in mortales omnes vitæ necisq; haberet potestatem. Statius, In sepulcris mors sæua sedet. Cic. 1. Tusc. Mors non est interitus, omnia tollens, atq; delens: sed quædam quasi migratio, commutatióq; vitæ: quæ in clatis viris & fœminis dux in cælum solet esse. Horat. 1. Epist. 17, Mors vltima linea rerum est. Virgil. 1. Aeneid. -crudelis vbique Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago. Ouid. 14. Meta. At verò fuga vos ab acerba morte reduxit. ¶ Accipitur quandoque Mors pro aliarum rerum interitu, etiam inanimatarum. Plin. lib. 14. cap. 22, Hinc rerum omnium obliuio, mórsque memoriæ. ¶ Legitur etiam nonnunquam in numero plurali Mortes. Cice. 2. de Finibus, Præclaræ mortes sunt imperatoriæ. Plin. lib. 15. cap. 21, Quæ in domum illata, difficiles partus heri produnt, mortésque miseras. Quintil. Declam. 2, Contra verbera, & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam.

Morior,eris, & iris, nunc te. -ri, olim etiam quarti ordinis. {μείρομαι, τεθνάναι, ἀποθνήσκω. Ital. *Morire*. Gal. *Mourir*. Hisp. *Morir*.} Ouid. lib. 4. Metam. At strepitum mortémque timens, cupidúsque moriri. Plaut. Rud. -acta hæc res est: certum est moriri, quàm hunc pati Lenonem in me grassari. Significat autem è vita decedere. ¶ Præteritum eius est Mortuus sum. August. lib. 13. Ciuit. Non importunè, neque incongruè arbitror dicere, etsi non humana industria, iudicio fortassè diuino, vt hoc verbum quod est Moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint ea regula qua cætera talia declinantur. Namque ab eo quod est Oritur, fit verbum præteriti tẽporis Ortus est: & siqua inuenta sunt quæ per præteriti temporis participia declinantur: ab eo verò quod est Moritur, si quæramus præteriti temporis verbum, responderi solet. Mortuus est, u, litera geminata. Sic enim dicitur Mortuus, quo modo Fatuus, Arduus, Conspicuus, & siqua similia, quæ non sunt præteriti temporis, sed quoniam nomina sunt, siue tempore declinantur. Illud verò, quasi declinetur quod declinari non potest, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum est, vt quemadmodum id quod significat, non potest agendo, ita ipsum verbum non posset loquendo declinari. Horat. 3. Carm. Ode 2. Dulce & decorum est pro patria mori: Mors & fugacem persequitur virum, Nec parcit imbellis iuuentæ Poplitibus, timidóque tergo. Virgil. 4. Aeneid. Quin morere vt merita es, ferróque auerte dolorem. Idem 3. Aeneid. O fœlix vna ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori ¶ Moriar, iurandi verbum, quemadmodum Dispeream. Cic. ad Attic. lib. 8. Moriar, si magis gauderem si id mihi accidisset. ¶ Composita huius verbi sunt, Commoriot, Demoriot, Emoriot, Immoriot, Intermoriot, & Præmoriot: de quibus suis locis.

Moribundus, Moriens. {ἀποθνήσκων. Ital. *Morendo, chi va morendo*. Gal. *Qui se va mourant, qui se meurt*. Hispan. *Moriendo, ò del todo muerto*.} Liu. 6. bel. Pun. Atque ita gladio, quem veste texerat, per aduersum pectus transfixus, ante pedes Imperatoris moribundus procubuit.

Mortalis, le. Qui morti subiectus est. {θνητός. Ital. *Mortale*. Gal. *Mortel*. Hisp. *Mortal ò que puede morir*.} cuius contrarium est Immortalis. ἀθάνατος. Quintil. lib. 5. cap. 12. In clarissimum solem mortale lumen inferre. Cic. 1. de Natura deorum, Mortale igitur omne animal, & dissolubile, & diuiduum fit necesse est. Horat. 2. Serm. Saty. 6. -terrestria quando Mortales animas viuunt sortita.

Mortalior comparatiuus. Plin. lib. 34. cap. 14. Eadémque prouidentia nihil in rebus mortalius faciente, quàm quod infestissimum mortalitati.

Mortalis, substantiuum, pro homine. {ὁ βροτός, ὁ θνητὸς ἄνθρωπος. Ital. *Huomo mortale*. Gal. *Homme mortel*. Hispa. *Hombre mortal*.} Plin. lib. 12. cap. 17. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienatúmque auiditas. Cic. 7. Verr. Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis condemnaui. Ouid. 2. Meta. Inde deos hominésque voco, nec contigit vllum Vox mea mortalem.

Mortalitas, atis, Cuius contrarium est Immortalitas. {τὸ θνητόν. Ital. *Mortalità*. Gal. *Mortalité, ce qui est subjet à mort*. Hispan. *Mortalidad ò condicion de morir*.} Cicero 1. de Natura deorum, Aut non omne quod ortum sit, mortalitas consequatur. ¶ Mortalitas, etiam pro hominibus mortalibus. Plin. lib. 2. cap. 76. Mortalitas ipsa inuenit sibi medium quiddam. Idem lib. 7. cap. 40. Vana mortalitas, & ad circumscribendum sepsam ingeniosa.

Mortifer, siue Mortiferus, a, um, pen. corr. Quod mortem affert. {θανατηφόρος. Ital. *Mortifero*. Gal. *Mortel, qui fait mourir*. Hispan. *Cosa matadera ò que trahe muerte*.} Colum. lib. 7. Est etiam mortiferus serpentis ictus. Plin. lib. 10. ca. 50. Pullis anserum vrtica mortifera contactu. Cic. 1. Tusc. Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verùm in cælum videretur ascendere. Virg. 6. Aen. -mortiferúmq; aduerso in limine bellum. Cellus h. 5. ca. 18. Nam musculus percussus mortiferus est, præcisus sanitatẽ recipit.

Mortuale, Quod ad mortuos pertinet. {νεκρικόν. Ital. *Che appartiene à morti*. Gal. *Mortuaire*. Hispan. *Cosa perteneciente à mortuorio*.} Plautus in Asin. Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia. ¶ Vnde Emortualis dies, in quo quis est mortuus: sicut Natalis, in quo quis natus est. Idem, Certum est enim hunc emortualem facere ex natali die.

Morticinus, a, um, pen. prod. Quod est exangue, corruptum, & sponte sua mortuum. {θνησιμαῖος. Ital. *Morto da per se*. Gal. *Qui est mort de soymesme, & qui n'a point esté tué*. Hispa. *Muerto de su voluntad*.} Vnde Morticinam carnem dicimus animalium, quæ non sunt mactata, sed per se mortua. Plinius, Sola hæc auis in eo genere morticinam carnem non attingit. Varr. 2. de Re rust. cap. 9. Morticinæ ouis non patiuntur velci carne.

Morticini, Claui dicuntur pedum, quòd velut morticina caro sit, quam Græci Σπασμῶνα vocant. ἧλοι. Plin. lib. 22. cap. 23. Clauis pedum, qui vulgò morticini appellantur, &c.

Morsicatim, Morsiuncula, Morsus, Vide MORDEO.

MORTAM, Vnam esse ex Parcis dicunt, quas veteres Latini tres esse putauerunt, eásque natiuitati & morti præsidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta: quo commento illud videntur voluisse significare, tempestiuum partus tempus esse mensem nonum & decimum: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeũt, aut mortuos nasci, aut natos statim mori. Sipontinus ex Martiano.

Mortarium, in quo res, quæ resoluendæ sunt, pistillo teruntur. {θρεῖον, ὅλμος, τρύβλη. Ital. *Mortaio*. Gal. *Mortier*. Hisp. *El mortero para mayar*.} Plaut. in Aul. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, Quæ vtenda vala semper vicini rogant. Lapis mortariorum, θρεῖος, ex quo mortaria confici solent. Plin. lib. 36. cap. 22. Autoribus cutæ fuere lapides mortariorum quoque, nec medicinalium tantùm, aut ad pigmenta pertinentium. ¶ Huius diminutiuum est Mortariolum, θρειδίον. Hieronymus in Numeris, Ponent cum eo thuribula, mortariola, cyathos & crateres. ¶ Est & mortarium locus, & susceptaculum, in quo ad vinã fundendã, siue intrita subigitur, seruatúrve, quæ loca etiam hodie vulgò calx, siue intrita subigitur, seruatúrve, quæ loca etiam hodie vulgò calx, siue intrita appellantur. Budæus. Mortarium locus est vbi arenatum turo subigitur. Vitr. lib. 7. ca. 3. Græcorum verò tectores non his rationibus solùm vtendo faciunt opera firma, sed etiam mortario colloca to, calce & arena ibi confusa, decuria hominum inducta, ligneis vectibus pinsant materiam, & ita ad cerramen subacta tunc vtantur.

Morticinus, Mortifer, Mortualis, Vide MORS.

MORTVVM MARE, Straboni dicitur, quia nihil viuum gignit. ἀφαλτίτης. Lacus est in Pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue submergitur. Vnde & Asphaltites vocatur, siue ab eo quòd Græci bitumen ἄσφαλτον appellant, siue ἀπὸ τοῦ ἀσφαλῶς, hoc est à securitate, eo quòd corpora viua ei innatẽt, tutaq; sint à submersione.

Morus, ri, Arbor. {μορέα, συκομορέα. Ital. *Moro alboro*. Gal. *Vn meurier*. Hisp. *El moral arbol*.} Morum fructus, συκόμορον, à mora, id est tarditate, vt quidam putant: nam postrema omnium arborum morus floret: propter quod prudentissima arbor dicitur, quia lædi se à frigore non finit: neq; nisi omni frigore peracto, germen emittit: sed quom cœpit, in tantum vniuersa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat, etiam cum strepitu. Sunt tamen qui à Græco id nominis deriuent. μορὸν enim nigrum dicitur. Plin. lib. 16. cap. 44. In hoc arborem mori eximiam ætate nostra adamauit Passienus. ¶ Mora quoque in rubis sunt, sed multum ab his differentia. Colum. lib. 3. de pruno. Morum ab Idibus Februariis vsque in æquinoctium vernale rectè seres.

MORYLLI, μορύλλοι. Macedoniæ populi in occasum vergentes, iuxta Allantenses, & Lynceastas. Plin. lib. 4. cap. 10.

MORYCHVS, μόρυχος. Cognomen Bacchi apud Siculos, cuius faciem vindemiæ tempore musto & recentibus ficis oblinere consueuerunt. Vide Erasmum in prouerbio, Morycho stultior.

Mos, moris. Est vitæ institutum consuetudine firmatum. {ἔθος, τρόπος. Ital. *Costume, vsanza*. Gal. *Maniere, coustume, façon de faire*. Hisp. *Costumbre*.} Varro ait, Morem esse institutum animi, quod sequi debeat consuetudo. Cice. pro Cluent. Non mos, consuetudóque seruata. Cice. de Clar. Orat. Mos est hominum, vt nolint eundem pluribus in rebus excellere. Virgil. 1. Aeneid. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. Idem 4. Aeneid. Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ. ¶ Interdum sumitur pro consuetudine approbata, quę habetur pro lege. Cic. 1. Offic. Quæ more agantur, institutisque ciuilibus. Idem contra Rullum, Est hoc in more positum institutóque maiorum. ¶ Mores plurali numero, τρόποι, consuetudo cuiusque familiaris, & in habitum recepta, à qua bene vel malè morati dicimur. Est enim vocabulum medium, quod tam in bonam, quàm in malam partem accipitur. Plaut. in Trin. Nam hic nimium morbus mores inuasit bonos. Ita pleruncque omnes iam sunt intermortui: Sed dum illi ægrotant, interim mores mali, Quasi herba intrigua, fucrecueruntvbertimé. ¶ Mores cæli. Plin. lib. 14. cap. 1. Succique tantùm gratia ex his pluribus modis ad cæli mores, solisque ingenia. Virgil. 1. Geor. Varium cæli perdiscere morem. ¶ Transferre ad morem. Cice. in Orat. Græcorum prudentiam posse ad nostrum morem, vsúmque transferri. ¶ Hinc fit Moratus, Moralis, Morigeratus, & quod hodie in vsu non est, Moscellus diminutiuum, quod apud Catonem legitur.

Moratus, Nomen est, non participium, à nomine Mos, dicitúrque vt plurimum de eo qui bonis laudatisque moribus est præditus. {ἠθικός, εὐτρεπής. Ital. *Costumato*. Gal. *Morigené, apprins & accoustumé*. Hisp. *Bien acostumbrado*.} Plautus in Aululsaria, Dum mihi morata veniat, dotata est satis. Cice. 2. Tuscul. Quotus enim quisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, vt ratio postulat? Idem de Clar. Quæque erant propria cùm præstantis in Rep. tum bene moratæ, & bene constitutæ ciuitatis. ¶ In malam partem vsus est Plaut. in Trucul. Noui ego hominum mores. Ita nunc adolescentes morati sunt. Item Terent. in Hecyra, Sed quid mulieris vxorem habes, aut quibus moratam moribus?

Moralis, Ad mores pertinens. {ἠθικός. Ital. *Morale, che s'appartiene à costumi*. Gal. *Moral, apartenant aux mœurs*. Hisp. *Cosa perteneciente à costumbres*.} Cice. de Fato. Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare Moralem, explicandáque vis est, ratióque enunciationum, quæ Græci ἠθικὰς ἀξιώσεις vocant.

Morigeror, aris, Morem gero, obsequor, & quasi ad alterius voluntatem mores transformo. {χαρίζομαι, συνηδομαι. Ital. *Compiacere*. Gal. *Faire au gré d'aucun, obeir*. Hisp. *Obedescer, complazer*.} Cice. in Orat. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Terent. Adel. Si adolescenti esse morigeratus. Plautus Morigero, dixit in Amph. Volo deludi illum, dum cum hac vsuraria Vxore nunc mihi morigero. ¶ Inde Morigeratio, εὐπείθεια, & Morigerè εὐπειθῶς, aduerbium.

Morigerus, a, um, pen. corr. Obediens. {εὐπειθής. Ital. *Obediente*. Gal. *Obeissant, qui fait au gré d'aucun*. Hispan. *Cosa obediente à otra cosa*.} Plautus in Cas. Vt tibi morigerus hodie? vt voluptati fuit? Terent. in Andr. Siue hæc te solum semper fecit maximi, Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Morosus, a, um, Curiosus, diligénsque, qui nimis exactè omnia fieri exposcit. {δύσκολος, βαρύς, χαλεπός, ἀκανθώδης. Ital. *Fastidioso, troppo diligente*. Gal. *Fascheux & difficile à seruir, malaisé à contenter*. Hisp. *Intractable y desamorado*.} Morosus (inquit Porphyrio) is est qui multorum morum inter se contrariorum est. Vnde Senectus morosa. Est enim hoc senum præcipuum vitium, vt difficilibus & fastidiosis sint moribus. Cice. lib. 1. de Oratore, Vsqueadeò morosi sumus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. Suet. de Cæsare, Circa corporis curam morosior, vt non solùm tonderetur diligenter, sed etiam velleretur. Idem de Senect. At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes: si quærimus, etiam auari: sed hæc morum vitia sunt, non senectutis.

Morosè, Aduerbium. {δυσκόλως, βαρέως, χαλεπῶς. Ital. *Con difficultà & fastidio*. Gal. *Chagrinement, fascheusement, difficilement*. Hisp. *Intractable y desamoradamente*.} Plin. lib. 18. cap. 13. Tetram non morosè eligit, penè vbi nihil aliud seri possit. Cic. de Clar. Orat. M. Piso iracundius respuebat ineptias hominum, siue morosè, vt putabatur, siue ingenuo, liberóque fastidio.

Morositas, atis, Dicitur illa morum difficultas, quum nulla penè res, quantumuis exacta, animo alicuius satisfacit. {τὸ δυσκόλως. Ital. *Difficultà di seruire ad alcuno*. Gal. *Quand aucun est difficile à seruir ou contenter*. Hisp. *Aquella intractabilidad y desamor*.} Cic. de Senect. At morositas tamen, & ea quæ dixi, vitia habent aliquid accusationis.

Morosis, μόρωσις, ἀμαύρωσις. Vitium principalis animæ facultatis, non modò

modò memoriam, verumetiam vlum rationis imminuens.

MOSA, μῶσα, Fluuius insignis Galliæ Belgicæ, ex Vogeso monte, non procul à Lingonum finibus profluens, & per Eburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum agrum labens, tandémque in finibus Batauorum accepto Rheno in Oceanum se exonerans. ¶ Meminerunt huius fluuij Plin. lib. 4. cap. 14, & 15, Tacit. lib. 2. & 20. Cæsar de bello Gallico.

Moschatula, *Peri moscatelli*, Pyra quædam dicuntur, teste Sipontino, quæ odorem moschi referunt. ¶ Est autem Moschus animalculum similitudine muris, binos in superiore mandibula dentes habēs, & totidem in inferiori, eósque ad interiora recuruos, in cuius corpore iuxta vmbilicum apostema sanguinolentum nascitur, quod vnà cum pelle excisum siccatúmque, præstantissimum spirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibisque & medicinis, & vnguentis passim adhibetur. Hunc etiam dolorem ab animalis nomine Moschum vocant Arabes: veteribus enim creditur fuisse incognitus. Hinc itaque pyri quoddam genus Moschatulum dicitur, quòd ad hunc odorem proximè accedat. ¶ Alio nomine Superba pyra dicta sunt, quòd celeritate quadam maturescendi principatum inter pyra videantur velle obtinere.

Moscheuton, μοσχεῦτον, Rosæ genus, è caule maluaceo fusum, folia habens oleacea. Vide Plin. lib. 2. cap. 4.

MOSCHI, μόσχοι. Populi sunt Asiæ, Albanis, & Iberibus finitimi, à quibus para Tauri montis in Septentrionem declinans, Moschij nomen accepit. Vide Plin. lib. 5. cap. 27, & lib. 6. cap. 10. Lucanus lib. 3, -sæuisque affinis Sarmata Moschis.

MOSCHOS, μόσχος, Grāmaticus, & poëta Syracusanus, Aristarchi familiaris, qui secundus à Theocrito scripsit carmen Bucolicum. Suidas.

MOSES, sis, & Mosi, μωσῆς, μωσεῖς, Sicut & Achilles, lis, li, nomen inclyti Iudæorum ducis, qui Israëlitas ex Aegypto, & Pharaonis tyrannide eduxit. Iuuenalis Satyr. 14, Tradidit arcano quodcunque volumine Moses. Arator, -non hæc ieiunia Moses Condidit. Quidam Moyses efferunt par tres syllabas, y, litera interposita, & prima syllaba contra attem correpta. Sedulius, Quid quòd & Heliam, & clarum videre Moysem. Scribit Iosephus ex euentu rerum nomen ei impositū fuisse, eo quòd à Pharaonis filia de flumine sit seruatus.

MOSYNOECI, μοσυνοίκοι, Populi Asiæ versus Septentrionem, qui (vt Pomponius lib. 1. refert) turres ligneas subeunt, notis corpus omne pertsignant, in propatulo vescuntur, promiscuè concumbunt, & palàm reges deligunt, vinculisque arctissima custodia tenent. Dicti autem μοσυνοίκοι, quasi turricolæ, à turribus, quibus domorum vice vtuntur. Hos Plin. lib. 6. cap. 4, vocat Mosymos: quanuis in omnibus ferè exemplaribus Mossymos legamus geminato ss.

MOSYLON, μόσυλον, Promontorium Aethiopiæ, emporium habens eiusdem nominis. Stephanus.

Motacilla, Auis semper mouens caudam, vulgò Cauda tremula dicitur. {κινουρίς. Ital. *Squassacorda*. Gal. *Vn oiseau qui remue tousiours la queue*. Hisp. *La pexpital, ò aguzanieue, aue nota*.} Autor Varro 4. de ling. Lat.

MOTHO, us, μώθων, Arabum vicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus: quæ etiam cædes vico nomen fecit: nam Motho Arabum lingua mortis locum significat. Stephanus.

Motabilis, Motus, Vide MOVEO.

MOTYE, es, μοτύη, Siciliæ oppidum, ita dictum à Motye quadam muliere, quæ Herculi eos indicauit, qui boues eius abegerant. Hæc Stephanus ex sententia Hecataei.

Moueo, es, moui, motum, Notæ significationis. {κινέω. Ital. *Mouere*. Gal. *Mouuoir, remuer*. Hisp. *Mouer*.} Cæsar 3. bell. Gall. Postero die castra ex eo loco mouent. ¶ Per translationem ponitur pro excludere, siue possessione, aut iure suo aliquem deiicere. ἐξαίρω ἀρχῆς. Cic. li. 3. Offic. Quid ergo, nónne nocet, qui quodam quasi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat, in eorum locum succedat? ¶ Mouere animum, est inducere, allicere. Virgil. lib. 3. Georg. Non vmbræ altorum nemorum, non mollia possunt Prata mouere animum. Seruius, Mouere animum, in sui desyderium illicere. ¶ Mouere, pro discedere. Cic. ad Attic. lib. 9, Hæc autem scribebam pridie Non. x i i i i die postquam ille Canusio mouerat. ¶ Mouere loco. Cic. ad Quintum fratrem lib. 2, Exarsit dolor, vrgere illi, vt loco nos moueremus. ¶ Mouere ex opinione. Cic. 3. de Natura deorum, Nec me ea opinione, quam à maioribus accepi de cultu deorum immortalium, vllius vnquam oratio aut docti, aut indocti mouebit. ¶ Monere Senatu, vel de Senatu. Cic. pro Cluent. Vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat. Liu. 9. bell. Macedon. Septem mouerunt Senatu. ¶ Sic moueri statu. Liu. lib. 10. bel. Pun. ¶ Mouere aluum, vel ventrem: hoc est ciere aluum. Cato de Re rust. cap. 115, Vinum ad aluum mouendam. Martial. lib. 11, Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo. ¶ Arma mouere. Plin. Scribonius arma Illyrico contra Claudium mouerat. Virgil. 12. Aen. Tum demum mouet arma leo. ¶ Bellum mouere. Liu. 8. ab Vrbe, Quia toties iam Sidicini aut ipsi mouerant bellum, aut mouentibus auxilium tulerant. ¶ Mouere risum, pro excitare. Horat. 1. Epist. 3, Ne si fortè suas repetitum venerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus. ¶ Signa mouere. Virgil. 3. Georg. Signa mouet, præcépsque oblitum fertur in hostem. ¶ Monere stomachum alicui, pro irritare. Cic. ad Attic. lib. 6, In quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet. ¶ Mouere tragœdias, significat verbis rem atrocem, & indignam efficere, quale est opus tragicorum, de rebus atrocibus semper, mœstisque loquentium. Sicut econtrario Comœdias agere, pro ridiculè, ac dicaciter loqui. Quintil. lib. 6. cap. 1, Nam in paruis litibus mouere tragœdias tale est, quale si personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis. ¶ Mouet me Papin. de Condiciput. I. Parui refert. Nec me mouet, præsens homo fuerit, néne. ¶ Mouentur res magnæ: hoc est commouentur, excitantur. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 3. Epist. Itaque magnæ mihi res moueri videbantur. ¶ Aliquando inuenitur Mouere positum pro passiuo Moueri. Gel. lib. 4. cap. 6, Vt terram mouisse nuntiari solet, eáque res procuratur: ita in vetetibus memoris scriptum legimus, nuntiatum esse Senatui, in sacrario, in regia hastas Martias mouisse hoc est, motas esse. Budæus. ¶ Cō-

posita huius verbi sunt, Amouco, Admouco, quę sunt contraria: Commouco, Dimouco, Emouco, Permouco, Demouco, Remouco, Semouco, Summouco. De quibus vide suis locis.

Motus, ta, tum, participium. {κινητός. Ital. *Mosso*. Gal. *Meu, esmeu, remus*. Hisp. *Mouido*.} Virgil. 1. Aeneid. Sed motos præstat cōponere fluctus. Lin. 4. bell. Maced. Nullis minis, nullis terriculis semotos, sperantes sanis opis & auxilij sibi in Romanis esse.

Motus, us, Ipsa motio. {κίνησις. Ital. *Moto, mouimento*. Gal. *Mouuement, remuement, esmeute*. Hispan. *La mouida*.} vt Motus animi, Motus terræ. Cic. de Amicit. Quibus rebus ad illum primū motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quędam exardescit beneuolentiæ magnitudo. Ouid. Epist 18, Sæpe per assiduos languent mea brachia motus. Horat. 3. Carm. Ode 6, Motus doceri gaudet Ionicos Matuta virgo. ¶ Motus, pro cōmotione, siue perturbatione. Cic. pro Flac. Videtis quo in motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione versemur. Idem pro Domo sua, Magnificentissimus ille totius Italiæ motus, mutus, municipiorúmque concursus. ¶ Motus, pro causa. Plin. Epist. 4. lib. 3, Audisti consilij mei motus.

Motio, verbale. {κίνησις. Ital. *Moto, mouimento*. Gal. *Mouuement, remuement*. Hisp. *Mouida*.} Cic. 2. de Natura deorum, In corporum etiam motione, atque gestu multa cernunt subtilius.

Motor, oris, verbale. {κινητής. Ital. *Motore*. Gal. *Remueur*. Hispan. *Mouedor*.} Martial. li. 11, Cunarum fueras motor Charideme mearum, Et poen custos, assiduúsque comes.

Moto, tas. Frequentatiuum à Moueo. {κινέω. Ital. *Mouere spesso*. Gal. *Remuer souuent*. Hispan. *Mouer muchas vezes*.} Virgil. 5. Aeglog. Siue subiecerit Zephyris motantibus vmbras. Idem Aeglo. 6. Tum verò in numerum Faunósque, feráfque videres Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus. Plaut. in Amphit. Neque se luna quoquam motat, ítaq; vti exorta est semel.

Motuantur, pro Motantur, dixit Plautus in Truculen. Næ vt in æstu motuantur itæ.

Mobilis, le, Qui facilè mouetur. {κινητός. Ital. *Mobile, volubile*. Gal. *Meuble, mobile, inconstant*. Hisp. *Cosa mudable ò mouible*.} Plin. lib. 11. cap. 37, Supercilia homini & pariter, & alternè mobilia. Horat. 2. Serm Satyr. 3, In amore hæc sunt mala, bellum. Pax rursum hæc siquis tempestate propè ritu Mobilia, & cæca fluitantia sorte, laboret Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si Insanire petat certa ratione modóq; Mobili animo esse, hoc est leui, & inconstanti. Qu. Metel. ad Cic. lib. 5, Etiam mobili in me meóque esse animo, non sperabam. ¶ Quorum contraria sunt, Immobilis, ἀκίνητος: & Immobilitas, ἀκινησία.

Mobilitas, {κίνησις. Ital. *Mobilità*. Gal. *Habilité à se mouuoir, viteſſe*. Hispa. *La habilidad para se mouer*.} Virgil. 4. Aeneid. Fama malum, quo non aliud velocius vllum, Mobilitate viget, virésque acquirit eundo. Cic. 2. de Natura deorum, Necesse est quod animal in eo gignatur, idem quoq; sensu acerrimo, & mobilitate celerrima esse. ¶ Mobilitas etiam pro inconstantia & leuitate accipitur. Cic. 7. Philip. Quid est enim inconstantia, mobilitate, leuitate, cum singulis hominibus, tum verò vniuerso Senatu turpius?

Mobiliter, aduerbium. {κινητῶς. Ital. *Mobilmente*. Gal. *Legerement, en se mouuant*. Hisp. *Mouible y mudablemente*.} Cic. 2. de Natura deorum, Animaduersúmq; sæpè est, cor animantis alicuius euulsum, ita mobiliter palpitare, vt imitaretur igneam celeritatem.

Mobilito, as, are. {κινητὸν ποιῶ. Ital. *Fare mobile*. Gal. *Remouuoir, faire mobile*. Hisp. *Hazer mouible*.} Lucret. lib. 3, Inde calor motus, & venti cæca potestas Accipit: inde aër, inde omnia mobilitantur.

Mox, aduerbium, significat Statim. {ἐξαυτῆς, αὐτίκα. Ital. *Tosto, incontanente, presto*. Gal. *Tout incontinent, tantoſt, apres*. Hisp. *Luego ò subito*.} Terent. in Andr. Mox ego huc reuertar. ¶ Significat etiam Paulo pòst, vel postea. Cic. lib. 1. de Orat. Verùm illa mox: nūc de ipsa exercitatione quid sentiamus, quærimus. ¶ Mox pro Deinde, Plinius lib. 12. cap. 12, In nostro orbe proximè laudatur Syriacum nardum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. ¶ Quàm mox. Terent. in Phormione, Dum expecto quàm mox veniat.

M ante V.

Mucor, coris, Lanugo, quæ diutino situ contrahitur, quemadmodum in pane, carne, aliisq; huiusmodi fieri videmus. {μύκησις, ὄμφαξ. Ital. *Muffa*. Gal. *Moiſiſſure*. Hisp. *El moho*.} Colum. lib. 12. cap. 4, Ne situ pecora mucorem contrahant.

Mucidus, a, um, pen. corr. Quod mucorē ex vetustate contraxit. {μυχλώδης, ὀμφώδης. Ital. *Muffo*. Gal. *Moiſi*. Gal. *Moliento ò mohoſo*.} Iuuen. Satyr. 14. -neque enim omnia sustinet vnquam Mucida cærulei panis consumere frusta. Martial. lib. 8, Argenti furiosa sui quum stemmata narrat Garrulus, & verbis mucida vina facit.

Mucco, ces, mucui, Mucidus fumiā quo Mucescо, mucidus fio, mucorē contraho. {σήπομαι. Ital. *Muffarsi, eſſer muffo*. Gal. *Se moiſir, eſtre ou deuenir moiſi*. Hisp. *Enmohecerse*.} Plin. lib. 18, Iterumque exporrigi in sole super linteа: quod nisi festinatò peragatur, lutido colore mucescere. Cato de Re rustica, Vini singulæ vnæ dabuntur, quod neque acear, neque muceat.

Mucro, cronis, Propriè cuspis, & acumē ensis, ac telorum. {σφαγὶς, αἰχμή. Ital. *Punta di arma agutta, ſpada*. Gal. *La pointe, ou le bout agu de quelque choſe que ſe ſoit*. Hisp. *La punta de qualquier coſa aguda, eſpada*.} Martial. lib. 4, Tabuit in calido vulnere mucro tener. Apul. Circulatorem asperi equestrem, spatham præacutam infesto mucrone deuoraſſet. Seneca ad Lucil. Gladium bonum dices, non cui deauratus est balteus, nec cui vagina gemmis distinguitur, sed cui ad secandum subtilis est acies, & mucro munimentum omne rapturus. ¶ Figuratè ponitur pro Ense, sicut Tectum pro domo. Ouid. lib. 1. Metam. -iugulum mucrone resoluit. ¶ Accipitur etiam Mucro, pro summo cuiusuis rei acumine. Vnde apud Plinium, herbarum, dentium, vnguium mucrones dicuntur: vt lib. 8 ca. 15, Mirum, pardos, pantheras, leones, & similia, cōdito in corporis vaginas vnguium mucrone, ne refringātur, heberentúrq; ingredi. Mucronem Tribunitium exacuere, apud Cic. 3. de Leg. Quis (inquit) vnquam tam audax, tam inimicus nobis fuisset, vt cogitaret vnquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem

Tribuni

Tribunitium exacuisset in nos?

Mucronatus, a, um. Quod est acutũ, & ad mucronis speciem formatum. {ξιφοειδὴς. Ital. Acuto, a. Gal. Pointu, agu. Hisp. Cosa de punta, agudo.} Plin. lib. 32, cap. 2, Trebius Niger autor est, xiphiam, id est gladium rostro mucronato esse, à quo naues perfossæ mergũtur in Oceano.

Mucula, Persarum lingua appellatur gemma, cordis colorem habens: vnde & Telicardios appellatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Mucus, ci. Narium humiditas, & crassior pituita. {μύξα, κόρυζα. Ital. Moccigno, moccio. Gal. Morue ou morueau de nez. Hisp. El moco, humor de las narizes.} Catullus, Mucúsque & mala pituita nasi.

Mucosus, a, um, Muco plenus. {μυξώδης, κορυζῶν, κορύζης μεστός. Ital. Mussoso, moccoso. Gal. Morueux. Hisp. Mahoso ò mocoso.} Colum. lib. 6. cap. 7, Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta & mucosa ventris prolunies.

Mugil, mugilis, & Mugilis in nominatiuo, pen. corr. Genus piscis capitosi: vnde etiam à Græcis κέφαλος appellatur. Hic omnium piscium squamis intectorum velocissimus est, teste Aeliano lib. 12. ca. 19, adeó vt reti implicitus, in sublime sese eiaculetur, retiáq; quantumuis alta transiliens, spem piscatoris eludat. Plin. lib. 9. cap. 17, Mugilum natura videtur, in metu capite absconditio, totos se occultari credentium.

Muginor, aris, pen. corr. {χρύζω. Ital. Mormorare. Gal. Murmurer. Hisp. Murmurar.} Idem quod murmuro, interprete Nonio. Lucilius, Muginamur, molimur, subducimur. Festus nugari interpretatur, & tardè cuuari. Cic. Attic. lib. 16, De Ocella dum tum muginaris, nec mihi quicquam rescribis consilium domesticum.

Mugio, mugis, mugiui, vel mugij, itum. {μυκάομαι. Ital. Muggire. Gal. Mugler, hurler. Hisp. Bramar como buey, bouear.} Factitiũ verbum à voce boum. Autor ad Herenn. lib. 1, Vagire, mugire, murmurare, sibilare. ¶ Per translationem accipitur pro grauiter sonare. Lactant. lib. 7, Cur emicent fulgura, cur tonitrua mugiant. ¶ Huius compasita sunt, Admugio, Emugio, Immugio, Remugio. De quibus vide suis locis.

Mugitus, pen. prod. {μυκηθμός, μύκημα. Ital. Muggito de buoi. Gal. Buglement, le cri d'vn bœuf, vache ou taureau. Hisp. Bramamiento, obra de bramar como buey.} Ipsa boum vox. Liu. 1, ab Vrbe, Inde quum actæ boues quædam ad desyderium, vt fit, relictarum mugissent. Virg. 2. Georg. Mugitúsq; boum. ¶ Per translationem etiam Mugitus dicitur quiuis sonitus. Vnde Mugitus nemorum. Plin. lib. 18. cap. 35, Equidem & montium sonitus, nemorúmque mugitus prædicunt.

MVGIVS, Cognomen Romani cuiusdam, à frequenti murmuratione: à quo Mugiona porta, cui ipse aliquando præfuit, nominata est. Vide dictionem subsequentem.

MVGONIA porta, (vt apud Sipontinum legitur) vel Mugiona (vt potius legendum arbitror) vrbis Romæ porta fuit, ita dicta à mugitu, quòd per eam venale pecus intraret. Hæc & Trigonia appellata est, hoc est trium angulorum. Festus, Mugionam appellatam putat, non à mugitu, sed à Mugio quodã, qui huic portæ aliquando præfuisse creditur.

Mula, Mularis, Vide MVLVS.

Mulceo, ces, si, sum, & ctum. {μολύνω, κηλίζω. Ital. Mitigare, intenerire, indolcire. Gal. Adoulcir, apaiser, alicher, amadouer. Hisp. Mitigar, halagar.} Priscianus, Mulceo, mulsi, mulsum, & mulctum. vnde Cicero in contentione Metelli, Permulsa, atque recreata. Varro in Sat. Capite permulso. Sallust. lib. 4. Hist. Dein lenita iam ira, postera die liberalibus verbis permulcti sunt. Est autem Mulcere, lenire, mollire, blanditi, mitigare, dulcé facere, vngere, delectare, polire. Ouid. 4. Trist. Eleg. 1, Pastor arundineo carmine mulcet oues. Virgil. 1. Aen. -& dictis mœrentia pectora mulcet. Ceruix mulcetur dextra. Cic. in Arato. Virg. 7. Aeneid. Aethera mulcebant cantu. Auræ mulcent florem, Cat. in Carm. nupt. Virg. 1. Aeneid. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. ¶ Huius compasita sunt Demulceo, Permulceo, καταμαλάσσω, ἡμερόω, ἡσυχάζω. placo, mollio. lib. 3. ad Heren. Nam lædũtur arteriæ, si antè, quàm vox bene permulsa est, aeri labore compelletur. id est mollificata. Gell. lib. 2, Nihil adeò in congrediendus hostibus, atque in principiis prælioru ad salutem, virtutémque aptius rati, quàm si permulcti sonis mitiotibus, non immodicè ferocirent.

Mulcedo, inis, Permulsio, blandimentum. {ἥλυγμος. Ital. Mitigatione, effo intenerire. Gal. Adoulcissement, alichement. Hisp. Halago.} Gell. lib. 19. cap. 9, Quæ nullas voluptates, nullámque mulcedinem Veneris, neque Musæ haberet.

MVLCIBER, pen. corr. Mulciberis, & per syncopen Mulcibris. Est enim tertij ordinis, ratius secundi. ἥφαιστος. Est autem Mulciber Vulcanus, ita dictus à mulcendo, id est mollicndo ferro. Mulcere enim mollire, siue lenire est, quòd ignis omnia mulceat: id est molliat, vincat, ac domet. Ouid. 2. de Arte, Mulcibetis capti Mársque Venúsque dolis. Apud Cic. lib. 2. Tusc. ex vetusto aliquo poëta legitur genitinus Mulcibri secundæ declinationis, & trium syllabarum. Iouisque numen Mulcibri adsciuit manus. Donatus putat Vulcanum Mulciberem dictum à mutilando, quòd claudus à poëtis fingatur, & mutilatus. Fuit enim Mulciber Iouis ex Iunone filius, quem quum parentes infœliciſſima forma esse vidissent, ex cælo in Lemnum insulam præcipitarunt: ex qua ruina intorto pede fertur claudicationem contraxisse.

Mulcta, æ, Vide MVLTA, æ.

Mulctra, Mulctrale, Vide MVLGEO.

Mulgeo, ges, mulsi, vel xi, sum, & mulctum. {ἀμέλγω. Ital. Mulgere, causare il latte. Gal. Tirer le lait d'vne mamelle. Hisp. Ordeñar ò ordeñar.} Priscia. Mulgeo quoque mulsi facit, quamuis differentiæ causa quidam mulxi protulerunt, quia Mulceo quoq; mulsi facit. Est autem Mulgere, lac è mammis exprimere. Virgil. 3. Georg. Quod surgente die mulsere, horisque diurnis, Nocte premunt, Virgil. 3. Aeglo. Hic alienus oues custos bis mulget in hora. ¶ Mulgere hircos, prouerbium de re palàm absurda. Virgil. 3. Aeglo. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui, Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Eius compasita sunt Emulgeo, & Immulgeo, de quibus suis locis.

Mulctra, ætræ, Vas in quo mulgetur. {σκάφη, ἀμέλγανον. Ital. Secchia done si mulge. Gal. Le pot dedans quoy on tire le laict. Hisp. El tarro ò herrada para ordeñar.} Virg. li. 3. Georg. Quã magis exhausto spumauerit vbere mulctra Iæta magis pressis manabunt vbera mammis. Idem 3. Aeglog. Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus. Colum. lib. 8, Sed mulctra quum est repleta lacte, non sine tepore aliquo debet esse. ¶ Interdum accipitur pro ipso lacte emulcto: vt apud Colum. lib. 8. ca. 17, Et nuces digitis fractæ sunt dandæ, nec minus elixum molle sorbum, quiq; sunt cibi sorbilibus proximi, vt mulctra, recens cuscus, si loci conditio, vel lactis annona permittit.

Mulctrale, lis, Idem quod mulctra, hoc est vas quo excipitur lac, quod ex animalium vberibus emulgetur. ἀμέλγανον. Virgil. 3. Georg. Implectunt mulctralia vaccæ.

Mulctrum, ctri, Idem quod mulctra. σίκυς. Horat. in Epod. Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ.

Mulgo, gas, Palàm facio. {δημοσιεύω. Ital. Manifestare, far palese. Gal. Manifester, publier. Hispan. Manifestar, publicar.} Plaut. in Ciste. Pro puella seruulus nequam, qui dominum mulgat, atque villicum. ¶ Huius compasita sunt, Dimulgo, & Promulgo: de quibus alibi.

Mulier, eris, A mollitie (vt inquit Varro) dicta est, immutata & detracta litera, quasi mollier: & propriè Mulier dicitur, quæ virgo nõ est. {γυνή. Ital. Donna. Gal. Femme. Hisp. Muger.} Vlpian. l. Aliquin ff. de cõtrahen. empt. Quòd si (inquit) ego me virginem emere putarem, quum esset mulier, emptio non valebit. Vnde Cicero obiurgantibus quòd septuagenarius Popilium virginẽ duxisset, Cras mulier erit, inquit. Horat. de Arte, -vt inpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superné. Idem 2. Serm Saty. 5, -mulier si forte dolosa, &c. Cic pro Mur. Mulieres omnes propter infirmitatẽ consilij maiores in tutorũ potestate esse voluerunt. Caius scribit, Mulieris nomine etiam virginem viri potentem contineri. Vlpianus vno in loco vtroq; significato vsus est. in l. Quæritur. ff. de Aedilit. edict. Mulierem ita arctam, vt mulier fieri nõ possit, fanam non videri constat. Eandem dixit mulierem, & non mulierem. Primùm pro quauis fœmina: secũdò pro ea, quæ est corrupta. Sallust. in Iugur. Quum interim Hiempsal reperitur, occultans se in tugurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus & ignarus loci profugerat.

Mulierecula, æ, diminutiuum. {γυναῖον, γυναικάριον. Ital. Femmella. Gal. Petite femme, femmelette. Hisp. Pequeña muger, ò mugercilla.} Cic. 5. Tusc. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ.

Muliebria, muliebrium, Tantùm plurali numero dicuntur menstrua. τὰ γυναικεῖα, τὰ ἔμμηνα. Interdum sumũtur pro muliebri natura, τὰ γυναικεῖα: sicut Virilia pro pudendis viri. Interdum pro præpostera libidine, quum quis sexus sui oblitus, alterius libidini obsequitur, & mulieris quodammodo partes suscipit. γυναικεῖ ῥᾳθυμίᾳ. Quint. Nobilis adolescens à Centurione muliebria passus. Sic Sallustius in Catilin. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Muliebris, & hoc muliebre, Quod ad mulieres pertinet, seu quod est, aut fuit mulieris: vt Muliebris sexus, Muliebre vestimentum. {γυναικεῖος, γυναικώδης. Ital. Donnesco. Gal. De femme, appartenant aux femmes. Hisp. Cosa pertenesciente á mugeres.} Plaut. in Menæch. Muliebris malitia. Idem in Epid. Muliebris animus, timidus, & inconstans. Cic. 1. Offic. ex Ennio, Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres. Idem pro Cælio, Alueúsne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellũ gerentes tulerit ac texerit? Idem pro Milo Muliebri & delicato ancillarum puerorũmq; comitatu. ¶ Muliebris follicnlus, Fœtus receptaculum. quod & vulua, siue vterus appellari consueuit. μήτρα.

Muliebriter, aduerbium. Quod significat molliter, effœminatè, seu more mulierum. {γυναικείως. Ita. Femineamente, mollemente. Gal. En femme, en mode & maniere des femmes. Hispa. Mugerilmente, muelemente.} Iustin. Quæ non muliebriter hostium aduentu territa. Cic. 2. Tusc. Nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid femineliter, muliebritérve faciamus in dolore, maximè prouidendum est.

Mulierosus, Qui nimium appetit mulieres. {φιλογύνης, φιλογύναιος. Ital. Che ha troppo desiderio di donne. Gal. Trop amoureux de femmes. Hisp. Dado à mugeres.} Cic. de Fato, Hunc scribunt ipsius familiares, & ebriosum, & mulierosum fuisse. ¶ Nonnunquam idem quod muliebris, vel effœminatus. Plautus in Pœn. Sanè genus hoc mulierosum est, tunicis de missitis.

Mulierositas. {ἡ γυναικὸς χαρὰ, ἡ φιλογυναικία. Ital. Inchinatione alla femina. Gal. Amour de femme desraisonnable. Hisp. El vicio de se der á las mugeres.} Cic. 3. Tusc. Similitérq; cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυναικία id est amor mulierum dicitur.

Mulieratus, Idem quod mulierosus. {φιλογύνης. Ital. Femminiere. Gal. Femenin, addonné aux femmes. Hisp. Mugeril.} Iul. Capitol. Mulieratus fuit inter primos amatores.

Muliero, ras, Effœmino. {γυναικίζω, ἠλιδίω. Ital. Effeminare, far molle. Gal. Effeminer, debiliter. Hisp. Debilitar ò enflaquecer, hazer mugeril.} Varro apud Nonium, Et res, & miselios ille pauper amat, habétque ignem intus aerem: hic ephebum mulieravit.

Mullo, Vide MVLVS.

Mullei, orum, Calcei regum Albanorum erant, purpurei coloris, postea patritiorum, à mullando, id est à fuendo, vt ex Titinnio probat Festus. Cato Orig. lib. 7. -Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos alucinatos, exteri perones. Vopiscus in Aureliano, Calceos mulleos, & cereos, & albos vitis omnibus abstulit, mulieribus reliquit.

Mullus, per duplex ll. {τρίγλη. Ital. Barbone. Gal. Vn poisson nommé barbeau ou surmulet. Hisp. El barbo.} Genus piscis marini, maximæ nobilitatis, & pretij: tanti autem pretij, vt à Plin. lib. 9. cap. 17, memoriæ proditum sit, Asinium Celerem virum Consularem Claudij Cæsaris temporibus mullum vnum octo millibus numorum emisse: quum tamen, eodem Plinio teste, hic piscis duarum librarum pondus raró excederet. Horat. lib. 7. Serm. Saty. 2, -laudas infane trilibrem Mullum. Mart. Nolo mihi ponas rhombum, mullúmque bilibrem. Habent autem mulli in inferiore labro geminam barbam: vnde peculiari epitheto Barbari & Barbatuli appellantur à Cicerone in Paradoxis, & Varrone lib. 3. de Re rust. Mullorum autem nomen acceperunt (vt ex Fenestellæ sententia docet Plinius) à colore mulleorum calceamentorum. Romani seruato Græco vocabulo etiam hodie Triglam appellant.

Mullulus, penult. corr. Diminutiuum. {τριγλάριον. Ital. Picciolo barbone. Gal. Vn petit barbillon. Hisp. Pequeño barbo.} Cic. in Paradox. Et videant aliquem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem summis populi beneficiis vsum barbatulos mullulos exceptantem de piscina & pertractantem.

Mulsum, si, Potio ex melle & vino. {οἰνόμελι. Ital. *Vino melato.* Gal. *Vin miellé ou emmiellé.* Hisp. *La clarea compuesto de vino y miel.*} à mulcedo (vt quidam putant) hoc est molliendo, eo quòd vini austeritas mellis dulcedine molliatur. Plin.lib.22. cap.24, scribit mulsum ex vetere vino vtilissimum fieri, quod facillimè cum melle concorporatur. De hoc Martialis, Attica nectareo turbatis mella Falerno, Misceri decet hoc à Ganymede merum. Hoc si calidum bibatur, vocem permulcet: si frigidum, exasperat. Cic.lib.2. de Orat. Quum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, vt mulsum frigidum biberet simul ac domum rediisset. Perdam (inquit, vocem, si id effeceto. Vlpianus vini appellatione ait mulsum non contineri, œnomeli contineri: interpretatúrq; οἰνόμελι. vinum dulcissimum. Quæ sententia si vera est, mulsum non erit idem quod œnomeli. Siquis tamen ea quæ paulo antè de mulso ex Plinio annotauimus, diligentius conferat cum iis quæ Dioscorides lib.5. cap.9, tradit de confectione œnomelitos, facilè intelliget alterum ab altero non differre. Vtrunque enim fit ex vino vetustissimo, & optimo melle, & confert ægrotis.

Mulseus, a, um. Hoc est dulce, quódque mulsi saporem refert. {μελιτώδης. Ital. *Dolce.* Gal. *Doulx.* Hisp. *Dulce.*} Colum.lib.12.ca.45. Hæc ratio non solùm ipsa mala custodit, sed etiam liquorem mulsei saporis præbet. Plin.lib.21.cap.19. Vtriusque radix mulsei saporis est.

Mulsus, a, um, adiectiuũ. Quod habet aliquid mellis admistum: vt, Aqua mulsa. ὑδρόμελι: potio ex aqua & melle confecta. Plin.lib.21.cap.24. Rursus naturam rerum pernoscere volentibus, in mellis operibus, & aqua mulsa tractari debet. Colum.lib.9.ca.12, Rorem marinum aqua aqua mulsa tractari debet. Colum.lib.9.ca.12, Rorem marinum aqua mulsa decoctum. Lac mulsum. Plin.lib.9.cap.22, Exemplum quoque lacte mulso augetur. ¶ Dicta mulsa, hoc est suauia, apud Plaut. in Rud. Idem Casin. Mea mulsa dixit, blandientis affectu, pro eo quod est, Mea suauitas.

Multa, æ, {ποινή, ἐπιτίμιον, ζημία. Ital. *Pena, condamagione in denari.* Gal. *Amande, peine pecuniaire.* Hisp. *La pena que se pone en dinero.*} Pœna pecuniatia, quæ pro delicti magnitudine variè irrogabatur, ita dicta, teste Varrone, quod multa simul imperabantur, idque contra antiquorum consuetudinem, qui singulas tantùm, aut certè vnius generis res multæ nomine exigebant. Festus tamen autor est vocabulum hoc Oscum esse, non Latinum. In hoc autem Multa differt à Pœna, quòd Pœna generali nomine dicitur omnium delictorum correctio: Multa verò specialis est peccati, cuius animaduersio pecuniaria est. Pœna, ζημία, contrà non tantùm pecuniaria, sed & capitis, & existimationis irrogari solet. Et Multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: Pœna non irrogatur nisi quæ lege, vel quo alio iure specialiter singulis delictis constituto. Suprema multa, teste Gell.lib.11.cap.1, apud priscos erat in singulos dies triginta boum, & duarum omnium minima, ouis vnius. Postea tamen quùm in multæ dictæ fraudem pecora minimi pretij soluerentur, constitutum est lege Aterina, vt in singulas oues æris deni, in boues centeni soluerentur: hoc est, pro singulis bobus denarij decem, pro singulis autem ouibus denarius vnus. Erat itaque multa suprema trium millium, & viginti æris, seu trecentarum & duarum drachmarum: quas si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem reduceas, inuenies libras Turonenses duas & quinquaginta, & solidos septendecim. Dicimus autem in eadem ferè significatione, Dicere multam ἐπιτιμᾶν, ἐπιτίθεσθαι. Infligere multã, & Facere multam, quorum postremo vius est. Cato lib.4. Orig. Imperator, inquiens, nostrum, siquis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit. ¶ Multam dicere proprié erat iudicis, vel magistratus: exigi tamen non poterat, nisi populus rectè multatum videri censuisset. De hoc multa scribit Budæus in Paud. Multam (inquit) dicere antiqui tum dicebant, quum ad populum, & in comitio multa disceptanda irrogabatur, quod ipsi Certare multam dicebant. Liu.lib.5.bel.Pun.Spi.& L.Caruilij, quum rem inuisam, infamémque cernerent, ducentùm millium æris multam M.Posthumio dixerunt: cuius certandæ quum dies aduenisset, conciliúmque frequens plebis adesset, vna spes videtur esse, si Casca Trib. ple. qui propinquus erat, cognatúsque Posthumio, prius quàm ad suffragium tribus vocarentur, intercessisset. Idem paulo pòst. Hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, vimque eam contra Rempublicam pernicioso exemplo factam Senatus decerneret, confestim Caruilij trib. pleb. omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt: ac, ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem duci iusserunt. His verbis apparet, moris fuisse vt Tribuni pleb. multam dicerent, quæ postea populi suffragiis vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur: quo tempore Multa certari dicebatur. Non enim Tribuni damnare multæ poterant, sed tantùm rogare populum: apud quem quum reus non iure multatum se contenderet, lis illa multatitia disceptabatur. Hæc Budæus. ¶ Nonnulli hodie scribunt Mulcta per c, eiúsque originem referunt ad verbum Mulgeo: quia quemadmodum pecora, dum mulgentur, suo spoliantur lacte, ita cui multa dicitur, emungitur, & veluti emulgetur pecunia. Ita tamen à veteribus scribi non solere, ex iis quæ paulo antè ex Varrone adduximus, satis potest intelligi.

Multo, as, Punio, cõdemno, multam dico, vel irrogo. {ζημιῶ, ἅμμι, ἐπιτιμῶ, ἐπιτίθεμαι. Ital. *Punire, condemnare.* Gal. *Condamner à l'amende, punir.* Hisp. *Imponer pena de dinero, condenar.*} Et construitur cum ablatiuo, vel genitiuo. Virgil.11. Aeneid. Multatam tristi morte Camillam. Curtius lib.2, Is quoque insulas præsidiis occupat, pecunia multat. Tacit.li.13, Vt quidam accusatorum eius exilio multarentur. Cic.3. Verr. Multos crudelissimè per vim morte esse multatos. ¶ Interdù significat Priuare. Virg. in Ciri, Quod ii perdiderim, patria multabor. ¶ Interdum lacerare, mutilare, verberare, dissoluere. Terent. in Adelph. Ipsum dominum atque omnem familiam multauit vsque ad mortem. Colum.lib.2.cap.4, Quo euenit, vt in iteratione quoque scamna fiant, & boues iniquitate operis maximè multentur. ¶ Interdum agere, & voti compotem facere. Nxuius in Colace, apud Nonium, Et vobis quidem gratias ago, quum votis me multatis meis. ¶ Interdum malè tractare. Colum.lib.1.cap.2, Nam illud vetus est Catonis, Agrum pessimè multari, cuius dominus quid in eo faciendum sit non docet, sed audit villicum. ¶ Multare matrimonio, est repudiare cõiugem, & diuortium facere. Plaut. in Amph. Nunquid causam dicis quin te multem matrimonio?

Multatitius, tia, tium, Quod ex multa fit, vel quod ad multam pertinet, siue quod nomine multæ exigitur. {ἐπιτιμητός, ἐπίθετος. Ital. *Scosso per condamagione.* Gal. *Qui prouient des amandes.* Hisp. *Cosa de pena de dinero.*} Liu.lib.10. ab Vrbe, Ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis dãnatis, ludi facti. Et lib.7. belli Punici, Aediles plebis ex multatitio argento signa ænea ad ædem Cereris dedère.

Multus, ta, tum, Notæ significationis. {πολύς. Ital. *Molto.* Gal. *Beaucoup.* Hisp. *Mucho.*} Cic. pro P. Sest. Et in cæteris, quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis atque optimis viris, iniustis iudicijs tales casus incidisse. ¶ Multus in opere, hoc est continuus, assiduus. Sallust. in Iug. loca atq; seria cum humillimis agere, in operibus, in agmine, atque ad vigilias multus esse. Multus in eo fuit, siue in ea re, Cic. 4. Acad. Ad multum diem, Cic. ad Att. lib.13. Multo die, hoc est bona diei parte transacta. Cæsar 1. bel. Gal. Multo deniq; die per exploratores Cæsar cognouit, & montẽ á suis teneri, &c. Sic, Multa nocte, Cic ad Quint. Frat. lib.1, Multa nocte veni ad Pompeium. Multo mane. Cic. ad Att. ¶ Multo tantò, ea forma dicitur, qua Altero tantò: quod Græci dicunt. πολλαπλασίως. Plaut. in Ruden. Ego multò tantò miserior, quàm tu Labrax. ¶ Multus pro Multiplici. Plin.lib.19.cap.3, Radice multa, crassáque.

Multum, aduerbium. Valde, vehementer. {πολύ. Ital. *Molto.* Gal. *Beaucoup.* Hisp. *Mucho.*} Plaut. in Persa. Dic me illam amare multùm. Cic. ad Gallum lib.7. Epist. Sed opinor Catium vti non ita multum sorore. Idem de Sene. Adsum amicis, venio in Senatum frequens, vtróque affero res multùm & diu cogitatas.

Multò, {πολλῷ, πολὺ μᾶλλον. Ital. *Assai piu.* Gal. *De beaucoup.* Hispa. *Mucho.*} Aduerbiũ, cum dictionibus Alius, Alter, Secus, Antè, Pòst, Præsto, Malo, Antecedo, Excello, item cum cõparatiuis aut superlatiuis, aut eorũ vim habentibus, elegantem in oratione, vsum habet Terent. Prol. Aud. Verùm aliter euenire multò intelligit. Cic. in Verr. Cui quemadmodum resistam, multò mihi antè est, Iudices, prouidendum. Idem Att. Non multò pòst, quàm tu à me discessisti. Idem. Multò secus euenit. Sallust. Multò præstat beneficij, quàm maleficij memorem esse. Cic. de Amic. Sed obsequium multò molestius, quod peccatis indulgens, præcipitẽ amicum ferri sinit. Idem pro Lege Manil. Magna ac multò maxima parte non modò vtilitatis, sed dignitatis, atq; imperij earum.

Multitudo, dinis. Frequentia, & copia. {πλῆθος. Ital. *Moltitudine.* Gal. *Multitude.* Hisp. *Muchedumbre de cosa.*} Cic. de Orat. lib.2. Habet enim multitudo vim quandam talem, vt quemadmodum tibicen sine tibijs canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit. Idem 2. Tusc. Est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò ipso fugiens, eique ipsa & suspecta, & inusa, &c.

Multangulus, la, lum. Multos angulos habẽs. {πολύγωνος. Ital. *Che ha molti cantoni.* Gal. *Qui a plusieurs coins ou angles.* Hispan. *Cosa de muchos rincones.*} Lucr. lib.4. Esse minora igitur quædam, maioráque debent, Multa rotunda, modis multis multangula quædam.

Multesima pars, Pro quantitate infinita, eáque forma dicitur, qua Millesimus. πολλοστημόριον. Lucr. lib.6. Quàm sit paruula pars, & quàm multesima constet.

Multibarbus, Qui habet multam barbam. {πολυγένειος. Ital. *Che ha molta barba.* Gal. *Qui a grande barbe.* Hisp. *Cosa que tiene mucha barba.*} Apul. in Flor. Multibarbus, spinis obsitus, & pilis.

Multibibus, Dicitur qui multi est potus. {πολυπότης. Ital. *Che bene molto.* Gal. *Grand buueur, qui boit beaucoup.* Hisp. *Cosa que mucho bebe.*} Plaut. in Cure. Nomen est ienæ multibiba, atque merobiba.

Multicauatus, a, um, pen. prod. Multa habens caua. {πολύκοιλος. Ital. *Di molti cane ò forni.* Gal. *Qui a beaucoup de trous.* Hisp. *Cosa que tiene muchos agujeros.*} Varr. 3. de Re rust. cap. 16. Fauus est quem fingunt multicauatum è cera, quum singula caua, singula latera habeant.

Multicauus, a, um, Multum habens concaui. {πολύκοιλος. Ital. *che ha molti concaui.* Gal. *Qui a force trous.* Hispa. *Cosa que tiene muchos agujeros.*} Ouid. 8. Metam. Pumice multicauo, nec læuibus atria trophis Structa subit.

Multicaulis, le, Multos habens caules. {πολύκαυλος. Ital. *Di molti gradi.* Gal. *Qui a plusieurs tiges.* Hisp. *Cosa que tiene muchos tallos.*} Plin. li. 21. ca. 16, Est & illa differentia, quòd quædam in iis multicaulia ramosáque sunt, vt cardnus.

Multicolor, oris, omn. gen. Quod habet multos colores. {πολύχρως. Ital. *Di molti colori.* Gal. *De beaucoup de couleurs.* Hisp. *Cosa de muchos colores.*} Plin. lib.17. cap.10, Hexecontalithos in parua magnitude multicolor, hoc sibi nomen adoptauit.

Multifacio, cis, Magni æstimo. {πολλοῦ ποιοῦμαι. Ital. *Estimare molto.* Gal. *Estimer beaucoup.* Hisp. *Estimar en mucho precio.*} sicut Magnifacio, & Parui facio. Cato, Neque fidem, neque iusiurandum, neque pudicitiam multifacit. Festus.

Multifarius, ria, rium, Id est varium, quod multis modis possit diuidi: vel quod multarum est specierum. {πολυειδής, πολύτροπος. Ital. *Vario.* Gal. *De diuerses sortes & manieres.* Hisp. *Cosa de muchas maneras.*} Gel. lib.5. cap.6, Militares coronæ multifariæ sunt.

Multifariè, aduerbium, Variè, multis modis. {πολλαχῶς. Ital. *Variamente, in diuerse maniere.* Gal. *En plusieurs ou diuerses manieres & façons.* Hisp. *En muchas maneras.*} Plin. lib.6. cap.54, Et tamen multifariè priscos seruare ritus.

Multifariam, aduerbium, Idem quod multifariè. {πολλαχῆ. Ital. *Variamente.* Gal. *En plusieurs sortes.* Hispan. *En muchas maneras.*} Cic. 2. de Orat. Quòd esset multifariã defossum. Idem 1. de Legib. Hodie multifariam nulla sunt. Sueton. in Calig. cap. 18, Scenicos ludos & assiduè & varij generis multifariam fecit.

Multifer, ra, rum, Multa ferens, fertilis. {πολυφόρος. Ital. *Fertile.* Gal. *Fertil, qui porte & produit plusieurs ou diuerses choses.* Hisp. *Fertil, cosa que mucho trahe.*} Plin. lib.16. cap.8, Tam multifera sunt, & torres, præter glandem, pariunt robora. Idem de Braffica, Nullo æquè genere multifero, donec sua fertilitate consumatur.

Multifidus, a, um, Quod in multas partes finditur, & multas diuisuras habet. {πολυμερής. Ital. *Fesso in molte parti.* Gal. *Fendu en plusieurs parts.* Hispa. *Cosa hendida en muchas partes.*} Plin. lib.11. cap.37, Cornua nulla, quibus

quibus multifidi pedes. Mart. lib. 14, Multifido buxus quæ tibi dente datur. Ister multifidus, Lucan. lib. 3. Linguę multifidæ, Val. Flac. 1. Arg. Faces multifidæ, Ouid. 7. Metam. Timauus multifidus, quòd in multa ostia fissus in mare prorumpat. Mart. lib. 8, An tua multifidum numerauit lana Timauum.

Multiforis, re, Quod est multorum foraminum. {πολύτρητος. Ital. *Di molti pertugi.* Gal. *Qui a force trous.* Hisp. *Cosa de muchos agujeros.*} Plin. li. 8. ca. 55, Iniicient eas in specus, quæ sunt multifores in terra. Pro eodé etiam dicimus Multifotus, a, um. Ouid. lib. 12. Metam. Longáque multifori delectat tibia buxi.

Multiforatilis, Idem quod multiforis. πολύτρητος. vt Tibia multiforatilis, apud Apuleium in Floridis.

Multiformis, me, Varius, quasi multiplicis formæ, aut variæ. {πολύμορφος. Ital. *Vario, di forme diuerse.* Gal. *De diuerses, manieres & façons.* Hisp. *Cosa de muchas formas y maneras.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Oculi contuitu multiformes. Colum. lib. 8. cap. 9, Vt per anni diuersa tempora, mala, prunа, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat. Cic. 1. Acad. Ex iis autem ortæ variæ sunt, & quasi multiformes.

Multiformiter, aduerbium, Variis modis. {πολυμερῶς. Ital. *In diuerse maniere.* Gal. *En diuerses sortes & manieres.* Hisp. *En muchas formas.*} Gell. lib. 9. cap. 5 Plato ante hos omnes ita variè & multiformiter disseruit de voluptate. Plin. lib. 36. cap. 37, Pestilentiæ, quæ Solis obscuratione contrahitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est.

Multigenetis, & multigenere, Significat quod est multorum generum. {πολυγενής. Ital. *Di molti generi.* Gal. *De plusieurs sortes.* Hisp. *Cosa de muchos generos ó especies.*} Plaut. in Capt. Multis, & multigenetibus opus est tibi militibus.

Multigenus, a, um, Idem quod Multigeneris. Plin. lib. 11. cap. 1, Multa hæc, & multigena, terrestrium, voluerúmque vita.

Multiiugus, a, um, & Multiiugis, e, pen. corr. Quod est multiplex, varium, multum, & numerosum. {πολύζυγος. Ita. *Di molte sorti, vario.* Gal. *De diuerses sortes.* Hisp. *Cosa de muchas maneras.*} Vbi Iugus nihil significat, sicut in Postliminium, Meditullium, & huiusmodi. Prima pars in multiiugum, multum significat, reliqua pars protractio sola est, nihil significans. Apul. in Apolog Legisti Aristotelis multiiuga volumina. Cic ad Attic. lib. 14, Veruntamen de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multiiuges accepi vno tempore à Vestorij liberto.

Multiloquus, Qui multa loquitur. πολυλόγος, πολύφωνος. Ital. *Che parla molto.* Gal. *Qui parle beaucoup, grand parleur.* Hisp. *El que habla muchas cosas.*

Multimodus, a, um, Multiplex, varius. {πολύτροπος. Ital. *Di molti modi.* Gal. *De plusieurs & diuerses sortes.* Hisp. *Cosa de muchas maneras.*} Liu. 1. bel. Pun. Oppidani ad omnia tuenda atq; obeunda, multimoda arte distineri cœpti sunt, & non sufficiebant.

Multinumus, adiect. pen. prod. {πολυχρήματος. Ital. *Di molti denari.* Gal. *De beaucoup de pecune & prouffit.* Hisp. *De muchos dineros y prouecho.*} Varro 5. de Re rust. cap. 17, Ego enim vno seruulo, hordeo non multo, aqua domestica, meos multinumos alo asinos. id est quorum opera multos paro numos.

Multipartitus, a, um, adiectiuum. {πολυχώρος. Ital. *Diuiso in piu parti.* Gal. *Diuisé en plusieurs parties.* Hispan. *Partido en muchas partes.*} Plin. lib. 6. cap. 19, Nanque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur.

Multipes, Multipedis, vel Multipeda. æ, Vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim proserpens, qui & Centipeda & Millepeda appellatur. {ἑκατόπους. Ital. *Verme di molti piedi.* Gal. *Vne cloporte, ver qui a plusieurs pies.* Hisp. *El ciento pies gusano ponçoñoso.*} Plin. lib. 22. cap. 25, Ad multipedum morsus cum melle. Idem lib. 29. cap. 6, Millepeda, ab aliis Centipeda, aut Multipeda dicta, animal est è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahens se.

Multiplex, cis, omn. gen. Varius, inuolutus, multas plicationes habens, cui contrarium est Simplex. {πολυπλόκος. Ital. *Molteplice, vario.* Gal. *Qui a plusieurs plis, de plusieurs & diuerses sortes.* Hisp. *Pliegado muchas vezes, de muchas maneras.*} Suet. de Clar. Gram. Multiplici, variáque doctrina censebatur. Plaut. in Epid. Simul ærumnam multiplex exercita Habet paupertas. Virgil. 4. Aeneid. Hæc tum multiplici populos sermone replebat Gaudens. de Amic. Qui fieri poterit, si ne in vno quidem quoq; vnus animus erit, idémq; semper, sed varius, commutabilis, multiplex?

Multipliciter, aduerbium, Titulus est apud Plinium, De eodem multiplicius, lib. 7. cap. 14. πολυπλαχῶς. *varios.*

Multiplicabilis, le, Quod potest multiplicari: & nonnunquam idem quod multiplex. {πολυπλασιαστός, πολυπλωτός. Ital. *Che si può multiplicare.* Gal. *Qui se plie & entortille en plusieurs plis.* Hisp. *Lo que se puede multiplicar.*} Cic. 2. Tusc. ex quodam poëta, Hæc interemit totum multiplicabili Draconem auriferam obtutu asseruantem arborem.

Multiplico, as, are, Multiplex reddo, aut facio. {πολλαπλάσιω. Ital. *Moltiplicare.* Gal. *Multiplier, accroistre, augmenter.* Hisp. *Multiplicar ò acrescentar.*} Plin. li. 34. cap. 8, Primus hic multiplicasse varietatem videtur. Cic. ad Quintum Frat. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, vt multiplicata gloria discedamus. Ouid. 2. de Remed. Flumina collectis multiplicantur aquis.

Multiplicatio. {πολλαπλασιασμός Ital. *Moltiplicatione, aumentatione.* Gal. *Multiplication, accroissement.* Hisp. *Acrescentamiento.*} Colum. lib. 3. cap. 2, Nam si sordidus, aut vilis est, feracissimam quanque serere conducit, vt multiplicatione frugum reditus augeatur.

Multipotens, tis, omn. gener. Qui multum potest. {πολυδύνατος. Ital. *Che può molto.* Gal. *Fort puissant, qui peut beaucoup.* Hisp. *Lo que mucho puede.*} Plaut. in Bacc. -nequius nihil est, Quàm egens consilij seruus, nisi habet pectus multipotens, Vbicunque vsus fiet. Idem Trinum. Salue potenti, & multipotenti Iouis fratri tibi Nerei Neptune Lætus, lubens laudes ago.

Multiscius, Qui multa scit, & multas scientias habet. πολυμαθής, πολυίστωρ. Ital. *Che sa molto.* Gal. *Qui sait beaucoup.* Hisp. *El que mucho sabe.*

Multisonorus, a, um, {πολυηχός. Ital. *Che rende suoni diuersi.* Gal. *Qui rend diuers sons.* Hisp. *Cosa que suena por muchas partes.*} Claudia. de nuptiis Gallicis, Esseda concordes multisonora trahunt.

Multisonus, adiectiuum. πολύφωνος. Martial. lib. 1, Sic vbi multisona fernet facer Atthide lucus.

Multiuagus, a, um, Qui multùm vagatur. {πολυπλανής. Ital. *Che vaga molto.* Gal. *Qui vague en plusieurs sortes, qui ne se peut arrester.* Hisp. *Cosa que vaga por muchas partes.*} Plin. lib. 10. cap. 37. Ferunt non mutare sedem columbas, multiuaga alioqui aue. Multiuagus lunæ cursus, apud eundem lib. 2. cap. 10.

Multopere, Ea forma dixit Plautus, qua Magnopere dicimus, vt in Mere. Multopere in mundo rustico se exercitum. δι μάλα, πάνυ. Ital. *Grandemente.* Gal. *Moult, beaucoup.* Hisp. *En grande manera.*

Multitia, orum, Indumenta dicebantur minutissimis filis contexta, vnde à multis filis, & propterea subtilibus, nomen inditum. {πολύμιτα. Ital. *Vesti de fili sottili.* Gal. *Draps ou accoustremens de soye dont le tissu est moult delié & subtil.* Hisp. *Vestiduras de seda subtil.*} Vel à mulceodo, quoniam carnem demulceant. Et tantùm pluraliter declinatur. Iunen. Satyr. 2, -quæro an deceant multitia testem. Ibidem, -sed quid Non facient alij, quum tu multitia sumas Cretice?

Multiuolus, a, um, Qui multarum rerum desyderio tenetur. {πολύθελος. Ital. *Che vuole molto.* Gal. *Ayant diuerses volontez, qui veut beaucoup.* Hispan. *Cosa que quiere muchas cosas.*} Catullus ad Mallium, Multiuola est mulier.

Plus, ris. {πλέον, πλεῖον. Ital. *Più.* Gal. *Plus, d'auantage.* Hispa. *Mas.*} Generis neutri, in obliquis verò, & numero plurali trium generum, secundum Priscianum, comparatiuum est, significatione tantùm, non voce, ab eo quod est Multum: quanuis Gell. lib. 5. cap. vlt. ex Capitonis autoritate putauerit esse absolutum, hoc est positiuum. ¶ Plus nominatiuo aliquando iungitur. Liu. de bello Macedon. Plus quinquaginta hominum millia ceciderunt. ¶ Aliquando accusatiuo. Terent. in Eun. Non plus triduum. Vitru. lib. 7, Asseres directi disponantur inter se, nec plus spatium habentes pedes binos. ¶ Aliquando ablatiuo. Plaut. in Menæch. Plus triginta annis natus sum. In quibus omnibus locutionibus intelligitur particula Quàm, quæ plerúnque etiam exprimitur. ¶ Iungitur aliquando & genitiuo, communi more omnium substantiuorum: vt Plus sapientiæ. apud Plautum in Milite. ¶ Aliquando temporis aduerbium fit, idem significans quod Diutius. Terent. in Hecyra, Vt cum matre vnà plus esset. ¶ Plures pro Multi, passim apud autores legitur. Cic. 2. de Finib. Plures dies manere non potest. Plin. lib. 9. ca. 12, Aquatilium tegmenta plura sunt. ¶ In plurali numero, Plura dicimus, & Plutia. Donatus, Antiqui hoc Complure, & hæc Complutia, quod nostri Complura dicunt. Cic. in Orat. Confirmanda genera compluria. Credo quia veteres hic & hæc Pluris, & hoc Plure. non, hoc Plus, dicebant. Hæc ille. Gellius verò refert Capitonem docuisse Plutia Latinum esse: Pluta verò barbarum. Nunc autem de vsu & Pluria, & Plura dicimus. Vode & Complutia, & Complura. Terent. in Phorm. Multa aduenienti. vt sit, noua hic compluria. ¶ Sed differunt ab inuicem Plura & Complura, quòd Plura de duobus dici possit, Complura nonnisi de maiore numero. Est præterea illud comparatiuum, hoc minimè, ideóque non regit casum. ¶ Complurimus non reperitur, sed tantùm Plurimus. ¶ Est etiam Plus aduerbium. Plus satis, πλέον ἢ ἰκανῶς dicimus, pro eo quod est abundè, & plus quàm satis. Terent. in Eunu. Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. ¶ Plus minus, Plus minúsve, Plúsve, minúsve, in eadem significatione vsurpantur, pro Circiter: frequentius tamen inuenitur Plus minus: vt Dies plus minus triginta, pro eo quod est, paulo plus, aut paulo minus, hoc est circiter. ¶ Dicimus etiam, Plus, plúsque, pro eo quod est, in dies vehementius. Cic. Attic. lib. 6, Quem mehercule plus, plúsque in dies diligo. ¶ Hinc Perplures compositum, idem significans quod permulti. Plin. lib. 13. cap. 24, Spondétque iugero eius annuos perplures vel mediocri solo reditus. ¶ Vnde Perplurimum aduerbiũ: vt. Perplurimum refert, apud eundem lib. 2. cap. 54. ¶ Item deriuatiua, Pluralis, & plurale, πληθυντικός, & Pluratiuus, a, um, eiusdem significationis, vt apud Macrobium, Pluratiuus numerus.

Plusculus, a, um, diminutiuum à Plus. {πλεοναστικός. Ital. *Vn poco più.* Gal. *Vn peu d'auantage, vn peu plus.* Hisp. *Vn poco mas.*} Quanuis, Plus masculinum fœminiúmve genus non habeat: idémque significat quod Paulò, vel aliquanto plus. Terent. in Phorm. Tum pluscula supellectile opus est. ¶ Inde fit compositum Compluscula. Idem in Hecy. Primùm dies compluscula. ¶ Pluscula, li, substantiuum, neut. gener. Colum. lib. 12. cap. 47, Deinde exiguum aceti piperati, & pluscula mellis, aut mulsi adiiciunt. Cic. 2. de Orat. Verùm vt aliquando ad causas deducamus illum, quem constituimus, & eas quidem, in quibus pluscula negotij est. Cic. Luceio lib. 5. Pluscula etiam, quam concedit veritas, amori nostro largiare.

Plurifarius, adiectiuum, Varius, multiiugus. {πολύζυγος. Ital. *Vario, di molti sorti.* Gal. *En plusieurs sortes & manieres.* Hispan. *Cosa de muchas maneras.*} Sueton. in Claud Cæsar Gladiatoria munera plurifaria, ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria hic legunt Plurifariam, aduerbialiter.

Plurifariam, aduerbium, Significat pluribus modis, siue pluribus locis, {πλειονταχῶς. Ital. *A molti modi, in molti luoghi.* Gal. *En plusieurs sortes.* Hispa. *En muchas maneras.*} Sueton. de Tyb. Cubicula plurifariam disposita, tabellis ac figillis lasciuissimarum picturarum adornauit.

Plurimus, a, um, pen. corr. Superlatiuum à Multus. {πλεῖστος. Ital. *Assaissimo.* Gal. *Beaucoup plus.* Hisp. *Mucho mas.*} Plaut. in Aul. Quod me solicitat plurimis miserum modis. ¶ Quandoque pro longo ponitur. Virgil. 1. Aeneid. Iámque ascendebant collem qui plurimus vrbi Imminet. Vnde apud eundem, Nox plurima: id est longa, qua significatur amygdalum. ¶ Plurimum cum genitiuo: vt Plurimum ætatis, plurimum iucunditatis. Cicero, Nam quod in publicanorum causis vel plurimum ætatis mecum versor, vehementérq; illum ordinem obseruo, &c. Idem 1. de Finibus, Itaque ne iustitiam quidem recte quis dixerit per seipsam optabilem: sed quia iucunditatis vel plurimum afferat. ¶ Plurimi, genitiuus verbis æstimandi iungitur. Cic. 3. de Finib. Sic bonum hoc, de quo agimus, est illud quidem plurimi æstimandum: sed ea æstimatio, genere valet non magnitudine. Plaut. Bacchid. Imò vnicè illum plurimi pendit.

Plurimùm, aduerbium. Id est permultum. {πολλάκις. Italicè. *Molto, la piu parte del tempo.* Gallicè. *Beaucoup, la plus part du temps.* Hispanicè. *Mucho mas, la mayor parte del tiempo.*} Cicero de Amicitia. Plurimùm sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi confidit. ¶ Quandoque ponitur pro Vtplurimum. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Terent. in Phorm. Domum ire pergam, ibi plurimùm.

MVLVCHA, Fluuius Mauritaniæ, Massæsylorum fines à Cæsariensi Mauritania distinguens. De quo Strabo lib. 17. Post Mauritaniam (inquit) est Massæsylorum regio, à Molachath flumine (ita Mulucham nominat) initium sumens. &c. Vbi indicat, trans flumen in ortum Massæsylos esse, sicut Plinius. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuisse, Bocchi quidem Orientalem, Iugurthæ verò occiduum, diuerso respectu: quemadmodum aliquando Rhenus Romani imperij ab Ortu, & Septentrione terminus fuit: rursum verò Germanorum ab Occasu, & Meridie limes: vt quod mihi in Ortum prospicienti dextrum est, id tibi in Occasum verso sinistrum sit. Sic Rubiconem veteris Italiæ olim, & Togatæ Galliæ terminum fuisse intelligimus. Vnde in Iugurtha Sallustius. Haud longè (inquit) à flumine Mulucha, quod Iugurthæ Bocchique regnum disiungebat. Et alibi apud eundem, Bocchus inquit, Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micypsam fuit, non egrediar, neq; id Iugurtham intrare sinam. Hactenus Sallustius. Sunt qui hoc nomen neutro genere efferendum putent (in quibus est & Caper insignis Grammaticus) vnde apud Sallustium loco iam citato Mulucha legendum putant, non Mulucham: quemadmodum etiam in exemplaribus quibusdam vetustissimis scriptum offendimus.

Mulus, per simplex l. Animal quod ex asino & equa generatur. ἡμίονος, ἡμίονος. Ital. & Hisp. *Mulo*. Gal. *Vn mulet*. } qui autem ex equo & asina genitus pullus, Hinnulus dicitur. Plin. lib. 8. cap. 44. Ex asino & equa mulus gignitur mense duodecimo, animal viribus in labore eximiũ. Et paulo pòst, Equo & asina genitos mares, Hinnulos antiqui vocabãt: contrà que Mulos, quos asini & equæ generarent. Vide de hoc latius in dictione HINNVS. ¶ Muli Mariani, furculæ sunt, teste Festo, quibus religatas farcinas viatores gerunt: quarum vsum quia Marius inuenit, Muli Mariani postea sunt appellati. ἡμίονοι μαριανοί. Plautus Aerumnularum vocat. Front. lib. 4. Stratage. C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus, & facilis requies esset.

Mula, æ. fœm. gen. ἡ ἡμίονος. Ital. & Hisp. *Mula*. Gal. *Vne mule*. } Plin. lib. 8. cap. 44. Gignitur mula ex equo & asina, sed effrænis, & tarditatis indomitæ. Iuuen. Satyr. 7. Mundæ nitet vngula mulæ. Fœta mula. Idem Satyr. 13. -Et fœtæ comparo mulæ.

Mularis, & hoc Mulare, adiectiuum, à mulo. ἡμιονικός. Ita. *Da mulo, ò mula*. Gal. *De mulet ou mule*. Hisp. *Cosa perteneciente à mulo, ò mula*. } Colum. lib. 6. cap. 27. Est enim quæ circo sacrisque certaminibus equos præbet: est mularis quæ pretio fœtus sui comparatur generoso.

Mulio, onis, Qui mulos elitellarios, siue quadrigarios ducit. ἀγροῦ ἡμιονηγός, ἡμιονηγός. Ital. *Mulattiere*. Gal. *Mulatter*. Hispa. *Azemilero ò mulatero*. } Iuuen. Saty. 3. Nam mihi commota iandudum mulio virga. ¶ Mulius, mulij, quod hîc legebatur pro mulione. Latinum non est: quanuis Calepinus deceptus inemendata Horatij lectione, putauerit indifferèter pro eodem dici Mulionem, & Mulium. Locus Horatij qui Calepino imposuit, est ex lib. 2. Serm. Saty. 7. Audit cum magno blateras clamore, furisque, Mulius. Sic enim legi debere, & constanti castigatorum exemplariorum consensu, & Acronis autoritate constat: qui Mulium insignem fuisse asserit Horatij temporibus parasitum. ¶ Est præterea Mulio genus culicũ. Plin. lib. 11. cap. 18. Impugnant eas naturæ eiusdem degeneres vespæ, atque crabrones, & è culicum genere, qui vocantur Muliones.

Mulionius, a, um, Quod ad mulionem pertinet. ἀγροῦ ἡμιονηγικός. Ital. *Pertinente à mulattiere*. Gal. *Apartenant à mulatier*. Hisp. *Perteneciente à mulatero*. } Cic. pro Sest. Mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad Comitia venerat, &c.

MVMASTIS, μυμαστίς, Catiæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mumastitæ.

MVMMIVS, Prænomine Lucius, nobilis Romanus, qui Corinthum bello captam diruit, Italiámque vasis Corinthiis, æneísque signis impleuit. Autor Plin. lib. 34. cap. 3. & 7.

MVNDA, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ multis cladibus & funeribus celebre, iuxta quod etiam Cæsar cũ Pompeij filiis manus conseruit, in quo prælio tanta strages facta est, vt Cæsar obsidens victos congestis corporibus vallum circum vrbé struxerit. Lucan. lib. 1. Vltima funesta concurrunt prælia Munda. Vide Plinium lib. 3. cap. 1. Vulgò *Mundeçara*.

Mundus, a, um, Quod est purum, tersum, politúmque. καθαρός, κόσμιος. Ital. *Mondo, pulito, netto*. Gal. *Net, pur*. Hisp. *Limpio, ò aseyado*. } Cuius contrarium est Immundus. Plaut. in Ciste. Neque munda es adæquè vt soles. Terent. in Eun. Quæ dum foris sunt, nihil viderut mundius, Nec magis compositum quicquam. Horat. 1. Epist. 5. Iandudum splendet focus, & tibi munda supellex. Idem Saty. 7. -vnde Mundior exiret vix libertinus honestè. ¶ Mundior iusto cultus. Liu. lib. 9. ab Vrbe.

Mundulus, diminutiuum, qui nimia munditia vtitur, vt placeat mulierculis. κομψοπρόσωπος. Plaut. in Truc. Nunc ego istos mundulos vrbanos amasios Hocitu exponam.

Mundus, di, substantiuum. Dicitur ornatus muliebris: quo scilicet mulier mundior fit. κόσμος γυναικεῖος. Ital. *Ornato*. Gal. *Ornement*. Hispan. *Las joyas de la muger*. } Ho cuius nominis appellatione continetur speculum, mitræ, armillæ, annuli, gemmæ, & similia, quibus mulier ornatur. Cato pro lege Oppia. Munditiæ ornatus, & cultus, fœminarum iudicia sunt: his gaudent, & gloriantur. Hinc Mundum muliebrem appellarunt nostri maiores. Liu. 2. bell. Maced. Non aurum modò iis, sed & postremò vestem, mundúmque omnem muliebrem ademit. Colum. lib. 12. cap. 3. Postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur. Dicitur & Mundum, neutro genere. Lucil. Legauit quidam vxori mundum omne, penúmque. ¶ Hinc etiam Mundus accipitur pro eleganti illa, ornatáque totius vniuersi machina, quæ ex omni eo constat quod exili ambitu continetur. } Ital. & Hispa. *Mondo*. Gal. *Le monde, l'vniuers*. } Nam sicut Græci κόσμον, quod apud eos ornatum significat, ita nos à perfecta, absolutáque elegantia vocamus Mundum, quòd nihil eo sit mundius & pulchrius, & ornatius. Hæc ex Plin. lib. 2. cap. 1. & 4. Cic. de Finib. bon. & mal. li. 3. Mundum autem censent regi numine deorum,

eúmque esse quasi communem vrbem, & ciuitatem hominum, & deorum, & vnumquemque nostrum huius mundi esse partem: ex quo illud natura consequitur, vt communem vtilitatem nostræ anteponamus. Idem 2. de Natur. deorum. Mundus est quasi communis deorum atq; hominum domus, atque vrbs vtrorumque.

Mundanus, na, num, Quod mundi est. κοσμικός. Ital. *Mondano*. Gal. *De monde*. Hisp. *Cosa del mundo*. } Vnde interrogatus Socrates philosophus, cuias esset. Mundanum se esse respondit. Vide Cic. 5. Tusculanarum.

Munditer, aduerbium. κομψῶς, κοσμίως. Plaut. in Pœn. Nam quum sedulo munditer eos habeamus, vix ægrè amatorculos inuenimus.

Mundities, ei, & Munditia, æ. pro lautitia, Puritas, elegantia, nitor. καθαριότης. Ital. *Mondezza, politezza*. Gal. *Netteté*. Hispan. *Aseyte, limpieza*. } Cic. lib. 1. Offic. Adhibenda præterea munditia est, non odiosa nec exquisita nimis: tantùm quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam. Ouid. 3. de Arte. Munditiis capimur, ne sint lege capilli. Colum. lib. 9. ca. 14. Nec quanuis amant simas munditiarum, offendunt odore suo. ¶ Munditias facere apud Catonem cap. 2.

Mundifico, Mundum facio. κοσμοποιῶ.

Mundo, as, Detergo, purifico. καθαίρω, κοσμίζω. Ital. *Mondare, nettare*. Gal. *Nettoyer, monder*. Hisp. *Limpiar ò aseyar*. } Plin. lib. 15. Ob id crebrius vasa mundanda. ¶ Hinc componitur Emundo, expurgo, sordibus libero. ἐκκαθαίρω. Colum. lib. 2. Quædam pluuiis diebus, vt bubilia, & ouilia, debent emundari.

Munero, muneras, Vide MVNVS.

Mungo, mungis, xi, ctum, quasi mucum ago. ἐμύσσω. Ital. *Moccare*. Gal. *Moucher*. Hisp. *Limpiar los mocos*. } Id enim Mungere est, quum è naribus mucus trahitur. Vnde Emungo fit, ἐκμύσσω de quo suprà. Inueniri etiam Mungor deponens, Cato de liberis educandis, Neque mungentur libertatem.

Municeps, Vide MVNVS.

Munio, is, niui, vel munij, nitum, Significat Fulcio, vallo, circundo, reparo, præparo, defendo. ἐρύω, τειχίζω, ἀσφαλίζω, ὀχυρόω. Ital. *Fortificare, guarnire*. Gal. *Fortifier, munir, garnir*. Hispan. *Fortalescer, ò guarnescer*. } Plaut. in Mil. Magnum illic honorem ineipis, si magna munis mœnia. Idem in Persa, Vt munitum muro tibi visum est oppidũ? S. Si incolæ bene sunt morati, pulchrè munitum arbitror. Colum. Quantúnque rei patientur, pulchrè munitum arbitror. Colum. Quantúnque rei patientur morati

Munuſculum, li, diminutiuum. {τὸ δωρηϲέλιον. Ital. *Picciol dono.* Gal. *Vn petit don, vn petit preſent.* Hiſpan. *Don pequeño.*} Cic. 5. Verr. Quam tu totam inſulam cuiuſdam tuorum ſodalium, ſicut aliquod munuſculum condonaras. Virgil. 4. Aeglog. At tibi prima puer nullo munuſcula cultu, &c. Catul. Argon. Non ingrata, tamen fruſtra, munuſcula diuis Promittés.

Munerarius, Spectaculi exhibitor, qui ludos gladiatorios exhibet populo, vnúmq; vel plura paria gladiatorum ad ſpectacula pugnatura producit. ἀμφιθέατρος, ἀλλόθηρος. Suetonius in Domit. cap. 10, Patremfamiliàs, quòd Thracem mirmilloni parem, muneratio imparem dixerat, detractum é ſpectaculis in arenam, canibus obiecit. Quint. lib. 8. ca. 3. Munerariam Auguſtus primus dixit. Qui verò familiam gladiatorum habet & gladiatoreſque domi inſtituit, ac poſtea vendit, à laniando dicitur Laniſta. Vnde apud hiſtoricos frequéter legimus, Laniſtas vendidiſſe gladiatores muneratiis.

Muneralis, adiectiuum, quod ad munus pertinet. {δωρεάδης & δωρεμβλωτός. Ital. *Pertinente à dono.* Gal. *Apartenant à don.* Hiſp. *Coſa perteneſciente à don ò dadiua.*} Vnde Muneralis lex, νόμος δώρων, qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere. Plautus, Nec muneralem legem, neque lenoniam rogo: fuerit néene, flocci extimo.

Munero, ras, & Muneror, aris, deponens. In eadem ſignificatione, qua dono. {δωρέομαι. Ital. *Donare, preſtare.* Gal. *Remunerer, faire preſent, donner.* Hiſp. *Dar don.*} Plaut. in Capt. & dij poteſtatem dabunt, Vt beneficium bene merenti noſtro meritò muneres. Terent. in Heaut. Nam diſciplina eſt eiſdem, munerarier Ancillas primùm, ad dominas qui affectant viam. Cic. 2. de Inuent. Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Macrob. 1. Satur. cap. 7, Ianus quum Saturnum claſſe prouectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiam iuris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate munerauit. ¶ Hinc Remunero. ἀνταδωρέομαι. Liu. lib. 2. ad Vrbe, Tum Mutius quaſi remunerans meritum.

Munis, inquit Feſtus, Officioſus, antiquè. Plaut. in Merc. Dico eius pro meritis gratum me, & munem fore.

Munia, orum, Onera lege debita: & officia, quæ publicè præſtátur. {ἔργα, πόλη. Ital. *Vffici.* Gal. *La charge, l'office, ou le debuoir.* Hiſp. *Los Officios.*} Cic. pro Muræna, hæc ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. Colum. lib. 12. ca. 1, Sic enim & magiſtri ſingulorum officiorum ſeduló munia ſua exequũtur. Liu. 1. ab Vrb. Interim Seruio Tullio iubere populum dicto audientem eſſe, eum iura eſſe redditurum, obiturúmque alia regis munia. Ibidem, Cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro impetio, ex quo belli paciſq; munia non viritim, vt antea, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Hinc Immunis, ἀτελὴς, qui ab eiuſmodi onere liber eſt. ¶ Item Communis, de quo diximus ſuo loco.

Municeps, Vide MVNICIPIA.

Municipalis, & hoc le, Quod ad municipes pertinet. Cic. 3. de Legib. Vtinam, inquit M. Cicero, iſto animo, atque virtute in ſumma Repub. verſari nobiſcum, quàm in municipali maluiſſes. Municipales homines dicuntur, qui in municipiis degunt, hoc eſt in iis oppidis quæ ciuitatis Romanæ ius ſunt adepta. Cic. ad Attic. lib. 8, Multùm mecum municipales homines loquuntur, multùm ruſticani. Budæus municipales homines interpretatur pro ſimplicibus, & imperitis: fortaſſis idcirco, quòd homines in municipiis degentes minus actu & calliditate valeant, quàm vrbani. ¶ Municipalia ſacra vocantur, quæ ab initio habuerunt municipes ante ciuitatem Romanam acceptam: quæ obſeruare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo facta fuiſſent antiquitus. Municipale ius, dicitur priuatum ius vniuſcuiuſque ciuitatis. Municipalia magiſteria, vocantur adminiſtrationes, & officia ſui municipij.

Municipia, orum, Dicebantur ciuitates ſuo iure & legibus vtentes, muneribus tamen populi Romani, & honoribus fungentes. Capiebant enim munera, ſed non damnoſa, vt eſt collatio tributorum, & huiuſmodi, ſed quæ ad honorem pertinerent: à quo munere capeſſendo nomen ſibi vendicauere, nulla populi Romani lege aſtricti. ¶ Erant itaq; municipiorum incolæ, qui Municipes dicebantur, meliore cõditione, quàm coloni. Municipiorum iura iam penitus obliterata ſunt. Municipem (inquit Vlpianus) facit aut ciuitas, aut manumiſſio, aut adoptio: quoniam Municeps eſt, & qui liber in municipio natus eſt, & qui in municipio à ſeruitute ſe liberauit, & qui ciuitatem quancunque aſſequutus eſt. Proprié tamen Municipes dicuntur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerum participes fiunt. Sed abuſiuè nunc Municipes dicimus, ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues. Quo nomine tam Oratores, quàm Poëtæ vtuntur. Iuuen. Satyr. 4, Iam princeps equitum, magna qui voce ſolebat Vendere municipes facta de merce ſiluros. Cic. in Bruto, Non dubito quin ſcias non ſolùm cuius municipij ſim, ſed etiam quàm diligenter ſoleam municipes Arpinates tueri.

Municipatim, Significat per municipia: ſicut Oppidatim, per oppida.

Munificus, a, um, adiectiuum. Munificus. {μεγαλοπρεπὴς, ἱππρέπης. Ital. *Corteſe, liberale.* Gal. *Cortois, franc & liberal.* Hiſpan. *Cortes, franco y liberal.*} Apud antiquos, non à largitione, quæ nulla erat, ſed conſentiens appellabatur ad ea quæ amici vellent. ¶ Nunc autem Munificus pro liberali ponitur, quaſi munera largè præbens: de quo in dictione Liberalis. Munificus amicus. Liu. 3. bell. Macedo. Mitis & munificus amicus fuit. Ouid. 3. Amorum, ele. 5, Te dea munificam gentes vbicunque loquuntur. Idem 4. de Ponto ele. 1, Nec mihi munificas arca negauit opes. ¶ A Munificus, fit Munificentior & Munificentiſſimus. Cic. pro Rol. Com. Semper liberaliſſimus, munificentiſſimúſque fuit. Cato tamen Munificior, & Munificiſſimus, dixit. Feſtus, Munificior à munificeo, identidem Cato dixit, quum nunc Munificétior dicamus, quanuis Munificens non ſit in vſu.

Munificè, aduerbium, Largè, abundanter. {μεγαλοπρεπῶς. Ital. *Corteſamente, abondeuolmente.* Gal. *Largement, liberalement.* Hiſ. *Francamente, liberalmente.*} Cic. 3. de Natura deorum, Sic haud ſcio, an melius fuerit humano generi motum iſtum celerem cogitationis, acumen, ſolertiam, quam tarditatem vocamus, quoniam peſtifera ſit multis, paucis admodum ſalutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari. Munificè & æquè tueri ſocietatem coniunctionis humanæ, Cic. 5. de Finibus. Munificè prædam largiri, Liu. 1. ab Vrbe.

Munifico, as, are, Ditare, beatum facere. {πλουτίζω. Ital. *Arricchire, far beato.* Gal. *Faire dons & preſens, enrichir.* Hiſp. *Enriqueſcer à otro, hazer bienauenturado.*} Lucr. lib. 2. de Cybele deorum matre, Ergo quum primùm magnas mouecta per vrbes Munificat tacita mortales muta, ſoluta, Aere atque argento ſternunt iter.

Munifex, cis, maſc. gen. quanuis figuratè etiam aliis generibus iungatur. {ὁ καὶ ἡ πλουτίζων & ὁ καὶ ἡ συντηρῶν. Ital. *Chi fa il ſuo vfficio.* Gal. *Qui fait ſa charge & ſon eſtat.* Hiſp. *El que haze el ſuo officio.*} Munifices, autore Feſto, qui non vacabant, ſed munus principi faciebant. Contrà Beneficiarij dicebantur, qui vacabant muneris officio. ¶ Munifices item à Vegetio lib. 2. cap 7, dicuntur milites, qui munera faciunt: quibus Immunes non obſtricti ſunt. Inde illud Plinianum per metaphoram dictum lib. 11. cap. 40, Vno verò ex omni turba relicto, ſola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, deſcendit.

Munificentia, æ. {μεγαλοπρέπεια. Ital. *Corteſia, liberalità.* Gal. *Liberalité & largeſſe.* Hiſp. *Franqueza, liberalidad.*} Plin. lib. 27 cap. 1, Nec dubiè ſuperata hoc modo poſſet videri etiam rerum naturæ ipſius munificentia, ſi humani operis eſſet inuentio.

MVNICHYA, æ, μυνιχία. Tumulus eſt in Cherſoneſi formam curuatus ingreſſum habens anguſto ore, à quo murus 40 ſtadiorum longitudine protendebatur, Athenarum vrbem cum Piræeo, duobúſque aliis portubus connectens. ¶ Hinc Munychius, a, um, poſſeſſiuum. Ouid. 6. Meta. Munychiáſque volans agros gratámque Mineruæ Deſpiciebat humum. ¶ Fuit item Munychia Dianæ cognomen, quæ apud Pygellam, non procul ab Epheſo colebatur, vt refert Strabo lib. 14.

Muræna, Piſcis eſt longitudine non diſſimilis anguillę, & fœminini tantùm ſexus. {μύραινα. Ital. *Murena.* Gal. *Murene.* Hiſpa. *Morena.*} Nam maſculus, teſte Plin. lib. 9. cap. 23, Myrinus vocatur, robuſtior quàm murena, & vnicolor. Fuit autem hoc piſcis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præſtantiam ſaporis, partim ob inſignem viuacitatem. Nam quum reliqui piſces aut tædio carceris, aut vitio piſcinarum facilè intereant, ſolæ murænæ ad quotidianos vſus viuarijs incluſæ diutiſſimè poſſunt aſſeruari. Conſtat enim autoritate Plin. lib. 9. cap. 55, C. Hircium ex viuarijs ſuis Cæſari Dictatori ſex millia murænarum mutuò appendiſſe. Manſueſcunt autem murænæ, & de manu cibum capiunt: vnde à quibuſdam ſuprà quàm credi poſſet feruntur adamatæ. Nam & Craſſus murænam in viuario ſuo mortuam ferur vt filiam deflenſſe, & tumulo condidiſſe: & Antonia Druſi murænæ à ſe amatæ inaures adidiſſe. Optimæ autem inter murænas habebantur, quæ capiebantur in freto Siculo: quas Macrobius Saturnal. lib. 3, Flutas vocari aſſerit his verbis, Accerſebantur ad piſcinas vrbis ab vſque freto Siculo (illic enim optimæ eſſe creduntur) tam murænæ, quàm anguillæ, & vtræque ex illo loco Plotæ, à Latinis Flutæ vocãtur, quòd in ſummo ſupernatantes, ſole torrefactæ, curuare ſe poſſe, & in aqua mergere deſinunt, atque ita facilè capiuntur. Mart. lib 13, Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo, Non valet exuſtam mergere ſole cutem Plaut. in Aul. Congram, murænam ex dorſua, quantum potes. Idem in Amphi. Mirum ni hic me quaſi murænam exoſſare cogitat. ¶ Eſt autem Muræna duplex, Marina & Fluuiatilis: Marina roſtrum habet, quale anſeris: Fluuiatilis, quę à quibuſdam Galeos dicitur, multò minor eſt marina, vtpote quæ cubiti longitudinem nõ multùm excedat. Paulus Iouius in eo libello, quem de Romanis piſcibus edidit, arbitratur eandem eſſe quæ à Plinio Muſtela, & à nobis à lambendis petris *Lampetra* dicitur. ¶ Eſt & Muræna μυραινίς, cognomen viti Romani ab eo piſce deducti. Vnde Ciceronis extat oratio pro Muræna.

Murænulæ. {μυραινίδες. Ital. *Collane.* Gal. *Colliers.* Hiſpa. *Collares ò cadenillas de oro.*} Sunt ornamenta colli flexuoſa, inſtar murænarum, & catenæ ex auro, quibus matronæ condecorantur: ſicut ſcribit Hieronymus ad Marcel. his verbis, Aurum colli ſui, quod murænulam vulgus vocat (quòd ſcilicet metallo in virgulas lenteſcẽte quædam ordinis flexuoſi catena contexitur) abſque patentibus vendidit. ¶ Poteſt etiam Murænula eſſe diminutiuum à Muræna.

Muralis, Muratus, Vide MVRVS.

MVRCIA, teſte Hermolao in Plinium, Socordiæ dea habita fuit: quemadmodum Strenua, ſolertiæ & ſtrenuitatis. Nam Murcidum antiqui ignauum & inertem appellabant, teſte Feſto. Habuit autem hæc dea ſacellum ſub monte Auentino, qui & ipſe antiquitus Murcus appellatus fuit.

Murcidos, Antiqui, teſte Feſto, ignauos appellarunt & ſtultos. μωρούς. Plaut. in Epid. Væ tibi murcide homo.

Murci, Dicti ſunt homines timidi & ignaui, qui vt militiæ periculum effugerent, pollices ſibi amputabant. {κολοβοχεῖροι. Ital. *ſtolti, poltroni, da poco.* Gal. *Mornes, ſots, malauiſez.* Hiſpa. *Locos, bouos.*} Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 22, Inter Gallos non ferè competrus, qui militiæ detrectandæ cauſa pollicem ſibi præcideret: quod genus ſocaliter Murcos dicunt.

Murciolum, li, Columel. Semen lentiſci vocat, velut à figura muricis, quòd buccini ſpecie viſatur is folliculus, niſi quis pro languido accipiat: quando & numen ſocordiæ Murciam deam vocabant. Hæc Hermolaus in 33. cap. lib. 9. Plinij.

Murex, cis, Piſcis marinus ex conchatum genere, à purpura diuerſus: qui per excellentiam etiam Conchylium dicitur. {πορφύρα, πορφυρίς. Ita. *Peſce di mare co'l cui ſangue ſi tinge la porpora.* Gal. *Vn certain poiſſon en eſcaille, du ſang duquel on ſouloit teindre en couleur de pourpre.* Hiſp. *La concha de que ſe haze la purpura.*} Plin. lib. 9 cap. 35, Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Ex muricis humore fit color, qui & ipſe Murex, ſiue Conchylium dicitur. Virgil. 4. Aeglog. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice. Vnde Veſtis tincta murice, quæ & Conchyliata dicitur. Virgil. 4. Aeneid. Tyrióque ardebat murice læna. ¶ Fuerunt item Murices in menſarum deliciis: vnde de iis ſic ſcribit Martialis lib. 13, Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis: & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus. ¶ Accipitur interdum pro acumine, ſiue aſperitate ſaxi prominentis. Virgil. 5. Aeneid. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. ¶ Interdum murices ſunt tribuli, τριβόλοι, hoc eſt machinulæ ferreæ, doloſæ, tetragona forma, quæ in quancunq; partem incubuerint, vnum aut plures aculeos infeſtos protendunt. Valer. Max. lib. 3,

Universidad de Deusto Biblioteca

Suadentibus quibuſdam vt circa mœnia vrbis, quam obſideret, ferreos muricis ſpargeret, ne ſubita eruptione hoſtes impetum in præſidia noſtra facere poſſent. Tribulorum meminit Vegetius lib. 3.

Muricatus, a, um. Quod eſt muricis modo factum. ‡κεστρωτὸς. Ital. *Fatto à foggia di porpora.* Gal. *Fait en façon de porcelaine.* Hiſ. *Hecho à guiſa de abrojos.* ‡ Plin. lib. 30. cap. 23. Vtrique folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. Muricati greſſus, Fulgentio. id eſt formidoloſi, & pauendi. Intuemur (inquit) atrox, quibus adhuc impreſſæ bellantium plantæ: muricatos (quod aiunt) ſigillauerũt greſſus. Et formidine menti nondum exterſa, hoſtes in veſtigiis pauebamus: terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis hæredem reliquerat.

Muricatim, aduerbium, Conuolutim, in modum muricis. ‡ἑλικοειδῶς, κεστρωτικῶς. Ital. *A foggia di porpora.* Gal. *En façon de porcelaine, en tortillant.* Hiſp. *A manera de abrojos.* ‡ Colum. lib. 9. cap. 33. Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo. Budæus.

Murilegulus, li, à muricibus legendis, ſiue colligendis, nomen habet. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 11. Murilegulos Iureconſulti muricis & purpurarum perquiſitores nuncupant. Meminit Iuſtinianus lib. 11. Codicis, tit. de Monetariis, & Murileg.

MVRGENTINI, μυργοντῖνοι, Populi Siciliæ à quibus Vitis Murgentina nomen accepit, quam & Pompeianam nonnulli appellant. Vide Plin. lib. 3. cap. 8, & lib. 14. cap. 11.

MVRGIS. Oppidum in ora maritima Bæticæ, à quo Murgitana regio. Plin. lib 3 cap. 1. Vulgò, *Muxacra.*

Murgiſo, penult. prod. Iners, deſidioſus: à mora & deſidendo dictus, inquit Feſtus.

Muria, æ, Genus liquaminis, quod ex thynno piſce cõficiebatur. ‡ἅλμη. Ital. *Salamora.* Gal. *Saulmure.* Hiſp. *Salmuera ò ſalmorejo para adobo.* ‡ Perſius Satyr. 6, Tingat olus ſiccum muria vafer in calice empta. De Muria epigramma eſt Martialis lib. 13. Antipolitani fateor ſum filia thynni: Eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa forem. Horat. Satyr. 8, Vt melius muria quàm teſta marina temittat. ¶ Muria etiam dicitur ſalſugo, hoc eſt liquor ex ſale reſolutus, quam *Salmuriam* vulgò dicimus. Colum. li. 12. cap. 25, Quoniam quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua ſalſa, vel muria muſtum condiunt, eam quoque partem curæ non omittendam putaui. Plin. lib. 13. cap. 8, Muria quoque, ſiue illa ſalſugo, ſpiſſat, mordet, extenuat, ſiccat. Muriam Feſtus ex Verannij ſententia interpretatur ſalem ſordidum in pila piſtum, & in ollam fictilem conjectum, ibique opertum, gypſatúmque, & in furno percoctum: cui virgines Veſtales ſerra ferrea ſecto, & in ſetiam conjecto, quæ eſt intus in æde Veſtæ in penu exteriore, aquam iugem quamlibet, quæ per fiſtulas venit, addunt, atque ea demum in ſacrificiis vtuntur.

Muries, rici, Idem quod muria, hoc eſt liquor ex ſale reſolutus, ἅλμη. Cato cap. 88. Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta condias.

Muriaticus, ca, cum, Quod muria conditum eſt. ‡ἁλμυρὸς. Ital. *Acconcio in ſalamora.* Gal. *Qui ſent la ſaulmure, ou eſt accouſtré en ſaulmure.* Hiſp. *Adobado en ſalmuera.* ‡ Plaut. in Pœn. -ſoror cogita Amabo, nos item perhiberi, quaſi ſalſa muriatica Eſſe autumantur, ſine omni lepõre, & ſine ſuauitate, niſi Multa aqua vſque & diu macerantur, oleut, ſalſa ſunt, tangere vt non velis: Item nos ſumus eiuſcemodi, mulieres ſunt admodum Inſulſæ, atque inuenuſtæ, ſine munditia & ſumptu.

Murilyus, Vide MVREX.

Murina, æ, vel Myrina, æ, ſiue vt alij ſcribunt, Myrrhina, ſiue Murrhina, μυρρίνη, Potionis genus (inquit Feſtus) quod Græci nectar vocant: quod quidam dici putant ab vuæ murrhinæ nomine. Plinius item lib. 14. cap. 13, ex Plauti ſententia murinam oſtendit vini dulcioris genus eſſe. Laudatiſſima (inquit) apud priſcos vina erant, miro odore condita: vt apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur: quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromatis delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorſennus decreuit his verſibus, Mittebant vinum pulchrum, murinam. Et in Achariſtione, Panem, & polentam, vinum, murinam. Scæuolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudolo ſit, Quòd ſi opus ſit, vt dulce promat Iudidem, ecquid habet? ic. rogas: Murinam, paſſum, defrutum, mellinam. Quibus apparet, non inter vina modò murinã. ſed inter dulcia quoq; nominatum. Hactenus Plinius. Gellius quoq; Murinam inter dulces potiones enumerat, quæ mulieribus Romæ in vſu eſſe conſueuerunt. Romanas (inquit) mulieres bibere ſolitas ferunt lotea, paſſum, murinã, & quæ id genus optant, potu dulcia.

Murmur, Tantùm eſt neutri generis, quanuis Euangeliorum interpres ſemel in maſculino genere vſus ſit. ‡ψόφος, ἀηχεμυρμός. Ital. *Mormoro.* Ital. *Mormore, bruit.* Hiſpan. *Ruido ò murmullo de gente.* ‡ Eſt autem proprié Murmur, lenis aquæ ſtrepitus: licet & pro alio quocunque ſtrepitu poni conſueuerit. Nomen eſt fictitium, teſte Quintil. lib. 8. ca. 6, quemadmodum & Mugire, & Sibilare. Virgil. 10. Aeneid. -ceu flumina prima Quum deprehenſa fremunt ſyluis, & cæca volutãt Murmura. Cic. 3. de Orat. Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, ſunt ducta à cęcetis ſenſibus. Idem in Arato, Nec metuens canos minitãri murmure fluctus. Ouid. 1. Meta. -qui poſtquam voce, manũq; Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.

Murmuro, ras, Leniter ſtrepo, & ſonum aquæ fluitantis ſimilem edo. ‡μορμύρω. Ital. *Mormorare.* Gal. *Murmurer, bruire.* Hiſpan. *Murmurar ò hazer ruido.* ‡ Vnde Fremitum murmurantis maris, dixit Cic. 5. Tuſc. Quanuis etiam indifferenter de quouis alio ſono dicatur. Plin. lib. 18. cap. 35, Pallidi nanque, murmurantéſque ignes tempeſtatum nuntij ſentiuntur. Plaut. in Caſ. Mihi inanitate iandudum, inteſtina murmurant, pro eo quod eſt crepant. κορκορυγῶσι. ¶ Murmurare item contradicere aliquando ſignificat, & ſecretò murmure indignationẽ oſtendere. Plaut. in Mil. Verùm vbi dies decem continuos ire ad eundem inſtat, Tametſi dominus non inuitus patitur, ſerui murmurant. Idem in Aul. Vt ſceleſta ſola ſecum murmurat. ¶ Antiqui etiam in eadem ſignificatione vſi ſunt, verbo deponente Murmuror. Varro, Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Nonius. ¶ Huius compoſita ſunt, Admurmuro, & Commurmaro, Immurmuro, Obmurmuro, Submurmuro, de quibus ſuis locis.

Murmuratio, Verbal. ‡ὁ μορμυρισμός, ὁ ἠχοποιμός, ψοῦσις, ψοῦσμα. Ital. *Mormoramento.* Gal. *Murmurement, bruyement.* Hiſp. *Murmuramiento, ruido.* ‡ vt Murmuratio aquilarum, Plin. lib. 10. cap. 3. Murmuratio querula, ibidem.

Murmurillo, las, Submurmuro. ὑποψιθυρίζω. Plaut. in Rud. Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias?

Murmurillum, li, Exigua & ſubmiſſa murmuratio. ‡ψιθυρισμός. Ital. *Piccolo mormoro.* Gal. *Petit bruit.* Hiſp. *Pequeño ruido.* ‡ Plautus in Rud. Palàm age, nolo murmurillum, neque ſuſurrum fieri mihi.

MVROLA, μυρόλα, Pannoniæ ſuperioris vrbs, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 15.

MVRRANVS, Priſcus Latinorum rex, à quo poſtea Latini omnes reges Murrani ſunt dicti. Autor Seruius. Scimus enim (inquit) plerunq; fieri, vt primi regis reliqui nomen poſſideant, vt apud Romanos, Auguſti vocantur, apud Albanos Syluij, apud Perſas Arſaces, apud Aegyptios Ptolemæi, apud Athenienſes Cecropes. Hæc Seruius.

Murrha, Lapidis pretioſi genus eſt, odoris præſtantia commendabile, & colorũ varietate inſigne, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram, candorémque, & tertium ex vtroque ignęſcentem, veluti per tranſitum coloris purpura rubeſcẽte, aut lacte candeſcẽte. Naſcitur in Oriente apud Parthos, & præcipuè in Carmania. Creditur eſſe humor, Solis calore ſub terra condenſatus. Amplitudine nuſquã excedit paruos abacos: craſſitudine autem raro tanta, vt poculis potoriis ſufficiat: qua in re præcipuus erat vſus murrhæ. Martial. lib. 4, Si calidũ potas, ardenti murrha Falerno Conuenit, & melior fit ſapor inde meto.

Murrheus, a, um, μύρρινος. Quod ex murrha eſt. Iabolenus Iureconſultus ſcribit, Murrhea vaſa, quæ ad vſum edendi, & bibendi cauſa reperta ſunt, eſſe in ſupellectili.

Murrhinus, a, um, Vel (vt alij ſcribunt) Myrrhinus, μύρρινος, penult. corr. Quod ex murrha confectum eſt: vt, Abaci murrhini, Trullæ murrhinæ, Pocula murrhina. Suet. in Aug. Alexandria capta nihil ſibi præter vnum murrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuit. ¶ Murrhina ſubſtantiuè, dicuntur vaſa murrhina, quæ apud veteres ſummo erant in pretio, partim ob colorum varietatẽ, partim propter gratiam odoris. Plin. lib. 37, Oriens murrhina mittit: inueniuntur enim ibi pluribus in locis, nec inſignibus, maximè regni Parthici: præcipuè tamen in Carmania. Humorem putant ſub terra calore denſari. Amplitudine nuſquam paruos excedunt abacos, craſſitudine rara, quanta dictum eſt, vaſe potorio. Splendor his ſine viribus, nitórque verius, quàm ſplendor. Sed in pretio varietas colorum, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candorémque, & tertium ex vtroque ignoſcentem, veluti per tranſitum coloris purpura rubeſcẽte, aut lacte candeſcente. Et paulo póſt, Aliqua & in odore commendatio eſt. De incredibili murrhinorum pretio vide Plinium paulo antè eodem cap. Martia. li. 13, Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum Poſce, dabunt calices hæc tibi vina ſuos.

MYRSA, μύρσα, Ioniæ oppidum, Adriani Cęſaris opus. Gentile eſt Myrſæus, μυρσαῖος. Autor Stephanus.

MVRTIA, æ, Veneris cognomentum, à myrto arbuſcula illi ſacra impoſitum: vnde primùm Myrtea dicta eſt, & deinde corrupto nomine Murtia. Plin. li. 15. ca. 29, Ara fuit Romę vetus Veneris Myrtheæ, quam nunc Murtiam vocant. Feſtus hanc deam Murceam appellat, & ſub Auentino eam ſacellum habuiſſe tradit. Murceam autem dictam vult, ſiue quòd homines murceos, hoc eſt ignauos, & inertes redderet: ſiue quòd Auẽtinus, ſub quo ſacellũ habuit, olim Murcus fuerit appellatus.

Murus, ri, A muniendo dictus, proprié eſt lapideus vrbis ambitus: quum Paries proprié ſit domorum. ‡τεῖχος. Ital. *Muro, muraglia.* Gal. *Mur, muraille.* Hiſpa. *Muro dela ciudad ò villa.* ‡ Macceria verò ſiue Maceries, quæ cõſtat ex lapidibus, ſine calce, aut alio genere ferruminationis. Cæſ. 7. bel. Gal. Portas claudere, murum complere cœperunt. Cic. de Nat. deor. Muri vrbis, quos vos ſanctos eſſe dicitis. Virgil. 4. Aeglo. Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos. Ouid. 11. Met. -Phrygiæque tyranno Aedificat muros, pactus pro mœnibus aurum. Hor. 3. Car. Ode 3, Ter ſi reſurgat murus aheneus, Autore Phœbo. ¶ Murus per tranſlationem. Cic. 7. Verr. Ad omnes enim meos impetus quaſi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur.

Muralis, & hoc murale, Quod ad murum pertinet. ‡τειχικός. Ital. *Cõſa che s'appartiene à muro.* Gal. *Appartenant à muraille.* Hiſp. *Coſa perteneſciente à muro.* ‡ vt, Muralis corona, qua donari ſolebat ab Imperatore qui primus murum ſubiiſſet, & in hoſtium oppidum per vim aſcendiſſet. Plin. lib. 16. cap. 4, Cedunt iis murales, vallatéſque: & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Liu. 3. bel. Pun. Vtique poſtquam corona aurea muralis propoſita eſt, &c. Pila muralia, quibus quatiuntur muri, aut quæ de muris deiiciuntur. Cæſ. 7. bell. Gal. Aut ex vallo & turribus traiecti pilis muralibus interibant. Machinæ murales, quibus muri diruuntur. Plin. li. 7. ca. 56. Muralis herba, περδίκιον, παρθένιον, quæ vulgò *Vitrariam* dicitur, quòd vaſa mirum in modum confricata purificet, ideóque Vrceolaris à veteribus dicta. Eadem Parietaria vocatur, quòd in muris frequenter naſcatur, & Perdicium, quoniam perdices ea præcipuè paſcantur. Plin. lib. 22. cap. 27, & Dioſcorides lib. 4. cap. 42. Tormentum murale. Virgil. 12. Aeneid. -murali concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt.

Muratus, a, um, ‡τετειχισμένος, ἐντετειχός. Ital. *Murato.* Gal. *Muré.* Hiſp. *Coſa fortaleſcida de muros.* ‡ Quod muros habet: vnde, Vrbes muratæ dictæ ſunt, hoc eſt muris circundatæ.

Mus, muris. ‡μῦς. Ital. *Sorice, topo.* Gal. *Vn rat ou vne ſouris.* Hiſp. *Raton.* ‡ Exiguum animal eſt, nobiſcum in domo habitans, à corrodendo ſono, quem facit, dictum. Diſtinguitur à ſorice, quòd Sorex maior ſit mure, clariúſque ſtrepat, vt docet Eraſmus in Prouerbio, Sorex ſuo perit indicio. Vtrunque eſt animal nobis infeſtum: ſorices tamen, quia maiore ſunt corpore, plus afferunt detrimenti. Colum. Si ſerpés aut mus, ſorexve in iniuſtum cecidérit. Murem certè nec ferum iure dixeris, nec placidum, quia nunquàm manſueſcit, vt inquit Plin. Virgil. 1. Georg. -ſæpe exiguus mus Sub terris poſuitque domos, atque horrea fecit. Horat. de Arte, Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Cice. Attic. lib. 14, Sed quod quæris quid arceſſierim Chryſippum: tabernæ mihi

duæ

Universidad de Alcalá

dux corruerint, reliquæ rimas agunt: itaque non solùm inquilini, sed & mures migrauerunt. De moribus vide Plin.lib.8. cap.57. Mus araneus est, quem Græci μυγάλην appellant, compositio nomine ἀπὸ τοῦ μυὸς καὶ γαλῆς, hoc est à mure, & mustela, quòd muris magnitudine sit, mustelinæ specie, ore oblongo, cauda gracili, verlu dentium quadruplici, vt inquit Aetius. Abundat his insula Britannia. Plin.lib.29, Et ipse mus araneus contra se remedio est, diuulsus, & impositus. Murium marinorum meminit Plin.lib.9.cap.19.

Mus Indicus. Vide ICHNEVMON.

Musculus, li. Modò diminutiuum est, & significat paruũ murem. ¶ μῦς ὁ μικρός. Ital. *Topolino*. Gal. *Petit rat, petite souris*. Hispa. *Ratoncillo*. ¶ Plin. Decrescente Nilo masculi reperiuntur. Cic.1. de Diuin. Nam & musculorũ iecusculæ bruma dicuntur augeri. ¶ Musculi, vt à Medicis accipiuntur, sunt partes corporis carnosæ, nervorum fibris motus gratia circumiectæ, venisque & arteriis conspersæ, illis quidem ad alimenti distributionem, his autem ad natiui coloris custodiam, quæ omnia tenuis complectitur tunica, musculum definiens. ¶ Ital. *Muscoli*. Gal. *Muscles*. Hispan. *Mouezuelos*. ¶ Tres autem musculi vniuscuiusque sunt partes, origo, medium, & exitus: quibus caput planè nervosum est, medium, carne, nervis & arteriis extuberat: extremum in tendonem, confusis nervorum & vinculorum fibris, desinit. Plaut.in Amph. Quid dicas noui, cicatricem in dextro musculo ex illoc vulnere, Quod mihi impegit Pterela. Plin.lib.20.cap.21, Item conuulsis, luxatis, tumentibus musculis, nervis, articulis imposuit. ¶ Item Musculus genus piscis parui, qui paruo moderamine caudæ iter regit Balænæ, ne in scopulum impingat. Est enim Balæna luscitosa, & penè exoculata, quæ quum fortè aliquò profectura est, indiget hoc pisciculo præuio, qui eam deducat & reducat. De hoc Claudianus lib.2.in Eutropium, Sic ruit in rupes amisso pisce sodali Bellua, sulcandas qui præuius edocet vndas, Immensúmque pecus paruo moderamine caudæ Temperat, & tanto coniungit fœdera monstro. Plin.lib.9.cap.52, Balænæ musculus, quandoque prægraui supercilliorum pondere obrutus eius oculis, infestantia magnitudinem vada prænatans demonstrat oculorúmque vice fungitur.

Musculosus, a, um, ¶ μυώδης. Ital. *Pieno di muscoli*. Gal. *Musculeux, qui a beaucoup de muscles* Hisp. *Cosa de muchos musculos*. ¶ Celsus lib.5.ca.20, At ũ nervosus, aut musculosus is locus est, commodius est cerato miscere. ¶ Musculos etiam dixerunt antiqui minores machinas, quibus protecti libellatores, fossas ciuitatis congestis lapidibus, liguis, & terra, non solùm complent, sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento vehantur ad murum. Sunt minotes vineis, subtiliorésque: maiores autem, & firmiores pluteis. Cæsar 7.bell.Gal. A castris longurios, musculos, falces, reliquáque, quæ emptionis causa parauerat, profert. Idem 5.bell.Ciu. Scalas, musculósque ad repentinam oppugnationem fieri, & præparari iussit.

Murinus, a, um, pen.prod. Possessiuum à mure deductum. ¶ μύϊνος. Ital. *Di sorci*. Gal. *De rat*. Hisp. *De raton*. ¶ Plin.lib.13. cap.8, Murino fimo contra calculos illinere ventrem potest. ¶ Mutinus color, qualis ferè est asinorum. Colum.lib.6.cap.37, Murinus quum sit in anno vulgaris, tamen non optimè respondet in mula. ¶ Murinum hordeum, herbæ nomen. Plin.lib.22.cap.25, Est & herba Phœnicea appellata à Græcis, à nostris verò Hordeum murinum. Hodie à vulgo Sterilis auena appellatur, teste Ruellio lib.3 cap.96.

Muscerda, æ, Murinum stercus. ¶ μυϊσγάλον. Ital. *sterco di topi*. Gal. *Crote ou merde de rat ou de souris*. Hispan. *Estiercol de los ratones*. ¶ Plin.lib.23. cap.6, Præterea vt Varro noster tradit, murinum fimum, quod item muscerdas appellat.

Muscipula, Machina ad capiendos mures. ¶ μύστροκον. Ital. *Trappola à prender topi*. Gal. *Souriciere, ratiere*. Hisp. *Ratonera para tomar ratones*. ¶ Varro 1. de Re rust.cap.8, Necnon si parit humus mures, huius minor sit vindemia, nisi totas vineas oppleueris muscipulis.

Musa, æ, ¶ μοῦσα. Ital. & Hispa. *Musa*. Gal. *Muse*. ¶ Latinè significat cantum. Virgil.8. Aeglog. Pastorum musam Damonis & Alphesiboei. Idem 6. Aegio. Agrestem tenui meditabor arundine musam. ¶ Crassiore musa. Quintil.1. cap.10, Liber propter quosdam imperitiores crassiore (vt vocant) musa dubitationem huius vtilitatis eximere. Iocosa musa, Ouid.4.Trist.Eleg.8. Pedestris musa, Horat.2.Serm.Saty.6. Solers lyræ musa, Idem de Arte. ¶ Hinc Musica, μουσική, appellata est scientia, quæ tractat de ratione canendi. Et Musicus, μουσικός, musicæ peritus. ¶ Poetæ Musas nouem finxerunt, easdémque deas, Iouis, & Memoriæ filias, quæ poëtis, & musicæ præessent. Oportet enim virum eruditum, ac doctum, intelligentia, memoriáque vigere. Has dixerunt in Heliconе habitare, qui mons Bœotiæ est, Phocidi affinis: à quo Helicontides, & per epenthesim Heliconiades appellantur. Distat autem Helicon non procul à Parnasso Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu: & rupes amborum saxea est. ¶ Quin & Parnassum habitare Musæ dicuntur: vnde & Parnassides dictæ. ¶ Et quoniam Phocidi cognitus Aonia est, etiam Aonides appellantur. ¶ Alio etiam nomine dicuntur Cithæronides, vel Cithæriades, ab Atticæ regionis monte, qui Cithæron dicitur, quem similiter Musis sacrum esse dicunt. Initium habet à Megaricis & Atticis montibus, finitur prope Thebas. ¶ Pierides item dictæ sunt à Pieria, quæ regio est Macedoniæ, Emathia antè dicta. Hæc Musarum patria, domúsque est, à nemore item appellata, cui nomen est Pieris. ¶ Item dicuntur Thespiades, à Thespia oppido Heliconi propinquo. ¶ Item Pegasides, & Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis Hippocrene dicitur, hoc est equi fons. ἵππος equum vocant, κρήνη fontem. Vnde & à nostris Fons Caballinus vocatur, & Pegasius, quòd Pegasus eo loco saxum vngula feriens, fontem dicatur aperuisse. Persius, Nec fonte labra prolui caballino. Hunc equum putant esse, qui inter sydera collocatus est. Quanuis alij Bellerophontis equum esse dicant. ¶ Rursus Musæ Libethrides vocatæ sunt, à fonte Macedoniæ, in ea regione, quæ Magnesia dicitur. Hic fons Libethros, Musis est sacer, & spelunca eodem in loco, quæ Libethra appellatur. Item Pimpleides, seu Pimpleæ, à Pimpla Thraciæ monte, vel à fonte Pimpleo in radice eius montis sito. ¶ Item Castalides, à fonte Castalio, in radicibus Parnassi, Musis sacro, qui à Castalia Nympha nomen assumpsit. ¶ Nouen autem Musæ fuguntur, quibus hæc nomina imposita fuere. Primam enim à bonitate vocis dixere Calliopen: καλὸν enim bonum dicitur, ὄψ vox. ¶ Secundam Clio, à gloria, & celebritate rerum gestarum, quas canit: κλείειν enim celebrare est: vnde & Historica dicitur. ¶ Tertiam, ἔρως. Erato, vel à canendis amoribus, vel quòd cãtus ab omnibus desyderetur. Ouid.2. de Arte. Nunc mihi, siquando, puer, & Cytherea fauete: Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes. ἐράω enim significat amo, desydero, exigo. ¶ Quartam à voluptate, ac lasciuia cantus, θαλίαι Thaliam: θάλλειν enim virere, germinare, florere est. ¶ Quintam μελπομένη, Melpomenen, à canendo: μέλπεσθαι enim canto, & modulor significat. ἀπὸ τοῦ μέλπω τοῦ ᾠδῆς, hoc est à concentu faciendo: vnde & Tragœdiis præsidere putabatur. ¶ Sextam τερψιχόρη, ἀπὸ τοῦ τέρπειν τὸν χορόν, hoc est delectandis choreis: vnde à quibusdam dicitur Citharistria. ¶ Septimam εὐτέρπη, Euterpen, à suauitate concentus, quasi bene delectantem. εὖ enim bene significat, τέρπειν delectare. Hæc ab aliquibus Tibicina dicta est, & peculiariter tibiarum cantui creditur præsidere. ¶ Octauam Polyhymniam, à multitudine cantus magnitudine memoriæ. πολὺς enim multum significat. ὑμνέω canto, Laudo. Vnde ὕμνος canticum est, quem & nos hymnum dicimus. Alij Polymniam πολύμνιαν malunt appellatam à multitudine memoriæ. μνήμη enim memoria dicitur. ¶ Nonam οὐρανίαν, Vraniam, quasi cælestem, vel à cælestium rerum cantu, vel à cantus diuinitate. οὐρανὸς enim Græci vocant cælum. ¶ Vnde autẽ dictæ sint Musæ, inter scriptores non satis conuenit. Plato in Cratylo ἀπὸ τοῦ μοῦσθαι dictas putat, hoc est ab inquirendo: vnde ab antiquis interdum vocatæ sunt Mosæ. Alij Musas dictas putant, quasi ἑμόσσας, quòd inter omnes disciplinas similitudo sit, & quoddam quasi cognationis vinculum, quo inter se omnes coniunguntur, & copulantur: vnde & Musæ ita pingi solent, vt se mutuò tenentes, choros ducant. ¶ Sunt etiam qui Musas dictas putent ἀπὸ τοῦ μοῦν, quod significat bona, honestáq; disciplina instituere. Musarum nomina & inuenta exequitur Virgilius hoc carmine,

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
Terpsichore affectus citharis mouet, impetat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Carmina Calliope libris heroïca mandat.
Vranie cæli motus scrutatur & astra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Musica, æ, & Musice, es, ¶ μουσική. Ital. *Musica*. Gal. *Musique*. Hisp. *El arte dela musica para cantar*. ¶ Scientia est quæ modum canendi demonstrat. Hæc apud Græcos antiquitus tantæ venerationis fuit, vt iidem Musici & vates, & sapientes iudicarentur. Cuius scientiæ quum se imperitum Themistocles confessus esset, (vt inquit Cicero) indoctior habitus est. ¶ Musicæ appellatione (inquit Budæus) prisci humanitatem literarum significabant: in qua ingenuos homines docebant otium contemnere: animúmque recreare. Recentiores verò ad numerorum modulationem hoc verbum transtulerunt: quia Musica velut ludus animi est, & à curis vexati requies.

Musica, Musicorum. Cic.1. de Orat. Quis musicis, quis huic studio literarum quod profitentur ij qui grammatici vocantur, penitus se dedidit, quin, &c. Idem 5. Tusc. Musicorum verò perstudiosum accepimus.

Musicus, a, um, pen.corr. ¶ μουσικός. Ital. *Musico pertinente à musica*. Gal. *Apartenant à musique* Hispan. *Cosa perteneciente a la musica*. ¶ Ad musicam pertinens. Plin.lib.2. cap.22, Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum absit à terra Luna. Quintil.lib.1.ca.12, Aut musicis notis cantica excipiat. ¶ Artem tractare musicam, periphrasticè dictum pro Comœdias scribere. Terent. in Prolom. Phorm. In medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶ Musicum studium. Idem in Heauton. Repentè ad studium hunc se applicasse musicum.

Musicos, ci, substantiuum. ¶ μουσικός. Ital. *Musico*. Gal. *Musicien* Hispa. *Cantor que canta por musica*. ¶ Qui nouit, aut docet musicam. Cic.3. de Fin. Ergo in Græcia musici floruerunt. Idem 1. Offic. In fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. Idem 2. Tusc. Si absurdè canat is qui se haberi velit musicum.

Musicè. ¶ μουσικῶς. Ital. *Musicalmente*. Gal. *Musicallement, en musique* Hispa. *Con musica, musicalmente*. ¶ aduerbium, Significat integrè, vt nihil desit. Nam musicam veteres encyclopædiam dixere, in qua omnes sunt comprehensæ disciplinæ. ¶ Musicè etiam delicatè significat, & genialiter: nam musicos opiparè & geniabiter viuere manifestum est. Plaut.in Mostel. Musicè hercle agitis ætatem: itaque vti vos decet, Vino, & victu, piscatúque probo electili Vitam colitis.

Musæus, a, um, μουσαῖος. Quod Musarum est: vt Lepos Musæus. Lucretius lib.4, Deinde quòd obscura de re tam lucida pango,
Carmina, Musæo contingens cuncta lepore.

Museum, pen.prod. ¶ μουσεῖον. Ital. *Museo, luoco consecrato alle muse*. Gal. *Lieu consacré ou dedie aux muses, vne estude*. Hisp. *Lugar consagrado à las musas*. ¶ Locus est Musis, & studiis consecratus: vnde Strabo lib. vltimo scribit apud Alexandriam fuisse celeberrimum museum. Plin.Iun. lib.1. Epist. ad Fundanum, O mare, ô litus, verum, secretúmque museon quàm multa inuenitis! quàm multa dictatis! Philostratus in vita Apollonij Tyanei μουσεῖον vocat locum vbi Musæ colebantur, & responsa reddebant, quasi Musarum sacratium. ¶ Est præterea Museum μουσεῖον, opus ex pumicibus constructum, ita dependens, vt imaginem specus imitetur. Plin. lib.36.cap.21, Non prætermittenda est & pumicum natura: appellantur quidem ita & cætera saxa erosa annis: in ædificiis Musea vocant, dependentia ad imaginem specus arte reddendam.

MVSA ANTONIVS, Augusti medicus fuit, cuius meminit Horatius lib.1. Epist.ad Vallam. Plin.lib.19.cap.8, Diuus certè Augustus lactuca conseruatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ medici.

MVSEVM, penult.prod. μουσεῖον, Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. Stephanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MVSAEVS, μουσαῖος, Poëta insignis, Orphei tẽpore, vnus ex Argonautis: de quo extant versus. Ancus erat Romæ quo Martius optimus æuo, Musæus Græcis floruit in pattibus. Quod epigrãma si verum est, Musæus non fuit vnus ex Argonautis, qui expeditionem fecerunt in Colchos ante tẽpora Troiana. Potest tamen hoc de alio quopiam Musæo intelligi. Nam tres commemorantur à Suida, omnes poëtæ, inter quos præcipuus fuit Musæus Eumolpi filius. Atheniẽsis, qui amores Erûs & Leãdri carmine heroico descripsit. De huius laudibus extat honestissimum Virg. elogium 6. Aen. Musæum ante omnes: medium nam plurima turba Hunc habet, atq; humeris extantem suspicit altis.

Musca, æ, Paruum animal volatile. {μυῖα. Ital. & Hisp. *Mosca*. Gal. *Vne mouſche*.} Plautus in Curcul. Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo, Vt muscæ, culices, pedésque, pulicésq;. Varro 3. de Re rust. cap. 16. Non vt muscæ liguriunt, quód nemo has videt, vt illas, in carne, aut sanguine, aut adipe. ¶ Eius diminutiuum est Muscula. Boëthius, Quid imbecillius homine, quem morsus muscularum necat?

Muscarius, ria, rium, Quod ad muscas pertinet. {μυῖος. Ita. *De moſche*. Gal. *De mouſches*. Hisp. *Coſa de moſcas*.} Plin. lib. 29. cap. 6, Aranei muscarij telæ, & præcipuè spelunca ipsa impositæ fronti. Vbi Muscarium araneum vocat Plinius, qui venatur muscas.

Muscarium, rij, Flabellum, quo muscæ abiguntur. {σεῖον. Ital. *Paremoſche*. Gal. *Vn eſuentoire ou autre inſtrument à chaſſer les mouſches*. Hisp. *Moſcadero*.} cuiusmodi ex caudis pauonum confici solent, quæ muscaria pauonina vocat Martialis lib. 14. Hieronymus ad Marcellam, Quòd autem matronis offertis muscaria, paruis animalibus ventilandis, elegans significatio est, debere luxuriam citò restringere, quia muscæ morituræ oleum suauitatis exterminant. ¶ Erant & Muscaria bubula, quæ ex boum caudis conficiebantur, pulueri vestibus excutiendo idonea: quorum etiam meminit idem Martialis loco iam citato. ¶ Ab horum similitudine herbarum quoque comæ in orbem radiatæ, cacumináque in fasces coacta, Muscaria appellantur. Plin. lib. 12. cap. 26, Semine in muscarius dependente, vt fetulæ.

Muscerda, Muscipula, Musculus, Vide MVS.

Muscus, musci, Viridis herba, seu potius lanugo, in corticibus arborum, & circa fontes & loca humida nascens. {μοῦσος, βρύον. Ital. *Muſco, muffa d'albero*. Gal. *Mouſſe*. Hisp. *El moho de los arboles*.} Virg. 6. Aeglog. -musco circundat amaræ Corticis. Colum. lib. 4. ca. 24, Iam verò muscus, qui more compedis, crura vitium deuincta comprimit, sitúque ex veterno macerat, ferro distringendus, & eradendus est.

Muscosus, sa, sum, Quod muſco opertum est. {βρυώδης. Ital. *Pieno di muſco*. Gal. *Plein de mouſſe*. Hisp. *Lleno de tal moho*.} Vnde dicuntur Muscosi fontes. Et muscosa prata, apud Varronem 1. de Re rust. ca. 9. Cic. ad Quint. Frat. lib. 3, Nihil muscosius. Plin. lib. 12. cap. 1, Muscosi pumices.

Muscari, Est musco tegi. βρυῶσθαι. Vnde Emuscati, est musco liberati. Colum. lib. 11. cap. 2, Oleæ putantur, & emuscantur.

Musea, museorum, Vide Museum in MVSA.

Musica, Vide MVSA.

Musimon, is, pen. corr. masc. gen. Animal ouillo pecori non dissimile, villo tamen caprino similius, Hispaniæ & Corsicę familiare Plin. lib. 8. cap. 49, Est & in Hispania, & maximè in Corsica, non maximè absimile pecori, genus musimonum, caprino villo, quàm pecoris velleri propius: quorum è genere, & ouibus natos prisci Vmbros vocauerunt. Infirmissimum pecori caput: quamobrem auersum à Sole pasci cogendum. Nonius aliter, Musimones, inquit, asini, muli, aut equi breues. Lucil. lib. 6. Pretium emit, qui vendit equum musionem.

Musio, mussas, Vide Mutio in MVTVS.

Mustace, ces, pen. prod. siue potius Mustax, cis, Lauri species, quæ maximo folio constat, flaccidóque & albicante: ita dicta quòd mustaceis soleat subiici. Plin. lib. 15. ca. 30, Duo lauri genera tradit Cato: Delphicam & Cypriam Pompeius Lenæus adiecit, quam Mustacem appellauit: quoniam mustaceis subiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidóq; & albicante. Ex quo Plinij loco apparet nominatiuum huius dictionis potius videri Mustax, quàm Mustace, eo quòd accusatiuum faciat Mustacem: qua etiam declinatione vsus est Ruellius.

Mustaceus, & Mustaceum, cei, Libi genus est, constans ex farina siliginea musto conspersa, caseo, cumino, anisо, adipe, & ramentis lauri. *σησαμᾶς*. quod in nuptiis adhiberi solet, vt innuit Iunen. Satyr. 6, Si tibi legitimis pactam, iunctámque tabellis Non es amaturus, ducendi nulla videtur Causa, nec est cur cœnã & mustacea perdas. Cato de Re rust. cap. 121, vsus est hoc nomine in masculino genere. Mustaceos (inquit) sic facito: farinæ siliginææ modium vnum musto conspergito, anisum, cyminum, adipis pondo duo, casei libram, & de virga lauri derádito, eódem addito: & vbi definxeris, lauri folia subtus addito, dum concoques. Dicta sunt autem Mustacea à musto, quo farina conspergebatur: non (vt quidam putauerunt) à mustace lauri genere: quum è contrario, vt ipso Plinio teste, constet, hoc lauri genus à Mustaceis nomen accepisse, eo quòd mustaceis soleat subiici. Vide ea quæ de hoc annotauimus in dictione LAVREOLA.

Mustela, æ, pen. prod. {γαλέ Ital. *Donnola*. Gal. *Vne beiette*. Hisp. *Comadreja*.} Animal est paruum, sed oblongum, flaui coloris, quod columbariis, aliisque id genus auiariis maximè insidiatur, ouа exorbens, ipsásque etiam aues enecans. Plin. mustelarum duo facit genera magnitudine distantia: sylueſtre, quod Græci ichidem vocant: & alterum domi nostræ oberrans, quod suos quotidie transfert catulos, & serpentes persequitur. Vide plura de hoc animali apud. Plin. lib. 29. ca. 4. ¶ Est etiam Mustela. γαλεός. Piscis nomen apud Plin. li. 9. ca. 17, proximam à scato bonitatem obtinentis: quem Paulus Ionius in eo libello, quem de piscibus Romanis edidit, multis argumentis ostẽdit, eundem esse quem nos à lambendis petris *Lampetram* vocamus.

Mustelinus, a, um. pen. prod. adiectiuum, Fit à mustela. {γαλεῶδης. Ita. *Pertinente a donola*. Gal. *Apartenant à beiette*. Hisp. *Perteneſciente à comadreja*.} Terent. in Eunuc. Hic est vetus, victus, veternosus senex, Colore mustelino. Plin. lib. 30. cap. 14, Aut ex ventriculo mustelino per genitale effluentes aquas.

Mustricola, mustricolæ. Est machinula, autore Festo, ex tegulis, in qua calceus nouus insuitur. Afranius, Mustricolam in dentes indam tibi.

Mustum, musti, Vinum nouum. {γλεῦκος, οἶνος νέος. Ital. *Moſto, vino nouo*. Gal. *Du mouſt, vin doux qui vient de la cuue*. Hisp. *El moſto de las vuas*.} Ouid. 4. Fast. Prælia de lacubus proxima musta tuis. Plin. lib. 23. cap. 1, Mustæ differentias habent naturales has, quòd sunt candida, aut nigra, aut inter vtrunque, aliáque, ex quibus vinum fiat: alia ex quibus passum. Cic. de Clar. Orat. Sic ego istis censuerim & nouam istam quasi de musto ac lacu feruidam orationem fugiendam. Virgil. 1. Georg. Aut musti ac lacu feruidam orationem fugiendam. Virgil. 1. Georg. Aut mustо ac lacu feruidam orationem fugiendam. Virgil. 1. Georg. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Ouid. 2. de Arte, Qui properant noua musta bibant: mihi fundat auitum Consulibus prisco condita testa merum.

Mustus, sta, stum, Idem quod recens. {νέος. Ital. *Nouo*. Gal. *Nouueau fait, fraiſchement fait*. Hispa. *Freſco, nueuo*.} Vnde Plautus, Mustam inueucam *fraiſchement fait*. Hispa. *Freſco, nueuo*.} Vnde Plautus, Mustam inueucam *fraiſchement fait*. Hispa. *Freſco, nueuo*.} Vnde Plautus, Mustam inueucam fraiſchement fait. Hispa. *Freſco, nueuo*.} Vnde Plautus, Mustam inueucam dixit. ¶ Mustum (inquit Nonius) non solùm vinum, verumetiam nodixit. ¶ Mustum (inquit Nonius) non solùm vinum, verumetiam nouellum quicquid est, rectè dicitur. Næuius in Gymnastico, Vtrum est melius, virginem, an viduam vxorem ducere? virginem, si musta est.

Mustarius, a, um. {ὁ γλεῦκος ἐπιτήδειος. Ital. *Pertinente à moſto*. Gal. *Apartenant à mouſt*. Hisp. *Perteneſciente à moſto*.} Quod ad mustum attinet: vt Mustarius vrceus, in quo Mustum reponitur. Cato de Re rust. cap. 11.

Musteus, a, um, Idem quod dulcis, & musti saporem referens. {γλεῦκος. Ital. *Moſtoſo*. Gal. *Doux comme mouſt*. Hisp. *Dulce, moſtoſo*.} vnde Poma musteа. Plin. Est tanta musteis pomis suauitas, vt finis mandendi nonnisi periculo fiat. ¶ Dicitur etiam Musteus, recẽs, idem quod Mustus. Idem lib. 12. ca. 7, Amaritudo grano eadem, quæ piperi musteo creditur esse. Colum. lib. 9. cap. 15, Transfertur in vasa fictilia mel, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus deferuescat.

Mutabilis, Mutabilitas, Vide MVTO.

Mutilus, a, um. Idem est quod truncatus, aut membro aliquo necessario diminutus. {κολοβός, κυμός. Ital. *Tronco, tagliato*. Gal. *Mutilé, qui n'eſt pas entier, coupé*. Hisp. *Mocho ò deſmochado*.} vnde boues, aut capri, qui cornua non habent, mutili dicuntur. Horat. 1. Sermon. Satyr. 5, -ô tua cornu Ni foret exacto frons (inquit) quid faceres, quum Sic mutilus minitaris? Ouidius, Turpe pecus mutilum. Colum. li. 8, scribit meliorem esse arietem mutilum, quàm cornutum. Cæsar 6. belli Gall. Harum est consimilis capri figura, & varietas pellium: sed magnitudine paulò antecedunt mutilæque sunt cornibus. ¶ Et per translationem mutilus pro imperfecto. Cic. in Orat. Sed quum mutila quædam & hiantia loquuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putãt Thucydidis. ¶ Sunt qui sic distinguant Mutilum à Manco, vt Mutili dicantur hi quibus ferro, vel alia re aliquod membrum exectum sit: Manci verò, quibus membrum naturæ vitio desit. Iuuenalis, -exco tanquam Mancus, & extinctæ corpus non vtile dextræ. Debiles autem, quibus membrum vel vulnere, vel morbo inutile sit redditum.

Mutilo, mutilas, pen. corr. Trunco, aliquid detrahо, diminuo. {κολοβόω, *mpiо*. Ital. *Troncare, tagliare*. Gal. *Mutiler, couper*. Hispan. *Deſmochar ò cortar miembro*.} Terent. in Hecyr. Ego propterea te sedulo & moneo, & hortor, ne cuiusquã misereat, Quin spolies, mutiles, laceres, quemquam nacta sis. ¶ Huius cõpositа, Admutilo, Dimutilo, de quibus suis locis.

Mutilatus, ta, tum, {κολοβωθείς, *mpiθείς*. Ital. *Troncato*. Gal. *Mutilé, coupé*. Hisp. *Deſmochado*.} Truncatus, diminutus. Plin. lib 8 ca 5, Certè Cato quum imperatorum nomina annalibus describeret, eum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie. Suttum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Ouidius de Nuce, At mihi sæua nocent mutilatis vulnera ramis. Cic. 3. Philippica, In Galliã mutilatum duxit exercitũ, id est diminutũ.

Mutulus, Lapis in pariete prominens, quadrãgulus ferè, inferiore tamen sui parte nonnihil imminutus. Varro lib. 3. cap. 7, Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sunt impositæ. Idem lib. 3 cap. 16, Eas aluos ita collocant in mutulis parietis, vt ne agitentur, néve inter se contingant.

MVTINA, pen. corr. Vulgò *Modena*, Ciuitas est Galliæ Cisalpinæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia, vbi Antonius D. Brutum obsedit, quem tamen Hircius & Pansa Consules, victo Antonio liberarunt. Lucan. lib. 1. His Cæsar Perusina fames, Mutinæque labores Accedant fatis. Cic. Philip. 5, Anton. circumsedit Mutinam, firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam.

Mutinensis color, μουτινικὸν χρῶμα, dicitur natiuus, à Mutinensibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiebant. Varro, Nam & ludere alaetem vidimus Mutinensi tunica.

Mutio, mutis, Vide MVTVS.

MVTIVS, Nobilis Romanus, qui accepta potestate à Senatu, in castra Porsenæ regis, tum temporis Romanos obsidentis, solus intrauit, eo animo vt regem occideret: sed quum regem non cognosceret, satellitem purpura indutum pro rege occidit. Propter quod comprehensus, & ad regem perductus, iussus est & coniuratos, si qui essent, indicare. Mutius verò vt ostenderet se nullo supplicio vinci posse, insuper & pœnam de dextra sua exigeret, eo quòd in cæde aberrasset, ipsam igni impositam in conspectu regis sibi ipsi adussit: vnde postea Scæuola cognominatus est, quòd sinistra manu vti cogeretur. σκαιὸν enim Græci Sinistrum vocant. Quapropter Rex eius fortitudine admiratus, eum liberum dimisit. Mutius igitur, vt & regi aliquid grati faceret, eidem indicauit, trecentos iuuenes in eum similiter coniurasse. Qua re territus Porsena, bellum acceptis obsidibus deposuit. Martia. Vrere quam potuit contempto Mutius igne, Hanc spectare manum Porsena non potuit. Vide latius hanc historiam apud Liuium lib. 2. ab Vrbe cond. Fuerunt præterea alij Mutij, quorum historiam multis prosequitur Raphael Volaterranus lib. 17.

Muto, mutas, Vario, immuto. {μεταβάλλω, μεταβάπτω. Ital. *Mutare, variare*. Gal. *Muer, changer*. Hisp. *Mudar*.} Plin. lib. 9. cap. 29, Colorem muta ad similitudinem loci. & maximè in metu. Vnde mutare sententiam dicimus, ἢ γνώμην ἀλλάττειν. Terent. in Phor. Haud scio hercle, vt homo est, an mutet animum. Cic. ad Gall. lib. Famil. 7, Sinautem sententiam mutasti, ego habebo. ¶ Quãdoq; aliquid pro alio accipio. μεταλαμβάνω, ἐκμεταλλεύομαι. Sallust. in Iug. Statuit tamen Metellus pecoris & mancipiorum prædas certatim agere, eáque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, & alijs talibus. ¶ Aliquando sine ablatiuo. Virgil. 4. Aegio. -nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus. ¶ Mutare consilium, Cic. ad Attic. lib. 3, & ad Quint. Frat.

Frat.lib.3.Mutare decretum, & Murare ius, Idem 3.Verr. ¶Mutare factum. Terent.in And.Haud muto factum. Vbi Donatus, Veruſtè: non me pœnitet. Idem Donatus in Phor. Sic enim veteres dicebant, Muto factum, & Nolo factum, quum alicuius rei eos pœnitebat. ¶Mutare fidem Plaut.in Milite, Sed ne iſtam amittam, & hæc mutet fidem. ¶Mutare ſe aliò, eſt ſe aliò habitatum transferre. μεθιστάναι. Varro, Facte aliquò cum omni familia mutes. ¶Pace bellum mutare, eſt loco belli pacem accipere. Salluſt.in Catil. Nemo, niſi victor, pace bellum mutauit. ¶Commuto, Idem quod ſimplex muto, & nouo. ἐξαλλάττω. commutare. Idem in Amphit.Ita nunc homines immutantur, poſtquam peregrè aduenimus. Salluſt. Quibus in rebus permora ciuitas, atque immutata vrbis facies erat. ¶Permuto, Merce vel pretio aliquid muto, & vnum pro alio accipio. ἀντιμάτταρχειν, ἀλλαλλάττειν. Plin.li.35, Poſtea donare opera ſua inſtituit, quòd ex nullo ſatis digno pretio permutati poſſe diceret. ¶Huius compoſita ſunt, Commuto, Demuto. Plautus in Trinum. Hic meo hero amicus ſolus firmus reſtitit, neque demutauit animum firma fide.

Mutatus,a,um, Participium. ἠλλοιωμένος, ἀμοιβής. Ital. *Mutato.* Gal. *Mué, changé.* Hiſp. *Mudado.* Plin.lib.3.cap.11, In ſecunda regione Hirpinorum colonia vna Beneuentũ, auſpicatius mutato nomine, quæ quondam Maleoentum. Virg.2.Aeneidos.

Hei mihi, qualis erat quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli!

Mutatio, mutationis. ἠλλοίωσις. Ital. *Permutatione.* Gal. *Mutation, changement.* Hiſp. *Mudança.* Cicc.12. Philip. Conſilij mutatio optimus eſt portus pœnitenti. Cic.pro Quintio, Loci non ingenij mutatio.

Mutabilis, mutabile, à Muto, Inconſtans, quod facilè mutatur. ἠλλοιωτικὸς, ἐπιτηδειόλλαττος. Ital. *Mutabile, inconſtante.* Gal. *Muable, inconſtant.* Hiſp. *Mudable, que ſe puede mudar.* Virgil.4.Aenetid. -varium & mutabile ſemper Fœmina. Mutabilis vulgi animus. Liu.2.ab Vrbe. Mutabili ratione labuntur planetæ, Cic.de Vniuer. ¶A quo Immutabile.

Mutabilitas, tis, Mobilitas. ἐπιτηδειόλλαττον, ἀστατία. Ital. *Mutabilità, inconſtanza.* Gal. *Muableté, inconſtance.* Hiſ. *Aquella poſsibilidad de mudarſe, ò conſtancia.* Cic.4. Tuſc. Hæc inconſtantia, mutabilitáſque mentis, quem non ipſa grauitate deterreat?

Mutito, mutitas, pen.corr. Idem eſt quod mutua conuiuia agito. ἀμοιβαῖα. Gell.lib.2.cap.24, Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, id eſt mutua inter ſe conuiuia agitarent.

Mutulus, Vide MVTTVLVS.

Mutuo, aduerbium, & Mutuo, mutuas, Vide MVTVVM.

Mutus, A mugiendo quidam deduci putant. ἄφωνος, ἄναφος. Ital. *Muto.* Gal. *Muet.* Hiſp. *Mudo.* Nam quamuis mutus loqui non poſſit, prorumpit tamen in vocem, quæ mugitus potius, quàm ſermo videtur. Vel dicitur Mutus, quaſi minutus, quòd eo ſenſu minutus ſit. Vel dicitur à muſſando, quòd non aliud quàm inconditum quendam ſonum edat. Cic. Cornif. lib.12, Mutum eſſe ſatius eſt, quàm quod nemo intelligat, dicere. Plin.lib.10. cap.29, Merula canit æſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta. Cic.3.de Legibus. Vt enim magiſtratus leges, ita populo præſunt magiſtratus: verèque dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem: legem autem, mutum magiſtratum. Virgil.12. Aeneid. Scire poteſtates herbarum, vſumque medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Vbi Seruius, Artes mutas dixit, quaſi minus celebres, vel comparatione muſicæ. ¶Mutæ item artes, dicuntur picturæ, quæ quum non loquantur, res tamen ipſas exprimunt. Cic.3. de Orat. Et ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione, atque in lingua? De arte picturæ. ¶Mutæ, Dicuntur literæ quædam ex conſonantibus quòd reſpectu aliarum literarum modicum, & veluti mutum quendam reddant ſonum. ἄφωνα. ¶Mutæ cicadæ, dicuntur cicadæ minores, non quòd nihil canant, ſed quòd parum canant ἠφωνοτέρας.

Mutco, mutes, mutui, à quo Mutesco, Mutus ho, vel mutorum more taceo. ἀναφωνῶ. Ital. *Ammutire.* Gal. *Deuenir muet.* Hiſp. *Emmudeſcerſe.* Lactant.lib.7. Quum in exitu lingua mutescat. ¶Hinc Immutesco, & Obmutesco, de quibus ſuis locis.

Mutio, tis, tiui, vel tij, titum, Timidè, & imperfectè loquor. ψελλίζω. Ital. *Mutire, parlar con timore, & imperfettamente.* Gal. *Parler entre ſes dens, grommeler, grauder.* Hiſpan. *Hablar como entre dientes, querer hablar y no oſar del todo.* Terent.in Andr. Itaque hercle nihil iam mutire audeo, id eſt verbum ſonare. Plaut.in Cur. Vidén' vt aperiuntur ædes feſtiuiſſimè? non mutit cardo, id eſt non crepitat.

Muticus, a, um. ἠμβλεῶτος. Ital. *Troncato.* Gal. *Mutilé.* Hiſ. *Deſmochado.* vt Spica mutica. Varro 1. de Re ruſt.cap. 48, Spica mutica dicitur, quæ non habet ariſtam: eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. Quibus verbis innuit Varro, ſpicam dici muticam, quaſi cornibus mutilatam. Quam etiam expoſitionem probat Cælius lib.3 cap.30.

Muſſo, muſſas. Submiſſa voce loquor, & ſecretè, occulteque quod celatum velim, quaſi murmuro. μύζω, ψιθυρίζω. Ital. *Parlar ſommeſſo.* Gal. *Parler bas & entre ſes dens grommeler.* Hiſpan. *Hablar como entre dientes.* Plautus in Aulul. Neque occultum id haberi, neque per metum muſſari, Quin participem pariter ego te, & tu me vt facias. ¶Aliquando ponitur pro tacere, & quaſi obmutescere. Ennius apud Feſtum, Non decet muſſare bonos. Terent. Sile, cela, occulta, tege, tace, muſſa. ¶Aliquando pro dubitare. Virg.li.11, -muſſat Rex ipſe Latinus, Quos generos vocet. ¶Muſſare, murmurare, inquit Feſtus. Ennius, In occulto muſſabant. Seru. Muſſare, queri. Virg.11.Aeneid. Flent mœſti, muſsántque patres.

Muſſito, muſſitas. Frequentatiuum à Muſſo, hoc eſt multùm & frequenter muſſo, & quod aperté dicere non audeo, clàm murmuro. μύζω. Ital. *Muſſare parlar ſotto voce.* Gal. *Parler ſouvent bas & entre les dent.* Hiſpan. *Hablar como entre dientes.* Liu.lib.1, Haud mirum eſſe, Superbo inditum Romæ cognomentiam enim ita clàm quidam muſſitantes, vulgò tamen eum appellabant. Idem lib.7, Muſſitantéſque inter ſe rogitabant, num quem plebeyc o s. pœniteret. Plaut. in Mil. Illi inter ſe cerrant douis, ego mecum muſſito. Terent. Adelph. Verùm cogito id quod res eſt: quando eum quæſtum occeperis, Accipiunda, & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi Donatus, Muſſitanda, patienda, conſidenda cum ſilentio. Muſſitare enim proprié eſt diſſimulandi cauſa tacere.

Muſſitabundus, Multùm muſſitans, & quod non ſatis tutò aperté dici poſſit, clàm murmuraus. μύζων.

Mutuum, mutem. Dicitur ab eo, quod de meo tuum fit: vel quia res, quæ redduntur, mutantur, & proprié ſine vſura. δάνειον. Ital. *Scambio, preſtanza.* Gal. *Preſt, emprunt.* Hiſp. *Preſtido.* Fœnus, cum vſura. Plaut. in Afinar. Nam ſi mutuò non potero, certum eſt, ſumam fœnori. Paulus Iureconſultus, Mutuum damus, recepturi non eandem ſpectem, quam dedimus, alioquin aut commodatum erit, aut depoſitum: ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, veluti pro tritico vinum, recipiamus, non erit mutuum. ¶Mutuus amor, ἀμοιβαῖος. Dicitur, quum par voluntas accipitur, & redditur, id eſt vt ab eo amaris, quẽ ames. Cic. Famil. Epiſt.5, Quòd autem ita ſcribis, pro mutuo inter nos animo: quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum neſcio: equidem hoc arbitror, quum par voluntas accipitur, & redditur. Dicimus autem, Hic amat amicũ ſuum mutuo amore, id eſt reſpondente: &, Mutuo amore tenetur. Terent.in Argum.Eunuchi, Meretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, exclusit. Quintil.lib.12.ca.7, Ac ne tanquam pauper quidem mercedem accipiet, ſed mutua benevolentia vtetur, id eſt reſpondente. ¶Aliquando Mutuum pro vicario accipitur. Apuleius, Mutuam tibi operam præſtiti, id eſt vicariam.

Mutuò, aduerb. Modò ſignificat Inuicem. ἀμοιβαῖως. Ital. *Scambievolmente.* Gal. *L'vn l'autre.* Hiſp. *A vezes.* Cic. Mutuò ſe amabant, ἀμοιβαῖως, id eſt alter alterum amabat. ¶Modò Ediuerſo, viciſſim. ἐναμοιβαῖως. Plautus Ciceroni, Fac me mutuò diligas. id eſt, fac mihi in amore reſpondeas, & me viciſſim ames.

Mutuè, Aliud aduerb. Cic.Cn. Pomp.lib.5, Nulla in re tam lætari ſoleo, quàm meorum officiorum conſcientia, quibus ſiquando non mutuè reſpondetur, apud me plus officij reſidere facillimè patior.

Mutuo, mutuas, mutuare. Mutuum dare. δανείζω. Ita. *Dare impreſtito.* Gal. *Preſter, bailler à vſure.* Hiſpa. *Empreſtar alguna coſa a alguno.* Plaut. in Trin. Siquis quid mutuauerit, fit pro proprio perditum. Nam ego talentum, mutuò quod dederam, talento Hoc inimicum mihi emi, amicum vendidi. ¶Significat etiam mutuum accipio. Cæcilius, Ad amicos curtat mutuatum, mutuet cauſa mea. ¶Quomodo autem differant Mutuare, & Commodare, vide in dictione COMMODO.

Mutuor, mutuaris, deponens, Mutuum, vel mutuò accipio: & proprié dicitur de iis quæ numero, pondere, vel menſura pari, non eadem ſpecie reddimus. δανείζομαι. Ital. *Pigliare impreſtito.* Gal. *Emprunter, prendre à vſure.* Hiſp. *Tomar la empreſtado de otro.* Plautus, Decem minas à patre mutuatus, quòd etiam dici poteſt, Sumpſit mutuùm, vel mutuò. ¶Mutuari per tranſlationem, pro Aliunde ſumere. Cic. de Nat. deor. Mutuemur hoc quoque verbum, dicatúrque tam æther Latinè, quàm dicitur aër. Idem de Fato, Orator ab Academicis ſubtilitatem ingenij mutuatur. Vide Budæum in Epiſt.

Mutuatio, mutuationis, Nomen verbale, quod ſuperioris verbi ſignificationem ſequitur: ſignificat enim acceptionem mutui. δάνεισις, δανεισμός. Ital. *Impreſtito.* Gal. *Emprunt.* Hiſp. *Empreſtido.* Cic. pro Placco, Itaque quum Roma clàm eſſet profectus, multóſque minutis mutuationibus fraudauiſſet, in Aſiam venit. Cicc.3. de Oratore, Tranſlationes quaſi mutuationes ſunt, quam quod non habeas, aliunde ſumas. Idem, Multari ea pœna, quæ ſine mutuatione & verſura poſſit diſſolui.

Mutuatitius, tia, tium, Quod mutuò datur. δανειστὸς. vt Pecunia mutuatitia. Gell.lib.20. cap.1, Maximéque in pecuniæ mutuatitiæ vſu, atque commercio.

MVSIRVM, Indiæ Emporium, cuius meminit Plin.lib.6.cap.23.

M aute Y.

Mya, μύα, Genus conchę, ſiue margaritæ in freto circa Boſphorũ Thracium, vniones rufos, ac paruos gignens. Plin.lib.9.cap.35. ¶Eſt item Mya, inſula in ſinu Ceramico, cuius meminit Plin.lib.5.cap.31.

Myacanthon, μυάκανθος, Herba eſt, quæ alio nomine Corruda, hoc eſt ſylueſtris aſparagus dicitur: de qua Plin.lib.8.cap.9. ¶Myacantha verò quibuſdam herba eſt, quæ à Dioſcoride μυρσίνη ἄγρια, à Latinis Ruſcus appellatur. Cuius nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quòd herba hæc in carnatio ſuſpenſa, aculeis ſuis mures à lardo, carnéque ſalſa arceat. Vide Marcellum Virgilium in Dioſcoridem.

Myia, μύια. Græcis muſcam ſonat: quo etiam nomine appellatur Indus quidam puerilis, quum aliquis obductis oculis, extenſiſque manibus, colluſores quærit.

MYIAGRVS, μυίαγρος. Muſcarũ Deus, qui & Myodes dicitur, teſte Plutarcho, & Achor. Plin.lib.10.cap.28, Innocant & Aegyptij ibes ſuas contra ſerpentum aduẽtum: & Elei Myiagron Deum muſcarum, multitudine peſtilentiam afferente, quæ protinus intereunt, qua litatum eſt illi deo. ¶Eſt item Myiagrus, Nobilis ſtatuarij nomen apud Plinium lib.34.cap.8. ¶Myagrus præterea herba eſt ferulacea, foliis ſimilibus rubiæ, trepidanea, ſemine oleoſo. Fit item ex eo oleum, quod otis vlcetibus eo perunctis medetur. Græci μυλόμακρον appellant, quaſi nigrum frumentum: vulgus Gallorum vocat *Camelinam*, teſte Ruellio lib.3.cap.126.

Myaces, μύακες, Piſces ſunt ex concharum genere, qui muricum modo coacernãtur, viuúntq; locis in algoſis, & vbi duleis aqua copioſa mari miſcetur: gratiſſimi autumno: nam procedẽte hyeme amaritudinem contrahunt, colorémque rubrum. Reliqua vide apud Plin.li.32.cap.9.

MYCALE, mycales, μυκάλη. Mons eſt Ioniæ, inter Myandrum & Cayſtrum fluuios, non procul ab Epheſo: ad quem Iones vniuerſi conuenire ſolent ſacrificiorum cauſa, quæ Panionia vocabant. Auctor Herodotus lib.1. ¶Eſt Item Mycale, inſula Ioniæ adiacens, cuius meminit Plinius lib.5.cap.31. ¶Mycale præterea veneficæ nomen eſt, apud Ouidium 12.Metamorph.

MYCALESSVS, μυκαλησσός, Mons in Mediterraneo Bœotiæ, oppidum habens eiuſdem nominis. Vtriuſque meminit Plin.lib.4. ca.7. ¶Stephanus Mycaleſſum nomen accepiſſe exiſtimat à mugitu bouis, quæ Cadmum in Bœotiam perduxit.

MYCENAE, mycenarum & Mycena, mycenę, pen-prod. μυκῆναι. Vrbs Peloponneſi, non procul ab Argis, quam Perſeus Danaes filius extruxit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in qua postea regnauit Agamemnon: à Mycena nympha sic appellata. Virgil. 6. Aeneidos, Eruet ille Argos, Agamemnoniásque Mycenas.

Mycenæus, a, um, μυκηναῖος, Nomen adiectiuum à Mycenis deductum. Virgil. 11. Aeneidos, Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuum.

Mycenis, mycenides, pen. prod. μυκηνίς. Gentile fœmininum à Mycenis Argiui agri oppido deriuatum: quo Poëtæ pro Iphigenia vtuntur, Agamemnonis Mycenarum regis filia. Ouid. 12. Metam. Victa Dea est, nubémque oculis obiecit, & inter Officium turbámque sacri, vocésq; precantum, Supposita fertur mutasse Mycenida cerua.

MYCERINVS, Cheopis Aegyptiorum regis fuit filius, qui postquam patri successit in regnum, ita paterna facta perosus est, vt & templa ab eo clausa reseratit, & populo pyramidum operibus exhausto, & ad extremum calamitatis afflicto, res suas agẽdi fecerit potestatem: quinetiam præ regibus omnibus iustitiam exercuisse fertur. Herodot. lib. 2.

MYCON, Myconis, μίκων. Nomen egregij pictoris, patria Arbeniensis: cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 6. ¶ Fuit etiam hoc nomine insignis statuarius, qui 87 Olympiade floruit, teste eodem Plin. lib. 34. cap. 8.

MYCONE, mycones, & Myconos, myconi, pen. corr. μύκονος. Insula vna ex Cycladibus, non procul à Delo. Virgil. 3. Aeneid. Quam pius Arcitenens oras & littora circum Errantem, cella Gyaro, Myconéque reuinxit. Ouid. 7 Metamorph. Hinc humilem Myconem, ceteroſaq; rura Cimoli. Sub hac insula fabulantur poëtæ sepultos esse Gigantes, postremò ab Hercule interfectos: vnde factus est locus prouerbio, Omnia sub vnam Myconum: quod in eos dici consuerit, qui res natura disiunctas, eodem libro, vel titulo conantur complecti. Stat. li. 1. Achil. Cyclades hinc septem Myconos, humiliſque Seriphos.

Myconius, ia, ium. μυκόνιος. Nomen possessiuum à Mycono, seu Mycone insula. Accipitur pro caleo, eo quòd eius insulæ homines sine capillo gignantur: vt tradit Stephanus, & Plin. lib. 11. cap. 37.

MYDON, μύδων teste Homero lib. 5. Iliad. Arymnis filius. & Pylæmenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Troiano interemptus.

Mydriasis μυδρίασις, Vocatur morbus oculorum, quum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed videtur vltra naturalem situm, multò latior, interim vt visum omnem adimat, interim vt parte minus verò ipsæ minores quàm sint, appareãt: e contrario in phthisi maiores: in qua pupilla contrahitur, corrugatúrque. Latini pupillæ dilatationem vocant.

Myduſa μύδωσα, A quibusdam recensetur inter nomenclaturas Anchusæ herbæ: & legitur sanè in Græcis quibusdam Dioscoridis exemplaribus: à doctioribus tamen inter eius scriptoris notha reiicitur.

Mygale, mygales, μυγάλη, Animal mediam inter murem & mustelam speciem habens, quod Latini murem araneum appellant. Vide suprà in dictione MVS.

MYGDONIA, μυγδονία. Regio litoralis Macedoniæ, in qua Niobe Tantali filia, vxórque Amphionis in saxum versa est, à Mygdone rege sic dicta. ¶ Est & altera Mygdonia, Asiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi superiacet, ad Rhyndacum amnem, & Daſcyliticum lacum: vt est videre apud Strabonẽ lib. 12. Vtriusq; incolæ dicti sunt Mygdones.

Mylacris, μυλακρίς, Blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas nascens, vescénsque farina. Pollux autor est mylacridem apud Aristophanem accipi pro gallina.

MYLE, μύλη Stephano, Oppidum Siciliæ, de quo Seneca lib. 4. Naturalis, quæst. Circa Messanam, & Mylas fimo quiddam simile mare profert, feruétque, & æstuat non sine calore fœdo. Vnde illic fabulari Solis boues fabula est. Vulgò *Milazo*.

MYLASA, μύλασα. Liberum Cariæ oppidum, ita dictum (si Stephano credimus) à Mylaso Aeoli abnepote. Meminit huius oppidi Plinius lib. 5. cap. 29.

Myle, myles, μύλη, Herba est radicem habens paruo bulbo similem, contrahentis facultatis: quæ cum farina loliacea dehiscentem sanat vulnus. Autor Galenus lib. 7. Simp.

Mylœcos, μύλοικος, Genus est vermiculi ex blattis, quòd circa molas ferè soleat nasci. Autor est Plin. lib. 30. cap. vlt.

MYNDVS, myndi, μύνδος, Cariæ oppidum maritimum, ad radicem Phœnicis montis, é regione Coæ insulæ. Autores Plinius lib. 5. ca. 29, & Ptolem. lib. 5. cap. 2. ¶ Fuit in eadem Caria & alterum eiusdem nominis oppidum, quod postea ad recentioris differentiam Palæmyndum appellauere.

Myoctonos, μυοκτόνος, Aconitum herba, ita dicta, quòd è longinquo mures interficiat. Plin. lib. 27. cap. 3.

MYODES, μυώδης, Muscarum deus, qui & Achor, & Myagrus appellatur. Plin. lib. 29. cap. 6, Nullum animal musca minus docile existimatur, minorisve intellectus: quò mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earum, immolato tauro deo, quem Myoden appellant, extra territorium inde abire.

MYONESVS, pen. prod. Insula est, ante Ephesum cuius meminit Plinius lib. 5. cap. 31.

Myoparo, ‡ μυοπάρων. Ital. *Vna sorte di naue, come brigantino ò galeone.* Gal. *Vn gallion, ou brigantin.* Hisp. *Naue ligera de cossario.* ‡ Genus nauigij piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam, & longam triremem: de quo vide Bayfium de Re nauali. Cic. li. 3. de Orat. Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus, mare haberet infestum vno myoparone. Eodem (inquit) quo tu orbem terræ. Idem in Verr. Illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatum atque armatum dederunt. Sallust. lib. 3. hist. Et forte in nauigando cohors vna grandi phaselo vecta à ceteris decessit, matique placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta.

Myopes, ‡ μύωπες. Ital. *Colore che hanno la vista corta.* Gal. *Qui ont la veue courte.* Hisp. *Viſojos, que veen poco.* ‡ Dicuntur à Græcis, qui rem aliquam nisi propius oculis admotam, non vident, limisque & semiclausis oculis intuentur. *Mύωπες* (inquit Aristoteles) λέγονται οἱ ἐγγὺς τῶν ὀμμάτων τὰ μὴ ἐγγὺς βλέποντες, οἱ δὲ ἐξ ὑποτύπωσιν ἐκ ἀέρος. Hoc vitij genus à Græcis μυωπία, vel μυωπιασμὸς appellatur: contrarium nobis accidit in senectute, vt scilicet longiuscule dissita commodius videamus. Dicti Myopes, ἀπὸ τοῦ μύειν τὸ ὄμμα, hoc est à claudendo visu. Nyctalopes autem dicuntur, qui quum interdiu clarissimè perspiciant, aduentante nocte hebetioribus sunt oculis.

Myophonon, μυόφονον, Herba est muribus exitialis: vnde & nomen accepit, eadem fortassis cum ea quam alibi Myoctonon, & Aconitum cepit, eadem fortassis cum ea quam alibi Myoctonon, & Aconitum appellari docuimus. Meminit Myophoni Plin. lib. 11. cap. 9.

Myosota, μυὸς ὠτα, Herba est, quam & Alsinem, & verbum ex verbo exprimentes, Moris auriculam vocant Latini Folia enim, quum primùm erumpunt, murinæ auri habet non dissimilia. Alsines verò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallis *Mouron* nomine notissima est, eáque solent auicularum escam fastidientium appetitum recreare. ¶ Refertur & alterum Myosotæ genus à Dioscoride, quod & Myositis, μυὸς ὠτὶς, diminutiua forma appellatur, plures ab vna radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concauos: folia exrulcos, anagallidis colorem exprimentes. Quidam putant esse Officinarum Pilosellam: licet descriptio ei vtiquaquam non conueniat. Posteriorem hanc speciem describit Plin. lib. 27. cap. 12, priorem verò lib. 25. cap. 4.

MYRA, μύρα, Vna ex maximis Lyciæ vrbibus, cuius meminit Strabo libro 14.

Myracanthon, μυράκανθος, Herba aculeata, quæ & Eryngion, & Centumcapita appellatur. Radicem habet odoratam: vnde & Myracanthi nomen accepit.

MYRCINVS, μύρκινος, Oppidum Thraciæ ad Strymonem amnem, quod & Myrcinnia appellatur. Stephanus.

MYRIANDRVS, μυριάνδρος, Vrbs Syriæ, in sinu Issico sita: qui & ipse Myriandricus ab ea appellatur. Vide Plin. lib. 2. cap. 108.

Myrias, myriadis, ‡ μυριάς. Ital. *Decina di milaia.* Gal. *Dix mille.* Hispa. *Diez millares.* ‡ Numerus decem millium. Vnde Myriarchus, siue Myriarcha, μυριάρχης, ὁ μυριάρχης, dictus est decem millium præfectus.

Myrica, pen. prod. ‡ μυρίκη. Ital. *Tamarice.* Gal. *De la bruyere dequoy on fait verges à nettoyer robes.* Hisp. *Ri atarfe ò tarahe ò tamarez.* ‡ Genus humilis virgulti, cuius duæ sunt species: satiua quæ & Tamarix vocatur à Plin. lib. 13. cap. 21, altera syluestris, quam in Achaia Briam syluestrem vocant. Hanc Ruellius esse arbitratur, quam Galli sua lingua vocant *Bruyere.* Virgil. 4. Aeglog. Non omnes arbusta iuuant, humilésque myricæ. Ouid. 3. de Arte, Nec densum foliis buxum, fragilésque myricæ. Idem 10. Metamor. Perpetuóque virens buxus, tenuésque myricæ.

MYRICA, myricæ, μυρίκη, Insula est maris Rubri, apud Stephanum.

MYRICVS, Myricuntis, μυρικῦς. Troadis oppidum est e regione Tenedi: cuius incolæ dicuntur Myricusij.

MYRINA, μύρινα, Regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditum & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Autor Diodorus lib. 4. ¶ Fuit præterea, teste Homero, vrbs in Aeolide eiusdem nominis: item alia in Occidentali parte Lemnij insulæ, cuius meminit Ptolemæus lib. 3. Geographiæ, & Galenus lib. 9. de Facultatibus simplicium medicamentorum.

Myrinus, pen. prod. μύρινος, Ab Aristotele vocatur mas murænæ, qui dentes extra os habet. Plin. lib. 9. cap. 23, Aristoteles myrinum vocat marem, qui generat: differimen esse, quòd myræna varia & infirma sit: myrinus vnicolor, & robustus, dentésque extra os habeat.

MYRINVS, μύρινος, Apollinis cognomentum, à Myrina Aeolidis vrbe, in qua religiosissimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.

Myriophyllon, μυριόφυλλον, Herba est, alio nomine Achillea dicta ab Achille Chironis Centauri discipulo, qui eam traditur inuenisse. Myriophyllon appellatum à multitudine tenuium foliorum: vnde & Millefolium à Latinis appellatur. Vide Plin. lib. 14. cap. 16.

Myriſtica nux, ‡ μυριστικὴ κάρυον. Ital. *Noce moscata.* Gal. *Noix muscate.* Hispa. *Nuez moscada.* ‡ A quibusdam appellatur, quam nos hodie Nucem odoratam, vel Muscatam vocamus. In qua etiam opinione est Hermolaus Barbarus in Dioscoridem. Et certè non video, cur ita appellari non possit, modò sciamus diuersam esse à glande myrepsica, quam Plinius vocat Myrobalanum.

MYRLEA, μύρλεια, Oppidum Bithyniæ, ita dictum à Myrlo Colophoniorum duce, vel Myrlea Amazone: postea Apamia appellata: à nomine Apames, quæ Prusiæ Zelæ vxor fuit. Nam quum Demetrius & hic, & vicinam Cium euertisset, vtranque Prusiæ dedit, qui eas denuo à fundamentis erexit, & Cium quidem de nomine suo Prusiadem, Myrleam autẽ à nomine vxoris Apamiam appellauit. Autor Strabo lib. 12.

Myrmecia, ‡ μυρμηκία. Ital. *Porri delle mani.* Gal. *Certaines verrues sur le corps qui formillent & demengent.* Hisp. *Berrucos ò verrugas delas manos.* ‡ Verrucæ sunt, lupini amplitudine, ferè in palmis manuum, & plantis pedum nascentes: ita dictæ: quòd formicæ in morem pungant. Celsus lib. 5. cap. vltimo quatuor enumerat genera, verrucarum, vel potius vicuscu lorum verrucæ similium: ἀκροχορδόνα, Thymium, Myrmecium, & Clauum: de quatum differentiis vide ipsum.

MYRMICIDES, μυρμηκίδης, Insignis sculpendi eboris artifex fuit, qui quadrigam ex ebore confecit tam minutam, vt muscæ alis tegeretur, & nauim, quam apicula pinnis absconderet. Plin. lib. 36. cap. 5. Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca. Cic. 4. Academic. Vt etiam inter deos Myrmecides minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.

Myrmecites, μυρμηκίτης, Gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet. Plin. lib. 37. cap. 11.

Myrmecium, μυρμήκιον, Phalangij genus, formicæ simile capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus. Hæc ferè Plin. lib. 22. cap. 4.

Myrmecoleo, μυρμηκόλεων, Exiguum animalculũ, formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. ¶ Est autem dictio ex formicæ & leonis nominibus composita: quasi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecillorum animalium, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: quum tamen volucribus nihil aliud sit, quàm formica. Vnde in libro Iob legitur, secundum septuaginta interpretes, Myrmecoleo periit, eo quòd non haberet prædam.

Myrmecias, μυρμηκίας, Gemma nigra, eminentias quasdam habens similes verrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

MYRMIDONES, penult. corrupt. μυρμιδόνες, Thessaliæ populi fuerunt, qui

qui Achillem ad bellum Troianum sunt secuti. Hi ex Aegina insula ortum traxerunt. Peleúmque patria profugum secuti, in Thessalia sedes fixerunt. Aeginetas enim Myrmidonas dictos constat, teste Strabone lib. 7, quòd agricolæ strenui essent, perpetúmque in fodienda terra formicarum more versarentur. Ouid. lib. 7. Metamor. nominis rationem ad huiusmodi refert fabulam: Quum pestilentia in Aegina crudelissimè esset grassata, eámq; insulam viris propemodum exhausisset, Aeacus, quum ad radicem quercus infinitum propemodum formicarum congregatum conspexisset, Iouem traditur orasse, vt sibi parem virorum numerum concederet, precibúsque eius vix absolutis formicas in viros fuisse commutatas.

MYRMISSVS, μύρμισσος, Vrbs est Asiæ, in ora Hellespontiaca, non procul à Lampsaco. Gentile est Myrmissius, μυρμίσιος. Stephano.

Myrobalanum, μυροβάλανος, Glans est arboris similis heliotropio, magnitudine nucis auellanæ, quam Dioscorides βάλανον μυροπώλικον appellat, hoc est glandem vnguentariam. Glandis huius nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad pretiosa vnguenta pro oleo vtuntur. Nascitur in Aethiopia, Aegypto, & Arabia, quæ Iudæam ab Aegypto disterminat. ¶ Habet autem hæc dictio omnes syllabas breues: vnde carmen heroicum ingredi non potest: ad quod alludit Martialis in Apophoretis. Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus. Hoc ex vnguento constat & ex balano. Retinet hæc glans etiam hodie nomen suum in pharmacopolarum officinis. Vide de hoc plura in dictione BALANVS.

Myrobrechi, μυροβρέχοι. Vasa vnguentaria, quasi vnguento stillantia: μύρον Græci vnguentum vocant, βρέχω, stillo, pluo, & irrigo. Hinc Plautus in Aul. Myrobrechiarios, μυροβρεχίους. pro vnguentorum confectoribus accipit, ad capillos irrorandos. Ait enim, Aut manulearij, aut myrobrecharij.

MYRON, μύρων, Statuarius insignis fuit, Ageladis discipulus. Cic. Ver. 6, Verùm vt ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregiè factus ex ære. is dicebatur esse Myronis, & opinor. Hæc ille. Ex huius operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære vereæ vaccæ simillima, multis poëtarum versibus celebrata. Ouid. 3. de Ponto, Vt similis veræ vacca Myronis opus. Propert. -arque aram circunsteterant armenta Myronis, Quatuor artificis inuida signa boues.

Myropola, penult. prod. {μυροπώλης. Ital. *Profumiere*. Gal. *Parfumeur, vendeur de senteurs, odeurs ou onguens*. Hisp. *El que vende vnguentos olorosos*. } Vnguentorum venditor, quem nostri Vnguentarium dicunt. Plautus in Casina. Myropolas solicito omnes, vbicunque vnguentum est lepidum.

Myropolium. {μυροπωλεῖον. Ital. *Profumeria*. Gal. *Le lieu ou on vend senteurs, odeurs ou onguens*. Hisp. *La tienda donde se venden los vnguentos olorosos*. } Locus vbi vnguenta venduntur. Plautus in Amph. Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia. Latinè Vnguentaria taberna dicitur. Sueton. de Augusto, Et modò vnguentariam tabernam, modò piscinam Ariciæ exercuisse obiicit.

Myrotheciu̇m, μυροθήκιον, Vnguentorum repositorium. Vnde Cicero scribit se myrothecium Isocratis totum consumpsisse, in commentario Consulatus sui scribendo, hoc est pigmenta oratoria.

Myrrha, {σμύρνα. Ital. *Mirra*. Gal. *Murrhe*. Hispan. *Mirra*. } Arbuscula est in Arabia nascens, altitudine quinque cubitorum, non sine spina, caudice duro & intorto, cuius cortice inciso defluit lachryma, quæ & ipsa Myrrha vocatur, seu stacte. Eius præcipua virtus est, vt mortuorum cadauera incorrupta conseruet. Vide Plin. lib. 12. cap. 15, & 16. Myrrha præterea Cinyræ Cypriorum regis fuit filia, quæ nefando patris amore capta, quum aliquot noctes auxilio nutricis cum illo concubuisset, tandem illato lumine agnita, quum illam pater vellet occidere, noctis beneficio elapsa, in Arabiam profugit, vbi in arborem sui nominis est conuersa. Vide fabulam apud Ouid. 10. Metamorph.

Myrtheus, a, um, Quod ex Myrtha est. μύρρινος, Propert. Myrtheáque in pareis pocula cæca focis.

Myrthinus, na, num, μύρρινος, Quod myrrham habet admistam, vel quod myrrha est conditum.

Myrrhapia, siue vt apud Plinium legitur, Myrapia, μυροπία. Genus pyrorum, quod odorem gratissimum reddit. Plin. lib. 15. cap. 15.

MYRRHINVS, myrrhines, μυρρῖνος, Fluuius est Troadis, alio nomine Sebastopolis dictus. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Myrrhis, myrrhidis, μυρρίς, Oleris genus cicutæ simillimum, foliis aliquanto minoribus, & breuiori caule, saporis & odoris iucundi. Vulgus herbariorum vocat *Cicutariam*.

Myrrhites, μυρρίτης, Gemma, quæ myrrhæ colorem habet, odorémque vnguenti. Plin. lib. vlt. cap. 10.

MYRSILVS, μυρσίλος, Myrsi filius vltimus ex Heraclidarum genere, Lydiæ Rex, alio nomine Candaules appellatus, qui quum vxorem haberet formosissimâ, non contentus secreta voluptatum suarum conscientia, Gygi cuidam ex satellitibus suis, nudam eam ostendit. Quam rem illa indigne ferens, Gygem ad viri necem impulit, seséque illi & Lydorum regnum tradidit. Autor Herodotus lib. 1.

Myrsinites, μυρσινίτης, teste Plin. lib. 26. cap. 8, Species est tithymali, & foliis myrti acutis, compungentibus, sed mollioribus. ¶ Item Myrsinites gemma est, quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

MYRSINVS, myrsini, μύρσινος, Oppidum Elidis, teste Stephano, postea Myrtotium appellatum, cuius meminit & Homerus in Catal. nauium.

MYRSVS, μύρσος, Proprium nomen fuit pattis Candaulis, à quo & ipse Myrsilus dictus fuit. Herodotus lib. 1.

Myrtacantha, μυρτακάνθη, à quibusdam appellatur Ruscus, Frutex, quem Dioscorides μυρσίνην ἄγριαν, hoc est syluestrem myrtum appellat. ¶ Est autem his nomenclaturis, quas eruditiores, veluti nothas, è Dioscoridis familia sommouerunt.

MYRTILIS, Oppidum est in ora Lusitaniæ, ad Oceanum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 22.

MYRTILVS μύρτιλος, Mercurij ex Phaëthusa, seu Myrto Amazone filius, auriga Oenomai, qui à Pelope cutuli certamine cum Hippodamia Oenomai filia certante, pecunia corruptus, axi in certamine vectem nõ obiecit, vt Hippodamiæ currus dissolueretur, & Pelops victor euaderet. Quod quum fecisset, à Pelope victore præmium postulauit: qui ab Oenomao moriente antè rogatus, vt Myrtili factum vicissim vlcisceretur, eundem in mare præcipitauit, quod ab eo Myrtoum dictum est. Claudianus, -nam perfidus obice regis Proiecit Oenomai deceptus Myrtilus axem, &c. ¶ Fuit item Myrtilus quidam Comicus Atheniensis, Lysidis filius, & Hermippi Comici frater, cuius fabulæ commemorantur à Suida.

Myrtoperalum, μυρσινόπαλον, Herba est, quam alio nomine Polygonaton appellant, à multitudine geniculorum. Autor Plin. lib. 27. cap. 12.

MYRTOVM pelagus, μυρτῷον πέλαγος, Pars maris Aegæi, seu quod est inter Aegæum & Ionium, nomen habens à Myrtilo Mercurij filio, qui in id proiectus fertur: siue (vt Plinius tradit lib. 4. cap. 12,) ab exigua insula non procul à Carysto Euboææ oppido sita, quæ cernitur à Geresto. Macedonium petentibus. Incipit à Megarico sinu, Cretámque abluit, & Atticam Occiduámque Cariæ oram: habétque insulas plurimas, Cytheram, Calauriam, & quæ Aeginam cingunt & Salaminem, & ex Cycladibus pleraſque: quod verò continguum est, iam Aegæum existit. Autor Strabo. Ouid. in Ibin, Proditor vt sæui perfidi auriga tyranni, Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ, &c.

Myrtus, {μυρσίνη. Ital. *Mirto*. Gal. *Vn arbre appelé mourte*. Hisp. *Arrayhan morisco que se labra*. } Arbor baccas saporis præcipui producens, ex quibus vinum fit, quod Myrtiten vocant. ¶ Item generosum oplonium, quod dicitur Myrtatum. Plin. lib. 16. cap. 19.

Myrtidanum, μυρτίδανον, Vini genus myrti syluestris baccis conditum. Plin. li. 14. ca. 16, Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libra in tribus musti congiis defruere faciunt, donec duo supersint. Quod ita syluestris myrti baccis factum est, Myrtidanum vocant.

Myrtetum pen. prod. Locus myrtis consitus. {μυρσῶνες. Ital. *Luogo donde sono piantati molti mirti*. Gal. *Vn lieu planté de mourtes*. Hisp. *Arrayhanar*. } Plaut. in Aul. Nescio qui seruus è myrteto prosiluit. Horat. lib. 1. Epist. ad Vallam, -sane myrteta relinqui, Sulphura contemni vicus gemit.

Myrteus, a, um, Quod ex *myrto* est. {μυρσίνεος. Ital. *De mirto*. Gal. *De mourte*. Hisp. *Cosa de arrayhan*. } Tibullus, Et gerit insigni myrtea serta coma. ¶ Hinc myrteam Venerem prisci appellauerunt. Plin. lib. 15. ca. 29, Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam vocamus.

Myrtinus, a, um, pen. prod. eiusdem significationis, vt oleum myrtinum. μυρσινέλαιον. Plin. lib. 23. cap. 4. Oleo myrtino illitum statim tesoluitur.

MYS, Mysus, μῦς, Nomen fuit exlatoris, qui claruit argento exlando. Martialis lib. 8, Quis labor in phiala, docti Myos, anne Myronis? ¶ Est item Mys, Piscis marini genus, cuius meminit Plin. lib. 32. ca. 11, Hunc & Murem marinum appellant & in litore oua parere asserũt, scrobéque facta, ea terra operiri: tertiaque die terra tesossa, fœtum in aquam ducere. Vide eundem lib. 9. cap. 51.

MYSIA, μυσία, Vulgò *Bosna* & *Seruia*. Regio est minoris Asiæ ad Hellespontum, Troadi cõterminata, cuius incolæ Mysi dicti sunt, abiectissimæ conditionis homines, sortíque adeo contemptæ vt cesserint in prouerbium. Quoties enim hominem nullius pretij volebant denotare, Mysorum vltimum esse dicebant. Cic. pro L. Flacco, Nanque, vt opinor, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, & Lydia. Vtram igitur nostrum est, an vestrum hoc prouerbium, Phrygem plagis solere fieri meliorem? Quid de tota Caria? nõne hoc vestra voce vulgatum est, Siquid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimùm esse faciundum? Quid porrò in Græco sermone tam tritum, atque celebratum, quàm siquis despicatui ducitur, vt Mysorum vltimus esse dicatur? Strabo etiam Mysos constituit in Europa in confinio Pannoniæ, ad Danubium fluuium, putáto, Mysos Asiæ populos ab his vt originem, ita & nomen duxisse. Sed hi à Plinio non Mysi, sed Moesi appellantur.

MYSOMACEDONES, μυσομακεδόνες, Populi sunt Asiæ, in tractu maioris Mysiæ, à Macedonibus oriundi: vnde & nomen habent. Meminit horum Plin. lib. 5. cap. 29.

Mysteria, orum. {μυστήρια. Ital. *Misterõ*. Gal. *Misteres secrets concernans les choses diuines*. Hisp. *Los secretos del sacrificio*. } à Græcis dicuntur sacra quædam arcana, quæ Latini secluſa vocant: ita dicta, quòd ea ἐξῶ μύειν τοὺς πολίτας ἐᾶν, hoc est quòd ea intus oporteat occludere, nec cuiquam profano explicare. Nefas enim erat alicui aperire mysteria, qui sacris non esset initiatus. Vnde poëta nescio quis occeratus fertur quòd mysteria enũciasset. Hinc non sine mysterio fieri dicimus, quod occulta aliqua sacrorum ratione perficitur. ¶ Vnde Mystæ dicti sacra discentes, mysteriorum periti, discipuli, & initiati sacris alicuius numinis, vt apud Ausonium, Senecam, & Papinium. ¶ Et Symmystæ, consacerdotes eisdem sacris initiati. Qua dictione Apuleius, Sidonius, & Hieronymus vtuntur. In mysteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in vulgus enuntianda non sunt, quum (autore Tertulliano) omnibus mysteriis silentij fides debeatur. Scribit Eusebius lib. 2. de Præparatione Euangel. in sacris Isidis & Serapidis fuisse Harpocratis simulachrum, quod digito labiis impresso admouere videretur vt silentium fieret. ¶ Mysteria etiam quædam festa dicebantur in honorem Cereris celebrari solita, quæ & initia dicebantur: de quibus aliqua diximus in verbo Initior. Cic. ad Attic. lib. 6, Faciésque me in quem diem Romæ incidant Mysteria, certiorem, & quomodo hyemaris. Putatur autem hoc sacrorum genus ab Eleusine Attici agri oppido in reliquas terras transfosum. Ibi enim duo erant Mysteriorum genera: maiora, quæ Cereri sacra erant: & minora, in honorem Proserpinæ filiæ eius instituta. Et quoniam vtrorumque cæremoniæ summo studio occultabantur, factum est vt Mysteria pro arcanis accipiamus. Cic. ad Attic. Neque enim sunt Epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea rei nos offensura sit: quæ tantum habent mysteriorum, vt eas ne librariis quidem ferè committamus.

Mystagogus, mystagogi, {μυσταγωγός. Ital. *Sacristano*. Gal. *Sacristain*. Hispan. *Guardador delos secretos, sacristan*. } Proprie est custos sacrorum, qui scilicet rerum sacrarum custodiæ est præfectus, quique hospitibus sacra solet ostendere. Cic. Verr. 6. Itaque iudices ij, qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solent, & vnum quicquid ostendere, quos illi mystagogos vocant, consuetam iam habent demonstrationem suam.

Mysticus, ca, cum, μυστικός, μυστικῶς, proprie quod in arcanis deorum sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

etis fiebat, qualia erant Bacchi Orgia, quæ noctu clàm à solis mulieribus celebrabantur. ¶ Vnde Mystica sacra pro arcanis sacris dixit Mart. lib. 8, Non per mystica sacra Dindymenes, Nec per Niliacæ bouem iuuécæ, Nullos deniq; per deos, deásq; Iurat Gellia, sed per vniones.

Mystus, Genus piscis, qui à Plinio lib. 32. cap. 11, numeratur inter genera lacertarum.

Mythologia, æ, μυθολογία. A Latinorum nonnullis Assabulatio dicitur, hoc est fabulæ explicatio. ¶ Vnde Mythologi dicuntur, qui rationes reddere conantur quare fabula vnaquæque fuerit excogitata.

Mytilus, μυτίλος, pen. corr. Piscis est ex genere concharum, in arenosis potissimùm locis prouenientes, cuius exusti cinis causticam vim habet, non secus ac muricis. Vide Plin. lib. 32. cap. 9. & lib. 9. cap. 51. Martialis lib. 5. Sumitur inciso mytilus ore mihi.

MYVS. myũtis, μυῦς, Vna ex duodecim Ioniæ vrbibus, triginta à Maandri ostio distans stadiis: quam postea ob hominum paucitatem Milesij incoluerunt. Autor Strabo lib. 14.

Myxa, ξ μύξα. Ital. *Mocco*. Gal. *La moschee*. Hisp. *El mocco*. ξ apud Græcos. Propriè pituitę excrementum, è naribus fluens, qui & Mucus dicitur: vnde μύξων mucosus appellatur, hoc est nares muco sordidas habens. Μύξα verò ipsum narium foramen appellatur. ¶ Hinc etiam Myxos prominens pars lucernæ vocatur, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus. Quare Græci quoties volunt ellychnium produci, vt luceat clarius, μύξας τὸ λύχνου dicunt: nostri verò, Emungere lucernam. ¶ A Myxos fit Dimyxos, quæ est lucerna duo ellychnia habens: Trimyxos, tria: Polymyxos, multa. Mart. lib. 14, Illustrę quum tota meis conuiuia flammis, Tótq; geram myxos, vna lucerna vocor.

Myxon, myxonis, μύξων, Piscis est, apud Romanos olim in deliciis habitus. Plin lib. 35. cap. 12, de vasis fictilibus loquens, Tripatinum appellabatur summa cœnarum lautitia: vna erat muræna rum, altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus. Hunc piscem nonnulli Banchum vocauere. Idem lib. 32. cap. 7, de iecore huius piscis loquens, Auribus, inquit, vtilissimum bati piscis vel recens, sed inueteratum vino. Item banchi, quem quidam Myxona vocant.

N



LITERA, vna semiuocalium, ab antiquis inter liquidas cõmemorata, quæ si primum in dictione locum teneat, aliquando sumit ante se g, vt Narus, Gnarus, vnde Ignarus: Nauus, Gnauus, vnde Ignauus. Aliquando etiam in compositione c litera, quæ immediatè subsequitur post n, vertitur in g, vt Quadringenti, pro Quadrincenti: Quingenti, pro Quincenti. Sed in quibus n non fuerit, seruatur c, vt Ducenti.

NABATHAEA, ναβαταία Dionysio, ναβαταίη Stephano, Regio Arabiæ, Syriæ conterminа, populosa in primis, & pascuis abundans: cuius metropolis est Petra, trium aut quatuor dierum itinere distans ab Hiericunte, teste Strabone li. 16. ¶ Hinc Nabathæus, a, um, ναβαταῖος, pen. prod. Iuuen. Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu. Et quia Nabathæa regio Orientem spectat, factum est vt Nabathæus accipiatur pro orientali. Ouid. 1. Metamorph. Eurus ad auroram, Nabathæaque regna recessit.

Nabis, *Giraffa*, Lingua Aethiopum camelopardalem significat, animal camelo simile capite: collo, equo: pedibus & cruribus, boui: albis maculis rutilum colorem distinguentibus: quod animalis genus Cæsaris Dictatoris ludi Circenses primùm Romæ ostenderunt. Autor Plinius lib. 8. cap. 18.

NABRISSA, νάβρισσα, Ptolemæo lib. 2. cap. 4, aliis Nebrissa, hodie Veneria cognominata, Hispaniæ Bæticæ ciuitas est.

Nablium, ξ νάβλιον. Ital. *Istromento musico detto salterio*. Gal. *Vn psalterion*. Hisp. *Psalterio*. ξ diminutiuum à nablum, Instrumentum musicum, quod & Psalterium appellatur. Ouid. lib. 3. de Arte amandi,

Discе etiam duplici genialia nablia palma
Verrere: conueniunt dulcibus illa modis.

Nacæ, (inquit Festus) vulgò appellantur Fullones, quòd nauci sint (vt voluit Curiatius) id est nullius pretij. Quidam inde dictos malunt, quòd omnia ferè opera ex lana νήκας dicantur à Græcis. Hæc Festus.

Næ, per diphthongum scriptum, Græca dictio est, significans Vehementer, valde, vel nimis. ξ ναί. Ital. *Certamente, di certo*. Gal. *Certainement, en verité, certes*. Hisp. *Ciertamente, en verdad*. ξ Terent. in Prolog. And. Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant. Hoc est, quum plus quàm opus sit velint intelligere, in eorum numero sunt habendi, qui nihil intelligunt. ¶ Sæpius tamen affirmandi aduerbium est, idem significãs quod certè, vel vtique. Cic. Curioni, Incredibile quàm turpiter facere videar, qui his rebus interfim: næ tu videris multò antè prouidisse quid impediret. ¶ Idem Trebatio. Næ ego multo libentius emerim diuersorium Tarracinæ. Idem in Catil. Næ illi vehementer errant.

Nænia, næniæ, & Næniæ, næniarum, (vt apud Ouid. lib. 6. Fast.) Græcum nomen est, ab eo deductum, quod est νάιον, id est vltimum. Erat enim vltimum quod defunctis canererur carmen, quod in funere laudandi, gratia cantabatur ad tibiam ante cadauer sepultum. Alio nomine ἐπικήδειον, siue μοιρολόγιον à Græcis, dicitur. Diomed. Apud Romanos id carmę, quod cum lamentatione extremum atque vltimum mortuo accinitur, Nænia dicitur. Actou verò docet esse factitium nomen, à similitudine vocis eorum qui querantur, & dolent. Quintil. lib. 8. cap. 2, Tertius est huic diuersus translationis modus, quum res communis pluribus, in vno aliquo habet nomen eximium: vt carmen funebre propriè Nænia dicitur. ¶ Improprié tamen accipitur pro ineptia cuiuslibet cantus aut sermonis. Sic Hieronymus contra Rufinum, Nisi forte nõ fuit impræsentiarũ, qui tuos emendaret næonias. Hoc carmen Simonides poëta lyricus ex Cea insula primus instituisse dicitur. Horat. -sed ne relictis Musa procax iocis Ceæ retractes munera næniæ. Sidonius pro epitaphio posuit, quum ait. Nænia marmori inclita per hendecasyllabon. Pomp. Festus. Nænia est inquit, carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Nænia (inquit Nonius Marcellus) ineptum & inconditum carmen, quod à conducta muliere, quæ Præfica diceretur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. Varro de Vitа popu. Rom. lib. 4, Ibi à muliere næniam cantari solitam ad tibias, & fides. Cic. de Leg. 2. Honoratorum virorum laudes in concione memorant, eásque etiam ad cantus, & ad tibicinem prosequũtur: cui nomen est Næniæ: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. ¶ Næniam quoque deam veteres coluere, cui sacellum, autore Festo, extra portam Viminalem erat dedicatum.

NAEVIA, ναιβία, Nomen mulieris, à næuo sic appellatæ.

NAEVIVS, Poëta antiquissimus fuit, cuius extat epitaphium apud Aul. Gellium cap. 24. lib. 1, arrogantiæ (vt inquit Gellius) Campanæ plenum. Hic & Comœdias scripsit, quæ passim citantur à Nonio, & Festo, & Bellum Punicum primum, in quo ipse stipendia fecit, literis prodidit, vt refert Gellius ex autoritate Varronis.

Næuus, Corporis insigne, seu genitiua macula. ξ ἔμφυτος σημεῖον. Ital. *Neo*. Gal. *Marque ou tache naturelle, signe noir en l'homme*. Hispa. *El lunar, señal negra, en el hombre*. ξ Cic. de Nat. deor. 1, At est corpori macula næusillis tamen hoc lumen videbatur. Plin. lib. 22. ca. 25, Farina decocta in aceto tollit næuos.

Næuosus, adiectiuum, Qui næuis plenus est.

NAGNATA, Vide MAGNATA.

NAIADES, pen. corr. à singulari nominatiuo Naias: vel Naides, à nominatiuo Nais, νηϊάς, dicuntur nymphæ fontium. & fluuiorum: παρὰ τὸ νάω, quod est fluere. Porrò hæc dictio nunc tribus, nunc quatuor syllabis effertur. Virg. Aegl. 6. Aegle Naiadum pulcherrima, &c. Calphurnius Aeg. 2, Adfuerunt ficco Dryades pede, Naiades vdo, &c. ¶ Est item Nais, Nymphæ cuiusdam nomen proprium, apud Virgil. 2. Aegloga.

Naicus, a, um, Propert. lib. 1, Supposita excipiens Naica dona manu.

NAIM, Ciuitas Galilææ, duobus millibus distans à monte Thabor. Quo nomine Hebræis significatur fluctus, siue commotio.

Nam, Coniunctio causalis, quæ in oratione primum tantum locum sortitur. ξ γάρ, ὅτι. Ital. *Percioche, perche*. Gal. *Car*. Hisp. *Ciertamente, conjuncion causal*. ξ Plancus Cic. lib. 10. Famil. Epist. Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate eius, non multis antè diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Terent. in And. Quidnam hoc rei est? quidnam hic vult veterator sibi? Nam si hic malè est quicquam, hem, illic est huic rei caput. ¶ Nanque verò secundum melius locum habet, de quo suo loco. ¶ Accipitur etiam Nam, pro ideo. Terent. Nam in prologis scribundis operam abutitur. ¶ Aliquando pro Autẽ, vel simili discretiua particula. Cic. lib. Famil. Epist. 5, Prorsus rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis: contrà etiam esse aliquid abs te profectũ ex multis audiui: nam comperisse me, non audeo dicere, ne forte idipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falsò in me solere conferri. Idem in Sallust. Nam quòd in vxorem, atque filiam meam tam petulanter inuectus es. ¶ Solet autem hæc particula Nam, in compositione poni, vt Quisnam, vt videre est in exẽplo Terentij paulo antè citato ex Andria, Quidnam hoc rei est? Olim etiam præponebatur: vt apud eundem, Nam quæ est anus à fratre egressa meo? Vbi Nam quæ, accipitur pro Quænam. ¶ Nam etiam pro Etenim (vt autor est sempiternum Gallię lumen Budæus) sæpissimè vsurpatur. Cic. in Orat. Nam est longè aliter in verisibus. Idem, Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt.

NAMNETAE, Ναμνῆται, Galliæ Lugdunensis populi, ad Oceanum siti, alio nomine Nannetes dicti: quorum oppidum Condiuincum commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 8.

Nanque, Coniunctio est causalis, vt Nam: quæ sæpius secundo loco ponitur. ξ γάρ. Ital. *Percioche*. Gal. *Car*. Hispa. *Certamente*. ξ Quinetiam primo loco, sæpissimè pro Siquidem, siue certè. Planeus Cic. 10. Epist. fam. Nanque assiduis internuntiis cum Lepido egi, vt omissa omni contentione, reconciliatàque voluntate nostra, communi consilio Reipub. succurreret. Virg. in Tityro, Nunqi erit ille mihi semper deus. ¶ Significat etiam idem quod Sed, seu Verùm. Cicc. 1. de Orat. Nanque illud quale Scæuola negasti?

Nanciscor, eris, nactus, A Nancio, cis, fit, secundum Priscianum, & significat acquiro. ξ κατὰ λαμβάνω, τυγχάνω, κτῶμαι καὶ κερδαίνω. Ital. *Acquistare, trouare, asseguire*. Gal. *Reconurer, trouuer, rencontrer*. Hisp. *Hallar, adquirir, conseguir*. ξ Terent. in Phorm. Non triumpho ex nuptiis tuis, si nihil nanciscor mali? Sallust. Homines adulescentes summam potestatem nacti. Cic. Appio Pul. Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otij nactus ero. ¶ Nanciscì item, significat inuenire, præsertim si cum homine ponatur, Cic. de Fini. 1, Quoniam nacti te sumus aliquando otiosum, rectè audiam quid sit. Lactant. lib. 6, Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem. ¶ Hinc Renanciscor, quod à veteribus positum est pro reprehendo, teste Pompeio.

Nanium, νάνιον. Nomen fictum à Comicis, pro muliere parua, sed pulchra, per diminutionem, blandiendi causa, sicut Glycerium & huiusmodi. Plaut. in Prolog. Amphit. Etiam histriones Nanio in proscenio hic Iouem inuocauerunt.

Nanum, νάνον, Græci vas aquarium dicunt humile & concauum, quod vulgò vocant situlum barbarum. ¶ Vnde Nani pumiliones appellantur. Hæc ad verbum ex Festo.

Nanus, a, um, ξ νάνος. Ital. *Nano*. Gal. *Nain ou naintre*. Hispa. *Enano*. ξ Teste Gellio lib. 19. cap. 13, Græcum vocabulum est, quo vocauerunt breui corpore hominem, paululum supra terram extantem, quem Latinè Pumilionẽ dicimus. Nec de hominibus tãtùm, sed de aliis quoq; rebus dicitur. ¶ Vnde etiam Mala nana, quæ alio nomine Melimela vocantur.

NAPAEAE, ναπαῖαι, Syluarum deæ, quæ & Dryades dicuntur: nam νάπη, siue νάπος Græcis Saltum significat, siue locum syluosum. Naïdes autem, vel Naiades dicuntur fontium nymphæ, sicut Oreades montium, Hamadryades arborum, quę cum arboribus nasci credebantur, & cum iisdem interire. Nereides verò maris nymphæ sunt appellatæ. Virg. 4. Georg. Faciles venerare Napæas.

NAPAEI, ναπαῖοι. Populi in Lesbo, ita dicti ab Vrbe Napa: vnde & Apollo Napæus dictus est.

NAPATA, napatorum, νάπατα, τῶν. Aethiopiæ vrbs est: olim Candaces reginæ regia: cuius meminit Strabo lib. 17.

Naphtha,

Naphtha, νάφθα, Bituminis flos tenuissimus, circa Babylonem copiosissimè proueniens, cui tanta est cum igne cognatio, vt flamma transiliat in eam vndecunq; visam. Autor Plin. lib. 2. ca. 105. Vulgus Oleum Medeæ vocat. Ex hoc conficitur ignis penè inextinguibilis, quem Græcanicum appellant.

NAPITAE, νάπαι, Populi in Scythia, quorum caput vicus Napis, qui & Napatæ nominantur. Stephanus.

Napus, {βουνιάς. Ital. *Navone.* Gal. *Navet ou nauteau.* Hispa. *El nabo.*} Herba rapæ forma, temperamentóque simillima: quam Galli, leuatis prisci nominis non obscuris vestigiis, *Nauettam* appellant. Colum. lib. 2. cap. 10. Napus deuexam terram amat, & siccam. Vide Plin. lib. 20. cap. 4. Huius diminutiuum est Napunculus.

Napinæ. Loca napis consita. {βουνῶτα. Ital. *Luoco da seminarui nauoni.* Gal. *Vne nauettiere, lieu ou croissent force nauets.* Hisp. *La semitute de nabos.*} Colum. lib. 11. cap. 2. Napinæ, itémq; rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt.

NAR, νάρις. Stephano, Sabinorum fluuius, in Piscello monte nascēs, qui per vrbem Narniam fluens, Tyberi immiscetur. Lucan. lib. 1. Qui Nar Tyberino illabitur amni. Virg. lib. 7. Sulphurea Nar albus aqua. Mela præterea eiusdem nominis fluuium in Illyride constituit, qui ex Adrio monte profluens, non procul ab Epidauro in mare Adriaticum illabitur. Plinius, Ptolemæus, & Strabo Naronem vocant.

NARAME, (Quod pro Nalmatiæ, siue Illyridis fluuio ineptè legebatur.) Vide NARO.

NARACVSTVMA, νάρακύστομα. Secundum Istri fluminis ostium, apud Plinium lib. 4. cap. 12.

NARBO, νάρβων, Cognomento Martius, olim ampliſſimum fuit Galliæ Braccatæ emporium, teste Strabone lib. 4, hodie tutissimum Galliarū aduersus Hispanos propugnaculum: à quo tota ea pars Galliarū, quæ olim Romanorum fuit prouincia, nomen accepit. Martium autē Narbonē ex eo dictum putant, quòd eò Cæsar ex Martia legione colonos deduxerit. Cicero pro Fonteio. Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorū ciuium, specula popu. Rom. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Vulgò *Narbone.*

NARBONENSIS GALLIA, νάρβωνίτις, Teste Plin. lib. 3. cap. 4, dicta fuit tota illa Galliarum pars, quæ interno mari alluitur, antè Braccata dicta, à braccis villosæ vestis genere, quibus ea regio peculiariter vtebatur: quum reliqua Gallia à studio nutriendæ comæ, Comata diceretur. Hæc olim fuit Romanorum prouincia, quam à Narbone Martio, ampliſſimo eius regionis emporio, hodie munitissimo Galliarum propugnaculo, Narbonēsem prouinciam appellabant. Diuiditur ab Italia amne Varo, & Alpium iugis: à reliqua autem Gallia latere Septentrionali Iura & Gebennæ montibus.

Narcissus, {νάρκισσος. Ital. *Narcisso.* Gal. *Narcisse.* Hisp. *Via cierta genero de lirio.*} Lilij genus, radice carnosa atque odora, flore purpureo, folia in radice habens ad similitudinem foliorum arundinis, sed aliquanto crassiora. Dictus à νάρκη (vt Plinius libro 21. cap. 19. & cap. 3.) quod stuporem Latinè significat. Nam odor eius caput aggrauat. Eius duo sunt genera. Vnum purpureo flore, alterum herbaceo. ¶ Poëtæ fabulantur Narcissum quendam puerum fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes Nymphæ filium, tanta formæ præstantia, vt quum aliquando ad fontem bibiturus accessisset, conspectæ suæ imaginis amore captus sit: quúmque nulla potiundi amoris spes esset, nimio desyderio contabuisse, & in florem sui nominis fuisse commutatum. Vide Ouid. lib. 3. Metamor. Huius monumentum in ora Bœotiæ fuisse tradunt, quod cum silentio viatores præteribant. Vnde & *μνημόσυνον*, hoc est taciturnum appellabant. ¶ Est & Narcissus nomen fluuij, & nomē liberti potentissimi Claudij.

Narcissinus, a, um, νάρκισσινος. Quod ex narcisso fit: vt Oleum narcissinum. νάρκισσέλαιον. Plin. libro 21. cap. 19, Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias. Inde etiam Narcissinum vnguentum, quod ex flore narcissi fieri solebat, sed statim obliteratum fuit: vt refert idem Plinius lib. 13. cap. 1.

Narcissites, penult. produ. νάρκισσίτης. Gemma appellata est, quæ narcissi colorem habet, venis hederæ distincta. Huius meminit Plinius libro 37. cap. 11.

Narcotica, νάρκωτικὰ, Medici neoterici appellant medicamenta, quibus stupor conciliatur, ac torpor, aduersus sensum doloris & cruciatum. ἀπὸ τῆς νάρκης, quod stoporem significat.

Nardosphærum, Vide HARDOSPHAERVM.

Nardus, ἡ νάρδος, fœminini generis: & Nardum neutri. Frutex est, teste Plin. lib. 12. cap. 12, grani & crassa radice, sed breui ac nigra, fragilique, quanuis pingui, situm redolente, vt cyperi, aspero sapore, folio patuo densóque, cacumina in aristas se spargunt: ideo gemma dote nardi spicas, & folia concelebrant. Eius duo sunt genera, Indicum & Syriacū, non quòd ex iis regionibus afferatur, sed quòd montes, in quibus nascitur, aut Indiam, aut Syriam spectent. Retinet hæc herba etiā hodie nomen suum in officinis. ¶ Est præterea herba huic non dissimilis, quam ob id Pseudonardum vocant, folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candidum vergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, floscúlis purpureis. Gaudet petrosis locis & apricis: tanta suauitatis flagrantia, vt omnes flores odoris suauitate prouocet: qua dote in vestibus inseritur. Duo etiam huius sunt genera, vnum procerius adolescit, & maioré spirat odorem: quod quia non minus, quàm nardum placet, sibi spicæ nomē apud nos arrogauit. Vulgus *Aspicum* vocat. ¶ Alterum tum amplitudine, tum odore minus, quod, quia balneis & lauacris expetitur, *Lauanda* vulgò, & *Lauandula* appellatur: quā nonnulli malè putant esse nardum Celticam: vt postea docebimus. Vtraque pseudonardi specie Narbonēsis prouincia maximè abundat, adeò vt & montes, & campi iis vestiantur. Nardus autem Gallica, siue Celtica, herba est ab hisce speciebus diuersa, folia habens longiuscula, & flauescentia, florémque luteum, quæ, teste Plinio, cum radice vellitur, & in manuales fasciculos digeri. Hæc alio nomine appellari solet, & in manuales fasciculos digeri. Hæc alio nomine appellatur Saliunca: vt docet Ruellius libro 2. cap. 6. & 7. ex quo hæc excerpsimus. ¶ Ex nardo fiebant pretiosissima vnguenta, quibus Romani solebant capillos delibuere. Tibullus libro 2. Elegia. Illius puro distillent tempora nardo.

Nardinus, a dictum, vt Nardina pyra, dicuntur ab odore, scilicet quæ nardum redolent. νάρδινα. Plin. lib. 15. cap. 15, Pyra ab odore myrapia, laurea, nardina. ¶ Nardinum, pen. corr. νάρδινον, vnguentum ex nardo factum, addito omphacio, balanino, iunco, costo, amomo, myrrha, & balsamo. Alio nomine dicitur Foliatum. Plin. lib. 13. cap. 1.

Nares, {ῥῖνες. Ital. *Narice, buchi del naso.* Gal. *Narines.* Hisp. *Las narices.*} Proprié nasi latiores partes, in quibus sunt spiracula, à naritate, siue gnaritate, (vt inquit Donatus) quòd nos odorum doceant præstō ac propè esse quod adhuc oculi nō vident. Siue, vt alij volunt, quòd per eas odor vel spiritus nare non desinat. Vel à Græco ἴημι, per inuersionem literarum, vt πέμπω tener. Cice. 2. de Nat. deor. Itémque nares, eo quòd omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum iunt. Persius Saty. 1, -balba de nare locutus. Ouid. 1. de Arte, Inque caua nullus stet tibi nare pilus. Virgil. lib. 3. Georg. Collectúmque premens voluit sub naribus ignem. Ouidius vsus est singulari pro naso, dicēs, Pandáque naris erat. ¶ Naribus aduncis indulgere, à Persio Satyr. 1, dictum est, Murmelio teste, pro naribus in rugam contractis irridere, & subsannare. Verba Persij sunt, -nunc non è manibus illis, Nunc non è tumulo, fortunatáque fauilla Nascentur violæ? rides, ait, & nimis vncis Naribus indulges. Simile est illud apud Horatium 1. Sermo. Satyr. 6, Naso populum suspendis adunco. De quo latius in dictione Nasus. ¶ Emunctæ naris homo, is dicitur, qui nares habet emunctas & purgatas, hoc est qui facilè rem subodorat: vnde & pro prudenti & sagaci accipitur. Horat. lib. 1. Sermon. Satyr. 4. Hinc omnis pendet Lucilius hosce secutus, Mutatis tantùm pedibus, nūmerísque facetus. Emunctæ naris, durus componere versus. Obesæ naris iuuenis, apud Horatium Epod. 12, qui nihil olfacit. Corrugare nares. Horat. 1. Epist. 5, -ne sordida mappa Corroget nares.

Narica, Est genus piscis minuti. Plaut. Muriaticam video in vasis stanneis naricam bonam, & canaram, & taguma, quinas farras conchas piscinarias. Naticem piscem leges apud antiquos per t, non per r, & videtur à natando dictus. Hæc Pompeius Festus.

NARITIA, Vide NARYCIVM.

NARNIA, νάρνια Stephano, Vulgò *Narni*, Vmbriæ ciuitas, per quam Nar fluuius, νάρις Stephano, labitur, à quo & nomen accepit. Liu. lib. 10. A Nate flumine Narnia appellata, Hæc etiam Interamna dicitur.

Narnienses, νάρνιεῖται, Narniæ populi.

NARON, siue Naro, onis, νάρων. Vulgò *Narenta*, Fluuius Dalmatiæ, siue Illyrici, iuxta Epidaurum in mare Adriaticum influens: quem Pomponius Mela Narem appellat. Vide suprà in dictione NAR.

NARONA, penult. prod. Liburniæ oppidum, oppositum Naroni fluuio: vnde & nomen accepit, à Salona LXXIII. M. pass. distans. Autor Plinius lib. 4. cap. 22.

Narro, as, Dico, recito. {διηγοῦμαι. Ital. *Narrare, racontare, dire.* Gal. *Raconter, reciter, conter.* Hisp. *Contar historias ò razones, dezir.*} Terent. in Eunne. Narra istuc quæso quid fiet. Ibidem, Tu isti narrato omnem rem ordine, vt factum fiet. Propert. lib. 2. eleg. 1, Nauita de ventis, de tauris narrat arator. ¶ Fabellam narrare surdo asello. Horat. 2. Epist. 1.

Narratio, onis, Quæ est rerum gestarum, aut perinde vt gestarum expositio. {διήγησις. Ital. *Narratione.* Gal. *Narration, recit.* Hisp. *Obra de contar ò dezir, narracion.*} Cic. 2. de Orat. Obscura narratio totam occæcat orationem. Idem in Orato. Credibiles, non historico, sed prope quotidiano sermone dilucidè explicatæ narrationes.

Narratiuncula, Parua narratio. {διηγηματίον Ital. *Picciola narratione.* Gal. *Petit recit & narration.* Hisp. *Pequeña narracion.*} Quintil. lib. 10. cap. 9, Narratiunculas à poëtis celebratas notitiæ causa, non eloquentiæ tractandas puto.

Narrator, oris, Qui narrat. {διηγητής. Ital. *chi narra ò racconta.* Gal. *Racontant, qui recite ou conte.* Hisp. *Contador assi.*} Cic. 2. de Orat. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

Narratus, a, um. participium. {διηγημένος. Ital. *Narrato, racontato.* Gal. *Narré, recité, raconté.* Hisp. *Contado, narrado.*} Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2, Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo, Laudarunt omnes, facta, piámque fidem.

Narratus, us, ui, διήγησις. Ouid. 6. Metam. -veniet narratibus hora Tempestiua meis.

Narrabilis, le. {διηγητός. Ital. *Che si puo raccontare.* Gal. *Qui se peut raconter.* Hisp. *Cosa que se puede assi contar.*} Ouid 2. de Ponto, eleg. 2, Tingua file, non est vltra narrabile quicquam.

NARSES, νάρσης Suidæ, Eunuchus, Iustiniani principis cubicularius: bibliopola prius, deinde ob animi virtutem patriciatus honore auctus, vir religione pietatéque præditus. Is in locum Belisarij ducis in Italiam missus, decem annos variis euentibus pugnauit, tandémque Gothos insigni prælio fudit ad Anienem fluuium, quem & ponte primus instrauit: quarum rerum nequando illa temporum diuturnitate memoria obscuraretur, saxo eas insculpendas curauit insigni epigrammate, quod etiam hodie in Anienis ponte legitur. De quo vide apud Volaterranum.

Narthecia, ἀ νάρθηκία. Species est ferulæ humilioris, quæ ad iustam altitudinem nartheeis non assurgit, folia habens maxima, vt quæque terræ proxima. Dicta videtur Narthecia per diminutionem, à frutieis humilitate: quare etiam à quibusdam Ferula minor, & ab aliis Ferulago appellatur. Plin. lib. 13. cap. 22. de ferula loquens, Duo eius sunt genera: Narthecia Græci vocant assurgentem in altitudinem, Narthecium verò semper humilem.

Narthecium, cij, νάρθηκιον. Dicitur repositorium meditamentorum: ita dictum, quòd nartheeis, hoc est ferulæ liguum ad medicamenta asseruanda esset accommodatissimum: vnde primò Narthecia appellata sunt vasa medicamentaria quæ ex ferula conficiebāmr: postea verò quæuis vasa in hunc vsum comparata, quanuis ex ferula confecta non essent, hoc nomine dici cœperunt. Cice. 2. de Finib. Jam doloris medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant. Martial. lib. 14, Artis opes medicæ narthecia cernis habere.

NARTHECVSA, νάρθηκουσα, Insula est in mari Carpathio, cuius meminit Plinius lib. 5. cap. 31.

Narthex, cis, νάρθηξ, Arbuscula est, lignum foris corticis loco habens, in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus autem ligni loco fungosam medullam. Plinius lib. 13. cap. 22. Fe-
rulam appellat, ponitque duo genera ferularum, Nartheca, quæ in iu-
stam excrescit altitudinem: & Nartheciam, hoc est minorem ferulam,
quæ non altè ab humo attollitur. Plinij verba sunt hæc, Et ferulam in-
ter externas dixisse conueniet, arborúmque generi asscripsisse: quoniã
quarundam naturæ (sicut distinguemus) lignum omne corticis loco
habent, hoc est forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam,
vt sambuci: quædam verò inanitatem, vt arundines. Ferula calidis na-
scitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo eius ge-
nera: Nartheca Græci vocãt assurgentem in altitudinem: Narthecia
verò semper humilem. Hæc ille. ¶ A Narthex autem dicti sunt Nar-
thecophori, νθηκοφόροι, Bacchi ministri, quasi Thyrsigeri. Nam thyrsi
antiquitus etiam ex ferulis fiebant.

NARYCIVM, νάρυκιον, Quod & Naryx, νάρυξ, & Naryce, νάρυκη, dicitur,
Oppidum fuit Locrorum vetustissimum: à quo Aiax Naryeius, & po-
puli Naryeij dicti sunt. Virgil. 3. Aeneid. Hic & Naryeij posuerunt mœ-
nia Locri. Abundat autem pice optima quæ Naryeia dicitur. Virgil. 2.
Georgic. Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum, Naryciæque
picis lucos.

NASAMONES, pen. prod. νασαμῶνες. Sunt populi Libyæ, nauium Syrti-
bus inuolutarum spoliatores. Lucan. lib. 9. Hoc tam segne solum, ta-
ras tamen exerit herbas Quas Nasamon, gens dira legit qui proxima
ponto Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis Syrris alit,
nam littoreis populator arenis Imminet, & nullos portus tangente
catina Nouit opes: sic cum toto commercia mundo Naufragiis Na-
samones habent. ¶ Hinc Nasamonius, & Nasamoniacus adiectiua.

Nasamonites, νασαμονίτης, Gemma, quæ quum sanguinea sit, scater ni-
gricantibus venis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Nascor, sceris, natus, Notæ significationis. ¶ φύομαι, γίνομαι, γεννῶμαι. Ital.
Nascere. Gal. *Naistre* Hisp. *Nascer.* ¶ Plin. lib. 10 cap. 53. Aues omnes in
pedes nascuntur, cõtrà quàm reliqua animalia. Sallust. L. Catilina no-
bili genere natus fuit, magna vi animi & corporis ¶ Dicimus autem
Natus sum laudi, & ad laudem. Cicc. pro Sext Qui se patriæ, qui ciui-
bus suis, qui laudi, qui gloriæ, non somno, non conuiuiis, nõ delecta-
tioni natos arbitrãtur. Ibidem, Nam quid ageret vir ad dignitatem &
gloriam natus? Horat. 1. Epist. 2. Nos numerus sumus, & fruges consu-
mere nati. Cicc. de Senect. Mortuus est (quum ego quinq; & sexaginta
annos natus, legem Voconiam voce magna & bonis lateribus suasis-
sem) annos septuaginta natus: tot enim vixit Ennius. Idem de Amic.
Magna etiam dissidia, & plerunque iusta nasci.

Natus, a, um, participium à Nascor. ¶ γεγενημένος. Ital. *Nato.* Gal. *Ne, ou né.* His.
Nasido. ¶ Terent. in Heauton. Annos sexaginta natus es, aut plus eo,
vt coniicio. ¶ Dicitur quoq;, Si quando res ita nata fuerit, id est si vo-
quam occasio fuerit è rerum euentu. ¶ Itẽ pro re nata, hoc est pro præ-
senti rerum statu. & vti res nũc se habent. Cic. Attic lib. 3. Animaduer-
terem posse pro re nata te non incommodè ad me in Albanum veni-
re. Ibidem, In his locis pro re nata non incommodè possunt esse.

Natus, ti, nomen substantiuum, Pro filio. ¶ υἱός. Ital. *Figliuolo.* Gal. *Vn fils.*
Hispa. *Hijo.* ¶ sicut Nata, tæ, pro filia. ¶ θυγάτηρ. Ital. *Figliuola.* Gal. *Vne fille,*
Hispa. *La hija.* ¶ Virgil. 1. Aeneidos, Nate meæ vires, mea magna po-
tentia solus. Idem 3. Aeneid. Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Cicero de Amicitia. Primùm ex ea charitate, quæ est inter natos & pa-
rentes, quæ dirimi, nisi detestabili scelere non potest. Virgil. 1. Aeneid.
Maxima natarum Priami. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, Tu quum pro vitula
statuas dulcem Aulide natam Ante aras, spargisque mola caput, im-
probe, falsa. ¶ Natorum appellatio (inquit Modestin.) ad nepotes ex-
tenditur. ¶ Addimus quandoque g, & dicimus Gnatus, Gnata, quæ
semper sunt substantiua. ¶ Natos etiam pullos equarum dixit Colum.
lib. 6. cap. 27. Id præcipuè genus pecudis amore natorum, nisi fiat po-
testas, noxam trahit.

Natu, Ablatiuus est solus sine nominatiuo, alióve casu vsitato, iungitúr-
que cum his adiectiuis Magnus, Paruus, & Grandis. ἡλικίᾳ. Cic. in Cat.
Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, sed tamẽ
iam ætate prouectum. Terẽtius Adelph. Id meã minimè refert, qui sum
natu maximus. Liuius 1. ab Vrbe, Sed de istis rebus in patria maiores
natu consulemus.

Natio, onis. Genus hominum (inquit Festus) qui nõ aliunde, sed ibi nati
sunt. ¶ ἔθνος. Ital. *Natione.* Gal. *Nation, gent.* Hispa. *La nacion.* ¶ Plautus in
Menæch. Nanque Epidamnea natio est hæcita hominum, Voluptarij,
æque potatores maximi. Plinius lib. 12. cap. 25, Color in quacunque
natione præfertur rufus. Erudita illa Græcorum natio, Cicc. 2. de Ora-
tor. Inanes & barbaræ nationes, Cicc. Q. fratri libro 1. Idem de Pro-
uinc. consul. Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorũ & Heluetio-
rum, preliis multis fœlicissimè decertauit. Idem pro Font. Verùm etiã
exteris nationibus ac gentibus ostendere, &c. Nationis autem voca-
bulum latius extenditur, quàm Gentis: nam in eadem natione plures
possunt esse gentes. Neque enim omnes qui eiusdem sunt nationis, ex
eadem sunt gente. ¶ In pecoribus quoque (vt inquit Festus) bonus
prouentus fœturæ, bona natio dicitur. ¶ Natio quoq; ordinem, socie-
tatem, sectam & genus hominum significat. Cicero pro Sestio, Nimi-
rum hoc illud est, quod de me potissimum in accusatione quæsisti, quæ
esset nostra natio optimatium.

NATIO, onis, Nomen deæ, natiuitatum præsidis: de qua sic Cicero 3. de
Nat. deor. Fatiæ deæ sunt, speculatrices credo, & vindices facinorum,
& sceleris. Quòd si tales dij sunt, vt rebus humanis intersint, Natio
quoque dea putanda est: cui, quum fana circumimus in agro Ardeati,
rem diuinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, à
nascentibus Natio nominata est.

Natalis, & hoc natale, Idem quod natalitius. ¶ γενεθλιακός. Ital. *Natale.* Gal.
De la naissance ou natiuité. Hisp. *Cosa perteneciente al nascimiento.* ¶ vnde Na-
talis dies dicitur is, quo quis natus est. ¶ γενέθλιος. Cicc. Attic. lib. 3, Na-
tali die tuo scripsisti epistolam. Terent. in Phorm. Potrò autem alio,
vbi erit puero natalis dies. Cicero Attic. lib. 6. Quum is dies casu Bruti
natalis esset. Idem 3. de Diuinatione. Chaldæis in prædictione, & in
notatione cuiusq; vitæ ex natali die minimè credendum. Agere diem
suum natalem quotannis, Cicc. 2. de Finib. ¶ Interdum supprimitur
substantiuum Dies, vt quod facilè queat intelligi. Virgil. 3. Aegloga,
Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. ¶ Natale solum, Patria in
qua quis natus est. γενέθλιος. Ouid. 1. de Ponto, Nescio qua natale solum
dulcedine cunctos Ducit, & immemores nõ sinit esse sui. ¶ Dicitur &
Natalis de rebus inanimatis, pro nascens. Plin. lib. 37. cap. 4. Similis est
huic quidem Arabicus, minor tantùm, similiter & nascẽs, cæterùm pal
lor gentis, & in auro non nisi excellentissimo natalis. Natalis vrbis, id
est dies qua condita fuit vrbs. Plin. libro 14. cap. 4. Ea cæli temperies
fuisse quam coctura vocant, solis opere, natali vrbis DCXXXIII.
Id est, ab vrbe condita. Cicero pro Flac. O Nonæ illæ Decembres quæ
me Consule fuistis: quam ego diem verè natalem huius vrbis, aut cer-
tè salutare appellare possum.

Natales, Plurali tantùm numero, significat conditionem sanguinis, & fa-
miliæ. ¶ γένος. Ital. *Famiglia, parentato.* Gal. *Parenté, parentage, famille.* Hispa.
El estado en cada vno nasce. ¶ vt Generosi natales obscurt. Corn. Tacitus,
Aderat Cornelius Fuscus vigen. ætate claris natalibus. Plinius in Epi-
sto. ad Mesium lib. 3, in malam partem accepit, pro ignobilitate & sor-
dibus generis, Nonnunquam (inquit) candidatus aut natales compe-
ritoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. ¶ Natalibus restituere,
frequens est in Iure, pro eo quod hodie Nobilitare vocamus: & Nata-
lium restitutio, quam nos Nobilitationem dicimus. Dicitur autem
Natalibus restitui non modò libertus, vt patronatus obseruantia li-
beretur: sed etiam plebeius, quum ad nobilitatem asciscitur, quamvis
anteà nunquam inter nobiles fuerit. Hæc Budæus in prioribus An-
notat. in Pandect. & in Epist. Iuuen. Satyr. 6, etiam pro celebritate dici
natalis sumpsit, Palmam inter dominas virtus natalibus æquat. id est
non aliter à victoria exhilaratur, quàm si dies natales celebrẽtur. ¶ Na-
tales etiam pro annis accipiuntur. Sappho Phaoni in Epistola Heroid.
Sex mihi natales ierant. Tot enim dies celebrantur natales, quot
aguntur anni. ¶ Natales diuersarum gentium. Plin. lib. 7. cap. 12, Di-
uersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperire, supet
omnem esse taxationem. Vbi Natales videtur posuisse pro origine, si-
ue ipsis natiuitatibus.

Natalitius, a, um. Quod ad Natales, siue ad natiuitatem pertinet. ¶ γενε-
θλιακός. Ital. *Della natiuita.* Gal. *De naissancé, appartenant à naissence.* Hisp. *Cosa
perteneciente à nascimiento.* ¶ Cicero 2. de Diuinat. Qui hæc Chaldæ orem
natalitia prædicta defendunt. Et paulo pòst, Chaldæi notant sydera natalitia.

Natalitia, eorum, Celebritates, quibus quis diem suum natalem colit, si-
ue etiam ipsum conuiuium quod quis natali suo die amicis exhibet.
γενέθλια. Cicc. 2. Philip. Hodie non descendit Antonius: cur? dat nata-
litia in hortis. cuiusnemînem nominabo: putatote eum Phormionis ali-
cui, tum Gnathoni, tum Ballioni.

Natiuus, a, um, penult. prod. Quod nullo artificio confectum est, sed tale
omnino est quale nascitur: & ferè idem quod Naturale. ¶ γενικός. Ital.
Natio. Gal. *Naif, naturel, qui vient de nature.* Hisp. *Cosa natural.* ¶ Plinius lib.
31. cap. 7. Sunt & montes natiui salis, vt Indis Oromenus. Gellius lib.
12. cap. 1, Propterea obliteratis, & abolitis natiuæ pietatis affectibus.
Et natiuæ lanæ, apud Plinium libro 8. cap. 47, dicuntur, quæ natiuum
colorem retinent. ¶ Natiuum malum. Id est innatum, ingenitum. Cic.
pro Domo sua, Nonne fuit eo maior adhibenda medicina, quæ & il-
lud natiuum, & hoc delectum malum sanare posset? ¶ Natiui dei, qui
nascuntur, & ócidunt. Cicero de Natu. deor. 1, Anaximandri autem
opinio est, natiuos esse deos, longis interuallis oriẽtes, occidentésque.
¶ Natiua verba, quæ primitiua, seu primæ positionis vocant Gram-
matici: quibus opponuntur Reperta, id est deriuata, Cicc. in Partit. ora.
Simplicia verba partim natiua sunt, partim reperta. Natiua ea quæ si-
gnificata sunt sensu: Reperta, quæ ex his facta sunt. ¶ Natiuus co lor,
dicitur naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur, modò in al bedi-
nem tendens, modò in nigredinem: non tamen perfectè aut albus,
vel niger. Plin. lib. 26. cap. 4. Natiuus color albus, Leucophæus ap pel-
latur, ab eo quòd Græci album vocant λευκόν, & φαιὸν. fuscum, sive pul-
lum. Huic contrarius Bæticus, vel Pullus vocatur. Plin. lib. 32. cap. 10,
Iecur rubetæ, vel cor adligatur in panno leucophæo: & quartanis p to-
dest. Hinc Leucophæati, qui rudiori alba veste, ac vili, & natiui co lo-
tis induti sunt. Martia. lib. 1, Amator ille tristium lacernarum, Et bæ-
ticatus simul & leucophæatus.

Natiuitas, atis, Idem quod ortus. ¶ γένεσις, γενεθλιακὸς, γέννησις. Ital. *Natiuità, na-
scimento.* Gal. *Natiuité, naissence.* Hispa. *Nascimiento.* ¶ Vlpianus Municip em
aut natiuitas, aut adoptio facit.

Natura, æ, Dicta est ab eo quòd aliquid nasci faciat. ¶ φύσις. Ital. *Natura.*
Gal. *Nature.* Hisp. *Natura, naturaleza.* ¶ cuius proprietatem causam ali im
nullam inuenimus, præterquam quòd ita natura comparatum sit, id
est ita visum sit naturæ, πφοκτὸν. Hanc quidam Deum esse dixerunt, a
quo omnia sunt creata. Seneca lib. 4. de Benefi. Natura hoc mihi præ-
stat. Non intelligis te, quum hoc dicis, mutare nomẽ Deo? Quid en im
aliud est natura quàm Deus, & diuina ratio, toti mundo, & partibus
eius inserta? Plinius, vbique Naturam parentem, rerúmque opificem
appellat. Augustinus de morib. Manichæorum, Naturam sic diffinit,
Natura nihil est aliud, quàm quod intelligitur in suo genere aliquod
esse. ¶ Ponitur interdum pro vi, & ingenita rei alicui virtute, & pote n-
tia: vnde arborum atq; herbarum naturas dicimus. Plin. lib. 12. cap. 1 6,
Hæc concreta densantur, vbi loci natura poscit. Cic. de Somn. Scip. A ui
mæ natura propria, atq; vis, vt ipsa à seipsa moueatur. ¶ Interdum pro
more & industria. Virgil. lib. 4. Georg. Nunc age, naturas apibus qu a
Iuppiter ipse Addidit, expediam. ¶ Natura etiã accipitur pro corpo-
ris habitu. Terent. in Eunuc. Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt,
deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunce. is.
¶ Naturæ satisfacere, & Naturæ concedere dicimus pro mori. Cicc. pro
Cluentio, Vos auditis de eo in quem iudices non estis, de eo quem nõ
videtis, de eo quem odisse non potestis, de eo qui & naturæ & legibus
satisfecit, quẽ leges exilio, natura morte mulctauit. Sallust. in Iugurt.
Pater vti necesse erat, naturæ cõcessit: fratri, quem minimè decuit, pro-
pinquus per scelus vitam eripuit. ¶ Et. In rerum naturam cadere, dixit
Quintilianus, (vt notauit Budæus) pro interdum accidere. ¶ Aliquãdo
etiã Natura accipitur pro genitalibus, tam virilibus, quàm fœmineis,

quæ &

quæ & à Græcis dicitur φύσις. Cicero 1. de Diuinat. Párere quædam gratiosa cupiens, cùm irans essétne prægnãs, visa est in quiete obsignatam habere natura. retulit negauit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. Plinius lib. 22. cap. 13, Si quadrupedes fœtum non admittunt, vrtica naturam fricandam monstrat. Dicta autem Natura, quòd in eo membro nascendi vis sit. ¶ Natura item est specifica differentia, quæ vnicuique rei formam dat: diffinitúrque à philosophis sic, Natura est motus principium, secundum se, & non per accidens: quoniam omnia corpora proprium habent motum per se, vt ignis per se sursum fertur, terra deorsum, & non per accidens: quod si contrà fiat, id non naturale, sed artificiale & violentum dicitur. ¶ Quinta natura. Cicer. 1. Tusc. Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia, quum quatuor genera illa principiorum esset complexus, è quibus omnia oriantur, quintam quãdam naturam censet esse, è qua sit mens.

Naturalis, & hoc naturale, Quod secundum naturam est. {φυσικός. Ital. *Naturale*. Gal. *Naturel*. Hisp. *Cosa natural*.} Vnde Naturalis filius dicitur, qui naturaliter ex nostro semine est prognatus: ἐξ ἴδιου σπέρματος ὢν, cui opponitur Filius adoptiuus, ἀνατεθειμένος. Sueton. in Tiber. Filiorum neq; naturalem Drusum, neque adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit. ¶ Naturalia desyderia, pro cupiditate coeundi dixit Columella lib. 4. cap. 24, de Vaccis loquens. Atque (inquit) in id ferè tempus naturalia cõgruunt desyderia. Idem lib. 4. cap. 27. Equæ desyderiis naturalibus ungũntur. ¶ Diuinatio naturalis, cui opponitur Artificiosa præsensio. Cic. 1. de Diuin. ¶ Lex naturalis. Cicer. 1. de Nat. deor. Legẽ naturalem diuinam esse censet Zeno, eámque vim obtinere, recta imperãtem, prohibentémque cõtraria. ¶ Naturale est. Plin. lib. 11. cap. 37, Pilosi verò naturale, vt nictare non cessent, quos pauidiores accipimus.

Naturalia plurali tantùm numero, dicuntur Pudenda. {αἰδοῖα. Ital. *Le parti vergognose*. Gal. *Les parties honteuses*. Hispani. *La natura del hombre ò muger*.} Colum. lib. 6. cap. 28, Si equa marem non patitur, detrita scilla naturalia eius linuntur, quæ res accendit libidinem. Idem lib. 9, de gallinarum pullis, Plumulæ sub cauda, clunibus detrahẽdæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia præcludant.

Naturaliter, aduerbium, Hoc est à natura, vel secundum naturam. {κατὰ φύσιν. Ital. & Hisp. *Naturalmente*. Gal. *Naturellement*.} Cicer. de Senect. Quod enim homini naturaliter insitũ est, eo vti decet: & quicquid agas, agere pro viribus. Colum. lib. 3. cap. 16, Naturaliter infœcunda vitis.

NASICA, pen. prod. νασικᾶ. P. Scipionis cognomẽ fuit, propter nási magnitudinem ei impositum. Hic adhuc adolescẽs à Senatu vir optimus iudicatus, Magnam matrem deorum hospitio suscepit, donec ei templum ædificaretur: vnde à Iuuenale Hospes numinis Idæi appellatur. Huius etiam ductu Tiberius Gracchus seditiosis concionibus statum Reip. labefactans, fragmentis subsellíorum in concione est oppressus. Vide Ciceronem in Orat. pro C. Rabirio perduellionis reo.

Nasiterna, æ, Vas aquarium, ansatum, ac pateus. ὑδρία. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 22, Vt ex ære ahena vteos, nasiternam faceret.

Nassa, Genus vasis piscatorij ex vimine contextum, quò quum intrauerit piscis, exire non poterit. {κόφινος. Ital. *Nassa*. Gal. *Vne nasse*. Hisp. *La nassa ò cuello para pescar*.} Plautus. Nũquam ex ista nassa hodie escam petam. Cic. lib. 15. Ad Attic. Ex hac nassa exire constituí, non ad fugam, sed ad spem melioris mortis. Silius lib. 5, Haud secus ac vitreas solers piscator ad vndas, Ore leuem patulo texens de vimine nassam.

NASTES, νάστης, Fuit frater Amphimachi, æquum cum illo in Caras habens imperium, qui Priamo aduersus Græcos suppetias tulerunt, teste Homero lib. Iliad. 2.

Nasturtium, Herba hortensis est notissima, quam Græci κάρδαμον vocãt, Galli *Cresson alenois*: Ital. *Agresto*. Hispa. *Nasturcio, mastuerço*: venerem inhibens, animúmque exacuẽs. Eius (teste Plinio lib. 20. cap. 13.) duo sunt genera. Album scilicet, quod purgatiuam vim habet, bilémque in aqua denarij pondere potum detrahit. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat, visum clarificat, commotas mẽtes sedat ex aceto lumptum. Vtrunq; cerebrum purgare, mentémque mirificè excitare creditur: vnde factus est locus prouerbio, vt homines socordes & somnolẽtos Nasturtium edere iubeamus. Nasturtium autem à nasi tormento appellatum esse, autor est Plinius lib. 20. cap. 8, quòd scilicet mordacitate quadam nasum torqueat, & sternutationes prouocet.

Nasus, nasi. Dicitur ea pars capitis quæ à superciliorum confinio oriens, & quasi æquali porrecta iugo, vtranq; aciem simul & discernit, & munit. {μυκτήρ. Ital. *Naso*. Gal. *Le nez*. Hisp. *La nariz*.} Duo autem eius spiramina, geminique hiatus, quos veluti quidam paries per medium ductus intersepit, Nares vocantur. Cicer. 2. de Natu. deor. Nasus ita locatus est, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur. Persius Satyr. 3, Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. ¶ Aliquãdo Nasus ponitur pro sagacitate, acrimonia, & dicacitate. vnde Habere nasum eum dicimus, qui venusta quadam & subdola irrisione alium deridet. Metaphora tracta est à canibus, qui narium olfactu abstrusissima quæque inuestigãt. Horat. 1. Serm. Satyr. 6, Nec quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus. Olim qui magnis legionibus imperitarint, Vt pleriq; solent, naso suspendis adunco Ignotos, vt me libertino patre natum. Plin. Primus Lucilius condidit stylí nasum. id est scripsit Satyram, quæ acerbitatem quandã & acrimoniam stylí habet in vitiis insectandis. Martia. lib. 1, Non cuicunque datum est habere nasum. id est acrimoniam ad deridendum, & dicacitatem. Item, Et pueri nasum rhinocerotis habent. Hinc

Nasuti, dicuntur dicaces, reprehensores, & derisores, qui doctè alios notant irridere. {μυκτηριστικοί. Ital. *Beffeggiatori*. Gal. *Moqueurs, railleurs*. Hispa. *Mofadores, escarnidores*.} Martia. lib. 13. Nasutus sis vsq; licet, sis denique nasus. Idem formauit comparatiuum, Nil nasutius hac, maligniúsque est. Et per diminutionem Nasutulus. Apul. Nasutula mulier ac dicacula. ¶ A Nasus fit verbum Denaso, sas, διαῤῥινῶ. Plautus Captiuis, Os densabit tibi mordicus.

Natales, Vide NASCOR.

Natatilis, natatio. Vide NATO.

Nates, natium, Caro est conglobata versus os sacrum, sedendi officio aptissima, à nitendo, vt quidam existimant. {γλουτοί, πυγαί,

μυγοί. Ital. *Natiche*. Gal. *Les fesses*. Hisp. *Las nalgas*.} Ibi enim est caro firmior, quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole ossibus offendatur. Horat. 1. Sermo. Satyr. 8, Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi Diffusa nate ficus. Idem Epod. 8, Quum sit tibi dens ater, & rugis vetus Frontem senectus exaret, Hietque turpis inter aridas nates Podex, velut crudæ bouis. Martia. libro 14. Alea parua nuces, & non damnosa videtur, Sæpe tamen pueris abstulit illa nates. ¶ Hæ etiam alio nomine Clunes dicuntur. Iuuen. Ad terram tremulo descendunt clune puellæ.

Natinatores, Seditiosi, negotiosi vocabantur, & Natinatio, negotiatio. Festus.

Natio, Natiuus, Vide NASCOR.

Nato, natas, Vide NO, nas.

Natrix, ὕδρος, generis masculini & fœminini. Genus serpentis etiã aquas veneno inficiens, à nando nomen habens. Priscia. lib. 5, Natrix quum speciem anguis significat, masculinum quoq; inuenitur. Cic. 4. Acade. Cur omnia nostri causa quum faceret, tantam vim natricũ, viperarúmque fecerit? cur mortifera tam multa passim dispersérit? Lucan. libro 9, Et natrix violator aquæ. ¶ Item Natrix. Plinio libro 27. cap. 12. herba est, cuius radix cuiusla. virus bitei redolet. ¶ Natrix quoque mulier dici potest natans, sicut Natatrix.

Natura, Natus, Vide NASCOR.

Naualc, Nauarchus, Vide NAVIS.

Nauci, Putamen nucis, siue oliuæ nucleus, seu membranula, quæ in nucis inglandis medio est. {κάρυου ὄστρακον. Ital. *Scorza della noce*. Gal. *La coquille ou petite taye d'vne noix, chose de nulle valeur*. Hispa. *La cascara de la nuez*.} & accipitur pro re nihili. Plaut. in Mostel. Qui homo timidus erit in rebus dubiis, is nauci non erit. Cicer. 1. de Diuin. Non habeo deniq; nauci Marsum augurem.

Nauci facio, Id est nihili facio. {οὐκ ἐξίσου ποιοῦμαι. Ital. *Stimar niente*. Gal. *Ne tenir compte, n'estimer rien*. Hisp. *Tener en poco precio*.} Plaut. in Bacch. Perij, hoc seruum meum non nauci facere esse ausum.

Nauclericus, Nauclerus, Vide NAVIS.

NAVCRATIS, νάυκρατις, Stephano ciuitas in Aegypto, à Milesiis condita, qui tum mari potiebãtur, teste Strabone lib. 17. Eius incolæ Naucratitæ appellantur.

Naufragium, Vide NAVIS.

Nauia, æ, Lignum cauatum vt nauis, quo in vindemiis vti solent, inquit Festus.

Nauiculor, Nauigo, Vide NAVIS.

Nauis, à Græco νάυς. {Ital. & Hispa. *Naue*. Gal. *Nauire, nef*.} Ouid. 1. Fast. Acta per æquoreas hospita nauis aquas. Moderamen nauis. Idem 15. Metamor. -& innixus moderamine nauis, in alta Puppe caput posuit. Virgil. 5. Aeneid. Rectorem nauis compellat voce Menoeten. ¶ Frangere nauem, idem quod naufragium facere. Terent. in Andr. Nauem is fregit apud Andrum insulam. Plaut. in Menaech. Perij miseram! quam tu nunc mihi nauem narras? Mas. ligneam, Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo. ¶ Actuariæ naues, quæ remis agebantur: vide suprà in dictione ACTVARIVS. Hirtius de bel. Alexand. Nauibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam nõ satis iusta ad præliandum, rostra imposuit. Has adiunctis nauibus longis, & numero classis aucto, militibus veteranis impositis, &c. ¶ Rostratæ naues, dictæ à rostris: quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur. Virgil. 8. Aeneid. In medio classes æratas, Actia bella Cernere erat. Liu. 4 Decad. lib. 6, Vna & octoginta rostratis nauibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertè rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum traiecit. ¶ Fluuiatiles naues, quibus nauigamus in fluuiis, apud Liuium libro 10. Decadis 1. ¶ Frumentariæ naues, oneratiæ, ad frumentum vehendum aptæ. Cæsar lib. 3. bel. Gal. ¶ Longæ naues ab oneratiis differebant: siquidem oneratiæ velis dumtaxat incitabantur: Longæ verò etiam remis agebãtur. Lentul. in Epist. Ciceronis lib. 12. A Classe discesserũt, nauique longa profugerunt, oneratiis relictis. ¶ Naues marinæ, quibus in mari nauigamus, ad differentiam fluuiatilium. l. Iulia repetundarum. ff. de Vacat. & excusat. muner. ¶ Piscatoriæ naues, ad pisces capiendos paratæ. Liui. 3. Dec. lib. 3. ¶ Prædatoriæ naues, & Naues piraticæ, apud Liuium 3 Decad. lib. 9, & Decad. 4. libro 4. ¶ Prætoria nauis, quam Græci πρωτόπλοα vocant, nostri vulgò *capitanea*m. Liu. 3. Decad. lib. 1. ¶ Speculatoriæ naues, Liu. Decad. 4. lib. 6. ¶ Turriæ naues, quibus ad libram turres imponebantur: idque non solùm ad proram, sed etiam ad puppim, vt testatur Appianus de Bellis ciuilibus. ¶ Vinaria nauis, apud Vlpia. l. vulgaris. ff. de furtis. ¶ Constratæ naues, κατάστρωτα πλοῖα, quæ & tectæ dicebantur: de quibus. Plinius lib. 7. cap. 56.

Nauicula, æ, Est parua nauis, qua vel in flumine circumuehimur. {πλοιάριον. Ital. *Nauicella*. Gal. *Petite naure, nasselle*. Hispa. *Nauezica, ò naue chica*.} vt Lugduni videre est, nauiculis Ararim traiici, & Lutetiæ Sequanam. Cicer. Acad. 4, Ita sermone confecto, Catulus remanitonos ad nauiculas nostras ascendimus. Idem Attic. lib. 14, Deinde ad epulas Vestorij nauicula subau. iremus. Idem ad Quiri. post reditum, Comparua nauicula traiecit in Africam.

Nauicella, æ, diminutiuum, à Nauicula, quo vtitur Martianus Iurisconsultus in tractatu de Fundo instructo.

Naualis, & hoc nauale, adiectiuum. Quod ad naues pertinet. {ναυτικός. Ital. *Naual*. Gal. *De naues*. Hisp. *Cosa pertenesciente alas naues*.} vnde Naualis corona, qua donabatur qui primus in nauẽ hostium armatus transiliisset. Virgil. Tempora nauali fulgent rostrata corona. Prælium nauale, Plin. lib. 16. cap. 1. Bellum nauale, Cicero pro lege Man. Certamen nauale. Virgil. 5. Aeneid. Disciplina naualis. Cicer. pro Ic. Manil. Pugnæ nauales & pedestres. Cicero de Senect. Socij nauales, pro remigibus, apud Liuium 1. bel. Puni.

Nauale, lis, substantiuum, vel Nauale, lium, In quibus stant, vel fieri solent naues. {νάυσια, νεώρια, ὁλκάς. Ital. *Arsenale*. Gal. *Vn haure*. Hispa. *El astillero de las naues*.} Virgil. 4. Aeneid. Dirpiétque rates alij nauales: ite. Ouid. lib. 3. Metam. Haud aliter quàm si siccum nauale tenerent. Cicer. Offic. 2, Atque etiam illæ impensæ meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus.

Nouarchus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nauarchus, chi, {ναύαρχος. Ital. *Capitano d'armata di mare.* Gal. *Pilote & patron de nauire.* Hisp. *Capitan sobre la mar.*} Dicitur Latinè Præfectus classis: antiqui Prætorem vocabant: vnde adhuc naui Prætoriæ manet nomen: in qua scilicet Prætor, hoc est classis præfectus nauigabat. Hanc Græci eadem ratione ναῦαρχίδα vocant, quòd in ea nauigaret nauarchus. Cicero 2. Verr. Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, cæterisque rebus nauarcho suo quæque ciuitas semper dare solebat. Ibidem, An quòd forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit?

Nauclerus, ri, {ναύκληρος. Ital. *Necchiere, patron di galera.* Gal. *Pilote de nauire, ou patron de galere.* Hisp. *Nauchel, pilato ò patron de la naue.*} Qui naui præst, & nautarum cuique munia sua præscribit. Cicero Nauicularium vocat, & nautarum cuique munia sua præscribit. Plaut. in Mil. Cubare in nauelippam, atq; oculis, & Naniculatorem. Plaut. in Mil. Cubare in nauelippam, atq; oculis, Nauclerus dixit, qui illas aduexit, mihi.

Nauclericus, a, um, {ναυκληρικός. Ital. *Pertinente à padron di galera.* Gal. *Apartenant à patron de galere.* Hispa. *Cosa pertenesciente à Nauchel, pilato ò patron dela naue.*} Quod ad nauclerum pertinet. Plaut. in Milite, Facito vt venias huc ornatu naucleriaco.

Nauclerius, a, um. eiusdem significationis. Plaut. in Asi. Volo mei patris me similem, qui causa mea nauclerio ipse ornatu per fallaciam, Quã amabam, abduxit ab lenone mulierem.

Naufragus, gi, {ναυαγός. Ital. *Che è scapato dal pericolo del mare: e anchio chi non è scapato ma morto ò andato male.* Gal. *Qui est eschapé du peril de la mer, apres auoir perdu le nauire ou il estoit.* Hisp. *El que escapa dela naue quebrada, ò que es muerto ental peligro.*} Qui nauem amisit, qui naui fracta, bona amisit. Propert. lib. 2. eleg. 3. Ille venena libens, & naufragus ebibat vndas. Cic. de inuen. 3. Duo quidam quum iam in alto nauigarent, & eorũ alterius nauis, alterius onus esset, naufragum quendam natantem, & manus ad se tendentem animaduerterunt: misericordia commoti nauim ad eum appulerunt, hominem ad se sustulerunt. Ouid. in Ibin, Siue per immensas iactabor naufragus vndas.

Naufragus, ga, gum, adiectiuum. {ὁ ἢ τὸ ναυαγός. Ital. *Chi fa rompere la naue.* Gal. *Qui fait perdre ou rompre la nauire.* Hisp. *Que hace quebrantar la naue.*} vt, Mare naufragum, hoc est, naufragia faciens, quasi naufragum, quòd ibi naues frangantur, vt inquiunt Acron, & Porphyrio, in illud Horatij 1. Carminum, Ode 16, -nec mare naufragum, Nec sæuus ignis, &c. Corpora naufraga, Virgil. 3. Georg. Tempestas naufraga, Valer. Flac. 1. Argon. Vnda naufraga, Tibullus lib. 2. Eleg. 4. ¶ Naufragus etiam transfertè ponitur, pro eo qui bona dissipauit, vel qui quauis re alia calamitosus est, & res suas in desperatis & profligatis habet. Cicero in Catil. Quòd si se eiecerit, secũmque suos eduxerit, & eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit, extinguetur, atque delebitur non modò hæc tam adulta Reipub. pestis, verùm etiam stirps ac semen malorum omnium.

Naufragium, gij, {ναυάγιον, ναυαγία. Ital. *Naufragio.* Gal. *Naufragement & perte de nauire.* Hispa. *Quebrantamiento dela naue.*} Nauis fractio, vel submersio. Cicero pro Rege Deiotaro, Itaque quum esset ei nuntiatum, Domitium naufragio periisse, te in castello circunsideri: de Domitio dixit versum Græcum, &c. Idem Famil. Epist. 16, Interea qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Transfertè verò sumitur pro calamitate, damno, iactura, vel exitio. Cic. Famil. 4. Versor in eorum naufragiis, & bonorũ direptionibus. Ex naufragio tabula. Idem ad Attic. 4. Perspice æquitatem animi mei, & ludum, & contentionem Seleucianæ prouinciæ, & meam hercule cum Cæsare suauissimam coniunctionem. Hæc enim me vna ex naufragio tabula delectat. Id est ex communi Reipub. calamitate & iactura hoc mihi vnicum subsidium, hæ amicitiarum reliquiæ.

Naufragor, penult. corr. {ναυαγέω. Ital. *Romper la naue.* Gal. *Rompre la nauire.* Hisp. *Quebrantar la nao en la mar.*} Deponẽs, & Naufrago, as, Naufragium facio, & (vt Terentius loquitur) nauem frango.

Naufragus, a, um, Eiusdem significationis: vt Fretum naufragum. Ouid. 14. Metamor. Liquerat & Zancle, aduersáque mœnia Rhegi, Naufragúmque fretum, gemino quod littore pressum Ausoniæ, Siculæque tenent confinia terræ. Saxa naufraga, Statius 5. Thebaidos.

Nauiculator, oris, Idem qui nauicularius. ναυκλήρης. Cicero pro lege Manilia, Maiores vestri sæpe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis, bella gesserunt.

Nauicularius, rij. Qui naui præest, exteriſque imperat, snáque vnicuique munia distribuit. {ναύκληρος. Ital. *Nocchiero.* Gal. *Pilote ou patron.* Hispa. *Nauchel.*} Cicero. Tironi libro 16, Mare magnum & difficile tibi restat: si poteris cum Metcinio, cautè is solet nauigare: sin minus, cum honesto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius moueatur. Idé 7. Verr. Malo, inquam, te isti generi hominum, quàm mercatoribus, & nauicularijs inimicum, atq; infestum putari.

Nauicularia, æ, Nauis administratio, vel quæstus ex nauigatione. {ναυκληρία. Ital. *Arte di gouernar naue.* Gal. *L'arte & science de conduire & gouuerner vn nauire.* Hispa. *La arte de gouernar y regir la naue.*} Nauicularijam facere. Cic. 7. Verr. Quid eos loqui qui videbant, quid existimare eos qui audiebant, arbitrabare? Inanem te nauem esse in Italiam ducturum? nauicularijam te, quum Romam venisses, esse facturum.

Nauiculor, aris, Propriè otiosus nauicula vehor. {πλέω. Ital. *Barcheggiare.* Gal. *Aller sur l'eau en vn nauire.* Hisp. *Nauegar por su plazer.*} Martia. lib. 3. Piger Lucrino nauiculamur in stagno.

Nauigium, gij, Omne genus nauis, quo nauigamus. {πλοῖον. Ital. *Nauigio, vasello.* Gal. *Toute sorte de nauire.* Hispa. *Nauc ò el nauio.*} Colum. in Præfa. lib. 1, Iámque qui ædificare velint, fabros, & architectos aduocét, qui nauigia mari concredere, gubernandi peritos: qui bella moliri, armorum & militiæ gnaros: & ne singula persequar, ei studio quod quis agere velit, consultissimum rectorem adhibeat. Cicero 2. de Nat. deor. Arborum sectio magnos vsus affert ad nauigia factéda. Cæsar. Hi primùm nauigia hostium lapidibus ac fundis tepe lebant. Nauigia speculatoria, apud Cæsarem libro 4. belli Gal. pro nauibus exploratoriis, quas vulgò *Brigantinas* appellant. Speculatoria, inquit, nauigia militibus impleri iussit. ¶ Accipitur aliquando Nauigium pro ipsa nauigatione, vt in l. Qui Romæ. ff. de verbo. obliga. Idque creditum esse, in annos nauigij dies ducentos sub pignoribus & hypothecis, mercibus

à Bernto comparatis.

Nauigiolum, diminutiuum. {πλοιάριον. Ital. *Picciola barca.* Gal. *Vne barque ou vaisseau.* Hispa. *Pequeño nauio.*} Lentulus Ciceroni lib. 12. Famil. Tanquam fiente. Quum enim abfuit vt illorum præsidio nostram firmaremus classem, vt tum enim abfuit vt illorum præsidio nostram firmaremus classem, vt etiam à Rhodijs vrbe, portu, statione, quæ extra vrbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites: nos vix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemur.

Nauiger, ra, rum, penult. corr. Qui nauem fert, aut sustinet. {ναυφόρος, Ital. *Che porte naue.* Gal. *Portant nauire.* Hispa. *Que trae naue.*} vt Mare nauigerum. Lucr. libro 1, Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. Plin. lib. 9. cap. 30, Nauigeram similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus.

Nauigo, as, penult. corr. Naui iter facio, nauim ago, naui vehor. {πλέω, ναυτίλλομαι. Ital. *Nauigare.* Gal. *Nauiger.* Hisp. *Nauegar.*} quod verbum tametsi neutrum est, tamen accusatiuum nonnunquam recipit. Virgil 1. Aeneid. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Cic. 2. de Finib. Maria ambulare, terrámque nauigare, dixit. ¶ Sæpius absolutè ponitur. Cic. Famil. 16, Quum rectè nauigari poterit, tum nauiges. Ibidem, Si poteris, cũ Metcinio nauiga: solet is cautè nauigare. ¶ Nauigo in mari. Cic. de Inuent. 2, Quum iam in alto nauigarent. Terent. in Andr. Huius periculo sit, ego in portu nauigo. id est à periculo absum, tutus sum. Hoc enim significat, In portu nauigare: propterea quòd qui adhuc in mediis fluctibus nauigant, hi ventorum & aestus arbitrio feruntur: qui verò iam portum attingunt, omni periculo sunt defuncti. Vide Erasmi Adagia.

Nauigatio, Cursus est marinus. {πλοῦς. Ital. *Nauicatione.* Gal. *Nauigation.* Hispa. *Nauegacion.*} Cicero Ad Quint. frat. Aiebant se prima nauigatione transmissurum. Cæsar libro 5. bel. Gall. Corus ventus nauigationem impediebat.

Naumachia, æ, {ναυμαχία. Ital. *Guerra nauale.* Gal. *Guerre sur la mer ou par mer.* Hisp. *Pelea ò batalla naual.*} Nauale bellum, seu naualis pugna. Martia. lib. 1. Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis: Vis, puto, cum libro Marce natare tuo. Sueton. in Claudio Cæsare, cap 21, Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam antè commisit. ¶ Interdum accipitur pro loco vbi fit pugna. Sueto. in Tiberio, Semel triremi vsq; ad proximos naumachiæ hortos subuectus est.

Naumachiarij, {ναυμαχοί. Ital. *Coloro che combattono in mare.* Gal. *Combattans sur la mer.* Hisp. *Peleadores de naues.*} Qui prælium nauale committunt. Sueton. in Claud. Proclamantibus naumachiarijs. Hi etiam ναυμάχοις dicũtur Græca voce. ¶ Naumachiarius, a, um, adiectiuum, vt, Pons naumachiarius. Plin. lib. 16. cap. 39, Conciremato ponte naumachiario.

Nauigabilis, le, Quod potest nauigari. {πλωτός, πλώϊμος. Ital. *Che si può nauicare.* Gal. *Nauigable, commode pour nauiger.* Hisp. *Cosa que se puede nauegar.*} Liui. lib. 5. belli Maced. Nam simul primũ anni tempus nauigabile præbuisset mare. Colum. lib. 1. cap. 2, Ne procul à mari, aut nauigabili flumine, quo deportari fructus, & per quod merces inuehi possint.

Naulum, li, {ναῦλον, ναυλοσύνιον. Ital. *Nolo di naue.* Gal. *Le salaire qu'on baille pour estre passé l'eau.* Hisp. *El nolito ò el frete dela nao.*} Pretiũ quod soluitur pro vectura in naui. Iuuen. Saty. 8, Furor est, post omnia perdere naulum.

Nauta, & Nauita, æ, {ναύτης, ναυτίλλος. Ital. *Nocchiero, marinaro, nauigante.* Gal. *Mariner, matelot, batelier, nautonnier.* Hisp. *Marinero.*} Qui se in naui agenda exercet: & quicunq; in naui est, nauis durendæ gratia. Cic. Famil. 15, Solent nautæ festinare quæstus sui causa. Terent. in Phor. Saluos auditi ex nauta, qui illas vexerat. Cic. ad Attic. lib. 10, Nauitam ipse audite videor iam euocantem.

Nautepibatæ, ναυτεπιβάται. Dicuntur qui nauem conscẽdunt, & nauli loco nautarum officio funguntur. Vide Alciatum lib. 2. Disiunct.

Nauticus, {ναυτικός. Ital. *Marinaro.* Gal. *Marinier.* Hispa. *Marinero.*} Nauta, qui rem nauticam exercet. Plin. libro 9. cap. 31, Quod vbi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant. Liu. 8. bel. Punic. Metumque etiam ex terra nauticis præbuit.

Nauticus, ca, cum, {ναυτικός. Ital. *Di nauicante.* Gal. *De nautonnier.* Hisp. *Cosa de marinero, ò pilato.*} Quod est nautarum, quod ad nautas pertinet. Virgil. lib. 3, Nauticus exoritur vario certamine clamor. Cic. de Nat. deor. 2, Propter nauticarum rerum scientiam plurimis maritimis rebus fruimur. ¶ Nauticus panis dicitur, quem hodie *Biscoctum* vocamus. Plin. lib. 22. cap. 25, Nauticus panis tusus, atq; iterum coctus fistit aluum. Virg. 4. Aeglo. Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus Mutabit merces. ¶ Nauticus cantus, ναυτικὸν ᾆσμα. Cic. 2. de Nat. deor. Idémque iuuenibus visis, auditóque nautico cantu.

Naula, æ, fœmin. gene. ναῦλα. Genus instrumenti musici, quod idem cum Psalterio esse quidam tradunt.

Naulũ, li, diminutiuũ. Ouid. 3. de Arte, Discite etiã duplici genialia naulia palma Vertere, cõueniunt dulcibus illa modis. Vide Celiũ lib. 9. ca 4.

NAVLOCHVM, ναύλοχον, Locrorũ oppidum est, teste Plinio lib. 4. cap. 3. ¶ Est itẽ Naulochum, Cue Naulochus Thraciæ oppidum, nõ procul ab Hæmo mõte: cuius meminit idé Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus præterea Naulochum vrbé in Iouia collocat, alio nomine Smyrnã appellatam.

Nauo, as, Studiosè impleo, do, confero. {σπουδάζω, σπουδαίως. Ital. *Impire, sempire.* Gal. *Acomplir, s'employer à faire quelque chose.* Hisp. *Hinchir, dar.*} Cic. lib. 2. de Orat. Iam mihi videor nauasse operam, quòd huc veneram. Idem App. Pulchro. Illud pugna & enitere, nequid nobis tẽporis protegetur, vt quum hic tibi satisfecerimus, illic quoq; nostram in te benuolentiam nauare possimus. id est conferre, vel ostendere, vel (vt inquit Budæus) nauo animo adhibere, & præstare. Tractum verbum à nautis, quum sunt auxilio aliis in gubernandis nauibus. Naues enim quum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Studium suum alicui nauare. Cic. ad Attic. lib. 15. Nauare, & efficere opus aliquod, Cic. Attic. lib. 9, Vti non hac miseria aliquod Reipub. πολίτευμα opus efficere, & nauare mihi liceat.

NAVPACTVS, ναύπακτος, Oppidum est Aetoliæ, non procul à Locris, ita dictum (inquit Stephanus) ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ ναυπηγεῖσθαι ναῦς, hoc est ab Heraclidarum naualibus. Vide Strabonem lib. 9. ¶ Hinc Naupactius, a, um, ναυπάκτιος, & Naupacteus, penult. prod. ναυπακτεύς, vt Naupacteus Achelous. Ouid. 2. Fast.

NAVPLIA, æ, ναύπλια. Agri Argiui oppidum est, & portus Argorum: qui &

qui & indenomen accepit, quòd naues eò soleant applicare. Autor Strab. libro 6.

NAVPLIVS, ναύπλιος, Palamedis pater fuit, qui vt mortem filij, falsa Vlyssis accusatione oppressi, vlcisceretur, Græcis tempestate laborantibus, ex Capharæo monte ignem ostendit, bonámque classis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum, annauigantem, in asperrimos scopulos pellexit, miserandóque perdidit naufragio. Postea verò quum intellexisset Vlyssem & Diomedem, quibus eas insidias potissimum struxerat, incolumes euasisse, doloris impatientia seipsum in mare præcipitem dedit.

Naupliades, ναυπλιάδης, Patronymicum masculinum, quod pro Palamede accipitur, Nauplij filio.

Nauplius, Piscis est sepiæ similis, de quo vide Plinium lib. 9. cap. 30.

NAVPONTVS, ναύπονθος, Straboni libro 7. oppidum est Istriæ, Tauriscorum colonia, ad fluuium Corcoram.

NAVPORTVS, Istriæ fluuius est, inter Aemoniam & Alpes nascens, nomen habens ab Argo naue, quam Argonautæ humeris eousque delatam per hunc fluuium subuexerunt. Autor Plinius lib. 3. cap. 18.

Nauscio, is, it, De grano fabæ dicitur, quum nascendi gratia se apetit, quòd non sit dissimile nauis figuræ. Festus.

Nausea, æ, {ναυτία. Ital. *Inclinatione à vomito, voglia di vomitare.* Gal. *Apetit de vomir, vomissement.* Hisp. *Alteracion ò disposicion para vomitar, vomito.*} Stomachi ad vomitum ex graui odore perturbatio & concitatio. Cice. lib. 16. Famil. Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger. Idem ad Attic. 5. Nauigauimus sine timore & nausea. Plin. libro 20. cap. 14. Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet. A naui deductum nomẽ, ex cuius sentina monetur vomitus, vel ex cuius frequẽti & inordinato motu, subuertitur stomachus, & ad vomitum concitatur. ¶ Accipitur etiam aliquando Nausea pro quauis molestia, vel fastidio: vnde Mouere nauseam, idem est quod molestiam procreare.

Nauseola diminutiuum à nausea. {ἐμετίδιον, μικρὰ ναυτία. Ital. *Piccolo vomito.* Gal. *Petit vomissement.* Hisp. *Pequeño vomito.*} Cic. ad Attic. lib. 14. Nauseolam tibi tum ansam otij dedisse facilè patiebar.

Nauseosus, sa, sum. Quod nauseam inducit. {ναυτιώδης. Ital. *Cosa che provoca à vomitare.* Gal. *Qui induit & provoque à vomir.* Hisp. *Cosa que haze vomitar.*} Plin. lib. 26. cap. 8. Radice crassa, madida, nauseosa.

Nauseo, seas. {ναυτιάω. Ital. *Vomitare, hauer nausea.* Gal. *Vomir.* Hisp. *Vomitar.*} Nauseam habeo, & vomitu infestor, ad vomitum impellor, vomẽdi appetitum habeo, vomo. Cice. Phili. 2. Non dissimulat p. c. apparet esse commotum: sudat, pallet: quilibet, modò ne nauseet, faciat: quod in porticu Numicia fecit. Plautus in Amph. Lassus sum hercle è naui, vt vectus sum hoc, etiam nunc nauseo. Cicero Fabio Gallo', Tu tamen quum audisses ab Anitio (vidit enim me nauseantem) non modò mittendi causam habuisti, sed etiam visendi.

NAVSICAE, ναυσικάη, Alcinoi Phæacum regis filia, & Aretes, quæ quum existet ciuitatem cum pedissequis suis, insistétque ad flumen lotura vestes, vidit Vlyssem naufragum in litore sedentem, nudum, arborum ramis circunctectum, cui oranti & vestes dedit, & in regiam patris sui ire iussit. De hac Martia, lib. 2. Si mihi Nausicae patrios concederet hortos. Alcinoo possem dicere, Malo meos.

NAVSIMENES, ναυσιμένης, Vir Athenicnsis, cuius vxor quum liberos in incestu deprehendisset, indignitate facinoris perterrita vocem amisit.

NAVSITHOVS, ναυσίθοος, Rex Phæacum, Neptuni filius, & Peribœæ Eurymedontis filiæ, & pater Alcinoi.

Nautea, ἀνάγυρον, Herba est, inquit Festus, granis nigris, qua vtuntur coriarij: vel aqua coriariorum: vel (vt Nonius inquit) aqua ex nauis sentina veniens. Plautus in Asinaria, Nauteam bibere malim, si necesse sit, quàm illam osculari er. Idem in Curcul. Omnium vnguentorum odor præ tuo nautea est.

Nauticus, Vide NAVIS.

Nautilus, ναυτίλος, Piscis marinus, ita dictus, quòd nauigantis effigiem habeat: ναυτιλοπομπεῖν enim apud Græcos significat Nauigo. Plinius lib. 9. cap. 29. Inter præcipua autem miracula est, qui vocatur Nautilos, ab aliis Pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facilè nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa mitæ tenuitatis extendit: qua velificante in auras, exteris subtemigãs brachiis, media cauda, vti gubernaculo, sese regit. Ita vadit alto, Liburnicarum gaudens imagine, & siquid pauoris interuenerat, hausta se mergens aqua.

Nauus, a, um, Celer, strenuus, à naulum celeritate dictus, qui & Gnarus dicitur. {δραστήριος, φιλόπονος. Ital. *Diligente, sollicito, presto.* Gal. *Prompt, diligẽt, soigneux, soudain.* Hisp. *Diligente, industrioso, ligero.*} Huius contrariũ est Ignauus. Colum. libro 11. cap. 1. In agresti negotio dici vix potest qui nauus operarius ignauo & cessatore præstet. ¶ Interdũ Nauus dicitur, quasi sciens & cognoscens. Colum. lib. 8. Sit autem vigilans, impiger, industrius, nauus omnium quas pascit. Quo tamen in loco Natus potius, siue Gnarus legendum videtur.

Nauitas, atis, siue Gnauitas, Diligentia, strenuitas. {ἐπιμέλεια. Ital. *Diligenza.* Gal. *Soudainneté, diligence, soing.* Hisp. *Diligencia.*} Cicero in Epist. Famil. libro 10. ad Fornium, Istámque opetam, nauitatem, animum in Respub. celeritati Præturæ anteponendam censeo. Vnde Ignauia, tarditas, desidia.

Nauiter, siue Gnauiter, Diligenter, strenuè. {ἐπιμελῶς. Ital. & Hispa. *Diligentemente.* Gal. *Diligemment, soigneusement.*} Colum. lib. 11. cap. 1. Vt in ittnere conficiundo sæpe maturus peruenit is, qui nauiter, & sine vllis concessationibus permeabit, quàm is qui quum vnà profectus sit, vmbras arborum, fonticulorúmque amœnitatem, vel auræ refrigerationem captauit: sic in agresti negotio, &c.

NAVIVS ACCIVS, insignis Augur fuit, qui sub Tarquinio Prisco Romanorum rege floruit: quem Liuius lib. 1. ab Vrbe condita fabulatur nouacula cotem discidisse.

Naxia, Cos est, signis marmoreis poliendis, & gemmis scalpendis accommodata. ναξία ἀκόη. Inuenitur in Cypro insula: vt inquit Plinius libro 16. cap. 7.

NAXOS, νάξος, Vulgò *Nixia*, Insula in Aegæo, vna ex Cycladibus, cæteras superans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòst appellata fuit, Verùm quũ Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occupassent, à duce Naxon appellarunt. Hanc Dionysiada à vinearum fertilitate dici scribit Plinius lib. 4. cap. 12. Vel quia (vt alij volunt) solæ Naxiæ mulieres octauo mense pariant, quoto & Liber pater natus creditur. Sine quis fons in ea vino fluat. Distat à Delo septem milibus.

Naxius, a, um, νάξιος, vnde Naxius ardor apud Columellam, quo significatur Ariadnes coronæ sydus. Nam (vt ferunt poëtæ) in insula Naxo relicta Ariadne à Theseo, nuptias cum Baccho fecit, coronámque, quam à Venere, & Horis dono acceperat, inter Lydera relata fuit.

NAZARAEVS, ναζαῖος, ναζωραῖος, Cõsecratus dicitur: & à Nazareth Nazarenus Christus dictus est.

N ante E.

Ne, Dehortatiuum, seu prohibitiuum aduerbium est, & iungitur magis imperatiuo, quàm subiunctiuo, inquit Donatus. {μή. Ital. *Acciochè non.* Gal. *Ne.* Hisp. *Porque no.*} Plautus in Persa. Abi, ne iura, satis credo. Terent. in Andr. Ne sæuì tantopere. Virgil. 3. Aene. Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito. Ter. & in Eunuc. Si certum est facere, facias: verùm ne pòst conferas culpam in me. Ibidem, Hic nebulo magnus est, ne metuas. ¶ Iungitur etiam nonnunquam optatiuo. Cice. 7. lib. Epist. ad Gallum. Sed ne viuam, si tibi concedo. Terent. in Phorm. Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. ¶ Quandoque adiunctiua est particula, pro vt non. Martia, libro 1. Lex hæc carminibus data est iocosis, Ne possint, nisi pruriant, iuuare. ¶ Quandoque rationalis, pro Ergo. Virgil. 1. Aeneidos. Méne incepto desistere victam? ¶ Quãdoq; causalis. Idem 2. Aeneid. Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit, id est vt non, ἐπεὶ οὐ κλῇσαι πύλας μή. ¶ Quandoq; ponitur pro Vt. Cice. Cur. Vt non veteremur, ne nimis citò mitteremus. ¶ Ne nihil, id est Vt aliquid. Idem Pæto. Ne amicis nihil tribuamus, epulamur: id est vt amicis aliquid tribuamus. ¶ Quandoq; significat Non. Terent. in Andr. Ego id agam, mihi qui ne detur. ἐγὼ μή. ¶ Quandoq; Nedum. Ibidem. Ne vacuum esse nunc me ad narrandum credas. ¶ Plerunque dubitatiue, ἆρα. Virgil. 11. Aeneid. Iustitiæne prius mirer, belline laborum. ¶ Apud oratores. Ne interrogatiuum ratiõ geminatur, sed loco posterioris vtimur aduerbio An: vt Bonusne, an malus? Aliquãdo etiam sic, Eundum mihi, néne sit, ignoro. Et per interrogationem, Cicero, Verum vultis Prætori Placco, néne? id est an non. ἢ μή. ¶ Quidam supervacuum addunt An, hoc modo. Nescio an bene faciam, néne. ¶ Quãdoque confirmatiné. Virgil. 12. Aeneid. Tantáne me renuit vlcẽdi nate voluptas. Vt pro me hostili paterer cedere dextræ? Quo tamen in loco quidam (quos quantitas reprobat: nam Ne illic corripitur, vt notum est) exponunt Næ pro vtique, cum diphthongo scribentes. ¶ Quandoque interrogatiua est. Terent. Egóne? Tu ergo. ¶ Quandoque habet vim interrogandi, & dubitandi simul. Idem in Andr. Datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? ¶ Quandoque vim diminutiuam habet, & pro saltem ponitur. Sallust. Secundæ res sapientum animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriæ temperent: hoc est tantum abest vt illi victoriæ temperent. ¶ At næ, ναί, cum diphthongo, Græca dictio est, idem significans quod certè, vel vtiq; de qua dictum est suo loco. ¶ Composita, à Ne, aduerbia negandi sunt, Nec Neq; μηδέ, μηδὲ, Nequã, Nequo, Nequicquam, Neutiquam, Neutique, Nequaquam, Necubi, Nedum, & alia. ¶ Aliquando, Ne accipitur pro Vt, præsertim quum subiungitur post aliquod horum verborũ, Metuo, Timeo, Vereor. Eiusdem enim significationis sunt hæc orationes, Vereor ne moriatur, & Vereor vt moriatur. ¶ Interdum etiam vtrunq; coniungimus: vt apud Ciceronem, Metuo vt ne pereat. Terent. in Eunu. Id vt ne fiat, sola hæc res est remedio. Terent. in Andr. Apprimè in vita vtile, vt ne quid nimis. In quibus omnibus exemplis Vt, est superfluũ, ornatúsque potius, quàm necessitatis causa additum. ¶ Quandoq; Ne idẽ est quod Neq;, εἴτε: & hoc ferè subsequente particula Quidem: ita tamen, vt inter Ne & Quidem dictio aliqua intercedat. Cice. de Amicit. Nunquam illum ne minima quidem re offendi. ¶ Ne dicã. Si hæc clausula sequatur substantiuum, adiectiuum sequens in accusatiuo ponitur. Cice. pro Rege Deiotaro, Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium, qui nepos, &c. Sin substantiuũ postponatur, huic particulæ, id est si interiiciatur inter adiectiuum & substantiuum, vtrunq; erit in nominatiuo: vt Crudelis, ne dicam sceleratus & impius Castor. Hæc ex Valla lib. 3. cap. 20. ¶ Ne viuam, iurantis est, id est moriar, ἢ μὰν, ναὶ μὰ ξύλον. Cice. Gallo. Sed ne viuam, si tibi concedo. Cum hac locutione conueniunt, Ne valeam, Ne sim saluus: quibus loquendi modis vtimur, quum quid asseuerare, & veluti quibusdam precibus deuouere, aut sacramẽto aliquo obtestari contendimus. Idẽ ad Attic. lib. 4. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? Ne viuam, si scio. Idem ad eundem, Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. ¶ Sunt & aliæ dicẽdi formulæ à particula Ne, profectæ, quibus vtimur quum orationem vel publicè habẽtes, vel priuatim ad amicum scribentes post rem satis explicatam, loquacitatis fugiendæ studio, ita dicimus. Ne vos, vel Ne te diutius teneam: vel, Ne te pluribus teneam. Item, Ne multa, Ne multis, Ne plura, Ne pluribus, Ne longus sim, Ne longum sit, Ne longum faciam, &c. Id est vt breui expediam, ad summum: vt breuiter colligam.

NEA, νέα, Insula prope Lemnum, in qua nonnulli volunt Philoctetem hydri morsu fuisse interfectum. Plin. lib. 2. cap. 87, de insulis enatis, Inter Lemnum & Hellespontum Nea.

NEAERA, νέαιρα, nomen est fœminæ, seu nymphæ, quæ peperit Soli duas filias, Phaethusam & Lampetiam, quæ armenta Solis transeunti Vlyssi iuxta Siciliam ostẽdit. ¶ Est etiam mulieris cuiusdam nomẽ proprium apud Virgilium Aegloga 3. Dum fouet ille Neæram.

NEARTHVS, νέαρθος, Fluuius est in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, & Crotone vrbe. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

NEARCES, νέαρχος, Pictoris nomen, qui Venerem pinxit. Naumachiam Aegyptiorum & Persarum. Item asellum bibentem in litore, & crocodilum ei insidiantem. Autor Plin. lib. 35. cap. 10.

NEANDRVS, νέανδρος, Troadis oppidum, postea Perperenne nominatũ, teste Plinio lib. 5. cap. 30. Stephanus Neandriam, νέανδρια appellat.

NEAPOLIS, νεάπολις, Vulgò *Napoli*, Ciuitas est Campaniæ à Chalcidẽsibus con

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus condita, quæ quum à Cumanis esset euersa, ingruente acerbissima peste, ita iubente Apollinis oraculo, ab iisdem splendidius est restituta: bonaque ciuium parte eò translata, ad differentiam veteris vrbis, Neapolis est appellata. Hæc & Parthenope dicitur, à nomine Sirenis ibi sepultæ. Autor Plinius lib. 3. cap. 5. Suidas, Νεάπολις πόλις ἰταλικὴ Δήμητρος, ἐν ᾗ παρθένος ἱδρυται ἀφ' ἧς ἄγαλμα, πόθεν δὲ τοῦτο ἄδηλον· πολίτης Νεαπολίτης. ¶ Est & Neapolis, Africæ oppidum, vt scribit Pomponius Mela lib. 1. ¶ Est item eius nominis Cariæ vrbs ad Iasium sinum, eodem autore. ¶ Neapolis, quæ & Leptis magna. Ptolemæo libro 4. cap. 3, vrbs iuxta Syrtim paruam, quam *Tripolim* hodie vulgus appellat.

Neapolitanus, na, num, Qui ex Neapoli est. Νεαπολίτης.

NEARCHVS, νέαρχος. Iuuenis fuit eximiæ pulchritudinis, cuius etiam meminit Horatius lib. 3. Carminum.

NEBIS, Apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, Tarraconensis Hispaniæ fluuius, Benis Straboni dictus lib. 3.

Nebrides, penult. corr. ἠθρίδες. Ital. *Pelli di daino ò di cerno.* Gal. *Peaulx de daim ou de cerf.* Hispani. *Pellejas de gama ò ciervo.* ¶ Damarum, seu cernorum pelles, quibus vti veteres in Bacchi sacris solebant. νέβρος enim dama, seu ceruus est.

Nebrites, νεβρίτης. Gemmæ species est, Libero patri sacra, à nebridum pellium similitudine, quibus in Liberi sacris vtebantur. Plin. libro 37. cap. 10.

NEBRODES, νεβρώδης. Mons in Sicilia, cui damarum copia nomen dedit. Est & vnum ex Bacchi cognominibus.

Nebula, νεφέλη, ὀμίχλη. Ital. *Nuuola, nebbia.* Gal. *Vne brouee, brouillart, nuée.* Hispa. *Niebla.* ¶ Sic differt à Nube, quòd Nebula vapor sit è terra atque aquis surgens, quæ sine statim euanescit, siue in altum sublata, conuertitur in nubem. Nubes quocunq; tempore fieri possunt. Nebulæ nec æstate calida, nec nimio frigore existũt, inquit Plin. lib. 2. cap. 60. Atra nebula, Virg. 2. Aene. Humentes nebulæ, Statius 9. Theb. Liuens nebula. Sil. lib. 6, -tandẽ exhalauit in auras Liuentem nebulam fugiẽtis ab ore veneni. Nebula erroris. Iuuen. Saty. 10, -pauci dignoscere possunt Vera bona, atq; illis multum diuersa, remota Erroris nebula. ¶ Quasi per nebulam audire, est leuiter, & nõ attentè audire. Plaut. in Cap. Nũc ædepol demum in memoriam regredior, audisse me quasi per nebulam, Aegionem meum patrem vocarier.

Nebularium, rij, Aedificium, à subiiciendo messe per nubilum tempus. τὸ ὑποστέγιον ἢ ὑποστέγασμα πρὸς ὅλον.

Nebulones, & Tenebriones. ἀδόκιμοι ἄνθρωποι, ἀνόητοι. Ital. *Huomini da niente, chiarlatani, vani.* Gal. *Vauneants, trompeurs, faineants.* Hispa. *Hombres de poca estima.* ¶ Dicti sunt fures, nugatores, vani, nullius pretij homines, qui mendaciis & astutiis suis nebulam quandam & tenebras obiiciunt: vel quod ad fugam fugitiuis nebulæ sunt accommodatæ: vel quòd molles sunt, inanes, & vani, vt nebula, vt Donatus inquit. Lucilius, Nugator quidam ac nebulo sit maximus multò. Cic. ad Attic. lib. 1. Totum inuestiga, cognosce, perspice: & nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. Terẽt. in Eunuc. Nebulonem hunc certum est ludere. Ibidem. Sanè quòd tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est. Horat. 1. Serm. Saty. 1, non ego, auarum Quum veto te sieri, vappam iubeo, aut nebulonem. Idem 1. Epistо. 2, Nos numerus sumus, & fruges consumere nati, Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique.

Nebulosus, sa, sum, Nebulis rectus, nebulis & nubibus plenus, repidus, & frequentibus nebularum humoribus conspersus. νεφελώδης. Ital. *Nuuoloso.* Gal. *Nebuleux, plein de vntet & brouillards.* Hispa. *Cosa llena ò cubierta de niebla.* ¶ Cato de Re rust. cap. 6, Ager si nebulosus est, rapa, raphanos, milium, panicum, ibi maximè sert oportet. Colum. lib. 2. cap. 10, Eáque nec macrum, nec nebulosum locum patitur.

Nec, & Neque, Coniunctiones sunt disiunctiuæ, quæ ferè geminatæ in oratione collocantur, aut etiam singulæ, sed tamen ita, vt ferè semper præcedat negatio. οὐδέ, μήδε ἔτι, μήτε. Ital. *Ne.* Gal *Ne.* Hispa. *Porque.* ¶ Cice. de Amic. Nec enim melior vir fuit Aphricano quisquam, nec clarior. Terent. in Eunuc. Occidi, neque virgo est vlquam, neque ego, qui illam è conspectu amisi meo. Cice. de Amic. Neq; quicquam vnquam, nisi honestum & rectum, alter ab altero, postulabit: neq; solùm colent se inter se, ac diligent, sed etiam verebuntur. ¶ Nonnunquam significat non: vt Nec video quorsum res euadat. Cice. lib. 3. de Legibus. Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. Verba sunt legis antiquæ, quibus hoc significatur. Senatori, qui ad senatum vocatus nõ conuenerit, aut culpam imputari oportet, aut iniungendam necessitatẽ causæ legitimæ excusandæ. Hæc Budæus in Posterioribus Annot. Terẽt. in Andr. Audiui iam omnia. v. ah, nec tu omnia. Idẽ in Heaut. Vt hãc lætitiam nec opinãti primus obiicerem, hoc est non opinanti, & præter expectationẽ. Cice. in Offic. Nec opinatò, pro inopinatò aduerbij vice. ἀπροσδοκήτως. Cice. 5. de Finib. Quum incidisset, vt alter alterum nec opinato videremus, surrexit statim. ¶ Resoluuntur autem ferè hæ coniunctiones, per negationem & cõiunctionem disiunctiuam: vt hæc oratio, Nec fuit Aphricano vir melior, nec clarior, sic ferè exponitur, Aphricano non fuit vir melior aut clarior. Sed si sequatur Enim, vim simplicis negationis habet: vt Nec enim id facerem, id est non enim id facerem. ¶ Quãdoq; significat Etiam. Quintilia. Persolui gratia nõ potest, nec malo patri, id est etiam malo patri. ¶ Factum est autem Nec à Neq;, per apocopen duarum extremarum literarum, & q, quòd finem Latinæ dictionis tenere non possit, in c, commutato. ¶ Necdum, non adhuc. ἔτι οὔπω. Ital. *Non anchо.* Gal. *Non point encore.* Hisp. *Ni aun, ni agora.* ¶ Vigil. 1. Aene. Necdum etiam causæ irarum, sæuique dolores Exciderant animo. Cic. ad Atti. lib. 6. Cassius ineptas literas misit: necdum Bibuli erant allatæ. ¶ Neque dum, idem quod Necdum, id est Et nondũ. Cice. ad Quintum frat. lib. 3, Sed eius rei maturitas nequedum venit, & tamẽ iam apropinquat. Idem ad Attic. lib. 14. Neque dum Roma es profectus. ¶ Nec eo minus. ἦτοι. Ital. *Non altramente.* Gal. *Non autrement.* Hispani. *No otramente.* ¶ pro nihilo secius dixit Suetonius Tranquil. in Othone, cap. 4. Nec eo minus alium alia via militum demerebatur. Neq; secius eo, pro Nihilominus. Idem in Domi. cap. 12. Item, Nec quicquam aliud, pro Tantùm. Idem in Nerone cap. 43. Neque quicquam quàm, pro Tantùm, Idem in Claud. Cæs. Has formulas loquẽdi notauit Erasmus in Tranquil. tu inde exempla petito.

NECEPSO, Nomen autoris, de quo Firmicus lib. 8, sic inquit, Hunc locum diuinus ille Necepso, vt remedia valitudinum inueniret, diligentissime quidem (vt diuinum tanti viri potuit ingenium) manifestis tractatibus explicauit.

Necesse, siue necessum, dicitur quod vi aliqua cogente fieri opus est. ἀναγκαῖος. Ital. & Hispa. *Necessario.* Gal. *Necessaire.* ¶ à Cesso verbo deductum, quòd nõ sit in eo cessandum. Olim teste Donato, declinabatur, hic & hæc Necessis, & hoc Necesse, & Necessus, a, um, ex quibus hodie manserunt Necesse & Necessum. Terẽt. in Eunuch. Sed necesse est, huic vt subuenias. Cic. ad Attic. Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare quid sim facturus: id est eo minus mihi opus est, siue opus habeo. Plautus in Sticho, Nunc auctionem facere decretum est mihi, Foras necessum est quicquid habeo, vendere.

Necessitas, atis, Vis ipsa quæ cogit. ἀνάγκη. Ital. *Necessità.* Gal. *Necessité.* Hispa. *Necessidad.* ¶ vt Necessitas mihi incumbit eundi Mutinam. Cice. 10. Philip. Sed mihi necessitatem attulit paulò plura dicendi sententia eius qui rogatus est ante me. Idem post redit. ad Quirit. Fatali aliqua quasi necessitate mihi cum fortuna belligerandum fuit. Idem pro Cluen. Necessitate coactus feci. Idem 2. Offic. Datur necessitati venia. ¶ Nonnunquã pro instantibus & necessariis negotiis sumitur. Plin. lib. 4. Epist. Collegæ optimi, meique amantissimi, de communis officij necessitatibus prælocuti, excusare me, & eximere tentarunt. ¶ Aliquando appellatione Necessitatis, ius quoddam & vinculum religiosæ coniunctionis, hoc est sanguinis, familiaritatisve significatur. συγγένεια, ἀναγκαιότης. Cæsar in suasione legis Plautiæ, Equidem mihi videor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse.

Necessitudo, inis, aliquando idem est quod necessitas, hoc est vis illa vrgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. Sall. in Iugurt. Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. ¶ Præterea Necessitudo, est familiarior quidam amicitiæ vsus & communctio quædam affinitatis, vel etiam sanguinis. Ital. *Amicitia stretta.* Gal. *Estroitte amitie & alliance.* Hispa. *Amistad.* ¶ Cice. Famil. 13, Multos tibi commendem necesse, quando omnibus nota nostra necessitudo est, tuáque in me benevolentia. Sallust. in Iugur. Etiam antea Iugurthæ filia Boccho nupserat: verùm ea necessitudo apud Numidas, Mauróſque leuis ducitur. ¶ Aliquando Necessitudo ponitur pro necessario, id est cognato, vel affine. Sueto. in Augusto, Remisit tamen hosti iudicato necessitudines, amicósque omnes.

Necessarius, a, um, Dicitur illud, sine quo quid fieri non potest: vt Necessarius est mihi aduentus tuus. ἀναγκαῖος. Ital. & Hispa. *Necessario.* Gal. *Necessaire.* ¶ Cicero Verr. 5, Quo minus miremini Siculos re necessaria nulla coactos, auxilium à patronis, à Cõsulibus, à Senatu, ab legibus, à iudicijs petiuisse. Idem 10. Philip. An quum illum necessarium, & fatalem penè casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? Idẽ pro Qu. Rosc. Illa superior fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria. Idem 2. de Natu. deor. Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Idem 1. Offic. Ad vsus vitæ necessarios expetuntur diuitiæ. Huic opponitur Anceps, quod recentiores Contingens, τὸ ἐνδεχόμενον vocant.

Necessarij, Dicuntur cognati, vel affines, vel amici, & hi quibus vti familiariter solemus, quòd necessaria inter eos officia conferantur. οἰκεῖοι, συγγενεῖς. Ital. *Parenti, amici stretti.* Gal. *Parens & allies.* Hisp. *Amigos, parientes.* ¶ Cicero Planco libro 13. Epistо. Nec dubito quin scias, in iis necessariis, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse vel coniunctissimum. Idem, Vitio mihi dant quòd mortem hominis necessarij grauiter fero. Idem pro Cluent. Quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab vtroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quàm per bonum aliquem virum ageretur, & amicum, necessariúmque communem.

Necessariè, & Necessariò, aduerbia. ἀναγκαίως. Italicè, & Hispanicè, *Necessariamente.* Gal. *Necessairement.* ¶ Cicero 1. de Inuẽt. Necessariè demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt. Idem 4. Tusc. Nullisque vnius disciplinæ legibus astricti, quibus in philosophia necessariò pareamus. Terent. Andr. Tum necessariò se aperiunt, & timent.

Neco, as, aui, atum, vel necui, nectum, Idem quod interimo, vel interficio. κτείνω. Ital. *Vccidere, amazzare.* Gal. *Tuer, occir, mettre à mort.* Hisp. *Matar.* ¶ Diomedes & Priscianus ita distinxerunt hæc præterita, vt Necaui, sit quasi ferro occidi: Necui, quasi suffocaui: idémque omnino iudicabant de participijs Necatus, & Nectus. Sed hæc differentia sæpissimè confunditur. Valla ita distinguit, vt Necatus generalem habeat significationem, Nectus specialem: putátque hoc posteriori non esse vtendum, nisi addito certo genere mortis: idque frequẽtius in compositis: nã simplex Nectus raro legitur. Liu. lib. 21, Fame, frigore, illuuie, squalore enecta. Sic etiam dicimus Enectus siti, Enectus morbo: non autem Enectus ferro: quod, teste Valla, nusquam legitur. Necatus autẽ dicitur tam is qui ferro, quàm qui alio quouis modo interiit. Autor ad Herennium lib. 3, Si accusator dixerit à reo hominem veneno necatum. Nec de homine tantùm dicitur, sed de aliis quoq;. Colum. lib. 2, Sic omnes radices herbarũ præruptæ necantur. Fame neco, λιμῷ κτείνω. Suet. in Tiberio, cap. 54, Hostes fame necauit. Cice. ad Attic. lib. 9, Parentem patriam fame necãdam putent. Morsu necare. Ouid. 2. de Rem. amor. Parua necat morsu spatiosum vipera taurum ¶ Necaturus, participium. Ouid. 1. Trist. eleg. 2, Opprimet hanc animam fluctus, fluctúsque peccant. Ore necaturas accipiemus aquas.

NECOS, Filius fuit Psammitichi & Aegypti rex, cui filius Psammithis in regno successit, teste Herodoto lib. 7.

Necromantia, penult. acuta. νεκρομαντεία. Ital. *Negromantia.* Gal. *Negromance.* Hisp. *Negromancia.* ¶ Diuinatio, quæ fit euocatis ad sua cadauera vmbris. Eius duas faciunt species, Necyomantiam, & Sciomantiam. Necyomantiam vocabant, quum ad recens cadauer, calido sanguine oppletũ, vmbra vel dæmon aliquis magicis carminibus euocatus, per os ipsius cadauetis futura prædicebat. Huiusmodi Necyomantiam depingit Lucanus lib. 6. vbi à Thessalica quadam maleſica reuocatus ad vitam miles recenter occisus, Sexto Pompeio euẽtum belli Pharsalici prædicit.

prædicit. ¶ Sciomantiam autem vocabant, quum euocata tantùm vmbra futura discebant. Dicta est autem Necromantia ἀπὸ τῶν νεκρῶν, quod mortuum significat, vel cadauer: καὶ τοῦ μαντεύεσθαι, hoc est à diuinatione. Est enim diuinationis quoddam genus, fieri solitum per vmbras aut cadavera mortuorum. ¶ Hinc Necromantæ, νεκρομάντεις, dicti sunt qui hoc magiæ genere vtuntur.

NECROCORINTHII, νεκροκόρινθοι, Hoc est Corinthiorum defuncti, dicebantur vasa Corinthia, tam ænea, quàm fictilia, quæ euersa Corintho ex mortuorum sepulchris eruebantur. Vide Strabonem lib. 8.

NECROPOLIS, νεκρόπολις, Aegypti oppidum est, triginta non amplius stadijs ab Alexandria distans: ita dictum, quòd ibi Cleopatra, admota vberibus aspide, sese interemerit.

Nectar, aris. § νέκταρ. Ital. *Nettare.* Gal. *La boisson des dieux des Payens.* Hispa. *La pocion que beuen los dioses claro.* § Deorum (vt inquit Festus) potionem significat. Cic. lib. 1. Tuscul. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut Iuuentute pocula ministrante lætari arbitror. Ouid. 4. Metam. Protinus imbutum cælesti nectare corpus Deliuit, terrámque suo madefecit odore. ¶ Dictum putatur nectar à priuatiua particula νη, & verbo κτείνω, quod est occido: quòd non eorum qui moriuntur, sed immortalium deorum sit potus. ¶ Per translationem accipimus pro quouis vino dulciori. Virgilius in Daphnide, Vina nouum fundam calathis Ariadnea nectar. ¶ Interdum etiam pro melle. Virgil. 1. Aeneid. -aut quum liquentia mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

Nectareus a, um, νεκτάρεος, Quod nectaris saporem refert, aut odorem, vt Falernum nectareum, apud Martialem lib. 13. Flores nectarei, apud Claudianum de nupt. Honorij. ¶ Est & Nectarea herba, aliis nominibus Helenion, & Medica, & Symphyton, & Idæa dicta: ex qua conficitur vini quoddam factitij genus, quod Nectarites appellatur. Vide Plinium lib. 14. cap. 16.

Necto, nectis, nexui, & nexi, nexum, Ligo, iungo. § πλέκω, δέω. Ital. *Ligare, annodare.* Gal. *Attacher, nouer, lier ensemble.* Hispa. *Trauar, atar, añudar.* § Virgil. 6. Aegloga, Ille dolum ridens, quò vincula nectis? inquit. Horat. 1. Carm. Ode 29, Non antè deuictis Sabææ Regibus, horribilísque Medo Nectis catenas. Propert. lib. 3. Eleg. 9, At tibi qui nostro nexisti tetra lecto. ¶ Eleganter Nectere dolum alicui dicitur, pro dolis circumuenire. Liuius ab Vrbe 1, Vndique dolus Regi nectitur. ¶ Aliquando Nectere est obligare, deuincire, & ære alieno obstringere. Idem ab Vrbe 8. Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum est, quòd necti desierunt. ¶ Nexus, a, um, participium, & Nexus, us, ui, verbale. vide infrà suo loco.

Necubi, § μήπουθι κάτω. Ital. *Che non in qualche luogo.* Gal. *Nulle part, en nul lieu.* Hisp. *En ningun lugar.* § Pro ne alicubi, id est vt non in aliquo loco, & semper duo verba postulat: vt, Iussi necubi mihi præsto sis, id est ne in vllo loco sis. Varro de Re rust. cap. 45. Si erunt imbres sequuti, videndum necubi aqua consistat.

Necunde, Id est ne ex aliquo loco. § μήποθεν. Ital. *Che non da qualche luogo.* Gal. *De paur que de quelque part.* Hispa. *De ningun lugar.* § Liu. lib. 2. belli Pun. Circunspectam necunde impetus in frumentatores fieret.

Necvia, § νηνεία. Ital. *Festa de i morti.* Gal. *Les festes des trespassez.* Hispa. *Mortuorios, ò fiestas delos muertos.* § Quasi mortuatia, réique funebris, & ad mortuos pertinens, & ipsum etiam mortuorum festum, quum pro impetranda defunctorum Manibus quiete, mortuorum sepulchra cum facibus & cereis frequentabantur.

Necyomantia, Vide NECROMANTIA.

Necydalus, li, § νεκύδαλος. Ital. *Verme che fa la seda. caualiere della seda.* Gal. *Vn certain ver d'ou s'engendre le ver qui fait la soie.* Hisp. *El gusano de que se haze la seda.* § Quid sit, docet Plinius lib. 11. cap. 22, his verbis. Est & alia horum origo è graudiore vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde quod vocatur Bombylis: ex ea necydalus: ex hoc in sex mensibus Bombyx. Ex quibus Plinij verbis constat, Necydalum genus esse vermiculi, aut certè insecti, quod deinde post sex menses transformatur in bombycem.

Nedum, Significat non solum, § μή τι, μή τι δὲ, μήτιγε, μήτι γε. Ital. *Non pure.* Gal. *Non seulement.* Hisp. *No solamente.* § & duobus modis in oratione collocari solet. Vno, quum vtranque sententiam eodem claudimus verbo: vt Funderem pro te sanguiné, nedum pecuniam. Altero, quum suum vtrinque sententiæ verbum accommodamus: vt Funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederem. Negatiuè sic, Non funderem pro te obolum, nedum pro te sanguinem non funderem. Quum autem affirmamus, id quod grauius est, maioríque momenti, in prima orationis parte ponendum: quum negamus, id quod minoris. Plus est enim & magis momentosum, fundere sanguinem, quàm pecuniam: & minus est & leuius, perdere aut credere obolú, quàm perdere aut fundere sanguinem. Hæc Valla lib. 2. cap. 8. ¶ Nedum, aliquando pro non solùm, & post se recipit. Sed etiam Cic. ad Attic. lib. 10. Tu quoniam quattana cares, & nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Græcia siste, & literarum aliquid interea, &c.

Nefandus, a, um, Quod non est fandum: à nefas, quod ne fari quidem liceat. § ἄῤῥητος. Ital. *Nefando, da non dire.* Gal. *Chose qui n'est point à dire ne raconter, tant est meschante.* Hisp. *Cosa illicita por religion, indigna de ser dicha.* § Cic. de Natu. deor. 1, At verò nefandum quidem auditu est, crocodilum, aut ibin, aut felem violatum ab Aegyptio. Idem ad Brutum, Contráque eius arma nefanda, præsidia quæ oblata sunt, Cæsaris consilio & autoritate firmaui. Virgil. 12. Aeneid. Hoc caput, ô ciues, hæc belli summa nefandi, Ferte faces properé, fœdúsque reposcite flammis. Ouid. 6. Metamor. -atque vtinam fecisses ante nefandos Connubius, vacuas habuissem criminis vmbras. Virgil. 3. Aeneid. -satis est gentem effugisse nefandam. ¶ Pro eodem etiam apud antiquos legitur Nefans, antis. Lucil. libro 7. Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

Nefas, Impium facinus & execrabile, quasi non fas. § ἄθεμιτον. Ital. *scelerità, scelerazgine.* Gal. *Chose si vesclante qu'elle n'est point à dire ne raconter.* Hisp. *Illicito por religion, ò de no dezir y menos de no hazer.* § Cic. ad Trebon. Mihi nefas fit obliuisci. Autor Carminis ad Pisonem, Seu capitale nefas nefas sit obliuisci. Virgil 4. Aeneid. Illa dolos, dirúmque nefas in pectore versat. Ouid. 10. Metamor. -at tu dum corpore non es Passa nefas animo ne concipe. ¶ Nefas sit. Cic. de Amicit. Aequé autem nefas sit, tale aliquid & facere rogatum, & rogasse. ¶ Nefas dictu. Cicero de Senect. Quorsum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profectò videtis nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem.

Nefarij, Scelesti, sacrilegi, ita dicti à farre, quòd ne digni quidem sint qui farre vescantur. § ἀνόσιοι, κακοῦργοι. Ital. *Scelerati, ribaldi.* Gal. *Pleins de toute meschanceté.* Hisp. *Detestables, scelerados.* § Nonius, Nefarij proprietatem lib. 1. de vita pop. Rom. Varro patefecit. A farre quod adoreum est, quo scelerati vti non debeant. Asconius scribit Nefarii dies, quo sacra polluit farre pio solita celebrari: ergo Nefarij sacrilegi. ¶ Alij malunt huius nominis originem ad Fari verbum referre: vnde & Nefas, & Nefandus derivationem trahunt: vt Nefarium dicatur, quod adeò est sceleratum, vt ne fari quidem, hoc est nominare debeamus. ¶ Nefarius, a, um, Id est profligatus, perditus, nequam. Cicero pro Sylla, Horum ego fasces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: voluntates verò conscelleratas, ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. Idem ad Lentulum lib. 1, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio. Facinus nefarium, Cæsar 7. belli Gall. Latrocinium nefarium, Cic. 3. Verr. Scripta nefaria, Catul. ad Fund. ¶ Hinc Nefariè aduerbium, hoc est, scelerate, impié. Cic. 2. Vetrina, Quum multa in deos, hominésque nefariè fecerit.

Nefastus, a, um, adiectiuum: vt Nefasti dies, quibus non licet ius fari, κατάρατοι ἡμέραι. Ouid. 1. Fastor. Ille nefastus erit per quem tria verba silentur. Varro lib. 5. de Lingua Latina. Vocátur Dies nefasti, per quos dies nefas fari Prætorem, Do, Dico, Addico. Liuius ab Vrbe 1, Nefastor, fastósque dies fecit: quia aliquanddo nihil cum populo agi vtile futurum erat. ¶ Nefasti dies, vt inquit Festus, N, litera notabantur. ¶ Accipitur aliquando Nefastus pro nefario. Plin. lib. 20. cap. 11, Eáque causa est, ne inter nefastos frunces damnetur. Cicero 2. de legib. Quæque Augur iniusta, nefasta, vitiosa, dira dixerit, irrita, infectáque sunto. ¶ Nefasta terra, pro infausta & ominosa. Liuius 6. ab Vrbe, Neque terra sit nefasta victoriæ suæ.

Nefrendes, § νέφρους. Ital. *Porcelli sfattati.* Gal. *Petits couchons sourez.* Hispa. *Cuchinos que aun non frezon.* § Dicuntur à Varrone lib. 2. cap. 4. porci, qui nomine lactentis amisso, nondum fabam frendere possunt, id est frangere. Antiqui, teste Festo, Nefrendes arietes dicebant, quòd dentibus frédere nó possent. Alij dicunt Nefrendes, infantes nondum frendentes, id est frangentes. Liuius Andronicus, Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. ¶ Sunt qui Nefrendes testiculos dici putent, quos Lanuuini appellant Nebrundines, Græci νέφρους. Prænestini Nefrones. Hæc Festus.

Negabundus, Negatio, Negatiuus, Negito, Vide NEGO.

Negligo, gis, pen. corr. glexi, ctum. § ἀθετέω, ἀμελέω, ὀλιγωρέω, κλοιδέω. Ital. *sprezzare, no curare.* Gal. *Negliger, mesprizer, ne tenir compte.* Hispa. *Menosprecear, no curar.* § contemno, non curo, quasi ne legere quidem, nec videre dignor, postpono, non timeo. Cic. lib. 14. Famil. Periculum fortunarum, & capitis sui, pro mea salute neglexit. Terent. in Adelph. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

Negligentia, æ, Incuria & indiligentia. § ἀμέλεια, ὀλιγωρία. Ital. *Negligenza.* Gal. *Negligence, nonchalance.* Hispa. *El descuydo.* § Cic. lib. 3. Famil. Quanquam me nomine negligentiæ tibi suspectum esse doleo: tamen, &c. Negligentia tua feci: id est quòd te negligam. Terent. in Phor. Nam neque negligentia tua, neque id odio feci tuo.

Neglectus, us, pro contemptu. Idem in Heaut. Hæc res neutiquam neglectui est mihi. ἐν ἀθετήσει μέρος. Ital. *Dispreggio.* Gal. *Mespris.* Hispani. *Menosprecio.*

Negligenter, aduerbium. § ἀμελῶς. Ital. *Negligentemente, con dispreggio.* Gal. *Negligemment, par mespris.* Hispa. *Negligentemente, con descuydo y menosprecio.* § Terent. in Andr. Ah tantúmne rem tam negligenter agere? ¶ Aliquando significat Per contemptum. Sueto. de Claris Grammat. de Orbilio loquens, Librum etiam, cui est titulus Perialogos, edidit, continétem querelas de iniuriis quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent.

Nego, as, Ex Non, & Ago, pro Dico, compositum est: quasi, dico quòd non renuo, inficias eo. § ἀποφάσκω, ἀπόφημι, οὐχὶ εἰμί, οὐ φημί. Ital. *Negare.* Gal. *Nier.* Hisp. *Negar.* § Cicero pro Milone, Negant intueri lucem fas esse eum, qui à se hominem occisum fateatur. Idem de Clar. Orat. A Mæio, si fateris, sumpsisti multa: aut si negas, surripuisti. ¶ Interdum accipitur pro Recuso, vt non ad verba solùm, verumetiam ad facta extendatur. Terent. in Andr. Hic nunc nõ dubitat, quin te ducturus neget. ¶ Huius composita sunt, Abnego, Denego, Pernego, quod est perfectè & constanter nego. Plaut. in Asin. Vbi creditum quòd tibi sit, datum esse pernegaris. Subnego, Aliquantum nego. ὑπαρνοῦμαι. Cicero Trebat. in Præfat. Topic. Veruntamen quod præsenti tibi propè subnegaram, &c. Et habent penult. correptam.

Negatio, onis. § ἀπόφασις, ἄρνησις. Ital. *Negatione.* Gal. *Negation, niement ou deniement.* Hispani. *Negacion, obra de negar.* § Cicero pro Sylla, Eandem vim esse negationis huius, quàm si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. Idem de Partit. Negatio, inficiatióque facti. Idem 2. de Inuét. Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, Sapere, & non sapere. ¶ Negatio postposita negationi, non semper habet vim affirmandi, sed interdum magis negandi: vt quum altera pro vniuersali ponitur, & particulares sequuntur, hoc modo, Nullas accepi à te literas, nec breues, nec prolixas. Virgilius libro tertio Georgicon -nulla, neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. ¶ Item vna sola negatio postposita negationi negat, ita tamen vt sequens iungatur cum Quidem. Cicero Lentulo, Negi errarent, ne aduersarij quidem. In huiusmodi enim locutionibus subauditur semper pars aliqua prioris membri: vt quum dico, Non tibi hoc persuaderet, ne Deus quidem: subauditur nominatiuus Aliquis, vel similis: hoc modo, Non tibi hoc persuaderet aliquis: deinde ad maius significatũ subiungo, Ne Deus quidem, cui omnino est credẽdum. ¶ Interdum etiã sine Quidem duæ negationes negant: præsertim si tertia subaudiatur. Terent. in Heaut. Agrum in his regionibus meliorem neque pretij maioris habet nemo. Vbi subauditur prioris membri negatio. Hic enim est sensus, Agrum neque meliorem neque maioris

Universidad de Deusto
Biblioteca

maioris pretij, &c. ¶Aliquando etiam duæ negationes inueniuntur positæ pro vna. Varr. de Vit. pop. Rom. Qua abstinẽtia viri, mulieréſque Romanę fuerint, quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere, &c. ¶Si autem duobus verbis aut expreſſis, aut intellectis addantur duæ negatiuæ, non dubium eſt quin negent: vt Nec me amas, nec mihi credis. Intellectis ſic, Nec virtuti ſtudes, nec literis: nam in poſteriori parte intelligitur repeti verbum Studes. ¶Tres negationes pro vna ponuntur. Terent. in Andr. Neq; haud dicas tibi non prædictum. ¶Aliquando etiam præpoſitiones negant, ſed hoc ſolùm in compoſitione: vt Indoctus idem eſt quod non doctus. Sic etiam apud Græcos φρονίμων idem eſt, quod ſapio: ἀφρονῶ, idem quod deſipio.

Negatiuus, a, um, Quod negat, {ἀποφατικός, ἀποφαντικός. Ital. *Negatiuo, che nega.* Gal. *Negatif, qui nie.* Hiſpa. *El que niega o coſa para negar.*} vt Dictio negatiua.

Negãtia, æ, idem quod Negatio. Cic. in Topicis, Deinde adduntur coniunctionum negantiam, ſic, Non & hoc eſt, & illud.

Negito, as, frequentatiuum. Plaut. Mere. Abnuete, negitare adeò me natum ſuum. Idem Bacchid. Vix quidem negito.

Negatus, a, um, participium. {ἄρνησις, ἀπόφασις. Ital. *Negato.* Gal. *Nié.* Hiſp. *Negado.*} Ouid. 15. Metam. Nitimur in vetitum ſemper, cupimúſque negata. Horat. 3. Carm. Ode 2, Virtus recludens immeritis mori Cælum, negata tentat iter via.

Negans, tis, participium, ſeu nomen ex participio. {ἀρνητικὸν, ὄν, ἀποφατικὸν, ὄν, ἀποφάσκων. Ital. *Negante.* Gal. *Niant, qui nie.* Hiſp. *Negador, que niega.*} Cic. in Topi. Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: vt, Si hoc eſt, illud non eſt. ¶Negatur, impersonale. Ouid. 1. de Arte, Si tibi per tutum, placidúmque negabitur iter.

Negotium, tij, Occupatio, munus, opus: à Nec, & Otium, quaſi non otium, hoc eſt opus, ſicut à Nec, & Lego, Negligo: e, mutata in g, ſicut in Quingenti, quanuis à centum componatur. {πρᾶγμα, ἀσχολία, ἔργον. Ital. *Affare, negotio.* Gal. *Negoce, affaire, charge, ſoing.* Hiſp. *El negocio.*} Cic. 1. Offic. Peregrini officium eſt, nihil præter negotium ſuum agere. Idẽ pro Flacco, Non debuit, quum Prætor eſſet, ſuum negotium agere. ¶Negotium dare eſt, quod dicitur, In mandatis dare, mandata dare, mandare, committere. Cæſar lib. 2. Comment. Ipſe, quum primum pabuli copia eſſe inciperet, ad exercitum venit: dat negotiũ Senonibus, reliquíſque Gallis, qui finitimi Belgis erant, vti ea, quæ apud eos gerantur, cognoſcant. ¶Aliquando Negotium, accipitur pro labore, & molestia. πρᾶγμα ἀσχολία. Cicero Cornifi. Etſi periniquo patiebar animo, te à me digredi: tamen eo tempore me conſolabar, quòd & in ſummũ etiam otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis diſcedere. Idem Fabio, Adhibui diligentiam, quoties Senatus fuit, vt adeſſem, plurimúmque in eo negotij habui. Idem Attic. libro 4, Nolo enim negotij Q. fratrem habere quicquam. Terent. in Prolog. Andr. Poëta quum primùm animum ad ſcribendum appulit, Id ſibi negotij credidit ſolùm dari, Populo vt placerent quas feciſſet fabulas. Quo in loco Negotium, teſte Donato, accipitur pro cura, & moleſtia. πρᾶγμα περίεργον. ¶Faceſſere negotium, Eſt moleſtiam exhibere. πρᾶγμα παρέχειν. Cicero App. Pulchro, Quum eſt allatum ad nos de temeritate eorum qui tibi negotium faceſſerent. ¶Eſt mihi negotium, pro eo quod barbari dicunt, *Habeo ad faciendum.* Terentius in Adelph. Mirabar quid hic eſſet negotij tibi. ¶Aliquando Negotium accipitur pro controuerſia, vel diſſenſione: vt quum dicimus, Erit mihi tecum aliquid negotij. Cicero ad Atticum lib. 7, Veruntamen video mihi cum homine audaciſſimo, paratiſſimóque negotium eſſe. Cælius Ciceroni lib. 8. Epiſt. Vt exiſtimarent homines, Pompeio cum Cæſare eſſe negotium. ¶Ité Negotium dicitur factum, de quo eſt quæſtio: vnde dicta eſt Conſtitutio negotialis. ¶Præterea Negotium accipitur pro remedio. Plaut. in Cap. Neque de hac re negotium eſt quin malè occidam. Id eſt, nullo remedio occurri poteſt quin malè occidam. ¶Negotium eſt, apud eundem in Milit. pro, Ita oportet, Sic res poſtulat. ¶Nullo negotio, pro facilé. Cic. ad Atticum libro 8, Iurabat ad ſummam, quòd nullo negotio faceret amicum mihi Cæſarem. Ibidem lib. 4, Cato, qui tenere Siciliam nullo negotio potuit.

Negotiolum, diminutiuum. τὸ πραγμάτιον. Cic. ad Quintil. Frat libro 4, Erit neſcio quid negotioli.

Negotior, aris, Negotia exerceo, & mercaturæ operam do. {πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι. Ital. *Negottare, trafficare.* Gal. *Traffiquer, negocier.* Hiſpa. *Negociar, mercadear.*} Cic. lib. 3. Offic. Quum ſe Syracuſas otiandi cauſa, non negotiandi contuliſſet. Idem Ser. Sulp. lib. 13. Epiſt. M. Curius qui Pattis negotiator, id eſt mercaturæ operam dat. ¶Negotiari animat, dixit Plin. lib. 29. cap. 1, pro eo quod eſt accepto pretio homines intetimere, & veluti vendendarum animarum negotiationem exercere. Verba Plinij ſunt hæc, Nec dubium eſt omnes illos famam nouitate aliqua aucupantes, animas ſtatim noſtras negotiari, hoc eſt anima & vita noſtra ad quæſtum & negotiationem ſuam abuti.

Negotiator, Præfectus negotiationi. {ἐμπολαῖος, ἐμπορος. Ital. *Mercante, fattore.* Gal. *Negotiateur, marchant, traffiqueur, facteur.* Hiſpa. *Negociador, mercadero.*} Vnde Labeo, Negotiatores ſcitu videntur, qui præpoſiti ſunt negotij exercendi cauſa, veluti qui ad emendum, aut locandum & conducendum præpoſiti ſunt. ¶Negotiator etiam ſimpliciter dicitur is, quem nos Mercatorem dicimus. Cicero libro 1. Epiſt. ad Quint. fratrem, Improbus negotiator, paulò cupidior publicanus. Idem 5. Verr. Qui plus exiſtimet apud lectiſſimos ſenatores, pecuniam, quàm apud tres negotiatores merum valere. Mercis ſordidæ negotiator, Quinctil. lib. 1. cap. 12.

Negotiãrio. {ἐμπορία, ἐμπόλημα. Ital. *Eſſo mercantare.* Gal. *Traffique, marchandiſe.* Hiſpani. *Aquella obra de negociar.*} pro mercatura Quintilianus poſuit. Colum. lib. 1, Hæc enim negotiatio curam villici auocat. Cicc. Cecinnæ lib. 6, Vt ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare.

Negotioſus, a, um, Quod eſt negotiis plenum. {πραγματώδης, πολυπράγμων. Ital. *Faccendiere, pieno di fatiche.* Gal. *Qui a beaucoup d'affaires.* Hiſp. *Lleno de negocios.*} Salluſt. Prudentiſſimus quiſque, quaſi maximè negotioſus erat. Res negotioſa, id eſt difficilis, & in qua multum ſit negotij & laboris. Plaut. Sticho, Aedepol rem negotioſam: quid ſit, nihil etiã ſcio. Cicero pro Muræna, Habuit hic lege Titia prouinciã tacitam & quietam: vt illam, cui quum Quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet: Hoſtienſem, non tam gratioſam & illuſtrem, quàm negotioſam & moleſtam. ¶Negotioſi dies, hoc eſt profeſti, diebus ſactis oppoſiti. Tacit. libro 13, Eóque oportere diuidi ſacros, negotioſos dies, queis diuina colerentur, & humana non impedirent.

Negotialis, Ad negotium pertinens. {πραγματικὸς. Ital. *Pertinente à carico, ò negotio.* Gal. *Appartenant à charge ou negoce.* Hiſpa. *Pertineſciente à negocio.*} vt Conſtitutio negotialis, Apud Rhetores. Cicero 1. de Inuent. Hæc conſtitutio partes duas videtur habere, iuridicialem & negotialem. Quintil. libro 1. cap. 21, Eſque locum in ethice negotialem aſſignant, id eſt πραγματικὸν.

NELEVS, Νηλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui à Pelia fratre pulſus, in Laconiam venit, vbi Pylon vrbem condidit: cuius rex fuit, teſte Homero Odyſſ. 11. Huic vxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios ſuſcepit, quos poſtea omnes præter vnicum Neſtorem tum fortè ablegatum, Hercules euerſo Pylo interfecit.

Nelides, æ, νηλεΐδης, patronymicum à Neleo Pyli rege, & Patre Neſtoris formatum. Ouidius 12. Metamorphoſeos, Bis ſex Nelidæ fuimus conſpecta iuuentus.

NEMAVSVS, Teſte Strabone libro 4, ciuitas eſt Narbonenſis Galliæ, olim florentiſſima, vtpote quæ quatuor & viginti vicorum fuerit metropolis. Vuigò *Nimes.*

NEMEA, æ, vel Nemee, es, pen. corr. νεμέη, Sylua eſt Achaiæ inter Cleonas, & Phliuntem, vbi in honorẽ Herculis, qui in ea ſylua leonem occiderat, ſacra quædam certamina celebrari conſueuerunt, quæ ab hac ſylua Nemæa dicta ſunt. Hoc etiam nomine dicta eſt tota regio ſylua huic vicina. Martial. lib. 1.

Non Marathon taurum, Nemee frondoſa leonem,
Arcas Menalium non timuiſſet aprum.

Nemæus, a, um, per quatuor ſyllabas, Quod eſt ex Nemea ſylua, vel regione. νεμεαῖος. Ouid. in Epiſt. Deian. ad Herculem, Nempe ſub hic regione. νεμεαῖος. Ouid. in Epiſt. Deian. ad Herculem, Nempe ſub hic animam peſtis Nemæa lacertis Edidit.

Nemæa, νεμέα, Sacta fuerũt Græciæ certamina, ita appellata à Nemea Peloponneſi ſylua, in qua fieri conſueuerũt in honorem Herculis, qui in ea ſylua leonem fertur occidiſſe: ſeu potius in honorem Archemori pueri in ea ſylua à ſerpente occiſi. Nemæorum victores apio coronabantur. Vide ſuprà in dictione CERTAMEN.

NEMESIS, pen. corr. νέμεσις, Nomen cuiuſdam deæ, quæ facinoroſos & delinquẽtes punire putabatur, vt ex Catullo & Auſonio licet intelligere. Ea quoq; Rhamnuſia dicitur, quòd in Rhamnũte Aſiæ oppido templum & ſimulacrũ Phidiacum habuerit. Inſuper eadem fertur remuneratrix benefactorum, vnde apud Statium lib. 13, Eſt dea, quam Nemeſim dicunt, dea magna, potẽnſque. Quæ bona cæleſtum, conceſſa cuncta deorum Poſſidet. Hanc quidam Fortunam dixerunt, cui primus Adraſtus rex templum ædificauit. Vnde & Adraſtia, ἀδράστεια cognominatur. Romani quoque huic deæ templa dicauere, ſtulti, qui ſubſtantiam aliquam Fortunam putauerunt, regnorum atque opum diſpenſatricem, quæ ſolius Dei nutu huc atque illuc transferuntur. ¶Hoc etiam nomine dicta fuit Tibulli amica, Martia. lib. 4, Vſſit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum.

NEMETOBRIGA, Ptol. lib. 2. cap. 6, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs.

NEMETES, Germaniæ populi Galliæ tractum incolentes, citra Rhenum fluuium, vbi hodie eſt Spira vrbs, inter Argentinum, & Moguntiam ſita. Meminit horum Cæſar in Comment. belli Gallici, & Plinius libro 4. cap. 17.

NEMINIA, Fons eſt in agro Reatino, vario ortu annonæ mutationem ſignificans. Autor Plinius lib. 2. cap. 103.

Nemo, inis, gen. cõmunis, Compoſitum videtur à Ne & Homo. {οὐδείς, οὐδεμία, οὐδέν. Ital. *Neſſuno, ni vno.* Gal. *Nul homme ou nulle femme, nully.* Hiſpa. *Ninguno.*} Nam de ſolis dicitur hominibus. Terent. in Eunuch. Nemo eſt quem ego magis nunc cuperem videre, quàm te. ¶Nemo, homo, pro nemo omnino. Cicero lib. 13. Famil. Epiſt. Poſteaquam mecum in bello, atq; in re militari fuit, tantam in eo virtutem, prudẽtiam, fidem, tantãmque erga me beneuolentiam cognoui, vt hominem neminem pluris faciam. ¶Nemo hominum, pro Nemo eſt hominum. Terent. in Eunuc. Ego formidoloſus? nemo eſt hominum qui viuat, minus. ¶Nemo pro vllus. Cicc. Famil. 9, Contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini: vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non modò non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet, & cùm bonis omnibus, tum infirmo cuique gratiſſima. Idem 2. Offic. Quod quũ omnibus eſt faciendum, tum haud ſcio, an nemini potius quàm tibi. ¶Non nemo, hoc eſt aliqui, ſiue nõ nulli. Idem pro Lege Manil. Quum eſſet non nemo in Senatu, qui diceret non oportere, &c. ¶Nemo etiam nõnunquam de fœminis dicitur. Terent. in Andr. Hoc ſcio vnum ego, neminem peperiſſe hîc. Plautus Caſi. Vicinam neminem amo meritò magis, quàm te.

Nempe, Aduerbium confirmantis, quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando ſine interrogatione. {δηλαδή, δῆλον, τὸ ἄλλο. Ita. *Certamente.* Gal. *certes, certainement.* Hiſp. *Ciertamente.*} Cicero pro Ligar. Apud quem hæc dico? Nempe apud eum, qui quum hoc ſciret, me tamẽ antè, quàm vidit, reipubli. reddidit. Hîc vides, Nempe, vim reſpondendi elegantem habere poſt noſtram ipſorum interrogationem. Idem pro Milone, Quid ergo tulit Pompeius? nempe vt quæreretur. Plautus in Menæch. Nempe iubes? M. Iubeo hercle verò. Sine interrogatione poſuit Terent. in Andr. Nempe hoc ſic eſſe dicturum opinor patrem. Quintilianus, Nempe enim in hoc plurimum laboris exhauſimus, vt Rhetoricam oſtenderemus bene dicendi ſcientiam & vtilem, & artem, & virtutem eſſe.

Nemus, nemoris, penult. corr. neutri gen. {ὕλη, δρυμός, ἄλσος. Ital. *Boſco, ſelua.* Gal. *Bois, foreſt.* Hiſp. *Boſque, ſilua, mohedal.*} Proprié dicitur ſylua voluptatis cauſa comparata, & plena amœnitatis: νέμος, νέμω, hoc eſt à paſcendo, ſiue quòd nemoris glandibus olim homines victitarint, ſiue quòd in eo greges atque armenta depaſci ſoleant. Nemota (inquit Feſtus) ſignificant ſyluas amœnas. Virgil. 6. Aeneid. Interea videt Aeneas in valle reducta Seclusum nemus, & virgulta ſonantia ſylvis. Idem eodem, atque

dem, -atque inimica refugit. In nemus vmbriferum. Ouid. 6. Fast. Est nemus arboribus denſum, ſecretus ab omni Voce locus, ſi nõ obſtreperet aquis. Horat. 1. Carm. Ode 1, -me gelidum nemus Nymphaꝝ quæ nemora cum Satyris chori Secernunt populo.

Nemoroſus, a, um, Nemoribus abundans. {ὑλώδης. Ital. *Boſcareccio, pieno de boſchi.* Gal. *Plein de bois.* Hiſp. *Lleno de montañas, ò de montaña.*} Plin. Epiſto. 161, Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus, & opacus. Colum. lib. 2. cap. 2. Montem non ſublimem & aſperum, nec nemoroſum & herbidum maximè probauerunt. Ouidius Epiſto. 15, Eſt locus in medijs nemoroſis vallibus Idæ. Virgil. 2. Aeneid. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Nemorenſis, ſe. Quod ex nemore eſt, aut quod in nemore natũ eſt. {ὁ ὑλατικὸς, ὁ ὑλατερός. Ital. *Di boſco, boſcareccio.* Gal. *De bois, boſcage.* Hiſpa. *De montaña, ò montesa.*} Colum. lib. 9. cap. 4, Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorenſe, quod ex ſparto atque arbuto prouenit. ¶ Nemorenſis rex dicebatur, qui Dianæ Aricinæ ſacrificiis præerat. Suetonius in Caligula, Nemorenſi regi, quòd multos iam annos potiretur ſacerdotio, validiorem aduerſarium ſubornauit.

Nemoralis, adiectiuum. {ὁ καὶ ἡ ἀλσώδης, ὑλώδης. Ital. *Di boſco ò ſelua.* Gal. *De bois ou foreſt.* Hiſpa. *De boſque y ſilua.*} vnde Aricia peculiari epitheto Nemoralis dicitur. Martial. libro 13, Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. Nemorale templum, & Nemorale ſtagnum, hoc eſt nemori Aricino vicinum. Ouidius 1. de Arte, Ecce ſuburbanæ templum nemorale Dianæ. Idem 14. Metam. Quæquæ colunt Scythicæ ſtagnum nemorale Dianæ.

Nemoriuagus, a, um, Quod in nemore vagatur. {ὁ ἐν ἄλσει ἀλώμενος, ὁ ὑλοχώρης. Ital. *Vagante per boſchi.* Gal. *Vagant par les bois.* Hiſp. *Que anda y vaga por las montañas.*} vt Aper nemoriuagus. Catul. de Berecynthia, vbi cerua ſyluicultrix, vbi aper nemoriuagus. ¶ Nemus etiam, teſte Sipontino, peculiariter appellabatur locus quidam haud longè ab Aricia, in quo lacus eſt quod Speculum Dianæ dicitur.

Neo, oes, neui, netum, Significat filum torqueo: eſtque proprium mulierum. {νήθω, κλώθω. Ital. *Filare.* Gal. *Filer.* Hiſpa. *Hilar.*} Iuſtin. lib. 1, Inuẽnit eum inter ſcortorum greges purpurã colo nentem. Plin. lib. 33. cap. 3, Supérque omnia netur, ac texitur lanæ modo, & ſine lana. Silius lib. 7, -donum Quod noſtræ neuere manus. ¶ Hinc Perneo compoſitum.

NEOBVLE, νεοβούλη, Lycambis filia, quæ quòd Archilocho poëtæ promiſſa negaretur, Iambis inſectari cœpit Lycambem Archilochus, eúmque ad laqueum dicitur adegiſſe. Vide ſuprà in dictionibus ARCHILOCHVS, & LYCAMES.

NEOCAESARIA, æ, νεοκαισάρεια, Vrbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit. Autor Plinius lib. 6. cap. 3.

NEOCLES, clis, νεοκλῆς, Philoſophus Athenienſis, Epicuri frater, qui de ſecta ſua opus reliquit. Suidas.

NEODVNVM, Ptolemæo lib. 2. cap. 8. Galliæ Lugdunenſis ciuitas.

Neogamus, mi. {νεόγαμος. Ital. *Spoſo.* Gal. *Eſpoux.* Hiſpa. *Nouio.*} Qui recens vxorem duxit.

Neomenia, pen. acuta, νουμηνία, Latinè Nouilunium, vel prima dies lunæ, aut menſis. Græci enim menſes ſuos ad Lunæ curſum dirigebant, & à primo nouilunij die menſes ſuos auſpicabantur.

Neophytus, pen. corr. νεόφυτος, Nouellus, quaſi νέος φυτὸς, hoc eſt nouum germen, noua planta. ¶ In Sacris literis dicitur, qui nuper ad fidem acceſſit, quaſi nuper inſitus.

NEOPTOLEMVS, mi, νεοπτόλεμος, Pyrrhi Achillis filij cognomen fuit, ab eo impoſitum, quòd admodum adoleſcẽculus primum tyrocinium in bello poſuerit Troiano. Græcis enim νεοπτόλεμος, tyronem, vel nouum militem ſonat.

NEORIS, Iberiæ oppidum inſigne, iuxta Harmaſtim fluuium. Autor Plinius lib. 6. cap. 10.

Neotericus, a, um. {νεοτερικός. Ital. *Freſco, nouello.* Gal. *Moderne, nouueau.* Hiſ. *Moderno.*} Adiectiuum à comparatiuo Græco νεώτερος formatum, idem ſignificans quod recens, ſiue quod nuper fuit. Vnde Neoterici ſcripto res dicuntur recentiores, quibus opponuntur Antiqui, vel priſci.

NEOTICHITAE, νεοτειχῖται, Aeolidis populi ſunt, quorum vrbs, νέον τεῖχος hoc eſt Noua mœnia, commemoratur à Stephano.

Nepa, æ, Animal venenatum, cauda feriens, quod alio nomine Scorpius dicitur. {σκορπίος. Ital. *Scorpione.* Gal. *Vn ſcorpion.* Hiſpa. *Eſcorpion, ò el alacran.*} Cic. lib. 3. de Finib. Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videas boues, nepas aculeis, ſuam cuique naturam eſſe ad viuendum ducem. Huius nominis prima corripitur. Mani. lib. 2, -pietate ad ſydera ductam

Erigonem, ictúque nepam, ſpolióque leonem.

Natura huius eſt, vt in parietum latibulis deliteſcat, & quum aliquid ſenſerit, retrocedat. Plaut. Caſi. Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam: Captandus eſt horum clanculum ſermo mihi. Feſtus, Nepa Afrorum lingua ſidus, quod Cancer appellatur: vel, vt quidam volunt, Scorpius.

Nepenthes, neutri gen. νηπενθές, Herbæ genus eſt, quæ vino iniecta triſtitiam diſcutit, animíque hilaritatem inducit: vnde à quibuſdam eadem eſſe putatur cum bugloſſo, quæ teſte Plinio eundem habet effectum. Ab hac exhilarandi virtute huic herbæ nomen factum creditur, à νὴ priuatiua particula, & πένθος luctus. Plinius libro 21. cap. 21. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino, cúmque quem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero, quòd ea triſtitia omnis aboleatur.

PEPETA, πεπέτα Suidæ, ciuitas Hetruriæ, quæ Plinio Nepet, & vulgò *Nepa* dicitur, ſiue *Nepi*, à qua Nepeſini, πεπετῖνοι. Silius, Hos iuxta Nepeſina cohors, æquique Phaliſci. ¶ Nepeta etiam nomen eſt herbæ, quam Dioſcorides ſecundam calaminthæ ſpeciem facit. Vulgus herbariorum à pulegij ſimilitudine Pulegium vocat agreſte. De hac meminit Plinius libro 20. cap. 14, & Columella libro 8. cap. 7. Vide in dictione NEPITA.

Nephalia, νηφάλια, Sobriorũ feſta erant, in quibus non vinum, ſed aqua miſſa libabatur. Græci enim νηφάλιους ſobrios vocant. Apud Athenienſes fiebat νηφάλια θυσία, id eſt ſobrium ſacrificium, Soli, Lunæ, Memoriæ, Nymphis, Autoræ, & Veneri, in quo ξύλα νηφάλια, id eſt ligna ſobria cremabantur, quæ ſcilicet ex vite, ſicu, & moro non eſſent. Vide Chiliades Eraſmi.

NEPHELE, νεφέλη, Latinè ſonat nubem. Nomen proprium vxoris Athamantis, & matris Phryxi & Helles. vnde Ouidius, Hellen Nepheleida, dixit.

Nephritis, νεφρῖτις. Renum paſſio, quam ſcilicet calculo, aut vlcere renes infeſtantur, νεφροὶ enim Græcis renes ſunt. Vnde Nephretici dicti, νεφρῖται, qui renum morbo laborant.

NEPITA, vide ſuprà NEPETA.

Nepos, Qui ex filio, filiáve natus eſt, teſte Feſto: quòd natus póſt ſit patri, quàm filius. {υἱωνός, υἱωνή. Ital. *Nipote.* Gal. *Neueu.* Hiſp. *Nieto.*} Cicero pro Deiotaro, Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos auum in diſcrimẽ capitis adduxerit. Eius relatiuũ eſt Auus, ſicut Proauus relatiuũ eſt Pronepotis, & Proauia Proneptis. Etenim Proauus, aui paterni vel materni pater: & Abauus proaui paterni vel materni pater: item proauiæ paternę vel maternæ pater: à quo Abauia, relatiuúmque eius Abnepos, à quo Abneptis. Huius rurſus pater dicitur Ataus, Atauí autem pater, Tritauus: quibus reſpondent relatiua Atnepos, & Trinepos, Atneptis, & Trineptis. Qui verò póſt trinepotem ſunt, Minores dicuntur: ſicut póſt tritauos, Maiores. ¶ Nepotis ſignificatio aliquando etiam extenditur ad fratris & ſororis filios, non ex virtute vocabuli, ſed ex vi particulæ additæ, quæ ipſius acceptionem detorquet ad minus proprium ſignificationem. Fratris enim filium non abſolutè vocamus Nepotem, ſed Nepotem ex fratre: & aliquando etiam (quanuis id rarius ſit) Nepotem fratris. Sic etiam aliquando legimus Nepotem ſororis, pro Nepote ex ſorore, Tranquillius in Cæſare, Tres inſtituit hæredes ſororum nepotes. Tacit. lib. 3, Sororis nepotem in nomen aſciuit. ¶ Quandoq; nepotes, Poſteri, ἔκγονοι, vocantur. Virgil. 6. Aeneid. Forte recenſebat numerum, clarósque nepotes, Id eſt poſteros & ex ſtirpe ſua naſcituros. ¶ Per tranſlationẽ etiam Nepotes dicuntur tenellæ vitium fruticationes, quæ poſtremo loco exoriuntur: ita dictæ, vel quòd nulli alteri rei ſint vtiles, quàm abſumendis vitis alimentis, quum ipſæ vuas non ferant: vel quòd ad ſucceſſionem veterum palmitum, veluti nepotes in maiorum ſuorum locum ſuccreſcant. Colum. lib. 4. cap. 6, Ex eo loco, vnde nepotem ademeris, confeſtim alterum fundit. Ibidem, Omnes eius intra id ſpatium nepotes enatos ſæpius decerpemus. ¶ Nepos etiam dicitur de mulis. Idem lib. 6. cap. 37. Itaq; eiuſmodi emiſſarius nepotibus magis, quàm filiis vtilior eſt. ¶ Ité Nepotes appellantur conſumptores. à Nepa, hoc eſt ſcorpione, qui (vt Plinius inquit lib. 11. ca. 25.) deuorat omnes filios ſuos, vno ſolùm ſaluo: ſiue ab eo quòd non aliter his rei ſuæ familiaris cura ſit, quàm iis quibus pater & auus viuunt. ἀπαθῶς. Horat. 2. Serm. Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. Cice. de Lege agraria, Vt in rebus ſuis, ita in Republica luxuriosus nepos.

Nepotulus diminutiuum. ἀφίδριον. Plaut. in Milite, Sic te ſaluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

Nepotor, Luxuriosè & prodigè viuo. {ἀσωτεύομαι. Ital. *Luſſuriare, viuere prodigalmente.* Gal. *Viure ou faire prodigalement.* Hiſpa. *Luxuriar, glotonear.*} Seneca de Beneficentia libro 2, cap. 15, Veto liberalitatem nepotari. Hoc eſt in prodigalitatem verti, & in eum conferri qui nequiter profuſurus ſit. Tertul. in Apologetico, Atiſippus in purpura nepotatur.

Nepotatus, huius nepotatus, Voracitas, & vitæ luxuries. ἀσωτία. Aſia Scurrilitate ac nepotatu nobilis.

Neptis, huius neptis, Quæ ex filio, filiáve nata. Eſt enim fœminini à Nepos. {ἐκγόνη. Ital. *Nezza, nepote.* Gal. *Niepce.* Hiſp. *Nieta.*} Cicero de Claris Orator. Ergo illam patrii elegantia tinctam videmus, & filias eius Mutias ambas, quarum ſermo fuit notus, & neptes Licinias. Ouidius Epiſto. 8, -arbitrium neptis habebat auus.

Nepotinus, a, um. ἀσωτικός. Sueto. in Calig. Nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit.

NEPTVNVS, ποσειδῶν, Saturni & Opis filius, maris deus dictus eſt à nando, mutatis literis primis (vt inquit Cicero lib. 2. de Nato. deor.) vel (vt Varroni placet) à nubendo, hoc eſt tegendo, quòd vt cælum nubes, ita mare terras tegat. Dicit enim Varro, Neptunus eſt deus maris, vel ipſum mare, quòd terras nubat, id eſt cooperiat. Neptunũ autẽ, vt eſt in fabulis, mater abſcõdit, ne à patre deuoraretur, eíque poſtea, expulſo Saturno, aquæ in ſortem cecidérũt, vt ſuprà de Ioue dictũ eſt. Vxorem habuit Amphitriten, ex qua plurimas nymphas ſuſcepit. Tridentẽ habet pro ſceptro. Muros Troianos iuuante Apolline condidit.

Neptunius, a, um. ποσειδώνιος, poſſeſſiuum.

Neptunalia, ποσειδώνια. Neptuni ſacra, quæ & Salatia à Salo dicuntur.

Neptunine, es. Patronymicum eſt fœmininum à Neptunus. Cat. in Arg. Tẽne Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

Nequà, aduerbium. Significat Ne per aliquem locum, aut Ne aliqua ratione. μήπῃ. Virgil. 1. Aeneid. Nequà ſcire dolos, mediúſve occurrere poſſit. ¶ Eſt & Nequa compoſitum à Ne, & Quis, quæ, quod: pro Ne aliqua. Cicero in Verr. act. 1, Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat.

Nequalia, Sunt detrimenta. Feſtus.

Nequam, Nomẽ indeclinabile, quod apud veteres ſignificabat hominẽ nullius pretij, quòd ne tanti quidem ſit, quanti quod habetur minimi. {ἄχρηστος, ἀχρεῖος. Ital. *Huomo da niente.* Gal. *Vaniteux, meſchant.* Hiſ. *Hombre de poca eſtima.*} Varro Nequam ex Ne, & Quicquam, media ſyllaba extrita, componi oſtendit, lib. 4. de ling. Lat. Quidam à Nequeo, quòd nihil queat, nullique rei ſit aptus. Caper docet Nequã ſignare nõ malum, ſed inutilem: quod vel ex eo apparet, quòd Cice. 2. de Orato. Seruo nequam opponit Seruũ frugi. Iiſdem (inquit) verbis & laudare frugi ſeruum poſſumus: & ſi eſt nequam, iocari. ¶ Aliquãdo etiã Nequam accipitur pro laſciuo, petulanti, libidinoſo, & prodigo. Cic. 2. Philip. O hominem nequam (nihil enim poſſum magis proprié dicere) ergo vt te catamitum nec opinatò quum oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret, ideirco vrbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbaſſi? Gell. lib. 7. cap. 11, Perſuadenti cuidam adoleſcenti Lucano, qui apprimè ſummo genere natus erat, ſed luxuria, & nequitia pecuniam magnam conſumpſerat. Pluta de ea re exempla vide apud Gellium loco iam citato. Cicero pro Deiot. Dij te perdant fugitiue: ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

non modò nequam & improbus, sed & fatuus & amens es. ¶ Aliquādo pro nequiter ponitur. Plaut. in Pœn. Dicámque locum sibi velle liberum præbetier. Vbi nequam faciat clàm, nequis sit arbiter.

Nequior, & Nequissimus. Columel. libro 11. cap. 1, Nulla est nequissimi hominis amplior custodia, quàm quotidiana operis exactio. Nam illud vetum Marci Catonis oraculum, Nihil agendo homines malè agere discunt.

Nequiter, A Nequam, luxuriosè, prodigaliter. {ἀκρατῶς. Ital. *Malamente*. Gal. *Meschamment*. Hisp. *Malamente luxuriosamente*.} Cicc. 3. Tusc. A me quidem paulo antè appellata frugalitas, quæ te turpiter, & nequiter facere nihil patiatur. Idem de Finib. 2, Ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. id est cum nequitia. Eius contrarium est Frugaliter, quemadmodum Nequitiæ Frugalitas opponitur.

Nequitia, æ. Vitium est quod cætera omnia complectitur. {ἀκρασία, ἀκολασία, μοχθηρία. Ital. *Malvagità*. Gal. *Meschanceté*. Hisp. *Maldad*.} Est enim Frugalitati opposita, quæ omnes in se continet virtutes. Vt enim Frugi à fruge, id est à fructu per quandam animorum fœcunditatem, ita Nequitia à Sterilitate, hoc est à nihilo nominata est. Nihil est enim omne quod fluit, quod soluitur, quod liquescit, & quod semper perit. Ideo tales homines etiam Perditos dicimus. Cicc. 3. Tusc. Reliqua igitur, & quarta virtus vt ipsa sit frugalitas necesse est: eius enim vigetur esse proprium motus animi appetentis regere, & sedare, sempérque aduersantem libidini moderatam in omni re seruare constantiam: cui contrarium vitium Nequitia dicitur. Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Nequitia ab eo (etsi hoc erit fortasse durius: sed tentemus, & lusisse putemur, si nil sit) quod nequicquam est in tali homine, ex quo nihil item dicitur. ¶ Sæpe tamē Nequitia pro lascina & libidinosa illecebra, & pro luxu vitæ prodigo atque effuso accipitur. Vnde Aphricanus (referente Gellio) scripsit, Mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus esse. Malitia, & Nequitia. vbi nequitiam intelligi vult luxum vitæ prodigum, & effusionem immodicam pecuniarum. Nequitia (inquit Donatus) propriè libidinosa inertia dicta est, quòd nihil queat, nullique rei apta sit. Terent. in Adelph. Id misero restat mihi mali, si illum potest, Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere. Cicc. pro Rosc. Amer. Officina nequitiæ, & diuersorium flagitiorum omnium domus eius. Ouidius 1. Fasto Nequitia est, quæ te non sinit esse seuem. Cic. in Verr. Ex mulierum morsu vestigia libidinis atque nequitiæ. Vide Gellium libro 7. cap. 11.

Nequities, ei. Horat 2. Serm. Saty. 2, Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris. Postremum expellet certè viuacior hæres.

Nequando, Ne vllo tempore. {μηκέτι. Ital. *Acciochè à niun tempo*. Gal. *Affin que quelque fois ou quelque temps ne*. Hispa *En ningun tiempo*.} Ineut Si quando, Si aliquo tempore, εἴποτε. Cicc. ad Attic. lib. 10, Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquādo concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas.

Nequaquam, aduerbium negandi: significat enim Non, vel nullo modo. {μηδαμῶς, μηδαμινῶς, οὐδαμῶς. Ital. *Per niente, à niun modo*. Gal. *Nullement, en nulle façon*. Hisp. *En ninguna manera*} Cicc. in Catone Maiore, Est istud quidem Læli aliquid, sed nequaquaquam in isto sunt omnia.

Neque, vide NEC.

Nequicquam, aduerbium: significat Non. {οὐκ. Ital. *Non*. Gal. *Non, pour neant*. Hisp. *No*.} Virgil. 1. Georg. Nequicquam pinguis palea teret area culmos. Sed hoc rarius: frequentius capitur pro Frustra. {μάτην. Ital. *In vano*. Gal. *En vain*. Hispa. *En vano*.} Idem Aeneid. 2, Arma diu senior desueta trementibus æuo Circundat nequicquam humeris.

Nequino, as. Modò lasciuio, modò nego. Sipont.

NEQVINVM, Vmbriæ oppidum, teste Plin. lib. 3. cap. 14, quod nūc Narnia dicitur: ob incolarum libidinosam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienses. Vulgò *Narni*.

Nequinunt, pro nequeunt, Id est non possunt, dixerunt antiqui. Festus.

Nequis, {μήτις. Ital. *Che non alcuno*. Gal. *Qu'aucun ne*. Hisp. *Ninguno*.} Ex Ne, & Quis, pro Ne aliquis, hoc est Vt nullus. Vide Nequā.

Nequid nimis, {μηδὲν ἄγαν. Ital. *Acciochè niuna cosa*. Gal. *Que quelque chose ne*. Hisp. *Que ninguna cosa*.} Sententia peruulgata, qua admonemur in rebus omnibus modum seruare. Terent. in Andr. -nam id arbitror Apprimè in vita esse vtile, vt nequid nimis.

NERABVS, bi, νηράβου, Syriæ oppidum, apud Stephanum: cuius incolæ Nerabij appellantur.

NEREIDES, pen. corr. νηρεΐδες. Maris Nymphæ. Nerei, & Dotidis filiæ. humanam effigiem habentes: quarum nomina sunt Neiæ, & Cymothoë, & infinita alia, quæ vide apud Hesiodum in Theogonia. Nominatiuus singularis est Nereis, penultima indifferēte. Ouid. 13. Metam. Nereis his contra resecuta Crateide natam est. Idem 11, Metam. Sed memor admissi Nereida colligit orbam.

NERESSVS, νήρισσος, Oppidum est in Cea insula: cuius meminit Aeschines. Epistol. 1. ad Polycratem.

NEREVS, νηρεύς, Deus maris est (vt docet Hesiodus in Theogonia) Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride vxore, eadémque sorore maximam Nympharū turbam suscepit, quæ à nomine patris Nereides appellantur. Hūc Orpheus in Argonaut. deorum antiquissimum appellat: vnde & Grandæuus à Virgilio dicitur 4. Georg. -hunc & Nymphæ venerantur, & ipse Grandæuus Nereus. ¶ Figuratè accipitur pro Mari. Persius Satyr. 1, -Et qui cærnleum dirimebat Nerea delphin.

NERIO, enis, vel Neriene, es, & apud antiquissimos Neria, æ, νηρίνη. Martis vxor. Plautus in Trucul. Mars peregrè aduenieus salutat Nerienem vxorem suam. Gellius lib. 13. cap. 21, docet Sabinum esse vocabulum, quo significatur virtus & fortitudo: vnde & pro vi, potestate, & maiestate Martis accipitur. Vide plura de hoc apud Gellium eo quem modò citauimus loco.

NERIS, idis, νηρίς. Oppidum est Peloponnesi, in agro Messeniaco. Stephanus. ¶ Est item Neris Dioscoridi nardi montani genus, in Syria, Ciliciaque nascens, ramulis & folio eryngij, eiusdem naturæ cum nardo Gallico.

Neritæ, νηρῖται. Sunt ex concharum genere, quæ per maria nauigant, præbentes concauam sibi partem: alteram verò fluctui auræ instar veli

opponentes. Hæc Plin. lib. 9. cap. 33.

NERITVS, ti, penult. corr. νήριτος, Mons est in Itacha insula: cuius meminerunt Strabo lib. 10. & Plinius libro 4. cap. 12. ¶ Est item Neritus, siue (vt apud Plinium legitur) Neritis, peninsula Acarnaniæ adhærens, alio nomine Leucadia appellata, opere accolatum olim à continenti abscissa, denuóque reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Virgil. 3. Aeneid. Dulichiúmque, Samē que, & Neritos ardua saxis. ¶ Neritus item, siue Neritum, neutri generis, peninsulæ huius oppidum est, quod recentiores Leucadem appellarunt, teste Plin. lib. 4. cap. 1.

Nerium, νήριον, Frutex est, foliis amygdalæ, sed maioribus & pinguioribus, quæ quadrupedibus sunt venenum, homini autem contrà serpentes præsidium. Rhododaphne aliàs dicitur, quòd florem rosæ, folium lauro simile habeat. Vulgò in officinis dicitur *Oleander*. Meminit Plinius lib. 24. cap. 11.

NERIVM, νήριον. Ptolem. lib. 2. cap. 6, Promontorium Tarraconensis Hispaniæ, iuxta Arrabros. Vulgò *Finis terræ*.

NERO, νέρων. Teste Gellio lib. 12. cap. 21, verbum Sabinum est, quo significatur virtus & fortitudo. Itaq; ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id nomen à Græcis accepisse videntur, qui vincula & firmamentum membrorum νεῦρα dicunt, nostri neruos. ¶ Ex hac familia fuit Claudius ille Nero, qui Asdrubalem Annibali fratri suppetias ferentem iunctis cum Linio collega copiis, superauit. ¶ Fuit item hoc cognomen sexti Romanorum imperatoris, omnium quos terra tulit, crudeliſſimi: à quo tyrannos omnes, crudeliter imperium exercentes, Nerones appellamus.

NERVA, IIII. Romanorum Imperator fuit, Flauio Domitiano, cui successit, dissimillimus, animóque verè paterno erga populum affectus. Hic quum liberos sibi nullos genuisset, Aelium Traianum sibi adoptauit, qui illi etiam in Imperio successit.

Neruus, ui, {νεῦρον. Ital. *Nerno*. Gal. *Nerf*. Hisp. *Nierno*.} Prima sunt in corpore animalis sensus motúsque instrumenta, à cerebro & spinali medulla orta, totius corporis membris mouēdi sentiendique vim conferentia. Cic. 2. de Natu. deor. Nec enim dij venis, neruis, & ossibus continētur. Et paulò pòst, Huc adde neruos, à quibus artus continentur, eorúmque implicationem toto corpore pertinētem. Ouid. 12. Metam. Nec graue vulnus erat, sed tupti vulnere nerui Deficiunt, motúmque negāt, virésque volandi. ¶ Inde subneruo, as, ὑπονευρίζω, quod est neruos incido. ¶ Ponitur quādoq; Neruus pro robore & viribus: in nervis enim robur peculiariter existit. Vnde dicimus, Rem esse sine neruis, quæ debilis est. Horat. 2. Serm. Saty. 11, -sine neruis altera, quicquid Composui, pars esse putat. Terēt. in Eunuc. Digna adeò res est, vbi tu neruos intendas tuos. Hoc est vbi vniuersas ingenij tui vires expromas. Est enim Neruos intendere, siue Omnibus neruis cōtendere, vel, Omnes neruos contendere, totis viribus conari, & omnem solicitudinem, atq; operā adhibere, summa vi, summóque studio niti. Cicc. Verr. 5, Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atq; in hoc elaborandum, vt omnes intelligant. Idem 2. Verr. Magnum fortasse onus, & mihi periculosum, veruntamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriæque meæ contenderem. ¶ Accipitur etiam Neruus pro chorda arcus. Virg. 5. Aeneid. Primáque per cælum, neruo stridente sagitta Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras. Idem 10. Aeneid. -neruóque aptare sagittas. ¶ In neruū ire, prouerbiale est, ductum à sagittarus, qui nimiū contendendo arcum, aut arcus ipsius neruum, hoc est chordam rumpunt, aut neruum sibi aliquem lædunt. Terēt. in Phorm. Cæterūm quū argētum reperient, nostra causa scilicet In neruum potius ibit. id est decipiet, ait Donatus. Vide Erasmum in Chiliadibus. ¶ Neruos Reipub. Cicero pro lege Manilia, appellat milites, classes, & vectigalia, quòd in his consistat omnis Reipublicæ fortitudo & robur. Etenim (inquit) si vectigalia neruos esse Reipublicæ semper duximus, eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorū ordinum rectè esse dicemus. ¶ Neruus etiā vinculi genus est, quo pedes aut cervices impediuntur. κυνοσφάντης. Ex quo est illud Catonis, Fures priuatorum furtorum in nervo, atque in compedibus ætatem agunt: fures publici, in auro atq; in purpura. Plaut. Aul. Neruos, catenas, numellas, pedicas, boias. Idē, Perfidiosè captus, eo ædepol nervo ceruices probat. ¶ Item Nerui dicuntur chordæ citharæ. Cicc. 1. Tusc. Summam eruditionem Græci sitam cēlebant in neruorum, vocúmque cantibus. Propertius, -hæc carmina neruis Aptat. ¶ Est & Neruus mēbrum virile. Iuuenalis, Mensura incognita nervi.

Neruulus, diminutiuum, {νευρύλλιον. Ital. *Picciolo nervo*. Gal. *Petit nerf*. Hispa. *Pequeño nierno*.} Ctce. lib. 10. ad Attic. Si neruulos tuos adhibueris.

Neruiæ, Ab antiquis dictæ sunt fides, siue chordæ musicorum instrumentorum. {χορδαί. Ital. *Corde de stromenti*. Gal. *Cordes d'instruments de musique*. Hisp. *Cuerdas de nervio en la musica*.} Varro in Satyra quæ ὑπὲρ τῶν χορδῶν inscribitur, Scientia doceat, quemadmodum in psalterio tendamus neruias. ¶ Lectum est & Neruium neut. gener. Varro ibidem, Et id dicunt suam Brisēidem producere, quæ eius neruia traciare solebat. Ex Nonio.

Nemosus, a, um, Quod multos habet neruos. {νευρώδης. Ital. *Nerboso, nerbuto*. Gal. *Nerveux, plein de nerfs*. Hisp. *Cosa de muchos nierues*.} Plin. libro 11. cap. 37, Ideo nulla est ei cato, sed neruosa exilitas. ¶ Per translationem Neruosus dicitur fortis & vehemens, eo quòd omne robur in neruis consistat. Sic Neruosus orator dicitur, qui magnam vim & efficaciam sermonis habet. Cicc. de Clar. Orat. Quis Aristotele neruosior? ¶ Hinc fit Neruosè pro audacter, validè, firmiter. {νευρωδῶς, ἰσχυρῶς. Ital. *Arditamente, vigorosamente*. Gal. *Vigoreusement, puissamment*. Hispa. *Poderosamente, fuertemente*.} Plancus ad Cicc. lib. 10. Vt vigilauter, neruoséque nos, qui illamus in acie, subornes. Cic. de Orat. Dicetur enim non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegās, iam inde ab Aristotele constituta) sed aliquantò neruosius.

Neruositas apud Plin. lib. 19. cap. 1, Neruositas filo æqualior. τὸ νευρῶδες. Ital. *Vigore, forza*. Gal. *Vigueur, force*. Hisp. *Nervosidad, fuerça*.

Neruicus, a, um, Quod est ex neruo. νευρικῶν. Ital. *De nervo*. Gal. *De nerfs*. Hisp. *Cosa de materia de nierues*.

Neruicus,

Neruicus, a, um, Dicitur qui neruis laborat. ‡νεῦρικός. Ital. *Che patisce infermita di nerui.* Gal. *Qui a douleur de nerfs, qui a les nerfs debilitez.* Hispa. *El que padesce el mal delos nervios.* ‡ Vitru. libro 4, Aquæ neruicos & podagricos gig Calepinus, quum tameu in omnibus exemplaribus Neuticos legamus, vt proculdubio legendum est. Fit enim à Græca dictione νῆρον, quæ nob. s neruum sonat.

NERVII, νέρβιοι. Fuerunt populi inter Belgas Atrebatibus vicini, ad Scaldem fluuium, omnium Belgarum fortissimi, & maximè feri: de quibus Cæsar lib. 2. Comment. meminit. Hi nunc *Tornacenses* dicuntur. Vulgo *Tornay.*

NERVLANI, Populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit Plinius libro 3. cap. 5.

NERVLVM, Oppidum in Lucanis, quod vi captum fuisse repentino aduentu Aemylij, testatur Liui. libro 9. bell. Pun. ¶ Inde Nerulonenses dicti sunt. Sueto. in August. Manibus colybo decoloratis Neruionensisme usarij.

Nescio, is, Ignoro, non cognosco: ex Ne, & Scio. ‡ἀγνοέω, οὐκ οἶδα. Ital. *Non sapere.* Gal. *Ne sauoir, ignorer.* Hisp. *No sabes.* ‡ Cice. 1. de Orat. Nemo in eo quod nesciat, disertus esse potest. Ter. in Eunuc. -tu pol si sapis, Quod scis, nescis, neq; de Eunucho, neq; de vitio virginis. Donatus admonet esse prouerbium, Quod scis, nescis, sumptum à Dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scrupi proponi solent, Facio & nõ facio. Sum amicus, & non sum amicus, Audio, & non audio. Hoc autẽ prouerbio summa taciturnitas, cerráque in tacendo fides significatur: dum quis videlicet quod scit perinde continet, ac dissimulat, quasi nesciat. Simile est in Heaut. Tu nescis quod scis, Dromo, si sapies. d. mutum dices. ¶ Nescio quid, locutionis formula, qua vtimur, quoties rem aliquam, eiúsve causam nobis ignotam esse volumus significare. Ter. in Heauton. Nescio quid tristis est, non temerè est, metuo quid fier. Cice. pro Quintio, Posteaquam nescio quid impendit, & in cõmune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. Terent. in Heauto. Faciam, sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali. ¶ Nescio quis. Cice. de Amicit. Quinetiam siquis asperitate ea est, & immanitate naturæ, vt hominum congressus fugiat, atq; oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus. ¶ Nescio quomodo. Cicero de Amicit. Serpit enim nescio quomodo per omnem vitam amicitia. ¶ Nescio quo pacto. Idem de Amicit. ¶ Nescire Latinè. Cic. de Clar. Orat. Non enim tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire. ¶ Nescitur, impersonale. Cice. ad Attic. lib. 7, Inde vtrum consistere vsquam velit, an mare transire, nescitur. Idem 4. Acade. Vt stellarum numerus par, an impar sit, nescitatur.

Nescius, a, um, Ignarus, Qui aliquid nescit, siue ignorat. ‡ἄγνως, ῶτος. Ital. *Ignorante, che non sa.* Gal. *Qui ne sait ou ne cognoist point, ignorant.* Hisp. *No sabidor.* ‡ Cice Fam. 5. ad Lucceium, Neq; tamen, hæc quum scribebã, eram nescius, quantis oneribus premerére susceptarum rerum, & iam institutarum. Id est neq; tamen ignorabam. Idem pro Deiotaro, Iratum te regi Deiotaro fuisse nõ erant nescij. Virgil. 1. Aeneid Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ. Idem 4. Georg. Nesciáque humanis precibus mansuescere corda. ¶ Interdum passiuè accipitur pro ignoto, siue incoguito. Plautus in Rud. Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum, quæ in locis nescius Nescia spe sumus, vt tuo recipias tecto, seruésque nos. Id est in locis incoguitis, & incerta spe.

NESAEE, es, siue Nesæa, æ, νησαία. Nympha marina, Nerei & Doridis filia: παρὰ τὸ νέω, hoc est à natando dicta. Autor Hesiodus in Theogo.

NESEI, Populi Indiæ, Oceano proximi: de quibus Plin. lib. 6. cap. 20.

NESION, νήσιον, Insula in Campano litore inter Pausilypum & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Nesis, νῆσις. Lucan. Tali spiramine Nesis. Huius nominis obliquos producit Papinius, Syluáque quæ fixam Pelago Nesida coronat. Item Accius Aeglog. 1, Hunc illuc dum Pausilypi latus omne pererro, Piscosámque lego celeri Nesida phaselo.

NESSVS, νέσσος, Nomen est Centauri Ixionis, & Nubis filij: qui quum Deianiram rapere vellet, ab Hercule sagitta confixus est. Vide fabulam latius apud Ouid. lib. 9. Metamorph. Inde

Nesseus, a, um, penul. prod. Ouid. in Epist. Deianiræ, Illira Nesseo misi tibi texta veneno.

Nessotrophion, pen. prod. νησοτροφεῖον. Locus vbi anates clausæ aluntur & pascuntur. νῆσσα anates Græcis dicuntur, & τρέφω, alo. Columel. lib. 8. cap. 15, Media deinde parte nessotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis, spatiúmque longitudini datur. & latitudini, quantum loci conditio permittit.

NESTOR, νέστωρ, Filius fuit Nelei & Chloridis, teste Home. lib. Odyss. 11, qui adhuc adolescens bellum gessit, etiam tum viuo patre, aduersum Epeos Peloponnesi populos, qui postea Elij dicti sunt: & deinde quum Pirithoi nuptiis interesset, aduersus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenuè pugnauit. Postremò belli Troiani tempore, iam senior effectus, vt idem Homerus in 2. Iliad. scribit, quinquaginta nauibus cum reliquis Græcis principibus ad Troiam venit, quum natus annos nonaginta, iam tertiam hominis ætatem viueret: vel (vt ipse dicit apud Ouid. in 12. Metam.) quum trecentesimum annum ageret: vbi consilij dexteritate tantùm Græcorum rebus profuit, vt Agamemnon profiteri non dubitaret, breui se Ilium fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores. Nam præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, vt ex eius ore melle dulcior fluere diceretur oratio. Vxorem habuit Eurydicen Clymeni filiam, ex qua septem filios, & vnicam filiam suscepit. Ouid. lib. 13, Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat.

Nestorides, νηστορίδης, Patronymicum, & Nestorius, νηστόριος, possessiuum.

NESTVS, νῆστος. Thraciæ fluuius est, in Hæmo monte nascens, & Abderam vrbem præterfluens. Vide Plin. lib. 4. cap. 11.

Neu, pro Néve, abiecta vltima litera per apocopen. ‡μήτε. Ital. *Che non.* Gal. *Que non.* Hisp. *Que no.* ‡ Virgil. 2. Aene. Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit. ¶ Hæc particula geminata elegantem vim habet. Cæsar lib. 1. bell. Ciuil. Flens Petreius manipulos circuit, militésque appellat: neu se, neu Pompeium absentem Imperatorem suũ aduersariis ad supplicium tradant, obsecrat.

Néve, Idem quod Ne aut: & interdum idem quod Neque. *sdm.* Cice. Peto à te, ne id à me, néve in hoc reo, néve in aliis quæras. Idem in Orat. Néve vastius syllabæ deducantur.

Neuolo, neuis, neuult, quasi non volo, vel nolo Plaut. in Trinum. Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuis.

Neuras, adis, νευράς, Ionum lingua herba appellata est, quæ alio nomine Poterion dicitur: neruorum dissolutiones tuetur: vnde & nomen accepit. Nam quos nos neruos dicimus, Græci τὰ νεῦρα appellant. Hæc etiam in vino pota, tanarum, quas Rubetas nominant, veneno medetur. Vnde & Phrynion vocatur. Plin. lib. 25. cap. 10, Sunt & ranis venena, tubetis maximè. Auxiliatur eis Phrynion in vino potum. Aliqui neurada appellant, alij poterion, &c. Eadem & Paronychia appellatur, quod πρὸς παρωνυχίας, hoc est abscessibus circa vngues medetur.

NEVRIS, idis, νευρίς. Insula est Propontidis, Cyzico adiacens, aliis nominibus Elaphonnesus, & Proconnesus dicta. Autor Plin. lib. 5 cap. vlt.

NEVRI, νεῦροι, Populi Scythiæ Europææ, ad Borysthenem amnem: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Neuris, νεῦρις. Herba, quam alij solanum, alij vesicariam appellant. Dioscor. lib. 4. cap. 74. & 75. Hermolaus in eundem.

Neurobatæ, νευροβάται, pen. cor. Qui omnifariam prorepunt, qui ambulant super neruos, & funes nerueos. Nam τὰ νεῦρα Græci neruos dicũt. Iul. Firm. lib. 7. Matheseos, Oriente Ingeniculo, quem ἱππόκαμπον Græci appellant, nati cum testimonio vero Martis & Lunæ, erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ, & qui talia pertractent.

Neuroides, νευρώδης, Species est syluestris lactucæ, quæ alio nomine Limonium appellatur, multò minoribus foliis, quàm Beta satiua, vndecim interdum caules habens. Autor Plin. lib. 20. cap. 8.

Neurospaston, νευρόσπαστον. Herba est quam Græci κυνοσόφαλον, Latini Rubum caninum appellant. Folium habet vestigio hominis simile, vnam autem nigram, in cuius acino neruum habet: vnde & nomen accepit. Autor Plin. lib. 24. cap. 14. Sunt item Neurospasta, imagunculæ, quæ neruis quibusdam, & fidiculis occultis mouentur, perinde ac si viuerent. Vide Cælium Rhod. lib. 7. cap. 16.

Neuter, neutra, neutrum, ‡οὐδέτερος, ἡ, ὸν. Ital. *Ne l'vno ne l'altro.* Gal. *Ne l'vn ne l'autre.* Hisp. *Ni vno ni otro de dos.* ‡ In genitiuo Neutrius: olim etiam Neutri, Neutræ, quemadmodum Nullus, Solus, & similia. ¶ Est autem Neuter Vtrique contrarium, significátque, Nec hic, nec ille. In quo aduertendum est quòd dicimus Neuter alterum, non autem Neuter neutrum: nam si ita dicamus, Neuter alterum diligit, hoc significamus, neque ille hunc diligit, neque hic illum. Quòd si Neuter neutrum diceremus, significaremus ne sequidem ipsum vtrunq; diligere.

Neutrò, aduerbium. Significat nec ad vnam partem, nec ad aliam. ‡οὐδετέρως. Ital. *Ne l'vno ne l'altro luogo.* Gal. *Ne vers vn coſté ne vers l'autre.* Hisp. *Ni á vna parte ni á otra.* ‡ Liu. 5. ab Vrbe, Et neutrò inclinata spe torpebat: id est in neutram partem.

Neutralis, & hoc trale, ‡οὐδέτερος. Ital. *Neutrale, non partiale.* Gal. *Neutre.* Hispa. *Cosa neutral, de ninguna parte.* ‡ Quòd est neutrius partis: vnde Neutralia verba dicta sunt, quæ neque agunt aliquid, neque patiuntur, vt Sto, Iaceo, Cubo, Sedeo. Hæc in nulla actione, in nulla passione sunt. Sunt alia Neutralia ab vsu dicta, quæ habent actionem, sed passionem nullam: vt, Certo habet actionem, sed non dicimus Certor, Pugnor, Cœnor. Alia sunt quæ patiuntur, sed non agunt, vt Vapulo, Pendeo, Algeo, Langueo, & huiusmodi. Quintil. lib. 1. cap. 4, Aut quæ fœmina positione mares, aut neutrali fœminas significent.

Neutrobi. Idem quod Neutrò, apud Plaut. in Aulu. Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat, Neutrobi habeam stabile stabulum.

Neutiquam, Nequaquam, vel nullo modo. ‡μηδαμῶς. Ital. *Per niente, à nissun modo.* Gal. *Nullement, en nulle maniere.* Hisp. *En ninguna manera.* ‡ Habet enim aliquid assertionis. Terent. in Hecyr. Illud visum est Pamphilo neutiquam graue.

Nex, necis, Proprié mors, quæ ferro fit, aut alia vi. ‡φόνος. Ital. *Morte.* Gal. *Mort.* Hisp. *La muerte violenta.* ‡ Neci datus dicitur, qui quouis modo interfectus est: quanuis Festus Neci datum intelligi velit, qui sine vulnere interfectus est, vt veneno aut fame. Ausonius in Monosyllabis, Sera venenato potu abstulit Annibalem nex. Sisenna, Quoniam neque mea nex, neque interfectio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam. Cicero pro Milone, Insidiatori verò, & latroni quæ potest afferri iniusta nex? In necem alterius aliquid facere. id est in damnum & fortunarum euersionem. Vlpian. de crim. stellionatus. Si quis impositurum fecerit, vel collusionem in necẽ alterius. Cæsar 6. bell. Gall. Viri in vxores, sicut in liberos, vitæ, necisque habent potestatem. Artifices necis, qui nouum aliquod necis genus cõminiscuntur. Ouid. 1. de Arte, neque enim lex iustior vlla est, Quàm necis artifices arte perire sua. Necem à Græco dici certum est (inquit Festus) παρὰ τὸ νήφειν enim mortuum dicunt Græci.

Nexilis, Nexo, Nexus, vide NECTO.

N ante I.

Ni, pro Nisi, per apocopen, id est Si non, subiunctiuo iungitur. ‡εἰμή. Ital. *Si non.* Gal. *Sinon, si ne.* Hisp. *Sino.* ‡ Terent. in Phorm. Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares. ¶ Quandoque etiam Indicatiuo. Terent. in Andr. Miram ni domi est. Vbi sciendum est, quòd Ni, Nisi, Quàm & Præterquam semper repetunt eosdem casus, qui præcesserunt: vt, Quid est animal, nisi corpus cum anima concretum: *en sid.* Nulli placet, præterquàm mihi. Præter verò semper exigit accusatiuum: vt, Nulli placet, præter me. ¶ Ponitur interdum Ni, pro Ne. Virg. 3. Aene. Inter vtranque viam lethi discrimine paruo, Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro. Quem in locum vide ea quæ annotauit Seruius. Plaut. Ni stulta fis. Hæc particula etiam nonnunquam vsurpata est in sponsionibus, & in iudicio recuperatorio. Cic. in Verr. Act. 4, Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni socium te sibi in decumis dictitaret. Idem, P. Rabirius Apronium sponsione lacessiuit, ni Apronius dictaret se sibi in decumis esse socium. Hæc Budæus in Epist. ¶ Interdum Nisi, aduersatiuæ particulæ vim habet, vt idem ferè significet quod Sed. Cic. lib. 13. Epist. Famil. De te nihil possum indicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse,

Ibidem, Nec cur ille tantopere contendat video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quàm illi, laborare sine causa.

NIAETHOS, lege NEAETHVS.

NICAEARCHVS, νικαίαρχος, Pictor fuit sua ætate eximius: qui inter alia Venerem inter Gratias & Cupedinem pinxit: & Herculem tristem insaniæ pœnitentia. Plin. lib. 35. cap. 11.

NICANDER, νίκανδρος, vel Nicandrus, dri, Colophonius Grammaticus, & Poëta, & Medicus tempore Attali iunenis illius, qui Gallogræcos vicit. Scripsit de Theriacis, alexipharmacis, & de agricultura. Præterea Curationum collationes, & Prognostica Hippocratis versibus edidit, aliáque complura. Autor Suidas. Cicer. de Orat. Nicandrus homo ab agro remotissimus, de agricultura tamen diligentissimè scripsit, tanta vis est eloquentiæ.

NICANOR, νικάνωρ penult. prod. Alexandrinus Grammaticus, sub Adriano principe, æqualis Hermippo Berytio: cuius scripta enumerantur à Suida.

NICARCHVS, νίκαρχος, Philosophus fuit Corinthius, sub Periandro, cuius meminit Plutarchus in Symposio septem Sapientum.

NICASIA, νικασία, Insula est exigua, circa Naxum: à qua insulani Nicasij, νικάσιοι appellantur. Stephanus.

NICATOR, νικάτωρ, Cognomen fuit Seleuci potentissimi regis, qui (vt Appianus inquit in Syriacis) in bello semper inuictus extitit.

NICATORIS, νικατορίς, Syriæ oppidum, à Seleuco Nicatore conditore ita appellatum: cuius incolæ dicuntur Nicatoritæ. Stephanus.

Niceterium, νικητήριον, Laudatissimi vnguenti genus, ita dictum ab artifice Nicerote. Martial. lib. 6. Laudas pinguia Niceterotiana.

NICEA, siue potius Nicæa per diphthongon, νίκαια Stephano, & Suidæ, multarum vrbium nomen est, quarum vna est Galliæ, non procul à Varo fluuio, à Massilienfibus condita. ¶ Altera Asiæ & Bithyniæ metropolis, quam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus à nomine vxoris, Antipatri filiæ, Nicæam appellauit. Vrbis ambitus stadiorum sexaginta fuit, in figura quadrata, in campo sita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quæ ex vno lapide, qui circa medium gymnasium positus erat, omnes cernebantur. Hic iubente Constantino clarissima illa synodus celebrata est, trecentorum & decem & octo episcoporum, in qua perfidum Arrij dogma rescisum fuit. ¶ Tertiam huius nominis vrbem Stephanus apud Locros Epicnemidios constituit: quartam in Illyride: quintam in India: sextam in Corsica insula: septimam in Leuctris Bœotiæ: & octauam in Thracia.

NICEPHORIVM, rij, νικηφόριον, Oppidum est Mesopotamiæ, non procul ab Euphrate fluuio, ab Alexãdro magno conditum. Autor Plinius lib. 6. cap. 26.

NICETES, νικήτης, Smyrnæus sophista, Adriano principi gratissimus fuit, ab eóque Musæo Aegyptio adscriptus. Quum causas tentaret, foro etiam aptissimus videbatur. Adeò ingenium ad vtranque dicendi rationem accommodauit, vt genus iudiciale sophisticæ quadam facultate exornauerit, sophisticum verò & vmbratile forensibus aculeis roborauerit. Genus dicendi antiquum & politum retinuit, lasciuus nihilominus, & dithyrambicus visus. Ex Philostrato.

NICIAS, νικίας, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabritium veniens, ei promisit Pyrrhum se veneno necaturum. At ille auersatus facinus, Pyrrho rescripsit vt à Nicia sibi caueret. Curtius. ¶ Nicias Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epistola quadam ad Atticum meminit: item Epistola ad Dolabellam. Tranquillus. ¶ Nicias item nomen viri Athenienfis nobilissimi. Aristoteles scribit tres viros Athenis eodem tempore æquè potentes fuisse, Niciam Nicerati, Thucydidem Milesium, & Theramenem Agnonis. Thucydides his natu aliquantulum maior, multa cum Pericle clara pro Republica gessit. Post mortem Pericles ad Niciam primæ partes delatæ sunt. Missus igitur imperator vnà cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gilippum Lacedæmoniorum ducem auxilio accersiuerant, infœliciter pugnantes ambo à Syracusanis in bello capti sunt, in carcerémque coniecti, sibi manus intulere. Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur à Plutarcho in Parallelis: quòd & diuitiis abundauerit, & eundem fere exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit. ¶ Nicias alius Athenienfis pictor, qui teste Plin. lib. 35. cap. 11, diligentissimè mulieres pinxit, lumen & vmbras custodiuit: atque vt eminerent è tabulis picturæ maximè curauit. Hic etiam in artem tanta contentione animi incubuisse dicitur, vt cibum sumere sæpe oblitus sit. Aelianus de varia historia.

Niceteria, νικητήρια, Sunt præmia relata ex victoria, vt torques. Iuuenal. Satyr. 3. Et cetomatico fert niceteria collo. Dicta Niceteria, à νικῶ, quod est vinco. ¶ Niceteria præterea dicuntur sacrificia, & publica conuiuia, quæ victoria adepta victores facere solent. Budæus in Pandect.

NICO, νίκων, Fuit vnus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui coniurarunt in Annibalem: tandémque comprehensus cum Philomene, ad Annibalem deductus est. De quo Liu. Decad. 3.

NICOCREON, ontis, νικοκρέων, Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philosophum malleis ferreis excudi iussit. Vide ANAXARCHVS.

NICOLAVS Damascenus, Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός, Peripateticæ sectæ philosophus fuit, Herodi Iudæorum Tetrarchæ, & Augusto Cæsari familiaris, qui vniuersalem historiam libris 80 complexus est. ¶ Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciæ ciuitate, flagrantissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constantino Cæsare vixit. ¶ Fuit item Nicolaus quidam Sophista, ex eadem Myra ortus, Dioscoridis Grammatici frater, qui artem Rhetoricã conscripsit, & meditationes quasdam. De his omnibus vide plura apud Suidam.

NICOMACHVS, pen. corr. νικόμαχος, Nomen patris Aristotelis philosophi. ¶ Nicomachus quinque tradit Suidas: primum ex Alexandria Troadis, poëtam tragicum, qui scripsit tragœdias vndecim. Secundum Athenienfem, item tragicum, qui vicit Euripidem & Theognim. Nicomachum item medicum, Machaonis filium, Aesculapij nepotem, qui scripsit de medicina libros sex, & in Philosophia vnum. Reliquos

duos, patrem & filium Aristoteles ponit, ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physica patris. Sextum Nicomachum addit Plinius pictorem, Aristodemi filium & discipulum, qui pinxit tapetum Proserpinæ (quæ tabula fuit Romæ in delubro Mineruæ in Capitolio, supra ædiculam luuentutis) Scyllámque quæ erat in templo pacis. Autor Plin. lib. 35. cap. 2.

NICOMEDES, νικομήδης, penult. product. Nomen proprium regis Bithyniæ, Romanorum amici, qui olim raso capite sumpsit pileum, & se Romanorum libertum vocauit. Hic in adolescentia eo nomine malè audiuit, quòd turpi obsequio sibi Cæsarem crederetur conciliasse.

NICOMEDIA, νικομήδεια. Vulgo *Nichor*, nautis *Comidia*. Ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. In huius ciuitatis villa Magnus Constantinus obiit: qui quum vellet in Iordane fluuio baptizari, atque idcirco Hierosolymam peteret, morte præuentus ab Eusebio Nicomediensi episcopo, Arianæ perfidiæ sectatore, baptizatus est. Quæ res Christiani principis fidem apud plerosq; in dubium vertit. Sed non est verisimile eum principem qui per omnẽ vitam suam Arriani dogmatis hostis fuerat, in extremo spiritu ei dementiæ consensisse, quam summo studio de suo Imperio prius eliminauerat.

NICONIA, æ, νικωνία, Oppidum est Ponti, ad Istri fluminis ostia: cuius incolæ dicuntur Niconiatæ. Autor Stephanus, & Strabo lib. 7.

NICOPHANES, νικοφάνης, pennult. corr. Nomen pictoris insignis, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 10. Annumeratur (inquit) his & Nicophanes, elegans & concinnus, ita vt vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum, impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei & grauitas attis.

Nicophoros, νικηφόρος, Frutex est, ex generibus hederæ, alio nomine Smilax appellatus. Vide Plin. lib. 24. cap. eod.

NICOPOLIS, νικόπολις, Vulgò *Prenesa*, Ciuitas Epiri, à victoria Augusti sic appellata, qui quum Cleopatram, & M. Antonium apud Actium prælio superasset, in proximo litore vrbem condidit, & à victoria sua Nicopolin appellauit. ¶ Est & Nicopolis alia in Bithynia: item tertia in minori Armenia: & quarta inter Ciliciam & Syriam, ab Alexandri victoria ita appellata, qui ibi Darium superauit, quum antea Illus diceretur.

NICOSTRATA, νικοστράτη, Euandri mater, quæ, quòd fatidica esset, à carminibus Latinè Carmentis est appellata.

NICOSTRATVS, νικόστρατος, Macedo, orator inter decem secundus, tempore Marci Antonij & Dionis Chrysostomi, & Aristidis oratoris æqualis, scripsit nonnulla, vt autor est Suidas. ¶ Fuit item alter Nicostratus, poëta comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnosoph. ¶ Nicostratus citharœdus, & Laodocus, quum inter se certarent, dixit Nicostratus Laodocum esse in magna arte paruum, se autem in parua magnum: sapiúsque non domum diuitiis, sed artem studio & diligentia augere. Aelianus de varia historia.

Nicto, as, Ad canes pertinet, quum sentiunt odorem leporum, seu perdicum. {γίζω. Ital. *Cennare, accennare.* Gal. *cligner les yeux.* Hisp. *Hazer ò dar señal con los ojos.*} Plaut. in Asin. Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Plin. lib. 11, Plerisque verò naturale est, vt nictare non cessent, quos pauidiores accepimus. Pro eodem etiam legitur Nictor deponens. Ibidem cap. 37, Grauiores alitum inferiore gena conniuent, eædem nictantur ab angulis membrana obeunte. ¶ Nictari (inquit Festus) est oculorum, & aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari. Lucr. lib. 4. Hic vbi nictari nequeunt, insisteréque alis. ¶ Hinc deducuntur verbalia, Nictatio, & Nictus. Cæcilius in Pugil. Tamen inter laudandum hunc tumidum Tremulis palpebris percutere nictu: hic gaudere & mirarier. ¶ Compositum est, Annicto, quod est nictu alicui quippiam significo. ἐφηλλομαι, Festus, Annictat, sæpe leuiter oculo annuit.

Nictatio, Oculorum conclusio, & apertio. {γίνη. Ital. *Esso cennare con gli occhi.* Gal. *cligneement des yeux.* Hisp. *Obra de hazer ò dar señal con los ojos.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quæ animal generant.

Nidamentum, Locus vbi nidulantur aues, apud Plaut. in Rud. In nemore mille hodie nidamenta congerer.

Nideo, des, dui, cuius compositum Renideo in frequentiori est vsu. {λάμπω. Ital. *Splendere.* Gal. *Resplandir, reluire.* Hisp. *Resplandescer.*} Et modò significat splendeo. Stat. lib. 10. Theb. Emicat effigies, & sparsa orichalca renident. Plin. lib. 7, Neque in recessu gemmæ, aut in deiectu renident. Horat. lib. 2. Carm. Non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Modò redoleo: vnde Nidor oris, de quo infrà.

Nidus, nidi, Auium domicilium, à nidore (vt putatur) quòd mali odoris sint auium cubilia. {νοσσιὰ, νεοττιὰ. Ital. & Hisp. *Nido.* Gal. *Vn nid.*} ¶ Quandoque tamen Nidus accipitur pro fœtu auium, quasi continens pro contento. Virgil. 4. Georg. -ipsæque volantes Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. ¶ Quandoque pro quodam vasis genere, à nidorum similitudine. Varro, Lymphaque è lacuna fontium allata nidos implent. ¶ Et Nidi dicuntur in quibus merces in tabernis separatim tenentur. νίκιον. Martial. lib. 1. De primo dabit, alteróve nido Rasum pumice, purpuráque cultum.

Nidulus, diminutiuum, Paruus nidus. {νοσσίδιον. Ital. *Nidetto.* Gal. *Petit nid.* Hisp. *Pequeño nido.*} Gell. lib. 2. cap. 29, De auiculæ nidulo lepidè, atque iucundè præmonet.

Nidifico, cas, Nidum facio. {νοσσεύω. Ital. *Far nido.* Gal. *Faire vn nid, nicher.* Hisp. *Anidar ò hazer ò poner nido.*} Virgil. in quodam Epigramm. Sic vos non vobis nidificatis aues. Columel. lib. 8. cap. 15, Pedalia in quadratũ cubilia, quibus nidificent aues.

Nidulor, aris, pen. corr. Idem quod nidifico. νοσσεύω. Plin. lib. 11. Aliud rursus eorum genus, qui è fimo ingentes pilas auersis pedibus volutãt, paruóque

paruósque in his cõtra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur. ¶ Aliquãdo est quis incubare. Varro. Deinde dies illos, quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur. eos quoque septem esse dixit.

Nidor, oris, ‡ ὀσμὴ κνισσώδης. Ital. *Odore de cosa arrostita.* Gal. *L'odeur & flair de quelque chose qui est au feu ou bruslé.* Hisp. *Odor suaue del manjar.* ‡ Odor res adustæ: vt apud Virgil. -illi ingens barba reluxit, Nidorémque ambusta dedit. ¶ Proprié tamen de carnibus assis in culina, & cæteris epulis coctis dicitur, à nitore ignis. Martial. libro 1. Pascetis & nigræ solo nidore culinæ. ¶ Dicitur & de stercore. Apul. libro 4, Alios putore nidoris fœtidi à locis scapulis abegissem. ¶ Interdum pro tisu. Horatius 2. Serm. Saty. 7. Nasum nidore supinor. Sic enim Porphyrio interpretatur. Acron verò, Nasum (inquit) nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à nimio odore tractum.

Nigella, æ, μελάνθιον. Frutex est pusillus, ramulis tenuibus, altitudine palmorum duorum, foliis paruis, senecionis herbæ similibus, in cacumine capitulum habens exiguum, ceu papaueris, in quo semen nigrum, acre, odoratum includitur. In officinis etiam hodie nomen seruat: à Gallis *Poyureta* appellatur.

Niger, Nigredine coloratus. ‡ μέλας. Ital. *Nero, oscuro, moro.* Gal. *Noir.* Hispa. *Negro, escuro.* ‡ Cicc. 2 de Diuin. Nescio, quî ille diuinus si oculis captus fit, vt Tiresias fuit, possit quæ alba sint, quæ nigra, dicere. Plautus in Capt. Macilẽto ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris. Ouid. Epistol. 17, Ipsa vides cælum pice nigrius, & fœta ventis Turbida. Virgil. 4. Georg. Et nigram mactabis ouem, lucúmque reuises. Vua nigerrima, Catullus Epigram. 17. ad Coloniam. ¶ Per translationem tamen ponitur quandoque pro mortuo. Iuuena. Saty. 1, Instituítque rudes melior Locusta propinquas Per famam & populum nigros efferre maritos. ¶ Quandoque pro noxio. Virgil. 2. Georg. -& nigris exesa chelydris Creta. ¶ Quandoque pro malo. Iuuenal. Satyr. 3, Nigrum in candida vertunt. Solebant enim prisci quod bonum & laudabile erat, creta vel alba linea notare: contrà, quod turpe fuisset, nigra signabant: vnde Persius, Quæque sequenda forent, & quæ vitanda vicissim, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti Nigerrimus superlatiuus. Plin. libro 15. cap. 25, Ceraforum Aproniana maximè rubent, nigerrima sunt Actia.

Nigellus, a, um, Subniger. ὑπομέλας. Ital. *Alquanto nero.* Gal. *Vn peu noir.* Hispa. *Negro vn poco.*

Nigredo, inis, & Nigrities, ei, & Nigritia, æ, ‡ μελανία, μελανότης. Ital. *Nigrezza.* Gal. *Noirceur, noireté.* Hispani. *El negror.* ‡ Ipse color niger: vnde Plinius, Capillorum nigritiam dixit. Idem libro 9. cap. 26. Nimiæque eius nigritiæ dat austeritatem. Idem libro 13. cap. 9, Materies nigritia nihil differens à loco. Cornel. Celsus libro 8. cap. 2, Si autem nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis transit, oportet excidi.

Nigritudo, inis, Idem quod nigredo. μελανότης. Plinius libro 10. cap. 36, Nulla Veris initio apparet nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. De passeribus.

Nigreo, es, ‡ μελαίνομαι. Ital. *Esser nero, farsi nero.* Gal. *Deuenir noir, se noircir, estre noir.* Hispani. *Ennegrescerse.* ‡ Niger sum: à quo Nigresco, niger fio. Claud. libro 3. de Rap. Proser. Nunc sibi mutatas liceat nigrescere vestes. Colum. lib. 12. cap. 48, Oliuæ quum nigruerint, nec adhuc maturæ fuerint, sereno cælo, distringere manu conuenit. Plin. lib. 8. cap. 32, Tunc rostra eorum nigrescunt. Virgil. 11. Aeneid. -& tenebris nigrescunt omnia circum. Aequora nigrescũt ventis, Ouid. 1. Trist. Eleg. 3. Cælum nigrescit ab Austris, Idem 5. Fast. Venæ nigrescunt sanguine, Ouid. 3. de Arte.

Nigro, as, Nigrum facio. ‡ μελαίνω. Ital. *Far nero.* Gal. *Noircir, faire noir.* Hisp. *Negreguear á otra cosa.* ‡ Lucr. lib. 2, Aut ea quæ nigrant, nigro de semine nata. ¶ Vnde Denigro, as. Hieronymus, Denigrata est facies. ¶ Interdum est nigrum esse. Colum. lib. 7, Parandi sunt boues nouelli, quadrati, magnis membris, cornibus proceris, & nigrantibus, & robustis, &c. Plin. lib. 9. Rubeus color nigrante deterior.

Nigror, oris, Ipsa nigredo. ‡ μελανία. Ital. *Nerezza.* Gal. *Noirceur.* Hispani. *Negrura.* ‡ Cicero libro 1. de Diuin. Noctisque & nimborum occæcat nigror.

Nigrefacio, is, ‡ μελαίνω. Ital. *Far nero.* Gal. *Noircir, faire noir.* Hispa. *Hazer negro.* ‡ & Nigrefio, μελαίνομαι, notæ significationis.

Nigrico, cas, penult. corr. Aliquãtum niger sum. ‡ ὑπομελαίνομαι. Ital. *Esser nerezza, oscurir.* Gal. *Estre noir ou tirer sur le noir.* Hisp. *Negreguear por de fuera.* ‡ Plin. lib. 10. cap. 3, Viribus præcipua, colore nigricans, fola aquilarum fœtus suos alit. Id est aliqua nigredine tincta, vel subnigra. Idem lib. 9. cap. 38, Color sanguinis concreti nigricans aspectu.

NIGIDIVS, Figulus, Philosophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæsaris tempore. Hic, teste Gellio, multa de re Grammatica edidit volumina, quæ ad nostra secula non peruenerunt.

NIGRIS, νίγρις. Fluuius est interioris Aethiopiæ, eiusdem cum Nilo naturæ. Nam & calamum gignit, teste Plin. lib. 5. cap. 8, & papyrum, eiusdémque generis animantes, quæ in Nilo gignuntur, iisdémque etiam temporibus augescit. Dictus Nigris propter solitudines nigri puluere tempestatis augescit. Dictus Nigris propter solitudines nigri puluere tempestatis, eminentibus interdum velut exustis cautibus. ¶ Stephanus Nigretis, eminentibus interdum velut exustis cautibus ¶ Stephanus Nigretem, νίγρην, appellat, accolásque ipsos Nigretas: quorum meminit & Strabo lib. vlti. Plin. lib. 5. cap. 8, Nigritas nominat. ¶ Item Nigris fons est in Aethiopia, quem nonnulli caput Nili esse autumauerunt. Vide Plinium lib. 5. cap. 9.

Nihil, vide NIHILVM.

Nihilum, ‡ οὐδέν, οὐδὲν ἕν. Ital. *Niente.* Gal. *Rien.* Hispa. *Nada.* ‡ Ex Non, & Hilum, componitur: quod, autore Festo, significat illud quod grano fabæ adhæret. Cicero 1. Tuscul. Tum illud quod Sysiphus versat saxum, sudans nitendo, nec proficit hilum. ¶ Inde fiunt Nihilum & Nihil per apocopen, quæ significant quantitatis priuationem, vt Nihil vini habeo. ¶ Inuenitur etiam pro aduerbio negandi positum. Terent. in Andr. Nihil circuitione vsus es, id est non. ¶ Inuenitur etiam Nihili, οὐδενὸς ἄξιον, indeclinabile, & trium generum, quasi qui ne hili quidem, οὐδενὸς ἄξιον, indeclinabile, & trium generum, quasi qui ne hili quidem, hoc est nullius pretij, aut vtilitatis. Cicero 4. Tuscul. Nequitia ab eo quòd ne quicquam sit in tali nomine, ex quo idem Nihili dicitur. Possit tamen non absurdè Nihili, in huiusmodi locutionibus genitiuus à Nihilum existimari.

Nihildum, Id est noodum, vel nihil adhuc. ‡ οὐδέπω. Ital. *Niente fin hora.* Gal. *Rien encor.* Hisp. *Aun no.* ‡ Cicer. Cæs. Et quãquam nihildum audieramus, nec vbi esses, &c.

Nihili facio, Nihil æstimo. ‡ οὐδενὸς ποιοῦμαι, οὐδὲν τίθεμαι. Ital. *Apprezzare niente.* Gal. *Ne faire ou tenir conte de quelque chose, ne l'estimer rien.* Hispani. *Estimar nada.* ‡ Plautus in Mili. Sed me excepit, nihili facio quid faciat exteris.

Nihilipendo, is, ere, Idem quod nihili facio. οὐδενὸς ποιοῦμαι. Plaut. in Mostel. Video te nihil pendere omnes homines præ Philolache.

Nihilominus, Nõ minus. ‡ οὐδὲν ἧττον Ital. *Non meno.* Gal. *Neanmoins, ce non obstant.* Hisp. *No menos.* ‡ Cicc. Figulo, Tamen nihilominus eis conficior curis, vt ipsum quod viuam, peccare me existimem.

Nil, Per syncopen factum est à Nihil. ‡ οὐδέν. Ital. *Niente.* Gal. *Rien.* Hispa. *Nada.* ‡ Et modò nomen est, vt Nil bonitatis Modò aduerbium. Terent. in Andria, Nil me fallis.

Nilion, νίλιον. Gemma est colorem habens fumidæ topazij, aut aliquando melleæ. Plin. libro 37. cap. 8. India & has generat, & nilion fulgore hebeti, & breui, & quum intueare, fallaci. Est autem color fumidæ topazij, aut aliquando melleæ. Iuba in Aethiopia gigni tradit, & in litoribus fluminis, quem Nilum vocauimus, & inde nomen trahere.

NILIS, νειλίς. Lacus est inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ stagnantes efficere creduntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 9.

NILVS. νεῖλος, Aegypti fluuius, à Nileo rege sic dictus, vel à nouo inferendo luto, quòd sua inundatione totam feracem reddat Aegyptum. Vnde Seruius, Nilum dici existimat, quasi νέον ἰλὺν, hoc est nouum trahentem limum, quo oblimet, hoc est limo obthuret Aegyptum, & oppleat. Vnus est ex maioribus totius orbis fluuiis, à quibusdam Geon dictus, quasi terra, antea Melo vocabatur. Habet septem ostia. Virg. 6. Aeneid. Et septemgemini turbant trepida ostia Nili. Nomina ostiorum hæc sunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharniticum, Mendesicum, Taniticum, & Pelusiacum. Nascitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longé ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem vocant Nilidem: deinde condit se itinere aliquot dierum, rursúmque erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæsariensi, iterúmque arenis receptus, per deserta viginti dierum spatio fertur ad proximos Aethiopas, & denuo prosilit fonte, qui Nigris dicitur. Inde Africam ab Aethiopia disterminans, móxque Aethiopas medios secans, pleraſque insulas facit, quarum clarissima est Meroe, cuius Metropolis etiam Meroë vocatur. Aethiopes Astapum vocant, quod illarum gentium lingua significat aquam è tenebris profluentem. Circa Meroën in duo dispergitur brachia, Astabores læuo alueo dictus, dextro Astusapes: nec ante, quàm se concordibus aquis iunxerit, Nilus appellatur. Postremò septem (vt dictum est) ostiis exonerat se in mare Aegyptium, Aegyptique inferiorẽ partem, dextra, lævaque diuisus, amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco: propter quod aliqui Aegyptum inter insulas posuere, ita se diuidente Nilo, vt triquetram terræ figuram faciat, Ideirco multi Aegyptũ à Δ Græcæ literæ similitudine Delta vocauerunt. Augetur Nilus circa æstiuum solstitium mirum in modum, & per totam spatiatus Aegyptum terram pluuiis omnibus destitutam aquis suis irrigat, fœcundissimóque limo obducit. Causas incrementi Nili vide apud Luca. lib. 10. ¶ A Nilus fiunt adiectiua, Niloticus, a, um, νειλῶος: vt, Nilotici pisces: & Niliacus, a, um, νειλιακός, penul. corr. Martialis, Niliacis primùm puer hic sit natus in oris. ¶ Nili quoque apud veteres captuntur pro fossis seu canalibus, quæ spectaculis circundari solent, aut quibus aqua ad priuata ædificia duci consueuit: qualibus etiam hodie videmus magnatum insulas esse cinctas. Cicc. 1. de Legib. Ductus verò aquarum, quos isti Euripos, & Nilos vocant. Vide latius in dictione Euripus.

Nimbus, bi, Repentina & præceps pluuia. ‡ καταιγίς, ὄμβρος. Ital. *Pioggia subita, nembo.* Gal. *Vne gillée, vne ondée de pluye froide qui vient tout à coup.* Hispa. *Nuuada de lluuia, ó viento rebuelto con agua.* ‡ Liuius 1. ab Vrbe, Subitò coorta tempestas cum magno fragore tam denso regem operuit nimbo, vt conspectum eius concioni abstulerit. Ouid. 1. Metamor. -densi funduntur ab æthere nimbi. Virgil. 1. Aeneid. Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cælum Abstulit. ¶ Ponitur & pro vento. Virgil. 1. Aeneid. Nimborũ in patriam, loca fœta furentibus austris, Aeoliam venit. ¶ Interdum pro nube, νέφος, qua dij dicebantur in terras descendere. Lucilius, Cum nimbo cælitus descendit Iuppiter. ¶ Nimbus item, vasis genus, quo vina, vnguenta, & alij liquores funduntur. Martia. lib. 14, A Iove qui veniet, miscenda ad pocula largas Fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit.

Nimbosus, a, um, ‡ ὀμβρώδης. Ital. *Piouoso.* Gal. *Pluuieux.* Hisp. *Lluuioso.* ‡ Virg. 1. Aene. Fluctu nimbosus Orion. id est pluuiosus, ventosúsve. Plin. lib. 18. cap. 11, Campus est montibus subiacens nimbosis. Virg. 5. Aeneid. Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis.

Nimbifer, Hoc est ferens nimbos. ὀμβροφόρος.

Nimbatus, a, um, Vnguentatus, siue vnguento perfusus, à nimbo vase. Plautus in Pœn. Quàm magis aspecto, tam magis est nimbata, & nugæ merx.

Nimirum, aduerbium confirmandi, hoc est Sine dubio, certè, videlicet, nempe, ‡ δῆτα, δηλαδή, ἀμέλει, ἦτα. Ital. *Certamente.* Gal. *Certainement.* Hisp. *Ciertamente.* ‡ Componitur ex particula Ne (qua veteres vtebantur pro Non) & Mirum: quasi dicas, Mirum non est. Cicc. Attic. Itaque nimirum hoc illud est quod Cæsar scripsit, se velle vti consilio meo. ¶ Aliquando ad responsionem adhibetur. Quintil. lib. 12. cap. 1, Demos id, quod nullo modo fieri potest, idem ingenij, doctrinæ, studij, pessimo atque optimo viro, vter melior dicetur orator? nimirum, qui homo quoque melior.

Nimis, Supra modum, plus satis. ‡ λίαν, ἄγαν. Ital. *Troppo.* Gal. *Trop.* Hispa. *Muy mucho.* ‡ Terent. in Andr. Nequid nimis. Cicc. 1. de Orat. Non fumus nimis auidi: tua ista mediocri eloquentia contenti fumus.

Nimium, Nomen pro aduerbio. ‡ ἄγαν. Ital. *Troppo.* Gal. *Trop.* Hisp. *Muy mucho.* ‡ Terent. in Adelph. Nimium istòc abisti: hic propter hunc assiet. Cicc. 4. Acade. De quo nimium diu etiam disputo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nimio, Ablatiuus, comparatiuis solet iungi. Cic. ad Atti. lib. 10, Sed quia te nimio plus diligo. Plautus in Bacch. Quem ego sapere nimio censui plus, quàm Thalem. Ibidem, Vixisse nimio satius est, quam viuere.

Nimiopere, penult. corr. Aduerbium eadem forma dictum, qua Magnopere, & Minimopere. {Λίαν, ἐκ περισσοῦ. Ital. *Grandemente.* Gal. *Grandement.* Hisp. *Mvymucho, grandemente.*} Cicc. in Paradox. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant.

Nimirum, aduerbium, Idem quod nimis, supra modum & interdum idem quod valde. Ἄγαν. Plaut. in Milite. -nam nulli mortali fcio Obtigisse hoc, nisi duobus, tibi & Phaoni Lesbio, Tam nimirum vt amarentur.

Nimius, a, um. Quod modum excedit. {Ὑπερβάλλων. Ital. *Troppo, intemperato.* Gal. *Desmesuré, qui est trop excessif.* Hisp. *Demasiado.*} Plaut. in Milite. Nimia est miseria, pulchrum esse hominem nimis. Terent. in Heaut. Nulla adeò ex re illuc fit, nisi ex nimio otio. Nimius animi, ἄγαν μεγαλόψυχος, nimium magnanimus. Liuius, Manlius nimius animi, quum altos principes spernaret, &c. Sermonis nimius erat. Tacit. libro 19. Nimius in decernendis honoribus, & tanquam prodigus, Cicc. Bruto libro 5. Epist. Nimium absolutè, Cicc. 4. Tuscul. Nam quod aiunt, nimia resecati oportere, naturalia relinqui: quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit?

Nimietas, atis, pro superfluitate. {Ὑπερβολή. Ital. *Superfluità.* Gal. *superfluité, trop grande abondance.* Hisp. *Mvchedumbre ò demasia y superfluedad.*} Colum. lib. 6. cap. 24, Naturalia congruunt desyderia, quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt. Plin. lib. 14. cap. 6, Exoleuit hoc quoque nimietate copiæ.

Ningo, gis, vel Ninguo, is, xi, Niue pluo. {Νίφω. Ital. *Neuigare, nevare.* Gal. *Neiger.* Hispa. *Nevar.*} Priscianus, Ninguo quoque ninxi: vnde & Nix, ficut à duxi Dux, à texi Rex. Virgil. lib. 3. Georg. Interea toto nõ secius æquore ninguit. Sunt qui Ninguo dictum velint à ningue, cuius nominatiuus erat Ninguis, quod antiqui pro niue vsurpabant. Lucret. Albas effundere ningues. Apuleius in 1. Herma. Aspera hyems erat, omnia ningue canebant. Nunc dicimus Nix, χιών: de quo suo loco.

Ninguidus, a, um, Idem quod niuosus, vel niue abundans. {Νιφόεις, χιονώδης. Ital. *Neuoso.* Gal. *Neigeux, plein de neiges.* Hisp. *Cosa nevada ò llena de nieue.*} Ausonius ad Paulinum, Barcino me bimaris ninguida linquit Oppida Iberorum.

NINIVE, es, *nini.* Suidæ, pen. corr. Vrbs Assyriorum ad Tigrim fluuium sita, ita appellata à Nino conditore Beli filio. August. lib. 15. Ciuit. Ninives ciuitatis magnæ Ninus Beli filius cõditor: vnde nomen ex illius nomine dernatum est, vt à Nino Ninive vocaretur. Populi in ea habitantes, Niniuitæ, *uidi'tæ*, penultima producta, dicũtur. Ptolemæus in descriptione Assyriæ vrbem hanc Ninum, *nînos* appellat: quo nomine ferè ab omnibus rei geographicæ scriptoribus censetur. Vide Plin. lib. 6. cap. 26, & Strabonem in principio lib. 16.

MINOE, es, *ninoe.* Cariæ oppidum est, aliàs Aphrodysias appellatum, Lelegum Pelasgorum colonia, si Stephano credimus.

NINVS, nĩ, Beli filius, & maritus Semiramidis, primus Assyriorum rex. Nam Belus solam habuit Babylonem, Ninus verò totam Assyriam.

NIOBE, *niobe.* Nomen filiæ Tantali, sororis Pelopis, vxorisque Amphionis, quæ in saxum versa est ex dolore, vt poëtæ fingunt, quum ex fecundissima matre ad orbitatem redacta, extinctos vidisset filios, filiasque omnes, quos Apollo & Diana sagittis confixerant. Quæ in saxum versa dicitur, quoniam ex nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapidescens malis distinguit. A Statio in syluis Sipyleia mater dicta Niobe, quoniam facta saxea turbine venti in Sipylum patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis Liquitur, & lachrymis etiam nũc marmora manant. ¶ Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iupiter Osirim suscepit, qui & Serapis dictus est.

NIPHATES, *niphates*, pen. prod. Mons supra Assyriam, ad finem maioris Armeniæ, Tauri pars, ex quo Tigris nascitur, vt refert Strabo lib. 11. Virg. 3 Georg. Addam vrbes Asiæ domitas, pulsúmque Niphaten. Dictus Niphates à niuibus, ἀπὸ τῶν νιφάδων, ἃ δὴ *niphas.*

NIPHAEVS, *niphæus*, Nomen viri proprium, ab equis interfecti, apud Virgil. 10. Aeneid.

NIPHE, es, *niphe*, Vna ex comitibus Dianæ, à niueo candore appellata. Ouidius 3. Metamorph. Excipiunt laticem Niphéque Hypanisque, Rhanisque.

NIPSA, æ, *nipsa*, Thraciæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Nipsæi, *nipsæi*, Stephanus.

Niptra, *niptra*, Dicuntur lauacra, à *niptra*, quod significat lauo: quo nomine dicta est tragœdia Pacuuij, quam citat Cic. 2. Tuscul.

NIREVS, *nireus*, Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium formosissimus fuit, quemadmodum Thersites omniũ maximè deformis. Ouid. lib. 4. de Põto. Tam mala Thersiten prohibebat forma latere, Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.

Nis, pro Nobis veteres scripsere, sicut Im, pro Eum. Festus.

NISA, æ, *nisa*, Oppidum Siciliæ, cuius meminit Thucyd. libro 3. ¶ Est & nomen puellæ rusticæ apud Virgilium in Pharmaceutria.

NISAEA, *nisæa*, Oppidum in sinu Megarico, vbi Megarensium erant naualia, teste Thucyd. lib. 2. ¶ Est item Nisæa, Parthyenes regio, cuius caput fuit Alexandropolis, ab Alexandro conditore ita appellata. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. Hæc regio præstantissimos alebat equos, qui ab ea Nisæi appellabantur, teste Strabone lib. 11.

NISAEA, (quod hîc pro Nymphæ nomine corruptè legebatur) vide NESAEA.

Nisi, *lὼ μὴ, ἐὰν μὴ*, Dictio exceptiua. Vide suprà NI.

NISIBIS, *nisibis*, Oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superauit, alio nomine Mygdonia appellata. Nisibym autem Antiochus fertur condidisse, & à nomine suo Antiochiam appellasse. Vide Plin. lib. 6. cap. 13.

NISAE, æ, *nisæ*, Bœotiæ oppidum est, apud Hom. in Catalogo nauium.

NISVS, *nisus*, Nomen regis Megarẽsium, qui (vt in fabulis fertur) à Scylla filia sua fatali capillo spoliatus, in auem sui nominis conuersus fuit. Virgil. 1. Georg. Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. ¶ Fuit & alius hoc nomine, Hyrtaci filius, indissolubili amicitiæ vinculo Euryalo cõiunctus: vt satis copiosè describit. Virgil. lib. 9. Aeneid.

Nisus, a, um, vide NITOR, eris.

NISYROS, penult. prod. *nisyros.* Homero, Insula est in mari Carpathio, vna Sporadum: quam Poëtæ fabulantur olim Coo adhæsisse, Neptunique sceptro inde fuisse auulsam. Vide Strab. lib. 10.

Nitedula, Nitella, vide NITEO.

Niteo, tes, nitui, Splendidus, cultus, politus sum. {Περιπεποίημαι. Ital. *Splendere, rilucere, esser polito.* Gal. *Estre poli & net, reluire de netteté.* Hispa. *Resplandescer, ser polido.*} Plautus in Pseud. Tibi hoc præcipio, vt niteant ædes. ¶ Nitere vnguentis, fulgere purpura, Cicero in Catil. Idem 4. de Finib. Illorum vides quàm niteat oratio.

Nitens, participium. {Λάμπων, λιπαρῶν. Ital. *Lampeggiante.* Gal. *Reluisant.* Hispa. *Resplandeciente.*} vt, Equi nitentes, Virgil. 6. Aene. Galeta nitens, Idem 9. Aeneid. Oculi nitentes, Idem 1. Aeneid. Astra nitentia. Ouid. 5. Fast.

Nitesco, is, ere, Nitidum fieri. {Λιπαρῶ. Ital. *Esser polito, lucere di mondizia.* Gal. *Estre poli & net, reluire de netteté.* Hisp. *Resplandescer, ser polido.*} Cic. 1. Tuscul. Cælum nitescere, arbores frondescere. Plin. lib. 37. cap. 12, Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu nitescũt, præcipuè Corsicæ. ¶ Composita sunt Enitesco, quod est clarè, seu valde niteo. ¶ Per translationem verò significat celebrem esse. Ἐνδοξῶ. Lib. 4. ad Heren. Nunc hoc signi est, ipsos artis scriptores non putasse vnum potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere. ¶ Hinc enitesco: de quo suo loco.

Nitor, oris, Splendor in quacunque re dicitur. {Λαμπρότης. Ital. *Splendore, politezza.* Gal. *Netteté, beauté reluisante, lueur, resplendissement.* Hispa. *Limpeza ò resplandor.*} Cic. in Catone. Tum Lysandrum intuentem purpuram eius, & nitorem corporis. Colum. libro 2, Verùm ex his maximè ferendum quod Robur dicitur, quoniam & pondere, & nitore præstat. Eloquij nitor. Ouid. 2. de Pont. Eleg. 2, Nunc tibi & eloquij nitor ille domesticus adsit, Quo poteras trepidis vtilis esse reis. Generis tui nitor, ibidẽ Eleg. 9. Marmorum nitor, Plin. lib. 12. cap. 1.

Nitidus, a, um, Splendidus, clarus, lucens. {Λιπαρὸς, λαμπρός. Ital. *Splendido, relucente.* Gal. *Resplandissant, net, bien poli.* Hisp. *Lucio, ò resplandeciente.*} Plaut. in Stic. Facite sultis, vt nitidæ ædes meæ sint, quum redeam domum. Idem in Mil. Tum autem illa ipsa est nimium lepida, nimisque nitida fœmina. Cic. in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, collustrata delectant. Columel. lib. 12, Fat quod appellatur Clusinum candidioris & nitidi coloris.

Nitiditas. Accius, Formæ nitiditate præcharus regi.

Nitidè, Nitidius, Nitidissimè aduerbium.

Nitidiusculè, diminutiuum, A Nitidius comparatiuo. προπεριλάμπως. Plaut. in Pseud. Neqi ego amatorem mihi inuenire vllum queo, Qui amet me, vt curet tandem nitidiusculè.

Nitido, as, Nitidum facio. {Λαμπύνω. Ital. *Rallustrare.* Gal. *Rendre ou faire net & reluisant.* Hispa. *Alumpar ò hazer luzir.*} Colum. lib. 12. cap. 3. Ferramenta detersa nitidentur, atqi rubigine liberentur.

Nitella, æ, Dicitur res quæ leuigat sordes, & expolit. {Κρόκωτρον. Ital. *Curadenti, nettadenti.* Gal. *Vn instrument d'atourner esse, curedent.* Hisp. *Mondadiente.*} Vnde Apuleius vtitur pro dentifricio, os ipsum & dentes honestante. Misi (inquit) vt petisti, tibi munditias dentium, Nitellas oris, ex Arabicis frugibus Tenuem, candificum, nobilem puluisculum Complanatorem tumidæ gingiuulæ, Conuerritorem pridianæ reliquiæ, Nequa videatur terra labes sordium, Restrictis forte si labellis risetis.

Nitedula, læ, Muris exigui genus, sicut docet Seruius. {Ἡ λεμμωτρόφος, ἡ λεμμωτρὶς, ἡ λεμμωτρίς. Ital. *Specie di topo picciolo.* Gal. *Vne espece de souris ou plustost ver luisant qui apparoist quand les blés sont meurs.* Hisp. *La luziernaga que luze de noche.*} Cic. pro Sestio, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extacta nitedula Rempub. conaretur arrodere. ¶ Est & Nitedula, cicindela, quæ noctu lucet.

Nitor, teris, nixus, & nisus, Conari sub onere. {Ἐρείδω. Ital. *Sforzarsi.* Gal. *S'efforcer.* Hisp. *Estribar, esforçarse.*} Virg. 3. Georg. Pòst valido nitens subpendere faginus axis Increpat. ¶ Interdũ incumbere, firmari, sustentari. Ἰσχυρίζομαι, ἐπικλίνομαι, ἀναπίπτομαι. Idem 6. Aeneid. Ille videt pura iuuenis qui nititur hasta. ¶ Ab hac significatione manauerunt elegantissimæ metaphoricæ locutiones, vt quum dicimus, Salutem, & vitam nostram in aliquo niti, hoc est fixam esse & repositam. Cic. pro Milone, Ei autem viro mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis. ¶ Niti gradu, apud Pacuuiũ legitur pro ambulare, Ardua (inquit) per loca agresti & trepidante gradu nititur. Niti alis, hoc est volare. Virgil. libro 4, Hic primùm paribus nitens Cyllenius alis Constitit. ¶ Interdum fulciti. Cic. lib. 1. Offic. Est igitur adulescentis maiores natu vereri, ex hisque deligere optimos ac probatissimos, quorum consilio atq; autoritate nitatur. Id est fulciatur, gubernetur, instituatur. ¶ Quandoque etiam significat dare operam, laborare, conari. πρᾶγμα. Terent. in Adelph. Quapropter nitar, experiar. Cic. de Senect. Moderatio modò virium adsit, & tantum quantum quisque potest, nitatur.

Nixus, a, um, participium, Idem quod innixus, vel incumbens, fultus, sustentatus. {Ἐρεισθείς, ἐρειδόμενος, πεφορημένος. Ital. *Appoggiato, sostenuto.* Gal. *Qui s'est appuyé.* Hisp. *Sostenido.*} Cicc. 7. Verr. Stetit soleatus Prætor pop. Romani cum pallio purpureo, tunicâque talari muliercula nixus in litore.

Nixus, us, substantiuum, Parturientium labor. {Ἡ πρόσπτωσις, ἡ ὠδὶς, vel ὠδῖνες. Ital. *Trauaglio de donna che s'affatica per partorire.* Gal. *Peine & trauail d'enfant.* Hisp. *El estribadero ò dolor del parto.*} Virgil. 4. Georg. -haud fœtus nixibus edunt. Gell. lib. 12. cap. 1, Quàm diutinum puerperium, & quàm laboriosi nixus fuissent. ¶ Dicitur etiam Nixus de alio quouis conatu. Quintil. lib. 2. cap. 13, Luctator, qui totius corporis nixum in id quod semel inuasit, incumbit.

Nixus, huius nixi, Sidus cæleste, quod Iulius Fir. Ingeniculum vocat. Ἰσχάδιον. Cicer. in Arato, Iam dextrum genus, & decoratam lumine suram Erigit, ille vagans vulgato nomine Nixus. Quem nocte extinctũ atque exortum vidimus vna. Ibidem, Hic ille exoritur conuerso corpore Nixus, Aluum, crura, humeros, simul & præcordia lustrans, Et dextræ radios læto cum lumine iactans. Hũc Higinus Herculem esse ait, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis Draconis dexterã partem opprimere conatur.

Nixurio, is, penult. prod. nixurij, Niti volo, seu cupio, aut conor facere. Φιλονεικῶ. Nigid. apud Nonium, Nixurit qui niti vult, & in conatu sæpius

pius aliquã re perpellitur.

Nixor,aris,nixus sum,nixari, Idem quod nitor,hoc est fulcior, sustentor,ἐπέιδομαι,στηρίζομαι. Lucr.lib.4. Et violare fidem primã, & conuellere tota Fundamenta, quibus nixatur auita, salúsque. Idem libro 3, Hoc est aduersò nixantem tradere monte Saxum.

Nitibundus,a,um, Vehementer nitens.πεφυσημένος ἰσχνός. Gell.lib.1.cap.11, Sed enim Achæos Hometus pugnam indipisci ait,nõ fidicularum, tibiarúmque concentu,verùm conspiratu tacito nitibundos.

NITRITES NOMOS,νιτριώτης νομός Straboni, Præfectura est in ea parte Aegypti, quæ est supra Memphim, nomen habens à duabus nitrariis, quæ plurimum ferunt nitri. Vide Plinium lib.4.ca.9.& Strab. libro 16.

Nitrum,ὑπέρον. Ital.*Nitro*. Gal.*Nitre*. Hisp.*Salitre*.ἁλὸς ἢ νίτρου,vt quidam putant, eo quòd abluendi, purgandique habeat facultatem: siue, vt alij malunt, à Nitria Aegypti regione, in qua copiosissimè prouenit. Non multùm distat à salis Ammoniaci specie, nonnullique existimant esse salis genus. Sicut enim salem in litore maris feruor conficit Solis, durando in petram aquas marinas, ita in nitrariis, vbi æstate pluuiæ prolixiores telluri infunduntur, ardor nimius aquas excoquit in petram sali simillimam, sed nihil gelidi rigoris, nisi salsi saporis habentem, quæ tamen iuxta naturam salis durare in caliditate, & nubiloso aëre fluere ac liquescere solet. Gignitur copiosissimè in Nitrite Aegypti nomo,aqua Nili in nitratias immissa: parcius apud Medos canescentibus siccitate conuallibus: præstantissimum autem in Clitis Macedoniæ. Dioscorides fossile præferre videtur, quod leuius est, & sine pondere, roseo colore aut albo, & spongiarum modo fistulosum. Putant nonnulli inter Nitri species esse numerandum, quod vulgi (vt opinor) vocabulo nonnulli *Sal nitrum*, alij *Salpetræ* vocant, eóque Pharmacopolæ pro nitro vtuntur: decepti corrupta Plinij lectione lib.31. cap.10. Sal nitrum sulphuri concoctum in lapidem conuertitur. Ita enim vulgò legitur: quum tamen castigatiora exemplaria sic habeant, Sal & nitrum sulphuri concoctum, &c. Verisimilius est itaque, illud quod hodie vulgò *Sal nitrum* vocant, veteribus fuisse incognitum, nouitiúmque esse inuentum, non ita pridem ad bellicorum tormentorum vsum excogitatum.

Nitrosus,a,um,νιτρώδης. Quod nitrum habet, vel nitri saporem. Plin.lib. 31.cap.10. Aquæ verò nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi. Nitrosus locus, Idem lib 20.cap.19.

Nitratia,æ,νιτρία, νιτρωρυχία. Locus vbi nitrum fit,aut effoditur.Plin.lib. 31.cap.10. Sunt ibi nitratiæ,in quibus & rufum exit à colore terræ.

Nitratus,adiectiuum,ἀνιτρώτος, Cui nitrum admistum est. Martia lib.13, Nitrata viridis brassica fiat aqua. Columel.libro 12.cap.55, Nitratam aquam suffundito.

Nivalis,Niueus, Vide NIX.

Niueo,es,nixi,nictum,à quo Conniueo. Vide in dictione NICTO.

Nix,nivis,Notæ significationis.χιών. Ital.*Neue*.Gal.*Neige*. Hisp.*La nieue*. Plin.lib.17.cap.2, Quando nix aquarum cælestium spuma est. Virg 10. Aegl. Pérque niues alium, pérque horrida castra secuta est. Niue candidiores equi, Ouid 8 Metamor. Eluctari niues. Tacit libro 19, Et vix quieto agmine niues eluctantibus, patuit quãtum discriminis adeundum foret. Capitis niues apud Horat.3. Car. Ode 13, pro capillis canis: -te quia rugæ Turpét, & capitis niues. ¶ Ab antiquis Ninguis appellabatur Lucret. Gelidas effundere ningues. Vide in verbo NINGO.

Niualis, & hoc niuale, Quod ad niuem pertinet,vt Niualia loca vbi niz abundat.χιονώδης,ψυχρώδης. Ital.*Neuale,neuoso*. Gal.*De neige*. Hispa.*Cosa de nieue,ò cosa fria*. Plin.libro 26.cap.8, Nascitur in petrosis, apricis,& iisdem niualibus. Niualis dies hoc est niuosus, quo scilicet plurimum niuis è cælo dilabitur. Liu.1. bell.Punic. Erat fortè brumæ remous, & niualis dies. Niualis aqua. Gell.Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse. Colum.lib.3.cap.1, Niuale cælum dixit,quod sæpe niues inducit: ait enim,Cælum porrò neque niuale vineæ,neq; rursus æstuosum desyderat. ¶ Osculum niuale, metaphoricῶς pro frigido. Martia.lib.7, Auder tu tamen osculo niuali Omnes obuius hinc & hinc tenere.

Niuarius,a,um,vt Niuarium colum.χόανος ἔκλυσις, ἢ χιὼν ἐκπιεζομένη, ἢ διήθησις. Ital.*Sacco da colar neue*.Gal.*On on met la neige ou par on la coule*. Hispa.*El coladero p.ra nieue*.}Bayfius,Colum niuarium,vas quo aqua ex niuibus colari solebat. Nos hodie colo vtimur ad lac colandum, & est vas ligneum quod fundum linteum habet annexum. Saccus niuarius. Plin.lib.24, Nitrosæ aut amaræ aquæ, polenta addita mitigantur, vt intra duas horas bibi possint. Qua de causa & in saccos niuarios additur polenta. Bayfius, Vtebantur Romani & sacco niuario, quo liquidius merum potarent:& erat lineus.

Niuatus,a,um, Quod est niue refrigeratum.ψυχρός. Ital.*Rinfrescato da neue*. Gal.*Rafreschi auec de la neige*. Hispa.*Refrescado ò cubierto de nieue*.} Sueton.in Nero.Refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstiuo niuatis.

Niueus,a,um, Quod est ex niue.χιονώδης. Ital.*Neuoso,ciò che è di neue*. Gal. *Neigeux,qui est de neige*. Hispa.*Cosa de nieue ò cosa blanca*.} vt, Massa niuea. Niueus liquor,Cice.2.de Diui.Virgil.3.Georg.Sed iacet aggeribus niueis informis,& alto Terra gelu latè. ¶ Quandoque pro candido ponitur: vt, Niuei dentes, Martia.lib.5, Niuei lacerti.Virgil.lib.8.Aene. Dixerat,& niueis hinc atque hinc diua lacertis Cunctantem amplexu molli fouet. Ebur niueum. Ouid.10. Metamor. Interea niueum mira fœliciter arte Sculpsit ebur,&c.

Niuosus,sa,sum,Idem quod niue abundans.χιονοβρῶν, χιονώδης. Ital. *Neuoso,cha abonda di neue*. Gal.*Neigeux,abondant en neiges*. Hisp.*Cosa llena de nieue*.} Colum.lib.2.cap.9, Ea locis prægelidis ac niuosis, vbi æstas est humida,& sine vaporibus rectè committitur. Niuosa hyems Liu.lib. 5.ab Vrbe, Niuosa grando, Liu.1.bel.Pun.Et mox aqua leuata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset,tantum niuosæ grandinis deiecit,vt omnibus omissis procumberent homines.

Nixurio,Nixus,a,um,Nixus,huius nixus,vide NITOR.

N ante O.

No,nas.naui,natum, Propriũ est piscium.νήχομαι. Ital.*Nuotare*. Gal.*Nager*.Hisp.*Nadar*.}Plin.lib.9.cap.17,de acipensere,Vnus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat. Quanquam & de aliis rebus dicatur in aqua fluitantibus. Ouid.1.Metam.Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones. Virgil.1.Aene. Apparent rari nantes in gurgite vasto. ¶ Nare sine cortice, prouerbialis metaphora est, de iis dicta solita qui suo iam matte sibi possunt consulere, nullo alieno egentes subsidio. Translatio sumpta est ab iis qui natandi nõ satis periti, suberis corticem corpori subiiciunt, donec eum in arte profectum fecerint vt cortice deinceps non egeant.

Nato,tas,Frequẽtatiuum est verbi No,nas. Nare autem,seu Natare,proprium est piscium.νήχομαι,νέω,κολυμβάω. Ital.*Nuotare*. Gal.*Nager*. Hisp. *Nadar*.} Martia.lib.1, Sacris piscibus hæ natantur vndæ.Cic.Tuscul.5, Natura bestias nantes aquarum incolas esse voluit. Nant, seu Natant tamen & volucres, & bestiæ, & homines etiam industria. Virgil.Aene. 1.Apparẽt rari nantes in gurgite vasto. Cic.de Natu.deor. In quo quidẽ magis tu mihi natare visus es,quàm ipse Neptunus. ¶ Colu.de Arbor.per translationem pro Serpere posuit. Alioqui etiam nouella vinea quæ ex resectione enata fuerit,vim inutilem habebit,summa parte terræ natantibus radicibus. ¶ Quandoqui pro Trepidare, Ouid.lib.6. Fast.Nox erat,& viuis oculisque animisque natabant. ¶ Quandoque pro Nauigare. Virgil.4. Aeneid. -& littore celsas Deducunt toto naues: natat vncta carina. ¶ Interdum pro Madere, manare seu diffluere. Cic. 2.Phil.3. Natabant pauimenta vino, madebant parietes,&c. Virgil.3. Aeneid. -saniéque aspersa natarent Limina.

Natatus,us,Ipse natandi actus.νῆξις. Ital.*Esso nuotare*. Gal.*Nagement*.Hisp. *Obra de nadar*.} Claud.lib.1.de Raptu Proserp. Lucus erat prope flumẽ Arim, quod candida præfert Sæpe mari, pulchróque secat Galatea natatu. Segnis natatus, Idem de Torpedine.

Natabula,ἐν νήχεσθαι. Ital.*Luoghi done si nuota*. Gal.*Lieux ou l'on nage*. Hispa. *Nadadero, lugar de nadar*.} ab Apuleio dicuntur natationes,hoc est piscinæ natatoriæ.

Narator,oris,verbale.κολυμβητὴς, νηκτὴς. Ital.*Che nuota*. Gal.*Nageur*. Hisp. *Nadador*.} Qui natat. Ouid.1.de Remed.amo.Pugnat in aduersas ire narator aquas.

Natatorium,& Natatio,à natando dicuntur,& à Græcis κολυμβήθρα, βαπτιστήρια dicuntur.

Natatilis,pen.corr.Qui natat,vel natare potest:sicut Volatilis,qui volat, vel volare potest.νευστὸς, πλωτός. Ital.*Che nuota*. Gal.*Qui peut nager*. Hisp. *Cosa de agua que puede nadar*.} August.lib.12. de Ciuita Talem ille creauit animam,qua per rationem & intelligentiam omnibus esse præstantior animalibus terrestribus,& natatilibus,& volatilibus,quę mentem huiusmodi non haberent.

Natarile,substantiuum, Locus est vbi natant pisces,aut anates,& similia. κολυμβόθρα, βαπτιστήριον. Ital. *Done nuotano pesci, anitre & simili*. Gal. *Le lieu ou nagent les poissons, canes ou canards*. Hispa. *Nadadero,donde nadan los pescados*.} Varro libro 3. de Re rust.cap.5, Circum salere & natatilia sunt excauata anatum stabula.

Natatitius,a,um,Quod natat, νευστὸς.

NOA, Syenitarum oppidum est ad Nilum fluuium, teste Plinio libro 6. cap.29.

NOAS,νόας. Thraciæ fluuius est,ex Hæmo monte nascens, & in Istrum influens. Autor Herod.lib.2.

Nobilis,le,Illustris,clarus,celeber,quasi noscibilis,à Noscoiude & pro noto ponitur.γνώσιμος, ἔνδοξος. Ital.*Nobile, chiaro,conosciuto*. Gal. *Noble, excellent,fort cognu*. Hisp.*Noble ò notable*.} Virgil.7.Aeneid.Est locus Italiæ medio sub montibus altis Nobilis. Sic illustris, Egregius, Insignis, Præcipuus,singularis cognitionis,non meriti aut laudis nomina sunt, quia tam de flagitiosis,quàm de claris dici inueniuntur. ¶ Nobilis itaq; pro eximio & excellenti in quacunq; re ponitur,siue bona, siue mala. De bona,vt quum ad generis dignitatem refertur.Sallust.in Catil.Nobili genere natus fuit. Cicer.1.de Diuin.Nobili loco natus. De mala, Liuius Nobilis ille clade Romana locus. Plautus in Rudente, Qui se scelere nobiles fieri volunt. ¶ Facinus nobile,idem quod insigne. Cice. 4. Verr.Accipite nunc aliud eius facinus nobile,& multis locis sæpe commemoratum. ¶ Homo omnium nobilissimus. Cicero Lentulo lib. 1.Epistola In te enim homine omnium nobilissimo similia inuidorum vitia perspexi. ¶ Inimicitiæ nobilissimæ. Liuius 9.bell.Macedo. Verum enimuero quum sint nobilissimæ tibi cum Consule inimicitiæ, quid ab eo quenquam expectare æquum est?

Nobilitas,atis, Quæ est generis, vel alterius rei excellentia & dignitas. εὐδοξία. Ital.*Nobiltà,fama,dignità per virtù*.Gal.*Noblesse excellence,bruit & renommée*. Hispa.*Nobleza ò hidalguia*.} Colum.lib.4, Deprehendi potest nobilitas in gestu. Cice.pro P.Sest.Omnes boni semper nobilitati fauemus:& quia vtile est Reipublicæ nobiles esse homines, dignos maioribus suis:& quia valet apud nos clarorũ hominum,& bene de Rep. meritorum memoria. His contraria sunt Ignobilis, ἄδοξος, & Ignobilitas, ἀδοξία. ¶ Nobilitas. Pro fama, & nominis celebritate. Cice.4. Acade.Studiosus nobilitatis fuit.

Nobilito,as,Nobilem facio, dignitatem addo,decoro.εὐδοκιμέω. Ital. *Nobilitare,far nobile*.Gal.*Anoblir,mettre en bruit & credit*. Hispa.*Ennoblecer ò hazer notable*.}Cic.de Senectu.Neq; enim ex te vnquam ex nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. Apuleius. Quem non excellentia generis,sed mores virtutésque nobilitauerunt. ¶ Aliquãdo notum facio. γνωρίζω. Cice libro 2.Offic.Testis est Phalaris,cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas. ¶ Nobilitare aliquem flagitiis. Terent.Eunu.Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas flagitiis, & eundem iudicas. Vbi Donatus, Duas res significat simul:& cogis flagitia facere,& facientem indicas.

Nobiliter,aduerbium,Insigniter,& decorè.εὐδόξως, εὐδοκίμως. Ital.*Nobilmente*. Gal.*Noblement,excellemment*. Hispa.*Noblemente ò notablemente*.} Plin. lib.14.cap.8, Possidonius qui & argentum cælauit nobiliter.

Noceo,es,cui,citum, Obsum,aut damnum, aut iniuriam alicui infero, aut fœlicitatem eius impedio.νοσέω, βλάπτω. Ital. *Nuocere*. Gal.*Nuire*. Hispani. *Empecer*.} Columel. libro 2. Non nocebitur ei nocturnis roribus, aliisve ex causis, dum à pecore & auibus vindicetur. Cicero 3. Offic.Eodem modo constitutum est, vt non liceret sui commodi causa nocere alteri. Ouid.5. Metamorph. -nocuit sua culpa duobus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virgil.10. Aegloga, Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra, Iunipeti grauis vmbra: nocent & frugibus vmbræ. Horat.1. Epistol.2, -nocet empta dolore voluptas. Plaut in Milite cum accusatiuo iunxit, Iura (inquit) te non nociturum esse hominem de hac re neminem. Nocere noxam. Liu.9. ab Vrbe, Atq; ob eam rem noxam nocuerunt. Nihil nocet. Cic.ad Attic.lib.12, De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus.

Nocetur, impersonale. Cicer.4. Verr. Confirmat his curaturum se esse nequid ei per filium suum noceretur.

Nocens, nocentis, participium, vel nomen. Qui iniuriam aut maleficium commisit, aut qui alteri nocuit, damnúmve intulit. {βλάπτων, ἀδικῶν. Ital. *chi nuoce ò danneggia, colpeuole.* Gal. *Nuisant & portant dommage.* Hispa. *Dañoso ò empecyente.*} Cic.1. Offic. Ita habendum est religioni, nocentem aliquando & nefarium, impiúmque defendere. Idem pro Sestio, Neque nocentes sunt, nec natura improbi. ¶ Hinc Nocentior. & Nocentissimus. Horat. Epistol.3, Edat cicutis allium nocentius. Ouid.1. Metamor. Iámque nocens ferrum ferróque nocentius aurum Prodierat. Cicer.2. Verr. Se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse. ¶ Innocentes, ἀνεπιλήπτους, οἱ μηδεμίαν ἁμαρτίαν ἔχοντες, qui ab omni iniuria maleficiótve abstinent. ¶ Innocentia, ἀκακία, ἀζημία, de quibus suis locis.

Nocenter, aduerbium. {βλαβερῶς. Ital. *Con nocimento, per nuocere.* Gal. *Auec nuisance, pour nuire.* Hispa. *Con daño ò empecimento, para empecer.*} Columel. libro 8. cap.2, Robusta crura, nec longa, sed infestis velut fudibus nocenter armata.

Nocuus. Qui nocet. {βλαβερός, σίνηος. Ital. *Che nuoce, nuocente.* Gal. *Qui blesse & nuit, nuisant.* Hisp. *Cosa dañosa ò empecyente.*} Cicer.3. de Legib. Magistratus nec obedientē & nocuum ciuem mulcta, verberibus, vinculisque coërcento ¶ Innocuus, ἀβλαβής, qui non nocet. Quandoque tamen passiuè sumitur pro eo cui non nocetur. Sed de hoc suo loco.

Nocteſcere, Noctu, vide NOX.

Noctua, æ. Auis à tempore nobis dicta, quo gemit, vel volat. {γλαυξ. Ital. *Ciuetta.* Gal. *Hibou ou chatuant.* Hisp. *La lechuza.*} Plin.lib.10. cap.17, Noctuarum contra aues solers dimicatio: maiore circundatæ multitudine resupinæ pedibus repugnant: collectæque in arctum, rostro, & vnguibus totæ teguntur. ¶ Noctuas Athenas ferre, prouerbio dicuntur ij, qui eò rem aliquam afferunt, vbi eius maxima est copia. ¶ Ferunt enim, noctuarum maximam vim Athenis esse.

Nodia, Herba est (inquit Plin.lib.24. cap.19.) coriariorum officinis nota, quæ alio nomine Mularis dicitur. Nomas curat, efficacissimámque ex vino aut posca pota, aduersus scorpiones vim habet.

Nodus, di. Propriè ligatura quæ non facilè soluitur. {δεσμὸς. σύνδεσμος. Ital. *Nodo, groppo.* Gal. *Vn neud.* Hisp. *El nudo.*} Cicer. de Vniu. Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum, vinculúmque desyderant. Virgil.8. Aeglo. Necte tribus nodis ternos Amarylli colores. Idem 1. Aeneid. Nuda genu, nodóque sinus collecta fluentes. Horat.3. Carm. Ode 21, Segnesque nodum soluere Gratiæ. ¶ Nodus Herculeus, prouerbij speciem habet pro vinculo arctissimo, & quod non facilè solui possit. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus ostendisse, in quo neque principium neque finis appareret: propter quod posteris & admirationi fuit, & religioni: eóque nectendi genere vti solent in obligandis vulneribus. Plin.libro 28. cap.6, Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quanto ocyor medicina est. Huiusmodi etiam nodo, autore Festo, nouæ nuptæ cingulum, boni ominis causa vinciebatur, quem maritus deinde in lecto soluebat: quo commento significare volebant, indissolubile futurum earum nuptiarum vinculum. Vide de hoc plura in Erasmi Adagiis. ¶ Dicitur præterea nodus in arbore, & in digito, eminens ille callus, vbi veluti colligati simul rami esse apparent. σπαθή. Colum.lib.5, Eius imam partem, quam in terram demissurus es, acutissima falce iuxta nodum rotunda plaga amputato. Liu.1. ab Vrb. Baculum sine nodo aduncum tenens. ¶ Arundinei nodi, Claudianus de Torpedine. ¶ Corporum nodi, pro articulis. Plin.lib.11. cap.37. Nerui nodos corporum, qui vocantur articuli, aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes. ¶ Crura sine nodis, Cæs.6. bell. Gal. ¶ Articulorum nodi. Plin.libro 11. cap.37. Sed quibus ceruix è multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circumspectum, articulorum nodis iungitur. ¶ Accipitur & Nodus pro ænigmate, vel quæstione aliqua difficili, & generaliter pro quacunque difficultate. Cælius ad Cic. Fam.8. Incideramus enim in difficilem nodum. Idem Attic.lib.5, Dum hic nodus expediatur. Hinc est vetus illud prouerbium, Nodum in scirpo quæris: quod dici solet in homines vehementer scrupulosos, & anxios, qui etiam in re facillima scrupulum inueniunt. Tractum est prouerbium á leuitate scirpi, quē constat omni prorsus carere nodo. Terēt. in Andr. At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. P. dignus es Cum tua religione odio: nodū in scirpo quæris. ¶ Nodus item in exercitu dicitur densa peditum multitudo, quòd non facilè possit resolui. ¶ Cæleſtis nodus, sydus piscium olim dicebatur. Cicero in Arato, Quam veteres soliti Cæleſtem dicere nodum. ¶ A nodis fiunt Enodis, ἀδιάβατος. Inenodabile, Internodium, de quibus diximus suis locis.

Nodulus, diminutiuum. {δεσμάριον. Ital. *Picciolo nodo.* Gal. *Petit neud.* Hispa. *Pequeño ñudo.*} Plin.lib.25. cap.1, Dein nudantibus se nodulis in fæce nigri vini, vel Græci, mense Martio macerantur.

Nodosus, a, um, Quod multos habet nodos. {πολύσπαθος. Ital. *Pieno de nodi, nodato.* Gal. *Noueux, noueilleux, plein de neuds.* Hisp. *Cosa llena de ñudos.*} Lucanus libro 8, Tunc nervos, venásque secat, nudosáque frangit Ossa. Ouidius 1. de Pont. Elegan. 2, Tollere nodosam nescit medicina podagram. Horatius 2. Sermo. Satyr. 5, adde Cicutæ Nodosi tabulas centum. Acron, Nodosi, scrupulosi, diligentes in accipiendis cautionibus.

Nodo. as, Nodos facio, ligo in nodos. {δεσμεύω. πλέκω. Ital. *Legare, annodare.* Gal. *Neuer.* Hisp. *Atar, anudar, hazer ñudo.*} Plin.lib.37. cap.3. Tanta copia inuecta, vt retia arcendis feris podium protegentia succinis nodarentur. Lact. de Offic. Deus igitur solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata & adiuncta inuicem, neruis alligauit, atque construxit. Virgil.lib.4, -crines nodantur in aurum. Cato de Re rust. cap.33, Vites bene nodentur per omnes ramos.

Nodatio, onis, pro nodositate. Vitru.lib.2. cap.9, Præcisa altè circiter pedes viginti, & perdolata propter nodationis duritiem.

NODINVS. penult. prod. Deus quem diuus August. in lib. de Ciuit. Dei ex Varrone scribit cultum fuisse à veteribus Romanis, putātibus Proserpinam frumentis præpositam geminantibus & proserpentibus: geniculis verò nodisque culmorum, deum Nodinum: inuolucris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi patescunt, quo exeat spica, deam Patelenam: quum segetes nouis aristis exæquantur, Hostilinam deam: quia hostire ac hostimētum veteribus exæquationē significabat. Floram quoque adiicit, & Lactucinam, ac Macturam, quæ florentibus lactescentibúsque ac matureſcentibus præsint frumentis.

NOEGA, Oppidum est Hispaniæ Tarraconēsis, in tractu Acturum in peninsula Pisici. Autor Plin.lib.2 cap.20.

Noëgmum, Amiculi genus est, autore Festo, prætextum purpura, coloris candidi: vnde etiam pro candido quandoq; ponitur. Liuius Andro. Lachrymas de ore noëgmo detersit.

Noēma, atis, νόημα. Est sententiæ quoddam genus, quum aliud intelligitur quàm videtur dici: vt siquis dicat. Aliquem nasum cubito emungere, quum velit indicare ipsum esse falsamentarium. Aliud exemplum ponit Quintil.lib.8.cap.5, de muliere quadam, quæ quum fratrem sæpius é ludo gladiatorio redemisset, tandem dormienti, ne toties vitæ discrimen subiret, pollicem præcidit. Quo nomine quum frater aduersus eam talionis ageret, Eras, inquit, dignus qui integram haberes manum, hoc est vt iterum in arenam descenderes, & nullo te redimente interficereris.

NOEMAGVS. Vide NEOMAGVS.

NOLA, νῶλα Ptolemæo. Campaniæ vrbs mediterranea, quam Virgilius ob aquam sibi denegatam è carmine suo erasisse dicitur. Hanc prius Sidicinum fuisse dictum scribit Plinius lib.3 cap.5.

Nolo, Ex Non, & Volo. {οὐ θέλω, οὐκ ἐθέλω. Ital. *Non volere.* Gal. *Ne point vouloir, ne vouloir point.* Hispa. *No querer.*} Terent. in Eunuc. Noui ingenium mulierum Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrò. Idem in Eunuc. -nolo me in via Cum hac veste videat. Cicer. in Orat. Libenter etiam copulando verba iungebant: vt Sodes, pro Si audes: Nolle, pro Non velle: Non nolle, pro Velle. Cic.4. Verr. Vt quum tabulas nouo magistro traderem, exempla literarum ipsi habere non nollent. ¶ Nolens, participium. Luca.lib.1, -quanuis nolente Senatu Traximus imperium. ¶ Veteres Neuolo, neuis, neuult, dicebant. Plaut. Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu nenis.

NOMADES, dum, νομάδες, Africæ populi inter Zeugitanam regionem, & Mauritaniam siti, qui postea literis aliquot mutatis Numidæ appellati sunt. Hos scribit Sallustius ex Persis ortum traxisse, qui Herculem in Hispaniam sunt comitati: eóque mortuo, in Africam traiecisse, locáque occupasse Oceano proxima, alueóque nauium inuersos pro tuguriis habuisse: deinde paulatim per connubia sibi Getulos miscuisse: posteáque Numidiæ nomo propter multitudinem à parētibus digressos, possedisse ea loca quæ proximè Carthaginē Numidia appellatur. Hæc ille. Dicti autem sunt Nomades ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι, hoc est à pascendo, quòd pastionibus præcipuè vacarent, herbisque vno in loco depastis, pastitiones suos curribus alió transcherent. ¶ Sunt & alij Nomades in Scythia supra Mæotim, Agathyrsis & Basilidis finitimi, quorum meminit. Plin.lib.4.cap.12.

Nomæ, νομαί, Vlcera quæ depascunt, vorántque serpendo corpus. Plin. lib.23.cap.4, Tosti autem, & cum melle triti, nomas repurgant.

Nomarchia, æ, & Nomarcha, æ. vide in dictione NOMOS.

Nomen, inis, {Ital. *Nome.* Gal. *Nom.* Hisp. *Nombre.*} Quasi nouimē, (inquit Festus) à Nosco, quòd notitiam faciat: nā per id, quicquid nominamus agnoscitur. Vel Nomen dicitur, quasi notamen. Aut à Græco ὄνομα, abiecto o. Proprié autē nomē dicitur, teste Nonio, proprium vocabulum singulorum, hoc est quo singulæ res appellantur. Inde Nomino, quod est nomen alicui rei imponere. Id autem fit dupliciter. Aut enim vniuerſo generi nomen imponimus, quod grammatici Nomen appellatiuum vocant: vt quum animal rationale Hominem dicimus nominari. Aut singulis rebus peculiare nomen imponimus, quod illi cum alio non sit commune. Hoc à Grammaticis nomē proprium appellatur. Quod sic definitur à Cicerone, Nomē est quod vnicuique personæ attribuitur, quo quæq; suo proprio, & certo vocabulo appellatur. Hoc rursus diuiditur in quatuor membra, Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen. ¶ Prænomen interdum vna, interdum duabus, interdum tribus literis notabatur: vt, C. Caius, Gn. Gneus, Sex. Sextus. Fuitque nonnulla ratio prænominis: nam & Quintūndeo dixerunt, quòd quinto fortassis loco natus esset: Lucīū, quòd initio lucis exortus: Gneum, à corporis effigie. ¶ Cognomen maiorum est, tractum ex familia vel sanguine, ἐπωνυμία, vt Cornelius ex Corneliis. ¶ Nomen autem proprium personæ est, quod proprium gentilitium, hoc est quod originem gentis vel familiæ declarat, vt Cicero, Scipio. ¶ Agnomen extrinsecus venit, & hoc tribus modis, Aut ex animo, vt Superbus, Pius. Aut ex corpore, vt Crassus, Pulcher. Aut ex fortuna, vt Africanus, Gothicus, Asianus, Numantinus, à deuictis gentibus: sed hoc ratò vsurpatur. Cognomen nanque, siue Cognomentum potius, quàm Agnomen dicitur. Cicero, Scipio ille, cui Africano fuit cognomen. Idem ad Atticum, Téque non cognomen solùm Athenis deportasse, sed humanitatem & prudentiam intelligo. Romani pleruncque tribus vti solent nominibus: nonnulli etiam quatuor: vt, P. Cornelius Scipio Africanus: vbi Publius est prænomen, Cornelius nomen proprié dictum, Scipio cognomen, Africanus agnomen. Et nomen quidem atque cognomen omnium eiusdem familiæ commune erat, prænomen verò tantùm singulorum. Prænomen itaque illud erat, quo fratres, aut gētiles à se mutuò distinguebantur: vt pater appellabat ex duobus filiis alterum Publium, alterū Lucium: nec aliter inter se fratres ipsi vocabant. Quidam etiā à vestimento cognomen sortiti sunt, vt Antonius Caracalla. Quidā à pecore minori, vt Porcius, Scropha. Quidā à pecore maiori, vt Equitius, Taurus. Quidam à piscibus, vt Sergius, Orata. Muræna. Quidā ab arbonibus, vt Frontinius. Quidam ab ea re quam optimè ferebant, vt Fabius, Lentulus, Cicero, Piso: quanuis hoc nonnulli à pinsendo dictū putent.

putent. Pilumni autem cognomen inde tractum putatur, quòd primus in ea familia hoc cognomine dictus est, pili vsum inuenerit. ¶ Aliquando Nomen pro decore, cognitione, & dignitate ponitur. Virg. 2. Aen. Auulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus. ¶ Interdum pro generositate. Idem lib. 2, Georg. Aut pomis sua nomina seruat. ¶ Interdum pro nobilitate generis, & pro ipsa fama, aut celebritate. Virgil. 2. Aen. -& nos aliquod nomen decúsq; Gessimus. Ouid. 10. Metamor. Magnum & memorabile. ¶ Nomen etiã accipitur pro gente: vt apud Virg. -nostrúmq; in nomen ituras. ¶ Nomina præterea dicũtur (teste Budæo, capita, vel (vt hodie loquimur) articuli rationis argentariæ, in quibus descripta sunt nomina debitorum, quibus pecuniæ expensæ feruntur. Cic. 3. Verri. Satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres? neque in tuas tabulas vllum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent? quid proderat tibi expensum illi non tulisse? ¶ Nonnunquam nomen accipitur pro ipso debitore. Colum. lib. 1. cap. 7. Vel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixisse vertissimè fertur. Hoc est etiam si optimi sint debitores, si tamen diutius debitum exigere distuleris, negligentia tandem eos fieri non soluendo. ¶ Sæpe etiam Nomen accipitur pro ipso debito. Cic. ad Att. lib. 16, Nomina mea per deos expedi. Idem ad eundẽ lib. 6, Salaminios autem adduxi, vt totum nomen Scaptio vellent soluere. ¶ Ponitur etiam Nomen aliquando pro causa. Cic. de Amic. Ab amicitia Q. Pompeij meo nomine se remouerat, vt scitis, Scipio. Idem in Vat. Non tam tuo, quàm Reip. nomine. Cæs. 3. bell. Gal. Odisse etiam suo nomine Cæsarem, & Romanos. ¶ Nomen aliquando transit in aduerbium: vt, Toruúmque tuetur: id est torue, δριμὺ, γοργόν. Item aduerbium in nomen: vt, apud Persium, Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras. ¶ Nomina tamen in aduerbium migrantia suam sæpe seruant quantitatem: vt apud Virgil. 3. Aeglog. Transuersa tuentibus hirquis. Nam Transuersa quum aduerbium sit, a tamẽ breuis est, quia venit ex nomine, quum sciamus in a terminata aduerbia longa esse. ¶ Nomina per diuersos casus loco aduerbiorum ponuntur. Per nominatiuum: vt Fors pro Fortè, Recens pro Recenter. Per genitiuum, Militiæ pro in Militia. Per datiuum, vt Vesperi, Ruti, Sorti, per sortem. Per accusatiuum, Vt Toruùm pro Torue, Clarùm pro Claré. Per ablatiuum, vt Rure, Domo.

Nomino, as, Appello, nomen impono. {ὀνομάζω. Ital. *Nominare*. Gal. *Nommer*. Hisp. *Nombrar ò poner nombre*.} Lact. lib. 4. Si autem diuinus non sit, ne Deus quidé sit, vnde ipsa diuinitas nominatur. Cic. de Amici. Amor enim, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam. ¶ Interdum accipitur pro Nominatim compellare. Plaut. in Most. Hem quis me nominat? Idem in Asin. Alienum hominem intromittat neminem, Quòd illa aut amicum, aut patronum nominet. ¶ Nominate teste Budæo, aliquando etiam ponitur pro Declarare, vt vulgò dicimus, & exprimere. Cic. pro Lælio, Multi à me summi viri prædicarentur, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur. ¶ Est etiam nominare, præsentem sistere, & vt iuris Pontificij scriptores dicunt, Ius patronatus habere: hoc est nominare designandum, de quo vide testimonium in dictione Nominatio. ¶ Hinc Denomino, quod idem est quod nomino, seu nomen alicui impono. ὀνοματοθετῶ. Colum. lib. 4, Quippe vniuersæ regiones, regionumque singulæ penè partes habent propria vitium genera, quæ consuetudine sua denominant.

Nominatus, Nomen ex participio pro celebri. {ὀνομαστὸς. Ital. *Nominato, celebrato*. Gal. *Nommé, renommé*. Hisp. *Nombrado, bien afamado*.} Cic. 6. Verr. Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? Plin. lib. 12. cap. 19, Vicina est Bactriana, in qua Bdellium nominatissimum.

Nominatim, aduerbium, Per singulorum nomina. {ὀνομαστὶ, ἐξονομαστὶ λίθ' lat. Ital. *Nominatamente, à nome per nome*. Gal. *Nomément, par nom & surnom, expressément*. Hisp. *Nombradamente*.} Plin. Quum villico omnes nominatim assignati essent. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Demisso Senatu, Consules in tribunal ascendunt, citant nominatim iuniores. ¶ Dicitur tamen & de vno: vt Tenens cruẽtum pugionem Brutus, nominatim Ciceronem inclamauit. ¶ Aliquando etiam accipitur pro Expressè. Cic. li. 3. Offic. Quicquid enim est in prædio vitij, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Nominatim & Generatim, contraria. Cic. Attic. lib. 9, Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata.

Nominatio, onis, verbale. {ὀνομασία, ὀνομαστικὸν εἶδος. Ital. *Esso nominare*. Gal. *Nomination, denombrement*. Hisp. *Obra de nombrar*.} Plin. Epist. 73, Mihi verò etiam illud gratulatione dignum videtur, quòd successori Iulio Frontino principi viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tanquàm in locum suum cooptaret. Budæus, Nominatio est, vt vulgò hodie appellatur: id enim nomen in ea significatione vulgus nostrum retinuit. Brutus ad Ciceronem, Bibulus in Pansæ locum petere constituit: eam nominationem à te petimus. ¶ Nominatio, Figura Rhetorũ, de qua Autor ad Heren. lib. 4.

Nominito, as, are, frequentatiuum à Nomino. {συχνὰ ὀνομάζω. Ital. *Nominare spesso*. Gal. *Nommer souuent*. Hispa. *Nombrar muchas vezes*.} Lucr. lib. 3, Suscipere hunc motum, quem sensum nominitamus. Idem lib. 4, Quæ quasi membrana, vel cortex nominitanda est.

Nomenclator, ris, A nomine calando, id est vocando, qui memoriter vnumquemque nominatim vocare didicit: vt puta in foro reos, in conuiuio conuiuas. {ὀνομαστὴς λέγων. Ital. *Colui che sa il nome d'ogn'uno*. Gal. *Nommeur, celuy qui sait les noms d'vne multitude*. Hisp. *El que llama à los otros, y sabe los nombres de todos*.} Apul. Et ad nomenclatorem mox citati venerunt. Cic. Attic. lib. 4, Ad vrbem ita veni, vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Horum opera vtebantur potissimum candidati, vt sibi in prensando suffragatores, nomina ciuium suggererent. Vnde laudatur Cato, quòd legem seruarit, quæ candidato nomenclatores adesse vetat, vt per seipsum sine nomenclatore nominatim salutaret ciues Romanos. Hi

& Factores quoque dicebantur, quòd salutatorum nomina (vt ait Festus) velut infarcirent petitorum auribus.

Nomenclatio, & Nomenclatura, Pro nuncupatione, & nominatione. {ὀνομαστικὴ, ὀνομαστικὴ λέξις. Ital. *Esso nominare secondo nomi di più cose*. Gal. *Denombrement de noms & surnoms de plusieurs choses*. Hil. *Obra de llamar por nombres*.} Colum. lib. 3. cap. 2, Quare prudentis magistri est, eius nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat studiosos non demorari. Plin. lib. 2, Iouem quidem, aut Mercurium, alitérve alios inter se vocari, & esse cælestis nomenclaturæ.

NOMENTVM, νωμέντου Stephano, Vulgò *Lamentana*, Oppidum in Latio, non procul ab Roma. Martial. lib. 13, Si vicina tibi Nomento rura coluntur. ¶ Hinc Nomentana via Romæ, qua itur Nomẽtum: & Nomentani, νωμεντανοὶ, qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento conditore.

Nomisma, νόμισμα, Vide NVMVS, & NVMISMA.

NOMIVS, νόμιος, Dictus est Apollo, quasi pastor, siue quòd cælo exulans (vt fabulantur poetæ) Admeti regis pecus pauerit, siue (vt se habet rei veritas) quòd Solis calore omnia hæc inferiora pascãtur & vegetẽtur.

Nomos, Græca dictio est, quæ quum accentum habet in posteriori νόμος, significat præfecturam: qua etiam voce Latini vtũtur in hac significatione. Plin. lib. 5. cap. 9, Summa pars contermina Aethiopiæ Thebais vocatur: diuiditur in præfecturas oppidorum (quas Nomos vocant) duodecim. ¶ Inde Nomarchæ dicti sunt, qui nomis præsunt, quos nos Præfectos vocamus. Et Nomarchia pro Nomo vel præfectura. ¶ Nomos etiam legem significat vel institutum: sed tunc apud Græcos scribitur νόμος, cum accento in priore.

Nomodidactes, Qui legem docet, νομοδιδάκτης.

Nomophylaces, νομοφύλακες, Legum custodes & seruatores. λὸς γὰρ νόμος id est à lege, φύλαξ, hoc est custode. Colum. lib. 12, Non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciuer creassent, quos Græci νομοφύλακας appellant.

Nomothetæ, {νομοθέται. Ital. *Legislatori*. Gal. *Legislateurs*. Hisp. *Los que dan ò ponen la ley*.} Latinè Legiferi dicuntur: vnde Solon apud Athenienses Nomothetes dictus: & Lycurgus apud Lacedæmonios.

Non, Negatiua dictio, {οὐ, οὐκ. Ital. *Non, no*. Gal. *Non, ne, non pas*. Hisp. *No*.} accommodari potest omnibus modis, præterquam imperatiuo. Indicatiuo. Terent. in Eun. Non te dignum Chærea fecisti. Optatiuo. Plaut. in Menæch. Non negem, si nouerim. Subiunctiuo. Virgil. 1. Georg. -non illa quisquam me naue per altum Ire, neque à terra moneat conuellere lunem. Infinitiuo. Terent. in Phorm. Amo te, & non neglexisse habeo gratiam. ¶ Non, si negationi præponatur, affirmat: vt, Nonnihil tibi debeo: id est aliquid tibi debeo. Quum verò postponitur, magis affirmat quàm si præponeretur: vt si dixero, Nihil non tibi debeo, significat, omnia tibi debeo. Ouid. lib. 3. Fast. Multa tibi memorem, nil nõ debemus Eliæ: id est debemus multa tibi, quum fueris de nobis merita, sed Eliæ debemus omnia. ¶ Non autem rectè dicimus: at non dicimus, Non verò οὐδέτι. vt, Amicus Cæsaris sum, non autem assentator: vel, Assentator verò non. ¶ Non ita pridem, hoc est non multo tempore antè. οὐ πάνυ πολλοῦ δεῖν μικροῦ. ¶ Non modò, significat non solùm. {μὴ ὅτι οὐχ ὅτι οὐχ ὅτι, οὐ μόνον. Ital. *Non solamente*. Gal. *Non seulement*. Hispan. *No solamente*.} vt, Non modò te diligo, sed etiam amo. ¶ Quandoq; ponitur pro Nedum. Treb. Ciceroni, Non enim nescit quanti & faciam, & quàm pro veterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. ¶ Nonnullus, aliquis. {τις, τὶς. Ital. *Alcuno*. Gal. *Aucun, quelqu'vn*. Hispan. *Alguno*.} Cice. pro Muræna, Consilium tuum nonnulla in re forsitam emendare possim. ¶ Nonnunquam, significat aliquando. ἐνίοτε, ἔστιν ὅτε. Non sobrius, pro ebrio accipitur. {οὐ νήφων. Ital. *Ebriaco*. Gal. *Yurogne*. Hispan. *Borracho, embriago*.} Martialis, Et non sobria verba subnotasti. ¶ Non tacendus, hoc est nominandus & laudandus, ἀξιόλογος. Mart. ad Licianum, Vir Celtiberis non tacendæ gentibus.

Noudum. {οὔπω, μήπω, οὐδέπω. Ita. *Non ancora*. Gal. *Non encore*. Hisp. *Aun no*.} Aduerbium, significans Necdum, neque dum, nihil dum etiam nunc, non. Cic. in Epistol. Fam. Nondum satis constitui. Idem in Somn. Scipio. Cuius quidem anni nondum vicesimam partem scito esse conuersam. De magno anno loquitur.

NOA, æ, Vna ex Parcis, Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Parcas dixere, quòd tempestiuum tempus partus, sit nono & decimo mense: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortui nascantur, aut paulo pòst moriantur. Vide ea quæ annotauimus in dictione Morta: & quæ ea de re scripta sunt apud Gell. lib. 3. cap. 16.

NONACRIS, pen. corr. νώνακρις. Plin. lib. 4. cap. 6, mons est Arcadiæ: aut (vt alij malunt) regiuncula montosa, cum oppido eiusdem nominis. Vitruu. lib. 8. cap. 3. Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus stillãtes ex saxo frigidissimos humores. Hæc autem aqua, στὺξ ὕδωρ appellatur, quam neque argenteum, neque æneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit ac dissipatur: conseruare autem eam & continere, nisi vngula mulina nil potest.

Nonacrius, cria, crium, νωνακρεύς, νωνακρὶς, νωνακρίδος. Ouid. in Fast. Et matri, & vati paret Nonacrius heros. ¶ Item Nonacrinus, crina, num. Idem, Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?

Nonæ, arum, {νῶναι. Ital. *Le none di ciascun mese*. Gal. *Les nones du mois*. Hisp. *Las nonas de cada mes*.} Quasi nouæ, propter initium obseruationis: vel quòd ab eo die semper ad Idus nouem dies putentur: siue ad imitationem Tuscorum, qui Nonas vocabant nonum quenq; diem, quo regem suum salutabant, & de propriis negotiis consulebant. ¶ Erant autem Nonæ, in Martio, Maio, Iunio, & Octobri sex illi dies, qui Calendas sequuntur: reliqui verò menses quatuor tantùm habebant Nonas.

Nonageni, Nonagies, Noningenti, vel Nongenti, Nonariæ, Nonus, Vide NOVEM.

NORBA CÆSAREA, Lusitaniæ vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Vulgò *Alcantara*.

NORICVM, penult. corr. νωρικία. Regio est Germaniæ habens ab Occasu Aenum fluuium, qui medius est inter Vindelicos & Noricos: à Septentrione Danubium: ab Ortu Solis montem Cetium, qui Pannoniam superiorem differminat à Norico: à Meridie monte Curuancam, qui est

Universidad de Deusto
Biblioteca

super Istriam. Eam nunc regionem bona ex parte *Bauariam* appellant Sunt qui vulgò *Stiria*, & *Carinthia* vocent.

Noricus, um, νωρικός. Hor. lib. 1. Carm. -quas neque Noricus. Deterret ensis. Virgil. 3. Georg. Tunc sciat aerias Alpes, & Norica si quis Castella in tumulis, &c.

Norma, æ, {κανὼν, γνώμων. Ital. *Norma, regola, squadra.* Gal. *Vne esquerre ou regle.* Hisp. *La esquadra de cantero, regla.*} Fabrorum instrumentum, habens duo latera, quo omnia dirigunt, metiuntúrque, quæ & Regula dicitur. Plin. lib. 36. cap. 22, Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet. Vitruu. lib. 7, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Nostrates *Quadrum* vocant. Vnde quæ recta, dimensáque sunt, ad normam facta dicuntur. ¶ Per metaphoram etiam Norma accipitur pro lege, formula, & præscripto. Cice. pro Mur. Et primùm M. Catoni vitam ad rectam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Cice. in Lælio, Nunquam ego dicam C. Fabricium, M. Curium, Tullium Coruncanum, quos sapientes maiores nostri iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. ¶ Norma loquendi. Horat. de arte, -si volet vsus Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi. ¶ A norma fiunt adiectiua, Abnorme, & Enorme.

Normalis, le, {κανονικὸς, ἀπὸ γνώμονος. Ital. *Fatto in squadra.* Gal. *Fait à l'esquierre.* Hisp. *Hecho à la esquadra.*} Quod ad normam factum est: vt Normalis angulus, Quint. lib. 11, de pronuntiationis gestu loquens, Sinistrum brachium coúsque allevandum est, vt quasi normalem illum angulum faciat, super quod ora ex roga duplex æqualiter sedeat.

Normatus, a, um. Quod ad normam factum est, & directum. Διαμετρητὸς. Colum. lib. 2. cap. 13, Antiquam illam iconiam infiximus, vt tanquam supposito vasi ad perpendiculum normata insisteret.

NORTMANNIA, Regio Galliæ vltra Sequanam flumen, quæ à Carolo Magno deuicta, fidem Christianam suscepit: ita dicta à Nortmannis Cimbricæ Chersonnesi populis, qui eam regionem occuparunt. Nortmanniæ autem nomen, Germanorum proculdubio vocabulum est, qui *Nort*, Septentrionem appellant, & *Man*, virum. A Cæsare totus ille tractus inter Armoricas ciuitates numeratur.

NORVEGIA, Regio in Europa, Septentrionalis, versus Oceanum Germanicum sita, sub imperio regis Danorum. Vulgò *Nouerga.*

Nos, nostrum, vel nostri, Plurale est ab Ego, mei, vel mis. {ἡμεῖς. Ital. *Noi.* Gal. *Nous.* Hisp. *Nos otros.*} ¶ Nos inter nos. Cic. ad Pompeium, lib. 5, Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, Respub. nos inter nos conciliatura, coniunctúsque sit. Terent. in Adelph. Quasi non norimus nos inter nos. ¶ Nosmet, pro Nosipsi. Plaut. Rud. Si nõ moneas, nosmet meminimus. ¶ Nosmetipsi. Cic. 4. de Finib. Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. ¶ Nosmetipsi inter nos. Cic. ad Attic. lib. 4, Sed vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quàm adhuc fuimus.

Noster, nostra, nostrum, pronomen possessiuum. {ἡμέτερος. Ital. *Nostro.* Gal. *Nostre.* Hisp. *Nuestro.*} ¶ Noster, absolutè, Pro eo quod est, noster filius familiãs. Terent. in Phorm. Noster quid ageret, nescire: & illam ducere Cupiebat, & metuebat absentem patrem. ¶ Noster, pro Nostras. Terent. in Eunucho, Haud similis virgo est virginum nostrarum. Donatus, Nostrarum, ciuium scilicet, id est terræ ac patriæ nostræ: vt Virg. 2. Georg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.

Nostrapte culpa. Terent. in Phorm. Nostrapte culpa facimus.

Nostras, nostratis, omnis generis à Noster, significátque à nostra gente, vel patria. {ἡμεδαπὸς. Ital. *Di nostra patria ò setta.* Gal. *De nostre pais.* Hisp. *De nuestra tierra ò vando.*} Cicero Pæto lib. 9, Mitificè capior facetiis, maximè nostratibus. Plin. lib. 15. cap. 11, Quæ candidiora, nostratia cognominata, odoris præstantissimi.

Nosco, is, noui notũ, quod & Gnosco olim dicebatur. {γιγνώσκω. Ital. *Conoscere.* Gal. *Cognoistre, sauoir.* Hisp. *Conoscer.*} vnde Agnosco, & Cognosco, & Ignosco. Significat autem Noscere, cognoscere, notum vel cognitum habere, notitiam alicuius rei habere. Cic. 1. Tusc. Et nimirũ hanc habet vim præceptũ Apollinis, quo monet vt se quisq; noscat. Quum igitur, Nosce te, dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum. Terent. in Andr. -nam antea Qui scire posses, aut ingenium noscere, Dum ætas, metus, magister prohibebant? ¶ Noscere, vltra notam significationem, clarum habere. Virgil. lib. 4. Georg. Et patriam solæ, & certos nouere penates. ¶ Habet & alia cõposita, vt Dignosco, Internosco, Pernosco, quæ vide suis in locis. Fit autè Nosco à Græco: nã Græci γινώσκειν, dicũt cognoscere: γνωτὸς, cognitum: γνῶσις, notitiam. Hinc Latini veteres non nosco, sed Gnosco dicebãt, & Gnotũ, cognitũ, & Gnoro pro scio.

Notus, a, um, cognitus. {γνωστὸς, γνώριμος. Ital. *Conosciuto.* Gal. *Cognu.* Hisp. *Conoscido.*} Plin. lib. 16. cap. 18, Alpina & hæc arbor, nec vulgo nota. ¶ Notus, qui nouit. Plaut. Pseud. Ita herus meus est imperiosus, a. noui: notis prædicas.

Notus, notior, notissimus. Nomen ex participio. Cic. pro Muræ. Tua verò nobilitas Serui Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior: populo verò & suffragatoribus obscurior. Idem 4. Acade. Cui erant, quę paulo antè dixi, notissima. ¶ Notus, amicus, & charus dicitur. Virgil. lib 7, Et notis compellat vocibus vltró. Idem 1. Aeglog. Hic inter flumina nota: id est chara: vt inquit Seruius.

Notio, onis, Cognitio, demonstratio, manifestatio. {ἔννοια, ἔμφασις. Ital. *Cognitione, demonstratione.* Gal. *Cognoissance, intelligence.* Hisp. *Obra de conoscer, conoscimiento, demostracion.*} Cic. lib. 3. Offic. Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas quæ sit in ea species, forma, & notio boni viri. Proprié autem Boëthius Comment. 3. Topic. Notio, intellectus est quidam, & simplex mentis conceptio, quæ ad res plures pertineat à se inuicem differentes. Plin. lib. 17. ca. 28. Cuius rei rationem notionémq; eodem volumine tradidit. Cice. 1. de Leg. Dei notionem nullum animal est quod habeat, præter hominem. ¶ Notio pro cognitione causæ. Tacit. lib. 3. Tiberius dilata notione de iure flaminis.

Notitia, æ, Cognitio, à Notus, quæ & notio dicitur. {γνῶσις. Ital. *Notitia.* Gal. *Cognoissance.* Hisp. *Conoscimiento.*} Terent. in Heaut. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Cice. de Sen. Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia æquitatis? Quint. lib. 4. cap. 2, Protinus iudex notitia rerum instituendus videtur.

Notities, ei, Idem quod notitia. Vitru. lib. 6. in Proœm. Ideo notitiei parum est assecuta.

Noteo, tes, tui, à quo Notesco, Notus fio. {γνωρίζομαι. Ital. *Essere fatto noto.* Gal. *Venir en bruit & cognoissance, estre notoire.* Hispan. *Ser notorio y conoscido.*} Lact. lib. 1, Quod quia fieri non potuit, vt huiusmodi per seipsam ratio diuina notesceret, non est passus hominem diutius errare. Propertius, Nec minus hæc nostri notescet fama sepulchri.

Notifico, as, Notum facio. {γνωρίζω. Ital. *Far noto.* Gal. *Donner à cognoistre, notifier.* Hisp. *Hazer notorio y conoscido.*} Ouid. lib. 1. de Ponto eleg. 2, Atq; modum pœnæ notificare velis. Gell. lib. 9. cap. 3, Philippi arma, vimque toti Græciæ cauendam, metuendámq;, inclytæ illæ Demosthenis orationes, concionésque notificant.

Nosco, is, pen. corr. Frequentatiuum à Nosco, {ἐπιγινώσκω, γνωρίζω. Ital. *Conoscere ò riconoscere.* Gal. *Cognoistre ou recognoistre.* Hisp. *Conoscer ò reconoscer.*} Plaut. in Cist. Nũc vestigia, si qua sunt, noscitabo. Liu. li. 3. ab Vrbe, Circonspectare omnibus fori partibus Senatoré, rarógq; vsquã noscitare.

Noscitabundus, a, um, {Διαγινώσκων τοιοῦτος, ἐπιγνώστης. Ital. *Riconoscente.* Gal. *Recognoissant.* Hispa. *Que mucho conosce.*} Gel. lib. 5. cap. 14. de leone. Deinde sensim atque placidè, tanquam noscitabundus ad hominem accedit. Hoc est tanquam noscitans, siue agnoscens.

Notorius, a, um, adiectiuum, Manifestus. {δῆλος. Ital. *Notorio, manifesto.* Gal. *Notoire, manifeste.* Hisp. *Notorio, mucho conoscido, manifiesto.*} vt, Notoria indicia. Paulus in l. Ab accusatione. ff. ad Senatusconsul. Turp. Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere iubentur. Et C. de accus. l. ea lege. Verum falsis néene notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet.

NOSCOPION, σκοπεῖον. Lyciæ vrbs est, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Nosocomion, pen. prod. {νοσοκομεῖον. Ital. *Hospitale, spedale.* Gal. *Hospital.* Hisp. *Enfermeria, hospital, posada per los enfermos.*} Hospitale languentium, villa & domicilium ad quod diuertunt ægrotantes pauperes. Hieron. ad Ocean. Cẽsum quem habere poterat, distribuit dilapidauit, ac vendidit, & in pecuniam congregatum, vsibus pauperum præparauit. Et primó omnium nosocomion, id est languentium villam instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atq; inedia miserorum membra refoueret.

NOSORA, νόσορα. Insula est maris Rubri, teste Stephano: cuius incolæ dicuntur Nosoreni.

Noster, Vide NOS.

Nota, A nosco, is, deriuatur. {σημεῖον, σύνθημα, σύμβολον, σῆμα. Ital. *Nota, segno.* Gal. *Note, marque.* Hisp. *Señal.*} Festus, Nota nunc significat signum: vt in pecoribus, tabulis, libris, literæ singulæ aut binæ. Nunc ignominiam. Plin. lib. 11. cap. 36, Mammas homo solus è maribus habet: cætera animalia mammarũ notas tantùm. Cic. in Part. Literatura constat ex literarum notis. ¶ Vsurpatur & pro scriptura. Curius Ciceroni, Quare Cicero mi perera constanter nos conseruare, & Sulpitij successori nos de meliore nota commenda. ¶ Sunt etiam Notæ, quibus compendio scribitur. Sueton. de Cæsare, Extant ad Ciceronem, item ad familiares, domesticis de rebus, in quibus siqua occultius perferenda erant, per notas scripsit. Hoc est, sic structo literarum ordine, vt nullum verbũ effici posset: quæ si quis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, id est d. pro a. & perinde reliquas commutet. Gellius de notis Cæsaris sic scribit, In Epistolis Cæsaris inueniuntur literæ singulariæ sine coagmentis syllabarũ, ex quibus verba confici nulla possunt. ¶ Notis scribere, est compendioso scribendi genere excipiendo vti. Modestinus, Eos qui notis scribunt acta præsidum, Reip. causa nõ abesse certum est. Sueton. de Tito, E pluribus comperi, notis quoq; excipere velocissimè solitum. Huiusmodi exceptores sunt hodie in Curia parlamenti miranda solertia, omnia propemodum dicta, aduocatorum quoque, nedum iudicum excipientes. Quales olim etiam in iudiciis fuisse Romanis, multis testimoniis constat. ¶ Nota pro infamia, & ignominia, seu probro aliquãdo sumitur. Lucil. lib. 30, Quem scis scire tuas omnes maculas notásq;. Suet. Variis affectus notis. Cic. 3. Offic. O turpem notam temporum. ¶ Eximere notæ: id est remittere infamiam. Gell. lib. 4. cap. vlt. ¶ Aliquando Nota refertur ad laudem. Ouid. lib. 1. Fast. Ille Numantina traxit ab vrbe notam. ¶ Est item nota, signum quo aliquid notatur. Cic. Qu. Valerio, Reliquis epistolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit, & simul significem de numero esse Cuspij amicorum. Liu. Edit nomina eorum, quibus conuentis opus esset: instruit etiam secretis notis, per quæ haud dubiè cognoscerent sua mandata esse: id est dat signa quibus fidem faceret. ¶ Notæ etiam accipiuntur pro indiciis. Cels. lib. 2. cap. 6. Nec tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas esse & salutis & mortis. Idem in longis quoq; morbis tales notas nõ habentibus, scire licet interesse, si somnus incertus est.

Notabilis, le, Qui notari, hoc est considerari potest, & dignosci. {γνωστὸς. Ital. *Notabile.* Gal. *Notable.* Hispa. *Notable, cosa que puede ò deue ser conoscida.*} Plin. Iun. in Epist. Notabilem te futuris principibus fecisti. Colum. lib. 3. cap. 21, Quia maior pars putationis per id tempus administratur, quo vitis neque folium notabile gerit, &c. id est per quod nosci possit. Notabilis, insignis, & apertus. Plin. lib. 36. ca. 5, Notabilis fœditas vultus Hipponacti. Quo in loco Notabilis accipitur in deteriorem partem. In meliorem accipitur apud Ciceronem ad Luceium. li. 3. Epist. Si exitu notabili concludamur.

Notabiliter, aduerbium. {γνωρίμως. Ital. *Notabilmente.* Gal. *Notablement, euidemment.* Hisp. *Notablemente.*} Plin. Epist. 5, Expalluit notabiliter, quanuis palleat semper. Id est ita vt perciperetur. Tacitus lib. 17, Quibusdam vt tumultu notabilius turbantibus.

Notarius, rij, Qui acta in iudicio, vel etiam extra iudicium notis, vel literis excipit. {γραμματογράφος, ταχυγράφος. Ital. *Notaro, notario.* Gal. *Notaire, escrivain sous vn autre.* Hisp. *Notario, que escriue lo que otro dize.*} Plin. in Epist. Notarium voco, & die admisso, quæ formaueram, dicto. Mart. lib. 10, Nec calculator, nec notarius velox Maiore quisquam circulo coronetur.

Noto, as. Frequentatiuũ à nosco. Priscia. In quo similiter est notandum, quòd quum à Notus sit derivatum, corripit tamen penultimam: nec mirum. Composita enim à Notus mutant o, in i, cor. vt Agnitus, cognitus,

gnitus, quum Ignotus seruauerit o. Est autem notare, animaduertere. {Italo emprehender, marquer. Ital. *Notare.* Gal. *Noter, signer, marquer.* Hispan. *Notar señalando, señalar.*} Lactant. lib. 2, Cursus syderum & defectus notauit Mercurium. ¶ Notati ignominia, est ignominiæ notam in se recipere à Censore, vel imperatore, ob turpitudinem, vel scelus aliquod inflictam. Vnde Senatores ob flagitium aliquod Senatu moti, adimebantur: & milites, qui alicuius flagitij causa exautorabantur. Cice. Iusso Cæc. Deinde vt eam in ciuitatem boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur. in quam tot scelerum condemnati reuerterunt. ¶ Potest etiam dici à Nota deriuatū, vt sit Notare, signum, notámve apponere. Iuuenal. Sed quæ Fabricius Censor notet. Lactant. li. 4, proprié, Cuius rei figurā etiam Iudæi nunc exhibēt, quum limina sua cruore agni notant. ¶ Notare etiam est ab alio dictata conscribere. Hinc factum est, vt qui dictata notis excipit, Notarius appelletur σημειογράφος. ¶ Notarunt hoc annales, pro Scriptum est in annalibus Plin. lib. 8. cap. 51. ¶ Item ignominia afficere. ἀτιμάσαι. Cice. de Senect. Sed notandam putaui libidinem nimiam. ¶ Composita huius verbi sunt, Annoto, Connoto, Denoto, Prænoto. de quibus suis locis.

Notatus, a, um, participium, {σημειωθείς. Ital. *Notato.* Gal. *Noté.* Hisp. *Notado.*} vel nomen ex participio. Cice. 3. Tuscul. Verbis Latinis melius quàm Græcis hæc notata sunt. Idem pro Domo sua, Notatissimus omnium scelerum, libidinúmque maculis.

Notatio, notationis, verbale, Animaduersio, quæ & Nota dicitur. {σημείωσις Ital. *Annotatione.* Gal. *Note, notation, remarquement.* Hisp. *Nota ò notacion.*} Cic. 2. de Diuin. Cæli enim distributio, quam autè dixi, & cæteratum rerum notatio, docet vnde fulmen venerit, quò concesserit. Ibidem, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusq; vitæ ex natali die, minimè esse credendum. Temporū notatio, Idem de Clar. Orat.

Notesco, Vide NOTIO, in Nosco.

Nothia, pen. prod. νοθεία, τά, Græci vocant portionem illam bonorum, quæ ex testamento patris nothis poterat obuenire. Crudele enim iudicabant, quibus vitam dedissent, nihil ad vitæ alimenta relinquere: neque rursus æquum videbatur, nothum filio legitimo adæquari. Ea itaque moderatio adhibita est, vt liceret patrenti à lege statutam portiunculam nothis relinquere: quæ Nothia ab illis vocabantur.

Nothus, {νόθος. Ital. *Bastardo.* Gal. *Bastard.* Hisp. *Bastardo ò no legitimo.*} cum aspiratione, Is apud Græcos dicitur (inquit Quintil. lib. 3,) qui ex vxore non legitima natus est. Latinum eius rei nomen (vt Cato quadam oratione testatur) non habemus: ideóq; vtimur peregrino. Virg. lib. 7, Supposta dare matre nothos furata creauit. ¶ Nothum Græci appellant quicquid non legitimum esse volunt, nec verum: vt Nothum Atticismum dicūt, non verum schema Atticum, sed adulterinum, spuriúmque. ¶ Nothi pulli. Colum. lib. 8. cap. 10. Omnium autem horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. ¶ Nothos etiam appellant Arabicos elephantes, Indicis minores: teste Plin. lib. 8. cap. 1.

Notia, æ, νοτία, Gemma est cum imbribus cadens, vnde & Ombria alio nomine dicitur: eosdem effectus habens quos Brontia. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Notifico, Notio, Notitia, Notities, Vide NOSCO.

NOTIVM, νότος. Oppidum est Ioniæ non procul à Colophone: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est item Notium Calydnes insulæ oppidum. Idem lib. 5. cap. 31, Calydnæ insula cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero. Vulgò *Cabo de Mar.*

NOTIVM MARE, νότος πέλαγος, A Græcis dicitur ea maris Mediterranei pars, quæ est inter Ligusticum & Siculum: alio nomine à Tuscia, quam alluit, Tuscum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5, A Ligustico vsque ad Siciliam insulam. Tuscum: quod ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenum, è nostris plurimi Inferum vocant.

NOTVS, ti, {νότος. Ital. *Austro.* Gal. *Le vent de Midi.* Hisp. *Viento de medio dia.*} Ventus Meridionalis quemnos Austrum appellamus: ita dictus ἀπὸ τοῦ νοτίζω, hoc est ab humiditate.

Notius, a, um, νότιος, Idem quod Australis, & humidus. Nam Græci νότον vocant, quem nos Austrum.

Nouacula, æ, Culter rasorius. {ξυρὶς. Ital. *Rasoro, rasoio.* Gal. *Vn rasoir.* Hisp. *La nauaja para raer pelos.*} A Nouo, as, quòd faciem nouare, id est nouam quodammodo & iuuiorem facere videatur. Cic. 1. de Diuin. Ita eorem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, nouacula esse discissam Aliquando etiam accipitur pro quouis cultro, etiam non rasorio. Colum. lib. vlt. ca. 45, Raporum quàm rotundissima sumito, cāque, si sint lutosa, detergito, & summam cutem nouacula decerpito.

Noualis, huius noualis, genere fœmi. & Nouale genere neutro secundum Seruium, diuersis modis exponi solet. {γῆ πρώτως νεωθεῖσα. Ital. *Terra no seminata già due anni.* Gal. *Terre qu'on seme de deux ans l'vn, varet ou gueret.* Hisp. *La sementera hecha en barueccho.*} Paulus Iureconsult. dicit esse terram proscissam, quæ anno cessat. Sic Varro, Qui intermittitur, à nouando Noualis ager dicitur. Sic Pliuius, Nouale est (inquit) quod alternis annis seritur. Idem sentire videtur Festus, quum ait, Noualis ager nouæ relictus sementi. At Seruius vult Noualem esse aruum tunc primùm ad sementem proscissum. Alibi tamen noualem interpretatur terram, quæ per singulos annos semine renouatur. Virgil. 1. Aeglog. Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Deplorabat enim agrum, in quo instruendo magnopere laborasset. Hieronymus sic diffinit, Noualia, est ager nunc primum proscissus. Et Quintilianus in Milite Mariano, Mox ingentibus lacertis humum fodere, segnem futuris noualibus eruere syluam. Sed Virgilius in sensum priorem accipit, quum inquit, Alternis idem tonsas cessare nouales, Et segné patiere situ durescere campum. Valla lib. 6, putat Noualem esse terram nouam, quę quotannis renouatur per semina.

NOVA MOENIA, νέον τεῖχος, Sarmatiæ vrbs in Europa, Ptolem. lib. 3. cap. 5. Hodie *Album castrum* appellant. Stephanus quoq; eiusdem nominis vrbem in Aeolide constituit, cuius ciues Neotichitas ait appellati. Vulgò *Vuissemburg.*

NOVANVS, ni, Fluuius est in agro Pitinate trans Apenninum, qui æstiuis solstitiis supra modum augetur, & circa brumam siccatur. Vide Plin. lib. 2. cap. 103.

NOVARIA, Oppidum est Italiæ in tractu transpadano: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgò *Nouara.*

NOVELLVS TORQVATVS, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberij Cæsaris, qui gestis honoribus è Prætura ad Proconsulatum vsque peruenit. Hic Tricongius cognominatus est, quòd tres congios vini vno impetu epotauerit, adeóque siccauerit, vt nihil prorsus relictum quod ad pauimentum posset elidi. Autor Plin. lib. 14. cap. 22.

Nouem, Notum numeri nomen, {ἐννέα. Ital. *Noue.* Gal. *Neuf.* Hisp. *Nueue.*} Virgil. 5. Aeneid. Iámq; dies epulata nouem gens omnis, & aris Factus honos. Cic. Quint. Frat. In nouē & dies & libros distributus sermo.

Nouenarius, tij. {ἐννεάς. Ital. *Nouantesimo.* Gal. *Neufuiesme, neufuiesme.* Hisp. *Cosa de nueue.*} & Nouenarius, a, um. Varro, Quo pacto erunt in mulis & pastoribus nouenæ partes, vbi nec admissitæ, nec fœturæ obseruantur? Sed do in hominibus posse nouenarium retinere numerum. Plin. lib. 17. cap. 11, Sulco qui nouenarius dicitur.

Nouenus, a, um, ἔνατος. Mart. lib. 10, Annos addite ter precor nouenos. Plin. lib. 3. cap. 5, Nouenorum ita concepta dierum. Liu. 7. bell. Pun. Decreuere item Pontifices, vt virgines ter nouenæ per vrbem euntes carmen canerent. Terga nouena boum. Ouid. 12. Metamor.

Nouendium, dij, Nouem dierum spatium. {ἐννέα ἡμερῶν. Ital. *Spatio di noue giorni.* Gal. *Espace de neuf iours.* Hisp. *Espacio de nueue dias.*} à quo Nouendiale sacrificium dicebatur, quod nouem diebus continuis fieri solet ad expiationem prodigiorum. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Romanis quoque ab eodem prodigio nouendiale sacrum publicè susceptum est, seu voce cælesti ex Albano monte missa, (nam id quoque traditur) seu aruspicum monitu. Mansit certè solenne vt quandocunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per nouem dies agerentur.

Nouuncium, τὸ μόγιον. Idem quod dodrans, hoc est pondus vel mensura nouem vnciarum.

Nonageni, æ, a, tantum pluraliter. ἐνενηκοντάδες. Numerus est distributiuus à Nonaginta.

Nonagies, {ἐνενηκοντάκις. Ital. *Nonanta volte.* Gal. *Nonante.* Hisp. *Nouenta vezes.*} à Nonaginta numerale aduerbium.

Noningenti, {ἐνακόσιοι. Ital. *Nouecento.* Gal. *Neufcens.* Hispa. *Nouecientos.*} vel per syncopen Nongenti, æ, a, Idem quod nonies centum. Pro eodem etiam dicimus Noningeni, & per syncopen Nongeni.

Nonariæ, dictæ sunt meretrices, quòd hora nona cellas aperirēt, corporis prostituēdi gratia. Per Sat. 1, Si Cynico barbā petulans nonaria vellat.

NOVEM VIAE, ἐννέα ὁδοί Stephano, Ciuitas Thraciæ, quæ & Amphipolis, ἀμφίπολις, dicitur.

Nouerca, æ, Dicitur, quam quis liberis sublatis, nouam vxorem ducit accersendæ familiæ gratia. {μητρυιά. Ital. *Matrigna.* Gal. *Marastre.* Hispan. *Madrastra.*} dicta quasi νέα ἀρχή, id est noua princeps. Virgil. in Buc. Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca. Cice. in Orat. Ab hac indole iam illa matura, vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex.

Nouercalis, & hoc nouercale, {ὁ τῆς μητρυᾶς, μητρυικός. Ital. *Di matrigna.* Gal. *De marastre.* Hispan. *De madastra.*} Quod nouercæ proprium est: vt, Odium nouercale: quo nouerca priuignum prosequitur, Tacit. lib. 1. Manus nouercales, Sen. Herc. fur. Stimuli nouercales, Claudianus in præfat. lib. 2. de Rap. proser.

Nouercari, Est nouercarum more agere, hoc est malignè & inimiciter. μητρυάζειν.

Nouissimus, Nouitas, Nouitius, Vide NOVVS.

NOVIVM, νίειον. Tarraconensis Hispaniæ vrbs, in tractu Arrabrorum non procul à Nerio promontorio.

NOVIVS, Fluuius Britanniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Nouo, nouas, Vide NOVVS.

NOVVMCOMVM, κώμη, Galliæ Cisalpinæ oppidum est ad Larium lacum situm: antea Comum appellatum, donec deductis eò à Diuo Iulio quinque colonorum millibus auctius factum, Nouumcomum appellatum est, & oppidani Nouocomenses. Vide Strab. lib. 5.

Nouus, a, um, Propriè dicitur recens, & quod nuper fuit. {νέος, καινός. Ital. *Nouo.* Gal. *Nouueau, neuf.* Hisp. *Nueuo.*} Ouid. 1. Metam. In nona fert animus mutatas dicere formas Corpora. Teren. in Adelph. Nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo Fiam, atque auum decrepitam ducam? Ibidem, Et noua nupta eadem hæc disce. ¶ Accipitur quandoque pro magno & mirando, incredibili & inopinato. παράδοξος. Virgil. 3. Aeglog. Pollio & ipse facit noua carmina. Idem, Quis furor iste nouus? Noui homines dicuntur, quorum nulli maiores clari fuere, sed ipsi per seipsos clari esse incipiunt, & magistratus in ciuitate assequi. Cic. T. Fabio lib. 5. Epistol. Adeptus es quod non multi homines noui: amisisti quæ plurimi homines nobilissimi.

Nouè, & Nouiter, aduerbia. {καινῶς, νεωστί, νέως. Ital. *contra l'vso & il costume.* Gal. *Nouuellement.* Hisp. *Nueuamente.*} Autor ad Heren. lib. 1, Nequid ambiguè, nequid nouè dicamus. Plin. in Paneg. Vidimus delatorum iudicium, quasi grassatorum, quasi latronum: non solitudinem illi nouiter, sed templum, sed forum insederant.

Nouissimus, superlatiuum, Quod pro vltimo poni consueuit: quia quæ recenter fiunt, vltimum locum habent. {ἔσχατος. Ital. *Vltimo.* Gal. *Le dernier.* Hisp. *Vltimo.*} Cic. lib. 1. de Orat. Quæ duo sunt ad iudicandum nouissima. Idem pro Rosc. Com. Itaq; perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos.

Nouissimè, aduerbium, quod barbarè *Finaliter*, dicitur. {ἐπὶ τέλει, ἐσχάτως. Ital. *Finalmente, vltimamente.* Gal. *Finablement, dernierement.* Hispan. *Vltimamente.*} Ad postremum dixit Cicero. Planeus Ciceroni, Deniq; quòd ad omnes casus coniunctiores Reipublicæ esse volebam vt nouissimè ab omni omnium sollicitatione auersus, eos tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt.

Nouitas, atis, Opponitur vetustati. {νέωσις. Ital. *Nouità.* Gal. *Nouueauté, nouuelleté.* Hisp. *Nouedad ò innouacion.*} Cic. de Amic. Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ: vetustas tamen suo loco conseruanda est. Virgilius 1. Aeneid. Res dura, & regni nouitas me talia cogunt. Molini. Ouid. 4. Met. a. dulcique animos nouitate tenebo. Cice. 2. de Diuin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuin. Eúmque errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. ¶ Nouitas pro generis ignobilitate. Sallust. in Iug. Nouitatem meam contemnunt, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Cic. ad Lentulum, Nouitati esse inuisum meæ.

Nouitius, a, um, Quod est nouum. {νεαρὸς. Ital. *Nouizo, nouo.* Gal. *Nouice, tout nouueau.* Hisp. *Nueuo.*} vt Nouitium opus est nuperrimè factum. Nouitia mancipia, teste Martiano. ff. de Aedil. edic. intelligũtur, quæ nondum annum seruierunt: quibus opponuntur Veterana. Vlpia. eodem titulo, Plerique solent mancipia, quæ nouitia non sunt, quasi nouitia distrahere, ad hoc vt pluris vendant. Præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, dociliora, & habiliora. Trita verò & veterana mancipia difficile est reformare. Plin. lib. 13. cap. 1, Nouitium vinum refinatum nulli conducit. Terent. in Eunuch. Abducit secum ancillas, paucæ, quæ circum illam essent, manent nouitiæ puellæ. Cic. pro Domo sua, Syrum, nescio quem, de grege nouitiorum factum esse Consulem. Nouitium inuentum. Plin. lib. 17. cap. 21, Inuentum nouitio funditur malleolus. Idem li. 23. ca. 1, Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est.

Nouo, as, Nouum facio. {νέω. Ital. *Far nouello, rinouellare.* Gal. *Innouer, faire quelque chose de nouueau.* Hispan. *Renouar ò innouar.*} Sall. in Catil. Consul optimum factu ratus, noctem quæ instabat antè capere, nequid eo spatio nouaretur. Cic. ad. Cat. Famil. 15, Qui nouari aliquid volebant. ¶ Nouare pro Immutare. Cic. 3. de Legib. Nihil habui sanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. ¶ Huius composita sunt, Innouo, καινοῦμαι, παρεξέω: & Renouo, ἀνανεόω. de quibus vide suis locis.

Nouans, participium. Virgil. 4. Aen. Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem Conspicit.

Nouandus, a, um. Ouid. 8. Metamor. -etiam mihi sæpe nouandi Corporis, ô iuuenes, numero finita potestas.

Nouatus, a, um, {καινισθὲς. Ita. *Rinouellato.* Gal. *Innoué, renouellé.* Hisp. *Renouado.*} Ouid. 2. de Remedio, Admonitu recreatur amor, vulnúsque nouatum Scinditur: infirmis culpa pusilla nocet.

Nouator, Nouatrix. Ouid. 15. Metamor. -rerúmque nouatrix Ex aliis alias reddit natura figuras.

Nouatio, onis. {ἀνανίωσις. Ital. *Rinouamento.* Gal. *Innouation, renouellement.* Hisp. *Renouamiento.*} Dictio est Iurisconsultis vsitata, qua illi vtuntur pro priotis debiti in aliam obligationem aut naturalem, aut ciuilem transfusione.

Nouellus, a, um, diminutiuum. {νεόφυτος. Ital. *Nouello.* Gal. *Nouuelet, nouueau planté.* Hisp. *Nouillo.*} Virgil. 3. Aeglog. Atque mala vites incidere falce nouellas. Cic. 5. de Finib. Itaque & viuere vitem, & mori dicimus, arborémque & nouellam, & vernlam, & vigere, & senescere. Ouid. 4. de Pon. eleg. 12, -tu dúxque, coméque fuisti, Quum regerem tenera fræna nouella manu.

Nouello, as, are, Nouum agrum colere, seu nouas vites pangere. {νεῶσαι, νεάσω. Ital. *Piantare di nuouo.* Gal. *Planter de nouueau.* Hispan. *Poner vides en majuelo.*} Sueton. in Domitiano, Edixit nequis in Italia nouellaret. ¶ Huius compositum est Renouello. de quo vide suo loco.

Nouelletum, Sumitur pro vinea ex nouellis vitibus consita. {τὸ νεόφυτον. Ita. *Vigna de nuouo & giouane.* Gal. *Vn lieu complanté de jeusne ou nouuelle vigne.* Hisp. *Lugar plantado de vides nuevas en majuelo.*} Paulus Iureconsl. in l. Veluti. ff. de impens. in rebus dotal. fact. Veluti si nouelletum in fundo factum sit.

Nouellus, Vide NOVVS.

Nox, huius noctis, à noceo, quòd oculis noceat: vel à Græco νύξ. Vnde & Nyctelius dictus est Bacchus, quòd eius sacra noctu celebrarentur. {Ital. *Notte.* Gal. *Nuit.* Hisp. *Noche.*} ¶ Est autem Nox, terræ vmbra, vel (vt Speusippus ait) vmbra diei contraria, solis priuatio. Cic. 2. de Nat. deor. Ipsa vmbra terræ Soli officiens, noctem efficit. Virg. 2. Georg. Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Idem 2. Aen. -& iam nox humida cælo Præcipitat, suadéntque cadentia sydera somnos. Ouid. 2. Amor. eleg. 11, -lasciuæ gaudia noctis. ¶ Aequare nocti ludum, est ludere totam nocté. Virg. 9. Aeneid. -fœlix, si protinus illum Aequasset nocti ludum, in lucémq; tulisset. ¶ Supremam noctem agere. Virgil. 6. Aen. ¶ Dare noctes alicui, de meretricibus dicitur. Hor. Epod. 15, Non feret assiduas potiori te dare noctes. ¶ Locare noctes, meretricum est. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10, Sola locat noctes, sola locanda venit. ¶ Negare noctem, dicuntur meretrices, quum nolunt admittere amatores noctu. Ouid. 1. Amor. eleg. 8, Sæpe nega noctem, capitis modò finge dolorem, &c. ¶ Poscere noctem, Rogare noctem: amatorum sunt, Ouid. 1. Amor. eleg. 8. & lib. 2. Amo. eleg. 2. Vigilata communio nox, Tac. lib. 13. ¶ Nox pro somno: vt, Exturbare noctem. Stat. 10. Theb. Talia vociferans noctem exturbabat, &c. ¶ Nox æterna, pro Morte. Virgil. 10. Aen. -in æternam clauduntur lumina noctem. ¶ Nox animi: hoc est ignorantia, & cæcitas. Ouid. 6. Meta. Tantáque nox animi est. ¶ Noctes & dies: id est continuè, semper. Plaut. Merc. Obiurgare pater ob hæc me noctes & dies. Virgil. 6. Aeneid. Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. ¶ Noctis partes sunt Vesperа, Crepusculum, Prima face, Concubium, Nox intempesta, Ad mediam noctem, Media nox, De media nocte, Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. Vide Censorinũ de Die Natali: & ea quæ suprà annotauimus in dictione Dies. ¶ Diuidunt etiã milites noctem in vigilias quatuor, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur, quoniam seruant castra vicissim per vigilias. Et dicebatur Prima vigilia, Secunda, Tertia, & Quarta. Et (vt scribit Hieronymus) vigiles secundi primis, & secundis tertij, tertiíq; nouissimi in statione succedebant, dato signo à tibicine. Vnde Lucan. lib. 7. Tertia iam vigiles commouerat hora secundos. ¶ A Nox fiunt Pernox, παννυχίς, Noctua, Nocturnus, Nocteſco, Pernocto, Noctiuagus, Noctiluca, Binoctium, Trinoctium, Quadrinoctium, & huiusmodi.

Noctu, Pro ablatiuo Nocte, vtebantur antiqui. {νυκτὸς. Ital. *Di notte.* Gal. *De nuit.* Hisp. *De noche.*} Quadrigarius, Conuenit Senatum noctu multa domum dimitti. Plaut. in Menæ. Haud falsum euenit somnium, quod noctu hac somniaui. ¶ Noctu verò aduerbium, νύκτως, significat per noctem. Sall. Diu, noctúque laborare, festinare. ¶ Aliquando etiam legitur Nox pro Noctu. vt est in x ii. Tabulis, Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto. Vbi Im, accusatiuum dixerunt ab is, & Occisit pro occiderit. Vide Macrob. lib. 1. Satur. cap. 4.

Nocturnus, a, um, Quod est noctis. {νυκτερινὸς, ἐννύχιος. Ital. *Di notte.* Gal. *Chose de nuit, nocturne.* Hisp. *Cosa de noche.*} vt Nocturna lux: sicut à die Diurnus. Claudianus, Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno, Tem

tirantes in ciuita diuisi regna, teste Strabone lib. 17.

Nubes, ‡νεφέλη. Ital. *Nuuola, nebbia.* Gal. *Nue ou nuée.* Hisp. *La nuue.* ‡ Est vapor humidus, in sublime elatus è terra per æstum: siue aër in liquorem coactus, cuius densitas haud dubiè Solem obumbrat: vnde etiam nomen accepisse creditur à nubendo scilicet, hoc est tegendo quòd solem obnubat. Sunt tamen qui eius originem referant ad dictionem Græcam νέφος, quæ nebulam significat, vel nubilum. Cic. 2. de Diuin. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. Virgil. 5. Aen. -& alis Plaudentem nigra figit sub nube columbam. Idem 3. Aeneid. Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cælum Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes. Idem 1. Georg. Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. ¶ Nubes peditum, per translationem, pro multitudine & densitate. Liu. 5. bell. Mace. Rex contrà peditum equitúmque nubes iactat, & consternit maria suis classibus. Armorum nubes, Statius 4. Theb. Belli nubes, Virgil. 10. Aeneid. ¶ Nubis in nominatiuo apud Plautum in Merc. -nónne ex aduerso vides? Nubis atra, imbérque instat.

Nubecula, æ, diminutiuum. Parua nubes. ‡νεφέλιον. Ital. *Nuuoletto.* Gal. *Petite nuée.* Hisp. *Nuue pequeña.* ‡ Plin. lib. 18. cap. 15, Nubecula, quanuis parua, ventum procellosum dabit. ¶ Per translationem accipitur pro tristitia, vel aduersitate. Cic. in Pison. Neque tam fui timidus, vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluámq; in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem.

Nubifer, pen. corr. Nubes ferens. ‡νεφελοφόρος. Ital. *Chi porta nuuole.* Gal. *Portant nuées.* Hisp. *Que trae nuues.* ‡ vnde Nubiferi montes dicuntur, qui tam editi sunt, vt nubes sustinere videantur. Ouid. 2. Meta. Aeriæque Alpes, & nubifer Appenninus. ¶ Nubifer Notus, qui nubes affert, siue gignit. Idem Epist. 2, Te dare nubiferis linea vela notis.

Nubifugus, adiectiuum, Qui nubes fugat. ‡νεφελαλάτης. Ital. *che caccia le nuuole.* Gal. *Qui chasse les nues.* Hisp. *Ahuyentador delas nuues.* ‡ Colum. lib. 10. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu.

Nubigena, æ. Ex nube genitus. ‡νεφελογενής. Ital. *Generato di nuuola.* Gal. *Engendré de nuée.* Hisp. *Engendrado de nuue.* ‡ Colum. lib. 10. M. -x vbi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c. ¶ Nubigenæ dicuntur Centauri, quòd ex nube fint nati. Quum enim Ixion Iunonem depetiret, oblata est illi nubes, quæ imaginem Iunonis repræsentaret, cum qua congressus genuit Centauros. Stat. 5. Thebaid. Luxuriant Lapitharum epulæ, siquãdo profundo Nubigenæ caluere mero. Feri nubigenæ, Ouid. 12. Meram. Bimembres nubigenæ, Virg. 8. Aen. -tu nubigenas inuicte bimembres, &c. Amnes nubigenæ, Stat. 1. Theb.

Nubilus, a, um, pen. corr. Fuscum, nubibus tectum. ‡σκοτερός. Ital. *Fosco, nubilo.* Gal. *Nubileux ou nebuleux, obscur.* Hisp. *Nubloso ò añublado.* ‡ Plin. li. 16. cap. 26, Pyrus, & amygdala, etiamsi non pluat, sed flat austrinum cælum atque nubilum, florem emittunt. ¶ Nubilus color, obscurus. Plin. lib. 9. cap. 35, Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum.

Nubilum, substantiuum, ipsam nubem significat. τὸ νέφος. Plin. li. 2. ca. 62, Rhodi & Syracusis nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora sol cernatur. Ouid. 7. Metamor. -nubila pello, Nubilaque induco: ventos abigóque, vocóque. Virgil. 6. Aeneid. Et pater omnipotens densa inter nubila telum Contorsit.

Nubilarium, rij. Locus, quò propter nubes conferuntur frumenta semitrita. τὸ νεφέλιον. Colum. lib. 1. cap. 6, Huic aræ nubilarium applicari debet, maximè in Italia, propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber accesserit. ¶ Dicitur & Nubilar. Idem lib. 2. cap. 21, Quòd si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in aceruum vel nubilar congeritur.

Nubilo, as, are. Nubilum fieri, nubibus obscurari. ‡ζοφῶ. Ital. *Nuuolare.* Gal. *Couurir de nuées, rendre obscur & nubileux, obscurcir.* Hisp. *Anublar.* ‡ vnde Nubilat aer, apud Varronem de Re rust. Plin. lib. 37. cap. 7, Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse posuit, extremo visu nubilantem. ¶ Hinc componitur Obnubilo, de quo vide suo loco.

Nubilor, aris, deponens. Idem quod Nubilo. Cato de Re rust. cap. 88, Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito: quotidie, quum sol erit, in sole ponito.

Nubilosus, sa, sum, Quod est nubibus plenum. νεφελώδης, ζοφώδης. Ital. *Nuuoloso.* Gal. *Nebuleux, plein de nuées.* Hisp. *Lleno de nuues.*

Nubo, bis, psi, & nuptus sum, in præterito, in supino nuptum, idem est quod velo, vel operio. ‡κρύπτω. Ital. *Coprire, velare.* Gal. *Couurir.* Hispan. *Cobrir.* ‡ vnde Nubes dicta creditur, quòd cælum obnubat. Quoniam verò sponsæ apud veteres, dum viro tradebantur, nubere, hoc est velato capita solebant, factum est vt Nubere vsurpetur pro viro tradi, late

Nudatus defensoribus munus, Ibidem. Apulcius, Tum vulnus nudare iussus est. ¶ A Nudo fit compositum, Denudo, Enudo, pen. prod. de quo infrà suo loco.

Nudipedalia, Sacra erant Hierosolymis, vt scribit Hieronymus contra Iou. De his meminit Egesip. lib. 2. bell. Iud.

Nugæ, arum. A Non & Ago, componi videtur, quòd nihil agant. Ital. *Ciancie, baie.* Gal. *Baueries, bourdes, gaberies.* Hisp. *Los desuarios de vanas palabras.* Sunt enim aut res nullius pretij, aut sermones leuium rerum ac nullius ponderis, & plerunque frustrilea, ioculatoriique. Vnde Catullus, & Martial. poëmata suà vocant Nugas, vt de inanibus minimèque seriis rebus agentia. Plaut. in Menæch. Nugæ sunt meæ. Idem in Trin. Hic postulet frugi esse, nugas postulat.

Nugax, cis, ctium generum, & Nugator, qui meras nugas loquitur. Ital. *Cianciatore.* Gal. *Vain, plein de baueries.* Hisp. *Vano, loco, que mucho desuaria.*

Nugigerulus, pen. corr. Qui vana nunciat, qui nugas circunfert. Ital. *che porta ciancie.* Gal. *Portant baueries.* Hispan. *El que trahe nuevas vanas.*

Nugiger, ra, rum, Idem vt Nugigera manus, hoc est vana, & quæ scipsam fefellit. Cic. ad Attic. lib. 4. Dices, Vellem iampridem: scio te voluisse & me: at nugigeram manum fuisse. Aliqui codices sic habent: Ast num germanum fuisset.

Nugiuendus, di, Ab antiquis dicebator (inquit Nonius) qui aliquid mulieribus venderet. Ital. *Che vende baie.* Gal. *Qui vend des bourdes.* Hisp. *joyero de joyas de mugeres.* Nam omnia quibus mulieres vtuntur, pro rebus vanis atque inutilibus habentur. Plaut. in Aul. Nugiuendis res soloto est omnibus.

Nugor, aris, Vana & nugas ago. Ital. *Cianciare.* Gal. *Dire bourdes, bauer, resuer.* Hisp. *Desuariar en vanas palabras.* Cic. 2. de Diuin. Democritus tamen non insectè nugatur.

Nugator, Qui meras nugas loquitur. Ital. *Cianciatore, che sempre dice parole vane.* Gal. *Resueur, baueur, causeur.* Hisp. *El que desuaria en vanas palabras.* Idem in Captiuis, Euge pol Thalem talento non emam Mi lesium: nam ad sapientiam huius nimius nugator fuit. Cic. pro Flacco, neque in istum Nugatorem tanquam in aliquem testem inuehar.

Nugatorius, a, um, Idem quod nugalis. Ital. *Pieno di ciancie.* Gal. *Plein de baueries & resueries.* Hisp. *Lleno de desuarios.* Cic. 1. de Nat. deor. Tota res Vellei nugatoria est. Idem pro Cecinna, Omnino ad probandum, vtranque rem videam infirmam, nugatoriámque esse.

Nugalis, & hoc, nugale, Quod est nugis plenum. Gell. lib. 1. ca. 2, Sed theorematibus tantùm nugalibus dilatantes, obiurgatione iusta incessiuit.

Nugamenta, Idem quod nugæ. Ital. *Ciancie.* Gal. *Bourdes.* Hispa. *Desuarios de vanas palabras.* Apul. lib. 1, A quo istorum nugamenta hæc comparasti?

Nullus, la, lum, Ital. *Niuno, nessuno.* Gal. *Nul.* Hisp. *Ninguno.* Compositum est ab vllus, quasi non aliquis vel ne vnus quidem. Cic. de Amic. Sic mutitus est, vt nullo ageat. Horat. 1. Epist. 1. Nullus addictus iurare in verba magistri. ¶ Nullus, pro nullius momenti, seu irritus & inanis. Cic. de Amic. Nulla hæc igitur amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. Plaut. Trin. Nullum beneficium esse duco id, quod cui facias, non placet. ¶ Nullus pro non. Terent. Hecy. -si quæret me, vti Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris. Cic. Att. lib. 12, Philotimus non modò nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me quid egerit. Terent. And. Liberatus sum, Daue, hodie tua opera. DAV. At nullus quidem. Plaut. Trinummo, Nullus credas: nulla est mihi vita expetenda sine te. Nulli consilii, pro nullius. Terent. Andr. -quandoquidem tam iners, tam nulli consilij Sum. Nullis literis, id est illiteratus. Plin. Epist. 115. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, vt bene agerent, agendo consecutos. ¶ Nullus sum, frequens apud Comicos pro perij, vel occidi. Terent. in Andr. Nullus sum, *nihil sum*, id est non sum. Et plus est dicere, Nullus sum, quàm perij. Nam qui periit, corpus est reliquum: qui verò nullus est, ita est ac si natus non fuit. Cice. de Senec. Nolite putare me, quum à vobis discessero, nusquam aut nullum fore.

Nullibi, Significat in nullo loco. Ital. *In niun luogo.* Gal. *En nul lieu.* Hisp. *En ninguo lugar.*

Nullusdum, Id est nullus in hunc diem, nullus adhuc. Ital. *Niuno fin hora.* Gal. *Nul encore jusques à present.* Hisp. *Ninguno hasta agora.*

Num, Ital. *Forsi.* Gal. *N'est-ce pas? n'est-il pas?* Hispa. *Por ventura alguno?* Interrogatiua particula est, quæ negatiuam innuit responsionem, sicut contrà Non interrogatiuè acceptum affirmandi vim habet. Est itaque Num, idem quod An, siue Nunquid. Cic. 1. Acad. Quis igitur est hic num sophistes? Et paulò, ante, Num censes Ennium dixisse? ¶ Númne, eiusdem significationis, Cicero de Somn. Scip. Númne aspicis quæ in templa veneris? Pro eodem etiam dicimus An num. Cice. 2. Diuin. An num Imperatorum scientia nulla est?

NVMA POMPILIVS. Ex Curibus Sabinorũ vrbe ortus, secundus à Romulo Romanorum rex, iustitia & pietate insignis, qui pacatis finitimorum odiis, quo truces efferatósque longa militia animos ad pacis artes traduceret, ad deorum cultum animum adiecit: primúmq; ad infimum Argiletum Iani templum condidit, quod apertu, bellum: clausum, pacem indicaret. Deinde Dialem Martialem, & Quirinalem Flamines creauit, Sabios item duodecim Marti assignauit: virgines Vestales sacrauit, Pontificem maximum primus declarauit: dies fastos, nefastósque condidit: annum in duodecim menses diuisit. Quæ omnia quo maiore apud imperitam plebem in veneratione essent, simulauit sibi cum Aegeria Nympha nocturnos congressus esse, eiúsque se monitu, quæ acceptissima diis essent, sacra instituere. Postremo vbi maxima cum reuerentia & suorum, & finitimorũ creuisset, quadragintaq; annis regnasset, diem suum obiit. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe condita.

NVMANA, Oppidum est Piceni, à Siculis conditũ, teste Plin. lib. 3. ca. 13.

NVMANTIA, Stephano, quibusdam *Cæsar augusta*, aliis verò *soria*, Celtiberorum ingens fuit vrbs: quæ quum à Romanis frustra obsessa fuisset per annos quatuordecim, tandem ab Africano mi-

nore fame potius, quàm viribus est deleta. Quum enim fame laborarent, nec eis daretur iusti certaminis copia, omnia sua, & seipsos igni immiserunt. Florus lib. 2.

Numantinus, a, um, pen. prod. Stephano, Numantiæ incola. Quod etiam cognomen Scipionis Aemiliani fuit, qui Numantiam expugnauit.

Numarius, adiectiuum, Numarius, rij, Numatio, Numatus, Vide NVMVS.

NVMATIVS PLANCVS, Nobilis fuit Romanus, Iulij Cæsaris temporibus, qui primus Lugdunũ coloniâ deduxit. Ad hunc extant Ciceronis aliquot epistolæ, & Horatij carmẽ. Sunt qui scribant Munatius.

Numella, Genus vinculi linei, ad discruciandos noxios paratum, quò & illum & pedes immittuntur. Plaut. in Asin. Qui aduersum stimulos laminas, crucésque, compedésque, Neruos, catenas, careeres, numellas, pedicas, boias. ¶ Festus Numellam vinculi genus esse asserit, quo canes solent alligari. Varro lib. 2. de Re rust. cap 9. de canibus loquens. Consuefaciunt quoque, vt alligari primùm possint leuibus numellis: quas si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus eos deterrere solent. Colum. lib. 6. cap. 19. de bobus, cæteríque magnis animalibus. Vbi (inquit) possunt etiam numellæ fabricati, vt incerto capite descendentibus per foramina regulis cerui teneatur. Idem de ouibus & caprís, lib. 7. cap. 8, Nonnulli antequam pecus numellis inducant, virides pineas nuces in mulctram demittunt.

Numen, inis, Propriè nutus ac voluntas Dei est. Ital. *Diuinità, volontà de dio.* Gal. *La volonté & puissance de Dieu, diuinité.* Hisp. *La voluntad y poderia de dios.* A Nuo, is, quod veteres pro volo vsurpabant. Virgil. 2. Aeneid. -non hæc sine numine diuûm Eueniunt. ¶ Aliquando pro diuina potestate ponitur, siue pro ipsa diuinitate, vt Virg. 4. Aegl. Concordes stabuli fatorum numine Parcæ. Vnde diuersa numina, id est diuersæ potestates in vno Deo esse possunt: sicut de Iunone scribitur, quòd fuerit dicta Curetis, quia veheretur curru & hasta: quia parrubus præesset, Lucina: quia præesset nuptiis, Pronuba. ¶ Aliquando Numen sumitur pro ipso deo, *diuinum, vt deus magnus.* Virgil. 4. Aen. Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt) Supplicia hausurum scopulis. ¶ Aliquando pro habitu atque ornatu, vt interpretatur Nonius. Idem 2. Aeneid. Vadimus immissi Danais, haud numine nostro. Quem tamen locum aliter interpretatur Seruius, Haud numine nostro (inquit) id est, Aut diis contrarius, aut quia in scutis Græcorum Neptunus, in Troianorum fuerat Minerua depicta. ¶ Diuinũ numen. Cic. 4. Acad. Quis enim potest, quum existimet se curari à Deo, non & dies & noctes diuinum numen horreat? ¶ Numen Senatus, pro autoritate seu potestate. Cic 6. Philip. Magna vis est, magnum numen vnum & idem sentientis Senatus.

NVMENIVS, Misenæ regionis (quæ mari rubro proxima est) sub Antiocho præfectus, qui Persas eodem die nauali, & equestri certamine vicit: geminâque eodem in loco Ioui & Neptuno trophæa erexit. ¶ Fuit & Numenius Platonicæ sectæ philosophus, quem Origenes non dubitat cæteris omnibus philosophis anteponere. Hunc ferunt, quum Platonis dogmata cum Mosis mysteriis conferret, illud identidem asseruisse, Platonem sibi prorsus videri Mosen alterum, Attica eloquentia diuinitatis arcana rimantem.

NVMERIVS, A numero prænomen deductum est.

Numerus, Est collectio vnitatum. Ital. *Numero.* Gal. *Nombre.* Hisp. *Cuento cogido de vnidades, numero.* Vnde vnitatem dicunt non esse numerum, sed principium numeri. Cice. de Somn. Scipionis, Hi duo numeri, quorum vterq; plenus, alter altera de causa habetur. ¶ Et licet Numerus dicatur de iis quæ numerantur, interdum tamen etiam refertur ad ea quæ mensurantur. Cicc. lib. 3. Offic. Si, exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit. ¶ Interdum ad ordinem. Virg. 3. Aen. Digerit in numerum. ¶ Et quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris cõstat, frequenter etiam Numerus pro ratione harmonica ponitur, quam Græco vocabulo *rhythmum* appellamus. Virg. 9. Aegl. Numeros memini, si verba tenerem. ¶ Aliquando etiam accipitur pro ratione. Idem lib. 11, Hetrusque duces, equitúmq; exercitus omnis Compositi numero in turmas: id est rationabiliter, vt interpretatur Seruius. ¶ Numerus etiam dicitur, *quasi* societas & grex, seu pars. Vnde dicimus aliquem esse ex horum vel illorum numero, qui est ex eorum grege. Sallu. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem mittit. id ex iis qui partiũ suarum erant. ¶ In numero esse. id est annumerari. Cic. ad Sulp. Fam. 13, In primisq; libertus eius L. Cossinius Anchialus homo & patrono, & patroni necessariis (quo in numero ego sum) probatissimus. ¶ In numeros nomen referre. Plin. in Epist. Neq; enim adhuc nomen in numeros relatum est, ideóq; liberum est nobis Syluanũ in locum tuum subdere. In numeros (inquit) id est in ordinem, Tribunorum scilicet. Milites quoq; nondum in numerum relatos dicimus, quum delecti quidem sunt, nondum tamen in suos ordines peruenere. ¶ Numerus, pro honore, vel existimatione. Cic. 2. Phil. Itaq; quem locum apud ipsum Cæsarẽ post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? qua existimatione? quo gradu dignitatis? Numero, vel in numero aliquo haberi, vel esse. Varr. de Re rust. lib. 1. ca. 17, Quod quum ita fit, minus se putãt despici, atq; aliquo numero haberi à domino. Cic. 3. de Orat. Sine hac summus orator esse in numero nullo potest. ¶ A numerus fit adiectiuum Innumerus, a, um, *quod* est sine numero, hoc est infinitum. ¶ In numerato esse pecunia dicitur, quum est in promptu: *habeo pecuniam in promptu*: vt, Habeo pecuniam in numerato: hoc est non valorem, sed pecuniam ipsam promptam paratamq;. Vnde de actore dicente ex tempore dictum est, teste Quint. lib. 6. cap. 3, ingenium eum in numerato habere. hoc est semper promptum paratumq; ad omnia: sicut de Pollione Asinio, seriis iocisque pariter accommodato, dictum est, Esse eum horarum omnium. ¶ Omnibus numeris absolutus. Plin. Epist. 115, Legi enim librum omnibus numeris absolutum. Cic. 2. de Diuin. Itáne verò quicquam potest eum esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? Idem 2. de Nat. deor. Perfectum expletúmq; omnibus suis numeris & partibus. ¶ In numeris, vt maximus est quisque, ita primo loco ponitur:

ponitur: vt, Viginti quinque, Triginta sex: sed si copula intercedat, is numerus præponitur, qui minor est, quoties infra centum, & supra viginti loquimur: vt, Vnus & viginti, Duo & viginti. Cicero, Plato vno & octogesimo anno scribens mortuus est. Isocrates quarto & septuagesimo, cum librum, qui Panegyricus inscribitur, scripsisse dicitur, vixitq; quinquennium pòst: cuius magister Leontinus Gorgias centum & septem complevit annos. Ex quibus verbis colligitur, ante centum præponi numerum minorem, post cẽtum verò postponi. Eodem modo loquimur supra viginti millia vsque ad centum millia: vt, Milites nostri sex & viginti millia erant: vel, Milites nostri erant vicies & sexies mille: vel, Militum nobis erant viginti sex millia. Etenim hæc nomina, dum copula carent, composita videntur: vt, Vndecim, Duodecim, Septendecim, Vigintiduo, Vigintitria. Quemadmodum illa, Vndeviginti, Duodeviginti. Eodem modo Vndevigesimus, Duodevigesimus, Vndecentesimus, Duodecentesimus, Vndemillesimus, Duodemillesimus, & reliqua similiter. ¶ Numeri autẽ illi quibus ordinem significamus, quales sunt, Secundus, Tertius, Centesimus, & reliqui huiusmodi significant vltimum ex eo numero: vt, Secundus, id est vltimus ex duobus: Tertius, vltimus ex tribus: Centesimus, vltimus ex centum. Licet Primus non significet vltimum ex vno, sed ipsum vnum, in ordine tamen ad multos subsequentes. Aliquando tamen non pro vltimo ex eo numero vsurpantur, sed pro vno quolibet ex toto numero: vt, Centesimam partem bonorum patris assecutus sum, hoc est vnam ex centum. Aliquando pro bis tantum, ter centum: vt, Hic ager centesimum fructum attulit hoc est centies tantũ, quantum sementis acceperat. Plinius, Admiscetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius: & tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualicunq; solo cum centesimo grano: ipsumq; pro lætamine est. id est cum centum granis, siue centuplo grano. ¶ Affine hisce significatum habent nomina illa numeralia, Simplus, ἁπλοῦς, Duplus, διπλοῦς, Decuplus, δεκαπλοῦς, & similia: hoc est semel tantum, bis tantum, decies tantum. ¶ Sunt præterea Numeralia, Binarius, Ternarius, Tricenarius, Centenarius, & similia, quæ denotant non multiplicationem, sed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur. vt, Lapis centenarius, non quòd centuplus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, quòd habeat centum annos. Grex centenarius, centum capitum grex. Dicimus etiam Binarium, Ternarium, Centenarium numerum, quia numerus omnia complectitur. Propter quod rectè dicimus, Centenarium numerum annorum ingressus est, non autem, Centenarium annum: & Millenarium numerum pondo vehit nauis: non autem, Millenaria pondo. ¶ Item, Singulum, Binum, Trinum, siue ternum, Quaternum, Quinum, Senum, Septenum, Octonum, Nouenum, Denum, Vndenum, Duodenum, Tertiundenum, Quaternumdenum, Quinumdenum, Senumdenum, vel Denumquaternum, Denumquinum, Denumsenum, Denumseptenum, Denumoctonum, Denumnouenum, Vicenum, Vicenumsingulum, Vicenumbinum, Vicenumternum: siue Singulum & vicenum, Binum & vicenum, & ita deinceps. Tum Tricenum, Quadragenum, Quinquagenum, Sexagenum, Septuagenum, Octogenum, Nonagenum, Centenum: quibus oratores vtroque numero vtuntur, sed frequentius plurali, præsertim vbi subiectum nomen, cui adduntur, tantum pluraliter declinatur: vt, Binæ literæ, Binæ nuptiæ, Bina arma. Poëtæ verò frequentius singulari vtuntur: sed oratores ferè propriam vsurpãt significationem horum nominum. Binus enim, siue Bini, significat singulis duo, Ternus, siue Terni, singulis tres: vt, Creabantur olim bini Consules: id est per singulos annos duo: &, Accepimus omnes à Cæsare bina talenta: id est singulis nobis data sunt à Cæsare duo talenta. At poëtæ, aliique scriptores, pro suis ferè primitiuis hæc nomina accipiunt. Virg. Aen. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Idem, Gurgite septeno rapidus mare submouet amnis. id est septem gurgitibus. Idem, Per duodena regit mundi Sol aureus astra. Plin. Prodigiosa sunt quæ circa hoc tradit Theophrastus, autor alioqui grauis, septuageno coitu durare libidinem contactu eius. id est septuaginta coitibus. Sed in his omnibus notandum est, quòd à triginta Tricenum dicimus, g, in c, mutata, sicut pro vigeno Vicenum. Trecenum verò à Trecentum, quia hæc omnia supra centum quidem syncopantur, infrà verò non syncopantur. Nam Ducenti dicimus pro Ducenteni, Treceni pro Trecenteni, Quadringeni, Quingeni, Sexceni, Septingeni, Octingeni, Nongeni, vel Noningeni: pro Quadringenteni, Quingenteni, Sexcenteni, Septingenteni, Octingenteni, Nongenteni. Centeni autem & Milleni, propter dictionum breuitatẽ non syncopantur. ¶ Sunt item nomina numeralia, Simplex, Duplex, Triplex, Quadruplex, Centuplex, & similia: à quibus Simplicitas, duplicitas, & reliqua. Et aduerbia Simpliciter, Dupliciter, cum reliquis. ¶ Item aduerbia numeralia, Bis, Ter, Quater, Decies, Centies, Millies. In quibus notandum, quòd sicut superiora illa, quæ diximus, supra centum syncopantur, infra centum minimè: ita hæc ediuerso infra centum syncopari, vltrà verò non: vt Vicies pro Viginties, Tricies pro Triginties, Quadragies, Quinquagies, Sexagies, Septuagies, Octogies, Nonagies. cætera verò non syncopãtur, Quinquies, Sexies, Septies, Octies, Nonies, Decies, Centies, Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties, Millies, Bis millies, Ter millies, Decies millies, Vicies millies. ¶ Numeri autem apud Latinos sic notari solent, vt vsq; ad quinarium per vnitates scriberentur: quinarius autem per quintam vocalem v. Denarius autem per x, quæ est decima consonans apud Græcos. l, litera quinquagenarium numerum repræsentabat. c. centenarium. d, quingenarium. m, millenarium. ¶ Quòd si numero alicui transuersa linea superducatur, tot significabit millenarios, quot per se valebat vnitates. Ad hunc modum $\overline{I}$, millenarium significabat: $\overline{V}$, quinque millia. $\overline{X}$, decem millia. ¶ Vnitas duo habens à tergo apostrophos, ad hunc modum I ↄ, quinque denotat millia. Quòd si etiam totidem à fronte ponantur apostrophi, hunc in modum, cc I ↄ ↄ, decem fient millia: quæ & aliter hoc modo notari solent, $\overline{X}$. Quinquaginta millia sic scribi consuerunt. I ↄ ↄ ↄ. Centum autem millia sic, ccc I ↄ ↄ ↄ. qui numerus legitur apud Cice. lib. 2. Epist. ad Caninium Sallustium, Quod (inquit) scribis ad me de drachmis ccc I ↄ ↄ ↄ, nihil est quod

cuiquam in isto genere commodare possim. Quingenta millia ita notari solent c ↄ ↄ, quæ in voce Quingenti prima est, inter duos apostrophos interposita. Millies autem mille in hunc modum scribi consueuit c M ↄ. Ex Probo.

Numerò, aduerbium veteres pro Nimium citò dicebant, autore Festo. Plautus in Menæch. Menæchme, numerò huc aduenis ad prandium. Idem in Mil. Haud etiam numerò hoc dicis. Idem in Casi. O Apelles, ô Zeuxis pictor, cur numerò estis mortui,
Hinc exemplum vt pingeretis?

Numerosus, a, um, Quod magno constat numero. {πολλὸς. Ital. *Numeroso.* Ital. *Que ess en grand nombre.* Hisp. *Cosa de mucho numero ò cuento.*} vt Numerosus populus, Numerosa multitudo. Plin. in Epist. Hoc opus numerosas poscit manus. id est multas. Idem in Paneg. Ago me vocat numerosa gloria tua. Numerosa cohors. Plin. lib. 7. cap. 44. Numerosa varietas, Idem lib 9. cap. 17. Numerosus partus. Idem lib. 11. cap. 40, Quæ numeroso fœcunda partu, hæc plures habent mammas. Numerosa verò oratio, quæ numeris oratoris cõstat. εὐρυθμικὸς λόγος. Cic. in Orat. Id numerosum est in omnibus sonis, atq; vocibus, quod habet quasdã impressiones, & quod metiri possumus interuallis æqualibus.

Numerosè, aduerbium, Sonorè, & per numeros, hoc est per mensuras, siue dimensiones musicas. {ἐυρύθμως, ἐν ῥυθμῷ. Ital. *Con misura.* Gal. *Par mesure.* Hisp. *Con medida.*} Cic. 3 de Orat. Et tamen eam cõmunctionem, sicuti versum, numerosè cadere, & quadrare, & perfici volumus. Idẽ 2. de Nat. deor. Quid si platani fidiculas ferrent numerosè sonantes?

Numerale, Quod ad numerum pertinet. {ἀριθμητικὸν. Ital. *Che si appartiene à numero.* Gal. *Appartenant à nombre.* Hispan. *Cosa perteneciente al numero.*} vnde numeralis scientia, quæ tractat de numeris, Græcè Arithmetice dicitur. Et apud Grammaticos Nomina numeralia, quibus vtimur in numerãdo: vt, Vnus, Duo, Tres. Et aduerbia numeralia. vt Bis, Ter, &c.

Numerabilis, le, Quod numerari potest. {συμμέτρητὸς. Ital. *Che si può annumerare.* Gal. *Qui se peut nombrer.* Hisp. *Cosa que se puede contar.*} Cuius contrarium est Innumerabile, quod numerari non potest. Horat. de Arte, Quo sanè populus numerabilis, vtpote paruus, Et frugi, castûsque, verecundûsque coibat.

Numero, as, Supputo, per numeros recẽseo, vel colligo, & metior. {ἀριθμέω. Ital. *Annouerare.* Gal. *Nombrer, contar.* Hisp. *Contar por numeros.*} Virg. 3. Aeglog. Bisque die numerant ambo pecus, alter & hœdos. Cice. de Amic. Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia, virósque bonos eos qui habentur numeremus. Paulos, Catones, &c. Idem 4. Verr. Numerare omnes non est necesse. ¶ Numerare pecuniam, pro præsentem pecuniam dare. Cic. ad Planc. Atticus, qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. ¶ Interdum supprimitur accusatiuus. Plaut. in Asin. Numerari tussit secundo Leonidæ. Cic. pro Quintio. Sed Romæ quotidie, simulatq; sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat. ¶ Numerare, pro habere, & censere. Cic. 3. Ver. Qui collega Timarchidis propè numerabatur, id est habebatur, & censebatur. ¶ Nullo loco numerare, id est nihili facere. Cic. 2. de Fin. Idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. ¶ Huius composita sunt, Annumero, Connumero, Dinumero, Enumero, Pernumero, & Renumero: quæ vide suis locis.

Numerarim, aduerbium, significat per numeros. κατ' ἀριθμόν.

Numeratò, aduerbij vice positum. {Ital. *Numeratamente.* Gal. *Par compte.* Hisp. *Contando por numeros.*} Cic. ad Attic. lib. 12. Mihi & res, & conditio placet: sed ita, vt numeratò malim, quàm æstimatione. Id est malim numerari mihi, quàm æstimari.

NVMESTRANI, Populi Italiæ, in tractu Lucanorum, Vrsentinis, & Volsentanis proximi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

NVMICIVS, Fluuius fuit in Latio, in quo reperta fuit cadauer Aeneæ, & in quo Anna soror Didûs sese submersit. Hic postea decreuit, & in fontem redactus fuit, qui & ipse postea exiccatus est, sacris etiã Vestæ (cui nonnisi ex hoc fluuio libari fas erat) vnà interceptis. Ouid. 3. Fastor. Corniger hanc timidis rapuisse Numicius vndis Creditur. Virgil. 7. Aen. Hæc fontis stagna Numici. Vbi Numici per apocopen dixit pro Numicij.

NVMIDIA, νομαδικὴ, Vulgò *Il regno di Tunis*, Pars Africæ, inter Cæsariensem Mauritaniam, & Carthaginiensem regionem, cuius populi à Latinis Numidæ, à Græcis Nomades, νομάδες, dicuntur, quasi in pascuis inter armenta degentes: ἀπὸ τοῦ νέμειν, quod est pascere. Erat enim eas gẽs rei pecuariæ in primis studiosa, & ob id ad lætiora pabula subinde magalia sua transferebat: quemadmodum & Hamaxobitæ, qui plaustris domos suas circunferabant. Plin. lib. 5. cap. 3. Numidæ verò, Nomades, à permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domos plaustris circunferentes. Hi à Virg. lib. 4. Aeneid. Infrani Numidæ appellantur, quòd equos non fræno, quemadmodum nos consuemus, sed virgula duntaxat regerent.

Numidicus, a, um, νομαδικὸς, vt Lapis Numidicus, qui inter generosa marmora annumeratur. A Papinio Libycus filex appellatur. Et Panimenta Punica à veteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico strata erãt. Vide suprà NOMADES.

Numidiana pyra, A patria nomen sortita: quorũ meminit Plin. li. 11. ca. 15.

NVMITOR, pen. corr. Filius Procæ Albanorum regis, & Amulij frater, Romuli & Remi auus maternus. Hic Rheam Syluiam filiam habuit, quam Amulius pulso Numitore fratre Vestalẽ virginem fecit, ne tandem sobolem haberet, quæ patruum vleisceretur. Postea verò senex à Romulo & Remo nepotibus, occiso Amulio, in regnum restituitur est. Virg. lib. 6. Et Capys & Numitor, & qui te nomine reddit Syluius Aeneas, &c. Vide Liuium lib. 1. Ab Vrbe.

Numisma, Numosus, Numularius, Vide NVMVS.

Numus, numi. {νόμισμα. Ital. *Denaro, moneta.* Gal. *Monnoye.* Hisp. *Dinero, moneda.* ἀπὸ τοῦ νέμω, hoc est à lege, appellationem accepit, o, in, u, commutato: quia quum antea permutatione mercium homines vti solerent, lege vsus numi introductus est. Alio etiam nomine dicitur Numisma, quod ab eodem etiam fonte creditur derivatum. Quapropter vtrunque vnico m, scribendũ videtur. Sunt tamen nonnulli, qui Nummum geminato m, scribendum putent, eo quòd videant primam vbiq; produci, quæ in dictione Numisma corripitur: vt apud Martialem lib. 1,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib.1, Cur data sunt equiti bis quinque numismata? Sed hoc in loco, cæteris quæ omnibus, in quibus huius nominis prima syllaba corripitur, quidam Nomisma legendum contendunt, per quartam vocalem. Vtcunque scribas, illud certè constat primam in dictione Numus semper produci, quæ contrà in nomine Numisma apud probatos autores semper corripitur: quanuis nonnulli inter neotericos, nullo veterum exemplo aussi sint producere. ¶ Numus autem aliquando generale nomen est, idem significans quod Numisma: & de qualibet pecunia, siue moneta dici potest, siue aurea sit, siue argentea, aut etiam ærea. Plaut. in Pseudolo, Nimis sum miser, numum nusquam reperire argēti queo. Cic. 2. de Finib. Vnde si secutus esset eorum sententiam, qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, ne numum quidem attigisset. ¶ Aliquando etiam speciale nomen est pecuniæ æreæ, quæ alio nomine Sestertius, vel coniunctim Numus sestertius appellabatur: valebátque æstimatione Gallicæ pecuniæ decem denarios Turonenses & semissem, hoc est quartam partem denarij argentei. Cic. 4. Verr. Facta est sponsio sestertiis quinque: coēgit Scandilius quinque illa millia numūm dare ac numerare Apronio. Et rursus inferius, Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem atque audaciam, prædationémque nefariæ societatis, HS quinque millia mercedis nomine, ac præmij dare. Vbi hoc notandum est, Ciceronem Quinque sestertia, Quinque millia sestertiūm, & Quinque millia numūm pro eodem dixisse. ¶ Numus adulterinus, Moneta falsa. κίβδηλος νόμισμα. Cic. lib. 3. Offic. Quærit etiam, si sapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis, quum id nescierit, soluturúsne sit eos, si cui debeat, pro bonis.

Numulus, diminutiuum, Paruus numus, {κερμάδιον, νομισμάδιον. Ital. *Picciola moneta.* Gal. *Petite monnoye.* Hisp. *Pequeña moneda.* } Cic. ad Attic. lib. 1, Si iudicium est, triginta homines populi Romani, leuissimos ac nequissimos, numulis acceptis, ius, & fas omne delere. Idem, Tu si tuis blanditiis à Siconiis numulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem.

Numisma, vel Nomisma, atis, vtrunque enim dicimus, {νόμισμα. Ital. *Danari, moneta.* Gal. *Monnoye.* Hisp. *El numo ò moneda.* } Græca dictio est, idem significans quod Numus, ἀπὸ τοῦ νέμω, hoc est à lege: vnde & Numus dictus putatur. Nam quum ante percussum numisma homines mutuo permutationis commercio vterentur, postea lege introductus est vsus numi. De hoc latius in dictione NVMVS. Habet autem hoc nomen primam syllabam correptam, quæ in dictione NVMVS producitur: vnde Græcorum more Nomisma per o, in carmine scribendum esse plerique arbitrantur, quum alioqui sæpius per u, scribamus. Horat. 2. Epist. 1, Rettulit acceptos regale nomisma Philippos. Martial. lib. 1, Cur data sunt equiti bis quinque nomismata? quare?

Numosus, sa, sum. Idem quod Numatus. πολυχρήμων. Ital. *Danaroso.* Gal. *De beaucoup de deniers, pecunieux.* Hisp. *De muchos dineros.*

Numatus, Qui numis abundat. {πολυχρήματος. Ital. *Danaroso, ricco.* Gal. *Riche, pecunieux.* Hisp. *Rico de dineros.* } Cic. de Lege Agra. Volitat enim ante oculos istorum lubæ regis filius adolescens, non minus bene numatus, quàm bene capillatus. Horat. 1. Epist. 6,

Et genus, & formam regina pecunia donat:
Ac bene numatum decorat Suadela, Venúsque.

Numatio, onis, Numorum abundantia & affluentia. {πολυχρημάτια. Ital. *Abondanza di danari.* Gal. *Richesse d'argent, abondance d'argent & deniers.* Hisp. *Abundancia de dineros.* } Cic. 2. Phil. Pone ante oculos lætitiam Senatus, populiq; Romani, confer eum cum numatione tua, tuorúmq;: tum intelliges quantum inter laudem & lucrum interfit.

Numarius, a, um, Quod ad numos pertinet. {χρηματικός. Ital. *Ciò che s'appartiene à danari.* Gal. *De monnoye.* Hisp. *Cosa pertenesciente al dinero.* } vt Res numaria. Cic. 3. Offic. Vt res numaria de communi sententia constituerétur. ¶ Numarius interpres pacis & concordiæ, apud Ciceronem pro Cluent. id est mercenarius, & qui ob id pecunias accepisset. Numarium iudicium, quod acceptis pecuniis corrumpitur. Idem 2. Verr. Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam numarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset? Numarij iudices, sordidi & corrupti. Idem ad Attic. lib. 1, Numaria thesa, idem ad Att. lib. 4.

Numarius, rij, Qui numis deditus est. {χρηματιστής. Ital. *Dato à danari.* Gal. *Adonné à l'argent, corrompu par argent.* Hisp. *Corrompido por dineros.* } Hieron. ad Marcel. Volo in Numarios inuehi sacerdotes.

Numularius, rij. {ἀργυροκοπεῖον Budæo. Ita. *Banchiere.* Gal. *Banquier, changeur.* Hispan. *Cambrador, banquero.* } à numis permutandis dicitur, quem nos Campsorem vocamus, qui scilicet pecuniæ permutationem exercet. Horum autem officium vilius erat quàm argentariorum, qui non tam pecuniarum permutationem, quàm maiorem negotiationem exercebant, acceptique & expensi rationes conficiebant, quas non faciebant numularij.

Nunc, {νῦν, νὰ νῦν. Ital. *Hora, adesso.* Gal. *Maintenant, à cest'heure, à present.* Hisp. *Agora, luego.* } aduerbium est temporis, quod tempus præsens denotat: ita dictum à Græco νῦν, v in u commutato, & in fine addita litera c. ¶ Interdum ponitur pro Tandem, vel Serò. Virg. 8. Aeglog. Nunc scio quid sit amor. ¶ Interdum pro Sed, accipitur sine vlla temporis denotatione. Cicer. 1. de Diuin. Quæ quidem multò plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus. ¶ Dicitur & Nunc nuper, pro Non ita pridem. Terent. in Eunucho, Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. Quo in loco, teste Donato, Nunc adiectum est tollendæ ambiguitatis causa. Est enim Nuper ex iis dictionibus, quas veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant.

Nuncius, cij, vel potius Nuntius, Qui nuntiat, & quod nuntiatur. {ἄγγελος, ἀγγελία. Ital. *Messo, messaggiero, nuncio.* Gal. *Messager ou message.* Hispan. *Mensajero ò mensaje.* } Virgil. 2. Aeneid. & nuntius ibis Pelidæ genitori. Nuntio Prætoris accensus, Cic. 6. Verr. ¶ Nuntium remittere vxori, pro repudiare vxorem. Cic. ad Attic. lib. 1, Deinde ex Senatusconsulto Consules rogationem promulgasse: vxori Cæsarem nuntium remisisse. Nuntium remittere virtuti, pro eo quod est, virtuti vale dicere, & ab ea deficere. Idem ad Cassium, Iam biennium, aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti. ¶ Nuntius, quod nuntiatur. Plautus in Sticho, Suo nunquam æquè patri nuntium lepidum attulit. Ibidem, Citus præcucurri, vt nuntiarem nuntium exoptabilem. ¶ A nuntius fit. Internuntius. Διάκονος, qui inter duos medius est ad aliquid tractandum. Vide suo loco.

Nuntium in neutro genere, pro re quæ nuntiatur. {ἀγγελία. Ital. *Messaggio.* Gal. *Message.* Hisp. *Mensaje.* } Tibul. lib. 3. Eleg. 4. Diui vera monent venturæ nuntia sortis: Vera monent Tuscis exta, probata viris. Catull. de Berecyntia, Geminas deorum ad aures noua nuntia referens.

Nuntia, æ. fœm. gen. {ἡ ἀγγελιαφόρος, ἡ ἀγγελίστρια. Ital. *Messaggiera.* Gal. *Messagere.* Hisp. *Mensajera.* } Plin. lib. 15. ca. 30, Romanis præcipuè lætitiæ victoriarúmque nuntia additur literis, & militum lanceis, pilisq;. Cicer. 1. de Legibus, Nuntia virgo Ionis miranda vifa figura. Ouid. Epist. 6, Cur mihi fama prior, quàm nuntia littera venit? Idem 1. Metam. Nuntia Iunonis varios induta colores Concipit Iris aquas.

Nuncio, as, vel potius Nuntio per t, Moneo, significo. {προαγγέλλω. Ital. *Nonciare, annonciare.* Gal. *Dire ou porter nouuelle, annoncer.* Hisp. *Traher mensaje nouedad.* } Terent. in Hecy. At istos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nuncias. } Terent. in Hecy. At istos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nuncias. Plaut. Capt. Nunquid aliud vis patri nuntiari? Cic. ad Bruter nuntiant. Plaut. Capt. Nunquid aliud vis patri nuntiari? Cic. ad Brutum, Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. ¶ Hupaucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. ¶ Huius composita sunt, Annuncio, Denuncio, Enuncio, Obnuncio, Prænuncio, Pronuncio, Renuncio: quorum significata vide suis locis.

Nuntiatio, onis, Ipse denuntiandi actus. {ἀγγελία. Ital. *Annontiatione.* Gal. *Nonciation, annoncement.* Hisp. *Obra de traher mensaje.* } Cic. 2. Phil. Nos enim nuntiationem solam habemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem.

NVNCOREVS, Sesostridis filius, qui obeliscum illum, qui postea Romæ situs fuit in Vaticano, curauit excidendum. Autor Plin. lib. 36. cap. 11.

Nuncupo, as, pen. corr. Nomino. {ἐπονομάζω, ὀνομαζόμενον. Ital. *Nommare, appellare.* Gal. *Nommer, dire nommement & expressement.* Hispa. *Nombrar por nombre.* } Liu. lib. 1, Quem Iulium eundem Iulia gens autorem sui nominis nuncupat. Varro in Medo, Quis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine? Cicer. 2. de Nat. deor. Itaq; tum illud, quod erat à deo natum, nomen ipsius dei nuncupabant: vt quum fruges Ceremem appellamus. ¶ Nuncupata vota dicuntur, quæ Consules & Prætores, quando in prouinciam proficiscuntur, faciunt. ¶ Nuncupare vota, Est alicui diuorum vota polliceri & destinare. Plin. in Paneg. Nuncupare vota & pro æternitate Imperij, & pro salute ciuium solebamus. Ibidē, Quo maiore fiducia iisdem illis votis, quę ipse pro se nuncupari iubet, oro & obtestor, si bene rempub. si ex vtilitate omnium regit. Cicer. 3. Philip. Neglectisque sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota quæ nunquam solueret, nuncupauit. ¶ Nuncupare testamentum, est viua voce supremam voluntatem declarare. Plin. lib. 14. cap. 22, Alij testamenta sua nuncupant. Alij mortifera loquuntur, redituráque per iugulum voces non continent. ¶ Inde Nuncupatiuum testamentum dicitur, quo testator viua voce, quæ post mortem agi velit, declarat. ¶ Et Nuncupatus hæres dicitur, qui voce testatoris hæres pronuntiatus est: differtq; ab hærede scripto: de quo vide Iustin. Institu. de Testamen.

NVNDINA, næ, Romanorum dea, à nono die nascentium dicta, qui & Lustricus dicitur. Erat autem Lustricus dies, quo infantes lustrabantur. Is autem erat in masculis nonus, in puellis verò octauus. Vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.

Nundinæ, arum, penult. corr. A nono die dictæ sunt, quasi nouendinæ. {πανήγυρις. Ital. *Fiera, mercato.* Gal. *Foire, marché public.* Hisp. *Feria ò mercado.* } Institutæ autem eo consilio perhibētur, vt rustici octo diebus in agris essent, & nono die repeterent vrbem ad mercatum, legum accipiendarum causa: & vt scita atque consulta frequentiore populo referrentur, & trinundino proposita, à singulis atque vniuersis facilè noscerentur. Vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die (ἀγορὰ ἐκκλησία apud Athenæum) promulgarentur. Cic. contra Rullum pro lege Agr. Illi Capuam, nundinas rusticorum, horreum Campani agri esse voluerat. Colum. lib. 11. cap. 1, Villicus non vrbem, non villas nundinas, nisi vendendæ, aut emendæ rei necessariæ causa frequentauerit. ¶ Dicitur & Nundinum, neutro genere. Liuius, Postquam verò comitia Decemuiris creandis, in trinum nundinum indicta sunt. Sic enim legunt nonnulli. Castigatiora tamen exemplaria habent Trinundinum. Trinundinus autem dies, vel Trinundinum, siue Trinum nundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antè solebat, vt notior esset vniuersis.

Nundinalis, le. Quod pertinet ad nundinas. {πανηγυρικός. Ital. *Che si appartiene alli mercati.* Gal. *De foire.* Hisp. *Cosa pertenesciente à ferias.* } Plaut. in Aulul. Coquus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire coctum.

Nundinor, aris, Palàm vēdere significat, sicut in nundinis fit, & re aliqua ad quæstum abuti: quod & nundino, as dicitur. {πανηγυρίζω, ἀγοραζόμενον. Ital. *Vendere in publico, vendere al mercato.* Gal. *Marchander, faire marchandise, negocier en foire.* Hisp. *Negociar ò vender en ferias.* } Iulius Firmicus li. 6. Matheseos, Quæstus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitum fratrem innitabit, & filium. Apuleius. Toti nunc iudices sententias suas pretio nundinātur. πανηγυρίζουσι τὰς δίκας. Sueton. in Tito Vespa. Suspecta & rapacitas, quod constabat in concionibus patris nundinari, præmiaque solitum: deinde propalam alium Neronem & opinabantur & prædicabant. Cicero sæpius Nundinari pro emptitare vtitur, vt in Verrem, Ab isto pueri annorum senūm, septenūmq; denūm Senatorium ordinem nundinati sunt. Idem 3. Philip. Vna in domo omnes, quorum intererat, totum imperium pop. Rom. nundinabantur.

Nundinatio, onis, Ipse nundinandi actus. {πανήγυρις. Ital. *Vendita ò compreda.* Gal. *Vente ou achet.* Hisp. *La obra de negociar à las ferias.* } Cicer. de lege. Agr. Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Nundinatio hominum. Idem Verr. 4.

Nundinator, Qui nundinas frequentat. {πανηγυριστής. Ital. *Mercante che va alle fiere.* Gal. *Marchant qui hante les foires.* Hispa. *Aquel negociador.* } Festus, Nundinis rustici conueniebant mercandi & vendendi causa, túmque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nundinatius, a, um. Quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum est. {πανηγυρικός. Ital. *Pertinente alle fiere.* Gal. *Apartenant aux foires.* Hispa. *Perteneciente à ferias.*} Plin. lib. 12. cap. 17, His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Idem lib. 8. cap. 15, de suibus, Quin & duces in vrbe forum nundinatium, domósque petere discunt.

Nunquam, Nullo tempore. {μήκοτε, οὐδέποτε. Ital. *Mai.* Gal. *Iamais.* Hispa. *En ningun tiempo.*} à quo Nonnunquam, quod significat Aliquando. Plaut. in Mercurial. Nunquam ædepol quisquam illam habebit potius, quam ille, quem ego volo.

Nunquamnon, significat Semper. {ἀεὶ πανταχοῦ. Ital. *sempre.* Gal. *Touſiours.* Hispa. *Siempre.*} Sueton. in Tibe. Turbatione cælo nunquam non coronam lauream ceruice gestauit, quòd fulmine afflati negetur id genus frondis.

Nunquando, μήποτε, pro eo quod est, num aliquando. Et habet accentum in antepe. sicut Aliquando. Cic. de Amic. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, Nunquando amici noui num indigni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus.

Nunquis, nunqua, nunquod, vel nunquid, Idem est quod num aliquis. {μήτις. Ital. *Vi è piu altro?* Gal. *Y a il quelque autre chose?* Hil. *Auentura algo?*} Terent. in Eunuch. Nunquid vis? Ibidem, Nunquis hic est inemo est. nonquis hinc me sequitur? nemo homo est. ¶ Pro eodem etiam aliquando legimus Nunquisnã, & in neutro genere, Nunquidnam: præsertim apud Comicos. Terent. in Andr. Ehodum die mihi: nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine?

Nuntio, as, are, Nuntius, &c. Vide NVNCIO.

Nuo, nuis, cum suis compositis, Vide in dictione ABNVO.

Nuper, aduerbium, Idem est quod Non longo tempore. {πρώην, ἔσχατον, ἔσχατος. Ital. *Di nuouo, poco fa, pur hora.* Gal. *Naguieres, il n'y a pas long temps.* Hispanicè. *Poco tiempo ha.*} hoc est ante paucos dies, vel menses. Virgil. 1. Aeglog. Nuper me in littore vidi. Boëthius, Hoc autem quod nuper diximus. ¶ Quandoque de longiore tempore dicitur. Cic. 2. de Diuin. Neque ante philosophiam patefactam, quæ nuper inuenta est, hac de re communis vita dubitauit. ¶ Hinc nupertimè superlatiuum, hoc est recentissimé.

Nuperus, a, um, Quod recens est, quod nuper fuit. {νεωστί, νεωστί. Ital. *Di nuouo.* Gal. *Recent, nouueau.* Hisp. *Cosa de poco tiempo.*} Plaut. Capt. Recens captum hominem, nuperum, nouitium.

NVPSIA, νῦψια, Oppidum est ad Nilum fluuium, in tractu Syenitarum: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

NVRAIA, Oppidum est Arabiæ, Nomadibus proximum: de quo Plin. lib. 6. cap. 100.

Nupta, Nuptiæ, Nuptus, Vide NVBO.

NVRSIA, Vrbs antiqua Sabinorum, ex qua Q. Sertorius, vir rei militaris sciensissimus ortus est. Virgil. 7. Aen. -quos frigida misit Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini. Vbi Seruius, Frigida Nursia, vel quia re vera talis est, vel frigidam dixit, quasi venenosam, & nocentem. Gracchi nanque vbique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellauere. Scimus autem Virgilium amare historiarum rem per transitum tangere. Hæc ille. ¶ Huius oppidi incolæ dicti sunt Nursini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Nursinus, a, um, adiectiuum. Martialis lib. 13, Nursinas poteris parcius esse pilas.

Nurus, Filij vxor. {ἡ ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή. Ital. *Nuora.* Gal. *Bru, la femme de mon fils.* Hisp. *La nuera muger del hijo.*} Cic. 2. Philip. Reiecta mater amicam impuri filij, tanquam nurum sequebatur. ¶ Poëtæ Nurum sæpe pro sexu tantùm ponunt. Ouid. 2. Meta. Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis. Id est fœminis Latinis. Martial. lib. 4, Atque inter Latias gloria prima nurus.

Nusquam, Aduerbium loci est, idem significans quod in nullo loco. {οὐδαμοῦ. Ital. *In nissun luogo.* Gal. *En nul lieu, nulle part.* Hisp. *En ningun lugar.*} Terenr. in Eunuch. Ille autem bonus vir nusquam apparet. ¶ Nusquam gentium, id est nusquam omnino. Plaut. in Amph. Sed quid ais? num obdormisti dudum? nusquam gentium. Terent. in Adel. Næ ego homo sum infœlix: primùm fratrem nusquam inuenio gentium.

Nusquam non, Significat vbique. Nonnusquam, alicubi. πανταχοῦ. Ital. *In ogni luogo.* Gal. *En tout lieu, par tout.* Hisp. *Donde quiera.*

Nuto, as. Frequentatiuum est à Nuo, quod propriè est frequenti capitis inclinatione aliquid significo. {νεύω, κατανεύω. Ital. *Accennare col capo chinandolo.* Gal. *Faire signe en baissant la teste, branler, hocher.* Hisp. *Mouer o menear la cabeça.*} Plaut. in Asin. Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. ¶ Accipitur & pro vacillare, & ruinam minari. Cic. 6. Verr. Illud signum interea nutabat, quũ vectibus subiectis conarentur submouere. ¶ Transfertur & ad animum, vt idem ferè sit quod hæretre, & dubitare in quam potissimùm partem te inclines. Cic. 1. de Nat. deor. Democritus nutare videtur in natura deorum.

Nutrio, tris, triui, vel trij, secundum Priscianum, Educo, alo. {τρέφω. Ital. *Nodrire.* Gal. *Nourrir.* Hisp. *Criar.*} Plin. lib. 11. cap. 40, Balænæ, vitulique mammis nutriunt fœtus. ¶ Inuenitur etiam Nutrior, tam deponens, quàm passiuum. Virgil. lib. 2. Georg. Hoc pinguem & placidam paci nutritor olиuã, id est nutrito, vel nutrias. Colum. lib. 12. ca. 30, Quanto magis æstus erit, eo sæpius conuenit vinum nutriti, refrigerarique, & ventilari. Ibidem, Et Nutritum vinum operimus, atque oblinimus.

Nutritus, us, Idem quod nutrimentum. {τροφή. Ital. *Nodrimento.* Gal. *Nourriſſement.* Hisp. *Mantenimiento.*} Plin. lib. 22. cap. 25, Multi senectam longam mulsi tantùm nutritu toletauere.

Nutrico, as, pen. prod. Idem significat quod nutrio. {τρέφω, παιδεύω. Ital. *Nodrigare, nodrire.* Gal. *Nourrir, alimenter.* Hispa. *Criar.*} Plaut. in Mil. Bona mea inhiant certatim, nutricant & munere. Idem in Mate. Nec pecus rure pascere, nec pueros nutricare.

Nutritor, aris, Deponens, idem significat. Cic. 1. de Natu. deor. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parẽs (vt ita dicam) atq; educator, & altor est mundus: omniáq; , sicut membra sua, & partes suas, nutricatur, & continet. Colum. lib. 8. protuit bra sua, & partes suas, nutricatur, & continet. Colum. lib. 8. protuit passiuè, Nam suburbanus (inquit) lactens porcus acere nutricandus est. Varr. 1. de Re rust. cap. 23, Quòd ea sole nutricantur.

Nutricatio, onis. {τροφή. Ital. *Nodrigatione.* Gal. *Nourriſſement.* Hispa. *Obra de criar, mantenemiento.*} Gell. lib. 12. cap. 1, Ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, manus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet.

Nutricatus, us, ui, Idem quod nutricatio. Varro 1. de Re rust. ca. 47, Contrà herba in prato ad spem fœniseciæ nata, non modò non euellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda.

Nutritius, tij, Qui nutrit, siue qui curam habet infantium, & adultorum, vt viuant. {τροφεύς. Ital. *Balio, colui che nodrisce.* Gal. *Nourricier, qui nourrit.* Hisp. *El ama que cria.*} Cæsar 3. belli ciuilis, Nutritius eius pueri eunuchus.

Nutritius, a, um. adiectiuum. {τροφικός. Ita. *Pertinente à nodrire.* Gal. *Appartenant à nourrir.* Hisp. *Perteneciente à criar.*} Colum. lib. 3. cap. 13. Ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cœlestes admittat imbres.

Nutritor, oris, Qui nutrit. {τροφεύς. Ital. *Chi nodrisce.* Gal. *Nourricier, qui nourrit.* Hisp. *El que cria, criador.*} Stat. 10. Theb. Vertice sic Pholoes volucrum nutritor equorum Lætatur, &c. Suet. de claris grammatic. M. Antonius Gnypho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus.

Nutrix, cis, Quæ nutrit. {τροφός, γυνὴ τιτθάζουσα, τιτθεύτρια. Ital. *Nodrice, baila.* Gal. *Nourrisse.* Hisp. *El ama que cria.*} Terent. in Eunucho, Nutricem accersitum sit, quæ illam aluit parulã. Cic. de Ami. Isto enim modo nutrices & pædagogi iure vetustatis plurimũ beneuolentiæ postulabunt. Idem 3. Tusc. Vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.

Nutricula, diminutiuum. {τιτθεύτρια. Ital. *Piccola nodrice.* Gal. *Petite nourrice.* Hisp. *Pequeña ama.*} Iuuenal. Satyr. 7, Gallia vel potius nutricula causidicorum.

Nutritia, orum, gen. neu. numeri pluralis, Merces nutricis. {τὰ τροφεῖα. Ital. *Salario di baila.* Gal. *Le salaire d'auoir nourri.* Hispa. *El salario ò soldada del ama.*} vt in titulo de Variis & extraordinariis cognitionibus, citra finẽ.

Nutrimentum, ti, Alimentum, hoc est vt medici definiunt, quicquid substantiam nostram augere potest. {τροφή. Ital. *Nodrimento.* Gal. *Nourriſſement.* Hisp. *Mantenimiento.*} ¶ Transsumitur & ad res inanimatas. Cic. in Orat. Sed quòd educata huius nutrimentis eloquẽtia est, ipsa se postea colorat & roborat. ¶ Accipitur & pro ipsa nutritione, siue educatione. Sueton. In Calig. Quantum per hanc nutrimentorum consuetudinem fauore & gratia valuerit. Id est quòd in castris educatus sit: vt ait Budæus.

Nutrimen, inis, Idem quod Nutrimentum. τροφή. Ouid. 15. Metamor. Naturæque suum nutrimen deerit edaci.

Nutus, ἡ νεῦσις, & Nuto, tas, τὸ νεύειν. Vide in verbo ABNVO.

Nux, A nocendo dicta, quòd satis noceat. {κάρυα, κάρυον. Ital. *Noce.* Gal. *Noix.* Hisp. *Nuez.*} Ouid. -quoniam fata lædere dicor Cultus in extremo margine fundus habet. Siue quòd linguæ noceat. Vel quòd vt nox aërem, ita nux succo suo corpus atrum faciat. Constat nucis nucleum esse difficilem contactu, dolorem capitis inferentem, tussientibus inimicum. Græci κάρυον vocant, à grauedine capitis. κάρη enim caput significat. Est autem nux generale omnibus quæ duro operimento teguntur, vt sunt castaneæ, amygdalæ, & huiusmodi. τὰ καρυώδη. Virgilius. Castaneæque nuces mea quas Amaryllis amabat. ¶ Pomum verò de iis propriè dicitur, quæ mollem habent corticem: quanuis etiã pro nucibus aliquãdo accipiatur, vt apud Plin. lib. 15. ca. 22, Ab his locum amplitudine vindicarunt, quæ cessere autoritati, nuces iuglandes. Et paulo pòst, Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit: nanque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorúmque illis quadripartita distinctio, lignea incorrupta membrana. Cæteris quicquid est, solidum est, vt in auellanis & ipso nucum genere quas antea abellinas, patrio nomine vocabant. ¶ Malum verò non quodcunque pomi genus tenerioris atque carnosi dicitur, sed illud tantùm quod sui nominis arboribus producitur: his scilicet, quas malos vocamus: quemadmodum Pyra, quæ pyrus producit. Hoc modo Mala citrea, siue Medica dicimus, Mala coronea, Mala punica, & similia. ¶ Relinquere nuces, est omissis nugis puerilibus ad maiora negotia conuerti. Est enim nucum lusus soli pueritiæ conueniens, grandioríque ætati indecorus. Persius Satyr. 1, Et nucibus facimus quæcunque relictis, Quum sapimus patruos. ¶ Nux Græca, eadem cum amygdala, quæ & Thasia dicitur. Colum. de Arboribus ca. 22, Nucem Græcam ferito Arcturi signo. Plin. li. 15. ca. 22, Quum de amygdala loquitur, Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur, quoniam Græcas nominat. ¶ Nuces iuglandes, quæ & Regiæ dictæ sunt. Plin. lib. 15. cap. 22, Ab his locum amplitudine vindicarunt, quæ cessere autoritati, nuces iuglandes. De diuersis nucum generibus, vide in dictione IVGLANS.

Nucens, a. um. Quod est ex nuce. {καρυίνος. Ital. *Di noce.* Gal. *De noix.* Hispa. *cosa de nueces.*} Plin. lib. 16. cap. 39, Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atq; aliam materiam omnem quum effodies, luna decrescente eximito post meridiem.

Nucula, læ, diminutiuum, Minuta nux. {καρυάριον. Ital. *Nocella.* Gal. *Petite noix, noiſille.* Hisp. *Pequeña nuez.*} Vnde & Prænestinæ nuculæ appellatæ sunt. A nucula fit aliud diminutiuum, Nucella.

Nucleus, nuclei, Quod tenerum in nuce includitur. {κάρυον. Ital. *Garigbo, garrione, quel dentro della noce.* Gal. *Noyau, cerneau de noix.* Hisp. *El meollo de la nuez, y fruta seca.*} Plaut. in Cure. Qui è nuce nucleum esse volt, Frangat nucem: hoc est qui commodum appetit, ne fugiat laborem. ¶ Iude Enucleo, as. Est idem quod declarare, quasi nucleũ rei alicuius emere. ¶ Nucleus ferri à Plin. lib. 34. cap. 14, accipitur pro calybe. Fornacum (inquit) maxima differentia est. in iis quidem nucleus ferri excoquitur ad inducendum aciem, alióque modo ad densandas incudes, malleorúmque rostra. ¶ In acino etiam Nuclei dicuntur minuta illa grana, quæ vulgò *Vinacea* vocant. Plin. lib. 23. cap. 1, Vua passa, quam Astaphida vocant, stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis exemptis vesicæ vtilis habetur. ¶ Nucleum amisi. prouerbium. Plaut. Capt. Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, vbi resciuisset sibi impositum esse, & herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum: is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Erasmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nucifrangibulum, Vox est Plautina, quam pro dente accipit. Dentibus enim nuces solent confringi. Verba Plautiin Bacch. sunt hæc, Mihi cautio est, Ne nucifrangibula excusserit ex malis meis.

N ante Y.

Nyctalops, νυκτάλωψ, Qui noctu cæcus est, quum interdiu clarè videat. Hic etiam Luscosus dicitur à Latinis. Plin.lib.8. cap.50. de pecore caprino. Restituit vespertinam aciem his quos Nyctalopas vocant.

NYCTELIVS, νυκτήλιος. Vnum est ex Bacchi cognominibus, tractum ab eo quòd nocturno tempore eius sacra celebrabantur, quæ Nyctelia, νυκτήλια dicta sunt.

NYCTEVS, per duas syllabas, νυκτεύς, Neptuni fuit filius ex Celæne Atlantis filia, quem ex Amalthea Cretensi nympha Antiopam & Nyctimenen suscepisse ferunt, ipsúmque ab hac posteriore turpi amore adamatum eum eadem nutricis opera ignarum concubuisse: sed scelere cognito Nyctimenen occidere voluit: illa verò fugiens, miseratione Minervæ in auem sui nominis versa est, & in ipsius tutelam suscepta. νυκτερίδην enim Græcis noctuam sonat. Vide Ouid.lib.2. Metamorph.

Nycteris, idis, νυκτερίς, Vespertilionis genus tam minutis pedibus, vt eis carere videatur. Plin.lib.11.cap.47. Qui negant volucrem illam sine pedibus esse, confirmant & apodas habere, nycterin, & drepanin.

Nycticorax, pen.corr. Cornus nocturnus.

Nyctilops, opis, Herbæ genus, quod alio nomine Nyctegretum appellatum dictum, quòd noctu è longinquo fulgeat. Eandem & Chenomychon quidam appellant, quòd ad primum eius conspectum anseres statim expauescunt. Vide Plin.lib.21.cap.2. Sunt qui hanc eandem esse putent cum ea, quam chymistæ Lunariam appellant, noctu cum luna lucentem.

NYCTIMENE, νυκτιμένη, Filia Nycteï, ex Amalthea Cretensi Nympha, quæ nefando patris sui amore capta, opera nutricis cum illo concubuit: tandémque agnita, quum pater eam vellet occidere, fuga se subduxit: imploratóque Minervæ auxilio, transformata est in auem sui nominis, quæ à Latinis Noctua dicitur: Græci etiam γλαῦκα appellant: quæ etiam nunc sceleris sui conscia, lucem fugit, nec nisi noctu volat. Ouid.2 Metamor. An quæ per totam tes est notissima Lesbon, Non audita tibi est, partium temerasse cubile Nyctimenen? auis illa quidem, sed conscia culpæ Conspectum, lucémque fugit, tenebrisque pudorem Celat, & à cunctis expellitur æthere toto.

NYCTORIX, Babyloniorum regina, maximi animi mulier, & quę ipsam Semiramidem solertia longè superauit. Vide Herodotum lib.1, vbi tamen hæc non Nyctorix, sed Nitorix appellatur.

Nympha, ξ νύμφη. Ital. *sposa, ninfa.* Gal. *Nymphe, espouse.* Hisp. *Esposa, nimpha.* ξ Latinè sponsa. Sed putauerunt antiqui Nymphas aquarum deas esse, quasi lympharum numina: quanuis etiam latius Nymphæ nomen accipiatur pro montium deabus, quas Oreades vocant: & pro iis, quæ arboribus & syluis putabantur præsidere, quas Dryades vocabant, & Hamadryades, & Napæas. Veteres Græci Nympham dicebant, quam nos mutatione vnius literæ Lympham, hoc est aquam. ¶ Nymphæ Libethrides, Musæ dicuntur à Libethro Thraciæ monte Musis consecrato. Virg.7. Aeglog. Nymphæ noster amor Libethrides. ¶ Dicuntur & nymphæ apes, quum primùm formam cœperint habere. Plin.lib.11. cap.16, de apibus loquens, Gallinarum modo incubant. Id quod excisum est, primùm vermiculus videtur candidus, iacens transuersus, adhærénsque ita, vt pascere videatur. Rex statim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger. Cætera turba quum formam capere cœpit, Nymphæ vocantur: vt fuci, sirenes, atque cephenes. ¶ Nympha etiam à rei anatomicæ peritis vocatur caruncula in muliebribus pudendis bifariam prominens, quem Colliculum Latini appellant: cuius vsus est, colli orificium tegere, & frigus ab eodem arcere. Hanc caruncula Aegyptij in virginibus solent excidere. Vide Galenum lib.15. de Vsu partium.

Nymphæum, phæi, Idem est quod lauacrum, vel balneum. ξ λουτρών. Ital. *Bagno.* Gal. *Poisoir.* Hisp. *El baño.* ξ Plin.lib.5. cap.12, Eúmque seruatum in nymphæo, donec Corinthum Mummius euerteret, tradunt. Iulius Capitol. Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam nymphæa, & balneas. Iosephus scribit Herodem apud Ascalonem constituisse nymphæa, id est lacus & balneas.

Nymphæa, æ, νυμφαία, Herbæ genus est, in paludibus nascens, & aquis stagnantibus: vnde & nomen accepit, teste Dioscoride lib.3.cap.149, quòd scilicet aquosis locis gaudeat. ¶ Alio etiam nomine Heracleon appellatur, quòd nympha quædam Herculis amore capta, in hanc herbam feratur commutata. ¶ Est & altera nymphææ species, cuius flos Blephara dicitur, foliis superiori simillimis, radice alba, scabra, flore luteo, nitente, & rosæ simili. Autor Dioscorides lib.3.cap.150.

NYMPHAEA, æ, νυμφαία, Insula est iuxta mare Adriaticum, in qua Calypso dicitur habitasse. Gentile est Nymphæus νυμφαῖος, Steph.

NYMPHAEVM, νυμφαῖον Stephano, Oppidum est in Taurica regione, non procul à Bosphoro Cimmerio, iuxta Panticapæum, & Theodosiam, portum habens vtilissimum, teste Strabone lib.7. & Plin.lib.4. cap.12. Est item Nymphæum, locus quidam in ea Macedoniæ parte quæ mare Adriaticum spectat, non procul ab Apolloniatarum finibus, petram habens ignem vomentem, cui subsunt fontes, qui aqua tepida, bituminéque ictatent. Autor Strabo lib.7.

NYMPHAEVS, νυμφαῖος, Italiæ fluuius est iuxta Velitras, non procul à Circeris in mare influens. Autor Plin.lib.3.cap.5.

NYMPHAS, adis, νυμφάς, Locus est Arcadiæ, cuius incolæ vocantur Nymphasij. Stephanus ex Pausania.

NYMPHODORVS, νυμφόδωρος, Medici insignis nomen, cuius meminit Plin.lib.34.cap.10.

NYSA, νῦσα, Vrbs est in ea parte Arabiæ, quæ Aegypto contermina est, apud quam (vt Diodorus ait,) Bacchus educatus à Nymphis fuit. Vnde & Nysæus, νυσαῖος, νυσεύς, dictus est, ac Dionysius, à Ioue scilicet & Nysa nomine accepto. ¶ Nysa etiam ciuitas in India est, à Libero patre (vt refert Strabo lib.15.) condita, carminibus poetarum celebratissima: sita sub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant. ¶ Alia est Nysa in Bœotia, apud Homerum, in Catal. nauium, quam tamen in castiganoribus exemplaribus Nissam videmus appellari. Alia in Caria apud Plin.lib.5.ca.29. ¶ Est item vicus in Helicone, apud Stephanum, Baccho sacer. ¶ Item oppidum Euboeæ, apud eundem, in cuius agro fabulantur eodem die & vites florere & vuas matureſcere. Ptolemæus præter has duas alias eiusdem nominis vrbes commemorat, quarum alteram in Lycia, alteram in Ionia collocat. Plin.lib.8. cap.39, Nysam Indiæ montem esse tradit, iuxta quem lacertæ ad 24. pedum longitudinem feruntur excrescere.

NYSAEA, pro Indiæ oppido lege Nysa. Pro emporio autem, sine portu Megarensium, lege NISAEA.

NYSEVS, νυσεύς, Dissyllaba dictio, Bacchi cognomen est: à Nysa Arsi oppido, vbi ferunt esse educatum. Ouid.lib.4. Metam. Additur his Nyseus, indetonsúsque Thyoneus.

NYSIRVS, Vide NISYRVS.

Nysla, νῦσλα. Per geminum s, repagulum vnde cursores mouentur, λὸν ἔ νύσσειν, quod inter cætera significat pungere: propterea quòd illic inciperent equos calcaribus vrgere. ¶ Item ipsa meta, λὸν ἔ κάμπτειν, hoc est ab inclinando: quòd quum metam attigissent, ibi inclinarentur, & flectrentur. Hæc tamen vox, vt pleræque aliæ, quum in vsu Latinorum non sit, in Grælatinum Lexicon potius erat reiicienda.

O



VARIIS modis positum inuenitur. ¶ Aliquando aduerbium vocandi, ὦ. Terent. in Adelph. O Ctesipho. c. ô Syre, Aeschinus vbi est? Virg. 1. Aen. O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem, &c. ¶ Nonnunquam etiam interiectio est, variis seruiens affectibus. Est enim aliquando admirandi, ὦ. Iuuenalis, O qualis facies, & quali digna tabella? ¶ Aliquando indignandi. Cicer. in Catilin. O tempora, ô mores, ô paterni generis obilite, materni vix memor. ¶ Aliquando optati aduentus, aut repentè perculsi. Terent. O salue, ô Pamphile. Virg. 4. Aen. Adsis ô placidúsque veni. ¶ Interdum est interiectio dolentis. Cic. O me miserum, ô infœlicem ὦ ἐγὼ δυσχέρης ἐγώ. ¶ Exprimit nonnunquam exultantis affectum. Virgil. 3. Aen. O mihi sola mei super Astyanactis imago. Terent. Adelph. O frater, frater quid ego te nunc laudem? Idem Andr. O factum bene, beatis. ¶ Aliquando exclamantis. Terent. in Phorm. O audaciam, etiam me vitro accusatum aduenit. ¶ Aliquando irridentis. Cicer. de Amicitia, O præclaram sapientiam: solem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. ¶ Aliquando ponitur pro Vtinam. Virgil. 2. Aegl. O tantùm libeat mecum tibi sordida rura, Atq; humiles habitare casas. Aliquando vtrunq; coniungimus: ita tamen, vt O præcedat, Vtinam sequatur. Ouid. in Epist. Penelopes, O vtinam tunc, quum Lacedæmona classe petebat, Obruerus insanis esset adulter aquis. ¶ Iungitur quoque ei particula Si: & dicimus O si, & est desyderantis, idem valens quod Vtinam. Virg. 11. Aen. Quanquã ô si solitæ quicquam virtutis adesset, &c. Horat. O si vrnam argenti fors quæ mihi monstret. ¶ Tacetur quandoque ô, quum accusatiuo iungitur: (nam & nominatiuo & vocatiuo iunctum legimus, vt patet ex superioribus exemplis) vt apud Plinium Iuniorẽ, Hominem te patientem, ac potius durum, ac penè crudelem. Et (sicut docet Donatus) maioris stuporis est hoc modo pronuntiatũ, & quãdoq; melius sonat. Teren. in Eunuch. Hominẽ perditum, miserúmq;, & illum sacrilegum.

Oataricha, ὠὰ τάριχα, Dicuntur mugilum oua, sale condira. ὠὸν enim est, quod nos Ouum dicimus, interposita v, euphoniæ causa, ὠάριχος falsum dicitur: ὠάρυκω, seruo, condio, liquefacio, sicco.

OANVS, ni, ὤανος, Lydiæ oppidum, apud Stephanum.

OASIS, ὄασις, Oppidum in desertis Libyæ, septem dierum itinere à Thebis distãs, quod Herodoti ætate à Samiis tenebatur, vt ipse refert li.3.

OAXIS, ὄαξις, Fluuius Cretæ insulæ, ab Oaxe Apollinis filio sic vocatus: vnde & Oaxia tellus, Creta appellatur. Virg. Aegl. 1, Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem. At Seruius putat esse fluuium Mesopotamiæ, cretosum vehentem limum: vnde à Poëta rapidum cretæ putat appellatum. Quæ tamen interpretatio à doctioribus omnibus meritò reiicitur.

OAXVS, ὄαξος, Ciuitas Cretæ, ab Oaxo Minois ex Acalliide filia nepote, vel à situ loci, quòd crepidines Græci Axos vocent. Herodotus quoq; lib.4, Oaxum vrbem Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Batti regnauit, qui Cyrenen Libyæ vrbem ædificauit.

O ante B.

Ob, Præpositio separari & componi potest. Separata causalis coniunctionis locum tenet, & significat propter. ξ Διὰ, διότι. Ital. *Per, per cagione.* Gal. *Pour, a cause de.* Hisp. *Por.* ξ Virgil. lib.11, Cuius ob auspitium infaustum, morésque siniistros. Terent. in Andr. Ego pretium ob stultitiam fero. Plaut. in Asi. Itaq; ob asinos relatum prætium Sauriæ? Prætium ob stultitiam, vel ob asinos, id est pretium asinorum, vel stultitiæ: ait Donatus. ¶ Apud veteres etiam pro Ad, ponebatur. Ennius apud Festum, Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Cicer. Papyrio Præto, Cuius ob os Graij ora obuertebant sua. Sic dicebant Obire, pro adire: Obmoueo pro admoueo: Obiacent, pro adiacent, & complura hoc genus. ¶ Aliquando ponitur pro ante. Plaut. in Mil. Nũc demum experior, ob oculos caliginem Prius mihi obrigisse. Ibidem, Qui lanam ob oculum habebat. ¶ Composita quandoq; significant contra, ἀντὶ, vt Oppugno, Obicio. ¶ Quandoq; circum: vt Obambulo, Oblideo. ¶ Quãdoq; super, siue coram, siue obuiam: vt Obuenio. ¶ Quandoq; Ad: vt Obeo. Dicimus enim, Iste obiit mortem, hoc est iuit ad mortem. Componitur autem cum verbis incipientibus ab a: vt Obaudio: cum c, vt Occumbo: d, vt Obduco: e, vt Obeo: f, vt Offero: g, vt Ogganniо: h, vt Obhæresco: i, vt Obicio: l, vt Oblitero: m, vt Obmutesco: n, vt Obnitor: o, vt Obortior: p, vt Oppugno: q, vt Obquiniscor: r, vt Obruo: s, vt Obstо: t, vt Obtineo: u, vt Obumbro. Sed quoties vocalibus iungitur, vel d, l, n, r, seruatur b, integra. Cum c, mutatur b, in c, præterquam in Obscurus, & Obscœnus: in quibus duobus, b seruatur, & s, additur post b. Cum aliis literis mutatur b, in sequentem literam: vt Offero, Offendo, Opportunus, Oppono. Excipitur Omitto, quod abiicit b, nam perpetuò apud poetas corripitur. Horatius de Arte, Pleraq; differat, &

rat, & præsens in tempus omittat. ¶ Obmutesco seruat vtranque compositionis partem integram. In Operio, & compositis Adoperio & cooperio abiicitur b. De r litera antè diximus. In iis quæ à t incipiunt, seruatur b, vt Obtrudo.

Obacero, as, pen. corr. autore Festo, idem est quod obloqui, atque alterius sermoni obstrepere. παρενοχλέω. Sumptum videtur ab acere frumenti purgamento, quod Græci vocant ἄχυρον.

Obacerbo, bas, Idem quod exacerbo. παροξύνω. Festus.

Obæratus, a, um, cum æ, diphthongo, Dicitur qui ære accepto iam obligatus est, quasi ære alieno afflictus, & debitor ad aliquid operandum. ὑπόχρεως, ὑπόδικος. Ital. *Debitato, indebitato.* Gal. *Endebté.* Hisp. *Obligado por deudas.* ¶ Cæsar lib. 1. Comment. Omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat, eôdem conduxit. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 17, Omnes agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut vtrisque. Liberis, aut quum ipsi colunt, vt plerique pauperculi cum sua progenie: aut mercenariis, cum conductitiis liberorum operis res maiores, vt vindemias ac fœnisecia, administrant ij, quos obæratos nostri vocitarunt: & etiam nunc sunt in Asia, atque in Aegypto, & in Illyrico complures.

Obambulo, as, Idem quod deambulo, siue huc illuc ambulo. ¶ περιπατῶ. Ital. *Passeggiare, andare d'intorno qua & la.* Gal. *Cheminer, conseyer, aller à l'entour.* Hisp. *Passear, andar en derredor.* ¶ Plaut. in Capt. Item alij parasiti frustra obambulant in foro. Ouid. 2. Trist. -quum solus obambulet ipse. ¶ Sæpe etiam idem quod circumeo, circumambulo, & sic ferè accusatiuo iungitur. περιέρχομαι, περίειμι τινος. Ouid. 13. Metam. Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam. Virgil. lib. 3. Georg. dativo iunxit, Non lupus insidias explorat ouilia circum Nec gregibus nocturnus obambulat. Vbi Seruius exponit Obambulat, pro Insidiatur. Liu. 6. bel. Maced. Obambulare muris, vt facilè noscerentur ab Aetolis, cœpit. ¶ Aliquando accipitur pro vnà iunctimque ambulare. Sueton. in Tiberio, Et secretũ petẽti, nonnisi adhibito Druso filio, dedit, dextramq; obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit. ¶ Est item Obambulare, interprete Festo, aduersus alios ambulare, & quasi ambulanti se opponere.

Obambulatio, Verbale. ¶ περιοδεία, περίοδος, περιπάτησις. Ital. *Passeggiamento.* Gal. *Pourmenement.* Hispa. *Obra de passearse.* ¶ Autor ad Hereo. lib. 3. Propterea quòd frequentia & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas.

OBARNI, ὀβάρνοι, Armeniæ populi, nõ procul à Cyro fluuio: quorum meminit Stephanus.

Obaresco, Circunquaque aresco. περιξηραίνομαι. Ital. *Seccarsi intorno.* Gal. *Se secher à l'entour.* Hisp. *Secarse en derredor.*

Obarmo, as, are, Idem quod armare. ¶ ὁπλίζω. Ital. *Armare.* Gal. *Armer.* Hisp. *Armar.* ¶ Horat. 4. Car. Ode 4, -quibus Mos vnde deductus per omne Tempus Amazonia securi Dextras obarmet, quærere distuli.

Obaro, as, Circum aro, vel arando excolo. ¶ περιάρω. Ital. *Arare, arare intorno.* Gal. *Labourer autour.* Hisp. *Arar enderredor, labrar la tierra.* ¶ Liu. 3. bel. Pun. Et quum hostes obaratsent, quicquid herbidi terreni extra mutum erat, raporum semen iniecerunt.

Obarer, adiect. quodammodo ater, & veluti subatet. ¶ ὑπομέλας. Ital. *Alquanto nero, suggreggiante.* Gal. *Vn peu noir, noirastre.* Hisp. *Negro vn poco.* ¶ Plin. lib. 18. cap. 35, Nascens Luna si cornu superiore obatro surget.

Obaudio, is, A nonnullis vsurpatur pro non audio. παρακούω. cuius tamen significationis nullum idoneum ex aliquo veterum profertur testimonium. Olim Obaudio idem significabat quod hodie Obedio: quod & apertè docet Festus, qui Obedio interpretatur per Obaudio. Nestor non contemnendus Grammatibus autor est, Obedio dictum esse ab Obaudio, au, in e, commutato. Vide plura in verbo OBEDIO.

Obba, æ, Poculi genus, autore Nonio, vel ligneum, vel ex spartho, à verbo Obbibo (vt quidam putant) appellatum: quo verbo etiam Cicero vsus est pro simplici Bibo. Vel, vt alij malunt, à Græco ὄβη, quod tribum, siue turbam significat. ὅτι ἐν ταῖς πόλεσι πίνουσι σὺν μεγάλοις ἐκπώμασι. Varro in epistola ad Matullum, Vtrum meridie, an vesperi libentius ad obbam accedas. Persius Satyr. 5, Veientanúmque rubellum Exhalet vapida læsum pice sessilis obba.

Obbibo, is, pen. corr. Idem quod bibo. ¶ πίνω. Ital. *Bere.* Gal. *Boire.* Hisp. *Beuer.* ¶ Cic. 1. Tusc. Qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum venenum, vt sitiens obbibisset, reliquum sic è populo eiecit, vt id resonaret.

Obbrutco, es, Obstupeo: quod verbum ab adiectiuo Brutus, ortum traxit, quod olim stupidum significabat, teste Festo. ¶ ἀναισθητῶ. Ital. *Perdere il sentimento, stupirsi.* Gal. *Perdre sens & raison, s'abrutir.* Hispan. *Quedar sin sentido y pasmado.* ¶ Afranius, Non possum verbum facere, obbrutui.

Obbrutesco, is, ere, Brutum fieri, rationem amittere. ¶ ἀλογῶ & χάομαι. Ital. *Perdere la ragione.* Gal. *S'abrutir, perdre sens & raison.* Hisp. *Hazerse bruto, bestial, y sin seso.* ¶ Lucr. lib. 3, An contracta suis è partibus obbrutescat.

Obcæco, as, vel, vt alij scribunt, Occæco, Idem quod simplex Cæco. ¶ ἐκτυφλόω. Ital. *Accecare.* Gal. *Aueugler.* Hisp. *Cegar à otro.* ¶ Colum. lib. 4, Veluti ignorantiæ tenebris obcæcata, luce veritatis caruit. Cic. ad Senatum, Quod ego negotium non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus reculaui. ¶ Accipitur & pro obscurare. Autor Carminis ad Pisonem, Aether tenebris obcæcat sydera nimbis. Cic. 3. de Orat. Narratio obscura totam obcæcat orationem. ¶ Obcæcare fossas in agro, pro obtegere. Colum. lib. 2. cap. 7. At vbi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita vt in patentes ora hiantia cæcarum competant. Id est desuper teguntur.

Obdo, dis, Ex, Ob, & Do, significat, vt inquit Festus, Oppono. ¶ ἐπιτίθημι. Ital. *Opporre.* Gal. *Opposer.* Hisp. *Poner en contrario.* ¶ Terent. in Eunuch. Pessulum ostio obdo. ¶ Ponitur & pro claudo. Plaut. in Casi. Forum obdo, ne senex me opprimeret. Plin. lib. 6. cap. 11, Ab iis sunt portæ obdo, ne senex me opprimeret. Plin. lib. 6. cap. 11, Ab iis sunt portæ obdo, ne senex me opprimeret. Plin. lib. 6. cap. 11, Ab iis sunt portæ Caucasiæ, magno errore à multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus & monitus interruptæ repentè, vbi fores obditæ ferratis trabibus.

Obdormio, Idem quod dormio. ¶ κοιμῶμαι, καθεύδω. Ital. *Dormire.* Gal. *Dormir.* Hisp. *Adormescerse.* ¶ Plaut. in Amph. Sed quid ais, num obdormiuit hic dudum? Cic. 1. Tusc. de Endymione, Nescio quando in Latmo obdormiuit: nondum, opinor, experrectus est. Obdormire crapulam, dixit Plautus in Mostel. Vbi, inquit, somnum sepelini, omnémq;

obdormiui crapulam. ¶ Hinc Obdormisco. Cic. 1. Tusc. Quid melius, quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno? Sueton. in Claudio, cap. 8, Quoties post cibum obdormisceret (quod ei ferè accidebat) oleatum ac palmularum ossibus incessebatur.

Obduco, is, pen. prod. Operio, tego. ¶ ἐπικαλύπτω, ἐπιστέγω, ἐπιβάλλω. Ital. *Coprire.* Gal. *Couurir.* Hisp. *Cubrir.* ¶ Virgil. in Moreto, Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Cic. 2. de Natur. deor. Obducuntúrque libro, aut cortice trunci stirpium, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. ¶ Aliquando ponitur pro Detego, aperio. Lucil. Vos interea lumen auferte, atque aulam obducite, id est aperite, vt interpretatur Nonius. ¶ Aliquando pro Adduco, admoneo. προσάγω. Nam vt suprà docuimus, Ob, in compositione idem valet quod Ad. Plaut. in Pseud. Si hos expugno, facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam. Post ad oppidum hoc vetus continuò meum exercitũ Protinus obducam. ¶ Aliquando pro Inducere ponitur. Plin. lib. 22. cap. 25, Torporem autem obducit percussio loco. Cic. 4. Acad. Conatus est rebus tenebras obducere. ¶ Obducere frontem, est frontem contrahere, siue corrugare. Quintil. lib. 10. ca. 3, Interrogauit quæ causa frontis tam obductæ. ¶ Obducere diem, dixit. Cic. ad Att. lib. 16, Nono, inquit, Calend. itur ad Syriam: ibi tanquam domi meæ scilicet: itaque obduxi posterum diem, id est consumpsi, siue circum illa loca duxi. ¶ Obducere callum dolori, est perpetua doloris assuefactione, res aduersas æquiore animo pati. Cic. 2. Tusc. Et ipse labor quasi callum obducit dolori. Tracta est metaphora ab iis quorum manus, pedésque ex perpetuis laboribus callis obduruerunt. Illi enim ad ferendos labores magis sunt accommodati.

Obducto, as, frequentatiuum. ¶ ἐπάγω. Plaut. Mercat. Meásq; in ædes sic scorta obductarier.

Obductio, verbale. ¶ ἐπικάλυμμα. Ital. *Coprimento.* Gal. *Couurement.* Hisp. *Obra de cubrir, cubrimiento.* ¶ Cic. pro C. Rab. Carnifex verò, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit, &c. Obductio capitis, id est obuolutio, inquit Budæus.

Obdulcesco, cescis, Idem ferè quod Dulcesco simplex, hoc est dulcis fio. ¶ ἡδυγλυκόμαι. Itali. *Addolcire.* Gal. *S'adoucir, deuenir doux.* Hispan. *Endulçar.*

Obduresco, res, rui, A quo Obduresco, durior fio. ¶ σκληρύνομαι. Ital. *Indurarsi.* Gal. *S'endurcir.* Hispa. *Endurescerse.* ¶ Cicc. Comific. Equidem sic iam obdurui, vt ludos Cæsaris nostri æquissimo animo viderem. quod est quasi callum feci.

Obduresco, is, idem quod Obduresco. ¶ σκληρύνομαι. Varro 3. de Re rust. cap. 14 Earum semen minutum, ac testa molli, diuturnitate obdurescit. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est, longa doloris assuefactione res aduersas æquiore animo ferre. Cic. ad Att. lib. 10, Exanimauit omnes qui mecum erant: nam ipse obdurui. ¶ Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione Ad. Cic. ad Cælium lib. 2, Obdurruit animus ad dolorem nouum. ¶ Et cum præpositione Contra. Cice. 5, Tusc. Obdurruisséq; sese contra fortunam arbitrantur. ¶ Item ablatiuo cum præpositione In. Cice. 7. Verr. Iam verò quum in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua, satietate obduruisset.

Obduro, as, pen. prod. Durum facio. ¶ σκληρύνω, σκληρόω. Ital. *Indurare.* Gal. *Endurcir.* Hisp. *Endurescer à otra cosa.* ¶ Horat. 2. Serm. Satyr. 5, Perstu, atq; obdura, &c. Catul. epig. 8. ad seipsum, Destinatus obdura, &c.

Obedio, dis, diui, ditum, Obtempero, pareo. ¶ πείθομαι, ὑπακούω. Ital. *Obedire.* Gal. *Obeir.* Hisp. *Obedescer à otro.* ¶ Cice. 3. de Leg. Nec verò solùm, vt obtemperent, obediántque magistratibus, sed etiam vt illos colant, diligántque præcipimus. Sumitur & in deteriorem partem. Idem. Dum autem ipse dedecori ac turpitudini obedierit, non modò Imperator omnino habendus non erit, &c. ¶ Interdum præter datiuum habet & accusatiuum, mediante præpositione Ad. Cice. pro Cæcin. Si seruulis nostris hoc concesserimus, vt ad verba nobis obediant, nõ ad id quod ex verbis intelligi potest, obtemperent.

Obediens, entis, participium. ¶ ὑπήκοος, πειθήμων. Ital. *Obediente.* Gal. *Obeissant.* Hispa. *El que obedesce à otro.* ¶ Cice. 1. Offic. Appetitum rationi obedientem præbeamus. Idem 3. Offic. Naturæ obediens homo, homini nocere non potest. Migrat interdum in nomen: vnde Obedientior & Obedientissimus. Liu. lib. 5. tertij belli Punici, Et vt imperiis virorum nemo obedientior me vno fuerit, ita post mortem, &c. Plin. lib. 16. cap. 43, Obedientissima quocunque in opere fraxinus.

Obedientia, æ, Obsecundatio. ¶ ὑπακοή. Ital. *Obedienza.* Gal. *Obeissance.* Hisp. *Obediencia.* ¶ Cice. 1. Offic. Relinquunt enim & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ.

Obedienter, Obsequenter. ¶ πειθηνίως. Ital. & Hisp. *Obedientemente.* Gal. *Auec obeissance.* ¶ Liu. 5. tertij bel. Pun. Obedienter curatum est. Idem 5. ab Vrbe, Collatum obedienter, missúmque ad exercitum est.

Obedo, dis, pen. corr. Consumo, quasi circumedo. περιεσθίω. Ital. *Rodere.* Gal. *Ronger.* Hisp. *Comer à roer en derredor.*

Obesus, a, um, Quod proprie (testibus Nonio & Gellio) accipitur pro gracili, & exili, & circunroso, macilentóque. Næuius, Corpore, pectoréque vndique obeso, ac meritò exeso, tardi ingenio senis. ¶ Aliquando tamen Obesus, teste Nonio, & Festo accipitur pro vberi & crasso, πίων, λιπαρός, παχύς. Ital. *Grasso.* Gal. *Gras.* Hisp. *Grueso.* vt sit Obesus, quasi ob edendum factus. Virgil. lib. 3. Georg. Argutúmque caput, breuis aluus, obesáque terga.

Obeso, as, Impinguo. ¶ παίνω. Ital. *Ingrassare.* Gal. *Engraisser.* Hispan. *Hazer grueso.* ¶ Colum. lib. 8. cap. 7, Nonnulli tribus aquæ partibus vnam boni vini miscent, madefactóque triticeo pane, obesant auem. De gallinis.

Obesitas, atis, Pinguedo, vel ipse obesorum status, siue habitus. ¶ πιότης. Ital. *Grassezza.* Gal. *Grasseur.* Hisp. *Grossura.* ¶ Colum. lib. 6. cap. 42, Ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas. Plin. lib. 8. cap. 32, In magna obesitate. Sueton. in Domitiano, cap. 18, Postea calui tio quoque deformis, & obesitate ventris, & crurum gracilitate.

Obeliæ, ὀβελίαι. Panes erant Baccho sacri, ita dicti, vel quòd obolo Alexandriæ vænirent, vel quòd in veru torrerentur. Vide Cælium Rhodig. lib. 9. cap. 16.

Obelus, pen. corr. ὀβελός. Ital. *Spedo, schidone.* Gal. *Vne broche.* Hisp. *El assador.* ¶ Latinè dicitur Veru, siue Veruculum. A cuius similitudine vir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gula quædam, qua adulterina, aut etiam perperam ſcripta iugulamus, & confodimus, a Græcis σφάλλω, à noſtris etiam Veru dicitur, iacet autem ſicut. Hac vſi ſunt Eccleſiaſtici interpretes quoties denotare volebant aliquid additum in tranſlatione, quod in prototypis non habetur. Hieron. ad Pauli. Origenis ſtudium me prouocauit, qui editioni antiquæ tranſlationem Theodotionis admiſcuit, aſteriſco, & obelo opus omne diſtinguens. Sic dictus, quòd obelo, id eſt veru ſit ſimilis, vel quia tanquam veru ſuperflua iugulat, & confodit.

Obeliſcus, ſci, ἐξ ὀβελίσκος. Ital. *Aguglia*. Gal. *Vne aguille*. Hiſp. *Aguja, ò coſa que tiene forma de aguja*. } Diminutiuum ab Obelus, magis nomine quàm re: non enim eſt paruus obelus, ſed ſaxum ingens, in figuram metæ cuiuſdam, ſenſim à proceritate in excelſum conſurgens, paulatim gracileſcens, ſpecie quadrata, in verticem productus anguſtum, manu læuigatus artificis. Viſuntur etiam hodie Romæ aliquot obeliſci, ea figura, qua iam depinximus: vnus in Vaticano ſuburbio iuxta ædem Diui Petri, qui omni ex parte adhuc integer eſt: alter iuxta ædem Diui Rochi in Campo Martio. Sunt autem Pyramidibus longè minores, Solis numini ſacrati, vt ait Plin. lib. 36. cap. 8, propter quod ad radiorum ſimilitudinem fiebant.

Obeliſcolychnium, ὀβελισκολύχνιον. Inſtrumentum militare, ab vſu gemino, ſcilicet vecuculi, & lucernæ dictum. Eius meminit Ariſtoteles lib. 4. de Partib. anim. & 4. Politic.

Obeo, obis, obij, obitum, Idem quod adire. ἐπέρχομαι. Ital. *Andare*. Gal. *Aller*. Hiſpa. *Andar, ir*. } Nam Ob, pro Ad, quandoque ponitur. Vnde Obire mortem, Eſt adire mortem. ἐπελθεῖν τῷ βίῳ. Ital. *Morire*. Gal. *Mourir*. Hiſp. *Morir*. } Plautus in Aulul. Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit. ¶ Obire morte, quoque dicimus. Sueton. in Auguſt. Morte obiit repentina, & ſine caſu. ¶ Similiter Obire diem dicimus, pro eo quod eſt mori, quaſi adire diem fati. Seru. Sulp. Cic. Nuntiatum eſt mihi Marcellum diem ſuum obiiſſe. ¶ Pro eodem etiam dicimus Obire, abſoluté. Iuuen. Satyr. 6, Magnus ciuis obit, & formidatus Orboni. ¶ Obire vadimonium, eſt ire ad vadimonium, id eſt ad diem ſe ſiſtere. ἐπιτρέχειν εἰς τὴν ὑπόσχεσιν. Cicero pro Quintio, Vadimonium mihi non obiit quidam ſocius & affinis meus, &c. Vnde Obitum vadimonium. Ibidem, Qua tibi hora vadimonium non ſit obitum, eadem te hora conſilium cepiſſe, &c. ¶ Aliquando Diem obire, eſt ad ſtatutum diem ſe ſiſtere, & præſentem exhibere. Sueton. in Cæſare, Tamiſius adiicit, Craſſum diem cædi deſtinatũ non obiiſſe. ¶ Aliquando exequi, ſiue ſuſcipere. ἐπιτελεῖν. vt Obeo legationẽ, id eſt exequor munus, ſiue officium legationis. ¶ Obeo prouinciam, exequor, aut ſuſcipio officium prouinciale. Cic. pro Lege agratia, Qui rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeunt Liu. 1. ab Vrbe, Eum iura redditurum, obiturúmque alia regis munia eſſe. ¶ Aliquando pro peragere, ſiue perficere ponitur. Cic. ad Attic. lib. 8, Nec verò hæc extrema quiſquam iure poteſt reprehendere, quòd mare non tranſierim: id enim etſi erat deliberationis, tamen obire non potui. ¶ Quandoque pro circumdare. Virg. 8. Aene. -quem fulua leonis Pellis obit totum. ¶ Obire, etiam aliquando eſt circuire. περιέρχεσθαι. Virgil. 6. Aeneid. -magnas obeuntia terras Tot maria intraui. ¶ Item obire, obuiam ſe præbere. ὑπαντᾶν. vnde Obitus pro occurſu. Terent. in Hecy. Antiquámque adeo tuam venuſtatem obtines. Vt voluptati obitus ſermo, aduentus tuus, quocunque aduenerit, Semper fiet. Donat. Obitus, occurſus, ὑπάντησις. ¶ Obiri, Paſſiuè. Ouid. 1. Faſt. Hic vbi virginea campus obitur aqua.

Obitus, a, um, pen. corr. participium, ab Obeo, is, cuius etiam retinet ſignificationem. } τετελευτηκώς. Ital. *Morto, finito*. Gal. *Fini, acheué, mort*. Hiſp. *Acabado, muerto*. } Ouid. Morte obita quales fama eſt volitare figuras. Cic. pro Seſt. Nec verò illorum quiſquam, quos à maioribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atque in roſtris collocatos videtis.

Obitus, us, nomen, Modò mortem, ſiue interitum ſignificat. } τελευτή. Ital. *Morte*. Gal. *Fin, mort*. Hiſp. *Muerte*. } Cic. Att. Quum de obitu fratris literas accepiſſem. ¶ Modò occaſum. δύσις. Virgil. lib. 1. Georg. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus. ¶ Modò aduentum. ἐπιφοίτησις. Turpilius, Et quis eſt qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo? ¶ Aliquando idem quod occurſus. Vide OBEO.

Obequito, as, Circumequito. } περιλαύνω, περιϊππεύω. Ita. *Caualcare intorno*. Gal. *Cheuaucher autour*. Hiſp. *Caualgar en derredor*. } Liu. li. 2, Veiens hoſtis, Hetruſcique eo magis propere agere, laceſſere ad pugnam primò, obequitando cuttis, prouocandóque. Curtius lib. 5, Alexander ante prima ſigna ibat: quumque agmen obequitaret, varia oratione, vt cuiuſque animo aptum erat, milites alloquebatur.

Oberro, as, Circumetro. } περιέρπω. Ital. *Errare intorno*. Gal. *Errer autour, aller ça & là*. Hiſpan. *Errar en derredor*. } Plin. lib. 17. cap. 19, In ſumma tellure oberrant. Idem Plin. lib. 29. cap. 4, de muſtela. Hæc autem quæ in domibus oberrat. ¶ Oberrare eadem chorda dicuntur citharœdi, qui eodem, inuariatóque cantu faſtidium mouent auditoribus. Horat. in Arte, -& citharœdus Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadẽ. ¶ Perſius Oberro, pro Circumuolo poſuit, quum dixit, Diues erat Curibus, quantum non miluus oberret.

Obeſco, as, Ab Eſca compoſitionem habet, quaſi eſca farcio. } πιαίνω. Ital. *Ingraſſare*. Gal. *Engraiſſer a manger*. Hiſpan. *Cebar para comer las aues ò peſces*. } Colum. lib. 8. cap. 7, Nonnulli tribus aquæ partibus vnam boni vini miſcent, madefactóque tritico pane obeſcant aues, quæ prima luna (quoniã id quoq; cuſtodiendum eſt) ſaginari cœperint, vigeſima pergliſcunt. Alij ibi legũt Obeſant: vide OBESO. ¶ Ineſco, ἐνεδρεύω, eſt obiecta eſca aues, vel aliud quidpiam in prædã alliciot: vnde per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt, oſtenta ſpe vtilitatis decipio. Vide ſuo loco.

Obeſus, Vide OBESO.

Obex, cis, ab Obiicio, Significat cuiuſcũq; rei obiectionem, ſiue obſtaculum. } ἐμπόδιον. Ital. *Oſtacolo*. Gal. *Empeſche, obſtacle*. Hiſp. *El eſtoruo ò obſtaculo*. } Genitiuum facit Obicis. Poëtæ tamen, vt priorem, quæ natura breuis eſt, producant, ſcribunt Obicis, geminato, i. Fuit olim hoc nomen dubij generis, hodie tantum maſculini. Virgil. lib. 10, fœminino genere vſus eſt, Ecce maris magna claudit nos obice pontus. ¶ Hinc etiam Peſſulum ſeræ in oſtio, Obicem appellamus, autore Feſto. μοχλὸς θυρῶν. Plaut. in Merc. Tibi denique iſte lætitiam pariet obex.

Obfirmo, as, are, Firmum propoſitum in animo habeo, & quaſi obſtinatè in re aliqua perſiſto. } βεβαιοῦμαι. Ital. *Affirmare oſtinatamente*. Gal. *Affermir ou tenir ferme*. Hiſpan. *Confirmar*. } Terent. in Heaut. Age quæſo, ne tam obfirmes te Chreme. Plaut. in Merc. Amens amánſque, vt animum obfirmo meum. Terent. Hecy. Certum obfirmare eſt viam me, quam decreui perſequi. Vbi Donatus Obfirmare viam, aduerſus omnia obſtinatè agere.

Obfirmatus, nomẽ ex participio. } ἐστηριγμένος. Ita. *Affirmato*. Gal. *Affermé*. Hiſp. *Confirmado*. } Cic. ad Attic. lib. 1, Incredibile eſt quanto mihi videatur illius voluntas obſtinatior, & in iracundia obfirmatior.

Obfirmatè, aduerbium, Pertinaciter. } ἐστηριγμένως, βεβαίως, ἀνυποχύτως. Ital. *Oſtinatamente, firmamente*. Gal. *Fermement, obſtinément*. Hiſ. *Confirmadamente*. } Sueton. in Tiberio cap. 25. Ad capeſſendam rem perurgebant, quanquam obfirmatè reſiſtentem.

Obgannio, ἀνθαλίσκω. Vide GANNIO, & OGGANNIO.

Obhæreo, es, Adhæreo. } κατέχομαι. Ital. *Attaccarſi*. Gal. *Tenir à ou contre quelque choſe*. Hiſp. *Allegarſe*. } Sueton. in Nerone, Conſurgenti ei primùm lacinia obhæſit.

Obherbeſco, ſcis, Herbis obducor, ex Ob, & Herbeſco. Herbeſcere verò, eſt herbam fieri. Cic. in Cat. Et elicit herbeſcentem ex eo viriditatem, quæ nixis fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit. Feſtus, Obherbeſcere, herbam increſcere.

Obiaceo, ees, pen. corr. Circum, aut contrà iaceo, ſiue obſto. } ἀντίκειμαι. Ital. *Giacere all'incontro, ò d'intorno*. Gal. *Geſir ou eſtre couché autour ou contre*. Hiſp. *Eſtar echado en derredor ò contra algo*. } Colum. lib. 2. cap. 4, Sed vaſtos cæſpites conuellit, quibus obiacentibus, impeditum aruum minus rectè poteſt iterari. Liu. lib. 9. ab Vrbe. Quum ad alias anguſtias proti. nus pergerent, ſeptas deiectu arborum, ſaxorúmque ingentium, obiacente mole inuenere. id eſt contrà iacente. Stat. 4. Theb. -vatum qui conſcius amnis Gorgonio percuſſus equo, quáque obiacet alto Iſthmos.

Obiicio, cis, pen. corr. Antè iacio, antè pono, porrigo, offero. } παρατίθημι, ἀντιτίθημι. Ital. *Opporre, mettere innanzi*. Gal. *Oppoſer, obiecter, mettre audeuant*. Hiſp. *Contraponer*. } Colum. lib. 7. Tenerrimam quanque frondem, aut pampinos vitis obiici. id eſt apponi, vel antè poni. Plaut. in Curc. Flos veteris vini meis naribus obiectus. id eſt oblatus. Terent. in Heaut. Vt hanc lætitiam nec opinanti prius obiicerem ei domi. id eſt offerrem, & in eum effunderem. ¶ Aliquando contrà iacere, Obſtaculum opponere. ἀντιτίθημι. Cic. pro Fonteio, Propugnaculum hoſtibus oppoſitum, & obiectum. Obiicere ſe, vel caput ſuum periculis, idem eſt quod exponere. In qua ſignificatione variam habet conſtructionem, vt facile erit videre in exemplis quæ iam ſubiungemus. Cic. ad Torquatum, Ad omnes caſus periculorum obiecti ſumus. Idem pro Archia, Obiicere ſe in impetus hominum quotidianos. Idem pro Domo ſua, Obieci meum caput pro veſtris cæremoniis. ¶ Aliquando infero. Plaut. in Amph. Qui multa Thebano populo acerba obiecit funera. ¶ Aliquando repentè oſtendo. Claudianus, Extemplò ſeſe mediis obiecit in aruis. ¶ Obiicere alicui mentem inducere. Liu. 5. ab Vrbe, Reſpondit, profectò iratos deos Veienti populo illo die fuiſſe, quo ſibi eam mentem obieciſſent, vt excidium patriæ fatale proderet. ¶ Obiicere moram, Eſt retardare. Plaut. in Trin. Sed fores hæ ſonitu ſuo mihi moram obiiciunt incommodé. ¶ Ponitur quandoq; pro exprobrare. ὀνειδίζειν, ὀνειδίζω. Plaut. in Mil. Me tibi illuc ætatis homini facinora puerilia Obiicere, neque te decora, neque tuis virtutibus. Cic. 6. Verr. Non tibi obiicio, quòd hominem digniſſimum tuis moribus ſpoliaſti. In hac ſignificatione iungitur interdum duobus datiuis. Plin. lib. 34. ca. 3. Camillo enim crimini obiecit Sp. Caruilius Quæſtor, quòd ærata oſtia haberet in domo. Crimini (inquit) obiecit, hoc eſt crimini dedit. ¶ Interdum præter datiuum, ablatiuo cum præpoſitione De. Brutus ad Antonium lib. 11. Epiſt. Cic. Te miramur, quum hæc retineueris, non potuiſſe continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris obiiceres. ¶ Et cum præpoſitione In. Cic. pro Cluentio, Doce, in illorum indiciis quid præter hoc venenum Oppianici, non modò in criminis, ſed in maledicti loco ſit obiectum. ¶ Obiicere vt probrum. Cic. 1. Tuſcul. Honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua obiecit vt probrum M. Fuluio nobiliori, quòd is Poëtas in prouinciam duxiſſet.

Obiectus, a, um, Participium, idem ſignificans quod oppoſitus. } ἀντικείμενος. Ital. *Oppoſto*. Gal. *Oppoſé, jetté au deuant*. Hiſp. *Contrapueſto*. } Cic. pro Fonteio, Propugnaculum hoſtibus oppoſitum & obiectum. Obiectæ vallo munitiones, apud Liu. lib. 3. ab Vrbe. ¶ Interdum idem eſt quod oblatus, Cic. 2. de Finib. Obiecta ſpecie voluptatis. Idem 1. Acad. Vt ſiqui tremerent obiecta terribili re. Obiectus ad omnes caſus periculorum, Cic. Torquato. ¶ Obiectus aliquando idem eſt quod exprobratus, improperatus. Cic. pro Cluentio, Crimen obiectum non confiteri.

Obiectus, ctus, nomen, Significat oppoſitionem, ſiue obiectionem. } ἀντίθεσις. Ital. *Oppoſitione*. Gal. *Obiection, oppoſition*. Hiſpani. *Contraposicion*. } Plin. lib. 2. ca. 10. Obiectu terræ Lunã occultari. Virgil. 1. Aeneid. -inſula portum Efficit obiectu laterum.

Obiectum, cti, Philoſophi vſurpabant pro eo quod peculiariter à ſenſu aliquo percipitur. } τὸ ἀντικείμενον. Ital. *Obietto*. Gal. *Objet*. Hiſpan. *Lo que ſe contrapone à los ojos*. } vnde Colorem viſus obiectum vocãt, ſonum auditus, odorem olfactus, ſaporem guſtus, & corpus ſenſibile tactus.

Obiecto, as, frequenter obiicio, oppono, imputo, exprobro. } ὀνειδίζω, λοιδορέω. Ital. *Gittar in occhio*. Gal. *Jetter au deuant, mettre deuant les yeux*. Hiſpa. *Echar ò contraponer delante los ojos*. } Cic. in Salluſt. Qui falſum crimen bonis obiectat. Plaut. in Trinummo, Ne omnino inopiam ciues obiectare poſſint tibi. ¶ Hinc Obiectatio, exprobratio. ὀνείδισμός. Cæſar 3. bel. Ciuil. Idque ita eſſe cum ex aliorum obiectionibus, tum etiam ex domeſtico iudicio. ¶ Interdum ponitur pro expono. παραβάλλομαι. Virgil. lib. 4, Et corpora bello obiectant. ¶ Item Obiectaculum, pro obice, & clauſtro, vt ait Budæus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 17, In Batano autem tanta ardebat cura, vt architecto permiſerit, vt ſuam pecuniam conſumeret, dummodo perduceret ſpecus è piſcinis in mare, obiectaculo, quo æſtus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rurſus in mare poſſet.

Obiter, pen. corr. aduerbium, ex Ob, & Iter, compoſitum, ſignificat incidenter,

denter, hoc est præter propositum, quasi in itinere occurrens, aut quasi per iter, & in transitu. {κατὰ παρεργον, ἐν παροδῳ. Ital. *Accidentalmente, à caso.* Gal. *Par accident, ce temps passant.* Hisp. *De camino, de passada, ò à proposito.* } Plin. in Prolog. lib. 11, Vt obiter caueam istos Hometomastigas. Et lib. 18. cap. 10, Maior pars Italiæ tuido vtitur pilo, rotis etiam quas aqua versat obiter, & molat. Idem lib. 11. cap. 37, Cuius anguillæ non sinunt vagari incertam aciem, & velut canali dirigunt, obiterque incidentia facilè declinant. Iuuenal. Satyr. 3, Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus. Id est interim.

Obitanis, & hoc, ane. Idem quod inanis, & vacuus, nisi quòd aliquid auget compositio. {κενὸς. Ital. *Vano, vuoto.* Gal. *Vuide.* Hisp. *Vano, hueco, vazio.* } Varr. 3. de Re rust. cap. 4, In his iidem aiunt, quum ad lumen sustuleris, quod perluceat id esse obinane. Docet quomodo cognoscas an plena sint ouа, an inania, seu vacua.

Obiratus, adiectiuum, Idem quod iratus. {κεκερασμένος. Ital. *Corrucciato.* Gal. *Corroucé.* Hisp. *Airado.* } Liu. 1. ab Vrbe, Aut fortunæ, vt fit, obirati, cultum reliquerant deûm.

Obiurgo, gas, Arguo, reprehendo, incuso, increpo. {ἐπιλαμβάνω. Ital. *Riprendere.* Gal. *Reprendre, tenser.* Hisp. *Reprehender.* } Terent. in Andr. Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit, Quid facias illi qui dederit damnum, aut malum? ¶ Iungitur aliquando ablatiuo cum præpositione A. Plaut. in Trin. Sed tu obiurgans me à peccatis, rapis deteriorem in viam. ¶ Interdum cum præpositione De. Cic. ad Attic. lib. 2, Quòd me quodam modo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, &c. ¶ Aliquando ponitur pro exprobrare. Quintil. lib. 6. ca. 4. Cic. obiurgantibus, quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. ¶ Transfertur Obiurgare, ad alia. Cic. ad Quint. Frat. lib. Epist. 3, Ea vilia, quæ nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quæ obiurget cæterarum villarum insaniam.

Obiurgito, frequentatiuum. Plaut. in Trin. Rogitas, téne obiurgitem?

Obiurgatio, verbale, Id est post turpe factũ castigatio, autore Festo. {ἐπιλημψις. Ital. *Asprareprensione di qualche errore.* Gal. *Tansement, aigre reprehension.* Hisp. *Aquella obra de reprehender.* } Cic. de Amicit. Deinde vt obiurgatio contumelia careat.

Obiurgator, aliud verbale, Qui alterum obiurgat. {ἐπιλημπτὴς. Ital. *Riprenditore.* Gal. *Reprenaur.* Hispa. *Aquel que assi reprehende, reprehendedor.* } Cic. pro Lege agr. Nam attendite quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator vno verbo facere conetur.

Obiurgatorius, adiectiuum, Quod ad obiurgationem pertinet. {ἐπιλημπτικὸς. Ital. *Pertinente à riprehensione.* Gal. *Appartenant à reprehension.* Hisp. *Pertenesciente à reprehension.* } Cic. ad Attic. lib. 13, Vnà cum illius obiurgatoria tibi meam quoque quam ad eum rescripseram, misi.

Obiuro, ras, pen. prod. Iureiurãdo astringo. ἐξορκῶ. Inquit Festus, citatus locum ex antiqua quapiam fabula cui titulus erat Penthesilea, Formidabant obiurare. Cic. pro Cælio, Fuit in hac causa pertristis quidam, patruus, censor, magister: obiurauit M. Cælium, sic neminem vnquam parens. Ita enim legit Calepinus, sed corrupté. Ibi enim Obiurgauit legendum est, non Obiurauit.

Oblædo, Idem quod lædo. {βλάπτω. Ital. *Offendere.* Gal. *Blesser, offendre, mutiler.* Hispa. *Dañar ò lisiar.* } Plaut. in Cas. Ne oblæsis manum. hoc est ne oblæseris.

Oblanguco, es, Idem quod langueo. {ἀσθενῶ παῦμαι, πεφυκιῶμαι. Ital. *Essere languido.* Gal. *Languir, estre languissant.* Hispa. *Enflaquescerse.* } Cic. ad Tiron. Literulæ meæ, siue nostræ, tui desyderio oblanguerunt.

Oblatro, as, Circũ, aut contra latrare. {κατυλακτέω. Ital. *Abbaiare all'intorno.* Gal. *Abayer contre, crier apres.* Hisp. *Ladrar y maldezir en contrario.* } Et proprie est canum: quanquam etiam per translationem pro Obloqui, siue obtrectare accipitur. κατὰλαλέω. vt apud Silium lib. 8, –hinc auctus opes, largúsq; rapinæ, Intima dum vulgi fouet, oblatrátque Senatum. Lactant. lib. 5. Qua Demetrianum (sicut ipse ait) oblatrantem atque obstrepentem veritati, redarguere conatur.

Oblatrator, oris, & Oblatratrix, cis, verbalia. Plaut. Mil. Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

Oblationes, Propriè dicũtur, quæ diis offeruntur. {ἀναφοραὶ, ἀναθήματα. Ital. *Offerte.* Gal. *Offrandes.* Hisp. *Las offrendas.* } Veteres Offerumenta dicebant, teste Festo. Vide OFFERO.

Oblecto, as, significat Recreare. {ψυχαγωγέω, τέρπω, κηλέω. Ital. *Recreare, dilettare.* Gal. *Recreer, resiouir.* Hisp. *Alegrar ò deleitar à otro.* } Plaut. Asin. Oblectabo interea illum. Terent. in Phor. Habebis quæ tuam senectutem oblectent. Plaut. Pœn. Amabó, num hi falso oblectant gaudio nos? Horat. de Arte, Interdum speciosa iocis, moratáque recté, Fabula nullius veneris, sine pondere, & arte. Valdius oblectat populum, melíúsq; moratur, Quam, &c. ¶ Oblectare se, Est animum pascere, & recreare. Terent. Hecy. Die mihi Philotis, vbi te oblectasti tam diu? ¶ Habet autem Oblecto interdum cum accusatiuo ablatiuum cum præpositione Cum. Cic. ad Qu. frattem, Oblecta te cum Cicerone nostro quam bellissimé. Terent. in Adel. Bono animo esto, tu cum illa te intus oblecta interim. ¶ Habet & ablatiuum post accusatiuum, eúmq; sine præpositione Cic. de Senect. Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agricolatione oblectabant? Terent. in Eun. Me speres, me te oblectes, mecum tota fis. ¶ Oblectare otium temporis, est tempus otiosum & vacuum à rebus seriis traducere in voluptatem. Plin. Epist. 79, Inter cœnam oblectamus otium temporis, his iocamur, ludimus, amamus. ¶ Oblector hac re, passiué. Cic. ad Cælium lib. 2, In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula. Idem pro Murœna, Ludis tamen oblectamur, & ducimur.

Oblector, aris, deponens, Idem quod oblecto. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 2, Ego me in Cumano, & Pompeiano, præterquam quod siue te, cæterum satis commodé oblectabar.

Oblectatio, onis, Delectatio. {τέρψις. Ital. *Dilettatione.* Gal. *Resiouissance, recreation.* Hisp. *Obra de deleytar, deleyte.* } Cic. 4. Acad. Indagatio ipsa rerum cum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem. Idem 1. Acad. Doloris medicinam à philosophia peto, & otij oblectationem hanc honestissimam puto.

Oblectamentum, ti, Idem. Cic. de Senect. Satiari delectatione non possum, vt meæ senectutis requietem oblectamentúmq; noscatis. Tacit. lib. 14, Nec deerant, qui voce, vultúque tristi, inter oblectamenta regia spectati cuperent.

Oblectamen, inis, Idem quod oblectamentum. Stat. 3. Syl. Nec desunt variæ circum oblectamina vitæ.

Oblido, dis, pen. prod. ex Ob, & Lædo, significat lædo, suffoco, neco. {λοιδορέω, πνιγω. Ital. *Soffocare.* Gal. *Suffoquer.* Hisp. *Ahogar.* } Colum. lib. 7. cap. 3, Ne anguillæ fœtus oblidant. Tacit. lib. 5, Exin obsisos faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abiecta.

Obligo, gas, pen. corr. Circunligo. {ἐνδέω. Ital. *Ligare intorno, ruigare.* Gal. *Lier autour ou auec, enueloper.* Hisp. *Atar en derredor.* } Colum. lib. 6. cap. 28, Siue vt fœmina, siue vt masculus concipiatur, nostri arbitrij fore Democritus affirmat, qui præcepit vt quum progenerari masculum velimus, sinistrum testiculum admissarij iuueo funiculo, altóve quolibet obligemus: quum fœminam, dextrum. Curt. Ne obligato quidem vulnere, haud segnius destinata exequuntur. Colum. lib. 11. cap. 2, Bonus operarius prati iugerum desecat, nec minus mille ducentos manipulos vnus obligat, qui sine singuli quaternarum librarum. Per translationem Obligare est, deuincire beneficiis, seu debitorem suum reddere. {ὑπόχρεως. Ital. *Obligare.* Gal. *Obliger.* Hispa. *Obligar.* } Cic. Aulo Trebo. Dolabellam antea tantũmodo diligebam, obligatus nihil etiam. Idem ad Quint. Fratrem lib. 3, Scaurum beneficio defensionis valdè obligaui. Idem 4. in Catil. Hostes alienigenæ aut oppressi seruiunt aut recepti beneficiosè obligatos putant. Plin. Epist. 69, Obligabis me, obligabis Caluisium nostrum, obligabis ipsum non minus idoneum debitorem, quàm nos putas. ¶ Obligare se furti, hoc est furti crimen incurrere. Gell. lib. 7. cap. 15, Quod cui seruandum datum est, si id vsus est, siue quod vtendum acceperit, ad aliam rem, atque accepit, vsus est, furti se obligauit.

Obligatio, onis. {ἔνοχος, ὑπόχρεως, ἐπίδεσις. Ital. *Obligo.* Gal. *Obligation.* Hispa. *Obra da obligar.* } Cic. ad Brutum, Est autem grauior & difficilior animi & sententiæ, maximis præsertim in rebus, pro altero, quàm pecuniæ obligatio.

Obligans, & Obligatus, Participia. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 4, Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorúmque animi certent. Dapem obligaram redde Ioui, id est promissam ac debitam. Horat. 2. Carm. Ode 7. Differunt tamen secundum Alconium, Obligatus & Districtus, quoniam Obligatus etiam nodis vinculorum duci potest: Districtus manu tantùm & sine vinculis.

Obligurio, guris, pen. prod. Multa auidè cõsumo, & suauitatem ex eduliorum consumptione capio. {λιχνεύω. Ital. *Trangugiare.* Gal. *Consumer & despendre tout par friandese.* Hisp. *Gastar en golesinas.* } vnde etiam pro patrimonium profundere sumitur. Cic. in Catil. Orat. 2. Nihil cogitant nisi cædes, otiũ incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obliguriernnt.

Oblimo, as, pen. prod. ex Ob, & Limus, componi videtur, & significat Limo obduco, siue limo repleo. {κατακονιάω. Ital. *Infangare, imbrattare.* Gal. *Emplir ou couurir de boue, fange & ordure.* Hisp. *Enfuzar con cieno.* } Cic. lib. 2. de Nat. deor. Nilus Aegyptum irrigat, & quum tota æstate obrutam, oppletámque tenuerit, tum recedit, mollitóque & oblimatos agros ad serendum relinquit. Virgil. lib. 3. Georg. –& sulcos oblimet inertes. ¶ Per translationem Claudianus lib. 3, pro obcæcare, seu obtundere, vel inquinare posuit, –sed quòd dissuasor honesti Luxus, & humanas oblimat copia mentes. ¶ Est & Oblimo, A Limo, limas, compositum, quo Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 3, vsus est pro consumere. σπαταλῶ. Rem (inquit) patris oblimare malum est.

Oblinio, is, Circum linio. {περιαλείφω, ἐπιχρίω. Ital. *Vngere, fregare intorno.* Gal. *Oindre & frotter autour, enduire.* Hispan. *Vntar y fregar en cerco.* } Colum. lib. cap. 9, Sed oportebit talearum capita, & imas partes musto fimo cum ciuere oblinire.

Oblino, is, pen. corr. Circum lino. {περιχρίω. Ital. *Imbrattare intorno.* Gal. *Souiller autour.* Hisp. *Enfuzar en cerco.* } Colum. lib. 5. cap. 10, Ita cacumina arboris summa obleuimus. Varro 3. de Re rust. cap. 8, Qui ita decipiantur, quum se obleuerint visco. Sallust. in Iugurth. Simul gladium sanguine oblitum ostentans.

Oblitus, pen. corr. Ab Oblino est quasi circunlitus, & circunquaque fœdatus. {περιαλοιφὴ ῥύπου. Ital. *Imbrattato attorno.* Gal. *Souillé autour.* Hispan. *Esuzado en derredor.* } Tibul. Oblitus & musto feriat pede rusticus vuas. ¶ Oblitus stultitia atque inhumanitate, dixit Cicc. 5. in Verrem, Et ad Papyrium Epist. li. 9, Facetiæ oblitæ Latio, id est alpestæ. Idem 7. Verr. Vt non cera, sed cœno obliti esse videantur.

Obliquus, a, um, adiect. prod. Non rectus. {κεκλιμένος, κυρτὸς. Ital. *Obliquo, storto.* Gal. *Oblique, qui va de trauers & de coste.* Hispan. *Tuerto ò atrauesado.* } Ouid. 2. Metam. Illa deam obliquo fugientem lumine cernens Murmura parua dedit. Idem Epist. 4, Nec obliquo deote timendus aper. Idé 3. Amorum, Eleg. 6, –aditu facianua patno Obliquum capiat semiadaperta latus. Plin. lib. 9. cap. 29, de cancris loquens, Natant obliqui in caput. id est transuersi, non recti.

Obliquitas. {κεκλιμένος. Ital. *Tortuosità, trauersamento.* Gal. *Tortuosité flechissure.* Hisp. *La tortedad ò trauesura.* } Plin. lib. 3. cap. 5, Ni talis obliquitas in latus digredi videretur.

Obliquè, aduerbium. Cui contrarium est Rectè. {πλαγίως, σκολιῶς. Ital. *Di trauerso, tortamente.* Gal. *De trauers, obliquement, de coste.* Hispan. *Tuertamente.* } Cato cap. 41, Vitis vtriusque latus alterum prætradito obliquè.

Obliquo, as, Curuum facio. {κυρτόω. Ital. *Far' andare à trauerso, torcere, piegare.* Gal. *Faire aller de trauers & de coste, destorner.* Hispan. *Entortar ò torcer.* } Plin. lib. 6. cap. 13, At vbi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus.

Oblitero, as, Abrado, aboleo, obscurum facio, deleo, vel in oblivionem duco. {ἀφανίζω, κρύπτω, ἀπαλείφω. Ital. *Dispennare, cancellare.* Gal. *Effacer, aboler.* Hisp. *Raer, borrar, cancelar.* } Cicc. ad Senatum post reditum, Publici in me beneficij memoria priuatam offensionem obliteraunt. Lactant. lib. 6, Ergo idem Dominus ac parens indulgentissimus, remissurum se pœnitentibus peccata promittit, & obliteraturum omnes iniquitates eius, qui iustitiam denuo cœperit operari. Catull. Argon. Hæc vigeant mandata, nec vlla obliteret ætas. Liu. 6 bel. Pun. Aduersæ pugnæ in Hispania nullius in animo quàm meo, minus obliterari possunt Idem 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bel. Pun. Nondum obliterata memoria superioris belli. ¶ Fit autem Obliteratio (vt quidã putant) à litus, quòd ibi notata à fluctibus æquari, & tolli soleant. Alij à verbo Obliniscor deduci malunt, cuius supinum est oblitum: propterea quòd nihil aliud sit Obliterare, quàm æternæ oblioni tradere. Alij ab oblinendo, hoc est inducendo, siue delendo profectum volunt. Alij à literis dici putant, vt sit Obliterare quasi à literatum monumentis eradere.

Obliteſco, is, ab Obiteo inusitato verbo, Abscondor, siue deliteſco. {λαν θάνω. Ital. *Ascondersi.* Gal. *Estre caché & mussé.* Hisp. *Escondersse.* } Varro 1. de Re. ruſt. cap. 51, Ne æstu timosa, in rimis grana obliteſcant, & recipiant aquam.

Oblitus, Vide OBLINO & OBLIVISCOR.

Obliuiſcor, Memoriam rei alicuius amitto. {ἐπιλανθάνομαι. Ital. *Dimenticarsi, scordarsi.* Gal. *Oublier.* Hisp. *Oluidarse.* } Verbum est deponens, quamuis aliquando passiuè sumatur. Virgil. 6. Aeglog. Nunc oblita mihi tot carmina pro à me. Construitur autem cum accusatiuo. Plaut. in Cas. Non sum ego oblitus officium meum. Virg. 2. Aeneid. Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios. Sæpius cum genitiuo. Cic. 2. Ver. Quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant. Idem pro Planc. Memini enim, memini, nec vnquam obliuiscar noctis illius.

Oblitus, a, um, pen. prod. participium ab Obliuiscor. {ἐπιλανθάνω. Ital. *Dimenticato, che s'è dimenticato.* Gal. *Oublié, qui s'est oublié.* Hisp. *Oluidado, que se oluida.* } Ouid. 1. de Ponto, Oblitus moris patrij. Virgil. 5. Aen. Oblitus decorisque sui sociúmque salutis.

Obliuio, onis, Est memoriæ defectus, siue imbecillitas. {λήθη, λάθη. Ital. *Oblizione, smentecanza.* Gal. *Oubli, oublisance.* Hisp. *Oluidanza.* } Plin. li. 15. cap. 17. de loto arbore, Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti terræque dederit nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Venuste dicimus, Huius rei capit me obliuio, Hanc rem obliuione contero, obliuioni do, obliuione deleo, obliuione obruo, Res hæc in obliuione diu iacuit, Hanc rem nulla obscurabit obliuio, Huius rei obliuio mihi subrepit, Hæc res venit in obliuionem, Hanc rem ab obliuione vindicabo: quarum locutionum exempla nulli legẽti receptos autores non erunt obuia.

Obliuioſus, a, um. Dicitur is qui citò obliuiscitur. {ἐπιλήσμων. Ital. *Scordenoso.* Gal. *Qui oublie incontinent, oubliant.* Hisp. *Oluidadizo.* } Cic. 1. de Inuent. Acutus, an hebetior: memor, an obliuioſus. Idem de Senectu. Nam quos ait Cæcilius comicus stultos senes, hoc significat, credulos, obliuioſos, dissolutos.

Oblimium, mij. Idem quod obliuio: sed in numero singulari non vtimur. {λήθη, λάθη. Ital. *Oblio, obliuione.* Gal. *Oubli, oublisance.* Hispan. *Oluidanza.* } Horat. in Ser. Ducere solicitæ iucũda obliuia vitæ. Virg. 6. Aen. Securos latices & longa obliuia ponunt. Cepere te obliuia nostri, Ouid. 2. Triſt.

Obloco, as, pen. corr. Est idem quod simplex Locare. {μισθαρνέω. Ital. *Locare, affittare.* Gal. *Alouer à faire, arrenter.* Hisp. *Arrendar.* } Iustinus, Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos solitus esset.

Oblongus, a, um, adiectiuum, Idem quod Longus significat, nisi quid addat prepositio. {μακρός. Ital. *Longo.* Gal. *Long.* Hisp. *Luengo.* } Plin. li. 37. cap. 12, Figura oblonga maximè probatur. Idem lib. 10. cap. 52, Quæ oblonga sunt ouа, gratioris saporis putat Horatius Flaccus.

Obloquor, Obtubo, obstrepo, sermonem alicuius interpello. {παρενοχλέω. Ital. *Interrompere il parlar d'alcuno.* Gal. *Parler contre, mesdire, parler mal.* Hisp. *Hablar en contrario, estoruar al que habla.* } Cic. Quinto fratri lib. 2, Tu verò vt me & appelles, & interpelles, & obloquare & colloquare velim. Idem pro Cluentio, Vocat me iandudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur. Virgilius pro Accinere posuit lib. 6. Aeneid. Necnon Threicius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum. ¶ Interdum idem est quod detracto, maledico. κακολογέω. Liu. 1. ab Vrbe, Notatos quoque qui ferociſſimè obloquuti erant, singulos manu corripuit. Plaut. in Curc. Lenonis hæ sunt ædes, P A. male istis eueniat. P H. Qui? P A. quia sceleſtam seruitutem seruiunt. P H. Obloquere. P A. fiat maximè. P H. etiam taces? P A. Nempe obloqui me iusseras.

Obloquutores, Maledici, detractores. {κακολόγοι. Ital. *Maldicenti.* Gal. *Mesdisans.* Hisp. *Maldezidores.* } Plau. in Milit. Obloquutor non sum alteri.

Obluctor, aris, Contrà luctor, aut vehementius contra aliquid nitor. {ἀντιπαλαίω. Ital. *Sforzarsi all'incontro.* Gal. *Lutter contre, s'efforcer contre, resister.* Hisp. *Luchar en contrario.* } Colum. lib. 7, Quum in proscindendo aut duriori solo, aut obuiæ radici obluctatus, conuicit animos.

Obludo, dis, pen. prod. Ludo, vel cum aliquo ludo. {παίζω, συμπαίζω. Ital. *Giuocare, scherzare.* Gal. *Se jouer.* Hispan. *jugar ò burlar.* } Plaut. in Truc. Quum vident quempiã se adseruare, obludunt, quò custodem Obiectent per ioculum & ludum.

Obmanens, Pro diu manens, vt Permanens. Festus.

Obmolior, iris, Facta mole obtruo, vel molem obiicio. {ἀποφράττω, ἐπιστρώννυμι. Ital. *Porre con fatica una cosa auanti à un luoco per impedire il passo.* Gal. *Auec peine & trauail mettre au deuant, affin d'empescher passage ou autrement.* Hisp. *Empachar el passajo con esfuerço.* } Liu. 7. bel. Maced. Sed vndiq; omnes ad munienda, & obmolienda, quæ ruinis strata erant, concurrerunt. id est obstruenda oppositis molibus. Curtius lib. 6, Arborum truncos & saxa obmoliuntur.

Obmonco, nes, Pro Admonere apud antiquos dicebatur, autore Festo. παραινέω.

Obmurmuro, ras, Contrà murmuro. {παρυποκλίνω. Ital. *Mormorare contra alcuno.* Gal. *Murmurer contre quelqu'vn.* Hispan. *Murmurar contra algo.* } Ouid. Epist. 17. Vana peto, precibúsque meis obmurmurat ipse.

Obmutesco, is, Quasi mutus fio. {κωφόομαι. Ital. *Ammutirsi.* Gal. *Se taire comme muet.* Hisp. *Enmudecerse.* } Cic. 2. de Finib. Sed quia tale sit, vt vel si ignorent id homines, vel si obmutuisseut, sua tamen pulchritudine esset, spectéque laudabile. Idem 2. de Orat. Ego verò inquit Crassus, neque Antonium verbum facere patiar, & ipse obmutescam, nisi prius à vobis impetraro, &c. Virgil. 6. Aeneid. Dixit, pressóque obmutuit ore. ¶ Ponitur aliquando pro Non esse in vsu. Plin. lib. 33. cap. 13, Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit.

Obnato, as, Vide NATO, natas in NO, nas.

Obnecto, is, est, autore Festo, Obligo, verbũ maximè in nuptiis frequẽs.

Obniger, adiectiuum, Idem quod niger, vel subniger: aut, vt quidam volunt, admodum niger. {ὑπομέλας, ὑπερμέλας. κυανόχρως, μέλας. Ital. *Poco nero ò molto nero.* Gal. *Noirastre, ou fort noir.* Hisp. *Poco ò mucho negro.* } Plinius lib. 8. cap. 23, Radicibus multis & obnigris.

Obnitor, eris, obniti, pen. prod. Contrà nitor, obluctor. {ἀντερείδω, ἀντίστημαι. Ital. *Sforzarsi all'incontro.* Gal. *Resister de tout son pouuoir, tenir ferme contre.* Hisp. *Estribar en contrario.* } Virgil. 3. Georg. Versáque in obnixos vrgentur cornua vasto Cum gemitu. Cice. pro Milone, At non P. Clodio mortuo vsitatis iam rebus obnitendum est Miloni, vt tueatur dignitatem suam.

Obnixè, aduerbium, Quod significat cum conatu, instanter, totis viribus. {ἀγωνιστικῶς. Ital. *Con ogni forza.* Gal. *En s'esforçant contre, de tout son pouuoir.* Hispa *Esstribando con todas fuerças.* } Terent. Andr. Pedibus manibúsque obnixè omnia facturum.

Obnoxius, a, um, ex Ob, & Noxius componitur. {ἐνοχλούμενος, ἔνοχος. Ital. *Reo, colpeuole, obligato.* Gal. *Coulpable, qui a deserui d'estre puni pour quelque faute.* Hisp. *Obligado, subiecto, reo digno de punicion.* } Noxius autem à Noxia, aut Noxa deriuatur, quæ à nocendo originem trahunt. Apud antiquos Noxia (vt Festus ait) pro damno capiebatur, apud poëtas pro culpa: Noxa verò pro peccato, aut peccati pœna, quæ omnia complectitur Noxius. Nam qui noxius est, damnum sibi plerunque, & aliis: culpam verò sibi infert, postremóque peccati pœnam. Vnde Obnoxius, id est noxia, siue noxa circundatus, vel quasi ob noxiam, siue noxam notatus, & pœnæ addictus. κατάδικος, κατάκριτος. Propriè enim Obnoxius dicitur (vt inquit Festus) qui pœnæ obligatus est ob delictum, vtputa si quis morbis obnoxius, ob nimiam cibi intemperantiã: aut si mulier, ob stupri cum aliquo viro consuetudinem, illi obnoxia sit. ¶ Accipitur tamen etiã generalius, vt Obnoxius, dicatur qui quouis modo est obligatus, seu subiectus. Terent. in Hecyr. Tum vxori obnoxius sum, ita me olim suo ingenio pertulit. hoc est vxori propter eius erga me beneficia obligatus sum. ¶ Obnoxium etiam aliquando dicitur, quod noxæ, hoc est damno est expositum. Plinius de viris illustribus, illa virgines, puerósque eligit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam sciebat. Sic etiam dicimus arbores, vel regiones ventis, vel tempestatibus esse obnoxias, hoc est expositas, & (vt ita dicam) subiectas. Colum. lib. 4. ca. 15, Rursus exilis terra, & accliuis, torrénsque æstu, vel quæ vehementius procellis obnoxia est, humilius iugum posсit. ¶ Est præterea, quando Obnoxius accipitur pro obediente, & morigero. Sallust. in Catil. Erátque ei cum Fuluia nobili muliere vetus consuetudo, cui quum minus gratus esset, quia præ inopia minus largiri poterat, repentè glorians, maria, montésque polliceri cœpit, & minari interdum ferro, nisi sibi obnoxia foret, id est morè gereret. ¶ Interdum Obnoxius, ponitur pro noxio, & sic Obnoxius & Innoxius sunt contraria. Ennius, Sed virum vera virtute viuere animatum addecet fortiter, eúmque innoxium vocare aduersus aduersarios: ea libertas est, qui pectus purum & firmum gestitat: aliæ res obnoxiæ nocte in obscura latent. ¶ Obnoxium ingenium, id est illiberale, & degener, dicitur à Plinio in Præfa. lib. 9. Obnoxij profectò animi, atque infœlicis ingenij est, deprehendi in furto malle, quàm mutuum agnoscere. ¶ Obnoxia corpora, dicuntur à Plinio, quæ sunt valetudinaria. Verba eius li. 31. cap. 6, sunt hæc, Nanque paulò diutius quàm balneis vti oportet. Ac postea frigida dulci nec sine oleo descendentibus, quod vulgus alienum arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis.

Obnoxiè, aduerbium, quod, teste Budæo, significat seruiliter & trepidè: vnde apud Liuium lib. 3. ab Vrbe, Obnoxiè dicere sententiam. ὑποφόβως, δουλικῶς. Ital. *Seruilmente, con timore.* Gal. *Seruilement, par crainte.* Hisp. *Seruilmente, con miedo.*

Obnubilo, as, are, Est quasi caligine quadam & nubilo obtenebrare, hoc est obscurum facere, & quasi nubibus implere. {ἐπισκοτίζω. Ital. *Annebbiare, imbrunare.* Gal. *Obscurcir.* Hisp. *Añublar, escurecer.* } Gell. lib. 1. cap. 2, Ac ne oris quoque, & vultus serenitatem Stoici hominis, vnquam vlla posse ægritudine obnubilari.

Obnubilus, adiectiuum. {ἐπισκιής, ἐπισκιάζων. Ital. *Oscuro.* Gal. *Obscur.* Hispa. *Escuro.* } vt, Obnubila loca dicuntur obscura, & tenebris obsita, apud Cic. 1. Tusc.

Obnubo, is, pen. prod. Abscondo, tego. {ἀποκαλύπτω. Ital. *coprire.* Gal. *couurir.* Hisp. *Cubrir.* } Stat. 6. Theb. Obnubitq; comas, & temperat astra galero. Festus, Obnubit, caput operit: vnde & Nuptiæ dictæ á capitis opertione. Hæc Festus. Cic. pro Rabirio, Sed Tarquinij superbissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis ac popularis libentissimè commemoras, Caput obnubito: arbori infœlici suspendito. Virgil. 11. Aeneid. Comas obnubit amictu.

Obnuntio, as, Mali aliquid nuntio. {κακαγγέλλω. Ital. *Nonciare qualche male.* Gal. *Annoncer mauuaise nouuelle, denoncer le mal à venir.* Hispan. *Denunciar en contrario ò mal.* } Terent. Adel. Primus sentio mala nostra, primus resciſco omnia, Primus porrò obnuntio: ægrè solus, siquid sit, fero. ¶ Augures item obnuntiare dicebantur, qui vbi de cælo seruassent, nuntiabant se mali aliquid ominis vidisse, quod prohiberet nequid eo die cũ populo agi posset. Erat autem id potissimum remedium contra pernicioſas leges. Cice. pro Sestio, Quúmque auspiciis religionis parens obnuntiaret quod sensserat.

Obnuntiatio, verbale. {ἀπαγγελία, ἡ παραγγελία. Ital. *Esso annontiare triste nuoue.* Gal. *Denouncement de mauuaises nouuelles.* Hisp. *Obra de denunciar en contrario ò mal.* } Cic. 1. de Diuin. M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta.

Obolus, li, pen. corr. ὀβολός, Genus ponderis est, conficiens sextam partem drachmæ Atticæ, hoc est æreola sex: singula autem æreola septem continent minutias: quæ à Græcis vocantur λεπτά. ¶ Fuit præterea Obolus minimum numisma apud Athenienses, quod sexies sumptum explebat drachmam Atticam: ad Gallicæ autem monetæ extimationem redactum, valet denariolos Turonenses septem. Terent. in Andr. Etiam puerum inde abiens conueni Chremis, Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. Suidas, ὀβολὸς δὲ παρὰ Ἀθηναίοις ἐν χαλκῷ. ὀβολὸς χαλκοῦ λεπτὸν εἶναι, id est, Obolus quidem apud Athenienses sex est æreolorum: æreolum verò septem minutiarum. Λεπτὸν autem, id est minutia, indiuisum manet.

Oboleo,

Oboleo, Propriè est malè oleo, & grauem odorem reddo. {ὄζω. Ital. *Puzare, rendere cattiuo odore.* Gal. *Rendre mauuaise odeur, sentir de long.* Hisp. *Heder, oler de si mal oler.*} Plautus in Mostellar. -at te Iuppiter, Diique omnes perdant, obolitisti allium Germana illuuies. Sueton. in Calig. Illi Asiaticum obolusse, quasi ad præcauenda venena sua sumptum. Accipitur etiam interdum pro sentiri, siue subolere. Plaut. in Menæch. Obolit malus pium huic istud, quod habes.

Oborior, Adnascor, subnascor, ve. {ἐπιγίνομαι. Ital. *Nascere.* Gal. *Naistre.* Hisp. *Nascer.*} Liu. lib. 1. ab Vrbe, Aduentu suorum lachrymæ obortæ. Cic. pro Ligar. Vide quanta lux liberalitatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Ouid. Metamorph. Súntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.

Obrepo, pis, penult. prod. Latenter, & tacitè aduenio, sicut & Surrepo. {κλανδάνω, λάθρᾳ ἔρχομαι, ὑποδύνω, παρέρπω. Ital. *Venire celatamente.* Gal. *Se couler doucement, furuenir, on auenir sans qu'on y pense.* Hisp. *Entrar à escondidas.*} Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ gressu tacito gradiuntur. Iuuenal. Satyr. 9. -obrepit non intellecta senectus. ¶ Obrepere dicitur quicquid sensum fallit: vt, Obrepit fames. Plautus Pœn. Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames. Obrepit mors. Plaut. Pseud. -atque hoc euenit In labore, atque in dolore, vt mors obrepat interim. Obrepit somnus. Horat. de Arte, Verùm opere in longo fas est obrepere somnum. Obrepit dies. Cic. Attic. lib. 6. Obrepsit dies, vt vides: mihi enim ad 111. Calend. Sextiles de prouincia decedendum est. ¶ Et iungitur interdum accusatiuo cum præpositione In. Cic. 1. de Diuin. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. ¶ Ponitur interdum pro fallere', siue incautum aggredi. Plin. lib. 36. cap. 3. Nec potest videri Scaurus rudi, & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodam vitæ rudimento, &c. ¶ Obrepere ad magistratus dicitur, qui falsa specie vel probitatis, vel doctrinæ ad magistratus assumitur. Cic. pro Plancio, Et doceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honores, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro Equestri loco. Id est, vt vulgus loquitur, *Per abusum.* Budæus.

Obrepto, as, frequentatiuū. {ἁρπάζω καὶ λάθρᾳ ὑποδύομαι. Plaut. in Perf. Opertæne fuerint, nequis obreptauerit.

Obreptio, onis, Latens & fallax aditio. {κλέμμα. Ital. *L'andare nascosamente.* Gal. *Fine & subtile entrée.* Hisp. *Obra de andar à escondidas.*} Vlpian. in. l. Sed si hac. ff. de in ius vocando, Patronum autem appellamus, etiam si capite minutus sit, vel si capite libertus minutus sit, dum arrogetur per obreptionem.

Obretio, tis. Est reti aliquem circundare, aut reti implicare. {ἀμφιβλήσω. Ital. *Irretire.* Gal. *Enueloper, ou enuironner de rets.* Hisp. *Enredar.*} Lucret lib. 5, -neque aranei tenuia fila
Obuia sentimus, quando obretimur euntes.

Obrigeo, ges, pen. corr. Totum frigore contrahi, & quasi indurescere ac rigidum fieri. {πήγνυμαι. Ital. *Diuenir rigido, indurarse per lo freddo.* Gal. *Estre tout roide de froid.* Hisp. *Elarse.*} Cic. 1. de Nat. deor. Atqui terræ maximas regiones inhabitales, atque incultas videmus, quòd pars earum appulsu Solis exarserit, pars obrigauerit niue, pruinâque, longinquo Solis abscessu. Idem in Somn. Scipi. Quorum duos obriguisse pruina vides. Colum. lib. 4. cap. 32, Nam vsque in id tempus incrementum capit, ac tum compescitur arundo, quum obriguit hyberno frigore.

OBRIMA, mæ, Vnus est ex tribus fluminibus Apamiam vrbem in Asia celeberrimam ambientibus. Plin. lib. 5. cap. 29. Tertius conuentus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas, deinde Ciboton. Sita est in radice montis Signiæ, circunfusa Marsia, Obrima, Orga fluminibus in Mæandrum cadentibus.

OBRIS, ὦβρις, Fluuius est Galliæ Narbonensis, ex Gebenna monte nascens, quem Ptolemæus Obrium, Plinius Obrin appellat. Vide Pomponium ad finem lib. 2.

Obrizum, obrizi, siue Obryzum. {ὄβρυζον ἢ ὄβρυζον. Ita. *Oro netto, oro forbito.* Gal. *Or fin, or affiné, qui par plusieurs fois a esté purgé au feu.* Hisp. *Oro rezogido y puro.*} Aurũ purum dicitur, quasi ἀπόρριζον, hoc est synceru, delicatúmq; quod sæpe igne candefactum & exustum est, donec nihil habeat alterius metalli admistum. Plin. lib. 33. cap. 3. Aurique experimento ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis: atque ipsum obryzum vocant. Hieronymus in Ieremiam putat Obryzum aurũ dictum, quasi Ophitisum, quòd ex Ophir insulâ præstantissimum aurum soleat aduehi.

Obrodo, dis, pen. prod. Circum rodo. {περιτρώγω. Ital. *Rodere d'intorno.* Gal. *Ronger tout à l'entour.* Hisp. *Roer en derredor.*} Plaut. in Amph. Enimuero prægnanti oportet & malum dari, Vt quod obrodat sit, animo si malè esse occœperit.

Obrogo, gas, pen. correp. Quasi obloquor, atque alterius sermonem molestè impendio. {παρενίσχω. Ital. *Rompere il parlare.* Gal. *Deprier au contraire, supplier contre, rompre le parler.* Hispa. *Hablar en contrario, estorvar al que habla.*} Festus. Obrogare legem, est legis prioris infirmandæ causa, legem aliam ferre. ἀντιφέρειν, παραγράφειν, παραφέρειν. Cicc. ad Att. lib. 3. Quod per legem Claudiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat. Idem 1. Philip. Quid, quod obrogatur his legibus Cæsaris, quæ iubent ei qui de vi, itemque ei qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici.

Obrumpo, pis, Idem quod rumpo. {ἀναῤῥήγνυμι. Ital. *Rompere.* Gal. *Rompre* Hisp. *Quebrar, romper.*} Varro 3. de Re rust. cap. 16, Si radicem prenderint, quem educere velint è terra, obrumpunt collum.

Obruo, is, Infodio, terra, lapidibus, aliáve re operio. {συλλιθόω, καταχώννυμι, κρύπτω. Ital. *Sepelire, coprire sotto terra.* Gal. *Couurir de terre ou d'autre chose* Hispa. *Enterrar ò anegar.*} Ouid. lib. 1. de Remedio, Obrue versata Cerealia semina terra. Cic. de Senect. Nec verò quenquam senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset. ¶ Obruo, & Eruo, contraria. Cic. 4. de Finib. Nam qui sciet, vbi quidque positum sit quáque eò veniat, is etiam siquid obrutum erit, poterit eruere. ¶ Transfertur etiam ad animum. Quintil. Tot voluptates obruere possunt vnum dolorem. ¶ Venustè dicimus Obruere lapidibus, telis, & aliis id genus, id est lapidare, & telis lapidibúsque operire ad necem. Obruere itu vetustatis. Obruere niuibus, Obruere itinera strage, id est cooperire. Obruere se vino, id est inebriari. Obruere ære alieno. Obruere memoriam alicuius rei, Obruere nomen alicuius, Obruere copia sententiarum,

Obruere magnitudine negotij. Obruere obliuione, Obruere risu, Obruere testimoniis, quorum omnium exempla inuenire est facile. ¶ Hinc Adobruo, & Inobrutus. de quibus suis locis.

Obruteo, Vide OBRVTEO.

Obsæuio, is, Idem quod sæuio, siue in alium sæuio. {ὠμοκατάλω. Ital. *Crudelizzare, incrudelirsi.* Gal. *Se monstrer rude & mauuais, estre cruel.* Hisp. *Enfurecerse.*} Plaut. Epid. Tu is es, qui per voluptatem in mea arumna obsæuisti grauiter.

Obsaluto, as, Salutandi gratia sese offerre alicui, dicebant antiqui: vt Consalutare, pro salutare. Festus.

Obsaturo, ras, pen. corr. Significat satietatem & quodãmodo fastidium rei alicuius inducere. {ἀναπίμπλημι. Ital. *Saolare del tutto.* Gal. *Saouler entierement.* Hisp. *Mucho hartar y del todo.*} Teren. in Heaut. Næ tu propediem, vt istane rem video, istius obsaturabere.

Obsceno, as, Significat obscenum, id est malum omen affero. {μηλοῦμαι. Ital. *Dar cattiuo augurio.* Gal. *Aporter ou denoncer malheur ou malencontre.* Hisp. *Dar mal aguero.*} Plaut. Asin. Sed quid illuc, quòd examinatus currit huc Leonida? Metuo ne illic obscenarit meæ fallæ fallaciæ.

Obscœnus, na, num, vnde dictum sit, inter Grammaticos non cõuenit. Alij enim à cœno deductum putant: alij à canendo: Varro à scena, Festus ab Oscis. Quicquid est, vsus obtinuit vt per œ diphthongum scribatur. Duas autem præcipuè habet significationes. ¶ Aliquãdo enim obscœnum idem est, quod inauspicatum. {δύσοιμος. Ital. *Di mal augurio.* Gal. *Qui porte ou signifie quelque malencontre à venir.* Hispan. *De mal aguero.*} Virg. 12. Aeneid. -ne me terrete timentem Obscœnæ volucres, hoc est infœlices & malum omen afferentes. Idem 1. Georg. Obscœnique canes, importunæque volucres. Idem 3. Aeneid. Obscœnam̃q; famem, quæ prima pericula vito. Vbi Seruius, Obscœnam: aut quæ homines etiam ad obscœna compellit, vt Malesuada fames: aut certè, quam obscœna auis prædixerat. ¶ Aliquando etiam idem quod turpe & immundum. {ἀνοσιουργός, αἰσχρός. Ital. *Sporco, immondo.* Gal. *Vilain, ord & sale.* Hisp. *Turpe feo y suzio.*} Cic. 5. Tuscul. Nam & obscœnas voluptates, de quibus multa apud illos habetur oratio, &c. Ouid. 2. Trist. Arguor obscœni doctor adulterij Idem 2. de Arte, -non denique possunt Paribus obscœnis opposuisse manus. Horat. 2. Epist. 1, Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem.

Obscœnè, aduerbium, Id est impurè. {αἰσχρῶς Ital. *Lordamente, disonestamente.* Gal. *Vilainement, ordement, impudiquement.* Hisp. *Fea y suzamente.*} Cic. 1. Officiorum, Latrocinari, fraudare, admirari, re turpe est, sed dicitur non obscœnè.

Obscœnitas, tis. {αἰσχρότης. Ital. *Sporcitia, disonestà, bruttezza.* Gal. *Vilainie, impudicité.* Hisp. *Fealdad, suzedad y torpeza.*} Cic. 1. Offic. Si rerum turpitudini adhibeatur orationis obscœnitas. Idem pro Flac. Cuius de probris, adulteriis, ac stupris extant Aemonensium literæ, quas ego non solùm propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum prætereundas puto.

Obscurus, a, um, Latens, absconditus, & sine lumine. {σκοτεινός, ἀμαυρός. Ital. *Oscuro.* Gal. *Obscur.* Hisp. *Obscuro.*} Virgil. 9. Aeneid. Vidimus obscuris primùm sub mœnibus vrbem. Idem 2. Aeneid. -si quos obscura nocte per vmbram Fudimus insidiis. ¶ Vnde Obscura oratio, Difficilis, & cuius sententia non facilè potest percipi. ἀσαφὴς λόγος. ¶ Capitur quandoque Obscurum pro ignobili. ἄσημος. sicut Clarum pro nobili: quæ metaphora inde tracta est, quòd viri nobiles omnibus conspicui sint & cognitii: contrà, qui humili genere sunt orti, tanquam in tenebris agentes, nemini innotescant. Cic. li. 1. Offic. Qui magna sibi proponunt obscuris ortu. ¶ Ponitur aliquando pro astuto, & fallaci, vt Obscurus vir, apud Ciceronem 3. Offic.

Obscurè, aduerbium, cuius contrarium est, Palàm. {ἀμαυρῶς, σκοτεινῶς. Ital. *Oscuramente, copertamente.* Gal. *Obscurement, couuertement.* Hisp. *Obscuramente.*} Cic. 4. Acade. Alterum quidem, vt videmus, palàm: alterum, vt suspicamur, obscurius. ¶ Obscurè aliquid ferre, est dissimulanter ferre, sic vt nemo agnoscat notas animi commoti. Cice. in Parad. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.

Obscuritas, tatis, Quod modò opacitatem, siue tenebrositatem, & luminis penuriam significat. {σκότος, ἀκτιδοβολία. Ital. *Scurità.* Gal. *Obscurité.* Hisp. *Obscuridad.*} Plin. lib. 20. cap. 1, Obscuritates, & vitia oculorum sanat. ¶ Modò difficultatem. Cice. 4. de Finib. Sed inest in rebus ipsis obscuritas. ¶ Modò ignobilitatem. Cic. lib. 2. Offic. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur.

Obscuro, as, pen. prod. Supprimo, & obscurum reddo. {ἀποκρύπτω, ἀμαυρόω. Ital. *Oscurare.* Gal. *Obscurir.* Hisp. *Escurecer.*} Cic. 1. de Nat. deor. Aetnæorum ignium tenebræ finitimas regiones obscurauerunt. Idem 2. de Finibus, Lumen lucernæ obscuratur, & offunditur lucc Solis. Idem pro Archia, Neque enim est dissimulandum quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum. ¶ Est item Obscurare, extenuare, humilémque & obscurum reddere: cui opponitur celebrare. Sallustius, Sed profectò fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obscurátque.

Obscuratio, onis. {σκοτισμός. Ital. *Oscuramento.* Gal. *Obscurcissement.* Hisp. *Obra de escurecer à otro.*} vt Obscuratio Solis apud Plin. lib. 37. cap. 26. Cice. 4. de Finib. In quibus propter eorum exiguitatem obscuratio sequitur.

Obsecro, as, ex Ob, & adiectiuo Sacer, Significat per sacra rogo, vel opẽ à sacris rogo obtestor, deprecor. {ἀντιπολῶ, λιτανεύω. Ital. *Pregare, scongiurare.* Gal. *Prier auec obtestation, prier affectueusement.* Hispa. *Rogar conjurando.*} Terent. Obsecro te, quàm primùm hoc me miserum libera metu. Obsecrare, inquit Donatus, est iratos rogare. Terent. in Eun. Exclusit, reuocat, redeam? non, si me obsecret. ¶ Additur aliquando ablatiuus Precibus. Marcellus ad Ciceronem lib. 4. Quum mihi C. Marcellus frater amantissimus mei non solùm consiliũ daret, sed precibus quoq; me obsecraret. ¶ Ponitur quandoque aduerbialiter pro Cedò, eíque veluti rogantis cum interrogatione particula. Terent. in Eunuc. Obsecro, an is est? id est die quæso.

Obsecratio, Verbale. {ἀντιπολησία. Ital. *Prego affettuoso.* Gal. *Priere affectueuse.* Hisp. *Aquella obra de rogar conjurando.*} Cic. pro Fonteio, Cauere

ne periculosum, superbúmque sit, eius nos obseruationem repudiare.

Obsecundo, das, ex Ob, & adiectiuo Secundus, quod significat prosperum. {ὑπηρετέω, ὑπουργέω. Ital. *Secondare, compiacere.* Gal. *Complaire & faire au gré de quelqu'vn.* Hisp. *Obedescer, hazer bienauenturado.*} Est autem obsecundare, omnia ad alterius nutum facere, vel in melius conuertere. {ἐπιεικίζειν.} Terét. in Adel. Sed si vultis potius, quæ vos propter adolescentiam Minus videtis, magis impensè cupitis, consulitis parum, Hæc reprehendere, & corrigere me, & obsecundare in loco. Vbi Donatus, Nam qui reprehendit, non continuò corrigit: qui corrigit, non illico obsecundat, id est lætissimum reddit & fidelissimum. Cice. pro Pomp. vsus est pro obsequi, Non modò omnes (inquit) ciues assenserint, socij obtemperarint, sed etiam venti, tempestatésq; obsecundauerint. ¶ Inuenitur & Obsecundo deponens.

Obsepio, is, Sepibus circundo. {περιφράττω. Ital. *Circondare di siepe.* Gal. *Enuironner & clorre de hayes, bouscher & estouper.* Hispa. *Cercar de seto.*} Plaut. in Cas. Vbi illum saltem video obseptum, rogo vt alterum sinat adire. ¶ Obsepire iter ad honores, per translationem ponitur pro occludere, & impedire: cui contrarium est Munire viam. Liu. lib. 9. ab Vrbe, Hæc plebi ad curules magistratus iter obsepsit. Cicero pro Muræna, Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant.

Obsequor, pen. corr. Alterius voluntati morem gero, inseruio. {χαρίζομαι, ὑπηρετέω. Ital. *Compiacere.* Gal. *Complaire, obeir, obtemperer, faire au gré.* Hisp. *Obedescer, complazer.*} Plaut. Ego sanè cupio obsequi gnato. Terent. Heaut. Nos quoque senes est æquum senibus obsequi. Idem Andr. Eorũ obsequi studiis, aduersus nemini. Iuuenal. Satyr. 10, –interea tu tu Obsequere imperio. ¶ Obsequi animo suo, vel Obsequi animo, est indulgere sibi, siue genialem vitam agere. Plaut. in Bacchid. Lubido est homini suo animo obsequi. ¶ Aliquando iungitur accusatiuo. Gel. lib. 2. cap. 7, Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet.

Obsequens, Id est obediens, aliquando nomen, aliquando participium. ὑπηρετικὸν. Ital. *Obediente.* Gal. *Obeissant.* Hisp. *Obediente.*} Terent. in Hecy. Obsequentem voluptati hominem. Plancus Senatui, Legiones nostra liberalitate nobis obsequentes. Sallust. in Cic. Filia matris pellex, tibi iucundior, atque obsequentior quàm parenti par est.

Obsequenter, tius, tissimè, aduerbia. {πειθηνίως, ὑπουργικῶς. Ital. *Per obedienza.* Gal. *Auec obeissance.* Hispa. *Con obediencia.*} Plin. in Epist. Vixit in contubernio auiæ delicatæ seueriss imè: & tamen obsequentissimè.

Obsequium, sequij, Officium quo quis id sequitur, & facit, quòd alteri placiturum nouit. {τὸ ὑπηρετικὸν, ὑπηρεσία. Ital. *Compiacimento.* Gal. *Plaisir ou seruice, obeissance.* Hisp. *Plazer y obediencia.*} Terent. in Andr. Obsequium amicos, veritas odium parit. ¶ Obsequium animo sumere, ait Plautus in Bacchid. pro eo quod est, indulgere sibi, & animo obsequi. Cic. ad Attic. lib. 7, Itaq; effeci omni obsequio, vt neutri illorum quisquam esset me charior. Idem primo de Legibus, Nam quum animus cognitis perceptisque virtutibus, à corporis obsequio, indulgentiáque discesserit, &c.

Obsequela, Morigeratio. {ὑπηρεσία. Ital. *Compiacemento, compiacenza.* Gal. *Obeissance.* Hispan. *Obediencia al plazer de otro.*} Plautus in Alinaria, Omnes parentes, Litane, liberis suis, Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam.

Obsequiosus. Qui facilè obsequitur. {ὑπηρετικός. Ital. *Che compiace facilmente.* Gal. *Seruable, prompt à faire seruice.* Hisp. *Cosa obediente.*} Plautus in Capt. –Nam si meus seruus esses, nihilo secius Mihi obsequiosus semper fuisti.

Obsequibilis, Qui obsequitur. {ὑπηρετικός. Ital. *Compiacenole.* Gal. *Seruable.* Hisp. *Cosa obediente.*} Gell. lib. 2. cap. 29, Cognatos, affinésque nullos fermè tam obsequibiles esse ait, &c.

Obsero, is, pen. corr. Idem quod consero. {σπείρω. Ital. *Seminare, piantare.* Gal. *Semer ou planter.* Hispan. *Sembrar ò plantar.*} Colum. lib. 2. cap. 9, Vtatur præceptis eorum, qui vberem campum in singula iugera tritici, quique & adorei octo modiis obserere præcipiunt. Idem lib. 3, Agrum, antequam vineis obseras, explorato qualis saporis sit. Varro 1. de Re rust. cap. 14, Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis, aut spinis. ¶ Obserere mores, per translationem dixit Plautus in Trin. pro Imbuere. –hem istic, inquit, Oportet obseri mores malos, si in obserendo possint interficiet. ¶ Quandoque pro Circundare. Terent. in Heaut. Ea texebat vuà pannis obsita.

Obsitus, pen. cor. Inuolutus, rectus, obductus. {περιλῃφθείς. Ital. *Inuolto.* Gal. *Complanté, fasé, ocupé.* Hisp. *Embuelto.*} Terent. in Eunuch. Video senium, squalidum, ægrum pannis, annísque obsitum. Virgil. 7. Aeneid. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos, &c. Horat. 1. Carm. Ode 18, Variis obsita frondibus. Aer obsitus pallore, Lucan. li. 5. Tenebris loca obsita, Cic. 1. Tusc. Nimbus obsitum iter, Curtius lib. 5, Ventum erat ad iter perpetuis obsitum nimbis, quas frigoris vis gelu astrinxerat. ¶ Obsitus etiam dici potest, pro eo quod est consitum. {περιφυτεύω.} Liu. 8. belli Punici, Fragosa loca, & obsitos virgultis tenebat colles. ¶ Rura obsita pomis. Ouid. 13. Metamorphoseos. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 14, Primum naturale sepimentum quod obseri solet virgultis aut spinis, &c.

Obsero, ras, pen. cor. Significat occludo, veluti fera imposita. {ἀποκλείω. Ital. *Serrare.* Gal. *Fermer au verrouil ou a la clef, baſcler.* Hisp. *Cerrar con llaue.*} Terent. in Eun. Tu abi, atque obsera intus.

Obseruo, uas, Oculis mentis & corporis seruo, speculor, custodio, noto ne me prætereat, ne me decipiat. {ἐφεδρεύω, ἐφορῶ, φυλάττω, παρατηρέω. Ital. *Osseruare, custodire, por mente.* Gal. *Obseruer, guetter, espier, prendre garde.* Hisp. *Mirar y guardar.*} Terent. in Andr. Obserues filium, quid agat. Idem ibidem, –obseruabam manè illorum seruulos Venientes, aut abeuntes: rogitabam, Heus puer, &c. ¶ Obseruare, inquit Seruius in 4 Georg. est calidè aduertere. ¶ Obseruare item est venerari & admirari homines, tantum dignitatis vel virtutis cultu. {σεβάζομαι, θεραπεύω.} Virgilius lib. 3. Georg. Præterea Regem non sic Aegyptus, & ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes Obseruant. Cice. Octauio, M. Aruilius Aulanus ab ineunte adulescentia me obseruauit, sempérq; dilexit.

Obseruans, participium. {παρατηρῶν. Ital. *Chi porta honore ad alcuno.* Gal. *Qui prend garde & obserue par honeur.* Hisp. *Mirar y guardar con honra y acatamiento.*} Cic. Att. lib. 4, Cognoui te mei ita cupidum, vt paucos æquè amantes, atque obseruantes me habere existimem. ¶ Interdum migrat in tes, atque obseruantes me habere existimem. ¶ Interdum migrat in nomen, habétque genitiuum. Cicero pro Quintio. Ita credo hominem propinquum, tui obseruantem, virum bonum, &c. Idem ad Qu. Fratrem, Fert enim grauiter homo & mei obseruantissimus, & suæ dignitatis retineos, se apud te neque amicitia, nec iure valuisse.

Obseruatus, huius obseruatus, nomen. Idem quod obseruatio. {παρατήρησις, θεραπεία. Ital. *Auertimento, riuerenza.* Gal. *Obseruation, esgard.* Hispan. *Obra de guardar y mirar y acatar.*} Varro 2. de Re rust. cap. 7, His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub ea lacunæ: ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sexdecim.

Obseruatio, onis, Quandoque dicitur annotatio, & animaduersio, vel attentio. {παρατήρησις. Ital. *Auertimento, riuerenza.* Gal. *Obseruation, esgard.* Hispa. *Obra de guardar y mirar, acatamiento.*} Plin. lib. 11. cap. 10, Mira obseruatio operis. Cice. de Clar. Orato. Veruntamen natura magis, tum casu nonnunquam, quàm aut ratione aliqua, aut obseruatione fiebat. {θεραπεία. Valerius Maximus ¶ Quandoque & honos, & reuerentia. lib. 1. cap. 1, Haud Marcello adiectio impensæ impedimento fuit, quò minus religionibus suus tenor, suáque obseruatio redderetur.

Obseruantia, æ, vt inquit Cic. 2. de Inuent. est per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignamur. {σεβασμός, θεραπεία. Ital. *Osseruanza, riuerenza.* Gal. *Obseruance, reuerence.* Hispa. *Acatamiento.*} Liu. lib. 1. ab Vrbe, Obsequio & obseruantia in Regem cum omnibus, benignitate erga alios cum Rege ipso certasse. Idem Sulpitio lib. 4, Seruius tuus, vel potius noster, summa me obseruantia colit. Idem pro Quintio, Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere.

Obseruabilis, qui idoneus est vt obseruetur, vel veneretur. {ἀξιάγαστος. Ital. *Osseruabile, degno d'essere osseruato.* Gal. *Aguey ou peut & doit prendre garde.* Hisp. *Digno de tal acatamiento y honra.*} Quintil. lib. 9. cap. 1, In armorum certamine & aduersos ictus, & rectas & simplices manus tum etiam cauere, & propulsare facile est: auersæ, tectæque minus sunt obseruabiles. ¶ Huius contrarium est Inobseruabilis. de quo suo loco.

Obsęs, obsidis, Vide OBSIDEO.

Obsido, dis, pen. prod. Obsedi, obsidere: tertię coniug. & Obsideo, des, pen. corr. obsedi, obsidere, secundæ coniug. propemodum idem significant, nisi quòd in Obsido, motus quidem est, vt sit quasi Obsisto: in Obsideo verò quies, quasi Obsto. {ἐφεδρεύω, περιλαμβάνω. Ital. *Assediare.* Gal. *Assieger, environner.* Hisp. *Poner sitio ò cerco a lugar.*} Sallust. in Catil. Præmittit illis homines militares sine tumultu, præsidiis collocatis, sicuti præceptum erat, occultè pontem obsidunt. Idem in Iugurt. Armis obsessus teneor, id est impeditus. Significant itaq; Obsido, & Circunsido, quasi Obsepio, & Circunsepio, aut ad obsidendum, siue circunsidendum eo, vel ad obsidendum me loco. Obsideo verò, & Circunsideo, obsessum, hoc est vallo & fossa septũ teneo. Quanquam simpliciter pro Circunsedeo ponatur, vt apud Curtium, Per hos pelices introducebantur alio aditu, quàm quem armati obsidebant. ¶ Accipitur interdum Obsidere pro simplici sedere. Terent. in Adelph. –nunc verò domi Certum obsidere est vsque donec redierit. ¶ Obsidere stuprum, est per insidias, stupri occasionem aucupari. Cic. in Catil. Iacére humi non solùm ad obsidendum stuprum, verumetiam ad facinus obeundum. ¶ Ponitur aliquando pro circunstare. Seneca, Varia & incerta pericula humanam vitam obsident. ¶ Aliquando pro occupare, & detinere. Cic. 1. Verr. Vt perspicuũ cuiuis esse possit, hominem ab isto quæsitum esse: non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret, hoc est qui tempus quod mihi inquirendum deposcí, coarctaret, & me angusto temporis spatio concluderet.

Obsidior, ris, Idem ferè quod insidias facio. {ἐνεδρεύω. Ita. *Far insidie.* Gal. *Essier guetter.* Hisp. *Hazer celada ò assechanças.*} Colum. lib. 5. cap. 14, Sed inter Caniculæ, & Arcturi exortum cauendum erit ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante alueana plerunque obsidiantur prodeuntibus.

Obsessi, Sunt qui ita in loco aliquo ab hostibus cincti sunt, vt egredi non possint. {πολιορκοῦμαι. Ital. *Assediati.* Gal. *Assiegez.* Hispa. *Encerrados por sitio ou lugar alguno.*} Plin. lib. 16. cap. 5, Dulcissima omnium fagi, vt qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradit Cornelius Alexander, Cæsar 1. belli Gall. Tandem omnibus rebus obsessi, quantum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni, & frumenti inopia, colloquium petunt.

Obsidium, dij, & Obsidio, onis, & Obsessio, Idem significat, & ab Obsido, siue Obsideo fiunt. {πολιορκία, ἐφεδρεία. Ital. *Assedio.* Gal. *Siege.* Hispa. *Sitio ò cerco del lugar.*} Colum. lib. 9. cap. 7. Atque vtilissimum est, pro frequentia domicilij, duos vel tres aditus in eodem operculo distantes inter se fieri, contra fallaciam lacerti, qui velut custos vestibuli prodeuntibus inhians apibus, affert exitium, æquè pauentiores exeunt, quum licet vitare pestis obsidia, per aliud vadentibus effugium. ¶ Sæpius tamen in vsu est Obsidio, onis. Cic. pro Rab. Quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione Rempublicam liberasset. Cic. pro Cornel. Balbo, & pro Domo sua, Obsessio templorum, Occupatio fori. ¶ Pro eodem autem dicimus, Obsidere vrbem, Cingere vrbem obsidione, Claudere muros obsidione, & Facere obsidionem: quorum postremo vsus est Gell. lib. 15. cap. 30. Demetrius, inquit, dux ætatis suæ inclytus, cui à peritia, disciplinaque faciendi obsidij, machinarúmque solertia ad capienda oppida repertarum, cognomentum πολιορκητὴς fuit. ¶ Soluere obsidionem, vel obsidium, est obsessos obsidione liberare. Tacitus lib. 4, Primo sui incessu soluit obsidium. Pro eodem etiam dicimus, Eximere obsidione. Liu. lib. 1. bel. Pun. Legati affuerunt orantes vt se obsidione eximeret.

Obsessor, Qui obsidet. {πολιορκητὴς, ὁ πολιορκῶν. Ital. *Chi assidia una terra.* Gal. *Assiegeur, qui assiege.* Hisp. *Que pone sitio ò cerco a lugar.*} Liuius lib. 9. ab Vrbe, Papyrio quoque, qui obsessor Luceriæ restiterat. Ouid. 2. Fast. Hic mihi causa moræ viuarum obsessor aquarum, Hic tenuit fontes, officiúmque meum. Obsessor fori, Plaut. Pseud. Obsessor curiæ, Cic. pro Domo sua.

Obsidiæ, arum, Idem quod insidiæ. {ἐνέδρα. Ital. *Insidie.* Gal. *Embuſches.* Hisp. *Celada*

Universidad de Sevilla

Celada à affeh anças.} Colum.libro 8.cap.2, Dum tamen anus fedula, vel puer adhibeatur cuſtos vagantium, ne obſidiis hominum, aut inſidiorum animalium diripiantur.

Obſidionalis, & le, Denominatiuum eſt à nomine Obſidio, onis. {*πολιορκητικὸς.* Ital. *Pertinente ad aſſedio.* Gal. *Apartenant à ſiege.* Hiſp. *Pertenesciente à ſitio.*} Vnde Corona obſidionalis, quæ ei debebatur, qui obſeſſos ab hoſtibus liberaſſet. Hæc fiebat ex gramine viridi, ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. Plinius de Viris illuſtr. Quare à Minutio, & eius exercitu obſidionali corona donatus eſt.

Obſes, hūius obſidis, qui traditur imperio alicuius ea cōditione, vt ſi datot obſidis à fide recedat, recipiēti ſit poteſtas in corpus & vitam eius ſæuiendi, qui datus eſt obſes. {*ὅμηρος.* Ital. *Homa dato in pegno, hoſtaggio.* Gal. *Baillé en oſtage.* Hiſpani. *El rehen de las pazes ò treguas.*} Hic quoniam obſidionis ſoluendæ cauſa dari conſueuit, inde nomen aſſumpſit: quāuis Feſtus ex Ob, & Fides, compoſitum velit, per mutationem literæ, quōd fit ob fidem datus. Cic. 1. Verr. A nobis multos obſides habet populus Romanus. Ouid. 1. Metamor. -miſſi de gente Moloſſa Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.

Obſidianus, na, num, vt Obſidianum vitrum, quod ita dictum eſt, quōd ſimilitudinem habeat lapidis Obſidiani, qui teſte Plinio, nigerrimi eſt coloris, in ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddens. Naſcitur in India, & in Samnio Italiæ, & ad Oceanum in Hiſpania, maximē autem in Aethiopia, vbi etiam ab Obſidio inuentum fuit hoc lapidis genus, quod ab ipſo Obſidianum vocatur. Vide Plin. lib. 36. cap. 26.

Obſigno, as, Signi impreſſione occludo, & ad literas, cæteráque quæ ſigno quouis notantur, aut imprimūtur, pertinet. {*σφραγίζω, δακτυλιόω, σημαίνω, ἐπισφραγίζομαι.* Ital. *Sigillare, ſugellare.* Gal. *Seeller, & cacheter.* Hiſp. *Sellar, cerrar con ſello.*} Plaut. in Curc. Scribit, & obſignat literas. Idem in Amphitr. Eloquere, vbi nunc patera eſt? c. In ciſtula Amphitryonis obſignata ſigno eſt. ¶ Quandoque ſumitur pro eo quod eſt, ſigno notariorum, ſeu ſubſcriptione eorū, aut teſtium, ſignare. Cice. pro Cluent. Dinea teſtamentum faciente, quum tabulas prehendiſſet, Oppianicus qui gener eius fuiſſet, digito legata deleuit. Et quum id multis locis feciſſet, poſt mortem eius, ne literis coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignauit. Cæſ. 1. bel. Gal. Vulgò totis caſtris teſtamenta obſignabantur. Cice. pro Cluent. Pecuniáque obſignata, quæ ad eam rem dabatur.

Obſignatores, *ἐπισφραγισταί, ἐπισημαντῆρες.* Dicti ſunt teſtes, qui teſtamentum ſignis ſuis obſignabant. Cic pro Aul. Cluent. Aiulius, vt conſtitutum erat, ſimulat ſe ægrotare, & teſtamentum facere velle: Oppianicus obſignatores ad eum, qui neque Aſinium, neque Aiulium noſſent, adducit. ¶ Poteſt, tamen hodie Obſignator dici tabellio, qui in teſtamentis ſuum & teſtium nomen ſubſcribit.

Obſipo, pas, pen. prod. Significat Obiicio. *παραβάλλω.* vt quum ruſtici dicunt, Obſipa pullis eſcam. Feſtus.

Obſiſto, ſtis, Contrà ſiſto, obſto, repugno. {*ἐνίστημι, ἀντίστημι, ἀντιπράττω.* Ital. *Oſtare, far reſiſtenza.* Gal. *Reſiſter, contredire, s'oppoſer.* Hiſp. *Reſiſtir à otro.*} Cic. 7. Verr. Quis enim vnquam iſtius libidini obſtitit? Idem de Senect. Hoc eſt illud quod Piſiſtrato tyranno à Solone reſponſum eſt, quum illi quærenti qua tandem ſpe fretus, ſibi tam audacter obſiſteret, reſpondiſſe dicitur, Senectute. Idem 2. de Fini. Itaque idem natura victus, (cui obſiſti non poteſt) dicit alio loco, &c. Lucan. libro 3, Viribus an poſſent obſiſtere iura. Quid. Epiſt. 13, Tūc freta debuerant veſtris obſiſtere ventis.

Obſoleſco, ſcis, leui, vel lui, letum, ex Ob. id eſt contrà, & Oleſco, addita ſ, contratium eſt ſuo ſimplici. Oleſco enim idem eſt quod creſco: Obſoleſco, deficio, re icio, inueteraſco, deſueſco. {*ἀπαιρχαιῶμαι, παραχρῶμαι, παλαιῶμαι.* Ital. *Diſuſarſi, vſcir d'vſo, innecchiarſi.* Gal. *Aller ou eſtre hors d'vſage, deſacouſtumer.* Hiſp. *Deſacoſtumbrar vſo, enuejeſcerſe.*} Cice. de Imperio Pompeij, Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis, quàm verbis refutata, id eſt defecit, ſiue ab vſu receſſit. Item pro Cælio, Chartæ quoq;, quæ illam priſcam ſeueritatem obtinebant, obſoluerunt, id eſt inueterauerunt, ſiue defecerunt. Et hæc præterita ab Obſoleſco non ab Obſoleo ſunt. ¶ Nitēre, & Obſoleſcere ſunt contratia. Cice. pro Lege Agraria, Nō dico hoc ſolum in Repub. vectigal eſſe, quod amiſſis aliis remanet, intermiſſis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat, id eſt ſordidetur.

Obſoletus, participium eſt, aut nomen ex participio. {Ital. *Diſuſato.* Gal. *Deſacouſtumé.* Hiſpa. *Deſacoſtumbrado.*} Cice. pro P. Quintio, Audacem, cupidum, perfidioſum, vulgaria & obſoleta ſunt, id eſt inueterata, & quæ ab vſu receſſerunt. *ἀπαίθεια, ἀπαρχαιωμένα.* ¶ Accipitur etiam Obſoletus pro obſcœno, ſordido, & detrito. *ῥυπαρός.* Liuius libro 3, Filiam ſecum obſoleta veſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti admiratione in forum deduxit. Cicero in Rul. Veſtitu obſoletiore, corpore incolto & horrido, capillatior quàm antea, barbāque maiore, vt oculis & aſpectu denuntiare omnibus vim tribunitiam, exitiúmque minitari Reipublicæ videretur. Colum. lib. 3, Sapore certè nihilo differt à cicercula, colore tamen diſcernitur. Non eſt obſoletior, & nigro colori propior.

Obſoletè, tius, obſoletiſſimè, aduerb. {*ἀπαρχαιωμένως, παραχρωμένως, ἀπαθῶς, ῥυπαρῶς.* Ital. *Fora d'vſo.* Gal. *Hors d'vſage.* Hiſp. *Fuera de coſtumbre.*} Cicero 3. Verrin. Saltem vt eum, cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paulò tamen obſoletius veſtitum viderat.

Obſonium, vide OPSONIVM.

Obſorbeo, es, Obſorpſi, vel obſorbui, obſorptum, idem quod Sorbeo. {*ῥοφῶ* Ital. *Sorbire.* Gal. *Humer tout, engloutir.* Hiſpa. *Sorber.*} Plaut. Curcul. Vin' aquam? c v r c. Si fruſtulenta eſt. da obſecro: hercle obſorbeam.

Obſordeo, Sordidus fio, aut obſoleſco, inquit Nonius. {*ῥυπαίνομαι.* Ital. *Diuenir ſordido.* Gal. *Deuenir ord & ſale. ſe honnir.* Hiſp. *Enſuziarſe.*} Cælius, Obſordeſcit iam hæc in me ærumna miſeriæ.

Obſtaculum, vide OBSTO.

Obſtetrix, cis. Quæ parturientium curam habet: ab obſtando dicta, eo quòd obſiſtāt dolori, vel certè fœtui ne laxatis vteri genitalibus clauſtris, in terram defluat. {*μαιεύτρια.* Ital. *La comare che aiuta la partoriente, alleuatrice.* Gal. *Vne ſage femme, qui aide aux femmes qui veulent enfanter.* Hiſp. *La partera.*} Terent. in Andr. Obſtetricem accerſo. Quæ opem tulerit

parièti, Obſtetrix dicitur, ait Donatus: vnde & parturientes, Per opem, clamant. Plin. lib. 28. cap. 7, Quæque alia nō obſtetrices modò, verum etiam meretrices prodidere.

Obſtetrico, as, penult. prod. Parturiētem adiuuo, ſiue obſtetricis officium ago. {*μαιεύομαι.* Ital. *Far l'vffitio d'alleuatrice.* Gal. *Faire l'office de ſage femme.* Hiſp. *Hazer officio de partera.*} Pro eodem etiam vtimur Obſtetricor verbo deponente.

Obſtino, as, pen. corr. Offirmo. {*ἀγριαίνω.* Ital. *Oſtinarſi, eſſere pertinace.* Gal. *S'obſtiner, s'opiniaſtrer.* Hiſp. *Confirmarſe en mal.*} Liu. lib. 2, Quoniam id certum (inquit) atque obſtinatum eſt, neq; ego obtundam. Plaut. in Aulula. Credo ego iam illum inaudiſſe mihi theſaurum domi, id Inbiat, ea affinitatem hanc obſtinauit gratia.

Obſtinatus, participium, aut nomen ex participio. Id eſt offirmatus, aut perſeuerans vt tenere poſſit, inquit Feſtus. {*ἀνένδοτος, ἀμετάπειστος.* Ital. *Oſtinato, perſeuerante, di ferma propoſita.* Gal. *Obſtiné, perſeuerant & ayant ferme propos.* Hiſpa. *Confirmado en mal.*} vt Obſtinata voluntas, Obſtinata pudicitia. apud Liuium 1. ab Vrbe, de Lucretia. Quo terrore quum viciſſet obſtinatam pudicitiam, velut victrix libido, &c. Idem 3. ab Vrbe, Aduerſus quæ omnia obſtinato animo Appius (tanta vis amentiæ verius, quàm amoris, mentem turbauerat) in tribunal aſcendit.

Obſtinatio, Firmitas animi. {*ἀνενδοτότης.* Ital. *Oſtinatione.* Gal. *Obſtination.* Hiſpani. *Aquella confirmacion en mal.*} Cicero de Prouinc. Conſul. Quæ ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiaui.

Obſtinatè, Firmitèr. {*ἀνενδότως.* Ital. *Obſtinatamente.* Gal. *Obſtinement.* Hiſpa. *Confirmadamente en mal.*} Terent. in Andr. Icāne obſtinatè operam dat, vt me á Glycerio miſerum abſtrahat? Vbi Donatus, Obſtinatè facere aliquid, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeuerantèr, & in alterius perniciem nimis niti.

Obſtipo, as, are, Obiicere, ait Feſtus. {*καταφορβίζω.* Ita. *Stroppare.* Gal. *Eſtoupper.* Hiſpa. *Contraponer.*} Alij interpretantur condenſare, obturare rimas, obſtruere. Plautus in Ciſtel. Obſtipat aquulam. ¶ Obſtipare verticem dixit Plautus in Mercat. pro eo quod eſt contorquere, vt cogitabundi ſolent.

Obſtipus, pen. prod. dicitur, cui collum riget, & in humerum caput eſt inclinatum. {*λοξοκεφάλης.* Ital. *Chi ha ſtorta la teſta.* Gal. *Qui panche la teſte, torcol.* Hiſpa. *Cabeçcaido.*} Perſius, -rumnoſique Solones Obſtipo capite, & figentes lumine terram. Horat. 1. Serm. Satyr. 5, -Dauus ſis comicus, atque Stes capite obſtipo. Colum. lib. 7. cap. 10, Febricitantium ſigna ſunt, quum obſtipæ ſuæ tranſuerſa capita ferunt, & per paſcua ſubitò quum paulum procurrerint, conſiſtunt. Plinius obliquum caput dicit, Iudex, inquit, ſuis inualidæ, caput eſt obliquum in inceſſu.

Obſto, ſtas, ſtiti, ſtitum, Significat contrà ſto, impedio. {*ἀντίστημι, κωλύω.* Ital. *Oſtare, impedire.* Gal. *Reſiſter, empeſcher.* Hiſp. *Eſtorvar ò contrariar.*} Curtius, Obſtant oppido gemini colles. Ouid. 4. Faſt. Obſtitit in media candida turba via. Terent. in Andr. Quid obſtat cur non verè fiant? Videtur etiam habuiſſe ſupinum Obſtatum: vnde legitur participium Obſtaturus. Quint. lib. 2. cap. 12. Video quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.

Obſtatur, Impersonale. Cice. 13. Philip. Neque enim quod quiſq; poteſt, id ei licet: nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur.

Obſtaculum, li, Impedimentum, ab obſtando, dictū. {*κώλυμα, ἐμπόδισμα.* Ital. *Oſtacolo.* Gal. *Empeſchement.* Hiſpa. *Eſtorno ò empacho.*} Plaut. in Pſeud. Ibi nunc oppido oppoſita obſtacula.

Obſtragulum, li. Operimentum. {*σκέπασμα, περίβλημα.* Ital. *Coperta.* Gal. *Couuerture, couuerte.* Hiſp. *Cubertura.*} Plin. lib. 9. cap. 35, Quin & pedibus, nec crepidarum tantūm obſtragulis, ſed totis ſoccullis addunt. Id eſt non ſolùm operimētis, & ſuperioribus partibus ſoccularum, quas *Planulas* Itali vocant, addunt margaritas: ſed etiam totis ſoccullis.

Obſtrepo, is, ere, Contra aliquem ſtrepitum facere. {*παραφθέγγομαι.* Ital. *Interrompere, far ſtrepito incontro à qualchi' vno.* Gal. *Faire bruit pour empecher quelqu'vn.* Hiſpa. *Hazer eſtruendo contra algo.*} Liu. 1. ab Vrbe, Primò vterque vociferari, & certatim alter alteri obſtrepere. Laudi alicuius obſtrepere. Sene. Hercul. fur. Literis obſtrepere alicui. Cice. Metel. lib. 5, Quæ res facit, vt tibi literis obſtrepere non auderem. ¶ Clamore obſtrepi, paſſiué. Cice. pro Marcel. Sed tamen eiuſmodi res, neſcio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur, & tubarum ſono.

Obſtrepitur, Impersonale. Liuius 3. ab Vrbe, Eos concio audit, Decemuiro obſtrepitur.

Obſtrigillo, as, pen. prod. Obſto, detraho alicui, repugno. {*ἀνθίστημι.* Ital. *Oſtare, repugnare, ò dir mal di alcuno.* Gal. *Meſdire, oſter la bonne renommee, contredire.* Hiſpa. *Eſtorvar, contradezir, ò refutar.*} Varro lib. 4. de Vita Pop. Rom. Curio quū id feciſſet, dicebat amicis, vt illi renuntiaretur, ſe obſtrigillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret Conſul.

Obſtringo, gis, Deuincio, & obligo, quaſi circumſtringo. {*ἐνέχω.* Ital. *Stringere, obligare.* Gal. *Lier & eſtreindre, ſerrer.* Hiſpa. *Atar ò obligar.*} Plaut. in Aulul. Laqueo collum quando obſtrinxero. Idem in Amphitr. Amphitruonem collo hinc obſtricto traham. Colum. lib. 5, Alij viminibus obſtringunt. ¶ Obſtringere ſibi aliquem munere, beneficio, &c. Cice. Seruio lib. 13, Téque ita exiſtimare volo, quibuſcunq; officiis in Epiroticis reliquiſque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. Plin Epiſto. 140, Cupio enim & ornatiſſimam coloniam adnocationis officio, & te gratiſſimo tibi munere obſtringere. Legibus obſtringi, Cic. 2. de Inuent. Religione obſtringere. Cic. 2. Philip. Obſtringere ſe parricido, periurio, ſcelere, & huiuſmodi, Eſt committere parricidium, ſcelus, peierare. Cic. 3. Offic. Num igitur ſe obſtrinxit ſceleri, ſiquis tyrannum occidit quanuis familiarem?

Obſtrudo, dis, ſi, ſum, penult. prod. ex Ob, & Trudo, interpoſita, ſ, Significat occludo, ſeu occulto. {*κατακρύπτω.* Ital. *Serrare, coprire.* Gal. *Serrer, couurir.* Hiſpani. *Cerrar, cubrir.*} Plaut. Stic. Quin tu ſtas? obſtruſero aliquid ſtrenuè. Idem in Curcul. Obſecro parentéſne meos mihi prohibeas? 2. Quid? ſub gemma obſtruſos (aliàs abſtruſos) habeo tuam matrem, & patrem? Plinius in Panegyr. Bouos autem otio aut ſitu obſtruſos, & quaſi ſepultos. Terra obſtruſa, Ouid. Epiſtol. 7. Receſſus obſtruſi, Claud. 7. Paneg. ¶ Inuenitur & Obtrudo, quod eſt inuito, & tenuēti aliquid

quid offero vel do. ὑποβάλλω. Plaut. in Curcul. Aliquid prius obtrudamus, pernam, sumen, glandiū. Terent. in Hecyra. Nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater. ad est inuito despondet.

Obstruo, is, Id est obsepio, occludo, & quasi struc quadam alicui loco imposita obsisto, nequid effluat. {ἀποφράττω, ἐπιπλάττω. Ital. *Occhiudere.* Gal. *Estouper, bouscher.* Hispa. *Encerrar.*} Cic. de Senect. Qui iter Pœnis, vel corporibus suis obstruere voluerunt. ¶ Obstruere luminibus vicini, est structuram aliquam iuxta eius ædificium facere, quæ lumen domui eius eripiat. Cic. pro Domo sua. Habitare laxè, & magnificè voluit, duásque magnas & nobiles domos coniungere: ac scuerè contendit, vt Qu. Vestius sibi domum venderet. Quum ille negaret, primò se luminibus eius obstructurum minabatur, &c. Per metaphoram quis dicitur alterius luminibus obstruere, qui nominis eius claritatem obscurat. Idem in Bruto, Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. ¶ Obstruere vndas molibus. Luca. lib. 2. ¶ Obstruere aures alicui, est obstinatum & inexorabilem reddere. Virg. 4. Aeneid. Fata obstant, placidásque viri Deus obstruit aures. ¶ Fauces obstruere. Luca. lib 5, Cætera suppressit, faucésque obstruxit Apollo.

Obstructio, verbale. {ἐμφραξις, ἀποφραξις. Ital. *Stoppamento.* Gal. *Bouschement, estoupement.* Hispa. *Encerramiento.*} Cicero pro Sestio, Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta ita, vt curiosis oculis perspici non possit.

Obstupeo, pes, pen. corr. & Obstupesco, is, idem quod Stupeo, hoc est attonitus fio, & stupore percutior. {ἐκπλήττομαι. Ita. *Stupirsi.* Gal. *s'estonner, s'esmouuoir.* His. *Pasmarse.*} ¶ Aliquando insensibilis fio. ἀναισθητῶ γίγνομαι. Terent. in Adelph. Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit. Idem in Andr. Id mihi visus est dicere, Abi citò, & suspendere. Obstupui. Virgil. 5. Aeneid. Obstupuit visu Aeneas. Cic. Attic. lib. 5, Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborū decerni sino: statuas æneas, πρόπυλα, prohibeo. Idem pro Marcel. Obstupescent posteri certè imperia, & prouincias tuas.

Obstupefacio, Significat animo cōsterno, & stupidos sensus reddo. {ἐκπλήττω. Ital. *Stupefare.* Gal. *Estonner, esperdu, espouanté.* Hispa. *Espantar à otro.*} Terent. in Phorm. Postquam ad iudices ventum est, non potuit cogitata loqui, ita eum tum tumidum obstupefecit pudor. Liuius 2. ab Vrbe, Adeóque constantia sua & Tribunos obstupefecit & plebem.

Obstupidus. adiectiuum. {ἐκπλητικός. Ital. *Stupido.* Gal. *Estouné, esperdu, espouanté.* Hispa. *Pasmado, ò aspantado.*} Gellius libro 5. cap. 1, Consuluisse vniuersos quasi attonitos, & obstupidos. hoc est propemodum stupidos factos præ metu.

Obsum, obes, obfui, Idem quod noceo, quasi contra te sum. {βλάπτω. Ital. *Nuocere.* Gal. *Nuire, empescher.* Hispa. *Empecer ò dañar.*} Cuius contrarium est, Prosum, quod est iuuo, quasi pro te sum. Plaut. in Amphit. Factum id Amphitryoni obfuit. Cicc. 1. de Orat. Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor: qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Ouid. 12. Metamor. -an obest quoq; gloria multis? Obfuit huic certè. Idem 4. de Ponto, Obfuit autori nec fera lingua suo.

Obsuo, is, ui, obsutum, penult. prod. {ἐπιῤῥάπτω, καταῤῥάπτω. Ital. *Cucire d'intorno.* Gal. *Coudre à l'entour.* Hisp. *Coser en derredor.*} Circunsuere. Ouid. 2. Fast. Quódque prce adstringit, quod acu traiecit ahena, Obsutum mentha tonet in igne.

Obsurdesco, is, Totus surdus fio. {κωφοῦμαι, ἐκκωφοῦμαι. Ital. *Assordirsi, diuenir sordo.* Gal. *Estre, deuenir ou faire le sourd.* Hisp. *Ensordescerse.*} Cicer. in Somnio Scip. Hoc sonitu completæ aures obsurdescunt. Idem de Amic. Sed quum eot signis eadem natura declaret quid velit, ac anquirat quid desyderet, obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea quę ab ea monemur audimus.

Obtego, is, exi, Cum diligentia operire, & tegere. {ἐπικαλύπτω. Ital. *Coprire diligentemente.* Gal. *Couurir diligemmēt.* Hisp. *Cubrir diligentemente.*} Cato de Re rust. cap. 40, Insuper lingua bubula obtegito, si pluat. Columel. libro 3. cap. 13, Et quod est durum summis glebis obtegatur. Cicero in Varin. Habet hoc præmium tua indignitas, vt adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur. Tacit. lib. 4, Animus audax, sui obtegens, in alios criminator. Virgil. 2. Aene. -quanquam secreta parentis Anchisæ domus, arboribúsque obtecta recessit. ¶ Obtegere se corpore alicuius, est post illum latere. Cicc. pro Sest. Séque seruorum, & libertorum corporibus obtexit.

Obtempero, ras, Morem gero. {πείθομαι. Ital. *Compiacere, obedire.* Gal. *Obeir, obtemperer.* Hisp. *Obedescer y consentir.*} Plaut. in Most. Sed tu etiámne adstas, nec quod dico obtemperas? Cicc. Sic mihi semper obtemperauit, tanquam filius patri. ¶ Item significat consulo, prouideo. Terent. Ex qua re minus aut famæ foret, aut rei obtemperans.

Obtemperatio, Verberale. {ἐπιπειθία, πρόσχυσις. Ital. *Obedienza.* Gal. *Obeissance.* Hispani. *Obediencia.*} Cicc. de Leg. Quod si iustitia est obtemperatio scriptis legibus. &c.

Obtendo, is, Ante aliquid tendo, oppono. {πρόσκειμαι, ἐπιβάλλομαι. Ital. *Distendere, opporre.* Gal. *Tendre au deuant, courir, opposer.* Hispa. *Tender ò contraponer.*} vt, Obtendere velum ante lectum, id est distendere vel extendere. Plin. libro 5. cap. 2, Huic par, interiacente valle mons aduersus Antilibanus obtenditur, hoc est oppositus est. ¶ Aliquādo Obtendo idem est quod excusationem aliquam prætexo. Plin. Epist. 159, Nec puduit rationem turpitudini obtendere: egregiam quidem, pulchrámque rationem.

Obtendiculum, Quo aliquid tegitur. ἐπίκλημα.

Obtentus, pro prætextu. {ἐπίχυμα. Ital. *Coprimento, pretesto.* Gal. *Couuerture, pretexte.* Hisp. *Cubierta, pretexto.*} Gell. lib. 10. cap. 22, Qui obtentu philosophiæ nominis inutile otium, & inguæ vitæque tenebras sequuntur. Ponitur aliquando pro extensione. Virgil. lib. 11. Aeneid. Extructósque toros obtentu frondis inumbrant.

Obtentus est participium. ἐπικεκαλυμμένος, ἐπικεκαλυμμένος. Virgil. 1. Georg. Et obtenta deniantur nocte tenebræ. id est obducta, ait Seruius.

Obtento, obtentas, Vide OSTINATO.

Obtero, ris, penult. corr. Contero suffoco. {ἐπιπίεζω. Ital. *Fracassare.* Gal. *Escacher, briser, fouler, broyer, menuiser.* Hispa. *Hollar ò quebrar.*} Liu. Ab elephantis obtriti sunt, id est pedibus elephantorum protriti. ¶ Aliquādo significat circùm, seu ab omni parte tero, tundo in mortario. Colu. lib. 6. cap. 4, Nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent.

Obtritos, huius, tus. {κατάτριμμα. Ital. *Rompimento, tridamento.* Gal. *Briſement, foulement.* Hispa. *Hollamiento, quebradura.*} Plin. libr. 18. cap. 28, Ne herbæ vellantur, obtritúque hebetentur.

Obtestor, aris, Precor, imploro. {ἱκετεύω, λιτανεύω, ἀναβοάω. Ital. *Pregare con scongiuri.* Gal. *Prier ou demander aide auec adiuration, prier de grande affection.* Hisp. *Rogar conjurando.*} Hoc verbo vtimur in maximis angoribus, ferme semper cum adiuratione. Terent. in Andr. Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, Per tuam fidē, pérque huius solitudinem Te obtestor. ¶ Aliquando etiam sine adiuratione. Sallust. in Catil. Te atque Senatum obtestamur, vt miseris ciuibus legis præsidium, quòd iniquitas Prætoris eripuit, restituatis. Cicc. pro Flac. Quum ego te Flacce, cælum, noctémque cōtestans, flens flentem obtestabar, quum tuæ fidei optimæ & spectatissimæ salutem vrbis & ciuium commendabam. Cæs. lib. 7. belli Gall. Matres familiæ passis manibus obtestantur Romanos, vt sibi parcerent.

Obtestatio, Verbale. {ἱκετηρία, ἱκεσία. Ital. *Essa pregare con iuramento.* Gal. *Requeste auec adjuration.* Hisp. *Obra de rogar conjurando.*} Cic. ad Memmium lib. 3, Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia, summorum hominum sibi tuenda esse dicit.

Obtexo, xis, Circuntexo. {περιφαίνω. Ital. *Tessere d'intorno.* Gal. *Tistre à l'entour.* Hispa. *Texer en derreder.*} Plin. libro 11. cap. 19, Filis etiam araneus quacunque incesserit, alarum maximè lanugines obtexit. Virgil. 11. Aeneid. -fundunt simul vndique tela Crebra niuis ritu, cælúmque obtexitur vmbra.

Obticeo, ces, cere, Taceo: & est proprie de iis quę nos pudet dicere. {κατασιγάω. Ital. *Tacere.* Gal. *Se taire.* Hispa. *Callar.*} Terent. in Eunuc. Virgo confessa veste lacrymans obticet. Martial. libro 10, Et quæritur nugas obticuisse meas. Ouid. 14. Metamor. Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbos.

Obticentia, æ. Quintil. lib. 9 cap. 2. {ἀποσιώπησις. Ital. *Quando si tace.* Gal. *Quand on se tait.* Hisp. *Quando se calla.*} (quam idem Cicero Reticentiam, Celsus Obticētiam, nonnulli interruptionem appellant) & ipsa ostendit affectus.

Obtineo, es, penult. corr. Significat vinco, quasi contra teneo. {ἐπικρατῶ, κυριεύω. Ital. *Ottenere.* Gal. *Obtenir.* Hispa. *Alcançar.*} Cicero ad Attic. lib. 7, Malas causas semper obtinuit, in optima concidit. ¶ Obtinere, item est seruare, & fortiter tenere. Plaut. in Asin. Si istam fortitudinem animi obtines, salui sumus. ¶ Interdum significat simpliciter tenere, siue habere. Colum. libro 2, Tertium locum obtinet pecudum stercus. ¶ Ponitur aliquando pro retinere, & conseruare. Cicc. ad Trebatium, Tu si istic commendatione mea dignitatem tuam obtinebis, perferas nostri desyderium. ¶ Obtinere & Repelli sunt contraria. Cicc. ad Lentulum lib. 1. Epist. Neque siquid non obtinuerimus, repulsi esse videamur. ¶ Ponitur aliquando pro occupare. Plinius lib. 12. cap. 1, Arbor agros longis obtinens vmbris.

Obtento, as, frequentatiuum ab Obtineo, es, ἐπέχω. Cic. Attic. lib. 9, Et tamen me spes quædam obtentabat, fore vt aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.

Obtingit, Obuenit, euenit. {συμβαίνει, συμπίπτει. Ital. *Toccare, accadere.* Gal. *Il auient, il est auenu.* Hispani. *Acontescer ò venir à suerte.*} Terent. in Andr. Nescis quid mihi obtigerit. Idem in Heaut. Istuc tibi ex sententia obtigisse lætor. Cicero 1. Offic. Ex quo quia suum cuiusque sit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Non nisi in tertiis personis legitur. ¶ Obtingere alicui prouincia dicitur, quum sortito prouincia regenda alicui committitur. Cicero 3. Verr. Quæstor ex Senatusconsulto prouinciam sortitus est, obtigit tibi Consularis.

Obtorpesco, is, ab Obtorpeo, Valde torpidus fio, & stupore quodā ita afficior, vel propter metum, aut aliam quamuis rationem, vt omnino imbecilliot sim. {καταπλήττομαι. Ital. *Impigrirsi.* Gal. *Estre engourdi, s'engourdir.* Hisp. *Entorpescerse.*} Curtius lib. 10, Quis crederet sæuam paulo antè concionem obtorpuisse subito metu? Cicc. pro Domo sua, Miror ei non & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse. Idem 3. Tuscul. Sed iam subiectus miseriis obtorpui.

Obtorqueo, es, Vehementer torqueo. {διαστρέφω. Ital. *Torcere forte.* Gal. *Fort tordre.* Hisp. *Torcer en contrario ò fuertemente.*} Plin. de Vir. illustr. Consuli legibus agrariis resistenti ita collum in comitio obtorsit, vt multus sanguis effluerct è naribus.

Obtortus, a, um, participium. {στρεβλός. Ital. *Torto.* Gal. *Tors, torné.* Hispa. *Torcido.*} Cic. 6. Verr. Quem obtorto collo in carcerem abripi iussit.

Obtrecto, ctas, ex Ob, & Tracto: a, in e, mutata. Tracto verò frequentatiuum est verbi Traho. {διασύρομαι, λοιδορέω. Ital. *Dir male.* Gal. *Mesdire, detracter, blasmer.* Hisp. *Detracr diziendo mal de alguno.*} Est autem Obtrectare, autore Festo, contra alienam famē tiam tractare, seu maledicere, quū scilicet alicuius dicta aut facta deprauātur. Obtrectat (inquit Erasmus) qui malè prædicat de alio: Detrahit, qui minuit laudem alicuius. Cic. Dolabellæ, Non tam id laboro, vt si qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio me à te amari. ¶ Ponitur aliquādo pro culpare, siue damnare. Plin. lib. 9. cap. 35. Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix lautitiam eius omnem, apparatúmque obtrectans.

Obtrectatio, onis, Definitur à Cicer. 4, Tusc. ad hunc modum. {διασυρμός. Ital. *Detrattione, maldicentia.* Gal. *Detraction, mesdisson.* His. *Obra de maldezir.*} Obtrectatio est, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo, ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ipse concupierit. ¶ Ponitur aliquando pro detractione. Cæs. 1. belli Ciuil. A quibus & inductum, & deprauatum Pompeium queritur, inuidia atq; obtrectatione landis suæ, &c.

Obtrectator, oris, Detractor. {διασυρτής, διαβολεύς. Ital. *Detrattore, maldicente.* Gal. *Detracteur, mesdisant, mesdiseur.* Hispani. *Maldezidor, que malizia de otro.*} Cic. de Clar. Orat. Dolebámque, quòd non, vt plerique putabant, aduersarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius & consortem glorioſi laboris amiseram.

Obtrectatus, huius obtrectatus, Idem quod Obtrectatio. Gel. libro 10. cap. vltimo, Aequum esse puto, vt sine vano obtrectatu considerent.

Obtrudo, dis, si, sum, Aduersus alium trudo, obiicio. {ἀπωθέομαι. Ital.

Spingere incontro. Gal. *Pousser vers ou contre.* Hisp. *Empuxar en contrario.* } vnde Obtrudere fores dicitur, qui in ædes ingrediens, foris astantem excludit. Plaut. in Menæch. Iámne abiit intro? abiit, obtrudit foreis. Obtrudere, quasi inuito & renuenti offerre, & dare. Terent. in Andria, -ea quoniam nemini obtrudi potest. Imr ad me. Vbi Donatus, Bene Obtrudi: quasi inuito. De hoc vide etiam suprà in verbo OBSTRVDO.

Obtrusus, a, um, participium, {ἀπωθούμενος. Ital. *Spinto incontro.* Gal. *Poussé contre.* Hisp. *Empuxado en contrario.* } Cicero de Clar. Orato Quò magis expurgandus, est sermo, & adhibenda quædam obtrusa ratio, quæ mutari non potest.

Obtruncō, Occido, vulneribus conficio, quasi corpus membris mutilatis truncum reddo. {κόπτω, τραυματίω. Ital. *Tagliar à pezzi.* Gal. *Decapiter, oster la teste, escopeller.* Hisp. *Descabeçar ò cortar miembro.* } Cic. 2. de Natu deo. Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit. Virgil. 5. Aeneid. Excipit incantum, patriásque obtruncat ad aras. Liui. lib. 1. ab Vrbe, Ita regem obtruncant.

Obtruncatio verbale. {ἀποκοπή, σφάγη μικρά. Ital. *Troncamento.* Gal. *Coupement par le haut, escopellement.* Hisp. *Cortadura de miembros, descabeçadura.* } Colum. lib. 4. cap. 29. Quod tum & obtruncatione vitis, & cum eiusdem resectionis fissura præcipit fieri.

Obtueor, obtuêris, penult. prod. obtûtus sum, obtuéri, Diligenter conspicere. {ἀκολουθῶ. Ital. *Guardare.* Gal. *Regarder fermement.* Hispani. *Mirari.* } Plaut. in Bacchid. Num qui numi exciderunt here tibi, Quòd sic teram obtuêre? Idem in Mostel. At tu istac ad nos obtuêre, quoniã cornicem nequis conspicari.

Obtuor, obtueris, penult. corr. obtuitos, vel obtutus, obtui, Idem quod Obtueor. Vide infrà in dictione TVTOR, tueris.

Obtutus, huius obtutus, pen. prod. Quasi obtuitus, id est aspectus. {ἀκολουθησις. Ital. *Lo sguardo.* Gal. *Ferme regard.* Hisp. *Mirada.* } ab Obtueri. ἀπὸ τοῦ ἀντοφθαλμεῖν. Virgil. 1. Aeneid. Dum stupet, obtutúque hæret defixus in vno. Cice. 3. de Orat. Qui vultum eius, quum ei dicendum esset, obtutúmque oculorum in cogitando probè nosset.

Obtundo, dis, di, obtusum sine n, sicut fit in aliis à Tundo compositis, quanuis Tunsum à Tundo, n, retineat. {κόπτω. Ital. *Romper la testa, stordire, ribattere il taglio, spontare.* Gal. *Rebouscher ou refouler le trenchant ou la pointe, faire mouce, estourdir.* Hisp. *Embotar la agudo hiriendo.* } Est autẽ propriè Obtundere, totum seu circùm percutere, tumpere, & hebetare. Plautus in Amphi. Nam sum obtusus pugnis pessimè. id est percussus, vel perfractus. Colum. lib. 4. cap. 24, Obtusa, hebésque & mollis falx putatorem moratur, eóque minus operis efficit, & plus laboris affert vinitori. ¶ Transfertur quoq; ad ingenium, ad oculos, & ad vocem: & dicimus, Obtusum ingenium, & obtusa acies: id est hebes, & sine acumine. κατακεκμηκώς. ¶ Obtundere, & Acuere sunt contraria. Cice. 1. Tuscul. Multa enim è corpore existunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. ¶ Aliquando significat sæpius repetẽdo eadem, alicui molestiam & fastidium afferre, κακοποιῶ, παρενοχλῶ. Tractum à fabris, qui repetunt tundendo aliquid malleo. Terẽt. in Andr. Obtundis, tametsi intelligo. Idem in Adelph. Ne me de hac re obtundas sæpius. Cic. Antequam iret in exilium, Quid nunc ego de propriis meis meritis prædicem? Si me minus tis, obtundam. id est fastidio vos afficiam.

Obtusus, participium, {ἀμβλυνθείς. Ital. *Ribattuto, mozzato.* Gal. *Rebattu, rebouschè, mouce.* Hisp. *Embotado.* } vt, Obtusus pugnis. Plautus in Amphitr.

Obtusus, nomen pro hebete. Cice. in Catone. Nónne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius videre, & ad meliora proficisci: ille autem cuius obtusior sit acies, non videre?

Obtusè, aduerbium. {ἀμβλέως. Ital. *Lordamente, alla grossa, senza giuditio.* Gal. *Lourdement, grossement, sans esprit.* Hisp. *Sin juduio, grueſſamente.* } Cice. 1. de Natu deorum. Quo quid dici potest obtusius? ¶ Obtusus legitur apud Plinium Epist. 123, sed minus frequenter, & parum vsitatè.

Obturbo, as, Semouem, vel negotia alicuius interpello. {ἀνατρέπω, ἀποκωλύω, παρενοχλῶ. Ital. *Rompere il parlare, interrompere.* Gal. *Troubler totallement.* Hispa. *Turbar, estorvar al que habla.* } Terent. in Andr. Itáne verò obturbat? ¶ Interdum idem est quod simplex Turbo. Cic. ad Attic. lib. 12, Me literæ & scriptio non leniunt, sed obturbant.

Obturo, as, penult. prod. Significat occludo. {ἀποφράττω, πωμάζω, ἐπιπλάττω. Ital. *Serrare, chiudere.* Gal. *Bouscher, estouper, clorre.* Hispa. *Cerrar.* } Horat. libro 2. Epist. Obturem patulas impunè legentibus aures. Cice. de Fato Stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd iugula concauanõ haberet, obstructas eas partes, & obturatas esse dicebat. Festus putat dictionem esse compositam ex Latina præpositione Ob, & Græca dictione θύρα: quo nomine illi ostium appellant: & ita (si Festo de hac etymologia fidem adhibere velimus) videretur per th aspiratum esse scribendum.

Obturamentum, Quo aliquid obturatur. {ὀφράγμα, πῶμα. Ital. *Cosa da stroppare.* Gal. *Bouschon, boudon, estopillon.* Hisp. *Aquella cerradura.* } Plin. lib. 16. cap. 8, Vsus eius cadorum obturamentis. De cortice suberis loquens. Idem libro 33. cap. 4. Et repleto stagno excussis obturamentis erumpit torrens tanta vi, vt saxa peruoluat.

Obuagio, is, penult. prod. Contrà, seu circum vagio, seu vagitu obstrepo. {κλαυσιγελάζω. Ital. *Gridare come i bambini.* Gal. *Braire comme petis enfans.* Hispa. *Llorar como el niño.* } Plautus in Pœnulo, Nutrices pueros infantes minutulos domi vt procurent, néve in spectatum afferant, Ne & ipsæ sitiant, & pueri pereant fame, Néve esurientes hìc, quasi hœdi obuagiant.

Obuallo, as, Circumuallo. {περιχαρακώνω. Ital. *Circondare, bastionare.* Gal. *Enuironner de rampars & assieger.* Hispa. *Cercar de palizada.* } Cice. pro Lege Agraria, Me longo interuallo propè memoriæ, temporúmque nostrorum primum nouum hominem Cõsulem feecistis, & cum locum, quem nobilitas præsidiis firmatum, atq; omni ratione obuallatum tenebat, me duce rescidistis.

Obuaricatores, dicebantur illi, qui cuipiam occurrebant, quò minus in rectum iter conficeret, inquit Festus. ¶ Obuarico, as, verò penult. corr. Est occurro, obsto, teste eodem.

Obuaro, ras, penult. prod. Deprauo, peruerto. {διαστρέφω. Ital. *Guastare.* Gal. *Gaster, corrompre.* Hispa. *Estorvar lo derecho.* } Tractum à variis, qui introrsum pedes intortos habent. Ennius in Achil. Nam consilia obuarant, quibus tam concedit hic ordo. Nonius.

OBVCVIA, æ, Oppidum vlterioris Hispaniæ, in conuentu Astigitano: cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 1.

Obuenio, nis, Idem quod obtingo. {συμβαίνω, συντυγχάνω. Ital. *Intrauenire, accadere, venire all'incontro.* Gal. *Suruenir, venir au deuant, eschoir.* Hisp. *Venir ò preceder, acontescer.* } Plaut. in Asin. Sed si occasionem opprimere hanc, quæ obuenit, studet. Quintil. libro 10. cap. 5. Expectantes quid obueniat, quid res poscat, quid personam deceat. ¶ Aliquando est contingere, quasi sortiro. Liui. 10. ab Vrbe, Consules inter se prouincias partiti sunt, Scipioni Hetruria, Fuluio Samnites obuenerunt. Cic. 3. Verr. Sorte prouincia obuenit. Idem 6. Philip. In sortitione prouinciarum, quæ cuique apta erat, ea cuique obuenit. ¶ Obuenire ex hæreditate, vel hæreditate sine præpositione, est quod vulgò dicimus, *Par succession.* Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 12, Quid potero facere, si huiusmodi mihi fundus hæreditate obueniat?

Obuentio, verbale. ἐπιτύχησις, ἐπιβολή, τὸ τὰς κλεισούσας ἐπιδόσεις μίσθων. Vlpia. l. Magis puto. ff. de reb. eor. qui sub tutel. & cura sunt, An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quæ conueniri possunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum spe, atque obuentionum.

Obuersor, aris, deponens, Significat circùm versor, adsum, versor. {περιστρέφω. Ital. *Voltarsi intorno.* Gal. *Se tourner contre, aller souuent en quelque lieu.* Hispa. *Boluerse ò trasornarse en derredor, ò en contrario.* } Cicero pro Sestio, Sed mihi ante oculos obuersatur Respublicæ dignitas, quæ me ad se rapit. Obuersari per metaphoram etiam illud dicitur, quod ita animo apparet, vt adesse coràm videatur, & cerni. ¶ Et dicimus Obuersari ante oculos: vel cum datiuo, Obuersari oculis. Liu. 5. belli Macedo. Caudinæque cladis memoria, non animis modò, sed propè oculis obuersabatur.

Obuersatio, verbale. ἡ παράδειγμα ἀσεβείας. Cic. pro Muræna, Mœstos amicos, obuersationes, testificationes, seductiones, &c.

Obuerto, Contrà verto. {ἀνθίστημι. Ital. *Volgere contra.* Gal. *Tourner vers ou contre.* Hispa. *Boluer en contrario.* } Plinius libro 14. cap. 21, Fenestras obuerti in Aquilonem oportere. Cicero in Arato, Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ. Virgil. 6. Aeneidos. Obuertunt pelago proras. Idem 1. Georg. -qua parte colores Austrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi. ¶ Obuersus sto, pro aduersus. Plin. libro 9. cap. 37, Contráque venantes refugere in suas cauernas, & in illis obuersos stare. Columel. libro 7. Plurimùm refert vt pascentium capita sint obuersa Soli, qui plerunque nocet animalibus. Liuius, Tum totam aciem in Samnites obuertit.

Obuio, as, Occurro, obuiam proficiscor, seu obuius fio, quasi ob, vel cõtra viam eo: quemadmodum Deuio, à via recedo. {ἀπαντῶ. Ital. *Andare all'incontro, incontrare.* Gal. *Aller audeuant.* Hisp. *Venir al encuentro, encontrar enel camino.* } ¶ Per translationem ponitur pro resistere. Sallust. in Iugur. Tum primùm superbiæ nobilitatis obuiatum.

Obuius, a, um, Quod alicui occurrit, & tanquam in via expositum est. {συντυχών, ἀπαντῶν. Ital. *Ciò che viene all'incontro.* Gal. *Qui rencontre ou qu'on rencontre.* Hispa. *Cosa encontradiça.* } Sallust. in Iugur. Deinde omnes puberet Numidas atque negotiatores promiscuè, vti quisque armatus fuerat obuius, interfecit. Lucan. lib. 1, -infestisque obuia signis Signa. ¶ Obuium se dare alicui. Liu. 1. ab Vrbe, Romulus, inquit, Quirites, parens vrbis huius, prima hodie luce cælo repente delapsus, se mihi obuium dedit. ¶ Obuium esse. Cicero pro Cæcinna, Sin autem ingrediẽti cum armata multitudine obuius fueris. ¶ Dicimus autem, Obuius tibi fio, Obuius sum tibi, Obuium me tibi fero, & Obuio tibi. ¶ Obuius, & expositus homo dicitur, qui omnes admittit, nec se difficilem præbet in colloquiis. Plin. Epist. 10, Est enim obuius, & expositus, plenúsque humanitatis quam præcepit.

Obuiam. Aduerbium loci, occursum denotans, quasi ob viam. {εἰς συνάντησιν. Ital. *All'incontro.* Gal. *Audeuant.* Hispani. *Encontrando, al encuentro.* } Terent. in Phorm. At ego obuiam conabar tibi Dare. Et dicimus, Procedere obuiam alicui, Prodire obuiam, Properare obuiam, Ire obuiam. Venire obuiam, Mittere obuiam, Obuiam fieri. Cice. pro Milone. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo. Effundere se obuiam, Obuiam ire periculis, Obuiam ire conatibus, Obuiam esse, quod est in promptu esse. Plautus in Captiuis, Nec sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est.

OBVCO, onis, Oppidum mediterraneum vlterioris Hispaniæ in conuẽtu Cordubensi: cuius meminit. Plinius lib. 3. cap. 1.

Obumbro, as, Vmbris vndique obscuro. {σκοτιάζω, ἐπισκιάζω, ἐπιλυγάζομαι. Ital. *Adombrare.* Gal. *Enombrager, offuſquer, obscurcir.* Hispa. *Cubrir con sombra.* } Virgil. 12. Aeneid. -obumbrant æthera telis. ¶ Per translationem ponitur obumbrare pro tueri. Idem lib. 11, -& magnum reginæ nomen obumbrat. ¶ Ponitur aliquando pro obscurare. Quintilianus in Proœmio libro 8, Fidem amittunt, propter id quòd sensus obumbrant, & velut læto gramine strangulant. Plinius libro 23. capite 1, Sic quoque in prouerbium cessit, Sapientiam vino obumbrari. Budæus.

Obuncus, adiectiuum, Valde vncus, & incuruus. {ἐπικαμπής. Ital. *Molto torto.* Gal. *Fort crochu & tortu.* Hisp. *Cosa encoruada ò tuerta.* } Virg. 6. Aene. -rostróque immanis vultur obunco Immortale iecur tundens.

Obuoluo, uis, Circumuoluo. {περιελίττω, περιτυλίττω. Ital. *Inuolgere, volgersi incontro.* Gal. *Enueloper, entortiller.* Hisp. *Boluer en derredor, ò al encuentro.* } Cice. in Orat. Obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari, &c. Idem 7. Verr. Alij capitis obuolutis è carcere ad palum rapiebantur. ¶ Ponitur aliquãdo per metaphoram pro dissimulare, velare, obtegere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. Tu quum sis quod ego, & fortassis nequior, vltrò Insectere, velut melior verbisque doloris Obuoluas vitium?

O ante C.

OCALLEA, æ, siue Ocalee, es, penult. corr. Οἰκαλία, Bœotiæ oppidum est, cuius meminit Homerus in Catalogo nauium. Οἰκαλίην, πτολίεθρα, τ' Εὐρυπύλου πτολίεθρον.

Occa, Instrumentum, quo tracto reptantéque super terram, ferreis dentibus, quibus instructum est, glebæ conterũtur, & agri superficies coæquatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatur,& semina cooperiuntur.{βωλοκοπῶ. Ital. *Arpago.* Gal. *Vne herse ou vn ploultre.* Hisp. *Instrumento para quebrantar los terrones.*} Columel.lib. 2.cap 18. Deinde viciam permistam seminibus fœni sereemus,tum glebas sarculis resoluemus,& inducta occa coæquabimus. Sunt tamẽ qui legant hic. Inducta crate. Crationibus enim glebas solere æquari,locupletissimus testis est Virgil.1 Georg.Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes, Viminaſque trahit crates.

Occo occas,occare. Est glebas confringere,& sata operire. {βωλοκοπῶ. Ital. *Arpegare.* Gal. *Ebloüer,herser.* Hispa. *Quebrantar los terrones.*} Cice.de Senect.Quæ quum gremio mollito,ac subacto,sparsum semen excepit,primùm id occatum cohibet,ex quo occatio (quæ hoc efficit) nominata est. Palladius, Arbores quæ ablaqueatæ fuerant, occate, hoc est operire iam conuenit. Varr.3. de Re rusti.cap.51, Vineas nouellas fodere,aut arare,& postea occare, id est comminuere,ne sit gleba quòd ita occidunt,occare dicunt. Festus,Occare, & Occationem Verrius dictam putat ab occidando, quòd cædant grandes globos terræ: quum Cicero venustissimè dicat ab occæcando fruges iactas. ¶Huius composita,Deocco,& Inocco,vide suis locis.

Occatio,onis.verbale ab Occo.as. {βωλοκοπία. Ital. *Arpegamento per romper le zolle.* Gal. *Herſement de terre pour rompre les motes.* Hispa *Obra de quebrantar los terrones.*} Plin.lib.8.cap.20, Aratione per transuersum iterata occatio sequitur. Sic Colum.lib.2.cap.4,& Cicero de Senectute.

Occator,ons, Qui occat, hoc est glebas in aruo confringit. {βωλοκόπος. Ital. *Arpegatore.* Gal. *Herſeur.* Hisp. *Quebrantador de terrones.*} Plaut.in Capt. -quid ego deliqui? AR. rogas. Sator,sartórque scelerum,& messor maxume. 2.Non occatorem dicere debebas prius? Nam semper occant, prius,quàm sarriunt rustici. Sic Colum.lib.2 cap.13.

Occatorius,a,um, Quod ad occationem pertinet. {βωλοκοπικός. Ital. *Pertinente à arpegare* Gal. *Apartenant à herser.* Hispa. *Pertenesciente à quebrantar los terrones.*} Colum.lib.4.cap.13, Bubulcorum operas tres exigunt,occatoriam vnam,&c.

Occalleo, Totus callosus sum. {ὅλος τῷ μῆκει, ὅλος τῇ πάχει εἰμί. Ital. *Hauer calli, fin il callo.* Gal. *S'endurcir en durillon,ſe faire des cals.* Hisp. *Hazer callos.*} & per translationem pro induratus sum ponitur.¶A quo Occalleſco,quod est callum obduco. Partes autem illæ callum obducere dicuntur, quæ obdurescunt.Plaut.in Asin.Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis? Occalluit animus,alibi ait Plautus,pro eo quod est,Diutina malorum assuetudine aduersa patienter ferre didicit. Longa patientia occalluisse,tãquam callum obduxerint ex cibis ardentibus,aduersus sensum feruidorum ciborum,qui vix suffrænat gulam helluonum,magis ardẽtem,quàm ardeat feruens opsonium.

Occano,is,& Occino,is,pen corr.occinui,& occini,& occanui,secundũ Probum,quum Cano Cecini faciat:& significat contrà cano,cantu obstrepo.{κατᾴδω, ἐπᾴδω. Ital. *Cantare incontro.* Gal. *Chanter contre.* Hispani, *Cantar en contrario.*} Liuius, Si pulli non pascentur, si tardius ex cauea exierint,si occinuerit auis. Tacitus lib.2, Tum Sentius occanere cornua,tubásque,& erigi scalas iussit Catullus Epigr.12,Quum diua mater alites ostendit occinentes, Remitte pallium mihi meum,quod inuolasti.¶Supinum facit Occentum.

Occentus,pro concentu,aut ipso occinendi actu. ἐπῳδή. Valer.Maxi.lib.1, Occentúsque soticis auditus,Fabio Maximo Dictaturam, C.Flaminio Magisterium equitum deponendi causam præbuit.

Occento,as,are,frequentatiuum,vide infrà suo loco.

Occæco,Vide OBCAECO.

Occasio,onis, inquit Festus, est opportunitas temporis casu proueniẽs. {καιρός, εὐκαιρία. Ital *Occasione, opportunità.* Gal. *Occaſion,opportunité.* Hispa. *La occasion o achaque.*} Cicero 1.de Inuent.Occasio, est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Idem 1. Offic.Tempus autem actionis opportunum Græcè *Eucairia.* Latinè appellatur occasio. Hæc nascitur per actus humanos non impedientes:vt puer dormiens facit furantibus occasionem.¶Ponitur aliquando Occasio pro copia,teste Budæo. Columel.lib,9.cap.1, Id fabricatur ex robore, quercu, vel subere: nam oleæ rara est occasio. ¶Dicimus Occasionem capere, Occasionem captare, Occasionem părere, Occasionem esse, Occasionem venire, Occasionem videri, Occasionem dare, Occasionem habere, Occasionem offerri, Occasionem nanscisci, Occasionem tenere, aut remittere, quæ sunt contraria, Occasionem amittere, Occasionem amplecti, Occasionem arripere. Exempla apud probatos autores sunt inuentu facilia. ¶Occasionem veteres Romani deam esse putauerunt, Græci deum, quem καιρὸν vocabant. Simulacrum Occasionis ita fingebatur, vt pennatis pedibus volubili rotæ insisteret, vertigine quadam velocissima se in orbem circum agens, priore capitis parte capillosa, posteriore glabra. Quo commento occasionis breuitatem & inconstantiam voluerunt denotare: quæ nisi, quum primùm sese offerat, arripiatur, statim elabitur è manibus:nihilque nobis remanet præter pœnitentiam, quæ perpetua Occasionis fingitur esse comes:ita vt, quum Occasio effugerit, nobis maneat pœnitẽtia. De Occasionis effigie extat elegans Epigramma apud Ausonium: quod quoniam dignum visum est, quod non tantùm ibi legeretur hic etiam adscripsimus.

Cuius opus? Phidiæ, qui signum Pallados, eius,
Qui que Iouem fecit: tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris sum: Mercurius quæ
Fortunare solet, tardo ego quum volui.
Crine tegis faciem? Cognosci nolo. Sed heus tu
Occipite caluo es? Ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? Dicat tibi. Die rogo quæ sis.
Sum dea cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea quæ facti, non factique exigo pœnas:
Nempe vt pœniteat, sic Metanœa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum. Siquando volaui.
Hæc manet: hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Occasiuncula,æ,diminutiuum. {τὸ ἀφορμίδιον, ἢ μικρὸς καιρός. Ital. *Picciola occasione.* Gal. *Petite occaſion.* Hispa. *Pequeña occasion.*} Plaut.in Trinit. Nam nihil aufero, nimis arguté obrepsisti mea occasiuncula.

Occado,& Occasus, Vide OCCIDO.

Occedo,occedis,occessi,occessum,ex Ob,& Cedo,occurro,obuiam eo, {ἀπαντάω. Ital. *Andare incontro.* Gal. *Aller au deuant.* Hispa. *Andar en contrario ò al encuentro.*} Plautus in Asinaria, Næ tu hercle cum magno malo mihi obuiam occessisti. Idem, Quisquis obuiam huic occesserit irato vapulabit.

Occepso, veteres pro Incepero posuerunt. Plautus in Amph.Ni ego illi puteo,si occepso,animam omnem interuraxero.

Occido,dis, penult.prod.ex Ob,& Cædo, significat quocunque modo interficio. {φονεύω, ἀναιρῶ, ἀναιρέω. Ital. *Occidere, ammazzare.* Gal. *Tuer, faire mourir,mettre à mort,occir.* Hisp. *Matar.*} Terent.in Andr.Si quicquam mentitum inuenies,occidito. ¶Aliquãdo significat enecare, excruciare,tantáque molestia afficere, vt quis occisus propè videatur. Terẽt.in Adelph.Occidunt me quidem, dumnimis sanctas nuptias student facere. ¶Quandoqi est cædere,ferire, percutere. Terent.in Adelph.Ctesipho me pugnis miserum, & istam Psaltriam vsq; occidit. Vbi Donatus,Occidit,vehemẽter cecidit. Vnde etiam Occisum possumus intelligere cæsum,quãuis interfectus non sit. Proprie tamen Occisus dicitur,qui quouis modo est interemptus. Vlpian.Occisum, interemptum accipere debemus, siue gladio, siue fuste vel alio telo, vel manibus,si fortè strangulauit eum, vel calce petiit,vel capite,vel qualitercunque. ¶Neque verò homines soli, ceteræve animalia occidi dicuntur, verùm etiam plantæ: quæ licet non sentiant, tamen viuere dicuntur. ¶Differúntque inter se occisus & Necatus: quòd Occisus vulnere, Necatus etiam ictu dicatur.vnde veneno netatos,non occisos dicimus. ¶Occisa res dicitur,desperata & perdita. Plautus in Pseud.Occisa iam est hæc res,hæret hoc negotium. ¶Vnde & Occisorem, & Occisissimum veteres dixere. Idem in Cas.Occisissimus omnium qui viuunt.

Occisio,onis,verbale,Actus ipse occidendi. cædes ipsa. {φόνος. Ital.*Occisione.* Gal. *Tuerie, occiſion.* Hisp. *La matança.*} Plin. de Vir.illustr.In insidias delapsi ad vnum occisione perierunt. ¶Occisione occidere, idem est quod vsque ad internecionem delere.Cicero Philip.14.Eiúsque copias occisione occiderit,suo exercitu ita incolumi,&c.

Occidio,dionis, Idem quod occisio, id est cædes, mors. {φονοφορία. Ital. *Occisione.* Gal. *Occiſion.* Hisp. *La matança.*} Colum.lib.7.cap.5, Sola ea fomenta non aspernatur iactis caprini,quod infusum tantum valet, vt & blandiatur,igneam sæuitiam differens magis, quàm occidionem gregis prohibens. Corn. Tacitus lib.12, Copiæ tum occidione occubuissent. Idem, Ac post multum vulnerum occidioni exempti sunt. ¶Occidione occidere, idem est quod ad internecionẽ delere. Liu.8. bel.Pun. Quum duo exercitus eorum propè occidione occisi essent,&c.

Occido,dis,penult corr.occidi,occasum,ex Ob,& Cado: aliquandó significat pereo. {θνῄσκω, ἀποθνῄσκω. Ital. *Morire.* Gal. *Mourir.* Hisp. *Morir.*} Teren.in Eunucho, -occidi, Neq; virgo est vsquam,&c. ¶Occidit spes nostra, inquit Plautus in Moste. id est periit, siue de spe decidimus. ¶Accipitur aliquando Occido,pro obuenio: vnde Occasio. ¶Aliquãdo interimor:à quo Occasus pro interitu. Neque solùm de homine, exterísque animantibus, verumetiam de herbis, & de arboribus dicitur,quum senescunt, & euanescunt. Virgil 4. Aegloga, -& fallax herba veneni Occidet. ¶Aliquando cado,siue descendo. Plaut.in Rud.Et alia signa de cælo ad terram occidunt, id est cadunt. ¶Vnde & Sol occidere dicitur, quia cadere videtur, dum mergitur: quemadmodum econtrario Oriri,dum videtu surgere. Lactan.lib.3, Videbant syderum cursus in occasum meantium: solem atque lunam in eandem partem semper occidere. ¶Huius compositũ est Præoccido,antè occido. Plin. lib.18, Quarto Calen.Maij Canis occidit,sydus & per se vehemens,& cui præoccidere Caniculam necesse sit. ¶Cic.lib.1. Tusc.Occidere pro mori sumpsit. Sunt (inquit) quidam, qui discessum animæ à corpore putant esse mortem. Sunt qui nullum censent fieri discessum, sed vnà animum & corpus occidere.

Occidens,participium. κατὰ δύνων, μετοπωρινός. Cic.Epist.ad Sulp.lib.4,Profectò aliquid opis occidenti Reipubli.tulissemus. Idem Occidens nomen,de quo suprà.

Occidens,substantiuum,pen.corr.dicitur plaga,in qua Sol occidit. {δύσις. Ital.*Occidente, Ponente.* Gal. *L'Occident.* Hisp. *El Occidente.*} quæ & Occidẽtalis plaga vocatur. δυτικός, δυσμικός. Cice.2.de Natu.deor.Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt.Plinius lib.2,cap.67, A Gadibus,columnísque Herculis,Hispaniæ,& Galliarum circuitu totus hodie nauigatur Occidens: Septentrionalis verò Oceanus maiore ex parte nauigatus est.

Occidentalis,le,Quod vergit ad Occidentem. {δυτικός. Ital.& Hispanicè, *Occidentale.* Gal. *Occidental.*} Plin.lib.19.cap.34, Ab Occasu solstitiali, & Occidentali latere Septentrionis.

Occaso,occasas,occasare, Verbum antiquũ ab Occasum, quod est supinum verbi Occido:idémque significat,quod intereo. Plaut.in Casi.Satin' propter te pereo ego,atque occaso?

Occasus,us, Modò interitus dicitur, & tam de homine, quàm de rebus inanimatis dici solet. {θάνατος, δύσις. Ital.*Morte,occaſo.* Gal. *Mort,reconſoment, Occident.* Hispa. *Muerte, ò el Occidente donde se pone el sol.*} Cice 1.Acade.Ac post Lælij nostri occasum. Idem 3.Catil. Totius vrbis atque imperij occasus appropinquat. Virgil. 2. Aeneidos. Testor in occasu Troiæ nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaũm. ¶Modò dicitur Solis vespertina absconsio, vel transitus ad inferius hemisphærium. Autor ad Herenn.libro 3, Solis exortus, cursus,occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt. ¶Ponitur aliquando pro loco vbi Sol occidit.Cice.2.de Natu.deorum, Ab ortu ad occasum spatiis immutabilibus commeans sydus.

Occiduus,a,um.Idẽ quod Occidẽtalis. δυτικός. Clau.li 2.de Raptu Proserpinæ,Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu Appetis,occiduo ducis ab orbe greges.¶Nonnunquam id quod occidit. Gellius lib.19. cap.1,Rediremúsque in vrbem Sole tam ferè occiduo. Ouid.1.Metamor.Vesper & occiduo quæ littora Sole tepescunt, Proxima sunt Zephyro.

phyro. ¶ Anux occiduæ, pro mari Hesperio, apud eundem 1. Fast. & Senectus occidua, 11. Metamor.

Occilare, Contundere. {συγκόπτειν. Ital. *Pestare.* Gal. *Pestrir.* Hisp. *Herir ò magar.*} Plaut. in Amphit. Qui mihi aduenienti occilet os. Quidam tamen legunt, Oscillare pro Inclinare.

Occino, is, ere, Vide OCCANO.

Occipio, pis, penul. cor. Compositum est à Capio, quemadmodum Incipio, Concipio, Præcipio, & similia: significátque idem quod Incipio. {ἐνίστημι. Ital. *Comminciare.* Gal. *Commencer.* Hisp. *Començar.*} Liuius libro 1. ab Vrbe. Agere potrò occœpit. Terentius in Eunuc. Interea miles, qui me amare occœperat. Idem in Andr. -siquid narrare occœpi, continuò dari Tibi verba censes.

Occiput, pen. cor. huius occipitis, neutr. gene. ex Ob, & Caput, Significat posteriorem capitis partem, quæ fronti opponitur {ἰνίον. Ital. *Parte di dietro della testa.* Gal. *Le derriere de la teste.* Hisp. *El colodrillo.*} Ausonius in Epigram. simulacri Occasionis & Pœnitentiæ, -sed heus tu Occipite es caluo. Ne tenéas fugiens.

Occipitium, occipitij. Idem. Plaut. in Aul. Quæ in occipitio quoq; habet oculos pessima id est versuta, circunspectáque est, vt non sit eam facilè fallere. Frons occipitio prior, priscis agricolis celebratum adagium, atque instar ænigmatis iactatum. Vide Erasmum in Chiliadibus.

Occludo, dis, Claudo. {κλείειν. Ital. *Chiudere, serrare.* Gal. *Enfermer, clorre & entrefermer.* Hisp. *Encerrar.*} Plau. in aulul. -occlude fis Fores ambobus pessulis. Cic. 4. Acad. Quid me igitur Luculle in inuidiam, & tanquam in concionem vocas: & quidem vt seditiosi tribuni solent, occludi tabernas iubes? ¶ Occludere linguam. Plautus in Milite, Quippe si resciuere inimici consilium tuum, tibi Tuopte consilio occludunt linguam, & constringunt manus. Hoc est impediunt nequid respondere possis.

Occlusus Aliquando participium aliquando nomen. κλειστός. Plaut. in Trinum. Occlusiorémque habeant stultiloquentiam, hoc est magis occultam, & obscuram.

Occo, occas, Vide OCCA.

Occubo, as, pen. cor. Compositum à Cubo, idem quod occúbo. {θνήσκειν. Ital. *Morire, cadere* Gal. *Mourir, cheoir.* Hisp. *Morir, caer.*} Virg. 1. Aene. -nec adhuc crudelibus occubat vmbris.

Occulco, as. Idem quod conculco. {κατατρίβειν. Ital. *Calcare.* Gal. *Fouler, inculquer.* Hisp. *Hollar ò acocear ò pisar.*} Cato de Re rustica ca. 49. Ita vti fuerit, ponito in serobe, aut in fulco, opertóque & bene occulcato.

Occulo, pen. cor. occului, occultum. Idem quod abscondo, siue abdo: ex Ob, & Colio. in u. mutata: licet quidam à cælo compositum velint. {καλύπτω, συσκιάζω, συσκοτίζω, ἀποκρύπτω, ἀποκαλύπτω μυ, ἀποκρύβω μυ. Ital. *Celare, asconare.* Gal. *Cacher, celer, musser.* Hisp. *Esconder ò encobrir.*} Virgil. 2. Georg. Quod supereſt, quæcunque premes virgulta per agros Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. Cicc. ad Attic. lib. 5. Appij vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt. Idem 2. Tuscu. Quæ cæteris in vrbibus mollissimo cultu parietum vmbris occuluntur. Aether occulit deos, Ouidius 2. de Ponto, Eleg. 8, Sylua occulit feras, Idem 2. Fast. Iuppiter occului aerem nubibus, Idem 14. Metamor. Virg. 12. Aeneidos, -quæ nube fugacem Fœminea tegat, & vanis sese occulat vmbris.

Occultus, participium. Idem significans quod abscõsus. {κρυπτός, κεκρυμμένος. Ital. *Occulto, ascoso.* Gal. *Caché, musſé, segret.* Hisp. *Escondido, encubierto.*} ¶ Quũ autem in nomen transit, idem est quod secretus κρυπτός, κρυφαῖος. Plaut. in Trin. In occulto iacebis, quum te maximè clarum voles. Cicer. ad Mat. lib. 11, Habeo multò occultiora, quæ vix verbis adsequi possum. ¶ Ex occulto, aduerbialiter ponitur pro secretò. Plin. libr. 9 cap. 42. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.

Occultè, aduerb. Id est clam & cautè. {κρυφῇ. Ital. *Nascosamente.* Gal. *Secretement.* Hisp. *Escondidamente.*} Cæsar 1. belli Ciuil. Occultè ad exploranda loca proficiscitur. Cicero 1. de Lege Agr. Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. Idem 1. Offic. Remouent se ab oculis, ipsique necessitati dant operam, vt quàm occultissimè pariant.

Occulto, tas, Frequentatiuum est ab Oeculo, lis. {κρυπτάω. Ital. *Occultare, ascondere, coprire.* Gal. *Cacher, celer.* Hisp. *Esconder ò encobrir.*} Virgil. 2. Aeglo. Nunc viridis etiam occultant spinera lacertos. Cic. 1. Offic. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouẽt ab oculis. Cæs. 2. belli Ciuil. Quanto hæc dissimulare & occultare, quàm per nos confirmari præstat?

Occultatus, participium. {κρυπτόμενος. Ital. *Occulto, ascoso.* Gal. *Caché, musſé.* Hisp. *Escondido.*} & Occultate aduerbium, Idem quod occultè. κρυφα, κρυφῇ. Cicero pro Deiota. Quod igitur & occultatius conari, & efficere cautius potuit, id tibi & medico callido, & seruo, vt putabat, fideli non credidit?

Occultatio, onis. {κρύπτωσις, κρύψις. Ital. *Nascondimento.* Gal. *Cachement, cachette.* Hisp. *Escondedijo.*} Cic. 2. de Finib. Quæ libido se non propipiet, ne proiectet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Cæsar 6. bel. Gal. Cuius rei nulla est occultatio.

Occultator, toris. {κρυπτῆρ, κρύπτης. Ital. *Chi nasconde.* Gal. *Cacheur, receleur.* Hisp. *Escondedor.*} Cicc. pro Mil. Sustinuisset hoc crimen primùm ipse ille latronum occultator, & receptor locus.

Occumbo, bis, Morior, mortem oppeto: ex Ob, & Cubo, bas, aut certè ab antiquo verbo Cumbo. {κατάκειμαι, θνήσκω. Ital. *Morire.* Gal. *Mourir.* Hisp. *Morir.*} Ouid. 3. de Arte amandi, Respice Phylacidem, & quæ comes isse marito Ferrur, & ante annos occubuisse suos. ¶ Aliquando addimus ablatiuum Morte. Cicc. 1. Tusc. Vt esset qui pro patria morte non dubitaret occumbere. Liu. 1. ab Vrbe. Quem quum vadentem ad speluncam, Cacus vi prohibere conatus esset, ictus claua, fidem pastorum nequiquam inuocãs, morte occubuit. ¶ Pro eodem dicimus, Occumbere mortem. Liu. 1. bel. Maced. Qui pugnãtes mortem occubuissent. Sueto. in August. Voluntariam occubuisse necem. Et Occumbere morti, Virg. 2. Aeneid. -seu certæ occumbere morti. ¶ Occumbere etiam de Sole & stellis dicitur, quum occidunt: vnde Occubitus syderum dicimus, pro occasu.

Occupo, pas, penult. corr. ex Ob, & Capio. Significat quod in commune, siue in medium erat, ante alios capio, vt ait Valla libro 5, aut etiam rem alienam inuado, arripio, & vi detineo. {κατάλαμβάνω, προλαμβάνω, φθάνω, καταπλήσσω. Ital. *Occupare, ingiurare.* Gal. *Occupar, usurper.* Hisp. *Occupar ò tomar de primero.*} Quint. Declam. 13, Multa quò nihilominus libera fuerunt, transeunt in ius occupantium, sicut venatio, & occupatio. Cicero de Amic. Tib. Gracchus regnum occupare conatus est. ¶ Occupari sæpè etiam accipitur pro detineri, seu distringi. ἀσχολεῖσθαι. Cicc. Offic. libro 1, Et in ea funditus delenda occupati sunt, & fuerunt. ¶ Dicimus eum datiuo Occupatus alicui rei. Plin. lib. 26. cap. 2, Sedere namque in his scholis auditioni occupatum gratius erat. ¶ Et per ablatiuum cum præpositione In: vt, Occupatus in alio amore. Terent. in Andr. ¶ Et per accusatiuum cum præpositione Ad. Nequò te ad aliud occupes negotium. Plaut. in Pseud. ¶ Interdum est locum tenere, seu vi capere. Liuius lib. 33, Nam & ipsis vocantibus vrbem hanc accepi, nõ occupaui: id est non vi cœpi. ¶ Aliquando significat præuenire. Plaut. in Ruden. Occupas præloqui. Varro in Ephebo, Crede mihi, plures dominos serui comedere, quàm canes: quod si Actæon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset. ¶ Aliquando est inuenire. Plautus in Menæch. -amplius enim hæreo. Ni occupo aliquod mihi consilium. ¶ Aliquando tenere, possidere. Plautus in Trinu. Familiam optimam occupauit. ¶ Ab Occupo fit compositum Præoccupo, anté occupo, vel præuenio.

Occuparus, a, um, Quod modò participium est, modò ex participio nomen admitens comparationem. {κατεχόμενος. Ital. *Occupato, impedito.* Gal. *Occupé, empeché, saisi, detenu.* Hisp. *Ocupado, tomado de primero, empachado.*} Cic. ad Attic. lib. 12, Non dubito quin occupatissimus fueris. ¶ Occupatus, & Otiosus contraria. Cicc. 1. Tuscul. Vt si occupati aliquid profuimus ciuibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. ¶ Dicimus cum datiuo, ¶ Occupatus alicui rei. Plutus lib. 26.

Occupatimus ager, Dicitur qui desertus à cultoribus propriis, ab aliis occupatur. κατειλημμένον χωρίον.

Occupatio, Quod propriè significat diligentem rei necessariæ vacationẽ. {ἀσχολία. Ital. *Occupatione* Gal. *Occupation.* Hispa. *Ocupacion.*} Cicc. in Orat. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. ¶ Est etiam occupatio ἀποσιωπησις, apud Rhetores, schema quoddam, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamè tacitum intelligitur: quod fit vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem excitare maiorem reticendo volumus. A Græcis παραλείψις vocatur. Quale est illud, Cogis me iniuriæ tuæ causam proferre. Nihil agis, non dicam, sed ipsum tempus eam patefaciet. ¶ Præterea Occupatio siue Præoccupatio, aliud schema dicitur, quum quæ dici ab alio poterant, ea ipsi præueniendo dicimus, in aduersarium nostrum ne nobis postea officiant, detorquentes. Dicta Occupatio, quasi præuentio. nam Occupare inter cætera significat præuenire.

Occurro, ris, occurri, occursum. Obuius fio, obuiã procedo. {ἀπαντάω. Ital. *Occorrere, andare all'incontro.* Gal. *Rencontrer, aller au deuant.* Hisp. *Encontrar, andar al encuentro.*} Iuuen. Satyr. 1, Occurrit matrona potens. Cicero pro Cluent per translationem, Sed ego occurram expectationi vestræ iudices, id est vltro anteuertam, & præueniam. ¶ Quãdoq; pro curtere ponitur. Plaut. in Curcul. Video parasitum tuum occurrentem. ¶ Quandoque occurrere, est in mentem venire. ὑπέρχομαι. Idem de Senect. Sed mihi, quum de senectute aliquid vellem scribere, tu occurrebas. προσέρχεσθαι. Theod. Et in hac significatione possumus addere datiuum aliquem, qualis est Animo, vel Menti, vel similem. Cicc 4. Academ. Si id, quod officij sui sit, non occurrit animo, nihil vequam omnino aget. Liuius 3. bel. Pun. Sed occurrebat animis, quantos exercitus terrestres, nauálésque, &c. ¶ Quandoque offerri προσφέρομαι. vt apud Ciceronem, Occurrebat tibi otatio, id est offerebat se. Colum. lib. 2. cap. 2, Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi. ¶ Quandoq; obstare, siue obsistere. ἀνθίσταμαι. Persius, Venienti occurrite morbo.

Occursus, huius occursus. Ipse occurrendi actus. {ἀπάντησις. Ital. *Incontro.* Gal. *Rencontre.* Hisp. *Encuentro.*} Plin. lib. 8. cap. 30, Qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur.

Occursso, sas, frequentatiuum, Id est currendo obuiam eo. {πολὺς ἀπαντῶ. Ital. *Incontrare.* Gal. *Rencontrer.* Hisp. *Encontrar.*} Virgil. Aeglo. 9, -& inter agendum Occursare capro, (cornu ferit ille) cauето. ¶ Ponitur quãdoque pro eo quod est in memoriam venire. Plaut. in Mili. Nam ita mi occursant multæ, haud meminisse omnes possum. Plin. Epist. lib. 5, Occursant animo meo mortalitas, & mea scripta. ¶ Occursare numinibus, est adorare, & sacrificiis placare, & præuenire numina, ne nobis noceant. Plin. in Panegyr. Atque inter hæc pia mente adire lucos, & occursare numinibus.

Occursatio, verbale, Diligens captatio honorum, quum magnatibus, aut populo occurrimus prius quàm decernatur. ἀπάντησις. Cicc. pro Plancio, Facilis est illa occursatio & blanditia popularis.

OCEANVS, ὠκεανός, pen. corr. & per simplex c, Cæli & Vestæ filius, & maritus Tethyos, quem poëtæ maris deum faciunt. Virg. 4. Georg. Oceanúmque patrem rerum, Nimphásque sorores. ¶ Oceanus item mare ipsum appellatur, quod vniuersam circuit terrã. Aug. Mari magno cingitur terra, qui vocatur Oceanus: de quo influit quoddã exiguũ in mediũ terrarũ, & facit ista maria nota nobis, quæ nauigiis frequentantur. ¶ Pro eodem etiam neutro genere Oceanum dicitur, præsertim si Mare sequatur: vt Caper & Probus testantur. Irrumpit autem Oceanus in medium terrarum, inter Africam & Hispaniam, Abylam Africæ montem ad dextram, Calpen Hispaniæ ad sinistram relinquens, qui ob altitudinem Herculis columnæ dici cõsueuerunt, eo quod testimonio vetustatis laboris Herculei limes illic fuerit consecratus. Dictus est autem Oceanus, à Græca voce ὠκὺς, quæ velocem significat, testibus Solino & Seruio. Suidas verò deducere videtur ab α, privativa particula, & κίω, quod est χίζω, mutato α, in ω. Et quamuis nomen sit proprium Oceanus, aliquando tamen pro appellativo ponitur, quando partes eius significat. Quo modo mare, quum totum significat, proprium est: quum partem, appellativum: nam à littoribus plerunque accipit nomen. Ad dextram siquidem, antequam terram intret, Atlanticus dicitur. ad sinistram, Gaditanus: illinc Arabicus, Persicus, Indicus. Hinc Britannicus, Germanicus, Scythicus. Postquã verò terras intrauit, primo ab Iberia, hoc est

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est Hispania dicitur Ibericum mare. Tum à Balearibus insulis, Balearicum: post hæc Narbonensium prouinciam contingens, Gallicum. Deinde à Liguria, Ligusticum. Mox vsque in Siciliam à Tuscis, Tuscũ, siue Tyrrhenum à Tyrrhenis, siue etiam ad differẽtiam Superi maris, Inferum appellator. Superum enim Adriaticum vocamus, quòd ad id ab Vrbe venientes, Apenninum conscendamus, siue quòd Italiam ab ortu alluat. Inde ab Ionibus, Ionium, à Sicilia, Siculum, à Creta, Creticum, ab Asia, Asiaticum, & Pamphylia, Pamphylicũ: & multa alia nomina, quæ enumerare longum esset. Poëtæ tamen Oceanum pro quocunque mari vsurpant. Virg. 2. Aene. Et ruit Oceano nox. ¶ Est & Oceanus solium vastũ in balneis, & omnino lacus, alueũsque maior, ab amplitudine vocatus, & à lauantium quoq; strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius, Oceani solium primus inter principes Alexander appellauit, quum Traianus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam thermarum magnitudo Romæ quãta fuerit, Ammianus testatur lib. 16, quum inquit, Lauacra in vrbe in modum prouinciarum extructa. Ab Oceanus fit Oceanitis, penult. produ. tidis, ὠκεανὶς, ὠκεανίς, pro filia Oceani. Virgil. lib. 4. Georg. Oceanitides ambæ.

Ocellæ, ab ocellis cognominati sunt, hoc est ab exiguis oculis, qui scilicet iusto minores haberent oculos.

Ocellatus, Ocellus, Vide OCVLVS.

OCELVM, li, ὄκελον, Hispaniæ Tarraconensis vrbs, in tractu Gallæcorum, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 6.

OCHA, æ, ὄχη. Eubœæ insulæ opp. est, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Ochta, ἤ ὤχτα. Ital. *Ocrea*. Gal. *De l'Ochre*. Hispa. *Color de almagra quemada*. } Genus est coloris lutei, qui fit ex vsta rubrica in ollis nouis luto circũlitis. Plin. lib. 35. cap. 6.

OCHVS, ὄχος, Fluuius, qui in Indiæ montibus ortus, per Bactrianorum regionem fluit. Plin. lib. 6. cap. 16.

Ocimum per i nostrum, ὤκιμον. Ital. *Basilico*. Gal. *Herbe appelée Basilic*. Hispa. *Albahaca ò alfabega*. } Dioscoridi herba est hortensis pedali altitudine surculosa, ramulis teretibus, folio muralis herbæ, diluti viroris, odorisque fragrantissimi, quam recentiores Basilicam herbam vocant: quo etiam nomine vtitur vulgus. Ductum est nomen, vt putatur, à celeritate nascendi, quòd omnium eorum quæ in hortis nascuntur, celerrimè prouenìat, diéque à quo sata est tertio erumpat: vnde etiam à nonnullis per y. scribitur, eo quòd à dictione Græca ὠκὺς deriuari putetur. Sed (vt suo loco docebimus) ocymum farraginis quoddam genus est, ab ocimo omnino diuersum. Sunt hæc nostra ætate viri nõ indocti, qui Ozimum per z. scribendum contendant, dictúmque putant à Græco verbo ὄζω, quod est fragro: est enim herba fragrantissimi odoris, Quæ opinio in primis arrideret, nisi reclamarẽt castigatissima quæque Plinij & Dioscoridis exemplaria in quibus constantissimè pro hac herba Ocimum legimus per secundam consonantem.

Ocium, cij, siue (quod eruditis magis placere video) Otiũ per t, propriè vacatio à labore: cuius contrarium est, Negotium. ἀσχολία μισθοῦ, σχολή. Italicè & Hispanicè, *Ocio*. Gal. *Oisiueté, loisir*. } Columel. lib. 2, Sed quum tam otij quàm negotij rationem reddere maiores nostri cõsueuerint, nos quoque monendos esse agricolas existimamus, quæ feriis facere, quæ non facere debeant. Autor ad Herennium in Præfat. oper. Etsi negotiis familiaribus impediti vix satis otium studio suppeditare possumus, & idipsum quod datur otij, libentius in philosophia consumere consueuimus, tua nos tamen, &c. ¶ Accipitur etiam Otium pro exercitatione leuiore animi, vel corporis, & relaxatione à grauioribus & magis seriis negotiis. Vnde Otium literarum dicimus pro studio literarum, quòd hoc exercitationis genus oblectamentum potius videri debeat, quàm seria aliqua occupatio. Cicero, Quid dulcius est otio literario? id est studio, & (vt ita dicam) negotioso otio. ¶ Accipitur etiam Otium pro tranquillitate, pace, quiete. ἡσυχία. Cicero in Verr. Ergo tunc quum bello fugitiuorum tota Italia arderet, C. Norbanus in summo otio fuit. Idem 1. Famil. Epist. 28, Si antea auditum erit otium esse in Syria.

Otiosus, vel potius Otiosus, Vacuus, cessans, opere solutus. ἀργός, ἀεργός. Italicè & Hispanicè, *Ociosso*. Gal. *Oisif, oiseux*. } Cicero de Cla. Oratoribus, Quum inambularem in Xysto, essémque domi otiosus. Plin. Epist. 9, Statius est enim (vt Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit) otiosum esse, quàm nihil agere. ¶ Dicitur & de animo, qui tunc otiosus est, quum tranquillus est, securus, & solicitudine vacuus. Terent. in Andr. Animo iam nunc otioso esse impero. id est securo. Nam nisi securus est, nemo est otiosus, vt inquit Donatus. Dies otiosus, pro festo, Cice. ad Quintũ, Frat. lib. 3, Id perficiam his supplicationum otiosis diebus. Cicero de Senect. Si verò habet aliquid tanquam pabulum studij, atq; doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius. Idem 3. Offic. Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquam se minus otiosum esse, quàm quum esset otiosus.

Ociosè, aduerb. Quod est cum otio. ἀργῶς, ἀπράγμονως. Ital. *Otiosamente, senza pensiero, negligentemente*. Gal. *Oisifvement, tout à loisir, sans souci, negligemment, tout bellement*. Hisp. *Otiosamente, negligentemente, sin pensamiento*. } Terent. in Adelph. Otiosè nunc iam illico hic constite. ¶ Otiosum verbum, dicitur quod sine vtilitate & loquentis, & audientis dicitur, quasi superfluum. περιττὸν ῥῆμα.

Otior, aris, ociari, In otio & quiete sum. ἀργέω. Ital. *Otiare, stare in riposo*. Gal. *Ne rien faire, estre oiseux, se reposer*. Hispa. *Estar en ocio y holgar*. } Cuius contrarium est, Negotior. Cicero libro 3. Offic. Cælius Caninius Eques Romanus neque infacetus, & satis literatus, quum se Syracusas otiandi, non negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere velle.

OCNVS, ὄκνος, Tyberis filius fuit ex Manto muliere fatidica, Tiresiæ Thebani filia, qui in Gallia Cisalpina vrbem cõdidit, & à nomine matris Mantuam appellauit. Virgil. 10. Aene. Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis, Qui muros matrisque dedit tibi Mantua nomen. ¶ Est etiam Ocnus nomen cuiusdam apud inferos, multis insignium artificum picturis celebrati, quem effinxerunt perpetuò torquentem funem, astante asella, quæ quantum ille tortisset, statim præroderet. Inde ortum est prouerbium, Ocnus funiculum torquet: quod quum in eos omnes competat, qui non prosperum in re aliqua operã collocant, tum in eos præcipuè qui quum nihil neque laboris, neq; industriæ ad augendam rem familiarem prætermittatur, nihilo tamẽ redduntur ditiores, quòd domi habeant aselam, hoc est vxorem prodigam, quæ quicquid miscellus multis sudoribus corrasit, strenuè profundit. Ad hanc picturam alludit Propertius lib. 4. Eleg. Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno, Aeternúmque tuam pascat asella famem.

Ocquinisco, scis, } Ital. *Inchinarse*. Gal. *Incliner*. Hispa. *Inclinarse*. } Inclino, (inquit Nonius.) Pomponius in Pistore, Nisi nunc aliquis subitò obuiam occurrit mihi, qui ocquiniscat, quò compinguam terminum in tutum locum.

Ocrea, æ, Militaris calceamenti genus est ex ære, ad obtegendas tibias accommodatum: quo vtebantur tantùm duarum primarum classium milites: reliqui enim caligis tibias muniebant. κνημὶς, τὸ ἀνθελκτήριον. Ital. *Gambiera*. Gal. *Hoseaux, bottes, greves, armures des jambes*. Hispani. *El calçado como botas ò antiparas*. } Apulcius, Hic galea caput, illic crura ocreis inuoluit. Vide Liuium 1. ab Vrbe, & ea quæ annotauimus in dictione CALIGA.

Ocreatus, a, um, Qui ocreis calceatus incedit. κνημιδωτός. Ital. *Instiuzato, armato le gambe*. Gal. *Housé, botté, armé par les jambes*. Hispani. *Calçado de botas*. } Plinius libro 6, cap. 2, Ad reliquos vsus laboriosè euellitur ocreatis cruribus, manibúsque tectis manicis, conuolutum osseis ligneísve conamentis.

OCRIVM, siue Ocrion. ὄκριον. Britanniæ insulæ promontorium est, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Vulgò *Mont S. Michel*.

Octangulus, Vide OCTO.

OCTAVIA gens, à Velitris originem accepit, quam nonnulli Augusti gratiam per assentationem captantes, nobilitate eximia fuisse prodiderunt. Ipse autem Augustus nihil amplius quàm equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, & in qua primus Senator suus pater fuerit. M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat. Restionem è pago Thurino, & auum argentarium. Ex Tranquillo. Cice. in Epistola quadam eum nepotem argentarij, & filium adstipulatoris vocat. Vtcunque id fuerit, constat Augusti patrem honestissimum fuisse, magnáque laude Macedoniam prouinciam administrasse, ex ipsius etiam testimonio Ciceronis, qui ad Qu. Fratrem scribens hortatur, vt in promerendis sociis vicinum suum Octauium imitetur. Hic Octauius Augustus natus est M. T. Cicerone, & C. Antonio Consulibus: cui infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam originis maiorum. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatij Planci sententia. De his vide Suetonium in vita Octauij. ¶ Octauius Manilius, alius fuit, cum quo Aulus Posthumius Dictator bello Tusculano dimicauit, vt scribit Cicero 2. de Natu. deor. & in Epistola ad Attic. lib. 9. ¶ Alius Octauius Balbus iudex, homo & iuris & officij peritissimus. Cice. 4. Verr. ¶ Alius Octauius Marsus fuit, sceleratus latro, de quo Cicero 11. Philip. ¶ Qu. Octauius à L. Cinna suo collega in Consulatu interfectus. Pædianus. ¶ Octauius Auitus, & Pætelius Faustinus, furta Virgilij adnotarunt, locáque indicarunt vnde carmina essent surrepta, vt ait Seruius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Octauiæ porticus, duæ appellantur, quarũ alteram theatro Marcelli propiorem Octauia soror Augusti fecit, alteram theatro Pompeij proximam Cn. Octauius, Cn. filius, qui fuit Aedilis curulis. Pr. Con. Decemuir sacris faciendis, triumphauitque de rege Perse nauali triumpho: quam combustam reficiendam curauit Cæsar Augustus. Festus.

Octauianus, a, um, vt Bellum Octauianum, quod à Qu. Octauio aduersus Cinnam gestum fuit. Cice. 1. de Diuin. Ex quo genere sæpe ariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelij Culeoli, audiendas putauerunt.

OCTAVIANVS, Augusti Cæsaris cognomen fuit, inde tractum, quòd ex Octauiorum familia in Cæsarum gentem fuerit adoptatus, quemadmodum & Africanus minor, dictus est Aemylianus, quòd Pauli Aemylij filius fuerit, à P. Cornelio Scipione adoptatus.

Octo, ὀκτὼ. Ital. *Otto*. Gal. *Huit*. Hisp. *Ocho*. } Nomen numerale, adiect. indeclinabile. Virgil. 1. Georg. -pedes temo protentus in octo.

Octies, aduerbium, Octo vicibus. ὀκτάκις. Ital. *Otto volte*, Gal. *Huit fois*. Hispa. *Ocho veces*. } Colum. lib. 8. cap. 8, Nam & octies annos pullos educat. De columbis.

Octauus, a, um, ὄγδοος. Ital. *Ottauo*. Gal. *Huittieſme*. Hisp. *Cosa ochaua en orden*. } Horat. in Epist. 7, Strenuus, & fortis, causisque Philippus agendis Clarus, ab officiis octauam circiter horam Dum redit, &c.

Octauum, Ponitur aliquando tanquam aduerbium pro Octies. Liu. 6. ab Vrbe, Nam præter Sextium, Luciniúmq; fatores legum iam octauùm Tribunos plebis refectos. ¶ Sic Octauùm Consulem dicimus, qui octauum gerit Consulatum. ¶ Octauò autem cõsulem, qui octauo anno ab exactis regibus, institutisque Consulibus, fuit Consul. Vide Aulum Gellium in Nocti. Attic.

Octingenti, æ, a. Cicer. 4. Acad. Mille & octingenta stadia, &c. ὀκτακόσιοι. Ital. *Ottocento*. Gal. *Huitcens*. Hisp. *Ochocientos*.

Octingenarius, a, um, Quod ex octingẽtorũ numero constat: vt Octingenarius grex, qui octingẽtas habet pecudes. ὀκτακοσιοστὸς. Ita. *Di ottocento*. Gal. *De huit cens*. Hisp. *De ochocientos*. } Varr. de Re rust. cap. 10, Septingenatij enim mei (subaudi greges) tu vt opinor, octingenarios habuisti.

Octingentesimus, a, um, ὀκτακοσιοστὸς. Ital. *Ottocentesimo*. Gal. *Huitcentieſme*. Hispa. *Vno de ochocientos*. } Vltimus ex octingentis, vel vnus ex numero octingenario. Cice. de Senect. Deinde qui minus grauis esset iis senectus, si octingentesimum annum ageret, quàm octogesimum?

Octoginta, adiectiuũ. ὀγδοήκοντα. Ital. *Ottanta*. Gal. *Octante, ou quatre vingts*. Hisp. *Ochenta ou numero*. } Cic. de Senect. Argantonius quidam Gadibus qui octoginta regnauit annos, centum vigiuti vixit.

Octogenus, adiectiuum. ὀγδοηκοντούτης. Ital. *Di ottanta*. Gal. *Octantieſme*. Hispa. *Cosa de ochenta*. } Plin. lib. 9. cap. 51, Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur, id est octoginta.

Octogesimus, a, um, ὀγδοηκοστός. Ita. *Ottantesimo*. Gal. *Octantieſme*. Hisp. *Ochenta en orden*. } Plin. lib. 11. cap. 37, Dentes homini nouissimi, qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur, multis & octogesimo.

Octogies,

Octogies, aduerbium, {ὀγδοηκοντάκις. Ital. *Quattro volte venti.* Gal. *Quatre vingt fois.* Hisp. *Ochenta vezes.*} Cice. in Pis. Nónne sestertiũm centies & octogies, quod quasi vasarij nomine, in venditione mei capitis aseripseras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti?

Octonus, a, um, Propriæ distributiuus numerus, quãuis etiam accipiatur pro suo primitiuo Octo. {ὀγδοικός. Ital. *Otto.* Gal. *Huit.* Hispani. *Ocho.*} Varro, Nutricare octonos porcos paruulos primò possunt, interemẽto facto, à peritis dimidia pars remoueri solet. Plin. lib. 8. cap. 50, Octonis mensibus ferunt partus: id est octo mensibus.

Octoiugis, penult. corr. {ὀκταζυγής. Ital. *Otto da una banda & otto insieme.* Gal. *Accouplez, ou allez tous ensemble, tuez d'vne bande.* Hisp. *Ochos, ayuntados juntamente.*} Quod octo habet iuga. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Antea trina loca cum contentione summa patritios explere solitos: nunc iam octo iuges ad imperia obtinenda ire.

Octangulus, Res vel figura dicitur, octo angulos habens. ὀκτάγωνος.

Octipes, penult. corr. Huius octipedis quod octo habet pedes. {ὀκτάπους. Ital. *Di otto piedi.* Gal. *De huit piés.* Hisp. *De ocho pies.*} quapropter ab Ouidio lib. 1. Fast. hoc epitheton Cancro cœlesti signo tribuitur: Octipedis frustra quæruntur brachia Cancri.

Octuplus, penult. corr. adiectiuum. {ὀκταπλάσιος. Ital. *D'otto doppi.* Gal. *Huit fois au double.* Hisp. *Cosa de ochos dobles.*} Cic. 6. Verr. Dicis enim te in Decumanum, si plura sustulerit quàm debitum sit, in octuplum iudicium daturum esse.

Octuplicatus, a, um, penult. prod. ὀκταπλασιασθείς. Liu. 4. ab Vrbe, Octuplicatóque censu ærarium fecerunt.

Octussis, Numi species ad valorem octo assium. ὀκτάμοιρον νόμισμα. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Quanti emptæ paruo, quanti ergo? octussibus.

October, bris, Mensis dictus est, quòd octauum locum teneat à Martio, qui primus incuntis anni mensis erat. πανσεληνιών. Ital. *Ottobre.* Gal. *Le mois d'Octobre.* Hisp. *El mes de Octubre.*

OCTODVRVM, ὀκτώδουρον. Vaccorum oppidum in Hispania Tarraconensi, cuius meminit Ptolemæus libro 2. cap. 6. Vulgò *Toro.* ¶ Est etiam Octodurum oppidum in Alpibus Cottiis, non procul à Centronibus: cuius incolæ Octodurenses commemorantur à Plinio libro 3. cap. 20. Vulgò *S. Maurice.*

Octophorum, ti, penult. corr. ὀκτωφόρον. Lectica dicitur, quæ ab octo seruis gestatur, sicut Hexaphorum, quæ à sex seruis ferri consueuit. Suet. de Calig. Interdum adeo segniter & delicatè incessit, vt octophoro veheretur. Martial. lib. 6. Octophoro sanus portatur Auite Philippus. id est octo seruis in lectica.

Oculus, li, Dictus est ab oculendo, quòd ciliorum teguminibus occulatur. Latent enim oculi sub ciliis, & genis. {ὀφθαλμός, ὄμμα. Ital. *Occhio.* Gal. *Oeil.* Hisp. *Ojo.*} Lactan. lib. de Opifi. Vt igitur oculi munitiores ab iniuria, ciliorum teguminibus occuluit. vnde oculos dictos Varroni placet. Sunt autem oculi pars corporis pretiosissima, in quibus (vt Albertus Magnus inquit) maxima indicia amoris & odij existunt. Sunt enim veri cordis nuntij, in quibus animus inhabitat. Terent. Adelph. -dij me pater Omnes oderint, ni magis te quàm oculos nunc amo meos. Cice. 2. de Nat. deor. Nam & oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. Plaut. in Trinũ. -quem ego quis sit homo nescio, Neq; oculis ante hunc diem vnquam vidi. Virgil. 8. Aeneid. -atque oculos per singula voluit. ¶ Accipimus etiam Oculos pro notis, seu maculis rotundis, quales videmus in pardorum pellibus, & caudis pauonũ. Plin. lib. 8. cap. 17. Pantheris in candido breues maculariũ oculi. ¶ Per translationem ponit Cicero in Lælio, Nec verò ille in luce modò, atque in oculis magnus: sed intus, domique præstantior. Magnus in oculis & luce: id est coram hominibus. ¶ Dicuntur etiam oculi in arborum surculis, vnde germinant. Cato de Re rust. cap. 6, Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serunto. ¶ Habet autem hoc nomen varios, eósque elegantes in oratione vsus. Dicimus enim Adiicere oculos rei alicui, pro eo quod est, rei alicuius cupiditate teneri. Cice. 4. Vert. Partim planè videbant adiectum esse oculum hæreditati. ¶ Capere rationem aliquam oculis, est rem aliquam visu æstimare. Plaut. in Pseud. Vt ego oculis rationem capio. ¶ Habere alicuius oculos in suis, est videre quid ille velit, aut impetet. ¶ In oculis gestare aliquem, aut ferre, est illum valde amplecti & amare. ¶ In oculis aliquid habere, est ad illud valde, sempérque intentum esse, vt interpretatur Budæus. ¶ Oculi mei in vultu illius habitare dicuntur, à quo contuendo non mouentur. ¶ Oculum exculpere, idem quod eruere. ¶ Oculi alicui dolere dicuntur, quoties aliquid videt quod videre molestum est. ¶ Intendere oculos, est fixis oculis aliquid intueri, & oculos immobiles tenere. ¶ Oculos aliquorum tenere, est in contemplationem sui adducere. ¶ Oculos tollere, per translationẽ, est refici, recreari, & delectari ob aliquid. Cic. ad Titon. Literæ meæ, siue nostræ, tui desyderio oblanguerunt: hac tamen epistola quam Acastus attulit, oculos paululum sustulerunt. ¶ Ab Oculus Plautus suo more formauit superlatiuum Oculissimus, pro charissimus. Huic (inquit) proximũ ostium oculissimum. Salue, valuistin' ostium oculissimum? ¶ Oculis captus, Cæcus dicitur. ἄλως, στερηθεὶς τοῦ φωτός. Cice. 6. Vert. Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam decidisti.

Ocellus, diminutiuum, {ὀμμάτιδιον. Ital. *Occhietto.* Gal. *Oeillet, petit œil.* Hispa. *Pequeño ojo.*} Catullus de Acme, Et dulcis pueri ebrios ocellos. ¶ Ocellus meus, apud Plautum in Asin. blandientis vox est, Da (inquit) meus ocellus, mea rosa.

Ocellatus, a, um, Quod ocellos habet, id est cauernulas quasdã. {πολυόμματος. Ital. *Chi ha molti piccioli occhi.* Gal. *Qui a plusieurs petis yeux.* Hisp. *Lleno de muchos ojetes.*} Vnde Suetonius, Ocellatas nuces dixit, id est multis foraminibus distinctas.

Oculeus, a, um, Plenus oculis. {πανόπτης, πολυόμματος. Ital. *Occhiuto, pieno d'occhi.* Gal. *Plein d'yeux.* Hisp. *Lleno de ojos.*} Plaut. in Aul. Quos si Argus seruet, qui totus oculeus fuit, Quem quondam Ioui Iuno custodem addidit, Is nunquam seruet. ¶ Per translationem ponitur pro perspicaci, quasi qui totus ex oculis constet. Apuleius, Perspicacioré ipso Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

Oculatus, a, um, Modò dicitur, qui per totum corpus oculos habet: quales fuisse fertur Argus ille centoculus, Iûs custos. Modò qui oculos habet vigilantes, & qui cuncta perspicit. {πολύοπτος, ὀμματοῦς. Ital. *Occhiuto.* Gal. *Plein d'yeux, qui a bonne veue.* Hisp. *Lleno de ojos.*} Plaut. in Truc. Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem, id est qui præsens fuerit, videritque. ¶ Plinius, Oculatissimũ locum appellat conspicuum, lib. 34. cap. 6, In qua legatione interfecto Senatus statuam poni iussit quàm oculatissimo loco in Rostris. ¶ Oculatã diẽ vocat Plautus in Pseud. diem præsentẽ, quo scilicet statim videmus pecuniam nobis annumeratã: cui opponit Cæcam diem, qua nihil numeratur præsentis pecuniæ. Eme (inquit) die cæca ollum: id vendito oculata die.

Oculatio, onis, In viribus pro gemmarum superfluarum defectione. Plin. lib. 17. cap. 21, Simplici iugo constat porrecto ordine, quem canterium appellant: meliórque ea vino, quando sibi non obumbrat, assiduóque sole coquitur, & afflatũ magis sentit, & celerius rorem admittit. Pampinationi quoque & oculationi, omnique opere facilior.

Oculitus, pen. corr. aduerbium, Sicut Medullitus, Animitus: quo significatur tam charũ esse, quàm oculum. {ὡφθαλμηδόν, ὡσεὶ τοὺς ὀφθαλμούς. Ital. *Come i suoi occhi.* Gal. *Du profond des yeux, comme ses propres yeux.* Hisp. *Como los ojos.*} Plautus, Qui amant ancillam meam oculitus.

Oculo, as, Idem quod illustro, vel illumino, & quasi ex cæco oculatum facio. {ὀμματόω. Ital. *Illustrare, illuminare.* Gal. *Illustrer, illuminer.* Hispani. *Alumbrar, esclarescer.*} Tertul. in Apologet. Sed quia iam expolitos, & ipsa vrbanitate deceptos, in agnitionem veritatis oculatet. Sed hoc vix credideris apud veteres inueniri. Neque enim Oculatus participium est à verbo Oculo, sed potius nomen, sicut Manicatus, & Tunicatus.

OCYALVS, ὠκυαλος. Vnus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, vt ostẽdit Homerus lib. 8. Odyss.

Ocymum, {ὄκιμον. Ital. *Herbe diuerse per buoi.* Gal. *La drageé aux cheuaux ou beufs.* Hisp. *Yerua para los bueyes.*} penult. corr. Farrago est diuersarũ herbarum, vel leguminum, ad boum pabulum sata, qua ciebant alumni bobus: id erat huiusmodi, Fabæ modios decẽ, viciæ duos, tantundem & eruiliæ in iugero autumno miscebant, ac serebant, admista etiã auena Græca, cui non cadit semen. Ductum nomẽ, ab ὠκὺς, quod significat Velocem, vel propter celeritatem nascendi, vel quòd bubus alumnum citet: quapropter etiam iis datur, vt purgentur. Autor est Varro lib. 1. de Re rust. cap. 31. Vide de hoc pluta in Annotationibus Hermol. Barbari in Dioscoridem lib. 2. cap. 158.

Ocyor, {ὠκύτερος, ὠκύτερος. Ital. *Più veloce.* Gal. *Plus soudain, plus leger, plus viste.* Hisp. *Mas ligero.*} & Ocyssimus, ὠκύς, ὠκύτατος. Latina nomina, pro Celerior, celerrimus: fiunt à positiuo Græco ὠκὺς, quo Latini carent. Plin. libro 2. cap. 8. Mercurij sydus inferiori circulo fertur, nonem diebus ocyore ambitu, modò ante Solis exortum, modò post occasum splendens. Idem lib. 16. cap. 31, Quidam breuitate radicum senescere celerius arbores putant, quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ, & senectus ocyssima est.

Ocyus, & Ocyssimè, aduerbia. {ὠκύτερον, τὸ τάχιον, ὠκύτατα, τὸ τάχιστα. Ital. *Molto presto.* Gal. *Plus viteement, plus legerement.* Hispa. *Mas ligeramente.*} Quanquam & Ocyter dicatur pro Citò, & perquàm promptè. Terẽt. in And. Eamus ergo ad eum ocyus. Idem in Heaut. -& tu, id quod cupis, Quàm ocyssimè vt des.

OCYPETE, ὠκυπέτη. Vna ex Harpyiis: sic dicta, quòd alarum velocitate pollear. ὠκὺς enim celer, & citus dicitur: πέτομαι, volo, as. Vide Cælium lib. 39. cap. 27.

OCYRRHOE, ὠκυρρόη. Nympha fuit, Chironis Centauri filia ex Chariclo Nympha, ita dicta à celeriter fluendo. ὠκὺς celer, & ῥέω fluo. Poëtæ in carmine abiiciunt alterum r, quòd aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. Ouidius 2. Metam. -quam quondam nympha Charicló Fluminis in rapidi ripis enixa, vocauit Ocyroen.

O ante D.

ODESSVS, ὀδησσὸς. Vrbs est in Mœsia inferiori, inter Axiacẽ & Borysthenem amnes, paululùm à Ponto Euxino remota: vt est videre apud Ptolemæum tabula Europæ octaua: & apud Melam lib. 2.

Odeum, penult. produ. {ᾠδεῖον. Ital. *Luoco designato nella casa à cantare.* Gal. *Lieu deputé aux chantres ou menestriers pour chanter.* Hispa. *Lugar para cantar.*} Locus est in ædibus cantui destinatus, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, hoc est à cantu dictus. Cice. ad Attic. 4. Monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, vt odeum laxaremus, & vsque ad atrium Libertatis explicaremus, contempsimus sestertium sexcenties. Vide Cælium libro 58. cap. 12, Vitruuius lib. 5. cap. 9, Pericles Athenensis inter cætera opera quæ Athenis extruxit, fecit & odeum, in quo certamina musica spectabantur: quod multis sedibus & columnis exornatum fuisse Historici prodiderunt.

Ode, ᾠδὴ Græcè, cantus Latinè dicitur: vnde etiam Horatius Carmina sua Odas appellauit.

Odfacio, Veteres pro Olfacio dixerunt, teste Festo.

Odi, oditti, odit, verbum defectiuum, (vt Priscianus inquit) neq; præsens, neque futurum, neq; participium habet, sed tam præsentis quàm præteriti temporis significationem tenet. {μισῶ, ἐμίσησα. Ital. *Hauer in odio.* Gal. *Auoir en haine, haïr.* Hisp. *Aborrescer.*} Significat enim Odi, odio habeo, & habui. Cic. de Amic. Alterum propter crudelitatem semper hæc ciuitas oderit. Idem, Apertè odisse magis ingenij est, quàm fronte occultare sententiam. Horat. 1. Epistо. 19, Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi. Sedatum celeres, agilem gnauúmque remissi, Potores bibuli media de nocte Falerni Oderunt porrecta negantem pocula quanuis. Nocturnos iures te formidare vapores. Ouidius 2. de Arte, -amor odit inertes. ¶ Hinc participium Osus, & composita Exosus, & Perosus, & Osor verbale: de quibus suis locis.

Odium, {μῖσος, μισητός. Ital. *Odio.* Gal. *Haine, rancune.* Hisp. *Ira enuegecida, odio, aborrescimiento.*} Ira inueterata, vt inquit Cice. 4. Tuscul. ¶ Interdum capitur pro instantia, assiduitate, molestia, fastidio. ἐνόχλησις, ὀχληρία. Plautus in Asin. Iam hic me abegerit suo odio. id est fastidio. Terent. in Eunuch. Neque agri neq; vrbis odium vnquam me percipit. id est molestia, fastidium, vel satietas præoccupat. Odium mitigatur, deponitur, tenere, sedatur. Cic. ad Quir. post red. Odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reipub. communique vtilitate deponi, vel vlciscẽdi difficultate teneri, vel vetustate sedari.

Osus,

Osus, a, um, {μισῶν. Ital. *Che ha odio.* Gal. *Qui a hay en hais.* Hispa. *El que tiene odio.*} cum suis compositis, Exosus, & Perosus, participia sunt, siue participiorum modo capiuntur. Habent autem actiuam significationem, exigúntque accusatiuum. Festus Osus sum, præteritum esse putat à verbo Odio: quod tamen in vlu non est: nos potius à defectiuo Odi, deductum putamus. Plautus in Amph. Inimicos semper osa sum obtueri, id est odi.

Osurus. Cicero in Læl. Negabat vllam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset. Ita amari oportere, vt aliquando esset osurus.

Osor. {ὁ μισῶν, ὁ ἐχθρός. Ital. *Che porta odio.* Gal. *Qui hait, qui porte haine.* Hisp. *El aborrecedor.*} Plautus in Asina, Madidum, nihil incontinentem atque osorem vxoris suæ: id est qui odit vxorem suam. ¶ Sciendum, quòd in osus terminata, quædam significant habitudinem, siue vehementiam, copiámve, aut affectionẽ, quemadmodum apud Græcos terminata in ώδης: vt Animosus, Neruosus, Saxosus, Aquosus: qui habet copiam saxorum, neruorum, ingenij, & animi. Vinosus, Libidinosus, Mulierosus, Seditiosus, Factiosus: qui amat vinum, libidines, mulieres, seditiones, factiones. Quædam actionem: vt Studiosus, Stomachosus, contumeliosus: qui operam dat studio, qui stomachatur, qui contumeliam facit. Quædam passionem. vt Odiosus, Inuidiosus: qui habetur odio, & cui inuidetur. Quædam actiuè & passiuè accipi possunt: vt Formidolosus, Laboriosus, Operosus, Voluptuosus, Religiosus.

Odiosus, a, um, Qui odio habetur. {μισητός. Ital. *Odioso.* Gal. *Odieux, facheux.* Hisp. *Cosa aborrescida ò enojosa.*} Cic. de Amicit. Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantiũ. Idem 1. Offi. Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptus nõ vacant. Idem de Senect. Senectus sic pletisque sensibus odiosa est, vt onus se Aetna grauius dicant sustinere. ¶ Aliquãdo capitur pro molesto. λυπηρός, ἐνοχλητικός. Terent. in Phorm. Si porrò esse odiosi pergitis.

Odiosè. aduerbium, Cum odio, vel tædio. {μισητῶς, δυσχερῶς. Ital. *Odiosamente.* Gal. *Odieusement.* Hispa. *Enojosamente.*} Plaut. in Bacch. Caue verò, odiosè facis. Ad Herennium libro 4, Vitia inuidiosè, delinquis studiosè, loqueris odiosè. Quintil. libro 1. cap. 6, Quia nihil est odiosius affectatione.

Odinolyontes, ἀδινολύοντες, Pisciculi sunt exigui, magnitudinem magnæ limacis non excedentes, quos Græci alio nomine Echeneidas, Latini etiam Remoras vocant: sic appellati, ὅτι δι' ὀλίγου τὰς ἀδῖνας: id est à soluendo dolores partus. Quippe sale asseruatum & alligatum, grauidis partum soluere prodiderunt. Plin. lib. 32. cap. 1.

ODITES, ὀδίτης, Vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, à Mopso interfectus in nuptiis Pirithoi. Ouid. 12. Metamor. Occubuit, frustráque loqui tentauit Odites.

ODIVS, ὀδίος, Halizonum dux fuit, quem Agamemnon in bello Troiano interfecit. Homerus lib. Iliados 5.

Odœporicon, vide HODOEPORICON, prima vocali aspirata.

Odontagra, æ, ὀδοντάγρα, Instrumentum est chirurgicum dentibus euellendis accommodatum.

Odontottimma, ὀδοντόττιμμα, A Græcis dicitur dentifriciũ, hoc est medicamentum quo dentes fricantur, vt albescant. ἀπὸ τοῦ τίλλειν τοὺς ὀδόντας.}

Odor, doris, Nihil aliud est quàm infectus aër, interprete Plinio libro 9. cap. 7. {ὀσμή. Ital. *Odore.* Gal. *Odeur, senteur.* Hispa. *Olor.*} Dictus odor, quasi olor, litetæ vnius commutatione. Dicitur & Odos, pro Odor, sicut Honos, Lepos. Plaut. in Capt. Quorũ odos subbasilicanos omnes abigit in forum. Idem in Menæch. Et quid de odore possis, siquid fortè olfeceris, Facere coniecturam? Virg. 3. Aene. -contactuque omnia fœdant Immũdo: tum vox tetrum dira inter odorem. Ouid. 1. Metam. Vt tamen ingratus in pectora fudit odores. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro indicio, teste Budæo: vt, Odor Dictaturæ. Cicero ad Atti. lib. 4, Res fluit ad interregnum, & est nonnullus odor Dictaturæ. Odores & aromata pro eodem accepit. Colum. lib. 12. cap. 20, Quod si non ita, vt præcipimus, permiseueris, subsident aromata, & adurentur. Et paulo pòst, Ad prædictum antem modum musti adiici debent odores, nardi folium, iris Illyrica, &c.

Odorus, a, um, pen. prod. Quod ex se odorem mittit. {ἡδυόσμος, εὐῶδες. Ital. *Che ha bono odore.* Gal. *Qui flaire bon, qui rend bonne odeur.* Hispa. *Cosa de buen olor.*} Stat. 6. Thebaid. -& odoro vulnere pinus Scinditur. Ouid. 9. Metamor. Naiades hoc pomis, & odore flore repletum Sacrarunt: diuésque meo bona Copia cornu est. ¶ Aliquãdo ponitur pro eo quod est lagax, quódque acutissimum habet odoratum. Virgil. lib. 4. Aeneid. -& odora canum vis.

Odoro, as, penult. prod. Odoratum facio. {εὐῶδες τι ποιῶ, ἀρωματίζω. Ital. *Profumare.* Gal. *Donner bonne odeur à quelque chose, la faire sentir bon.* Hispa. *Hazer buen olor, perfumar.*} Colum. libro 9. cap. 4, Qui coloret odorétque mella. hoc est odorata faciat. ¶ Odoro, pro odore repleo. Ouid. 15. Metamor. Thura super ripas, aris ex ordine factis, Parte ab vtraque sonant aëra fumis.

Odoror, aris, deponens, Odorem percipio. {ὀσφραίνομαι. Ital. *Odorare, sentir odore.* Gal. *Sentir & flairer, odorer.* Hisp. *Sauer el rastro por olor.*} Colum. lib. 6. cap. 2. Deinde nares perfricato, vt homines discant odorari id est olfacere. Plaut. Menæch. Agedum odorare hanc, quam ego habeo pallam, quid oleat? Per translationem ponitur pro eo quod est odore quodam suspicionis aliquid sentire: vt apud Ciceronem ad Attic. Cupio, antè quam Romam veniam, odorari diligentius quidnam futurum sit. Odorari sagacius, est diligenter inuestigare, & indagare. Cice. ad Attic. libro 6, Tu sagacius odorabere. Odorari, & deguitare aliquem, est callidè, & clàm explorare quid habeat animi. Cicero ad Attic. libro 4, Tu velim vt Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istum conuiuam tuum degustes. ¶ Pro eodem etiam legimus. Odorare in actiua voce. Cicer. Post reditum ab exilio, Hi voluptates omnes vestigant, & odorant.

Odoratio, onis. verbale. {ὀσφρησις. Ital. *Esso odorare.* Gal. *Flairement.* Hispa. *Aquella obra de hazer buen olor.*} Cic. 4. Tusculanarum, Et qualis est hæc auium, tales sunt oculorum, & actionum, & odorationum, & saporum voluptates.

Odorator, tis, {ὀσφραντής. Ital. *che odora bene.* Gal. *Qui flaire.* Hispa. *El que saca el rastro por olor.*} Qui odoratus sensu plurimum valet, vti sunt ex canum genere qui & Odorifequi, & Sagaces dicuntur.

Odoramen, inis, {τὸ ἄρωμα, ἡ ὀσμή. Ital. *Odoramento.* Gal. *Bonne senteur, parfum, odeur.* Hisp. *Buen olor.*} Quod odoris gratia tenemus. Macrob. lib. 1. Satur. in Præfat. Contusura videlicet omnium succos odoraminum in spiramentum vnum.

Odoramentum, ti, Pastillus, vel aliud quiduis, quod odoris gratia tenemus. {ἄρωμα, ἄρωμα. Ital. *Odoramento, odore.* Gal. *Odeur, senteur.* Hispani. *Buen olor.*} Plinius libro 21. cap. 27, Omnium odoramentorum, atque adeò herbarum differentia est in colore, & odore, & succo. Columel. lib. 11. cap. 2, Tum etiam salem atque odoramenta, quibus condire vinum consueuerunt.

Odorarius, rij, substantiuum, Qui odores conficit, venditque. {ἀρωματοπώλης. Ital. *Profumiere.* Gal. *Perfumeur.* Hisp. *Perfumero.* ¶ Odorarius, a, um, quod ad odores pertinet: vt, Odoraria myrrha Plin. libro 12. cap. 27, Pretium eius, quam odorariam vocant, ad X IIII.

Odoratus, a, um, {ἠρωμένος. Ital. *Odorato, profumato.* Gal. *Plein d'odeurs, qui sent & flaire bon.* Hisp. *Cosa de buen olor.*} Quod aliunde accepit odorem, inquit Seruius: vt, Templum odoratum. Plin. Epistо. lib. 2, Ante cryptoporticum xistus violis odoratus. Horat. 3. Carm. Ode 20, Fertur & leni recreare vento Sparsum odoratis humerum capillis. Idem 2. Sermo. Saty. 7, -prodis ex iudice Dama Turpis, odoratum caput obscurante lacerna. ¶ Interdum sumitur pro odorifero, id est quod ex se odorem habet. Plin. libro 21. cap. 4. de rosa, Quibusdam annis minus odorata prouenit, præterea magis omnibus locis siccis, quàm humidis, odoratior. Virg. lib. 3. Georg. Disce & odoratam stabulis accendere cedrum. Seruius. Odoratam pro odoriferam.

Odoratus huius odoratus, Pro olfactu. ὀσφρήσεως, ὀσφρήσεσι. Cicero 2. de Natura deorum. Eorum iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam, & spectatus.

Odorifer, ra, rum, adiectiuum, Odorem reddens. {ἡδυόσμος, εὐῶδης, εὐοσμος. Ital. *Odorifero.* Gal. *Odoriferant, qui rend bonne odeur.* Hispa. *Cosa que da buenos olores.*} Plin. lib. 12. cap. 17, Eundem & ad serpentes fugandas vrunt, in odoriferis syluis frequentissimas. Gens odorifera, Ouid. 4. Metamor. Arabia odorifera, in qua nascuntur odores, Plinius lib. 5. cap. 11.

ODRVSAE, ὄδρυσαι, Populi sunt Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11, Horum olim amplissimum fuit regnum, ab Abderis Thraciæ vrbe vsque ad Pontum Euxinum, & Istrum fluuium extensum. Vide Thucydidem lib. 2.

O ante E.

OEA, οἶα. Africæ ciuitas est, vna ex tribus quæ Tripolim illam Africanam fecerunt. Solinus, Achæi Tripolim lingua sua signant de trium vrbium numero, Oea, Taphra, Leptis magna, &c.

OEAGRVS, οἰάγρος, Nomen est patris Orphei. ¶ Est præterea hoc nomine Thraciæ quidam fluuius, à quo Hebrus initium sumit, qui ob id Oeagrius cognominatur. Virgil. 4. Georgic. Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulsum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus, &c.

OEANTHE, οἰάνθη, τὸ οἰάνθεια Stephano. Oppidum est Locrorum: apud Plinium lib. 4. cap. 3.

OEBARES, οἰόβαρης. Darij stabularius, cuius industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est. Nam quum placuisset septem Persarum Satrapis, vt postridie singulos equos certum in locum adducerent, coitúsque equus primus hinnitum edidisset, is Persarum rex declararetur, Oebares re intellecta, domini equum eodem in loco quò conuenerant, erant, equæ admisit. Quò quum postridie reduceretur, coitus desyderio rursus hinnitum edidit. Vide Herodotum libro 3. & Iustinum libro 1.

OEBALIA, οἰβάλια. Vulgò *Tarento.* Regio in Peloponneso, quæ & Laconia dicitur ab Oebalo Arguli filio, qui rex Laconum fuit. Statius lib. 1. Achil. Soluerat Oebalio classem de littore pastor Dardanus. Quod autem Virgil. lib. 4. Georg. dixit, Nanq; sub Oebaliæ memini me turribus altis, &c. ideo posuit vt ostenderet Tarentum à Laconibus fuisse conditum, quorum pars est Oebalia.

OEBALIDAE, penult. corr. οἰβαλίδαι, Dicti sunt Castor & Pollux ab Oebalia Laconiæ regione, in qua nati fuerunt. Ouid. 5. Fast. Effugere Oebalidæ currit pomere sequentes. Helena quoq; horum soror, eandem ob causam Oebalis dicta est.

OEBALVS, penult. corr. οἴβαλος, Rex Laconum, Arguli filius, à quo regio Oebalia. ¶ Alius fuit Telonis Caprearum regis, & Sebetidis nymphæ filius, qui bonam Campaniæ partem in ditionem suam redegit. Vide Seruium in Virgil. 7. Aeneidos.

OECHALIA, οἰχαλία, Vrbs Laconiæ, ab Oechaleo fluuio eã præterfluente ita dicta, sed postea ab Hercule euersa. Vnde & ea pars Laconiæ, quę vrbi huic propinqua est, Oechalia appellatur. Virgil. 8. Aene. Vt bello egregias idem disiecerit vrbes, Troiámque Oechaliámque. In hac Eurytus regnauit, qui Herculi filiã Iolam antè promissam denegauit, ideo quòd filius fuerat eum dehortatus, dicens Herculem & vxorem & filios esse interempturum. Quare illum & filios interemit, atq; Oechaliam eius vrbem euertit, teste Virgilio 8. Aeneid. Ouid. lib. 9. Metamor. Victor ab Oechalia Cenæo ritè parauit Sacra Ioni. ¶ Aliæ etiam fuerunt Oechaliæ, vt in Thessalia, & Eubœa.

Oeconomus, penult. corr. {οἰκονόμος. Ital. *Dispensiere, maestro di casa.* Gal. *Maistre d'hostel, dispensier.* Hispa. *Mayordomo.*} Tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium quæ dominus possidet, dispensator, & rei familiaris administrator est.

Oeconomia, miæ, {οἰκονομία. Ital. *Gouerno di vna famiglia.* Gal. *Gouuernement & conduitte d'vne maison.* Hispa. *La mayordomia.*} Rei domesticæ administratio. Transfertur tamen ad alia. Nam apud Quintilianum libro 1, accipitur pro dispositione, oratoribus & poëtis maximè necessaria, quæ quid, quo loco sit dicendum, ostendit. Sic enim eodem lib. cap. 8. inquit, Oeconomia quoque in his diligentior, quàm in plerisque nouorum erit. Idem lib. 3. cap. 3, Hermagoras iudicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis sunt, subiecit œconomiæ: sic Græcè appellata ex cura rerum domesticarum, & hic per abusionem posita, nomine Latino caret.

Oeconomica, orum, Quæ ad rem domesticam ac familiam pertinent. τὰ οἰκονομικά

οἰκονομικός. ¶ Vnde & Oeconomicus, Xenophontis pulcherrimus liber est, qui non gubernationem villæ, sed dispensationem vniuersæ domus (Tullio interpretante) describit. Componitur enim ex οἶκος, quæ est domus, & νόμος lex: docet enim dispensatorem domus administrandæ legem.

Oecos, οἴκου Græcè, Domus siue familiæ Latinè dicitur: à quo Oeconomus. Ea vocevtitur Plinius lib. 36. cap. 25.

Oecumenicus, οἰκουμενικός, Latinè Vniuersalis, & ad totum orbem pertinens: vnde Oecumenicum concilium dicimus. οἰκουμένη enim idem est quod orbis terrarum, terra habitabilis.

OECYRINES, Vir Argiuus qui donauit Agamemnonē thorace pulcherrimo. Home. Iliad. lib. 11.

Oedema, atis, pen. prod. οἴδημα. Est tumor præter naturam, ratus, & indolens, constans ex frigida partis intemperie cum affluxu pituitæ. Vide Galenum lib. 14. Methodi, cap. 4.

OEDIPVS, huius Oedipodis, vel Oedipi, οἰδίπους, Laij Thebanorum regis, & Iocastæ filius fuit, quem pater quum ex Apollinis oraculo futurum intellexisset vt à filio occideretur, pastori occidendum tradidit: qui misericordia commotus, quum inuitus regiæ stirpi manus inferret, neque tamen regis imperium auderet detrectare, perforatis gladio plantis, viminéque traiecto, ex arbore suspendit, futurum putans vt ita inedia moreretur. Cæterùm quum Phorbas Polybij Corinthiorum regis pastor illàc iter faceret, audito vagitu, eò accurrens, puerum seruauit, reginæque, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à qua, veluti puer cælitus missus, filij loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus, Oedipus est appellatus. Grandior deinde natu factus, quum fortè Thebas venisset, Laium, patrem suum esse ignorans, occidit, Iocastámque matrem duxit vxorem. Postea verò re cognita, tantorúmque à se sceleruin pœnam repetens, vtrunque sibi eruit oculum, Athenásque in voluntarium concessit exilium. Declinatur autem Oedipus, podis, per tertiam declinationem: vel Oedipus, Oedipi, per secundam: vt apud Plautum in Pœn. Oedipo est coniectore opus, qui Sphingi interpres fuit. ¶ Pro eodem etiam legimus Oedipodes, æ, per primā declinationē. Stat. lib. 1. Thebaid. Oedipodæ confusa domus. ¶ Dauus sum, non Oedipus, prouerbialiter dictum est à Dauo apud Terentium in Andria, quum illud vellet significare, hominem sese rudē esse, simplicémque, & ad intelligenda obscuriora ænigmata minimè idoneum. Tractum est prouerbium à callido, acutóque Oedipi ingenio, quod dissoluto Sphingis ænigmate in vulgi cessit prouerbium.

Oedipodionius, ab Oedipus deducitur. Lucan. Oedipodionias infœlix fabula Thebas.

Oedipodionides, penult. corr. Patronymicum masculinum. Stat. 1. Theb. Interea patriis olim vagus exul ab oris Oedipodionides furtim deserta pererrat Aoniæ.

Oenantharion, οἰνανθήλαιον, Vnguentum œnanthinum est teste Aegineta: qui non ob id sic nominatum putat, quòd œnanthen respiret, quum sæpe fiat sine ea, sed à vino & floribus lilij.

Oenanthe, huius œnāthes, οἰνάνθη, Flos labruscæ, hoc est vitis syluestris, non tamen cuiuslibet, (nam duæ sunt labruscæ species) sed eius tātùm quæ solum florem, non etiam vuas profert. Colligitur quum optimè olet, siccatur in vmbra substrato linteo, atque in cados conditur. Dicta quasi οἶνος ἄνθος, hoc est in vini flos. Autor Plinius lib. 12. cap. 28. ¶ Est præterea Oenanthe, herba in petris nascens, folio pastinacæ, radice magna, numerosa. Autor Plin. lib. 21. cap. 24.

Oenanthinus, a, um, penul. prod. adiectiuum. οἰνάνθινος. Quod ex œnāthe factum est: vt Oenāthinum vnguentum, quod ex œnanthe, hoc est flore labruscæ fit. Plin. lib. 13. cap. 1. 14. 16.

OENEVS, οἰνεύς, Aetoliæ rex Parthaonis filius, qui ex Althea Thestij filia Meleagrum, Tydeum, & Deianiram genuit, quam Hercules duxit vxorem: licet alij matre Tydei Eurigoēam appellent. Stat. lib. 1. Theb. Vos quæ progenies quanquam Calydonus Oeneus, &c. Fabulantur Poētæ, regem hunc de primitiis, omnibus numinibus sacrificasse, excepta Diana, quæ irata aprum immisit qui cuncta vastabat, donec à Meleagro occideretur. Hæc Seruius.

Oeneus, a, um, pen. prod. Quo vsus est Ouidius 8. Metam. & Oenetus per quatuor syllabas, quo vtitur Statius 5. Theb.

OENOANDA, οἰνόανδα, Oppidum Cabaliæ, quę Lyciæ regiuncula est, tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & Oenoandam. Autor Plinius libro 5. capite 27.

OENOCHEMA οἰνόχημα, Mons in finibus Africæ.

OENOCHONVS, Vide ONOCHONVS.

OINOMAVS, οἰνόμαος, Hippodamiæ pater, Elidis rex, & Pisæ, ex Marte & Harpina Asopi, seu, vt alij tradunt, Eurythoe Danai filia progenitus, qui quum ex oraculo se à genero interfectum iri didicisset, & illa tamen à multis procis ob formæ præstantiam ambiretur, curule certamen procis proposuit, ea lege vt filia victori in matrimonium cederet, victus mortem subiret. Tredecim igitur victis & occisis, Pelops Tantali filius amore eius captus, Myrtilum eius aurigam pretio corrupit, vt axes infirmos & fragiles currui subiungeret. Quo facto, Oenomaus vnà cum curru corruit, membrisque omnibus ea ruina collisis, mortuus est. Pelops itaque & coniuge & regno potitus, vniuersam Cherronesum de nomine suo Peloponnesum appellauit. Strabo lib. 8. ¶ Alter fuit Peloponnesius in bello Troiano ab Hectore interfectus, teste Homero.

Oenomeli, itos, οἰνόμελι, Potio ex melle & vino austero, quā Latini mulsum appellant. Rationem conficiendi vide apud Dioscoridem lib. 5.

OENOE, ēs, οἰνόη, Oppidum Græciæ, Atticam à Boeotia disterminans: cuius meminit Thucydides lib. 3.

OENONE, οἰνώνη, Nomen Nymphæ Phrygiæ, quæ Paridem adamauit. Ouidius in Epist. Quū Paris Oenone poterit spirare relicta, Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

Oenophorum, pen. corr. Vas vinarium ad ferenda vina aptum: ab οἶνος, vinum, & φέρω, porto. Martia. lib. 8, Reddidit œnophori pondera parua sui. Apuleius Metamor. lib. 8, Oenophoro quo immistum vino gerebat venenum. Iuuenalis Satyr. 6, -tandem ilia venit rubicundula totum Oenophorum sitiens.

Oenophorus, ri. οἰνοφόρος, Minister qui vinum in mensa ministrat.

OENOPIDES, οἰνωπίδης, Nomen viri Mathematici ex Chio insula, Anaxagora aliquanto minor.

Oenopola, æ, penult. prod. οἰνοπώλης. Venditor vini.

Oenopolium, lij, οἰνωπώλιον, Taberna vinaria. Plaut. in Asinaria, Quum à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio.

Oenoptæ, οἰνοπται, In Græcorum symposiis dicebātur, quorum officium erat dare operam, vt ex æquo biberetur. Vide Cælium Rhodig.

OENOTRIA, οἰνωτρία. Regio Italiæ, seu ipsa Italia, cuius populi Oenotrij dicuntur, vel Oenotri: ita appellata ἀπὸ τοῦ οἶνος, quòd optima in Italia vina nascantur: vel (vt Varro putat) ab Oenotrio Sabinorum Rege. Virgil. lib. 1. Aeneid. Oenotrij coluere viri, nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem, &c.

OENOTRIDES, οἰνωτρίδες, Dictæ sunt duæ insulæ, quæ sunt contra Veliam: Pontia scilicet, & Ischia.

OENVSSAE, οἰνοῦσσαι, Tres insulæ sunt ante Messenen Peloponnesi vrbem: quarum meminit Plinius lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Oenussa exigua insula, Chio adiacens: de qua idem. Plin. lib. 5. cap. 31.

Oesophagus, penult. corr. οἰσοφάγος, Est fistula ab ore ad ventriculum vsque protensa, & veluti via quædam cibo, potuique transmittendo destinata. Latinè Gulam vocamus, Græcè etiam στόμαχος: quanquam stomachum nonnunquàm impropriè pro ventriculo positum inuenimus.

Oestrum, œstri. } οἶστρος. Ital. *Tafano.* Gal. *Vn taban qui tourmente les bestes l'eſté.* Hispa. *La moscarda.* } Insecti genus est horrisono strepitu, quod Latini Asilum vocant, vulgus *Tabanum.* Virgil. 3. Georg. Est lucos Silati circa ilicibúsque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo Romanum est, Oestrum Graij vertère vocantes: Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis Diffugiunt armenta. Columel. lib. 9. cap. 14, scribit nasci in extremis partibus fauorum, ampliotis magnitudinis quàm sunt apes cæteræ, eósque nonnulli putant esse reges. Verùm Græcorum autores οἴστρους appellant, ab eo quòd exagitent, nec patiantur examina conquiescere. Plin. libro 11. cap. 16. Nascuntur interdum in extremis fauis apes grandiores, quæ cæteras fugant. Oestrus vocatur hoc malum. Hoc animali Iuno in pellicem suam Io immisso, eam in furorem conuertit: vnde & poētæ diuino furore correpti, œstro perciti dicuntur.

OESYME, es, οἰσύμη, Oppidum est in Thracia, siue in ea Macedoniæ parte, quæ Thraciæ proxima est, non procul à Philippis, & Neapoli. Meminit huius oppidi. Plin. lib. 4 cap. 11.

Oesypum, οἴσυπος, οἰσύπη, Dicitur pinguedo, & immundities hærens in ouium velleribus nondum purgatis. Ouid. 3. de Arte amandi, Oesypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis. Demptus ab immundæ vellere succus ouis? Dictum est autem Oesypum ab oue, quam Græci οἶν vocant: quasi οἶνος ἰσπός, id est ouium sordes. Vide Plinium libro 29 cap. 2.

OETA, ης, Mons inter Thessaliam, & Macedoniam clarus morte & sepulchro Herculis, & copia hellebori, quod optimum in eo nasci traditur. In hoc monte (vt Seruius inquit) stellæ videntur occidere, sicut de Ida nasci. A Parnasso vsque Pindum pars in Thermopylas vergens, propriè Oeta vocatur.

Oetæus, a, um, οἰταῖος, Vnde Hercules Oetæus, nomen Tragœdiæ apud Senecam.

OETOSCYROS, οἰτόσκυρος, Lingua Scythica Apollo dicebatur.

OETVS, οἶτος, Gigas ingens fuit, filius Aloei, & frater Eplialtis, qui in Creta bellum gessit, vt Sallustius refert. Vnde Oetij campi dicti sunt.

O ante F.

Offa, per duplex ff, constabat ex carne ferè porcina Lucanica, quam facere ex medioeti intestino Romanæ mulieres à Lucanis didicēre. } μάζα. Ital. *Lucanica, ſalſiccia, & offella.* Gal. *Vne piece de chair, de pain, de paſte ou autre viande eſpoiſſe ou de quelque groſſeur, comme vne soupe de pain.* Hisp. *La pulpa ò la carne sin huesſo, soppa.* } ¶ Est item Offa quodlibet carnis frustum. Vnde offam porcinam cum cauda, Offam penitam dicebant, vnde est illud Iuuenalis Satyr. 2, Et patruo similes effunderet offas. ¶ Offa etiam cibarium ex frustis panis, in iure pingui, caseo vetere, pipere & cinnamomo conditis, quæ Iussulata, & Casceata dicitur. ¶ Offa & pultem significat, & quicquid est in pultis modum redactum. Virgil. 6. Aeneid. Melle soporatam, & medicatam frugibus offam. ¶ Potest etiam fieri offa ex aliis rebus. Varro libro 3. de Re rust. cap. 5, Cibatui offas positas, hæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto. ¶ Ponitur quandoque Offa pro massa. Plin. lib. 9. cap. 48, In nostro mari offa informis colore tātùm leporis similis. ¶ Offæ, & Massæ vocabulis promiscuè vtitur Colum. lib. 12. cap. 38, Posthæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera sertæ in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram perueniat.

Offarius, rij, Coquus, qui conficit offas. μαζοπώλης.

Offatim, aduerbium, Particulatim κατὰ μέρος.

Ofella, æ, diminutiuum, teste Seruio, vnico f scribendum est, contra primitiui naturam, quòd primam syllabam corripiat. Est autem Ofella frustulum carnis. } μάζιον, ζωμίδιον. Ital. *Rotiſſcella.* Gal. *Petite ſoupe, petite carbonade.* Hispani. *Pequeña pulpa.* } Vnde Porcina ofella dicitur, particula carnis porcinæ, quam in sartagine, craticula & prunis coquimus. Vitulina à vitulo, quam ad ignem vernbus versantes, ad escam paramus. Martia. lib. 14, Parua tibi cutua craticula sudet ofella. Iuuen. Satyr. 11, -at rudis omni Tempore, & exiguæ frustis imbutus ofellæ.

Offula, læ, Aliud diminutiuum ab Offa, ζωμίδιον. Columel. scribens de salsura carnis suillæ, ait, Dein offulæ carnis spissæ componuntur, & alternis sal ingeritur.

Offectores, inquit Festus, dicuntur lanæ infectores, & propriè ii qui amissum colorem restituunt.

Offendo, dis, di, sum, ex Ob, & Fendo, quod non est in vsu: à quo fit & Defendo, significat Incurro in aliquid, siue incido. } κόπτειν τὸν προσκόμματι, κόπτεσθαι, πρόσκαιρον εἶναι. Ital. *Offendere, incontrare, urtare.* Gal. *Offenſer, offendre, rencontrer, choquer.* Hispa. *Offender ò encontrar.* } & tam de animo dicitur, quàm de corpore. Terent. in Eunucho, Aduenions offend: quen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam mei loci hinc atque ordinis hominem haud impurum. ¶Et non solùm de animatis, sed de inanimatis quoq; dicitur. Ouid.2. de Pont. Eleg.14. Ad veteres scopulos iterum diuertor, & illas. In quibus offendit naufraga puppis aquas. ¶Et quoniam qui incidunt in aliquid, lædere sæpe solent id in quo incidunt, factum est vt offendere pro lædere vsurpetur. ἀδικεῖν. Colum.lib.5. cap.9. Deinde arando ne coxam bos, aliámve partem corporis offendat. Cicero pro Cluent. Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehemẽter. ¶Et Offendere, est inuenire, sed præter opinionem. {Ital. *Ritrouare.* Gal. *Trouuer.* Hisp. *Hallar.*} Terentius Heaut. Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Cicero 2. de Rep. Sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui quum ad villam venisset, & omnia aliter offendisset, &c. ¶Offendere apud aliquem, est infœliciter agere, ita vt non probetur is qui agit: hoc est in malam opinionem incidere. Cicero pro Cluent. Quum esset nemini dubium, illum potius iudicari necesse esse qui bis apud eos iudices offendisset, quàm eum qui bis tis causam probauisset, id est damnatus esset, siue contrariam sententiam tulisset. ¶Offendere apud iudices, est condemnari, inquit Budæus. ¶Quandoque est peccare, errare. Cice. ad Varr. lib.9. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? Liuius 2. ab Vrb. Consulis enim alterius, quum nihil aliud offenderit, nomẽ inuisum ciuitati fuit. ¶Offendere absolutè posuit Cice. in Ver pro infœliciter agere, Quum (inquit) multi viri fortes in communi, incertóque periculo belli, & terra & mari offenderint.

Offensus, quandoque participium est, Idem ferè significans quod Læsus, vel in aliquam rem impactus. ξβλαβὴς, πρόσκομμα. Ital. *Offeso.* Ital. *Offensé, bleßé.* Hispa. *Offendido.* } Ouid.2. Fast. Ille iacens pronus matri dedit oscula terræ, Creditus offenso est procubuisse pede. Offensa voluntas populi, Cice.5. Tuscul.

Offensus, quandoque nomen ex participio, Pro inuiso. Suet. in Iul. Cæsare, Pompeium affectatus est, offensum Patribus, quòd Mithridate victo, &c. Cice.5. Vert. O miserum atque inuidiosum, offensúmque paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium. ¶Offensum, hoc est inuisum, inquit Budæus.

Offensior inuenitur pro irato. Suet. in Claud. Cæs. In Tribunatu Pontificibus offensior, quòd alium quàm se in patris sui locum cooptassent.

Offensa, æ, Offensio, onis, & Offensus, us, in vno significato accipiuntur. ξπεσοβολὴ, πταῖσμα. Ital. *Offensione, offesa.* Gal. *Offense, faute, chopement.* Hispa. *Offension ò tropeçadura.* } Seneca in Epistol. Per huiusmodi offensas emeciendum est confragosum hoc iter. Lucret. lib.6. Non igitur multis offensibus intremerando. ¶Offensa ferè actiuè sumitur, éstque propriè eius qui offendit. Cicero, Quum tot eius offensas pati nõ possem, discessi. ¶Offensio plerunque passiuè. Idem de Senectute, In corpore ægro odiosa est omnis offensio. id est omnis molestia & passio. ¶Offensa opponitur gratiæ. Quintil. lib.4. cap.2. Verùm hoc omittamus, ne minus gratiæ excipiendo recta, quàm offensæ, reprehendendo prauа, mereamur. ¶Esse in offensa, est offendere. ¶Offensioni esse, est molestiam afferre. ¶Offensio fitrid est molestia. ¶Offensiones belli, sunt damna. & pericula. ¶Offensiones ex morbis, sunt læsiones, & dolores.

Offensiuncula, læ, Parua offensio. ξπλαισμάτιον. Ital. *Offesa picciola.* Gal. *Petite offense, petit ennuy.* Hisp. *Offensa pequeña.* } Cicero pro Plancio, Vidit M. Pisonem in ista ædilitate offensiuncula accepta, summos à populo Romano esse honores adeptum.

Offenso, as, Identidem offendo, lædo, impinguo. προσπταίειν. Liuius lib.5. belli Pun. Flere omnes repentè & offensare capita.

Offensatio, verbale, sicut ab Occurso, Occursatio.

Offensator, oris, Qui in re quacunque sæpe excidit ab eo quod suscepit, & quod efficere contendit: siue qui offendicula incurrere solitus est. ὁ ἁμαρτησόμενος προσπταίειν εἰώθως, ὁ μὴ κατορθώσων, ὁ δυσκατόρθωτος. Ital. *Che scapuccia.* Gal. *Qui chope souuent, & trebuche.* Hispa. *El que offende ò tropeça.* } vt Offensator equus. Quintil. lib 10. cap.2. At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator fuerit, inhibebit cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidem resistit, aut potius, qui perperam legit.

Offensaculum, li, Est id quod ponitur, vt aliquis in ipsum incidat, vel impingat. πρόσκομμα.

Offendiculum, li, Impedimentum, obstaculum. } πρόσκομμα, σκόλοψ μικρός. Ital. *Ostacolo.* Gal. *Chose en quoy on se heurte & arreste.* Hisp. *El tropeço ò estorno.* } Plinius Epist. 1.8. Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circumfer oculos, & occurrent.

Offendimentum, ti, Ligaturæ nodus, quo apex retinebatur quum peruenisset ad mentum. Festus.

Offendix, Idem quod Offendimentum. Festus.

Offercio, cis, Impleo. ἐμπίμπλημι. Ital. *Empire.* Gal. *Remplir, farcir.* Hispa. *Rimchar recalcando.*

Offertus, hoc est plenus: & Offertissimus, id est plenissimus. ξμπλεὼς, ἐμπλησθείς. Ital. *Empinto.* Gal. *Rempli, & farci.* Hispa. *Hincado.* } Plaut. Asin. Maximas optumitates, gaudióque offertissimas pariet. ¶Aliquando est pinguissimus. Plaut. in Capt. Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam.

Offero, offers, Propriè exhibeo, siue præsento. ξπροσφέρω. Ital. *Offerire, dedicare.* Gal. *Offrir, presenter.* Hisp. *Offrescer.* } Terent. in Heaut. Opportunè te mihi offers. ¶Interdum est sponte do. διαπαρέχω, vt Offerre meam amicitiam cuiquam ac insinuari in cuiusquam benevolentiam cupio. ἐπιδίδωμι ἑαυτὸν εἰς φιλίαν τινός. ¶Sic Offerre vitium virgini dicimus, pro eo quod est violare, siue vim inferre. ¶Interdum immittere. ἐπιφέρω. Cice. pro Domo sua, Domus ardebat in palatio non fortuito, sed lato incendio. ¶Interdum obiicere. προφέρω. vt apud eundem in Læl. Addendum eodem est vt ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. ¶Interdum polliceri. ὑπισχνέομαι. Iustin. Quum ei auxilium obtulisset. ¶Ponitur aliquãdo pro Opponere. Cicé. ad Brutum. Romam vt veni, statim me obtuli Antonij sceleri, atq; dementiæ. ¶Offerre religionem est iniicere religionis scrupulum. Cice. ad Plancum lib.10. Recitatis literis, oblata religio Cornuto est. ¶Oblationes dicuntur, quæ diis offeruntur. ἀναθήματα. ¶Interdum inferre. Cice. lib.3. Offic. Reginæ stuprum obtulit.

Offerrumentas, per quãdam translationem Plautus dixit plagas, percussiones. & flagella, quòd ea scapulis, & tergo offerãtur, quum quis fuste cæditur. Plautus in Rud. Ni offerrumẽtas habebis plures in tergo tuo, Quàm vlla nauis longa clauos, tum ego ero mendacissimus.

Offerrumenta, Veteres dicebant oblationes, quæ diis offerebantur, autore Festo. ἀναθήματα.

Officio, cis, Ex Ob, contra, & Facio, Idem quod obsum, vel noceo. ξβλάπτω. Ital. *Nuocere.* Gal. *Nuire, empescher.* Hisp. *Empecer, dañar.* } Cice. 3. Offic. Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. ¶Officere, & obstare commodis alicuius, apud eundem pro Sexto Rosc. Herbæ officiunt frugibus, Virgil. 1. Georgi. ¶Inuenitur antiquè accusatiuo iuncium. Plautus in Trucul. Iam hercle ego te hîc affatim officiam. ¶Est etiam quando Officere, significat Inficere, vnde Offectores, colorum infectores dicuntur: propriéque ij (si Festo credimus) qui amissum lanæ colorem restituunt. ¶Officere luminibus apud Iurisperitos pro Obstruere luminibus. Vide OBSTRVO, ἐμφράττω τῇ δόψει, τὸ φῶς ἐμποδίζειν.

Officium, cij, Dicitur quod quisque efficere debet, obseruata locorum, temporum, & personarum ratione. ξτὸ καθῆκον, κατόρθωμα, πρᾶξις, τὸ πρόσφορον. Ital. *Officio, quello che ogn'vno dee fare.* Gal. *Office, deuoir.* Hispani *Officio, la obra que segun su estado cada vno deue hazer.* } Vnde in familia bene instituta, dicimus omnes in officio esse oportere, id est agere quæ debent. Cice. ad Tereo. lib.14. Tantùm scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit. Cuius contrarium est, Deserere officium, seu Discedere ab officio. ¶Dicimus Latinè, Facio officium meum, Fungor officio meo, & antiquè Officium fungor: itẽ Oben officium, Exequor officium meum, Persoluo officium alicui receptum, Præsto officium, Seruo officium, Retineo officium. Satisfacio officio, Vsurpo officium, Intermitto officium, Memini officium meum, Commoneo aliquem suum officium: vel, quod frequentius est, sui officij: quæ omnia legẽdis bonis autoribus passim inuenies. ¶Officij duxit, absoluté, pro putauit officium suum esse, dixit Suetonius in Tibe. Cæs. Et quanquam, inquit, lætus nuntio, tamen officij duxit, quantum in se esset, exorare filiæ patrem. ¶Donatus officium ab efficiendo dictum putat, quòd sit illud, quod quenque pro conditione suæ personæ facere deceat. Nonnulli etiam à verbo Officio per antiphrasin dictum putat, quòd nemini noceat, sed magis prosit. Ambro. lib.1. Offic. Legimus officium dici à nobis posse, nec ratio ipsa abhorret: quãdoquidem Officium ab efficiendo dictum putamus, quasi efficium: sed propter decorem sermonis vna immutata litera, Officium nuncupari. Vel certè vt ea agas quæ nulli officiant, prosint omnibus. Potest etiam dici & rectè, vt ab Officio, is, Officium derivetur: ita vt Ob, non contrà, sed circum significet, vt circa quod faciendum est, innitamur. Est itaque propriè Officium, congruus actus vniuscuiusque personæ, vel id in quod quisque debet incumbere, vt ipsum pro loci, temporis, & personæ qualitate reddat effectum. τὸ πρόσφορον λειτουργεῖν. ¶Et quoniam proprium hominis officium est, alteri pro viribus prodesse, & omnibus quantum in se est gratificari, & benefacere: (neque enim tam nati sumus vt nobis, quàm vt aliis aliquid vtilitatis afferamus) factum est, vt Officium accipiatur pro beneficio. Cic. de Amic. Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quem collata sunt: non commemorare qui contulit. Colum. lib.2. cap.15, Licet filicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere. hoc est, vt non modò nihil damni inferamus, verumetiam bene de illo promereamur. ¶Est etiã Officium, obsequium, vel honor. Sueto. in Cæs. Assidentem coniurati specie officij circunsteterunt. ¶Magistratus quoq; Officium dicitur, vel quia honoris gratia institutus est: vel quia opem populo fert: vel quia ius quod cuique debetur, reddit. ¶Quandoque pro alicuius artis ratione, ἰητρική, vt, Officium Grammatici, Officium medici. ¶Et quãuis Officium propriè ad virtutem pertineat: vt, Hominis officium est pietatem colere: dicimus tamen interdum, Lenonis est officium insidiari pudicitiæ, Accusatoris est officium crimina infere. ¶Est autẽ Officium duplex, teste Cicerone lib.1. Offic. alterum perfectum, quod Græci κατόρθωμα vocãt, quod & omnes numeros virtutis continet. Alterum medium, pertinẽs ad institutionem vitæ communis. Cice. libro 1. de Fini. Quod ratione actum sit, id Officium appellamus. ¶Summo officio præditus homo, is dicitur, qui est officiosissimus, vel integræ vitæ, vel qui omnino id quod decet, strenuè facit. Cice. 3. Verr. Hi rem ad virũ primarium summo officio, ac virtute præditum, &c.

Officiosus, a, um, Qui libenter, vel probè officium, seu beneficium alicui exhibet, siue qui obsequi alteri multum studet. ξφιλοπρόσφορος, εἰς χάριτας εὐκίνητος. Ital. *Officioso, gracioso, pronto à far piacere.* Gal. *Qui fait volontiers plaisir & seruice, seruiable, diligent à faire son deuoir.* Hispa. *Diligente en la amistad.* } Cice. Octauio, Hominem prudentem, & officiosum cognosces. Idem pro Plancio, Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Idem Attic. lib.13, Equidem si ex omnibus esset eligendum, nec diligẽtiorem, nec officiosiorem facilè delegissem Vestorio. Idem ad Qu. Frat. lib.1, Est ille quidem in me officiosissimus. ¶Capitur aliquãdo in malam partem, Nam quum olim Qu. Atterinus defenderet reum libertinum, cui obiiciebatur quòd patroni concubinus fuisset, hac defensione vsus esse fertur, Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Ex eo impudici & obscœni aliquandiu Officiosi vocati sunt. ¶Officiosus dolor, à Cicerone 1. Tusc. dicitur, qui ex iusta causa suscipitur, & cuius probabilis ratio reddi potest. χειρίστη λύπη.

Officiosè, aduerbiũ. ξἡμερικῶς, κατηκόως. Ital. *Seruicialmente, cortesemente, per gentilezza.* Gal. *Conuenablement, en faisant son deuoir, courtoisement, seruiablement.* Hisp. *Diligentemente assi, cortesmente.* } Cice. ad Attic. lib.15, Quæ inimico animo ferant, quum vtrique officiosè pareat. Idem de Amic. Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant: eóque magis, si aliquid habere se putant quod officiosè, amicè, & cum labore aliquo suo factum queant dicere.

Officialis, officiale, Quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat. ξτὸ πρὸς καθῆκον. Ital. *Officiale.* Gal. *De seruice.* Hisp. *Cosa pertenesciente al officio.* } Lact. lib.6, Quid M. Tullius in suis Officialibus, uónne hoc idem persuadet non esse omnino largiendum? ¶Officialis etiam ministet

nister magistratus vocatur. Apule. Sed iussit potestas officialem suum magna seueritudine coerceri.

Officina, penult. prod. Locus in quo artifices opera faciunt: ab efficiendo dicta. {ἐργαστήριον. Ital. *Bottega.* Gal. *Ouuroir, officine, boutique.* Hispa. *La tienda donde algo se hace.*} Cicer. 3. Phil. Armorum officinas in vrbe videtis. Officina dicendi, Cicer. de Clar. Orat. Extitit igitur iam senibus illis, quos paulo antè diximus, Isocrates: cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi. Idem 2. de Orat. Clarissima rhetoris officina. ¶ Hinc Officinator à Vitruuio lib. 6. pro fabro ponitur. ¶ Quum, inquit, subtiliter officinatoris probabitur exactio. Taberna verò vbi aliquid venditur, quum alibi factum sit: licet quandoque Officina pro taberna ponatur.

Offigo, gis, xi, xum, Idem ferè quod simples Figo. {διηλόω. Ital. *Ficcare.* Gal. *Ficher & attacher contre.* Hisp. *Hincar.*} Plautus in Mostel. Sed ea lege, vt offigantur bis pedes, bis brachia.

Offirmo, as. Firmum propositum in animo habeo, & quasi obstinatè in re aliqua persisto. {βεβαιόω. Ital. *Fermare, ostinarsi.* Gal. *S'obstiner, s'opiniastre.* Hisp. *Confirmarse en mala significacion.*} Terent. Heaut. Age quæso, ne tam offirmes te, Chreme.

Offlecto, Circum, vel cõtrà flecto. περιστρέφω, ἐπιστρέφω. Plautus in Asin. At ego hinc efflectam nauem.

Offoco, as, pen. prod. Aquam in fauces do ad sorbẽdum. {ἀφαυχίζω. Ital. *Gargarizare.* Gal. *Gargariser.* Hisp. *Hazer gargarismo.*} Quidam non Offoco, sed Offuco dicunt. Festus.

Offringo, is, Ex Ob, & Frango, terræ proprium est, teste, Festo, quando iterum transuerso sulco aratur. {ἀφαυλόω. Ital. *Rompere le zolle della terra.* Gal. *Defrompre, debriser, rompre ce que ya auoit esté rompu.* Hispa. *Arar al traues la arada.*} Varr. libro 1. de Re rustica cap. 32, Quum proscideris, offringi oportet: id est iterare, vt frangantur glebæ. Ibidem cap. 29, Rursum terram quum primùm arant, proscindere appellant, quum iterum, offringere dicunt, quòd prima aratione glebæ grandes solent excitari, quum iteratur, offringere dicunt. Tertiò quum arant, iacto semine, literare dicuntur.

Offucla, æ, Idem propriè est, quod fucus, quo mulieres faciei candorem inducunt, aut ruborem. {πυρόκιτρος. Ital. *Belletto.* Gal. *Fard, tromperie.* Hisp. *Engaño.*} Plautus in Mode. Neque cerussam, neq; melinum, neq; aliam vllam offuciam. ¶ Per metaphoram autem accipitur pro fallacia, vel techna. Gellius libro 14. cap. 1, Sed id præstigiarum, atque offuciarum genus, &c. Rarius inuenimus hoc nomen in singulari numero.

Offula, læ, Vide OFFA.

Offundo, dis, Circũfundo, obiicio, aspergo, {ἐπιχεόμαι, καταχέω. Ital. *Gettar d'intorno.* Gal. *Espandre quelque liqueur contre ou par dessus.* Hisp. *Derramar en derredor.*} Plaut. in Trinummo, Adimit animam mihi ægritudo. Sta fine tene me. 2. 1. Visne aquam tibi petam? c. Quum iam animam agebat, tum esse offusam oportuit. ¶ Per metaphoram etiam dicimus Offundere rei alicui caliginem, noctem, tenebras, pro eo quod est obscurare, vel obtenebrare. Cicer. pro Rosc. Erant interea qui suis vulneribus mederentur: qui tanquam si offusa Reipub. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniáque miscebant. Idem 5. Tuscul. Hic error, & hæc doctorum animis offusa caligo est.

Offusco, as, Obscuro, denigro, & quasi fuscum reddo. ἀμαυρόω, ἐπισκιάω. Ital. *Offuscare.* Gal. *Offusquer.* Hisp. *Embaçar ò descolorar.*

O ante G.

Ogdoas, adis, ὀγδὰς, Latinè, Numerus octonarius.

OGDOLAPIS, Fluuius nauigabilis, ex Alpibus fluens, & iuxta Segesticam vrbem in Saum irrumpens. Vide Strabonem lib. 4.

OGDOVS, ὄγδοος. Aegypti rex, Achoreus cognominatus, qui Memphim condidit à nomine filiæ. Autor est Diodorus Siculus.

Oggannio, nis, Occino, inculco, eadem ad fastidium repeto. {ἀνθαπτοζωμαι, ἀνθλίβω. Ital. *Cianciare.* Gal. *Glapir és oreilles de quelqu'vn, luy rompre les oreilles, & le fascher de parolles.* Hisp. *Ganir.*} Plautus in Asin. Cui nunquam vnam rem me licet semel præcipere fieri, quin senties eadem imperem, atque ogganiam. Terentius in Phorm. Habet hæc, ei quod dum viuat, vsque ad aurem ogganniat. In aurem oggannire, Apule. libro 2.

Oggero, ris, penult. corr. ἀνθίστημι. Intendere, seu iniicere. Antiquum. Plautus Trucul. Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dum illi agant.

Oggrassari, Pro Incedere vsurpauit. {ἐγκαλλωπίζομαι. Ital. *Caminare, andare.* Gal. *cheminer, aller.* Hispa. *Andar con pompa, caminar.*} Plaut. in Capt. Nisi cum pedicis didicistis oggrassari gradu.

OGYGES, penult. corr. ὠγύγης, Thebanorum rex, qui Thebas Bœotias ædificauit, circiter mille & quingentos annos ante vrbem conditam. Sub hoc rege fuit diluuium magnũ, teste Augustino de Ciuitate Dei, non illud quidem maximum, quod Noe temporibus contigisse Sacræ literæ testantur: sed tamen maius eo quod Deucalionis seculo bonam terræ partem inundauit.

Ogygius, a, um, vt Thebæ Ogygiæ. Autor carminis de Aetna, quod Virgilio à quibusdam adscribitur, Nunc iuuat Ogygiis circundata mœnia Thebis, &c.

OGYGIA, ὠγυγία, Insula inter Phœnicium & Syriacum mare, ab Ogyge Thebanorum rege, qui in ea regnauit, appellata: in qua Calypso nympha habitauit, quæ Vlyssem tempestate eò adactum hospitio & lecto excepit, ciúsque amore capta septem annos apud se detinuit, tandémque Ioue iubente eum dimisit. De qua Homerus in primo Odyss.

OGYLVS, ὤγυλος, Insula est inter Peloponnesum, & Cretam. Stephanus.

OGYRIS, ὤγυρις, Insula est ante fœlicem Arabiam, Erithrei regis monumento nobilitata. Autor Plinius libro 6. cap. 28. Rufus ex Dionysio, Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes Carmanidis, quá se pelagi procul inuehit vndis Regis Erithræi tellus, &c. ¶ Huius insulæ incolæ dicuntur Ogyritæ. ὠγυρῖται.

OINA, οἶνα. Aristotelis in libro quem περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων inscripsit, Tusciæ vrbs est munitissima, in cuius medio collis est editissimus, trigenta stadiorum, aquas & syluas in vertice habens. Hoc tamen oppidum an vnquam fuerit, viderit Aristoteles, nemo Geographorum eius meminit.

O ante H.

Oh, interiectio, {ὦ, ὦ ἄ. *Oh.*} Qua vtimur, vbi ex interuallo notos videmus, Comicis vsitata. Terent. in Adelph. Oh, qui vocare? ¶ Est etiam admirantis cum contemptu quodam. Terent. in Andr. Oh, tibi ego vt credam furcifer? ¶ Aliquando affirmantis cum certitudine quadam. Terent. in Eunuch. Oh, qui egomet produxi. ¶ Aliquando dolentis & reprehendentis. Terent. in Heaut. Oh, iniquus es, qui me tanta postules. ¶ Aliquãdo dolentis & deprehensi. Plaut. in Cas. -oh, perij, Manifestò teneor miser. ¶ Aliquando exultantis ob rem bene gestam. Plautus in Mostel. Oh probus homo sum. ¶ Oh oh, exultantis est. Plaut. in Mostel. Oh oh, ocellus es meus, tuus sum alumnus, &c. ¶ Oh oh oh oh, eiulantis est more comico. Plautus in Capt. Oh oh oh oh. 2. eiulatione haud opus est, &c.

Ohe, {ὄαλαι, *Oh.*} Interiectio exclamantis, & satietatem vsque ad fastidium designat, & iubet modum imponere. Martial. lib. 4, Ohe iam satis est, ohe libelle.

Oho, Interiectio admirantis aliquid fieri repentè. Plaut. in Pœnu. Oho amabò, quid illuc nunc properas? ¶ Aliquando est agnoscentis cum gaudio particula. Plaut. in Pseud. Oho Polymachæroplacides Purus putus est ipsus. Budæus.

OICLES, Filius fuit Antiphatis filij Melampi, & pater Amphiaraï Argini vatis. Hom. lib. 15. Odyss.

OILEVS, Αἰάλης, per tres syllabas, penul. prod. Locrorum rex fuit, & pater Aiacis, illius, quem ab eo Virgilius Oileum cognominat lib. 1. Aeneid. Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

O ante L.

OLBIA, æ, ὀλβία, Pamphyliæ oppidum iuxta Cataracten fluuium, teste Plin. lib. 2. ca. 27. Fuit & Olbia Bithyniæ vrbs in extremo Ascanij sinus sita, quæ postea Nicæa appellata fuit. ¶ Est & alia in Sarmatia Europæ, ad Borysthenem amnem, quæ & Borysthenis appellatur à Ptolemæo tabula octaua Europæ: cuius etiam Plinius meminit lib. 4. cap. 12.

OLBIAPOLIS, ὀλβιόπολις. Oppidum est Gallie Narbonensis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 10. Strabo lib. 4, Olbiam vocat.

OLBIOPOLIS, ὀλβιόπολις. Ciuitas Sarmatiæ Europæ, ad Borysthenem amnem, XVM. pass. à mari recedens. Hanc Milesij condiderunt, teste Strab. lib. 7. vnde & Miletopolis appellata est. Ptolemæus Olbiam vocat, & Borysthenidem.

OLCACHITES, ὀλκαχίτης κόλπος, Zeugitanæ regionis, hoc est Africæ propriè dictæ, sinus est: cuius meminit Ptolemæus.

Olea, æ, & Oliua, æ. Tam de fructu dicuntur, quàm de arbore. {ἐλαία, καὶ ἐλάα. Ital. *Oliua, frutto dell' olmo, oliua.* Gal. *Oliuier, ou le fruit appelé olive.* Hispa. *Oliua, arbol.*} Virgil. lib. 2. Georg. Sed truncis oleæ melius propagine vites Respondent. Idem 8. Aeglo. Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Virgil. 1. Georg. Adsis ô Tegæe fauens, oleæque, Minerua Inuentrix. Plin. lib. 15. cap. 32. Oleam si lambendo capra lingua cõtigerit, depauerit que primo germinatu, sterilescere, autor est M. Varro. Cic. 2. de Diuin. Agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat. Mares oleæ. Ouid. 4. Fastor. Vre mares oleas, tedámque herbásque Sabinas. Cicer. 3. de Natu. deor. Quid Aristæus, qui inuentor oliuæ dicitur, Apollinis filius, &c. Virgil. 2. Georg. Nunc te Bacche canam, nec nõ syluestria tecum Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ. Idem 5. Aeneid. -tres præmia primi Accipient. flauáque caput nectentur oliua. ¶ Similiter & pro fructu Olea, & Oliua dicitur, ἐλάα. Vnde Olea conditiua Varroni dicitur, quæ ad condituram asseruatur. Colum. lib. 11. cap. 2, Tum & olea distringenda est, ex qua velis viride oleum conficere.

Oleum dicimus. & Oliũ, pro pingui illo oleæ liquore. {ἔλαιον. Ital. *Oglio.* Gal. *Huille.* Hisp. *Aceyte.*} vnde & ὀθέλαιον pro oleo cum aqua commisto. Oleum ab oles, Oliuum ab oliua. Virgil. 2. Georg. -liquidi corrumpitur vsus oliui. Horat. 1. Serm. Saty. 6, -vngor oliuo. Idem 2. Sermo. Saty. 4, Quali perfundat pisces securus oliuo. Columel. lib. 6. Oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Virgil. 5. Aeneid. Cætera populea velatur fronde iuuentus, Nudatósque humeros oleo perfusa nitescit. ¶ Oleum addere camino, est malo suppeditare fomentum, ac velut alimoniam, quò magis ac magis crescat. Horat. 2. Sermo. Saty. 3, Adde poémata nunc, hoc est oleum adde camino. ¶ Oleum & operam perdere. Plaut. Pœn. Tum pol ego & oleum & operam perdidi: hoc est quicquid sumpsi seu rei seu laboris, perdidi. Vide Chiliades Erasmi. ¶ Oleo tranquillior, in hominem minimè itacũdum, lenique ingenio præditum: à natura eius liquoris, quo nihil magis leue. Plautus Pœn. -ita hãc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Est autẽ vsqueadeò tranquilla olei natura, inquit Plin. lib. 2. cap. 103. vt mare quoque rem omnium fœuissimam tranquillet: atq; ob id vrinantes aiunt oleum ore spargere, quòd mitiget elementi naturam asperam, lucémque deportet. ¶ Oleum pro simulachro pugnæ, & pro exercitatione, nõ pro vero certamine. Cicer. 1. de Orat. Nitidum quoddam genus verborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ & fori. Id est accommodatum iudicijs & concionibus. ¶ Olearum quædam dicuntur. Liciniauæ, quædam Pausiæ, quædam Sergiæ, quædam Orchites, quædam Regiæ, & quædam Radij: aliæ Algianæ, aliæ Næuiæ, aliæ Culminiæ, aliæ Citeites, aliæ Myrteæ: quas solas olearum species in suam notitiam peruenisse scribit. Colum. lib. 5. cap. 8.

Oleaceus, a, um, Quod est simile oleæ. {ἐλαῖνος. Ital. *Simile all'olmo.* Gal. *Semblable à l'olivier, ou d'olivier.* Hispani. *Semejante à aceytuno, ò de materia de aceytuno.*} vt, Folium oleaceum, Liquor oleaceus. Plin. libro 35. cap. 15, Gignitur & pingue liquorisque oleacei. Idem lib. 12. cap. 4, Alia funditur è calue maluaceo, folia oleacea habens.

Oleaginus, a, um, pen. corr. Quod ex olea arbore est, sicut Faginus à fago. {ἐλαῖνος. Ital. *D'olmo.* Gal. *D'olivier.* Hispa. *Cosa de materia de aceytuno.*} Virgil. 2. Georg. Truditur è sicco radix oleagina ligno. ¶ Dicitur etiam Oleaginum, quod est coloris olei. Plin. libro 37. cap. 5. Post eos autem cerini, ac deinde oleagini, hoc est coloris olei.

Oleagineus, a, um, Aliud adiectiuum, idem significans. Varr. libro 1. de Re rusti. Demum in oleagineis seminibus arboris videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alij Clauolas, alij Talcas appellant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Olearis, oleate, Quod ad oleum pertinet. ἐλαικός. Ital. *Ciò che s'appartiene à oglio.* Gal. *Apartenant à huille.* Hispa. *Cosa perteneciente à azeyte.* ¶ Plinius lib. 34. cap. 14, Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ æquè differant, oleo delicatior fiet acies. id est cotes quæ oleo aspergantur, qualibus vtuntur tonsores.

Oliuaris, oliuare. Idem. Seruius, Trapetis autem, & molis oliuaribus.

Olearius, a, um. Ideo tvt, Olearia cella, ἐλαιών. Colum. lib. 1, In sole siccata, & noctu refrigerata reconditur: si maior est modus, in horreo: si minor, in vasis olearijs, falsamentariisque.

Olearius, rij, Qui oleum facit, vel vēdit. ἐλαιοπώλης. Ital. *Che fa l'oglio.* Gal. *Huilier, qui fait ou vend l'huille.* Hispani. *Azeytero, molnero de azeyte.* ¶ Columella libro vlti. Peritissimi olearij vix patiuntur ad vnam iucertam opus fieri.

Oleaster, stri. ἀγριελαία Dioscoridi. Ital. *Oliua seluatica.* Gal. *Oliuier sauuage.* Hisp. *Acebuche* ¶ Olea sylvestris. Virg. 2. Georg. Indicio est tractu surgens oleaster eodem Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.

Oleastellus, li. Frutex est exiguus, & sorculosus, ramulos habens dodrantales, & folia oleæ: vnde & nomen accepit. χαμαιελαία. Columella etiam Oleam Calabricam vocat lib. 12. cap. 49, Veruntamen (inquit) præcipua in hos vsus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem Oleastellum vocant.

Oleastrense, Nigri plumbi genus. Plin. lib. 33. cap. 17.

Oleastrinum, Dicitur oleum quod ex oleastro fit, quo mobiles dentes confirmantur, teste Dioscor. lib. 1. ἔλαιον ἐκ τῶν ἀγρίων ἐλαῶν.

Oleatus, a, um, Quod est factum ex oleo, vel quod oleum admistum habet. ἐξ ἐλαίου.

Oleitas, atis, Tempus legendarum oliuarum, hoc est fructus oleæ. ὥρα τοῦ τρυγᾶν τὰς ἐλαίας σύλλογος, ἐλαίας πρόγνωσις, ἐλαιουργία. Ital. *Tempo di raccogliere le oliue.* Gal. *Le temps de cueillir les olives & en faire de l'huille.* Hisp. *La cosecha delas olivas.* ¶ Cat. de Re rust. cap. 68, Vbi vindemia, & oleitas facta erit, præla exolleto.

Oleosus, adiectiuum. Quod est plenum oleo. ἐλαιώδης. Ital. *Pieno d'oglio.* Gal. *Plein d'huille.* Hisp. *Lleno de azeyte.* ¶ Plinius libro 17. cap. 12, Semen oleosum, quod & fit ex eo, medetur oris vlceribus perunctis. ¶ Ponitur & pro pingui. Plin. lib. 38. cap. 9, Ibi quod supernatat, butyrum est oleosum natura.

Oletum, oleti: Locus oleis consitus. ἐλαιών, ἐλαιών. Ital. *Oliueto, luogo dove sono molti olmi.* Gal. *Vn lieu ou croissent oliuiers, lieu complanté d'oliuiers, oliuete.* Hisp. *Oliuar.* ¶ Cato de Re rust. cap. 1, Secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. ¶ Oletum item dicitur excrementum humanum ita dictum ab odoris fœditate. τὸ ἀνθρώπινον ζέσμα ἢ ἀνθρώπινος κόπρος. Ital. *La merda dell' huomo.* Gal. *La fiente de l'homme.* Hispa. *Estiercol de hombre.* ¶ Verannius apud Festum, Sacerdotula in sacrario Martiali fecit olerum. Persius, Saty. 1, Veto quisquam hic faxit oletum. ¶ Nonnunquā etiam accipitur pro ipso loco, in quo aluum exoneramus. Tacitus in Nerone, Gymnasium eo anno dedicatum à Nerone, præbitúmque oletum Equiti ac Senatui.

Oliuetum, ti, Locus in quo oliuæ consitæ sunt. ἐλαιών, ἐλαιοφυτεῖον. Ital. *Oliueto, dove sono piantati molti olmi.* Gal. *Vne oliuete.* Hispa. *El olmar.* ¶ Colum. lib. 1, Melius autem truncis, quàm plantis, oliuetum constituitur. Cic. de Senect. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, oliuetorúmve specie dicam? Horat. 2. Carm. Ode 15, Tum violaria, & myrtus, Et omnis copia narium Spargent oliuetis odorem Fertilibus domino priori. Maritum oliuetum. Colum. libro 3. cap. 11, Si nec hæc est, tarissimum arbustum, vel oliuetum quod non fuerit maritum, vineis destinatur.

Oliuarius, a, um, Quod ad oliuam pertinet. ἐλαϊνός. Colum. libro 12. cap. 47. Quæ ne possint oleum sorbere, tanquā oliuariæ mettetæ imbuuntur liquamine, tum demum & allecantur.

Olimina, næ. Cella oliuaria, aut olei maxima copia, Plautus in Pseud. Cuius amatores domi oliuinam habent maximam.

Oliuitas, atis, siue Oleitas, Tempus legendarum oliuarum. ἀρχὴ τοῦ τρυγᾶν ἐλαίας. Ital. *Raccolta d'oliue ò oglio.* Gal. *La saison de cueillir les olives.* Hispa. *La cosecha de azeyte ò delas azeytunas.* ¶ Colum. lib. 12. cap. 50, Media est oliuitas plerunque initium mensis Decembris: nam & ante hoc tempus oleum acerbum conficitur. ¶ Interdum ipse olei prouentus. Idem lib. 1. cap. 1, Salerna eo libro quem de agricultura scriptum reliquit, mutatum cæli statum sic colligit, quòd quæ regiones antea propter hyemis assiduam vehementiam nullam stirpem vitis, aut oleæ depositam custodire potuerint, nūc mitigato iam, & intepescente pristino frigore, largissimis olinitatibus, liberisque vindemiis exhuberent. Huc etiā pertinet illud Varronis, Tum denique quum omnis lucerna combusta est in lucubrando, oliuitásque consumpta.

Oliuifer, adiectiuum, Oliuam ferens. ἐλαιοφόρος. Ital. *Che produce & porta oliue.* Gal. *Qui porte & produit oliuiers.* Hisp. *Que tiene ò cria oliuas ò azeytunas.* ¶ Martia. libro 12, Betis oliuifera crinem redimite corona. Ouid. 3. Fast. Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis Pompilius menses ausit obesse duos.

Oliuo, as, penult. produ. Oliuarum vindemiam ago, siue oliuas colligo. ἐλαιολογῶ. Ital. *Vendemiare oliue.* Gal. *Cueillir ou vendanger les olives.* Hispa. *Hazer cosecha de azeyte.* ¶ Plin. lib. 15. cap. 3. Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit, Oleam ne stringito, néve verberato.

OLENVS, penult. cort. ὠλένος. Bœotiæ vrbs, sic dicta ab Oleno Vulcani filio. ¶ Fuit & alia vrbs in Aetolia, iuxta quam fuit aper Calydonius. Strabo libro 8.

Olenius, ὠλήνιος, possessiuum est ab Oleno: vnde Capella Olenia vocitata est, Amaltheæ capta, Iouis altrix, propterea quòd circa Oleaum Bœotiæ & nata dicatur, & nutrita. Ouid. 5. Fasto. Nascitur Oleniæ signum pluuiale Capellæ.

Oleo, les, olui, & olui, oletum, vel olitum, Odoré spiro, & emitto ὄζω. Ital. *Olire, rendere odore.* Gal. *Sentir & rendre odeur.* Hisp. *Oler echando de si olor.* ¶ & constructur frequēter cum accusatiuo, ferè cum omnibus suis compositis. In quo significationem eorum neutralem transitiuam esse deprehendere licet. Cic. 3. de Orato. Vnguentum magis laudatur quod cetam, quàm quod crocum olet. Horatius, Vina ferè dulces oluerunt manè Camœnæ. ¶ Aliquando cum ablatiuo. Ouid. Pérque locos saeros, & olentia sulphure fertur. Propertius lib. 4. Eleg. Cur nardo flammæ non oluere meæ? ¶ Aliquando sine casu. Plin. libro 21. c. p. 6, Rosa recens à longinquo olet. ¶ Est autem medium verbum: nam Bene olere, iucundè olere, & Malè olere dicimus. ¶ Inuenitur etiam Olo, olis, Plautus, Olunt ædes Arabicas. Idem in Mod. Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Est enim dactylus in tertia sede. ¶ Huius compositæ sunt, Aboleo, Adoleo, Exoleo, Inoleo, Oboleo, Peroleo, Redoleo, Subuleo, Graueolo. vnde Graueolentia, de quibus suis locis.

Oleſco, fit ab Oleo. Idque inter se differunt, quòd Oleo habet significationem naturalem transitiuam. Olesco, passiuam innatam.

Oletum, pro excremento humano, vide Oletum in OLEA.

Olidus, a, um, penult. corr. Dicitur tam illud quod bonum, quàm quod malum odorem habet. ὀσμώδης. Ital. *Che ha odore così buono come reo.* Gal. *Qui sent fort soit bin soit mal.* Hisp. *Hediondo de bueno ò mal olor.* ¶ Martia. lib. 1, Olidæque vestes murice. Horat. lib. 1. Epistо. Sed minus arcta premunt olidæ capræ.

Oleracius, a, um, vide OLVS.

OLERVS, ὄλερος, Vrbs Cretæ in edito loco sita, vltra Hierapytnam. Hinc Minerua Oleria, & Festum Olerium in eius honorem. Stephanus.

Oleum, olei, vide OLEA.

Olfacio, olfacis, olfeci, olfactum. Significat odoror. ὀσφραίνεσθαι. Ital. Ital. *Odorare.* Gal. *Flairer & sentir.* Hisp. *Oler recibiendo en si olor.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 37, Quonam modo olfaciant delphini, mirum: iidem nec olfactus vestigia habēt, quum olfaciant sagacissimē. ¶ Per translationem ponitur pro subodorari, siue præsentire. Terent. in Adelph. -an non sex totis mensibus Prius olfecissem, quàm ille quicquam operiri?

Olfacto, ctas, Frequentatiuum ab Olfacio. προσοσφρήσεσθαι. Ital. *Odorar souente.* Gal. *Flairer & sentir souuent.* Hispa. *Oler mucho, y à menudo* ¶ Plin. lib. 20. cap. 14, Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari tradit.

Olfactus, cta, ctum, participium, Quod odoratum sensu percipitur.

Olfactus, us, Facultas olfaciendi, quæ sedem habet in anterioribus ventriculis cranij. ὄσφρησις. Ital. *Sentimento col naso.* Gal. *Flairement, sentement.* Hispa. *El sentido de recebir el olor.* ¶ Plin. lib. 29. cap. 4, Basilisci, quem etiam serpentes ipsi fugiunt, alios olfactu necantem, &c.

Olfactorium rij, ὀσφρηλάτης, ὀσφραντήριον. Ital. *Cosa che si porta per fiutare, come vn maxxetto di fiori.* Gal. *Vn bouquet de fleurs, ou pume de senteurs.* Hispa. *Pomà buxeta de olor.* ¶ Florum vel odorum fasciculus, delectandis naribus, vel olfactus gratia comparatus. Plin. libro 30. cap. 11, Ex istis confessa, aut certè verisimilia ponemus sicut & lethargum olfactoriis excitari.

OLIAROS, ὀλίαρος, Insula in mari Aegæo, vna Cycladum, de qua Virg. lib. 3. Oliaron, nīueámque Paron, &c.

OLIBA, Ptolem. lib. 2. cap. 6, Hispaniæ Tarraconensis vrbs.

OLICANA, ὀλίκανα. Vrbs Britanniæ apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3.

Olidus, adiectiuum, vide OLVS.

Oligarchia, æ, ὀλιγαρχία. Status Reipublicæ paucorum constans dominatione. Vnde Oligarchici, ὀλιγαρχικοί, dicti sunt, qui paucorum dominatione gaudent.

Olim, Aduerbium temporis, non solùm præteritum tempus, sed etiam præsens, & futurum denotans. ὁτὲ μὲν ἀεὶ, ποτέ. Ital. *Altre volte, per il passato, per l'auenire.* Gal. *Iadis, le temps jadis, quelque fois.* Hisp. *En tiempo passado ò venidero.* ¶ De præsenti, Virgil. 10. Aeglo. Vestra meos olim si fistula dicat amores. De futuro, Idem 1. Aeneid. Hunc tu olim cælo spoliis Orientis onustum Accipies Quintil. lib. 10. cap. 1, Qui olim nominabuntur. De præterito exempla nusquam non occurrunt. Cicero 3. de Orat. Sic enim loquebantur. Idem Attic. lib. 1. Ante lucem inambulabam domi, vt olim candidatus. ¶ Ponitur etiam pro aliquando. Horat. lib. 1. Serm. Saty. 1, -vt pueris olim dant crustula blādi Doctores, elementa velint vt discere prima. ¶ Ponitur etiam interdum pro tandudum, vel iampridem. Plin. Epist. 162, Olim non libuit in manus, non stylum sumpsi. ¶ Aliquando etiam pro nuper. Terent. in Andr. Aliam esse censes nunc me, atq; olim, quum dabam. ¶ Ponitur interdum pro quouis tempore. Virgil. 1. Georg. Hic tibi præualidas olim multóque fluentes Sufficiet Baccho vites. ¶ Olim particulam fabulæ propriam esse, ait Donatus in illud Terent. in Eunuc. Olim fuit isti generi quæstus apud seclum prius. ¶ Olim iam, Iam longo tempore. ἀγχιπαλυ. Ital. *Già longo tempo.* Gal. *Iadis, il ya long temps.* Hisp. *Ya mucho ha.* ¶ Quintil. in Milit. Mariano, Olim iam Imperator inter fulgētes virtutes tuas liuor locum quærit.

Olitor, vide OLVS.

Oliua, vide OLEA.

OLYZON, onis, ὀλιζών, Thessaliæ oppidum, cuius meminit Homerus in Catalog.

Olitum, oliui, vide OLEA.

Olla, Genus vasis, ait Nonius. pro quo antiqui dicebāt Aula, quia nullam literam geminabant, inquit Festus. χύτρα. Ital. *La pentola.* Gal. *Vn pot de terre.* Hisp. *La olla de barro.* ¶ Inde Plauti quædam comœdia Aululatia est appellata. Plaut. Capt. Ollas, calicésque omnes confregit. Colu. lib. 8. cap. 8, Eiut pulli singuli fictilibus ollis conduntur.

Olula, æ, pen. corr. ¶ χύτρα. Ital. *Pasciola pignata de terra.* Gal. *Vn petit pot de terre.* Hisp. *Pequeña olla de barro.* ¶ Parua olla, quā & Aululam dicebant Antiqui. Varro, Lecta in secretam corbulam, inde in ollulas addatur.

Ollaris, & hoc ollare. vnde Ollares vuæ, dicuntur quæ in ollis fictilibus optimè conduntur. χυτροῖ. de quibus Columel. lib. 12. cap. 43. Martial. lib. 7, Illic & vuæ collocantur ollares.

Ollaria, riæ, Temperatura æris. Plin. lib 34. cap. 9, Nouissima est, quæ vocatur ollaria, vasis nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarij in centenas æris additis.

Olli, & Ollic, pro illi, & illic scripserunt Veteres. Festus. Virgil. 1. Aeneid. Olli subridens hominum sator, &c.

Ololygones, penult. corr. ὀλολυγόνες. Mares ranæ, quo tempore vocem mittentes, cient ad coitum fœminas. Fit à verbo ὀλολύζω, quod significat vlulo.

Olor, oloris, penult prod. Auis est notissima, quam Græci κύκνον vocant. Ital. *Cigno.* Gal. *Vn cygne.* Hisp. *El cisne.* ¶ Ouid. Epistо. 7, Ad vada Mæandri concinit albus olor. Sili. lib. 13, Cerua fuit raro terris spectata colore,

Iare. Quæ candore niuem, candore anteiret olores. Sunt qui Holor scribant prima vocali aspirata, quòd putent ita dictũ, ἀπὸ τοῦ ὅλου, ἀφηκίν, quòd sit totus pulcher. Quicquid id est, eruditorum vsus habet vt sine aspiratione scribatur.

Olorinus, a, um, pen. prod. {κύκνειος. Ital. *De cigno.* Gal. *De cygne.* Hispa. *Cosa de cisne.*} vt Color olorinus, hoc est candidus. Plin. lib. 37. cap. 10, Gasidanem Medi mittunt coloris olorini.

Olus, eris, Dicitur omnis herba satiua quæ in vsu cibario est, ab alendo, quòd oleribus alerentur homines antequam fruges repertæ essent, {λάχανον. Ital. *Ogni herba buona da mangiare.* Gal. *Herbe bonne à menger.* Hisp. *Ortaliça.*} Plautus in Cæs. Profectò hercle non fuit quicquam olerum. Varro ab Olla deducit. Nonius & Festus inter aspirata connumerant. ¶ Ponitur quandoque figuratè pro tenui & quotidiano victu. Horat. 2. Sermo. Saty. 7, -si nusquam es fortè vocatus Ad cœnam, laudas securum olus. hoc est dicis nihil esse melius quàm parcè & continenter domi viuere, nihil esse melius domestico & quotidiano victu.

Oluscŭlum, diminutiuũ. {λαχανάκιον. Ital. *Ogni herba da mangiare.* Gal. *Petites herbes bonnes à menger.* Hisp. *La ortaliça.*} Horat. 2. Serm. Saty. 6, Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo. Cice. Attic. libro 6, Lancibus & splendidissimis canistris oluscŭlis nos soles pascere. Iuue. Saty. 11, -Curius paruo quæ legerat horto, Ipse focis breuibus ponebat oluscula: quæ nunc Squalidus in magna fastidit compede fossor.

Olitor, oris, penult. corr. Qui olerum hortum exercet, qui & Hortulanus dicitur. {κηπουρός. Ital. *Hortolano.* Gal. *Iardinier, vẽdeur d'herbes bõnes à menger.* Hisp. *Hortelano de hortaliça.*} Similiter olitor, λαχανοπώλης, qui olera vendit. Columel. lib. 10. cap. 8, Ipse ferens olitor diductos pondere qualos. Cice. ad Tiro. lib. 16, Sic olitorem ipsum commouebis. Horat. 1. Epist. 19, -ad imum Traxerit, aut olitoris aget mercedo caballum.

Olitorius, a, um, Quod ad olera pertinet. {κηπουρικός. Ital. *Pertinente à herbe.* Gal. *Apartenant à herbes.* Hisp. *Pertenesciente à ortaliça.*} vt Forum olitorĭũ, vbi venduntur olera. Horti olitorij, & Ostia olitoria, hoc est ostia hortorum. Plin. lib. 19. cap. 8, Est lactucæ genus adeò lati caulis, vt ostiola olitoria ex his factitari prodiderint.

Oleraceus, adiectiuum, vt Oleraceus frutex: hoc est herba olerum modo fruticans, Nam etiam olera fruticare affirmat Theophrastus, quæ ipse δενδρολάχανα appellat, voce composita ἀπὸ τοῦ δένδρου, καὶ λαχάνου, hoc est ex arbore & olere: nos Fruticantia olera vocamus. Aut etiam Oleraceum fruticem intelligere possumus, qui oleri similis est. Plin. lib. 26. cap. 8, Eadem præstat hypericon, quam alij Chamepityn, alij Coriou appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali.

Olusatrum, vna dictio composita, Herba est quã Græci Hipposelinum, ἱπποσέλινον vocant: ita dicta à colore foliorum, quòd folia habeat subnigriora: propter quod Columella, Pullum olus appellat. Atque oleris (inquit) pulli radix. Vide Plin. lib. 19. cap. 8.

OLYMPE, es, ὀλύμπη, Vrbs Illyridis, cuius incolæ dicuntur Olympei. Autor Stephanus.

OLYMPIA, piæ, ὀλυμπία, Vrbs Elidis fuit, quinquennali ludorum celebritate, quæ & ipsa Olympia dicebãtur, toto orbi celebertima. Stephanus Olympiam eandem putat fuisse cum Pisa. Strabo autem lib. 8, videtur indicare Pisæ partẽ fuisse. Cice. 1, Tusc. Quum Olympiam venisset, in maxima illa quinquennali celebritate locorum.

Olympia, orum, τὰ ὀλύμπια, Ludi ab Hercule instituti in honorem Iouis, circa Olympiam Eleæ regionis vrbem: à qua & nomen habent. Herculem enim Augea Elidis rege superato, repurgatóque eius stabulo, in campis Olympiæ vicinis iuxta Alpheum fluuium, sacrum certamen instituit, quod quinto quoque anno, vel (vt Lycophronis interpres asserit) quinquagesimo mense celebraretur: idque eo consilio, vt in illo certamine Græciæ iuuentus sese pentathlo, siue quinquertio exerceret, cæstibus scilicet, cursu, salru, disco, & palæstra: iisque veluti meditationibus vero certamini præluderet. Huic certamini quinto die finis imponebatur: & victor (qui Olympionices vocabatur) oleastro, vel (vt Aristoteli placet) olea, quæ philostephanos dicitur, coronabatur: tantúmque ei honoris habebator, vt non per portas vrbis, sed per ruinas murorum, sublimis in curru in patriam reuecheretur. Horat. 1. Epistol. 1, Qui circum pagos, & circum compita pugnax Magna coronati contemnat Olympia. Cice. de Clar. Orat. Pugiles exercitati pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt. Idem 2. de Diuin. Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi.

Olympiacus, a, um, pen. corr. Vt Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca. Autor ad Herennium lib. 4. Quasi siquis ad Olympiacum venerit cursum, &c. Virgil. 3. Georg. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Pascit equos.

Olympionices, pen. prod. ὀλυμπιονίκης. Qui in olympiaco certamine victor euasit. νίκη quippe victoria dicitur. Aelianus de Varia histo. lib. 10, Duxit ad olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant, licere id sibi persuasit, quæ patrem & fratres treis haberet olympionicas. Cicero pro L. Flac. refert quòd apud Græcos esse olympionicen, iudicabatur propè esse maius, & gloriosius quàm Romæ triumphasse.

Olympias, adis, ὀλυμπιάς, Quinque annorum spatium, siue (vt Lycophronis interpres tradit) quinquaginta mensium: quod Romani Lustrum appellarũt: internallum scilicet interceptum inter duo Olympia. Græci enim tempora per olympiadas supputabant, ita numerantes, Olympiadis primæ, aut secundæ, aut centesimæ anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atque vt Consules, ita & in Olympiis victores itetrum & tertiùm dicimus. Plautus in Menæch. Iterum (inquit) Pythia, & tertiùm Olympia.

OLYMPIAS, Nomen mulieris proprium, quo nomine dicta fuit Alexãdri Macedonis mater: cuius frequens est mentio apud Qu. Curtium.

OLYMPIEVM, pen. prod. ὀλυμπίειον, Locus in Delo, quem quum Atheniẽses Adriani sumptu condidissent, Nouas Athenas Adrianas vocauerunt. Stephanus.

OLYMPIODORVS, penult. prod. ὀλυμπιόδωρος, Nomen proprium eius qui docuit Epaminondam cantare tibiis.

OLYMPIVS, ὀλύμπιος, Mysius tibicen & poëta Melicus & elegiarum, Marsyæ Satyri discipulus, qui citharæ legem dedit, modósque pulsandi repetit & docuit. Floruit ante bellum Troianum. Ab hoc & mons in Mysia nomen accepit. Fuit item alius iunior é Phrygia tibicen tempore Midæ regis. Suidas. ¶ Præter hos fuit & Olympius Nemesianus, qui (vt ait Vopiscus in vita Cęsarum) scripsit Halieutica, Cynegetica, Nautica. Olympius item præsul, natione Hispanus, inter Christianos commemoratur scriptores à Gennadio. Edidit librum aduersus eos qui naturæ, non arbitrio peccata nostra ascribunt. ¶ Olympius etiam hexarchorum Italiæ vous.

Olympus, pi, ὄλυμπος, Mons, cuius vertex vsqueadeò attollitur, vt summa eius accolæ cælum vocent. Propter quod Poëtæ cælum Olympum vocãt. Dictus Olympus, quasi ὅλος λαμπρός, hoc est totus fulgẽs, quia solem clarum habet, nullisque vnquam nubibus fuscatur. Lucan. lib. 2, Nubes excedit Olympus. ¶ Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altissimus inter Thessaliam & Macedoniam, qui tamen Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Mysos, ad cuius radices Prusa ab Annibale condita. Quartus, ad mare Rubrum in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido: qui oriente sole vsq; ad quintam diei horam flammas emittit. Virgil. 1. Georg. Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum.

Olympicus, a, um, ὀλυμπικός. Quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: vt, Iupiter Olympicus. Dictus est autẽ Iupiter Olympicus ab Olympo, à quo eruditus & ad virtutẽ institutus sit. Alij verò à cęlo, quẽ Olympum Græci vocãt, in quo regnare fertur. Puluis olympicus. Horat. 1. Car. Ode 1. Sunt quos curriculo puluerẽ olympicũ Collegisse iuuat.

Olympius, a, um, ὀλύμπιος, Id est cælestis, possessiuum ab Olympo.

OLYNTHVS, ὄλυνθος, Thraciæ vrbs iuxta Atticam regionem, sub Atheniensium imperio, quam quum Philippus Macedonum rex obsideret, nec tamẽ vi capere posset, eiusdem custodes auro corrupit, atque hoc modo suæ ditioni subiecit. Postea verò ab Athenienſibus deleta fertur: quanuis non desint qui à Philippo euersam tradant. Iuuen. Saty. 12, -bibetat quo calidus emptor Olynthi. Stephanus autor est Olynthum ab Herculis filio Olyntho conditum, & appellatum fuisse: quanquam non desunt qui à Chalcidensium colonia illuc missa conditum malint. ¶ Olynthi item, ὄλυνθοι, ficus paruæ, & non matureſcentes dicuntur, quas Latini Grossos appellant.

Olynthiacus, a, um, ὀλυνθιακός: vt, Olynthiacæ orationes Demosthenis, quibus Athenienses aduersus Philippum incitantur Olynthiis bellum inferentem.

Olyra, æ, ὄλυρα, Frugis genus est, quod teste Plinio, à Latinis Siligo dicitur, olim etiam à Gallis Arinca. Spicam habet semper erectam, neque rubigini obnoxiam, grano candido, læui, & multipliciter tunicato. Columella tritici vitium esse ait, & quanuis candore præstet, pondere tamen inferius esse. Idem autor est triticum omne vliginoso in loco tertia satione in olyram degenerare.

OLYRAS, ὄλυρας, Fluuius est prope Thermopylas, quem fabulantur conatum esse Herculis rogum extinguere. Strabo lib. 9.

OLYSIPPO, Plinius lib. 4. cap. 12, ὀλισίππων Ptolemæo, ὀλόησσα Straboni, Lusitaniæ vrbs, quæ nostris temporibus Vlyssbona appellatur. Vulgò *Lisbona.*

O ante M

Omasum, penult. prod. {ἐντερόμη. Aristoteli. Ital. *Budel largo, budel gentile.* Gal. *La pausse ou le gras boyau.* Hisp. *Grossura en la barriga.*} Est pinguius atque crassius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt: apud veteres in mensatũ deliciis habitum. Horat. 2. Serm. Saty. 5, -seu pingui tentus omaso. Plin. lib. 8. cap. 45, de bubus, Socium enim laboris agríque culturæ habemus. Hoc animal tantæ apud priores curæ, vt sit inter exempla damnatus à populo Romano qui concubino procaciture omasum edisse se negante, occiderit boucm, actúsque in exilium, tanquam colono suo interempto.

Ombria, ὀμβρία, Gemmæ species, quam nonnulli Notitiam vocant: quæ cum imbribus & fulminibus fertur in terrã decidere, quemadmodum Ceraunia & Brontia: eundémque cum illis effectum habet. Autor Plin. lib. vlti. cap. 10.

OMERICI, populi iuxta Illyricum, apud Herod. lib. 3.

OMARIOS, ὠμάριος, Vna & prima ex Fortunatis insulis, habens in mõtibus stagnum, & arbores ferulæ similes. Plin. lib. 6. cap. 32.

Omen, inis, Augurium quod fit ore, quasi Oremen, inquit Festus. {οἰωνός, κλήδων, φήμη, σύμβολον, οὐσιαστικόν. Ital. *Augurio.* Gal. *Bon ou mal encontre.* Hispa. *Aguero.*} Est enim futuræ rei pronuntiatio ori hominis incidens, diuino tamen furore. Cic. 1. de Diuin. Neque solùm deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum, quę vocant Omina: quæ maiores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, fœlix, fortunatúmque esset, præfabantur. ¶ Et tam de malo quàm de bono dicitur. De bono, Liu. lib. 1, Dextra Hercules data accipere se omen, impleturúmque fata, ara condita ac dicata, ait. De malo, Virgil. 2. Aene. -quod dij prius omen in ipsum Conuertant. Dicimus venustè, Accipere omen, Accipere in omen terroris, victoriæ, & similium: &, Conitcere omen in aliquem.

Ominosus, Qui omen malum portendit. δυσοίωνος. Plin. Epist. 14. lib. 3, Notabilis, atq; etiam (vt exitus docuit) ominosa res accidit. id est malum omen portendens. Gell. lib. 13. cap. 14, Montem istum excluseranr quasi auibus obscœnis ominosum.

Ominor, pen. corr. aris, Auspicor, omen capio. {φημίζω, οἰωνοσκολέω. Ital. *Pigliar augurio.* Gal. *Predire ou pronostiquer bien ou mal encontre.* Hisp. *Tomar aguero, agorar de mala palabra.*} Plin. lib. 18. cap. 2, Cur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem faustum ominamur? ὀφημεῖν. Curtius, In illo periculo Macedones ominati esse videbantur. Hinc Abominor, de quo suprà.

Omino, as, Antiqui dicebant. Pomponius, Ita fit & tibi bene, qui rectè ominas.

Ominator, oris, verbale. {οἰωνιστής. Ital. *Chi predice buona ventura ò trista.* Gal. *Diseur ou pronostiqueur de bon ou mal encontre.* Hispa. *El que toma agueros.*} Qui omen capit, vel qui præest ominibus capiendis. Plautus in Amphitr. Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.

Omentum, ti, Membrana tenuis & pinguis, qua integũtur ventris inferioris

Universidad de Deusto
Biblioteca

rioris partes. {ἐπίπλοον. Ital. *La rete di grasso che cuopre il ventre.* Gal. *Vne peau grasse qui couure les intestins, la coeffe.* Hispa. *El redaño de las tripas.*} Persius Satyr.2. Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquescant. Constat autem omentum ex duabus tunicis à peritonæo ortis, densis & subtilibus, sibiipsis incumbentibus, quamplurimis verò arteriis & venis, & pinguedine non pauca, vt ventriculum, cuius fundo insidet, & veluti ἐπίπλοϊ, id est supernatat, (vnde & à Græcis nomen accepit) foueat, innatúmque calorem per inediam tueatur. Longissimè protenditur in omnia intestina, vt eorum concoctiones, quæ imbecilles sunt, adiuuet. Homini inter animantia longè maximum est, vt quod ad ipsum vsque os pubis extendatur. Autor Galen. lib. 4. de Vsu part. & 6. Anat. administr. Macrobius κρόκην χειτικὴν Omentum posuit pro membranis cerebrum ambientibus, quas Græci μήνιγγας vocant. Cerebrum (inquit) quod tactu sui hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non suo sensu, sed vestitus sui, id est omenti, hunc importat dolorem.

Omentatus, ta, tum, Quod est pingui omento factum. ἐπιπλώδης. Apicius, Isitia omentata, pulpiam concisam teras.

Omitto, tis, & Ob & Mitto, abiecto b, rem aliquam penitus dimittere, relinquere, ac præterire. {ἀνιέναι, παραλιπεῖν. Ital. *Lasciar da canto, lasciare.* Gal. *Omettre, laisser, delaisser.* Hispa. *Dexar de hazer.*} Remittere verò ex summa contentione & labore nonnihil relaxare. Intermittere autem, ad tempus dimittere. Terent. in Adelph. Nunc si hoc omittam, actum agam. Horat. lib. 1 Epistol. 1, Quod petiit, spernit: repetit quod nuper omisit. Hæc tamen differentia non est perpetua. Legitur enim Omittere etiam pro Intermittere, & in aliud tempus differre. Idem de Arte, Plerâque differat, & præsens in tempus omittat.

Omissus, a, um, participium. {παραλελειμμένος, ἀφειδῶς. Ital. *Lasciato da banda,* Gal. *Laissé.* Hispa. *Dexado.*} quod etiam migrat in nomen: Accipitur pro negligente, languido, ac remisso. Terent. in Heaut. Vbi te vidi animo esse omisso. Huic contrarium est Attentus, προσεκτικός, vt apud eundem, Attentiores ad rem simus omnes.

Omissior ab re, Dicitur qui lucrum negligit, neque solicitus est de acquirendis diuitiis. Terent. in Adelph. At enim metuas, ne ab re sint tamen Omissiores paulò.

Omnis, & hoc Omne, {πᾶς. Ital. *ogni uno, ciascuno.* Gal. *Tout.* Hispa. *Todo.*} Distributiua dictio, eandem vim habet in singulari, quam in plurali. Omnis enim homo, significat idem quod Omnes homines. Cicero pro Rosc. Am. Nõ autem frugem, neq; arborem, in omni agro repetire posses. Plin. lib. 12 cap. 3. de malo Assyria, Arbor ipsa omnibus hortis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescẽtibus, aliis verò subnascentibus. ¶ Omne genus, & Omnis generis, pro eodem. Varr. de Re rust. cap. 29, Seminatia omne genus vt serantur. Liu. 7. bell. Puni. Merita inde sua in duces Carthaginenses commemorauit: auaritiam contrà eorum, superbiámque, & omnis generis iniurias in se, atq; populares. ¶ Omnis, cum genituo. Liui. 1. belli Macedo. Macedonum ferè omnibus, & quibusdam Andriorum, vt manerent, persuasit. ¶ Differt tamen Omnis à Totο, quòd Omnis ad numerum refertur, Totus ad quantitatem. Totum dicimus corpus aliquod integrum: vt, Tota domus: Omnis, de voluetis numero distinctis: vt, Omnis grex. Confunduntur tamen plerunque. Cicero pro Quintio, Vsque dum inueniretur, qua ratione res ab vsitata ratione recederet, & in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. id est tota.

Omnino, aduerbium, significat Prorsus. {παντελῶς, παντάπασιν, πάνυ. Ital. *Al tutto.* Gal. *Totalement, entierement.* Hisp. *De todo punto.*} Vnde apud Iureconf. Omnino recessisse dicitur is, qui recessit animo permutandi domicilium. ¶ Ponitur aliquando pro Etiam. Cice. ad Nigidium lib. 4. Perfecerátque fortuna, nequid tale scribere possem, aut omnino cogitare. Idem pro Quintio, Mihi perdifficile esse diceham, nõ modò tantam pecuniam perorare, sed omnino verbum facere conari. id est sed etiam. ¶ Accipitur etiam omnino aliquando pro tantummodo. Cicero pro Cluent. Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum absoluerent.

Omnifariam, aduerbium, Id est Omnibus modis, siue omnis generis. {παντοίως. Ital. *A ogni guisa.* Gal. *En toutes manieres.* Hispa. *En todas maneras.*} Gell. lib. 12. cap. 13, Quum verò omnes terras omnifariam, & vndique versum circumfluat, nihil citra eum est.

Omnifarius, Dicitur, sicut Plurifarius: quo Suetonius vtitur: quod etiam Erasmus annotauit. παντοῖος.

Omnifer, ra, rum, Omnia ferens. {παντοφόρος. Ital. *Che produce ogni cosa.* Gal. *Portant toutes choses.* Hispa. *El que trae todas cosas.*} Ouid. 2. Metam. Sustulit omniferos collo tenus arida vultus.

Omnigenus, a, um, penult. corr. Ex omni genere. {παντοῖος, παντοῖος. Ital. *Di ogni sorte.* Gal. *De toutes sortes.* Gal. *De todos generos y todas maneras.*} Virg. lib. 8. Aene. Omnigenúmque Deũm monstra, & latrator Anubis. Lucre. lib. 2, E quibus omnigenos gignunt, variántque colores.

Omnimodus, a, um, penult. corr. Omnium modorum. {παντοῖος τρόπον. Ital. *Vario, d'ogni maniera* Gal. *De toutes manieres.* Hisp. *Cosa de todas maneras.*

Omnimodè, aduerbium. {παντελῶς. Ital. *Totalmente.* Gal. *Totalement.* Hispa. *De todo punto.*} Lucret. libro 2, Omnimodè expertus fueris, quam quisque det ordo.

Omnimodis, aduerbialiter, Id est Omnibus modis. Lucret. lib. 1, Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est Omnia. Idem lib. 3, Si non omnimodis, at magna parte animai Priuatus.

Omniparens, penult. corr. Qui omnia genuit. {παντογενέτωρ. Ital. *Che genera tutto.* Gal. *Qui engendre toutes choses.* Hispa. *Lo que pare todas cosas.*} Virgil. 6. Aeneid. Nécnon & Tyrion terræ omniparentis alumnam Cernere erat. Sic Lucret. lib. 5.

Omnipotens, tis, penult. corr. Omnia potens. {παντοκράτωρ. Ital. *Onnipotente.* Gal. *Tout-puissant.* Hispani. *Cosa toda poderosa.*} Plaut. in Pœn. Dij immortales, omnipotens, quid apud vos est pulchrius? Virgil. 1. Aeneid. Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. Idem 8. Aene. Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum His posuere locis. Hinc Omnipotentia, rerum omnium facultas. παντοδυναμία.

Omnitenens, pen. corr. Qui omnia complectitur. παντοκράτωρ.

Omniuagus, a, um, pen. corr. Per omnia vagans. {πανταχοῦπλανής. Ital. *Vagabondo per tutto.* Gal. *Vagant ou vagabond par tout.* Hisp. *Que vaga por todas partes.*} Cicer. 2. de Natu. deor. Quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando, sed quòd in septem numeratur tanquam vagantibus.

Omnivalens, pen. corr. Omnia valens. παντοδυναμῶν.

Omniuolus, a, um, Omnia volens, vel omnia cupiens: quod epitheton à Catullo Ioui tribuitur, quem Poëtæ finxerunt in amoribus admodum inconstantem, omniúmque ferè formosarum cõcubitus appetentem. Sic enim scribit ad Mallium, Sæpe etiam Iuno maxima cælicolûm Coniugis in culpa flagrauit quotidiana, Noscens omniuoli plurima furta Iouis.

Omniuorus, a dilectiuũ, Qui nullo discrimine quibuslibet vescitur. {παμφάγος. Ital. *Che mangia d'ogni cosa.* Gal. *Qui mange & deuore tout.* Hispa. *comilon de todas cosas.*} Plin. lib. 25. cap. 8, Bibunt autem lac vaccinum, quoniam boues omniuoræ sunt in herbis.

Omoplatæ, ὠμοπλάται. Sunt duo ossa lata, vtrinque à ceruice ad scapulas tendentia, quæ à Latinis Scoptula operta vocantur. Autor Celsus lib. 8. cap. 1.

Omophagi, ὠμοφάγοι, pen. prod. Qui cruda carne vescuntur, quales perhibentur esse Aetoli, vt ait Thucydides.

Omphacium, omphacij, ὀμφάκιον Dioscoridi, Succus est vuæ acerbæ, nondúmque maturæ, ἀπὸ ὄμφακος, hoc est ab vua acerba ducto nomine. {Ital. *Agresta.* Gal. *Ou verjus.* Hisp. *zumo de agraz.*} Plin. in Ptole. lib 23. Omphacium qua fieret ratione, incipientis vuæ pubertate, in vnguentis docuimus. Dioscor. lib. 4. cap. 8, docet Omphacium esse succum vuæ acerbæ nondum maturescentis, è Thasia, aut Amminea vite.

Omphacinus, a, um, penult. corr. {ὀμφάκινος. Ital. *Cosa fatta d'agresta.* Gal. *Chose faitte de verjus.* Hisp. *Cosa de fruto no maduro.*} Quod ex omphace hoc est ex vua acerba conficitur: vt, Oleum omphacinum, ἔλαιον ὀμφάκινον, quod duobus modis fieri posse ostendit. Plin. libro 12. cap. 27, Altero modo ex olea adhuc alba, aut certè iam colorem mutare incipiente, quam Drupam vocat: altero ex vite Pythia, aut Amminea, quum sint acini ciceris magnitudine.

Omphalocarpon, ὀμφαλόκαρπον Dioscoridi, Herba est quã alij Ampelocarpon, alij philanthropon appellant, quòd semẽ gignat hamatum, quod vestibus adhærescens, hominum amore teneri videtur. Omphalocarpon autem idcircò appellatum est, (vt non obscurè innuit Dioscor. lib. 3. cap. 103.) quod semen eius rotunditate quadam vmbilici speciem videatur referre. Apud Plin. lib. 27. cap. 5, Omphacocarpon legitur: facit tamen ratio etymologiæ, quam modò adduximus, vt Omphalocarpon restituendum putemus. Vide Marcellum Virgilium in locum Dioscoridis paulo antè citatum, & Hermolaum in Plinium.

OMPHALE, es ὀμφάλη, Nomẽ proprium reginæ Lydiæ, quæ Herculem multis muneribus ornauit, quòd anguem iuxta Sagarim fluuium multos homines interficientẽ interemisset. Hæc, vt tradit Donatus in Terentium, ipsum Herculem sibi seruientem etiam ad lanificium compulit, quum ipsa calathum & colum, cultúsque fœmineos, sagittis & clauа, leonísque tegmine mutasset. Alij dicunt, quòd ob Iphiti Eutyti regis filij cædem, à Mercurio iussu Iouis Omphalæ Lydorum reginæ fuerit in seruitutem venditus: & inde esse quòd illi seruisse, & calathos subministrasse dicatur.

O ante N

Onæ, ὄναι, Ficus sunt prædulces, quæ Tarenti tantùm nascuntur: sic dictæ, quòd propter bonitatem iure emi mereantur. ὠνὴ enim Græcè dicitur emptio, à verbo ὠνέομαι, id est emo. Apud Plinium lib. 15. cap. 17, & legitur Omæ.

Onager, gri. {ὄναγρος. Ital. *Asino seluatico* Gal. *Asne sauuage.* Hispani. *Asno syluestre.*} pen. corr. Asinus agrestis. Componitur enim ex ὄνος asinus, & ἄγριος syluester. Nam in ος Græca desinentia, quum ad Latinam transeunt declinationem, mutant ος in er, ἀνήκεστος, Alexander. ὄναγρος, onager. Varro 2. de Re rusti. cap. 6, Asinorum duo sunt genera. Vnum ferum, quos vocant Onagros: in Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetum, vt sunt in Italia omnes. ¶ Legitur aliquando etiam nominatiuus Onagrus. Ibidem, Ad seminationes onagrus idoneus, quòd è fero fit mansuetus facilè, ex mansueto ferus nunquam. Cice. ad Attic. lib. 6, Erat præterea cynocephalus in essedo, nec deerant onagri. Alber. lib. de Animalibus scribit medullam onagri curare podagram, si ea inungatur: & eius stercus siccatum, & cum vino bibitum, valere contra scorpionis punctura.

ONCHESTVS, ὄγχηστος, Filius fuit Neptuni, qui Onchestum ciuitatem Mycalesso promontorio, propinquam condidit, déque suo nomine appellauit.

ONCHESTVS, ὀγχηστός, Bœotiæ vrbs est, non procul à lacu Copaïde, vbi Amphyctionum concilium cogi solet, teste Strabo. lib. 9, Condita putatur ab Onchesto heroë, Neptuni filio, & ab eo nomen accepisse.

ONESICRITVS, penultima corr. ὀνησίκριτος, Philosophus & historicus Aeginensis: vt autem Demetrio Magnesio placet, Altypalæus fuit, è Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur. Vt enim hic cum Cyro, ita ille cum Alexandro militauit. Xenophon Cyri Pædiam, Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter & vterque principis sui persequitur laudes: stylos insuper vtriusque similimus. Autor Diogenes Laërtius. Fuit etiam medicus.

ONESIMVS, ὀνήσιμος, Cyprius, seu Spartiata, tempore Constantini magni scripsit de Rhetorica. De statuum differentia, Præexercitationes, Declamationes, & alia. Suidas.

Onisцus, ci, {ὀνίσκος. Ital. *Verme di molti piedi.* Gal. *Vne cloporte ou vne chenille.* Hispa. *Gallina ciega.*} Animal pilosum è vermibus terræ, arcuatim repens, & tactu contrahens se. Latini Millepedam, Centipedam, & Multipedam appellant. Quanquam hæ appellationes generaliores sunt, quàm onisci: vt etiam ad scolopendram extendantur, quæ arcuatim non serpit, multóque minor est onisco, sed pernicotior. Vide Plin. lib. 29. cap. vltimo.

ONOBA, æ ὄνοβα, Ciuitas inter Sacrum promontorium, & Herculeas columnas, in Bætica regione. Autor Plin. lib 3 cap. 1, & Pompo. lib. 3.

ONOBALISTVRIA, ὀνοβαλιστουρία, Vulgò *Gibraleon*, Hispaniæ Bæticæ oppidum

oppidum est, teste Ptolem. lib. 2. cap. 4, in tractu Tudertanorum: idem cum eo quod Plinius & Pomponius Onobam vocant.

Onobatis, ὀνοβάτης. Apud Cumanos dicebatur, mulier in adulterio deprehensa, teste Plutarcho: qui refert Cumanis in more fuisse, vt quum aliqua in adulterio deprehenderetur, in forum deductam, & saxo impositam, spectandam omnibus proponerent: deinde asino impositam per vrbem perueherent: eáque infamia notatam Onobatin appellabant.

Onocentaurus, ὀνοκένταυρος. Animal monstruosum, quod à parte superiori, hominis speciem habet: à parte inferiori, asini præfert imaginé: quemadmodum & Hippocentauros finxit antiquitas, superiori parte hominem, reliqua equum referentes. Onocentaurorum mentio est in Sacris literis apud Iesaiam.

Onochelos, penult. prod. ὀνόχηλος. Latinè sonat Labrum asini. Genus herbæ paruo frutice, flore purpureo, asperis foliis & ramis, radice messibus sanguinea, cæterò nigra, in locis fabulosis nascens. Hæc à Plinio lib. 22. cap. 21, numeratur inter species auchusæ.

ONOCHONVS. Thessaliæ fluuius vnus ex iis quos Xerxianus exercitus traditur ebibisse. Autor Herod. lib. 4.

Onocrotalus, penul. corr. ὀνοκρόταλος. Auis est cygno similis, dicta quòd collum in aqua mergens, spirànsque, veluti ruditum asini edat. ὄνος, Asinus, κρόταλος, Crepitus. Plin. lib. 10. cap. 47. Olorum similitudinem onocrotali habent.

Onomatopœia, ὀνοματοποιία, cum œ diphthongo in antepenultima, Id est nominis fictio: vt Balatus ouium, Mugitus boum. Dicta Onomatopœia, quasi ὄνομα ποιοῦσα. A quibusdam Nominatio dicitur, quarei, cui nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, ipsi nomen effingimus, aut imitationis, aut significationis gratia. Inde sunt Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare.

Ononis, pen. prod. Quæ à Dioscoride, ἄνωνις appellatur, herba est spinosa post Ver, folio rutæ, aculeatis ramis, vt tribulus. Gaudet culto solo, præcipuéque in segetibus prouenit, aratro inimica: vnde & *Restia boum* vulgò appellatur, quòd in opere boues sæpe sistat.

ONTHYRION, ὀνθύριον. Oppidum est Thessaliæ iuxta Arnen, cuius incolæ Onthyriei appellantur. Stephanus.

ONVPHIS, ὄνουφις, Vrbs celebris Aegypti: à qua vicina præfecturæ Onuphitis appellatur: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Onus, oneris, Pondus, sarcina. ξ φόρτος, φορτίον, ἄχθος. Ital. *Peso, carico*. Gal. *charge, fardeau, faix*. Hisp. *La carga, ò el peso*. ξ Cicero pro lege Manil. Insula Delos, quò omnes vndiq; cum mercibus atq; oneribus commeant. Ouid. 7. Metam. Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo Grãde onus exiguo formicas ore gerentes. ¶ Ponitur aliquando pro molestia. Liu. 3. bel. Pun. Exercitum se non in agrum Hirpinũ, Samnitémve, ne & ipse oneri esset, sed in proxima loca sociorum Populi Romani adducturum, &c. ¶ Aliquando pro Munere, prouincia, siue partibus, & officio. Cice. 6. Verr. Cur ego tuas partes suscipio? cur tuũ onus sustineo? ¶ Videtur ratio exigere vt aspiretur: quum Varro dicat, Onos ab honesto onere: & Honestus, quòd onus sustineat Reipublicæ Quum autem Honor, & Honoro, aspirationem habeant, & ab honore deducantur, videtur etiã Onus aspirandum, vt quod in derivatiuis seruatur, in primitiuis seruari debeat: verùm vsus hodiernus refragatur. ¶ His autem verbis in oratione pulchrè adhærere solet, Abiicere onus, Alleuare onus. Cice. pro Rosc. Amer. Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero. ¶ Deponere onus. Cicero pro Sylla. Ita se gessit in tribunatu, vt onere deposito domestici officij, nihil postea nisi de Reipublicæ commodis cogitarit. ¶ Habere onus. Cice. 5. Verr. Ego plus oneris habeo quàm qui cæteros accusarunt. ¶ Imponere onus. Cic. ad Ther. Nunc quum mihi ab amico officiosissimo tantum onetis imponitur: ego quoque tibi imponam pro tuis in me summis officiis: ita tamen, vt, &c. ¶ Opprimi onere, Premi onere, Suscipere onus, Sustinere onus, & Tollere onus. Testimonia sunt inuentu facilia.

Onerosus, a, um, Quod est oneri, siue quod onerat, & grauat. ξ φορτικός. Ital. *Graue, ponderoso*. Gal. *Poisant, chargeant*. Hispani. *Graue, molesto, pesado*. ξ Plin. lib. 22. cap. 25, Vomitiones mouet, aluum purgat, capiti & stomacho onerosum. id est graue & ponderosum. Virgil. 9. Aeneid. Euryalum tenebræ ramorum, onerosáque præda Impediunt. id est magni ponderis præda. Ouid. 1. Metam. Imminet his aër, qui quanto est pondere terræ, Pondere aquæ leuior, tanto est onerosior igne.

Onero, as, Onus impono. ξ ἐπιφορτίζω, ἐπιτιθέω, ἐπιτίθημι. Ital. *Caricare*. Gal. *Charger, grener*. Hispa. *Cargar de algun peso*. ξ Virgil. 1. Aeneid. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Terent. in Phorm. Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio Virgil. 1. Georg. Sæpe oleo tardi costas agitator asselli Vilibus aut onerat pomis. ¶ Transfertur etiam ad animum: vt, Onerasti me curis: id est implesti. Sic Onerare lætitia, amœnitate, Onerare maledictis, iniuriis: id est iniuriis afficere. Onerare pugnis, pro pugnos incutere. Onerare laudibus, vehementer laudare. Onerare promissis, Onerare mendaciis, Onerare rationes, id est dispẽdiosum esse. Onerare præceptis est mandata dare. Onerare populum, est populo nimiis exactionibus grauem esse. ¶ Huius verbi compositum, & contrarium est Exonero, ἀπαφορτίζω, ἀποκουφίζω. de quo vide suo loco.

Oneratus, & Onustus, Quæ id significant cui impositũ est onus: vt Onusta frumento nauis. Cice. 3. Offic. ξ πεφορτισμένος, ἐμφορτος. Ital. *Caricato*. Gal. *Chargé*. Hispa. *Cargado*. ξ Terent. in Heaut. Ancillas secum adduxit plus decem Oneratas veste, atque auro. ¶ Accipiuntur aliquando pro Pleno. Plaut. in Sticho, Itaque onustum pectus porto lætitia, lubentiáque. Idem in Aulul. cum genitiuo, Aulam onustam auri. Liu. 4. bel. Maced. Partim donis, partim spe præmiorum oneratus.

Onerarius, a, um, Quod oneratur, vel onerari potest. ξ φορτικός. Ital. *Da carico*. Gal. *Apartenant à charge, ou qui peut estre chargé*. Hisp. *Cosa pertenesciente à carga, ò que puede ser cargada*. ξ Vnde Naues onerariæ, quæ à gestandis oneribus dictæ sunt, naues sunt magnæ, & capaces, ob quæ id reliquis tardiores: contrà Actuariæ, vt minores sunt, ita & celeritate, agilitatéque onerariis præstant: vnde & nomen habent, ab agendi scilicet facilitate. Cice. 3. Verr. Eáque in onerariam nauem suam conficienda curauit. Plin. Epist. 173, Sæpe minores maioribus, velut cymbulis onerariis, adhærescunt.

Onychipuncta, Gemma est ex iaspidum generibus, quæ & Iasponyx, ἰασπόνυξ dicitur, nimeo colore, runlis punctis stellata: vnde & nomen accepisse videtur. Vide Plin. lib. 37. cap. 9.

ONYTES, æ, ὀνύτης. Nomen proprium Thebani cuiusdam, qui Aeneam secutus, à Turno fuit interfectus. Virg. 12. Aeneid. Ille Talon, Tanaimque neci, fortémque Cethegum, Tres vno congressu, & mœstum mittit Onyten. Nomen Echionium, matrisque genus Pentheæ.

Onyx, ychis, ὄνυξ, masculini, vel fœmi. gene. Frequentius tamen masculini, gemmæ cuiusdam species est, humani vnguis candorem referentis, interuenientibus venis quibusdam fuscæ & iaspidis colorem imitantibus. Vide Plin. lib. 37. cap. 5. ¶ Est etiam Onyx marmoris genus, quod à nonnullis Onychites, ab aliis etiam Alabastrites appellatur, in montibus Arabiæ præcipuè nascens: postea etiam in Germania inuentum: quod ad potoria & vnguentaria vasa primùm cœpit excauari: postea etiam lectorum pedes, & sellæ, & solidæ etiam columnæ ex eo fieri cœptæ. Autor est idem Plin. lib. 36. cap. 7. & 8. Ex hoc marmoris genere olim etiam pretiosissima fiebant pauimenta: quod non obscure monet Martia. lib. 3, quum ait, Calcatúsque tuo sub pede lucet onyx. Figuratè etiam inuenitur Onyx accipi pro vasculo vnguentario ex hoc marmore excauato. Idem lib. 7, Vnguentum fuerat quod onyx modo parua gerebat. ¶ Apud Græcos ὄνυξ propriè Vnguem significat: à cuius similitudine hoc marmoris genus, & ipsa etiam gemma nomen accepetũt, quòd scilicet humanis vnguis colorem referant. ¶ Onyx item medicis, oculi affectus est, quum pus sub cornea tunica colligitur ad similitudinem vnguis: vnde & nomen accepit. Latini etiam vnguem appellant: quod tamen nomen etiam alteri oculi affectui tribuitur à Celso, quem πτερύγιον vocant Græci: quũ scilicet in adnata membrana quiddam excrescit, à maiori angulo vt plurimum ortum, ad oculi coronam ita procedens vt quandoque pupillam operiat.

Onychinus, a, um, penult. corr. ὀνύχινος. Quod ad onychen pertinet, vel quod ex onyche confectum est. vt, Onychina vasa, Onychina pyxis, vocat Plinius libro 15. cap. 15, quæ vnguis colorem referunt. Item Onychina pruna apud Columel. lib. 12. cap. 10, quæ vnguis formam & similitudinem habent.

O ante O, & P,

Oonæ, ὄωναι. Insulæ in Oceano Septentrionali, in quibus (vt Plinius refert lib. 4 cap. 13,) ouis auium, & auenis incolæ viuunt.

OOPELLVM Britanniæ insulæ vrbs. Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vxellum aliis dicta, hodie Cestria.

Opacus, a, um, penult. prod. Quod est vmbrosum, ab operiendo. ξ σκοτεινός, ἀνήλιος, ἀνηλιώδης. Ital. *Ombroso*. Gal. *Ombrageux, obscur*. Hispa. *Obscuro ò sombrio*. ξ Virgil. 1. Aegloga. -hic inter flumina nota, Et fontes sacros frigus captabis opacum. Cice. de Part. In locis autem & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari: plani, an montuosi: læues, an asperi: salubres, an pestilentes: opaci, an aprici, &c. Ouid. 2. Fast. Aluetis in limo syluis appulsus opacis.

Opaco, cas, penult. prod. Obumbro, cooperio, obscuro. ξ σκοτόω. Ital. *Adombrare*. Gal. *Ombrager*. Hispa. *Hazer obscuridad ò sombra*. ξ Virgil. lib. 1. Georg. Nunc altæ frondes & rami matris opacant. Columel. libro 5. cap. 5, Quum plerunque dicti sydera tempore quædam partes eius regionis sic infestentur Euro, vt nisi teguminibus vites opacentur, veluti halitu flammeo fructus vratur. Cicero 2. de Natu. deor. de Sole, Vt quum terras larga luce compleuerit, eosdem modò his modò illis partibus opacet.

Opacitas, citatis. ξ σκότος. Ital. *Ombreggiamento*. Gal. *Ombragement, obscurité*. Hisp. *Aquella obscuridad ò sombra*. ξ Colum. lib. 8. cap. 17, Plusque nocet putris vnda, quàm prodest opacitas.

Opalus, ὄπαλος. Gema est in India tantùm nascens, colore quidem candida, ita tamẽ vt in ea vario modo & carbunculi tenuior ignis, & amethysti fulgens purpura, & smaragdi virens mare, incredibili pariter mistura transluceant: vnde & inter gemmas pæderotas, hoc est à pueris in deliciis habitas, numeratur à Plin. lib. 37. cap. 6.

Opalia, ὀπάλια. Festa erant Opi deæ, quæ Saturni vxor putabatur, dicata: quæ mense Decembri, paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur. Plin. lib. 19. cap. 6, Sunt qui allium & vlpicum inter Opalia & Saturnalia aptissimè seri putent.

Opera, ræ, Actio est, & labor, & industria operantis, seu operatio. ξ ἐργασία, ἔργον. Ital. *Opera, fatica, industria*. Gal. *Labeur, trauail, peine*. Hispa. *Obra, studio, diligencia*. ξ Cice. lib. 1. Offic. Non malè præcipiunt qui seruis vt iubent vt mercenariis, ad iusta præbenda, & operam exigendam, id est laborem, & operationem corporis. Cæsar 5. bell. Galli. Ipse, etti res erat multæ operæ & laboris, tamẽ commodissimum esse statuit. Plaut. Capt. Nam tua opera, & comitate, & virtute, & sapiẽtia fecisti, vt redire liceat ad parentes denuò. Cic. 1. Offic. Quidam nimis magnum studium multámque operam in res obscuras atque difficiles conferunt. ¶ Operas quoque personas ipsas dicimus, ἐργάτης, quæ pretio conductæ aliquid operis faciunt: sicut Custodia pro iis ipsis accipitur qui aliquid custodiunt. Cice. 7. Verr. Nauem tibi publicis Mamertinorum operis esse ædificatam. ¶ Operæ publicanorum, quos *Factores* appellant vulgò. Cice. Crassipedi lib. 13. Epist. famil. A te peto Cn. Pupium qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare: eutéque vt eius operæ (quod tibi facile factu est) quam gratissimæ sint sociis. De operis Colum lib. 2. cap. 13, abunde tractat. ¶ Aliquãdo etiam Operas dicimus nebulones conductos ad flagitium aliquod perpetrandum. Cicero pro Sestio, Erat autem mihi contentio nõ cum victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiendam vrbem conciatis.

Opus, finis, fructúsque operæ, quod fabricando factum relinquitur. ξ ἔργον, τὸ πεποιημένον. Ital. *Opera fatta*. Gal. *Oeure, ouurage, besogne*. Hispa. *Obra que queda hecha*. ξ Terent. in Heaut. vtunq; complexus est, quum ait, Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ. Vnde, Opera autorum dicuntur, συγγράμματα. Et Opera, tam publica quàm priuata ædificia dicuntur, ἔργα. ¶ Aliquando tamen Opus capitur pro opera. Virgil. 8. Aen. Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. hoc est ad operas. Vbi notandum est, quòd quoties non ad laborem corporis, sed ad laborem animi, & ad artem, industriámque respicimus, magis Opus quàm Ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram dicimus: vt, In opere fabrili, In opere tustico, In opere faciundo. ¶ Est præterea Opus indeclinabile, quod modò adiectiuè accipitur pro necessarius: & tunc ante se desyderat nominatiuum vtriusuis numeri: vt apud Cice. in Epistо. Nos si quid erit istic opus, defendes. Idem alibi, Tu quæ istic opus erunt, administrari prospicies. Idem Curioni, Dux nobis & autor opus est. Modò substantiuè pro eo quod est necessitas, vel res necessaria: & ita ferè ablatiuum postulat. Cice. 3. de Orat. Acuto nobis homine opus est. Aliquando etiam cum genitiuo. Idem ad Qu. Fratrem, Opus erit elegantioris alicuius. Apud antiquos etiam cum accusatiuo. Plaut. in Trucul. Puero opus est cibum. ¶ Opera ferè ad hunc modum in oratione collocatur. Operãdo, Operam impendo, Operam nauo, quod est ad aliquam rem agẽdam incumbo, & studium laborémque impendo. σπουδή. Cicero Tironi, Da operam vt valeas. ¶ Hinc Dedita opera dicimus pro eo quod est deinduſtria, quasi cura adhibita, & labore impenso: quod & Data opera dicitur. Cice. in Epist. Data opera parauí, qui sic, &c. Dicimus etiam Operam conferre in aliquam rem, Operam consumere in aliqua re: Operas, vel operam dare, pro iuuare: Dare operam in exercitationem aliquam: Dare operam alicui, est audientiam accommodare: Dare operam præceptori, est eum audire: Dare operam funi, est interesse pompis exequiarum: Dare operam tonsori, est tonderi. Id operã do, id est curo, laboro. ¶ Eadem opera aliquid facere, id est eadem diligẽtia, eodem labore. ¶ Opera est mihi, quod barbarè dicitur, habeo ad faciendum, tum impeditus. Opera tua, opera mea aliquid fieri, quod barbari dicunt, tuo medio Opera tibi vita est: id est vitam tibi ex labore comparas. Dicimus etiam Perdere operam, Ludere operam, Operam perire, Ponere operam in aliqua re, Ponere operã alicui. Cice. ad Attic. lib. 13. Faberio operam ponamus. ¶ Bene ponere operam, Præbere operam, Sumere operam, Operas reddere, Tribuere operam alicui rei, Vti alicuius opera ad aliquid faciendum. ¶ Operæ est, idem quod operæpretium est. Plautus in Cas. Dum mea facta itero, est operæ auribus accipere. Simile est illud apud Persium Satyr. 6, Lunai portum est operæ cognoscere ciues. In quibus orationibus tacitè subauditur nominatiuus Pretium. Opera est, idem quod opus est: quorum omnium testimonia studiosis passim occurrent.

Opella, æ, diminutiuum ab Opera, Idem est quod parua & exigua opera. {πραγμάτιον. Ital. *Picciola opera.* Gal. *Petit labeur.* Hisp. *Pequeña huebra.*} Horat. 1. Epist. 7, Officiosáque sedulitas, & opella forensis Adducit febres. Lucret. lib. 1. Hæc si pernoscres parua conductus opella.

Operula, æ, aliud diminutiuum ab opera. πραγμάτιον. Apuleius, Operulas etiam in eam contuli, quas adhuc vigens sacrariam faciens merebam.

Operarius, rij, substantiuum, Qui laborem operãdo fert. {ἐργασίης, ἐργάτης. Ital. *Operario, lauoratore.* Gal. *Ouurier, manouurier.* Hispa. *Obrero.*} vnde Cassius apud Varro. libro 1. de Re rust. cap. 17, præcipit operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum duorum & viginti, & ad agriculturam dociles. Cic. in Parad. Verum potius de bonis est quærendum, quid bauit atque operarij, an quid homines doctissimi senserint?

Operaria, riæ, Plaut. in Bacch. Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretiosa operaria es. ἐργάτης. Ital. *Operatrice.* Gal. *Ouuriere.* Hispa. *Obrera.*

Operatius, tia, tium, Quod industria atque opera fit, siue quod ad operarium pertinet, aut operam. {ἐργατικῶς. Ital. *Fatto industriosamente, pertinente à lauorare.* Gal. *Fait industrieusement, ou appartenant à ouurer.* Hispa. *Cosa hecha por artificio, ò perteneciente a obrar.*} Plin. lib. 14. cap. 10, Sed inter vina operaria numerantur. Et fit ab Opera. ¶ Hinc Operarius homo, qui operatur. Cice. Attic. lib. 7. Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. ¶ Operarij lapides, qui ad opus aliquod accommodari & incidi possunt. Plin. lib. 36. cap. 22, Nunc ad operarios lapides transisse conuenit, primúmque cotes ferro acuendo. ¶ Operarius vsus, qui ad opus aliquod faciendum adhibetur, vel qui alicui operi accommodatur. Plin. lib. 8. cap. 3, Alterius mucroni parcunt, ne sit præliis hebes: alterius operario vsu fodiunt radices, impelliunt moles. ¶ Operarium pecus, cuius vsum ad operas nostras faciendas conuertimus. Colu. lib. 6. cap. 2, Humilis enim & modica corporatura pecoris operarij esse debet. hoc est pecoris illius quo terram colimus. ¶ Operatius dies: id est festus.

Operosus, a, um, Qui rebus gerendis operam dat, inquit Valla. {ἐργώδης, πραγμάτων. Ital. *Faccendoso, affacendato.* Gal. *Penible, de grand labeur, qui trauaille beaucoup.* Hispa. *El que es de mucha obra.*} Cice. de Senect. Videtis vt senectus non modò languida non sit, verumetiam operosa. id est quæ agit, & rebus agendis operam dat. Ouid. de Nuce, Sed puto magna mei est operoso cura colono. Brachia operosa Cyclopum, Stat. 1. Thebaid. ¶ Operosus eius rei quisque dicitur in qua desudat. Ouid. 2. Fast. Discemetu posito vates operose dierum, Quod petis. Id est qui in digerendis diariis laborat. ¶ Quandoque passiuè accipitur pro eo quod multa opera est confectum, aut quod est multæ operæ, quódque ad sui perfectionem multum laboris desyderat. Ouid. in Epist. Briseid. Viginti fluuos operoso ex ære lebetas. Plin. lib. 18. cap. 15, Et vicia pinguescunt arua, nec ipsa agr colis operosa: imò sulco sata non sarritur, nõ stercoratur. ¶ Operosus, pro efficaciore, Operosa herba. Ouid. 14. Meta. Vtere tentatis operosæ viribus herbæ. ¶ Facilis & Operosus, contraria. Plin. lib. 15. cap. 23, Tarentinæ faciles, nec operoso sunt cibo. ¶ Operosior, Operosissimus. Cice. de leg. 2. Nequis sepulchrum faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo. Plin. libro 14. cap. 12, In nulla parte operosior vita est. Idem lib. 7. cap. 53, Operosissima tamen securitas mortis in M. Obilio Hilaro ab antiquis traditur. Horat. 3. Car. Ode 1, Cur valle permutem Sabina Diuina operosiores?

Operosè, aduerbium, Id est laboriosè, difficulter. {ἐπιπόνως. Ital. *Con fatica & difficultà.* Gal. *Auec peine & trauail, difficilement.* Hisp. *Con mucha obra, dificultosamente.*} Cic. in Orato. Quod vel maximè desyderat diligentiam: (est enim quasi structura quædam) nec id tamen operosè. Plin. lib. 18. cap. 26, Dicemus mox paulo operosius.

Operositas, atis, Quintil. lib. 8. cap. 3, Est etiam quæ ἀπεργασία vocatur, superuacua, vt sic dixerim operositas. Ital. *Trauagliamento.* Gal. *Trauaillement, peine grande.* Hisp. *Trabajo, mucha obra.*

Operæpretium, ab Opera deducitur, & significat fructuosum, & ad rem pertinens. {τὸ πρόσφορον, ἄξιον. Ital. *Fruttuoso.* Gal. *Qui est vtile & conuenable, fructueux.* Hisp. *Prouechoso.*} vel quia decens, vel quia vtile, vel quia gloriosum, vel quia iucundum, vel quod est opera & labore dignum: & (vt Galli loquuntur) *vne chose qui vaut la peine.* Cice. de Lege Agra contra Rullum. Quo in genere est operæpretium diligentiam maiorum recordari. Idem 6. Verr. Iam vt hæc omnia reperire ac perscrutari solitus sit, Iudices, est operæpretium cognoscere. Liuius 2. bell. Pun. Tempus est opulenta vos, ac ditia stipendia facere, & magna operæpretia mereri. Id est magna præmia militiæ, inquit Budæus. ¶ Possumus quoque dicere Pretium operæ. Plinius. Id verò audire, pretium operæ fit. Ponitur interdum Operæ, & subauditur Pretium. Pers. Satyr. 6. Lunai portum est operæ cognoscere ciues. ¶ Facere operæpretium, est facere rem opera, & labore dignam. Liu. in Præf. operis, Facturúsne operæpretium sim, si à primordio vrbis res populi Romani perscripsero, &c. ¶ Operæpretiũ habere aliquid. Liu. 5. bell. Pun. Seruorum legionibus T. Sempronius consul, toties iam cum hoste signis collatis pugnauit: operæpretium habent libertatem, ciuitatémque.

Operor, atis, ab Opera significat in opere aliquo faciundo laboro. {ἐργάζομαι, ἀνύω. Ital. *Lauorare, operare.* Gal. *Ouurer, besogner.* Hispa. *Obrar, trabajar.*} Plin. lib. 11. cap. 10, Adolescentiores ad opera exeunt, seniores intus operantur. ¶ Item operam dare. Colum. libro 12. cap. 4, Si rebus venereis fuerit operatus vel vir, vel fœmina, debere eos flumine ablui. ¶ Operari superstitionibus. Liu. lib. 10. ¶ Item rem diuinam facere, sacrificare. ἱερουργέω, ἱεροποιέω. Iuuen. Satyr. 12, Vt matutinis operatur festa lucernis. Pomponius. Ad Veneris profectus est manè vetulus, votum vt solueret: ibi nunc operatus est. ¶ Operari noctes luna dicitur, quum circulum suum per noctis tempus absoluit, & post solis occasum lumẽ nobis præbet, quod veluti opus eius est. Propert. lib 3. Cynthia iam noctes est operata decem. ¶ Huius verò compositum est Cooperor.

Operatus, a, um, participium. {ἐργασάμενος. Ital. *Lauorato.* Gal. *Ouuré.* Hisp. *Obrado.*} Virgil. 3. Aene. Connubiis, aruísque nouis operata iuuentus.

Operatus, absolutè, pro Operatus sacris. Tacit. lib. 2, Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum.

Operatio, onis, verbale. {ἐργασία, ἐνέργεια. Ital. *Opera.* Gal. *Operation, œuure.* Hispa. *Obra.*} Plin. lib. 11. cap. 24, Tertium aranearum genus, erudita operatione conspicuum. Cice. Attic. lib. 6, Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licet eum solus ames. ¶ Accipitur etiam pro sacrificio. ἱερουργία. Plaut. Vt istæc operatio crimen explet.

Opusculum, diminutiuum, ab Opus. {πραγμάτιον. Ital. *Picciola opera.* Gal. *Petit ouurage.* Hisp. *Pequeña obra.*} Cic. 4. Acad. Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.

Operio, tis, rui, tum, ex Ob, & Pario, sed b. abiicitur: vnde & per simplex p. scribitur, significátque Tego. {κατακρύπτω, ἐπισκέπτω, κρύπτω. Ital. *Coprire, serrare, ascondere.* Gal. *Couurir, enfermer, escluire.* Hisp. *cubrir, cerrar, esconder.*} Propertius libro 3. Atque hinnuli pellis totos operibat amantes. ¶ Significat quoque Claudo. Terent. in Heaut. Vbi abiere intrò, operuere ostium. Plin. lib. 11. cap 37, Morientibus oculos operire, rursúsque in rogo patefacere. ¶ Quandoque celare, abscondere, non patefacere. Plin. Epist. 60, Abdere lachrymas, operire luctum, amissóque filio, matrem adhuc agere.

Opetior, tiris, riti, passiuum. Cice. 6. Verr. In hac insula extrema, est fons aquæ duleis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset.

Opertus, a, um, participium, Idem quod tectus. {κεκρυμμένος. Ital. *Coperto.* Gal. *Couuert.* Hispa. *Cubierto.*} vt Montes opetti arbore, Ouid. 5. Met. Caput opertum, Horat. 2. Setm. Sat. 3, Aemus opertus nubibus. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 5, Fores opertæ, Idem 2. Fast. Lectica operta ferri per oppidum vt mortuus. Cice. 2. Philip.

Opertum, ti, substantiuum. ¶ Opertum Bonæ deæ, sacrificij genus erat, quod à solis mulieribus in loco operto fiebat, cuique virum interesse nefas erat. Cice. in Parad. Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. ¶ Opertum, & Apertum, cõtraria sunt. Plaut. in Capt. Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ, omnis res palàm est.

Operto, as, frequentatiuum est ab Operio, vt inquit Festus. σκεπάζω.

Operimentum, ti, Dicitur quod aliquid tegit. {κάλυμμα, σκέπασμα. Ital. *Coprimento.* Gal. *Couuerture.* Hisp. *Cobertura.*} Cato de Re rust. cap. 10, Instragula octo, puluinos sedecim, operimenta decem, mappas tres. Plin. lib. 8. cap. 42, Detracto oculorum operimento.

Opertorium, rij, Idem quod operimentum. {σκεπαστήριον, σκέπασμα. Ital. *Copritura.* Gal. *Couuerture.* Hisp. *Cobertura.*} Senec. in Epist. Ex duabus penulis altera stragulum, altera opertorium facta est.

Operculum, li, Instrumentum quo aliquid tegitur. {πῶμα. Ital. *Coperchio.* Gal. *Couuercle.* Hisp. *Tapadero ò cerradura.*} Colum. lib. 9, Sunt qui à superiore parte fotamina ipsis operculis imponant, quod fieri non oportet: nam superiliens auis, proluuie ventris cibos & aquam conspurcat. Cato de Re rust. cap. 10, Operculum alieni vnum. Operculum ambulatorium. Plin. libro 21. cap. 14, Operculum à tergo esse ambulatorium, vt proferatur intus, si magnus sit alueus. Hoc est quod facilè huc vel illuc moueatur.

Operculo, as, Operculo operio. {πωμόω. Ital. *Coprire.* Gal. *Couurir.* Hispa. *Cubrir.*} Colum. lib. vltimo cap. 30, Ab eo tempore, quo primùm dolia operculaueris, vsque ad æquinoctium vernum, semel in diebus triginta sex vinum curare satis est. Idem lib. 12. cap. 15, Quæ vasa confectum operculare, & oblinere conuenit.

Opertaneus, a, um, adiectiuũ: vt Opertanea sacra, Sacrificia quæ in operto fiebant, quæ & Secluſa dicebãtur, ne profanorum oculis polluerentur. Hæc à Græcis μυστήρια appellantur. Plin. lib. 10. ca. 56, Gallinæ putæ non videntur ad opertanea, sacra, nigræ.

Operor, Operosus, Operula, vide OPERA, æ.

Opes, opum. vide OPS.

Ophatus, ὄφατος, Scythiæ fluuius, in montibus Catheis nascens, & in Lagoum influens. Plin. lib. 6. cap. 8.

OPHELTES, ὀφέλτης, Filius fuit Lycurgi regis Thracum, & alumnus Hypsipyle,

Hypſipyles, alio nomine Archemotus appellatus: quem quum nutrix Argiuis Langiam fontem indicatura, in herba reliquiſſet, ſerpens interemit. In cuius honorem Argiui Nemeæa certamina inſtituerunt: quorum victores apio coronabantur.

Ophiaſis, pen. corr. ὀφίασις. Vitium eſt capitis, pueris præſertim familiare, ab occipite plerunque originem ducens, indéque vſque ad aures & frontem paulatim ſerpens, donec vtrinque fines quaſi capite & cauda committantur. Vnde & nomen inuenit. Ophis enim Græcè nobis ſerpentem ſonat. Quacunque hoc malum ſerpit, cutis emoritur, pilus excidit, glabreſcit, per extimam capitis cutem ſparſa, ſerpentis effigiem relinquunt.

Ophidion, ὀφίδιον. Piſciculus eſt congro ſimilis, multò tamen minor: à ſerpentis figura nomen habens. Meminit eius Plin. lib. 32. cap. vlt.

Ophicardelus, Gemma eſt, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt. Plin. lib. 37. cap. 10.

OPHINEVS, ὀφινεύς, Meſſeniorum vates, qui quotannis natali die furore correptus, & priuatim futura prædicere ſolebat.

Ophioctonon, ὀφιοκτόνον, Herba quæ notiore nomine Elaphoboſcon appellatur: ita dicta, quòd ſerpentes enecare credatur. Herbariorum vulgus *Gratiam Dei* appellat, teſte Ruellio.

Ophiogenium, ὀφιογένιον, Herba eſt, cuius paſtu cerui ſeſe aduerſus ſerpentes muniunt. Alio nomine Elaphoboſcon dicitur, hoc eſt cerui pabulum.

OPHIOGENAE, ὀφιογενεῖς. Genus hominum in Helleſponto, quos Crates Pergamenus ſcripſit ſerpentum ictus tactu ſolitos leuare, & manu impoſita venena extrahere corporibus. ¶ Sunt & alij eodem nomine in Cypro inſula. Plin. lib. 28. ca. 3. Quorũ è genere ſunt Pſylli, Marſiqi, & qui Ophiogenes vocantur in inſula Cypro: ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Conſulibus Romæ in dolium ſerpentiũ coniectus experimenti cauſa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Ophiomachus, ὀφιομάχος, penult. corr. Lacerta à Græcis dicitur, quòd cum ſerpentibus pugnet.

Ophiophagi, ὀφιοφάγοι. Dicti ſunt qui ſerpentibus veſcuntur: cuius generis populos ad finem maris rubri memorat Plin. lib. 6. cap. 29.

Ophioſtaphylos, ὀφιοσταφύλος, Frutex eſt ex ſylueſtrium vitium genere, quæ Vitis alba, & Græco vocabulo Ampeloleuce vocatur à Plin. lib. 23. cap. 1. Latinorum nonnulli Serpentis vuam interpretantur: itaque dictam putant, quòd in Arabia hoc fruticis genus præſentiſſimum venenum putetur.

OPHION, onis, ὀφίων, Socius Cadmi fuit, & in Thebis ædificandis adiutor ita dictus, quòd è ſerpentium dentibus fingatur prognatus. ¶ Eſt etiam Ophion nomen filij Oceani, qui cum vxore Eurynome ante Saturnum rerum eſt potitus. Claud. lib. 3. de Rapt. Pro. Hos onerat ramos exutus Ophion. ¶ Ophion verò, ophij animal fuit Sardiniæ inſulæ peculiare, pilo & dentibus ceruo ſimile: quod Plinius ſua ætate interiiſſe tradit lib. 28. cap. 10 & lib. 30. cap. 14.

Ophioſcorodon, ὀφιοσκόροδον, Frutex eſt, qui notiore nomine Capparis appellatur. Autor Dioſcor. lib. 2.

Ophioſtaphyle, ὀφιοσταφύλη, Frutex eſt idem cum cappari. Plin. lib. 13. cap. 25. Capparis firmioris ligni frutex, ſeminiſque & cibi vulgati. Quidam eum cynoſbaton vocant, alij ophioſtaphylen.

OPHITAE, ὀφῖται, Hæretici quidam fuerunt, qui Chriſtum ſub ſerpentis ſpecie colebant. Interim tamen habebant & viuum ſerpentem, quem venerabantur & nutriebant.

Ophites, pen. prod. ὄφιτης. Marmoris genus ſerpentis maculas habentis. Luca. li. 9. Quam paruis tinctus mãculis Thebanus ophites. Plin. li. 36. cap. 7. duo eius facit genera: alterum molle & candidum, alterum nigricans & durũ. Vtrunq; capitis doloribus, & ſerpentium ictibus medetur.

OPHIVCHVS, ὀφιοῦχος, Cæleſte ſidus eſt, quod à poëtis aliquando Anguitenens appellatur, eo quòd hominis effigie fingi ſoleat anguem manu tenentis. Vnde nonnulli Herculem eſſe putauerunt, qui adhuc in cunis vagiens, angues à Iunone immiſſos manibus præfocauit. Dictus Ophiũchus, quaſi ὀφιοχος, & per ſynæreſim mutatis ο & ι in ε, ὀφιοχος. Sunt tamen qui Ophiuchum Aeſculapium eſſe velint: alij Canobanta Getarum regem: alij Phorbantem Triopæ Theſſalorum regis filium. Vide HIGINVM.

OPHIVSA ὀφιοῦσα. Inſula eſt in mari Balearico, teſte Ptolemæo ex duabus Pithyuſis minor, (nam maior Ebuſus dicitur) propter ſerpentum copiam inculta: vnde & Colubraria à Latinis appellatur. Plin. lib. 3. ca. 5. Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubraria parit: ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Græci Ophiuſam dixerunt. ¶ Eſt & altera eiuſdem nominis inſula non procul à Creta, cuius etiam meminit Plin. lib. 4. ca. 12. ¶ Ophiuſa item oppidum fuit Sarmatiæ Europæ, ad Thyram amnem: de quo idem Plinius loco iam citato. Rhodus quoque inſula, aliquando propter ſerpentum copiam Ophiuſa dicta fuit: vt tradit Strabo lib. 14.

Ophiuſius, a, um, vt, Ophiuſia arua. Ouid. 10. Metamorph. Ipſas ſuas vrbes, Ophiuſiáque arua parabat Deſerere alma Venus.

Ophiuſa, ὀφιοῦσα, Herba eſt in Elephantine Aethiopiæ regione naſcens, inuida, difficiliſque aſpectu: qua pota minas terrorémque ſerpentium animo obſeruari tradidit Democritus, in tantum vt mortem ſibi eo metu damnati conſciſcant: quare & ſacrilegis bibenda dari conſueuit. Autor Plin. lib. 24. cap. 17.

Ophrys, ὄφρυς, Herba quædam denticulato oleri ſimilis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit. Plin. lib. 26. cap. 15.

Ophthalmia, ὀφθαλμία. Ital. *Morbo d'occhi.* Gal. *Mal des yeux.* Hiſp. *Dolencia de los ojos.* Oculorum vitium, quod Celſus Lippitudinem appellat. Galenus Therapeut. ad Glauconem, lib. 2, dicit eſſe inflammationem tunicæ quæ cornea adhæret. Idem in Iſagoge latius hunc morbum deſcribens, Ophthalmia (inquit) eſt quoties rubet oculi pars candida, extolluntur cilia, ſimúlque fit, nec poſſint ſine dolore coniungi palpebræ, tractatúſq; manibus oculus dolet. Negat tamen Iuuus Pollux Ophthalmiam eſſe proprium aliquod oculorum vitium, ſed eo verbo ſignificari tradit cauitatem oculorum ex corporis ægritudine. ¶ Ophthalmia etiam dictus eſt piſcis, qui à Plinio vocatur Oculata. Plaut. in Capt. Pernam atque ophthalmiam, hæreum, ſcombrum, &

trygonem, & cetum.

OPHYSIS, ὄφυσις, Vrbs Libyæ Mareoticæ, Aegypto proxima. Autor Stephanus.

OPHYON, vide ſuprà OPHION.

OPIAE, ὀπίαι, Populi iuxta Indum fluuium. Stephanus.

Opicus, ca, cum, pen. corr. ὄπικος. Ital. *Lordo, sporco, immondo.* Gal. *Lourd, sale.* Hiſp. *Barbaro, ſucio.* Sordidus, immundus & obſcœnus: vnde & mures opicos dixit Iuuenalis, hoc eſt impuros, & putidos. Cuius ſignificationis ratio tracta eſt à moribus Opicorum, qui Italiæ populi fuerunt iidem cum Oſcis, teſte Feſto, ſpurcæ, præpoſteræque libidinis nomine maximè infames. Vnde & verba impudica, Obſcœna dicta fuiſſe Verrius exiſtimauit. Eoſdem etiam barbara lingua, & ſermone maximè inquinato vſos fuiſſe accepimus, quemadmodum & Volſcos. ¶ Vnde Oſcè, ſiue Volſcè loqui, eſt inquinato, & impuro ſermone vti. Titinnius fabula 5, vt citat Feſtus, Oſcè & Volſce loquuntur: nam Latinè neſciunt. ¶ Hinc etiam barbatos omnes veteres Opicos appellarunt. Cato apud Plin. lib 29. cap. 1, Nos quoque dictitant Barbatos, & ſpurcius nos, quàm alios Opicos, appellatione fœdant. Iuuenal. Satyr. 6, Nec curanda viris opicæ caſtigat amicæ Verba. Id eſt quæ non Latinè loqueretur, ſed Opicè. Fuerunt autem Opici ὄπικοι, Stephano, Campaniæ populi quidam à linguarum colluuie dicti, ſiue à ſerpentibus, quaſi ophici, in quibus numerabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani: hæ nanque vrbes Opicorum fuiſſe dicuntur.

Opiſer, ra, rum. Vide OPS.

Opifex, eis, pen. corr. Ab Opere faciendo deducitur, & artificem atque operatorem ſignificat, non modò rerum, ſed etiam verborum. ἐργολάβος, δημιουργός. Ital. *Artefice, operario.* Gal. *Ouurier, artiſan.* Hiſpa. *Official de qualquier arte.* Cic. 5. Tuſcul. Etſi Zeno Cittieus, aduena quidam, & ignobilis verborum opifex, infinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur. Idem in Catil. Omne opificum inſtrumentum, omnis opera ac quæſtus, frequentia ſuſtinetur, alitur otio. Idem 1. Offic. Omnes autem opifices in turpi ſunt exercitio. ¶ Opifex mundi à Cic. 1. de Nat. deor. dicitur Deus omnium rerum conditor. Opifex, (inquit) ædificatórque mundi Deus.

Opificium, hnius opificij, Significat operis confectionẽ, vel ipſum opus. ἐργασία, ἐργολαβία, δημιούργημα. Ital. *Opera* Gal. *Oeuure.* Hiſpan. *Obra.* Varro 3. de Re ruſt. cap. 16. de apibus loquens, Niſi opificij eas vrget tempus.

Opificina, æ. Idem quod opificium, ait Budæus. Plaut. in Mil. Si eam opificinam neſciam aut malam eſſe aut fraudulentam.

Opilio, onis, quaſi ouilio, Paſtor ouium, qui ouium gregem ſeruat & paſcit. ποιμήν. Ital. *Pecoraro, paſtore di pecore.* Gal. *Vn berger.* Hiſpa. *Paſtor de las ouejas.* Plaut. in Aſinaria, Etiam opilio, qui paſcit alienas oues, Aliquam habet peculiarem, quæ ſpem ſoletur ſuam. ¶ Sunt tamen qui Vpilio, non Opilio ſcribant, autoritate Priſciani, qui dicit o, breuem in hoc nomine eſſe conuerſam in u, longam ex literarum affinitate. Et hoc omnino in carmine obſeruandum puto: alioqui enim hexametrum ingredi non poſſet, quòd tres primas ſyllabas habeat breues. Virgil 10. Aeglog. Vênit & vpilio, tardi venêre bubulci. Vbi Seruius, Vpilio propter metrum dixit Græcè: vt ὑποιμήν pro ὑποιμήν. Nam ο μικρὸν productionis gratia vertitur aliquando in ω, diphthongum, quam vertimus in u longum.

Opilo, (inquit Feſtus) genus auis eſt.

OPIMIVS. Prænomine Lucius, Conſul Romæ fuit, quo anno C. Gracchus ſeditioſis concionibus ſtatum Reipublicæ labefactans cæſus fuit. ¶ Ab huius nomine vina Opimiana dicta ſunt, quæ Opimio Conſule nata ſunt. Pli. li. 14. ca. 4. L. Opimio Cõſule, quũ C. Gracchus Tribunus plebis ſeditionibus agitatis interemptus eſt, ea cæli temperies fuiſſe, quam cocturam vocant, ſolis opere, natali vrbis DCXXXIIII. Durántque adhuc vina ducentis ferè annis, iam in ſpeciem redacta mellis aſperi: (etenim hæc natura vinis in vetuſtate eſt) nec potari per ſe queunt, ſi non pertineat aqua, vſq; in amaritudinem carie indomita.

Opimus, a, um, pen. prod. Idem eſt quod diues, & pinguis. πίων. Ital. *Ricco, graſſo.* Gal. *Gras, fertile, riche.* Hiſpa. *Gueſſo ò fertil, rico.* vt, Menſa opima. Stat. lib. 11, –ſtupet inconſuetus opimæ Sidonius menſæ miles, faciémq; ſuperbi Ignotam luxus. Opima præda. Horat. Epod. 10, Opima quòd ſi præda cum ſuo littore Porrecta mergos iuuerit. Cicero pro Sext. Roſc. Vt ad illam opimam, præclarámque prædam damnatio Sext. Roſcij velut cumulus accedat. Horat. 1. Epiſt. 2, Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. ¶ Opimus & Gracilis ſunt contraria. Cic. de Clar. Orat. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur. ¶ Opima ſpolia, σκῦλα ὀπίμα. Plutarcho, Propriè ampla, & magnifica ſpolia dicuntur quæ dux duci detrahit: dicta (vt Varro inquit) ab ope, vel (vt Plutarchus ait) ab opere, quum ſit opus egregium ac clariſſimum, ducem belli parem ſibi ductorem ſuperare. Primus omnium Romulus, cæſo Caeninenſium duce, Ioui Feretrio opima ſpolia obtulit: de quo vide Liu. li. 1. ab Vrbe. Virgil. 10. Aeneid. Aut ſpolia ego iam raptis laudabor opimis.

Opimior, comparatiuus, Quo vſus eſt Gell. lib. 5. cap. 14. Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad ſpecum mihi ſuggerebat. hoc eſt pinguiora.

Opimè, Abundanter, & lautè. πλουσίως, πλουσίως, πλουσίως. Ital. *Abondantemente, graſſamente, fertilmente, riccamente.* Gal. *Abondamment, graſſement, fertillement, richement.* Hiſp. *Fertil y grueſſamente.* Plaut. in Bacch. Omnium ad pernicietem inſtructa domus opimè, atque opiparè.

Opimo, as, pen. prod. Opimum, ſeu pingue facio. πιαίνω. Ital. *Ingraſſare.* Gal. *Engraiſſer.* Hiſp. *Engordar à otra coſa.* Colum. lib. 8. cap. 9. Hyeme tamen oſtæ paulo vino madefactæ, ſicut etiam palumbos, celerius opimant quàm cæteri cibi.

Opinio, onis, Eſt exiſtimatio, vel fama de aliquo concepta. δόξα. Ital. *Opinione.* Gal. *Opinion.* Hiſp. *Opinion, preſumiento, dudoſo.* Cic. 1. Offic. Quorum de iuſtitia magna eſſet opinio multitudinis. Idem Lentulo lib. 1, Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. Idem de Amicitia, Nam quum cõciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defecerimus. ¶ Quandoque ſuſpicio, iudicium, ſiue perſuaſio, quam habemus de re

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliqua: hoc est id quod de aliqua re sentimus. Cicer. ad Oct. Quod vtinã neque nostra nos opinio, neque tua fides fefellisset. Plaut. in Amph. Prius tua opinione hic adero. Terent. Heaut. Concurrunt multæ opiniones, quę mihi animum exangeant. Cæs. 3. bell. Gall. Celeriter, contráque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit. ¶ Distinguunt philosophi Opinionem à Scientia: quòd Opinio incerti sit, Scientia verò certi. ¶ His verbis in oratione pulchrè connecti solet, Obtinere opinionem, Habere opinionem de aliqua re, Imbibere opinionem de aliquo, Fallit me opinio, & Fallit opinionem meam: Afferre opinionem de aliquo, Comprehendere & remittere opinionem, quæ sunt contraria: Adducere quempiam in opinionem, Euellere opinionem ex alicuius animo: Inserere opinionem, & Euellere insitam: Opinio hęc oppleuit vrbem. Vincere opinionem: quorum omnium exempla nusquam non sunt obuia.

Opinionissimos, δοξοσοφιστάς, appellat Cic. 4. Acad. Antipatrum & Archidemum dialecticos, quasi nouarum opinionum autores. Quid (inquit) duo vel principes Dialecticorum Antipater, & Archidemus opinionissimi homines, nónne multis in rebus dissentiunt?

Opinor, aris, pen. prod. Puto, suspicor, opinionem habeo. ὑπολαμβάνω, δοξάζω. Ital. *Pensare, imaginarsi.* Gal. *Cuider, auoir opinion, penser, estimer.* Hispa. *Pensar con opinion.* ¶ Donatus. Quæ opinamur, putamus: quæ putamus, incerta sunt. Terent. in Andr. —num videntur conuenire hæc nuptiis? p. Non opinor Daue. n. opinor, narras: non rectè accipis. Certa res est. Cic. 4. Acad. Sapientem nihil opinari, id est nunquam assentiri rei vel falsæ, vel incognitæ. Idem pro Domo sua, Falsò multa in vita homines opinantur. Lact. lib. 3. Id enim opinatur quisque, quod nescit. Illi autem qui de rebus naturalibus disputant, opinantur ita esse vt disputãt. Nesciunt igitur veritatem: quoniam scientia certi est, opinatio incerti. δόξα μη. ¶ Hinc Inopinatum dicitur, quod præter opinionem accidit. ¶ Hinc sunt aduerbia Exopinatò, pro ex opinione, & secundum opinionem. Quint. lib. 8. cap. 5, Iam hæc magis noua sententiarum genera exopinatò, &c. ¶ Necopinatò, compositum à Nec, hoc est non, & aduerbio Opinatò, pro inopinanter, ex improuiso. Liu. 4. ab Vrbe, Propiúsq; aliud nouum malũ necopinatò exortum est. ¶ Ex necopinatò. Liu. lib 4. ab Vrbe. Ipse parte copiarum paruo circuitu locum maximè secretum ab hostibus petit, vnde ex necopinatò aduersum hostem innadit. ¶ Paruum opinatu Plin. lib. 29. ca. 1. Illa autem quæ timuit Cato, atque prouidit, innocentiora multò, & parua opinatu, quæ proceres artis eiusdem in semetipsis fatentur.

Opinatio, verbale, hoc est assensio. ¶ δόγμα, δόξασμα, δόκησις. Ital. *Opinione, giudicio con dubbio.* Gal. *Opinion, jugement non asseuré.* Hispan. *Opinion, pensamiento dudoso.* ¶ Cic. 4. Acad. Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quòd vt feram & immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est opinationem & temeritatem extraxisset. Idem 4. Tuscul. Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.

Opinator, Qui nihil asserit, opinionémq; tãtùm, non etiã scientiã habet. ¶ δοξαστής, δοξαστικός. Ita. *Chi non afferma cosa alcuna, ma dubbita del tutto.* Gal. *Cuideur, qui n'affeure rien pour certain.* Hisp. *Que pensa algo dudando, dudoso.* ¶ Cic. 4. Acad. Ego verò ipse magnus quidã sum opinator, nõ enim sum sapiẽs.

Opinabilis, & hoc Opinabile, Quod opinione concipi potest. ¶ δοξαστόν, εὐδόξαστον, ἀδόξαστον. Ital. *Che si può pensare.* Gal. *Qui gist en opinion seulement, dequoy on peut auoir opinion.* Hisp. *Cosa de que se puede tener opinion.* ¶ Cic. 1. Acad. Itaq; hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Idem 2. de Finib. Artes quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles.

Opiparus, a, um, Idem est quod splendidus, sumptuosus, opulentóque apparatu instructus. ¶ πολυτελής. Ital. *Splendido, sontuoso.* Gal. *Fort riche & magnifique somptueux.* Hispa. *Costoso y de mucho gasto.* ¶ Plaut. in Perf. Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ, atque opiparæ? Idem in Milite, Vino, ornamentis, opiparísque opsoniis. Apud Apuleium lib. 2. de Asino (nisi forte subsit mendum) legitur Opiparis per tertiam inflexionem. Piscatum (inquit) opiparem expositum video, id est copiosum. Inde Opiparum conuiuium dicimus, quod lautum est & magnificum.

Opiparè, aduerbium, id est Abundanter & copiosè. ¶ πολυτελῶς. Ital. *Copiosamente.* Gal. *Richement, largement, magnifiquement, abondamment.* Hisp. *Costosa y abundantemente.* ¶ Cic. 3. Offic. Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.

OPIS, huius opis, ὄπις, Nympha Dianæ comes, de qua Virgil. lib. 11. Velocem interea superis in sedibus Opin Compellabat. Vbi prima producitur, quum in Opis ab Ops corripiatur. ¶ Est item Opis vici nomen in Mesopotamia, ad Euphratem fluuium, non procul à Seleucia, vicinarum regionum emporium. Autor Strabo lib. 2. & 16.

OPISTHOCOMAE, ὀπισθοκόμαι, teste Polluce, Eubœæ populi dicti sunt, qui crines habebãt versus tergũ reflexos: sicut Acrocomæ dicti fuerunt populi in Thracia, qui antias in fronte muliebriter gerebant demissas.

Opisthographus, penult. corr. ¶ ὀπισθόγραφος. Ital. *Carta scritta da due lati.* Gal. *Escrit au dos, ou de deux costez.* Hisp. *Cosa escrita atras.* ¶ Dicitur charta ab vtroque latere scripta: ita dicta quòd etiam ὄπισθεν, hoc est à tergo esset scripta, quum alioqui chartæ ferè nonnisi aduersa pagina conscriberentur. Vip. l. Chartæ. ff. de Bon. possess. sec. tab. Chartæ appellatio etiam ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde etsi in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio.

Opisthotonicus, ¶ ὀπισθότονος. Ital. *Chi ha il collo indurito & tirato ver le spalle, si che non la può piegare.* Gal. *Qui a le col penché sur les espaules, à cause des nerfs qui se sont retirez.* Hisp. *El que tiene la cabeça enmarada atras.* ¶ Dicitur qui rigore cruciatus inflexibili laborat, cuiúsque caput contractione neruorum in posteriorem partem ita trahitur, vt aliò flecti non queat. Vitium hoc à Galeno Opisthotonos. ¶ ὀπισθότονος. Ital. *Ritiramento del collo verso espalle.* Gal. *Mal douleur de ne pouuoir tourner le col, quand on a le col penché sur les espaules.* Hisp. *El enmaramiento dela cabeça atras.* ¶ appellatur: cui contrarium facit Emprosthotonos, quando scilicet mentum pectori annectitur. Tetanos autem, quum ceruix recta obriguit, ita vt nullam in partem flecti queat.

Opisthotonos, ὀπισθότονος, Vide in dictione præcedente.

Opisthophylaces, ¶ ὀπισθοφύλακες. Ital. *Retroguarda.* Gal. *L'arriereguarde.* Hisp. *Los de la retroguarda.* ¶ Qui in prælijs pugnantium terga tuentur.

Opiter, opitens, vel opitrix, Dicitur cuius pater, auo viuo, mortuus est.

Sic dictus, quòd obitu patris genitus sit, aut quòd auum post patrem habeat, id est pro patre. Festus.

OPITERGIVM, Vulgò Oderzo, Venetiæ mediterraneæ oppidum, etiam hodie nomen retinens: cuius meminerunt Plin. lib. 3. cap. 19, & Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

Opiterginus, na, num, pen. prod. Lucan. lib. 4, Hic Opiterginis moles onerata colonis Constituit.

OPITES, Argiui cuiusdam nomen proprium, quem Hector in bello Troiano interfecit.

Opitulor, pen. corr. Adiuuo, subuenio: ab Ope tollenda, id est ferenda. ¶ ἀλέξω, ἐπικουρῶ, παρίσταμαι. Ital. *Aiutare, socorrere.* Gal. *Aider, secourir.* Hisp. *Ayudar, dar ayuda.* ¶ Terent. in Andr. Si illum relinquo, eius vitæ timeotim opitulor, huius minas. Cic. ad Seruium Sulpitium, Quoniam mihi iam videmur posse opitulari Reipub. Sallustius. Sæpe maiores nostri miserti plebis Romanæ, decretis suis inopiæ eius opitulati sunt. ¶ Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione Contra. Plin. li. 28. cap. 8. Et dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari. Hinc Opitulator, παρεστάτης.

Opitulus, Dictus est Iupiter, quasi opis lator, ἀλεξητήριος, & propriè in rebus dubijs & malis dicitur. Festus.

Opium, Succus ex papauere, habens per somnum vim (si copiosius sumatur) mortiferam. μήκωνος ὀπός. Plin. lib. 20. cap. 17. Aliqui adiunc & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine, in vini cyatho diluris.

Oplomachus, Vide HOPLOMACHVS.

Opobalsamum, ὀποβάλσαμον, Succus balsami, qui præfertur omnibus odoribus, vni Iudææ terrarum concessus, vt ait Plin. lib. 12. cap. 25. Arbor ipsa balsamum dicitur, quæ incisa vitro, lapide, offeliue cultellis succum mittit, quem Opobalsamum vocant, eximiæ suauitatis. ὀπὸς enim à Græcis succus dicitur. Xylobalsamum verò, lignum balsami: Carpobalsamum, fructum balsami dicunt.

Opocarpathon, ὀποκάρπαθον, Succus carpathi, quem Plin. lib. 28. ca. 10. connumerat inter venena.

Opopanax, ὀποπάναξ, Succus panacis herbę, quæ omnes morbos sanare dicitur. Plin. lib. 20. cap. 24.

Oporice, ὀπωρικαί, Genus quoddam medicamenti, ἀπὸ τῶν ὀπώρων, hoc est à pomis, arborúmque fructibus: quod qua ratione confici soleat, docet Plin. lib. 24. cap. 25, his verbis, Vnum etiamnum arboris medicinæ debetur nobile medicamentum, quod Oporicem vocant. Fit ad dysentericos, stomachíque vitia, in congio musti albi lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum suis seminibus, punicis totidem, sorborum sextario, & pari mensura eius quod thus Syriacum vocant, croci semuncia. Coquitur vsque ad crassitudinem mellis. Hæc Plinius.

Oporinus, na, num, pen. corr. ¶ ὀπωρινός. Ital. *Autunnale.* Gal. *Automnal, de l'automne.* Hisp. *Otoñal.* ¶ Idem est quod Latinè autumnalis: ἀπὸ τοῦ ὀπώρας, quod nobis autumnum sonat. Mart. lib. 9, Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρεὺς essem, Horrida si brumæ sydera, χειμερινός.

Oporophylacion, ὀπωροφυλάκιον, Custodia pomorum vel fructuum.

Oporotheca, æ, ¶ ὀπωροθήκη. Ital. *Dottega dove si vendono gli frutti autunnali.* Gal. *Le lieu ou on garde les fruits qu'on amasse en automne, grenier à pomes.* Hisp. *Cillero para guardar ò vender fruta otoñal.* ¶ Locus vbi fructus autumnales habentur. Nam ὀπώρα fructus autumnales significat, & Theca repositorium. Varro 1. de Re rust. cap. 59, In oporotheca mala manere putant satis commodè. Ibidem, Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt fenestras habeant, atque vt perflentur, curant.

Oportet, Impersonale verbum est, idem significans quod Expedit, vel vtile aut necesse est. ¶ δεῖ, χρή. Ital. *Far bisogno, bisognare.* Gal. *Il faut.* Hisp. *Ser cosa conueniente.* ¶ Cic. pro Corn. Balbo, Oportere, est consentaneum esse officio: Licere, legibus, & iuri: Decere, temporibus, & personis. Idem Attic. lib. 6, Hoc fieri & oportet, & opus est. Idem in Catil. Quos ferro trucidari oportebat. ¶ Dicimus autem pro eodem Oportuit factere, & Oportuit factum. Cic. 3. Verr. Hoc quod iam pridem factum oportuit, certa de causa nondum adducor vt faciam. Terent. in Andr. Nónne prius cõmunicarum oportuit? Idem, Totam rem illi integram seruatam oportuit. ¶ Aliquando est coniicientis. Plaut. in Pseud. Hunc hominem malũ esse oportet, ὃν ἐγὼ μὴ πολλοὺς ἔχειν ἀγροὺς ὀΐομαι, id est minum nisi hic homo malus est. Non dissimilis huic oratio fit per Volo. Idem, Liberis consultum volumus, etiamsi posthumi futuri sint. ¶ Inuenitur aliquando personale. Quint. Disertos satis putat dicere, quæ oporteãt.

Oppango, is, oppegi, oppactum, Affigere, coniungere. ¶ προσπήγνυμι, πήγνυμι. Ital. *Attaccare, congiongere.* Gal. *Fichet fres ou contre.* Hispa. *Mascar, ayuntar.* ¶ Plaut. in Curc. Vbi suauium oppegit fugit.

Oppedo, is, pen. prod. Contra pedo: & per translationem reluctor, reclamo. ¶ προσπηδῶ, ἀντιπροσπηδῶ. Ital. *Contradire ad alcuno.* Gal. *Contredire.* Hispa. *Contradezir.* ¶ Horat. 1. Serm. Satyr. 9, —vin' tu Curtis Iudæis oppedere?

Opperior, riris, Verbum deponens, gemino p, scribi debet. ¶ ἐκδέχομαι. Ital. *Aspettare.* Gal. *Attendre.* Hisp. *Esperar.* ¶ Produxit enim primam syllabam, quæ in passiuo Oppetior corripitur. Silius li. 5, —cedas, Oramus, superis, tempúsque ad prælia dextrum Opperiare. Supinum facit Oppertum, teste Prisciano, vnde participium Oppertus. Terent. in Phorm. Si non tum dedero, vnam præterea horam ne oppertus sies. Legitur tamen quandoque participium Opperitus. Plaut. in Mostel. Seni non otium erat, id sum opperitus. ¶ Et autem Oppetiti, idem quod expectare. Plaut. in Cist. Vir tuus si aduenier, iube domi opperiri. Ter. Adelph. Opperiar hominem, hic, vt salutem, & colloquar. Idem Andria, Abi intrò: ibi me opperire. Cic. Attic. Ego in Albano opperior, dum illa cognosco. Virgil. 10. Aeneid. —manet impertertitus ille, Hostem magnanimum opperiens.

Oppeto, is, pen. corr. Ex Ob, & Peto. Non autem ex Os, & Peto (sicut putauit Seruius) vt sit quasi ore terram peto, quum ij qui moriantur, non omnes ore terram petant. Propriè autem Oppeto, idem est quod obeo vel subeo: ferè tamen semper accipitur pro mortem. ¶ ἀποθνήσκω. Ital. *Morire.* Gal. *Mourir.* Hispa. *Morir.* ¶ sed hoc non tam fit ex natura verbi, quàm propter accusatiuum Mortem qui in eo, quamuis aliquando non exprimatur, semper tamen subauditur. Oppetere mortem pro patria, nihil aliud est quàm subire, vel obire mortem pro patria.

Cice. 1. de Diui. Aequius esse censuit maturam se mortem oppetere. Virgil. 1. Aeneid. -ô terque, quaterque beati, Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere? ¶ Aliquando tem. Idem 1. Tuscul. ex antiquo quopiam Poëta, Vestras manus peto priùs, quàm oppeto malam pestem hostili manu.

OPPIA, Vna fuit ex Vestalibus, quæ conuicta stupri, viua defossa est. Cuius scripsit Epitaphium Stroza filius, Vestalis virgo, læsi damnata pudoris, Contegor hoc viuens Oppia sub tumulo. Liu. lib. 12. hanc Opimiam vocat.

OPPIANVS, Grammaticus & Poëta insignis, Agesilai & Zenodotæ filius, ex Anazarbe, siue (vt Suidæ placet) ex Coryco Ciliciæ millibus: quæ quum M. Antonio, Seueri filio obtulisset, totidé aureos stateras ab eo accepit.

Oppico, as, penult. corr. Idem quod Pico, hoc est pice illino. {πισσόω, πισσῶ. Ital. *Impegolare*. Gal. *Poisser*. Hisp. *Empegar*.} quod genus picationis fieri antiquitus solebat in doliis, vel cadis vinariis, ne perfluerent. Cato cap. 120. Mustum si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, & corticem oppicato.

Oppidum, di. Siue ab Ope dictum sit, siue ab Opibus, siue etiam ab Opponendo, vt quibusdam placet, geminato p. scribendum est. {πόλις. Ital. *Città, castello*. Gal. *Vne ville moyenne, vn grand bourg fermé*. Hispa. *Ciudad, castillo*.} Est autem proprie Oppidum, locus mœnibus conclusus, in quem homines multi habitandi causa conueniunt. Quidam Oppida ab vrbibus distinguunt, vt hæ quidem maiores ampliorésque, illa minora sint & obscuriora. Alij vni Romæ vrbis nomen tribuunt, reliqua omnia oppida appellantes. Sed hæ differentiæ non obseruantur. Sæpe enim indifferenter legimus eandem ciuitatem Oppidum, & Vrbem appellari. Vnde Plautus in Persa, quum Eleusipolim Sæpius Vrbem vocasset, postea subdit. Eleusipolim Persæ cepere in Arabia, plenam bonarum rerum, antiquam oppidum. Sic Seruius Sulpitius in Epistola illa consolatoria ad Ciceronem de morte Tulliæ, quum numerasset multas insignes vrbes partim vi hostili, partim terræmotu euersas, subdit, Quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt. Cice. 6. Verr. Segesta est oppidum peruetus in Sicilia, Iudices, quod ab Aenea fugiente è Troia, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant. Virg. 4. Aegl. -quæ cingere muris Oppida. Horat. 2. Epist. 1, -aspera bella Componunt, agros assignant, oppida condunt.

Oppidulum, li, diminutiuum, Paruum oppidum. {πολίχνιον. Ital. *Cittadella*. Gal. *Citadelle, villette*. Hisp. *Castillo, villeta*.} Cic. ad Attic. lib 10. Nec tamen in acie, sed Melitæ, aut alio in loco, siue in oppidulo futurum puto.

Oppidatim, aduerbium, Id est, Per varia oppida. {κατὰ πόλεις. Ital. *Di città in città*. Gal. *De ville en ville*. Hispan. *De ciudad en ciudad*.} vt Oppidatim discurrere.

Oppidanus, ni. Qui oppidum incolit. {πολίτης. Ital. *Cittadino*. Gal. *Citadin, citoyen*. Hisp. *Ciudadano*.} Cæs. lib. 3. Comm. Sub vesperum Cæsar portas claudi, milites ex oppido exire iussit, nequam noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent. Idem 1. bell. Ciu. Vniuersique oppidani, & milites, obuiam gratulantes Antonio exierunt.

Oppidanus, a, um, vt Oppidanum ius. ἀστικός. Cic. pro Plan. Vetere quodam in scenicos iure, maximéque oppidano. Cic. de Clar. Orat. Quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi.

Oppidò, aduerbium, significat Valde, multùm. {κομιδῇ. Ital. *Molto*. Gal. *Fort, beaucoup, fort*. Hisp. *Mucho, muy*.} Ortum est autem hoc verbum, teste Festo, ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret: vtque multitudo significaretur, sæpe respondebatur, Quantum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit, vt diceretur Oppidò, pro valde, multùm. Hæc ille. Terent. in Heaut. Dic me hic oppidò esse inuitam. ¶ Interdum etiam post Oppidò subiungimus particulam Quàm. Gell. lib. 15. cap. 30. Oppidò quàm sunt in literarum ostentatione inepti, & friuoli. Cæsar. Quibus rebus oppidò quàm pauci sub pellibus acquiescebant. ¶ Accipitur aliquando Oppidò, pro statim. Plaut. in Mostel. Perdidi operam fabrorum illico, oppidóque venit ignauia. Idem, Reddidi omne argentum oppidó.

Oppidicus, ἀ πόλει ἀστικῶν. Eius significationis esse putat Calepinus, cuius Oppidanus: citans locum Gellij ex lib. 2. cap. 21, vbi sic legit, Hic ego ad nostros iuuenes conuertor. Quid, inquam, vos oppidici dicitis mihi? Sed proculdubio, vt plerisque aliis in locis, ita hic quoque deceptus est Calepinus mendosis exemplaribus: quandoquidem in castigatis Gellij codicibus, non Oppidici legitur, sed Opici.

Oppignero, ras, Pignori do, pignori obligo. {ἐνεχυράζω, ὑποθήκην. Ital. *Impegnare*. Gal. *Engager*. Hisp. *Empeñar, poner prenda*.} Martial. lib. 2. Oppignerauit admodo Claudi mensam Vix octo numis auulum, vnde cœnaret. Terent. in Heaut. -num illa oppignerare filiam Meam me inuito potuit? ¶ Repignerare, est soluto debito pignus recipere. Vide suo loco.

Oppilo, as, penult. prod. Significat occludo. {ἐμφράττω. Ital. *Serrare*. Gal. *Boucher, estopper*. Hisp. *Cerrar*.} Lucret. lib. 6, Fluctibus aduersis oppilare contrà. Cic. 2. Philip. Nisi ille sè sub scalas tabernæ librariæ conuecisset, hisque oppilatis impetum tuum compressisset.

Oppilatio, Hoc est obstructio. Vnde medici vitium præclusi iecinoris, aliorúmque intus viscerum, Oppilationem vocant. ἐμφραξις. Fit autem à Pilis, quod columnam significat.

Oppleo, es, Idem quod impleo. {ἀναπλήθω. Ital. *Empire*. Gal. *Remplir, empar*. Hisp. *Henchir*.} Plaut. in Rud. Sed ad prandium vxor me vocat, redeo domum iam meas opplebit aures sua vaniloquentia. ¶ Item Opplere, est quasi occupare. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 4, Alienus odor nates oppiet. Cice. 2. de Natura deorum, Nam vetus hæc opinio Græciam oppleuit. Idem post reditum in Senatu, Mens praua oppleta tenebris & sordibus.

Opploro, as. Plorando obtundo. κατοδύρομαι. Lib. 4. ad Herenn. At ille, Quin mihi illum datis, ac vos auribus meis opplorate desinitis?

Oppono, nis. Contrà pono, seu ex aduerso pono. {ἀντιτίθημι, ἀντίκειμαι, ἐναντίον τίθημι. Ital. *Opporre*. Gal. *Opposer*. Hisp. *contraponer*.} Cic. 2. de Natura deorũ, E quibus pullos quum excluserunt, ita tuentur, vt & pennis foueant, ne frigore lædantur: & si est calor, à Sole se opponant. Moles fluctibus opponere. Cic. 1. Offic. Natura opposuit montes mari, Lucan. lib. 2. Opponere vitium virtuti, Cic. 3. de Finib. ¶ Ponitur quandoque pro Obicere. Cice. pro Quint. Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. ¶ Aliquando idem pro Deponere dicitur, hoc est contra alium prouocatem pignus ponere. Plaut. in Cure. -pono pallium, Ille suum anulum opposuit.

Oppositio, nis, Contrarietas. {ἀντίθεσις. Ital. *Contrarietà*. Gal. *Contrarieté*. Hisp. *Contrariedad*.} Cice. 1. de Inuent. Disparatum autem est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur: hoc modo, Sapere, non sapere.

Oppositum, Contrarium. ἀντικείμενον, ἀντικείμενος, ἐναντίον. Ital. *Contrario*. Gal. *Contraire, opposite*. Hisp. *Contrario*.

Oppositus, huius tus, Idem quod oppositio. ἀντίθεσις. Gell. lib. 14. cap. 5, Quum ille paulisper, oppositu horum vocabulorum commotos, reticuisset. &c. Cic. pro Marcel. Nõ modò excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, & corporum policemur.

Opportunus, a, um, per duplex. p. ab Ob. & Portus compositum putatur, quòd nauigantibus vtilissimi, optatissimique sint portus. Dicitur autem proprie Opportunum, quod nobis commode & pro desyderio, suóque tempore obungit. {ἐυκαιρος. Ital. *Opportuno, conueneuole*. Gal. *Opportun, conuenable, propre*. Hisp. *Cosa con sazon ò tiempo, conueniente*.} Cicero Cælio lib. 2. Epist. Quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris. ¶ Quandoque ponitur pro apto & idoneo. Terent. in Eunuch. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex viu tuo, nemo est. Quandoque iungitur datiuo pro proclini, & obnoxio. Plin. lib. 7. cap. 52, Fœminarum sexus huic malo videtur maximè opportunus, conuersione vuluæ. Idem lib 18. cap. 7. Opportuniora morbis corpora, hoc est proclniora ad morbos, & quæ citius inciduut in morbum. ¶ Aduerso, Importunum esse, & Importunum fieri dicimus, quæ sunt, fiúntve præter rationem loci siue temporis, aut personarum. Vide suo loco.

Opportunè, aduerbium. Dicimus autem Opportunè accidere. {ἐυκαίρως, κατὰ καιρόν. Ital. *A tempo ò luogo*. Gal. *En temps & lieu, tout à point*. Hisp. *Con sazon ò tiempo*.} quod pro desyderio nostro accidit, siue quod accidit in loco & tempore. Terent. in Andr. Opportunè hic sit mihi obuiam.

Opportunitas, Pro commoditate, pro ratione loci, temporis, & personarum. {ἐυκαιρία. Ital. *Opportunità*. Gal. *Opportunité, commodité de temps*. Hispa. *Sazon con tiempo*.} Cic. 3. de Finib. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis, &c. ¶ Ponitur quandoq; Opportunitas pro facilitate. Plin. Epist 24, Tranquilli stomachum multa solicitant, vicinitas vrbis, opportunitas viæ, &c. ¶ Quandoque pro vtilitate. Cic. de Amicit. Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Opportunitate bona aduenire, id est in tempore. Plaut. in Epid. Optima opportunitate ambo autem venistis.

Opprimo, is, pen. corr. Enco, siue perturbo: habétque in se maiorem vim quàm Extinguo. {ἐξαίρω, ἐπιλαμβάνω, ἐπιπλήττω. Ital. *Opprimere, perturbare, vccidere*. Gal. *Opprimer, abatre, acabir*. Hisp. *Oprimir, matar*.} Cic. in Lælio. Quamobrem primum danda est opera, ne qua amicorum dissidia fiant. Sin aliquid tale euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur, quasi quod extinguitur, possit renouari: quod opprimitur, non queat: siue quòd extinguendo mora quædam, in opprimendo celeritas significetur. ¶ Interdum Opprimere, ponitur pro continere, seu exulcere. ἐπισχίζειν. Plaut. in Asin. Os opprime. ¶ Interdum pro conuincere, seu comprehendere. Ibidem, Iam faxo ipsum hominem manifesto opprimas. ¶ Interdum pro violare. βιάζομαι. vt, Oppressit virginem. ¶ Interdum pro premendo grauare. πιέζειν. Cicero, Qui homini tot miseris, calamitatibúsque oppresso subuenret. ¶ Interdum pro præuenire, occupare. προλαμβάνειν. Cicero Cassio, Puto te iam suppudere, quũ hæc tertia iam epistola antè te oppressit, quàm tu schedam, aut literam. ¶ Ponitur quandoque pro supprimere, celare, tacere. Cic pro Rosc. Amer. Est quiddam quod occultatur, quod quo studiosius ab ipsis opprimitur, & absconditur, eo magis eminet & apparet. ¶ Interdum pro constringere, συνέχειν.

Oppressio, κατάληψις, κατάσχεσις. Ital. *Violenza, oppressione*. Gal. *Violence, oppression*. Hisp. *La oppression, violencia*.} Constrictio. cuius diminutiuum est Oppressiuncula. Plaut. Molles morsiuncuiæ, papillarum horridularum oppressiuncula.

Oppressiuncula, Verbale. {μικρὰ ἐπιπλῆξις θλῖψις. Ital. *Picciola violenza & oppressione*. Gal. *Petite violence & oppression*. Hispan. *Pequeña violencia y oppression*.} apud Plautum legitur.

Oppressor, oris. {καταπιεστής, καταθλιπτής. Ital. *Oppressore*. Gal. *Oppresseur*. Hisp. *Opprimidor*.} Brutus ad Ciceronem in Epistolis ad Brutum, Peatis vt iudices atq; oppressores, dominationis salui sint?

Opprobrium, brij, ex Ob, & Probrum, significat infamiam, dedecus, quasi obiectum probrum. {ὄνειδος. Ital. *Opprobrio, vituperio, infamia, vergogna*. Gal. *Opprobre reproche, outrageuse parole*. Hisp. *El denuesto, verguença*.} Cic. in Sallust. Quum omnibus matribus familiarum opprobrio esset. Horat. 1. Epist. 9, Sic ego maioris fugiens opprobria culpæ, &c. Idé 1. Carm. Ode 16, -dum mihi Fias recantatis amica opprobriis.

Opprobro, as, Opprobrio do, obiicio. {ὀνειδίζω. Ital. *Villanneggiare, vituperare*. Gal. *Reprocher, dire paroles injurieuses à quelqu'vn*. Hisp. *Denostar*.} Gell. lib. 1. cap. 15. Idem, Cato M. Cælio Tribuno plebis vilitatem opprobrans non loquendi tantùm, verumetiam tacendi. Frustò, inquit, panis conduci potest, vt taceat, vel vti loquatur. Plautus Most. Egóne id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?

Opprobratio, verbale. {ὀνειδισμός. Ital. *Oltraggiamento*. Gal. *Reprochement, outrage de paroles*. Hispa. *El denuesto*.} Gell. lib. 12. cap. 11, Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.

Opprobramentum, ti, Idem quod opprobrium. ὄνειδος. Plaut. in Mere. Litigare ego nolo vos: quàm tuam autem accusari fidem, Multò ædepol, si quid faciendum est damni, facere mauolo, Quàm opprobramentum au dagitium muliebre efferri domo.

Oppugno, as, Contra personam, vel rem aliquam pugno, nocendi causa. {πολεμέω, πολιορκῶ, πρόσβαλλω. Ital. *Oppugnare, dare assalto*. Gal. *Oppugner, donner*

Universidad de Deusto Biblioteca

donner l'assaut. Hisp. *Combatir.* } Cic. pro Sest. Domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Claudiano. Idem Cælio lib. 2, Ibi quintum & vigesimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum.

Oppugnatio, onis, verbale. {πολιορκία. Ital. *Assalto.* Gal. *Assaut.* Hisp. *Combatimiento.* } Liu. 4. ab Vrbe, Nec segnior oppugnatio est, quàm pugna fuerat.

Oppugnator. {πολιορκητής. Ital. *Chi dona assalto.* Gal. *Assaillãt, qui donne assaut, combattant.* Hisp. *Combatitore ò combattente.* } Cic. pro Corn. Bal. Atq; vtinam qui vbiq; sunt propugnatores huius imperij, possent in hanc ciuitatẽ venire, & contrà oppugnatores Reipublicæ de ciuitate exterminari.

Opputo, as, Idem est quod puto, vel amputo, propriéque de arboribus dicitur. {ἀποκλαδεύω. Ital. *Potare* Gal. *Peuer, couper & oster les branches superflues.* Hisp. *Cortar ò podar.* } Plin. lib. 17. ca. 21, Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.

Oppuuire, Antiquissimi dixerunt pro percutere. μωμύω. Vnde Oppuuia, verbera dicuntur. Afranius, Oppuuiis pueri coërcentur. Vide in dictione PAVIO.

OPS, Opis, generis fœminini, Filia Cæli ex Vesta, & soror, & coniux Saturni, quæ & Rhea dicitur Græco vocabulo, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod est fluere: propterea quòd terra rebus omnibus affluat. Eadẽ Cybele appellatur, vel à monte atq; oppido Phrygiæ Cybelo, vbi sacra eius primò instituta sunt. Vel ἀπὸ τῶν κυμβάλων, quibus in sacris eius vtebantur sacerdotes. Ops autẽ ideirco dicta putatur, quòd terræ ope vita hominem sustentetur. Vel ab antiquo adiectiuo Ops, quo veteres pro diuite vtebantur, quemadmodũ contrà, Inopem dicimus pauperem & egenum. Veteres enim, quorũ opes præcipuæ in re pecuaria, & agricultura consistebant, terram huiusmodi opum largitricem diuinis prosecuti sunt honoribus, Opémq;, hoc est opulentã nuncupauere. ¶ Hæc etiam Mater Deûm appellatur à poëtis, quòd putarent cælestes omnes in terris fuisse genitos, & ob insigne aliquod meritũ in cælum fuisse translatos.

Opes, In numero plurali dicũtur diuitiæ. {πλοῦτος & κτήματα. Ital. *Ricchezze.* Gal. *Richesses, biens, chevances.* Hisp. *Riquezas.* } Virgil. 1. Aen. Auxilio tutos dimittam, opibúsq; iuuabo. Horat. Serm. li. 2. Saty. 2, -puer hunc ego parvus Osellum Integris opibus noui non largius vsum, Quàm nũc acciſis videas. Quo in loco Horatius vocat Opes accisas, quæ immunitæ sunt, & attenuatæ: quibus opponit Opes integras, hoc est florentes, & nulla in parte diminutas. Apud vetustissimos etiam Ops aliquando positum inuenitur, vt idem sit quod opem ferens. Accius, Quorũ genitor fertur esse ops gentibus. ¶ Hinc Inops, & Inopiosus, quasi sine ope & Inopia: de quibus suis locis. ¶ Obliqui singulares significant auxilium, ἐπικουρίαν. Ouid. lib. 1. de Remed. Carminis & medicæ Phœbe repertor opis. Cic. lib. 3. Tusc. Opis egens, dixit: id est auxilij indiga. ¶ Aliquãdo significat, vires, vel potestatem, δύναμιν. Virg. 1. Aeneid. -grates persoluere dignas, Non opis est nostræ. ¶ Aliquando vim. Sallust. in Catil. Summa ope niti decet, ne vitã silentio transigant. id est omoi virtute, summa vi. ¶ Aliquando etiam opem in singulari numero legimus pro diuitiis. Cic. 3. Tusc. ex vetusto quopiam poëta, O Priami domus, septum altisono cardine templum, Vidi ego te adstantem ope barbarica. id est opulentia luxuriosa. ¶ Quãdoq; etiam Opes pro auxilio legimus in numero plurali. Idem ad Quintũ fratr. Nunc ita accidit, vt neque Prætores suis opibus, neque nos studio nostro quicquam proficere possimus. Horat. lib. 1. Epist. -donec minor in certamine longo Implorauit opes hominis.

Opifer, ra, rum, Opem ferens. {βοηθόρος, βοηθητικός. Ital. *Chi porge aiuto & soccorso.* Gal. *Qui donne aide & secours.* Hisp. *Que trae consigo ayuda.* } Vnde Iunonem Opiferam appellarunt Romani, quòd parturientibus opem ferre crederetur. Plin. lib. 11. ca. 37, Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur, quum meditatur in dedicanda æde, Opiferæ dicere.

Opulentus, a, um, Diues & opibus abundãs. {πλούσιος. Ita. *Ricco, opulento.* Gal. *Riche, opulent.* Hisp. *Rico y abundante.* } Plaut. in Amph. Opulento homini hæc seruitus dura est. Cic. 4. de Amic. Vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri: & inopes, quàm opulẽti. Horat. 3. Car. Ode 24, Intactis opulentior thesauris Arabum, & diuitis Indiæ. Virg. 1. Aeneid. Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido Condebat donis opulentum, & numine diuæ. Catul. in Iul. Cæsar. Eóne nomine vrbis opulentissimæ Socer, genérque perdidistis omnia?

Opulentia, & Opulentitas, atis, Pro opibus & diuitiis. {πλοῦτος. Ital. *Ricchezze, abondanza.* Gal. *Richesses, abondance.* Hisp. *Riquezas, abundancia.* } Plaut. in Mil. Quasique eius opulentitatem reuerearis. Sallust. in Cic. Cui potest esse dubium quin opulentiam istam ex sanguine & miseris ciuium parauerit? Plin. lib. 17. cap. 1, Tam recens est opulentia.

Opulenter, Sumptuosè, splendidè, cum opulentia. {πλουσίως, ἁβρῶς, ἐπιπόρως, ἀφθόνως. Ital. *Riccamente, in abondanza.* Gal. *Richement, en grand' abondance.* Hispa. *Rica y abundantemente.* } Liu. lib. 1. ab Vrbe, Ludos opulentius, instructiusque, quàm priores reges, fecit.

Opulento, as, Dito, seu abundantem facio, fœcundóve. {πλουτίζω. Ital. *Arricchire.* Gal. *Enrichir, faire riche.* Hisp. *Enriquescer.* } Colum. li. 8. ca. 1, Quippe villaticæ pastiones, sicut pecuariæ, non minimam colono stipem conferunt: quum & auium stercore macerrimis vineis, & omni sarculo atque aruo medeantur, & eisdem familiarem focum, mensámq; prælo atque aruo medeantur, & eisdem familiarem focum, mensámq; prælo atque aruo medeantur, & eisdem familiarem focum, mensámq; prel

ipsum agat, quod in exercitu Optiones, iure arbitror dici Optionem.
Opulento, Opulentus, Opulesco, Vide OPES, in OPS.
Opulus, li, pen. corr. Genus arboris, maritandis vitibus maximè idoneum. Colum. lib. 5. cap. 6, Sed vitem maximè opulus videtur alere, deinde vlmus, pòst fraxinus. Ruellius lib. 1. cap. 105, Opulus corno similis arbor, a busto Gallico faciundo idonea: *obierne*, vel *Opierne* apud
Opuntia, æ, Herba est circa Opuntem nascens, etiam homini dulcis: miscunque è folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci. Verba sunt Plinij lib. 21. cap. 17.
OPUS, Oppidum Locrorum Epicnemidiorum, non procul ab Aiopo fluuio. Ouid. lib. 1. de Pont. Facta cæde puer Patroclus Opûnta reliquit.
Opuntij, Populi dicuntur, ἐκ τοῦ ὄρους, & ἐκ τῆς Ὀπούντος: & propinquus sinus Opûtus.
Opus, operis, & Opus, indeclinabile, Vide OPERA.
Opusculum, diminutiuum, Vide OPVS, in OPERA.

O ante R.

Ora, oræ, Extremitas cuiusque rei. {ἄκρα, τὸ ἔσχατον τοῦ ὅλου. Ital. *Estremità di qualche cosa.* Gal. *La fin & bout de quelque chose que ce soit, fin & limite, le bord de quelque habit.* Hisp. *Orilla, fin ò cabo.*} Virg. 9. Aen. Et mecum ingentis oras euoluite belli, hoc est finem belli, vel belli extrema, vt interpretatur Seruius. Hinc vestimentorum extrema, Oræ dicûtur. κράσπεδα. Regionum item, terrarúmq; fines, insuper maritimæ ipsæ regiones, Oræ dicuntur. Virg. 1. Aeneid. Arma virúmq; cano Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus, Lauináque venit Littora. ¶ Oræ alueariorum. Virg. 4. Georg. Spiramenta linunt, fucóque & floribus oras Explent. ¶ Plinius Oræ appellatione ferè semper regionem littoralem appellat, ἀκτὴν, apud quem veluti peculiaris est talis locutio, In ora sunt ciuitates: & oppida oræ proxima. Quæ verò remota sunt ab ora, in mediterraneo esse dicuntor. ¶ Ora pro regione. Cic. 2. de Natu. deor. Omnibus hominibus, qui vbique sunt, quacunq; in ora ac parte terrarum. ¶ Ora pro climate, vel segmento cæli. Cic. 1. Tuscul. Tum globum terræ eminentem à mari, fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus, habitabilem, & cultum. ¶ Sunt qui dicant Oram etiam significare nauticum funem, quo nauis littori alligatur, adducentes testimonium illud Quintiliani in Præfat. ad Tryphonem, Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur, & Liuium lib. 28. In ipsis quoque trepidatum nauibus, dum ne hostes cum suis irrumperent, trahunt scalas: orâtque, & anchoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt. Cæterùm eruditi negant Oram inueniri pro fune nautico apud idoneos autores, quum ne in Liuio quidem Oras, sed Loxa in vetusto codice scriptum reperiatur, & apud Quintilianum, Ora soluentibus, in quibusdam exemplaris legatur: vt idem sit Ora soluere, quod soluere à litore. ¶ Ora pro initio rei, autore Festo, vsus est Cæcilius, Oram, inquit, reperire nullam, quam expediã, queo. ¶ Apud Celsum, Oræ vulneris vocantur, hiantis vulneris extremitates, quæ futura coniunguntur. Oras, inquit, vulneris futuræ comprehendant.
Oraculum, li, Idem est quod deorum responsum. {χρηστήριον, λόγιον. Ital. *Oracolo.* Gal. *Oracle.* Hisp. *Respuesta de Dios.*} ita dictum à verbo Oro, vel ab Oratione, teste Cicerone in Topicis, Oracula (inquit) ex eo ipso appellata sunt, quòd inest his deorum oratio. Virgil. 2. Aeneid. Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus. ¶ Quandoque ponitur pro templo, in quo responsa dantur. Plin. lib. 12. cap. 23. Inde & nomen Ammoniaco ab Ammonis oraculo, iuxta quod nascitur arbor. ¶ Nonnunquam etiam pro celebri, notarúque digna, & minimè vana sententia. Seneca, Vnum illud optimum oraculum est, Pugnãdum esse pro patria. Plin. lib. 18. cap. 6, Inde illa reliqua oracula, Nequam agricolam esse, quisquis emeret quod præstare ei fundus posset. ¶ Accipitur præterea aliquando Oraculum, pro somnio nocturno, quo res aliqua nobis denuntiatur. Cic. 1. de Diuinatione, Expositi somnij, & furoris oracula. ¶ Dicere ex oraculo, Cicero pro Fonteio, Ex oraculo dici putes. ¶ Edere oraculum, Oraculo aliquid edere, Fundere oraculum, Petere oraculum de aliqua re, Oraculum editum est.
Orata, æ, Piscis, ab auri colore nomen habens, Idem & Aurata dicitur. {χρυσόφρυς. Ital. *Orata.* Gal. *Orade ou dorade.* Hisp. *Dorada pesce.*} Solent enim veteres pro au diphthongo, sæpe o, literam substituere, vt Clodius pro Claudio, & Codex pro caudice. Vide suprà in dictione Aurata.
ORATHA, æ, ὄραθα, Oppidum est Mesopotamiæ, ad Tigrim fluuium. Stephanus.
ORBANA, Deæ cuiusdam nomen, quæ Romæ ad ædem Larium aram habuit. Autor Plin. lib. 2. cap. 7.
Orario, Oratiuncula, & Orator, Vide ORO.
ORBELVS, ὄρβηλος, Thraciæ mons est in ea parte, qua Macedoniæ est contigua, non procul à Paugæo promontorio: à quo vicina regio Orbelia dicta est ὀρβηλία. Vide Plin. lib. 4. cap. 10. & 11.
Orbis, huius orbis, Circulus. {κύκλος, σφαῖρα. Ital. *Circolo, rotondità.* Gal. *cercle, rondeau, rondeur.* Hispan. *Redondez, circulo.*} Plin. lib. 11. cap. 37. Aliis glauci coloris orbibus circundatis. Ouid. 6. Metamor. Ianam glomerabat in orbes. Luca. lib. 5. de gruibus loquens, Confusos temerè immistæ glomerantur in orbes. Virg. 5. Aeneid. Inde alios ineunt cursus, aliósque recursus, Aduersus spatiis: alternósque orbibus orbes Impediunt. Cic. 3. de Orat. Circuitus & quasi orbis verborũ. ¶ Differt autem Orbis à Sphæra, seu globo, quòd Orbis propriè dicatur de plano corpore, quod circularem habet figuram: Sphæra autem, vel Globus de corpore solido. Cic. 2. de Nat. deor. Duæ formæ præstãtes sunt: ex solidis globus, ex planis circulus, vel orbis, qui Græcè κύκλος dicitur. Sed hoc non semper obseruatur. Ponitur enim frequenter Orbis pro eo quod Sphæricum est, vel rotundum: vnde Orbem terrarum ἀπὸ τοῦ σφαιρικοῦ, dicimus pro toto vniuersæ terræ globo, quem sphæricæ figuræ esse fauiores philosophi consentiunt. Plin. in Procem. lib. 3. Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes. ¶ Accipitur etiam orbis pro circulari cælestium corporum meatu. Cic. de Somn. Scipion. Stellæ circulos suos, orbésque conficiunt celeritate mirabili. ¶ Nonnunquam etiam cælos ipsos, vel cælestes sphæras Orbes dicimus. Ibidem, Nonem tibi orbibus, vel potius globis connexa sunt omnia. ¶ Orbes etiam quandoque dicuntur frontis foramina, inter quæ latent oculi. Statius, Tum vacuos orbes. Prudent. *Illic vtrisque* obtutibus orbes cauatos præferens, baculo regebat primo errore nutantem gradum. ¶ Sed & ipsa lumina sic appellantur. Lact. Orbes ipsos humoris puri, ac liquoris plenos esse volunt. ¶ Ponitur quandoque pro regione. Plin. lib. 12. cap. 12, In nostro orbe proximè laudatur Syriacum. ¶ Aliquando pro operculo in orbem facto. Cato de Re rust. cap. 10, Abacum vnum, orbes æneos duos, mensas duas, &c. ¶ Orbis ablaqueationis, apud Colum. lib. 4. cap. 4. ponitur pro fossura, hoc est fossione illa quæ in orbem circa vites, aut arbores fieri solet. Nam (inquit) dum exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem plerumq; sauciat. ¶ Quandoque etiam Orbem acceptum legimus pro orbili, hoc est pro extremitatibus radiorũ in rota, quæ canthis cinguntur. Varr. 3. de Re rust. cap. 5, E quo stagno riuus perueniat in doas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi vltro ac citro commeant, quum & aqua calida & frigida, ex orbe ligneo mensáque, quam dixi, in primis radis esse epistomiis versis ad vnumquenque factum sic, vt fluat in conuiuam. ¶ Orbis pro anno. Virgil. 1. Aen. Triginta magnos volucndis mensibus orbes Imperio explebit. Hoc est regnabit triginta annos. Idem 3. Aeneid. Annuus exactis completur mensibus orbis. ¶ Accipitur etiam Orbis pro mensa rotunda. Martial. lib. 2. Tu Libycos Iudis suspendis dentibus orbes: Fulcitur tella fagina mensa mihi. Quo in loco Libycos orbes vocat mensas citreas. ¶ Ponitur quandoque pro contextu, & serie continua, & quadam quasi circunductione orationis, quum periodi legitimis cõmatibus & colis sunt expletæ. Quintil. lib. 9. cap. vlt. Historia non tam finitos numeros, quàm orbem quendam, contextúmque desyderat. Cic. in Orat. In Thucydide orbem orationis desydero.
Orbiculus, li, diminutiuũ. {στρογγύλιον. Ital. *Piccolo cerchio, rotondità.* Gal. *Petit cercle, rondeur.* Hisp. *Pequeño circulo redondez.*} Plin. lib. 25. cap. 13, Confossa quoq; in orbiculos seruatur in vino. ¶ Orbiculus pro rotula trochleæ. Cato cap. 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus ipartaneis ducantur, orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis cirius ducas.
Orbiculatus, ta, tum, Quod in orbem & circuitum factum est. {κυκλοτερής, στρογγύλος. Ital. *Tondo, rotondo.* Gal. *Rond, qui est fait en rond.* Hisp. *Redondo.*} Vnde Poma orbiculata dicuntur à Varrone 1. de Re rust. cap. 59, quæ rotunda sunt, figurámque habent orbis in rotunditatem circumacti. Cælius ad Cic. lib. 8, Quid est? Nunc tibi nostri milites, qui duriſſimis, & frigiſſimis locis tetterimo hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur.
Orbiculatim, aduerb. Per orbes, & circulos, quasi circulatim. {στρογγύλως. Ital. *A forma rotonda.* Gal. *En forme ronde, par rondeaux.* Hisp. *En cerco, en redondez.*} Plin. lib. 11. ca. 37, Sed quibus cerux è multis, vertebratisq; orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.
Orbicus, ca, cum, autore Nonio. Quod est per orbem ductum, seu per circulum. {κυκλοτερής. Ital. *Girato intorno.* Gal. *Qui tourne en rond.* Hisp. *Hecho en cerco ò en redondez.*} Varro, Vt sidera cæli circa terram, atque axem voluuntur motu orbico.
Orbile, huius bilis, Id esse videtur quod rotam in summo axe continet: vel id potius quod in extremis radiis est, & canthis cingitur. {ἡ ἔσχατη τροχοῦ περιφέρεια. Ital. *Il rotondo della ruota.* Gal. *Le tour & rond d'une roue.* Hisp. *Larcedondez, dela rueda.*} Varr. 3. de Re rust. cap. 5, Insula est columnella, in qua intus axis, qui pro mensa suffiuet rotam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit. Budæus.
ORBILIVS Beneuentanus, Grammaticus fuit, Horatij in pueritia præceptor, quem lib. 2. Epist. ob nimiam in pueros sæuitiam Plagosum vocat. Huic in senectute accidisse ferunt vt omni prorsus memoria fuerit destitutus: vnde per iocum Literarum obliuio fuit appellatus. Vixit ad centesimum propè annum, reliquitque filium Orbilium, & ipsum Grammaticum. Ex Tranquillo.
Orbita, æ, penult. correp. Rota, siue currus. {τροχιά. Ital. *Ruota, carro.* Gal. *Roue, ornière.* Hisp. *El carril por donde passa carreta, carro.*} Virg. lib. 3. Georg. -iuuat ire iugis, quà nulla priorum Castalliam molli diuertitur orbita cliuo. Cic. Attic. lib. 2, Vt vix somnum audire, vix impressam orbitam videre possemus. ¶ Est præterea Orbita, vestigium decurrentis in viis rotæ ex cursu. Plin. lib. 8. ca. 58. Idem, vbicunq; si sint orbitam transiere, moriuntur. Loquitur de muribus. Liu. 2. belli Maced. Rota vna in altiorem orbitam depressa, ita turbim inclinauit. ¶ Hinc Exorbito, tas, de quo suo loco. ¶ Item Orbita, rotunditas. Virgil. in Aetna, Solis scire modum, & quanto minor orbita Lunæ est.
Orbus, orbi, Propriè dicitur oculorum luce priuatus, quasi amissis oculorum orbibus. {ἀπόμπορος, τυφλός. Ital. *Orbo, cieco.* Gal. *Aueugle.* Hisp. *Ciego.*} Iuuenal. Satyr. 3, Dudum vigilantibus orbis. Plin. lib. 7. ca. 43, Orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio, quum Palladium raperet. Idem lib. 35. cap. 10, Pinxit & Antigoni regis imaginem altero lumine orbam. ¶ Per translationem Orbi dicuntur, quicunque aliqua re chara priuati sunt. Hinc patres, amissis liberis, quos non minus charos habent quàm proprios oculos, Orbi vocãtur. ἄπαιδες. Cic. in Parad. Quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? Quintil. lib. 5. ca. 10, Parens liberorum, an orbus sit. Colum. lib. 7. cap. 4, Orbæ suis natis matres. Iuuenalis, -meliora ac plura reponit Persicus orborum lautissimus. ¶ Similiter Orbi dicuntur liberi amissis parentibus. ἀπάτορες. Terent. Adelph. Hæc virgo orba est patre. Idem Phormione, Lex est, vt orbæ qui sint genere proximi, His nubant. ¶ Orbi palmites dicuntur, qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt: Nec, inquit, orbos tantùm derrahere palmites, verumetiam frugiferos.
Orbitas, Illa patrum solitudo post amissos liberos. {ἀπαιδία. Ital. *Priuatione di cosa cara, como de figliuoli.* Gal. *Priuation ou perte d'enfans ou d'autre chose qu'on tient chere.* Hisp. *Perdida de cosa amada como de hijos.*} vt vxoris viduitas post amissum maritũ. Quintil. Nõ habet orbitas vestra lachrymas super ardentes rogos. ¶ Est etiã Orbitas priuatio parentũ. ἀπατορία. Plaut. in Capt. Quod hoc est scelus? quasi in orbitatem filios produxerim.
Orbitudo, Idem quòd orbitas, sed antiquum est. Atticus, Miseret lachrymarum, luctuum, orbitudinis.
Orbo, as, Rechata aliquem priuo. {στερίσκω, ἀποστερῶ. Ital. *Priuare, orbare.* Gal. *Priuer de quelque chose qu'on tient chere.* Hispan. *Priuar de cosa amada.*} Cic. de Amicit. Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret æras illa solatium. Idem 4. Acad. Non ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus. Orbare se luce, Cice. 3. Tusc. Orbati auxilio, Idem pro Murœna.

Orbatus, participium. ὀρφανιστὴς, ἐπηρῳμένος. Cice. pro Cluent. Mater orbata filio. Idem ad Cæcinnam. Necnis quidem verbis, quibus te consoler, vt afflictum, & iam omni spe salutis orbatum.

Orbatio, onis. Seneca Epist. 88. Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur: vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν: quod quum dicunt, non quod quis habeat dicitur, sed quod non habeat.

Orca, cæ. ὄρκη. Ital. *Orca*. Gal. *Espaulart*. Hisp. *Vna especie de vallena*. } Genus beluæ marinæ (inquit Festus, balænis infestum. Plin. lib. 9. cap. 6. Balænæ & in nostra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conspici eas tradit, condi autem æstatis temporibus in quodam sinu placido & capaci, mirè gaudentes ibi parere. Hoc scire orcam, infestam his beluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum ac fœtas, vel etiamnum grauidas lancinant morsu, incusaq; ceu Liburnicarum rostris fodiunt. Horat. 2. Sermon. Satyr. 4. -simplex è dulci constat olivo, Quod pingui miscere metuo, muriáque decebit, Non alia quàm qua Byzantia putruit orca. ¶ Ab huius beluæ similitudine vasis quoddam vinarij genus specie tereti, & vniformi, Orca dicitur. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 13, Orcæ in Hispania feruore musti ruptæ. ¶ Erat etiam olim Orca vasis genus, in quo fici asseruabantur. Plin. lib 15. cap. 19, At vbi copia ficorum abundat, implentur orcæ, in Asia cadi. ¶ Quidam etiam Orcam accipiunt pro vasculo lusorio, quò conjecti tali, agitatique emittuntur in tabulam aleatoriam, quod à Martiale dicitur Turricula ex imitatione Græcæ dictionis πύργος, quam & Latini vsurpant. Persius Satyr. 3, Augustæ collo non fallier orcæ. ¶ Plin. lib. 35. pro capsa pigmentorum muliebrium posuit, quum ait, Vsta casu reperta, incendio Piræei cetussa in orcis cremata. ¶ Orca etiam gemmæ nomen est, nigro, faluo, viridi ac candido colore distinctæ. Plin. lib. 37. cap. 10.

Orcula, diminutiuum ab Orca. κυλίκιον. Cato de Re rust. Cyminum, fœniculum, rutam, mentham, in orculam condito.

ORCADES, ὀρκάδες Ptolemæo, pen. corr. Insulæ Oceani Septentrionalis vltra Britanniam, & Hybernam, numero triginta, secundum Pomponium, parum inter se distantes. Vulgò *Orkney*.

ORCELIS, ὀρκελὶς, Vrbs Bastetanorum in Tractu Tarraconensis Hispaniæ. Ptolem. lib. 2. cap. 7.

ORCHAMVS, Assyriorum rex fuit, qui Leucotheam filiam ab Apolline vitiatam viuam defodit. Vide fabulam apud Ouid. lib 4. Metam.

Orchestra, ὀρχήστρα. Locus erat in theatro inter scenam & cuneos, Senatoribus ad spectandum designatus, in quo erat pulpitum quinq; non amplius pedibus altum, quod Græci Thymelem dicebãt, & Longeum, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quandiu Comœdiæ chorum habuerunt, ipsique etiam citharœdi & aulœdi, & quotquot personam ex fabula non agebant, actioni subseruiebant. Dicta Orchestra, ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι, hoc est à saltando, quòd in eo gesticulatores, histrionibus in scenam abditis, populum saltando detinerent. Sueton. in Nerone. Deinde in orchestram, Senatúmque descendit, & orationis quidem, carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, sumpsit. Iuuenalis posuit pro sessione Senatus & primorum, quum ait, -similémque videbit Orchestram, & populum.

Orchia lex, ὀρχία νόμος. Prima fuit inter leges sumptuarias, quæ ab Orchio Tribuno plebis nomen accepit. Hac certus conuiuarum numerus præscribebatur, cauebatúrque vt apertis ianuis cornitaretur, nequa legi fraus fieri posset.

Orchis, ὄρχις, Herba quam & Cynosorchin vocat Plin. lib. 26. cap. 10, Cuius vocabuli vim reddentes officinæ etiam hodie *Testiculum canis* appellant. ¶ Est etiam Orchis, piscis quidam curiosissimus, cuius meminit Plin. lib. 32. cap. 2, Durissimum (inquit) esse piscium constat, qui Orchis vocatur, totundus est, & sine squamis, totúsque capite constat.

Orchites, pen. corr. ὀρχίτης, Genus oliuarũ, quæ à testiculis nomen sumpserunt, vt inquit Seruius in lib. 3. Georg. Nam ὄρχεις testes dicuntur, vnde Orchites dictæ sunt, quasi testiculares oliuæ. Nominatiuus singularis est Orchis. Colum. lib. 5. cap. 82. Orchis quoque & radius melius ad escam, quàm ad liquorem stringitur.

ORCHOA, æ, ὀρχόη. Babyloniæ oppidum est, in confinio Arabiæ desertæ. Ptolem. lib. 5. cap. 20.

ORCHOMENVS, pen. corr. ὀρχόμενος, Thessaliæ fluuius, antea Minyeus appellatus, teste Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Orchomenus item, siue Orchomenum, Thessaliæ oppidum est, ad sui nominis fluuium situm, olim potentissimum, vt pote cui & Thebani aliquando tributum pependerint (vt testatur. Strabo lib. 9.) præsertim sub Eteocle tyranno, qui primus Gratiis templum extruxit. ¶ Fuit item eiusdem nominis oppidum in Arcadia, no procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, vt ipse testatur lib. 8. ¶ Fuit & tertium in Eubœa insula non procul à Carystoi: cuius meminit idem Strabo lib. 9.

Orchomenius, a, um, adiectiuum. ὀρχομένιος.

Orcus, A veteribus inferorum deus est, existimatus, quem & Plutonem & Ditem patrem vocabant. } Ital. *Oscurità dell'inferno*. Gal. *L'obscurité des enfers*. Hisp. *Escuridad del infierno*. } Cic. 6. Verrin. Hic dolor erat tantus, vt Verres, alter Orcus, venisse Ennam, & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. ¶ Aliquando etiam pro ipso inferorum loco ponitur: vnde à Propertio lib. 3. Elegiarum, Minos vocatur arbiter Orci, quasi inferorum iudex & moderator. Plaut. in Asinar. Bene vale: apud Orcum te videbo. ¶ Homerus 2. Iliad. indicat Orcum Thessaliæ fluuium esse, è Stygia palude profluentem, aquis adeò pinguibus, vt Peneo fluuio, in quem illabitur, olei in modum supernatet. Hinc factus est locus fabulæ, vt Orcus inferorum fluuius esse dicatur, cuius apud deos sanctissimum semper habitum sit iuramentum. Festus Orcum ab vrgendo dictum putat, quòd ad mortem homines vrgeat. Alij ἀπὸ τοῦ ὅρκου, hoc est à iuramento, dictum malunt, quòd nullum iuramentũ apud superos firmius esset, aut religiosius, quàm quum per Stygiam paludem iurabant, aut per Orcum fluuium, qui ex Stygе profluit. ¶ Cum Orco rationem habere, vel ponere, est periculo mortis ese exponere, quum id præuidemus: quod solent agricolæ, qui in pessilenti agro, quanuis fructifero. Varro 1. de Re rust. cap. 4, Etenim vbi ratio cum Orco habetur, ibi non modò fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Virgil. 4. Aeneid. Stygióque caput damnauerat Orco.

ORPESSVS, ὀρπησσὸς, Fluuius maximus Scythiæ, qui ab Oriente profluens, miscetur cum Istro. Herod. lib. 3.

Ordeum, dei. & Ordeaceus, a, um, vide HORDEVM.

Ordinarius, Ordino, nas, Vide ORDO.

Ordior, diris, Orsus & orditus, teste Prisciano, præteritũ facit: sed quum facit Orsus, significat fari incipio. ἄρχομαι λέγειν, ἐξηγέομαι. Ital. *Cominciare à parlare*. Gal. *Commencer de parler*. Hisp. *Comenpar de hablar, començar*. } Virgil. 1. Aeneid. -Venetis contrà sic filius orsus. Cic. pro Marcel. Sed vt non est orsa, in eodem terminetur oratio mea. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Vnus rem ex composito orditur, in est narrare incipit. ¶ Vnde Exordium, principium orationis. ¶ Ponitur etiam simpliciter pro incipio. Cic. 5. Tusc. Vnde igitur rectius orditi possumus quàm à communi parente natura, quæ quicquid genuit, non modò animal, sed etiam quod ita ortum esset ex terra, vt stirpibus suis niteretur, in suo genere perfectum esse voluit? Orsum aliquando poëtæ pro eo qui finit, abusiuè posuerunt. Virgil. 9. Aeneid. -sic orsus Apollo, Mortalem medio aspectus sermone reliquit. ¶ Quum autem facit Orditus, ad telæ, teste Prisciano, vel alterius huiusmodi compositionem spectat. ὑφαίνω. Plin. lib. 11. cap. 24. Araneus orditur telas, tantique operis materiæ vtrius eius sufficit. ¶ Veteres etiam Ordio protulerunt. Afranius, Expecta tamen, animo me ordire oportet. ¶ Composita huius verbi sunt, Abordior, Exordior, & Redordior, d, litera euphoniæ gratia interpositæ: de quibus suis locis.

Orsus, us, verb. Telæ vel alterius operis principium. ὑφασμάτων ἀρχή. Ital. *Commenciamento*. Gal. *Commencement*. Hisp. *Comienço*. } Virg. in Culic. Atque vt aranæoli tenuem formauimus orsum.

Ordo, dinis, Est digestio, & in suo loco rei cuiusque collocatio: veluti in acie fit, vbi pedites, vbi alæ, cæteráque omnia suo quæque ordine collocantur. } τάξις, τάγμα, τάξις. Ital. *Ordine, disposittione*. Gal. *Ordre, disposition*. Hisp. *Orden*. } Cice. 2. de Orat. Ordo est, qui memoriæ maxime lumen affert. Idem Paradox. Quicquid peccatur, perturbatione peccatur legionis atque ordinis. Virgil. 5. Aen. -terno consurgunt ordine remi. ¶ Digerete in quincuncem arborum ordines, Cice. de Senect. ¶ Aliquando etiam Ordo dicitur pro qualitate & statu hominum. τάγμα, τάγμα. Cic. de Prætura vrbana, M. Octauium hominem ornatissimum loco, nomine, ordine, virtute. ¶ Tres erant ordines Romæ, Senatorius, Equestris, & Plebeius: ab Aristotele τάξεις dicuntur. Virgil. 7. Aen. Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni. Vbi Serui. Ordine ab omni, id est ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittenda hodie quoque seruatur. ¶ Ordo amplissimus, Senatorius vocabatur. Cice. pro Domo sua ad Pontifices, Quid, quum Senatum pro me non modò propugnare amplissimum ordinem, sed etiam plorare, & supplicare mutata veste prohiberent? ¶ Ordines ducere dicuntur, qui militibus præsunt, vt Tribuni militares. Centuriones, atque alij. Liu. 2. ab Vrbe. Nosci tabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebant, aliáque militiæ decora, vulgò miserantes eum iactabant. ¶ Accipitur quandoque pro ipsis hominibus, hoc est iis qui sunt eiusdem dignitatis, vt sunt Equites, Consules, & cæteri quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cice. 3. Offic. Qui esset, vt argentatus, apud omnes ordines gratiosus, id est apud omnium ordinum homines. Sallust. Sæpenumero Patres conscripti, multa verba in hoc ordine feci, id est in Senatu. ¶ Aliquando refertur ad fortunas, & genus vitæ. Vnde Donatus, exponens illud Terentij in Eunucho, Conueni hodie aduenientes quendam mei loci hinc, atq; ordinis hominem: Mei, inquit, ordinis hominẽ id est pauperem, qualem admodũ ego. Sic honesti ordinis homines dici possunt, opulẽti. ¶ Ordinis inferioris amici dicuntur, qui sunt infimæ conditionis, vel infimi amici, & omnium minimi. Cic. de Amicit. Nunquam se ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio ante posuit, nunquam inferioris ordinis amicis. ¶ Extra ordinem apud Iurisconsultos, id est sine verbis & formulis solennibus. Paulus in l. Ordo. ff. de publ. iudic. Ordo exercendorũ publicorum iudiciorum in vsu esse desiit: durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur. ¶ Extra ordinem, metaphoricès, Eximiè, quasi præter cæteros. Cice. ad Au. Cæcin. lib. 6. Quare ad eam spem, quã extra ordinẽ de teipso habemus, non solùm propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis cõmunia) accedunt tua præcipua propter eximium ingenij, summámq; virtute. ¶ Inde fiũt Interordo, & interordiniũ, de quibus suprà.

Ordinarius, a, um, In quo seruatur ordo. } τακτὸς, τεταγμένος. Ital. *Ordinario*. Gal. *Ordinaire, mis par ordre*. Hisp. *Cosa perteneciente a orden*. } ¶ Ordinaria femina, dicuntur ordine dispositæ. Colum. lib. 3. cap. 13, Confitis compluribus inter ordinaria semina malleolis. ¶ Sic & ordinaria viris apud eundem, eod. lib. cap. 16. Vitruuius lib. 2, Ordinarios lapides appellat, qui suot eiusdem formæ, & ordinis, & inter se similes. ¶ Ordinarius homo (vt post Oppium docet Festus) dicitur homo scurra & improbus, quique assiduè in litibus moratur, ob eámque causam in ordine stat Prætorem adeuntium: siue per contrarietatem, vt ait Aelius Stylo, minimè ordinate viuit. ¶ Extra ordinarium, παράτακτον, quod fit extra ordinem. ¶ Ordinaria consilia. Liu. lib. 7. belli Punici. ¶ Ordinarium officium, Senecæ dicitur, vbi præficitur aliquis certæ functioni, lib. 3. de Benefic. Ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentis officium. ¶ Ordinarius seruus, apud Vlpianum. l. Item apud Labeonem. §. prætor ait. ff. de iniuriis.

Ordino, as, Suo quæque ordine dispono. } διατάττω, τάττω. Ital. *Ordinare*. Gal. *Ordonner*. Hisp. *Ordenar, poner en orden*. } Vnde & Ordinatum dicimus, inquit Budæus, rectè, atque ordine constitutum. Liu. 9. belli Punici, Scipio posteaquam in Siciliam venit, voluntarios milites ordinauit, centuriauitque. Horat. Epod. 17, In quem superbus ordinarat agmina Mysorum. Idem 4. Carm. 11, -quod ex hac Luce Mecœnas meus affluentes Ordinat annos. Curtius, Forsitam dij fata ita ordinauerunt. Ordinare locum vitibus, Colum. lib. 5. cap. 5. Partes orationis ordinare, Cic. 1. de Inuent. Ordinare Reipublicæ statum. Sueton. in Iul. Cæs. cap. 40, Conuersus hinc ad ordinandum Reipublicæ statum.

Ordina

Ordinatus, a, um, participium. {τεταγμένος, διατεθειμένος. Ital. *Ordinato*. Gal. *Ordonné*. Hisp. *Ordenado*.} Liu. 4. bell. Punici, Vt veterum militum verba audiret, quam multarum rerum ipse ignarus esset, ex cōparatione tam ordinatæ disciplinæ animaduerrit.

Ordinatè, aduerbium. {τεταγμένως, διατεθειμένως. Ita. *Per ordine*. Gal. *Par ordre, d'ordre*. Hisp. *Ordenadamente*.} Ad Heren. 4. Quæ si sequemur, acutè & citò reperiemus distinctè & ordinatè disponemus.

Ordinatim, aliud aduerbium. Cæsar 2. bell. Gall. Ita fastigiato, atque ordinatim structo, &c. Brutus ad Ciceronem, Ille enim iit passim, ego ordinatim; quacunque iit, ergastula soluit.

Ordinatio, onis, verbale. {διάταξις, διοίκησις. Ital. *Ordinanza*. Gal. *Ordonnance*. Hisp. *Ordenança, obra de ordenar*.} Colum. lib. 12. cap. 3, Vt ordinatio constituta conseruetur. Plin. Epist. 205, Quum certius de vitæ nostræ ordinatione aliquid audieris. ¶ Ordinatio, pro administratione destituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum.

Ordinator, oris, {διατακτής, διοικητής. Ital. *Ordinatore*. Gal. *Ordonneur, disposeur*. Hisp. *Ordenador*.} Senec. epist. 110, In his opus est illi alieno cōsilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato & litis ordinatori. ¶ Hinc enim fit compositū Præordino, anté ordino.

ORDOVICES, Populi fuerunt Britanniæ insulæ arduis montibus proximi: apud quos (vt Tacitus scribit lib. 12,) Hostorius dux Romanus Caratacum regem viuum cepit, Romámque misit.

Orea, æ, Ab ore fit, & significat frænum, dictúmque quòd ori inseratur. {χαλινός. Ital. *Freno, morsa*. Gal. *Le frein ou le mors d'vne bride*. Hisp. *Freno*.} Titinnius in Setina, Et si tacebit, tantum gaudebit sibi permitti oreæ. Trebellius pro se apud populum, Equo qui mihi sub feminibus occisus erat, oreas detraho, inspectante L. Stertinio. Autor Festus. Aureæ verò dicuntur illæ habenarum partes, quæ circa aures religantur.

OREADES, ὀρειάδες, ἢ ὀρεάδες, Montium Nymphę. Nam ὄρος Græcis montem significat. Virgil. 1. Aeneid. Exercet Diana choros, quam mille secutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

ORETES, Pars Tauri montis, in Caspium mare vergens. Plin. li. 5. ca. 29.

Oreon, pen. prod. ὄρεων, Tertia species polygoni, teste Plin. lib. 27. ca. 12, teneræ harundini similis, vno caule, densis geniculis, & in se fractis, foliis piceæ. Nascitur in montibus: vnde nomen accepit.

Oreoselinum, ὀρεοσέλινον, Montanum apium, cicutæ folis, radice tenui, semine anethi: minutiori tamen. Plin. lib. 20. ca. 11, Quartum genus ex eodem faciunt aliqui Oreoselinon, palmū alto frutice ac recto, semine cumino simile, vrinæ & menstruis efficax. Latini Apium montanum vocant: Græci etiam πετροσέλινον ὄρειον, hoc est petroselinum agreste.

ORESITROPHVS, ὀρεσίτροφος, Vnus ex canibus Actæonis, ita dictus ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ τρέφω, quasi in montibus educatus. Ouid. 3. Meta. Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit, Proxima Theridamas, Oresitrophus hæsit in armo.

ORESTES, ὀρέστης, Agamemnonis, & Clytæmnestræ filius, sic appellatus ob ferinam atque agrestem, & quasi montanam naturam: cui soror Electra necem parari ab Aegistho, qui patrem Agamemnona interfecerat, matrémque constuprauerat, præuidens, ipsum per pædagogum in Phocidem clàm ablegat ad Strophium Phocensium principem, qui Agamemnonis sororem duxerat. Illic x11 annos demoratus, cum pædagogo suo Argos rediit: vbi sub specie hospitum Phocensium, quos Strophius miserat, vt Orestis obitum nuntiarent, intromissi ad Clytæmnestram, eandem cum Aegistho adultero conscia Electra in vltionem patris occidit, vt scribit Sophocles in Electra, & Eurypides in Oreste. Deinde Pyrrhum quoque Macerai sacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eo quòd Hermionem Menelai filiam sibi prius desponsatam rapuisset. Propter quæ scelera agitatus est furiis, quibus non antè purgari potuit quàm ad aram Dianæ Tauricæ, illuc à Pylade perductus, perpetrata facinora expiauerit. Vide suprà in dictione IPHIGENIA. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium suarum profectionum comitem, periculorúmque omnium sociū, cum quo tam sanctè amiciciam coluit, vt alter pro altero mori non recusaret. Cic. de Amic. Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei Pacuuij fuerunt noua fabula, quum ignorante rege vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur, Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret.

ORESTIS, ὀρηστίς, Regiuncula Macedoniæ, in eo tractu qui mari Adriatico imminet, cuius populi dicuntur Orestæ, Amantinis finitimi: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

ORETAE, ὀρεῖται, Gens Indica, secundum Strabonem lib. 15. post Arbim amnem Arianorum: quos Plin. lib. 6. ait, non Indorum, sed propria vti lingua. Luca. lib. 3, Tum furor extremos mouit Romanus Oretas.

Oretenus, {μέχρι τοῦ στόματος. Ital. *Fino alla bocca*. Gal. *Iusques à la bouche*. Hispa. *Hasta à la boca*.} Gellius, Guttum Samium oretenus imprudens inane, tanquam inesset oleum, affert.

ORETVS, pen. prod. ὄρητος, Dictus est Liber pater, à montibus, in quibus ei fieri sacrificia solebant. Festus.

Orexis, ὄρεξις Græcè, Latinè appetitus, seu esuritio dicitur, ab ὀρέγεσθαι, quod est appeto. Iuuen. Satyr. 6, -de quo sextarius alter Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim. ¶ Idem Satyr. 11. -hinc surgit orexis, Hinc stomacho bilis.

Organum, ni, {ὄργανον. Ital. *Organo, instromento*. Gal. *Instrument, outil, engin*. Hispa. *Instrumento generalmente*.} Idem est quod Latinè instrumentum. Cic. lib. 11. Epist. ad Brutum, *Organa* enim meum erat Senatus: id iam est dissolutum. ¶ Per excellentiam tamen peculiariter Organa dicuntur, quæuis musicorum instrumenta. Quintil. lib. 9. cap. 4, Natura ducimur ad modos: neque enim aliter eueniret, vt illi quoque organorum soni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. Iuuenal. -prætoribus Organa semper In manibus, densi radiant testudine tota Sardonyches, etispo numerantur pectine chordæ. ¶ Architectorum quoque instrumenta quędam Organa appellantur. Vitruu. lib. 10 cap. 1, Inter machinas & organa id videtur esse discrimen, quòd machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus, vt ballistæ, torculariúmq; prela. Organa autem, vnius operæ prudenti tractu perficiunt, quod propositum est vti scorpionis, & anysocyclotum vectationes. ¶ Apud Colum. lib. 5, sumitur pro instrumento ad metiendum apto. vbi ait, Sic compositum organum quum in sulcum demissum est, litem domini & conductoris sine iniuria deducit.

Organarij, Organorum fabricatores, ὀργανοποιοί. Iulian. Firmi. libro 2. Mercurius cum Venere in sexto ab horoscopo facit organarios, & myropolas.

Organicus, a, um, ὀργανικός. vt Saltus organicus Heliconis, Luc. lib. 3.

Organicè, aduerbium: ὀργανικῶς: vt, Organicè moueri, & Mechanicè, apud Vitruuium, pro eo quod est Per machinas & per organa, teste Budæo.

Organici, organicorum. Qui musicis organis canunt. Luc. lib. 2, -æquè Ac musæa mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant.

ORGIA, orum, penult. corr. ὄργια, Neutri generis & pluralis numeri, apud Græcos, teste Seruio, primùm dicta fuerunt quæuis sacra. ¶ Erat enim Orgiorum appellatio generalis, quemadmodum apud Latinos Cæremoniarum. Postea tamen abusiuè factum est vt peculiariter hoc nomine Liberi patri sacra nominarentur. ἀπὸ τοῦ ὀργᾶν, hoc est à furore, vt quidam putant, quòd hæc præcipuè sacra à mulieribus furore correptis celebrarentur: vel ἀπὸ τοῦ ὄρους, hoc est à montibus in quibus potissimùm hæc sacra fiebant. Innouabantur autem tertio quoque anno: vnde Trieterica dicta sunt, id est triennalia. Virgil. 4. Aeneid. -vbi audito stimulant trieterica Baccho Orgia.

Orgya, ὀργυιά, Mensuræ genus, sex continens pedes, siue vtriusque manus extensionem, quam Vlnam Latini appellant. Gaza mensuram vertit quatuor cubitorum.

Oria, æ, Nauis piscatoria. Plautus in Ruden. Mea opera, labore, & rete, & oria. Idem, Malo hunc alligari ad oriam vt semper piscetur, etsi sit tempestas maxima. Apud Nonium tamen, à quo hæc desumpta sunt, Horia legitur, prima vocali aspirata: quemadmodum etiam vtrobique legitur apud Plautum.

ORIBASIVS, ὀριβάσιος. Sardianus, Iuliani principis fuit familiaris, à quo & Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros medicinæ LXXII. ad Iulianum: & eorum epitomen libris nouem ad Eustachium filium. Præterea de regno, & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius verò Græcus autor in eo libro quem de Sophistarum vitis conscripsit, eius vitam pluribus persequitur. Oribasius, ait, Pergamenus genere, in eloquentia pariter & medicina profecit, Iulianóque propterea vt medicus fuit accersitus. Inuidia deinde succedentium principum, bonis priuatus, ac in exilium ad Barbaros missus, animum philosophi semper in calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia, & opinione ob doctrinam & medicinæ expetimenta perseuerauit, vt pro Deo penè coleretur. Hæc ille.

Orichalcum, {ὀρείχαλκον, vel ὀρίχαλκον. Ital. *Oricalco, ottone*. Gal. *Cuiure, laiton*. Hisp. *Laton Morisco*.} Metalli genus est, accedens ad colorem auri: quod olim maximo in pretio habebatur. Ita dictum ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ χαλκός, quasi ὄρειος χαλκός, hoc est æs montanum: nascitur enim in montibus. Cic. 3. Offic. Siquis aurum vendens, orichalcum se putet vendere: indicétne illi bonus vir id aurum esse? ¶ Sunt qui Auricalcum scribāt, dicíque putent, quasi aureum æs: quorum opinioni refragatur primæ syllabæ quantitas, quæ vbique corripitur. Statius. 1. Theb. Emicat effigies, & sparsa oricalca renident.

ORICOS, siue ORICVM, ὄρικος, Ciuitas Epiri, à Colchis condita, in confinibus Macedoniæ, teste Plin. lib. 3. cap. 23, iuxta quam nascitur terebinthus, nigrum lignum habens & solidum in buxi speciem. Vnde Oricia terebinthus, apud Virgil. 10. Aeneid. -aut quale per artem Inclusum buxo, aut Oricia terebintho Lucet ebur. De hac & Luc. lib. 5, Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, & vagus altis Dispersus syluis Athamas, &c. Hæc quondam insula quum esset, continenti iuncta est. Plin. lib. 2. cap. 86, Epidaurus & Oricum insulæ esse desierunt.

Oricularius, pro Auricularo subinde apud Celsum legitur, ea ratione qua Coliculus & Colis pro Cauliculo, & Caule dicuntur: & Codex, pro Caudex, vt ait Budæus.

Oriens, Vide ORIOR.

Orificium, ficij, Introitus, & veluti ostium vniuscuiusque rei. {στόμα. Ital. *Bocca à coprimento di qualche cosa*. Gal. *Orifice, la bouche ou couuerture de quelque chose que ce soit*. Hisp. *La boca de qualquier cosa*.} Vnde duo ventriculi orificia esse dicimus: vnum superius, acutissimo tactus sensu præditū, quod œsophago adhærens, cibo aditum præbet: Alterum inferius, superiori multò angustius, quod Græci πυλωρὸν, hoc est Ianitorem appellant: propterea quòd veluti custodis officio fungatur, cibóq; nonnisi propè cocto excussóque, exitum permittat.

Origanum, ni, pen. corr. {ὀρίγανον. Ital. *Origano*. Gal. *Origan*. Hisp. *Oregano*.} Dioscoridi herba est, siue fruticulus, tam folio, quàm ramis syluestri serpyllo similis, comante supra cacumen vmbella, in qua flores ex albo purpurei, odore iucundo prædíti emicant. Quatuor autem origani commemorantur genera, Heracleoticum, Onitis, Tragoriganon, & Syluestre. Primum ab Heraclea Pontica dictum est, circa quam copiosissimè nascitur. Secundum ab asinis, qui eius pabulo maximè delectantur. Tertium ab hircis, qui præcipuè illud appetunt. Quartum, quòd sine cultura & sua sponte proueniat. Dictum autem putatur Origanum quòd montibus gaudeat. Vide Plin. lib. 20. cap. 17.

ORIGENES, pen. corr. ὠριγένης, (qui & Adamantius dictus est) Scriptor Ecclesiasticus fuit, qui tempore Philippi primi Christiani Imperatoris, fidem Euangelicam & scriptis, & viua voce non parum illustrauit. Incidit tamen in aliquot errores ab Ecclesia damnatos, quos tamen nonnulli suspicantur ab æmulis, eius libris fuisse inspersos. Hic adhuc adolescens fetuido quodam zelo (sed non secundum scientiam, inquit Erasmus) vt liberius & citra pudicitiæ periculum Euangelicæ professioni posset incumbere, seipsum castrauit.

Origo, pen. prod. ginis, à verbo Orior, oriris, dicitur de genere, principio, initio, causa, ortu, stirpe, semine, siue fonte alicuius. {ῥίζωμα. Ital. *Origine, principio*. Gal. *Origine, naissence, source, commencement*. Hisp. *Origen, nascimiento, comuenço*.} Plin. lib. 10. cap. 37. Multi nobilitatem singularum columbarum & origines narrant. Cice. de Vniuer. Nullius enim rei, causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa remota, reperiri origo potest. Virgilius 2. Aeneid. Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem Crediderim. Idem 6. Aeneid. Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo Seminibus. Ouid. 3 Fast. O quàm de tenui Romanus origine crescit. Virg. 1. Aen. Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar.

Originatio, onis. ἐτυμολογία. Ital. *Etimologia, derivatione.* Gal. *Etymologie derivation.* Hisp. *La derivacion dela origen.* ¶ Quintil. lib. 1. de Etymologia. Etymologia, quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta est Notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est nota: nam verbum ex verbo ductum, id est Veriloquium, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, Originationem vocent.

Originale, adiectiuum: vt, Culpa originalis, Originalis decor.

Originarius, adiectiuum, idem quod originalis. Budæus, Originarij sunt qui contrahunt municipatum origine principaliter. lib. 10. Cod. titulus est de Municip. & originariis.

ORION, ὠρίων, Quasi Vrion, dictus est filius Iouis, Neptuni, & Mercurij. De hoc variè fabulantur poëtæ. Quidam tradunt Iouem Neptunum, & Mercurium, quum terram peragrarent, supernemente nocte ad pauperem quendam Hyreum, quem Atistonicus Erythreum appellat, diuertisse, qui eos hilari animo susceperit: quúmque deos esse animaduertisset, occiso boue iisdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Iupiter, iussit vt aliquid muneris à se peteret, statim voti compos futurus: qui nihil sese magis cupere respondit quàm filium: coniugem tamen se non habere, neque velle ducere, quòd morienti uxori fidem dedisset se aliam non ducturum. Iupiter igitur & reliqui dij corium immolati bouis sumpserunt, in quod quum vrinam emisissent, iusserunt vt terra obrutum completis maternis mensibus solueret. Quod quum fecisset, inuenit puerum, quem ab vrina Orionem nominauit. Hic postea adultus euasit venator maximus, adhæsitque Dianæ. Sed quum viribus fidens, gloriaretur nullam esse feram quam non conficeret, diis insolens verbum vlciscentibus, contigit vt terra scorpionem pareret, à quo ictus periit. Diana igitur fatellitis sui obitum grauissimè ferens, eum in cœlum iuxta Tauri sydus constituit. Lucanus verò à Diana scorpione immisso occisum dicit, & deorum miseratione in cœlum sublatum. Horatius ab ipsa Diana sagittis confossum tradit, eo quòd vi volucrit eam comprimere. Seruius autem hanc fabulam longè aliter tractat, dicens Oenopionis Siculi habitum esse filium: qui quum Candiopen (quam alij Meropem vocant) sororem vitiasset, à patre excæcatus est. Consulto igitur oraculo responsum accepit: Si per pelagus ad Orientem pergeret, vt oculorum concauitates semper haberet Soli oppositas, lumina recuperaturum. Quod quum facere conaretur, audito strepitu, ad Cyclopas peruenit, ex quibus vnum humeris suis imposuit, cuius ductu Solem semper aduersum habens, oculos recepit. Hesiodus Neptuni & Euryales filium facit: idque muneris à patre obtinuisse tradit, vt per summos fluctus posset incedere. Alij ferunt, postquam oculis ab Oenopione priuatus esset, in Lemnum insulam venisse, & ibidē à Vulcano caballo accepto ad ortum Solis perrexisse, & sic visum recepisse. Postea verò reuersum, Oenopionem vlcisci statuisse: sed quum hic à ciuibus suis sub terra occultaretur, in Cretam profectum, ibique ob arrogantiam à scorpione diuinitus immisso fuisse interfectum. Est autem signum cæleste, quo oriente maximæ excitantur tempestates. Hinc Virgil. lib. 1. Aeneid. Quum subito assurgens fluctu nimbosus Orion, &c. Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum velint, quòd ortus eius hyemis initium afferat, & mare ac terras tempestatibus turbet. ὀρίνω enim, turbo & concito significat. Plautus Iugulam vocat, quòd stellarum fulgore quasi gladiis armatus, terribilis videatur. Si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem denotat. Habet autem hoc nomen apud Poëtas primam syllabam indifferentem: quod idcirco factum creditur, quòd prima syllaba olim apud Græcos per ω diphthongum scribebatur: quæ secundum proprietatem linguæ Doricæ in ο solet cōmutari: qua ratione constat posse produci. Poterit tamen etiam corripi, si abiiciamus ex prima syllaba vocalem subiunctiuam, more Græcorum, qui vt breuem syllabam extendant, aliquando assumunt vocalem: & vt longam contrahant, aliquando vocalem abiiciunt. Media autem syllaba semper producitur. Penultima verò obliquorum rursus est indifferens. Lucan. lib. 9. Tesse tulit cælo victi decus Orionis. Versus est Spondaicus. Ouid. 8. Metam. -strictúmque Orionis ensem. Apud Catullum de coma Berenices legitur nominatiuus Oarion, Proximus (inquit) Hydrochoo fulgeat Oarion.

Orior, oreris, & oriris, olim tam per tertiam, quàm per quartam coniugationem declinabatur, hodie tantùm per tertiam, excepto infinitiuo Oriri, qui manſit à quarta coniugatione. Ouid. lib. 10. Metam. Tu quoties oreris, viridésque in cæspite flores. Est autem Orior idem quod nascor. ¶ φύομαι, γίγνομαι. Ital. *Nascere.* Gal. *Naistre.* Hisp. *Nascer.* ¶ Cic. 2. de Legib. Sum illi villæ amicior modò factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus es procreatus. ¶ Quandoque Surgo, Prodeo. vnde Oriri Solem dicimus. ¶ ἀνατέλλω. Ital. *Venire à luce.* Gal. *Venir en lumiere, sourdre.* Hisp. *Salir.* ¶ Plaut. In Aulul. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo? Idem in Pœn. Atque ei quoque vt non enuntiet Id esse facimus ex te ortum. Terent. in Adelphis, Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. Plin. Epistol. 35, Oritur fons in monte, per saxa decurrit. ¶ Huius composita sunt, Aborior, Adorior, Coorior, Exorior, Oborior, Suborior: quorum significata vide suis locis.

Ortus. ¶ γένεσις. Ital. *Nato.* Gal. *Né.* Hispan. *Nascido.* ¶ participium præteriti temporis est: Futuri autem Orturus, vel Oriturus: quorum posteriore vsus est Horat. lib. 2. Epist. Nil ortum aliàs, nil ortum tale fatentes.

Ortus, tus, nomen, Significat natiuitatem. ¶ γένεσις, τὸ γεγονέναι, ἀρχή, πρόοδος, ἀφορμή. Ital. *Natività, nascimento.* Gal. *Nativité, naissance.* Hispan. *Nascimiento.* ¶ Cic. 1. Offic. Non nobis solùm nati sumus, ortúsque nostri partem patria vendicat, partem amici. Ouid. 13 Metamorph. Sed neque materno quòd sum generosior ortu, Nec mihi quòd patet est, &c. Cic. 2. de Legibus. Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus. ¶ Interdū etiam primam illam corporis cælestis apparitionem supra nostrum hemisphærium, Ortum vocamus. Virgil. Aeglog. 9, Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus? Idem 1. Georg. Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus. ¶ Quin ipsum etiam cæli cardinem in quo Sol oritur, Ortum appellamus. Plin. lib. 12. cap. 14, Saba regio spectat ortum Solis æstiuum.

Oriundus, a, um, Qui originem ducit ex aliquo loco, in quo non ipse, sed parentes, aut maiores eius nati fuerunt. ¶ ἀναφέρων γένος, ἀνάγων. Ital. *Che ha origine di qualche luogo.* Gal. *Venu ou descendu de la race ou lignée.* Hisp. *Cosa que trahe origen de alli.* ¶ Ortus verò γένος, idem est quod natus, denotátque locum, non in quo parentes aut maiores nostri, sed in quo ipsi sumus nati. Liu. 4. bel. Punici, Nati Carthagine, sed oriundi à Syracusis. id est, à Syracusis originem trahentes, vnde fuerant parentes. ¶ Inuenitur tamen Oriundus, pro Orto, & cum præpositione, & sine præpositione. Colum. lib. 1, Nam quemadmodum sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere: ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam vicinum suis nimis parat, quum à primis cunabulis (si modò liberis parentibus est oriundus) audisse potuerit. ¶ Oriundus aliquando non solùm locum, sed quandoque personam denotat. Liu. 4. bell. Macedon. Oriundus à magno Alexandro.

Orites, ὠρίτης, Gemma est, globosa specie, à quibusdam Siderites appellata, ignem non sentiens. Plin. lib. 37. cap. 10.

ORITHOS, lege ORICOS.

ORITHYIA, penult. prod. ὠρείθυια Homero, Pilia fuit Erichthei Athenarum regis, qui Pandioni in regno successit, quam à Borea raptam, & in ventum conuersam Poëtæ fabulantur. Verùm, vt Eusebius pro vera historia refert, Boreas hanc sibi in coniugem antea denegatam rapuit, raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calain suscepit, qui cum Argonautis in Colchos nauigauerunt, & Harpyias fugauerunt. Vide CALAIS. Proper. lib. 2. Iam Pandioniæ cesset genus Orithyiæ. ¶ Hoc etiam nomine dicta est Amazonum regina, quæ Marpesiæ matri successit in regno, Iustinus lib. 2. quam à Borea raptam Poëtæ fabulantur, ita dicta, teste Erasmo, quòd in montibus maleficia sua facta soleat peragere. Et quanuis ὄρος & ὀρεία deduci putetur, quòd per ε paruū scribitur, tamen propter tot breuium syllabarum concursum ε mutatur in ι.

Orminum, siue potius Horminon, ὄρμινον Dioscoridi, Herba est quam Latini Geminalem, Officinæ *Gallitricum* vocant: nomen habens ab eo quòd Venerem extimulet. ¶ Est & sylueſtre Horminon, quod alio nomine *Saluiam agrestem* herbarij vocant. Attici quoque Corrudam, hoc est asparagum sylueſtrem, Horminon appellant. Plinius lib. 20. cap. 10, Sylueſtrem asparagum aliqui Corrudam, aliqui Libycum vocant, Attici Horminum.

ORMENION, ὀρμένιον Homero, Vicus est ad sinum Pagasæum, sub monte Pelio. Vide Strabonem lib. 9.

Ornamentum, Vide ORNO.

ORNEAE, ὀρνεαί, Vicus fuit ex agro Corinthio, in quo Priapi sacra magna solennitate celebrabantur: vnde Priapus ipse dictus est Orneates. Autor Strabo lib. 8.

ORNEVS, nei, pen. prod. ὀρνεός. Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Ouid. 12. Metamorph. Fugit & Orneus, Lycabásque, & saucius armo Dexteriore Medon.

ORNITHIAE, ὀρνιθίαι, Venti sunt Septentrionales quotannis sub initium Veris triginta ferè continuis diebus spirantes: ita dicti, teste Budæo, ab aduentu auium, quòd id temporis hirundines & ciconiæ ad nos transuolent. Colum. lib. 11. cap. 2, Decimo Calendas Martij quum Leo desinit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent.

Ornithoboscion, ¶ ὀρνιθοβοσκεῖον. Ital. *Luogo da pascere galline, ouero vccelli.* Gal. *Vn lieu ou on paist & nourrit les gelines, ou autres oiseaux, vn gelinier ou volliere.* Hispa. *El corral donde se crian aues.* ¶ Locus ad pascendum gallinas & aues. Varr. de Re rust. lib. 3. cap. 9, De his qui ornithoboscion instituere volunt, &c.

Ornithogalum, ὀρνιθόγαλον, Cauliculus est, teste Dioscoride, sesquipedalis, candicans, & tenuis, tribus aut quatuor mollibus cauliculis in cacumine agnatis, à quibus flores prodeūt foris herbacei, & intus, quum hiare cœperint, lactei.

Ornithon, pen. prod. huius Ornithonis. ¶ ὀρνιθών. Ital. *Luoco da nodrirui vccelli.* Gal. *Voliere.* Hisp. *El corral donde se crian aues.* ¶ Latinè auiarium. Nam ὀρνίθας Græci aues vocant. Varro 3. de Re rust. cap. 5, Ornithones auiaria sunt, in quibus stabulantur turdi, pauones, & omnes alites quæ intra parietes villæ solent pasci.

Ornithotrophium, pen. prod. ὀρνιθοτροφεῖον, Idem est quod Ornithon, locus videlicet in quo aues educantur: qua voce vtitur Varro lib. 3. de Re rustic. cap. 5.

Orno, as, Colo, decoro, honesto. ¶ κοσμέω, λαμπρύνω. Ital. *Ornare, adornare.* Gal. *Orner, mettre à point, appareiller, accoustrer.* Hispa. *Atauiar o aderegar.* ¶ Terent. in Eunuc. Age, eamus intrò, nunc iam ornata me. Propert. lib. 4. Eleg. 10, Populus & longis ornabat frondibus ædē. Idem lib. 3 Eleg. 6, Ornabat niueas, nullāve gemma manus. Horat. 2. Epistol. 2, -domus ornatur honestis. Cic. 1. Tuscul. Nocturnámque cæli formam vndiq; syderibus ornatam. ¶ Accipitur etiam Ornare pro præparare, aptare, κατασκευάζειν. Plautus in Capt. Ego ibo, vt conueniam senem, dicam vt sibi penum aliud ornet. Ibidem, Non ornatis vos istic apud vos nuptias? ¶ Item honorare. Cic. Cæsari, Neque illius officij certum nomen peto, beneuolentiam tuam & liberalitatem peto: neque impedio quominus (si tibi ita placuerit) etiam hisce eum ornes gloriæ insignibus. ¶ Ornare fugam, est Parare fugam. Terent. in Eunuc. Ita iam ornabat fugam. Ornare munus verbis apud Terentium in Eunuc. est laudare, & verbis quodammodo maius facere. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris. ¶ Huius composita sunt, Adorno, Exorno, Suborno, de quibus vide suis locis.

Ornatus, ta, tum, participium ab Orno, as, ornamentis decoratus. ¶ κεκοσμημένος. Ital. *Ornato, polito.* Gal. *Orné, paré.* Hisp. *Atauiado, aderegado.* ¶ Virgil. 3. Georg. Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ. Ouid. 11. Metamorph. -nondum toros ornata capillos. Festus, Ornatus dicitur qui bonis armis instructus est, siue qui honores adeptus est à populo. Virgil. 7.

Aeglogæ. Hederá creſcentem ornate poëtam. Plaut. in Pœn. Bono ingenio me eſſe ornatã, quàm auro, multo mauolo. Terent. in Adelph. Si poſſidetem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus. Cicero pro Flac. Spleuidiſſimus, atque ornatiſſimus, ciuitatis ſuæ vir. Idem pro Quintio, E fundo ornatiſſimo delectus, ignominiis omnibus appetitus.

Ornatus, tus, Cultus, quo quis ornatur. {κοσμος, κόσμημα. Ital. *Ornamento.* Gal. *Ornement, parement.* Hiſpan. *Atauio.*} vnde dicimus, Ornatum regium. Plin. lib. 8. cap. 41, Neminem hic alium, quàm Alexandrum regio inſtratus ornatu, recepit in ſedem: alios paſſim reiicieus. Plaut. in Caſina, -quid agis tu marite? mi vir, vnde ornatu hoc Aduenis? Cic. 3. Offic. Declaratur autem ſtudium bellicæ gloriæ, quòd ſtatuas quoque videmus ornatu ferè militari. Idem in Oratore, Aiſerunt hæc quaſi lumina magnum ornatum orationi.

Ornatus, oroati. Terent. in Andria, -interea intraire neminem Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus Nihil ornati, nihil tumulti.

Ornatè, aduerbium, Rectè, propriè, eleganter, & diſpoſitè: {κοσμίως, λαμπρῶς. Ital. *Ornatamente.* Gal. *Ornement, honneſtement.* Hiſp. *Con atauio, atauiadamente*} vt, Ornatè dicere, proprium eſt eloquentis, vt ait Quintil. in Proœm. lib. 8. Cicer. 1. de Finib. Res verò bonas verbis electis grauiter ornatéq; dictatas quis non legat? Idem 4. Acad. Illis ſimilia, ſed opinor explicata vberius & ornatius.

Ornamentum, ti, Ornatus, apparatus. {κόσμημα, κόσμος, κατασκευή. Ital. *Ornamento.* Gal. *Ornement.* Hiſp. *El atauio.*} Cato de Re ruſt. cap. 10, Ornamenta bubus ſex. ¶ Sumitur aliquando pro honore, ſiue dignitate. Cic. Licinio, Suſcepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis, id eſt honoribus. ¶ Ponitur etiam pro beneficio honorifico. Cic. ad Cælium, Quæcunque à me ornamenta in te proficiſcentur, elaborabo vt omnes intelligant, &c. ¶ Ornamento eſſe idem eſt quod Decorare, ornare. Cic. 6. Verr. Domus erat non domino magis ornamento, quàm ciuitati. Sic pro Roſcio Amer.

Ornus, Arbor eſt procera. caudice tereti, læui cortice, quam Columella lib. de Arboribus, ca. 16, Sylueſtrem fraxinum eſſe dicit. A Gallis teſte Ruellio, vulgò *Preſſua campeſtris* appellatur ab Italis *Fraſſano ſaluatico, orno.* ab Hiſpanis. *Quexigo roble.*

Oro, tas, precor, vel peto. {παρακαλῶ, δέομαι, ἐρωτῶ. Ital. *Pregare, orare.* Gal. *Prier.* Hiſpan. *Rogar, orar.*} & in hac ſignificatione ſæpe habet duos accuſatiuos. Terent. in Andria, Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, pérque tuam fidem te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges. Idem in Eunuc. Vnum vos oro, vt me in veſtrum gregem recipiatis. Interdum etiam ponitur abſoluté. Cice. pro Quintio, Orat, atque obſecrat vt multis iniuriis iactatam atq; agitatam æquitatem, in hoc tandem loco conſiſtere & confirmari patiamini. Cice. Cæſ. in epiſt. ad Attic. li. 9. Quamobrem à te peto, vel potius & omnibus precibus oro & obteſtor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. ¶ Interdum eſt Agere, dicere: & tunc ſolo accuſatiuo contentum eſt. Terent. in Phorm. Seruium hominem cauſam orare leges non ſinunt. Plin. lib. 7. cap. 53, Legatus quoque, qui Rhodiorum cauſam in Senatu magna cum admiratione orauerat, in limine curiæ protinus expirauit progredi volens. ¶ Compoſita huius verbi ſunt, Adoro, Exoro, Deoro, & Peroro: de quibus vide ſuis locis.

Orans, participium. {δεόμενος, ἱκέτης. Ital. *Pregante.* Gal. *Priant, qui prie.* Hiſp. *El que ora y roga.*} Virgil. 9. Aeneid. -& ſic effatus ad vndam Proceſſit, ſummáque hauſit de gurgite lymphas, Multa deos orans, oneraruitque æthera votis. Idem 4. Aeneid. Talibus orantem dictis, aràſq; tenentem Audiit omnipotens.

Oratus, a, um, aliud participium. {δεηθείς, λιτομενής. Ital. *Chi è ſtato pregato.* Gal. *Qui a eſté prié.* Hiſpan. *Rogado, que es eſtado rogado.*} Horat. 1. Epiſt. 13, Oratus multa prece nitere porro. Idem 2. Serm. Satyr. 3, Quare per diuos oratus vterque penates, Tu caue ne minuas, &c.

Oratum, ti, Quod orauimus. τὸ δεηθέν. Terentius in Hecyra, Sed quum orata eius reminiſcor, nequeo quin lacrumem miſer. Ibidem, Ne orata noſtra nequeat diutius celare.

Oratus, tus, id eſt Precatio, rogatio. {Δέησις. Ital. *Preghiera.* Gal. *Priere.* Hiſp. *El ruego.*} Cic. pro Flacco, An etiam ſcripſit oratu tuo?

Oratio, onis, Omnis locutio. {λόγος, λέξις, ῥῆσις. Ital. *Oratione, linguaggio.* Gal. *Oraiſon, harengue, language.* Hiſpan. *La oration, lengua, habla.*} Cicero in Bruto, Quanquam omnis locutio oratio eſt, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. Idé 2. de Orat. Illa quæ à bono poëta dicta eſt flexanima, atque regina rerum oratio. ¶ Oratione beneficus dicitur, qui multa promittit verbis. Orationis operam compendi facere, dixit Plautus in Moſt. id eſt paucis agere, paucis verbis dicere. ¶ Orationem ſibi parare, eſt cogitare quid dicturi nmus. ¶ Oratio etiam eſt ipſius oratoris ratio, & argumentorum arte diſpoſitorum enumeratio: quæ quidem omni ex parte perfecta eſt, habétque numeros, figuras, & affectus: quales ſunt Orationes Ciceronis.

Oratiuncula, diminutiuum. λογάριον, λεξίδιον, λογίδιον. Cic. de Clar. Orat. Indicant enim oratiunculæ, tum hiſtoria quædam Græca, ſcripta dulciſſimé. Idem 3. de Natura deorum, De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius.

Oratores, Cauſarum actores dicti, quos Græci ῥήτορας vocant. {Ital. *Oratori.* Gal. *Orateurs.* Hiſp. *Oradores.*} Quanuis apud Latinos Orator à Rhetore ſeparetur, quod Orator ut qui in iudiciis vel concionibus cauſas agit: Rhetor, qui Rhetoricen profitetur. ¶ Item Oratores, {πρέσβεις, πρεσβευταί. Ital. *Ambaſciatori.* Gal. *Ambaſſadeurs.* Hiſp. *Embaxadores.*} Legati vocantur, quòd Principis aut reipublicæ mandata peragant. Virg. lib. 11. Aeneid. Centum oratores prima de gente Latina Ire placet. Ouid. 13. Metam. Mittor & Iliacas audax orator ad arces. Item quicunque aliquid rogat, Orator dici poteſt. ¶ Orator ſic à Cicerone definitur. Orator eſt vir bonus, dicendi peritus, qui in cauſis publicis & priuatis plena & perfecta vtitur eloquentia. Canorus & volubilis orator. Cic. de Claris Orat. Iuuen. Satyr. 11, -te conſule, dic tibi quis ſis Orator vehemens, an Curtius, &c. ¶ Orator etiam dicitur quidam Ciceronis liber, in quo inſtituitur futurus orator. Cice. ad Trebonium lib. 15, Oratorem meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendaui.

Oratorius, a, um, adiectiuum, Quod ad oratorẽ pertinet. {ῥητορικός. Ital. *Pertinente à oratore.* Gal. *Apartenant à orateur.* Hiſpa. *Pertenesciente à orador.*} vt Oratoria præcepta. Cic. 1. de Orat. Sic illam orationem diſertam tibi oratoriam, fortem, & virilem, non videri. Ornatus oratorius, Quintil. lib. 3. cap. 1. Vrbanitas oratoria. Idem lib. 6. cap. 3.

Oratoriè, aduerbium, Id eſt oratoris more, hoc eſt ornatè & eleganter. {ῥητορικῶς, ῥητορικῷ τρόπῳ. Ital. *Come ſi conuiene ad oratore.* Gal. *En orateur.* Hiſ. *En guiſa de orador.*} Cice. in Orat. Nihil eſt enim aliud, Brute, pulchrè & oratoriè dicere, niſi optimis ſententiis, verbiſque lectiſſimis dicere.

Oratrix, apud Quintilianum lib. 2. cap. 15, legitur.

ORONTES, Plinio, ὀρόντης Straboni, Fluuius eſt Carmaniæ in confinio Perſidis, cuius meminerunt Ptolemæus lib. 6. cap. 3. Plin. lib. 6. cap. 23, & Strabo lib. 15.

ORONA, ὀρόνα. Vrbs eſt Aſſyriæ, in Mediterraneis. Ptolem. lib. 6. cap. 1.

Orobanche, ὀροβάγχη. Cauliculus eſt ſine foliis, altitudine ſeſquipedali, ſubrubens, flore ſubalbido in luteum vergẽte. Nomen accepit à ſtrangulatu, quòd eruum, & cicer (nam in hiſce leguminibus ferè naſcitur) circunligando præfocet: vnde etiam à Latinis Eruangina dicitur, voce Græca ad verbum reddita. Quidam etiam Cynomorion, à canini genitalis ſimilitudine appellauerunt. Vide Plin. lib. 22. cap. 25.

ORORATIS, ὀροάτις. Vrbs mediterranea Perſidis. Ptolem. lib. 9 cap. 4.

Orobia, æ, Thuris genus, minoribus conſtans guttis, teſte Plin. lib. 12. cap. 14, ab erui ſimilitudine ita dictum: quanquam in vulgatis Plinij exemplaribus Arabiam corruptè legimus pro Orobia: quod etiam annotauit Hermolaus.

Orobitis, ὀροβῖτις, Chryſocollæ factitiæ genus, lutea herba, & alumine ſciſſili tinctum. Rationem conficiendi vide apud Plin. lib. 33. cap. 5.

ORODES, ὠρώδης, Parthorum rex, à quo Craſſus captus fuit, & occiſus. Vide Plutarchũ in Craſſo. Eſt & Orodes Tuſci cuiuſdam nomen apud Virgil. 10. Aen. qui Aeneæ arma ſequutus, à Mezentio fuit interfectus.

OROETES, ὀροίτης, Vir Perſa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannũ dolo captum ſuſpendit. Hic poſtea iuſſu Darij & opera, aſtúque Bagei à Sardibus trucidatus eſt, vt ſcribit Herodotus lib. 3.

ORONTES, ὀρόντης, teſte Pomponio lib. 2. fluuij nomen eſt, qui diuidit Syriam ab Antiochia. Eſt & nomen montis, inter quem & Orontem fluuium vrbs Antiochia poſita eſt.

Oronteus, a, um, ὀρόντειος. Propertius lib. 1. Aut quod Orontea crines perfundere myrrha.

ORONTES, ὀρόντης, Vir Troianus, qui Troia capta, cũ Aenea in Italiam nauigans naufragium fecit, vt ſcribit Virgil. lib. 1. Aeneid. Vnam, quæ Lycios, fidúmque vehebat Orontem.

OROPVS, pen. prod. ὠρωπός Stephano, Oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7. Eſt & alia eiuſdem nominis ciuitas in Macedonia, partia Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clariſſima. Rurſus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita, aut certè inſtaurata, & à nomine patriæ ſuæ ita appellata. Sunt & aliæ nonnullæ, quæ enumerantur à Stephano.

Oropygium, vide in dictione VROPYGIVM.

Orphanus, {ὀρφανός. Ital. *Orfano.* Gal. *Orfelin.* Hiſ. *Huerfano.*} Qui caret patre, præſidióque paterno. Pupillus, qui caret patre, ſed non præſidio paterno, quum tutore iuuetur.

ORPHEVS, ὀρφεύς, Poëta, ſeu vates genere Thrax, Calliopes & Apollinis filius, quem à Mercurio, ſiue, vt alij habent, à patre Apolline lyram accepiſſe ferunt, cáque tantum valuiſſe, vt illius cantu ſyluas & ſaxa mouerit, fluuiorum curſum prohibuerit, ferásque mitiores reddiderit. Eurydicem vxorem habuit, quæ Ariſtæum vim ſibi inferre volentem fugiens, à ſerpente occiſa eſt: ob cuius mortem Orpheus maximè contriſtatus, accepta lyra, ad inferos deſcendit, vbi ſuo cantu à Proſerpina vxorem Eurydicen recepit. Sed quum eandem non ſeruata lege à Proſerpina ſibi impoſita, rurſum amiſiſſet, cœlibem vitam agere ſtatuit. quúmque iam multas nuptias reiecriſſet, alióſque inſuper à mulierum conſortio deterreret, atque in puerorum amores pelliceret, à Mœnadibus inter Bacchi ſacrificia iuxta Hebrum fluuium occiſus & diſcerptus eſt: cuius membra paſſim per agros ſparſa Muſæ collegerunt, dederúntq; ea ſepulturæ: lyra verò & caput in Hebrũ deiecta, ad Leſbon inſulam delata ſunt, vbi caput ab incolis ſepulturæ mandatum eſt, lyra autem in cælum aſſumpta. Virgil. Aeglo. 5, Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, &c. Alij Orpheum Ciconum regem, Oeagri (à quo Oeagrius appellatur) & Polyphymniæ filium fuiſſe dicunt, atque cum Argonautis in Colchos nauigaſſe. ideóque aſſumptum, quòd iuxta vaticinium Chironis, Sirenes præteriri non poterant niſi præſente Orpheo. ¶ Sunt qui duos Orpheos fuiſſe dicant, quorum alterum Colchos nauigaſſe perhibent.

Orpheus, phea, pheum, pen. prod. ὀρφεῖος, Denominatiuum: vt Orphea cithara. Martial. lib. 1, Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicitur, exhibuit Cæſar arena tibi.

ORPHNAEVS, ὀρφναῖος, apud Claudianum lib. 1. de Rap. Proſerp. vnus eſt ex equis Plutonis, à tenebris nomen habens: Orphnæus crudele micans, Aethónque ſagitta Ocyor, & Stygij ſublimis gloria Nycteus Armenti, Ditiſque nota ſignatus Alaſtor.

ORRHEA, ὀρρία, Oppidum in Occidentali tractu Britanniæ, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

ORSILOCHVS, ὀρσίλοχος, Filius fuit Idomenei. Hic patrem ſecutus ad expeditionem Troianam, quum per totum bellum ex voto omnia ſucceſſiſſent, in exitu rei ob inſolentiam, dum obſtaret totis viribus ne ex præda capti Ilij ſors debita daretur Vliſſi, ab eo occiſus eſt.

Orſus, orſa, orſum, Orſum, orſi, Orſus, us, nomen verbale, Vide ORNIOR.

ORTHIVM CARMEN, ὀρθίος νόμος, Genus eſt modulationis muſicæ, quod Arionem cecinisſe refert Hero. lib. 1, priuſquam ſe in mare præcipitaret: ſic forte dictum, quòd eius carminis numeri quàm altiſſima & intentiſſima voce ferrentur. ὄρθιον enim Græci dicunt quod arduum eſt, & quàm altiſſimè eleuatum. Gell. lib. 16. ca. 19, Stauíque in ſummæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, ſubaltiſſima voce cãtauit.

ORTHOCORYBANTES, ὀρθοκορυβάντες, Populi ſunt Medis & Hyrcanis finitimi, quorum meminit Herodotus lib. 3.

Orthodoxus, ὀρθόδοξος. Ital. *Che ha buona opinione.* Gal. *Qui a bonne opinion*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hisp. *Hombre de derecha opinion.* } Homo rectæ opinionis, siue sententiæ, aut fidei. δόξα enim gloriam, & existimationem, siue opinionem & sententiam significat.

Orthodoxia, ὀρθοδοξία, Recta opinio.

Orthogonius, pen. prod. ὀρθογώνιος, Rectus angulus qui ex vtraq; parte æqualis est.

Orthogonius, adiectiuum, Quod rectis angulis constat, & omnium partium æqualitatem habet. Colum. lib. 5. cap. 2, Orthogonius ager.

Orthographia, ὀρθογραφία, Recta scriptura, vel pictura. Quint. lib. 1. ca. 7, Quod Græci Orthographiam vocant, nos Rectè scribendi scientiam nominamus.

Orthomastica, Poma dicuntur, ab effigie mammarum. Plin. lib. 15. ca. 14.

Orthominum, (inquit Calepinus Perottũ secutus) est lini genus quod fit è panicula palustris arundinis. Sed vterque lapsus est vitio corrupti fit è panicula palustris arundinis. Sed vterque lapsus est vitio corrupti exemplaris. Nam apud Plin. lib. 19. cap. 1, ex quo loco Perottus ea quæ de lini generibus cõscripsit, est mutuatus, legitur Orchomenũ linum. Quod ideo admonere visum est, ne quid temere videamur relecuisse.

Orthoepeia, ὀρθοεπεία, Est recta locutio, & emendata cum vocis suauitate prolatio. Apud Græcos enim ὀρθοεπῶ, est rectè & propriè loquor.

Orthopnœa, Vide ORTHOPNOICI.

Orthopnoici, ὀρθοπνοϊκοί, Asthmatici dicuntur, qui eam anhelitus difficultatem habent, vt nisi recta ceruice stent, spirare non possint. ¶ Orthopnœa, ὀρθόπνοια. Ipsa passio. ὀρθὸς enim rectum, πνέω spiro. Est enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se magis, minúsque intenditomne tamen in spirandi difficultate consistit. Sic difficultas hæc dum modica est, δύσπνοια Græcè dicitur: quum vehementior, & spirare æger sine anhelatione non potest, ἄσθμα vocatur: quum accessit id quoq;, vt spirare non possit, nisi recta ceruice spiritus trahatur, ὀρθόπνοια appellatur. Ab his Dispnoici, Asthmatici, Orthopnoici: à Latinis verò vno vocabulo, Suspiriosi dicuntur. Vide Celsum lib. 4. cap. 4.

ORTHOSIA, ὀρθωσία, Oppidum est in ea parte Syriæ quæ Libano monti subiacet: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Orthostatas, Vitruuius lib. 2. cap. 8, & lib. 10. cap. 17, postes vocat ianuę, eo quòd arrecti stent, non iaceant transuersi, quemadmodum limina. Alibi cap. 16. Arrectaria tigna vocat, teste Budæo.

Orthragoriscus, ὀρθραγοριττικός, Latinè Aper, siue porcus, piscis in Aura fluuio Laconiæ, qui vocalis esse perhibetur. Vide Plin. lib. 32. cap. 2. Sed & porcelli lactantes, & adhuc subgrumi, ita nominantur apud Lacedæmones, inquit Athenæus. διὰ τὸ ὀρθρεύειν, quoniam matutinis temporibus vænales circumferantur.

ORTI HESPERIDVM, κῆποι ἑσπερίδων, In Africa fuerunt inter duas Syrtes, Poëtarum fabulis plurimùm celebrati, quum reuera nihil ferant præter oleastrum. Vide suprà in dictione HORTVS.

Orti pensiles, Vide HORTVS.

ORTON, ὄρτων, Ptolemæus lib. 3. cap. 1. Pelignorum vrbs hodie Ortona.

ORTOPLA, ὀρθόπλα, Liburniæ vrbs Ptol. lib. 2. cap. 15. Ortopula hodie.

Ortus, a, um, Vide in verbo ORIOR.

Ortus, ti, & eius deriuata, vide in dictione HORTVS.

ORTYGIA, ὀρτυγία, ὄρτυξ, Insula in mari Aegeo, omnium Cycladum clarissima, Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia (Solino teste) quia in ea primo visæ sunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant: nos à sono vocis *Quaile* dicimus. Alij, vt Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. Virg. 3. Aeneid. Linquimus Ortygiæ portum. Hæc etiã dicta est Delos (vt docet Aristoteles) quòd quum antea sub aquis mersa esset, subito apparuerit: nam δηλόω, Ostendo significat. Ab aliquibus præterea Pyrpile nominatur, ab igne ibi primùm repertò: ab aliis Cynthia, ab aliis Asteria, ab aliis Cynæthus. De Delo terræ motu concussa, vide Thucydidem lib. 2. ¶ Est & alia Ortygiæ nomine insula in Sicilia, Syracusarum pars, reliquæ vrbi ponte coniuncta, quæ fontem habet Arethusam. Hæc ex opposito Plemmyrij Siciliæ amnis fita estide qua Virgil. lib. 3, Sicanio prætenta sinu iacet insula contra Plemmyrium vndosum, nomen dixere priores Ortygiam, Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare, quæ nũc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.

Ortygometra, penult. prod. ὀρτυγομήτρα, Rex coturnicum est, maior aliquanto & nigrior quàm coturnices. Dictio est composita ἀπὸ τοῦ ὄρτυγος καὶ μήτρας, quasi Coturnicum matrix.

Ortyx, gis, } ὄρτυξ. Ital. *Coturnice.* Gal. *Vne caille.* Hisp. *Codorniz.* } Auis quæ Latinè Coturnix, & Vulgò *Quaile* dicitur. Vide ea quæ annotauimus in dictione COTVRNIX. ¶ Est præterea Ortyx herbę cuiusdam nomen, quæ à nonnullis Plantago vocatur, teste Plin. 21. cap. 17.

Oryx, ὄρυξ, Animal est in Getulia nascens, bisulcum & vnicorne, alioqui capræ non dissimile, pilum habens contra aliorum animalium naturam ad caput versum. Sub ortum Caniculæ, tanquam ejus syderis aduentum præsentiẽs, fixis oculis eam plagam cæli intuetur, vbi primum signum hoc exoritur: cõque conspecto sternutat, & veluti venerabundus adorat. Autor Plin. lib. 8. cap. 40, & lib. 8. cap. 53. Colum. lib. 10, Feræ pecudes, vt capreoli, damæque, nec solonus orygum, cernorúmque genera, & aprorum, modò lautitiis & voluptatibus dominorum seruiunt, modò quæstui ac reditibus.

Oryza, ὄρυζα. Dioscoridi, frugis genus est in locis palustribus, & vliginosis maximè prouenies, folia habens carnosa, porro similia, sed latiora: florem autem purpureum. Semen non in spicis, quemadmodum frumenta, sed in pamculis gignit, aut iubis, more milij, aut panici. Oryzæ in Italia maxima est copia, teste Plinio, vbi ex ea pulsana fiebat, quam reliqui mortales ex hordeo cõficiebant. Theophrastus Oryzon vocat, tellaturq; sua ætate peregrinum fuisse semen, & non ita pridem ex India illatum. Galli abiecta prima litera, sua lingua vocant *Ryzum.*

O ante S.

Os, ossis, Proprièconcauum illud intra quod lingua & dentes concludũtur. } στόμα. Ital. *Bocca, faccia.* Gal. *Bouche, le visage ou visage.* Hisp. *La boca, el rostro, la cara.* } Plin. lib. 11. cap. 37, Continui dentes, aut vtraque parte oris sunt, vt equos: aut superiores primores non sunt, vt bobus, ouibus. ¶ Quandoque ponitur pro facie. Virgil. 1. Aeneid. Os humerósq; deo similis: Ouid. lib. 1. Metam. Pronáque quum spectent animantia

cætera terram, Os homini sublime dedit, cælúmque tueri. ¶ Non nunquam etiam de brutis dicitur. Virgil. 12. Aeneid. Ora citatorum dextra detorsit equorum. ¶ Neque solùm de facie dicitur, sed etiam de tota specie quæ cernitur: & quicquid in aliqua re patet. Os dici potest. Idem 3. Georg. Quam si quis ferro potuit rescindere summum Vlceris os. In hac autem significatione Os producitur, quum Os, ossis contrahitur: & habet omnes casus plurales præter genitiuum Onum. Virgil. lib. 8, Componens manibúsque manus, atque ore ora. ¶ Accipitur aliquando Os pro impudentia, vel temeritate. Cic. 6. Verr. Os hominis, & infrontem! Nonnunquam etiam pro impudentia cognoscite. Idem 2. de Orat. Quod tandem os est illius patroni, qui ad causas sine vlla scientia iuris audet accedere? Nonnunquam etiam pro præsentis & conspectu. Tacit. lib. 19, In conspectum Iulianus ad L. Vitellium perductus, verberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. Sallust. in Iugurth. Incedunt per ora vestra magnificè. ¶ Huius nominis deriuata sunt Osculor, Ostium, Osculum, Orea, Omen, Orificiũ, & fortè nonnulla alia, quæ videbimus suis locis.

Osculum, culi, diminutiuum, Paruum os. } φίλημα. Ital. *Bocchina.* Gal. *Petite bouche, bouchette.* Hisp. *Columpio ó rostro pequeño.* } Quod est contra Perfricatum, qui vult Osculum non tenere significatum primitiui. Ouid. lib. 1. Metam. -videt igne micantes Sideribus similes oculos: videt oscula, quæ non Est vidisse satis. Martial. lib. 11. Ipsáque crudeles edentur oscula morbi. ¶ Ponitur etiam Osculum pro Basio: quoniam basiando os coarctamus, atque minuimus, & quasi ex ore osculum facimus. } φίλημα. Ital. *Bascio.* Gal. *Vn baiser.* Hisp. *Beso.* } Cicero ad Atticum, Atque vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad osculum Atticæ possim currere. Donatus ita distinguit hæc tria, Osculum, Basium, & Suauium: vt Osculum officij sit, vt quum è longinquo redeuntes salutamus, atque osculamur: Basium pudicorum, vt patris in filium: Suauium voluptatis, à suauitate dictum.

Oscillum, cilli, diminutiuum à diminutiuo Osculum, pro parno ore, sicut à tantulo, Tantillum. } στομάτιον, φίλτρον. Ital. *Bocchina.* Gal. *Petite bouchette.* Hisp. *Columpio, ó boca pequeña.* } Colum. lib. 2. cap. 10, Reliquum quod superest seminis, in tabulatum, quò fumus peruenit, optimè reponas: quoniam si humor inuasit, vermes gignit, qui simul atque oscilla supinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest. ¶ Oscilla item, Sigilla sunt, & paruæ imaguncułæ quæ arte fictili fingebantur, & vænales proponebantur, quibus homines pro se, atque suis Diti patri & Saturno piacula faciebant, vt inquit Macrobius lib. 1. cap. 5. ἀγαλμάτια. Virgil. lib. 2. Georg. Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Et sic ab Osculum fit, quum significat faciem paruam, vel totam speciem.

Oscillo, las, Oscillorum ludum exerceo, oscilla moueo, vel in alterum proiicio. Dicta autem sunt oscilla, teste Festo, quòd os celant, id est inclinent, præcipitiáque in os ferantur. Oscillantes ait Cornificius ab eo dictos, quòd os celare soliti sint propter verecundiam, qui eo lusus genere vtebantur. Causa autem eius iactationis proditur Latinus rex, quòd prælio quod ei aduersus Mezentium Ceritum regem fuit, nusquam apparuerit, iudicatúsque sit Iupiter Latialis factus esse. Itaque per sex eos dies feriatos liberos seruóque requirere eum non solùm in terris, verumetiam qua cælum videretur posse adiri per oscillationem. Hæc ille. Seruius putat esse compositum ab Os, & Cilleo, les: quòd in hoc ludi genere cillerentur, id est mouerentur ora. Nam Cillere mouere est. Plaut. in Amphi. Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oscillet probè. ad est vt moueat, probè ipsum pugnis percutiendo.

Osculor, aris, Dare osculum. } φιλέω. Ital. *Basciare.* Gal. *Baiser.* Hispa. *Besar.* } Cic. Appio Pulchro lib. 3, Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam verò osculatus. Filium mater osculata est, Cic. pro Muræna. Amplecti, in manibus habere, fauere, osculari aliquem, Cic. Lentulo lib. 1.

Osculatio, onis, Verbale. } φίλημα. Ital. *Baciamento.* Gal. *Baisement.* Hisp. *Besamiento.* } Cic. pro Cæl. Non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, &c. Catullus ad Iuuentium, Num si densior aridis aristis Sit nostræ seges osculationis.

Os, ossis, Significat solidamentum illud corporis quod neruis alligant natura. } ὀστέον. Ital. *Osso.* Gal. *Vn os.* Hisp. *Hueso.* } Cic. 2. de Nat. deor. Quid dicam de ossibus quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem? Virgil. 5. Aeneid. Ex quo reliquias, diuinique ossa parentis Condidimus terra, mœstasque sacramus aras. Idem 1. Georg. Grandiáq; effossis mirabitur ossa sepulchris. Ouid. Epist. 3. Concutit ossa metus. ¶ Ossa etiam vocantur Lapilli illi qui in prunis, dactylis, cerasis, similibúsque fructibus medium tenent locum. Sueton. in Claud. Quoties potè cibum obdormisceret, (quod et ferè accidebat) olearum, ac palmularum ossibus incessebatur. ¶ Ab Os fit compositum Exos, Quod ossibus caret. ἄνευρος, Vide suo loco.

Osseum, ei, diminutiuum ab Os, ossis. } ὀστάριον. Ital. *Osseto.* Gal. *Osselet, petit os.* Hisp. *Hueso pequeño.* } Gell. lib. 6. ca. 1, Ratio subtilior, & vtilitas ipsa operis postulauit, vt tenuissimis, minutissimísq; ossiculis caput cõpingeret. Plin. li. 11. ca. 37, Omnium cerebro medio insunt ossicula parua.

Ossiculatim, aduerbium, significat Minutatim. } Ital. *Minutamente.* Gal. *Par le menu, d'os en os.* Hispan. *Hueso á hueso.* } Cæcil. in Fallacia, Ossiculatim Parmenonem denuò licet legant. Nonius.

Osseus, sea, seum, Quod ex ossibus est. } ὀστέινος, ὀστώδης. Ital. *D'osso.* Gal. *D'os.* Hisp. *Cosa de materia de hueso.* } Vnde Plin. lib. 36. cap. 18, scribit inueniri lapides osseos. Columel. lib. 5. cap. 11, Deinde cuneum tenuem, ferreum, vel osseum, inter corticem & materiam, ne minus digitos tres, sed considerate demittito. Ouid. in Ibin, Iuuenal. & vultus ossea forma tuos. ¶ Genitalia ossea. Plin. lib. 11. cap. 49. ¶ Lapis osseus, Idem lib. 36. cap. 18. ¶ Osseum lignum. Idem lib. 13. cap. 4. -manus ossea Mauri, Iuuen. Satyr. 5.

Ossifragus, adiectiuum, vnde Ossifraga, pen. prod. genus aquilæ, ab ossibus frangendis. ἀγριήρης. Vide Plin. lib. 10. cap. 3, & lib. 30. cap. 7.

Ossilegium, gij, Ossium collectio. ὀστολογία.

Ossilegus, pen. corr. Ossium collector. ὀστολόγος.

Ossuaria, Appellatur locus in quo defunctorum ossa reponuntur. } ὀστοθήκη. Ital. *Luogo dove si repongono l'ossa de defonti.* Gal. *Charnier, lieu ou mettent les os des*

Universidad de Sevilla Biblioteca

de los muertos, Hisp. *Lugar donde estan los huessos de los muertos.*} Vlpian. in l.2. de Sepulch.viol. Celsus scribit statuam sic esse monumenti, vt ossuariam.

Os leonis, Genus herbæ, florem faciens purpureum. Colum. Narcissiq; comas & hiantis scua leonis Ora feri.

OSCA, æ, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Ilergetum. Autor Ptolemæus lib.2.cap.6.

Oscedo, Vide OSCITO.

OSCELA, æ, Lepontinorum oppidum in Alpibus Cottiis, autore Ptolemæo lib.3.cap.1.

Oscheum, i, o. Latini scrotum dicũt, id est testium receptaculum. Nam Celsus vbi de morbis tractat qui in naturalibus circa testiculos oriri solent, Sinus (inquit) qui conspicitur à nobis, ὄσχεον à Græcis dicitur: nostri scrotum vocant.

OSCI, æorum, Italiæ populi qui tractum maritimum Campaniæ tenuerũt, ab otis fœditate ita dicti. Vnde Obscœna verba dicta (vt quibusdam placet) quasi Oscena.

Oscus, a, um, adiectiuum. Cicero Mario, lib.7. Non enim te puto Græcos, aut Oscos ludos desyderasse: præsertim quum Oscos ludos vel in Senatu nostro spectare possis. Horat.1. Serm. Satyr.5, Messi clarum genus Oscis. Tellus Osca, Propertius lib.4.Eleg.2.

Oscillum, Oscillo, Vide OSCVLVM in OS, oris.

Oscines, pen.corr. ab ore, & canendo, Aues sunt, teste Varrone, auspicium ore facientes, *ἀὸ τοῦ ὀσκεῖν καὶ ἀείδειν.* Horat. lib.3. Carm. Oscinem cornum prece suscitabo Solis ab ortu. Plin.lib.10. cap.19, omnes aues quæ canunt, oscines dici existimat, distinguitque oscinem ab alite cantu: & contrà, alitem ab oscine magnitudine. Nunc, inquit, de secundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, oscines & alites: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.

Oscinum, Augurium auium, *οἰωνοσκοπία.* Cic.2.de Legibus, Fulgura, atque oscina pianto.

Oscito, as, pen.corr. ex Os, & Cito, propriè significat Os commoueo, & os totum aperio, vt fit præ somno aut tædio. {*χασμᾶσθαι.* Ital. *Sbadagliare.* Gal. *Bailler.* Hisp. *Bocezar.*} Quod quum toto corpore fit, pandiculari vocatur, *ἐκτενόω.* Gell.lib.4. cap.20, Et in iure stans clarè nimis & sonorè oscitauit. Lucr.lib.3, Oscitat extemplo tetigit quum limina villæ. ¶ Ponitur aliquando pro Aperiri. Plin.lib.16.cap.24, Sed omnium folia quotidie ad Solem oscitant, &c.

Oscitans, patticip. quod aliquando in nomen migrat, significatque otiosum & negligentem. {*χάσκων.* Ital. *Sbadacchiante, negligente.* Gal. *Baaillant, negligent.* Hisp. *El que bocezа, negligente.*} Cic.1.de Natu.deor. Quę Epicurus oscitans hallucinatus est. Idem 2. de Orat. Et istam oscitantem & dormientem sapientiam Scæuolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus.

Oscitatio, verbale, Propriè ipsum oscitandi actum significat. {*ἡ χάσμησις καὶ χάσκησις.* Ital. *Sbacchiamento, negligenza.* Gal. *Baaillement.* Hisp. *Bocezamiento, bocezo, descuido.*} Plin.lib.7.cap.6, Oscitatio quidem in exitu lethalis est. ¶ Aliquando tamen pro otio & animi securitate accipitur, quæ *ἀθυμία* à Græcis dicitur.

Oscitor, deponens. Autor ad Herennium, Quum etiam maiores calamitates impendêre videantur, sedetis, & oscitamini.

Oscitanter, Negligenter. {*ἀθύμως.* Ital. *Negligentemente.* Gal. *Negligemment.* Hisp. *Negligentemente.*} Cic. de Clar. Orat. Tam solutè egisset, tam leniter, tam oscitanter, & oscitabundè.

Oscedo, pen.prod. inis, Vitiũ quo quis tenetur vt sæpius oscitet. {*χάσμη, τὸ ῥᾳθυμῶδες.* Ital. *Sbadagliamento.* Gal. *Baaillement.* Hisp. *Bocezo.*} Gell.lib.4. cap.20, Deliberatum de nota eius, qui ad Censores ab amico aduocatus est, & in iure stans, clarè nimis & sonorè oscitauit, atq; inibi propè vt plecteretur fuit, tanquam illud indicium vagi animi foret, & hallucinantis, & fluxæ atque apertæ securitatis. Sed quum ille deieratasset, inuitissimum sese, & repugnantem oscitatione victum, tenerique eo vitio, quod oscedo appellatur, tum notæ iam destinatæ exemptus est. Serenus, Hinc oscedo fugit, linguæ quoque vulnera cedunt.

Osi, aduerbium optandi. *ὄφελον.* Persius, Osi, sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule. Reliqua vidi in dictione O.

OSIRIS, pen.prod. Osiris, vel Osiridis, *ὄσιρις*, Fuit Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia, successitque Phoroneo in regnum Argiuorum. Postea tamen Aegialeum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios transfretauit gloriæ desyderio. Quos quum subegisset, Isidem (quæ & Io vocabatur) Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit vxorẽ. Vbi, diuum illa literas, Osiris varias artes Aegyptios docuisset, vterque diuinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Aegyptio, vel (vt Seruius ait) à Typhone fratre clàm occisus, ab Isidę diu quæsitus est. Tandem apud Phialam iuxta Syenen laceratus repertus est: curanitque eum Isis sepeliendum in Abato insula eius paludis quæ Memphi proxima est: quam etiam Stygem, id est mœrorem appellauit: nec nisi sacerdotes, certis diebus, eósque mitratos eò accedere voluit. Sed quum apparuisset Aegyptiis deinde bos quidam, Osirim putarunt, adorauerũntque vt Deum, & vocauerunt Apim, id est bouem, eorum lingua. Deinde dictus est Serapis. Tibull.lib.1.Eleg. Te canit, atque suum pubes miratur Osirim Barbata, Memphiten plangere docta bouem. Martial.lib.9, -non illam mille catastæ Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. De Osiride sic habet Eusebius lib.de Præpar.Euan. Diodorum Siculum inducens: Aegyptios ferunt primos omnium motum, ordinémque cælestium corporum admiratos, Solem & Lunam deos putasse, ac Solem quidem Osirim, Lunam Isim nuncupasse, à proprietate quadam inditis ipsis nominibus. Nam siquis ad Latinam linguam verba transferat, multioculus Osiris dici potest, neque id abs re. Radiis enim suis quasi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perspicit, vt etiam Poëta dicit, Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras. Quanuis nonnulli Græcorum poëtæ Dionysium esse Osirim confingant. Isim verò Priscam Latinè dicere possumus: Lunæ hoc nomine ingato

Africam spectat. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

OSTIA, æ, ὄστια ἡ, Stephano: ὄστια τὰ, Straboni, Vrbs in ostiis Tyberinis sita, ab Anco Martio condita (vt inquit Liuius lib. 1. ab Vrbe) in ipso maris fluminisque cõfinio, vt totius mundi opes illò, veluti maritimo vrbis hospitio, reciperentur. Ab hac Ostienses, ὀστιανοί, & ὀστιακοὶ dicti.

Ostientiensis porta, Romæ dicitur ea quæ Ostiã versus ducit. ὀστιανὴ πύλη. Ea nunc sancti Pauli porta appellatur.

Ostium, ostij, ab Obstando quidam deducunt, quòd eo arcemur ingressu. {θύρα. Ital. *Vscio, porta.* Gal. *Huis, entrée.* Hisp. *La puerta donde entramos y salimos.*} Quidam ab Os, oris, quòd sit id per quod ingredimur vel domum, vel quencunque alium locum. Alij à Græco ὄπτις, quod est Repellere. Vnde ratio exigit vt sine aspiratione scribatur, licet nonnulli cum suis detiuatiuis aspirent. Terent. in Eunuc. Tu abi, atque ostium obsera iotus, ego dum hinc transcurro ad forum. Est autem ostium notæ significationis. Ostiorum latera, Antes vocamus: à quibus antepagmenta, valuarum ornamenta. Cic. 1. de Orat. Vt illud Naficæ, qui quum ad poëtam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti ancilla dixisset domi non esse, &c. Idem 5. Tusc. Solane beata vita quæso relinquitur extra ostium liménque carceris.

Ostia, orum, Fluuiorum patentes aditus sunt, per quos in mare exonerantur. {ὄστια τῶν ποταμῶν. Ital. *Le bocche de fiumi.* Gal. *Les bouches d'vne riuiere, ou leurs entrées en la mer.* Hispan. *Los puertos donde el rio sale en la mar.*} Virgil. 1. Aeneid. Italiam contra, Tyberináque longè Ostia. Nominatiuus eius singularis est Ostium, quo vtitur Cic. 2. Philipp. & pro Lege Manilia: & non vno in loco Plinius. Malè nonnulli putauerunt in hac significatione carere singulari numero. ¶ Accipimus etiam aliquando Ostia, pro portuum angustis faucibus. Virgil. 1. Aeneid. Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

Ostiolum, li, diminutiuũ. {θύρετρον, θυρίδιον. Ital. *Vscuolo, porticella.* Gal. *Huisset, ou petit huis.* Hisp. *Puerta pequeña.*} Plin. lib. 19. cap. 8, Adeò vt ostiola olitoria ex his factitari cœperint. Colum. lib. 8. ca. 14, Quas singulas satis est habere quoquouersus pedes ternos, & aditus singulis firmis ostiolis munitos.

Ostiarius, rij, Ostij custos, {θυρωρός. Ital. *Portinaio.* Gal. *Portier, huissier.* Hisp. *Portero.*} Cuius fœmininum est Ostiaria. Plin. lib. 18, cap. 14, Præter hos & custodes, satellitésque & ostiarij, & ministri populantur. Varro 1. de Re rust. cap. 13, Eúmque scire qui introëat aut exeat noctu, quid ve ferat, præsertim si ostiarius est nemo.

Ostiatim, aduerbium. Per singula ostia. {κατὰ θύρας. Ital. *A porta à porta.* Gal. *D'huis en huis, par le menu.* Hisp. *De puerta en puerta.*} Quintil. Nec sectanda singula, & velut ostiatim pulsanda. Cic. 6. Verr. Ostiatim posuit pro Nominatim, siue singulatim. Hîc, inquit, nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim, &c. Idem 6. Verr. Qui præterierus, lectica paulisper deposita, non per præsagia, sed palàm per potestatem, vno impetu ostiatim totum oppidum compilarit.

Ostracias, siue Ostracites, pen. prod. ὀστρακίτης. Gemma est testacea, cuius duæ ponuntur species à Plin. lib. vlt. cap. 10, altera similis achatæ, nisi quòd achates politura pinguescit: altera tam dura vt aliæ gemmæ fragmenti eius scalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab ostrei similitudine. ¶ Est etiam Ostracites lapidis genus testæ similitudinem habens, cuius vsus est pro pumice ad læuigandam cutem. Plin. lib. 36. cap. 19.

Ostracina, Suffragia Athenienſium dicebãtur, quòd ea in figulinis scribi solebant. αἱ δὲ ὀστράκιναι ψῆφοι. vt latius est videre in dictione sequenti.

Ostracismus, ὀστρακισμός, Relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus quæ populari statu regebantur, eos qui excellere videbantur, vel propter diuitias, vel propter amicos, aliámve potentiam, extra ciuitatem relegare solebant ad tempus, sicut docet Arist. lib. 3. Politic. non ad criminis improbitatem castigandam, sed ad potentiam moderandam. Erat autem definitum ostracismi tempus apud Athenienses annorum decem. Dictus ostracismus ἀπὸ τῶν ὀστράκων, hoc est à testulis in quibus suffragia scribi solebant. Solet autem ostracismus peragi hoc modo. Ostraci viritim in consilio dabantur, in quibus quisque nomen illius perscribebat quem vrbe cedere voluisset: Magistratus verò qui huic negotio præerant, vniuersos simul calculos recensebant: qui nisi sex millium numerum excessissent, nil confectum esse iudicabatur. Qui verò hoc suffragiorum numero damnatus erat, eum ad decennium in Argiuam relegabant, vbi bos æneus erat magnitudine visenda. Vnde factum est, vt qui illic exulabant, bouem seruare dicerẽtur. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, & Aristides multati fuere. De Aristide legimus, quum iuxta eum quidam rusticus illiteratus sederet, ipsi Aristidi testa dedisse, vt nomen suum scriberet. Admiratus id Aristides, interrogauit, nunquid ipsum cognosceret. Minimé, inquit: sed quia cæteri ita sentiunt, ego quoq; ita censeo eum esse damnandum. Hoc Latini testuarum exilium vocant.

Ostracium, cij, Latinè testa, Græcè ὀστράκιον. Vnde testaceum pauimentum, vulgò nunc *Ostracum* vocant. ¶ Ponitur quandoque pro onyche. Plin. lib. 32. cap. 10, Inuenio apud quosdam ostracium vocari quod aliqui onychem vocant.

Ostreum, ostrei, {ὄστρεον. Ital. *Ostrica.* Gal. *Huistre ou autre poisson en escaille.* Hisp. *La ostra de la mar.*} Generale nomen est ad omnes eos pisces qui asperam, scabrámque testam habent: qui autem læuem & planam habent testam, proprie conchæ dicuntur. Quanuis generaliter ostrea quoque Conchæ dicantur: sicut & ea quæ ex vno tantùm latere testam habent, altero scopulis, aut lapidibus, alterive materiæ adhærentes. Nam testæ ipsæ duriores, proprie conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum. Seneca, Quid ostreum sapiat, quid mullus, optimè nosti. Horat. lib. 1. Sermon. Ostrea callebat primo deprendere morsu. Iuuenal. Satyr. 6, Grandia quæ medius iam noctibus ostrea mordet. Dicta ostrea à Græco. nam sicut nos à testa testudinem vocamus, hoc animal quod veluti testa tectum est, siue id genus ædificij, quod ex testa est compositum, vel ad testudinis similitudinem est factum: sic Græci ὄστρια ἀπὸ τοῦ ὀστράκου. id est ostrea à testis nominauerunt. ¶ Dicuntur etiam ostreæ fœminino genere. Gell. lib. 20. cap. 9, Ostreæ, senescente Luna, inhubereς, macræ, tenues, exucæ sunt: crescente Luna, pinguescunt. Spondylus, dicitur callosum illud rotundum albicans, quod intus habet in medio, à similitudine spondyli, quod nos verticulum dicimus. Nam reliqua caro circunspersa, lacinia dicitur. Vide Plin. lib. 32. cap. 6.

Ostrearius, a, um, adiectiuum. {ὀστρεῶδης. Ital. *Pertinente à ostriche.* Gal. *Apartenant à huistres.* Hisp. *Perteneciente à ostras.*} vt, Ostrearius panis. Plin. lib. 18. cap. 11, Panis ipsius genera prosequi superuacaneum videtur: aliàs ab opsoniis appellati, vt ostrearij. Ostrearius autem panis est, quo veteres cum ostreis vesci solebant. ¶ Ostreariæ, arum, vbi ostreæ viuunt, & capiuntur. {τὰ ὀστρεοτρόφια. Ital. *Luogo doue vengono ostriche.* Gal. *Le lieu ou se nourrissent huistres, ou autres poissons en escaille.* Hispa. *El biuar ò estero de ostras.*} Plin. lib. 9. ca. 51, Nuper compertum in ostrearijs, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

Ostreatus, ta, tum, Ponitur pro duro, atque aspero. {ὀστρεώδης. Ital. *Duro, aspro.* Gal. *Dur, aspre.* Hispa. *Duro, aspero.*} Plaut. in Pœnul. Itaq; iam quasi ostreatum tergum vlceribus gestito Propter amorem vestrum.

Ostrifer, ra, rum, adiectiuum, Quod ostreum producit. {ὀστροφόρος. Ital. *Che produce ostriche.* Gal. *Qui porte huistres.* Hispan. *Que trae ò cria ostras.*} Virgil. 1. Georg. Pontus & ostrifera fauces tentantur Abydi.

Ostrinus, a, um, Quod ostro est tinctum, vel quod ostri colorem habet. {ὀστρεῖνος. Ital. *Di color porporino.* Gal. *De couleur de pourpre ou escarlatte.* Hisp. *Cosa de color de purpura.*} Ostrinæ vestes, dicuntur purpureæ, & subrubeæ, teste Nonio. Turpil. Interea inspexit virginem vectari in capite ticulam, indutam ostrinam. ὀστρίνη ἐμβάτη. Varro in Eumenid. Aurora ostrinam hîc indutus supparum.

Ostrum, ostri. {ὄστρον. Ital. *Porpora, lo escarlatto.* Gal. *Pourpre ou escarlatte.* Hispa. *La purpura.*} Proprie sanies illa dicitur, & liquor qui ex murice seu conchylio eximitur ad pretiosarum lanarum infecturam: vnde pro ipso colore muriceo ponitur. Cõchylium enim, murex, & ostreũ, in eadem significatione sumuntur, Virgil. 4. Aeneid. Tyrióque ardebat murice læna. Idem 2. Georg. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. Iuuenalis, Horum ego non fugiam conchylia? id est vestimenta murice infecta. ¶ De ostri natura tradiderunt scriptores, quòd non habeat in omnibus locis quibus, nascitur vnius generis colorem, sed Solis cursu naturaliter temperetur. Itaque quod legitur in Ponto & Gallia (quia hæ regiones sunt proximæ ad Septentrionem & Occidentem) inuenitur liuidum. Quod autem legitur ad Aequinoctialem exortum, violaceo colore inuenitur. Et maioribus quidem cõchyliis detracta concha succum eximunt: minora trapetis frangunt, ita demum rotem cum eximentes. Ostri autem appellationem accepit, quòd Græci τὰ ὄστρια nomine etiam murices seu conchylia comprehendant. Plin. lib. 9. cap. 36. & 37, videtur distinctas facere species, muricem, purpuram, & conchylium. Similiter Nonius ostrinum colorem distinguit à murice, quòd Ostrinus color sit subrubeus, Murex purpureus. Sed hæc (vt iam dixi) à scriptoribus confunduntur.

Ostrya, vel Ostrys, vocatur arbor quæ solitaria nascitur circa saxa aquosa, humilis fraxino, cortice, & ramis, folio pyri, paulo tamen longioribus, crassioribúsque, ac rugosis incisuris, materia dura atque firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri, mortésque miseras veterum superstitio existimauit. Plin. lib. 13. cap. 21.

Ostus, Vel potius Hostus à veteribus appellabatur quod ex vno facto olei purum purgatúmq; relinquitur. Factum verò dicebant quod vno tempore conficerent, quem alij centum sexaginta modiorum, alij centum viginti faciebant. Vide Catonem de Re rust. cap. 6, & Varronem lib. 1. cap. 24. apud quos legitur hostus per aspirationem.

Osus, Vide ODIO, odis.

O ante T.

OTANES, ὀτάνης, Persa nobilis, vnus ex his qui cum Dario in Magos conjurarunt. Vide historiam latius apud Herod. lib. 3.

Othonne, ὀθόννη, Herba quæ in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebrò foliis, flore croci: quare quidam anemonem vocauerunt. Plin. lib 27. cap. 12. Dioscoridi othonne prorsus fuit incognita, vt qui hoc nomine ab aliis herbam, ab aliis succum, à quibusdam etiam lapidem accipi tradiderit, neque in re tam controuersa quid ipse sentiret, explicare ausus sit.

OTHRYADES, ὀθρυάδης, Nomen Lacedæmonij viri, qui quum controuersia nata esset inter Lacedæmonios & Argiuos de agro Tyreate, placuissétque vt ea lis trecentorum vtrinque prælio decideretur, solus ex Spartiatis superfuit, duobúsque qui ex hostibus reliqui erant in fugam versis, patriæque parta victoria, ne solus ex sociis in patriam rediret, sibi manus intulit. Autores Valerius lib. 3 cap. 2, Plutarchus in Parall. & Ouidius in Fastis.

Othryius, adiectiuum, vt Hebrus, Othryius in Claudiano.

OTHRYS, ὄθρυς. Thessaliæ mons est, non procul ab Oeta, Centaurorum olim sedes. Luc. lib. 6, Solstitiale caput nemorosus submouet Othrys.

Otia, Pisces est marinus, ex genere ostrearum. Plin. lib. 32. cap. vlt.

Otis, idis, ὠτίς, Auis est minor bubone, & maior noctua, aures plumeas habens eminentes: vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 10. cap. 23, Sunt qui Latinè Asionem vocent.

Otium, Vide OCIVM.

OTREVS, ὀτρεύς, & Mydon, Fratres fuerunt Hecubæ & filij Cisſei, & patrueles Polymnestoris, vt annotauit Porphyrius in 3. Iliad.

OTVS, Ὦτος, & Ephialtes, filij Neptuni fuerunt ex Iphimidea Aloei vxore, quos Poëtæ fabulantur nono ætatis anno in nouem iugerum altitudinem excreuisse: quo corporis robore freti, ausi fuerunt etiam diis bellum mouere, montésque montibus imponentes, cælum ipsum oppugnare: donec Apollinis telis confixi, temeritatis suæ pœnas dedere. Vide Homer. lib. 11. Odyss.

O ante V.

Oualis, Ouans, Ouatio, Ouatus, nomen, Ouatus participium, vide OVO, ouas.

Ouis, huius ouis, à Græco ὄϊς. interposita u, propter hiatum, Significat pecudem lanigeram. {Ital. *Pecora.* Gal. *Brebis.* Hisp. *Oueja.*} Cic. 2. de Nat. deorum. Ouium villis confectis, atque contextis homines vestiuntur. Ouem masculino genere legi, admonent Festus & Nonius. Varro Rerum humanarum lib. 17, Vt etiam putantibus, qui oues duos, nõ duas dicunt, Homerum sequuti, qui ait μῆλ' ἄττε vt. Idem, M. Terentio quando citatus neque respondit, neque excitatus est, eum ego vnum ouem multam dico. Gell. lib. 11. cap. 1, autor est, in multis dicendis hoc sem-

pe

per obseruatum fuisse, vt Ouem virili genere appellarent, alioqui multam iustam non videri.

Ouinus, a, um, Quod ex oue est. {μηρύτικος. Ital. *Pecorino.* Gal. *De brebis, ou mouton.* Hisp. *Cosa de oueja.*} vt Pellis ouina. Huius nullum exemplum reperimus.

Ouillus, a, um, Idem quod Ouinus. μηρύτικος. Plin. lib. 29, Quin & ouillo fimo vti, quoniam aliud herbescetet.

Ouile, huius ouilis, Locus in quo oues morari solent, siue in quem oues sese recipiunt. {μηρύη. Ital. *Ouile, stalla da pecore.* Gal. *Bergerie, estable à brebis.* Hisp. *Aprisco de se acogen las ouejas.*} Liu. 6. bel. Pun. Datum secretò in ouili cum his collocandi tempus. Ouid. 15. Met. -tepidis in ouilibus agni. Idem 3. de Arte, Dixerit è multis aliquis, Quid virus in anguez Adiicis, & rapidis tradis ouile lupis?

Ouiaria, riæ, Ouium grex. {μηρύη, μηρύτικος ἀγέλη. Ital. *Greggia.* Gal. *Bergerie, troupeau de brebis.* Hisp. *Manada de ouejas.*} Varro in prologo 2. libri de Re rust. Quod eo facilius faciam, quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, & Reatino equarias.

Ouiaricus, ca, cum, possessiuum ab oue deriuatum. {μηρύλικος. Ital. *Pecorino.* Gal. *De brebis.* Hisp. *Cosa de oueja.*} Columel. lib. 7. cap. 6, Et quoniam de ouiarico satis dictum est, ad caprinum pecus nunc reuertar.

Ouicula, diminutiuum, Significat paruam ouem. μηρύτιον.

Quo, uas, Lætor, & lætitiâ vociferando seu canendo demonstro. {ἰυάζω. Ital. *Allegrarsi.* Gal. *S'esiouir.* Hisp. *Alegrarse.*} Liu. lib. 1. ab Vrbe, Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo maiori cum gaudio, quo propius metum res fuerat. ¶ Est etiam Ouare minorem triumphum, quem vocabant Ouationem, peragere: pro quo veteres vsitatius dixerunt. Ouantem vrbem ingredi. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Dupliciq; victoria ouantem Romulum, &c.

Ouans, participium esse videtur à verbo Quo, quod rarò apud probatos autores inuenies: quum Ouans nusquam non occurrat. {ἰυάζων. Ital. *Trionfante.* Gal. *Triomphant.* Hisp. *Que se allegra, ò triumpha.*} Cicero 2. de Orat. Ascendit ouans in Capitolium M. Aquilius. ¶ Abusiuè, accipitur pro lætabundo. Virgil. 4. Aeneid. Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouantes. Vbi Seruius, Ouantes, lætantes, abusiuè. Nam propriè Ouatio est minor triumphus, qui enim ouationem meretur, & vno equo vtitur, & à plebeiis, vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus sacrificat: vnde & Ouatio dicta est. Qui autè triumphat, albis equis vtitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio de tauris sacrificat.

Ouatio, onis, teste Seruio, dicebatur minor triumphus, quum belli duces, rebus quidem prosperè gestis, non tamen ita magnis, vt iusto triumpho dignæ essent, ex Senatusconsulto pedites, vel (vt aliis placet) vno equo vecti, vrbem ingrediebantur, myrteam coronam (quam ob id Oualem vocabant) in capite gestantes, vniuerso autem Senatu subsequente. ὀύα, ἰυασμὸς, πεζὸς θρίαμβος. Ouandi autem, & non triumphandi, teste Gell. lib. 5, causæ erant, quum autè bella non ritè erant indicta, neque cum iusto hoste gesta: qualia erant ea quæ aduersus piratas, & seruos fugitiuos aliquando suscepta leguntur: aut quoties deditione repentè facta, victoria citra puluerem (quod dici solet) hoc est citra magnam sanguinis effusionem contigerat. Ob quam etiam causam Oualem coronam ex myrto (quæ arbor Veneri est sacra) conficiebant, quòd incruentas huiusmodi victorias, Venereas potius iudicarent, quàm Martias. Vnde autem tractum sit Ouandi vocabulũ, inter Grammaticos non satis conuenit. Seruius in illud Virgil. 4. Aeneid. -sola fuga nautas comitabor ouantes: ostendit ab ouibus esse deductum, quòd quum ij qui triumphabant, Ioui in Capitolio taurum immolarent, ouantes ouem tantùm mactabant. Alij Ouationem dictam putant, quasi Ohationem, ab interiectione lætantis, Ohe deducto etymo. Nonnulli etiam à voce eorum qui ouantem comitabantur, Ouo verbum deductum putant. Illi enim oo geminatum, lætabundi solent acclamare. Vnde interposita u consonante, Ouo credunt deduci. ¶ Est etiam Ouatio à nomine ouum, significans tempus quo galinæ oua pariunt, ὠοτμὸς, dictum ea forma qua Vernatio, Mellatio, Pullatio. Plin. lib. 29. cap. 3, Certa Luna capiendum censent, tanquam congruere ouationem etiam serpentium humani sit arbitrij.

Ouatus, us, Nomen pro ouatione. ἰωτμός. Valer. Flac. 6. Argon. -hinc barbarici glomerantur ouatus.

Oualis, & hoc ouale, Quod ad ouationem pertinet: vt, Oualis corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabantur Imperatores qui ouantes vrbem introibant, neque iusti triumphi honorem meriti videbãtur. Id autem contingebat quoties bellum legitimè indictum non erat, neque cum iusto, aut magnopere formidando hoste gestum, vtpote subactis seruis, aut piratis: aut quoties facta repentè deditione, incruenta victoria contigerat. Vide A. Gell. lib. 5. Noct. Attic. cap. 6.

Ouum, ab ὠὸν interposita u, euphoniæ causa. {Ital. *Ouo.* Gal. *Vn œuf.* Hisp. *Huevo.*} Martial. lib. 13, Candida si croceos circumfluit vnda vitellos, Hesperius scombri temperet ota liquor. Vitellus, vel Luteum oui, dicitur illud quod in ouo crocei coloris est: Albumen autem, vel Album oui, liquor ille candidus qui vitellum circundat. ¶ Ouum ouo tam simile non est: prouerbialis est hyperbole, de rebus indiscretæ similitudinis dici solita. Cic. 4. Acad. Videsne, vt in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? ¶ Ouo prognatus eodem, prouerbialiter de illis dici potest, quorum ingenium moresque ita conueniunt vt iisdem parentibus nati videri possint. Vide Erasmi Adagia. ¶ Oui luteum, diuisis dictionibus, vocamus vitellum in ouo. λέκιθος.

Ouatus, ta, tum, Quod est in similitudinem oui factum. {ὠοειδὴς. Ital. *Ouato, fatto in forma d'ouo.* Gal. *Qui est de la forme & figure d'vn œuf.* Hisp. *Cosa hecha en figura de hueuo.*} Plin. lib. 15. cap. 21, Aliis turbinatio pyri, aliis ouata species, ceu malorum aliquibus. ¶ Ouatum marmor, Quod diuersi coloris maculis variegatum est, oui specie referentibus. Plin. lib. 35. ca. 1, Neronis principatu inuentum, maculas quæ non essent, in crustis inserendo, vnitatem variare, vt ouatus esset Numidicus, vt purpura distingueretur Sinnadicus. ¶ Aliquando etiam accipitur pro eo quod ouo illitum est: vnde Ouatum aurum, ouo auratum: quoniam oui albo antea illito, æra ac marmora auri & argenti bracteis integebantur. Persius Satyr. 1, Hinc illud subit, auro sacras quòd ouato Perducis facies.

Nec verò hoc quenquam mouere debet, quòd Ouatum hîc primam corripiat, quę producitur in dictione Ouum: siquidem non semper deriuata primitiuorum quantitatem obseruant.

Ouifera, Quæ fert oua: vt, Ouifera gallina. ὠοτόκος.

O ante X.

Oxalis, {ὀξαλὶς. Ital. *Acetosa.* Gal. *Oseille surelle.* Hispan. *Azederilla romaza.*} Lapathij genus, satiuo proximum, foliis aquosis, colore betæ candidæ, radice minima, Plin. lib. 20. cap. 21. Vulgus *Acetosam* vocat.

Oxos, ὄξος, neutri generis, acetum.

Oxys, oxydis. pro vase aceti. ὀξὺς.

OXVS, Amnis in lacu Oxia, vt inquit Ptolemæus: siue Oxo, vt Solinus.

Oxyacanthes, ὀξυακάνθη. Spina est paruis foliis aculeatis per extremitates, ferens baccas rotundas, foliis ipsis arenosa lanugine obductis.

Oxybaphum, pen. corr. acetabulum Latinè dicitur. Hermolaus.

Oxycedros, ὀξυκέδρος, Species cedri, ramosa, & nodis infesta. Plinius lib. 13. cap. 5.

Oxygala, pen. corr. & neut. gen. ὀξύγαλα. Lactis in acorem redacti pars coactior, quod à sero separatum, origano, cæpe, mentha, coriandro, thymo, & cunila condiri solet. Plin. lib. 28. cap. 9, Fit & ex captino lacte butyrum: sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantùm, crebro iactatu in longis vasis angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, aliàs præligato. Additur paulum aquæ vt acescat. Quod est maximè coactum in summo fluitat: id exemptum addito sale, oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura. Vide plura de hoc apud Colum. lib. 12. cap. 8.

Oxygarum, pen. corr. ὀξύγαρον. Garum acetosum, hoc est liquaminis genus ex minutioribus pisciculis confici solitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti solet admisceri. Solet autem hoc in principio mensæ apponi, quemadmodum & lactucæ. Martial. lib. 5, Deposui soleas, adfertur protinus ingens Inter lactucas, oxygarúmque liber.

Oxylapathum, ὀξύλαπαθον, Prima lapathi species apud Dioscoridem, paluitribus in locis nascens, à foliorum acumine nomen habens. Plin. lib. 20. cap. 21, Est & alterum genus, ferè oxylapathon vocant, satiuo idem similius, & acutiora habet folia & rubriora, nonnisi in palustribus nascens. Officinæ *Lapathium acutum* nominant.

Oxymeli, ὀξύμελι, Acetum mulsum dicitur, genus potionis quod ex mellis libris decem aceti veteris heminis quinque, salis marini pondo, tymbræ quadrante, aquæ marinæ sextariis quinque pariter decoctis fieri solebat. Vide Plin. lib. 14. cap. 17.

Oxymoron, ὀξύμωρον, vt docet Budæus ex Quintiliano, Est sententia ex periculo petita: hoc est ita acutè & affectatè enuntiata vt fatua videatur: vt apud Virgil. 7. Aeneid. Num capti potuere capi?

Oxymyrsinæ, ὀξυμυρσίνη. Frutex est quem acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto similia, sed acutiora & rigidiora: producit baccas rufas ad ceraforum similitudinem. Plin. lib. 16. cap. 11, & Dioscorid. lib. 4 cap. 147.

Oxyporon, ὀξύπορον, Moreti quoddam genus, teste Colum. lib. 12. ca. 57, ex caleo, sesamo, nucibus, & herbis constans, aceto piperato conditis. Idem & oxygarum appellabatur, quòd quoties vsus exigeret, aceto & garo dilueretur. Plin. lib. 20. cap. 22, Fœniculum condimentis propè omnibus inseritur, oxyporis etiam aptissimè. Sunt & sua medicis oxypora: sunt enim remedia præsentanea, & celeriter iuuantia, à celeritate dicta penetrandi. Idem lib. 24. cap. 8, Iuniperus miscetur antidotis oxyporis.

Oxyporopolæ, ὀξυπωλοπῶλαι, Qui cibos vendunt aceto conditos. Plin. lib. 20. cap. 7, In eos vsus & oxyporopolæ seruant, addito dulci accrementum aceti temperantes. Vbi nunc sic legitur, Stomachos dissolutos vtilissimè adiuuant, vti ne eo esu abluantur, & oxypori obolis asperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

Oxyrrhodinum, ὀξυῤῥόδινον, Medicamentum liquidum, constans ex aceto & aqua rosacea, quod capitibus eorum solet adhiberi, qui phrenitide laborant.

Oxysaccharum, ὀξυσάκχαρον, Potionis genus ex saccharo & aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo, candidum ac fragile, quod decoctum, & in pyramidis figuram formatum, ex Canariis insulis ad nos defertur. Sed de hoc suo loco.

Oxyrrhinchus, ὀξύῤῥυγχος. Piscis est Nilo peculiaris, à rostri acumine nomen habens, quem tota Aegyptus pro Deo colit. Autor Strabo lib. 17. Capitur etiam in mari Rubro, item in Caspio, teste Aeliano lib. 12. cap. 33. 34. & 35.

OXYRRHINCHVS, Ciuitas Aegypti dicta ab oxyrrhincho pisce qui ibi templum habuit. Cæterùm Aegyptij omnes Oxyrrhinchũ piscem colunt. Nam quædam animalia sunt quæ Aegyptij vniuersi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria, bouem, canem, felem: ex volatilibus duo, accipitrem, atq; ibinten aquatilibus duo, lepidotum piscem, & oxyrrhinchum. Ex Strabone lib. 17.

Oxyschœnos, ὀξύσχοινος, Acutus iuncus, qui & marinus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 18.

O ante Z.

Ozæna, ὄζαινα. Piscis ex polyporum genere, caput habens grauissimi odoris. Plin. lib. 9. cap. 30, Polyporum generis ozæna, dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè mutæna eam confectantibus. ¶ Est item Ozæna, narium morbus, effluxione acrium humorum plures crustas intra nates gignente quæ grauissimum expirant odorem: cui malo vix vllo remedio potest succurri. Plin. lib. 25. cap. 13, Natium ozænas emendat aristolochia cum cypero.

Ozænitis, ὀζαινίτης, Herba est ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluuium nascens, odore virus referens: vnde & nomen accepit. Autor Plin. lib. 12. cap. 12.

Oze, es, ὄζη, Oris grauedolétia dicitur, à verbo Græco ὄζω, quod est oleo. Celsus lib. 3. cap. 11, Itaque ei remissioni credendum est quæ etiam immoratur, & iactationem fœtorémque quendam oris (quem ozen Græci vocant) minuit.

Ozimum, pen. corr. ab ὄζω, Redoleo, genus edulij redolentis ex intestinis confecti. Persius Satyr. 4, Quum bene discincto cantauerit ozima

Universidad de Deusto
Biblioteca

vernæ. Quo tamen in loco nonnulli ocima malùt legere. Vide Cælium Rhodig. lib. 29. cap. 24.

OZOLAE, ὄζολαι, Populi ex Locris, Aetoliæ oram incolentes ad sinum Crissæum, quorum oppida enumerantur à Ptolemæo, Molycria, Naupactus, Anticirrhium, & Euanthia. Vide Strab. lib. 9.

Ozymum, Vide OCIMVM.

P

Litera muta est, nec aspirationem post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, vt Phaëthon. Conuertitur quandoque in transferendis dictionibus Græcis p in b: vt quod apud Græcos πύξος, apud nos buxus scribitur. Pyrrhus, Burrhus. Interdum p exile pro ph aspirato poni solet: vt quod à Græcis φοινικοῦς cum ph aspirata scribitur, à nostris Puniceus transfertur: sic πορφύρεος, Purpureon dicimus.

Pabulum, li, Proprié pecudum, & aliorum brutorum cibus herbaceus, fœniceus, paleaceus, vel stramentitius est. {πεφόρβιον, χόρτος. Ital. *Pasco, pascolo.* Gal. *Pasture, fourrage.* Hispa. *El pasto de bestias sin grano.*} Cæs. 1. bel. Gall. Ipse, quum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit. Virgil. 1. Aen. –priusquam Pabula gustassent Troiæ, Xanthúmque bibissent. Idem 12. Aeneid. Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo, Pabula parua legens, nidisque loquacibus escas. ¶ Per translationem dixit Cicero in Catone Maiore, Pabulum studij, pro oblectatione, & quasi quadam studiorum refectione. Studium enim, animi pabulum est, quo animus pascitur, & vegetatur, quemadmodum cibis corpus. Si verò (inquit) habet senectus aliquod tanquam pabulum studij & doctrinæ nihil est otiosa senectute iucundius. ¶ Pabula amoris abstergere sibi, Lucr. lib. 4. Nam si abest quod ames, præsto simulachra tamen sunt Illius, & nomen dulce obseruamus ad aures: Sed fugitare decet simulachra, & pabula amoris Abstergere sibi, atque alió conuertere mentem. ¶ Pabulum animorum. Cic. 4. Acadr. Est enim animorum, ingeniorúmque naturale quoddam quasi pabulum consideratio, contemplatióque. Idem de Arusp. resp. Quid enim hunc prosequor, pecudem ac belluam pabulo inimicorum meorũ & glande corruptum? Ouid. 8. Meta. –dederátque graui noua pabula morbo.

Pabularis, pabulare. Quod ad pabulum pertinet, seu quod pro pabulo datur. {τὸ βοσκητικόν. Ital. *Ciò che si appartiene à pasco.* Gal. *Qu'on donne aux bestes, appartenant à pasture.* Hisp. *Cosa perteneciente à tal pasto.*} Colum. lib. 11. ca. 2, Vicia pabularis, & vicia seminalis. Idem lib. 2. cap. 14, De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia. Plin. lib. 18. cap. 16, Omnia hæc pabularia.

Pabulor, aris, Castrense verbum est, quemadmodum Lignor, & Aquor. {νέμεσθαι. Ital. *Pascolare.* Gal. *Fourrager, paistre, repaistre.* Hispan. *Ir á buscar tal pasto.*} Dicuntur enim propriè Pabulari milites, quum é castris cum falcibus egressi, pabulum in vsum iumentorum ex agris capiunt. Val. Maxim. lib. 5. cap. 6. Id postquam cognouit, depositis insignibus Imperij, familiarem vultum induit, ac pabulantium hostium globo sese obiecit. ¶ Interdum Pabulari, est Pascere. Colum. lib. 7. cap. 6. de capellis loquens, Subinde quæ incedit, compesci debet, ne procurrat, sed placidè, ac lentè pabuletur, vt & largi sit vberis.

Pabulatio, onis, Aliquando est actus ipse pabulandi: nonénque est castrense, quemadmodum Aquatio & Lignatio. {ἡ βοσκησις. Ital. *Pasco.* Gal. *Pasture ou fourrage, le fait d'aller au fourrage.* Hisp. *Obra de buscar tal pasto.*} Est enim pabulatio proprie militum, quum scilicet in agrum egrediũtur cum falcibus capiendi pabuli causa. Cæsar 7. bel. Gall. Omnibus modis huic rei studendum, vt pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Aliquando ponitur pro ipso pabulo. Varro 3. de Re rust. cap. 16. Si é bono loco transtuleris vbi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt. De apibus.

Pabulator, oris, Qui pabulatum vadit. {ὁ ἐπὶ τοῦ βοσκεῖν πορευόμενος. Ital. *Pascolatore.* Gal. *Fourrageur, qui va au fourrage.* Hisp. *El que va buscar tal pasto.*} Cæsar 5. bell. Gall. Repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolarunt. Liu. 9. bel. Pun. Deinde quum in pabulatores Romanos impetus repentè ab equitibus Hispanis factus esset, &c.

Pabulatorius, adiectiuũ. {τὸ πρὸς χόρτασμα ἁρμόζον. Ital. *Cosa da pascolo.* Gal. *Qui sert au fourrage.* Hisp. *Perteneciente á pasto.*} vt, Pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Colum. lib. 6. cap. 3, Si grano abstinemus, froudis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit.

Pacatus, Vide PAX.

PACHYNVS, pen. prod. πάχυνον, promontorium Siciliæ Peloponnesum spectans: ab aëris crassitudine nomen habens. Nam πάχος pingue & crassum dicitur. Virgil. lib. 3, Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni. Priscianus in Periegesi mediam huius dictionis syllabam nullo veterum exemplo corripuit: quod non ausim imitari, Qui procul effusis Pachyni distenditur oris.

PACINVS, pen. prod. Vnus ex nepotibus Volsinij regis, cognomento Luculli: qui relicto Illyrico in Italia consedit, vbi & populos Pacinates de se nominauit. Autor Festus.

Paciscor, sceris, Pactus, deponens, significat pactum facio, conuenio. {συμβάλλω, συναλλάττω, συντίθεμαι, διαλογέομαι, ὁμολογέω. Ital. *Patiuire, pattuire, pattuigiare.* Gal. *Pactionner, contracter.* Hisp. *Pactear ó hazer pacto.*} Vnde etiam construitur cum ablatiuo, sicut alia verba pretium significantia. Plaut. in Bac. Paciscí cum illo paulula pecunia potes. ¶ Dicimus etiam, Pactus sum hanc rem. Iustinus lib. 2, Cum Xerxe nuptias filiæ eius paciscitur. Sallust. in Iugur. Adherbali suadent vt sese & oppidum Iugurthæ tradat: tantum ab eo vitam paciscatur. Virgil. 5. Aeneid. –vitamque volunt pro laude paciscí. ¶ Ponitur aliquando pro Promittere. Plaut. in Trin. Hæc tibi pacta est Callicli filia? Id est, éstne tibi promissa? Cicer. Attic. lib. 5, Nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta est Arthauasdis filia, quin cum omnibus copiis, &c.

Pactor, oris, verbale. {ὁ διαλλακτής, ὁμολογητής. Ital. *Chi fa contracti & accordi.* Gal. *Faiseur de contracts & accords.* Hisp. *El que haze pactos.*} Cic. 7. Verr. An fœderum interpretes, societatis pactores, religionis autores? Huius compositũ est Depaciscor, siue Depeciscor, de quo suo loco diximus.

Pactum, Quandoque participium est à Paciscor, Idem significans quod à pacto decretum. {τὸ διομολογηθέν. Ital. *Pattuito.* Gal. *Pactionné, accordé, conuenu.* Hisp. *Pacteado.*} Plautus in Asin. Hincinerunt viginti minæ bonæ, meum. Hisp. *Pacteado.*} Has tibi nos pactis legibus dare iussit. Id est sub mala opera partæ. Has tibi nos pactis legibus dare iussit. Id est sub conditione, de qua inter vos conuenit. ¶ Quandoque nomen est, idem significans quod consensus, & duorum in eandem rem conuentio. {σύμβολον. Ital. *Patto.* Gal. *Convention, paction.* Hisp. *Pacto.*} Cic. 2. de Inuent. sic definit, Pactum est quod inter aliquos conuênit, quod iam ita iustum putetur, vt iure præstari dicatur. Idem 3. Offic. Pacta & promissa sempérne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo (vt prætores solent dicere) facta sint. Vlpian. de Pollicit. l. Pactum. Pactum est duorum consensus atque conuentio: Pollicitatio verò, offerentis solius promissum. ¶ In ablatiuo quandoq; accipitur pro Modo. τρόπῳ. Terent. in Andr. Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum cognoscés.

Pactitius, a, um, adiectiuum, Vulgò *Conuentionalis* dicitur. συνθηκικός. Gell. lib. 1. cap. 25, Cessatio pugnæ pactitia, Induciæ dicuntur.

Pactio, onis, Est (vt inquit Vlpian. l. j ff. de Pact.) duorum pluriúmve in idem, placitum & cõsensus. {ὁμολογία, συνάλλαγμα, τὸ ὁμολογηθέν, σύμβολον. Ital. *Patto, conuentione.* Gal. *Paction, conuention.* Hisp. *Pacto, ó la obra de pactear.*} Sallust. in Cat. Collegam suum Antonium pactione prouinciæ propulerat, ne contra Rempub. dissentiret. Cicer. lib. 3. Offic. Regulus non debuit conditiones pactionésque bellicas & hostiles perturbare periurio.

Paco, pacas, Vide PAX.

PACORVS, pen. corr. & sine aspiratione, Πάκορος. Suidæ, Orodis regis Parthorum filius, eius qui Crassum dolo circumuentum interemit. Quam maculam postea Ventidius Bassus Antonij legatus delcuit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. Horat. 3. Carm. Bis iam Monæsos, & Pacori manus Non auspicatos contudit impetus nostros, &c.

PACTIA, πακτία Stephano, Insula maris Aegæi, vna Cycladum, candido marmore nobilis, distans à Delo XXXVII. M. pass. Alio nomine Paros dicitur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

PACTIAS, πακτιάς, Agri Ephesij mons est, Mycaliæ incumbens, & ab ea ad Mediterranea deflexus. Autor Strabo lib. 14.

Pactilis, Vide PANGO.

Pactitius, a, um, Vide PACTVM in PACISCOR.

PACTOLVS, pen. prod. πακτωλός, Fluuius Lydiæ, ex monte Tmolo nascens, & per Sardianum, agrum in Hermum influens. Alio nomine Chrysorrhoas dicitur, ab eo quòd aureas trahat arenulas, teste Plin. lib. 5. cap. 29.

Pactum, Vide PACISCOR.

PACTIAS, Plinio, πακτιάς Ptolemæo, Oppidum est Thraciæ ad Propontidem non procul à Chersoneso: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11. ¶ Sunt item Pactiæ, insulæ quædam in mari Lycio, apud eundem Plin. lib. 5. cap. 31.

PACVVIVS, Πακκούβιος, Brundusinus poëta tragicus illustris, Ennij poëtæ ex sorore nepos. Romæ picturam exercuit, ac fabulas venditauit: deinde Tarentum transgressus, propè nonagenarius diem obiit. Hic (vt Quintilianus ait) grauitate sententiarum, pondere verborum, autoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Eius epitaphium extat apud Gell. lib. 1. cap. 24. in hæc verba,

Adolescens tametsi properas, hoc te saxum rogat
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est, legas.
Hic sunt poëtæ Pacuuij Marci sita
Ossa. hoc volebam, nescius ne esses.

PACYRIS, Scythiæ Europæ fluuius, in sinum Carcinitem influens. Autor Plin. lib. 4 cap. 12.

PADVA, Venetorum vrbs, à Padi vicinitate dicta, quæ & Patauium Πατάουιον dicitur, quasi Padauium. Vel ἀπὸ τοῦ πίτνειν, id est à volando, quòd captato augurio dicatur conditum. Vel à petendo, quòd telo auem Antenor petisse dicatur, eóque in loco vrbem condidisse. Primò Antenorea dicta est: vnde Antenoridæ, postea Parauini, & Paduani. Apud Patauium natus est Titus Liuius historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facundia perscripsit. Similiter Stella, & Valer. Flaccus poëtæ, & Paulus Iureconsultus. Fuit quoque Volusius poëta Patauinus, qui post Ennium, rerum gestarum populi Romani annales carmine descripsit. Catull. de Cinna, Ac Volusi annales Paduam morientur ad ipsam.

PADVS, Πάδος, Vulgò *Po*. Fluuius est è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Gabienuorum visendo fonte profluens, condénsque sese cuniculo, & in Forouibienuum agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëthontis illustratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis niuibus, agris quàm nauigiis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vendicans. Hæc Plin. lib. 3. cap. 16. Metrodórus refert, quoniam circa fontem arbor sit multa picea (quæ *Padax* Gallicè vocetur) Padum hoc nomen accepisse.

PADVSA, æ, pen. prod. Fossa est ex Pado Rauennam vsque ducta, quam Messanteum olim appellarunt, teste Plin. lib. 3. cap. 15. Claudianus, Eridani ripas, & rauca stagnæ Padusæ.

PAEAN, Παιάν, Hymnus erat in laudem Apollinis, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui (vt Iul. Pollux inquit) non solùm in auertione malorum decantabatur, sed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone, Apollo laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ Pæanas dixerunt. Virgil. 6. Aeneid. –lætúmque choro pæana canentes. Abusiuè tamen pro omni deorum laude ponitur. Vnde opus suum Pindarus, de Laudibus deorum omnium, Pæana inscripsit. ¶ Accipitur etiam aliquando Pæan pro ipso Apolline, ἀπὸ τοῦ παίειν, hoc est à medendo. Credebat enim antiquitas medicinam Apollinis esse inuentum. Iuuen. Satyr. 6, Parce precor Pæan. ¶ Fuit & Pæan, nomen patris Philoctetæ. Verùm tunc melius per œ diphthongum scribitur. Hinc Pœantius, & Pœantiades, quæ omnia vide infrà suis locis.

Pæantides, παιανίδες, Gemmæ sunt speciem habentes aquæ glaciatæ, quæ in Macedonia circa Tiresiæ sepulchrum inueniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides

ſes dicuntur. Autor Plin.lib.37.cap.10.

Pædagogus,gi,pen.prod. {παιδαγωγός. Ital. *Pedagogo,pedante.* Gal. *Pedagogue,qui a la charge d'amener vn enfant.* Hiſp. *Maeſtro de ninos.*} Cuſtos & inſtitutor pueri, cuſcura incumbit puerum inſtituendi, & veſtigia eius ſubſequendi,eúmque quocunq; opus fuerit, circunducendi:ita dictus quaſi ἐ παιδὸς ἀγωγός, hoc eſt pueri dux. Colum.lib.1, Nec poſtremò, quaſi pædagogi eius,meminiſſe dedignemur Iulij Higini. Cic.de Amic. Iſto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi.

pædagogium,gij,παιδαγώγιον,Locus eſt in ædibus,in quo pueri,ſeruíque commorantur,qui à Græcis παιδία vocantur. Plin.lib.7. Epiſt. Puer in pædagogio miſſus pluribus dormiebat. ¶ Accipitur etiam Pædagogiũ apud ſureconſultos pro ſeruitio,hoc eſt pro ſeruorum, & mancipiorum grege. Vlpian.l.quæſitum. de Fundo inſtructo, & inſtru. legat. Si inſtructum fundum legaſſet,ea pædagogia,quæ ibi habebat, vt quum ibi veniſſet,præſtò eſſent in triclinio, legato continentur. Calepinus putauit Pædagogium aliquando accipi pro puerorum concubitu, adducens illud Suetonij ex cap.28.lib.9, Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus, etiam Rubriæ virgini Veſtali ſtuprum intulit. Sed falliturnam in caſtigationibus exemplaribus Proagogia legimus,non Pædagogia. Eſt autem προαγωγεῖον, Græca dictio, quæ nobis productionem, vel proſtitutionem ſonat: ἀπὸ τ προάγειν, quod eſt producere vel proſtituere.

PAEDARETVS,παιδάρετος,Proprium nomen viri, ἀπὸ τ παιδείας, κ ἀρετῆς, hoc eſt à diſciplina & virtute.

Pæderaſtes,παιδεραστής,Amator puerorum: quaſi ἐ παιδὸς, ἐραστής. Inde Pæderaſtia,παιδεραστία,Amor obſcœnus in pueros.

Pæderos, Pæderótis, παιδέρως, Gemma eſt, quam alio nomine Opalus vocamus, nonnulli etiam Sangenum: ita dicta,teſte Plin.lib.37.cap.6. Propter eximiam gemmæ eius gratiam. παιδέρως enim nobis puerorum amorem ſignificat. ¶ Eſt etiam Pæderos, eodem Plinio teſte li.22. cap.22,acanthi genus,quod à nonnullis Melamphyllon appellatur.

Pædia,Græcè παιδία, Diſciplina, inſtitutióque in bonas artes, vt docet Gellius. Nonnunquam etiam pro pueritia accipitur,hoc eſt pro puerili ætate: vnde Xenophon nobilis apud Græcos hiſtoricus, opus ſuum Cyri pædiam inſcripſit.

Pædico,as,pen.prod. Verbum obſcœnæ ſignificationis.

Pædicones, ſiue Pædicatores, Puerorum amatores, concubitorésque. παιδικοί.

Pædomatheis,παιδομαθεῖς, Qui à pueris ſtatim diſcunt (quibus opponuntur Opſimatheis ὀψιμαθεῖς, qui ſcilicet ſerius & iam natu grandes ad diſcendum accedunt.

Pædor,pædoris,pen.prod. Situs,ſqualor,illuuies, ſordes, & omnis immunditia, ſeu putor. {αὖχμος, ῥύπος. Ital. *Puzzore, ſozzura, muffa.* Gal. *Craſſe,ordure.* Hiſp. *Hedor y hediondez.*} Lucan.lib.2, -longúſque in carcere pædor. Cic.3. Tuſcul. Barba pædore horrida, atq; intonſa infuſcat pectus illuuie ſcabrum. Feſtus putat ἀπὸ τ παιδὸς, hoc eſt à pueris deduci, qui in illa ætatula ſordidi ferè ſunt, nec à ſordibus ſciunt abſtinere. Vnde Pædidos quoque ſordidos & obſoletos appellant.

Pædotribes,pen.prod. παιδοτρίβης, vel Pædotriba, bæ, puerorum inſtitutor in corpore exercendo:cuius officium(vt inquit Plato in Gorgia) eſt corpora hominum formoſa robuſtáque efficere.

Pædotribia,παιδοτριβία,Dicitur ars exercendi puerorum corpora: vnde Ariſtoteles lib.7. Polit. præcipit adoleſcentes ſtatim Gymnaſticæ, & pædotribiæ eſſe tradendos.

Pægnium,παιδγνιον,Græca vox eſt quæ nobis ludum ſonat, vel remludicram,aut puerilem oblectationem:vnde Technopægnium, ludicrum quoddam poëma ab Auſonio inſcriptum eſt.

PAEON,παιάν,Nomen viri medicinę artis peritiſſimi,quem Home.lib.5. Iliad.ſcribit Plutonem curaſſe,ab Hercule grauiter vulneratum. Hic herbam illam inſignem inueniſſe traditur, quæ ab illo Pæonia dicta eſt. ¶ Eſt & Pæon genus pedis, qui à Diomede quadruplex eſſe traditur. Quorum primus ex longa & tribus breuibus conſtat:vt, Obtinuit. Secundus,ex breui & longa,& duabus breuibus:vt Facillimus. Tertius,ex duabus breuibus, & longa & breui: vt Faciebat. Quartus, ex tribus breuibus,& longa:vt Docuerant. Cic.de Orat. duas tantùm huius pedis facit ſpecies,quum ſcilicet ſyllabam vnam longam ſequuntur tres breues:vt Deſinite, Comprimite: Aut quum tres breues ſequitur vna longa,vt Domuerant, Studuerant.

Pæonia,{παιωνία. Ital. *Peonia.* Gal. *Penoſan.* Hiſp. *Roſa montes.*} Herba eſt inſignis,in ſummo caule ſiliquas quaſdam ferens amygdalis ſimiles:quæ quum dehiſcunt,grana multa & exigua oſtendunt, Punicimalicinis ſimilia,in medio nigra,quædam rubra,quinq; aut ſex purpurea. Eius duo ſunt genera, Mas & Fœmina, foliis præcipuè diſtinctamas enim folia habet iuglandis,fœmina verò ſmyrnij. Dicta eſt autem Pæonia à Pæone inuentore, qui ea Plutonem curaſſe dicitur ab Hercule vulneratum,vt fabulatur Homerus 5.Iliados.

PAEONIA,Regio eſt Macedoniæ, ita dicta à Pæone Endymionis filio, & Epei fratre, qui victus curſu ab Epeo (ſicut inter eos conuenerat) imperium paterni regni victori fratri permiſit, & ad Axium Macedoniæ amnem ſibi ſuiſque ſedes delegit. Vnde ea Macedoniæ pars,quæ antea à regis Emathionis nomine Emathia dicebatur, Pæonia appellata eſt:& populi ipſi, Pæones,vt Iuſtinus lib.7.ſcribit. Hi olim fortiſſimi habiti ſunt,magnúmque ſibi ex rei militaris ſcientia nomen peperterunt. Statius lib.2. Achilleid. -non me vlla feri Mauortis imago Præteriit:didici quo Pæones arma rotatu.

PAESTVM,παῖστον,Oppidum Lucaniæ, roſarum abundantiſſimum,vbi ob cæli clementiam bis in anno producebantur fructus, ſcilicet Maio & Septembri. Virg.lib.4.Georg. -biferique roſaria Pæſti. Huius mœnia prope mare magna ex parte adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. Strabo lib.5, autor eſt hanc vrbem primum à Sybaritis fuiſſe conditam,Poſidoniámque appellatam: ſinúmque ipſum in quo ſita fuit,Poſidoniatem.

Pæſtanus,a,um, παιστικός. Ouid.2. de Ponto, Calthúque Pæſtanas vincat odore roſas.

Pætus, Qui obliquatis oculis in altum reſpicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Horat.1.Serm.Satyr.3, -ſtrabonem,appellat Pætum pater, & pullum malè paruus, Si cui filius eſt. Vbi interpres Porphyrio, Strabo,qui eſt detortis oculis dicitur: Pętus,leuiter declinatis, Aeron ibidem, Pæti propriè dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur. Hinc Pætorum famina Romæ cognomen ſumpſit.

Paganicus,Paganus,Vide PAGVS.

PAGASA,pen.corr. παγασαί. Theſſaliæ oppidum,teſte Plin.lib.4.cap.8, quod poſtea Demetrias dictum eſt:iuxta quod ædificata fuit Argo nauis Argonautarum, quæ ob id ab Ouidio lib.7. Metam. Puppis Pagaſea nuncupatur. Hinc ſinus propinquus Pagaſicus appellatur à Plinio loco iam citato. Stephanus παγασητικὸς vocat.

Pagina,æ,pen.corr. Vtraque pars folij,à pangendo,quòd in paginis carmina panguntur,id eſt figuntur. {πλαγία. Ital. *L'vna & l'altra faccata della carta.* Gal. *Vne page.* Hiſp. *Vna qualquiera hoja de libro.*} Verſus enim pangi vel figi in cetis dicuntur. Vel quòd in libris ſuam quæque obtineant regionem,vt pagi. Cic.ad Titonem lib.16. Variè ſum affectus tuis literis,valde priore pagina perturbatus. ¶ Plin.lib.17. cap.22. Paginas in vitibus vocat areas interſeptas inter duo inga. Semper (inquit) quintanis ſeminari,hoc eſt,vt quinto quoque paſo ſinguiæ iugo paginæ includantur. ¶ Paginam vtranque facere in re aliqua dicitur, cuius tanta eſt autoritas vt nihil omnino ſine ipſo rerum geratur. Plin.lib.2.cap.7. de fortuna loquens, huic(inquit) omnia expenſa, omnia feruntur accepta,& in tota ratione mortalium ſola vtranque facit paginam. Hinc Pagella diminutiuum. Cicero ad Brutum lib.11, Non imitor λακωνικῶς tuum,altera iam pagella procedit. Hinc fit Compagino, pro Coniungo,quòd paginæ ſimul coniungantur. παιδοκλοπῶ.

Paginula,læ, diminutiuum à pagina. {πλαγίδιον. Ital. *Piccola carta.* Gal. *Petite page.* Hiſp. *Pequeña hoja.*} Cice.ad Attic.lib.4, Si verò id eſt quod neſcio an ſit,vt non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum Conſulum paginulas habeat quàm fatorum.

Pago,gis,pepigi,pactum. {πακτόω. Ital. *Patturare, far patto.* Gal. *Faire quelque marché, contract ou accord* Hiſ. *Pactear,hazer pacto.*} autore Quintiliano lib.1.cap.10, Antiquum verbum eſt quo vtebantur pro pacificor.lib.2. ad Heren. Pacta ſunt, quæ legibus obſeruanda ſunt, hoc modo, Rem vbi pagunt, oratione pagunt. Seruius tamen dicit Pago (vnde multi volunt ventre Pepigi)nuſquam lectum eſſe, vúlteque Pepigi à Paciſcor fieri,ſicut & pactus,quomodo à Placeo,placui,& placitus.

Pagrus,πάγρος, Piſcis eſt ex genere cancrorum. Plin.lib.32.cap.10, Pagri fluuiatilis longiſſimus dens capillo adalligatus. Idem & Pagurus dicitur. Plin.lib.9.cap.31, Cancrorum genera carabi,aſtaci, maiæ, paguri,leones,& alia ignobiliora.

Pagus, pagi, Simul poſitæ villæ. {κώμη. Ital. *Villa.* Gal. *Vn gros village ou bourg.* Hiſpan. *El barrio ò aldea.*} hoc eſt ruſticanæ domus in vnum coagmentatæ.ἀπὸ τ πηγνύω, hoc eſt à fontibus circa quos ruſtici gaudent habitare,vt facilis ſit aquatio. Autor Feſtus. ¶ Pagus præterea accipitur pro toto iuriſdictionis tractu: vnde Cæſar lib.1. belli Gallici, ſcribit Heluetiam totam in quatuor fuiſſe diuiſam pagos. Hodie tredecim numerantur. Galli ſua lingua vocant *Cantones.*

Pagatim,aduerbium. Dictum eſt per ſingulos pagos,ea forma qua Oppidatim,per ſingula oppida. {κατὰ κώμας. Ital. *Di villa in villa.* Gal. *De bourg en bourg,de village en village.* Hiſpa. *De aldea en aldea.*} Liu.2, belli Macedo. Templa deum, quæ pagatim ſacrata habebant, diruí atque incendi iuſſit.

Paganus,ni,A pago dictus eſt, ruſticus, qui ſcilicet rure natus eſt,& educatus. {χωρικός, κωμητικός. Ital. *Ruſtico, villano.* Gal. *Villageois,ruſtic, paiſan.* Hiſp. *Coſa de aldea,ruſtico.*} Cice.pro domo ſua, Nullum eſt in hac vrbe collegium,nulli pagani,aut montani (quoniam plebi quoque vrbanæ maiores noſtri conuenticula,& quaſi concilia quædam eſſe voluerunt) qui non ampliſſimè non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreuerint. Iuuenal. Satyra 16. -citius falſum producere teſtem Contra paganum poſſis, quàm vera loquentem Contra fortunam armati. Hinc Semipaganus,ſemiruſticus. Perſius per tranſlationem, arrogantiam vitans, ait, -ipſe ſemipaganus, Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum. ¶ Interdum Pagani, accipiuntur pro hominibus non militãtibus,tametſi vrbani ſunt. παγάνοι, ἀστρατεύτοι. Et eſt verbum peculiare Iureconſultorum, à quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur Miles & Paganus. Sueton.de Auguſto, Pinarium equitem Romanum,quum concionante ſe,admiſſa turba paganorum,apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum & ſpeculatorem ratus,coram fodi imperauit. Vlpian.l.tractabatur.ff. de militari teſtamento, Eſt reſcriptum à diuo Pio,in eo, qui quum eſſet paganus, fecit teſtamentum, mox militare cœpit. Marcellus l.quædam.ff. de Pœnis. Quædam delicta pagano, aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant: militi verò grauiorem. ¶ Quare autem Pagani dicantur etiam ij qui vrbani ſunt, hæc affertur ratio, Romam olim diuiſam fuiſſe in tribus quatuor(ſicut apud Dionyſium lib.4, Antiquitatum legitur) quas Pagos vocitabant,in quibus habitantes, Pagani dicebantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

Paganus,pagana, paganum, adiectiuum. {ὁ ἐ κώμης, ἰδιωτικός. Ital. *Di villa.* Gal. *De village.* Hiſp. *De barrio ò aldea.*} vt, Fercula pagana, Propert.lib.4. Eleg.4, Annua paſtorum conuiuia,luſus in vrbe, Quum pagana madent fercula dimiſſis. Ouid.1.Faſt. Pagus agat feſtum, pagum luſtrate coloni, Et date paganis annua liba focis.

Paganicus,ca,cum, Quod paganorum eſt, hoc eſt quod ad ruſticos pertinet. Vnde Paganicum peculium, vel Paganicum abſolutè, dicitur quod ex prædiis, vel paſtione, aliiſve ruſticis reditibus prouenit: cui opponitur Caſtenſe. Antonius in l.j. C.de Teſtamento militari. Frater tuus miles,ſi te ſpecialiter de bonis quæ in Paganico habeat, hæredem fecit, bona quæ in caſtris reliquit, petere non potes. ¶ Paganica pila dicitur à pagis,id eſt villis,quòd pagani ea vterentur. hæc eſt craſſior,laxiórque,& pluma pena, nec ad vſum tam agilis, vt quæ nec tam leuis ſit, nec tactata facilè reſiliat. Martialis.lib.4. Et quæ difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa eſt,& minus arcta pila. Quaſi dicat,eſt laxior quàm pila trigonalis, & arctior firmiórque quàm follis:nam follis,tertium genus pilæ eſt.

Pala,læ,Inſtrumentum ruſticanum vulgò notum: dicta à pagendo, mutata g in l, inquit Varr.li.4. de Lingua Latina. {φορυδός. Ital. *Pala,badile,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gal. *Vne pelle*. Hisp. *Pala, instrumento para traspalar*.} Plautus, Palas vendundas sibi & mergas datas, vt hortum fodiat. ¶ Est etiam pala instrumentum quo panis in furnum immittitur & extrahitur. Cato cap. 11. de Re rust. Palæ ligneæ quatuor: necnon ventilabrum. ¶ Item quoddam ignis receptaculum. ¶ Item palæ dicuntur dorsi partes dextra, læuáque eminentes. ¶ Item (vt inquit Strabo lib. 3.) minores auri purgatoris massulæ, & vtique non maiores selibra, palæ dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 13. In æratis officinis & plegma fit, iam liquato ære, atque percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatim que accensis, ac repente vehementiori flatu expuitur æris pala quædam. Sic enim legit Budæus de Asse, licet in quibusdam codicibus legatur palea. ¶ Pala quoq; anuli pars caua est & latior, in qua gemma inseritur. κρηδών. Cicer. lib. 3. Officiorum, Ibi quum palam eius anuli ad palmam conuerteret, à nullo videbatur.

Pala, Arbor est apud Indos, quam describit Plin. lib. 12. cap. 6. his verbis, Maior alia, pomo & suauitate præcellentior, quo sapientiores Indorum viuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duûm. Fructum è cortice mittit, admirabilé succi dulcedine, vt vno quaternos satiet. Arbori nomen palæ, pomo Arienæ. Hæc ille.

Palacra, quæ & palacrana à nonnullis appellatur, Maior auri massa est. Plin. lib. 33. cap. 4, de auri massis loquens, Necnon in puteis denas excedentes libras, Palacras Hispani, alij Palacranas: itidem quod minutum est, balucem vocem.

PALAEBIBLVS, παλαίβιβλος, Oppidum est in ora Syriæ, Libano monti subiecta, non procul ab Adoni fluuio. Autor Plin. lib. 5. cap. 20.

PALAEMON, παλαίμων, Athamantis & Inûs filius fuit, alia nomine dictus Melicertes, qui patris furorem fugiens vnà cum matre se in mare præcipitauit: ambóque dij marini facti sunt: mutatísque nominibus, mater Leucothea, hoc est alba dea, dicta est: creditúrque esse Autora, quæ & Matuta dicitur; ille verò à Græcis Palæmon, à nostris, quòd portubus præesse putetur, Portunus est appellatus. In Palæmonis honorem Isthmia celebrabantur, à Theseo primùm instituta, quorum præmia erant coronæ ex pinu confectæ, quæ à Palæmone dictæ sunt Palæmoniæ. Claudian. 8. Paneg. Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis Adsit. Erat autem hoc vnum ex quatuor sacris certaminibus, quæ magno totius Græciæ concursu celebrabantur: quorum duo dicata erant diis immortalibus, Ioui Olympia, Apollini Pythia: duo itidem mortalibus, Nemeæa Archemoro, Palæmoni autem Isthmia. Circumfertur ea de re Epigramma Græcum nomine Archiæ poëtæ, in hæc verba,

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἐν Ἑλλάδι, πέντε μερίδες ἰσοῖ.
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, εἰς δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, καὶ Φοίβου, παλαίμονος, ἠγαθέης τε.
Ἥρης δὲ Τεγέης, μῆλα, σέλινα, πίνος.

Quod sic Latinè effertur,

Quatuor Argiuis certamina sacra feruntur:
Bina hominum natis, binaque cælitibus:
Phœbo, ipsique Ioui, puero Archemoro, & Melicertæ.
Poma, oleastra, apium, præmia pinus erant.

¶ Est etiam Palæmon nomen proprium Grammatici Vincentini, qui Romæ vixit sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, vt M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & moritura as literas iactaret. Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus. Hæc Tranquil. Iuuc. Saty. 6, -odi Hanc ego quæ reperit voluitque Palæmonis artem. ¶ Est & pastoris nomen apud Maronem in Aeglogis.

PALAEMYNDVS, παλαίμυνδος, Catiæ oppidum fuit eo in loco, in quo postea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad discrimen recentioris Myndi, quum antea etiam Myndus diceretur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

PALAEPAPHVS, παλαίπαφος, Oppidum Cypri insulæ, antiquum Veneris Paphiæ templum habens: antea Paphus dicta. Verum postquam Agapenor ad sexagesimum inde stadium alteram eiusdem nominis vrbem condidisset, cœpta est hæc ad differentiam recétioris Palæpaphus appellari, quasi vetusta Paphus. Autor Strabo lib. 14.

Palephatius, a, um, vt Palæphatia papyrus, Prouerbialiter dicitur de libellis fabulosis, qui nil nisi meras fabulas, réque incredibiles continent. Tractum à Palæphato Pario, siue (vt alij malunt) Priæneo, qui περὶ ἀπίστων, hoc est rerum incredibilium multa conscripsit volumina. Virgilius tamen in Carmine ad Messalam, Palæphatiam papyrum, simpliciter dixit pro libris Palæphati, quum ait, Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

PALAESCAMANDER, παλαισκάμανδρος, Fluuius Troadis, qui effecto prius lacu, in Achæorum portum influit. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

PALAESTINA, παλαιστίνη, Prouincia Syriæ, Iudææ, & Arabiæ contermina, vt inquit Plin. lib. 5. cap. 12. & 13. Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. In ea quinq; ciuitates continebantur, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, & Azotus.

Palæstra, æ, {παλαίστρα Ital. *Palestra, lotta*. Gal. *La lutte, exercice à lutter*. Hisp. *La lucha*.} Luctatio ἀπὸ τῆς παλαίειν τὸ σῶμα, hoc est à corporis agitatione. Terent. in Eunuc. -fac periculum in literis Fac in palæstra, io musicis. Virgil. lib. 6, Pars in gramineis exercent membra palæstris. ¶ Accipitur etiam per translationem Palæstra, pro quauis re, aut pro quouis etiam loco, in quo præcipuè se quis exercet. Terent. in Phorm. Eccum è sua palæstra exit foras. hoc est è domo lenonis, quæ est veluti exercitium ipsius amatoris. ¶ Accipitur etiam Palæstra pro decenti motu, gestúque totius corporis, quem Galli *Contenanciam* vocant. Vnde Palæstritæ vocantur, qui in hisce corporis decentibus gestibus infigniter sunt exercitati: quemadmodum contrà Apalæstri, qui talium motuum & gestuum planè sunt rudes. {παλαιστρικὸς, παλαιστής. Ital. *Lottatori*. Gal. *Lutteurs*. Hisp. *Luchadores*.} Quinctil. lib. 9. cap. 4, significare volens, orationem forensem nec planè numerosam esse debere, quaiis Panægyricus ille famigeratus Isocratis: nec rursus numeris vacare, ita inquit, Sicut etiam quos palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. Vide Budæum in prioribus Annotationibus.

Palæstricus, ci, {παλαιστικὸς. Ital. *Lottatore*. Gal. *Lutteur*. Hispan. *Luchador*.} substantiuum, idem quod palæstrita. Afranius, Depellis mihi manum per palæstricos. ¶ Dicuntur etiam Palæstrici, qui palæstram docent, hoc est qui palæstritas exercent & instituunt. ¶ Aliquando etiam Palæstricos appellatos inuenimus qui motus gestúsque corporis formant, docentque quo pacto omnes corporis partes decenter debeamus mouere. Quintil. lib. 1. cap. 11, Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palæstricis vacauerint. Non de iis loquor, quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur: qui corpotum cura mentem obruerũt. Hos enim abesse ab eo quem instituimus, quàm longissimè velim. Sed nomen idem est iis à quibus gestus, motúsque formantur.

Palæstricus, ca, cum, pen. corr. {παλαιστρικὸς. Ital. *Cosa da lotta*. Gal. *Appartenant à lutter*. Hispan. *Cosa perteneciente a lucha*.} Quod est ex vsu palæstræ, siue quod ad palæstram pertinet. Plaut. in Rud. Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnastico, & Palæstrico. ¶ Palæstricos motus dixit Cic. 1. Offic. nimis accuratos corporis gestus. Nam (vt suprà ostendimus) Palæstra aliquando accipitur pro concinno illo omnium membrorum gestu, quem Galli *Contenanciam* vocant: & Palæstrici, qui huiusmodi motus docet. Verba Ciceronis sunt hæc, Nam palæstrici motus sæpe sunt odiosiores.

Palæstricè, aduerbium, More palæstritarum. {παλαιστικῶς. Ital. *A foggia di lotta*. Gal. *En lutteur, en façon de lutte*. Hisp. *En manera de lucha*.} Cic. de Opt. gen. dic. Sed ita vt palæstricè spatiari in xysto liceat.

Palæstrita, tæ, penul. prod. {παλαιστής. Ital. *Lottatore*. Gal. *Lutteur*. Hisp. *Luchador*.} Qui se in palæstra exercet, vel sodalis palæstræ, aut magister. Cic. 6. Verr. De Heraclij hæreditate, quam palæstritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse. Persius Satyr. 4, Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant.

Palàm, aduerbium, significat manifestè, apertè, in conspectu atque oculis omnium. {δημοσίᾳ, φανερῶς. Ital. *Palesamente, apertamente*. Gal. *Publiquement, apertement*. Hispan. *Publicamente*.} Contraria habet Clàm & obscurè. Plaut. in Cistel. Nostro ordini palàm blandiuntur: clàm, si occasio vsquam est, frigidum Subdolè suffundunt. Cicer 4. Acad. Alterum quidem, vt videmus, palàm: alterum, vt suspicamur, obscurius. ¶ Palàm & Interdiu, quibus contraria Clàm & Noctu. Cæs. 3. bel. Ciui. Exercitum educunt. Pompeius clàm & noctu, Cæsar palàm atque interdiu. ¶ Coràm ad personas certas tantùm refertur: Palàm ad omnes. Terent. in Eunuc. Sin falsum aut fictum, continuò palàm est. ¶ Hinc fit Propalàm, eiusdem significationis: à quo Propalo, las, pro manifesto, seu aperio, de quibus infrà. ¶ Palàm quæstum facere dicitur, non tantùm ea quæ in lupanario se prostituit, sed etiam siqua (vt solet) in taberna, caupona, vel qua alia domo, pudori suo non parcit. ἐν τῷ φανερῷ χρηματίζειν.

PALAMEDES, dis, παλαμήδης, Nomen Nauplij Eubœæ regis filij, qui Vlyssis fraude à Græcis interfectus fuit. Nam quũ omnes totius Græciæ principes ad bellum Troianum conuocarentur, Vlysses vt domi maneret, insanire se finxit: & quo melius rei fidem faceret, iunctis diuersiæ naturæ animalibus salem serebat. Palamedes autem vt viri astutiam deprehenderet, Telemachum filium obiecit, quo viso Vlysses aratrum subitò suspendit ne eum læderet. Quo argumento simulatione deprehensa, ad bellum ire coëgit. Deinde quum in Thraciam frumentatum missus esset Vlysses, & nihil inde attulisset, neque quicquam sese inuenisse diceret: Palamedes eodem missus plurimum frumenti aduexit. Quamobrem Vlysses inuidiæ stimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epistolam scripsit, in qua agebat Palamedi proditionis gratias, commemorabátque secretum auri pondus esse transmissum, quod ipse Vlysses per corruptos seruos in tabernaculo eius infodi curarat. His igitur literis in Græcorum concilio recitatis, Palamedes proditionis accusatur. Ibi Vlysses reo se adesse simulans, hostilibus literis nihil fidei habendum contendit: eáque re ipsa facilè posse conuinci, si Palamedis tabernaculum scrutaretur: in quo si aurum inueniretur, nullum illum supplicij genus recusare. Missi itaque qui tabernaculum eius perscrutarentur, quum aurum inuenissent, Palamedes veluti proditionis convictus, lapidibus obrutus est. Ouid. lib. 13, Vellet & infœlix Palamedes esse reiectus, Viueret, &c. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse, hoc est, Θ, Ξ, Χ, Φ. Præterea calculorum ludum, & mensurarum, & ponderum rationem excogitasse. Astrologiæ insuper peritus fuisse dicitur, annúmque ad cursum Solis, & menses ad cursum Lunæ accommodasse: primúsque in castris visam atque reformidatam Solis eclipsim naturalem, minimèque timendam esse docuisse. Præterea ordinem aciei & tesseras, hoc est symbolũ bellicum, & vigilias inuenisse. Quæ omnia à gruibus fertur didicisse. Illæ enim nonnisi acie instructa volant, electo duce quem sequantur, dispositique in extremo agmine, qui gregem voce contineant, & qui noctu cæteris dormientibus excubias obeant. Inter volandum etiam, mutatis subinde ordinibus, literas quasdam videntur effingere, quas etiam ab eis primus obseruasse fertur Palamedes. Hinc à poëtis Palamedis aues, grues dicuntur. Martial. lib. 13, Turbabis versus, nec litera tota volabit. Vnam perdideris si Palamedis auem. ¶ Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus qui scripsit Onomasticum de tragicis & comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ Suidas.

Palangæ, Græc. φάλαγγες dicunt. {Ital. *Legno longo & rotondo che si mette sotto le naui per strarle in acqua*. Gal. *Rouleaux qu'on met sous les nauires pour les tirer en l'eau ou a bord*. Hisp. *Los palancas de madera*.} Sunt ligna teretia, qualia sunt quæ nauigijs, dum subducuntur ad litus, aut ad mare trahuntur, supponi solent. Vnde etiam nũc Palangiarios dicimus, qui aliquid oneris fultibus transuehunt. Varro de Vit. pop. Rom. lib. 4, Quum Pœnus in fretum obuiam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carinis subiecerat, quò metu debilitaret nostros. Cæsar 2. bell. Ciuil. Palangis subiectis ad turrim hostium admouent. A Platone ἐκδοφόρια appellantur, teste Hermolao, & Cælio: apud quos Phalangas legimus per aspirationem. Vide in dictione Phalangæ.

Palango, gas, φαλαγγάω. Onus aliquod huiusmodi fultibus transsucho. Afranius. Et capream vnam semilaceram quaterni simul palangabant. Nonius.

PALANTEVM, vel potius Pallanteum gemino l, πάλλάντειον, Vrbs in Palatino monte, à Pallante Euandri proauo. Vnde Virg. lib. 8. Aene. Arcadas his oris genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comitantes, qui signa secuti, Delegêre locum, & posuere in montibus vrbẽ, Pallantis proaui de nomine Pallanteum. Varro à balatu ouium per l simplex scribi debet: secundum Virgilium autem, per duplex. Vide PALATINVS, & PALATIVM.

PALANTIA, πάλλαντία, Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, vt ait Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Vaccæorũ colonia, à qua Palantini dicti: vt à Numantia, Numantini. Aliàs Palentia dicitur. ¶ Est & nomen fluminis in Valentino litore.

PALANTIVM, πάλλάντιον Stephano, Arcadiæ oppidum, Euandri regis patria: qui quum patrem imprudens occidisset, suadente matre in Latium se contulit, montémque in quo primùm consedit, à nomine relictæ patriæ Palantion appellauit: qui postea Palatium, & Palatinus appellatus est. Plin. lib. 4, in descriptione Arcadiæ: Palantium (inquit) vnde Palatium Romæ.

Palatha, ξπαλάθη. Ital. *Pasta de ficchi.* Gal. *Vn cabat, ou masse de figues.* Hispa. *Masa o pasta de higos passos.* } Græca dictio est, quæ nobis massam sonat, & propriè ficorum & caricarum. Autor Hesychius: cuius verba sunt hæc, πάλαθη ἐστὶ ἡ τῶν σύκων ἐπίπλασις ὁλοῦ ξηροῦ, καὶ μάζα. Eadem ferè de hac re sunt verba apud Suidam.

Palatim, aduerbium. Significat passim vagando. ξπαντοδαπῶς. Ital. *Vagando in ogni parte.* Gal. *Vagant pa & la.* Hispa. *Vagando de todas partes.* } Liu. lib. 5. ab Vrbe, Tusculum palatim fugerunt.

PALATINA, æ, Vrbis Romæ quarta fuit regio, circa Palatinum mõrem: vnde & nomen accepit. Sunt qui à Palantia Latini regis matre huic regioni nomen putent impositũ. Alij à palando, hoc est ab errando dictã putant, quòd Arcades duce Euandro palantes ibi primùm subsederint.

Palatio, onis, ξἡ τοῦ χωρίου παράπηξις, ἡ χωρώσασις. Ital. *Fondamento con palificationi, come à Venetia.* Gal. *Fichement de preux, pilotis.* Hisp. *Fondamento de palos.* } Dicitur illud fundamenti genus, quũ in solo vliginoso, aut alioqui sustinendo ædificio non satis firmo, fistuca, vel simili aliqua machina palos depangimus, cui ædificium innitatur. Vtitur hac voce Vitruuius libro 2.

PALATIVM, tij, πάλατιον ὄρος, Vnus ex septem vrbis Romæ mõtibus, nomen habens ab eo quòd ante vrbem conditam pecus in eo pascens balare consueuit, (sic enim vox eius animalis exprimitur) quasi Balatium: qua etiam voce vtitur Næuius. Vel à Palo, las, siue quòd ibi palare, id est errare pecudes soleant: siue quòd palantes Arcades cum Euandro ibi consederint. Nam ante Romam cõditam possessum fuisse atque habitatum hunc montem constat. Alij à Palantia Latini matre quæ ibi habitauerit, Palatium dictum volunt. Alij à Pallante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule vitiata, & postea illic sepulta: vel certè à Pallante eius filio illic sepulto. Plinius à Palantio Arcadiæ oppido, & patria Euandri dictum existimat. Ferunt enim Euandrum ob patris cædem domo profugũ, in Latium venisse, montémque in quo consedit, Palarium appellasse. Alij à Pale pastorali dea nomen inditum autumant. ¶ Palatium. ξαὐλεῖον. Ital. *Stanza imperiale, palagio.* Gal. *Palais, maison royalle.* Hisp. *Palacio, casa real.* } etiam dicitur domus imperatoria, superba, ampláque, à Pallante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur: siue (vt Cyrillus autor Græcus refert) à Palatino monte. Sueto. de Cla. gram. Quare ab Augusto quoque nepotibus eius præceptor electus, transiit in palatium cum tota schola. Huius nomine prima syllaba indifferenter ponitur. Ouid. 1. de Arte amandi, Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Martia. lib. 1, Inde sacro veneranda petes palatia cliuo. Crediderim tamen primam huius nominis syllabam quoties producitur, gemino l, esse scribendam.

Palatinus, na, num, παλατῖνος. Vnde Palatinus Deus, & Palatinus mons dictus est, super quo primò Roma ædificata fuit, & in quo Reges primò, deinde Consules, pòst Imperatores maiore ex parte sedem habuerunt. Et Palatina regio, ea pars vrbis in qua Arcades & Aborigenes palantes, hoc est errantes & vagabundi, duce Euandro primò consederunt: quanuis nonnulli hanc vrbis partẽ, à Palantia Latini regis matre ferant cognominatam. ¶ Palatina officia, dicuntur Officiales, aulici, & imperatorij. Iulius Capitol. in Gallien. Quum iret ad hortos nominis sui, omnia Palatina officia sequebantur. ¶ Palatina palæstra, Quæ in Palatino monte exercetur. Cice. ad Attic. lib. 2.

Palatual, Sacrificium quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varro de Ling. Lat. lib. 6.

Palatualis, Flamen qui constitutus erat ad sacrificandum ei deæ, in cuius tutela erat Palatium. Festus.

Palatum, ti, Oris cælum, quòd labiis dentiqúsque, quasi palis, munitum sit. ξἥσυχος, ἡσυχία. Ital. *Palato.* Gal. *Le palais de la bouche.* Hisp. *El paladar sentido del gusto.* } Colum. lib. 7, Sed etiamsi palatum atque lingua concolor lanæ est. ¶ Legitur etiam nominatiuus Palatus (nisi mendosum sit exemplar) apud Cice. 2. de Finib. Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.

Palea, æ, à palàm, vt ait Varro de Re rust. lib. 1. cap. 50, siue à nomine Pabulum dicitur ξἄχυρον. Ital. *Paglia.* Gal. *Paille.* Hisp. *La paja.* } Nam ea sola primùm in pascendis animalibus præbebatur. Quo sanè vocabulo, nõ propriè culmi, sed follicula ipsa granulorum comprehenduntur. Virg. lib. 1. Georg. Surgétem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes. Colum. lib. 6, Minus commodè tuemur armentũ paleis, quæ vtiq; quibusdam regionibus solæ præsidio sunt, & probantur maximè ex milio, tum ex hordeo, mox & tritico. Idem, Opottet fabam maturam conterere, & paleas eius diligẽter recondere. Notandum (vt Seruius sentit) Paleam singulari numero dici contra artem. Nam quæ ex pluribus constant, sunt tantùm numeri pluralis: vt Cancelli, Bigæ, Scopæ. Licet abutantur poëtæ. Virgil. 1. Georg. Nequicquam pinguis paleæ teret area culmos. ¶ Palea quoque dicitur cartilago deflua à collo galli gallinacei. Colu. lib. 8. cap. 2, de gallinaceis loquens, Paleæ ex rubro albicantes quæ velut incanæ barbæ dependent. ¶ Palea æris ponitur pro ramento, & excremento. Plin. lib. 34. cap. 13, Ac repentè vehementiori flatu expuitur æris palea quædam. Sic enim ferè habent exemplaria. Budæus tamen in hoc Plinij loco Pala legit, non Palea.

Palearium, rij, Locus in quo reconditur & asseruatur palea. ξἀχυρών. Ital. *Pagliaio.* Gal. *Vn paillier.* Hisp. *El pajar donde se guarda la paja.* } Colum. lib. 1. cap. 6, Fœnilia, paleariáque, & apotheca, & horrea.

Paleatus, ta, tum. Quod est factum ex paleis, vel quod paleas habet admistas. ξἀχυράδης. Ital. *Fatto di paglia.* Gal. *Fait de paille.* Hispa. *Hecho de paja.* } Vnde Lorum paleatum dicitur, cui, vt tenacius sit, admistæ sint paleæ. Colum. lib. 1. de arboribus. cap. 8, Quicquid infeueris viti, diligenter libro ligato, atque luto subacto paleato, obliuito, operitóque plagam, & ita alligato, ne aqua ventúsve penetrare possit.

Palearia, Pelles dependentes ex gutture boum, dicta quasi pelleatia. ξπαλεάριον. Ital. *Paglinola.* Gal. *Le fanon d'vn beuf ou vache.* Hisp. *Los papos pellejos de buey.* } Virgil. lib. 3. Georg. Et crurũ genus à mento palearia pendent. Colum. lib. 6. cap. 1, Ceruice longa, & torosa, paleambus amplis, & penè ad genua promissis. Nominatiuus singularis est Palear, quo vsus est Seneca in Hippolyto, Musco (inquit) tenaci pectus ac palear viret.

Pale, πάλη, Græca est dictio, nobis Luctam significans: λέγει δὲ πάλην τὴν πάλησιν, hoc est ab agitatione corporis: vnde Palæstra dicta est.

PALES, Pastorum dea, vel pabuli: cuius festa, Palilia sunt appellata. βουκολικὴ θεός. aut vt alij malunt, Parilia à pariendo, quòd pecorum partui credebatur præsidere. Autor Festus. Hanc quidam Vestam, quidam deorum matrem appellant. Hanc Virgilius genere fœminino vocat. Alij, inter quos Varro, masculino genere, vt hic Pales. Huic sacra soluuntur quæ Palilia vocãtur, de quibus infrà. Hæc Seruius enafrans illud Virgilij, Te quoq; magna Pales, & te memorande canemus Pastor ab Amphryso.

Palilia, πάλιλια, vel Parilia, l in r mutata. Palis deæ festa dicuntur: quæ à pastoribus in agris fiebant vndecimo Calend. Maij, quo die Romulus vrbem fundauit, ad lupos arcẽdos, morbósque à pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Propert. lib. 4. Vrbi festus erat, dixere Palilia patres: Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

PALEVRIVS SVRA, Orator & causidicus fuit, Martialis & Lucani amicus: sed ob suspicionem, quòd cum Vitellianis senssisset, senatu à Domitiano fuit amotus.

PALICENVS fons, πάλικενὸς κρήνη, Fons est in Sicilia non procul à Catana: ita dictus quòd proximus sit Dellis Jacubus, quos fratres Palicos esse vetustas credidit. Apud hunc fontem iuramẽtorum veritas explorari solet ad hunc modum: Iuratus tabellam quã manu tenebat, coniiciebat in fontem: quæ, si verum esset quod iureiurando asseuerat, fluitabat: sin falsum, mergebatur. Autor Stephanus de Vrbib.

PALICI, πάλικοι. Dicti sunt gemini fratres, Iouis filij & Thaliæ Nymphæ, siue (vt alij volunt) Aetnæ: quæ quum Iunonis iram metueret, orauit vt terra sibi dehisceret. Sed quum tempus maturitatis infantium quos aluo gestabat, aduenisset, rursus terra hians, duos infantes ex puellæ aluo emisit, appellatique sunt Palici, λέγει δὲ πάλιν ἐκεῖ, quòd in terram demersi, denuo sint reuersi. Ostendunt accolæ duos lacus, ex quibus Palicos fratres putant emersisse, eósque Dellos appellant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, vt circa eos iuramenta exigi soleant, si quis in furti suspicionem incidisset, prius tamẽ accepto fideiussore, qui, si iuranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet. Vide in dictione DELLI.

Palilogia, πάλιλογία. Iterata locutio, hoc est dictionis alicuius maioris vehementiæ causa repetitio. Quid autem differat ab Epanalexi, Epanaphora, & Anadiplosi, vide Rufinianum, & Aquilam Romanum.

Palilicium sidus, Ex septem cõstat stellis quas Latini Siculas appellant. ῥάδες. Palilicium appellatum, quòd quum natura sit pluuium sidus, obseruatum tamen fuerit quòd vndecimo Cal. Maij, (quo die Romæ Palilia celebrabantur) serenitatem adduceret. Vide Plin. lib. 18. cap. 26.

Palimbacchius, pen. prod. παλιμβακχεῖος, Genus pedis, ex prima & secunda longis, & vltima breui: vt, Augustus. Idem Antibacchius dicitur.

Palimpissa, παλίμπισσα, Pix liquida iterum decocta, & inspissata. Plin. lib. 24. cap. 7.

Palimpsestus, παλίμψηστος, Membrana iterum abrasa. Cic Trebat. lib. 7. Epitt. Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed mitor quid in illa chartula fuerit quod delere malueris, quàm hæc nõ scribere, nisi forte tuas formulas. Quidam hoc loco legunt Palinxestum à πάλιν iterum, & ξέω rado: qua voce etiam vsus est Catullus ad Varum Epigr. 19. Puto (inquit) esse illi millia aut decem, aut plura Perscripta, nec sic, vt sit in palinxesto, Relata: chartæ regiæ, noui libri, Noui vmblici. Budæus in libro de Asse Palimpsestum interpretatur chartam esse deletilem, qua calculatores vtuntur. Iurecõsulti Deletitiam chartam vocant. Nam abrasis prioribus literis rescribitur. Vlpian. l. chartæ. ff. de Bono. poss. sec. tab. Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

Palingenesia, παλιγγενεσία, Latinè dicitur Regeneratio, alteri natales. Voluit enim Pythagoras animas è corpore egressas, in alia atque alia corpora transmigrare, non solùm hominum, verumetiam brutorum: atque ita nos identidem alios atque alios renasci.

Palinodia, æ, παλινῳδία, Recantatio, siue retractatio: à verbo Græco παλινῳδῶ, quod est retractare, vel recantare, hoc est diuersa superioribus sentire. & quod semel dictũ est, reuocare. Pro quo etiam dicimus Palinodiam canere. Vide Adagia Erasmi.

PALINVRVS, πάλινουρος, Lucaniæ promontorium, haud longè ab Hella, quæ postea Velia dicta est: ita dictum à Palinuro nauis Aeneæ gubernatore, qui somno oppressus, vnàque cũ gubernaculo in mare delapsus, quum ad eam partem Lucaniæ adnatasset in qua postea Velia condita fuit, ab incolis prædæ cupidis occisus est, & spoliatus, cadauérque eius in mare abiectum. Verùm quum non ita multò pòst ora illa grauissima peste infestaretur, oraculo moniti vt Palinuri Manes placarent, lucum ei fecerunt, & cenotaphium, hoc est inane sepulchrum, posuerunt in promontorio, quod etiam Palinurum à nomine eius appellarunt. Quod etiam testatur Virg. l. 6. Aeneid. quum ait, Nam tua fortunæ, cui non dictum, Palinure, Portus erit, maneas. Ille tribus Noctibus vndas Insidet, quarta apparet tibi fausta Lauernæ. Quare & Ouid. 14. Metam. Prodigiis acti cælestibus, ossa piabunt: Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent, Aeternúmque locus Palinuri nomen habebit. ¶ Dicitur autem Palinurus quasi iterum meiens, πάλιν enim iterum, οὖρος vrina. Ad quam etymologiam alludit Martial. lib. 3, Minxisti Paulino semel currente carina, Meiere vis iterum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam,sic Palinurus eris.

Paliurus,πάλιουρος. Frutex spinosus & asper in Cyrenaica regione præcipuè prouenies, baccas ferens vini saporem succo suo commendantes. Vide Plin.lib.13.cap.19.Virgil.5. Aeglog.Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

Palla,læ,per duplex ll.Est honestæ mulieris vestimẽtum: hoc est pallium quod palàm & foris est ad vestigia vsque demissum. {χλαῖνα. Ital.*Veste donnesca.* Gal.*Vn pallotot.* Hispa.*Capa ò ropa, vestidura de encima.*} Virgil.11. Aene. -prolongæ tegmine pallæ Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.Plaut.in Men.Pallam ad phrygionem fert cõfecto prandio.Palla etiam vtebãtur citharœdi.Ouid.11.Metam.Ille caput flauum lauro Parnasside vinctus, Vertit humum Tyrio saturata murice palla. Item tragœdi. Idem 3.Amor.Fronte comæ tortæ, palla iacebat humo. In Gallia etiam omnes passim viri palla vtebantur. Et videtur,inquit Bayfius,Gallica palla accessisse ad formã nostri palletici manicati. Vnde Martia.lib.1,Dimidiásque nates Gallica palla tegit. Strabo lib. 5.idem sentit.Tunicarum,inquit, vice pallas manicatas gestant ad verenda, vsque,natésque mediàs perringentes. ¶Est etiam hoc nomine vrbs,Ptolemæo teste,à latere Meridionali Corsicæ.

Pallace,es,seu Pallaca,æ,{παλλακή Ital.*Concubina.* Gal.*Concubine.*Hispani.*Manceba abarraganada.*} Græcum nomen est quod nobis sonat concubinam. Sueton.in Vesp.cap.21. Accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat.

Palladium,παλλάδιον, Palladis simulachrum antiquissimum fuit in arce Troiana,quod eo tempore quo arx,templúmque Mineruæ ædificabatur,de cælo cecidisse fabulantur poëtæ,& in templo nondum tecto sibi locum delegisse. Quæ res quum omnibus maximo esset miraculo, ab Apolline responsum est, tam diu vrbem incolumem fore, quàm diu simulachrum illud intra mœnia seruaretur. Itaque tempore belli illius quod communibus viribus Græcia tota aduersus Troianos gessit,quũ alia spes capiundæ Troiæ non esset, nisi prius sublato Palladio,datum negotium est Vlyssi & Diomedi vt per cloacas in vrbem ascenderent, fataléque Mineruæ simulachrum auferrent. Quo facto,vrbem tutelari Palladis nomine spoliatam,infirmam,captúque non admodum difficilem reddiderunt.

PALLADIVS,παλλάδιος, Nomen viri proprium, qui de agricultura libros duodecim scripsit,singulos libros singulis mensibus finiens.

Pallacana, Cæpæ genus est, nullo ferè capite, radice tantùm oblonga, quod subinde resecatur vt porrum. Plin.lib.19.cap.6, Apud nos prima duo cæparum genera:vnum condimentarium,quod illi Geryon, nostri Pallacanam vocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio.Alterum capitatum &c.

PALLANTIAS,παλλαντιάς, Palus est in Africa, non procul ab aris Philenorum, ad Tironem amnem:quam etiam Tironidem paludem appellatam inuenimus. Circa hanc paludem Palladem primùm apparuisse ferunt: vnde ex ea natam fuisse nonnulli putauerunt. Vide Plin. lib.5.cap.4.

PALLANTIA,παλλαντία, Oppidum citerioris Hispaniæ,apud Ptolem. lib.2.cap.6. Inde Pallantini dicti eius vrbis incolæ, quos Plinius inter Vaccæos numerat,lib.3.cap.3.

PALLAS,antis,πάλλας, Euandri filius, qui Aeneæ suppetias missus aduersus Turnum,ab eo occisus est.Virgil.libro 10, Ipse caput niuei fulgentem Pallantis, & ora Vt vidit,&c. Alius fuit Pallas Pandionis filius, cuius meminit Ouid.lib.7. Metam.Maior habet Clyton & Buten Pallante creatos.

PALLAS,ladis,πάλλας, Sapientiæ dea, quæ alio nomine dicitur Minerua,ex Iouis cerebro sine matre prognata.Quod ideo è Poëtis fingitur, quia liberalibus artibus & honestis disciplinis credatur præsidere,quæ non ex inuento humani ingenij, sed ex inexhausto diuinæ sapientiæ fonte creduntur dimanasse. Dicta est autem Pallas (vt quibusdam placet) à Pallante gigante ab illa interfecto,quum prius Tritonia vocaretur à Tritonide palude,vbi primùm visa est. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλω, hoc est à vibrando, vel quatiendo. Solet enim ita pingi, vt hastam manu teneret,eámque veluti vibrare videretur.

Palladius,dia,dium,παλλάδιος, Quod est Palladis.Vnde Palladium forum Romæ quod erat propinquum templo Palladis.

PALLENE,es,penult.prod.πάλλήνη, Oppidum in finibus Macedoniæ,ab ea parte qua Thraciam spectat,in exigua Chersonesi situm:ita dictum à Pallene Sithonis filia,& Cliti vxore. Vide Plin.lib.4.cap.10.¶Est item Pallene vicus Atticæ regionis in tribu Antiochide. ¶A Pallene Macedoniæ regione fit Pallenæus,a,um,vt Triũphi Pallenei, apud Statium lib.4.Syluarum.

Palleo,palles,Pallidus,vide PALLOR.

Pallium,lij, Vestimenti genus extimum quod tunicæ superindui solet. {πάλλιον,ίμάτιον. Ital.*Mantello,sopramesta.* Gal.*Vne robe longue,manteau.* Hisp. *Manta.*} vnde mansit prouerbium, Tunica pallio proximior est. Dictũ autem putatur Pallium ab eo quòd palàm, hoc est foris gestaretur. Propriè autem Græcorũ habitus hoc nomine dicebatur, quemadmodum Romanorum, Toga.Sueto.in Augusto, Sed cæteros continuos dies inter varia munuscula togas insuper & pallia distribuit, lege proposita,vt Romani Græco, Græci Romano habitu vterentur. Vnde Palliati Græci dicti sunt,& Comœdiæ palliatæ,quæ scriptæ sunt secũdum ritus & habitus palliatorum, hoc est Græcorum. Autores Donatus & & Diomedes.Cice.3. de Orat.Hippias gloriatus est,pallium quo amictus,soccos quibus indutus esset,se manu sua confecisse. Idẽ 3.de Natu.deo.de Dionysio tyranno,Qui quum ad Peloponnesum classem appulisset,& in fanum venisset Iouis Olympij,aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Iouem ornarat ex manubiis Carthaginensium tyrannus Hiero:atque in eo etiam cauillatus est,Aestate grauem esse aureum amiculum,hyeme frigidum:eique laneum pallium intexit: quum id esse aptum ad omne anni tempus diceret. ¶Pallium quoque philosophorum erat.Gell.lib.9,Video,inquit Herodes,barbam & pallium,philosophum nondum video. Pallia inter communia vestimenta annumerantur Vipiano:quæ promiscua appellat Tacitus lib.3,Promiscuas viris & fœminis vestes.

Palliolum,li,diminutiuum à Pallio: id est breuius & vilius pallium. {πάλλιον, ἱμάτιον. Ital.*Piccolo mantello.* Gal.*Petit manteau* Hisp.*Pequeña manta.*} Cice. 3.Tuscul.Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.

Palliolatim,aduerbium. Plaut.in Pseud.Palliolatim amictus sic incessi ludibundus.

Palliolatus, Palliolo indutus. {περιβόλιον ἔχων. Ital.*Vestito di longo, coperto di mantello.* Gal.*Vestu d'vne robe longue.* Hispa. *Vestido de manta.*} Sueton.de Claud.Palliolatus nouo more præsedit. Martia.lib.9, Hanc volo, quæ facilis,quæ palliolata vagatur.

Palliatus,ta,tum, Pallio indutus,& pallio coopertus.περιβωφόρος. Cice. ad Qu.Frat.libro 3. Denique illi palliati topiariam facere videantur. Idem pro Rab.Posth.Itaque obiicias licet quàm voles sæpe palliatum fuisse. Apud Apuleium legitur verbum Palliare pro Tegere, vel celare. Nec (inquit) palliari tam aperta res potest. id est cooperiri, vel dissimulari.

Palliastrum, Rude ac vile pallium. περιβόλιον. Apuleius, Ecce Socratem contubernalem meum conspicio: humi sedebat sciſſili palliastro semiamictus.

Pallor,palloris,penult.prod. {ὠχρίασις, ὠχρός. Ital.*Pallore,pallidezza.* Gal. *Couleur palle & blesme.* Hisp.*Amarillez.*} Propriè dicitur color ille in homine, quum pellis sanguine destituta liuescit, quod accidere solet in subito metu, sanguine se ad interiora recipiente. Ouid.11. Metamor. -buxóque simillimus ora Pallor obit, lachrymisque genæ maduere profusis.Cice.4.Tusc.Ex quo fit vt pudorem rubor,sic terrorem pallor, & tremor,& dentium crepitus consequatur.Virgil.4. Aene.Hæc effata silet,pallor simul occupat ora Plin.lib.14.cap.22, Hinc pallor & genæ pendulæ. Pallorem capere dicuntur vasa,apud Colum.lib.12.cap.50.

Palleo, les, lui, Pallidus sum. {ὠχριάω. Ital. *Essere pallido, essere smorto.* Gal. *Estre palle.* Hisp.*Amarillescerse.*} Cice.2.Philip.Non dissimulat p. c. apparet esse cõmotum,sudat,pallet. Ouid.1. de Arte,Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti. Martia.lib.1, Pulchrè valet Charinus,& tamen pallet. ¶Huius composita sunt,Expalleo, Impalleo,à quibus Expallesco,& Impallesco:quorum significata vide suis locis.

Pallesco, Pallidus fio. {ὠχριάω. Ital. *Diuentar pallido.* Gal. *Deuenir palle.* Hispani. *Amarillescerse.*} Plin.lib.19. cap.10. Et cyminum sub Canis ortu pallescit. Propert.lib.1.Eleg.12, Perditus in quadam, tardis pallescere curis Incipis.

Pallidus,a,um, Vt, Pallidus color, qualem in corporibus exanguibus videmus. {ὠχρός, ὠχρός. Ital. *Pallido, smorto.* Gal. *Palle, blesme.* Hispa. *Amarillo.*} Plin.lib.10. cap.33, Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens pallido intus colore pennarum. Virgil.1.Georg. -aut vbi pallida surgit Cithoni croceum linquens Aurora cubile. Horat.1.Sermo. Saty.2, -vel pallida lecto Desiliat mulier, miseram se conscia clamet. Ouid.4.Metam. -oráque buxo Pallidiora gerens.

Pallidulus,a,um, diminutiuum.Catu.ad Ortalum,Pallidulum manans alluit vnda pedem.

Palma,æ,{παλάμη. Ital.*Palma della mano.* Gal. *La paulme de la main, le dedans de la main.* Hispa.*La palma dela mano tendida.*} Est volamanus, hoc est pars illa concaua quæ est inter μῦς καρπόν, & digitos intermedia: cuius pars exterior à Græcis θέναρ dicitur. Quanquam etiam non rarò pro tota manu palmam acceptam legimus. Cic.in Orat.Quum autẽ manum dilatauerat,palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Virg.2.Aeneid. -nam teneras arcebant vincula palmas. Stat.10. Theb. -tollens maidas ad sydera palmas.Virg.1. Aeneid.duplices tendens ad sydera palmas. ¶Ab huius autem similitudine arbor illa nobilis quæ dactylos profert, quam Græci φοίνικα appellant,à nostris quoque Palma dicitur, quòd comam in cacumine habeat circumextensam,& ramos in digitorum modum protensos. {Ital.*Palma albero.* Gal.*Palme ou dactier.* Hispa. *La palma arbol.*} Vnde & fructum eius Dactylos, hoc est digitos vocamus,quòd digitorum manus similitudinẽ referant. Hæc arbor in Italia sterilis est, maritimis Hispaniæ fructum fert,sed immitem: dulcem in Aphrica, sed statim euanescentem. Contrà autem in Oriente ex his vina fiunt,alicubi etiam panis, & pluribus quadrupedibus cibus. Non cedit ponderi, sed surgit aduersum pondus: ideò victoribus traditur præmio,quòd non cesserint, sed pertinaces in bello perstiterint. Vide Gellium lib.3. cap.6. Vnde etiam ponitur pro victoriæ signo, aut pro ipsa victoria. Plutarchus, In certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ: quoniam ingenij eiusmodi lignum est,vt vrgentibus,opprimentibúsque non cedat. ¶Item Palma,causa certaminis dicitur, vt annotauit Donatus in illud Terentij ex Prolog.Phorm.In medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶Item Palma, vt docet Seruius in lib.11, Aeneid.significat togam, quæ etiam Toga palmata dicebatur, à palma in ea intexta: & propriè triumphantium fuit,quam merebantur ij qui de hostibus palmam deportassent. Alij à latitudine clauorum dictam volunt Palmatam, quæ nunc à genere picturæ,Picta appellatur.Martia.lib.7,Palmatæque ducem,sed citò,redde togæ. ¶De natura palmæ arboris, vide Plin.lib.23.cap.5. & lib.13. cap.4,& Dioscoridem lib.1.cap.150, & Theophr.lib.1.cap.2, & lib.3. cap.5. ¶Dicimus Latinè, Palmam ferre, id est victorem esse. Palmam dare alicui, id est victorem fateri. Reseruare palmam alicui, Habere palmam,Accipere Palmam, Petere palmam. Testimonia passim obuia legenti bonos autores.

Palmula,æ, Extrema pars remi,eo quòd in modum palmæ protensa est. {Ital.*Pala de remi.* Gal.*La paulle d'vne rame ou auiron.* Hisp.*La pala del remo.*} Virgil.lib.5.Aene. -& læuas stringat sine palmula cautes. Sunt & Palmulæ,{φοινικίδες. Ital.*Dattali,frutto di palma.* Gal. *Dactes, fruit de la palme & dactier.* Hisp.*Los dattiles,fruto dela palma.*} Fructus palmæ, qui & Dactyli,& Caryotæ dicuntur. Varro 1. de Re rust.cap.67, Nucem iuglandem, & palmulam,& ficum Sabinã quanto etiius promas,iucundiore vtare.

Palmetum,palmeti, Locus palmi consitus,vel vbi frequẽtes sunt palmæ. {φοινικών. Ital.*Luogo donde sono piantate molte palme.* Gal.*Lieu complanté de palmes ou dactiers.* Hisp.*El palmar,lugar de palmas.*} Plin.lib.5.cap.1,Ibi fama, existere circa vestigia habitati quondam soli,vinearum, palmetorúmque reliquias. Ponitur aliquando non pro loco in quo palmæ consitæ sunt,sed pro palmarum frequẽtia. Ibidem,Hiericuntem palmetis consitam,fontibus irriguam.

Palmeus,a,um, Quod est ex palma arbore. {φοινίκεος. Ital. *Di palma.* Gal. *De palme*

De palme ou de dactier. Hisp. *Cosa de materia de palma.*} Colum. lib. 5. cap. 5. M. Columella agricola, Bæticæ prouinciæ, sub ortu Canicularis, palmeis tegeribus vineas adumbrabat. Plin. lib. 24. cap. 17. Vinum palmeum capiti noxium.

Palmosus, sa, sum. Quod est palmis abundans. {φοινικώδης. Ital. *Abondeuole di palme.* Gal. *Plein ou abondant en palmes.* Hispani. *Cosa llena de palmas.*} Virgil. lib. 3. Aene. Teque datis linquo ventis palmosa Selinis.

Palmaris, & hoc palmare: Vt Palmaris statua, quæ alicui propter victoriã ponitur Cic. 6. Philip. Sed illa statua palmaris, de qua, si meliora temporis esset, non possem sine risu dicere, &c. Et Palmare facinus, quod est dignum palma. νίκης ἄξιον. Palmare vestigium, dictum quòd ex palmæ impressæ nota factum sit. πατήματος ἴχνος.

Palmarius, a, um, adiectiuum. Quod est palma dignum. ἀξιόνικος, νικητήριος. Terent. in Eunuc. Id verò est quod mihi puto palmarium, Me repetisse te. Donatus, Palmarium, palma dignum.

Palmifer, ra, rum, Ferens palmas. {φοινικοφόρος. Ital. *Che produce palmi.* Gal. *Portant palmes.* Hispa *Cosa que trahe ò cria palmas.*} Ouid. 1. Amor. Isi Paræonium, genitalisque arua Canopi Quæ colis, & Memphim, palmiferámque Pharon. Idem 10. Metamor. Palmiferos Arabas, Panchæaque rura reliquit.

Palmipes, dis, Planos ad palmæ similitudinem habẽs pedes. {τὸ πεζοπάλαμον. Ital. *Chi ha i piedi piani come l'occa.* Gal. *Qui a les piés plats comme vn'oye.* Hisp. *Que tiene patas de anade.*} Vnde anseres, & omnes ferè aquaticæ aues, Palmipedes dicuntur. Plin. lib. 8. cap. 12. Aut in palmipedum genere sunt, vt anseres.

PALMA, πάλμη. Ciuitas in maiori Baleari, Romanæ ciuitatis ius habẽs, vt tradit Plin. lib. 3. cap. 5. & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

PALMARIA, παλμαρία. Insula est vltra Tybetina ostia, in mari Tyrrheno. Varro lib. 3. de Re rusti. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandataria.

Palmes, itis, Vitis sarmentum: inde nomen habens quòd in modum palmæ humanæ virgulas quasi digitos edat. {πάλμης. Ital. *Palmite, tralcio.* Gal. *Le ſerment ou bois qu'on laiſſe en la vigne tous les ans quand on la taille.* Hisp. *El ſarmiento que ella en la vid el pampano.*} Plin. libro 17. cap. 22. Sunt duo genera palmitum: quod é duro exit, materiámque in proximum annum promittit, Pampinarium vocatur. Ar vbi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, semperque fructuarium relinquitur sub iugo. Et qui vocatur custos, hic est noueilus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. ¶ Palmes & Pampinus pro eodem. Colu. lib. 4. cap. 17. Item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, quanuis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis singuli palmites, quo lætior, quæ supereſt, materia confurgat. ¶ Palmes pro flagello vitis aliquando ponitur. Colum. lib. 4. cap. 21. Hæc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum summitti.

Palmo, mas. Materias alligo. {σπαλάω. Ital. *Imprimere la palma dela mano, ligare enſieme.* Gal. *Marquer & imprimer de la paulme de la main, lier enſemble.* Hisp. *Señalar con la palma dela mano, atar juntamente.*} Colum. lib. 11. cap. 1. Cæterùm palmare, id est materias alligare, hoc tempore non expedit. ¶ In alia significatione accepit Quintil. in Declam. Cæci. Præterea (inquit) quum manus ex parte qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo. Et paulo pòst, Tuus autem qui palmatus est paries, vestigium eius partis ostendit. ¶ Huius compositum est Depalmo, quod est Palma percutio. *Vide* de quo supra.

Palmos, πάλμος. Particulæ alicuius in corpore palpitatio contra naturã, per vicem modò eam attollens, modò deprimens: fitque quandoque in sola cute, quandoque & in subiectis ei musculis: quæ si magna fuerit, membrum quoque vniuersum secum diutius saliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen exprimentes, Saltum vocant. Dicitur enim πάλλομαι καὶ ἅλλομαι, quod inter cætera salire significat.

Palmus, mi, {Italicè & Hispanicè, *Palmo.* Gal. *La meſure d'vne paulme, quatre doits ou quatre pouces.*} Mensuræ genus: & est duplex, maior & minor. δίχοος antiquè. Maior digitorum duodecim, Græcè αὐτόμετρον vocatus. Minor digitorum quatuor, quem Græci παλαιστὴν appellant. In mensuris hoc modo progredi solemus, vt omnium mensurarum minimam faciamus latitudinem grani hordei: hoc autem quater sumptum conficiat digitum: tres digiti vnciam: quatuor, palmum minorem, qui (vt iam diximus) à Græcis παλαιστὴς appellatur. Ex duobus palmis conficitur dichas: ex tribus, palmus maior, quem Græci αὐτόμετρον vocant, Latini etiam Dodrantem, quòd ad perficiẽdum pedem desit quarta pars. Quatuor enim palmi minores, siue sedecim digiti explent pedem: sex palmi minores sesquipedem. Duo pedes cum dimidio efficiunt gressum, siue passum simplicem. Tãtum enim ferè spatij interest in progrediendo inter digitos prioris pedis, & calcaneum posterioris. Simplex passus geminatus facit passum geometricum, qui constat ex pedibus quinque. Ex mille deinde geometricis passibus conficitur milliare.

Palmaris, re. Quod est magnitudine vnius palmi. {αὐτόμετρικός. Ital. *Di vn palmo.* Gal. *D'vne paulme.* Hisp. *De vno palmo.*} Varro lib. 1. de Re rustica, cap. 35. Rosa etiam conciditur radicitus in virgulas palmares.

Palmarius, adiect. ὁ αὐτόμετρος. Quod est vnius vel multorũ palmorum. Colum. lib. 9. Per spatia palmaria modicis forantur cauis. Idem lib. 12. Spicæ vlpici, vel allij inter palmaria spatia disponenda sunt.

Palmipedalis, le. Mẽsura vnius pedis & palmi. {αὐτόμετρον πεζιαῖος. Ital. *Miſura della grandezza d'vn piede & palmo.* Gal. *Qui contient vn pié & vne paulme.* Hisp. *Cosa de vn pie & vn palmo.*} Colum. lib. 3. cap. 9. Nam in clinosis, vbi terra decurrit, potest malleus palmipedalis deponi.

PALMYRA, πάλμυρα. Strephano. Vrbs est Syriæ, situ loci, soli, diuitiis, & aquarum amœnitate insignis. Ciuitas est libera & priuatæ sortis (vt inquit Plin. lib. 5. cap. 25.) in confinio Romani & Parthici Imperij sita. ¶ Hinc Palmyrenæ solitudines appellatæ sunt, quæ ab hac vrbe, vsque ad Petram Arabiæ Petreæ metropolim, & ad fines Arabiæ fœlicis pertingunt.

Palo, as. Sepio, fulcio, & quasi palis munio. {παλόω. Ital. *Metter pali & pertiche, ſoſtenere.* Gal. *Eſchalaſſer & paſſeler, enchaſneler.* Hispa. *Meter palos ò pertigas, ſoſtener.*} Colum. lib. 11. cap. 2. Vt vitis paletur, & capite tenus alligetur, & iuga vineis imponantur.

Palor, aris, Passim vagor, heuti faciunt qui lento gradu, dispersique labruscas quærunt. {ἀποπλανῶμαι, διασπείρομαι. Ital. *Vagare, andare errando per i campi ſenza tener ordine.* Gal. *Aller ainſi par ci par la parmi les champs ſans tenir ordre.* Hispa. *Vagar ò huyr los deſbaratados.*} Liu. lib. 1. Raptum & ad hos Romana legio ducta, palantes in agris oppressit. Idem lib. 5. ab Vrbe, Iam obsidionis tædio victi abscesserunt vagique per agros palantur, cibis, vinóque raptim hausto repleti. Hoc verbũ à Palàm quidam deduci existimant. Alij à palis castrorum, hoc est fudibus, modò huc, modò illuc transfixis.

Palatus, a, um: participium. Dispersus. πεπλανημένος, διεσπαρμένος. Liu. 3. ab Vrbe, In quos palatos prædam agentes Posthumius, &c.

Palpebræ, penult. corr. Dicũtur pili extremitatem genarum ambientes. {βλέφαρα. Ital. *Palpebre.* Gal. *Les paupieres des yeux, ou le poil qui y eſt, les ſourcils.* Hisp. *Los parpados ò pestanas del ojo.*} Genæ autem, teste Plin. libro 11. cap. 37, dicuntur geminæ illæ pelliculæ quibus oculi teguntur. Cilia autem dicuntur genarum extremitates, quibus pili, quos modò Palpebras vocari diximus, adhærent. ¶ Dictæ autem putantur Palpebræ, à palpitando, id est tremendo, vel à palpando, id est prætentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit, vt vallum quoddam visus essent, & prominens munimentum contra occurrantia animalia, aut alia fortuitò incidentia. Cicero tamen palpebras aliquoties posuisse videtur pro ipsis genis, hoc est folliculis oculum operientibus. Sic enim habet liber 2. de Natu. deor. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Idem in Piso. M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris vigilando necauerunt.

Palpo, as, & Palpor deponens, pro leuiter, blandè, & quasi tentando tango. {ψηλαφάω. Ital. *Palpare.* Gal. *Toucher & manier doucement, patelinner.* Hisp. *Palpar ò tratar à halagar con las manos.*} Vnde & pro adulari, frequenter accipitur. Plaut. in Amph. Obseruatote quàm blãdè mulieri palpabitur. Huius compositũ est, Expalpo, quod est Elicio. Palpo interdum accusatiuum regit, interdum datiuum. Horat. 2. Serm. Saty. 1, Cui malè si palpere, recalcitrat. id est si adulteris vel blandiaris. Iuuenalis actiuè posuit, quum ait, -quem munere palpat Charus.

Palpator, pro adulatore. {κόλαξ, ψηλητής. Ital. *Adulatore, luſinghiere.* Gal. *Flateur, patelineur.* Hisp. *Liſonjero.*} Plaut. in Mercur. Vt palpator nullus est quando occepit, blandior.

Palpatio verbale, Ipse palpandi actus. {ψηλάφησις, ψηλαφητικὴ κολακεία. Ital. *Eſſo palpare, adulatione.* Gal. *Taſſement, flaterie.* Hisp. *Obra de palpar, halagos, liſonja.*} Plautus in Menæch. Auser hinc palpationes.

Palpito, as; frequentatiuum, Leniter ac frequenter moueor. {πάλλομαι, ἀναπήδω, σκιρτῶ. Ital. *Palpitare.* Gal. *Se remuer ou treſſaillir continuellement & petitement, comme fait le cœur d'vne beſte fraſchement tuee tiré hors.* Hispa. *Temblar la carne aun viua.*} Cicero 2. de Natu. deor. Animaduersúmque fæpe est, quum cor animantis alicuius enulsum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem. Plin. lib. 28. cap. 8. Palpitat certè cor, & quasi alternatim mouetur. Iuuena. Saty. 6. Vt semel atque iterum super illam palpiter.

Palpitatio, verbale, Proprie cordis est, & deinde partium singularum frequens & continuus motus. {παλμὸς, κτῆς, ῥῖγος. Ital. *Mouimento di cuore, quando per qualche accidente trema.* Gal. *Treſſaillement & tremblement, comme du cœur.* Hispa. *Temblor de carne aun viua como del carazon.*} Plin. lib. 32. cap. 5. Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti.

Palpo, onis, qui & Palpator, pro Adulatore & blando homine. ψηλητής.

Palpum, nonnulli pro blanditiis vsurparunt. {ψωνία. Ital. *Adulatione, luſingamento.* Gal. *Blandiſſement, flaterie.* Hispa. *Halagos, liſonjas.*} Plaut. in Pseud. Mihi obtrudere non potes palpum, hoc est blandiri, & spem inanem verbis iniicere.

Paludamenta, Sunt insignia ac ornamẽta militaria, propriè tamen Imperatorum. χλαῖνα, ὁ στρατηγικὸς καὶ αὐτοκρατορικὸς ἱδρώς. Vnde legimus, olim Romæ Imperatores, eorúmque lictores, Paludatos ad bellum solere proficisci, præcinentibus tubis. Liuius, Cum paludatis lictoribus profectus ab vrbe, Brundusium venit. Paludamentum, inquit Budæus, chlamys est imperatoria, id est eorum qui exercitus educebant: quale illud est quod hodie *cottam armorum* vocamus. Liu. lib. 1. ab Vrbe, paludamentum posuit pro veste militari, etiam eius qui non esset Imperator, Cognitóque, inquit, super humero fratris paludamento sponsi quod ipsa confecerat, soluit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat vnius Curiationũ, quorum nemo, vt arbitror, Imperator in Albanis fuit. ¶ Hinc Paludatus, qui vel imperatoriam chlamydem, vel alia eiusmodi ornamenta militaria gestat. Cælius ad Cic. lib. 8. Quia verentur ne illud s. c. fiat, vt paludati exeant. Id est veste imperatoria insigniti, vt ad publicos hostes proficiscentes. ¶ Paludati in libris Auguralibus significantur, vt ait Verannius. armati, ornati. Omnia enim militaria ornamẽta, paludamenta dici, Festus ait. Dicta paludamenta, quòd perspiciuntur illi qui illa habent, & fiunt palàm, vt inquit Varro. ¶ Inuenitur etiam paludamentum dici de veste muliebri. Plin. libro 33. cap. 3. Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo nauali prælii spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento auro textili, sine alia materie.

Paludapium, ἑλοσέλινον. Apij species citra aquæ ductus, & in palustribus nascens. Nomẽ est à Theodoro ad imitationem Græcæ compositionis confictum. Græci enim hanc herbam ἑλοσέλινον, appellant, quasi palustre apium.

Paludatus, a, um, vide PALVDAMENTVM.

Palumbes, bis, tã masculini quàm fœminini generis. Syluestris columba in arboribus sepibúsque nidificans. {φάττα. Ital. *Colombo ſeluatico.* Gal. *Ramier ou pigeon ramier.* Hisp. *La paloma torcaſa.*} Virg. 1. Aene. -raucæ tua cura palumbes. Lucanus, Macróque palumbes. ¶ Dicitur & Palumbus, & Palumba. Horũ duo sunt genera. Vnum torquatum, à torque quo insignitur, quod Aristoteles φάττα vocat. Martia. lib. 13. Inguina torquati tardant, hebetántque palumbi. Non edat hãc volucrem, qui cupit esse salax. Propert. lib. 4. Sed cape torquatæ Venus, ô regina palumbæ. Alterum genus quod Græci ἰδιάδα, Latinorum nonnulli Vinaginem dicũt, ab esu labruscæ. Huius auis naturam vide apud Plin. lib. 10. cap. 35.

Palumbinus, adiectiuum, Quod ex palumbe est. {φάττινος. Ital. *Decolombo,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lambo saluatico. Gal. *De coulon ou pigeon ramier.* Hisp. *cosa de paloma torcaça.*} vt, Palumbina caro, apud Plin. lib. 50. cap. 12.

Palumbarius, A nonnullis appellatur accipitris quoddam genus, quod à Græcis φωνοφόνος, hoc est palumbium occisor appellatur, quòd ab hoc præsertim genere palumbibus maximum sit periculum, quas in aperto volantes rapit. Vtitur hac voce Theodorus.

Palumbula, diminutiuum à Palumba. *Φαττίον.*

Palus, li, Secundæ declinationis, Dicitur lignum acutum quod solet in terram defigi ad fulcienda ædificiorum fundamẽta, aut castra munienda, aut claudendos hortos, aut sustinendas vites, aut similes vsus. {πάσσαλος, πάλος, Ital. *Palo.* Gal. *Vn pau ou pieu.* Hispa. *El palo de forma de pertiga.*} Plin. lib. 14. cap. 3, Nec orthampelos indiget arbore, aut palis, ipsa se sustinẽs. In hac autem significatione Palus producit priorem, quum Palus, paludis, eandem corripiat. Tibul. libro 1. Eleg. Hic docuit teneram palis adiungere vitem.

Palus, ludis, per tertiam inflexionem, Dicitur aqua stagnans, quæ æstate plerunque siccatur. {λίμνη. Ital. *Palude.* Gal. *Vn marets ou mareschage.* Hispa. *La laguna de agua cogida.*} In hoc differt à Lacu, qui perpetuam habet aquam, neq; vllo æstu exiccatur. Cæs. 2. bel. Gall. Quò propter paludes exercitui aditus non esset. Habet autẽ palus in hac declinatione priorem correptam, posteriorem autem fere semper producit. Virgil. 1. Georg. Heu malè tunc mites defendit pampinus vuas. ¶ Accipitur aliquando Pampinus pro cistis ouorum polypi piscis. Plin. lib. 9. cap. 51, Polypi parium verè ouа tortili vibrata pampino. Hinc deducitur verbum Pampino, & verbale Pampinatio.

Paludosus, a, um. {λιμνώδης. Ital. *Paludoso.* Gal. *Mareschageux.* Hisp. *cosa de aquella laguna.*} vt Humus paludosa, apud Ouid. 15. Metam. Equè paludosa siccis humus arcet arenis.

Palustris, & hoc palustre, Quod est ex palude. {λιμναῖος. Ital. *Palustre.* Gal. *Mareschageux.* Hispa. *Cosa de laguna.*} vt, Iuncus palustris, Locus palustris, apud Cæsarem 7. bel. Gall. Aqua palustris. Colum. lib. 1. cap. 5, Vadum palustre. Claud. 2. de Raptu Proserp.

Pambasilia, {παμβασιλεία. Ital. *Regno perfetto, compiuto.* Gal. *Regne parfait & accompli.* Hispa. *El reyno ò reynado perfecto.*} penult. prod. Dicitur quasi regnum numeris omnibus dominationis consummatum: cuiusmodi sunt reges nostri omnia arbitrio suo statuentes, qui omnia in potestate habent. ¶ Est igitur Pambasilia (vt inquit Aristoteles) genus illud regni, quum vnus omnium potestatem habet communium & publicarum rerum.

PAMISVS, πάμισος, Arcadiæ fluuius in Stymphalo monte nascens, & præter Trœzenem in Messeniacum sinum influens. Dictus Pamisus, quasi totus odiosus, ob damna quæ agris infert. Ptolemæus Panisum vocat. Est & alter eiusdem nominis fluuius in Thracia, ex Hæmo profluens, teste Plin. lib. 4. cap. 11. Item tertius in Thessalia, cuius meminit idem Plin. lib. 4. cap. 8.

PAMPHAGI, πάμφαγοι, Aethiopiæ populi quibuslibet rebus vescentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30. Pamphagus item numeratur ab Ouid. lib. 3. Metam. inter canes Actæonis.

PAMPHILVS, πάμφιλος, Neoclidis filius, Platonis auditor, quem tenuisse Plato in Phædone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies statur. triduóque postquam inde sublatus fuerat, impositum rogo reuixisse, ac mira quædam tẽpore mortis visa narrasse. ¶ Pamphilus alius presbyter, Eusebij Cæsariensis necessarius, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt bonam partem voluminum Origenis sua manu descripserit. Extinctus idem, martyr apud Cæsaream Palæstinæ sub Maximino. Ex Hieronymo. ¶ Suidas autem tres Pamphilos cõmemorat: duos Grammaticos, quorum alter patria Sicyonius, de Grammatica, picturáque, ac claris pictoribus scripsit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellauit: id est variarum rerum collectanea. Tertius Athenienſis fuit, reipublicæ expilator.

PAMPHYLIA, πάμφυλία, Regio in minori Asia, ab Ortu Ciliciam & partem Cappadociæ, ab Occasu Lyciam habens: à Septentrione, Galatiam: à Meridie, mare quod ab ea Pamphyliũ appellatur. Dicta Pamphylia, vt quidam putant, ab arborum copia, quasi tota frondosa. In ea (vt Pomponius refert) est fluuius Melas, nauigabilis, & Eurymedo, apud quem Cimon Atheniensis Persas nauali pugna superauit.

Pampillum, Genus delicati currus. Lampridius, Iũxit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillum, vel ternas, & sic vectatus est.

Pampinus, penult. corr. Dicitur in vite tener, frõdosúsque coliculus, fructum fouens, & ab æstus vindicans iniuria. {κλῆμα. Ital. *Pampino.* Gal. *Vn marets ou mareschage.* Hispa. *El pampano. Pampre, le jeune bois auec la fueille ou le bourgeon de la vigne.* Hispa. *El pampano de la vid.*} Colum. lib. 3. cap. 17, Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quantus longissima vel cessat, vel perexiguos ostendit racemos. Virgil. 1. Georg. Heu malè tunc mites defendit pampinus vuas. ¶ Accipitur aliquando Pampinus pro cistis ouorum polypi piscis. Plin. lib. 9. cap. 51, Polypi parium verè ouа tortili vibrata pampino. Hinc deducitur verbum Pampino, & verbale Pampinatio.

Pampino, as, penult. corr. Pampinos decerpere. {βλαστολογέω, ἀπαμπέλω. Ital. *Spampinare.* Gal. *Esbourgeonner ou esfueiller la vigne.* Hispa. *Deshojar los pampanos.*} vel (vt ait Varro de Re rust. libro 1. cap. 30.) ex sarmento coles qui nati sunt, de his qui plurimùm valent, primum ac secundum, nõ nunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare suecum. Colum. lib. 3. Quum comprehenderint, identidem pampinent, ne plura sarmenta quàm debent exerescant.

Pampinatus, a, um, Quod Pampini similitudinem imitatur. {κλημακτός. Ital. *ch'assomiglia à pampino.* Gal. *Semblable à pampre.* Hispa. *Cosa semejante à pampano.*} Plin. lib. 16. cap. 42. Ramentorum orbis pampinato semper orbe se voluens ad incitatos runcinarum raptus.

Pampinatio, verbale. {ἀπαμπέλωσις. Ital. *sfogliamento, spampinatione di vite.* Gal. *Esbourgeonnement ou esfueillement de vigne.* Hispa. *Deshojamento delos pampanos.*} Colum. lib. 4. cap. 27, Siquidem vel magis pampinatio quàm putatio vitibus consulit.

Pampinator, oris. {ἀπαμπελιστής, κλαδοκόπος. Ital. *Spampinatore.* Gal. *Esbourgeonneur.* Hispa. *El deshojador de pampanos.*} Colum. lib. 4. cap. 27, Idque faciet

variis de causis pampinator industrius.

Pampinarium, rij, Palmes qui (vt inquit Plin. lib. 17. cap. 22.) è duro exit, materiámque in proximum annum promittit: siue congeries viretium ramusculorum. {ὄρνιθος. Ital. *Pampino.* Gal. *Branche ou reget de vigne qui ne porte que fueilles que les vignerons appelent escuier.* Hisp. *Pampano.*} Colum. lib. 3. cap. 105, Vitiosissima est eorum agricolarum opinio, qui minimùm referre credunt quot vuas sarmentum habuerit, dum ex vite fertili legatur, & non ex duro trunco enatum, quod pampinarium vocant.

Pampinarius, a, um, Quod est pampini. {κλημακτώδης. Ital. *Cosa di pampino.* Gal. *Chose de bourgeon, ou pampre.* Hispa. *Cosa de pampano.*} Columel. libro 4. cap. 24, Ne aut pampinarius palmes internatus, aut verrucæ similis furunculus relinquatur. Et libro 3. cap. 10, Ne pampinariam virgam deplantet.

Pampineus, a, um, Idẽ quod Pampinarius. Virgil. lib. 2. Georg. Liber pampineas inuidit collibus vmbras. Idem ibidem, Tibi pampineo grauidus Autumno Floret ager. Ouid. 3. Metamor. Pampineis agitat ventilatam frondibus hastam. ¶ Pampineus odor, pro sapore vini. Prop. lib. 2. Pampineus nostri quàm sit amarus odor.

Pampinosus, sa, sum, Quod pampinis abundat. {κλημακτώδης. Ital. *ch'abonda de pampini.* Gal. *Fort fueillu.* Hispa. *cosa llena de pampanos.*} Colum. lib. 5. cap. 5. Et si parum pampinosa vitis est.

Pampinaceus, a, um, adiectiuum. ὁ καὶ ἡ εἰσπράδης, κλημακτώδης. Idem. Colu. lib. 12. cap. 20, Amomi pondo quadrans, croci quincunx, ctipæ pampinaceæ libram.

PAN, πάν, A Poëtis pastorum atque adeo totius naturæ Deus esse fingitur: vnde etiam à Græca dictione πᾶν, quæ idem significat quod totum vel omne, nomen accepit: quòd putabant vno naturæ nomine omnia complecti. Vnde etiam ita Pana pinxerunt, vt nihil ex toto vniuerso in eo videatur prætermissum. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem: rubet eius facies ad ætheris imitationem: in pectore Nebridem habet stellam, ad stellarum imaginem. Pars eius inferior hispida est, propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem. Hic Dæmogorgonis filius creditur fuisse, & fistulam composuisse septem imparibus calamis simul coniunctis, propter harmoniam cæli. Virgil. 2. Aegloga, Pan primus calamos cera cõiungere plures Instituit: Pan curat oues, ouiúmque magistros.

Panaces, huius panacis, pen. corr. πάνακες, & Panax, panacis. Herba cuius succus Opopanax vocatur, ὅτι πάντα ἀκεῖται, hoc est à sanandis omnibus morbis. Plin. lib. 25. cap. 3, Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit. Colum. lib. 11. cap. 3, Panax vtroque tempore, leui & subacta terra, rarissimè differitur.

Panacea, huius panaceæ, πανάκεια. Idem significans. Lucan. lib. 9, Et panacea potens, & Thessala centaurea. Virgil. 12. Aeneid. Ambrosios succos, & odoriferam panaceam. Lucretius (inquit Seruius) Panaceæ nomine vbique salem intelligit: vnde possumus in hoc loco Virgilij salem intelligere: nam omnem pellit dolorem: sed melius herbam, quia ait Odoriferam.

PANAETIVS, πανάιτιος, Nicagoræ filius, patria Rhodius, Stoicæ sectæ Philosophus, Diogenis familiaris & Scipionis Africani præceptor, quẽ Cicero se in officiis imitari profitetur. Huius autem hodie celebratur aurea illa sententia, Vitam hominum ex improuiso assidua & propè quotidiana pericula ferre: ad quæ cauenda, oportet animo semper esse intento, vt sunt athletæ. Sicut enim illi in certamine athletico, caput, manibus oppositis, quasi vallo prẽmuniunt: ita animus sapientis aduersus perulãtias iniuriarum, ictúsque fortunæ debet esse erectus, arduus, septus, nequa in re repentina incursio, imparatis, improtectis nobis oboriatur. Fuit & alter Panætius senior, & ipse Rhodius, cuius multa est mentio apud philosophos. Vtriusque meminit Suidas.

PANAETOLIVM, πανατώλιον, Mons est Aetoliæ altissimus, ita dictus, quasi totam occupet Aetoliam. Plin. lib. 4. cap. 2.

Panætolicus, ca, cum, adiectiuum, vt Penætolicum concilium, apud Liuium lib. 1. belli Macedonici.

Panagrum, πάναγρον. Retis genus quod omnia capit, à πᾶν, & ἄγρα, captura, vel præda.

Panaretus, πανάρετος, penult. corr. Dici potest omnium virtutum continens: πᾶν enim Totum significat, ἀρετὴ Virtutem. Martia. lib. 6, Argutè madidus pollice Panaretus.

Panarium, vide PANIS.

Panathenæa, πανάθηναια, Festa erant Athenis, à Theseo instituta in honorem Mineruæ, quæ Latinis Quinquatria appellantur. Hisce ludis gymnicum certamen per præconem & tubicinem indicebatur: à cuius spectatione mulieres arcebantur. Pueri quoq; & puellæ sese manibus complexi, Pyrrhicam in theatro saltabant. Erant autem duplicia, Maiora quinto quoque anno celebrari solita, & Minora, quæ quotannis peragebantur. Hinc Panathenaicus, πανάθηναϊκος, liber Isocratis. De Panathenæis vide Alexandrum Neapol. lib. 5. cap. 8, & lib. 6. cap. 19, & Cælium lib. 6. cap. 19.

Panathenaicon, πανάθηναϊκον. Genus vnguenti, quod, vt Plin. lib. 13. cap. 2. inquit, Athenæ perseuerauerunt obtinuere.

Pancarpiæ, πανκάρπιαι, Coronæ ex variis & penè omnibus florum generibus factæ. Festus.

PANCHAIA, πανχαία, Regio Arabiæ, tota arenosa, in qua arbores spõte natæ thus emittũt. Virgil. 2. Aeneidos, Totáque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

PANCHAEI, Populi, qui, vt Pomponius lib. 3. refert, deserta Sabæ habitant: qui & Ophiophagi vocantur, quoniam serpentibus vescantur.

Panchrestos, vel Panchrestum, πάγχρηστον, Medicamentum nobile, quod Latinè dici potest morbis omnibus cõducibile, vel omnibus affectibus vtile. Plin. lib. 23. cap. 7, Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem antheriace appellata. Idem lib. 36. cap. 20, de generibus hæmatitarum loquens, Principatum dat ex iis Aethiopico, oculorum medicamentis vtilissimo, & iis quæ Panchresta appellant. Cic. 6. Verr. Aduentu L. Metelli Prætoris, quum omnes eius comites iste sibi suo panchresto medicamento amicos redemisset, &c. Quo in loco Cicero pecuniam per iocum medicamẽtum panchrestum appellat, quòd ad vario-

Universidad de Murcia Biblioteca

ctos vsus sit vtilis, ipsi præsertim Verri, qui spem omnem salutis in pecunia habebat repositam: nullúmque tam graue periculum arbitrabatur, cui pecunia mederi non posset.

Panchros, πάγχρως, Gemma quæ constat ex omnibus coloribus. Plin. lib. 37. cap. 10.

Pancratium, pancratij, πάγκρατιον, Certamen gymnicum fuit teste Hermolao in lib. 24, Plin. cap. 8, quod Latinè dicimus Quinquertiũ, quoniam ex quinq; certandi generibus constabat, cursu scilicet, disco, saltu, luctu, & pugilatu. Hoc à Græcis, teste Festo, alio nomine dicitur Pẽtathlum eadem ratione qua à Latinis Quinquertium. Hermolaus tamen loco iam citato distinguit Pentathlos à Pancratiastis, & hos rursus ab iis quos Periodo victores vocant, vt Pancratiastem esse plus sit quàm Pentathlum esse: & rursus Periodo victorem plus quàm Pancratiastem. Vult enim Pentathlum esse, qui quinq; his certandi generibus congreditur, hoc est qui & luctu, & saltu, & cursu, & disco, & pugilatu certat, etiam si in omnibus hisce, aut quibusdam succumbat. Pancratiasten autem dici putat, qui quinque hisce certandi generibus congressus, omnibus vicit. Periodo autẽ victor, is dicitur (teste Festo) qui quatuor illa sacra Græciæ certamina, Isthmia scilicet, Nemæa, Pythia, & Olympia obiuit, & in omnibus hisce vicit. Pancratium itaq; & Pancratiastes, secundum hanc Hermolai opinionem, dicẽtur ἀπὸ τ πάντων κράτων, hoc est à vincendo omnia: vt Pancratium sit certamen illud quo quis quinque iam dictis certandi generibus congressus, omnibus vinciti: Pancratiastes verò, qui ex quinq; hisce certãdi generibus euasit victor. Budæus verò in prioribus in Pandect. Annotationibus, videtur Pancratij & Pancratiastæ vocabula detiuare ἀπὸ τ πάντων κράτων, hoc est ab omnibus viribus, quas in hoc certaminis genere effundebant. Putátque Pancratium fuisse certaminis genus, quod aduocatis omnibus corporis viribus omniúmque neruorum contentione transigebatur. Nam & calcibus, & cubitis, non modò pugnis, Pancratiastæ vtebantur. Quintil. lib. 2. Instit. Sicut ille exercendi corpora peritus, non si docẽdum pancratisten susceperit, pugno ferire vel calce tantùm, aut nexus modò certos aliquos docebit: sed omnia quæ sunt eius certaminis Plin. lib. 35. cap. 11, Alcimachus Dioxippum, qui Olympiæ pancratio citra pulueris iactum (quod vocant ἀκονιτὶ) vicit.

Pancraticè, aduerbium, hoc est robustè: vnde Pancraticè valere, est robustum esse, & firma corporis valetudine, vt solent ij qui Pancratio exercentur. Plautus in Bacch. Benéne vsque valuit? c. pancraticè, atque athleticè.

Pancratiastes, πανκρατιαστής, Certator, & victor pancratij. Gell. libro 5. cap. 15, Diagoras filios tres habuit, vnum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. Vide PANCRATIVM.

Pancratius, πανκράτιος, Apud Senec. lib. 5. de Benefi. legitur pro pancratiaste Lacedæmonij (inquit) vetant suos pancratios æstu decernere.

Pancraticè, aduerbium, vide PANCRATIVM.

PANDANA, porta Romæ, quæ antea Saturnia dicebatur: ita dicta à verbo Pando, quod semper pateret ad res quæ in vrbem ferebantur. Eadem dicebatur Libera, à libertate. Autores Pompe. Fest. & Varr. lib. 4. de ling. Lati.

PANDARIA, πανδατία, Insula est exigua in sinu Caietano, distans à cõtinente ducentis quinquaginta stadiis. Strabo lib. 5.

PANDATARIA, πανδατάρια, Insula in Puteolano sinu, teste Plinio libro 3. cap. 6.

Pandectæ, arum, πανδέκται, Volumina sunt (inquit Budæus) nihil non continẽtia, & ex quibus possis, quod velis, velut è Cornucopiæ depromere. Vnde Pandectæ legũ, quæ omne ius complectũtur: à πᾶν omne, & δέχομαι capio. Gell. lib. 12, Tullius Tiro, Ciceronis libertus libros de variis ac promiscuis quæstionibus composuit, quos Græco vocabulo Pandectas, id est promiscua, & multifaria continẽtes, libros inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes.

Pandiculor, aris, Extendor, vt faciunt, qui è somno expergefacti sunt, oscitantes. {παραδιδῶμαι. Ital. *Distirarsi.* Gal. *S'estendre & remuerser de son corps.* Hisp. *Enaspar todo el cuerpo.*} Pandiculantur, inquit Festus, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quòd pandi fiant. Plautus in Menæch. Ego me assimulem insanire, vt illos à me absterream, vt pandiculans oscitator.

Pandicularis dies, qui & Communicarius dicebatur, in quo communiter omnibus diis sacrificabatur. πάνδημος. Festus.

Pandiculatio, pandiculationis, Oscitatio, vel potius corporis inter oscitandum extensio, σκορδυασμός. Autor Festus.

PANDION, πανδίων, Proprium nomen Erichthei Athenarum regis filij, qui patri successit in regno. Huius filiæ fuerunt Progne & Philomela: quarum Prognen Tereo Thracum regi, cuius ope Ponti regem profligauerat, vxorem dedit. Reliqua vide in dictione PROGNE. Hinc Pandionia, πανδιονία, hoc est Attica: & Pandionius, a, um, idem quod Atticus, Lucanus de Pallade, Et Pandionias quæ cuspide protegit arces.

Pando, dis, passum, Significat patefacio, aperio. {πετάζω, πετάννυμι, ἀνοίγω. Ital. *Aprire, manifestare.* Gal. *Ouurir, manifester.* Hisp. *Abrir ò descubrir.*} Virg. 2. Aeneid. Panduntur portæ, iuuat ire, & Dorica castra, Desertósque videre locos, littúsque relictum. Plaut. Bacch. Pandite, atque aperite properè, ianuam hanc. Virgil. 4. Georgic. -& alas Pandere ad æstiuum Solem. Idem 3. Aeneid. Anchisen facio certum, rémque ordine pando. ¶ Huius composita sunt, Expando, Dispando, Propando, Repando, de quibus suis locis.

Pandens, participium. Virgil. 6. Aeneid. Melle soporatam, & medicatis frugibus offam Obiicit: ille fame rabida tria guttura pandens Corripit obiectam.

Passus, a, um, à pando. {ἀνεῳγμένος, χασμῶδες. Ital. *Spanso, distenso, aperto.* Gal. *Estendu, ouuert, descouuert.* Hispa. *Descubierto, estendido.*} Idem est quod patens, extensus. Plaut. In portum vento secundo, velo passo peruenit. id est ocyssimo cursu. ¶ Passa vela dicimus expassa, distenta, explicata, vento tumentia ac plena. ¶ Capillus passus, idem quod diductus, porrectus, dispersus. Terent. Phorm. Capillus passus, nudus pes. Quod & expassum aliquando dicimus, & Dispassum & mutatione a, in e, dispessum. Plaut. in Mil. Dispessis manibus. Veteres enim passum dixisse, nõ pansum, & Expassum, non Expansum, Gellius Seruiúsque testantur.

Dicit enim Seruius, Ideo autem pando non facit pansum, quia pleríque n, quod in prima verbi positione inuenitur, in præteriti participio non est, vt Tundo, tusus. Et licet euphoniæ causa varientur, vel in generibus vel in numeris: Nactus tamen & passus n nunquam penitus patiuntur. ¶ Passis manibus: hoc est, diductis atque distensis. Tertullianus tamen oppansum velum dixit pro oppasso & extento. Expansos, inquit, vngulæ fodiant. cruces suspendant.

Pando, as, Incuruo, {κυρτόω. Ital. *Inarcare, incuruare.* Gal. *Courber & affaisser.* Hisp. *Empandar ò encoruar.*} Vnde Pandari trabs dicitur, quasi incuruari, cedereque ponderi: cuius contrarium palmæ faciunt, quippe quæ nõ contra inferiora, sed in diuersum remitendo fornicantur. Plin. libro 16, cap. 42, At populus contra omnia inferiora pandantur. Et paulo pòst, Facilè pandatur iuglans. Hinc à Vitruuio Arbores pandatæ dictæ sunt, quæ in ædificiis curuantur. Nonnunquam etiam legitur Pando absolutè pro incuruari, vel curuum fieri. Quintil. lib. 11. cap. vlti. Pectus ac venter ne proiiciantur obseruandum: pandant enim posteriora: & est odiosa omnis supinitas.

Pandatio, pandationis, {κύρτωσις. Ital. *Incuruamento.* Gal. *Combement.* Hispa. *Encoruamiento.*} Vitru. lib. 7. cap. 1, Contignationes pandationibus sidentes mouendo se faciunt vitia pauimentis.

Pandus, a, um, Idem quod apertus, latus, vel incuruus. {πανδικόφρων. Ital. *Aperto, largo, incorno.* Gal. *Courbe, courbé contre bas.* Hisp. *Pando, abierto, ò corno.*} Virgil. lib. 2. Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Martia. lib. 14, Hic tibi donatur pãda rubet vrceus anta. Pandus asellus, Ouidius 1. Fast. Carinæ pandæ, Virgil. 2. Georg. Delphines pandi, Ouid. 3. Tristit.

Pandochium, chij, penult. prod. {πανδοχεῖον. Ital. *Hospitio, alloggiamento.* Gal. *Hospital, hostelerie.* Hispa. *La posada, hospederia.*} Hospitium, diuersorium, stabulum, caupona: vnde & caupo ipse Pandocheus, πανδοχεύς, appellatur, per tres syllabas.

PANDORA, pandoræ, πανδώρα, Ab Hesiodo fingitur fuisse prima mulier à Vulcano Iouis iussu fabricata, quã singuli dij donis suis ornauerunt. Pallas enim sapientiæ donum ei contulit, Venus formæ, Apollo musices, Mercurius eloquentiæ. Inde dicta fuit Pandora, quasi omnium donum, vel quasi ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Autor Hesiodus in Theogon.

PANDORAE, πανδῶραι, Populi sunt in conuallibus Indiæ, (sicut lib. 7. cap. 2, scribit Plinius) qui ducentis annis viuunt. In iuuenta capillos candidos habent, in senectute nigros.

PANDOSIA, æ, πανδοσία, Ciuitas in Epiro siue Thesprotia, non procul ab Acheronte amne. ¶ Item altera in Lucania Italiæ regione, quæ & ipsa Acheronte quodam fluuio irrigatur: circa quam Alexander Epirota trucidatus est. Nam quũ Dodonæo oraculo monitus esset vt Pandosiam vrbem, & Acherusiam aquam caueret, ad declinanda fatorum pericula, peregrinam militiam sibi suscipiendam ratus, in Italiam traiecit, ignarus & ibi Pandosiam vrbem esse, & Acherontem fluuium: vbi vix naue egressus, veruto à milite est transfixus.

PANDROSOS, penult. corr. πανδρόσου, Filia fuit Cecropis Athenienſium regis, soror Aglauri & Herses: de quibus. Ouid. lib. 2. Metamor. Pars secreta domus ebore & testudine cultos Tres habuit thalamos, quorũ tu Pandrosè dextrum, Aglauros læuum, medium possederat Herse.

Panegyris, πανήγυρις, Nundinæ vel conuentus publicus: quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitas scribit Herodotus lib. 6. Componitur ex Græca dictione πᾶς, & ἀγείρω, quod significat cõuenio, quasi dicas Vniuersalem conuentum.

Panegyrici, Sunt sermones laudatiui, qui in conuentu populi, & sacris celebritatibus habentur: quales sunt quibus Diui Imperatores laudantur. Et Panegyricon tertium dicendi genus, quod Latini Demonstratiuum genus dicunt.

Paneros, πάνειρος, Gemma est, alio nomine Pansebastos appellata, quæ fœcunditatem creditur afferre. Autor Plinius lib. 37. cap. 10.

PANEVS, πανεύς, per simplex n, Fons est sub Libano monte, in quem siqua narantia proiiciantur, in lacu cui Phiala nomen est, cuncta reperiuntur. ¶ Est etiam hoc nomine Colchorum fluuius.

PANGAEVS, πάγγαιον, Promontorium est Thraciæ, Bessis conterminum, & Macedoniæ coniunctum, ad cuius radices Nestus amnis defluit. Et in singulari est generis masculini, in plurali generis neutri. Statius, -illi Pangæa resultant, Ismarãque.

Pangæus, a, um, vt Arua Pangæa.

Pango, pangis, pepigi, panxique, pactũ, significat Figo, planto, siue iungo. {πήγνυμι. Ital. *Ficcare, congiugnere.* Gal. *Ficher.* Hisp. *Hincar, ayuntar, componer.*} Plin. lib. 21. ca. 3, Sũmáque autoritas pactilis coronæ. Linum pro Figo posuit, lib. 7, Lex vetusta est, priscis literis, verbisq; scripta, vt qui Prætor maximus sit, Idibus Septembris clauũ pangat. Fixus fuit lateri ædis Iouis optimi Maximi. Pro Planto, φυτεύω. Colu. lib. 3, At quæ vetere sarmento panguntur, tardius conualescunt. sed tardius deficiunt. Idẽ lib. 11. cap. 2, Malleolisq; recẽtissimis curiosissimè pangẽda. Cicero Tironi lib. vlti. Epist. posuit pro Scribo, vel cõpono. An (inquit) pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Gell. lib. 13. cap. 19, Si aut versum (inquit) pangis, aut oratione solutam struis, atq; ea verba tibi dicenda sunt, nõ eas finitiones prærancidas, neq; fœcutinas Grãmaticas spectaueris: sed aurẽ tuam interroga quo quid loco conueniat dicere. ¶ Pangere osculum, est osculari. Plaut. in Curc. Qui vult cubare, pangit saltem sanium. ¶ Pangere inducias, est facere inducias. Liu. 7. bel. Pun. Ne antea quidem se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse dixit. ¶ Composita eius quædam seruant a, vt Circumpango, à quo circumpactus, Depango, Oppango, Repango, à quo Repages & Repagula. Quædam mutant a in i: vt Appingo, Compingo, Impingo, vnde Impages: de quibus suis locis.

Pactilis, & hoc Pactile, Quod ex pluribus partibus compactum est, & coniunctum. {σύμπηκτος, συμπαγίσμῶδης. Ital. *Di molte pezze congionte.* Gal. *Assamblé & composé de plusieurs pieces.* Hispa. *Cosa ayuntada de muchas partes y pedaços.*} vt Corona pactilis. Plin. lib. 21. cap. 3, Summáque autoritas pactili coronæ.

PANHORMVS, Vide PANORMVS.

Panica, πανικά, Vocantur repentini quidam terrores, & consternationes, qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes, quales sunt lymphatici metus, vsqueadeo irreuocabiles, vt iis correpti, non ratione modò, sed mente etiam careant. Quicquid eum stupore cõtingit, qualis est pauor sine causa obortus, terriculamẽtumque inane, dicitur panicum. Cice. lib. 5. ad Attic. Scis enim quædam πανικὰ dici. Pro eodem panicus terror dicitur, vel substãtiuè panicos. Higinus de Pane Deo loquens in Capricorni signum translato, Hic enim dicitur, quum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus terrorem qui panicos dicitur. Fit autem à Pane Deo, quoniam repentinorum terrorum, & cõsternationum causam Deo Pani tribuunt. De panico terrore vide Politianum in Miscella. & Erasmum in Chilia.

Panicula, Vide PANVS.

Panicum, ci, Genus frugis, à paniculis suis dictum. ξ Ἕλυμος. Ital. *Panico.* Gal. *Du panic semblable à millet.* Hispa. *El panizo.* ξ Plin. lib. 18. cap. 7. Panicum à paniculis dictũ, cacumine languido mutante, &c. Cæsar 2. belli Ciuil. Panico vetere, atq; hordeo corrupto omnes alebantur.

PANIONIVM, πανιώνιον, vt scribit Herodotus libro 1, Locus est sacer in Mycale promontorio, ad Septẽtrionem vergens, communiter ab vniuersis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotannis conueniebant Iones, ad peragẽda sacrificia, quæ & ipsa Panionia, πανιώνια, dicebantur.

Panis, huius panis, ξ ἄρτος. Ital. *Il pane.* Gal. *Du pain.* Hisp. *El pan.* ξ A pascẽdo (inquit Nonius) proptietatem habet: siue ab eo quòd πᾶν, Græci do (inquit Nonius) proptietatem habet: siue ab eo quòd πᾶν, Græci Omne dicunt, propterea quòd omnibus pulmentis adhiberi possit, & ferè adhibeatur, quum nullum opsonium faciat insipidius. Cicero pro Cluent. Oppianicum veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane. Idem in Pisonem, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinũ à propola. Terẽt. Eunuc. Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. ¶ Panis varia sunt genera: nã alij sunt ab opsoniis appellati: vt Ostreatij panes: alij à deliciis, vt Artolagani: alij à festinatione, vt Speusticij: alij à coquendi ratione, vt Furnacei, vel Artoptitij, qui in clibanis sunt cocti. Sunt & alia panis genera, quæ vide apud Plinium lib. 18. cap. 11. ¶ Cibarius panis quis dicatur, explicuimus suprà suo loco: de Secundario pane suo quoque loco dicturi.

Panifex, panifecis, Qui panem facit: qui & Panificus dicitur. ξ Ἀρτοποιὸς ἀφ' ἑστίας. Ital. *Pistore, fornaio.* Gal. *Bolengier.* Hispa. *Hornero, panadero.* ξ Vnde πανιφεκὶς. Ital. *Pistore, fornaio.* Gal. *Bolengier.* Hispa. *Hornero, panadero.* ξ Vnde mulieres quæ panem faciunt, Panificæ vocantur.

Panificium, cij, Ipsa panis confectio, & actus faciendi panem. ξ Ἀρτοποιία. Ital. *Arte di far pane.* Gal. *Ouurage en pain, art à faire le pain.* Hisp. *La obra dela panederia.* ξ Cellus lib. 2. cap. 8. Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumento panificia sunt, generis valentissimi esse. Valentissimum voco id quo plurimum alimenti est.

Panarium, tij, Locus vbi panis seruatur, panis repositorium. ξ Ἀρτοθήκη, κάρδοπος, ἄλωνος. Ital. *Done si ripone il pane.* Gal. *Le lieu ou on garde le pain.* Hisp. *Lugar para guardar pan cozido.* ξ Sueto. in Calig. Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio viritim diuisit.

Panariolum, li, diminutiuum. ξ μικρὰ ἀρτοθήκη, τὸ κυρδόπιον. Ital. *Picciolo canestro da portar pane.* Hisp. *Petit panier ou maistre le pain.* Hispa. *Cestia para guardar ò traer pan.* ξ Martia. lib. 5. Cum panariolis tribus redisti.

PANISCI, πανίσκοι. Dij syluestres, per diminutionem dicti, quasi minuti Panes, sicut à Satyro Satyriscus inclinatur. Scribit Plinius lib. 35. Panisci fuisse pictum à Taurisco pictore.

PANNONII, πανόνιοι, Appellantur à Romanis, quos Græci Pæonas, παίονας, vulgus Hungaros vocitat, quorum fama olim formidine totam concussit Italiam, tanquam essent bello insuperabiles. Hi tribus fluuiis, Drano, Sauo, & Istro vallantur.

Pannonicus, ca, cum, πανόνιος. Sueto. in August. Reliqua per legatos administrauit, vt tamen quibusdam Pannonicis atq; Germanicis aut interuenitet, aut non longè abesset. ¶ Horum regio, Pannonia, πανονία, dicta est, quæ ab Oriente habet Mœsiam, quæ & Seruia & Bulgaria dicta est, quæ ab Occidente habet Noricum, à Septentrione Germaniam & Danubium. Diuiditur autem Pannonia in superiorem & inferiorem. Pannonia superior ab Occasu, Norico: à Septentrione, Germania & Istro terminatur: ab Oriente habet Pannoniam inferiorem, à Meridie Illyrim. Hodie hæc Pannoniæ pars Satyria & Austria appellatur, in qua Vienna vrbs celeberrima, firmissimúmque orbis Christiani propugnaculũ. Inferior verò Pannonia à Septentrione! Germaniam, Danubiúmque: ab Occasu Pannoniam superiorem: à Meridie Liburniam, quam hodie Selauoniam appellant, prospicit: ab Ortu verò Iazyges Metanastas: quem tractum hodie Septem castra vocant. Hæc Pannoniæ pars hodie ferè vno nomine Hungaria dicitur.

Pannus, ni. per duplex n. Quo vestimur. ξ ἱμάτιον. Ital. *Panno.* Gal. *Drap ou drapeau.* Hisp. *Paño.* ξ Ouid. in Ibin, Tincti ferrugine panni. Horatius 1. Carm. Ode 36, Te spes, & albo rara fides colit Velata panno. ¶ Pannum neutri generis, protulit Næuius in Tabellaria, Qui habet vxorem

nihil minus emptor pretium præstare habebit. Quo in loco, teste Budæo, panthera accusatiuus est pluralis, à nominatiuo pantheron: accipiturque per metonymiam pro captura ipsa, seu præda, quam auceps panthero ceperit.

PANTHVS & per contractionem Panthus, πάνθος, vt. Nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ. Vocatiuum facit Panthu, abiecto s finali, more Græcorum. Virgil. 2. Aeneid. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? Inde fit Patronymicum Panthoides, penult. corrept. quo vsus est Ouidius lib. 15. pro Pythagora, qui tempore belli Troiani se Euphorbum Panthoi filium fuisse gloriabatur.

PANTICAPES, Πάντικάπης, Fluuius est Scythiæ quintus ab Istro (vt scribit Herodotus lib. 4.) Nomadas à Georgis disterminans.

PANTICAPAEVM, πανδικάπαιον, Vrbs maxima ad Bosphorum Cimmerium, cæteratum metropolis, cõdita ab Aetæ filio, cui Agaetos Scytharum Rex hunc locum donauerat. Nomen autem accepit à Panticape vicino amne. Meminit huius oppidi Plinius lib 4. cap. 12.

Pantices, Fluxus ventris (inquit Festus) à pandendo, quòd vẽtrem pandant. ¶ Sunt qui pantices interpretentur nimiam ventris pinguedinẽ, quam Galli appellant *La panse*. Plaut. in Pseud. Eò vos vestros pantices adeò madefacitis, quum ego siem hic siccus.

Pantolabus, πανταλάβος, Notissimi scurræ nomen apud Horatium in Satyris.

PANTOMATRIVM, πανταμάτριον Stephano, Oppidum est Cretæ insulæ maritimum, autore Plinio lib. 4. cap. 12.

Pantomimus, penult. prod. πανταμίμος. Personarum omnium imitator, qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes ostẽdebat, ὁ πάντα μιμούμενος. Plin. libro 7. cap. 53. Mythicum pantomimum, hoc est fabularem, quendam vocant. Pantomimorum duo sunt genera, Scenici, & Mythici. ¶ Ponitur quandoque pro ipso poëmate. Plin. in Paneg. Idem ergo populus ille scenici imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque aduersatur, & damnat effœminatas artes.

Panurgia, ἡ πανουργία. Ital. *Astutia*. Gal. *Astuce, finesse*. Hispa. *Astucia*. ἡ Astucia fraus. Plautus, Istæc panurgia teste in pistrinum dabit.

Panurgus, πανοῦργος. Omnium rerum experientium habens, ὁ πάντα πάντων ἔμπειρος. Ponitur Atticis scriptoribus pro callido, astuto, vafro, versipelli, versuto, veteratore.

Panus, pani, & aliquando apud Celsum Panis, nis, Tramæ inuolucrum, teste Nonio, quo panni texuntur: à quo panula, & panicula, ait Festus, per diminutionem. Lucil. lib. 9. Foris subtegminis panus. ¶ Ab huius similitudine etiam innatus tumor sub faucibus auribúsve, & inguinibus, panus appellatur. φῦμα. Plin. lib. 20. cap. 1, Et laterum parotidas & panos sanat. Panos Galenus in plures species diuisit. Panus (inquit Hermolaus) siue vt quandoque scriptum est in Celso, panis, à figuræ similitudine dictus est, tumore non alto, sed lato, in quo quiddam pustulæ simile est. fitque in vertice, alis, inguine, cum dolore ac distentione vehementi. Huius diminutiuum est Panellus, φυμάτιον.

Panicula, diminutiuum à panus, πάνδλη, significat comam illam in milio, panico, arundine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in qua semen dependet, quam Plinius lib. 16. cap. 10, vocat panos & paniculas, & aliquando nucamenta callo squamatim compactili, quæ κωνάρια Græci appellant. Quicquid igitur sublonga, vel subrotunda forma tumet, panicula ferè dici potest. Plin. lib. 21. cap. 4, Græcula rosa conuolutos habet foliorum paniculas.

Papæ, παπαῖ, παπαὶ Admirantis interiectio. Donatus, Papæ interiectio est mira subitò accipientis: habet enim in se affectum verbi miror: vt Papæ, quid video? Terent. in Eunu. Papæ, hæc superat ipsam Thaidem.

PAPAEVS, Nomen, Herod. teste li. 4. quo apud Scythas Iupiter vocatur.

Papauer, eris, Genus herbæ somniferæ. ἡ μήκων. Ital. *Papauero*. Gal. *Du pauot*. Hispa. *La dormidera*. Vnde à Virgilio 4. Aeneidos, Soporiferum papauer appellatur. Diuersæ papaueris sunt species: præcipuum tamen est album satiuum, quod semen habet: quod tostum, in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanæ contrahunt. Plin. lib. 18. cap. 25. Dioscorides lib. 4. cap. 67.

Papauerata toga, A colore candido dicta est, μηκωνίδης τήβων. Eadem spissa toga dicebatur. Plin. lib. 8. cap. 48, Crebræ papauerataæ antiquiorem habent originem.

PAPHLAGES, Rex Ambraciæ. Is quum obuiam factus esset Iexnæ catulis suis stipatæ ab eadem occisus est.

PAPHLAGONIA, παφλαγονία, Regio minoris Asiæ, ad Septentrionale litus versa, supra Galatiam, cuius eam Ptolemæus partem facit: ita dicta teste Stephano, à Paphlagone Phinei filio. Eius incolæ dicti sunt Paphlagones: ex quibus fuerunt & Heneti, qui per seditionem patria pulsi, & tege Pylemene ad Troiam amisso, Antenorem in Italiam sequuti sunt, & pro Henetis literæ vnius immutatione Veneti sunt appellati, teste Liuio libro 1. ab Vrbe condita. Paphlagonia (vt Solinus scribit) à Cytoro monte consurgit, porrecta in spatium trium & sexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ subacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

PAPHVS, πάφος, Filius Pygmalionis filij Cilicis ex Eburnea matre. Quum enim olim Pygmalion in Cyprum insulam peruenisset, compertisséque mulieres omnino libidini obsequentes, cœlibem vitam duxerit statuit. Porrò quum ingenio valeret, essétque sculptor insignis, dicitur sibi ex candidissimo ebore muliebre sculpsisse simulachrũ, omnis vitiositatis formæque numeris (quoad fieri potuit) absolutum. In quo quum homo ingeniosus artem suam miraretur, in eius amorẽ incidit, orauitque Venerem, quæ summa cum veneratione id temporis in Cypro celebrabatur, vt vxorem sibi concederet statuæ suæ eburneæ similimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediens statuam suam animatam inuenit, seruatisque iisdem lineamentis, eodémque candore, in formosissimam virginem transformatam. Cuius postea concubitu vsus, ex ea Paphum filium suscepit, qui & patri in regno successit, condiditque vrbem in Cypro, quã de suo nomine Paphum appellauit, constructa etiam in eo templo & ara in honorem Veneris, cui din solo thure sacrificatũ est. Virgil. lib. 10. Est Amathûs, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, &c. ¶ Inde Paphius, a, um, vnde & Paphia Venus dicta est, quòd apud Paphum coleretur.

PAPIA, Ciuitas Insubrum, Ticinum, πάπια, Ptolemæo appellata, olim Ostrogotorum & Longobardorum regum sedes. Vulgo *Pauia*.

Papilio, papilionis, ἡ ψυχή Ital. *Farfalla*. Gal. *Vn papillon*. Hispa. *Mariposa*. Inter vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecillius est. Colum. lib. 9. cap. 14. de apibus, Vermiculi quoque, qui tineæ vocantur, item papiliones enecandi sunt. Nam (vt idem testatur) ex papilionum stercore nascuntur tineæ. ¶ Item Papilio, πάπιλιον, dicitur tentorium σκηνή Ital. *Padiglione*. Gal. *Vn pauillon, vne tente*. Hisp. *Pauellon*. Plin. lib. 5. cap. 3, Numidæ verò Nomades à permutandis papilionibus, mapalia sua, hoc est domus, plaustris circumferentes. Castigatoria exemplaria habent, A permutandis pabulis.

Papilla, papillæ, Parua papula, id est tuberculum. ἡ θηλή, μαζός. Ital. *Mammella*. Gal. *Le tetin, le petit bout dela mamelle*. Hispani. *El pezon dela teta ò teta pequeña*. Serenus, Excruciant turpes anum si forte papillæ. Sed hoc ratius: sæpius enim significat mammæ capitulum, vnde lac sugitur, quãuis etiam pro ipsa mamma ponatur. Virgil. lib. 11, Hasta sub exertam donec perlata papillã Hæsit. Dicitor tam de viris quàm de mulieribus, & aliis animalibus. Dictæ papillæ, quasi paruæ papulæ, quòd papularum sint similes. ¶ Papillæ etiam in fontibus clauiculæ illæ dicuntur, quæ aquas fundunt: quibus exertis aqua effluit, fistulis verò immissis, aquæ cursus prohibetur. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 14, Qui fit, si adduxeris fistulam, & in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, &c.

Papillatus, Papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus. θηλώδης. Ital. *Fatto a foggia di mamella*. Gal. *Fait en façon de mamelle*. Hispa. *Hecho en manera de pezon dela teta*. ¶ Expapillatus, adúsque papillam nudatus. ἐκμαστιγωθείς. Plaut. Milite. Idem & cum nexu in humero læuo expapillato brachio. Vide suo loco.

PAPINIANVS, παπινιανός, Iurisconsultus, Seuero principi gratissimus, Scæuolæ discipulus, cui in aduocatione fisci successit. Is est cui filios suos Seuerus moriens commendauit: deinde ab Antonino Caracalla securi percussus. Causa necis traditur, quòd Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mãdauerit vt & in Senatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facilè parricidium excusari posse quàm fieri. Spartianus.

PAPINIVS STATIVS, Neapolitanus inter heroicos poëtas relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt maiores eius otiundos esse Epiro, diúque versatos Sellis non sine admiratione ingenij & probitatis. Patrem Papinium habuit, qui ob insignem eruditionem, egregiásque virtutes Neapoli ciuitate donatus est, in qua Statius Papinius poëta natalem suum habuit. Composuit multa & varia poëmata. Thebaidem libris duodecim, quos consecrauit Cæsari Domitiano. Præterea opus Syluarum. Postremò Achilleida aggressus, morte præuentus, tantùm reliquit inchoatam. Ex Crinito.

PAPITIVM, πάπιτον, Vrbs est Paphlagoniæ: à qua fit gentile Papitius. παπίτιος, Autor Stephanus.

Pappa, πάππα, per duplex pp, Prima infantulorum vox, qua patrem compellant.

Pappare, παππάζω, Est minutis & blandiusculis verbis patrem appellare. Iuue. Saty 3. Et similis regum pueris pappare minutum Poscit, & iratus mammæ lallare recusas. ¶ Aliquando est cibum sumere Plautus in Epid. Nouo liberto opus est quod papper. P. Dabitur, præbebo cibum.

Pappas, πάππος. Accipitur pro patre, siue pro eo qui puerum alit. Iuuen. Satyr. 6, -timidus prægustet pocula pappas. Est autem nomen veneratiõnis à Syracusiis tractum: quo etiam nomine Scytharum nonnulli Iouem appellant, teste Herodoto.

Pappus, pappi, ἡ πάππος. Ital. *Auo*. Gal. *Ayeul*. Hispa. *El abuelo*. Auus. Ausonius ad nepotem suum, -pappos, auiásque tremẽtes Antefetunt pattibus seri noua cura nepotes.

Pappi, Dicuntur cardoorum flores, & lanuginosa quædam substantia in aërem se effundens, vt veluti flocci quidam volare videantur. Lucret. lib. 3, Vestem nec plumas auium, pappósque volantes. Plinius lib. 21. cap. 16, Pappum vocati ait lanuginem helxines herbæ. Et lib. 25. cap. 13, dicit esse herbam, quæ aliàs senecio dicitur, quòd in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus similem habeat.

Pappous, πάππος, Id est auitus.

PAPPVS, πάππος, Philosophus Alexandrinus, scripsit de situ orbis, de fluuiis Africæ, & commentarios in Ptolemæum.

PAPRIMIS, παπρίμις, Aegypti oppidum. Ciuis Paprimites, παπριμίτης Stephanus.

Papula, æ, Pustula, tuberculum quod ieiunæ saliuæ defricatione curatur. ἐξάνθημα. Ital. *Sbruggia*. Gal. *Bourgeon ou bibbe qui vient en la face*. Hisp. *Lobanillo*. Papulis cutis exasperatur, & rubet, lenitérque roditur. Virgil. lib. 3. Georg. Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebatur. Duo autem sunt genera papularum, quæ vide apud Celsum lib. 5. cap. vlti. Huius diminutiuum est Papilla.

PAPYRIVS, A velocitate Cursor dictus, qui Dictator creatus aduersus Samnites, quum se aduersis omnibus progressum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam rediens, edixit Fabiano Rutiliano magistro equitum, quem exercitui præponebat, ne manus cum hoste cõsereret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnasset, ac vicisset, reuersus eũ ferire securi voluit: ille in vrbem confugit: vbi quum nec supplices Tribuni satis eum tueri auderẽt: victus tandem Dictator populi precibus, miserique parẽtis lachrymis, supplicium ei remisit: paucisq; pòst diebus ducto de Samnitibus triumpho, Dictatura se abdicauit. Vide Liuium lib. 9. ¶ Lucius Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus secũdum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportauit: ædémque Fortunæ de manubiis faciendam locauit. ¶ Papyrius Crassus, quum Priuernates intra mœnia fugasset, ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphauit, & pro laurea vsus est myrtea corona. Valerius lib. 4. Papyrius Carbo, cum decẽbus natus, vt scribit Plin. lib. 7. cap. 16. ¶ Papyrius prætextatus, nobilis adolescens, ex eo cognomen adsecutus, quòd in prætexta & adolescentia magnopere visus est sapere. Quum enim à patre duceretur in Curiam, in eaque fortè arcana quædam tractarentur, domum reuersus, interrogatus à matre

matre quidnam in Senatu esset actum, Vt duæ (inquit) vni nubere possint. Qua re inter matronas sparsa, manè gregatim ad Curiam concurrunt, multò æquius esse clamitantes, duobus vnam nubere. Cuius clamoris causa tandem intellecta, Senatus Papyrij ea in ætata taciturnitatem admiratus, sciri in posterum ex æqualibus aditum concessit in Senatum. ¶ Papyrius item alius fuit, qui quum Publium quendam adolescentem nobilem ære alieno sibi deuinctum, & in seruitutem adiudicatum haberet, fœdóque eius amore captus, generosum animum ad turpe obsequium nulla ratione posset inflectere, eáque de causa adulescentulum multis, & plagis, & contumeliis affecere, te in Senatu cognita, in carcerem coniectus est: cautúmque est nequis in corpora liberta ob æs alienum quippiam in posterum iuris haberet. Simile quiddam refert Valerius lib. 6. cap. 1. de T. Veturio, & Cælio Plotio.

Papyrus, πάπυρος, ὁ. Arbuscula est, præcipuè in Aegypti paluſtribus nascens, habens radicem obliquam, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiata, thyrſi modo cacumen includens. ¶ Ex hoc frutice præparabantur chartæ acu diuisæ in prætenues, & latissimas phylluras, quæ eo meliores erãt quo mediæ papyro propinquiores, quæ ab huius fruticis appellatione etiam papyri nomen acceperunt. Diuersa huiusmodi chartarum genera vide apud Plin. lib. 13. cap. 11, vbi primùm chartarum vsum Alexandri Magni temporibus in Aegypto putat fuisse inuentum: quanuis alij etiam Numæ regis temporibus chartarum vsum fuisse contendant. Ab huius quoque fruticis nomine etiam hodie chartas nostras quæ ex contritis linteis fiunt, papyrum appellamus, eo quòd eundem nobis præstent vsum quem olim Aegyptiis præstabat papyrus. ¶ Dicimus etiam Papyrum in neutr. gene. Plin. Ibidem, Papyrum ergo nascitur in paludibus Aegypti. A Papyro cognomen Papyrij, Παπύριος, deductum est, à quo Papyriana tribus.

Papyraceus, papyracea, papyraceum, παπύρεος, quod est materiatum ex papyro. Plin. lib. 28. cap. 11, Optimè ellychnio papyraceo.

Papyrifer, papyrifera, papyriferum, παπυροφόρος, vt Amnis papyrifer Nilus. Ouidius 15. Metamor. Pérque papyriferi septemflua flumina Nili Victrices egisse rates.

Par, paris, ἴσος. Ital. *Pare, simile, vguale.* Gal. *Pair, pareil, semblable.* Hisp. *Cosa vgual ò iusta.* ¶ Cum suis compositis, Compar, Dispar, Impar, Separ, sunt generis omnium, faciúntque ablatiuum in e, vel in i. Et licet par apud poëtas producatur, in obliquis tamè prima corripitur, & tam datiuo quàm genitino iungi potest. Ouid. lib. 3. Metamor. Sunt quoque pars aliis ætas, in ouilibus agnæ. Lucanus, Quem metuis, par huius erit. ¶ Significat autem Par, quando adiectiuum est, idem quod parilis, æqualis, æquus. Cice. 3. de Orat. Iambus par chorei, sed spatio par, non syllabis. Idem de Clar. Orat. Si par in nobis, atque in illo scientia fuisset. Idem in Lælio, In amicitia superior par est inferioti. ¶ Interdum Pares pro duobus accipiuntur: vt Patibus equis vtebantur Romani in prælio, vt sudante altero, transilirent in siccum. ¶ Interdum accipitur pro decẽti, æquo, conuenienti, quod inter omnes æquabile est, εἰκός. Quintil. lib. 5. cap. 11, Si propter matrimonia violata vrbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? ¶ Parem esse, significat sufficere alicui rei, siue resistendo, siue exequendo. ἐπαρκεῖν. Cicero ad Attic. libro 12, Sed adhuc pares non sumus. Quintil. Declam. 15, Aspicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, est quod omissum est, vel quod aliunde acceptum est, alibi vel aliunde compensare, *nisi forte ἀμοιβὰς, μισθὸν τῷ ἴσῳ.* Quintil. Declam. 6, Paria faciemus, tu illic eris vicarius meus, ego hîc tuus. Plin. in Panegyr. Parens tibi imperium dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc es qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti. ¶ Par pari referre, est tale aliquid reddere quale accepimus. Terent. in Eunuc. Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà: denique Par pari referto, quod eam mordeat. A par, Plautus in Curcul. formauit suo more superlatiuum pariſſimus, Eodem (inquit) hercle vos pono & paro, pariſſimi estis viribus. ¶ Par impar, genus ludi. *ἄρτιον, ἢ περιττόν.* Suet. de Auguſt. Scripsit ad filiam, Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quot singulis conuiuis dederam, si vellent inter se post cœnam vel talis, vel par impar ludere. *ἀρτιάζειν.* Horat. 2. Sermo. Satyr. 3, Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Par, paris, substantiuum, Numerus duorum inter se æqualium. *δύας, ζεύγος.* Ital. *Coppia.* Gal. *Vne paire, vn couple.* Hisp. *Vn par de dos cosas.* ¶ Cice. de Amic. Ex omnibus seculis vix tria numerantur, aut quatuor amicorum paria. Idem de Opt. gen. dicen. Gladiatorum par nobiliſſimum. Idem Verr. 1. Scyphorum paria complura.

Parabasis, παράβασις, In Comœdiis dicebatur quum chorus ad populum conuersus, aliquid extra argumentum fabulæ loquebatur. Latinè præuaricationem, siue transgressionem interpretari possumus, *ἀπὸ τοῦ παραβαίνειν*, quod est transgredi siue præuaricari. Vnde & Parabatæ, quos Latinè præuaricatores nominamus.

Parabia, parabiæ, παραβία, Genus potionis ex milio & conyza. Cel. Ant. lect. lib. 4. cap. 26.

Parabilis, vide PARO.

Parabola, parabolæ, παραβολή. Ital. *Comparatione, similitudine.* Gal. *Parabole, comparaison, similitude.* Hispa. *Comparacion, semejança.* ¶ Similitudo, *ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν*, quod significat comparare, quasi rerum dissimilium cõparatio. Vnde Quintilianus, Parabole (quã Cicero Collationem vocat) longius res quæ comparantur repetere solet: vt, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quàm vtique apud Vticam Cato.

Parabolani, vt interpretatur Alciatus, Latinè dici possunt glebæ ascriptitij, quibus scilicet in omni vita ab agricultura recedere non licebat: à Græca præpositione παρά, & βάλλω, quasi iuxta glebam. Per translationem etiam Parabolani dicũtur tenuis conditionis homines, famulitio xenodochiorum, vel ecclesiarum ita deputati, vt integrum ipsis non sit inde recedere. Horum meminit Iustinianus, C. de Episc. & cler. l. Parabolani. Vide plura de hoc apud Cælium lib. 29. cap. 11.

Paracentesis, παρακέντησις. Dicitur durior vulnerum curatio, quum scilicet vulnus iungitur, hamúsque vel acus infigitur: ita dicta à pungendo, quòd hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

Paraclitus, ti, penult. prod. παράκλητος. Ital. *Diffensore, aduocato.* Gal. *Defenseur, aduocat.* Hispa. *Defendedor, abogado.* ¶ à verbo Græco παρακαλέω, quod rogo, & hortor significat: item pro alio precator intercedo, vt aduocatus, & patronus. Apud recentiores verè Græcos etiam pro cõsolatore inuenitur. Hinc Paracletus, id est aduocatus, consolator, patronus, fautor, adhortator, deprecator. Itaque pollicetur Dominus discipulis suis missurum sese paracletum Spiritum qui eos omnia sit edocturus, siue illum adhortatorem, siue deprecatorem, hoc est aduocatum, siue consolatorem velimus intelligere.

Paraclytus, παράκλυτος. Ital. *Infame.* Gal. *Infame.* Hisp. *Cosa infame.* ¶ per y. Infamem, aut malè audientem significat. Nam παρὰ in huiusmodi compositione, præter, vel diminutionem denotat: κλυτὸς verò inclytum, celebrem, glorioſum.

Paracope, paracopes, penult. corr. παρακοπή, Idem quod delirium, vel mentis alienatio: *ἀπὸ τοῦ παρακόπτειν*, quod est delirare.

Paradiastole, les, παραδιαστολή, Figura est quam Latini Discriminationem appellant, quum duæ pluresve res quæ prima facie videntur eædem, separantur, adductis in medium iis quibus à se mutuò distant. Vide Rutilium Lupum, & Rufinianum.

Paradigma, παράδειγμα. Ital. *Essempio.* Gal. *Exemple.* Hispani. *Exemplo.* ¶ Exemplũ facti vel dicti alicuius: quale est illud apud Virgil. 1. Aeneid. Antenor potuit mediis elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis: à pari, à maiori ad minus, à minori ad maius. ¶ Dictum est autem Paradigma, à verbo Græco παραδείκνυμι, quod est ostendo, & manifestum facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & suo loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addunt & perspicuitatis. Vide de hac figura plura apud Rutilium Lupum, & Rufinianum.

Paradisea poma, παραδείσια μῆλα. Dicuntur à satu, quòd ferè in omnibus pomariis inserantur, odore, saporéque insignia.

Paradisus, si, παράδεισος. Pomarium, id est hortus consitus, generis tam masculini quàm fœminini. Est & locus ferarum septus, siue vinarium, aut viridarium. Vox deflexa est, vt quidam volunt, à Chaldæo Pardes, quod hortum domesticum significat, siue pomarium. ¶ Est & nomen oppidi, in Syria Cœle ad Libani orientale latus situm, vt est videre apud Plin. lib. 5. cap. 23. ¶ Est item Paradisus Ciciliæ fluuius, apud eundem lib. 5. cap. 27. ¶ In sacris literis Paradisus peculiariter accipitur pro amœnissimo horto in Oriente, à primis nostri generis autoribus habitato: de cuius situ variæ sunt opiniones, quas recensent Eugubinus, peculiari de hac re edito tractatu. Diuus Augustinus ad Orosium de Paradiso sic sentit, Paradisus (inquit) in Oriente situs est, interiecto Oceano, & à nostro orbe longè remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens vsque ad Lunarem circulum. Vnde illuc aqua diluuij minimè peruenisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu interclusus est, nec vlli animantium datur in eum aditus.

Paradoxa, orum, παράδοξα. Ital. *Cosa mirabile, non in vso contra l'opinione di tutti.* Gal. *Chose merueilleuse, qu'on n'a point coustume d'oyr, & contre la commune opinion.* Hispa. *Cosa admirable, fuera la opinion comun.* ¶ A Græcis vocantur admirabilia, siue inaudita, & quæ sunt præter opinionem omnium. Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ciceronis libellus. ¶ Paradoxon item schema est Rutilio, quod primum sensum suspendit, ac deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris. Vnde etiam à Latinorum quibusdam inopinatum vocatur. Vide Rufinium in tractatu de Figuris.

Paradromis, idis, παραδρομίς, Ambulatio sub dio, siue xystus. Vitruuius libro 6. cap. 6, Xystos Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exerceantur: nostri autem hypethras ambulationes xystos appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt.

Paræneſis, παραίνεσις. Ital. *Ammonitione.* Gal. *Admonition.* Hispa. *Amonestamiento.* ¶ penultima corr. Præceptio, admonitio, siue adhortatio, & propriè ea quæ contradictioné non recipit, teste Ammonio, propterea quòd fiat iis de rebus quæ in controuersiam non cadunt, sed apud omnes in confesso sunt.

Paræneticus, a, um, παραινετικός, Idẽ quod præceptiuus, siue admonitiuus, à verbo Græco παραινέω, quod significat præcipio, & admoneo. Vnde Oratio paræneticа dicitur quæ ad virtutem capessendam auditoris, lectoríve animum extimulat.

PARAETONIVM, παραιτόνιον, Libyæ Marmaticæ oppidum est, stadiis ferè noningẽtis distans à Catabathmo. Alio nomine Ammonide dicitur. Habet portum ingentem, x. ferè stadiorum. Autor Strabo lib. 17.

Parætonius, a, um, adiectiuum. Lucanus libro 3, Pérque Parætoniæ celebratum est coloris quoddam natiui genus, quod circa hanc vrbem in littore solet inueniri, ex spuma maris, vt creditur, cum limo solidata: vnde & minutæ conchulæ plerunque in eo inueniuntur. Autor Plinius libro 35. cap. 6.

Paragaudes, vel Paraganda, teste Alciato, Genus vestimenti virilis, vt plurimùm linei, quod sub alia veste gerebatur, vinctum nunc vnico nexu, nunc pluribus loris. Vopiscus in Aureliano, Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum antea non nisi rectas purpureas accepissent: & quidam aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & vsque ad pentelores, quales hodie lineæ sunt.

Paragoge, παραγωγή. Figura qua litera vel syllaba fini iungitur: vt Dicier, pro dici. Latinè à nonnullis appellatur Addoctio.

Paragraphe, παραγραφή, Latinè præscriptio, exceptio, effugium litis, compositio. Est & tropus apud poëtas, quum præcedenti completo, ad alia fit transitus: vt apud Virgil. 2. Georg. Hactenus aruorum cultus, & sydera cæli, Nunc te Bacche canam. ¶ Annotationes item, siue scholia succincta, ad marginem adscripta, paragraphæ appellantur: *ἀπὸ τῆς παραγράφου*, quod inter cætera significat ad marginem annotare. Hinc etiam Iurisconsultorum interpunctiones quibus legum capita in plura segmenta diuidunt, paragraphæ, siue etiam paragraphi dicuntur.

Paragraphus, παράγραφος, Dicitur linea in longum protensa: vox est prouinciæ Iurisconsultis. Pro eodem etiam dicitur paragraphe.

Paralleli, παράλληλοι, penult. prod. Dicuntur segmenta sphæræ ab Ortu in Occasum

Orcasum ducta, alterum ex Polis habentia pro centro, omnique ex parte à se inuicem æqualiter distantia. Plin lib.6 cap.33. Plura sunt autem hæc tegmenta mundi, quæ nostri Circulos appellauere, Græci parallelos. Ratio nominis hæc est, quòd παράλληλος apud Græcos, inuicem comparatus, vel æqualiter distans. Vnde paralleli, circuli dicuntur æqualiter distantes: & lineæ parallelæ, quæ æqualibus spatiis ab inuicem dirimuntur.

Paralipomenon, παραλειπόμενον, Derelictum, prætermissio, à verbo παραλείπω, quod est prætermitto. Hinc Qu. Calaber poëta Græcus, opus suum quo ea exequitur quæ ab Homero sunt prætermissa, Ὁμήρου παραλειπόμενα inscripsit. In Sacris quoq; libris eadem ratione Libri παραλειπόμενων dicuntur, quibus ea supplentur quæ in libris Regum aut prætermissa erant, aut leuiter degustata.

Paralius, παράλιος, Tertia species est tithymali, ita dicta quòd loca maritima amet. Eadem & tithymalis dicitur. Plin lib.26.cap.8. Tertium genus tithymali paralius vocatur, huic tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo.

Paralogismus, παραλογισμός. Deceptio per falsas ratiocinationes, concluso fallax, & captiosa argumentatio. A verbo Græco παραλογίζω, quod inter cætera significat, captioso genere argumentationis vtor.

Paralos, παράλος. Apud Athenienses nauis genus erat, qua Theori ad rem diuinam faciendam Delphos mittebantur, cùmque in vsum solùm publice destinata. Illi quoque qui hac in naui vehebantur, Parali dicebantur. Paralorum quoque nomine Plutarchus intelligit vnam è tribus factionibus Athenienſium quæ Solonis tempore vigebant. ¶ Fuit etiam Paralus nomen proprium eius cui Hegesias primam longæ nauis inuentionem tribuit, referente Plinio lib.7.cap.56.

Paralysis, ἡ παράλυσις. Ital. *Paralisia*. Gal. *Paralysie*. Hisp. *Perlesia*. } Resolutio neruorũ, quæ alio nomine à Græcis dicitur hemiplexia, hoc est semiapoplexia, quum in alteram tantùm corporis partem malum id incubuit. Nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Gignitur ab humore frigido & crasso, neruos plus æquo humectante, & laxante, sensúmque pariter & motum alteri ferè lateri eripiente.

Paralyticus, qui hoc morbi genere laborat. ὁ παραλυτικός. Ital. *Paralitico*. Gal. *Paralytique*. Hisp. *Enfermo de perlesia*. } Plin.lib.20.cap.9, Ideo paralyticis & tremulis dare iubet. Tertul.in Apol.de Christo, Quum ille verbo dæmonia excuteret, leprosos mundaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ. Restringere paralyticos, proprie dixit pro sanare, quum paralysis nihil aliud sit, quàm neruorum dissolutio, quæ aliter sanari non potest nisi nerui illi dissoluti, & iusto laxiores restringantur.

Parantites, παραντίτης, Gemma est ex amethystorum genere, quæ in Arabiæ confermino inuenitur, alio nomine sapinos dicta. Autor Plin. libro 37 cap.9.

Paranymphus, phi. παράνυμφος, ab Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspicium capere solebant. Qui præerat huic rei pro parte viri, à Græcis παράνυμφος, à nostris auspex dicebatur. Et vt auspex pro parte viri, sic & pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaq; quum apud Christianos auspicia minimè captentur, adhibetur sacerdotes qui & pronubi à nobis dicuntur. Aug lib.14.de Ciuit. Nónne omnes famulos atq; ipsos etiam paranymphos, & quoscunq; ingredi quælibet necessitudo permiserat, ante mittit foras quàm vel blanditi coniunx coniugi incipiat?

Parapherna, παράφερνα, Dicuntur ea quæ præter dotem sponsi dantur. à παρὰ præter. & φέρνη dos. Hæc & paraphernalia dicuntur. Vlpianus de Iure Dot.l. Si ego. Cæterùm si res dentur in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæq; Galli Peculium vocant, videamus, an statim fiant mariti.

Paraphrasis, sis, παράφρασις, pen.corr. Est eiusdem sententiæ per alium sermonem explicatio, & liberior interpretatio, quum quædam mutantes, aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus quod ab aliis dictum est: cuiusmodi est Themistij in Aristotelem. Ea finitur à Græcis hoc modo, vt sit quæ narrationi proportione respondeat. De hac Quintil.lib.10.cap.5, Neq; ego paraphrasin esse interpretationem tantùm volo, sed circa eosdem sensus certamen atque æmulationem.

Paraphrastes, παραφραστής, Dicitur interpres latius explicans, qui nõ verbum e verbo, sed sensum è sensu transfert.

PARAPOTAMIA, παραποτάμια, regio Asiæ, Tigri fluuio proxima: vnde & nomen accepit. Vide Plinium lib.6.cap.28.

Pararius, Qui stipulationibus, contractibus nominibúsque faciẽdis interuenit: quem & Græco vocabulo vocamus Proxeneram. } προξενητής. Ital. *Chi interuenne ad improstar denari, corratiere*. Gal. *Courratier, qui fait prester argent*. Hisp. *El corredor dela mercaderia*. } Seneca lib.3. de Benefic Quidã volunt nomina secum fieri, nec interponi paratios, nec signatores adnocari, nec chirographũ dare. ¶ Pararium æs appellabatur quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Festus.

Pararthresis, penult.prod. παράρθρησις, Idẽ quod luxatio, quæ fit quum os aliquod sede sua nonnihil fuerit dimotum.

Parasangæ, παρασάγγης. Apud Persas, autore Festo, viarum mẽsuræ sunt, quas Budæus Herodoti testimonio probat fuisse triginta stadiorum. Verba Herodoti sunt hæc ex lib.2, ὅσοι μὲν οὖν εἰσὶ ἀνθρώπων ἀγχοῦ μεμετρήκασι τὴν χώρην ὅσοι δὲ ἐπὶ πλέον γεωπεινέουσι, σταδίους ὅσοι δὲ πολλὸν ἔτι πλείους, παρασάγγας. δύναται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια· ὁ δὲ γεωπεινέων θ', μέγιστον τὸν ἀκούομεν, ἑξήκοντα στάδια. hoc est, Quotquot enim inopes soli sunt, ij terram suam orgyis metiuntur: qui verò minus inopes soli sunt, stadiis: qui autem latifundia habent, parasangis metiuntur. Cõstat autem parasanga triginta stadiis: schœnus autem (quod ipsum verbum est Aegyptiacum) sexaginta.

Parasceue, es, ἡ παρασκευή. Ital. *Apparato, preparatione*. Gal. *Apparel, apprest*. Hisp. *Aparejo*. } Dici potest præparatio. Nã à παρασκευάζω, quod est præparo, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noster IESVS CHRISTVS pro humani generis salute cruci affixus fuit, Parasceue, παρασκευή, dicitur, quoniam eo die Iudæi sibi necessaria præparabant, vt Paschæ dies absque operatione aliqua transigeretur.

Parasiopesis, παρασιώπησις, Schema est apud Rhetores, quod à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid reticere nos dicimus, & tamẽ tacitum intelligitur. Hoc schemate vtimur vel quum rem notam esse

putamus auditoribus, vel quum suspicionem maiorem excitare reticendo volumus.

Parasitus, ti, pen prod. ὁ παράσιτος. Ital. *Parasito*. Gal. *Qui sont les lopins*. Hisp. *Truhan por cosa de comer*. } Qui aliorum mẽsas & cibaria sequitur: quique eius in cuius contubernio est, omnia facta, simul ac dicta laudat, nihil repugnat, omnia suffert, nihil ventris causa facere recusat, in quo summum bonum constituit. Vnde & nomen accepit, quòd παρὰ τὸν σῖτον, hoc est à cibo totus pendeat. Parasiti imaginem pulchrè depingit Terentius in Eunuch his verbis, Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt, Nec sunt: hos conlector, hisce ego non paro me vt rideant Sed his vltrò arrideo, & eorum ingenia admiror simul. Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque: Negat quis, nego: ait, aio. Postremo imperaui egomet mihi, Omnia assentatiuis quæstus nunc est multò vbertimus. Cice. de Amic. Nec parasitorum in Comœdiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi. Idem Lentulo lib.1, Dixi me facere quidam, quod in Eunucho parasitus laudeat militi. ¶ Parasiti olim appellatio honesta fuit, vtpote qui sacro ministerio addictus esset: nam parasiti vocabantur olim comites, sodalésque pontificum & magistratuum, vt docet Athenæus lib.6. Solon sic eos appellauit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur, autore Plutarcho. Pro eo verò postea dictus est qui ad mensas diuitum oblectationis causa admittebatur. Producit autem hoc nomen penultimam syllabam, quam Calepinus male putauit corripi. Horat.lib.2.Epist.1 Quantus sit Dorsennus edacibus in parasitis.

Parasita, parasitæ fœm.gen. ἡ παράσιτος. Ital. *Parasita*. Gal. *Femme qui sert les lopins*. Hisp. *Truhana por causa del comer*. } Horat.1.Serm.Sat.2, Cuttodes, lectica, cinisiones, parasitæ.

Parasitor, parasitari. Parasitum agere } παρασιτεύομαι, παρασιτίον. Ital. *Andare à torno per hauer le spese*. Gal. *Accorder tous pour auoir la repue franche, suiure les lopins*. Hisp. *Truhanear por causa del comer*. } Plautus. Qui parasitando parcrint ventres suos.

Parasitaster, stri: ὁ παρασιτιστής. Ital. *Che imita gli parasiti*. Gal. *Qui veut imiter les flateurs, qui cerchent leurs repues franches*. Hispa. *Hombre vn poco atrubanado*. } Qui parasitorum imitator est. Nam quæ in alter finiuntur (teste. Valla lib.1.) imitationem potius quàm diminutionẽ significant. Cice. pro Vareno, Euricius hic noster Antoniaster. Duo tamẽ potissimùm diminutionem denotant, Sutdaster, & Recalcitraster. Terent.in Adelph. Est alius quidam parasitaster paruolus: nostin'? o Iam scibo.

Parastades, παραστάδες. Lapides qui vtrunq; latus ostij muniunt. Vitruuius quoq; parastadas in mẽtione templorũ antes vocat. Hermolaus.

Parastatæ, παραστάται, Inquit Hermolaus, apud Vitruuiũ & Plinium lapides sunt pilarum fere modo appositi columnis: à quorum similitudine alterum cruris os (alterum enim κνήμη, hoc est tibia appellatur) parastates nominatur in iumentis à Vegetio, quod & Paracnemion παρακνήμιον appellatur Iulio Pollnci. Apud eundem & meatus illi per quos genitura ex epididymide in colem fertur, parastatæ appellantur. Semen enim per vasa spermatica in testes delatum excipitur à molli quodam inuolucro: quod quia testibus incumbit, Græci ἐπιδιδυμίδα appellant. Huic duo varicosi, longique adhærent meatus, vtrimque vnus, qui cruici veficæ inseruntur, idque comitati vsque ad penis initium, in vnum eundémque canalem confluunt, ab vrinæ ductu diuersum, cui tamen tum demum quum ad medium fere colis peruenerint, inseruntur. ¶ Sunt & in prælio (vt idem inquit) dicti parastatæ, nomen officij, quoniam adiuncti sunt prostatis, hoc est iis qui præsunt coimbus: heut epistatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. ¶ Sed & tabulæ quædam cum certis instrumẽtis, à Vitruuio parastatæ vocantur. Hæc Hermolaus, qui sic legit apud Plinium lib.35.cap.3. Sed & illius aureæ cameræ & argẽteæ trabes nattãtur, & columnæ, & parastatæ. Idem apud Vitruuium lib.5 In columna, aut parastata ota describuntur. Budæus tamen in illis Vitruuij & Plinij locis dicit malè fuisse emendatum, legendúmque apud Plinium, Columnæ parastaticæ: & apud Vitruuium, Columna parastatica, vtrinque sine coniunctione.

Paratilmos, παρατιλμός. & παρατίλλω, quod euelli significat, dicitur euulsio pilorum è natibus & pudendis, quæ erat pœna tenuiorum deprehensorũ in adulterio. Nam ditiores pecunia se redimebant, inopi expillabatur fedes.

Paratragœdio, παρατραγῳδέω, Id est exaggero, ac verborum magnitudine aliquid augeo. Plaut.in Pseud. Illic homo est, vide vt paratragœdiat carnifex.

Paratrimma, παρατρίμμα. Latinè intertrigo, quũ femina mutuo attritu excoriantur. Vide INTERTRIGO.

Parazonium, παραζώνιον, Genus gladij quod ad zonam accingi solebat: de quo extat epigramma Martia.lib.14. Militiæ decus hoc & grati nomen honoris Arma, Tribunitium cingere digna latus.

PARCAE, arum. Dictæ sunt à parco, per contrarium, quòd nemini parcant. μοῖραι, μοῖρα. Ideo tres esse Parcas arbitrantur, quoniã tria sunt tempora in quibus omnia euoluũtur. Varro à partu, vnius literæ mutatione deduci putat: quoniã (vt scribit Hesiodus) nascentibus hominibus bonum malúmque conferre censeantur. Iuuenal.Satyr.9. Hæc exempla para fœlicibus: at mea Clotho, Et Lachesis gandẽt, si pascitur inguine venter. Harum nomina erant Clotho, Lachesis, & Atropos, quas Cicero Erebi & Noctis filias fuisse scribit, & easdem cum Fatis fuisse existimatas. Vnde & illud Cleanthis, Ducũt volentem fata, nolentem trahunt. Fingunt vitæ hominum præesse, & nẽdo eam ducere. Quapropter lanificæ sorores appellat Martia.lib.6, Si mihi laniferæ ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos vox habet ista deos. Apuleius, Tres Parcæ tria fata sunt numero, cum ratione temporis facientia. si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: & quod torquetur in digitis, momẽti præsentis indicat spatia: & quod nondum ex colo tractum est, subactúmq; cutæ digitorum, futuri & consequentis seculi posteriora viderut ostendere. Lachesim dictam esse putãt ab eo quòd λαγχάνω Græcè, sortior designat. Atropon, quia verti, hoc est mutari aut flecti non possit, ab ἀ priuatiua particula, & verbo τρέπω, quod est verto. Clotho, quoniã contorta & cõuoluta omnia teneat: à verbo Græco κλώθω, quod significat neo, vel circumuoluo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parco, parcis, peperci, vel parsi, parsum, Propriè significat abstineo, quasi parum tango. {φειδομαι. Ital. *Sparagnare.* Gal. *Espargner.* Hisp. *Guardar, ser escasso.*} Et ferè cum datiuo construitur, vt Parcere pecuniæ, pro eo quod est, ab expendenda pecunia abstinere. Parcere sumptui, à sumptu abstinere. Lamentis parcete, continere se à fletu Liu. 6. ab Vrbe, Parcete lamentis Sutrinos iussit, Hetruscis se luctum, lachrymásque ferre. Inuenitur etiam aliquando habere accusatiuum cũ datiuo. Virgil. 10. Aene. Argenti, atque auri memoras quæ multa talenta, Natis parce tuis. ¶ Accipitur etiam parcere, pro ignoscere, remittere, condonare, veniam vel impunitatem dare. {φεισομαι, φεῖσομαι, συγγινώσκω. Ital. *Perdonnare, rimettere.* Gal. *Pardonner, remettre.* Hisp. *Perdonar.*} Cicero pro Quintio, Boni viri malunt commemorare, se quum perdere possent, peperciſſe. Virgil. 6. Aeneid. Parcete subiectis, & debellare superbos. Tertul. Adelph. Nihil pepercit: non puduisse verberare hominem senem, Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestaui meis? Cæsar 7. belli Gall. Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. Seruius Ciceroni lib. 4 Epist. Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus qui ei mortem afferret. ¶ Donatus differentiam hanc facit inter præterita parsi & peperci, vt parsi idem sit quod abstinui: peperci, idem quod ignoui. Seruius tamen negat, duo hæc præterita ex significationis diuersitate venire, sed potius ex mutatione vsus: vt quod veteres parsi dixerunt, id alij postea peperci dicere cœperint. ¶ Aliquãdo etiam parcere accipitur pro prohibere, vel arcere. Virgil. 3. Aeglo. Parcite oues nimium procedere. Vbi Seruius, Parcite, prohibete, id est seruate ne procedant. Melius tamen dixeris, parcite ibi accipi pro abstinete, vt Oues sit vocatiuus. Monet etiam Poëta ibi oues exemplo artetis, ne ripæ nimium confidant. ¶ Nonnunquam etiam pro deponere. Virgil. 1. Aene. Parce metu Cytherea. ¶ Quandoque etiam pro desinere. Idem 3. Aene. Parce pias scelerate manus. ¶ Huius verbi composita sunt, Comparco, κυφοφείδομαι, eiusdem cum simplici significationis. Terẽt. in Phorm. Suum defraudans genium comparsit miser. Reparco, iterum parco. Plautus in Truc. Vtinam rei iterum parsissem meæ, vt nunc reparcis.

Parcitur, pennit corr. impersonale. Cicero Attic. libro 2, Sed tamen satisfiet à nobis, neque parcetur labori. Plin. libro 16. cap. 12. Nec corpori ipsi parcitur. Idem lib. 28. cap. 6, Iam & sermoni parci multis de causis salutare est.

Parcus, parci, Qui frugi est, & sumptibus parcit. {φειδωλός. Ital. *Parco.* Gal. *Chiche, espargnant.* Hisp. *Escasso ò guardoso.*} Gell. lib. 3. cap. 19. Parcus neque ab arca, neque ab arcendo, sed ab eo quod paruum & parum, denominatur. Plaut. Most. Quo nemo ad æquè iuuentute ex omni Attica Antehac est habitus parcus, nec magis continens. Idem Aul. Neque illo quisquã est alter hodie ex paupertate parcior. Horat. 2. Carm. Ode 8, Te senes parci, miseræque nuper Virgines nuptæ, &c. Cicero 2. de Orat. Quum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset. ¶ Parcus, cum genitiuo. Horat. 2. Serm. Saty. 2, -cornu ipse bilibri Caulibus instillat, veteris non parcus aceti. Plin. Epist. 226, Statuam poni mihi à te eo quo desydetas loco quanquam eiusmodi honorum parcissimus, tamen patior, &c. ¶ Parcus ablatiuo iunctum, Plaut. Rud. -opera haud fui parcus: nimis homo Nihili est, qui piger est: nimísque id genus odi ego malé. Vigilare decet hominem, qui vult sua tempori conficere officia. Parcus comitatu, apud Plinium in Pan. dicitur qui paucos habet in comitatu. ¶ Huius compositum est Præparcus, valde parcus. σμικρολόγος, γλίχρος. Plin. lib. 11, Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi causas, quum sensere eximi mella, auidè vorantes: cæterò præparcæ, & quæ alioqui prodigas, atque edaces, non secus ac pigras, & ignauas perturbent. Similiter Deparcus, nimium parcus, ac tenax: cui opponitur profusus, ac magnificus. Suet. in Ner. Sordidos putabat esse & deparcos quibus impensarum ratio constaret. Apuleius, At verò contraria accusatis, vnum seruum, vt deparci: tres liberos, vt profusi.

Parcè aduerbium, Frugaliter, moderatè. {φειδομένως, ἐπιλύσεως. Ital. *Scarsamente.* Gal. *Chichement, escharsement.* Hispa. *Escassamente.*} Terent. Andr. Primùm hæc pudicè vitam, parcè ac diligenter agebat. Cicero 1. Offic. Intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quámque honestum, parcè, continenter, seuerè, sobriè. Cicero 2. de Finibus, Nec tamen cur id tam parcè, támque restrictè faciunt, intelligo. Idem pro Muræn. Itaque si satis profecissent, parcius de eius laude dicerem. Colum. lib. 6. cap. 7, Nec potestas aquæ, nisi quàm parcissimè facienda est.

Parcitas, Pro frugalitate. Φειδωλία. *Scarsità, miseria.* Gal. *Cicheté.* Hispani. *Escassez.*

Parsimonia, parsimoniæ, Moderatio sumptuum & parcitas, hoc est conseruatio rerum. {Φειδώ. Ital. *Parsimonia, risparmio.* Gal. *Espargne, cicheté.* Hispa. *Escassez a cuel gasto.*} Ea sic definitur à philosophis, Parsimonia est, qua cauemus nequod dispendium vltra modum fiat, & res familiaris (quoad fieri potest) sine cuiusquam iniuria conseruetur. Cicero in Parad. O dij immortales, non intelligunt homines quàm magnum vectigal sit parsimonia. Idem 2. Offic. Res autem familiaris quæri debet iis rebus à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. Idem pro Quintio, Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere.

Pardalianches, ὁ πάρδαλιαγχὴς. Aconiti genus, sic dictum quòd carnes eo tactæ pantheras necant. Plin. libro 8. cap. 19, Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) Barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor. Quare pardalianches id venenum appellauere quidam.

Pardalios, παρδάλιος, Gemma est maculis quibusdam variegata, à pantherinæ pellis similitudine nomen habens. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pardalis, παρδαλις, Animal est ferum, Syriæ, Africæque peculiare, quod alio nomine pantheta appellatur, pellem habens candidam, breuibus quibusdam maculorum oculis variegatam, præstantissimum spirans odorem, cuius suauitate feras illectas corripit, lacerátque. Romani variat appellarunt, & Africanas, quòd ex Africa in ludorum vsum mitterentur. Mares autem toto hoc in genere pardos nominarunt. Vide Plinium lib. 8. cap. 17.

Pardalium, pardalij, πάρδαλιον. Dicitur vnguentum, quòd pardalis odorem reddat. Habet enim hoc animal pellem in primis odoriferam, cuius suauitate quadrupedes illectas deuorat. Plinius libro 13. cap. 1, cuius suauitate quadrupedes illectas deuorat. Plinius libro 13. cap. 1, Fuerat & pardalium in Tharso, cuius etiam compositio, & miltura obliterata est.

Pardus, πάρδαλις, ι. Animal est ferum, Africæ & Syriæ familiare, pellem habens odoriferam, breuibus quibusdam maculorum oculis variegatam. Fœminam in hoc genere pantheram appellant. Plin. libro 8. cap. 17, Pantheris in candido breues maculorum oculi. Ferunt odore earum mirè solicitari quadrupedes cunctas. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere creberrimo in Asia, Syriáque. Lucanus libro 6, Quàm per summa rapit celerem venabula pardum. Iuuen. Saty. 11, -& magno sublimis pardus hiatu.

Parecbasis, παρέκβασις, vt definit Quintilianus lib. 4. cap. 13, est alicuius rei, sed ad vtilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio. Latinè dici potest Digressio, vel excursus.

Parectatus, παρήκτατος, Qui de pueritia venit ad pubertatem: à verbo Græco παρεκτείνω, quod est extendo. Lucil. lib. 8, Vnde parectato chlamydes, ac barbula primum. Idem lib. 10, Tum ephebum quem vocant parectatum. Nonius.

Parelcon, παρέλκον, Figura à Grammaticis appellatur, quum syllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adiicitur, vt apud Terent. in principio Andriæ, Adesdum, pro Ades. Latinè dici potest Productio, ἀπὸ τοῦ παρέλκειν, quod est producere, vel prolongare.

Parens, huius parentis, priore corr. geoeris communis, à Pario fit, quo nomine quanuis propriè pater & mater significentur, apud Iurisconsultos tamen, teste Festo, etiam auus & proauus, aliique superiores vtriusque sexus, vsq; ad tritauos, & tritauias intelliguntur. {γονεῖς, ἡ γονεῖσα. Ital. & Hispa. *Padre ò madre.* Gal. *Pere ou mere.*} Vltra hos qui non habent speciale nomen, maiores appellantur. Cic. post red. in Senatu, Parentes charissimos habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. Virg. 8. Aene. Quem subiisse humeris confectum ætate parentem, &c. Idem 2. Aeneid. Non prius aspicies, vbi fessum ætate parentem Liqueris Anchisem? Ouid. 4. de Pont. Eleg. 7. -nec tu Immeritò nomen mite parentis habes. Caius de Verb. signifi. l. Appellatione, scribit appellatione Parentum omnes in infinitum maiores vtriusq; sexus significari. ¶ Parẽtum etiam vocabulum ad quoslibet consanguineos extensum inuenimus: sed hoc apud eos duntaxat qui iam labascente linguæ Latinæ puritate, minus tersè loquuti sunt. Lampridius de Alexandro Seuero, Amicos & parentes Alexander, si malos reperit, aut punimit: aut si vetus vel amicitia, vel necessitudo, non fuit punire, dimisit à se, dicens, His charior est mihi Respub. Iulius Capitol. de M. Antonino, Adoptatus in aulicam domũ, omnibus patrẽtibus suis tantam reuerentiã, quantã priuatus exhibuit. Plin. lib. 18. cap. 1, Terram omnium parentem dixit, id est altricem. Et Ouid. 1. Metam. Magna parens terra est. Cice. 1. de Orato. Philosophia bonarum artium omnium procreatrix quædam, & quasi parens. Idem 2. de Finibus, Quando enim Socrates, qui parẽs philosophiæ iure dici potest, quicquam tale fecit? Idem ad Attic. lib. 9, Quum parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam & sanctissimam patriam fame necandam putant. Idem 1. de Legibus, Earum rerum parens est, educatrixque sapientia. ¶ In arbore etiam parẽs dicitur stirps ipsa, vel truncus, vnde rami enascuntur. Plin. lib. 12. cap. 5, Rami nouam sibi propaginem faciunt circa parẽtes in orbem. ¶ Parentium in genitiuo plurali pro parentum posuit Horatius 3. Carm. Ode 24, Dos est magna, parentium Virtus.

Parentela, Pro cõsanguinitate vel affinitate: qua voce vsus est Iulius Capitolinus in Gordian. {συγγένεια. Ital. *Parentato.* Gal. *Parenté.* Hispa. *Parentesco, parentela.*} Duxit (inquit) vxorem filiam Misithæi doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua iudicauit. Apud probatos autores alioqui hoc nomen non inuenitur.

Parenticida, Qui patrem aut matrem occidit. {πατροκτόνος, ἡ μητροκτόνος. Ital. *Chi ha ammazzato padre ò madre.* Gal. *Qui a tué pere ou mere.* Hispa. *El que mato padre ò madre.*} Plautus in Epid. Quia ego tuum patrem faciam parenticidam.

Parento, parentas, Significat parentibus iusta celebro. {τελέζω, ἐναγίζω, τὰ νομιζόμενα ποιῶ. Ital. *Far essequie, mortori, & altri cose dolenti.* Gal. *Faire obsèques, funerailles, seruices, banquets ou sacrifices aux peres & meres & aux trespassez.* Hisp. *Hazer sacrificio por padre ò madre ò otros muertos.*} Licet etiam ad alios transferatur. Plin. lib. 18. cap. 12, Quin & fabacia suæ religionis diis in sacro est, prævalens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere: ob hoc Pythagorica sententia damnata, vel (vt alij tradidere) quoniam mortuorum animæ sunt in eo qua de causa parentãdo vtique assumitur. Cicero 2. de Legibus, Hostia autem maxima parentare, pietati esse adiunctum putabat. Idem 1. Philip. Vt cuius sepulchrum nusquam extet vbi parẽtetur, ei publicè supplicetur. Ouid. 1. Amor. Elegia 13, sic Memnonis vmbras Annua solenni cæde parentet auis.

Parentalis, & hoc parentale, adiectiuum, vt vmbræ parentales. Ouid. 4. Trist. Eleg. 9. Dies parentales, quibus solennes epulæ ad mortuorum sepulchra solent afferri: quæ consuetudo primùm ab Aenea creditur manasse, qui solennibus quotannis donis, patris sui manes placabat. Ouid. 2. Fast. Hunc morem Aeneas, pietatis idoneus autor Attulit in terras iuste Latine tuas. Ille patris genio solẽnia dona ferebat. Hinc populi ritus edidicere nouos. At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deseruere dies.

Parentalia, parentaliorum, Conuiuia quæ in parentum aut propinquorum funeribus fieri consueuerunt. {τελεσμοί, ἐναγισμοί, τὰ νομιζόμενα. Ital. *Conuiti nelle essequie de morti.* Gal. *Sacrifices, obsèques & autres choses qu'on faisoit aux trespassez.* Hisp. *Sacrificios por los muertos.*} Dicta parentalia, teste Hieronymo in Ieremiam, quòd hoc officij genus filij parentibus præstarent. Cicero 1. Philip. An me censetis 2. c. quod vos inuiti secuti estis, decreturum fuisse vt parentalia eum supplicationibus miscerentur?

Parenthesis, παρένθεσις, Clausula orationis contextui interiecta, qua remota sensus manet integer: à verbo Græco παρατίθημι, quod est interpono

pono siue interfero. Parenthesis (inquit Valla) est interlectio orationis in sermone, qua remota sermo manet integer. Ea quum semper venusta est, tum plurimum venustatis habet, quum fit per qui, aut is, aut per vt. Subdit deinde exempla cuiusq; mẽbri: vt, Si modó culpã tuam falsus esses, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignouisset. Item, Id flagitij si præsens vidisset parens, (eius seueritatis est) te membratim discerpsisset. Item, Si hanc illi noxam imponere pergis, (vt imprudentissimus est) in te eam retorquebit.

PARENTIVM, παρεντιον, Istriæ oppidum est, cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 1. Hinc Parentinus, gentile, παρεντινος. Stephanus.

Pareo, pares, parui, paritum: vnde pariturus participium, {φαινομαι. Ital. *Apparire.* Gal. *Apparoistre, apparoir.* Hisp. *Aparescer.*} Significat videor, appareo. Mart. lib. 12, Festinãt trepidi substringere carbasa nautæ, Ad portum quoties paruit Hermogenes. Virg. 6. Aen. Cui peculum fibræ, cæli cui sydera parent, id est à quo fibræ & sydera cernuntur, & peritissimi agnoscuntur: vt interpretatur Seruius. ¶ Hinc fiunt composita, Appareo, idem significans quod simplex Pareo, hoc est videor. Virgil. Aenid. 1, Apparent rari nantes in gurgite vasto. Compareo, vide suo loco. Disparareo, ἀφανιζομαι, à conspectu recedo. Transpareo, διαφαινομαι, per aliquod corpus lucidum videor. ¶ Interdum parêre est obedire, {πειθαρχω. Ital. *Vbidire.* Gal. *Obeir.* Hisp. *Obedescer.*} Virg. 1. Aen. Paret amor dictis charæ genitricis. Iust. lib. 1, Vix patienter vni viro, nedum fœminæ parituris. Terent. Hec. Sed ego stultior, meis dictis parere hãc qui postulem. Cicer. 7. Phil. Non vt pareret, & dicto audiens esset huic ordini: sed vt conditiones ferret, leges imponeret. Idem de Natura deo. Eorum imperiis Rempubl. amplificatam, qui religionibus paruissent. Virgil. 2. Aeneid. -tu nequa parentis Iussa time, neu præceptis parêre recusa. ¶ Promissis parere est præstare promissa. Ouid. 5. Fast. Parent promissis, dissimulántq; deos. ¶ Parêre intercessori, est deferre: id est vt vulgó dicunt nostri Iurisconsulti, petenti cedere. Cicer. 3. de Leg. Parêre iubet intercessori, quo nihil præstantius. ¶ Parêre gulæ, est seruire gulæ, siue indulgere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7, Nil seruile parens gulæ habet.

Paretur, impersonale. Liuius 9. ab Vrbe. Quod postquam Consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari iubet, vt prandeat miles, firmatisq; cibo viribus, arma capiat, dicto paretur. Habent autem hæc omnia pa syllabam productam.

Parephippius, παρεφιππιος. Qui præter rationem equestris disciplinæ equos agit: quasi præposterus, siue imperitus eques, à præpositione παρα, quæ in compositione frequenter idem significat quod peruersè, siue præposterè: & nomine ἱππικος, quod equestrẽ sonat. Vtitur hac voce Imperator in l. Parephippium. C. de Curs. publ.

Parergon, παρεργον, Dicitur quod alicui rei præter propositum additur: vt si pictor imaginem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbusculas, & auiculas, & huiusmodi addiderit. Pli. lib. 35. cap. 10, Protogenes, quum Athenis celebertimo loco, Mineruæ delubro propylæum pingeret, ad iecit paruulas naues lõgas, in his quæ pictores parerga appellãt. Sunt etiam (inquit Budæus) parerga corollaria operis locati, quæ fiunt vltra id quod in stipulatione comprehensum est. Nam τὸ ἐργον, est opus ipsum de quo actum est: Parergon autem, operis appendix de quo nihil actum erat.

Paresis, πάρεσις, Græca vox est, qua significatur remissio, vel negligentia, corporis & animi defectio, & languor, virtúmque & corporis & animi extenuatio. Budæus in Comment.

PARETACENI, παρητακηνοι, Populi Mediæ, aut certè Mediæ finitimi juxta Elymæos, montium incolæ, & latrocinio victum quæritantes. Meminit horum Herodotus lib. 1, & Strabo lib. 11. & 16.

PARETONIVM, vide PARAETONIVM.

PARIEDRES, παρεδρος Ptolemæo, Pars Tauri montis, in finibus maioris Armeniæ, ex qua Ablatus fluuius oritur. Autor Plin. lib. 6. cap. 9, & lib. 5. cap. 27.

PARIENNA, παριεννα Ptolemæo lib. 2. cap. 11, Germaniæ vrbs.

Paries, parietis, pen. corr. Propriè est qui in vtroq; ædium latere domum vna ab altera dirimit différtque à muro, qui propriè est lapideus vrbis ambitus. {τοιχος. Ital. *Parete, muro.* Gal. *Paroy, ou mur.* Hisp. *Pared.*} Cic. 6. Verr. His autem tabulis templi interiores parietes vestiebantur. Ouid. 4. Metam. Fissus erat tenui rima, quem duxerat olim, Quum fieret paries, domui communis vtriq;. Pli. lib. 35. cap. 14, Quid, num & in Africa, Hispaniáque ex terra parietes æuis durãt incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníq; cæmento firmiores? ¶ Intra domesticos parietes aliquid fieri dicimus, quum significare volumus aliquid domi nostræ fieri. ¶ Intra parietes disceptare, vel experiri, est amicis domi, & extra cancellos forenses controuersiam componendam permittere. Cic. pro Quintio, Siquid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. ¶ Paries intergerinus quis dicatur, vide in dictione INTERGERINVS. ¶ Paries cratitius, dicitur ab asseribus, qui arrecti, transuersique in modum cratis texuntur: vnde Vitruuius, Arrectarios parietes, & transuersarios appellat.

Parietina, pen. prod. Murus vetus, ac semirutus. {τοιχος παλαιοδρο. Ital. *Parete ò muro vecchio.* Gal. *Vielle paroy ou mur, masure.* Hisp. *Pared vieja ò cayda.*} Plin. lib. 22. cap. 17, Astericum herba est, nascens in tegulis, parietinisque, folio similis ocimo. Idem lib. 26. cap. 8, Nascitur maximè circa vetera monumenta, parietinásque, & inculta itinerum.

Parietaria, æ, Herba à parietibus in quibus nascitur dicta. {περδικιον, ἰλξιν. Ital. *Herba che nasce nelle tegole ò nel muro, parietaria, vitrola.* Gal. *Paritoire.* Hisp. *Albaracha de vio ò yerua de vidrio.*} Vnde etiam vulgò Muralis herba vocatur. A Plinio lib. 22. cap. 17, appellatur parthenion, & perdicium, quoniam perdices ea vescantur. Dioscorides Helxinen appellat.

Parilia, pariliorum, vide PALILIA.

Parilis, parile, penul. corr. Significat æquale. {ἰσος. Ital. *Pariglio, vguale.* Gal. *Pareil, egual semblable.* Hispan. *cosa ygual, ò cosa pareja.*} Lucret. lib. 2, Concharúmque genus parili ratione videmus Pignore telluris gremium. Ouid. 1. Trist. Eleg. 8, Accipere, & parili reddere voce vale. Idem 8. Metam. Quósque alios parili fuerat dignatus honore. Ibidem, Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon.

Paritas, æqualitas. {ἰσοτης. Ital. *Vgualità.* Gal. *Egualité, pareille condition.* Hisp. *Igualdad.*} Gell. libr. 14. cap. 5, Paritas virtutum inter se consimilium.

Parilitium sydus, siue Palilitium, ἀστρον, signum cæleste, ex septem constans stellis, quas Græci ὑάδας, Latini Suculas appellarunt. Rationem nominis vide suprà in dictione PALILITIVM.

Pario, is, peperi, partum, vel paritum, parere. Hodie tantùm est tertiæ coniugationis, olim etiam quartæ {τικτω. Ital. *Partorire.* Gal. *Enfanter.* Hispa. *Parir la muger.*} Ennius, Oua parite solet genus pennis cõdecoratum. Cato de Re rust. cap. 89, Gallinas teneras, quæ primùm parierint, concludat. Est autem parere, fœtum emittere: quod propriè ad fœminas pertinet Lucret. lib. 5, -sicut nunc fœmina quæq; Quum peperit, dulci repletur lacte. Cic. 2. de Orat. Ex quo genere etiam illud est quod Scipio apud Numantiam, quum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur. Si quintùm pareret mater eius, afinum fuisse parituram. Ouid. Metamorph. Quæ voueam duo sunt, minimo vt releuere dolore, Vtque marem parias, &c. ¶ Accipitur aliquando parere pro generare, vt etiam de viris dicatur: sed hoc ratissimè, idque apud vetustissimos. Cæcilius, Hic vicinus noster peperisse se filium memorat. id est genuisse. ¶ Per translationem etiam accipitur pro Acquirere, siue comparare: & sic construitur sicut emo. {κτωμαι, περιποιουμαι. Ital. *Acquistare.* Gal. *Acquerir, acquester.* Hisp. *Adquirir.*} Col. lib. 8. cap. 1, Sequitur vt examina desyderemus, ea porrò vel ære parta, vel gratuita contingunt. Virgil. 11. Aenid. Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo. ¶ Parere oua dicũtur aues, pro ponere, & quod Varro de Re rust. Facere oua dicit. Plin. lib. 10. cap. 52, Plurima oua pariunt struthiocameli. ¶ Parere verba, est noua fingere. Cic. 3. de Fin. Idq; cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponendáque noua nouis rebus nomina.

Parior, eris, pen. cor. passiuum. Plin. lib. 10. cap. 52, Oua exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur.

Partus, a, um, participium à Pario. Id est in lucem editus. {τετοκως. Ital. *Partorito.* Gal. *Enfanté.* Hisp. *Parido.*} Virg. 6. Aen. -alius Latio iam partus Achilles. Lucret. lib. 5, Et genus omne quod est veterino semine partum. ¶ Aliquando idem quod comparatus, acquisitus. {κεκτημενος. Ital. *Acquistato.* Gal. *Acquis, acquetu.* Hisp. *Adquirido.*} Apuleius, Partámque à multo tempore, & multo labore pecuniam, vno die consumpsit. Terent. in And. Nam mihi immortalitas Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cic. de Leg. agra. contra Rullum, Libertas plurimo sudore, & sanguine maiorum nostrorũ parta, nobíls; tradita. Idem 2. de Orat. Vt ipsum quod erat hominis propriũ, non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum videretur.

Partus, huius partus, nomen, Pro ipso pariendi actu. {τοκος, τοκετος, κυησις. Ital. & Hisp. *Parto.* Gal. *Enfantement.*} Cic. 1. de Nat. deo. Diana adhibetur ad partus, quòd ij matureſcunt aut septem, aut nouem lunæ cursibus. Plinius, Quod à prægnantibus commanducatum, partum faciliorem facit. Propert. lib. 2. Eleg. 3, Non, non humani sunt partus talia dona. Virgil. 1. Aen. Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. ¶ Per translationem etiam de arboribus dicitur Plin. libr. 12. capit. 5, Autumno legitur ex æstiuo partu. ¶ Aliquãdo accipitur pro fœtu ipso. Martial. lib. 1, Nec iacuit partus, sed mare cadente cucurrit. Plin. lib. 8. cap. 32, Editos partus exercent cursu. Ouid. 6. Metamorph. Et genitrix facta est, partus enixa gemellos.

Partor, oris, verbale, Qui peperit, & acquisiuit. {ὁ τικτων, ὁ κτησαμενος, κεκτημενος. Ital *chi acquista.* Gal. *Acquesteur, qui acqueste.* Hisp. *Adquiridor.*} Plaut. Trucul. Quos quũ celamus, sic facimus conscios. Qui nostræ ætati tempestiuè temperãt, vnde antè parta Demus post partoribus.

Partura, æ, Est ipse pariendi actus. {τοκετος. Ital. *Parto.* Gal. *Enfantement.* Hisp. *Parto.*} Varro lib. 2. de Re rustica, Demes, si vis, duas res de mulis, admi ssuram & paritutam.

Partio, onis, Verbale. Idem antiquè. Plaut. Truc. Horresco misera, mẽtio quoties fit partionis. Gell. lib. 1. ca. 2, Eúmq; finem esse dixit multitudinæ hominum partionis. Idem lib. 3. cap. 16, Sed nono mense aut decimo, neque præter hos alio, partionem mulieris fieri existimasse.

Paritudo, paritudinis. Ipse etiam pariendi actus: & antiquũ. Plaut. in Aul. Propinqua paritudo cui appetit.

Parturio, is, penult. corrept. Desyderatiuum à pario, In pariendo laboro, seu laboro vt pariam. {ὠδινω. Ital. *Partorire.* Gal. *Estre en trauail d'enfant, s'esforcer de produire.* Hisp. *Estar la muger de parto.*} Plin. lib. 20. cap. 21, Vtique constat parturientes follis subitaris celerius parere. Varr. lib. 3. de Re rust. ca. 9, In cubilibus quum parturient, acus substernendũ: quum pepererint, tollere substramen. Cic. 2. Philip. Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat quod iamdiu parturit.

PARIS, Paridis, παρις, Priami Troianorum regis, & Hecubæ filius fuit, alio nomine Alexander appellatus, cuius matri, quum illa se facem ardentem párere somniasset, coniectores respondérunt fore vt filius, quem in vtero gestabat, causa esset Troiani excidij. Qua re cognita, Priamus puerum, vbi primùm fuit natus, Archelao seruo exponẽdum tradidit. Contrà Hecuba tum materno affectu, tum infantuli forma commota, curauit vt furtim nutriretur à pastoribus in Ida monte. Vbi quum adoleuisset, Oenonen virgunculam amauit, & compressit, suscepitque ex ea duos filios. Porrò quum in dirimendis controuersiis esset æquissimus, maximam iustitiæ famam sibi comparauit, adeò vt orta inter deas, Iunonem, Palladem, & Venerem disceptatione de forma propter aureum pomum à Ioue cælitus demissum, in quo scriptum erat, Detur pulchertimæ: iudex sit constitutus. Quas quum vidisset nudas, sententiam tulit secundum Venerem, quæ pulchertimam fœminarũ sibi promiserat neglecto regno quod pollicebatur Iuno, & contempta quam Pallas offerebat, sapientia. Præterea quum esset fortissimus in agonali certamine, quod ad Troiam agebatur, cùm alios omnes superauit, tum ipsum etiam Hectorem: qui quum iratus quòd vinceretur, gladium in eum stringeret, pastorem putans, Paris illi apparuit, se eius fratrem esse germanum: quod & allatis crepundiis probauit, quum adhuc sub pastorali habitu lateret. Sic igitur cognitus, à patre receptus est. Deinde constructis viginti nauibus sub specie legationis ad repetendam Hesionem, in Græciam missus est: vbi à Menelao hospitio est susceptus. Verùm quum ille necessaria de causa in Cretam nauigare cogeretur, Paris sibi occasionem rei bene gerendæ obla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam ratus, Helenam quam mutuo amore deperibat, rapuit, & in Asiam abduxit. Alij tamen dicunt in Græciam venisse absente Menelao, Helenéque pulchritudine captum, Spartam expugnasse, illámque etiam reuitentem, & omnes regios thesauros rapuisse, & ob id postea Helenam à viro recipi meruisse. Ex qua rapina deinde secutum est bellum Troianum, in quo singulari certamine cum Menelao cõgressus, quum pene vinceretur, à Venere pugnæ subtractus est. Postremò Hectore & Troilo fratribus occisis, quum ipse sumpto arcu & sagittis quibus plurimum valebat, Achillem sub prætextu disponsandæ Polyxenæ sororis in templo Thybræi Apollinis interfecisset, ipse quoque à Pyrrho, siue (vt aliorum est opinio) à Philoctete occisus est: post cuius mortem Helena Deiphobo nupsit. Ouid. in Epist. Bella gerant alij, tu Pari semper ama.

PARISII, Parisiorum, Populi sunt inter Celtas ad Sequanam fluuium, inter Senones & Bellouacos: quorum caput est Lutetia, optimarum omnium disciplinarum parens, olim in Sequanæ insula sita: hodie verò prolatis identidem pomœriis tantopere aucta, vt nulli potentissimarum vrbium meritò debeat posthaberi. Vide Cæsarem lib. 6. Comment. & Ptolem. lib. 2. cap. 8. Vulgò *Paris*.

Pariter, aduerbium. Significat ex æquo. {*Ital. Parimente, vgualmente. Gal. Pareillement, semblablement. Hispa. Ygual y semejantemente.*} Næuius. Vt pariter dispartiantur bona patris. ¶ Aliquando conuenienter. ἀκόλουθον. Titin. Næ tu istam ædepol inedia extulisti pariter vt dignum fuit. ¶ Aliquando similiter. ὁμοίως. Plaut. in Aulul. Is ex se hunc reliquit, qui hic habet filium pariter moratum vt pater atque auus eius fuit. ¶ Est & aduerbium congregandi, significans vnà, simul. Cice. 1. Tusc. Pariter enim cum vita sensus amittitur.

Paritura. Paritudo, vide PARTVS.

PARIVM, πάριον. Troadis oppidum ad Propontidem, teste Strabone lib. 13, à Milesiis, Erythræis, Parisque conditum: iuxta quod teste Plin. lib. 7. cap. 2. gentes fuerunt quę Ophiogenes vocantur, serpentũ ictus leuare solitæ, & manu imposita venena extrahere corpori: quorum etiam sua ætate paucos reliquos fuisse, autor est Varro, saliua sua serpentum ictibus medeti solitos. In eodẽ oppido, teste Plin. lib. 36. cap. 5, Cupido nudus fuit pat Veneri Gnidiæ nobilitate & inuidia.

Parius, paria, parium, πάριος, adiectiuum. Vnde parius lapis, siue Parium marmor, quod candidum erat, & sculpturis aptissimum. Virg. 1. Aen. Pariúsve lapis circundatur auro.

Parma, parmæ, {πάρμη Suidæ. Ital. *Targa, brochiero.* Gal. *Targue, rondelle, bouclier.* Hisp. *El broquel.*} Breue scutum, & rotundum, quo pedites vtebantur: ita dictum, quòd è medio in omnes partes esset par, vt inquit Varro. Virg. lib 11, Ense leuis nudo, parmáque inglorius alba. Hoc scutum Græci, autore Plinio, vocant peltam, πέλτην. Liuius 8. ab Vrbe, Quem cuspide parmáque innixum, attollentem se à graui casu Manlius à iugulo, ita vt per costas ferrum eminerer, tetræ affixit.

Parmatus, a, um, parma tectus: {ὁ ἐκ πελτοφόρου ἀσπιδοφόρος, Ital. *Armado di rodella.* Gal. *Garni en arme de rondelle.* Hispa. *Armado de broquel.*} Liu. lib. 4. ab Vrbe, Dat signum Volscis Imperator, vt parmatis nouæ cohorti hostium locus detur.

Parmula, parmulæ penult. corr. Diminutiuum. {τὸ πελτάριον, τὸ ἀσπίδιον. Ital. *Piccola rodella.* Gal. *Petite rondelle.* Hispa. *Pequeño broquel.*} Horat. 2. Carm. Ode. 7. Tecum Philippos & celerem fugam sensi relicta nõ bene parmula.

Parmularius, parmularij Gladiator, qui parmula vtebatur. Itémque factor, & locator eius generis. {πελτιστής. Ital. *Maestro di rodelle.* Gal. *Vn rondellier.* Hispa. *El que vsa mucho del broquel.*} Quintil. lib. 2. cap. 11, Alius percontanti, Theodorusne, an Apollodorus esset: Ego (inquit) parmularius sum. Vbi interpres, Parmularius dicitur parmarum, hoc est scutorum faber. Potrò gladiatores parmularij etiam Thraces appellabantur, eo quòd eius regionis homines peculiariter parmulis vtebantur. Festus, Thraces (inquit) gladiatores, à similitudine parmularum Thracarum vocati.

PARMA. Nomen est fluuij, à quo vrbs inter Placentiam & Cremonam sita. Parma appellata est. Hæc patria fuit Cassij poëtæ, & Macrobij, viri ingenio & doctrina præstantis.

PARMENIDES, Παρμενίδης. Eleata philosophus, Xenophanis auditor, atque amicus, à cuius nomine Plato Dialogum quem de Ideis conscripsit, Parmenidem appellauit. Hic carmine Physiologiam expressit, sicut Empedocles & Hesiodus, duplicémque eam esse dixit: vnam quæ veritate constaret, alteram quæ opinione. Primus deprehendisse dicitur eundem esse Luciferum & Hesperum: alij Pythagoram dicunt. Autores Suidas, & Diogenes Laërtius. Hic censuit sempiternum atque immobile esse vniuersum, quod sit ens secundum veritatem rerum: solum enim esse simplex, & intrepidum, atque ingenitum: generationem verò eorum esse quę falsa existimatione videntur esse, quum non sint. Sensus autem semouendos à veritate putat. Affirmat enim, siquid est præter ens, id esse non ens. Non ens autem, non esse in rebus, & sic ens viuentium sibi relinquitur: tetram verò densioris aëris defluxu factam arbitratur.

PARMENIO. Παρμενίων. Vnus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonis, qui eum in Asiaticam expeditionem est secutus, cuius frequens est mentio apud Curtium.

PARMENO, parmenonis, Παρμένων. Personæ Comicæ nomen apud Terentium in eunucho, ὃτι παρὰ μικρὸν μένει, hoc est à diutius commorando (vt videtur) impositum.

Parmularius, vide PARMA.

Parnacides, Vestes appellabãtur puellares. Varro de liber. edu. Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, & parnacidas, quàm togas. Nonius.

PARNASSVS, gemino s. (nam apud Stephanum & Suidam legitur Παρνασσὸς) mons est in Phocide, vt scribit Plin. lib. 4. cap. 3, & Strabo lib. 8. & 9, duos vertices habens, quorum vnum Thitorea vocati, alterum Hyampeum, Herodotus in Vrania tradit. Cithæron autem & Helicon, quos Seruius malè putauit esse Parnassi iuga, montes ab hoc diuersi, & disiuncti sunt, ita vt Helicon sit à Parnasso circiter quindecim passuum millia, Cithæron verò triginta. Est autem (sicut docet Strabo) Helicon Parnasso æmulus & altitudine, & circuitu. Quinetiam Musis natale solum in nemore Heliconio scriptores assignant. Cyrrha verò & Nysa, quas nonnulli etiam voluerunt esse Parnassi vertices, nomina sunt ciuitatum: Cyrrha sub Cyrphi rupe Parnassi, in planitie mare versus, locata est: Nysa verò, non in Parnasso, sed in fœlici Arabia sita est: in qua quum Bacchus nutritus esset, in eius memoriam ipse postea aliam in India condidit. Est igitur Parnassus mons Phocidis, sacer Baccho & Apollini. Ouid. 1. Meram. Separat Aonios Acteis Phocis ab aruis Terra ferax. Mox addit, Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus, Nomine Parnassus, superátque cacumine nubes. Lucan. lib. 5, - quantum remotus Eoo Cardine Parnassus gemino petit æthera colle. In hoc monte rupes vel maiestate numinis, vel situ ipso horrorem visentibus facit, vndique ferè præceps in formam theatri. Hìc est Apollinis Delphici templum, hìc fons Castalius, Musis sacer. Hìc habitauere Pieres, natio Thraciæ: vnde Pierius mons, & Pierides Musæ. Sub Parnasso habitauerunt Hyantes populi. Vnde aquam Parnassi fontis, Hyantida dicunt. Hìc fontes Atticam versus, Hippocrene & Aganippe.

Parnassius, parnassia, parnassium, παρνάσιος, παρνασσὶς. Virgil. 6. Aeglogа, Nec tantùm Phœbo gaudet Parnassia rupes.

PARNVS, πάρνος. Nauta fuit pauperculus qui ob amissam naviculam, cum obuius quibusque litigabat. Hinc adagium, Disceptare ob Parni scaphulam, id est ob res minutulas multum mouere litium & querelarum. Erasmus ex Diogeniano.

Paro, paras. Instruo, apparo, præparo. {παρασκευάζω. Ital. *Apparecchiare, mettere à ordine.* Gal. *Appareiller, appreter.* Hisp. *Aparejar.*} Plaut. in Mil. Itaque ego paraui hic intus magnas machinas. Terent. in And. Reuertor postquam quæ opus fuere ad nuptias Guatæ paraui. Cæs. 5. belli Galli. Neruios, Aduaticósq; bellum Romanis parare. Ita paratum est, inquit Plautus in Pœn. id est ita deliberatum est. ¶ Significat etiam ali quando idem quod comparo, acquiro, κτάομαι, ἐπιμηθεύω. & sicut emo capi potest, licet in eo pretium expressum non inueniatur ita apertum, vt in eius compositio Comparo, sed quasi pretium. Terent. in Eunuch. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Curtius. Quid tibi diuitiis opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem, vt quò plura haberes, actius quàm si non haberes, cuperes. ¶ Huius composita sunt, Apparo, Comparo, Reparo, Separo, Disparo, quod est Separo, Aequiparo, Præparo: quæ habẽt penultimã correptã.

Paratus, participium, aut nomen ex participio. {παρασκευασθεὶς, παρασκευαστὸς ἀφ' οὗ. Ital. *Apparecchiato.* Gal. *Appareillé.* Hisp. *Aparejado.*} Teren. in And. Omnia parata iam sunt intus. Ibidem, Summum bonum esse herę putabam hunc Pamphilum, Amicum, amatorem virum, quouis in loco paratum. Vbi Donatus, Paratũ dixit ad omnes affectus, quicunq; de proximo esse possunt. Cice. 2. de leg. Fuit enim hic vir, vt scitis, non solùm eruditissimus: sed etiam ciuis è Republica maximè, tuendæque ciuitatis paratissimus. Paratissimo animo sustinere. Cæsar 8. belli Gall. Iungitur aliquando infinitiuo. Cæsar 3. belli Ciui. Paratus omnia perpeti. Aliquando accusatiuo cũ præpositione ad. Cicero ad Toranium lib. 6. Paratus ad omnem euentum. Aliquando datiuo, Quintil. libr. 8. cap. 3. Idem certamini paratior.

Paratus, us, substantiuum. Idem quod apparatus. {παρασκευὴ, ἑτοιμασία. Ital. *Apparecchio.* Gal. *Appareil.* Hispa. *Aparejo.*} Quintil. libr. 10. cap. 1. Copiosus verborum sit paratus, id est apparatus. Tacit. lia. 13, Prouiso antè funebri paratu, qui modicus erat. Opus impar vestris paratibus. Ouid. 3. de Ponto, Eleg. 4.

Paratum in neutro genere. Terent. in Eunuch. Parati nihil est.

Paratè, aduerbium, promptè, & expeditè. {παρασκεύως. Ital. *Apparecchiatamente* Gal. *Auec appareil.* Hispa. *Con aparejo.*} Plautus in Epid. Vt paratè eam præmeditatam meis dolis, astutisque Onustam mittam. Cicero de Clar. Orat. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quàm paratè. Idem 1. Offic. Dimicatéque paratus de honore, & gloria, quàm de cæteris commodis. Paratissimè respõdit: hoc est promptissimè. Plin. Epist. 9. lib. 3.

Parito, paritas, frequentatiuum. Plaut. in Merc. Qui cùm illuc, quò nunc ire paritas, veneris.

Parabilis, parabile, Quod in promptu est, & citò haberi potest. {πόρισμα δ' πόρισμα, ἑτοιμάσιμα. Ital. *Che si può acquistare, che si può apparecchiare.* Gal. *Qui se peut appreter, on acquerir.* Hisp. *Cosa que se puede aparejar.*} Seneca, Ad manum est, & parabile, quod sat est: qui ad naturam viuit, nũquam est pauper. Cicero 5. Tuscul. Diuitias naturâ parabiles esse. Horatius 1. Sermon. Satyr. 2, Non ego, nanque parabilem amo venerem, facilémque. Curt. lib. 6. Tenaces quippe disciplinæ suæ, solitósque parco ac parabili victu ad implenda naturæ desyderia defungi, in peregrina, & cuictatum gentium mala impulerat.

Parochus, chi. penul. corr. παράχος. Qui & Zenoparochus, teste Budęo, ὃτι παρέχει, hoc est à præbendo dicitur. Erant enim Parochi, qui Legatis publicè Romam missis, cæteríque alicuius dignitatis hospitibus, talem & ligna præbebant: vt annotauit Acron in illud Horatij ex lib. 1. Serm. Satyr. 5, Tum parochi, quę debent ligna, salémque. Hi Latino vocabulo copiarij dicti sunt, teste Porphyrione, quòd omnis rerum necessariarum copiam, regum, populorúmque Legatis suppeditabant. Nam quanuis Horatius loco tam citato salis tantùm & lignorum meminerit, tamen (vt ibidẽ annotauit Acron) sub illarum specierum appellatione omnia hospitibus necessaria voluit intelligi. In hac etiam significatione hoc nomine vsus est Cic. lib. 13. Epist. ad Attic. Ariarathes (inquit) Ariobarzani filius Romam venit: vult, opinor, regnũ aliquod emere à Cæsare. Nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo non habet. Omnino eum Sestius noster parochis publicis occupauit: quod quidem facilè patior, veruntamen quòd mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, inuito eum per literas vt apud me diuerterut. Horat. lib. 2. Serm. saty. 8, Parochum videtur posuisse pro cõmutatore, quum ait, Vertere pallor Tum parochi faciem, nil sic metuentis, vt acres Potores. ¶ Sunt qui Parochon etiam accipi putẽt pro auspice nuptiarũ, seu paranympho: eius originem referẽtes ad verbũ παρέχειν, eo quòd in curru nuptiali vnà cũ sponso & sponsa veheretur. Nam vt Pausanias scribit, in Græcia moris fuit vt in curru

nuptiali

nuptiali tres tantùm sederent, sponsa media, cuius alterũ latus claudebat sponsus, alterũ quem vocabãt παράνυμφον, vel qui amicitia vel sanguine esset coniunctissimus, vel cui ob dignitatem plurimum deferrent. Hæc Cælius. Sunt qui Parochias (ait Budæus) appellatas inde cẽsẽãt, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, ab exhibitione scilicet sanctificationis, sacrosanctique panificij. Ego verò (inquit idem Budæus,) non Parochias primùm, sed Parœcias appellatas esse censeo, quasi vicinias.

Parotonides, παροβονίδες, siue Parulides, παρουλίδες, tubercula iuxta gingiuas, quum caro in gingiua excreuit. Vide Celsum lib. 6. cap. 13.

Parœcia, παροικία, cum æ diphthongo, dici potest accolatus, siue accolarum conuentus, sacràque vicinia, ἀπὸ τοῦ παροικεῖν, hoc est ab accolendo, vel iuxta habitando. August. lib. 14. de Ciuit. Presbyter fuit quidam nomine Restitutus in parœcia Calamensis ecclesiæ. Parœci autem dicuntur ipsi accolæ: quare qui fanum aliquot accolũt, parœci dicti sunt, eiusdem scilicet fani consortes. Quòd si Latinè loqui magis placet, Latinè scientibus curiæ dici possunt: vnde curiones olim dicti, & παροικοι ipsi curiales. Budæus.

Parœmia, παροιμία, Definitore Donato, est accommodatum rebus, temporibúsque prouerbium. Diomedes autem sic definit, Parœmia est prouerbij vulgaris vsurpatio, rebus, temporibúsq; accommodata. Vide Erasmum in principio Adagiorum.

Paromœon, παρὸμοιον, Est similitudo verborũ in oratione: quemadmodum Paronomosia nominum dicitur similitudo: vt si dixeris aliquem arare, non orare, est paromœon: si verò non Oratorem esse dixeris, sed aratorem, paranomasia est. ¶ Alij Paromœon interpretantur vitium orationis, quum ab iisdem literis diuersa verba sumuntur: cuiusmodi est illud, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Paromologia, παρομολογία, Dici potest confessio: figura quum aliquot res concedimus aduersario: deinde inferimus aliquid quod aut maius sit, quàm superiora, aut etiã omnia, quæ posuimus, infirmet. Exemplũ esse potest illud Ciceronis pro L. Flacco, Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do multarũ artium disciplinam, non adimo sermonis lepórem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, siqua alia sibi sumunt, non repugno: testimoniorum religionem, & fidem nunquam ista natio coluit: totiúsque huiusce rei quæ sit vis, quæ autoritas, quod pondus, ignorant.

Paron, onis, πάρων, Nauigij genus à Patriis primùm excogitatum, vt refert Aristophanis interpres. Vnde & Myoparones quidam appellatos putant, quod genus nauigij piratici esse creditur, mediam habens formam earum nauium quæ in Myunte & Pato insulis fieri solent. Vide Bayfium de Re nauali.

Paronomasia, παρονομασία, Latinè agnominatio, quum aliquod nomen ab alio, voce quidem simili, verùm significatione diuersissimo perimitur. Terent. in Andr. Nã inceptio est amentium, haud amantiũ. Quando autem hoc non ex nominum, sed verborum similitudine cõtingit, Paromœon à quibusdam appellatur. Vide suprà.

Paronychia, ἡ παρωνυχία. Ital. *Panaricio.* Gal. *Apostume qui vient à la racine des ongles.* Hisp. *Panarizo ò vñero.* Abscessus circa radices vnguium. Plinius libr. 23. cap. 3, Gingiuarum inflationibus, paronychiis, sordidisq; vlceribus, & putrescentibus. ¶ Dicta Paronychia à παρὰ ad, & ὄνυξ vnguis, quasi ad vnguem. Cicero reduuiam vocat. ¶ Est item paronychia frutex quidam in petris nascens, peplo similis, breuiore tamen stipite, & foliis maioribus. Nomen habet ab effectu, propterea quòd paronychiis medeatur. Autor Dioscor. lib. 4.

Paronymon, τὸ παρώνυμον, Nomen ab alio deriuatum: Grammatici vocant Denominatiuum.

PAROPAMISADÆ, παροπαμισάδαι, Populi Asiæ, qui (sicut refert Ptolemæus) ab Oriente, parte Indiæ: ab Occasu, Arabia terminantur: à Meridie, Arachosia. Meminit horum & Plinius lib. 6. cap. 20, & 23.

Paropsis, ἡ παροψὶς. Ital. *Piato ò scudella.* Gal. *Plat ou escuelle.* Hispa. *El plato grande para el manjar.* Vas est escarium, à rotunditate flexúque dictum. Martial. lib. 11, Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Halecem. Suet. in Cal. cap. 12, Ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidẽ leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. ¶ Pollux lib. 10, tradit etiam iuris quoddam genus esse, vel mazæ, vel opsonij vilis, quod suo tempore παροψημένον dicebatur.

PAROS, πάρος, Insula est vna ex Cycladibus, quæ à Delo triginta quinque millibus distat, ex quo Parius lapis aduehi solet, colore candido, & statuis exculpendis aptissimus. Virg. lib. 3, Olearon, niueámque Paron, sparsásque per æquor Cycladas.

Parotis, tidis, ἡ παρωτὶς. Ital. *Apostema dietro le orecchie.* Gal. *Apostume entour ou derrier les oreilles.* Hispa. *Hinchazon tras las orejas.* Apostema secus aures. Celsus lib. 6. cap. 16, Sub ipsis verò auribus oriri parotides solent, modò in secunda valetudine ibi inflammatione orta: modò post longas febres, illuc impetu morbi conuerso: id abscessus genus est. ¶ Dicuntur etiam parotides (inquit idem Celsus) arteriæ duæ, dextra, sinistráque iuxta guttur, quæ sursum procedentes vltra aures feruntur. ¶ Quin & ipsi aurium cinciuni, apud Iulium Pollucem vocantur parotides. Itémque partes his subiectæ, quæ à faucibus ad malas pertinẽt. Græci enim παρὰ ad, & οὖς aureis dicunt. Solent etiam iuxta dentes in gingiuis oriri dolores, quos Græci παράνουσας appellant. Plinius lib. 20. cap. 1, Parotidas & panos sanat.

Paroxysmus, παροξυσμός, Stimulatio, concitatio, exacerbatio: παροξύνει enim est incitare. Hoc etiã nomine Græci appellant Accessum febris, hoc est exasperationem quæ statis temporibus fieri consueuit.

Partha, Genus auis inauspicatæ. Horat. 3. lib. Carm. Impios parthæ recinentis omen Ducat, & prægnans canis, aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino. Plin. libr. 18, & 19, Auem parrham oriente Sirio, ipso die non apparere donec occidat.

PARRHASIA, παρράσια, Regio in Peloponneso, alio nomine dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parthasius, a, um, παρράσιος, παρρασικός, pro Arcadico. Virgil. 8. Aene. Parthasio dictum Panos de more Lycæi. In ea mons est Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuit, à quo Lycæa ludiera illi sacrata, nobis Lupercalia dicta. Ouid li. 2. Fast. Quid vetat Arcadico dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Parrhasis, παρράσις, patronymicum est fœmininum à Parrhasio: vnde Parrhasis vrsa apud poëtas accipitur pro Polo arctico, eo quòd Calisto, quam à Ioue compressam in hoc astrum fabulantur commutatam, fuerit Lycaonis Parrhasiæ, hoc est Arcadiæ regis filia. Lucanus libr. 1, sed nocte sopora Parrhasis obliquos Helice quum verteret axes.

PARRHASIVS, παρράσιος, Nomen pictoris Ephesij, qui cum Zeuxide in certamen picturæ descẽdit: & quum ille detulisset vuas pictas tãto successu, vt in scenam aues aduolarẽt, ipse detulisse linteum pictum traditur, ita veritate repræsentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumẽs, flagitaret tãdem remoto linteo, ostẽdi picturam: atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aues fefellisset, Parrhasius autem se artificem. Hic primus symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris expressit. Autor Plinius lib. 35. cap. 10. Horatius lib. 4. Carmin. Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas, Hic saxo liquidis, ille coloribus, &c.

Parricida, æ, pen. prod. {παρρικτὴς, παρρικτόνος. Ital. *Parricida.* Gal. *Parricide, qui a tué son pere ou sa mere ou autre parẽt.* Hisp. *El que mato padre ò madre.*} A patre deducitur, t in r cõmutato. Alij volunt parricidam per syncopã dici, quasi parenticidã à nomine parens. Propriè enim parricida dicitur parentũ interfector, aut qui suæ patriæ (quæ cuique parens est loco) excidium aut vim attulerit. Cic. pro Rosc. Amer. Insui in culeũ parricidas viuos, atq; ita in flumen deiici voluerunt. Idẽ in Parad. Patrem vita priuare, si per se scelus est, Saguntini qui parẽtes suos liberos emoti, quàm seruos viuere maluerunt, parricidæ fuerunt. Idem in Catil. Certè verendum non mihi erat, nequid hoc ex parricida ciuium inuidiæ mihi in posteritatem redũdaret. Hor. 3. Carm. Ode 29. Telegoni iuga parricidæ. Postea tamen lege Pompeia cautum est, vt is parricidii teneatur non solùm qui patrem & matrẽ interfecerit, sed qui fratrem, sororem, patruelem, matruelem, filium, filiam, nepotem, nurum, aliósque propinquos occiderit. ¶ Ponitur & pro alio quocunque qui qualemcunque hominem occiderit. Vnde extat lex Numæ Pompilij, Si quis liberum hominem morti sciens duit, parricida esto.

Parricidium, cidij, Parentis vel cognati occisio. {παρρικτόνια. Ital. *Parricidio.* Gal. *Parricide, meurtre ou homicide de pere ou mere, ou autre parent.* Hispa. *Matança de padre ò madre.*} quanuis etiam pro eo accipiatur qui impium aliquod nefas in patriæ perniciem fuerit machinatus. Cic. li. 3. Offic. Potest enim, dij immortales, cuiquam esse vtile fœdissimum & detestrimum parricidium patriæ, quanuis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nominetur? Idem 3. de Natu. deor. Sibi salutem vt fami liari pareret parricidio. Idem pro Cluent. In ipso fraterno parricidio nullum scelus prætermissum videtur.

Patrhisij, vide PARISII.

Pars, huius partis, à pari, Quòd partes simul iunctæ, pares, id est æquales sint toti. {μέρος. Ital. *Parte.* Gal. *Part, portion, partie.* Hisp. *La parte de algun todo entero.*} Alij malunt partem dictam esse ab aduerbio parum, eo quòd pars sit quid parum, respectu totius. Dicuntur verò partes, in quas diuiditur totum. Plautus in Rud. Equidem neq; ego partẽ posco mihi istinc de istoc vidulo. ¶ Pars magna, idem quod bona pars, id est multi: sic pars maior, id est plures: & pars maxima, plurimi. Cic. 1, Offi. Quæq; maiori parti pulchertima videtur, &c. Terent. in Prolog. Heaut. Ni partem maximam existimarem scire vestrum, &c. Plaut. in Most. Magna pars moram hanc sibi induxerũt, &c. ¶ Pars multa, idem quod Plerique. Horat. 2. Serm. fary. 7, Pars multa natat non recta capessens. ¶ Magna ex parte ponitur pro plerunque. Plin. lib. 8. cap. 54, Itaq; magna ex parte complectendo necat. Aliàs significat vt sonat. Quintil. lib. 10. cap. 1, Ex magna parte Ciceronem, quantus est, fecit. ¶ Ex parte, & In parte, aliquando pro partim ponuntur. Quint. lib. 6. cap. 4, Pisces ex parte adusti, & versati. Idem lib. 5. ca. 7, Pattonum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. ¶ Partes aliquas tenere, est per illam regionem iter habere. Cice. ad Atticum libro 3. Sine te autem non nobis illas partes tenendas propter Antoninum. ¶ Ponitur interdum Pars pro factione: sed hoc ferè in plurali numero. Cice. pro Quintio, Erat (inquit) illarum partium. Idem decimatertia Philipp. Tenuerunt partes Cæsaris. ¶ Pro sua quisque parte, id est pro virili. ¶ Parte ablatiuus, ponitur aliquando pro partim. Plautus in Rud. Sed id si parte curaui, vt cauerem, &c. Interdum geminatur. Plinius libr. 37. cap. 11, Melichloron est geminus, parte flauus, parte melleus. ¶ Duabus partibus alicuius rei amplius habere, idem est quod duplo plus. Cice. 5. Ver. Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quàm populo Romano missum est? Sic, Multis partibus plures, pro eo quod est multo plures. Cæl. Cice. libr. 8. Epist. Fam. Turpe tibi erit, Pathiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures. ¶ Pars aliquando pro initio sumitur. Celsus, Pârsque sanitatis est vomitum esse suppressum. Virgil. 7. Aen. Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. ¶ Ponitur quandoque pro partim. Suetonius, Milites pars victoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiam, audaciámque processerunt. Budæus. ¶ Aliquando ponitur pro vxore. Plaut. in Menæch. Satur nunc loquitur de me, & de parte mea. ¶ Dicimus pulchrè, Partes alicuius agere, pro fungi alicuius munere & officio. Similiter, Partes alicuius suscipere. ¶ Priores partes alicui tribuere, est eum pluris facere, & magis laudare. Priores partes habere apud aliquem, est plus apud illum posse, & plus autoritatis apud aliquem obtinere. ¶ Dicimus etiam, Facere partes, id est totum in partes diuidere. Cice. 2. de Orat. Quis Antonio permisit vt & partes faceret, &c. ¶ Audire vtranque partem, in litibus, est reo defensionis, vt accusatori actionis, copiam facere. ¶ Pars diuersa, vel aduersa, idem quod aduersarius. Quint. libr. 4 cap. 1, Partis aduersæ patronus. Idem lib. 5. cap. 5, A patronus diuersæ partis inducuntur in laqueum. ¶ Partes primas agere, dicitur in Comœdiis, qui sæpissimè prodit in proscenium. Asconius Pædianus, Primarum partium actores sæpius in scenam progrediebantur: secundarum, qui minus, minúsque. Porphyrio in Horatium autor est, primatum partium actorem omnia clarius, secundarum omnia submissius agere consueuisse. ¶ Quandoq; etiam in plurali numero Partes pro officio poni consuetum est. vt Meæ partes sunt, & Meatum partium est: hoc est meum officium est. Cice. 6. Verr. Non sunt meæ partes id facere. Vnde etiam

Alicuius partes desyderare, est eius diligentiam postulare. Cic. ad Att. lib. 7, Sin erit bellum, meæ partes non desyderabuntur. ¶ Hinc fit compositum Expers, ἄμοιρος, quod est sine parte.

Particula, æ, diminutiuum, Parua pars. ξ μοῖρα. Ital. *Particella.* Gal. *Parcelle, petite partie.* Hisp. *Parte, illa.* ξ Cic. 3. Verrin. Hinc illæ extraordinariæ peculiæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, reddiderunt. Idem 2. de Natura deorum, Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum, & mirandum, nullo modo perfectus, sed particula perfecti. Quintil. libr. 4. cap. 5, Deinde quum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem.

Particulatim, aduerbium, Idem quod membratim & per particulas. ξ μερικῶς. Gal. *Par parties, par parcelles, par le menu.* Ital. *Per parti, à parte à parte.* Hisp. *De parte a parte.* ξ Autor ad Heren. lib. 1. Si summatim, non particulatim narrabimus. Colum. lib. 7. cap. 5. Nam particulatim facilius quàm vniuersus conualescit. Lucret. lib. 3. Lumina qui linquunt moribundi particulatim.

Particeps, huius participis, omn. gen. Qui partem capit. ξ μέτοχος. Ital. *Partecipe.* Gal. *Participant, qui a part.* Hisp. *Partcionero de parte.* ξ Teren. in Heaut. Nisi vbi ille huc saluos redierit meus particeps. Participem facere aliquem rei alicuius, est et cõmunicare quicquid est. Plaut. in Epid. Gratiam habeo, fac participes nos. Terent. in Heaut. Cuius maximè te fieri participem cupis. ¶ Dicimúsque, particeps sum laborum tuorum. Cæs. 3. bel. Ciuil. Quos sui consilij participes habebant. Et particeps sum tibi in laboribus. Curt. lib. 6. Quòd fuisset illi in periculis particeps.

Participo, Partem tribuo aut capio: siue participem facio, aut particeps fio. ξ μεταμερίζω, μεταδίδωμι, νεμω. Ital. *Participare.* Gal. *Participer, estre participant.* Hispa. *Participar en parte.* ξ Quum significat participem fieri, iungitur accusatiuo tantùm. Gell. lib. 15. cap. 2, Si forte ad participandas eiusmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut casus induxerit. Cic. 2. Tusc. ex poëtarum veterum aliquo, Qui alteri exitium parat, Eum scire oportet sibi paratum, pestem vt participet parem. Quum significat participem facere, iungitur interdum genitiuo cum accusatiuo. Plaut. in Ciste. Paternum seruum sui participat consilij. Id est facit participem, vel seruo consilium communicat. Interdum ablatiuo cum accusatiuo Plaut. in Mil. Nam non potuit quin suo sermone aliquem familiarium participauerit de heri amica. Interdum accusatiuo & ablatiuo cum præpositione cum. Liu. 3. ab Vrbe, Suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas, &c.

Participium, pij Pars orationis apud Grammaticos, ita dicta, quòd partem capiat nominis & verbi. μετοχή. Hinc participalia, μετοχικά, nomina dicta sunt Gerundia, quæ licet non sint participia, similia tamen participiis sunt. Nam quum à verbis deriuentur more participiorum, habent etiam casus aliquot, quanuis nõ omnes eos quos habent participia: nisi generaliter accipias gerundium, vt etiam complectaris nomen gerundiuum: quemadmodum accipit Valla. Sic enim non modò casus habebunt, quum sint mera nomina, verumetiam genera & numeros: sed admittunt regimen sui verbi. Gerũdia enim propriè dicta habent post se eundem casum quẽ habent verba á quibus descendunt. Gerundiua autem nullum omnino habent casum: sũtque voce omnino similia participiis futuri temporis in dus. Differunt tamen significatione, quòd Gerundiua, siue (vt Valla loquitur) gerundia rei administrationem significant sine tempore: vt Tenet me occupatio iuris dicendi. Quo in loco DICENDI gerundium est, nec tempus significat futurum, sed rei administrationem in iure dicendo. Illa verò, tempus sine rei administratione: vt Tenet me cura dotis numerandæ: participium est futuri temporis significatiuum sine rei administratione. Præterea gerundia duplicem significationem habent, participia vnam tantùm. Sed sciendum quòd gerundia quæ sociata sunt substantiuis, passiuè accipiuntur: disiuncta verò, modò actiuè, modò passiuè: sed passiuè, quum sine præpositione, & sine genere in ablatiuo, & quasi absolutè ponũtur. Quint. Sed memoria excolendo, sicut omnia alia, augetur, id est dum excolitur. Virgilius, Alitur vitium, crescitque tegendo. Idem, Aegrescitque medendo. &, Vritque videndo Fœmina. hoc est quum tegitur vitium, quum curatur æger, quum videtur fœmina. Sallustius etiam gerundium accusatiui casus passiuè posuit. Pauca (inquit) suprà repetam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis, magisque in aperto sint: id est vt cognoscantur. Iunguntur & gerundia cum plurali numero, singulari voce. Plin. Quam illorum videndi gratia me in forum contulissem.

Partim, aduerbium, Significat quandoq; Ex parte, vel pro parte ξ μέρη μέν, μέρη δέ, τὰ μὲν πολλά, τὰ δέ. Ital. *En parte.* Gal. *En partie.* Hisp. *En alguna parte.* ξ vt Partim subticuit crimen, partim confessus est: & fere semper in oratione geminatur. Cic. Cælio lib. 2. Epist. Vt eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. ¶ Aliquando non geminatur. Cic. de Amicitia. Sed nihil est quod illi non persequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit vnum sollicitum esse pro pluribus. Inuenitur etiam quater repetitum. Cic. pro Cluent. Partim nihil contra habitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim, &c. ¶ Aliquando Partim, teste Gellio lib. 10. cap. 13, idem est quod pars: vt, Partim hominum, id est pars hominum venit, siue quidam homines ex pluribus. Partim autem hoc in loco aduerbium est, neq; in casus inclinatur, & genitiuum regit. Interdum etiam aduerbio partim, atque eius genitiuo præponitur præpositio cum, vt probat Gellius adducto Catonis exemplo ex Oratione de Re Flor. Ibi (inquit Cato) pro scorto fuit, in cubiculum surreptitauit è conuiuio, cum partim illorum iam sæpe ad eundem modum erat. Cum partim eorum, dixit pro eo quod est, cum quibusdam eorum, vel cum parte. Vide Gellium loco iam citato. ¶ Nonnunquam partim non geminatum, in priore orationis parte locatur, in posteriore ponitur alius, alia, aliud. Sallust. in Iugur. Rutilus Imperator contra postulata Bocchi nuntios mittit ille probare partim, alia abnuere. Ibidem, Huic rogationi partim consci; sibi, alij ex partium inuidia pericula metuentes, &c.

Partior, partiris, & Partio, partis, partiui, partitum, futuro partiam, & partiar, & apud antiquos partibo, & partibor. Est autem Partiri diuidere, & quasi partes facere. ξ μερίζω, διανέμω. Ital. *Partire, dividere.* Gal. *Partir, departir.* Hispa. *Partir en partes.* ξ Plaut. in Asin. Hanc quam nactus sum prædam, cum illis partiam. Tacit. libr. 18. Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Cicer. pro Sylla, Neque hoc partiendæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. Idem in Oratore, Genus vniuersum in species certas vt nulla neque præmittatur, neq; redundet, partietur, ac diuidet. ¶ Præter proprium accusatiuum, habet aliquando ablatiuum cum præpositione cum: aliquando cum præpositione inter. Virg. 11. Aene. Accam ex æqualibus vnam Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ, Qui eum partiri curas: atque hæc ita fatur. Cæs. 3. belli Ciuil. Cum Scipione honorem partitur. Virg. 1. Aene. Socios partitur in omnes. Sall. in Iug. Prouincias inter se partiuerant. ¶ Ab his fiunt cõposita, Impertio, Dispertior, Bipertior, Tripertior, Quadripertior, Quinquepertior, de quibus suis locis.

Partitio, onis, verbale, Quod significat diuisionem totius in partes. ξ μερισμός. Ital. *Partitione, divisione.* Gal. *Departement, division.* Hispa. *Partimiento, obra de partir.* ξ Cicer. 2. de Natu. deor. Hæc, si rectè memini, partitio fuit. Idem 1. de Orat. Græcos partitionem quandam artium fecisse video. Idem pro Cæcin. Quum præsertim pecunia ex partitione deberetur.

Partitor, penult. prod. partitoris, verbale. ξ μεριστής. Ital. *Chi divide.* Gal. *Partisseur.* Hisp. *Partidor.* Cic. in Vatin. Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares.

Partitè, diuisè. ξ μεριστῶς, διαιρετικῶς. Ital. *Per parti, distintamente.* Gal. *Par parties, distinctement.* Hispa. *En alguna parte, partitamente.* ξ Cicer. in Orat. Quæ enim nihil potest tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, &c.

Particulones, Dicuntur cohæredes, & qui partem patrimonij sumunt. συμμέτοχοι. Pomponius in Præcone, vt citat Nonius, Age modò Stagati, particulones producam tibi.

Partiarius, rij, Colonus, siue alius quis cum quo aliquid commune habemus, & partimur. κοινωνός. Cato cap. 144, Vineam curandam partiario, bene curet, fundum, arbustum, agrum frumentarium: partiario fœnum, & pabulum, quod bobus satis siet qui illic sient: cætera omnia pro indiuiso. Idem cap. 16, Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit, & coquit. Et cap. 136, Redemptorem partiarium dicit eum quem paulo autè dixit colonum partiarium.

Parsimonia, vide PARCO.

PARTHENIVS, παρθένιος. Mons Arcadiæ, teste Plinio libr. 4. cap. 6, ita dictus à virginibus quæ in ea Veneri frequenter sacra facere solebant. ¶ Est & Parthenius, παρθένιος, fluuius Paphlagoniæ Ouid. lib. 4. de Ponto. Partheniúsq; rapax, & voluens saxa Cynapes. ¶ Parthenius itẽ, Poëta Nicæus, vt ait Suidas. Elegiarum variique carminis scriptor: à Cinna in bello Mithridatico captus, deinde ob illius ingenium manumissus. Vixit vsque ad Tiberium Cæsarem, qui teste Tranquillo, eius scriptis admodum delectabatur. Huius Parthenij locos Virgilius quãdoque mutuatur, cuiusmodi est illud, Glauco, & Panopeę, & Inoo Melicertæ. Autor Gellius. ¶ Fuit item alter Chius genere, filius Thestoris, qui vocabatur Chaos ex Homeri Poëtę posteris. Scripsit versus in laudem patris Thestoris. Suidas.

Parthenius, adiectiuum, vt Saltus Parthenij, Virg. 12, Aeglo. Lustra Parthenia, apud Claudia. 2. de Rapt.

PARTHAON, pen. prod. Pater Oenei regis Aetoliæ, apud Ouidium 9. Metam. in principio.

Parthenium, παρθένιον, Herba est, teste Ruellio, quam vulgus *matricariam* appellat, vel potius, vt Amato Lusitano & aliis visum est, *Cotula fœtida* vulgo dicta, quã Itali *Brusculo*: Galli *Cotula fœtida*: Hispani *Magaça* vocant. Descriptionem eius vide apud Dioscoridem lib. 3. ca. 146. Est itẽ Parthenion, teste Plinio, aliud herbæ genus, quod & perdicium, & helxine, & vrceolaris herba appellatur: nomen habens à Minerua, quæ illam Pericli in somnis traditur ostendisse quum verna illi charus de fastigio templi delapsus esset. Mineruam enim Atheniẽses καὶ ἐργάνην, παρθένον appellant. Vulgus *Parietarium* appellat, eo quòd circa parietes præcipue nascatur.

PARTHENOPAEVS, παρθενοπαῖος, penult. prod. Martis & Menalippes filius fuit teste Seruio, qui in bello Troiano periit. Virgil. 6. Aeneid. Hîc illi occurrit Tydeus, hîc inclytus armis Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.

PARTHENOPE, παρθενόπη. Vna fuit Sirenũ, quæ præ dolore, quòd præterenntem Vlyssem cum sociis in scopulos cantu pellicere non potuissent, in mare se præcipitauerunt. Harum aliæ alia in loca. Parthenope autem eò delata est, vbi postea condita fuit Neapolis, præclara vrbs Campaniæ, quæ ab eius nomine etiã Parthenope est appellata. Neapolim autem postea dictam fuisse hanc vrbem nõnulli putauerunt, quòd ab Augusto fuerit instaurata: sed hoc verum esse non potest. Nã etiam apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus multis ante Augustum annis claruit, Neapolis hæc vrbs appellatur: & ciues ipsi, Neapolitani: quos scribit quotannis ad tumulum Parthenopes facex tulisse. Verisimilior est itaque aliorum opinio, qui hanc vrbem à iuuentute Cumana conditam tradunt, qui fortè quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperissent, nomen eius vrbi indidere. Sed postquam loci vbertate atque amœnitate maiorem in modum frequẽtari ciuitas cœpit, veriti ne Cumæ deserterentur, diruendi Parthenopem consilium iniuere. Quo facto, mox immani pestilentia vexati, oraculo moniti sunt vt vrbem restituerent. Itaq; subitò instauratam, Neapolim, hoc est nouam vrbem vocauere. Hinc Parthenopæus, a, um, παρθενοπαῖος.

Parthenopolis, παρθενόπολις, Oppidum Thraciæ, teste Plinio lib. 4. cap. 11. Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictámq; putat à filiabus Gerasti filij Mygdonis: quæ quum agrestes & inhumanæ essent, patet vt eas ad ciuiliorem vitam traduceret, ciuitatem hanc earum gratia condidit. ¶ Est item Parthenopolis, Bithyniæ oppidum, apud Plinium lib. 5. cap. 32.

PARTHIA, παρθία Stephano, Regio Assyriæ, à qua Parthi, παρθοί, παρθαῖοι, παρθυαῖοι. Fuit hęc olim gens Scythica, quæ postea ad Medos profugit: vnde & nomen acceperunt. Nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur.

dicuntur, sicut refert Iustinus lib. 22, docens ab exulibus Scytharum, Parthorum imperium fuisse deductum. Horum regna duodeuiginti fuisse, refert Plin. lib. 6. cap. 15. Ab Ortu habet Arios, à Meridie Carmaniam, ab Occasu Medos, à Septentrione Hyrcanos.

PARTHINI, Populi sunt Macedoniæ prouinciæ, vt scribit Plinius libr. 4. cap. 23. in descriptione Macedoniæ.

Particeps, participium, Particulatim, Partim, Partior, vide PARS.

Partio, Partus, vide PARIO.

Parumpendo, Paruifacio, vide PARVVS.

Paruis, parulidis, παρουλὶς, Abscessus exiguus in gingiuis, qui nisi discussus fuerit, suppuratur. Vide Aeginetam lib. 6. cap. 27.

Parum, aduerbium, Significat modicum. ¶ μικρὸν, ὀλίγον. Italicè & Hispanicè, *Poco*. Gal. *Peu, vn peu*. ¶ Plautus in Trinum. Imo duas dabo, vna si parum est. ¶ Parum consulit, quum dicimus, intelligitur SIBI. Terent. in Adel. Magis impensè cupitis, consulitis parum subauditur Vobis. Parum prospicere, est parum, aut nihil futura præuidere. Plautus in Curcul. Perij, prospicio parum. Terent. in Andria, Parum succesit quod ago. at facio seduló. Plin. in Paneg. Parum est in curiam venias, nisi & conuoces, & interfis Senatui. Hinc Paululum, Pauxillum, & Pauxillum, παυρὸν μικρὸν, diminutiua.

Parumper, Paruo tempore, quasi perparum, hoc est valde parum. ¶ παυρὸν μικρὸν. Ital. *Vn pochetto, picciol tempo*. Gal. *Vn peu, quelque peu de temps*. Hisp. *Poco en tiempo*. ¶ Cice. de Amicitia, Tu velim animum à me parumper auertas. Terent. in Andria, Tu Mysis, dum exeo, parumper opperire me hic. ¶ Interdum significat paulatim. Virg. 6. Aeneid. -pulsúsq; parumper Corde dolor, tristi gaudet cognomine terra. Nonius tamen interpretatur ibi parumper, citró, & velociter.

Paulatim, aduerbiũ, Sẽsim, leniter. ¶ ψιλὰ. Ital. *A poco à poco*. Gal. *Peu à peu*. Hispa. *Poco à poco*. ¶ Terent. in Hecy. Paulatim elapsus Bacchidi, atque huic transtulit amorem. Virgil. 6. Aen. Paulatim adnabam terræ. Cælius Ciceroni, Cuius amicitia me paulatim in hanc peditam causam imposuit. Virgilius 3. Georg. Carpit enim vires paulatim, vrticque videndo Fœmina.

Pauliſper, temporis aduerbium, Modico temporis spatio. ¶ ὀλίγον χρόνον. Ital. *Per spatio di poco tempo*. Gal. *Vn peu de temps*. Hispa. *Vn poco en tiempo*. ¶ Cicer. 1. de Leg. Pauliſper facessant, rogamus. Plaut. Amph. -pauliſper mane, Dum edormiscat vnum somnum. Teren. Adelph. Congrú istum maximum in aqua finito ludere Pauliſper. Virg. 5. Aene. Ipse ego pauliſper pro te tua munera inibo. Ouid. 2. Trist. Atq; vtinam reuocet animum pauliſper ab ira. Cice. 1. de Diuin. Puellam defatigatam petiisse à matertera vt sibi concederet pauliſper vt in eius sella requiesceret.

Paulum, diminutiuũ à Parùm, Cuius sunt quatuor gradus diminutionis, scilicet Paulùm, Paululùm, Pauxillùm, & Pauxillulum. ¶ ὀλίγον, μικρὸν βραχύ. Ital. & Hisp. *Poco*. Gal. *Peu*. ¶ Teren. in Phorm. -erat et de ratiuncula lamprídem apud me reliquum pauxillulum numorum. Idem in Andr. Pro peccato magno paulum supplicij satis est patri. Idẽ Eunuc. Tace obsecro, quasi verò paulũ interfit. Cæsar 3. bell. Ciui. Naues soluit, paulúmq; à portu progressus, literas à Cæsare accepit. Cic. 1. Acad. Paulúmq; quum ab eius villa abessemus, ipsum ad nos venientem vidimus. Post paulum, pro paulo póst, dixit Quintilianus lib. 9. ca. 4. Sed de propositorum diuersitate (inquit) póst paulum.

Paulò, aduerbium est, idem significans quod paulùm: sed paulùm positiuis, paulò comparatiuis frequẽtius iungitur: vt, Paulò amplius, Paulò magis. & prepositionibus Ante & Post: vt, Paulò antè, Paulò pòst. Vide Vallam libr. 1. ¶ Paulò magis, ponitur interdum pro nimium. Cice. in Bruto, Et verbis delectari videtur paulò magis priscis. ¶ Et Paulò minus, aliquãdo pro propemodum, siue ferè, μικρῦ. Sueton. in Tyb. Cæs. Quasi neq; rediturus vnquã, & citò mortem etiã obiturus: quod paulò minus vtrunq; euenit. ¶ Paulò mox, ponitur pro statim, cum paruo interuallo. Plinius, Et Paulò mox calefactum vulneri imponatur.

Paululum, diminutiuum à Paulum. ¶ ὀλίγον. Ital. *Pochino*. Gal. *Fort peu*. Hisp. *Poquillo*. ¶ Terent. in Adel. Agelli hic sub vrbe est paululum quod locitas foras. Iungitur cum ante. Cicero 4. Acade. Et paululum antè dicendum est, quæ non mihi videntur confideraſſe physici. Ponitur aliquãdo pro pauliſper. Terent. in Eunucho, Paululum opperitier si vis, iam frater ipse hic aderit virginis.

Paululus, paulula, paululum, adiectiuum. ¶ ὀλίγος, μικρὸς ὁ. Ital. *Pochino*. Gal. *Fort peu*. Hispa. *Poquillo*. ¶ Liu. 8. ab Vrbe, Pro paulula via magnam mercedem Romanis esse soluendam. Idem 5. bel. Maced. Nihil puto aspectu contemptius, equi, hominésque paululi, & graciles, discinctus & inermis eques.

Paruus, a, um, Exiguus, non magnus. ¶ μικρὸς. Ital. *Picciolo*. Gal. *Petit*. Hisp. *Pequeño*. ¶ Plinius lib. 11. cap. 37. Ab iisdem, qui altero lumine orbi nascerentur, coelites vocabantur: qui paruis vtrisque, ocellæ. Idem lib. 12. cap. 13. Parui odoris amomum. Id est pauci & imbecilli odoris. Hor. 2. Serm. saty. 6. -neque villa est Aut magno, aut paruo lethi fuga. Cicero 1. de Orat. Sic etiam in paruis, aut mediocribus rebus doctores assequi possunt, &c. ¶ Ponitur & paruum pro eo quod est minimi pretij. Plinius in Paneg. Nihil antè tam vulgare, tam paruum in Senatu agebatur, vt non laudibus principum immoraretur. Cice. 1. Offic. Parua sunt fortis arma, nisi est consilium domi. ¶ In paruo, ponitur pro ferè. Plinius lib. 8. cap. 33, Eminet rostrum, vt in paruo sit haud abhimile fusillo.

Paruissimus protulit Lucret. lib. 3, pro minimo. -igitur paruissima quanto Et leuissima sunt, ita mobilitate fruuntur.

Paruitas, atis. ¶ μικρότης. Ital. *Piccolezza*. Gal. *Petitesse*. Hisp. *Aquella pequeña quantidad*. ¶ Cice. de Vniu. Haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem, &c.

Paruulus, diminutiuum. ¶ ὀλίγος, ἄγαν σμικρός. Ital. *Forte picciolo*. Gal. *Fort petit*. Hisp. *Muy pequeño*. ¶ Terent. in Eunuc. Matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit. Paruula res, est nullius momenti. Terent. in Adelph. Tam ob paruulam rem penè ex patria, &c. ¶ Paruula pecunia, & Immanis opponuntur. Cice. pro Rosc. Comœdo, Et illa fuit pecunia immanis, hęc paruula. ¶ Ponitur & paruulus pro puerulo. Quintil. lib. 3. cap. 7. Excepta paruulorum iudicia.

Parcuulùm, aduerbium. Plinius epist. 170. Nam paruulùm differt patiaris aduersa, an expectes, id est minimùm. Hinc etiã Paucus, ὀλίγος, à quo diminutiua Pauculus, & pauxillus.

Minor, oris, & hoc minus comparatiuum à paruus. ¶ ἐλάττων. Ital. *Minore*. Gal. *Moindre*. Hispa. *Menor*. ¶ Ouid 2 de Arte, Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. ¶ Interdum idem est quod iunior, præsertim si addatur ablatiuus natu, annis, vel similis. Cic. de Amic. Tu verò perge Læli: pro hoc enim, qui minor est natu, iure meo respondeo. Idem 4. Verr. Nequis minor triginta annis natu. Idem 4. Acad. Te hominem amicissimum, & aliquot annis minorem natu. Interdum etiam sine huiusmodi ablatiuo. Terent. in Eunuc. Sed video herilem filium minorem huc aduenire.

Minimus, a, um, superlatiuum à Parnus. ¶ ἐλάχιστος. Ital. *Piccolino, minimo*. Gal. *Moindre de tous, treſpetit*. Hisp. *Poquillo*. ¶ Cice 3. Offic. Ex malis eligere minima oportet. Plaut. Aul. Accessit animus ad meam sententiam, Quàm minimo sumptu filiam vt nuptum darem. ¶ Minimus natu. Liuius 2. ab Vrbe, Minimus quisque natu patrum.

Minimè, penult. corr. aduerbium negandi. ¶ ἐλάχιστα, οὐδαμῶς, δῆτα. Ital. *Per niente*. Gal. *Nullement*. Hispa. *En ninguna manera*. ¶ Cice. de Amic. Turpis enim excusatio est, & minimè admittenda, cum in cæteris peccatis, tum si quis contra Rempublicam se amici causa fecisse fateatur. ¶ Minimè gentiũ, Vehemẽtius negantis est, vt quum volumus significare quippiam omniũ gẽtium iudicio minimè esse faciendum. ¶ οὐδαμῶς. Ital. *Per niente, à nun modo*. Gal. *Nullement*. Hisp. *No à ningun de todos*. ¶ Aut certè ponitur pro minimè, vt sit superuacua adiectio Gentium: sicut Vbique gentium, pro vbique. Nusquam gentium, pro nusquam.

Minimùm, Superlatiuum est à Parum, & aduerbiũ quantitatis. ¶ ἐλάχιστα. Ital. *Minimamente, per lo meno, al meno*. Gal. *A tout le moins, pour le moins*. Hispa. *Almenos*. ¶ Minimè verò negatio est. quasi nequaquam. ἐλάχιστα. vt, Minimùm doctus, qui pauxillum est doctus: vt, Minimè doctus, qui prorsus est indoctus. Plus enim est Minimè, quàm non. Cic. lib. 1. Offic. Miniméque artes hæ probandæ quæ ministræ sunt voluptatum. ¶ Minimùm etiam pro saltem, ad minus, vt minimùm, τούλάχιστον. Varro, Harum singula genera minimùm in binas species diuidi possunt. Sic aliquando etiam sumitur Minimè. Colum. libr. 1, Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minimè nouem: quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat. ¶ Iungitur autem Minimùm cum genitiuo, vt cætera aduerbia quantitatis. Cic. de Amic. Quòd si ita esset, vt quisque valetudinis minimùm in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus.

Minimopere dixerunt veteres, vti Maximopere. Licinius apud Priscianum, Non minimopere milites quietes volebant esse.

Minus, oris, Quandoque comparatiuum est à Paruum, neutri generis, sicut Minor masculini & fœminini: vt, Plus, minùs ve. ¶ πλέον, ἐλάττων. Ital. *Minore, meno*. Gal. *Moindre, moins*. Hisp. *Menor, menos*. ¶ Aliquando comparatiuus est aduerbialis: sed tunc à parum fit, non à paruum: vt, Habeo minus pecuniæ. Quòd si iungatur positiuo, contrariè significationis comparatiuum demonstrat: vt, Minus stultus: id est prudentior. Minus prudens: id est stultior. Terent. in Eunu. Hoc nemo fuit minus ineptus, id est aptior. ¶ Frequenter etiam accipitur pro non, præsertim coniunctum cum sin, & cum quo: vt, Sin minus, idem est quod, si verò non: Quo minus, hoc est, vt non. ¶ Minus quindecim anni sunt. Plaut. in Trinum. Minus quindecim dies sunt, quòd pro his ædibus minas quadraginta Accepisti à Callicle. Liu. de bello Puni. Minus duo millia hominum effugerunt.

Minusculus, la, lum, diminutiuum à Minus. ¶ μικκότερος. Ital. *Minoretto*. Gal. *Vn peu plus petit, plus petiet*. Hispa. *Cosa vn poco menor*. ¶ Varro, Ex hoc aniario vt fumantur idoneæ, excludantur in minusculum auiarium. Ad hunc etiam modum dicimus, Minusculam epistolam, Minusculam villam. Plaut. Amph. Si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula Tuum diminuam caput. Cice. ad Qu. Fra. Rescripsi epistolæ maximæ, audi nunc de minuscula. Idem ad Atticum, Scribis enim esse rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minusculam verò villam vtiq; Quinto traditurum.

PARYSATIS, παρυσατὶς, teste Plutarcho, Cyri filia, & Artaxerxis mater.

Pascolus, pennule corr. vt inquit Nonius, Sacculus est ex aluta factus. Plaut. in Rud. Præterea centum minæ Philippicæ in pascolo seorsum. Quidam dicunt significare loculum in marsupio.

Paschа, neut. gener. τὸ πάσχα. Ausonius, Nos etenim primis sanctum post Paschа diebus. Quod planè nomen Hebræum esse, ac trãsitum significare docet Hieronymus, sic inquiẽs, Paschа quod Hebraicè dicitur Phase, non à passione (vt plerique arbitrantur) sed à transitu nominatur, eo quòd exterminator vidẽs sanguinem in postibus Israëlitarum, pertransierit, nec percusserit eos. Quidam ex recentioribus genitiuum Paschatis efferunt, manifesto errore, quum sola Græca verbalia in ma, terminata, & à prima persona τοῦ παρακείμενου παθητικοῦ derivata, in atis mittant genitiuum.

Pasco, is, pasui, pastum, Vescor, comedo. ¶ νέμομαι. Ital. *Pascere, mangiare*. Gal. *Paistre, repaistre*. Hispa. *Apascentar el ganado, comer*. ¶ Virgilius 3. Aeglo. -pascentes seruabit Tityrus hœdos. Ouid. 4. Metam. Mille greges illi, totidémque armenta per herbas Pascebant. ¶ Quandoque constituitur cum accusatiuo. Ouid. 2. Fast. Pauit ouis pratum, vetbenas improba carpsit. In hac significatione etiam sumitur Pascor deponẽs, de quo in sequẽti dictione dicemus. ¶ Aliquando Pasco verbũ est actiuũ, idem significans quod cibum alteri præbere. ἀμέω, βόσκω, & quasi cibo saginare. & sic dicimus, Herba pascit equũ, & Pasco equum herba. Virgil. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acrémque molossum Pasce sero pingui. Plaut. in Mercat. Nam ædepol equidem, mi senex, non didici baiulare, Nec pecua ruri pascere, neq; pueros nutricare. Cice. 1. de Diuin. Qui quum propter paupertatẽ saues puer pasceret. ¶ Per transtationem ponitur pro Delectare. ἰσῶ. Idem 1. Aene. -atq; animum pictura pascit inani. Sic Pascere oculos, est visu alicuius rei gratæ eos oblectare. Terẽ. in Phorm. Restabat aliud nihil nisi oculos pascere. ¶ Interdum pro Fouere, alere. Virg. 3. Georg. Et qualẽ infœlix amisit Mantua campum Pascentem niueos herbolo flumine cygnos. Iuuen. saty 3. -quot pascit seruos, tot possidet agri Iugera. ¶ Huius composita sunt, Compasco, Depasco, Dispesco, Expasco, Perpasco. vide suis locis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pascor,eris,deponens,Significat Comedo, vescor.{ νέμομαι. Ital. *Mangiare.* Gal. *Estre repeu, se repaistre, manger.* Hispa. *Comer, pascer el ganado.* } Virgilius 3. Geo. Pascuntur verò syluas, & summa Lycæi, Horrentésque rubos, & amantes ardua dumos. Idem ibidem, Pascitur in magna sylua formosa iuuenca. ¶ Aliquando Pasci accipitur pro Crescere. Ouid. libr. 1. Amor Pascitur in vnis liuor, post fata quiescit. ¶ Ab hoc fiunt Depascor. νέμομαι, ἐπινέμομαι. Virgil. 1 Georg. Luxuriem segetum teneta depascit in herba. Impascor, Intus pasco. ἐπινέμομαι. Colum. libr. 2, Neque suem velimus impasci pratum, quoniam rostro suffodiat, & exspites excitet.

Pascito, as, penult. corr. Frequentatiuum à Pasco. { βόσκω. Ital. *Pascolare.* Gal. *Repaistre, paistre.* Hispa. *Apascentar el ganado.* } Varro 3. de Re rust. cap. 16, Nunc feras dico, quæ in syluestribus locis pascitant: cicures quæ cultis.

Pastus, a, um, participium à pascor, Qui cibum vel pabulum sumpsit. { νεμόμενος. Ital. *Pasciuto*, Gal. *Repeu.* Hispa. *Apascentado.* } Cicc. pro Cluent. Vt etiam bestiæ fame dominante, plerunq; ad eum locum, vbi pastæ aliquando sint, reuertantur. Virgil. 5. Aeglo. Non vlli pastos illis egêre diebus Frigida Daphni boues ad flumina.

Pastus, us, Cibum, siue cibationem, vel pabulum significat. { νέμησις, νομή. Ital. *Pastura.* Gal. *Pasturage.* Hispa. *Apascentamiento.* } Gell. libr. 2. cap. 29, Alia luce orta, auis in pastum profecta est. Virgilius 4. Georg. -rursus eadem Vesper vbi è pastu tandem decedere campis Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant. Idem ibidem, Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit. Cicc. 1. Offic. Principio generi animantiũ omni est à natura tributum, vt se, vitam, corpúsque tueatur, declinétque ea quæ ei nocitura videantur, quæque sint ad viuendum necessaria inquirat, & parer. vt pastum, vt latibula, vt alia eiusdem generis.

Pastio, onis, verbale est à Pasco, propriéq; significat ipsum pascendi actũ. { νομή. Ital. *Pastura.* Gal. *Pasture, pasturage.* Hisp. *Apascentamiento.* } Varro 2. de Re rust. cap. 10, Quũ pascũt in saltibus, greges cogere oportet, in pastione diem totum esse. ¶ Frequentissime etiam accipitur Pastio pro ipso pecudum alimento. Cicc. pro lege Manilia, Asia verò tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Valla lib. 4, Pastio videtur significare cibũ, sed tamen potius ad alimenta pecudum pertinet, quæ pasci dicimus: quanquam suapte natura significat ipsam actionem pascendi: nũc frequentius cibum. Colum. libr. 1. in Præfat. Porculatoris verò & subulci diuersa professio, diuersæ pastiones.

Pascuus, a, um, Quod pastui aptum est. { νομικός. Ital. *Pascolatiuo.* Gal. *Qui sert de pasturage.* Hisp. *Campo ò coja que se pasce.* } vnde Paulus Syluam pascuam appellat quæ est pascuis pecudũ destinata. Plautus in Truc. Non aruus hic qui arari soleat, sed pascuus est ager. Lucret. libro 5. Siue quòd inducti terræ bonitate volebant Pandere pingues, & pascua reddere ruta. Hoc est colere rura vt apta essent pascendis armentis.

Pascuum, pascui, à quo plurale Pascua, orum, In quibus pecudes pascuntur, siue ager pascuus sit, siue pratum, siue mons aut collis. { νομή, νομός. Ital. *Pascolo.* Gal. *Pasturage ou paistis, herbage.* Hispa. *Cosa que se pasce ò apascenta.* } Colum. libr. 8. In eo rure quod pascuo caret, contineri potest, exiguo, & qualicunque pabulo contentus. Idem libr. 2. cap. 14. Esurienx mittatur in pascuum. Ibidem cap. 5, Nec tamen villa tam blanda sunt pabula, aut etiam pascua, quorum gratia non exolescat vsu continuo. Herbosa pascua, Ouid. 2. Metam. Læta pascua, Horat. 4. Carm. Ode. 4. ¶ Pascua, (inquit Plinius libr. 18. cap. 3.) in Censorias tabulis dicebantur omnia ex quibus populus reditus haberet, quia diu hoc solùm vectigal fuerat.

Pascuales, Oues & gallinæ dicuntur, quæ passim pascuntur: à pasco, siue à pascuis, quasi pascuales. { ὀλλικοί. Ital. *Che pascolano qua & la.* Gal. *Qui repaissent ça & la.* Hisp. *Cosas de pasto.* } Lucil. Pascali pecore, ac montano hirco, &c. Nonius.

Pastor, oris, Qui curam habet pascendi: vox sæpius repetita apud Varronem, Catonem, Columellam, & alios linguæ Latinæ principes. { ποιμήν. Ital. *Pastore.* Gal. *Pasteur, Berger.* Hisp. *Pastor.* } Cic. pro Flacco, O pastores nescio quos cupidos literarum. Virg. 3. Georg. -desertáque regna Pastorum, & longe saltus, latéque vacantes. Iuuenal. Satyra 11, Pastoris duri est hic filius, ille bubulci.

Pastoralis, & hoc pastorale, Quod est pastoris, vel quod ad Pastorẽ pertinet. { ποιμενικός. Ital. *Pastorale.* Gal. *De pasteur.* Hispa. *Cosa perteneciente à pastor.* } vt, Pastoralis cura, Pastorale officium. Varro, Tertio gradu à vita pastorali ad agriculturam descenderunt. Cicero 1. de Diuin. At ille Romuli auguratus pastoralis, non vrbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum. Virgilius 7. Aeneid. Et pastoralem præfixa cuspide myrtum. Colum. libr. 6. cap. 23, Ad quem laturæ pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo quasi receptui canitur. Ouid. 2. Fast. Romulus, & frater, pastoralisque iuuentus Solibus, & campo corpora nuda dabant.

Pastoritius, a, um, Idem quod pastoralis. { ποιμενικός, βουκολικός. Ital. *De pasture, pastorale.* Gal. *De pasteur, de pasture.* Hisp. *Cosa perteneciente à pasto, pastoral.* } Varro lib. 1 de Re rusti. cap. 2, Quum homines pastoritiam vitam agerent, neq; scirent etiam arare terram. Cicc. ad Attic. lib. 1. Itaque & ludis, & gladiatoribus mirandas ἐπιποιμενικὰς siue villa pastoritia fistula auferebamus. Idem pro Cœlio, Feta quædam sodalitas, & planè pastoritia atq; agrestis germanorum Lupercorum.

Pastorius, a, um, Quod ad pastorem pertinet. { ποιμενικός. Ita *ciò che s'appartiene à pastore.* Gal. *Appartenant à pasteur.* Hispa. *Cosa perteneciente à pastor.* } Varro libro 2. de Re rusti. An ea quæ tria heri dixisti mihi de pastoria re. Ouid. 2. Metam. Illud erat tempus, quo te pastoria pellis Texit, onũsque fuit baculus syluestris oliuæ. Sibila pastoria, Idem 13. Metamor.

PASIPHAE per quatuor syllabas, πασιφάη, Filia Solis, & vxor Minois regis Cretæ, quã fabulæ ferunt Tauri amore captam fuisse, Dædaliq; opera, qui ligneæ eam vaccæ inclusit, voti compotem factam, Minotaurum peperisse, media parte hominem, reliqua taurum referentem: quod monstrum postea in Cretensi labyrintho Theseus dicitur interfeciſſe, Ariadnes ope adiutus. Seruius Minois scribam fuisse tradit nomine Taurum, cum quo Pasiphae, mutuo eius amore capta, in Dædali ædibus concubuit. De hac Virg. 6. Aeglo. Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent, Pasiphaen, niuei solatur amore iuuenci.

PASITELES, πασιτέλης, Insignis statuarius fuit, & artis plasticæ peritissimus: de quo vide Plinium lib. 35. cap. 12.

PASITHEA, πασιθέη, Vna ex tribus Gratiis, quam alij Euphrosynẽ vocant. Statius, Non hoc Pasithee blandarum prima sororum.

PASITHOE, πασιθόη, Nomen est nymphæ marinæ, Nerei & Doridis filiæ, vt inquit Hesiodus in Theogonia.

PASITIGRIS, Nomen Tigris fluuij: ea in parte qua duo eius alnei confluunt. Plinius libro 6. cap. 27, Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. pass. diuisus in alueos duos: altero Meridiem ac Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, eiusdem gentis tergo, campos Gauchas secat. Vbi remeauere aquæ, Pasitigris appellatur.

PASSALVS, πασσαλῶν, & Achemõ Cercopes fuere filij Sennonidis, mulieris fatidicæ, qui quũ nullo non iniuriarum genere in obuium quẽq; debacchartẽtur, à matre admoniti sunt vt sibi à Melampyge cauerent. Euẽnit deinde vt Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eãdem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, eúmque dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiẽs, correptos ac vinctos, de claua suspendit leporum ritu, & ad eũ modum gestabat. Pendẽtes itaque capitibus deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum atq; hispidũ intuiti, non Lydorum more leue ac depilatum, materni moniti illis in mentem venit, cáque de re inter se confabulabantur. Quod simulac audiuit Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit.

Passer, eris, Auis est vulgo nota, quam nonnulli à pariendo dictam putant, eo quòd morbum caducum patiatur. { στροῦθος. Ital. *Passere.* Gal. *Passereau, moineau.* Hisp. *El gorrion.* } Plin. libro 10. cap. 36, Contrà passeri minimum vitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare, argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Fœminis longissimum spatium. Cicc. 1. de Diuin. Chalcas ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est. Horat. 2. Serm. saty. 8, -quum passeris atq; Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi. ¶ Est Passer, nomen piscis marini, ex genere pelamidum, vt ait Plin. libr. 32. cap. 11. ψήττα. ¶ Est præterea Passer loci nomen non procul à Terracina. Martial. libr. 6, Non mollis Sinuessa, fetuidique Fluctus Passeris, aut superbus Anxur ¶ Passer solitarius, στρουθὸς μονάζων, Auis aliquanto grandior passere, ac subnigrior, solus per domorum culmina incedens, cantu suauis. Sipont.

Passerculus, diminutiuum. { στρουθίον. Ital. *Picciolo passere.* Gal. *Petit passereau.* Hisp. *Pequeño gorrion* } Plaut. in Asin. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem. Cic. 2. de Diuin. Cur autem de passerculis coniectoram facit, in quibus nullum erat monstrum &c.

Passermices, Gotes sunt, quę trans Alpes inueniũtur aqua aciem trahentes. Plin. libro 36. cap. 22, Repertæ sunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu, necnon & trans Alpes, quas Passermices vocant.

Passim, aduerbiũ, à passu, Significat sparsim, veluti per singulos passus. { ἀνὰ πᾶσαν ὁδὸν, καθ' ὅλου. Ital. *Per tutto, ouunque.* Gal. *Par tout, de tous costez.* } Hisp. *De passo en passo.* } Vbique verò dicitur de eo vbi nullum est internallũ: vt Herba est in prato vbique, grex verò passim pascitur, quia aliquid interualli est inter pecudem & pecudem, nõ inter herbam & herbam. Cic. pro Fonteio, Hi contrà vagantur læti, atque erecti passim toto foro. Sed hæc confunduntur quandoque. ¶ Ponitur interdum pro Vndique. πανταχόθεν. Lactant. Constituit asylum, eò passim confugerunt ex finitimis locis. ¶ Interdum pro quomodolibet. Virgil. 3. Aened. Passim in littore sicco Corpora curamus, id est vt quisque vult, siue indifferenter. ¶ Aliquando pro vbique, πανταχοῦ, πανταχῇ. Lactantius, Creditur ei passim tanquam cognitæ veritati.

Passum, si, Vini dulcis genus, quod ex vuis passis exprimitur. { γλυκύ. Ital. *sapa.* Gal. *Du vin cuit, vin doux.* Hisp. *Vino baitardo de vuas passas.* } Vua autem passa ea dicitur quæ ad solem suspenditur vt maiorem contrahat dulcedinem. Quomodo autẽ fiat passum, docet Columella lib. 12. cap. 39. Vuam (inquit) præcoquam bene maturam legito, acina uuda aut vitiosa reiicito: furcas vel palos qui cannas sustineant, inter quaternos pedes figito, & perticis iugato. Tum insuper cannas ponito, & in sole pandito vuas, & noctibus tegito, ne irrorentur. Quum deinde exaruerint, acina decerpito, & in dolium, aut in seriam conicito: eódem mustum quamoptimum, sic vt grana submersa sint, aduecto. Vbi combiberint vuæ, seque impleuerint, sexto die in fiscellam conferto, & prælo premito, passúmque tollito. ¶ Passum secundarium, quod fiebat post passum, brisa musto madefacta. Columella ibidem, Postea vinaccos calcato, adiecto recentissimo musto, quod ex aliis vuis factum fuerit, quas per triduum insolauerit: tum permiscero, & subactam brisam prælo subiicito, passúmque secundarium statim vasis oblinitis includito.

Passus, à verbo Patior, vide PATIOR.

Passus, à Pando, pandis, vide PANDO.

Passus, sus, proprié est extensio pedum in progrediẽdo. { βῆμα. Ital. *Passo.* Gal. *Vn pas.* Hispa. *Passo, passada tomada de cinco pies.* } Virgil. 2. Aen. Sequitúrq; patrem non passibus æquis. Dicitur præterea passus mẽsura duorum pedum, & semissis: à passis, hoc est extentis pedibus. Tãtum enim fere in progrediẽdo spatij est inter digitos prioris pedis & calcaneum posterioris. Hic autem passus minor, vel passus simplex dicitur, à nonnullis etiam gressus. ¶ Passus autem maior, qui & passus Geometricus dicitur, quòd eo peculiariter Geometræ vtantur, cõstat ex quinq; pedibus, hoc est ex passu minore geminato. Et de hoc passu intelligendum est, quum dicimus, Millia singula constare ex mille passibus: & generaliter, quoties apud scriptores passus occurrit mentio, Geometricum passum accipere debemus. Plin. libr. 11. cap. 5, Apes operantur intra sexaginta passus. Vide de hoc Cosmographiam Appiani.

Pastillum, neutr. gen. (sicut docet Festus) fuit genus libi rotũdi quo vtebantur in sacris.

Pastillus, li, Et mastilla cuiuscunque materiæ in formam panis parui coacta.

coacta. {πλακοῦς ⊙. Ital. *Pastello.* Gal. *Trochisque.* Hispa. *Panezillo, trochisco.* } Diminutiuum videtur à pasta: quauuis hæc mutatio generis. Festus autem à pane deducit. Hinc Pastilli medicinales, & Pastilli odoratorij. Horat. 1. Serm. Satyra. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Græce trochisci dicuntur ab orbiculari forma. ¶ Pastilli (inquit Celsus lib. 5. cap. 17.) medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut vino, vel aceto incocta, quæ à coctione rursus inaruerunt: quæ, quoties vsus poscit, subinde eiusdem generis humore diluuntur: deinde vulneribus illiuntur, non autem imponuntur vt emplastra. Plin. lib. 33. cap. 6, Quod vbi subsidit, flos intelligitur, ac linteolo interposito, in sole siccatur, non vt peratescat: iterúmque in mortario teritur, & in pastillos diuiditur.

Pastinaca, æ, Genus radicis, virtutis calidæ, {γυφυλλῶ ⊙. Ital. *Pastinaca.* Hisp. *Çanahoria.* } Huius duæ sunt species, agrestis, quam Græci propriè vocant γυφόλλιον. Galli, *des Panets.* Altera hortensis, quam iidem paucis literis immutatis vocant *Pastenades.* Vide Plin. lib. 39. cap. 5, & Dioscorid. lib. 3. ca. 57. 81. ¶ Item pastinaca, piscis venenatus ex planorum genere, πτυχὶς ἡ. Plin. lib. 9. cap. 42, Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Armenta solertiæ huius, quòd tardissimi piscium hi, mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiantur. Celsus lib. 6. cap. 9. Et plani piscis quem nostri pastinacam, Græci πτυχίνα vocant, aculeus torretur.

Pastinum, ni, pen. corr. {τὸ γυφεῖον. Ital. *Forcella di ferro.* Gal. *Vne houe de vigneron.* Hisp. *El apada ò el apadon.* } Est (vt Columella lib. 3. cap. 18, refert) ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Palladius accipit pro pastinato, hoc est pro terra pastinatione renouata, Pastinum fieri hunc tempus est. Mensura pastini hæc est, in tabula quadrata iugerali vt centeni octogeni pedes per singula latera dirigantur.

Pastino, as, are, Eit agrum fodere. {βυλοτροφῶ. Ital. *Zappare.* Gal. *Houer.* Hispa. *Cauar viñas ò arboles.* } Colum. lib. 3. cap. 13, Tum in terram bene pastinatam, & stercoratam rectum sarmentum defigito. ¶ Hutus compositum est, Repastino, as. Repastinari dicebant veteres vineas quæ refodiebantur. Hæc enim propria appellatio restibilis vineti erat: nũc antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli vineis præparatur, repastinatum vocat. Vnde quidam Repastinari agrum dicunt, cuius natura fodiendo mutatur. Plin. lib. 19. Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium, si in repastinato seras. Hinc Repastinatio, pro renouatione quandoque capitur.

Pastinatio, onis, verbale. {βυλοτροφία. Ital. *Essio Zappare.* Gal. *Houement.* Hisp. *Aquella obra de cauar viñas ò arboles.* } Colum. libr. 3. cap. 12, Quibus omnibus diligenter exploratis, tum pastinationem suscipiemus.

Pastinatus, us, Ipsa pastinatio. βυλοτροφία. Plin. lib. 17. cap. 20, Alba populus seritur bipedaneo pastinatu.

Pastinator, oris. {ὁ κατ' ἀγρὸν. Ital. *Zappatore.* Gal. *Houeur.* Hisp. *Cauador de viñas ò arboles.* } Colum. lib. 3. cap. 13, Nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcũ facturus est, in specie Græcæ literæ X, decussabimus.

Pastinatum, ati, solum fossione renouatum. {τὸ ἐκκαμμένον. Ital. *Campo Zappato.* Gal. *Houé & labouré.* Hisp. *Campo cauado.* } Colum. lib. 4. cap. 4, Facta in pastinato scrobe. Idem lib. 3 cap. 3. Et adhuc tamen sic computauimus, quasi nullæ sint viui radices quæ de pastinato eximantur.

Pastio, Pastus, Vide PASCO.

Pastomis, idis, πωγωνὶς. Instrumentum ferreum, siue ligneum, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus vel morsui imponitur. Lucil. Pastomides huic de naribus ingentes pendent.

PASTOPHORI, pen. corr. παστοφόροι, Sacerdotes sactosancti Aegyptiorum, honoratiores cæteris. Dicti quòd ferant pallium Veneris, cui nomen est pastos: à quo & ipsa Venus παστοφόρος dicta est.

Pastophorium, παστοφόριον, Pastophori domicilium. Apud Esdram sic legitur, Exurgens Esdras in pastophorium Ionathæ, & hospitatus illic, nõ gustauit panem, nec bibit aquam. Hieron. in Iesaiam, Pastophorium est thalamus in quo habitat præpositus templi. Et in lib. Machab. Viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata sunt sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta. Dicitur autem pastophorium παρὰ τὸ πάστον φέρειν. Pastos autem Græcis modo pallium sacerdotale significat, modò thalamum nuptialem, nonnunquam etiam conuiuij locum in quo sacerdotes solent epulari.

Pastor, Pastoralis, Pastoritius, Pastorius, & Pastus, Vide PASCO.

Patagium, gij, πατάγιον. Aurea chlamys, quę pretiosis tunicis superindui solet: & qui ita induti sunt, Patagiati dicuntur. Et patagiarij, qui huiusmodi vestes conficiunt. Apuleius, Vberes enim crines leniter demissos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuatu patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos in summum verticem nodus astrinxerat. Festus, Patagium est quod ad summam tunicam assui solet, quæ & Patagiata dicitur.

PATALVS, πάταλος, Insula vicina Cariæ, apud Stephanum. Gentile est Patalius.

PATARA, pen. corr. πάταρα, Vrbs Lyciæ, vbi Apollo dabat responsa sex hybernis mensibus, vt tradit Seruius. Dicta à Pataro Apollinis filio hybernis mensibus, vt tradit Seruius. Dicta à Pataro Apollinis filio ex Lycia Xanthi filia: vel ab alio Pataro Lapeonis filio. ¶ Hinc Patareus, a, um. πατάρειος ⊙. Stat. lib. 1. Theb. Phœbe parens, seu te Lyciæ rectus, a, um. πατρῷ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pater, huius patris, Qui aliquem genuit. {πατήρ. πατὴς ...al. & Hisp. Padre. Gal. Pere. } Terent. in Adelphis, Tuus hercle verò & animo & natura pater. Dicitur autem proculdubio ab eo quòd apud Græcos pro eodem dicitur πατὴς: quamuis Varro lib. 4. de Lingua Latina, patrem à patefaciendo semine dictum velit. Ouid. 9. Metamor. Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ, Aut timor impedier. Horat. 2. Epist. 1, -pueri, patréſque seueri Fronde comas cincti cœnant. ¶ Patris nomine, aui, abaui, proaui, ataui continentur, non autem tritaui, vt vult Valla. Hinc quum patrum nostrorum memoria dicimus aliquid esse factum, de proxima ætate intelligimus, non autem de illa sexta. Cic. 1. de Orat. Quid quod vsu memoria patrum venit, vt, &c. Patres maioréſque nostri, Idem 1. Verr. Virgil. 2. Georg. Sacra deûm, sanctique patres. ¶ Pater etiam nomen religionis est: vnde dij omnes patres vocabantur, peculiariter tamen Bacchus hoc sibi nomẽ vendicauit. Virg. 2. Georg. Huc pater ô Lenæe veni. Vbi Seruius, Pater licet generale sit omnium deorum, tamen proprié Libero semper cohæret: nam Liber pater vocatur. - Idem alio loco, Patet proprié omnium deorum est epitheton. ¶ Diuûm pater, hoc est Iupiter. Virgil. 1. Aeneid. -diuûm pater atque hominum rex. ¶ Oceanus pater rerum. Idem 4. Georg. -simul ipsa precatur Oceanúmque patrem rerum, Nymphásque sorores. ¶ Gradiuus pater, hoc est Mars. Idem 3. Aen. Multa mouẽt animo, Nymphas venerabar agrestes, Gradiuúmque patrem, Geticis qui præsidet aruis. ¶ Pater absolutè pro Ioue. Virg. 1. Georg. Ipse pater media nimborum in nocte cõscia Fulmina molitur dextra. Ibidẽ, Ter pater extructos disiecit fulmine montes. ¶ Similiter Pater nomen est reuerentiæ: propter quod Romulus centum Senatores, quos ad Reipubl. curam elegit, siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant qui ad id idonei essent, Patres ab honore vocauit, siue ab ætatis vel curæ similitudine. Festus. Patres, Senatores ideo appellati sunt, quia agrorũ partes attribuebãt tenuioribus, acũ liberis proprijs. Dicitur autẽ πατὴς Græcè, quasi πάσδων τροφὸν, hoc est ex se genitos seruans.

Paterfamiliàs, genitiuus patrisfamiliàs, vel patrisfamilię. Dicitur qui primus est & imperium habet in familiam, siue puber sit, siue impuber, {δεσπότης. Ital. Padre di famiglia. Gal. Pere de famille. Hispan. Señor de casa entera. } Cic. 2. de Leg. Vt ne morte patrisfamiliàs sacrorum memoriæ occiderent. Liu. 1. ab Vrbe, Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur, miranda magnitudine, ac specie.

Pater patratus, Fœcialium sacerdotum antistes, per quem & bella denuntiabantur, & fœdera percutiebantur: ita dictus quòd ad iusiurandum patrandum, id est sanciendum fieri solent. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Fœcialis erat M. Valerius, patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbena caput, capillósque tangens. Pater patratus ad iusiurandum patrandum, id est sanciendum sit.

Pater patrimus, πατὴς πατέως ἴχων, Qui quum ipse pater sit, adhuc viuentem habet patrem. Vide PATRIMVS.

Patritij, Senatorum progenies, hoc est qui à primis Senatoribus oriundi erant. {εὐπατρίδαι. Ital. Patritij. Gal. Patrices. Hisp. Hijos de senadores. } Liu. lib. 1, Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore: Patritij quoque, progenies eorum appellati. Idem lib. 10, Ea vnquam fando audistis Patritios primò esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere, auúmque possent? Suidas patritios esse tradit, communis Reipub patres, qui in suprema dignitate sunt Senatorij consilij. Non tamen omnes Senatores erant Patritij: quod apertissimè ostenditur ex his verbis Taciti: Iisdem (inquit) diebus in numerum Patritiorum asciuit Cæsar vetustissimum quenque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. ¶ Exire è Patritiis, est fieri plebeium. Cic. pro domo sua. Patritij Franciæ sunt, quos Pares Franciæ vocant: súntque quasi duodecim viri Reipub. constituendæ. Sunt enim numero duodecim: sex quidem Pontifices, & sex Duces militares. Budæus.

Patritius, a, um, ὁ τῶν πατρικίων. vt Patritius magistratus. Cic. ad Brut. Dum enim vnus erit patritius magistratus, auspicia ad Patres redire nõ possunt. ¶ Patritia familia. Cice. 2. de Leg. ¶ Indoles patritia, Stat. 3. Syl. ¶ Honos patritius, Claudianus.

Patritiatus, pro ipsa dignitate. ὁ τῶν πατρικίων λεὼς seu τάξις. Sueto. in Aug. A Tarquinio Priſco rege inter Romanos gentes allecta in Senatum: mox à Seruio Tullio in patritias traducta, procedẽte tempore ad plebem se contulit, ac rursus magna vi per Diuũ Iuliũ in patritiatũ rediit.

Patritiè, pen. corr. aduerbium antiquum, Id est more patritio, ac nobiliter. ἐυγενῶς. ἐυπατριδῶν δίκην. Plaut. Cas. Atat cesso magnificè, patritiéq;, amicéque hero meo Ire aduersum.

Patritus, a, um, pen. prod. Quod est patris. {πατρῷος. Ital. Di padre. Gal. De pere. Hisp. Cosa de padre. } sicut Auitus, a, um, Quod est aui. πατρῶος. sunt enim tanquam possessiua. Cice. 1. Tusc. Quæst. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam & auitam (vt ait Theophrastus) Philosophiam cognitionis cupiditate inclusam excitauit.

Patrimus, vel Patrima, pen. corr. Qui vel quæ patrem adhuc viuentem habet. {ὁ vel ἡ πατέως ἰών. Ita. Colui è colei ch'a suo padre viue. Gal. Celuy ou celle qui a encor son pere. Hispan. El que tiene padre. } Liu. 7. belli Maced. Patrimi omnes, matrimíque ad id sacrificium adhibiti. Calepinus putauit penultimam huius dictionis produci, sed nullum profert testimonium. Angelus Politianus primæ Centuriæ cap. 58, corripit, quum ait, Concelebranto choros: verùm hæc sit patrima proles. Matrimáque: at nuptæ genibus Iunonis ad aram Oranto. Pater patrimus, qui quum ipse pater sit, adhuc viuentem habet patrem.

Paternus, a, um, Quod est patris. {πατρῷος, πατρικὸς. Ital. Paterno. Gal. Paternel. Hisp. Cosa perteneciente à padre. } Terent. in Adelph. Pol haud paternum istuc dedisti. Vbi Donatus, Paternum, deest facinus: & Dedisti, pro Fecisti. Cice. 1. de Orat. Egissetque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. Ibidem, Possẽtne paternorum bonorum exhæres esse filius? Domus paterna, Ouid. 11. Metam. Amicus paternus. Cic. ad Attic. lib. 14. Animus paternus. Horat. 2. Carm. Ode 2. Inimicitiæ paternæ. Cic. 4. Acad. Opes paternæ, Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. Paterous, Maternúsque sanguis. Cic. pro Roscio Amer.

Patrizo, as, vel Patrisso, as, Paternos mores imitor. {πατρίζω, πατρίσσω. Ital. Imitare il padre. Gal. Ressembler à son pere, faire comme son pere. Hisp. Remedar ò semejar a su padre. } Terent. in Adelph. Laudo, ô Crespho, patrizas: abi, te virum iudico.

Patrius, a, um, Quod est patriæ, vel patris. {πάτριος, ἐπιχώριος. Ital. Patrio, matio. Gal. De pere, paternel, natif. Hispa. De padre, ò de la tierra ò naturaleza. } vt Mos patrius. Cice. de Senc. Vigebat in ea domo mos patrius. & vigebat in eo animus patris & disciplina. Virgil. libr. 12, Patrio mucrone relicto. Terent. Eunuch. Hominem haud impurum, itidem patria qui obligurietat bona. Res patriæ, & auitæ, Cice. 2. Verr. Patria & auita philosophia, Cice. 1. Tusc. Mos patrius, Cice. 1. de Orat. Hic enim est mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando. Artes patriæ, Ouid. Epist. 1. Metus patrius. Ouid. 2. Metam. Amor patrius, Virgil. 1. Aeneid.

Patriè, aduerbiũ, Affectu paterno. {πατρικῶς ἢ κατὰ πατέρα. Ital. Con affetto paterno. Gal. Paternellement, comme pere. Hisp. De affection de padre. } Quintil. lib. 11. cap. 1, Vtitur hac moderatione Cicero pro Cælio contra Atratium, vt cum non inimicè corripere, sed patriè monere videatur.

Patricida, pen. prod. Vide PARRICIDA. πατραλοίας.

Patrimonium, nij, Bona patrina, hoc est hæreditas à patre relicta. {πάτρια. Ital. Patrimonio, bent paterni. Gal. Patrimoine, succession de pere a fils. Hisp. Patrimonio, hazienda patrimonial. } Cic. pro Domo sua, Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Idem de Orato. Propugnator patrimonij sui, & defensor iuris paterni. Iuuen. Satyr. 12, Non propter vitam faciunt patrimonia quidam: Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt. ¶ Denocare patrimonium, dissipare, effundere, vel exhaurire, est hæreditatem à patribus relictam consumere.

Patruus, patrui, Frater patris, quod quasi patris loco sit. {θεῖος πατρὸς, πατράδελφος. Ital. Zio. Gal. Oncle paternel, le frere du pere. Hisp. El tio, hermano del padre. } Cic. 3. Verr. Patruo testimonij dicente. Terent. Phorm, Atqui nihil fecit patruo quod succenseas. Patruus magnus, frater aui. Patruus maximus, frater proaui, & abaui, qui & propatruus, & abpatruus dicitur. Patruissimus superlatiuum protulit Plautus in Pœnulo, Patrue mi, inquit, patruissime.

Patruus, a, um, adiectiuum, à patruo deductum, Quod pro seuero per translationem accipitur. πατρικὸς φρονῶν. Horat. 3. Carm. Miseratum est, neq; amori dare ludum, Neque dulci mala vino lauere, aut ex -Animati metuenteis patruæ verbera linguæ.

Patrueles, pen. prod. {ἀνεψιοὶ. Ital. Fratelli cugini. Gal. Cousins germains. Hispa. Primos hijos de hermanos. } Patruorum filij, hoc est, vt ait Nonius, matrium fratrum filij: quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus. Plaut. in Pœn. Pater tuus is erat frater patruelis meus. Sic Sorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipsæ fratribus genitæ. Autor Iureconsul. Sororum verò duarum aut plurium filij, inter se Sobrini dicuntur, quasi sororini. Cic. 5. de Fin. Vnàque nobiscum Quintus frater, & T. Pomponius, & L. Cice. frater noster, cognatione patruelis, & socer T. Torquatus, illi omni virtute & laude par. Ouid. 13. Metam. Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.

Patruelis, & hoc patruele, adiectiuum. {τοῦ ἀνεψιοῦ, ἀδελφικός. Ital. Di fratel cugino. Gal. De cousin germain. Hisp. Cosa de primos hijos de hermanos. } vt, Patruelis fundi. Martia. lib. 5 Quum sibi redire de patruelibus fundis Ducenta, clamat coccinatus Eucides. Ouid. 1 Metam. Quam commune mihi genus, & patruelis origo, &c. Idem Epist. 14, Quid? metuere necem patruelia regna tenendo?

Patera, pen. corr. Poculi genus latum ac patens: vnde & nomen accepisse videtur, quasi patula. {κυμβίον. Ital. Tazza, copa. Gal. Vne coupe ou tasse à boire. Hisp. Copa. } Virgil. 1. Aeneid. -impiger hausit Spumantem pateram, ac pleno se proluit auro. Cic. 6. Verr. Patera qua mulieres ad res diuinas vterẽtur. Idem de Clar. Orat. Mercurius è patera sanguinem vilius est fundere. Idem in Parad. Excipere sanguinem patera. Virg. 1. Aeneid. Impleuitque mero pateram.

PATERNIANA, Ptolemæo lib. 2. cap 6, oppidum Carpetanorum, in Hispania Tarraconensi.

Pathos, {πάθος. Ital. Passione, perturbatione d'animo. Gal. Passion, perturbation d'esprit. Hisp. Passion ò perturbacion de animo. } à Cic. 3. Tusc. dicitur perturbatio, seu ægritudo animi: à Gellio, affectus, vel affectio: à Lactantio modò affectus, modò vitium. Angustinus animi passionem vocat. Eiusmodi sunt ægritudo, dolor, gaudium, metus, tristitia, cupiditas, ira. Quos animi motus Platonici & Aristotelici dicunt etiam in sapientem cadere, sed moderatos, rationique subiectos. Stoici verò negant in sapientem cadere: dicuntque esse sapientem ἀπαθῆ, id est impassibilem: talémq; eius animum, qualis est mundus supra Lunam, scilicet imperturbatum, quem nulla perturbatio obnubilet, nulla tristitia obturbet. Aduersus quos reclamat ipsa natura.

Pathetica, oratio. παθητικὸς λόγος, Dicta est quæ aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigitur: ita dicta quòd tota constet affectibus.

PATMOS, πάτμος, Insula in mari Aegæo, quæ (sicut Plinius scribit lib. 4. cap. 12.) patet circuitu triginta millibus passuum. In hac Ioannes Apostolus exul Apocalypsim scripsit.

Patibulum, li, Modò feram ligneam, qua ostia clauduntur, significat: à Pateo, teste Nonio, quòd hac remota vaiæ pateant. {σταυρὸς. Ital. Stanga, croce. Gal. Vn gibbet. Hispan. Lugar do los malhechores padescen, horca, cruz. } Plin. Si quisquam hodie, præter hanc, posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. ¶ Modò crucem, & sic à patior fieri manifestum est. πατῶ. Salust. lib. 4. Histor. vt citat Nonius, Patibulo eminens affigebatur. ¶ Est præterea Patibulum, instrumentum vindemiatorum siue legulorum, hoc est eorum qui olivas colligunt. Cato de Re rust. cap. 68. Vbi vindemia & oleitas facta erit, fiscinas, corbulas, quala, scalas, patibula omnia, queis vsus erit, in suo quodque loco reponito. ¶ Patibulus apud antiquos genere masculino lectum est teste Nonio. Lucr. Rerum humanarum lib. 11, Deligata ad patibulos deligantur, & circumferuntur: cruci defiguntur.

Patibulatus, dicitur à Plauto in Most. id est patibulo affixus. Ita (inquit) te forabunt patibulatum per vias Stimulis. πατῶσις, πατιβολίσις. Ital. Appicato, impicato. Gal. Pendu ou mis au gibbet. Hisp. Ahorcado.

Patientia, Vide PATIOR.

Patina, æ, pen. corr. Vasis genus, quo dapes elixæ & iurulentæ in mensam feruntur. {λοπάς, λοπάδιον. Ital. Padena. Gal. Vne sorte de vaisseau large,

comunes en plato ó seruir sus tables. Hispan. *El plato grande ò cazuela.*} Terent. in Eunucho, Iamdudum animus est in patinis. ¶ Dicitur & Patena, per e. Colum. lib. 12. cap. 43, de vuis seruandis loquens, Columella patruus meus ex ea creta quæ sunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri iubebat. Ex quo loco, inquit Budæus, patet patenam, labra grandia habere. Dicta patina, ab eo quòd pateat.

Patinarius tia, rium, Quod est in patina conditum, vel repositum. λοπαδικός. Plaut. in Asin. Vel patinarium, vel assum verses, quo pacto lubet.

Patior, pateris, passus sum, passum, Verbum cómune significat sustineo, tolero, æquo animo fero. {πάσχω, ὑποφέρω. Ital. *Patire, sostenire.* Gal. *Endurer, souffrir.* Hisp. *Padescer, sufrir.*} Dicimus enim, Patior te, tolero te: & Patior abs te, toletor abs te: & Patior abs te multa incommoda. Terent. in Andr. Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo vsque adhuc. Cic. 7. Verr. Non feram, non patiar, nõ sinam. ¶ Pati ægrè. Plaut. in Asin. Possum equidem inducere animum ne ægrè patiar quòd tecum accubat. Cic. pro Rosc. Ame. Quare facilè omnes patimur esse quamplurimos accusatores. ¶ Hoc non patietur æuum. id est non durabit. Colum. lib. 2. ca. 10. Repositum in granario patitur æuum. ¶ Hoc patitur consuetudo, id est consuetum est. Cic. ad Att. lib. 12. Quem iam etiam grauius accusas, quàm tua consuetudo patitur. ¶ Patior te esse desertum, id est relinquo, destituo. Cic. 1. Offic. Vt eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur. ¶ Composita huius verbi sunt, Compatior, quod est miseror, & construitur cum datiuo. Perpetior, vehementior patior.

Patiens, participium, & aliquando nomen. {πάσχων, ὑποφέρων. Ital. *Patiente.* Gal. *Patient.* Hisp. *Paciente, sufrido.*} Colum. lib. 3. cap. 19. Omnis incommodi patientes, præter caloris. Virgil. 2. Georg. Et patiens operum, parúmque assueta iuuentus. Quintil. lib. 2. cap. 12. Et patientior est laboris natura pueris, quàm iuuenibus. Cæsar 3. belli Ciuil. Atque ij misertimo, ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriam obiiciebant. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. Meæ quoque literæ te patientiorem, leniorémque fecerunt. ¶ Aures patientissimæ, Cice. pro Ligar. Saxo patientior. Propert. lib. 1. Eleg. 14. ¶ Tellus patiens vomeris, Virgil. 2. Georg. Pulueris, atque solis patiens. Horat. 1. Carm. Ode 8.

Patienter, patientius, patientissimè aduerbium, hoc est constanter, fortiter, moderatè. {ὑπομονητικῶς, καρτερικῶς. Ital. *Patientemente.* Gal. *Patiemment.* Hisp. *Paciente y sufridamente.*} Cic. de Amicitia, Vt igitur & monere & moneri proprium est veræ amicitiæ: & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. Plin. epist. 140, Neque enim vlli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur. Ouid. Epist. 18, Ferre tamen possum patientius omnia, quàm si Otia, nescio qua pellice caprus, agas.

Patientia, Est honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio, inquit Cic. 2. de Inuent. {ὑπομονή, ἀνεξικακία. Ital. *Patientia* Gal. *Patience.* Hisp. *Paciencia y sofrimento.*} Idem in Catil. Habes vbi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, & frigoris, inopiæ rerum omnium. Idem pro domo sua, Externorum bonorum & in vtendo rationem, & in carendo patientiam semper expetendam putaui. Idem 1. Offic. Adolescentia à libidimbus arcenda est, exercendáque in labore, patientiáque & animi & corporis.

Passus, a, um, à Patior, Idem quod perpessus. {παθών. Ital. *Patito.* Gal. *Qui a souffert, qui a enduré.* Hisp. *Padescido.*} Virgil. 1. Aeneid. O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem. ¶ Vnde Vua passa, quæ in ficedando passa est solem. Plin. lib. 14. cap. 1. Quin & à patientia nomen acinis datur passis. Hinc & vino nomen datum, quod passum vocatur. Lac passum Ouid. 14. Metamor. -& cum lacte coagula passo.

Passio, onis, Animi perturbatio, quam Cicero affectionem vocat: cuiusmodi sunt amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, spes & similes. {πάθος. Ital. *Passione.* Gal. *Passion.* Hispa. *La passion.*} Aug. 2. de Ciui. Quæ sunt sententiæ Philosophorum de his animi motibus: quos Græci πάθη, nostri autem quidam, sicut Cicero, affectiones vel affectus: quidam verò, de Græco expressius, passiones vocant.

Passiuus, a, um. Quod passionem denotat. {παθητικός. Ital. *che significa passione.* Gal. *Qui signifie passion.* Hisp. *Que declara passion.*} Vnde passiua verba apud Grammaticos. Passiua Venus, apud Iulium Firmicum accipitur pro obscœna pathicorum libidine.

Patibilis, & hoc patibile, Quod perferri potest. {παθητός. Ital. *che puo patire.* Gal. *Qui peut endurer* Hisp. *Que puede padescer.*} Cice. 4. Tusc. Negligenda mors est, patibiles & dolores & labores putandi. Idem 3. de Nat. deor. Quúmque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat, &c.

PATIRAMPHES, παταιμφῆς, Nobilis Persa, Otanis filius, & auriga Xerxis. Herodotus lib. 7.

PATIZITHES, παταιζίθης, Vir Persa, magus, qui Smerdim fratrem suum similem Smerdi fratri Cambysis Persarum regem declarauit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas. Vide Herodotum lib. 3.

Pator, Vide PATEO.

PATRAE, trarum, πάτραι, Ciuitas in Achaia propriè dicta iuxta Olenum, quam Pausanias Aroën dici prius solitam affirmat: mox à Patræo, mœnibus ampliatis nomen accepisse quod nunc habet. Huius meminit Plin. lib. 4. cap. 4. Ouid. lib. 6. Metam. Messenéq; ferox, Patræque, humiléque Cleonæ.

Patrianus, a, um, πατρικός, denominatiuum deductum à Patris Achaiæ oppido, ad Occasum Peloponnesi sito, non procul ab Oleno. Ciccro. Thermo, Vt obtineat id iuris in agris, quod ei Patriana ciuitas decreuit, & dedit.

PATRASIS, πάτρασις, Verbs Pontica, teste Stephano: à qua deducitur gentile Patrasides, πατρασίνης.

Patria, æ, Vrbs, siue alius locus in quo nati sumus: ita dicta quòd communis omnium parens sit. {πατρίς, πατρίς. Ital. *Patria.* Gal. *Le pays, la ville, la patrie, ou est né quelqu'vn.* Hispan. *La tierra natural ò de cada vno.*} Virg. 1. Aeglo. Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua, Nos patriam fugimus, &c. Idem 1. Aeneid. Tum celerare fugam, patriáque excedere suadet. Cic. 1. Offic. Chari sunt parentes chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa, est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere si ei sit profuturus? Quo est detestabiliot istorum immanitas, qui laceraruntomni scelere patriam: & in ea funditus delenda occupati & sunt, & fuerunt. Idem 3. de Finib. Ex quo fit vt laudandus sit is qui mortem oppetat pro Repub. quòd deceat chariorem esse patriam nobis quàm nosmetipsos. ¶ Aliquando & prouincia ipsa ex qua orti sumus, patria vocatur, sed improprié. Vnde Sallustius, Hispaniam, sibi antiquam patriam duxit. ¶ Prouerbij speciem habent. Quæuis terra patria: & Patria ibi, vbi bene vixeris: de quibus vide Erasmi Chiliadas.

Patriarcha, πατριάρχης Patrum princeps, hoc est pontificum primus. Hi quatuor principio fuere, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitanus: postea translata Byzantium Imperij sede, additus est & Constantinopolitanus.

Patricida, Patricius, Patrimonium, Patrisso, Patritius, Patrius, Vide PATER.

Patro, tras, Propriè significat liberis operâ do. {πατράσω. Ital. *Generare.* Gal. *Engendrer.* Hisp. *Engendrar.*} Quintil. lib. 8. cap. 3. Ductare exercitus, & patrare bellum, apud Sallustium dicta sanctè & antiquè, rideutur à nobis, si diis placet: quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium: tamen vitanda. Ex quibus verbis colligitur priscos patrare potuisse, pro perficere, non solùm quum opera liberis daretur, sed etiam quum aliud quippiã iam inceptum ad finem perduceretur. {ἀπεργάζομαι. Ital. *Fare.* Gal. *Faire.* Hispan. *Hazer.*} Sallust. in Catil. Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socij incepta patrauissent. Idem de Repub. ord. ad Cæsarem, Atque ea magis fortibus consiliis, quàm bonis præliis patrata sunt. Plaut. Asin. Quin te quoque ipsum faciã haud magni, si hoc patro Liu. 3. belli Puu- Te id prius scire volui, si fortè abesse, dum facinus patratur, malis. Tacit. lib. 2, Si patrandæ necí venenum mitteretur. ¶ Huius verbi compositasunt, Impetro, Expatro, Perpetro, Propetro: quorum significata vide suis locis.

Patrarus, a, um, participium. Tacit. lib. 2, Maluit patrati, quàm inceptí facinoris reus esse. Bella patrata, Claudi. 4. Pan. Cædes eius patrata, Tacit. lib. 4. Vnde & Patres patrati dicebantur, quòd ad patrandum, hoc est peragendum iramentum, vbi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Plutarchus in Probl. Fecialibus sacerdotibus, qui fœderibus faciendis præsunt. Pater patratus præest: inde dictus, quòd ipse patrem haberet, sicque filiis prouideret, & patrem consuleret.

Patrocinor, Patrocinium, Vide PATRONVS.

PATROCLIDES, πατροκλείδης, Proprium viri assentatoris Philippi Macedonum regis.

PATROCLVS, πάτροκλος, Menœtij fuit filius & Stheneles, qui occiso per ludum Astragalorum Cleonymo, seu (vt aliis placet) Aeane Amphidamantis filio, solum verteus, in Phthiam venit, vbi à Peleo propter generis propinquitatem susceptus est, & vnà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctissima amicitia iunctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Troianam profectus est, vbi armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans, ab eodem confossus occubuit. Quod quum resciuisset Achilles, tametsi propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omnino constituisset, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam à Thetide matre aliis armis à Vulcano fabricatis ad bellum rediit, nec prius quieuit ex animo, quàm socij mortem quàm crudelissimè vindicasset.

Patronus, ni, Qui aliquem in periculo defendit. {προστάτης, συνήγορος. Ital. *Tutore, difensore.* Gal. *Patron, aduocat, defenseur.* Hispa. *Aquel que defiende en cosa criminal.*} Pædianus, Qui defendit aliquem in iudicio, aut Patronus dicitur, si orator est: aut Aduocatus, si ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut Procurator, si negotium suscipit: aut Cognitor, si præsens causam nouit, & sic tuetur vt suã. Plaut. in Mostel. Qui pro me causam diceret, patronum liberaui. Valla, Patronus propriè est qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Cice. pro Sestio, Qua de causa & tum conuentus ille Capuę, qui propter salutem illius vrbis Consulatu conseruatam meo, me vnum patronum adoptauit. Ouid. 1. de Arte, Qui modò patronus, iam cupit esse cliens. ¶ Est etiam patronus correlatiuum liberti, qui scilicet seruum libertate donauit. Mulier etiam dicitur patrona, Terent. in Eunuc. Te mihi patronam cupio Thais.

Patrocinor, pen. corr. aris, Significat tam verbo quàm facto imbecilliorem protego. {συνηγορῶ, ὑπερασπίζομαι, συνεπαίρω. Ital. *Diffendere così in fatti come in parole.* Gal. *Defendre aucun, soustenir son droit & querelle.* Hisp. *Defender.*} Quintil. lib. 1. cap. 4, Et leno interim, parasitúsque defenditur sic vt non homini patrocinemur, sed fidei. Plin. lib. 2. cap. 41, Patrocinatur vastitas cæli immensa, discreta altitudine in duo atque septuaginta signa.

Patrocinium, nij, Protectio, tutela, & defensio. {συνηγορία. Ital. *Diffensione, tutela.* Gal. *Defence, protection, sauuegarde.* Hispa. *Ayuda ò defensa.*} Sallust. in Catil. Cuius patrocinio ciuitas plurimùm vtebatur. Festus, Patrocinia appellari cœpta sunt, quum plebs esset distributa inter patres, vt eorum opibus tuta esset. Huius nominis varij sunt in oratione vsus. Dicimus enim Arripere patrocinium, Tueri patrocinium, Suscipere patrocinium. Repudiare patrocinium: quorum testimonia sunt inuentu facilia.

Patronymicum, πατρωνυμικόν, A Grammaticis appellatur nomen, quod formatum à nomine patris, filium significat: quanuis abusiuè etiam à nominibus auorum, proauorum, fratrum, matrum, sororũ, & ipsarum etiam regionum deducantur patronymica. Inuenta sunt autem patronymica à Poëtis carminis gratia, ne idem semper nomen inculcare cogerentur. Quare in oratione soluta iis non vtimur. Dicitur autem Patronymicum quòd propriè, vt diximus, fiant à nominibus patrũ. ὅτι ἀπὸ πατρὸς, ἢ ἀνώτερον. vt Priamides propriè intelligitur Hector, vel alius quiuis ex filiis Priami.

Patruelis, Patruus, Vide PATER.

PATVLCIVS, dictus est Ianus, quòd tempore belli, portæ templi eius paterent. Macrob. lib. 1. Saturn.

Patulco, Patulus, Vide PATEO.

Paua, Vide PAVO.

Paucus, a, um, Contrariũ est Multo. {πωῦρος. Ital. & Hisp. *Poco.* Gal. *Peu.*} Plaut. in Curcul. Respondit mihi paucis verbis, atq; adeò fideliter. Cic. de Amicitia, Quum & ego essem vnà, & pauci admodum familiares, in eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè erat multis in ore. Idem 5. Tuscul. Aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus. Virgil. Aegl. 10, Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris Carmina sunt dicenda. Idem 1. Aen. -huc pauci vestris adnauimus oris. ¶ Paucis, Frequenter solùm poni solet, ita vt in eo subaudiatur substantiuum VERBIS. Terent. Andr. Auscultà paucis. Plaut. Aulul. Da mihi operam parumper, paucis est quod te volo. Virgil. 4. Aeneid. -paucis, aduerte, docebo. Idem 6. Aeneid. Atque hic responsum paucis ita reddidit heros. ¶ Pauci apud antiquos pro bonis ponebantur, vt Multi pro malis, autore Nonio. Cic. in Orat. Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionémque pertimuit.

Pauculus, diminutiuum. {ὀλίγος ὁτοσοῦν, πάνυ ὀλίγος. Ital. *Pocchetto.* Gal. *Fort peu.* Hisp. *Muy poco.*} Terent. in Heaut. Quod imperat facito, loquitor pauculà. Cic. ad Attic. lib. 5. Qu. Volusium rui Tiberij generum, certum hominem, sed mitificè abstinentem, misi in Cyprum, vt ibi pauculos dies esset. ¶ Pauxillus, Pauxillulus, & Pauxillatim, diminutiua à diminutiuo, vide paulo pòst.

Paucitas, denominatiuum. {ὀλιγότης. Ital. *Poco numero.* Gal. *Petit nombre, brieueté.* Hisp. *Poquedad en numero.*} Cic. 1. de Orat. Quanta oratorum sit, semperque fuit paucitas. Idem ad Cælium, De pantheris per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est.

Paucies, quo veteres pro rarò vtebantur, teste Nonio. Titin. Vxorem meam paucies videbo.

Pauxillus, adiectiuum diminutiuum à paulum. {ὀλίγος. Ital. *Pocchino.* Gal. *Bien peu, tant soit peu, le moins du monde.* Hisp. *Poquillo.*} Plaut. in Aulul. Nam verisimile non est, hominem pauperem pauxillum parsimonia facere, qui nummum petat.

Pauxillùm, aduerbium, id est parum admodum. {μικρὸν ὀλίγον. Ital. *Pocchetto.* Gal. *Fort peu.* Hisp. *Muy poco.*} Plaut. in Capt. Sed si pauxillùm potes contentus esse.

Pauxillulus, adiectiuũ diminutiuũ à pauxillus, ὀλίγος ὁτοσοῦν, πάνυ ὀλίγος. Plaut. in Rud. Hoc colore capiuntur pauxilluli. Terent. Phorm. Iampridem apud me reliquum pauxillulũ Nummorum, id vt conficerem.

Pauxillatim, Significat paululum, sensim, pedetentim. {κατὰ μικρόν. Ital. *A poco à poco.* Gal. *Peu à peu.* Hisp. *Poco à poco.*} Plaut. Epid. Cœpi sursum versum ad illas pauxillatim accedere.

Pauciloquium, quij, Paucitas sermonis, multiloquio contraria. {ὀλιγολογία. Ital. *Pocche parole.* Gal. *Peu de parolles.* Hisp. *Poquedad de palabras.*} Plaut. Merca. Inhæret etiam auiditas, desidia, iniuria, inopia, contumelia, & dispendium, Multiloquium, pauciloquium.

Pauco, es, paui, Timeo. {φοβοῦμαι. Ital. *Hauer paura, temere.* Gal. *Auoir grand' peur & frayeur.* Hisp. *Hauer pauor ò miedo.*} Plaut. in Amph. Ne pauc. Terent. Andr. Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. Ouid. 9. Metam. -sed enim ne pectora vano Fida metu paueant, Oeteas spernite flammas. Lucan. lib. 1, -nec solum vulgus inani Perculsum terrore pauet: sed curia, & ipsi Sedibus exiliere patres. Cic. 5. Philipp. Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere.

Pauendus, a, um, Id est timendus. Plin. lib. 9. cap. 23. Nec pedibus tantùm pauendas serpentes, sed & missili volare tormento.

Pauendo, gerundium, Idem quod timendo. Lucan. lib. 1, -sic quisque pauendo Dat vires famæ.

Pauens, Qui ad tempus, vel ex causa timet. φοβούμενος. Ouid. 2. Metam. colligit amentes, & adhuc terrore pauentes Phœbus equos.

Pauesco, scis, Timidus fio, aut idem quod timeo. {φοβοῦμαι. Ital. *Temere.* Gal. *Auoir grand' peur & frayeur.* Hisp. *Hauer pauor ò miedo, temer.*} Colum. lib. 7. cap. 2, Vcutti quoque & sub femina manum subiicere, ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant. ¶ Huius compositum, Expauesco, de quo suprà.

Paueo, Timidus fio. {ἐκφοβοῦμαι, καταφοβοῦμαι. Ital. *Essere smarrito.* Gal. *Estre effrayé.* Hisp. *Ser atemorizado.*} Gell. lib. 19. cap. 1, In tanta violentia tempestatum videor paulum pauefactus. Ouid. 13. Metam. Ast ego vicino pauefacta sub æquore mergo.

Pauito, tas, penult. corr. Frequentatiuum à paueo, significat Valde timeo, & horrore concutior. {φοβοῦμαι. Ital. *Temere molto.* Gal. *Estre espouanté, estre effrayé, trembler de peur.* Hispa. *Mucho temer y hauer mucho miedo.*} Plaut. Bacchid. Quis hic horror est? quid pauitas? Terent. in Hecyra, Vxorem Philumelam pauitare nescio quid dixerunt. id est, laborare ex frigoribus, vtibi exponit Donatus. Habent enim frigus & pauor reciprocam quandam translationem: nam & frigus accipitur pro pauore, & pauor pro frigore: vt annotauit Seruius in illud Virgil. 1. Aen. Extemplò Aeneæ soluuntur frigore membra. Lucret. lib. 2, Quæ pueri in tenebris pauitant, fingúntque futura. Virgil. 6. Aeneid. Vix adeò agnouit pauitantem, & dira tegentem Supplicia. Idem 2. Aeneid. Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur.

Pauor, oris, vt ait Cic. 4 Tuscul. est timor loco mouens mentem. {δεῖμος, δειλία. Ital. *Paura, tema.* Gal. *Frayeur, grand' crainte, peur.* Hisp. *Pauor, miedo demasiado.*} Ex quo illud Ennij, Tum pauor sapientiam omnem mihi ex animo expectorat. Liu. 4. belli Puni. Pauórque cirea eam ceperat milites, ne mortiferum vulnus esset. Ouid. 10. Metam. Isque metu vacuus, naturaliq; pauore Depositò, &c. Virg. 3. Georg. -exultantiáq; haurit Corda pauor pulsans. Idem 3. Aen. -postquam pauor ossa reliquit.

Pauidus, di. Timidus, meticulosus, qui natura timidior est, inquit Seruius. {φοβητικός. Ital. *Timido.* Gal. *Paoureux fort craintif.* Hisp. *Temeroso.*} Virg. 9. Aeneid. Stant pauidæ in mœnibus matres. Ouid. Epist. 3, Quod scelus vt pauidas miseræ mihi contigit aures, Sanguinis atque animi pectus inane fuit. Virgil. 9. Aen. Interea pauidam volitans pennata per vrbem Nuntia fama ruit. Horat. 1. Epod. Pauidúmque leporem, & aduenam laqueo gruem Iucunda captat præmia. Silius lib. 10, -ratin' pauidissime dignum Me vita, pulchráque indignum morte putasti?

Pauidè, aduerbiũ, Timidè, meticulosè. {φοβητικῶς, φοβερῶς. Ital. *Paurosamente.* Gal. *Paoureusement, en grand' crainte.* Hispa. *Temerosamente.*} Liu. 5. ab Vrbe, Nequaquam tamen ea nocte, neque insequenti die similis illi, quæ ad Alliam tam pauidè fugerat, ciuitas fuit.

Pauicula, læ. Instrumentum quo coæquatur, & condensatur area: à pauiendo dicta. {τὸ ἰσχαλέον κονιορτὸν, ἢ ἰδαφος ἰσχαλίζεται. Ital. *Istromento da pianare il terreno nelle aie.* Gal. *Vn instrument dequoy on bat les aires, vne batte.* Hisp. *El peson para pesar ò tapiar.*} Cato de Re ruit. cap. 129, Vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro, aut pauicula coæquato.

Pauimentum, ti, Dicitur ipsum domus solidamentum, siue incrustatio, quam gradiendo calcamus. {ἔδαφος, βῶλος. Ital. *Pauimento, battuto, terrazzo.* Gal. *Le paué d'vne place, parterre, paué* Hispan. *Suelo de casa.*} à pauiendo, hoc est tundendo, siue feriendo dictum, quòd dum fiunt pauimenta, pluribus simul diebus feriuntur, id est percutiuntur, tunduntur fistucis, seu marculis, vt solidiora sint, nec rimas faciãt. Iuuenal. Satyr. 14, Verte pauimentum, & nitidas ostende columnas. Cato ca. 18. de Re rust. Pauimenta ad hunc modum facito, De testa arida pauimentum struito: vbi structum est, panito, siccatóque, oleóq; perungito: vt pauimentum bonum fiet. ¶ Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erant lithostrota paruulis coagmentata crustis. Erant subdialia à Græcis inuenta, quę sub dio erant, & in aperto, pluuiis, & tempestatibus exposita. Erant & asarota, de quibus Papin. in Syluis, Suberántq; nouis asarota figuris. Dicta autem sunt asarota, ab α priuatiuo, & verbo σαίρω, siue σάρω, hoc est purgo, vel verro: siue quòd scopis nõ verrerentur, sed collectis manu analectis (ita vocant cœnarum reliquias) ipsa spongia mundarentur: siue (vt autor est Plin. lib. 36. cap. 25.) quòd in hoc pauimentorum genere tam artificiosè minutis quibusdam testulis expressæ erant cœnarum reliquiæ, quæ scopis solent euerri, vt semper viderentur non esse purgata, eáque quæ in pauimento depicta erant, vera viderentur analecta. Vide ASAROTVM. ¶ Fuerunt & pauimenta Barbarica, subtegulanea, scalpturata, & Græcanica. Vide Plin. lib. 36. cap. 25. Pauimenta Pœnica, inquit Festus, marmore Numidico strata significat Cato quum ait in ea oratione quam habuit, Nequis Consul fieret: Dicere possum, quibus villæ, atq; ædes ædificatæ, atq; expolitę maximo opere, citro atq; ebore, atq; pauimentis Pœnicis stent.

Pauimento, as, Pauimentum facio, seu pauimento sterno. {ἐδαφίζω. Ital. *Far pauimento.* Gal. *Pauer, dresser le parterre.* Hispa. *Echar ò hazer suelo.*} Vnde Pauimentata loca dicuntur in quibus strata sunt pauimenta. Cice. pro domo sua, In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum cõclauibus pauimentatam trecentum pedum concupierat. Plin. lib. 17. cap. 4, Ergo pauimentandũ vbi sata sit, censent, vt lachryma nõ absorbeatur.

Pauio, pauis, pauiui, pauitum, Verbum antiquum, significat ferio, percutio, tundo. {ἐδαφίζω. Ital. *Percuotere, ò battere la terra per fermarla.* Gal. *Pauer, battre la terre pour l'affermir, dresser le parterre.* Hisp. *Herir, pisonear con pisones.*} Sumptum est à Græcis, qui πάιειν dicunt percutere. Cic. 2. de Diuin. Sed quia quum pascunt, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primò, pòst terripudium dictum est. hoc quidem nunc tripudium dicitur. Cato cap. 18, Ibi de testa arida pauimentum struito: vbi structum est, pauito, fricatóque, oleo perungito, vti pauimentum bonum fiet. Colum. lib. 1. cap. 6, Sed vtrunque more piscinarum deuexum leni cliuo & extructum, pauitúmque solum habeat, ne humorem transmittant. ¶ Hinc fiunt composita Depuuio, hoc est percutio. Lucil. apud Festum, Palmisque misellam depuuit me. Eiusdem significationis est Oppuuio, vnde oppuuia, dicuntur verbera. Afranius, Oppuuiis pueri coërcentur.

Paulatim, Paulisper, Paulum, Paululum, Vide PARVM.

PAVLVS, li, μικρός, Latina lingua modicus interpretatur, Græca quietus. Nam μικρὸν quies dicitur. Hoc nomine dictus L. Aemylius, qui in prælio Cannensi pro patria occubuit. ¶ Hoc etiam nomen à conuersione vsurpauit Gentium Apostolus, quum antea Saulus diceretur, à primo (vt nonnulli putant) spolio quod contulit Ecclesiæ, à Paulo videlicet Sergio Proconsule, quem apud Cyprum conuertit ad fidem. ¶ Est & Paulus, a, um, adiectiuum, à Parum, quo ratissimè vsi sunt autores, nisi in ablatiuo. Plaut. in Bacch. Paciscì cum illo paula pecunia potes. Terent. in Andr. Dum in dubio est animus, paulo momẽto huc, illuc impellitur. Idem in Adel. -scilicet Ita eos meo labore eductos maximo hic fecit suos Paulo sumptu.

Pauo, onis, & Pauus, ui, Auis nota, vario pennarum fulgore conspicua, quam Poëtæ Iunonis tutelæ assignarũt. {ταὼς. Ital. *Pauone.* Gal. *Vn paon.* Hisp. *El pauon.*} Gell. lib. 7. cap. 16, Pauus è Samo præstantior est. Tradunt hanc auem esse non gloriosam solùm, sed & maleuolam. Laudata expandit colores aduerso maximè sole. Fimum suum resorbet, inuideus hominum vtilitati. Caro eius diutissimè incorrupta seruatur. Vnde etiam in ventriculo ægerrimè concoqui putatur. Ad quod & Iuuenalis videtur allusisse Satyr. 1, Et crudum pauonem in balnea portas. De auis huius natura vide plura apud Plin. lib. 10. cap. 20.

Paua, eius fœmininum est, quo vsus est Ausonius Sectione 1. Fœmineam (inquit) in speciem se vertit masculus ales, Pauáque de pauo constitit ante oculos. Columella tamen vtrunque sexum pauonem appellat: sed cum distinctione horum nominum masculus & fœmina. Vtriusq; exemplum habes lib. 8. cap. 11, Masculus (inquit) pauo gallinaceam salacitatem habet, atq; ideo quinq; fœminas desyderat. Et paulo pòst, Nam fœminæ pauones quæ non incubant, ter anno ferè partus edunt.

Pauoninus, a, um, adiectiuum, quod ex pauone est. {τοῦ ταὼς. Ital. *Di pauone.* Gal. *De paon.* Hisp. *Cosa de pauon.*} vt, Pauoninum ouum, apud Columellam lib. 8. cap. 5, & Muscarium pauoninum, ex pauonum caudis confectum, apud Martialem in Distichis.

Pauor, Vide PAVEO.

Pauper, huius pauperis, Generis communis, vel secundum aliquos omnis: habet enim neutrum genus, præcipuè in obliquis: vt apud Statium lib. 1. Theb. Lis est de paupere regno. {πένης, πτωχός. Ital. *Pouero.* Gal. *Pouure.* Hispa. *Pobre.*} Dicitur autem pauper (vt Varro putauit,) à parua pecunia: siue (vt alij malunt) à paruo lare. Cice. in Parad. M. Manlius pauper fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. Ibidem, Non modò non copiosi ac diuites, sed etiã inopes ac pauperes existimãdi sunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 1, -neq; se maiori pauperiorum Turbæ cõparet. Ouid. 1. Fast. In pretio pretiũ nunc est, dat census honores, Census amicitias: pauper vbiq; iacet. ¶ Pauper cum genitiuo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, Pauper Opimius argẽti positi intus, & auri.

Pauperrimus, superlatiuum. Horat. 1. Serm. Satyr. 1, Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum. Plin. lib. 24. cap. 1, Quum remedia vera

quotidie

quasi ille pauperrimus quisque cœnet.

Pauperia. Apud antiquos etiam dicebatur in fœm. gene. Plaut. Pauperia hæc res est.

Pauperculus, & Pauperculà, diminutiua. {πενιχρός, ολίγον & μικρόν. Ital. *Poueretto.* Gal. *Pouret.* Hisp. *Pequeño pobre.*} Terent. in Heaut. Est è Corintho hîc aduena anus paupercula. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 17. Vt plerique pauperculi cum sua progenie.

Paupertas, tatis. Ipsa pauperis conditio. {πενία. Ital. *Pouertà.* Gal. *Poureté.* Hisp. *Pobreza.*} Varro lib. 4. de Ling. Lati. Pecunia quæ erat parua, ab ea paupertas dicta est. Plaut. Perfa. Nam vbi ad paupertatem accessit infamia, grauior paupertas fit. Cic. 3. Tusc. Vt de paupertate nonnúquam, cuius onus disputando leuamus, docentes, quàm parua, & quàm pauca sint quæ natura desyderet. Iuuen. Saty. 3. Nil habet infœlix paupertas durius in se, Quàm quòd ridiculos homines facit. ¶ Paupertatem quidam ab egestate ita distinguunt, vt egestas sit quando ad victum necessaria desunt: paupertas, quando licet non sint opes, tamen necessaria suppetunt. Cic. in Parad. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.

Pauperies, huius pauperiei. Ipsa paupertas. {πενία. Ita. *Pouertà.* Gal. *Poureté.* Hispa. *Pobreza.*} Horat. lib. 1. Epist. Impiger extremos curris mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Virg. 6. Aen. —quam vellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Horat. 3. Car. Ode 24. Magnum pauperies opprobrium, iubet Quidvis & facere, & pati, Virtutisque viam deserit arduæ.

Paupertinus, pen. prod. Idē quod pauper. {πενιχρός. Ital. *Povero.* Gal. *Poure.* Hisp. *Pobre.*} Varr. de Vita pop. Rom. lib. 1, Quòd si paupertina sit elegantia, ac cum castimonia. Sidonius, Quin potius paupertinus flagitatæ cantilenæ culmus immurmuret. Nonius.

Paupero, as, Pauperem facio. {πένητα ποιῶ. Ital. *Impouerire.* Gal. *Faire pouure ou chetif.* Hisp. *Empobrescer à otro.*} Plaut. in Mil. Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idem in Pseudolo, ex persona lenonis, Boni viri me pauperant, improbi alūt. Horat. 2. Serm. Saty. 5, Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te Contemptum cassa nuce pauperet. ¶ Hinc Depaupero. Varr. Priusquam domum depauperaret sumptu suo.

Pausa, læ. Requies alicuius rei. {παῦλα, παυσωλή. Ital. & Hisp. *Pausa.* Gal. *Pause, repos qu'on prend en faisant quelque chose.*} Lucret. lib. 1. Satyr. Hæc vbi dicta dedit, pausam facit ore loquendi. Plaut. Rud. Aliquando oscu lando melius est vxor pausam fieri. Lucret. lib. 2, Nec dare pausam Conciliis, & dissidus exercita crebris. Deducitur à verbo Græco παυομαι, quod est cesso: vnde & παῦσις, eiusdem significationis cum Latino pausa.

Pausarius, A Seneca vocatur qui remigibus modos dat, & remigandi officium quadam quasi pausa moderatur. κελευστής.

Pauso, sas. Quiesco. {παύομαι. Ital. *Pausare, riposare.* Gal. *Pauser, se reposer.* Hisp. *Descansar, reposar.*} Plautus in Trinum. Pausa, victisti caligatorem tuum.

PAVSANIAS, παυσανίας, Cleombroti filius Lacedæmonius Imperator, qui vnà cum Aristide Atheniensi vicit Mardonium Medum Xerxis regis generum apud Plateas, cum ducentis peditum millibus electis, & viginti equitum millibus, haud ita magna manu. Et quum multum incrementi Lacedæmoniis adiecisset, in mores Asiaticos labi se permisit. Deinde eousque processit res, vt cum Xerxe ita conueniret, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse, si filiam sibi in matrimonium dedisset. Quo nomine in iudicium vocatus, in templum Minervæ confugit, vbi interfectus est, cadauéreque eius in barathrū abiectum. Autor Thucydides lib. 2. ¶ Fuit & Pausanias nomen autoris Græci, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scripsit Chronica, Laconica, de Amphictyonibus, & Lacedæmoniorum feriis. Autor Suidas. ¶ Alius præterea fuit Pausanias Macedo adolescens, qui quum primis pubertatis annis stuprū ab Attalo per vim esset passus, & quod deterius est, omnibus etiam conuiuis veluti scortum esset oblatus, de tanta iniuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illatique probri vltionem postulauit: verūm quum se etiam à rege irrideri videret, iram in eum conuertit, vltionémque quam ab inimico non potuerat, ab iniquo iudice exegit. Autor Iustinus. ¶ Pausanias Cæsariensis, Grammaticus æqualis Aristidi, scripsit de constructione librum vnum, Problematum item vnum, quem inter malos Rhetoras recenset Philostratus in Vitis Sophistarum. Autor Suidas.

Pausia, Genus oliuæ, à pauiendo, quòd nonnisi pauiendo, id est tundendo oleum emittat: seu quòd antè quàm molæ subiiciatur, tundatur. Virgil. 2. Georg. Et amara pausia bacca. Apud Collum. lib. 12. cap. 48, nisi corrupta sint exemplaria, legitur pausea per secundam vocalem in penultima syllaba.

PAVSIAS, παυσίας. Nomen pictoris Sicyonij, de quo Plin. lib. 35, Inter pictores (inquit) Pamphilus docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Inter omnia huius opera præcipuæ admirationi fuit tabula quædam, qua Glyceram municipem suam à se amatam, sedentem pinxit, & coronas ex floribus plectentem: quod opus ex argumento Stephanoplocon appellauit.

Pausiacus, a, um, adiectiuum. Horat. 2. Serm. Satyr. 7, Vel cum Pausiaca torpes insane tabella. hoc est tabula à Pausia depicta.

PAVSILYPVM, παυσίλυπον, Villa est Campaniæ, ab amœnitate dicta, ἀπὸ τοῦ παύειν τὴν λύπην, hoc est à curæ mœrorisque cessatione. Plin. lib. 9. cap. 53, Pausilypum, villa est Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem lib. 5. cap. 6, Inter Pausilypum & Neapolim Megaris.

Pausilypus, παυσίλυπος, poculum erat in conuiuiis tertium, Ioui seruatori dicatum: ita dictum, quòd curas abigeret. Quinetiam Ioue ipsum Sophocles Pausilypum cognominat.

Pausō, Pausas, Vide PAVSA.

Pauxillus, Vide PAVCVS.

Pax, huius pacis. A pactione dicitur: quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. {εἰρήνη. Ital. *Pace.* Gal. *La paix.* Hisp. *La paz.*} Plaut. Perfa, Hostibus victis, ciuibus saluis, re placida, pacibus perfectis. Horat. 2. Epist. Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi. Varro, Animaduertendum primùm, quibus de causis, & quemadmodum constituerunt paces: secūdum, qua fide & iustitia eas coluerint. Est autem pax proprie publica tranquillitas. Cic. de Senect. Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciēdum cum Pyrrho. Pax (inquit Cic. 2. Philip.) est tranquilla libertas. ¶ Aliquando etiam accipitur pro venia. Virg. 3. Aeneid. Sed votis precibúsq; iubent exposcere pacem. ¶ Nonnúnquam etiam pro propitiatione. Idem 4. Aeneid. —pacémque per aras Exposcunt. ¶ Habet autem hoc nomen varios in oratione vsus. Dicimus enim, Pace aduenio, Paeem affero, Conciliare pacem inter aliquos, Conficere pacem, Consulere paci, Cum pace aliquem dimittere, Cum pace aliquid agere. cui contrarium est Iracundē. vel cum ira agere. Confirmare pacem, Dare pacem, Eripere pacem, Esse in pace, Pacem exploratam habere, Facere pacem, Seruare pacem, Trahere pacem, Vti pace. Testimonia legent veteres autores nulli non sunt obuia. ¶ Pace tua, honestus est reprehendendi modus, prius captata venia, id est tua venia, & re non irascente. Terent. in Eunuc. Quæso hercle vt liceat, pace quod fiat tua. Similiter, Pace tua dixerim, Pace omnium dixisse liceat. ¶ Pax etiam aduerbium Comicum est, significat Tantummodo: vel silentium quoddam imperantis vim habet. Terent. in Heaut. Dum argentum capio, pax, nil amplius.

Pacifer, Idem quod paeem ferens: vt, Laurus pacifera. {εἰρηνοφόρος. Ital. *Ch' apporta pace.* Gal. *Qui porte paix.* Hisp. *El que trahe paz.*} Plin. li. 15. ca. 30, Laurus ipsa pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. ¶ Virga pacifera Mercurij, Valer. Flac. 4. Argon. ¶ Cyllenius pacifer, Ouid. 14. Metamor.

Pacifico, as, Controuersias compono, quasi pacem facio. {συνδιαλλάττω. Ital. *Pacificare, far pace.* Gal. *Pacifier, faire paix, apaiser.* Hisp. *Pacificar, hazer paz.*} Cic. ad Atticum lib. 15, Setuius verò pacificatus cum librariolo suo, viderur obisse legationem. ¶ Quidam hæc tria separant: vt Pacificatus sum, significet idem quod in concordiam redactus sum: Placatus sum, in pace sum, ab armis desiti: Placatus sum, ab indignatione animi ad lenitatem redij, vel animo leni sum. Pacificans diuos, Sil. lib. 15.

Pacificatio, verbale. {εἰρηνοποίησις. Ital. *Pacificamento.* Gal. *Pacification, apaisement.* Hisp. *Pacificamento.*} Cice Lepido, lib. 10, Itaque sapientius, meo quidem iudicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones. Id est pacem faciendam.

Pacificator, oris, Dissidij diremptor, & conciliator pacis. {διαλλακτής. Ital. *Che fa pace.* Gal. *Qui fait la paix entre ennemis.* Hispan *El que haze paz.*} Cice. Attic. lib. 10, Iam enim illum emptum pacificationem peroraisse puto, iam actum aliquid esse in consessu Senatorum. Liu. 7. belli Pun. Adhibitus ab Aetolis ex finitimis pacificator Aminander.

Pacificatorius, a, um, Quod ad pacificationem pertinet. διαλλακτικός, εἰρηνοποιητικός. Cic. 12. Philipp. Postquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacificus, a, um, pen. corr. Paci studens. {εἰρηνικός. Ital. & Hisp. *Pacifico.* Gal. *Pacifique, paisible.*} Cic. ad Attic. lib. 8, Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. Ouid. 4. Fast. —& vos orate coloni Perpetuam pacem, pacificúmque ducem. Lucan. lib. 3. —duramque vri deflectere mentem Pacifico sermone parant.

Paco, as, A pace fit, & significat mitigo, lenio, placo, tranquillum & pacificatum reddo. {ἡμερόω, ἡσυχάζω. Ital. *Placare, mitigare.* Gal. *Apaiser, pacifier.* Hisp. *Apaziguar, placar.*} Cæsar 1. belli Ciuilis, Horratur, cuius Imperatoris ductu & comp. nouem annis fœlicissime gesserint, plurimaque prælia secunda fecerint, omnem Galliam, Germaniámque pacauerint, &c. Tibullus lib. 4. Eleg. 1, Paruáque cælestes pacauit mica: nec illis Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.

Pacatus, a, um, hoc est pacificatus, & tranquillus reddicus. {ἡσυχαστικός, εἰρηνικός. Ital. *Pacificato.* Gal. *Apaisé, pacifié.* Hispan. *Pacificado, apaziguado.*} Cice. 5. Verr. Ciuitates non modò pacatæ, verumetiam sociorum, & amicorum ad vim atque ad arma confugient. Idem antequam iret in exil. Si denique Cn. Pompeio, quòd terra marique hostes reddidit pacatos, &c. Ouid. 1. de Pon. Denique si moriar, subeam pacatius arcum. Aequora pacata, Ouid. Epist. 10. Aeris pacati flatus, Lucret. lib. 3. Vultu pacato excipere aliquid. Ouid. 1. Fast.

Pacator, oris, Pacis conciliator, turbarum compositor. {εἰρηνοποιός. Ital. *Pacificatore.* Gal. *Apaiseur.* Hisp. *Apaziguador, que haze paz.*} Senec. Hetc. Oetæo. Sed tu domitor magne ferarum, Orbisq; simul pacator ades.

Pacatè, Tranquillè, sedatè, pacificè. {εἰρηνικῶς. Ital. *Pacificamente.* Gal. *Paciſiquement.* Hisp. *Apaziguamente, pacificamente.*} vt, Pacatè per pronunciam iter facere, apud Cæsarem 1. belli Gal.

Pacalis, pen. prod. Adiect. ἡμερώσιμος, εἰρηνικός. Idem quod pacifer, siue pacem significans: vt Oleæ pacales, Ouid. 6. Metamorph. Flammæ pacales, Ouid. 1. Fast. ad finem.

Paxillus, Idem quod palus. {πάσσαλος. Ital. & Hisp. *Palo.* Gal. *Vn pau, vn pieu.*} Hoc nomen Priscianus credidit per diminutionē à palo factum: quod tamen vel Cicerone teste, falsum esse constat, qui palum contrà ex paxillo contractum esse asserit, fuga literæ vastioris. Sic enim scribit in Orat. Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo autem vester Axilla Ala factus est, nili fuga literæ vastioris, quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit?

P aute E.

Peccatus, huius peccatus, Vide in PECCO.

Pecco, as. Proprie significat adulterium committo: dictum quasi pellicem, vt putat Sipontinus, id est cum pellice coeo. {μοιχεύω, πορνεύω. Ital. *Peccare.* Gal. *Pecher.* Hisp. *Pecar.*} Vnde peccatus, pro adulterio, quasi pellicatus. Apud veteres enim peccatus, us, vsque ad Ciceronis ætatem durauit, qui voce ea vsus est 4. Verrina, Nemo (inquit) ita vixerat, vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, vt quum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur si negaret. Postea inualuit vsus, vt peccatum tantùm neutro genere proferatur, & generaliter de omnibus coactis, atque erroribus dicatur: & peccare quomodocunque labi, offendere, delinquere. Terent. in Andr. Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque. Cice. lib. 1. Offic. passiuo vsus est, Quo in genere etiam in Reip. multa peccantur. Et impersonaliter, quum ait lib. Offic. Quo magis cauendū est nequid in eo genere peccetur. ¶ Construitur pecco aliquando

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquando cum accusatiuo cum præpositione in. Terent. in Adelph. Verùm in istam partem potius peccato tamen. Aliquando cum ablatiuo cum eadem præpositione. Cic. 5. Verr. Si denique vno aliquo in genere peccasset. Aliquando cum accusatiuo sine præpositione. Plaut. in Bacch. Si vnam peccauisses syllabam, Fieret corium tam maculosum, quàm est nutricis pallium.

Peccatum, & nomen & participium esse potest. Terent. in Prol. Eunuchi vtrunque complexus est. Si id (inquit) est peccatum, peccatum imprudentia est. Prius est nomen. {πλημμέλημα. Ital. *Peccato*. Gal. *Peché*. Hisp. *Pecado*.} secundum, participium, ἁμάρτημα. Est autem peccatum, quicquid sit contra officium: quę etiam culpa appellatur. Cic. 3. Offic. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, reperat insaniens, reddere, peccatum sit: non reddere, officium. Idem de Amicitia, Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Cicc. Attico, lib. 3, Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. Virgil. 10. Aeneid. Si sine pace tua, atque inuito nomine Troes Italiam petiere, luant peccata, neque illos Iuueris auxilio.

Pecorarius, Pecorinus, Vide PECVS.

Pecten, inis, masc. gen. Instrumentum textorum, quo subtegmen stamini immittitur. {κτείς. Ital. *Pettine*. Gal. *Vn peigne*. Hispa. *El peine*.} Virgil. 1. Georg. Arguto coniux percurrit pectine telas. Inuen. Satyr. 9, Et malè percussas textoris pectine Galli Accipimus. Ouid. 3. Fast. -& rarum pectine densat opus. A cuius similitudine & pecten dictus qui explicat capillos. Plaut. in Capt. Sed vtrum strictim me attonsurum dicam esse, an per pectinem, Nescio. Ouid. 4. Metam. Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines. ¶ Est quoque cratis dentatæ genus, stylis ferreis, ad colendum terram. Item ferreum instrumentum, quo rariores segetes metebantur. Colum. lib. 2. ca. 21, Alij pectinibus spicam ipsam legunt, &c. Est item pubes, hoc est locus vbi pili ad verenda nascuntur, quem & Græci κτένα appellant. Iuuena. Satyr. 6, Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Dictus pecten, quia vt barba indetonsa pectine indigeat. ¶ Est & instrumentum quo citharam pulsamus. πλῆκτρον. Virgil. lib. 6, -iam pectine pulsat eburno. ¶ Item pectines, siue pectunculi, κτένες, pisces sunt qui se ex aqua iaculantur sagittæ modo, quemadmodum soligo facere dicitur. Horat. 2. Serm. Satyr. 4, Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. ¶ Pectines item à Plinio in arboribus dicuntur tectæ per longitudinem pectinum modo lineæ & intercalia, quæ Græcè κτενίτας & διαφόρους appellantur, hoc est discursus ille venarum rectus, in longitudinem porrectus: cuiusmodi in pectine conspiciuntur dentes. In quibus autem hic meatuum ductus aliquo modo variat, neque rectus in longitudinem porrigitur, non solet eos Plinius absolutè pectines appellare, sed aliquid adiicere quo varietas illa explicetur, obliquos, crispos, nodosósve pectines appellans. ¶ Pectem Veneris, herba est, à pectinis similitudine dicta, cuius radix cum malua tusa, omnia tela corpori infixa extrahit. Autor Plin. lib. 24. cap. 19.

Pectino, as, pen. corr. Est ferreo instrumento, quod pectinem vocant, spicas legere, vel segetem metere. {κτενίζω, πέκω. Ital. *Pettinare*. Gal. *Peigner*. Hisp. *Peinar*.} Plin. lib. 18. cap. 21, Sunt genera terræ, quorum vbertas pectinari segetem in herba cogat.

Pectinatus, a, um, Quod ad pectinis modum factum est. {κτενοειδής. Ital. *Pettinato, colto*. Gal. *Peigné*. Hisp. *Peinado*.} vnde pectinatum tectum dicitur, teste Festo, quod in duas partes deuexum est: quemadmodum testudinarum, quod in quatuor.

Pectinatim, aduerbium, Significat ad pectinis similitudinem factum, & quasi denticulatim. {κτενοειδῶς. Ital. *A guisa di pettine*. Gal. *A dentelure*. Hisp. *Enclauijando los dedos*.} Plin. lib. 9. cap. 33, Cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata. Sic dicimus Manus pectinatim iunctas, quum vtriusque manus digiti inter se compliciti, pectinis figuram vidente referre, eminentibus vtrinque digitis veluti pectinis dentibus. Idem lib. 8. cap. 25, Pectinatim stipante se dentium serie.

Pecto, is, pexui, vel pexi, pexum, Significat explico, & pango capillum. {κτενίζω. Ital. *Pettinare*. Gal. *Peigner*. Hisp. *Peinar, desenbeitar*.} Cic. 2. in Cati. Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis. Ouid. 1. de Arte, Hanc matutinos pectens ancilla capillos Incitet. Horat. 1. Carm. Ode 15, Nequicquam Veneris præsidio Pectes cæsariem. ¶ Iumenta quoque, aliáve animalia pecti dicuntur, quum sordes eorum, & pili decidui, strigili destringuntur. Virg. 7. Aen. de ceruo, Pectebátq; ferum, putóq; in fonte lauabat. ¶ Transfertur etiam ad alia. nam & pectere citharam dicimus, hoc est percutere: & Distendere pectine chordas, id est plectro chordas mouere. ¶ Item pectere lanam, & vestes dicimus: à quo & vestes ipsæ, pexæ dicuntur, hoc est quæ in superficie quasdam veluti lanosas extuberantias præ se ferunt, quales sunt vestes quas *Coronnatas* & *Frisatas* vulgus vocat. Plin. lib. 8. cap. 48, Istriæ, Liburniæque pilo propior quàm lanæ, pexis aliena vestibus. Idem lib. 9, Et ipsa stuppa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶ Pexa folia, hoc est crassa, & in medio extuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. Colum. lib. 11. cap. 3, At Cappadocia, quæ pallido, & pexo, densóque folio viret mense Februario. ¶ Pexa munera, pro togis pexis, apud Martialem lib. 7, Diuitibus poteris Musas, elegósq; sonantes Mittere: pauperibus munera pexa dato. ¶ Huius verbi composita sunt, Depecto, Propecto, in longum pecto. Ouid. 1. Fastor. Ille manu mulcens properam ad pectora barbam. Repecto, Rursus pecto. ἀνακτενίζω. Claud. Sparge diem meliore coma, crinémque repexi Blandius elato surgent tremone iugales.

Pexitas, atis. {τὸ ἐξ ἴσου διαπεπλέχθαι, ὑφασμα. Ital. *Vilosità di tela*. Gal. *Tissure, entrelassement de laine*. Hisp. *Rejo*.} Plin. lib. 11. cap. 14, Quàm non ad hoc pertinere videtur cribrata pexitas telæ.

Pexatus, adiectiuum. {μαλακότριχος, μαλακτῷ εἵματι ἐνδεδυμένος. Ital. *Vestito d'habito di longo pelo*. Gal. *Vestu de robbe à long poil*. Hisp. *Vestido de rajo*.} Qui veste pexa est indutus. Mart. lib. 1. Pexatus pulchrè, &c.

Pectitus, a, um, penult. corr. Idem quod pexus. {ἐκτενισμένος. Ital. *Pettinato, colto*. Gal. *Peigné*. Hisp. *Peinado*.} Colum. lib. 2. ca. 3, Præparatæ sint, & pectitæ lanæ, quo facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit. ¶ Per translationem accipitur pro culto, polito, & subacto. Idem li. 10, Verùm vbi iã puro discrimine pectita tellus Deposito squalore nitet.

Pectus, oris, Anterior pars animalis, á gula vsq; ad vẽtrem. {στῆθος, στέρνον. Ital. *Petto*. Gal. *La poictrine*. Hispan. *El pecho*.} Hoc homini tantùm latum est, reliquis animalibus carinatum, vt ait Plin. lib. 11. cap. 37. Dictum autem putatur pectus à cõpactis costis. Est enim pectus costis compactum, quæ veluti firmamentum pectoris sunt. Virgil. 9. Aeneid. Pectore in aduerso totum cui cominus ensem Condidit assurgendi, & multa morte recepit. Horat. 2. Serm. Satyr. 8, -tum pectore adusto Vidimus & merulas poni. Quintil. lib. 2. cap. 15, Nam & M. Aquilium defendens Antonius, scissa veste, cicatrices quas is pro patria aduerso pectore susceperisset, ostendit. ¶ Accipitur etiam pectus pro corde quod sub pectore latet: vel pro ipso animo, quem in corde residere nonnulli antiquorum putauerunt. Iuuen. Satyr. 13, Nocte, diéque sunm gestare in pectore testem. Horat. lib. 1. Epist. Non tu corpus eras sine pectore. Hinc fit vt quum aliquem perfectè & syncerè à nobis amari velimus significare, dicamus nos illum amare ex toto pectore. Virgil. 9. Aeneid. Te verò mea quam spatiis propioribus ætas Insequitur, venerande puer, iam pectore toto Accipio, & comitem casus complector in omnes. Cic. de Amic. In amicitia nisi (vt dicitur) apertũ pectus videas, tuúmque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.

Pectusculum, diminutiuum, Paruum pectus. στηθύδιον.

Pectoralis, pectorale, Quod ad pectus pertinet: vt, Fascia pectoralis. {στηθοδεσμίς, στηθοδέσμη. Ital. *Pettorale*. Gal. *Appartenant à poictrine*. Hispa. *Cosa perteneciente al pecho*.} ¶ Est & Pectorale substantiuum, genus armaturæ quo pectus munitur. {τὸ στηθικόν, στηθύριον. Ital. *Armatura dal petto, pettorale*. Gal. *Poictral, armure de la poictrine*. Hisp. *El pecto, armadura del pecho*.} Plin. lib. 37. cap. 7, Sacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorum, ocreísque, & galeis.

Pectorosus, a, um, Quod est magni & validi pectoris. {στερεόθωρ. Ital. *Pettorato*. Gal. *Qui a large & longue poictrine*. Hisp. *Cosa de gran pecho*.} Autor Priapeæ, Nemo est feroci pectorosior Marte. Colum. lib. 8. cap. 2, Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus.

Pecuaria, Pecuarius, Vide PECVS.

Peculiaris, Peculiosus, Vide PECVLIVM.

Peculium, lij, teste Pompeio, dicitur quicquid alicuius labore, & industria partum est. {τὸ ἴδιον, τὸ ἰδιόκτητον, τὸ κτῆμα. Ital. *Peculio*. Gal. *Le bien propre à chacun*. Hisp. *El pegujal*.} Apud veteres peculiũ dicebatur quoduis patrimonium, eo quòd pecoribus omnis illorum substantia cõstabat: vnde & Peculij nomen deductum est. Postea tamen consuetudine loquendi factum est, vt peculij nomine illud præcipuè comprehenderetur quod seruus, vel filiusfamiliãs, dum adhuc in potestate dominiest, vel patris, industria sua, vel labore lucrifecerit. Cic. in Parad. An eorum seruitus dura est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Plaut. Asin. -quanquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari. Ibidem, Largitur peculium omne: in tergo thesaurum gerit. Florent. Iurisconsult. in l. Peculium. ff. de peculio, Peculium (inquit) ex eo consistit, quod parsimonia sua quis parauit, vel officio suo meruit sibi donari: idque velut proprium patrimonium seruum suum habere quis voluit. Tubero autem, referente Celso lib. 6. ff. sic definiuit peculium, quod seruus domini permissu separatum à dominicis rationibus habet. ¶ Peculium castrense dicitur quod à parentibus, aut agnatis in militia degenti donatum est, vel quod filiusfamiliãs in militia acquisiuit, quod nisi militasset non haberet. Vide de hoc latius in dictione CASTRENSIS. A Peculium fit diminutiuum Peculiolum.

Peculiaris, re, Quod ad peculium pertinet, vel quod peculio deputatur, seu quod peculij proprium est. {ἴδιος. Ita. *Peculiare, particulare*. Gal. *Propre, particulier, appartenant à aucun*. Hisp. *Proprio, cosa perteneciente à pegujal*.} Plaut. in Asin. Etiam opilio, qui pascit, inter alienas oues Aliquam habet peculiarem, quæ spem soletur suam. Sed in vsu iam receptum est vt peculiaris, proprius, specialis, siue præcipuus dicatur, nec cum aliis communis. Sueton. in Cæs. Præterea monetæ, publicisque vectigalibus, peculiares seruos præposuit. ¶ Peculiare edictum, dicitur quod peculiariter ad certam rem est propositum. Cic. 5. Verr. Exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis frumentum de area tolleret antequam cum Decumano pactus esset. ¶ Ponitur aliquando peculiare pro re seruili. Vlp. l. Signis vinum. ff. de Tritico, vino & oleo leg. Si peculiare vinum legatum sit, id contineri quod serui habuerunt.

Peculiariter, aduerbium, Specialiter, præcipuè. {ἰδία, ἰδίως, ἰδιοκτήτως. Ital. *Particolarmente, specialmente*. Gal. *Particulierement, especialement*. Hisp. *Propriamente, especialmente*.} Plin. lib. 27. cap. 4, Epiphoris peculiariter imponitur, hoc est singulariter, & secundum eius propriam virtutem. Quintil. lib. 8. cap. 2, Quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui peculiariter tribuitur, vt Vrbem, Romam accipimus: Vænales, nouitios: & Corinthia, æra: quum sint aliæ vrbes quoque, & vænalia multa, & tam aurum & argentum, quàm æs Corinthium.

Peculiarius, comparatiuum, Magis proprie. ἰδιώτερον.

Peculiosus, a, um, Qui peculij multum habet. {χρηματώδης. Ital. *Che ha molto peculio*. Gal. *Qui a bien dequoy*. Hispan. *Cosa de grande pegujal*.} Plaut. in Ruden. Peculiosum esse decet seruum, & improbum, Quem hero præsente prætereat oratio.

Peculiatus, a, um, Id est pecunia abundans, numatus. {πολυχρήματος. Ital. *Danaroso, ricco*. Gal. *Pecunieux, riche, qui a bien de quoy*. Hispan. *Rico, que tiene gran pegujal*.} Asinius Pollio ad Ciceronem, Planè bene peculiatus. Budæus.

Peculio, as, Quempiam pecunia multo, aut peculiũ aufero. ἀποστερῶ χρημάτων. Plautus in Persa, Atque ob istam rem ego aliquid te peculiabo.

Peculor, aris, & Depeculor, Quæ ad Rempublicam, seu principem pertinent, furor. κλέπτω τὰ δημόσια. Ital. *Robbo argento del principe, ò de cose publiche*. Gal. *Celuy qui desrobbe l'argent du prince ou de la republique*. Hispa. *El ladron de las rentas del rey y publicas*.} Cic. 3. Offic. Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco dicendum est.

Peculatus, tus, Pecuniæ publicæ, aut fisci furtum: sicut sacrilegium, rerum sacratum. {τὸ ἐκ δημοσίων κλέμμα. Ital. *Furto della pecunia publica*. Gal. *Larcin du bien du commun & public*. Hisp. *Hurto de las rentas publicas*.} Cicc. 5. Verr.

Non

Non intelligit, hæc quæ iandudum loquor, ad aliam quæstionem, atque ad peculatus iudicium pertinere. Plin. de Viris illustrib. Liuius Salinator primò Consul de Illyriis triumphauit, deinde ex inuidia peculatus reus, ab omnibus tribubus, excepta Mœtia, cõdemnatus. Plaut. Cistell. Ergo in me peculatum facit.

Pecunia, æ, A pecore, siue pecu dicta est, quia apud antiquos omnis pecuniæ, pecus fuit fundamentum. {Πρόβατον, χρῆμα. Ital. *Pecunia, denari.* Gal. *Argent ou ce que vaut argent.* Hisp. *El dinero, o generalmente todo lo que vale dinero.*} Colum. lib. 6, in Præfat. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eademq; quæstuosissima: propter quod nomina quoq; pecuniæ, & peculij tracta videntur à pecore. Quod non solùm veteres possederunt, sed adhuc apud quasdam genus vnum hoc vtuntur diuitiarum genus. Plin. lib. 33. cap. 3, scribit, Pecuniam sortitam esse nomen à nota pecudis, eo quòd primum æs nota pecudis signatum fuit. Hinc Plutarchus in Publicola asserit in vetustissimis numis signum fuisse ouis, & suis, bouisque conspectum. Pecuniæ verò nomine (vt inquit Hermogenianus, l. Pecuniæ. ff. de Verb. signific.) nó modò numi, hoc est numerata pecunia, sed omnes res tam solidæ quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur. Cic. 2. de Finib. Magni æstimabat pecuniam, non modò non contra legem, sed etiam legibus partam: quæ quidem vel cum periculo est quærenda vobis: est enim effectrix multarum & magnarum voluptatum. Horat. 1. Epist. 6, Et genus, & formam regina pecunia donat. Idem 4. Carm. Ode 9, Vindex auaræ fraudis, & abstinens Ducentis ad se cuncta pecuniæ.

Pecuniola, huius diminutiuum est. Χρηματίδιον.

Pecuniarius, a, um, Quod ad pecuniam pertinet. {Χρηματικός. Ital. *Che s'appertiene à denari.* Gal. *Appartenant à argent.* Hisp. *Cosa pertenesciente à dinero.*} Cic. ad Brutum, Nodus est inopia rei pecuniariæ. Idem pro Cluent. Neminem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. Lis pecuniaria. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Pecuniosus, a, um, Qui abundat pecunia. {Πολυχρήματος. Ital. *Ricco, danaroso, che abonda di pecunia.* Gal. *Pecunieux, riche.* Hispa. *Cosa de muchos dineros.*} Nonius, Pecuniosorum, & locupletum proprietatem aperuit M. Tullius de Senect. à pecore pecuniosos, & à possessionibus locorum locupletes appellatos asserens, multáq; ditione ouium, & boum: quòd tunc erat res in pecore, & locorum possessionibus, ex quo locupletes & pecuniosi vocabantur. Cic. 2. Verr. Pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Idem 1. de Inuen. In fortuna quæritur, seruus sit an liber: pecuniosus, an tenuis. Attes pecuniosæ. Martial. lib. 5. Attes discere vult pecuniosas.

Pecus, udis, fœm. gen. & Pecus, oris, neutri, Significant omne animal quod sub hominis imperio è pabulo terræ pascitur: vt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ, & huiusmodi. {Ἡμίονος, βόσκημα. Ital. *Bestiame.* Gal. *Bestail.* Hisp. *Hato ò manada de ganado.*} Varro lib. 2. de Re rust. cap. 5, Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet primùm, vt sint hæ pecudes ætate potius ad fructos ferendos integræ, quàm iam expertæ. Plinius etiam elephantos pecudes vocat, Qui (inquit) cum elephanto congressus, gemino ictu pecudem exanimauit. ¶ Inuenitur etiam pecus, coris, pro multitudine pecorum, seu pecudum. Virgil. 2. Aeglog. Dic mihi Damœta, cuium pecus, an Meliboei? Idem, Caprigenúmque pecus nullo custode per herbas. Interdum pro oue. Πρόβατον. Plin. lib. 8. cap. 49, Est & in Hispania, & maximè Corsica, non dissimile pecori genus musmonũ captino villo, quàm pecoris velleri propius. Quintil. Cur in vsum vestiũ sæpe pecori lanæ detrahuntur? ¶ Interdum dicitur de omni animali, quod humana lingua & effigie caret. Κτῆνος. Virg. 4. Georg. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Horat. lib. 1. Carm. Omne quum Proteus pecus egit altos Visete montes. ¶ Pecus autem, quum in genitiuo facit pecudis, nunquam accipitur collectiuè: alioqui omnino eisdem habet significationes. Dicitur enim de quouis animali, excepto homine. Plin. lib. 8. cap. 7, Ipsius animalis tanta natura tantaque clementia aduersus minus valida. vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, nequid obterat imprudens. Virgil. lib. 4. Georg. de apibus loquens, -& pecudum custodia solers. Lucret. de piscib. Præterea genus humanum, mutæque natantes Squamigeræ pecudes. Colum. lib. 8. cap. 3, Volatile pecus facile custodiam decipit. Dicitúrq; pecus (vt docet Varro) à pes, quòd pedibus sine ratione bruta ferãtur. ¶ Sunt qui dicant pecus, pecudis, olim fuisse male gen. quòd apud Ennium lectum sit, Pecudi marito: poterimus tamen dicere, Marito, ibi esse substantiuum, & figuratè cum alterius generis subiantiuo cohærere. Legitur etiam pro eodẽ pecu, & in numero plurali pecua: de quo rete. Legitur etiam pro eodẽ pecu, & in numero plurali pecua: de quo supra. ¶ Pecuda etiam neutro genere in vsu fuisse, veterum affirmat auctoritas. Sisenna, Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus. Item Cicero de Repub. apud Nonium, Quum adhibent in pecuda pastores.

Pecu, huius pecũ, in plurali, pecua, pecuum, pecubus, antiqui dixerunt pro pecore Plaut. Rud. Non vides me referre vuidũ rete, sine squamoso pecu? Idem Merc. Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare, &c.

Pecorinus, a, um, Quod est ex pecore. {Προβάτινος. Ital. *Pecorino.* Gal. *De bestial.* Hisp. *Cosa de ganado.*} vt Pecorina caro: quam & pecoream, pecudinam, & pecoinam possumus appellare.

Pecorosus, a, um, Quod pecore abundat. {Προβατώδης. Ital. *Ch'abonda di pecore.* Gal. *Abondant en bestial.* Hisp. *Cosa de mucho ganado.*} vt Pecorosa pascua. Gal. *Abondant en bestial.* Hisp. *Cosa de mucho ganado.*} Varro lib. 4. Venit ad inuictos pecorosa palatia montis, apud Propertium lib. 4. Venit ad inuictos pecorosa palatia montis, Et statuit fessos, fessus & ipse, boues. Statius 10. Theb. Cui fœtura gregem pecorosa Vere nouauit.

Pecorarius. Qui pecua, siue pecora publica redimit, vt inquit Asconius: Προβατοπράτης. Romani enim vetustiores nihil in bonis aliud præter pecudes habebant. ¶ Est etiam pecorarius, qui pecorum curam habet. {Ποιμήν. Ital. *Pecoraio.* Gal. *Gardien de bestial, berger.* Hisp. *Ganadero.*} Augustinus lib. 15. de Ciuit. Hic erat parer habitantium in tabernaculis pecorariorum.

Pecuarius, rij, Qui pecora pascit. {Προβατοτρόφος, ποιμήν. Ital. *Pecoraio.* Gal. *Berger.* Hisp. *Ganadero, o pastor de ganado.*} Cice. 4. Verr. Mercator, an arator, an pecuarius.

Pecuarius, a, um, Quod ad pecus pertinet. {Βοσκηματικός. Ital. *Che serue a bestiame.* Gal. *Appartenant à bestial.* Hisp. *Pertenesciente à ganado.*} Plaut. in Trucul. Malè vertit res pecuaria mihi apud vos. Colum. lib. 7. cap. 12, Pecuarius canis neq; tam strigosus aut pernix debet esse, quã qui damas, ceruósq; & velocissima fectantur animalia. Est autem Pecuarius canis, qui pecora, vel pecudes custodit à luporum voracitate, & iniuria.

Pecuaria, orum, Dicuntur ab eo quod est pecu. {Βοσκήματα. Ital. *Greggi grandi di pecore.* Gal. *Troupeau de bestial.* Hisp. *Hato de ganado.*} Nominatiuus singularis est pecuare, vel pecuat per apocopen. Proprie autem pecuaria dicuntur magni pecudum greges. Perhus, Fudor, vt Arcadiæ pecuaria rudere credas. Virgil. 3. Georg. Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. Autor ad Herenn. lib. 4. Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? ¶ Nonnunquam etiam accipiuntur pecuaria generaliter pro omnibus iis ex quibus populus habet reditus, quia diu hoc solum vectigal Romanis fuit. Cice. de Clar. Orat. Insimularetúrque familia, partim etiam liberi societatis eius, quæ pecuaria de P. Corn. L. Mummio COS. redemisset, &c.

Pecuaria, riæ, Dicitur ratio parandi, ac pascendi pecoris vt fructus ex eo capiatur: quæ & Res pecuaria dicitur {Κτηνοτροφική. Ita. *Pastura.* Gal. *Pasture, art de pasturage.* Hisp. *El arte de vsar por el ganado.*} Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1. Tres libros instituí, è queis duos scripsi primum ad Fundaniam vxorem de agricultura, secundum de pecuaria ad Turanium Nigrum. ¶ Est & Pecuaria, locus in quo pecorum greges consistunt. Varro lib. 2. cap. 1, Cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Idem in Præfat. lib. 2, Quod eo facilius faciam quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias. Non inconuenienter tamen possumus in hiite Varronis exemplis pecuarias intelligere, ipsos pecudum greges: quemadmodum apud eundem Pecuariæ videntur accepti lib. 3. cap. 2, vbi ne ait, Duo quum sint genera pastionum: vnum agreste, in quo sunt pecuariæ; alterum villaticum, in quo sunt gallinæ, ac columbæ, &c. ¶ Pecuariam rem facere, significat armenta, gregésque alere, quæ res ad scientiam pastoris pertinet. Κτηνοτροφικὴ, ἐπιστήμη.

Pecũ. Cato genitiuo plurali protulit, ab eo quod est pecu. Autor Festus.

Peda, Vide PEDES pedum.

PEDAEVS, fuit Antenoris filius nothus, νόθος. Homerus lib. Iliad. 5.

Pedalis, Pedamen, Pedaneus, Pedarius, Vide PEDES pedum.

PEDASVS, πήδασος. Fuit, teste Homero lib. 6 Iliad. Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius. ¶ Est & eius nominis ciuitas, Pylo vicina, vini feracissima, vt idem Homerus est autor lib. Iliad. 9. ¶ Est etiam Pedasus vnus ex equis Achillis, vt idem tradit Iliados 16. quem euertit Thebis Ectioneis cepit, equísque suis immortalibus comitem addidit.

Pedatim, Pedatio, Pedatum, Vide PEDES pedum.

Pedema, pen. prod huius Pedematis, πήδημα. Genus saltationis Laconicæ, in qua pedes in orbem ad nates torquebantur, de qua Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως. Iuuen. Satyr. 11, Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alij legunt pyrismate.

Pedepressim, Pedes, dis, Pedester, Pederentim, Pedica, Pediculus, Pediolus, Pedisequus, Peditatus, Vide PEDES pedum.

Pedes, {πεζὸς. Ital. *Piedi.* Gal. *Les piés.* Hisp. *Los pies.*} Dicuntur quibus vtimur in gradiendo, cuius nominatiuus singularis est Pes, à Græco πούς. Pes autem totum dicitur quod est à femore ad calcem: diuiditúrque in coxendice, femur, genu, femen, poplitem, crus, suram, & imum pedem, qui calx appellatur: diuiditúrque in conuexum pedis, quæ pars superior est: & calcaneum, quæ est pars posterior: item in volam, quæ est pars medij pedis caua, & plantam, quæ pars tota inferior est: præterea in digitos & vngues. A vola pedis indita sunt cognomina Planeis, Plotis, Scauris Pansis: de quibus locis suis. Ouid. 3. de Ponto, Hæc dea non stabili quàm sit leuis orbe fatetur. Quæ summum dubio sub pede semper habet. Idem 12. Metam. -pedibúsq; virum proculcat equinis. Virg. 9 Aeglo. Quò te Mœri pedes? an quò via ducit in vrbem? ¶ Suo se pede metiri, hoc est facere iumptum pro facultatum suarum modulo. Horat. 1. Epist. 7, Metiri se quenque suo modulo ac pede, verum est. ¶ Quoniam verò standi fundamentum pes est, factum est vt in ædificiis area, pes magnus dicatur. ¶ Pes etiam mẽsuræ genus est quo mensurantur terræ, & continet quatuor palmos, hoc est digitos sedecim. ¶ Item funis quo in naui tenditur velum. Virgil. lib. 5. Aen. Vnà omnes fecere pedem. Plautus etiam remos nauium pedes appellauit. ¶ Pedes etiam dicuntur legitimæ carminum dimensiones: vnde dicimus carmen Heroicum sex habere pedes: Pentametrum, Phaleucium, & Sapphicum, quinque. Metaphora videtur, sumpta ab animalium pedibus. Nam quemadmodum illa suis pedibus mouentur, ita etiam carmina suis quibusdam incedunt pedibus. Aut certè à mensuræ genere quod pedem vocari diximus, quòd carmina suis pedibus veluti mensuris quibusdam, demetiantur. ¶ Præterea pes vocatur fœdum capitis animal, à multitudine pedum. Plaut. in Curc. Vt muscæ, culices, pedésque, pulicésque, Odio, & malo, & molestiæ, bono vsui estis nulli. Huius diminutiuo frequentius vtimur, scilicet pediculus, siue pedunculus.

Pediculus, li, diminutiuum, Paruus pes. {Ψειδίον Ital. *Piccol piede.* Gal. *Petit pié.* Hisp. *Pie pequeño.*} Plin. lib. 9. cap. 28. Mollia sunt loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & in ventre: pediculi octoni omnibus. ¶ Hinc pediculi vocantur, quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur. μύκητες. Plin. lib. 22. cap. 23, Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo pyri. ¶ Item pediculus, vermis in capite hominis, & in cæteris animalibus. {Φθεὶρ Ital. *Pedocchio.* Gal. *Pou.* Hispa. *Pioje.*} Colum. lib. 8. cap. 7, Pituita omnis è capite, & sub alis, atq; clunibus detergeturillic ne pediculum ceteat, hic ne stercore loca naturalia exulceret. ¶ Pediculi quoque terræ, scarabæi terrestres ricino similes. Sunt & maris pediculi, teste Plin. lib. 32. cap. 7. & 8, ita dicti à similitudine pediculorum capitis, quibus ad varia medicamenta vtuntur.

Pediculatus, a, um, vt Pediculata poma, quæ pediculos habent, quibus suspendi possunt.

Pedicularis, are, Quod ad pediculos capitis vermes pertinet. {Φθειριώδης. Ital. *Pertinente a pedocchio.* Gal. *Appartenant a pouïe.* Hispan. *Pertenesciente à pioje.*} Vnde pedicularis morbus dicitur quum corpus pediculis scatet. Græci φθειριᾶσιν appellant. Nam φθεὶρ pediculum dicunt. De hoc Serenus,

Serenus, Noxia corporibus quædam de corpore nostro Progenuit natura, volens abrumpere somnos Senibus, & mollis vigiles inducere curas. Hoc morbo interiit Sylla Dictator.

Pedicosus, siue Pediculosus, Qui capitis vermibus scatet, qui pediculi, & nonnunquā pedes appellantur. {φθειρίαν. Ital. *Pedocchioso*. Gal. *Pouilleux, pleim de poulx*. Hispan. *Cosa llena de piojos*.} Plaut. Pedicosus, squallidus, vbi me vidit, caput icabit. Apud antiquos, teste Festo, aliquando inuenitur pedecosus per secundam vocalem in antepenultima, Titinnius, Rus detrodetur pedecosus, squallidus.

Pediolus, diminutiuum, Paruus pes. Nonius. πεδίον.

Pedusculus, li, diminutiuum, Paruus pes. {πεδίον. Ital. *Picciol piede*. Gal. *Petit pié*. Hisp. *Pequeño pie*.} Plin. lib. 11. cap. 10. Si conuatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria legendum docent, Apprehensi pondusculo lapilli.

Peda. Vestigium humanum, præcipuè pedis, inquit Festus. ἴχνος. Ital. *Pedata humana*. Gal. *Vestige, pas ou trace*. Hisp. *La pisada del pie*.

Pedalis, pedale, Quod est pedis: vt Mensura pedalis. {πεδιαῖος. Ital. *D'vn piede*. Gal. *D'vn pié*. Hispan. *Cosa de longura de vn pie*.} Colum. lib. 3. Pedale quoquouersus spatium sat erit inter semina relinqui. Idem, Scrobiculis pedalibus factis. Cic. 4. Acade. Quid potest esse sole maius, quem Mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem esse quàm terram? quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. Cæs. 2. bel. Ciuil. Pedalibus lignis coniunctis inter se porticus integebantur.

Pedamen, inis, & Pedamentum, ti. Sustentaculum, siue adminiculū quod alicui arbusculæ adhibetur: sicut palus quo vitis sustētatur. {χαράκωμα. Ital. *Sostentacolo, appoggio*. Gal. *Vn eschalats de vigne ou autre appui*. Hispa. *El rodrigon del a vid o otras arboles y otras cosas*.} Plin. lib. 17. cap. 20, Castanea pedamentis omnibus præfertur. Colum. lib. 4. cap. 30. Pedaminum, iugorumque, & viminum prospiciendorum tradenda ratio est. Varro 1. de Re rust. cap. 8. Quibus stat recta vinea, dicuntur pedamenta: quæ transuersa iunguntur, iuga.

Pedaneus, a, um, Idem quod pedalis. {πεδιαῖος. Ital. *D'vn piede*. Gal. *D'vn pié*. Hisp. *Cosa de longura de pie*.} Colum. lib. 5, Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedaneā scrobem vitibus comparat. ¶ Hinc Bipedaneus, a, um, Tripedaneus, & huiusmodi. δικαπιαῖος. Columel. lib. 1, Bipedaneā humus arboribus quatuor pedum abundè est. Et li. 4, Tripedaneis relictis spatiis, per quæ semina excoluntur. Et lib. 5, Semipedaneam consitis resolutam vitibus terram subiacere. ¶ Pedaneus iudex, Qui à Præside constituitur vt minora iudicia discernat: ita dictus quòd is magistratus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. Gellius tamen lib. 3. cap. 18, negat Pedaneum in hac significatione Latinum esse, Senatoréisque pedatios hosce dicendos contendit, non pedaneos.

Pedarij Senatores, dicti sunt qui in Senatu sententiam non dicebant, sed ab alio dictam comprobabant, mouentes se loco, & in partem eius cuius sententiam approbabant, ambulantes. Propter quod qui ita faciebant, Ire in sententiam pedibus dicebantur. Et ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia, pedarij sunt appellati. Cic. ad Attic. lib. 1, Est illud senatusconsultum summa pedariorum voluntate, nullius nostrum autoritate factum. Ibidem, Et raptim in eam sententiam pedarij cucurrerunt. Sententia eorum, pedaria appellatur. Gellius pedarios existimat dictos fuisse Senatores, quòd qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus in curiam proficiscebantur. Nam qui curulem magistratum gessissent, curru vehi solebant. Vide Gellium hac de re diffuse tractantem lib 3. cap. 18.

Pedatim, aduerbiū à verbo pedo, as, {κατὰ πόδας, βαδὶν λέγω. Ital. *A passo à passo*. Gal. *Pas à pas*. Hispan. *Passo a passo, de dos en dos*.} Plin. lib. 11. cap. 45, Leo tantum & camelus pedatim gradiuntur. hoc est vt finister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.

Pedatum, pedati, apud antiquos legitur pro repetito accessu: à verbo pedo, as, quo antiqui vtebantur. Nonius, Pedato, positum inuenitur pro repetitu, vel accessu, quasi per pedem: sicuti nunc vulgò dicitur, Tertio pedato. Cato Orig. lib. 1, Igitur tertio pedato bellum nobis fecere. hoc est tertio reuerti, vt interpretatur Perottus.

Pedepressim, Tardè, paulatim, quasi lenta & tarda itione. βαδὶν λέγω, Nonius.

Pedes, peditis, Qui pedibus incedit. {πεζός. Ital. *Pedone*. Gal. *Piecon, qui va à pié*. Hisp. *El peon, hombre de pie*.} sicut eques, qui equo vehitur. Vnde milites qui pedibus stipendia faciunt, pedites appellamus. Cæsar 8. belli Gal. Equitatum omnem, Germanosque pedites, summæ velocitatis omnes, ad castra hostium præmittit. Virgil. 6. Aeneid. -seu quum pedes iret in hostem. Idem 10. Aeneid. Quum pedes incedit, &c. Curtius, Pedes agmen circuibat.

Peditatus, tus. Peditum copiæ: sicut equitatus, equitum copiæ. {πεζικὸν μέρος, τὸ πεζόν. Ital. *Essercito à piedi*. Gal. *Bande ou armée de gens à pie*. Hisp. *El peonaje de hombres de pie*.} Cicer. 5. Philip. Tu cuem sceleratum & perditum, Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues?

Pedester, Qui pedibus iter facit. {πεζός. Ital. *Pedone*. Gal. *Pieton*. Hisp. *El peon*.} Martial. lib. 1, Abouit in liquidis ire pedester aquis. Apul. Qui modò in exercitum profectus est pedester. ¶ Dicitur etiam hic & hæc pedestris, & hoc pedestre. πεζικός: vt Pedestris exercitus, qui peditibus tantùm constat, non etiam equitibus. Pedestres copiæ, Pedestria agmina. πεζικὰ ἀνδρικά. Cicer. 2. de Finib. Vt si Xerxes cum tantis classibus, tantisque equestribus & pedestribus copiis Hellespontо iuncto, Athóque perfosso, maria ambulauisset, terramq; nauigasset, &c. ¶ Pedestris oratio, Est prosa, & oratio soluta: ita dicta ab humilitate & simplicitate apparatus, quòd ad grauitatem, & maiestatem carminis non assurgat. πεζὸς λόγος. Quintil. lib. 10. cap. 1, de Platone, Multum supra prosam orationem, & quam pedestrem vocant Græci, exurgit. Horatius ad Mecœnatem lib. 2. Carm. -tūque pedestribus Dices historus prælia Cæsaris. ¶ Pedestria auguria dicebantur quæ à lupo, vulpe, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus sumebantur. πεζικὰ σύμβολα.

Pedetentim, aduerbium compositum à pede, & tento, tas, Idem quod sensim, vel paulatim. {κατὰ πόδας, βαδὶν λέγω. Ital. *A poco à poco*. Gal. *Peu à peu, tout bellement, pas à pas*. Hispa. *Pie tras pie, poco à poco*.} Cicer. lib. 1. Offic. Sin minus, sensim erit, pedetentimque faciendum. Terent. in Phorm. Dij bene vertant quod agas, pedetentim tamen. quod Donatus exponit pro cautè.

Pedica, pen. corr. à pede, Significat laqueum quo pedes illigantur. {πέδη, Ital. *Laccio, vncghia*. Gal. *Piege, laqs à prendre les bestes par le pié*. Hisp. *La pihuela*. ὁ λάζο.} Virgil. lib. 1. Georg. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Liu. 1. bell. Pun. Velut pedica capta hærerent.

Pedicinus, Prisca dictio est, cuius hodie significatio ignoratur. Legitur apud Catonem de Re rust. cap. 18, Verba eius sunt hæc, Ibi foramen pedicinis duobus facito, ibique arbores pedicino in lapide statuito. Sunt qui putēt diminutiuum esse à nomine pes: sed huic loco hoc non satis videtur congruere.

Pedicularis, Pedicosus, Pediculus, Pediolus, vide suprà post PEDES.

Pedisequus, vnico s, Qui dominum sequitur: & pedisequa, ancilla quæ dominam sequitur. {ἀκόλουθος. Ital. *Che seguita il patrone*. Gal. *Vn vallet qui va apres son maistre*. Hisp. *El que acompaña el su señor*.} Plaut. in Mil. Pedisequus tibi sum. Cicer. ad Attic. lib. 2, Quæ mihi videtur vna conciuncula clamore pedisequorum nostrorum esse pertura. Idem pro domo sua, Conculcari hunc à pedisequis iussit. Terent. in Andria, Accedo ad pedisequas, quæ sit rogo. Autor ad Herenn. lib. 4, Virtutis pedisequę sunt diuitiæ.

Peditatus, vide Pedes peditis in PEDES pedum.

Pedo, as. Id est vado: à quo Repedo, quod est quasi pedem refero, redeo. {ἀναπατέζω. Ital. *Andare*. Gal. *Aller, cheminer*. Hisp. *Andar*.} Lucil. Redisse, ac repedasse, vt Romam vitet. ¶ Pedare etiam est viti vel alteri arbusculæ sustentaculum adhiberi. {χαράκωσις. Ital. *Arestare pali alle viti*. Gal. *Eschalasser vne vigne*. Hisp. *Poner rodrigon ala vid*.} vnde Vineæ pedatæ dicuntur. Plin. lib. 17. cap. 21, Aut pedatæ vineæ simplici iugo. Colum. lib. 4. cap. cap. 12, Putationem sequitur iam pedandæ vineæ cura.

Pedatus, a, um, Quod est sustentaculo firmatum: vt Vinea pedata. {κεχαρακωμένος. Ital. *Sostentato*. Gal. *Soustenu, appuié*. Hispan. *Sostenido*.} ¶ Quandoque etiam pedatus dicitur cui sunt pedes: sicut à manu Manuleatus. χειρόπους. Sueton. de Othone, fuisse traditur & modicæ staturæ, & malè pedatus, caluúsque. id est distortis pedibus.

Pedatio, Dicitur quando pedamētis vinea fulcitur. {χαράκωσις. Ital. *Sostentamento, pedamento*. Gal. *Soustenement, appuy, eschalassement*. Hisp. *Obra de sostener la vid, y de poner rodrigon ala vid*.} Colum. lib. 4. cap. 12, Idque ingum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum se vinea corroboret in pedationem.

Pedum, di, Pastorale baculum, seu virga incurua qua pecudum pedes detinentur. {λαγωβόλον, κηλωτήρ. Ital. *Bastone de pastori*. Gal. *Vne houlette*. Hisp. *El gancho ò cayado de pastor*.} Virgil. 5. Aeglog. At tu sume pedum, quod me quum sæpe rogaret, Non tulit Antigenes. ¶ Est & PEDVM, πίδα, Stephano, oppidum non longè à Prænestinis: à quo Pedani, πίδανοι, populi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Liu. lib. 8. ab Vrbe, Neq; tamen nisi admodum paucis populis, Pedani adiuti sunt, Tyburtes, Prænestinique, quorum ager propior erat, Pedum peruenere.

PEDICVLI, Populi Calabriæ. Peucetiis & Brundusinis finitimi: quorum oppida sunt Rhudiæ, Egnatia, Barium, Amita, & Pactius. Auror Plin. lib. 3. cap. 11. Strabo lib. 6, Pœdiclos appellat.

Pedo, dis, pepedi, Crepitum ventris emito. {πέρδω, βδέω. Ital. *Pettegiare*. Gal. *Peter, faire vn pet*. Hisp. *Peer*.} Horat. 1. Serm. Satyr. 8, Nam displosa sonat quantum vesica, pepedi. Martialis, Nil aliud video quo te credamus amicum, Quàm quòd me coram pedere Crispe soles. ¶ Huius composita sunt, Impedio, & Oppedio, de quibus suis locis.

PEDO Albinouanus, Poëta fuit Epigrammatographus, qui sub Augusto floruit, & ad Neronis vsque tempora peruenit. Præcipuè amicus fuit Ouidio, qui Pedonium eum vocat lib. 4. de Ponto Eleg. 10. Si roget hoc aliquis, cui sint narrata Pedoni, &c. Alibi etiam Syderei epitheto eum honestat, vel propter excellentiam, vel quia fortasse de syderibus scriptum aliquid habuit: sic enim ait Elegia 16. Quum foret & Marsus, magnique Rabirius oris. Iliacúsque Macer, sydereúsque Pedo.

Pedo, pedas, Pedum, Pedusculus, Vide PES.

Peganon, πήγανον, Herba est Dioscor. lib. 3, quam Latini rutam appellant.

PEGASA, πήγασα Stephano, Oppidum est Cariæ.

PEGASIDES, pen. corr. πηγασίδες. Musæ dictæ sunt, διὰ τὸ πηγῆς, hoc est à fonte, numini illarum sacro, quē Pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse. Ouid. Epist. 21, At mihi Pegasides blandissima carmina dictant. ¶ Interdum etiam Pegasides dicuntur fontium, vel fluuiorum nymphæ quæ & Naiades. Idem Epist. 5, Pegasis Oenone Phrygiis celeberrima syluis.

PEGASVS, pen. corr. πήγασος. Equus alatus, διὰ τὸ πηγῆς, id est à fonte, quòd iuxta πηγὰς, id est fontes Oceani natus sit, vbi Gorgones habitabant. Hunc Higinus, & alij complures Neptuni & Medusæ filium dixere. Alij ex Medusæ sanguine quam Perseus interemit, natū astruūt. Hic quum Heliconа euolasset, saxum vngula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene, id est fons equinus est appellatus. Postea verò quum ex Pirene Corinthio fonte biberet, à Bellerophonte qui id temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus est. Qua de re sic scribit Strabo lib. 8. Fama est (inquit) equum Pegasum quum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehensum fuisse, alarum inquam caballum è Medusæ cervice, & de Gorgonis execto gutture profilientem. Hoc equo vsus est Bellerophontes in expeditione contra Chimæram. Vulgatum est, & caballinum fontem in Helicone erupisse, quum subiectam ibi tellurem feriret vngula. Posth.ec rerum terrestrium tædio ductus, in cælum dicitur euolasse, ibique inter sydera constiturus, Arcticum circulum spectare, pedibúsque æstiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarij manum dextram cervicī suæ adiungere. ¶ Pegasus etiam dicebatur instrumentum in domibus, super quo tanquam iumento, vestes & similia tenerentur suspensa, à Pegaso equo poëtico, traductione nominis excogitata. ¶ Fuit & hoc nomine iurisperitus: à quo nomen accepit Pegasinum senatusconsultum. Pompon. lib. 2. de Origine iuris.

Pegaseus, a, um, adiectiuum, pen. corr. Carul. ad Camerium: Nec si Pegaseo ferat volatu. Versus est hendecasyllabus.

Pegaseius, aliud adiectiuum, quinque syllabarum. Persius in Præfat. Cor-

uos poetas, & poëtrias picas Cantate credas Pegaseium melos.

Pegma, matis, πῆγμα ἀπὸ τοῦ πήγνυμι. Hoc est à pangendo, siue componendo. Machina quædam est lignea in qua statuæ collocantur, & quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum πῆγμα cum ludicris producebantur in scenam, cum pueris etiam considentibus, ex lignis & tabulis quæ constabant vario picturæ genere. ¶ Pegmatis formam Seneca ad Lucilium his verbis describit: His (inquit) annumeres licet machinatores qui pegmata ex se surgentia excogitant, & tabulata tacita in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates: aut dehiscentibus quæ cohærebant: aut quæ distabant, sua sponte cohærentibus: aut iis quæ eminebant, paulatim in se residentibus. Ioseph. li. 7. de Bello Iudaico, Maximè autem erat stupor machinarum quæ portabantur, siue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum, quartúmq; surgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis simulachrum belli repræsentatum fuisse significat, vt alij capere viderentur, & per singula pegmata dux captæ vrbis agebatur, ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant, à Suetonio pegmates vocantur. Tradunt Claudium obiecisse aliquando bestias, qui pegmata in scenam parum fœliciter produxissent. Plin. lib. 33. cap. 3, Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum & viginti quatuor argenti pondo fuere. Festus scribit, pegmata esse ex ære, aut marmore armamenta, quę vt plurimum in atriis, quandoque in porticibus aulisque affigebantur maiorum, aliorúmque fortium virorum gesta certius quàm pictura ostendentia. Martial. lib. 12, Et crescunt media pegmata cessa via.

Peiero, ras, pen. corr. Falso, & animo fallendi iuro, seu iuramentum infringo, & id quod iuramento ac verbis concipitur, non facio: ex per, & iuro, abiecta r, & u longa in e breuem conuersa. {*Spergiurare.* Ital. *Giurare il falso.* Gal. *Se parjurer.* Hisp. *jurar falsamente.*} Cic. 3. Offic. Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Idem pro Rosc. Com. Qui mentiri solet, peierare cõsuerit. Martial. lib. 7, Nec erubescit peierare de turdo, Et ostreorum rapere liuidos cirros. Iuris peierati pœna, Horat. 2. Carm. Ode. 8. Plaut. in Asin. Nam siquid fecit scelestè, pro illo lingua peierat. Lactant. lib. 1, Ergo aliqua potestas est quæ peierantes deos puniat.

Peior, peioris. Vide MALVS.

PELAGIA, πελαγία, Mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris primum deditissima; vt quæ nulli rei attentius vacaret quàm corpori comendo. Tandem tamen meliore ducta spiritu, repente velut in nouum quoddam animal transformata est, curámq; deinceps quam corporis cultui impendere solebat, ad animũ virtutibus excolendum transtulit.

PELAGONIA, Æ, πελαγονία, Pars Macedoniæ Septentrionalis, quæ Tribalis proxima est. Autor Plin. lib. 4. cap. 10.

Pelagus, pen. corr. {πέλαγος. Ital. *Mare.* Gal. *La mer creuse, la haute mer.* Hisp. *Mar.*} tam masculini, quàm neutri generis, Proprié profundum maris significat. Vnde pelagus dictum volunt, quasi πέλαγος, quòd sit πόλλῳ γῆς, id est procul à terra. Tametsi etiam pro quouis mari accipiatur. Valer. Flaccus lib. 1. Argonau. O quantum terræ, quantum cognoscere cæli Permissum est, pelagum quantos aperimus in vsus! Plin. lib. 10. cap. 32, In reliquis partibus est quidem mitius pelagus. Virgil. 3. Aen. -hic pelagi tot tempestatibus actus, &c. Ibidem, Treis adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago.

Pelagicus, ca, cum, {πελαγικός. Ital. *Di mare.* Gal. *De mer.* Hisp. *Cosa de mar.*} Quod in mari viuit, siue etiam quod est ex mari. Colum. lib. 8. cap. 17, Cæteri laxatiles, aut pelagici: satis ex his, sed ex recentibus melius pascuntur.

Pelagius, a, um. πελάγιος. Idem Varro 3. de Re rust. cap. 3, Sic nostræ ætatis luxuria propagauit leporaria: at piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium reuocauit.

Pelagia, πελαγία, Piscis est ex genere concharum, qui & purpura dicitur, in mediis faucibus sucum habens tingendis lanis laudatissimum, qui ab eo pelagium dicitur: sicut à buccino alio conchatum genere, buccinum appellatur. Plin. lib. 9. cap. 37, Purpuræ alio nomine Pelagiæ dicuntur: earum genera plura, pabulo & solo discreta. Idem lib. 9. ca. 38, Buccinum per se damnatur, quoniam sucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiáq; eius nigritiæ dat austeritatem illam, nitorémq; qui quæritur cocci.

Pelamis, midis. {πελαμὶς, ἡ. Ital. *Pesce tuono.* Gal. *Pelamide ou thon.* Hispan. *Especie de atun.*} gen. fœm. Idem piscis est cum thynno, sed qui nondum annum excesserit. Nam pelamides primò, pòst annum thynni vocantur. Dictam autem volunt pelamidem, παρὰ τὸ οὐ πάλλεσθαι, hoc est, quòd non saliat. Plin. lib. 9. cap. 15, Limosæ à luto pelamides ab eo quòd in luto moretur

bina quæ cum cælibe viro sine nuptiis locum tenet vxoris, quam Græco vocabulo παλλακὴν pallacem appellamus. Sueton. de Vespas. Inde quieti vacabat, accubante aliqua pallacarum, quas in locum defunctæ Cænidis plurimas constituerat. Iustinus quoq; Cyri pallacem nominat licet vitio librariorum pellicem scriptum reperiatur. ¶ Pellex Latinum nomen est à pellicio, quod est blandiédo decipio: quia blandiendo virum ab vxore seducit. Cic. in Sallust. Omnium cubiculorum pellex, & idem postea adulter. id est puer lædebas alienas vxores, præripiens eis maritos: vir postea læsisti maritos, præripiens eis vxores. Vide Vallam lib. 6. Elegant.

Pellicatus, tus. Actus quem pellex exercet: sicut cõcubinatus quem concubina. {παλλακία. Ital. *Mancanza di matrimonio.* Gal. *Solicitation du mariage d'autruy.* Hisp. *Maidad de combleça de muger casada.*} Cic. 2. Offic. Ab ea enim est ipse propter pellicatus suspicionem interfectus.

Pellico, ces, pellexi, pellectum, Blanditiis in fraudem induco. {ἐπαοιδάω, ἐξαπατάω, ἀναπείθω, ἄγω. Ital. *Ingannare lusingando.* Gal. *Induire & attraire par belles paroles, amadouer.* Hisp. *Atraher con halagos, engañar halagando.*} Terent. in Phorm. Is senem per epistolam pellexit. Cic. 1. de Orat. Maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepore, & politissimis facetiis pellexisti. Componitúrque ex per, & lacio, mutatis r in l, & a in i. Festus, Lacit, decipit, inducit. Lax, lacis verò fraus est. A Lax, lacio fit: vnde & Lacto, as: & composita, Allicio, Elicio, Illicio, & alia. Legitur quoque Perlicio apud Liuium lib. 4. pro eodem. Negotium (inquit) datur, vt quos quisque posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem perlicerent. Pellicio tamen, & pellexi, & pellectus magis in vsu sunt quàm perlicio, aut perlexi. Perlectus verò in ista significatione nequaquam haberi puto, sed Pellectus tãtum, ne à perlego putaretur.

Pellicator, oris, Qui blanditiis aliquem in fraudem pellicit. {ἀπατεών, ὁ, ἡ. Ital. *Lusinghiero.* Gal. *Trompeur fourbe beau semblant, amadoueur, enjoleur.* Hisp. *El que atraie con halagos.*} Festus.

Pellis, huius pellis, Dicitur quum est à carne separata, quæ cutis antea dicebatur. {δέρμα, δέρμ. Ital. *Pelle.* Gal. *Vne peau, vne paume.* Hisp. *La pelleja ò cuero.*} Iuuenal. Satyr. 10, Dissimilémque sui deformem pro cute pellem. Cic. 1. de Nat. deor. Quam tu nunquam, ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo. Virgil. 8. Aeneid. -quem fuina iconis Pellis obit totum. Idem 11. Aeneid. Cui pellis latos humeros erepta iuuenco Pugnatori operit. ¶ Quiescere in propria pelle, est contentum esse sua sorte, nec quicquam supra vires affectare Horat. 1. Serm. Satyr. 6. Vel merito quoniam in propria non pelle quiescem. ¶ Sub pellibus esse, hoc est in castris statiuis. Cic. 4. Acad. Vt non multum imperatori suo ipsis pellibus otij relinquatur. ¶ Dicta pellis (vt quidam putant) à pellendo, quòd externas iniurias tegendo repellat. Hæc postquam concinnata est ad calceos, & cætera opera faciendа, aluta dicitur. Varro, Palceolus siccus est, ex aluta factus.

Pellicula, æ, diminutiuum, Parua pellis. {δερμάτιον. Ital. *Pellicina.* Gal. *Petite peau.* Hisp. *Pelleja pequeña.*} Cic. pro Muræna, Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus ittauit pelliculis hœdinis lectos Punicanos, & exposuit vasa Samia: quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus, &c. ¶ Cõtinere se in sua pellicula, prouerbialiter dicitur pro eo quod est intra suam sortem se continere. Martial. lib. 3. Lusisti, satis est: sed te, mihi crede, memento Nunc in pellicula cerdo tenere tua. ¶ Curate pelliculam. est corpus suum molliter tractare. Horat. 2. Serm. Satyr. 5, -ire domum, atque Pelliculam curare iube. ¶ Veterem pelliculam retines, hoc est priscinos mores. Persius Satyr 5, Sin tu, quum fueris nostræ paulo antè fariuæ, Pelliculã veterem retines, & fronte politus Astutam rapido seruas sub pectore vulpem, Quæ dederam suprà, repeto, funémque reduco.

Pelliceus, cea, ceum. Quod est ex pelle: vt Vestis pellicea. {δερμάτινος. Ital. *Di pelle* Gal. *De peau, fait de peau.* Hispa. *Cosa de materia de pelleja.*} Hieron. contra Iouin. Delecti in vallem lachrymarum, tunicis conluctis, & pelliceis vestirentur.

Pellitus, ta, tum, pen. prod. Quod pelles habet, vel pellibus tectum est. {δερμάτινος. Ital. *Pelliccia.* Gal. *Qui est couuert de peaux ou fourré de pannes.* Hisp. *Vestido de pellejas.*} Propert. lib. 4. Pellitos habuit rustica chorda patres. Horat. 2. Carm. Ode 6. Dulce pellitis ouibus Galesi & flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto.

Pelliculo, as, pen. prod. Pellibus alligatis obturo. {ἐπιδερματίζω. Ital. *Coprire con pelle.* Gal. *Couurir ou estouper de peaux ou de cuir.* Hispan. *Cubrir ò tapar con pellejas.*} Colum. lib. 12. cap. 46. Vas opercolatum pelliculant. Ibidem cap. 59, In alia vasa deliquare, & confectum opercula gypsare, & pelliculare.

Pellio. Qui vestes pelliceas & alia ex pellibus opera facit. {δερματοπώλης. Ital. *Pellizzaro, varotaro.* Gal. *Pelletier, peaussier.* Hisp. *Pellejero.*} Plaut. in Menæch. Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est.

Pello, lis, pepuli, pulsum, Percutio, fero. {πατάσσω, κρούω. Ital. *Percuotere, scacciare.* Gal. *Pousser, debouter, chasser.* Hispan. *Herir, empuxar.*} Terent. in And. Tũne has pepulisti fores? ¶ Aliquãdo abigo, extrudo. ἐλαύνω, ἀπάω. Plaut. Pelle animo timorem: mox aderit gnatus. ¶ Iungitur etiam ablatiuo cum præpositione a: vt Pelle hunc à foribus, apud Plautum in Amph. Item cum præpositione de: vt Non potuit pelli de ea sententia. Item cum è, vel ex: vt Pellere aliquem è foro, vel ex templo. Nonnunquam etiam sine præpositione: vt Pellere patria, ciuitate, regno, agro, sedibus, &c. Iungitur etiam accusatiuo cum præpositione in. Cic. 2. de Orat. In exilium pulsus est. ¶ Ponitur interdum pro exagitare, affligere. Cic. ad Nigidium lib. 4. Epist. Quanquam enim nulla me ipsum priuatum pepulit insignis iniuria. ¶ Hinc fiunt Pulso, Pulso, Pulsus, & nonnulla alia, quæ vide suis locis. Item composita, Apello, siue aspello, Appello per duplex p, Compello, Depello, Expello, Impello, Propello.

¶ A supino pulsum, fit frequentatiuum Pulso, pulsas, de quo mox.

Pulsus, huius pulsus, Ictus, impulsio, verberatio. {κρούσις, κρότος. Ital. *Percussione.* Gal. *Poulsement, battement, chassement.* Hisp. *Empuxon.*} Cic. 1. Tusc. Inanimum est omne quod pulsu agitatur externo. Idem 1. de Orat. Impetus, pulsúsque remorum. Virgil. 12. Aeneid. pulsúque pedum tremit excita tellus. ¶ Pulsus item. {σφυγμός. Ital. *Polso.* Gal. *Le pouls.* Hisp. *Pulso.*} à medicis appellatur motus arteriarum ex spiritus reciprocatione, & ex systole diastoléque cordis proficiscens. Plin. lib. 11. cap. 37, Arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum in modulos certos, legésque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Idem lib. 7. cap. 51, venarum percussum appellat, κατακροτικὰς, venas sumens pro arteriis. Venarum (inquit) inæquali, aut formicante percussu.

Pulso, sas, frequentatiuum à pello, Significat sæpe percutio, verbero. {δονέω, κόπτω, παίω, πατάσσω. Ital. *Sbattere, percuotere.* Gal. *Pousser, heurter frapper.* Hisp. *Herir.*} Cic. 6. Ver. Sex lictores circumsistunt, valentissimi ad pulsandos verberandósq; homines exercitatissimi. Terent. in Adel. Sed quis hoc ostium pulsauit? Virgil. 4. Aeneid. -cui nubibus arduis Pruiferum caput & vento pulsatur & imbri. ¶ Transfertur & ad animum. Plaut. in Epid. Id ego experior, cui in vnum multa confluunt quæ meum pectus pulsant. ¶ Interdum pulsare est violare, lædere. Virgil. lib. 12. Aeneid. Pulsatos referens infecto fœdere diuos. ¶ Pulsari item dicuntur fides, vel instrumenta musica quum chordæ digitis, vel plectro attrectantur, vt sonum edant. κρούομαι. Virg. 6. Aeneid. Iámque eadem digitis iam pectine pulsat eburno. Campana quoque pulsari dicitur, quum aut restibus aut pedibus impulsa, aut malleo icta sonitum reddit.

Pulsans, tis, Participium. Iuuena. Satyr. 9. -& cum lusore catello Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Virgil. lib. 3. Georg. -exultantiáque haurit Corda pauor pulsans.

Pulsatus, ta, tum. aliud participium. {κεκροτημένος, ὁ βεβλημένος. Ital. *Percosso* Gal. *Frappé* Hisp. *Herido.*} Plin. lib. 12. ca. 9. Pulsatq; fructibus arborea. Aequor pulsatum remige, Ouid. 3. de Ponto. Saxa pulsata, Virg. 3. Aeneidos.

Pulsandus, a, um, κρουστέος, βλητέος. vt Area pulsanda equis. Ouid. 3. Amor. Eleg. 14.

Pulsatio, onis, Pulsandi actus. {κρουσμός. Ital. *Il percuotere, percossa.* Gal. *Frappement, heurtement.* Hisp. *Herimiento, herida.*} Liu. 1. belli Maced. Ea maiore cum sonitu quàm vulnere vllo, pulsatio scutorum, parumper succedentes Romanos tenuit.

Pulsator, oris. {κρουστής. Ital. *Chi percuote.* Gal. *Frappeur.* Hispan. *Heridor.*} Val. Flac. 5. Argon. -citharæ pulsator Apollo. Huius composita sunt, Compulso, Expulso: quorum significata vide suis locis.

Pulsatiles venæ, A quibusdam appellatæ spiritus semitæ, quas medici Græco vocabulo arterias vocant. κατὰ μίμησιν. Agitantur enim illæ perpetuo quodam pulsu ex systole & diastole cordis proficiscente.

Pulto, tas, Idem quod pulso, fitque à supino pultum, quo antiqui vtebantur. {δόαξω, σφύζω, κόπτω. Ital. *Sbattere.* Gal. *Pousser, frapper, heurter.* Hisp. *Herir.*} Plaut. Pultando confregi fores. Terent. Cesso iam pultare ostium?

Pellos, siue Pellus, li, πέλλος, Auis est ex genere ardeolarum, ita dicta (vt putãt) ab aduerbio πέλας, quod est prope: quòd minus altè volet quàm cæteræ ardeolarum species. Plin. lib. 10. cap. 60.

Pelluceo, pelluces, pen. prod, pelluxi, Per medium luceo. {διαφαίνω. Ital. *Lucere, risplendere.* Gal. *Reluire, estre clair en sorte qu'on voye à trauers.* Hispan. *Trasluzir.*} Iuuenal. Satyr. 2, Acer & indomitus, libertatisque magister, Creticæ pelluces. Plaut. Aulul. Quin extra inspicere in foie etiam vino licet: Ita is pellucet, quasi laterna Punica. Idem Rud. Nam nunc pellucet ea, quàm cribrum crebrius. ¶ Oratio pellucet, id est clara & aperta. Cic. de Clar. Orat. Ita reconditas, exquisitásque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio.

Pelluo, idem quod Perluo: de quo infrà. πλύνω.

Pellucidus, Vide PERLVCIDVS.

Pelluuium, uij, & Pelluuia, æ, Vas in quo lauãtur pedes: sicut Malluuium, & Malluuia, vas in quo lauantur manus. {ποδανιπτήρ. Ital. *Piato doue si lauano i piedi.* Gal. *Vn bassin à lauer les piés.* Hispan. *El bacin para lauar los pies.*} Dictum pelluuium à pelluendo. Hoc idem polluorum dicitur. Labrum autem commune est, quemadmodum & peluis.

PELOPEA, pen. prod. πελόπεια, Thyestis filia, quæ à patre grauida facta, insigni forma infantulum peperit: quem recenter natum ne turpitudo sua palàm fieret, feris deuorandum in syluis reliquit. Euenit tamen diis ita volentibus, vt pastor quidam illac iter faciens, in puerum incideret, qui misericordia motus domum suam illum detulit, lactéque caprino educauit. Vnde & Aegisthus appellatus est. Hic postea quum in virum adoleuisset, Atreum patruum suum Thyestis instinctu interfecit. Clytæmnestram quoque absente Agamemnone per adulterium polluit: virúmque eius è Troiano bello redeuntem, ab illa adiutus, interemit. ¶ Pelopea item dicta fuit Lydiæ vrbs, aliis nominibus Thyatira, & Semiramis appellata. Autor Stephanus. ¶ Pelopea item Tragœdiæ cuiusdam nomen fuit, miserabiles Pelopeæ Thyestis filiæ casus ærumnásque continentis. Iuuen. Satyr. -Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Pelopæus, & Pelopeius, Vide PELOPS.

PELOPIDAS, πελοπίδας, Thebanus quidam fuit, rei militaris gloria clarissimus, arctissimóque amicitiæ fœdere cum Epaminonda coniunctus. Vitam eius vide apud Plutarchum.

PELOPONNESVS, πελοπόννησος, Nobilissima est totius Europæ peninsula, isthmo angustissimo Græciæ annexa, inter duo maria. Aegæũ & Ionium. platani folio similis, angulosis recessibus duos efficiens sinus, ab Ortu Saronicum: Crisseum, siue Corinthiacum ab Occasu, sex millium angustiis diremptos. Olim Apia & Pelasgia appellata. ¶ Postremó Peloponnesus dicta à Pelope Tantali filio, qui quum Oenomaum Elcorum regem curuli certamine superasset, Hippodamiam filiam eius vxorem duxit, regnumque dotale accepit: totámque illam peninsulam Peloponnesum appellauit. Habet in circuitu circiter CCCLXIII. M. pass. amplissimas olim habitatas vrbibus, ex quibus clarissimæ fuerũt Corinthus, in ipso statim isthmo sita: deinde Argos, Mycenæ.

Mycenæ Lacedæmon, Patræ, Messene, Corone, Methone, Elis, Pisa, aliæque complures. Hodie Moream appellant Veneti.

PELOPS, opis, πέλοψ, Tantali Phrygiæ regis & Taygetes filius, cuius pater quum deos in terris peregrinantes hospitio excepisset, vt certo aliquo argumento diuinitatem eorum experiretur, filium suum illis epulandum apposuit: à cuius esu quum dij cæteri abstinuissent, sola Ceres humerum eius dextrum absumpsit. Quem quum Iupiter deinde ad vitam reuocasset, eburneum ei humerum restituit. Posteà verò quum in virum adoleuisset, relicta patria in Elidem se contulit, vbi id temporis regnabat Oenomaus, qui vnicam habebat filiam nomine Hippodamiam, & forma eximiam, & regni totius hæredem, iisque nominibus à procis plurimis ambitam. Verùm Oenomaus quum oraculo edoctus esset, fore vt generi opera interiret, durissimam hanc procis conditionem tulit, vt qui nuptiis filiæ potiri vellet, secum prius curuli certamine contenderit: idque ea lege, vt victorem filiæ suæ coniugium & regni hæreditas, victum mors sequeretur. Quum itaque iam complures equorum (quos pernicissimos habebat) celeritate superasset, necisque tradidisset, Pelops (qui & ipse puellæ amore tenebatur) sibi aliam rem aggrediendam ratus, Myrtilum aurigam eius pretio corrumpit, vt fragiles currui axes subiungeret. Quo facto Oenomaus vnà cum curru corruit, membrisque omnibus ea ruina collisis mortuus est. Pelops itaque & coniuge potitus & regno, vniuersam illam Cherronesum de nomine suo Peloponnesum appellauit. Autor Strabo lib. 8.

Pelopeus, a, um, πελοπεῖος, & diuisa Græca diphthongo Peloptius, πελοπτίος, per quinque syllabas, denominatiuum formatum à nomine Pelops. Propert. lib. 3. Eleg. Infamis stupro stat Pelopea domus. Ouid. 8. Metam. Ipse locum vidi: nam me Pelopeia Pitheus Misit in arua, suo quondam regnata parenti.

Peloris, ridis, πελωρίς. Genus conchæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 4. Murice Baiano melior Lucrina peloris. Plin. lib. 31. cap. 11, videtur inter cancrorum genera annumerare.

PELORVS, pen. prod. πέλωρος, Vnum ex tribus Siciliæ promontoriis, quod in Italiam vergens, Scyllæ aduersum est: ita dictum à Peloro Annibalis gubernatore: quem is in Syriam fugam parans, (vt Pomponio Melæ placet) ibi interemit, se ab eo proditum ratus, eo quòd procul intuenti continua videbantur esse litora, pelagúsque minimè pernium. Valer. li. 9. cap. de Temeritate, Pelorum hunc ab Annibale interfectum arbitratur eo tempore quo is à Petilia soluens, in Africam reditum parabat, à suis reuocatus vt patriæ periclitanti opem ferret aduersus Scipionem. Quæ sententia videtur multo verisimilior. Non enim video quid ex Africa Syriam petenti, in Siculo freto fuerit negotij: nisi quis hoc prætexat, vi tempestatis eò fuisse appulsum. Seruius explicans illud Virgil. 3. Aeneid. Ast vbi digressum Siculæ te admouerit oræ Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori: quanquam cum Valerio videtur sentire, fatetur tamen etiam ante Annibalis tempora promontorium hoc Pelorum fuisse appellatum. Polybius quoque in primo bello Punico alio nomine non vtitur.

Pelta, æ. {πέλτη. Ital. *Targhetta, brochiero.* Gal. *Vne targe ou pauois en façon de croissant.* Hisp. *Adarga ò escudo redondo.*} Scutum exiguum, lunæ semipleni imaginem referens: quo genere Amazones præcipuè in prælijs vti solent. Virgil. 1. Aeneid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Scuta Amazonica vocat Nonius. Plin. lib. 12. cap. 5, Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.

Peltatus, a, um, adiectiuum, hoc est pelta armatus. {ὁ πελτοφόρος, ὁπλίτης πελτοφόρος. Ital. *Armato di targhetta ò brochiero.* Gal. *Armé de targe ou pauois.* Hisp. *Armado de adarga, ò escudo redondo.*} Liu. 8. bel. Pun. Menippum item quendam ex regijs ducibus, cum mille peltatis (pelta cetræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit. Hi etiam Græco nomine appellantur peltastæ, πελτασταί. Liu. lib. 1. bel. Mac. Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.

PELTAE, arum, πέλται, Phrygiæ oppidum: à quo vicinus campus Peltinus appellatus est. Vide Strabonem lib. 12. & 13.

Peluis, Vasis genus pedibus abluendis præcipuè destinatum. {λεκάνη, ποδονιπτήρ. Ital. *Conca.* Gal. *Vn bassin à lauer, vn lauoir.* Hisp. *Bacin para lauarse los pies.*} Varro 4. de Ling. Lat. Peluis, inquit, quasi pedeiauis, à pedum lauatione. Alij peluim à pelluendo dictam tradunt, putántque sinum esse aquarium in quo variæ res pelluúntur. Iuuen. Saty. 3. Vt sint contentæ patulos effundere pelues. Cato ca. 10, Peluis vna. Vide Baysium.

PELVSIVM, sij, πήλουσιον, Oppidum in extrema Aegypti ora, quæ Casio tidi contermina est: à quo & extremum Nili ostium quo Aegyptus ab Asia terminatur, Pelusium, seu Peluisiacum appellatum est. Hanc vrbem condidit Peleus Achillis pater monitu deorum post lustrationem. Eo enim tempore Peleus furiis agitabatur, quia fratrem Focum interemerat.

Peluisius, sia, sium, πηλούσιος, & Peluisiacus, a, um, pen. corr. πηλουσιακός. Martial. in Xeniis, Accipe Niliacam Peluisia munera lentem. Virgil. lib. 1. Georg. Nec Peluisiacæ curam aspernabere lentis.

Peluiana mala legimus apud Colum. lib. 5. cap. 10.

Peluisiotæ, πηλουσιῶται, Populi in extremis finibus Aegypti, Peluisium oppidum incolentes, ea in parte qua Aegyptus Arabiæ cõtermina est. Hieron. contra Iouin. Impelle (si vales) Peluisioten, vt manducet cæpe.

Peminosus, a, um, vel potius Pæminosus per æ diphthongum in prima syllaba, quod malè est odoris: ita dictum à pædore. {δυσώδης. Ital. *Di cattiuo odore.* Gal. *Crasseux, ord & sale, qui sent mal.* Hisp. *Cosa de mal olor.*} Varro de Re rust. lib. 1. cap. 51, Hanc esse modicam oportet pro magnitudine segetis, potissimum rotundam, & ad medium paulùm extumidam, solidaterra pauitam, maximè si est argillosa, ne situ peminosa in limis eius grana oblitescant. Sic enim legit Festus. In castigationibus tamen Varronis exemplaribus legitur, Ne æstu rimosa.

Penarius, Vide PENVS.

PENATES, Penatium, penatibus, tantùm pluraliter, Dicti sunt dij domestici, vt inquit Cic. lib. 2. de Nat. deorum, quòd penes nos nati sint, vel fixi, vt inquit Seruius, quòd non longè absint ab hac vita, siue quòd penitus insident. *ἐμφυτοι θεοί.* Ex quo etiam penetrales à Poëtis vocãtur. Alij à penu hoc nomen deriuant. Macrob. lib. 3 Satur. cap. 4. Penates esse dixerunt per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Terent. in Phor. At ego deos Penates hinc salutatum domum Deuortar. Virgil. 1. Aeneid. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor, Ilium in Italiam portans, victósque Penates.

Penatiger, ra, rum, Gerens Penates. Ouid. 15. Metam. Hæc Helenum cecinisse Penatigero Aeneæ Mente memor refero.

Penatores, Vide PENVS.

Pendeo, des, pependi, pensum, Significat in sublimi esse, siue suspensum esse. {κρέμαμαι, κρεμάζομαι. Ital. *Pendere.* Gal. *Estre pendant, pendre.* Hisp. *Estar colgado ò suspenso.*} Tractum à pennis auium. ¶ Interdum ponitur absolutè. Terent. in Eunucho, Tu iam pendebis, qui itultum adolescentulum nobilitas flagitiis. Aliquando ablatiuo iungitur cum præpositione à, vel ab: vt Sagittæ pendebant ab humero, Cic. 6. Verr. Aliquãdo cum præpositione de, vt Pendêre de rupe, Virgil. 1. Aeglog. Item cum præpositione ex: vt Pendêre ex arbore, Cicer. 5. Verr. Nonnunquam etiam sine præpositione. Virgil. 4. Aeglog. Incultísque rubens pendebit sentibus vua. Aliquando iungitur accusatiuo cum præpositione per. Plaut. in Asin. Nudus vinctus centum pondo es, per pedes quando pendes. ¶ Per translationem Pendeo ponitur pro sustentor, vel potius innitor. *ἐξαρτῶμαι, ἐξέχομαι.* Ouid. 3 de Ponto, Pendet & à vestra nostra salute salus. ¶ Pendêre ex nutu alterius dicitur qui per omnia alterius addictus est voluntati. Liu. 5. belli Macedon. Ea autem in libertate posita est, quæ suis stat viribus, non quæ ex alieno pendet arbitrio. ¶ Pendêre ex fortuna dicitur qui ad omnes fortunæ flatus circumagitur. Cic. in Paradoxis, Cui spes omnis & ratio, & cogitatio pẽdet ex fortuna, huic nihil esse potest certi, nihil quod exploratum habeat permansurum sibi vnum diem. ¶ Quandoque pro cruciari, & in pœna esse, siue dubium esse, aut animo suspensum esse, hoc est dubitare, hæsitare. *ἀπορῶμαι.* & sic construitur cum genitiuo, vel ablatiuo, & interdum ponitur absolutè. Cic. 1. Tuscul. Quòd si expectando, vel desyderando pendemus animis, cruciamur, & angimur. Idem in Hortensio, Et qui expectat, pendet animi. ¶ Pendêre etiam dicitur qui nimio desyderio alicuius rei intentus, cessat ab omni alio opere, & id vnum solicitus expectat. Ouid. in Epist. Penelopes, Narrantis coniux pendet ab ore viri. Virg. 4. Aeneid. Dum consulta petis, nostróque in limine pendes. ¶ Item cessare. *ἀργῶ.* Virgil. 4. Aeneid. pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes. ¶ Ponitur aliquando pro ponderare, siue pondus efficere, ait Budæus. Plin. lib. 21. cap. vlt. Cyathus pendet per se drachmas decem. In eadem significatione legitur & Pendo, is, per tertiam coniugationem. ¶ Pendêre rei dicebantur, quòd eorum nomina in programmate, id est tabula pendula publicè proposita atq; suspensa erant. Sueton. in Domitia. ca. 9, Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, vniuersos discrimine liberauit. ¶ Huius composita sunt, Appendeo, Dependeo, Impendeo, Propendeo, & Suspendeo, quorum significata vide suis locis.

Pendens, participium, & aliquando nomen ex participio. {κρεμάμενος, ἀπωρῶμενος. Ital. *Pendente.* Gal. *Pendant, qui pend.* Hispa. *Suspenso, que pende.*} Pendentes alas dixit Plin. lib. 10. cap. 38. & Pendens vinum. Cato cap. 147, hoc est vinum quod adhuc in ipsa vite pender, & nondum ex vuis expressum est.

Pendulus, la, lum, Quod pender. {κρεμάμενος. ἀπωρῶμενος. Ital. *Pendente.* Gal. *Pendant, penchant, qui pend.* Hispa. *Colgado enel ayre suspenso.*} Ouid. Epist. 1, Lassaret viduas pendula tela manus. Colum. lib. 2. cap. 18, Tum deinde macriora & pendula loca, mense Februario Luna crescente, fimo iuuanda sunt.

Pensilis, pensile, pen. corr. Quod suspensum, & sublime est. {μετέωρος. Ital. *Pensile.* Gal. *Pendu en l'air.* Hisp. *Cosa colgadiça.*} vt Pensilis hortus, qui supra ædificia factus est, hoc est in solario, vel in aere sublimis. Plin. lib. 19 cap. 5, Pensiles eorum hortos promouentibus in soles totis oblitoribus &c. Sic Pensilis vua. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, -tum pensilis vua secundas Oneabat mensas. ¶ Pensilis homo, qui suspensus est. Plaut. in Pseud. Restim volo mihi emere. 2. quãobrem? c. qui me faciam pensilem. ¶ Pensilis lectus, Pensiles lychni, qui suspensi sunt, & in aere pendentes. ¶ Pensiles vrbs, quæ subter cauata est. Plin. lib. 36. cap. 14, Leguntur & pensiles hortos, imò verò totum oppidum fecisse Aegyptiæ Thebæ, exercitus armatos subitò educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. Idem, Magnitudo & frequentia cloacarum vrbem pensilem fecit. ¶ Pensile horreum, quod nos vocamus *Granarium*, quòd stat in altiore domus loco. Colum. lib. 1, Sed nos in nostris regionibus, quæ redundant vligine, magis illam positionem pensilis horrei probamus.

Pensum, pensi, Dicitur manipulus lanæ, vel lini, aut cannabis qui ex colo pendet, & fuso trahitur. {ἔριον μαλλοῦ. Ital. *El pennacchio de lino, canapa ò lana per mettere in la rocca.* Gal. *Toyson filace.* Hisp. *La maçorca ò tarea del hilado.*} Vnde Trahere pensa, idem est quod nere. Ouid. lib. 2. Fast. Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant. Iustinus lib. 1. Pensa inter virgines partientem. ¶ Pensum per translationem, est officij cuiusque perfunctio, inquit Budæus. Cic. lib. 3. de Orat. Nũc ad reliqua progrediar, mèque ad meum munus, pensúmque reuocabo. Translatio sumpta est ab ancillis pensa deducenda à matronis capientibus. ¶ Dicimus autem venustè absoluere pensum, Conficere pensum, Peragere pensum, quod Gallicè dicimus, *Faire son preuoir, son office, & ce qu'on auoit entrepris.* Ital. *Finire il suo officio ouero obligo.* Hispa. *Hazer el su officio.* Varro 2. de Re rust. cap. 2, Sed quoniam nos nostrum pensum absoluimus, ac limitata est pecuaria quæstio, &c. Plaut. in Perſa, Pensum meum quod datum est confeci. Colum. lib. 3. cap. 10, Vnúmque ei propositum, peragere operis sui pensum. ¶ Accurate pensum, est diligenter, accurateque suum officium facere. Plaut. in Bacch. Ego pensum meum lepidè accurabo. ¶ Exigere pensum ab aliquo, est petere an suo sit functus officio. Cic. 5. Verr. Pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quòd ipsi Leontini publicè non sanè me multum adiuuerunt. Et in hac significatione pensum dicitur à verbo pendeo, quòd ex colo linum vel lana pendeat. ¶ Quandoque pensa dicuntur de ipsis filis: vt apud Virgil. 9. Aeneid. de textrice loquentem, Excussi manibus radij, reuolutáque pensa.

Pensum, pensi in alia significatione, Vide PENDO.

Pendo, dis, pependi, pensum, Verbum actiuum, significat pondero: à

pendeo, quòd quæ ponderantur, ex libra pendeãt. {πωδ μῶ, πωδ μῶμαι. Ital. *Pesare*. Gal. *Poiser, balancer*. Hisp. *Pesar en peso*.} Plin. lib. 9. cap. 15. Præcipua magnitudine thynni: inuenimus talenta quindecim pependisse. ¶ Per translationem significat considero, æstimo. πωδ μῶμαι. Cic. pro Quintio, Si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate clausa pendetur, profectò nihil est iam sanctum atque syncerum in ciuitate. Idem 6. Verr. Ego quo nomine appellẽ nescio: rem vobis proponam, vos eam suo nominis pondere penditote. Regit eosdem genitiuos quos verba pretium significãtia habere solent: vt Magni pendo, Parui pendo, Nihili pendo, Flocci pendo, & huiusmodi: hoc est in magna, aut parua æstimatione habeo. χαμαι μικρολογῶ, σμικρὸν ὑπολογῶ, πωδ μεδημῶ. Quæ omnia magis separata quàm composita, sunt dicenda. Plaut. in Bacchid. Rogas? imò vnicè vnum plurimi pendit. Terent. Heaut. Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes. ¶ Pendere, Est etiam soluere, δαπάνειν, ἐκτίνειν, quæ significatio inde tracta est, quòd antequam signatus esset nummus argenteus, quúmque Romani adhuc grani ære vterentur, non numeratione, quemadmodũ hodie, sed pondere fieri solebat solutio. Plin. lib. 33. cap. 3. Pop. Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est: libralis (vnde etiã nunc libella dicitur) & dipondius appendebatur assis. Vnde etiam æris grauis pœna dicta est. Hinc eriam hodie mansit vsus vt dicamus Pendere pro soluere, Liu. lib. 1. ab Vrbe, Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos aleret, viduæ attributæ quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Sallust. Semper illis reges, tetrarchæ vectigales erant, populi, nationes stipendia pendere. ¶ Hinc etiam Pœnam pendere proprie dicitur qui obdelictum pecuniam soluit: quanquam generalius loquendo, etiam Pœnam pendere dicuntur quibus quouis modo irrogatur pœna, vel supplicium. Plin. lib. 29. cap. 4. Eadẽ de causa supplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani viui in furcas sambucea arbore fixi. Virgil. 6. Aeneid. -tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. ¶ Penditur, impersonale. Plin. lib. 12. cap. 14. Iterúmque imperij nostri publicanis penditur. ¶ Pensus participium, ponderatus. Ouid. 14. Metam. -& aduertens pensas examinat herbas. Id est ponderatas: neque enim pharmaca nisi ponderentur, rectè componi possunt. ¶ Composita sunt, Appendo, Compendo, Dispendo, vnde compendium, Dependo, Expendo, Perpendo, Impendo, Propendo, Rependo, Suspendo, quorum significata vide suis locis.

Penso, sas, à Pendo frequentatiuum, significat sæpe pondero, æstimo. {πωδ μῶμαι, ἀμείβομαι. Ital. *Pesare, pensare, estimare*. Gal. *Poiser, penser, estimer*. Hisp. *Pesar, pensar*.} Liu. 4. belli Maced. Reliquas ciuitates monere, vt factis, non ex dictis amicos pensent, intelligántque quibus credendum, & à quibus cauendum sit. ¶ Significat aliquando compenso, siue compensando patrem facio, aliquid pro alio do. Valer. Max. lib. 1, Deductus, ac missus ad Senatum legatus, vt ex se & vno sene complures Pœnorum iuuenes pensarentur, in contrarium dato consilio Carthaginem petiit. Pensate crimen vna laude, apud Plin. lib. 9. cap. 25. Pensare lætitiam mœrore, id est parem facere lætitiam mœrori. Plin. lib. 7. cap. 40, Nec lætitia vllo minimo mœrore pensanda. ¶ Ponitur aliquando pro supplere. Plin. lib. 31. cap. 8, de muria loquens, Fotu quoque apud mediterraneos, aquæ marinæ vicem pensat. ¶ Hinc Compenso, Dispenso, Repenso.

Pensator, verbale, Ponderator, æstimator. {πωδ μᾶτωρ. Ital. *Pesatore*. Gal. *Poiseur*. Hispan. *Pesador*.} Plinius lib. 33. cap. 3, Pensatores, libripendes dicuntur.

Pensito, tas, Sæpe vel exactè pondero, examino. {πωδ μᾶμαι. Ital. *Pesare, essaminare*. Gal. *Poiser & fort penser, diligemment considerer*. Hisp. *Pesar, estimar, pensar*.} Plin. lib. 7. cap. 6, Is demum vitam æqualance pensitabit qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gell. lib. 1. cap. 4, Aut virtutes pensitabat, aut vitia timabatur, vt iudicium esse factum ad amussim diceres. ¶ Pensitare etiam accipitur pro soluere. πολῶ, φέρειν, ἀποφέρειν. Cic. pro Lege Manilia, Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent, aut exigunt?

Pensitatio, verbale. {ἴκλασις, ἀνάμεσις. Ital. *Ricompensa*. Gal. *Recompense*. Hisp. *Recompensacion*.} Plin. lib. 19. cap. 6, Et tunc propetare præteriti temporis pensitatione.

Pensitator, Ponderator, examinator, pensiculator. {λογιστὴς, ἐξεταστής. Ital. *Pesatore, estimatore*. Gal. *Poiseur, estimeur*. Hisp. *Pesador, estimador*.} Gel. lib. 17. cap. 1, Verborum pensitatores subtilissimi.

Pensiculo, las, Idem quod pensito. {ἐξετάζω. Ital. *Pesare diligentemente*. Gal. *Poiser diligemment*. Hispan. *Pesar con mucha diligencia*.} Gellius, Penficula vtrunque moderatè, reperies suo quodque in loco sonare aptissimè.

Pensiculator, oris, Qui dicta, factáve, quadam quasi trutina examinat. ἐξεταστὴς.

Pensiculatè, aduerbium, Hoc est cum pondere, iustóq; examine. ἀκριβῶς.

Pensitatus, participium, Ponderatus, siue examinatus. {ἰσοπωδ μωρῆς, ἐξεταστῶρῆς. Ital. *Pesato, essaminato*. Gal. *Poisé, examiné*. Hisp. *Pesado, examinado*.} vt Res pensitata. Plin. Epist. 8, Nos contrà, multum ac diu pensitatus amor liberalitatis communibus auaritiæ vinculis eximebat.

Pensio, onis, Dicitur id quod pro re aliqua conducta soluitur, id est quod datur pro rei alicuius vsu, aut agri, aut domus. {καλωδολὴ, λύτρωσις. Ital. *Pensione, pagamento*. Gal. *Pension, payement*. Hisp. *El alquile que se da de cosa alquilada*.} Cic. Leptæ lib. 6. Epist. Teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. Liu. 6. belli Maced. Et stipendium quod prioribus pensionibus in multos annos deberent, præsens omne daturos.

Pensiuncula, diminutiuum. {τὸ ὀλίγον χρῆμα, μικρὰ καὶ ἰσχνὴ δόσις. Ital. *Piccola pensione*. Gal. *Petite pension*. Hisp. *Pequeña pension*.} Colum. lib. 10. in Præfa. Fœnoris tui Syluine, quod stipulanti spoponderã tibi, reliquam pensiunculam percipe.

Pensum, à Pensus, à, um, participio verbi pendo, quod inter cætera significat æstimo, meditor, curo: vnde pensum habere dicimus pro eo quod est rem aliquam nobis cordi esse, & de re aliqua solicitum esse: & contrà, Nihil pensi habere, est contemnere & nihili facere. Sallust. in Catil. Neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Quintil. Nihil pensi habere videas quosdam.

Pensior, & hoc pensius, comparatiuũ, Id est æstimatius & pretiosius: nam quæ maximi facimus, sæpe nobis pensa sunt, id est meditata, cogitata, ponderata, atq; examinata. Venire autem videtur comparatiuum illud à Pensus, a, um, quod nomen est ex participio factum: quod significat cogitatum, ponderatum. Plaut. in Sticho, Age tu, altera vtra sit conditio pensior, virginem, an viduam habere? Gell. lib. 12. cap. 5, Vt nihil quicquam esset charius, pensiúsque nobis, quàm nosmetipsi.

Pene, aduerbium, Significat ferè. {πὰρ ὀλίγον. Ital. *Quasi*. Gal. *Presque, a peu pres*. Hisp. *Poco mas o menos*.} Plaut. in Epid. Penè in cursu concidi. Hinc Peniffimè superlatiuum formauit Plautus in Aul. vt vult Prisc. lib. 15, licet alij à penitus formari velint. Me (inquit Plautus) intus gallus gallinaceus, Qui erat anui peculiaris, perdidit peniffimè, id est penè nihil defuit quin me perderet.

PENELEVS, per quatuor syllabas πηνέλεως, Vnus fuit è quinque Bœotorum ducibus in bello Troiano teste Homero lib. Iliad. 2.

PENELOPE, πηνέλοπη, Icarij filia, & Vlyssis vxor, inexpugnabilis castitatis mulier, totiúsque pudicitiæ exemplar, quæ absente toros viginti annos marito, nullis aut parentum precibus, aut procorum pollicitationibus adduci potuit vt fidem quam viro discedenti dederat, secundis nuptiis violaret. Quum autem proci acrius instarent, atque adeò vim illaturi viderentur, tantum moræ ab illis sibi pepigit, quantum telæ, quam tum in manibus habebat, absoluendæ sufficeret. Quod quum impetrasset, mulier astuta, quicquid interdiu texuerat, noctu retexebat: eóque commento eorum cupiditatem in reditum mariti distulit: qui ab illa sub mendici habitu hospitio susceptus, procos ad vnum omnes interemit. Dictam autem volunt Penelopen ab auibus quæ penelopes dicuntur, siue meleagrides: quum antè Arnea diceretur, quasi abiecta & repudiata. Ferunt enim quum ab Icario, Peribœáque parentibus esset exposita, ab hoc auium genere fuisse educatam.

Penelopes, πηνέλοπες, Aues sunt quæ alio nomine dicuntur meleagrides. Plin. lib. 35. cap. 12, Et Cratim amnem in Oceanum effluentem è lacu, in quo aues, quas meleagridas, & penelopas vocat, ferunt viuere. Vide suprà MELEAGRIDES.

Penes, Præpositio est accusatiuum exigens, significárque dominium, vel personam, aut potestatem. {παρά. Ital. *Appresso*. Gal. *En la puissance*. Hisp. *Cerca*.} Vlp. l. Penes. ff. de Verb. signi. Penes te, amplius est quàm apud te. nam Apud te est, quod qualitercunque à te tenetur: Penes te est quod quodammodo à te possidetur. Cic. 4. Verr. Quum omnis copia frumenti penes istum esset redacta. Idem de Leg. Agr. contra Rul. Agri, quorum adhuc penes Pompeium omne iudicium & potestas more maiorum debet esse.

Penetro, as, Peruado, transeo, quasi penitus intro. {διαπείρω, εἰσδύω, ἐνδύω, εἰσέρχομαι, πρόειμι. Ital. *Penetrare, entrare dentro*. Gal. *Penetrer, percer iusques outre, entrer dedans bien auant*. Hispan. *Penetrar, meter ò entrar à dentro*.} Constituitur autem nonnunquam cum accusatiuo sine vlla præpositione. Cic. 1. Tusc. Qui si permanet incorruptus, suique similis, necesse est ita feratur vt penetret, & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Sic Penetrare Atlantem, pro Atlantem montem superare, & prætergredi, apud Plin. lib. 5. cap. 1. ¶ Aliquando cum præpositione ad. Plin. lib. 13. cap. 3, Quando id primùm ad Romanos penetrauerit, non facilè dixerim. ¶ Aliquando cum præpositione in: vt Penetrare in cælum, apud Cic. 4. Acad. Penetrare in portum, apud eundem 7. Verr. Sic Penetrare in vrbem, apud Liu. 2. ab Vrbe. Penetrare in animos, apud Cic. de Clar. Orat. ¶ Aliquando cum sub: vt Penetrare sub terras, apud Cic. 6. Verr. ¶ Penetrare se, ponitur pro inferre se. Gell. lib. 5. cap. 14, Specum quandam nactus remotam, latebrosámque, in eam me penetro, & recondo. Penetrare se in fugam, est fugere, apud Plautum in Amphit. ¶ Dicimus etiam, Penetrare pedem intra portam, intra ædes, & similia. Plaut. in Menæch. Intra portam, inquit, penetraui pedem. Ibidem, Si intra ædes huius vnquam, vbi habitat, penetraui pedem.

Penetrabile, adiectiuum, Quod facilè penetrat. {πεφατὸς, διϊκτός. Ital. *Che entra & passa per intro*. Gal. *Penetratif, qui entre & perce tout outre*. Hispa. *Cosa que puede penetrar*.} Virgil. 10. Aeneid. Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. Martial. lib. 4. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. ¶ Interdum sumitur passiuè, pro eo quod facilè penetratur. {διαβατὸς. Ital. *Penetrabile*. Gal. *Qu'on peut penetrer & percer*. Hispan. *Cosa que puede ser penetrada*.} Ouid. 12. Metam. -corpus nulli penetrabile telo.

Penetrale, huius penetralis, nomen substantiuum, significat omnem partem interiorem domus, vel templi, teste Seruio, licet sit intecta: seu omne quod in intimis partibus est. {μυχὸς. Ital. *Luogo ben dentro in casa*. Gal. *Le dedans & le lieu le plus secret & reculé*. Hisp. *El retiramiento en la casa*.} Virgil. 6. Aeneid. Te quoque magna manent regnis penetralia nostris. Martial. lib. 10, Nec Capitolini summum penetrale tonantis. Virgil. 2. Aen. Apparent Priami, & veterum penetralia regum. Liu. lib. 5. Deca. 5, Et quum omnis præfatio sacrorum eos quibus non sint puræ manus, sacris arceat: vos penetralia vestra contaminari cruento latronis corpore finetis? ¶ Est etiam adiectiuũ, pro interno, & interiore. ἐνδύμυχος. vt apud Virgil. 2. Aen. Aeternúmque adytis effert penetralibus ignem. Quasi penitus remotis. Idem 1. Georg. Sæpius & tectis penetralibus extulit oua Angustum formica tenens iter. Idem 4. Aeneid. At regina pyra penetrali in sede sub auras Erecta, &c. Dij penetrales, Cic. 2. de Nat. deo. Item Penetrale sacrificium, autore Festo, quod in intima parte sacrarij conficitur. Penetralis Germania, hoc est penitior, & interior, Tacit. lib. 2.

Penetralius, aduerbium. Lucr. lib. 2, Perfacile est animi ratione exoluere nobis, Quare fulmineus multo penetralius ignis, Quàm noster fluat è tædis terrestribus ortus.

Penetratus, participium: vt Limina penetrata mortis, Stat. 4. Syl.

PENEVS, per tres syllabas, peu. prod. πηνειὸς, Fluuius in Thessalia, inter Ossam & Olympum decurrens, collibus dextra, læuáque molliter curuis. In eo cursu sunt Tempe, ad quinque millium passuum longitudinem, & fermè sesqui iugetis latitudinem extensa. Ouid. 1. Metamor. Est nemus Aemoniæ, prærupta quod vndique claudit Sylua: vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo, spumosis voluitur vndis. Vide Strabo lib. 7. 8. &, & Plin. lib. 4. cap. 8.

Peneus,

Peneïus, a, um, per quatuor syllabas: vt Peneïa Daphne apud Ouid. 1. Metamorph.

Penicillum, Vide PENICVLVS.

Peniculus, li, & penicillus: siue Peniculum, & penicillum. {κνώδων. Ital. *Scoua.* Gal. *Vn torchon a torcher.* Hisp. *Escoba.* } Quanuis diminutiua videantur à penis, significant tamen ea, quibus calceamenta, vasaque terguntur, teste Festo: ita dicta quòd olim fierent ex pene, id est ex cauda animalium. Nam, vt ait Cic. lib. 9. Epist. ad Papyrium, caudam antiqui penem vocabant: ex quo est propter similitudinem, penicillus. ¶ Item quibus pictores pingunt, quoniam ex caudarum extremitatibus fiunt. {κηρωτὶς. Ital. *Penello.* Gal. *Vn pinceau.* Hispa. *Pincel.* } Plin. lib. 35. cap. 10, Arreptoque pensiculo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Ibidem, Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Quintil. lib. 2. Instit. cap. 22, Vt cælator æruum, & pictor penicilla desyderant. ¶ Item quibus albarium tectorio parietum inferunt, qui dicuntur tectorij penicilli. Plin. lib. 28. cap. 17, Setarum ex his è penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus. ¶ Item quibus vulnera stipantur, vel linamentum præpropere claudantur priusquam probè fuerint purgata, vt sunt penicilli ex linteolis concerptis, ex medulla sambuci, & ex spongia. Idem, Tum peniculo vulnus apertum. Celsus, Tum exigua penicilla interponenda. Omne præterea quo ad aliquid mundandum, detergẽdum, illinendúmve vtimur, penicillum, vel peniculum vocamus, præsertim si ex spongia sit factum. Terent. in Eunuc. Quid ignaue, peniculóne pugnare, qui istuc huc portes, cogitas? Plin. Hyssopúmque cum myrrha calidum penicillo illitum.

Peniculamentũ, ti, Pars vestis quæ terram attingit, autore Nonio. κρηπὶς ὑπο-δήματος. Ennius lib. 11. Animaliũ, Pendent peniculamenta imũ ad quenq; pedẽ.

Peninsula, sulæ, Terra est vndiq; ferè aquis clausa, & breui tantum angustia, quæ dicitur isthmos, continenti adnexa: ita dicta quasi pene insula. {χερρόνησος. Ital. *Luoco quasi isola.* Gal. *Vn lieu presque entourné d'eaue.* Hisp. *La quasi isla.* } Nam insula dicitur quæ vndique aquis clauditur, propriè autem mari. Liu. 1. belli Maced. Et oppidum Celetrum est aggressus, in peninsula situm. Plin. lib. 9. cap. 3, Cadara appellatur Rubri maris peninsula ingens.

Penis, huius penis, Antiquis idem erat quod cauda: à pendendo (vt quidam volunt) ita dicta, eo quòd à posteriori animalium parte dependeat. {πέος. Ital. *Coda.* Gal. *Queue.* Hisp. *Cola.* } Hinc etiam peniculos dicimus, quibus puluis sordésve solent detergeri: quòd primum ex animalium caudis solebant confici: quemadmodum etiam hodie vulpinis caudis puluerem decutimus. ¶ Ab hac item significatione penitam offam dicimus eam carnis suillæ partem cui cauda adhæret. ¶ Pòst autem penis, virile membrum dici cœptum est. πέος, τὸ αἰδοῖον, sicut & salax cauda. Cic. lib. 9. Epist. ad Papyrium, Caudam antiqui penem vocabãt: ex quo est propter similitudinem penicillus: at hodie penis est in obscœnis. At verò Piso ille frugi in Annalibus suis queritur adolescentes peni deditos esse. Iuuen. Satyr. 6, Nouerunt Mauri, atque Indi, quæ psaltria penem Maiorem quàm sint duo Cæsaris Anticatones, Illuc intulerit, &c. Næuius apud Festum, Peni pinxit bubulo.

Penitus, a, um, pen. prod. Quod penem habet, hoc est caudam. {πεπαόδης. Ital. *Che ha la coda.* Gal. *Qui a queue.* Hispan. *Lo que tiene cola.* } Vnde penita offa dicta est, teste Festo, quæ constabat ex ea parte carnis suillæ cui cauda adhærebat. Plautus in Milite, Aufer hinc illam offam penitam.

Penitus, a, um, pen. corr. Quod intus est, & in abditis partibus situm. {ἔνδον. Ital. *Ciò che è dentro.* Gal. *Qui est bien auant.* Hispa. *Cosa muy entrañable.* } Plaut. in Asin. Age quæso exerea vsque ex penitis faucibus. Inde fiunt penitior, interior, ἐνδότερος: & penitissimus, intimus. Plaut. Cistel. -in latebras abscõdas pectore penitissimo Tuam stultitiam. Idem Persa, Abductam ex Arabia penitissuma.

Penitus, aduerbium, Idem significat quod omnino, prorsus, in vniuersum, in intimis partibus, ad intima vsque penetralia, & quod prouerbiali schemate dicimus, Intus & in cute. {ἀλλὰ πανταχῇ, ἔνδον. Ital. *Al tutto, molto à dentro.* Gal. *Totalement, bien auant.* Hisp. *De todo punto, entrañablemente.* } Cic. 2. de Orat. Omnes animorũ motus penitus persposcendi. Idem de Clar. Orator. Totam enim Rempublicam tenebat, penitúsq; cognorat. Idem in Catil. Peticulũ autem residebit, & erit inclusum penitus in venis atq; visceribus Reipub. Virg. 1. Aen. Penitúsq; sonantes Accestis scopulos. ¶ Accipitur aliquando pro longe, siue procul. Virgil. 1. Aen. -ater quos æquore turbo Disparerat, penitúsq; alias aduexerat oras.

Penna, æ, In auibus propriè dicitur quæ maior est & durior, quales sunt ex quibus cauda & alæ constant: Plumæ autem minores sunt & molliores, quibus reliquum corpus tegitur. {πτερόν. Ital. *Penna.* Gal. *Plume.* Hisp. *La pluma propriamente del aue.* } Vnde autem pennis volare dicimus, non plumis. Ouid. 3. de Arte amandi, Terretur minimo pennę stridore columba, Vuguibus accipiter saucia facta tuis. Colum. lib. 8. ca. 2, Mercari porrò, nisi fœcundissimas aues non expedit: ex iis rubicundæ, vel fuscæ plumæ, nigrísque pennis. Quæ hîc à Columella pennæ vocantur, à Varrone lib. 3. cap. 9. appellantur pinnæ. In parando (inquit) eligat fœcundas plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis. Accipitur tamen penna nonnunquam generaliter, vt etiam plumas comprehendat. Cic. 2. de Nat. deor. E quibus pullos cùm exclusérint, ita tueantur, vt & pennis foueant ne frigore lædantur. ¶ Pennę renascuntur, metaphoricès dicitur de iis qui pristinam recuperant autoritatem. Cic. ad Attic. lib. 4. Idem inquam illi quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci. ¶ Maiores nido pennas extendere, prouerbialis metaphora est, pro eo quod est, se amplius efferre, prouerbialis metaphora est, pro eo quod est, se amplius efferre, quàm ferat fortunæ suæ tenuitas. Horat. lib. 1. Epist. Me libertino natum patre, & in tenui re Maiores pennas nido extendisse loquẽtis.

Pennula, æ, diminutiuum est à penna. {πτερίς. Ital. *Pennetta.* Gal. *Petite plume.* Hisp. *Pluma pequeña.* } Cic. lib. 3. de Nat. deor. Quam autem pennulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur.

Pennatus, a, um, Qui pennas habet: vt Volucres pennatæ. {πτερωτός, πτερωτὸς. Ital. *Pennato, che ha le penne.* Gal. *Empenné* Hisp. *Cosa vestida de plumas.* } Plin. lib. 10. ca. 32. Pennatorum autem infœcunda sunt quæ aduncos habent vngues. ¶ Pennatum ferrum, dicitur pennis munitum, vt celeuis fiat, & aerem facilius penetret, quemadmodum in telis & sagittis videmus. Plin. lib. 34. cap. 14, de ferro, Sed eodem ab bella, cædes, latrocinia, non cominus solùm, sed etiam missili, volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato: quam sceleratissimam humani ingenij fraudem arbitror.

Penniger, ra, rum, Qui gerit pennas. {πτερωτοφόρος. Ital. *C'ha penne & ale.* Gal. *Qui a plumes & aisles.* Hisp. *Cosa que trae ò tiene plumas.* } Cic. de Vniuers. Alterum pennigerum, & aereum, tertium terrestre, &c. Plin. lib. 11. cap. 16, Rex statim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus, neq; vermiculus, sed statim penniger.

Pennipotens, pen. corr. proprium auium est epitheton, quòd illæ pennis plurimum valeant. {ἢ ὁ πτηνὸς πτερύγων, ἢ ὁ πτερωτός. Ital. *Vccello, che ha forte ale.* Gal. *Qui a puissantes aisles, puissant en aisles, bien empenné.* Hisp. *Poderoso en volar.* } Lucr. lib. 2. -& nostro de corpore sæpe ferarum Augescunt vires, & corpora pennipotentum.

Pennipes, pennipedis. {ὁ ἢ τὸ πτερόπους, πτεροποδὴς ποδὸς ἰχνῶν. Ital. *Che ha i piedi pennuti.* Gal. *Qui a aisses és pies, legier du pié.* Hisp. *Que tiene alas en los pies.* } vt, Perseus pennipes, apud Catullum Epig. 5. in Camerium.

Pennarium, In quo pennæ reponuntur: sicut calamarium, in quo calami. πτερολογεῖον. Ital. *Pennaiuolo.* Gal. *Calemar, lieu à tenir les plumes.* Hisp. *La caxa de las pendolas.*

Penniculum, li, Pinna illa quæ in fastigio ædificiorum sita, facili motu, ventorum indicat flatum. vocabulum est Italicum, non Latinum. πτερύγιον. Plinius Perasum vocat.

Pensiculator, Pensiculo, Vide PENDO.

Pensilis, Vide PENDEO.

Pensio, Pensitator, Pensito, Penso, Vide PENDO.

Pensum, & Pensus, Vide PENDEO, & PENDO.

Pentactyles, Pisces sunt ex genere concharum, apud Plin. lib. 32. cap. vlt.

Pentadoron, πεντάδωρον, Lateris, id est terræ eo ctæ, species, quinq; palmos continens. Græci enim veteres δῶρον palmum dicebant, & δῶρα munera quæ manu darentur. Vide Plin. lib. 35. cap. 14.

Pentaphyllon, πεντάφυλλον, Quod & pentapetes, herba quinque folia habens. Plinius vocat Quinquefolium: quo nomine etiam medicinæ hodie vtuntur. Plin. lib. 25. cap. 9. Dioscor. lib. 4. cap. 45.

PENTAPOLIS, pen. corr. πεντάπολις, Regio inter Palæstinam, & Arabiam, à quinque ciuitatibus sic appellata, vbi Sodoma & Gomorrha oppida. Hanc regionem (vt Solinus scribit) de cælo tactam, testatur humus nigra, & cinere soluta. Nascuntur ibi poma, quæ comedi non possunt, licet matura videantur, quòd leniter manibus pressa fumum exhalent, & in puluerem fatiscant. ¶ Est & Pentapolis regio in Libya, quæ & Cyrenaica vocatur: Pentapolis dicta à quinq; vrbibus, quarum nomina sunt, Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Apollonia, & Cyrene. Plin. lib. cap. 5.

Pentarchus, πένταρχος, Qui quinque viris præest.

Pentastichæ, πεντάστιχοι, Porticus dicuntur, à quinque columnarum ordinibus.

Pentateuchon, πεντάτευχον, Volumen quinque librorum. Nam πέντε quinque, τεῦχος volumen significat.

Pentathli, πένταθλοι, Qui quinque certaminum generibus congrediuntur, πυγμῆς, δρόμου, πάλης, ἅλματος, πάλης, hoc est cæstu, cursu, saltu, disco & lucta. Latini à quinque hisce artibus Quinquertiones vocant, ipsúmq; exercitium, Quinquertium, quod Græci πένταθλον appellant. Plinius de Myrone lib. 34. cap. 8, Hic fecit Delphicos pentathlos.

Pentecoste, es, πεντηκοστή, Dies quinquagesimus à festo Paschę. Est etiam tributi genus, quod Latinè Quinquagesimas possumus appellare.

Pentecontarchus, πεντηκοντάρχης, Qui præest quinquaginta militibus: quorum munus Pentecontarchia appellatur.

PENTHESILEA, pen. prod. πενθεσίλεια, Amazonum regina, quæ teste Iustino lib. 2, Otterę (siue vt alij) Orithyiæ successit in regno: eiúsque Troiano bello inter fortissimos viros quum auxilium aduersus Græcos ferret, magna virtutis documenta extitere. Hæc, vt ait Seruius, dicta est furens, quia sororem suam in venatione confixit, simulans se ceruam ferire. Virgil. 1. Aeneid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet, Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix, audétque viris concurrere virgo. Hæc quum Troianis opem ferret, ab Achille occisa est.

Penthemimeris, pen. corr. πενθημιμερὴς, Semiquinaria cæsura est, quoties post duos pedes syllaba relinquitur partem orationis terminans: quæ etiamsi brevis sit, ratione tamen cæsuræ licenter potest produci: vt Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Dicitur à πέντε quinq;. ἥμισυ semis, & μέρος diuisio vel pars.

PENTHEVS, per duas syllabas, πενθεύς. Echionis ex Agaue filius, qui quum Bacchi sacra contemneret, à matre & sorore, numinis furore actis, est dilaceratus. Vide latius omnem fabulam apud Ouid. lib. 3. Metamorph.

Penthĕus, a, um, pen. prod. Stat. lib. 2. Theb. Pentheúmque trahens, nondum te prendimus æquo Bacche, genus.

PENTHYLVS, πενθύλος, Filius Demonoi, qui è Papho naues duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas obortæ tempestate amisit. Ipse verò captus, multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Herodotus lib. 7.

Pentiremis, πεντήρης. Nauis quinque remos in quolibet ordine habens, Latini Quinqueremem vocant. Hirtius de Bello Africano lib. 4, Capit ex eo prælio pentiremem vnam, triremes duas, &c.

Pentorobon, πεντόροβος, Herba insignis, quæ notiore nomine pæonia appellatur. Dictum pentorobon ab eo quòd inter cætera, quinque aut sex grana habeat, erui semen (Græci ὄροβος appellant) non magnitudine tantùm, verumetiam colore referentia. Vide Plin. lib. 25. cap. 4.

Penuarium, Vide PENARIVM.

Penula, æ, pen. corr. vnico n, Vestis densa ac vilis, quæ nebuloso, seu pluuioso tempore supra tunicam assumitur, loco pallij ad arcendas à corpore pluuias. {φαινόλη. Ital. *Gabano, tabarro, mantello da pioggia.* Gal. *Vn manteau qu'on porte contre la pluie, vn reistre.* Hispan. *Vestidura de cuero para el agua.* } Pompo. in Penicea, Penulã in caput induce, ne te noscat. Quint. lib. 6. ca. 4, Galba penulam roganti amico respondit, Si non pluet, non opus tibi: si pluet, ipse vtar. Iuuenal. Satyr. 5, & multo stillaret penula nimbo. Hæc si ex pellibus erat, scortea vocabatur. Martial. lib. 14, Ingrediare viam cælo licet vsque sereno, Ad subitas nunquam scor-

tea deſit aquas. Scorta enim veteres, pelles nominabant. Penula ſcortea vtuntur ij qui ſolennè habent viſere ædem D. Iacobi Galeci: & pegaſarij curſores, qui è Gallia Lugdunenſi quinto aut ſexto demum die Romam aduolant: ſubinde per ſtationes mutatis equis. Vlpian. Iureconſultus inter communia veſtimẽta quibus vir & mulier promiſcuè vtuntur, penulas annumerat. Varro dixit non quærendam eſſe penulam homini qui habet virtutem. Scribit Lampridius, Alexandrum conſtituiſſe vt Senatores penulis intra vrbem frigoris cauſa vterentur, quum id veſtimentum, itinerarium, & pluuiæ fuiſſet. ¶ Erat etiam penula gauſapina, candida, ac villoſa, qua hyberno tempore vtebantur: de qua extat illud diſtichon apud Martialem lib. 14. Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt: Vt me vel media ſumere meſſe velis. Quidam his verſiculis putauerunt penulam gauſapinam inter æſtiua veſtimenta annumerari, quos falli puto. Senſus enim Martialis eſt, Penulæ tantus ineſt candor, tanta ineſt villorum gratia, vt etiamſi hyberno vſui ſit deſtinata, tamen quis penulæ ſpecie captus, eam vel media ſumere meſſe velit. Hæc ex Baytio.

Penulatus, Penula indutus. {ἐν φαινόλῃ. Ital. *Mantellato.* Gal. *Emmantelé.* Hiſ. *Veſtido de tal veſtidura.*} Cicc. pro Milone, Milo cum vxore veheretur in rheda penulatus.

Penularium, rij. Locus in quo penulæ reponuntur. Nonius. Φαινολοθήκη.

Penus, us. {βίβλος, καὶ ἔστι τὸ βίος ἑπτάδευτον. Ital. *Vettouaglia.* Gal. *La prouiſion d'vne maiſon, victuaille.* Hiſp. *La prouiſion de caſa para comer, vitualla.*} hic vel hæc, quartæ declinationis: & hic penus, ni, ſecundum Priſcianum: & hoc penus, oris: & hoc penum, & hoc penu indeclinabile: ſignificat omne eſculentum, poculentúmque quo veſcuntur homines, non ipſos quidem cibos in ſingulos dies in cœnæ aut prandij vſum paratos, ſed quicquid ad futuri tẽporis vſum in loco aliquo (quem inde penarium vocamus) ſeruamus reconditum. Dictum Penus, quòd ea quæ longæ vſionis gratia contrahuntur & reconduntur, non in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur. Feſtus, Penora, res neceſſariæ ad victum quotidianum. Plaut. in Perſa. Nam niſi penus annuus hodie conuenerit, cras populo proſtituam vos. Terent. in Eunucho, Patris ad te penum omne congerebam clanculum. Lucil. Magna penus paruo ſpatio conſumpta peribit. Horat. lib. 1. Epiſt. vſus eſt nomine penus in neutro genere, quum ait, Annonæ proſit, portet frumenta, penúſque. Penum in neutro genere per ſecundam declinationem protulit Terentius in exemplo quod iam ex Eunucho citauimus: & Afranius, referente Nonio, Vos quibus cordi eſt intra tunicam manus læua, dextra in penum herile. Gellius ex Maſſurij autoritate demonſtrat, thus, & cereos, ligna quoque penori aſcribi poſſe. Nos verò aromata, caſeos, carnes ſalitas, & alia eſculenta etiam penum commodè appellabimus.

Penarius, a, um. Quod ad penum pertinet. {ταμιευτικός. Ital. *Che s'appartiene à vettouaglia.* Gal. *Appartenant à la prouiſion d'vne maiſon & victuaille.* Hiſp. *Coſa para deſpenſa.*} vt Penaria cella dicitur in qua penus aſſeruatur. Cic. 4. Verr. Itaque ille Marcus Cato ſapiens cellam penariam Reipublicæ noſtræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit.

Penarius. rij, Feſto: vel Penaria, riæ, Varr. lib. 4. de Lingua Latina: vt verò alij, Penarium, rij. {ταμιεῖον. Ital. *La diſpenſa, luogo da ſerbare le coſe da mangiare.* Gal. *Celiier, deſpenſe ou un garde la prouiſion d'vne maiſon.* Hiſp. *La deſpenſa de guarda.*} Locus eſt vbi penus, id eſt res neceſſariæ ad victum quotidianum pertinentes reponuntur.

Penatores, Qui penum geſtant. Cato aduerſus Macilium, Poſtquàm nautas ex naui huc adduxi, non ex militibus piſcatores, ſed penatores feci.

Penuria, penuriæ, Vox eſt à penu deducta, ſignificátque omnium rerum inopiam, præſertim earum quæ ad penum pertinent, quum ſcilicet deſunt ea quæ ad victum ſunt neceſſaria. {λιμός. Ital. *Penuria, careſtia.* Gal. *Diſette, faute.* Hiſ. *Mengua.*} Vſitatiſſimè tamen accipitur pro cuiuſuis rei egeſtate. Terent. in Adel. Næ illuſmodi iam nobis magna ciuium Penuria eſt: homo antiqua virtute & fide. Cic. 7. Verr. Ne diutius in tanta penuria virorum fortium talem imperatorem ignorare poſſitis. Virgil. 7. Aen. Conſumptis hic forte aliis, vt vertere morſus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

Peplion, πέπλιον Hippocrati, πέπλις Dioſcoridi, Portulaca ſyluestris. Plin. lib. 20. cap. 20. Portulaca, quam peplion vocant, non multùm ſatiua efficacior, ſagittarum venena: & ſerpentium hæmorrhoidum, & præſtetum reſtringit, pro cibo ſumpta, & plagis impoſita extrahit.

Peplos, πέπλος, Frutex eſt, (inquit Dioſcorides lib. 4. cap. 179.) quem nõnulli ſycen, alij μήκωνα ἀφρόδη, hoc eſt papauer ſpumeum, lactei ſucci plenus, foliis rutæ, paulo latioribus, rotunda coma dodrantali, humi reſperſa, ſemine ſub foliis rotundo, minore quam candidi papaueris. Ruellius putat eandem eſſe cum ea quam officinæ hodie *Eſulam rotundam* vocant. Vide Plin. lib. 27. cap. 12.

Peplus, ſiue Peplum, πέπλος, ſindon, ſiue veſtis prætenuis, propriè mulierum, quemadmodum χιτὼν virorum, vt annotauit Euſtathius. Vnde βαθύπεπλος, καλλίπεπλος, ἑλκεσίπεπλος, mulierum epitheta ſunt apud Homerum. Euripides tamen etiam viris peplum tribuit. Donatus ad ſacrorum ritus pertinere ait. Seruius in illud Virgil. 1. Aeneid. Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades paſſis, peplúmque ferebant: Peplum (inquit) Mineruæ conſecratum erat. In hoc depingebantur ex more apud Athenienſes qui ſtrenuè ſe in bello geſſiſſent. Plaut. Nunquam in ciuitatem venio niſi quum infertur peplum. Claudianus maſculino genere extulit in Epithalamio Honorij, Et crines feſtina ligat, peplúmque fluentem Alleuat.

Pepo, onis. {πέπων. Ital. *Pepone, mellone.* Gal. *Vn pompon.* Hiſp. *Melon ò pepon.*} teſte Plin. lib. 19. cap. 5. Cucumeris genus eſt, magnitudine cætera excedens, concoctu difficile. Eſt & alterum cucumeris genus multo minus: quod quia mali cotonei ſpeciem referre videtur, melopoponem vocant. Vide Ruellium lib. 2. cap. 68.

Pepſis, πέψις, Latinè concoctio: hoc eſt mutatio cibi in qualitatem naturæ noſtræ conuenientem: à verbo Græco πέπτω. coquo.

Per, Præpoſitio eſt quæ ſeparata, quandoque localem, quandoque tẽporalem habet ſignificationem. {διά. Ital. *Per, per mezzo.* Gal. *Par.* Hiſp. *Por*} vt Per vibem vado, Per medium diem operor. ¶ Quandoq; denotat perſonam: vt, Per medios ruit, ac morientes nomine clamat. ¶ Quandoque iurandi eſt, vt, Per Pol. id eſt per Pollucem. ¶ Quandoq; obteſtandi. Virg. 4. Aen. Per te, per qui te talem genuere, parẽtes. ¶ Quandoque medium quendam, & quaſi interceſſorem ſignificat: vt, Per meos amicos obtinui. Cicero, Quando per me certior fias, id eſt mea opera. ¶ Per adoptionem pater dicitur, qui me adoptauit. Plin. Iunior Epiſt. lib. 5. Auunculus meus, idémq; per adoptionem pater. ¶ Per ætatem, etiam pulchrè dicimus, pro eo quod eſt permittente ætate, vel dum ea ætas adeſt in qua fieri poteſt. Terent. in Eun. Cætera ſigna neq; ſciebat, neq; per ætatem etiam potuerat. Idem in Adel. Si eſſes homo, ſineres nunc facere dum per ætatem licet. id eſt dum ætas adeſt in qua id poteſt facere. ¶ Per eos annos, vel dies venuſtè dicimus, quod vulgus indoctum diceret, *Durantibus his diebus, vel annis.* Cic. 7. Verr. Ac per eos dies quum iſte cum pallio purpureo, talaríque tunica verſaretur in conuiuiis muliebribus, &c. Per id tempus, id eſt pendente eo tempore. Liu. 2. ab Vrbe, Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data. ¶ Per deos, Per dextram, Per fortunas, Per fidem, Per homines, Per deum immortalium fidem, Per iura, Per genua: elegantes ſunt obſecrandi formulæ. Cic. Attico, Subueni igitur per deos, idq; quamprimum. Plaut. in Menæch. Per ego te hæc genua obteſtor, ne, &c. ¶ Per fas & fidem deceptus dicitur, qui nimium fidendo alicui, ío re bona, honeſtáq; falſus eſt. Liu. 1. ab Vrbe. Cuius ad ſolennè, ludóſque, per fas ac fidem decepti veniſſent. Plaut. in Moſt. Per fidẽ deceptus ſum. ¶ Per gratiam bonam abire ab aliquo, eſt aliquem non malè contentum ab aliquo diſcedere. ¶ Per ludicrum, Per iocum, Per ludum & iocum, id eſt ludendo, & iocando, aliquid facere. Cic. 5. in Verr. Qu. Optimum per ludum & iocum fortunis omnibus euertiſſe. Sic per ludum & negligentiam peruenire ad honores, dixit Cic. 7. Verr. ¶ Per me licet tibi hoc facere, id eſt te non impedio. Sic Per te, & per illos, &c. Per me nulla eſt mora, ait Terentius in Andria. Per me diri legere: hoc eſt ex meipſo, nullo adiuuante, aut nullo docente. Sic Per te, per ſe, &c. Per me etiam, Per ſe, &c. aliquando ponuntur pro eo quod eſt quantum ad me attinet, quantum ad ſe attinet, &c. Cice. de Amic. Suóſque omnes per ſe eſſe poſſe ampliores volebat. Aliquando Per ſe. ſignificat ex ſeſe, ſua natura, ſiue naturaliter. Cic. de Amicit. Sed quòd per ſe ſibi quiſque charus eſt. Cic. 1. de Finib. Iſta ſua ſponte & per ſe expetenda. Per ſe, aliquando ſignificat propter excellentiã ſui. Ibidem Cicero, Per ſe eſſet & virtus, & cognitio rerum, quod minimè ille vult, expetenda. Iungimus nonnunquam in eadem oratione Per ſe, & propter ſe. Cic. de Amic. Carent amicitia per ſe, & propter ſe expetenda. ¶ Per ſpeciem, id eſt ſimulata occaſione, per ſimulationem. Liu. 1. ab Vrbe Per ſpeciem alienæ fungendæ vicis ſuas opes firmauit. ¶ Per otium eſt, quod Gallicè dicitur, *tout à loiſir.* Liu. 6. belli. Punici, Vni nemo hoſtium aduerſus prodiit, ſpolia per otium legêre. ¶ Per te ſtetit quominus hæ fierent nuptiæ, ait Terent. in Andr. id eſt *tenuit per te*, vt barbari loquuntur. Sic Per me ſtetit, per eum ſterit, &c. ¶ Per tẽpus, id eſt in tempore, tempeſtiuè, opportunè. Plaut. in Menæh. Per tẽpus aduenis. ¶ Per vinum exortum eſt diſſidium. id eſt per ebrietatẽ. Plau. in Mili. ¶ Per vos, per me, per aliquem, aliquando ſignificat beneficio veſtro, beneficio meo, beneficio alicuius. Cic. pro Roſc. Amer. Per vos vitam & famã poteſt obtinere. Idem ad Terentiã. Romæ vos eſſe tutos poſſe per Dolabellam, &c. ¶ Per, aliquando pro inter ponitur. Virgil. 1. Georg. Has inter, mediámq; duæ mortalibus ægris Munere conceſſę diuũm, & via ſecta per ambas. ¶ In compoſitione verò Per, ſignificat perfectionem actus verbi cum quo cõponitur: aut intẽrionem qualitatis per nomen adiectiuum ſignificatæ. Perficere enim, eſt perfectè facere, & opus cœptum ad finem perducere: & Perfero, ad ſtatutum finem fero: vt, Perferre literas, eſt ferre ad eum cui ſunt deſtinatæ. Periniquus verò idem eſt quod valde iniquus. ¶ Aliquando abnegatiua eſt, vt Perfidus, Periurus, hoc eſt qui fidem & iuſiurandum fregit. ¶ Aliquando ſignificat idem quod trans: vt, Perfluo, Perpluo, Perſpicuum, per cuius medium videmus: vt cryſtallus. ¶ Aliquãdo habet vim aduerbij, & pro valde ponitur, támq; ſuperlatiuo quàm poſitiuo iungitur. Colu. lib. 4. Nam credidiſſe villicis, vel etiam vinitori, ſocordis eſt, quum quod longè ſit facilius, adhuc perpauciſſimis agricolis contigerit, vt nigri vini ſtirpe careant. Cicero, Pergrane mihi viſum eſt. ¶ Et ſi addatur quàm, ſignificat maximè, ὡς ἐφάπαξ: vt, Perquam bonus, id eſt optimus. Perquam magnus, id eſt maximus. Iungitur etiã ſuperlatiuo. Curtius, Perquã maximo poteſt exercitu cõparato. ¶ Aliquando ſignificat nimis vehementer, & in bonam & in malam partem: vt Pertinax, qui nimis tenax eſt, durus, & inexorabilis, de quo inf. à. ¶ Componitur autẽ cum dictionc incipiente ab a, vt Perago: b, vt Perbibo: c, vt Percutio: d, vt Perduro: e, vt Pereo: f, vt Perfero: g, vt Pergratus: h, vt Perhibeo: i, vt Periurus: l, vt Perlego: m, vt Permitto: n, vt Pernocto: o, vt Peroro: p, vt Perpendo: q, vt Perquiro: r, vt Pergo (quod ex per, & rogo componitur: vnde & præteritum perrexi facit) cum ſ, vt Perſuadeo: t, vt Pertinax: v, vt Peruerto.

Pera, ræ, {πήρα. Ital. *Biſacca, taſca.* Gal. *Vne beſace, vne poche.* Hiſpan. *El çurron ò eſclauina ò talega.*} Sacculus ex aluta, à collo ad lumbos pendens. Hinc Peram viatoriam vocamus qua panem & aliquid oſtenij geſtare viatores ſolent: quemadmodum poculum viatorium, quo vinum. Martial. lib. 14. Ne mendica ferat barbari prandia nudi, Dormiat & tetrico cum cane pera, rogat. Eius diminutiuum eſt perula πηρίδιον.

Perabſurdus, Adiect. {λίαν ἄτοπος, πάνυ ἄδικος. Ital. *Coſa ſconcia, contraria aſe ſteſſa.* Gal. *Fort abſurde, fort ſot, fort eſtrange.* Hiſp. *Coſa muy fuera de propoſito, muy diſconueniente y diſforme.*} Valde abſurdum ſignificat. Cic. lib. 4. Acad. Illud verò perabſurdum quod dicitis, probabilia vos ſequi, ſi re nulla impediremini.

Peracer, hæc paracris, hoc peracre, pen. prod. Valde acer, & vehemens. {πάνυ δριμὺς, λίαν ἀξύς. Ital. *Forte aſpro.* Gal. *Fort aſpre.* Hiſ. *Mucho aſpro.*} Cic. ad Papyrium, lib. 9. Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre iudicium. Hoc eſt acerrimum, & optimum, & peracutum.

Peracerbus, Adiect. {πολύπικρος, πάνυ ἀνώριμος. Ital. *Molto acerbo, aſpro, come coſa non matura.* Gal. *Fort aigre, aigre comme vn fruit qui n'eſt pas meur.* Hiſpan. *Mucho aſpero, agro.*} Valde acerbus. Cic. de Senect. primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. De vua.

Peraceſco, is, ere, Peracui, valde acidum fieri. {πάνυ ὀξοῦμαι. Ital. *Diuentare agro.* Gal. *Deuenir aigre.* Hiſpan. *Acedarſe mucho.*} Plautus Bacch. -hoc eſt quod peraceſcit, hoc demum eſt quod percrucior, Me hoc

ætatis ludificari. Idem Aulul. -mihi pectus peracuit.

Peracuo, is, Valde acutum facio. {πικροξύνω. Ital. *Forte aguzzo.* Gal. *Aguiser fort, faire bien agu & pointu.* Hispan. *Aguzar.*} Cato cap. 40. Sumito tibi falcem durum, cum peracuito, falcem Græcam discindito.

Peracutus, a, um, Valde acutum. {ἐξόκυτος. Ital. *Bene tagliente ò acuto.* Gal. *Fort agu, bien trenchant.* Hisp. *Muy aguzado.*} Martial. lib. 5, Vt citò testiculos peracuta falce secatet.

Peracutè, aduerbiũ. {ἐξύτως, ἐξόκυτα. Ital. *Ingeniosamente.* Gal. *Fort agument, ingenieusement.* Hisp. *Ingeniosamente.*} Cic. 1. Acad. Sed Zeno quum Arcesilam audiuisset ætate, valdéque subtiliter disseruisset, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

PERAEA, πέραια, cum diphthongo, Vlterior Iudææ pars, Arabiæ & Aegypto proxima, asperis diuisa montibus, & à reliqua Iudæa Iordane amne discreta. Plin. lib. 5. cap. 14.

Peræquus, a, um, Valde æquum. {πάνυ ἴσος, πάνυ ὅμαλος. Ital. *Molto vguale.* Gal. *Fort egual & juste.* Hisp. *Mucho ygual.*} Cic. 6. Verr. Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

Perequè, aduerbium. {ἰσόμοιρα. Ita. *Molto vgualmente.* Gal. *Fort egualement.* Hisp. *Muy ygualmente.*} Cic. in Pisonem, quod quum peræquè omnes, tum acerbissimè Bœotij senserunt.

Peræquo, as, are, Aequum facere. {ὁμαλίζειν. Ital. *Vguagliare.* Gal. *Egualer, faire bien egual.* Hisp. *Ygualar.*} Colum. lib. 3. cap. 4. Et apud me octogenæ stirpes insitæ intrà biennium septenos culeos peræquarent.

Peræquatores, Dicuntur exactores censuum qui in capita sunt constituti: ita dicti quòd æqualiter ab omnibus exigant. Aleiatus.

Peraticum, teste Plinio lib. 12. cap. 9. bdelij genus est quod in Media defluit ex arbore quam nonnulli brochon, alij malacram, aliqui etiam maldacon appellant.

Perago, pen. corr. peregi, peractum, Perficio. {τελέω, ἀπεργάζομαι. Ital. *Compire.* Gal. *Achever, acomplir, parfaire.* Hispa. *Acabar de hazer.*} Seneca, Omnia inchoat, nihil peragit. ¶ Interdum perduco. Plautus, Nauem peregit in portũ. ¶ Aliquando transigo. Apul. Et multas noctes peregi insomnes. ¶ Interdum pertracto, & mecum reputo. Virgil. Aeneid. 6, Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi. ¶ Interdũ pertraho. περισύρω. vt, Hic me ad carceres, ad mortem vsque peregit. ¶ Peragere reum, significat condemnare. διαλέγεσθαι, κρίνειν, ἀπόφασιν ποιεῖσθαι, κρίνειν ἀποζημιοῦν: sed Facere reum, est accusare. Vnde ait Iureconsultus, Peregisse reum non aliàs quis videtur, nisi & condemnauerit. Plinius Iunior in Epist. Dum peragitur reus. Peragere reum, inquit Budæus, est ita rei accusationem persequi, vt tandem damnetur. ¶ Peragere partes suas, est officio suo fungi. ¶ Peragere pensum laboris. Colum. lib. 3. cap. 10. Nihil curiosè, nihil religiosè administrat, vnúmque est ei propositum, peragere laboris pensum. Id est tantum perfunctoriè facere id quod imperatum est.

Peragito, frequentatiuum. ἀγωνίζου, διαλύου. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Vehementiúsque peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt.

Peractio, Est perfectio, finitio. {ἀπέρασις. Ital. *Compimento.* Gal. *Achevement, accomplissement.* Hispa. *Acabamiento.*} Cic. de Senect. Senectus peractio ætatis est.

Peragro, as, pen. corr. ex per, & ager, agri, componitur, & pro ambulo, siue inquirendo circumeo sumitur. {πλανήσομαι. Ital. *Andare errando.* Gal. *Aller par le pays, passer par vn pays.* Hisp. *Peregrinar andando camino.*} Cic. 3. Offic. Et ob eam causam, vrbe relicta, rura peragrãtes sæpe soli sumus.

Peragratus, partic. Cic. 5. de Fin. Videmus vltimas terras esse peragratas.

Peragratio, verbale. {πλάνησις. Ital. *Andare quà & là.* Gal. *Voyagement, allée par le pays.* Hispan. *Peregrinacion.*} Cic. 2. Philipp. Quæ fuit eius peragratio itinerum.

Perambulo, as, are, Ad finem vsq; ambulo, ambulando circumeo. {διαπάω, περιέρχομαι. Ital. *Passeggiare, camminare.* Gal. *Passer à trauers.* Hisp. *Passearse al traues.*} Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 2. Vos qui multas perambulauistis terras.

Peramo, as, {ὑπερφιλέω, φιλικῶς ἔχω, λίαν φιλῶ. Ital. *Amare caldamente.* Gal. *Aimer fort.* Hisp. *Mucho amar.*} Peramare, valde vel ad finem vsq; amare. Cic. 1. de Leg. Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus peramatur toto pectore? Quædam exemplaria legunt, per se amatur.

Peramans, part. {ὑπερφιλῶν. Ital. *Molto amante.* Gal. *Fort amiable, qui aime fort.* Hisp. *Que ama mucho.*} Cic. ad Att. lib. 4. Homo peramans tempet nostri fuit, nec mihi vnquam odio.

Peramanter, Aduerb. {πολυφίλως, λίαν φιλικῶς. Ital. *Molto amabilmente.* Gal. *Fort amiablement, amoureusement.* Hispa. *Muy amorosa y amigablemente.*} Cic. Plin. lib. 9. cap. 20. Qui me quidẽ perofficiose & peramanter obseruant.

Peramplus, Adiect. {πάνυ πολλοὶ, λίαν ἰσχυρὸς, ὁ καὶ ἡ ἰσχυρὰ. Ital. *Forte grande, & spatioso.* Gal. *Fort grand & espacieux.* Hisp. *Muy grande y espacioso.*} Cic. 1. Verr. Signa perampla.

Peramputo, as, perfectè incido, {πάνυ λοπὸν ποιῶ. Ita. *Perfettamẽte potare.* Gal. *Bien & parfaittement pouer.* Hispa. *Perfectamente podar.*} Colum. lib. 8. Sauciatum venenatam lanicem mittit, quę vulnus ita insanabile facit, vt totum amputandum sit.

Perangustus, a, um, admodum angustus. {στενόπορος, λίαν στενός. Ital. *Molto stretto.* Gal. *Fort estroit & serré.* Hisp. *Mucho estrecho.*} Cic. 7. Verr. Vt ille in angusto. Gal. *Fort estroit & serré.* Hisp. *Mucho estrecho.*} Cic. 7. Verr. Vt ille in angusto dolore cruciatúque moriens, perangusto freto diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret.

Perangustè, aduerbium, id est valde angustè. {πολυστενῶς, γυφόδρα στενῶς. Ital. *Molto strettamente.* Gal. *Fort estroictement.* Hisp. *Muy estrechamente.*} Cic. 1. de Orat. Sed tu hoc nobis da Scæuola, & perfice, vt Crassus hæc quæ Orat. Sed tu hoc nobis da Scæuola, & perfice, vt Crassus hæc quæ coarctauit & perangustè referit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.

Peranno, nas, Significat per integrum anni tẽpus viuo, annum perago. {διατελέω. Ital. *Durare vn'anno.* Gal. *Durer vn an.* Hispa. *Durar vno año.*} {διατελέω. Ital. *Durare vn'anno.* Gal. *Durer vn an.* Hispa. *Durar vno año.*} Compositus enim ex per, & anno, nas. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 8, scribit, piscos Romanos mense Martio & publicè, & priuatim ad Annam perennam sacrificatum ire solitos, vt annare, perannaréque commodè liceret. hoc est vitam degere incolumem per annum integrum. Sueton. in Vespasiano, Ideóq; puella nata non perannauit. Scribitur & perenno, prima vocali in secundam mutata.

Perantiquus, a, um. {πάνυ πάλαιος, πανάρχαιος. Ital. *Molto antico.*

Gal. *Fort ancien ou fort antique.* Hispan. *Mucho antiguo ò viejo.*} Cic. de Clar. Orat. Atque hunc proximo seculo Themistocles insectatus est, vt apud nos perantiquus: vt apud Athenienses, non ita lanè vetus.

Perappositus, pen. corr. Adiect. {λίαν ἁρμόζων, πάνυ ἐπίκαιρος. Ital. *Bene conueneuole & proprio.* Gal. *Fort propre & conuenable.* Hispa. *Conueniente, proprio.*} Cic. 2. de Orat. Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine tæpe ridicula, non solùm minus perapposita, sed etiam quodammodo nobis.

Perarduus, Adiect. {πολυχάλεπος, δυσχερής. Ital. *Forte aito, malegeuole, difficile.* Gal. *Fort malaisé & difficile.* Hisp. *Difficil.*} Cic. 5. Verr. Mihi autem hoc perarduum est demonstrare.

Perarefco, is, Valde aridum fieri. {ἐξηραίνομαι, λίαν ξηραίνομαι. Ital. *Diuenir molto arido.* Gal. *Se secher du tout, deuenir tout sec.* Hisp. *Mucho secarse.*} Colum. lib. 12. cap. 3, Sed nec patiendum est vt perarefcat, aut totum decidat.

Perargutus, a, um, pen. prod. Valde argutus. {πάνυ πολυμαθὴς, λίαν ἀγχίνους. Ital. *L'ingegno molto sottile & acuto.* Gal. *Fort subtil, ingenieux & agu.* Hisp. *Subtil y ingenioso.*} Cic. de Clar. Orat. Quem studebat imitari L. Afranius Poëta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, vt scitis, disertus.

Peraridus, a, um, pen. corr. Prorsus aridus. {πάνυ ξηρὸς, τὸ ἐξηραμμένον. Ital. *Secco al tutto.* Gal. *Tout sec, totalement seché.* Hisp. *Seco del todo.*} Colum. lib. 2. cap. 19, Est autem modus in siccando, vt neque peratidum, neque rursus viride colligatur.

Perarmo, as, Perfectè vel pulchrè armo. Curtius, Hoc modo instructo exercitu & peratmato, Babylone copias mouit.

Peraro, as, pen. corr. are, Circunquaque arare. {περιάρω. Ital. *Arare d'ogni parte.* Gal. *Arer par tout.* Hisp. *Acabar de arar.*} Per translationem etiam de rugis dicitur quæ in fronte quandam sulcorum similitudinem refertũ. Ouid. 14. Metam. -narésque à fronte remissas Contudit, & rugis peraranit anilibus ora. ¶ Ponitur interdum pro peragrare: vt, Peratare Pontum, apud Senecam in Medea. ¶ Interdum pro scribere huc pingere. Ouid. 1. de Arte, Ergo tibi blandis peraretur littera verbis.

Perasper, Adiect. {πολυτραχὺς, λίαν τραχύς. Ital. *Molto aspro & roczo.* Gal. *Fort aspre.* Hispa. *Mucho aspero.*} Celsus lib. 5. cap. 28. de thymio, At thymiõ nominatur quod super corpus, quasi verrucula eminet, ad cutem tenue suprà latius, subdurum, in summo peraspernm.

Perastutus, a, um, valde astutus. {πολυμήχανος. Ital. *Molto astuto.* Gal. *Fort fin.* Hisp. *Mucho cauteloso y astuto.*} à quo Perastutè, aduerbium. {πολυμηχάνως, λίαν πανούργως. Ital. *Molto astutamente.* Gal. *Fort finement.* Hisp. *Muito cautelosa y astutamente.*} Plaut. Truc. Vt perastutè eum inuiciatis in malam fraudem, & præmium.

Perattentus, a, um, Valde attentus. {ὑπερπάνυ σφόδρα. Ital. *Molto attento.* Gal. *Fort attentif.* Hisp. *Mucho attento.*} Cic. 5. Verr. Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus.

Perattentè, aduerbium: vt, Perattentè audire. {πάνυ σφόδρα. Ital. *Molto attentamente.* Gal. *Fort attentiuement.* Hisp. *Mucho attentamente.*} Cic. pro Cæl.

Perbacchor, aris, Perpoto, & lusito conuiuiis frequentandis. {πανηγυρίζω. Ital. *Baccare, viuere molto dissolutamente.* Gal. *Viure fort dissolument.* Hisp. *Embriagarse.*} Cic. 2. Philip. At quàm multos dies in ea villa turpissimè es perbacchatus! ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Perbeatus, a, um, Valde beatus. {πανόλβιος. Ital. *Molto beato.* Gal. *Fort heureux.* Hisp. *Mucho bienauenturado.*} Cic. 1. de Orat. Cogitanti mihi sæpenumero, & memoriæ vetera repetenti, perbeati fuisse Quintæ fratris illi videri solent, qui in optima Republica quum & honoribus, & rerum gestarum gloria floreret, eum vitæ cursum tenere potuerunt, &c.

Perbellus, a, um, Valde bellus. πάνυ καλός Ital. *Molto bello.* Gal. *Fort beau.* Hisp. *Mucho bello.*

Perbellè, aduerbium, Valde bene. {πάνυ καλῶς. Ita. *Molto bene.* Gal. *Fort bien* Hisp. *Muy bien.*} Cic. Att. lib. 4. Perbellè fecerit si ad nos veneris.

Perbene, aduerbium, Valde bene. {πανευφυῶς, πάνυ καλῶς. Ital. *Molto bene, Fort bien.* Hispa. *Muy bien.*} Cic. de Clar. Orat. Perbene loqui Latinè putabatur.

Perbenignè, aduerbium, Valde benignè. {πανχρήστως, πάνυ χρηστῶς. Ital. *Molto benignamente.* Gal. *Fort benignement.* Hisp. *Mucho liberalmente.*} Cic. ad Qu. Fratrem lib. 2. Perbenignè mihi respondit.

Perbibo, is, pen. corr. Totum bibo. {ἐκπίνω. Ital. *Beuere bene.* Gal. *Boire tout a fait.* Hisp. *Mucho beuer.*} Plaut. in Such. At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit. Colum. lib. 7. cap. 4, Vbi per triduum delibuto tergore medicamenta perbiberit.

Perblandus, a, um, Valde blandus. {πάνυ ἁβρὸς, λίαν ἥσιος. Ital. *Molto piacenole.* Gal. *Fort doux & gratieux.* Hispa. *Mucho blando y halagueno.*} Cic. Qu. Frat. lib. 1, Successorem habes perblandum.

Perbonus, a, um, Valde bonus. {λίαν ἀγαθός. Ital. *Molto buono.* Gal. *Fort bon.* Hisp. *Mucho bueno.*} Cic. pro Flac. Agros habent & natura perbonos, & diligentia, culturáque meliores.

Perbreuis, & hoc perbreue, pen. corr. Valde breuis. {πάνυ βραχύς. Ital. *Molto breue.* Gal. *Fort brief, bien court.* Hisp. *Mucho breue y corto.*} Liu. 8. belli. Pun. Si quidem Scipionem ducem in Africam mittant Romani, satis spetare perbreuis æui Carthaginem esse.

Perbreuiter, penult. corr. aduerbium, Valde breuiter. {πάνυ βραχέως. Ital. *Brenemente, con molta brcuità.* Gal. *Fort briefuement, en bien peu de parolet.* Hisp. *Mucho brevemente, con pocas palabras.*} Cic. 2. de Orat. Ac ne diutius vos demoror, de omni isto genere quid sentiam perbreuiter exponam.

Perca, æ, περκη, ἡ ἄφυη. Piscis delicatissimi nomen est, qui à Plinio lib. 9. cap. 16, inter saxatiles numeratur. Duo eius sunt genera: alterum in mari capitur, quod marinæ piscis est similimum: alterum in fluuijs & lacubus, alendis febricitantibus mirum in modum vtile. Hoc genus Galli etiam hodie antiquo nomine vocãt Percam. Percarum meminit Ausonius in Mosella, eáque vel præstantissimis maris piscibus cõfert: Nec (inquit) te delicias mensarum perca silebo, Amnigenas inter pisces dignande marinis, Solus puniceis facilis contendere mullis.

Percalleo, es, ere, Totus callosus sum: & per traoslationem obdurefco, & diuturna malorum consuetudine aduersa patienter fero. {λιπαρῶ μᾶλλον, λιπαρέστερος εἰμί. Ital. *Fare il callo.* Gal. *Auoir cals de force de trauail.* Hispa. *Mucho encalleçer.*} Cic. pro Mil. Sed nescio quo modo iam vsu obdurueram, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

Percandidus, pen. corr. Adiect. {πολυλευκὸς, πανλάδικος, λαμπάδικος. Ital. *Molto bianco.* Gal. *Fort blanc.* Hisp. *Mucho blanco.*} Celsus lib. 15. cap. 19. Est

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem ea per candida compositio.

Percantatrix, pen. prod. {γοητεύτρια, ἐπῳδός, γοητικὸν γύναιον. Ital. *Cantatrice, incantatrice.* Gal. *Chantereſſe, enchantereſſe.* Hiſp. *Cantadora, encantadora.* } Plaut. Milit. -da quod idem Quinquatribus, percantatrici, collectrici, ariolæ, atque haruſpicæ.

Percautus, Adiect. {πολυδαίδαλος, λίαν πεφυλαγμένος. Ital. *Molto accorto, aſtuto.* Gal. *Fort fin, & acort.* Hiſp. *Mucho aſtuto.* } Cice. ad Quint. frat. lib. 1. Delectus in familiaritatibus & prouincialium hominum & Græcorum percautos & diligens.

Percelebro, as, pen. corr. Diuulgo. {διαγοητεύω. Ital. *Diuulgare.* Gal. *ſemer & publier par tout.* Hiſp. *Diuulgar.* } Cice. 7. Verr. De qua muliere plurimi versus, qui in iſtius cupiditatem facti ſunt, tota Sicilia percelebrantur: Id eſt vulgò canuntur.

Perceler, pen. corr. huius percelleris, Valde celer. {πάνυ ταχὺς, λίαν σφοδρὸς. Ital. *Molto veloce.* Gal. *Fort ſoudain.* Hiſpa. *Mucho ligero.* } Cice. pro Cæl. Habuiſſe aiunt domi, vimque eius eſſe expertam in ſeruo quodam ad rem ipſam parato: cuius percelleri interitu eſſe ab hoc comprobatum venenum.

Per cauſam, ſiue Per ſpeciem, Significat per ſimulatam cauſam. {κατὰ πρόφασιν, πρόφασει. Ital. *Per qualche cagione finta.* Gal. *Pour choſe feinte.* Hiſpa. *Por coſa alguna fingida.* } Liu. lib. 4. belli Maced. Vt quum appropinquaret iamque rex, per cauſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret à tergo agmen. Idem 4. belli Punici, nocte per ſpeciem venandi vrbe egreſſi, ad Annibalem proficiſcuntur. Vide PER præpoſitionem.

Percello, is, perculi, vel percuſi, percuſſum, Significat euerto, percutio. {καταπίπτειν. Ital. *Percuotere.* Gal. *Abatre, ruer ius, fraper.* Hiſpa. *Herir.* } Varro in Parmen. Alios teneram abietem ſolus percellit. Terent. in Andr. Perculſit illico animum. Tacitus, Ingens rerum tumultus perculſit ciuitatem. Plaut. in Epid. Perij, plauſtrum perculi: hoc eſt euerti. Colum. lib. 7 cap. 7, Quamobrem ſtatim quum vnam vel alteram peſtis perculit, omnibus ſanguis detrahendus. ¶ Aliquando differo. Lucil. Ad nouum hoc percellit animum.

Perculſus, participium. {ὀκνηλαγής. Ital. *Sbattuto, percoſſo.* Gal. *Frappé, eſtonné, abatu.* Hiſp. *Herido.* } Sæpius ad animum refertur: Percuſſus verò à Percutio ad corpus. πληγεὶς. Cice. Pæto lib. 9. Epiſt. Repentè perculſus eſt atrociſſimis literis. Virgil. 9. Aen. -magno laudum perculſus amore. Idem 6. Aeneidos, -caſu perculſus iniquo. Cice. ad Brutum, Perculſa timore ciuitas.

Percenſeo, es, Idem quod recenſeo, niſi præpoſitio quid perfectionis addat. {καταλέγομαι, ἐξετάζω. Ital. *Commemorare.* Gal. *Raconter.* Hiſp. *contar, recordar.* } Cic. in Partit. Quo in genere percenſere poterit pleróſque inueniendi locos.

Percico, es, ere, Moueo. {κινέω. Ital. *Mouere.* Gal. *Eſmouuoir.* Hiſpan. *Mouer y perturbar.* } Lucret. lib. 3, Ocyus ergo animus, quam res ſe perciet vlla.

Percitus, Commotus, incitatus: qui ira, ac furore accenſus eſt. {κεκινημένος, ἐκκεκινημένος, ἐλαυνόμενος, ἐκφορούμενος. Ital. *Commoſſo.* Gal. *Eſmeu.* Hiſpa. *Perturbado.* } Terent. in Hecyr. -corripui illico Me inde lachrymans, incredibili re, atque atroci percitus. Cice. pro Milone, Siue enim illud animo irato, ac percito feciſſet.

Percingo, is, Circunquaque cingo. {περιζώννυμι. Ital. *Cingere d'intorno.* Gal. *Enceindre & entourer tout autor.* Hiſp. *Ceñir en derredor.* } Colum. lib. 10, Sæpe ſues ſedes percinxit vitibus albis.

Percipio, pen. corr. Intelligo, capio, ſenſu apprehẽdo, ſentio, cognoſco. {καταλαμβάνω. Ital. *Intendere, capire.* Gal. *Percenoir, comprendre.* Hiſp. *Recebir por el ſentido.* } Cic. ad Treb. lib. 7, Sin tibi quædam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis nullam artem literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Plaut. in Cureu. Ne quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planeſium. Verùm hæ ſignificationes metaphoricæ videntur: nam propriè percipere, eſt recipere, ſiue colligere: vt Percipere fructus. Cic. 1. Offic. Vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis quàm propinquum. Idem de Senec. Setere, percipere, & condere fructus.

Perceptio, verbale. {κατάληψις. Ital. *Raccoglimento.* Gal. *Recuillement, prinſe.* Hiſp. *Recebimiento, obra de coger.* } Cice. 1. Offic. Neque agricultura, neque frugum, fructuúmque reliquorum perceptio & conſeruatio ſine hominum opera vlla eſſe potuiſſet.

Percitus, Vide PERCIEO.

Perclamo, as, pen. prod. {κατακράζομαι, μέγα βοῶ. Ital. *Gridare forte.* Gal. *Crier fort.* Hiſp. *Gritar mucho.* } Vehementer clamo. Plaut. Truc -quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ ſint, quot ſunt perclamanda.

Percnos, πέρκνος, Aquilæ genus, teſte Plin. lib. 10. cap. 3, ab Homero ſic vocatum. Alij vocant morphnum, aliqui etiam planeum, & anatariam. Inter Aquilarum genera ſecundam magnitudinem, & vim obtinet, viuitque vt plurimum circa lacus.

Percnopterus, περκνόπτερος, Auis eſt ex aquilarum genere, quæ circa lacus verſatur, vulturi ſimilis, alis minimis, reliqua magnitudine antecellens, ſed imbecillis & degener, ita vt à coruis ſæpenumero verberetur. Autor Plin. lib. 10 cap. 3.

Percoarcto, as, Vehementer conſtringo. {καταστενοχωρίζω. Ital. *Conſtringere grandemente.* Gal. *Fort eſtreindre.* Hiſp. *Mucho apretar.* } Colum. lib. 2. cap. 19, de fœno loquens, Tunc demum (inquit) ſemuerremur, & vtrinque ſecatum percoarctabimus in ſtriam, atque ita manipulos vinciemus.

Percognoſco, is, Perfectè cognoſco. {ἀναγνώσκω. Ital. *Conoſcere perfettamente.* Gal. *Cognoiſtre parfaitement.* Hiſp. *Conoſcer perfectamente.* } Plau. Truc. Sunt publicani: o vtróſque percognoui probe. Plin. lib. 4 cap. 14, Nam Germania multis poſtea annis nec tota percognita eſt.

Percolo, is, pen. corr. Perfectè colo, id eſt amo, ſiue veneror. {ἀγαπάω. Ital. *Honorare perfettamente.* Gal. *Auoir en grande reuerance.* Hiſp. *Honrar perfectamente.* } Plaut. in Trinu. Feceris pariter cæteris factis, patrem tuum ſi percoles. ¶ Significat interdum culturam abioluere, perficere, polire, ſupremam manum addere, complere. Plin. lib. 5. Epiſt. Præterea indulſi amori meo. amo enim quæ maxima ex parte inchoaui, aut inchoata percolui.

Percultus, Id eſt politus, ornatus. {ὁ πάνυ κεκοσμημένος, κεκομψευμένος. Ital. *Ornato, polito.* Gal. *Orné, poli.* Hiſp. *Ornado, afeitado.* } Plaut. in Pœn. Nam quæ lauta eſt, niſi perculta eſt, meo animo quaſi inuenuſta eſt.

Percolo, as, pen. prod. Per colum trãſmitto. {διηθῶ. Ital. *Colare, ſcolare.* Gal. *Faire couler & paſſer parmi.* Hiſpan. *Colar.* } Colum. lib. 12. cap. 41. Deinde quum fuerint decocta, vt non multum iuris ſuperſit, refrigerantur & percolantur: eáque quæ in colo ſubſederunt, diligenter contrita leuigantur. Plin. lib. 32. cap. 6, Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit.

Percomis, & hoc percome, pen. prod. {ἡσυχιαστικός. Ital. *Molto piacenole.* Gal. *Fort doux & gracieux.* Hiſp. *Mucho cortes y humano.* } Valde comis. Cic. de Clar. Orat. Qui peritiſſimus iuris, idémq; percomis eſt habitus.

Percommodus, a, um Valde commodus.

Percommodè, aduerbium, Admodum commodè. {λίαν ἐπιτηδείως, πάνυ ἐυχερῶς. Ital. *Molto commodamente.* Gal. *Fort commodément, fort bien à point.* Hiſp. *Mucho prouechoſamente.* } Cice. pro Cæcin. Hoc loco percommodè accidit, quod non adeſt is qui paulo antè affuit.

Perconditus, a, um, penult. cor. Reconditus, & abſtruſus. {κρυπτός, ἀποκεκρυμμένος. Ital. *Molto aſcoſo* Gal. *Fort caché & obſcur.* Hiſpan. *Mucho eſcondido.* } Cice. 1. de Orat. Expono vobis non quandam aut perconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut grauem rationem conſuetudinis meæ.

Percontor, atis, per o, & ſine c ante t, Diligenter inquito: à conto, quo nautæ vtuntur ad inquirenda loca nauibus opportuna. Nam aquæ altitudinem conto pertentant. Percontor itaque eſt quaſi conto inueſtigare & inquirere. {ἀνάκρισις, ἀνακρίνω. Ital. *Cercare diligentemente.* Gal. *S'enqueſter, & s'enquerir diligemment.* Hiſp. *Buſcar diligentemente, preguntar para ſaber.* } Terent. in Hecy. Tua quod nihil refert, deſinas percontari. Cic. in Som. Scip. Deinde ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Republica percontatus eſt.

Percontatio, onis, verbale, Interrogatio, inueſtigatio, inquiſitio. {ἀνάκρισις. Ital. *Interrogatione.* Gal. *Enqueſte, interrogation.* Hiſpa. *Pregunta, obra de preguntar para ſaber.* } Cic. de Vniuer. At primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum percontatione conſumpſimus.

Percontator, oris, Qui percontatur. {ἀνακριτής. Ital. *Dimandatore, inquiſitore.* Gal. *Enqueſteur, interrogateur.* Hiſ. *Preguntador, enquiſidor.* } Horat. 1. Epiſt. 19, Percontatorem fugito: nam garrulus idem eſt.

Percontumax, acis, Valde contumax {λίαν μεγάλα ἀνυπήκοος. Ital. *Sommamente contumace, ribelle.* Gal. *Fort rebelle & contumax.* Hiſ. *Mucho rebel de y perſiado.* } Terent. Hecy. Percontumax rediſti huc nobis Pamphile.

PERCOPE, es, pen prod. περκόπη Stephano, Vrbs Troadis ad Promontidem: poſtea Percote appellata, quæ Troianis auxilia miſit aduerſus Græcos, teſte Homero ad finem lib. 2.

Percopioſus, a, um, Valde copioſus. {λίαν ἐυπορος, πάνυ μεγάλην ὅσην ἐυπορῶν. Ital. *Abondeuole.* Gal. *Fort cupieux & abondant.* Hiſpa. *Mucho copioſo y abundante.* } Plin. Epiſto. 208, Quæ de me ſcripſiſti, in quibus quidem percopioſus fuiſti.

Percoquo, is, pen. corr. Perfectè coquo. {ἑψέω. Ital. *Cuocere bene.* Gal. *Fort cuire.* Hiſpan. *Cozer bien.* } Plin. lib. 23. cap. 7, Bubulas carnes, aditi caules magno ligni compendio percoquunt. Plaut. Merc. Coquum aliquem arripiamus, prandium qui percoquat. Plin. lib. 20. ca. 9, Biles detrahere non percoctam putant.

PERCOSIVS, Inſignis vates fuit, diuinãdi peritiſſimus, cuius filij Adraſtus & Amphius, qui fruſtra diſſuadente patre Troianis ſuppetias tulerunt, & à Græcis ſunt interfecti.

PERCOTE, es, pen. prod. περκότη, quæ & Percope olim dicta fuit, Vrbs eſt Troadis, autore Stephano. Valer. Flac. 2. Argon. Iam iuga Percotes, Pariſimque infame fragoſis Exuperat, Phthiamque vadis.

Percoſius, adiectiuum. περκόσιος. Val. Flac. 3. Argon. Muneribus primas coniunx Percoſie veſtes Impoſuit.

Percrebreſco, is, percrebrui, Diuulgor. {διαγγέλλομαι. Ital. *Diuulgarſi.* Gal. *Eſtre diuulgué & ſemé par tout.* Hiſ. *Diuulgarſe.* } Cic. ad Atticum lib. 11, Ipſi enim illi putaui pernicioſum fore ſi eius hoc tãtum ſcelus percrebruiſſet. Idem 6. Ver. Præſertim quum hæc omnino fama de noſtrorum hominum auaritia & cupiditate percrebruerit.

Percrepo, as, pen. corr. Reſono, perſono, perſtrepo. {διαλαλάζω. Ital. *Fare molto ſtrepito.* Gal. *Bruire fort.* Hiſp. *Sonar quebrandoſe, hazer mucho eſtruendo.* } Cic. 5. Ver. Lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantúque ſymphoniæ.

Percrucio, as, Valde crucio. {λίαν ἀνιῶ, πάνυ διαλυπέω. Ital. *Cruciare molto.* Gal. *Fort tourmenter.* Hiſpan. *Mucho atormentar.* } Plautus Bacchid. Hoc eſt quod peraceſcit: hoc demum eſt quod percrucior, Me hoc ætatis ludificari.

Percrudus, a, um, Immaturus, & valde crudus. {πάνυ ὡμὸς, ἀπέπτατος. Ital. *Molto crudo.* Gal. *Fort cru.* Hiſpa. *Mucho crudo.* } Colum. lib. 12. cap. 10, Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris, diligenter inſpicito vt ſint integra, ſine vitio aut vermiculo.

Percudo, dis, pen. prod. Pertundo. {διαφθείρω. Ital. *Sbattere, rompere sbattendo.* Gal. *Rompre en frappant, frapper.* Hiſpan. *Herir, ò quebrantar hiriendo.* } Colum. lib. 8. cap. 5, Animaduertat auiarius an pulli roſtellis oua percuderint.

Percunctor, aris, per u & c ante t, fit à Cunctus, a, um, teſte Donato, quòd is qui curioſus eſt, per cuncta interroget: & ſignificat diligenter interrogo. {ἐξετάζω, διερωτῶ. Ital. *Interrogare con diligenza.* Gal. *S'enquerir ſoigneuſement.* Hiſpa. *Preguntar diligentemente.* } Plaut. in Epid. Quid iſtud in mente eſt tibi, ex me mi vir percunctarier? id eſt morari quærendo, ſiue per cuncta inquirere. Plin. lib. 35. cap. 10, Percunctantique quanti licitaretur opera effecta, paruum neſcio quid dixerat.

percunctatio, onis, Idem quod inquiſitio. Liu. lib. 3. belli Pun. Ex captiuis percunctatio facta. {ἐπύστις, ἐρώτησις. Ital. *Dimanda, inquiſitione.* Gal. *Enqueſte, inquiſition, demande.* Hiſpa. *Pregunta, enquiſicion.* } Alij tamen malunt ſcribere Percontor, & Percontatio, à nomine Contus. Nam percunctor, & percunctatio putant eſſe à verbo cunctor, quod ſignificat moror, vel expecto.

Percupio, percupis, pen. corr. Valde cupio. {ἐπιθυμῶ. Ital. *Deſiderar molte.* Gal. *Fort deſirer & conuoiter.* Hiſp. *Codiciar mucho.* } Terent. Eun. Viſne interea dum is venit, domi opetiamur, potius quàm hic ante oſtium? &c. Imò percupio. Plaut. Afin. Percupio obſequi quato meo.

Percupidus, pen. corr. Adiect. {ἐπιθυμητικὸς, πάνυ ἐπιθυμῶν. Ital. *Molto bramoſo.*

mosò. Gal. *Fort desireux fort conuoiteux.* Hispa. *Mucho codicioso.*} Cicro lentulo lib. 1. Cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum.

Percuriosus, a, um. Valde curiosus. {πολυπράγμων, ὁ λίαν ἐπιμελής. Ital. *Molto curioso.* Gal. *fort curieux & soigneux.* Hispa. *Mucho curioso y diligente.*} Cice. pro Cluent. Nicostratus quidam fidelis Oppianici seruulus percuriosus, & minimè mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse.

Percuro, ras. pen. prod. Perfectè sano. {πληροφορῶ. Ital. *Sanare perfettamente.* Gal. *Guarir du tout, achever de guarir.* Hisp. *Curar y sanar perfectamente.*} Curtius. Percutato vulnere acrius obsidioni institit. Plinius libro 24. cap. 15, Strumas imposita ad suppurationem perducunt: deinde axungia adiecta percurant.

Percurro, ris, Currendo peruenio, siue currendo perseuero. {διατρέχω. Ital. *Peruenire correndo, scorrere.* Gal. *Percourir, courir à trauers.* Hisp. *Correr hasta el cabo.*} Terent. in And. Continuò ad te properans, percurro ad forum. Donatus, Vide quantum dixerit, properans, & percurro, vt continuationem cursus ostenderet. ¶ Quandoque est cursim pertransire, & celeriter: vt, Quid opus est multa percurrere? Cicc. libr. 1. de Orat. Multa etiam legendo percurrisse, neq; ea vt sua possedisse, sed vt aliena libasse. Idem lib. 2. de Orat. Et multo apertius ad intelligendum, si sic constituitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur. Hic Percurritur impersonale est.

Percursus, a, um, participium. διαδρομής. Cic. 2. de Orat. Vt omnes eas diligentes & memores & sobrij oratores percursas animo, & propè decãtatas habere debeant.

Percursio, onis, verbale. {διαδρομή. Ital. *Corso.* Gal. *Course.* Hisp. *Corrida.*} Cice. 4. Tusc. Velocitas autem corporis, celeritas appellatur: quæ eadem ingenij etiam laus habetur propter animi multarũ rerum breui tempore percursionem.

Percurso, as, frequentatiuum. διατρέχω, διαδίδραμαι. Liu. 3. belli Pun. Iam ne manipulatim quidem, sed latronũ modo percursant totis finibus nostris negligentius, quàm si in Romano vagarentur agro.

Percursatio, onis, verbale, διαδρομὴ, ἐπιτεχνημένη. Cic. 1. Philip. O præclaram illam percursationem mense Aprili, atque Maio.

Percutio, tis, pen. corr. Percussi, cussum, ex per, & quatio, q in c mutata, & abiecta a, significat ferio. {πλήσσω, δίδωμι πληγήν. Ital. *Percuotere.* Gal. *Frapper, batre.* Hisp. *Herir.*} Cicc. 7. Ver. Quæsisse Domitium qui tan tam bestiam percussisset: illum respondisse, Venabulo. Virgil. 12. Aen. Tértq; quatérq; manu pectus percussit honestum. ¶ Percutere aliquem palpo, est verbis adulari, & blandè suadere. κολακεύειν. Plaut. in Amph. Timidam palpo percutit. ¶ Percutere fœdus, est ferire fœdus, vel facere. Percutere fossam, est fodere. Percutere de cælo, est fulminare.

Percussor, soris, Qui percutit, vel occidit {πλήκτης, πληκτικὸς. Ital. *Battitore.* Gal. *Batteur, frappeur.* Hispa. *Heridor.*} Plin. lib. 8. cap. 16, Vulneratus obseruatione mira percussorem nouit. Iuuen. Satyr. 8, Inuenies aliquo cum percussore iacentem. Cicc. 2. Philip. Deprehensus cum sica percussor Cæsaris.

Percussio, onis. {πλῆξις, πλῆγμα. Ital. *Percossa, battitura.* Gal. *Frappement, batement.* Hisp. *Herida, herimiento.*} Cicc. 3. Tusc. Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminũ, capitis percussiones. ¶ Percussio pro ictu, de dimensione temporum in pedibus aut musica. Cicc. 3. de Ora. Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, & minuti pedes.

Percussus, a, um, participium. {πεπληγμένος, πεπλημμένος. Ital. *Battuto, percosso* Gal. *Batu frappé.* Hisp. *Herido.*} Virgil. 7. Aene. -quem capta cupidine coniux Aurea percussum virga, vetsúmque venenis Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.

Percussus, sus, sui, Idem quod percussio: accipitúrq; pro arteriatum pulsu. Plin. lib. 7. cap. 51, Venarum inæquabili, aut formicante percussu.

Perdecorus, a, um, Valde decorus. {πάνυ ἐυπρεπὴς, λίαν ἐυσχήμων. Ital. *Molto honorenole.* Gal. *Fort beau & honneste, fort decent.* Hisp. *Mucho hermoso y honrado.*} Plinius Epist. 9, Est alioqui perdecorum.

Perdensus, a, um. Valde densus. {ὁ λίαν πυκνὸς, πάνυ πυκνός. Ital. *Molto denso.* Gal. *Fort espois.* Hisp. *Mucho espesso.*} Colum. lib. 3. cap. 12, Perdensam humum cælestes aquas non sorbere.

Perdespuo, is, {ἐφύδρως πτύω. Ita. *Disprezzare alcuno.* Gal. *Mespriser.* His. *Menesprecier.*} Catul. in Gellium Epig. 69, -patrui perdespuit ipsam vxorem.

PERDICCAS. Πέρδικκας, Macedo inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit, tanta vir audacia, simul & fortitudine, vt læna præsente catulos è cubili per vim auferret. Autor Aelian. de varia historia.

Perdicium, πέρδικιον. Herba est qua perdices præcipuè vescuntur. Alio nomine helxine dicitur, & parthenium, vulgò *Paretaria.* Plinius lib. 21. cap. 10.

Perdifficilis, le. Valde difficilis. {πάνυ χαλεπὸς, πανχαλεπώτατος. Ital. *Molto difficile.* Gal. *Fort difficile.* Hisp. *Cosa muy difficultosa.*} Cic. de Partit. Nã quæ perdifficilia sunt, perinde habenda ſæpe sunt acsi effici non possint.

Perdifficiliter, vel Perdifficulter, aduerb. {πάνυ χαλεπῶς, λίαν δυσχερῶς. Ital. *Con molta difficultà.* Gal. *Auec grand' difficulté.* Hisp. *Con mucha dificultad.*} Cice. 4. Acad. Aut si ea quoque possit, cur illa non possit quæ perdifficiliter internoscantur tamen.

Perdignus, a, um. Valde dignus. {πάνυ ἄξιος. Ital. *Molto degno.* Gal. *Fort digne.* Hispa. *Muy digno.*} Cicero ad Valerium libr. 3, Sed tamen suspicor ipsum hominem quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia.

Perdiligens, tis, Valde diligens. {ἐπιμελὴς. Ital. *Molto diligente.* Gal. *Fort diligent.* Hisp. *Muy diligente.*} Cicero ad Qu. Frat. lib. 3, Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.

Perdiligenter, aduerbium. {ἐπιμελῶς. Ital. *Diligentemente.* Gal. *Fort diligemment.* Hisp. *Mucho diligentemente.*} Cic. ad Atticum lib. 1, Et mea spote faciebam antea, & pòst duabus epistolis tuis perdiligenter in eandam rationem scriptis magnopere tum commotus.

Perdisco, is, Perfectè disco. {καλῶς μεγάλως μανθάνω, ἐξεπίτηδες μανθάνω. Ital. *Imparare perfettamente.* Gal. *Aprendre tout au long & entierement.* Hispa. *Deprender hasta el tamente.* Gal. *Aprendre tout au long & entierement.*} Cice. pro Corne. Balb. Omnia iura belli perdiscere, ac nosse potuisse. Plaut. Asin. Perdidici istæc esse vera damno cum magno meo.

Ortus obitúsque signorum perdiscere, Cice. de Fato.

Perdiu, aduerbium, admodum diu. {Διὰ μακρὸν χρόνου, ἐπὶ πολύν. Ital. *Molto longamente.* Gal. *Fort long temps, fort longuement.* Hispa. *Muy luengamente.*} Cice. ad Atticum libr. 3, Ego quòd per Thessaliam si item in Epirum, perdiu nihil eram auditurus. Varr. 1. de Re rusti. cap. 58, Faba & legumina in oleariis vasis oblita cinere per diu incolumia seruantur.

Perdiuturnus, a, um, Quod diu vel valde durat. {πολυμήνιος, πολυχρόνιος. Ital. *Che dura longamente.* Gal. *De fort longue durée, qui dure longuement.* Hispa. *Cosa que dura mucho tiempo.*} Cice 2. de Nat. deo. Quæ aut sempiterna sit necesse est hoc eodem ornatu quem videmus, aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum & immensum pene tẽpus. Idem pro Sest. Cum Armeniorum rege Tigrane graue bellum perdiuturnúmque gessimus.

Perdiues, pen. prod. huius perdiuitis, Valde diues {πολυχρήματος. Ital. *Molto ricco.* Gal. *Fort riche.* Hisp. *Muy rico.*} Cicc. ad Attic. libro 6. Amici regis duo tréue perdiuites, sed ij suum tam diligenter tenent quàm ego aut tu.

Perdius, ex per & dies, Qui per diem vigilat. {παννύχιος. Ita. *Che dura un giorno.* Gal. *Que dure tout le iour* Hisp. *Cosa que dura todo el dia.*} Gel. lib. 2. cap. 1, Stare solitus Socrates dicitur, pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad solem alienum orientem, inconniues, immobilis, isidémque in vestigiis, & ore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus tanquam quodam secessu mentis atq; animi facto à corpore. Id est per diem, & per noctem. Seneca. Id perdius pernóxque agebat. Sic interdiu, intra diem, pro quo etiam dicimus diu: sicut noctu, pro eo quod est per noctem. Plaut. in Merc. Neq; conquiescam vsquam noctu, neque diu, prius profecto quàm aut amicam, aut mortem inuestigauero.

Perdix, cis. {πέρδιξ. Ital. *Pernice.* Gal. *Vne perdrix, ou perdreau.* Hispa. *Perdiz.*} Auis nota, quam Ouidius fabulatur à Perdice Dædali nepote ita fuisse appellatam, quem quum serræ vsum primus reperisset, à patruo inuidia percito ab excelsa quadam turri ferunt præcipitatum, deorũmq; misericordia in auem sui nominis fuisse transformatum: quę etiã nunc ruinæ illius memor vitat sublimia, humi nidum construens. De auis huius astutia sic scribit Plin. lib. 10. cap. 33, Si ad nidum auceps cœperit accedere, procurrit ad pedes eius fœta, prægraueni aut delumbem sese simulans, subitóque in procursu, aut breui aliquo volatu cadit, fracta aut ala aut pedibus: procutrit iterum, iamiam prehensum effugiés, spémque frustrãs donec in diuersum abducat à nidis. Eadem iam pauore libera, ac materna vacans cura, in sulco resupina, gleba se terræ pedibus apprehensa operit. Hæc ille.

Perditio, Perditor, Perditus, vide PERDO.

Perdo, dis, didi, ditum, ex Per. & Do, Significat amitto. {ἀπόλλυμι. Ital. *Perdere.* Gal. *Perdre.* Hisp. *Perder.*} Plaut in Amph. Hunc non reperi, & illos perdidi. ¶ Accipitur aliquando pro eo quod est damnum vel iacturam accipio: cui opponitur Lucror. Cicc. 2. Offic. Vt locupletes suũ perdant: debitores lucrentur alienum. ¶ Perdere item est perimere: quoniam quæ amittuntur, quasi mortua nobis esse videntur. {ἀποκτείνω. Ita. *Uccidere.* Gal. *Tuer.* Hisp. *Matar.*} Teren. in And. Dij te perdant. ¶ Perdere aliquem, est corrumpere, malis moribus inficere. Teren. in Adel. Cur perdis adolescentem nobis? Aliquando est mortis periculo exponere. Terentius in And. Vbi illic scelus est, qui me perdidit? ¶ Perdere aquam, est tempus datum frustra conterere, quum ad clepsydram dicitur. Quint. lib. 11, Et temporibus præfinitis aquam perdit. ¶ Huius composita sunt Deperdo, παραπόλλυμι, eiusdem significationis cum simplici. Disperdo, consumo, de quibus vide plura suis locis.

Perduo, perduis, perduere, dixerunt antiqui pro perdo: vt Plaut. Amph. Perduis, pro perdas, Amphitruo es. Perfectò, cauesis ne tute vsu perduis.

Perditio, onis, verbale {ἀπώλεια, ἀπώλεθρος. Ital. *Perdita, rouina.* Gal. *Perte, ruine.* Hispa. *Perdida, perdicion.*} Plin. libr. 9. cap. 37, Subeunt luxuriæ eius nomina & tædia, ex quisita perditione portata.

Perditor, oris. {ὀλεθρώτης, ὀλετὴς. Ital. *Chi ha perdido.* Gal. *Qui a perdu.* Hispa. *Que ha perdido.*} Cicc. pro Planc. Committerem vt idem perditor Reipublicæ nominarer, qui seruator fuissem?

Perditus, a, um, Amissus, deploratus, profligatus. {ἀπολωλεκὼς. Ital. *Perso.* Gal. *Perdu.* Hisp. *Perdido.*} Terentius in Andr. Tu rem impeditam & perditam restituas? Cicero pro Murœna, Confectus morbo, perditus mœrore ac lachrymis. Idem 8. Philipp. Quum esset summa senectute, & perdita valetudine. ¶ Perditus item dicitur qui ita alicui perturbationi, aut vitio subiacet, vt inde se eximere non possit: & qui vitio aliquo ita contaminatus est, vt de eo nulla spes habenda sit. ἀνήλπιστος. Cicc. lib. 1. Offic. Dum homines perditi hastam illam cruentam & meminerint, & sperabunt. ¶ Perditior, Perditissimus. Hora. 1. Serm. Saty. 2. Quanto perditior quisque est, tanto acrius vrget. Cicc. ad Qu. Frat. lib. 3. Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus. Idẽ pro Rosc. Ame. Perditissimus homo. Idem 5. Verr. Profligatissimus, & perditissimus omnium. ¶ Perditum perdamus, plus significat quàm si tantum dixeris, Perdamus. Est enim exaggeratio quædam. Cicero ad Terentiam lib. 14. Epist. Per fortunas miseras nostras vide ne puerum perditum perdamus, hoc est ne ex infœliciſſimo infœliciorem faciamus.

Perditè, aduerbium, Corruptè. {ἀκολάστως. Ital. *Corrottamente, sgratiatamente.* Gal. *Meschamment, outre mesure.* Hispa. *Perdidamente.*} Cicc. Ad Attic lib. 9, Qui hic potest se gerere non perditè? Perditè, pro vehementer aliquãdo dicitur: vt, Perditè amare, (huiusmodi *Δυσέρωτες* appellantur) hoc est amare vehementer. Terent. in Heaut. Eius filiam ille amare cœpit perditè. ¶ Perditè conari. Quintil. lib 2. cap. 12, Illud quoque alterum quod est in elocutione ipsa periculũ, minus vitiat, conatúrq; perditè.

Perdoceo, perdoces, penult. corr. Perfectè doceo. {διδάσκω. Ita. *Insegnare perfettamente.* Gal. *Enseigner entierement ou parfaictement.* Hispa. *Acabar de enseñar.*} Cice. pro Sest. Rem quæris præclaram iuuentuti ad discendũ, nec mihi difficilem ad perdocendum. Plaut. Pseud. Hem mane, quanti istuc vnum coquinare perdoces? Terentius Heaut. Verùm illa nequid titubet, s. perdocta est probè.

Perdoctus, participium. {ἐκδιδαχθεὶς, πεπαιδευμένος. Ital. *Molto dotto.* Gal. *Fort docte.* Hisp. *Muy docto.*} Cic. pro Corn. Bal. Acsi mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me præsertim rerum varietate atq;

vsu ipso iam perdo cum viderent, etiam ab illis maioribus discordiis auocarent. Exitio moltorum perdocti. Lucr. lib. 3.

Perdocte aduerbium. {πάνυ ἐμπείρως. Ital. *Molto dottamente.* Gal. *Fort doctement.* Hisp. *Muy doctamente.* Plaut. Most. Vt perdoctè cuncta calleat: nihil hac docta doctius.

Perdoleo, perdoles, pen. corr. Vehementer doleo. {λυποῦμαι. Ital. *Dolersi grandemente.* Gal. *Estre fort marri.* Hisp. *Mucho doleerse.* } Terent. in Eun. Heu noster, laudo tandem perdoluit: vir es. Cæsar 2. belli Ciu. Nam vbi tãtos suos labores, & apparatus malè cecidisse viderunt, inducijsq; per scelus violatis, suam virtutem irrisui fore, perdoluerunt.

Perdomo, as, penult. corr. Idem quod domo. {δαμάζω. Ital. *Domare interamente.* Gal. *Domter entierement.* Hisp. *Domar ò acabar de domar.* } Mart. libr. 1, Herculeæ laudis numeretur gloria: plus est Bis denas pariter perdomuisse feras. Tibull. libr. 1. Eleg. 2, Sola feros Hecates perdomuisse canes. ¶ Prouinciam aliquam perdomare. Liui. 9. ab Vrbe, Quin eum parem destinant animis magno Alexandro ducem, si arma Asia perdomita in Europam vertisset.

Perdomitus, a, um, participium. {κατακεκαμμένος. Ital. *Domato.* Gal. *Domté.* Hisp. *Domado* } Colum. lib. 6. cap. 2. Perdomiti boues mox ad aratrum instituantur. Lucan. li. 2, -totáq; vrbes agitabis in orbe Perdomitas.

Perdormisco, is, ere, Somnum in certum aliquod tempus continuare. {κατακεκοιμῶς Ita. *Fare vn sonno solo.* Gal. *Achever son sommeil, dormir beaucoup.* Hisp. *Mucho adormescerse.* } Plautus Menæch. Perdormiscin' vsque ad lucem.

Perduco, cis, duxi, ductum, Ad finem vsque duco. {διάγω, διάγω. Ital. *Condurre, menare, guidare.* Gal. *Mener iusques à la fin.* Hispa. *Guiar hasta el cabo,* } Cice in Cat. M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam perduxisse. ¶ Perducere ad exitum, culmen, vel summũ, est complere, absoluere. Cice. 2. de Fini. Nec enim absolui vita beata sapientis neq; ad exitum perduci poterit. ¶ Aliquando est per vim ducere. ἀναγκάζω. Inde Perductores: qui in hoc differunt à lenonibus, quòd lenones sunt scortorum, κατωγωγεῖς: perductores etiam inuitarũ personarum: vt annotauit Asconius in illud Ciceronis 5. Ver. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus, ac vigiliis: lenonũ, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius, ętas ipsius pertulit, prætereantur.

Perducto, as, re, Frequentatiuum. συχνάκις ἀναγάγω. Plaut. Most. Vin' qui te perducter? T. S. apage istum perductorem, non placet.

Perduellis, huius perduellis, masculini generis, Apud antiquos dicebatur quem nos vocamus hostem: ab eo (vt Festo placet) quòd pertinaciter retineat bellum. Hostem autem illi vocabant quem nunc dicimus peregrinum. {πολέμιος. Ita. *Inimico.* Gal. *Ennemy.* Hisp. *Enemigo.* } Plaut. in Amph. Ego idem ille sum Amphitruo Gorgophonis nepos, imperator Thebanorum, Et Creontis vnicus Teleboarũ perduellis. Caius I. Quos nos. ff. de Verb. signifi. Quos nos hostes vocamus, eos veteres perduelles vocabant. Plaut. Amph. Perduelles penetrant se in fugam: ibi nostris animus additus est. Cic. 1. Offic. Et quidé illud animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Idem 2. Offic. Nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis omnium hostis. Postea autem perduelles dicti sunt patriæ hostes, qui crimen aliquod aduersus maiestatem principis, aut Reipublicæ commisissent.

Perduellio, onis. Est crimen læsæ maiestatis principis, aut Reipublicæ. ἀνομήματα. Vlpian. l. vlt. ff. ad legem Iul. maiest. Qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus Rempublicam, vel principem animatus est. Cic. pro Rabirio Posthumo, Nam de perduellionis iudicio quod à me sublatum esse crimnari soles, meum crimen est, non Rabirij.

Perduo, vide PERDO.

Perduro, as, pen. prod. Vsque ad finem duro. {διαρκέω. Ital. *Durare fina'lla fine.* Gal. *Durer iusques à la fin.* Hisp. *Durar hasta el cabo.* } Plaut. Cur. -quin tu aliquot dies Perdura, dum intestina exputrescunt tibi. Terent. Hecyra, -sanctè aduratur, Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Out. l. de medic. faciei, -probitas longum perdurat in ævum.

Perduresco, is, Valde durus fio. {σκληρύνομαι. Ital. *Diuenir molto duro.* Gal. *Deuenir fort dur.* Hisp. *Endurecerse mucho.* } Colum. lib. 7, Verùm neq; ante tertium, neq; post quintum annum iuuencos domare placet, quũ illa ætas adhuc tenera est, hæc iam perdurunt. Id est nimis dura facta est.

Peredo, pen. cor. ex per & edo, es, Significat totũ edo, vel edendo consumo. {ἀναναλίσκω. Ital. *Consumare mangiando, deuorare.* Gal. *Mãger tout.* Hisp. *Gastar o comer hasta el cabo.* } Cic. 3. Tuscul. ex aliquo antiquorum poeta rum, Lachrymæ peredêre humore exangues genas. Virg. 6. Aenei. Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

Peresus, pen. prod. participium. {κατεδηδοκώς. Ital. *Roduto, mangiato.* Gal. *Fort mangé & rongé.* Hisp. *Comido, gastado hasta el cabo.* } Virgil. 3. Georg. Nec tondere quidem morbo, illoúiéque peresa Vellera, nec telas possunt attingere putres.

Peredia, diæ. Ipsa edendi cupiditas: sicut bibesia, bibendi desyderium, vel ingens sitis. Vocabula sunt à Plauto conficta. Festus. ἀδηφαγία.

Peregrinus, Aduena qui extra suam veriatur regionem: ita dictus à peragrando. {ξένος. Ital. *Forestiere, pelegrino.* Gal. *Estrange, estranger, d'estrange pais.* Hispa. *Peregrino lexos de su casa.* } Et differt ab hospite, quòd peregrinus simpliciter eum significat qui in sua ciuitate non est: hospes, qui in aliena ciuitate est. Plaut. in Asina. Peregrinus ego sum, Sauriam non noui. Cice. pro Sylla, At ũ tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen & honos inueterauit, & hure vrbi, & hominum famæ ac sermonibus: quàm tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti, tecum de honore, & de omni dignitate contendunt? Idem de Amic. Itaque ciues potiores sunt quàm peregrini, & propinqui quàm alieni. ¶ Transfertur ad alia, & dicimus peregrinas arbores, quæ ad nos aliunde sint aduectæ: sic peregrinas aues, peregrinam faciem, quæ à quotidianis nostris differat, & quam apud nos non simus soliti videre. ¶ Meretrices olim, teste Donato, peregrinæ dicebãtur. Terent. in And. Adeóne est demẽs ex peregrina? ¶ Peregrina sacra, ξένια ἱερά, dicta sunt quæ ex aliis vrbibus religionis gratia sunt adscita: vt quæ euocatis diis in oppugnandis vrbibus Romã sunt delata: aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita: vt ex Phrygia, Matris Magnæ: ex Græcia, Cereris: ex Epidauro, Aesculapij: quæ coluntur eorum more à quibus sunt accepta.

Peregrinor, penult. prod. aris, Deponens absolutum, significat per aliena loca peragrans proficiscor. {ἐπιξενοῦμαι, ἀποδημῶ. Ital. *Peregrinare, andare in pregrinaggio.* Gal. *Peregriner, aller ou estre en pais estrange.* Hisp. *Andar lexos de su casa.* } Cice. pro Rab. Vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare. ¶ Peregrinari dicuntur aures, quæ rẽ non audiunt, nec attendunt. Cic. pro Mil. Vestræ peregrinãtur aures? Peregrinatur animus: id est expatiatur, diuagatur, recreatur. Plinius in prę fatione libri 5. Nec qua peregrinari animus expetat.

Peregrinatio, onis. ξενιτεία, ἀποδημία. Ital. *Pellegrinaggio.* Gal. *Pelerinage, voyagement.* Hisp. *Aquella lexura de su casa.* } Cic 5. Tusc. Iam verò exilia, hi rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Transmarina peregrinatio, Quintil. lib. 7. cap. 4. Peregrinationes, & rusticationes. Cic. de Amic.

Peregrinator, peregrinatoris, Qui solet peregrinari, ferè qui semper peregrinatur. {ἀποδημητικός. Ital. *Chi va di continuo per altri paesi.* Gal. *Voyageur hors du pais.* Hisp. *El que peregrina.* } Cic. ad Leptam lib. 6, Mehercle non tam sum peregrinator iam, quàm solebam.

Peregrinabundus, Qui solitus est peregrinari. {ξενιτεύων, ἀποδημῶν, ἀποδημητικὸς ὤν. Ital. *Chi va di continuo in altri paesi.* Gal. *Estant par les champs en pais loingtain.* Hispa. *El que mucho peregrina.* } Liui. 8 belli Pun. Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem tantum ducem Romanum, &c.

Peregrinitas, Alieni soli habitatio. {ἀποδημία, ξενία. Ital. *Habitatione in paese lontano.* Gal. *Peregrinité, l'estat & condition de ceux qui sont en estrange pais.* Hisp. *Aquella lexura de su casa.* } Vlpianus in l. Sed si ff. De in ius vocan. Si per pœnam depositionis, ad peregrinitatẽ redactus sit patronus. Hoc est si relegatus in aliud solum.

Peregrè, penul. corr. Significat, extra patriam. {ἐπιξένως. Ital. *In viaggio, fuor del paese, in strana regione.* Gal. *Hors du pais, dehors, en estrange pais.* Hispa. *Lexe de su casa, en peregrinacion.* } Et est commune tam significantibus quietem quàm motum: vt, Peregre fui, Peregre veni, Peregre vado. Ad locum, vt apud Plautum in Amph. Ita peregre aduenienti hospitio publicitus accipiar. De loco. Terentius in Phorm. Exilia peregrè rediens semper cogitet. Quietem, Plaut. in Amph. Bene facit, quia non eramus peregre, &c.

Perelegans, tis, Valde elegans. {σφόδρα κομψὸς, λίαν ὑγιαίνων. Gal. *Fort poli & orné.* Ital. *Molto elegante.* Hisp. *Muy hermoso.* } Cice. 2. de Orat. Genus est perelegans, & cum grauitate fallum. Idem pro Planc. Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio, digna Equitis Romani vel studio, vel pudore.

Pereleganter, aduerbium. {πάνυ κομψῶς, ὑγιαινόντως. Ital. *Di molta gratia.* Gal. *De fort bonne grace, fort elegamment.* Hisp. *Con mucha hermosura.* Cice. de Clar. Orat. Quæ quidam omnia quum perite & scienter, tum ita breuiter, & presse, & satis ornatè, & pereleganter diceret.

Pereloquens, tis, Valde eloquens. {σφόδρα ῥήτωρ. Ital. *Molto eloquente.* Gal. *Fort eloquent.* Hisp. *Muy eloquente.* } Cice. de Clar. Orat. Caius autem Lentulus Marcellinus nec vnquam indiserrus, & in Consilatu pereloquẽs visus est: non tardus sententijs, non inops verbis, voce canora, facetus satis.

Peremptalia, fulgura. Prisci appellauere quæ superiora portenta perimunt, id est tollunt. Festus.

Peremptorius, vide, PERIMO.

Perendie, aduerbium. Quod vulgò dicitur *Post cras.* { μεθαύριον τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ. Ita. *Posdimane.* Gal. *Apres demain.* Hisp. *Pasado mañana.* } Cice. ad Attic. Scies igitur cras, ad summum, perendie. Plautus Aul. Quæ eras veniet, perendie foras feratur soror.

Perendinus dies. Dicitur dies ab hinc tertius. {ἡ μεθαύριον ἡμέρα. Ital. *Cosa de tre di.* Gal. *Le tour d'apres demain.* Hispa. *Cosa trasmañana.* } Cæsar 5. belli Gal. Qui, si per re licerat, perendino die cum proximis hybernis cõiunctim communem cum reliquis casum belli sustinerat. Cice pro L. Muræna, Iam illud mihi quidem mirum videri solet tot homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc statuere nõ potuisse, vtrum diem tertium, an perendinum: iudicem, an arbitrum: rem, an litem dici oportet. ¶ Hinc Comperendino, de quo suò loco.

Perennis, Perenne, ex per, & annus, mutato a in e, quasi per annos omnes durans: id est perpetuus. {ἀίδιος. Ital. *Perpetuo, continuo.* Gal. *Continuel, perpetuel.* Hisp. *Cosa que siempre dura.* } Plaut. in Amph. Lucrum vt perenne vobis suppetat. Cice. in Bruto, Cõtinet te in tuis perennis studijs. ¶ Perennes & perpetui cursus stellarum. Cic. 2. de Nat. deor. Aquæ perennes, Cice. 6. Verr. Fons perennis, Cæsar 8. belli Gall. Perennis fluuius, Plin. lib. 5. cap. 28. Latices manant perennes, Lucr. lib. 5.

Perennia, orum, Sunt ceremoniæ in auspicijs seruari solitæ. Ci. 2. de Nat. deor. Itaque maximè Reipublicæ partes in iis bellis quibus Reipublicæ salus continetur, nullis auspicijs administrantur, nulla perennia seruantur.

Perennè, aduerbium. Id est perpetuò, continuò. ἀιδίως. Colum. lib. 12. cap. 18. Si ager amplius, aut vincta, aut arbusta grandia sunt, perennè fabri candæ decimodiæ, & trimodiæ, &c.

Perenno, Per multos annos, aut certè per multũ tempus duro. {διαμένω πολὺν χρόνον. Ital. *Durare molto tempo.* Gal. *Durer toute l'année, ou longues années.* Hispa. *Durar para siempre.* } Colum. lib. 1. cap. 9, Sed temperet vires clementia: quoniam & terribilior debet esse quàm sæuior, vt & obsequantur eius imperijs, & diutius perennent boues, non cõfecti vexatione siqui verberum, operúmque. Idem libro 3. Rosa hoc modo culta multis annis perennat. Ouid. 3. de Arte, Desuit ars vobis: arte perennat amor.

Perennitas, atis, Aeternitas, duratio in multos annos. {ἀιδιότης. Ital. *Eternità, perpetuità.* Gal. *Continuité, perpetuité, longue durée.* Hisp. *Aquella corriente perenal.* } Colum. libr. 1. cap. 6. Nam ea cæli positio maximè frigida, & minimè humida est, quæ vtraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Cice 2. de Nat. deor. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium.

Perenniseruus, perẽniseruus. Qui perpetuò seruit vni domino. {δεσπότου δοῦλος. Italicè, *Seruo que continuamente serue à vn signor solo.* Gal. *Perpetuel seruiteur.* Hispanicè, *Siervo que siempre sierue à vn Señor.* } Antiquum est. Plautus in Persa, Perenniserue, lurco, edax, furax.

Pereo,

Pereo,is,iui,vel perij, supinum debet esse peritum, pen.corr. secundum analogiam. {πάντα ἀπόλλυμαι, & θνήσκω. Ital. *Perire, morire.* Gal. *Perir, mourir, estre perdu.* Hispa. *Perescer ò morir.*} componitur enim ex per, & eo, quod facit itum: quare quanuis peritum in vsu non sit, constat tamen illud esse supinum, eo quòd vsitatissimum sit participium perituros. Significatio satis nota est: est enim pereo idem quod perdor, amittor, consumor. Plaut. in Trucul. Illis perit quicquid datur, neque ipsis apparet quicquam. Terent. in Adelph. Nempe tua arte viginti minæ pro psaltria periere. ¶ Vnde & pro mori sumitur, quòd qui moritur, prorsus abit. Plin. lib. 7. cap. 7. Tu qui te deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti? Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiam, vt Anacreon poëta, acino vuæ passæ: aut vt Fabianus Senator Prætor, in lactis haustu vno pilo strangulatus. ¶ Peream, iurantis, vel imprecantis vox, quemadmodum & Dispeream. Varro 3. de Re rust. cap. 3, Peream, nisi piscē putaui esse. ¶ Perire mulierem, ea forma dicitur qua depetire, & amando vri. Plaut in Trucul. Tres vnam pereunt adolescentes mulierem.

Perito, as, penult. corr. Frequentatiuum. {πάσχω μαι, πείσομαι. Plaut. Qui per virtutem peritat, non interit.

Perequito, as, pen. corr. Circumequito. {περιπτόλλω. Ital. *Canalcare intorno.* Gal. *Cheuaucher tout à trauers ou autour.* Hispa. *Canalgar en derredor.*} Cæs. 4. bel. Gal. Primò per omnes partes perequitant, & tela conijciunt. Liu. 5. ab Vrbe, Quum perequitasset aciem, promissa repetens, tantum iniecit ardoris, vt non vltrà sustinuerint impetum equi.

Pererro, as, Errando circumeo, huc vel illuc erro. {ἀλῆτεύω, πλανῶ. Ital. *Errare intorno, circondare.* Gal. *Aller ça & la, errer & vagues de coste & d'autre.* Hisp. *Andar muy perdido.*} Colum. in Præfat. lib. 1, Sempérque ritu voluerū longinqui litoris, peregrinus ignotum peretret orbem. Virg. 5. Aene. Nunc hos, nunc illos aditus omnémque peterrat Arte locum.

Pererratus, a. um, participium. περιοδευθείς. Virg. 1. Aegl. Ante peretratis amborum finibus, exul Aut Aratim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. Virgil. 2. Aeneid. -his mœnia quære Magna, pererrato statues quæ denique ponto.

Pereruditus, pen. prod. {πολυμαθής. Ital. *Molto erudito.* Gal. *Fort sauant, bien aprins.* Hisp. *Muy docto.*} Valde eruditus. Cic. ad Attic. lib. 4, Sed vereor ne lepore suo detineat diutius P. Clodius, & homo peteruditus, vt aiunt, & nunc quidem deditus Græcis literis.

Perexcrucio, as. Cruciatu enecо. {ἀλγύνω. Ital. *Tormentare fieramente.* Gal. *Fort tourmenter.* Hisp. *Mucho atormentar.*} Plaut. Sticho, Meam culpam habeto nisi perexcruciauero.

Perexiguus, a, um, Valde exiguus. {σμικρὸς μικρὸς ἢ περισσός. Ital. *Molto piccolo.* Gal. *Fort petit, bien court.* Hispa. *Muy pequeño.*} Cæsar 5. belli Gallici, Quum hæ intermisso perexiguo loci spatio inter se constitissent, novo genere perterritis nostris, per medios audacissimè proruperunt. Cicero 2. Verrina, Itaque quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguā postulanissem, inuenit iste qui sibi in Achaiam biduo breuiorem diem postularet.

Perexilis, le, penult. prod. Valde exilis. {πάνυ λεπτός. Ital. *Molto tenue.* Gal. *Fort mince, fort greste, fort menu.* Hisp. *Muy feble, sotil, y delgado.*} Colum. libro 11. cap. 2, Hoc eodem tempore priusquam vineæ puluerentur, si perexilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modij tres vel quatuor in singula iugera sparguntur.

Perexpeditus, penult. prod. adiectiuum, Valde expeditus. {πάνυ παρεσκευασμένος. Ital. *Molto presto, apparecchiato.* Gal. *Bien prest & appareillé.* Hisp. *Mucho expedido y aparejado.*} Cic. 3. de Finib. Sed hæc quidem est perfacilis, & perexpedita defensio.

Perfabrico, as, pen. corr. Fabricam absoluo: quāuis etiam per metaphoram sumatur pro technis & dolis fallere. {πανουργάζομαι, κατασκευάζομαι. Ital *Compire la fabrica ingannare.* Gal. *Achever de bastir, tromper.* Hisp. *Acabar la fabrica, enganar.*} Plaut. Perfa, -perij, interij: pessimus hic mihi dies Hodie illuxit, corruptor: ita me Toxillus perfabricauit, atque Meam rem diuexauit.

Perfacetus, a. um, Admodum facetus. {πάνυ ἐυτραπελος. Ital. *Molto faceto.* Gal. *Fort plaisant & recreatif.* Hispa. *Muy donoso.*} Cicero de Clarif. Orat. Atque eundem & vehementem, & valde ducem, & perfacetum fuisse dicebat.

Perfacetè, aduerbium, Periucundè, {πάνυ ἐυτραπέλως. Ita. *Molto piacevolmente.* Gal. *Fort plaisamment.* Hisp. *Muy donosamente.*} Cic. 3. Ver. Neq; enim perfacetè dicta, neque porrò hac seueritate digna sunt.

Perfacilis, le, pen. corr. Valde facilis. {πάνυ ῥᾴδιος, ἐυχερής. Ital. *Molto facile.* Gal. *Fort facile, fort aisé à faire.* Hisp. *Muy facil.*} Cic. 4. Tusc. Cuius libris editis commota multitudo, contulit se ad eandem potissimùm disciplinam: siue quòd erat cognitu perfacilis, siue quòd inuitabatur illecebris blandis voluptatis. Cæsar 1. belli Gal. Perfacile esse quum virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri.

Perfacilè, aduerbium, {πάνυ ῥᾳδίως, ἐυχερῶς. Ital. *Facilissimamente.* Gal. *Fort facilement.* Hisp. *Muy facilmente.*} Cicero pro Rosc. Amer. Demonstrant, quum pater huius Sex. Roscius homo tam splendidus & gratiosus, nullo negotio sit occisus, perfacilè hunc hominem incautum & rusticum, & Romæ ignotum, de medio tolli posse.

Perfacul. Veteres dixere pro facilè. Autor Festus.

Perfamiliaris, re. Valde familiaris. {πάνυ οἰκεῖος. Ital. *Molto famigliare.* Gal. *Fort familier.* Hispani. *Muy familiar.*} Cic. ad Qu. Frat. lib. 2, Ipse est enim veterator magnus & perfamiliaris Philisto.

Perfatuus, a. um. {πάνυ μωρός. Ital. *Pazzo da catene.* Gal. *Fort sot.* Hispa. *Muy loco.*} Martia. lib. 10, Heu quàm fatuæ sunt tibi Roma togæ.

Perfas, & nefas, Hoc est iure vel iniuria, siue nullo iuris aut iniustitiæ respectu. δικαίως, ἀδίκως. Ital. *A ragione ò torto.* Gal. *A droit ou à tort.* Hisp. *Por razon ò torto.*

Perfero, perfers, pen. corr. Vsque ad constitutum finem fero. {περιφέρω, ἀγχίφερω. Ital. *Portare sin' ad vn luoco, ò fin' al fine.* Gal. *Porter jusques au lieu, ò jusques à la fin.* Hisp. *Traer ò llenar hasta el cabo.*} Cic. Curioni lib. 2. Epistolæ nuntius ille qui literas accepit, non pertulit. ¶ Alibi pro nuntiare positum. Sed nuntius ille qui literas accepit, non pertulit. ¶ Alibi pro nuntiare posuit, vt in Epistola ad Cælium, In his sum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur, id est nuntiantur. ¶ Aliquando patior, siue patientet fero. Terent. in Adelph. Pauperiatem vnà pertulimus grauem. ¶ Dicimus autem Perferre literas, Perferre clamorem, Perferre famam, Perferre fructum, Perferre mandata, Perferre rumore, vel nuntijs, Perferre ferias. Quarū omnium formularum legenti bonos autores testimonia passim occurrent.

Perferens, pen. corr. Nomen ex participio. Cic. 2. de Orat. Horum igitur exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam valet, &c.

Perferuidus, pen. corr. adiectiuum, Vehementer feruidus. {ζεστὸς, πυρώδης. Ita. *Molto ardente, bruscante.* Gal. *Fort ardant, bruslant.* Hisp. *Cosa muy hirviente.*} vt Perferuida æstas, Colum. lib. 5 cap. 5.

Perficio, perficis, Absoluo, compleo quod inceptum est. {κατεργάζομαι. Ital. *Compire, far perfettamente.* Gal. *Parfaire, acheuer, atomplir.* Hisp. *Acabar de hazer.*} Terent. in Hecy. Quod si perficio, non pœnitet me famæ. ¶ Perficere promissa, est implere quod promiseris. Perficere cibum, est concoquere. Plin. lib. 11. cap. 53, Ideo athletas malunt cibum ambulatione perficere. ¶ Ponitur aliquando pro obtinere, siue efficere, Plaut. in Asin. Perficito, argentum hodie vt habeat filius, amicæ quod det.

Perfectus, a, um. Quod modò participium est. {τετελειωμένος. Ital. *Perfetto.* Gal. *Parfait.* Hisp. *Acabado, perfecto.*} Cic. de Clar. Orat. Manus extrema non accessit operibus eius, præclarè inchoata multa, perfecta non planè. Modò nomen. τέλειος ἀτελής. Cic. 1. de Fini. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in Geometriáque perfecto.

Perfectè, aduerbium. {τελείως, ἀτελῶς. Ital. *Perfettamente.* Gal. *Parfaitement.* Hispa. *Perfectamente.*} Cicero 4. de Finib. Quibus perfectè ratio & oratio compleatur.

Perfectio, onis, verbale. {τελείωσις, συμπλήρωσις. Ital. *Perfettione.* Gal. *Parfection.* Hispa. *Perfecion, acabamiento.*} Cic. 1. de Orat. Hanc ego absolutionem perfectionémque in oratione desyderans, à qua ipse longè absum, facio impudenter. Idem pro Marcel. Tantum abes à perfectione maximorum operum, vt fundamenta quæ cogitas, nondum iecerit.

Perfector, oris, aliud verbale. {ὁ τελειωτὴς, ὁ τελειωτής. Ital. *Che fornisce & compisce.* Gal. *Parfaiseur.* Hispani. *Acabador.*} Cic. 1. de Oratore. Ac stylus ille tuus quem tu verè dixisti perfectorem dicēdi esse ac magistrum, multi sudoris est. Terent. Eunu. O Parmeno mi, ô meatum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector.

Perfido, dis, penult. prod. Valde fido. {ἀληθεύω. Ital. *Fidarsi molto.* Gal. *Se confier beaucoup.* Hisp. *Mucho confiarse de alguno.*} Cic. lib. 3. Offic. Sic homines secundis rebus effrænatos, sibique perfidentes, tanquam in gyrum rationis duci oportet. Sic enim legit Calepinus, sed malè. Nam castigatiora exemplaria habent præfidentes.

Perfidelis, le, Valde fidelis. {πάνυ πιστὸς, πολύπιστος. Ital. *Molto fedele.* Gal. *Fort fidele.* Hisp. *Cosa mucho fiel.*} Cic. ad Attic. Posthac autem ad te, si perfidelem habebo cui dem, scribam omnia planè.

Perfidus, a, um, pen. corr. Qui fidem violat, siue prodit. {ἄπιστος. Ital. *Infedele, perfido, sleale.* Gal. *Traistre & desloyal.* Hisp. *Quebrantador de fe.*} Virg. lib. 10, Nunc pelagi Nymphæ, classis tua, perfidus vt nos Præcipites ferro Rutulus, flāmāque premebat. Cic. 3. Offic. Ergo & Pythius, & omnes aliud agētes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Amicus perfidus, Cic. post red. ad Quirites. Arma perfida Iubæ, Ouid. 4. Fast. Hostes perfidi. Horat. 3. Carm. Ode 5. Verba perfida. Ouid. 4. Fast.

Perfidia, æ, {ἀπιστία. Ital. *Slealtà.* Gal. *Desloyauté.* Hispani. *Quebrantamiento de al fe.*} Cic. 11. Philip. Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. Tacit. lib. 20, Quum accursu tot prouinciarum extingui repens perfidia potuerit. Plaut. Capt. Neque precatio perfidiis meis, neque malefactis fuga est.

Perfidiosus, a, um, Plenus perfidiæ. {ἄπιστος, ἀπατεώδης. Ital. *Pieno di perfidia.* Gal. *Plein de desloyauté.* Hisp. *Quebrantador de fe.*} Cic. in Pis. Quòd fallax, quòd perfidiosus, quòd impudens, quod audax esse videatur. Idem 3. de Natu. deor. Cur omnium perfidiosissimus C. Marius Qu. Catulum præstantissima dignitate virum mori potuit iubere?

Perfidiosè, aduerbium. {ἀπίστως, πανούργως, ἐπιβούλως. Ital. *Perfidiosamente.* Gal. *Desloyaument.* Hispa. *Con quebrantamiento de fe.*} Autor ad Heren. libro 1. nI odium adducemus, siquid eorum spurcè, & superbè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè flagitiosè factum proferemus.

Perfixus, a, um, participium à verbo figo, & præpositione per: Idem est quod transfixus. {ἀμφιπεπερονημένος. Ital. *Trafisso.* Gal. *Transpercé, percé tout outre.* Hispa. *Atrauesado, traspado.*} Lucret. lib. 2, -& crebra reuisit Ad stabulum, desyderio perfixa iuuenci. Idem lib. 3, Nec gelidis torpet telis perfixa pauoris.

Perflo, as, are, Flando peragrare. {διαπνέω. Ital. *Soffiare per tutto.* Gal. *Souffler par tout, fort souffler.* Hispa. *Mucho soplar.*} Virgil. 1. Aeneid. -& terras turbine perflant. Colum. lib. 2. cap. 21, Ad eam rem Fauonius habetur eximius, qui lenis, æqualisque ætheris mensibus perflat. Ouidius 1. de Remed. amor. Summa petit liuor, perflant altissima venti.

Perflatus, us. penult. prod. Ipsa perflatio. {διάπνευσις, διάπνοια. Ital. *Grande soffio.* Gal. *Grand soufflement.* Hispa. *Grande soplo.*} Plin. libro 16. cap. 40, Vimus in perflatu firma.

Perflabilis, le, Quod perflari potest. {διαπνευστὸς, ἐμπνευστικός. Ital. *Acconcio da esse soffiato.* Gal. *Apte à estre souffle.* Hisp. *Cosa que puede ser soplada.*} Cic. 2. de Diuin. Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter merum ruinarum.

Perfluo, is, Liquorem transmitto: vt, Lagena malè compacta perfluit. {διαῤῥέω. Ital. *Gocciare, scorrere.* Gal. *Couler à trauers ou parmi, couler de tous costez.* Hisp. *Salirse del vaso lo liquido.*} Lucre. lib. 2, Et quāuis subitò per colum vina videmus Perfluere, at contrà tardum cunctatur oliuum. ¶ Pro transfationem etiam perfluere dicitur de hominibus futilibus qui arcana continere non possunt. Terent. in Eunuc. Plenus rimarum sum: hāc atque illāc perfluo. ¶ Perfluere voluptatibus, Cic. 2. de Finib. Percontare ipse te, perpetuisne malis voluptatibus perfluens in ea quam sæpe vsurpabas tranquillitate degere omnem ætatem sine dolore, &c. ¶ Aliquādo etiam Perfluo accipitur pro præterfluo. Liuius 1. ab Vrbe, Infimæ vallis perfluit Tyberis. Horatius 4. Carm. Ode 3, Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt.

Perfluctuo, as, Fluctuum more circa aliquid mouеor. {ἀλαυνομαι. Ital. *Ondeggiare.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Quadrifariam de omni parte. Gal. *Plotter parmi quelque chose.* Hispa. *Que vndea de todas partes.* } Lucr. lib. 1, Atque vnde animantum copia tanta Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus?

Perfodio, is, penul. corr. Perrumpo, transfigo. {διορύττω, ἀμφορύσσω. Ital. *Forare, trafigere.* Gal. *Fouir à trauers, percer outre.* Hispa. *Cauar, traspassar hincar.* } Plaut. in Asin. Vbi parietes perfodetis. Colum. lib. 10. Tu grauibus rostris cunctantia perfode terga.

Perfore, penult. corr. Valde futurum esse. Cice. Appio Pulchro, libro 3, Tũ mihi ille dixit, quòd classe tu velles decedere, perfore accommodatum tibi si ad illam maritimam partem prouinciæ nauibus accessissem. Hoc est forte tibi peraccommodatum. Nam per, particulam quæ adiectiua debebat cohærere, verbo iunxit.

Performidatus, penult. prod participium, Multùm formidatus. {ὑπερφοβηθείς. Ital. *Molto temuto.* Gal. *Fort craint & redouté.* Hispa. *Muy temido.* } Silius lib. 3, Iam puer auricomo performidate Batauo.

Performo, as, are, Formam absoluere. {ἀπομορφόω. Ital. *Fornir di formare.* Gal. *Acheuer de former.* Hisp. *Acabar de formar.* } Quintil. libro 2. cap. 7, Performata materia.

Perforo, as, penult, corr. are. {ἀπεκπυτίω. Ital. *Finir di pertusare.* Gal. *Forer & percer tout outre.* Hispa. *Acabar de horadar.* } Colum. lib. 5. Sed aliud est ferramentum quo priores vitem perforabant.

Perforatus, participium. {ἀπεκπεπερμένος. Ital. *Forato, pertusato.* Gal. *Foré ou feré tout outre.* Hisp. *Horadado.* } Lumina duo ab animo ad oculos perforata, Cicc. 3. de Natu. deorum.

Perfortiter, aduerbium, Valde fortiter. {πάνυ ἰσχυρῶς, τῷ μεγάλῃ γενναίως. Ital. *Molto fortemente.* Gal. *Treſuaillamment.* Hisp. *Muy fuerte o esforçadamente.* } Terent. Adelph. -miseram mulierem & me seruulam, Qui referire non audebam, vicit: hui perfortiter.

Perfremo, perfremis, penult. corr. Vehementer fremo. {ἀπορρυάπλομαι, ἀπορρυγμὸν ποιοῦμαι. Ital. *Fare gran fremito.* Gal. *Faire grand bruit.* Hispani. *Hazer grande bramido.* } Cice. 2. de Natu. deorum, Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt delphini.

Perfrico, as, penult. corr. Valde frico. {ἀπολύω. Ital. *Fricare molto.* Gal. *Frotter fort.* Hispa. *Mucho fregar.* } Varro 2. de Re rust. cap. 9, Qui hæc volunt diutius seruare, perfricant sale minuto. Plinius libro 20. cap. 16, Vulnera ab his facta perfricantur. Cice. 5. Verr. Quum interea Apronius caput atque os suum vnguento perfricaret. ¶ Perfricare verò os, seu frontem, significat pudorem deponere. ἀναιδίζομαι. Nam quum in pudibundo sanguis diffundatur ex corde in faciem, tanquam velamẽtum: qui impudibundi sunt, & inuerecundi, & erubescere videri nolunt, hi solent os & frontem perfricare, ad ruborem illum detergendum, & sanguinem ad interiora repellendum. Hinc facta est locutio prouerbialis de inuerecundo, Perfricuit os, Perfricuit faciem, Perfricuit frontem, pro eo quod est pudorem abiecit. Cice. 3. Tuscul. Quid tergiuersamur, Epicure, nec faremur eam nos dicere voluptatẽ, quam tu idem quum os perfricuisti, soles dicere? Plinius in Præfat. 2. lib. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Martia. libro 11, Aut tum perfricuit frontem, posuitque pudorem.

Perfrigeo, es, pen. prod. Valde frigeo. {ψυχρίζω. Ital. *Hauer gran freddo.* Gal. *Auoir grand froid.* Hisp. *Refriarse mucho.* } Martia. libro 3, Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces, Quum te excusaris Maxime, quid reciras? Iuuen. Satyr. 7, Etsi perfrixit, cantat bene.

Perfrigero, as, penul. corr. Idem quod refrigero. {ἀναψύχω, ψυχόω. Ital. *Raffredare.* Gal. *Fort refroidir.* Hisp. *Refriar otra cosa.* } Plin. lib. 25, Omnium harum vis eadem perfrigerare & astringere.

Perfrigesco, Valde frigidus fio. {κρυοπαγῶμαι. Ital. *Reffredarsi molto.* Gal. *Se fort refroidir.* Hisp. *Reffriarse mucho.* } Plin. lib. 31. cap. 6, Difficilius perfrigescunt marina calefacti.

Perfrigidus, a, um. {πάνυ ψυχρός. Ital. *Molto freddo.* Gal. *Fort froid.* Hisp. *Mucho frio.* } Cice. 6. Verr. Erat hyemis summa tempestas (vt ipsum Sopatrum dicere audistis) perfrigida.

Perfringo, is, Perrumpo, violo. {ἀπορρήγνυμι. Ital. *Rompere frangere, violare.* Gal. *Rompre en pieces, briser du tout.* Hispa. *Quebrantar, violar.* } Plin. Epist. 101, Campi, quos monuisti, ingentes boues, & fortissima aratra perfringunt. Terent. in Adelph. -ne aut ille asserit, Aut vspiam eccciderit, ac perfregerit aliquid. Cice. pro Milone, Polluerat stupro sanctissimas religiones, senatus grauissima decreta perfregerat. Idem 7. Verr. Vt earum rerum vi & autoritate omnia repagula iuris, pudoris, & officij perfringeres.

Perfractus, a, um participium. {ἀπορρηγείς, ἀπερρωγώς. Ital. *Rotto in pezzi.* Gal. *Tout rompu & briſé en pieces.* Hisp. *Rompido y quebrantado del todo.* } Axe perfracto voluitur, Silius libro 16. Fores perfractæ, Tibul. libro 1. Elegia 10.

Perfractè, aduerb. Obstinate. {ἐπιμελῶς. Ital. *Obstinatamente.* Gal. *Obſtinément.* Hisp. *Porfiadamente.* } Cicero 3. Offic. Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi, nimis mihi perfractè videbatur ærarium, vectigaliáque defendere.

Perfruor, pen. corr. perfrueris, Diu, multùm, & constanter fruor. {ἀπολαύω. Ital. *Godere lungamente.* Gal. *Iouir tantalement de quelque chose.* Hispa. *Mucho gozar.* } Plin. Epistol. 4, Quod velim facias, primùm vt perinde nostris rebus, ac nos tuis, perfruaris. Cic. 5 de Fini. Sequamúrque eam vitam quæ rebus ipsis perfruatur. Idem 1. Offic. Expetuntur autem diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates.

Perfugio, gis, pen. corr. Auxilij gratia ad aliquem confugio. {καταφεύγω. Ital. *Ricorrere ad alcuno per aiuto.* Gal. *Fuir en quelque lieu à refuge.* Hisp. *Huir à lugar por ayuda.* } Cæsar 1. bel. Ciuil. Itaq; magnus eorum quotidie numerus ad Cæsarem perfugiebat. Cice. 7. Verr. Hic locus est igitur vnus quò perfugiant, hic portus, hæc ara, hæc ara sociorum: quò quidem nunc non ita confugiunt vt antea in suis repetendis rebus solebant.

Perfugium, gij. Locus tutissimus, quò nos in vexatione, aut calamitate recipere contendimus. {καταφύγιον, καταφυγή. Ital. *Perfugio, luogo doue si salua uno i pericoli.* Gal. *Refuge, lieu propre pour se sauluer.* Hisp. *Lugar do nos recogemos.* } Liu. lib. 2. ab Vrb. Itaque in medio propè iam victores cæsi, & vsti: pars perexigua, duce amisso (quia nullum propius perfugium erat) Romam inermes & fortuna, & spe supplicium delati sunt. Cæsar 4. bel. Gal. Quo perfugio superiore anno fuerant vsi. ¶ Transfertur etiam ad alia, vt ad literas quæ suis cultoribus in rebus aduersis solent esse loco perfugij. Cicero ad Atticum, Itaq; vtor eodem perfugio quo tibi vtendum censeo, literulis nostris.

Perfuga, gæ, pen. corr. Qui ad hostes perfugit, siue defecit. {ἀνὴρ μεταβάτης. Ital. *Rebello.* Gal. *Rebelle, qui s'eſt allé rendre aux ennemis.* Hispa. *Tornadizo.* } Cic. lib. 3 Offic. Perfuga ab eo venit in castra Fabricij. Cæsar 7. bel. Gal. Admiratus quærit ex perfugis causam. Idem & transfuga dicitur. Liu. lib. 2. ab Vrbe. Deinde metuens ne si Consulũ iniussu, & ignaris omnibus iret, deprehẽsus forte à custodibus Romanis, retraheretur vt trãsfuga: fortuna tum vrbis crimen affirmante, Senatum adit.

Perfulcio, is, ire, Bene fulcio, & roboro. {ἐρείδω, στηρίζω. Ital. *Fortificare.* Gal. *Fortifier.* Hisp. *Fortalescer.* } Ouid. ad Pisonem, Eloquio sanctum modò perfulcite senatum.

perfundo, is, Humore affuso madefacio. {διαχαλάω. Ital. *Spargere, bagnare.* Gal. *Ietter ou verser vne liqueur par dessus, mouiller.* Hispani. *Derramar, mojar.* } Virgil. 3. Georg. Dulcibus ideirco fluuij pecus omne magistri Perfundunt: vndisque aries in gurgite villis Mersatur. ¶ Artus perfundere rore, Ouid. 3. Metamor. Cice. 3. Verr. Aqua denique feruenti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Ensis perfunditur sanguine, Ouid. 7. Metam. ¶ Perfundere animũ religione, per translationem, pro imbuere. Liui. 10. ab Vrbe, Erat cùm alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset: tum, &c. ¶ Perfundere animos suauitate. Cic. de Clar. Orat. Animum voluptate perfundere, Cice. 4. Tuscul.

Perfusus, participiũ. διαβεβρεγμένος, ἀπεσταγμένος. Liu. 10. bel. Pun. Perfusum millies cruore Romano, id est aspersum cruore, siue cruentatum.

Perfungor, perfungeris perfungi, Ad extremũ obire munus, & strenuè operã nauare, ait Budæus. {ἐκτελέω. Ital. *Fare perfettamente.* Ital. *Acheuer de fare, fare deuoir & office iusques à la fin.* Hisp. *Acabar el officio.* } Cice. pro Cluent. Aut quòd se perfunctos iam esse arbitrantur quum de reo iudicarunt, negligentius attendunt cætera. Idem de Senec. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. Terent. in Heey. Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis fum: satias me iam tenet Studiorum istorum. Cicero Lentulo lib. 1. Quam & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus.

Perfunctio, onis, verbale. {ἀπεργία, ἀπέργασμα. Ital. *Fornimento.* Gal. *Acheuement,* Hispa. *Acabamiento.* } Cicero 1. de Finibus, Nam neque laborum perfunctio, neque perpessio dolorum per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitates, &c.

Perfunctorius, a, um, Idem quod defunctorius, hoc est languidus, remissus: leuiter & oscitanter, non toto conatu factus. {ἀφοπλιμαῖος. Ital. *Formito, acquietato.* Gal. *Acheué, remis.* Hisp. *Acabado, flaco.* } vt Perfunctoria opera, quam veluti aliud agentes rei alicui impendimus.

Perfunctoriè. Quod est transitoriè, & inaniter, negligẽtè, oscitanter, nec toto conatu. {πάνυ ἀφοπλιμαίως. Ital. *Di sopra via.* Gal. *Par maniere d'acquit, sommairement.* Hisp. *Sumariamente.* } Vlpianus, Neque quidem perfunctoriè, aut obscurè dicere, aut denuntiare debet.

Perfuro, perfuris, pen. corr. Vehementer insanio. {μαίνομαι. Ital. *Furiare grandemente.* Gal. Gal. *Eſtre forcené & enragé.* Hispa. *Mucho enloquescerse.* } Virgil. 9. Aeneid. -incensus & ipse Perfurit. Silius libro 4, Necnon cum Venetis Aquileia perfurit armis. Lucre. libro 1, -ita perfurit acri Cum fremitu.

PERGA, πέργη, Oppidum in Pamphylia, à quo Diana Pergæa, Περγαία, dicta est propter templum illi dicatum. Pomp. Mela libro 1, in descriptione Pamphyliæ.

PERGAMA, orum, Περγάμου, τά, Arcium Troianorum nomen fuit, vt annotauit Seruius in illud Virgilij 2. Aene. -Troiam incensam, & prolapsa videntem Pergama. Quanquam postea, vt idem fatetur, hoc nomen etiã cæteris arcibus locisq; omnibus editis communicatum est. ¶ Ponitur ité pro ipsa Troianorũ vrbe, quæ propriè Ilium fuit appellata. Virg. 1. Aeneid. Nanq; videbat, vti bellantes Pergama circum, &c. In eadem etiam significatione legitur Pergamos, siue Pergamus. Autor Aetnæ, Quis non Argolico deflevit Pergamon igni Impositam?

Pergameus, a, um, hoc est Troianus. Prop. lib. 4. Eleg. 1, Aut si Pergameæ serò rata carmina vatis Longæuum ad Priami vera fuere caput.

PERGAMVM Plinio, siue Pergamus, Περγάμου Ptolemæo, Vrbs insignis Asiæ, non procul à Caico fluuio: ita dicta quòd edita in rupe sita esset: nam Pergama olim loca omnia editiora appellabantur, testibus Suida & Seruio. Strabo libro 13, autor est tempore Lysimachi Agathoclis filij, (qui vnus fuit ex Alexandri successoribus) Pergamum nihil aliud, quàm castellum fuisse, in quo Ilie, quòd locus esset in primis munitus, thesauros suos asseruabat, præfecto illis Philetæro quodam Tyanensi, Eunucho: qui quum se Arsinoæ Lysimachi vxori inuisum sciret, & ab ea apud regem accusatum, castellanos ad defectionem adduxit. Exortis deinde in Asia variis bellorum motibus, in quibus primùm Lysimachus à Seleuco Nicatore, deinde & Seleucus à Ptolemæo Cerauno è medio sublatus est, Philetærus interim se Pergami continebat, victoribus semper & propinquioribus obsequens: nisque artibus & ipse viginti annis castellum pecuniámque possedit, & Eumeni fratris filio moriens reliquit: qui prolatis imperij finibus, Antiochũ Seleuci filiũ apud Sardeis superauit. Hic quum annos duos & viginti regnasset, Pergami successionem Attalo patrueli suo reliquit, qui Galatis maximo prælio superatis, contractáque cum Romanis amicitia, primus ab iis Rex appellatus est. Attalo successit Eumenes filius natu maximus, qui cum Romanis aduersus Antiochum magnum, & aduersus Persen bellum gessit. Cuius beneficij memores Romani, regionem omnem quæ cis Taurum montem Antiocho paruerat, regno eius adiecerunt. Hic primus Pergamum, prolatis pomeriis, ex castello amplissimam vrbem reddidit, & Nicephorium lucum circa eam consuit. Regnauit annis quadraginta nouem, moriẽnsque regni successionem Attalo filio reliquit, cognomento Philometori: cui, quòd admodum adolescentulus esset, Attalum fratrem tutorem assignauit: qui regni procuratione fungens, cum Alexandro Antiochi filio aduersus Demetrium Seleuci filiũ bellum gessit, & Romanis aduersus Pseudophilippum, sociũ sese præbuit. In Thraciam quoq; traiecto exercitu, Diegylim regẽ cepit. Moriẽs Attalo ex fratre nepoti cuius tutelam gesserat,

regnum

regnum à patre eius acceptum fideliter restituit. Attalus hic postremus fuit Pergami rex, qui quum annos quinque regnasset, sine liberis decessit, populo Romano hærede instituto: qui adita hæreditate regnum eius in prouincie formá redegit. Hæc Strabo lib. 13. ¶ Ex Pergamo viri illustres ortisunt, Galenus Medicorum clarissimus, Apollodorus Rhetor & Augusti præceptor, à quo Apollodorea secta nomen accepit & Dionysius Atticus, huius discipulus.

Pergamenus, a, um, περγαμηνός, vt, Charta pergamena, quæ Pergami inuenta est, ab Attalo rege, (vt Aeliano placet) huc ab Eumene (vt Plinius mauult) primum Romam transmissa.

PERGAMUS, i, πέργαμος, Vicus est agri Attici in tribu Erechtheide, teste Stephano.

Pergaudeo, es, Vehementer gaudeo. ‡ ὑπερχαίρω, πολὺ εὐφραίνομαι. Ital. *Allegrarsi molto.* Gal. *Se resiouir fort, estre bien aise.* Hispani. *Mucho gozarse.* ‡ Cicero ad Qu. frat. libro 3. Trebonium meum à te amari, téque ab illo pergaudeo.

Pergigno, is. Idem quod gigno. ‡ γεννάω. Ital. *Generare.* Gal. *Engendrer.* Hispan. *Engendrar.* ‡ Catul. Argon. Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos.

Pergo, pergis, perrexi, Ex per, & rego: Significat vado, vel iter facio. ‡ πορεύομαι. Ital. *Andare, far viaggio.* Gal. *Aller, continuer.* Hisp. *Yr ò andar camino.* ‡ Plaut. in Capt. Nunc ad eum pergam. Terét. in Hecy. Sed quis est qui huc pergit? Plinius, Mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit in dimicationem pergit. ¶ Quandoque prosequor, perseuero, siue procedo. Ἀγωνίαν διώκει. Terent. in Adelph. Nam si molestus esse pergis iam intrò abripiere. Virgil. 1. Aeneid. O dea, si prima repetens ab origine pergam, &c. ¶ Aliquando accipitur pro ago: vt in illo Virgilij 6. Aeglo. Pergite Pierides. ¶ Quãdoque festino. Terent. Phor. Domum ire pergam, vbi plurimum est. ¶ Quandoque conor. Ibidem, Hoc vbi ego audiui, ad fores suspenso gradu placidè ire perrexi. ¶ Ponitur aliquando pro præterire. Cicc. Attic. lib. 3. Sed pergo præterita. ¶ Perge in virum, dixit Plautus in Menæch. id est ostende te virum fortem & animosum. ¶ Sipontinus componi putat ex per, & ago: sed (vt opinor) fallitur: rum quia præteritum perrexi facit, secundum analogiam simplicis rego, nõ peregi, quod est à perago: tum quia aliud habemus compositum ex per, & ago, quod est perago. ¶ Hinc componitur, Expergo, quod significat expergefacio. Accius. Heus vigiles properate, expergite tarda sopore Pectora.

Pergracilis, le, Valde gracilis. ‡ πολὺ λιπτὸς, λεπτομερής. Ital. *Molto sottile.* Gal. *Fort grefle, fort delié.* Hispa *Muy magro, y sutil.* ‡ Plin. libro 25. cap. 13, Longiore caule, sed pergracili.

Pergræcor, aris, Epulis, & potationibus inseruio, quod est Græcorum proprium. ‡ ἑστιάζω, ὑπερμεθύω, κωμάζω. Ital. *Crapulare.* Gal. *Gaudir & faire grand' chere, yurogner.* Hisp. *Vsar à modo de Griegos y viciosamente.* ‡ Titinnius, Hominem impium: nunc ruri pergræcatur. Plaut. Truc. Atq; vt cum solo pergræcetur milite. Idem in Bacch. Propterea hoc facio, vt suadeas gnato meo Vt pergræcetur tecum, ter venefice.

Pergrandis, pergrande. ‡ μεγαλοπρεπὴς, λίαν μέγας. Ital. *Molto grande.* Gal. *Fort grand, fort agé.* Hispa. *Muy grande.* ‡ Cicc. 6. Verr. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma, pergrandi trulla excauatum, cum manubrio aureo. Idem de Lege Agraria cõtra Rullum, Iubet eosdem Decemuiros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere.

Pergraphicus, a, adiectiuum. Id est lepidus, ad vnguem factus, absolutus, & quasi pictoris manu expolitus. ‡ πάνυ γραφικός. Ital. *Fatto à pennello.* Gal. *Fort bien fait, comme qui l'auroit peinct.* Hisp. *Hecho al pinzel.* ‡ Plaut. in Truc. Nimis pergraphicus sycophanta.

Pergratus, a, um, Admodum gratus. ‡ πάνυ ἔυχαρις, λίαν ἐπίχαρις. Ital. *Molto grato.* Gal. *Fort agreable.* Hisp. *Muy agradescido.* ‡ Cic. de Amicit. Sed quoniam amicitiæ mentionem fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris (spero etiam Scæuolæ) si, quemadmodum soles de cæteris rebus, quum ex te quæruntur, sic de amicitia disputaris quid sentias. Idem ad Brutum, Pergratum mihi erit, si eum ita tractaris vt merito tuo mihi gratias agere possit. ¶ Interponitur aliquando dictio aliqua inter per & gratum, idque elegantissimè. Cic. ad Attic. lib. 1, Per mihi, per inquam gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, &c. Eidem lib. 5. Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum.

Pergrauis, & hoc pergraue, pen. corr. Valde grauis. πάνυ βαρύς. Ital. *Grauissimo.* Gal. *Fort grief.* Hisp. *Mucho graue y pesado.*

Pergrauiter, aduerbium, Admodum grauiter. ‡ πάνυ βαρέως. Ital. *Molto grauemente.* Gal. *Fort griefuement.* Hisp. *Muy graue y pesadamente.* ‡ Cic. ad Attic. lib. 1, Hoc te intelligere volo, pergrauiter illum esse offensum.

Pergula, æ, Locus apertus à multis latetibus aërem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, & modò tectus, modò subdio expositus: à pergendo dicta, quòd in ea deambulare soleamus, forúmque, aut hortum, aut plateas, aut vias perspectare, & quãdoque cœnare æstiuo tempore. ‡ περιστύλιον. Ital. *Luoco da piu parti aperto, ò coperto ò scoperto, one gli antichi tal volta desinauano.* Gal. *Vne saillie de maison ou galerie, sont couuerts ou non.* Hisp. *El tablado ò corredor.* ‡ Plin. lib. 21. cap. 3, Cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisse dictus. ¶ In pergulis præceptores discipulos erudiebant, artifices item opera sua velut in propatulo habebant. Vnde Suetonius de Crassitio Grammatico, Deinde in pergula docuit. Plin. lib. 35. cap. 10, de Apelle, Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus: atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur auscultabat. ¶ Pergula etiam dicebatur locus accommodatus exponendis vænalibus rebus. ‡ ἐκθήκη. Ital. *Luoco da porui in nostra la mercantantie.* Gal. *Lieu ou on estale la marchandise.* Hispa. *La mesa do se pone algo para vender.* ‡ Vlpian. l. Hæres. de Iudiciis, At si quo in loco constitit, non dico iure domicilij sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, seu officinam conducens: ibique distraxit, vel egit: defendere se ex eo loco debebit. ¶ Legitur & figuratè pergula, pro iis qui in pergula versantur. Iuuen. Satyr. 11, sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis Pergula, discipulus Tripheri doctoris, apud quem Sumine cum magno lepus, atque aper, & pygargus, Et Getulus oryx, hebeti lautissima ferro Cæditur, & tota sonat vlmea cœna Sabura. Quo in loco nonnulli Pergulæ nomine accipiũt eos qui in pergula æstiuo tempore discumbunt. Alij ordinem & cœtum ministrorum qui in pergula discumbentibus inseruiunt, vnique parét structori. Alij rursus scholam eorum qui chironomiam, hoc est gesticulationis legem profitebantur, quam etiam in dissecandis cibis solent obseruare. ¶ Item in naui pergula dicitur excursus per totam nauim, qui alio nomine porticulus appellatur. ¶ In vineis vetò topiarium opus significat. ‡ ὕφαρμα ἢ ὑπόστεγον, ὑπόστεγος. Ital. *Pergola di vite.* Gal. *Vne treille de vigne.* Hisp. *El tablado por donde anda la parra.* ‡ Colum. lib. 11. cap. 2, Siquæ pergulæ vitium generosarum à putatoribus relictæ sunt, ante Calendas Aprileis vtiq; deputari debent. Plinius etiã lib. 17. ca. 4, vitium generosarum pergulas præcipit quinquatribus esse putandas.

Pergulanus, adiectiuum: vt, Pergulana vitis, quæ pergulis adiungitur, & sustinetur. Colum. lib. 3. cap. 2, Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtiolam, &c.

Perhibeo, es, penultima correpta, ex per, & habeo, significat dico, & affirmo. ‡ κατάφημι, λέγω καὶ. Ital. *Dire, affermare.* Gal. *Dire, affermer.* Hispani. *Dezir, affirmar.* ‡ Columel. libro 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Plautus in Stricho, Persarum montes, qui esse aurei perhibentur. Cicero 2. de Diuinat. Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibebo optimum. ¶ Interdum Perhibere, est dare. παρέχω. Plautus in Pseud. -cur ego vestem, Aurum, atque ea quibus vobis vsus, perhibeo? Idem in Merc. -diem vnum orauit Vt apud me perhiberem sibi locum.

Perhibere testimonium, hoc est ferre. Columel. lib. 4. Eius rei testimonium tu præcipuè Syluinæ perhibere nobis potes. ¶ Quandoque pretium denotat eo modo quo vendo. Plaut. in Persa, Eodem mihi pretio sal perhibetur quo tibi.

Perhonorificus, a, um, Valde honorificus. ‡ πολύτιμος, πάνυ τιμητός. Ital. *Molto honorenole.* Gal. *Fort honnorable.* Hisp. *Muy honrado.* ‡ Cic. ad Attic. Consalutatio forensis perhonorifica, signa præterea benevolentiæ permulta à nobis impertiuntur.

Perhonorificè, aduerb. ‡ πολυτίμως. Ital. *Honorevolmente, con molto honore.* Gal. *Fort honorablement, auec grand honneur.* Hispa. *Muy honradamente, con mucha honra.* ‡ Cicc. ad Attic. libro 14. Hic perhonorificè & amicè Octauius, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

Perhorreo, es, siue Perhorresco, is, Horrore permoueor, extimesco. ‡ πτήσσω. Ital. *Tremere, tremare.* Gal. *Auoir grand' peur & frayeur, trembler de peur.* Hispani. *Mucho temer.* ‡ Cicero ad Atticum libro 9, Sed genus belli crudelissimi & maximi quod nondum vident homines quale futurum sit, perhorrui. Eidem libro 13. Sed quid est tandem quod perhorrescas?

Perhorridus, a, um, penult. corr. Valde horridus. ‡ πάνυ φρικώδης, λίαν φοβερός. Ital. *Molto horrido, spauenteuole.* Gal. *Fort hideux & herissonné.* Hispani. *Muy espantable ò espeluzado.* ‡ Liui. libro 2. bel. Pun. Pœnus contrà intra Formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnáque perhorrida sim hybernaturus esset.

Perhospitalis, le, Valde hospitalis. ‡ ξενικός. Ital. *Cortesissimo à riceuere, & feleggiare gli amici.* Gal. *Fort humain & courtoys à receuoir les estranges & ses amis.* Hisp. *Muy humano y cortes para recebir los amigos y otros.* ‡ Cic. 6. Verr. Huius domus est vel optima Messanæ, nobilissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima, maximéque perhospitalis.

Perhumanus, a, um, Admodum humanus. ‡ πάνυ φιλανθρωπικός. Ital. *Molto humano.* Gal. *Fort humain.* Hispa. *Muy cortes y humano.* ‡ Cicc. ad Qu. Frat. lib. 2. Multúmque is mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordiis mulierum nostratum.

Perhyemo, as, are, Totam hyemem transigo. ‡ διαχειμάζω. Ital. *Inuernare.* Gal. *Passer ou demourer tout l'hiuer.* Hisp. *Inuernar ò tener inuierno* ‡ Colu. lib. 11. cap. 3, Sed eos vacuos perhyemare patiemur.

PERIANDER, ου, περίανδρος, Cypseli filius, vnus ex septem sapientibus Græciæ, & Corinthiorum rex, qui aliquando interrogatus quare quum sapiens esset, in tyrannide perseueraret, Quia (inquit) & sponte, & inuitum cedere est periculosum. Crudeliter igitur, & in magna suspicione agebat, magno semper militum comitatu stipatus, eos potissimùm qui otiosi in foro obuersabantur, reformidans. Quapropter vt noui consilij capiendi occasionem ciuibus suis præriderat, ingiter eos in bellis, nauálibus præsertim, distinebat. Vxorem habuit Melissam, quam zelotypia quadam ductus, quum grauida esset, ictu calcis interfecit, pallacarum suarum delationibus temere fidem adhibens: quas tamen pœnitentia ductus, vmas cremauit. ¶ Sunt qui duos fuisse Periandros tradant, alterum Corinthi tyrannum, alterum sapientem, eúmque Anibracioten. Quorum profectò sententia verisimilior videtur. Nam & matris & vxoris mortuæ concubitus, aliáque id genus flagitia quæ de Periandro Corinthio traduntur, non video quo pacto in sanæ mentis hominem, nedum in sapientem cadere potuerint.

PERIBOEA, ας, περίβοια, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoi patrem. Autor Homerus 7. Odyss.

Periboctos, ου, περίβοητος. Ital. *Celebre, nobile.* Gal. *Noble, famous, celebré.* Hispa. *Noble, famoso.* ‡ Græcis celebrem, famigeratúmque sonat: quo nomine etiam nobilem quendam Satyrum illi cognominant, perpetuũ Liberi patris comitem. Plin. libro 34. cap. 8, de operibus ex ære, Item Catagusam & Ebrietatem, & Liberum patrem, nobilemque vnã Satyron, quem Græci Periboeton cognominant.

Peribolus, pen. corr. περίβολος, Latinè ambitus, lorica murorum: ab ambio, circundo. περιβάλλω. Et capitur pro septo & corona domus, quæ fit nequis delabatur: quæ lorica, loriculáve alio nomine dicitur vide LORICA.

Pericardion, περικάρδιον, Membrana est cor circunquaque amplectens, tantúm ab eo diffita, tantúmque spatij vacui omni ex parte relinquẽs, quantum ad cordis diastolem maximè est necessarium, vulgus *Capsulam cordis* appellat.

Pericarpum, περίκαρπον, Bulbi genus est. Eius duæ sunt species: cortice rubro alterũ, alterũ nigro, papaueri simile. Vtrumq; habet vim excalfaciendi: vnde & contra cicutam datur. Autor Plinius lib. 25. cap. 10.

Pericarpium, περίκαρπον, Est inuolucrum seminis, quo illud ambitur, & aduersus cæli, animaliúmque iniurias defenditur: vt in frugibus spica, in castaneis echinus. ¶ Est item pericarpium brachij ornamẽtum cingens

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus iuncturam illam qua summa manus cubito iungitur, quam anatomicæ rei periti Græco vocabulo κώλεον appellant.

PERICLES, Περικλῆς, Atheniensis clarissimi nomen fuit, qui annos quadraginta in administratione Reipublicæ principatū tenuit. Plurimùm enim & autoritate & eloquentia pollebat. Vnde & Olympius identidem à Poëtis Comicis appellabatur, quòd tonare in concionibus, & fulmen ciere videretur. Habuit in administratione Reipublicæ aduersarium Thucydidem Milesium, virum nobilem & potētem: qui quum illum apud populum eo nomine reprehenderet, quòd nimium in publicis operibus sumptum fecisset, Atqui (inquit Pericles) de meo hæc omnia persoluere non recuso, modò mihi liberum sit nomen meum illis inscribere. Quo tam animoso responso, aduersarij calumniam facilè effugit, censente populo operum magnificentiam ad Reipublicæ splendorem pertinere, ideóque ea publico, nō priuato sumptu esse facienda. Autor est Plutarchus, quum Pericles aliquādo Sophoclem in magistratu collegam haberet, & cū eo nescio quid de Republica colloqueretur, eximia forma puerum illac iter fecisse, quem intuitus Sophocles, quum pulchritudiné eius supra modum admiraretur. Atqui (inquit Pericles) magistratum decet non modò manus, verumetiam oculos continentes habere. Vide plura de hoc apud Plutarchum.

Periclitor, vide PERICVLVM.

Periclymenos, siue Periclymenon, pen. corr. {περικλύμενον Dioscoridi. Ital. *Matrisselua*. Gal. *Herbe appelée, matrisilua*. Hispa. *Madreselua*.} Herba est fruticans, ex interuallo duo habens fila, subcandida, mollia: in cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile euellatur. Nascitur in aruis & in sepibus conuoluens se adminiculis quibuscunque. Hæc Plin. lib. 27. cap. 12. Hodie teste Ruellio, vocatur *caprifolium*, à quibusdam etiam *matrisylua*.

PERICLYMENVS, περικλύμενος Hometo, nomē filij Nelei fratris Nestoris, cui à Neptuno auo concessum erat vt in quas ei visum esset formas se posset transformare. Hercule itaque bellum gerente aduersus Neleum, Periclymenus in aquilam cōuersus faciem hostis vnguibus, & rostro lacerabat, donec sagitta Herculis in aere confixus, & in terram delapsus, altius corporis pondere facta sagitta, animam efflauit. Vide latius hanc fabulam apud Ouidium 12. Metam.

Pericope, pen. corr. {περικοπή. Ital. *Taglio*. Gal. *Coupure*. Hisp. *Tajadura, cortadura*.} Amputatio, vel concisio: à verbo Græco περικόπτω, quod est amputato, vel circuncido. Hiero. ad Pamma. Aut si tu quoque narem contraxeris, illam Apostoli περικοπὴν, id est amputationem in qua de virginitate & nuptiis disputat, aliter disserere compelleris.

Pericranion, περικράνιον, Membrana est tenuis & neruosa, sub capitis cute ex crassa meninge enascens, totúmque cranium extrinsecus ambiens: vnde & nomen accepit.

Periculum, li, à pereo deduci videtur, & salutis discrimē significat. {περὶ ἐκ κίνδυνον. Ital. *Pericolo*. Gal. *Peril, danger*. Hisp. *Peligro*.} Virgil. 3. Aene. Obscœnámque famem quæ prima pericula, vito. Variis autem modis hoc nomine in oratione vtimur. Dicimus enim, Subiicere aliquem periculo, Curare periculum alicui, Negligere periculum. In periculo esse, Periculum subterfugere, Periculū adire. Abesse à periculo, Afferre periculum, Adducere in periculum, Conflare periculum, Committere se periculo, Facescere periculum alicui, Inferre se in periculum capitis, Iniicere periculum, Intendere periculum, Intentare periculum, Liberare periculo, Procurare periculum, Vocari in periculum, Venire in periculum. ¶ Aliquando periculum accipitur pro experimēto, quia rarum est tentamentum sine periculo. πεῖρα. Terent. in Eunuc. Fac periculum in literis.

Periculosus, sa, sum, Quod est cum periculo. {κινδυνώδης, ἐπικίνδυνος, παραβολικός. Ital. *Pericoloso*. Gal. *Perilleux*. Hisp. *Peligroso*.} Cic. lib. 1. Offic. Granioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Cæsar 7. bel. Gall. Intrare intra præsidia periculosum putabat. Cicc. 5. Verr. Turpis est enim & periculosa confessio.

Periculosè, aduerbium. {ἐπικινδύνως, ἐπισφαλῶς. Ital. *Pericolosamente*. Gal. *Perilleusement*. Hispa. *Peligrosamente*.} Cicero Tironi, Periculosè hyeme nauigatur. Idem pro Mil. Facere enim probus adolescēs periculosè, quàm perpeti turpiter, maluit.

Periculor, laris, Periculum subeo, periculo me expono. {κινδυνεύω. Ital. *Pericolare*. Gal. *Estre en danger*. Hisp. *Ponerse en peligro*.} Vnde periculatus sum apud Catonem lectum est, teste Festo.

Periclitor, pen. corr. aris, Idem quod periculum subeo. {κινδυνεύω, παραβολεύομαι. Ital. *Pericolare, andare à pericolo*. Gal. *Se mettre en estre en danger*. Hisp. *Ponerse en peligro*.} vt Periclitor fama, capite: hoc est periculum est ne caput, aut famam amittam. Dicitur etiam periclitor siti, id est in periculo positus sum moriendi propter sitim. Plin. lib. 17. cap. 24. Arbores gelu periclitabantur. Martia. lib. 6. Periclitatur capite Sotades noster. ¶ Periclitari etiam significat experiri. πεῖραν ποιῶν, κίνδυνον ποιῶμαι. Cicero lib. 1. de Orat. Subeundus vlus omnium, & periclitandæ vires ingenij. Planeus ad Ciceronem, Itaque potius periclitari volui, si posset mea præsentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri.

Periclitatio, onis, verbale, Id est experimentum, vsus. {κινδύνευσις. Ital. *Pericolo*. Gal. *Peril*. Hispa. *Peligro*.} Cic. 1. de Natu. deor. Quarum vtilitatem longinqui temporis vsu & periclitatione temporis percipimus.

Peridoneus, a, um, Valde idoneus. {πάνυ ἐπιτήδειος. Ital. *Molto atto*. Gal. *Fort idoine, propre & conuenable*. Hispa. *Muy idoneo, y acomodado*.} Cæs. 2. belli Ciuil. Quòd is locus peridoneus castris habebatur. Suet. de Clar. Gra. Peridoneus præceptor.

Peridromis, penul. corr. peridromidis, fœmin. gen. περίδρομις, Hypæthra ambulatio ambiens palæstras, apud Vitruuium lib. 5.

Periergia, æ, {περιεργία Ital. *Curiosità*. Gal. *curiosité*. Hisp. *Curiosidad*.} Curiositas, sedulitas superflua anxietas, & velut diligētiæ redundatio, qualem in Protogene reprehēdit Apelles, quòd manum de tabula tollere nō posset Diomedes περιεργίαν inter tropos seu potius inter vitia orationis annumerat, quum scilicet oratio plus satis elaborata & prolixitatem parit, & obscuritatem.

Periegesis, pen. prod. περιήγησις, Idem quod ambitus, siue circuitus: à verbo Græco περιηγέομαι, quod est circumeo, vel circunduco. Hinc

Dionysius Afer, opus suum geographicum τῆς περιηγήσεως inscripsit.

Perileucos, περίλευκος, Gemma filum habens candidum ab ipso ore ad radicem vsque descendens. Plin. lib. vlti. cap. 10.

PERILLVS, Πέριλλος, Atheniensis faber ingenio præstans, qui Phalaridi tyranno Agragantino tautum ex ære fabricauit in quo reus clauderetur, ac subiecto igne mugitum bouis edoceret: cuius muneris nomine quum amplissimum à Tyranno, qui nouis semper tormentis delectabatur, speraret munus, incluso tauro, suppositisque ignibus, primus suæ artis experimentum præbuit. Ouid. 1. de Arte. Et Phalaris tauro violentus membra Perilli Torruit, infœlix imbuit autor opus. Plin. lib. 34. cap. 8. Perillum nemo laudat, sæuiorem Phalaride tyranno, cui taurū fecit, mugitus hominis pollicitus, igne subdito, & primus eum expertus est cruciatum iustiore sæuitia.

Perillustris, ĭtre, Ad modū illustris. {περιλαμπρος, πάνυ λαμπρός. Ital. *Molto illustre*. Gal. *Fort illustre, & renomm*. Hisp. *Mucho esclarecido y famoso en bien*.} Cicc. ad Attic. lib. 5, Ibi morati biduum perillustres fuimus, honorificisque verbis omnes inuicem resellimus.

Perimbecillus, a, um, vel perimbecillis, le, valde imbecillus. {πάνυ ἀσθενής, πολυάρρωστος. Ital. *Molto debole*. Gal. *Fort debile*. Hisp. *Muy flaco*.} Cicc. ad Attic lib. 10, Quod quidem est natum, perimbecillum est. Varro 3. de Re rust. cap. 10. Perimbecillum enim id vt caput molle.

Perimo, is, à per & emo, Idem est quod deleo, vel interficio, vel tollo, {ἀναιρῶ. Ital. *Vccidere, destruggere*. Gal. *Tuer, mettre à mort, aneantir*. Hispa. *Matar, destruir*.} Plautus in Menæch. Virum hunc ego perimam impurissimum. Cicc 4. Tuscul. Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius? Idem de Aruspic. respons. Si iudi nō intermissi, sed perempti atq; sublati sunt. ¶ Perimere reditum est intercludere. Cicc pro Plancio. Si mihi vis maior aliqua reditum peremisset.

Peremptus, Interfectus. {ἀναιρεθείς Ital. *Ammazzato* Gal. *Tué*. Hisp. *Muerto*.} Virgil. 9. Aeneid. Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto Exangui, & primis vna tot cæde peremptis.

Peremptorius, a, um, Quod est mortiferum. {θανατηφόρον. Ital. *Peremptorio, che vccide*. Gal. *Chose pour tuer*. Hisp. *Cosa para matar*.} à perimo: vt venenum peremptorium, apud Apuleium lib. 10. Sic apud Vlpianum ff. de Iudiciis. l. Et tertium, Peremptorium edictum dicitur, eo quod tribus edictis propositis, vel vno pro tribus fieri solebat, & quòd perimat disceptationem inter litigatores, hoc est non patiatur aduersarium tergiuersari: qui verò spernebat, contumax dicebatur.

Perincertus, a, um, Valde incertus. {πάνυ ἄδηλος. Ital. *Molto incerto*. Gal. *Fort incertain*. Hispa. *No cierto, muy dudoso*.} Gel. lib. 18 cap. 4, ex Sallustio, At Cn. Lentulus Patritiæ gentis, collega eius cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia quam Sylla emptoribus bonorum remiserat, exigenda, permulgauit.

Perincommodus, a, um, penult. corr. Valde incommodus. {πάνυ ἀσυμφόρως, λίαν ἀνωφελῶς. Ital. *Molto incommodo*. Gal. *Fort incommode*. Hisp. *No prouechoso muy danoso*.} Liu. 7. bel. Maced. Quæ nihil admodum Romanis ea perincommoda regis erant.

Perincommodè, aduerbium. {πάνυ ἀσυμφόρως ἐχόντως. Ital. *Molto incommodamente*. Gal. *Fort incommodement*. Hisp. *Muy dañosamente*.} Cicc ad Attic. lib. 1. Sed accidit perincommodè, quòd eum nusquam vidisti.

Perinconsequens, penult. corr. Valde inconueniens, valde absurdum. {πανάλογος. Ital. *Molto sconueneuole*. Gal. *Fort absurde*. Hispa. *Muy inconueniente*.} Gel. lib. 14. cap. 1, Per autem, inquit, inconsequens ipsum quidem corpus, & habitum tam profundi aëris sub alio atq; alio cæli cuiusque tractu non eundem manere.

Perinde, ex Per & inde, compositum aduerbium similitudinis, idem significans quod ita, siue similiter. {ὥσπερ. Ital. *Così, quasi*. Gal. *Ainsi, pareillement*. Hisp. *Semejantemente, como*.} & habet post se ferè aliquam harum particularum, Vt, quasi, acsi vel atque. Plaut. in Pseud. Nam omnes res perinde sunt vt eas magnifacias. Cicc. 3. Tuscul. In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimū regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. Cicero 5. Tuscul. Philosophia non perinde ac de hominum vita est merita, laudatur. Cicc. Attic. lib. 6. Quos ego perinde tuebar acsi vlus essem. Idem pro M. Marc. Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego cogitans sentio. ¶ Ponitur aliquando pro adeò, valde, aut æquè multum, præsertim quū præponitur negatio: & tunc aliquando sequitur quàm. Sueto. in Domitiano, Nulla tamē re perinde mouit quàm responso, casú que Asclepiadis Mathematici. ¶ Aliquando significat pariter, æquè, si nulla sit negatio, nec sequatur acsi, vel atque si, aut similis particula. Plin. lib. 1. Epistо. Fuuus Rufi clarissimi, & perinde fœlicissimi. Sueton. in Cæs. Quæ siquis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, id est d, pro a, & perinde reliquas commutet. Cicero Terent. Te & Dolabellam perinde diligo. ¶ Aliquādo significat Per hunc modum. Terent. in Phorm. Sexcentas perinde potius scribito mihi iam dicas. ¶ Aliquādo post perinde sequitur tanquam pro acsi. Gel. libro 15. cap. 29. Hoc perinde est tanquam si ego dicam, Est mihi nomen Iulium. ¶ Aliquando perinde & adeò simul iunguntur, idémque significant quod ita Plaut. in Amphitr. Fac sis perinde adeò vt me velle intelligis. ¶ Aliquādo post perinde sequitur prout. Plin. in Panegyr. Meminerint perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint.

Perindulgens, tis, adie&tiuum, Valde indulgens. {ὑπερβολικῶς φιλόστοργος. Ital. *Che compiace molto*. Gal. *Qui permet beaucoup & baille grand abandon*. Hispa. *El que mucho regala*.} Cicc. 3. Offic. Magnus vir in primis, & qui per indulgens in patrem, idem acerbè seuerus in fratrem.

Perinfamis, & hoc perinfame, penultima producta {πάνυ ἄδοξος. Ital. *Molto infame*. Gal. *Fort infame*. Hispa. *Mucho infame y infamado*.} Valde infamis. Suero. in Vitel. cap. 2. Curam quoque imperij sustinuit absente eo, expeditione Britannica, vir innocens industrius, sed amore Libertinæ perinfamis.

Perinfirmus, a, um, Valde infirmus. {Ital. *Molto debole*. Gal. *Fort foible, bien debile*. Hispa. *Muy flaco*.} Cicc. 2. de Fini. Sunt enim leuia & perinfirma, quæ trahebantur à te.

Peringeniosus, sa, sum Valde ingeniosus. {λίαν εὐφυής, πανδαίδαλος. Ital. *Molto ingeniosо*. Gal. *Fort ingenieux*. Hispani. *Muy ingenioso y agudo de ingenio*.}

ingenium. } Cicero 2. de Claris Orat. Alios quòd melius putent dicere se posse quàm scribere, quod peringeniosis hominibus, neque satis doctis plerunque contingit.

Periniquus, a, um, pen. prod. Valde iniquus. { περιμαλάδικος, λίαν ἄδικος. Ital. *Molto iniquo.* Gal. *Fort inique.* Hisp. *Muy injusto.* } Cicer. pro Lege Manil. Quare videant ne sit periniquum & non ferendum. Liu. 1. bel. Pun. Pœnus periniquo animo ferebat, à Gallis accitum se venisse ad liberandum eos dictitans.

Perinsignis, perinsigne, Valde insignis. { πάνυ ἐπίσημος. Ital. *Molto nobile, molto illustre.* Gal. *Fort apparent & noblement fort noble.* Hispa. *Muy noble y señalado y famoso.* } Cicer. 1. de Legib. An corporis grauitates ti erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit?

Perintegret, gra, grum, Omnino inuiolatus. { πάνυ ἀκέραιος, ὁλόκληρος. Ital. *Molto intiero.* Gal. *Fort entier.* Hispa. *Muy entero.* } Gellius lib. 3. cap. 5. Castitatis perintegræ dicebatur.

PERINTHVS, ἡ Πέρινθος, Vrbs Thraciæ ad Propontidem, postea Heraclea dicta, à nomine Heraclei principis Constantinopolitani, in qua olim fuit celeberrimum illud amphitheatrum marmoreum ex vno lapide excisum, quod inter septem orbis miracula numeratur.

Perinthius, thia, thium. Περίνθιος. vt Perinthia, Menandri Comœdia. Terent. in Prologo Andriæ, Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Periocha, { περιοχή. Ital. *Argomento.* Gal. *Argument.* Hisp. *Argumento.* } A Græcis dicitur quod à nobis argumentum, hoc est breuis totius rei alicuius explicatio. à verbo Græco περιέχω, quod est contineo, complector. Hinc Sulpitius Apollinaris sua in Terentij Comœdias argumenta, Periochas inscripsit. Cicero Attic. lib. 13, At ego ne Tironi quidem dictaui qui totas periochas persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Sic enim vulgò legitur, quum fortassis non absurdè ibi periodos legere possimus.

Periodus, di, fœminini generis, & pen. corr. περίοδος, Latinè ambitus dici potest, vel circuitio. Vnde in oratione circuitus ille verborũ ex colis & commatis in orbem quendam circunductus, periodus appellatur. Cicer. in Orat. Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem aut continuationem, aut circunscriptionem dicimus. Idem de Clar. Orat. Quinetiam comprehensio, & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet,) erat apud illum contractus & breuis. In febribus item intermittentibus medici Periodum appellant spatium illud à principio vnius paroxysmi ad initium alterius: vnde Periodicæ febres nomen sumpserunt, de quibus in FEBRIS. In sacris quoque Græciæ certaminibus periodo viciſſe dicebantur, qui quatuor illa certamina obiuissent, Pythia scilicet, Isthmia, Nemeæa, & Olympia, & ex omnibus hisce victoriam reportassent. Hisce honor talis habebatur, vt triumphantium more quadrigis per ruinas murorum in patriam reucherentur, & perpetuò ex publico alerentur.

Periodicus, a, um, περιοδικός, Quod certa statáque quadam periodo recurrit. Vnde periodicæ febres dictæ sunt tertianæ & quartanæ, quòd spatio non nullo intermittentes, quadam quasi periodo facta, certis temporibus recurrant. Plin. lib. 20. cap. 3, Semina eius si fuerint pari numero adalligata, febres sanare dicuntur quas Græci dicunt periodicas.

Perioſtion, περίοστιον, Membrana tenuis ossa in quacunque corporis parte immediatè ambiens.

PERIPATETICI, οἱ περιπατητικοί, Philosophi quidam Athenis fuerunt, è Platonis schola profecti, quorum princeps fuit Aristoteles: ita dicti quòd inambulantes docerent, ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, quod est deambulare. De horum origine sic scribit Cicer. lib. 1. Acad. Quæst. Platonis autem auctoritate, qui varius & multiplex, & copiosus fuit, vna & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum, & Peripateticorum, qui rebus congruẽtes, nominibus differebant. Nam quum Plato Speusippum sororis filium Philosophiæ quasi hæredem reliquisset: duos autem præstantissimos studio atq; doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem, qui erant cum Aristotele. Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio: illi autem qui Platonis instituto in Academia (quod est alterum gymnasium) cœtus erant & sermones habere soliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam. Hactenus Cicero.

Peripetaſmata, tum, { περιπετάσματα. Ital. *Razzi, trapperie.* Gal. *Tapisserie.* Hisp. *Las mantas de pared, paramentos de cama.* } Aulæa sunt, siue tapetia, quæ ornatus gratia circa parietes extenduntur: vnde & nomen habent. Nam περιπετάζειν est extendere. A Luctetio Babylonica dicuntur: ab aliis Attalica, à Capitolino stromata, & peristromata: à Varrone beluata, hoc à beluis variegata: à Plauto etiam peristromata. Cicer. 6. Verr. Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetasmata, emere oblitus es?

Peripetia, περιπέτεια. A Græcis dicitur quam nos fortunæ temeritatem dicimus, vel varium rerum euentum.

PERIPHAS, antis, Περίφας, Thessalus quidam fuit, pater Lapithæ, à quo Lapithæ nomen acceperunt. Autor Stephanus. ¶ Est item Periphas, apud Virgilium nomen cuiusdam ex comitatu Pyrrhi, quem vnà cum illo Priami regiam oppugnantem inducit, lib. 2. Aeneidos.

PERIPHANES, Περιφάνης, Comici cuiusdam nomen: quod Latinè conspicuum sonat: à verbo Græco περιφαίνω, quod est clarus & conspicuus sum.

Peripheria, pen. prod. { περιφέρεια. Ital. *circonferentia.* Gal. *circonference, roundeur.* Hispa. *Redondez.* } Circunferentia, siue circunlatio: vt Peripheria circuli, hoc est circuli ambitus: Peripheria terræ, hoc est terræ superficies. ¶ Interdum idem quod hallucinatio, & vita errabunda: à verbo Græco περιφέρω, quod inter cætera significat erro, vagor, palor, animúmque variis cogitationibus huc illuc ago.

Peripheroma, Vide PERIPTEROMA.

PERIPHORETVS, pen. prod. Περιφορητός, Artemonis cuiusdam cognomen fuit, delicijs adeò effœminati, vt nunquam nisi lectica pensili circunlatus, domus suæ limen transiret: ita dictus ἀπὸ τῆς περιφορᾶς, quasi circunlatilis. Meminit huius Plin. lib. 34. cap. 8.

Periphraſis, περίφρασις, Latinè circunlocutio, vel circuitio, Figura est, teste Quintil. lib. 8. cap. 6, quæ fit quum quod vno aut certe paucioribus verbis dici poterat, pluribus explicatur. Fitque interdum necessitatis causa, quoties dictu deformia operimus: vt apud Sallustium, quum requisita naturæ, dixit pro eo quod honestè vnica dictione explicare nõ poterat. Interdum etiam solius ornatus causa: quod genus frequentissimum est apud Poëtas Virg. 4 Aeneid. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & domo diuûm gratissima serpit. Hæc ferè Quintilianus, licet non iisdem verbis.

Peripleroma, pen. prod. περίπλωμα, Figura est quam ex Grammaticis nonnulli Supplemẽtum vocant, quum scilicet particula aliqua ad sensum minimè necessaria, carminis causa adiicitur: à Græco verbo περιπληρῶ, quod est expleo. Exemplum potest esse illud apud Virgilium, Sic fortè precatur. VBI FORTE particula vacat, teste Seruio, ad solum versus hiatum fulciendum ingesta. Latini id genus redundantes particulas tibicines solent appellare, translatione sumpta ab ædificijs, in quibus columellæ quædam recta sustinentes, tibicines appellantur.

Periplus, περίπλους, Latinè circunnauigatio dici potest: quo nomine ex Geographis nonnulli opera sua inscripserunt, oræ alicuius maritimæ lustrationem continentia.

Peripneumonia, æ, { περιπνευμονία. Ital. *Infiammazione, e ulceratione del polmone.* Gal. *Inflammation, exulceration des poulmons.* Hisp. *Dolencia delos pulmones.* } Est inflammatio pulmonis cũ febri acuta, & difficultate spirandi.

Peripneumaticus morbus dicitur à Celso lib. 4. cap. 7, & qui hunc morbum patiuntur, peripneumonici dicuntur. { περιπνευμονικός. Ital. *Che ha tale malattia* Gal. *Qui a les poulmons enulceré.* Hil. *El doliente delos pulmones.* } Plin. lib. 22. cap. 24, Mellis quidem natura talis est, vt putrescere corpora non sinat, faucibus, tonsilis, anginæ, omnibúsque oris desideriis vtilissimum, arescentique in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis pleuriticisque decoctum.

Peripſema, pen. prod. quòd Græci περίψημα scribant, à περιψάω, quod est circunrado, vel circunlino, abstergo, & repurgo: propriè limatura, siue rasura, scobs, ramentum, vel purgamẽtum dicitur. Antiqui olim, peste, alióve malo grassante, quũ sacros homines quos in expiationis vsum alebant, in victimarum morem redimitos, ex loco præcipiti in mare deiiciebant, Neptuno immolantes: inter deiiciendum, solennia verba effari solebant, περίψημα ἡμῶν γένου, sis pro nobis peripsema: acsi dixissent, sis pro nobis piaculum: esto luitio nostra & seruatrix vtbis victima: id quod Suidas annotauit. Quod itaq; apud D. Paulum primæ ad Corinthios cap. 4 περίψημα legitur, nos piaculum vertere possumus, vt sit, Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidaneæ pro populo victimæ. Acsi diceret, Non minus apud Gentium vulgus detestabiles sumus, quàm illi qui diris execrationibus onerati atque obruti, pro salute publica abiici olim solebant. Quæ sententia congruit iis quæ præcedunt. Peripsema enim etiam ramenta vestigiorum significat, quæ vt sordida abiiciuntur. Hæc Budæus.

Periſcelis, idis, περισκελίς, Ornamenti genus circa crura, quo mulierum gressus componi solebant, vt docet Porphyrion enarrans illud Horat. lib. 1. Epist. Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam, Sæpe periscelidem raptam sibi flentis. Fit autem ex περί circum, & σκέλος crus.

Periſſologia, περισσολογία, Sermonis redundantia, quum scilicet superfluè reperitur quod iam dictum est, περισσὸς enim Græci superfluum dicunt, siue redundans, & λόγος sermonem. Virgil. 1. Aeneid. -faciem mutatus & ora Cupido. Vbi Seruius. Et ora: perissologia est.

Periſſon, περισσόν, Herba est ex strychni generibus, quæ alio nomine dorycnium appellatur, vulgò *Solatrum mortale.* Vide Plinium lib. 21. cap. 31. & suprà in dictione DORYCNIVM.

Periſtereos, vel Periſtereon, onis. { περιστερεών. Ital. *Verminacola, verbena.* Gal. *verbe appelée verueine que les pygeons aiment fort.* Hisp. *Verbena.* } Dioscoridi, Herba est, quam alio nomine Verbenam, & Verbenacam appellamus: ita dicta, quòd Columbæ vnicè hac herba delectentur. Plinius lib. 25. cap. 10, Peristereos vocatur caule alto, foliato cacumine, in alios caules se spargẽs, columbis admodum familiaris: vnde & nomen. Idem lib. 26. cap. 4, Alexa folia habet similia verbenacæ, quæ & peristereon cognominatur. Dioscorides duo eius facit genera, ὀρθὸν καὶ κλῖνον, hoc est rectum & supinum. Plinius marem & fœminam vocat.

Periſterotrophium, pen. prod. { περιστεροτροφεῖον. Ital. *Colombara.* Gal. *Vn colombier.* Hisp. *Palomar.* } Locus in quo columbæ habentur. Latinè columbarium: quamis columbarium propriè sit loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. de Rust. cap. 7, Duo genera earum in peristerotrophio esse solent, vnũ agreste, quod habetur in turribus, ac culminibus villæ.

Periſtereon, nis, { περιστερεών. Ital. *Colombara, colombaia.* Gal. *Colombier, pigeonier.* Hisp. *Palomar, lugar de palomas.* } Idem quod peristerotrophium, hoc est locus vbi columbæ educantur, quas Græci vocant περιστερῶνας. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 7, Incedunt in locum vnum, quod alij vocant peristereona, alij peristerotrophion, in quo vno sæpe vel quinque millia sunt inclusa. Peristereon fit vt testudo, magna camera tectus, vno ostio angusto. ¶ Est præterea Peristereon herba columbis gratissima, quam & verbenam & verbenacam dicimus. Vide PERISTEREOS.

Periſtroma, pen. prod. { περίστρωμα. Ital. *Razzo, tapezzarie.* Gal. *Tapisserie.* Hisp. *Paramento de cama.* } Quasi circũstratum, idem quod peripetasma, hoc est aulæum quo aularum parietes solent ornari. Plautus in Pseud. Ita ego vestra latera loris faciam vt validè varia fient, Vt ne peristromata æquè picta sint Campanica. Cic. 2. Philip. Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

Periſtylium, { περιστύλιον. Ital. *Chiostro, claustro, luogo circondato di colonne.* Gal. *Vn lieu enuironné de pilliers ou colonnes, comme les cloistres.* Hispa. *El patio entre columnas.* } Locus est columnis clausus, circunquaque porticum habens, vel saltem à tribus lateribus. Peristylium dictum, quasi circuncolumnium, ἀπὸ τῶν στύλων, hoc est à columnis circunquaque dispositis. Vitruuius lib. 5. cap. 11, In palæstris peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt facienda, vti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem. Pro eodem etiam legimus peristylum per quatuor syllabas. Cicer. in Oratione apud Pontifices pro domo sua habita. In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pauimentatam

trecentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

trecentum pedum concupierat, ampliſſimum petiſtylum, cætera eiusmodi facilè vt omnium domos & lautitate & dignitate ſuperaret. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. Igitur teſtudo (vt periſtylum tectum tegulis, aut tecte) ſit magna, in qua millia aliquot merularum ac turdorum includi poſſint. Ex Budæo.

Perito, vide PEREO.

Peritonæum, περιτόναιον. Membrana eſt tenuiſſima, ſed firmiſſima, omnibus tum viſceribus, tum inteſtinis, reliquiſque partibus inferioris ventris circunteſa: vnde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ περιτείνειν, quod eſt circunquaque extendi.

Peritus, a, um, Nomen eſt ab antiquo verbo Perio deriuatum, vt quidam exiſtimant, ἔμπειρος. Ital. *Ammaeſtrato, perito, docto* Gal. *Expert & ſauãt.* Hiſpa. *Sabio, docto y experimentado.* Vnde & compoſitũ expertor tractum eſſe idem arbitrantur. Eſt autẽ peritus idem ferè quod doctus: quanquam non deſunt qui doctum eſſe, minus eſſe velint quàm peritum. Nonius, Doctum & peritum quum ſimile videatur, à M. Tullio diſcretum eſt, vt ſit peritum plus quàm doctum. De Offic. lib. 3, Itaque quum ſint docti à peritis, deſiſtunt facilè è ſententia. Hæc Nonius. ¶ Cõſtruitur aliquando cum genitiuo. Plin. Epiſt. 22, Quàm peritus ille & priuati iuris & publici. Aliquando cum accuſatiuo cum præpoſitione Ad Cic. pro Font. Ad vſum ad diſciplinam peritum, ad conſilia prudentem. Aliquando cum ablatiuo cum præpoſitione De. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2, Qui de agricultura Romanus peritiſſimus exiſtimatur.

Peritè, aduerbium. ἐμπείρως. Ital. *Saniamente, da huomo eſperto.* Gal. *Bien auiſeement, en homme entendu.* Hiſpa. *Sabiamente.* Cic. 2. de Leg. Quod inſtitutum peritè à Numa, poſteriorum Pontificum negligentia diſſolutum eſt.

Peritia, æ, ἐμπειρία, πεῖρα, πεῖσις. Ital. *Scientia & eſperienza grande.* Gal. *Experience, ſauoir.* Hiſp. *Sabiduria con eſperiencia.* Plin. lib. 14. cap. 1, Aliæ peritia domini amplo diſcurſu attria media complentes.

Periucundus, a, um, ἡδύς, σφόδρα χαρίεις. Ital. *Molto giocondo.* Gal. *Fort plaiſant & treſ ioyeus.* Hiſpa. *Muy plazentero.* Cicero ad Lentulum lib. 1, Cui quidem tuæ literæ quas proximè miſeras, quod facilè intellexerim, periucundæ fuerunt.

Periucundè, aduerbium. ἡδέως. Ital. *Giocondiſſimamente.* Gal. *Fort ioyeuſement.* Hiſp. *Muy plazenteramente.* Cic. ad Attic. lib. 13, O hoſpitem mihi tam grauem ἀμίξιμελλγυν: fuit enim periucundè.

Periurus, peault. prod. Qui iuſiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit. ἐπίορκος. Ital. *Che non oſſerua il giuramento.* Gal. *Parjure qui a fauſſé ſon ſerment.* Hiſp. *El que ſe perjura.* Virgil. 2. Aencid. Talibus inſidiis, periuticque arte Sinonis. Silius libro 16, Perfidiam fugio, & periuram ab origine gentem. Ouid. 2. Amor. Eleg. 10, Quærat anarus opes, & quæ laſſarit eundo Aequora, periurio naufragus ore bibat. ¶ Periurot cõparatiuum. Cicc. 1. de Nat. deor. Periurior hoc homine non eſt. Periuriſſimus ſuperlatiuum. Plaut. in Mil. Periuriſſime hominum. Cicc. pro Roſ. Comœd. Nam Ballionem illum improbiſſimum & periuriſſimum leonem quum agit, agit Chæream.

Periurium, rij, Eſt iuſiurandum violatum, aut iuramentum falſum. ἐπιορκία. Ital. *Giuramento falſo, ſpergiuro.* Gal. *Parjurement.* Hiſp. *Falſo juramento.* Quid autem ſit iuſiurandum, Cic. lib. 3. Offic. declarat, dicens quòd ſit affirmatio religioſa. Ibidem, Regulus nõ debuit conditiones, pactioneśque bellicas, & hoſtiles perturbare periurio.

Periurioſus, a, um, Qui peierare conſueuit. ἐπιορκητής. Ital. *Accoſtumato di ſpergiurare.* Gal. *Accouſtumé de ſe parjurer.* Hiſp. *Acoſtumbrado de perjurarſe.* quod Salluſtius in Ciceronem dixit Periuriis delibutum, Plaut. in Truc. Procaciores eſtis vos, ſed illi periurioſi.

Periuro, periuras, penult. prod. Idem quod peiero. ἐπιορκῶ. Ital. *Giurare il falſo.* Gal. *Se parjurer, fauſſer ſon ſerment.* Hiſpa. *Perjurar.* Plautus in Bacc. Ne periurem cura. Horat. 2. Serm. Saty. 3, -quare Siquid vis, ſatis eſt periuras, ſurripis, aufers. Vndique. Plaut. Aſin. Vbi verbis conceptis ſciens libenter periuraris.

Periuratio, verbale. ἐπίορκημα. Ital. *Spergiuro.* Gal. *Parjurement.* Hiſpa. *Falſo juramento.*

Periuratiuncula, diminutiuum. ἐπιορκίδιον. Plautus in Sticho, Ac periuratiunculas parаſiticas.

Perizoma, tis, περίζωμα. Ital. *Brache.* Gal. *Des brayes.* Hiſpa. *Las bragas.* Dicitur omne quo circunncingimur, pudendorũ velamen, quod à Varrone etiã dicitur Suffibulum, à Cicerone Subligaculum. Vſus eſt hac voce interpres Geneſeos, Fecerunt (inquit) ſibi perizomata.

Perizonium, nij, περίζωμα, Palliolum præcinctum quo nudæ virgines infra papillas præcinguntur. Hoc & præcinctorium, & caſtula dicitur. Sipontinus.

Perlabor, eris, Labendo tranſeo. ὀλισθαίνω. Ital. *Paſſare ſcorrendo.* Gal. *couler & gliſſer parmi.* Hiſpa. *Deſliçarſe, ò deſlenarſe.* Cicc. 2. de Natn. deorum. Per quas lapſus ſanguis, ex hoc ipſo loco in eam venam quæ caua appellatur, confunditur: pérque eam ad cor confectus iam, coctúſque perlabitur. Virgil. 1. Aeneid. Atque rotis ſummas leuibus perlabitur vndas.

Perlætus, Vehementer lætus. πάνυ ἱλαρόφθαλμος. Ital. *Molto allegro.* Gal. *Fort ioyeux.* Hiſpani. *Muy alegre.* Liuius 10. ab Vrbe, Supplicatióque perlæta fuit.

Perlatus, Valde latus: vnde perlatè. πάνυ πλατύς. Ital. *Largiſſimamente.* Gal. *Fort largement.* Hiſpa. *Muy largamente.* adoerbium: vt, Perlatè patere. Cicero 2. de Orat. Idẽque in ſermonis noſtri conſuetudine perlatè patet.

Periecebra, bræ, pen. corr. Idem quod illecebra. ἡλέκτρα. Ital. *Carrucole, luſinghe.* Gal. *Alechumant & atraict.* Hiſpa. *Halagos.* Plaut. Aſin. -te perdam ego & filiam, Perlecebræ, pernicies, adoleſcentum exitium.

Perlecto, Vide PERLICIO.

Perlego, gis, penult. corr. A principio ad finem vſque lego. ἀπαλίγραμμα, διαγιγνώσκω. Ital. *Leggere perfettamente.* Gal. *Parure, achever de lire.* Hiſpa. *Acabar de leer.* Plautus in Aſin. Lege, perlege. Quintilianus, Quod videte non eſt ſatis, ſed perlegendum erit. ¶ Perlegere oculis, eſt diligenter intueri, contemplari. Virgil. 6. Aeneid. -quin protinus omnem Perlegerent oculis.

Perlepidus, a, um, penul. corr. In primis lepidus. πάνυ κομψός, τερπνός.

Ital. *Molto piacenole, molto grato.* Gal. *Fort plaiſant, de bien bonne grace.* Hiſpa. *Muy donoſo, muy gracioſo en donayres.* Plaut. Pſeud. Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.

Perleuis, hoc perleue, Valde leuis. πάνυ κοῦφος, ἐλαφρός. Ital. *Leggeriſſimo & preſto.* Gal. *Fort leger & ſoudain.* Hiſpa. *Muy ligero.* Cicc. pro lege Agr. An ignoratis cætera illa magnifica populi Romani vectigalia perleui ſæpe momẽto fortunæ, inclinatione temporis pendere? Liuius 4. bel. Pun. Quibus ea quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momẽto ludificaretur. Idem 1. bel. Pun. Et inclyti populi regéſque perleui momento victi ſunt.

Perleuiter, πάνυ ἱλαρῶς, πάνυ κούφως. Ital. *Preſtiſſimamente.* Gal. *Fort legerement, fort ſoudainement.* Hiſp. *Muy preſto y ligeramente.* Cic. ad Qu. fratrem lib. 2. Quòd perleuiter permotus fuerat.

Perlibens, pen. corr. Minimè inuitus. πάνυ ἑκουσίως.

Perlibenter, aduerbium. πάνυ ἑκουσίως. Ital. *Spontaneamente.* Gal. *Fort volontiers.* Hiſpa. *Muy ganoſamente.* Cicc. ad Attic. lib. 8, Sed vt ſuprà dixi, tecum perlibenter loquor. Idem de Vniu. Perlibenter & Nigidium vidi, & cognoui Gratippum.

Perliberalis, le, Admodum liberalis. πάνυ ἐυπρεπής, μεγαλόδωρος. Ital. *Molto franco e liberale.* Gal. *Fort liberal, fort honneſte.* Hiſp. *Muy franco y liberal.* Terent. Heey. Perliberalis viſa eſt.

Perliberaliter, aduerbium. πάνυ ἐλευθερίως, μεγαλοπρεπῶς. Ital. *Molto liberalmente.* Gal. *Fort liberalement.* Hiſpa. *Muy francamente.* Cicc. ad Attic. lib. 10. Hoc loco multa perliberaliter.

Perlibro, as, penultima producta, Diligenter, ac perfectè menſurare, & ad libram æquare, ſiue æquale facere. ἰσοστάσιον ποιῶ, πλωτηρῶ. Ital. *Iuellare.* Gal. *Niueler.* Hiſpa. *Niuelar.* Colum. libro 3. cap. 13. Nam ſtella quam diximus Græcæ literæ faciem obtinere, paritet imæ foſſæ ſolum metitur, atq; perlibrat: quia ſiue pronum, ſiue reſupinum eſt, poſitione machinæ deprehenditur. Et paulo pòſt, Sic permenſum, & perlibratum opus in ſimilitudinem veruacti ſemper procedit. ¶ Interdum accipitur perlibrare, pro eo quod eſt librando torquere. Silius lib. 15, -iaculum à tergo perlibrat ad oſſa.

Perlicio, perlicis, penult. corr. perlexi, perlectum, perlicere (quod frequentius Pellicio dicitur euphoniæ cauſa) idem quod allicere. ἐπάγω, ἑλκύω. Ital. *Attirahere, adeſcare.* Gal. *Attraire, alicher.* Hiſpa. *Atraer con halagos.* Liu. 4. ab Vrbe, Cibóque obiiciẽdo ratum victorem finitimorum omnium populum in ſeruitutem perlici poſſe. Ibidem, Vt quos quiſque poſſet ex collegio Tribunorum ad intercеſſionem perlicerent. Idem 5. bel. Maced. Quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere.

Perlecto, as, are, Frequentatiuum. ἑλκύω ἐπάγομαι. Ital. *Souente adeſcare.* Gal. *Souuent alicher.* Hiſp. *Atraer por halagos muchas vezes.* Cic. pro Flac. Egentes & leues, ſpe legationis, & viatico publico, priuata etiam benignitate perlectat.

Perligo, perligas, penultima corr. Conſtringo. ἐμπλέκω. Ital. *Conſtringere.* Gal. *Lier fort & eſtreindre.* Hiſpani. *Apretar.* Plautus Bacc. O perligatum pectus.

Perlinio, perlinis, pen. corr. perlinui, perlinitum, perlinire. Totum oblinire. ἐπάλειφω χρίω, ἀλείφω. Ital. *Vngere molto.* Gal. *Oindre fort.* Hiſp. *Mucho vntar.* Colum. lib. 9. cap. 9, Protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intus prædictis herbis.

Perlino, perlinis, perlini, perliui, vel perleui, pen. prod. Idem quod perlinio. Colum. lib. 7. cap. 5, Mox vlcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur.

Perlitus, a, um, pen. corr. participium. πάνυ χρίστος. Ital. *Molto vnto.* Gal. *Fort oinct.* Hiſp. *Mucho vntado.* Plaut. Caſi. Senecta ætate vnguentis perlitus ignaue incedis. Apuleius lib. 1, Et oleo perlitus.

Perlito, as, pen. corr. Perfectè lito, ſacrificio facto deos placo, votúmque impetro. πάνυ κατιλάσκομαι. Ital. *Impetrare la ſua dimanda con ſacrificij.* Gal. *Impetrer & obtenir ſa demande par ſacrifices.* Hiſpa. *Alcançar lo que pedimos con ſacrificios.* Gellius lib. 1. cap. 7, ex Valerio Antiate, Si hæ res diuinæ factæ, ritéque perlitatæ eſſent, Aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe. Liu. 7. ab Vrbe, Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem, ne ante meridiem ſignum dare poſſet.

Perlongus, a, um, πάνυ μακρός, πανυμήκης. Ital. *Molto longo.* Gal. *Fort long, ou loing.* Hiſp. *Muy luengo.* Cicc. ad Attic. lib. 5, Perlonga, & non ſatis tuta via. Plaut. Trinum. -nunc ſi opperiri vis aduentum Charmidis, Perlongum eſt. Quaſi dicat, diu tibi expectandum eſt.

Perlongè, aduerbium. πάνυ μακρόθεν, μακρόμηλα. Ital. *Molto lontano.* Gal. *Fort loing.* Hiſpa. *Mucho luengamente.* Terent. Ennuc. Perlongè eſt, ſed tanto ocyus properemus. Id eſt longius diſtat.

Perlonginquus, a, um, Valde longinquus. πάνυ μακρόθεν ἀπών. Ital. *Forte lontano.* Gal. *Fort loingtain.* Hiſp. *Muy delexos.* Plaut. Bacch. Non tibi benefacias, Iam pol id quidem eſſe haud perlonginquum?

Perlubet, pen. corr. Vehementer lubet. πάνυ ἐθέλουσα. Plaut. Capt. Perlubet hunc hominem colloqui. Hoc eſt vehementer cupio hunc alloqui.

Perlubens, penultima correpta, participium aut nomen ex participio. Cicero ad Qu. Frat. lib. 2. Sed hoc incommodum conſolantur quotidie damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius alliſus eſt, cæteri concidunt.

Perluceo, perluces, pen. prod. perluxi, perlucere. Tranſlucere, & lucem per medium ſui tranſmittere. διαφαίνω. Ital. *Tralucere.* Gal. *Fort luire, rendre grand' lueur.* Hiſp. *Traſluzir ſe alguna coſa clara que luze.* Plin. lib. 10. cap. 54, Si contrà lumen cacumine oculorum apprehenſio vna manu, purus & vniuſmodi perluceat color, fœlix exiſtimatur eſſe. Martia. lib. 2, Sic tua ſuppoſitis perlucens præla lacernis. Vſitatius tamen pro eodem dicimus Pelluceo, r in l commutato euphoniæ cauſa.

Perlucidus, a, um, & Pellucidus, à perluceo vel pelluceo, per mutationem r in l, ſicut peruio & pelluo, perliceo, & pelliceo. διαφανής. Ital. *Lucido chiaro.* Gal. *Diaphane, clair, luiſant.* Hiſpa. *Claro, luzido.* Eſt autem pellucidum idem quod tranſlucidum, quod ſcilicet per medium ſui lucem tranſmittit: vt aqua, laterna, vitrum. Colum. libro 11. cap. 2, Quidam quum coloratas & perlucidas vuas animaduertiſſent, &c. Martia. libro 12, Crine niteus, niger vnguento, perlucidus oſtro. Ouid. Epiſt. 21, Eſt nitidus, vitróque magis perlucidus amnis. ¶ Membranæ oculorum per

rum perlucidæ, Cic. 2. de Natu. deor. Ouid. 3. metamor. Fons fonat à dextra tenui perlucidus vnda. Horat. 1. Carm. Ode 18, Arcanique fides prodiga perlucidior vitro.

Perlucidulus, diminutiuum. Catullus in Rufum, epigr. 64, Non si illam raræ labefactes munere vestis, Aut perlucidulo delicias lapidis.

Perluctuosus, a um, Valde luctuosus. Ital. *Molto pieno di pianto.* Gal. *Fort doloureux, fort plein de deuil.* Hispani *cosa llena de llanto.* Cicero ad Qu. Frat. libro 3, Serrani domestici filij funus perluctuosum.

Perludo, is, penult. prod. Idem quod ludo. Ital. *Giuocare, scherzare.* Gal. *Parjouer, jouer vn jeu entier.* Hisp. *jugar ò burlar.* Propert. libro 4. Eleg. 4. Vidit arenosis Tatium perludere campis, Pictáque per flauas arma leuare iubas.

Perluo, Multùm lauo. Ital. *Lauare molto.* Gal. *Fort laver & nettoyer.* Hisp. *Mucho lauar.* Colum. lib. 6. cap. 8, Tum vino perluitur os. Ouid. 4 Metam. Sed modò fonte suo formosus perluit artus. Idem 5. Epistо. Quúmque manus puré fontana perluit vnda. Horat. 1. Epist. 15, Gelida quum perluot vnda Per medium frigus.

Perlutus, a, um, participium. Ital. *Molto lauato.* Gal. *Fort lauè.* Hispa. *Mucho lauado.* Colum. libro 9. cap. 16, Expressæ fauorum reliquiæ posteaquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt, in vas æneum conijciuntur.

Perlustro, as, Diligenter lustro, peragrando perspicio. Ital. *Reguardare da ogni banda.* Gal. *Regarder de tous coſtez.* Hisp. *Mirar de todas partes.* Liu. 7. ab Vrbe, Perlustrauitque hostium agros, nulla arma, nullam vim nec apertam, nec insidiis expertus. Idem 5. belli Pun. Vt discurret et circa vias, perlustrarentque omnia oculis, nequis, &c. ¶ Interdum idem quod recenseo, ἐξετάζω. Liui. lib. 1. ab vrbe. Hercules ad primam auroram excitus quum gregem perlustrasset oculis. ¶ Transfertur & ad animum. Cice. in Partt. Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ perlustrandæ animo partes erunt omnes: & ad id quod agetur, ex singulis coniectura capienda.

Permacet, cra, crum. pen. prod. Valde macer. Ital. *Molto magro.* Gal. *Fort maigre.* Hisp. *Muy magro.* Plin. lib. 18. cap. 6, Omnis creta conuit, nisi permacra.

Permadeo, permades, pen. corr. Totus madeo, vnde permadesco, totus madidus fio. Ital. *Essere tutto humido.* Gal. *Estre fort moiste.* Hisp. *Ser muy ado del todo.* Colum. lib. 2. cap. 19, Quòd si permaduit, inutile est vdum mouere. Martia. lib. 5, –& effuso permaduisse croco. Colum. lib. 2. cap. 4, Nisi si magnis (vt fit nonnunquam) ac subitaneis imbribus, quasi hybernis fluuiis terra permaduerit.

Permagnus, a, um, Ingens, valde magnus. Ital. *Molto grande.* Gal. *Fort grand.* Hisp. *Muy grande.* Cice. 1. de Fini. Fieri tamen permagna accessio potest, si, &c. Idem pro Rosc. Ame. Vide ne tibi desis: tua quoque res permagna agitur. Idem 5. Verr. Quid? tu ista permagno æstimas, Terent. Heaut. –si certum est tibi Sic facere, illud permagni referre arbitror, Vt nescientem sentiat te id sibi dare.

Permaneo, permanes, penult. corr. Vsque ad finem maneo. Ital. *Durare, perseuerare.* Gal. *Demourer jusques à la fin, perseuerer, continuer.* Hisp. *Quedar hasta el cabo.* Plinius Iunior, Tùm demum lentè, cunctantérque veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. Cice. de Amic. Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. Ouid. 14. Metam. –contempto munere Phœbi, Innuba permaneo. ¶ Per translationem ponitur pro perseuerare. Terét. in Heeyra. Vnde ira inter eas intercessit, quæ tamẽ permansit diu. Cæsar 8. belli Gall. Solúsque ex Heduis ad id tempus permanserat in armis. Idem 5. belli Gall. Consolatus Inducíomarum, hortatúsque est vt in officio permaneret.

Permansio, onis. Cicero Lentulo, lib. 1. Epistо. Nunquam præstantibus in Republica gubernãda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio. Ital. *Perseueranza.* Gal. *Perseuerance.* Hispa. *Aquella obra de perseverar y quedar hasta el cabo.*

Permano, as, penult. prod. Manãdo penetro, vel peruenio, & habet ferè post se accusatiuum cum aliqua harum præpositionum, ad vel in. Ital. *Colare, scendere.* Gal. *Couler parmi & descendre jusques.* Hisp. *Manar por otra cosa.* Cic. lib. 1. de Natu. deor. Nec est quod ab his ad hominum vitam permanare possit. Idem 3. Tusc. Nam quum est concepta pecunia, nec adhibita continuò ratio, quasi quædam Socratica medicina quæ sanaret eam cupiditatem, permanat in venas, & inhæret in viscéribus illud malum. Id est descendit & penetrat. Idem 2. de Oratore. Vt ad eorum mentes, apud quos agitur, mouendas permanare possint. Idem pro Cluentio, Celerius potuit comesum, quàm epotum in venas atque in omnes partes corporis permanare. Lucret. libro 1, Permanare animam nobis per membra solere. Plautus in Capt. facta longiuscula translatione posuit pro diuulgari, Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant, néve permanet palàm hæc nostra fallacia. Terent. Adelph. –ne si magis irritatus fiet, Aliquà ad partem hoc permanet, atque ego tunc perpetuò perierim. Id est, ne pater resciscat.

Permanãs, tis, participium. Ital. *Chi passa da vno ad vn'altro.* Gal. *Qui passe d'vn à autre.* Hisp. *Que mana por otra cosa.* Cicc. 3. Tusc. Conclusiunculæ non permanantes ad sensus.

Permananter, aduerbium. Ital. *Passando da vno ad vn'altro.* Gal. *En passant de l'vn à l'autre.* Hisp. *Manando por otra cosa.* Luer. lib. 6, Vsque adeò permananter vis peruadet eius. De magnete.

Permanesco, is, Ital. *Venire alla cognitione d'alcuno.* Gal. *Venir à la cognoissance de quelqu'vn.* Hisp. *Venir al conoscimiento de alguno.* Plautus Trinu. Id solus, solum per amicitiam, & per fidem ſtens obtinuit, Suo ne guato crederem, néve cuiquam vnde ad eum id posset permanescere. Id est vnde posset resciscere.

Permaturesco, is, Prorsus maturus fio. Ital. *Diuenir perfettamente maturo.* Gal. *S'acheuer de meurir.* Hispa. *Ser ò yr muy.* Ital. *Diuenir perfettamente maturo.* Gal. *S'acheuer de meurir.* Hispa. *Ser ò yr muy bien sazonado.* Colum. lib. 2. cap. 10, Et hoc quidem semen Ciliciæ, Syriæque regionibus ipse vidi mense Iunio Iulióque conseri, & per Autumnum, quum permaturuerit, tolli. Ouid. 4. Metam. Nam color in pomo est, vbi permaturuit, ater.

Permediocris, permediocre, penult. corr. Ital. *Molto mediocre.* Gal. *Fort mediocre, bien mesuré.* Hispa. *Muy mediano.* Cice. 1. de Orat. Partim qui tolerabiliores volunt esse, & veritatem vitæ propius accedere, permediocres ac potius leues motus esse, debere esse dicunt.

Permeo, as, are, Transeo, penetro, peragro. Ital. *Passare, penetrare.* Gal. *Passer entre, passer parmi.* Hispa. *Penetrar andando.* Cice. 4. Acad. Erit persuasum etiam Solem, Lunam, stellas omnes, terrã, mare, deos esse, quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat. Ouid. 4. de Ponto, Elegan. 11. Dum tua peruenit, dum littera nostra recurrens Tot maria, & terras permeat, annus abit. Plin. lib. 32 cap. 5, Quoniam Alpheus in ea insula sub ima maria permeet.

Permerdo, fœdo, conspurco. Albinus, pueri omnia permingunt atque permerdant. Perottus.

PERMESSVS, Fluuius Bœotiæ ex Helicone prouenies, Phœbo & Musis sacer, & iuxta Haliartum in lacũ Copaidem influens, teste Strabone, lib. 9. Virg. in Sileno. Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum. Declinator etiam hic Permessis, idis, vel idos. Martial. lib. 1. Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permessidos vnda?

Permetior, permeiris, Idem quod simplex metior. Ital. *Misurare.* Gal. *Mesurer.* Hispa. *Medir.* Cice. 4. Acad. Vos ergo huius magnitudinem quasi decempeda permensi referetis. Liuius 5. belli Pun. Simul altitudinem muri quantum proximè coniectura poterat, permensus. Virgil. 3. Aeneid. Nos tumidum sub te permensi classibus æquos. Iter durum permensus, Statius 1. Syl.

Permensus, passiuum. Ital. *Misurato.* Gal. *Mesuré.* Hispa. *Medido.* Colum. lib. 3. cap. 13. Sic permensum & perlibratum in similitudinem veruacti semper procedit.

Permetuo, is, Valde metuo. Ital. *Temere molto.* Gal. *Craindre fort.* Hisp. *Mucho temer.* Virgil. 2. Aeneid. Et pœnas Danaûm, & deferri coniugis iras Permetuens.

Perminutus, a, um, penult. prod. Valde exiguus. Ital. *Molto minuto.* Gal. *Fort menu.* Hispa. *Muy menudo.* Cice. 2. Tusc. Vt omnia præterea quà bona corporis & fortunæ putantur, perexigua, & perminuta videantur.

Permirus, a, um, Magnopere admirandus. Ital. *Da marauigliarsene molto.* Gal. *Fort esmerueillable, fort merueilleux.* Hisp. *Muy marauilloso.* Cice. 2. de Diuin. Vt mihi permirum videatur, quenquam extare qui etiam nunc credat iis quorum ptædicta quotidie videat. Cice ad Appium, lib. 3, Illud verò permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente.

Permisceo, es, Miscendo confundo. Ital. *Mescere, meschiare.* Gal. *Fort mesler.* Hisp. *Mucho mezclar.* Cice 4. Verr. Non modò illa quæ erant ætatis, ordinis, quæstúsque permiscuit, sed etiam in his duobus generibus ciuium nouorum, veterúmque, delectum, ordinémque turbauit. Idem in Orat. Ego autem scutio omnes in oratione quasi permistos & confusos pedes. Idem in Vatin. Ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore intermisceas.

Permistus, a, um, participium. Ital. *Mescolato.* Gal. *Meslé.* Hisp. *Mezclado.* Cicero 1. de Diuin. Sic animi hominum, quum aut somno soluti vacant corpore, aut mente permoti per se ipsi liberi incitati mouentur, cernunt ea quæ permisti cum corpore animi videre non possunt.

Permistè, aduerbium. Ital. *Mescolatamente insieme vna cosa con l'altra.* Gal. *Pesle mesle, l'vn parmi l'autre, tout ensemble.* Hisp. *Mezcladamente.* Cice. 1. de Inuent. Paucitas in partitione seruatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neque permistè cum partibus implicantur.

Permistio, onis. Ital. *Mestura, mescolanza.* Gal. *Meslure, meslange.* Hisp. *Mezcla, mezcladura.* Cice de Vniu. In qua omnem animum vniuersæ naturæ temperans permiscebat, superiorísque permistionis reliquias fundens æquabat.

Permitis, te, penultima producta. Ital. *Molto benigno.* Gal. *Fort doux.* Hispa. *Muy cortes y dulce.* Valde mite, & perfectè maturum significat. Columel. libro 12. cap. 41, Et integra mala dulcia granata, quæ Punica vocantur, & sorba non permitia diuisa exemptis seminibus.

Permitto, is, Sino, concedo, tolero. Ital. *Permettere, concedere.* Gal. *Permettre, & laisser faire, donner congé.* Hispa. *Permitir y consentir.* Cicero 1. Tusc. Præclarè id quidem, qui & amico permiserit, & se offenderit de hoc toto genere nihil laborare. ¶ Interdum dedo. Curtius libro 1, Sexaginta dierum indutias pacti, vt nisi intra eos auxilium Darius ipse misisset, dederent vrbem: postquam nihil inde præsidij mittebatur, ad præstitutum diem permisere se regi. Et in hac significatione dicimus, Permittere se fidei alicuius, & permittere se in fidem. Cæsar 2. belli Gall. Se, suáque omnia in fidẽ, atque potestatem Populi Romani permittere. Liu. 7. ab Vrbe, Nos ipsos, nostráque omnia cognitæ permittimus fidei. ¶ Interdum immitto, incito. Liuius 3. ab Vrbe, Concitant equos, permittúntque in hostem. Sisenna lib. 3, apud Nonium. Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit aciem. ¶ Interdum præcipito. Idem lib. 4, Multi præmissis armis ex summo se permitterent. ¶ Interdum committo. Sallust. Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur. Idem M. Petreio legato exercitum permittit. ¶ Est etiam permittere idem quod transmittere. Colum. lib. 8. cap. 8, Hoc genus cæci potest etiam trans matia permitti.

Permittitur, impersonale. Plin. libro 4. cap. 14, Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ.

Permissus, a, um, patticip. Ital. *Permesso.* Gal. *Permis.* Hisp. *Permitido.* Cice. Planco, in Epist. ad Attic. lib. 16, Quibus & lege & Senatusconsulto permissum erat vt de Cæsaris actis cognoscerent. Lucan. lib. 1, Pontifices sacri, quibus est permissa potestas.

Permissus, us, ui, nomen in singulari numero, quartæ declinationis: in plurali, secundæ. Ital. *Permissione, concessione.* Gal. *Permission, congé.*

engé. Hisp. *Permision.* } Permissa,orum. Cice.1. Offic. Quum enim Annibalis permissu exisset è castris, redit paulò pòst. Tacitus lib.3. Veteres,nisi permissu,ingredi Senatoribus.

Permissio,onis, Idem quod permissus nomẽ. συγχώρησις, ἄφεσις. Liu.7.bel. Maced. Aut ex summa pecuniæ demerent,aut permissionem extra ciuium corpora fieri iuberent. Ad Heren.lib.3, Plus valet permissione sanctio. Est & Permissio figura Rhetorum,de qua lib.4,ad Herenn.

Permodestus,a,um. Admodum modestus. ἐυμετρώτατος, λίαν ἐπιεικής. Ital. *Molto modesto.* Gal. *Fort modeste.* Hisp. *Muy modesto y templado.* } Tacit.lib. 1, Verba edicti fuere pauca, & sensu permodesto. Cice.ad Attic.lib.4, Satis enim acutus,& permodestus,ac bonæ frugi.

Permodicus,a,um, Vnde permodicè,aduerbium.Colum.lib.5 cap.11, Permodicè findito. Hoc est valde parum. ὀλίγου δεῖν. Ital. *Poccchissimo.* Gal. *Fort peu.* Hisp. *Muy poco.*

Permoleſtus,a,um, Vehementer molestus. } πάνυ χαλεπὸς, λίαν δυσχερής. Ital. *Molto molesto.* Gal. *Fort fascheux, fort moleste.* Hispa. *Muy enojoso y pesado.* } Cice.ad Attic.lib.1, Atque hi (nolo enim te permoueri) non sunt permolesti: sed tamen insident & vrgent, & nullius amantis consilio aut sermone requiescunt.

Permoleſtè,aduerbium. } πάνυ χαλεπῶς, δυσχερῶς. Ital. *Molestissimamente.* Gal. *Fort faschensement, auec grand ennuy & fascherie.* Hispa. *Muy enojosamente, con mucho enojo.* } Cic.ad Att.lib.15, De Pletorio vicino tuo permoleste tuli quenquam prius audisse quàm me.

Permoueo,permoues,penult.corr. Vehemẽter mouere. } ἐξάγω. Ital. *Mouere grandemente.* Gal. *Fort esmouuoir.* Hispani. *Mucho mouer.* } Cice.5. Verr. Quòd siquis sociorum incõmodis minus mouetur, siquem aratorum fugæ,calamitates,exilia,suspendia denique non permouent. Cæsar 1. bel. Gall. His rebus adducti,& autoritate Orgentorigis permoti,constituerunt ea quæ ad proficiscendum pertinent, comparare. Cicero in Orat. Miseratione mens iudicum permouenda est.

Permotus mente,Quasi de mente remotus, pro insano. } ἐκφανῶς. Ital. *Casato di sentimento, impazzito.* Gal. *Qui est mis hors de son entendement, hors du sens.* Hisp. *Loco sin sesso.* } Cice.1. de Diuin. Quod maximè contingit aut dormientibus,aut mente permotis.

Permotio, onis, verbale. } παρόρμησις, κατακίνησις. Ital. *Smouimento.* Gal. *Esmotion,esmouuement.* Hisp. *Mouimento,obra de mucho mouer.* } Cice.4. Acad. Mediocritates illi probabant,& in omni pe: motione naturalem volebant esse quẽdam modum. Idem 2.de Diuin. Mentis permotione magis,quàm naturæ hæc sentimus.

Permulceo,es. Lenio,mollio,mitigo,leniter attrecto. } καταθύω, κατακηλῶ. Ital. *Mitigare,ammolire.* Gal *Galonner & frotter en amignottant, fort flatter.* Hisp. *Mucho halagar.* } Cice. Concione Metelli permulsa atq; recreata. Sallust.lib.4. Histo. Dein lenita iam ita,postera die liberalibus verbis permulcti sunt. Cice.de Senectute, Præterita enim ætas, quamuis longa,quum effluxisset,nulla consolatione permulcere posset ituram senectutem. Ouid.4. Fast. Térque manu permulsit eum, tria carmina dixit. Cice.in Orat, Sonus & numerus permulcent aures.

Permultus,a,um. Valde multus. } πάμπολυς. Ital. *Molto, assai.* Gal. *Beaucoup.* Hisp. *Muy mucho.* } Cic.4. Acad. Ad has visiones inanes Antiochus quidem & permulta dicebat. Horat.1. Sermo. satyr.5, Campanum in morbum,in faciem permulta iocatus.

Permultò,aduerbium. } παμπόλλου. Ital. *Molto.* Gal. *Beaucoup.* Hisp. *Muy mucho.* } Cice.2. de Diuin. Præsertim quum Chrysippus Academicos refellens,permultò clariora,& certiora esse dicat quæ vigilantibus videantur,quàm quæ somniantibus.

Permultùm,aliud aduerbium. Cice.1. Offic. Sed in omni iustitia permultùm interest vtrum perturbatione aliqua animi (quæ plerunq; brevis est,& ad tempus)an consultò & cogitatò fiat iniuria.

Permundus,a,um, } πάνυ κοσμικός. Ital. *Molto mondo.* Gal. *Fort net.* Hispa. *Muy limpio.* } Varr.3. de Re rust.cap.7, Permundæ sunt enim hæ volucres. De columbis.

Permunio,is,penult.prod. Valde munio,aut absoluo quod munire incœperam. } κατασκευάζω. Ital. *Fortificare.* Gal. *Fortifier.* Hisp. *Fortalescer.* } Liuius 10.bel.Pun.Ec quæ monimẽta inchoauerat permuniit. Tacit.lib. 5, Locorumque opportuna permuniuit.

Permunitus,a,um, participium. } κατασκευή, ἐνοχυρός. Ital. *Fortificato.* Gal. *Fortifié.* Hispa. *Fortalescido.* } Liuius 7. ab Vrbe, Priuernates quum ante mœnia suà castris permunitis consedissent, vocatis ad concionem militibus,&c.

Permuto,as, pen prod. Idem quod simplex muto. } μεταβάλλω. Ital. *Mutare, permutare.* Gal. *Eschanger,troquer.* Hisp. *Mudar, permudar.* } Cice.in Catil. Si Catilina sententiam permutauerit. Idem 1. Offic. Effectúmque,vt dando & accipiendo,& permutandis facultatibus nulla re egeremus. ¶ Permutare pecuniam,est curare vt per trapezitam aut argentarium alio in loco reddatur. Cicero lib.1. Epist. Ait se curasse vt cum quæstu,populi pecunia permutaretur. ¶ Permutare Rempub.pro perturbare. Cicero 3. de Legib. C.verò Gracchus ruinis & emissitius quas ipse se prote cisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues, nónue omnem Reipublicæ statum permutauit? Festus ita distinguit inter commutare & permutare,vt permutari proprie id dicatur, quod ex alio loco in alium transfertur: commutari verò quum aliud pro alio substituitur, quam tamen differentiam fatetur etiam sua ætate fuisse confusam. ¶ Legitur interdum permutare pro emere. Plin.lib.11.cap. 8. Singulis millibus numum permutantibus congios penè binos. Idẽ lib.9 cap.55, Quæ cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris lex millia numero muræna tum mutuo appendit: nam permutare quidem pretio noluit,aliàve merce.

Permutatio, onis. } ἀλλαγή, τὸ ἀλλάσσειν. Ital. *Cambio, permutatione.* Gal. *Eschange, changement.* Hispa. *Cambio* } Cicero in Parad. Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi potest: neque naufragio, neque incendio amittitur: nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur.

Perna,æ, à pede, vel à Græco πέρνα. } Ital. *Presciutto.* Gal. *Pié ou jambe de porceau, jambon.* Hispani. *El pernil de vocino.* } Dicuntur autem pernæ tam priores,quàm posteriores coxæ porcinæ, salitæ,cum toto pede: quas Martialis, petasones appellat. Plin.lib.8.cap.51, Castrantur fœminæ sic quoque vti cameli, post bidui inediam suspensæ pernis posterioribus. Apud antiquos, testibus Nonio & Festo, perna pedem significabat (quo vocabulo Hispani nunc vulgò vtuntur) vnde & Compernes dicuntur qui longis sunt pedibus, genibúsque pius æquo coniunctis, ¶ Ab huius pernæ similitudine, pisces quoque genus perna dicitur, ex concharum genere circa Pontias insulas frequentissimum, quòd stet veluti suillo crure longo in arena defixus. Vide Plin.lib.32.cap.11.

Pernauigo,as, Est per totum aliquem tractum nauigare. } Ital. *Nauicare tutto vn viaggio.* Gal. *Nauiger tout le long d'vn lieu.* Hispa. *Nauegar hasta el cabo.* } Plin.lib.2.cap.67, Sub eodem sidere pars tota vergens in Caspium mare pernauigata est Macedonum armis.

Perneceſſarius,a,um, Admodum necessarius: vt, Tempus pernecessarium, quo maximè oportet aliquid fieri. } Ital. *Molto necessario.* Gal. *Fort necessaire.* Hisp. *Muy necessario.* } Cice.ad Attic.lib. 5, Non esse Romæ meo repore pernecessario, submoleste fero. ¶ Pernecessarius, valde coniunctus,& propinquus. Cice.pro Flacc. Contendisse à Lælio paterno amico, ac pernecessario, vt hunc hoc iudicio arcesseret.

Pernego,as,penult.corr. Vehementer, vel omnino negare. } Ital. *Negare al tutto.* Gal. *Renier fort & ferme.* Hispa. *Mucho ò del todo negar.* } Terent.in prol.Eun. -sed eas fabulas factas prius Latinas scisse sese, id verò pernegat. Plaut. Menæch. Hercle opinor pernegari non potest. Tibul.lib.1.Eleg.6, Sic etiam de me pernegat illa viro.

Pernegatur,impersonale. Cic.6. Verr. Itaque illo tempore,ac primo istius aduentu pernegatur.

Pernicies,ei. Mors,exitium,à perneco,as: neco autẽ,à nex necis. } Ital. *Morte, ruina.* Gal. *Mort & destruction, endommagement pernicieux.* Hispani. *Muerte ò destruycion.* } Nonius. Pernicies, periculum,exitium. Terentius in Adelphis, Leno sum,fateor, pernicies communis adolescentium.

Pernicialis, Quod perniciem affert. } Ital. *Ch' apporta morte ò ruina.* Gal. *Pernicieux, mortel.* Hisp. *Cosa que mata ò destruye.* } Plin.lib.24.cap.1, Pernicialia & brassicæ cum vite odia. Perniciales morbi,exitiales. Liu. 7.belli Pun. Eo anno pestilentia grauis incidit per vrbẽ agrósque: quæ tamen magis in longos morbos quàm perniciales euasit. Plin.lib.15. cap 18, Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.

Perniciabilis, Ad necem omnia ducens. } Ital. *Pernicioso, cosa di morte.* Gal. *Pernicieux, mortel.* Hispani. *Cosa que mata ò destruye.* } Quintus Curtius libro 7. Multos exanimauit rigor niuis insolitus, multorum exussit pedes, plurimorũ oculis præcipuè perniciabilis fuit. Tacit.lib. 4, Id perniciabile reo.

Pernicioſus,a,um, Pro mortifero, & perniciem afferente. } Ital. *Pernicioso, mortifero.* Gal. *Pernicieux, mortifere.* Hisp. *Cosa que mata ò destruye.* } Cicero 1. de Inuent. Is inutilis sibi, pernicioſus ciuis patriæ alitur. Horatius 2. Sermon. Saty.7, Obsequium ventris mihi pernicioſius est cur? Cicero antequam iret in exilium, Quæ tamen omnia iam non sunt tam calamitosa quòd mihi sunt fœcunda, quàm pernicioſa quòd in Rempublicam sunt introducta Ouid.2. Trist. Numina cultori pernicioſa suo.

Pernicioſè,aduerbium, Damnosè, exitialiter. } Ital. *Pernicioſamente.* Gal. *Pernicieusement.* Hisp. *Matando ò destruyendo.* } Plin.lib.17. cap.22, Sic pernicioſè luxuriat. Cice.de Leg Quo pernicioſius de Republica merentur vitioſi principes, quòd non solum vitia concipiunt ipſi,sed ea infundunt in ciuitatem.

Pernicitas, Velocitas. } ἀκύτης. Ital. *Velocita.* Gal. *Legereté, soudaineté, vitesse.* Hispani. *Ligereza.* } Plinius libro 7. cap. 2, Alibi cauda villoſa homines nasci pernicitatis eximiæ. Liuius 9. ab Vrbe, Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit. Tacit.libro 18, Adempta equorum pernicitate.

Perniger,gra,grum,adiectiuum,pen.corr. Valde nigrum. } Ital. *Molto nero.* Gal. *Fort noir.* Hispa. *Muy negro.* } Plaut. Pœn. Specie venusta, ore paruo,atque oculis pernigris.

Pernimium,aduerbium, Nimio plus satis. } Ital. *Molto assai.* Gal. *Par trop,plus qu'il ne faut.* Hispa. *Muy demasiadamente.* } Terent. Adelph. -nimium inter vos,Demea,(Ac non,quia ades præsens, dico hoc) pernimium interest.

Pernio,onis, Morbus pedum ex nimio frigore prouenies,& calcaneum infestans præcipuè. } Ital. *Speronaglia, buganza.* Gal. *Vne engeleure aux mains ou aux pieds, vne mule au talon.* Hispani. *La fuera dolencia de los pies.* } Plinius libro 20. cap.3, Rapum domesticum pernionibus feruens impositum sanat, & crudum tusum cum sale prodest cuicunque vitio pedum.

Perniunculus,diminutiuum. χιμίδιον. Idem lib.26. cap.11, Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

Pernix,nicis,penult.prod. a Pernitor,ris, Laboriosus,qui multùm nititur,& diu in re aliqua persæuerat. } Ital. *Laborioso, leggiero, pronto, perseuerante.* Gal. *Laborieux, viste, prompt, leger.* Hispa. *Trabajoso, ligero.* } Virgil.3. Georg. -& inter Dura iacet pernix instrato saxa cubili. Horatius libro 2.Carm. -pernicis vxor Appuli. ¶ Aliquando sumitur pro celeri. Virgil.libro 4. Aeneid. -pedibus celerem, & pernicibus alis.

Perniciter,aduerbium. } ἀκέως, πάνυ τάχως. Ital. *Leggiermente, prontamente.* Gal. *Legerement, promptement.* Hisp. *Ligeramente y prestamente.* } Plin.libro 8. cap.14, Vt superuolantes quamuis alte perniciterque,alites hausitu raptas absorbeant. Liu.6. belli Pun. Et vehi post fœle, & deuire perniciter, vbi datum lignum esset.

Pernobilis,le. } ὑπερφυέστατος, ὑπερένδοξος. Ital. *Molto nobile.* Gal. *Fort noble.* Hisp. *Mucho noble* } Cice.6. Verr. Nam tum ipsa fuit egregie facta, tum epigramma Græcum pernobile additum habuit in basi.

Pernocto,as,ate, vide PERNOX.

Pernosco,is. Perfectè nosco. } Ital. *Conoscere perfettamente.* Gal. *Cognoistre parfaitement.* Hisp. *Mucho conoscer.* } Plaut. Merc. Vbique amici qui infideles essent nequeas pernoscere. Terent. Andr. Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo. Cicero de Fato. Qui se profitebatur hominum mores, naturàlque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. Horat.2. Serm. Saty.4, Est operæpretium duplicis

pernoscere

pernoscere iutis Naturam.

Pernotesco,is,ere. Vnde Pernotuit impersonale, pro perfectè & certò cognitum est. Tuer.lib.14, Atque vbi incolumem esse pernotuit.

Pernox,huius pernoctis, generis omnis, Per totam noctè durans. {παννύχιος. Ital. *Che dura tutta la notte.* Gal. *Qui dure toute la nuict.* Hispa. *Cosa que dura toda la noche.*} vnde pernox vigilia dicitur, quæ per totam noctem continuatur. Gel.libro 2. cap.1, Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu pedius, atq; pernox, à summo lucis ortu, ad solem alterum orientem, inconniuens, immobilis, iisdem in vestigiis, & ore, atque oculis eundem in locum directis, cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis, atque animi facto à corpore. Sic Luna pernox dicitur, quum per totam noctem lucet. Plin.lib.2.cap.9.Crescens semper, aut senescens. Et modò curuata in cornua, modò æqua portione diuisa, modò sinuata in orbem, maculosa, eadémque subitò prænitens, immensa orbe pleno, ac repètè nulla, aliàs pernox, aliàs sera, & parte diei lucem Solis adiuuans, deficiens, & in defectu tamè conspicua. Liu.lib. 5.ab Vrbe, Præliúmque ante lucem (sed luna pernox erat) commissum est, & haud incertius diurno prælium fuit.

Pernocto,as, Noctem totam aliquo in loco transigo siue vigilando, siue dormiendo, siue aliud quid operis faciendo. {διανυκτερεύω, παννυχίζω. Ital. *Star di notte, passare tutta la notte in una impresa.* Gal. *Demourer toute la nuict, passer la nuict.* Hispa. *Durar toda la noche.*} Terent.in Adelph. Sed si hìc pernocto, causæ quid dicam Syre? Idem in Hecyra, Nam negabas nuptum filiam te tuam posse pati cum eo qui meretricem amaret, & pernoctaret foris. Cicero pro Cluent. Quum esset adulescens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret. id est per totam noctem moraretur. Idem pro Archia, Adulescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium atque solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Idem pro Domo sua. Propter inopiam tecti in foro pernoctans. id est dormiens, siue per totam noctem morans. Pompon. Pernoctare extra vrbem dicitur, qui nulla parte noctis in vrbe sit. ¶ Compositum item Abnocto, quod significat per noctem, siue noctu absum: de quo vide suprà suo loco.

Pernumero,as,are, Numero recensere. {καταριθμέω. Ital. *Annouerare.* Gal. *Conter, acheuer de nombrer.* Hispa. *Contar.*} Plaut.Epid.Age, age, absolue, atque argentum numera, ne comites moter. 2.Pernumeratum est. Catul.ad Lesbiam, epigr.7, Quæ nec pernumerate curiosi possiut. Liu.8.bel.Pun. Paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Illergetes pernumerarent. Idem 6.ab Vrbe, Sortem aliam ferte, de capite deducite quod vsuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba quàm vllius conspectior erit.

Pero,onis. Genus calceamenti rustici ex corio crudo, contra niues, imbrésque & frigora. {ἐκ δερέως ἀμοῦ. Gal. *Guestres ou trequelousses.* Hisp. *Abarca, calçado de cuero crudo.*} Iuuenal satyr.14, quem non pudet alto Per glaciem perone tegi. Virgil.libro 7, priscos Latinos perone in bellis vsos ostendit, quum inquit, -vestigia nuda sinistri Instituere pedis, crudus tegit altera pero. Budæus, Perones, tibialia sunt laxa quibus nostrates rustici vtuntur: sic dicta (vt arbitror) quòd peræ modo sint informia. Peram autem veteres appellabant sacculum ex aluta.à collo ad lumbos dependentem. Vulgus Gallicum *guestras*, vocat, siue *triquelousses*.

Peronatus,a,um, Peronibus calceatus. {ὁ ἀνὴρ ὑποδηματόδερος}. Persius satyr.11, Nanim si poscat sibi peronatus arator.

PERO, πηρώ. Nelei filia ex Chloride filia Amphionis, soror Nestoris & Periclymeni: eximia pulchritudine: quam quum multi certatim proci vxorem sibi deposcerent, Neleus qui id temporis irreconciabili odio ab Hercule diffidebat, negauit se cuipiam illam desponsurum, nisi prius boues Herculis abactos ad se adduxisset. Vide Home. 11.Odyss.

Perobscurus,a,um, Valde obscurus. {πάνυ ἀσαφὴς, ἀνεξήγητος. Ital. *Molto oscuro.* Gal. *Fort obscur.* Hisp. *Muy escuro.*} Cicc.1.de Natu.deor. Tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum.

Perodiosus,a,um, Valde odiosus. {ἐπιμισητός, πάνυ μισητός. Ital. *Molto odioso.* Gal. *Fort odieux.* Hisp. *Muy odioso.*} Cicc.ad Attic.lib.19, Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

Peroleo,peroles, penult.corr. {μάλιστ' ὄζω. Ital. *Odorare molto.* Gal. *Sentir fort, rendre vne forte odeur.* Hispa. *Mucho oler.*} Valde oleo. Lucil.libro 30, Quis totum sic corpus iam peroleſſe bisulcis.

Peropportunus,a,um, penult.prod. Valde opportunum. {πάνυ ἐυκαιρος. Ital. *Molto opportuno.* Gal. *Fort opportun, fort a propos.* Hispa. *Cosa con mucha sazon à tiempo.*} Cicc.2.de Orat. Sed tamen defessus iam labore, atque itinere disputationis meæ, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diuersorio.

Peropportunè, aduerb. {πάνυ ἐυκαίρως. Ital. *Opportunissimamente, molto à tempo.* Gal. *Fort opportunement, fort bien à point.* Hisp. *Con mucha sazon à tiempo.*} Cicc.7. Vert. Peropportunè fortuna te obtulit. Liu.1.ab Vrbe, Peropportunè ad præsentis quietem status, &c.

Peropus est, pro Valde opus est. {πάνυ δεῖ, χρεών ἐστι. Ital. *E molto necessario.* Gal. *Il est grand besoing, il est fort necessaire & requis.* Hispa. *Es mucho necessario.*} Terent.in Andr. Sed nunc peropus est aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.

Peroriga,æ, Dicitur quo adiuuãte equa alligata equum citius admittit. {ἵππος ἐπὶ πορείαν, ἐπὶ πολεμον, ἐπὶ ἵππους εἰς ὀχεῖαν ἐφιείς. Ital. *Che ha, cuesta di far saltare il cauallo sopra la caualla, armentiero di caualle.* Gal. *Celuy qui fait saillir vne iument à vn cheual, vn haraßier, le maistre du haras.* Hispa. *El yegua saillir vne iument à vn cheual, vn haraßier, le maistre du haras.*} Var.libro 2.de Re rust.cap.7, Peroriga enim appellatur quisquis admittit.eo enim adiuuante equa alligata celerius admittit: neq; equi frustra cupiditate impulsi semen eiciunt. Et pauadm

Universidad de Deusto Biblioteca

pouero. Gal. *Fort pouure.* Hisp. *Muy pobre.*} Cice. ad Attic. lib. 6. de Ariobarzane. Erat enim rex perpauper.

Perpauxillum, vide PERPAVLVM.

Perpello, is, Induco, impello, cogo. {ἐπάγω. Ital. *Indurre, spingere, sforzare.* Gal. *Pousser & induire à faire.* Hisp. *Mucho constreñir.*} Plaut. Bacch. Callidis dolis compuli & perpuli, mihi omnia vt crederet. Terent. in Andr. Suadere, orare vsque adeo donec perpulit. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Incẽsam multitudinem perpulit vt imperium regi abrogaret. Idem 2. ab Vrbe, Nec tamen perpelli potuere vt acie dimicarent.

Perpendiculum, li, Instrumẽtum fabri materiarij, seu cæmentarij, quo plumbo à filo & gnomone pendente, rectitudo, seu obliquitas operis perpẽditur, id est examinatur. {ἀπόβασις. Ital. *Archipenzolo.* Gal. *Le plomb d'vn maisson ou charpentier.* Hisp. *El plomo de albañir.*} Asconius, Perpendiculum, linea laterum æqualitatem à summo ad imum altitudine probant. Vitruu. libro 7, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Cice. 2. Acad. vt citat Nonius, Atqui si id crederemus, non egeremus perpẽdiculis, non normis, non regula. Perpendiculi inuentor fuit Dædalus, teste Plin. lib. 7. cap. 56.

Perpendicularis, re, Geometræ vocant quod ex superiore loco in inferiorem demittitur ea rectitudine qua plumbum propendet ex perpendiculo. ἰσοκάθετος. Vnde radios Solis perpendiculares habere dicuntur, qui Solem habent rectè supra caput imminentem.

Perpendo, dis, Probè examino, diligẽter cõsidero. {ἐξετάζω, σκοπῶ μετὰ σπουδῆς. Ital. *Considerare con diligenza.* Gal. *Poiser & considerer diligemment quelque chose.* Hisp. *Pesar con diligencia.*} Cice. pro Mutæna, Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt: sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperientur prauissima. Ibidem, Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendens momenta officiorum omnium. Iudicio acri perpendere. Luca. lib. 2.

Perpensus, participium. {ἐξητασμένος, σκοπούμενος. Ital. *Pesato, considerato diligẽtemente.* Gal. *Poisé, considéré diligemment.* Hisp. *Pesado y considerado con diligencia.*} Colu. lib. 3. cap. 3. Vt autè perpensum & exploratum habeamus, an locupletet patremfamiliãs vinearum cultus.

Perpensè, aduerbium, Significat examinatè, ponderatè. {ἐξακριβῶς, σταθμητικῶς. Ital. *Ponderatamente.* Gal. *Considerement.* Hisp. *Pesadamente.*} cuius non reperi exemplum.

Perpensa, Dioscoridi herba quæ à nonnullis vocatur Bacchar. βάκχαρις. Plin. libro 21. cap. 9, Bacchar in medicinæ vsu est. Aliqui ex nostris perpensam vocant. Auxiliator contra serpentes, capitis dolores, feruorésque.

Perperam, pen corr. aduerbium, Significat prepostrè, prauè, peruersè, corruptè, vitiosè. {σκαιῶς, παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. Ital. *Malamente à torto, falsamente.* Gal. *A tort, faussement, mal.* Hispani. *Mala y falsamente.*} Plaut. Quid ni? semper agit perperam. Rectè & perperam, contraria. Cice. pro Cæcinna, Seu rectè, seu perperam facere cœperunt.

Perperus, a, um, penult. corr. teste Nonio, Idem quod indoctus, stultus, rudis, insulsus: seu vt alij interpretantur, procax, temerarius, præceps, aut etiam leuis & inconstans. {ἀπαίδευτος. Ital. *Ignorante, sorzo.* Gal. *Ignorant, indocte.* Hisp. *Malo, falso, indocto.*} Accius in Pragmat. apud eundem Nonium describere eum miror perperos populares.

Perperitudo, inis, Modò prauitatem, modò stultitiam significat. {πονηρία. Ital. *Malvagità, sorzezza.* Gal. *Mauuaistié, sottie.* Hisp. *Maldad y falsedad.*} Accius in Pragmaticis, Et eo plectuntur Poëtæ, quàm suo vitio, sæpius ductabilitate nimia vestra, aut perperitudine.

Perpes, etis, penult. corr. generis omnis. Idem quod perpetuus. {ἀίδιος. Ital. *Perpetuo.* Gal. *Perpetuel, continuel.* Hispa. *Perpetuo, continuo.*} Plautus in Amph. Ibi cœnaui, atq; ibi quieui in naui nocte perpetem. Idem Amphi. Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo, Nisi item vnam, verberatus quam pependi perpetem.

Perpetim, pen. corr. aduerbium, Significat perpetuò. {ἀεί. Ital. *Perpetuamente.* Gal. *Perpetuellement, continuellement, sans cesse.* Hisp. *Continuadamente.*} Plin. lib. 20 cap. 4, Ica vocatur vicus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humore manans.

Perpetior, perpeteris, perpessus sum, Idẽ quod patior, siue fero. {πάσχω. Ital. *Patire, sopportare.* Gal. *Endurer & souffrir.* Hispa. *Padescer, sufferir.*} Terent. Eunuc. An potius ita me comparem Non perpeti meretricum contumelias? Cice. ad Cælium lib. 2, Nonne tibi affirmaui, quiduis me potius perpessurum quàm ex Italia ad bellum ciuile me exiturũ? Idem 1. de Finib. Itidem etiam dolorem sæpe perpetiuntur: ne si id non faciant, incidant in maiorem.

Perpessu, poſterius supinum à verbo perpetior. Cice. 4. de Finib. Fortiorémque in patiendo dolore, si eum asperum atque difficilem perpessu, & contra naturam, quàm si malum dixero. Idem 2. Tuscul. O multa dicta grauia, perpessu aspera.

Perpessus, participium, à verbo perpetior. {ἀνασχόμενος. Ital. *Che ha patito.* Gal. *Qui a enduré & souffert.* Hispani. *El que ha padescido.*} Cicero 12. libro Episto. Vt mihi tam multa pro te perpesso, atque defuncto, hoc concederet.

Perpessio, onis. Actus ipse perpetiendi. {πάθημα, ὑπομονή. Ital. *Sofferenza, patienza.* Gal. *Endurement de faschenes.* Hispa. *Aquella obra de padescer, sufrimiento.*} Cice. 2. de Inuent. Patientia est honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarum vt difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio.

Perpetro, as, pen. corr. ex per. & patro, Significat perficio, & plerunque in malam partem. {ἀπεργάζομαι. Ital. *Compire, mandare ad effetto.* Gal. *Venir au bout de quelque entreprinse, l'achever & mettre à fin.* Hisp. *Acabar de hazer.*} Plaut. in Cas. Nam cur nõ ego id perpetrem quod occœpi, vt nubat mihi? Idem Truc. Malè quod mulier incœpit, nisi efficere perpetrat, Id illi morbo, id illi senio est. Liu. 1. ab Vrbe, Postea quã iuuenes perpetrata cæde pergere ad se gratulantes vidit, extemplo, &c. ¶ Nonnunquam accipitur & in meliorem partem: vt Sacrificio ritè perpetrato, apud Liuium 4. Decad. 5.

Perpetuus, a, um, Idem quod continuus, & minimè interruptus. {ἀπαύστος. Ital. & Hispani. *Perpetuo.* Gal. *Perpetuel.*} Ouid. 1. Metamor. -prima que ab origine mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Plaut. in Asin. Opto mihi hunc annum perpetuum huius operas.

Cic. 3. in Catil. Atque vt in perpetua pace esse possitis, prouidebo. Hoc est, ne pax vestra interrumpatur. ¶ Accipitur etiam perpetuum pro perenni, hoc est pro eo quod nunquam perit. ἀείδιος. Cice. 4. Catil. Ignẽ Vestæ perpetuum & sempiternum. Plaut. in Cist. Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum. ¶ Nonnũquam etiam pro eo quod tam generale est, vt semper habeat locum, Celsus lib. 2. cap. 10. Quum sit autem minimè crudo sanguis mittẽdus, tamen ne id quidem perpetuum est. Hoc est, non vsquequaque verum est. Paul. l. Quum hæreditas. ff. Ad senat. Trebel. Quum hereditas ex fideicommissi causa restituta est, si antè cum hærede compromissum sit, puto fideicommissarium cauere debere hæredi. Nam quod dicitur, retinere eum oportere, non est perpetuum. Hoc est, non est perpetuò verum.

Perpetuum, aduerbium, Idem significans quod assiduè, vel semper. {ἀεί, ἀιεί. Ital. *Sempre, continouamente.* Gal. *Perpetuellement, à perpetuité, continuellement.* Hisp. *Siempre, continuadamente.*} Plaut. in Epid. Quid agis? perpetùm valuisti? Pro eodem etiã dicimus Perpetuò. Idem in Menæch. Sed meliore est opus auspicio, libet perpetuò vt fiem.

Perpetuo, as, Perenno, continuo sine intermissione. {ἀϊδίζω. Ita. *Continouare, perpetuare.* Gal. *Continuer, perpetuer.* Hisp. *Continuar, perpetuar.*} Plautus in Pseud. Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data. Næuius, Miserum me, cui datum est vt hunc solus perpetuem laborem.

Perpetualis, le, Idem quod vniuersalis. {καθολικός. Ital. *Vniuersale.* Gal. *Perpetuel, qui est general & vniuersel.* Hispani. *Vniuersal.*} Quintil. libro 2. cap. 14. καθολικῶς, id est (vt dicamus quo modo possumus) vniuersalia, vel perpetualia.

Perpetuarius, teste Budæo in titulum de Locat. præd. ciuil. vel fisc. Conductorem & colonum significat, qui perpetuò rem conduxit. Prædia domus nostræ semel iure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium transferre perpetuarium non oportet. Et subinde eodem modo: Sunt etiam alibi fundi perpetuarij, ad distinctionem (vt videtur) emphyteuticorum. Hæc ille.

Perpetuitas, penult. corr. perpetuitatis. {ἀϊδιότης, συνεχὲς χρόνου διάστημα. Ital. *Perpetuità, continuatione.* Gal. *Perpetuité, durée à touſiours, continuation.* Hispa. *Perpetuidad, continuidad.*} Cice. 2. de Finib. Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando amissis illis sit miser. Sermonis perpetuitas, Cice. 2. de Orat. Idem 3. de Orat. Perpetuitate & quasi conuersione verborum vtendum nõ semper est. ¶ Perpetuitas pro immortalitate. Cicer. de vniuersitate, Neutiquam tamen dissoluemini, neque vos vela mortis fata periment, nec fraus valentior quàm consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quàm illa, quibus estis tum quum gignebamini, colligati.

Perpictus, a, um, participium, à verbo perpingo, idem significans quod exactè pictus. διάγραπτος. Ouidius 10. Metamor. Lilia, perpictásque pilas, &c.

Perplaceo, perplaces, penul. corr. Valde placeo {πάνυ ἀρέσκω. Ital. *Piacere molto.* Gal. *Fort plaire.* Hisp. *Mucho plazer.*} Terent. Heaut. -egomet habeo propemodum, Quam volo. 5. nunc laudo gnate. a 1. Archonidis filiam. 5. Perplacet. Cic. Attic. lib. 3, Sed si est aliquid in spe, vide legem quam T. Fadio scripsit T. Visellius: ea mihi perplacet.

Perplexus, a, um, Inuolutus, vel implicitus. {ἀπερίπλοκος, ἀμφιπλεκής, ἀμφιπλόκος. Ital. *Intricato, inuiluppato.* Gal. *Entremeſté & barbouillé parmi, doubteux.* Hisp. *Embetrado, impedido.*} Plin. lib. 9. cap. 2. Perplexis. & in semet aliter atque aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis seminibus. ¶ Per translationẽ accipitur pro obscuro, & ita inuoluto vt commodè intelligi non possit. Liu. 4. bel. Maced. Ex his Menippus ignorare se dixit quidnam perplexi sua legatio haberet. Liu. 10. bel. Maced. Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit.

Perplexè, aduerbium, hoc est obscurè & implicitè. {ἀμφιπλεκῶς, ἀμφιπλόκως. Ital. *Dubbiosamente.* Gal. *Doubteuſement.* Hispani. *Dudoſamente.*} Terent. in Eunuc. Pergin' scelesta mecum perplexè loqui?

Perplexim, aliud aduerbium, καθαμιγδόν. Plaut. in Sticho, Vtrum ego perplexim lacessam oratione, &c.

Perplexor, aris, aliquid perplexum facere, & in dubium vocare. καθαμίκω. Idem in Aulul. At scio quo vos pacto soleatis perplexarier.

Perplexabilis, adiectiuum, Idem quod perplexus, quum scilicet aliud audiatur, aliud sentiatur. καθαμικτός. Idem in Asin. Neq; vllum verbum faciat perplexabile.

Perplexabiliter, aduerbium. Idem quod perplexè. πολυπλόκως. Idem in Sticho, Perplexabiliter hodie earum pauefaciam pectora.

Perplicatus, ἐμπεπλεγμένος, Interiecta coniunctione per tmesim extulit Lucretius lib. 2, Aut magis hamatis inter se, pérque plicatis.

Perpluo, is, ere, Significat per medium pluere, transmittere pluuiam. {διαβρέχω. Ital. *Trapiouere.* Gal. *Plouuoir à trauers ou parmi.* Hisp. *Entrellouer.*} Quintil. lib. 6. cap. 3, Quum cœnaculum perpluueret, id est per medium pluuiam admitteret. Plautus Most. -venit imber, Lauat parietes, perpluunt tigna, putrefacitque operam fabri. ¶ Perpluit in pectus meum, per translationem. Plaut. in Most. Hæc illa tempestas mea, mihi quæ modestiam omnem Detexit, tectus qua fui: quam mihi Amor & Cupido In pectus perpluit meum. Idem Trinu. Benefacta benefactis aliis peregito, ne perpluant.

Perplus, perpluris, penult. prod. omnis generis Plin. lib. 23. cap. 24, Spõdétque iugero eius, annuos perplures, vel mediocri solo reditus. συμπολλοστός, συμπολλοῖς. Ital. *Molto piu.* Gal. *Beaucoup plus.* Hisp. *Mucho mas.*

Perplurimùm, aduerbium, {ὑπερπολλοῦ. Ital. ... *Assai.* Gal. *Treſfort.* Hispa. *Muy mucho.*} vt, Perplurimùm refert, Plinius lib. 2. cap. 54.

Perpol, aduerbium esse iurandi quidam putauere apud Plautum in Casina, Perpol sæpe peccas: ita fit vbi quid tanto opere experas. Et apud Terentium Hecy. Perpol quàm paucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores. Verùm Donatus in hunc locum sic ait, Ordo est, Pol perquam paucos reperias: nam perpol non est Latinum, sed ἀπὸ τοῦ πάνυ per quam, id est nimio. Ex quibus Donati verbis videre est, apud Plautum in præcedenti exemplo ordinem esse talem Pol persæpe peccas.

Perpolio, perpolis, penult. corr. Valde polio, absoluo, ac supremam manum addo. {ἀκροῦμαι, ἐξεργάζομαι. Ital. *Polire molto.* Gal. *Polir & mettre*

aut nitę, atpolir. Hisp. *Mucho polir.*} Cic. 2. de Orat. Tractu orationis læui & æquabili perpoliuit illud opus. Idem Attico lib. 4, Librum meum illum *ἀνεπίδοτον* nondum vt volui perpoliui. Idem 1. de Orat. Perfecti in dicendo, & perpoliti homines. Plin. lib. 33. cap. 4, Nec vllum absolutius aurum est, cursu ipso, tritúque perpolitum.

Perpolitio, onis. {*ἐξεργασία.* Ital. *Esso polire.* Gal. *Polissure, polissement.* Hispa. *Obra de mucho polir.*} Ad Heren. lib. 4, Verborũ exornatio est quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.

Perpopulor, pen. corr. perpopularis, Totum populor, & vasto. {*διαδῃῶμαι.* Ital. *Depredare.* Gal. *Piller, galter & destruire tout.* Hisp. *Robar y destruyr el campo.*} Liuius 2. bel. Pun. Annibal emissus è manibus perpopuletur Italiam, vastándoque & vrendo omnia, ad Romana mœnia peruenit. Tacit. lib. 14, Cædibus & incendiis perpopulatus.

Perpoto, as, pen, prod. Totum tempus in potationibus consumo. {*διαπίνω, πολὺν ἀνοχλοῦντα.* Ital. *Crapulare, attendere à bevere.* Gal. *Ne faire autre chose qu'yurogner.* Hisp. *Mucho beuer ò hasta el cabo.*} Cic. 7. Verr. Similiter totos dies in littore tabernaculo posito, perpotabat. Ibidem, Prætore tot dies cum mulierculis perpotante. Lucret. lib. 1, -interea perpotet amarum Absynthi laticem.

Perpotatio, onis. {*πολυποσία.* Ital. *Embriaccamento ordinario.* Gal. *Yurogneric ordinaire.* Hisp. *Embriagues continua.*} Cic. in Piso. Quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperatissimas perpotationes prædicem?

Perpruriſco, is, Admodum prurio. {*κνήσασθαι μᾶλλον.* Ital. *Fruttre molto.* Gal. *Se demanger fort.* Hisp. *Tener mucha comezon.*} Plautus Sticho, -& suauem cantationem aliquam occipito Cinædicam, vbi perpruriscamus vsq; ex vnguiculis.

Perpulcher, Valde pulcher. {*ἐυειδὴς, ὑπερκαλός.* Ital. *Molto bello.* Gal. *Fort beau.* Hisp. *Muy hermoso y bello.*} Terent. Eunuc. Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

Perpurgo, as, Totum, siue omnino purgo. {*ὁλοκαθαίρω.* Ital. *Purgare perfettamente.* Gal. *Purger tout au net.* Hisp. *Alimpiar ò purgar hasta el cabo.*} Cic. 2. de Natu. deo. Ceruæque ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ seselis dicitur. ¶ Perpurgatis auribus, per translationẽ dixit Plautus in Milite, -accipe à me rursum rationem doli, Quam institui. PL. perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. ¶ Perpurgare locum aliquem, per translationem, pro expedire. Cic. 2. de Diuin. Quúmque fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus est is locus à nobis quinque libris.

Perpusillus, a, um, {*ὀλίγιστος.* Ital. *Molto piccolo.* Gal. *Trespeu, le moins du monde, si peu que rien.* Hispani. *Muy poquillo.*} vt. Perpusillus homo. A quo Perpusillum, aduerbium. Cice. 2. de Orat. Hic ille, Non accusabis, perpusillùm rogabo.

Perputo, as, Perfectè puto, declaro, vel potius profero. {*διαγνωρίζω.* Ital. *Dare ad intendere perfettamente.* Gal. *Mettre au net & esclaircir, donner à entendre.* Hispa. *Declarar perfectamente.*} Plaut. Cistel. -nunc operam date Vt ego argumentum hoc vobis planè perputem.

Perquam, Composita dictio, ferè semper positiuis adiũgitur, & verbis: significátque maximè. {*λίαν σφόδρα.* Ital. *Molto grandemente* Gal. *Bien fort, moult.* Hispa. *Muy grandemente.*} Plaut. in Rud. Propuli perquam indignis modis. Plin. Epist. 147. Perquam velim scire an esse phantasmata, &c. Plura vide in dictione PER. ¶ Aliquando tamen inuenitur iunctum cum superlatiuo. Curtius lib. 4, Perquam maximo potest exercitu comparato.

Perquiro, tis, penult. prod. Diligenter quæro. {*διαζητῶ.* Ital. *Cercare diligentemente.* Gal. *chercher diligemment.* Hisp. *Buscar diligentemente.*} Cæsar 6. bel. Gall. Aditus viásque in Sueuos perquirit. Ouid. 3. Metam. Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo Imperat. Cice. 5. de Fin. Videmúsque vt pueri, ne verberibus quidem à contemplandis rebus, perquirendísque deterreantur. ¶ Perquirere pro interrogare. Cice. pro Cælio, Possum etiam illa & cæterorum patronorum & mea consuetudine ac accusatore perquirere.

Perquiritur, impersonale. Cice. pro Cluentio, Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ferrula ad Stratonem peruenisse.

Perquisitus, a, um, participium. {*ἐξητασμένος.* Ital. *Cercato diligentemente.* Gal. *Cherché diligemment.* Hisp. *Buscado diligentemente.*} Plin. libro 18. cap. 4, Et postea inuentis omni cura perquisitis, causáque rerum & ratione simul etuta.

Perquisitè, aduerbium. {*ἐξητασμένως.* Ital. *Con diligente inquisitione.* Gal. *Auec diligente inquisition.* Hisp. *Con diligente busca.*} Cice. 1. de Inuent. Quæ pertinere autem ad dicendum putamus, ea nos commodius quàm cæteros attendisse non affirmamus, sed perquisitius & diligentius conscripsisse pollicemur.

Perquisitor, oris, verbale. {*ἐξεταστὴς, ἐξεταστής.* Ital. *Chi cerca con diligenza.* Gal. *Chercheur diligent & soigneux.* Hisp. *Diligente Buscador.*} Plaut. Sticho, Malevoli perquisitores auctionum perierint.

Perrarus, a, um, penult. prod. Valde tarum. {*πάνυ σπάνιος.* Ital. *Molto raro.* Gal. *Fort rare.* Hispa. *Muy raro.*} Plin. libro 31. cap. 3, Perrarum est, vt leuior sit aliqua. Liu. 6. ab Vrbe, Tum quòd perraræ per eadem tempora literæ fuere.

Perrarò, aduerbium. {*πάνυ σπανίως.* Ital. *Molto raramente.* Gal. *Fort rarement.* Hisp. *Muy ralamente, raras vezes.*} Cice. 2. de Finib. Istorum enim verborum amore quæ perraro appellantur ab Epicuro, sapientiæ, fortitudinis, &c. Horat. 2. Serm. satyr. 5, -perrarò hæc alea fallit. Cice. pro Roscio Amer. Perrarò venit in oppidum.

Perrepo, is, Rependo transeo, vel rependo aliquò peruenio: & æquè de inanimatis ac de animalibus quibuscunque dicitur. {*κατερπύζω.* Ital. *inanimatis ac de animalibus quibuscunque dicitur.* Gal. *Ramper ou grimper en grauir à trauers.* Hispa. *Gatear, andar gateando.*} Colum. lib. 8. cap. 15, Sed ea tota maceries opere tectorio læuigatur extrà intráque, ne felis, aut vipera perrepat. Idem lib. 4. cap. 24, At si longius quàm ritus agricolarum permittit, & à capite viris emicuerit, & brachiis in alienæ iugorum compluuia perrepserit, &c. Idem lib. 6. cap. 5, Cauendum quoq; est ne ad præsepia sus, aut gallina perrepat. Tibullus lib. 1. Eleg. 2, Non ego tellurem genibus perrepere supplex, &c.

Perrepto, as, frequẽtatiuum, Significat tardè, & cum labore perambulo, {*πολὺ κατερπύζω.* Ital. *Caminare con fatiga.* Gal. *Se couler ou trauer souuent,*

cheminer auec peine. Hisp. *Caminar con afan.*} Terent. in Adelph. Perreptaui vsque omne oppidum, ad portam, ad lacum.

PERRHAEBI, *Περραιβοί.* Populi fuerunt Thessaliæ, qui Lapitharum potentia fracti fugerunt in Aetoliæ montana, Pindo monti proxima: quæ regio ab ipsis Perrhæbia dicta est, ipséque Pindus cognominatus est Perrhæbus. Propertius, Aut cur Perrhæbi timuere excumina Pindi?

Perridiculus, a, um, Valde ridiculus. {*γελοιότατος, πάνυ γελοῖος.* Ital. *Molto ridiculo.* Gal. *Fort ridicule.* Hisp. *Cosa de quien se haze mucha burla.*} Cice. 4. Verr. Quid in prouincia facturus esset, perridiculi homines augurabantur. Idem 2. de Oratore, Sed tamen eorum est doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula.

Perridiculè, penult. corr. aduerbium. {*γελοίως, πάνυ γελοίως.* Ital. *Da ridere.* Gal. *Fort diculement.* Hispa. *Con mucha burla.*} Cicero 1. de Orat. In quo non modò illud præcipitur nequid insulsè, sed etiam siquid perridiculè possit, vitandum est oratori vtrunque, ne aut scurrilis locus sit, aut mimicus.

Perrodo, is, penult. prod. Rodendo penetro. {*διαγράω.* Ital. *Rodere molto.* Gal. *Ronger tout à fait.* Hispa. *Mucho roer.*} Plin. libro 44. cap. 18, Valet purgare, fistere, excalfacere, perrodere. Idem lib. 30. cap. 16, Vngulas tantùm mularum repertas, neq; aliam villam materiam quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ.

Perrogo, as, penult. corr. Perrogare propriè dicebantur Consules qui sententiam rogabant. {*ἀνερωτῶ.* Ital. *Dimandare l'opinione de vn giudice ò vn consigliere.* Gal. *Demander l'opinion aux assistans, iuges ou conseillers.* Hisp. *Demandar las opiniones à los consejeros y jueces.*} Tacit. libro 10, Quum perrogarent sententias Consules. Plin. Epistо. 87, Quum sententiæ perrogarentur, dixit Iunius Mauricus non esse restituendum Viennensibus agona.

Perrumpo, is, Per medium rumpo. {*διαῤῥήγνυμι, διεξελαύνω, διαῤῥήγνυμι.* Ital. *Rompere nel mezzo, intrare con impeto.* Gal. *Rompre tout à trauers, entrer par force.* Hispani. *Romper entremedias, entrar con arremetida.*} Colum. libro 2, Sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Liu. libro 8, Qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen. ¶ Aliquándo ponitur pro irrumpere vi, & violentia intrare. Cæsar 6. bel. Gal. Perrumpere nituntur. Idem libro 7, Vt si eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæsitantes premerent ex loco superiore. Inuenitur aliquando accusatiuo cum præpositione ad. Liu. 6. belli Pun. Nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse. Aliquando etiam cum præpositione in. Liu. 3. ab Vrbe, Iam in vestibulum templi perruperant. ¶ Perrumpere leges, id est violare, effringere. Luca. libro 1, Perrumpere milite leges.

Persæpe, Aduerbium, Valde sæpe. {*πάνυ πολλάκις, ἐς τὰ πολλά.* Ital. *Molto spesso.* Gal. *Fort souuent.* Hispa. *Muchas vezes.*} Cice. de Amic. Rectè etiam percipi potest in amicitiis, nequis intemperata quadam benevolentia (quod persæpe fit) impediat magnas vtilitates amicorum. Horat. Epo. 14. Qui persæpe caua testudine flevit amorem.

Persalsus, a, um, Valde salsus. {*πάνυ ἁλμυρὸς, σφόδρα γελοῖος.* Ital. *Molto salso ò gratioso.* Gal. *Fort salé, dit par moquerie & en gabbant.* Hispani. *Muy salado y donoso.*} Cic. 2. de Orat. Persalsum illud est apud Næuium, Quid ploras pater?

Persalsè, aduerbium. {*πάνυ ἁλμυρῶς, λίαν γελοίως.* Ital. *Molto accortamente.* Gal. *En se moquant.* Hisp. *Escarneciendo, con donayres.*} Cicero ad Qu. Frat. libro 2, Trebatium quòd ad se miserim, persalsè & humaniter etiam mihi gratias agit.

Persaluto, as, penult. prod. Frequenter saluto, vel ad vnum omnes saluto. {*φιλοφρόνως ἢ ἐπιμελῶς ἀσπάζομαι.* Ital. *Molto salutare.* Gal. *Fort saluer.* Hisp. *Mucho saludar.*} Cice. pro Flac. Et qui ita sit ambitiosus, vt omnes vos, nósque persalutet.

Persanctè, aduerbium, Pro valde religiosè. {*ἁγνῶς, πάνυ ὁσίως.* Ital. *Molto santamente, religiosamente.* Gal. *Fort sainctement.* Hisp. *Muy sanctamente.*} Terent. Hecy. Phidippe, Bacchis deierat persanctè. Plaut. Idque persanctè iurauit se factorum.

Persano, as, pen. prod. Omnino sano. {*ἐξιάομαι, ἰάτρευμαι.* Ital. *Sanare perfettamente.* Gal. *Guarir entierement.* Hisp. *Acabar de sanar.*} Plin. lib. 20. cap. 22, Vomicas rumpere, purgare, persanare promittens.

Persapiens, tis, omnis generis, Valde sapiens. {*ἐμφρονέστατος, πολύφρων.* Ital. *Molto sapiente.* Gal. *Fort sage.* Hispani. *Mucho prudente y sabio.*} Cicero de Prouin. consul. Quod magni cuiusdam hominis, & persapientis videtur.

Persapienter, aduerbium. {*πάνυ σοφῶς.* Ital. *Molto sauiamente.* Gal. *Fort sagement.* Hisp. *Muy sabiamente.*} Cic. pro Mil. Etsi persapienter, & quodammodo tacitè dat ipsa lex potestatem defendendi.

Perscienter, aduerbium, Admodum scienter & industriè. {*πάνυ ἐπιστημονικῶς.* Ital. *Scientemente, industriosamente.* Gal. *Fort sauamment, en homme bien esperts & entendu.* Hisp. *Sabia y scientificamente.*} Cice. de Clar. Orat. Et vt ad infirmitatem laterum perscienter contẽtionem omnem remiserat: sic ad vitium imbecillitatem dicendi accommodabat genus.

Perscindo, is, Per medium scindo. {*διαῤῥήγνυμι.* Ital. *Fendere nel mezzo.* Gal. *Couper par le milieu.* Hispani. *Cortar entre medias.*} Liu. 1. belli Punici, Nam nec explicare quicquam, nec statuere potuerant, nec quod statutum esse manebat, omnia perscindente vento. Tibul. lib. 1. Eleg. 13, Sit satis è membris tenuem perscindere vestem. Lucret. libro 6, Ergo feruidus hic nubem quum perscidit atram. Ibidem, Interdum perscissa furit petulantibus auris.

Perscribo, is, Amplissimè, ad longum, & ad finem vsque scribo. {*ἀναγράφω, διαγράφω.* Ital. *Scriuere molto, scriuere al lungo il tutto.* Gal. *Escrire tout au long, fort escrire.* Hisp. *Escriuir hasta el cabo, mucho escriuir.*} Liu. in Præf. libro 1, Facturúsne sim operæpretium, si à primordio vrbis res gestas populi Romani perscripsero. ¶ Aliquãdo est in tabulas publicas, in actáque referre, quod *In regestro scribere*, vulgò dicunt, vocabulo à regestis corrupto. Cice. ad Planc. Id ex ipso Senatusconsulto potetis cognoscere: ita est enim perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est. Cice. 6. Verr. Primùm mihi literas publicas quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia quæ dixi ablata esse perscripta. ¶ Inuenimus etiam aliquando perscribere cum accusatiuo

Universidad de Deusto Biblioteca

cum præpositione in: vt, Perscribere in tabulas publicas: ea forma qua dicimus, Referre in tabulas publicas. Cic. 3. Verr. In tabulas publicas ad æratium perscribéda curauit. ¶ Perscribere pecuniam, ponitur aliquãdo pro reddere pecuniam creditori. Terent. in Phor. Næ ego perscripsi porrò illis quibus debui. Vbi Donatus, Perscripsi, multis perscripturam reddidi, multis dedi. Perscriptum dicitur, quod literis cõsignatum est, & monumentis antiquis continetur. Cice. de Atulp. respons. Quanquam hoc si minus ciuili iure perscriptum est, lege tamen naturæ, communi iure gentium sancitum est, vt nihil mortales à diis immortalibus vsucapere possint.

Perscriptio, Actus ipse perscribendi. {Ἐγγραφή. Ital. *Esso scriuere*. Gal. *Escriuement*. Hispa. *Aquella obra de escriuir assi*.} Cice. ad Metel. lib. 5. Iam illud Senatusconsultum quod eo die factum est, ea perscriptione est, vt dum id extabit, officium meum in te obscurũ esse non possit. ¶ Perscriptiones pro contractibus, & instrumẽtis pactorum posuit Cicero, quod vulgus appellat *Registrum*. Cice. 5. Philip. Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies perscriptionibus, donationibúsque auertit. Idem pro Flacco posuit pro syngrapha. sic inquiens, Perscriptiones cũ mulierculis aperta circunscriptione fecisti, tutor his rebus Græcorum legibus ascribendus fuit.

Perscriptor, oris. Qui formulas concipit, Tabellio, seu Cautor. {Ἐγγραφεύς. Gal. *Notaio*. Gal. *Notere, tabellion*. Hispani. *Notario, escriuano*.} Cicero 5. Verrina, Scribam tuum, dicit Verres, huius perscriptorem fœnerationis fuisse.

Perscrutor, penult. prod. perscrutaris, perscrutari, Diligenter inquiro. {Ἐξερευνάω, ἀναζητῶ. Ital. *Cercar con diligentia*. Gal. *chercher diligemment*. Hisp. *Buscar diligentemente*.} Plaut. Aul. Ibo hinc intrò, perscrutabor phanum si inueniam vspiam Aurum. Cic. 1. Offic. Præmittebátque de stipatoribus suis qui perscrutarẽtur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent.

Persea, penult. corr. περσέα. Arbor est, inquit Dioscorides, fructum ferens stomacho accommodatum, & qui edendo sit, in quo phalangia inueniuntur, quæ κερατοφάγια dicuntur, præsertim in Thebaide Aegypti parte. Huius arboris meminit & Strabo lib. vlti. comam ei pertenuam tribuẽs & fructum magnitudine pyri, figura oblonga, amygdalæ modo putamine inclusum, & corio. Plutarchus item autor est, perseam arborem in Aegypto Isidi gratissimam esse, quód fructum ferat cordi similem, folium verò linguæ. Galenus quoque in Aegypto perseam se vidisse testatur magnis arboribus comparandam, cuius (inquit) pomum in Perside tam præsentis veneni esse tradunt, vt vescẽtes interimat. In Aegyptum verò translatam, & peregrinatione mitigatã, poma ferre cibis idonea, turbinata pyri facie. Ex quibus omnibus satis constat, perseam arborem sui generis esse, & à nostrate persica omnino diuersam.

Perseco, persecas, penul. corr. Medium seco. {Διαχίζω, διαιρέω. Ital. *Tagliare in mezzo*. Gal. *Trancher & couper tout outre*. Hispa. *Cortar entremedias*.} Cice. 4. Acad. Eodem modo rerum naturas persecare, aperire, diuidere possumus, vt videamus terra penitúsne defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat. Liu. 10. bel. Maced. Id persecare nouum Prætorem ne serperet iterum latius.

Persector, vide PERSEQVOR.

Persedeo, persedes, pen. prod. Persedere. {Καθέζομαι. Ital. *Sedere di continuo*. Gal. *Estre touſiours aſsis*. Hispa. *Aſſentarse siempre*.} Liu. 5. Dec. 5. Hoc quoque quod videtis, in equo dies noctésque persedendo habeo.

Persegnis, gne, Valde segne. {Πάνυ ἀργός, σφόδρα βάρυμος. Ital. *Molto pigro*. Gal. *Fort laſche & pareſſeux*. Hispa. *Muy perezoſo, floxo y negligente*.} Liu. 5. bel. Pun. Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnatibus Romanis.

PERSEIS, idis, Περσηΐς, Nymphæ cuiusdam nomen, Oceani & Tethyos filiæ, vt refert Hesiodus in Theogon.

Persenex, huius persenis, penult. corr. gener. omn. Valde senex. {Ὑπερήφανος, γεραιός. Ital. *Molto vecchio*. Gal. *Fort vieil*. Hisp. *Muy viejo*.} Sueto. de Claris Gramm. Nãque iam persenex pauperem se, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur.

Persentio, is, Idem quod sentio simplex. {Αἰσθάνομαι. Ital. *sentire*. Gal. *Sentir*. Hisp. *Sentir*.} Virg. 4. Aeneid. -magno persentit pectore curas. Ibidem, Quam simul ac tali persensit pectore teneri.

Persentisco, is, inchoatiuum, Percipere aliquid fieri. {Διαθάνομαι ἄρχομαι. Ital. *Dubitare di qualche coſa*. Gal. *Se doubter ou appercenoir de quelque choſe*. Hispan. *Sentir coſa alguna, y dudar*.} Plautus Mere. Quam insipiens quæ non poteras persentiscere, Illam esse amicam tui viri bellissimi. Terent. in Heaut. Quod res dedere vbi possem persentiscere, Nisi essem lapis, quæ vidi.

PERSEPHONE, penult. corr. Περσεφόνη, A Græcis dicitur Cereris filia, quam nos vocamus Proserpinam, quam ab Orco in Sicilia raptam fuisse Poëtæ fabulantur. Ouid. 4. Fast. At neque Persephone digna est prædone marito.

PERSEPOLIS, Περσέπολις, Persidis regia, à Perseo condita, quam postea Alexander ebrius demoliri iussit, Græcorum se iniurias vlciscí dictitans, quorum illi sacra igni ferróque vastassent. Vide Strabonem libro 15.

Persequor, eris, In bonam & malam partem accipi potest. Aliquando enim idem est quod sequor: {Μεταδιώκω. Ital. *Perſeguire, perſequitare*. Gal. *Pourſuiure*. Hisp. *Seguir, mucho ſeguir*.} nisi quód quandam perfectionem addere videtur præpositio. Terent. in Andr. Is bellum hinc fugiés, méque in Asiam persequens, proficiscitur. Idem in Phorm. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi. ¶ Nonnunquam etiam idem quod in re cœpta perseuero. Cice. ad Qu. Frat. lib. 2, Faciet scilicet vt mea mandata digeras, persequare, conficias. Idem in Pisonem, Extrema si persequitur qui inchoauit, iam omnia perfecta videbimus. Secundum hanc significationem dicimus, Promissa factis persequi, pro eo quod est, quæ verbis promisimus, re ipsa comprobare. Persequi imperium patris, pro facere. Persequi ius suum, pro defendere. ¶ Persequi mores patris, pro tentare mores patris exprimere. ¶ In malum significat insectari, vlciscí. τιμωρέω, ἐπιθυμέω. Cic. 11. Phil. Nũc quoniam hostis iudicatus est Dolabella, bello persequendus est. Idem pro Flacco, Hunc æstuantẽ & tergiuersantem iudicio ille persequitur.

Persequutio, verbale, Quod & in bonam, & in malam partem capitur. {Ἐπιμελὲς, δίωξις, ἐπακολούθησις. Ital. *Eſſo perſeguitare*. Gal. *Pourſuite*. Hispa. *Seguimiento, obra de seguir*.} Cice. in Orat. Quum in altera gratiæ, gloriæ, præsidij plurimum esset: in altera persecutionum cautionúmque præceptio. Vlpianus l. Pecuniæ. ff. de Verb. signifi. Siue ciuilis, siue honoraria, siue commissaria fuit persecutio.

Persector, aris, Diligenter sector, persecutor. πολὺς κυνηγέτης, πολὺς κυνηγός. Lucret. lib. 2, Nec persectari primordia singula quæque.

Perspero, ris dissemino, siue diuulgo. {Διασπείρω. Ital. *Diuulgare per tutto*. Gal. *Semer & diuulguer par tout*. Hisp. *Diuulgar por todas partes*.} Plaut. Inde veniſse perserit.

PERSES, πέρσης, Nomen fuit regis Macedonum, qui ab Aemylio victus, & in acie captus, ductus est in triumphum Romam cum filiis: periitque in carcere animi mœrore confectus: vel (vt alij tradunt) vigiliis maceratus. ¶ Fuit & alter Perses, Solis & Perſæ nymphæ filius, pater Hecates, rex Tauricæ regionis crudelissimus. ¶ Perses præterea autore Herodoto lib. 7, filius fuit Perſei Danaes filij ex Andromeda Cephei filia, à quo Persas originem duxisse scribit. Hinc teste Plin. lib. 7. cap. 5, primus sagittas reperit.

Perseuero, as, penult. prod. ex per, & seuerus, Est cum constantia animi, & quasi quadam seueritate continuare. {Παραμένω, διαρκέω. Ital. *Perſeuerare, continouare*. Gal. *Perſeuerer, continuer*. Hispani. *Perſeuerar, continuar*.} Cicero de Amicit. Orestes autem, ita vt erat. Orestem se esse perseueraret. Cæs. 5. bel. Gallici, Cotta se ad armatum hostem iterum negat: atque in eo perseuerat.

Peseueratum est, impersonaliter. Cice. 5. Ver. Quod quũ illis qui aderant, indignum: qui audiebant, incredibile videretur: non est ab isto primo illo aduentu perseueratum.

Perseuerans, penult. prod. nomen ex participio. {Καρτερῶν. Ital. *Perſeuerante*. Gal. *Perſeuerant*. Hisp. *El que perſeuera*.} Colum. in Præfat. lib. 1, Isque mos dum seruatus est perseuerantissime colendorum agrorum studio, &c.

Perseueranter. Idem quod constanter. {Ἐμμελῶς. Ital. *Perſeueratamente, conſtantemente*. Gal. *Perſeueramment, conſtamment*. Hispa. *Perſeueradamente, conſtantemente*.} Liuius 4. ab Vrbe. Patres bene cœptam rem perseueranter tueri. Idem 1. bel. Pun. Quo ienius agunt, segnius incipiunt: eo, quum cœperint, vereor ne perseuerantius fruantur.

Perseuerantia, æ, Est in ratione bene cõsiderata, stabilis, ac perpetua permansio. {Ἐμμονή, καρτέρησις. Ital. *Perſeueranza, conſtanza*. Gal. *Perſeuerance, conſtance*. Hisp. *Perſeueraucia conſtancia*.} Cice. 5. Verr. Cuius iste fidei, diligentiæ, perseuerantiæ nulla ratione eripi possit.

Perseuerus, a, um, penult. prod. {Πάνυ ἀυστηρὸς, σφόδρα σκληρός. Ital. *Molto ſenero*. Gal. *Fort ſeuere*. Hisp. *Muy rigoroſo*.} vt imperium perseuerum, apud Tacitum lib. 15.

PERSEVS, ei, & Perses, is, vel Persi, Περσεύς, sicut Achilles, is, vel li, vel Achilleus, ei, Inuis filius fuisse fertur ex Danae, Acrisij Argiuorum regis filia, quam Iupiter commutatus in speciem aurei imbris vitiauit. Acrisius enim quum ex oraculo didicisset, futurum aliquando vt à nepote occideretur, filiam munitissimæ turri inclusit. Iupiter itaque Danaes amore captus, quum alius non pateret aditus, assumpta specie aurei imbris, per tegulas turrim ingressus est, puellæque frustrà tam arcta custodia seruatæ, stuprum intulit. Ex quo concubitu natus est Perseus, qui postea auum imprudens interfecit. Hic Andromedam Cephei filiam, matriuæ beluæ obiectam, periculo liberauit, liberatámque vxorem duxit: acceptóque deinde à Vulcano adamantino ense, quem vocant Harpen, Medusam vnam ex Gorgonibus, quæ se aspicientes omnes in saxa commutabat, occidit: vnde & Gorgonoctonos est cognominatus.

Perseus, a, um, περσεῖος. Propert. libro 3, Sectáque Persea Phocidis arua manu.

PERSIS, idis, seu Persea, æ, Περσίς, Orientalis regio Asiæ, à Perse, seu Perseo rege sic dicta: cuius populi Persæ dicti sunt. Lucan. lib. 10, Quæ tibi visendi Nilum Romane cupido? Hæc Pharsis, Persisque fuit, Macedúmque tyrannis. Hæc autem Persis (sicut Ptolemæus scribit lib. 5,) à Septẽtrione Medis terminatur: ab Occasu, Susiana: ab Ortu Solis, duabus Carmaniis: à Meridie, parte sinus Persici. Eius oppida sunt Axima, Persepolis, Diospolis: vbi primùm inuenta est ars magica. Ad eam Nimrod gigas post confusionem linguarum se contulit, Persásque ignem colere docuit. Primus in ea rex (sicut refert Iustinus lib. 1,) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primã Sibyllam in ea natam ferunt, quæ hæc de CHRISTO prænunciasse traditur, Panibus simul quinq; & piscibus duobus, hominũ millia in eremo quinq; saturabit, & reliquias tollens duodecim cophinos implebit in spem multorum.

Persicus, a, um, pen. corr. Περσικός. Quod ex Perside est, vt regiũ Persicum. Iuuen. Sat. 14, Nec Crœsi fortuna vnquam, nec Persica regna Sufficerent animo. ¶ Persicus sinus, qui ab Oriente est maris Rubri: qui verò ad Occidentem est, Arabicus dicitur. ¶ Ponitur quãdoq; Persicus pro diuite, & opulento, à Persarum scilicet diuitus, luxúque. Horat. libro 1. Carm. Persicos odi puer apparatus.

Persica, {Περσικὴ. Ital. *Perſica*. Gal. *Peſchier*. Hisp. *Duraznо*.} Arbor est humilis, folio amygdalæ paulò maiore, flore subpuniceo, pomo carnoso, succuléto, extrinsecus lanuginoso, duro intus & scabro osse, nucleum habente non dissimilem amygdalæ. Nomen accepit à Perside Orientis regione: vnde primùm hoc arboris genus in nostrum orbem est aduectum. ¶ Pomum eius, Persicum malum vocant, foris molli lanugine vestitum: cuius Romæ olim tanta fuit caritas, vt singula tricenis denariis venderentur: quod mirum videri debet, quum non sit aliud pomi genus fugacius. Longissima nãque decerpto bidui mora est, cogitque se vanundari. Hæc Plin. lib. 15. cap. 12.

Persideo, es, penul. corr. ex per, & sedeo, id est permaneo. {Διαμένω. Ital. *Perſistere, durare*. Gal. *Perſiſter, ne ſe bouger*. Hispani. *Durar, quedar*.} Plin. lib. 17. cap. 24, Pruinæ pernicioſior natura, quoniam lapsa persidet, gelatque, &c.

Persido, dis, pen. prod. Deorsum feror, descendo, penetro. {Καταδύομαι. Ital. *Penetrare*. Gal. *Penetrer*. Hisp. *Penetrar*.} Luer. lib. 1, At neq; quo pacto perfedesit humor aquai, Visum est, id est immissus sit, intrarit, penetrarit.

penetrauit. Virg. 3. Georg. –vbi frigidus imber Altius ad viuum perfedit. Id est (inquit Seruius) medullas, & ossa penetrauit.

Persigno, as, are, Idem quod obsigno, vel signum imprimo. {σφραγιζω. Ital. *Suggellare.* Gal. *Signer ou seeller.* Hisp. *Cerrar con sello, sellar.*} Liu. 5. belli Pun. Quibus creati sunt Quinquenuiri muris turribúsque reficiendis: & Triumuiri bini, vni sacris conquirendis, donisque persignandis: alteri, &c.

Persimilis, persimile. {πολυ ὁμοιος, πανυ παραπλησιος. Ital. *Molto simile.* Gal. *Fort semblable.* Hispa. *Muy semejante.*} Cice. in Partit. Nihil sanè præter memoriam quæ est germana literaturæ quodammodo, & in dissimili genere persimilis.

Persisto, is, Duro, perseuero. {ἐμμενω. Ital. *Durare, perseuerare.* Gal. *Persister, perseuerer.* Hisp. *Durar, perseuerar.*} Cice. 2. de Diuin. Aut pertinacissimus fueris, si in eo persisteris, ad corpus ea quæ dixi referre: aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaueris. Liu. 8. bel. Maced. Parum est nõ erubuisse absentem, quum per legatos frustrateris nos, nisi præsens quoque in eadem impudentia persistas.

PERSIVS, Doctissimus Romanorum, cuius sic meminit Cice. de Orat. C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque ab doctissimis legi velle: quòd alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quàm ipse: quare etiam scripsit, Persium non curo legere, (hic fuit enim, vt notamus, omnium ferè nostrorum hominum doctissimus) Lælium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. ¶ Persius Flaccus, Volaterris Hetruriæ oppido natus est. Constat eum claruisse iisdem ferè temporibus quibus Domitius Nero imperium vrbis Romæ suscepit. In Grammatica præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem Vicentinum, qui grauissimas inimicitias dicitur exercuisse cũ Marco Varrone. In Rhetorica Flacium Virginium. Annæum verò Cornutum, qui philosophiæ studio excelluit, magna diligẽtia, singularique obseruatione coluit, cúmque eo familiarissimè diu vixit, vt testatur ipse.

Persolata, Herbæ genus, quam (vt ait Plin. lib. 25. cap. 9,) Græci vocant ἔρυσιμον, & aliquãdo πεφοσπιδιον, quam nemo ignorat: folia habet maiora cucurbitis & hirsutiora, nigrioráque, & crassiora. Dicta persolata, à persola, quod nomen apud veteres (vt Placidus Grammaticus inquit) significat personam. Solent enim his foliis vestitæ personæ nonnunquam in scenam prodire. Officinæ *Lappam maiorem vocant.*

Persolido, as, penult. corr. Idem quod simplex solido. {πηγνυω. Ital. *solidare, congelare.* Gal. *Fort affermir, congeler, consolider.* Hispan. *Hazer macico, Elar.*} Statius 1. Theb. Diffonditque imbres: ficco quos asper hiatu Persolidat Boreas. Hoc est congelat.

Persoluo, is, Perfectè, & totũ soluo, & ære alieno me libero: & per translationem, acceptum ab aliquo beneficium beneficio penso. {ἀπολυω. Ital. *Pagare affatto, cancellare in tutto.* Gal. *Acheuer de payer, satisfaire.* Hispa. *Acabar de pagar.*} Virg. 1. Aene. –grates persoluere dignas Non opis est nostræ. D. Brutus Ciceroni, Tantum me tibi debere existimo, quãtum persoluere difficile est. ¶ Persoluere pœnas, est dare pœnas, puniri. Cice. 11. Philip. Pœnas diis, hominibúsque meritas debitásque persoluat. id est puniatur ob peccatum suum in deos & homines. Persoluere promissum, est perficere promissum. Cassius ad Ciceronẽ lib. 12, Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persoluo.

Persolus, adiectiuum, Idem quod solus & merus. {μονος. Ital. *Solo.* Gal. *Seul.* Hispani. *Solo.*} vt Persolæ nugæ apud Plautum in Cure. id est meræ nugæ.

Persoluta, vel Persolyton, περσολυτον Dioscoridi, Herba hortensis apud Aegyptios, ad texendas coronas vtilis: de qua Plin. lib. 21. cap. 33.

Persona, æ, Personam definiuit philosophi esse naturæ rationalis individuam substantiam. {προσωπον. Ital. & Hisp. *Persona.* Gal. *Personne, personnage.*} Tria igitur necessaria sunt, vt aliquid persona dicatur: scilicet quòd sit individuum: non enim in vniuersalibus, sed in singularibus tantùm persona dici potest. Quòd sit in genere substantiæ: nam accidentia quum per se nõ existant, nec per se agant, personam constituere non possunt. Et quòd sit quid rationale: quoniam id est personans, quantum ad ipsam actionem quòd in se habet quod possit agere, vel non agere. Et hoc habent solum rationabilia: ideo de ratione personæ est quòd sit quid rationale. Non ergo lapidis vel arboris, vel irrationalis animalis, sed vel Dei, vel angeli, vel hominis persona dicitur. ¶ Persona etiam dicitur facies conficta, vocata à personãdo, id est clarius sonando. {προσωπειον. Ital. *Maschara.* Gal. *Masque.* Hisp. *La mascara.*} Nam caput (vt Bassus inquit apud Gellium) & os coopertmento personæ tectum vndique, vnáque tantùm vocis emittendæ via apertum, quoniam nõ vaga; nec diffusa est in vnum tantummodo exitum, coarctat vocem, & magis claros, canorósque sonitus facit. Ob eam causam dicta est, o litera propter vocabuli formam productiore. Plin. lib. 12. cap. 14. Persona adducitur capiti, densúsve reticulus. Vnde personati, οἱ ἐν προσωπειοις dicuntur, qui huiusmodi personis tecti sunt, cuiusmodi erant histriones Attellani, qui soli non cogebantur in scena ponere personam. Personata quoq; fabula dicitur quæ agitur à personatis histrionibus. Hanc iuniores latuam vocant. ¶ Hinc per translationem persona sumitur pro qualitate qua alius ab alio differt, tum in animo, tum in corpore, tum in extrà positis quæ à Rhetoribus numerantur in Attributis personæ. Animi, vt quo studio se exerceat, literárumne, an militaris disciplinæ: & iracundúsne sit, an mitis: luxutiosus, an temperans. Corporis, vt adulescénsue sit, an ætate adultus: pulcher, an deformis. Extrà positorũ: vt diues, an pauper: clarus, an obscurus. Hinc in scena etiam personas dicimus, qui modò serui, modò ancillæ, modò patrisfamiliàs, modò parasiti vestibus ornati, eorum mores, & gestus exprimunt. Terent. in Prolo. Eunu. Parasiti personam inde ablatam, vel militis. Et in vno homine multæ possunt esse personæ itacũdi, mitis, læti. Item persona præceptoris, mariti, patris. ¶ Hinc Grammatici personas constituunt, primam, secundam & tertiam. ¶ Persona pro homine quãdoq; ponitur. Celsus in Proœmio lib. 1, Medicus nihil tentasse iudico, quia nemo in splendida persona periclitari voluerit coniectura sua: ne si non seruasset, occidisse videretur. ¶ Personam imponere alicui, est ei prouinciam aliquam dare. Cic. pro Lege Agra. Vos mihi Prætori biennio antè Quirites hoc eodem in loco personã hanc imposuistis, vt quibuscunq; rebus possem, illius absentis dignitatẽ vobiscum vnà tuerer. ¶ Dicimus etiam imponere alicui personam calumniæ, an cuiuspiam alterius rei. Cic. 4. Verr. Imponitur honestæ ciuitati turpissima persona calumniæ? Idẽ paulo pòst in eadem oratione, Improbam personam alicui imponere dixit. Vide plura de hac voce apud Vallam lib. 6. ¶ Eminentes quoq; figuræ in ædificiis quæ aquas ore vel mentula fundunt, eóque varios vultus & gestus exprimunt, personæ dicuntur, vt est apud Vlpianum in l. Fundi. de Act. empt.

Personatus, Qui personis, hoc est laruis indutus est. {ὑποκριτικος. Ital. *Immascherato.* Gal. *Masqué, desguisé.* Hisp. *Mascarado ò con caraula.*} Cice. 3. de Orat. Quo melius nostri illi senes, qui personatũ ne Roscium quidem magnopere laudabant. Deniq; generali vocabulo Personatus dici potest, quisquis foris aliud ostendit, & intus aliud sentit, & machinatur. Cicero Attic. lib. 15. Quid est autem cur ego personatus ambulem? Personata vulnera, hoc est cæca, & latentia, quæ altius descendunt, quàm prima fronte præ se ferant. ¶ Personata fœlicitas, dicitur à Seneca nõ vera, sed simulata, quæ forinsecus est decora, intus verò deformata instar histrionum qui inducta persona simulant, & imitantur quencunque velint. ὑποκρινομενοι τὸ ποιητικον. ¶ Personati, proprie Attellani vocantur, quòd soli hi non poterant cogi in scena ponere personã, quod cæteris histrionibus pati accesse erat. ¶ Personatus pater, dicitur ab Horatio, Comicus pater, inductus in Comœdia sub persona histrionica. ὑποκριτικὸς. Horat. in Serm. –quis stomachetur eodem Quo personatus pacto pater?

Personalis, personale, Quod ad personam pertinet. {προσωπικος. Ital. *Pertinente à persona.* Gal. *Appartenant à personne.* Hispa. *Perteneciente à persona.*} Vnde personalis actio, quæ in personam datur: cui opponitur Actio in rem. ¶ Personale verò verbum, quod per personas distinguitur: cuius contrarium est Impersonale.

Personata, Genus herbæ nascentis iuxta riuos, & flumina. ἔρυσιμον, περσοπιδιον. de qua Colum. lib. 10. cap. 17. Venena viperæ depellit super scarificationem ferro factam herba, quam vocant personatã, trita, & cum sale imposita. Officinæ, teste Ruellio, vocãt *Lappam maiorem.* ¶ Hæc eadem Personatia, æ, vocatur. Plin. lib. 21. cap. 15.

Personо, nas, pen. corr. Valde sono, perfectè sono, perstrepo. {ἀφειχῶ. Ital. *Sonare perfettamente, sonare grandemente.* Gal. *Faire ou rendre grand son, resonner, retentir.* Hisp. *Mucho ò perfectamente sonar.*} Cice. pro M. Cælio, Illæ verò non loquuntur solùm, verumetiam personãt, huc vnius mulieris libidinem esse prolapsam, vt ea, &c. Virgil. 1. Aene. –cithara crinitus Iopas Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas. Idem 6. Aeneid. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat, aduerso recubans immanis in antro. Horat. 2. Serm. Saty. 6. Simul domus alta molossis Personuit canibus.

Persorbeo, es, Totum sorbeo. {καταπινω. Ital. *Sorbire il tutto.* Gal. *Humer tout & boire en attirant.* Hisp. *Sorber todo.*} Plin. lib. 31. cap. 11, Alias ex his mates existimauere, tenui fistula, spissioréque, persorbentes, & quæ tinguntur in deliciis, aliquando & purpura.

Perspeculor, penult. corr. perspeculatis, perspeculari, Diligenter speculari. {κατασκοπω. Ital. *Speculare con diligenza.* Gal. *Guetter soigneusement & diligemment.* Hispani. *Diligentemente mirar y contemplar.*} Plin. libro 8. cap. 26, Assidua namque satietate obesus exit in litus, recentes arundinum cæsuras perspeculatus. Hirtius de bello Africano, Quum de vallo perspecularetur.

Perspergo, is, Idem quod aspergo. {κατασταζω. Ital. *Aspergere.* Gal. *Espandre & arrouser fort.* Hisp. *Derramar ò rociar.*} Cice. 1. de Orat. Libandus est etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Cato cap. 130, Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito.

Perspicio, perspicis, penul. corr. Ad plenum video, cognoscóve. {σκοπω, κατοπτω, διοπτω, ἐξοδευω. Ital. *Vedere, conoscere à pieno.* Gal. *Pleinement veoir & cognoistre, apercenoir clairement & manifestement.* Hisp. *Mirar y conoscer.*} Cicero in Læl. Quidam sæpe in parua pecunia perspiciuntur quàm sint leues: quidam verò quos res parua mouere non potuit, cognoscuntur in magnis. Terent. in Phorm. Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, Verére verba ei credere? Cæsar 2. belli Gall. Qua de causa discederent, nondum perspexerat. Horat. de Arte, –quẽ perspexille laborent, An sit amicitia dignus.

Perspectus, a, um, interdum participium. {κατασκοπος, κατοπτος. Ital. *Veduto, cognosciuto à pieno.* Gal. *Veu & apperceu clairement.* Hispa. *Mirado y conocido claramente.*} Cæs. 4. belli Gall. Eorum dierum cõsuetudine itineris exercitus nostri perspecta. Interdum nomen fit ex participio, & comparatur: significátque id quod diligenter animaduersum est. Cice. ad Quint. frat. Vt hic tertius annus Imperij tui, tanquam tertius actus perspectissimus, atque ornatissimus esse videatur.

Perspectè, aduerbium, id est diligẽter, doctè. {ἐξοδευτικῶς, ἀκριβως μεθοδικῶς. Ital. *Diligentemente, dottamente.* Gal. *Diligemment & doctement.* Hisp. *Doctamente y diligentemente.*} Plautus in Mil. Fit pol illud ad illud exemplum: vt doctè & perspectè sapit.

Perspecto, as, frequentatiuum. {πολλὸς κατοπτω, περιπατω μετα. Ital. *Guardare d'intorno con diligenza.* Gal. *Regarder de tous costez & diligemment.* Hisp. *Mirar de todas partes diligentemente.*} Plaut. in Mil. Sinite me prius perspectate, ne vspiam insidiæ sient.

Perspicientia. {γνωσις. Ital. *Conoscenza chiara.* Gal. *Claire cognoissance.* Hisp. *Conocimiento claro.*} Cic. lib. 1. Offic. Sed omne quod est honestum, id partium quatuor oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri, solertiáque versatur. id est perfecta cognitione.

Perspicuus, a, um, Idem quod pellucidum, hoc est quod visum trãsmittit. {λαμπρος, φανερος, φανὸς, φανὶς. Ital. *Chiaro, lucido, manifesto.* Gal. *Fort clair & manifeste, a trauers de qui on voit, diaphane.* Hisp. *Claro, manifesto, cosa que se trasluce.*} Martia. lib. 4. de calice vitreo, Prodat perspicuus ne duo vina calix. ¶ Per translationem ponitur pro claro, manifesto, ac minime dubio. Plin. Tum claras perspicuásque sententias. Cicero pro Quintio, Est quædam tamen ita perspicua veritas, vt eam infirmare nulla res possit. Idem pro domo sua, Legeram clarissimos nostræ ciuitatis viros, se in medios hostes ad perspicuam mortẽ pro salute exercitus

citus iuiecisse. Sic dicimus perspicuam orationem, σαφῆ, ἐνάργη. id est claram & apertam.

Perspicuitas, atis, Splendor, ac facilitas, euidentia. {ἐνάργεια. Ital. *Facilità, chiarezza.* Gal. *Euidence, clairté.* Hispa. *Claroza, facilidad.*} Cicero 4. Acad. Propterea quòd nihil esset clarius enargia, vt Græci: perspicuitatem, aut euidentiam nos, si placet, nominemus. fabricemúsque, si opus erit, verba. Quintil. libro 2. cap. 3, Nam & prima est eloquentiæ virtus perspicuitas.

Perspicuè, aduerbium, Id est euidenter. {σαφῶς. Ital. *Chiaramente, euidentemente.* Gal. *Clairement, euidemment.* Hispa. *Clara y manifestamente.*} Plaut. in Aulul. Anus hercle hoc indicium fecit de auro, perspicuè palàm est.

Perspicax, Consideratus, acutus, {ἐξυδρικός. Ital. *Perspicace, acuto.* Gal. *Qui voit bien agement, & entend fort subitement.* Hisp. *Agudo, que mucho mira.*} Terent. in Heaut. Patrem nosti ad eas res quàm sit perspicax. Cicc. 1. Offic. Id quod acutum & perspicax natura est.

Perspicacia, cię. πολυδικία. Idem Cic. Attic. lib. 15, Quod ipsum perspicaciam aliquam significaret.

Perspicacitas, atis, Consideratio & acumen. {τὸ εὐσυνετικόν. Ital. *Acutezza, perspicacità.* Gal. *Bonne & claire vene, quand on voit & entend fort agement.* Hisp. *Agudeza de mirar.*} Cicc. Attic. libro 1, Etsi ex his quæ scripsimus (tanta est perspicacitate) etiam à me non scripta perspicis.

Perspisso, aduerbium, significat tardè. Plaut. Quia quod bene promittunt Aruspices, perspisso euenit. Nonius. Legitur & pro spissò.

Persterno, is, Totum sterno. {ἀλεφαρνόω. Ital. *Coprire, lastricare del tutto.* Gal. *Couurir & pauer tout.* Hisp. *Cubrir & derribar mucho.*} Liu. 10. ab Vrbe, Eodem anno ab Aedilibus curulibus qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis, via à Martis silice ad Bouillas perstrata est.

Perstimulo, as. Idem quod stimulo. {παροξύνω, παροτρύνω. Ital. *stimolare.* Gal. *Esguillonner fort, inciter fort.* Hispa. *Aguijonear ò incitar.*} Tacit. libro 4, Agrippinæ quoque proximi illiciebantur, prauis sermonibus spiritus perstimulare.

Perstino, as. Quidam vsurparunt pro emo. {ὠνέομαι. Ital. *Comperare.* Gal. *Acheter.* Hisp. *Comprar.*} Apul. Et per contato pretio, quòd cètum nummis indicaret, aspernatus, viginti denariis perstinaui.

Perstò, as. Permaneo, perseuero, continuo. {ἀλεξέμπω, διήκω. Ital. *Durare, perseuerare, continuare.* Gal. *Perseuerer, continuer.* Hispani. *Perseuerar.*} Gell. libro 2. cap. 1, Hoc modo perdius pernóxque perstabat. Iungitur interdum dativo. Liu. 8. ab Vrbe. Vbi quum deprecantibus primoribus Patrum, atque vniuerso Senatu, perstaret incœpto immitis animus. Interdum ablativo cum præpositione in. Ibidem, Se tamen perstaturum in incœpto, &c. Sic dicimus Perstare in societate, Perstare in sententia, & similia.

Perstrepo, is, penult. corr. Valde strepo. {ἀλαλάζω. Ital. *Far molto strepito.* Gal. *Faire grand bruit des pés ou autrement.* Hisp. *Hazer mucho estruendo.*} Terent. Eunuc. Abeunt lauatum, perstrepunt ita vt fit domini vbi absunt. Stat. 2. Achil. Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula. Claud. 2. in Eutrop. Crebro pulsatus perstrepit ictu.

Perstringo, gis. Valde stringo, claudo, inquit Nonius. {συνείρω, ἐπισχύω. Ital. *Stringere forte, serrare, chiudere.* Gal. *Fort estreindre & serrer.* Hisp. *Mucho estrechar ò perfectamente apretar.*} Cato de Re rust. cap. 32, Vites bene nodentur per omnes ramos, diligentérque caueto ne vitem præcipites, & ne nimium perstringas. ¶ Aliquàdo verò significat breuiter aut summatim stringo, dico, vel scribo. Cic. pro Sexto Rosc. Sed in animo est (quemadmodum antè dixi) leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquamque rem, &c. ¶ Aliquando ponitur pro leuiter taxare, & reprehendere, leuique dolore afficere. Cicc. pro Sestio, Vt eos quorum scelcris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem. ¶ Aliquàdo ponitur pro offuscare, obnubilare, obscurare, obtenebrare, obtundere. ἀναιρέω. vt quum dicimus, Perstringere oculos, perstringere aciem mentis, animi, vel ingenij, & perstringere aures sonitu. Horat. lib. 2, Carm. Iam nunc minaci murmure cornuum Perstringis aures, iam litui strepunt. Cicc. in Catone maiore, Voluptas rationi inimica, mentis (vt ita dicam) perstringit oculos. Cicc. 1. de Diuin. Eáque parte animi quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti: quorum vtrumque perstringere aciem mentis solet. ¶ Terram aratro perstringere. Cicero pro lege agra. Quod solum tam exile & macrum est, quod aratione perstringi non possit?

Perstudiosus, penult. prod. Adiectiuũ. {πολυσπουδαῖος, πολυμαθής, πολυπράγμων. Ital. *Molto studioso.* Gal. *Fort estudieux.* Hisp. *Muy studioso.*} Cic. 5. Tuscul. Musicorum vero perstudiosum accepimus. &c.

Persuadeo, es. Non ab actu, sed ab effectu significationem habet: vt sit persuadere, suadendo inducere ad credendum aliquid, vel faciendum. {πείθω, πείθομαι, ἀναπείθω. Ital. *Persuadere, dar d'intendere.* Gal. *Persuader, faire croire.* Hisp. *Indužir con raZones, atraher con effecto.*} Autor ad Heren. lib. 1, Si animus auditoris persuasus fuerit. Id est si oratio aduersariorũ fidem fecerit auditoribus. Cæs. lib. 4. bel. Gall. Idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallum, ex illis quos auxilij causa secum habebat. Huic magnis præmiis, pollicitationibúsque persuadet vt ad hostes transeat, & quid fieri velit edocet. Qui vbi ad eos venit, timorem Romanorum proponit. Persuadet (inquit) id est suadendo inducit. ¶ Simili modo fit in exoro, quum significat orans impetro: & excogito, quod est per cogitationem inuenio: eo quòd exorando, id est perfectè orando, impetratur quod oratur: & excogitando, id est perfectè cogitando, inuenitur quod quæritur. Nec huiusmodi significationes propriè sumuntur ex vi præpositionum & verborũ quæ non progrediuntur nisi quàtum significatio eorum protenditur, quæ in persuadeo est, perfectè suadeo: exoro, perfectè oro: sed ex effectu rei quæ ex eis cõsequitur & perficitur. Verùm non eatenus ipsa à propria eorum significatione recedere dixerim quum significare possint perfectam suasionem. Nam persuadeo, perfectè, siue maximè suadeo significare docet Terent. in And. quum ait, Ipsus mihi Dauus qui intimus est eorũ consiliis, dixit, Et is mihi persuadet, nuptias quantũ queam vt maturem. Idem in Phorm. Sed vbinam Getam inuenire possim, vt rogem quod tempus conueniendi patris me capere persuadeat? id est potissimũ suadeat. Similiter Lactant. lib. 6, Quid M. Tullius in suis Officialibus libris, nonne hoc idem persuadet, non esse omnino largiendum? id est vehementer, totóque conatu suadet. Quod est contra eos qui volunt persuadere tantùm in effectu esse: suadere, in actu, vt est Sipontinus: qui ait, Suadere est horrari aliquem ad id quod intendimus: persuadere est suadendo aut dissuadendo aliquid, hominẽ in opinionem nostrã inducere. ¶ Quomodo mihi persuadeo, per parenthesin pulchrè ponitur pro eo quod dicimus, Quemadmodum ego credo. Cic. pro Rosc. Amer. Ego contrà breuiorem postulationem affero, & (quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem. ¶ Venustè quoque dicitur, Ita tibi persuadeas, Ita persuasum est omnibus. Cicc. ad Brutũ lib. 11, Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me tum Reipub. causa, quæ mihi vita ipsa charior est, &c. Idem ad eundem, Ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus perterritis metu, fugisse Antonium.

Persuasus, participium, & aliquando nomen ex participio. {πεπεισμένος. Ital. *Che tiene vna cosa per certa.* Gal. *Persuadé.* Hispa. *Induzido con raZones.*} Cicc. in Tusc. Opinio mali, quo viso & persuaso, ægritudo insequitur necessariò. Colum. lib. 12. cap. 2, Villica porrò persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certe plurimum domi se morari oportere. Plin. Epist. 20. lib. 1, Persuasum habeo posse fieri vt sit actio bona, quæ non sit bona oratio.

Persuasio, onis. verbale, dicitur credulitas, & opinio firma, quam fidem appellamus. {πίστις, πεῖσις. Ital. *Ferma credenZa che si ha di qualche cosa.* Gal. *Persuasion, ferme creance.* Hispa. *Induzimiento, firma opinion.*} Plin. libro 25. cap. 2. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi.

Persuasorius, adiectiuum, Quod persuadet. {πειστικός, πειθανός. Ital. *Che vale à far credere qualche cosa.* Gal. *Qui fait à croire, ou qui sert à faire croire.* Hispani. *Cosa para assi inducir.*} Sueton. in Domit. cap. 8, Recuperatores, ne se semper persuasoriis assertionibus, accommodarent, identidem admonuit.

Persuasor, oris, verbale, qui persuadet. πειθώ, πειστής. Ital. *Chi persuade.* Gal. *Qui met en telle & persuade.* Hispani. *Hombre que algo alcança con raZones.*

Persuasstrix, stricis, fœminini generis. {πειστρια, πειθανή. Ital. *Donna che persuade.* Gal. *Celle qui met en teste & persuade.* Hispani. *La hembra que assi alcança algo.*} Plautus in Bacchid. Ecce tandem probi perlecebras, & persuastrices.

Persuasibilis, Persuasibile, Quod potest persuaderi. {πιθανός, πειστός, ἐυπαραλήπτος. Ital. *Facile da far credere.* Gal. *Facile à faire à croire, aisé à persuader.* Hisp. *Cosa facil à hazer creer.*} Quintil. libro 5. cap. 16, Rhetorice, est vis inueniendi omnia in oratione persuasibilia.

Persuasibiliter, aduerbium. πιθανῶς, ἐυπαραλήπτως. Quintil. lib. 2, cap. 16, Qui finem eius esse ait persuasibiliter dicere.

Persubtilis, le, pen. prod. Valde subtilis. {ἀκριβέστατος, ἐυπαραλήπτος. Ital. *Molto sottile.* Gal. *Fort subtil.* Hisp. *Muy sutil.*} Cicc. pro Plancio, Et quoniam tua fuit perlegans ac persubtilis oratio.

Persulto, Super re aliqua salto: propterèque ferarum est, aut pecudum, quæ in pabuli vbertate identidem subsiliunt. {ἐπισκιρτάω. Ital. *Saltare per allegrezza.* Gal. *Saulter ou saultiner de joye.* Hisp. *Mucho saltar ò resaltir.*} Lucret. libro 1. Inde feræ pecudes persultant pabula lata. id est saltant per læta pabula. ¶ Est item persultare, cum petulanti quadam insultatione locum agrúmve peragrare. Liu. 4. belli Maced. Quorum vbi arma, signáque Lacetani cognouere, memores quàm sæpe in agro eorum impunè persultassent. Tacit. lib. 11, Simul libero exercitu campos persultante. Silius libro 3, At non Sarmaticos attollens Fusana muros Tam leuibus persultat equis.

Persuo, is, ere, Suendo absoluo. ἀλεξράπτω. Vide in simplici Suo.

Pertædeo, des, dui, Tædio vehementer afficior. {ἐνοχλοῦμαι, ἐξανιῶμαι. Ital. *Attediare.* Gal. *Estre fort ennuyé & faschè.* Hisp. *Hauer pesar.*} Gell. lib. 1. cap. 2, Iamque omnes finem cuperent, verbísque eius defatigari pertæduissent. Huiusmodi tamen locutiones raræ sunt: frequentius enim hoc verbo vtimur impersonaliter, quemadmodum & eius simplici tædet. Idem libro 15. cap. 20, Simul duas vxores habuerat, quum id decreto ab Athenienssibus facto, ius esset, quarum matrimonij pertædebat. ¶ Pertæsum est. Cicc. ad Quintum fratrem lib. 1, Pertæsum est enim leuitatis, assentationis animorum, non officiis, sed temporibus seruientium. Virgil. 4. Aeneid. Si non pertæsum thalami tedæque fuisset. Ouidius 2. Amo. Eleg. 9, Quum bene pertæsum est, animique reuanuit ardor.

Pertædescit, similiter impersonale. Cato de Re rust. cap. 156, Nolite multum dare, nec pertædescat.

Pertæsus, a, um, Participium sine verbi origine, vt inquit Seruius, & regit accusatiuum. {ἐξανιώμενος. Ital. *Attediato, fastidito.* Gal. *Fort ennuyé & faschè.* Hispa. *Enhastiado, enhadado.*} Sed potest esse à Pertædeo. Sueto. in Cæs. Et quasi pertæsus iguauiam suam, quòd mihi tum à se memorabile actum esset. Virg. lib. 4. Aeneid. genitiuo iunxit, Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset.

Pertego, is, penult. corr. Diligenter, & omni ex parte tego. {καλύπτω. Ital. *Coprire d'ogni parte.* Gal. *Couurir tout.* Hisp. *Cubrir de todas partes.*} Plaut. Rud. Quin tu in paludem is, exagitásque arundines, Qui pertegamus villam, dum sudum est? Idem Trinum. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Pertendo, is, Ad finem tendo, valde tendo, extendo. {τείνω, ἀλεξείνω. Ital. *Stendere, condurre à fine.* Gal. *Estendre, mestre à fin, achever.* Hisp. *Estender, quan hasta el cabo.*} Cato de Re rust. cap. 52, In arboribus, vbi radices capiãt, calicem aut qualum pertendito: per fundum ramum, quẽ radicem capere voles, scarificato, traiicitóque. Sed hic Catonis locus corrupte citatur tam à Calepino, quàm à cæteris omnibus Dictionariorum compilatoribus. Non enim ibi pertendito legendum est, sed pertundito. ¶ Aliquando est rectà tendere, vel institutam profectionem absolnere. Liu. 5. ab Vrbe, Pars maxima, atq. ipse Sergius Romam pertenderunt. ¶ Aliquando est contendere. Cicc. pro Corn. Balbo, Cum fœderibus, quorum acerbissima diligentia est, pertendemus. ¶ Aliquando est ad finẽ ducere id quod intendebamus aut cæperamus. Terent. in Heaut. Quid istuc? video non licere, vt cœperam, hoc pertendere.

Pertento, tas. Est sententiam alicuius callidè explorare. {πειράζω. Ital. *Tentar bene, assigiare.* Gal. *Atoucher iouuent, essayer & tenter, esprouuer.* Hisp. *Mucho*

Mucho & muy perfectamente tentar. } Teren. in Andr. Sed ea gratia simulaui, vt pertentarem. ¶ Aliquando idem est quod permoueo, siue titillo. Virgil. 5. Aen. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. ¶ Aliquando idem quod contrecto, apprehendo. Virgil. 3. Georg. Nónne vides vt tota tremor pertentet equorum Corpora? Idem 1. Aeneid. -suspensam blanda vicissim Gaudia pertentant mentem. Idem 7. Aeneid. Ac dum prima lues & dolor sublapsa veneno Pertentant sensus.

Pertenuis, pertenue, Valde tenue. {*Molto tenue.* Gal. *Fort tenuve, fort petit.* Hisp. *Muy delgado ò sotil.*} Plin. lib. 16. cap. 43, Secatur in laminas pertenues & ilex. Cicc. ad Terentiam, lib. 14, Spes autem salutis pertenuis ostenditur. Idem contra legem Agr. Sic vt terra classium vectorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuersa penè coniungeret, quum pertenui discrimine separarentur.

Pertérebro, as, pen. corr. Terebra perforare. {*Trivellare.* Gal. *Percer d'vn tarriere tout outre.* Hisp. *Barrenar.*} Cic. 1. de Diuin. Annibalem Cælius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Iunonis Lucinæ, auferre vellet, dubitaréq; vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebrauisse.

Pertergo, is, diligenter tergo. {*Forbire con diligenza.* Gal. *Torcher diligemment, rendre fort net.* Hisp. *Mucho y diligentemente limpiar.*} Colum. lib. 12. cap. 9, Sæpe suffundere ius debebit, nec pati fuire salgama, sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere, & aqua fontana refrigerare.

Pertéro, is. pen. corr. Terendo comminuo. {*Consumare fregando.* Gal. *Fort piler & broyer.* Hisp. *Mucho gastar por vso.*} Plautus Menæh. Tum compediti ianuam lima perterunt. Colum. lib. 2. ca. 5, Vel eadem pertrita, & cum aqua potui data.

Perterréo, es, Valde terreo. {*Far spauento, far paura estremamente.* Gal. *Fort espouanter, faire grand' peur.* Hisp. *Mucho espantar.*} Terent. Eunuc. Póst exibo, atq; hunc perterrebo sacrilegum. Cæsar 1. bel. Gal. Quæ copiæ nostras perterrerent, & munitione prohiberent. Idé lib. 7, Vt sint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios.

Perterritus, a, um, participium {*Molto espauentato.* Gal. *Fort espouanté.* Hisp. *Muy espantado.*} Cic. pro Cælio, An timebant ne tot vnum valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent? Ouid. 11. Metamor. Visa fugit Nymphe, veluti pertrita fuluum Cerua lupum.

Perterrefácio, cis, pen. corr. Idé quod perterréo. {*Espauentare, far paura.* Gal. *Fort espouanter.* Hisp. *Espantar.*} Terent. Andr. Nunc tuum est officium, has bene vt adsimules nuptias, Perterrefacias Dauum. Brutus ad Cic. ib. 11, Sperare eos, te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia.

Perterricrepus, a dictitium Quod terrorem crepat, & incutit. {*Cosa che fa sonno ò strepito espauentenole.* Gal. *Qui rend ou fait vn bruit ou son espouuantable.* Hisp. *Cosa que haze sonido de mucho espanto.*} Lucret. de tonitru, Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem. Cic. in Orat. Imò verò istam sequamur, asperitatémq; fugiamus, Habeo istam ego perterricrepam ex poëta quodam.

Pertexo, xis, Texendo absoluo. {*Fornir di tessere.* Gal. *Achever de tistre, parfaire.* Hisp. *Texer hasta el cabo.*} Item perago, perficio, translatione sumpta è textoribus qui primò telam ordiuntur, & orsam deinde texunt. Cic. lib. 2. de Orat. Et pertexe modò Antoni quod exorsus es. Idem ad Attic. lib. 1, Totum hunc locum quem ego varié meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere de flamma, de ferro (nosti illas ἀνηχήτους valde graniter pertexui.

Pertica, cæ, pen. corr. Baculus oblongus. {*Perica.* Gal. *Perche, vn long baston.* Hisp. *Perriga ò el varal.*} Varr. 3. de Re rust. ca. 5, Præterea & perticas inclinatas ad parietem. Plin. lib. 15, cap. 3, Qui medium temperamentum in hoc seruant, perticis decutiúnt. Ouid. de Nuce, Pertica dat plenis immitia vulnera ramis. Plin. lib. 8. Epist. Ex his etiam quos non vna (vt dicitur) pertica, sed distinctè, gradatimq; tractaui. id est quos non vna vlna mensus sum, inquit Budæus, Erasmus verò, Vna pertica, ait, id est eadem opera.

Perticalis, perticale. {*Appartenant à perche.* Hisp. *Perteneciente à perriga.*} Colum. lib. 4. ca. 31, Gal. Perticalis ferè salix eundem agrum quem viminalis desiderat. Id est ex qua fiunt perticæ. Plin. lib. 17. cap. 20, Perticalis & virga, & talea feritur fossura eadem.

Pertimésco, is, Significationem sui primitiui retinet. {*Temere molto.* Gal. *Craindre fort.* Hisp. *Mucho temer.*} Non enim habet significationem passiuam innatam. Plaut. in Curcul. Spectacula ibi ruunt, ego pertimui. Cicc. 5. Verr. Siculi Siculos non tam pertimescebant, ego pertimui. Cicc. 5. Verr. Siculi Siculos non tam pertimescebant. Idem 1. de Arte, Ouid. Epist. 9, Diceris & dominæ pertimuisse minas. Idem 1. de Arte, Ouid. Epist. 9, Diceris & dominæ pertimuisse minas. Cic. Lentulo, Fama inconstantiæ pertimescenda. ¶ Iungitur aliquando ablatiuo cum præpositione de. Cic. 7. Verr. De suis periculis fortunisque omnibus pertimescunt.

Pertimescitur, passiuè dixit Cic. de Lege Agr. Graue est enim (inquit) nomen imperij, atque id etiam in ieui persona pertimescitur.

Pertíneo, nes, pen. corr. compositum ex per & teneo, Idem significans quod pertingo, peruenio: habétq; accusatiuum cum præpositione ad, vel in. {*Pertenere, appartenere.* Gal. *Appartenir.* Hisp. *Pertenescer.*} Cæsar 1. bell. Galli. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Vlpianus de Cloacis, l. Prætor ait, Quo minus illi cloacas pertinet. Vlpianus de Cloacis, l. Prætor ait, Quo minus illi cloacas reficere liceat, vim fieri veto. Et paulo póst, Quód ait prætor, PERTINET, hoc significat quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet; hoc est quædam pertinens per omné rerum naturam. Ibidem lib. 2. Ex quo intelligi debet eam caloris naturam vim habere in se vitalem, per omnem mundum pertinentem. ¶ Accipitur præterea frequentissimè pertinere, pro attinere, & dominio cuiuspiam subiectũ esse. Pompon. l. Verbum. ff. de Verb. sign. Verbũ illud pertinere latissimè. Pompon. l. Verbum. ff. de Verb. signific

quibus iustitia eius & humanitas penitus inspecta est, certatim ei, quæ priuatim, qua publicè testimonium pertribuerunt.

Pertristis, ste, Valde tristis. {πολυλύπος, πάνυ λυπηρός. Ital. *Molto tristo, malinconio.* Gal. *Fort triste.* Hisp. *Muy triste.* } Cic. pro Cælio, Et qui in reliqua vita mitis esset, & in hac suauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, versari periucundè soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, Censor magister. Idem 2. de Diu. Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen.

Pertumultuosus, a, um, Tumultum magnum excitans.

Pertumultuosè, aduerbium. {μάλα ταραχωδῶς. Ital. *Molto tumultuosamente, con gran strepito.* Gal. *Fort tumultueusement, auec grand tumulte & bruit.* Hispan. *Con mucho bollicio.* } Cic. ad Catonem lib. 15, Interim quum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpissem, Calend. Septemb. legati à rege Comageno ad me missi, pertumultuosè, neque tamen non verè, Parthos in Syriam transisse nuntiauerunt.

Pertundo, is. {λαγκάνω. Ital. *Rompere, forare.* Gal. *Fort frapper en sorte qu'on rompe & froisse, coigner, piler.* Hispan. *Mucho tundir.* } Colum. lib. 6. cap. 5, Si fortè lutculum calcauerit, aut acuta testa, vel lapide vngulam pertuderit. Cato cap. 133, Calicem pertusum sumito tibi. Lucr. lib. 4, Nónne vides etiam guttas in saxa cadentes Humoris, longo in spatio pertundere saxa?

Pertusus, a, um, participium, Perforatus. {κατακοπείς. Ital. *Pertusato.* Gal. *Perſé.* Hisp. *Horadado.* } Cato cap. 157, In vas pertusum congesta omnia. Plaut. Pseud. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Perturbo, as, Valde turbo, confundo, commoueo. {ἐπιταράττω. Ital. *Perturbare, disturbare.* Gal. *Troubler, perturber.* Hisp. *Mucho turbar ò enturbiar.* } Terent. Andr. Nihil est preti loci relictum, iam perturbaui omnia. Cic. 5. Verr. Hæc te vox non perculit? non perturbauit? Idem 3. Offic. Regulus verò non debuit conditiones pactionésque bellicas & hostiles perturbare periurio.

Perturbatus, a, um, {πεπαραγμένος. Ital. *Perturbato, confuso.* Gal. *Troublé, perturbé.* Hispan. *Perturbado.* } perculsus, confusus. Cic. contra Rullum, Ciuitas perturbata seditionibus. Idem 3. de Orat. Non discerptis sententiis, perturbata seditionibus. Idem 3. de Orat. Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. ¶ Migrat & in nomen. vnde & comparationem admittit. Cic. ad Attic. lib. 6. Sed enim ἀκροφωνία, si perturbatio est, tibi assignato. Eidem lib. 3. Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu.

Perturbatè, aduerbium, Confusè, inordinatè. {πεπαραγμένως. Ital. *Perturbatamente, disordinatamente.* Gal. *Auec trouble.* Hisp. *Turbadamente.* } Cic. 1. de Inuent. Hic considerandum erit nequid perturbatè, nequid contortè dicatur.

Perturbator, oris, Qui perturbat. {ταραχώδης, λαγκαγκαλωτής. Ital. *Chi perturba ogni cosa.* Gal. *Qui trouble tout, brouillon.* Hisp. *Enturuiador.*

Perturbatrix, cis, Quæ conturbat. {ταραχώδους, λαγκαγκαλωτική. Ital. *Donna che conturba.* Gal. *Celle qui trouble.* Hispa. *Hembra que enturuia.* } Cic. 1. de Legibus, Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arcesila & Carneade recentem exoremus vt silcat.

Perturbatio, onis, Tumultuatio, confusio, commotio. {ταραχή. Ital. *Perturbatione, tumolto.* Gal. *Troublement, perturbation.* Hispan. *Obra de perturbar.* } Cic. 6. Philip. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta vt maior timor oriatur? Idem 2. de Orat. Idem 1. de Orat. Illud genus orationis non cognitionem iudicis, sed perturbationem requirit. Idem in Paradoxis, Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. ¶ Perturbationes animi, sunt motus & animi concitationes rationi non obtemperantes, quæ à Græcis πάθη appellantur. Cic. 4. Tusc. Est igitur Zenonis hæc definitio, vt perturbatio sit (quod πάθος ille dicit) auersa à recta ratione contra naturam animi commotio. Idem 2. de Finib. Perturbationes genere sunt quatuor, partibus plures, ægritudo, formido, libido, lætitia. Idem 4. Tusc. Partes autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis: ita esse quatuor. Ex bonis, libidinem & lætitiam: vt sit lætitia præsentium bonorum, libido futurorum. Ex malis, metum & ægritudinem nasci censent: metum de futuris, ægritudinem de præsentibus. Quoniam enim venientia metuûtur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. Lætitia autem & libido in bonorum opinione versantur: quum libido ad id quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur: lætitia, vt adepta iam aliquid concupitum, efferatur & gestiat. Natura enim omnes quæ bona videntur, sequuntur, fugiúntque contraria.

Perturpis, pe, Valde turpis. {αἰσχρώδης, ἀνοσιώδης. Ital. *Molto brutto.* Gal. *Fort laid & vilain.* Hisp. *Feo, deshonesto.* } Cic. pro Cælio, Cum hæc aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, non tibi perturpe, aut flagitiosum esse videatur?

Peruado, is, Pertráseo. {διαβαίνω. Ital. *Trapassare.* Gal. *Aller & passer outre, surpasser.* Hisp. *Ir por algun lugar.* } Tacitus lib 2, Nilu tamen corporis & impetu equi peruasit. Liu. 7. ab Vrbe, Inter trepidationem tumultúmq; Samnitum præsidium Romanorum obuiis custodibus cæsis ad castra Consulis peruasit. Idem 5 ab Vrbe. Quibus quum amplissimis verbis gratiæ ab Senatu actæ essent, famáque ea forum atque vrbem peruasisset, subitò ad cutiam concursus fit plebis.

Peruago, as, & Peruagor, pen. corr. atis, Per aliquè locum vagor. {περιφοιτῶμαι. Ital. *Andar vagando quà & la.* Gal. *Vaguer, aller & courir çà & là.* Hisp. *Andar vagamundo.* } Libro 3. ad Herenn. Sed illud facere oportebit, vt identidem primos quosque locos, imaginum innouandarum causa, celeriter animo peruagemur. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Nunc errabundi domos suas vltimùm illas visuri peruagantur. Cic. 1. de Legib. Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores, similiter omniũ mentes peruagãtur.

Peruagatus, participium. {περιφοιτώμενος. Ital. *Che è andato vagabondo, ò diuulgato per tutto.* Gal. *Qui a couru par tout, qui est diuulgué & cogneu par tout.* Hisp. *Vagamundo, diuulgado.* } Liu. 8. belli Maced. Inter mitissimum genus hominum ferox natio peruagata bello propè orbem terrarum sedem cepit. ¶ Est & peruagatus, nomen ex participio, idem ferè significans quod diuulgatus. Cic. pro Plancio, Vulgaris & peruagata declamatio. Idē 3. de Orat. Commune & peruagatum vitium. Hinc Peruagatior, & peruagatissimus. Cic. 2. de Inuent. Pars autem est peruagatior, & aut in omnes eiusdem generis, aut in pleraſque causas accommodata. Idem in Orat. Me autem peruagatissimus ille versus qui verat, Attem pudere proloqui quam factitres, dissimulare non sinit quin delecter, &c.

Peruagus, a, um, pen. corr. Valde vagus, qui multùm vagatur, inconstans. {πολυπλανής. Ital. *Chi corre quà & la senza fermarsi.* Gal. *Qui court çà & là & n'a point d'arrest, vagabond.* Hisp. *Vagamundo.* } Ouid. 2. de Arte amandi,

Magna paro, quas possit Amor remanere per artes
Dicere, tam vasto peruagus orbe puer.

Perualidus, a, um, pen. corr. Admodum validus. {ἰσχυρότατος. Ital. *Molto vaiude.* Gal. *Fort vaillant & puissant.* Hisp. *Muy valiente, rezio y fuerte.* } Liu. 10. belli Maced. Donec ad perualidam aliam vrbem (Certima appellant Celtiberi) peruenit.

Peruarius, a, um, Valde varius. A quo peruariè, aduerbium. {πολυποίκιλος. Ita. *In diuerse maniere.* Gal. *En diuerses sortes.* Hisp. *En muchas maneras.* } Cic. 2. de Orat. Reliqua peruariè, iucundè narrantur.

Peruasto, as, Prorsus, vasto. {διαδηῶ. Ital. *Guastare al tutto.* Gal. *Piller & destruire du tout.* Hisp. *Gastar de todo punto.* } Liu. ab Vrbe, Ad peruastandos fines, nequid ad noua consilia relinquerent virium, duxere. Tacitus lib. 15, Interea cõferẽdis pecuniis, peruastata Italia, prouinciæ euersæ.

Perucho, is, pen. corr. Vsque in aliquem locum porto. {διαφορεῖῶ, μεταφέρω. Ital. *Portare, condurre, ad vn luoco.* Gal. *Porter ou mener par charroy iusques en quelque lieu.* Hisp. *Mucho llenar à cuestas.* } Plin. lib. 35. ca. 6, Sed inde non peruehuntur ad nos. Liu. 5. ab Vrbe, Virgines sacráque in plaustrum imposuit, & Cære, quò iter sacerdotibus erat, peruexit. Cic. 2. Offic. Nam & quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: & quum reflauit affligimur. De fortuna.

Peruello, lis, Vellico, & punctiunculis torqueo. {κεντίζω. Ital. *Cauare, molestare alcuno.* Gal. *Arracher, eſguillonner ou poindre* Hispa. *Arrancar, empuxar.* } Cic. 3. Tusc. Quid mœres? cur succumbis, cedisque fortunæ? quæ peruellere te forsitan potuerit & pungere, non potuit certe vires frangere. Horat. 1. Serm. Satyr. 8, Rapula, luctucæ, radices, qualia lassum Peruellunt stomachum.

Peruenio, is, ire, Significat ad finem venire. {ἐλθεῖν, ἀφικνεῖσθαι. Ital. *Peruenire.* Gal. *Paruenir, venir iusques au lieu.* Hispan. *Acabar de venir.* } Plin. Epist. 254, Peruenì ad fontem purissimum. Terent. Eunuch. Ita est, sed sine me peruenire quò volo. Quasi dicat, sine me dicere quod maximè cupio. Quintil. lib. 1. cap. 3. Illud ingeniorum velut præcox genus, non temerè vnquam peruenit ad frugem. Cic. pro Sest. Vix sero, & rarò ad manus peruenitur. Idem ad Att. lib. 8, Eo autem ad te scripsi, vt si tibi fortè reddita esset, mihi curares referendam, ne in illius manus peruenirtet. Virg. 4. Georg. Postquàm est in thalami pendentia pumice tecta Peruentum. Idem 2. Aen. Asi vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis.

Peruenor, pen. prod. peruenaris, peruenari, Idem quod diligenter venari: & per translationem pro Quærere, & solertia quadam adhibita inuestigare. {κυνηγετῶ, ἀνιχνεύω. Ital. *Cacciare le fiere, cercare con diligenza.* Gal. *Chasser aux bestes sauuages, ou chercher diligemment.* Hisp. *Montear ò cazar, ò buscar diligentemente.* } Plautus Mer. Defessus sum vrbem totam peruenarier.

Peruerto, is, ere. {ἀναστρέφω, καταστρέφω, πτοέω. Ital. *Rouersciare, voltare, sottosopra.* Gal. *Tourner au rebours, renuerser, ruer sus, renuerser ce qui est dessus dessoubs.* Hispan. *Peruertir, subuertir, boluer en mala parte.* } Plaut. in Aulul. -ne cœnet senex. Aulas peruertunt, ignem restinguunt aqua. Modò depranare, παραφθεῖραι ἄγω. Cicero in Diuinatione, Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam vllo artificio peruertet, nunquam ingenio me suo labefactare, atque infirmare conabitur.

Peruersus, a, um, Prauus, præposterus. {ἀναστρεφής. Ital. *Peruerso, malnagio.* Gal. *Tourné au rebours, peruers.* Hisp. *Cosa al reues dela bueno.* } Plaut. in Truc. Ilic & hic peruersus est. Cic. pro Cluent. Itaque vt erat semper præposterus, atque peruersus, initium facit à Bulbo. Brutus ad Cic. lib. 11, Gratiorem me esse in te posse, quàm isti peruersi sunt in me, exploratum habes. ¶ Peruersus dies à Plauto in Menæch. dicitur ineptus, incommodus, intempestiuus.

Peruersè, aduerbium. {ἀναστρόφως, πονηρῶς. Ital. *Peruersamente, alla riuersa.* Gal. *Au rebours de bien, malicieuſement, peruerſement, mauuaiſement.* Hispa. *Con peruersidad, al reues del bueno.* } Plaut. in Amph. Qui peruersè adeò peruertit familiæ meæ mentem.

Peruersitas, atis, Prauitas, seu actio præposterа. {ἀναστροφή. Ital. *Peruersità.* Gal. *Mauuaiſtié de nature.* Hisp. *Peruersidad.* } Cic. 2. Tusc. In summa opinionum peruersitate versamur. Idem in Orat. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas?

Peruestigo, pen. prod. Non solùm quæro, sed quærendo inuenio, vel acquiro: Vestigo autem, quæro. {ἀνιχνεύω. Ital. *Inuestigare, trouare cercando.* Gal. *Chercher tant qu'on trouue.* Hisp. *Mucho buscar por el rastro y hallar.* } Tractum à vestigiis ferarum, quibus tanquam signis, indiciisq; ad ferarum lustra venatores peruenium. Cic. lib. 2. de Orat. Nosse regiones intra quas venias, & peruestiges quod quæras. Idē 6. Verr. Canes venaticos diceres, ita odorabantur omoia, & peruestigabant Peruestigatio, onis. ἀνιχνεύμα, ἀνιχνεία. Cic. 1. de Orat. Sed omnia quæcunque essent, vel scientiæ peruestigatione, vel differendi ratione comprehenderint.

Peruetus, pen. cor. huius peruteris, omn. gen. Valde vetus. {πολύχρονος. Ital. *Molto vecchio.* Gal. *Fort vieil & ancien.* Hisp. *Muy viejo.* } Cic. ad Quintum fratrem lib. 3, Reddita etiam mihi est peruetus epistola, sed serò allata.

Peruetustus, a, um, Idem quod peruetus. Plin. lib. 20. cap. 9, Ad coxendicum dolores cum adipe peruetusto. Cic. 9. de Orat. Vt trãslatis vtamur frequenter, interdúmque factis, raró autem etiam peruetustis.

Peruicax, cis, pen. corr. Durus, contentiosus, nulli cedens, perseuerans cum quadam vi. {ἰσχυρογνώμων, ἐνστατικός. Ital. *Duro, ostinato.* Gal. *Opiniaſtre, teſtu, obſtiné.* Hisp. *Vencedor, mucho porfiado.* } Terent. in Hecyr. Adeón' peruicaci esse animo, vt puerum præoptares perire?

Peruicacia, Durities, obstinatio. {τὸ ἐνστατικόν. Ital. *Ostinatione, perseueranza.* Gal. *Obſtination, opiniaſtreté.* Hisp. *Porfia, perseueracia.* } Plin. li. 17. ca. 20, Perdurandi peruicacia. ¶ Peruicacia & Pertinacia hoc distant, inquit Nonius, quod peruicacia est interdum bonarũ rerum perseuerãtia: pertinacia, semper malarum. Sed hæc differentia non est perpetua. Nam & pertinacia in bonã aliquando parte accipitur: vt suo loco ostendimus.

Peruicus, Veteres dixerunt pro peruicaci, teste Nonio. Plaut. in Aulul.

Hic

Hic quidam peruicus custodem addidit.

Peruideo, peruides, pen. corr. Diligenter & perfectè video. {διοπτεύω. Ital. *Vedere perfettamente.* Gal. *Voir par dessus & parfaittement.* Hisp. *Veer perfectamente.* } Colum. lib. 2. cap. 1, Videt sine dubio quid eueniat: sed cur id accidat non peruidet. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.

Peruigeo, es, pen. corr. Idem quod simplex vigeo. {ἀκμάζω. Ital. *Essere nel suo maggior vigore.* Gal. *Estre en sa grande force & vigueur.* Hisp. *Ser en el suo mayor esfuerço.* } Tacit. li. 5, Et vterq; opibúsq; aeq; honoribus peruiguere.

Peruigil, pen. corr. peruigilis, omnis gen. Totam noctem vigilans, vel vigilias in longum tempus extendens. {πανύχιος. Ital. *Che veggha molto.* Gal. *Qui veille toute nuict.* Hisp. *Cosa que vela hasta el cabo.* } Plin. lib. 33. cap 4, Eámque solus intelligit in cacumine montis eius peruigil. Anguis peruigil, Ouid. 12. Epist. Canis peruigil, Senec. Herc. fur. Custodia peruigil, Lucan. lib. 4. Ignis peruigil, pro igne Vestali, Stat. 2. Theb.

Peruigilo, las, Vsque ad fidem vigilo, vel totam noctem insomnem duco. {πανυχίζω. Ital. *Veggbiare sino alla fine.* Gal. *Veiller toute la nuict, veiller jusques à la fin.* Hisp. *Velar hasta el cabo.* } Mart. lib. 9, Nam vigilare leue est, peruigilare graue.

Peruigilatio, onis. {ἀγρυπνία σωτηρίου ὀλυμπικὴ ἐγρήγορσις. Ital. *Esso veggbiare.* Gal. *Veillement perpetuel, veille jusques à la fin.* Hispa. *Aquella obra de velar hasta el cabo.* } Cice. 2. de Legib. Nouos verò deos, & in his colendis nocturnæ peruigilationes.

Peruigilium, lij, Diuturnæ vigiliæ. {πανυχικὸς. Ital. *Lunga vigilia.* Gal. *Veille de toute la nuict.* Hisp. *La velada de toda la noche.* } Plin. lib. 11. cap. 33, Pernigilio quidem vincuntur cibi. Et peruigilium, sacrum nocturnum quo vigiliæ indicuntur vt per totam noctem vigiletur. Liu. lib. 1. belli Pun. Castra Campana vt peruigilio neglecta simul omnibus portis inuadit. Sueton. de Calig. Nec alia de causa videtur eo die quo periit, peruigilium indixisse, quàm vt initium in scenam prodeundi licentia temporis auspicaretur.

Peruilis, le, Admodum vilis. {πάνυ ἰσχνὸς, εὐτελής. Ital. *Molto vile.* Gal. *Fort vil, qui est de fort vil prix.* Hisp. *Cosa de poco precio.* } Liu. 1. belli Maced. Annona quoque eo anno peruilis fuit.

Peruinco, is, Contendo, perficio. {ἀγωνιζόμενος. Ital. *Fare perfettamente.* Gal. *Vaincre entierement, surmonter.* Hispa. *Acabar de hazer.* } Cice. ad Attic. lib. 2, Restitit, & pernicit Cato. Liu. 4 ab Vrbe, Neque vt de agris diuidendis plebi referrent Consules ad Senatum, peruincere potuit.

Peruiridis, de, pen. corr. Valde viridis. {ὑπερίσχλωρος. Ital. *Molto verde.* Gal. *Fort verd.* Hisp. *Muy verde.* } Plin. lib. 6. cap. 22, Mare id colore peruiridi, præterea fruticosum arboribus.

Peruiuo, is, pen. prod. Vsque ad certum aliquem finem vitam produco. {ἀβιόω, ἀβιόζω. Ital. *Vivere.* Gal. *Viure.* Hisp. *Viuir.* } Plaut. Capt. Etsi peruiuo vsque ad summam ætatem, tamen breue spatium est perfrendi quæ minitas mihi.

Peruius, a, um, Per quod iri potest. {ἀβάτευτος, ἀβατόπορος. Ital. *Penetrabile, per dove si può andare.* Gal. *Par ou on passe aisement.* Hisp. *Cosa passadera, que se puede passar.* } Terent. in Adel. Id quidem angiportum non est peruium. ¶ Aliquando dicitur penetrabile. Ouid. lib. 2. Metam. domus est imis in vallibus antri Abdita, sole carens, non vlli peruia vento.

Perungo, gis, Oblino, circunquaque vngo. {χρίω παχέως. Ital. *Ungere d'ogni parte.* Gal. *Oindre par tout.* Hisp. *Untar de todas partes.* } Colum. lib. 11. cap. 3, Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris, & prurigo atque tumor inceperit, oleo subinde perungito. Cice. 1. Tusc. Corpora oleo perunxerunt.

Peruncto, onis. {ἄλειψις. Ital. *Ontione.* Gal. *Onction.* Hisp. *Vntadura.* } Plin. lib. 28. cap. 16, Peruunctione prodesse dicitur.

Peruolgo, as, are, Peruagari. {περιφέρομαι. Ital. *Andare vagando.* Gal. *Aller & courir par ci par la.* Hisp. *Andar vagabundo.* } Lucr. lib. 2, Multipléxque loci spatium transcurrere eodem Tempore quo solis peruolgant fulgura cælum.

Peruolo, pen. corr. peruis, peruult. peruelle, Valde cupio. {περιμάχομαι. Ital. *Desiderare grandemente.* Gal. *Fort vouloir & desirer.* Hisp. *Mucho querer.* } Currius lib. 6, Peruelim scire vtrum qui discedunt, an qui retinentur, de me querantur.

Peruolo, as, pen. corr. Vsque ad certum aliquem destinatúmque locum volo: & per translationem pro celeriter perferor. {ἀγκυβέω. Ital. *Volare, andare velocemente.* Gal. *Voler vitement, aller vitement.* Hispan. *Volar, andar presto.* } Cic. in Somn. Scip. Quibus agitatus, & excitatus animus velociter in hanc sedem & domum suam peruolabit. Peruolito, as, frequentatiuum. Virgil. 8. Aeneid. Omnia peruolitat latè loca.

Peruoluo, is, pen. prod. Verso, magna vi voluo. {ἀγκυλίνδω. Ital. *Volgere d'ogni parte.* Gal. *Rouller tout a fait, fuestleter.* Hisp. *Bolver de todas partes.* } Plin. lib. 33. cap. 4, Et repleto stagno, excussis obthuramentis, erumpit torrens tanta vi, vt saxa peruoluat. Cice. 2. de Orat. Deinde vt in iis locis quos proponam paulo póst, peruoluatur animus, vt se penitus insinuet in causam, vt sit cura in cogitatione inientus, diligentia est.

Peruoluto, as, are, frequentatiuum. {ἐξειλέω, ἀντιλέω. Ital. *Volgere souente d'ogni parte.* Gal. *Rouller en fuestleter souuent.* Hisp. *Bolver mucho de todas partes.* } Peruolutare libros, omni adhibita diligentia euoluero. Cice. ad Attic. li. 5, Quoniam meos cum Thalemeto nostro peruolutas libros. Idem de Orat. Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi, & peruolutandi, & exercitationis causa laudandi.

Perurbanus, a, um, Valde vrbanus. {πάνυ ἀστεῖος, πολιτικὰ χαρίεις. Ital. *Molto civile.* Gal. *Fort civil.* Hisp. *Muy ciuil, y gracioso.* } Cic. ad Attic. lib. 2, Denique si solus non potuero, cum rusticis potius quam cum iis perurbanis. Idem de Clar. Orat. Etiam L. Torquatus elegans in dicendo: in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

Peruro, is, Comburo, & vrendo consumo. {ἀβρώσκω. Ital. *Abbrusciare, consumare abbrusciando.* Gal. *Bruster du tout.* Hisp. *Quemar, consumir quemando.* } Plin. lib. 34. cap. 17. Eadem in aqua calculus æreus, quadrans si addatur, vas peruri. Aestu valido perurimur, Ouid. 3. de Arte.

Perustus, participium: {ἀβρωτός, ἐβρώθην. Ital. *Abbrusciato.* Gal. *Du tout bruslé, buslé.* Hisp. *Quemado.* } vt Coma perusta sole, Propert. li. 4. Eleg. 10, Cic. ad Cæs. lib. 13, & iam hominem perustum etiamnum gloria, volùt incendere.

PERVSIA, æ. Vulgò *Perugia*, Herruriæ ciuitas ab Achæis condita, in qua L. Antonius ab Augusto obsessus, quum extrema fame laboraret, coactus est deditionem facere.

Perusinus, a, um, pen. prod. Proper. lib. 1, Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulchra.

Perutilis, le, Valde vtilis. {πάλχρης & πάνυ χρήσιμος. Ital. *Molto vtile.* Gal. *Fort vtile.* Hisp. *Muy prouechoso.* } Cic. ad Attic. lib. 9, In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset.

Peruulgo, as. Diuulgo, in vulgus semino. {ἀβαπτεύω. Ital. *Publicare per tutto.* Gal. *Publier par tout mettre en lumiere.* Hisp. *Publicar por todas partes.* } Cicero pro Sylla, Illas tabulas describi ab omnibus statim librariis, diuidi passim, & peruulgari atque edi populo imperaui. Idem pro Cælio, Mulier quæ se omnibus peruulget.

Pes, pedis, Vide PEDES, pedum.

Pes accipitrinus, A Romanis dicta est herba, teste Dioscoride, quam Græci λυχνίδα ἄγριον, hoc est lychnidem syluestrem appellant.

Pes miluinus, Herba est quam Columella colligi & reponi iubet, non tamen explicat quæ sit.

Pes gallinaceus, Herba est ex genere capni siue fumariæ, crescens in parietinis, & sepibus, ramis tenuissimis sparsisque, flore purpureo, succo suo caliginem oculorum discutiens. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Pessi, Fœminarum medicamenta, quæ in molli lana in naturalibus earum conduntur. πέσσοι, πεσσάρια. Quæ enim per anum, clysteres: per collum matricis, pessi, siue pessarij appellantur. Cels. lib. 5. cap. 21. Sed alia quoque vtilia sunt, vt ea quæ fœminis subiiciuntur: ὑπόσια Græci vocant. Eorum hæc proprietas est: Medicamenta composita molli lana excipiuntur: eáque lana in naturalibus conditur.

Pessime, pessimus, Vide MALVS adiectiuum.

PESSINVS, pen. prod. huius Pessinuntis, πεσσινοῦς, Emporium Phrygiæ, habens templum maximum (vt inquit Strabo) magnæ veneratonis Matris deûm, quam Andigistin vocant. Hic locus magnificè ab Attalicis regibus structus est & templo, & porticibus ex albo lapide. Romani celebrem reddiderunt, accersita inde Matris deûm statua, quæ ab hoc loco Pessinuntia est appellata. Nomine hoc Cicero in masculino genere semper vtitur. Sic enim ait in Oratione de Aruspicum responsis, Qui accepta pecunia Pessinuntem ipsum, sedem domicilium que Matris deorum vastaris. Et paulo póst, Pessinûtem per sceius à te violatum, & sacerdote sacrisque spoliatum recuperauit.

Pessulus, li, pen. corr. Quasi paruus pes, instrumentum quo ostium claudítur, subditáque mox claue referatur. {μοχλὸς κλειστήριος. Ital. *Cadenaccio, chiauistello.* Gal. *Vn verrouil.* Hisp. *El aldaua con que se cierra la puerta de dentro el postillo.* } Apule. Tum Myrmex tandem claue pessulis subiecta, pandit fores. Idem, Subdita claue pessulos reduco. Plaut. Aulul. Occludite fis Fores ambobus pessulis: iam ego hic ero. Terent. in Eunu. Pessulum ostio obdo. Idem Heaut. Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit. Vnde Oppessulata ianua. Id est pessulis firmata. ἐπιμοχλόθυρος θύρα. Festus, Obices sunt pessuli ferre. Huius diminutiuũ est Pessellus.

Pessulatæ, fores. Dicuntur pessulis clausæ, munitæque. Et pessulata ianua, pessulis firmata. ἐπιμοχλόθυρος θύρα. Ital. *Porte serrate, chiuse.* Gal. *Portes fermées au verrouil.* Hisp. *Las puertas cerradas con aldaua.*

Pessum, aduerbiũ. Significat modò retrorsum, modò deorsum, quasi ad pedes, vel sub pedibus. {ὀπίσω, κάτω. Ital. *A dietro, in giu sotto à i piedi.* Gal. *Droit en bas sous les piés.* Hisp. *Hazia atras, bazo à los pies.* } Vnde pessum premere, est pedibus calcare, siue sub pedibus premere. Plaut. in Most. Istunc ego suis pro factis pessimis pessum premam. ¶ Plin. in Præfat. lib. 14, Pessum iere vitæ pretia, omnésque à maximo bono ad betales dictæ artes in contrarium cecidere. Pessum iere dixit per translationem: id est actum est de iis, in nullo sunt pretio. Pessum eo, hoc est cedo, vel retrocedo. ὀπισθοφορέομαι, καταφέρομαι, βόθρῳ, ἴζάνω. ¶ Aliquando pessum ire, siue abire, est ire in fundum, siue imam partẽ alicuius rei liquorem in se continentis, vt dolij, aluei, fluminis, maris, aut lacus. Plaut. in Aulul. Eodem modo seruũ ratem esse amanti hero æquũ censeo, Vt toleret, ne pessum abeat. Colu. li. 12. ca. 6, Nam vbi dulcem caseũ demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam.

Pessundo, as, Conculco, pedibus calco. {κατατραυματίω. Ital. *Conculcare, calcare adosso.* Gal. *Mettre en bas, fouler aux piés.* Hisp. *Hollar ò sopear con los pies.* } Terent. in Andr. Quæ si non aliter prouidentur, me, aut herum pessundabunt. Ouid. de Ponto, Non mihi quærenti pessundare cuncta, petitum Cæsareum caput est, quod caput orbis erat. Plaut. Rud. Pessundedisti me blandimentis tuis. ¶ Item arceo, reprimo. Plaut. in Merc. Ita pessumas pessundedi, iram, inimicitiam, lachrymas, mœrorem, exilium.

Pestifer, & Pestifere aduerbium, vide in nomine PESTIS.

Pestis, huius pestis, Morbus est contagiosus, ab aëris plerunque infectione initium capiens, qui noxam qua afficitur, in omnium animantium perniciem effundit: quanquam etiam ex aliis causis pestis nonnunquam gignitur. {λοιμός. Ital. *Peste.* Gal. *Peste.* Hisp. *Pestilencia.* } Plaut. in Amph. Pestis te teneat. Pestes, in plurali Plin. lib. 2. cap. 7, Morbíque & multis etiam pestibus, &c. ¶ Per metaphoram pestis pro pernicie, exitio, vel calamitate accipitur. Liu. 2. ab Vrbe, Ibant vnius familiæ viribus, Veienti populo pestem minitantes. Cic. pro Sylla, Funesta Reip. pestis. ¶ Dicitur aliquando de homine qui alios corrumpit, & damna infert. Terent. in Adel. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, periurus, pestis.

Pestilentia, æ, Idem est quod pestis, in qua significatione frequenter hac voce vtitur Plin. vt in lib. 2. cap. 96, Locris, & Crotone pestilentiam nunquam fuisse, nec vllo terræmotu laboratum, annotatum est. {λοιμός. Ital. *Pestilenza.* Gal. *Pestilence, peste.* Hisp. *Pestilencia.* } Idem lib. 7. ca. 50, Senes minimè sentire pestilentiam. ¶ Sæpe etiam pestilentia accipitur pro aëris corruptione, aut loci insalubritate, aut cæli inclementia: cui opponitur salubritas. Cic. 1. de Diuin. Vt hostiarum immolatarum inspicerentur exta: quorum ex habitu, atque ex colore cùm salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi: nonnunquã etiam quæ sit sterilitas agrorum, vel fertilitas futura.

Pestilens, entis, Quod pestem affert: cui opponitur salubre. {λοιμώδης. Ita. *Pestilente.* Gal. *Pestilencieux.* Hispan. *Pestuencial.* } Cice. lib. 1. de Fato, Inter locorum naturas quantum interût, videmus alios esse salubres, alios

pestilentes

pestilétes. Africus pestilens, Horat. 3. Carm. Ode 23. Ventus horribilis atque pestilens, Catullus Epig. 23.

Pestifer, adiectiuum. vt Fulmen pestiferum, quod mortem, aut exitium ostendit, inquit Festus. ‡ λοιμώδης. Ital. *Pestifero.* Gal. *Pestilentieux, qui fait mourir.* Hisp. *Cosa que trahe ò tiene pestilencia.* ‡ Plin. lib. 11. cap. 38, Taurorum sanguis pestifer potu maximè. Pestiferum bellum dixit Cicero ad Sulp. lib. 4. id est perniciosum, mortem afferens.

Pestiferè, aduerbium, ‡ ἐπιφόρως, ὀλεθρίως. Ital. *Perniciosamente.* Gal. *Pernicieusement.* Hispa. *Pestilencialmente.* ‡ Cic. 2. de Legib. Multa pestiferè sciscuntur in populis.

Pestilitas, atis, apud antiquos legebatur, teste Nonio, pro peste. λοιμός. Lucret. lib. 6. Hæc igitur subitò clades noua, pestilitáque.

Petalium, lij πιτάλιον, μυροθήκιον, Vnguenti præstantissimi genus, ex nardi folio confectum, vnde & nomen habet. πίτυλα enim Græci folia vocant. Plautus in Cure. Nam omnium odor vnguentûm præ tuo nauseat est; Tu stacte, tu cinamum, tu rosa tu crocum, & casia es, Tu petalium. Latiné Foliatum appellatur. Martial. lib. 11, At mea me libram foliati poscit amica.

PETALVS, πίτυλος, Nomen vnius ex iis qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati, ceciderunt. Ouid. 5. Metam. Petalus stridens, Stygis cane cætera, dixit, &c.

Petasites, πετασίτης, Dioscoridi lib. 4. cap. 109. herba est, pediculum habens cubito maiorem, crassitudinem pollicis: ita dicta à galeri forma quam latum folium pediculo superpositum videtur referre, eo ferè modo quo fungorum scapos pediculis videmus adhærere. Rustici in Gallia *Bardanam maiorem* vocant.

Petaso, peu. corr. huius petasonis, Caro porcina, quam alij coxam, alij eam partem suis dicunt, quæ ab alis incipit, & costas comprehendit, quibusdam veluti virgulis pinguibus distincta. ‡ πετάσιον. Ital. *Presciutto, persuto.* Gal. *Vn iambon.* Hisp. *El tocino, ò pernil de tocino.* ‡ Martial. li. 13. Mustæus est, propera, charos ne differ amicos: Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

Petasunculus, diminutiuũ. ‡ τὸ πετάσιον. Ital. *Picciolo presciutto.* Gal. *Petit jambon.* Hisp. *Pernil de tocino.* ‡ Iuuenalis Satyr. 7, -siccus petasunculus & vas Pelamidum.

Petasus, petasi pen. corr. ‡ πίλος πετασώδης. Ital. *Capello.* Gal. *Vn chapeau ou bonnet auique.* Hisp. *Sombrero de grandes alas.* ‡ Idem quod galerus, hoc est pilei latique genus, quo aduersus solis iniurias viatores faciem tuentur: qualis etiam Mercurio peculiariter à Poëtis. Plaut. in Amph. Ego habebo vsque in petaso pinnulas. Fitque à Græco πίπτω μαι, quod est extendo, cuius aoristus est ἐπέτασα. ¶ Hinc petasati, qui galero pro capitis ornamento vtuntur. Sueton. in August. cap. 82, Aestate apertis cubiculi foribus, ac sæpe in peristylo saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat: solis verò ne hyberni quidem patiens, domi quoque nonnisi petasatus sub dio spatiabatur. ¶ Per translationem verò petasus dicitur quiddam in galeri formam ædificiis superpositum, extensum, & explicatum, in metæ formam se contrahens. Plin. lib. 36. cap. 13, Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, & in medio vna: in imo latæ pedum septuagenûm quinûm, altæ centenûm quinquagenûm: ita fastigiatæ, vt in summo, orbis æneus, & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula quæ vento agitata longè sonitus referant. ¶ Sunt qui petasum interpretentur pro calceamenti genere, putántque petasatum dici qui hoc calceamento sit calceatus, adducentes locum Ciceronis ad Cassium, lib. 15. Epist. Sed petasati veniunt: comites ad portum expectare dicũt. Non inconuenienter tamen, etiam in hoc loco Petasatum intelligere possumus eum qui galero caput texerit. Solent enim qui peregrè proficiscuntur, se galero aduersus æstus iniuriam munire.

Petaurum, πίσσυρον, Genus, ludi, & machina quædã lignea: quo quidem ludi genere homines per aëra rotarum pulsu iactabantur. Mart. lib. 11, Quam rota transmisso toties impacta petauro. ¶ Dici etiam potest petaurum supra quod homines agilitate corporum insignes luduot: vt hastæ circa quas se voluunt: funes supra quos etiam reciproci ambulant: circuli per quos se more pilcium transmittunt: tabulæ e quibus in aere pendent, vno brachio se sustinentes. Græci dicunt petaurum esse laqueum & asseres quibus domos tegunt. Iulius Pollux existimat caueam esse in quam se cortis alites cubitum ituræ conferunt.

Petauristæ, πίσσυροι, teste Nonio, à veteribus dicebantur qui saltibus, vel scenis leuioribus mouerentur. Varro lib. 2. de Vita populi Rom. Nec minus aliquo in genere sunt ludi veloces Galli, Germani petauristæ, qui & petauri dicuntur, à πίτνημι, volare. Festus, Petauristas Lucilius à petauro appellatos existimare videtur, quãdo ait, Sicuti mechanici quum alto exiluere petauro. At Aelius Stilo, quód in aëre volent, quum ait, Petauristæ propriè Græcé, ideo quód ij κατὰ πίσσυρα πίπτουσι.

Petesco, siue Petisco, Petesso, Vide PETO, petis.

Petigo, pen. prod. inis, Morbi genus qui & impetigo dicitur, quód vicina petat, sese latè summa cute diffundẽs. ‡ λειχήν. Ital. *Volatica.* Gal. *Gratelle, ou feu volage.* Hisp. *El empeyne.* ‡ Occupat plerunque totum vultum, oculis exceptis. Lucil. lib. 30, referente Nonio, Illuuies, Scabies oculos hic, denique petigo huc conscendere.

PETILIA, Primo, πετηλία Ptolemæo, & Stephano, Magnæ Græciæ vrbs est non procul à Lacinio promontorio, à Philoctete condita. λέγεται δὲ πίτνημι, id est à volando, quód ex volatu auium sumpto augurio, ibi futuræ vrbi locus sit delectus.

Petilius, filos est autumnalis, circa vepres nascens, quinque foliorum, calyculo versicolori, instar rosæ syluestris: ita dictus à Petilia magnæ Græciæ vrbe, vt quidam existimant.

Petilus, pen. corr. adiect. Tenuis, exilis. ‡ λεπτός. Ital. *Tenue.* Gal. *Tenure menu.* Hisp. *Delgado.* ‡ Lucilius, Insignis variis cruribus, & petilis. Nonius.

Petimen, vlcera in humeris iumentorum, quód impetant, id est profunda petant. Nominatiuus singularis est petimen. Lucilius apud Nonium, vt petimen nato, aut iumbos cerucibus tangant.

Petiolus, li, diminutiuum est à pede. ‡ πεδίον Ital. *Piccol piede.* Gal. *Petit pié.* Hisp. *Pequeño pie.* ‡ Afranius apud Nonium, Atque adeo nolo nudo petiolo amoues. ¶ Petiolus etiam aliquando accipitur pro pediculo ex quo fructus pendet, κόκκος. Colum. lib. de Arb. ca. 23, Quũ iam matura mala fuerint, antequam rũpantur, petiolos quibus pendẽt intorqueto.

Peto, petis, petiui, vel petij, petitum. Significat oro, siue obsecro. ‡ αἰτέω, αἴτημα. Ital. *Pregare, domandare.* Gal. *Demander, aller querre.* Hispa. *Demandar, pedir.* ‡ Valla. Petere dicimur, quum aliquid humiliter, & precibus petimus. Petere (inquit Varro) propriè est aliquid suppliciter, & precario postulare. Habetque in hac significatione ferè ablatiuum personæ cum præpositione à, vel ab. Cic. Philipp. lib. 13. Epist. Quapropter à te etiam atq; etiam pro nostra summa coniunctione, próq; tua in me perpetua, & maxima beneuolentia maiorem in modũ peto atq; contẽdo, vt eius filios qui in tua potestate sunt, mihi potissimũm condones. Idem 6. Verr. Iste petit à rege, & cum pluribus verbis rogat. Præter Ablatiuum personę admittit & accusatiuum reitvt Petere auxilium, vel præsidium ab aliquo, apud Ciceronem pro Quintio. ¶ Varij præterea sunt huius verbi in oratione vsus. Dicimus enim, Petere auxilium, Petere opem, Petere colloquium, Petere consilium, Petere gratiam, Petere amicitiam, Petere oracula, Petere pacem, Petere præmium, Petere responsa, Petere veniam, Petere mutuum, quorum omnium testimonia in bonis autoribus inuentu sunt facilia. ¶ Iungitur aliquando datiuo pro ablatiuo cũ præpositione. Virg. 9. Aen. O genitrix quo fata vocas? aut quid petis istis? Vbi Seruius, Petis istis, id est pro istis. Nam sic dicimus, Peto tibi, id est peto pro te. ¶ Petere aliquando commemorare est, inquit Nonius. Virg. lib. 8. Aen. Quid causas petis ex alto? id est cõmemoras, vel potius repetis: vt per aphæresin simplex ponatur pro composito. ¶ Ponitur aliquando pro tenere. Virg. 3. Aen. Summissi petimus terram. Cic. ad Att. lib. 3, Et ille incertus vbi ego essem, fortasse alium cursum petiuit. ¶ Aliquando pro adipisci. Plin. lib. 12. cap. 14, C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petit. id est adeptus est. ¶ Petere fugam, est fugere. Petere salutem fuga. Est fugiendo vitam seruare. ¶ Aliquando insidias tendere. Plancus Ciceroni, In quo casu hanc capio voluntatem, quód certè quo magis me petiuerũt, tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. ¶ Aliquando violenter aggredi. Cic. pro Ligar. Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? ¶ Aliquando manere, expectare. Virg. lib. 9. Aen. Troianos hæc monstra petunt. ¶ Aliquando cupere, appetere, desiderare, vt apud eundem lib. 3. Georg. Pulchrámq; petunt per vulnera mortem. ¶ Aliquando percutio. ‡ βάλλω. Ital. *Ferire,* Gal. *Fraper, tuer.* Hisp. *Herir.* ‡ Liu. lib. 22, Hispano punctim magis, quam cæsim assueto petere hostem. ¶ Aliquando inquirere. ζητῶ. Virgil. 9. Aeneid. Euandrum petimus. ¶ Aliquando eligere, vel capere. Idem 4. Georg. -principiò sedes apibus, statióq; petenda. ¶ Aliquando proficiscor. πίπτομαι. Sueton. in Vesp. Et Cutilias, ac Reatina rura vbi æstinare quotannis solebat, petiit. ¶ Aliquando influere: vt Campum petit amnis. ¶ Quando verò construitur cum ablatiuo instrumentum significante, & pro instrumenti diuersitate diuersa significat, siue in tem, siue in personam referatur. Nam petere manu, teste Nonio, est abducere. Virg. 6. Aen. Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit. Petere gladio, aut veneno, aut lapide, aut cornu, & huiusmodi, est inuadere, ferire, & saluti insidiari. ἐφιέναι, πλήττειν, ἐπιβάλλειν. Virg. 3. Aeglog. Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Ibidem, Malo me Galatea petit lasciua puella. Suet. in Tyber. Missum in arenam aprum iaculis desuper petiit. ¶ Petere cursu, adipisci, obtinere. Virg. 3. Aeneid. -quæ litora proxima cursu Cõtendunt petere. ¶ Petere blanditiis, est blandiri. Quintil. Nouercam blanditiis petit. ¶ Petere muneribus, osculis, precibus, est conciliare. Apul. Quum me lachrymis precibúsq; petiisset. ¶ Petere oculis, est contemplari. ¶ Petere auribus, audire. ¶ Petere naribus, olfacere. ¶ Petere tactu, attrectare. ¶ Huius cõposita sunt, Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppeto, quæ habent penultimam correptam.

Petitio, onis, Postulatio, & actus ipse petẽdi. ‡ αἴτησις, δέησις, ἱκεσία. Ital. *Petitione, domanda.* Gal. *Demande, requeste.* Hisp. *Demanda generalmente.* ‡ ¶ Aliquando pro intentione actoris. Quintil. lib 4. cap. 4. Recusatio quoque plures interim propositiones habet vt contra petitionem pecuniæ, Male petis: procuratori enim tibi esse non licuit. ¶ Nonunquam etiam pro impetitione, & aggressu gladiatorum: & per translationem, sicariorum, aut insidiatorum. Cic. 1. Catil. Quas ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, & vt aiunt, corpore effugi. ¶ Ponitur aliquando pro ambitu, hoc est studio adipiscendi honoris: vt quum sunt multi eandem ambientes dignitatem, & contendentes quis aliis præferatur. Cice. Art. lib. 1, Fuit & mihi, & Quinto fratri magno vsui in nostris petitionibus.

Petitus, petitus, Idem quod petitio. Gell. lib. 18. cap. 5, Iussitque cum consensu, petitú que omnium eandem illam sententiam dilecti viri, eiusmodi posset verbis dicere.

Petitor, oris, Qui petit, & litem intendit. ‡ αἰτητής, δικάζων. Ital. *Dimandatore.* Gal. *Demandeur.* Hisp. *Demandador.* ‡ Cic. in Partit. Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello.

Petesso, sis, Antiquum verbum, idem significans quod peto: sicut Impetesso, Reconciliasso, Commonistrasso, qualia sunt apud Plautum plurima. μνήμη. Cicer. Tusc. Qui hanc gloriam petessunt, nullum fugiunt dolorem. ¶ Hinc Expetesso. Plaut. in Trin. Veram potius harum mihi artem expetessam.

Petoritum, ti, pen. corr. Genus vehiculi quo Belgæ peculiariter vtebantur. ‡ φορεῖον. Ital. *Foggia de carro.* Gal. *Vne sorte de chariot, comme vn chariot branlant.* Hisp. *Carro genero de carro.* ‡ Horat. lib. 1. Serm. -atque caballi Paterni ducenda petorita: nunc mihi curro Ire licet mulo. Idem lib. 2. Epist. Effeda petitiuant, pilenta, petorita, naues.

PETOSIRIS, πετόσιρις, Aegyptius mathematicus insignis, de quo Plin. lib. 7. cap. 49, & lib. 2. cap. 23.

Petra, æ, ‡ πέτρα. Ital. *Pietra.* Gal. *Pierre, caillou, roche ou rocher.* Hispan. *Piedra.* ‡ Propriè idem est quod rupes. Plin. lib. 10. cap. 32, Gauiæ in petris nidificant. Accipitur tamen nonnunquam pro lapide, vel saxo.

Petrosus, a, um, Quod est petris abundans. ‡ πετρώδης. Ital. *Pieno di pietre, sassoso.* Gal. *Pierreux, caillouneux.* Hisp. *Pedroso, cosa llena de piedras.* ‡ Plin. lib. 17. cap. 27, Capnificorum laudantur maxime nigræ, & in petrosis.

Petricolus, adiectiuum. Idem. Martial. lib 5. per translationem dixit, Res petricosa est, Cotile bellus homo. Hoc est difficilis, saxosa ac dura.

Petrones,

Petrones, Rumex dicti sunt à veteribus, (inquit Festus) à petrarum asperitate & duritia. Hinc Plautus petronem, vetuecem duriorem eleganter dixit, vbi ait in Cape. Qui petroni nomẽ indunt vetuecī sectario: Eum ego, si in via petronem publica conspexero, Et petronem, & dominum reddam mortales miserrimos.

PETRA, πέτρα, Siciliæ oppidum prope Hyblam, cuius incolæ dicuntur Petrini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. Petra Sirenum, Lucaniæ promontorium est, Sirenum olim insidiis infame. Idem, Minervæ promontorium appellat lib. 3. cap. 5. Surrentum (inquit) cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam sede. Meminit loci huius & Virgil. lib. 5. Iamque adeo scopulos Sirenum aduecta subibat Difficiles quondam, multorumque ossibus albos. Vbi multa de Sirenibus. ¶ Item Petra, Straboni li. 16. Arabiæ oppidum, Nabathæorum metropolis: vnde ea pars Arabiæ, Petræa nuncupatur.

PETRAEA, πετραία, Pars Arabiæ, ita dicta à Petra Nabathæorum metropoli. Strabo lib. 16. ¶ Est etiam Petræa nympha Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

Petreia, Mulier dicebatur quæ pŏpam præcedens, in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebtiam, quòd pedes in petris frequẽter impingeret: quã & alij volunt ab agri vitio, scilicet petris, appellatã. Festus.

PETREIVS, Pompeianarum partium dux in Hispania, vnà cum Afranio à Cæsare victus, vt est videre apud Cæsarem 2. lib. belli Ciuil. & Lucanum lib. 4. ¶ Petreius Atinas, Cambrico bello primipilus sub Qu. Catullo fuit, qui quum legionem eam in qua ordines ducebat, à reliquo exercitu intercluſam videret, neque vllis adhortationibus Tribunum suum impellere posset vt per hostium castra perrumperet, eum cunctantem occidit, legionémque saluam eduxit. Quo nomine etiam corona graminea donatus est.

Petrocorij, πετροκόριοι Ptolemæo, Populi Galliæ Aquitanicæ, Santonibus finitimi: quorum meminit & Plin. lib. 4. cap. 19.

Petrelæum, πετρέλαιον, Bitumen est liquidum è saxis defluens. Nomen habet ab oleo, non quòd reuerè oleum sit, sed quòd liquida consistentia ad olei similitudinem accedat: tametsi colore magis ad nigredinem vergat.

Petrones, Vide PETRA.

PETRONIA, πετρωνία, Nomen vxoris Vitellij, de qua apud Suetonium in Vitellio. ¶ Petronia item amnis in Tyberim defluens, qui inde nomen accepit, quòd per petras fluat: quem magistratus auspicatò transeunt, quum in campo quid agere volunt: quod genus auspicij perenne vocant. Autor Festus.

PETRONIVS πετρώνιος, Aegypti præfectus sub Augusto, qui Cornelio Gallo successit. Gessit bellũ aduersus Aethiopes, quibus regina Candace imperitabat, virili quidem animo mulier, sed altero capta oculo. Vide Strabonem lib. 17. ¶ Petronius Granius centurio octauæ legionis sub Cæsare bello Gallico: qui postea bello Africano Quæstor designatus, quum nauis quain prouinciam vehebatur, & in Scipionis potestatem venisset, & cæteris interfectis, Quæstori Scipio incolumitatem polliceretur, respondit Cæsarianos aliis incolumitatem dare, non accipere consueuisse: quo dicto se gladio transuerberauit. Vide Plutarchum in Cæsare. ¶ Petronius iam alius fuit, prænomine Lucius, qui quum P. Cælium à quo ex humillima sorte ad Equestrem dignitatem erat euectus, precibus adductus, Placentiæ occidisset, se quoqi eadem dextra interemit. Autor Valerius lib. 4. cap. de Amicitia. ¶ Petronius pater Vespasiani Cæsaris. ¶ Petronius Perpenna, qui Constantinianas thermas in pristinum splendorem restituit. ¶ Petronius Diodorus medicus, qui scripsit antilegomena, citatur testis à Plin. lib. 20. cap. 8. ¶ Petronius Poëta, cuius aliqua de medicina versibus conscripta, ad nostram ætatem peruenerunt, vt scribit Volaterr. ¶ Petronius, πετρώνιος, vir Consularis fuit Neronis tempore, qui moriturus principis inuidia vt mensam eius exhæredaret, trullam murrhinam c c c. sestertiis empram confregit. Autor Plin. lib. 37. cap. 2.

Petroselinum, πετροσέλινον, quasi apium petrinum, Herba est satiuo apio multo maior, semine nigro, gustu amaronta dicta quòd optimè in petris, hoc est in rupibus prouenìat, præsertim in Macedonia, vbi in crepidine rupium peculiariter nascitur: vnde etiam Macedonicum à quibusdam cognominatur. Vide Dioscoridem lib. 3. cap. 75, & Plin. lib. 20. cap. 12, & Ruellium lib. 3. cap. 47.

Petulans, pen. corr. Improbus, procax, quum alios per contumeliam petimus. {ὑβριστής, ἀστεῖος. Ital. *Petulante, ghiotto, lascivo.* Gal. *Qui tousiours boute l'vn ou frappe l'autre, effronté, petulant.* Hisp. *Desuergonçado y pedigueño.*} Cic. 2. de Orat. Illud assequor, vt siquis mihi fortè malediceat, petulans, aut planè insanus mihi esse videatur. Idem in Sallust. Desine bonos petulantissima insectari lingua. ¶ Quandoque accipitur pro lasciuo. Cic. in Parad. Lapsa est libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet quàm si petulans fuisset in aliqua nobili virgine.

Petulantia, æ, Est lasciuia, siue effrænatio immodica ad quodlibet vitium, à petendo dicta. {ὕβρις, ἀστεῖα. Ital. *Malauoglia di sfacciato.* Gal. *Malice effrontée, mauuaistié esbontée, petulance.* Hispa. *Aquel desuergonçamiento, lasciua demasiada.*} Cic. in Cat. maiore, Vt petulantia, & libido magis est adolescentium quàm senum, nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum. ¶ Dicitur quoque de pecudibus. Colum. lib. 7. cap. 6, Quoniam cornuti ferè pernicioſi sunt, propter petulantiam. Et de arborum ramis, Plin. lib. 16. cap. 30, Præcipuéque domibus expetitur ramorum petulantia. Et de morbis. Gell. lib. 12. cap. 3, Itaqi vidistis philosophum ratione decreti sui nixum, cum petulantia morbi, doloríque exultantia colluctantem.

Petulanter, aduerbium, Modò significat improbè, procaciter. {ὑβριστικῶς, ἀναιδῶς. Ital. *Sfacciatamente, dishonestamente.* Gal. *Effrontément, impudiquement.* Hisp. *Desuergonçadamente.*} Cic. ad Attic. lib. 2. Diphilus Tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est. Modo lasciuè. Ouid. in Epistola Paridis ad Helenam. Quin etiam vt possem verbis petulantius vti, Non semel ebrietas est simulata mihi.

Petulcus, ci, Lasciuus. {ἀσελγής. Ital. *Lascivo.* Gal. *Lascif, effronté.* Hisp. *Lozano ò retoçon.*} Virgil. 4. Georg. Hœdique petulci. Vbi Seruius, Id est lasciui, exultantes. Colum. lib. 7. cap. 3, Itaque capri vel arietis petulci sequitiam pastores hac astutia repellunt. Vnde meretrices quoqi petulcas veteres

dixerunt, à petendo.

PETVSCVM palatij, dicta est ea regio Vrbis quam Romulus obuersam posuit ei parti in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus: quia mollissimè inde adibatur Vrbs, quum Hetruscorum agrum à Romano Tyberis discluderet, cæteræ vicinæ ciuitates colles aliquos haberent oppositos, Festus.

PEVCE, πεύκη, Parua est insula in vno ostiorum Istri, quod ab illa Peuces appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 12. Lucan. lib. 12. -& barbara Cone Sarmaticas vbi perdit aquas, sparsámque profundo Multifidi Peucen vnum caput abluit Istri. Valer. Flac. lib. 8, Danubij viridémque videt ante ostia Peucen.

Peucedanum Plinio, siue Peucedanus, πευκέδανον Dioscoridi, Herba est tenui caule, & oblongo, fœniculóque non dissimili, iuxta terram folioso, radice nigra & crassa, odore graui. Nomen inuenit à pinu, cuius folia imitatur, quemadmodum myrtidanum à myrto. Vnde & pinastellum nonnulli ex recentioribus appellauerunt. Vulgus *caudam suillam* appellat.

PEVCETIA, πευκετία, Peninsula est in finibus Italiæ, aliis nominibus Calabria & Messapia dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Pexatus, vide PECTO. Martial. lib. 2, Pexatus pulchrè, rides mea zoile trita.

Pezitæ, πεζῖται, Fungi qui sine radice, aut pediculo nascuntur, quasi pedestres. Plin. lib. 19. cap. 3. Dicti quòd non tollant sese altius à terra. πεζὸς enim à Græcis dicitur, qui pedibus iter facit: vnde etiã calculi illi quos in latrunculorum ludo pedites vocamus, à Græcis vocantur πεζοί.

P ante H.

PHABIRANVM, φαβιρανόν, apud Ptolemæum lib. 2, Germaniæ vrbs est in climate Septentrionali sita. Qui Ptolemæum postremò recognouerunt, ex longitudine & latitudine situs coniiciunt eam esse vrbem quam hodie vocant *Bremen*.

PHACION, φάκιον, Thessaliæ oppidum, apud Thucydidem lib. 4.

PHAEACES, φαίακες, Populi fuerunt Coreyræ: vnde & Coreyra Phæacia dicta est: quæ est insula in ostio maris Adriatici. Hodie vocant *Corphu*. Scribitur cum æ diphthongo. Nominatiuus singularis est Phæax. Horat. lib. 1. Epist. Pinguis vt inde domum possis Phæâxque reuerti. Vbi Phæacem posuit figuratè pro homine nitido, ventríque ac gulæ dedito: quales in Phæacia, hoc est Coreyra esse solent: de quibus sic ait Horat. Epist. lib. 1, Queis pulchrum fuit in medios dormire dies, & Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

PHAEACVM, Ciuitas est in planitie Phæaciæ insulæ, quæ ab vtraque parte habet duos editissimos vertices in quibus adhuc sunt arces.

Phæacius, a. um, φαιάκιος, & Phæacus, ca, cum, vna syllaba minus. Propertius lib. 3. Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas.

Phæcasius, Calcei genus: vnde Phæcasiatos sacerdotes & deos vocamus. Seneca ad Lucil. Si quem palliatũ, aut phæcasiarum conspexeris.

PHAEDON, φαίδων, Athenienſis, in conuiuio à triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit: cuius filiæ virgines quum aduersus quorundam vim pudicitiam alioqui illibatam seruare nõ possent, inuicem se complexæ, in puteum desilientes necem sibi consciuerunt. ¶ Fuit & alter hoc nomine philosophus Elidenſis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui (vt quidam scripserunt) seruiuit lenoni perinde quasi meritorius puer, quæstuariúmque mancipium. Eum Cebes Socraticus emisse dicitur, habuisséque in philosophorum disciplinis. Atque is postea philosophus illustris fuit, cuius nomini Plato librum de Immortalitate animæ dedicauit, qui etiam ab eius nomine Phædon inscribitur.

PHAEDRA, φαίδρα, Minois Cretenſium regis filia fuit, & vxor Theſei, quæ amore Hippolyti prinigni capta, quum ipsum adducere non potuisset vt paternum thalamum consputcaret, apud patrem eum detulit, tanquam stuprũ sibi inferre voluisset. Reliqua in dictione Hippolytus.

PHAEDRVS, φαῖδρος, Vnus fuit ex discipulis Platonis, cui Plato inscripsit librum, qui ab eius nomine dicitur Phædrus.

PHAEDYMA, Otanis nobilis Persæ filia, primùm Cambysis regis, cõque mortuo, Smerdis Magi concubina, quæ prima deprehẽdit, non Smerdim Cyri filium, vt populus credebat, sed Magum imperare. Qua re commota Persarum nobilitas Smerdim in regia trucidauit, Dariumqi equi hinnitu (vti inter eos conuenerat) regem declaratum, in illius locum substituunt. Autor Herodotus lib. 4.

PHAESTVM, φαιστός. Vrbs in Creta, à qua Phæstius, φαιστῖος, Epimenides dictus est, quem adiutorem condendis legibus Solonis fuisse tradit Plutarchus, inclytum vaticinio, & rerum diuinarum peritia.

PHAESTVS, φαιστός, Mons, seu promontorium Cretæ, circa Gortynam, vrbem, ciuitatem habens eiusdem nominis. Sed pro nomine ciuitatis fœminini generis est, quum pro monte sit masculini. Strabo lib. 10. ¶ Phæstus, φαιστός, fuit teste Hom. 5. Iliad. Borj Mæonij filius, siue Lydij, qui veniens in auxilium Troianorum ab Idomeneo interfectus est.

PHAETHON, φαέθων, Ligurum rex fuit vetustissimus, cuius multæ in Hetrusco litore coloniæ fuerunt, vt Cato est autor in Originib. ¶ Phaethon, φαέθων, Solis filius ex Clymene: qui quum à patre impetrasset vt vno die currus sui habenas sibi permitteret, aurigandíque imperitus cælum & terram combureret, à Ioue fulmine è curru excussus, in Padum fluuium decidit. Dictus Phaethon ἀπὸ τοῦ φάους, hoc est à luce, & αἴθω, vt: vnde & pro Sole accipitur. Virgil. 5. Aeneid. Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant.

Phaethontiades, φαεθοντιάδες, Clymenes & Solis filiæ dicuntur, sorores Phaethontis, quæ dum extinctum fratrem flerent, conuersæ sunt in alnos arbores, vt ait Virgil. 6. Aeglog. vt verò 10. Aen. in populos.

PHAETHVSA, φαέθουσα. Fuit vna ex filiabus Solis ex Neæra nympha, & soror Lampetiæ, quæ in Sicilia, patris sui, id est Solis armenta custodiebant: de quibus socij Vlyssis contra Circes monita degustãtes, naufragium fecerunt, vt lib. 12. Odyss. fabulatur Homerus. Ouid. 2. Metamor. Phaethusam, & Lampetien Solis & Clymenes filias, fuisse tradit, & sorores Phaethontis, quæ quum fratrem fulmine percussum supra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores conuersæ sunt, quæ lachrymarum loco electrum exudant.

Phagedæna, æ, cum diphthongo in pen. (Nam Græcè φαγέδαινα scribitur, ἀπὸ τοῦ φάγω, hoc est ab edendo), Exulceratio vsque ad ossa celeriter depascens,

depascens, cum inflammatione saniem malè olentem emittens, & ad mortem perducens. Autor Iulius Pollux. Plin. lib. 20. cap. 4, Vlcera quæ phagedænas vocant, folia & radix recens cum melle sanant. Columella quoq; lib. 9. cap. 12, Phagedænam inter apum morbos numerat, quum scilicet cetæ partes vacuæ computtescunt, & serpente latius vitio, ipsæ quoque apes intereunt. Sæpe etiam (inquit) vitio quod Græci φαγέδαινα vocant, intereunt.

Phagedænicus, a, um, adiectiuum. Plin. lib. 24. cap. 4, Condylomatis quæ phagedænica vocantur.

PHAGO, φάγων, Incredibilis edacitatis homo fuit, de quo Flauius Vopiscus in Aureliano scribit, quòd mensæ Imperatoris adhibitus, aprum integrum, centum panes, veruecem, & porcellum vno die comederit, biberitque vini orcam.

Phagus, Vide FAGVS.

Phalacrocorax, pen. corr. {φαλακροκόραξ}. Ital. *Corno acquatico*, Gal. *Cormorant ou corbeau pescheret*. Hispan. *El cuerno caluo*. } aquaticus coruus. Plin. lib. 10. cap. 48, Iam & in Gallia Hispaniáque, & per Alpes etiam, vbi & phalacrocoraces anes, Balearium insularum peculares.

Phalacron, {φαλακρόν}. Ital. & Hisp. *Caluo*. Gal. *chauue*. } Græci caluum dicunt. Vnde corui aquatici phalacrocoraces dicuntur, Balearibus insulis peculiares, vt inquit Plin. lib. 10. cap. 48. ¶ A Græcis etiam loca nuda, nullis herbis, aut plantis vestita, phalacræ, φαλάκρωμ appellantur: quæ à Columella vocantur glabreta. Vnde etiam Coreyræ insulæ promontorium quoddam phalacron appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 11. ¶ Præterea Idæ montis iuga Phalacras vocati tradit Stephanus, eo quòd ob niuis copiam qua in multam vsq; ætatem tecta sunt, stirpem nullam giguant, iisque veluti capillamentis, orbata, calua videantur.

Phalæ, vel vt alij scribunt, Falæ, Dictæ sunt turres ligneæ, teste Nonio, quæ spectaculorum gratia erigebantur. Festus, Phalæ, ligneæ turres sunt, ob altitudinem dictæ à falando, quod apud Hetruscos significat cælum. Ennius, Malos diffindunt, fiunt tabulata, phalæque.

Phalæcium carmen, φαλαίκιον μέτρον, A Phalæco inuentore nomen accepit. Alio nomine dicitur Hendecasyllabum, à numero scilicet syllabarum. Constat spondeo, dactylo, & tribus trochæis, In prima tamen sede pro spondeo modò trochæus legitur, modò iambus.

Phalangæ, {φαλάγξ}. Ital. *Stanghe*. Gal. *Rouleaux qu'on met sous les nauires, pour les tirer à terre ou à bord*. Hisp. *Las palancas*. } Sunt quibus baiuli ferendis oneribus vtuntur, quæ ὑπολοφόρια Plato appellat. Plin. lib. 7. ca. 56, Phalangæ, fustes sunt nodis carentes, quibus Afri prælium contra Aegyptios primi fecerunt. Iul. Pollux, Phalanges, inquit, siue phalangæ, dicuntur ligna quibus subiectis naues trahi solent. Scribit Herodotus Aethiopas vicenos dentes elephantorum grandes, & è materia hebeni centenas phalangas, tertio quoque anno tributi vice regibus pendere solitos. Nonius abiecta aspiratione vocat palangas. Palangæ (inquit) dicuntur fustes teretes, qui nauibus subiiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad litora subducuntur: vnde etiam nunc palangarios dicimus qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varro lib. 4. de vita pop. Rom. Quum Pœnus in fretum obuiam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros. Hinc etiam Latini formauerunt verbum palango, as, quod est onus aliquod huiusmodi fustibus transueho. Afranius, Et capream vnam semilaceram quaterni simul palangabant.

Phalangarij, φαλαγγίται, Appellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Seuerus Romanorum Imperator, vt autor est Lampridius. ¶ Sunt etiam phalangarij (vt quibusdam placet) qui onera fustibus transuehunt: sed in hac significatione apud Nonium legimus palãgarios sine aspiratione.

Phalangites, φαλαγίτης, Herbæ nomen est, quæ alio nomine phalangium dicitur, à nonnullis etiam leucanthemon, teste Plin. li. 27. ca. 12, vbi etiam ab effectu eam nomen accepisse innuit, quod phalangiorum morsibus medeatur: quod & ipsum apertè testatur Aegineta, φαλαγίτης, inquiens, ἀνόμασται ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς φαλαγγιοδήκτου βοηθείας.

Phalangium, gij, {φαλάγγιον}. Ital. *Sorte di ragno*. Gal. *Vne sorte d'araigne, de laquelle la morsure est venimeuse & dangereuse*. Hisp. *El arania ponçoñosa*. } Genus araneæ ita dictum quòd internodia terna habeat in crutibus. φάλαγξ enim Græcis proprie digitorum internodium dicitur. Plin. li. 29. cap. 4, Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium generum: vnum simile formicæ, sed multò magis rufo capite, reliqua corporis parte nigra, albis intercursantibus respersum guttis. Reliqua phalangiorum genera vide ibidem. ¶ Est item phalangium herbæ nomen, quæ & alio nomine phalangites dicitur: de qua vide Plin. lib. 27. cap. 12, & suprà in dictione PHALANGITES.

PHALANTVS, φάλαντος, Lacon quidam fuit, de quo refert Seruius lib. 3 Aeneid. Quum olim Lacones & Athenienses diu inter se bella tractarent, & quum vtraque pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt vt virgines cum quibuscunque concumberẽt: quod & factum est. Sedatis autem bellis, iuuenes incertis parentibus nati, quum & patriæ & sibi essent opprobrio (nam Parthenias dicebantur) accepto duce Phalanto, octauo ab Hercule, patriam reliquerunt, delatique ab breue oppidum Calabriæ, quod Taros Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & prisco nomine Tarentum appellauerunt. Horatius Flaccus ille. Eadem fere commemorat Acron in illud Horatij lib. 2. Carm. Ode 6, Dulce pellitis ouibus Galesi Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. ¶ Hinc Phalanteus, a, um.

Phalanx, gis. {φάλαγξ. Ital. *Squadra*. Gal. *Armée macedonique de huict mille hõmes de pié armez*. Hisp. *Gente de pie puesta en ordenança*. } Dictio Macedonica, qua non propriè legio, sed quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur, quando scilicet pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conferebatur. Continebat autem octo millia armatorum. Et hoc peculiare fuit Macedonum institutum, vt autor est Liu. lib. 8. ab Vrbe, quum ait, Et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse. Curtius de Gest. Alex. Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen, vbi vir viro, armis arma conserta iunt. Cæs. 1. belli Gall. Milites nostri è loco superiore pilis missis, facilè hostium phalangem perfregerunt. In quo Cæsaris exemplo procul dubio accipitur phalanx pro armorum connexione, atque testudine. Hinc per translationem à Satyrico poëta dictum est, -iunctæque vmbone phalanges. ¶ Item phalanx, est regula continens lances, id est libram. ¶ Phalanx item Aristoteli genus araneæ est, quod & phalangium, φαλάγγιον, dicitur. ¶ Item phalanges dicuntur digitorum internodia, teste Galeno in tractatu de Ossibus: cuius verba sic vtcunque Latinè reddi possunt, Inter digitos & carpon, ossa quæ ad eos tẽdunt, & parmam explent, μεσοκάρπια appellant: idque carpo per synarthrosin, aut priori digitorum phalangi, scytalidive (sic enim variè à nonnullis digitorum ossa nominantur) per diarthrosin alligatur.

Phalangitæ, tarum, dicuntur milites ex phalange. φαλαγγίται. Liu. 7. belli Maced. Decem & millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

PHALARA, φάλαρα, Ciuitas in sinu Maleoco non procul à Sperchij fluminis ostio. Plin. lib. 4. cap. 7.

Phalarica, æ, pen. corr. φαλαρική, Genus est teli ad modum hastæ, valido præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres, vt torum cum armis corpus transfigat: inter cuius tubam & hastile sulphur, resina, bitumen, stuppa connoluuntur infuso oleo quod incẽdiarium vocant: deinde balistæ impetu emissa, prærupto munimine ardens, figitur ligno, turritámque machinam incendit. Est autem magna, & parua phalarica. Vnde Lucanus dixit phalaricam neruis mitti torrentibus. Virgil. verò lib. 9, Turnum manu iaculari potuisse phalaricam ostendit. Sed magnum (inquit) stridens contorta phalarica venit Fulminis acta modo. Dicta est autem phalarica, teste Seruio, quòd ea vtantur phalarum, hoc est turrium propugnatores, siue, vt Vegetio placet, quòd turritæ machinæ ea incedãtur. Vide de hac machina plura apud Seruium in locum Virgilij iam citatum.

PHALARIS, φάλαρις, Nomen proprium Agrigentinorum regis crudelissimi: qui præter cætera nouorum suppliciorum instrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatũ, in quem immissi damnati, igneq; subiecto, bouis mugitum edebant: cuius muneris nomine quum artifex non leue munus speraret, iussu Tyranni in taurum coniectus, primus artis suæ specimen præbuit. Ipse quoque Phalaris, quum nimia eius atrocitas viterius ferri non posset, facto in eum vniuersorũ ciuium impetu correptus, et ipsi tauro quo alios exusserat, inclusus, viuus crematus est. Cic. lib. 2. Offic. Phalaris præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non ex insidiis interiit, sed in eum vniuersorum Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Ouid. in Ibin, Vtque ferox Phalaris lingua prius esse resecta, More bouis Pharios clausus in ære gemas. ¶ Est præterea phalaris auis quædam ex genere amphibiorum, in Seleucia Parthorum & parte quadam minoris Asiæ præcipuè nascens. Varro 3. de Re rust. cap. 11. Sunt item non dissimilia alia genera, vt querquedulæ, phalarides, sic perdices, quæ (vt Archelaus scribit) audita voce maris concipiunt. Apud Plinium tamen lib. 10. cap. 48, & Colum. lib. 8. cap. 15, legimus phalerides per secundam vocalem in antepenultima, quo pacto etiam apud Varronem legendum suspicamur.

Phalarismus, mi, φαλαρισμός, Phalaridis tyranni, vel eius imitatio, hoc est summa crudelitas.

PHALERA, orum, φάληρα, τά, Portus Athenienſium, quinque millium passuum muro vrbi coniunctus. Hinc ortus traditur Demetrius philosophus, Phalereus à patria cognominatus. Apud Græcos teste Stephano, indifferenter effertur, φάληρος κόλπος, & φάληρον πολισμάτιον.

Phalereus, φαληρεύς, Gentile nomen est à Phaleris Athenienſium portu deductum. Quo cognomento etiam dictus fuit Demetrius philosophus, Phanostrati filius, & Theophrasti auditor, qui quú à Cassandro Macedonum principe Athenis esset præfectus, non modò popularem non destruxit potentiam, sed etiam in melius eam reformauit. Verùm tantum inuidia valuit, vt post Cassandri obitum in Aegyptum fugere coactus sit: quo tempore eius inimici statuas eius plures trecẽtis dissectas conflauere. Tandem mortu aspidis periit, quum multa apud Ptolemæum in calamitoso otio scripsisset. Vide Strabonem lib. 9.

Phaleræ, pen. corr. harum phaleratum, {φάλαρα. Ital. *Abigliamenti da caualli*. Gal. *Bardes de cheuaux*. Hisp. *Las jaezes de caualllo*. } Ornamenta equorum, ἀπὸ τοῦ φαλὸς Græco adiectiuo, quod significat illustre. Virgil. lib. 6. Aeneid. Primus equum phaleris insignem victor habeto. Non tamen sola equorum ornamenta phaleræ dicuntur, sed nonnunquam etiam equitum & virorum nobilium: vnde Liu. lib. 9. ab Vrbe, tradit comitia Aedilitia Cn. Flauij Scribæ tantum habuisse indignitatis, vt plerique nobilium aureos anulos & phaleras deponerent.

Phaleratus, ta, tum, Id est phaleris ornatus. {φαλαρατός. Ital. *Bardato*. Gal. *Bardé*. Hisp. *Ornado de jaezes*. } Sueton. in Claud. Crassus Frugi equo phalerato, & in veste palmata. ¶ Per translationem item phalerati appellamus quod fucatũ est, & ad speciem ornatũ: metaphora ducta ab equis vænalibus, qui vt carius vendantur, phaleris solent exornari. Sic Terẽtius in Phorm. Phalerata dicta possunt pro ornatis, comptis, & fucatis.

Phalerides, Aues sunt ex genere natantium, in Seleucia Parthorum, & quodam Asiæ tractu præcipuè nascentes, teste Plin. lib. 10. cap. 48. Colum. lib. 8. cap. 15, Clausæ pascuntur anates, querquedulæ, boscides, phalerides, similésque volucres, quæ stagna, & paludes rimantur.

PHALERIVM, φαλέριον, Vrbs Hetruriæ. Inde Phalerius, ria, rium. Stephanus.

PHALISCI, φαλίσκοι. Populi Hetruriæ, quorum oppidũ Phalerij vocabatur. Sunt qui arbitrantur Phaliscos esse qui eam Hetruriæ partem inhabitant vbi situm est oppidũ quod hodie corrupto nomine *Montem Flasconem* vocant, quum potius montem Phaliscum dicere debeamus.

PHALORA, φαλώρα, Vrbs Thessaliæ. Inde Phalorẽsis, φαλωρίς. Stephanus.

PHANAEVS, φαναῖος, *Capo mastico*, Promontorium in Chio insula, optimo vino nobilissimum. Autor Seruius in illud Virgil. 2. Georg. Sunt etiam Amminææ vites firmissima vina, Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.

Phanaticus, ci, dicitur qui diuino Spiritu afflatus est, & cui multæ vanæ apparitiones, & ludibria fiunt: qualem insaniẽtem Aiacem fuisse Poëtæ fernnt quum in pecora sæuiret, Agamemnonem se, & Vlyssem occidere ratus. {ἐνθουσιαστικός, ενθουσιαστικόν. Ital. *Furioso*. Gal. *Furieux*. Hispan. *Loco furioso*. } Cicero pro Domo sua, Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo phanatice, sacrificium quod alienæ domi fieret, inuisere? Hunc morbũ,

phanaticum errorem vocat Horatius de Arte, Aut Phanaticus error, & iracunda Diana.

PHANES, *Φάνης*. Vir fuit Halicarnasseus, qui Cambysæ Persarum regi aduersus Aegyptios bellum molienti, se ducem itineris præbuit, exercitúmque eius citra periculum per Arabiam in Aegyptum duxit. Autor Herodotus lib. 3. ¶ Phanes etiam à Græcis dicitur Sol, *ἀπὸ τοῦ φαίνειν*, hoc est à lucendo.

PHANESII. *Φανήσιοι*. Populi in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (vt Solinus ait) habent aures adeò effusas vt reliqua viscera contegãt illis.

Phanias, *Φανίας*. Ital. *Colui che è povero*. Gal. *Poure*. Hisp. *Pobre*. } A Græcis dicitur qui tenuis fortunæ quum sit, summas tamen diuitias iactat, & simulat: tractum à Phania quodam eius ingenij homine. ¶ Fuit etiam hoc nomine Appij Pulchri libertus.

Phantasia, æ, *Φαντασία*. Ital. *Fantasia, imaginatione*. Gal. *Phantasie, vision*. Hisp. *Imaginacion*. } Imago rerum insidentium animo. Cic. 1. Acad. In qua primum de sensibus ipsis quædam dixit noua, quos iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille phãtasiam, nos visum appellemus licet. Idem Cassio. lib. 15. Qui putant etiam *Δημοκλέους Φαντασίας* spectris Catianis excitari.

Phantasma, atis, *Φάντασμα*. Ital. *Fantasma*. Gal. *Phantosme, vision*. Hisp. *Imaginacion falsa, vision fantastica*. } Est species, vel imaginatio falsa: quales sunt quas dormientes videre sibi videntur. Differt à phantasia, inquit Suidas, quòd Phantasma est imaginatio, vel visio eius quod non est: phantasia autem eius solùm quod est.

Phantasticus, *Φανταστικός*. Imaginatiuus.

Phanum, phani, Templum, quia *φανερὸν* apertum & manifestum significat, & omnibus adeuntibus aperta sunt templa. } *Ναός*. Ital. *Tempio, chiesa*. Gal. *Temple*. Hispa. *Templo*. } Cic. 3. de Finibus, Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare, phana depeculari, quæ sunt in effectu, &c. Cæsar 1. belli Ciuil. Pecuniæ à municipiis exiguntur, & è phanis tolluntur.

PHAON, *Φάων*, Iuuenis Lesbius fuit formosissim⁹, à Sappho poëtria perditissimè adamatus. Extat apud Ouidiũ Epistola Sapphûs ad Phaonẽ.

PHARAE, *Φαραί*, numero plurali, Vrbs est, teste Plin. lib. 4. cap. 12, Cretæ mediterranea, à Messeniis condita.

PHARAONES, *Φαραὼ*, appellantur Aegypti reges, quod cognomen fuit dignitatis, vt scribit Eusebius. Aegyptiorum enim lingua Pharaon regem significat, vt docet Iosephus lib. 8. Antiq. Vnde quum primùm perueniebant ad Imperium, hoc nomen accipiebant.

Pharetra, æ, *Φαρέτρα*. Ital. *Turcasso, pharetra, carcasso*. Gal. *Vne trousse de flesches ou carquois*. Hisp. *Carcax ò aljaua*. } penult. corr. Sagittarum theca. Virg. 1. Aeneid. Succinctam pharetra & maculosæ tegmine lyncis. Dicta pharetra *παρὰ τὸ φέρειν τὰ τοξεύματα ἐν αὐτῇ βέλη*. ¶ Capax pharetra. Ouid. 9. Metam. ¶ Grauida pharetra sagitis, Horat. 1. Carm. Ode 22. ¶ Plenæ pharetræ, Ouid. 4. de Pon.

Pharetratus dicitur qui pharetram fert. } *Ὁ φαρετραφόρος*. Ital. *Fornito di carcasso*. Gal. *Garni de carquois*. Hisp. *Ornado de carcax*. } Ouid. 1. Amor. Eleg. 1. Lege pharetratæ virginis atua coli. Virg. 4. Georg. Quâque pharetratæ vicina Persidis vrget. ¶ Miles pharetratus. Silius lib. 7.

PHARIA. Ptolemæo Plinió q; Straboni verò Pharus. *Φάρος*. Insula contra Dalmatiam & Iaderam, quæ nunc vulgò *Lisna* Illyrico sermone dicitur. ¶ Est & vrbs in ea à qua Pharienses populi.

Pharias, pen. prod. *Φαρίας*. Serpens est sulcum, dum serpit, cauda in terra faciens. Luc. lib. 9. Et contentus iter cauda sulcare pharias

Pharicon, *Φαρικὸν*. Genus veneni est quod Athenæus phariacon nominat de suo Plin. lib. 28 cap. 10.

Pharisæus, *Φαρισαῖος*. Nomen sectæ Iudæorum religiosæ. Erant enim apud Indæos tres sectæ, Pharisæorum, Sadducæorum, & Essæorum. Dicitur autem Pharisæus, quasi seperatus, ab Hebræo Pharas, quod est diuidere: propterea quòd qui hanc sectam colerent, à cæteris habitu moribusque distinguerentur.

Pharisaicus, a, um, *Φαρισαϊκὸς*. Hieronym. contra Vigilant. Quasi sepulchra Pharisaica foris dealbata.

PHARMACOTROPHI. *Φαρμακοτρόφοι*, Populi sunt Asiæ Margianis, & Susianis finitimi, qui se venenis alere consueuerunt: vnde & nomen illis inditum est. Meminit horum Plin. lib. 6. cap. 16. & Pomp. lib. 1.

Pharmacum, ci, pen. corr. *Φάρμακον*. Ital. *Medicina*. Gal. *Medecine*. Hispan. *Melezina*. } Vocabulum est medium, quod tam pro toxico quàm pro salutifero medicamento accipi potest: quemadmodum & Veneni appellatio apud Latinos. Caius 1. Qui venenum. ff. de Verb. signifi. Qui (inquit) venenum dicit, adiicere debet an malum, an bonum sit. Nam & medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur quod naturam eius cui adhibitum sit mutat. Quum id apud nos venenum appellamus. Græci *φάρμακον* dicunt, apud illos quoque tam medicamenta quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus, qui sic ait, *Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά*. Hæc Caius.

Pharmacopola, æ, pen. prod. *Φαρμακοπώλης*. Ital. *Profumiero, speciale che apparecchia le medicine*. Gal. *Vn apothicaire*. Hil. *Boticario*. } Pharmacorum venditor: *ἀπὸ τοῦ πωλεῖν τὰ φάρμακα*. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 2, -Ambubaiarum collegia pharmacopolæ. Cic. pro Cluent. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum Latinum venisset, aggreditur. Quidam seplasiarios vocant, à Seplasia vico, seu foro Capuano in quo medicamẽta & vnguenta conficiebantur.

Pharmaceutice *Φαρμακευτική*, Dicitur ea pars medicinæ quæ pharmacis curat, ad differentiam therapeutices, & chirurgices.

Pharmacodes. *Φαρμακώδης*. Odor medicamenti.

Pharmaceutria, *Φαρμακεύτρια*, Dicitur quam nos sagam dicimus, vel veneficam. Hoc nomine Virgilius Aeglogam quandam inscripsit, in qua ad Theocriti imitatione venefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum viri à quo spernebatur, ad sui amorem conatur reuocare.

PHARMACVSSAE, *Φαρμακοῦσσαι*. Sunt duæ insulæ exiles iuxta Atticam regionem in mari Salaminiaco, in quarum altera (vt inquit Strabo lib. 9.) sepulchrum Circes visitur. Plinius eiusdem nominis insulam inter Sporadas connumerat, lib. 4. cap. 12. Hanc Stephanus supra Miletum collocat, & Attalum regem in ea occisum fuisse asserit. Gentile est Pharmacusius.

PHARNACIA, æ. *Φαρνακία* Stephano, Regio & vrbs Pontica, Trapezunti proxima. Plin. lib. 6 cap. 4. Pharnacen appellat.

PHARNAX, nacis, pen. corr. *Φάρναξ*. Nomen proprium Mithridatis filij, qui quum maiore ciuilis belli quod tum inter Cæsarem & Pompeium gerebatur, quàm propriarum virium fiducia Cappadociam inuasisset, à Cæsare fulminis in morem est obtritus, & (vt Cæsar gloriari solet) antequam hostem vidisset, victus: vnde etiam inter Pontici triumphi fercula, (teste Suetonio in Cæsare) tria hæc verba fuerunt prælata. Veni, vidi, vici: non acta belli significantia, sed celeriter confecti notam. Lucanus lib. 2, Tigranémque meum, nec Pharnacis arma relinquas Admoneo. Meminit huius Cicero ad Cassium lib. 15. Epist. Famil. & ad Atticum lib. 11.

PHAROS, *Φάρος*. Olim insula fuit. Canopico Nili ostio obiecta, dieique vnius nauigatione (si Homero credimus) à continente ditempta: hodie verò Alexandriæ ponte coniuncta. Cuius mutationis causam quidam Nilo assignant, cuius ostia magnam perpetuò limi vim ad proxima aggerunt vada. Lucan. lib. 10, -Pharos insula quondam In medio stetit mari. In ea turris est ingens in petra posita, quæ mari circunluitur, albo lapide, octingentis talentis à Philadelpho Ptolemæo rege, Sostrati Cnidij architecti Alexandrinorum amici opera extructa, quæ & ipsa Pharos dicta est: in qua noctu accensæ faces nauigantium cursum regebant. ¶ A cuius similitudine cæteræ quoque speculæ similem in vsum constructæ Phari appellatæ sunt. Papinius. Lumina nocturnaque tollit Pharus æmula Lunæ. Scribit Hegesippus lib. 4. Pharon à Græcis Latinisque appellari ex ipsius rei vsu, eo quòd longè videatur à nauigantibus: tanquam *ἀπὸ τοῦ φωτὸς*. quod significat lucidum, immutata littera, Pharos dicatur. In hac Alexander nouam vrbem condere statuit, sed quum magnæ sedis capax non esset, ex illius aduerso condidit Alexandriam. ¶ Est item Pharos, maris Adriatici insula, Illyrico adiacens, antea Paros dicta, teste Plin. lib. 3. cap. 21.

Pharius, a, um, *Φάριος*, & Phariacus, a, um. vt Siftra Phariaca.

PHARPHARIADES, Pars vna est Tauri montis. Plin. lib. 5. cap. 17.

PHARSALIA, *Φαρσαλία*, Regio Thessaliæ, Pharsalo oppido quod ad Enipei ripam situm est, circumiacens: à quo & nomen accepit. Sunt tamen qui vniuersam Thessaliam hoc nomine vocatam fuisse existimẽt, à Pharsalo duce, quæ primò Aemathia, ab Aemathio: postea Thessalia, à Thessalo: deinde à Macedone, Macedonia diceretur.

Pharsalicus, a, um: vt campi Pharsalici, in quibus duorum maximorum bellorum ciuilium procellæ detonuerunt: primum inter Cæsarem & Pompeium, alterum inter Augustum, & percussores Cæsaris Brutum & Cassium. Hi postea Philippici dicti sunt, siue à Philippo rege, siue à Philippis vicina vrbe, quã alio nomine Thebas Thessalicas appellant.

PHARSALOS seu Pharsalum, *Φάρσαλος* Stephano, Thessaliæ oppidũ, in ripa Enipei fluminis situm, de quo Lucanus lib. 6, Aemathis æquorei regnum Pharsalos Achillis.

PHARVSII. *Φαρούσιοι*. Plin. lib. 5. cap. 8, & Pomponio lib. 1, Populi sunt Africæ vltra Mauritaniam. Hi quondam Persæ fuisse dicuntur, comites Herculis ad Hesperidas tendentis. Pomponius quoque in fine lib. 3, Deinde Pharusij aliquando tendente ad Hesperidas Hercule dites, nũc inculti, & nisi quòd pecore aluntur, admodum inopes. Qui fabulosa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt: at qui historicam veritatem prosequuntur, Aegyptio Herculi qui Libycus cognominatus est, potius adscribenda censent. Meminit horũ & Strabo lib. 17, vbi de Mauris mentionem fecit. At Pharusij, inquit, qui vltra hos habitant, Hesperiis Aethiopibus vicini, sagittant quemadmodum Aethiopes: falcatis quoq; curribus vtuntur: miscentur nonnunquam Mauris Pharusij, per deserta aquarum vtres equis portãtes: nonnunquam per loca quædam palustria & lacus Cyrtham veniunt. Quidam ex eis Troglodytarum more sub terra habitare dicuntur, & æstiuis imbribus abundare, hyeme verò siccitate laborare: nonnulli sibi ex serpentum pisciúmque coriis, alij ex stramentis sibi indumẽta parare. Vide reliqua apud Strabonem loco iam citato.

Phase Hebraicè. Latinè transitus dicitur. quam vocem LXX conuerterunt *πάσχα*. Vide PASCHA.

Phaselus, Vide PHASEOLVS.

PHASELIS, *Φασηλὶς*, Pamphyliæ vrbs in monte sita, piratarum olim perfugium. Proinde Cic. in Verr. Act. 6, Massanam Siciliæ oppidum Verri Prætori prædoni & piratæ Siculensi Phaselim quãdam fuisse ait, quòd omnes furtorum aceruos illuc deportasset. Phaselis (inquit) illa quam cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs ante Ciliciam atque prædonum: Lycij illam Græci homines incolebant: sed quòd erat ciusmodi loco, atq; ita proiecta in altum, vt & exeuntes è Cilicia prædones sæpe ad eam necessariò deuenirent: & quum ex hisce locis se reciperent, eõdem deferrentur, assiuerunt illud sibi oppidum piratæ, primò commercio, deinde etiam societate. Mamertina ciuitas improba antea non erat, etiam erat inimica improborum. Mox subdit, Verùm hæc ciuitas isti prædoni ac piratæ Siculensi Phaselis fuit. Huc omnia vndiq; deportabantur, apud istos relinquebantur: quod, celari oportuerat, habebãt sepositum ac reconditum: per istos, quæ volebat in nauem clàm imponenda, occultè expottanda curabat: nauem denique maximam, quam onustam furtis in Italiam mitteret, apud istos faciendam ædificandámque curauit. Hactenus Cicero.

Phaselus, li, pen. prod. *Φάσηλος*, Straboni & Appiano nauigij genus fuit mistam habens formam ex oneraria & longa triremi, quod tam velis quàm remis agi poterat. Catullus, Phaselus ille quem videtis hospites Ait fuisse nauium celerrimus, Neque vllius natãtis trabis impetum Nequisse præterire: siue palmulis Opus foret velare, siue linteo 4. Georg. Et cum pictis vehitur sua rura phaselis. Sallust. lib. 3, Es fortè in nauigando cohors vna grandi phaselo vecta, à cæteris decertauit. Nonius Phaselum interpretatur nauigium Campanum. Bayfius eandem existimat fuisse cum myoparone, aut certè ab illius figura non multùm distantem. Nec defuerunt qui in Pamphylia primùm inuentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum suspicati sunt, & à Phaselide oppido nomen accepisse.

Phaseolus, per quatuor syllabas. ξ Φασίολος. Ital. *Fasiolo*. Gal. *Phaseoles, vne espece de pois*. Hisp. *Frisoles* ξ Genus legumins, siliquam ferens longiorem quàm fœnugræcum, quæ vnà cum semine manditur viridis ex oleo & garo. Colum. lib. 12. ca. 15. Phaseoli modij quatuor obruuntur totidem operis. ¶ Legitur & Phaselus, lib. Virgil. 1. Georg. Seu pinguem vicia, seu quis fœnum, vilémq; phaselum. Galenus lib. 1. de Aliment. facult. Phaciámq; seres, vilémq; phaselum. Galenus lib. 1. de Aliment. facult. Phaseolos distinguit à phaselis, vúltq; phaseolum plantâ horteusem esse eandem cum smilace, cuius fructus lobi dicuntur, & dolichi Theophrasto: phaselum autem eundem esse cum cicercula, aut certe eius speciem, quæ etiam hodie *Phasillorum* nomen apud vulgum retinet.

Phaselinus, pen. corr. Adiect. Φασηλίνος. Quod ex phaseolo factum est, vt phaselinum oleum. Plin. lib 23. cap. 4.

Phasganion, Φασγάνιον. Herba est quæ alio nomine xiphion appellatur, hoc est gladiolus, nascens in locis humidis, quum primùm exit, gladij speciem præbens, radicem habens duorum cubitorum, nucis auellanæ modo fimbriatam. Reliquam descriptionem vide apud Plin. li. 25. ca. 11.

Phasianus, ξ Φασιανός. Ital. *Fagiano, à faisan*. Gal. *Vn Faisan*. Hispan. *Faisan* ξ Auis nota, à Phasi fluuio ita nominata: vnde ab Argonautis primùm in Græciam, atque inde ad nos putatur esse deportata. Martial. lib. 13. Argiua primùm sunt transportata catina, Antè mihi notum nil nisi phasis erat. In hanc auem Itym Terei filium muratum mythici fabulantur.

Phasiana, næ, idem: vt apud Plin. lib. 10. cap. 48, Nonnulli etiam phasianas gallinas vocant.

Phasianarius, Qui phasianos pascit. ξ Φασιανοτρόφος. Ital. *Chi nodrisce faisani*. Gal. *Vn faisannier, qui nourrist des faisans*. Hisp. *El que cria los faisanes*. ξ Paulus Iureconsul. Phasianarij autem, & pastores anserum non continentur.

PHASIS, is, vel idis, Φάσις, Colchorum prægrandis fluuius, de quo Lucanus lib. 3, Colchorum qui rura facit ditissima Phasis. Plin. lib. 6. ca. 4. Nauigatur Phasis quamlibet magnis nauigiis XXXVIII. M. D. pass. nisi de minoribus longo spatio, pontibus centum viginti peruius. Ab hoc fluuio phasiani nomen sumpserunt, quòd ibi maximus eorum sit prouentus: vnde etiam ab Argonautis in Græciam aduecti putantur. ¶ Fuit item eiusdem nominis oppidum, ad fluuij huius ostium situm, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 4.

Phasios, adis, Φασιάς, Patronymicum est fœmininum, à Phaside fluuio, siue oppido deductum, quod Poëtæ pro Medea fere vsurpant, Phasidis alumna, Ouid. 3. de Arte, -maritum Barbara per natos Phasias vita suos.

Phasma, atis, ξ Φάσμα. Ital. *Mostro, apparitione*. Gal. *Monstre, apparition*. Hispa. *Milagro, aparescimiento*. ξ Latinè apparitio, monstrum, visum dicitur. Est etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcum comicum. ¶ Phasma etiam fabula fuit cuiusdam Catulli, vt ex Iuuenale intelligere licet, Satyr. 8, Consumptis opibus vocem Damasippe locasti Supparo, clamosum ageres vt phasma Catulli.

Phauliæ, Φαυλίαι Polluci, Sunt oluæ quæ minimo succo, corpore grandissimo, pusillóque sunt nucleo.

PHEGEA, pen. prod. Φηγέα, Ciuitas Arcadiæ, à Phegeo rege, Phoronei fratre condita. Prius Erymanthus, postea & Psephis appellata. Stephanus.

PHEGEVS, Φηγεύς, Pater fuit Alphesiboææ, qui Alcmæonam quum iussu patris matrem occidisset, & ob eam rem furiis agitaretur, purgauit, eique Alphesiboeam filiam matrimonio locauit. Vide fabulam latius apud Ouid. 9. Metamorph.

PHEGOR, Φεγώρ, Lingua Hebræa Priapus appellatur, inquit Hieronymus contra Iouinianum: vnde Beel-phegor, dictio composita, hoc est Priapi simulachrum.

Phellandrion, Φελλάνδριον. Herba quæ in palustribus nascitur, folio apij, cuius semen propter calculos, & vesicæ incommoda bibitur. Quidam existimant eam esse quam officinæ *Filipendulam* vocant: alij eandem faciunt apio palustri, quod à Dioscoride ἱλιοσέλινον vocatur.

Phellus, ξ Φελλός. Ital. *Sughero*. Gal. *Du liege*. Hispa. *Alcornoque* ξ teste Cælio lib. 6. cap. 17, idem est cum eo quod Latini vocant suber. Vnde Plutarchus in lib. de Fortuna Romanorum, scribit, C. Pontium à Camillo missum in capitolium à Gallis id temporis obsessum, quum Tybrim transmitteret φελλὸς κατασὺν ἐπενεχθὲν ἐπιπλεῖ, hoc est phellos latos pectori subiecisse. Græci φελλὸν perpetuo epitheto vocant ἀβύθιον, hoc est immersibilem, quòd in aquis nonnisi magna ponderis vi submergatur. Hinc à Luciano finguntur esse homines quidam phellopodes, qui per mare currentes non mergebantur, quasi phellinos habentes pedes.

PHEMONOE, Φημονόη, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carmen heroicum inuenisse, vt ait Paulanias. Stat. lib. 2. Syl. -referétque arcana pudicos Phemonoë fontes. ¶ Est & Phœbados cuiusdam nomen apud Lucanum lib. 5, Phemonoen errare vagam, curisque vacantem. ¶ Sunt qui Phœbi filiam dicant fuisse, Meminit eius Hesiodus in Theogonia.

PHENEVM, Φένεον Stephano, Oppidum in Arcadia, circa quod herba nascitur Homeri præconio celebertima, quam à diis immortalibus Moly vocari asserit Plin. lib. 25. cap. 4.

PHENEVS, Φενεός, Lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tempore perniciosa, interdiu salutaris est. Ouid. Metam. 15, Est lacus Arcadiæ Pheneŏ dixere priores, Ambiguis spectatus aquis: quas nocte timeto: Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Phengites, Φεγγίτης, Lapis duritia marmoris, candidus & transluces: vnde & nomen habet. Nam φέγγος splendorem significat. Vide Plin. lib. 36. cap. 22.

Phenion, Herba quæ & anemone dicitur, quasi herba venti: sic enim vulgus appellat, quòd eius flos nonnisi vento spirante aperiatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 23.

PHERAE, arum, Φεραί, Vrbs gò *Ceramidi*. Oppidum Thessaliæ, ad Bœbeidem lacum, vbi Magnesia à Pelasgicis campis dirimitur. Homerus in Catal. Οἳ τε Βερῆν ἔναιον καὶ Βοιβηΐδα λίμνην. ¶ Est item eiusdem nominis oppidum in Achaia propriè dicta, non procul à Patris.

Pheræus, a, um. Ouid. in Epist. Oenones, Ipse repertor opis vaccas pauisse Pheræas Fertur, &c.

PHERECRATES, Φερεκράτης, Atheniensis poëta comicus, militauit sub Alexandro Magno: docuitque fabulas XVII. Autor Suidas.

PHERECYDES, pen. prod. Φερεκύδης, Philosophus, & poëta tragicus, ex Seyro insula, teste Strabone lib. 10, Florit regnante Seruio Tullo apud Romanos, vt Cic. lib. 1. Tusc. refert. Hic primus dixit animos hominum esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione (vt Apuleius in Floridis autor est) repudiato versuum nexu. Hunc Pythagoras magistrum coluit. Petiit phthiriasi, id est pediculari morbo: de quo Seronus, Sed quis non paucat Pherecydis fata tragœdi, Qui nimio tudore fluens animalia terra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt? Hic etiam si nullum magistrum habuerit, tamen per se multum eruditionis est consequutus, vt autor est Suidas. Quanquam Diogenes Laert. eum Pittaci auditorem dicat extitisse. ¶ Pherecydes præterea alius fuit, teste Laertio, antiquior etiam superiore, Atheniensis & Philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsítque Theogoniam libris decem: item libellum De rerum principio. ¶ Pherecydé alium Lerium genere, Historicum commemorat Suidas.

PHERENICE, penult. prod. Φερενίκη, Nomen mulieris, de qua Aelianus lib. 10. de varia hist. Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant. Licere id sibi persuasit, quæ patrem & fratres treis haberet Olympionicos. Spectauit, & victorem filium reduxit.

Pheretrum, Φέρετρον, Vide FERETRVM.

Phiala, æ, ξ Φιάλη. Ital. *Fiala, inghistara, caraffa*. Gal. *Vaisseau à vin, soit pot, ou coupe ou tasse*. Hisp. *La redoma*. ξ Poculi genus capaciusstira dictum, quasi πιάλη, παρὰ τὸ πίειν ἅλις πιεῖν, hoc est ab eo quòd affatim ad bibendum suppeditet. Solent autem phialæ ex auro fieri: quod & ipsum non obscurè innuit Iuuenalis Satyr. 7, Vitro tenet phialas: tibi non committitur aurum.

PHIDIAS, æ, Φειδίας, Nobilis fuit statuarius, qui in ebore scalpendo citra æmulum claruit: diis tamen (vt inquit Quintilianus) quàm hominibus efficiendis melior. Inter huius opera præcipuè commendata est Mineruæ statua, quam Athenis ex ebore fecit, XXVI. cubitorum altitudine: in cuius clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit: in soleis verò, Centaurorum & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Iupiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Cælauit & Venerem, quæ postea Romæ sita fuit in porticu Octauiæ. Item Nemesim Rhamnusiam, mali ramum manu tenentem, ex quo patua surgebat complicatio, hanc inscriptionem habens, Agoracritus Parius fecit. Hunc enim Agoracritum discipulum vsque adeò diligebat, vt ei tanti operis laudem cederet.

Phidiacus, a, um, Φειδιακός. Propert. lib. 3. Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno. Martial. lib. 6, Quis te Phidiaco formatum Iulia cælo, Aut quis Palladiæ non putet artis opus?

Phiditia, orum, Φειδίτια, Cœnationes Lacedæmonij, seu conuiuia nominabant, siue quòd φιλίας, id est amicitiæ causa instituta sint, siue potius à parsimonia. Φείδομαι enim significat parco & abstineo: φειδὼ parcitas & parcimonia: φειδωλὸς parcus: Vnde & phiditia conuiuia parca, & frugi. Cic. 5. Tuscul. Quid, victum Lacedæmoniorum in phiditiis, nonne videmus? Conueniebant enim ad phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini coros octo, caseí quinq; minas, ficuum quinq; seminas.

PHIDIPPVS, Φειδίππος, Hercules nepos ex Thessalo filio, qui vnà cum fratre Antipho contractis ex maris Carpatij insulis triginta nauibus Græcis suppetias tulit aduersus Troianos. Autor Homerus in Catal. nauium. ¶ Est item Phidippus personæ Comicæ nomen, apud Terentium in Hecyra.

PHILA, æ, Φίλα Stephano, Vrbs Macedoniæ, iuxta Peneum fluuium, à Demetrio Gonata Antigoni filio condita, & à nomine matris eius ita appellata. ¶ Est item Phila, maris Gallici insula, ex regione Antipolis, cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 5. ¶ Sunt & quatuor eiusdem nominis insulæ in Nilo fluuio, supra Deltam, quas commemorat idem Plin. lib. 5. ca. 9.

PHILADELPHIA, Φιλαδέλφια, Nomen ciuitatis in Mysia, regione Asiæ, frequentibus terræ motibus concussa, vnde eius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem Ecclesiis in Apocalypsi commemoratis. Supra Philadelphiam, Orientem versus exusta regio patet, quam Græci κατακεκαυμένην appellant, stadiis longa quingentis, quadringentis lata, vbi nullæ arbores præter vitem inueniuntur, quæ exustum vinum fert ita elegans vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est: montana, petrosa & nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur, nec dubitant quæ de Typhone dicuntur, hoc in loco fabulari. Sed credibilius est subterraneum ignem, qui postea defecerit, regionem exussisse. Dicta autem fuit hæc vrbs Philadelphia, ab Attalo Philadelpho conditore.

PHILADELPHVS, Φιλάδελφος, Ptolemæi regis Aegypti cognomen, qui bibliothecam fecit Alexandriæ ferè quinquaginta millia librorum continentem. Idem libros Moysi curauit per LXX. interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem verti.

PHILAE, arum, Φίλαι, Insula aspera, & vndique prærupta, adiacens Aegypto, duobus in vnum coituris amnibus cincta, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Sunt autem Philæ Straboni lib. 17, infrà Syenen, ad quas ipse se ex Syene plaustro per plana aliquando vectum scribit. Meminit & Lucanus lib. 10, Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas, Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura, Regni claustra Philæ.

PHILAENORVM ARAE, Φιλαίνων βωμοί, Dicuntur quæ Siculo Peloro oppositæ, in media quodam modo Syrtium tellure positæ sunt: ita dictæ à Philenis fratribus, qui in eo loco viui creduntur fuisse defossi. Nam quum inter Cyrenenses & Carthaginenses de finibus incidisset controuersia, placuit vt certo tempore duo viri ex vtraque ciuitate egrederentur: vbicunque sibi obuij fierent, ibi ciuitatis vtriusque termini essent. Itaque Carthagine egressi Philæni, quum aliquot passuum millia in fines Cyrenensium processissent, indignati aduersarij se esse præuentos, optionem Philænis proposuerunt, malléntne ad suos fines retrocedere, an eo in loco viui defodi, illisque respondentibus se patriæ salutem vitæ præferre, à Cyrenensibus, qui viribus superiores erant, viui eo in loco sunt defossi. Quo in loco Carthaginenses, ne eximia

mis illorum in patriam pietas vlla temporum iniuria obliteraretur, duas eis aras constituerunt. Vide Sallustium in bello Iugurthino.

PHILAGRIOS, φιλάγριος, Medicus fuit insignis, Galeni contemporaneus, natione Epirota, Naumachij discipulus, cuius scripta recenset Suidas.

PHILAGRVS, φιλάγρος, Sophista Cilix, auditor Lolliani, supra modum iracundus. Nam & dormitanti quandoq; auditori pugnum in malam fertur impegisse, & infregisse colaphum. Huic Metellus nepos sepulchrum extruens, lapideum appositi eorum. Id quum Cicero esset iratus, in risum lenitatem iocatus. Hoc, inquit, sapientius à te factum, αἰτιᾷ γὰρ μᾶλλον, ἢ λίθῳ ἐδήλωκε, volare magis te docuit, quàm dicere. Hæc Cælius Rhodiginus, Antiq. lec. lib. 21. cap. 7, & lib. 17. cap. 20.

PHILAMMON, φιλάμμων, Filius fuit Apollinis ex Chione nympha, clarissimus carmine & cithara. Ouid. lib. 11, Nascitur è Phœbo (nanq; est enixa gemellos) Carmine vocali clarus citharâq; Philammon. ¶ Fuit item Philammon Athenienſis, pugil fortissimus, qui omnes suæ ætatis pugiles superauit. Suidas.

Philanthropus, pen. prod. φιλάνθρωπος, Lappæ genus, ita dictum quòd vestibus hominum adhærens, eos amare videatur: φιλάνθρωπος enim Græcis benignum sonat & hominis amantem. Vide Plin. lib. 24. ca. 19. Dioscoridi apparine dicitur, officinis *Rebulus*.

Philanthropia, ἡ φιλανθρωπία. Ital. *Humanità*. Gal. *Humanité*. Hispan. *Humanidad*. Humanitas, id est amor erga homines. Hanc sic definit Speusippus, Philanthropia, est humanitas, & affectio amicitiæ, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo beneficæ. Huic opponitur Misanthropia.

Philautia, ἡ φιλαυτία. Ital. *Amor di se stesso*. Gal. *Amour de soymesme*. Hispan. *Amor de simesmo*. Amor sui ipsius. Cice. Artic. lib. 13. Libri quidem ita exierunt, (nisi fortè me fallit communis φιλαυτία) vt in tali genere ne apud Græcos quidem simile quicquam.

Philargyria, ἡ φιλαργυρία. Ital. *Auaritia, cupidità d'argento*. Gal. *Conuoitise d'argent*. Hisp. *Auaricia, codicia de plata*. Auiditas argenti, siue auaritia transfertur. Nam quod nos argentum, Græci vocant ἀργύριον.

PHILEMON, φιλήμων, Syracusius, nouæ Comœdiæ scriptor, qui Alexandri Magni tempore floruit. Huic Quintilianus secundum inter Comicos scriptores locum tribuit, Philemon, inquiens, prauis sui temporis iudiciis, Menandro sæpe prælatus est: consensu tamen omnium meruit secundus credi.

PHILESIVS, Cognomen Apollinis, Græci φιλήσιον amabilem dicunt: quod cognomen idcirco Apollini tribuitur, quia lumen eius exoriès, amabili veneratione oculorum consalutamus.

PHILETAERVS, φιλέταιρος, Comicus fuit Athenienſis, Aristophanis Comici filius. Fabulam scripsit vnam & viginti, quarum nonnullæ recensentur à Suida.

PHILETAS, φιλητᾶς, Poëta fuit elegiographus ex insula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi. Suis carminibus celebrauit Battidem puellam, quam adamauit. Fuisse fertur corpore adeò tenui, vt necesse fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur. Politianus, –nec Cous adhæc non sacra Philetas, Quanquam est æger, adest quanquam vestigia lento Fulta grauat plumbo, &c.

Philetæria, siue Philetæria, φιλεταιρία Dioscoridi, Herba est, teste Plinio lib. 25. cap. 6, quam nonnulli pelemoniam appellant, alij chliodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent nigro semine, extero rutæ similis.

PHILEVM, φίλεον, Vulgò *Groninga*, apud Ptolemæũ Germaniæ Septentrionalis oppidum est. Ex longitudine & latitudine à Ptolemæo asscripto, coniicimus aut idem esse cum Groninga Frisiæ oppido, aut certè illi proximum.

PHILIDES, Mango quidam fuit equorum, à quo quum Themistocles equum dono postulasset, passúsque esset repulsam, minatus est se domum eius continuò ligneum equum facturum. Quo ænigmate significabat se propinquorum accusationes & crimina in eum coniecturum. Plutarch. in Themist.

Philippei, seu philipi, φίλιπποι, Aurei quidam numi, à Philippo Macedone ita appellati, quorum apud Plautum frequens mentio est: vt in Pœnulo, Hic sunt numerati aurei trecenti numi, qui vocantur Philippei. Horat. lib. 2. Epist. ad Augustum, Gratus Alexãdro regi Magno fuit ille Chœrilus, incultis qui versibus & malè natis Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

PHILIPPI, φίλιπποι, Ciuitas Thessaliæ, quæ Dathos antea dicebatur, quam Philippus Macedonum rex instaurauit, & à nomine suo Philippos nominauit. Virg. 1. Georg. Romanas acies iterum videre Philippi. ¶ Sunt & Philippi in Thracia, inter Nessum & Strymonem amnes, non procul ab Oesyma, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Philippenſis, Philippense, Possessiuum formatum à Philippis Thessaliæ ciuitate: vt Philippenses ciues, φιλιππήσιοι, & Philippense bellum, quod apud Philippos gestum est.

Philippicus, ca, cum, φιλιππικός, Denominatiuum, à ciuitate Philippis: vt, Campi Philippici, ciuilibus cladibus nobilitati, in quibus primùm Cæsar Pompeium, & postea Augustus Brutum & Cassium profligauit.

PHILIPPIDES, φιλιππίδης, Comicus poëta haud ignobilis, qui ætate iam prouecta quum in certamine Poëtarum præter spem vicisset, gaudio repentè mortuus est: quod & Diagoræ Rhodio accidit. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis, à celeritate pedũ ἡμεροδρόμος cognominatus, quod XXIII. horarum spatio mille & quingenta stadia pedibus confecerit, diei vnius & noctis spatio itinere ab Athenis Lacedæmonem vsque peracto. Vtriusque autor Suidas.

PHILIPPOPOLIS, φιλιππόπολις, Oppidum Macedoniæ, à Phillippo Amyntæ filio conditum, patre Alexandri. Autor Stephanus. Plinius Phillippopolim in Thracia constituit, lib. 4. cap. 11.

PHILIPPVS, φίλιππος, Amyntæ filius, & Alexandri Magni pater, Macedonum rex fuit, rei militaris peritissimus, rebúsq; gestis clarissimus, Macedoniæ regnum quod angustis antea finibus continebatur, adeò ampliauit, vt centum quinquaginta populi in Macedonum ditione numerarentur. Hic à Pausania quodam adolescente fuit interfectus: qui quum de stupro sibi per vim ab Attalo illato, apud regem questus esset, & pro rei indignitate vltionem postulasset, séque etiam à rege irrideri animaduertisset, iram in regem conuertit, & vltionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice sumpsit. ¶ Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianus fuisse perhibetur. ¶ Philippus, Demetrij filius, rex Macedoniæ, à T. Quintil. Flaminio victus. Is autore Liuio, quum videret Annibalem fœliciter in Italia res gerentem, legatos ad eum de societate misit, qui in reditu à Marco Valer. Flacco præfecto classis interceptí cum literis, missíque ad Senatum, statim Leuinus c o s. contra eum mittitur, qui regem agentem Apolloniæ, incautum, semíque sopitum nocte intempesta adoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu terrestri itinere fugit, incensis prius, ne hostis potiretur, suis nauibus. Vide Liu. lib. 1. de bello Maced. ¶ Philippus, medicus Alexandri, teste Curtio lib. 2, cuius etiam meminit Plutarchus in vita Alexandri. ¶ Philippos etiam Romanos viros claros legimus, inter quos L. Philippus orator, Crassi aduersarius: vt scribit Cic. lib. 3. de Oratore.

PHILISCVS, φίλισκος, Comicus scriptor fuit, cuius fabulæ enumerantur à Suida. ¶ Fuit item Philiscus quidam Corcyræus, Philotæ filius, poëta ex secundo ordine Tragicorum, & Dionysij sacerdos sub Ptolemæo Philadelpho. Scripsit fabulas duas & quadraginta. ¶ Philiscus præterea Aegineta, Diogenis Cynici, aut certè (vt alij malunt) Stilpontis auditor, & præceptor Alexandri. Scripsit Dialogos quosdam, inter quos est Codrus. Ex Suida.

PHILISTION, Φιλίστιων, Sardianus, siue Prusiensis, poëta comicus, qui Socratis ætate floruit, nimio risu mortuus est. Suidas.

PHILISTVS, φίλιστος, Archonidæ filius, patria Naucratices, aut vt alij volunt, Syracusanus, Eueni Elegiographi discipulus. Scripta eius enumerat Suidas.

PHILIX, Nutrix fuit Domitiani principis, vt est autor Sueronius.

Phillyria, & Phillyrides, Vide PHILYRA, & PHILYRIDES.

PHILO, φίλων, Academicæ sectæ philosophus fuit insignis, Ciceronis in Philosophia præceptor, vt ipse testatur in libro de Claris Orat. Eodem (inquit) tempore, quum princeps Academiæ Philo cum Athenienſium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romámque venisset, ei me totum tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio incitatus. ¶ Fuit etiam hoc nomine Iudæus Philosophus, Alexandriæ natus, disciplinisque omnibus eruditus & in nostra, & Græcorum Philosophia bene versatus: eloquentiæ autem Platonicæ tam diligens æmulator, vt illud vulgò de eo iactaretur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, hoc est, aut Plato Philonissat, aut Philo Platonissat. In diuinis autem legibus, & patriis institutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorum tradidit monumentis palàm est. Igitur temporibus Caij quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus absoluit, quibus & suam legationem pro Iudæis apud ipsum Imperatorem retulit. Sed & Iosephus huius legationis meminit lib. 18. Hunc Porphyrius quoque lib. 4, magnis laudibus decorauit. ¶ Philo Herennius, Byblius patria, grammaticus, tempore Adriani, de cuius imperio scripsit: præterea de ciuitatibus & viris claris libros x x x. Suidas.

Philochares, φιλόχαρις, Herba quæ aliàs marrubium dicitur. Plinius lib. 20. cap. 22.

PHILOCHORVS, φιλόχορος, Athenienſis, vir doctissimus & vates, tempore Eratosthenis extinctus insidiis Antigoni Macedoniæ regis ob amicitiæ suspicionẽ cum Ptolemæo rege. Scripsit Atthidis libros x v i i, qui continent res gestas Athenienſium, & reges & magistratus, vsque ad Antiochum cognominatum Deum, aliáq; complura. Autor Suidas.

PHILOCLES, is, φιλοκλῆς, Athenienſis poëta Tragicus fuit, non ita multo post Euripidem, Aeschyli ex sorore nepos, ab iracundiæ vitio Bilis appellatus. Facie fuit in primis fœda, capitéque in cristæ formam acuminato. Scripsit fabulas centum. Reliquit filium nomine Morsimum, & ipsum poëtam Tragicum. Hæc Suidas.

PHILOCRATES, φιλοκράτης, Athenienſis quidam, quem Demosthenes in proditionis suspicionem adducit. Extant ad hunc aliquot Aeschinis epistolæ. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis, Struthius cognominatus, de quo vide Suidam.

PHILOCTETES, ctetis, tæ, pen. prod. φιλοκτήτης, Pœantis filius & comes Herculis, cui idem moriens in Oeta monte mandauit necui corporis sui reliquias indicaret, idque iurare eum adegit, deditque pro munere pharetram & sagittas Hydræ felle intinctas. Aduenientè verò tempore, cum Delphico oraculo moniti essent Græci, ad euertẽdam Troiam sagittis Herculis opus esse, inuentus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negauit se primò aliquid de Hercule scire: tandem verò mortuum esse confessus est, & quum grauiter ad indicandum sepulchrum cogeretur, ne iusiurãdum violaret, ictu pedis locum ostendit: quúmq, ad bellum Troianum deduceretur, quia ipse solus Lernæis sagittis vti poterat, vnius sagittæ casu in pede, quo Herculis tumulum monstrauerat, vulnere penè immedicabili affectus est. Tandem quum vulneris fœtor à Græcis ferri nõ posset, in Lemno relictus est: sed occiso Achille, Vlysses in Lemnum regressus, ad Troiam illum reduxit, vt inquit Ouid. lib. 3. Metam. Deuicta autem Troia, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petiliam condidit. Virg. lib. 3. Aeneid. –hic illa ducis Meliboei Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro, &c. Tandem opera Machaonis medici sanatus est, Propertio teste, qui inquit, Tarda Philoctetę sanauit crura Machaon. Vide PAEANTIADES.

Philodespotus, φιλοδέσποτος, Nomen seruile, idem significans quod amans domini.

Philograecus, φιλέλλην, Qui libenter vtitur dictionibus Græcis. Varro 3. de Re rust. cap. 10, Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod nos philograeci vocamus ἀμφίβιον.

Philogynia, pen. prod. φιλογυνία, Amor mulierum. Cicero mulierositatem vertit, 4. Tuscul. Similitérque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυνία dicitur, &c.

Philologia, giæ, φιλολογία, Loquacitas, aut amor sermonis aut studij. Cic. Tironi, Non est enim locus ita seiunctus à philologia, & quotidiana συζητήσει, &c. Idem Att. lib. 2, Non deficeamus, ne opera & oleum

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſtræ philologiæ peritei: ſed conferamus tranquillo animo.

Philologus, gi, pen. cort. ſtudioſus, ſiue amator ſermonis. Cic. ad Attic. lib. 13. Ergo illam ἀκριβολογίαν, in qua homines, nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi, nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. Idem ad Quintum Frat. Nos enim ita philologi ſumus, vt vel cum fabris habitare poſſimus.

PHILOLAVS, φιλόλαος, Pythagoricus quidam philoſophus, cuius tres libros Plato, quum tenui admodum eſſet pecunia, decem millibus denariûm meritus eſt. Quod pretium à Dione Syracuſano acceperat. Philolaus φιλόλαος, Corinthius, ille qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum fuit: amicus Dioclis, qui Olympia vicit: ſed vbi ille ciuitatem deſeruit, commotus ob amatorem mattis Alcinoæ, Thebas migrauit, atque ibi ambo defuncti ſunt. Habitauit igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebanos, legéſque illis deſcripſit, & alia quædam, præcipuè de liberorum procreatione, quam illi τέκνωσιν appellant. Ariſtot. 2. Polit.

PHILOMENA, φιλομένη, Nomen puellæ Pandionis Athenienſis regis filiæ, & ſororis Prognes. Quæ quum à Tereo compreſſa fuiſſet, tandem (vt eſt in fabulis) deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa fuit, quæ & Luſcinia dicitur, quam etiam nunc deflere dicunt cantu dulciſſimo iniuriam quam paſſa eſt. Martialis lib. 14. Flet Philomena nefas inceſti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur auis. Animaduertendum hoc in loco eſt, contra ac multi fabulam tradiderunt, exiſtimaſſe Gorgiam Philomelam in hirundinem, Prognem ſororem ipſius in Luſciniam conuerſam fuiſſe, quam etiam opinionem ſequutus eſt M. Varro, Luſciniola, inquit, luctuoſa canere exiſtimatur, atqi eſſe ex Attica Progne, in luctu facta auis. Et Virgil. Aeglog. 6, quum inquit, Quas illi Philomela dapes. Petrus Victorius in 3. lib. Rhetoricorum Ariſtot.

Philoſomuſus, φιλόμουσος, Amator, ſiue amicus Muſarum. Martia. lib. 7. Nolito nimium tibi placere, Delectas philomuſe, non amatis.

PHILOPOEMENES, ſiue Philopœmen, φιλοποίμην Suidæ, Megalopolitanus, dux Achæorum præſtantiſſimus, Lacedæmonios & Meſſenios multis cladibus affixit, vt eſt autor Plutarchus in vita eius. Huius etiam meminit Liu. belli Maced. lib. 5.

Philoſophia, ſ. φιλοσοφία. Ital. *Amore di ſapientia.* Gal. *Philoſophie, amour de ſageſſe.* Hiſp. *Amor dela ſabiduria ò prudencia.* ſ. Amor, & ſtudium ſapientiæ. Cic. 2. Offic. Nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, quàm ſtudium ſapientiæ. Idem 3. de Orat. cognitio omnium optimarum rerum, atque in iis exercitatio, philoſophia nominatur. Idem 1. de Leg. Ita fit vt mater omnium bonarum rerum ſit ſapientia, à cuius amore Græco verbo φιλοσοφία nomen inuenit. Hæc ſcientia diuiditur in tres partes, in moralem, naturalem, & rationalem. Prima componit animum, ſecunda rerum naturam ſcrutatur, tertia bene differendi rationem docet. Moralis Græcè ἠθική dicitur: quæ κατ' ἐξοχὴν philoſophiæ ſibi nomen vendicauit. Cic. 4. Tuſc. Eſt profectò medicina animi, philoſophia. Seneca. Philoſophia animum format, & fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda & omittenda demõſtrat. Apuleius Diſciplinam regalem appellat, tam ad bene dicendum, quàm ad bene viuendum repertam.

Philoſophus, phi. ſ. φιλόσοφος. Ital. *Filoſofo, amator della ſapientia.* Gal. *Philoſophe, amateur de ſageſſe.* Hiſpan. *Philoſopho, amador dela prudencia ò ſabiduria.* ſ. Amator ſapientiæ: quod nomen à Pythagora primum dicitur eſſe profectum, qui Sophiſtæ appellationem tanquam arrogantiorem, refugiens, philoſophum ſe nominari voluit: poſt quem deinceps omnes ſapientiæ profeſſores hoc nominis ſibi vendicarunt. Cic. 1. de Orat. Philoſophi denique ipſius qui de ſua vi ac ſapientia vnus omnia penè profitetur, eſt tamen quædam deſcriptio: vt is qui ſtudeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, cauſaſque noſſe, & omnem bene viuendi rationem tenere & proſequi, nomine hoc appelletur. Idem 3. de Nat. deor. Autores rerum, non fabularum philoſophi. Idem 4. Tuſc. Magiſtri virtutis philoſophi. Genera philoſophorum deſcribit Cic. 3. de Oratore.

Philoſophicus, ca, cum, ſ. φιλοσοφικός. Ital. *Pertinente à filoſofo.* Gal. *Appartenant à philoſophe.* Hiſp. *Pertenesciente à philoſopho.* ſ. Quod ad philoſophum pertinet. Cic. 5. Tuſc. Ad Brutúmq; noſtrum hos libros alteros quinq; mittemus: à quo non modò impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, verumetiam laceſſiti.

Philoſophaſter, φιλοσοφάστης, Philoſophorum imitator, qui philoſophiam à limine ſalutauit.

Philoſophor, aris, ſ. φιλοσοφέω. Ital. *Studiare in filoſofia, filoſofare.* Gal. *Eſtudier en philoſophie, philoſopher.* Hiſ. *Eſtudiar en philoſophia, philoſophar.* ſ. Sapientiæ ſtudeo, vel philoſophorum more diſputo, rectam vitæ bene inſtituendæ rationem, vel rerũ naturas perſcrutor. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Et quum minimè videbamur, tum maximè philoſophabamur. Idem 1. de Orat. Decreuit philoſophari potius (vt Neoptolemus apud Ennium) paucis, nam omnino haud placet. Plaut. Pſeud. Certa amittimus, dum incerta petimus: atq; hoc euenit. In labore, atq; in dolore, vt mors obrepat interim. Sed ſatis eſt philoſopharum: nimis diu, & longum loquor.

Philoſtorgia, φιλοστοργία, A Græcis dicitur indulgentia amórq; vehemẽs parentum in liberos. Verùm voces huiuſmodi quæ neque Latinis ſcriptoribus ſunt vſitatæ, neque noſtris literis ſcribi conſueuerunt, rectius in Græcum Dictionarium reiicientur. Quare non immeritò pleraſque idgenus, (quæ huc non paucæ nullo iudicio erant infertæ) abiecimus, & veluti nothas ex aliena familia ſegregauimus: idque eodem iure quo Latinas è Græco lexico eximemus.

PHILOSTRATVS, φιλόστρατος, Lemnius philoſophus, tempore Seueri principis Romæ claruit, coiux vxori fuit ab epiſtolis. Scripſit Vitas ſophiſtarum ad Seuerum, & de Vita Apollonij Tyanei libros octo, præterea Heroica. ¶ Philoſtratus, huius pater, Athenis docuit Neronis tempore: ſcripſit panegyricas plures, & declamationes oratoribus valde probatas, complúraque alia quæ à Suida commemorantur. ¶ Philoſtratus tertius, ſuperioris filius, docuit Athenis: ſcripſit Panathenaicum, Troiam, Paraphraſim Homerici clypei, Iconáſque huic multi acceptas referunt. Suidas.

Philotheoros, pen prod. φιλόθεωρος. Speculationi deditus. Cic. Trebatio lib. 7. Deinde quod in Britannia non nimis te philotheoron præbuiſti, planè non reprehendo.

PHILOXENVS, φιλόξενος, Hoſpitalis: quo nomine dictus eſt poëta quidam lyricus, qui quum ſibi Dionyſius tragœdiam quandam caltigandam commiſiſſet, ducta linea à capite ad calcem totum opus damnauit: quapropter in latomias coniectus eſt, indéque Tarentum aufugit: Dionyſióque ſe per literas reuocanti, nihil aliud quàm monoſyllabam ὄ, reſcripſit ſæpius repetitum. Autor Suidas. ¶ Fuit etiam hoc nomine parаſitus quidam, qui collum gruis ſibi optabat, quò diutius cibi, potúſque delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, quòd conuiuiis adhibitus, ſe in pultaria ſoleret emungere, vt rebouis rei fœditate adhorrentibus, ſolus epulis frueretur. Idem etiam traditur de Gnathone quodam Siculo. ¶ Philoxenus, Eretrienſis pictor, Nicomachi diſcipulus, cuius tabula nullis poſtponenda Caſſandro regi picta, continuit Alexãdri prælium cum Dario. Idem pinxit & Laſciuiam in qua tres Sileni comeſſabantur. Hic præceptoris celeritatem ſequutus, breuiores etiamnum quaſdam picturæ vias & compendiarias inuenit. Verba ſunt Plinij. lib. 35. cap. 10. ¶ Philoxenus, Grammaticus Alexandrinus, Romæ ſcripſit de monoſyllabis verbis, De Helleniſmo, De linguarum dialectis, & alia. Suidas.

Philtrum, tri, φίλτρον. Ital. *Veneno che induce ad amare.* Gal. *Poiſons pour faire aimer.* Hiſ. *Los hechizos.* ſ. Pharmacum amorem concilians. (Cicero Amatorium poculum appellat) hoc eſt quicquid eo animo cuiquam edendum bibendúmve damus, vt eum ad noſtri amorẽ inducamus: qualia nonnulla commemorantur à Plinio: quæ tamen pleraq; omnia ingerendæ potius inſaniæ, quàm conciliando amori videntur conuenire. Quare etiam Ouidius eorum vſum vehementer diſſuadet, ſic ſcribens lib. 2. de Arte, Nec data profuerint pallentia philtra puellis: Philtra nocent animis, vimque furoris habent. ¶ Per tranſlationem philtrum accipimus pro corporis totius venuſtate, habitu, dignitate, morúmq; comitate oculis hominum ita grata, vt ſolo aſpectu inire gratiam ab omnibus, aut quamplurimis poſſit. Galli ſua lingua *Gratiam* appellant.

Philyra, ſ. φίλυρα. Ital. *Teglio.* Gal. *Teil, ou tilleul.* Hiſp. *La teja arbol.* ſ. A Græcis dicitur arbor, quam Latini tiliam vocant. Plinius item lib. 16. cap. 14, Philyram vocare videtur membranam tenuiſſimam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum lemniſci conficiebantur. Verba Plinij ſunt hæc. Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuiſſimæ earum philyræ, coronarum lemniſcis celebres, antiquorúmque honore. ¶ Accipiuntur etiam philyræ pro membranis papyri, vel aliarum arborum, in quibus olim ſcribebatur. Martial. de Nupt. Philolog. Libri in philyræ cortice ſubnotati. Plin. lib. 13. Præparantur ex eo chartæ diuiſæ acu in prætenues, ſed quàm latiſſimas philyras. Alia exemplaria habent philuras, quod in idem recidit. Multæ enim ſunt Græcæ dictiones quæ apud Latinos indifferenter ſcribuntur per y vel u. Solebant enim priſci Latini qui peregrinas literas non admittebant, loco y, ſcribere u. ¶ PHILYRA, eſt etiam proprium nomen filiæ Oceani, ex qua Saturnus in equum conuerſus Chironem Centaurum dicitur ſuſcepiſſe: qui à matre Philyrides, & Philyreius dicitur. Scribitur autem hoc nomen & eius derivata ſimplici l. Poëtæ tamen ſuo iure vt primam ſyllabam extendant, geminant hanc conſonantem. Ouid. lib. 1. de Arte amandi. Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem.

Phimoſis, φίμωσις, Dicitur quum glans membri virilis ita regitur præputio, vt nudari non poſſit. Dicta φίμωσις ἀπὸ τοῦ φίμου, quod nexum in ſuperiore parte ſacci ſignificat, quum ſcilicet totus ſacculi oris ambitus funiculo colligatur. ¶ Eſt & phimoſis, vitium huic prorſus cõtrarium, quum præputium ſemel deductum, ſuum in locum reduci non poteſt: quod vitij genus etiam ἀντιφίμωσις appellatur.

PHINEVS, φινεύς, Agenoris fuit filius, vt Hellanicus ait: vt Heſiodus, Phœnicis & Caſſiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Doryci, & Aramini. Hic igitur rex Arcadiæ: vel vt alij, Thraciæ: vel vt rurſus alij, Paphlagoniæ, vxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Stenobœam vocant) ex qua genuit Orythum, & Crambum, vt Sophocles: vt alij, Maryandinum & Thynum: vel vt rurſus alij, Palæmonem & Phineã, quibus mortua priore coniuge Cleopatra Harpalycen Calais & Zethæ ſororem: (quanuis Flaccus non Harpalycen, ſed Cleopatram Boreadũ ſororem appellet,) cui etiam Apollonij Commentarius aſſenrit, qui lib. 1. dicit Phineum Cleopatram Boreæ & Orithyiæ filiam vxorem duxiſſe, ſecundam verò Idæam Dardani filiam nouercam ſuperinduxit: cuius ſuaſu filios ſuos ex Cleopatra ſuſceptos excæcauit. Quapropter & ipſe excæcatus eſt à diis, & Harpyiæ contra eum miſſæ, quæ cibos & menſam eius turpiſſimè fœdarunt. Poſtea verò aduenientibus ad ea loca Argonautis à Calai & Zethe fratribus alatis, rurſus ad Strophades inſulas fugatæ ſunt: vide ſuprà CALAIS. Poſtremò occiſus eſt ab Hercule, quum is in ſolitudine liberos Phinei offendiſſet excæcatos, comperiſſétque eos calumniis nouercæ electos fuiſſe, &c.

Phinæus, a, um, apud Senecam, & Phinæius, a, um, apud Virgil. lib. 3. Aen. -quas dira Celæno Harpyiæq; colunt aliæ, Phineia poſtquam Clauſa domus, menſáſque metu liquere priores, &c.

PHISON, φίσων, teſte Ioſepho lib. 1. ca. 2, Vna eſt ex partibus magni fluminis in omnem terram vndique profluentis, quo Paradiſus irrigatur, qui deductus in Indiam pelago late diffunditur. A Græcis nunc opatur Geth: aliqui Gangem interpretantur, alij Nilum.

PHLA, Inſula eſt in Tritonide Africæ palude, de qua ſic ſcribit Herodotus, lib. 4, Aiunt Iaſonem poſteaquam ſub Pelio Argo exædificauit, impoſitis in ea cum aliis ſolennibus hoſtiis, tum verò tripode æreo, circuiſſe Peloponneſum unim. Delphos cunditumque quum teneret curſum circa Maleam, abreptum à vento Aquilone, & abductum in Africam: & priuſquam tellurẽ cerneret, in aſpretis paludis Tritonidis aſtitiſſe, eique hæſitanti de greſſu apparuiſſe Tritonem, ac iuſſiſſe ſibi dari tripodem, quòd diceret oſtenſurũ ſe illis exitum, atq; incolumes remiſſurum. Cætera vide apud Herodotum libro quem ſuprà diximus.

PHLANONITES, φλανωνίτης, Stephano, Populi ſunt Illyrici, à quibus nomen ſinui eſt inditum, quem modò nautæ Quernarium appellant, alij Carnarum propter naufragia, procelloſo ferme ſemper tranſitu. In receſſu eius Senia vrbs, cuius à tergo ſpecus, ſunt vndæ vehementes: nulla

nulla ferè non hora venti perflant: eáque res infamem eum sinum reddidit. Dicti Phlanonites ab oppido Phlanone, vnde sinus omnis hic Phlanoniticus. Φλανωνίτικος, Stephano vocatur, qui à Pola colonia ladera vsque diffunditur.

Phlebotomia, ἡ φλεβοτομία. Ital. *El salassare, salasso.* Gal. *Saignée.* Hisp. *El sangrar, Cortadura de vena.* Incisio venæ quæ fit ad sanguinem minuendum sedandi feruoris gratia. φλεβοτομίας cum dicunt Græci quas nos venas, & τομὰς ineidere.

Phlebotomus, ὁ φλεβοτόμος. Ital. *Lancetta.* Gal. *Lancette.* Hispa. *Lanceta para sangrar.* Scalpellum quo vena secatur.

Phlegethon, thontis φλεγέθων, Fluuius infernalis, flammis æstuantibus rapidus: à φλέγω, ardeo. Virgil. 6. Aeneid. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquétq; sonantia saxa. Hinc Phlegethonteus, a, um, penultima producta.

Phlegma, atis, τὸ φλέγμα. Ital. & Hisp. *Flegma.* Gal. *Flegme ou fleume.* Humor est in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latinè pituitam vocamus. Vnde & Phlegmatici dicuntur in quibus humor hic cæteris præponderat.

Phlegmone, es, φλεγμονή. Inflammatio alicuius partis proficiscés ex intemperie primarum qualitatum cum affluxu materiæ calidæ & humidæ, hoc est sanguinis.

PHLEGON. φλέγων, Vnus ex equis Solis, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod est ardere, dictus. Ouid. 2. Meta. Vide AETHON.

Phlegontis, huius phlegontidis. φλεγόντις. Gemmæ genus quod flamma quadam intus ardere videtur. Plin. lib 37. cap. 11.

PHLEGRA, æ, vel Phlegre, es, φλέγρα, Vrbs est Macedoniæ, teste Plinio lib. 4. cap. 10. & vallis circa hanc vrbem in qua Gigantes olim cum cœlestibus conflixere.

PHLEGRAEI, φλεγραῖοι, Campi duo fuere, alter in Græcia, à Phlegra Thessaliæ valle iuxta Pallenen, vbi gigantes cum diis conflixisse traduntur. Alter in Campania prope Cumas, in quo Hercules cum his prælium commisit. De quo Strabo lib. 5, scribit, Fortunatus erat & campus nomine Phlegræus, in quo res à gigantibus gestas fabulæ diuulgant nullam aliam ob causam (vt credi fas est) quàm quòd terra ipsa suapte virtute præliorum concitatrix esset. Theagenes verò & Eudoxus qui ad historicam fidem pugnam hanc conantur reducere, Phallenen, (inquiunt,) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & superbia morum, gigantum cognomen peperit. In hos incunte prælium Hercule, fulmina de cælo missa sunt donec ij fugere coacti sunt, sicque ingenti victoria superati. Exhac re rumor in vulgus ortus, vt gigantes mouerint bellum diis. Silius lib 12, Tradunt Herculea prostratos mole Gigantes Tellurem iniectam quatere, & spiramine anhelo Torreri latè campos, quotiésque minantur Rumpere compagem impositam, expallescere cœlum. Id autem ideo fictum est, quoniam ea regio tota sulphure plurimo scatet. Hinc fit vt ventorũ impulsu excitetur passim ignis: qui quũ exitum è cauernis natura expetat, dum luctatur assiduè, terram tandem quatit & commouet, exuritque frequenter: vnde & nomen sortitur. φλέγειν enim Græcè exurere arderéque significat.

PHLEGRAEVS, φλεγραῖος, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius apud Ouid. 12. Metamor.

PHLEGYAS, φλεγύας. Martis filius, rex Lapitharum in Thessalia, pater Ixionis, & Coronidis nymphæ: quam quum ab Apolline vitiatam sensisset, confestim ira percitus, templum eius Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfectum ad inferos detrusit, vbi hac pœna afficitur, vt sub ingenti saxo ruinam minitante sedens semperillud casurum suspicetur, & timeat. ¶ PHLEGYAE item populi sunt insulani Thessaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. Hi cùm sacrilegi essent, deósque & homines spernerent, abitato Neptuno immisso diluuio submersi sunt, quorum apud inferos meminit Virg. li. 6, sedet, æternúmque sedebit

Infelix Theseus, Phlegyásque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per vmbras,
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Phleos, φλέως, ταῦ. Dioscoridi, Herba est caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quam nonnulli stœben appellant. Autor Plin. lib. 20. cap. 15. Hermolaus in Dioscoridem lib 4. ca. 14, indicat phleon dictam ἀπὸ τοῦ φλεῖν, quod est fœcundum esse, quòd in Orchomenio lacu copiosissimè proueniat.

PHLIVS, untis, φλιοῦς, In medio Sicyonij, Argiuíque agri, vbi religiosissimè colebantur Hebæ. Autor Strabo li. 8. Oppidi huius incolæ Phliuntij, Phliutij, & Phliasij dicuntur: regióque circumiecta, Phliasia, antea Aræthyræa dicta, teste eodem Strabone, loco iam citato.

Phlox, phlogos, φλόξ. Floris genus, solo placens colore, odoris prorsus expers: ita dictum, vt suspicor, à colore flammæ, quam Græci φλόγα appellant. Plin. lib. 21. cap. 10, Colore tantùmodo placet Ionis flos, odore abest sicut & ille qui Græcè φλὸξ vocatur.

Phlyctænæ, ἡ φλυκτίναι. Ital. *Broffole, bitorzoli.* Gal. *Boutons.* Hisp. *Postillas.* Pustulæ sunt maiores, pallidæ, liuidæ, aut nigræ, aut altetius coloris à natura li recedentis humorem in se continentes, quæ vbi rumpuntur, inflá caro quædam exulcerata apparet. Gignuntur autem vel ex igni, vel ex frigore, vel ex medicamentis: vt tradit Celsus lib. 5. cap. 28, Dictæ Phlyctænæ, ἀπὸ τοῦ φλύζειν, quod est bullire, siue bullas facere.

Phoca, cæ, φώκη, Belua marina, corio & pilis tecta, per somnum mugiés. Vnde & vitulus marinus appellatur. Coit canum more, paritq; in terra terréstrium animalium ritu. Virgil. lib. 4. Georg. -& turpe pascit sub gurgite phocas. Plin. lib. 9. cap. 7. Et vituli marini, quos vocant phocas, spirant, & dormiunt in terra.

PHOCAE, Phocarũ, Insulæ sunt Cretæ adiacentes, vt ait Plin. lib. 4. ca. 13.

PHOCAEA, æ φώκαια, Vrbs Ioniæ, Athenienium colonia, teste Strabone lib. 14: vnde profecti sunt qui Massiliam apud Gallos non procul à Rhodano condidere. Dicta Phocæa, quòd vituli marini magno numero apparuissent vrbem condentibus. ¶ Est etiam in Caria Phocæa, monti Mycalæ apposita, ab hac Phocæenses, φωκαιεῖς: vt à Græcorum monti Mycalæ apposita, ab hac Phocæenses, φωκαιεῖς: vt à Græcorum monte Phocide, Phocenses, φωκεῖς. ¶ Ab vtraque Phocaicus, ca, cum: vt Murex Phocaicus, Litus Phocaicum.

Phocæi, φωκαιεῖς, Ioniæ populi, qui assiduis Persarũ bellis exagitati, communi consensa patriam reliquerunt, diriséque execrationibus se deuouerunt, siquando eódem redire conarentur. Varia deinde fortuna vsi, tandem in Galliam delati sunt, vbi Massiliam condidérunt. Horatius, Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum Velut profugit execrata ciuitas. Vide Erasmum in prouerbio, Phocensium execratio.

PHOCAS, φωκᾶς, Romani cuiusdam Imperatoris, item celebris Grammatici nomen.

PHOCASIA, æ, φωκασία, Insula est in mari Aegæo, exaduerso Atticæ: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

PHOCAE, φῶκαι, Vrbs Bœotiæ, ad sinum Oetæum: cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 15.

PHOCYLIDES, pen. corr. φωκυλίδης. Milesius philosophus fuit, coetaneus Theognidis. Natus est quinquagesima nona Olympiade. Scripsit Heroicum carmen & Elegias, item Parenæticum carmen, ex libris Sibyllinis, vt volunt, decerptum. Vide Suidam.

PHOCION, φωκίων, Ciuis Athenienſis, tanta vitæ integritate, vt quum magnas sibi opes ex magistratibus, qui plurimi ei deferebantur, corradere potuerit, pauperrimus tamen permanserit: vnde & ὁ χρηστός, hoc est probi, siue frugi cognomen inuenit. Hic neque ridere, neq; lachrymare ab vllo vnquam est visus: & in concione quum quis dixisset, Cogitabúdus videris ô Phocion: Recte, inquit, coiectas. Cogito enim vt nunquã de his detrahere possim, aut omittere quæ apud Atheniensem populum dicere decreui. Huic quum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarenturque vt ea acciperet, admoneréntque simul, quanuis ipse facilé his careret, liberis tamen eius esse necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad paternã gloriam peruenire: Si mei, inquit, similes erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatem perduxerit: si dissimiles, nolo meis impensis illorum ali, augerique luxuriam.

PHOCIS, idis φωκίς. Ixigua Græciæ regio, sinui Crissæo adiacens, Delphico oraculo, & Helicone, Parnassóque montibus inclyta.

Phocenses, huius incolæ dicuntur. φωκεῖς. à quibus nonnulli putant profectos esse Massiliæ conditores, non (vt alij existimant) à Phocæensibus Ioniæ populis. Cui etiam sententiæ non obscurè subscribit Plin. lib. 3: cap. 4, vbi Massiliam Græcorum Phocensium coloniam appellat, ad discrimen (vt videtur) Asiaticorum. Idem innuit & Lucanus lib. 5, quum ait, Massiliæque suæ donatur libera Phocis.

PHOCVS, ci. φῶκος, Filius fuit Aeaci, cuius meminit Ouid. lib. 7. Metam.

PHOCVSA. Plin. lib. 4. cap. 12, insula vna ex Sporadibus.

PHOEBAS, badis, φοίβας, Phœbi sacerdos: ita dicta, teste Sernio, quòd Phœbei numinis concepto afflatu fureret, & agitaretur in bacchantis imaginem. Sidonius, Nec sic intortum violatæ Phœbados vlulis In Danaos fulmen iecit.

PHOEBE, φοίβη, Phœbi soror, hoc est Diana, siue Luna. Virgil. 2. Georg. -vento semper rubet aurea Phœbe. Ouid. 2. Metam. Quanto splendidior quàm cetera sydera fulget Lucifer, & quanto quam Lucifer aurea Phœbe. Tanto virginibus præstantior omnibus Herse Ibat. Iaculatrix Phœbe, Ouid. Epist. 19. Innupta Phœbe, Ouid. 1. Metam. Nemoralis Phœbe. Stat. 1. Syluarum.

Phœbus, φοῖβος, Apollo, Iouis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana editus (quæ & ipsa Phœbe vocitata est) diuinationis & sapientiæ deus à Poëtis existimatus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quasi φῶς & βίος, id est lux vitæ. Virgil. 3. Aegloga, Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me Munera sunt, &c.

Phœbeus, a, um, pen. prod. φοίβειος. Virgil. 3. Aeneid. Argolici clypei, aut Phœbææ lampadis instar.

PHOENICES, φοίνικες, Populi Syriæ, Iudæis contermini, quorum præcipuæ vrbes fuerunt Tyrus & Sidon. Horum regio Phœnice, φοινίκη, siue Phœnicia appellatur, à Phœnice quodam Neptuni & Libyes filio, vt Stephano placet. Cui opinioni etiã accedit Silius lib. 1, quum inquit, Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Phœnices ingenij acumine plurimùm valuerunt: quippe qui & literarum, & nauigandi artis primi inuentores extitisse putantur. Rufus ex Dionysio,

Phœnicum regio est: hi robro gurgite quondam
Mutauere domum, primique per æquora vecti
Lustrauere salum, primi docuere carinis
Ferre cauis orbis commercia: sydera primi
Seruauere poli. Lucanus item lib. 3, Phœnices primi (famæ si creditur) ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Phœnissa, sæ, φοινίσσα. Mulier ex Phœnice Syriæ regione: cuius masculinũ est Phœnix. Virgil. 1. Aeneid. Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisque moratur Vocibus.

Phœniceus, a, um, φοινικοῦς. Genus coloris qui alio nomine spadix appellatur, qualis in palmæ fructu apparet sole non admodũ incocto. Græci enim φοίνικας dactylos appellant. Quidam voluerunt Phœniceum colorem eundem esse cum purpureo, à Phœnibus populis dictum existimantes, apud quos præstantissima olim purpura tingebatur. Quorum opinioni quominus accedam, facit Plinij autoritas, manifestè phœniceum colorem à purpureo distinguentis. lib. 21. cap. 23, vbi sic habet, Aut enim phœniceum habet florem, aut purpureum, aut lacteum.

Phœnicea, φοινίκη Dioscoridi, Herba est quam Latini hordeum murinum appellant, teste Plin. lib. 22. cap. vlt. Quidam hodie sterilem auenam vocitant.

Phœnicobalanus, φοινικοβάλανος, Palmæ Aegyptiæ fructus, præmaturitate nigrescens, vescentésq; inebrians. Qui verò adhuc viridis ante maturitatem decerpitur, adipsos appellatur. Plin. lib. 12. cap. 22, Myrobalano simulem in vnguentis, proximúmque vsum habet palma in Aegypto, quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali coronei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulo antequàm incipiat matureſcere. Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigrescit, vescentésq; inebriat.

Phœnicurus, φοινικοῦρος, Auis à caudæ rubedine ita dicta, quæ hyberno tempore Erithacus appellatur. Autor Plin. lib. 10. cap. 29.

Phœnicopterus, ti, pen. corr. φοινικόπτερος, Auis à pennarum rubedine dicta. Græci enim rubrum φοινικοῦν appellant, & alam πτέρον. Iuuen.

Satyr.11, Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens. Auis huius lingua in præcipuis epularum deliciis erat olim apud Romanos. Plin. lib.10.cap.48, Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse, Apicius docuit nepotum omnium altissimus gurges. Martial. lib. 13, Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis Nostra placet. quid si garrula lingua foret?

PHOENICVSSA, φοινικοῦσσα, Vna ex Vulcaniis insulis, apud Plinium lib.3.cap.9.

Phœnix, cis, {φοῖνιξ. Ital. *Fenice*. Gal. *Phenix*. Hisp. *Fenix aue vnica en el mundo*.} Auis esse dicitur in Oriente, à phœniceo pennarum colore dicta, toto orbe celebertima, in Arabia nascens, aquilæ magnitudine, quæ annis sexcentis & sexaginta viuere dicitur. Plin. lib.10.cap.2, Aethiopes, atq; Indi discolores maximè, & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicē, haud scio an fabulosè vnum in toto orbe, nec magnopere visum. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguētibus, cristis faciem, capútq; plumeo apice honestante. Primus atq; diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius, Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit vescentem: sacrum in Arabia Soli esse: viuere annos DCLX. senescentem casia, turisq; surculis construere nidum replete odoribus, & superemoti. Ex ossibus deinde è medullis eius nasci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum, principióque iusta funeri prioris reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere. ¶ In hac significatione quidam volunt Phœnix esse dubij generis: melius tamen dixeris esse masculi. Nam fœminino genere ratissimè legitur, idq; nonnisi figuratè, respiciendo ad genus superioris auis. ¶ Est item PHOENIX Thessaliæ fluuius, in Asopum influens: cuius meminerunt Plin. lib.4.cap.8, & Strabo lib.9. ¶ Phœnix præterea gentile nomen est, eum significans qui è Phœnice maritima Syriæ regione ortum traxit: de quo vide paulo anté in dictione PHOENICES. ¶ Arbor item illa nobilis quam Latini palmam appellant, Græco nomine Phœnix dicitur. ¶ Phœnix item nomen proprium fuit præceptoris Achillis, qui quum matris suæ hortatu cum patris concubina rem habuisset, Ditis impetitus à patre, relicta Hellade, in Thessaliam sese contulit ad Peleum regem, qui illi Dolopum procurationem commisit, filiúmque Achillem in disciplinam tradidit: quem etiam ad bellum Troianum comitatus est: vt ipse narrat apud Homer. lib.1. Iliad.

PHOLEGANDROS, φολέγανδρος, Insula est vna Sporadum, quam Aratus propter asperitatem, ferream vocat. Stephanus nomen accepisse tradit à Pholegandro Minois filio.

PHOLOE, φολόη, Mons Arcadiæ syluosus, oppidum habens eiusdem nominis, teste Plin. lib.4.cap.6. Lucan. lib.7, Scilicet ipse petet Pholoen, petet ignibus Oetam.

PHOLVS, φόλος, Fuit vnus ex Cētauris, Ixionis ex Nube filius. Hic, teste Seruio in 8. Aen. Herculem suscepit hospitio quum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Lucano, Hospes & Alcidę magni, Phole, &c. Tandem in nuptiis Pirithoi, orto Prælio inter Lapithas & Centauros occubuit, dicente Virg. lib.2. Georg. Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes Centauros leto domuit, Rhetúmq; Pholúmque.

Phonascus, φωνασκός, Dictio est Græca, qua significatur vocis, pronuntiationisque magister, & moderator. Quintil. lib.11, Sed cura non eadem oratoribus quæ phonascis. Sueton. de Augusto, Pronuntiabat dulci, & proprio quodam oris sono, dabátque assiduè phonasco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat: quod artis genus Græci etiam φωνασκίαν appellarunt.

Phonos, φόνος, Herba eadem quæ attractylis: ita dicta ab eo quòd sanguineum fundat succum. Autor Plin. lib.12.cap.16.

PHORBAS, bantis, φόρβας, Triopæ filius, teste Seruio, pater Ilionei Troiani, vnius ex comitibus Aeneæ: qui quum in bello Troiano aduersante etiam Priamo sæpius in prælium descendisset, & multa egregia facinora edidisset, tandem à Menelao obtruncatus est. Huius imagine assumpta Somnus deus Palinurū decepit, vt placet Virgilio ad finem 5. Aeneid. -puppíque (inquit) Deus consedit in alta Phorbanti similis. ¶ Alius fuit Phorbas Argiuorum rex. ¶ Alius item pastor Polybij Corinthiorum regis.

PHORCVS, ci, vel Græco more Phorcys, aut etiam Phorcyn, cynos, φόρκυς, φόρκυνος, Filius fuit Neptuni & Thoosæ nymphæ, rex Corsicæ & Sardiniæ insularum: quem ab Atlante nauali prælio victum, vndáq; obrutum postea socij superstites in marinum Deum conuersum dixere, eiq; diuinos honores exhibuere. Virg. 5. Aeneid. Tritonésque citi, Phorcique exercitus omnis, &c. Hic pater fuit Medusæ, quæ ob id nomine patronymico Phorcynis dicitur. Ouid. 5. Metam. in partem Phorcynida transtulit illam. Hinc etiam deducitur aliud patronymicum fœm. Phorcys, ydos. Proper. lib.3. Sectáque Persea Phorcydos ora manu.

PHORMIO, φορμίων, Crotoniata, dux rei militaris peritissimus, qui Lacedæmonios duobus naualibus prælijs superauit. Huius meminit Theopompus in Philippicis. ¶ Phormio item dux Athenienſium in bello Peloponnesiaco, qui Peloponnensios duobus maximis prælijs afflixit, vt scribit Thucydides lib.2. ¶ Phormio, Peripateticæ sectæ philosophus fuit: qui quum apud Annibalem iam Carthagine expulsum, & in Asia exulantem, aliquot horas de officio Imperatoris, déq; omni re militari copiosissimè disseruisset, interrogatus Annibal quid de eo sentiret, respódit, Multos se deliros senes vidisse, sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem: Neque mehercule iniuria: quid enim aut arrogantius aut loquacius fieri poterat, quàm Annibali, qui tot annos de Imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nullam denique minimam partem publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? De hoc vide Cic. 2. de Oratore.

PHORMVS, φόρμος, Syracusanus comicus, Epicharmi cōtemporaneus, Gelonī tyranno familiaris, & filiorum ipsius altor. Docuit fabulas septem quas commemorat Athenæus.

PHORONEVS, φορωνεύς, per tres syllabas, Filius fuit Inachi fluuij, & Argiuorum rex, qui initio dispersos populos in vrbem coëgit, quam appellauit Argos Phoronicon.

Phoronis, idis, patronymicum fœmininum, quod Poëtæ vsurpant pro Isidе Inachi filia, & Phoronei sorore. Ouid. 1. Metamor. Nec superum rector mala tanta Phoronidos vltrà Ferre potest.

Phoroneus, a, um, per quatuor syllabas. Stat. 2. Syluarum, Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris.

Phosphorus, i, pen. corr. φωσφόρος, Stella matutina, quam Latini verbum ex verbo reddentes, Luciferū appellant. Martial. lib.8, Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris?

PHRAGMON, φράγμων, Insignis statuarij nomen, qui Olympiade LXXXVII floruit, teste Plin. lib.34.cap.8.

PHRAORTES, φραόρτης, Rex Indorum, ad quem Apollonius Tyaneus peruenit, quem quum de victus ratione interrogaret, respondit, Tantum vini bibo, quantum Soli sacrifico: quæ autem venando acquiro, pascuntur alij: mihi sat fuerit ipsa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarum fructus: multa mihi quoque ex arboribus nascentia, quas manus hæ plantauerunt. Philostratus in vita Apollonij.

Phralis, φρᾶσις, Eloquentiæ corpus, inquit Quintil. lib.10.cap.1, & dicendi modus. Dicta ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod est fari. [& differere. Macer (inquit Quintilianus loco iam citato) & Lucretius legendi quidem, sed non vt faciant phrasin.

Phrenes, φρένες, A Græcis vocantur quæ nos dicimus præcordia, hoc est septum transuersum, quod & diaphragma ab illis appellatur: siue quòd mentem (quam etiam ἀπὸ τῶν φρένων nomine illi intelligunt) iis in partibus residere nonnulli ex veteribus existimarint, siue quòd diaphragmate inflammato, necesse sit & mentem impediri, subsequente nimirum eo morbi genere quem paraphrenitidem appellant medici.

Phrenitis, idis, {φρενῖτις. Ital. & Hispan. *Frenesia*. Gal. *Phrenesie*.} Morbus lædens mentem, & ad insaniam furorémque perducens: vnde & nomen accepit. Nam mentem Græci φρένας appellant. Fit autem ex inflammatione membranularum quas meningas vocant, idque vel à pallida bile, eáque leuior est: vel à flaua, eáque est vehementior: vel ab eadem valde adusta, quæ est omnium deterrima, vt docet Galenus lib.3. de Locis affectis. ¶ Phrenesis alio nomine appellatur. pen. prod. Iuuen. Satyr.14, Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. Mart. lib.4, Declamas in febre Mathon: hanc esse phrenesim si nescis, non es sanus, amice Mathon. Serenus mediam huius dictionis syllabam corripuit, quem in hoc non imitabimur. ¶ Phreneticus appellatur qui hunc morbum patitur. Plin. lib.20.cap.2, Sed & phreneticis auxiliatur cum lacte mulieris.

PHRIXA, φρίξα, Vrbs Peloponesi triginta non amplius stadiis ab Olympia distans: alio nomine Phæstus appellata.

Phrixæus, a, um, gentile, φρικαῖος. Stephanus.

Phronesis, {φρόνησις. Ital. *Prudenza*. Gal. *Prudence*. Hisp. *Prudencia*.} Cic. li.1. Offic. Princépsque omnium virtutum est illa sapientia quam Græci sophiam vocant. Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus quæ est rerum expetendarum, fugiendarúmque scientia.

PHRONESIVM, φρονήσιον, Meretriculæ nomen est apud Plautum, Latinè prudentulam sonat.

PHRYGIA, φρυγία, Minoris Asiæ regio, Cariæ, Lydiæ, Mysiæ, & Bithyniæ finitima, quarum omnium fines ita coëunt, vt difficulter possint distingui, teste Strabone, lib.13. Dicta est autem Phrygia (vt idem Strabo non vno in loco indicat) à Phrygibus populis, è Thracia oriundis, qui antea Bryges dicebantur. Quidam duplicem faciunt Phrygiam, maiórem, in Galatiam vergentem: & minorem, Epictetum cognominatam. In hac est Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluuius. ¶ Ex Phrygia orta est Sibylla cognomento Phrygia: cuius nomine circumfertur illud de supremo iudicio vaticinium,

Tuba de cælo vocem luctuosam emittet:
Tartareum chaos ostendet dehiscens terra.
Venient ad tribunal Dei reges omnes.
Deus ipse iudicabit simul pios & impios.
Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet:
Qui autem pietatem tenent, iterum viuent.

Phryx, gis, φρύξ. Qui est ex Phrygia. Cicer. pro Flacco, Asia vestra constat, opinor, Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est an vestrum hoc prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem? ¶ Seró sapiunt Phryges, prouerbium est in eos dici solitum quos stultè factorum seró pœnitet. Vide Erasmi adagia. Fœmininum eius est Phrygia, φρυγία Stephano. Virg. 9. Aen. O verè Phrygiæ, neq; enim Phryges.

Phrygiones, Qui acu pingunt, vel qui vestes auro intexunt. Phryges eorum primi inuenere talem texturam. φρύγια. Plin. lib.4.cap.48, Pictas vestes iam apud Homerum fuisse video, vnde natæ triumphales. Acu facere Idæi Phryges inuenerunt, ideóque Phrygiones appellati sunt.

Phrygius, a, um, adiect. φρύγιος, Significans quod è Phrygia est. Cicer. pro Rosc. Amer. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? ¶ Phrygius lapis, λίθος φρύγιος. Gleba est pumicosa, teste Plin. lib.36.cap.19, tingendis vestibus vtilis. Phrygius lapis (inquit) gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vritur antè vino perfusus, flatúrque follibus donec rufescat: ac rursus dulci vino restinguitur: & hoc trinis vicibus, tingendis vestibus tantùm vtilis.

Phrygianus, a, um, Quod ex phrygionum opera confectum est, vt phrygianæ vestes, hoc est acu pictæ. Plin. lib 8.cap.48, Togas rasas, phrygianásq; D. Augusti nouissimis temporibus cœpisse, scribit Fenestella.

PHRYNE, φρύνη, Nobilis Athenis meretrix fuit: quæ quum impietatis accusaretur, & summopere tam periclitaretur, diducta manu tunica, nudatóq; iudicibus candidissimo pectore, omni periculo est liberata. Autor Quintil. lib.2.cap.15.

PHRYNICHVS, φρύνιχος, Atheniensis tragicus, Thespiadis discipulus, qui primus vultum fœmineum protulit in scenam, & tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poëtam, & ipsum tragicum. Docuit tragœdias nouem. ¶ Alter item Atheniensis comicus inter secundos antiquæ comœdiæ, qui docuit fabulam vnam. ¶ Tertius eiusdem nominis Bithynicus sophista qui scripsit de Atticis dictionibus. Autor Suidas.

Phrynion, φρύνιον, Herba eadem cum paronychia, ita dicta quòd τῶν φρυνίων

φυσᾶται, hoc est rubetis aduersetur. Autor Plin. lib. 25. cap. 10.

PHRYNIS, Φρῦνις, Citharœdus nobilis fuit, patria Mitylenus, discipulus Aristoclidis, qui genus suum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis visus est citharœdus, Callia summum magistratum gerente. Vide plura de hoc apud Suidam.

Phrynos, φρῦνος, A Græcis ranæ genus appellatur omnium maximum in vepribus tantùm viuens: vnde & rubetam Latini appellant. Plin. lib. 32. cap. 3. Sunt quæ in vepribus tantùm viuunt, ob id ruberarum nomine (vt diximus) quas Græci phrynos vocant, grandissimè cunctarũ, gemmis veluti cornibus, plenæ venificiorum.

PHRYXVS, Φρίξος, Athamantis ex Nephele filius, qui quum nouercales insidias ferre non posset, vnà cum Helle sorore profugit, acceptóq; à patre ariete cui vellus erat aureum, cóque conscenso, quum in Asiam traiicere vellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ex eius nomine Hellespontus appellatur: Phryxus verò incolumis in Colchidem peruenit ad regem Aeeten, (vt etiam docet Iustinus li. 4.) vbi arietem Ioui, vel, vt aliis placet, Marti immolauit, vellúsque illud aureum in templo suspendit, quod postea Iason Medeæ ope adiutus, abstulit. Aries verò inter sydera locatus, pristinam effigiem tenuit, qui à Phryxo Phryxeus appellatur, media longa. Ouid. lib. 7. Metamor. Dúmque adeunt regem, Phryxeáque vellera poscunt.

PHTHIA, Φθία, Ciuitas Thessaliæ, Achillis patria.

Phthius, Φθῖος, & Phthiota, Φθιώτης, Qui Phthiam incolit. Ouid. in Epist. Briseid. Quàm sine me Phthius caneſcant æquora remis, Et videam puppes ire relicta tuas.

PHTIOTIS, tidis, Φθιῶτις, siue Phthitia, tiæ, Vna ex quatuor Thessaliæ partibus, in Austrum vergens, vt inquit Strabo lib. 9, in hæc verba, Cæterùm Phthiotia tractum continet Australem ad Oetam, à sinu Maliaco & Pelasgico vsque ad Dolopiam, orámque Pindi protensum. In latitudinem verò porrectum vsque ad Pharsalum, planáque Thessalica.

Phthiriasis, Φθείριασις, Morbus est pedicularis, λύσις δ' Φθειρίασις, quos & pedes, & pediculos vocamus. Plin. lib. 20. cap. 1, Sic & contra phthiriasin bibitur & hydropises. Vide Pedicularis in PEDES pedum.

PHTHIROPHAGI, Φθειροφάγοι, Dicti sunt populi, à tenuitate victus, quasi pediculis vescantur. Hi sunt iuxta Pontum Euxinum. Plin. lib. 6. cap. 4, Strabo lib. 10 & 11.

Phthisis, {Φθίσις. Ital. *Mal sottile, vlceratione & impiagamento del polmone.* Gal. *Vlceration des poulmons.* Hispan. *Tisica.*} Morbus est totum corpus extenuans, prouenions ex vlcere pulmonis à pituita potissimùm generato, quæ à capite delapsa, in pulmonibus computruit. Quanquam interdum & ex proprio pulmonis affectu originem trahit, maximè quidem ex vasis diruptione post sputum sanguinis non conglutinata: quod mali genus Græci vlteratius Phthoen φθόην vocant: definiúntque esse totius corporis cum patua febre extenuationem, pulmonis insanabilia vlcera consequentem. Hoc morbo Theopompum laborasse, & ab Asclepiade curatum tradunt. Sæpenumero tamè phthisim pro phthoë positam inuenimus: vt apud Colum. lib. 6. cap. 14. Est & illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tussis & macies, & ad vltimum Phthisis inuadit. Corripit autem hoc nomen priorem syllabam. Iuuen. Satyr. 13, Et phthisis, & vomicæ putres, & dimidium crus. Qui hunc morbum patiuntur, Phthisici. Φθισικοί, appellantur. In oculo item phthisim appellant, pupillæ constrictionem, quum scilicet oculi tabes pupillam contrahit, ac angustiorem efficit. Definitiones quæ Galeni nomine circunferuntur, phthisios nomine omnem corporis extenuationem maciémque intelligunt, à verbo φθίειν, quod propriè dicitur de plantis aliisque sensim pereuntibus.

Phthoe, es, φθόη, Corporis totius extenuatio cum exigua febri, incurabilia pulmonis vlcera consequens. Hanc nonnulli, minus tamen propriè, phthisin appellant.

Phthongus, {Φθόγγος. Ital. *suono.* Gal. *son.* Hisp. *La voz, ò son y sonido.*} Idem quod sonus, & vox inarticulata: à verbo φθέγγομαι, quod est sonum vel vocem edo. In musica autem phthongus dicitur, soni cuiuspiam vnus & idem tenor: vt in cithara certi alicuius nerui itrepitus semper sui similis. Seuerinus lib. 1. cap. 8, Phthongum definit casum vocis ἐμμελῆ, id est aptum melo in vnam intẽtionem. Alij harmoniæ minimam partem. Nam quemadmodum vnitas numeri, ita phthongus consonantiæ principium est. Ex his facilè intelligi potest locus Plin. lib. 2. cap. 22, vbi de syderum musica loquens ex Pythagoræ sententia ait Saturnum dorio moueri, Iouem phrygio, Mercurium verò phthongo, hoc est eodem semper & æquabili soni tenore.

PHTHVRIS, Φθῦρις, Aethiopiæ oppidum, vnũ ex iis quæ C. Petronius, quum ab Augusto Aegypto præfectus esset, expugnauit. Autor Plin. lib. 6. cap. 29.

Phu, φῦ. Vocant aliqui nardon agrion, siue critticum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, villosaque & imitante auium pedes. Dioscorides lib. 1, & Plin. lib. 12. ca. 12. Officinæ *Valerianam maiorem* nominant.

PHYTHEI, Populi Mauritaniæ, quorum originem refert Iosephus ad Puth, filium Cham, filij Noë.

Phy, interiectio mirantis, teste Donato. Terent. in Adelph. Phy, domi habuit vnde disceret.

Phycites, φυκίτης, Gemma algæ colorem habens. Plin. lib. vlt. cap. 10.

Phycos thalassium, φῦκος θαλάσσιον, Latinè fucus marinus, herba est similis lactucæ, quæ conchyliis substernitur. Tria eius sunt genera: latũ, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. Hæc Plin. lib. 26. cap. 10.

Phycis, fœminini generis, φυκίς, Piscis est verno tempore varius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nitificans, & in nido ova pariens. Autor Plin. lib. 9. cap. 26.

PHYCVS, cùntis, Φυκοῦς, Libyæ Cyrenaicæ promontorium, quam longissimè in mare excurrens, ex aduerso Tænari Laconiæ, vt scribit Strabo lib. 17.

PHYCVSSAE, Φυκοῦσσαι, Insulæ Libyæ adiacentes, ita dictæ ab algæ copia, quæ φῦκος à Græcis appellatur. Autor Stephanus.

Phygethlon, φύγεθλον, Est (vt inquit Corn. Celsus lib. 5. cap. 28,) tumor non altus, latus, durus, in quo quiddam pustulæ simile est, cum dolore, distentionéque vehementi, maioréque quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam cum febricula, tarde maturescens, neque magno pere in pus se conuertens. Latini panum vocant.

Phylaca, pen. corr. φυλακή, Locus custodiæ, hoc est carcer. Plaut. in Capt. Illinc est abductus recta in phylacam vt dignus est. A verbo Græco. φυλάττω, custodio.

Phylacista, φυλακιστής, Carceris custos, vel lictor, cuius officium est nocentes comprehendere, & in carcerem abripere. λύειν δ' φυλακίζειν, quod est ad carcerem trahere. Plaut. in Aulul. Trecenti constant phylacistæ in atriis.

PHYLACE, φυλάκη, Oppidum est Phthiotidis regionis Thessaliæ, cuius meminit & Homerus in Catalogo, Οἵδ' ἄρχον Φυλάκης, ἠδὲ Πύρασον ἀνθεμόεντα. In hoc Protesilaus regnauit, vnde ipse Phylacides cognominatus est, & Laodamia eiusdem vxor Phylaceia. Ouid. lib. 3. de Arte, Phylacides aberat, Laodamia tuus. Vbi Poëta primam produxit, contra primitiui naturam. Idem de Ponto, Vt viuat fama coniunx Phylaceia, cuius, &c.

Phylacterium, φυλακτήριον, Græca dictio est, λύειν δ' φυλάττειν, hoc est à custodiendo, asseruando, siue tuendo deducta: significátque modò antidotum quos nos aduersus venena tuemur, & præmunimus: modò locum custodiæ destinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Pharisæorum tabulæ, siue membranæ, Decalogi præcepta inscripta habentes: quas illi & fronti & brachiis affigebãt, vt eorum oculis nunquam non obseruarentur. Quã de re sic scribit Erasmus in Matthæum, Phariſæi quò viderentur admodum obseruantes legis, scribebant. Decalogum in membranis, seu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronæ vice circumponebant, alterum brachio, vt siue quò manum porrigerent, essent in conspectu: siue caput mouissent, ob oculos essent. Hunc morem testatur Hieronymus ad suam vsque ætatem durasse apud Iudæos, Persas, ac Babylonios, atque eos qui id facerent, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic præstarent id quod Deus iubet per Mosen, seruari præcepta sua. Hactenus Erasmus.

Phylarchus, φύλαρχος, Ordinis siue dignitatis nomen in equestri militia. Erat enim equitatus diuisos in classes quasdam quas illi φυλὰς appellabant: quibus qui præerant, Phylarchi appellabantur. Omnes autem vni parebant Hipparcho, hoc est equitatus totius præfecto: quem Latini sub Dictatore magistrum equitum appellabant. ¶ Fuit item hoc proprium nomen Historici cuiusdam Athenensis, siue Sicyonij, aut vt alij malunt, Naucratiæ, qui Pyrrhi Epirotæ bellum aduersus Peloponnesios libris XXVIII conscripsit: item alia complura, quæ recensentur à Suida.

PHYLEVS, φυλεύς, Iouis filius, & pater Megetis viri fortissimi, qui in bello Troiano præfuit Dulichiis, Echinadúmque insularum incolis. Vide Homerum in Catalogo nauium.

Phyllanthes, φυλλάνθης, Herba est ex genere aculeatarũ, sed mitioribus aculeis, ab radice tantùm foliata. Sic eam nominat Plin. lib. 21. cap. 16.

Phyllanthion, φυλλάνθιον, cognomento dyticon, Herba est Democrito, purpuram tingentibus vtilis. Vide Hermolaum in Coroll.

Phyllira, Vide PHILYRA.

PHYLLIS, Nomen Lygurgi Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Thesei filium ex Troiano bello redeuntem hospitio, lectóq; excepit, accepta prius ab eo fide, vt domi compositis rebus illam vxorem duceret. Profectus itaq; Demophoon, quum vltra statutum tempus variis distractus negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quòd se spretam esse crederet, laqueo vitã finiuit, & cõuersa est in arborem amygdalum sine foliis. Postea reuersus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncum: qui (velut spõsi sentiret aduentum) folia emisit. Vnde etiam Phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antè petala dicebãtur. ¶ Est & Phyllis, Φυλλὶς, amnis Bithyniæ, teste Stephano: à quo Phyllij, Φυλλῖοι: Phyllienséque, Φυλλῖδες dicuntur.

Phyllitis, φυλλῖτις, Herba est foliis lapathi, longioribus tamen adultioribúsq;, modò senis, modò septenis, interius læuis, auersa parte quosdã quasi vermiculos appendẽtes referentibus. Dioscorides à quibusdam Lapathon agrion, hoc est rumicem agrestem vocari tradit.

Phyllon, φύλλον, Spina est sine caule, sine flore, siue echino, foliis longis, aculeatis, & lactucæ similibus. Aliis nominibus Polygonaton appellatur, & Leucacantha. Vide Plin. lib. 22. cap. 16.

PHYLLVS, li, Φύλλος, siue Phyllus, untis, Φύλλης Stephano, oppidũ Thessaliæ, in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus est. Autor Strabo lib. 9.

Phymata, φύματα, Phlegmonæ, hoc est inflãmationes laxarum partium, teste Galeno lib. 2. Methodi.

Phylura, φίλυρα, Vide PHILYRA.

Phyla, φῦσα, Piscis quidam ex genere testaceorum, Nilo fluuio peculiaris, teste Strabone lib. vlt.

PHYSCVS, ci, Φύσκος. *Fusco.* Cariæ oppidum et regione Rhodi insulæ: cuius meminit Strabo lib. 14. Stephanus aliam eiusdem nominis vrbem collocat in Locride, quam dictam vult à Physco Aetoli filio, nepote Amphyctionis, pronepote Deucalionis.

Physeter, pen. prod. teris, φύσητερ, Bellua marina admirabili magnitudine, quæ aquam faucibus hausttam tanta copia in altum efflat, vt veluti dentissimus quidam imber decidens, conspectum circunquaque eripiat. Vnde & physeter dictus est, παρὰ τὸ φυσᾶν τὸ ὕδωρ, hoc est ab euomẽdis, aut effiandis fluctibus. Quare etiam Rufus ex Arato, anhelos physeteras proprio epitheto appellauit. Plin. lib. 9. ca. 4. Maximum animal in Indico Oceano priſtes & balæna est: in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiorémque nauium velis diluuiem eructans. Hæ belluæ Nearchi classi in Arabicum sinum nauiganti, maximum terrorem incussernnt, quòd tauros expirarent nimbos, vt quæ posita ante pedes essent, videri non possent, donec à naugationibus ducibus edoctus Nearchus, tubarum clangore perterritos in profundum abegit.

Physis, {Φύσις. Ital. *Natura.* Gal. *Nature.* Hisp. *Naturaleza.*} genere fœminino, Latinè natura dicitur.

Physicus, a, um, {Φυσικός. Ital. *Naturale, che s'appartiene alla natura.* Gal. *Naturel, appartenant à nature.* Hisp. *Cosa perteneciente à la naturaleza.*} Idem quod naturalis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturalis, siue ad rerum naturam vel physicam pertinens. Cice. 2. de Diuin. Quæro etiam si velim scribere quid, aut legere, aut canere, vel voce vel fidibus, aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare, somniúmne expectandum sit. Ibidem. Physica disputandi subtilitas. Idem 2. de Nat. deor. Rationibus physicis constituere aliquid.

Physicus, ci, subst. ant. Qui physicen perdidicit, siue qui rerum naturam rimatur. {φυσικός. Ital. *chi intende le cose naturale, fisico.* Gal. *Physicien, qui entend les choses naturelles.* Hisp. *Physico.*} Cice. 1. de Nat. deor. Sed tu hoc physice non vides, quàm blanda coniecturatrix, & quàm sit læna natura. Ibidem, Non pudet igitur physicum, id est speculatorem, venatorémque naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis? Idem 2. de Diuin. Quod video physicis placuisse: eisque maximè, qui omne quod esset, vnum esse dixerunt.

Physica, corum φυσικά. Ipsa naturalis philosophia, siue opus rerum naturam pertractans. Cice. 1. de Orat. Oratorem ne physicam quidem esse expertem volo. Idem 1. de Finib. Epicurus in physicis quibus maximè gloriatur, totus est alienus. ¶ In eadem etiam significatione dicimus physica, cæ, φυσικὴ, præsertim pro disciplina ipsa naturali: nam pro opere eam pertractante vsitatius neutro plurali vtimur: vnde physica Aristotelis, rectius dixeris, quàm physicam. Cice. 1. Acad. Sed enitar vt Latinè loquar, nisi in eiusmodi verbis, vt Philosophiam, aut Rhetoricam, aut Physicam, aut Dialecticam appellem. Idem 3. de Finib. Ad eas virtutes Dialecticam etiam adiungunt & Physicam.

Physicè, pen. corr. {φυσικῶς. Ital. & Hisp. *Naturalmente.* Gal. *Naturellement.*} Naturaliter, aut physicorum more. Cic 3. de Nat. deor. Eodémq; tempore illa omnia quæ à te Physicè dicta sunt de vi ignea, déque eo calore, &c. Idem 1. de Diuin. Sed id quod physicè dicitur.

Physiognomia, æ, φυσιογνωμία, Ars qua natura hominum ex corpore, vultúque cognoscitur.

Physiognomus, mi, pen. prod. vel Physiognomon, onis, {φυσιογνώμων, qui hominum mores ex corpore, vultúque cognoscit. Cice. de Fato, Quid Socratem, nónne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon qui se profitebantur hominum mores, naturásque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere?

Physiologia, æ, φυσιολογία, Rerum naturæ inquisitio, disceptatio de rei cuiusuis natura. Cic. 1. de Nat. deor. Hunc tu censes primis vt dicitur labris gustasse philosophiam, id est naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? Physiologus φυσιολόγος, rerum naturæ perscrutator.

Phython, siue Phyton, Vide PYTHON.

P ante I.

Piabilis, Piacularis, Piaculum, Piamen, Piator, Piatrix, Vide PIO.

PIALIA, πιάλια, Oppidú Thessaliæ supra Cercetium montẽ. Stephanus.

Pica, cæ, quanuis fœminino videatur à picus, longé tamen diuersæ significationis est. {κίττα. Ital. *Gazza, gazzuola.* Gal. *Vn oiseau appelé pie.* Hisp. *La pega à picaza.*} Nam auis est magnitudine palumbæ, alis vario colore, & præsertim cæruleo depictis, humana imitans verba. Martial. lib. 14, Pica loquax certa dominum te voce saluto: Si me non videas, esse negabis auem. In has anes fabulantur Poëtæ mutatas esse Pieridas, indéque illis pristinam loquacitatem, humanæque linguæ studium remansisse. Ouid. 6. Metam. Plangere dúmque volunt pectora mota leuatæ, Aere pendebant nemorum conuicia picæ: Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit, Raucáque garrulitas, studiúmque immane loquendi. ¶ Est & alterum picæ genus quod Plinius testatur sua ætate ab Apennino Romam versus cerni cœpisse, longa insigne cauda, & à Romanis variam appellatam fuisse. ¶ Pica etiam in grauidis dicitur peruersus absurdarum rerum appetitus, qui à Græcis quoque κίττα vocatur. Vide in dictione MALACIA.

Picatus, a, um, Vide PIX.

Picea, æ, {πίτυς. Ital. *Pino del quale si caua la pece.* Gal. *L'arbre d'ou degoutte la poix resine.* Hisp. *El pino de que se haze la pez.*} Arbor est larici similima, folio breui, tedæ proximo, crassiore ramẽ durioréq; vt cupressis, immortali virore: ad laricis verò comam collato, rariore, sicciore, tenuioréq;. Ramos habet statim ab radice modicos, velut brachia, lateribus inhærentes: materiem verò ab ea proximam. Frequens in Alpibus Cothiis visitur, fundens resinam thuri adeò similem, vt pro eo sæpè fallat, odore non omnino ingrato. Nuces fert pineis similes, sed minores, vt & tota arbor pino humilior est graciliórque. Vide plura de hac arbore apud Plin. lib. 16. cap. 10, Theophrastum lib. 3. cap. 10, & Dioscoridem lib. 1. cap. 86.

Piceaster, stri, πίτυς ἀγρία, Picea syluestris, Hispaniæ familiaris, ex qua fit resina parum laudata. Plin. lib. 14. cap. 20, Fit è picea resina, in Hispania autem è piceastris minimè laudata.

PICENON, pen. prod. πικηνὸν, Vulgò *Marca d'Ancona, Anconitana.* Regio Italiæ trans Apenninum, ab ipsis montibus vsque ad mare Adriaticum extensa, inter Aesim & Leastrum fluuios, teste Strabone lib. 5. Hodie ab Ancona celebertimo emporio Marchia Anconitana appellatur. Vrbes habet præcipuas Pisaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicam, Vtbinum, Camerinum, Asculum, ipsámque Anconam à Syracusanis, Dionysij tyrannidem fugientibus conditam. Huius populi Picentes & Piceni appellabantur, diuersi à Picentinis maris Tyrrheni accolis.

Picenus, cena, cenũ, πικηνὸς: vt Ager Picenus, & Oliua picena, apud Plin. lib. 15. cap. 3.

Picentes, tum, qui & Piceni dicũtur, πικεντῖνοι, Populi sunt in quinta regione Italiæ, ad mare Adriaticum siti, Prætutianis finitimi, à quibus Helui no amne dirimuntur, teste Plin. lib. 3. cap. 13. Horum regio Picenũ appellatur, olim vbertimæ multitudinis: quippe ex qua CCCLX. hominum millia aliquando in fidem populi Romani venere. Dicti & Picentes, teste Strabone lib. 5, à pici Martij omine, qui in vexillis eorum è Sabinis (à quibus originem traxerunt) Asculum commigrantium dicitur insedisse.

Picentini, πικεντῖνοι. Populi sunt ad mare Tyrrhenum, Lucanis proximi, inter Surrentinum promontorium & Silarum amoem incolentes, à Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Horum oppida fuerunt Picentia & Surrentũ. Vide Strabonem lib. 5, & Plin. lib. 3. ca. 5.

Piceus, Pico, Vide PIX.

Picris, πικρὶς, Lactucæ vel cichorij agrestis genus, quod ita appellauere (vt inquit Plin. lib. 19. cap. 8,) cum exprobratione amaritudinis.

Picrocholi, πικροχόλοι, In quibus abũdat flaua bilis quæ amara esse consueuit. Hippocrates de ratione victus.

PICTONES, πικτῶνες, Galliæ Aquitanicæ populi, Ptolemæo lib. 2. cap. 7, & Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgò *Ceux de Poitou.*

Pictor, oris, & Pictura, ræ, Picturatus, Vide PINGO.

Picumnus, πίκυμνος, Auis eadem cum pico Martio, teste Nonio. Item deus quidam qui factis Romanis adhibebatur. Aemylius Macer in Theogonia, Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

Picus, Auis est exigua aduncis vnguibus. Marti sacra existimata. {δρυοκολάπτης. Ital. *Picozzo.* Gal. *Vn oiseau appelé pivert, ou pic ou picumart* Hispa. *El pico.*} vnde & Martium cognominauerunt. Hic felium more arbores in subrectum ascendit, percussíque corticis sono pabulum subesse intelligit. Pullos in cauis arborum educat, cuneósque à pastoribus cauernæ ori impactos, admota herba quadam expellit. ¶ Præterea picos Romani veteres vocabant quos Græci gryphas, beluas quadrupedes, auritásque, visu & forma terribiles, corpore leonino, rostro, alis, pedibus aquilis similes. Habitare in Hyperboreis montibus in Asiatica Scythia feruntur, vbi aurum & gemmæ nasci perhibentur, ibíque tanta rabie in homines desæuire, vt terram ipsam inhabitabilem faciant, quasi geniti esse videantur ad plectendam auaritiæ temeritatem. Plaut. Aulul. Picos diuitiis qui aureos montes colunt, ego solus supero. Plinius tamen lib. 10. cap. 49, fabulosa existimat quæcunque de gryphibus commemorantur. ¶ Fuit & PICVS rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis auus, augurioru peritissimus, qui à Circe adamatus quum eius coniugium sperneret, mutatus fertur in auem sui nominis: quod idcirco fingi creditur, quoniã primus hac aue vsus est in auspiciis. Ouid. 13. Metam. Picus in Ausonijs proles Saturnia terris. De hoc vide Seruiũ 7. Aenei. in hunc Virgilij locum, Picus æquùm domitor: quem capta cupidine coniux Aurea percussum virga, versúmque venenis Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.

PIDYTES, πιδύτης, Vir fuit Percosius ab Vlysse, vt ait Homerus Iliad. 7, in bello Troiano interemptus.

PIERIA, æ, πιερία, Regio in finibus Macedoniæ, inter Axium & Aliemonem fluuios, quam Macedones pulsis indigenis occuparunt. Vide Plin. lib. 4. cap. 10, & Strabonem lib. 10. ¶ Hinc Pierides Musæ, quòd in Pieria ex Ioue & Mnemosyne natæ sint, vt inquit Strabo. ¶ Est item Pieria, Syriæ Antiochenæ vrbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 21.

Pieres, pen. corr. πιερεῖς, Populi olim Macedoniæ finitimi, inter Axium & Aliacmonem amnes, quibus pulsis Macedones loca eorum occupatũ. Horum meminit Plin. lib. 4. cap. 10. & Strabo lib. 10.

Pierius, ria, rium, πιερικὸς, vt Pierium carmẽ. Lucret. lib. 1. Chorus Pierius, Ouidius, ad Pisonem. Dies Pierij, quos impendimus literarum studijs, Stat. 1. Syl. Via pieria. Ouid. 2. de Pont. Lucida pieria tẽdis in astra via.

PIERVS, ri, pen. corr. πίερος, Mons Thessaliæ post Pheras, atque in Macedoniam vsque protensus, teste Plin. lib. 4. cap. 8. In hoc monte quidam Musas natas volunt, atque inde Pieridas esse appellatas. ¶ Fuit & Pierus, πίερος, Macedo quidam prædiues, qui ex Euippe vxore nouem suscepit filias: quæ Musas ad certamen cantus prouocare ausæ, & ab illis superatæ, in totidem picas sunt mutatæ: vnde postea Musæ earum nomen velut trophæum vsurpantes, Pierides sunt cognominatæ: quanuis alij à Pieria quæ est Macedoniæ regio, alij à Piero Thessaliæ monte, sic dictas velint. Virgil. Aegl. 8, -vos quæ responderit Alphesibœus Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

Pietas, atis, Est debitus cultus erga Deum, patriam, & parentes, eósque qui nobis parentum loco sunt. {Εὐσέβεια, φιλοστοργία. Ital. *Pieta, cio è debito verso Dio, padre, madre, fanciulli, & altri propinqui.* Gal. *Pieté, religion, le deuoir qu'on doit à Dieu premierement, & apres à ses pere & mere & enfans autres prochains.* Hisp. *Piedad, religion y acatamiento de Dios, de padre y madre y dela patria.*} Pietas (inquit Augustinus) proprié Dei cultus intelligi solet, quã Græci Εὐσέβειαν vocant. Et sic à Cicerone accipitur, quum inquit pro domo sua, Nec est vlla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, quum expeti nihil ab iis quod sit iniustum, ac inhonestum arbitrere. Hæc ille. ¶ Sumitur etiam latius (vt diximus) nomẽ pietatis, vt amorem complectatur filij erga parentes & propinquos, & ciuis erga patriam, quæ communis omnium ciuium est parens. Cicero in Somnio Scipionis, Cole pietatem, quæ quum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. ¶ Est autem pietas abstractum ab adiectiuo pius, quod proprié de eo dicitur qui Deum, patriam, parentes, & qui parentum loco sunt, iusto cultu prosequitur. ¶ Huius contrarium est impietas, quæ ab iniustitia sic distingui solet, quòd illa in Deum, hæc dici in homines potest. Per illam contemplatione delinquitur: hac opere & factis peccatur. ¶ PIETAS etiam à Romanis dea putata est: quæ ædem habuit Romæ eo in loco vbi postea Marcelli theatrum extructum fuit: vt est autor Plin. lib. 7. cap. 36.

Pius, a, um. Proprié dicitur de eo qui Deum, patriam, & parentes, & eos qui parentũ loco sunt, iusto cultu prosequitur. {εὐλαβὴς, εὐσεβὴς, ἱερός. Ital. *Pio, chi fa suo debito verso Dio, padre & madre come si appartiene.* Gal. *Deuotieux, religieux, qui rend le deuoir à Dieu, ses pere & mere & autres prochains.* Hisp. *Pio, catholico.*} Virg. 3. Georg. Dij meliora piis. Cic. 5. Offic. Ipsũ patriæ conducit, pios habere ciues in parentes. ¶ Accipitur tamen nonnunquam pius pro benigno, & misericorde. Terent. in Hecy. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. ¶ Ex qua loquendi consuetudine factum est vt & Deus ipse dicatur pius: quem tamen Græci nullo suo sermonis vsu Εὐσεβῆ vocant: quanuis Εὐσέβειαν pro misericordia, illorum etiam vulgus vsurpet.

Piè, aduerbium, Quod modò significat religiosè, & cum maxima in Deũ fiducia. {Εὐσεβῶς, ἱερῶς. Ital. *Piamente.* Gal. *Religieusement.* Hisp. *Piamente.*} Plin. in Paneg. Ciuitas religionibus dedita, sempérque deorum indulgentiam piè merita. ¶ Modò benignè & clementer. Cicero ad Martiũ, lib. 11. Epistol. Alia quæ defendam à te piè fieri & humanè.

Piger, gra, grum, Tardus, segnis, fugitans laboris. {ὀκνηρός, ἀργός. Ital. *Pigro.* Gal. *Paresseux.* Hispa. *Perezoso, ocioso.*} cuius contrarium est impiger, pro diligente:

diligente: vt Pigra familia apud Plautum in Mostel. Horat. 1. Serm. Satyr. 4, -atque piger scribendi ferre laborem: Scribendi rectè, nam vt multum, nil moror. Persius Satyr. 5, Mane piger stertis. Cic. Trebatio, lib. 8. Interdum piget, interdum timidus in re militari videbare. ¶ Ponitur aliquando pro lento, & minimè fluido. Colum. lib. 2. cap. 2, Nullum enim temere videmus locum qui modò pigrum teneat humorem, &c. Iungitur aliquando accusatiuo cum propositione ad. Cælius ad Cic. lib. 8. Et ad literas scribendas, vt nosti, pigerrimo.

Pigrè, aduerbium, pigrius, pigerrimè. {ὀκνηρῶς, ἀργῶς. Ital. *Pigramente.* Gal. *Paresseusement.* Hisp. *Perezosamente.*} Plin. lib. 10. cap. 34, Pigrius intrante fœmina ad pullos.

Pigritia, Ignauia, lentitudo, tarditas. {ὀκνία. Ital. *Pigritia.* Gal. *Paresse.* Hisp. *Pereza, ociosidad.*} Cic. 1. Offic. Efficiendum autem est vt appetitus rationi obediant, eámque neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant. Liu. 1. ab Vrbe, Vnde quum pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur à bellicoso rege.

Pigrities, ei, Pigredo, inis, Pigritudo, & Pigritas, eiusdem sunt significationis.

Pigror, aris, Morari, & veluti per pigritiam cunctari, & differre. {ὀκνέω, μέλλω. Ital. *Impegrire.* Gal. *Paresser, estre paresseux.* Hisp. *Emperezar.*} Cic. Atti. lib. 14. Tu quæso quicquid erit noui, (multa autem expecto) scribere ne pigrere. id est ne moreris. Lucret. lib. 1, Quòd si pigraris, paulúmve recesseris ab re.

Pigresco, is. Piger fio, & lentus. {ὀκνὸς γίνομαι. Ital. *Impegrirsi, diuenir pegro.* Gal. *Deuenir paresseux.* Hisp. *Emperezarse, ser ocioso.*} Plin. lib. 18. ca. 2, Mox pigrescit, in Virginem transgresso Sole. De Nilo.

Pigro, as, Antiqui dixerũt pro cohibere vel tardare. ἐμποδίζω. Accius in Chryse, Melius pigrasse quàm properasse, est nefas. Nonius.

Piget, verbum impersonale. piguit, & pigitum est. Idem ferè quod dolet, siue molestum est. {μεμῦσθαι, ἀχθομαι. Ital. *Rincrescere, essere molesto.* Gal. *Estre paresseux de faire, estre marri & dolent d'auoir fait.* Hisp. *Hauer dolor ò verguença.*} Stat. lib. 7. Theb. Nec pigitum paruósque lares, humiléque subire. Constituitur autem ferè cum accusatiuo & genitiuo, nisi loco genitiui ponatur pura infinitiuus. Ouid. lib. 2. Metam. -pigétq; Actorum sine fine mihi, sine honore laborũ. Cicero pro domo sua. Vt me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. Plautus, Non dedisse te pudet me: quia non accipi, piget. ¶ Differt autem piget à pudet, teste Donato, quòd pudet de iis dicatur quæ turpiter fiunt, Piget de iis quæ cum damno & malo. Pudere ad dedecus refertur, Pigere ad dolorem. Vide plura de hoc in verbo PVDEO. ¶ Pigere interdum pro tardare, interdum pro pœnitere poni solet, inquit Festus.

Pigeo, es, verbum personale legitur apud Plautum in Menæch. Adolescés loquere mihi tuum nomen, nisi piget. Idem Pseudolo, Id quod pudet facilius fertur quàm id quod piget. Terent. Phorm. Quare obsecro ne plus minúsve faxit quod nos postea pigeat.

Pigendus, a, um, Ouid. Epist. 7, Si fuit errandum, causas habet error honestas: Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

PIGMALION, siue potius Pygmalion per y in prima syllaba. Πυγμαλίων Suidæ. Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentissima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illúmque spe potiundi auri ante aras clàm & dolo interemit. Cuius cædis quum certior in somnis à marito Dido facta fuisset, sumptis secum thesauris in Africam profugit, vbi & Carthaginem condidit. Moris autem erat, inquit Seruius, vt de pecunia publica Phœnices nullo à rege auro à peregrinis frumenta coëmerent. Dido autem à Pygmalione ad hunc vsum paratas naues abstulit: quam fugientem à fratre missi persequerentur, aurum illa præcipitauit in mare: quare visa, sequentes reuersi sunt. Meminit huius Virgil. 1. Aeneid. -sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes, Quos intermedius venit furor, ille Sichæum Impius ante aras, atque auri cæcus amore Clàm ferro incautum superat. ¶ Fuit & eiusdem nominis Cilicis filius qui ex eburnea statua Veneris beneficio in puellam transformata Paphum suscepit, Paphi Cypriæ vibis conditorem. Quam fabulam vide latius apud Ouid. 13. Metamorph. & suprà in dictione PAPHVS.

Pigmentum, ti, Quo vtuntur puellæ ad vepustandam faciem: qualis est cerussa, aliique id genus fuci quibus mulierculæ cuti candorem aut ruborem inducunt. {φάρμακον. Ital. *Belletto, liscio.* Gal. *Fard, preparture, couleurs, fardement.* Hisp. *Color para la pintura.*} Plaut. in Mostel. Non illanc ætatem oportet pigmentum vilum attingere. Plin. lib. 26. cap. 43, Nupérque portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum vt pigmentis perderet se. ¶ Per translationẽ verò pigmenta dicuntur mendacia & fraudes, quia eius qui pingitur non est naturalis color, sed artificialis. Cic. lib. 2. de Orat. Tam integræ sententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam sine pigmentis, fucóque puerili, vt mihi non solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris. ¶ Quandoque significat colores pictorum, de quibus Plin. lib. 35. cap. 5. Cic. 1. de Diuin. Aspersa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta efficere possunt. Plaut. Epid. Quem Apelles, Zeuxísque duo pingent pigmentis vimeis. ¶ Accipitur etiam quandoque pro confectione ex diuersis speciebus, suaui & odorifera: vnde pigmentarij dicti, de quibus paulo póst. ¶ Quandoque etiam pro coloribus rhetoricis. Cic. de Clar. Orat. Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse.

Pigmentarius, tarij. Qui facit vel vendit pigmenta. {φαρμακοπώλης, μυροπώλης. Ital. *Accomodatore ò venditore di belletto.* Gal. *Fardeur ou vendeur de fard.* Hisp. *Que hazẽ ò vende color para la pintura.*} Iulius Firmicus, Quicunque habuerit horoscopum in parte Libræ vicesimasexta, erit pigmentarius, vel turarius. Cicero, Accius pigmentarius valde gaudebat se aduersarium perdidisse.

Pigmentatus, tata, tatum, Quod est pigmentis ornatum. πεφαρμακωμένος. Hieronymus ad Paulum, Totum flaccidum, molle, nitidum, atque formosum, quæritis hinc inde odoribus pigmentatum.

Pignus, oris, vel pigneris, Quod creditori ad securitatem datur. {ἐνέχυρον, σύμβολον, ὑπόθημα, τὸ ὑποκείμενον ῥῆμα, τὸ ὑποκείμενον, ὑπόθεμα, ἐνεχυρόμενον ῥῆμα, ἐνεχυρόμενον ῥῆμα, ἐνεχυρόμενον ῥῆμα. Ital. *Pegno.* Gal. *Gage.* Hisp. *La prenda que se da.*} ita dictum à pugno, vt Caius de Verb. significa. inquit in l. Plebs: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Martial. lib. 12. Quum rogo te nummos fine pignore, Non habeo, inquis. ¶ Aliquándo pro ea accipitur quod inter duos contendentes sequestro ita deponitur vt fiat victoris. Virgil. 3. Aegloga, Ego hanc vitulam (ne forte recules, Bis venit ad mulctrã, binos alit vbere fœtus) Depono: tu die mecum quo pignore certes. Plautus Casina, Id ni fit, mecũ pignus, siquis vult, dato in vrnam mulsi. ¶ Per translationem etiam accipitur pignus pro symbolo, vel argumento, vel indicio: vt quum aut munus nostrum, aut aliquid simile pignus esse amoris, beneuolentiæque dicimus: id est indicium, vel documentum, & argumentum certum, siue idoneum signum. Virgil. 3. Aen. Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus, Dat iuueni, atque animum præsenti pignore firmat. Id est securũ facit vt qui dat pignus. Liu. 9. bel. Maced. Hæc amoris pignora quum essent, nec quicquam secretum alter ab altero haberent. Cur. lib 9, Nullum erga me beneuolentiæ pignus atque indicium omisistis. Vlpianus inter pignus & hypothecam hoc interesse scribit, quòd pignus dicitur quum ad creditorem transit: hypotheca, quum non transit. Budæus tamẽ inquit pignus Latinè id esse quod Græcè dicitur hypotheca, quasi obligationi suppositum, vel quasi ob fidem debiti depositum. quod Latini pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili quàm de re mobili dicitur. Terent. in Phorm. Ager oppositus est pignori ob decem minas, Aedicula item ob decem alias. ¶ Dicimus Latinè, Auferre pignus, Ponere pignori, vel in pignus, Opponere pignori, Accipere pignori, Coercere pignoribus captis: est quod nos, *cogere per bonorum captionem* dicimus. Cic. 3. de Oratore, Philippus grauiter exarsit, pignoribúsque ablatis Crassum coercere cœpit. ¶ Quoniam verò liberi videntur tanquam pignora inter virum & vxorẽ esse, & firmissima quædam inter coniuges perpetui amoris, & indissolubilis coniugij quasi vincula, factum est vt pignora pro liberis capiantur. Ouid. 5. Fast. Dulcia solicitæ gestabant pignora matres.

Pignero, pigneras, actiuum: aut Pigneror, pigneraris, deponens. Rem pignori do, pignori oppono {ὑποτίθημι. Ital. *Pegnorare, dar pegno.* Gal. *Bailler en gage, engager.* Hisp. *Empeñar alguna prenda.*} Suetonius de Vitellio, Vtque ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris impensas. ¶ Accipitur nonnunquam pro eo quod vulgò dicimus, *per executionem capere*, hoc est pignora capere. ἐγχειρίζειν, ἐκφέρεσθαι, ὑποτίθεσθαι, πιστοῦσθαι. Iuuen. Satyr. 7. Cuius & alueolos, & lxnam pignerat Atreus. Cic. 14. Philip. In fuga fœda mors in victoria gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quenque pignorari solet. Vbi pignerari dixit, pro eo quod est in pignus accipere, & sibi asserere, quasi que obnoxium sibi, debitúmque capere: vt sit sensus, Fortissimus enim quisque primus in prælio occumbere solet. ¶ Huius composita sunt, Oppignero, & Repignero: de quibus alibi.

Pignerator, verbale, Qui pignus accipit {ὑποτιθέμενος. Ital. *Chi prende pegno.* Gal. *Qui prend gage de quelqu'vn.* Hisp. *El que toma prenda.*} Cic. 4. Ver. Quũ in his quidem rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse. tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, id est de aratoribus, & iura constituebas, quæ omnibus aliis essent contraria, &c. Ediderat enim Verres, vt publicani possent inire suo ab aratoribus decumarum nomine quantum vellent capere, non iudicis autoritate, vt assolet, pignora eorum capere. Ex Budæo.

Pignerat itius, tia, tium, ex supino verbi pignero nomen deductum, Significat quod pignori datum est. {ὑποτεθειμένος. Ital. *Cosa impegnorata.* Gal. *Engagé, baillé en gage.* Hisp. *Cosa empeñada.*} vt Res pignerat itia. Pignerat itius creditor, cui pignoris capiendi ius est. Vlpianus, Quæritur in pignerat itio creditore, an pignoris persecutio denegetur.

PIGRES, etis, πίγρης. Fluuij nomen est apud Suidam. ¶ Fuit item hoc nomine Poëta quidam Car, frater Artemisiæ Halicarnassi reginæ, quæ vxor fuit Mausoli. Scripta eius vide apud eundem. ¶ Pigres præterea Mæonis cuiusdam nomen fuit, qui vnà cum Mastye fratre, Dario autor fuit Pæonas omnes in Asiam transferendi. Autor Herodotus lib. 5.

Pigresco, Pigro, as, Pigror, pigraris, Vide PIGER.

Pila, læ, à pinso, Vas concauum quo antiqui siccata frumenta pinsebant, hoc est contundebant. {ὑδρία. Ital. *Mortaio.* Gal. *Vn mortier.* Hisp. *Mortero.*} Plin. lib. 18. cap. 11. Tundatur granum eius in pila lignea. ¶ Similiter vasa illa concaua, medicorum vsui apta, in quibus ptisanæ fieri solent, pilæ dicuntur. ¶ Est item pila idem quod columna. Græci φάλαγγα vocant: quanquã ruera angustior est φάλαγγος significatio quàm pilæ. Illo enim nomine proprié denotatur cippus in monumentis erectus: pila autem quauis columnam significat quemcunque in vsum confectam. Apul. lib. 3. Metam. Pila media quę stabuli trabes sustinebat. Festus, Pila quæ parietem sustentat, ab opponendo dicitur. Plin. lib. 11, Ruentes ceras fulciunt pilarum instar, interius à solo fornicatas, vt sit aditus ad farciendum. ¶ Pilæ etiam sunt opera informia quæ in aqua constituuntur, cuiusmodi magnifica Genuæ visitur, molem vulgò appellant. Earum vsus est ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. De quatũ constructione vide Vitruu. lib. 5. Huiusmodi Virgil. lib. 9, describit his verbis. Qualis in Euboico Baiarum in littore quondam Saxea pila cadit. ¶ Et in his omnibus significationibus pila producit penultimam. Quando verò penultimam corripit, accipitur pro rotunda illa sphærula qua luditur. {σφαῖρα. Ital. *Palla.* Gal. *Vne pauime, pelotte, estuf.* Hispan. *Pelota para jugar.*} à verbo Græco πάλλω, æquo, quòd forma sphærica sit, quæ omni ex parte æqua est: vel à pilis quibus impleri soleat. Plaut. in Bacch. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo se exercebant magis. Cic. 2. de Oratore, Sed vt homines labori assiduo & quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, &c. Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 32, Sicut in lusu est aliquid scitè ac diligenter pilam excipere: sed non dicitur bonus lusor nisi qui aptè & expeditè remisit quam acceperat. Celsus lib. 1. cap. 8. Quem verò frequenter citata aluus exercet, huic opus est pila, similibúsque superioris partes exercere. Quatuor autem sunt pilarum genera, trigonalis, paganica, follis, & harpastum: quæ omnia vide suis locis. Pilæ autem primus inuentor fuit Pythus, vt ait Plin. lib. 7. cap. 56. ¶ A pilæ lusoria similitudine etiam pila

dicitur quicquid est rotundum instar pilæ. Plin. lib. 12. cap. 10, Cucurbitæ maturitate ruptæ, ostendũt lanuginis pilas ex quibus vestes pretiolo linteo fiunt.

Pilula, æ. Qualis parua pila, globulus ac sphæricum quiddam & rotũdum. {σφαιρίδιον. Ital. *Palleta, pilola.* Gal. *Petite pelotte, pilule.* Hispan. *La pildora, pequeña pelotilla.*} Plin. lib. 16. cap. 7, Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles, intus habẽtes flosculos molles, lucernarũ luminibus aptos. Idem lib. 30. ca. 11, Scarabæus qui pilulas voluit. ¶ Quinetiam venena, siue pharmaca quæ hac forma sumimus, pilulas nominamus. Plin. lib. 28. cap. 9, Vetus axungia phthiũ in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco vocabulo καταπότια dicuntur, ab absorbendo: non enim cõminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ, sed integræ deuorandæ.

Pilani, πιλοφόροι. Dicti sunt milites qui pilis pugnabant, testibus Varrone & Festo, alio nomine triarij appellati: ante quos qui prælium capessebant, antepilani dicebantur & principes. Vide suprà in dictione ANTEPILANI.

Pilarij, σφαιριστικοί. Dicuntur præstigiatores qui leui agitatione pilulas, seu paruas pilas videntur emittere, aut in vas inijcere, quum secus faciant. Quint. lib. 10. cap. 7, Quo constant miracula illa in scenis pilariorum, ac ventilatorum, vt ea quæ emiserint, vltro venire in manus credas, & quà iubentur, decurrere.

Pilatim, aduerbium, à pila pro columna. Significat per pilas. Ξ κίονας. Vitruuius, Pilatim struuntur ædificia.

Pilatus, Vide PILVM.

Pileatus, Vide PILEVS.

Pilicrepus pi, pen. corr. apud Senecam lib. 8. Epist. ad Lucilium, vbi notatur balneorum luxuria, intelligendus est is qui pilas, hoc est sphæras, aut glomos pice illitos in ignem balneorum, siue vaporarij conijceret, necubi forte restingueretur. Quod manifestat Papinius, Syluarum primo, in balneo Etrusci, Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantes Aedibus, & tenuem voluũt hypocausta vaporem: Meminit huiusmodi pilarum Vitruuius lib. 5. cap. 10, Suspensuræ, ait, caldariorum ita sunt faciendæ, vt primùm sesquipedalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum: vti pila quum immittatur, non possit intus resistere, sed rursus redeat ad præfurnium: ipsa per se ita flamma facilius peruagabitur sub suspensione.

Pilentum, ti, Vehiculi genus quo matronæ ferebantur. {μετάπορον ἅρμα. Ital. *Carretta.* Gal. *Char, ou charrette, littiere.* Hisp. *Carro.*} Horat. lib. 2. Epist. Effeda festinant, pilenta, petorita, naues. Ex quo Horatij loco patet non omnino idem esse cum peto rito, vt nonnulli putauerunt: sed tamen fortassis illi non dissimile. Est enim pilentum Hispanorum inuentum, petoritum autem Gallorum. Varro de lingua Latina in consuetudinem suæ ætate primùm venisse scribit. Estque eius formæ qua nostri temporis principum Italiæ mulieres vectantur, ita libratum vt considentes in puluinis, in aere suspensæ agitari videantur. Virgil. 8. Aeneid. -castæ ducebant sacra per vrbem Pilentis matres in mollibus. id est pentilibus, vt interpretatur Seruius. Liu. 5. ab Vrbe, Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: vt pilento ad sacra, ludosque, Carpentis festo, profestóque vterentur.

Pileus, pilei, Tegmen capitis: quod & pileum dicitur. {πιλός, πίλιον. Ital. *Cappello, baretta* Gal. *Vn chapeau ou bonnet à couurir la teste.* Hispan. *sombrero.*} Plaut. in Amph. Vt ego hodie raso capite, caluus accipiam pileum. Persius Satyr. 5. Hanc nobis pilea donant. ¶ Ponitur quandoq; pileus pro libertate: vnde legimus apud historicos, ad pileum seruos fuisse vocatos: quod significat ad libertatem, cuius insigne est pileus. Liu. lib. 4. bel. Pun. Postero die serui ad pileum vocati & carcere vincti emissi. Suetonius in Tyb. Secutique ad pileum frustrà vocatis, in Siciliam profugit. Accipiebant enim serui pileum raso capite quum manumittebantur.

Pileolus, & Pileolũ, li, cum accentu in antepenultima. {πιλίδιον, πιλίσκος. Ital. *Picciolo cappello.* Gal. *Petit chapeau.* Hisp. *Pequeño sombrero.*} Horat. lib. 1. Epistol. Vt cum pileolo solas conuiua tribuis. Ouid. 1. de Arte, -nec turpe putatis Pileolum nitidis imposuisse comis.

Pileatus, a, um, Qui pileo tectus est. {πιλίου ἔχων. Ital. *Coperto di cappello.* Gal. *Couuert d'vn chapeau.* Hispa. *Cubierto de sombrero.*} Liu. 4. belli Pun. Pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt. Vnde serui pileati, qui pileo impositio vendebantur. Gell. lib. 7. ca. 4, Pileatos seruos vanum ire solitos, quorum nomine venditor nihil præstaret, Cælius Sab. Iurisperitus scriptum reliquit.

Pilicrepus, Pilula, Vide PILA.

Pilo, as, priore corr. Vide PILVS.

Pilo, las, priore prod. πιλάω. Græcum est, & significat complano. A quo sunt composita, Compilo, Expilo, Oppilo, & Suppilo.

Pilum, li, priore producta, Telum Romanum, à perimendo dictum, quasi perilum, vt inquit Varro. {πιλός, σάρισσα. Ital. *Dardo.* Gal. *Dard.* Hispan. *Dardo.*} Huius hastile, teste Vegetio, erat pedum quinque & semissis, & ferrum trigonali figura nouem vnciarum. Erant autem pila (Varrone autore) tela Romanorum, sicut gesa Gallorum, & sarissæ Macedonum. Lucanus lib. 1, -pila minantia pilis. Idem lib. 3, Pila sed in medium venere trementia pectus. Virgil. 1. Georg. Scilicet & tempus veniet, quum finibus illis Agricola incuruo terra molitus aratro, Exesa inueniet scabra rubigine pila. Horat. 2. Serm. Satyr. 1, -neque enim quiuis horrentia pris Agmina, nec fractos pereuntis cuspide Gallos, Aut labentis equo describet vulnera Parthi. Plaut. in Curcul. Quia ex te hodie faciam pilum catapultarium. Hinc primipilus, ἀρχιπίλαρχος, & præpilatæ hastæ, hoc est præferratæ, de quibus infrà. ¶ Præterea pilum, à pinsendo: seu iuxta Seruium, à Pilumno instrumentũ quo quippiam in mortario teritur. {ὕπερον. Ital. *Il pestello co'l quale si tradanno le cose nel mortaio.* Gal. *Pilon de mortier.* Hisp. *El mago para majar en pila.*} Plin. lib. 18. cap. 10, Quippe & Hetruria spicam farris colli pinsente pilo præferrato, fistula ferrata, & ilella intus denticulata, vt nisi intenti pinsant, concidantur grana ferróque frangantur. Primum pilum vocabatur prima centuria in exercitu apud Romanos: quòd circa signa grauis armatura constituta esset, in qua inter cætera armorum genera hastile erat pedum quinque & semissis, quod pilum nominabant. Cæsar lib. 5. bel. Gal. Tum T. Baluentio qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ autoritatis, vtrunque femur tragula traijcitur. Reliqua vide in dictione PRIMIPILVS.

Pilatus, a, um, Pilo armatus. Martialis lib. 10, Et pilata redit iámque, subitque cohors.

PILVMNVS, Qui pinsendi frumenti vsum inuenit, Iouis (vt putant) filius, & Dauni pater. Seruius in lib. 9. Aeneid. Pilumnus (inquit) & Picumnus fratres fuerunt dij. Horum Pilumnus stercorandorum inuenit vsum agrorum: vnde & Sterquilinius dictus est. Pilumnus verò pinsendi frumenti: vnde à pistoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Ad hunc Danae Acrisij filia fortè ad Appulum littus acta, & à pastore vnà cum Perseo paruulo delata est, quam ipse cognito genere vxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit. Virgil. lib. 10. Aeneid. Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater, &c.

Pilus, li, priore cor. generalius est quàm capillus. {Ἶβιξ Ital. & Hisp. *Pelo.* Gal. *Poil.*} Proprie enim capillus de iis tantùm dicitur qui caput vestiunt, quum pilus omnium partium corporis sit communis. Plin. 11. ca. 37, In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus. Cic. 2. de Nat. deor. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Iuuen. Satyr. 9, Sed fruticãte pilo neglecta, & squalida crura. Horat. 2. Epist. 1, Vtor permisso, caudæq; pilos vt equinæ Paulatim vello. Hæc tamen differentia nonnunquam confunditur. Accipitur enim capillus nonnunquam generaliter in eadem significatione in qua vtimur nomine pilus. Gel. lib. 12. ca. 1, Si ouium lacte hœdi, aut capratum agni alerentur, constat ferè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. ¶ Pili longiores, proni in colla, atque armos vestientes, iubæ dicuntur: pili verò crassiores, rigidi, quales habent sues, vocantur setæ. ¶ Pili non facio, Nec pilo quidem melior: de re nullius momenti. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2, Nihil est quod vereare: ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Catul. Epigr. 17, Ludere hanc sinit, nec pili facit vni-

Pilo, las, pen. corr. à pilus, Significat pilos emitto. {πιχίζω. Ital. *Fare i peli, mandar fuore i peli.* Gal. *Produire du poil.* Hispa. *Pelechar.*} Accius, Tunc primùm pilabant genæ. Afranius, Meum præterea corpus nunc pilare primùm cœpit. Interdum est pilos detrahere. {ἀποπιχίζω. Ital. *Pelar, trare i peli.* Gal. *Arracher le poil.* Hisp. *Pelar quitando pelos.*} Martialis, Quòd pectus, quòd crura pilas. Idem lib. 6. Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto, Tẽque pilare tuas testificare nates. Hinc Depilo.

Pilosus, adiectiuum, Id est pilis abundans. {πιχώδης. Ital. *Peloso.* Gal. *Pelu.* Hisp. *Peloso.*} Varr. 2. de Re rust. cap. 5. Oculis magnis, & nigris, pilosis auribus. Cic. in Pisonem. Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ non dentes putridi deceperunt. ¶ Pilosiora folia, quæ in ipsa superficie veluti adnatos quosdam pilos ostendere videntur. Plin. lib. 20. cap. 16, Econtrario quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis ac ramis, & aculeatis, trita mellis odorem habet.

PIMPLA, πίμπλη, Thraciæ mõs est, Musis sacer, vt scribit Strabo li. 10, Pieria, inquit, & Olympus, & Pimpla & Libethrũ, quondam loca fuere Thraciæ, & montes quos nunc Macedones pothident: quique Musis Helicona consecrarunt. Thraces fuere, Bœotiæ accolæ. Hæc Strabo.

Pimplæus, a, um, πιμπλαῖος, Martialis lib. 12, Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro.

PIMPLEIDES, siue Pimplæ, πιμπλεῖδες, Musæ cognominatæ sunt, siue à Pimpla olim Thraciæ monte, quem postea Macedones sibi vendicarunt: siue è Pimplæo quodam fonte, ad radicem eius montis nascente: vbi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt. Martial. lib. 12, Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro.

Pina, Vide PINNA.

Pinacotheca, πινακοθήκη, Locus est in quo tabulæ pictæ, argentum cælatum, stragula, vestis, signa, & ornamenta reponuntur. Plin. lib. 35. cap. 2, vocat tablinum. Vtrunque nomen dictum est à tabulis quæ in hoc loco præcipuè asseruabantur. Nam quas Latini tabulas, Græci vocant πινακας. Varro 1. de Re rust. ca. 2, Quum huius spectatum veniant villas, non vt apud Lucullum, vt videant pinacothecas, sed oporothecas. Plin. lib. 35. ca. 2, Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis consuunt, alienásque effigies coluut.

PINARA, πίναρα. Ptolemæo, Ciuitas est Lyciæ mediterranea, ad Cragũ montem, teste Plin. lib. 5. cap. 27. ¶ Est item Pinara, insula ante Aetoliam, vna Echinadum, teste eodem Plin. lib. 4. cap. 12.

PINARIVS, & Potitius. Arcades duo senes, quibus qualiter coli vellet, ostendit Hercules: scilicet vt mane, & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, quum circa solis Occasum essent sacra repetenda, Potitius prior aduenit, Pinarius postea extis iam redditis. Vnde iratus Hercules statuit vt Pinariorum familia tantùm ministra esset epulantibus Potitijs, & complentibus sacra. Vnde & Pinarij dicti sunt, ἀπὸ τοῦ πείνας, id est à fame. Nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum. Hæc Seruius explicans illud Virgil. Aene. 8, primúsque Potitius autor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri. De his Fenestella.

PINARVS, πίναρος, Fluuius est Ciliciæ in sinum Issicum influens, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

Pinaster, Vide PINVS.

Pincerna, æ, Pocillator qui vinum conuiuis miscet. {οἰνοχόος. Ital. *Pincerna, coppiere.* Gal. *Sommelier, eschanson à coupe.* Hisp. *El escanciador, ó copero.*} qui & à poculis dicitur: qualem Poëtæ fabulantur in cælo esse Ganymedem, in Hebes locum, quæ antè eo ministerio fungebatur, suffectum.

PINDARVS, pen. corr. πίνδαρος, Poëta fuit Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps. Floruit temporibus Aeschyli Poëtæ, & Persarum expeditionis in Græciam. Scripsit lingua Dorica, Olympia, Pythia, Nemæa, Isthmia quæ extant. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia (vt ait Quintilianus) grauitatéq; arduus, constructioneque ac ordine immeolus ac prolixus. Quem etiam inimitabilem Horatius scribit 4. Carm. Ode 1. Duas suscepit filiasrà patre tibiam primùm, mox ab Hermione lyram edoctus est. Eius gratia Lacedæmonij in reliquam Bœotiam sæuientes, Thebis pepercerunt. Eodem modo etiam Alexander quum Thebas euerteret, & in omnes sæuiret sine discrimine, Pindari vatis penatibus familiæque parci iussit. Expirasse ferunt in gremio pueri adamati, Valerio teste. Vide quoque Quintilianum lib. 10. Instit. Orat. ¶ Pindarus alter, Ephesiorum tyrannus, qui capta Ephesio,

Epheſo, poſtea à Cræſo auunculo ſuo iuſſus diſcedere, ſeceſſit in Peloponneſum cum parte ſubſtantiæ, dimiſſo domi præſide amico. Autor Aelianus de varia hiſtoria.

PINDASVS, πίνδασος, Mons Aſiæ in quo Cetius fluuius naſcitur, qui Pergamum præterfluit. Autor Plinius lib. 5. cap. 30.

PINDVS, πίνδος, Mons Perrhæborum, inter Acarnaniam & Theſſaliã: cuius meminit Plinius in præfatione lib. 4.

PINDVS, πίνδος, Lapitharum ſedes, mons Theſſaliæ, Apollini, Muſiſque ſacer, Acarnaniam ab Aetolia diuidens, vt inquit Solinus. In eo inuenitur lapis galactites. ¶ Eſt & nomen vrbis Theſſaliæ, à Pindo monte appellatæ, iuxta quam eſt fluuius eiuſdem nominis. Autor Strabo libro 9.

Pinetum, Pineus, Vide PINVS.

Pingo, gis, xi, ctum, Formam alicuius rei ductis lineis repræſento. {γράφω. Ital. *Dipingere.* Gal. *Peindre.* Hiſp. *Pintar.*} Plin. lib. 35. cap. 8, Adeò iam colorum vſus increbruerat, adeò ars perfecta erat, vt in eo prælio Ionicos duces pinxiſſe tradatur. Cicero. Luceio libro 5, Alexander ab Apelle potiſſimùm pingi, à Lyſippo fingi volebat. Idem 2. de Orat. Vt in pictura qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit, &c. ¶ Pingere humum variis floribus, eſt verſicolorem florum varietatem humi ſpargere. Plautus in Sticho, Age tu ocyus pinge humum, conſperge ante ædes. ¶ Ponitur aliquando pro deſcribere. Cice. ad Attic. lib. 4, Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione. ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Depingo, & Expingo, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Pictus, a, um, quod aliquando eſt participium. {γεγραμμένος, ζωγραφηθείς. Ital. *Depinto.* Gal. *Peint.* Hiſp. *Pintado.*} Plaut. in Menæch. Tabulam pictã in pariete. ¶ Aliquãdo nomen idem ſignificans quod ornatus. Cice. de Clar. Orat. Quo nihil poteſt eſſe pictius.

Pictura, æ, Ars pingendi. {γραφική. Ital. *Dipintura.* Gal. *Peinture.* Hiſpa. *Pintura, ò arte de pintar.*} Plinius libro 35. cap. 9, Quinimo certamen picturæ, etiam florente ea inſtitutum eſt Corinthi. ¶ Dicuntur & picturæ tabulæ vel aliæ res pictæ. Cice. 6. Verr. Nego vllam picturam neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit, & quod placitum ſit, abſtulerit. Idem in Orat. In pictutis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Idem in Tuſcul. Homerum tradunt cæcum fuiſſe: at eius picturam non poëſim videmus. Idem 2. Academic. Oculi pictura tenentur, aures cantibus. In pictura olim floruere Zeuxis, Pharraſius, Apelles, alique nonnulli, quorum nomina & opera exequitur Plinius Natur. Hiſtoriæ libro 35.

Picturatus, Varia pictura exornatus. Opus picturatum metallis, Claudia. in 7. Paneg.

Pictor, Qui quid pingit. {ζωγράφος. Ita. *Dipintore.* Gal. *Peintre.* Hiſp. *Pintor.*} Horat. de Arte, -pictoribus atque Poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Cic. 4. Acad. Multa vident pictores in vmbris, & in eminentia quæ nos non videmus. Idem 2. de Leg. Digniſſima autem dona habent & formæ ab vno pictore vno abſolutæ die.

Pinguis, & hoc pingue, Contrarium macro. {παχύς, λιπαρός. Ital. *Graſſo.* Gal. *Gras.* Hiſp. *Gruеſſo, ò gordo.* Plin. lib. 10. cap. 50, Fœminæ quidem non omnes ad ſaginam eliguntur, nec niſi in ceruice pingui cute. Virgil. 1. Georg. Tunc agni pingues, & tunc molliſſima vina ¶ Aliquando ponitur pro fœcundo. ἰσχνός. Virg 4. Georg. Et pingues hortos. Idem 3. Aeglog. Heu heu, quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. ¶ Aliquando pro impedito & inepto. Cic. lib. 4. Acad. Quod ipſi Antiocho pingue videtur, & ſibiipſi contrarium. ¶ Pingue, ſubſtantiuum, neutri generis, propriè dicitur quod inter carnem & cutem eſt, ſucco liquidum. δημός, πιμελή. differtque ab adipe, quòd hic muſculorum extremitati membraniſque adhæreat, & frigefactus durus euadat & fragilis. Qua de re vide plura apud Plin. lib. 11. cap. 37, & ſuprà in dictione ADEPS. Virgil. 3. Georg. -& omnes Impendunt curas denſo diſtendere pingui. ¶ Pingui Minerua aliquid facere: hoc eſt craſſe, & impolitè. Colum. in Præfatio. totius operis, Poteſt enim nec ſubtiliſſima, nec pingui (quod aiunt) Minerua res agreſtis adminiſtrari. ¶ Hinc componitur Præpinguis ὑπόπαχυς. Columel. lib. 4. Ideóque non eſt vineis apta, vix etiam arbuſtis, niſi præpinguis. A Pinguis fit Impinguo, guas, πιαίνω.

Pinguiter, aduerbium. {λιπαρῶς, παχέως. Ital. *Graſſamente.* Gal. *Graſſement, groſſement, lourdement.* Hiſp. *Gruеſſa ò groſſeramente.*} Colum. libro 2. cap. ... Proximum deinde huic pinguiter deuſum.

Pinguedo, inis, & Pinguitudo, inis. licet Seruius Grãmaticus Latina eſſe neget, à doctiſſimis tamen vſurpantur: vt plurimis exemplis docet Beroaldus in Seruium. {λιπαρία, παχύτης. Ital. *Graſſezza.* Gal. *Graiſſe.* Hiſp. *Groſſura.*} Plinius, Omni pinguedine detracta in olla caro decoquitur. Idem lib. 23. cap. 8, Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem ſtomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm ſit veriſimile. Varro 3. de Re ruſti. cap. 9, de gallinis loquens Et lux pingitudini inimica. Colum. lib. 2. cap. 15, Eares admonet nos, ineſſe tali materiæ naturalem pinguitudinem & lucum. Quintil. lib. 1. cap. 11, Quarundam enim vel exilitate, vel pingedine nimia laboramus. Quid autem ſit pinguetudo, ſiue pinguitudo, ſiue etiam pingue nenirigeneris, & quomodo differant ab adipe & ſeuo, ex Plinij ſententia abundè docuimus in dictione ADEPS.

Pinguiarius, rij, Qui pinguia amat. {φιλοπιμελής, φιλόλιπος. Ital. *Chi ama le coſe graſſe.* Gal. *Qui aime choſes graſſes, graiſſier.* Hiſp. *Amador de coſas groſſas.*} Martia. lib. 11, Carnarius ſum, pinguiarius non ſum. hoc eſt carnoſam, & corpolentam amicam opto, non nimis pinguem.

Pinguesco, ſcis, à Pingueo, gues, Pinguis fio. {παχύνομαι. Ital. *Diuenir graſſo.* Gal. *S'engraiſſer, deuenir gras.* Hiſpani. *Engordarſe.*} Colum. libro 2. cap. 11, Omne emaciatum armẽtum medica pinguescit. id eſt pinguefit. Martial. libro 5, Pinguescit nimio madidus mihi crinis amomo. Virgil. 1. Georg. -bis ſanguine noſtro Emathiam & latos Hemi pinguescere campos.

Pinguefacio, pinguefacis, ſignificationis actiuæ eſt. {παχύνω. Ital. *Ingraſſare.* Gal. *Engraiſſer.* Hiſp. *Engordar otra coſa.*} Pinguefio, paſſiuæ. Plin. lib. 16. cap 44. Dein ea pinguefacit.

PINNA, πίννα, Oppidum eſt Vestinorum, qui ſunt populi in quarta regione Italiæ, Prægutiis ad Ortum finitimi, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pinneſium meminit & Plin. lib. 3. cap. 12.

Pinna, æ, Propriè penna eſt, quæ pluma, id eſt mollior, & exigua penna non eſt. {πτέρυξ. Ital. *Penna.* Gal. *Plume.* Hiſpa. *Pluma.*} Nam penna nomen generale eſt ad plumas & pinnas. Varro libro 3. de Re ruſt. cap. 7, de columbis, Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquuntur, illiſis cruribus. Idem de gallinis, Eligas fœcundas plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis. Colum. libro 8. cap. 4, Siccus etiam puluis & cinis, vbicunque cortem porticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus eſt, vt ſit quò aues ſe perfundant. Nam his rebus plumam, pinnaſque emundant. ¶ Pinna etiam quiduis acutum ſignificat. Vnde & pinnæ murorum, id eſt ſummitates. {πτερύγια. Ital. *Merlo de muro.* Gal. *Creneau de mur.* Hiſpani. *Almena del muro.*} L. u. 10. bel. Macedo. Muti pinnæ aliquot locis decuſſæ. ¶ Pinnas etiam geſtare gladiatores ſolebant. Vnde pinnirapi retiarij dicuntur, quòd pinnas è galeis mirmillonum tacto reti exciperent. ¶ Sunt etiam pinnæ, quibus innatant piſces, & quarum adminiculis, veluti remis in natando vtuntur. Plin. libro 9. cap. 14. Pinnis quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. ¶ Pinna præterea eſt conchæ genus. πίννη. vulgò *Nacra* Naſcitur in limoſis, ſubtecta ſemper, nec vnquam ſine comite, quem pinnotherem nonnulli, alij pinnophylacem vocant: is eſt ſquilla parua, qui cum pinna quærendæ eſcæ ſocietatem init. Autor Plin. lib. 9. cap. 42. Cice. 2. de Natu. deor. Pinna verò (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula cõchis, cum parua ſquilla, quaſi ſocietatem coit comparandi cibi.

Pinnula, diminutiuum à pinna. Eſt ſumma pars auris: ab acuitate dicta. λοβός. ¶ Aliquando parua pinna, id eſt penna. πτερύγιον. Colum. libro 8. cap. 5, Inhiberũque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. ¶ Aliquando pinnula dicitur illud quo veluti remigio quodam natant piſces. Plin. lib. 7. cap. 57, Quoſdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro cundæ motu.

Pinnaculum, li, Faſtigium & ſummitas ædificij in acumen tendentis. {τὸ πτερύγιον, τὸ ἄκρον, ἀκροτήριον. Ital. *Cima.* Gal. *Le plus haut & cime d'vn baſtiment.* Hiſpani. *Lo mas alto del edificio, cima.*} ſiue quòd veteres pinnam dicebant quicquid eſſet acutum: vnde Bipennis, ſecuris quæ vtrinque actem habet: ſiue quòd pinnaculis addi pinna conſueuit, quæ facili motu, ventorum indicaret flatum, quod genus nunc *Ventriculum* vulgò dicitur.

Pinnatus, a, um, adiectiuum, Quod pinnnas habet. {πτερωτός. Ital. *Pennato.* Gal. *Qui a des plumes, ou eſtes aiſle.* Hiſp. *Lo que tiene plumas y alas, alado.*} vt, Pinnatus Cupido, pro aligero, & pinnas habente. Cicero 3. de Natu. deor. Dianæ item plures: prima Iouis & Proſerpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuiſſe dicitur. ¶ Pinnata folia dicuntur, pinnatum modo aculeata. Plin. lib. 16. cap. 10, de abiete, Folio pinnato denſa. ¶ Pinnatus fulgor. Plin. lib. 37. cap. 7, Proximos illis carbunculos, quos vocant ſyrrhas, pinnato fulgore radiantes.

Pinnirapus, pi, penult. corr. Gladiator retiarius, qui mirmillони aduerſario pinnam, hoc eſt acutam galeæ ſummitatẽ rapiebat. πτερυγολάβος. Iuuen. Sat. 3, Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenẽſque laniſtæ.

Pinſo, ſis, ſui, piſtum, & pinſum, apud Vitruuium ſæpius, teſte Budæo: & pinſitum, penult. corr. apud Columellam. Eſt autem propriè pinſere, in pila contundere. {μήσσω, λεαίνω. Ital. *Peſtare, frangere.* Gal. *Piler ou pour mortier, broyer.* Hiſpa. *Majar en pila.*} Antiqui enim ante molarum vſum fruméta igni torrebant, & in pilas miſſa piſtillis tundebant, terebántque. Columel. lib. 2. cap. 9. Panicum pinſitum, & euolutum ſurfure, ſed & milium quoque, pultem, quauis inopia, maximè cum lacte, non faſtidiendam præbet. Pomponius, Quum neq; molis molui, neque palmis pinſui. ¶ Aues pinſere dicuntur, quum roſtrũ rei alicui crebrò impingunt. Vnde & Perſius metaphoram illam ſumpſiſſe videtur Saty. 1. O Iane, à tergo quem nulla iconia pinſit hoc eſt roſtro tundit, & percutit, iconiam appellans digitos in formam roſtri iconiæ cõtractos: quod genus olim erat irriſionis apud Italos.

Piſſus, a, um, participium. Idem ſignificans quod cõtuſus. {κεκομμένος, κόπτω χθείς. Ital. *Peſtato.* Gal. *Pile, broyé.* Hiſpa. *Majado.*} Plin. lib. 18. cap. 10, Si piſtæ ſerantur.

Pinſo, ſas, in eodem ſenſu quo pinſo, ſis. φλάω. Varro lib. 1. de Re ruſtica. Promendo diem vt in piſtrino pinſetur, ac torreatur. id eſt tundatur, vel frangatur.

Pinſito, tas, pen. corr. frequentatiuum à pinſo, ſis. ἀναμήσσω. Plaut. in Aſin. Qui polentam pinſitant. id eſt contundunt. Alij ibi legunt, pranſitant.

Pinſor, oris. {μήστης, μήστωρ. Ital. *Chi peſta in mortaio.* Gal. *Pileur ou broyeur.* Hiſpa. *Majador.*} dicebatur qui fruméta in pilis comminuebat: quanquam poſtea etiam de eo dici cœpit qui farinam ſubigit, panémq; conficit: quem nũc piſtorem dicimus, Varro, Nec pinſorem vllum nouiſſe niſi qui in piſtrino pinſeret farinam. Antiqui pinſere generaliter ſumpſerunt pro quouis modo tundere ſiue perterere.

Piſtor, oris, à pinſo, ſis. {Ital. *Peſtore, fornaio.* Gal. *Peſtrieur, boulanger.* Hiſpa. *Panadero ò majador.*} Olim dicebantur qui ante inuentum molarum vſum, frumenta in pilis pinſebat, hoc eſt contundebat. Poſtea tamen id nomẽ ad eos quoque tranſlatum eſt qui ſubacta farina panem conficiunt, quos Græci vocant ἀρτοκόπους. Plin. lib. 18. cap. 11, Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum vſque bellum, annis ab Vrbe condita ſuper quingentos octoginta. Sueto. in Cæſare. Domeſticam diſciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeó, ſeuerèque rexit, vt piſtorem, alium quàm ſibi panem conuiuiis ſubiicientem, compedibus vinxerit. Varro in Satyra de eduliis, Si quantum operæ lumpſiſti, vt tuus piſtor bonum faceret panem, &c. Atteius Capito piſtores tantùm eos qui far pinſebant, nominatos eſſe tradit, eóſque coquere ſolitos panem toſtum lautioribus.

Piſtoticus, a, um, Idem quod piſtorius. {ἀρτοκοπικός. Ital. *Da piſtore.* Gal. *Propre ou conuenable à boulanger.* Hiſpani. *Coſa de panadero.*} Caius Iuriſconſultus, Siquis ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat, vel piſtonicas, vel hiſtrionicas, ſeruorum appellatione legaſſe hos videtur.

Piſtorius, a, um, Quod ad piſtorem pertinet. {ἀρτοκοπικός. Ital. *Di piſtore.*

Gal. *De boulanger.* Hisp. *Cosa de panadero.* } vt Ars pistoria, Opus pistorium: nomen generale ad omnia delicatiora panum genera, vt quæ saccharum, mel, oua, butyrum, caseum, vel amygdalas recipiunt: cuiusmodi erant quas placentas & mazas appellabant. Plin. lib. 18. cap. 11, Quidam ex ouis, aut lacte farinâ subigunt, butyro verò gentes etiam pacatæ ad operis pistorij genera transeunte cura.

Pistrix, huius pistricis, fœmininum à pistor, Quæ vel fruges molit, vel panem conficit. {πίθηκος, ἡ. Ital. *Formaia.* Gal. *Boulangere.* Hisp. *Panadera.* } Erat enim id apud priscos Romanos præcipuè mulierum opus, teste Plin. libro 18. cap. 11. ¶ Est item pistrix, icis, pen. genitiui prod. bellua marina ingentis magnitudinis: cuiusmodi fuisse feruntur quibus Hesione & Andromeda expositæ fuerunt. ¶ Item sydus cæleste, à quadam belluæ huius similitudine dictum. Cicero in Arato, Spiniferam subter eandam pistricis adhæsit. Ibidem, -& fera pistrix Labitur, horribiles epulas funesta requirens. Et rursum, Hanc vna stella vertuntur quam iacit ex se Pistricis spinæ valida cum luce refulgens. Et paulo pòst, Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ Inter pistricem fusæ, sparsæque videntur.

Pistura, æ, penult. prod. {ἡ ἀρτοκοπικὴ τέχνη, ἡ ἀρτοποιΐα. Ital. *Pestamento, arte da pestare.* Gal. *Pestrissure, boulangerie.* Hisp. *Panaderia, arte de majar.* } Ars pinsendi, siue (vt alij loquuntur) pisendi, hoc est frumenta tunicis suis exuendi. Plin. lib. 18. cap. 10, Pistura non omnium facilis quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula serrata, & stella intus denticulata, vt nisi intenti pinsant, (aliàs pisant) concidantur grana, ferróque frangantur. Et paulo pòst, Et ipsa quæ exaluantur, variam pisturam habent.

Pistrinum, ni, & Pistrina, næ, penult. prod. Olim dicebatur locus in quo farina molebatur: nomen habens à pinsendo, hoc est contundendo, quòd ante inuentum molarum vsum, frumenta in pila comminuerentur. { μύλων, ἀλετρεῖον. Ital. *Pistrino, molino,* Gal. *Moulin à bras ou le lieu ou on pestrit le pain.* Hisp. *Atahona, aceña ò molino.* } Deinde quamuis mutata re, manfit pistrini nomen etiam illi loco in quo molis seruorum iumentorúmve opera circumactis fruges comminuebãtur. ¶ Pistrini ité nomine postea cœpit intelligi officina in qua opera pistoria, hoc est panes delicatiores fiebant, cuiusmodi erant quas placentas & mazas appellabant. Sueto. in August. Et modò vnguentariam tabernam, modò pistrinum Aritiæ exercuisse obiicit. Terent. Andr. Verbetibus cæsum te in pistrinum Daue dedam vsque ad necem: Ea lege, atque omine, vt si te inde exemerim, ego pro te molam. Cice. 1. de Orato. Oratorem in iudicia, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbã. ¶ Per translationem accipitur pistrinum pro loco, vel re aliqua fatigationis plena, & pro opere negotioso ac molesto. Cicero de Orat. Tibi mecum erit, Crasse, in eodem pistrino viuẽdum. Hieron. in præfatione Danielis, Denique ego adolescentulus, post Quintiliani & Tullij lectionẽ, quum me in linguę Chaldaicæ pistrinum recluſissem, & multo labore vix cœpissem anhelantia stridẽtiáque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissimè in Danielem.

Pistrina, æ, fœm, gene. Idem. Plin. lib. 11. cap. 9, E siligine lautissimus panis, pistrinarúmque opera laudatissima.

Pistrilla, læ, diminutiuum à pistrino, secundum Priscianum. γρομματικόν. Nam diminutiua (inquit) quandoque diuersa sunt à genere nominum primæ positionis, sicut à scuto scultella. At Donatus à pistrina deducit: nam & id aliquando legitur. Est autem pistrilla, mola trusatilis quæ manibus versatur. Terent. in Adelph. Apud ipsum lacum est pistrilla.

Pistrinensis, pistrinense, Quod ad pistrinum pertinet. { μυλικός. Ital. *Pertinente à molino.* Gal. *Apartenant à moulin.* Hispa. *Cosa de atahona ò molino.* } Apuleius in asinum reformatus molas pistrinenses per circuitus multimios circumegisse se festiuiter scribit, describens quales essent ministri in pistrinẽsi contubernio. Suet. in Calig. cap. 39, Quicquid instrumenti veteris aulæ erat, ab vrbe repetiit, comprehensis ad deportandum mercatoriis quoque vehiculis, & pistrinensibus iumentis.

Pinsor, oris, vide PINSO, is.

PINTIA, πινθία, Oppidum Gallæcorum Lucensium in tractu Tarraconensis Hispaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Hodie (vt putant) *Valle Oletana* dicta. ¶ Pinthia vero, per th aspiratum, Siciliæ oppidum est: à quo Pinthienses populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

PINYTVS, πινύτος. Nobilis Grammaticus Romæ floruit vnà cum Epaphrodito liberto Neronis. Pausanias.

Pinus, hodie tantùm fœminini generis, olim etiam masculini: & tam quartæ quàm secundæ declinationis, Arbor est picei generis, nuces ferens omnium maximas, quas Latini pineas, Græci κάρυα vocãt. {πίτυς, ὕος. Ital. & Hisp. *Pino.* Gal. *Vn pin.* } Virg. 7. Aeglo. Fraxinus in syluis, pulcherrima pinus in hortis. Legitur & pinea, pro hac ipsa arbore. Colum. lib. 5. cap. 10, Eodem tempore iuglandem, & pineam, & castaneam serere oportet.

Pineus, a, um. Quod est natum ex pinu. {πίτινος. Ital. *Di pino.* Gal. *De pin.* Hispani. *Cosa de materia de pino.* } Plin. lib. 15. cap. 10, Pinea corona apud Isthmum victores coronabantur. Virg. 9. Aene. Pinea sylua mihi multos dilecta per annos, Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant, &c. Ouid. 2. Fastor. Februa poscenti, pinea virga data est.

Pinetum, Locus pinis consitus. {πίτυος. Ital. *Luogo dove sono molti pini.* Gal. *Vn lieu planté de pins.* Hispa. *El pinar, lugar de pinos.* } Plin. libro 17. cap. 8, Chrysolachanon in pineto lactucæ simile nascitur. Succincta pineta. Ouid. 15. Metamor. Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt.

Pinaster, Pinus syluestris, miræ altitudinis. {πίτυς ἀγρία. Ital. *Pino saluatico.* Gal. *Pin sauuage.* Hisp. *Pino syluestre.* } Plin. lib. 15. cap. 10, Pinaster nihil aliud est quàm pinus syluestris.

Pinifer, adiectiuum, Pinus ferens. {πιτυοφόρος, πιτυοφόρον. Ital. *Che porta pini.* Gal. *Qui crassent les pins.* Hisp. *Que trae pinos.* } Virgil. 10. Aeneid. -multos Vesulus quem pinifer annos Defendit.

Pio, as, are, Significat piè colere. {σέβειν. Ital. *Purgare.* Gal. *Purger.* Hispa. *Limpiar por sacrificios.* } Plaut. in Asin. Vbi piem pietatem, si isto more motatum ubi postulem placere? ¶ Quandoque contaminare, polluere. μιαίνειν. quod & Impiare dicitur: quemadmodum sacrum ponitur pro execrabili. ¶ Quandoque plè amare. Næuius apud Nonium, Nemo est qui magis suos piet liberos. ¶ Aliquando purgo, expio. ἀφοσιῶμαι, ἁγνίζω. Virg. 2. Aeneid. -& culpam miserorum morte piabunt. Huius verbi composita sunt, Expio, & Impio, quæ vide suis locis.

Piatrix, piatricis, Sacerdos expiationes peragere solita, quæ & saga, & expiatrix dicebatur, teste Festo, ἀγοδίκτια.

Piamen, inis, seu Piamentum, ti, Idem quod expiatio, vel actus expiandi, vel idipsum quo ad expiationem vtimur. {κάθαρσις, ἀφοσίωσις. Ital. *Purgatione.* Gal. *Purgation.* Hisp. *Purgacion.* } Suntautem teste Festo, dictiones magis poëticæ quàm oratoriæ. Ouid. 2. Fast. Februa Romani dixere piamina patres. Plin. libro 25. cap. 4, Hac euulsa scrobem repleri vatio genere frugum, religio est, & terræ piamentum.

Piaculum, li, Sacrificium, cultus: & quicquid agitur, seu præbetur pro satisfactione peccati, aut pro fulminis portentiue expiatione. {κάθαρμα. Ital. *Sacrificio, ogni cosa che si offerisce per la satisfattione de peccati.* Gal. *Sacrifice ou toute chose offerte pour le peché.* Hispa. *Sacrificio ò el pecado de purgar por sacrificio.* } Virg. 6. Aeneid. -ea prima piacula sunto. Horat. lib. 1. Carm. Téque piacula nulla resoluent hoc est nullis hostiis te expiabis. ¶ Aliquando dicitur crimen, flagitium. ἄγος. Virgil. Aeneid. 6, Dilsulit in feram commissa piacula mortem. Vbi Seruius, Piacula commissa, propter quæ expiatio debetur.

Piacularis, re, Quod vim habet expiandi. {ἀγνιστήριος. Ital. *Che serue à purgare tale offesa.* Gal. *Seruant à purger par sacrifice.* Hispa. *Cosa de purgar por sacrificio.* } Liu. lib. 1, Itaque vt cædes manifesta aliquo tamen piaculo ineretur, imperatum patri vt filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, &c. Plautus in Epid. Méne piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam, Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum? id est. Oportétne tuam stultitiam meis scapulis expiari? ¶ Piacularia auspicia dicebantur, teste Festo, quæ sacrificantibus tristia portendebant, quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum edidisset, aut in aliam partem corporis quàm oporteret, cecidisset. ¶ Piacularis porta, Romæ appellata ob quædam piacula quæ ibi fieri solebant, teste eodem Festo.

Piabilis, le, Quod purgari potest. {καθαρτός, ἐκκαθαρτός. Ital. *che si può purgare.* Gal. *Qu'on peut purger.* Hispa. *Lo que se puede purgar* } vt Fulmen piabile, apud Ouidius 3. Fasto. Cui dea, Ne nimium terrêre, piabile fulmen Est, ait, & sæui flectitur ira Iouis. Huius contrarium est Inexpiabile.

PION, onis, πίων. Mons est Ioniæ, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

PIONIAE, πιονίαι. Oppidum est Teuthraniæ, quæ est regio Asiæ, ad Caicum amnem, olim Mysiæ pars. Huius incolæ dicuntur Pionitæ: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Pipare, {πιπίζει. Ital. *Pipire.* Gal. *Piper comme vne geline, criser en geline.* Hispa. *Piar.* } Dicuntur gallinæ, quum vocem emittunt. Varro in Orig. Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Nonius.

Piper, piperis, πίπερι. Dioscoridi, Nomen arboris, cuius fructus condimentis aptus, & calidus, ex India ad nos adfertur. } Ital. *Pepe, pepero.* Gal. *Poure.* Hisp. *Pimienta, ò peure.* } Persius Saty. 5, Rugosúmque piper. Dicitur & piperi inuariabile, sicut gummi. Piperis arboris, vel potius fruticis, descriptionem vide apud Plin. lib. 12. cap. 7, Theophr. libro 9. cap. 21, Dioscor. lib. 2. cap. 178.

Piperatus, adiectiuum, vt Piperatum vinum. {πεπερίτης. Ital. *Mescolato con pevere.* Gal. *Poiuré.* Hispani. *A dobado con pimienta.* } quod pipere & melle conditum est. Et piperatum acetum, apud Columel. libro 12. cap. 47.

Piperitis, pen. prod. πιπερῖτις, Herba quæ & siliquastrum dicitur, caule rubro & longo, densis geniculis, foliis lauri, gustu piperis. Vide Plin. lib. 20. cap. 17.

Pipilo, as, pen. corr. Verbũ est quo passerum sonus exprimitur. {τριζίζω. Ital. *Pipire.* Gal. *Piper comme les passereaux ou poussins.* Hispa. *Piar el gorrion.* } Catullus de passere Lesbiæ, Sed circunsiliens modò huc, modò illuc, Ad solam dominam vsque pipilabat.

Pipso, pis, Proprium est vocis pullorum. {πιπίζω. Ital. *Pipire.* Gal. *Piper.* Hispa. *Piar ei pollo.* } Colum. libro 8. cap. 5, Die vndecimo animaduertat an pulli rostellis oua percuderint, & auscultet si pipiant. Sunt etiam qui hoc verbum passeribus tribuant: vt in carmine de Philomela, quod Ouidio falsò ascribitur: Pessimus at passer tristia flendo pipit.

Pipiones, Columbarum pulli: qua voce vtitur Lampridius in Alexandri vita. πιπιόνιον. Ital. *Pipioni.* Gal. *Petits pigeonneaux.* Hispa. *Palominos, pollos de paloma.*

Pipulum, li, Conuitium, tractum à pipatu pullorum. {λοιδορία. Ital. *Ingiuria.* Gal. *Iniure.* Hispa. *Injuria.* } Plaut. in Aulul. Ita me bene amet Lauerna, te iam nisi reddi Mihi vasa iubes, pipulo hic differam ante ædes. Nonius.

Pirata, tæ, {πειρατής. Ital. *Corsale, rubbator di mare.* Gal. *Pirate, larron ou escumeur de mer, corsaire.* Hispa. *Cossario, ladron de la mar.* } Prædo marinus, διὰ τοῦ πείρω, quod est transire, vel peruagari, propterea quòd maria peruagentur piratæ, vt vel in naufgantes impetum faciant, vel deprædentur insulas. Cicero 7. Verr. Istum clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. Lucan. libro 2, Omne fretum, metuens pelagi, pirata reliquit.

Piratica, cæ, substantiuum, Est ipsum piratarum exercitium. {πειρατική, πειρατεία. Ital. *Arte di corsale.* Gal. *L'estat de corsaire & escumeur de mer.* Hispani. *El arte y vida de cossarios.* } Cicero post reditum in Senatu, Profectò & egestate, & improbitate coactus, piraticam ipsam fecisset.

Piraticus, a, um, adiectiuum. Quod ad piratam pertinet. {πειρατικός. Ital. *Cosa di corsale di mare.* Gal. *De pirate, d'escumeur de mer.* Hisp. *Cosa perteneciente à cossarios.* } vt Piraticum bellum. Ibidem, Qui in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset. Idem 6. Verr. Myoparone piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romã missi. Puppis piratica, Claud. 4. Paneg. Nauis piratica. Quintil. lib. 2. cap. 14.

Piraterium, rij, πειρατήριον, Receptaculum piratarum. Dictio est Latinis scriptoribus

Universidad de Deusto

scriptoribus minimè vsitata, quare eius significatio è Græco potius lexico erat petenda.

PIRAEVS, πειραιεύς, Vulgò *Porto Leone*, dictio trisyllaba, eu diphthongum habēs in vltima. Portus est Athenarum, quadringentarum capax nauium, muro duorum millium passuum vrbi coniunctus. Statius 12. Thebaid. -trepidis stabilem Piræa nautis. Cice. ad Attic. lib. 7, Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Piræea scripserim, nō Pirææum. ¶ Dicitur & Piræus, πειραιεύς Stephano. Terent. And. Heri aliquot adolescētuli conuenimus in Piræum. Ouid. 4. Fasto Piræa eorum, pluraliter protulit, quum ait, Suuion expositum, Piræaque tuta recessu Linquit.

PIRENE, es, per i nostrum in prima syllaba, & penult. prod. πειρήνη Strabonis & Suidæ, Pons est ad radicem Acrocorinthi, non copiosus ille quidem, attamen perspicuas, potúque suauissimas habens aquas, teste Strabone libro 8. Plaut. Aulul. Interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pirenen potest. Statius libro 1. Syluarum, -licet Enthea vati Excludat Pimpæa sitim, nec conscia detur Pirene: largos potius mihi gurges in haustus, Qui rapitur de fonte tuo. ¶ Pyrene autem per y, mons est Hispanias à Gallis dirimens: de quo vide infrà suo loco.

PIRITHOVS, penult. corr. πειρίθοος, Ixionis filius fuit, non ex Nube, quemadmodum Centauri, sed ex legitima vxore. Hic certissimo amicitiæ fœdere Theseo coniunctus fuit: cuius etiam ope Centauros qui sibi Hippodamen sponsam prærripere conabantur, superauit. Mortua autem Hippodame, ira illi cum Theseo conuēnit, vt vxorem, nisi ex Ioue natam, nullam ducerent. Et quum iam Theseus Helenam Iouis & Ledæ filiam rapuisset, nec alia eo temporis nosceretur quæ Iouis esset præter Proserpinam Plutonis coniugem, ad rapiendam illam simul profecti sunt ad inferos. Verùm Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus est, quem Theseus adiuuare volens, ipse quoq; in vitæ discrimine fuit, atq; ad extremum captus, à Dite detentus est: sed postea ab Hercule liberatus, superísque restitutus. Ouidius. Et cum Perithoo fœlix concordia Theseus, &c. Horat. lib. 3, Carm. Amatorem trecentæ Pirithoum cohibent catenæ.

PIROS, πῶρος, Imbrasi filius, & Thracum princeps, profectus ad bellum Troianorum à Thoante Actolorum rege interficitur, vt scribit Homerus lib. 4. Iliad.

PISA, æ, πίσα, Ciuitas est in Elide Peloponnesi regione, iuxta Alpheum fluuium, circa quam quinto quoque anno celebrabantur certamina Ioui sacra, quæ Olympia dicebātur. Ex hac vrbe ortum traxerunt qui Pisas in Tuscia condiderunt.

Pisæus, a, um. Ouid. 2. de Arte. Ah quàm penè Pelops Pisæo concidit axe, Dum spectat vultus Hippodamia tuos. ¶ Sūt qui & in Thessalia aliam eiusdem nominis vrbē collocent, edito in colle, inter Ossam, & Olympum. Vide Strab. lib. 8.

PISAE, arum, πίσαι, Vulgò *Pisa*, Tusciæ oppidum, inter Arnum, & Auserem amnes, à Pisæis conditum Elidis populis, teste Strab. libro 5, qui Nestorem ad Ilium secuti, in reditu tempestate dissecti, alij quidem Metapontum, alij litus Tyrrhenum tenuerunt, vbi à nomine relictæ patriæ Pisas condiderunt. Ad quam originem etiam alludit Virgil. 10. Aeneid. Pisæ Alpheas cognominans. Alpheæ (inquit) ab origine Pisæ Vrbs Hetrusca solo.

PISANDER, πίσανδρος. Camireus (Camirus autem ciuitas est Rhodi) Eumolphi tempore, Poëta (vt nonnullis placet antiquior Hesiodo. ¶ Pisander alter Lyaonius, sub Alexandro Mammeæ, versificator scripsit variā historiam. ¶ Pisander tertius, Nestoris filius. Autor Suidas.

PISAVRVS, πίσαυρος, Fluuius Vmbriæ, à quo vicinum oppidum Pisaurum appellatum est, teste Plin. lib. 3. cap. 14. Seruius existimat Pisaurum dictum ab eo quòd aurum ab iis qui Romæ in Capitolio obsessi rum dictum ab eo quòd aurum ab iis qui Romæ in Capitolio obsessi rum erant, persolutum, ibi à Camillo receptum fuerit & appensum. Verùm illud quum appenderetur, interuentu Camilli in ipsa vrbe fuisse receptum. Gallis præter eos qui fuga dilabebantur, ad internecionē cæsis.

Piscis, huius pisces, Animal quod in aquis degit, & propriè quod tegitur squamis, vt ex Plinio apparet lib. 9. cap. 12. ἰχθύς. Italicè & Hispanicè, *Pesce*. Gal. *Poisson*.} Omnia autem in aquis degentia, genetali nomine aquatilia dicuntur. Aquatilium (inquit) tegumenta plura sunt: alia corio & pilis teguntur, vt vituli, hippopotami: alia corio tantùm, alia corio & pilis teguntur, vt vituli, hippopotami: alia corio tantùm, vt delphini: cortice, vt testudines: filicum duritia, vt ostreæ, & conchæ: vt delphini: cortice, vt testudines: filicum duritia, vt ostreæ, & conchæ: crustis, vt locustæ: crustis & spinis, vt echini: squamis, vt pisces. Virgil. crustis, vt locustæ: crustis & spinis, vt echini: squamis, vt pisces. Virgil. 5. Aegloga, Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. Idem 4. Georg. -magnum qui piscibus æquor. Et iūcto bipedum curru metitur equorum. Ouid. 10. Metamorph. Tertius æquoreis inclusum pi- scibus annum Finierat. Horat. 4. Carm. Ode 3, O mutis quoque piscibus Donatura cygni, si libeat, sonum. Terent. in Adelph. -pisces ex sententia Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur cautio est. Cice. 2. de Natu. deor. Et si pisces, vt aiunt, ova quum genuerūt, relinquunt: facilè enim illa aqua & sustinentur, & fœtum fundunt. ¶ Magis mutus quàm piscis, hyperbole prouerbialis de vehementer infantibus atque nequam est nisi recens, prouerbio dicitur in hospitem, aut vulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus, cæterùm ante triduum exactum putet. Plautus, Quasi piscis, itidem est amator lenæ: nequam est nisi recens. Vide Chiliades Erasmi. ¶ Pisces pro signo cæleſti. Virgil. 4. Georg. Aut eadem sydus fugiens vbi piscis aquosi Tristior hybernas cælo descendit in vndas. Colum. lib. 11. cap. 2, Quarto nonas Septembris Piscis Austrinus definit occidere.

Pisciculus, diminutiuum. ἰχθύδιον Ital. *Pesce picciolo*. Gal. *Petit poisson*. Hisp. *Pequeño pesce*.} Terent. in Andr. Etiam puerum inde abiens conueni Chremis, Olera, & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam sent. Varro 3. de Re rust. cap. 5, E quo riuus peruenit in duas quas dixi piscinas ac pisciculi vltro ac citro commeant.

Piscari, Est pisces venari. ἁλιεύειν, ἁλιεύεσθαι, ἁλιεύειν. Ital. *Pescare*. Gal. *Pescher*. Hispani. *Pescar*.} Plinius libro 19. cap. 1, Retia in piscando durantia. Cice. 3. Offic. Tum Pythius piscatores ad se conuocauit, ab iis petiuit vt ante suos hortulos postera die piscarentur. ¶ Piscari in aëre, prouerbium est, idem significans quod operam ludere. Plaut. Asin. Iubeas vna opera me piscari in aëre. Ex quo fit compositum Expiscor, de quo alibi.

Piscatus, tus, Idem quod piscatio, siue actus piscandi.} ἁλιεία, ἀλίευσις. Ital. *Pescagione*. Gal. *Peschement, pescherie*. Hispa. *Obra de pescar*.} Plinius, Quos venatus, aucupia, piscatúsque alebant. Plaut. in Rudente, Piscatum hamatilem saxatilémque aggredimur. Plinius lib. 6. cap. 22, Esse in piscatu voluptatem, testudinum maximè.

Piscator, oris, verbale, Qui piscatur. ἁλιεύς. Ital. *Pescatore*. Gal. *Pescheur*. Hisp. *Pescador*.} Cice. 3. Offic. Piscatores ad se conuocat. Ouid. 14. Metamor. Miles erat gladio, piscator arundine sumpta. Terent. in Eunuc. Coqui, fartores, piscatores, aucupes, &c.

Piscatrix, verbale fœminini generis.} ἁλιεύτρια, ἡ ἰχθυολήψ. Ital. *Pescatrice*. Gal. *Pescheresse*. Hispa. *Pescadora*.} Plin. lib. 9. cap. 42, Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix vocatur.

Piscatorius, a, um. Quod ad piscatorē pertinet.} ἁλιευτικός, ἁλιευτικός. Ital. *Da pescatore*. Gal. *De pescheur, appartenant à pescheur*. Hisp. *Cosa para pescador*.} vt, Nauis piscatoria, apud Cæsarem 2. belli Ciuil. & Ludi piscatorij, qui fiebant pro quæstu piscantium. Piscatoria linea, Plinius lib. 24. cap. 9. Piscatorium forum, Colum. lib. 8. cap. 17.

Piscarius, a, um. Idem quod piscatorius. ἁλιευτικός. vt. Hamus piscarius, Plaut. in Stich. Arundinem fert, sportulámque, & hamum piscarium. ¶ Piscarium forum. Plaut. Curc. Symbolorum collatores apud forum piscarium. Piscaria copia, abundantia piscium. Plaut. Casi.

Piscarius, piscarij, substantiuum. Qui pisces vendit. ἰχθυοπώλης. Ital. *Venditore di pesci*. Gal. *Vendeur de poisson*. Hisp. *Vendedor de pesces*.} Varro, Inter piscarios nemo vendebat. Cetarius, idem: quanuis Cetarij potius sint qui marinos pisces maiores vendunt.

Piscaria, riæ. Locus vbi pisces venduntur. ἰχθυοπωλεῖον. Ital *Pescaria*. Gal. *Peschere*. Hisp. *Pescaderia*.} Varro, Nullus in piscaria piscis erat.

Piscosus, sa, sum. Idem quod piscolentus, hoc est piscibus abundans. ἰχθυώδης, ἰχθυηρός. Ital. *Pieno di pesci*. Gal. *Plein de poissons*. Hispani. *Lleno de pesces*.} Martia. lib. 10. Illic piscoso modò vix educta profundo. Ouid. 2. Fasto. Est propè piscosos lapidosi Cratidis amnes Putuus ager. Idē 2. de Arte, Cinctáque piscosis Astypalæa vadis.

Pisculentus. Idem quod piscosus, hoc est piscibus abūdans ἰχθυώδης. Cato. Fluuium magnum, pulchrum, piscolentum. Plaut. in Rud. Neptuno has ago meo patrono gratias, qui salsis Locis incolit piscolentis.

Piscinæ, penult. prod. Lacus & stagna ab initio dicta sunt, in quibus viui pisces coërcebantur. ἰχθυοτροφεῖα. Ital. *Peschiera, piscina*. Gal. *Viuier ou estang ou boutique à poisson, piscine*. Hispani. *Estanque do se crian pesces, Viuar*.} Varro lib. 3. de re Rust. cap. 3, Piscinas voco eas quæ in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad villam. Martialis, Piscina rhombum pascit, & lupos vernas. Alio nomine viuaria vocantur. Plin. lib. 9. cap. 17, Nec in piscinis, viuariisque crescunt. Sed quoniam in piscinis natare etiam solebant, inualuit consuetudo, vt omnes in hunc vsum collectæ aquæ, siue frigidæ, siue calidæ, piscinæ dicantur. κολυμβήθρας. videntúrque à piscibus dici, quanuis in his nihil piscium sit: nisi quis inde dictas malit, quòd homines piscibus natando similes fiant. Cicero, Latiorem (inquit) piscinam voluissem, vbi iactata brachia nō offenderentur. Plin. Iunior Epist. lib. 6, Si natare latius, aut tepidius velis, in area piscina est, in proximo puteus ex quo possis rursus abstergi. Eædem & natationes appellantur. ¶ Piscinæ pecorum. Colum. lib. 1. cap. 5, Hæc quoq; si deficient, & spes arctior aquæ manantis coëgerit, vastæ cisternæ hominibus, piscinæque pecoribus instruantur colligendæ aquæ tandem pluuiali. ¶ Quinetiam vasa ligneа ampliora ad tenēdum aquam piscinæ vocantur. Gallicum vulgus *cuues* vocat. Plinius, Decoquitur in aqua, & in piscinas ligneas funditur.

Piscinalis, piscinale. Quod est piscinæ, vel quod ad piscinam pertinet. ἰχθυοτροφεῖακός. Ital. *Pertinente à peschiera, à piscina*. Gal. *Appartenant à estang ou viuier*. Hispa. *Perteneciente à estanque ò viuar*.} Vnde apud Palladium, piscinales cellæ leguntur.

Piscinarius. Qui piscinas piscibus refertas habet, vel qui piscibus alendis delectatur. ἰχθυοτροφεῖακὸς ἀνήρ. Ital. *chi ha pisime da pesci, ò qui si diletta di pescare*. Gal. *Qui a boutique ou estang de poissons, ou qui se delecte a ces choses*. Hisp. *El que tiene estanque ò viuar, ò que ama de pescar*.} Vnde Cice. ad Attic. lib. 1, Lucullum & Hortensium piscinarios appellat. Mihi verò vt inuideant piscinarij nostri, aut scribam ad te aliàs, aut in cōgressum nostrum reseruabo.

PISENOR, πείσηνωρ. Centaurus, Ixionis & Nubis filius, apud Ouidium 12. Metamor.

PISEVS, πισεύς, Nomen viri Tyrrheni qui tubæ inuentor fuisse creditur. Autor Plin. lib. 7. cap. 56.

PISIDIA, æ, πισιδία, Asiæ regio, Lycaoniæ, Isauriæ, & Pamphyliæ finitima, cuius oppida enumerantur. Selga, Sagalassum, Petneliſſum, Adada, Sirias, Cremna, & alia nonnulla. Huius regionis populi, Pisidæ, πισίδαι appellantur, antea Solymi dicti, teste Plin. lib. 20. cap. 27. ¶ Prima & secunda dictionis huius syllabæ corripiuntur. Claud. libro 2. in Eutrop. Finibus obliquis Lydi, Pisidæque feroces. Priscianus tamē in Perihegesi (modò emendata sit lectio) vtranque produxit, quum ait, Post hos Pisidūm pinguissima rura colūntur.

PISISTRATVS, πεισίστρατος, Hippocratis filius, Athenarum tyrannus, clarus genere, eloquentia verò tanta, vt ea deliniti Athenienses libertate qua nihil chatius habebant, se sponte exuerent, illiúsque facundiæ sanctitatem Solonis qui numen fuerat ciuitatis, posthaberent. Artes liberales maximè fouit: bibliothecā primus Athenis publicauit, quam Xerxes vrbe potitus, ad Persas transtulit. Eam deinde multis pòst annis Seleucus Nicanor restituendā curauit: Homerus eius iussu in eum ordinē, qui nunc, est redactus. Regnauit annos triginta tres, quo tempore Seruius Tullius Romæ, vt autor est Gellius. Plura de hoc, & quibus artibus tyrannidem adeptus sit, vide apud Iustinum Trogi abbreuiatorem lib. 1. & eodem lib. apud Herod. ¶ Pisistratus alter, Latissæus historicus commemoratur à Suida. ¶ Pisistratus alius, filius fuit Nestoris

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtoris & Eurydices, quem pater dedit in ſocium Telemacho Vlyſſis filio volenti ire Lacedæmonem interrogaturus Menelaum nunquid de Vlyſſe aliquid ſciret.

PISONES, πίσωνες, Appellati ſunt quidam Romani nobiles, quòd optimè piſa ſererẽt, quemadmodum Lentuli à lente, Fabij à fabis, Ciceroues à cicere optimè ſerendo nomen acceperunt. Fuerunt autem Piſones ex gente Calphurniorum, quæ ad Calphurnium Numæ filium originem ſuam referebat, teſte Feſto. Vnde etiam Horat. in Arte poëtica, Piſones Pompilium ſanguinem appellauit.

Piſo, is, piſi, piſere. Budæo ſignificare videtur quod Græcis πτίσσειν, hoc eſt purgare, decorticare, quod pinſendo fit in hordeo, & aliis frugibus. ¶ Ital. *Mondare, leuar la ſcorza.* Gal. *Purger, oſter l'eſcorce.* Hiſpa. *Alimpiar, quitar la corteza.* ¶ Plin. lib. 18. cap. 10, Vt niſi intenti piſant, concidantur grana. Varro de Re ruſt. Alij ficum & uuam paſſam quum piſerint, affundunt ſapam.

Piſo, as, Idem. Varro 1. de Re ruſt. cap. 63, Far quod in ſpicis condideris, per meſſem hyeme promendum eſt, vt in piſtrino piſetur ac torreatur.

Piſſaſphaltus, πισσάσφαλτος, Medium quiddam eſt inter picem, & bitumen, (vt ex ipſo ſtatim nomine apparet) naturaliter in Apolloniatarum agro proueniens: quanquam & arte fiat, pice cum bitumine miſta præcipuum ad pecorum ſcabiem remedium. Autor Plinius libro 24. cap. 7.

Piſſelæon, Oleum ex picei genetis materia excoctum. πισσέλαιον, quanquam & ex cedro maiore, quam cedrelaten vocant, fieri docet Plin. lib. 24. cap. 5, Cedrus (inquit) magna, quam cedrelaten vocant, dat picem quæ cedria vocatur, dentium doloribus vtiliſſimam. Deinde ſubdit paulo póſt, Fit & ex ea oleum, quod piſſelæon vocant, vehementioris ad omnia eadem vſus.

Piſſoceron, πισόκηρον, Secundum mellificij fundamentum ex cera & pice, ſiue gummi reſináve conſtructum. Plin. libro 11. cap. 7, Prima operis fundamenta comoſim appellant periti, ſecunda piſſoceron, tertia propolin.

Piſtacium, ¶ πιστάκιον. Ital. *Peſtacchio.* Gal. *Vne ſorte de noix en Syrie, ſemblables à noix de pin.* Hiſpani. *Alhocigo fruto.* ¶ Nucis genus apud Alexandriam Ægypti, & Berrhœam Syriæ copioſiſſimè proueniens, parum quidem nutriens, cæterùm ad hepar roborandum, & ſuccos in viis eius infarctos expurgandos in primis vtile. Autor Gal. libro 2. de Alimentorum facultate.

Piſtillum, li, Inſtrumentum quo in mortario quippiam tunditur. ¶ ὕπερον. Ital. *Piſtello da mortaio.* Gal. *Vn pilon à broyer ou piler en vn mortier.* Hiſpa. *Majadero ò majuello.* ¶ Plautus in Aulu. Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Colum. libro 12. cap. 55, In mortarium nouum aut bene emundatum conijcito, & piſtillis conterito.

Piſtolochia, πιστολοχία, Quartũ Ariſtolochiæ genus, tenuius quàm clematitis, denſis radicis capillamẽtis (vnde & polyrrhyzos nominatur) iunci plenioris craſſitudine odorem habens, vt reliquæ Ariſtolochiæ ſpecies, medicatum. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

Piſtor, vide PINSO, pinſis.

PISTORIVM, πιστόριον Ptolemæo, ciuitas mediterranea Tuſciæ inter Florentiam & Lucam: cuius meminit Plinius libro 3. cap. 5. Vulgò *Piſtoia.*

Piſtrinum, Piſtrix, vide PINSO, pinſis.

PISTRIS, huius Piſtris, fœm. gene. Nomen nauis apud Virgil. lib. 5. Aeneid. -partem roſtro premit æmula Piſtris. Et paulo póſt, Sic Mneſtheus, ſic ipſa fuga ſecat vltima Piſtris Aequora. Sunt qui ſcribãt Piſtrix: quos Seruius errare innuit, ſic inquiens, Si nauẽ intelligas, hæc Piſtris, huius Piſtris, facit: ſi de belua, hæc piſtrix, piſtricis. Hæc Seruius in illud Virgil. 3. Aeneid. Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus, poſtrema immani corpore piſtrix. Quæ tamen omnino vera non arbitror. Germanicus certè in Arat. pro ſidere cæleſti (quod proculdubio à belua marina nomen habet) Piſtrini dixit, Diuerſè poſita & Boreæ vicina legenti Auſter Piſtris agit duo ſidera, perlegit vnum: Nanque Aries ſupra Piſtrini Piſcéſque feruntur, Belua ſed Ponti non multum præterit amnem. Non deſunt tamẽ qui in omnibus hiſce locis Priſtin legere malint, nimirum δὸν ἢ πρίστις καὶ κήτους, hoc eſt à ſecandis fluctibus.

Piſum, ſi, Genus leguminis, cuius caules ſparguntur in terram niſi habeãt adminicula. ¶ λάθυρος, καὶ πίσον. Ital. *Biſo.* Gal. *Vn pois.* Hiſp. *Vn cierto genero de arueias.* ¶ Colu. libro 2, Similis quoque ratio eſt piſi, quod tum facilem, & ſolutam terram deſiderat. Plinius lib. 18. cap. 12, Piſum in apricis ſeri debet frigorum impatientiſſimum. Hinc Piſones dicti, de quibus ſuprà.

PITANE, ſiue Pitana, πιτάνη, Vrbs Aeolidis in Aſia, non procul à Caici fluminis oſtio: quæ portus duos habuit. Ab hac Pitanæi, πιτανᾶοι, & Pitanitæ πιτανῖται, nominantur. In hac vrbe Arceſilaus Academicus natus eſt, qui cum Zenone apud Polæmonẽ philoſophiæ operam dedit. Plin. 35. cap. 14. autor eſt, circa Piranam lateres fieri ſolitos, qui ſiccati in aqua non mergebantur, eo quòd fierẽt ex terra quadam pumicoſa. Corripit autem hoc nomẽ penultimam ſyllabam. Ouid. lib. 7. Metam. Aeoliam Pitanen à leua parte reliquit, &c. ¶ Eſt & Pitane, Laconiæ oppidum, teſte Plin. lib. 4. cap. 5, cuius incolæ Pitanatæ dicuntur, teſte Hermolao in locum Plinij iam citatum.

Pithecium, πιθήκιον, Apud Græcos diminutiuum eſt τοῦ ἢ πίθηκος, quod illis ſimiam ſignificat. Vnde Plaut. in Milite, quum mulierem deformem ſignificare vellet, pithecium appellauit, Aedepol equidem Bellula eſt. PAL. pithecium hæc eſt præ illa, & ſpinthurnicium.

PITHECVSA, æ, vel Pithecuſæ, arum, πιθηκοῦσσαι Stephano, Inſula eſt Campano litori adiacens, non procul à Neapoli, ab Homero Inarime dicta, à Latinis etiam Aenaria, à ſtatione nauium Aeneæ. Dicta Pithecuſa, non à ſimiarum copia, vt Poëtæ fabulantur, ſed à figulinis doliaribus, teſte Plin. lib. 3. cap. 6, πίθοι enim Græci dolia vocant. Habet autem hæc inſula in vertice oppidum eiuſdem nominis. Ouid. 14. Metamor. -ſterilique locatas Colle Pithecuſas.

PITHEVS, vide PITTHEVS, geminato t.

PITHO, ûs, πείθω. Perſuaſionis dea à veteribus credita eſt, quam Ennius Suadam, Horatius Suadelam appellauit. ¶ Accipitur & pro ipſa perſuadendi vi, quæ animum auditoris quocunque viſum fuerit inflectit: vnde & Græci ψυχαγωγίαν, noſtri flexanimam appellarunt. Pitho autem dicta eſt à verbo Græco πείθω, quod eſt perſuadeo.

PITHODEMVS, pen. prod. πιθόδημος. Luctator egregius, cum imaginem Dinomenes ex ære expreſſit: vt tradit Plin. lib. 34. cap. 8.

PITHODICVS, πιθόδικος, Argenti cælator inſignis fuit, teſte Plinio libro 34. cap. 8.

Pithœgia, æ, πιθηγία. Feſtum erat Dionyſij, tota Græcia celebratũ, quo dolia relinebant: vnde & nomen accepit, quaſi τῶν πίθων ἀνοιγή.

PITHONOS COME, πίθωνος κώμη. Locus eſt in Aſia, in campis patentibus, vbi primo aduentus ſui tempore ciconiæ congregantur, & eam quæ vltima aduenerit, lancinant vniuerſæ, atque ita abeunt. Plin. libro 10. cap. 23.

Pitiſſo, ſas, Parum vini paulatim, & quaſi tẽtandi gratia guſto. ¶ ἀκρατίζομαι. Ital. *Aſſaggiare il vino.* Gal. *Gouſter peu à peu, humoter.* Hiſp. *Beuer poco à poco, guſtar el vino.* ¶ Terent. in Heaut. Nam vt alia omittam, pitiſſando modò mihi Quid vini abſumpſit? ſic hoc dicens, Aſperum, Pater hoc eſt, aliud lenius.

Pittacium, cij, apud Celſum lib. 3. cap. 10, accipitur pro modico panno qui aliquo medicamento illitus modò præcordiis, modò capiti dolenti imponi ſolet ad mitigandum cruciatum.

PITTACVS, pen. cort. πιττακός, Philoſophus Mitylenæus, vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, qui ex Leſbo tyrannum Melanchrum depulit: & certantibus Athenienſibus atq; Mitylenæis dux in bello factus, Phrynonem Athenienſium ducem ſingulari certamine interfecit. Huius illud, Prouidere oportet ne caſus veniant, ſi forte venerint, æquo animo tolerate. ¶ Fuit alter Pittacus legiſlator (vt Fauorinus & Demetrius in homonymis meminere) qui minor eſt appellatus. Aelianus de varia hiſtoria, Pittacum quendam commemorat qui de mola piſtrina encomium conſcripſit, vt in paruo argumento vim dicẽdi oſtentaret. Idem de ſapiente dicit, eum in templo Fortunæ ſcalas conſtituiſſe, vt quãdam iis humanæ vitæ imaginem exprimeret, in qua alij ad ſumma honorum faſtigia conſcẽdunt, alij ex ampliſſima dignitate in ſummas deſcendunt calamitates.

PITTHEVS, ei, πιτθεύς, Theſei auus maternus, qui Trœzenæ regnauit: de quo vide Plutarchum in vita Theſei. ¶ Hinc Pittheis, πιτθίς, patronymicum fœmininum: & Pittheius, a, um, adiectiuum. Ouid. in Epiſt. Hîc tecum Trœzena colam, Pittheia regna.

Pituita, tæ, penult. prod. ¶ Ital. *Flegma, pituita.* Gal. *Flegme ou fleume, catarrhe.* Hiſpa. *La flema humor.* ¶ Vnus ex quatuor humoribus corpus animalis conſtituentibus, qui à Græcis φλέγμα dicitur. Medici definiunt eſſe ſanguinem imperfectè coctum. In quibus autem humor hic abundat, tardiuſculi ſunt, teſte Ariſtotele, diſciplinæque apprehendendæ parum idonei. Diuiditur autem pituita apud Medicos, in naturalem quæ dulcis eſt, ſiue potius ἄοσμος, hoc eſt ſaporis expers, quæ vnà cum ſanguine in venis permiſta, alit partes humidas & frigidas, quale eſt cerebrum: & in non naturalem, quæ rurſus diuiditur in acidam quæ ſummè cruda eſt, defectúque caloris aceſcit: & in ſalſam, ex pituita dulci putreſcente natam. Impropriè item pituitæ nomen latius extendimus, vt etiam eo nomine excrementa eius intelligamus: qualis eſt mucus, modò per nares ſeſe euacuans, modò in aliam corporis partem decumbẽs. Huius rurſus quatuor ſunt ſpecies, aquea, mucoſa, vitrea, & gypſea. Producit autem hoc nomen penultimam ſyllabam. Horatius libro 2. Satyr. 2. Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachóque tumultum Lenta feret pituita. ¶ Pituita interdum etiam accipitur pro morbo ex pituitæ fluxu nato, quo etiam gallinæ infeſtantur. Colum. lib. 8. cap. 5, Sed iam validioribus factis, atque ipſis matribus etiam vitanda pituitæ pernicies erit. ¶ In arboribus item pituita nominatur humor lentus ex iis effluens. Plin. libro 17. cap. 27, Defluens pituita abſtergetur.

Pituitoſus, a, um, qui Græcè dicitur plegmaticus. ¶ φλεγματικός. Ital. *Flegmatico, catarroſo.* Gal. *Flegmatique, catarrheux.* Hiſp. *Flematico.* ¶ Cic. lib. 1. de Fato, Inter locorum naturas quantum interſit videamus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis eſſe pituitoſos, & quaſi redundantes, in aliis exiccatos atque aridos.

Pituitaria, æ, Herba eſt quæ à Dioſcoride περὶ ἀγρίας appellatur, à quibuſdam pediculatis dicta. Medetur pituitæ incommodis: vnde nomẽ accepit. Autor Plin. lib. 23. cap. 1.

Pityliſma, matis, πιτύλισμα. Genus exercitationis, maximè quidem velox, ſed citra intẽtionem, violentiámque. A πιτύλιζειν, quod eſt (vt inquit Galen. libro 2. de Tuend. bona valetud.) quum quiſpiam ſummis pedibus ingrediens, manus protendit, ocyſſimè mouens alterã retrorſum, alteram prorſum. Quo potiſſimùm exercitij genere ad parietes ſe exercent, vt ſicubi lapſentur, apprehenſo mox pariete, facilè reſurgant: atque ita & lapſus euitant, & ipſa fit exercitatio imbecillior. Vide Politianum Miſcellaneorum cap. 38.

Pityocampæ, ¶ πιτυοκάμπαι. Ital. *Verme di pino.* Gal. *Chenilles de pin.* Hiſpa. *Guſanos de pino, ò delas piñas.* ¶ Vermes à pinu arbore naſcentes, venenato, nec diſſimili à bupreſtis morſu. Plin. lib. 23. cap. 2, Vſus contra cantharidas, bupreſtin, pinorum erucas, quas pityocampas vocant. πίτυς Græcis pinus eſt, & κάμπη eruca, hoc eſt vermiculus qui olera depaſcitur.

Pityonices, vide PYTHIONICES.

Pityrias, πιτυρίας, Græcis panis genus eſt, cui nihil furfuris ademptum eſt, quem noſtri furfuraceum vertunt. Nam πίτυρον Græci furfur appellant.

PITYVSAE, πιτυοῦσαι, Inſulæ duæ ſunt in mari Balearico, à pineorum fruticum vbertate dictæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 5, Ex his quæ maior eſt, Ptolemæo Ebuſus: quæ minor, Ophiuſa, hoc eſt Colubraria appellatur. Plinius tamen vtranque, Ebuſum videtur appellare: & Ophiuſam, inſulam ab hiſce diuerſam facere. ¶ Eſt item Pityuſa, inſula è regione Ioniæ ſita, quæ notiore nomine Chios appellatur, teſte Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Eſt & alia eiuſdem nominis inſula in ſinu Argolico, ex aduerſo Hermioni agri teſte eodem Plin. lib. 4. cap. 12.

Pius, vide PIETAS.

Pix, Propriè est quæ ex picei generis & præcipuè tedæ materia igni excoquitur: differtque à resina, quæ sponte exudat. {πίσσα. Ital. *Pece.* Gal. *De la poix.* Hisp. *La pez.*} Quomodo autem excoquatur pix, docet Plin. lib. 16. cap. 11, his verbis, Lignum tedæ concisum, furnis vndique igni extrà circundato terra, vt primus sudor aquæ modo fluat in canali. Hoc in Syria cedrium vocatur: cui tanta vis est, vt in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur. Sequens liquor crassior iam picem fundit. Hæc Plinius.

Pico, as, verbum, quod est pice illino. {πισσόω. Ital. *Impegolare, impecciare.* Gal. *Poisser, enduire de poix.* Hisp. *Empegar con pez.*} Plin. lib. 11. cap. 17, Piscocetos super eam venit picantium modo ceu dilutior.

Picatus, ta, tum, Pice illitus. {πισσωτός. Ital. *Impegolato, impecciato.* Gal. *Poissé, enduit de poix.* Hisp. *Empegado.*} vt Dolium picatum, nauis picata. Vinum verò picatum dicitur quod pice conditum est. Solebat enim musto in primo fetuore (qui ferè nouem diebus peragitur) pix aspergi, vt odor vino conciliaretur, & quoddam saporis acumen. Quæ de re vide Plin. lib. 14. cap. 20. Fuit & vini picati genus in agro Viennensi, sponte naturæ picem resipiens: quod & Plinius memoriæ prodidit lib. 14. cap. 1, Iam (inquit) inuenta vitis per se in vino picem resipiens, Viennēsem agrum nobilitans.

Picatus, Idem quod picatus. Martia. lib. 8, Ne cōtemne caput, nihil est furacius illo, Non fuit Autolyci tam picata manus. Vide suprà.

Pixacanthum, (quod hîc alieno loco erat infertum,) vide PYXACANTHVM.

P ante L.

Placabilis, Placabilitas, Placamen, Placamentum, Placatio, Placatus, Placate, vide in verbo PLACO, as.

Placenta, Panis siue libi genus quod citra fermentum in furno coqui consueuit, ex farina ferè constans siliginea, caseo & melle adiecto: quanquam & innumeris penè aliis modis confici solet. {πλακοῦς. Ital. *Focaccia, torta.* Gal. *Galleau, torteau ou tarte.* Hisp. *La torta hecha en cierta manera.*} Nomen habet ἀπὸ τῆς πλακοῦς, quòd facilius posset percoqui, tenue admodum fiebat & latum, crustarum imaginem duritiámque referens. Plin. lib. 7. cap. 53, A. Manlius Torquatus Consularis, quum in cœna placentam appeteret, &c. Horat. lib. 1. Epist. 10, Pane egeo, iam mellitis potiore placentis.

PLACENTIA, Πλακεντία, *Placentia*, Ciuitas Galliæ Togatæ, ad Trebeiam amnem, in Padum influentem.

Placentinus, Πλακεντῖνος, possessiuum: vt T. Tinea Placentinus, apud Cic. de Clar. Orat.

Placeo, ces, cui, citum, Gratus sum, arrideo. {ἀρέσκω. Ital. *Piacere.* Gal. *Plaire.* Hisp. *Aplazer.*} Plaut. in Amphit. Apage, non placet me hoc noctis esse, cœnaui modò. Plin. lib. 12. cap. 7, Mirum est, longum piper sola amaritudine placere. Ouid. 4. Trist. Eleg. 3, -omni tibi dote placebā. Idem 2, Amor. Eleg. 4. Illa placet gestu. ¶ Huius contrarium est Displiceo, ἀπαρέσκω. Cicero pro Domo sua Nónne fieri poterat vt populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantiis displiceret? ¶ Placet, ferè in tertiis personis ponitur pro videtur, censet, est eius opinionis. Cic. lib. 1. ad Lent. Itaque postridie placuit, vt breuiter sententias dicerēmus. Idem 1. de Diuin. Vt doctissimis, sapientissimísque placuit. ¶ Aliquando efferri, gloriari, & confidere. ἐγκωμιάζομαι, ἐυδοκεῖν. vt, Ego placeo mihi, Tu places tibi, Ille placet sibi. Quintilianus, Placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, si mihi idem inuidere nō expedit, pares sumus. Ouid. 2. Metamor. -adimam tibi nāque figuram, Qua tibi, quisque places nostro importuna marito. ¶ Hinc etiam Complaceo, Displiceo, & Perplaceo, de quibus suis locis.

Placitus, a, um, participiū. Quod placuit. {ἀρέσκων. Ital. *chi ha piaciuto.* Gal. *qui a plen.* Hisp. *El que aplazo.*} Terēt. in Prolo. Hecyræ. Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt. Ibidem, Et quæ vobis placita cōditio est, datur. Ouid. Epist. 16, Est virtus placitis abstinuisse bonis.

Placitum, ti, nomen, significat consensum, & decretum: quòd quæ decreta sunt, ea sic Senatui, vel maioribus placuisse videntur. {ψήφισμα, δόγμα. Ital. *Piacimento, ordinatione, statuto di vn senato.* Gal. *Ce qui a plen, ordonnance, decret, arrest.* Hisp. *Plazo, decreto.*} Plin. libro 29. cap. 1, Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum transiliuit, delentem cunctorum maiorum placita, & rabie quadam in omnes eius æui medicos perorantem. Idem lib. 14. cap. 22, Medicorum placitis nouitate aliqua sese commendantium.

Placendus, adiectiuum nomen vsurpauit Plaut. in Trinu. -si illa (inquit) tibi placet, Placenda dos quoque est, quam dat tibi. Id est debet placere, & accepta esse tibi.

Placito, as, frequentatiuum. πολὺ ἀρέσκω. Plautus in Bacch. Neque placitant mores.

PLACIA, πλάκη Stephano, Mysiæ oppidum à tergo habens Olympum montem, qui Mysus cognominatur. Plin. lib. 5. cap. viti.

Placidus, a, um, Mitis, sedatus: quòd illa quæ quieta sunt, omnibus placent. {πρᾷος, ἥμερος. Ital. *Piacenole, piacido, dilettenole.* Gal. *Paisible & doux, amiable.* Hisp. *Plazentero, cosa que aplaze.*} Terent. in Adelph. Ille semper egit suam vitam in otio, in conuiuiis, Clemēs, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Donatus, Clemens est circa rectè agentes, Placidus etiam circa delinquentes. Clemens animo, Placidus vultu. Terent. ibidem, Quum ferult maximè, tam placidum, quàm ouem. Terent. ibidem, Quum ferult maximè, tam placidum, quàm ouem tu. Horat. in Arte, Sed non, vt placidis coëant immitia. ¶ Arbor placida, cui fylueſylueſtris opponitur. Plin. libro 16. cap. 5, Præterea sunt aliquæ syluestres, aliæ placidiores, quæ cultæ obtinent. Cælum placidum, hoc est stres, aliæ placidiores, quæ cultæ obtinent. Cælum placidum, hoc est serenum, & tranquillum. Sil. lib. 12, -nec placido commota tonitrua sereno, & tranquillum. Sil. lib. 12, -nec placido commota tonitrua serenum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facere plagam, Infligere plagam, Imponere plagam, Iniicere plagam, Perferre plagas. ¶ Transfertur & ad arborum inciſiones, è quibus ſuccus profluit. Plin.lib.12.cap.25, Succus è plaga manat.

Plagæ, arum, priore correpta, Retia dicuntur rariora ad capiendas feras, quòd plagis, id eſt foraminibus plena ſint. ζ ἄγρευς. Ital. *Rete da prendere animali ſelvatichi.* Gal. *Rets à prendre bestes sauuages, filets.* Hiſpani. *La red de grandes mallas.* ζ Cice.libro 3. Offic. Sūtne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiamſi excitaturus non ſis? Virgil.4.Aeneid.Retia rara, plagæ, lato venabula ferro. Vbi Seruius ſcribit, plagas proprie illos funes dici quibus retia tenduntur circa imam & ſummam partem. Hac in ſignificatione dicimus, Incidere in plagas, pro eo quod eſt incidere in inſidias. Cic.2.Verr. In illas plagas incidendum eſt. ¶ Plagas item in cæli, terræve diuiſione dicuntur ſpatioſiores quidam tractus, qui modò climata, modò zonæ appellantur. Ouid.1.Metamor. -totidémque plagæ tellure premuntur. Cice.2.de Diuin. Quod eſt ante pedes nemo videt, cæli ſcrutantur plagas. Virgil.Aeneid.7, -ſiquem tellus extrema refuſo Submouet Oceano, & ſiquem extenta plagarum Quatuor in medio diremit plaga ſolis iniqui. ¶ Hoc item nomine veteres appellabant linteum lecti tegmen, amplum, & candidum, quod poſtea lecticariam ſindonem, & torale appellarunt. Varro de Vita pop.Rom. vt citat Nonius, Chlamydes, plagæ, vela, vaſa aurea. Idem, Eburneis lectis, & plagis ſigillatis.

Plagula, diminutiuum, quod pro varia ſignificatione primitiui diuerſa itidem ſortitur ſignificata. Modò enim exiguū vulnus ſignificat: modò minores caſſes: modò etiam paruam ſindonem quæ lecto inſternitur. ἐσκεπασμένον. Liu.9.bel.Maced. Inde primum lectos aratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, &c.

Plagiarius, rij. Qui hominem quem ſcit liberum eſſe, emit, venditve, aut pro ſeruo tenet: vel qui ſeruo aut ſeruæ perſuadet vt à domino, dominóve fugiat: vel eum cāmve, inuito vel inſciente domino celat, vinctum habet, emit, vel vendit. ζ ἀνδραποδιστής. Ital. *Chi tiene huomo libero per ſeruo, ò che presta aiuto ò conſiglio a tenerlo.* Gal. *Qui detient en seruage hōme libre, ou suborne ie ser d'autruy pour le retirer.* Hiſpa. *El que hurta los esclauos ò libres.* ζ Dictus plagiarius, quòd qui criminis huius conuicti eſſent, lege Flauia plagis damnarentur. Lex ipſa, Plagiaria: crimen, plagium vocatur. Martial.libro 1, Impones plagiario pudorem. Vbi per tranſlationem Plagiarium vocat furem librorum ſuorum.

Plagiger, pen.corr. Quaſi genitus ad ferendas plagas. πληγοφόρος. Plaut. in Pſeud. Plagigera genera hominum.

Plagoſus, a, um, Plenus plagis. ζ πληγώδες. Ital. *Impiagato.* Gal. *Plein de playes.* Hiſpa. *Lleno de llagas.* ζ vt Plagoſa cruta, apud Apuleium. ¶ Aliquando dicitur plagoſus qui multas plagas infert, πληγικός. vnde ab Horat.2, lib.Epiſto.ad Auguſt. Orbilius Grammaticus plagoſus dicitur, quòd nimium ſæuiret in pueros, Non equidem inſector, delendáque carmina Liui Eſſe reor, memini quæ plagoſum mihi paruo Orbilium dictare, &c.

Plaguſia, Genus piſcis, ita dictum quòd non verſus caput, ſed εἰς πλάγια, hoc eſt in latera natet. Plaut. in Ruden. Oſtreas, balanos captamus, cōchas, marinam vrticam, Muſculos, plaguſias ſtriatas.

PLANARIA, Inſula eſt maris Liguſtici, ſexagintà paſſuum millibus diſtans à Corſica, à ſpecie ſic dicta, quòd æqualis freto exiſtat, ideóque nauigus fallax. Plin.lib.3.cap.6.

PLANASIA, πλανασία, Inſula eſt in mari Tyrrheno, non longè ab Ilua, vt autor eſt Ptolem.lib.3.cap.1, & Plin.lib.3.cap.6.

Plancæ, ζ πλάνης. Ital. *Tauole piane.* Gal. *Planches.* Hiſpani. *Tablas llanas.* ζ Tabulæ planæ, interprete Feſto, à planitie ita appellatæ. Plinius libro 8. cap.43, Nec pontes alimi tranſeunt, per raritatem plancarum tranſlucentibus fluuiis. Sic enim legit Galepinus: tametſi in caſtigatioribus exemplaribus hunc in modum legatur, Per raritatem eorum tranſlucentibus fluuiis.

PLANCI, Qui ſupra modum pedibus plani ſunt: id eſt qui pedes imos graciles habent, planóſque æqualiter, quaſi tabellas, quæ plancæ vocantur. σχιαπόδες. Iidem & ploti, ſine plauti vocati ſunt, teſte Feſto: vnde & M.Accius Sarſianas Poëta, à pedum planitie initio Plotus, deinde & Plautus cognominatus eſt. Plin.lib.11.cap.45, Vola homini tantùm, exceptis quibuſdam: nāque & hinc cognomina inuenta Plauti, Planci, Scauri, &c. ¶ Plancorum Romæ celebris familia fuit, ex qua ortus eſt Numatius illie Plancus, qui Lugdunum coloniam in Gallia condidit: quam Seneca ſua ætate teſtatur conflagraſſe centeſimo anno à quo condita erat.

Planctus, vide PLANGO.

Plane, vide PLANVS.

Planetæ, penult.prod. ζ πλανῆται. Ital. *Pianeti.* Gal. *Planetes.* Hiſp. *Planetas ò eſtrellas errantes.* ζ Dicuntur ſeptem cæleſtia corpora terris proxima, præter motum illum primi mobilis quo ab Ortu in Occaſum rapiuntur, peculiarem quandam, illique cōtrariam habentia conuerſionem: vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι, quod eſt errare, eo quòd à motu aliorum ſiderum aberrare videantur. Latini Græcorum imitatione errantia ſydera, & erraticas ſtellas, Nigidius etiam errones appellat. Ex his Saturnus ſummum locum obtinet, proximum Iupiter, tertium Mars, quem deinde Sol ordine ſubſequitur, Solem Venus, ſub Venere Mercurius ſitus eſt: Luna vltimum terrǽque citimum, ideóque minimum orbem poſſidet.

Plango, gis, xi, ctum, Propriè idem eſt quod tundo, ſiue verbero. ζ πλήσσω. Ital. *Percuotere.* Gal. *Frapper.* Hiſp. *Herir.* ζ Lucilius, Plangunt littora fluctus. Ouid.2. Metam. Plangere nuda meis conabar pectora palmis. ¶ Sæpe tamen accipitur pro lamentari, & clara voce, pectoriſque percuſſione, ſimilibúſque ſignis animi dolorem teſtari. θρηνεῖν, τὰ τύπτεσθαι. Ital. *Pergnere.* Gal. *Eſtre marri dueil, ſe tourmenter.* Hiſpani. *Llorar, ò herir llorando.*

Planctus, ctus, nomen, Lamentatio cum pectoris percuſſione, ſimilibúſque ſignis exterioribus, animi dolorem indicantibus. ζ πλῆγες. Ital. *Battimento di mani per dolore.* Gal. *Grand dueil, frappement contre la poitrine ou autre lieu.* Hiſpani. *Llanto con herida de manos.* ζ Stat.10. Thebaid. -vallantur planctibus ærx. Feminineo cum planctu mixtus clamor. Senec.Octa. Proprie tamen eam ipſam percuſſionem qua ſummo in luctu pectus noſtrum, aliámve corporis partem cædimus, planctum appellamus; à verbo plango, quod propriè ſignificat percutio. Silius, -lamentia planctu Brachia. Lucan.libro 2, Exigit ad ſæuos famulārum brachia planctus.

Plangor, oris, quod modò verberationem ſignificat. ζ πάταγος. Ital. *Battimento.* Gal. *Frappement.* Hiſpa. *Herida.* ζ Catullus, Procedunt, leuitérque ſonant plangore cachinni. Modò lamentationem, ſiue eiulationem cum proprij corporis lacerationē quæ ex doloris impatientia fieri cōſueuit. ζ ὀλοφυρμός. Ital. *Gran dolore.* Gal. *Grand' douleur.* Hiſpa. *Llanto con herida.* ζ Cice.3 de Orat. Plangore & lamentatione compleuimus forum. Idem 4. Philip. Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plauſu reiiciebat.

Planipes, Planities, vide PLANVS.

Planta, æ, Tota pedis pars infernor cui inſiſtimus, quem & imum pedem vocant. ζ πατοῦσα, πέλμα. Ital. *Pianta del piede.* Gal. *La plante des piés.* Hiſpa. *La planta o baxo del pié.* ζ Virgil.in Moreto, Crateribus exilis ſpatioſa prodiga planta. Plin.libro 7. cap.2, Eudoxus in meridianis Indiæ viris plantas eſſe cubitales, fœminis adeo paruas vt ſtruthopodes appellentur. Ouid.2. Metamor. -vt terſis niteant talaria plantis. Iuuenal.Saty. 14, -incipiti figens veſtigia planta. ¶ In ſtirpibus autem plantæ dicuntur ſurculi tranſferendi, vel inſerendi gratia à matre rapti, vel ſtirpes adhuc teneriores qui cum radicibus de loco vno in alium tranſferri poſſunt. ζ φυτὸν. Ital. *Pianta d'arbore.* Gal. *Vne plante d'arbre ou d'herbe.* Hiſp. *La planta para plantar.* ζ Virgil.2.Georg. Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis. Plin.lib.17.cap.17, Satiuæ plantæ ſylueſtrium radicibus inſeruntur natura ſiccioribus. Cicero de Senect. Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines nónne ita afficiunt vt quemuis cum admiratione delectent? Virgil.2.Georg. -deinde feraces. Plantæ immittuntur.

Plantaria, orum, Ipſæ plantæ, teſte Seruio, quæ è ſemine ortæ cum radicibus & terra propria tranſferūtur de vno loco in alium. ζ φυτάλιον. Ital. *Piante d'albero.* Gal. *Vne pepiniere, plantes d'arbres ou d'herbes.* Hiſpa. *La plantas que se trasponen con su rayz.* ζ Virgil. 2. Georg. Syluarúmque alia preſſos propaginis arcus Expectāt, & viua ſua plantaria terra. ¶ Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. Plin.lib.13 cap.4, Ergo planaria inſtituunt, anteuiáque tranſferunt, & iterum bimas: gaudent enim mutatione ſedis. Idem lib.15. cap.1, At nunc etiam in plantariis ſerunt, tranſlataſúmque altero anno decerpūtur baccæ. Idem lib. 17, Quædam in plantario inſita, eodem die tranſferuntur. Perſius Satyr. 4, vocem hanc ad obſcenarum partium vermiculos tranſtulit. Quinque (inquit) palæſtritæ licet hæc plantaria vellant, Non tamen illa filix vllo manueſcit aratro.

Plantaris, & hoc plātare, adiectiuū à planta quū imum pedem ſignificat. Stat.lib.1.Thebaid. Summa pedum propere plantaribus alligat alis.

Plantarius, tia, tium, Quod plantari debet, ſeu quod eſt aptum vt plantetur. ζ φυτάριος. Ital. *Che si può piantare.* Gal. *Qui se peut planter.* Hiſp. *Cosa que se puede plantar.* ζ Colum.lib.5.cap.9, Ipſæ autem arbuſculæ hoc modo poſſunt tranſferri: antequam plantarias arbuſculas effodias ſolis rubrica notato partem eius quæ Meridiem ſpectet.

Plantiger, ra, rum, Plantas gerens. ζ φυτοφόρος. Ital. *Che porta piante.* Gal. *Qui porte plantes.* Hiſp. *Cosa que trae plantas.* ζ vt Plantigeræ arbores, quæ ex ſeſe pullulando, plantas emittunt. Plin.lib.13. cap.8, Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

Planto, tas, Notæ ſignificationis. ζ φυτεύω. Ital. *Piantare.* Gal. *Planter.* Hiſp. *Plantar arboles ò plantas.* ζ Plin.libro 17. cap.10, Hoc modo plantantur, punicæ. Huius compoſita, Deplanto, quod eſt contrarium ſuo ſimplici. Explanto & Supplanto: de quibus ſuis locis.

Plantatio, verbale. ζ φύτευσις. Ital. *Piantatione, piantamento.* Gal. *Plantation, plantement.* Hiſp. *Plantamiento.* ζ Plin.lib.21.cap.4, Vnde accolæ tranſferentes conſerunt, ipſáque plantatione proficiunt.

Plantago, inis, Herba eſt nota. ζ πολύλοβον. Ital. *Piantagine.* Gal. *Plantain.* Hiſpani. *La llanten.* ζ cuius duo ſunt genera. Quæ minor eſt, angulioſa habet folia & nigriora, linguæ pecorum ſimillima, caule angulóſo, in terram inclinato. Maior, foliis eſt laterum modo incluſa: quæ quia ſeptena ſunt, quidam eam heptapleuron vocauere. Autor Plin. libro 25.cap.8.

Planus, a, um, priore prod. Aequalis, in quo nihil eminet. ζ ὁμαλός. Ital. *Piano, vguale.* Gal. *Egual.* Hiſpa. *Llano ò vgual.* ζ vt, Planum ſolum, apud Plin.epiſt.161. Martia.lib.1, Et planus modico rumore vertex. Cicero 2.de Natu.deorum, Quúmque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus: (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis. Liu.4. belli Macedo. Et Romani ſimul à portu, vbi aditus planior erat, vt diſtenderent ab apertiore loco hoſtes, &c. Cice. pro Cecin. Sed ne æquo quidem & plano loco. Ouid.3. Trift. Eleg.4, Qui cadit in plano, (vix hoc tamen euenit ipſum) Sic cadit vt tacta ſurgere poſſit humo. ¶ De plano, vel è plano aliquid facere, quid ſit docet Budæus citans Vlpia.lib.2.de Conſti.prince. Vel cognoſcens decreuit, (ait Vlpianus) vel de plano interlocutus eſt. Quem locum Budæus ſic interpretatur, De plano, hoc eſt à Iudice non ſedente. Solent enim Iudices in tribunalibus editioribus ſedere. Paulus de Quæſtor. l.Vnius. Cuſtodiæ nō ſolùm pro tribunali, ſed & de plano auditi poſſunt, atq; damnari. Sueto.in Tiber. Iudicéſque aut è plano, aut è Quæſtoris tribunali admonebat. id eſt è ſolo in quo populus ſtabat. Papin. in l.Miles.ad leg.Iul.de adulte. Libellius (inquit) de plano dari poteſt, id eſt Iudice non tedente, vel diebus feriatis. ¶ Plani piſces dicuntur qui ſuperficiem planam, nō rotundam habēt, vt ſunt rhombi, & raiæ. Plin. lib.9.cap.24, Planorū piſcium alterū eſt genus quod pro ſpina cartilaginem habet. ¶ Planus ponitur aliquando pro aperto, & manifeſto: quòd quæ plana ſunt, nullū impedimentū habeant quin vndecunq; videri poſſint. ζ σαφὲς. Ital. *Piano, chiaro.* Gal. *Clair & euident.* Hiſp. *Claro, manifiesto.* ζ Plaut. in Perſa. Satin' hæc tibi ſunt plana, & certa? Planū facere, eſt declarare, & rem difficilem aut dubiam ſoluere, & ante oculos verbis explanando ponere, & patefacere, tranſlatione ſumpta à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera, planus fit. Cice.2.Verr. Hoc planū factū eſt. Idem pro Roſc.Amer. Planum fac. ¶ Apud eundem pro Flacco, Plana & ſtabilis via vitæ opponitur præcipiti & lubricæ viæ.

Planus,

Planus, priore corr. {πλάνος. Ital. *Ingannatore, barro.* Gal. *Vn afronteur ou abuseur, trompeur.* Hispa. *Engañador.*} ab A. Gellio lib. 16. cap. 7, commemoratur inter voces inusitatas quibus vsus sit Laberius Mimus: quo nomine significari existimat sycophantam. Budæus autem ait impostores à Græcis planos dictos, sed certi cuiusdam generis impostores, insigni versuria præditos: quo vocabulo potius quàm Latino Cicero pro Cluentio vsus est. Hic ille planus, inquit, improbissimus, quæstu iudiciario pastus, &c. Horatius quoque lib. 1. Epist. Nec semel irrisus triuij attollere curat Fracto crure Planum: licet illi plurima manet Lachryma, per sanctum iuratus dicat Osirim, Credite, non ludo, crudeles tollite claudum: Quære peregrinum, vicinia tota reclamat. Quo in loco Planus (vt Acron annotauit) nomẽ est notissimi sui temporis impostoris, qui vt in vehicula tolleretur, fingebat se crus fregisse: sed quum postea verè crus fregisset, rogarétque vt vehiculo in vrbem reueheretur, non est ei creditum. Eustachius Homeri interpres in Odysseam sic inquit interprete Budæo. Planus est, qui artem quandam profitetur imponendi etiam spectantibus: quales fuerunt Ciphissodorus, & Panraleon, & Matreas apud Alexandriam.

Planè, aduerbium, id est certò. {ἀκριβῶς. Ital. *Certamente, chiaramente.* Gal. *Plainement, clairement, certainement.* Hisp. *Ciertamente, llanamente, claramente.*} Terent. in Heaut. Sed te miror, qui alia tam planè scias. Aliquando clarè, apertè, manifestè. σαφῶς. Plautus in Menæch. Non potuit paucis plura planè proloqui. Quãdoque omnino, funditus, penitus. {πάντως. Ital. *Al tutto.* Gal. *Totallement.* Hisp. *Del todo.*} Cice. Treb. Quare si planè à nobis deficis, molestè fero.

Planius, & Planissimè. Plaut. in Capt. Est'ne inuocatum, an non? planissimè. Verùm hercle, verùm vos parasiti planius; Quos nunquam quisquam neque vocat, neq; inuocat. Cic. 3. Verr. Non possum illa planius commemorare, quàm ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis. Idem 2. de Diui. Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt: vt Demosthenem scribit Phalereus quum pro tho dicere nequiret, exercitatione fecisse vt planissimè diceret.

Planiloquus, a, um. Qui planè, & apertè dicit quod sentit, & liberè. {φανερὰ καὶ λίαν, φανερολόγος. Ital. *Che ragiona liberamente.* Gal. *Qui dit plainement & apertement ce qu'il veut.* Hisp. *El que habla francamente.*} Plaut. in Truc. Planiloqua est: paucis vt rem ipsam attigit?

Planipes, huius planipedis. Qui pedes planos habet. πεζοπάντης. Diomedes scribit planipedem Græcè μίμῳ significare. Vnde comœdiæ siue fabulæ genus dicitur Planipedia, vbi nullo procedebatur cultu, quòd actores pedibus planis, id est nudis proscenia introirent: non vt tragici actores, cum cothurnis: neque vt comici, cum soccis. Ideo ob vtilitatem actorum qui plano pede in scena erant, & ob humilitatem argumenti, vt inquit Donatus, Planipedia dicta est. Siue quòd olim nõ in suggestu scenæ, sed in plano orchestræ, positis instrumentis inimicis actitarent.

Planities, planitiei, Aequalitas, vel locus planus. {ὁμαλότης, πεδίον. Ital. *Pianezza, pianura.* Gal. *Vne plaine, vn lieu vni & egual.* Hisp. *El llano, llanura.*} Sallust. in Catil. Nam vti planities erat inter sinistros montes, & dexteram rupem asperam, octo cohortes in fronte constituit. Liu. 7. ab Vrb. Dnũm millium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat. Cæsar 7. belli Gall. Legiones vt primùm planitiem attigerunt, infestis contra hostes signis constiterunt.

Planitudo, inis. Idem quod planities. ὁμαλότης. Colum. libro 4. cap. 30, Perticæ cacuminum modicæ planitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem nõ excedant, optimè panguntur. hoc est quæ sint aliquantulum planæ.

Plasma, atis, πλάσμα. Idem est quod figmentum siue commentum: ἀπὸ τοῦ πλάττειν, quod est fingere. siue simulare. ¶ Persius plasma pro quodam medicamento vsurpauit quod ex rebus liquidis adiuuandæ vocis gratia confici solet. Sic enim habet Saty. 1, -liquido cum plasmate guttur Mobile coluerit.

Plastes, plastæ, mascu. gen. {πλαστὴς. Ital. *Colui che lauora di terra, vasaio.* Gal. *Potier de terre, qui fait ouurage de terre.* Hispa *El que haze alguna cosa de barro, obrador de los vasos de tierra.*} Fictor qui figlinam artem exercet, qui & figulos dicitur: item qui ex argilla statuas conficit. Plin. lib. 35. cap. 12, Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus. ¶ Plastice, huius plastices, penult. corr. fœmi. generis. {πλαστικὴ. Ital. *L'arte di coloro che lauorano di terra.* Gal. *L'art de poterie, ou de faire images de terre effeuées.* Hispani. *Arte para obrar de barro.*} Ars figlina, qua finguntur imagines ex argilla: ἀπὸ τοῦ πλάττειν, quod est fingere. Plin. libro 37. cap. 7, Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen Græci vocant, dici conuenientius erit. Vnde & proplastice, προπλαστικὴ, dicitur ars faciendi typos, id est formas ex argilla siue gypso, quas in æreis, marmoreisve operibus imitabantur. Dicitur etiam proplastice, pro ipsa forma quam ad formanda alia opera adhibent. Plinius, Arcesilai proplasticem plutis væuire solitam constat ab artificibus ipsis, quàm aliorum opera.

Platalea, leæ. à Cicerone 2. de Natu. deor. Appellatur auis quam Plinius plateam vocat. Aelianus eandem facit cum pelicano. Vide infrà in dictione PLATEA.

PLATAMODES, πλατάμωδης, Peloponnesi oppidum in tractu Occidẽtali, centum stadiis distans à Coryphasio promontorio, teste Strabone lib. 8. Dictum videtur à fossis mari propinquis, aquam salsam recipientibus quas Græci vocant πλατάμωνας.

PLATANISTVS, πλατανίστος, Promontorium est Peloponnesi, nõ procul à Leprio: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Platanus, {πλάτανος, Italicè & Hispanicè, *Platano.* Gal. *Plane ou platine.*} penult. corr. Arbor latè spargens ramos, vmbræ tantùm gratia expetita: ἀπὸ τοῦ πλάτους, hoc est à latitudine nomen habens. Petronius Arbitr. Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras. Virgil. 2. Georg. Et steriles platani malos gessere valentes. Cicero 2. de Orat. Platanus quæ ad opacandum locum patulis sit diffusa ramis. De hac arbore sic scribit Plin. lib. 12. cap. 1, Quis non iure miretur arborem vmbræ gratia tantùm, ex alieno petitam orbe? Platanus hæc est, per mare Ionium in Diomedis insolam, eiusdem tumuli gratia primùm inuecta: inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ, & iam ad Morinos vsque peruecta, ad tributarium etiam pertineus solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant. ¶ Legitur & platanus, us, quartæ inflexionis. Virgilius in Culice, Nam primùm prona surgebant valle patentes Aeriæ platanus.

Platanetum, ti, pen. prod. πλατανῶν, Locus platanis consitus.

Plataninus, a, um. Quod ex platano est. {πλατάνινος. Ita. *Di platano.* Gal. *De plane.* Hisp. *cosa de platano.*} vt Folia platanina, apud Colu. lib. 12. cap. 16.

Platanista, Piscis est in Gange Indiæ fluuio nascens, delphino tostro & cauda similis, sed multo maior, vt qui in longitudinem quindecim cubitorum excrescat. Autor Plin. lib. 9. cap. 15.

Platea, æ, penultima indifferenter, quãuis secundum Græcam originem producenda videatur. {Ital. *Via larga, borgo, piazza.* Gal. *Vne grande & large rue, place publique.* Hisp. *La plaça, aldea, ò barrio.*} Nam Græci πλατεῖαν dicunt, nos Plateam, sicut μήδειαν Medeam, σπονδεῖον spondeum. Horatius tamen in Epistola corripuit, quum ait, Puræ sunt plateæ, nihil vt properantibus obstet. Similiter & Catullus ad Aurelium, Istos qui in platea modò huc, modò illuc, In re præterunt sua occupari. Sunt autem plateæ, viæ latiores in vrbibus, qui & vici appellantur. Terent. in Andr. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. ¶ Quãdoq; etiam capitur pro area in quam conuenire populus solet. Lampridius in Heliogabalo, Plateas in palatio strauit, Lacedæmonijs & Porphyreticis saxis. ¶ Est & nomen auis quæ ad eas volat quæ in mari merguntur, & capita illarum morsu corripit, donec capturam extorqueat. Dicta platea à latitudine corporis. Vide Plin. lib. 10. cap. 50. Cicero Plataleam vocat lib. 2. de Natu. deorum.

PLATAEAE, arum, per æ diphthongum in penultima, πλαταιαὶ Stephano, Ciuitas est Bœotiæ, sub Cithærone monte, non longè à Thebis. Dicta à latitudine remorum, vt inquit Strabo libro 9. Nam πλάτη, Græcis est latior pars remi. Plateenses autem remigatione victum quæritabant. Non procul ab hac urbe Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & consobrinum superauere. Hinc Platæenses, πλαταιεῖς, populi dicti.

PLATO, onis, πλάτων. Philosophus, ab humerorum latitudine ita cognominatus, quum antea ex aui paterni nomine, Aristocles vocaretur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæstra se exercuit apud Aristonem palæstritam, à quo primùm cognominatus est Plato. Natus est Athenis eo die quo apud Delon Apollo. Studuit picturæ: & tragœdias, poëmatáque edidit. Adeò autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, vt Diuinus Plato. & philosophorum Homerus vocatus sit. Cice. in lib. Tuscul. Quæst. Platonicæ maiestatis maximus est buccinator, adeò vt ipsum Deum appellet. Labeo etiam inter semideos cõmemorandum putauit. Et defuncto Magi, vt Deo, immolauerunt. Fuit varius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, vt Iouem (si Græcè loqui voluisset) Platonicè loquuturum philosophi dicerent. Athenis primùm Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem, in Italiam profectus est. vti Pythagoreos audiret, vbi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagorea centum minis etiam in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Aegyptum deinde properans, vt audiret Gymnosophistas, oleum (vt ait Plutarchus) secum mercaturæ gratia vexit, vt viaticum sibi inde suppeditaret: vbi & libros Moseos legisse creditur. Ter in Siciliam nauigauit, primùm Aetnæ flagrantis visendæ gratia, vt Apuleius ait. Reuersus apud Aeginam captus est à piratis, ac minis triginta væsundatus. Deinde à Nicete Cyrenæo redemptus fuit. Iterum rediit sub iuniore Dionysio spe liberãdi Siciliam. Sed paulo pòst expulso Dione, & ipse suspectus remigrauit. Tertiò, quum maximè pollet, rogatus ab Archyta vt Dionem tyranno reconciliaret, iter ingressus, ab eodẽ Dionysio obuiam procedente quadrigis exceptus est. Demum in suspicionem veniens, vix rogante & spondente pro eo Archyta, dimissus. Dialogum primus illustrauit, licet prius inuentum à Zenone Eleate, vt Aristoteles tradit: vt Fauorinus, ab Alexamene Teio. Decessit annos natus LXXXI. morbo, vti fertur, pediculari. De hoc Quintilianus, Platonem (inquit) quis dubitat esse philosophorum præcipuum? ex quo multum eloquentiæ se traxisse Cicero fatetur: siue acumine differendi, siue eloquẽdi facultate, diuina quadam & Homerica: multum enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, surgit, vt mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instructus. Vita fuit cælebs, ac castus, vt scribit Augustinus. Vide plura de eo apud Plutarchum in vita eius. ¶ Plato, alter Athenæus, Poëta priscæ comœdiæ, tempore Aristophanis & Eupolis, cuius fabulas Suidas commemorat, & Athenæus in Dipnosophistis. ¶ Tres item alios Diogenes Laërtius commemorat: vnum Rhodium philosophum discipulum Panætij: alium Peripateticum, ex Aristotelis ludo: tertium Praxiphanis discipulum.

Platonicus, penult. corr. Quod est Platonis.

Platycerotes, πλατυκέρωτες, Animalia latis armata cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37, Aliorum cornua natura finxit in palmas, digitósque emisit ex iis: vnde platycerotas vocant.

Platyophthalmus, πλατυόφθαλμος, Lapis spumæ candidæ, nitentisque, non tamen transluceutis, quod stimmi appellant, alij stibium, alij alabastrum, alij larbason. Dictum platyophthalmon, quòd calliblepharis admistum mulierum dilatet oculos. Vide Plin. libro 33. cap. 6. Vulgus *Antimonium* vocat.

Platyphyllon, πλατύφυλλον. Genus tithymali à latitudine foliorum dictum: de quo Plin. lib. 26. cap. 8.

Plaudo, dis, si, sum. Pro re bene gesta congratulor, lætitiámque ostẽdo, manibus pulsando, strepitúmque faciendo. {κροτέω. Ital. *Applaudere, sbattere con le mani.* Gal. *Frapper les mains l'vne contre l'autre, en signe que quelque chose plaist.* Hisp. *Fauorescer, hazer palmas con las manos en señal de alegria ò fauor.*} Seneca, Vnam rem adiiciam, & fauere, ac plaudere te iuuabit. Cice. ad Attic. lib. 2, Inimici erant equitibus, qui Curioni stanti plauserant. Idem pro Sestio, His in theatris plaudebatur. Virgil. 6. Aeneid. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. ¶ Plaudere sibi, est sibi blandiri, & placere, sua nimium amare. Plin. Epistol. 91, Nec ipse tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quàm de te scribo. ¶ Plaudite, verbum addi solitum in fine comœdiarum. Quintil. libro 6. cap. 2,

cap.2, Tunc est commouendum theatrum, quum ventum est ad ipsum illud, quo veteres comœdiæ tragœdiæque clauduntur, Plaudite. Horat.in Arte, -& vsque Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat.

Plaudi, passiué, Cicc. Attic. Populum verò præclarum, quod propter malum vicinum, ne victoria quidem plauditur. Id est plauiu excipitur. Ouidius 4. Tristit. elegan. 2, Quáque ibis, manibus circumplaudêre tuorum.

Plauditur, impersonale. Ouid.2. Trist. Quúmque fefellit amans aliqua nouitate maritem, Plauditur, & magno palma fauore datur.

Plaudens, tis, participium. ἐπικροτῶν. Virgil.5. Aeneid. & alis Plaudentem nigra figit sub nube columbam: hoc est sonora percussione alas diuerberantem.

Plausus, a, um, aliud participium. κρουσθείς. Virgil.3. Georg. -& plausæ sonitum cornicis amare. Ouid.14. Metamor. -numerúsque ex agmine maior Subuolat, & remos plausis circumuolat alis.

Plausus, sus, Actus ipse plaudendi. ἕκρότος, κρότημα. Ital. *Plauso, applauso.* Gal. *Frappement des mains en signe de ioye ou de faueur.* Hispa. *Aquel fauor.* } Cicc.in Cat. Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus. Idem Attic.lib.2, Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica. ¶ Ponitur aliquando pro sonora percussione. Plinius de gallinaceis, Diem venientem nũtiant cantu, ipsum verò cantum plausu laterum, hoc est alarum concussu.

Plausibilis, & hoc plausibile, Fauorabile, iucũdum, populare, quod plausu populi excipi potest. ἑκκροτητός, κροτητέος, δημοτικός. Ital. *Fauorabile.* Gal. *Fauorable, plausible.* Hisp. *Fauorable, y fauorescido.* } Cicc.3. Tusc. Quoniam plausibilia hæc non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriosé loqui desinant. Idem 1.Verrin. Id nunc poscitur, id iam populare atq; plausibile factum est. Sic Oratio plausibilis dicta est, quæ placet, & plausum populi meretur. Quintil.lib.4. cap.31, In aliquem lætum atque plausibilem locum, quàm maximè possint, fauorabiliter excurrere.

Plausor, oris, verbale. ἑκκροτητής, κροτητής. Ital. *Chi batte le mani insieme per laudare alcuno ò per allegrezza.* Gal. *Celuy qui frappe les mains l'vne contre l'autre en signe de ioye.* Hisp. *El que fauoresce ò se allegra hiriendo las manos.* } Hora.2. Epist.2. Qui se credebat miros audire tragœdos, In vacuo lætus sessor, plausórque theatro. Idem in Arte, Si plausoris eges aulæa manẽtis, & vsque Sessuri. ¶ Huius composita sunt Applaudo, quod est alicui plaudo. ἐπικροτῶ. Supplaudo, de quo alibi.

Plausito, as, Frequentatiuum est à verbo plaudo, πολὺς ἐπικροτῶ. Autor Philomelæ, quisquis is fuit, (Ouidij enim non esse, satis constat) putauit eo verbo palumbis sonum exprimi. Plausitat (inquit) arborea clamans de fronde palumbes.

Plaustrum, stri, Currus, quòd ex omni parte sit palàm quod in eo vehitur, vt inquit Varro lib.4. de Ling. Lati. ἅμαξα. Ital. *Carro.* Gal. *Charior.* Hispa. *El carro ò carreta para cargos.* } Plaut.in Epid. Perij, plaustrum perculi. Cicero 1. de Diuin. Se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectum. Ouid.2. Metamor. Quamuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant. Virgil.1. Georg. Tardáque Eleusinæ matris volucntia plaustra. ¶ Plaustrum item accipitur pro Septentrionalibus duobus syderibus, quas & Vrsas appellamus. Constat enim vtrunque ex quatuor stellis in quadrangulum dispositis, quæ totidem rotarum speciem referunt: & aliis tribus, quas qui poëticam Astrologiam descripserunt, tribus equis currum trahentibus assimilarunt. Ouid.10. Metam. Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes. Senec. Oedipo, Quáque despectat vertice summo Sydus Arcadium, geminúmque plaustrum. ¶ Plaustrum item aliqui pro matronarum vehiculo accipiũt, quemadmodum & carpentum. Liuius 5. ab Vrbe, Honorémque matronis ob eam munificentiam habitum, vt plaustro ad sacra, ludósque carpentis festo, profestóque traherentur. Sunt tamen qui hoc in loco, pilento legant, non plaustro.

PLAVTI, Qui sunt planis pedibus, antea ploti nominati. πλατύποδες. Festus, Ploti appellantur qui sunt planis pedibus: vnde & poëta Accius qui Vmber Sarsinas erat, à pedum planitie initio plotus, postea Plautus est dictus. Soleas quoq; dimidiatas quibus vtebãtur in venãdo, quo planius pedem ponerent, semiplotia appellabant. Hæc ille.

PLAVTIVS, Poëta comicus, cuius meminit post Varronem Gell.libro 3. cap.3.

PLAVTVS, Nomen est poëtæ Comici, Latinorum omnium festiuissimi, cuius fabulæ etiam hodie omnium manibus teruntur, quas horis succisiuis, quibus à versanda mola otium erat, in pistrino fertur composuisse. De hoc extat honorificum illud Varronis elogium, Musas, si Latinè loqui vellent, non alio quàm Plautino sermone vsuras. Huius epitaphion extat apud Gellium hæc in verba,

Postquam morte est captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta:
Deinde risus ludúsque, iocúsque, & numeri
Innumeri, simul omnes collachrymauerunt.

Decessit P. Claudio, L. Porcio c o s s. teste Cicerone de Clar. Orat.

PLAXAVRA, vide PLEXAVRA.

Plebs, bis, vel Plebes, bei, Idem quod vulgus, hoc est vilior pars populi. τὸ πληθος, ὁχλος. Ital. *Plebe.* Gal. *Le menu & commun peuple.* Hispani. *El pueblo delos menudos.* } Cicc.pro Mil. Nec timet quum plebem muneribus placarit, vos verò conciliarit meritis in Rempublicam singularibus, &c. Lucan. lib.5. -nescit plebes ieiuna timere. Horat.1. Sermo. Saty. 8, Hoc miseræ plebi stabat commune sepulchrum. Gellius lib.10. cap. 20, Plebem autem Capito in eadem definitione à populo diuisit: quoniam in populo omnis pars ciuitatis, omnésque eius ordines contineantur: plebs verò in qua gentes ciuium Patritiæ non insunt, &c. Plin.lib.16.cap.10, Tanta plebei consternatione, vt primò pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit.

Plebecula, læ, diminutiuum est à plebs. τὸ πληθύδριον. Ital. *Plebicella.* Gal. *Le petit peuple, le pitoyable menu & commun peuple.* Hispa. *Pueblo menudo.* } Cicero Attic.libro 1. Accedit ad illud, quòd illa concionalis hirudo ærarij misera & ieiuna plebecula me ab hoc Magno vnicè diligi putat. Ad eundem libro 16, Videtur enim mihi & plebeculam vrbanam, & (si fidem fecerit) etiam bonos viros secum habiturus. Persius Saty.4, Ergo vbi commota feruet plebecula bile. Horat.2. Epistol.1. -his nanque plebecula gaudet.

Plebiscitum, ti, Plebis statutum. ψήφισμα, βούλευμα. Ital. *Ordinatione del popolo.* Gal. *Ordonnance faite par le commun peuple.* Hispa. *Ordenamento ò decreto del pueblo menudo.* } Scisscere enim, statuere est. Scita verò plebis appellantur ea quæ plebs suo suffragio sine Patribus iussit, plebeio magistratu rogante, vtpote Tribuno. In populo enim omnis pars ciuitatis, & omnes ordines continentur: in plebe neque Equites sunt, neque Patritij. Liuius 3.ab Vrbe, Omnium primũ, quum veluti in controuerso iure esset, tenerentúrne Patres plebiscitis, legem centuriatis comitiis tulere, vt quod tributim plebes iussissent, populum teneret: qua lege Tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum est. Est igitur plebiscitum quod à plebe nulla autoritate Patrum constitutum est. Luca.lib.1, Hinc leges & plebiscita coactæ. De plebiscito, vide Gell.lib.5.cap.19.

Plebeius, a, um, Quod est ex plebe: vt, Plebeij Aediles. δημοτικός. Ital. *Plebeio.* Gal. *Du menu peuple, vulgaire, de nulle estime.* Hisp. *Cosa de aquel pueblo menudo.* } Liuius 6.ab Vrbe, Criminando Patres, alliciendo ad se plebeiam auram, non consilio ferri, &c. ¶ Aliquando idem quod vulgaris, tenuis, pauper. ἰγνόκλως, ὁ τυχών. Plin.libro 13. cap.4, Ex reliquo genere plebeiæ videntur. Martia.lib.13, Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas.

Plebicola, Qui plebem colit, & plebi seruit. δημοτερπής. Ital. *chi sostiene la querelle della plebe.* Gal. *Qui soustient la querele du commun peuple.* Hispani. *Honrador y sostenedor del pueblo menudo.* } Cicc.pro Sestio, Qui, credo, non libidinis causa, sed vt plebicola videretur, libertinam duxit vxorem. Liuius 3.ab Vrbe, Adeóque nouum sibi ingenium induerat, vt plebicola repente, atque omnis auræ popularis captator cuaderet pro truci insectatore plebis.

Plecto, ctis, xi, ctum, (secundum Priscianum) vel potius xui, xum. μετωπίζομαι. Ital. *Punire, percuotere.* Gal. *Punir, frapper, battre.* Hispa. *Herir ò punir.* } Significat supplicio afficio, punio, ferio, δίκω & πλήσσω. Plautus in Menah. Plecte illos pugnis.

Plector, passiuum. Terent.in Phormio. Tu iam lites audies, ego plectar pendens. id est feriar, vt inquit Donatus. Cic.de Amic. Sed quum multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis & deligendis & colendis. Idem 1. Offic. Cauendum est etiam ne maior pœna quàm culpa sit: & ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Horat.1. Epistо.2. Quicquid delirant Reges, plectentur Achiui. ¶ Item composita, Amplector, Complector, Circumplector. Item Implexus, a, um, participium, idem significans quod implicatus. ¶ Et Perplexus, idẽ quod obscurus, vel intricatus. Et aduerbium perplexè, hoc est obscurè, implicatè. Terent.in Eunu. Pergin' scelestа mecum perplexè loqui? Donat. Ideo perplexè, quia statuerat vitium celare virginis. Hinc perplexor, quod est perplexè loquor, seu in dubio pono. Plaut.in Aul. At scio quo vos soleatis pacto perplexariet: Pactũ, non pactum est: non pactum, pactum est, quod vobis lubet. Inde perplexibilis, & hoc perplexibile. Idem in Asin. Neque vllum verbum faciat perplexibile. id est ambiguum, obscurum.

Plectilis, pen.corr. Quod plexum est. πλεκτός. Plaut.in Bac. Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis.

Plectrum, tri. πλῆκτρον. Ital. *Plettro, archetto della lira.* Gal. *L'archet d'vn rebec ou autre instrument à toucher ou faire sonner les instrumens de musique.* Hisp. *Instrumento para herir ò tañer.* } Instrumentum citharœdi quo fides pulsantur, ἀπὸ τοῦ πλήσσω, quod est percutere. Cic.2.de Natu.deor. Itaq; plectri similem linguam nostri solent dicere: chordarum, dentes. Martia.lib. 14, Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat, Exornẽt docilem garrula plectra lyram. A nostris dicitur quandoque pecten. Virgil.6. Aeneid. Iámque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno. ¶ Plectrum etiam quandoque dicitur calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur, dum inter se pugnarent. Sipont.

PLEIADES, teste Seruio, septem sunt stellæ ante genua Tauri, quæ ortu suo primæ nauigationis tempus ostendunt: vnde Græcè Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod est nauigare. Latinè Vergiliæ dicuntur, à Veris temporis significatione quo oriuntur. Nam Vere exoriuntur, & circa Aequinoctium earum ortus matutinus est. Higinus in Astronom. Poëtica. Inter Tauri finitionẽ, & caudam Arietis stellæ sunt quas nostri Vergilias, Græci πλειάδας, dixere. Fuerunt Atlantis filiæ septem, ex Pleione Nympha, cum qua Iupiter concubuit: vnde & Pleiades dictæ. Sunt qui putẽt Pleiades dictas quasi πλείονας, hoc est plures, quòd nunquam singulæ appareant, sed omnes simul, præter Meropem quæ vix apparet. Pherecides tradit septem sorores fuisse, Lycurgi filias ex Naxo insula: & quia Liberum patrem educauerunt, ab Ioue inter sidera fuisse relatas. Harum nomina putantur, Electra, Alcyone, Celæno, Maia, Asterope, Taygete, Merope: quarum septima vix cerni potest: cuius causam afferunt, quòd quum reliquæ sorores diis nupsissent, sola Merope, mortali viro Sisypho nupserit: quam ob causam veluti pudibunda latitat. Alij putant hãc esse Electram, & idcirco obscuriorem videri, quòd excidium Troianum spectare nõ potuerit, sed oculis manum opposuerit. Ouid.lib.4. Fast.

Pleiades incipient humeros relevare paternos,
Quæ septem dici, sex tamen esse solent:
Seu quòd in amplexus sex hinc venere deorum:
Nam Asteropen Marti concubuisse ferunt,
Neptuno Alcyonen, & te formosa Celæno,
Maiam, atque Electram, Taygetémque Ioui.
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit:
Pœnitet, & facti sola pudore latet.
Siue quòd Electræ Troiæ spectare ruinas
Non tulit, ante oculos opposuitque manum. Fit autem quidoque hæc dictio tetrasyllaba diuisione diphthongi. Propertius, Non hæc Pleiades faciunt, nec aquosus Orion. Poëtæ interdum abiecta vocali præpositiua ex ε diphthongo, Pliades efferunt, pen.corr. Stat. lib.1. Syl. Nec per & Aegeas Hyades, Pliadúmque niuosum Sydus, & Oleniis dignum petiisse sub astris.

PLEIONE, nes, per tres syllabas, media correpta, πλειόνη, vel Pleione, per quatuor syllabas, πλειώνη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, &

vxor

Universidad de Sevilla Biblioteca

xor Atlantis, qui ex ea Pleiades suscepit. Ouid. 5. Fasto. Duxerat Oceani quòdam Titanida Tethyn: Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis. Hinc sacra Pleione, cum cælifero Atlante Iungitur, vt fama est, Pleiadásque parit.

PLEMMYRIVM, πλεμμύριον, Fluuius Siciliæ qui per agrum Syracusanum labitur: à πλημμύρω, quod est exundo. Virgil. 3. Aeneid. Sicanio prætenta sinu iacet insula contra Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores Ortygiam. Vbi Seruius annotauit, Poëtæ Græci nominis originè Latino epitheto expressisse: idem enim Græcis esse πλημμύριον, quod Latinis vndosum. Stephanus Plemmyrium, φρούριον, hoc est arcem Siciliæ esse tradit, non fluuium.

Plenus, a, um, Refertus, integer, perfectus, in quo nihil est vacui. {πλήρης, μεστός, ἔμπλεως. Ital. *Pieno.* Gal. *Plein.* Hisp. *Complido, lleno.*} Plautus in Stich. Propino tibi salutem plenis faucibus. Cicc. de Orat. Orator plenus & perfectus is est qui de omnibus rebus variè potest, & copiosè dicere. Iungitur aliquando genitiuo. Plaut. in Mercu. Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida. Plena festinatione epistola, Cicc. Attic. lib. 5. Aliquando ablatiuo. Plin. Epist. 5. Et ille quidem plenus annis obiit, plenus honoribus. ¶ Ponitur aliquando pro diuitiis onusto. Cic. 4. Verr. Verrem ipsum qui plenus decesserat, &c. ¶ Plena manu dare, est ampliter, copiosè, libenter, & minimè malignè dare. ¶ Pleno gradu ingredi dicuntur qui magno studio rem aliquam aggrediuntur: cui opponitur, Summo pede ingredi, hoc est leuiter rem aliquam attingere. Vide latius Erasmum in Adagiis.

Plenè, aduerb. Id est perfectè, cumulatè, abundãter. {πλεονλήρως, ὁλοκλήρως. Ital. *Pienamente.* Gal. *Pleinement.* Hisp. *Complidamente.*} Plin. Epistо. 243. Propter charitatem eius nondum mihi videor satis plenè fecisse. Horat. 1. Epistо. 11, -furnos & balnea laudat Vt fortunatam plenè præstantia vitam. Idem 2. Epist. 2, Multa fidem promissa leuant, vbi plenius æquo Laudat venales qui vult extrudere merces. Cicc. 4. de Finib. Quũ enim superiores è quibus plenissimè Polemo, secundum naturam viuere, summum bonum esse dixisset.

Plenitudo, inis, quæ est contraria vacuitati. {πλήρωμα. Ital. *Pienezza.* Gal. *Plenitude, pleine grosseur.* Hisp. *Hinchimiento, complimiento.*} Sumitur & pro corpulentia, siue crassitudine, ὄγκος. Plin. lib. 11. cap. 37. Homo crescit in longitudinem ad annos vsque ter septenos, tum deinde ad plenitudinem. Colum. lib. 4. cap. 3, Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur.

Plenilunium, nij. Est oppositio Solis & Lunæ, quum scilicet Luna Soli ex diametro opposita, tota ab illo illuminatur. {πανσέληνος. Ital. *Plenilunio.* Gal. *Pleine lune.* Hisp. *Luna llena.*} Plin. libro 18. cap. 32, Quum Sole occidente Luna orietur exaduerso, ita vt pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium.

Plenitas, tatis. apud antiquos legitur pro ignobilitate. Cato pro Veturio, vt citat Nonius. Propter tenuitatẽ & plenitatem. Hemina in Annalibus. Quicunq; propter plenitatem agro publico ciecti sunt. Apud Nonium tamen à quo hæc desumpta sunt, pleritas legitur, non plenitas. Quo fit vt nonnulli suspicentur plenitas legi debere, aut certè illud ex hoc finitimæ vnius literæ cõmutatione factum esse. Quicquid id est, vocem constat esse exoletam, nullique eorum qui hodie in manibus versantur, vsitatam.

Pleonasmos, πλεονασμός, Figura est, teste Fabio, quæ fit quoties verbis superuacuis oneratur oratio. Nos redundantiam vertere possumus. Nam πλεονάζειν idem est quod redundare.

Plethora, æ, πλῆθωρα. Est quatuor humorũ æqualis in corpore abundantia: qualis solet esse in athletis, in quibus vasa nonnunquam tanta plenitudine sunt distenta, vt de ruptione periclitentur. Hinc plethorici πληθωρικοί dicuntur, in quibus humores æqualiter abundant.

Plethron, πλέθρον. Quidam pro iugero accipiunt: in qua sententia fuit Laurentius Valla, qui πλέθρον iugerum vertit ex Herodoto. Ex verbis Herodoti apparet sextam partem esse stadij. οἱ δὲ (inquit) ἐγγύτερον ἄρχοντες δικαιοῦσι ἕκτον εἶναι ἑκάστου πλέθρου. Suidas autem πλέθρον mensuram esse ait centum pedum, quod cum Laurentij sententia non satis conuenit. qui Plethrum idem putauit cum iugero. Iugerum enim (vt ex Quintiliano patet) in longitudinem continet pedes ducentos quadraginta, & in latitudinem centum viginti.

Pleuritis, idis, {πλευρίτις. Ital. *Mal di punta.* Gal. *Pleuresie, douleur de costé.* Hispani. *Dolor de costado.*} Inflammatio est membranæ costas succingentis, quam Græci πλευρίτιν appellant, cum febri acuta, dolore pungente, respirationis difficultate, & tussi. Plinius lateris compunctionem vocat.

Pleuriticus, {πλευριτικός. Ital. *Chi patisce dolor de fianchi.* Gal. *Pleuritique, qui est malade de pleuresie.* Hispa. *El que tiene dolor de costado.*} Qui hunc morbum patitur. Plinius libro 20. cap. 17, Datur & pleuriticis, & peripneumonicis.

PLEVRON, πλευρών Stephano, Aetoliæ vrbs, & Meleagri patria. De qua Plin. lib. 4. cap. 2. Statius lib. 4. Thebaid. Fletáque cognatis auibus Meleagria Pleuron.

PLEXAVRE, es, πλεξαύρη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, vt placet Hesiodo in Theogonia.

Plico, as. plicaui, plicatum, & plicui, plicitum. {πλέκω, πλίκω. Ital. *Piegare.* Gal. *Plier.* Hispa. *Plegar.*} Cuius quatuor composita, Applico, Complico, Explico, & Implico, duplex etiam præteritum, & duplex supinum habent. Reliqua singula tantùm in aui & atum terminata: vt Duplico, Triplico, Quadruplico, Multiplico, Replico, Supplico. Significat autem plicare, nectere, & veluti rugas facere. Tractum à Græco πλέκω, quod est necto. Virgil. 5. Aeneid. séque in sua membra plicantem. Lucretius, -ideo fastigia posse Suratum, ac feminum pedibus fundata plicari. ¶ Huius composita Applico, & Complico, Implico, Circumplico, Replico: de quibus suis locis.

Plicatura, æ, {πλοκή, πτυχή. Ital. *Piegadura.* Gal. *Plieure, pliement.* Hispa. *Plegadura.*} Plinius.

Plicatilis, le, Quod plicatur, aut plicari potest. {πλικτός. Ital. *Facile da piegare.* Gal. *Aisé à plier.* Hispa. *Cosa que se puede plegar.*} vt, Nauis plicatilis, quæ facta ex corio complicata circunfertur ad traiiciendos amnes. Plin. lib. 5. cap. 9. Ibi Aethiopicæ conueniunt naues: nãque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum est. Plicatilis crista. Idem lib. 10. cap. 29. Vpupa crista visenda plicatili, contrahens eam, subrigénique per longitudinem capitis.

PLINIVS Secundus Veronensis, temporibus Vespasiani vixit, cuius negotia administrabat: noctibus verò & subseciuis (vt ipse inquit) temporibus, opus de Rerum natura conscripsit, vnus omnium parcissimus temporis. Perijt in montis Vesuij incẽdio, dum eius causam indagare cupit. Eius vitam diligentius narrat nepos eius ex sorore Cæcilius Plinius, cuius extat liber epistolarum, & Panegyricus, Traiano Cæsari dictus, quo illi gratias agit Consul ab eo factus. Quintiliani filiam dote iuuisse, & Martialem Poëtam secedentem vsque prosecutum fuisse testatur ipse in epistolis. Hæc Volaterranus lib. 18.

PLISTARCHIA, æ, πλειστάρχεια, Ciuitas Cariæ, aliàs Heraclea appellata.

Plistarchites, Gentile est. πλειστάρχειος Stephano.

PLISTHENES, πλεισθένης, Pelopis fuit filius ex Hippodamia, qui quum iuuenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios suos paruulos Atreo fratri commendauit, qui eos suscepit, filiorúmque loco eduxit: & ob id Atrei habiti, Atridæ sunt appellati. Vide suprà in dictione ATRIDES.

PLISTOANAX, actis, πλειστόανξ, Pausoniæ filius, & Lacedæmoniorum rex, cuius res gestas vide apud Thucydidem.

Plistolochia, æ, πλειστολόχεια. Herba est ex maluarum genere, quam & bibiscum & molochen agrian, hoc est maluam syluestrem appellant. Autor Plin. lib. 20. cap. 4.

PLISTONICVS, πλείστονικος. Medici nomen, apud Plinium sæpius repetitum. ¶ Fuit & Appion quidam, cognominatus Plistonicus, non multo tempore Plinio superior, vt idem vltimo volumine testatur. Quandoque Plistonices scriptum legitur, sicut Olympionices.

Plocamos Isidis, πλόκαμος Ἴσιδος, Frutex est in mari nascens, circa Troglodytarum insulas, corallio similis, sine foliis, qui præcisus lapidescit, colore in nigrum commutato: vt ex Iubæ sententia refert Plin. lib. 13. cap. 25. Latinè vertere possumus Isidis capillum.

Plodo, dis, si, sum, Significat quatiendo, siue collidendo manus, pedésve, sonum aliquem facio. κρούω. ¶ Eius composita sunt, Applodo, Complodo, Explodo, Displodo, & Supplodo: quorum significata vide suis locis.

Ploro, ras. Lachrymor, ciulo, fico. {κλαίω, ἐλεεῖσθαι. Ital. *Piagnere, lagrimare.* Gal. *Pleurer ou plorer.* Hisp. *Llorar, plañir.*} Quintil. lib. 6. cap. 2, Date puero panem ne ploret. Cicero pro domo sua, Senatum pro me non modò propugnare, amplissimum ordinem, sed etiam plorare & supplicare mutata veste prohiberent. Horat. de Arte, Vt qui conducti plorant in funere dicunt, Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: sic Derisor vero plus laudatore mouetur. Idem lib. 2. Epistо. 1, Plorauere suis non respondere fauorem Speratum meritis. Cicc. Attic. lib. 15, Fessus sum plorando. ¶ Eius composita sunt, Apploro, de quo suo loco. Comploro, simul ploro. Liu. lib. 1. ab Vrb. Tum demum facto, & comploratione in regia orta, Seruius præsidio firmo munitus, primus iniussu populi voluntate Patrum regnauit, Deploro, Exploro, & Imploro: vide suis locis.

Ploratus, a, um. participium, seu nomen ex participio. {κλαυθμός. Ital. *Pianto.* Gal. *Ploré.* Hisp. *Llorado.*} Statius, Quos Veneti plorata domus, neglectáque tellus, &c. Ploratus rogus, Ouid. 4. Fast.

Ploratus, us. ui. Fletus, lamentatio. {κλαυθμός, κλαυθμυρισμός. Ital. *Essopiagnere, pianto.* Gal. *Pleur, pleurement.* Hisp. *Llanto, llanto.*} Cicc. 2. Tusc. ex Poëta quopiam vetusto, Heu virginalem me ore ploratum edere. Idẽ Attic. lib. 5, Ciuitatum gemitus, ploratus, &c. Liu. 5 ab Vrbe, Clamor omnia variis terrentium & pauentium vocibus, misto mulierũ ac puerorum ploratu, complet.

Plorator, oris, Qui plorat. {κλαυθμυρισμόφιλος, αἰμωκτής. Ital. *Chi piagne.* Gal. *Pleureur.* Hisp. *El que llora.*} Martia. lib. 14, Siquis plorator, collo tibi vernula pendet.

Plorabundus, Vehementer plorans. {κλαίων, κλαίουσα ἰσχυρῶς. Ital. *Chi piagne forte.* Gal. *Qui pleure fort, tout esploure.* Hispa. *El que llora mucho.*} Plaut. Aul. Homo ad Prætorem plorabundus deuenit.

Plostrum, stri, Idem quod plaustrum: nam au in o sæpe conuertitur. {ἅμαξα. Ital. *Carro.* Gal. *Chariot.* Hispani. *Carro ò carreta para cargos.*} Columel. libro 6. cap. 2, Post eiusmodi experimenta vacuo plaustro subiungendi.

Plostellum, diminutiuum. ἁμαξίς. Plostellum Pœnicum quid sit, declarat Varro, his verbis, lib. 1. de Re rust. cap. 52, E spicis in aream excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribuloid fit è tabula lapidibus aut ferro exasperata, quæ impositò auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat è spica grana: aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum Pœnicum.

PLOTAE, πλωταί, Insulæ duæ ad Occidentale latus Peloponnesi sitæ, nõ procul à Zacyntho, Meridiem versus, postea Strophades dictæ, à conuersione Zethæ & Calais, qui Harpyias in eas vsque insulas sunt prosecuti. Meminit harum insularum Plinius lib. 4. cap. 12.

PLOTINA, πλωτῖνα, Traiani Cæsaris coniux, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in mulierem sexum cadunt, virtutibus celebrata. Hæc tonso capillo virum mentita, coniugem comitata est in exilium eunte, impertertita, & quædam quasi virago tolerans ærumnas acerbas.

PLOTINVS, πλωτῖνος, pennlt. prod. Insignis fuit Academicæ sectæ philosophus, Aegyptius natione, patrio Lycopolites, discipulus Ammonij, præceptor Porphyrij: qui Galeni, Taciti, & Probi temporibus floruit. Fuit corpore gracili, tenuique valetudine, morbóque sacro obnoxius. Hæc Suidas.

PLOTIVS, Gallus, patria Lugdunensis, Rhetor insignis, Romæ tempore Ciceronis floruit: à quo & se, & Q. Fratrem Latinas literas fuisse edoctum, testatur Cicero de Oratore.

PLOTVS, M. Accij Satsinatis cognomen fuit, Latinorum Comicorum facetissimi, à planitie pedum illi impositum. Ploti (inquit Festus) appellantur qui sunt planis pedibus: vnde & poëta Accius qui Vmber Satsinas erat, imitio Plotus, postea dictus est Plautus. Hæc ille.

Pluma, æ, Mollior & minor penna. {πτίλον. Ital. *Piuma.* Gal. *Plume.* Hispani. *Pluma.* } Plautus in Menæch. Pluma leuior. Martialis libro 14, Lassus Amyclea poteris requiescere pluma. Virgil. 10. Aeneid. Canentem molli pluma duxisse senectam. Cicero 2. de Natu. deor. Animantium verò quanta varietas est? quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas: alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Idem ad Attic. lib. 8, Nec me c o s s. mouent qui ipsi pluma, aut folio facilius mouentur.

Plumula, æ, diminutiuum. Parua pluma. {πτερύλιον. Ital. *Piumicella.* Gal. *Plumette, duuet.* Hisp. *Pequeña pluma.* } Colum. lib. 8. cap. 5. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinante durescant, & naturalia præcludant.

Plumeus, a, um, vt Lectus plumeus. {πτίλινος. Ital. *Di piuma.* Gal. *De plume.* Hisp. *Cosa de materia de plumas.* } Plumea culcitra. Cicc. 3. Tusc. Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, cedrum incedamus, demus scutellam dulciculæ potionis, &c. Ouid. 11. Metam. At medio torus est hebeno sublimis in antro Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus, Quo cubat ipse Deus, &c. ¶ Implumis, & hoc implume, Quod est sine pluma. ἄπτιλος, ἀπτίλωτος. vt Auis implumis.

Plumarius, a, um, Quod ex pluma est. {πτερύινος, πτίλινος. Ital. *Di piuma.* Gal. *Fait de plume.* Hispani. *Cosa hecha de pluma.* } Vnde Plumariam culcitram dicimus quæ pluma plena est. Et plumarium dicitur opus acu factum, quod Græci à liciorum multiplici varietate πολυμίτου appellant.

Plumarius, rij, substantiuum. Qui acu depingit aliquid in puluinaribus plagis. {ποικίλτης. Ital. *Ricamatore.* Gal. *Vn brodeur de coussils à lit de plume, celuy qui les acoustre.* Hispa. *Bresiador ò bordador.* } Catul. de Liberis educandis, Etenim nulla quæ non didicit pingere, potest bene iudicare quid sit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

Plumatilis, le, pen. corr. Quod ex plumis factũ est, {πτίλινος. Ital. *Fatto di piuma.* Gal. *De plume, ou fait de plume.* Hisp. *Chosa hecha de plumas.* } Plaut. in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Nonius clauatum interpretatur, aut pluma factum.

Plumo, as, Plumam emitto. {πτεροῦμαι. Ital. *Mandar fuori la piume.* Gal. *Ietter hors les plumes, commencer à en auoir.* Hispa. *Empluмescer, echar à fuera plumas.* } Gellius libro 2. cap. 29. Auicula est parua, nomen est cassita, habitat, nidulatúrque in segetibus id fermè temporis vbi appetit messis, pullis iamiam plumantibus. ¶ Plumare item est acu pingere. ποικίλλειν. Flauius Vopiscus, Laneas tunicas purpura micantes, & plumanti difficultate pernobiles.

Plumesco, is, scere, ab inusitato plumeo, plumes, Pennatus fio. {πτερῶμαι. Ital. *Far le piume.* Gal. *Commencer à auoir des plumes.* Hispani. *Emplumescer, criar plumas.* } Plinius libro 10. cap. 53. Pullus ab eodem tempore plumescit.

Plumatus, a, um, Plumis tectus, pennatus. {πτερωτός. Ital. *Coperto di piuma.* Gal. *Emplumé, couuert de plumes.* Hispa. *Cubierto de plumas.* } Cicc. 2. de Natura deorum, Nitens plumato corpore coruus. Plin. libro 8. cap. 30, Molli plumata lanugine.

Plumosus, a, um. Idem quod plumatus, hoc est plumis tectus. Ouid. ad Liuiam. Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis Oenidé subitæ concinnistis anes. Propert. lib. 4. Eleg. 2, Cassibus impositis venor, sed harundine sumpta Faunus plumoso sum deus aucupio.

Plumipes, plumipedis. Qui pedes habet pennatos. {πτερόπους. Ital. *Chi ha i piedi coperti di piuma.* Gal. *Qui a des plumes aux piés.* Hispani. *Cosa que tiene los pies cubiertos de plumas.* } Catullus in Camerium, Epigram. 51, Næ Ladas ego, pennipésve Perseus, Næ Rhesi nitex citæque bigæ, Adde huc plumipedes, volatilésque, Ventorúmque simul require cursum, &c.

Plumbum, bi, {μόλυβδος, vel μόλιβδος. Ital. *Piombo.* Gal. *Plomb.* Hispa. *Plomo.* } duplex est, album scilicet, & nigrum: album, stannum dicitur. Nigri plumbi duplex origo est: aut enim sua sponte nascitur vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut nascitur cum argento, mistísque venis conflatur. Primus liquor qui in fornacibus fluit, album plumbum & stannum vocatur: secundus argentum: quod remansit, galena dicitur, & Latinè plumbago. Vide Plinium lib. 34. cap. 16, & 17. ¶ Est & plumbum genus vitij in oculis. Plin. lib. 25. cap. 13, Hæc commanducata, si oculus subinde limatur, plumbum, quod est genus vitij, ex oculis tollitur.

Plumbosus, a, um, Quod plurimum plumbi habet admistum. {μολυβδώδης. Ital. *Che ha mescolato assai piombo.* Gal. *Plombeux, ou il y a beaucoup de plomb meslé parmi.* Hispani. *Cosa llena de plomo.* } Plinius libro 34. cap. 18, Melior hæc, quanto magis aurei coloris, quantóque minus plumbosa, friabilis, & modicè grauis. Idem lib. 33. cap. 5, Fæx eius intelligitur plumbosissima.

Plumbeus, a, um, Quod ex plumbo est. {μολύβδινος. Ital. *Di piombo.* Gal. *De plomb.* Hisp. *Cosa de materia de plomo.* } vt Imago plumbea. Plautus in Trin. Cui si capitis res fiet, aumum nunquam credam plumbeum. Numus plumbeus ponitur pro minima pecunia, hyperbole prouerbiali, inquit Erasmus. ¶ Plumbeo iugulare gladio, est futili, leuíque argumento conuincere quempiam. Cicero ad Attic. Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceres. Idem de Finib. ¶ Plumbeus homo à Plauto dicitur liuidus: à Terentio, obtusus, & stupidus, in Heaut. In me quidnis harum rerum cõuenit. Quæ sunt dicta in stultum, candex, stipes, asinus, plumbeus. Plumbeum ingenium, hebes, & obtusum, quod cogitando penetrare non potest. ¶ Plumbeum esse in re aliqua. Cicc. 1. de Finib. In animi autem cogitatione dubitare non possumus, nisi planè in physicis plumbei simus, quin nihil sit animis admistum. ¶ Plumbeæ iræ. sunt grauissimæ, & quæ altissimè insident pectoribus. Plaut. Pœn. Verùm ita sunt omnes isti nostri diuites: Siquid benefacias, leuior pluma est gratia: Siquid peccarum est, plumbeas iras gerunt. ¶ Plumbeus color, color est plumbum referens: qualis apparet in iis qui ictero nigro laborant. Plin. lib. 11. cap. 52, Igitur vitæ breuis signa, raros dentes, plumbeum colorem.

Plumbago, inis, Communis vena plumbi & argenti: Græcè μολύβδαινα. à Plinio etiam galena dicitur. Vide ea quæ annotauimus in dictionibus MOLYBDÆNA, & GALENA, & quæ paulo antè diximus in dictione PLVMBVM. ¶ Est etiam Plumbago, siue molybdæna, herba in aruis nascens folio lapathi, crassa radice, hispida: qua commanducata si oculus subinde liniatur, plumbum (quod est genus vitij) ex oculo tollitur. Autor Plinius lib. 25. cap. 13.

Plumbarius, a, um, Quod ad plumbum pertinet. {μολυβδικός. Ital. *Pertinente à piombo.* Gal. *Apartenant à plomb.* Hispani. *Pertenesciente à plomo.* } vt, Plumbaria officina. Plin. lib. 34. cap. 18, Phimmythium quoque, hoc est cerussam, plumbariæ dant officinæ.

Plumbarius, rij, Qui ex plumbo facit opera. μολυβδουργός.

Plumbo, as, Ferrumino, vel plumbo conglutino. {μολυβδόω. Ital. *Impiombare.* Gal. *Plomber, soulder de plomb.* Hispa. *Soldar con plomo.* } Plinius libro 34. cap. 17, Neque argentum ex stanno plumbatur, quoniam prius liquescit argentum. Hinc Replumbo, quod ex resoluo. Iureconsultus, ff. de Auro & argento, Emblemata vasis & lapidibus inclusa replumbari posse significat. Applumbo idem quod simpler plumbo. Vlpia. l. ij. de Sepul. viol. Idem quærit, si statua neque applumbata fuerit, neque affixa, &c.

Plumbatura, æ, Modò ferruminationem significat, modò quamcunque coniuncturam plumbo factam. {μολύβδωσις. Ital. *Saldatura con piombo, impiombatura.* Gal. *Souldure de plomb.* Hispani. *Soldadura de plomo.* } Vulgus Gallicum *Soulduram* vocat. Cassius apud Paulum in l. In rem actio. ff. de Rei vẽdic. Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura non efficit.

Plumbatæ, Dicuntur pilæ plumbeæ quas veteres peregrino vocabulo martiobarbulos vocabant. {μολυβδοβαρεῖς. Ital. *Palle di piombo.* Gal. *Plombées.* Hisp. *Pelotas de plomo.* } A quo & milites qui his vtebantur, martiobarbuli appellati sunt. Vegetius de Re militari libro 1. cap. 17, Plumbatarum quoque exercitatio, quas martiobarbulos vocant, est tradenda iunioribus.

Pluo, is, plui, vel pluui, tum, Notæ significationis verbum est, cuius actio soli Deo, vel naturæ tribuitur: ideóque ferè sine nominatiuo ponitur. {ὕειν βρέχειν, ὄμβρον. Ital. *Piouere.* Gal. *Plouoir* Hisp. *Llouer.* } Virgil. 10. Aeneid. Dum pluit in terris. Cicc. 2. de Natu. deor. Has Græci stellas Hyadas vocitare fuerunt, à pluendo. ὕειν enim est pluere. Plin. libro 6. cap. 25, Etiam si non pluat. ¶ Aliquando tamen inuenitur habere nominatiuũ eius rei quæ pluendo decidit. Virgil. 4. Georg. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Tibullus, Multus & in terram depluerétque lapis. Quandoque etiam ablatiuum. Liu. lib. 6. bel. Maced. Tarracinæ, & Amiterni nuntiatum est aliquoties lapidibus pluisse. Quandoque accusatiuum. Liu. lib. 10. ab Vrbe. Nam & terram multifariam pluuisse, & in exercitu Appij Claudij plerosque fulminibus ictos nuntiatum est. Compluo. Varro, Deorsum, quò impluebat, impluuium: sursum quà compluebat, compluuium. Depluo, Impluo, perpluo: quorum significata vide suis locis.

Pluuia, uiæ, à pluendo. Est aqua cælestis ex cælo decidens. {ὑετός. Ital. *Proggia.* Gal. *Pluye.* Hisp. *El agua lluuia que viene del cielo.* } Virgil. 1. Georg. –ruit arduus æther, Et pluuia ingẽti sata læta, boúmque labores Diluit. Idem 9. Aegloga, Aut si nox pluuiam ne colligat antè veremur. Idem 1. Georg. Ne tenues pluuiæ, rapidive potentia Solis, &c. Cicero ad Attic. lib. 15, Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra vera sunt: ranæ enim ὑετοδόκαι.

Pluuius, a, um: vt, Aqua pluuia, quę & pluuialis dicitur. {ὑόμβριος. Ital. *Piouoso.* Gal. *Pluuieux.* Hisp. *Cosa de agua lluuia.* } Pliuius, Teritúrque in mortariis admista aqua pluuia. Horatius lib. 1. Carm. Ventos pluuios vocat, hoc est pluuiam inducentes, ὀμβροφόρους. Columella in Præf. lib. 1. Ver pluuium nominat in quo sæpe fit pluuia. Auster pluuius, pluuiam inferens, Ouid. 1. Metam. Cælum pluuium, Varro 1. de Re rust. cap. 13. Frigus pluuium. Virgil 3. Georg. vnde nigerrimus Auster Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum. Hyades pluuiæ, Virgil. 2. Aenecid.

Pluuialis, Pluuiatilis, adiectiua eiusdem significationis. {ὑόμβριος. Ital. *Piouoso, di pioggia.* Gal. *Pluuieux, de pluye.* Hispani. *Cosa de agua lluuia.* } vnde aqua pluuia, vel pluuialis dicitur quæ de cælo decidit. Festus, Compluuium quo de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Virgil. 3. Georg. –& dum Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus Austris. Colum. lib. 2. cap. 13, Pluuiales quoq;, & feriatum computantur, quibus non aratur, dies quinque & quadraginta. Ouid. 2. Fastorum, Ecce velut torrens vndis pluuialibus auctus, Aut niue, quæ Zephyro victa tepéte fluit. ¶ Hœdi pluuiales, stellæ duæ sunt quas Auriga (quod signum cæleste est super cornua Tauri) in manu tenet.

Pluuiosus, osa, um: vt, Annus pluuiosus, in quo fiunt frequentes pluuiæ. {ὑετώδης. Ital. *Piouoso.* Gal. *Pluuieux.* Hisp. *Cosa de agua lluuia ò lluuiosa.* } Plin. lib. 18. cap. 25, Nubilo occasu pluuiosam hyemem denuntiat.

Plus, pluris, vide MVLTVS.

PLVTARCHVS, πλούταρχος, Chæronensis philosophus floruit sub Traiano & Adriano Imperatoribus: (nam Traiano libros Apophthegmaton dedicauit) vir eruditissimus, & multiiuga eruditione mirabilis, ac fœcundus. A Traiano in Illyricum missus est consulari potestate: iussúmque omnibus Illyricis magistratibus vt absq; eo nihil agerẽt. Huius nepos fuit Sextus philosophus. Meminit vtriusque Eusebius in Chronicis. ¶ Plutarchus alter, Nestorij filius, Atheniẽsis sophista, præceptor Syriani: qui scholæ præsidebat Athenensi sub Iuliano principe. Autor vtriusque Suidas.

Pluteus, plutei, masc. geo. Machina ad expugnandos muros, ad similitudinem cassidis. Contexitur è vimine, & coriis protegitur, terníque rotulis: quarum vna in medio, duæ in capitibus apponuntur. In quamcunq; partem volueris, admouetur. Hos obsidentes muris admouebant, applicabántque, sub iisque latitantes, sagittis, aut aliis missilibus defensores de propugnaculis exturbabant, vt interim scalis ascẽdendi præstaretur occasio, vt inquit Vegetius. Cæsar, Sempérque hostibus spes victoriæ redintegrabatur, eo magis quòd deustos pluteos tutrís videbant, nec facilè adire apertos ad auxiliandum animaduertebant. Plaut. in Milite, Ad eum vineas, pluteósque agam. hoc est rotis viribus eum oppugnabo. ¶ Postea verò etiam tabulæ quibus aliquid præsepiretur, eodem nomine dictæ sunt. παραπήγματα. Liuius, Cratibus, pluteísque,

ceisque, & linteis contectus. Suetonius in Calig. accipere videtur pluteum pro fulcro toti discubitorij, quum inquit, Quosdam summis honoribus functos cœnare modò ad pluteum, modò ad pedes stare succinctos linteo passus est. Martia. lib. 3, Excludúntque senem, spondæ qui parte cubabat, Nanque puer pluteo vindice tutus erat. ¶ Librorũ quoque & tabularum, signorúmque repositoria, plutei appellantur. Iuuenal. Saty. 2, Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas. ¶ Tabula insuper qua vtuntur ij qui aliquid meditantur, conscribúntve, pluteus dicitur. Pers. saty. 1. Nec pluteũ cædit, nec demotos sapit vnus. Vbi interpres, Qui moram stylo, iudiciúmque adhibent, in ipso limæ labore, irati interdum, aut solicite cogitabundi, vel pluteum cædunt, vel caput scabunt. ¶ Pluteum etiam dicebant spatium id quod inferiores columnas à superioribus per longitudinem in fronte discernebat.

Plutealis, pluteale. Vnde à Cicerone ad Attic. lib. 1, figilla plutealia, imagunculæ pluteis, id est tabulis inclusæ dicuntur. Præterea (inquit) typos tibi mando quos in tectorio atrioli possim includere, & plutealia figilla duo.

PLVTO, πλούτων, ἀίδωνεύς, Saturni filius ex Ope coniuge, & frater Iouis, atque Neptuni: qui quum ad regni diuisionem venissent, Plutoni qui natu minimus erat, & Agesilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit, secus inferum mare: Ioui, plaga Orientalis: Neptuno, insulæ. Hinc datus est locus fabulæ, Ioui imperium cæli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigisse. Dictus Pluton, ἀπὸ τοῦ πλούτου, hoc est à diuitiis, eo quòd opes omnes ab inferis, hoc est ex intimis terræ visceribus eruantur. Eandem etiam ob causam Latini Ditem appellarunt. Cicero 2. de Natu. deorum, Terrena autem vis omnia atque natura Diti patri dedicata est, qui diues vt apud Græcos πλούσιος, quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Hactenus Cicero. Idem & Summanus dicitur, quasi summus deorum Manium. Item Orcus, quasi Virgus, ab vrgendo, quòd omnes in interitum vrgeat. Dicitur & aliis multis nominibus, quæ vide apud Cælium Antiquar. lect. lib. 10. cap. 18. Huius vxorem Proserpinam esse volunt Cereris filiam: cuius raptum tribus libris exequitur Claudianus.

Plutonius, a, um. Horat. libro 1. Carm. Et domus exilis Plutonia, quò simul mearis, &c.

PLVTVS, πλοῦτος, A Græcis fingitur esse diuitiarum deus: quem in aductu claudum esse volunt, in recessu alatum: hoc nimirum inuentes, quòd serius quidem opes contrahantur: partæ autem, nisi frugaliter dispéses, velociſſimè dilabantur. Eundem & cæcum faciunt, & iudicij expertem, propterea quòd indigniſſimum quenque opibus affluere videamus: probos autem & condignos in re tenuiſſima versari. Huius domicilium constituit Posidonius in subterraneis Hispaniæ locis, eo quòd regio ea metallorum fœconditate reliquis antecellat. ¶ Est item huius nominis Comœdia apud Aristophanem.

Pluuia, Pluuialis, vide PLVO.

PLYNEAE, πλυνίαι, Nili insula: cuius incolæ Plyneæi dicuntur, & Plyneatæ. Stephanus.

Plynteria, orum, πλυντήρια, Dies festi erant apud Atheniẽses Cereri facti, qui inter nefastos numerabantur. Vide Cæl. Rhodig. lib. 14. cap. 9.

P ante N.

Pneumaticus, a, um, πνευματικός. Ital. *Spirituale.* Gal. *Spirituel, de vent.* Hisp. *Cosa de espiritu ò viento.* Spiritalis: ἀπὸ τοῦ πνεύματος, quod spiritum, significat. Vnde Pneumatica organa, dicuntur spiritalia, hoc est quæ vi natus, vel spiritus aquam ex puteo, vel flumine hauriunt, ad irrigandos hortos. Plin. lib 19. cap. 4. Hortos villæ irrigendos non est dubium: irrigóſque maxime habendos, si contingat profluo amne: sin minus, è puteo pertica, pneumaticeſve organis, vel tolle nouum haustu rigandos. ¶ Pneumatica ratio, pars est Musicæ quæ fit inflatis vento fistulis. Plin. lib. 7. cap. 37, Ctesibius laudatus, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

Pneumonia, πνευμονία, quæ & peripneumonia, Inflammatio pulmonis cum febri acuta & difficultate spirandi. Græci enim πνεύμονα vocant quem nos pulmonem.

Pneumonici, πνευμονικοί, Qui laborant ex pulmone: qui Latinè dici possunt pulmonarij: sicut à Columella, Ouis pulmonaria dicta est, cuius pulmo afficitur.

P ante O.

Poculum, li, Propriè vas quo bibitur: à potione dictum. ‡ ποτήριον, πῶμα, κύπελλον. Ital. *Coppa.* Gal. *Tonte sorte de vaisseau à boire.* Hisp. *Vaso para beuer, copa.* ‡ Cic. Verr. 6, In his pocula duo quædam quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. Virgil. 11. Aeneid. Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ. Horat. 1. Serm. saty. 2. Num tibi, quum sauces vrit sitis, aurea quæris Pocula? num esuriens fastidis omnia, præter Pauonem, rhombúmque? Virgil. 3. Aegloga, -pocula ponam Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis. ¶ Sumitur tamen quãdoque pro ipso potu, siue potione. Virgil. 2. Georg. Pocula siquando sæuæ infecere nouercæ. ¶ Poscere maioribus poculis, est copiosius & liberius potationi indulgere, & conuiuas ad potandum inuitare. Cicero 3. Verr. Discumbitur, fit sermo inter eos, & inuitatio vt Græco more biberetur: hospes hortatur: poscunt maioribus poculis: celebratur omnium sermone, lætitiáque conuiuium.

Pocillum, li, diminutiuum, Paruum poculum. ‡ ποτήριον. Ital. *Vasetto da bere.* Gal. *Poſſonnet, petit vaſe à boire.* Hisp. *Pequeño vaſo para beuer.* ‡ Plin. lib. 4. cap. 13, Lucius Papyrius imperator aduersus Samnites dimicaturus, votum fecit, si vicisset, Ioui pocillum vini. Plaut. in Asin. Tecum vina postea, tecum aquæ pocilla potitet. Cato cap. 156, Per linteum exugito succum, quasi heminam, in pocillum fictile. Liuius 10. ab Vrbe, Vouerat Ioui victori si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, priusquam temetum biberet.

Pociliator, oris, Pincerna, qui est à poculis. ‡ οἰνοχόος. Ital. *Coppiere.* Gal. *Qui verſe à boire, eſcuyer à coupe.* Hispan. *Eſcanciador, ò copero.* ‡ hoc est cuius officium est vt in conuiuio vinum misceat: quem etiam à poculis, & à cyathis appellamus, qualis apud superos dicitur esse Ganymedes, quem ab Aquila raptum Ioui pocula ministrare fabulantur.

Poculentus, a, um, adiectiuum, Quicquid potari potest. ‡ πόσιμος. Ital. *Che si può bevere.* Gal. *Qu'on peut boire.* Hispa. *Cosa que se puede beuer, ò aquella bevida.* ‡ Gell. libro 4. cap. 1. Penus est, inquit, quod esculentum, aut poculentum est. Cicero 2. de Natu. deor. Habitat in ea parte oris quam esculentis & poculentis iter natura patefecit. Sunt qui hisce in locis potulentum, & poculentis, legere malint, vt sit à potu, potulentus: sicut ab esca, esculentus.

Podagra, æ, pen. corr. ‡ ποδάγρα. Ital. *Podagra, gotta ne' piedi.* Gal. *La goutte ès pies.* Hisp. *Gota, enfermedad nota delos pies.* ‡ Morbus est articularis, pedes præcipuè infestans, aliis cum ardore, aliis cum algore, quo diuites & otiosi præcipuè infestantur. Dicta podagra, quòd pedicæ more, quam Græci ποδάγραν appellant, pedum vsum impediat. Hoc vitium si manus infestet, chiragra dicitur. Martia. lib. 1, Litigat, & podagra Diodõrus. Flacce, laborat: Et nil patrono porrigit: hæc chiragra est. Ouid. 2. de Pon. Soluere nodosam nescit medicina podagram. Podagra morbus peregrinus est. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen inuenisset. Non enim Roma, quum fudando, & laborando vinebat, hoc malum cognouit. ¶ Sunt autem podagræ duo genera, calida, quæ & rubens dicitur: & frigida. Plin. lib 26. cap. 10. Podagras refrigerat radix è riphio, semen è psyllio, cicuta cum lithargyrio, aut axungia: aizoum in primo impetu podagræ rubentis, hoc est calidæ. Vtrilibet verò conuenit erigeron cum axungia.

Podagricus, & podagrosus. ‡ ποδαγρικός. Ital. *Gottoso ne' piedi.* Gal. *Goutteux ès pies, podagre.* Hispa. *Gotoso delos pies.* ‡ Qui podagra laborat. Plautus in Merc. Sed tandem, si podagrosis pedibus esset Eutychus. Plin. lib. 20. cap. 8, Omnes hæ & podagricis vtiles, & sanguinem reiicientibus.

Podager, a, um, ποδάγρος. Idem quod podagricus. Claud. Epigr. 30, Atq; nihil prorsus stare putat podager.

PODALIRIVS, ποδαλείριος, Proprium nomen Aesculapij filij, & fratris Machaonis, qui ob insignem medicinæ artis peritiam vnà cum fratre ad bellum Troianũ euocatus fuit. Dictus Podalirius à pedum magnitudine. Ouid. lib. 2. de Arte amandi, Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi, Automedon curru tantus amator. ¶ Est etiam Itali cuiusdam nomen apud Virgilium lib. 12.

Poderis, pen. prod. ποδήρης, Talaris tunica, hoc est vestis ad talos vsque demissa, quæ adhæret corpori, & ita arcta est & strictis manicis vt nulla omnino in veste sit ruga, & vsque ad crura descendit. Solent milites habere lineas, quas camisias vocant, sic aptas membris, & adstrictas corporibus, vt expediti sint vel ad cursum, vel ad prælia, dirigendo iacula, tenendo clypeum, ensem vibrando, & quocunque necessitas traxerit expedite sequentes.

Podex, icis. Posterior pars corporis pudẽda, quòd ex ea pedes fluere videantur. ‡ ὀρχὶς, πυγωνὸς. Ital. *Foro del culo tra le natiche.* Gal. *Le fiege, le trou du cul.* Hispa. *El ſalaonor.* Iuuen. Satyr. 2, -& podice læui Cæduntur tumidæ medico ridente marisca. Horat. Hicéque turpis inter aridas nates Podex, vel crudæ bouis.

Podium, dij, πόδιον, Locus est ad spectandum habilis à pede nomen habens. siue quia pedis modo protectura illa quæ podium facit, procedat: siue quòd ad pedes ædificiorum strui consueuisset: siue quòd in eo pedibus hæreamus. Alio nomine dicitur mœnianum. Solet enim fieri extra domus parietem locus porrectus instar pulpiti, mutulis è marmore suppositis. Iuuenal. Saty. 2. Omnibus ad podium spectantibus. Sueto. de Nerone, cap. 12, Cæterùm accubans primùm patuis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueuerat. Huius diminutiuum est Podiolum.

PORCILASIVM, πωκιλάσιον, Oppidum Cretæ, in latere Australi, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 17.

POECILE, huius Pœciles, penult. corr. ποικίλη, Fuit porticus Athenis in qua Stoici philosophabantur ita dicta à varietate picturæ. Græci enim ποικίλον varium dicũt, ποικιλίαν varietatem. Vnde & lapis syenites vocatus est pyrrhopœcilos à varietate rubentium maculamm. In hac autem porticu Zenõ philosophus discipulos docebat. Vnde & Stoica secta nomen accepit, & philosophi Stoici nuncupati, qui antea Zenonij à Zenone sectæ eius principe dicebãtur. Nam στοὰ Græcis porticus est. Plinius libro 35 cap. 9. Hic & Athenis pinxit porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuitò. ¶ Fuit & in Elide porticus Pœcile, quæ à Plinio Heptaphonos appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

PODALEA, æ, penultima producta, ποδάλεια, Vrbs Lyciæ apud Plinium libro 5. cap. 27.

PODARGE, es, ποδάργη, Equæ velociſſimæ nomen, ex qua Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progenuit: vt fabulatur Homerus 16. Iliad. Dicta Podarge à pedum velocitate.

PODARGI, ποδάργοι, Populi Thraciæ, teste Stephano.

POEAN, antis, ποίας, Pater Philoctetis, qui ab eo Pœantius, & Pœantides à Poetis appellatur. Ouid. lib. 5. Tristium, Penè decem totis aluit Pœantius annis Post sæuum tenuido virus ab angue datum.

POEESSA, ποιήσσα, Insula in mari Carpathio, notiore nomine Rhodus dicta. Autor Plinius lib. 5. cap. 31.

Poema, vide POETA.

POEMEN, ποίμην, Mons Põticæ regionis, à quo Parthenius profluit per mediam Amastrem. Autor Stephanus.

POEMENIS, penultima corr. ποιμένις. Canis fœmina est, ex canum eorum numero qui Actæonem lacerarunt: ita dicta quòd in seruandis gregibus, pastoris quodammodo officio fungeretur. Nam Græcis ποιμὴν pastorem significat: à quo fœmininum Pœmenis deduxit. Ouidius 3. Metamor. -pecudéſque secuta Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus.

Pœna, æ, Supplicium quo quis ob delictum afficitur, à Græco ποινὴ: quòuis Varro à pendendo deriuari putet. ‡ ἡ ἐπιτιμία, ποινή. Ital. *Pena, ſupplicio.* Gal. *Peine, punition.* Hisp. *La pena.* ‡ Habet autem hoc nomen varios in oratione vsus. Dicimus enim, Perere pœnas, pro exigere: Pendere pœnas, pro puniri: similiter Luere pœnas, Afficere pœna, Constituere pœnam alicui, aut in aliquem: Committere pœnam, Cogere in pœnam: Consurgere in pœnam, id est vi pœnam ab aliquo exigere: Dare pœnas, Dependere pœnas, Exigere pœnam, Expetere pœnam, Effugere pœnam, Expendere pœnas alicui, Ferre pœnam, Habere pœnas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Persoluere pœnas sceleris, Perferre pœnam: Persequi pœnas alicuius, pro vlcisci: Pendere pœnas, puniri, supplicio affici, mulctam soluere: Repetere pœnas ab aliquo, Sustinere pœnam, Sufferre pœnam, Sumere pœnas Subire pœnas, Suscipere pœnam. Exempla veteres scriptores legenti passim erunt obuia. Pœnarum verò octo genera Cicero commemorat: damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, seruitutem, mortem.

Pœnalis, pœnale, Quod ad pœnam pertinet. {ποινικός. Ital. *Penale*. Gal. *De peine & punition*. Hispani. *Cosa perteneſciente à pena*.} vt Pœnalis opera. Plin.lib.18.cap.11, Alica fit é zea, quam semen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea. Nam lapidis duritia conteritur. Nobilius (vt notum est) pilo vinctorum pœnali opera.

Pœnatius, aliud adiectiuum, idem significans quod pœnalis: vt Pœnaria actio. Quintilianus lib.4.cap.3, Si legem asperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. Idem lib.7. cap.5, Sed etiam in formulis quum pœnariæ sunt actiones, nos ita causam partimur, an commissa sit pœna, an exigi debeat.

Pœnitet, tebat, tuit, verbum impersonale, Quasi pœna teneat, inquit Sipontinus. Est enim pœnitere, ob factum aliquod proprium, aut ob prætermissionem, animo angi. {μεταγνώσκω, μεταμέλει, μεταγνοῶ. Ital. *Pentirsi*. Gal. *Se repentir*. Hisp. *Arrepentirse*.} Cicero pro Cælio, Nam quod obiectum est de impudicitia quódque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id nunquam tam acerbe feret Marcus Cælius, vt eum pœniteat non deformem esse natum. ¶ Quoniam verò in his etiam quæ nobis aut tædio, aut pudori sunt, pœna quædam esse videtur, fit vt pœnitet aliquando pro tædet, pudet, seu dolet, accipiatur. Liu.1.ab Vrbe condita, Nec me eorũ sententiæ esse pœnitet. Cicc.in Catone, Num igitur si ad centesimum vixisset annũ, senectutis eum suæ pœniteret? ¶ Accipitur interdum pœnitet, pro eo quod est, parum, vel exiguum videtur. Terent.in Eunuc. An pœnitebat flagitij, te autore quod fecisset Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Idem in Heauton. Me quãtum hic operis fiat, pœnitet. id est parum videtur, & exiguum quod à seruis fit. Cic. lib.1.Offic. Tandiu autem velle debebis, quoad te, quãtum proficias, non pœnitebit. ¶ Pœnitet me hominis, id est non magni facio hominem. Cic.4.Acad. Quid eum Mnesarchi pœnitebat? quid Dardani, qui erant tum principes Stoicorum?

Pœnitens, pœnitutus, & pœnitendus, participia. Accius, Neque te, neq; quenquam arbitror pœniturũ tuæ laudis. {ὁ μεταγνώσων, ὁ μεταμελόμενος. Ital. *chi si pente*. Gal. *Repentant, qui se repent*. Hisp. *Que tiene arrepentimiento*.} Quintil.lib.9.cap.3, Eo vsque processum est, vt Non pœniturum, pro non acturum pœnitẽtiam, & Visuros, ad videndum missos, Sallustius dixerit. Colum.lib.1.cap.1, Itaque hic ager siue exerceatur, siue cesset, colono est pœnitendus, ac tanquam pestilens refugiendus. Pœnitendus enim idem est quod parui æstimandus, pudendus, contemnẽdus. Liu.1.ab Vrbe condita, Sub haud pœnitendo magistro. ¶ Pœnitens verò interdum iungitur genitiuo. Sueton.in Vitellio, Non multo pòst pœnitens facti. Interdum ablatiuo cum præpositione de. Idem in Claud. Pœnitentis de matrimonio Agrippinæ. ¶ Pœnitendum gerundium legitur: vt Non est eius præceptoris pœnitendum. Sallust.in Iugurtha, Num eorum pœnitendum sit.

Pœnitentia, & pœnitudo, ab impersonali pœnitet: significat dolorem ob factum aliquod nostrum occasionisque prætermissionem. {μετάνοια, μεταμέλεια. Ital. *Penitentia*. Gal. *Repentance, penitence*. Hispani. *Arrepentimiento*.} Plin.Epist.130, Supererit vt rursus prouinciæ, quod damnasse dicitur, placeat: agátque pœnitentiam pœnitentiæ suæ. Plinius 17. cap.12, Nihil est fœdius agricolis, quàm gestæ rei pœnitentia. ¶ Ponitur aliquando pro contemptu & aspernatione. Plin.libro 5.cap.17, Gens æterna, in qua nemo nascitur, tam fœcunda illis aliorum pœnitentia est. Budæus.

Pœnvs, Carthaginiẽsis, à nomine Phœnix, detracta aspiratione, λίσσος. Sumpserũt enim Carthaginiẽses originem à Tyriis Phœnices populis, qui duce Elisa (quæ & Dido dicitur) Pygmalionis sæuitiam fugientes, in Africam appulerũt. Seruius in illud Virgilij 1.Aene. -ponúntque ferocia Pœni Corda volente deo. Pœni, inquit, ἀπὸ τοῦ φοίνικος est, quasi Phœni, quia à Phœnicibus orti. ¶ Hinc deducitur Punicus, Punica, Punicum, commutata œ diphthongo in u. Vide suo loco.

Pœnulus, diminutiuum est à Pœnus: vnde Plautina fabula nomen sumpsit, in qua Pœnus Hanno Punicè loquens introducitur.

Pœnicus, a, um, antiqui dicebant quod nos Punicus, œ diphthongo in u transmutata. λιθόκοκκος. Vnde Pœnica pauimenta vocabant quæ nos Punica appellamus, ex lapide Numidico strata. Simili etiam modo pœnio dicebant, quod posteritas punio extulit.

Pœphagus, ποιφάγος. Animal est Indiæ peculiare, duplo maius equo, caudam habens pulchertimam, cuius setæ humani capilli subtilitatem vincunt: quo nomine à mulieribus maximè expetuntur, quæ iis capillos suos implicant. Autor Aelianus.

Poeta, æ, {ποιητής. Italicè & Hispanicè, *Poeta*. Gal. *Poëte, faiseur de vers*.} Carminum insignium scriptor: ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, quod inter cætera significat ἐμμέτρως γράφειν, hoc est metricè aliquid conscribere. Horatius in Arte, -pictoribus atque poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Virgil.9.Aegloga, -& me fecere poëtam Pierides. Cicc.2. de Orat. Bonus poëta nemo sine inflammatione animorum existere potest, & sine quodam afflatu quasi furoris. Horat.1. Sermo. saty.4, -difiecti membra poëtæ.

Poëma, atis, {ποίημα. Ital. *Poema, poesia*. Gal. *Poëſie, poëme, ce qu'vn poëte a composé*. Hisp. *Obra de poeta*.} & poëmatum, ti: & poësis, huius poësis, ποίησις, Poëtarum opus, hoc est figmentum, siue fictio. Plaut.in Asin. Nam nec fictum vnquam, nec pictum in poëmatis. Plin.lib.7. cap.36, De poëmatum origine magna quæstio est. Cicero 4. Tuscul. Anacreontis tota poësis amatoria est. Nonius ita distinguit inter poëma, & poësin, quòd illud sit inuentio parua quæ paucis verbis exprimitur: hæc verò cõtextus ipse scriptorum, & opus totum. Sic tota Ilias, poësis appellabitur: armorum autem Achillis descriptio, poëma. Verùm hæc differentia nullo modo obseruatur.

Poëticus, a, um, {ποιητικός. Ital. *Poetico*. Gal. *Poëtique*. Hisp. *Cosa perteneſciente à poeta*.} Quod ad poëtam pertinet: vt Ars poëtica, Verba poëtica. Cic. 3.de Orat. Sed tamen raró habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem. Quintil.lib.1, At in eadem vitij geminatione, metier, sufficier dicens Ennius, poëtico iure defenditur. Licentia poëtica, Quintil.lib.2. cap.4. Poëtici dij, Cicc.3.de Natu.deor. Mella poëtica manare, Horat.1.Epistо.20.

Poëticè, aduerb. {ποιητικῶς. Ital. *Poeticamente*. Gal. *Poëtiquement*. Hispa. *En manera de poeta*.} Quod est more poëtarum. Cic.6.de Finib.bon.& mal. Vt poëticè loquar.

Poëtice, tices, aut poëtica, cæ, {ποιητική. Ital. *Poetica, l'arte di comporre versi*. Gal. *Poëſie, l'art de compoſer vers*. Hispa. *Arte dela poesia*.} Ars ipsa conscribendorum versuum. Cicc.1. Tuscul. Serius poëticam nos accepimus. Ibidem, O præclaram emendatricem vitæ poëticam.

Poëtor, taris, Io poëtica me exerceo, siue poëtam ago. ποιητεύω. Ennius, Nunquam poëtor, nisi podager.

Poëtria, æ, {ποιήτρια. Ital. *Poeteſſa, donna che sa l'arte di comporre versi*. Gal. *Femme qui sait faire & compoſer vers*. Hisp. *La muger poeta*.} & Poetis, idis, more patronymici fœminini. Mulier poëtices perita: vt Sapho, & Corinna. Persius in Præfat. Poëtrias picas Cantare credas Pegaseium melos. Cicero pro Cælio, verùm hæc tota fabella veteris & plutimarum fabularum poëtriæ, quàm est sine argumento, quàm nullum inuenire exitum potest.

Poëtificus, adiectiuũ, quo vsus est Ennius, qui Caballinum fontem poëtificum nominauit.

Pogonia, æ, πωγωνία, Genus cometæ, barbatæ stellæ similitudinem referens, vnde & nomen habet, ἀπὸ τοῦ πώγωνος, hoc est à barba. Plin.lib.2. cap.25, Pogonias vocant quibus interiore parte in speciem barbæ longæ promittitur iuba.

Pol, Iurãtis aduerbium. id est per Pollucem, quod iuramenti genus tam viris quàm mulieribus erat commune. τὸν πολυδεύκη. Plaut.in Amph. Neque pol dedi, neque dixi.

POLA πόλα Ptolemæo, Istriæ vrbs à Colchis condita, postea à Iulio Cæsare, qui eò coloniam deducendam curauit, Iulia pietas appellata. Autor Plinius lib.3.cap.19.

Polca, πόλκος Aristoteli, Syrorum lingua fimus est pulli asinini, quem mater in partu ante fœtum effundit. Plinius lib.28.cap.13.

POLEMON, penult.corr. πολέμων, Philosophus Athenicnsis, Philostrati filius: qui quum in iuuẽtute petulans esset, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis scholam ingressus fuisset, eius oratione quæ tunc de pudicitia erat, adeò mores immutauit, tantúmque in philosophia profecit, vt Xenocrati in schola succederet. Autor Gellius. Diogenes eum multa scripsisse testatur, Suidas nihil scriptum reliquisse asserit. ¶ Polemon, cognomento Helladicus, patria Ilicnsis, historicus nobilissimus, æqualis Aristophanis Grammatici, Panætij discipulus, scripsit de origine ciuitatum Phocidis, Ponti, Laconiæ, Geographiam, & De cursu solis libros tres. Suidas. Polemon alius è Laodicæa Cariæ, qui Smyrnæ vixit ac professus est, æqualis Herodis Attici sub Adriano principe, ad quem legatus quãdoque Smyrnæorum missus, ab eóque honorificè exceptus, & Musæo Aegyptio adscriptus est.

POLEMONIVM, πολεμώνιον, Ciuitas est Themiscyræ (quæ Pontica regio est) Sideno fluuio irrigata. Autor Plinius lib.6.cap.4.

Polemonia, πολεμώνιον Dioscoridi, Herba quæ alio nomine philetæria appellatur: de qua Plinius lib.25.cap.6.

Polenta, æ. Hordeum madefactum, deinde siccatum, & tostum. {ἄλφιτον. Ital. *Polenta, che si fa di farina d'orzo*. Gal. *Farine d'orge seichée au feu ou fruite, griole seiche*. Hisp. *Poleada*.} Præparabatur autem hoc modo, Perfusum aqua hordeum siccant nocte vna, postero die frigunt: deinde molis frangunt, seruántque in multos dies. Est autem polenta tantùm fœminini generis, quanuis Calepinus Neotericos Grammaticos sequutus, putauerit etiam in neutro genere inueniri. Cato de Re rust.cap. 118, Tum id percolato, polentam adiicito. Varro de Re rust.libro 3. cap.9, Polentam mistam cum nasturtij semine. Plaut.in Asinaria, Vbi sient. nequam homines qui polentam pranfitant. Duo omnino à Grãmaticis adducuntur testimonia ex Ouidiana Metamorphosi, quibus probare conantur polenta etiam in neutro genere inueniri: in quorum vtroque polenta fœmininum est, non neutrum. Vide Raphaëlem Regium Ouidij interpretem in 5. librum Metamorphoseos: & Grammaticum nostræ ætatis diligentissimum Despauterium De generibus nominum.

Polentarius, a, um. Quod pertinet ad polentam, seu quod est ex polenta. ἀλφιτικός. Plaut.in Curcul. Eiiciam polentarium crepitum.

POLENTIA, æ, πολεντία, Oppidum est sub Apennino, in confinio Liguriæ: cuius meminerunt Ptolemæus lib.3.cap.1, & Plinius lib.3.cap.5.

Poli, polorum, {πόλοι, ζύγλυμμι. Martiano. Ital. *Poli*. Gal. *Les poles arctique & antarctique*. Hispa. *Los polos del mundo*.} Duo sunt puncta immobilia in cælo, circa quæ tanquam circa cardines quosdam, totum cælum volui videtur: vnde etiam nomen acceperunt, ἀπὸ τοῦ πολεῖν, hoc est à vertendo, siue circunuoluẽdo. Horum alter qui Borealis appellatur, in nostro hemisphærio perpetuò appareat, cui alter quem Australem dicimus, ex diametro opponitur: neque ex nostro horizonte vnquam conspicitur. Ab horum vno ad alterum imaginaria quædam linea ducitur, quam axem appellant: cuius extrema occupant ipsi poli. Plinius lib.2. cap. 15, Quoniam terra à verticibus duobus quos appellauerunt polos, centrum cæli est, necnon signiferi, obliquè inter eos siti.

Polimenta, teste Festo, Dicuntur testiculi porcorum quum castrantur, quòd ad similitudinem vestium poliantur. Plautus in Menæch. Pernam itidem, aut sinciput, aut polimenta porcina.

Polio, lis, liui, vel polij, politum, Orno, complano. {ξύω, λειαίνω. Ital. *Polire, ornare*. Gal. *Polir, orner*. Hisp. *Polir, ornar, acicalar*.} Plautus in Pœnul. Politi, expoliti, pingi, fingi. Virg.8.Aene. Aegidáque horrificam, turbatæ Palladis arma Certatim squamis serpentum, autóque polibant. Ouidius 1. de Pont.Elegan.6. Cur ego solicita poliam mea carmina cura? Cicc.1.de Natu. deorum. Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. ¶ Huius composita, Depolio, Expolio, Perpolio, Repolio, de quibus suis locis.

Politum, Dicimus cultum, ornatum. {ξυστόν. *Polito, ornato*. Gal. *Poli, orné*. Hispa-

Hisp. *Polido.* } Varro 1. de Re rust. cap. 2, Video huc venire Cn. Tremelium Scrofam, virum omnibus virtutibus politum. Cicero 3. de Finib. Quinetiam agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia, &c. Idem 4. Acade. Politissimus & acutissimus nostræ memoriæ philosophus. Idem, Nihil acutius, nihil politius Aristotele. Idem P. Lentulo, Nunc, vt Apelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit.

Politè, aduerbium. {γλαφυρῶς, ἐξησκημένως. Ital. *Politamente, ornatamente,* Gal. *Poliement, nettement, ornement.* Hispa. *Polidamente.* } Cicero 1. Tuscul. Fieri autem potest vt rectè quis sentiat, & id quod sentit, politè eloqui non possit.

Politulus, diminutiuum. {γλαφυρώτερος. Ital. *Alquanto polito.* Gal. *Vn peu poli & orné.* Hispa. *Polido vn poco.* } Cicero ad Volumnium, lib. 7. Epistol. Opus est hîc limatulo, & politulo tuo iudicio.

Politura, ræ, penult. prod. Poliendi actus. {ἐξησκημένως, ξέσις. Ital. *Esso polire.* Gal. *Polissure.* Hispa. *Obra de polir, polidura.* } Plin. lib. 36. cap. 6, Thebaica politura accommodatur.

Politio, onis, eiusdem significationis: vt politio operis, hoc est extrema illa manus quæ iam operi quodammodo perfecto imponitur.

Polities, Idem quod elegantia, siue ornatus. γλαφυρότης, κόσμος.

Polion, vide POLEA.

POLITES, pen. prod. πολίτης. Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus capta vrbe in conspectu patris interfecit, vt refert Virgilius lib. 2. Aeneid. Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites,
Vnus natorum Priami.

Polis, huius polis, fœm. gen. Latinè dicitur ciuitas & vrbs.

Politeia, æ, pen. prod. {πολιτεία. Italicè & Hispanicè, *Republica.* Gal. *Gouuernement de ville ou Republique.* } Idem quod respublica, siue status ciuitatis: quo nomine etiam Plato opus suum de Repub inscripsit. Cicero 1. de Diuin. Vide quid Socrates in Platonis Politeia loquatur, &c. ¶ Politeia, iuxta Aristotelem in Rhetor. est principatus, & consuetudo rerum, secundum quam viuere vnumquémque & conuersari debet. Tres autem sunt: quia aut vnus regnat, aut plures, aut omnes. Si vnus & ille bonus, & hic regnum constituet: si malus, tyrannidem: at si plures regnant, & boni, hi aristocratiam: si mali, ochlocratiam facient: si omnes, & hi boni, democratiam.

Politicus, a, um. {πολιτικός. Ital. *Ciuile.* Gal. *Politique, ciuil.* Hispani. *Ciuil, cosa de ciudad.* } Idem quod ciuilis, quod scilicet ad ciues pertinet, quos Græci vocant πολίτας. Cic. Attic. lib. 9. Sumpsi mihi quasdam tanquã theses, quæ & politicæ sunt, & temporum horum. Idem Martio, lib. 7. epistolarum. Sed quę potest esse homini politico delectatio, quum aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, &c.

Politica, orum, Dicuntur opera de administrandæ ciuitatis ratione conscripta: vt Aristotelis Politica.

Polities, vide POLITO.

POLLA, Argentaria mulier doctissima, Lucani poëtæ vxor, & in scribẽda Pharsalia adiutrix: cuius frequens est mentio in Syluis Papinij.

Pollen, vide POLLIS.

Polleo, per duplex ll, Possum, valeo. {ἰσχύω, δύναμαι. Ital. *Potere, valere.* Gal. *Pouuoir, auoir puissance & autorité.* Hisp. *Poder.* } Cic. in Parad. Nec est vlla res quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas, atq; iudicium. Liu. lib. 1. belli Pun. Multum illi terra, plurimum mari pollent. ¶ Accipitur etiam pollere pro præstare, vel melius esse, vel vtilius. Plin. libro 36, Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent. Idem libro 19. cap. 3, Sunt etiamnum duo genera nonnisi sordida nota vulgo, quum quæstu nullo polleant. ¶ Huius composita sunt, Præpolleo, & Aequipolleo, de quibus suis locis.

Pollentia, æ, Potentia. {δύναμις. Ital. *Potenza.* Gal. *Puissance, pouuoir.* Hispa. *Potencia.* } Plaut. in Rud. Ne impiorum potior sit pollentia. Idem Casina, -vt viro tuo semper sis superstes, atque vt potior pollentia, vt vincúsque virum, victrixque sies.

POLLENTIA, Dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur.

POLLENTIA, πολίχνιον, Plinio autore, oppidum fuit in maiore Baleatium insula. ¶ Fuit & altera Pollentia iuxta Alpes, inclyta lanarum nobilitate: de qua Silius lib. 8, -fuscique ferax Pollentia villi. ¶ Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, nõ multùm distantes à Tolentinatibus, vt indicat Plinius lib. 3.

Pollex, cis, Digitus primus in pede, & manu, quòd vi & potestate inter cæteros digitos polleat. {μέγας δάκτυλος, ἀντίχειρ. Ital. *Dito grosso, police.* Gal. *Le poulce de la main ou de pié.* Hispani. *El pulgar, dedo grueso dela mano.* } Vnde & apud Græcos ἀντίχειρ vocatus, quasi altera manus videatur. Alio nomine appellatur halux, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, salto, quòd constricta manu proximum digitum solus scandat. Plin. lib. 11. cap. 43, Hominis pollex articulos habet tres. ¶ Premere pollicem, prouerbialiter dicitur pro fauere: & conuertere pollicem, pro eo quod est alicui malè velle. Antiquitus enim in pollice erat fauoris, studiique significatio, qui faueret, pollicem premebat: qui contrà malè alicui cuperet, pollicem conuertebat. Plin. lib. 28. cap. 2, Pollices, quum faucamus, premere etiam prouerbio iubemur.

Pollicaris, pollicare, Quod pollicis latitudinem, siue crassitudiné habet. {ἀντιχειρικός. Ital. *D'vn dito grosso.* Gal. *D'vn poulce.* Hisp. *Cosa de grandeza de pulgar.* } Plin. lib. 15. cap. 24, Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine.

Polliceor, eris, Verbum commune, secundum Priscianum. {ὑπισχνέομαι, ὑπόσχεσιν ποιέομαι. Ital. *Promettere.* Gal. *Promettre.* Hispa. *Prometer.* } Nam in significatione passiua legitur apud Ouidium in Epistola Cydippes, Exige polliciti debita iura tori. Est autem polliceri, vltrò, seu ex pactione aliquid promittere. Plautus in Aulul. Credo ego ædepol, illi mercedem gallo pollicitos coquos. Idem in Bacchid. Hospitium & cœnam gallo pollicitos coquos. Idem in Bacchid. Hospitium & cœnam pollicere, &c. ¶ Ponitur aliquando pro affirmare. Cicero ad Cunam pollicere, &c. ¶ Ponitur aliquando pro affirmare. Cicero ad Cunam pollicere, &c. Horat. 4. Carm. Ode 5, Nullis polluitur casta domus stupris. Virgil. 3. Aeneid. Pollnit ore dapes.

Pollicitor, aris, frequentatiuum. πολλὰς ὑπισχνέομαι. Plaut. in Mil. Aut tibi meam operam pollicitari.

Pollicitatio, onis, verbale {ὑπόσχεσις, ὑπισχνίλια. Ital. *Promessa.* Gal. *Promesse.* Hispa. *Obra de prometer, prometimiento.* } Plin. lib. 7. cap. 37, Condita noua secta, spretis legatis, & pollicitationibus Mithridatis regis, &c. Budæus, Pollicitatio, est offerentis solis promissum.

Pollicitus, penult. corr. part. {ὑπισχνούμενος, ὑπεσχημένος, ὑπεσχεθείς. Ital. *Promesso.* Gal. *Promis.* Hisp. *Prometido.* } Fidem pollicitam dictis addere, Ouidius 3. Fast. Fast. Tonus pollicitus, Ouid. Epist. 10.

Pollicitum, ti, substantiuum. Id est promissio. {τὸ ὑπισχνεῖσθαι, τὸ ὑπόσχεσθαι. Ital. *Promessa.* Gal. *Promesse.* Hispani. *Prometimiento.* } Colum lib. 11. cap. 3. Memores polliciti nostri, subiungemus cultus hortorum. Ouid. 1. de Arte, Pollicitis diues quilibet esse potest.

Pollinarius, vide POLLIS.

Pollincio, pollincis, pollinciri, penult. prod. Corpus mortuum curare. {νεκρὸν κοσμεῖν, ταφιάζειν. Ital. *Gouernare gli corpi morti.* Gal. *Ornare & ensepuelir vn mort.* Hisp. *Curar la sepultura de los muertos.* } Plaut. in Prolog. Pœn. Carthaginienses fratres duo fuerunt. Eorum alter viuit, alter est mortuus. Propterea apud vos dico confidentius, Quòd mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Pollinctura. Ipsa cadauerum vnctio, & curatio. {νεκρόλουσις. Ital. *Sepoltura de morti.* Gal. *Ensepuelissement de morts.* Hisp. *Sepultura de los muertos.* } Plautus in Stic. Hodie pollinctura est. Libitinarius autem dicebatur qui necessaria funeribus vendebat, & qui rationibus præerat Libitinæ deæ, in cuius templo quæ ad sepulturam pertinebant, vendebantur, sicut docet Plutarchus in Proble. Senec. lib. 6. de Benef. Vota libitinariorum esse, vt mortes plurimorum optent, quod illis quæ fœnosissimum est.

Pollinctor, oris, cum c, Curator funerum, cuius officium erat abluere cadauera & vngere. {νεκροκόμος. Ital. *Piettosa morte.* Gal. *Ensepuelisseur des morts.* Hispa. *El que cura la sepultura delos muertos.* } Plaut. in Afina. Equis currit pollinctorem accersere: Idem in prol. Pœnu. Apuleius. Pollinctor eius, funeri dum vnctionem parat. Martia. libro 10, Iam ferobe, iam lecto, iam pollinctore parato.

Pollintor, Pollincere, Pollincio, vide POLLIS, pollinis.

Pollis, inis, & pollen, inis. Flos tritici, à verbo polleo, quòd frumenti portio præstantissima sit. {ἄλευρον, ἄκρον ἄλευρον. Ital. *Fior di frumento, fior de farina.* Gal. *Fleur de farine, la farine la plus delicé.* Hisp. *Harina de trigo muy apurada, harina sotil.* } Plin. lib. 18. cap. 10, Ex Aphrico iustum est è modiis redire se modios, & pollinis sextarios quinque. Ita enim appellant in tritico quod florem in siligine. Marcellus Dioscoridis interpres dicit pollinem esse tenuissimum pulnerem, subtiliorémque farinæ partem, qualis circa molas plerunque, & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hærens inuenitur.

Polinarius, a, um γυναῖος. vt Cribrum pollinarium, quod è lino, non è satis equotum fit ad pollinem purgãdum. {κόσκινον ἄκρου ἀλεύρου καθαίρεσιν, ἀλεύρισμα. Ital. *Burato, tamiso.* Gal. *Vn bluteau ou sas fin & delié.* Hisp. *Cedaço.* } Nam cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excussoria dicuntur. Plinius lib. 18. cap. 11, Cribrorum genera Galliæ setis equorum inuenere, Hispaniæ lino excussoria, ac pollinaria.

Pollintor, oris, Curator pistrini, qui farinã facit & pollinem, quique pollinatio cribro pollinem purgat, à polline farina deductum nomen. {ἀλευροκόπος. Ital. *Chi tamisa è bazuta.* Gal. *Bluteur ou sassour.* Hisp. *Panadero.* } Cato de Re rust. cap. 5, Operarium mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die.

Pollincêre, penult. prod. à pollinceo, Est farinam in pistrino luentfactam diuidere, inquit Sipontinus. χωνευμάτι.

Pollintio, onis, verbale à pollinceo, quod est farinam in pistrino diuidere. Cato cap. 136. Pollintionem in agro Casinate & Venafro sic date oportet. Vide reliquum apud Catonem.

Pollubrum, Vas est latum, quod & peluim vocamus, à polluendo dictũ, quòd eo aqua ex manuum ablutione polluta excipiatur. {χέρνιβον, χέρνιψ, νιπτῆρ, νιπτῆριον. Ital. *Bacino, bacille.* Gal. *Vn bassin à lauer les mains.* Hispani. *Fuente para lauar las manos.* } Antiqui etiam ad pedes abluendos pollubro vtebantur. Liuius Andron. apud Nonium, Argenteo pollubro, & aureo gutto. Fabius Pictor, Aquam manibus, pedibúsque dato, pollubrum sinistra manu teneto, dextra vas cum aqua.

Pollucco, es, xi, verbum ad sacra pertinens, significant dedicare, vel vouere, vel (vt alij volunt) libamenta Herculi in aram porricere. {κνίζω. Ital. *Dedicare, apparecchiare conuito magnifico.* Gal. *Sacrifier ou faire banquet magnifique en vn sacrifice.* Hispa. *Dedicar à sacrificar.* } Vnde sacrificium polluctum dicebatur quo Herculi decimæ solebãt sacrificari. Plaut. in Stich. Vt decimã partem Herculi polluceam, id est splendidè dedicem. Hoc verbo vsi sunt autores, quoties opiparas dapes, veluti in sacrificium Dei & in primis Herculis, factuti erant, cui decimas omnium rerum Romani voto reddebant. Vnde Macrobius Catilones cos propriè dicit, qui ad polluctum Herculis vltimi quum venirent, catillos liguriebant. Ad polluctum, hoc est ad magnificum epulum, quale Herculi solebat fieri. Nam polluctum, cti, cœna est pollucibilis & opipara. Plaut. in Rud. Spectatores vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nihil sum, neque sit quicquam pollucti domi. Id est si nobis esset cœna tam lautè apparata quàm esse solet eorum qui votiuum epulum faciunt, (hoc est pollinctum) ad cœnam vos vocassem. Ex Budæo.

Pollucibilis cœna, à Macrobio dicta est opulenta, opipara, & splendida. μεγαλοπρεπὴς δεῖπνον.

Pollucibiliter, aduerb. Splendidè & lautè. {πολυτελῶς. Ital. *Suntuosamente.* Gal. *Somptueusement.* Hisp. *Manificamente.* } Plautus in Most. Pascite parasitos, opsonate pollucibiliter.

Polluctum, vide in POLLVCEO.

Polluo, is, lui, lutum, Inquino, conspurco, fœdo, contamino. {μολύνω. Ital. *Macchiare, sporcare, imbrattare.* Gal. *Souiller & polluer.* Hispa. *Ensuziar.* } Cice. pro Rosc. Amer. Nemo enim putabat quenquam esse qui quum omnia diuina, atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset. Ouid. 1. Metamor. Affatúque suo populos, vrbésque, domósque Polluit. Cicero pro Domo sua. Iste qui nõ solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cæremonias. Horat. 4. Carm. Ode 5, Nullis polluitur casta domus stupris. Virgil. 3. Aeneid. Pollnit ore dapes.

Pollutus, a. um, participium. {μεμιαμμένος, μεμολυσμένος. Ital. *Sporcato.* Gal. *Pollu, souillé.* Hispa. *Ensuziado.* } Luca. lib. 2, Quenque fuæ rapiunt scelerata in prælia causæ, Hos polluta domus, legésque in pace timendæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

mendæ. Virgil. 3. Aeneid. Linquete pollutum hospitium, & dare classibus Austrum. ¶ Hinc nocturnam genituram somno sparsam, pollutionem appellant. μολυσμόν.

POLLVX. Iouis ex Leda filius, frater Castoris. πολυδεύκης. Hūc fabulantur Poëtæ fuisse immortalem, & nihilominus immortalitatem suam cum fratre mortali diuisisse, &c. Virgil. 6. Aeneid. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque reditque viam toties. ¶ Est etiam Pollux Græci Grammatici nomen, qui sub Commodo principe Athenis docuit. Eius hodie nihil extat præter Onomasticon.

Polulus, adiectiuum, pro paululus, vel paruulus: antiquum. Cato de Re rustica, cap. 10, Vrceos tres, labellum polulum, amphoras olearias duas.

POLVS, πῶλος, Agrigentinus sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione inuenisse dicitur τὸ παράδοξα, ἀντίθετα, ὁμοιοτέλευτα: quod minimè verum est, sed iam inuentis sæpe vsum fuisse constat. Hæc Philostratus. Suidas scribit eum genealogiam eorum qui ad Troiam profecti sunt, scripsisse, simul & nauium catalogum.

Polyacanthos, πολυάκανθος, Herba est spinosas habens lanugines, cuius meminit Plinius lib. 21. cap. 16.

Polyanthemon, mi, πολυάνθεμον, Herba est causticam vim habens, quam nonnulli batrachion appellant. Ruellius putat eam herbam quam nonnulli batrachion appellant. Ruellius putat eam herbam esse, quam herbariorum vulgus *Pedem coruinum* appellat. Vide Plin. libro 27. cap. 12.

Polyægos, πολύαιγος, Insula vna ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta.

POLYAENVS, πολύαινος, Sophista Sardianus, temporibus Cæsaris Dictatoris, & Antonij triumuiri. Scripsit orationes iudiciales, Triumphi Parthici M. Antonij libros tres. ¶ Fuit & alter eiusdem nominis Macedo genere, qui de Thebis scripsit, & de re militari. Suidas.

Polyandrion, πολυάνδριον, In Græciæ ciuitatibus dicebatur commune hospitum sepulchrum: ita dictum à multitudine sepultorū. πολύανδρον enim Græcis significat populosum.

Poyarna, siue Polyarnes, æ, πολυάρνης, Multorū agnorum, siue qui possidet multos agnos. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 1, Veteres poëtæ alios vocant polyarnas, alios polymelos, alios polybutas. id est multorum agnorum, multarum ouium, multorum boum.

POLYBIVS, πολύβιος, Insignis historicus fuit ex Megalopoli Arcadiæ ciuitate. Scipionis Africani præceptor, qui Romanam historiam libris quadraginta conscripsit. Autor Suidas.

POLYCARPVS, πολύκαρπος. Iohannis Euāgelistæ discipulus, & Smyrnæorum Episcopus. Latinè interpretari possumus fructuosum.

POLYCASTE, es, πολυκάστη, Nestoris filia, apud Homerum in Odyss.

Polychronius, {πολυχρόνιος. Ital. *De lungo tempo.* Gal. *De long temps.* Hisp. *De luengo tiempo.*} Diuturnus, longæuus, & multi temporis: sicut ὀλιγοχρόνιος, qui parum viuit. Vnde cornices dictæ sunt polychroniæ, quoniam ætates viuere dicantur.

POLYCLETVS, penult. prod. πολύκλητος, Statuarius eximius, diligentia & decore cæteris præcellens. Nam ex ære plurima confecit signa, grauissimorum scriptorum præconiis nobilitata: ex quibus in primis commemorantur astragalizontes, hoc est talis ludentes, quo opere nullum absolutius fuit iudicatum. Fuit Sicyonius, & discipulus Ageladæ. Duas eodem argumento statuas fecit, alteram ingenio, alteram verò ex vulgi opinione, & ex sententia cuiusuis prætereuntis. Quibus perfectis turbam admittit, ac primùm sua ostensa magnopere laudatur: altera deinde, non æquè. Atqui scitote (inquit) quòd hanc quam tantopere laudatis, ego feci: quam verò vituperatis, vos fecistis. Autor Aelianus de varia historia.

Polycnemon, πολυκνήμων, Quasi multarum tibiarum herba, cunilæ similis, semine pulegij, sarculosa, multis geniculis. Vide Plinium libro 26. cap. 14.

POLYCRATES, penult. cott. πολυκράτης, Nomen proprium tyranni, qui regnauit in Samo insula. Hic & opibus, & fœlicitate apud historicos inclytus est, qui quoad vixit, non tam fortunæ alumnus dici potuit, quàm partus. Anulum habuisse fertur incredibilis pretij, sibique charissimum, quem vt nimis sibi blandientem fortunam aliqua aduersitate temperaret, in mare abiecit: quem tamen postea in ventre piscis inuentum recuperauit. Huic quoad vixit, nihil aduersi contigisse ferunt. Sed mors infamis, & ærumnosa docuit, neminem ante obitum meritò dici posse fœlicem. Fuit enim ab Oronte Satrapa Persarum captus, suspensusque. Ex Strab. lib. 14. Huius item meminit Cic. lib. 5. de Finib. Floruit eodem tempore quo Pythagoras & Anacreon. ¶ Fuit & Polycrates Ephesiorum præsul, temporibus Seueri principis, vt scribit Hieronymus.

POLYDAMAS, antis, πολυδάμας, Proprijs Troiani, Antenoris & Theanûs sororis Hecubæ filij, qui Lycasten Priami filiam, sed ex concubina susceptam, vxorem duxit. Hic cum Antenore patre & Aenea vrbem Troianam Græcis dicitur prodidisse. Poëtæ Græci, vt primam huius nominis syllabam extendant (nam alioqui in hexametro versu locum non habet) πολυδάμαντα scribunt: quos & Persius imitatus est Satyr. 1, Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem Prætulerint. Sonat autem Polydamas Latinè multorum domitorem, quasi πολλοὺς δαμάζων. ¶ Polydamas, Pancratiastes nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superauit: tantum ingentem apprehensis extremis pedibus retrò tenebat: currum agitatum sese opponendo altera manu apprehensum ex cursu retrahebat, in equósque insiliebat deiecto auriga. Accersitus à Dario Artaxerxis magni filio, ter apud eum ex prouocatione victor fuit. Postremò post cœnam in cauerna, quum saxum à vertice ruinam minaretur, diffugientibus conuiuis, consilius ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere, oppressus est. Autor Pausanias.

POLYDECTES, πολυδέκτης, Rex Seriphi insulæ, qui Persæum Iouis & Danaes filium educauit. Cuius tandem ingenium veritus, audaciámque & fœlicitatem, seu prætexto æternæ gloriæ illum ad superandum Gorgonem Medusam compulit: qua denicta, redeunti Perseo quum semper detraheret, conuersus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ, vt fabulatur Ouid. lib. 5. Metam.

POLYDORA, πολύδωρα, Insula Propontidis: apud Plinium libro 5. cap. vlti. ¶ Polydora, nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia.

POLYDORVS, penult. prod. πολύδωρος, Filius fuit Priami ex Hecuba, quem pater initio belli Troiani, communis Martis exitium veritus, cum magno auri pondere educandum tradidit Polymestori Thraciæ regi, antiquo hospiti, amico & genero suo. Sed ille deleta Troia, cæterisque Priami ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus, Polydorum in litore spatiantem telis aggreditur, & frustrà fidem deorum, hominúmque implorantem, occidit: cæsóque tumulum superiniecit, cui supercreuere myrti virgulta, vt autor est Virgil. libro 3. Aeneid. Quod quum mater Hecuba intellexisset simulauit se ingens adhuc auri pondus velle illi secretò indicare quod pro filio acciperet. Quod auarus rex verum existimans, mox ad Hecubam profectus, illius vnguibus obcæcatus est. Extat tamen & alia de Polydoro opinio: nempe Græcos per Thraciam venientes hunc cepisse: Priamum autem pro redemptione filij Græcis dedisse vrbem quæ postea ab eiectu Antandros dicta est: qua accepta illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruisse. Hæc Seruius in locum illum 3. Aene. –fuge litus auarum, Nam Polydorus ego, &c. ¶ Alius fuit Polydorus Priami filius ex Laothoe Atlai Lelegum regis filia, quem Achilles cum fratre Lycaone in bello Troiano interfecit.

Polygalon, vel Polygala, πολύγαλον, Herba palmi altitudine, in caule summo foliis lenticulæ, quæ potata, lactis vbertatem inducit, à quo effectu nomen accepit. Plin. lib. 27. cap. 12. Dioscor. lib. 4. cap. 14.

POLYGNOTVS, πολύγνωτος, Nomen pictoris præclarissimi, patria Thasij, qui nonagesima Olympiade floruit, testibus Quintiliano lib. 12, de Institutione oratoria, & Plinio lib. 35. cap. 9. Hic primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris verticoloribus operuit, plurimúmque picturæ primus contulit. Primus siquidem instituit os aperire, dentes ostendere, & vultum ab antiquo rigore variare. Delphis ædem pinxit, & Athenis porticum quæ Pœcile vocatur, idque gratuito, quum pattem eius Myconmercede pingeret: quo nomine Amphyctiones (quod est publicum Græciæ concilium,) hospitia ei gratuita per vniuersam Græciam decreuere. Pinxit præterea & Ocnum, teste Pausania, spartum torquentem, asináque astantem, quæ quicquid ille torserat, statim præroderet. Quo ænigmate significare volebat, patremfamiliàs laboriosum quidem: sed cui domi esset vxor prodiga, quæ quicquid ille sudore suo corrasisset, strenuè profunderet. Vide Erasmi adagia.

Polygonaton, πολυγόνατον, Herba sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, à frequentia geniculorum dicta Plin. lib. 27. cap. 12, Vulgus *Salomonis sigillum* appellat.

Polygonoides, πολυγονοειδὲς, Herba est folio lauti, longa, tenuisque, aduersus serpentes, ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Aegyptia, ab aliis daphnoides appellatur. Autor Plinius lib. 24. cap. 15.

Polygonum, penult. prod. {πολύγονον, ὁ πολύγων. Ital. *corrigiola, centinodia.* Gal. *L'herbe saint innocent, autrement dite des herbiers centinodia ou corrigiola.* Hispani. *Cient nudos, correola.*} Herba à geniculorum multitudine quam nos sanguinariam vocamus, foliis rutæ, & semine gramini simili. Succus eius infusus naribus, supprimit sanguinem. Plin. lib. 27. cap. 12, Dioscor. lib 4. cap. 5. Colum. lib. 7, Sanguinalis herba quam Græci πολύγονα appellant. Hoc nomen veteres vsurparunt pro fœcundo. Vulgus *centinodium* appellat.

Polygrammos, πολύγραμμος, Gemma est smaragdo similis, per transuersum multis albis lineis distincta. Vide Plinium lib. 37. cap. 9.

Polygynæcon, Mulierum frequētia. Plin. lib. 35. cap. 11, Pinxit in templo Eleusinæ Philarchum, Athenis frequentiam quam vocauere polygynæcon.

Polyhistor, {πολύϊστωρ. Ital. *Chi sa molto, chi ha molto sapere.* Gal. *Qui a beaucoup leu, qui sait beaucoup, fort sauant.* Hisp. *El que sabe mucho.*} Latinè multiscius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit Appion, de quo Gellius libro 5. cap. 14.

POLYMEDIA, Plinio libro 5. cap. 3, Troadis oppidum, Hellesponto adiaceas.

Polymitus, a, um, penult. corr. {πολύμιτος. Ital. *Di piu colori.* Gal. *Tissu de fils de diuerses couleurs.* Hisp. *Texido con muchas lizes de diuersas colores.*} Quod multis diuersisque constat licijs, siue filis. Vnde polymita dicuntur vestes quæ versicoloribus licijs contextæ sunt. Plinius libro 8. capite 48, Plurimis verò licijs contexere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit.

Polymyxos, {πολύμυξος. Ital. *Lucerna di molti stupini.* Gal. *Qui a plusieurs becs à mettre la meche, de plusieurs meches.* Hisp. *Candil de muchas mechas.*} Lucerna quæ multos habet canaliculos, & in his funiculos, illuitrandis cōuiuis accommodata. De hac Martia. lib. 14,

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Tórque geram myxos, vna lucerna vocor.

POLYMNIA, siue Polymneia πολύμνια. Vna Musarum, à memoriæ magnitudine dicta. Nam μνήμην Græci memoriam vocant. Producit autē hæc dictio penultimam syllabam, quum apud Græcos ει diphthongo scribatur. Fuerunt qui corripi putarint, citantes versum Virgilij ex Epigram. Signa canēta manu, loquiturque Polymnia gestu. Verùm in castigatioribus exemplaribus legitur Polymneia per quinq; syllabas, sine coniunctione que. Quem etiā in modum Horatius hac voce vsus est lib. 1. Carm. Euterpe cohibet, nec Polymneia. Sunt qui Polyhymnia scribant, vt à cantus multitudine dicatur. Magis tamen placet superior scriptura.

POLYNICES, πολυνείκης, & Etheocles, Oedipi Thebanorum regis filij fuerunt, qui de regni hæreditate diffidentes, singulari certamine congressi, mutuis vulneribus ceciderunt. Late prosequitur hanc historiam Statius in Thebaide.

POLYPOETES, πολυποίτης, Pirithoi & Hippodamiæ filius: teste Homero Iliad. 12.

Polyphagus, pen. corr. πολυφάγος, Latinè verti potest multinotax.

Polyphagia, πολυφαγία, Edacitas, voracitas. Verùm Græcas id genus voces quæ

ces quæ nostris litteris scribi non consuevuerunt, satius fuerit in Græcum Lexicon, tanquam in propriam familiam relegare.

POLYPHEMVS, penult. prodn. πολύφημος, Cyclops, Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, ingenti corpore, qui vnum tantum oculum, eúmque in fronte habuit. Hic Galateam Nympham ferunt adamasse, & inquo puerum, quem sibi illa præferebat, saxo interemisse. Vlyssem quoque vi tempestatis in Siciliam delatum antro suo inclusit, quatuórque ex comitibus eius deuorauit, reliquos eodem mortis genere peremptu-ros, nisi præuertens Vlysses vino nigro inebriasset, altóque sopore ob-ruto, adusto stipite oculum eruisset. Vide latius apud Homer. 10. Odyss. Seruius in illud Virgil. 3. Aeneid. Nam qualis, quantúsque cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes. Multi (inquit) Polyphemum dicunt vnum habuisse oculum, alij duos, alij tres, sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob hoc oculum in fronte habuisse dicitur, id est iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verùm Vlysses eum prudentia superauit, & ob hoc eum cæcasse fingunt. Hæc Seruius. Cicero quoq; de Polyphemo lib. 5. Tuscul. quæst. sic scribit, At verò Polyphemum Homerus, quum immanem, ferúmque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, eiúsque laudare fortunas, quòd quò vellet, ingredi posset: & quæ vel-let, attingeret. Rectè id quidem nihilo enim erat ipse Cyclops, quàm aries ille prudentior. Hæc Cicero.

Polyplusios, ὁ πολυπλούσιος. Ital. *Denaroso, ricco.* Gal. *Pecunieux, riche.* Hisp. *Rico, que tiene muchos dineros.* Latinè bene numatus dicitur siue vbertim dives: à πολὺ multum, & πλούσιος dives. Plaut. in Capti. Quo de genere natus est illic Philocrates? v. Polyplusio.

Polypodium, τὸ πολυπόδιον. Ital. *Polypodio.* Gal. *Polypode.* Hispa. *Polypodio.* Herba dicta siue quòd radix eius veluti cirros ad similitudinẽ polypi piscis habeat, siue quòd farina eius indita naribus, polypum cõsumit. *Filicula* vulgò dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8, & Dioscorides lib. 4. cap. 198.

Polyptoton, pen. prod. πολύπτωτον. Apud Rhetores figuræ nomen est, quæ fit quoties diuersis casibus eiusdem dictionis oratio variatur, hoc modo, Senatus est summi Imperij concilium: Senatui Repub. cura de-mandatur: ad Senatum in dubiis periculosisque rebus omnis ciuitas respicit. Vide plura de hac figura apud Rutilium, & Aquilam Roma-num. Dictum πολύπτωτον, quasi casibus abundans: nam πτῶσις Græcis casum significat.

Polypus, penult. corr. ὁ πολύπους. Ital. *Polpo pesce.* Gal. *Poupe ou poulpe.* Hisp. *El pulpo pescado conocido.* masculi. gene. genitiuo polypi, & polypodis, piscis ex genere τῶν μαλακοστράκων, hoc est eorum qui molli cute tegun-tur, à multis pedibus appellatus: cuius descriptionem, naturam, & ge-nera vide apud Plinium lib. 9. cap. 10. ¶ Per metaphoram polypus ac-cipitur pro homine rapace: quod à polypo pisce translatum est, qui quicquid brachiorum flagellis nactus fuerit, arctissimè retinet. ¶ Nõ-nunquam polypum dicimus omnium horarum hominem, qui se om-nium ingeniis, omníque tempori nouit accommodare: ea quoq; me-taphora à polypi piscis natura sumpta, qui ad similitudinem loci cui adhæret, colorem immutat, maximè in metu. ¶ Est etiam polypus na-rium morbus, quum caro interiora nasi occupat, à multifida incisione, qua polypi piscis pedes imitari videtur. {Ital. *Malattia nel naso.* Gal. *Vn morceau de chair qui croit dedans le nez, poulpe.* Hisp. *Dolencia en las narizes, como carne de pulpo.* } Morbi huius descriptionem & remedia, vide latius apud Celsum lib. 6. cap. 8. Cato de Re rust. Et si polypus in naso intro-ierit, brassicam erraticam, aridam, tritam in malum coniicito, & ad nasum admouето.

Polyposus. Qui eo morbo laborat. {πολυποδικός. Ital. *Chi ha tal malattia nel naso.* Gal. *Celuy qui a vne poulpe au nez.* Hisp. *Doliente de tal enfermedad en las narizes.*} Martia. lib. 12. Nasutum volo, nolo polyposum.

Polysyndeton, pen. prod. πολυσυνδετον, Figura quum sermo multis con-iunctionibus cõcatenatur. Virg. 3. Georg. –tectúmque larémque, Ar-más que, Amyclæúmque canem, Cressámque pharetram. Dictum poly-syndeton, ἀπὸ τοῦ πολλῶν συνδέσμων, hoc est à multitude coniunctionum.

Polysyntheton, penult. corr. πολυσύνθετον, Figura quum sententiæ mul-torum articulorum conuenienti copia continentur: vt ille hunc pœna constrictum trahebat: hic autem vociferabatur: concursus verò non mediocris erat: quum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo ande-ret, neque ibi magistratus aderat, neque circunspicientes, quò potissi-mum confugeremus reperiebamus. Rutilius Lupus.

POLYTELIA, penult. prod. πολυτέλεια, Oppidum Mesopotamiæ, apud Plinium lib. 6. cap. 26.

Polythrichon, τὸ πολύτριχον. Ital. & Hisp. *Politrico.* Gal. *Capillus veneris, politric.* Herba est quæ alio nomine Callitrichon dicitur, quòd multos & pulchros nutriat capillos. Dioscorides adiantum appellat, vulgus *Capillum Veneris.* Legitur & nominatiuus polytrix. Plin. lib. 26. cap. 14, Polytrix iisdem inueteratis vtilior.

POLYXENA, penul. corr. πολυξένη, Priami filia formosissima, ex Hecuba coniuge, quã Pyrrhus Achillis filius, Troia capta, ad patris sui tumu-lum iugulauit. Ferunt enim Achillem quum ad Troiam bellum gere-ret, Polyxenam fortè in mœnibus conspectam adamasse, eámque sibi petere, Polyxenam fortè in mœnibus conspectam adamasse, eámque sibi ret, Polyxenam fortè in mœnibus conspectam adamasse, eámque sibi brixi Apollinis templũ conuenirent, pacis, nuptiarúmque fœdera ini-turi. Quod quum resciuisset Paris, post Apollinis simulachrũ sese oc-cultauit, Achillémque nihil tale opinantem sagitta interfecit. Capta deinde Troia, quum & Polyxena viua in hostium manus peruenisset, Achillis vmbra Græcorum proceribus in somnis apparuit, præcipiens vt Polyxena cuius nuptiarum prætexto erat interfectus, inferias sibi mitteretur: cuius crudelitatis Pyrrhus sese minístrum præbuit. Ouid. Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

Polyxenius, a, um, adiectiuũ, apud Catullum, Alta Polyxenia madefient ex de sepulchra.

POLYXENVS, πολυξένος, Inter Græcorum duces numeratur Homero libro Iliados 2.

POLYXO, ûs, πολυξώ, Mulier fuit ex Lemno insula, & Apollinis vates quæ Lemniaci sceleris dux & hortatrix fuit. Nam quũ Lemniacæ mu-lieres ob spretam Venerem hircum olerent, maritique earum eam ob causam ex Thracia vxores sibi asciscerent, Polyxûs instinctu omnem virilem sexum interemerunt. Autor Statius lib. 5. Thebaid.

POLYZELVS, pen. prod. πολύζηλος, Poëta comicus, Græcus, cuius fa-bulas enumerat Suidas.

Polyzonos, πολύζωνος, Gemma nigra multis zonis candicantibus di-stincta. Plin. lib. 37. cap. 11.

Pomarium, vide POMVM.

Pomeridianus, a, um, à post & meridies. Quod post meridiem fit: sicut Antemeridianus, quod fit ante meridiem. {μεσημβρινός. Ital. *Dopo mezzo giorno.* Gal. *D'apres midi.* Hispa. *Despues de medio dia.*} Cicer. 3. de Orat. Atque huius ambulationis antemeridianæ, aut nostræ pomeri-dianæ sessionis. ¶ Dicitur & postmeridianus. Quintil. lib. 3. ca. 1, Post-meridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit.

Pomifer, vide POMVM.

Pomiliones, siue Pomilij, {Ital. *Nani.* Gal. *Nains ou naurres.* Hisp. *Enanos.*} Breuis staturæ homines, paulùm supra terram extãtes: qui Græco vo-cabulo πύγμαι vocantur: qualem describit Martia. libro 14, hoc disticho. Si tantùm spectes hominis caput, Hectora credas: Si stantem videas, Astyanacta putes. Ibidem, Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere ra-rò, Parma tibi, scutum pomilionis erit. ¶ Legitur & pomilius adie-ctiuum, vt Mulæ pomiliæ, apud eundem in titulo huius Epigramma-tis. His tibi de mulis non est metuenda ruina, Altius in terra penè fo-dere soles. Sunt tamen qui malint scribere pumilio, & pumilius per quintam vocalem, vide infrà.

Pomœrium, {τὸ πωμήριον, ἀπὸ τοῦ ὄπιθεν τείχους, ἐστὶ μεταξὺ τοῦ τείχους. Ital. *Spacio tra le mure & le fosse della città.* Gal. *Certaine espace entour les murs d'vne ville tant dedans que dehors, ou il n'est loisible edifier.* Hispa. *La ronda entre los muros y casas.*} Locus erat tam intra quàm extra murum, quem antiqui in condendis vrbibus inaugurato consecrabant: neque patiebantur vl-lum in eo fieri ædificium. Dictum pomœrium, teste Varrone, quasi postmurium. Nam antiqui mœrum dicebant quem nos murum dici-mus. Vnde ita legunt nonnulli apud Virgil. 10. Aeneid. –atque ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum. Liu. lib. 1. Aggere, & fossis, & muro circundat vrbem, pomœrium profert. Idem, Pomœrium est cir-ca murum locus quem in condendis vrbibus quondam Hetrusci quà murum ducturi erant, certis circà terminis augurato consecrabant. Et hoc spatium quod neque habitari, neq; arari fas erat, non magis quòd post murum esset, quàm quòd murus post id, pomœrium Romani ap-pellarunt, & in vrbis incremento, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. Festus, Pomœrium quasi promurium, id est proximũ muro. Gellius lib. 13. cap. 14, Pomœrium quid esset, Augures populi Romani qui libros de auspiciis scripserũt, istiusmodi sententia definierunt, Pomœrium est locus intra agrũ effa-tum, per totius vrbis circuitum, pone muros, regionibus certis deter-minatus, qui facit finem vrbani auspicij. Antiquissimũ autem pomœ-rium quod ab Romulo institutum est, Palatini montis radicibus ter-minabatur. Sed id pomœrium pro incremẽtis Reipublicæ aliquoties prolatum, & multos, editósque colles circumplexum est.

POMONA, æ, penult. prod. Pomorum dea, apud Romanos, adamata à Vertumno, vt fabulatur Ouid. 14. Metamor. Dicta Pomona à pomis, quemadmodum Mellona à melle.

Pompa, æ, ἡ πομπή, Ital. *Pompa, solenne apparecchio.* Gal. *Pompe, monstre, appa-reil solennel.* Hisp. *Pompa y apparato.* Omne spectaculũ dicitur, teste Valla lib. 4, & apparatus solennis, cum ostẽtatione, & specie quadam triumphi, tam in aduersis quàm in prosperis & lætis: à Græco πέμπω mitto. Dicitur enim pompa triumphi, pompa nuptiarum, pompa sacrorum, pompa funerum. Cice. 1. Offic. Vt pomparum feculis similes esse vi-deamur. Idem 4. Tuscul. Socrates, in pompa quum multa vis auri argentique ferretur, quàm multa non desidero, inquit. Idem pro Milo-ne, Cadauer P. Clodij spoliatum exequiis, pompa, laudatione. ¶ Teré-tius in Heaut. prolixum meretricis comitatum, pompam appellauit: Transeundum (inquit) est nunc tibi ad Menedemum: & tua pompa eò traducenda est. ¶ Denique splendor omnis & magnificentia per trans-lationem pompa appellatur. Quintus Cice. de Petit. Consul. Postremò tota petitio cura vt pompæ plena sit, vt illustris, vt splendida, vt habeat summam speciem ac dignitatem.

POMPEII, Populi dicuntur quos Sarnus amnis alluit, incolentes oppi-dum eiusdem nominis. ¶ Inde Pompeianũ, id est prædium circa Pom-peios. Pompeianæ ficus, ad siccandum optimæ. Pompeiana vitis, ab insitore dicta. Colum. lib. 3. cap. 2.

POMPEIOPOLIS, πομπηϊόπολις, ἢ πομπηϊόπολις Stephano, Ciliciæ vrbs, dicente Pomponio Mela libro 1. in descriptione Ciliciæ. Deinde vrbs est à Rhodiis, Argiuísque, pòst piratis, Pompeio assignante, pos-sessa: nunc Pompeiopolis, tunc Soloẽ. Hæc etiam Solino teste, postea Traianopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato con-cessit Traianus.

POMPEIORVM Romæ illustris familia fuit, ex qua in primis commemoratur Cn. Pompeius, qui contra Numantinos missus, ab eisque su-peratus, turpem & ignominiosam pacem fecit. Autor Florus libro 2. ¶ Huius filius, siue nepos Cn. Pompeius Strabo, magni Pompeij pa-ter, Nouocomum Coloniam deduxit: in bello sociali Imperator creatus, de Picentibus triumphauit: vir admodum duræ disciplinæ. ¶ Cn. Pompeius, huius filius, Syllæ partes secutus est, ab eóque ad vlciscen-dos inimicos in Africam missus, Domitium primùm expugnauit, de-inde & Iarbam regem cepit, de quo triumphauit ante legitimam æta-tem: quare ab exercitu Syllæ Magnus est salutatus. Inde contra Ser-torium in Hispaniam profectus, Metelli copiis sese coniungens, eum toto factione sustulit. Mox delectus Imperator ad bellum pirati-cum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphauit. Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem, in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Aristobulo. Extincta vxore Iulia, Cæsa-ris filia, Corneliam Scipionis filiam, P. Crasso M. filio viduam reli-ctam, vxorem duxit. Neapoli demum acutissima febre correptus, pa-rum abfuit à morte: quæ si contigisset, melius cum eo factum fuisset, ob insequẽtis belli ciuilis calamitatem. Nam Pharsalica pugna à Cæ-sare copiis longè inferiore superatus, & in Aegyptum fugiens, regis

perfidia ab Achila præfecto interfectus est. Triumphum quū ex Oriēte victor rediisset, biduo egit, prænotatis gentium titulis victarum, quæ à Plinio lib. 7, & à Plutarcho in vita eius ordine adnotantur. Filios reliquit Cn. & Sextum Pompeios: quorum ille apud Mundam Hispaniæ vrbē, hic apud Siciliam nauali prælio superatus fuit. ¶ Sext. Pompeius alius, vir Prætorius, sub quo Valerius Maximus militasse se dicit, & quem Ouidius de Ponto pluribus laudibus effert. Huius pater Sex. Pompeius Hispaniæ citerioris princeps, quum hostes suis vētilandis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in triticum sese super genua, leuatúsque siccatis pedibus mirabili modo: quo postea remedio vsus est. Autor Plinius libro 22. cap. 25. ¶ Qu. Pompeius Rufus, Syllæ ē filia nepos, Trib. pleb. cum T. Numatio Planco, aduersissimus Miloni, in cuius causa dixerat paucis pòst diebus quàm Clodius esset occisus, Milo dedit quem ex Curia desideretis: ego dabo quem ex Capitolio mulctetis. Idem Milonem ad se veniente in hortis aspiciens, misit nūtium ne veniret. ¶ Qu. Pompeius, qui Bithynicus est dictus, summo studio dicendi, multáque doctrina, incredibilique labore atque industria. Huius actio non satis commendabat orationem: in hac enim satis erat copiæ, in illa lepòris parum. Hæc Cicero. Festus quoque de eodem sic ait, Pompeius Bithynicus, ē supellectili regia signum ephebi mitram tenētis, arenámque ruentis exercitationis gratia more Græcorum Romam portauit, & in Capitolio posuit.

POMPELON, πομπίλων, Oppidum est Hispaniæ, sub Pyrenæis montibus, quod à Ptolemæo Vasconibus annumeratur. Plin. libro 3. cap. 3, Pompelonenses conuentui Cæsar Augustano adscribit. Hodie *Pampelunam* vocant, regni Nauarræ caput.

Pompholyx, penultima correpta, πομφόλυξ. Præter vulgatam illam significationem qua apud Græcos bullam significat, etiam fuliginem denotat albam, in officinis potissimum æratiis è fornacibus euolantem, summísque camini partibus, vel etiam officinæ testudini adhærentem. Nomen habet à verbo πομφολύζω, quod est bullis efferuesco, eo quòd cameris, summísque fornacibus inæqualiter adhærens, quandam bullarum speciem præbeat. ¶ Inuenitur etiam pompholyx natiua inter lapides metallicos, similis iis filis quæ Autumni præsertim tempore sereno cælo per aërem volitant. Prioris speciei meminit Galenus libro 9. Simplicium. Vtriusque autem Agricola in tractatu de Metallis.

Pompilus, li, Piscis genus, qui alio nomine vocatur nautilos, quòd nauis speciem præ se ferat. πωμίλος. Plin. libro 9 cap. 29, Inter præcipua autem miracula est qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigēs, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facilè nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extēditqua velificante in auras, cæteris subremigans brachiis, media cauda, vt gubernaculo, se regit. Ita vadit alto, Lyburnicarum gaudens imagine: & siquid pauoris interueniat, hausta se mergens aqua.

POMPONIA, πομπωνία, Mater Scipionis, ex congressu Iouis (vt credi volebat) in anguem mutati. Silius libro 13, Adstabat fœcunda Iouis Pomponia furto, &c.

POMPONIVS Atticus, πομπώνιος. Nobilis Eques Romanus, excellentiingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: vnde Atticus Ciceronis est appellatus: qui postquam vidit Cinnæ tumultu Rempublicam esse turbatam, secessit Athenas, vbi longo tempore moratus, & publicæ ciuitatis, & priuatim omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit: linguam ita probè didicit, vt Attici nomen adsequeretur. Humanitate diuitiísque simul præditus fuit, quibus amicos libenter impartiebat. Nam & Ciceronem ab vrbe pulsum opibus iuuit, & Brutum ab vrbe fugientem nummorum centum millibus est prosecutus. Erat alioqui grauissimus vt quæ religiosè polliceretur, eadem & præstare niteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos qui vitam eius elegantissimè depinxit. ¶ Pomponij item alij duo Ciceronis tempore fuere: quorum alter L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor, quem Solinus refert nunquam ructasse. Alter Cn. Pomponius orator, patronus acer, acerbúsque dicendo, & lateribus pugnans, vt ait Cicero in Oratore. ¶ Iulius item Pomponius secundus tempore Quintiliani inter Tragicos longè princeps, quem senes, (vt ille refert) Pindarum tragicum putabant, compositione atq; nitore præstare omnes confitebantur. Tacitus verò de eodem, Pomponius secundus nostris temporibus, Domitio Afro, vel dignitate, vel famæ perpetuitate cessit. Hæc Tacitus. Plinius verò lib. 14. ca. 4, cum cœnam C. principi Germanici filio dedisse ait, in qua vinum centumsexaginta annorum fuit. ¶ Pomponius Iurisconsultus ex Pandectarum libris notissimus. ¶ Præter hos Pomponius Mela natione Hispanus, insigni opere de situ orbis clarissimus.

Pomponiana pyra, dicebantur ab insitore, mammosa cognominata, à similitudine mammæ. Autor Plin. lib. 15. cap. 15.

Pomum, mi, Generale nomen est omnium fructuum qui ex arboribus esui apti prouenium, siue mollium, siue durorum. {μῆλον, ὀπώρα. Ital. *Ogni frutto da mangiare.* Gal. *Pomme, & autre fruit bon à manger.* Hil. *Todo fructo que tiene la corteça tierna.*} Nuces verò ea duntaxat poma vocantur duro quæ operimento sunt. Plin. lib. 15. cap. 22, nuces pomorum genere comprehendit, & mora, cap. 24. Sic & Ouid. lib. de Nuce, Annua cultori poma referte suo. Quod autem vulgus Gallorum *pomum* vocat, id Latini malum appellant. Dictum pomum (vt docet Varro lib. 1. de Re rust. ca. 31.) quasi potomum, quòd eius insitio potu, id est aquatione indiget.

Pomus, pomi, fœm. gen. Arbor pomifera. {μηλέα. Ital. *Pomaro.* Gal. *Pommier.* Hisp. *El mançano.*} Tibullus lib. 1. Eleg. Tunc victus abiete feri: tunc contra pomus: Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Pomarium, ri, Locus arboribus pomiferis consitus. {μηλών. Ital. *Giardino, luogo dove sono molti pomari.* Gal. *Jardin planté de pommes.* Hisp. *Huerto plantado de arboles como mançanos.*} Propert. lib. 3, Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas. Ouid. lib. 4. Metam. Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas Mœnibus. ¶ Aliquando pomarium dicitur locus vbi reponuntur poma. {ὀπωροφυλάκιον. Ital. *Luoco da guardar frutti.* Gal. *Lieu propre à garder fruits.* Hispa. *Lugar para guardar fruta.*} Vnde Plin. lib. 15. cap. 16, docet

pomaria contabulata facienda in loco sicco & frigido, in quibus sint fenestræ Septentrionales quæ serenis diebus pateteant.

Pomarius, rij, Pomorum venditor. {ὀπωρπώλης. Ital. *Colui che vende pomi.* Gal. *Fruitier, vendeur de fruit, cõme pommes.* Hisp. *El que vende la fruta dellos.*} Hora. 2. Serm saty. 3, Edicit piscator vti pomarius, unceus, Vnguentarius, ac Tusci turba impia vici Mane domum veniant.

Pomifer, ra, rum, adiectiuum, Ferens poma. {μηλοφόρος. Ital. *Che produce pomi.* Gal. *Portant põmes, portant fruit.* Hisp. *Cosa que trahe ò cria aquella fruta.*} vt Arbor pomifera. Colum. libr. 5 cap. 9, Superest ratio pomiferarum arborum. Autumnus pomifer, Ouidius ad Pisonem. Annus pomifer, Horat. 3. Carm. Ode 23. Montes pomiferi, Ouidius 1. de Ponto.

Pomosus, a, um, vt Pomosa corona. {ὀπωρόδης. Ital. *Pieno de pomi.* Gal. *Plein de pommes.* Hispan. *Lleno de mançanas.*} Propert. lib. 3. Eleg 2, Insitor hic soluit pomosa vota corona, Quum pyrus inuito stipite mala tulit.

Pondero, Ponderosus, Vide PONDVS.

Pondo, nomen indeclinabile, & neutri generis, Idem significans quod libra, hoc est pondus duodecim unciarum. {μνᾶ, λίτρα. Ital. & Hisp. *Libra.* Gal. *Le poix d'vne liure.*} Quintil. lib. 6. cap. 4, Torquem aureum centum pondo Plin. lib. 9. cap. 30, Reliquiæ asseruatæ pependerunt pondo DCC. Calepinus Perottum secutus, putauit pondo esse pondus duodecim librarum. Sed vterque deceptus est corrupto Liuij exemplari. Nam vbi illi legunt, Pondo bina & sex libras, castigatoria exemplaria habent, Pondo bina & selibras. Locus Liuij est Decad 3. lib 1, ad quem, lectorem breuitatis causa remittimus. Hunc errorem primus notauit Budæus in libro de Asse. ¶ Accipitur nonnunquam pondo pro nomine pondus: vnde Liuius lib. 4. ab Vrbe, scribit, coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuisse. Plaut. in Rud. Neque piscium vllam vnciam pondo hodie Cepi, nisi hoc quod nunc fero in reti. ¶ Hinc fiunt composita dipondium, vel dupondium, & tripondium: de quibus suis locis.

Pondus, ponderis, Rei alicuius grauitas. {βάρος, ἄχθος. Ital. *Peso, carico.* Gal. *Pois, charge.* Hisp. *Peso ò el cargo.*} Plaut. in Amphit. Haud malum pondus est huic pugno. ¶ Item pondus quod librando ad stateram ponderatur. Cic. in Catone Maiore, Magnum auri pondus. ¶ Interdum ponitur pro numero, hoc est multitudine. Varro de vita Pop. Romani, E Græcia comportasse magnum pondus omnium artificum. ¶ Interdum pro autoritate. Cic. Appio, Sed idem scribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. ¶ Ponitur aliquando pro onere. Virgil. 6. Aeneid. -gemuit sub pondere cymba.

Ponduſculum, diminutiuum. {τὸ σμικρὸν μικρόν, τὸ σμικρότερον βάρος. Ital. *Piccioi peso.* Gal. *Petit pois* Hisp. *Pequeño peso.*} Colum. lib. 12. cap. 61, Et ita cum tari ponduſculo in olei atque musti partem demitti.

Ponderosus, a, um, Quod est graue, siue grauis ponderis. {βαρύς. Ital. *Graue, che pesa molto.* Gal. *Pesant, qui poise fort.* Hispan. *Cargado ò pesado.*} Varro 2. de Re rust. cap. 11, Ex sudore eius lana fit mollior & ponderosior, & colore meliore. ¶ Ponderosam epistolam, dixit Cicero pro longa, & multa continente, ad Attic. lib. 2, Da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modò actorum, sed etiam opinionum tuarum.

Pondero, as, Pendo, libro. {ἱστημι, ζυγοστατέω. Ital. *Ponderare, pesare.* Gal. *Peser.* Hispan. *Pesar con peso.*} Plaut. Dum numulatius ponderaret argentum. Plin. lib. 18. cap. 7, Siquis granum ipsum ponderet. ¶ Per translationem est examinare, conferare, perpendere. Cic. 2. Offic. Graui verò homini, & ea quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Idem 1. Officiorum, In quo tamen in primis, quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit, ponderandum est. ¶ Hinc componitur præpondero, quod est prius pondero, se prius examino. ὑπερίστημι. Statius 8. Thebaid. Quem vicisse velit, tacitè præponderat exul. Per translationem accipitur pro eo quod est præualere, præcellere, vincere, & quasi pondere superare. Cic. lib. 3. Offic. Neque ea volunt præponderari honestate.

Ponè, cum accentu in vltima aduerbium est, significans pòst, siue retrò, aut à tergo: contrarium habet antè, quod etiam quandoque aduerbium est. {ὀπίσω, ὀπισθεν. Ital. *Adietro.* Gal. *Par derriere.* Hispan. *Detras.*} Virgil. 2. Aeneid. Ponè subit coniux, ferimur per opaca locorum. Valer. Maxim. lib. 1, Mox humani ingenij prona voluntate vetita scrutandi, ponè respiciens animaduertit immensæ magnitudinis serpentem, concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem. ¶ Quandoque prępositio est, idem significans quod post: cui contraria est ante, præpositio. Liu. lib. 10. bel. Maced. Ponè castra vtrique pabulatum & lignatum ibant.

PONEROPOLIS, pen. prod. πονηρόπολις, Thraciæ ciuitas, sub Rhodope monte sita, deinde Philippopolis ab instauratore, & postremò Trimontium à situ dicta. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Pono, is, posui, positum, Colloco, constituo. {τίθημι, κεῖμαι. Ital. *Ponere, mettere.* Gal. *Mettre, poser.* Hisp. *Poner, meter.*} Plin. lib 9 cap. 35, Ex præcepto magistri vnum tantùm vas ante eam ponere aceti Cic. 7. Verr. Sed quia sic oportuerit, rectè collocata, & iudicio populi digno in loco posita esse videatur. Idem Lentulo, Amplitudo ac dignitas omnis in virtute posita est. Idem, Primùm enim stante Republica facere solebamus, vt in agendo plus, quàm in scribendo operæ ponneremus. ¶ Aliquando desinere: quoniam quum cessamus ab opere, collocare quodam modo ac reponere videmur id quod agebamus. καταπαύω. Virgilius lib. 7, Quum venti posuere, omnísque repente resedit Flatus. ¶ Aliquando erigere, ædificare. Virgil. -posuitque immania templa, Vnde in antiquis marmoribus legimus, Bene merenti posuit. ¶ Aliquando deponere. Virgilius 1. Aeneidos. -ponúntque ferocia Pœni Corda, volente deo. ¶ Aliquando apponere. Martialis. Nolo mihi ponas rhombum, mullúmve bilibre. Hinc poëtæ fabulas, & alia scripta sua ponere dicebantur, quum in scena hæc spectatoribus, quasi in conuiuio apponebant. Iuuen. Satyr. 1, Pone Tigillinum, id est affer in scenam aliquid de Tigillino scriptum. ¶ Aliquando pingere, siue scalpere. Horatius, Solers nunc hominē ponere, nunc Deum. nam de scriptore & pictore loquitur. ¶ Composita sunt, Appono, iuxta pono, addo παρατίθημι. Cic. in Pisonem, Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum. Idem 2. de Inuentione, Cau-

po gladium propè appositum è vagina eduxit. Sæpe etiam idem quod cibum ante conuiuas pono. Plinius, Nihil ei præter secundarium panem, oleráque apposuit. ¶ Antepono, præfero. Compono, circumpono: & Depono: videsuis locis. ¶ Dispono, ordino, quasi in diuersis locis pono. Διάθεσις. Hinc dispositio, quæ est rerum in ordinem collocatio. Διάταξις. Dispositum, decretum, constitutum. Vnde ex dispositio dicimus, id est de industria, & quemadmodum à nobis constitutum est. ἐκ προνοίας. Macrob. An altius quiddã cui remotis arbitris opus sit, cogitaturi ex disposito conuenistis? ¶ Expono. ¶ Impono, Interpono. παρεμβάλλω, ἐπιβάλλω. ¶ Oppono. Præpono, Propono. ¶ Postpono. ὑστερίζω, retro pono, posthabeo, minoris facio. Cic. F. Tironi, Omnia postposui, dummodo præceptis patris parêrem. ¶ Repono, quod modò significat, loco suo vnde ablatum erat, colloco. Cicero pro Sestio, Hanc Pompeius erexit, atque insigne regium quod de capite suo abiecerat, reposuit. Modò idem quod recondo: vt Scientia condendi ac reponendi fructus, apud eundem 2. de Nat. deor. ¶ Sepono, seorsum pono, remoueo. Διαθήκη. ¶ Suppono, summitto. ὑποτίθημι, ὑφίστημι. Apuleius, Supposuitque humeros oneri. Aliquando adulterinum loco veri subiicio. ὑποβάλλω. Vnde suppositus partus, ὑποβολιμαῖος dicitur, quando fœtus alterius marris non veræ matri subiicitur. Item testamentum supponere, est falsum in locum veri substituere. Plinius, Nam filius patris testamentum supposuisse dicebatur. ¶ Superpono, & suprapono nota sunt. ἐπιτίθημι. ¶ Transpono, de vno loco in alium transfetro μεταθέτω. ¶ Pono olim fecit præteritum posiui. Plaut. Nunc ne apud sequestrum vitulum posiuimus.

Positor, oris, verbale, Conditor. Κτίστης Ital. *Edificatore, fondatore.* Gal. *Fondateur, edificateur.* Hisp. *El que pone, edificador.* Ouid. 9. Metam. -& in Aside terra Mœnia constituis positoris habentia nomen. Templorum positor, Idem 2. Fastorum.

Positus, participium, sui verbi significationẽ retinet: propriè enim idem est quod situs, siue locatus. Κείμενος, τεθείς. Ital. *Posto, collocato.* Gal. *Posé, mis.* Hisp. *Puesto.* Cicero de Leg. agra. Roma in montibus posita. Idem pro Pompeio, Insula Delos in Aegæo mari posita. ¶ Nonnunquam accipitur pro depositus. κατ' ἀφαίρεσιν. Liu. 7 ab Vrbe, Positis omnium aliarum rerum curis. ¶ Aliquando pro exanimato: sic enim interpretatur Seruius locum Virg. 4. Aeneid. Sicte vt posita crudelis abessem? ¶ Positus super armamentariũ, hoc est præfectus armamentario. Curtius lib. 6, Itaque non vltra interpolandum ratus, nobili iuueni (Metron erat nomen ei) super armamentarium posito, quod scelus pararetur indicat.

Positus, tus, Idem quod positio, siue situs. Θέσις. Ital. *Positione, sito.* Gal. *Situation, assiette.* Hisp. *Postura.* Ouid. 4. Cast. Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor, Trinacris à positu nomẽ adepta loci. Tacit. lib. 5, Ille positus syderum ac spatia dimensus. Celsus in principio lib. 8, Prius positus ossium, figuráque iudicabo.

Positiuus, a, um. Quod primò positum est, nec aliunde derivatum. Θετικός. Vnde & Grammatici positiuum à comparatiuo & superlatiuo distinguunt, quòd illud sit quasi fundamentum istorum.

Positura, æ, Situs, siue positio. Θέσις. Ital. *Sito.* Gal. *Situation, assiette.* Hispan. *Postura.* Gell lib 4. cap. 1. Vt animaduerteretur quo habitu, quáque forma, quáque positura stellarum aliquis nascereter. Syllabam dicimus esse longam positura, quum vocalem immediate sequuntur duæ consonantes, quarum prior cum ea vocali in eadem syllaba cohæret. Nam si consonans vtraque ad sequentem pertineat syllabam (quod muram liquida subsequente contingere solet) non efficient posituram.

Positio, onis, Idem quod situs, siue vt barbari loquuntur) situatio. Θέσις. Ital. *Positione, sito.* Gal. *Situation, assiette.* Hisp. *Postura.* Quintil. lib. 3. cap. 7, Illa propria quæ ex loci positione aut munitione sunt. Colum. lib. 1. cap 6. Naturalis calor contingit positione cæli & declinatione. Ibidem. Nam ea cæli positio maximè frigida, & minimè humida est. Quibus in locis situm cæli appellat loci situm certam cæli partem respicientem, quem vulgus *aspectum* vocat. Cicero pro Flacco, De quorum vrbis positione propter pulchritudinem, etiam inter deos certamen esse proditum est. ¶ A Dialecticis & Rhetoribus positiones appellantur ipsa veluti fundamẽta, quibus argumenta innituntur. Quinc. lib. 2. cap. 10, Quin aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus.

Pons, tis, à pendeo, quòd veluti in aëre pendeat: & significat omne per quod super aquas transimus. Γέφυρα. Ital. *Ponte.* Gal. *Vn pont.* Hisp. *Puente para passar rio.* Plin. lib. 8. cap. 3. Territos spatio procul pontis à continente porrecti, &c. ¶ Accipitur & pro scalis nauticis quæ Græci ἐπίβαθρα vocant. Virgil. lib. 10. Aeneid. Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. ¶ Per pontem olim ferebantur suffragia: vnde Sexagenarios de ponte deiicere, prouerbialiter dicitur pro eo quod est suffragio priuare, vel omnem autoritatem adimere. Vide Erasmi Roterodami Adagia.

Ponticulus, diminutiuum Paruus pons. Γεφυρίς. Ital. *Ponticello.* Gal. *Vn petit pont.* Hisp. *Pequeña puente.* Cic. 5. Tuscul. Et quòd fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiúsque fossę transitum ponticulo ligneo coniunxisset.

Pontones, Naues quibus in traiiciendis amnibus loco pontium vtimur. Πορθμεῖα. Ital. *Pontoni, fabriche da passare vn fiume.* Gal. *Barques a passer riuiere.* Hisp. *Pontones y barcas para passar el rio.* Papinianus, Quia via confirmati solet vel ciuitate tenus, vel vsque ad viam publicam, vel vsque ad flumen in quo pontonibus traiiciatur. Apul. Etsi vado non poterunt, pontonibus transibunt. Cæsar 3. bell. Ciuil. Pontones quod est genus nauium Gallicarum, Lysi relinquit.

PONTIA, ae, Vulgò *Ponza*, Insula est vna Oenotridum, litori Lucano adiacens e regione Veliæ. Plin. lib. 3. cap. 7. Contra Veliam Pontia & Ischia, vtroque vno nomine Oenotrides, argumentum possessæ ab Oenotriis Italiæ. ¶ Sunt item Pontiæ insulæ duæ, non longè à Palmaria, in quibus turtures ac coturnices quum ad Italiam veniunt, prima volatura requiescendi causa paucos dies morantur. Autor Varro. Plin. lib. 3. cap. 6, Ab his vltra Tyberina ostia in Antiano, Astura, mox Palmaria, Sinonia, & aduersum Formias Pontiæ.

Ponticus, Vide PONTVS.

Pontifex, pontificis, Sacer magistratus (vt inquit Scæuola) à posse & facere dictus: vel (vt inquit Varro) à ponte, quia Sublicius pons à pontificibus factus est primùm, & restitutus sæpe. Ἱερεύς, ἀρχιερεύς. Ital. *Pontifice.* Gal. *Maistre des choses diuines, pontife.* Hisp. *Perlado en las cosas sagradas.* Cic ad Attic lib. 4. Calendis Octobris habetur senatus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant senatores: à quibus Marcellinus qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quæsiuit quid essent in decernendo sequuti. Tum Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, Religionis iudices pontifices fuisse, legis Senatum, se & collegas suos de religione statuisse in senatu de lege. Libri pontificum. Horat. 2. Epist. 1. Cœnæ pontificum, Idem 2. Carminum, Ode 14. Religio pontificũ. Cicero pro Domo sua Secures pontificum, Horat. 3. Carm. Ode 23. ¶ Erant autem maiores & minores pontifices, inter quos summus pontifex maximus dictus est, quòd maximarum rerum, quæ ad Sacra & religionem pertinent, iudex esset, & vindex contumaciæ priuatorum, & magistratuum. Numa enim pontificem fecit, eíque sacra omnia attribuit, eiúsque scitis sacra omnia priuata, & publica subiecit: instituitque vt idem pontifex non cælestes modò cæremonias, sed iusta quoque funebria, placandósque manes edoceret. Autor Liuius lib. 1 ab Vrbe condita.

Pontificatus, huius pontificatus, Pontificis dignitas, ficut consulatus, dignitas Consulis. Ἱερωσύνη. Ital. *Pontificato* Gal. *Pontificat, l'estat de pontife.* Hisp. *Dignidad de perlado.* Cic. de Aruspicum respon. Qui statas, soleníque cæremonias Pontificatu, rerum bene gerendarum autoritates augurio contineri putauerunt.

Pontificius, pontificia, pontificium, Quod est pontificis. Ἱερατικός. Ital. *Da pontifice* Gal. *De pontife et prelat.* Hispa. *Cosa de perlado.* vt Ius pontificibus constitutum: cuiusmodi hodie est, quod Canonicum dicitur. Cicero 3. de Natura deorum. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus intr pontificio, & more maiorum. ¶ Pontificia verò, pontificiorum, plurali tantum numero, libri pontificij. Cicero 1. de Nat. deor. Deinde nominum non magnus numerus, ne in Pontificiis quidem nostris, &c.

Pontificium, substãtiuum. Pro cognitione & autoritate pontificis. Ἱερωσύνη, ἱερατικόν. Ital. *Autorita et officio di pontifice.* Gal. *L'autorité & office de pontife.* Hisp. *La dignidad del perlado.* Gell. lib. 1. cap. 13, Re semel statuta, deliberatáque ab eo cuius negotium id pontificiúmque esset, &c.

Pontificalis, pontificale, Quod ad pontificem pertinet. Ἱερατικός. Ital. *Pontificale.* Gal. *Pontifical.* Hisp. *Cosa pertenesciente à perlado.* vt Pontificalis autoritas, apud Cic. 2. de Legi. Itaque vius tantũmodo pontificis esset, si pontificalis maneret autoritas. Pontificalis honor, Ouid. 3. Fastor. Ius pontificale. Cic. 2. de Legibus. Sacrum pontificale. Ouid. 1. Fastorum. Pontificalis cœna, dicebatur opipara, sumptuosa, & exquisitis epulis instructa: quales esse solent pontificum cœnæ. Vide Macrob. 3. Saturn. & Chiliadas Erasmi. ¶ Pontificales libri, in quibus sacræ cæremoniæ continentur.

PONTINA palus. Πομπτίνη. Vulgò *Li maruti.* Volscorum palus iuxta Forum Appij, haud longè à Tarracina, distans ab Vrbe XXIX passuum millibus. Hæc palus à Cornelio Cethego Consule exiccata est, & ex ea ager factus, vt tradit Plin. lib. 4. cap. 7. Lucan. lib. 1, Et qua Pontinas via diuidit vda paludes.

Pontones, Vide PONS.

Pontus, Πόντος. Ital. *Mare.* Gal. *Mer.* Hisp. *La mar.* gen. masc. Proprie dicitur mare illud quod à palude Mæotide vsque in Tenedum protenditur: sed vbi primùm se arctat à Tenedo incipiens, à casu Helles, vocatur Hellespontus: vbi se expandit, Propontis: vbi iterum arctatur, Thracius Bosphorus: vbi autem latissimè diffunditur, Pontus Euxinus: qui curuatus in figuram Scythici arcus, committitur ostio Mæotidis paludis, idque ostium Cimerius Bosphorus vocatur. ¶ Figuratè autem pro quouis mari ponitur, vt apud Virgil. lib. 1. Aeneid. -ingens à vertice pontus In puppim ferit, &c. ¶ Est præterea pontus, Scythiæ fluuius, in quo thracias lapis inuenitur, qui aqua accenditur, & restinguitur oleo, vt refert Dioscorides lib. 5. cap. 93.

PONTVS, ti, fœminini generis, Prouincia Asiæ minoris, à Ponto rege sic cognominata, crudelitate Medeæ, & maleficarum herbarum prouentu nobilitata. Virgil. Aegl. 8. Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto. ¶ Ponto item frequentissimus est Castor, cuius testiculi ad medicamẽta expetuntur. Idem 2. Georg. Virosáque Pontus Castorea. ¶ Clauditur autem Pontus (vt Strabo refert lib. 1. 2. 8. 9. 11.) ab Occidẽte Haly flumine: ab Oriente, Colchide: à Meridie, minori Armenia: à Septentrione, mari Euxino. Ptolemæus verò lib. 5. paulo aliter, Pontus, inquit, ab Occasu, ore Ponti, & Thracio Bosphoro: à Meridie, regione quæ propriè Asia dicitur: à Septentrione, parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates insignes sunt, Chalcedon, Nicomedia, Nicæa. In Ponto regnarunt Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila, veteris testamenti interpres, & Marcion hæresiarches: qui quanuis Christianus videri vellet, alium tamen creatorem omnium rerum esse dicebat, quàm CHRISTI Patrem, illúmque maiorem aiebat.

Ponticus, a, um, πόντικος. vt Ponticum absinthium, apud Columell. lib. 12, cap. 35. Freti Pontifici fauces, Seneca Medea. Humus Pontica, Ouid. 3 de Ponto. Pontica nux, Eadem quæ auellana, quòd in Ponto plurimùm abundet. Λεπτοκάρυον.

Popa, æ, Dicebatur qui victimas vænales habebat, & qui ligabat eas ad altare, feriebátque. Propert. lib. 4. Succinctique cient ad noua sacra popæ. Spartianus in vita Getæ. Percussit hostiam popa nomine Antonius. Sueton. in Vita Caligulæ cap. 32, Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato altè malleo, cultrarium mactauit. Accipitur nonnunquam popa metaphoricè pro gulosio, & insatiabili. Persius Satyr. 6. At illi tremat omento popa veniet.

Popanum, ni, penult. corr. πόπανον, Placenta lata, tenuis, rotunda, quam dijs veteres offerebant: sed & pro quocunque libo capitur. Iuuen. Satyra 6, Scilicet & tenui popano corruptus Osiris. ¶ Iulius autem Pollux ait Placentam esse, qua in sacrificiis antiqui vtebantur. Cuius di-

Universidad de Deusto Biblioteca

ctionis frequens est vsus apud Aristophanem. Calepinus putauit popana esse vnguenta quædam pinguia, adducens testimonium ex Iuuenalis Satyr.6, -ridendáque multo Pane tumet facies, aut pinguia popana Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti. Quo tamen in loco constat poppeana legendum esse, non popana. Quod miror Calepinum non animaduertisse, quum alioqui in priore carmine integer pes defuturus sit.

Popellus, Vide POPVLVS, masc. gen.

POPILIVS, Prænomine Marcus, Flamen Carmentalis fuit, cui circa sacrificia occupato quum nuntiarentur seditio plebis aduersus magistratus concitatæ, vt erat læna indutus, in concionem ascendit, seditionémque sua autoritate sedauit. ¶ Duo præterea alij celebrantur Popilij: quorum alter ad Antiochum Ptolemæum Aegypti regem obsidentem legatus missus, quum mandata sua Antiocho exposuisset, vt à Rege socio & amico Populi Rom. abstineret, regem cunctantem, responsúmque differentem virgula circunscripsit, denuntians Populum Romanum omnia hostiliter cum illo esse acturum, si spatium illud egrediendi non daret. Quibus auditis, territus Antiochus, deliberandum sibi respondisset. Admiratus itaque hominis constantiam, priusquam sibi respondisset. Admiratus itaque hominis constantiam Antiochus, respondit se in Pop. Rom. potestate fore: solutáque obsidione in regnum se recepit. ¶ Alter cognomento Lanatus, de quo Valerius inter ingratitudinis exemplà commemorat, quòd quum à Cicerone in causa capitis esset defensus, certissimóque periculo liberatus, nullam non modò patrono retulit gratiam, verumetiam magni beneficij loco ab Antonio poposcit, vt ad occidendum Ciceronem mitteretur: quare facilè impetrata, vito innocentissimo, optiméque de se merito, cui salutem debebat, vitam eripuit.

Popina, næ, pen. prod. à popa. Locus vbi publicè opsonia, caróque cocta, ac delicatè confecta venditatur, comeditúrque: vel priuatim vbi gulosa familia extraordinariè ligurire, & helluari consueuit, autore Varrone in Raudensem. {ταβέρνα, ψησταρία. Ital. *Luganegaria, hosteria, tauerna.* Gal. *Rotisserie, cabaret, cuisine.* Hispa. *Cozina, venta, taberna.* } Plaut. in Amph. Interea dum isti certant, in popinam diuortundum est mihi, Lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam. ¶ Accipitur nonnunquam popina pro delicationibus cibis qui in ganea vendi consueuerunt. Cic. 3 Philip. Sed quum tam atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit? num putatis re aliqua tristi & seuera? vino & epulis reteutus & alea est, si epulæ potius, quàm popinæ dicendæ sunt.

Popinones, Helluones, gulones, qui se popinis dedunt. {ἕκαυβοι. Ital. *Leccardi, tauernieri.* Gal. *Hanteurs de tauernes & cabarets, frians, gourmans, yurognes.* Hisp. *Golosos que vsan las golosinas.* } Horat. 2. Serm. Imbecillus, iners: fim quidnis, adde popino. Sueton. de Clar. Gram. Lurconé, & nebulonem, popinonémque appellans, & vita scriptísque monstrosum.

Popinor, aris, Significat helluari, & indulgere popinis. {λιχνεύω, ἀκρατοφαγέω. Ital. *Diuorare, trangugiare, goleggiare.* Gal. *Gourmander & yurogner, hanter tauernes & cabarets.* Hisp. *Golosear.* } Iulius Capitol. Dum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat vitam.

Popinatio, popinationis, nuncupatur à Gellio, quæ alio nomine dicitur helluatio, quam Græci ἀκρατισμὸν vocant. Ital. *Esso diuorare ò trangugiare.* Gal. *Yurogneric, gourmandise.* Hisp. *Obra de golosar.*

Popinalis, le, Quod ad popinam spectat. {ψητηλικός. Ital. *Di cucina.* Gal. *De cuisine.* Hisp. *De cozina.* } Colum. lib. 8. cap. 16, Tunc celebres erant deliciæ popinales, quum ad mare deferebantur viuaria.

Poples, poplitis, Pars opposita genu quæ curuatur: dicta quod pòst plicetur. {ἰγνύα, ἰγνύς. Ital. *Garleto, sotto el ginocchio.* Gal. *Le jarret.* Hisp. *Rodilla.* } Colum. lib. 6. ca. 12, Si dolore neruorum claudicat, oleo & sale genua, poplitésque, & crura confricanda sunt donec sanetur. Curtius lib. 6, Posteaquam deficere se sensit, poplitibus semet excepit. Liuius lib. 2, Quodã & iacentes viuos, succisis femoribus, poplitibúsq; inuenerunt.

POPPAEA, Sabina, T. Ollij filia, à Poppæo Sabino auo suo ita nominata, mulier forma, nobilitatéque insignis fuit, quam primis nuptiis Rufo Crispo coniunctam, M. Otho primùm in adulterium, deinde & in matrimonium suum pellexit. Verùm quum incautius apud Neronem principem vxoris formam laudaret, captus amore eius Nero, Orhoni consuetudine eius interdixit, deinde & in Lusitaniam sub specie honoris, eó relegato, matrimonio eam sibi copulauit. Obiit fortuita Neronis ira, ictu calcis, quum grauida esset, ab eo percussa. Autor Tacitus, Annalium lib. 16.

Poppæanus, poppæana, poppeanum, denominatiuum: vt Vnguenta Poppæana, à Poppæa inuenta, vel quibus illa præcipuè vti solebat. Iuuen. Satyr. 6, -ridendáque multo Pane tumet facies, aut pinguia Poppeana Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.

Poppysmata, {ψοφόρτυγα. Ital. *Vezzi, vn sono di bocca che si fa palpando vn cauallo.* Gal. *Vn son de bouche, on en frappant les mains pasmine sur pasmine pour flatter vn cheual farouche.* Hispa. *Sitio ò sonido de la boca ò manos.* } Proprie dicuntur ea vocis blandimenta quæ fiunt equis indomitis cum tractatione manuum. Iuuen. Satyr. 6, Præbebit vati crebrum poppysma roganti. id est crebram manuum tractationem, cum quadam vocis adulatione, nam fit à ψοπαύζω, quod est sibilo, vel adulor. ¶ Est & ψοπαύζειν (vt quidam exponunt) idem quod plaudere, hoc est illisis manibus inter se, & palma cum palma collata, plausum edere. ¶ Dicitur etiam in eadem significatione Poppysmus. Plin. lib. 28. ca. 2, Fulgetras poppysmis adorare, consensus gentium est.

Populnus, Vide POPVLVS, fœm. gen.

POPVLONIA, æ, siue Populonium, populonij, πωπλώνιον Ptolemæo, Oppidum est in litore maris Tusci, non procul à Pisis, portum habens non ignobilem, eregione Iliæ insulæ. Meminit huius oppidi Plin. lib. 3. cap. 5. & 6, Ptolemæus lib. 3, & Pomp. lib. 2. Virgil. 10. Aen. Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis. Hodie *Piombum* vocant.

Populus, li, antepen. corr. singulari numero. mascul. gen. Vnius ciuitatis multitudinem significat, iuris consensu, & concordi communione sociatam. {λαός, δῆμος. Ital. *Popolo.* Gal. *Peuple.* Hisp. *Pueblo.* } Virgil. 1. Aen. Hinc populum late regem, belloque superbum Venturum excidio Libyæ. Populi verò, diuersarũ ciuitatum. Ibidem, Littoráq;, & latos populos. ¶ Populus à Columella de apibus dicitur, lib. 9. ca. 13, Id ne hat, duo populi coniungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere.

Popellus, popelli, diminutiuum, Idem quod plebecula. {δημίδιον. Ital. *Popolo piccolo.* Gal. *Petit peuple.* Hispa. *Pueblo menudo.* } Persius Satyra 4, Ante diem blando caudam iactare popello. Horat. 1. Epist. 7. -Vulteius mane Philippus Vilia vendentem tunicato scuta popello Occupat.

Popularis, populare, Quod est populi. {ἰδιωτικός, δημοτικός. Ital. *Popolare, di popolo.* Gal. *Populaire, du peuple.* Hisp. *Cosa de pueblo.* } Horatius de Arte, -& populareis Vincentem strepitus, & natus rebus agendis. ¶ Interdum popularis dicitur charus, & gratus populo, qui sibi populi fauorem conciliat. δημοφιλὴς, ἀρεσκῶν τῷ δήμῳ, δημαγωγός. Cicero, Nil tam populare, quàm bonitas. Liuius, Et quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. ¶ Interdum dicitur plebeius, vilis, & ignobilis. ἰσοπεδόν. Plautus, Præstat diuitem esse ac popularem, quàm nobilem & mendicum. ¶ Popularis item dicitur qui est eiusdem conditionis, generis, sortis, & fortunæ. ὁμοτέχνης, ὁμόφυλος, ὁ μετὰ τοῦ δημοτικοῦ ὢν. Terent. in Phorm. Amicus summus meus, & popularis Geta, erat enim & ipse seruus. ¶ Popularis ité dicitur ciuis. Teren. in Adelph. Obsecro populares ferte misero, atque innocenti auxilium. Vulgus indoctum *Patriotam* appellat. ¶ Ponitur aliquando popularis pro subdito, autore Budæo. Liu. 1. belli Maced. Tentando nunc sociorum, nùc popularium animos, id est suorum subditorum. ¶ Populari nomine vocare, est vocare nomine vulgò à populo vsurpato. Plin. lib. 13. ca. 4, Populari etiam nomine à nobis appellantur balani.

Popularia, Dicebantur loca vbi plebs sedebat. Sueton. in Dom. Et quia pars maior intra popularia deciderat, &c. Vide Equestria in EQVVS. ¶ Item popularia, nugatoria, puerilia. Laberius apud Nonium, Popularia agimus per ludum. ¶ Popularia sacra, vt Labeo inquit, sunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa sunt: vt Fornicalia, Palilia. δημοτελῆ ἱερά. Sic dicta quòd populo grata essent, propterea quòd tunc in populum missio fieret ab iis qui gratiam plebis quærebant: & hoc duplici modo: aut de Repub. bene sentiendo, & ea quæ ad populi salutem spectant, recta cum ratione agendo: aut largiendo & adulando, vel aliis corruptelis beneuolentiam captando.

Popularitas, tatis, Studium, & cultus populi, hoc est affabilitas, humanitas, blanditiæ, quibus populi fauorem aucupamur. {δημαγωγία, δημοτεχνία, ὀχλοκολακία. Ital. *Affabilità, humanità verso il popolo.* Gal. *Popularité, amitié & humanité enuers le peuple.* Hisp. *Humanidad y halagos en amor y voluntad del pueblo.* } Plin. Epistol. 117, Dixit causam Claudius Attilion, princeps Ephesiorum, homo munificus, & innoxiæ popularitatis. ¶ Ponitur aliquando pro coniunctione atq; necessitudine quæ debet esse inter populares, hoc est inter eos qui ex eadẽ regione ortũ traxerunt. Plaut. in Pœn. Siquid opus est, quæso dic, atque impera popularitatis causa.

Popularitèr, Affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. {δημοτικῶς. Ital. *Popularmente, affabilmente.* Gal. *Populairement, auec la grace du peuple.* Hispa. *En amor y voluntad del pueblo.* } Iuuen. Satyra 3, -& verso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. ¶ Aliquando significat more populi. Cicero in somnio Scip. Homines enim populariter annum tãtummodo Solis, id est vnius astri reditu metiuntur. ¶ Hinc dicimus populariter agere, populariter loqui, populatiter scribere, id est more populi.

Populatim, Modò significat per populos. {κατὰ δήμους. Ital. *Di popolo in popolo, per tutto el popolo.* Gal. *De peuple en peuple, par tout le peuple.* Hispa. *De pueblo en pueblo, per todo el pueblo.* } Apuleius, Populatim ab omni prouincia reuocatus. Modò cateruatim, & in vniuersum. Cæcilius, Ego perdidi te, qui omnes seruos prodo populatim: quæso ne addas malũ ad hoc malum.

Populosus, populosa, populosum. Quod est plenum populo. πολυάνθρωπος. vt Oppidum populosum.

Populo, populas, & Populor, popularis, Idem quod deprædari, diripere, spoliare. {δηϊόω, φέρειν τε καὶ ἄγειν, λαφυραγωγεῖν, ἐλῆν, πορθεῖν. Ital. *Depredare, saccheggiare, desertare vn paese.* Gal. *Oster & piller tout és champs, destruire & perdre.* Hisp. *Robar y destruyr el campo.* } Cæsar 1. belli Gall. In Heduorum fines peruenerant, eorúmque agros populabantur. Virgil. 1. Georg. -populátque ingentem farris acerruum. ¶ Hinc depopulor, pro deprædor, passímque & populatim diripio.

Populatus, populata, populatum, participium, quod significat deprædatus. {δηϊωθείς, πορθηθείς. Ital. *Depredato, saccheggiato.* Gal. *Pillé, destruit.* Hisp. *Robado y destruydo.* } Virgil. 12. Aen. Quisque suum populatus itet. Cic. 5. Verr. Erectos aratores esse dico, agros vectigales vexatos, atque atque exinanitos à Verre, populatam, vexatámque prouinciam.

Populatio, populationis, Verbale. {πορθήσεις. Ital. *Saccheggiamento.* Gal. *Saccagement, degast.* Hisp. *Robamiento, destruymiento.* } Liu. 3. ab Vrbe, Aequos populationibus incursionibúsque meliores esse. Colum. lib. 2. cap. 10, Nam ea res à populatione murum, formicarúmque frumenta defendit. Idem lib. 3. cap. 21, Aut si maturitatem serotini expectet, amittat vindemiam præcocem, quæ plerunque populationibus volucrum, pluuiísque aut ventis lacessita dilabitur.

Populatus, us, ui, Idem quod populatio. δηϊωθμὸς, πόρθησις. Lucan. lib. 3, Ardent Hesperij sæuis populatibus agri.

Populator, populatoris. {πορθητής. Ital. *Chi saccheggia vn paese.* Gal. *Pillem, gasteur & destruiseur d'vn pais.* Hisp. *El que assi destruye.* } Ouid. 12. Metamoph. Vinit adhuc operis nostri populator Achilles. Idem 13. Meta. Hoc vbi cognouit Troiæ populator Atrides.

Populatrix, populatricis. {ὀλοθρεύτειρα. Ital. *Donna che strugge il tutto.* Gal. *Pillerresse, celle qui gaste & destruit tout.* Hisp. *La que assi destruye.* } Martial. lib. 13, Hæc tibi Thelci populatrix misit Hymetti, Pallados à syluis nobile nectar apis.

Populabundus, Prædabundus, à populando, id est qui populatur. {λαφυραγωγῶν, δηϊόων. Ital. *Che va per i campi strugendo, & saccheggiando.* Gal. *Qui court parmi les champs pillant & destruisant tout.* Hisp. *Cosa que mucho assi destruye.* } Liu. 3. ab Vrbe, In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quàm iusti more belli.

Populabilis, populabile, Quod populari potest. {πορθητός. Ital. *Desertato, ouero soggetto ad essere saccheggiato.* Gal. *Qui peut estre pillé & gasté.* Hisp. *Cosa que assi se puede destruyr.* } Ouid. 9. Metam. Interea quodcunque fuit populabile, flamma Mulciber abstulerat.

Populus, prima syllaba producta, cæteris breuibus, Arbor est cerro similis, caudice procero & erecto, cortice læui, foliis dum tenera est, circi-

nata

tatæ rotunditatis, quæ in senescente angulosa euadũt sine flore. ¶Ital. *Piopa, pioppolo albero.* Gal. *Peuplier.* Hisp. *El alamo arbol.* ¶ Duo eius sunt genera, Alba, quam & Græci λεύκην dicunt folio numerosiore, & tremulo (vnde & *Trambulum* Galli vocant) vuásque ferens quas bryа dicunt, vnguentis expetitas. Et nigra, illis αἰγείρου dicta, leuior quidem & procerior, sed fronde tenore. Vtraque locis aquosis gaudet & palustribus. Virgil. 9. Aegloga, -hîc candida populus antro Imminet. Plin. lib. 34. cap. 8. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuunt. Colum lib. 5. Cui rei maximè videtur idonea populus. Ea est arbor certo similis.

Populeus, a, um. Quod est materiatum ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet. ¶λεύκινος, αἰγείρινος. Ital. *De piopa.* Gal. *De peuplier.* Hisp. *Cosa de madera de alamo.* ¶ Virg. 2. Georg. Qualis populea mœrens philomela sub vmbra. Frondes populeæ, Idem 8. Aen. Vmbra populea. Idem 4. Georg.

Populnus, populna, populnũ, Idem quod populeus. λεύκινος, αἰγείρινος, Plautus in Cas. Non isthæc aut populna sors, aut abiegna est tua?

Populneus, populnea, populneum, In eadem significatione. Colum lib. 6. ca. 5. Probatur maximè vlmea, pòst fraxinea, & ab hac populnea frons. Idem lib. 12. cap. 2. Frondem quercneam, & populneam.

Populetum, populeti. Locus populis constitus. ¶αἰγείδιον. Ital. *Luogo piantato di piope.* Gal. *Vn lieu planté de peupliers.* Hispa. *Lugar de muchos alamos.* ¶ Plin. lib. 14. cap. 5, Antea Cæcubo erat generositas celebertima palustribus populetis.

Porca, Porcarius, Porcellus, Vide PORCVS.

Porceo, porces verbum obsoletum quo antiqui, teste Festo, vtebantur pro prohibeo ἀπείργω. Lucilius lib. 6. Non te porrò procedere porcent. Componitur ex porrò & arceo, quasi procul arceo.

Porcetra, porcetræ. Porca quę semel tantùm peperit. χοῖρος, aliis δίλφαξ. Seropha, quæ sepius.

PORCIA, Nobilis Romæ matrona fuit, Porcij Catonis Censorij filia, siue (vt alij malunt) neptis: quæ quum matremfamiliàs quandam quæ secundas interat nuptias pudicitiæ nomine laudari audiret, Casta, inquit, matrona nouniſi semel nubit. ¶ Porcia alia fuit, Catonis Vticensis filia, & vxor Bruti, quæ quum viri sui consilium quod de interficiendo Cæsare ceperat, cognouisset, cultello tonsorio sese vulnerauit. Qua de re quum à viro increparetur, Non est, inquit, hoc temerarium factum meum: sed in tali statu nostro, mei erga te amoris certissimum indicium. Experiri enim volui, si tibi propositum ex sententia parum cessisset, quàm æquo animo me ferro essem interęptura. Hæc postea, quum audisset virum suum post infaustum illud prælium aduersus Antonium, Augustúmq; in campis Philippicis gestum, mortem sibi consciuisse, mori & ipsa statuit. Sed quum arma à domesticis subtraherentur, haustis prunis, oréque obstructo, confestim extincta est. Vide Valerium Maximum.

PORCIVS. Catonum familiæ gentilitium cognomen fuit, à porcis tractum. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1, Cognomina multa habemus ab vtroque pecore: à maiore, & à minore. ab minore Porcius, Quinius, Caprilius: à maiore, Equitius, Taurus.

Porculetum, porculeti, Hermolaus ait idem esse quod porcam, hoc est terram editiorem inter duos sulcos: cuius generis in hortis hodie puluini appellantur, in quibus sua cuiusque generis olera separatim seruntur. Plin. lib. 27. cap. 22, Vmbri & Marsi ad vicenos pedes intermittunt arationis gratia in his quæ vocant porculeta.

Porculum, porculi, Est machinæ genus apud Catonem de Re rust. ca. 19. Foramen (inquit) quod primum facies, semipedem ab cardine facito: cætera diuidito quàm rectissimè: porculum in media fucula facito inter arbores medium quod erit, id medium collibrato vbi porculum figere oportebit, vti in medio prælum rectè situm siet.

Porcus, porci, Propriè dicitur sus domesticus: quemadmodum aper, ferus. ¶χοῖρος. Ital. *Porco.* Gal. *Vn porc.* Hisp. *Puerco.* ¶ Suis autem appellatio vtrique generi est communis. Mart. lib. 14, Iste tibi faciat bona Saturnalia porcus, Inter spumantes ilice pastus apros. Iuuenalis Satyr. 10, -voueásq; sacellis Exta, & candiduli diuina tomacula porci. Dictus porcus ab eo quòd porrecto situ pascitur, & terram dum herbarum radices rimatur, latius porrigat. ¶ Porcus marinus, piscis marinus, quum capitur grunniens, ὀγκοβάτης. Lacedæmonij orthragoriscum vocant, vt ex Appionis sententia refert Plin. lib. 32. ca. 1. ¶ Porcus Troianus, in Romanorum conuiuiis per iocum dicebatur aper qui integer apponi solet, vnà cum minoribus animalibus in ventre eius inclusis, non secus atq; olim ferunt in equo Troiano inclusos fuisse armatos. χοῖρος τρωϊκός. Vide Macrobium in Saturnalibus.

Porca, æ, Sus fœmina. ¶ὗς, ὑός. Ital. *Porca.* Gal. *Vne truye.* Hisp. *Puerca.* ¶ Cato de Re rust. cap. 134, Priusquam fœminam porcum immolabis. ¶ In agro verò porca est terra elata inter duos sulcos. ¶ὄλαξ. Ital. *Scrofa.* Gal. *Terre eſleuee entre deux raions, vn ſillon.* Hisp. *La tierra que queda entre dos sulcos.* ¶ à porrigendo (vt inquit Varro, lib. 1. cap. 29, de Re rust.) quòd ea porrigat frumentum. Vel à porcendo, id est prohibendo, vt Noseges porrigat frumentum. Vel à porcendo, id est prohibendo, ne quis semina prohibeat. ¶ Porcæ (inquit Fenio placet, eo quòd vltra sulci qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia: ita dictus) appellantur rari

Universidad de Deusto
Biblioteca

succurrete, siue opem ferte: metaphora tracta ab iis qui lapsos tensa dextera humo attolliunt. ¶Huius compositum est exporrigo, seu exporgo per syncopam, quod est explico, erigo, extendo. Ἀνέχω. Terent. in Adelph. -da te hodie mihi, Exporge frontem, id est exhilara. ἀνέλκε τὸ μέτωπον. ¶Porrigere herbam, est victum se fateri. Plin. lib. 22. cap. 4, Summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est terra, & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere. Vide Chiliadas Erasmi.

Porrectus, participium, Id est extensus. {πεπταμένος. Ital. *Steso.* Gal. *Estendu.* Hisp. *Estendido.*} Horat. lib. 4. Carm. Famáque & imperi porrecta maiestas ad Ortum. ¶Aliquando porrectus nomen est, idem ferè significans quod hilaris: vt Frons porrecta, id est alacris. In rebus enim lætis cutem frontis extendere solemus, & contrà in tristibus corrugare. Plaut. in Cas. Primùm ego te porrectiore fronte volo mecum loqui, id est hilariore.

orrectio, verbale. {ἔκτασις, πτύσσεσις. Ital. *Estendimento.* Gal. *Estendement, estendue.* Hisp. *Estendimento.*} Cic. 2. de Nat. deor. Digitorum enim contractio facilis, facilisq; porrectio propter molles commissuras, & artus nullo in motu laborat.

Porrigo, pen. nomin. prod. porriginis, Capitis affectus est, quum tenues & furfuraceæ squamulæ ex capite decidunt. {πτυρίασις. Ital. *Tegna infermità.* Gal. *La teygne.* Hispan. *Caspa dela cabeça.*} Porrigo est (inquit Celsus lib. 6. cap. 2,) vbi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, eæque à cute resoluuntur, & interdum madent, multo sæpius siccæ sunt: idque euenit modò sine vlcere, modò exulcerato loco: hinc quoq; modò malo odore, modò nullo accendente: ferèq; id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in supercilijs. Hæc Celsus. Lucil. lib. 30, Tristem & corruptum scabie, & porrigine plenũ. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, Vngere si caules oleo meliore, caputq; Cœperis impexa fœdum porrigine.

porriginosus, a, um, Qui porrigine infestatur. πτυριάδης.

porrò, Varios in oratione habet vsus. Modò enim affirmandi aduerbiũ est, idem significans quod sanè, certè, profectò. {μαλλον, μᾶλλον. Ital. *Certamente.* Gal. *Certainement.* Hisp. *Ciertamente.*} Cic. pro Plancio, Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere vt beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare. ¶Quandoque temporis aduerbium est, idem significans quod longe pòst. πόῤῥω. Virg. 5. Aeneid. -hinc maxima porrò, Accepit Roma, & patrium seruauit honorem. Vbi Seruius, Porrò, post lõgum interuallum. Sic dicimus, Lycurgus non porrò ab Homeri temporibus fuit. ¶Nonnunquam idem quod in posterum, deinceps, in futurum. Χἀτέρω. Terent. in Prolo. Andr. Deinde vt quiescant, porrò moneo. id est in futurum, interprete Donato. ¶Aliquando loci aduerbium est, modò idem significans quod vltra, siue vltrius. Liu. 8. ab Vrbe, Et haud eãdem quà te insinuaueris, retro via repetenda: aut si ire porrò pergas, per alium saltum arctiorem, impediti orémque euadendum. Modò idem quod longè, siue procul. Virgil. 6. Aeneid. -quæ sint ea flumina porrò. ¶Sæpissimè autem coniunctio est, idem valens quod autem, siue verò. Νυνὶ δὲ. Quint. in Apol. Paup. Porrò qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licentiam. ¶Quandoque expletiua particula est, ornatus tantùm gratia interposita. Terent. in Andr. -adéon' me ignauum putas, Adéon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor, &c. ¶Aliquando hortantis est. Virg. 9. Aen. -percipe porrò Quid dubitẽ. Quo in loco Seruius exponit porrò pro aduerbio hortantis. Cic. 4. de Finibus Perge porrò: nam de isto magna dissensio est. ¶Porrò autem, idem valet quod præterea verò. Cic. 3. Verr. Hominibus & natura, & disciplina leuissimis: porrò autem pop. Rom. conditione sociis, fortuna seruis. ¶Neq. porrò, idem quod neque etiam. Cic. 3. Verr. Neque enim perfacetè dicta, neque porrò hac seueritate digna. ¶Porrò minima, dixit Cic. 5. de Finibus, pro longè minima. Ea, inquit, nos mala dicimus, sed exigua, & porrò minima. Hæc ferè Budæus. ¶Ponitur aliquando porrò pro valde. Cic. in Cat. Maiore, Sepe à maioribus natu audiui, qui se porrò pueros à senibus audisse dicebant. ¶Aliquando est aduerbium ordinis. Terent. in Andr. Moue ocyus te, vt quid agam, porrò intelligas.

Porrum, ri, in plurali porri, orum, Genus oleris notissimi. {πράσον. Ital. *Porro.* Gal. *Porreau.* Hispa. *Puerro.*} Plin. lib. 19. cap. 11, In translatione & medicina est: desinúntque sentire iniurias, vt gethyum, porrum, thaphani, apium. Martial. lib. 13, Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros: In medio virides stipite cerne comas. Porrorum alij sunt Tarentini, qui & sectiui dicuntur: alij Aricini, qui & capitati: de quibus generibus vide Plin. lib. 19. cap. 6. ¶Legitur & porrus gen. masc. à quo manssit pluralis numerus eiusdem generis. Celsus lib. 4. cap. 6, Aut ius in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus sit. Eodem genere vsus est & Plin. lib. 19. cap. 6, Laudatissimus (subaudi porrus) in Aegypto, mox Orchiæ, atque Ariciæ.

Porraceus, a, um, {πράσινος. Ital. *Di porro.* Gal. *De porreau.* Hisp. *Cosa de materia de puerro.*} Plin. lib. 37. cap. 10, Heliotropium nascitur in Aethiopia, Aphrica, Cypro, porracei coloris, sanguineis venis distincta.

PORSENA, æ, pen. corr. πορσίνας. Proprium nomen regis Hetruscorum, qui pro restitutione Tarquinij Superbi aduersus Romanos bellum susscepit. Vide historiam apud Liu. lib. 2. ab Vrbe. Marti. lib. 1, Hanc spectare manum Porsena non potuit. Virgilius verò produxit positione duplicis nu, Necnon Tarquinĩ ciectum Porsenna iubebat Accipere.

Porta, portæ, Propriè aditus ciuitatis, alteriúsve loci vallo fossáve muniti. {πύλη. Ital. *Porta.* Gal. *La porte.* Hispa. *Puerta.*} à portando nomen habens, siue quòd per eam omnia & importentur, & exportentur: siue ab aratri portatione (vt inquit Donatus) quia in designatione vrbium, subiunctis vacca & tauro, qui vrbem designabat, arratrum manu suspẽdebat, ne sulcum quem primogenium dicunt, faceret, vbi aditus ciuitatis erant relinquendi. Cæs. 6. belli Gall. Capit arma à proximis, atque in porta constitit. Ibidem lib. 8. Nihil relinquebatur quod ad ornatum portarum, itinerum, locorúmq; omnium, quà Cæsar iturus erat, excogitari posset. Virg. 7. Aen. Et crista capitum, & portarum ingẽtia claustra. Idem 2. Aen. -vix primi prælia tentant Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt. Cicc. 4. de Finibus, Si Annibal ad portas venisset, mutúmque iaculo traxerisset. ¶Porta Prætoria, in castris dicebatur quę erat in fronte valli, qua miles ad prælium educebatur. Antiqui enim Prætorem appellabant qui toti præerat exercitui, qui deinde Imperator appellatus est. Porta decumana, quæ in postica parte castrorũ erat, qua annona, cæteráque exercitui necessaria importabantur: ita dicta à magnitudine. Quoniam enim ita ferè vsuenire solet, vt decima quæq; omnibus propemodũ in rebus maxima sint: veteres decumanum, pro magno & amplo accipiebant. ¶Portæ item per similitudinem quandam montium fauces dicuntur, in maximas angustias coarctatæ: cuiusmodi pleræque in diuersis Tauri montis partibus à Cosmographis commemorantur: vt sunt Caspiæ portæ, Ciliciæ, & Caucasiæ.

Portula, portella, & porticula, diminutiua. {πυλὶς. Ital. *Picciola porta, portella.* Gal. *Portelette, petite porte.* Hisp. *Pequeña puerta.*} Liu. 5, belli Pun. Philomenes portula assueta venationem inferens, &c.

PORTA AVGVSTA, Vaccæorum vrbs in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Ptolemæo, lib. 2. cap. 6.

Portendo, portendis, Prædico, ostendo, vel præmonstro: à porto, quod est prorsum, siue antrorsum, & tendo. {προσημαίνω, προσημαντικὸν, σύμβολον. Ital. *Premostrare.* Gal. *Porter signification de quelque chose à venir, predire.* Hisp. *Significar mal futuro.*} Virgil. 7. Aeneid. Hunc illum fatis externa ab sede profectum Portendi generum. Plaut. in Asin. Aecastor nobis periculum magnum, & familiæ portenditur, Demæneti si expectemus mortem. Cicc. 1. Diuin. Nam quod de Sole ostensum est tibi, populo commutationem rerum portendit fore.

Portentum, portenti. Ostentum & prodigium quod portendit aliquid futurum: vt quum insolita corpora in aere apparent: vt cometæ, turbines, & sereno cælo tonitrua. {τέρας. Ital. *Prodigio, mostro.* Gal. *Prodige, chose terrible & esmerueillable.* Hisp. *Milagro que significa mal futuro.*} ¶Portentorum autem significatio, teste Cic. lib. 2. de Nat. deor. sumpta est ex auspicijs, & auguriis. Varro, In cælo memorabile extitit portentum. Cic. de Aruspicum responsis. Explanationes portentorum Hetruscorum disciplina continentur. ¶Aliquando etiam dicuntur portenta, commenta, fictiones, & mendacia rerum naturæ repugnantia. Cicc. 1. Tusc. quæst. Aut quid negotij est hæc Poëtarum, & pictorum portenta conuincere? ¶Virgil. 8. Aeneid. pro bono omine posuit, quum ait, -ne quære profectò Quem casum portenta ferant. Vbi Seruius, Portenta modò significant bona omnia quæ victoriam portendunt.

Portentosus, a, um, Monstrosus, portento similis. {τερατώδης, τερατῶδες. Ital. *Mostruoso.* Gal. *Merueilleux, monstrueux.* Hispan. *Cosa que significa algun mal.*} Cic. 2. de Diuinat. An verò illa nos terrent, siquando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur? Plin. lib. 22. cap. 8, Portentosum est quod de ea traditur. Portentosa Græciæ mendacia, Plin. lib. 5. cap. 1.

Porthmeus, {πορθμεὺς. Ital. *Passagiero.* Gal. *Vn passeur ou passagier.* Hisp. *Barquero que passa estrecho.*} Græca dictio est disyllaba, quæ nobis portitorem significat, hoc est eum qui homines in vltertorem fluuij ripam, vel trans fretum, vel à litore ad nauim traiicit. Nam πορθμεύειν Græcis est traiicere, & πόρθμιον naulum quod pro traiectu soluitur: & πορθμὶς cymba ipsa portitoris. Vtitur hac voce Iuuenalis Satyr. 3, Iam sedet in ripa, tetrúmque nouitius horret Porthmea.

Porticus, huius porticus, pen. corr. & fœm. gen. {ἡ στοὰ, ἡ περίστασις. Ital. *Portico.* Gal. *Porche, pourmenoir ou galerie, ou on se retire pour le soleil ou pour la pluye.* Hispa. *Portal publico para passearse.*} Locus est amplus, & spatiosus, tecto inclusus, propter repentinos imbres, & vmbrarum, ac deambulationis gratia ædificatus. Cic. ad Attic. lib. 4, In campo Martio septa tributis comitiis marmorea fumus & tecta facturi, cáq; ciugemus excelsa porticu. Virg. 3. Aen. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Idem 2. Aeneid. Vnus natorum Priami per tela, per hostes Porticibus longis fugit. Ouid. 1. de Arte, Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur Porticus. ¶Multæ Romæ insignes fuere porticus: omnium tamen magnificentissima fuit quam, quòd à Pompeio ædificata esset, Pompeianam vocabant: cuius meminit Ouid. lib. 1, de Arte amandi, Tum dò Pompeia lentus spatiare sub vmbra, Quum Sol Herculei terga Leonis adit.

Porticula, æ, diminutiuũ. {βραχεῖα στοά, μικρὰ στοά. Ita. *Piccuola portico.* Gal. *Petit porche.* Hisp. *Pequeño tal portal.*} Cic. lib. 4. Epist. In porticula Tusculana.

Portio, portionis, quasi partio, Significat partem. {μέρος. Ital. *Parte, portione.* Gal. *Part, portion.* Hispa. *Parte o racion de lo entero.*} Plin. lib. 9. cap. 35, Sed quota hæc portio est? ¶Hinc fit proportio, quæ est duarum rerum inuicem facta comparatio. λόγος, ἀναλογία.

Portiuncula, portiunculæ, diminutiuum. {μερίς. Ital. *Piccola parte ò portione.* Gal. *Petite part & portion.* Hisp. *Pequeña parte.*} Apuleius, Qui quum à me portiunculam posceret.

Portisculus, portisculi, Hortator remigum, qui eam perticam, quæ & ipsa portisculus dicitur, in manu teneus, hortatur remiges, vrget, & cuncta pro libito moderatur. {κελευστής. Ital. *Comito.* Gal. *Comite.* Hispan. *comitre.*} Plaut. in Asin. Tute habes portisculum. Ennius in Annal. Portisculus quum signum dare cœpisset. Ex Nonio.

Portitor, portitoris, Propriè dicitur, teste Valla lib. 1, qui homines in vlteriorem fluuij ripam, vel de litore ad nauim, vel de naui ad litus traiicit, quem Græci vocant porthmea. {πορθμεὺς. Ital. *Passagiero, chi passa la gente il porto.* Gal. *Garde ou fermier d'vn port, passeur.* Hisp. *El barquero que passa estrecho.*} Quapropter Charon inferorum portitor dicitur, quòd mortuorum vmbras cymba subtili per Stygiam paludem putetur transuehere. Dictus autem portitor à portando, sicut vector à vehendo: quanuis Laurent. Valla innuere videatur à portu dictum esse portitorem. Virgil. 6 Aeneid. Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat Terribili squalore Charon. ¶Dicitur etiam portitor, eodem Laurentio teste, qui portorium, hoc est fructus pecuniarios ex portu conduxit, quique nomine portorij stipem à venientibus exigit. Cic. ad Qu. Fratrem, Qui nuper in portoris Italiæ tollendis, non tam de portorio, quàm de nonnullis iniurijs portitorum querebantur. ¶Accipitur etiam portitor pro eo qui aliquid portat. Statius lib. 1. Thebaid. Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrsæ.

Portorium, rij, Naulum, & merces quæ datur portitoribus, hoc est iis qui nos cymba vel pontone trans fluuium vel fretum traiiciunt. {πορθμεῖον. Ital. *Nolo, pagamento à passare vn porto.* Gal. *Le peage ou impost qu'on paye aux ports.* Hisp. *El flete que se paga al barquero.*} ¶Item vectigal quod portitori soluitur,

Universidad de Pa

ſoluitur, hoc eſt illi qui redemit prouentum portuum, vel fluminum, vel lacuum, vel ſtagnorum, τελωνίου. Lucilius lib. 12, Facit idem quod illi, qui inſcriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. Plaut. in Aſin. Iam ego hunc portitorem primabo portorio. Cic. 1. de Inuent. Nam ſi Rhodijs turpe non eſt portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe eſt coducere. Idem 4. Verr. His pro rebus quòd portorium non eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L. Canuleium.

Porto, portas. Fero, aſſero, gero, non tantùm corpore, ſed etiam animo, & tam bona, quàm mala. ἀίρομαι, κομίζω. Ital. *Portare*. Gal. *Porter*. Hiſp. *Llevar o traher*. Terent. in Andr. Dij boni, boni quid porto? Plaut. Auliſ. Vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego asinus in luto. Plin. lib. 11. cap. 17, Apes teſtium regem humeris ſubleuant, validius fatigatum ex toto portant. Ouid. 2. Triſt. Et latro, & cautus præcingitur ense viator: Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem. Virg. 9. Aen. Multa patri portanda dabat mandata. ¶ Portari item dicimur, quum nauibus aut iumentis aliquid nobiſcum vehimus. Virgil. 1. Aeneid. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor, Ilium in Italiam portans, victóſque Penates. Ibidem, -portantur auari Pygmalionis opes pelago. ¶ Portare auxilium dicimus, pro adiuuare. Salluſt. in Catil. Póſt vbi pericula virtute propulerant, ſociis atque amicis auxilia portabant. ¶ Huius compoſita ſunt, Apporto, Aſporto, Comporto, Deporto, Exporto, Importo, Reporto, Supporto, & Tranſporto: quorum ſignificata vide ſui locis.

Portito, portitas, frequentatiuum. Gell. lib. 20. cap. 1, Crumenam plenam aſſium portitans.

Portatus, tus, verbale, Actus ipſe portandi. βάστασις, κόμισις. Ital. *Portamento*. Gal. *Portement*. Hiſp. *Llenamiento*. Plin. lib. 9. cap. 35, Tædia exquiſita perditiore portatu.

Portulaca, Herba eſt frigida & humida quæ dentium tollit ſtuporem. ἀνδράχνη. Ital. *Porcellana, porcellachia*. Gal. *Pourpier*. Hiſp. *Verdolaga*. Plin. lib. 25. cap. 23, & lib. 20. cap. 20, & Dioſcorides lib. 2. cap. 138.

Portunalia, Inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum vocant, inſtituta. παλαίσματα. Eadem & Iſthmia dicebantur, ab Iſthmo Peloponneſiaco vbi ſolebant celebrari.

PORTVNVS, pen. prod. Deus maris habitus eſt ab antiquis, quem Græci Palæmona, παλάμονα, vocant: ita dictus à portubus quibus præeſſe credebatur. Vide in dictione PALAEMON.

Portus, us, in datiuo & ablatiuo plurali portubus. Locus in litore naues ab hyemis, tempeſtatúmque iniuria vindicans. λιμήν. Ital. *Porto*. Gal. *Vn port*. Hiſp. *Puerto*. Cic. in Verrem, Statim ſine vllo metu in portum ipſum penetrare cœperunt. ¶ Metaphoricè accipitur pro loco tuto, & quodam aduerſarum rerum perfugio. Cicero ad Brutum, Quanquam tum & fugæ portus erat in tuis caſtris, & perfugium ſalutis in tuo exercitu. Inde prouerbiali metaphora, Rem in portu eſſe dicimus, pro eo quod eſt in tuto, & extra omne periculum. Plaut. in Merc. In portu res eſt. Item In portu nauigare, pro eo quod eſt ſecurum eſſe, & omni periculo defunctum. Tracta eſt metaphora à nauigantibus, qui quum in medio mari nauigant, vndarum & ventorum arbitrio iactantur: contrà, quum ſe in portum receperint, nihil habent negotij cum vndis & ventis. ¶ Impingere in portu, eſt in ipſo ſtatim operis initio peccare.

Portuoſus, portuoſa, portuoſum, Multos portus habens. λιμενώδης. Ital. *Di molti porti*. Gal. *Qui a beaucoup de ports*. Hiſp. *Coſa que tiene muchos puertos*. Salluſt. in Iugurtha, Illam alteram ſpecie quàm vſu potiorem, quę portuoſior, & ædificiis magis exornata erat, &c.

PORVS, pori, πῶρος, Indiæ rex fuit, ab Alexandro Macedone ſuperatus, deinde & ſuorum dolo interemptus. Claudianus, Tradita captiuo ſpatioſior India Poro.

Porus, pori, priore prod. πῶρος, A medicis appellatur callus prædurus, oſſium & cartilaginis fracturam ferruminans. Oſſa enim & cartilago, quòd partes ſpermaticæ ſint, ſemel fracta, nunquam reſcuntur. Ex viſcoſiore tamen alimenti parte callus quidam gignitur, quo veluti glutino coniunguntur. Autor Gal. 6. Therap. ¶ Porus item genus eſt lapidis, patio marmori candore & ducitia ſimilis, minus tamen ponderoſi; quem Plinius inter eos annomerat qui cadaueribus aſſeruandis ſunt idonei, lib. 36. cap. 17. ¶ In articulis item pori dicuntur rumores, ex craſſo terreſtríque humore in eos ingruente collecti: qui nonnunquam etiam contrahuntur ex medicamentorum quorundam vſu, quæ multam diſcutiendi ſiccandique, nullam autem molliendi vim habeant. ¶ Pori autem pen. corr. πόροι, à medicis propriè appellantur meatus cutis, per quos ſudor erumpit, & pili.

Poſca, ſcæ, Potio ex aquæ aceríque miſtura temperata. ὀξύκρατον. Ital. *Vino da diſpenſa leggiero, miſtura di acqua & aceto per mediſima*. Gal. *Breuuage d'eau & de vinaigre, boiſſette ou vin de diſpenſe*. Hiſpan. *El aguapie, mezcla de agua y vinagre*. Plin. lib. 30, Tormina ianat palumbus ferus, ex poſca decoctus. Celſus puſcam appellat per quintam vocalem: Aetius, & Aegineta etiam phuſcam.

Poſco, poſcis, poposci, Propriè rem debitam, & honeſtam peto. αἰτέω, ἀξιόω. Ital. *Domandare*. Gal. *Demander*. Hiſp. *Demandar*. Varro, Poſcere eſt quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus. Donatus, Poſcamus imperioſè: poſtulamus iure. ¶ Aliquando prouocare. ἐπικαλεῖσθαι. Virg. 8. Aeneid. Haud acrem dubites in prælia poſcere Turnum. Cic. 3. Verr. Poſcunt maioribus poculis, id eſt prouocant ſe mutuo ad largius potandum. ¶ Aliquando poſcere eſt indicare rem venalem, & pretium eius taxare. Plautus Mercat. Tanti, quanti poſcit, vin' tanti emam illamſe HAR. Auctarium adiicito vel mille nummûm, plus quàm poſcet. ¶ Aliquando eſt requirere, exigere. Cæſ. 4. belli Gall. Ad quos ſe celeriter, quum vius poſcet, recipiunt. ¶ Huius cõpoſita ſunt, Appoſco, quod eſt iure poſco, exigo. προσαιτῶ. Terent. in Heaut. Minas quidem iam decem habet à me filia. Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas: Haſce ornamentis conſequentur alteræ: Porro hæ talenta dotis appoſcent duo. ¶ Depoſco, vide ſuo loco. ¶ Expoſco, multum, ſeu cum inſtantia, aut publicè poſco. ἐξαιτῶ. Liu. lib. 1, Pacem precibus expoſcit. Virgil. 3. Aeneid. Sed votis precibúſque iubent expoſcere pacem. ¶ Repoſco, quod meum eſt repeto. ἀπαιτῶ. Virgil. -Paríthóſque repoſcere ſigna. Plaut. in Cure. Quam tu virginem me repoſcis?

POSIDEON, ποσιδεών, Græcis eſt menſis quem nos Decembrem dicimus à Neptuno nomen habens, quem illi ποσιδέωνα appellant.

POSIDEVM, ſiue Poſidium, pen. prod. ποσείδιον. Oppidum in finibus Macedoniæ, non procul à Strymone amne: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10. ¶ Eſt etiam eiuſdem nominis oppidum in Syria Libano monti ſubiectum: cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 20. ¶ Eſt item Poſideum, Ioniæ promontorium, cum oppido eiuſdẽ nominis, quod olim Branchidarum, & poſtea Didymei Apollinis oraculum fuit appellatum. Vide eundem, lib. 5. cap. 29.

POSIDIPPVS, ποσιδίππος, Comicus fuit Caſſandræus, Cyniſci filius, qui fabulas triginta docuit, teſte Suida.

POSIDONIA, ποσειδωνία, Oppidũ in litore Lucaniæ, poſtea Pæſtũ appellatum: à quo & vicinum ſinum Poſidoniatem appellarunt: qui & ipſe poſtea cõmutato nomine, Peſtanus appellatus eſt. Autor Plin. li. 3. ca. 5. ¶ Hoc etiã nomine aliquando dicta eſt Troezen Peloponneſi vrbs: propterea quòd τοῦ ποσειδῶνος, hoc eſt Neptuno ſacra eſſet. Autor Strabo li. 8.

POSIDONIVS, ποσειδώνιος, Philoſophus, diſcipulus & ſucceſſor Panætij, ex Apamia Syriæ (vt Strabo lib. 14. autor eſt) ſed Rhodius exiſtimatus, quia Rhodi vixit, ac philoſophatus eſt: ſicut & Apollonius Molo dictus eſt Rhodius, quũ eſſet Alabandẽſis: vtrunq; audiuit Cicero. Hic quum aliquando morbo articulari laboraret grauiſſimè, ferturſæpe dixiſſe (erat enim Stoicus) Nihil agis dolor: quanuis ſis moleſtus, nunquam te eſſe confitebor malum. Venit Romam M. Marcelli tempore, ſcripſitque multa. ¶ Poſidonius Olbiopolita, Sophiſta & Hiſtoricus, ſcripſit poſt Polybium hiſtoriam libris xxi. vſq; ad bellum Ptolemæi aduerſus Cyrenæos. Præterea declamationes rhetoricas, & argumẽta in orationes Demoſthenis. Hunc Strabo teſtatur ſuo tempore fuiſſe. ¶ Poſidonius Africæ præfect. Auguſtini cõtubernalis, cuius etiam vitam ſcripſit: præterea Homiliarum libros ſeptem, Epiſtolarum totidem, aliaſque rerum complures. Autor Ptolemæus Lucenſis.

Poſitio, Poſitus, Poſitura, Vide PONO.

Poſſeſſio, Poſſeſſor, Vide POSSIDEO.

Poſſibilis, Vide POSSVM.

Poſſideo, poſſides, in Pand. In dominio, ſeu poteſtate mea, habeo: ex antiquo nomine pos, quod potentem ſignificabat, & verbo ſedeo. κυριεύω, κρατῶ. Ital. *Poſſedere*. Gal. *Poſſeder*. Hiſpan. *Poſſeer*. Terent. in Andr. Quæ illius fuerunt, poſſidet. Idem in Adel. Quid hoc rei eſt? tegúmne Aeſchine hic tu poſſides? Cic. pro Quinctio. Omnia autem bona poſſeſſa non eſſe conſtitui, quòd bonorum poſſeſſio ſpectetur non in aliqua parte, ſed in vniuerſis quæ teneri ac poſſideri poſſint. Idem ad Attic. lib. 2. Si mentionem fecerint quo alter ager poſſideatur. ¶ Poſſidere bona publicè eſt quod *in manu regia ponere* dicimus.

Poſſeſſus, ſa, ſum, particip. κεκτημένος. Ital. *Poſſeduto*. Gal. *Poſſedé*. Hiſ. *Poſſedido*. Ouid. 1. Amor. Eleg. 2. Et poſſeſſa ferus pectora veriat amor. Poſſidere bona ex edicto, eſt per adiudicationem, ſiue per decretum.

Poſſeſſio, poſſeſſionis, in Pand. Eſt actus, ſiue ipſum ius poſſidendi. κτῆσις, κράσις. Ital. *Poſſeſſione*. Gal. *Poſſeſſion*. Hiſp. *Poſſeſſion*. Cic. 2. Offic. Quinquaginta annorum poſſeſſiones mouere, iniquum putabat. Idem pro Quintio, Bonorum poſſeſſio ſpectatur, non in aliqua parte, ſed in vniuerſis quæ teneri & poſſideri poſſunt. ¶ Poſſeſſio fiduciaria quæ ea conditione nobis traditur vt eam alteri poſtea reſtituamus. Liu. 2. belli Maced. Nabidi eam tyranno velut fiduciariam (ſubaudi ex ſuperioribus poſſeſſionem) dare optimũ viſum, vt victori ſibi reſtitueret: ſiquid aduerſi acciditſſet, ſibi haberet. ¶ Interdum poſſeſſionis nomine intelligimus fundum ſiue agrum, aliámve quamuis rem immobilem. Cic. in Catil. Qui magno ære alieno maiores etiam poſſeſſiones habẽt. Idem in Parad. Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores, prata & areas magno æſtimant, quòd ei generi poſſeſſionum nemo nocere poteſt. Cicero ad Valerium. Is habet in Volaterrano poſſeſſionem.

Poſſeſſiuncula, diminutiuum. τὸ κτημάτιον, τὸ κτηνάριον. Ital. *Picciola heredità*. Gal. *Vn petit heritage petite poſſeſſion*. Hiſp. *Pequeña heredad*. Cic. ad Attic. lib. 13. Credas velim mihi maiori offenſioni eſſe quàm delectationi, poſſeſſiunculas meas.

Poſſeſſor, poſſeſſoris, Qui poſſidet. ὁ κεκτημένος. Ital. *Poſſeſſore, poſſeditore*. Gal. *Poſſeſſeur*. Hiſp. *Poſſeedor, que poſſee*. Liu. 3 ab Vrbe, Ita ſine querelis poſſeſſorum plebem in agros iturum, ciuitatem in concordia fore. Virgil. 9. Aegloga. Quod nunquam veriti ſumus vt poſſeſſor agelli Diceret, hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.

Poſſeſtrix, poſſeſtricis, fœminiñ. vt Poſſeſtrix monilis apud Afranium, referente Nonio.

Poſſeſſiuus, poſſeſſiua, poſſeſſiuum, vt Nomen poſſeſſiuum quo res poſſeſſa ſignificatur. κτητικός. vt Euandrius enſis, qui ab Euandro poſſidetur. Aedes regiæ quas rex poſſidet.

POSSIDEVM, Vide POSIDEVM.

Poſſum, potes, potui, ex poſt & ſum, Quaſi potens ſum. δύναμαι. Ital. *Potere*. Gal. *Pouuoir, auoir puiſſance*. Hiſpa. *Poder*. Conſtruitur quandoque cum ablatiuo. Liu. lib. 10. ab Vrbe, Pecunia deinde qua multum poterant freti, ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur. Habet aliquando poſt ſe accuſatiuum, ſed hoc non niſi per ſubauditionem alterius verbi. Virgil. 8. Aegloga. -non omnia poſſumus omnes, ſubaudi facere, vel præſtare. Sæpius ponitur ſine caſu. Plaut. Non hic vt poſſit, edit: ſed poſſe cupit vt edat. ¶ Ponitur aliquando pro valere, & bene habere. ὑγιαίνειν. Cic. 1. Tuſcul. Nihil enim dolet niſi pes, poſſunt oculi, poteſt caput, latera, pulmones, poſſunt omnia. ¶ Dicimus venuſte, Potest fieri, pro poſſibile eſt: Non poteſt fieri, eſt impoſſibile. Aliquando ſolùm poteſt ponitur, nec exprimitur fieri. Plaut. in Pſeud. Poteſt vt alij ita arbitrentur, ego, vt ne credam tibi. Cicero ad Lentulum, Poterat vtrunque præclare, ſi eſſet fides, &c. id eſt vtrumque poterat fieri. ¶ Iungitur interdum accuſatiuo cum præpoſitione apud, & vaco ſignificat: vt Hic apud principem plurimum poteſt, hoc eſt valet, vel habet magnam auctoritatem apud principem. Cic. 3. Verr. Loquebantur enim decumani palàm, & præter cæteros is qui apud iſtum plurimum poterat, &c.

Poteſſum, Veteres dicebãt quod modò dicimus poſſum. δύναμαι. Terent. in Eunuch. At pol ego amatores audieram mulierum eos eſſe maximos,

mos, Sed nihil poteſſe. Plautus in Aulul. Cenſēn' talentū magnum exorari poteſſe Ab iſto ſene?

Poteſtur, pro poteſt, Frequens apud antiquos, Nonio teſte. Pacuuius, Siqua poteſtur inueſtigari via. Lucret. lib. 3, Quod tameo expleri nulla ratione poteſtur.

Potens, tis, Tam participiū, quàm nomen inuenitur à poſſum. {δυνατός. Ital. *Potente, che vale aſſai.* Gal. *Qui peut, puiſſant.* Hiſpan. *Poderoſo ò ſeñor.*} Sed quando participium eſt, tempus ſignificat, & accuſatiuo iungitur nominum, vel verbo infinito, nec comparationem accipit: vt multa potens, potens pugnare. Quando verò nomen, caret tempore, & genitiuo iungitur, & comparationem accipit. Liu. 6. belli Pun. Dum liber, dum mei potens ſum, effugere morte, &c. Cic. Attic. lib. 2, Potentiſſimorum hominum contumaciam nunquam tuli. Duo reges potentiſſimi, apud eundem pro Lege Manilia. Potens imperij, qui imperium obtinet. Potens regni, id eſt regno maturus. Liuius, Inuenem iam eſſe dictitans, ac regni potentem. Idem 8. ab Vrbe, Inter ſarcinas obiacentes, neque pugnæ, neque fugæ ſatis potentes cæduntur. Potens viri virgo, id eſt nubilis, & viro matura. Diua potens vteri. Ouid. 9 Metam. Ilithyiam intelligit, quam Latinè nos Lucinam vocamus. ¶ Potens cum ablatiuo. Virgil. 1. Aeneid. Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ. Ouid. Epiſt. 13, Claſſe viriſque potens. ¶ Potens ſubſtantiuum. Lucan. lib. 1, Auſus & armatos plebi miſcere potentes. Cicc. pro domo ſua, Itaque quum tu florens & potens per medium forum popularis volitares, &c. ¶ Huius contrarium impotens, de quo ſuo loco. A quibus potentia, & impotentia, potenter, & impotenter.

Potenter, aduerbium. {ἰσχυρῶς, δυναστικῶς. Ital. *Valoroſamente, con potenZa.* Gal. *Puiſſamment.* Hiſpa. *Poderoſamente.*} Horat. in Arte, -cui lecta potenter erit res. Quintil. lib. 4. cap. 14, Quod in altercatione fit potentius.

Potentia, æ, Poteſtas, ſiue vis. {δυναμις. Ital. *PotenZa, poſſanZa, forZa.* Gal. *Puiſſance, force, autorité.* Hiſp. *Potencia ſeñorio.*} Virgil. 1. Georg. Ne tenues pluuiæ, rapidive potentia ſolis Actior, &c. ¶ Ponitur aliquando pro autoritate, & opibus ciuilibus. Cicc. 2. de Inuent. Potentia eſt, ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda idoneatum rerum facultas. ¶ Differunt autem ſecundum Priſcianum, Potentia, & poteſtas, quòd poteſtas magis pro vi accipitur, potentia pro dominatione. Cicc. 3. Offic. Quj omnia certa & honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur. Plin. Epiſt. 7. lib. 3, Fuit inter principes ciuitatis ſine potentia, ſine inuidia.

Potentatus, us, potentia. {δυναστεία. Ital. *Potentato.* Gal. *Domination, autorité.* Hiſpan. *Señorio, potencia.*} Cæſar 1. bell. Gall. Hîc quum tantopere de potentatu inter ſe multos annos contenderent, &c. Liu. 6. belli Pun. At ille cum ab re auerſus, tum æmulo potentatus inimicus, tem Annibali aperit.

Poteſtas, tis, à verbo poſſum deducitur. {δυναμις, ἐξουσία. Ital. *PotenZa* Gal. *Puiſſance, ſeigneurie.* Hiſpan. *Potencia ſeñorio.*} & multa ſignificat, vt Paulus inquit l. Poteſtatis. de Verb. ſignifi. Nam in perſona magiſtratuum, imperium ſignificatin perſona liberorum, patriam autoritatem: in perſona ſeruorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione cum eo qui ſeruum nō defendit, præſentis corporis copiam, & facultatem. ¶ Poteſtas etiam, principes ipſi dicuntur, qui in poteſtate conſtituti ſunt, quos Græci δυναστεῖς vocant, & hi qui magiſtratus gerunt, & habent merum imperium, hoc eſt gladij poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homines, & iudiciis præſunt. Vnde non ineptè Prætores vibis, vulgò nunc poteſtates dicuntur. Suet. in Claudio, Iuriſdictionem de fidei commiſſis, quotannis & tantùm in vrbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias Poteſtatibus demandauit. Plin. lib. 29. ca. 4, Pingue draconis in pede dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto, victoriam iudiciorum conferre exiſtimant: primum ſpondylum, aditus Poteſtatum mulcere. ¶ Poteſtas item ponitur pro conſilio & ratione. Vnde exire aliquem de poteſtate dicimus, mētis impotem fieri. ἐξεστηκέναι. vt apud Cic. 4. Tuſc. Iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate. id eſt de mente. ¶ Solet hoc nomen à peritis ſequentibus verbis apponi. Dicimus enim, dare poteſtatem alicuius rei cuipiam. Deferre alicui alicuius rei poteſtatem. Facere poteſtatem: Facere poteſtatem alicuius viri, quod eſt dare aditum ad illum. Habere poteſtatem alicuius rei: Habere aliquem in ſua poteſtate. In poteſtate alicuius eſſe, id eſt in ſubiectione. Aliquando tamen ponitur pro eo quod eſt ex eius conſilio pendere, ei obtemperare. Permittere poteſtatem alicui alicuius rei. Peruenire in poteſtatem alicuius. Ponere quippiam in poteſtate alicuius. Priuare poteſtate aliquem quicquam faciendi. Reddere poteſtatem alicui alicuius rei. Redigere aliquem in ſuam poteſtatem Redire in poteſtatem. Sub poteſtate alicuius eſſe. Suſcipere in poteſtatem. Dimittere ex poteſtate: Tenere aliquem in ſua poteſtate. Tradere poteſtatem alicui alicuius rei. Venire in poteſtatem alicuius. ¶ Dicimus quoque Poteſtas tua eſt, pro Tu potes. Quæ tum erat poteſtas, dixit Cicero pro Cluentio, pro Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus verbum poſſum ponitur, efferri poſſunt elegantèr per nomē poteſtas. Terent. in Andr. Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur, id eſt potes ſeruare illum. Ibidem. Poteſtas fuit libertius viuendi. id eſt potuit liberius viuere. Cic. pro Quintio, Poteſtas tibi fuit quotidie hominem admonendi. id eſt potuiſti quotidie hominem admonere. Plautus in Stic. Malefaciendi eſt mihi poteſtas. id eſt, poſſum malefacere.

Poteſtam, pro poteſtate veteres vſurparunt. Plautus, Neque deſidiæ in otio operam dediſſe, neque poteſtam ſibi fuiſſe, adeò arctè cohibitum eſſe à patre.

Poſſibilis, poſſibile, Dicitur quod fieri poteſt: cuius contrarium eſt impoſſibile. {δυνατόν. Ital. *Poſſibile.* Gal. *Poſſible.* Hiſpan. *Coſa que puede ſer.*} Plautus in Sticho, Poſſibile eſt tandem Stantem ſtanti ſuauium dare amicum amicæ? Quintil. lib. 3. cap. 8, Poſſibile, durum aut eſſe vocabulum, ſed neceſſarium, quum aliud non habeamus. Melius ergo (inquit) qui tertiam partem fecerunt δυνατόν, noſtri poſſibile nominant, quæ vt dura videatur appellatio, ſola tamen eſt.

Poſt, Præpoſitio quæ & compoſita, & ſeparata inuenitur. {μετά. Ital. *Dapoi, dopo.* Gal. *Apres.* Hiſp. *Deſpues.*} Separata ordinem demōſtrat ſiue loci, ſiue temporis, ſiue alicuius alterius rei: & deſeruit accuſatiuo. Virgil. 9. Aeneid. Magnum ſe poſt cratera tegebat. Idem 1. Aegl. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. Horat. lib. 1. Epiſt. O ciues, quærenda pecunia primùm eſt, Virtus poſt nummos. Quandoque tamen ponitur loco aduerbij poſtea, & hoc quando nulli caſui ſernit, aut quando iungitur ablatiuo. ὕστερον. Virg. 1. Aen. Pòſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. Salluſt. Vbi periculum aduenit, inuidia atque ſuperbia pòſt fuere. Cum ablatiuo. Virg. 6. Aen. Ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ, longo pòſt tempore viſum. In compoſitione etiam eandem ferè habet ſignificationē quam ſeparata: vt Poſtpono, Poſthabeo, Poſthac, Poſtea.

Poſtea, componitur ex Poſt & ea. {ὕστερον, μετὰ ταῦτα. Ital. *Dapoi.* Gal. *Apres, depuis, apres ce.* Hiſpa. *Deſpues.*} Idémque ſignificat quod exinde. Salluſt. in Catil. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro Prætore miſſus eſt. Hinc fit compoſitum poſteaquam, ὕστερον, ſicut à poſt, poſtquam: quæ ambæ connexiuæ particulæ ſunt quibus prædictis ſequentia connectuntur. Cicc. Planco, Et abfui proficiſcens in Græciam, & poſteaquam de meo curſu Reipub. ſum voce renocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui. Aliquando inter poſtea & quam, interponitur verò, & ſignificat ſed poſtea quàm. Cic. Appio, Poſtea verò quàm ita cœpi. ¶ Grammatici præcipiunt vltimam ſyllabam aduerbij poſtea, eſſe producendam, quemadmodum videmus fieri in ſimilibus aduerbiis antea, prēterea, interea, propterea, & ſiqua ſunt id genus alia. Apud Ouidium tamen ferè ſemper corripitur: vt lib. 1. Faſt. Poſtea mirabar cur non ſine litibus eſſet Ille dies. Et alibi, Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.

Poſterus, a, um, Temporis ordine ſubſequens: vt Poſtera dies, id eſt ſequens. {ὕστερος, ἐπιόν. Ital. *Poſtero, ſubſequente.* Gal. *Qui ſuit apres, ſuiuant.* Hiſp. *Coſa ſiguiente deſpues de otra.*} Virgil. 4. Aeneid. Poſtera Phœbæo inſtrabat lumine terras. Cic. 4. Verr. Id ei poſtera die venit in mentem, è lege Rupilia ſortiri dicas oportere. Ibidem, Poſtero anno L. Metellus mentionem tui cenſus fieri vetat. ¶ Hinc poſteri dicuntur, quicunq; ex nobis, & poſt nos etiam ex aliis naſcentur. {μεταγενέστερος, ἐπίγονος. Ital. *Noſtri ſucceſſori, che vengono dopo di noi.* Gal. *Succeſſeurs, ceux qui viennent ou ſont nez apres.* Hiſp. *Los deſcendientes, generacion venidera.*} Cicc 3. de Nat. deor. Expetantur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus, ac poſteris. Plin. lib. 12. cap. 1, Tam digna miraculo, vt Licinius Mutianus prodendum etiam poſteris putarit. ¶ Quum dicitur, In poſterum proſpicere, in poſterum differre, ſubauditur tempus. Cic. pro Murœna, Sapiens ac multa in poſterum proſpiciens. Idem ad Atticum, Diſtulimus ſermonem in poſterum. Huius antitheton eſt, In præſens, Cic. in Catil. Magna tempeſtas inuidiæ, ſi minus in præſens, at in poſterum impendet. ¶ Poſteri pedes, hoc eſt poſteriores qui poſt primos ſunt. ἐπίποδες. ¶ Poſtero, abſolutè, pro poſtero die. Tacit. lib. 4, Idémque quum poſtero ad quæſtionem traheretur. Hinc componitur præpoſterus, hoc eſt peruerſus, qui rerum ordinem perturbat. μεταστρεπτικός. Cicc. Caſſ. Præpoſteros habes tabellarios: etſi me quidem non offendunt: ſed tamen quum à me diſcedunt, flagitant literas: quum ad me veniunt, nullas afferūt. Quint. Præpoſtera res occidere, deinde erubeſcere. Præpoſtera libido, nefandum maſculæ libidinis flagitium, in quo naturæ, ſexúſque ordo peruertitur. παραφυσικόν.

Poſterior, & hoc poſterius, comparatiuum. {ὕστερος. Ital. *Chi ſegue, chi viene dietro.* Gal. *Qui vient apres, qui ſuit apres, poſterieur.* Hiſpan. *Poſtrero entre dos.*} Vnde poſteriora in animali dicuntur quæ à tergo ſunt, & à facie auerſa. Cic. 12. Phil. Poſteriores cogitationes (vt aiunt) ſapientiores ſolent eſſe. ¶ Interdum idem eſt quod vilior, abiectior, & minoris pretij. Idem Attic. lib. 10, Quorum vtrique ſemper patriæ ſalus & dignitas poſterior ſua dominatione, & domeſticis commodis fuit. Idem 3. Philip. Tu verò ita vitam, corpúſque ſeruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc poſteriora libertate ducas. Terent. in Adelph. Si id fit dando, atque obſequendo, non poſteriores feram. Vbi Donatus, Non poſteriores feram, ſubauditur, partes. ¶ Poſteriora, & Superiora opponuntur. Cic. 3. de Orat. Paria eſſe debent poſteriora ſuperioribus.

Poſtremus, ſuperlatiuum, Vltimus. {ὕστατος. Ital. *Vltimo.* Gal. *Tout le dernier.* Hiſp. *Poſtrero, vltimo.*} Terent. in Phorm. Hæc denique eius fuit poſtrema oratio. ¶ Poſtremos homines, pro perditiſſimis, & ſceleratiſſimis, dixit Cicero ad Brutum, Quòd ſi Romanos nos eſſe meminiſſemus, non audacius dominari cuperēt poſtremi homines, quàm id nos prohiberemus. Idem pro Roſcio Amerino, Sin autem id actum eſt, & idcirco arma ſumpta ſunt vt homines poſtremi pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas vniuſcuiuſque impetum facerent, &c.

Poſtremiſſimus, veteres pro poſtremo dixerunt. ὑστατος. quemadmodum & poſtremitas pro extremitate: vt annotauit Siponinus.

Poſterius, aduerbium, idem ferè ſignificans quod poſtea, vel poſteriore loco. {ὕστερον. Ital. *Dapoi.* Gal. *Apres, depuis.* Hiſp. *Deſpues.*} Plaut. in Epid. Vos priores eſſe oportet, nos poſterius dicere, Quòd plus ſapitis. Plaut. in Amphit. Ne tu poſterius in me culpam transferas. Cic. 6. Verr. Tum mittit Rex ad iſtum: ſi ſibi videatur, vt reddat. iubet iſte poſterius ad ſe reuerti.

Poſtremò, aduerbium ordinis, ſignificans idem quod denique, vltimo loco, tandem. {τὸ ὕστατον, τὸ τελευταῖον. Ital. *Vltimamente, finalmente.* Gal. *Finalement, pour la derniere fois, à la parfin.* Hiſp. *Poſtrera y vltimamente.*} Salluſt. Poſtremò omnibus modis pecuniam trahunt. Pro eodem etiam dicimus, Ad poſtremum. In poſterum verò, ſignificat in futurum tempus. τὸ λοιπόν. Quintil. lib. 1, Multa linguæ vitia niſi primis eximantur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur.

Poſtremùm quoque ſuperlatiuum aduerbialiter ponitur: vt vltimùm. Terent. in Andr. Si id facis, hodie poſtremùm me vides.

Poſteritas, poſteritatis, Hoc eſt ipſi poſteri, qui & minores dicuntur. {οἱ μεταγενέστεροι, οἱ ἔπειτα γενεαί. Ital. *Poſterità.* Gal. *Poſterité.* Hiſp. *La generacion venidera, los deſcendientes.*} Cicc. in Lælio, Quo in genere ſperare videor, Scipionis & Lælij amicitiam notam poſteritati fore. Idem 1. Tuſc. Quum optimus quiſq; maximè poſteritati ſeruiat. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 5, Quam laudem à ſera poſteritate ferat.

Poſſfero, pen. corr. Poſtpono. {ὕστερον τίθημι. Ital. *Poſporre.* Gal. *Poſpoſer, eſtimer moins.* Hiſp. *Poſponer.*} Plin. lib. 3. cap. 4, de Narbonenſi prouincia loquens, Vribibus, & agrorum cultu, virorum, morūmque dignatione, amplitudine

amplitudine opum, nulli prouinciarum postferenda.a

Postfuit, Posthabitum est. Sallust. Sed vbi periculum ducuit, inuidia, atque superbia postfuere. Budæus.

Pòst geniti, diuisis dictionibus, Idem qui posteri. {εἰ μετ' ἐμέ γενηθεὶς. Ital. *che vengono dopo di noi.* Gal. *Nés, engendrés ou prouenus apres.* Hisp. *Los descendientes.* } Horat. 3. Carm. Ode 24. Clarus pòst genitis.

Posthabeo, es, Postpono. {ὕστερον πρᾶγμα ἡγοῦμαι. ἔχω ἐλάττων & μείων. Ital. *Posponere.* Gal. *Postposer, preferer.* Hispan. *Posponer.* } Terentius in Phorm. Nam omnes posthabui mihi res, ita vt par fuit: Postquam tantopere id vos velle animum aduerteram. Virgil. 7. Aeg. Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Cic. 5. Tusc. Vt omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent.

Posthac, Deinceps, in futurum, quasi post hoc tempus. {μετὰ τοῦτο, τὸ λοιπὸν, εἰς τὸ μέλλον. Ital. *Da qui à dietro, per l'auenire.* Gal. *Dorefnauant, ci apres, alauenir.* Hispa. *De qui adelante.* } Sicut ante hac, ante hoc tempus. Terent. in Andria, Posthac quas facient deintegro comœdias. Vide Vallam, lib. 2. cap. 57.

POSTHVMIA, Virgo Vestalis, quæ propter elegantiorem cultum in suspicionem venit incesti, & eo nomine apud Pontifices accusata fuit: verùm quum nihil præterea aduersus eam probaretur, sententia Pontificis Maximi fuit absoluta, qui eam focis in posterum, cultúq; splendidiore abstinere, sacráque sanctè potius, quàm scitè colere iussit. Vide Liuium lib. 4. ab Vrbe.

POSTHVMIVS, Prænomine Aulus, Dictator fuit in bello Latinorum, quod Tarquinij fuga excitauit, confugientis ad genetum suum Mamilium Tusculanorum ducem. Quo in bello collatis signis ad lacum Regillum, quum victoria vtrinq; nutaret, Magister equitum Romanis equis frænos detrahi iussit, vt irreuocabili impetu ferrentur in hostes: itaq; tandem aciem Latinorum Romani fudere. In eo prælio visi duo iuuenes acriter pugnare, quos post pugnam ad præmia quæsitos, Dictator reperire non potuit. Ratus itaque eos Castorem & Pollucem fuisse, eis cõmuni titulo templum dedicauit. Autor Gellius. ¶ Posthumius Tubero, Magister equitũ Aemylij Mamerci Dictatoris in prima Dictatura contra Volscos: mox in eodem bello à Quint. Cincinnato Consule genero suo Dictator dictus, de eisdem triumphauit: quam victoriam funestauit mors filij, viri magna virtute: quem quòd iniussu eius, occasione rei bene gerendæ pugnam iniisset, securi percussit. Ex Liu. lib. 4. ab Vrbe. ¶ L. Posthumius, post Canneńsem pugnam Consul in Galliam profectus, Boiorum fraude, locorúmq; iniquitate circumuentus, ne viuus in hostium manus peruenire, mediis sese hostibus immisceens, fortissimè pugnans occubuit. Cuius inuenti caput præcidentes Barbari, cruentes in templo obtulerunt, eiúsq; deinceps cranio pro sacro vase in solennibus libationibus vsi sunt. Liu. lib. 35. ¶ Posthumius, prænomine Spurius, cum T. Veturio Romæ Consul fuit eo tempore quo Romani aduersus Samnites bellum gerebant, missúsq; cum collega aduersus hostes, exercitum imprudens in locum iniquum deduxit, apud Furcas Caudinas: vbi ab hostibus circumuentus, quum nulla euadendi spes esset, fœdissimũ cum hoste fœdus pepigit, vt sexcentis Equitibus Romanis obsidibus relictis, reliquum exercitum sub iugum missum, abducere sibi liceret. Quæ fœderis conditiones quum à Romanis improbarentur, autor fuit Senatui Posthumius, vt sui corúmque deditione, quorum cõsensu tam ignominiosum fœdus ictum erat, fides publica liberaretur. Cuius sententiã secutus Senatus, Consulem vtrunq;, cum duobus Tribunis, cæterisq; omnibus qui per fœdus spopondérant, hosti vinctos dedidérũt. Quos quũ ille recipere recusaret, incolumes Romam redierunt. Nec ita multo pòst, fusus à Papyrio Cursore Samnitibus, & sub iugum missis, receptisq; sexcẽtis equitibus Romanis obsidibus, pudor prioris flagitij abolitus est. Liu. li. 9. ¶ Posthumius Albinus Consul aduersus Iugurtham missus, pecuniáq; ab eo corruptus, insignem ex prouincia ignominiam reportauit. Autor Sallustius in Iugurtha. Idem postea Proconsulari imperio in Hispaniam missus, de Vaccæis & Lusitanis triumphauit: vt refert Liu. lib. 64.

Posthumus, peu. corr. ex post, & humus componitur, Qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum, hoc est sepultũ patrem natus. {ὀψίγονος. Ital. *Nato poi che è morto suo padre.* Gal. *Qui est né apres la mort de son pere, posthume.* Hispa. *El que nasce despues de muerto el padre.* } Plaut. in Aulul. Post mediam ætatem, qui mediam ducit vxorem domum, Si eam senex anum prægnãtem fortuitò fecerit, Quid dubitas quin sit paratum nomen puero posthumus? Cic. 3. de Finibus Dicúntque vt liberis consultum velimus, etiam si posthumi futuri sint.

Posthumus, ma, mum, pro futuro, & sequẽti, & postero. Vnde & Apuleius Posthumam spem dixit. Virgil. 6. Aeneid. -tua posthuma proles. Cic. pro Cæcin. Filius posthumus.

Posticum, postici, pen. prod. à pòst stando, Ostium est in posteriore parte ædium. {πόρτα ὀπίσω. Ital. *Postico, l'vscio de dietro della casa.* Gal. *Le derriere, ou l'huis de derriere d'vne maison.* Hisp. *El postigo detras de la casa.* } Plaut. in Sticho, -sed quum cogito, Potius quam indiurdiam veniam, est etiam hic ostium, Aliud autem posticum nostratum hatum ædium: Eà ibo opsonatum, eãdem referam opsonium. Horat. lib. 1. Epist. Atria seruantem postico falle clientem. ¶ Pro eodem etiam postica fœminino genere dicitur. Ammianus, Per posticam ingressus, refertam inueni confluente ex finitimis virili & muliebri sexu. ¶ Postica etiam augures appellabant plagam Septentrionalem, propterea quòd qui inaugurabantur, hanc cæli partem à tergo habebant, facie in Meridiem conuersi, quam idcirco anticam vocabant, Occasum autem dexteram appellabant, quemadmodum Ortum sinistram. ¶ Item postica, linea est in agris diuidendis, quæ ab Oriente in Occidentem spectat. Omnia denique quæ post nos sunt, postica dicuntur: & quæ ante nos, antica.

Posticula, læ, diminutiuum à postica, Idem significans. ὀπισθόδομος, Apuleius. Per quandam breuem posticulam intrò vocat me.

Posticulum, li, aliud diminutiuum eiusdem significationis. Plaut. in Trin. Posticulum hoc recepit, quum ædes vendidit. Ibidem, Vbi nunc filius meus habitat? s. hic in hoc posticulo.

Posticus, a, um, adiectiuum est, significans illud quod post nos est. {ὀπίσθιος. Ital. *Chi è dietro.* Gal. *Qui est derriere.* Hisp. *Lo que es detras.* } Quando verò anticam & posticam dicimus, subauditur nomen pars, vel aliud simile. Pers. Satyr. 1, -posticæ occurrite sannæ. hoc est irrisioni factæ à parte posteriore. Auson. -postico vulnere fossor.

Postidea, Id est post id, siue deinde. Plautus in Sticho, Quin æquius est nos potiorem habere te, postidea viros nostros. Ibidem, Postidea loci si hoc edixerit.

Postilena, postilenæ, pen. prod. Incuruum lignum, siue crassius lorum quod sub iumenti cauda ponitur: à pòst stando (vt volunt) dictum, quòd posteriorem iumentorum partem exornet. {Ital. *Groppera.* Gal. *Vne croppiere.* Hisp. *El atabarre ò grupera.* } Plautus in Cal. Ita te aggerunda aqua curuum faciam probè, vt postilena possit ex te fieri. Contrà, antilena dicitur qua pectus cingitur, τὸ ἀστερίδιον.

Post illa, Duæ dictiones in vnam coniunctæ per subunionem, idem significantes quod aduerbium postea, autore Donato. Terent. in Eunucho. Tute scis post illa quàm intimum habeam te.

Postes, In ædificiis dicuntur latera ostiorum, ex lapide, ligneve, quorum alter fores sustinet cardinibus affixos, alter seram recipit & repagula quum ostium clauditur. {πόρτα στάθμη. Ital. *Le balistrate d'ela porte, ò le parte.* Gal. *Les posteaud'vn huis, auquel il est attaché & fermé.* Hispan. *Las puertas para cerrar, ò el batidor dela puerta.* } Virgil. 2. Aeneid. Hærent parietibus scalæ, postésq; sub ipsos Nituntur gradibus. Idem 7. Aegloga, -hic plurimus ignis Semper, & assiduã postes fuligine nigri. Idem 2. Aeneid. -emoti procumbunt cardine postes. Cicer. pro domo sua, Parietibus, rectis & postibus meis bellum intulisti.

Postliminium, postliminij, ex post & limen compositum: quæcũq; enim à nobis alienata ad hostem peruenium, quum à nostro limine exierint, si pòst ad idem limen reuertantur, postliminio redeunt. ἀναστροφή. Festus. Postliminio receptus est, si qui extra limina, hoc est terminos prouinciæ captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. Paulus Iurisconsultus de Cap. I. Postliminium. Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos & liberos populos, regésque moribus ac legibus cõstitutum. Nam quod bello amittimus aut etiam circa bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere id quod naturali æquitate introductum est: vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos rediisset, pristinum ius suum reciperet. Seruius Sulpitius Iurisconsultus, referente Ciceróne in Topicis, in dictione postliminium, nihil notandum putauit nisi particulam post, reliquam vocabuli partem solùm additamentum putabat: tanquam liminium nihil significaret: sicut tullium supplementum est in meditullio. Scæuola autem putauit postliminium, ex duabus dictionibus, post, & limen, esse compositum. Postliminio quietis, apud Apuleium, significat post quietem. Nam reuersio quædam postliminij vocabulo significatur. Postliminio mortis, id est reuersione à morte, & post mortem.

Postmeridianus, Vide POMERIDIANVS.

Postmitto, postmittis. Posthabeo, negligo: parci, aut nihil habeo. {ἐλάττων & μείων. Ital. *Posporre.* Gal. *Postposer.* Hisp. *Posponer.* } Cic. pro Cælio, Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret?

Postmodum, pen. corr. Idem quod postea, quasi pòst modò. {ὕστερον. Ital. *Poco poi, poi.* Gal. *Apres ce pau apres* Hispan. *Despues.* } Liu. lib. 1. ab Vrbe, Sæpe ex iniuria postmodum exortã gratiam. ¶ Dicitur & postmodò. Idem lib. 4. Si Ardeates sua tempora expectare velint, arbitriúmque Senatui leuandæ iniuriæ suæ permittant, fore vt postmodò gaudeant se iræ moderatos.

Postomis, postomidis, ἐπιστόμιον, Ferrum est, teste Nonio, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus, vel morsui imponitur. Lucilius, Postomides huic ingentes de naribus pendent.

Postpono, postponis, postposui, postpositum, Id est retrò pono, posthaeco. {πρὸ τοῦ ἄλλων & πρῶτον. Ital. *Posporre.* Gal. *Postposer, estimer moins.* Hisp. *Posponer.* } Plin. lib. 13. cap. 19. Cyrenaica regio loton suæ postposuit paliuro. Ouid. 6. Metam. -vólq; est postponere natis Ausa tuis. Horat. 1. Epist. 18, Dormiet in lucem: scorto postponet honestum Officium. ¶ Aliquando ponitur pro omittere. Cic. 5. ad Tironem, Omnia postposui, dummodo præceptis patris parẽrem. Cæs. 6. belli Gall. Vt omnia postponere videretur, concilium in Lutetiam Parrhisiorum transfert.

Postprincipia, Dictio cõposita, qua Varro apud Gellium vtitur, lib. 16. cap. 12, pro progressu rei alicuius qui principia subsequitur. Voluptas autem (inquit) vel vtilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, quum perfectæ absolutæque sunt: in principiis verò ipsis, ineptæ & insuaues videntur.

Postquam, & posteaquam, Connexiuæ particulæ sunt quibus dicta sequentibus connectuntur. {ἐπειδή. Ital. *Poi che.* Gal. *Apres que, depuis que.* Hispan. *Despues que.* } Virgil. 3. Aeneid. Postquam altos tetigit fluctus. Vide POSTEA.

Postremus, ad ectiuum Postremò, aduerbium, Vide POSTERVS.

Postridie, aduerb. Idem est quod postero, vel sequenti die. {τῇ ὑστεραίᾳ, τῇ ἐπιούσῃ. Ital. *Il giorno seguente.* Gal. *Le lendemain.* Hisp. *Vn dia despues.* } Sicut contrà pridie, priore, vel præcedẽte die. τῇ πρότερον ἡμέρᾳ. Gellius putat pridie dictum esse quasi pristino die. Verba eius sunt hæc, lib. 19. cap. 24, Die pristini eodem modo dicebatur: quod significabat die pristino, id est priore: quod vulgò Pridie dicitur, conuerso compositionis ordine, quasi pristino die. Festus verò (cui magis accedendum puto) compositionem pridie antiquam esse iunxit, quum ait, Priuignus dictus est, quòd antequam mater secundò nuberet, est progenitus. Pri enim antiqui pro præ dixerunt. Pridie igitur, ex præ, & die compositum priori siue præcedenti die, siue die vno ante significat. Postridiè verò, posteto die. Valla, Postridie, quasi eras, non præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Sic pridie, quasi heri, nõ præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Lactant. lib. 5, de vtroq; exemplum posuit, loquens de Carneade, Is (inquit) quum legatus ab Athenienśibus Romam missus esset, disputauit de iustitia copiosè, audientibus Galba & Catone Censoribus, maximis tunc oratoribus. Sed disputationem suam postridie contraria disputatione subuertit: & iustitiam quam pridie laudauerat, sustulit. Plaut. in Stic. Qui potest mulieres vitare, vitet: vt quotidie pridie caueat, ne faciat quod pigeat postridie. Pridie igitur, priori die, siue præcedente die significat, vt etiam

apud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud Catonem lib.de Re rustica, Si quem purgare voles, pridie ne cœnet. Postridie verò, postero die: nec post tres dies vllo modo significat, vt hoc Catonis exemplum apertissimè demonstrat, ex libro de Re rust. cap. 65. Oleum viride sic facito: Oleam quamprimum ex terra tollito: si in quinata erit, lauito: à foliis & stercore purgato: postridie, aut post tertium diem quàm lecta erit, facito. Non enim adiecisset diem tertium, si postridie, post tres dies significaret. ¶ Habent autem pridie & postridie aliquando post se hos genitiuos Eius diei. Cice. Lentulo, Ad duodecimum Calendas Februarij, dum in Senatu pulcherrimè statuemus, quòd iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, hoc est eo die qui præcessit duodecimum Cal. Cæsar lib. 1. belli Gall. Postridie eius diei Cæsar præsidio vtrisque castris quod satis esse visum est, reliquit, id est postero die qui illum subsequebatur. ¶ Aliquando etiam alius eis genitiuus iungitur: vt Pridie, siue postridie Calendarum, Nonarum, Iduum. ¶ Nonnunquam & accusatiuum habent. Cic. Appio, Pridie Nonas Iunias quum essemus Brundusij, hoc est die præcedenti Nonas, siue die ante Nonas. Liuius Etiam postridie Idus rebus diuinis supersederi iussum. Quo item modo postridie Calendas dicitur, id est die post Calendas. Cice. ad Atticum, Pridie Compitalia venito. ¶ Interdū pridie & postridie sequitur quàm: vt pridie quàm intres patriam, sacrificium facito. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, cœnatum fortè apud Vitellios esset, &c. Id est die præcedenti antequam legati ad Tarquinios proficiscerentur. Similiter illud Suetonij in Cæsare, Et pridie quàm occideretur, in sermone nato super cœnam apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum inopinatúmque prætulerit. Pridie, inquit, quàm occideretur, hoc est eo die qui diem mortis eius præcedebat. Cuius loco dicere non possemus, pridie quo occideretur, vt nonnulli loquuntur: huiusmodi enim sententia secum pugnaret. Itaque non satis rectè putauit Valla in huiusmodi locutionibus, QVAM particulam accipi pro relatiuo QVO. Neque enim satis aptè hanc orationem, Pridie quàm occideretur, sic interpreteris, Pridie quo occideretur: sed potius sic, Pridie postquam occideretur. Similiter, Postridie quàm pater mortem obiit, epulum feci. id est postquam pater mortem obiit, postridie epulum feci. vt dies mortis luctui seruiat: postera verò, epulis. Non autem, postridie quo pater mortem obiit, epulum feci: quod neque orationi, neque sensui conuenit. Nam postridie, alium diem exigit præcedentem: in isto verò exemplo nullus alius dies præcessit. Ergo quàm pro postquam exponendum est, vt postridie, sequatur ipsum diem quo pater mortem obiit. Similiter, Postridie quàm vxorem duxero, nauigandum est mihi. Si quàm, pro quo sumatur, non rectè fiet interpretatio. Igitur necessariò quàm, pro postquam, non pro quo sumendum est, nisi hoc modo sumamus, postridie, id est postero die ab eo quo pater mortem obiit, epulum feci: & postridie ab eo quo vxorem duxero, nauigandum est mihi. Et Valla fortè ita intellexit. Hoc modo sumenda sunt pleraque Liuij exempla, vt lib. 3. Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis à Consulibus ad Decemuiros. Et lib. 4. Dictator exercitu victore domum reducto, die octauo quàm creatus erat, id est octauo die ab eo quo creatus erat. Et illud, quàm condita Roma erat: id est ab eo quo condita Roma erat. Quod etiam pro postquam sumi potest. Possunt tamen Vallæ exempla breuius exponi, vt quàm pro quum sumatur, hoc modo: quàm, hoc est quum pater mortè obiit, epulum feci postridie: & quàm, hoc est quum vxorem duxero, nauigandum est mihi postridie. Illud autem Ciceronis ad Tironem, Menandrius postridie ad me venit quàm expectarem: pro quum omnino sumitur, non pro postquam, neque pro antequam, neque ab eo quo: hoc modo, Menandrius quàm, id est quum, die præcedenti cum expectarem, venit ad me postridie. Vnde rectè sequitur, Itaq; postridie habui noctem plenam timoris, id est noctem quæ ipsum diem præcedentem insecuta est, & intercessit inter postridie, hoc est sequentem diem, & ipsum præcedentem. ¶ A pridie fit Pridianus, pridiana, pridianum, pro eo quod pridie alicuius diei factum est. χθιζὸς, ἀτερπῶς. Sueton. in Cali. Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Plautus in Milite, postriduo dixit pro postridie, Postriduo (inquit) natus sum ego mulier, quàm Iupiter ex Ope natus est.

Postulo, as, Instanter, & meo quodammodo iure aliquid peto. ἀπαιτῶ, αἰτῶ. Ital. *Domandare, addimandare con istanza.* Gal. *Demander, requerir.* Hisp. *Demandar como en instancia.* } In qua significatione præter accusatiuū habet & ablatiuum mediante præpositione à vel ab. Cice. 2. lib. Epist. Omnia volo à me postules & expectes. Idem de Amic. Nec quicquam, nisi rectum & honestum alter ab altero postulabit. Nonnunquam etiam duos accusatiuos. Idem alibi, Atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumptu nihil decreuisse, nisi quod principes ciuitatum me postulauissent. ¶ Solet ita distingui inter postulare, poscere, petere, obsecrare, & flagitare: quòd postamus imperiosè, petamus precariò, postulemus iure, obtecremus per sacra, flagitemus cum arrogantia, nec sine conuicio. Quæ tamen differentiæ non sunt perpetuæ. ¶ Interdum postulare idem est quod requirere, vel exigere: vt quum dicimus, Res, locus, persona, tempus, causa, hoc vel illud postulat. Cic. pro Ligario, Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certè natura breuiorem. Idem 2. de Oratore, Vt causæ natura, & temporis ratio postulabit. ¶ Nonnunquam idem valet quod accusare in iudicio, siue crimen aliquod intendere. αἰτιᾶσθαι, δίκην ἐπάγειν. Suet. in Cæsare, Cæterùm Cornelium Dolabellam Consularem & triumphalem virum repetūdarum postulauit. Idem in Augusto, cap. 56, Affuit & clientibus, sicut scutario cuidam euocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarum. ¶ Interdum postulare est cupere, velle, expectare. Terent. in Adelph. Per oppressionem vt hanc mihi eripere postuletur id est velit, aut speret. ¶ Item postulare, (sicuti docet Vlp. l. 1. ff. de Postul.) est desiderii tui, vel amici in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. ¶ Postulare quæstionem, eius est qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri quem vindicare ad eum pertineat. Liu. 2. ab Vrbe, Senatus tumultuosè vocatus, tumultuosius consulitur, quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant. ¶ Expostulare, est quum querimur iniuriam apud illum à quo accepimus, & habet in se reprehensionem: de quo alibi. Hinc expostulatio, quæ est apud illum ipsum qui peccauerit: Postulatio, de illo apud alterum.

Postulatio, postulationis, Querela, & quasi iusta interpositio querelarum. ἀξίωσις, αἴτησις. Ital. *Dimanda, richiesta.* Gal. *Demande, requeste.* Hisp. *Obra de demandar con instancia.* } Plaut. in Bacch. Acris postulatio hæc est, quum huius dicta intelligo. Propriè tamen postulatio idem ferè est quod petitio. Cic. Attic. lib. 3. Est illa impudens quidem postulatio. Idem pro Muræna, Concessit Senatus postulationi tuæ. ¶ Vacare postulationibus, est quod vulgò dicitur, *expedire requestas.* Plin. in Epist. Senecio quum explorasset Consules postulationibus vacaturos, conuenit me, &c. Respondere postulationibus, idem. ¶ Item postulationes aduocatorum sunt, patronorúmq; in foro. Suetonius in Nerone, Celebertimis patronis non translatitias, & breues (vt assolet) sed maximas, plurimásque postulationes certatim ingerentibus.

Postulatum, ti, Ipsa postulatio. αἴτημα, ἀξίωμα, τὸ αἰτηθέν. Cæs. 4. Belli Gallici, Huc postero die quàm frequentissimi conuenerunt, vt de eorum postulatis cognosceret. Cic. 4. Vert. Hoc commoti dolore, postulata Consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina videretur esse, ediderunt.

Postularia fulgura, inquit Festus, quæ votorum, aut sacrificiorum spretam religionem designant.

POSTVORTA. Dea erat Romanorum, ita dicta quòd futura prospiceret. Macrob. lib. 1. Saturn.

POTAMVS. ποταμός, Oppidum Atticæ. apud Plin. lib. 4. cap. 7.

Potens, Potenter, Potentatus, Potentia, Vide POSSVM.

POTENTIA, ποντία. Ptolemæo. Oppidum est Piceni. Cice. de Arusp. respons. Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus.

Poterium, } ποτήριον. Ital. *Bicchiere.* Gal. *Vn vaisseau à boire, banap.* Hisp. *Vaso generalmente para beuer.* } A Græcis dicitur quod nos poculum dicimus. Plaut. in Sticho, Quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, batiolis Bibunt: nos nostro Samiolo poterio tamen viuimus. ¶ Est & nomen herbæ ex genere spinosarum, quæ à Galeno neuras appellatur, quòd medeatur neruis. Dicitur & phrynion, quòd rubetis ranis aduersetur, quas Græci phrynos vocant. Vide Plin. lib. 27. cap. 12.

Potesse, Potessum, Potestas, Potestur, Vide POSSVM.

POTIDAEA, ποτίδαια. Vrbs Macedoniæ, antea Cassandria dicta, Plin. lib. 2. cap. 58.

POTIDANIA, potidaniæ. ποτίδανια. Vrbs Aetoliæ, apud Stephanum, cuius incolæ dicti sunt Potidaniates.

Potin', pro potisne, Vide POTIS.

POTINA, teste Nonio. Dea nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præsidere putabatur, sicut Edusa eorundem alimentis.

Potio, potionis, Potiono, potionas. Vide POTO

Potior, & hoc potius comparatiua, pro melior & melius, Vide POTIS.

Potior, potiris, à potis deducitur: hodiéque magis quarię coniugationis est, olim etiam tertiæ. } κρατέω, ἐγκρατὴς γίνομαι, κυριεύω. Ital. *Godere di qualche cosa.* Gal. *Iouir de quelque chose* Hispan. *Alcançar y gozar lo desseado.* } Virgil. 3. Aeneid. -fas omne abrumpit, & auro Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Ouid. 13. Metam. Tuq; tuis armis, nos te potiremur Achille. In infinitiuo, & participiis præteriti & futuri temporis semper quartam coniugationē sequitur, nunquam tertiam. Est autem potiri, voti sui in re aliqua desiderata compotem fieri: réumque cupitam obtinere, & in potestatem suam vindicare: habétque modò genitiuum, modò ablatiuum. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. Si tibi exploratum sit, eius regni potiri posse. Autor ad Herenn. lib. 1, Athenienſium potiti sunt Spartiatæ. Cic. 1. Offic. Omni Macedonum gaza potitus est Paulus. Idem 2. de Inuent. Si eo portu potiti essent. ¶ Nonnunquam idem est quod fruor, & sic ablatiuo potissimùm iungitur. ἀπολαύω, ἐφίεμαι. Cic. de Senec. Quòd si his voluptatibus bona ætas fruitur libentius, primùm paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis quibus senectus etiamsi non abunde potitur, non omnino caret. Nonnunquam etiam accusatiuo, sed rarius. Terent. in Adelphis, Patria potitur commoda. Aliquando etiam cum genitiuo, & præcipuè cum hoc genitiuo rerum. Cic. ad Lentulū lib. 1, Otium nobis exoptandum est, quod ij qui potiuntur rerum, præstatuti videntur.

Potis, & pote, adiectiuum, potior, potissimus, Idem quod potens, potentior, potentissimus, vel bonus, melior, optimus. } ἱκανὸς. Ital. *Potente.* Gal. *Qui peut.* Hisp. *Poderoso.* } Virgil. 3. Aeneid. Nec potis Ionio fluctus superare sequendo. Cic. 2. Tusc. ex antiquo aliquo poëta. Neque sanguis vllo potis est pacto profluens consistere. Terent. in Phorm. Mea lege vtar, vt potior sit qui prior addandum est. Vt potior sit, inquit, hoc est vt melior, vel charior sit. ¶ Pote apud veteres aliquando legitur pro possibile. Plaut. in Cas. Nec pote quicquam commemorari.

Potin', Hoc est potisne es, siue potésne. Plaut. in Epid. Potin' vt molestus ne sies? Terent. in Andr. Potin' es vt desinas?

Potior, & potius, Comparatiua ab antiquo nomine potis, idem significantia quod melior & melius. } κρείττων, βελτίων. Ital. *Migliore, meglio.* Gal. *Meilleur.* Hisp. *El mejor.* } Cic. 4. Tusc. Filius plus potest, potiórque est patre. id est melior, aut præstantior.

Potissimus, superlatiuum, Ferè exponitur per optimus, aut præcipuus. } κράτιστος, ἄριστος, βέλτιστος. Ital. *Migliore, principale.* Gal. *Le meilleur & principal.* Hisp. *Mejor y principal.* } Plin. Epist. 79, Nam si hoc opusculum nostrum aut potissimum esset, aut solum, &c. Sic potissima ratio, potissima nobilitas. Quintil. lib. 10. cap. 3, Vt semel quod est potissimum, dicam, hoc est præcipuum.

Potius, potissimùm, vel potissimè, aduerbia quæ significant magis, & maximè. } μᾶλλον. Ital. *Piu tosto.* Gal. *Plustost.* Hisp. *Antes esto, que estotro.* } Differunt autem potius, & potissimùm, seu potissimè, quòd potius, ad duo tantùm: potissimùm verò, ad plura refertur. vt, Quem potius instituam hæredem Fabium an Lucium? aut, Quam natarum potissimùm erudiā? si multæ sint. Autor ad Herennium lib. 1, Ex comparatione in qua per contentionem vtrum potius, aut quid potissimùm sit, quæritur. Idem ibidem, Quum quæsiit orator, vtrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimùm dicat. Cice. in Lælio, Hactenus mihi videor, de amicitia quid sentirem, potissimè dixisse. Plautus in Pseu. Hunc diem

sumpsimus

Universidad de Deusto

ſumpſimus potiſſimè. Inuenitur tamen quandoque potiſſimùm referri ad duo. Cic. Quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen vtri potiſſimum conſulendum ſit, deliberetur.

POTITIVS, Senis cuiuſdam nomen eſt, quem vnà cum Pinario altero ſene ſacris ſuis præfecit Hercules. Seruius explicans illud Virg. 8. Aen. -primúſque Potitius auctor, Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri, Pinarius, inquit, & Potitius, duo ſenes fuerũt, quibus qualiter coli vellet oſtendit Hercules: ſcilicet vt mane & veſperi ei ſacrificaretur. Perfecto itaque matutino ſacrificio, quum circa Solis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior aduenit: Pinarius poſtea, extis iam redditis. Quare iratus Hercules ſtatuit vt Pinariorum familia tantùm miniſtra eſſet epulantibus Potitiis, & complentibus ſacra. Hæc Seruius. Vide de hoc plura apud Feneſtellam, & Liuium lib. 1.

Potito, Vide POTO.

POTNIAE, πότνιαι, Magneſiæ oppidum fuit, teſte Plin. lib. 4. cap. 9. In hoc oppido Glaucus Siſyphi & Meropes filius, equas humana carne paſciſſe dicitur, quò cupidius ferrentur in hoſtem. Verùm quum pabuli eiuſmodi copia deeſſet, verſæ in rabiem equæ dominum ipſum deuorarunt.

Potniades, Quadrigæ, apud Virgil. 3. Georg.

Poto, potas, potaui, potatum, & potum, Significat bibo. {πίνω. Ital. *Bere.* Gal. *Boire.* Hiſp. *Beuer.*} Cic. de Clar. Orat. Si potare velis, de dolio tibi hauriendum eſt. Idem 2. Philipp. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum, totos dies potabatur, &c. Idem 2. de Finibus, Tum ipſum, quum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorẽ fuiſſe, quàm potantem in roſa Thorium. Aquam potare galea, Tibul. lib. 2. Eleg. 7. Acetum acrepotare, Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Virgil. 3. Georg. Et lac concretum cum ſanguine potat equino. ¶ Arbores quoque potare dicuntur, quum liquor radicibus affunditur. Plin. lib. 12. cap. 1, Docuimus etiam arbores vina potare. Lanæ etiam colores potare dicuntur. Plin. lib. 9. ca. 38, Quinis lana potat horis, rurſúſque mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem. ¶ Eius compoſita ſunt, Appoto, quod eſt multùm poto. Plaut. in Curc. Poſtquam cœnati atque appoti, talos poſcit ſibi in manum: Prouocat me in aleam, vt ego ludam. Compoto, ſimul poto. συμπίνω. Vnde Comporatio, quam Græci συμποσίαν dicunt. Epoto, potando exhaurio. ἐκπίνω. Perpoto, valde poto. διαπίνω. Præpoto, antè poto. προπίνω. & habent penultimã productam.

Potandus, da, dum. ποτέος, πόσιμος, ποτικός. Ouid. 2. Faſt. Dúmque parant epulas, potandáque vina miniſtri.

Potatus, potata, potatum: vt Potata aqua. Plin. lib. 2. cap. 103, In Faliſco Clitumni amnis aqua potata, candidos boues facit.

Potator, potatoris, Qui potationibus indulget. {φιλοπότης, πότης. Ital. *Ebriacco, beuidore.* Gal. *Beuerre, yurogne.* Hiſpan. *Grande beuedor.*} Plautus in Menæch. Nanque Epidamnea natio eſt hæc ita hominum, Voluptarij, atque potatores maxumi. Plin. lib. 20. cap. 23, Radix cuiuſq; ex aqua decocta, potatoribus ſitim facere narratur, de carduorum ſylueſtrium generibus duobus.

Potatio, potationis, Actus potandi. {πόσις & συνουσία πότου, φιλοποσία. Ital. *Beuimento.* Gal. *Buuerie, brunage.* Hiſp. *La beuida.*} Cic. 1. de Diuin. Si modo temperatis eſcis, modicíſque potationibus ità eſt affectus, vt ſopito corpore ipſe vigilet. Plautus in Sticho, Quot potationes mulſi, quot autem prandia?

Potus, pota, potum, participium, in vtraq; ſignificatione ſumitur. In actiua, pro eo qui abundè potauit. {πιναρός, πότικός. Ital. *Che ha beuuto.* Gal. *Qui a bien beu.* Hiſpan. *El que beuio demaſiadamente.*} Ouid. lib. 3. Faſt. Occurrit nuper, viſa eſt mihi digna relatu Pompa, ſenem potum pota trahebat anus. Cic. Trebatio lib. 7, Itaque etſi domum bene potus, ſeróque redieram: tamen id caput vbi hæc controuerſia eſt, notaui. ¶ In ſignificatione paſſiua. Ouidius loco iam citato, -tanto eſt Albula pota Deo. Inuen. -epotáque flumina Medo Prandente. Ouid. lib. 15. Metam. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntor.

Poturus, potura, poturum: vt Terra potura cruores, Stat. 12. Theb. Oues poturæ, Propertius lib. 4. Eleg. 4.

Potus, tus, Idem quod potio. {πόσις, πόμα. Ital. *Beuanda.* Gal. *Breuuage.* Hiſp. *Beuida.*} Cic. 4. Tuſcul. Quid quòd ne mente quidem rectè vti poſſumus, multo cibo & potione repleti? Et in Catone, Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. Plin. lib. 10. cap. 72, Serpentes exiguo indigent potu.

Potio, potionis, Idem quod potus. {πόσις, πόμα. Ital. *Beuanda.* Gal. *Breuuage.* Hiſp. *Beuida.*} Plautus in Sticho, Nam intus mihi iam potione vinacea onerabo gulam. Colum. lib. 11. cap. 51, Vt cibus & potio ſine fraude à cellariis præbeantur. Cicer. 1. de Finibus Quum cibo, potionéque fames, ſitíſque depulſa eſt. Celſus, lib. 1. cap. 9, Vinum frigidum bibere, & poſt cibum magnam potionem ſumere. Quintil. lib. 7. cap. 3, Bibere potionem.

Potor, oris, Idem quod potator, apud Martialem eſt titulus, ad Sextilianum potorem. {φιλοπότης. Ital. *Beuitore.* Gal. *Qui aime à boire, vn bon biberon.* Hiſp. *Beuedor.*} Horat. 1. Epiſt. 20, Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt, Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Potorius, ria, rium, Quod ad potandum pertinet. {ποτήριος. Ital. *Pertinente à beuere.* Gal. *Apartenant à boire.* Hiſpa. *Perteneſciente a beuer.*} Vnde dicimus vaſa potoria, ſicut vaſa eſcaria.

Potorium, potorij, Vas quod ad potum eſt deputatum. {ποτήριον. Ital. *Bicchiere.* Gal. *Vaiſſeau à boire, hanap.* Hiſp. *Vaſo para beuer.*} Plin. lib. 33. cap. 10, Ptolemæum Varro tradit, Pompeio res gerente circa Iudæam, octona millia equitum ſua pecunia toleraſſe: mille conuiuas totidem aureis potoriis mutantem vaſa cum ferculis ſaginaſſe.

Potulentus, ta, tum, Idem quod potus, ſiue ebrius. {μεθύων. Ital. *Embriacco.* Gal. *Yurogne.* Hiſp. *Embriago, borracho.*} Sueton. in Othone, Fertur & nocturnis vagari ſolitus, atque inualidum quenque obuiorum, aut potulentum corripere. ¶ Interdum potulẽtus idem eſt quod potui idoneus. πότιμος. Gell. lib. 4. cap. 1, Penus eſt quod eſculentum, aut potulentum eſt. Sic enim nonnulli malunt legere quàm quod vulgata exemplaria habent poculentus.

Potito, tas, pen. corr. frequentatiuum à poto, Conſuetudinem potandi habeo. {πότιλλος πίνω. Ital. *Beuer ſouuente.* Gal. *Boire ſouuent.* Hiſp. *Beuer à menudo.*} Plautus in Amphit. Nunc tibi hanc pateram quæ dono mihi illic ob virtutem data eſt, Peerciæ rex qui potitauit, quem ego mea occidi manu. Idem Aſina Tecum vnà poſtea æquè pocula potitet.

Potiono, potionas, Potionem præbeo. πότιζω. Cuius paſſiuum eſt Potionor. Suetonius in Caligu. Creditur potionatus à Cæſonia vxore, amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem verteret.

P ante R.

Practicus, practica, practicum, & Practica, practicæ, Vide PRAXIS.

PRACTIVS, practij, πρακτός. Fluuius eſt Troadis, inter Lampſacum & Abydum in Helleſpontum influens, teſte Strabone lib. 13. Meminit huius fluuij & Homerus in Catalogo.

Præ, Præpoſitio idem ſignificans quod Antè, qua tam ſeparata vtimur quàm compoſita. {πρό. Ital. *Auanti, innanzi.* Gal. *Deuant.* Hiſpan. *Ante, delante.*} Extra compoſitionem modò abſolutè ponitur: vt apud Terent. in Andr. I præ, ſequar. Modò cum ablatiuo: vt, Præ oculis, id eſt ante oculos. Præ cunctis, id eſt ante cunctos, vel plus quàm cuncti. ¶ Nonnunquam cauſam denotat, accipiturq; pro ob, vel propter, διά. Terent. in Andr. Præ ſtudio dum efficias quod cupis: id eſt ob ſtudium. Idem in Eunuc. Miſera præ amore. ¶ Item idem valet quod præter. Gell. lib. 1, Præq; ſe vno, ceteros omnes linguæ Atticæ principes, generem q; omnẽ togatam, quodcunq; nomen Latinum, rudes eſſe atq; agreſtes prædicabat. Terent. in Hecy. Extra vnam ancillam, dixit: hoc eſt præter vnam ancillam. ¶ Aliquando reſpectum importat ſiue comparationem. πρός, παρά. Terent. Eunuc. Hic ego illum contempſi præ me. ὡς πρὸς ἐμέ. Plaut. in Perſa. Imò res omnes relictas habeo, præ quod tu velis. In eadem ſignificatione dicimus Præ quàm. Plaut. in Amph. Parua res eſt voluptatum in vita, atq; in ætate Agundа, præ quàm quod moleſtum eſt. ¶ Compoſita, ſignificat antè, vel prius: vt, Præpono, præfero. Aliquando ſuper: vt, Præfectus, præſideo. Aliquando valdè, vel mirum in modum, ſine præter modum: vt, Præclarus, præcelſus: quorum multa per οὐ Græcè efferuntur. Magis autem auget quàm per, iungiturque cum aliquibus dictionibus cum quibus illud non iungitur: vt, Præpotens, ὑπερδυνάστης. Præcelſus, Præclarus, Præclarus, Præfulgens, Prædiues, ὑπερπλούσιος. Prædulcis, Prædurus, Præcultus, Prælargus, Prælongus, ὑπερμήκης. Nam Prælongus homo, & prælonga oratio, ea dicitur quæ enormi longitudine eſt. Præpotens, Præcelſus, & ſimilia, maiorem in modum potens, celſúſque, & quaſi præter modum, morémque aliorum potens, ac celſus. ¶ Significat quandoque etiam ante tempus, ſiue præter morem aliorum: vt, Præcox vua, præcox ingenium. ¶ Aliquando ſupernacuè ponitur, vt Præmoror, præcingo, quæ ſignificant ſicut eorum ſimplicia. ¶ A Præ, fit Præut, quod collationem ſignificat. Plautus, Modeſtior nunc quidem eſt de verbis, præut dudum fuit, id eſt ſi priſtinos eius mores reſpicias. ὡς πρὸς ἐκεῖνον. ¶ Hinc etiam deducitur Præter, ſicut à ſub, ſubter: ito, inter: pro, propter. ¶ Præ me fero, præ te fers, præ ſe fert. vide infrà in verbo FERO.

Præaccipio, Ante accipio. {προλαμβάνω. Ital. *Anticipare.* Gal. *Anticiper.* Hiſp. *Tomar delante.*} A quo Præacceptio, figura quæ præſumptio à noſtris, à Græcis verò πρόληψις dicitur, quum Poëta aliquid præaccipit quod eo tẽpore quo res quas deſcribit, geſtæ ſunt, in rerũ natura non fuit. Eiuſmodi eſt illud apud Virg. 6. Aen. -portúſque require Velinos. Nam quo rempore Aeneas in Italiã venit, Velia nondum erat cõdita.

Præacuo, Prius acuo, aut anteriorem partem acuo. {προοξύνω. Ital. *Molto aguzzare.* Gal. *Aguiser par le bout, ou fort aguiser.* Hiſp. *Aguzar, y hazer muy agudo.*} Cato de Re ruſt. Vitem teneram præacuito, obliquè inter lo medullam cum medulla componito.

Præacutus, a, um, Valde acutus, vel anteriore ſui parte cuſpidatus. {πάνυ ὀξύς. Ital. *Molto acuto.* Gal. *Fort aigu.* Hiſp. *Muy agudo.*} Plin. lib. 11. cap. 26, Aſperitas præacuta in dorſo. Cæſar 2. belli Gal. tum magni ponderis ſaxa, & præacutas trabes in muro collocabant. Cuſpis præacuta, Ouid. 7. Metam.

Præaltus, a, um, Valde altus. {λίαν ὑψηλός, πάνυ βαθύς. Ital. *Molto alto.* Gal. *Fort haut, fort profond.* Hiſpa *Muy alto.*} Liu. 10. ab Vrbe, Oſtium fluminis præalti, quo circumagi naues in ſtationem tutam poſſint. Præaltus alueus, Idem 5 ab Vrbe. Præalta rupes, Idem 10. ab Vrbe.

Præbeo, præbes, ex præ & habeo, abiectis a & h, Significat do, exhibeo. {παρέχω, παρέχομαι. Ital. *Dare.* Gal. *Bailler, donner, offrir.* Hiſp. *Dar.*} Nam qui aliquid præbet, id præhabere ratione dicitur. Cicer. 1. de Nat. deor. Aër ſalutarem & vitalem ſpiritum præbet animãtibus. Horat. in Serm. Sunt qui conuiuas ſalibus cõſpergere gaudent, Præter eum qui præbet aquam. ¶ Aliquando ſignificat oſtendo. Terent. in Adelph. Seruum haud illiberalem præbes te, id eſt re ipſa oſtendis, factis probas. ¶ Dicimus autem Præbere cibum de manu, id eſt manu ipſa cibum in os ingerere. Præbere acceſſum. Præbere aurem, id eſt auſcultare. Præbere auxilium, errorem, honorem alicui, iter ad aliquid, iuſiurandum alicui, ludos, locum peccandi. Lumen præbere dicitur feneſtra. Præbere materiam igni. Præbere merum, miraculum, munimenta. Præbere operam, id eſt ponere. Præbere prandium alicui. Præbere ſe ſtrenuum hominem, id eſt oſtendere. Præbere ſe æquabilem, attentum auditorem, credulum, docilem, acrem iudicem, virum, ſuperbum, durum. Præbere ſe facilem, id eſt acquieſcere, ſiue obſequi alicui in re aliqua. Præbere ſonitum, ſpem, terrorem, ſpectaculum lætum, vicem alicuius rei, vim alicuius rei, vſum. Præbere ſponſalia, id eſt conuiuium ſponſaliorum.

Præbitus, participium, {προσφερής, χορηγήσις. Ital. *Dato, donato.* Gal. *Donné.* Hiſp. *Donado.*} & Præbita ſubſtantiuè, pro rebus neceſſariis quæ ſeruis, operíſque præbentur. Colum. lib. 1. cap. 8, Tantóque curioſior inquiſitio patrisfamiliãs debet eſſe pro tali genere ſeruorum: ne aut in vellariis, aut in cæteris præbitis iniuriosè tractentur.

Præbitor, oris, verbale, Dator. {προσφορεύς, χορηγός. Ital. *Qui da & porge.* Gal. *Qui donne & offre.* Hiſp. *El que da à dona.*} Cicer. 2. de Offic. An tu id agis vt Macedones te non regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent?

Præbenda, orum, pluralis tantùm numeri, neutri generis, dicuntur ligna & ſal, quę Parochi legatis publicè miſſis exhibere debebant: de quibus Horat. 1. Serm. Satyr. 5, Proxima Campano ponti quæ villula, tectum Præbuit, & Parochi quę debent ligna, ſalémq. Gel. lib. 15 cap. 4, Comparandis mulis, & vehiculis magiſtratibus, qui ſortiti prouincias forent, præbenda publicè conduxiſſe. Vide in dictione PAROCHVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erant autem in exercitu Copiarij, quibus erat præceptum vt præbenda, id est salem & ligna publicè missis exhiberetur.

Præbia, Averectibus appellabantur remedia, teste Festo. ἀλεξητήρια. præcipuéque ea (vt lib. 6. de Ling. Lat. innuit Varro) quæ amuleti vim habebant, cuiusmodi (inquit) erant lora quæ de puerorum collo suspendebantur: ita dicta à præbendo, vt testatur idem Varro.

Præbibo, is, antebibo, {προπίνω Ital. *Bere innanzi.* Gal. *Boire deuant.* Hispan. *Beuer delante.*} Hieronym. Nec venena iam metuam, quum antidotum præbibero.

Præbitere, pro perimere, seu enecare vsurpauit Plaut. in Pseud. Interminatus est a minimo ad maximum, Siquis non hodie munus misisset sibi, Eum eras cruciatu maximo se præbitere. Idem in Pœnu. Præbitere dixit pro præterire. At ne inter vias præbiteramus eas, metuo.

Præcaluus, Caluus in anteriore parte capitis. {προφαλακρὸς Ital. *Caluo dinanzi.* Gal. *Chauue par deuant.* Hisp. *Caluo delante.*} Sueton. de Galba, Statura fuit iusta capite præcaluo.

Præcantatio, præcantationis, verbale à præcantando, idem significans quod incantatio. {ἐπῳδή Ital. *Incantamento, incantagione, incantesimo.* Gal. *Chant ou enchantement de sorcier ou sorciere.* Hispa. *Encantacion.*} Quintil. 14. Declam. Diris vtique carminibus, & feralium præcantationum terrore permistum.

Præcantrix, cis; Saga, incantatrix. {ἐπῳδός. Ital. *Incantatrice.* Gal. *Enchanteresse.* Hisp. *Encantadora.*} Varro de liber. educ. Vt faciunt pierǽque, vt adhibeant præcantrices, nec medico ostendunt.

Præcanus, penult. prod. Qui ante iustos annos canus est. {πάνυ πολιός. Ital. *Canuto innanzi il tempo.* Gal. *Chenu deuant qu'estre vieil.* Hispa. *Cano antes des tiempo.*} Horat. lib. 1. Epist. Corporis exigui, præcanis tolibus aptum.

Præcarus, Nimis, siue multum carus. {λιμιστατὸς, πολυτίμητος. Ital. *Molto caro.* Gal. *Fort cher.* Hisp. *Muy amado y caro.*} Terent. in Phorm. Quantum opus est tibi argenti eloquere. R. Solæ triginta minæ. o. Triginta? hui, præcara est Phædria. Quædam exemplaria Percara legunt.

Præcaueo, præcaues, pen. corr. Antè caueo, prouideo. {προφυλάσσομαι. Ital. *Schiffare innanzi, prouedere.* Gal. *Se donner de garde du mal a venir, pourueoir a quelque chose qu'elle n'auienne.* Hisp. *Guardarse antes.*} Plaut. in Amph. An id præcauisse oportuit? Cæsar 1. belli Gall. Id ne accideret, præcauendum sibi Cæsar existimabat. Cic. ad Attic. lib. 2. Quod à me ita præcautum, atq; ita prouisum est, non vt ego de optima mea ratione decederé, &c.

Præcautus, participium προφυλαχθείς, προπεφυλαγμένος. Vt, prouisa & præcauta res, Cicer. 6. Verri. Præcauto opus est. Plaut. Merc. ¶ Præcautor, oris, Verbal. {προφυλακτὴς, προφυλακτήριος. Ital. *Che si guarda.* Gal. *Qui se donne de garde d'estre surprins.* Hispa. *Cosa que se guarde antes.*} Plaut. Pseud. Nam ego præcautor & patronus foribus processi foras.

Præcedo, præcedis, Antecedo. {προάγω, προέρχομαι. Ital. *Precedere.* Gal. *Preceder, aller deuant.* Hisp. *Andar ò yr delante.*} Plin. lib. 11. cap. 37. Nulla præcedente iniuria. Virg. 9. Aen. Turnus, vt anteuolans, tardum præcesserat agmen. ¶ Per translationem significat præcellere. Plaut. Asin. Vt vestræ fortunæ meis præcedunt. Lirane longè. ¶ Præcedere autoritate, sapore, suauitate, & similibus. Plin. lib. 19. cap. 1. Ad syderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horásque obseruando, autoritate cum præcessit.

Præcelet, pen. corr. etis, & hoc præcelere. {πολυθέειν, πάνυ θέειν, λίαν ἀκύς. Ital. *Molto presto & leggiero.* Gal. *Fort soudain & legier.* Hisp. *Muy ligero.*} Valde celerem significat. Plin. lib. 4. cap. 46. Vt prope earum ventum est, nisi præceleti vi repente rapiant, absumi spectant. Viri, præceletes, Statius 6. Thebaid.

Præcelero, as. {προτρέχω, προτείχω. Ital. *Affrettarsi, andare auanti.* Gal. *Se haster & aller deuant.* Hispan. *Apressurar antes.*} Stat. 4. Thebaid. -pars arcta plebe sequuntur, præcelerántq; lucem, mediúmque subit illa per agmen.

Præcello, præcellis, præcellui, præcelsum, Anteire, præcedere, & superare. {ὑπερέχω. Ital. *Superare, auanzare, precedere.* Gal. *Estre plus excellent, outrepasser.* Hisp. *Sobrepujar.*} Plin. lib. 12. cap. 3. Malus Assyria odore præcellit foliorum. Robore mentis præcellere. Silius lib. 3.

Præcellens, præcellentis, adiectiuum. {ὑπερέχων. Ita. *Eccellentissimo.* Gal. *Fort excellent.* Hisp. *Muy excellente y sobrepujado.*} Plin. lib. 12. cap. 1. Prisco ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Ibidem cap. 6. Maior alia pomo, & suauitate præcellentior, quo sapientes Indorum viuunt. Idem in Prooemio lib. 6. Videmus Virgilium præcellentissimum vatem eadem cauta horrorum dotes fugisse.

Præcelsus, a, um, Valde celsus. {ὑπερμεγέθης. Ital. *Molto eccelso.* Gal. *Fort haut.* Hisp. *Sobrepujante y alto.*} Cic. 6. Verr. Enna autem, vbi ea quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso, atque edito. Virgil. 3. Aeneid. Vna præcelsa consedit rupe Celæno.

Præceps, præcipitis, quum de loco dicitur, idem est quod altus & præruptus, vnde quis facilè in præceps dari potest. {πρανὴς, ὀρθοκάθης. Ital. *Precipite.* Gal. *Fort aisé a cheoir, aisé & facile de mettre au bant en bas.* Hisp. *Cosa que cae de cabeça abaxo.*} Cic. pro Plancio, Vita præceps & lubrica. Virgil. 2. Aeneid. Turrim in præcipiti stantem, summíque sub astra Eductam tectis. ¶ Præceps item dicitur qui ex loco subitim deorsum decidit. Virgil. in Pharmaceutria, Præceps aëri; specula de montis in vndas Deferar. Dici autem videtur præceps à capite, sicut & anceps, biceps, & triceps. Propriè enim præcipitem dari dicimus qui ita ex editiore loco deturbatur, vt deorsum decidat in caput. Per metaphoram autem præceps dicitur qui sine consideratione, aut modo quid agit, & quasi rem & tempus præoccupat. προπετὴς. Cic. de Arusp. resp. Ille demens, & iampridem ad pœnam, exitiúmq; præceps. Virg. 3. Aeneid. -mox sese ad litora præceps Cum fletu, precibúsque tulit. Hoc est sine respectu salutis, inquit Seruius. Vnde pro nimis festino poni solet. Virgil. 1. Aen. Præcipites atra ceu tempestate columbæ. ¶ Præcipites palmites apud Columellam sunt qui de hornotinis virgis euati, in duro alligantur. Hi (vt lib. 5. cap. 6, idem scribit) plurimum fructus ferunt, sed & matri maximè nocent. Itaque nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen superauit, præcipitari palmitem non oportet. ¶ Habet autem hoc nomen varios in oratione vsus. Dicimus enim, Committere se in locum præcipitem. Dare aliquem præcipitem, pro eo quod est præcipitare: & per translationem pro festinanter eiicere, siue expellere. Præcipitem in terram dare, Præcipitem agere. Præcipitem ferri. Præcipitem trahere, id est secum deorsum rapere. In præcipiti esse, id est in summo discrimine. Præceps senectus, id est decrepita. Præceps dies, quum Sol occasui propinquus est, nóxq; appetit. Liu. 4. ab Vrbe, Præcipitíque iam die cutare corpora milites iubet.

Præcipito, præcipitas. In præceps deiicio. {καταπροπετίζω. Ital. *Precipitare, rouinare.* Gal. *Precipiter, ruer ou jetter du haut en bas.* Hisp. *Derribar ò despeñar.*} Cic. pro A. Ceci. Præcipitatus ex locis superioribus. Præcipitare se de turri, Liu. 3. belli Pun. Præcipitare se in flumen, Cæsar 4. bell. Gall. Præcipitare palmitem, flagellum, & huiusmodi, pro deorsum reflectere. Colum. lib. 5. cap. 6, Quæ pars palmitis præcipitata est, fructu induitur. Præcipitare ad mortem, est ad mortem præcipitem agere. Præcipitare moras, id est festinanter abiicere. ¶ Aliquando est neutrum absolutum, idem significans quod in præceps ire, vel ruinam minari. Cicer. pro P. Sylla, Reipublicæ præcipitanti subueni. Præcipitat hyems, hoc est ingruit, & repentè aduenit. Præcipitat Nilus, id est præceps ruit, & ex alto delabitur. Præcipitant curæ, id est vegent. ¶ Aliquando ponitur pro temerè, & incōsiderate rei aliquid aggredi. Plautus Trinummo, Nam qui in amorem se præcipitauit, peius perit quàm si de saxo saliat.

Præcipitans, participium, quod & ipsum duplici modo in oratione collocatur, quemadmodum suum verbum. κρημνίζων. Modò enim à tergo accusatiuum habet: vt, Cessa præcipitans sese de Leucade Sappho. Modò absolutè ponitur. Cicer. pro Cluentio, Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus. Sic Solem præcipitantem dicimus, occasui vicinum: item Aetatem præcipitantem, hoc est cadentem, & ad interitum properantem.

Præcipitanter, aduerbium. Quod significat inconsideratè, temerè. {προπετῶς, ἀπερισκέπτως. Ital. *Precipitosamente, inconsideratamente.* Gal. *Hastiuement, inconsiderément.* Hisp. *Ossadamente, no bien mirando.*} Lucr. lib. 3. Currit agens mannos ad villam hic præcipitanter.

Præcipitatio, præcipitationis, verbale: & Præcipitantia, præcipitantiæ, apud Gell. li. 6. ca. 2. {καταπτόησις. Ital. *Cadimento ò gittamento da alto à basso.* Gal. *Cheute ou jettement de haut en bas.* Hisp. *Obra de caer ò despeñar y despeñar.*}

Præcipitium, præcipitij, Locus præruptus, vnde præcipitari facilè quis potest. {κάτωφερὲς, κάταντες, κατωφερὲς. Ital. *Precipitio.* Gal. *Vn lieu haut & mal aisé, par lequel on ne peut descendre sans danger de cheoir.* Hispan. *Despeñadero, ò derrumbadero.*} Quintil. lib. 1. Est etiam non inerudite ad declamādum ficta materia, in qua ponitur tibicen qui sacrificanti phrygium cecinerat. acto illo in insaniam, & per præcipitia delato, accusari quòd causa mortis extiterit.

Præcepto, Præceptas, Præceptor, Præceptrix, Præceptum, Vide PRAECIPIO.

Præcerpo, is, Antè carpo. {προδρέπομαι. Ital. *Sfiorare, raccogliere prima.* Gal. *Deflorer & cueillir premier qu'vn autre.* Hisp. *Desflorar, coger delante.*} Plinius lib. 18. cap. 19. Ne germinum tenera præcerpant. Cicer. 6. Verr. Non præcerpo fructum officij tui, non alienam mihi laudem appeto.

Præcertatio, onis, verbale à Præcerto, significans quoddam futuræ pugnæ quasi præludium. {προσκίρνημι. Ital. *Cominciamento da contesa.* Gal. *Commencement de debat, premier assaut qu'on donne.* Hispan. *Comienço de pelea.*} Ad Herennium lib. 4. Mihi tecum præcertatio non est, ideo quòd populus Romanus, me nolo dicere, ne cui forte arrogans videar: ite autem sæpe ignominia dignum putauit.

Præcido, præcidis, pen. prod. ex præ, & cædo. Significat antè cædo, hoc est antè immolo, vt interpretatur Festus. {προτέμνω, προτέμνομαι, προκόπτω. Ital. *Tagliare.* Gal. *Couper pres ou rogner.* Hisp. *Cortar antes.*} ¶ Aliquando est amputare, obtruncare. Cicer. 5. Tusc. At Cinna collegæ sui Consulis Cn. Octauij præcidi caput iussit. Præcidere spem alicuius rei, est auferre, siue præcludere, apud Cicer. 2. Verr. Præcidere aliquando designat est: vt quum quis non simpliciter, & in vniuersum admittitur ad dicendum, aut oppugnandum, sed cogitur id designare quod oppugnare velit. Budæus. ¶ Ponitur aliquando pro dure negare. Cicer. ad Attic. lib. 10. Quod quia planè, quum in Formianum veniisset, præciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. Idem Attic. lib. 3. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam nocenti, tam præcisè negaui, quam hic mihi plane sine vlla exceptione præcidit. ¶ Præcidi os dicitur, quum bene pulsatur. συλλήπτειν. Seneca lib. 4. Nat. quæst. Qui me vsq; ad mendacia hæc leuiora in quibus, os præcidi, nō oculi etiā solent, credulū præsto.

Præcisus, participiū. {ἀποτετμημένος, κεκομμένος. Ital. *Tagliato.* Gal. *Taillé.* Hispan. *Cortado.*} vt præcisum caput, apud Plin. lib. 11. cap. 37. Ponitur quoque pro abrupto, & obciso. Quintil. lib. 10. Qui præcisis conclusionibus obscuri, &c. ¶ Præcisum (inquit Nonius) dicitur pars carnis & viscerum hoc est circa quod viscera inuoluta sunt, quòd oras circumcisas habeat. Lucil. lib. 10, referente eodem Nonio, Illi præciso, atque epulis capiuntur opimis.

Præcisè, aduerbium, vt Præcisè negare, Præcisè dicere, id est cum compendio sermonis, & per defectum, & aliquid subintelligendo, inquit Budæus. {κατακεκομμένως, συντόμως. Ital. *Cortamente, brevemente.* Gal. *Precisement, brefuement.* Hispa. *Determinadamente y brevemente.*} Cicer. 2. de Nat. deor. Sed id præcisè dicitur, vt siquis dicat Athenienſium Rempublicam consilio regi, desit illud Areopagi.

Præcisio, verbale. {ἀποτομὴ, διακοπή. Ital. *Tagliamento.* Gal. *Coupe, coupure.* Hisp. *Cortadura.*} Cic. 3. de Orat. Et huic contraria sæpe præcisio est, & plus ad intelligendum quàm dixeris, significatio, & distincte concisa breuitas.

Præcidaneus, a, um, {τὸ προτέμνεσθαι. Ital. *Che si taglia prima.* Gal. *Qu'on coupe le premier.* Hisp. *Cosa que se corta antes.*} vt, Præcidanea agna, quę ante alias cædebatur. Præcidaneæ feriæ, quæ solennes legitimas ferias præcedebant: Præcidaneæ hostiæ, quæ ante sacrificia solennia pridie cædebantur. Præcidanea porca ea dicebatur, teste Festo, quæ Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset: quia mos erat eis id facere priusquam nouas fruges gustarent. Hæc ille. Præcidaneus, inquit Nonius, idem quod præcidendus. Varro de Vita Populi Romani, Quòd humatus non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda Tellure, & Cereri: aliter familia pura non est.

Præcingo, is, xi, ctum, Idem quod cingo. {ἀναζώννυμι. Ital. *Cingere.* Gal. *Ceindre.* Hisp. *Ceuir.*} Plaut. Bacch. Cincticulo præcinctus, in scilla apud magistrum assideres. Ouid. 1. Trist. Et latro, & cautus præcingitur ense viator.

Universidad de Deusto

latot. Castris præcingere fluuium, Claud. de bel. Ger. Littora muro præcingere, Sil. lib. 3.

Præcinctus, participium {περιζωσμένος}. Ital. *Cinto*. Gal. *Ceint*. Hisp. *Ceñido*. } Horat. 2. Serm. Satyr. 8, —vt omnes Præcincti rectà pueri, comptique ministrent.

Præcino, is, pen. corr. præcinui, præcentum, Antè cano. {προᾴδω. Ital. *Cantare innanzi, predire*. Gal. *Chanter deuant, commencer le chant*. Hispa. *Cantar antes, dezir de antes*. } Cic. 4. Tuscul. Nec verò illud non eruditorum temporum argumentum est, quòd & deorum puluinaribus, & epulis magistratuum fides præcinunt. Tibul. lib. 1. Eleg. 5, Carmine quum magico præcinuisset anus. ¶ Interdum idem quod prædico, siue prædiuino. Plin. lib. 8. cap. 46, Hi greges repentè lymphati, futura præcinunt.

Præcentio, onis, Modulatio illa vocum quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludium. {προοίμιον ᾠδῆς μέρος. Ital. *Principio di canto, il proemio d'una canzone*. Gal. *Entrée du chant, le commencement de chanter*. Hisp. *El canto primero delante que cantar*. } Cic. de Aruisp. Resp. Tui sacerdotij sunt tentæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum. Gel. lib. 1. cap. 11, Tibicines inter exercitum positi canere inceptabant. Ea illi præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quasi militaris muneris disciplinam vis & impetus militum, ne sparsi dispalarique prorueuent, cohibebatur. Quapropter & exordium, siue initium, siue principium, siue proloquium, siue anteloquium, quidam præludium, alij præcentionem vocauere ad similitudinem Græcorum qui id προοίμιον nominant, propterea quod ὕμνων cantus est.

Præcentor, oris, Qui canendo præcedit. χοροστάτης, ἀρχιμάγειρος, προαιδός. sicut Præsultor, qui saltantium choream ducit.

Præcipio, is, à præ, & capio, significat antè capio, præuenio, præoccupo. {προλαμβάνω. Ital. *Pigliare innanzi, preoccupare*. Gal. *Prendre premier, preoccuper*. Hisp. *Tomar antes*. } Virgil. 3. Aegloga. Cogite oues pueriti si lac præceperit æstus, Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. Cic. lib. 2. Offic. Præcipiant oratione benigna multitudinis animos, ad beneuolentiam alliciant milites, blando sermone deliniant. ¶ Nonnunquam idem quod præuidere. Virg. 6. Aen. Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi. ¶ Item iubere. {παραγγέλλω. Ital. *Commandare*. Gal. *Commander*. Hisp. *Mandar*. } & pertinet ad eos qui curam aliorum gerũt, & qui aliis præsunt, Sallust. in Iugurtha. Micipsa pater meus mihi præcepit. ¶ Item monere, instruere, docere. {παραγγέλλω. Ital. *Insegnare, instruire*. Gal. *Enseigner, instruire*. Hisp. *Enseñar dando preceptos*. } Plin. lib. 18. ca. 24, Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura præcepit.

Præcepto, πολὺς ἐστὶ λόγος, Antiqui dixerunt pro frequenter præcipio: quod verbum in Saliari carmine vsurpatum fuisse, autor est Festus.

Præceptus, a, um, participium, Modò significat antè captum. {προειλημμένος. Ital. *Pigliato innanzi*. Gal. *Pris le premier, anticipé*. Hisp. *Tomado antes*. } Lin. lib. 1, Tempore illi præcepto. Cic. 3. Tuscul. Hæc cogitantem fore beatum, præsertim si & antè præceptis bonis contentus esset, nec mortem, nec deos expauesceret, id est prægustatis, & antè captis. Modò iussum. {ἐντεταλμένος. Ital. *Commandato*. Gal. *Commandé*. Hisp. *Mandado*. } vt, Præceptum est tibi ne discedas.

Præceptum, pti, Nomen substantiuum, idem significat quod mandatum, siue iussio. {παράγγελμα, ἐντολή, κέλευσμα. Ital. *Precetto, ordinatione*. Gal. *Commandement, enseignement*. Hisp. *Doctrina, precepto*. } Cic. Luceio, li. 5. Epist. Tuis monitis, præceptisque omnis est abiiciendus dolor. ¶ Aliquando pro disciplina, siue documento, siue admonitione, & quasi regula quadam bene viuendi: vt quum præcipitur quid vir vxori, quid vxor viro debeat. Cic. 1. Offic. Neque vlla officij præcepta firma, & stabilia, coniuncta naturæ tradi possunt, nisi aut ab iis qui solam virtutem, aut ab iis qui maximè honestatem propter se dicant expetendam. ¶ Aut pro documento tradito ad aliquam artem percipiendam. Hinc dicimus Dare præcepta de aliqua re, siue tradere. Cic. de Clar. Orat. Hermagoræ disciplina dat rationes certas, & præcepta dicendi, &c.

Præceptor, oris, verbale, Artium magister, doctor, institutor. {καθηγητής. Ital. *Che instruisce y insegna, maestro, regente*. Gal. *Precepteur, maistre, regent*. Hisp. *El maestro que ensena*. } Cic. 5. de Orator. Sed iidem erant viuendi præceptores, atque dicendi. Ouid. 1. de Arte, Acacidæ Chiron, ego sum præceptor amoris. Horum placita, præcepta & præceptiones dicuntur. Cic. 3. Offic. Itaque propria est ea præceptio Stoicorum, &c.

Præceptrix, verbale fœminini generis. {ἡ διδάσκαλος, ἡ καθηγήτρια. Ital. *Donna che insegna*. Gal. *Celle que enseigne*. Hisp. *La maestra que ensena*. } Cic. lib. 1. de Fin. Sapientia præceptrice in tranquillitate vitæ potest.

Præcipuus, a, um, {ἐξαίρετος, αὐθαίρετος, ἀκρόκολος}. Ital. *Precipuo, soprano, singolare*. Gal. *Principal, singulier, souuerain*. Hisp. *Señalado y principal*. } Peculiaris, proprius, antitheton Communis, à præcipuo, pro ante capio, dicitur magnum, singulare, potissimum, optimum. Plin. lib. 1. cap. 27. Est & ad serpentis ictus præcipua. Plautus in Trin. Hic homo est omnium hominum præcipuus. Cicero, Quoniam autem omne quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est nec bonum esse, nec malum hoc, quod præpositum vel præcipuum nominamus.

Præcipuè, aduerbium. {ἐξαιρέτως, μάλιστα, αὐτοφώτατα. Ital. *Specialmente, singolarmente*. Gal. *Souuerainement, singulierement, principalement*. Hispan. *Señaladamente y principalmente*. } potissimè, potissimùm, vel maximè, quod est ante alia, non autem specialiter, vt multi indoctè interpretantur, sicut præsertim. Cicero Curioni, Cur non mihi tam mea salus chara fuit in qua præcipuè fuit ab illo adiutus, quàm pietas erat in referenda gratia, iucunda, id est ante alios.

Præcisus, Vide PRAECIDO.

Præclamo, as, Antè clamo. {προβοάω. Ital. *Gridare innanzi*. Gal. *Auanturier, crier deuant*. Hisp. *Gritar y llamar delante*.

Præclamito, as, ex quo præclamitatores dicebantur qui flaminem Dialem, hoc est sacerdotem Iouis antecedebant clamantes, vt homines ab operibus abstinerent: quia ei opus facientem videre, irreligiosum videbatur.

Præclarus, a, um, Valde clarus. {περιφανής. Ital. *Preclaro, illustre*. Gal. *Fort clair, fort renommé, excellent*. Hisp. *Muy esclarescido y luzido, noble*. } Lucr. lib. 5, Præclarúmque velint exti nguere Solem. ¶ Per translationem accipitur pro celebri & illustri, sicut & simplex clarus, in quo scilicet gloriæ & famæ fulgor quidam resplendet. Cic. de Orat. Multi erant præterea præclari in Philosophia, & nobiles. ¶ Nonnunquam in eadem significatione accipitur qua bonum, siue bellum dicimus. Cic. ad Attic. lib. 10, Præclara igitur conscientia fuit entor, quum cogito me de Republica aut meruisse optime, &c. Idem 3. Philip. O præclarũ eultòdem ouium (vt aiunt) lupum. Idem 6. Verr. O dij immortales præclarã conscientiam. Magnificum & præclarum genus dicendi. Cic. 2. de Orat.

Præclarè, aduerb. Bene, belle. {ἐξαιρέτως, καλῶς. Ital. *Molto bene, eccellentemente*. Gal. *Honorablement, fort bien, excellemment*. Hispan. *Esclarescida y muy bien*. } Cic. 4. Acad. Præclaréque secum agi putet, si, &c. Idem 3. Ver. Quis hoc non perspicit præclarè nobiscum actum iri si populus Romanus istius vitæ supplicio contentus erit?

Præclauium, teste Nonio, Pars vestis erat quæ ante clauum texebatur. Afranius, Totum diem præclauium vnum texere.

Præcludo, is, si, sum, Claudo, intercludo, præcido. {ἀποκλείω, ἐμφράττω. Ital. *Serrare*. Gal. *Serrer, fermer le passage*. Hispa. *Cerrar*. } Cic. pro Planco, Nam maritimos cursus præludebat hyemis magnitudo. Cæsar 2. belli Gallici, Deductis tribus in arcem oppidi cohortibus à Varrone præsidio, per se cohortes eiecit, portásque præclusit. Cicero antequam iret in exilium, Animus ad exponẽdam rei indignitatem præcluditur. Ouid. 1. Metamor. Sed nocet esse Deum, præclusaque ianua leti.

Præco, onis, Vide infra PRAECONES.

Præcogito, as, are, {προενθυμοῦμαι. Ital. *Pensare innanzi*. Gal. *Penser deuant*. Hisp. *Pensar delante*. } Prius cogito. Quintil. lib. 12. Licet præcogitare plura.

Præcognitus, Antè cognitus: quanuis rarò præcognosco repertum. {προγιγνώσκω. Ital. *Cognoscinto innanzi*. Gal. *Cogneu & entendu deuãt, preueu*. Hisp. *Conoscido de antes*. } Plancus ad Cic. lib. 10. Quòd si Iatro præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei.

Præcolo, is, pen. corr. Præparo; antè colo. {προκαλλωπίζομαι. Ital. *Lauorare, ornare prima*. Gal. *Orner, cultiuer, paraunant*. Hispan. *Labrar y ornar delante*. } Cicero in Partit. Sunt autem alij quidam perfecti animi habitus ad virtutẽ quasi præculti, & præparati rectis studiis & artibus. προκαταρτίσεις.

Præcompositus, participium, siue nomen ex participio, Præparatus. {προκατασκευασμένος. Ital. *Composto innanzi*. Gal. *Ia composé & acoustré*. Hisp. *Compuesto delante*. } vt Os præcompositum. Ouid. 6. Fast. Nox erat, & vinis oculique, animique natabant, Quum præcomposito nuntius ore venit.

Præconceptus, a, um, Antè conceptus. {προειλημμένος, προεννοούμενος. Ital. *Concetto per auanti*. Gal. *Conceu par auant*. Hisp. *Concebido delante*. } Plin. lib. 2. cap. 82. Præconceptum enim spiritum exhalant.

Præconsumo, is, pen. prod. Antè consumo. {προαναλίσκω. Ital. *Consumare per auanti*. Gal. *Consumer paranant*. Hispa. *Consumir delante*. } Ouidius posuit pro consumo, lib. 7. Meta. —& vtilius bellum putat esse minari. Quàm gerere, atque suas ibi præconsumere vires.

Præconsumptus, a, um, participium. Ouid. 4. {προαναλωθείς. Ital. *Gustato per auanti*. Gal. *Consumé ou paranant*. Hispa. *Consumido antes*. } Trist. Eleg. 5, Est quoque minimum vires afferre recentes, Nec præconsumptum temporis esse malis.

Præcones, à præcinendo dicti sunt, quasi præcanes, quòd antè canant, & annuntient quod est faciendum. {κήρυκες. Ital. *Trombetti, banditori*. Gal. *Criours publiques, trompettes iurez qui font les cris publics*. Hisp. *Pregoneros ó menssageros*. } Vel (vt inquit Priscianus) à præ, id est valde canendo. Sunt enim qui iussu magistratus publicè aliquid ore denuntiant, quique olim auctionem faciebant, & audientiam in theatris indicebãt. Plaut. in Pœn. Exurge præco, fac populo audientiam. Virgil. 5. Aen. Victorem Aeneas præconis voce Cloanthum Declarat. Præcones (vt diffusius dicam) erant in iudiciis qui Senatusconsulta prædicabant, & recensebant, posteaquam decreta erant: qui iudices & candidatos suis nominibus appellabant: quales sunt quos *Ostiarios* vulgò vocamus: qui etiam literas in Senatu publicè legebant: qui item bona quæ proscribebantur, publicæ actioni proponebant, ac proclamabant, & pretia, vt inquit Cicero, conficiebant. ¶ Præcones laudum nostrarum dicuntur qui res à nobis gestas laudando diuulgant. Cic. pro Archia. O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. Hos quoque curiones vocatos legimus.

Præconium, nij, Ipsa vox, vel exercitium, officiúmve præconis. {κήρυγμα, ἀνακήρυξις. Ital. *Grida che fa vn banditore*. Gal. *La criée d'vn crieur publique*. Hispa. *El pregon del pregonero*. } Cicero Leptæ, lib. 6, Eos qui aliquando præconium fecissent, in municipiis Decurionem esse non licere. Suet. in Nerone, Et præconio vbique contendit. Plaut. Menæch. Præconium vt mihi detis. ¶ Sed quoniam à præcone res gestæ etiam pronuntiari solent, ideo quandoque pro laude, fama, & gloria sumitur, quum scilicet aliquis laudatur à genere, aut virtutibus, cæteríve bonis animi, corporis, aut fortunæ. Ouid. Epistol. 15, Magna quidem de te tumor præconia fecit. Idem 4. de Pon. Carmina vestrarum peragunt præconia laudum. Aliquando est præconis officium.

Præconius, a, um, antepenultima prod. Quod est præconis. κηρύκειος. vt, Sub voce præconia.

Præcontrectare, Antè contrectare. {προψηλαφῶ. Ital. *Maneggiare per auanti*. Gal. *Toucher & manier deuant*. Hisp. *Tocar delante*. } Ouid. 6. Metam. Spectat eam Tereus, præcontrectátque videndo.

Præcoquo, quis, pen. corr. Ante tempus suum, vel præmaturè coquo. {πρὸ τοῦ ὥρας ἀναλίσκω. Ital. *Cuocere per auanti*. Gal. *Cuire ou paranant*. Hisp. *Cozer antes*. } Colum. lib. 5, Vuæ commodius insolatæ præcoquuntur. hoc est ante tempus aliorum fructuum maturantur. ¶ Nonnunquam valde vel nimis coquere. Plin. lib. 18. cap. 29, Acinique præcoquuntur in callum. ¶ Aliquando nihil aliud est quàm antè vel prius coquere. Sic medici iubent porrum antequam ptilanæ admisceatur, in aqua præcoqui, vt ponat acrimoniam. Ad eundem etiam modũ vtitur hoc verbo Plinius, scribens quosdam passum conficere ex qualibet vua, sed præcocta, antequam scilicet exprimatur. Verba eius sunt hæc, lib. 14. ca. 9, Quidam è quacunque dulci, dum præcocta, alba faciunt siccantes sole.

Præcordia, orum. {Ital. *Parti vicine al core, le interiora*. Gal. *Les parties autour du cœur*. Hisp. *La tela del coraçon ó lugares y cosas propinquas del coraçon*. } Propriè partes laterales dicuntur, nothis coltis subiectæ, hepati & lieni superiacentes: quæ quòd ὑπὸ τὸν χόνδρον, hoc est sub cartilagine sitæ sint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Græcis φρενῖτις appellantur. Celsus lib.4. cap.8, Dextra parte sub præcordiis vehemens dolor est. Idem alibi, Periculosum est etiam post æquatum morbum febrem oriri, vtique si præcordia in dextra parte dura manserint. ¶ Plin.lib.11. cap.37, præcordia accipere videtur pro diaphragmate, siue septo transuerso, quod vitalia viscera a naturalibus separat. Verba eius sunt hæc, Exta homini ab inferiori viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur. Græci appellarunt Phrenas. Idem lib.30.cap.5, exta ipsa præcordiorum nomine significari tradit. ¶ Quandoque etiam generalius hoc nomen positum inuenitur pro quibuscunque partibus interiotribus cordi vicinis. Cicc.5.de Fin. Fœlix cursus, quum is ipse annulus in præcordiis piscis inuentus est. Virtus redit in præcordia nota, Virg.1. Aeneidos.

Præcorrumpo, is, antè corrumpo. {προδιαφθείρω. Ital. *Corromper per auanti.* Gal. *Corrompre au parauant.* Hisp. *Corromper antes.*} Ouid.14.Metam. Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis Me cupit.

Præcorruptus, a, um, participium. {προδιαφθαρμένος. Ital. *Corrotto per auanti.* Gal. *Corrompu auparauant.* Hisp. *Corrompido antes.*} Ouid.8. Metamor. Illa quidem venit, sed præcorrupta.

Præcox, cocis, pen.corr. generis omnis, Quod præter morem cæterorũ, vel ante cætera coctum & maturum factum est. {πρόγειος, πρώιμος. Gal. *Meur auant la saison*, Ital. *Cio che è inanzi tempo, maturo auanti la stagione.* Hisp. *Cosa temprana antes que las otras cosas.*} vt, Præcoqua vua, præcox ficus. ¶ Præcocia poma, ex pericorum genere, quæ primò matutescunt. Galli *Abricocia* vocant. Plin.lib.15.cap.12, Persica Duracina post Autumnum matutescunt, æstate præcocia, intra triginta annos reperta, & primò denariis singula venundata. Eadem & præcoqua dicuntur. Martial.lib.13, Villa maternis fueramus præcoqua ramis: Nũc in adoptiuis persica cara sumus. ¶ Per trãslationem præcox ingenium dicitur quod nimis citò maturitatem est consequutum, & ante tempus videtur adolcuisse. Quintil. lib.1. cap.3, Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquam peruenit ad frugem. Præcox fuga. Varro Synephebis, Quod si non manumittet, fugies si me audies: quum tempus reuocat, ea est præcox fuga. Præcox pugna, apud Enniũ lib.8. Annalium. Præcox risus, Plin.li.7.in Præfa. At hercle risus præcox ille, & celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. ¶ Legitur & hic & hæc præcoquis, & hoc præcoque. Colum.lib.3.cap.2, Quæ quum talis est conditio, maximè præcoques, & duracine, tum denique purpureæ & bumasti, &c. Eodem lib.cap.9, Quum pulchrè memineris à me duo genera vinearum intra tempus biennij ex vna præcoq; vite, quam in Ceretano tuo possides, insitione facta cõsummata. Idem li.1. cap.6, Quæ fumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt. ¶ Præcoci opponitur serotinum: vnde dicimus serotinas vuas quæ post consuetum temphs tardè matureſcunt.

Præcrassus, a, um, Valde crassus. Plin.lib.16.cap.8, Cortex præcrassus, ac tenascens. πάνυ παχύς, ὑπέρπαχυς. Ital. *Molto grosso & spesso.* Gal. *Fort gros & espais.* Hisp. *Muy grueſſo.*

Præcurro, is, Antè curro, siue citò antè eo. {προτρέχω. Ital. *Correre inanzi, andar auanti.* Gal. *Courir & aller deuant, preuenir.* Hispa. *Correr delante.*} Terent. Eunuc. Abi, præcurre, vt sint domi Parata omnia. Cæs.6.bel.Gall. Præcurrunt equites, quanto res sit in periculo cognoscunt. Cicc.1.de Diuin. Sed ita à principio inchoatum esse mundum vt certis rebus certa signa præcurrerent. Idem in Oratore, Horum vterque Isocratem ætate præcurrit.

Præcurrens, tis, προτρέχων. Cic.in Parti. vt primordia rerum, & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti.

Præcursus, sus, {προδρόμημα. Ital. *Esso correre auanti.* Gal. *Auantcourement, auantage de courir ou aller.* Hisp. *Aquella corrida delante.*} Plin.lib.16.ca.25, Omnia intra VIII. Iulij Idus Eteſiarum præcursu.

Præcursio, onis, verbale. {προδρόμημα, προδρομή. Ital. *Esso correre auanti.* Gal. *Auantcourement.* Hisp. *Corrida delante.*} Cicc. de Fato, Itémque illi qui ab hoc dissentiunt, confitentes non fieri assensiones sine præcursione visorum. ¶ Præcursio pro eo quod Boëthius præcursionem causam vocat. Cic.in Top. Alia autem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adiumenta.

Præcursor, oris, aliud verbale, {προδρομεύς. Ital. *corritore auanti.* Gal. *Auantcureur.* Hisp. *El que corre delante.*} Cicc.7. in Verrem, Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat, & emissarium.

Præda, æ, à pariendo (vt inquit Varro) quasi parida, quòd manu parta sit. {λεηλασία, λεία. Ital. *Preda, bottino.* Gal. *Proye, pillage, butin.* Hisp. *Presa, el robo ò hurto.*} Et sunt (vt Gell.lib.13.cap.23, inquit) propriè corpora ipsa eorum quæ capta sunt: manubiæ verò pecunia ex venditione prædæ redacta. Virgil.1.Aeneid. Illi ire prædæ accingunt, dapibúsque futuris. Idem 9. Aeneid. Si verò capere Italiam, sceptrisque potiri Contigerit victori, & prædæ ducere sortem. Ouid. 11. Metamorph. Vt matutina cervus periturus arena Præda canum est. Cicc.7. Verr. Quum ea res non solum prouinciæ saluti, verumetiam prædæ esse posset.

Prædaceus, a, um, Quod ex præda est, {λεηλατικός. Ital. *Di preda.* Gal. *Venu de pillage ou de la despouille des ennemis.* Hispa. *Cosa de presa ò de robo.*} Gellius lib.4. cap.17, Aegrè passus quòd ei latus Imperij ac Reipub. accepta ferri deberet, ratione pecuniæ prædaceæ poscei etur.

Prædatitius, a, um, Idem quod prædaceus. λεηλατικός. Gell.lib.13.cap.13. Ex manubiis, id est ex pecunia prædatitia.

Prædor, daris, A præda fieri Varro docet, idémque significat quod diripio, vt aufero, quemadmodum prædæ auferri in bello solent. {λῃζω, λεηλατέω. Ital. *Depredare, torre per forza, robbare.* Gal. *Piller.* Hisp. *Robar ò hurtar.*} Cic.3.Verr. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. Idẽ 3. Offic. Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secũdum naturam esse, neminem id agere, vt ex alterius prædetur insciti a. Idem 3.Ver. Veruntamen quum esset omnibus in rebus apertissimè impudentissiméque prædatus. Ouid. 1. Amor. Eleg.3, Iuita precor quæ me nuper prædata puella est, Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.

Prædator, oris, Prædo, populator, spoliator. {λῃστής. Ital. *Saccheggiatore, predatore.* Gal. *Pilleur, qui oste par force.* Hisp. *Robador ò ladron.*} Cic.2.Catil. Quos ego vtrosque Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorúmque pono. Ioui vero deprædatori templum fuisse legimus, non quòd prædæ præesset, sed quòd ei aliquid ex præda in partem debebatur. Nam mos Romanorũ fuit, vt bella gestuti, de parte prædæ aliquid numinibus polliceretur.

Prædatrix, cis, {ἡ λῃστής, ἡ λαφυραγωγός. Ital. *Saccheggiatrice.* Gal. *Pilleresse, celle qui oste par force.* Hisp. *Robadora.*} Stat.1.Syl. -& Herculei prædatrix cedat alumni.

Prædatorius, adiectiuum, Quod ad prædatorem pertinet. {λῃστρικός. Ital. *Di saccheggiatore.* Gal. *De pilleur, ou chose pour piller.* Hisp. *Cosa para robar ò hurtar.*} vt Prædatoriæ naues. Liuius lib.4. belli Macedonici. Annis propè quinquaginta nullum Romanum exercitum viderant, præter prædatorias classes.

Prædabundus, Idem quod populabundus, vel prædas agens. {λαφυραγωγῶν. Ital. *Depredando, ò chi non fa altro che bottinare.* Gal. *Qui ne fait que piller.* Hisp. *Cosa que mucho roba.*} Sallust in Iug. Dátque fidem se prædabundum post paucos dies eõdem venturum.

Prædo, donis, Qui itet facientes terra marive spoliat, quive pacatas regiones incursionibus infestat. {λῃστής, πειρατής. Ital. *Corsale, ladro.* Gal. *Pilleur, escumeur de mer.* Hisp. *Robador ò ladron.*} Plin.lib.16.cap.4, Germaniæ prædones singulis arboribus cauatis nauigant. Horat.1.Serm.Satyr.2, -fugiens hic decidit acrem Prædonum in turbant: dedit hic pro corpore nummos.

Prædonulus, diminutiuum, à Catone vsurpatur.

Prædamno, as, are, Est præiudicio suo aliquem quasi condemnare. προκαταδικάζω, προκαταγιγνώσκω. Suet. in Aug. Sin deesset, destituere, ac prædamnare amicum existimaretur. ¶ Nonnunquam simpliciter idem est quod antè, vel priore loco cõdemnare. Liu.4 ab Vrbe, Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absoluerunt.

Prædelasso, as, Antè delasso. {προκαταβαρύνω. Ital. *Stancare prima.* Gal. *Lasser deuant.* Hisp. *Cansar antes.*} Ouid.12. Meta. -adiacet vndis Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas Frangit, & incursus quæ prædelassat aquarum.

Prædensus, Valde densus. {πάνυ πυκνός. Ital. *Molto denso.* Gal. *Fort espais.* Hisp. *Muy espesso.*} Plin.lib.18.cap.18, Culter vocatur, prædensam priusquam proscindatur, terram secans.

Prædensatus, Prædensus factus. Plin.lib.9.cap.33, Prædensata, porrecta, innata, breui nodo ligatis.

Prædes, Vide PRAES.

Prædestino, nas. pen.corr. προορίζω. Vide DESTINO.

Prædiatores, Prædiatorius, Prædiatus, Vide PRAEDIVM.

Prædico, cas, pen.corr. Apertè seu publicè dico, celebro, volgo, laudo. {ἀναγορεύω, κηρύττω. Ital. *Predicare, publicare qualche cosa.* Gal. *Dire par tout ou deuant tous, publier, dire en public, annoncer.* Hispa. *Predicar y publicar y alabar.*} Terent. Andr. Actum est, si quidem hæc vera prædicat. Cicc. ad Attic. lib.9, Prædicat enim palàm, & militibus ostendit, se largitione ipsa superiorem quàm hunc fore. Cæs.2.bel. Ciu. Sæpe ex tribunali prædicauit aduersa Cæsarem prælia fecisse. Cicc. Luccio, Ignoscas mihi de me ipso aliquid prædicanti. Sallust. Ipsum Crassum ego postea prædicantem audiui, tantam illam contumeliam sibi à Cicerone impositam. Prædicat item præco, dum aliquid palàm promulgat, & pronuntiat ex Senatusconsulto. Cic.pro Quint. De quo homine præconis vxor prædicat, & pretium conficit.

Prædicatum, Dialectici dicunt, quod Grammatici appositum vocãt, quod prædicatur, id est dicitur de subiecto. κατηγόρημα.

Prædicatio, Commemoratio, affirmatio. laudatio. {κήρυξις. Ital. *Esso predicare, dire.* Gal. *Annoncement en public.* Hisp. *Aquella obra de predicar y alabar.*} Plin. lib.35. cap.3, Affirmant vana prædicatione, vt palàm est. Idem lib.20.cap.20, Radix quoque plurimorum prædicatione trita.

Prædicator, oris, Id est laudator, & cuiuscunque rei diuulgator. {κηρυκτής. Ital. *Chi dice qualche cosa publicamente, predicatore.* Gal. *Publieur, qui dit par tout ou deuant tous quelque chose.* Hisp. *El que predica, predicador.*} Cicero pro Cornelio Balbo, Qui sui furti, sui iudicij, sui beneficij voluit me esse, vt apud eosdem vos Iudices nuper in alia causa fuerim, & prædicatorem, & autorem.

Prædicabilis, & hoc prædicabile, Quod est palàm dicendum, & prædicatione dignum. {κηρύγματος ἄξιος. Ital. *Di cui si deue far stima.* Gal. *De quoy on doit faire estime.* Hisp. *Digno de ser alabado.*} Cic.5. Tusc. Nec in misera vita quicquam est prædicabile, aut gloriandum, &c.

Prædicamenta, A Dialecticis dicuntur, quæ Quintil.lib.3.cap.7, elementa decem vocat, circa quæ versari videtur omnis quæstio. κατηγορίαι.

Prædico, cis, pen.prod. Antè, siue ptius dico. {προλέγω. Ital. *Predire, annonciare.* Gal. *Predire, annoncer.* Hisp. *Dezir de antes.*} Terent. Andr. hoc primum in hac re prædico tibi, Quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ. Ibidem, -sed dico tibi, Ne temere facias, neque tu haud dicas tibi non prædictum, caue.

Prædictio, onis, Quod prædicatur, siue prænuntiatur, vel prædiuinatur. {προαγόρευσις, προφητεία. Ital. *Profetia, auiso de cose future.* Gal. *Prediction, profetie, denoncement des choses auenir.* Hisp. *Obra de dezir de antes.*} Cicc. lib.1. de Diuin. Ex quo sæpe genere hariolorum etiam, & vatum furibundas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelij Culeoli audiendas putauerunt.

Prædictus, a, um, Antè vel suprà dictum. {προειρημένος. Ital. *Predetto.* Gal. *Predit.* Hisp. *Dicho antes.*} Cic.4.Acad. Quæq; ab his dicuntur sic persequamur, vt nihil in prædictis relinquamus.

Prædiolum, Vide PRAEDIVM.

Prædisco, is, Antè disco, & prius inquiro. {προμανθάνω. Ital. *Aprendere auanti.* Gal. *Aprandre parauant.* Hisp. *Deprehender de antes.*} Virg.1.Georg. Ventos, & cæli varios prædiscere mores.

Præditus, a, um, {ὁ ἔχων, ὁ κεκτημένος, διάθετος. Ital. *Chi ha.* Gal. *Qui a, qui est doué.* Hisp. *Dotado generalmente, formoseado.*} Participium est siue verbi origine, latissimum in oratione vsum habens, variámq; significationem, pro ratione rei per ablatiuum quem post se habet, significat æ. Nam quum dicimus, Præditus virtute, Præditus ingenio, Eruditione præditus, idem est quod dotatus, siue ornatus κεκοσμημένος. Rursus quum aliquem prauis moribus, peruersa indole, aut oris fœditate præditum dicimus, idẽ est quod pollutus, contaminatus, dehonestatus. ¶ Interdũ

idem

idem est quod affectus: vt cum morbo, mœroréve quempiam affectum dicimus. ¶ Horum omnium exempla, etiamsi nusquam non occurrũt, pauca subiungemus. Cic. pro Archia. Gloria ingenij summi præditus. Idem pro Cælio, Adolescens rectissimis studiis atque optimis artibus præditus. Idem 2. Verr. Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. Idem pro Rab. Posthumo, Senectute affectus, morbo præditus. Item pro Muræna, Idem squallore sordidus, confectus morbo, lachrymis ac mœrore præditus. Vide plura de hoc apud Vallam, lib. 5. cap. 28.

Prædives, itis. Valde dives. {πολυπλούσιος. Ital. *Molto ricco.* Gal. *Fort riche.* Hisp. *Muy rico de riquezas.*} Sueton. de Clar. Gram. L. Apulcium ab Equitio Caluino Equite Romano prædiuite quadringentis numis conductum, multos edocuisse. Ouid. 6. Metam. -rotúmque tulit prædiuite cornu Autumnum & mensas fœlicia poma secundas. Aula prædiues. Claudianus 2. in Rufinum.

Prædiuino, as. Rem euenturam diuino. {προμαντεύομαι. Ital. *Antiuedere, indouinare.* Gal. *Deuiner, & predire chose auant qu'elle vienne.* Hisp. *Veer delante, adeuinar.*} Plin. lib. 1. cap. 11. Prædiuinant enim apes ventos, imbrésque.

Prædiuinatio, onis. προμαντεία. Plin. lib. 8. cap. 25. Parit oua quanta anseres, eáque extra eum locum transferens semper incubat prædiuinatione quadam, ad quem summo auctu eo anno egressurus est Nilus.

Prædiuinus, a, um. Valde diuinus. {θεϊκώτατος, ζάλιος. Ital. *Molto diuino.* Gal. *Fort diuin.* Hisp. *Muy diuino.*} Plin. lib. 37. cap. 10, Promittitur prædiuina somnia repræsentare.

Prædium, dij. Nomẽ est tam rusticis quàm vrbanis possessionibus commune. {χωρίον. Ital. *Possessione, podere, heredità* Gal. *Vn heritage.* Hisp. *Heredad de bienes rayzes.*} à præstando: si Varroni lib. 4. de Ling. Lat. credimus) deductum: propterea quòd pignori data, mancipiis fidem præstent. Cic. 3. Offic. Ac de iure quidem prædiorum sancitum est apud nos Iure Ciuili, vt in his vendendis vitia dicerentur quæ nota essent. Idem pro Rosc. Amer. Fructuosa prædia colenda ac tuenda pater filio tradiderat. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, Seruius Oppidius Canusi duo prædia, diues, Antiquo censu, natis dedisse duobus Fertur. Prædiorum itaque nomine veniunt tam vrbanæ possessiones quàm rusticæ, & suburbanæ, hoc est vrbi proximæ. Vnde extant tituli aliquot apud Iurisconsultos de Seruitutibus vrbanorum prædiorum, & rusticorum, & vtrisq; communibus. Ager autem proprié dicitur locus in ture quem colimus, Aruum, ea pars agri quæ sementi datur. Fundus etiam pars agri est. Singula enim prata, singulæ vineæ, singuli horti, singula oliueta, pomaria, pascua, salicta, nemora venatoria, piscatoria loca: siue villam atque ædificium, siue piscinam, siue viuaria habeãt, siue non habeant, singuli fundi sunt, & hoc in agro duntaxat. Nam in vrbe, oppido, vico, castello, quicquid tale est, prædium vocatur. Est itaque fundus rustica possessio: prædium, & vrbana & rustica: possessio generale nomen est. nam & tabernæ, & hospitia, & hortea in vrbe, possessiones dicuntur, & generaliter omnia bona immobilia.

Prædiolum, li. Paruum prædium. {χωρίον. Ital. *Poderetto, possessione picciola.* Gal. *Vn petit heritage.* Hisp. *Pequeña heredad.*} Cic. M. Cælio. Sed mea prædiola tibi nota sunt: in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Idem Attic. lib. 16. Aedificata belle prædiola nostra, & satis amœna.

Prædiatus, Prædiis munitus. Apuleius lib. Florid. Ipse bene vestitus, bene prædiatus.

Prædiatorius, ria, rium, Quod ad prædium pertinet. {πρὸς χωρίον. Ital. *Pertinente à heredità & possessione.* Gal. *Apartenant à heritage.* Hisp. *Perteneciente à heredad.*} vt Ius prædiatorium. Cicero pro Cornelio Balbo, Etenim si Q. Scęuola ille Augur, quum de iure prædiatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Turium & Caselium prædiatores reiiciebat si nos, &c.

Prædiatores. Dicuntur periti iuris ad prædia pertinentis. γεωργικοί μοι. Cic. Attico. lib. 12. Etsi reus locuples est, & Apuleius prædiator liberalis. Ibidem. Procuratores Cornificij, & Apuleium prædiatorem videbis.

Prædo, prædonis, Vide PRAEDA.

Prædomo, as, pen. corr. Antè domo, comprimo, sedo. {προδαμάζω, πρανῶ κοτέω. Ital. *Domare per auanti.* Gal. *Dompter au parauant.* Hispa. *Domar antes.*} Sene. Epist. 114. Et omnes casus antequam exciperet, prædomuit meditando.

Præduco, is, Antè duco. {προάγω, προσπάω. Ital. *Menare auanti.* Gal. *Mener ou mettre deuant.* Hisp. *Guiar delante.*} Plin. lib. 35. cap. 16, Probatur mollitie, & quòd si æra præducantur, violaceum reddit colorem. Tacit. lib. 14, Neque fossam, neque vallum præduxerunt. ¶ Præducere fossam homini obsesso, pro circumuallare. Seneca lib. 2. de Ira.

Prædulcis, & hoc prædulce. Valde dulcis. {πάνυ γλυκύς. Ital. *Molto dolce.* Gal. *Fort doux.* Hisp. *Muy dulce.*} Plin. lib. 12. cap. 5, Fructus per folia solibus coctus prædulci sapore. Claud. Paneg. 2, Luxuries prædulce minantur. Virg. 11. Aeneid. Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis, Et prædulce decus primo certamine posset.

Præduro, ras, pen. prod. Præter morem duro, siue valde durum facio. {λίαν σκληρύνω. Ital. *Far molto duro.* Gal. *Endurcir fort.* Hisp. *Hazer muy duro, endurescer mucho.*} Colum. lib. 3, de rubrica, Verum hoc est in opere difficilior, quòd neque humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia nimium præduratur.

Prædurus, a, um, Valde durus. {σκληρός, πάνυ σκληρός. Ital. *Molto duro.* Gal. *Fort dur.* Hispan. *Muy duro ò muy cruel.*} Colum. lib. 6. cap. 2, Illa ætas adhuc tenera est, hæc iam prædura. Virgil. 2. Georg. Corporáq; agresti nudat prædura palæstra. Idem 10. Aeneid. Partheniúmque Rapo, & prædurum viribus Orsen.

Præeo, præis, Antè eo. {προάγω, προεδρεύω, προηγοῦμαι. Ital. *Andare innanzi.* Gal. *Aller deuant, monstrer le chemin* Hispa. *Preceder yendo delante, ò andar delante.*} Liu. 2. ab Vrbe, Præierat Aruns Tarquinius filius regis: Rex ipse cum legionibus sequebatur. ¶ Præire verba, est certam verborum formulam alicui dictare, quam ille totidem referat verbis. Solebant enim veteres ad execrationes, vel deuotiones hostilis exercitus, & ad fœdera percutienda, similésque publicos ritus peragendos certam verborum formulam habere conceptam, quod carmen vocabant, à qua ac minima quidem syllaba recedere licebat. Itaque ne Imperatores qui se, hostilémque exercitum erant execraturi, aut ij per quos fœdera sanciebantur, in proferendis formulis laberentur, adhibebatur Pontifex aut sacerdos qui verba præiret, hoc est conceptam verborum formulam dictaret, quam alter totidem verbis repeteret. Sic præire verba iurisiurandi, dicitur qui iuriurandi verba concipit, & iuraturo dictat. Budæus. Præire, est verba præfari: & Subsequi, est dictata verba pronuntiare. Liu. 8. ab Vrbe, agedum Pontifex publicus populi Romani præi verba, quibus me pro legionibus deuoueam. Gellius lib. 14. cap. 2, Si de omni officio iudicis præire tibi me vis. Id est pronuntiare quod sequaris. Præire verba de scripto, quid sit, declarat Budæus his verbis, Præite hodie verba damnationis actuarij, aut eorum vicarij carnificij solent, quum damnati sacinorosis ad supplicia trahuntur, sed de scripto id faciunt.

Præiens, præeuntis, participium {προηγούμενος, προών. Ital. *Che va auanti.* Gal. *Qui va deuant.* Hisp. *Que anda delante.*} Ouid. 8. Metamorph. -& diis præeuntibus, ambo Membra leuant baculis, Idem ad Liuiam, Lucifer in toto nulli comparuit orbe, Et vênit stella non præeunte dies. Inde Præitor. ὁδηγός.

Præfacilis, le, valde facilis. {πάνυ ῥᾴδιος, εὐφόρτα ἔσχατος. Ital. *Molto facile.* Gal. *Fort facile.* Hispa. *Muy facil, muy dispuesto à ser hecho.*} Plaut. Epid. -te profectò Apoccides nihil moror mihi. v. de præficili exoras Epidice.

Præfari, Antè fari, proloqui. {προφημίζω, προλέγω. Ital. *Parlare innanzi.* Gal. *Auant parler.* Hisp. *Hablar antes.*} Colum. in Præfat. lib. 1, Quas ordine suo tunc demum persequar, quum præfatus fuero quæ reor ad vniuersam disciplinam maximè pertinere. Cicero de Vniuers. Sed hæc satis suot dicta nobis, quę de deorum qui cernuntur, quique sunt orti, natura præfati sumus. ¶ Præfati diuos. Virgil. 11. Aen. Præfatus diuos, solio Rex insit ab alto. Vbi Seruius, Præfatus diuos, more antiquo: nam maiores nullam orationem, nisi inuocatis numinibus, inchoabant. Catul. Argon. Talia præfantes quondam fœlicia Pelei Carmina, diuino cecinerunt pectore Parcæ. ¶ Præfari honorem dicimur, quum rem non satis honestam dicturi, aliquot verbis præmissis mollimus, quod alioqui pudicis auribus indignum esset. Clausulæ autem quibus honorem præfari solemus, hæ ferè sunt, Si licet dicere, Si commemorare fas est. Quod dictu quoque fœdum est, Honor sit auribus, & similes. Cic. Papyrio Præto, li. 9, Nos autem ridiculè, si dicimus. Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est.

Præfatio, nis, A præfando deducitur, & significat id quod præloquimur antequàm ad rẽ ventamus. {προλογία, προοίμιον. Ital. *Prefatione, proemio.* Gal. *Preface, prologue.* Hisp. *Aquella habla que se habla antes, prologo.*} Plin. lib. 25. cap. 2, Inchoata etiam præfatione religiosa. Martl. lib. 3. Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces. Cic. 5. Verr. Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit? Huius diminutiuum est Præfatiuncula.

Præfectus, Vide PRAEFICIO.

Præfero, præfers, Antè fero. Plin. Epist. 112, Luménque quod sibi maiores sui prætulissent, posteris præferret. Cice. 6. Verr. Sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat. ¶ Aliquando significat præpono. {προτίθημι, προτιμάω. Ital. *Preferire, preponere.* Gal. *Estimer plus, preferer.* Hisp. *Ante poner, preferir.*} Plin. Iunior in Epist. Quòd hominem rudem, atque ignarum sibi præferret. Cic. pro lege Man. Salutem Reipublicæ suis commodis præferre. ¶ Item dicto, facto, aut gestu, animi affectum ostendo. Liuius, Vultus tuos nescio quod ingens malum præfert. Curtius, Vultu & oculis motum præferens animi.

Præfericulum, à præfero. vas æneum sine ansa, patens, veluti peluis, quod præferte in sacrificiis solebant. Festus.

Præferox, {πάνυ χαλεπὸς, ὁ ἄγριος & ἀπηνὴς σφόδρα. Ital. *Molto feroce.* Gal. *Fort fier, fort rigoreux & aigre, fort cruel.* Hisp. *Muy cruel y duro.*} Liu. 5. ab Vrbe, Mitis legationi præferoces legatos, Gallisque magis, quàm Romanis similes habuisset.

Præferratus, a, um, Quod in cacumine habet ferrum. {σιδηρόεις & κατ' ἄκρον. Ital. *Ferrato in cima.* Gal. *Ferré par le bout.* Hisp. *Cosa herrada en la cima.*} vt, Hasta præferrata, quæ cuspidem habet ferream. Pilum præferratum, quod ferrum habet in summitate, quo Hetrusci olim vrebantur ad pinsenda grana. Diuersúmque est à pilo ruido, quod sine ferro est, ad vsum molarum quas aqua versat. vtile. Plin. lib. 18. cap. 10, Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, &c.

Præferuidus, Valde feruidus. {λίαν ῥᾳθυμοθερμίζων. Ital. *Molto ardente.* Gal. *Fort ardant & bruslant.* Hisp. *Muy hirviente.*} vt, Ira præferuida. Liu. 9. ab Vrb. Quid si vini amor in dies fieret actior: quid si trux & præferuida ira? Colum. lib. 3. cap. 1, de vite. Hanc nos cæteris stirpibus iurè præponimus, non tantùm fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi (nisi tamen glaciali, vel præferuida) cunctæ mortalium respondet: támque fœlix campis, quàm collibus prouenit: & in densa non minus, quàm resoluta, sæpe etiam gracili atque pingui terra, siccáque & vliginosa.

Præfestino, as. Ante tempus festino. {προσπάω, σπεύδω λίαν πρὸ καιροῦ. Ital. *Affrettarsi auanti tempo.* Gal. *Se hastar auant qu'il en soit temps.* Hisp. *Acelerar, apressurarse ante la tiempo.*} Plaut. Rud. -race Sceparnio. s c e p. Quid opus est adolescens? F. Isti infortunium, Qui præfestinet, vbi herus adiit, præloqui. Liu. 3. bel. Pun. Concedendo plebi Senatum, se ne deficere præfestinarent, effecisse. Colum. lib. 11. cap. 2, Satis erit per dimidios menses exequi quodque negotium: quia neque præfestinatum opus nimium immaturè videri possit ante quindecim dies factum: nec rursus post totidem, nimium tardé.

Præfestinè, aduerbium. {πάνυ ταχέως & σφόδρα. Ital. *Molto frettolosamente.* Gal. *Fort hastiuement.* Hisp. *Muy apressuradamente.*} Celeriter. Plaut. in Rud. Vt sine labore extraxi hanc præfestinè satis?

Præfestinatim, idem. Sisenna Historiarum lib. 4, Iudices quos vellent, instituerent præfestinatim, & cupidé.

Præfica, æ. pen. corr. Mulier in funere conducta ad lamentabilem cantum, quæ dat cæteris modum plangendi, & fortia defuncti facta laudat: ita dicta quasi in hoc ipsum præfecta. {ἡ θρηνῳδός. Ital. *Donna condotta à prezzo per piagnere & laudare i morti.* Gal. *Femme louée pour pleurer vn trespassé.* Hisp. *La endechadora de los muertos.*} Næuius, Hæc quidem me hercle præfica si mortuum laudat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præficio, cis, pen. corr. Ex pre, & facio. significat præpono. {ἐφίστημι, προΐστημαι, ἐπιτρέπω. Ital. *Preporre, dare carico.* Gal. *Commettre aucun sur quelque affaire, luy en bailler la charge & superintendance.* Hispan. *Anteponer en algun officio.*} Terent. Eunuch. Chæream ei rei præfecimus. Liu. 4. ab Vrbe, Quos & pro centurionibus sibi præfecerant, Tẽpanio autore, equites. Ouid. 1. de Arte, Me Venus artificem tenero præfecit Amori. Cice. 4. Ver. An aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præesset.

Præfectus, ti, substantiuum, Qui rei alicui præficitur. {ἔπαρχος. Ital. *Prefetto, capitano, proposto à qualche officio.* Gal. *Preuost, commis sur quelque affaire.* Hisp. *Antepuesto en algun officio, prefecto.*} vt, Præfectus moribus dicitur qui ad componendos mores est constitutus. Cicero Papyrio, lib. 9. Quandiu hic erit noster hic præfectus moribus, parebo autoritati tuę. Idem pro Cluent. Tu es præfectus moribus. ¶ Præfectus vigilum, cui disponendorum per vrbis regiones vigilum cura incumbit. Præfectus vrbi. Gell. lib. 13. cap. 16, Qui præfectus vrbi, & bis Consul fuit. Præfecti regij, Liu. 6. bell. Maced. Præfectus annonæ, Liu. 4. ab Vrbe, Dux præfectúsque classis, Cic. 7. Ver. Præfectus libidinum, Cicero post reditum in Senatu. ¶ Præfecti prouinciarum, sunt quos *Baillinos & Senescallos* Galli dicũt, inquit Budæus. ¶ Præfectus Prætorio ἔπαρχος βασιλέως ἐπάρχου. Talis apud Cæsares erat, qualis olim apud Reges Tribunus celerum, & apud Dictatores Magister equitum. Gerebat enim secundas partes post Cæsarem, præterátque disciplinæ publicæ emendandæ. Cassiodor. Epist. lib. 6, Potestati Præfecti Prætorio nulla dignitas est æqualis. Vice sacra iudicat. Nullus ei miles fori autoritate præscribit, excepto Officiali Magistri militum. Curiales etiam verberat. In officio suo ius retinet singulare: & talibus, tantísque nosciturus iubere, quos prouinciarum non auderent Iudices in qualibet parte contemnere.

Præfectura, æ, dicitur officium, vel dignitas Præfecti. {ἐπαρχία. Ital. *Prefettura, capitanato.* Gal. *Petite iurisdiction, preuosté.* Hisp. *Dignidad delos proposstos à algun officio, prefectura.*} Cic. de Nat. deorum, Quum è præfectura Reatina Romam venienti noctu duo iuuenes cum equis albis dixissent, regem Persen illo die captum, Senatui renuntiauit. Idem ad Attic. lib. 5, Præfecturam petiit: negaui me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi ostenderam. ¶ Dicuntur etiam Præfecturæ, tractus quidam regionum, singulis patentes Præfectis, quos Græci νόμους vocant. Festus, Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, quarúmque quædam erat Respublica, neque tamen magistratus suos habebant: sed quotannis ad eas Præfecti mittebantur qui eis ius dicerent.

Præfectorius, a, dictiuum. Id est præfectura perfunctus. πρεσβευκὼς, πρεσβεύσας, sicut Prætorius, qui præturam gessit. Vlpianus de Senatoribus l. j. Sed vir Præfectorius an fœminæ Consulari præferatur, videndum est.

Præfido, is, ere, Valde fidere. {ὑπερπείθω. Ital. *Fidarsi molto.* Gal. *Se fier fort à soy.* Hisp. *Confiarse mucho.*} Cic. 1. de Offic. Sic homines secundis rebus effrænatos, sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere. ὑπερπεποιθότας, πάνυ ἐλπίζοντας.

Præfigo, figis, pen. prod. Antè figo. {προπήγνυμι. Ital. *Ficcare innanti.* Gal. *Ficher au deuant.* Hisp. *Hincar delante.*} Plin. lib. 33. cap. 4, Lineas itineri præfiguot. Liu. 6. belli Pun. Eis parmæ breuiores quàm equestres, & septena iacula quaternos longa pedes data, præfixo ferro, quale hastis velitaribus inest. ¶ Nonnunquam accipitur pro præcludo. Virgil. 3. Georg. -multi iam exercetos prohibent à matribus hœdos: Primáque ferratis præfigunt ora capistris. Quo tamen in loco non absurdè possemus intelligere, præfigunt ora capistris, à Poëta dictum esse κατ' ἀναλογίαν, pro eo quod est, præfigunt oribus (vt ita dicam) capistros.

Præfiguro, as, pen. prod. Præmonstro, repræsento. {ὑποτυπόω. Ital. *Ripresentare.* Gal. *Representer.* Hisp. *Representar.*} Lactantius lib. 6, Inflammauit libidinem, quæ aspectu maximè incitatur, ac se quisque in illis imaginibus præfigurat.

Præfinio, finis, pen. prod. Præscribo, determino, vel limites præfigo. {προορίζω. Ital. *Prefinire, determinare.* Gal. *Prefinir, limiter deuant.* Hisp. *Determinar de antes.*} Cic. Matio, Sed eo vidisti multũ quòd præfinisti ne pluris emerem. Idem pro Roscio Amer. Quæ dies in lege præfinita est.

Præfinitò, aduerbium. {προωρισμένως, διοριστικῶς. Ital. *A misura.* Gal. *Par limitation.* Hisp. *Con medida.*} Terent. in Hecy. Nam illi haud licebat, nisi præfinitò loqui, hoc est quæ illi placebant, vel quæ ille præfinisset, hoc est permisisset, vel præscripsisset.

Præfloreo, es, Antè floreo. {προανθέω. Ital. *Fiorire prima che gli altri.* Gal. *Fleurir auant que les autres.* Hisp. *Florescer primero.*} Plin. lib. 16. ca. 29, Ideóq; & præfloreut talia, & prægerminant.

Præfloro, as, Id est prælibo, inquit Budæus. {προανθολογέω. Ital. *Portar via il primo fiore.* Gal. *Emporter la premiere fleur, deffleurer au paranant.* Hisp. *Quitar la primera flor, desflorar.*} Gellius, Et futuri gaudij fructum spes tibi iam præflorauerit.

Præfluo, is, Antè fluo, vel præterfluo. {προρρέω. Italicè, *Correre auanti qualche luogo.* Gal. *Couler par deuant.* Hispan. *Correr lo liquido primero ò antes.*} Plin. lib. 4. cap. 5, Præfluente Alpheo amne. Idem lib. 5. cap. 26, Et parte læua in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, circáque eam præfluenti infusus Tigri.

Præfluus, & Præfluum, Pro fluore alicuius rei antè vel præterlabentis. ἀπόῤῥοος.

Præfoco, cas, pen. prod. Spiritum obstructis faucibus intercludo. {ἄγχω, πνιγμονὴν ποιῶ. Ital. *Affocare, strangolare alcuno.* Gal. *Estrangler, estouffer.* Hisp. *Ahogar de antes.*} Ouid. in Ibin, Præfocent animæ Gnosia mella via.

Præfocationes vuluæ, Vteri affectus dicuntur, sensum, pulsúmque per interualla intercipientes, ita vt iis laborãtes immobiles iaceant, & mortuis simillimæ videantur, nisi quòd circa mediam corporis partem caloris nonnihil retineant. πνιγμονή. Quæ hoc mali genus patiuntur, vtero præfocatæ à Latinis: à Græcis ὑστερικαὶ dicuntur, ἀπὸ τῆς ὑστέρας, quo nomine vuluam, siue vterum significant.

Præfodio, præfodis, pen. corr. Antè fodio. {προορύσσω. Ital. *Cauare la terra.* Gal. *Fouir & creuser la terre par deuant.* Hisp. *Cauar la tierra de antes.*} Virg. 11. Aeneid. Præfodiunt alij portas, aut saxa fudésq; Subiiciunt. Vbi Seruius, Præfodiuot, id est ante portas fossas faciunt. Ouid. 13. Meta. -fictúmque probauit Crimen, & ostendit quod iam præfoderat, aurum, hoc est quod antea defoderat.

Præfœcundus, a, um. Valde fœcundus. {πολυφόρος, ὑπερφόρος. Ital. *Molto fecondo.* Gal. *Fort fertile.* Hisp. *Muy fertil.*} Plin. lib. 16. cap. 17, Omnia autem celerius senescunt præfœcunda.

Præformido, as, pen. prod. Valde formido. {προφοβοῦμαι, προφοβοῦμαι. Ital. *Hauer gran paura, temere auanti al colpo.* Gal. *Craindre auant le coup.* Hisp. *Mucho temer, ò temer ante del golpe.*} Quintil. lib. 4. cap. 5, Quem iudex si prouidet, non aliter præformidat quàm si ferrum medici æger antequam curetur, aspexit.

Præformo, as, pen. prod. Antè, vel prius formo. {προτυπόω. Ital. *Informare, dar fazzone per auanti.* Gal. *Former & figonner paranant.* Hisp. *Dar forma adelante, informar.*} Quintil. lib. 2. cap. 7, Nanque incipientibus danda erit velut præformata materia secundum cuiusque vires. Idem lib. 5. cap. 14, Nam quid miserius lege velut præformatas literas infantibus prosequentibus? Silius lib. 7, Atque his præformat dictis, fingítque monendo.

Præfrigidus, Valde frigidus. {περίψυχος. Ital. *Molto freddo.* Gal. *Fort froid.* Hispan. *Muy enfriado.*} Plin. lib. 17. Septentrionalique, & præfrigidus Auster.

Præfringo, is, Idem quod frango, aut partem anteriorem frango. {προκατάῤῥηγνυμι. Ital. *Rompere, frangere auanti.* Gal. *Rompre auant ou rompre fort.* Hisp. *Quebrar antes.*} Plaut. Milit. -elephanto in India Quo pactopugno præfregisti brachium. Liu. 8 ab Vrbe, Et hastas aut præfregissent, aut hebetassent.

Præfractus, a, um, Idem quod fractus: siue antè, vel prius fractus. {προκατάῤῥηγμένος, προκατεαγώς. Ital. *Rotto prima.* Gal. *Fort rompu, ou rompu par auant.* Hispan. *Quebrado antes.*} Ouid. 12. Metam. -solidóque reuellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat, Quod quia non potuit præfractam misit in hostem. Colum. lib. 2, Et præfractas stirpes, summásq; radices quibus ager arbusto consitus implicatur omnis, refodiat, ac persequatur. Cels. lib. 5, Surculus corpori infixus si præfractus est, vel altius descendit quàm vt manu aut ferro eiici possit, medicamẽto euocandus est. ¶ Præfractus, durus, & inflexibilis. {αὐχμώδης, ἀντίτυπος. Ital. *Duro, ostinato.* Gal. *Rigoreux, obstiné.* Hisp. *Duro y ostinado.*} Valer. Maxi. lib. 6, Sed aliquanto Charondæ Tyrij præfractior & abscissior iustitia ad vim & cruorem vsque. Cic. in Orat. Thucydides autem præfractior, nec satis, vt ita dicam, rotundus.

Præfractè, aduerbium idem significans quod obstinatè. {ἐμφατικῶς. Ital. *Ostinatamente.* Gal. *Obstinément.* Hispo. *Ostinadamente.*} Cice. lib. 3. Offic. Ego etiam cum Catone meo dissensi: nimis præfractè videbatur æquitatem, vectigaliáque defendere.

Præfulcio, is, præmunio, fortifico, sustento. {προστηρίζω, προπαρασκευάζω. Ital. *Sostentare, fortificare.* Gal. *Soustenir, appuyer, premunir.* Hisp. *Sustentar, fortalescer.*} Plaut. Pseud. -vel ego omnibus Paruis, magnísque miseris præfulcior. Cic. ad Attic. lib. 5, Per fortunas, quoniam Romæ manes, primùm illud præfulci atque præmuni quæso, vt simus annui, ne intercaletur quidem.

Præfulgeo, es, Præter modum fulgeo. {προλάμπω, ὑπερλάμπω. Ital. *Lampeggiare chiaramente.* Gal. *Ietter lumiere deuant soy fort, fort resplandir.* Hisp. *Mucho resplandescer.*} Lib. 3. ad Herennium, Tum nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos habere oportet, ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant. Virgil. 8. Aeneid. Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis Pellis obit totum præfulgens unguibus aureis. ¶ Interdum antè fulgeo, præluceo. προφαίνω.

Præfulguro, as, {προαστράπτω. Ital. *Far lucere.* Gal. *Faire luire.* Hisp. *Hazer luzir.*} Vale. Flac. Argon. 2, -strictóque vias præfulgurat ense. Hoc est vibrando ensem vias coruscare facit.

Præfurnium, nij, Os patens furni, quo ligna in fornacem induntur, & deinde obstruitur, ait Budæus. {προστόμιον. Ital. *Bocca del forno.* Gal. *La geule ou entree d'vn four ou d'vne fornaise.* Hispa. *La boca del horno.*} Cato cap. 38, Ventus ad præfurnium caueto ne accedat.

Prægelidus, a, um, Multùm, aut nimis frigidus. {ὑπερκρυερός. Ital. *Molto gelido.* Gal. *Fort froid.* Hispa. *Muy frio.*} Colum. lib. 2, Ea locis prægelidis ac niuosis, vbi æstas humida, & sine vaporibus, rectè committitur. Silius lib. 4, Quósque in prægelidis duratos Hercia riuis Mittebant saxa.

Prægermino, as, Antè germino. {προβλαστάνω. Ital. *Germinare auanti gli altri.* Gal. *Germer le premier.* Hisp. *Brotar antes.*} Plin. lib. 16. cap. 29, Ideoque & præflorent talia, & prægerminant.

Prægestio, is, Valde gestio. {ὑπερπροθυμέομαι. Ital. *Desiderar molto, saltare de qualche cosa.* Gal. *Sauter de ioye, fretiller.* Hisp. *Apressurarse con gestos.*} Cicero pro M. Cælio, Prægestit animus iam videre primùm lautos iuuenes, muliebris beatæ ac nobilis familiares. Id est valde cupit Catul. Argon. Qui, dum aliquid cupiens animus prægestit apisci, Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt. Horat. 2. Carm. Ode 5, -nunc in vdo Ludere cum vitulis falicto Prægestientis.

Prægigno, prægignis, Antè gigno. {προγεννάω. Ital. *Generare innanti.* Gal. *Engendrer au paranãt ou le premier.* Hisp. *Engendrar delante.*} Plautus in Pseud. Quia nolebam ex me morem prægigni malum, id est nolebam esse primus autor mali moris.

Prægnans, tis, Propriè dicitur quæ grauida est, quæque iam occupata est in generando quod conceperit. {ἔγκυος, ἐγκύμων. Ital. *Pregna, grauida.* Gal. *Preingz, grosse d'enfant, enceincte.* Hisp. *Cosa prenada.*} Plaut. in True. Quæ nunquam fuit prægnans, qui patere potuit? Cic. 1. de Diu. Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse satyriscum. Vxor prægnans, Cice. pro Cluent. ¶ Dicitur etiam de brutis. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 4, de suibus loquens, Quatuor enim menses est prægnans. Canis prægnans. Horat. 3. Carm. Ode 27. ¶ Item de arboribus. Plin. lib. 12. cap. 14, de thuris virga loquens, Priot, atque naturalis vindemia circa Canis ortum, flagrantissimo æstu, incidentibus quà maximè videatur esse prægnans. Prægnans autem arbor, vel etiam fœta tunc dicitur quum humorem, & succum sibi familiarem exurit, necdum in folia aut flores propagauit.

Prægnatio, prægnationis, {ἐγκύησις, τὸ κύημα. Ital. *Grauidezza di donna.* Gal. *Grosseſſe, portee d'enfant.* Hisp. *Aquella preñez.*} Varr. de Re rust. Hinc enim primi prægnationis, & extremi fines.

Prægrandis, prægrande, Valde grandis. {παχυμεγέθης, ὑπερμεγέθης. Ital. *Molto*

Molto grande. Gal. *Fort grand.* Hisp. *Muy grande.* } Cic. 6. Verr. Erat vas vinarium ex vna gemma prægrandi, trulla excauata, manubrio aureo. Plin. lib. 4. cap. 13, In quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota integant.

Prægrauis, & hoc prægraue, pen. corr. Valde grauis. {ὑπερβαρύς. Ital. *Molto graue.* Gal. *Fort griefe & pesant.* Hisp. *Muy apesgado, y pesado.* } Plin. lib. 8. cap. 21, Caput tantum prægraue ægrè ferens. id est defectum semper in tetram. Plin. lib. 10. cap. 53, Perdix procurrit ad pedes aucupis fœta, prægrauem, aut delumbem sese simulans. Prægraue seruitium, Idem lib. 7. cap. 8.

Prægrauo, as, penult. corr. Supra modum grauo, siue graue admodum facio, & molestus sum. {ὑπερβαρύνω. Ital. *Grauare sopra modo.* Gal. *Fort peser, grener fort.* Hisp. *Mucho apesgar.* } Plin. lib. 17. cap. 22, Ne prægrauet fructus parte aliqua. Liu. 8. bell. Maced. Deinde quum prægrauaret multitudo, cedere censim, nihil confusis turmarum ordinibus cæpit. ¶ Accipitur etiam prægrauo pro præpondero Suet. in Cæs. cap. 76, Prægrauant tamen cætera facta, dictáque eius, vt & abusus dominatione, & iure cæsus existimetur.

Prægredior, eris, Antæ eo. {προέρχομαι. Ital. *Andare innanti.* Gal. *Aller deuant, passer deuant, passer outre.* Hispan. *Andar adelante.* } Liu. 10. ab Vrbe, Qui lictores prægredi viderunt, &c. ¶ Ponitur aliquando pro prætergredior. Plin. lib. 28. cap. 8, Quum fugiunt venantem, declinant ad dextram, vt prægressi hominis vestigium occupent. ¶ Prægredi alios, est antecellere. Sallust. ad Cæs. de Repub. ord. Qui tantùm alios prægressus es, vt prius defessi sint homines laudando facta tua, quàm tu laude digna faciendo.

Prægrediens, tis, participium, Præcedens. {προπορεύων, προηγούμενος. Ital. *Che anda innanzi.* Gal. *Qui va deuant.* Hisp. *Que anda adelante.* } Sueton. in Tib. cap. 7, Drusum in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere prægredientes, Romam vsque peruexit.

Prægressio, onis, verbale. {προοδοποιία, πρόοδος. Ital. *Esso andar innanzi.* Gal. *Auancement en marchant.* Hisp. *Aquella obra de andar adelante.* } Cic. de Fato, Dicent, si omnia fato fierent eiusmodi, vt nihil fieret nisi prægressione causæ, confitendum esse fato fieri omnia.

Prægusto, as, Antè gusto. {προγεύομαι. Ital. *Far la credenza.* Gal. *Gouster deuant, faire l'essay des viandes ou breuuage.* Hispa *Hazer la salua gustando.* } Plin. lib. 21. cap. 3, Gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, &c.

Prægustator. {προγευστής. Ital. *Chi fa la credenza da mãgiare & bere.* Gal. *Eschan son ou eschyer trenchant, qui fait l'essay & gouste le premier.* Hisp. *El que haze la salua gustando.* } Qui cibos principis prægustat, apud Suetonii in Claud. Cæs. cap. 44. Prægustator libidinum, Cic. pro Domo sua.

PRAEGVTII, Italiæ populi, qui Marsis magis Orientales sunt, Ptolemæo autore, lib. 3. cap. 1. Hodie vulgus *Abruzos* appellat.

Præhendo, is, di, sum, & per syncopen Prendo, Idem quod capio. {λαμβάνω, λαμπάνομαι. Ital. *Prendere, pigliare.* Gal. *Prendre, mettre la main sur quelque chose.* Hisp. *Prender ò asir.* } Cic. pro Quintio, Seruulum vnum quem ille præhenderat, abduxit. Ouid. de Medicamine faciei, Arentisque rosæ, quantum manus vna præhendat. Virg. 6. Aeneid. -Italiæ fugientis prendimus oras. Cato de Re rust. cap. 116, Arundinem prende tibi vitilem. Melius fortassis per e monophthongon scriberetur.

Præhensus & prænsus, participia. {λῆψις, κατάληψις. Ital. *Pigliato.* Gal. *Pris.* Hisp. *Tomado.* } Gell. Noct. Attic. lib. 11, Seruos item furti manifesti præhensos verberibus affici. Seneca in Troade, Sic ille dextra prænsus hostili puer ferox.

Præhenso, & Prænso, frequentatiua, Quæ propriè de supplicibus dicuntur, & candidatis, quum magistratum aliquem ambientes, suffragatorum manus præhendunt. {πολὺς λαμβάνω, δεξιώσις. Ital. *Pegliar souente.* Gal. *Prendre souuent.* Hisp. *Tomar à menudo.* } Liu. lib. 3. ab Vrbe, Tum demum coactus, cum multa indignitate præhensabat singulos. Idem lib. 1, His muliebribus instinctus furiis Tarquinius circumire, & prænsare minorum maximè gentium patres, admonere paterni beneficij. Cic. Attic. lib. 11, Prænsat vnus P. Galba sine fuco, ac fallaciis, more maiorum. Virg. 2. Aeneid. -prænsant fastigia dextris. ¶ Prænsare consilium, idem quod capere consilium. Liu. 2. belli Pun. Ad consilium prænsandum tempus opus esse.

Prænsatio, siue Præhensatio, verbale. λῆψις, κατάληψις, δεξίωσις. Cic. Attico, lib. 1, Fuit illius hæc præpropera prænsatio.

Præiacco, præiaces, penult. corr. Antè iaceo. {προκεῖμαι. Ital. *Giacer innanti.* Gal. *Estre couché ou gesir deuant.* Hispa. *Jazer adelante.* } Plin. lib. 3. cap. 4, Oppida de cætero tuta, præiacentibus stagnis. Tacitus lib. 12, Campo qui castris præiacet.

Præiacio, is, Antè iacio, oppono. {προβάλλω. Ital. *Gettare innanti, opporre.* Gal. *Ietter deuant, opposer.* Hisp. *Echar de antes.* } Colum. lib. 9, Mox præiaciuntur in gyrum moles, ita vt complectantur sinu suo, & tamen excedant stagni modum.

Præiudico, Ante tempus iudico, inquit Budæus. {προκρίνω, προκατακρίνω. Ital. *Pregiudicare.* Gal. *Preiudicier, auant juger.* Hispa. *juzgar de antes.* } vnde causa præiudicata, dicitur quæ præsumpta opinione damnata est, antequam causa agatur. προκατάκριτος, προδίκη. Brutus ad Ciceronem, Quod enim nondum Senatus censuit, nec populus Romanus iussit, id arroganter non præiudico. ¶ Interdum est præiudicium facere. Cic. 3. de Legibus, Edant, & exponant quid in magistratu gesserint, déque iis censores præiudicent.

Præiudicatus, a, um, participium: vt Euentus belli præiudicatus, apud Liuium lib. 2. Decad. 5. Cic. pro Cluent. Cognoscite iam, ita reum citatum esse illum, vt re semel atque iterum præiudicata condemnatus in iudicium venerit.

Præiudicatio, onis, verbale. {κατάκρισις, προκατάκρισις. Ital. *Pregiuditio.* Gal. *Auantiugement.* Hisp. *Obra de juzgar de antes.* } Quintil. lib. 4. cap. 2. Aut si iam præiudicatione Senatus damnatus esset Milo.

Præiudicium, cij, vt inquit Asconius, Dicitur res quæ quum statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod sequantur in eadem causa, vel pariter causis. {προκατάκρισις. Ital. *Pregiudicio.* Gal. *Preiudice.* Hisp. *La sentencia primero dada.* } Iudicium autem, res quæ causam, litémque determinat. Cic. pro Cluentio, Quum iis duobus præiudiciis iam damnatus esset. Idem 1. Verr. De quo non præiudicium, sed planè iudicium iam factum putatur. Liuius, Præiudicium iam de reis & à Senatu, & à populo Romano, & ab ipsorum collegis factum esse. Quintilianus, Præiudicia sunt à rebus iudicatis quæ pares fuerunt, aut ex iudiciis ad ipsam causam pertinentibus, aut ab eiusdem causæ pronuntiatione. Præiudicium ergo quod in eadem causa, vel simili prius est latum. Vlpianus, Interdum euenit vt præiudicium iudicio publicè fiat. Laurentius Valla, Præiudicium, quasi sententia quædam ante iudicium: sicut si essent duo de officio aliquo contendentes, quum lis in longum processit, magistratus iubet interea dum sententiam ferat, alterum officio fungi, quasi indicans iam nunc se pro ea parte sentire, penes quem vult esse rem de qua litigatur. Et hoc præiudicium dicitur quod possidentem adiuuat, & obest excluso.

Præsuro, as, Antè alios iuro. {προόμνυμι. Ital. *Giurare auanti.* Gal. *Iurer le premier.* Hisp. *jurar de ante.* } A quo Præiurator, Præiuratrix, & Præiuratio, quam ij facere dicuntur qui ante alios conceptis verbis iurant, hoc est qui aliis iuramenti formulam præeunt.

Præiuuo, as, penult. corr. Ante iuuo. {προσφελῶ, προσωφελῶ. Ital. *Aiutare auanti.* Gal. *Aider deuant.* Hispan. *Ayudar de antes.* } Tacit. lib. 12, Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse, domo, agrisque pignori acceptis.

Prælabor, pen. prod. Prælaberis, Antè labor, præterfluo. {παραρρέω. Ital. *Cadere lentamente, sdrucciare.* Gal. *Choair & tomber peu à peu, glisser ou couler deuant.* Hispan. *Correr, deslizarse.* } Colum. lib. 11. cap. 1, Prælabentis verò temporis fuga, quàm sit irreparabilis, quis dubitet? Cic. 2. de Nat. deorum, Pisces quorum alter paulo prælabitur antè. Lucan. lib. 6, Quoque modo Romæ prælapsus mœnia Tybris.

Prælambo, Antè lambo, prægusto. {προλείχω, προλιχμάομαι, προγεύομαι. Ital. *Lingere auanti.* Gal. *Lecher deuant.* Hispa. *Lamer ò lamber adelante.* } Horat. 2. Serm. Satyr. 6, Continuátq; dapes, nec non vernaliter ipsis Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.

Prælego, gis, pen. corr. Antè lego, vt solent præceptores suis discipulis. {προαναγινώσκω, προδιδάσκω. Ital. *Leggere innanzi ad alcuno.* Gal. *Lire deuant ou à quelqu'vn, prelire.* Hisp. *Leer adelante.* } Quintil. lib. 1. cap. 14, Sed pueris quæ maximè ingenium alant, prælegenda, atque animum augeant. ¶ Prælego, prætereo, præterueho. παραβαίνω, παραπλέω. Tacit. lib. 5, Campaniam prælegebat, ambiguus an vrbem intraret.

Prælectio. {προανάγνωσις, ἐξήγησις. Ital. *Lettione, esposizione.* Gal. *Lecture, exposition.* Hispa. *Leccion.* } Quintil. lib. 1. cap. 2, Attamen emendationi, prælectionique numerus obstat.

Prælector, oris, verbale. {προαναγνώστης, ἐξηγητής. Ital. *Lettore.* Gal. *Lecteur.* Hisp. *Lector.* } Gell. lib. 18. cap. 5, Si magistrum, prælectorémque habuisset alicuius æris.

Præliaris, & hoc præliare, Vide PRAELIVM.

Prælibo, as, pen. prod. Antè libo, & degusto. {προλοιβάω, προγεύομαι. Ital. *Gustare innanzi.* Gal. *Gouster au paranant.* Hisp. *Gustar antes.* } Stat. 3. Syl. Charo puer, superis qui prælibare verendum Nectar, &c. Vultum, & pectora alicuius prælibare viso. Stat. 2. Achil.

Prælicenter, Nimis licenter. {ὑπερβαλλόντως. Ital. *Molto licentiosamente, con gran libertà.* Gal. *Fort licentieusement, en vsant de grand' liberté & licence.* Hispa. *Con mucha licencia y soltura.* } Gellius, Quàm verba finxit prælicenter.

Præliganeum vinum, Apud Catonem à prælegendo dicitur: éstq; illud quod vel præmaturum est, vel præ omnibus legitur, quod & pretium Virgilio dicitur. {πρωτότευτον. Ital. *Il primo raccolto.* Gal. *Premier recueilli.* Hispan. *Primero cogido.* } Cato de Re rustica, cap. 23, Vuas miscellas ad vinum præliganeum quod operarij bibant, vbi tempus erit legito, &c.

Præligo, gas, pen. corr. Ab anteriori parte ligo. {προσδέω, προδέσμεύω. Ital. *Legare prima.* Gal. *Lier par deuant, bander.* Hispan. *Atar de antes.* } Liuius 2. bel. Pun. Falcésque virgarum, atque arida sarmenta præligantur cornibus boum. Cicero 2. de Inuen. Os autem obuolutum est folliculo, & præligatum.

Prælium, lij, Conflictus, dimicatio, certamen, pugna. {μάχη, ἀλλομαχία, συμπλοκή. Ital. *Guerra, giornata, conflitto.* Gal. *Guerre auuerte, bataille, combat.* Hisp. *Pelea, ò batalla.* } à premendo (vt quidam putant) dictum, quòd in dimicando hostes se inuicem premant: quanquam non desunt qui à præio deduci malint, eo quòd in dimicationibus è corporibus sanguis profluat non secus atque mustum è prælis. Virgil. 6. Aegloga, Quum canerem Reges, & prælia, Cynthius autem Vellit. Idem 2. Georg. -necdum horrida miscent Prælia, sed dubijs mediis Mars errat in armis. Audere in prælia. Virgil. 2. Aeneid. Quos vbi confectos audere in prælia vidi. Cicero, Prœliorum exitus sunt incerti. Idem 2. de Orat. Quum Tarento amisso, arcem tamen Liuius retinuisset, multáque ex ea prælia præclara fecisset, &c. Idem 2. de Nat. deorum, Quum A. Posthumius cum Octauio Mamilio prælio dimicaret. ¶ Virgil. 3. Georg. prælij appellationem honesta metaphora ad coitum transtulit, Frigidus (inquit) in Venerem senior, frustráque laborem Ingratum trahit: & siquando ad prælia ventum est, Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis Incassum furit.

Prælior, aris, Dimico. {μάχομαι. Ital. *Combattere.* Gal. *Batailler, combattre.* Hisp. *Pelear.* } Cæsar lib. 5. belli Gal. Equestribus prœliis sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus prœliantur, equósque eodem manere vestigio assueuerunt. Idem 2. belli Gall. Ex loco superiore in ipsis fluminis ripis prœliabantur. ¶ Prœliari, per translationem pro contendere verbis. Cicero ad Attic. lib. 2, Ego enim quandiu Senatus autoritas mihi defendenda fuit, sic acriter, & vehementer prœliatus sum, vt clamor concursúsque maxima cum mea laude fierent.

Prælians, tis, participium. Cic. 8. de Diuinat. Eudemus prœlians ad Syracusas occidit.

Prœliatis, Prœliare, Quod ad prœlium pertinet. {μαχικός, ἀλλομαχικός. Ital. *cosa da guerra.* Gal. *De combat, de bataille.* Hispan. *Cosa pertenesciente a pelea.* } Vnde Prœliares pugnæ. Plautus, Curcul. -meæque pugnæ prœliares obtritæ iacent. ¶ Prœliares dies, quibus fas est hostem bello lacessere, vel ablata repetere. Solebant enim Romani quoties ipsi bellum inferrent, certum dierum ad conferendum prœlium delectum habere. Alioqui quum exciperent, nullus obstabat dies, quominus vel salutem suam, vel publicam defenderent dignitatem.

Prælongus, a, um. Valde longus. {μακρότατος. Ital. *Molto longo.* Gal. *Fort long.* Hisp. *Muy luengo.*} Liu. 2. bel. Pun. Dispares ac dissimiles gladij, Gallis prælongi, ac sine mucronibus. Quintil. lib. 6. cap. 4, Quale refert Cicero de homine prælongo.

Prælongo, as, are, Prælongum facio. {μακρύνω, ἐπιμηκύνω τινά. Ital. *Allungare far molto longo.* Gal. *Allonger, faire fort long.* Hispan. *Hazer muy luengo.*} Plin. lib. 11. cap. 2, Qua subtilitate pedum cura prælongauit.

Præloquor, peo. corr. Anté vel prior loquor, præfatione vtor. {προλαλῶ, προλέγω. Ital. *Parlar prima.* Gal. *Parler deuant ou premier qu'vn autre.* Hisp. *Hablar antes ò primero.*} Plin. Epist. 174, Forté accidit vt eo die mane in aduocationem subitam rogarer: quod mihi causam præloquendi dedit. Gælius Cicerони, lib. 8, Vix hoc erat prælocutus, quum ego Appium Censorem eadem lege postulaui.

Prælucco, præluces pen. prod. Anté luceo. {προφαύσκω. Ital. *Lucere innanzi.* Gal. *Luire ou donner clarte deuant, eclairer à quelqu'vn.* Hispan. *Luzir antes.*} Martial. lib. 12, Præluxere faces, velarunt flammea vultus. Plin. lib. 32. cap. 10, Palmone marino si confricetur lignum, ardere videtur adeò vt baculum ita præluceat. ¶ Prælucere alicui, est præferre facem. *Διαφωτίζειν.* Sueton. in August. cap. 29, Quum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruúmque prælucentem examinasset. Plinius de vitiis Illust. Duilio concessum est, vt prælucente fonali, & præeunente tibicine, à cœna publicè rediret. ¶ Per metaphoram Prælucere est luce hoc est claritate & nobilitate superare. Cic. in Sall. Ego maioribus meis virtute mea præluxi, vt si prius noti non fuerunt, à me accipiant initium memoriæ suæ. Horat. 1. Epist. 1, Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis, hoc est præpollet, siue amœnior est.

Prælucidus, a, um, Valde lucidus. {πολυφεγής, περιφανής. Ital. *Molto lucido.* Gal. *Fort luisant.* Hisp. *Muy luzio.*} Plin. lib. 37. ca. 6, Arabiæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili.

Præludo, is, pen. prod. Antè ludo, præeuno: leue quiddam, sed maioris rei initium præmitto. {προπαίζω, ἀναπαίομαι, ἀνακρούομαι. Ital. *Fare vna leuata come di scrima.* Gal. *S'essayer auant que combattre, faire vne leuée de bouclier.* Hispan. *Hazer leuada enel juego.*} Virgil. lib. 3. Georg. –& sparsa ad pugnam præludit arena. Senec. Epist. 103, Illi melioti vitæ longioriq; præluditur.

Præludium, dij, properiè est præcentio illa quæ ante cantum legitimum fauoris emerendi gratia à citharœdis solet præmitti: quanquam etiam genetalius accipitur pro quouis initio rei seriæ præmisso. {προαύλιον. Ital. *Assaggiamento, proemio, canto precedente.* Gal. *L'essay à jouer, vn essay de combat.* Hispan. *Aquella leuada enel juego, prologo.*} ¶ Præludium & portentum, metaphoricè in malam partem. Cic. 4. Philip. Quæque esset facturus in hac vrbe, nisi eum hinc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate: quos optimos viros, honestissimósque homines, maximè cum autoritate huius ordinis, populique Romani dignitate coniunctos, crudelissimè interfecit præludium illud & portentum L. Antonius, infigne odium omnium hominum: vel si etiam dij odetint quos oportet, omnium deorum.

Prælusio, onis, Idem quod præludium. ἀναπαισμός. Plin. Epist. 99, Cuius quasi prælusio, atque præcursio, has contentiones excitauit.

Prælum, præli, Propriè est trabs illa in torculari qua vua calcata premitur. {λίσος. Ital. *Torchio, torcolo.* Gal. *Vn pressoir ou presse.* Hisp. *La prensa ò husillo ò la viga del lagar.*} Torcular autem dicitur tota illa structura qua ad liquorem exprimendum vtimur. Lacus autem, vas illud, in quod mustum de torculari influit. Dictum prælum (vt quibusdam placet) à præluendo, eo quòd humore profluente præluatur, id est madefiat. Alij potius à premendo deduci volunt, vnde & sine diphthongo scribere malunt. Quę quidem derivatio verisimilior videretur, nisi reclamaret primæ syllabæ quantitas, quæ in dictione prælum producitur, quum in verbo premo corripiatur. Sed hoc omnino insolitum non est, derivatum à primogenij quantitate discrepare. Virgil. 2. Georg. –tu spisso vimine qualos, Celáque prelorum fumosis deripe tectis. Cato cap. 32, Prælum de sapino atra potissimum facito.

Prælumbo, bas, Lumbos præfringo. λοπορραγῶ. Næuius, Vindemiatoribus (vt citat Nonius) cœpit vnumquemque prælumbare fustibus.

Præluo, is, Anté vel prius abluo. προλούω, προκλύζω. Nonnunquam etiam præterfluo. παραρρέω.

Præclustris, stre, Valde illustris. {ὑπερλαμπρότατος. Ital. *Molto illustre.* Gal. *Fort illustre, de grand renom.* Hispan. *Muy claro y luzio.*} Ouid. 3. Trist. Viue tibi, quantúmque potes, præclustria vita. Sæuum præclustri fulmen ab arce venit.

Præmando, as, Ante siue prius mando. {προεντέλλω. Ital. *Commandar prima.* Gal. *Mander parauant.* Hispa. *Mandar antes.*} Varinius Ciceroni, lib. 5, Dicitur mihi tuus seruus agnoscis fugitiuus Vardaci esse: de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen tenta, matique vt conquireretur, præmandaui.

Præmanibus, In promptu, & ad manum. {ἐπὶ χεῖρας. Ital. *In pronto, alle mani.* Gal. *Promptement, a la main.* Hisp. *En manifiesto.*} Gel. Quod præmanibus eli ponemus. Apulcius. Et si fortè præmanu non fuerit, nemo eum exprimere patietur.

Præmaturus, a, um, Ante tempus maturus, præcox: propriéque de fructibus dicitur qui ante alios maturescunt. {πρόκοιτος. Ital. *Non ancora maturo, à maturo auanti tempo.* Gal. *Auant murmeur, meur auant la saison, non encor venu au temps d'estre meur.* Hisp. *Cosa no madura, ò madura ante tiempo.*} Colum. lib. 12. cap. 3, Sed qui præmaturum fructum cucumeris habere volet, &c. ¶ Transfertur & ad alia: vt Præmatura senectus, id est præcipitata, legitimumque tempus præuertens. Præmatura mors, hoc est immatura, & quæ ante tempus venit. Plin. lib. 7. cap. 51, Senilem iuuentam præmaturæ mortis esse signum.

Præmaturè, aduerbium. {πρόκοπος, ἀκαίρως. Ital. *Auanti tempo, troppo tosto.* Gal. *Auant le temps, auant la saison, trop tost.* Hispan. *Antes la tiempo y fuera.*} id est immaturè, & ante tempus legitimum. Plaut. in Mostel. Quia præmaturè vita careo, id est quia mortuus sum ante tempus.

Præmedicatus, ta, tum, participium. Pharmacis aut incantatione præmunitus. {προφαρμακεύω. Ital. *Medicato auanti.* Gal. *Medecine parauant.* Hisp. *Amedicinado antes.*} Ouid. Epist. 12, Illæ anhelatos non præmeditatus in ignes, Immemor Aesonides, oráque adunca boum.

Præmeditor, aris. Prius meditor, præcogito. {προμελετάω. Ital. *Discorrere, considerare innanzi.* Gal. *Premediter, penser ce qu'on veut dire ou faire.* Hispa. *Pensar antes.*} Cic. ad Attic. lib. 6. Ex qua me fingere possim, & præmeditari quo animo accedam ad Vrbem. Idem 11. Philip. Est enim sapientis, quicquid homini accidere possit, id præmeditari. Ad Herenn. lib. 2. Si reus nihil horum fecerit, accusator dicet eum vsque præmeditatum fuisse quid sibi esset vsui venturum. Plautus Epid. –vt paratè Eam præmeditatam meis dolis, astutiisque Onustam mittam.

Præmeditatio, onis, Est meditatio, & cogitatio rei futuræ. {προμελέτημα. Ital. *Tal pensamento.* Gal. *Tel pensement.* Hisp. *Tal pensamiento.*} Cic. 3. Tusc. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum quæ venientia longè ante videris.

Præmercor, aris, Prius emo. {προωνοῦμαι. Ital. *Comprare à mercare innanzi.* Gal. *Achieter ou marchander deuant.* Hispa. *Comprar ò mercar antes.*} Plaut. in Epid. Aedepol næ istam tempore suo, gnato tuo sumus præmercati. Plin. lib. 32. cap. 2, Ni qui ad pollictum emerent, pretio minus parcerent, eáque præmercarentur.

Præmetior, iris. Anté metior. {προμετρέω. Ital. *Misurare innanzi.* Gal. *Mesurer parauant.* Hisp. *Medir antes.*} Vnde Præmensus, participium. Tibul. lib. 3. Eleg. 3, Tunc quum præmensæ defunctus tempore lucis, Nodus lethæa cogeret ire rate.

Præmmessum, si, Quod prælibationis causa præmeritur. ἀπαρχή. cuiusmodi erant spicæ quas primò demessas sacrificabant Cereri. Autor Festus.

Præmetuo, is, Anté metuo. {προφοβοῦμαι. Ital. *Temere perananti.* Gal. *Craindre parauant.* Hisp. *Temer antes.*} Lucret lib. 3, –at meus sibi conscia facti Præmetuens adhibet stimulos, torrétque flagellis.

Præmigro, as, pen. corr. Anté migro. {προμεθίσταμαι. Ital. *Dissloggiare prima.* Gal. *Desloger deuant.* Hisp. *Mudarse de casa antes.*} Plin. lib. 8. cap. 18, Ruinis imminentibus, muscipræmigrant.

Præmitto, is, Anté mitto. {προπέμπω. Ital. *Mandare innanzi.* Gal. *Enuoyer deuant.* Hisp. *Embiar delante.*} Plautus in Amph. Me à portu præmisit domum, vt hæc annuntiem vxori suæ. Cic. 2. Offic. Præmittebátque de stipatoribus suis qui scrutarentur arculas muliebres. Cæs. 4. bel. Gal. Quum id non impetrassent, petebant vti ad eos, equites qui agmen antecessissent, præmitteret. Virgil. 1. Aen. –rapidum ad naues præmittit Achatem.

Præmissus, a, um. {προπεμφθείς. Ital. *Mandato innanzi.* Gal. *Enuoyé deuant.* Hispan. *Embiado delante.*} Virgil. 9. Aeneid. Interea præmissi equites ex vrbe Latina.

Præmium, præmij. Propriè dicitur id quod cuiquam pro rectè factis datur. {ἆθλον. Ital. *Premio, remuneratione.* Gal. *Loyer, remuneration.* Hispa. *El guardon dela buena obra.*} Cic. ad Attic. Solon rempublicam duabus rebus contineri dixit, præmio, & pœna. Idem de Orato. Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis. ¶ In ludis quoque & certaminibus præmia dicuntur, quæ proponuntur victoribus ἄθλα. Virgil. 5. Aen. Protinus Aeneas celeri certare sagitta Inuitat qui forte velint, & præmia ponit. ¶ Accipitur aliquando etiam in deteriorem partem pro sceleris cuiuspiam mercede. Cic. ad Prou. Cons. Prouinciæ quas pest feti illi Consules pro cuerià Reipublicæ præmiis occupauerunt. Idem in Pisonem, Totam rempublicam prouinciæ præmio vendidisti. Pretium autem propriè illud est quod pro re empta persoluimus. Terent. Eun. Pretium sperans, producit illico, ac vendit. Poëtæ tamen hæc duo in eadem significatione aliquando vsurpant. Virgil. 5. Aen. Inuitat pretijs animos, & præmia ponit. Et paulo antè, Munera principio ante oculos, circóq; locantur In medio: sacri tripodes, viridésq; coronæ, Et palmæ pretiú victoribus. ¶ Aliquando præmium pro pecunia ponitur. Næuius, Sine præmio sum, mariupium reliqui domi.

Præmiosus, Pecuniosus. πολλῶν χρημάτων κύριος, πολύδωρος. Accius. Diuitem ac præmiosum auum.

Præmior, aris. {χαρίζω. Ital. *Premiare, guiderdonare.* Gal. *Guerdonner, remunerer.* Hispan. *Galardonar.*} Sueton. in Tito Vesp. cap. 7, Quòd constabat in concionibus patris nundinari, præmiarique solitum, id est lucrari, inquit Budæus.

Præmoderor, Antè moderor. {προμετρέω. Ital. *Dar misura innanzi.* Gal. *Gouverner, donner regle auant.* Hisp. *Regir ò templar antes.*} Gel. lib. 7. cap. 9, Cretenses quoque prælia ingredi solitos præcinente, ac præmoderante cithara gressibus.

Præmodum, pen. prod. aduerbium. Significat supramodum. {ὑπέρ, ὑπὲρ μέτρον. Ital. *Oltra misura.* Gal. *Outre mesure.* Hisp. *Fuera de regla.*} Gel. lib. 7. cap. 7, Parcentes (inquit) præmodum.

Præmolestia, lestiæ, Molestia ex malo quod imminere putamus anticipata, & præsumpta: hoc est timor ipse molestiam vel malum futurum antecedés. {προλύπη, προλυπέω τινά. Ital. *Molestia presa di vn desastro prima che venga.* Gal. *Facheuse qu'on prend d'vn mal à venir.* Hisp. *Enojo que se toma de vno mal venidero.*} Cic. 4. Tusc. Alij metum præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ.

Præmolior, iris, Antè molior vel præparo. {προκαταβάλλω. Ital. *Preparare.* Gal. *Preparer ses forces deuant.* Hisp. *Aparejar.*} Liu. 8. bel. Pun. Itaque præmoliendas sibi ratus iam res, conciliandoque Regum Gentiúmq; animos, Syphacem primùm Regem statuit tentare.

Præmollis, lle. Valde mollis. {ὑπερμαλακός. Ital. *Molto molle.* Gal. *Fort mol.* Hisp. *Muy muelle.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Cor palpitat certè, & quasi alterum mouetur animal, intrà præmolli firmóque opertum membranæ inuolucro. Idem lib. 9. cap. 51, Intra se parit oua præmollia.

Præmollio, is, Antè mollio. {προμαλάσσω. Ital. *Mollire innanzi.* Gal. *Amollir par deuant.* Hisp. *Mollentar delante.*} Vnde Præmollitus, participium. Quintil. lib. 2. cap. 9, Et frustra sparsecis semina, nisi illa præmollitus fuerit sulcus. Idem lib. 6. cap. 5, Quo genere defensionis etiam offendisset nondum præmollitas Iudicum mentes.

Præmoneo, nes, pen. corr. Antè moneo. {ὑποφωνέω. Ital. *Ammonire innanzi.* Gal. *Amonester et aduertir parauant.* Hisp. *Amonestar antes.*} Colu. lib. 1, Ideo præmoneo, ne villicum ex eo genere seruorum qui corpore placuerunt, instituamus. Liu. 1. bel. Pun. Quum Aruspices ad Imperatorem id pertinere prodigium præmonuissent. Cic. 2. Verr. Animo sane benevolo,

Universidad de Sevilla Biblioteca

senenola, vt magnopere cauerem, præmonebat.

Præmonitus, a, um, participium. {προεπιστομισθείς. Ital. *Ammonito inanti.* Gal. *Amonnesté deuant.* Hispa. *Amonestado delante.* } Plin. lib. 16. cap. 39. Futique arbor illa fatalis excidio vrbis præmonitæ oraculo, quum arbor anima peperisset.

Præmonitus, us, verbale. Pro prædictione. {προεπιστομισμός. Ital. *Ammonitione, auuiso.* Gal. *Admonition, admonestement, aduertissement.* Hisp. *Amonestamiento.* } Valer. Max. lib. 1. cap. 6. Sic deorum spreti præmonitus excandescunt. Ouid. 15. Metam. Non tamen insidias, ventosque vincere fas. Præmonitus potuere deum.

Prænuntio, as, Antè nuntio, docco, ostendo. {προεπιστομίζω, προδηλώνω. Ital. *Manifestare inanti.* Gal. *Manifester deuant & enseigner.* Hisp. *Manifestar de antes.* } Plaut. in Persa, Præmonstra docté, præcipuè acta filiæ. Quid fabulatur, vbi se natam prædicet. Idem Mil. -atque hoc ei præmonstra & præcipe, Vt teneat consilia nostra. Cicero 1. de Diuin. Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros Inflatum mare.

Præmonstrator, verbale, Qui præmonstrat, & docet quod faciendum sit ante periculum. {προδιδάσκων. Ital. *Chi mostra & insegna prima.* Gal. *Celuy qui monstre & enseigne ce qu'il faut faire à l'auenir.* Hisp. *Mostrador y enseñador de lo venidero.* } Terent. in Heaut. Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes, Hoc mihi præstat.

Prænordeo, es, Morsu dilacero. {προδάκνω. Ital. *Mordere inanti.* Gal. *Mordre deuant.* Hispani. *Morder delante.* } Gell. Plautus in Trinit. neque præmordisse dixit, sed præmorsisse. Nisi fugissem, (inquit) medium, credo, præmorsisset.

Prænorior, reris, Ante morior. {προαποθνήσκω. Ital. *Morire inanti.* Gal. *Mourir deuant ou premier.* Hisp. *Morir antes.* } Plin. lib. 7. cap. 50, Præmoritur visus, auditus, incessus. Ouid. Epist. 8. Aut ego præmoriar, primóque extinguar in æuo, Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero.

Præmortuus, participium. Liu. 1. ab Vrbe, Sceptrum ipsum id quidem credo, etsi præmortui iam sit pudoris, non facturum.

Prænunio, nis, secunda syl. pro. Prius munio. {προοχυρόω. Ital. *Fortificare inanti.* Gal. *Premunir, fortifier vne place auant que les ennemis y viennent.* Hispani. *Fortalescer antes.* } Cæsar 3. belli Ciuil. Isthmum præmunire instituit. ¶ Per translationem etiam de incorporeis dicitur. Cicero pro Cælio, Quamobrem illa quæ ex accusatorum oratione præmuniri iam, & fingi intelligebam, fretus vestra prudentia non pertimesco.

Præmunitio, onis, verbale. {προτείχισις, προτείχισμα. Ital. *Munitione.* Gal. *Munition & apresté.* Hisp. *Fortalescimiento.* } Cic. 3. de Orat. Præmunitio est etiam ad id quod aggrediare, & reiecto in alium.

Prænarro, as, Antè narro. {προλέγω, προδιηγέομαι. Ital. *Narrare inanti.* Gal. *Reconter paranant.* Hispa. *Contar antes.* } Terent. in Eunuc. Rectè sanè interrogasti, oportuit rem prænarrasse me.

Prænato, as, penult. corr. Antè nato. {προνήχομαι. Ital. *Nuotare inanti.* Gal. *Nager deuant.* Hisp. *Nadar antes.* } Plin. lib. 9 cap. 45. Prænatante pisciculo frontem suam spargit. ¶ Ponitur aliquando pro prætersluere. ποταμοῖσιν. Virgil. 6. Aeneid. Lethæúmque, domos placidas qui prænatat, amnem. Vbi Seruius, Prænatat, prætersluit: contrariè dictum est: nam non natant aquæ, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur sequutus est qui ait, Fluctúsque natantes. Hæc ille.

Prænauigo, as, Pereccnauigo. {προπλέω. Ital. *Nauicare inanti.* Gal. *Nauiger deuant ou auprés.* Hisp. *Nauegar antes.* } Plin. lib. 6. cap. 23, Vt viginti dierum spatio prænauigarint insulam quæ Solis appellatur.

PRAENESTE, generis neutri, & hæc Prænestis, ἡ Πραίνεστις Stephano, Vulgò *Palestrina.* Oppidum Latij edito in loco, naturâque munito situm: ita dictum (si Stephano credimus) à Prænesto conditore, Latini filio, Vlyssis & Circes nepote. Alij ἀπὸ τοῦ πρήθειν, id est ab illicibus quæ illic abundant, nomen accepisse existimant. Pompeius Festus nominis huius originem ad loci situm refert, eo quòd montibus præstet: vnde & altum Prænestè à Virgilio dicitur, 7. Aeneid. Quique altum Prænestè colunt. Fuerunt qui à Cæculo Vulcani filio condirum putarint: quorum sententiæ Virgilius quoque subscribit. Nec Prænestinæ fundator defuit arcis. Vulcano genitum pecora inter inertia regem. Inuentúmque focis omnis quem credidit ætas. Cæculus. Strabo lib. 5. Gręcam vrbem esse traditi: cuius rei argumentum hoc affert, quòd olim Polystephanos dicta fuerit. Habuit hoc oppidum nobile Fortunæ templum, cuius pauimétum lithostroris sternit L. Sylla, teste Plinio, lib. 36. cap. 25, Silius. -sacrisque dicatum Fortunæ Prænestè iugis. Fœminino genere vsus est Virgil. 8. Aeneid. Qualis eram, quum primam aciem Prænestè sub ipsa Strauit.

Prænestini, penult. prod. Habitatores Prænestis. Cicero 2. de Diuin. Numerium, Suffustium, Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem, & nobilem somnijs crebris, &c.

Prænestinus, a, um, possessiuum: vt Dea Prænestina, Ouidius 6. Fast. Sortes Prænestinæ, Cicero de Diuin. Fortuna Prænestina, Lucanus libro 2.

Prænimis, Nimis, multum. {ὑπερμέγα. Ital. *Troppo.* Gal. *Par trop, beaucoup trop.* Hispani. *Muy mucho.* } Gellius libro 19. cap. 10, Hoc præuimis plebeium est.

Prænitco, es. Valde niteo: vnde Prænitidus, valde nitidus.

Prænitens Luna. Plin. lib. 2. cap. 9. πάνυ λαμπρὰ καὶ φαιδρά μήνη.

Prænomen, vide in dictione NOMEN.

Prænosco, is, Antè nosco, prædiuino. {προγιγνώσκω. Ital. *Conoscere inanti, indouinare.* Gal. *Cognoistre auant preuoir.* Hispa. *Conocer de antes.* } Cicero 1. de Diuin. Neque non possunt futura prænoscere. Plautus Asin. Verùm meam vxorem tu nescis qualis sit, 2. Tu primos fenris, nos tamen prænoscimus.

Prænotio, verbale. {προγνωσις. Ital. *Conoscimento che si prende di qualche cosa prima che se ne oda parlare.* Gal. *Preuyance, cognoissance de l'auenir.* Hispa. *Conocimiento de lo venidero.* } Cic. 1. de Natu deorum, Fateamur constare illud etiam, hanc nos habere siue anticipationem, vt antè dixi: siue prænotionem deorum.

Prænoto, as, pen. corr. ex præ & noto. Antè noto, inscribo. προσημαίνω. Non verò frequentatiuum est à Nosco.

Prænubilus, a, um, Valde nubilus, & obscurus. {ὑπερσκοτάδης. Italicè, *molto nobiloso & oscuro.* Gal. *Fort nubileux & obscur.* Hispani. *Muy Nublozo y escurecido.* } Ouidius 3. Amor. Stat vetus & densa prænubilus arbore lucus.

Prænuntio, as, Antè nùntio. {προαγγέλλω. Ital. *Annunciare inanti.* Gal. *Annoncer deuant, predire.* Hispan. *Traher nueuas antes.* } Terent. in Phorm. Abi, ac prænuntia hanc vecturam. Cicc. 1. de Diuin. Est enim vis & natura quædam, quæ tum obseruatis longo tempore obtestationibus, tum aliquo instinctu, inflatúque diuino futura prænuntiat.

Prænuntius, a, um, adiecti. {προαγγελτικός. Ital. *Che annuncia vna cosa à venire.* Gal. *Qui annonce vne chose auenir.* Hisp. *Anunciante de antes.* } Cicc. 2. de Natu deorum. Quæ nuper bello Octauiano magnarum fuere calamitatum prænuntiæ. Ouid. 3. Trist. Eleg. 5. Hoc etiamnitidi Solis prænuntius ortus Afferat, admisso Lucifer albus equo. Idem 1. Metam. Addidit hæc cladis prænuntia verba futuræ. Idem 2. Fast. An Veris prænuntia venit hirundo?

Præoccido, dis, pen. corr. Antè occido. {προαναιρέω. Ital. *Ammazzare inanti.* Gal. *Tuer deuant.* Hispa. *Matar antes.* } Plin. lib. 18. cap. 29, Cui præoccidere Caniculam necesse est.

Præoccupo, as, pen. corr. Præuenio, anticipo: ex præ & occupo. {προκαταλαμβάνω. Ital. *Preoccupare, anticipare.* Gal. *Preoccupir, anticiper preuenir.* Hispani. *Tomar de primero, preuenir.* } Luius 4. ab Vrbe, Vbi vident collegas Principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupauisse, nec locum in ea relictum sibi. Cæsar 6. belli Gallici. Præoccupauit animos timor. Cicero 10. Philip. Quas enim partes ipse mihi sumpseram, eas præoccupauit oratio tua. Seneca Epist 51, Omnes præoccupati sumus virtutes discere, vitia dedisscre.

Præoccupatio, onis, Apud Rhetores schema quoddam quum id quod ab aduersario nobis obiici posset, ipsi præripimus, diluimúsque. {προκατάληψις. Ital. *Anticipatione.* Gal. *Anticipation.* Hisp. *Obra de tomar de primero.* } vt apud Virgilium 2. Aeneid. Neque me Argolica de gente negabo. Et lib. 3. -scio me Danais de classibus vnum.

Præopto, as, Antè, siue potius opto. {προαιρέομαι. Ital. *Disiderar inanti.* Gal. *Desirer plus tost chose.* Hispa. *Desear antes.* } Terent. in Hecy. Adeón' pertinaci es animo, vt puerum præoptare pcrite? Liuius 9. ab Vrbe, Quod quantopere oprandum foret. Hernicos docuisse, &c. Idem 3. belli Pun. Punicam Romanis societatem atque amicitiam præoptandam esse. Idem 8. belli Pun. Mortem in certamine quàm vt alter alterius subigeretur imperio, præoptantes.

Præpandere, Antè aperire. {προεκπετάννυμι. Ital. *Aprire inanti.* Gal. *Ouurir deuant.* Hispa. *Abrir antes.* } Lucret. lib. 1. Clara tuæ possim præpandere lumina menti. ¶ Aliquando accipitur pro prætendere. Plin. libro 11. cap. 24. Maiores aranei in terra cauernarum exigua vestibula præpandunt. Budæus.

Præparcus, Valde parcus: qua voce vtitur Plinius lib. 11. cap. 19.

Præparo, as, penult. corr. Antè paro quæ mihi vtilia fore credo. {προοδοποιέω, προπαρασκευάζω. Ital. *Preparare.* Gal. *Preparer, apparailler.* Hisp. *Aparejar antes.* } Cicc. libro 1. Offic. Facilè totius vitæ cursum videt, ad eámque degendam præparat res necessarias. Idem 2. Tusc. Cultura autem animi Philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad fatus accipiendos.

Præparatus, a, um, participium. {προπαρασκευασμένος. Ital. *Preparato, Apparecchiato.* Gal. *Apresté, apparaillé.* Hispani. *Aparejado.* } Cicero 1. de Inuent. Pœnæ apud inferos sunt impijs præparatæ. Idem 1. de Diuin. Animo cùm bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis præparato, qui se ita quieti tradit, certa & vera cernit in somnis.

Præparatus, us, penult. prod. substantiuum. {παρασκευασία. Ital. *Preparatione, apparecchio.* Gal. *Preparation, apparoil.* Hispa. *Aparejo de antes.* } Gell. lib. 19. Namque in præparatu rei rusticæ, per tempestates, pluuiásque, quum otium est, maturari potest: per serenas, quum tempus instat, properari necesse est.

Præparatio, onis, verbale. Idem. παρασκευή. Cicc. 1. Offic. Diligens præparatio in omnibus negotijs, priusquam aggrediare, adhibenda est.

Præparatò, aduerbium, vel ablatiuus aduerbialiter positus. {ἐκ παρασκευῆς, παρασκευαστικῶς. Ital. *Preparatamente, propiamente.* Gal. *Auec preparation & appareil.* Hispani. *Con aparejo.* } Quintilia. libro 4. cap. 42, Quàm nihil præparatò, nihil festinatò videtur fecisse Milo? id est ex præparatione.

Prępedio, dis, secunda syllaba corr. Idem quod impedio: quasi pedes vincio. {κωλύω. Ital. *Impedire.* Gal. *Empecher.* Hisp. *Impedir.* } Videtur autè compositum esse ab antiquo verbo pedio: à quo etiam fiunt Compedio, & Impedio. Plautus in Cæna, Timor præpedit dicta linguæ, id est valde impedit. Terentius Heaut. -an eo fit, quia in re nostra aut gaudio Sumus præpediti nimio, aut ægritudine? Liuius 8. ab vrbe, Sine modò, inquit, fele præda præpediant. Morbo præpeditus, Cicero pro Rabirio.

Præpedimentum, ti, Impedimentum. {κώλυσις, κώλυμα. Italicè, & Hispanicè, *Impedimento.* Gal. *Empechement.* } Plautus, Non fallaciæ præpedimentum obiiciatur.

Prępendeo, es. Autè pendeo. {προκρέμαμαι. Ital. *Pendere inanti.* Gal. *Pendre audeuant.* Hisp. *Estar suspenso de antes.* } Martia. lib. 9, Præpendet mento nec tibi barba minor.

PRAEPENISSVS, πραπενισσός, Oppidum est mediterraneum maioris Mysiæ, apud Ptolemæum lib. 5. cap. 2.

Prępes, petis, generis omnis, Idem quod velox. {ὠκύς. Ital. *Veloce, leggiero.* Gal. *Qui vole fondain, legier à voler.* Hisp. *Cosa ligera y que buela.* } Virgil. 5. Aeneid. Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ. Idem 6. Aeneid. Dædalos (vt fama est) fugiens Minoia regna, Præpetibus pēnis ausus se credere cælo, &c. Volùit plerique hoc nomē significare velocitatem in altum volantis. ¶ Dicebantur & præpetes ab augoribus aues quæ opportunè prænolabant, aut idoneas sedes capiebant, vt inquit Higinus. Alij volunt esse quæ ingentibus & pernilis, & porrectis alis volitant. Ex Festo.

PRAEPESINTHVS, πραπέσινθος, Insula maris Aegæi, vna Cycladum Autor Plinius lib. 4. cap. 12.

Præpeto,is, pen.corr.Anté, vel prius peto:id est vado. προπορεύω. Festus. Præpetere dicebant antiqui pro anteire.

Præpilatæ hastæ, Sunt quæ ferreas habent cuspides, quasi præferratæ. δόρατα αἰχμηρά. Præpilatum etiam dicitur vbi non est ferrum, si modò in mucronem acutum sit. Plinius libro 8. cap.6, Ab operatis hastas præpilatas habentibus per circum totum actos. ¶ Cornua præpilatas habentibus per circum totum actos. ¶ Cornua præpilata. Idem libro 9. cap.30, de locustis, Si nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quæ sunt proptia rotunditate præpilata, ad latera porrectis,&c. ¶ Exercetri præpilatis.Quintil.lib.5.cap.12, Quod eo diligentius faciendum fuit, quia declamationes, quibus ad pugnam forensem velut præpilatis exercerri solebamus, olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt.

Præpinguis, Valde Pinguis. ὑπέρπαχυς. Ital. *Molto grasso.* Gal. *Fort gras.* Hisp. *Muy gruesso.* } Colum.lib.3, Itaque non est vineis apta, vix etiam arbusto, nisi præpingui,& viuida terra, Virgil.3.Aeneid. -& inde Exupero præpingue solum stagnantis Elori.

Præpolleo, Ante alios, vel plurimum polleo. ὑπερίσχυω. Ital. *Poter assai, poter più de gl'altri.* Gal. *Auoir grand pouuoir, pouuoir plus que les autres.* Hisp. *Mucho poder, poder mas que los otros.* } Liu.1.ab Vrbe, Ardeam Rutuli habebant, gens, vt in ea regione, atque in ætate, diuitiis præpollens. Idem lib.5, Virtute fortunáque tum sua, tum publica præpollens.

Præpondero,as, Grauior sum, plus pondero. ὑπερβαρέω. Ital. *Pesar più.* Gal. *Peser plus, emporter le pois.* Hisp. *Mucho mas pesar.* } ¶ Per translationem verò significat plutis esse, siue pluris æstimari debere. περιμάχητος. Gell. libro 5. cap.3, Nam quum in rebus aut paribus, aut non longè seeus, vtilitas amici,& honestas nostra constitit, honestas proculdubio præponderat.

Præpono,is, Antepono per electionem, Præfero. προτίθεμαι, προτιμάω. Ital. *Preporre, anteporre.* Gal. *Mettre deuant, preferer & plus estimer.* Hispa. *Poner adelante, preponer vna cosa à otra.* } Plaut. in Rud. Lucium præposui sopori & quieti. ¶ Interdum Præponere, est prius ponere, tempore præcepto. προτίθημι. Sallust in Iugur. Vbicunque res postulabat præsidium, est præpositum. ¶ Aliquando est præficere. ἵστημι. Cicero pro Lege Manil. dixit præpositum bello Imperatorem.

Præpositi, Qui rebus aliquibus præfecti sunt. προστάται.

Præporto, as, Ante se ferre, vel portare. προφορέω, προφέρω. Ital. *Portare dauanti.* Gal. *Porter deuant soy.* Hispa. *Traher delante.* } Lucre.lib.2, Telaque præportant violenti signa furoris. ¶ Interdum accipitur pro eo quod est præ se ferre: hoc est signo aliquo exteriore animi affectum ostendere. Catul. Argon. -quibus anguineo redimita capillo Frons expirantis præportat pectoris iras.

Præpossum, Idem quod præpolleo, vel prævaleo. ὑπερίσχω. Ital. *Poter più.* Gal. *Estre le plus puissant.* Hisp. *Poder mas.* } Tacit.lib.21, Postquam Macedones præpotuere, &c.

Præpotens, Valde potens vel valde diues. ὑπερίσχυρος, πολυπλούσιος. Ital. *Potentissimo.* Gal *Fort puissant.* Hisp. *Muy poderoso.* } Cic.de Amic. Sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

Præposterus, ra, rum, penult.corr. Peruersus, qui rerum ordinem cõturbat, aut in quo ordo est conturbatus. ὑπερτέρα. Ital. *Fuor d'ordine, al contrario.* Gal. *Fait, dit mis, ou autrement estant au rebours.* Hisp. *Lo dezras delante, hecho al reues, ò mudado el orden.* } Cic.Cassio, Præposteros habes tabellarios: ersi me quidem non offendunt, sed tamen quum à me discedunt, flagitant literas: quum ad me veniunt, nullas afferunt. Quintil. Præpostera res, occidere, deinde erubescere.

Præposterè, aduerbium, Hoc est peruersè, & ordine conturbato. ὕστερον πρότερον, πρότερον ὕστερον. Ital. *Alla riuersa.* Gal. *Au rebours, sen deuant derriere.* Hisp. *Al reues de otra cosa.* } Cice.1. Acad. Vt præposterè tecum agam, mox referam me ad ordinem, Cic. Attico, Omnes arbitror mihi tuas redditas esse, sed primas præposterè, reliquas ordine.

Præproperus, Valde, seu nimis celer. ὑπερσπουδαῖος. Ital. *Frettoloso.* Gal. *Fort hastif & soudain.* Hispa. *Muy presuroso y ahincado* } Cice. Trebatio: Sed ex tuis literis cognoui præproperam quandam festinationem tuam. Liu.7.belli Pun. Quum toto eo bello damnosa, præpropera ac fervida ingenia Imperatorum fuissent.

Præpropere, pen.corr.aduerbium. Nimium celeriter. λίαν πρόχειρος, ἀκαίρως σφόδρα. Ital. *Troppo prestamente.* Gal. *Trop hastiuement.* Hispa. *Muy presurosamente.* } Liu.7 belli Maced. Et festinans ipse præpropere cum quinque solis nauibus Annibali occurrit.

Præputium, tij, Pellis quæ glandem hoc est summam colis partem tegit: à præputando (vt putatur) nomen habens, eo quòd à Iudæis præputaretur, hoc est præsinderetur. ἀκροποσθία, πόσθη. Ital. *Pelle nella punta del membro virile.* Gal. *Prepuce, la peau du bout du membre viril.* Hispa. *Capullo del miembro del hombre.* } Iuuen. Saty.14, de Iudæis loquens, Nil præter nubes, & cæli numen adorant, Nec distare putant humana carne suillam, Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt. Saty.6, Impatiénsque moræ pauet, & præputia ducit.

Præradio, as, Idem ferè quod præluceo. ὑπερλάμπω. Ital. *Lucere inanti.* Gal. *Ietter grande lueur & clarté.* Hispa. *Luzir delante.* } Ouid.6.Epist. Præradiant stellis signa minora suis. id est præluceant.

Prærado, is, pen. prod. Idem ferè quod abrado. ξύω. Ital. *Radere.* Gal. *Racler.* Hisp. *Rater.* } Cato cap.41, Si vitis vitem contingat, vitis vtriusq; latus alterum præradito obliquè.

Prærancidus, a, um, pen.corr. Valde rancidus. ὑπόπικρος, σαπρὸς σφόδρα. Ital. *Molto rancio, non più in vso.* Gal. *Fort rance & moisi.* Hisp. *Mucho rancio y rancioso.* } vt Prærancida caro. ¶ Per translationem pro exoleto, & iam ingrato. Gellius lib.13.cap.19, Non finitiones illas prærancidas, neque sæcutinas Grammaticas spectauerit.

Prærapidus, Valde rapidus. ὑπόπικρος. Ital. *Velocissimo.* Gal. *Fort viste & soudain.* Hispadi. *Muy ligero.* } vt Prærapida fuga, apud Silium, libro 16.

Præripio, is, pen.corr. Antecapio, præoccupo. προαρπάζω, προκαταλαμβάνω. Ital. *Rapire inanti.* Gal *Rauir & offrir deuant.* Hisp. *Arrebatar antes.* } Plaut. in Casina, Huc venisti sponsam præreptum meam? Cic.lib.1.Offic. Facilè celare, tacere, dissimulare, insidiari, prætipere hostium consilia. id est præoccupare, siue prænoscere, aut præuenire. Plinius Iunior de Viris illustribus, Immatura morte præreptus, non potuit præstare qualem promiserat Regem. Cicero pro Gallo, Demosthenes tibi præripuit ne esses primus orator.

Prærodo, is, penultima producta, Idem quod rodo, vel corrodo. προβιβρώσκω, προβιβρώσκομαι. Ital. *Rodere.* Gal. *Ronger.* Hispani. *Roer.* } Colum. libro 2, Nam si sæpius cacumina manu præfracta, aut pecore prærosa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. Idem de arbotibus, cap.15, Genus est animalis, volucra appellatur: id ferè prærodit teneros adhuc pampinos,& vuas.

Prærogare, præter notam significationem, aliquando idem est quod ante diem soluere. προτελέω. Ital. *Pagar prima che sia il termine.* Gal. *Paier auant le terme eschen, auancer.* Hispa. *Pagar antes.* } Vlpianus l. Sed addes. ff. Locati & conducti, Nam inter eum qui per errorem soluit, & eum qui pensionem integram prærogauit, multum interest.

Prærogatiua, æ, substantiuum, Præstantia & eminentia, qua quis aut præfertur, aut præferri alteri debet. ἐξοχή. Ital. *Prerrogatiua, auantaggio.* Gal. *Prerogatiue, auantage.* Hispani. *Grande excellencia.* } Paulus Iureconsultus, Veteranorum priuilegium inter cætera etiam in delictis habuit prærogatiuam, vt superentur à cæteris in pœnis: hoc est cæteris præferantur. Nec ad bestias itaque veteranus datur, nec fustibus cæditur. ¶ Dicitur & Prærogatiuum. Cice pro Muræna, Etenim si tanta illis comitiis religio est, vt adhuc super omne præualeat prærogatiuum: quid mirum in hoc fœlicitatis famam, sermonémque valuisse? Prærogatiua tribus, vel prærogatiua centuria, quæ primo loco ad suffragium ferendum vocatur: vel cuius sententia tantum momenti habebat & autoritatis, vt quasi præiudicium afferret in cuentum comitiorum. Liu.lib.6. belli Pun. Autoritatem prærogatiuæ (subaudi centuriæ) omnes secuti sunt.

Prærumpo, is, Abrumpo, auello, difiicio. Ouid. προσκαταῤῥήγνυμι. Ital. *Rompere, estirpare.* Gal. *Desrompre.* Hisp. *Mucho romper.*

Præruptus, a, um, Aualsus, arduus. ὑπόκρημνος, πρόκρημνος. Ital. *Rotto, luoco difficile da montarui, inaccessibile.* Gal. *Desrompu, dangereux à môter, malaisé à aprocher.* Hispa. *Alto ò despeñadero.* } Virgil.3. Georg. Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem, Tot congesta manu præruptis oppida saxis. Cice.7.Verr. Aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. id est ardua, (inquit Budæus) non autem sensim acclriuia. In qua significatione dicimus & prærupta absoluté. Plin.lib.8.cap.32, Ad prærupta ducunt, saltúmque demonstrant.

Præruptè, aduerbium, Hoc est abruptè, & in præceps, & sine cliuo. ὑπερκρήμνως, κρημνοδῶς. Ital. *Altamente, con difficultà di montare.* Gal. *Malaisement pour monter, en danger de cheoir.* Hispani. *En despeñadero.* } Plinius libro 34. cap.14, Mons præruptè altus (incredibile dictu) totus ex ea materie est.

Præs, prædis, Sponsor qui se pro alio Principi obligat, aut populo, promittens fiquid incommodi fiat, plenè satisfacturum. ἐγγυητής. Ital. *Piezzo, malleuadore.* Gal. *Pleige, caution, respondant.* Hisp. *Fiador por alguno.* } à præstando dictus, quia tam debet præstare quod promisit, quàm is pro quo præs factus est. Asconius, Prædes dicuntur satisdatores locupletes, pro re de qua lis est apud Iudicem, ne qui tenet, diffidens causæ possessionem deteriorem faciat. Differunt autem prædes à vadibus, quoniam vas appellatur qui pro alio vadimonium promittit. & propriè datur in re capitali: Præs verò in lite nummaria. Ausonius, Quis subit in pœnam capitalis supplicio? vas. Quis quum lis fuerit nummaria, quis dabitur? præs. Prædes hodie sunt, inquit Budæus, qui sponsores Reipublicæ vel Principi facti sunt pro iis qui pecuniam publicam dispensant, quos *Receptores* vocant. Ij etiam qui publicanos in locationibus vectigalium, aut eorum fideiussores locupleres affirmant (quod idoneos esse, & sufficientes testificari vocant) prædes dici propterea possunt, quòd locupletes eos esse præstare debent. ¶ Prædes etiam pro bonis ipsius prædis interdum accipiuntur. Cice.2. Philip. Et domi quidem causam amoris habuisti, foris etiam turpiorem, ne Lucius Plancus prædes tuos venderet. id est bona tua sponsioni obnoxia. Possumus etiã hìc prædes pro sponsoribus accipere, quodam loquendi schemate non inuenusto, vt sit prædes vendere, sponsorum bona & prædia auctioni addicere. Budæus.

Præsagio, gis, penultima producta, præsagiui, gitum, Præsentio, quasi anté sagio. προμαντεύω, προαισθάνομαι. Ital. *Presagire, indouinare.* Gal. *Preuoir & predire les choses auenir, deuiner.* Hispa. *Diuinar, prouer antes lo que ha de ser.* } Propertius, Venturam melius præsagit nauita noctem. Cice.lib.1. de Diui. Præsagiebat animus fruftra me ire quum exibam domo. Ibidem, Sagire enim, acutè sentire est: ex quo sagæ, anus, quia multa scire volunt: & sagaces dicti canes. Et paulo pòst, Is igitur qui ante sagit, quàm oblata res est, dicitur præsagire.

Præsagior, giris, deponens, pro præsagio, seu prædiuino. Plautus in Bacchid. Plus præsagitur mali.

Præsagitio. προμαντεία, προαισθησις. Ital. *Esso indouinare.* Gal. *Preuoiance de ce qui doit auenir, sentiment de l'auenir.* Hispa. *Obra de diuinar y prouer ante lo que ha de ser.* } Cice.1.de Diui. Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitus.

Præsagium, gij. Præsensio, diuinatio. προμάντευμα. Ital. *Presagio, esso indouinare.* Gal. *Preuoiance de ce qui doit auenir.* Hisp. *Diuinacion, conoscimiento ò significacion de las cosas por venir.* } Colum.lib.11.cap.1, Quantumuis vtile continget villico tempestatis futuræ præsagium. Ouid.2.de Ponto, Vera precor fiant timidæ præsagia mentis.

Præsagus, ga, gum, penult.prod. Futura instantiáque præsentiens. προμάντις, προφητικός. Ital. *Chi indouina le cose future.* Gal. *Qui preuoit ce qui doit auenir, deuin.* Hispa. *El que sabe ò aduina lo venidero, aduino.* } Claud. de raptu Proserpinæ, -heu mens præsaga futuri. Virgil.20. Aene. Agnouit longè gemitum præsaga mali mens. Ouid.2. Metam. -præsagáque luctus Pectore solicito repetens suspiria dixit.

Præsanasco, præsanascis, præsanascere. προθεραπεύομαι, ἀμπροσθεν ἰάομαι. Ital. *Guarir ò sanar prima.* Gal. *Se guarir auant & premier.* Hisp. *Sanarse antes.* } antè sanum fieri.

Præsanatus, Adiect. προθεραπευτὸς, προτροχαιοθὴς. Ital. *Sanato per lo passato.* Gal. *Guari parauant.* Hisp. *Sanado antes.* } Plin.lib.26.cap.14. Vulneribus præsanatis asphodeli radix decocta efficacissima est. Ita legit Hermolaus: licet vulgò præsanatus legatur, & ita in antiquo legimus, inquit

quit Budæus.

Præscateo, es, Idem quod simplex scateo: & per translationem abundo. Ἀναβλύω, πηγάζω. Ital. *Abondare, essere pieno.* Gal. *Abonder, estre plein.* Hispa. *Ser lleno, abundar.* } Gell. lib. 14. cap. 6, Et simul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, vt ipse dicebat præscatentem.

Præscio, is, Ante scio. } προγινώσκω. Ital. *Sapere inanti.* Gal. *Sauoir parauant, preuoir.* Hispani. *Saber antes, de tiempo.* } Terent. in Andr. Nónne oportuit præcioüisse me anté?

Præscientia, Futurorum notitia. πρόγνωσις.

Præsciscо, Id est præscio, vel potius præsentisco significat. } προαισθάνομαι. Ital. *Saperemanir.* Gal. *Sauoir parauant.* Hispa. *Saber antes.* } Liuius 7. belli Pun. Quamprimum eos sortiri prouincias, & præsciscere quam quisque eorum prouinciam, quem hostem haberet, volebant. Virgil. 4. Georg. Continuó que animos vulgi, & trepidantia bello Corda, licet longè præsciscere.

Præscita, peuult prod. Plinius identidem vocat, quæ Græci προγνωστὰ inquit Budæus. } Ital. *Diuinatione che precede le cose à venire.* Gal. *Prouoyfications, deuinemens.* Hispa. *Sabiduria de antes, diuinacion.* } Plin. lib. 10. cap. 18, Vnum eorum præscitum transire nõ queo. id est augurium & ostentũ. Ibidem cap. 75, Vtrúmne sint aliqua præscita animi quiescentis.

Præscius, a, um. } προγνώστης. Ital. *Chi sa le cose future.* Gal. *Qui sait, cognoit & preuoit les choses auenir.* Hisp. *Sabidor de antes.* } Virg. 6. Aen. –túq; ô sanctissima vates Præscia venturi. Cæli venturi præscius. Vale. Flac. 5. Argon. Ouid. 1. Fast. Substitit in medio præscia lingua sono. Mens præscia, Silius lib. 16. Augustinus lib. 5. Ciuit. Conhteri Deum esse: & negare prescium futurorum, apertissima insania est.

Præscribo, is, Ante, siue prius scribo. } προγράφω. Ital. *Prescriuere.* Gal. *Prescrire, bailler patron.* Hispa. *Prescriuir.* } Cic. Serm. Sic enim præscripsimus iis quibus ea negotia mandauimus. ¶ Interdum significat inscribere, in est titulum prænotare. ἐπιγράφειν. Virgil. –nec Phœbo gratior vlla est, Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen. ¶ Interdum significat præcipere, determinare, legem ponere. προγράφειν, προνομοθετεῖν. Cic. libro 3. Officio. Sed hoc natura præscribit, vt homo homini, quicunque sit, ob eam ipsam causam quòd is homo sit, consultum velit: necesse est secundum eam naturam omnium vtilitatem esse communem. Varro, Quoniam præscriptum erat, nequis angiportum trãsgrederetur. Secundum hanc significationem Præscriptum & Præscriptio, pari modo pro præcepto, vel ordine, lege, regula, seu forma sumũtur, ἐπιτάγματος, ὑπογραφῆς. Tractum (vt docet Porphyrio) à magistris ludi, qui scripta pueris dant, præcipiúntque imitari, quod ὑπογράφειν Græcè dicitur. Seneca lib. 4. Epist. Pueri ad præscriptum discunt. Præscriptio rationis, id quod recta ratio dictat & præscribit. Cic. 4. Tuscul. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mẽte, à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec cõtineri queant. ¶ Interdum Præscribere, est finem ponere, & quod vulgo dicitur, *limitare.* Terent. in Andria, Tute ipse his rebus finem præscripsisti patet: Propè adest quum alieno more viuendum est mihi. ¶ Interdum proponere. Cic. in Catone, At Senatui quæ sunt gerenda præscribo: & quomodo Carthagini malè iandiu cogitãti bellum inferatur, multò antè denuntio. ¶ Interdum prænuntiare, siue prædicere. Idem in Vari. At ibi idem præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas. ¶ Ponitur aliquando pro excipere, siue exceptionem summotoriam obiicere agenti. Quintil. lib. 7, Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat.

Præscriptio, prionis. Titulus. } ἐπιγραφή. Ital. *Commandamento, ordine, regola.* Gal. *Prescription, reigle donnée pour la suiure.* Hisp. *Prescripcion, titulo.* } Cic. lib. 1. Offic. Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatium dicatur: Tusculanorum: similisque est priuatarum possessionum præscriptio. Ex quo quia suum cuiusque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Præscriptio, inquit Budæus, exceptio, & translatio, vnum & idem in re forensi significant. Iureconsulti in Pandectis promiscuè excipiendi verbo, & præscribendi vsi sunt: licet præscriptionis vocabulum apud recentiores legum interpretes, & apud iutis Pontificij conditores ad præscriptionis exceptionisque temporis significationem coarctatum sit, & præfinitum. Budæus.

Præscriptum, vide PRAESCRIBO.

Præseco, as, pen. corr. Præsecui, præsectũ. Prius seco, præcido. } προτέμνω, ἀποκόπτω. Ital. *Tagliare via.* Gal. *Couper ou rogner auparauant.* Hisp. *Cortar antes.* } Colum. lib. de arboribus, cap. 29, Radicem arundinis acuta falce præsectam impendenti pluuia disponito. ¶ Accommodatur quandoque immolationi. Liuius lib. 5, Inferitur huic loco fabula, immolante rege Veientium, vocem Atuspicis dicentis, qui eius hostiæ exta præsecuisset, ei victoriam dari, exauditam. Suet. in Augu. Nuntiata repentè hostis incursione, semicruda exta rapto foco præsecuit, atq; ita prælium ingressus victus rediit. id est partem reddidit Marti, partem ad vescendum reseruauit.

Præsegmina, Partes corporis incisæ, vel amputationes rerum superfluarum. } ἀποκόμματα. Ital. *Cose tagliate via.* Gal. *Rognures.* Hispa. *Las cortaduras, ò mundaduras de lo cortado.* } Vnde quæ ex vnguibus animalium scinuntur, præsegmina vocantur, ἀποκόμματα. Plautus, Quum ipsi prius duntur, præsegmina vocantur, ἀποκόμματα. Plautus, Quum ipsi pridu

runt.&c. ¶Præsidium statiuum dicitur,quod firmum est & stabile,neque loco mouetur.Cicc.12.Phil.Hæc mea vigilia, hoc præsidium statiuum. ¶Per translationem verò omne auxilium,& salutis propugnaculum,præsidium dicitur,quam vulgò *Munitionem* dicere solemus. φύλαξ. Terent.in Hecy. Illam autem esse vnicum præsidium velle se senectuti suæ. Subsidium autem propriè dicitur, quod sociis laborantibus submittitur: cuius nominis ratio ducta est à triariis, qui in acie tertio ordine extremis subsidio ponebantur, complicatisque cruribus subsidebant donec res exigebat vt suis opem ferrent. Plautus, Agitè subsidite omnes, quasi solent triarij. Cæsar de gestis in Italia, Ad eum mittit,nisi subsidium sibi submittatur,sese diutius sustinere non posse. Sed de hoc latius suo loco.

Præsidiarius ria.rium. Quod paratur vt præsidio sit. φρουρικός. Colum.lib. 4.cap.16, Et præsidiarij malleoli propagandi sunt. Præsidiarij milites, apud Liu.lib.9.belli Pun. οἱ φρουροί. Ital. *Genti d'arme in guarnigione.* Gal. *Gendarmes qui sont en garnison.* Hisp. *Hombres de guarnicion.*

Præsideratio,Est quū maturius tempestas hyberna mouetur,quasi ante sideris tempus. Festus. προκαταβολή μέρους.

Præsignifico,as, penult.corr.Significo,prædico, præmoneo,portendo. προσημαίνω. Ital. *Mostrare per segno qualche cosa.* Gal. *Donner signe de l'auenir,monstrer par signe ce qui doit auenir.* Hispa. *Significar ò dezir antes.* Cicc.1. de Diuin.Aut non censent esse suæ maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura.

Præsignis,Præsigne, Id est præstans,vel præ aliis insignis. ἐξοχώτατος, περίφημος. Ital.*Prestante,eccellente,illustre.* Gal. *Fort notable.* Hispa.*Muy señalado, illustre y excellente.* Ouid.6. Fastor Præsignis facie Corniculana fuit. Idem 7.Metamor.Paruigilem supercst herbis sopire draconem, Qui cetera linguisque tribus præsignis,& vncis Dentibus horrendus.Stat. 4.Syl Gaudeat & Libyca præsignis anunculos hasta.

Præsigno,as.Prius signo.προσημαίνω.Ital.*Segnare prima.* Gal. *Marquer auparauant.* Hisp. *Señalar antes.* Cato cap.154.Et ad summum,qua fini cuicum capiet,præsignato.Plin.lib.17.cap.4, Incipientes surunculos ter præsignare ieiuna saliua.

Præsilio,præsilis,pen.corr.Ante salio. προσκηδάω. Ital.*Saltare auanti.* Gal. *Auant saillir,saillir deuant.* Hisp. *Saltar antes.* Plaut.in Stich.Vt præ lætitia lachrymæ præsiliunt mihi.

Præspargo,is,Anté spargo. προσπάσσω. Ital. *Spargere auanti.* Gal. *Espandre deuant* Hisp. *Derramar antes.* Lucret lib.5,Flora quibus mater præspargens ante viai Cuncta coloribus egregiis,& odoribus opplet.

Præstabilis,Præstantia,vide PRAESTO.

Præstega, Locus vbi otij causa sumus sub tecto tantùm, patula reliqua parte,tanquam sub porticu. ξυστὸς Ital. *Luogo coperto da ritirarsi per raggionare.* Gal. *Vn lieu couuert deuant la maison ou l'on se retire pour deuiser.* Hispani, *Lugar cubierto para hablar.* Plautus in Pseud. -facite vt offendam parata omnia, Versa præstega,strata,lautáque,coctáque omnia vti sint.

Præsterno,Anté sterno. προστρώννυμι. Stat 3.Syl. Quæ sibi præsternat vinas altaria phœnix. ¶Per translationem aliquando ponitur pro præparo.Ital.*Preparare.* Gal.*Preparer & vendre deuant,tenir tout prest.* Hispani, *Aparejar.* Plinius Iunior lib.5.Epistо.Illud pero præsternas ad quod horteris,eligásque materiam, ne mihi iam scribere parato,alia tursus cūctationis,& moræ iusta ratio nascatur. Ducta est metaphora à viis publicis,quæ in viatorum vsum silice sternuntur.

Præstes,præstitis,penult.corr. Idem est quod præses,antistes. προεστώς, προστάτης. Ital *Presidente.* Gal.*Prelat, chef en quelque affaire.* Hispa. *El preziado.* Nam antiqui sic Præstites dixerunt,vt nunc Antistites, teste Festo. ¶Præstites itidem Lares dicti fuerunt,quòd in ædibus omnia tuta præstarent,hoc est conseruarent.& tuerentur.Ouid.5.Fastor.

Præstitibus Maiæ Laribus videre Calendæ:
Aram consticui,paruáque signa deūm.
Vouerat illa quidem Curius,sed longa vetustas
Destruit:& saxo longa senecta nocet.
Causa tamen positi fuerat cognominis illis,
Quòd præstent oculis omnia tuta suis.

Præstigiator,oris,Dicitur qui circunstantibus ita oculorum aciem præstringit,vt non aduertant dolum:qui & præstrictor vocator. γόης,γοητευτής. Ital. *Giocolatore.* Gal.*Ioueur de passe passe,bastelenr,sourcier.* Hispa. *El que juega de passa passa.* Plaut.in Pœn.Præstigiator hic quidem Pœnus probus est.

Præstigiatrix,femininum quo vtitur Plautus in Amphy. γοητεία, γοητεύουσα, ἀπατεών. Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est,&c.

Præstigiæ,arum, Incantationes, delusiones: cuiusmodi sunt quæ manuum quadam dexteritate alia apparent quàm re vera sint. γοητεῖαι. Ital. *Incantesimi, inganni de giuocolieri che fanno parere una cosa che non è.* Gal. *Enchanteries & abusemens & ieux de passe passe.* Hispa.*Los juegos de passa passa.* ¶Accipitur tamen pro quauis fraude & impostura. Plautus in Capt. Operta quæ fuere,aperta sunt: patent præstigiæ. Cicc.pro Rabirio Posth.Illinc omnes præstigiæ: illinc,inquam, omnes fallaciæ,omnia denique ab his nummorum argumenta nata sunt. Idem 4. Acade. Ne ab iis quæ clara sint, ipsa per sese,quasi præstigijs quibusdam, & captionibus depellamur.

Præstino,tinas, penult.corr. Antiquis idem erat quod emere. ὠνοῦμαι, ἀγοράζω. Ital.*Comperare.* Gal. *Acheter.* Hispa.*Comprar.* Plaut Epid.Vt & præstines argento priusquam veniat filius. Idem Pseud. Ego eo in macellum,vt piscium quicquid est pretio præstinem. Idem Capt. Iubén', annon iubes adstitur aulas, patinas elui, Alium pisces præstinatum abire?

Præstituo,is, Prius statuo, præscribo, prædestino. προτίθημι, ἀφορίζω. Ital.*Ordinare,assignare,determinare.* Gal.*Ordonner,assigner.* Hisp. *Establescer de antes.* Ouidius, -dij summum præstituere diem. Cicero 3. Verr.Diem præstituit operi faciundo Cal.Decemb.

Præsto,as,stiti,stitum,& statum: vnde & præstatus:multiplicé in oratione vsum habet,variásque significationes. Nonnúquam enim idem est quod antecellere,præcellere,excellere. ὑπερέχω, διαφέρω. Ital.*Eccedere,essere da piu.* Gal.*Valoir mieux,estre plus excellent,surpasser.* Hispa. *Tener ventaja excellencia en algo.* In qua significatione modò dativo iungitur. Cic. Orat. Maiores nostri cæteris gentibus iustitia præstiterunt. Idem 1. Offic.Difficile est quum præstare omnibus cupieris, seruare æquitatem,id est quum cupietis inter omnes eminere,potentiáque omnibus antecellere. Idem de Inuentione,Xenxis in muliebri corpore pingendo multùm reliquis præstabat. Idem in Lælio,Nanq; hoc præstat amicitia propinquitati,quòd ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Modò accusatiuo. Quintil.lib.1, Præstat tamē ingenio alius alium. Virgil. 11. Aeneid. -vel magnum præstet Achillem.Quandoque solo ablatiuo contentum est eius rei qua quis excellit. Sallust.in Catil.Primùm omnium qui vbique probo atq; peculantia maximè præstabant. Cicc. de Orat.Pisistratus literis, doctrináque præstitit.Colum.lib.2, Quanuis candore præstet,pondere tamen vincitur.Cicc.lib.1.Offic.Quorum verò patres,aut maiores aliqua gloria præstiterunt, ij studeant plerunque in eodem genere laudis excellere. Illud verò Sallustij, Omnes homines qui sese studeant præstare cæteris animantibus:quidam sic interpretantur, Qui cupiunt sese præstantiores reddere cæteris animantibus. Quanquam non absurdè sic accipi potest,vt accusatiuus sese à fronte verbi infinitiui regi intelligatur:vt sit sensus Qui studeant vt ipsi præstent cæteris animantibus. Illud autē in 1.Officio.Difficile est autem quum præstare omnibus cupietis,seruare æquitatem,quæ est iustitiæ maximè propria: præesse, vel præsidere significat,ideo dativo,non ablatiuo iungitur. ¶Quandoq; præstare est satisfacere seu cautionem dare:& (vt planius dicamus) est rei alicuius exitum in se recipere, siue alienæ culpæ dispendium velle luere: vt quum dicimus, Præstare euentum, Præstare alienum promissum,quod est alienum promissum in se recipere, & quasi proprium esse,velle satisfacere. βεβαιοῦσθαι, ἀναδέχεσθαι, ἐγγυᾶσθαι. & est verbum Iureconsultorum.apud quos frequentes sunt huiusmodi locutiones, Præstare dolum, Præstare culpam alienam,Præstare noxam, & aliæ consimiles. Cic lib.3.Quicquid esset in prædio vitij,id statuerunt, si venditor sciret,nisi nominatim dictum esset, præstare oportere. ¶Quandoq; implere,perficere. Cicc.3.Offic.Si autem non omne dictum præstandum est,quod dictum non est,id præstandum putas? ¶Quandoque facere. Cicero Emptorem indemnem præstare oportet. ¶Quandoq; beneficium dare. Plinius,Plura hic mihi præstitit,quàm parētes. ¶Quādoq; cauere,& prouidere nequid accidat. Cicer. Torquato,Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus: cáque quum caueamus, humana omnia placatè, ac moderatè feramus. Vbi præstare culpam dixit, pro eo quod est cauere nequid culpa nostra accidat. ¶Quandoque re ipsa perficere,siue persoluere. διαπράττω. Cic.Et quoniam præstitimus quod debuimus,moderatè quod euēnit, feramus. Lactant.lib.4. Homines malunt exempla quàm verba: quia loqui facilè, præstare difficile. ¶Quandoque tribuere. Leu.lib.6. Pacem quam nos præstitimus, eam à vobis petimus Lactant lib.1, Quid tales dij præstare hominibus possunt. ¶Quandoque exhibere,reddere, præbere,repræsentare. παρέχω. Cicc.Lentulo,Sed præsta te eum qui mihi à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis es cognitus. Idem Terentiæ, Neque legis improbissimæ pœna deductus est,quominus hospitij & amicitiæ eius officiū præstaret. ¶Ponitur interdū impersonaliter,idémque significat quod melius est.Sallust in Catil.Quousque patiemini tandem, ô fortissimi viri? Nónne emori per virtutem præstat, quàm hanc vitam miseram, atq; inhonestam,vbi alienæ superbiæ ludibrio fuerimus, per dedecus amittere? Cicc.in Pis.Emori potius,quàm seruire præstat. Idem Attic. lib.14,Mori millies præstitit,quàm hæc pati. ¶Habet & alios hoc verbum in oratione vsus:quos ex sequentibus exemplis facile erit perspicere. Dicimus enim Præstare beneuolentiam:id est exhibere. Præstare diligentiam,operam in re aliqua,quæstum,iusiurandum,& fileotiū. Præstare se incolumem,propugnatorem acerrimum alicuius.Præstare vicem alicuius rei, pro esse vice alicuius rei. Præstare fidem, reuerentiam alicui. Præstare vltima iucunda: id est efficere. Præstare sedulitatem alicui:id est sedulò alicuius negotium agere: Præstare aliquem ante ædes,id est exhibere,siue adducere,eum ante ostiū. Præstare aliquem alicui negotio: id est præficere. Præstate fidem promissi, fidem publicam, promissum. Præstare rempublicam: id est incolumem ab omni incommodo conseruare. Præstare nihil debeo: id est culpa non est mea,siue culpam in me recipere non debeo.

Præstandus,a.um,participium. Ouid.4.de Pon.Eleg.10, Sed præstandus amor,tes non onerosa volenti.

Præstans,quod modò participium est. περιούσιος, ὑπερέχων, διαφέρων. Ital.*Excellente di virtu & di gran cosa.* Gal. *Qui tient le premier lieu, excellent, qui est par dessus les autres.* Hispa. *Excellente.* Cicc.de Vniuersi.Altera pari numero præstans,extremis parique numero superata. Modò nomen idem significans quod insignis, siue excellens: habétque ferè ablatiuum. Virgil.8. Aeneidos.Quorum de numero,qui sese in bella sequantur, Præstantes virtute legit. Cicero pro Planc. Ingenio, iustitia, integritate omnibus præstans vir. Idem 3.de Orat.Literis doctrináque præstans. Nonnunquam etiam genitiuum: vt, præstans animi. Virgil.13.Aeneid.O præstans animi iuuenis. id est cui est animi præstantia. ¶Hinc Præstantior,& Præstantissimus.Virgil.6.Aeneid. -quo non præstantior alter Aere ciere viros, Martémque accendere cantu. Cicero de Amic. Quo mortuo me ad Pontificem Scæuolam contuli, quem vnum nostræ ciuitatis & ingenio & industria præstantissimum audeo dicere.

Præstantia,æ, Excellentia,ab adiectiuo præstans, quod insignem vel excellentem significat. ἐξοχή. Ital. *Prestanza,eccellenza.* Gal.*Excellence.* Hispa.*Excellencia.* Cicero de Amic.Fructus enim ingenij & virtutis, omnisque præstantiæ tum maximos accipitur, quum in proximum quenque confertur. Idem 1. Offic. Nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiáque animantium reliquorum. Gell.lib.1.Scite subtilitérque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit,in reperienda,modulandáque flatus,longitudinisque eius præstantia. Plin.lib.12.cap.3,Tentauere gentes ad se transferre, propter remedij præstantiam.

Præstatio,verbale. ἐκπλήρωσις, ἀπόδοσις. Ital. *Reflicuzione,effetto.* Gal.*Reddition,*

tion, quand on rend & baille ce à quoy on eſt tenu. Hiſpa. *Obra de dar, rendimiento.*} Paul. de Legat. iij. Si plures gradus. Itaque ſi quis velit nō omnes hæredes onerare legatorum præſtatione, &c.

Præſtabilis, le, excellens. {ἐξαίρετος. Ital. *Excellente.* Gal. *Excellent.* Hiſpa. *Coſa de grande excelencia, excellente.*} Gellius, Chilo præſtabilis homo ſapientiæ. Cic. de Amic. Vos autem hortor, vt ita virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, vt ea excepta nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. Idem 1. de Fin. Quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem, aut magis expetendum poſſumus dicere? Idem 2. de Orat. Sumendæ autem res etiam aut magnitudine præſtabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipſo ſingulares: neq; enim paruæ, neque vſitatæ, neque vulgares admiratione, aut omnino laudæ dignæ videri ſolent. Idem de Senectu. Nil mente præſtabilius natura homini dedit.

Præſto, ſiue aduerbium loci ſit, vt quidam volunt: ſiue nomen indeclinabile, vt aliis placet, idem ferè eſt quod præſens, ſiue in promptu, & coram: iungitúrque ſoli verbo ſubſtantiuo ſum, & nonnunquam eius compoſito adſum. {ὑποχείριος. Ital. *Preſente.* Gal. *Preſent, tout preſt.* Hiſpani. *Coſa preſente y efficax.*} Cice. 3. Verr. Quadruplatores ad fretum præſto fuerunt. Terent. Eunuc. Præſto adſum. Cice. de lege Agrar. Te volo curare vt mihi ſummopere præſto ſis, auxiliúmque adducas, dum eos agros quos tuo labore cepiſti, ego mea lege vendam. ¶ Accipitur aliquando Præſto eſſe, pro auxilio eſſe, ſiue operam ſuam alicui præſtare. Idem pro Muræna. Ius ciuile didicit, multùm vigilauit, laborauit, multis præſto fuit. ¶ Item præſto eſſe, ſignificat aduenire, ſiue comparere. Autor ad Herennium, Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt: hyeme, pulſæ recedunt.

Præſtolor, penult. prod. atis. Maneo vel expecto. {ἐκδέχομαι. Ital. *Aſpettare.* Gal. *Attendre.* Hiſpa. *Eſperar lo que ha de venir.*} Feſtus. Præſtolati is dicitur qui antè ſtando ibi quò venturum excipere vult, moratur. Plautus, Dum eum domi præſtolor, aduleſcens aduenit. Idem Truc. Sed quid hæc hic autem tandiu ante ædes ſtetit? neſcio quem præſtolata eſt. Terēt. Eunuc. Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium? Cæſ. 2. belli Ciu. Huius aduēctum L. Cæſar filius quum decem longis nauibus præſtolans, &c. Cicero 2. Inuect. in Catil. datiuo iunxit, Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur.

Præſtringo, is, xi, ctum, Antè ſtringo, præligo, obuincio. {ἐκδείω. Ital. *Chinder forte, ſtrignere.* Gal. *Serrer de pres & eſtreindre.* Hiſp. *Eſtrechar ò apretar fuertemente.*} Stat. 3. Syl. Ille tuis toties præſtrinxit tempora ſertis. ¶ Interdum idem eſt quod obtenebrare, interprete Nonio. vt, Præſtringere aciem oculorum. Præſtringere viſum. δυσωπεῖν. Plautus in Milite, Præſtringit oculorum aciem in acie hoſtibus. Autor ad Herennium lib. 1, Exiſtimat ſe gemmæ nitore, & auri ſplendore omnium aſpectus præſtringere. ¶ Interdum idem eſt quod leuiter attingere, & paucis præcurrere. ἀκροθιγῶς διέξιμεν. Cicero de ſignis, vt citat Nonius, Ignoſcite: rei magnitudo me breuiter præſtringere atrocitatem criminis non ſinit. ¶ Nonnunquam idem eſt quod radere, eodem Nonio interprete, & tranſeundo attingere. Cice. in Philip. Aratri vomere portam Capuæ penè præſtrinxiſti. ¶ Interdū idem eſt quod hebetare, ſiue obtundere: vt Præſtringere aciem ferri, apud Plinium libro 7. cap. 15. & Præſtringere aciem ingenij, apud Ciceronem in Diuinat.

Præſtruo, is. Antè ſtruo, prius ædifico. {προοικοδομῶ. Ita. *Edificare inanzi.* Gal. *Baſtir deuant & edifier, fonder paranant.* Hiſpa. *Edificar antes.*} Colum. libro 1. cap. 5, Quippe ab imo præſtructa, valenter reſiſtent contra ea quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent. ¶ Præſtruere ſibi fidem, per tranſlationem accipitur pro præparare. Liuius 8. belli Pun. Non ſemper temeritas eſt fœlix, & fraus fidem in paruis ſibi præſtruit, vt, quum operæpretium ſit, cum mercede magna fallat. ¶ Ponitur aliquando pro obſtruo. Ouid. 1. Faſto. Ille aditum fracti præſtruxerat obiice montis, Vix iuga mouiſſent quinque bis illud onus. Hoc eſt obſtruxerat, clauſerat.

Præſtructus, a, um, Arte præparatus, & ex compoſito, ſiue ex induſtria factus. {κατεσκευασμένος. Ital. *Edificato inanti.* Gal. *Edifié deuant.* Hiſp. *Edificado antes.*} Sueto. Tiber. cap. 53, Quondam verò inter cœnam porrecta à ſe poma guſtare non auſam, etiam vocare deſiit, ſimulans ſe veneni crimine accerſitum: quum præſtructum vtrunque conſultò eſſet, vt & ipſe tentandi gratia afferret, & illa quaſi certiſſimum exitium caueret. ¶ Interdum idē eſt quod obſtructus. Ouid. in Ibin, Vtque Syracoſio præſtructa fauce Poētæ, Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuæ.

Præſudo, as, penult. prod. Antè ſudo: & per tranſlationem præexerceor. {προϋδρόω, προγυμνάζομαι. Ital. *Sudare inanzi.* Gal. *Suer anparauant.* Hiſpa. *Sudar ante de tiempo.*} Stat. 6. Theb. –ludúmque ſuper quo Martia bellis Præſudare paret, ſeſéque accendere virtus.

Præſul, ulis, A veteribus dicebatur primus inter Salios Martis ſacerdotes: à præſiliendo nomine impoſito, quòd Saliis ancilla per vrbē cantu & tripudiis circunferentibus præiret, & choreā duceret. {χορηγός. Ital. *Prelato.* Gal. *Prelat.* Hiſp. *Prelado.*} Vide Vallam, lib. 5. Elegan. & Liu. lib. 1. ab Vrbe condita. Hodie tamen Præſulis nomine quemuis intelligimus antiſtitem.

Præſultor, oris, Qui ſaltantium choream ducit. {ἐξάρχων, χοροστάτης, χορηγός. Ital. *Colui che mena la danza.* Gal. *Celuy qui meine la dance.* Hiſpa. *Que dança antes.*} Cice. 1. de Diuin. Exiu ruſtico cuidam dormienti viſus eſt venire qui diceret, præſultorem ſibi non placuiſſe.

Præſulto, as, Antè ſalto. {προορχοῦμαι. Ital. *Menare la danza.* Gal. *Mener la dance.* Hiſp. *Saltar ò dançar delante.*} Liu. lib. 7, Si tu permittis, volo ego illi ce. Hiſp. *Saltar ò dançar delante.*} Liu. lib. 7, Si tu permittis, volo ego illi ce. Hiſp. *Saltar ò dançar delante.*} Liu. lib. 7, Si tu permittis, volo ego illi beluæ oſtendere quando adeò ferox præſultat hoſtium ſignis, me ex ea familia ortum quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

Præſulſus, Valde ſullus. {πολὺ ἀλλοῖος, ἀλλόκοτος. Ital. *Molto falſo.* Gal. *Fort falé.* Hiſp. *Muy ſalado.*} Colum. libro 6. cap. 2, Libraléſque offas in præſulſæ adipis liquamine tinctas.

Præſum, præs, præſt, Præfectus ſum, curam rei alicuius habeo. {ἐπιστατῶ, ἐφίσταμαι. Ital. *Eſſere preſidente, eſſere preposto.* Gal. *Auoir la charge de quelcun, ſoigner quelcun.* Hiſpani. *Preſidir o ſer en gouierno ſobre otros.*} Salluſt. *Que affaire, eſtre preſident.* Hiſpani. *Preſidir o ſer en gouierno ſobre otros.*} Salluſque affaire, eſtre preſident.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tilia.libro 9, Mirè verò in cauſis valet præſumptio, quæ προλῆψις dicitur, quum id quod obiici poteſt, occupamus, quæ præcipuè proœmio conuenit.

Prǽſuo, is, præſui, ſutum, Antè ſuere. {προῤῥάπτω. Ital. *Cuſcire auanti.* Gal. *Coudre audeuant ou pardeuant.* Hiſpa. *Coſer antes.*} Plinius libro 12. cap. 19, Conſecant ſurculos longitudine binûm cubitorum: mox præſuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemptorum, vt iis putreſcẽtibus vermiculi lignum erodant, & excauent corticem tutum amaritudine. Haſta præſuta foliis. Ouid. 11. Metamor. Quæ foliis præſuta notam ſine vulnere fecit.

Prętego, gis, pen. corr. Præuelo, antè tego. {προκαλύπτω, προσκάλλω. Ital. *Coprire.* Gal. *Couurir.* Hiſp. *cubrir.*} Lactant. lib. 5. Tum vitia ſua capillis, & pallio & (quod maximè eſt velamentum) diuitiis prætegebat.

Prętendo, is, Antè tendo, oppono. {προκαλύπτομαι, προτείνομαι, πρόσχημα, προσκάλλομαι. Ital. *Porre inanti.* Gal. *Mettre & tendre audeuant, pretendre.* Hiſpani. *Poner delante.*} Virgil. 9. Aeneid. -& Marti prætendere muros. ¶ Quandoque præfero. Virgil. libro 4. Georg. -fumóſque manu prætende ſequaces. ¶ Quandoque præmonſtro, exhibeo. Cicero 1. Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque ſummiſſum, & abiectum, neque ſe efferentem prętendere. ¶ Quandoque prętexo. Virgil. lib. 1. Georg. -riuos deducere nulla Religio vetuit, ſegeti prętendere ſepem. ¶ Lactantius per tranſlationem libro 4. dixit, Ne ſi fuiſſet alienigena, iuſtam poſſent excuſationem de lege prętendere. id eſt allegare.

Prętener, a, um, Valde tenuis. {λίαν πέλω, σφόδρα ἁπαλός. Ital. *Molto tenero.* Gal. *Fort tendre.* Hiſp. *Muy tierno.*} Plin. lib. 25. cap. 13. Similis & nomine & effectu: ſed alia eſt capnos, fruticoſa, prętenera, foliis coriandri.

Prętento, tas, Prius tento. {προπειράομαι. Ital. *Tentare inanti.* Gal. *Tenter premier, taſter, aller à taſtons.* Hiſp. *Tentar de primero.*} Tibul. lib. 2. Eleg. 1, Et pedibus prætentat iter ſuſpenſa timore. Ouid. 5. Metam. Calliope querulos prętentat pollice chordas. Miſericordiam Iudicis prętentare. Quintil. lib. 4, Sed quid? in egreſſu parcius & modeſtius prętentanda eſt Iudicis miſericordia. Cic. 2. de Orato. Ideirco tota cauſa prętentata atque perſpecta, locis omnibus inuentis atque inſtructis, conſiderandum eſt quo principio ſit vtendum.

Prętentatus, us, pen. prod. Actus ipſe prętentandi. {προπείρασμός, πεῖρα. Ital. *Taſtamento, aſſaggiamento.* Gal. *Eſſay ou parauant, taſtement.* Hiſpa. *Obra de tentar de primero.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentata adimplent.

Prętenuis, Valde tenuis. {ὑπερλίαν πέλω. Ital. *Molto tenue.* Gal. *Fort tenuë & deliẽ.* Hiſp. *Muy delgado y ſutil.*} vt, Fila prætennia, apud Plinium libro 11. cap. 15, Mel thymoſum non coït, & tactu prætenuia fila mittit. Idem lib. 8. cap. 50, Solertiam eius animalis Mutianus viſam ſibi prodidit, in ponte prætenui, duabus obuiis ediuersó. De capris.

Prętepeo, es, ui, Antè tepeo. {προχλιαίνομαι. Ital. *Eſſer prima tepido.* Gal. *Eſtre tiede au parauant.* Hiſpa. *Enbiarſe de primero.*} Ouid. 2. Amo. Mollis in obſequium, facilisque rogantibus eſſes, Si tuus in quauis prætepuiſſet amor.

Prętet, præpoſitio à præ deducta, quemadmodum ab in, inter: & à ſub, ſubter. {πλὴν, χωρίς. Ital. *Eccetto, ſuor che.* Gal. *Oultre, fors, excepté.* Hiſpa. *Sacando, cerca, ſin.*} Et modò ſeparatur, modò componitur. Separata vim excipiendi habet, & ſemper accuſatiuo iungitur. Cicero libro 1. Epiſtol. Amicum ex Conſularibus neminem tibi eſſe video, prætet Luculum. Idem pro Cluentio, Omnibus ſententiis prætet vnam, Scamander condemnatus eſt. ¶ Aliquando ſignificat vltra. ἐκτός. Quintil. Multa erant prætet hæc, quæ obiici meritò potuiſſent. Plin. libro 10, Prætet hominem ſomniare equos, canes, boues, pecora, capras, palàm eſt. ¶ Aliquando ſignificat antè. Cicero 5. Verr. Serui prætet oculos Lollij hæc omnia ferebant. ¶ Legitur & pro ſine, ἄνευ, χωρίς. Salluſtius, Prætet rerum capitalium condemnatos. ¶ Aliquando contrà. παρά. Terẽt. in Andr. Prætet ciuium morem atque legem. ¶ Prætet aliquando aduerbium eſt, pro prætquam. Colum. lib. 3. cap. 2, Omnis incommodi patiẽtes prætet caloris. Budæus. ¶ Prætet hac apud Plautum ſæpius legitur pro poſthac. In Rud. Si prætet hac tu verbum faxis hodie, &c. ¶ Prætet modum, idem eſt quod ſupra modum. Cice. de Diuin. Lacus Albanus prætet modum creuit. Cicero 5. Tuſcul. Ariſtides expulſus eſt patria, quòd ſupra modum iuſtus eſſet. In compoſitione tranſitum vel prętertionem denotat. Componitur autem cum dictione incipiente ab e: vt prætereo: f, vt prætfluo: g, vt prætgredior: m, vt prætermitto: u, vt prætuolo. ¶ Prætet ſpem, παρ' ἐλπίδα, ſignificat ex inſperato, prætet opinionem, ex inopinato, vel contra ſpem ſeu contra opinionem. παρὰ προσδοκίαν. Plautus in Mercat. Prætet ſpem ſalua ſumus.

Prętetago, gis, ere. Cogo, vel compello prætetire. {παράγω, παρελαύνω. Ital. *Menare, far paſſare oltra.* Gal. *Mener ou faire paſſer oultre.* Hiſpani. *Guiar, conſtreuir de paſſar allende.*} Horatius 1. Epiſtol. 15, Mutandus locus eſt, & diuerſoria nota Prætetagendus equus: hoc eſt agendus eſt equus prætet diuerſoria nota, id eſt vltra: quod equi inuitiſſimi ſolent facere.

Prętetbito, tas, pen. corr. frequentatiuum à prætereo, Quaſi prætterito, interpoſito h. {παραμείβομαι. Ital. *Paſſare oltra.* Gal. *Paſſer oultre.* Hiſpa. *Paſſar allende.*} Plaut in Epid. Cauo prætterbites vilas ædes quin roges, Senex hic vbi habitat Periphanes Plateniis? Apud Comicos receptus eſt hoc verbum quàm apud Oratores.

Prętterduco, prætterducis, penult. prod. prætterductum, prætterducere, {προάγω, παράγω. Ital. *Menare oltra.* Gal. *Mener oultre.* Hiſpa. *Guiar allende.*} Ducere vel antè ducere. Plaut. Mil. Vt te hodie quaſi pompam illuc prætterducem.

Prętterea, aduerbium eſt ex præpoſitione prætter, & pronomine ea, compoſitum, idem ſignificans quod inſuper, vel adhæc. {ἔτι, ἔτι δέ. Ital. *Oltre accio.* Gal. *Oultre ce d'auantage.* Hiſp. *Allende deſto.*} Cice. in Epiſtol. Nam & tu omni genere prudentiam tuam mihi expoſuit, & prætterea mihi non ignotam in conſuetudine ſuauitatẽ tuam adiunxit, prætterea ſummam erga ſe liberalitatem. Idem pro Corn. Balbo, Sed nos poſſumus & huius contatis eſſe, & cuiuſis prætterea. Virg. 11. Aeneᵉ. Si duo prætterea tales Idæa tulliſſet Terra viros. ¶ Accipitur nonnunquam pro poſtea, ſiue poſthac. ἔπειτα. Virgil. 1. Aene. -& quiſquam numen Iunonis adoret Prætterea, aut ſupplex aris imponat honores?

Prętereo, is, iui, & rij, prætteritum, Significat vltrà eo, prætergredior. {παρέρχομαι, παρέξειμι, παρεμπίπτω, παρεμβάλλομαι, παρίσταμαι, παρέρπω. Ital. *Trappaſſare, paſſare oltra.* Gal. *Paſſer oultre, marcher oultre.* Hiſp. *Paſſar cerca o allende.*} Cice. Appio Pulchro, lib. 3. Epiſtol. Curreus Lepta mihi nuntiauit te iam caſtra prætergreſſum eſſe. Apul. Quúmque ſtabulum prætergreſſus fuiſſem, te cognita, cœpi retrocedere.

Prętterlabor, penul. prod. eris, prętterlapſus ſum. Iuxta labor. prætterfluo, prætereo. {παρέρρω. Ital. *Traſcorrere.* Gal. *Couler & paſſer oultre, gliſſer plus oultre.* Hiſp. *Paſſar allende.*} Strat. 1. Thebaid. -fluctiuaga quà prætterlabitur vnda Sicanios, longè relegens Alpheus amores. Cicero de Orato. Tum & in ſenſum, & in mentem iudicis intrare non poteſt: antè enim prætterlabitur, quàm percepta eſt. Virg. 3. Aene. Et tamen hanc pelago prætterlabare neceſſe eſt. Idem 6. Aeneid. -vel quæ Tyberine videbis Oſtia, quum tumulum prætterlabẽre recentem.

Prętermeo, as, luxtà meo, prætterfluo, παρέρρω.

Prętermitto, tis, Intactum relinquo, omitto, prætereo. {παρέλκω. Ital. *Pretermettere, tralaſciare.* Gal. *Laiſſer ou mettre à dire ou faire, le paſſer.* Hiſpani. *Dexar.*} Terent. in Adelph. Nihil prætermitto, conſinefacio. ¶ Prætermittere ſilentio, idem quòd præire ſileutio. Cicero 13. Philip. Prætermittere pœnam ſceleris, Cice. ad Brutum, idem eſt quod remittere vel ignoſcere. ¶ Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligentia prætcritur: Omitti verò, quod de induſtria relinquitur. Cice. 3. Offic. Minimè verò aſſentior iis qui negant eum locum à Panætio prætermiſſum, ſed conſultò relictum.

Prætermiſſio, onis, verbale. {παράλειψις. Ital. *Eſſo pretermettere.* Gal. *Delaiſſement derriere, omiſſion.* Hiſp. *Dexamiento.*} Cic. 2. Offic. Mamerco homini ditiſſimo Aedilitatis prætermiſſio, Conſulatus repulſam attulit.

Prętermonſtro, as. Gellius libro 20. cap. 9, Vſus conſilio ſum magiſtri, quod docere ipſe me debuerat, à quo diſcerem prætermonſtrantis id eſt quaſi prætereuntis, & aliud agentis, & præter officium ſuum monſtrantis.

Pręternauigo, gas, Nauigio prætereo, prætereuehor. παραπλέω.

Prætternauigatio, verbale, {ὁ παραπλοῦς, παράπλους. Ital. *Nauicatione oltra.* Gal. *Nauigation oultre ou par aupres.* Hiſp. *Obra de nauegar allende.*} Plin. lib. 4. cap. 12. Ab hac Aegina liberæ conditionis. XVII. M. P. Prætternauigatio eſt.

Prętterpropter, Vna dictio eſt compoſita, ſignificans prætterquam, propter: hoc eſt propter aliam cauſam quàm propter eam de qua loquimur: vt, prætterpropter vitam viuitur: hoc eſt propter aliam cauſam viuitur, quàm vt viuatur, vtputa propter laudem, vel propter gloriam. Ennius apud Gellium, Otio qui neſcit vti, plus negotij habet, Quàm quũ eſt negotium in negotio. Nam cui quod agat inſtitutum eſt, nullo negotio Id agit, ſtuder ibi, mentem atque animum delectat ſuum. Otioſo initio animus neſcit quid velit. Hoc idem eſt, neq; domi nunc nos, nec militiæ ſumus. Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum eſt, ire illinc libet. Incertè errat animus, prætterpropter vitam viuitur.

Prætero, prætteris, penult. corr. prættiui, prætritum, penult. prod. {παρέρχομαι.

Universidad de Deusto

πίζω. Ital. *Pregare primo.* Gal. *Frotter au parauant.* Hispa. *Frillar antes.* } Plin. lib. 34. cap. 4o. Timarchus Nicoclis filius Paphij, duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideóq; præcriuit.

Prætterrado, præterradis, præterradi, penult. prod. { παραξύω. Ital. *Radere passando.* Gal. *Raser en passant.* Hisp. *Raer passando.* } Lucret. lib. 4. Præterradit enim vox fauces ipse. Legitur & præterea radit vox, &c.

Præterquam, Dictio est composita excipiendi quidem vim habens, quemadmodum & præter: sed casum exigens superioti similem, quia idem verbum subintelligitur. { πλὴν, ἢ πλὴν εἰ μή. Ital. *Se non che.* Gal. *Excepté que, fors que, sinon que.* Hisp. *Si no que.* } vt, Nemo id dixit, præterquam Cicero, Nullius id interest præterquam patris. Nulli id placuit præterquam Cæsari, Neminem præterquam Prætorem timeo, O vos omnes præterquam Plato legite, A nemine præterquam à Socrate didici. ¶ Significat etiam aliter quàm. ἄλως τε. Liuius lib. 1, Vocata ad consilium multitudine quæ coalescere in populi vnius corpus nulla te præterquam legibus poterat, iura dedit. ¶ Præterquam ponitur aliquando in oratione sequente semper, pro, cum semper. Gell. lib. 15. cap. 1, Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, præterquam semper aliàs, tum minimum quàm delectabiliter, & fœuciter. Aliquando sequente etiam. Gelsus, Aquæ verò frigidæ infusa præterquam capiti, etiam stomacho prodest. id est non tantùm capiti: vel, præterquam quòd capiti prodest. ¶ Præterquam quòd, id est nisi quòd. πλὴν ὅτι. Plin. Iuni. Omnia nobis ex voto successerunt, præterquam quòd in itinere defunctam matrem audiuimus.

Præterueho, is, penult. corr. Naui, curru, vel iumentis aliquid præter locum aliquem veho. { παραλαύω. Ital. *Portare, & passare oltra.* Gal. *Transporter ou faire passer outre.* Hispa. *Traher y passar allende.* } Cicero 5. de Finibus, Neque enim vocum suauitate videntur, aut nouitate quadam & varietate cantandi reuocari eos solitæ, qui præterueherentur: sed quia multa se scire profitebantur. Virgil. 4. Aeneidos, -viuo præteruehor ostia saxo Phœtagiæ. Liuius libro 1, Tamen quum præterueheret nauibus Galliæ oram, &c. ¶ Legitur & absolutè pro præternauigo. Sueton. in Augusto. cap. 93, Caium nepotem, quòd Iudæam præterueheus apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit. Vbi Præterueheus dixit, pro præteruectus. ¶ Oratio præterueeta scopulos, per translationem dicitur quæ maiorem difficultatis partem superauit. Cicero pro Cæl. Sed quoniam emersisse iam è vadis, & scopulos præterueeta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Idem 7. Philip. Magna spe ingrediot in reliquam orationem? e. quoniam periculosissimum locum silentio sum præteruectus. Hoc est quoniam vestro cum silētio nullāque obmurmuratione, difficillimum orationis locum absolui.

Præteruectio, onis, verbale. { παραγωγὴ, παράλασις. Ital. *Esso portare è passare oltra.* Gal. *Transport ou passage pardeuant ou plus outre.* Hispa. *Trahimiento allende.* } Cic. 7, Verr. Monumentum sceleris audaciæ que suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ præterueetione omnium qui vtro citróque nauigarent.

Præteruolo, as, are, Propriè est volando prætereo. { παραπέτομαι. Ital. *Trapassare volando.* Gal. *Voler & passer soudainement sans s'arrester.* Hispani. *Trapassar volando.* } Cicero in Arat. Hic iam se totum cæcas equus abdit in vmbras, Quem rutilia fulgēs pluma præteruolat ales. ¶ Per translationem accipitur pro velociter præterire. Sil. lib. 10, Stridentem gelidis vibrauit viribus hastam, Quæ medias velox raptim præteruolat auras. Cic. 3. de Orato. Sententiæque læpe acutæ non acutorum hominum sensus præteruolant. hoc est celeriter, & antequam intelligantur, præterfugiunt.

Prætexo, is, texui, textum, Ante vel circum vestem, aliúdve quippiam attexo. { παρυφαίνω. Ital. *Tessere appresso.* Gal. *Border, coudre le bord, tistre deuant.* Hisp. *Texer antes ò cerca.* } Vnde Toga prætexta dicta est, quòd purpura ei prætexeretur. ¶ Accipitur pro prætendere, siue velare, causámque aliquam non veram afferre. { περιφράζομαι, πρόσχημα, πρόσκημα. Ital. *Colorare, far vna coperta, trouar scusa.* Gal. *Bailler couleur & couuerture.* Hispa. *Dar color, hallar excusa.* } Virgil. 4. Aeneid. Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. Cicero in Pisonem, Nemo potest exercitum aperte petere, vt nō prætexat cupiditatem triumphi. ¶ Nonnunquam accipitur pro præordiri, siue præordinare, tenuiáque quædam rei alicuius fundamenta collocare. Cicero 3. de Orat. Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrimè, leuioribus principiis naturā prætexuit. ¶ Prætexere litora velis, est ea velis quodammodo operire, & abscondere. Ouidius in Arte, Quid referam Baias, prætextáque littora velis? In eadem propemodum significatione vsus est hoc verbo etiam Ausonius, Tu (inquit) Auguste venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorum quibus Danubij ora prætexitur.

Prætextum, ti, Dicitur illud velamen quo moueri se aliquis simulat ad aliquid agendum, quum tamen alia causa moueatur. { πρόσχημα. Ital. *Pretesto, coloramento, ombreggiamento, coperta.* Gal. *Couleur, ombre, excuse.* Hisp. *So color, cobertura.* } Sueto. de Cæsare, Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. ¶ Eiusdem est significationis Prætextus, huius prætextus, id est obtentus, & quod Cicero per causam, & per simulationem dicere solet. Suet. in Tiberio, Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad nos deferentur.

Prætextus, a, um, adiectiuè: vt Prætexta toga prætextæ actiones: vel substantiuè, hæc prætexta, huius prætextæ. Prætextæ fabulæ, seu comœdiæ, in quibus Reges Romani, vel Duces inducebantur, personarum dignitate pene tragœdiis similes. Horat. in Arte. Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Dictæ prætextæ, quòd principum, magistratuúmve personæ in iis inducerentur quæ prætextis vti solent. ¶ Prætexta toga, genus vestimenti oblongum ac talare, quod supra tunicas honoratissimi quique sumebant: ita dicta quòd ei purpura prætexebatur. ἐμπαίστος. Hæc vna cum bulla in vsum puerorum nobilium usurpabatur. Vnde prætextati dicebantur qui nōdum decem & septem annos præterierant: à prætexta quam induebant: qua deposita, accipiebāt togam virilem, quum ad annum decimumseptimum peruenissent, tanquam non pueriliter, sed viriliter vita esset peragenda. Nam pueri existimabantur qui minores essent annis septendecim. Vnde Vlpianus ait, Puerilem dontaxat annis septendecim finiri: & qui eos nō in totum compleuit, prohiberi postulare. Cicero, Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, sumpta virili toga, vt quoad posssem & liceret, à senis latere nunquam discederem. Senec. libro 1. Epist. Tenes vtique memoria quantum senseris gaudium, quum prætexta posita, sumpsisti virilem togam. Ideo autem ingenuis pueris attributam existimant togam prætextam, vt ex purpuræ robore, ingenui pudoris admonerentur. Lege Macrob. lib. 1. Satur. Ab hoc vestimenti genere olim Papyrius cognominatus est Prætextatus, ob tacendi loquēdique in prætextata ætate prudentiam. Id postea cognomen in omnem eius familiam translatum fuit. ¶ Erat & Prætexta gestamen magistratuum & regum. Hac Tullus Hostilius primus vsus est (vt inquit Plinius) qui debellatis Hetruscis, sellam curulem lictores, & togam pictam atque prætextam (quæ insignia magistratuum Hetruscorum erant) Romam transtulit. Sed postea Tarquinius Demarati filius, quum de Sabinis egisset triumphum, quoniam in eo bello filius eius annos quatuordecim natus, hostem manu percussérat, & pro cōcione illum laudasset, & prætexta ac bulla aurea donasset, insignibus puerum supra annorū sortem præmiis virilitatis & honoris. Prætextæ igitur ac bullæ gestandæ mos à Prisci Tarquinij filio deductus est. Sunt tamē qui tradunt eundem Priscum quum statum ciuitatis ordinaret, instituisse vt Patritiorum filij bulla aurea vterentur: & togam quæ purpura prætexitur, iis tantùm quorum patres curulem magistratum gessissent, cæteris prætextam tantùm indulsisse, vsq; ad eos quorum parentes stipendia iusta meruissent. Fuit & in vsu prætexta bulla, qua nulli alij licebat vti, nec ei qui funus faciebat.

Prætextatus, a, um, adiectiuum. Prætextatum sermonem (inquit Festus) veteres appellarunt ab eo quòd prætextatis nefas sit obscœno verbo vti. Vel (vt quidam aiunt) quòd nubētibus depositis prætextis à multitudine puerorum obscœna acclamarentur. Ideóque prætextatū sermonem appellabant, qui nihil obscœnitatis haberet. Hæc ille. Contra hanc tamen Festi opinionem Suetonius, Gellius, & Macrobius. Prætextatum sermonem (ἀπαιδευσίαν λόγου) acceperunt, pro eo qui apertè obscœnam rem significat. Suetonius in Vespasiano, Erat enim dicacitatis plurimæ & sic scurrilis, ac sordidæ, vt ne prætextatis quidem verbis abstineret. Sic Macrobius lib. 1. Saturn. Hæc nobis sit literata lætitia, & docta cauillatio, vice planipedis & subulonis, impudica & prætextata verba tacentis. Sic prætextati mores, dicuntur lasciui, & obscœni. ἀπαιδεύτως. Iuuen. Saty. 2. Sic prætextatos referunt Arrazata mores. Prætextati anni à Plinio dicuntur lib. 33. pro annis puritiæ: & prætextata ætas, à Gellio, lib. 1. Prætextatæ puellæ dicebantur ingenuæ, & innuptæ, à prætextis quas nubentes deponebant.

Prætimeo, prætimes, penult. corr. Valde timeo. { ὑποφοβοῦμαι. Ital. *Temere molto.* Gal. *Craindre fort.* Hispa. *Temer mucho.* } Plautus Amph. Mirati non est æquum, si sibi prætimet.

Prætingo, tingis, tinxi, tinctū, ex præ & tingo, { προβάπτω, προβρέχω. Ital. *Tingere auanti.* Gal. *Teindre auant.* Hisp. *Teñir adelante.* } Ouid. Semina mollit huius valido prætincta veneno.

Prætor, oris, Athenis ἄρχων, στρατηγός, Omnis magistratus appellabatur cui parēret exercitus. { Ital. *Pretore, podestà.* Gal. *Preteur, magistrat.* Hispa. *Alcade, juez.* } Vnde Imperatores, Prætores quandoque vocantur. Autor ad Herennium, Epaminondas Thebanorum Imperator, et qui sibi ex lege successerat Prætor, exercitum non tradidit. Vbi Victorinus, Notare debemus, omnes magistratus, Prætores appellatos. Sed patres quo tempore L. Sextius primus ex plebe Consul creatus est, Furium Camillum primum Prætorem vrbanum, qui ius in vrbe diceret, creauerunt: mox vnico Prætore non sufficiente, quòd multi peregrini in ciuitatem venirent, alius creatus est peregrinus, eo quòd plerunque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, aliisque prouinciis, totidem Prætores quot prouinciæ in ditionem venerant, creati sunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Dictus Prætor (vt Liuius innuit) à præeundo: quasi præitor, quòd præiret iure & exercitu. Idem Liuius lib. 5. scribit, primum Prætorem ex Patribus, qui ius in vrbe diceret, creatum fuisse, penes quē magistratum, omnis publici priuatique iuris erat potestas, vt & nouum ius condere, & vetera abrogare facultas esset. Idque ob magistratus honorem, Ius honorarium appellatum est, quum tamen regia illi essent insignia, vt apparatu Consulibus penè par videretur. Creatus, quum Consules auocarentur bellis finitimis, nec esset qui in ciuitate ius diceret. Eius dignitas, Prætura dicitur.

Prætorius, a, um, Quod est Prætoris, seu quod ad Prætorem pertinet { ὁ στρατηγός, ὁ & στρατηγῶ. Ital. *ciò che s'appartiene al pretore.* Gal. *Du preteur.* Hisp. *Lo que pertenesce al pretor.* } vt Prætorium ius, Prætoria cohors quæ à Prætore, hoc est Imperatore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quenque delegit qui á se in bello non discederet, & certo munere militiæ vacaret, & sesquiplex stipendium acciperet. Prætoria verò porta dicitur qua exercitus in prælium educitur, quia initio Prætores erant qui nunc Imperatores, qui bella administrabant. ¶ Prætorium genus, ex quo maiorum quisquam Prætoram gessit, ad Consulatum tamen non peruēnit. Cicero pro Plancio, Cedat Consulari generi Prætorium, nec contendat cum Prætorio Equester locus. ¶ Prætorius vir, qui Prætoram gessit, sicut Consularis, qui Consulatu perfunctus est. Cælius Ciceroni, Prouinciæ, quas Prætorij pro Prætore obtinerent, Cicero Attico, Consulares atque Prætorij viri.

Prætorium, rij, Domus in qua Prætor habitat, siue Dux. { ἀρχεῖον, στρατηγεῖον, στρατήγιον. Ital. *Pretorio.* Gal. *Le logis du preteur, pretoire.* Hispani. *La casa real ò consular.* } Quia (vt dictum est) omnis magistratus cui parēret exercitus, Prætor dictus est. Liu. lib. 3, Quercus ingens arbor Prætorio imminebat, cuius vmbra opera sedes erat. Hoc alio nomine à Quintiliano dicitur Augustale. ¶ Ponitur etiam pro magnifica & ampla domo in agro & ruri extincta, in quæ ædificia pecunias ingentes effundebant. Sueto. de Calig. In extruendis omnibus Prætorium atque villarum omni posthabita ratione, nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Pallad. lib. 1, Ipsius etiam Prætorij situs sit loco aliquatenus erectiore, & ficciore propter iniuriam fundamentorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentorum, & vt læto fruatur aspectu. ¶Item Prætorium dicitur locus in quo Prætor ius dicit, vt est in Euangelio. ¶Figuratè item Prætorium accipitur pro ipso concilio à Prætore in tentorium suum domúmve conuocato: vnde Dimittere Prætorium legimus, sicut Dimittere Senatum. Liu. Fuluius ne idipsum impedimento incœpto foret, dimittens Prætorium, Tribunis militum, ac præfectis sociorum imperauit, &c.

Prætoriani, Dicebãtur cohortis Prætoriæ milites, à Prætore, hoc est Imperatore corporis sui custodiæ causa delecti. Cice. pro Cælio, Nemini vnquam præsenti Prætoriani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. Plin. lib. 6. cap. 29, Nuper renuntiauere principi Neroni, missi ab eo Prætoriani milites cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua belli Aethiopicum cogitanti.

Prætoritius, a, um, aliud adiectiuum, idem significans quod Prætorius. Martia. lib. 8, De prætoritia folium mihi Paule corona Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes.

Prætura, æ, Prætoris dignitas. {πραιτῦρα, ἀνωτερία. Ital. *Pretura, podestaria.* Gal. *Preture, office, & dignité de preteur.* Hispa. *La dignidad del pretor.* } Plinius lib. 14. cap. 22, Ad proconsulatum vsque e Prætura honoribus gestis. Cicero pro Flac. Prætutæ iurisdictio res varia, & multiplex ad suspiciones, & simultates. Idem pro Muræna, Prætura Murænæ probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia. Idem 3. Catil. Quum Prætura se abdicasset. ¶Egredi Prætutam. Tacit. lib. 3, Volusio vetus familia, neque tamen Prætutam egressa.

Prætortus, Valde tortus. {πάνυ στρεβλὸς, λίαν λοξός. Ital. *Molto torto.* Gal. *Fort tortu.* Hispa. *Muy tuerto.* } Colum. libro 3. cap. 18, Iulius Atticus prætorto capite, & recurnato.

Prætrepido, as, penult. corr. Valde trepido. Vnde prætrepidans, participium. {λίαν τρέμων. Ital. *Tremante de paura, spauato.* Gal. *Tremblant de peur.* Hisp. *El que tiembla mucho.* } Catul. Epigram. 43, Iam mens prætrepidans auet vagari.

Prætrunco, cas, Amputo, præscindo. {ἀποτέμνω, ἀκρωτηριάζω. Ital. *Troncare.* Gal. *Rogner pres, couper.* Hisp. *Cortar miembro.* } Plautus in Mil. Nónne tibi istãm prætruncari linguam largiloquam iubes?

Prætumidus, Valde tumidus. {πάνυ ὀγκώδης, λίαν αἰθαλίδης. Ital. *Molto tumido.* Gal. *Fort enflé.* Hispani. *Muy hinchado.* } vt Prætumidus furor, apud Claudianum, priore Iuuect. in Rufinum.

PRAETVTIVM, πραίτουτον, Oppidum est Piceni, teste Ptolem. libro 3. cap. 1. Inde fiunt Prætutius, a, um: vt Pubes Prætutia, apud Sil. libro 15. Et prætutianus, na, num: vt Prætutianus ager, apud Plin. libro 3. cap. 13. & 14.

Prævaleo, prævales, pen. corr. Antecello, & quasi in maiori pretio sum, vel melior sum. {ὑπερίσχω. Ital. *Prevalere, esser de maggior stima.* Gal. *Estre superieur, exceder.* Hispa. *Prevalescer.* } Plinius, Vtræque in pretio sunt, sed tamen prævalent margaritæ. ¶Aliquando prævalere significat potentiorem seu robustiorem esse. {ὑπερισχύω. Ital. *Esser più forte.* Gal. *Estre le plus fort.* Hispani. *Mas poder.* } Statius 2. Achill. Quisquis equo, iaculóque potens qui prævalet arcu. Plinius libro 10. cap. 6, Vulturum prævalent nigri.

Prævalesco is, Idem. Colu. lib. 5. cap. 6, Vitem quoque antequam ex toto prævalescat arbor, conserere conuenit.

Prævalidus, adiectiuum, Id est præpotens. {ἰσχυρότατος, κατεπῳδός, δυνάστης. Ital. *Forte, possente.* Gal. *Fort puissant, bien fort.* Hispani. *Fuerte, poderoso.* } Liu. 6. belli Pun. Duas prævalidas vrbes magno inter se maris terrarúmque spatio discretas. Virgil. 1. Georg. Neu se prævalidam primis ostendat aristis. Ouid. Epistol. 8, Prævalidæ fusos comminuere manus.

Prævalidè, aduerbium. {πάνυ ἰσχυρῶς. Ital. *Possentemente.* Gal. *Puissamment.* Hisp. *Poderosamente.* } Plin. libro 17. cap. 14, Præcauendum vt prævalidè accipientis trunco in media fissura relinquatur.

Prævaricor, pen. cor. aris, Quocunque modo à præscripto sui officij deflectere, vt ait Valla lib. 6. {παραβαίνω, ἐκλείπω, ἐκτὸς ὁρίων. Ital. *Prevaricare.* Gal. *Prevariquer, trahir sa partie.* Hisp. *Dexar su officio ò ley.* } Plin. lib. 18. cap. 19, Arator nisi incuruus, prævaricatur. ¶In litibus autem forensibus, prævaricari propriè dicitur accusator qui colludit cum reo, & proprias quidem probationes dissimulat, falsas verò admittit. Cice. de Arusp. respon. A. Catilina pecuniam accepit, vt turpissimè prævaricaretur. Vlpia. in l. Athletas. ff. De his qui notan. infa. Qui prævaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimò ex aduersa. ¶Prævari accusatori, inquit Budæus, est prævaricando subseruire. Cic. pro Cluent. Hoc quanquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed prævaricari accusatori videbatur.

Prævaricator, oris, Dictus est qui ab officij sui præscripto deflectit, atque aberrat. {Prevaricatore. Gal. *Prevaricateur.* Hisp. *El que dexa su officio ò ley.* } Martial. Iurisconsul. l. j. ff. ad Senatusconsul. Turpil. Prævaricatorem fuisse scribit eum qui colluderet cum reo, & translatitiè munere accusandi defungeretur: eo quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas verò excusationes admitteret. Vlpia. in l. Athletas. ff. De iis qui not. infam. scribit prævaricatorem esse qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: allegátque Labeonem qui hoc nomen à varia certatione tractum sensit. Cicero 1. Verr. Vtrum te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mauis? Cælius ad Cice. lib. 8, Ne quod futore Pauli adeptus esset boni, sua culpa videretur amisisse, & prævaricator causæ publicæ existimaretur. ¶Apponere sibi prævaricatorem dicebant antiqui, pro eo quod est curare se per aliquem accusandum, quo cum reo colludente, facilè ille absoluatur. Cice. 2. Philip. Iam vereor P.C. ne (quod turpissimum est) prævaricatorem mihi apposuisse videar. Budæus.

Prævaricatio, onis, verbale. {παραβάσις. Ital. *Fallo, errore, prevaricatione.* Gal. *Prevarication, collusion, faulte.* Hisp. *Falta, mengua, obra de dexar su officio ò ley.* } Plin. Iun. ad Cor. Tacit. lib. 1. Epist. 20. Alioqui prævaricatio est transire dicenda: prævaricatio etiam cursim ac breuiter attingere quæ sint inculcanda, infigenda, repetenda. Cice. in Partit. Prævaricationis nomen significat eum qui in contrariis causis quasi variè esse positus videatur. Idem ad Qu. Fratt. libro 2, Quo die hæc scripsi, Drusus erat de prævaricatione à Trib. ærarij absolutus.

Prævecho, is, Ante veho. {προκομίζω. Ital. *Portare innanti.* Gal. *Porter au deuant, ou charier au parauant.* Hispa. *Traher antes.* } Vnde Prævectus, a, um, ante alios vectus. Liuius lib. 9, Sed Equites Romani prævecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent. Silius libro 7, Ac prævectus equo, nunc dextra prouocat hostem.

Prævello, is, per duplex ll, antè vello προτίλλω.

Prævelo, as, penult. prod. Antè tego, obtego, operio. {προκαλύπτω. Ital. *Coprire innanti.* Gal. *Voiler & couurir pardeuant.* Hisp. *Cubrir antes.* } Claud. lib. 2. de Rap. Ec sparsos religant crines, & vultibus addunt Flammea solicitum prævelatura pudorem.

Prævelox, penult. prod. Valde velox. {πάνυ ὀξύς, πτερωτὸς πρόσω. Ital. *Molto veloce.* Gal. *Fort leger.* Hisp. *Muy ligero.* } Plin. libro 11. cap. 21, Formicæ odore solicitatæ prouolant, crebróque lacerant, quanuis prævelocibus camelis fugientes.

Prævenio, Antè venio, anticipo. {προφθάνω. Ital. *Venire innanti, anticipare.* Gal. *Venir deuant, preuenir.* Hispa. *Venir antes.* } Liu. 4. belli Pun. Cæterùm prævenerat non fama solùm, qua nihil in talibus rebus est celerius: sed nuntius etiam ex regiis seruis. ¶Prævenies, interposita dictione. Virgil. 8. Aegl. Nascere, præque diem veniens age Lucifer almum.

Præventus. {προκαθαλίσκω. Ital. *Preuenuto.* Gal. *Preuenu.* Hisp. *Venido antes.* } Tacit. lib. 17, Atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniæ præventus erat.

Præverto, & Prævertor, deponens, Prætereo, præcedo, anteuerto. {παρέρχομαι, φθάνω. Ital. *Trapassare, preporre, preoccupar.* Gal. *Aller deuant & gaigner, surmonter & occuper le premier.* Hisp. *Yr delante ò anticipar.* } Virgil. 1. Aeneid. -volucrémque fuga prævertitur Hebrum. Cic. pro P. Sylla, Nemo me vnquam tenuissima suspicione petiuinxit, quem non præverterim. ¶Interdum accipitur pro præfero, præpono. Cicero 2. de Diuin. Ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni prævertendum putes. Gell. libro 4. cap. 3. Iurisiurandi religionem animo atque amori prætulisse. Plautus in Amph. Illuc redeundum est mihi, ne me vxorem prævertisse dicant præ Republica. Hoc est ne dicant me vxorem prætulisse reipublicæ. ¶Item reuoco. Plaut. Amph. Flebilis prævertitur metus: accurro vt sciam quid velit. ¶Ponitur aliquando pro præoccupare. Virgil. 1. Aeneid. -& viuo tentat prævertere amore Iampridem resides animos. Prævertisse fulgur (inquit Festus) quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum. ¶Prævertere sermo quod dictum est per iocum, est existimare dictum esse sermo quod loco dictum est. Plautus in Amph. -siquid dictum est per iocum, Non æquum est id te sermo prævortier. Adrianus Cardinalis: Prævertere, & Prævertì, non id significant quod præcedere: sed id quod præponere, prævenire: sed non suo, imò potius præpostero, ac peruerso ordine. Id est vt quod erat in animo vt postea fieret, fiat antea: & contrà, quod antè erat faciendum, postea fiat. Sed id quoque præcipuè notandum est, dativum post se plerunque trahere, ac deposito idem verbum etiam fieri. Liu. 2, ab Vrbe. Nec posse, quòd hostes præpropriè ad portas essent, bello prævertisse quicquam. Ibidem, Aegrè impetratum à Tribunis, vt bellum prævertì sinerent. Idem, Sic Punicum Romano prævertisset bellum. Cæsar 7. belli Gall. Cæsar huic rei prævertendum existimauit, id est occurrendum.

Prævieto, as, {προσανατρώθω. Ital. *Defendere prima.* Gal. *Defendre auant.* Hispa. *Defender antes.* } Silius.

Prævideo, prævides, peo. corr. Antè video {προορῶ. Ital. *Prevedere, antiuedere.* Gal. *Preuoir, veoir par deuant.* Hisp. *Ver antes.* } Plinius, Id nos futurum prævideramus. Cice. 1. de Diuin. Tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet. Virgil. 5. Aeneid. -ille ictum venientem à vertice velox Prævidit. ¶Hinc Prævidentia. πρόνοια. quæ duplex est. Aut enim animo, aut oculis prævidemus.

Prævisus, a, um, participium. {ὁ προορώμενος. Ital. *Preueduto.* Gal. *Preueu.* Hisp. *Veido antes.* } Cic. 5. Verr. Res mihi tota prævisa, atque præcauta est.

Prævitio, as, Antè vitio, vel corrumpo. {προδιαφθείρω, προμιαίνω. Ital. *Viziare innanti ò corrompere.* Gal. *Gaster auparauant.* Hisp. *Corromper antes.* } Ouid. 14. Metam. de Circe loquens, Hunc dea prævitiat, portentificísque venenis Inquinat.

Prævincio, is, ire. Præligo, ligo. Gell. lib. 15. cap. 10, Cum eodem laqueo quo essent prævinctæ, efferrentur. προδέω. Ital. *Ligare auanti.* Gal. *Lier au parauant.* Hisp. *Atar, atar antes.*

Prævius, a, um, Qui præeundo viam monstrat. {ὁδηγός, ὁδοιπορῶν. Ital. *Che va auanti.* Gal. *Qui va deuant.* Hispani. *Cosa que va delante.* } Cicero in Arat. Alcyonem genuit claris demissus ab astris, Prævius Auroræ, Solis, Noctísque facelles. Ouid. 11. Metam. Nunc præcedentem sequitur, nunc prævius anteit.

Præumbro, as, are, Tegere, caligine offundere, & inuoluere, inquit Budæus. {προσκιάζω, ἐμπροσθοσκιάζω. Ital. *Coprire d'ombra.* Gal. *Obscurcir ou se mettant au deuant, offuisquer.* Hisp. *Cubrir de sombra.* } Tacitus, Fama, in quantum præumbrante Imperatoris fastigio datur, clarus. Hic præumbrare dicitur Imperatoris fastigium: quia primarium magnitudine superius, splendorem eorum obfuscat: quemadmodum præcelsæ arbores fulgore in se recepto alias obscurant inferiores.

Præuro, is, præussi, præustum, Antè uro: vnde Præustus, a, um, participium, in cacumine adustus. {προφλέγω, προκαταφλέγω. Ital. *Abbruciare nella cima.* Gal. *Bruster pardeuant, ou au parauant.* Hispa. *Quemar antes.* } Liuius 1. ab Vrbe, Bellum erat consensu fieri solitum, vt Fecialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret. Virgilius 7. 7. Aeneid. -non iam certamine agresti Stipitibus duris agitur, sudibúsve præustis.

Præuolo, as, penult. corr. Antè volo. {προπέτομαι. Ital. *Volare innanti.* Gal. *Voler deuant.* Hispa. *Volar delante.* } Plaut. Milite, Nouisse mores me nos meditatè decet, Curámque adhibere vt præuolet mihi quò tu velis. Cice. 2. de Nato. deor. Basis autem trianguli quem efficiunt grues, ea tanquam à puppi ventis adiuuatur, eæque in tergo præuolantium colla & capita reponunt.

Pragmatici, πραγματικοί, Apud Græcos erant infimæ sortis homines, qui mercede conducti ministros se præbebant oratoribus in iudiciis. Quãquam postea hoc nomen omnibus iis communicatum est qui forensia tractant negotia. Dicti Pragmatici à Græco nomine πρᾶγμα, quod inter cætera causam siue litem significat. Pragmatici erãt homines quidam,

dam inquit Bucæus, forensis professionis, qui causarū actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris responsa, formulasque actionum subministrantes, quasi admonitores politici, dicendorumque suggestores, quum ad iuris disceptationem ventum erat. Quintil.lib.12, Quid si forsè peritus ille iuris non aderit? neque ego sum nostri moris ignarus, obliturve eorum qui velut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant, neque idem quoque Græcos nescio factitasse, vnde nomen iis pragmaticorum datum est.

Pragmaticum, ci, substantiuum. Cice. ad Attic. lib. 14. Tu si quid pragmaticon habes, scribe, hoc est quod in republica gestum sit, inquit Budæus. Quintil. lib. 3. Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus meis, siue quod Græci πραγματικὰς vocant iuris interpretes. Iuuen. Saty. 7. Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum, hoc est à iudicio discedunt, & litem arbitrio forensium aduocatorum, seu procuratorum dirimendam permittunt. Cice. lib. 1. de Orato. Itaq; non (vt apud Græcos) infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudiciis oratoribus, ii qui apud illos pragmatici vocantur: sic in nostra ciuitate, &c. Idem ad Attic. lib. 2, Sed quis, vt video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, versibus denique cauere iubent, & vetant credere.

Pragmatica sanctio, Dicta est quòd per eam à supremo atque ordinario iudice discedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur.

Pramnium vinum, πράμνιος οἶνος, Generosi vini genus, quod in Smyrnæorū agro nascebatur, iuxta delubrum Matris deûm, etiam Homeri carmine celebratum. Autor Plin. lib. 14. cap. 4.

Pramnion, πράμνιον, Indica gemma est nigerrimo colore, sed pellucida, admistum habens & carbunculi colorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Prandium, dij. Cibus qui circa meridiem sumitur, quam veteres cœnam appellabant. ‡ Ἄριστον. Ital. *Il desinare*. Gal. *Le disner, repas qu'on prend deuant midi*. Hispa. *La comida temprana à ayantar*. ‡ Festus, Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium: vesperna autem quam nunc cœnam appellamus. Nonius, Quæ nunc prandia sunt, cœnas Sabini habebant, & pro cœnis vespernas appellabant. Plautus Pœnulo, Partem prandij pignus cepi, abij foras. Cic. in Verr. Quid ego istius prandia & cœnas commemorem? Idem ad Attic. lib. 5, Anteceſserat Stathius, vt prandium nobis præberet. Idem pro Murœna, Ac spectacula sunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. Sueto. in Vitel. cap. 13, Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, & prandia, cœnas, comessationésque. Finire prandia nigris moris. Horat. 1. Serm. Saty. 4, –ille salubres Aestates ducet, nigris qui prandia moris Finiet. Dictum prandium (vt quidam volunt) à perdendo, quòd pauxillulum quiddam in prādium pararetur, quod facilè posset absumi. Alij prandium dictum volunt quasi parandium: quòd leuia tantùm quædam, & paratu facilia apponerentur. Nam prandium non fuisse præcipuum cibū antiquis apparet ex Celso, lib. 7, quum de hyeme loquitur, Si prandet aliquis, inquit, vtilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Idem lib. 4, Famem facilius fert adolescens quàm puer: & vno cibo, quàm prandio quoque adsuetus. Idem lib. 7, Aestate verò & patione, & cibo corpus sæpius eget: ideo prandere quoque commodum est. Plin. lib. 28. cap. 5, Hippocratius tradit non prandentium exta celerius senescere.

Prandiolum, li, diminutiuum, siue Prandiculum. Quod ientaculum appellatur. Festus. τὸ ἀριστίδιον.

Prandeo, des, prandi, & pransus sum, Prandium sumo. ‡ ἀριστάω. Ital. *Desinare*. Gal. *Disner*. Hisp. *Comer*. ‡ Plaut. in Menæch. Prandi & potaui, scortúmque accubui. Cice. pro Cluent. Quum eius in nuptiis more Latinarum multitudo hominum prandaret. Plautus in Menæch. Prandi in naui, inde huc sum egressus, te conueni. ¶ Interdum actiné accipitur pro comedere, id quod est in prandio, in accusatiuo positum. Horat. 2. Serm. Saty. 3, Luscinias solitī impenso prandere coëmptas.

Pransus, a, um, particip. ‡ Δειπνήσας, ἐστιαθείς. Ital. *Chi ha desinato*. Gal. *Qui a disné*. Hispa. *Que ha comido*. ‡ Horat. 1. Serm. Saty. 6, Pransus non auidé. Cice pro Mil. Adde insciti am pransi, poti, oscitantis ducis. Pransos veteres vocabant, teste Nonio, non solùm qui edissent, sed etiam quibus nihil deesset. Varro, Pransum te ac paratum esse oportere.

Pransito, tas, pen. corr. frequentatiuum à prādeo. ‡ πολὺ δειπνηκέναι. Ital. *Desinar souente*. Gal. *Disner souuent*. Hispani. *Comer muchas veces*. ‡ quod Plaut. in Amph. cum accusatiuo cōstruxit. Nequam homines (inquit) qui polentam pransitant.

Pransor, soris. Qui prandet, aut qui inuitatus est ad prandium. ‡ ἀριστητής, δειπνητής. Ital. *Chi desina o inuitato à desinare*. Gal. *Qui disne ou inuité à disner*. Hisp. *Yantador, o combidado à ayantar*. ‡ Plaut. in Menæch. Bonum anteponam prandium pransoribus.

Pransorius, adiectiuum: ὁ ἐπὶ τῷ δειπνεῖν ἐπιτήδειος, δειπνητικός. vt Prāsorium candelabrum, apud Quintilianum lib. 6. cap. 4, Mirantibus quòd humile candelabrum emisset: Pransorium erit, inquit.

PRASII, πράσιοι, Indiæ populi sunt clarissimi, quorum metropolis est Palibrota. Plin. lib. 6. cap. 19.

Prasinus, penult. corr. ‡ πράσινος. Ital. & Hispa. *Verde*. Gal. *Verd*. ‡ Color viridis ad similitudinem porri. Nam πράσον, Latinè porrum dicitur. Hinc vestes è viridi lana, prasinæ dicuntur. Martia. lib. 10, De nostra prasina est synthesis empta toga. Plautus, Prasina, coccina, tyale, soccos, monilia amisit. Plin. lib. 37. cap. 10.

PRASIAE, πρασιαί, Oppidum maritimum fuit in ora Laconica non procul ab ostio Inachi fluminis: cuius meminit Thucyd. bel. Peloponn. libro 2.

Prasius, πράσιος, Gemma est è viridantium genere, virore tamen multò dilutiore quàm smaragdus, vtpote quæ ad porri colorem (vnde & nomen accepit) maximè accedat. Sunt autem tria prasij genera, quæ vide apud Plin. lib. 37. cap. 8.

Prasoides, penult. prod. πρασοειδὴς. Gemma est ex genere topaziorum, à porri colore nomen habens. Nam πρασοειδὴς Græcis idem est quod porraceus. Vide Plin. lib. 37. cap. 8.

Pratum, ti. Ager ex quo fœnum percipitur. ‡ λειμών. Ital. *Prato*. Gal. *Vn pré*. Hispa. *Prado*. ‡ nomen habens ex eo quòd sine opera paratum sit, vt placet Varroni libro 4. de ling. Lat. Pratum (inquit Vlpia. de verbo. signifi.) in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, ex eo dictum quod paratum sit ad fructum capiendum. Columel. libro 2. cap. 17. Prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomen quoque indiderunt ab eo quòd protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret. Ouid. 1. Metam. Figitur in vitidi, si fors tulit, anchora prato. Idem, Area grammeo suberat vitidissima prato. Virgil. 8. Aeglo. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. ¶ Prata item dicebantur quæ oūe vitidaria, vt plurimum buxo & lauro frequentata.

Pratulum, diminutiuum, apud Plin. Epist. 101. ‡ τὸ λειμωνίον, μικρὸς λειμών. Ital. *Picciol prato*. Gal. *Vn petit pré, vn preau*. Hispa. *Pequeño prado*. ‡ Cicero ad Attic. libro 12, Pro isto asso sole quo tu abusus es in nostro pratulo. Idem de Clar. orato. Tum in pratulo propter Platonis statuam consedimus.

Pratensis, pratense. Quod est ex prato. ‡ λειμώνιος, ὁ ἐν λειμῶνι. Ital. *Cosa di prato*. Gal. *De pré*. Hispa. *Cosa pertenesciente à prado*. ‡ Colum. lib. 6. cap. 3, Eósque nemo dubitat quin optima sint, vicia in falcem ligata & cicercula, itémque pratense fœnum. Pratenses flores. Plin. libro 21. cap. 8. Pratenses fungi, qui in pratis nascuntur. Horat. libro 2. Serm. Saty. 4. –prateusibus optima fungis Natura est: aliis malè creditur.

Prauus, a, um, Distortum, peruersum. ‡ Δλοφρόφων. Ital. *Torto*. Gal. *Torue*. Hisp. *Torcido*. ‡ Rectum etenim & prauum sunt contraria. Cice. 1. Acad. Quid rectum in oratione, prauúmve. Horat. 1. Sermo. Saty. 3, –hunc varum distortis cruribus, illum Balbutit scaurum, pravis fultum malè talis. Luctet. libro 4. Denique vt in fabrica si prava est regula prima, Omnia mendosè fieri, atque obstipa necessum est. ¶ Per translationem accipitur pro malo & vitioso. ‡ πονηρός, φαῦλος. Ita. *Cattiuo, maluagio*. Gal. *Peruers, mauuais*. Hispa. *Hecho al reues, dolo bueno*. ‡ Terent. in Adelph. Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdum, atq; alienum à vita mea videatur. Cice. pro Rosc. Com. Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse arbitrabantur. Cic. 2. de Finib. Bestiarum verò nullum iudicium puto: quanuis enim deprauatæ non sint, prauæ tamen esse possunt. Tenax prauī, Virgil. 4. Aeneid. Obnoxius prauis, Horat. 2. Sermo. Saty. 7. Stultitia prava, Horat. 2. Serm. Saty. 3. Ambitio prava, Horat. 1. Serm, Saty. 6, Prauo naso viuere, Horat. in Arte.

Prauitas. Id est obliquitas, mala & peruersa alicuius rei constitutio, & compositio. ‡ πονηρία, κακία, Δλοφροφία. Ital. *Tortuosità, maluagità*. Gal. *Tortuosité, mauuaistie*. Hisp. *Torcedura de lo derecho*. ‡ Cic. 4. Tusc. Vitium, quum partes corporis inter se dissident, ex quo pranitas membrorum, distortio, deformitas. Idem 1. de Legib. Corporis prauitates, si erūt perinsignes, an habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit? ¶ Ponitur aliquando pro malitia. φαυλότης. Cicero 4. Acad. Tamétne in ista prauitate præstabitis? Cicero in Parad. Animi prauitates rectè vitia dicuntur.

Prauè, aduerbium, cui opponitur rectè. ‡ πονηρῶς, σφαλῶς. Ital. *Maluaggiamente*. Gal. *Mauuaisement, peruersement*. Hispani. *Con torcedura dela derecho*. ‡ Cic. 2. de Finib. Ille porrò malè, prauè, turpiter cœnabat.

PRAXASPES, πραξάσπης, Nobilis Persa, qui Smerdim Cambisæ fratrem iussu regis occidit, cuius facinoris conscientia adactus, postea in maximo Persarum conuentu, ex editissima turre se præcipitem dedit. Vide Herod. lib. 3.

PRAXAGORAS, πραξαγόρας, Nobilis medicus fuit, cuius aliquoties meminit Plinius.

PRAXIDICE, es, πραξιδίκη, Deæ nomen, cuius non statuam integram, sed caput tantùm in templis dedicabant. Hinc Mnaseas Soteris vxorem facit, eandémque sororem, Concordiæ & Virtutis matrem. Autor Suidas. Stephanus Praxidicen Nympham fuisse tradit, quæ ex Tremilere Cragum peperit, à quo Lyciæ mons nomen accepit.

Praxibulus, li, πραξίβουλος, Athenienſium magistratus, cuius meminit Plin. lib. 33. cap. 7.

Praxis, praxeos, ‡ πρᾶξις. Ital. *Attione, negocio*. Gal. *Action, negoce*. Hispa. *obra, negocio*. ‡ fœm. gene. Actionem significat. Vnde practicus, a, um, actiuus, & qui actu ipso aliquid proficit. Hinc artes dictæ sunt quædam practicæ, quæ in exercitatione & ipsa actione consistunt: diuersæ ab illis quæ theoricæ, id est speculatiuæ, & quæ πραγματικαί, hoc est effectiuæ dicuntur. De vtriusque Quintil. libro 2. cap. 18, Quum sint autem artium aliæ positæ in inspectione, id est cognitione & æstimatione rerum, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet, intellectu contenta: quæ θεωρητικὴ vocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis est saltatio. Aliæ in effectu, &c.

PRAXITELES, penult. corr. πραξιτέλης. Statuarius, marmore nobilitatus, & præcipuè duplici Venere Gnidia, & Coa: quarum illam maximè nobilitauit vesanus adolescentis eximiā amor, qui noctu in templo delitescens simulachro cohæsit: & Nicomedis regis æstimatio, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conantis. Natus fuit in extrema Italiæ ora, quam Magnam Græciam olim appellabant: deinde propter artis præstantiam ciuitate Romana donatus: quam multis etiam egregiis signis ornauit: ex quibus à Plinio commemorantur Triptolemus, Flora, Ceres in hortis Seruilianis, Boni euētus, & bonæ Fortunæ simulachra in Capitolio: item & Mænades, & quas Tyadas vocant & Caryatidas, & Sileni in Asinij Pollionis monumentis, & Apollo, & Neptunus aliáque nonnulla quæ vide apud Plin. libro 34. cap. 8, & libro 37. cap. 5. de hoc etiam Propertius, Praxitelem parius vindicat arte lapis.

Preciæ vuæ, teste Seruio dicūtur quæ ante alias matureſcunt, quasi præcoquæ. Virg. 2. Georg. Et passo Psythia vtilior, tenuisque Lageos Tētatura pedes olim, victúraque lingoam: Purpureæ, præciæque: & quo te carmine dicam Rhetica?

PRECIVS, Lacus nomen est, apud Cice. in Orat. pro Milone.

Precium, & precioſus, vide PRETIVM.

Precor, aris, cum accusatiuo significat oro. ‡ εὔχομαι, παρακαλῶ. Ital. *Pregare*. Gal. *Prier*. Hisp. *Rogar generalmente*. ‡ Cice. 1. de Natu. deor. Quid veneramur, quid precamur deos? Ibidem, Dij quos nos colere, precari, venerarique solemus. Iunctum verò cum datiuo, idem est quod opto

Universidad de Deusto
Biblioteca

alicui bonam vel malam fortunam. ἐυχομαι. Quintil. Et oram soluentibus bene precemur. Horat. 2. Serm. Satyr. 7, Minimus & scurræ tibi nõ referenda precati Discedunt. Dira precari alicui, Tibul. lib. 2. Eleg. 7. Malè precari alicui. Cice. in Pisonem, An quod tibi profiscenti euenit, vt omnes execrarentur, malè precarentur, vnam tibi illam viam, & sempiternam esse vellent? Dicimus autẽ precor deos: precor ad deos. Liuius 8. belli Macedo. Ad quos precentur, & supplicent. Precor deos bonas preces. Cato cap. 134. Iane patet te hæc struere commouẽda bonas preces precor. ¶ Huius composita sunt, Deprecor, Imprecor, de quibus suis locis.

Precator, Qui pro alio intercedit, vel postulat. ἱκέτης, δεήσεως. Ital. *Che prega.* Gal. *Prieur, qui prie.* Hispani. *El que roga, rogador.* } Terentius in Heautont. Nemo accusat Syre te: nec tu aram tibi, neque precatorem pararis.

Precatio, onis, verbale. } Δέησις. Ital. *Preghiera.* Gal. *Priere.* Hisp. *Ruego.* } Cic. pro Muræ. Quòd si illa solennis comittorum precatio, Consulatibus auspiciis consecrata tantam habet in se vim & religionem, &c. Liu. 9. ab Vrbe, Quid enim aut sponsoribus in fœdere opus esset, aut obsidibus, vbi precatione res transigitur?

Precis, preci, precem, &c. obliqui sunt ab inusitato nominatiuo precis: idẽ significantes quod precatio, siue obsecratio. } Δέησις, δέημα. Ital. *Preghiera.* Gal. *Priere.* Hispani. *Ruego.* } Terent. Phorm. Sed parúmne est quod omnibus nunc nobis succenset senex, Ni infligemus etiam vt nullus locus relinquatur preci? Quintil. lib. 3. cap. 10, Hac illi opus est occasione, ne eum talium precum pudeat. Terent. in Andr. Nihil est preci loci relictum, iam perturbaui omnia. Horat. 2. Epist. 1, Cœlestes implorat aquas docta prece blãdus. Ouid. 2. de Ponto Eleg. 2, Tempus adest aptum precibus.

Precarius, a, um, adiect. Est quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu quandiu is qui concessit, patitur. } Δεητός. Ital. *Precario.* Gal. *Emprunté à la charge de le rendre.* Hispa. *Cosa de ruego.* } In hanc sententiam dictum est à Seneca, hominẽ esse precarij spiritus. Et apud Curtium ait Alexander, Mori præstat quàm precario Imperatorem esse. Idem, Sed precarium spernebatur Imperium. Vbi precarium Imperium dicitur id quod tandiu obtinetur, quandiu qui concessere, permittunt. Anima precaria. Tacit. lib. 1, Méque precariam animam interinsensos trahere. Precarium auxilium, non instum ferre. Liu. 8. ab Vrbe. Ius precarium. Tacitus de Germanis. Salus precaria, Brutus Ciceroni. Quæstus precarius. Cicero Octauiano. Cuius anus fuerit argentarius, astipulator pater, vterque verò precarium fecerit quæstum.

Precario nomen, ipsa terminatione datiui pro aduerbio accipitur. } μετὰ δεήσεως, σὺν δεήσει, δεητικῶς. Ital. *Per prieghi, per importunita.* Gal. *Par priere, par emprunt.* Hispa. *Alcançando por ruegos.* } Terent. in Eunuch. Seu vi, seu clàm, seu precario. Paul. Iurisc. Precario habere videtur, qui possessionem corporis, vel iuris adeptus est ex hac solummodo causa quòd adhibuit preces, & impetrauit, vt sibi possidere aut vti liceat. παρακλήσει χίχρησθαι. Veluti si me rogaueris vt per fundum meum ire, vel agere tibi liceat, vel vt in rectum meum stillicidium, vel tignum in parietem immissum habeas. Cicero pro Aulo Cecin. Ne id quidem satis est, nisi doceat ita se possedisse, vt nec vi, nec clam, nec precario possederit. Idem 3. de Orato. Etenim verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locum, non irruisse: atque vt precario, non vi venisse videatur.

Prehendo, is, vide PRAETENDO.

Prelum, li, vide PRAELVM.

Premo, is, pressi, pressum, Propriè calco, & innitor alicui rei cum pondere, stringo. } πιέζω, θλίβω. Ital. *Premere, calcare.* Gal. *Presser, fouler, serrer, estraindre.* Hispa. *Cargar ò apretar.* } Virgil. 4. Georg. & spumantia cogere pressis Mella fauis. Idem Aeneid. 2, -veluti qui sentibus anguem Pressit, humi nitens. ¶ Quandoque aduersati, vexare. Virgil. 10. Aene. Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste. Plaut. Amph. Fata istæc me premunt. ¶ Quandoque effodere. Idem 10. Aeneid. -sulcúmque sibi premat ipsa carina. ¶ Quandoque insequi, insistere. ἐπιθλίβω. Virgil. 1. Aeneid. Hàc fugerent Graij, premeret Troiana iuuẽtus. ¶ Quandoque vrgere: vt Ingentem clamore premes ad retia cervum. ¶ Quandoque occultare. κρύπτω. Virgil. 1. Aeneid. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. ¶ Quandoque expellere. ἀποθλίβω. Varro 2, Inuitámque pressit ab ædibus. ¶ Quandoque cohibere. Virgil. 1. Aeneid. Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat. ¶ Quandoq; claudere. Virgil. 9. Aeneid. -pressive oculos, ac vulnera laui. ¶ Quandoque vitiare. μιαίνω. Varro, Qui toties vilici tui vxorem absente pressisti viro. ¶ Quandoque remouere, excitare. Virgil. 1. Georg. -& rutis opaci Falce premes vmbram. ¶ Quandoque vastare. Virg. 1. Aeneid. -pelaga premit arua sonanti. ¶ Quandoque occidere. Virgil. 9. Aeneid. Armigerúmque Rhemi premit. ¶ Quandoque demergere, infodere. Idem 2. Georg. Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros Sparge fimo pingui. Quandoque instare, & dicendo immorari. Plin. Epist. 9. libro 3, Quum Caecam accusatorem, nihil magis pressi quàm quod accusator eius, &c. Quandoque reprehendere, maledicere. Quintil. lib. 12. de Cicerone, Præcipuè verò pressernnt eum qui videri Atticorum imitatores concupiebant. ¶ Aere alieno premi. Cice. in Catil. Qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamẽ expetunt. ¶ Facta premunt annos, hoc est superant. Quid. 7. Metamor. Si titulos, annósque tuos numerare velimus, Facta premẽt annos. id est plura erunt facta quàm anni, aut maiora quàm pro ætate. ¶ Angustiis premi. Cæs. 3. belli Gall. Quibus angustiis Cæsar à Venetis prematur, docet. ¶ Huius composita sunt, Apprimo, Comprimo, Deprimo, Exprimo, Opprimo, Imprimo, Reprimo & Supprimo, quæ habent penultimam correptam.

Pressus, a, um. Modò participium est: vt pressus manu caseus. } πεπιεσμένος. Ital. *Calcato, cascato.* Gal. *Pressé, estraint, serré.* Hisp. *Apretado ò cargado.* } Colum. lib. 7. cap. 8. Illa verò notissima est ratio faciendi casei, quem dicimus manu pressum. Virgil. 2. Aeglo. -sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Idem 3 Georg. Læta magis pressis manabunt flumina mammis. Modò nomen idem significans quod subtilis ac brevis. Cicero in Horten. Quis te autem est, aut fuit vnquam in partiundis rebus, in definiendis & explicandis sententiis pressior? ¶ Aliquando dicitur onustum, grauatum. βεβαρυμένος. Virgil. libro 2. Georg. Ceu pressæ quum iam portum tetigere carinæ. ¶ Presso gradu incedere. hoc est firmo, nec celeri, sed quo cautos incedere videmus. Liu. 8. belli Pun. Inde vbi incipiendæ iam pugnæ tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere iubet. ¶ Pressum vocat Ouidius quod est quasi impressa nota signatum, lib. 6. Fast. Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea pressa nota est.

Pressus, us, Ipsa pressio, siue premendi actus. } θλῖψις, συνοχή. Ital. *Esso premere.* Gal. *Pressement, foulement.* Hispani. *Apretamiento.* } Cicero libro 1. de Orat. Nemo est quin literatissimum togatorum omnium Qu. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipso oris pressu & sono facile vincat. Idem 2. Tuscul. Sic animus inertione sua depellit pressum omnem ponderum.

Pressura, æ, Idem quod pressus, huius pressus, hoc est actus ipse premendi. } θλῖψις, συνοχή. Ital. *Esso premere ò stringere.* Gal. *Pressurement, pressurage.* Hisp. *Apretamiento.* } Plin. lib. 18. cap. 31, Pressura vna culeos xx. implere debet. Colum. lib. 2. cap. 36. Mustum tortiuum est quod primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur.

Pressus, sa, Frequentatiuum à premo. } πιεζάζω. Ital. *Premere souente.* Gal. *Presser souuent.* Hispa. *Apretar muchas vezes.* } Virgil. 5. Aeglo. -pressabimus vbera palmis. ¶ Inuenitur & pressor, aris, deponens. Plautus in Persa, Vomica est, pressare parcè. ¶ Pressatus, participium. Plaut. Asin. Quin tradis hæc erumena pressatum herum.

Pressè, aduerbium. } πυκνῶς, συνεχῶς, ῥώμης. Ital. *Brevemente, senza superfluita, senza straugare.* Gal. *Serrément, sans superfluité, brievement.* Hispani. *Apretada ò cargadamente, brevemente.* } Cicero 1. Offic. Alterum exercitatio augebit, alterum imitatio pressè loquentium, & leniter. Idem 4. de Finibus. Sed vt propius ad ea Cato accedam, quæ à te dicta sunt, pressius agamus: eáque quæ modò dixisti, cum his conferamus quæ tois antepono.

Pressorius, a, um, adiectiuum. } πιεστήριος, πιεστικός. Ital. *Cosa da premere.* Gal. *Dequoy on se sert à presser.* Hisp. *Cosa para apretar.* } vt Pressorium vas, in quo quid premitur. Colum. lib. 12. cap. 18, Tum sacrificia Libero, Liberæque, & vasis pressoriis, quàm sanctissimè, castissimèque facienda.

Prepon, } πρέπον. Ital. *Decoro.* Gal. *Honnesteté, honne grace.* Hispa. *Mermosura.* } Latinè decorum dicitur. Cice. de Orat. Vt in vita, sic in oratione nihil est difficilius quàm quod deceat. πρέπον appellant Græci, nos dicamus sanè decorum. Idem 1. Officio. Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum potest: Græcè enim πρέπον dicitur.

Presbyter, eri, } πρεσβύτερος. Ital. *Antico, prete.* Gal. *Ancien, prestre.* Hisp. *Anciano, viejo presbytero.* } Latinè senior dicitur. Augustinus, Sanè etiam grandioris ætatis, & sicut Scriptura loquitur, plenum dierum posse dici seniorem, hoc est presbyterum. Proinde omnis senex etiam presbyter, non omnis presbyter etiam senex: quia plerunque est hoc nomen ætatis, quæ infra senectutem senectuti vicina est, & ex hoc etiam ipsa à senectute nomen accepit in Latina lingua. Quoniam autem presbyter senior appellatur apud Græcos, aut maximè, sicut Scriptura loquitur, πρεσβύτερος & πάνυ πρεσβύτερος dicuntur, etiamsi ætates iuuenum comparentur, quod dicimus nos maiorem atque minorem.

Prester, presteris, pen. genitiui prod. πρηστήρ, Serpentis genus est, quem alio nomine vocant dipsadem. Lucan. lib. 9, Oráque distendens auidus spumantia præster. Plin. lib. 20. cap. 20, Sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum, & presterum restringi. ¶ Est etiam præster cælestis flammæ genus, quæ quicquid attingit, amburit, & proterit. Plin. lib. 2. cap. 48, Idem ardentior accensúsque dum furit, præster vocatur, amburens contacta pariter & proterens.

Pretium, tij, Quod datur pro re empta. } πριάμενος. Ital. *Prezzo, pregio.* Gal. *Prix.* Hisp. *Precio, estimacion de cada cosa.* } Plautus in Pœn. Isto pretio tuas nos facilè feceris. Virgil. 4. Aeneid. Fœmina quæ nostris errans in finibus, vrbem Exiguam pretio posuit. Terent. Heaut. -agrum in his regionibus Meliorem, neq; preti maioris nemo habet. ¶ Auellere pretium antequam mercem ostendere. Horat. 1. Sermo. Sary. 2, -an tibi mauis Insidias fieri, pretiúmque auellier antè, Quàm mercem ostendi? ¶ Capi pretio. Tibul. lib. 3. Eleg. 1, -pretio capiuntur auaræ. ¶ Aliquando pretium accipitur pro mercede siue præmio: idque interdum in meliorem partem. Terent. Andr. Quod habui summum pretium, persolui tibi. E seruo libertus vt esses. Virgil. 5. Aeneid. Et palmæ pretium victoribus. Interdum in deteriorem, vt idem ferè sit quod pœna. Ouid. 10. Metamor. Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. Terent. Andr. Ego pretium ob stultitiam fero. ¶ Legitur etiam pretium aliquando pro composito operæpretium. Tacit. libro 2, Res eo anno prolatas haud refertem, ni pretium foret Cn. Pisonis, & Asinij Galli super eo negotio diuersas sententias noscere. Pretium operæ, & pretium curæ, locutiones notatu dignæ. Plin. Id verò audire pretium operæ fit. Plin. Epist. 159, Postea mihi visum est pretium curæ, ipsum Senatusconsultum quærere.

Pretiosus, a, um, Quod est multi pretij. } πάμπολυς, ἐνάμπολυς, πολύτιμος. Ital. *Di sommo prezzo.* Gal. *Precieux, riche & de grand valeur.* Hisp. *De mucho precio.* } Plaut. in Bacch. Ne minimum pretiosa operaria es. Cicero 3. Offic. Quærit, si in mari iactura facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat, an serui vilis. ¶ Emptor pretiosus, hoc est sumptuosus, qui magno pretio aliquid emit. Horat. 1. Carm. Ode 6, Seu nauis Hispanæ magister Dedecorum pretiosus emptor. Ouid. 3. Amor. ¶ Ingenium quondam fuerat pretiosius auro. Idem 1. Meta. -subiitque argentea proles Auro deterior fuluo pretiosior ære.

Pretiosè, aduerbium. } πριαμένως, ἐνάμπολυς, πολυτίμως. Ital. *Riccamente.* Gal. *Richement.* Hisp. *Ricamente.* } Cice. 2. de Inuent. Vasa magnifica, & pretiosè cælata. Gell. lib. 5. cap. 5. Pretiosè armatum exercitum.

PRIAMVS, pen. corr. πρίαμος, Laomedontis Troianorum regis filius: λαὸς & πρίασθαι, quod est emere, autore Seruio. Nam puer ab Hercule, qui patrem Laomedontem interfecerat, captus cum Hesiona sorore, solus pecunia redimi potuit vel secundum alios, quia Hercules eum à vicinis hostibus redemptũ in paterno regno locauit. Eum à Ioue originem traxisse ferunt. Dardanus enim filius fuit Iouis ex Electra,

cuius filius fuit Erichthonius. Hic filium habuit Troëm, qui regionē quę à Dardano Dardania dicebatur, Troiam à se dixit. Huius filij fuerunt Assaracus, & Ilos, qui vrbē totius regionis caput, Ilion à se vocauit. Hic filium habuit Laomedontē, qui pater fuit Priami. At Priamus ipse, parre ab Hercule interfecto, auro redemptus, Ilion instaurauit simul & exornauit, regnique limites vsqueadeo protulit, vt non solùm Troiæ, sed totius ferè Asiæ rex videretur. Hecubam filiam Cissei regis Thraciæ vxorem duxit, habuitque, teste Cicerone Tusc. Quæst. lib. 1, filios quinquaginta, quorum decem & septem ex insta vxore sunt nati, ex ceteris fuit & Paris, qui repetituras Hesionem sororem, in Græciā profectus, Menelao Helenam vxorem rapuit, vnde motum est bellum decēuale à Græcis in Troianos, in quo vidit filios suos ferè omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Ilio, & ipse à Pyrrho Achillis filio occisus est prope arā Iouis Hercei, in sanguine Politæ filij, vt est apud Virg. lib. 2. Aeo. Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras, &c. At verò ex altero latere Assaracus Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Aeneas. Quā sanè genealogiam Ouid. li. 4 Fast. Pulcherrimè expressit. ¶ A Priamo fit Priamides patronymicum prima lōga: & Priameius, a, um, prima breui. ¶ Fuit & Priamus alius Politę filius, superioris nepos, quem Aeneas ex Troiæ excidio secum in Italiam duxerat. Virg. lib. 5. Aene. Vna acies iuuenum ducit, quam paruus ouantem Nomen aui referens Priamus, tua clara Politæ Progenies auctura Italos, &c.

PRIAPONNESVS, πριαπόννησος, Insula est in sinu Ceramico. Plinius lib. 5. cap. 32.

PRIAPVS, penult. prod. πρίαπος. Liberi patris & Veneris filius, quem superstitiosa antiquitas hortorum præsidem credidit. Horat. 1. Serm. saty. 3. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum, Quum faber ad dubitans scamnum facerétne, Priapum Maluit esse deum: deus hinc ego furum, auiúmque Maxima formido. Idem & Lampsacenus dicebatur, à Lampsaco non ignobili Troadis vrbe ad Hellespōtum sita in qua & natus creditur.

Priapeia, πριαπεῖα. Carmē obscœnum, quod nonnulli Virgilio, alij Ouidio ascribunt: quā quam verisimilius est multorum id opus esse, ob argumenti similitudinem vnum in volumen congestum.

Priapismus, πριαπισμός, σπασμὸς λάγνος. Morbus est quum genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circulum intumescit sine Veneris appetitu: quod vitij genus iis potissimùm solet vsu venire qui supini cubare consueuerunt. Ratio nominis deducta est à Priapo obscœno hortorum deo, quòd qui hoc vitio laborant, colem iusto maiorem habere consueuerint, & instar Priapeij membri assiduè extensum. Vide pluta de hoc apud Gal. lib. 6. de Locis affectis.

PRIAPVS, Hellesponti vrbs, teste Plin. lib. 5. cap. 32, à Priapo Liberi & Veneris filio condita, seu vt alij volunt, à Milesiis nomine Priapi. Cœptus est enim ibi coli ob vineta vbertima quæ iuxta eam in Pariana & Lampsacena regione sunt, autore Strab. lib. 1.

Pridem, temporis aduerbium, quod modò de exiguo tempore dicitur: idémque valet quod paulo antè, vel paruo tempore prius. ¶ πρώην λίγος. Ital. *Gia tempo ha, gia buona pezza di tempo.* Gal. *Il y a long temps.* Hispa. *Dia ha ya, buen rato, buen tiempo.* ¶ Plin. libro 7. cap. 16, Ipsi verò pridem vidimus ea omnia præter pubertatem in filio Cornelij Taciti Equitis Romani. Modò de lōgiore tempore, idémque valet quod multo antè, vel multo tempore prius. πρὸ πολλοῦ. Apuleius, Quod pridem Plato affirmauerat. Quod si cum pridem aut dudum addamus non, vel quàm, vel ita, significant multo tempore antè. Plin. lib. 5, Medica non pridem venit in Italiam, id est nō multo tempore antè. Cic. pro Qu. Roscio, Quampridem Fanni nomen in aduersaria retulisti? hoc est quàm multo tempore antè. Terēt. in Eunuc. Huc euasic, quampridem patet mihi & mater mortui essent. id est quantum temporis præteriisset. Cic. in Bruto, Nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. id est non multo tempore antè. Vide Vallam, lib. 2. cap. 34.

Pridie, aduerbium & Pridianus, a, um, vide in dictione POSTRIDIE.

PRIENE, πριήνη, Vrbs maritima (vt inquit Strabo lib. 12. 13. & 14.) quæ inuectu Mæandri fluminis inter ipsam, Miletūmque labētis, mediterranea facta est. Biante alumno celebris, qui patria aliquando ab hostibus capta, quum reliqui omnes fugientes quidpiam rerum suarum asportarent, interrogatus ipse cur adeò nil efferret. Omnia (inquit) mea mecum fero: summas diuitias in animo statuens. Meminit huius Cicero in Paradoxis.

Prienæus & Prienensis. Sidonius, Prienæ Bia quòd plus tibi turba malorum.

Primarius, Primates, Primitiæ, Primipilus, Vide PRIMVS.

Primus, a, um, Quandoq; ad numerum seu ordinem refertur, quemadmodum & secundus, & tertius. ¶ πρῶτος. Ital. *Primo.* Gal. *Premier.* Hisp. *Cosa primera en orden.* ¶ Terent. in Adelph. Primus sentio mala nostra, primus resciſco omnia. Virgil. 2. Aeneid. Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua, Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Cicero Appio, lib. 3, Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Plancus Ciceroni, lib. 10, Primæ tuæ sententiæ infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus arbitriúmque amicorum meorum compositæ. Horat. 2 Epist. 2, Extremi primorum extremis vsque priores. Iungitur autem frequenter apud bonos autores cum quisque: vt, Primo quoque tempore, primo quoque die. Liu. 6. ab Vrbe, Decreuerunt vt primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur. Cæsar 6. bel. Gall. Cupiebat Cæsar, si qua conditione posset, aduersarios in æquum locum deducere, & primo quoq; tempore bello decernere. Pompeius ad L. Domitium. Vt primo quoq; die Luceriam aduenires. ¶ Prima quaque occasione, id est vbi primùm se vlla offerret occasio. ἐπὶ τὴν πρώτην ἐυχαιρίαν, ἢ τὸν ἐκβεβηκότα χρόνον. Plinius Iun. Proinde prima quaque occasione mitte. ¶ Quandoque idem valet quod princeps, vt eminentiam dicat, non ordinem. Virgil. 1. Aeneid. Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis. ¶ Quandoque ponitur pro optimo, ficut & prior pro meliore. πρῶτος. Idem 9. Aeneid. -primos iuuenum tot miserit Orco. ¶ Quandoque pro præcipuo. Idem 12. Aeneid. -quantos primus patiare labores. ¶ Quandoq; pro eo ante quē nullus est. Virgil. 1. Aeglo. Hic mihi respōsum primus dedit ille petenti. ¶ Prima plurali numero, pro principiis. Liu. libro 8, Quod bellum, si prima satis prospera fuissent, haud dubiè peruenisset ad Romanos, Curt. Adeóque aciem versatilem posuit, vt qui vlcimi stabant ne circuirentur, verti tamen, & statim circumagi possent: itaq; non prima quàm latera, non latera munitiora fiere quàm terga. Tacit. lib. 18. Quoniam prima consiliorum frustra cecidernnt. ¶ Primis labris gustare. Cic. 1. de Natu. deor. Hunc censes primis (vt dicitur) labris gustasse physiologiam, id est naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse. ¶ Hinc fiunt aduerbia, Primò, Apprimè, Primùm, Primitus, & Imprimis, de quibus suis locis.

Primæ, arum, pluralis tantùm numeri idem valet quod primæ partes, vel primus in re aliqua locus. ¶ τὰ πρωτεῖα, τὰ πρῶτα. Ital. *Le prime parti.* Gal. *Les premieres parties.* Hisp. *La vētaja ò mayoria, las primeras partes.* ¶ Vnde primas ferre, vel tenere dicitur qui primum in re aliqua locum obtinet. Cic. in Bruto, Ex his Cotta & Sulpitius, cùm meo iudicio, tum omniū facilè primas tulerunt, id est sapientissimi, & doctissimi habiti sunt. Et iterum. Erat excellens iudicio vulgi, & facilè primas tenebat. τὰ πρωτεῖα ἔλαχεν. Idem de Clar. Orat. Primas in causis agebat Hortēsius. ¶ Dicimus in eadem significatione, Dare primas alicui. Cic. 2. de Orat. Non possum equidem non ingenio primas concedere. Idem 8. Philip. Patet tuus quo vtebar sene autore adolescens, homo seuerus & prudens, primas omnium ciuium P. Nasicæ, qui Tiberium Gracchū interfecit, dare solebat. ¶ Deferre primas alicui pro eo quod est palmam, vel primum locum alicui tribuere. Cicero 1. de Natu. deor. Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Idem ad Attic. lib. 1. Amoris erga me, quū à fraterno amore, domestico{ne} discessi, tibi primas defero. Id est post eos ille es qui maximo me amore prosequeris. Idē in Orat. Cui primæ sine controuersia deferebantur.

Primùm, aduerbium, idem significans quod primò. ¶ πρῶτον. Ital. *Primieramente.* Gal. *Premierement.* Hispa. *Primeramente.* ¶ Ab hoc fiunt composita, quamprimum, & vtprimum. ¶ Ponitur autem aliquando in oratione nulla alia sequente clausula. Plaut. in Asin. Censēn' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum? Aliquando alia sequente clausula, cui præponitur præterea, vel deinde. Terent. in Adelph. Nec ego sum infœlix: primùm fratrem nusquam inuenio geotium. Præterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium vidi. Idem in Prolog. Heaut. Id primùm dicam, deinde quod veni eloquar. Nonnūquam sequitur tertia clausula, cui præponitur postremo. Aliquando pro postremo bis subiungitur deinde.

Primò, Ordinis aduerbium idem significans quod initiò, principiò, vel ante omnia. ¶ πρῶτον, πρῶτα. Ital. *Nel principio.* Gal. *Au commencement.* Hisp. *Primeramente.* ¶ Terent. in Phorm. Cœpi aduersari primò.

Primulus, penult. corr. diminutiuum. Plaut. in Amphit. Primulo diluculo abiisti ad legiones. ἐπὶ πρωΐαν ἐλθὼν ἦλθες.

Primulùm, aduerbium. πρῶτα, ἀνυστικῶς. Terēt. in Adelph. Paulatim plebem primulùm facio meam. Plaut. in Menæch. Nam tum dentes mihi cadebant primulùm.

Primarius, a, um, Quod alunde non habet originem. ¶ αὐτόχθων. Ital. *Primaio.* Gal. *Premier, qui est vn des premiers.* Hisp. *Cosa primera en dignidad.* ¶ Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamento ponitur. Primarij ciues, qui primi sunt in ciuitate, qui etiam Primates dicuntur. εἰ πάνυ ἐκκριτός, ἐξαίρετος. Primarius vir. Cic. in Cat. Maio. Plurimæ consentiunt gentes populi primarium fuisse virum. Hoc est primum inter populum, & veluti eminentiorem. Cic. 5 Verr. Hæc omnia doceo ciuitatum & priuatis primariorum virorum testimoniis. Plin. lib. 7. cap. 43. Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimū oratorem, fortissimum Imperatorem, &c. Plaut. Stricho. Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam! Terent. Phorm. Neque huius sis veritus fœminæ primariæ. Quin tu nouo modo ei faceres cōtumelias. ¶ Primario loco esse, Cic. 2. de Fini.

Primates. Dicti sunt qui & summates siue optimates, qui sunt primi in ciuitate. οἱ πρῶτοι ἐν πόλει. Ital. *Primati.* Gal. *Les premiers & principaux.* Hispa. *Los principales del pueblo.*

Primatus, huius primatus, penult. prod. masc. gen. Ipsa primatum autoritas. ¶ τὸ πρωτεῖον, τὸ δὲ ἔθος, ἢ τὸ πρῶτον πάντων χώρας. Ital. *Principato, primo luoco.* Gal. *Principauté, primauté.* Hispa. *Primeria en dignidad, principado.* ¶ Plin. lib. 15 cap. 12, Primatum mutauit Cæsar. Idem libro 8. cap. 5, Ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. ¶ Primatum dare alicui rei. Varro 1. de Re rust. cap. 7, Alij dant primatum bonis pratis, vt ego quoque: à quo antiqui prata, parata appellabant.

Primani. Primæ legionis milites dicebantur, quemadmodum Secundani, Secundæ: Tertiani, tertiæ. ἀφ' οὗ οἱ πρωτοπλοῦν, οἱ ἐν τῷ πρώτῳ λιγκὸν μοχλῷ. Tacit. Annal. lib. 1, Primani, stratis, vna & vicesimanorum principibus, aquilam abstulere. Primanus Tribunus is dicebatur qui primæ legioni tribunus scribebat, vt tradit Festus, citans Catonis orationem quam de suis virtutibus contra Thermum habuit.

Primores, aliquando adiectiuum est, idem significans quod summi vel extremi. ¶ οἱ πρῶτοι, οἱ ἔσχατοι. Ital. *Primi, primaj.* Gal. *Les premiers.* Hisp. *Los primeros.* ¶ vt Primores vngues, Primores digiti, Primores nates, Primoribus labris: nam in neutro genere reliquos casus non habet. Primores (inquit Nonius) dicūtur summæ quæque res. Lucil. lib. 8. Satv. Gallinaceus quom victor se gallus honestè Sustulit in digitos primorésque erigit vngues. Plaut. in Bacch. Sic hos digitulis duobus sumebas primoribus? Idem in Trinummo. Atq; etiam modò versabatur mihi in labris primoribus. ¶ Primoribus labris gustare, est leuiter quippiam attingere, & quod barbarè dicitur, *superficialiter.* Cicero pro Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, nō modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent: sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquādo. ¶ Primores viri, hoc est primi, siue optimates. Suetonius, Scripta famosa, vulgóque edita, quibus primores viri ac fœminæ notabantur aboleuit. ¶ Accusariuum singulariē protulit Gell. lib. 16. cap. 5, Animaduerti quosdam (inquit) haudquaquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. Et Cato cap. 81, Surculos in terram deprimito, extollitóque primorem partem. ¶ Ponitur aliquando primores substantiuè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pto optimatibus. Liu.1.ab Vrbe, Resticere Romani tanquam cælesti voce iussi:ipse ad primores Romulus prouolat. Virgil.9. Aeneid.Protinus armati incedũt quos omnis euntes Primorum manus ad portas,iuuenúmque,senúmque Prosequitur vortis. Vbi Seruius, Primorũ: genitiuus hic venit ab eo quod est,hi Primores, sicuti hi Proceres: quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus, huius primoris.Horat.2.Serm.Saty.1, Primores populi arripuit, populúmque tributim. ¶ Nonnunquam pro dentibus anterioribus qui primi in ridendo reteguntur: Græcè πρωτῆρες & κοπτῆρες dicuntur.Plin. libro 11. cap.37. Terrestrium minutis quadrupedibus primores bini vtrinque longissimi. Ibidem, Capræ superiores dentes non sunt, præter primores geminos.

Primæuus,a,um, In primo ætatis flore constitutus.{ἐν ἀκμῇ ὢν τῆς ἡλικίας. Ital. *Di eta fiorita.* Gal. *Dela premiere aage,le plus aage ou plus vieil.* Hispa. *Cosa dela primera edad.*} sicut grandæuus, grandioris ætatis. Virgil.9. Aeneid. -vix vnus Helenor, Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor.Idem 10.Aeneid. -primæuo corpore Lausus. Idem 7.Aene. -primæuo flore iuuentus.

Primicerius,à cera(vt autor est Hieronymus in Chronicis,& Cassiodorus in Epistо.) dicebatur notarius principis qui cæteris honore antecedebat. Antiqui enim in ceratis tabulis scribebant. Idem & Græcè πρωτόκολος dicitur. Ammianus Marc.Vexati sunt multi, & nocentes, & innocentes: inter quos Valentius ex primicerio protectorum Tribunus. Ad eundem etiam modum secundicerius dicebatur qui secundum inter principis notarios gradum obtinebat.

Primigenius,um, Idem quod primitiuus.{πρῶτος ἀπὸ γενέθλιος, πρωτογενής. Ital. *Premieramente generato, primogenito.* Gal. *Premier né,crée,engendré.* Hisp.*Primero engendrado.*} Vnde Primigenia semina dicuntur quæ à natura nobis insita sunt, quæ Cicero prima naturæ,& Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant. In his numerant incolumitatem,cõseruationémque omnium partium, valetudinem,sensus integros, doloris vacuitatem, vires,pulchritudinem, cæteráque huiusmodi. Varro 1.de Re rust.cap. 40, In his intus primigenia semina dedit natura. ¶ Primigenia pecuaria. Varro lib.2.cap.2, Dicam de primigenia pecuaria.id est de ouibus quales sint ad fœturam vtiles. ¶ Verba item vocantur primigenia, πρωτογενῆ. vt lego,scribo, quæ non sunt profecta ab alio verbo, sed suas habent radices. ¶ Item primigenius sulcus dicitur, teste Festo, qui in condenda noua vrbe iunctis tauro & vacca designationis causa imprimebatur. Et primigenia, iura primi & maximi natu filij. τὰ πρεσβεῖα. ¶ Primigenia fortuna.Cicero 2.de Legibus Fortunáque sit vel huiusce diei: nam valet in omnes dies:vel respiciens ad opem ferendam: vel forum,in quo incerti casus significantur magis:vel primigeniam à gignẽdo.Liu.4.bel.Maced.Et ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicauit Qu.Martius Ralla.Duumuir ad ipsum creatus.

Primitiuus,a,um, Quod aliunde non habet originem.{πρωτότυπος. Ital. *Primitiuo.* Gal.*Primitif, premeran, premier.* Hispa.*Cosa primero engendrada.*} Vnde & primitiua verba, quæ aliunde non deriuantur: vt Amo.Primitiui anni.Colum.de Arbor.cap.23, Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fructum vinosum: postea verò etiam dulcem, & apyrinum.

Primipara, penult.corr. dicitur fœmina in quouis animalium genere, quæ primò peperit. {πρωτότοκος, ον. Ital. *De primo parto.* Gal.*Qui acouche de son premier enfant.* Hisp.*Hembra primeriza.*} Plin.lib.8. cap.40.de canibus, Et ab ea quæ fœmina sit,ex primipara genita,citius cerni.

Primipilus,li, Centurio primæ cohortis, vt Liu.lib.7, scribit. πρῶτος πίλος ἄρχων. Nam ordo partes tres habebat, quarum vnamquanque primipilum vocabant. Ibidem,Id propter P.Solonium postulatũ est à coniuratis qui alternis propè annis & Tribunus militum, & primus Centurio erat, quem nunc Primipilum appellant. Cæs 2. bell Gall.In his Primipilo P.Sextio Baculo fortissimo viro, multis granibúsque vulnetibus confecto. Primipilus(vt ait Veget.lib.2,) cccc milites ducebat in prima acie,erátque caput legionis.

Primipilaris dici videtur,non tam miles qui fuerat sub cẽturione Primipili, quàm ipse centurio qui olim præditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicitur Primipilaris,qua Cõsularis. Quintil.lib.6.cap.3, An Primipilaris et testamento suaderet ordinare suprema iudicia.

Primiter,& primitus,aduerbia à primùm,idem significãtia quod primò, teste Nonio. {πρώτως. Ital. *Premieramente.* Gal. *Premierement.* Hispa. *Primeramente.*} Lucil.libro 5, Sicuti quum primiter ficos populare sentis. Varro 2. de Re rust.cap.2, Primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Idem lib.1. cap.31, In vitiario primitus quum exit vitis, tota resecari solet. Lucret.lib.4. Tum quibus ætatis freta primitus infinuantur. ¶ A primitus fit compositum apprimitus idem significans quod apptime,siue valde. Lucanus apud Nonium, Ingenti pretio apprimitus paucos.

Primitius,a,um,Quod in aliqua re primum, & principale est. {πρωτεῖος. Ital.*Principale.* Gal.*Premier ou principal.* Hispa.*Primero y principal.*} Ouidius 12. Metamor.Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.

Primitiæ, arum, Primi fructus ex agro percepti qui Deo offeruntur. {ἀπαρχαί, κατάρχεσθαι. Ital. *Primitie di frutti che si offeriscano à Dio.* Gal.*Primices,les premiers fruits de l'annee qu'on offre à Dieu.* Hispa.*Las primicias de cada cosa.*} Prisci enim Romani,teste Plin.libro 18.cap.2,non gustabant vina,aut nouas fruges priusquam sacerdotes primitias libassent. ¶ Primitias vitis resecare consueruunt,inquit Colum.lib.4.cap 10.id est prima flagella. ¶ Primitiæ operum. Stat.2. Thebaid. Tu bullis,tu pace ferer de morte frequentes Primitias operum, non indignante Diana. Primitiæ armorum. Idem lib.11. Thebaid Hei mihi, primitiis armorum,& rite nefasto Libatus,iussúsque mori. Primitiæ lachrymarum. Idem 7.Theba.Primitias egomet lachrymarum,& cædis acerbæ Ante tubas,ferrúmque tuli.

Primodùm, Pro primò. Plautus in Capt. Primodùm opus est pistorienſibus.

Primogenitus,inquit Hieronymus cõtra Heluidium. Est qui aperit vuluam,& antequam nullus est genitus, non is quem frater pòst genitus subsequitur. {πρωτότοκος. Ital. *Primogenito.* Gal. *Premier-né.* Hispa. *Primero engendrado.*} Nam & omnis vnigenitus est primogenitus. Alioqui si non primogenitus esset nisi is tantum quem sequuntur fratres, tandiu sacerdotibus primogenita non debetẽtur, quandiu & alia fuerint procreata,ne fortè partu non sequente vnigenitus fit, & non primogenitus. Est igitur primogenitus, non post quem alij, sed ante quem nullus est genitus. Plin.libro 11.cap.40, Primogenitis in quacunque parte sues primas premunt. Intellige mammas. Quanquam ibi in pleriſque exẽplaribus Primis genitis,legitur,diuisis dictionibus:& præbent,pro premunt.

Primordia, Quæ primò ordimur, hoc est initia. {τὰ πρῶτα ἀρχόμενα, ἀρχαί. Ital.*Principij.* Gal.*Commencemens.* Hispa.*Comienços.*} Plin.libro 12. cap.1, Quamobrem par est ordinem vitæ,& arbores ante alia dicere, ac moribus primordia ingerere.Cice.in Partit.Vt primordia rerum,& quasi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti. ¶ Belli primordia, Stat.2. Achi.Dicendi primordia. Quintil.lib.1. cap.9. Gentis primordia,Ouid.5.Metam.Aſpice,ait,Perſeu noſtræ primordia gentis.

Princeps,principis, Proprié idem est quod primus. {πρῶτος. Ital.*Principe.* Gal.*Prince.* Hisp.*Principe ò varon principal.*} Cicc.3. Verr.Sicilia principes se ad amicitiam populi Romani applicuit.& prima omnium prouincia est appellata. Idem de Orat.Herodotus ille,qui princeps genus hoc ornauit. Ibidem, Gorgias princeps ex omnibus ausus est,&c. Virgil.9. Aeneid.Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, hoc est primus coniecit. Sic Ianuarium Columella principem mensem appellat,lib.11.cap.2. ¶ Principem locum vel gradum obtinere,hoc est primum vel præcipuum. Sueton.de Clar.Grammat.Principem locum inter Grammaticos tenuit.Cicero pro Domo sua. Locum principem autoritatémque in salute mea tenuistis. ¶ Ab hac significatione tractum est,vt qui in ciuitate reliquis autoritate antecellit,quique primum dignitatis locum obtinet, Princeps appelletur. Cicero pro Domo sua, Ciuitatis longè princeps Pompeius. Idem 8.Philip O dij immortales, quàm magnum est,in ciuitate locum tueri Principis. Plin.lib.7. cap.5, Fuit inter principes ciuitatis sine potẽtia,sine inuidia. Dearum princeps Iuno.Ouid.6.Fastorũ, Cur igitur regina vocor princépsque dearum? Romani item, Imperatores suos, quòd Regum nomen iis esset odiosius, Principes appellarunt.Ouid.4.Trist.Eleg.4, Nec tamen officium nostro tibi carmine factum, Principe tam iusto, posse nocere puto. ¶ In militia item Romana principes dicebantur secundæ aciei milites, ex robustiore fetè ætate collecti, & armis maximè insignes. Ita enim apud Romanos acies instruebatur, vt primi hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentium collecti: qui si hostem propulsare non possent,à principibus qui omnes scutati erant,in interualla ordinum recipiebantur: principésque in eorum locum succedebant: hastati autem post eos subsequebantur. Si à principibus quoq; non satis fœliciter esset pugnatum,à prima acie ad triarios paulatim referebantur,vnóque agmine facto,nullâque spe post se relicta,vnà omnes in hostem procedebant. Vide Liuium,lib.8.ab Vrbe. ¶ Octauum principem ducere,teste Budæo, est octauum ordinem ducere inter principes. Cice.ad Brutum, Cretensi bello Metello Imperatore,octauum principem duxit.

Principalis,principale,Quod primum & præcipuum est, aut quod Principis est.{πρωτεῖος,κύριος. Ital.*Principale.* Gal.*Principal.* Hispa. *Principal.*} Quintil.lib.9.cap.1, Est igitur Tropus, sermo à naturali & principali significatione translatus ad aliam,ornãdæ orationis gratia. id est præcipua. Idem lib.3.cap.13, Hanc quæstionem veluti principalem,vocãt ἡγεμονικήν. Plin.lib.18.cap.3. Igitur de cultura agri præcipere,principale fuit & apud exteros.Cice.de Fato. Si omnia fato fiant,sequi illud quidem,vt omnia causis fiant antepositis: verùm non principalibus causis,& perfectis,sed adiuuantibus,& proximis. ¶ Principalis apparatus, & Res principales,quæ sunt Principis,vel Principe dignæ.Tacit.lib.8, Nullo principali apparatu,sed vetere egestate conspicuus. Plin.in Paneg. Tanta benignitas Principis,tanta securitas temporum est,vt illo nos Principalibus rebus existimet dignos. ¶ Principalis porta castrorum, inquit Festus, nominatur quòd in eo loco est in quo Principes ordines tendunt. Liu.4.belli Mace[illegible], Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre iussæ.

Principaliter,aduerbium. {κυρίως,ἡγεμονικῶς. Ital.& Hispa. *Principalmente.* Gal. *Principalement.*} Præcipuè, vel vt decet Principem. Plin.in Paneg. Quid vitam,quid mores iuuenrutis quàm principaliter formas? Seneca, Ille qui non magis dolere,quàm gaudere principaliter posset.

Principium,principij, Initium cuiusuis rei. {ἀρχή. Ital.*Principio.* Gal.*Commencement.* Hispa.*Comiençe.*} Cice.3.de Finibus, Omnium rerum principia parua:sed suis progressionibus vsa augentur. Idem 1.de Nat.deor. Cuius principium aliquod est, eius necesse est esse extremum. ¶ Principium dicẽdi,pro orationis exordio: vt Exalbescere in principiis dicendi,apud Cice.de Orat.Ibidem,In vtroque autem dicendi genere & principia tarda sunt,& exitus tamẽ spissi & producti esse debent. ¶ Interdum accipitur pro fundamento artis vel scientiæ,cui innituntur reliqua omnia quæ in ea traduntur.Cice.3.de Leg.Quocirca vereor cõmittere vt non bene prouisa, & diligenter explorata principia ponãtur. ¶ Interdum accipitur, pro primo illo rerum omnium fonte vnde cætera;omnia fluxerunt, atque initium sumpserunt. Idem 3. Tuscul. Principij nulla est origo:nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem ex re nulla alia nasci potest.

Principia,principiorum, Locus in castris à principibus militibus sic appellatus. Inde,Post principia esse,est esse in tuto, cittáque periculum. Sumptũ à bellis, in quibus tutissimus locus est post principia. Liuius, Terent.in Eunuc.Tu hosce instrue, hic ego ero post principia. Vide Chiliadas Erasmi. ¶ Principia in acie,pro principibus, sæpe apud Liuium inuenire est. Cicero ad Brutum, Spes libertatis nusquam nisi in nostrorum castrorum principiis est.

Principiò,aduerbium, Idem quod primùm. {πρῶτον. Ital. *Primieramente.* Gal.*Premierement,en premier lieu,au commencement.* Hisp.*Primeramente.*} Terent.in Eunucho, Principiò vos credere ambos hoc mihi vehementer velim. Cice.1. Offic.Principiò generi animantium omni est à natura tributum,&c.

Prior, prioris, Nomen comparatiuum, quod proprié de duobus dicitur.

esse. {etcerera. Ital. *Primo di due* Gal. *De deux le premier.* Hispa. *El primero de dos.* } Cicero in Pisonem, Me Quæstore in primis, Aedilem prio-rem, Prætorem primum populus Romanus fecit. Idem de Clar. Orat. Etsi vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio. Sic Priore loco cautam dicere, Idem pro Quintio. ¶ Nonnunquam tamen priorem de pluribus dici legimus, vt idem sit quod primus. Gel. libro 14. Quo-rúmque vita veniret, vt omnes isti magistratus, eodem tempore Ro-mæ essent: qui eorum prior aliis esset, ei potissimum Senatus con-sulendi ius fuisset. Apul. libro 2. Flor. Vt Hippias é numero Sophista-rum est artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secun-dus. ¶ Priores nostros, pro maioribus nostris dixit Plin. libro 3. Epist. 4. Veniebat in mentem & singulorum hospitum iniurias accusationi-bus voluntatis executos. Et Virgilius 3. Aeneidos, Sicanio prætenta sinu iacet insula contra Plemmyrium vndosum: nomen dixere prio-res Ortygiam.

PRISCIANVS, Grammaticus Cæsariensis fuit, qui tempore Iustiniani principis floruit. Scripsit de Arte Grãmatica ad Iulianum Consulem: ad Cosroen verò Persarum regem librum de Natural. quæstionibus: Dionysiúmq; de Situ orbis Latinitate donauit. Sunt qui scribant hũc ab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse. Volaterranus.

Priscus, a, um. Quod superiori ætate fuit. {πρῶτος. Ital. *Prisco, antico.* Gal. *Du vieil temps, au temps jadis.* Hispa. *Cosa antigua, de otro siglo.* } vt Prisci Latini, qui fuere antequam Roma conderetur. Cicero 3. de Orat. Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticanum. Virgil. 9. Aeneid. -prisca fides facto sed fama perennis. Martial. libro 1. Prisca fides taceat, &c. Gens prisca mortalium, Horatius Epod. 2. More prisco. Ouidius 2. Fast. Flamen ad hæc prisco more Dialis erat. Religio prisca. Ouid. 10. Metamor. Seueritas prisca. Cicero de Arusp. resp. Cuius priscam illam seueritatem sacrificij, mirifica tua soror exi-stimatur imitata.

Priscè, aduerbium. {ἀρχαίως, παλαιῶς. Ital. *A foggia de gli antichi.* Gal. *A la vieille mode, à l'antique.* Hisp. *A guisa y manera antigua.* } Cicero pro M. Cælio, Vtrum me tecum seuerè, & grauiter, & priscè agere malit, an remissè, ac leniter, & vrbanè.

PRISCVS ELVIDIVS, Sub Nerone Quæstor Achaiam administra-uit. Quæstorique adhuc à Pæto Thrasea gener adscitus, é moribus soceri nihil æquè ac libertatem hausit, opum contemptor, recti per-tinax, constans aduersus metus. Erant quibus appetentior famæ vi-deretur. Hæc Tacitus. Probus quoque grammaticus de eodem sic, Priscus (inquit) post damnationem Thraseæ soceri sui, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit. Sed post interfectum Neronem resti-tutus à Galba, non aliter quàm in liberæ ciuitatis statu egit. Idem postea Vespasianum in studio libertatis offendit, vt putaret, id optan-te Clodio, pristinum libertatis statum posse reuocare. Quo nomine reus, ac præter spem absolutus est. Hactenus Probus. ¶ Priscus alter, Panites genere, sophista, Theodosij iunioris epistolarum magister fuit, qui se scribit à Cæsare missum fuisse oratorem in Scythiam, ad Atti-lam Hunnorum regem: ac eius regiam pulcherrimè describit, ma-gnifico opere, sumptuosóque factam. Scripsit historiam Constantino-politanam, & ipsius Attilæ libris VIII. Præterea declamationes & epi-stolas, vt est autor Suidas.

Pristinus, a, um, pen. corr. Quod superioribus annis, mẽsibus, diebus, & nostra memoria fuit. {παλαιός. Ital. *Antico.* Gal. *Ancien, qui estoit par de-uant ou au parauant.* Hisp. *Primero, antiguo.* } vt Pristina nostra benevolen-tia. Dictum pristinum, teste Prisciano, quasi primistinum. Cicero 5. de Finibus, Non necesse est & illa pristina remanere. Idem 2. de Diuin. Quod quum accidisset nostræ reipublicæ, tum pristinis orbari mune-ribus, hæc studia renocare cœpimus. Cæsar 7. belli Gall. Tanta tamen vniuersæ Galliæ consensio fuit libertatis vindicandæ, & pristinæ belli laudis recuperandæ. Gloria pristina, Virgil. 10 Aeneid. Dignitas pri-stina, Cicc. Lentulo, lib. 1. Aetas pristina, Claud. 3. Paneg. ¶ Dicitur etiam pristinum de iis quæ superioribus ætatibus fuerũt, modó de iis sit sermo quæ non senescunt: vt Pharos & Tyrus nunquam in statum pristinum redibunt. ¶ Aliquando pristinus idem est quod prior. Cur-tius, Dies pristino procelloſior.

Pristinalis, pristinale. Colum. lib. 7. cap. 9. Vel etiam pristinale album pa-sci potest. Vbi quidam, & fortè melius, legunt pristinalis.

Pristis, πρίστις. Genus piscis marini longissimi, atque augusti corporis. Plinius lib. 9 cap. 3, scribit pristes in mari Indico ducenum cubitorum esse, balænas quaternúm iugerum. In hunc piscem fabulantur Poëtæ, scyllæ marini monstri extrema desinere. Virg. 3. Aene. Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus, postrema immani cor-pore pristis. Ab huius similitudine, nauis oblonga dicta est pristis. Idem 5. Aeneid. Velocem Mnestheus agit acri remige pristin. Vbi Ser-uius, Si nauem, inquit, intelligas, hæc Pristris, huius pristis facit: si de bellua hæc Pristrix, pristricis. Etymi tamen ratio pristin & pristricen po-tius scribendum ostendit. Videntur enim deduci ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύ-ματα, hoc est à secandis fluctibus.

Priuatus, vide PRIVVS.

PRIVERNVM, prisceroi, πρίσκερι. Stephano. Vrbs Volscorum, Camillæ patria. Virg. 11. Aeneid. Pullus ob inuidiam regno, virésque superbas, Priuerno antiqua Metabus quum excederet vrbe. Huius incolæ dicũ-tur Priuernates, quorum meminit Plinius, lib. 3. cap. 5.

Priuernas, Priuernatis: vt priuernatia vina inter generosa Italiæ nume-rantur à Plinio, lib. 14. cap. 6.

PRIVERNVS, Viri proprium, apud Maronem libro 9, Priuernum Capys, &c.

Priuignus, gni, Filius mariti vxorisve, cuius prior coniux decessit. {πατρυιός. Ital. *Figliastro.* Gal. *Vn beaufils, le fils d'vn mariè, engendré en vn autre mariage ou parauant.* Hisp. *Antenado.* } Dictus priuignus, quòd priusquã mater secundò nuberet, fit gen-tus. Pri enim antiqui pro præ, dixe-runt, teste Festo. Brutus ad Ciceronem. Quanto autem magis illa cal-lere videtur Philippus, qui priuigno minus tribuerit quàm Cicero, qui alieno tribuat. Propert. libro 2. Eleg 1, Pocula priuigno non nocitura suo. ¶ Priuigna. Cicc. ad Atticum, lib. 13, De vxore Tuberonis, & pri-uigna, neque possum iam abdere, neque volo Tuberonem defendere.

Priuilegium, & Priuo, vide PRIVVS.

Prius, comparatiuum, neut. gen. {πρότερον. Ital. *Primiero.* Gal. *Auparauant, deuant, plustost.* Hisp. *Primero.* } Horat. 1. Sermo. saty. 4. -& quod prius ordine verbum est, Posterius facias. Terent. in Eunucho, Si quidem hercle possis, nil prius, neque fortius. hoc est nihil melius, aut præsta-tius. Ouid. in Ibin, Néve sine exemplis æui cruciere prioris, Sint tua Troianis non leniora malis.

Prius, aduerbium. Idem quod antè, vel citius. {πρίν. Ital. *Più tosto.* Gal. *Plustost, deuant.* Hispani. *Antes, mas presto.* } Plautus in Amphyt. Prius tua opinione hic adero. Terent. in Heaut. Nam si semel tuum animum intellexerit, Prius proditurum te tuam vitam, & prius Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui Quantam fenestram ad ne-quitiam patefecerit. Virgil. 1. Georg. Ac prius ignotũ ferro quàm scin-dimus æquor. Cic. ad Attic. lib. 4, Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm vt tibi gratularer.

Priusquam. Subcontinuatiua coniunctio, quam nonnulli diuisis dictio-nibus efferunt, Prius quàm, {πρίν ἢ. Ital. *Inanti che.* Gal. *Premier que, de-uant ou auant que.* Hisp. *Antes que.* } Iungitur quandoq; Indicatiuo. Cic. 1. Philip. Priusquam de Republica dicere incipio, pauca queror de he-sterna M. Antonij iniuria. Terent. in Hecy. Priusquam hanc vxorẽ du-xi, habebam alibi animum amori deditum. Quandoque coniunctiuo. Sallust. in Catil. Priusquam incipias, consulito: & vbi consuleris, ma-turè opus facto est. Virg. 3. Georg. Continuò ferro culpam compesce, priusquàm Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Priuus, a um. Idem quod priuatus, siue proprius. {ἴδιος. Ital. *Particolare, proprio.* Gal. *Priué, propre & particulier.* Hispani. *Cosa propria de cada vno.* } No-mine Priuum, est proprium vniuscuiusque. Horat. libro 1. Epist. -con-ducto nauigio æquè Nauseat, ac locuples, quem ducit prima trientis. Antiqui prima dixerunt pro singulis, teste Gellio lib. 10 cap. 20. De sin-gulis (inquit) concepta, primilegia potius vocari debent: quia veteres prima dixerunt quæ nos singula dicimus. Liuius lib. 10. belli Pun. cap. 3 Fecialis quum in Africam ad feriendum fœdus ire inberentur, ipsis postulantibus, Senatusconsultum in hæc verba factum est, vt priuos lapides silices, priuásque verbenas secum ferrent. Hoc est singulos si-lices, & singulas verbenas.

Priuatus, priuata, priuatum, à priuus. Quod vniuscuiusque proprium est, nec est cõmune cum aliis. {ἴδιος. Ital. *Priuato, particolare.* Gal. *Priué, apar-tenant à vn chascun.* Hispani. *Cosa propria de cada vno.* } Cicc. de Amic. Quia cum Scipione vixerim, quo cum mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit. Idem de Sen. Manent ingenia senibus, modò perma-neat studium, & industria: nec ea solùm in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta. Idem 3 de Finibus. Verbis tamẽ in di-cendo quasi priuatis vtuntur ac suis. Idem 1. Offic. Deinde vt commu-nibus vtatur pro communibus, priuatis vt suis. Sunt autẽ priuatis na-tura nulla, sed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua vene-runt, &c. Census priuatus, Horat. 2. Car. Ode 15. Domus priuata. Cic. pro Quintio. Vita priuata. Lucanus, lib. 7. Odium priuatum. Bru-tus ad Ciceronem. Quod autem vbi cum Antonio priuatum odium. Priuatæ feriæ etiam dicebantur factorum propriorum, velut dies na-tales, vt ait Festus, fulgurum procurationes, & huiusmodi priuatæ quæ fiebant pro familiis singulis, & hominibus. ¶ Priuati propriè dicuntur qui non sunt constituti in aliqua dignitate. {ἰδιῶται. Ital. *chi non hanno officio ne dignità.* Gal. *Qui n'ont aucun office n'estat.* Hisp. *Los que no tie-nen officio publico.* } Cicc libro 1. Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari ciuibus iure viuere. Plautus Capt. Hic qualis Imperator nũc pri-uatus est. Cicc. 1. de Inuent. In fortuna quæritur, seruus sit, an liber: pe-cuniosus, an tenuis: priuatus, an cum potestate.

Priuatim, aduerbium, cui opponitur publicè. {ἰδίᾳ. Ital. *Priuatamente, spe-cialmente, particolarmente.* Gal. *En priué, à part, en particulier, particulierement.* Hispa. *Specialmente, sin officio publico.* } Sallustius in Catil. Existimans pu-blicè, priuatimque alieno ære oppressos. Cicero 5. de Finibus. Nam aut priuatim aliquid gerere malunt, aut qui, &c. ¶ Ponitur aliquando priuatim pro eo quod vulgò dicitur, *specialiter, particulariter, vel in parti-culari.* Plin. lib. 6. cap. 17. De iis priuatim condidit volumen. ¶ In eadem etiam significatione legimus priuatè. Cicc. ad Attic. lib. 7, Illud priuatè non ascribis, &c.

Priuo, as. Adimo, spolio. {ἀποστερῶ, στερίσκω. Ital. *Priuare.* Gal. *Priuer, oster à quelqu'vn.* Hisp. *Priuar, despojar a otro.* } Plaut. in Asina. Ego pol istum por-titorem priuabo portitorio. Cicc. 4. Acad. Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat sensibus. Idem in Top. Præpositio enim IN priuat verbum ea vi quam haberet si IN præpositum non fuisset: vt dignitas, indignitas. Priuare oculis. Cicc. 4. Acad. Priuare vita. Idem in Parad. Priuare cõmuni luce, occidere, Idem pro Quintio. Patriam priuare aspectu suo. Cicc. Marcello, lib 4.

Priuans, tis, participium. στερητικόν. Cic. in Top. Sunt enim alia cõtraria quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellantur στερητικά.

Priuatus, a um, particip. à priuor, aris, passiuo. Spoliatus. {ἀπεστερημένος, ἐστε-ρημένος. Ital. *Priuato, à chi è stato tolta qualche cosa.* Gal. *Priué, à qui on a osté quel-que chose.* Hisp. *Priuado, despojado.* } Ouid. 1. de Ponto, Alter ob huic simi-lem priuatus lumine culpam Clamabat media se meruisse via. Plautus in Trucul. Tum pol ego & domis priuatus sum, & perij. Plin. de Viris illustribus, Priuatus stipendio.

Priuatio, onis, verbale. {στέρησις, ἀποστέρησις. Ital. *Priuatione.* Gal. *Priuation, osté-ment.* Hispa. *Aquella obra de despojar.* } Cicc. 2. de Finib. Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris priuatio. Idem 1. de Finibus. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem.

Priuilegium, priuilegij. Lex priuatis facta, siue lex ad priuatos homines, singulósque pertinens. {νόμος ἴδιος, ἀποστέρημα. Ital. & Hisp. *Priuilegio.* Gal. *Priuilege.* } Cicc pro Domo sua. Leges priuatis in hominibus irrogari id est enim priuilegium. Gell. libro 10. cap. 20. Neque de imperio Cn. Pompeij, neque de exitu Ciceronis, neq; de eo de P. Clodii quæstio, ne-que alia id genus populi plebisve iussa leges vocari possunt: non enim generalia iussa, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis concep-ta: quocirca priuilegia potius vocari debent: quæ veteres priua dixe-runt, quæ nos singula dicimus.

Priuilegiatus, dicitur cui aliquod priuilegium concessum est: vulgò ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

indoctis *priuilegiatus* nuncupatur. Vnde Milites priuilegiarij dicti, qui vacabant officio. {ὁ προνομιοῦχος ἰδιωτικῶν νόμων χρώμενος}. Ital. *Priuilegiato.* Gal. *Priuilegié.* Hisp. *Preuilegiado.* } Vipian. in l. Sed an hic. ff. Quod cum eo qui in alt. pot. Rectè, inquit, dicetur occupantis meliorem esse cõditionem, nisi quis priuilegiarius veniat.

Pro, Pcæpositio est ablatiuo casui seruiens, varios in oratione vsus habens, variásque significationes. Aliquando enim significat ante. {ἀντί} Ital. *Per.* Gal. *Pour, au lieu.* Hisp. *Por.* } vt pro curia, pro mœnibus. Sallustius, Qui ni maturassent pro curia sociis signũ dare. ¶Interdum ponitur loco in: vt pro tostis, pro censu, pro tribunali. Plin. Epist. 301, Postulauitque vt cognosceré pro tribunali. ¶Interdum pro iuxta, siue secũdum. κατά. vt pro Platonis sententia, pro hominũ iudicio. Sedulò moneo quæ possum, pro mea sapientia. Pro meis viribus, id est iuxta vel secundum meas vires. Pro se quisque viri, id est quisque pro virili. ¶Interdum pro causa, siue propter: vt quum dicimus. Pro mutuo animo, Pro reconciliata gratia: id est causa mutui animi, & causa reconciliatæ gratiæ. Plin. Epist. 189, Hæc tibi, admonitos immodicæ seueritatis exemplo, pro amore mutuo scripsi. Terent. in Eunuc. Ego pol te pro istis dictis & factis scelus vlciscar. ¶Interdum pro loco: vt pecuniã ei dedi pro prædio: & Sum pro prætore, id est loco prædij, loco Prætoris. Terent. in Andr. Pro illo te ducam. Plin. lib. 2. cap. 7, Pro diis habent obscœna. ¶Item ponitur pro autoritate: vt Tribuni plebis pro potestate intercesserunt. hoc est autoritate potestatis suæ. ¶Item pro defensione. ὑπέρ. Terent. Nam nisi hæc ita essent, pro illo haud stares. Virgil. libro 9. –pro turribus absunt. id est pro defensione turrium. ¶Ponitur aliquando pro tanquam, siue perinde acsi. Plaut. in Trucul. Me quasi pro derelicta sis habiturus. Cæs. 7. belli Gall. Quod nobis nihil constat, non videtur pro certo esse ponendum. ¶Pro eo ac, vel Pro eo atq;, legitur pro Ita vt, vel perinde vt. Sulpitius ad Ciceronem, Sanè quam pro eo ac debui, grauiter molestéque tuli. Vlpianus, Pro eo habendum, atque si nullo iure factum esset. ¶Est & interiectio admirantis. ὦ. Terent. in Adel. Prô dij immortales, facinus indignum quod narras! Item interiectio dolentis, seu indignantis. Terent. in Heaut. Prô deum atq; hominum fidem. Plautus, Prô sancte Iupiter, quid video! Sed his duobus modis circũflectitur, & nominatiuo, accusatiuo, vocatiuóque iungitur, vt patet ex superioribus exemplis. ¶Composita verò temporalem vim habent: vt prouideo, prospicio. ¶Quandoque priuatiua est, vt profanus, id est nõ sacer, Prohibeo, propudium. Negatur enim cum his sanctitas, potestas, ac pudor. ¶Quandoq; accipitur loco e, vel super: vt Prominet, id est eminet, vel supereminet. ¶Nõnunquam significat porrò, siue in longum: vt promissa barba. ¶Nonnunquam diu: vt protelo, propando. ¶Interdum procul: vt Prouincia, quasi Procul ab Italia deuicta: Profugus, procul fugiens: Procella, quæ procul veniens percellit. ¶Sæpe etiam vltrà ad locum, vel ad aliquem tendere: vt Progredior, prouecho. ¶Interdum palàm & more solenni: vt Pronuntio, protulgo. ¶Nonnunquam antè, vt procurro, propono. ¶Quandoque valde: vt Procuruus.

Proædifico, as, vnde proædificatum veteres dicebant, teste Festo, quod ex priuato loco processerat in publicum solum.

Proagogion, {προαγωγεῖον. Ital. *Produrre al prostibulo le virgini ò meretrici, come fanno ruffiani ò ruffiane.* Gal. *Production de paillarde que font les maqueraux & maquerelles.* Hisp. *Obra de poner à la puteria.* } Latinè productio, vel prostitutio dici potest. Sueto. in Nero. cap. 28, Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Dictum proagogium à verbo Græco προαγωγεύειν, quod est prostituere, vel lenocinium facere.

PROAERESIVS, προαιρέσιος, Insignis Sophista fuit, ex Cæsarea Cappadociæ: qui adhuc adolescens Antiochiam venit, permotus fama Vlpiani dicendi magistri, apúdque eum primas tulit. Cum quo paruo pòst tẽpore Athenas profectus, sub Iuliano Sophista adeò profecit vt primus inter auditores esset. Accersitus inde in Galliam à Constantino principe, Hephæstionem condiscipulum comitem sibi adiunxit: summóque honore apud Cęsarem habitus, aliquanto pòst Romam petiit: vbi aliquot annos magna nominis fama moratus, tandem opibus ac honoribus auctus, Athenas rediit, vbi magno exceptus applausu, extemporalem orationem habuit in theatro. Contemporaneum habuit Libanium Sophistam, teste Suida.

PROANA, orum, πρόανα, τά, Oppidum Thessaliæ est, apud Stephanum.

Proautor, proautoris, Pro progenitore legitur apud Suetonium in Claudio, Appium Cæcum generis sui proautorem, id est autorem, & principem. πρόγονον. Budæus.

Proauus, proaui, penult. corr. Aui paterni, vel materni pater. {πρόπαππος}, Ital. *Bisauolo.* Gal. *Bisayeul, le pere du pere grand.* Hispani. *El bisabuelo, padre del abuelo.* } Plautus in Mili. Pater, auos, proauos, abauos. Cicer. de Clar. Orat. Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione & Crasso', & de tribus proauis, &c. Huius relatiuum est Pronepos, à quo fœmininum, Proneptis. ¶A proauo fœmininum proauia, proauiæ mater. προμάμμη.

Probabilis, vide PROBVS.

Probatica piscina, προβατικὴ κολυμβήθρα, Hierosolymis erat, in qua sacerdotes oues immolandas abluebant. πρόβατα enim Græcis ouis est: & προβατικὸς, ouinus: vnde Probatica piscina dicta, quasi ouina.

PROBALINTHVS, προβάλινθος, Oppidum fuit Atticæ, teste Plinio lib. 4. cap. 7, quod iam tum interierat.

Problema, problematis, & problematum, problemati. πρόβλημα, Propositio est interrogationem habens. Philosophi propriè problemata appellant, rerum abditarum perquisitiones & coniecturas, quibus magis animi quodam acumine, quàm certa indagine remotiora naturæ arcana explorantur: cuiusmodi sunt apud Aristotelem & Plutarchum.

Probo, Vide PROBVS.

Proboscis, proboscidis, {προβοσκίς. Ital. *La tromba del elefante.* Gal. *Le musean ou la trompe d'vn elephant.* Hispa. *La trompa del elefante.* } Rostrum elephanti, vel muscæ: ita dictum quòd antè depascat. Latini in elephanto manum appellant, quòd ea veluti manu vtatur. Plinius lib. 8. cap. 12, Resoluunt elephanti nodos manu. Nonius Marcellus, Proboscis, inquit, Græcum nomen est, dictum quòd antè depascat. Est autem porrecta corporis pars inhærens naribus, quæ excepto homine in aliis animalibus inuenitur. Varro, Inuenisse se factum hericium cum proboscide.

Probrum, probri, Stuprum, adulterium, flagitium. {ὄνειδος. Ital. *Adulterio, stupro, vituperio, villania.* Gal. *Cas reprochable, vilenie, injure.* Hisp. *Denuello, vituperio, injuria.* } Sueto. in Cæsare, cap. 45, Qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quanuis sine probri suspicione peregrinarum mercium portoria instituit. Vnde lex fuit apud Romanos, vt probrum virginis Vestalis capite puniretur. ¶Aliàs significat maledictũ, contumeliam, siue infamiam, dedecus, quæ ex scelere sequi solent. ἀκρώνυμον, ὄνειδος. vt Datum est probro, id est ignominiæ ascriptum. Liu. lib. 2, His freti occupant portis, ingerunt probra, ægrè abstinẽt quin castra oppugnent. Epistolæ plenæ probrorum, apud Ciceronem ad Atticum, libro 4.

Probrosus, probrosa, probrosum, a lectum, Ignominiosum. {ἐπονείδιστος. Ital. *Vituperoso, ignominioso.* Gal. *Plein d'injures, de deshonneté & vilenie.* Hisp. *Denostado y feo.* } Gell. lib. 1. Manúsque eius inter agendum foreor argutæ adnodum, & gestuosæ, maledictis, compellationibus probosis iactatus est. Cicer. 5. Verr. Vt simul illam quoque eius vocem probrosam agnoscatis. Horat. 3. Carm. Ode 5, O pudor, ô magna Carthago probrosis Altior Italiæ ruinis.

PROBVS, Berytius Grammaticus, Romæ docuit, non tamen vt magistri personam sustineret: vnum & alterum, vel quum plurimum tres aut quatuor pomeridianis horis admittere solebat, cubánsque inter longos & vulgares sermones legere quædam, idque perraró. Nimis parua & exigua de quibusdam minutis quæstiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem syluam obseruationum sermonis antiqui. Ab initio enim ad studia se contulit, postquam in militia diu Centuriatum frustrà petisset. Hæc ex Tranquillo.

Probus, Bonus dicitur, quasi prohibus: quòd se à delinquendo prohibeat. {χρηστός, ἀγαθός. Ital. *Buono, da bene.* Gal. *Bon, debonnaire.* Hisp. *Bueno y aprouado y prouechoso.* } Plautus in Trinum. Qualiue amico mea commendaui bona? c. a. Probo & fideli, & fido, &c. Cicero pro Cluentio, Neque enim hoc homine sanctior, neq; probior, neq; in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest. ¶Per metaphoram, argentum probum, nõ adulteratum. Liu. 2. belli Maced. Carthaginẽses eo anno argẽtum in stipendium impositum Romam aduexerunt: id quia probum nõ esse Quæstores renuntiauerant, experientibúsque pars quarta decocta erat: pecunia Romæ mutua sumpta, interrimentum argenti suppleuerunt. ¶Color probus. Colum. lib. 8. cap. 2, Sint matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ. Merx proba. Plautus in Pœn. Proba merx facilè emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est. Probi nummi. Plautus in Persa, –nummi sexcenti hic erunt probi, numerati. Sapor probus. Colum. de Arbori. cap. 3, Montibus, cliuisque difficulter vineæ cõualescunt: sed firmum, probúmque saporem vim præbent. Ingenium probum. Cicer. 1. Offic. Sic in ipso loco aliquod probi ingenij lumen elucebat. ¶Probis contrarij sunt improbi, & reprobi. ἀδόκιμοι. Improbi (vt inquit Asconius) contra leges sunt: sicut Inofficiosus, contra merita: Inhumanus, contra pietatem. A reprobus fit aliud compositum contrarium, scilicet irreprobus, qui non est reprobus.

Probè, aduerbium, Id est bene, rectè, eleganter. {εὐδοκίμως, καλῶς. Ital. *Benemente.* Gal. *Bien.* Hispa. *Buenamente.* } Plautus in Mostel. Profectò nos probè, vt voluimus, vixímus. Omnibus autem ferè verbis iungi potest: vt Probè curare, probè decipere, probè monere, probè memini, probè potus, probè ornatus: probè percutere dixit Plautus in Amph. id est fortiter.

Probiter, aduerbium, pro probè, apud antiquos. Varro, Postquam anida libido rapere ac concidere cœpit, séque opifice, non probiter strepere.

Probitas, probitatis, Bonitas, {ἀγαθοποιΐα, καλοκἀγαθία. Ital. *Bontà.* Gal. *Bonté.* Hispa. *Bondad.* } Cicer. de Amicit. Quòd si tanta vis probitatis est, vt eam, &c.

Probo, probas, Laudo, commẽdo, approbo. {δοκιμάζω. ἐπαινῶ, ἀρέσκομαί τινι. Ital. *Laudare, prouare.* Gal. *Prouuer, approuuer, louer.* Hisp. *Prouar, loar ò alabar.* } Cicer. Attico, Audio à bonis viris hanc cunctationem nostram non probari. Ibidem, Meum factum probari abs te gaudeo. Cicero in Cato. Maio. Mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido, id est nullo modo persuaderi mihi potuit, vt bonam iudicarem, & laudarem tantam libidinem. ¶Hinc probari & valere in vulgus, vel ad populum, ad vulgus: id est populare & plausibile esse. Cicer. in Parado. Cato autem perfectus, mea sententia, Stoicus, & ea sentit quæ non probantur in vulgus. id est quæ ne ipsum quidem vulgus probat, neq; laudat. Contrà, Frigere ad populum, est improbari. Plus est autem probare quàm laudare. Cicer. ad Marium, lib. 7, Téque & istam rationem otij tui & laudo vehementer, & probo. ¶Quandoq; probare est argumentis demonstrare. ἐλέγχειν, κατασκευάζειν, ἀποδεικνύναι. Plaut. in Rud. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur. Quintil. lib. 1. cap. 10, Dialecticè probare. Lucret. lib. 1, Huic satis illud erat planum facere atq; probare. ¶Ponitur aliquando pro persuadere, aut fingere: vt probare se pro eunucho, est persuadere se esse eunuchum, aut fingere se eunuchum esse. Terent. in Eunuc. Præterea forma, ætas ipsa est, facilè vt pro eunucho probes. subaudi, te, inquit Donatus. Sic etiam dicimus, Homo sacrilegus probauit se pro innocente. ¶Quandoque experimentum facere, tentare quod Gallicè dicitur, *Essayer, Esprouuer.* Ital. *Assaggiare.* Hisp. *Esperimentar:* vt quum dicimus, Amicos probato: & apud Columellam, Probare boues. Ouid. in Epist. Phyllidis, Exitus acta probat. ¶Aliquãdo probare est efficere vt probum rectúmque sit, rectúmque iudicetur: id quod quis facit, vel dicit. Cicer. 1. Verr. Vt si in hac causa nostrum officium, ac diligentiam probauerimus, hæc quæ, &c. ¶Quandoq; permittere. Horat. libro 1. Carm. Vagus & sinistra Labitur ripa Ioue non probante. ¶Huius cõposita sunt, Approbo, Comprobo, eiusdem ferè significationis. συνεπαινῶ. Et cõtraria horum, Improbo, & Reprobo, pro damno, quæ habent penultimam correptam. ἀποκρούω. ψέγω.

Probandus, probanda, probãdum, Cæsar 5. belli Gall. Quem locum probandæ virtutis tuæ expectas.

Proba

Probatus, probata, probatum, Modò participium, modò nomen. {δοκιμασθεὶς, εὐδόκιμος &c. Ital. *Probato, tenuto in stima.* Gal. *Esprouué, bien estimé.* Hisp. *Prouado, aprobado.*} Cice. in Top. Nam & ingenioſos, & opulentos, & ætatis ſpatio probatos, dignos quibus credatur, putant. Ouid. 15. Metamor. Crimenque patens, ſine teſte probatum. Liu. 7. belli Pun. Ita nec probatior primoribus patrũ, ſuis pariter alieniſque eſſet. Probatiſſimus homo, Cic. 4. Verr. Probatiſſima fœmina, Cice. pro Cæcin.

Probator, probatoris, verbale, Qui probat. {δοκιμαστὴς. Ital. *Chi proua qualche coſa.* Gal. *Qui approuue quelque fait.* Hiſp. *El que proua algo.*} Cic. 2. Philip. Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem? Ouid. 2. de Pon. Eleg. 2, Ingenij certè, quo nos malè ſenſimus vſos Artibus exceptis, ſæpe probator eras.

Probatio, probationis, verbale fœmininum. {δοκιμασία. Ital. *Proua.* Gal. *Preuue.* Hiſp. *Obra de prouar, experiencia.*} Cice. 3. Verr. Quid ita? ne vitioſum opus fieret? at erat probatio tua. ¶ Artificialis probatio, firma probatio, lineares probationes, inexpugnabiles probationes, potentiſſimæ probationes, leguntur apud Quintilianum.

Probabilis, le, dicitur quod licet fortaſſis non ſit verum, videtur tamen rationibus probari poſſe. {πιθανὸν. Ital. *Probabile.* Gal. *Probable, iouable.* Hiſp. *Lo que ſe puede prouar.*} Plin. Epiſto. 137, Cur minus probabilis ſit cauſa recitandi quæ dixeris, quàm edendi? Cice, 1. de Inuen. Probabile autem eſt id quod ferè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quãdam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue verum. Idem in Parad. Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.

Probabiliter aduerbium. {πιθανῶς εἰκότως. Ital. *Con apparentia di verità.* Gal. *Probablement, auec couleur & apparence de verité.* Hiſp. *Probablemente.*} Cice. 1. de Diuin. Illa verò cur eueniant quis probabiliter dixerit?

Probabilitas, probabilitatis. {ἡ πιθανότης, τὸ εὐλογον. Ital. *Gran colore & apparentia di verità.* Gal. *Probableté, couleur & apparence de verité.* Hiſp. *Aquella poſsibilidad de probar.*} Cic. 4. Acad. Certè tam multa non collegiſſet quæ nos fallerent probabilitate magna, niſi videret his, &c. Captioſa probabilitas, Cice. 3. de Finibus.

Procax, procacis, vide PROCO, procas.

Procapis, penule. corr. Progenies quæ ab vno capite procedit. Feſtus.

PROCAS, πρόκας, Rex Albanorum fuit, pater Amulij & Numitoris & auus Romuli & Remi, cuius meminit. Liuius lib. 1. ab Vrbe condita. Virgil. lib. 6, Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.

Procedo, procedis, penul. prod. Progredior. {προέρχομαι, προέρπω, προχωρέω. Ital. *Procedere, andare inanti.* Gal. *Marcher, entrer paſſer auant, proceder.* Hiſp. *Yr adelante ò proceder.*} Cice. 1. de Diuin. In ſella aurea ſedit, & cum purpurea veſte proceſſit. Cæſ. 1. belli Ciui. Tali dum pugnatur modo, lentè, ac paulatim proceditur. Cicero pro Seſt. Huic ad vrbem venienti tota obuiam ciuitas cum lachrymis gemitúque proceſſerat. Salluſt. in Iugurth. Sed vbi plerunque noctis proceſſit, quod eſt, quaſi præteriit. ¶ Aliquando eſt bene, vel malè cadere, ſiue cedere. Terent. in And. Niſi id putas, quia proceſſit parum, Non poſſe hoc iam ad ſalutẽ conuerti malum. Plaut. in Capt. Neq; ieiuniioſiorem, neq; magis effractum fame vidi: nec cui minus procedat quicquid facere occœperit. Liu. 1. ab Vrbe, Tanta res eſt, ſi primo impetu capi Ardea poſſet: vbi id parũ proceſſit, obſidione, munitionibúſque cœpti premi hoſtes. ¶ Procedere in pedes, & pedibus gigni, idem ſignificant: hoc eſt, fœtum ita naſci, vt pedes ex vtero primores emergant. Plin. lib. 7 cap. 8. In pedes procedere naſcentem, contra naturam eſt. ¶ Procedere in philoſophia, eſt proficere. Cice. 3. de Finib. Qui tum in philoſophia, tum in optimo genere philoſophiæ tantum proceſſerit. ¶ Procedunt ſtipendia militibus, quod vulgò dicitur, *currunt.* Liu. 5. belli Pun. Tribuni plebis, ſi iis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent acſi ſeptem & viginti annorum, aut maiores milites facti eſſent.

Procedens, procedentis, participium. {προβαίνων, ὑπερδεξιούμενος. Ital. *Che paſſa auanti.* Gal. *Marchant outre, s'auanceant.* Hiſpa. *Que procede ò anda adelante.*} Cicero 3. Tuſcul. Quod ita eſſe dies declarat: quæ procedens ita mitigat, vt iiſdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, ſed in pleriſque tollatur. ¶ Tempore procedente, pro eo quod dicimus Succeſſu temporis. Plin. lib. 11. cap. 16, Tempore procedente inſtillant cibos. Plin. Iun. Epiſto. 64, Sed vereor ne procedente tempore ex ipſo remedio vitia naſcantur.

Proceſſus, us, Idem quod progreſſus. {πρόβασις, πρόοδος, προχώρησις. Ital. *L'andare piu auanti, auanzamento.* Gal. *Marchement plus outre, auancement.* Hiſpa. *Obra de yr adelante.*} Cice. pro Lege Manil. Vt ex iis locis à militibus noſtris reditus magis maturus quàm proceſſus longior quæreretur. ¶ Nonnũquam accipitur pro promotione, ſiue profectu. προκοπή. Sueton. de Clar. Grammat. Ad ſummam, philologus ab ſemet nominatus ipſe, ad Lælium Hermam ſcripſit, ſe in Græcis literis magnum proceſſum habere. ¶ Aliquando pro ſucceſſu, ſiue euentu. Seneca Epiſto. 116, Queruntur & de conſiliis, & de proceſſibus ſuis: malúntque ſemper quæ reliquerunt.

Procceleuſmaticus, προκελευσματικὸς, Pes ex quatuor ſyllabis breuibus conſtans: ita dictus quòd ob celeritatem, breuiúmque ſyllabarum concurſum, celeuſinati, hoc eſt nauticæ cohortationi eſſet aptiſſimus: ſiue quòd ſacris Mineruæ carmen quoddam hoc pede conſtans primo loco cani ſolebat.

Procello, procellis, Concutio, euerto. {ἀποσείω. Ital. *Percuotere, battere ſotto ſopra.* Gal. *Abatre, ruer ius, renuerſer.* Hiſpa. *Reboluer, traſtornar, ſubuertir.*} Plin. in Paneg. Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inuidioſa tranquillitate prouectos, improuiſus turbo proculerat.

Procella, procellæ. Eſt vis vẽti cum pluuia nec durans, & in mari potius, quàm in terra. {ἰσχὺς ἀνέμου. Ital. *Procella, tempeſta.* Gal. *Tourmente & tempeſte de vents.* Hiſp. *Grande tempeſtad.*} Dicta ab eo quòd omnia procellat: id eſt mouet, & concutiat. Virgil. 1. Aeneid. -crebérque procellis Aphricus. Ouid. 11. Metam. Hic iubet: impediunt aduerſæ iuſſa procellæ: Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris vllam. Horat. 3. Carm. Ode 27, Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris vllam. Horat. 3. Carm. Ode 27, -age, te procellæ Crede veloci. Idem 2. Carm. Ode 9, -aut mare Caſpium Vexantinæ quales procellæ. Virgil. 1. Aeneid. Talia iactanti

ſtridens Aquilone procella Velum aduerſa ferit, fluctúſque ad ſydera tollit. ¶ Per tranſlationem accipitur pro moleſtia, turba, ſiue inquietudine. Cice. pro Cluent. Et vitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiuſcemodi iudiciorum anfractu, ſequi maluiſſe. Irarum procellæ, Silius lib. 11.

Procelloſus, procelloſa, procelloſum, Procellis plenus. {χειμώδης. Ital. *Pieno di tempeſta & vento.* Gal. *Plein de tourmente & tempeſte de vents.* Hiſp. *Lleno de tempeſtad.*} Liuius 10. belli Macedonij. Ver procelloſum eo anno fuit. Plinius libro 18. cap. 35, Nubecula quamuis parua ventum procelloſum dabit.

PROCERASTIS, προκεράστις, Oppidum Bithyniæ, ad Boſphorum Thracium, eregione Byzantij, quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Autor Plinius lib. 5. cap. vltimo.

Procerus, procera, procerum, penul. prod. Prolixus, & in longitudinem productus. {Μακρὸς, μέγας, ὑψηλὸς, πρόμηκης. Ital. *Longo, alto.* Gal. *Fort long, fort haut.* Hiſp. *Coſa alta ò luenga en ſu eſpecie.*} Quod nomen quidam à cera deriuant, quaſi ad ſimilitudinem cetæ protenſum propter facilitatem. Alij à creſcendo quaſi procretum. Horatius 2. Sermo. Satyr. 2, -quò pertinet ergo Proceros odiſſe lupos? Virgil. 7. Aegloga, -atque ſolo procetas erigit alnos. Horat. 3. Carm. Ode 25, Proceras manibus vertere fraxinos. ¶ Huius compoſitum eſt Improcerus: vide ſuo loco.

Procerè, aduerbium. {προμήκως, ὑψηλῶς. Ital. *Lungamente, altamente.* Gal. *En haut, fort hautement.* Hiſp. *Alta y luengamente.*} Cice. 3. de Orat. Brachium procerius proiectum, quaſi quoddam telum orationis.

Proceritas, atis, Prolixitas, ſtaturæ altitudo. {μῆκος. Ital. *Longhezza.* Gal. *Longueur & hauteur.* Hiſpani. *Longura.*} Plin. in Paneg. Tu ſola corporis proceritate clarior aliis. Cicero de Senectute, Quum autem mirarentur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines.

Proceres, penult. corr. Capita trabium, hoc eſt mutuli quidam in parietibus extantes. πρόβολοι. Hinc principes ciuitatis, proceres appellati ſunt, quòd ij ita in ciuitate eminent, ſicut illi in ædificiis. {οἱ δυνάσται. Ital. *Principali & gouernatori della città.* Gal. *Les plus grands & les principaux d'vne ville Les gouuerneurs.* Hiſpa. *Los principales del pueblo.*} Virg. 1. Aeneid. Pòſt alij proceres. Idem 3. Aeneid. Delectos populi ad proceres, primúmque parentem Monſtra deũm refero, & quæ ſit ſententia poſco. Liuius 1. ab Vrbe, Quum conſenſum, deóſque conſecratos laudaret mirè Seruius inter proceres Latinorum. Caſtrorum proceres, Lucanus lib. 7. Rerum proceres Paulus & Flaminius, Silius libro 11. Proceres gulæ, pro principibus helluonum, apud Plinium lib. 9. cap. 17. ¶ Huius nominis accuſatiuo ſingulari vſus eſt Iuuenalis. Satyr. 8, Agnoſco procerem.

Proceritus, (inquit Calepinus) Id eſt malo ſpiritu afflatus: citans locum Plauti ex Pœnulo, Neque nos populus proceritis inſectabit lapidibus Quo tamen in loco qui vel primoribus labris literas deguſtarit, facilè deprehendet, Pro ceritis, duabus dictionibus eſſe legendum, pro eo quod eſt, Tanquam ceritos, id eſt furioſos.

Proceſtrium, proceſtrij, Aedificium patulum putatur ante caſtra, æqualibus diſtinctum interuallis columnarum, ſupra quarum epiſtylia arcus curuabantur. Inde dictum quòd pro caſtris, id eſt ante caſtra ſitum eſſet, aditúmque ad ea præberet. Quidam proceſtrium interpretantur locum ante cubicula magnatum, in quo quieſcente hero, corporis cuſtodes excubias agunt: decepti opinor deprauata lectione loci cuiuſdam Plinij Iunioris, ex epiſtola ad Gallum, vbi ſic legunt, Poſt hanc cubiculum cum proceſtrio, altitudine æſtiuum, munimento hybernum, quum tamen caſtigatiora exemplaria, cubiculum cum procœtone legendum oſtendant.

Prochemaſis, ſiue Prochimaſis, προχείμασις, Præcedens tempeſtatum ſignificatio. Plinius lib. 18. cap. 26, Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempeſtatũ ſignificatione, quod προχείμασιν Græci vocant: nunc pòſt veniente, quod ἐπιχείμασιν.

PROCHYTA, prochytæ, penult. corr. & Prochyte, prochates, πρόχυτη. Inſula in Puteolano ſinu: dicta quaſi profuſa, ἀπὸ τοῦ πρόχειν, quod eſt profundere. Ferunt enim Inarmes vicinæ inſulæ montem terræ motu concuſſum, inſulam hanc fudiſſe. At Dionyſius lib. 1, ſcribit Prochytam dictam eſſe à nutrice Aeneæ eiuſdem nominis. de hac Virgilius lib. 9, Tum ſonitu Prochyta alta tremit.

Prochytes, maſcul. gen. πρόχυτος, Vaſis genus erat quo in ſacris vtebãtur: quod & ipſum à profundendo nomen accepit.

Procido, procidis, penultima correpta, procidi, procaſum, Pronus cado, humi me proſterno, vehementer inclinor. {προσπίπτω, προσπτῶσις. Ital. *Gettarſi à terra.* Gal. *Cheoir & tomber.* Hiſpani. *Caer, echarſe à los pies.*} Gellius, Nam quum multis annis poſtea ſcena quæ procciderat, refecta eſſet. Liuius 5. belli Macedo. Saxum ingens ſiue imbribus, ſeu motu terræ leuiore quàm vt alioqui ſentiretur, labefactum, in vicum Iugarium ex Capitolio procidit, & multos oppreſſit. Ibidem libro 1, Muri quoque pars ariete incuſſo ſubruta, multis iam locis prociderat.

Procidentia, procidentiæ, Actus ipſe procidendi. {πτῶσις. Ital. *Cadimento.* Gal. *Cheutte, tombement.* Hiſpani. *Cayda.*} Plinius libro 34 cap. 18, Vſus enim ex eodem & in oculorum medicamentis, & maxime contra procidentiam eorum, & inanitatem, &c. Procidentia ſedis, Plinius lib. 24 cap. 11.

Prociduus, adiectiuum, Quod procidit. {πρόπτωτος, πτῶσιμος. Ital. *Chi cade.* Gal. *Qui chet & tombe facilement.* Hiſp. *Coſa que cae.*} Plin. lib. 20. cap. 10, Infantium cerebro imponitur, vmbilicóque prociduo. Idem libro 16. cap. 12, Memoratur hoc idem factum & in Philippis, ſalice procidua atque deruncata. Idem lib. 11. cap 20, Teſtes verò & ſedem prociduam, quæque illi ſunt vitia.

Procico, procies, prociui, procitum, penult. corr. {μισθαποδίδω, προκαλέω. Ital. *Domandare.* Gal. *Demander, hucher.* Hiſp. *Pedir, demandar.*} Idem quod peto. Liuius, Matrem procitum plurimi venerũt, id eſt petitum, vt interpretatur Feſtus.

PROCILIVS, Grammaticus, cuius meminit Seneca, vir ſuis temporibus doctiſſimus fuit, qui in itineratio commemorat apud Memphim, in aurea columna Aegyptiis literis ſcriptum fuiſſe, tunc demum Ae-

gyptum liberam fore, quum in eam veniſſent Romani faſces. Autor Lampridius.

Procingo, procingis, Apparo. ¶ προχειρίζω. Ital. *Apparecchiare*. Gal. *Appreiller*. Hiſp. *Aparejar*. ¶ Hinc Procinctus, procincta, procinctum, paratus, expeditus. Vnde procincta claſſis teſte Feſto, dicebatur exercitus ad pugnam paratus, πανσκευὴς εἰς μάχην ἐξηρτισμένος, συσκευασμένος, εἰς πολεμίαν κατασκευήν, quòd pugnaturi citiùs prius cingerentur Gabino: & quòd claſſem vetuſtius fuerit hominum dici, quàm nauium multitudinem. Gell. lib. 1. cap. 11, Quum procinctæ igitur claſſes erãt, & inſtructa acies.

Procinctus, us, Dicitur apparatus bellicus, ſiue ipſa præparatio, quæ fit ab iis qui aut in expeditionem profecturi ſunt, aut ad prælium exituri. ¶ παρασκευὴ, παρασκεύη. Ital. *Apparecchiamento di guerra*. Gal. *L'appreſt & appareil de l'armée quand elle veut donner dedans*. Hiſpa. *Apercebimiento para pelear*. ¶ Cic. 2. de Natu. deor. Ex quo in procinctu teſtamenta perierunt. Plin. lib. 23. cap. 1, Curas, vigorémque animi impedit ad procinctum tendentibus. In procinctu facere: expedite, & celeriter. Ouid. 2. de Pon. Eleg. 9, Hæc in procinctu carmina facta puta. In procinctu ſtare, eſt accinctum eſſe. Quintil. lib. 12. cap. 9, Cui diſciplina & ſtudiũ, & exercitatio dederit vires etiam facilitatis: quémque armatum ſemper, ac velut in procinctu ſtantem, nõ magis vnquam in cauſis oratio, quàm in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet. In procinctu habere. Gellius lib. 1. cap. 11, Atque fœminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit.

Procio, procis, procui, procitum, penul. prod. Idem quod rumpo, atque irritum facio. Hinc Iureconſultus, irritum & ruptum teſtamentum, procitum dicit. Feſtus.

Procito, procitas, penult. corr. Idem quod prouocito. προσκαλέομαι. Citare enim vocitare eſt.

Proclamo, proclamas, Palam & valde clamo, vociferor. ¶ ἀναβοάω, ἀνακράζω. Ital. *Proclamare, gridare in publico*. Gal. *Crier deuant tous tant qu'on peut*. ¶ Hiſpa. *Mucho de lexos llamar*. ¶ Liu. lib. 1, Moti homines ſunt in eo iudicio, maximè Publio Horatii patre proclamante, ſe filiam iure cæſam iudicare: ni ita eſſet, patrio iure in filium animaduerſurum fuiſſe. Cic. 7. Verr. Adſunt, defendunt, fidem tuam quę nuſquam erat, nec vnquam fuit, proclamant.

Proclamator. proclamatoris. ¶ ἀνακραγὼν, ἀναβοῶν. Ital. *Gridatore, banditore, che fa la grida*. Gal. *Vn crieur, grand criard*. Hiſp. *Aquel que aſsi llama*. ¶ Cic. 1. de Orato. Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus: ſed eum virum qui primùm ſit cius artis antiſtes.

Proclino, proclinas, penultima producta. Idem quod inclino. ¶ ἐγκλίνω. Ital. *Inchinare*. Gal. *Pencher, incliner*. Hiſpa. *Inclinar*. ¶ Colum. lib. 7. cap. 10, Earum notanda ſunt capita, quam in partem proclinentur.

Proclinatus, a, um, participium. ¶ προκεκυφὼς, ῥέπων. Ital. *Inclinato*. Gal. *Enclin, penchant*. Hiſp. *Inclinado*. ¶ Ouid. 2. Triſt. Quum cœpit quaſſata domus ſubſidere partes In proclinatas omne recumbit onus.

Proclinatio, verbale. ¶ πρόκυψις, ἡ ἔγκλισις, ἡ παρέκκλισις. Ital. *Inchinatione*. Gal. *Penchement, inclination*. Hiſp. *Inclinacion*. Hiſp. *Inclinacion*. ¶ Vitruuius lib. 7. Non minus etiam obſeruãdum eſt, vti omnes ſtructura perpendiculo reſpondeant, neque habeant in vlla parte proclinationes.

Procliuis, procliue, penult. prod. Quod pronum inclinatúmque eſt, vt ait Donatus. ¶ κατάφορος, κατάρρυτος, κατωφερὴς. Ital. *Inchinato all'ingiu*. Gal. *Enclin, penchant*. Hiſp. *Inclinado à acoſtado*. ¶ Liu. 5. ab Vrbe, Quo ſuccefſerit magis in arduum, cõ pelli poſſe per procliue facilius rati. Colum. libro 9. cap. 5. de Apibus, Cum onere per procliuia non ægrè deuolent. Impetus procliuis vndarum, Lucret. lib. 6, ¶ Per tranſlationem ſecũdum Cic. lib. 4. Tuſcul. dicitur propriè in malis, de iis ſcilicet qui ad aliquod vitium proni, inclinatíque ſunt. Terent. in Andr. Ita vt ingenium eſt omnium hominum ab labore procliue ad libidinem. Cic. in Partit. Adoleſcentiam procliuiorem eſſe ad libidinem. Silius lib. 13, -ſceleri procliuis egeſtas. Cic. 4. Tuſcul. Vt natura ad aliquem morbum procliuior, ſic animus alius ad alia vitia propenſior. ¶ Procliue etiam dicitur quod facile factu eſt. Vnde in procliui eſſe, eſt facile, & in promptu eſſe. Plaut. in Capt. Tam hoc quidem tibi in procliui, quàm imbere eſt quando pluit. Cic. 2. Offic. Sed quum in hominibus iuuandis aut mores ſpectari, aut fortuna ſoleat, dictu quidem eſt procliue.

Procliuiter, procliuius, procliuiſſimè, aduerb. ¶ ἐπιῤῥοπως, ἐυπαρακολουθήτως. Ital. *Facilmente*. Gal. *Facilement*. Hiſp. *Facilmente*. ¶ Cic. 5. de Fini. Qui ſperant, facilius, & procliuis ad laudem nobilitatis peruenient.

Procliuitas, procliuitatis, Eſt naturalis inclinatio in rem aliquam, præſertim vitioſam. ¶ ἐπιτηδειότης, ἐυκολοφορία. Ital. *Inchinatione, facilità*. Gal. *Inclination, facilité de chooir*. Hiſpani. *Aquella inclinacion*. ¶ Nam in rebus bonis & laudabilibus, propriè facilitas dicitur. Cicero 4. Tuſcul. Atque hæc aliorum ad alios morbos procliuitas latè patet. Ibidem, Procliuitas ad ægrotandum: ſed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem.

PROCLVS, πρόκλος, Lycius, diſcipulus Syriani, philoſophus Platonicus, præfuit ſcholæ Athenienſi: cuius diſcipulus & ſucceſſor fuit Marinus Neapolitanus. Scripſit plura in Grammatica & Philoſophia, Commentarios in totum Homerum, in Heſiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, in Rempub. Platonis, præterea contra Chriſtianos Epicheremata XVIII. Hic eſt Proclus, qui poſt Porphyrium ſecundus cõtra nos latrauit: aduerſus quem Iohannes cognomento Grammaticus ſcripſit apologiã, dictitans eum, quanquam in rebus Græcanicis magnum, ſtultum tamen eſſe, & in hac parte indoctum. Autor Suidas. Is etiam eſt cuius hodie commentarios in Platonem habemus. Præceptor fuit M. Antonini, à quo ad Conſulatum vſq; prouectus eſt, vt ſcribit Spartianus. ¶ Proclus item alius fuit Malleotes patria, qui ſcripſit in Sophiſmata Diogenis, & contra Epicurum. ¶ Proclus cognomento Proculeius, è Laodicea Syriæ, qui ſcripſit mythologiam in fabulam Pandoræ, apud Heſiodum: item Aurea carmina, Iſagogen in Arithmeticam Nicomachi, & alia quædã in geometria. ¶ Proclum Naucratitam his Philoſtratus addit, qui dicit vnum fuiſſe ex ſuis præceptoribus, ac docuiſſe Athenis, filiúmq; habuiſſe luxui deditum, in quem non modò non ſeuerus fuit, verumetiam vſque adeò indulgens, vt in alendis canibus, auibúſq; ei adeſſet, dictitãs has nugas cum citius cum ſenibus dimiſſurum, quàm cum æqualibus. In docendo hunc omnino ferunt ſeruaſſe morem, vt ab initio à diſcipulis centum drachmas pro totius tempotis mercede acciperet, bibliothecæ domi publicatæ vt illi ſolùm lectioni intenti, dum cogerentur, minimè per otium, vti moris eſt in ludo, mutuis inter ſe iurgiis, ſibiliſve perſtreperent. Philoſtratus.

Proco, procas, procare, teſte Feſto, ¶ ἀναιδῶς αἰτῶ, ἀναιδῶς ἀξιῶ. Ital. *Adimandare impudentemente*. Gal. *Demander effrontement*. Hiſp. *Demandar deſuergonçadamente*. ¶ Antiqui dicebãt pro eo quod eſt poſcere, ſeu impudenter petere: vnde & Procacitas dicta eſt: quod & Nonius annotauit, citans illud Ciceronis ex lib. 4. de Repub. A procando, id eſt poſcendo procacitas nominata eſt.

Procax, procacis, pen. prod. Laſciuus, petulans, improbus, proteruus. ἀσελγὴς, ἀναιδὴς, ὑβριστὴς. Ital. *Procace, petulante, laſcivo*. Gal. *Demandeur effronté, & eshonté injurieux, prompt à mal faire*. Hiſp. *Deſuergonçado, pedigueño, deſtruydor*. ¶ quod nomen à procando, id eſt poſcendo, dictum eſſe, docet Nonius Marcellus, ex ſententia Cicero lib. 4. de Republica: cuius hæc erat verba, A procando, id eſt poſcendo, procacitas nominata eſt. Alij tamen à prociendo, id eſt prouocando, ſiue laceſſendo dictum malunt. Cicero pro Cælio, Temeraria & procax mulier. Ibidem, Vt non ſolùm meretrix, ſed etiam procax videatur. Idem lib. 1. Epiſt. Scio te non eſſe procacem in laceſſendo. Terent. in Hecyr. Maligna multò, & magis procax illicò facta eſt. ¶ Transfertur etiam ad inanimata, quod & Nonius annotauit. Virgil. 1. Aeneid. -penitúſque procacibus Auſtris.

Procacitas, procacitatis, Petulãtia, laſciuia, improbitas, proteruia. ¶ ἀσέλγεια, τὸ ἀναιδὲς. Ital. *Sfrontamento, ſfacciataggine*. Gal. *Effrontement, eshontement*. Hiſpa. *Deſuergonçamiento*. ¶ Cice. in Salluſt. Non enim procacitate linguæ vitæ ſordes eluuntur. Ibidem, Ne incidam in idem vitium procacitatis, quod huic obiicio.

Procaciter, aduerbium, Proteruè petulanter: vnde procacius & procaciſſimè. ¶ ἀσελγῶς, ἀναιδῶς. Ital. *Alla ſfacciata*. Gal. *Effrontement, eshontement, injurieuſement*. Hiſpani. *Deſuergonçadamente*. ¶ Liuius 8. belli Pun. Flagitatum quoque ſtipendium procacius, quàm ex more & modeſtia militari erat.

Proci. Dicuntur qui virginis, mulieriſve nuptias ambiunt: à procando, id eſt poſcendo dicti. ¶ μνηστῆρες. Ital. *Proci, riuali*. Gal. *Pourſuiuans femme à mariage, corriuaux*. Hiſpani. *Los que demandan muger para ſe caſar, combleços*. ¶ Ouid. Epiſt. 1. Turba ruunt in me luxurioſa proci. Cice. de Clar. Orat. Et hos ignotos, & impudentes procos repudiemus. Ouid. 4. Metam. Multorúmque fuit ſpes inuidioſa procorum. Virgil. 4. Aeneid. En quid agam? rurſúſne procos irriſa priores Experiar?

Procœton, procœtonis, προκοίτων. Locus ante cubiculum magnatum, in quo quieſcente domino, corporis cuſtodes excubant. Nam κοίτων & Græcis eſt excubitor, & προκοιτεύειν, excubare. Vnde προκοίτων, quaſi excubitorium. Plin. Epiſt. 41, Poſt hanc cubiculum cum procœtone, altitudine æſtiuum, munimentis hybernum.

PROCONNESVS, προκόννησος. Vulgò *Marmora*. Inſula Propontidis, ante Cyzicum, alio nomine Elaphonneſus dicta: vtroque nomine à cerui deducto. Hinc Proconneſius, ſia, ſium. Plin. lib. 5. cap. vltimo.

Proconſul, Proconſulis, pen. corr. maſc. gen. Qui cum poteſtate Conſulari extraordinaria ad aliquam prouinciam adminiſtrandam mittitur. ¶ ἀνθύπατος. Ital. *Luocotenente di conſolato, che ha nella prouincia autorità di conſolo*. Gal. *Lieutenant de conſul*. Hiſp. *El conſul en la prouincia proconſul*. ¶ Cic. 2. de Diuin. Quàm multi ſunt anni, quum bella à Proconſulibus, & Proprætoribus adminiſtrantur.

Proconſulatus, us, Dignitas Proconſulis. ¶ ἡ ἀνθυπατεία. Ital. *Tale dignità*. Gal. *L'office ou dignité d'vn proconſul*. Hiſpa. *Aquella dignidad de proconſul*. ¶ Plin. libro 14. cap. 22, Ad proconſulatum vſque è Prætura honoribus geſtis. Plin. Iun. Epiſt. 12, Summotum à Proconſulatu, quia ſe in legatione turpiter geſſerat.

Proconſularis, re, Ad Proconſulem pertinens. Gell. lib. 5. cap. 14, Quum prouinciam Africam Proconſulari imperio meus dominus obtineret.

PROCOPIVS, προκόπιος, E Cæſarea Palæſtinæ orator & ſophiſta: ſcripſit res Iuſtiniani quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Beliſarium Patricium geſſerat. Cuius ſcriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Compoſuit item alterum librum quem inſcripſit, ἀνέκδοτα, id eſt non edenda, ſiue non edita: Iuſtiniani, & eius vxoris Theodoræ vituperationem continentem. Autor Suidas. ¶ Procopius, alius fuit tyrannus Conſtantinopolitanus, qui inſurgens contra Valentem principem, apud Natoliam Phrygiæ ciuitatem, in eius poteſtatem cũ exercitu venit, proditus à duobus militibus: alligatus deinde duabus per vim reflexis arboribus, diſcerptus eſt: de proditoribus etiam ſumptum ſupplicium. Ex hiſtoria tripartita.

Procraſtino, as, pen. corr. Prolongo, diem de die trãho, differo. ¶ ἐπιτρίβω εἰς ἄλλην ἡμέραν ἀναβάλλομαι. Ital. *Prelongare di giorno in giorno*. Gal. *Delayer, differer de jour en jour*. Hiſp. *Dilatar de dia en dia*. ¶ Gell. lib. 16. Quæ reliquit perfecta expolitáque, omni poëticæ venuſtatis laude florent. Sed quæ procraſtinata ſunt ab eo, vt pòſt recenſerentur, nequaquam poëtæ nomine atque iudicio digna ſunt. Cice. pro Sexto Roſc. Amer. Ac primò rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti cœperunt, deinde aliquãto lentius agere, atque deludere.

Procraſtinatio, verbale, Dilatio. ¶ ἐπιτρίμμησις. Ital. *Dilatione, tardamento*. Gal. *Delay, dilation de jour en autre, tardement*. Hiſpa. *Aquella obra de dilatar, tardança*. ¶ Cic. 6. Philip. Nam quum pleriſque in rebus gerendis ſit tarditas & procraſtinatio odioſa eſt, tum hoc bellum indiget celeritatis.

Procreo, procreas, procreare. Liberos generare. ¶ γεννάω. Ital. *Procreare, generare*. Gal. *Procreer, creer, engendrer*. Hiſp. *Engendrar ò criar*. ¶ Plautus in Milite, Nam procreare liberos, lepidum eſt onus. Cice. 3. de Finibus, Atque vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare. Idem antequam iret in exil. Sic enim ab initio ſui animatus, vt nõ magis me mea cauſa putarem eſſe natũ, quàm Reip. procreatum.

Procreator, procreatrix, & procreatio, verbalia. ¶ γεννήτωρ, γέννησις. Ital. *Generatore, procreatore*. Gal. *Qui engendre, createur*. Hiſpani. *Criador, el que engendra*. ¶ Cicero de Vniuerſitate, Animum igitur quum ille procreator mundi

mundi Deus ex sua mente, & voluntate genuisset. Idem 1. de Orat. Neque enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quandam, & quasi parentem esse eam quam φιλοσοφίαν Græci vocant. Idem 1 Tuscul. Quid procreatio liberorũ? quid propagatio nominis?

Procresco, is. Idem quod simplex cresco vel augeor. {αὐξάνω. Ital. *Crescere.* Gal. *Croistre & augmenter.* Hisp. *Crescer.*} Lucret. lib. 2, Et res progigni, & genitas procrescere posse.

PROCRIS, ριδος. Erechthei Athenienſium regis filia fuit, & soror Othryiæ, quæ Cephalo nupsit: qui quum castitatis vxoris suæ periculum facere vellet, Auroræ opera, qui illum adamabat, in mercatorem mutatus, ingentibus muneribus illius pudicitiam solicitauit: quúmque illa pretij magnitudine propemodum succumberet, Cephalus recepta priori forma, perfidiam illi exprobrauit. Quod Procris quum inficias ire non posset, pudore impulsa, relicto viro, domúmque eius perosa, in syluas sese locáque deserta contulit. Tandem tamen viro reconciliata, iaculum ei inenitabile, & canem Lælapa nomine dedit, quem à Minoë dono acceperat. Postea quum à rustico quopiam audisset, Cephalum Auræ cuiusdam amore teneri, (cuius ille nomen inter venandum, quum æstu laboraret, sæpius inculcabat) in frutetis sese occultauit, vt pellicem deprehenderet. Quum itaque Cephalus æstu laboréque fatigatus, se ad virgulta recepisset, & sub arboris quadam vmbra recumbens, Auram ex more inuocaret, Procris suspicata iam pellicem affaturam, quo rem omnem melius cognosceret sese erigẽs, virgulta commouit. Qua re animaduersa Cephalus, feram ratus, iaculũ suum emisit, vxorémque charissimam inenitabili ictu interfecit. Fabulam hanc latius exequitur Ouid. lib. 7. Metamorph.

PROCRVSTES, ου. Plutarcho in Romu. Latro insignis in Attica regione, ad Cephisum flumen habitans: qui hospites interimere solitus, tandem à Theseo est interfectus. Ouid. 7. Metam. -tellus Epidauria per te Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem: Vidit & immitem Cephisias ora Procrusten.

Procubo, as, pen. corr. procubui, bitum. Propriè idem est quod procumbo. {κατάκυπτω. Ital. *Abbassarsi.* Gal. *S'encliner & pencher.* Hisp. *Macho caer, abaxarse.*} Interdum idem quod vigilo, siue excubias ago. παννυχίζω. Nonnunquam idem quod demitti vel inclinari. Virg. 3. Georg. Muscus vbi, & viridissima gramine ripa, Speluncæque tegant, & saxea procubet vmbra.

Procubitor, procubitoris, Qui noctu custodiæ causa incubat, quum castra hostium in proximo sunt. {φρουρὸς, σκοπὸς. Ital. *Chi deue far la scolta auanti all' essercito.* Gal. *Qui de nuit fait le guet deuant le camp, sentinelle.* Hisp. *La escuchа del campo.*} Festus.

Procudo, is, pen. prod. Significat prolato, cudendo extenuo, seu probè cudo, exacuóve. {παχύνω, παχαίνω, λεπτύνω. Ital. *Assottigliare, aguzzare battendo.* Gal. *Attenuir en forgeant & aguisant, forger.* Hisp. *Labrar de martillo.*} Virg. lib. 1. Georg. -dorum procudit arator Vomeris obtusi dentem. Ira procudit enses, Horat. 4. Carm. Ode 15. Procudere dolos, Plaut. in Pseud. Linguam procudere, Cic. 3. de Orat. Non enim solùm accenda nobis, neque procudenda lingua est: sed onerandum complendúmque pectus maximarum rerum, & plurimarum suauitate, copia, varietate.

Procul, aduerbium. Idem significans quod longè, quasi procul ab oculis. {ἄποθεν, πόρρω. Ital. *Di lontano, da longi.* Gal. *De loing, loing.* Hisp. *De lexos.*} Dicitur & de loco minus longinquo. Virg. 5. Aen. Est procul in pelago saxum. Quod certè non nimis longè fuisse debet intelligi, ne periret voluptas spectaculi. Idem in Sileno, Serta procul tantùm capiti delapsa iacebant. Vbi Seruius, Procul, modo propè: nam intulit, tantùm capiti delapsa, vt ostenderet non longius prouolutam esse coronam. Dicimus aliquando, Procul hinc: id est longe ab hoc loco. Terent. in Heyra, Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, vxor. ¶ Item procul, alicunde. Cic. 4. Verr. Quia non posset negare ab illis pecuniam datam, non quæsiuit procul alicunde. ¶ Procul pro longè, habet aliquando sequentem a, præpositionem cum ablatiuo. Terent. in Adelph. Postremò quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul. Aliquando & procul & longè, simul in eadẽ oratione ponuntur. Plaut. in Curc. Hac noctu in somnis visus sum videri er procul cedere longè à me Aesculapium. ¶ Procul aliquando præpositio est, deseruiens quandoque ablatiuo: vt Procul dubio, perinde est ac si dicas, certè. Sueton. in Claud. Cæsa. Reliquit filiũ omnibus gentis suæ procul dubio præferendum. Ad eundem etiam modum dicimus procul vero, pro eo quod est à veritate abhorrẽs. Colum. in Præfat. lib. 1, Nam illud procul vero est quod plerique crediderunt, facillimam esse, &c.

Proculco, proculcas, Conculco, protero. {καταπατῶ. Ital. *Conculcare, atterrare.* Gal. *Fouler aux piés.* Hisp. *Hollar ò patear, ò pisar.*} Colum. lib. 2. cap. 20, Nam à pecudibus legumina proculcantur: herbæ etiam atteruntur vngulis: atque glabrescit, & fit idonea trituris area. Liu. 10. ab Vrbe. Et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcauit. Ouid. 8. Metamorph. Is modò crescentes segetes proculcat in herba.

PROCVLEIVS, ου, vt scribit Acron, Horatij interpres, eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui adeo pius erga fratres suos Scipionem & Murænam fuit, vt spoliatis bello ciuili patrimoniũ suum ex integro diuideret, quod cum eis iam antè diuiserat. Hæc Acrõ apud Horatium, lib. 2. Carm. Huius meminit & Plutarchus in vita Antonij, dicens Antonium paulo antequam expiraret, admonuisse reginam Cleopatram, vt sibi ac rebus suis consuleret: & maximè omnium, qui cum Cæsare Augusto erant, Proculeio se crederet. Mortuo Antonio Augustus Proculeium misit, vt curaret Cleopatram viuam in suam potestatem perducendam: quúmque ille arrepto ense vellet sibi mortem inferre, Proculeius ensem è manibus ademit.

Proculiunt, Promittunt, ait significare Antistius de iure pontificali, lib. 9. Festus.

Procumbo, bis. Prosternor, humi iaceo. {καταπίπτω. Ital. *Abbassarsi, giacere in terra, inchinarsi.* Gal. *Estre couché, s'encliner & pencher.* Hisp. *Abaxarse, inclinarse.*} Liu. lib. 1. Ipsum fessum via procubuisse. Colum. lib. 1, Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel vt minimum nouem. Quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugatio ad circumeundum laxa ministeria præbeat. Virg. 1. Aeneid. -ne grauidis procumbat culmus aristis. Idem 8. Aen. -& viridi fœtam Mauortis in antro Procubuisse lupam. ¶ Significat interdum demitti. Plin. lib. 16. cap. 36, de arundinibus, Omnibus verò folia à nodo orsa, complexu tenues per ambitum, inducunt tunicas, atque à medio internodio quum plurimum desinunt vestire, procumbúntque. Hoc est in terram inclinantur. Lucan. lib. 3, Et procumbentes iterum consurgere taxos.

Procuro, procuras, pen. prod. Administrationẽ rerum alienarum gero. {ἐπιτροπεύω, ἐπιμελέομαι. Ital. *Procurare, amministrare cose d'altri.* Gal. *Procurer, auoir la charge des affaires d'autruy.* Hisp. *Procurar negocios.*} Cic. Cornificio. Is procurat rationes Dionysij. ¶ Aliquando est studiosè curare. ἐπιμελέομαι. Apuleius, Hunc enim equulum suum curiosè nimis procurantem inuenì. ¶ Aliquando sustentare, medicari, adiuuare. θεραπεύω. Cato de Re rust. Eodem modo cæteras arbores procurato. Plaut. in Curcul. Tibi opus est hoc quo te procures. ¶ Procurare aliquando est expiare. Gell. lib. 4. cap. 6, Vt terram mouisse nuntiari solet, eáque res procuratur.

Procurator, procuratoris. Dispensator, & negotiorum gestor, quem vulgò *factorem* dicunt. {ἐπίτροπος, διοικητής. Ital. *Procuratore.* Gal. *Procureur.* Hisp. *El que procura, procurador.*} Vlpianus de Procuratoribus & Defensor. l. 1, Procurator est qui aliena negotia mandato domini administrat. Actores verò causarum, causidici dicuntur.

Procuratorius, a, um. Quod ad procuratorem pertinet. {κατὰ μισθὸν. Ital. *Di procuratore.* Gal. *Apartenant à procureur, de procureur.* Hisp. *Cosa de procurador.*} vt Procuratoriæ literæ, Procuratorium munus.

Procuratrix, procuratricis, verbale fœmininum. {ἡ ἐπιτροπεύουσα, ἡ κηδεμονική. Ital. *Procuratrice.* Gal. *Procuratrice, celle qui a la charge ou soing de quelque chose.* Hispan. *Procuradora.*} Cic. 4. de Finibus, Sed quum sapientiam totius hominis custodem & procuratricem esse vellent, quæ esset naturæ comes.

Procuratio. Ipsa administratio. {διοίκησις. Ital. *Vffitio, gouerno d'altri, cura, amministratione.* Gal. *Charge & administration qu'on a de quelques affaires, soing.* Hisp. *Aquella obra de procurar negocios, procuracion.*} Cic. lib. 1. de Natura deorum, Sunt enim philosophi, & fuerunt qui omnino nullam habere senserunt rerum humanarum procurationem deos. ¶ Procuratio item expiatio est. Cic. 1. de Diuin. Arqi etiam scriptum à multis est, quum terræmotus factus esset, vt ne plena procuratio fieret.

Procurro, tis. procurri, procursum, Velociter procedo. {προτρέχω, προτρέχω. Ital. *Andare inanzi velocemente, correre auanti.* Gal. *Courir deuant, s'auancer de courir.* Hisp. *Andar adelante, correr a lexos.*} Colum. lib. 6, Ex domitis bubus valentissimum, eundémque placidissimum, cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctãtem producat. Cæsar 7. belli Gal. Quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Virgil. 9. Aen. Et conferre manum, & procurrere longius audent.

Procurrens, procurrentis, participium. {προτρέχων, προτρέχων. Ital. *Che corre auanti.* Gal. *Qui court & s'auance deuant.* Hispa. *Que corre adelante.*} Virgil. 5. Aen. Infœlix saxis in procurrentibus hæsit. Hoc est prominentibus, & velut obuiam venientibus, inquit Seruius.

Procursus, sus, Actus procurrendi. {ἡ ἐπίδρομή. Ital. *Correria, corsa.* Ital. *Course, saillie sur les ennemis.* Hisp. *Corrida à lexos.*} Liu. 1. belli Pun. Tumultuario prælio, ac procursu magis militum quàm ex præparato, aut iussu Imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit. Virgil. 12. Aeneid. Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis Impulit, effuditque solo.

Procursio, procursionis, verbale fœmininum, Excursio, vel digressio à causa. {παρέκβασις. Ital. *Corsa, correria.* Gal. *Course, digression.* Hisp. *Corrida.*} Quintil. lib. 4. cap. 3, Non semper est necessaria post narrationem illa procursio.

Procurso, as, frequentatiuum. {συντρέχω πολλάκις. Ital. *Correre spesso.* Gal. *Courir sur, courir souuent.* Hispa. *Correr a menudo.*} Liu. lib. 7. belli Pun. Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procursaretur, mista equitum, peditúmque tumultuosa magis prælia, quàm magna. Idem 3. ab Vrbe, Modò procursantes pauci, recurrentésque.

Procursatio, procursationis. {προσβολή. Ital. *Assalto ò corsa sopra nemici.* Gal. *Saillie & course sur les ennemis.* Hisp. *Corrida contra los enemigos.*} Liu. 8. belli Pun. A quibus vbi per procursationem commissa pugna esset, &c.

Procuruus, Valde curuus. {κυρτοπλάτων, ὑπερμεγέθης. Ital. *Molto torto.* Gal. *Courbé par deuant, fort courbé.* Hisp. *Mucho corcobado ò corno.*} Virg. 2. Georg. Contrà nonnulla est oleis cultura, nec illæ Procuruam expectant falcem, Littora procurua, Idem 5. Aen.

Procus, proci. Vide PROCI.

PROCVSTES. Vide PROCRVSTES.

Procyon, Procyonis, pen. gen. corr. προκύων. sidus æstiuum, Canis ortum præuertens: vnde etiam à Latinis verbum ex verbo exprimentibus, Antecanis appellatur. Cic. 2. de Natura deorum, -geminis est ille sub ipsis Antecanis, Procyon Graio qui nomine fertur. Antecanis tamẽ nomen videtur minus vsitatum fuisse, & à Cicerone primùm confictum: vnde etiam Plin. lib. 18. cap. 28, sidus hoc nomen Latinum habere negat, nisi quis (inquit) Caniculam velit appellare. Columella tamẽ, lib. 11. ca. 2, Caniculam manifestè distinguit à Procyone: huius ortum, Idibus Iuliis: illius, vi. Calend. Augusti assignans, Caniculam nimirum appellans quem nos Canem dicimus.

Prodeambulo, prodeambulas, Foras deambulo. {προπερινοστέω. Ital. *Andare diuertendosi.* Gal. *Se promener deuant ou hors la maison.* Hispa. *Passearse antes.*} Terent. in Adelph. Prodeambulare huc libitum est.

Prodeo, prodis, prodiui, vel prodij, proditum, ex pro & eo, d interposita, significat procedo, vltrà eo, siue foras exeo, quasi porrò eo. {προέρχομαι, προβαίνω. Ital. *Vscire fuori, comparire.* Gal. *Sortir.* Hisp. *Yr a fuera ò salir à plaça.*} Cic. App. Pul. An ego obuiam tibi non prodirem, primùm Appio Pulchro, deinde Imperatori? Idem lib. 1. Offic. Secnicorũ quidem mos tantam habet disciplinæ veteris verecundiam, vt in scena fine subligaculo prodeat nemo, id est exeat. Cæsar 5. belli Gall. Suo more conclamauerunt, vti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent.

Proditur, pen. prod. impersonale. Cic. pro Mur. Eccui autem non proditur reuertenti? Subaudi, obuiam.

PROPICVS, pen. prod. πρόπικος, Philosophus fuit patria Cous: cuius

quanta fuerit autoritas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Bœotia captus, vadem pro reditu dedit In consilio Atheniensium magnam est laudem adeptus, quanquam voce grauiore atque absona. Conatúsque est in ea ciuitate primarios ex quaque nobili familia adolescentes sibi deuincire, quorum hospitium vsui sibi & voluptati foret. Hæc ex Philostrato. Suidas autem dicit Ceum eum fuisse ex Iulide oppido, & Democriti ac Gorgię temporibus floruisse, librúmque edidisse qui inscribitur ὥραι, in quo finxit Herculem virtuti pariter ac voluptati congressum, & vtraque hunc ad se trahente, tandem à virtute persuasum, alteram spreuisse. ¶ Fuit & Prodicus alius, medicus, ex Selymbria ciuitate, Hippocratis discipulus, qui primus Iatralepticem instituit, teste Plin. lib. 29. cap. 1.

Prodictator, prodictatoris, Qui extraordinariam Dictaturam gerit. Liu. 2. belli Puno. Prodictatoré populus creauit Qu. Fabium Maximum.

Prodigæ hostiæ, à veteribus dicebantur quæ totę consumebantur ignis: vnde & homines luxuriosi, prodigi dicti sunt: vt ex Verannij sententia tradit Festus.

Prodigium, prodigij, Monstrum, portentum, ostentum: dictum quasi prodicium, quòd porrò dicat, portò significet, & aliquid futurum esse portendat. {vlgar. Ital. *Mostro, prodigio.* Gal. *Prodige, monstre.* Hispa. *Milagro que significa mal.*} Festus, Prodigia, quòd prædicunt futura, permutatione g literæ: nam quæ nunc c appellatur, ab antiquis g vocabatur. Nonius, Prodigia, deorum minæ, vel iræ. Virgil. 3. Aeneid. Sola nouum, dictúque nefas Harpyia Celæno Prodigium canit. Cicc. 6. Verr. Etenim multa sæpe prodigia vim eius, numénque declarant. Virgil. 6. Aeneid. Prodigiis acti cælestibus ossa piabunt. Ouid. 6. Metamorph. -vidi præsens stagnúmque locúmque Prodigiis notum.

Prodigiator, Qui ex prodigio futura prænuntiat. {προγνωστικός. Ital. *chi interpreta tali prodigi & segni.* Gal. *Qui declare & interprete les prodiges.* Hispa. *El que declara tal milagro.*} Festus, Prodigiatores, aruspices, prodigiorum interpretes.

Prodigiosus, sa, sum, Monstrosus, portentosus: quod scilicet prodigium facit, vel quod præter naturam est, & consuetudinem. {προγνωστικός. Ital. *Prodigioso, mostruoso.* Gal. *Prodigieux, monstrueux, contre nature.* Hispan. *Cosa de aquel milagro.*} Plin. lib. 10. cap. 63, Partus aliquando singuli: quod prodigiosum putant.

Prodigialis, prodigiale, Nonnunquam idem est quod prodigiosus. προγνωστικός. Aliquando idem quod prodigium auertens: vnde prodigialis Iupiter dictus est, cui expiandorum prodigiorum gratia sacra fiebant. ζεὺς προδόσιος. Plaut. in Amph. Sed mulier postquam expertecta es, prodigiali Ioui Aut mola salsa hodie, aut ture comprecatú oportuit.

Prodigiosé, aduerbium, Id est præter morem, vel naturam. {παραφυσικῶς. Ital. *Contra natura.* Gal. *Contre nature.* Hispan. *Contra la natura.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Lien cum iecinore locum aliquando permutat, sed prodigiosé.

Prodigialiter, aduerbium, Idem quod prodigiosé. προδίως. Colum. lib. 3. cap. 3, Nam illa videntur prodigialiter in nostris Cæretanis accidisse. Horat. in Arte, Qui variare cupit rem prodigialiter vnam.

Prodigo, prodigis, pen. corr. prodegi, supinum non legi: ex pro, & ago, d, euphoniæ causa interposita. Significat consumo, profundo, liberalitatis limites egredior, vltra modum erogo. {ἀναλίσκω, ἀναθάλλω. Ital. *Consumare prodigamente.* Gal. *Consumer & despendre tout.* Hispa. *Gastar demasiadamente.*} Plautus in Aulul. Festo die siquid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. ¶ Aliquãdo significat appellere, producere, quasi procul agere. Varro 2. de Rerust. cap. 4. de suibus, Admissuras quum faciunt, prodigunt in iutosos limites. Idem lib. 3. cap. 9, Prodigendi in solem & sterquilinium, vt se volutare possint, quòd ita albiores fiunt.

Prodigus, prodigi, Profusus, effusus, nepos, dissolutus, perditus, nimius, præter modum liberalis. {ἄσωτος. Ital. *Prodigo.* Gal. *Prodigue.* Hisp. *Prodigo o gastador.*} Cic. lib. 2. Offic. Omnino duo sunt genera largorũ, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & visceration ibus, & gladiatorum munetibus, ludorum, venationúmque apparatu pecunias profundunt in eas res quarum memoriam aut breuem, aut omnino nullam sunt relicturi: liberales, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt causa amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur vel in re quærenda, vel augenda. Idem in Catil. Homo largitor & prodigus. ¶ Auri prodigus, Claudian. 2. Paneg. Aetis prodigus, Horat. in Arte. Cicc. ad Brut. Quòd in honoribus decernendis essem nimius, & tanquam prodigus. ¶ Prodigus animæ, & sanguinis, qui vitæ suæ nõ parcit. Horat. 1. Carm. Ode 12, Animæque magnæ Prodigum Paulũ superante Pœno Gratus insigni referam Camœna, Vbi Porphyrio, Aemylium Paulum dicit fuisse prodigum, id est contemptorem vitæ. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8, Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ. ¶ Locus prodigus multæ herbæ, Horat. 1. Epist.

Prodigè, aduerbium, Profusè, abundanter. {ἀσώτως. Ital. *Prodigamente.* Gal. *Prodigalement.* Hisp. *Prouiga y costosamente.*} Cic. 11. Philipp. Sed non possunt non prodigè viuere qui nostra bona sperãt, quum effundunt sua.

Prodigitas, prodigitatis, Antiquis idem erat quod profusio. ἀσωτία. Lucil. lib. 6. Satyr. Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitásque.

Prodigentia, prodigẽtiæ, à prodigo, prodigis, Idem quod profusio. {ἀσωτία. Ital. *Dissipamento.* Gal. *Prodigalité.* Hisp. *El habito vicioso de gastar, gastamiento.*} Tacit. lib. 13, Cuius abditis adhuc vitiis per auaritiam, ac prodigentiam mire congruebat.

Prodinunt, Antiqui pro prodeunt dixere. Ennius Annal. lib. 3, Prodinunt famuli, quum candida lumina lucent.

Prodius, Antiqui dixerunt pro interius, longius (inquit Nonius) à prodeundo, quasi porrò eundo. Varro in Virguia diuina, Primùm venit in vrbem, atqi intra muros, deinde accedit prodius, atqi introit domum.

Prodo, prodis, prodidi, id est longè proicio, defero, excludo, propello. {ἀποδίδωμι, προΐημι. Ital. *Gettar via.* Gal. *Ietter iong.* Hispa. *Echar à lexos.*} Virgil. 1. Aeneid. Nauibus (infandum) amissis vnius ob iram Prodimur, atque Italis longè disiungimur oris. ¶ Aliquando idem est quod deferre, ostendere, patefacere. {ἐκφέρω, ἐκφαίνω. Ital. *Manifestare, divolgare.* Gal. *Diuulguer, publier.* Hisp. *Demostrar, manifestar.*} Virg. 5. Aeneid. Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti. ¶ Item differre, protrahere. παρεκτείνω. Terent. in Andr. Credo, impetrabo, vt aliquot faltem nuptiis prodat dies. ¶ Item propagare. Virgil. lib. 4. Aeneid. Sed fore qui grauidam imperiis, bellóque frementem Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri Proderet. ¶ Item tradere, dare. {παραδίδωμι. Ital. *Tradire.* Gal. *Trahir.* Hispa. *Hazer traycion.*} Sallust. Antequam arcem proderent hostibus. Prodere patriam, est clanculum cum hoste aduersus patriam sentire, vt qui vel patriæ consilia hosti enuntiant, vel vrbes, arces, aut propugnacula eidem tradunt. Cic. 3. de Finibus. Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare. Prodere posteris, est posteris tradere, vel ad posteros transmittere. Cic. de Senect. Non accipere modò hæc à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. ¶ Prodere memoriæ, est literis mandare. Δίδωμι τὴν λόγῳ ἱστορίαν, ἀναγράφω. Cic. Appio, Quum tuum studium consumes in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Pro eodem etiam legitur, Prodere memoria. Cæsar 5. belli Gall. Quos natos in insula, ipsi memoria proditum dicunt. Cicc. de Orat. Quia memoria sic esset proditum. Item prodere memoriam, id est propagare, & ad posteros transmittere. Cæsar 1. belli Gall. Ne committerent vt is locus vbi constitissent, ex calamitate populi Romani, & exercitus internecione nomen caperet, aut memoriam proderet. Interdum supprimitur datiuus memoriæ. Plin. lib. 6. cap. 23, Regnabat ibi quum hæc proderem, Celebrotas. Cic. lib. 3. Offic. Vtile videbatur Vlyssi, vt quidam Tragici poëtæ prodiderunt. Plin. lib. 2. cap. 7, D. Augustus lœuum sibi prodidit calceum præposteré inductum, quo die seditione militari propè afflictus est, id est significauit, siue retulit. ¶ Sic dicimus, Fama prodit, id est refert. Celsus, Quosdam fama prodidit in ipsis funeribus reuixisse. ¶ Prodere, autore Donato, aliquando est decipere, deserere. Terent. in Adelph. Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum. ¶ Prodere exemplum est tradere, vel monstrare, vel aliquid designare vnde alij sumant exemplum. Cicero pro Flacco, In hoc reo nequod pernicioſum exemplum prodatur, pertimesco. Ibidem, Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. ¶ Prodere fidem, est iureiurando non stare. Sallust. in Catil. Sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat. ¶ Prodere officium, est officium suum non facere, aut contra officium facere. Cicc. 4. Acad. Qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quàm aut officium prodat, aut fidem. ¶ Prodere vitam, est se vitæ periculo exponere. ¶ Prodere legem, destituere. Vlpian. ad l. Iul. de Adul. Legem prodidisse dicitur ob hoc quòd accusationem adulterij aggressus, accusare destitit. ¶ Prodere interregem, est nominare, renuntiare, vt ait Budæus. Liu. 6. ab Vrbe, Sed nos quoque ipsi sine suffragio populi, auspicato interregem prodamus. Sic prodere flaminem, apud Ciceronem pro Milone.

Proditus, participium, {παραδοθείς, παραδεδομένος. Ital. *Tradito, ingannato.* Gal. *Decen, trahi.* Hisp. *Traido, engañado.*} Quod pro decepto, ac circumuento legitur apud Cic. ad Attic. lib. 3, Quandoquidem, inquit, ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, &c. Ouid. 13. Metamorph. Proditus à socio est, &c.

Proditor, proditoris. {παραδότης. Ital. *Proditore.* Gal. *Traistre.* Hisp. *El que haze traycion.*} Plaut. in Rud. Vrbis proditor. Cicc. 3. de Finibus. Nec magis vituperandus est proditor patriæ, quàm communis vtilitatis aut salutis desertor.

Proditio, onis. {παράδοσις. Ital. *Tradimento.* Gal. *Trahison.* Hispan. *Traycion.*} Cicc. 4. Acad. Amicitiarum proditiones & Rempublicarum. Ouid. 8. Metamorph. Nam pereãt potius sperata cubilia, quàm sim Proditione potens. Luca. lib. 4, Nunquam nostra salus pretium mercésq; nefandæ Proditionis erit.

Prodromus, prodromi, pen. corr. {πρόδρομος. Ital. *Che corre innanzi.* Gal. *Auantcoureur.* Hisp. *El que corre adelante.*} Latinè præcursor. Cicc. ad Attic. lib. 1, Nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant apertè Pompeium actarum. ¶ Vnde prodromi dicuntur à Græcis fici præcoces, quasi præcursoriæ, reliquarúmqi maturitatem præuertentes. Plin. lib. 16. ca. 26, Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant. ¶ Prodromi item dicuntur Aquilones, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt. Colum. lib. 11. cap. 2. Sexto Idus Iulias Prodromi flare incipiunt.

Produco, producis, Profero, protrabo, in longum duco. {παρατείνω, ἐπιτείνω, παρίλκω. Ital. *Prolongare, menar fuori, produrre.* Gal. *Produire, prolonger, mettre hors.* Hisp. *Alcuar lexos guiando, estender en luengo.*} Virg. 2. Aeneid. Abnegat excisa vitam producere Troia. Cicc. in Cato. Conuiuium vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem quàm maximè possumus vario sermone producimus. Id est protrahimus. ¶ Terent. in Andr. per translationem dixit, Nónne tibi esse satis hoc solidum visum est gaudium, nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Id est deluderes, detineres. ¶ Aliquãdo idem est quod foras educere, coràm, hue in medium adducere, vel præsentem sistere. παράγω, παρεισάγω. Plaut. Capt. Vbi sunt isti quos ante ædes iussi huc produci foras? Sic producere testes dicimus, pro eo quod est, ad dicendum testimonium, in iudicium eos adducere. Cicc. 6. Verr. Harum omnium rerum autores, testésque produco. ¶ Producere copias in aciem, est extra castra ad pugnam eas educere. Galba Ciceroni, Repentè Antonius in aciem suas copias de vico produxit. ¶ Aliquando idem est quod vænum exponere. Terent. in Eunuc. Pretium sperans, illico producit, & vendit. Vbi Donatus, Propriè vænales produci dicuntur. ¶ Plautus pro prostituere posuit. Audientem dicto mater produxisti filium, id est prostituisti. ἀποδίδωμι, ἀποφέρω. ¶ Interdũ pro gignere. φέρω, φύω. Plaut. in Capt. Quid hoc est scelus? quasi in orbitate filios produxerint? Cic. pro Qu. Roscio, Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse putant. Idem 2. Verrina, Nihil à me audiet ex impura illa adolescentia sua: quæ qualis fuerit, aut meminisitis, aut ex eo quem sui similem produxit, recognoscere potestis. Terent. Adelph. Seni animam prius extinguerem ipsi qui illud produxit scelus. ¶ Producere moram rei alicui, est moram interponere, siue (vt Donatus ait) differre, protendere, protelare. Terent. in Andr. Dicam aliquid iam me inuentorum, vt huic malo aliquam producam moram. ¶ Interdum prosequi. Virgil. 9. Aen. -nec te tua funera mater Produxi. ¶ Interdũ cõsumere, terere. Terent. in Adelph. Et cyathos forbillans, paulatim hunc producam diem. ¶ Producere in iudicium, est vocare, vel cogere. Cicc. 7. Verr. Grauiorem

apud

apud sapientes iudices se fore ab inferis testem, quàm si viuus in iudicium produceretur. ¶ Ponitur aliquando pro detinere, & verbis remorari. Cic. pro Quintio, Conditionibus hunc, quoad potest, producit. ¶ Producere aliquando est promouere hominem, & in medium honorificè proferre: cui opponitur Subducere. Cic. pro Domo sua, de Catone in Syriam ablegato, Quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras.

Productus, a, um, quod modò participium est, verbi sui significationem retinens. {ἐκτεταμένος, προσηγμένος.} Ital. *Allongato.* Gal. *Prolongé.* Hispan. *Estendido ou luengo.* {Cicero post reditum, Quum à Tribunis plebis Cõsul in contionem productus esset. Modò nomen, idem significans quod longus. μακρός. Cic. in Orat. Inclytus dicimus breui media litera: insanus, producta. Cic. 2. de Orat. Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent.

Productior, & productissimus. Colum. lib. 7. ca. 12, Quare status eius longior, productiórque ad hos casus magis habilis est, quàm brevis, aut etiam quadratus. Idem lib. 3. cap. 10, Extrema pars eius, quod caput vitis appellant, id est vltimum & productissimum flagellum.

Productè, aduerbium, cui opponitur breuiter. {ἐκτεταμένως, μακρῶς. Ital. *Lungamente, in lungo.* Gal. *Longuement, au long.* Hisp. *Luengamente, ou luengo.*} Cic. in Orat. Et ne multis, quibus in verbis ea primæ literæ sunt, quæ in sapiente atq; fœlice productè dicũtur, in cæteris omnibus breuiter.

Productio, productionis, prolongatio. {ἔκτασις, παράτασις. Ital. *Prolongamento, allongamento.* Gal. *Prolongement, allongement.* Hispani. *Estendimiento.*} Cic. 3. de Finibus, Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis: habent enim suum modum quæcunque opportuna dicuntur.

Productile, pen. corr. Quod tunsionibus malleorũ productum est. ἐλατός.

PROETIDES, προῖτιδες, Prœti Argiuorum regis, & Antiæ filiæ fuerunt: quæ quum forma essent præstantissima, se Iunoni ausæ sunt præferre: quare irata dea talem eis immisit furorem, vt vaccas se esse arbitrarentur, & ad syluas confugerent. Postea autem helleboro sanatæ à Melampode dicuntur: vnde quoddam hellebori genus, Melampodij nomen accepit, teste Plin. lib. 25. cap. 5. Virgil. in Sileno, Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.

PROETVS, Προῖτος, Abantis regis Argiuorum filius, cui etiam successit in regno. Vxorem habuit Antiam, ex qua quatuor filias genuit, quæ à patris nomine dictæ sunt Prœtides, Poëtarum fabulis celeberrimæ: de quibus vide plura in dictione præcedenti, & suprà in voce MELAMPODIVM.

Profanus, a, um, pen. prod. Dicitur ir religiosum, & à religione remotum: cuius antitheta sunt sacrum, & religiosum. {βέβηλος.} Ital. *Profano, huomo laico.* Gal. *Profane, polla, laique, lay.* Hispa. *No consagrado.*} Plaut. Sacrum, an prophanum habeas, parui penditur. Cic. pro Domo sua, Si ista consecratio legitima est, quid est quod profanum in tuis bonis esse possit? ¶ Interdum profanum accipimus pro scelerato, & impio. Statius in principio Theb. Fraternas acies, alternáque bella profanis Decertata odiis. ¶ Profanum etiam dicitur quod ex religioso, vel sacro in hominum vsum conuersum est. Virgil. 12. Aeneid. Faune precor miserere, (inquit) tuq; optima ferrum Terra tene, colui vestros si semper honores, Quos contrà Aeneadæ bello fecere profanos. ¶ Profani item dicebantur sacris non initiati, qui à fano & sacris arcebantur. Idem 6. Aeneid. -procul ô procul este profani, Conclamat vates. Nunc Laicos vocamus, quasi populares, teste Budæo. ¶ Profanos etiam dicimus imperitos, qui Musarum sacris non sunt initiati. Horat. lib 2. Carm. Odi profanum vulgus. ¶ Profanus vsus, dicitur communis & vulgatis, non sanctus. Plin. lib. 15. cap. 30, Adeóque in profanis vsibus pollui laurum & oleam fas non est.

Profano, profanas, Id est ex sacro humanis vsibus promiscuum facio. {βεβηλόω, φθείρω. Ital. *Profanare.* Gal. *Profaner, souiller & gaster.* Hisp. *Ensuziar la cosa sagrada.*} Liu. 1. belli Maced. Sacra, sacerdotes quæ ipsius maiorúmve eius honoris causa instituta essent, omnia profanarent.

Profanatus, participium. {βεβηλωθείς. Ital. *Profanato.* Gal. *Profané.* Hisp. *Ensuziado, profanado.*} vt Profanatum templum, hoc est ex sacro profanum factum, vel flagitio aliquo pollutum. Stat. 9. Theb. Ergo profanatum Menalippi funus acerbo Vulnere. Manus profanatæ, Ouid. 2. Metamorph. Terræ profanatæ, Stat. 3. Syl.

Profanatio, onis, verbale. {βεβήλωσις. Ital. *Profanamento.* Gal. *Profanation, profanement.* Hispa. *Obra de profanar y ensuziar.*} Plin. lib. 16. cap. 4, Postquam ciuilium bellorum profanatione meritum cœpit videri, ciuem non occidere.

Profari, Eloqui, dicere, pronuntiare. {ἐξαγορεύω. Ital. *Parlare, pronunciare, dire.* Gal. *Parler, prononcer, dire.* Hisp. *Hablar, parlar, dezir.*} Virgil. 1. Aeneid. Tum breuiter Dido vultum demissa profatur. Silius lib. 11, -magno clamore profatur. ¶ Proprie profari est quod Græci dicunt προφητεύειν, id est futura prædicere. Vlp. De ædil. Aedict. l. 1. §. Exempli. Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilo minus sanus videretur?

Profatus, tus, tui, nomen quartæ inflexionis, Ipse profandi actus. {προφητεία, προφήτης. Ital. *Profetia.* Gal. *Profitie.* Hisp. *Prophecia.*} Gell. lib. 18. ca. 11, Neque dicta, profatúve ipso terræ, aut infuuiae esse. Statius 5. Syl. -seu voce soluta Spargere, & effræno nimbos æquare profatu.

Profecto, aduerbium confirmantis est: dictum quasi pro facto, & significat nimirum, sanè, certè. {ὄντως τῷ, πανάληθες. Ital. *In vero, certamente.* Gal. *certes, certainement, pour vray.* Hisp. *ciertamente.*} Terent. in Andr. Pro. Gal. *certes, certainement, pour vray.* Hisp. *ciertamente.*} Terent. in Andr. Profectò sic est. ¶ Plerunque autem ad responsionem adhibetur. ναὶ δία. Cicero, Quis hæc renuntiat? Is profectò qui interfuit. Quod etiam percero, Quis hæc renuntiat? Is profectò qui interfuit. Quod etiam percerto certè efferimus. Idem, In quo meminimus? Certè in nullo. Eundem etiam vsum habent nimirùm & nempe.

Profero, pen. corr. Palàm facio, prodo, pronuntio. {ἐξαγγέλλω, προφέρω. Ital. *Proferire, manifestare, palesare.* Gal. *Proferer, manifester.* Hisp. *Sacar à fuera, manifestar, pronunciar.*} Cic. pro Cælio, Domus in qua nihil fiat quod foras proferendum sit. Terent. in Hecyra, Ita me dij bene ament, haud proterrea te rogo vt hoc proferam. Seneca, Antequam sententiam proferam. ¶ Aliquando significat protẽdo, prolato. παρατείνω. Plinius, Quum lineam protulisset longissimam, atq; rectissimam. Iustin. lib. 1,

Arbitria Principium pro legibus erãt, fines Imperij tueri magis, quàm proferre mos erat. Terent. in Andr. Saltem aliquot dies profer, dum proficiscar aliquò, ne videam. ¶ Quandoque est depromere, siue in lucẽ afferre. Cic. pro Sextio Roscio. Tu H-S. CCCC. ex area proferas. Plautus in Amph. Tu Thessala intus pateram profer to foras. ¶ Proferre se (inquit Budæus) dicuntur qui sine deductore innotescunt, & ipsi se producunt. Plinius Iunior, Proferunt se ingenia, & ostẽtant. ¶ Ponitur aliquando pro eo quod Plinius Iunior allegare dixit, Cicero de Inuent. Deinde cæteros proferre oportebit quibus maiora delicta cõcessa sunt.

Prolatus, a, um, participiũ à passiuo verbo proferor, Modò idem est quod dilatus: vt quum diem iudicij prolatum esse dicimus. {ἀναβεβλημένος. Ital. *Differito, prolongato.* Gal. *Differé, prolongé.* Hispan. *Dilatado.*} Modò in conspectum allatus, vel productus. Lucanus lib. 4. -prò lucri pallida tabes Non deest prolato ieiunus venditor auro. ¶ Aliquando idem est quod extensus, vel vlterius trãslatus: vt quum terminum prolatum, vel fines imperij prolatos dicimus. παρατεταμένος.

Prolatio, prolationis, verbale, Ipse actus proferendi. {προφορά, ἐπέκτασις. Ital. *Prolatione, estendimento.* Gal. *Prolation, delay, estendue.* Hispa. *Prolongamiento, estendimiento.*} Cic. in Orat. Commemoratio antiquitatis, exemplorũmque prolatio. ¶ Prolatio, protensio. Liu. 1. belli Maced. Lætáq; exta fuisse, & prolationem finium, victoriámque & triumphum portendi. Iudicij prolatio ἀναβολή. Cicero pro Rabirio perduell. reo, Quum alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur.

Professor, oris, professorius, a, um, & professio, Vide PROFITEOR.

Professus, a, um. Quod contrarium est festo: vnde dies professi dicuntur, teste Nonio, qui vacui sunt à festiuitate. {ἀνέορτος.} Ital. *Non festo. cosa da lauoro.* Gal. *Non festable, non festé, comme jour ouurier.* Hisp. *cosa no fiesta.*} Plaut. in Aulul. -festo die si quid prodegeris, Professo egere liceat, nisi pepercseris. Plin. lib. 18. cap. 6, Peioresq; qui professis diebus ageret, quod feriatis deberet. Horat. 2. Sermon. Satyr. 3, Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappámque professis. Idem 4. Carm. Ode 15, Nósque & professis lucibus, & sacris Inter iocosi munera Liberi Cum prole, matronisque nostris, Ritè deos prius apprecati.

Proficio, cis, Procedo, & promouco: quod & profectum facere dicimus. {ἐπιδίδωμι, προκόπτω, πλέον ποιῶ. Ital. *Far profitto, far frutto in ogni arte.* Gal. *Prouffiter.* Hisp. *Aprouechar, hazer prouecho.*} Seneca, Sic enim & audiendo, & legendo in dies magis proficimus. Plinius, Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit Cic. ad Toranium, lib. 6, Nunc verò cuertis omnibus rebus, quum consilio profici nihil possit, vna ratio videtur, quicquid euenerit, moderatè ferre. Cæsar 3. belli Ciuil. Apud quos quum proficere nihil posset. ¶ Ponitur aliquando pro prodesse. Vlp. de Iureiurando, Matris igitur iusiurandum patri non proficiet: nec nocebit, si mater deruerit.

Profectus, us, Promotio, siue progressus in re aliqua, siue fructus qui ex rei alicuius tractatione prouenit. {προκοπή. Ital. *Profitto.* Gal. *Prouffit, auantage.* Hisp. *Prouecho.*} Quintil. lib. 10. cap. 2, Vt terra altius effossa generandis, alendisq; seminibus fœcundior fit: sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus effundit vberius, & fidelius continet. Idem lib. 1. cap. 2, Firmiores in literis profectus alit æmulatio.

Proficiscor, eris, profectus, Eundi, veniendi, aut discedendi significationem habet, secundum eos casus, cum quibus iungitur: vt si accusatiuo iungatur, proficiscor Romã, hoc est eo: si verò ablatiuo, vt proficiscor Roma, significat venio, vel discedo. {πορεύομαι, ἐρχόμαι. Ital. *Andare, venire, partirsi.* Gal. *Partir pour aller, aller, venir.* Hisp. *Ye camino, andar.*} Cic. de Senect. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Propert. li. 3. Eleg. 21, Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Cicc. ad Quintũ Frat. lib. 3, Idus Octobris Saluius Ostiam vesperi naui profectus erat cum his rebus quas tibi domo mitti volueras. Idem ad Attic. lib. 2, Calendis Maiis de Formiano proficiscemur. Proficisci in exilium. Cic. 2. de Finibus, Proficisci obuiam, Cæsar 7. belli Gall. Proficisci ad reliqua, pro pergere. Cic. 5. Verr. Nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca antè etimus à vobis Iudices deprecati. ¶ Proficisci, pro originem habere. Cic. 4. Acad. Pythagoræi ex numeris, & Mathematicorum initiis proficisci volunt omnia.

Profectus, profecta, profectum, participium. {πορεύσιος, πεπορευμένος. Ital. *Venuto.* Gal. *Qui est venu.* Hispa. *Venido.*} Virgil. 1. Aeneid. Hunc lætum Tyriisque diem, Troiáque profectis.

Profectio, profectionis, verbale, Actus proficiscendi. {πορεία. Ital. *Esso andare.* Gal. *Allée.* Hisp. *La yda de camino.*} Cicc. 1. Philipp. Exponam vobis breuiter cõsilium & profectionis, & reuersionis meæ. Idem pro Quintio, Inuenietur dies profectionis pridie Calendas Februarij.

Profectitius, a, um: vt Dos profectitia, quę à patre vel paréte proficiscitur.

Profindo, profindis, profidi, profissum, Proscindo. {διαγείρω, διαχαράσσω. Ital. *Fendere, schiappare.* Gal. *Fendre, couper en fendant.* Hispa. *Hender, arar barrueco.*} Stat. 10. Theb. -quanta pariter ceruice gementes Profindunt inarata diu Pangæa iuuenci.

Profiteor, profiteris, Apertè seu palàm polliceor. {ἐπαγγέλλομαι. Ital. *Far professione, dire francamente.* Gal. *Dire franchement, & deuant le monde, faire profession, lire & enseigner publiquement.* Hisp. *Confessar abiertamente, hazer profission.*} Cicc. 1. Acad. Qui philosophiam iam professus sum populo nostro exhibiturum. Liuius, Palàm professi nusquam inde nisi in patriã vestigium esse moturos. ¶ Aliquando est affirmare, siue confiteri voluntatè, siue liberè. Cicc. 5. Verr. Sed me omnium prouiciarum defensorem esse profitebor. Idem pro Rabirio Posthumo, Quamobrem fateor, atq; etiam T. Labiene profiteor, & præ me fero, te ex illa studeli, importuna, non Tribunitia actione, sed Regia, meo consilio, virtute, autoritate esse depulsum. Ex quo Ciceronis loco constat plus esse profiteri, quàm fateri. Fatemur enim coacti, teste Seruio: sponte autem & publicè profitemur. Polliceri & affirmare. Cic. 1. Acad. Hinc Professio, Confessio palàm facta. Cic. pro Plãcio, Non me præteribat, in tam perturbato statu ciuitatis, fructuosissimam esse professionẽ bonæ voluntatis. Cic. Tironi, lib. 16, Tu verò confice professionẽ, si potes: etsi hæc pecunia ex eo genere est vt professione non egeat. ¶ Profiteri item accipitur pro eo quod est artem aliquam, aut scientiam publicè docere Plin. Epist. 76, Audistine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri?

Cic.

Cic. de Amic. Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis qui ista profitentur. Hinc professores artium liberalium vocamus, qui eas artes publicè docent. Plin. lib. 3. cap. 5 3, Diodotus dialecticæ sapiętiæ professor. Sueton. de Clar. Gramm. Reliquit filium Orbilium, & ipsum grammaticum professorem. Magni nominis professores, Quintil. lib. 2. cap. 11. Consummati professores, Idem lib. 1. cap. 9. ¶ Profiteri verò apud Prætorem, est nomina, siue censum profiteri: siue, quod Linius sæpe vsurpat, nomen dare: aut vt vulgus loquitur, *ponere nomen in scriptis.* δοναγράφεσθαι. Cic. pro Archia poëta. Quum hic domicilium Romæ multos iam annos haberet, professus est apud Prætorem Q. Metellum familiarissimum suum. Liu. 6. belli Pun. Primò expectauerant, vt qui se tanto Imperio dignos credetent, nomina profiterentur. Idem 2. ab Vrbe. Hoc proposito edicto, & qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina, & vndique, &c. Ab hoc etiam fonte manauit illud quod in Euangelio legimus, Iosephum Mariæ coniugem, Bethlehem sese contulisse, vt profiteretur in ciuitate sua. ¶ Profiteri æs alienum, est sua debita testari. Curtius lib. 10, Alexander priusquam secerneret quos erat terenturus, edixit vt omnes milites æs alienũ profiterentur. ¶ Profiteri possessiones suas, vel pecunias, est modum possessionum siue pecuniæ perscribendum curare. Cic. 5. Verr. Edixerat vt acatores ingera sationum suarum profiterẽtur. Liu. ab Vrbe cond. Profiteri cogendo frumentum, & vendere quod vsu menstruo superesset. Idem de bello Maced. Vt qui socij ciuibus Romanis credidissent, pecunias profiterentur.

Professorius, a, um: διδασκαλικός. vt Lingua professoria, quæ meritoriam exercet eloquentiam. Tacit. lib. 13, Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis Burrus, & exul Seneca, trunca scilicet manu, & professoria lingua.

Profligo, profligas. pen. prod. Deiicio, sterno, dissipo, prodigo, depello, depercio, & ad perniciem deduco. ‡ κατα βαλλω, καθαιρεω. Ital. *Gettare à terra, straggere, gastare.* Gal. *Ruer par terre, destruire, gaster.* Hisp. *Echar à tierra, destruir, desbaratar batalla.* ‡ Plaut. in Mil. Confidentia est nos inimicos profligare posse. Cic. pro Rab. Castris locum capere, exercitum instruere, expugnare vrbes, aciem hostium profligare. Cæsar 2. belli Ciui. Quòd classem hostium primo impetu aduenientem profligauerim. ¶ Profligare bellum, accipitur pro absoluere, & vincendo perficere. Cornelius Tacitus. Profligauerat bellum cum Iudæis Vespasianus, id est confecerat, & penè ad exitum deduxerat.

Profligatus, a, um. participium. Afflictus, perditus. ‡ ἀλιφθαρτος, ἀλιφθαρμένος. Ital. *Rouinato, distrutto, guasto & quasi annullato.* Gal. *Destruit, gasté, presque mis à fin.* Hispan. *Echado à tierra, destruido.* ‡ Cic. 2. in Catil. Quanto tandem illum mœrore afflictum esse, & profligatũ putatis? Vnde Profligatum exercitum dicimus. id est prostratum, deiectum, afflictum, & perditum: & Profligatas res, hoc est perditas, & ad perniciem redactas. Cic. pro Roscio Amer. Et denique omnia ad perniciem profligata, atq; perdita. Hinc profligatos homines vocamus perditos, & in quibus nihil est sani, nihil integri. ἀνωλεθρους. Cic. pro Archia, Nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem. Idem 5. Verr. Profligatissimus omnium mortalium, ac perditissimus. Sueton. in Tiber. Ex iuuentute vtriusque ordinis profligatissimus quisque. ¶ Profligata dicuntur quæ propè absoluta sunt. Cic. lib. 5. Tuscul. Atque si ita est profligata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæstio est. Liu. 5. belli Maced. Vt is qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret. Cic. ad Cornificium, lib. 12, Sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. Affectum quoque dixerunt qui Latinè locuti sunt, id quod profligatum appellatur in hac significatione. Cic. in Orat. de Prouin. consul. Bellum affectum videmus, & (verè vt dicam) penè confectum. Idem in Oecon. Quum verò iam affecta æstate vuas à Sole mitescere fas est.

Profligator, profligatoris, verbale. ‡ ἀλιφθαρτης, ἀλιφθορεύς, καταλυτης. Ital. *Chi ha perduto ogni suo hauere operando male.* Gal. *Qui a perdu & dissipé tous ses biens à meschancetez.* Hispa. *Gastador de su bien.* ‡ Tacit. Habebatúrque non ganeo, & profligator. vt pleriq; sua haurientium: sed erudito luxu.

Profligo, profligis, profligi, profligitum (inquit Calepinus,) Idem quod multum certo: citátque locum Colum. ex lib. 1. cap. 3, Flagitiosum videbatur quos hostis profligẽdo agros desolasset, nono more ciuem Romanum supra modum patrimonij possidendo deserere. Quo tamen in loco profugiendo, legendum constat, non profligendo.

Proflo, proflas. Idem quod flando resoluo. ‡ χωνεύειν. Ital. *Fondere soffiando, soffiar fuori.* Gal. *Souffler, faire fondre en souffiant.* Hisp. *Soplar mucho ò lexos, derramar soplando.* ‡ Plin. lib. 34. ca. 9. Massa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. ¶ Est etiam proflare idem ferè quod efflare. Valer. 6. Argon. Noctem tartaream proflantes pectore tauri. Hoc est ignem & fumum ingentem, tenebris & flammis tartareis non absimilem. Idem 7. Argon. Taurus & immani proflauit turbine flammas. Proflare pectore somnum, est inter dormiendum sonoro flatu vti. Virgil. 9. Aeneid. -qui fortè tapetibus altis Exstructus toto proflabat pectore somnum. ¶ Proflare iras, est flatu iram testari, vt soleant feræ. Plin. lib. 8. cap. 4, Subsistere ab olfactu, circunspectare, iras proflare.

Proflatus, us, pen. prod. Actus ipse proflandi. ‡ καταπνευσις. Ital. *Esso fondere soffiando.* Gal. *Souffiement, fondement en souffiant.* Hisp. *Obra de derramar soplando.* ‡ Colum. lib. 5. cap. 9. Aestiuo proflatu refrigerentur.

Profluo, profluis. Abundanter effluo, promano, prolabor: & propriè de liquidis dicitur. ‡ ἀναῤῥεω. Ital. *Scorrere, discorrere, colare.* Gal. *Couler, deconler.* Hisp. *Mucho correr lo liquido.* ‡ Colum. lib. 6. profluere lachrymas ab oculis dixit. Cic. 1. de Diuin. Si lacus emissus lapsu, & cursu ad mare profluxisset. Virgil. 4. Georg. In medium seu stabis iners, seu profluet humor. Plin. lib. 7. cap. 16. Profluit sanguis ex vulnere. ¶ Profluere ad hominum famam, per translationem, pro delabi, & deuenire. Cic. Cælio, Equidem (vt ad me reuertar) ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forensis labor, vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorũ. Græcia profluit ore Romano. Ouidius ad Pisonem, Quinetiam facilis Romano profluit ore Græcia, Cecropiæq; sonat grauis æmulus Vrbi. Cuius ore sermo melle dulcior profluebat, Ad Herennium, lib. 4.

Profluens, profluentis, modò participium est. ‡ ῥεουσιον. Ital. *che scorre.* Gal. *coulant, decoulant.* Hisp. *corriente.* ‡ Liu. lib. 1. Pueros in profluentem aquam mitti iubet. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3. Ego locum æstate vmbrosiorem vidit nunquam: permultis locis aquam profluentem, & eam vberem. Idem 2. de Orat. Genus orationis liquidum, fusum, ac profluens. Cui opponitur exile, aridum, concisum, & minutum. Modò substantiuum, & generis masculini, ponitúrque pro flumine, seu fluento. ‡ ῥευμα, ῥυτον. Ital. *Torrente.* Gal. *Torrent, le courant d'vne riuiere.* Hisp. *El venaje del rio caudal.* ‡ Antor ad Herennium, lib. 1, Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culeo, deuehatur in profluẽtem, id est fluminis procursum. Quintil. lib. 3. cap. 9, Quòd obiectus in profluentem non potuerit extingui.

Profluenter, aduerbium. Abundanter. ‡ ῥεοντισθον, ἁυθονως. Ital. *Abondantemente.* Gal. *Abondamment.* Hisp. *Abundamente.* ‡ Cic. 5. Tuscul. Ergo omnia profluenter, absolutè, prosperè igitur beatè.

Profluentia, profluentiæ. Abundantia, copia. ‡ ἁυθονια. Ital. *Abondantia.* Gal. *Abondance.* Hisp. *Abundancia.* ‡ Cic. in Partit. Et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi, subaudi, imitatur.

Profluus, a, um. Quod profluit: vt profluus amnis, qui perpetuò fluit. ‡ ῥεουσιον. Ital. *che scorre.* Gal. *Qui coule touſiours.* Hispan. *Cosa corriente assi.* ‡ Plin. lib. 19. cap. 4. Hortos villæ iungendos non est dubium, riguósque maximè habendos, si contingat profluo amne. Colum. lib. 8. cap. 17, Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte litoris, quæ profluo recessu nunquam destituitur. Ouid. 2. de Pon. Eleg. 1, Fluminaque & montes, & in altas proflua syluas, Armáque cum telis instruc mista suis.

Profluuium. profluuij, Fluxio. ‡ ῥευσις. Ital. *Profluuio, discorsione scorrenza.* Gal. *Flux, coulement.* Hispan. *Aquel mesmo correr, fluxo continuo.* ‡ vt Profluuium sanguinis. αἱματορροια. Plin. lib. 26. Sanguinis profluuium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. Colum. lib. 6. cap 26. Sed minimè id permittendum, ne profluuio sanguinis intereat. Profluuium alui. διαῤῥοια. Idem lib. 9. cap. 13. Tali nocente cibo, quo quum se affatim repleuerint, profluuio alui, nisi celeriter succorritur, intereunt.

Profore, pen. corr. Compositum à fore idem significans quod profuturum esse. ‡ ὠφελησειν, χρησιμος ἐσεσθαι. Ital. *Essere vtile, giouare.* Gal. *Deuoir faire profit, estre profitable.* Hisp. *Aprouechar ser prouechoso.* ‡ Horat. lib. 1. Epist. Quæ nocuere, sequar: fugiam quæ profore credam. Verbum est defectiuum, sicut simplex fore.

Profugio, profugis, Procul fugio, aufugio. ‡ ἀποδιδρασκω. Ital. *Fuggire longi.* Gal. *S'enfuir loing, eschaper.* Hispan. *Huyr lexos.* ‡ Plaut. in Cas. Quid nunc agam nescio, nisi vt improbos famulos imitet, ac domo profugiam. Cic. in Læl. Hac itaque amentia perterritus in Asiam profugit. Terent. in Adelph. -quum hic egens Profugiet aliquò militatum. ¶ Profugio cum accusatino, pro eo quod est fugiendo relinquo. Curtius lib. 10, Quando enim Regem vniuersus exercitus deseruit? Nec serui quidem vno grege profugiunt dominos.

Profugus, a, um, pen. corr. Qui à patria, domicilio, ritve finibus in quibus antè agebat, profugerit. ‡ φευγοπολος. Ital. *Fuor' vscito, vagabondo.* Gal. *Fuitif, qui s'en est fuy de son pais bien loing.* Hisp. *Fugitiuo, que mucho ò lexos huye.* ‡ Sic Horatius profugos Scythas appellat, quòd crebrò domicilia mutent. Sallust. Troiani qui Aenea duce profugi sedibus incertis vagabantur. Liu. 4. belli Mac. Annibal patria profugus peruenerat ad Antiochum. Ouid. 13. Metam. -profugáque per æquora classe Fertur ab Antandro.

Profugium, profugij, Dicitur illud ad quod quis in periculis, velut ad asylum & portum quendam confugit. ‡ καταφυγιον. Ital. *Refugio.* Gal. *Lieu de refuge, refuge.* Hisp. *Guarida del que huye.* Cic. lib. 1. Tusc. Portum potius paratum nobis & profugium putemus, quò vtinam velis passis prouehi liceat. Idem pro Cæcinna, Exilium non supplicium est, sed profugium, portúsque supplicij.

Profundo, profundis, Largè, & copiosè effundo. ‡ ἐκχεω. Ital. *Spargere, largamente.* Gal. *Espandre en abondance.* Hisp. *Mucho derramar.* ‡ Plaut. in Aulul. Aquam hercle plorat, quũ lauat, profundere. Idem Curc. Profundis vinum: quæ te res agitant? Virg. 12. Aen. Vix ea, quum lachrymas oculis lutuma profudit. Cic. pro Fonteio, Quem vt vidi, equidem vim lachrymarum profudi. Sanguinem pro patria profundere. Cic. 2. de Finibus. Verba profundere ventis, Lucret. lib. 4. Vitam profundere. Cic. 1. Offic. Inuenti autem multi sunt qui non modò pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent. ¶ Profundere aliquando idem est quod prodigere, & inutiliter consumere, siue liberalitatis metas egredi: tractum ab aqua quæ profunditur ex vasis. καταλισκειν. Terent. in Adelph. -tibi si istuc placet. Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. 5. Verr. Ait, omnia pecunia effici posse: dare, profundere, opponere, si velis vincere. Idem in Catil. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt. ¶ Profundere vota & preces, est multum & instanter precari. ¶ Profundere vires animi, est omnes neruos intendere, & omnem ingenij vim applicare. Cic. ad Attic. lib. 1, Vehemens fui, & omnes profudi vires animi, atque ingenij mei.

Profusus, a, um, participium, Largè fusus. ‡ κατα χυθεις, ἐκχυθεις. Ital. *Sparso.* Gal. *Espandu en abondance.* Hispa. *Derramado.* ‡ Plin. lib. 11. cap. 41. Mulieri ante septimum mensem profusum lac inutile. Ouid. 11. Metamor. -fletus super ora profusus. Plin. lib. 5. cap. 9, Ex hoc lacu profusus, indignatur fluere per arenosa & squaleutia.

Profusus, nomen, Supra modum sumptuosus, abundũs. ‡ δαπανηρος, ἀσωτος. Ital. *Sontuoso, abondante.* Gal. *Abondant, somptueux.* Hisp. *Abundante, large, gastador.* ‡ Sallust in Catil. Alieni appetens, sui profusus, quasi profusor sui. Cic. pro Muræna, Odit popul. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas: sordes, & inhumanitatem multo minus. Idem 1. Offic. Ipsum ne genus iocandi non profusum, neque immoderatum, sed ingenuum & facetum. ¶ Ponitur aliquando pro abiecto, & iacente. Plaut. Profusus, squalens, sordidus, ab omnibus deiectus.

Profusè, aduerbium. Id est effusè. ‡ ἐκτετυμμενως, ἁυθονως. Ital. *In grande abondanza, eccessiuamente.* Gal. *En grand' abondance, excessiuement.* Hispan. *Con abundancia,*

Universidad de Deusto

ctandancia, largamente. Liu. 10. ab Vrbe. Hæc ipse minitans obstitit pro-tuse tendentibus in castra.

Profundus, da dum, adiectiuum. Quod deorsum magnam habet altitudinem: ita dictum quòd porrò, id est longè habeat fundum. {βαθύς. Ital. *Profondo, alto.* Gal. *Profond, creux.* Hisp. *Alto ò hondo.* } Virgil. 5. Aeneid. Amissum Anchisen flebant, cunctæque profundum Pontum aspectabant. Ouid. ad Liuiam, Effugerent aliqua stagna profunda via. Lucret. lib. 2, Corpora soluentes abeant per inane profundum. ¶ Quandoque sumitur pro alto. Virgil. 1. Aeneid. Ni faciat, maria ac terras cælúmque profundum Quippe ferant secum, &c. ¶ Profundus sæpe per translationem capitur pro ingenti, magno, siue immenso. Hinc profunda auaritia dicitur à Sallustio in Iugurtha, Ibi fide data & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit, Romanos iniustos profunda auaritia communes omnium hostes esse. Sic profunda cupido, apud eundem loco iam citato, Nanque Romanis cum nationibus, populis, Regibus cunctis vna, & ea vetus causa bellandi est, cupido profunda Imperij & diuitiarum. ¶ Profunda libido. Idem Sallust. de Rep. ordinanda, Vt ex alienis malis deterrimi mortales ventri atque profundæ libidini sumptus quærerent. Nox profunda, Virgil. 4. Aeneid.

Profundum, subitantiuè acceptum, Idem est quod mare. {τὸ βαθύ. Ital. *Il mare profondo.* Gal. *Creux, profondeur d'eaue, la mer.* Hisp. *El mar hondo y alto.* } Ouid. 17. Epist. Frigora ne possim gelidi sentire profundi. Rubrum profundum, apud Lucanum lib. 8, pro mari Erythræo. Indomito profundo iactari, Ouid. 1. Trist. Eleg. 10. Pater profundi, hoc est Neptunus. Valer. Flac. 2. Argon.

Progemmo, progemmas, Gemmas emitto. {ἐκφυλλαίζω. Ital. *Fare il bottone.* Gal. *Eotonner, bourgeonner.* Hisp. *Hincharse las yemas ouel arbol.* } Colum. lib. 4. cap. 27. Si palmis incipientibus, progemmantibúsque fossorem immiseris, magnam partem vindemiæ decusseris.

Progener, pen. corr. progeneri, masc. gen. Neptis meæ maritus. {γαμβρός. Ital. *Marito di mia nezza.* Gal. *Le mari de ma niepse.* Hisp. *El yerno delos abuelos.* } cuius correlatiuum est profocer, qui & socer magnus dicitur. Suetonius progenerum videtur accepisse, pro generi patre, in Augusto cap. 19, Luciliique Pauli progeneri sui, &c.

Progenero, progeneras, pen. corr. Generationem ex me produco. {γεννάω. Ital. *Generare.* Gal. *Engendrer.* Hisp. *Engendrar.* } Plin. lib. 11. cap. 16, Fœtus quonam modo progenerarent, magna inter eruditos, & subtilis fuit quæstio. Idem lib. 10. cap. 3, E quibus vultures progenerantur minores. Horat. 4. Carm. Ode 4, Fortes creantur fortibus: & bonis Est in iuuencis, est in equis patrum Virtus nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.

Progeneratio, progenerationis, Progenerandi actus. {γέννησις. Ital. *Generamento.* Gal. *Engendrement.* Hisp. *Engendramiento.* } Plin. lib. 8. cap. 43, de asinis, Opera sine dubio geruli mirifica, arando quoque, sed mularum maximè progeneratione.

Progenies, ei, Genus, stirps, familia: à progignendo. {γενεά. Ital. *Progenie.* Gal. *Generation, lignée race.* Hisp. *La generacion desde lexos.* } Cice. 9. Philipp. Reddita est ei tum à maiotibus statua pro vita: quæ multos per annos progeniem eius honestaret. Virgil. 7. Aeneid. -hinc progeniem virtute futuram Egregiam & totum quæ viribus occupet orbem. Horat. 3. Carm. Ode 6, Aetas parentum peior auis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem.

Progermino, nas, Germen produco. {βλαστάνω, ἡμῶ. Ital. *Germogliare.* Gal. *Germer ou pareuant, ou bourgeonner.* Hisp. *Echar renuevo los arboles.* } Colum. lib. 4. cap. 10, Putandi autem duo sunt tempora: melius autem (vt ait Mago) vernum antequam sureulus progerminet.

Progero, progeris, progessi, progestum, Idem quod extra gero, effero. {ἐκφέρω. Ital. *Portare fuora.* Gal. *Porter ou mettre hors.* Hispan. *Llenar à fuera.* } Columel. lib. 12. cap. 50, Vrcei quibus oleum progeritur. Plin. lib. 11. cap. 18, Quum defunctas progerunt, funerantiúmque more comitantur exequias.

Progigno, progignis, progenui, progenitum, Generationem produco. {γεννάω. Ital. *Generare.* Gal. *Engendrer.* Hispa. *Engendrar.* } Plaut. in Trucul. Neque natus est, neque progignetur. Cic. 3. Offic. Sed hic qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Virgil. 4. Aeneid. Illam terra parens ira irritata deorum Progenuit, &c.

Progenitor, oris, verbale, Quod propriè significat auum. {ἐκγονικός, πάππος. Ital. *Auolo.* Gal. *Ayeul, pere grand.* Hisp. *Abuelo.* } Ouid. 11. Metam. Quid peperisse duos, & displacuisse duobus, -Et forti genitore, & progenitore Touante Esse latam prodest?

Prognare, aduerbium, Id est apertè, autore Festo.

Prognatiter, Audacter, strenuè. {θρασέως. Ital. *Audacemente, strenuamente.* Gal. *Audacieusement, vaillamment, diligemment* Hisp. *Sabia, y diligentemente, osadamente.* } Plaut. in Pœn. Age, indica prognatiter. Ennius 6. Annal. -audire parumper, Vt pro Romano populo prognatiter armis Certando, prudens animam de corpore mitto.

Prognatus, Idem quod gnatus. {γνήσιος. Ital. *Figlio, figliuolo.* Gal. *Qui est né & sorti de la race.* Hisp. *Hijo, engendrado de lexos.* } Terent. in Phorm. Bonam bonis prognatam. Liuius 1. ab Vrbe, Vt in eadem ciuitate post centesimum ferè annum quàm Romulus Deo prognatus, Deus ipse tenuerit regnum. Horat. 2. Serm. Satyr. 1, -ouo progoatus eodem. Proptiè tamen non filium à patre, sed nepotem ab auo, aut proauo, aut aliquo maiorum proguatum dicimus. Cic. 3. Tuscul. Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus. ¶ Proguati subsitantiuè, hoc est ipsi nati, vel liberi. Plautus Amphit. Res, inquit, parentes patria, & prognati tutantur, seruantur.

PROGNE, Πρόκνη, Pandionis Athenienſium Regis filia fuit, & soror Philomelæ, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio iuncta est, ex qua filium Itym suscepit. Hæc quum desiderio videndæ sororis teneretur, erorauit virum vt Athenas profectus, Philomelam ad se duceret. Qui mandata peragens, aduentum Philomelæ à Pandione impetrauit. Verùm quum in itinere essent, in libidinem mulieris exardens, quanuis repugnantem compressit: & ne facti obscœnitatem exprimere posset, linguam ei abscidit, & seruo in vinculis custodiendam tradit: reuertísque ad vxorem, maris nausea periisse simulat. Philomela interim tædio carceris affecta, rem omnem vti gesta fuerat, acu in tenuissima tela depinxit: hanc ancillæ Prognes clàm deferendam tradidit. Progne re intellecta, ac dissimulato ad tempus dolore, postquam Orgiorum dies aduenit, thyrsis & pellibus pro more instructa sororem è carcere eripit, eodémque indutam habitu ad regiam ducit: ibique furiis exagitata arreptum Itym filium interfecit, viróque domum redeunti epulandum apponit. Qui tàdem re cognita ex pueri capite, quod Progne sub fidem cœnæ per sororem afferendum curauit, dum fugiétem vxorem furibundus persequitur, mutatam deorum commiseratione in hirundinem vidit, quæ consuetudinem habitandi intra hominum tecta semper seruauit. Ipse in vpupam conuersus est, ideóque militarem etiam adhuc in capite gerit, & quasi adhuc filium quæritans, clamat πῶ, πῶ, quod significat vbi, vbi. Itys autem in phasiani, quæ auis frequens est iuxta Phasim fluuium in Colchis. At Philomela in auem conuersa est sui nominis, quæ ne nunc quidem cessat deflere cantu dulcissimo iniuriam quam paulo antè elinguis promere non poterat. Vide hanc fabulam latius apud Ouid. lib. 6. Metam. Gorgias tamen apud Aristotelem lib. 3. Rhetoricorum, existimauit Philomelam in hirundinem, Prognem sororem ipsius in Luscíniam conuersam fuisse. Quam etiam opinionem sequutus est M. Varro: Luscíniola, inquit, luctuosa canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta auis. Ad quod alludit Virgilius, quum inquit, Quas illi Philomela dapes.

Prognigeum, Vide PROPNIGEON.

Prognosis, pen. prod. πρόγνωσις, Præscientia, præuidentia dicitur. Cice. 2. de Diuin. præsagitionem vocat.

Prognosticon, {προγνωστικόν. Ital. *Pronostico.* Gal. *Prognostique, prognostication.* Hisp. *Señal de cosa venidera.* } Rei futuræ signum: à Græco verbo προγινώσκω, quod præscio, siue præcognosco significat: vnde & per g scribi debet. Cic. lib. 1. de Diuin. Atque his rerum præsensionibus prognostica tua referta sunt. Extat hoc nomine libellus Hippocratis, in quo signa ea persequitur quibus medici ægrotorum conualescentiam, mortémve possint præsagire.

Progredior, deris, progressus, Vltrà procedo. {προέρχομαι, ἔξειμι. Ital. *Andare innanzi, procedere.* Gal. *Aller auant, marcher auant, sortir.* Hisp. *Yr adelante.* } Plaut. in Pseud. Si hic quo progredietur, pariter progredimini. Idé Casi. Sed tecum progreditur cum corona & lampade Mens socer. Cæs. 4. belli Gall. Quum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi, omnibus membris expediti, &c. Cice. 1. Offic. Atque vt regredi, quàm progredi mallent. Cæs. 2. belli Ciuil. Ipse cum equitibus sexcentis magnis itineribus progreditur. ¶ Progredi obuiam. Liu. 7. ab Vrbe, Romani alacres ab statione obuiam militi suo progressi, laudantes gratulantésque Dictatorem perducunt. ¶ Aliquando est auteire. Plaut. Extremum intra carcerem ipsum progreditur parthenopæum. ¶ Progredi longius, per translationem est sermonem extendere. Cice. 5. Verr. Non dubito quin vobis satisfecerim, Iudices: veruntamen progrediar longius. Digitum non progredi, prouerbialis quædam formula, pro ne minimum quidem. Cic 4. Acad. Non quæro ex his illa Mathematicorum, quibus concessis, digitum progredi non possunt.

Progressio, verbale. {ἡ προκοπή, ἡ πρόοδος. Ital. *Auanzamento.* Gal. *Auancement.* Hisp. *Obra de ye adelante.* } Idem quod processus. Cic. 3. Offic. Quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione dicendi. Progressio ad virtutem, Cic. 1. Acad. Origo & progressio virtutum, Cice. 4. de finibus. Idem 1. Tusc. Qui errantium stellarum motus, progressiones, institutionésque notauit.

Progressus, progressus. Id est processus, ἡ πρόοδος. Cic. Att. lib. 1. Progressum præcipitem, inconstantem reditum videt. Idem 6. Philip. Dolabellam itruentem in Asiam à progressu arcuit, à reditu reuocauit. ¶ Accipitur & pro promotione, siue fructo quem rei alicui operam dantes facimus. Cic. 3. Tuscul. Philosophi nunquam in studiis suis tantos progressus facere potuissent.

Progymnasmata, προγυμνάσματα. Latinè dici possunt præexercitamenta: à verbo Græco προγυμνάζω, quod est præexerceri.

Proh, Interiectio indignantis. Vide PRO.

Prohibeo, prohibes, pen. corr. ex pro, & habeo, significat veto, arceo, auerto, impedio ne quid fiat, aut incipiatur. {κωλύω, εἴργω, ἀπείργω. Ital. *Prohibire, vietare.* Gal. *Engarder, prohiber* Hisp. *Vedar.* } Virgil. 1. Aen. Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes. Plautus, Placidè egredere, & lonitum prohibe fotium, & crepitum cardinum. Ne quod hic agimus, herus percipiat fieri. Inhibeo verò idem est quod retineo, comprimo. ἀναστέλλω, ἐπέχω. Hoc enim differt à prohibeo, quòd prohibere generale sit, etiam ante rem inceptam: Inhibere, re iam incœpta. Illud vetat nequid facere incipias: hoc ne pergas, sed potius desistas. Virgil. 1. Aeneid. Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ. Idem 12. Aeneid. Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini, ἀναστέλλεσθε τὰ ἀκόντια μηδέ. Sed de hoc plura suo loco in verbo INHIBEO.

Proiicio, is, pen. corr. Abiicio, quasi porrò iacio. {προβάλλω. Ital. *Tirare à lungo, gettare via.* Gal. *Ietter hors, mettre hors.* Hisp. *Echar lexos.* } Virg. 6. Aen. Proiice tela manu Ouid. Epist. 10, Proiecit ipse suas deducta fronte coronas. Virg. 5. Aeneid. -galeam ante pedes proiecit inanem. Cæsar 3. belli Ciuil. Ex superioribus locis in planitiem descendere, atque arma proiicere iussit. ¶ Transfertur & ad incorporea. Cæs. 2. belli Gall. Increpitare atque inculare reliquos Belgas, qui se populo Romano dedidissent, & patriam virtutem proiecissent. ¶ Aliquando ponitur pro extendo, porrigo. προβάλλω, ἐκτείνω. Cice. in Top. Quoniam P. Scæuola id solùm esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur. ¶ Interdum proiicere, est eiicere. ἐκβάλλω. Cicero, Quid si eum ex vrbe proieceris? ¶ Proiicere se ad pedes, est se humi ad pedes alicuius prosternere. Cæs. 1. belli Gall. Qui quum eum in itinere conuenissent, seseque ad pedes proiecissent, suppliciter locuti. ¶ Proiicere lachrymas, est effundere. Hirtius 4. belli Alexandr. Adeo contra Cæsarem bellum acriter gerere cœpit, vt lachrymas quas in colloquio proiecerat, gaudio videretur profudisse. ¶ Proiicere se, est despondere animum. Cic. Att. lib. 9, Tuas nunc epistolas à primo lego: hæ me paulum recreant: primæ mouent, & rogant, ne me proiiciam. Hoc est despondeam animum. Ibidem. Tum potissimus deliberare, non scilicet integra re, sed certè minus infracta, quàm si vnà proieceris te.

Proiectus,

Proiectus, a, um, participium. {ἐξῃρμένος, κρεμάμενος. Ital. *Gittato lontano.* Gal. *Iette au loing, ietté.* Hisp. *Echado lexos.* } Cicer. 2. de Diuin. Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quum vidisset, humauit. Virgil. 11. Aen. Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Lucan. lib. 9. Ignauis manibus proiectos reddidit enses. ¶ Proiectus, extẽsus, Cic. 1. de Orat. Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis. Virgil. 10. Aeneid. -proiecto dum pede læuo Aptat se pugnæ. Idem 3. Aeneid. Proiectáq; saxa Pachyni. Sisenna, Verus atque ingens erat arbor ilex, quæ circùm proiectis ramis, maiorem partẽ loci summi tegebat. Virgil. 1. Aeglogæ, Non ego vos posthac viridi proiectus in antro Dumosa pendere procul de rupe videbo. ¶ Proiectus, contẽptus, & vilis. Tacit. lib. 1, An ciues, quibus iam proiecta Senatus autoritas? ¶ Proiectus puer, dicitur expositus. ἐκβεβλημένος, πρωϊβόλος. Plaut. in Cistel. Parnulam puellam proiectam ex angiporto sustuli.

Proiectitius, Idem quod proiectus. Plaut. Cist. Lemnique natam despondit adulescentulo amore capto illius proiecticiæ.

Proiecta, in ædificiis dicuntur quæ ita pronchuntur & extenduntur ex aliquo ædificio, vt nusquam quiescant. {προβεβλημένα. Ital. *Luochi sospesi nella casa, sporti, poggiuoli.* Gal. *Galeries, lieux couuers dependans de la maison.* Hisp. *Lugares cubiertos antes la casa.* } qualia sunt mœniana, & suggrundia, & podia pensilia. Immissa autem dicuntur quæ ex nostro ædificio proteruntur, in alieno recumbunt: eiusmodi sunt tigna & trabes quæ ex nostro pariete in parietem vicini immittimus. Dicta proiecta, à verbo proiicio, quod inter cætera significat porrigo siue extendo.

Proiectus, huius proiectus, Verbale. {ἡ ἐξοχή, ἡ ἐπιμήκυσις, ἡ προβολή. Ital. *Gittamento.* Gal. *Iettement.* Hispa. *Echamiento.* } Plin. lib. 17. cap. 12. Omnium quæ proiectu frontis ita diffunduntur, vt per ipsas nõ defluant imbres, stilla sæua est. Corporis proiectus immanis, Lucret. lib. 3.

Proiectio, onis, verbale. Extensio, idem quod proiectus, us. προβολή, ἐπίμηκυσις. Cic. in Orat. Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remissis.

Proiecto, as, frequentatiuum. {προκίζω. Ital. *Gittar souente.* Gal. *Ietter souuent.* Hisp. *Echar à menudo.* } Plaut. in Bacch. Etiámne vltrò tuis me proiectas probris: id est iniuriis afficis?

Proiectura, ræ. Est prominentia, & velut supercilium quoddam parietis, arcendis stillicidiis inuentum. {προβολή. Ital. *Ciglio ò corona spinta fuori del muro à saluarla dalle pioggie.* Gal. *Auancement & sortie en dehors vn mur à bastiment, comme ce qu'on appelle larmier d'vne muraille.* Hispan. *La corona en cima y fuera dela pared.* } Fabri *Larmieros* appellant. & *Intabulamenta.* Budæus.

Proin, aduerbium, Idem significans quod proinde. {διόγε, διό. Ital. *Per tanto, però.* Gal. *Parquoy.* Hisp. *Donde, por esso.* } Terent. in Eunuc. Proin tu dum est tempus, etiam atque etiam cogita.

Próinde, cum accentu in antepenultima, componitur ex pro & inde, significátque ideo, ideóque, propterea, propter hoc, quapropter. Semper enim dependet ex superiore sententia. {διόγε, διόπερ. Ital. *Per tanto, però.* Gal. *Parquoy, partant.* Hisp. *Por esso, à esta causa.* } Liu. lib. 1. ab Vrbe, Satis sciri origini Romanæ, & deos affuisse, & non defuturam virtutem, proinde ne grauarentur, &c. ¶ Ponitur quandoque pro aduerbio similitudinis, candémque significationem habere videtur cum perinde. ὥσπερ. Terent. in Phorm. Proinde expiscare, quasi nõ nosses. Sallustius, At hi contrà ignauissimi homines, per summum scelus, omnia eis sociis adimere quæ fortissimi viri victores reliquerant: proinde quasi victoria iniuriam facere, denum id esset imperio vti.

Prolabor, peu. prod. prolaberis, prolapsus, Leuiter, sensimq; prouchor. {ὀλισθάνω μαι. Ita. *scorrere, sdrucciolare.* Gal. *Gliller, glisser, tomber.* Hisp. *Caer desliçandose.* } Cic. 2. de Nat. deor. ex aliquo veterum Poëtarum, At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo. ¶ Sic prolabi longius in oratione, per metaphoram dicimus, pro eo quod est lõgius prouehi, & modum egredi. Cic. pro Cæcinna, Tametsi de hoc iudicio multa prætereo, tamen lõgius prolapsus sum quàm ratio vestri iudicij postulabat. ¶ Prolabi ad orationem aliquam, est sensim ad eam accedere. Cic. 1. de Leg. Libenter ad istam orationẽ tecum prolaberer. ¶ Prolabi item dicuntur qui vestigio in loco lubrico posito lapsantur, procidúntque, aut ægrè sese sustinent. Liu. 5. ab Vrbe, Conuertentem se inter hanc veneratione traditur memoriæ prolapsum cecidisse, idq; omen pertimuisse.

Prolapsus, a, um, participium. {ὀλισθηκὼς, πεπτωκώς. Ital. *Sbrisciato, caduto.* Gal. *Chent, tombé, glissé, grillé.* Hispan. *Deslizado, caido desliçandose.* } Virgil. 2. Aeneid. Hæc finis Priami fatorũ: hic exitus illum Sorte tulit, Troiam incensam, & prolapsa videntem Pergama, tot quondam populis, terrísque superbum Regnatorem Asiæ: iacet ingens littore truncus, Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus. Equus prolapsus, Propert. lib. 4. Eleg. 1.

Prolapsio, onis, verbale. {ὀλίσθημα, ὀλίσθησις. Ital. *Esso cadere, sbrisciare.* Gal. *Grillement, glissement, cheute.* Hispan. *Obra de caer resbalando ò deslizandose.* } Cic. pro Cælio, Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.

Prolatio, Vide PROFERO.

Prolato, as, Amplio, dilato, extendo. {προτείνω. Ital. *Dilatare, ampliare.* Gal. *Eslargir & faire estendre.* Hispan. *Dilatar, estender, ensanchar.* } Colum. in Præfat. lib. 1, Largius tamen condidere quàm nos, quibus diuturna permittente pace, prolatare licuit rem rusticam, hoc est latiorem & ampliorem reddere. ¶ Interdum idem est quod differre, protrahere, siue prorogare. {ἀναβάλλω. Ital. *Differire, prolongare.* Gal. *Differer, prolonger, diuyer.* Hisp. *Differir y dilatar en tiempo.* } Liu. 2. ab Vrbe, Prolatandis igitur comitiis, quum magistratu Dictator abiisset, res ad interregnũ rediit. Vitam prolatare. Tacit. lib. 11, Interim Messalina Lucullanis in hortis prolatare vitam. Idem lib. 5, Sed vbi diem ex die prolatabant.

Prolatatus, tata, tatum, participium. {ἀναβαλλόμενος. Ital. *Dilatato, differito.* Gal. *Delayé, differé, prolongé* Hisp. *Differido, dilatado en tiempo.* } vt Bellum prolatatum. Tacit. lib. 13. Prolatatum inter Parthos, Romanósque de obtinenda Armenia, bellum acriter sumitur.

Prolatatio, onis, verbale. {ἀναβολή. Ital. *Dilatione, prolongamento.* Gal. *Delay, prolongement.* Hisp. *Obra de differir y dilatar en tiempo.* } Tacit. lib. 19, Sed omnem prolatationem vt inimicam victoriæ suspectabant.

Prolepsis, πρόληψις, Latinè dici potest præacceptio, vel præoccupatio. πρόδ πρόλαμβάνειν, hoc est à præsumendo. Fit autem quum id quod in aduersarij, aut iudicis opinione esse, aut fore arbitramur contrarium nobis, præoccupamus dicere, & ratione dissoluere.

Proles, huius prolis, fœminini generis, Soboles, progenies, neque hominum solùm, verumetiam brutorum. {Γενεά. Ital. *Prole, stirpe.* Gal. *Generation, lignée, race.* Hisp. *La generacion de hõbre ò bistia.* } Colum. lib. 8, de caprino pecore, Parit autem, si est generosa proles, frequenter duos nonnunquã trigeminos. Cic. 1. de Nat. deor. Ferrea tum verò proles exorta repentè est. Virg. 1. Aen. -& pulchra faciat te prole parentem. Ouid. 8. Metam. Ante volat, comitique timet: velut aleo ab alto, Quæ teneram prolem produxit in aëra nido. Duellica proles equorum, Lucret. lib. 2. ¶ Per translationem etiam de plantis dicitur: vt Oliuæ proles, apud Virgil. 2. Georg.

Proletarij. Qui in plebe Romana paupertimi erant, neq; amplius quàm mille quingentùm æris in censum deferebant: ita dicti quòd rarò ad militiam conscriberentur, & fere procreandæ prolis gratia in vrbe relinquerentur. Qui verò nullo aut perquàm paruo ære censebantur, Capite censi vocabantur, vt ait Gell. lib. 16. cap. 10. August. lib. 3. Ciuit. Tum verò tam multa bella vbique crebruerunt, vt inopia militum proletarij illi, qui eo quòd proli gignendæ vacabant, ob egestatem militare non valentes, hoc nomen acceperant, militiæ conscriberentur. Nonius, Proletarij dicti sunt plebeij, qui nihil Reipub. exhibeant, sed tantùm prolem sufficiant. ¶ Proletarius sermo, dictus est plebeius, & vilis. Plaut. in Mil. Nam proletario sermone nunc quidem hospes vtere.

Prolibo, as, pen. prod. Antè libo. {προγεύω. Ital. *Gustar prima.* Gal. *Premier gouster tant soit peu.* Hisp. *Hazer la salua de primero.* } Plin. lib. 18. cap. 4. Alij è tribus puteis pari mensura aquas miscent, & prolibant nouo fictili. Idem lib. 35. cap. 12.

Prolicio, is, Induco, allicio. {ἐφέλκω, ἐπάγω. Ital. *Indurre.* Gal. *Attraire, allecher, amadouer, induire.* Hisp. *Traher.* } Plautus in Curcul. Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit. id est inducit.

Prolecto, as, are, Illectare. {ἐπάγω. Ital. *Attrahere, inescare, lusingare.* Gal. *Attraire, alicher, amadouer.* Hispa. *Atraher halagando.* } Cicero pro Flac. Egentes & leues spe largitionis, & vrbico publico, priuata etiam benignitate prolectat.

Prolectibile, Quod alliciendi, incitandíque vim habet. {ἐπαγωγικὸν. Ital. *Che attrahe con lusinghe.* Gal. *Alichant, attrayant, qui amadone.* Hispan. *Lo que atrahe con halagos.* } Sidon. ad Vectionem, Nemo ita naturæ firmæ est, vt prolectibilibus careant occultis.

Prolixus, a, um. Quod longum, latúmque est. & liberale, quasi porrò laxum. {εὐπρεπὴς, ἐπιμήκης. Ital. *Longo.* Gal. *Long.* Hispan. *Luengo.* } Terent. in Heaut. Capillus passus, prolixus, circum caput negligenter reiectus. Barba prolixa, Virgil. 8. Aeglo. Comæ prolixæ, Ouid. 4. Trist. Eleg. 1. Prolixas abietes, dixit Varro de Re rust. lib. 1. cap. 6. & cap. 9. Licet videre fructuosas segetes ac restibiles, & arbores prolixas. ¶ Prolixus autem accipitur pro beneuolo, & liberali. Cic. 2. Epist. Prolixa & benefica natura. Idem Attico, lib. 2. Atiobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quàm per me in Brutum. Idem ad Attic. lib. 16. Quod quum ita sit, tamen interest nostra, Planeum hoc animo libenti prolixóque facere.

Prolixitas, tis, Longitudo, quæ & prolixitudo à veteribus dicta est. {μῆκος. Ital. *Longhezza.* Gal. *Longueur.* Hispa. *Longura.* } Pacuuius, Oro, in me ne flectas fandi prolixitudinem.

Prolixè, Id est admodum liberaliter, large. {εὐπρεπῶς. Ital. *Largamente, liberalmente.* Gal. *Longuement, largement, amplement.* Hisp. *Copiosamente, abundantemente, liberalmente.* } Cic. ad Cæsarem lib. 7. Neque mehercule minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quàm etiam solitus de mea polliceri. Terent. in Eunuc. Accipit hominem nemo melius prorsus, neq; prolixius. id est largius, lautius. ¶ Aliquando significat longe, latéque. Terentius in Adelphis, Age prolixè Mitio. id est nimis multis verbis rem agis.

Prologus, gi, {πρόλογος. Ital. *Prologo, prefatione.* Gal. *Prologue, preface.* Hispa. *El prologo de libro ò otra cosa, prefacion.* } Proloquium, siue præfatio fabulæ, in qua aut poëta excusatur, aut fabula commẽdatur, aut aliquid lucem ei afferens præmittitur. Terent. in prolog. Phorm. Vetus si poëta non lacessisset prior, Nullum inuenire prologum potuisset nouus, Quem diceres. ¶ Ponitur aliquando pro ipso homine prologum referente. Terent. ibidem, Orator ad vos venio ornatu prologi.

Prologium, gij, {πρόλογον. Ital. *Principio.* Gal. *Commencement.* Hisp. *Comienço.* } Principium, quasi proloquium: à Græcis λόγος. Plautus, Exanimauis me prologio suo.

Prolongo, gas, Protraho, profero, prorogo: quasi longius facio. {ἀναβάλλομαι. Ital. *Prolungare, differire.* Gal. *Prolonger, diuyer.* Hispan. *Prolongar, differir.* } Plin. lib. 13. cap. 3, Vestes prolongant tempus. Seneca de Benefic. Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad fœlicitatem.

Proloquor, eris, Animi sensa claris apertísque verbis effero. {διασαφῶ, διασημαίνω. Ital. *Esprimere con parole chiare il suo animo.* Gal. *Dire ce qu'on a sur le cœur.* Hisp. *Hablar ò parlar claramente.* } Varro 6. de Lingua Latina, Proloquitur is qui in animo quod habet, loquendo effert. Terent. Andr. Censẽn' me vllum potuisse verbum proloqui? ¶ Nonnunquam idem quod prologo vtor, vel præfatiuncula quod dicturus sum præmollio. προλογίζω, προοιμιάζω. Plaut. Epid. Nam quid ego apud te parem proloqui? Ego illam hodie volo facere libertam meam.

Proloquium, quij. Præfatio, exordium, principium orationis. {πρόλογος. Ital. *Essordio, prefacione.* Gal. *Proposition, maxime preface.* Hispa. *Prologo ò habla antes, prefacion.* } Accipitur item pro oratione veri vel falsi significatiua, quam Cicero Enuntiationem, Græci ἀξίωμα vocant. Gell. lib. 5. cap. 11, Quod in proloquio disiunctiuo necessarium est.

Prolubium, bij, Cupiditas, & voluptas, {ἐπιθυμία. Ital. *Cupidità, desiderio, dilettatione.* Gal. *Desir, appetit, vouloir.* Hisp. *Codicia, deleyte.* } Gell. lib. 16. cap. 19. Feros, & immanes nauitas prolubium tamen audiendi subit.

Proludo, dis, pen. prod. Futurum certamen meditor, & exerceo darum virium causa, confirmandique animi, veluti simulachrum quoddam certaminis inco. {προγυμνάζομαι, προασκέω. Ital. *Prouarsi, fare vn saggio.* Gal. *S'essayer premier, qu'aller au combat, faire coup d'essay.* Hispa. *Hazer ensaio, probar*

Universidad de Deusto

...ſanſe.} Virgil. lib. 3. Georg. Et tentat ſeſe, atq; iraſci in cornua diſcit, Arboris obnixus trunco, ventóſque laceſſit Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena. ¶ Gregia proludere. Iuuenal. Satyr. 5. Iurgia proludunt, ſed mox & pocula torques Sauciꝰ. ¶ Proludere, inquit Budæus, eſt aliquid agere quod ad iuſtum certamen pertinet, quaſique exordium legitimi, plenique certaminis auſpicari. Cice. 2. de Orat. Sed vt ipſis ſententiis quibus præluſerunt, vel pugnare poſſint. In armis leuibus proludit, Ouidius ad Piſon. Seneca Medea, Dolor proludit per ſenera.

Proluſio, verbale, ſiue proludendi actus. {προγυμνασμός, προπαίσμος. Ital. *Proua delle proprie forze prima che si vada a combattere.* Gal. *L'essay premier qu'on fait que d'aller au combat, coup d'essey.* Hiſpa. *La lunada antes que pelear.*} Cic. 2. de Orat. Atque eiuſmodi illa proluſio debet eſſe: non vt Samnitum, qui vibraut haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur. ¶ Proluſionis vocabulum etiam ad cauſas tranſlatum eſt. Sic Cicero Diuinationem ſuam, Proluſionem Verrinæ accuſationis vocatin ea enim de conſtituendo accuſatore Verris agebatur. Verba Ciceronis ſunt, Sin mecum in hac proluſione nihil fueris: quem te in ipſa pugna cum acerrimo aduerſario fore putemus?

Proludium, dij, Propriè eſt iuſti, legitimíque certaminis quoddam veluti exordium, cuiuſmodi eſt illud quod à Citharœdis iuſto carmine ſolet præcini. {προαγών, προοίμιον. Ital. *Ricercata.* Gal. *Lenée de boucher, le coup d'essey.* Hiſp. *Lenada.*} ¶ Per tranſlationem accipitur pro leutore rei cuiuſuis initio, quod tamen ad alia grauiora nonnihil afferat momenti. Gell. lib. 5. cap. 10, Sed maius mihi in iſtu victoria proludium eſt, quum te non cauſa tantùm, ſed argumento quoque iſto vinco.

Prolugeo, {ἐπιπολὺ θρηνῶ, ἐπιθρηνῶ. Ital. *Piagnere lungamente.* Gal. *Pleurer & porter le deuil vn fort long temps.* Hiſpan. *Traher luto mucho tiempo.*} Solito diutius lugeo, vltra anni tempus luctum produco. Feſtus, Prolugere dicuntur qui ſolitò diutius lugent.

Proluo, luis, ex pro, & lauo: quod è prima in tertiam tranſit coniugationem, quemadmodum & reliqua eius verbi compoſita: ſignificat idem ferè quod abluo, purgo, humecto. {πλύνω λύζω, βρέχω, διάγω. Ital. *Lauare, struzare, bagnare.* Gal. *Fort lauer.* Hiſp. *Lauar, purgar, alimpiar, mojar.*} Perſ. in Prologo, Nec fonte labra prolui Caballino. Virgil. 1. Aeneid. -& pleno ſe proluit auro. Stat. 8. Thebaid. Cruor ſaucia proluit pectora. Horat. 2. Serm. Satyr. 4, -leni præcordia muſſo Proluerís melius. ¶ Proluere cloacam, eſt aquam in cloacam infundere quæ ſecum rapiat ſordes. ¶ Plautus in Curcul. Ad anum ebrioſam tranſtulit, vinum in ventrem non ſecus atque in cloacam quandam profundentè, Age (inquit) effunde hoc citò in barathrũ. Prolue cloacam. ¶ Proluere terram dicuntur aquæ, quum impetu ſuo terram abradunt, ſecúmque rapiunt. Colum. lib. 2. cap. 18, Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatiſque radicibus germina non patitur coaleſcere. Virgil. 1. Georg. Proluit inſano contorquens vortice ſiluas Fluuiorum rex Eridanus.

Proluꝰus, a, um, participium. {βεβρεγμένος. Ital. *Bagnato.* Gal. *Lauato.* Hiſpa. *Lauado.*} Horat. 1. Serm. Satyr. 5, -abſentem cantat amicum Multa proluꝰus vappa nauta, atque viator Certatim.

Proluuies, ei, Immunditia cuiuſcunque rei ſordidæ. {ῥύπος, ῥύπη. Ital. *Sporcitia, bruttura, lordura di qualche cose.* Gal. *L'immondice & ordure qui s'en va en l'eau, lauaige, ou lauaille.* Hiſp. *Las lauaças ſuziedad.*} Virgil. 3. Aeneid. -fœdiſſima ventris Proluuies: id eſt ſordis effuſio, inquit Seruius. Colum. lib. 12. cap. 38, Et ad alui proluuiem.

Proluuium, ij, Idem quod proluuies. ¶ Per trãſlationem dicitur profuſio, & prodigalitas, quum quis more aquæ opes profundit. ἄσωτος, Terent. in Adelph. Quæ res tam repentè mores mutauit tuos? quod proluuiũ? quæ iſta ſubita eſt largitas?

Promellere, Verbum antiquum, quod litem promouere intepretatur. Feſtus.

Promercalia, Mercimonia ſunt venditioni expoſita. {ὤνια. Ital. *Mercì da vendere.* Gal. *Qui est à vendre, choſe en vente.* Hiſpa. *Lo que se compra para reuender.*} Promercalia dicuntur (ait Budæus) quæ paterfamilias vænalia habet, extra ea quæ vſui ſuo ſeruat. Quidam aiunt promercalia propriè dici merces quæ primò minoris emuntur, vt poſtea pluris diſtrahantur: quarum rerum negotiatores Græco vocabulo προκάπηλοι nuncupantur. Suetonius in Cæſare, aurum promercale vocat id quod Cæſar vendidit ſuperans ſibi, teſeruata tanta auri copia, quanta ſuo vſui ſatis eſſet. ¶ Promercales veſtes, quæ ſuperuacant patrifamiliãs. Sueton. de Clar. Gram. Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret ſumptibus, quanquam ex ſchola quadragena annua capetet, ac non multo minus ex re familiari, cuius diligentiſſimus erat, quom & officinas promercalium veſtium exerceret. Colum. lib. 1. cap. 8, Pecuniámque domini neque in animalibus, aut aliis rebus promercalibus occupet.

Promereor, reris, deponens, & Promereo, es, Bene ago, beneficium præſto, adiuuo, proſum. {προσόφλημι. Ital. *Far beneficio, meritare, beneficare.* Gal. *Meriter & deſeruir.* Hiſp. *Mucho mereſcer.*} Virgil. lib. 4. Aeneid. -ego te quę plurima fando Enumerare vales, nunquam regina negabo Promeritam. Terentius Adelph. Ita velim me ames promerentem pater, id eſt bene merentem. Plautus tamen in Amph. in malam partem ſumpſit, Quid mali ſum, here, tanta ex re prometitus? ¶ Aliquando id ſimpliciter ſignificat quod mereo. Plaut. in Trinum. Nam retineri nequeo quin dicam ea quæ promeres. ¶ Bene promereri de aliquo, eſt queo quin dicam ea quæ promeres. ¶ Bene promereri de aliquo, eſt conferre in aliquem beneficium. Cic. 3. Offic.

Promeritum, ti. {ὁ μεταθεῖναι, τὸ ὄφλειν, ἡ ὄφλεια. Ital. *Piacere, ſeruitio fatto ad vn altro.* Gal. *Merite, ce qu'on a merité & deſerui, plaiſir, ſeruice on bienfait.* Hiſ. *Grande mereſcimiento.*} Cic. ad Quirites poſt reditum, Quare hoc maius eſt in vos veſtrum promeritum, quod non, &c.

PROMETHEVS, pen. prod. Προμηθεύς, Filius Iapeti, & pater Deucalionis, qui hominem ex luto dicitur formaſſe, & ex cæleſti igne animaſſe. Prometheꝰ fabulam ſic refert Seruius. Prometheus (inquit) poſt factos Prometheꝰ fabulam ſic refert Seruius. Prometheus (inquit) poſt factos à ſe homines, dicitur auxilio Mineruæ cælum aſcendiſſe, & adhibita à ſe homines, dicitur auxilio Mineruæ cælum aſcendiſſe, & adhibita aquila eſt quæ eius cor exederet. Hæc autem omnia non ſine ratione fingũtur. Nam Prometheus vir prudentiſſimus fuit. Vnde etiam Prometheus dictus eſt. ἀπὸ τοῦ προορᾶσθαι, id eſt à prouidentia. Hic primus Aſtrologiam Aſſyriis indicauit: quam reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, omnia cura & ſolicitudine deprehenderat. Hic autem mons poſitus eſt circa Aſſyrios, vicinus penè ſyderibus. Vnde etiam maiora aſtra demonſtrat, & diligenter eorum orſus occaſúſque ſignificat. Dicitur etiam aquila cor eius exedere, quòd ἀγρυπνία eſt ſollicitudo, qua ille affectus, ſyderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio qui prudentiæ & rationis deus eſt, ad ſaxum dicitur eſſe religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit: vnde cæleſtem ignem dicitur eſſe furatus. Nam quadam arte ab eodem monſtrata, ſupernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit donec eo bene vſi ſunt. Nam poſtea malo hominum vſu in perniciem eorum verſus eſt: ſicut in Liuio lectum eſt de Tullo Hoſtilio, qui eo igni exuſtus eſt cum omnibus ſuis. Numa verò Pompillus impunè eo vſus eſt tantùm in ſacris deorũ. Hinc eſt quòd igne rapto, mortalibus morbi ab iratis numinibus dicuntur immiſſi. Hactenus Seruius enatrãs illud Virgilij ſextæ Aeglogæ, Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna, Caucaſeáſque refert volucres, furtúmque Promethei. ¶ A Prometheus fit Promethides patronymicũ maſculinũ.

Promico, as, pen. corr. inquit Nonius, Eſt extendere, vel longè iacere. {Ital. *Gettare à lungi.* Gal. *Getter long.* Hiſp. *Echar lexos.*} Næuius, Si quidẽ loqui vis, non perdocere, multa longè promicanda oratio eſt.

Prominco, promines, pen. corr. ex pro, & maneo, ſignificat extro, emineo, propendeo. {ἐξέχω. Ital. *Soprastare, essere preminente.* Gal. *Se fort monstrer, saillir hors & sortir, apparoir.* Hiſpa. *Sobrepuyar, eſtar mucho en cima.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Simiæ dentes vt homini, elephanto intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui prominent. Horat. Epod. 5, Quum promineret ore, quantum extant aquæ Suſpenſa mento pectora. Ouid. 13. Metam. -coma plurima toruos Prominet in vultus. ¶ Prominere in memoriam ac poſteritatem, pro extendi. Liu. 8. belli Pun. Tanquam non longius, quàm quantum vitæ humanæ ſpatium eſt, cupiditas gloriæ extendatur: maximáque pars eius in memoriam ac poſteritatem promineat.

Prominens, tis, participium. {ἐξέχων, προέχων. Ital. *Molto eminente, sporto in fuori.* Gal. *Qui se monstre fort, fort apparent.* Hiſ. *Muy sobrepujado, y aparesciente.*} Liu. 7. belli Pun. Gallos prominens collis tegebat.

Prominens, nomen ſubſtantiuum. Tacit. lib. 1, Inuenerũntque in litoris prominenti nihil, &c.

Promiſcuus, a, um, Miſtum, incertum, confuſum. {Ital. *Meschio, confuso.* Gal. *Meſlé, mis peſle meſle, commun a pluſieurs.* Hiſp. *Mucho mezclado.*} Salluſt. in Catil. Diuina atque humana habere promiſcua, &c. Vnde Grammatici promiſcuum genus appellarunt, quaſi incertum, ſiue confuſum: quod & à Græco nomine epicœnum appellamus. Quintil. lib. 1. cap. 4, Nec ſtatim diligentem putabo qui promiſcua (quæ epicœna dicuntur) oſtenderit. ¶ Connubia promiſcua. Liu. 4. ab Vrbe, Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi vt feratum propè ritu vulgentur concubitus plebis, patrúmque? Idem 9 belli Macedon. Nec vnum genus noxæ ſtupra promiſcua ingenuorum, fœminarúmq; erant. ¶ Operam promiſcuam dare, eſt mutuam operam tradere. Plaut. Rud. Eamus intrò omnes, quando operam promiſcuam damus.

Promiſcuè, aduerbium, Miſtè, confuſè, incertè: pro quo veteres etiam promiſcam dixerunt, inquit Feſtus. {συμμιγῶς. Ital. *Meſcolatamente, confusamente, senza differenza.* Gal. *Peſle meſle, confuſément, sans difference.* Hiſpan. *Mezcladamente, sin diferencia.*} Liu. 1. ab Vrbe, Eodémque iure promiſcuè omnibus datum eſt. Ibidem lib. 3, Placet pecudum, feratúmque ritu promiſcuè in concubitus ruere?

Promitto, tis, Polliceor. {ὑπισχνέομαι. Ital. *Promettere.* Gal. *Promettre.* Hiſpa. *Prometer.*} Cic. Iam enim totum quod tibi promiſeram, præſtiti. Terent. Adelph. Roga hunc tu: tu promitte huic. M. Promitto. Cice. 2. de Diuin. Quæ autem inconſtantia deorum, vt primis minentur extis, bene promittant ſecundis? Quandoque eſt producere, & in longitudinem demittere, quaſi porrò mittere. προΐημι. Plaut. in Rud. Capillum promittam, optimum eſt, incipiámque hariolari. Plin. lib. 16. cap. 26, Nec vlla arborum auidius ſe promittit. ¶ Promittere barbam. Liu. 6. ab Vrbe, Coniecto in carcere Manlio, ſatis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obuerſatámque veſtibulo carceris mœſtam turbam. Tacit. lib. 2, Donec crimeo barbámque promitteret. Virgil. 8. Aegloga, Hirſutúmq; ſupercilium, promiſſáque barba. id eſt longa, prolixa, & dependens. ¶ Quandoque minari. ἀπειλεῖν. Virgil. 2. Aen. Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui. ¶ Promittere ad cœnam, eſt promittere ſe iturum ad cœnam. Plaut. in Menæch. Sic promittere ad fratrem, eſt promittere ſe iturum ad fratrem. Cic. 1. de Orat. Quum ille dubitaret, quòd ad frarrem promiſerat. Promittere, & in ſe recipere, pulchrè iunxit Cice. ad Brut. lib. 15. Sed tamen, inquit, ſeparatim promitto, in méque recipio, fore cum tibi & voluptati, & vtui. ¶ Huius compoſita ſunt, Adpromitto, Compromitto, à quo Compromiſſum, Repromitto, de quibus vide ſuis locis.

Promiſſum, ſi, ſubſtantiuum. Quod promittitur. {ὑπόσχεμα, ὑπόσχεσις. Ital. *Cosa promessa.* Gal. *Choſe promiſe, promeſſe.* Hiſpa. *Cosa prometida.*} Vnde dicimus. Conſequi promiſſa, Conficere promiſſum, Efficere promiſſum alicui. Exigere promiſſa, Expetere promiſſum, Flagitare promiſſum, Facere promiſſum alicui, Implere promiſſum, Stare promiſſis, Seruare promiſſa, Satisfacere promiſſo, Repetere promiſſum, Soluere promiſſa aliquibus, Manere promiſſis: quorum omnium teſtimonia legenti receptos autores nuſquam non occurrent.

Promiſſio, onis, verbale. {ὑπόσχεσις, ὑπόσχεσις. Ital. *Promessa.* Gal. *Promeſſe.* Hiſp. *Prometimiento.*} Cic. 8. Philipp. Scelerum enim promiſſio, & iis qui expectant pernicioſa eſt, & iis qui promittunt.

Promneſtria, προμνήστρια, Mulier nuptiarum conciliatrix, quæ Latino nomine pronuba dicitur. Nam προμνήστρια inter cætera ſignificat Pronubæ, ſiue nuptiarum conglutinatricis officio fungi.

Promo,

Terris incubuit cohors. Ipſum etiam Prometheum in monte Caucaſo per Mercurium religauerunt ad ſaxum: & adhibita aquila eſt quæ eius cor exederet. Hæc autem omnia non ſine ratione fingũtur. Nam Prometheus vir prudentiſſimus fuit. Vnde etiam Prometheus dictus eſt. ἀπὸ τοῦ προορᾶσθαι, id eſt à prouidentia. Hic primus Aſtrologiam Aſſyriis indicauit: quam reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, omnia cura & ſolicitudine deprehenderat. Hic autem mons poſitus eſt circa Aſſyrios, vicinus penè ſyderibus. Vnde etiam maiora aſtra demonſtrat, & diligenter eorum orſus occaſúſque ſignificat. Dicitur etiam aquila cor eius exedere, quòd ἀγρυπνία eſt ſollicitudo, qua ille affectus, ſyderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio qui prudentiæ & rationis deus eſt, ad ſaxum dicitur eſſe religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit: vnde cæleſtem ignem dicitur eſſe furatus. Nam quadam arte ab eodem monſtrata, ſupernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit donec eo bene vſi ſunt. Nam poſtea malo hominum vſu in perniciem eorum verſus eſt: ſicut in Liuio lectum eſt de Tullo Hoſtilio, qui eo igni exuſtus eſt cum omnibus ſuis. Numa verò Pompillus impunè eo vſus eſt tantùm in ſacris deorũ. Hinc eſt quòd igne rapto, mortalibus morbi ab iratis numinibus dicuntur immiſſi. Hactenus Seruius enatrãs illud Virgilij ſextæ Aeglogæ, Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna, Caucaſeáſque refert volucres, furtúmque Promethei. ¶ A Prometheus fit Promethides patronymicũ maſculinũ.

Promico, as, pen. corr. inquit Nonius, Eſt extendere, vel longè iacere. {Ital. *Gettare à lungi.* Gal. *Getter long.* Hiſp. *Echar lexos.*} Næuius, Si quidẽ loqui vis, non perdocere, multa longè promicanda oratio eſt.

Prominco, promines, pen. corr. ex pro, & maneo, ſignificat extro, emineo, propendeo. {ἐξέχω. Ital. *Soprastare, essere preminente.* Gal. *Se fort monstrer, saillir hors & sortir, apparoir.* Hiſpa. *Sobrepuyar, eſtar mucho en cima.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Simiæ dentes vt homini, elephanto intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui prominent. Horat. Epod. 5, Quum promineret ore, quantum extant aquæ Suſpenſa mento pectora. Ouid. 13. Metam. -coma plurima toruos Prominet in vultus. ¶ Prominere in memoriam ac poſteritatem, pro extendi. Liu. 8. belli Pun. Tanquam non longius, quàm quantum vitæ humanæ ſpatium eſt, cupiditas gloriæ extendatur: maximáque pars eius in memoriam ac poſteritatem promineat.

Prominens, tis, participium. {ἐξέχων, προέχων. Ital. *Molto eminente, sporto in fuori.* Gal. *Qui se monstre fort, fort apparent.* Hiſ. *Muy sobrepujado, y aparesciente.*} Liu. 7. belli Pun. Gallos prominens collis tegebat.

Prominens, nomen ſubſtantiuum. Tacit. lib. 1, Inuenerũntque in litoris prominenti nihil, &c.

Promiſcuus, a, um, Miſtum, incertum, confuſum. {Ital. *Meschio, confuso.* Gal. *Meſlé, mis peſle meſle, commun a pluſieurs.* Hiſp. *Mucho mezclado.*} Salluſt. in Catil. Diuina atque humana habere promiſcua, &c. Vnde Grammatici promiſcuum genus appellarunt, quaſi incertum, ſiue confuſum: quod & à Græco nomine epicœnum appellamus. Quintil. lib. 1. cap. 4, Nec ſtatim diligentem putabo qui promiſcua (quæ epicœna dicuntur) oſtenderit. ¶ Connubia promiſcua. Liu. 4. ab Vrbe, Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi vt feratum propè ritu vulgentur concubitus plebis, patrúmque? Idem 9 belli Macedon. Nec vnum genus noxæ ſtupra promiſcua ingenuorum, fœminarúmq; erant. ¶ Operam promiſcuam dare, eſt mutuam operam tradere. Plaut. Rud. Eamus intrò omnes, quando operam promiſcuam damus.

Promiſcuè, aduerbium, Miſtè, confuſè, incertè: pro quo veteres etiam promiſcam dixerunt, inquit Feſtus. {συμμιγῶς. Ital. *Meſcolatamente, confusamente, senza differenza.* Gal. *Peſle meſle, confuſément, sans difference.* Hiſpan. *Mezcladamente, sin diferencia.*} Liu. 1. ab Vrbe, Eodémque iure promiſcuè omnibus datum eſt. Ibidem lib. 3, Placet pecudum, feratúmque ritu promiſcuè in concubitus ruere?

Promitto, tis, Polliceor. {ὑπισχνέομαι. Ital. *Promettere.* Gal. *Promettre.* Hiſpa. *Prometer.*} Cic. Iam enim totum quod tibi promiſeram, præſtiti. Terent. Adelph. Roga hunc tu: tu promitte huic. M. Promitto. Cice. 2. de Diuin. Quæ autem inconſtantia deorum, vt primis minentur extis, bene promittant ſecundis? Quandoque eſt producere, & in longitudinem demittere, quaſi porrò mittere. προΐημι. Plaut. in Rud. Capillum promittam, optimum eſt, incipiámque hariolari. Plin. lib. 16. cap. 26, Nec vlla arborum auidius ſe promittit. ¶ Promittere barbam. Liu. 6. ab Vrbe, Coniecto in carcere Manlio, ſatis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obuerſatámque veſtibulo carceris mœſtam turbam. Tacit. lib. 2, Donec crimeo barbámque promitteret. Virgil. 8. Aegloga, Hirſutúmq; ſupercilium, promiſſáque barba. id eſt longa, prolixa, & dependens. ¶ Quandoque minari. ἀπειλεῖν. Virgil. 2. Aen. Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui. ¶ Promittere ad cœnam, eſt promittere ſe iturum ad cœnam. Plaut. in Menæch. Sic promittere ad fratrem, eſt promittere ſe iturum ad fratrem. Cic. 1. de Orat. Quum ille dubitaret, quòd ad frarrem promiſerat. Promittere, & in ſe recipere, pulchrè iunxit Cice. ad Brut. lib. 15. Sed tamen, inquit, ſeparatim promitto, in méque recipio, fore cum tibi & voluptati, & vtui. ¶ Huius compoſita ſunt, Adpromitto, Compromitto, à quo Compromiſſum, Repromitto, de quibus vide ſuis locis.

Promiſſum, ſi, ſubſtantiuum. Quod promittitur. {ὑπόσχεμα, ὑπόσχεσις. Ital. *Cosa promessa.* Gal. *Choſe promiſe, promeſſe.* Hiſpa. *Cosa prometida.*} Vnde dicimus. Conſequi promiſſa, Conficere promiſſum, Efficere promiſſum alicui. Exigere promiſſa, Expetere promiſſum, Flagitare promiſſum, Facere promiſſum alicui, Implere promiſſum, Stare promiſſis, Seruare promiſſa, Satisfacere promiſſo, Repetere promiſſum, Soluere promiſſa aliquibus, Manere promiſſis: quorum omnium teſtimonia legenti receptos autores nuſquam non occurrent.

Promiſſio, onis, verbale. {ὑπόσχεσις, ὑπόσχεσις. Ital. *Promessa.* Gal. *Promeſſe.* Hiſp. *Prometimiento.*} Cic. 8. Philipp. Scelerum enim promiſſio, & iis qui expectant pernicioſa eſt, & iis qui promittunt.

Promneſtria, προμνήστρια, Mulier nuptiarum conciliatrix, quæ Latino nomine pronuba dicitur. Nam προμνήστρια inter cætera ſignificat Pronubæ, ſiue nuptiarum conglutinatricis officio fungi.

Promo,

Promo,mis,psi,ptum, Profero, in medium affero. {προσφέρω,προφέρω. Ital. *Dar fuori.* Gal. *Mettre hors, tirer hors.* Hisp. *Sacar lo guardado à fuera.*} Plaut. in Cist. Accipias claues, siquid tibi opus erit promptu, promito. Virgil. 2. Aeneid. Lætique cauo se robore promunt, Thersandrus, Sthelenúsque duces. id est educunt. Pecuniam ex ærario promere. Cic. 5. Verr. Quum tibi Senatus ex ærario pecuniam prõpulisset, & singulos tibi denarios adnumerasset. Idem 3. de Finib. Nam in Tusculano quum essem, vellémq; è bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris vti, veni in eius villam, vt eos ipse, vt solebam, inde promerem. Plin. in Paneg. Iubes quæ sentimus promere in medium. Promere consilia est aperire, palàm facere. Cic. ad Attic. lib. 9. Nunc certè promenda tibi sunt consilia. ¶ Huius composita sunt Depromo, & Expromo: quorum significata vide suis locis.

Prompto, as, frequentatiuum. {προσφέρω. Ital. *Dar fuori souente.* Gal. *Mettre hors souuent.* Hisp. *Sacar fuera muchas vezes.*} Plaut. in Bacch. Quia malum si promptet, in dies faciat minus.

Promptus, a, um, Dicitur qui iam paratus est ad agendum, & in quo nulla mora est, quasi iam productus, expeditus, alacer, ardens. {ἕτοιμος, πρόχειρος, ἕτοιμος, ἕτοιμος. Ital. *Pronto, apparecchiato.* Gal. *Tiré hors, mis hors, prompt, appareillé.* Hisp. *Aparejado ò apercebido.*} Sallustius, Natura ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat. Sic dicimus, Promptus ingenio, qui ingentium ad omnia paratum habet. ¶ Iungitur sæpius accusatiuo cum præpositione ad. Cic. 1. Offic. Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quàm ad crimina, &c. Interdum iungitur genitiuo. Gell. lib. 10. cap. 28. Plato veritatis homo amicissimus, eiúsque omnibus exhibendæ promptissimus. ¶ Per translationem ponitur pro manifesto & aperto, quum res à secretiore loco educitur vt parata nobis & ad manũ sit. Vnde dicimus, Res est in promptu, hoc est manifesta. πρόχειρα ἐστί. Cic. lib. 1. Offic. Quæ quanquam ita sint in promptu, vt res disputatione non egeat. Sallustius, Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere. ¶ Promptum esse, aliquando legimus pro facile esse. Quintil. lib. 9. cap. 1, Neque enim memouent nomina illa quæ fingere vtique Græcis promptissimum est. id est facillimum. Hinc promptæ res dicuntur, inuentu faciles.

Promptè, aduerb. Alacriter, sine cunctatione. Vnde promptius & promptissimè. {προχείρως, προθύμως. Ital. *Prontamente, prestamente.* Gal. *Promptement, vitement.* Hisp. *Ligeramente, prestamente.*} Plin. Epist. 82, Quare ego verò Corelliæ adero promptissimè, nec subire offensas recusabo.

Promptarius, a, um, vel promptuarius, Ex quo aliquid depromitur. {προσδοκώμενος. Ital. *Proprio da guardare.* Gal. *Propre pour serrer ou retirer.* Hispan. *Cosa para guardar algo.*} Plaut. in Amphit. Inde eras è promptaria cella depromar ad flagrum. Nam ibi promptariam cellam pro carcere posuit, quia è carcere ad supplicium promuntur noxij.

Promptuarium, rij, Locus in quo res ad vsum necessariæ ita repositæ sunt, vt statim promi ac proferri possint. {ταμεῖον. Ital. *Dispensa.* Gal. *Guarde-manger, despense.* Hispan. *La despensa ala mano.*} Cato cap. 11, Armarium, promptuarium vnum, scamna longa sex. Pro eodem etiam legitur promptarium.

Promptitudo, inis, Est facilitas ingenij ad quęuis ex tempore expromenda. προθυμία.

Promus condus, Apud veteres pro cellario sumebatur. {ταμίας. Ital. *Dispensiere.* Gal. *Despencier.* Hispa. *Despensero para sacer de la despensa.*} Plaut. in Asin. Ego sum promus condus, procurator peni. Promus dictus, quòd præesset penui promendo: condus, quòd eundem in cellam reconderet. Duo enim hæc officia ab eodem ferè administrabantur: licet in potentiorum ædibus aliquando fuerint distincta: vnde & nomina ipsa aliquando seperatim collocantur, promúmque aliquando legimus sine adiunctione condi. Plaut. Pœnu. Aedepol fecisti prodigum promum tibi. Colum. lib. 12. cap. 3, Promis quoque & cellarijs aliquid attendentibus, aut metuentibus, interuenite. ¶ Per translationem dixit Plautus in Trinum. -ne admittam Culpam, ego meo sum promus pectori. Apulcius in Apolo. Promum librorum appellat illum qui libris promendis præest.

Promontorium, rij, Significat montem in mari prominentem: vnde & nomen accepit. {ἄκρα. Ital. *Scoglio sopr' acqua in mare, capo.* Gal. *Vne petite montagne apparente en la mer, escueil de mer.* Hispan. *El cabo de tierra en mar.*} Plin. lib. 36, Promontoria aperiuntur mari, & rerum natura agitur in planum. Cæsar 2. belli Ciuilis, Hic locus duobus eminentibus promontoris continetur. Cicc. 6. Verr. Ab eo oppido non longè in promontorio fanum est Iunonis antiquum.

Promonstrã, Prodigia, inquit Festus.

Promoueo, es, Proueho, quasi viterius moueo. {προάγω. Ital. *Promouere.* Gal. *Auancer, promouuoir.* Hisp. *Mouer à lexos.*} Terent. in Eunucho, Moueo verò ocyus te nutrix. 5. Moueo. c. video, at nihil promoues. ¶ Ponitur aliquando pro prolongare, producere tempus. Terent. in Andr. Quantum huic promoueo nuptias. ¶ Aliquando pro proficere. Terent. in Hecy. Abibo hinc, præsens quando promoueo parum.

Promotus, ta, tum, participium, Idem quod prouectus. {προηγμένος. Ital. *Promesso, posto auanti.* Gal. *Promeu, auancé.* Hisp. *Mouido, puesto antes.*} Stat. 1. Achill. suáque hyemes classis promota, luóque Attollit fluctus. Promotus ad dignitatem. Plin. epist. 131, Postea promotus ad amplissimas procurationes, nulla occasione corruptus, ab insito abstinentiæ amore defluxit.

Promulgo, gas, Publico, palàm pronuntio, quasi prouulgo. {ἐκφέρω, ἐξαγορεύω. Ital. *Publicare.* Gal. *Publier.* Hisp. *Publicar.*} Festus, Leges promulgari dicuntur quum primùm in vulgus eduntur, & legendæ proponuntur: vt sicui videatur, possit intercedere. Colum. lib. 1, C. Licinius damnatus est, qui agri modum, quem in magistratu rogatione Tribunitia promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. Cicc. ad Qu. Frat. lib. 2, Cato legem promulgauit de Imperio Lentuli abrogando. Idem pro Sest. De meo reditu octo Tribuni promulgarunt.

Promulgatus, a, um, participium. {ἀνακηρυχθείς, διαγορευθείς. Ital. *Publicato.* Gal. *Publié.* Hisp. *Publicado.*} Cic. pro Muræna, Etenim, vt ait ingeniosus poëta, & autor valde bonus, prælijs promulgatis, tollitur è medio non solùm ista vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum prudentia.

Promulgator, Promulgatrix, Promulgatio, Id est diuulgator, diuulgatrix, diuulgatio. Cicero ad Lent. lib. 1, Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. ἡ ἀνακήρυξις, ἡ ἀναγόρευσις. Ital. *Publicatione.* Gal. *Publication.* Hisp. *Publication.*

Promulsis, idis, Genus cibi dulcioris, mulso cõditum. ὑδρόμελι. Cic. Papy. Habuisses non hospitem, sed contubernalem. At quem virum: non eum quem tu es solitus promulside conficere. Integram famam ad ouum affero: itaque vsque ad assum vitulinum opera perducitur.

Promulsidaria vasa dicuntur quibus promulsis continetur. Scribit Pomponius Iurecõsultus legatis vasis, scutellas, & promulsidaria contineri.

Promularе, Murus circum ciuitatis murum ductus, qui & antemurale dicitur. πρότειχος, τοῖχος.

Promuscis, idis, fœm. gen. Manus, siue proboscis elephantorum dicitur. {προβοσκίς. Ital. *La tromba dell' elefante.* Gal. *Le museau & la trompe d'vn elephant.* Hisp. *La trompa del elefante.*} Plin. li. 8. ca. 7, Promuscidem elephantorum facillimè amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit.

Pronecto, tis, ere. {κολλῶ πλέκω, ἁλύσκω. Ital. *Attaccare, annodare più cose insieme.* Gal. *Attacher plusieurs choses: vne auec l'autre en long.* Hisp. *Atar muchas cosas juntamente.*} Stat. 4. Syl. Vidi quam seriem morantis æui Pronectant tibi candidæ sorores. hoc est in longum tempus nectant, producant, protrahant.

Pronepos, pen. corr. Nepotis filius. {ἀνεψιός. Ital. *Figliuolo di mio nipote per dritta linea.* Gal. *Arriere nepueu ou petit nepueu, le fils du nepueu en droitte ligne.* Hisp. *El bisnieto hijo delo nieto.*} Cic. 3. Tusc. Iouis iste quidem pronepos Ouid. 13. Meta. -sed enim quia retulit Aiax Esse Iouis pronepos: nostri quoque sanguinis autor Iuppiter est.

Proneptis, is, {ἀνεψιά. Ital. *La figliuola di mia nezza.* Gal. *Petite niepse, arriere niepse, fille de la niepse.* Hisp. *La bisnieta hija delos nietos.*} Nepotis filia.

Pronomen, inis, Vna est ex octo orationis partibus: ita dicta, quod vice nominis fungatur. ἀντωνυμία.

Pronuba, æ, pen. corr. Dicitur quæ nuptiis præest celebrandis, & ex ea parte vxoris, sicut auspex est ex parte viri. {πρόμνυμφος. Ital. *Colei che mena la sposa à casa del marito.* Gal. *Celle qui meine & conduit l'espouse en la maison du marié.* Hisp. *La madrina dela boda.*} Inde Iuno pronuba dicebatur, quia nuptiis præesset. Virgil. 4. Aeneid. -prima & Tellus, & pronuba Iuno Dant signum. Flamma pronuba. Claud. 1. de raptu Proserp. Iam vicina toro, plenis adoleuerat annis Virginitas: tenerum iam pronuba flamma pudorem Solicitat. hoc est Ingenitus ardor quidam qui ætate matura virgines ad nuptias prouocat. Pronubæ (inquit Donatus) dicuntur quæ nubentes domum mariti deducunt, ac comitantur, & quæ in obsequio nubentis sunt.

Pronubo, Nuptiis præsum. προμνυμεύω. Vide NVBO.

Pronuntio, as, Clara voce, decentique corporis motu aliquid profero. {προφέρω, φωνὴν ἐκφέρω. Ital. *Pronunciare.* Gal. *Prononcer, dire par cœur.* Hispan. *Pronunciar con voz clara.*} Plin. Epist. 114. Nam pronuntiat acriter, sapienter, aptè, decenter. ¶ Ponitur aliquando, inquit Budæus, pro eo quod est expressè, & nominatim prædicere, præfarique ex bona fide in rebus contrahendis. Vlpian. in l. 1. de Aedil. edict. sæpe in ea significatione vsus est: & in l. Quod si nolit, Qui mancipia, vendunt, inquit, nationem cuiusq; in venditione pronuntiare debent. Cic. 3. Offic. Quum in vendendo eam rem scisset, & non pronuntiasset, emptori damnum præstari oportere. ¶ Aliquando pro nominare. Liu. 4. bel. Pun. Postremò victi consensu, & seditionem metuentes, pronuntiant eos Prætores. ¶ Aliquando pro decernere, iudicare, dicere. Plin. Epistol. 5. At ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronuntiatum est. Cicc. 2. de Fin. Aequam igitur pronuntiabit sententiam ratio adhibita primùm humanarum, diuinarúmque rerum scientia, &c. ¶ Nonnunquam pro palàm & classico nuntiare. Curtius, Imminénsque Dario iter ad Euphratem pronuntiauit. ¶ Aliquando pro palàm promitere. Liu. ab Vrbe, Aedem Castori vouisse fertur, ac pronuntiasse militi præmia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset.

Pronuntiatus, a, um, participium. {ἐκφωνηθείς, ἀναγορευθείς. Ital. *Pronunciato.* Gal. *Prononcé.* Hisp. *Pronunciado.*} Cic. in Part. Versus pronuntiatus syllaba vna breuior, aut longior.

Pronuntiatum, ti, substantiuum, Propositio veri vel falsi significatiua, quę Græcè ἀξίωμα dicitur. Ital. *Proposizione.* Gal. *Proposition, maxime.* Hisp. *Proposicion.* Cicc. 1. Tusc. Omne pronuntiatum, (sic enim mihi in præsentia occurrit vt appellarem ἀξίωμα, vtar pòst alio, si inuenero melius) id ergo est pronuntiatum, quod est verum aut falsum.

Pronuntiatus, us, ui, Idem quod pronuntiatio. {ἐκφώνησις, ἡ φωνῆς ἐκφορά. Ital. *Pronunziatione.* Gal. *Prononciation.* Hispan. *Pronunciacion.*} Gell. lib. 4. cap. 17, Ratio in pronuntiatu manet.

Pronuntiatio, onis, verbale est, Vocis, vultus, & gestus moderatio cum venustate, inquit autor ad Herennium lib. 1. {ἐκφώνησις, ἡ φωνῆς ἐκφορά. Ital. *Pronunciazione.* Gal. *Prononciation.* Hisp. *Pronunciacion.*} Cic. 1. de Inuent. Pronuntiatio est ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio. Idem 1. de Orat. Quis enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest.

Pronuntiator, oris, Qui pronuntiat. {ἐκφωνητής, κήρυξ. Ital. *Pronunciatore.* Gal. *Prononceur, racontieur.* Hisp. *Pronunciador.*} Cicc. de Claris Orat. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator syncerus, & grandis etiam fuit.

Pronuper, Valde nuper. {πρὸ ὀλίγου. Ital. *Poco adesso, poco fa.* Gal. *Il y a fa assez long temps.* Hisp. *Agora, agora luego.*} Plaut. in Trinn. Qua sponsione pronuper tu exactus es pro illo adolescente.

Pronurus, huius pronurus, pen. corr. Dicitur vxor nepotis. {γυνὴ τοῦ ἐκγόνου. Ital. *Moglie di mio nipote.* Gal. *La femme du nepueu.* Hisp. *La muera delos abuelos.*} Ouid. Epist. 16, Pronurus & magni Laomedontis ero.

Pronus, ni, Propriè dicitur in anteriorem partem flexus. {κυρτός, κυφός, ἐπικλινής. Ital. *Chinato, chino, inchinato.* Gal. *Penchant sur le deuant, courbé en deuant, enclin.* Hisp. *Cosa inclinada cuesta ayuso.*} Ouid. lib. 2. Meta. Pronáque quum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit. ¶ Per translationem verò quis dicitur pronus, id est inclinatus ad virtutes, vel ad vitia, quanquam vsitatius in malam partem accipiatur. ἐπιφορός. Nam qui ad virtutẽ, aliámve rem laudabilem naturæ incli

inclinatione ſecuntur, faciles potius dicuntur: vt ex Ciceronis ſententia docuimus ſupra in dictione PROCLIVIS. Plin. in Paneg. Nihil eſt ¶ Pronus & ſupinus contraria. Plin. lib. 7. cap. 17. & lib. 28. cap. 4. Supini vicinum dicitur: ſicut alcum, quod longius abeſt à littore. Virgil. 5. Aeneid. -ventiſque vocatis Prona petit maria. id eſt littori vicina. ¶ Dicitur & Pronis in tertia declinatione, vt apud Varronem in Parmenone, Alia trabs pronis in humum accedens proximè frangit ramos cadentes. ¶ Et dicimus Pronus huic rei. Colum. lib. 3. cap. 2. Aquiloni prona. Et Pronus ad hanc rem. Idem lib. 2. cap. 9. Campo patente, & ad ſolem prono.

Pronitas, atis. {ἡ πρόκλισις, ἡ πρόκλισις. Ital. *Inchinatione in viu.* Gal. *Inclination, procuuité.* Hiſp. *Inclinacion.*} Seneca in Præfat. Declam. Neſcio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retrotulerit.

Proœconomia, miæ, προοικονομία, Figura Poëtis familiaris: de qua ſic Seruius in illum verſum Virg. 1. Aeneid. -& Libyæ deſixit lumina regnis. Pulchra proœconomia, id eſt diſpoſitio carminis. Vituperabile enim fuerat, ſi ex abrupto tranſitum faceret. Inducit enim hic Iouem de rebus humanis cogitantem, & Africam reſpicientem, ad quam venêre Troiani.

Proœmium, mij. {προοίμιον. Ital. *Proëmio, eſſordio.* Gal. *Proëſme, preface, commencement d'oraiſon.* Hiſp. *El principio del razonamiento.*} Latinè initium, vel exordium, ſiue præfatio dicitur: ex πρό & ἄειμι: propterea quòd præcipuum, legitimúmque carmen ſoleat præcedere. Proprié enim proœmium dicebatur quod à citharœdis certamen inituris præcini ſolebat. Quanquam deinde etiam orationum exordia hoc nomine dici cœperunt. Nam ſicut citharœdi pauca quædam antequam legitimum carmen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt: ſic Oratores nonnulla priuſquam cauſam exordiantur, ad conciliãdos Iudicum animos præloquuntur: quæ illorũ imitatione proœmia appellarunt. Cicc. 2. de Legib. Habes legis proœmium, ſic enim hoc appellat Plato. Cic. ad Attic. lib. 16. De gloria librum ad te miſi & in eo proœmium id eſt quod in Academico tertio. Id euênit ob eam rem quòd habeo volumen proœmiorum: ex eo eligere ſoleo, quũ aliquod πάνυ μακρὸν inſtitui. Quint. lib. 3. cap. 8. In demouſtratiui verò proœmia eſſe maximè libera exiſtimat Ariſtoteles. ¶ Per tranſlationem accipitur pro quouis principio Iuuenal. Saty. 3. -miſeræ cognoſce proœmia rixæ.

Proœmior, aris, Quod eſt exordior. {προοιμιάζω. Ital. *Cominciare.* Gal. *Commencer.* Hiſp. *Hazer aquel principio, començar.*} Plin. Epiſt. 27. Proœmiatur aptè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelsè: poſtremò docet, delectat, afficit.

Propago, propaginis, & Propages, propagis, pen. prod. Vitis vetula & ſuppreſſa, vt ex vna plures fiant: dicta quòd porrò pãgatur, id eſt longè figatur. {πρωφυάς. Ital. *Prouana, tralzo de vite.* Gal. *Vn prouin de vigne.* Hiſp. *La prouana del ſarmiento dela vid.*} Virgil. 2. Georg. -preſſos propaginis arcus. Vbi prima producitur: vnde & geminato p, quidam ibi ſcribendum exiſtimant, more veterum Poëtarum, qui quoties primam dictionis huius ſyllabam producebant, duplicabant p, vt etiam annotauit Erythræus. Vitatius corripitur, vt ex ſequentibus Poëtarum exemplis manifeſtum eſt. Cicc. de Senect. Malleoli plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines. Plin. lib. 14. cap. 1. Vis vitium omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines. Horat. 2. Epod. Ergo adulta vitium propagine Altas maritat populos. ¶ Aliquando ſignificat genus, ſtirpem, progeniem. {τὸ λατὸ φῦτον, τὸ γένος. Ital. *Razza, legnaggio.* Gal. *Race, ligneé.* Hiſp. *El hijo ò nieto ò deſcendientes.*} Virgil. 12. Aen. Si Romana potens Italia virtute propago. Ouid. 3. Faſt. Non hæc ille deus, tantæque propaginis autor Credidit officiis eſſe minora ſuis. Lucret. lib. 4. At conſueta domi catulorum blanda propago. Propages (inquit Nonius) eſt ſeries, & affixio continua, vel longè ducta. Pages enim compactio: vnde compages. Pacuuius, Saluete gemina mea propages ſanguinis. Propago liberorum. Plin. lib. 7. cap. 14. Qua de cauſa aliorum eius liberorum propago Liciniani ſunt cognominati.

Propago, as, pen. prod. Vitem vetulam ſupprimo, vt ex ea vna plures fiãt. {πρωφύω. Ital. *Prouanare, anneſtare germinare vna vite.* Gal. *Prouigner & peupler vne vigne.* Hiſp. *Eſtender la vid ſo la tierra, prouanar.*} Cic. in Cat. Maiore, Propagatio vitium, ſarmentorúmque ea quam dixi. &c. Cat. cap. 32. Vites propages in ſulcos. ¶ Per tranſlationem ponitur pro extendo, dilato, protrabo, profero, prolato. {ἐκτείνω, πλατύνω. Ital. *Moltiplicare, ſtendere, dilatare.* Gal. *Eſtendre, multiplier, dilater, amplifier.* Hiſ. *Eſtender, dilatar.*} Sueton. in Calig. cap. 29. Prætorium virum ex ſeceſſu Anticyræ, quam valetudinis cauſa petierat, propagari ſibi commeatum ſæpius deſiderantem, quum mandaſſet interimi. Id eſt produci, proferri ſibi commeatum. Cicc. 7. Verr. Quum ipſe ſui generis initium ac nominis ab ſe gigni & propagari vellet, hominum potentiſſimorum ſuſcepit inimicitias. -Idem pro Seſtio, Hæc monumentis Annalium mandantur, poſteritati propagantur. Idem 2. Offic. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.

Propagatus, a, um, participium. κεκτημένος ἐκπεπλωκώς. Cic. 4. in Catil. Memoria Conſulatus mei propagata.

Propagatio, onis, verbale. {πρωφυσις, πρωφύτευσις. Ital. *Germinamento di vite.* Gal. *Prouignement, penplement de vigne.* Hiſp. *La prouana del ſarmiento dela vid.*} Cic. 1. Offi. Quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerum publicarũ. Idẽ Luccio, lib. 5. Vita in qua nihil inſit niſi propagatio miſerrimi tẽporis.

Propagator, oris, {ἐπαυξητής. Ital. *Moltiplicatore.* Gal. *Augmenteur, multipliear.* Hiſp. *Multiplicador.*} Cicc. ad Attic. lib. 8. Ille reſtituendi mei, quàm retinendi ſtudioſior: ille prouinciæ propagator, ille abſentis in omnibus adiutor. De Pompeio.

Propalam, pen. corr. Id eſt clarè, apertè, & in propatulo. {ἐκπεφανημένως. Ital. *In paleſe, apertamente.* Gal. *Deuant tout le monde, manifeſtement, publiquement.* Hiſ. *Publica y placeramente.*} Cic. lib. 1. de Orat. Non explicata veſte, neque poſito argento, neque tabulis, & ſignis propalam collatis.

Propalo, as, pen. corr. Si apud idoneos ſcriptores inueniatur, idem erit quod aperire, manifeſtare, & palàm facere. {φανερόω. Ital. *Propalare, manifeſtare.* Gal. *Publier, manifeſter.* Hiſp. *Diuulgar y publicar.*} Nam quod Calepinus exiſtimauit idem etiam ſignificare quod in longum creſcere,

deceptus eſt corrupta Columellæ lectione ex lib. 13. cap. 7. vbi ſic legit, Deinde ex eo ſulco, quaſi ramos foſſarum facies, per quos vt quæq; virga poſtulauerit, propalctur, atque in terra adopertes. Ibi enim Propagetur legendum conſtat, non propalctur.

Propatruus, Frater proaui, qui & patruus magnus dicitur. πρωπάππου ἀδελφός. Ital. *Zio grande.* Gal. *Grand oncle, le frere du pere grand.* Hiſpan. *Hermano del biſabuelo.*

Propatulus, a, um, adiectiuum. Latè patens, atque apertum, quaſi porrò patulum. {πρωφανής. Ital. *Aperto, manifiſto.* Gal. *Fort ouuert & deſcouuert, qui eſt à la veue d'vn chaſcun.* Hiſp. *Caſa publica ò plaça.*} Cic. 6. Verr. Ante ædẽ Cereris in aperto, ac propatulo loco ſigna duo ſunt, &c. ¶ In propatulo, aduerbialis formula eſt, pro palàm. Salluſtius, Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere. id eſt in publico.

Prope, Præpoſitio eſt compoſitionem non admittens, Idem valet quod iuxta. {ἐγγύς. Ital. *Preſſo, appreſſo.* Gal. *Pres, auprez.* Hiſpan. *Cerca.*} Curtius, Quum prope id oppidum copiæ conſtitiſſent. ¶ Sine caſu, aduerbium eſt eiuſdem ſignificationis cum præpoſitione. Terent. in Andr. Propè adeſt, quum alieno more viuendum eſt tibi ſub tempus. Ponitur aliquando pro aduerbio ferè, ſeu quaſi. Plinius, Et in foribus templi propè collapſus expatet. ¶ Interdum, ex propioquo. ἐγγύθεν. Martial. lib. 1. Hic vbi ſydereus propius videt aſtra coloſſus.

Propior, propioris, & hoc Propius, comparatiuum. Propinquior. {ἐγγύτερος. Ital. *Piu appreſſo.* Gal. *Plus pres.* Hiſp. *Mas cercano.*} Cicc. pro Quintio, Tibi me propior nemo eſt. Ouid. Epiſt. 3. Ille gradu propior ſanguinis, ille comes. Plaut. in Trin. Tunica propior pallio eſt. Cic. 1. Tuſcul. Veniunt inde ad propiora. Horat. 3. Carm. Ode 15. Maturo propior deſine funeri Interludere virgines. de ſene. Ouid. Epiſt. 15. Exemplo tangi non propiore potes. Cicc. pro Seſt. Omnia ſua ibi propiora eſſe pericula, quàm aliena. Virgil. 9. Aeneid. -mea quem ſpatiis propioribus ætas Inſequitur. ¶ Propius vero, id eſt veriſimilius. Liu. 4. ab Vrbe, Capuámque Duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) à campeſtri agro appellatum.

Propius, comparatiuum aduerbium. {ἐγγύτερον. Ital. *Piu da preſſo.* Gal. *De plus pres.* Hiſp. *Mas cerca.*} Plautus, Bacch. Cedo manum, ac ſubſequere propius me ad fores. Liuius, Caſtra propius hoſtem mouit. Vt propius ventum eſt. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 7. ¶ Nihil propius factum eſt, id eſt parum abfuit quin hoc aut illud factum fuerit. πρὸς βραχὺ, παρὰ μικρὸν, παρὰ πόδα ἐγένετο. Cicc. in Verrem, Nec quicquam factum eſt propius quàm vt viuus comburerctur.

Proximus, ſuperlatiuum. Propinquiſſimus, maximè vicinus. {ἐγγύτατος. Ital. *Preſſimo.* Gal. *Treſprochain, fort pres.* Hiſp. *Muy cercano.*} Ouid. 1. de Arte, Proximus ad dominam, nullo prohibente, ſedeto. Ibidem, Proximus huic labor eſt, placidam exorare puellam. Terent. Hecy. Deſpondent ei gnatam huius vicini proximi. Cicc. Attic. lib. 2. Attius proximus eſt vicinus: imò ille quidem iam contubernalis. Terent. in Eun. Illum liquet mihi deierare his menſibus Sex vel ſeptem prorſum non vidiſſe proximis. Id eſt præteritis, inquit Donatus. Terent. in Adel. Proximus mihi genere. Veteres tamen non ſolùm propinquum, & nobis hæcutem, proximum dicebant, verumetiam longe remotum: ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium extitiſſet. Virgil. 5. Aen. Proximus huic, longo ſed proximus internallo. ¶ Aliquando ponitur pro maximè propitio. Varro, Gradiuum teſtor, qui Deus eſt nobis omnium proximus. ¶ Interdum non habet vim ſuperlatiui, & propinquum ſignificat: quapropter comparatiuum facit, Proximior, quod propinquiorem ſignificat. Veget. Proximior & dextra ſit, quæ plagam poſſet inferre. Vlp. ad Edictum ædil. Si quis proximior naſceretur cognatus.

Proximè, aduerbium. {ἐγγύτατα. Ital. *Proſſimamente, vltimamente, dapoi.* Gal. *Prochainement, tout anprez.* Hiſp. *Muy acerca.*} Cicc. Luccio lib. 5. Literæ quas à te proximè accepi. Idem 11. de Natura deorum, Is quem proximè nominaut. Nonnunquam habet & accuſatiuum, quemadmodum & cætera à prope præpoſitione derinata. Idem Attico lib. 6. Habere exercitum quàm proximè hoſtem. Idem Attico, lib. 3. Quare nihil eſſet neceſſe, quàm proximè Italiam eſſe. Eidem, lib. 1. Proximius Pompeium ſedebam. Propius vrbem mouent. ἐγγύτερον. Salluſtius, Proximè Hiſpaniam Mauri ſunt.

Proximitas, atis {ἐγγύτης. Ital. *Preſſimità.* Gal. *Prochaineté.* Hiſ. *Cercanidad.*} Ouid. 2. de Arte, Et lateat vitium proximitate boni. Idem de Nuce, Méque ream nimiæ proximitatis agi. Quintil. lib. 3. cap. 8. Sed eam plures petant, veleodem iure, vel proximitatis, vel diuerſo: vt quum hic teſtamento, ille proximitate nitatur.

Proximum, ſubſtantiuum. Terent. Eunuch. Eamus ad me: ibi proximum eſt vbi mutes. Hoc eſt nullus eſt propior locus, vbi poſſis mutare veſtem. ¶ In proximo, non procul hinc. Cicc. Tironi, lib. 16. Proximò, Aduerb. Idem quod Proxime. Cic. ad Attic. lib. 4. Ab Qu. Fratre accepi literas datas à littoribus Britanniæ proximò ad Cal. Octobr.

Proximo, as, are. {ἐγγὺς εἶναι, ἀγχοῦ εἶναι, ὁμοιοῦσθαι. Ital. *Auicinarſi, ò eſſere molto ſimile.* Gal. *Eſtre fort prochain, s'aprocher, eſtre pres.* Hiſp. *Acercarſe.*} Cic. 2. de Nat. deor. Capiti autem equi proximat Aquarij dextra, totúſque deinceps Aquarius. Solin. cap. 7. non procul a fine. Tertia huic proximat eodem nomine. Idem cap. 65. Indo flumini proximantes, verſa ad Meridiem plaga vltra alios torrentur calore.

Propecto, is, xui, xum. In longum pecto. κατατείνω. vnde Propexus, a, um. {κατατείνω, εἰς μακρὸν κτενίζω εἰς. Ital. *Pettinato in lungo.* Gal. *Pigné en long.* Hiſp. *Peinado en luengo.*} vt Barba propexa. Ouid. 1. Faſt. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Virg. 10 Aeneid. -propexam in pectore barbam.

Propediem, aduerbium temporis, idem valens quod breui, vel poſt paucos dies. {ἐν βραχεῖ. Ital. *Toſto, preſto à pochi dì.* Gal. *De bref, en bref, bien toſt.* Hiſp. *Deſde aqui à pocos dias.*} Terent. in Heaut. Et illum tibi ſalnum aſſuturum eſſe hic confido propediem. Cicc. Att. lib. 6. Ego vt ſpero, propediem te videbo.

Propello, is, puli, pulſum. Longè pello, procul amoueo. {ἀπελαύνω. Ital. *Scacciare lontano.* Gal. *Bouter, pouſſer loing, chaſſer, rebouter.* Hiſp. *Empuxar à lexos.*} Cæſar 5. belli Gall. Varenus gladio cominus rem gerit: atque vno interfecto, reliquos paulum propellit. Lucan. lib. 3. Protulit, vt claſſem velis cedentibus Auſter Incumbens, mediúmque rates tenuere profundum.

fundum. Liu. 10. belli Maced. Periculum vitæ propellere à me potes, puniendo eos qui ad me interficiendum ferrum sumpserunt. ¶ Orationem remis propellere, per translationem. Cicc. 4. Tuscul. Quærebam igitur vtrum panderem vela orationis statim, an eam antè paululum dialecticorum remis propellerem.

Propulsus, a, um, participiū. {ἀπωσμένος, ἀπωθούμενος. Ital. *scacciato.* Gal. *chassé.* Hisp. *Empuxado.* } Lucan. lib. 7. —cernit propulsa timore Plumina.

Propulso, as. frequentatiuum, Significat acrè, depello, quasi procul pulso. {ἀποστρέφω, ἀπωθῶ, διώκω, ἀπελαύνω. Ital. *Propulsare, scacciare.* Gal. *Repousser, chasser.* Hisp. *Defendiendo rechaçar, empuxar à lexos.* } Liu. lib. 1, Tamè quum mœnibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit. Terent. Andr. Nam quod tu speras, propulsabo facilè. Cicc. pro Client. Displiceátne mihi legum præsidio à capite periculum propulsare?

Propulsatio, onis. {ἀπόσωσις. Ital. *Ributtamento, ripulsa.* Gal. *Repoussement, chassement.* Hisp. *Rechaçamiento, empuxamiento.* } Cic pro Sylla, Cum huius periculi propulsatione coniungam defensionem officij mei.

Propulsator, oris. {ἀλεξητήριος. Ital. *Chi ributta.* Gal. *Repousseur.* Hisp. *Rechaçador.* } Valer. Max. lib. 7. cap. 5, Autorem harum rerum benevolentia, propulsatorem odio insecutus.

Propemodum, Id est penè, ferè, fermè, quasi prope mensuram. {ὀλίγου δεῖν. Ital. *Quasi.* Gal. *Presque.* Hisp. *Quasi, à poco mas ó menos.* } Plautus in Trucul. Propemodū expertæ estis quàm ego sim tranquillus vsque homo.

Propempticon, προπεμπτικὸς, Latinè comitiarium. à προπέμπω, comitor, præmitto. Vnde est titulus apud Sidonium, Propempticon ad libellum.

Propendeo, es, Inclinor, deorsum vergo: propriéque dicitur de lance in statera præponderante. {ῥέπω. Ital. *Pendere.* Gal. *Pencher devant ou en avant, estre enclin.* Hisp. *Mucho inclinarse.* } Cic 5. Tusculanar. Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, & exterma tantùm propendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. Propendere in aliquem inclinatione voluntatis. Cic. 2. de Orat. Necesse est vt inclinatione voluntatis propendeat in nos. ¶ Propendere verò pen. corr. est diu, siue multum aut diligenter ponderare, aut examinare. Quintil. Dabam his otium, refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitas tanquam propendere.

Propendens, tis. Demissus. {κρεμάμενος ἀπὸ κάτω. Ital. *che pende per diritto à basso.* Gal. *Pendant droit en bas.* Hisp. *Acostado abaxo.* } Colum. lib. 7. ca. 12, Probatur quadratus potius, quàm longus, aut breuis, capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus. De cane villatico.

Propensus, a, um, Vehementer inclinatus. {ἐπικεκλιμένος, πρόθυμος, τετραμμένος. Ital. *Inclinato grandemente.* Gal. *fort enclin.* Hispan. *Cosa muy acostada y inclinada.* } Cic. 3. de Finib. Ita non solùm ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum. Idem 2. Offic. A quo enim expeditior, & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. Idem 1. Offic. Quinetiam si quis est paulo ad voluptatem propensior. ¶ Aliquando idem est quod propendens, prominens, siue extensus. *Exercitus.* Perbus, —quum tibi Calue Pinguis aqualiculus propenso (sesquipede exter. Vbi Cornutus interpres, Quum tu, ô Calue, Senator abundantia ciborum pinguis fis, & ventrem habeas vltra sex pedes extensum. Inde propensa munera, id est multa ac magna. Plautus in Trucul. Miles aduenit, natique causa dat propensa munera.

Propensè, aduerbium, Id est ex animo. {προθύμως. Ital. *De core, con affettione.* Gal. *D'affection, de courage.* Hispa. *Muy inclinadamente, de corazon.* } Lentulus ad Senatum, lib. 13, Epist. Famil. Vt hanc concordiam, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propensè non crederent esse factam.

Propensio, onis, Animi inclinatio. {ἐπίκλισις, πρόθυμος. Ital. *Inchinatione.* Gal. *Inclination.* Hisp *Inclinacion.* } Cicc. 4. de Finib. Qui nulla in re nisi in virtute aut vitio propensionem ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse dicerent.

Propero, as, pen. corr. Festino, accelero, celeritate vtor. à prope, vt putatur, dictum. {σπεύδω. Ital. *Affrettarsi.* Gal. *Se haster d'aller ou de faire quelque chose.* Hisp. *Apressarse.* } Terent. Andr. Propera accelle, hinc qui auferat eam. Cicero Cornificio, lib. 10, Atque Inde ventus, remisit ea in patriam omni festinatione properaui. Ouid. 10. Metam. —eadem properamus ad vnam. Virgil. 7. Aeneid. —quem regia coniux Adiungi genetrix miro properabat amore. Sallustius. Quâ illi discessus erat in Galliam properanti. id est celeriter euntí. ¶ Properare item dicitur qui festinanter aliquid agit, vel dicit. Virgil. 1. Georg. Multa forè quæ mox cœlo properanda sereno. Maturare datur. Nonius, Festinare & properare veteres diuersa significant. Cato, Qui vnum quid maturè transigit, properat: qui multa simul incipit, nec perficit, festinat. Verùm vtraq; verborum ratio sub hac significantia proximè est veritati, vt sit sæpe animi properare, studiosè ad res aliquas contendentis: festinare, eorporis necessitati obsequentis. Virgil. lib. 4. Aeneid. Et medijs properas Aquilonibus ire per altum. Et lib. 2, Festinate viri: nam quæ tam sera morantur. Segnities? Hæc Nonius. ¶ Huius composita sunt Appropero, Depropero, & Impropero, quorum significata suis locis.

Properatio, onis. Idem quod festinatio. {σπουδή. Ital. *Fretta.* Gal. *Haste, empressement.* Hispa. *Prissa.* } Cicc. lib. 2. Epist. Sed ad properationem eamem hastiuæ. Hispa *Prissa.* } Cicc. lib. 2. Epist. Sed ad properationem meam nouihil interest non expectare donec ad locum venias. Cicero Titinij, lib. 16. Epist. Nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet & properatione.

Properatò, aduerbium, Festinanter, præpropere. {σπουδῇ. Ital. *Frettolosamente.* Gal. *Hastivement.* Hisp. *Apressadamente.* } Tac. lib. 13, Neque nimis properatò Narcissus Claudij libertus ad mortem agitur. ¶ Properatò opus est, pro Properare. Cicc. pro Mil. Primùm erat nihil cur properatò opus esset.

Properantia, æ. Festinatio. {σπουδή. Ital. *Esso affrettarsi.* Gal. *Hastiueté.* Hispan. *Aguella voiesse.* } Sall. in Iug. Neq; ex tanta properantia tam facilè tractum bellum socordia magis, quàm dolo crederent.

Properatim, pen. prod. aduerbium, Celeriter. {σπουδῇ. Ital. *Frettolosamente.* Gal. *Hastiuement.* Hisp. *Apressadamente.* } Cæcilius, Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Nonius.

Properanter, aduerbium factum à participio properans, Idem quod festinanter. {σπουδῇ. Ital. *Frettolosamente.* Gal. *Hastiuement.* Hisp. *Apressadamente.* } Accius Thelepho. Remisq; nisi properanter nauim in fugam trahant. Luci. lib. 5. Vt quandeò properanter ab omnibus ignibus eius.

Properiter, {σπουδῇ. Ital. *Frettolosamente.* Gal. *Hastiuement.* Hisp. *Apressadamente.* } Catullus, Animula miserrima properiter abit Pacuuius Teucro, vt citat Nonius. Mihi classem imperat Thessalum, nostrámque in alium vt properiter deduceremus.

Properus, a, um, pen. cor. Idem quod celer. {σπουδαῖος. Ital. *Presto, veloce.* Gal. *Hastif, soubain, leger.* Hisp. *Presuroso, ligero.* } Plautus. Properam video ancillam venientem huc properus. Tacitus lib. 11. Si præuenirent Claudium, vt insidijs incautum, ita iræ properum. Cutius properus, Ouid. Epist. 16. Gressus properus. Val. Flac. 4. Argon. Pede propero sequitur ducem, Catullus. Oblatæ occasionis propera. Tacit. lib. 12. de Aggripina. Hinc fit Properior, properrimus, & compositum Præproperus.

Propere, aduerbium, Celeriter. {σπουδαίως. Ita. *Presto amente.* Gal. *Hastiuement.* Hisp. *Apressuradamente, presto* } Sallustius. Tum properè Cōsul ducit exercitum. Virg. 6. Aene. His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ.

PROPERTIVS, Elegiarum Poeta ex Mecœnatis oppido oriundus, quod in Vmbria est, vt ipse autor copiosè testatur. Sunt qui scribant eius patrē Equestri dignitate ornatū ac Triumuirali potestate fuisse. Cum inter eos cōnumeratum qui L. Antonium secuti, Perusia capta ex Octauij Cæsaris autoritate ad aram Diui Iulij perducti ibidē occisi fuerūt. Illud omnino constat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis, Romam se recepisse, quum patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset: quod illis versibus apparet, Aspice me, cui parua domus fortuna relicta est, Nullius & antiquo Marte triumphus avi. Ex Crinito.

Propetro, as, pen. corr. Est mandare vt aliquid perficiatur, tette Festo. Accius. Age verò, propetra quod cœpisti fieri.

Propexus, vide PROPEXVS.

Profanus, vide PROFANVS.

Propheta, æ, & Prophetes, æ, masc. gen. {προφήτης. Ital. *Profeta.* Gal. *Prophete.* Hisp. *El prophera dela verdera.* } Qui futura prænuntiat à se primùm intellecta. Nam qui spiritu pythonico, aut furore correpti, futura prædicunt, Prophetarum nomen non merentur. Veteres (vt inquit Festus) antistites fanorum, oraculorumque interpretes, prophetas dicebant. Huius fœminiuum est Prophetissa, mulier diuino instinctu futura prædicens. προφῆτις.

Prophetia, æ, {προφητεία. Ital. *Profetia.* Gal. *Prophetie.* Hisp. *Profecia* } Est inspiratio, vel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili veritate denuntians.

Propino, nas, pen. prod. {προπίνω. Ital. *Porger bever ad alcuno.* Gal. *Boire à quelqu'vn, l'inuiter à boire ou beuure.* Hisp. *Dar à beuer dele que beuiste* } Præbibo, poculum prægusto, & deinde alteri trado. Plaut. in Cure. Propino magnum poculum, ille bibit. Quæ consuetudo inde initium habuit, quòd Græci in solennioribus comporationibus quas philotesias appellabant, aurea argenteá q; pocula proferri, & vino impleri inbebant: eáque prægustata, cui vitium esset, dono offerebant. *Hesiodus*, inquit Pindari interpres, *in vno pocu[lo] duas mensuras vini Cnidij & vnam Thasij miscebat.* Cic. 1. Tuscul. Quo fomite reddito arridens Propino, inquis, hoc pulchrè Critiæ, qui in eum fuerat terterrimus. Græci enim in conuiuijs solebāt nominare cui poculum traditurī essent. Mart. lib. 6, Nemo propinabit Calliodore tibi. Iuuen. Satyr. 5. —quando propinat Virro tibi? Propinare salutem. Plaut. Stich. Propino tibi salutem plenis faucibus. Demosthenes eos qui patriam produnt, προπίνειν ἐθέλειν χρῆναι, hoc est propinare hostibus dicebat. ¶ Interdum est simplicitèr porrigere. Terent. in fine Eunuc. Hunc comedendum, & deridendum vobis propino. Plin. lib. 20, Quidam ad vulnæ dolorem radicem cum vino dulci propinant.

Propinatio, onis. verbale, Actus ipse propinandi seu præbibendi. {προπόσεις. Ital. *Esso porgere à bere ad alcuno.* Gal. *Inuitement à boire.* Hisp. *Aguella obra de dar a beuer esse.* } Seneca de Benefic. cap. 11. Ego ab eo beneficium accipiam, à quo propinationem acceperim? non fiam?

Propinator, oris. προπώτης. Ouid. 1. de Arte, Inde propinator nimiū quoq; multa propinet.

Propinquus, a, um. Quod propè est. {πλησίος. Ital. *Propinquo, vicino.* Gal. *Prochain, voisin.* Hisp. *Cercano como quiera.* } cui opponitur longinquus. Terent. in Eun. Ex meo propinquo iure hoc capio commodi. ¶ Nonnunquam idem est quod consanguineus, vel sanguine coniunctus. ἐ ἐγγὺς ἢ ξένος, ἐ κατὰ γένος προσήκων. Cic. ad Cæl. lib. 2. Epistо. Virginius propinquus suus, familiarissimus noster.

Propinquitas, atis, Modò sanguinis connectionem significat. {ἐγγύτης. Ital. *Propinquita.* Gal. *Prochainté, voisinté.* Hisp. *Cercanidad de parentesco ó de lugar.* } Cicc. de Amic. Adscisčantque sibi quasi propinquitate coniunctos, atque natura. Modò loci vicinitatem. Idem 3. Offic. Nimis enim imminebat propter propinquitatem Atgina Piræeo.

Propinquè, aduerbium. {πλησίον. Ital. *Propinquamente.* Gal. *Tout auprez.* Hisp. *Cercanamente.* } Plaut. in Truc. Atat eccam adest propinquè, &c.

Propinquo, as. propinquus fio, aut propè accedo. {ἐγγίζω. Ital. *Auicinarse.* Gal. *Aprocher.* Hisp. *Acercar algo.* } Virg. 2. Aen. Iamque propinquabam portis, omnémque videbar Euasisse viam. Ibidem. —Nate exclamat, fuge nate, propinquant. Idem 9. Aeneid. —nam lux inimica propinquat. A quo fit Appropinquo, de quo suprà, προσεγγίζω.

Propior, Vide PROPE.

Propitius, a, um. Placidus, fauénsque: à propè, & ito, itas, vt quidam aiunt {ἵλεως. Ital. *Propitio, fauorevole.* Gal. *Propice, fauorable, apaisé.* Hisp. *Fauorable.* } Nam qui nobis fauent, prope nos ire consueuerunt. Vel dicitur Propitius, quasi prorsus pius: aut porrò, id est valde pius, autore Nonio. Plaut. in Merc. Tam propitiam reddam, quàm quum propitia est Iuno Iouí. Idem Amph. Et tibi, & tuis omnibus propitios cœli cultor aduenit. Cic. pro Cælio, Huic homini ego fortasse, & pauci. deos propitios, plerique autem iratos putabant. Idem in Epist. ad Octauium, Perque fortunam populi Romani, quæ quanquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia.

Propitio, as, siue Propitior, aris. Propitium reddo, placo. {ἱλάσκομαι. Ital. *Placare.* Gal. *Apaiser.* Hisp. *Hazer à otro fauorable.* } Plaut. in Pœn. Illud faciet, nisi te propitio. Suet. in Otho. cap. 7, Per omnia piaculorum genera manes Galbæ, à quo deturbari, expellique se viderat, propitiare tentasse.

tentasse. ¶ Propitiare aliquid, pro conciliare, seu dare. Curt. lib. 4, Ille capite velato verbenas manu præferens, precibus Regis, Ioue Mineruaque victoriam propitiante. ¶ Propitiare animi solicitudinem, est leuare. Plin. lib. 28. cap. 2, Alius saliua post aurem digito relata, solicitudinem animi propitiat.

Propitiabilis, inquit Nonius, Id est pronus ad propitiandum. ἱλαστὸς. Ennius, Animus huic est propitiabilis. ¶ Propitiabilis hostia, id est apta propitiationi.

Propitiatorium, rij, Quod nobis aliquem propitium reddit, placidum, & fauentem. ἱλαστήριον. Erat & tabula quædam, qua cooperiebatur arca Testamenti: de qua in Exodo legitur, Facies & propitiatorium de auro mundissimo.

Proplastice, es. §προπλαστικὴ Ital. *Arte di fare con terra imagini di relieuo.* Gal. *Art pour faire mouſles ou patrons pour faire images enleuees.* Hiſp. *Arte para hazer imagines de barro.* § Ars faciendi typos ex argilla, cerâue, quos in æneis, marmoreisque operibus artifices sibi proponunt imitandos. Ponitur & figuratè pro ipsis typis. Plin. lib. 35. cap. 12, Arcesilai proplasticen pluris venire solitam constat ab artificibus ipsis, quàm aliorum opera.

Propnigeon, §προπνιγεῖον. Ital. *Bocca del forno.* Gal. *La gueule ouuerte d'vn four ou d'vne fournaiſe.* Hiſp. *Boca del horno.* § Os fumi, siue præfurnium. Græcis enim πνιγεὺς, furnum significat, siue caminum: ἀπὸ τοῦ πνίγω, hoc est à suffocando, quòd ignis in eo suffocetur. Plin. Epist. 42, Adiacet vnctorium hypocauston, adiacet propnigeon balinei.

PROPOETIDES, προποιτίδες, Puellæ fuerunt Cypriæ, ex Amathunte vrbe, quæ quòd Veneris numen aspernarentur, ab irata dea adeò percitæ sunt libidinis desiderio, vt corpora passim in triuiis prostituerêt: vnde factus est locus fabulæ, Propœtides in saxa fuisse mutatas, quòd abiecto omni pudore, velut saxa induruissent. Ouid. 10. Metam. Sunt tamen obscœnæ Venerem Propœtides ausæ Esse negare deam: pro qua sua numinis ira Corpora cum forma primò vulgasse feruntur: Vtque pudor cessit, sanguisque induruit oris, In rigidum paruo silicem discrimine versæ.

Propola, æ, pen. prod. §μεσιτὴς κάπηλος, προπώλης. Ital. *Riuenditore.* Gal. *Reuendeur & regratier* Hiſp. *El regaton que compra para reuender.* § Negotiator, qui merces præemit minoris, vt postea pluris vendat: πρὸ enim antè, πωλέω vendo. Cicero contra Pisonem, Pistor domi nullus, nulla cella, panis, & vinum à propola, atque decuppa.

Propolis, huius propolis, pen. corr. §προπώλις. Ital. *Materia como cera, trouata al buſo doue le api entrano nel ſuo alueo.* Gal. *Vne matiere comme cire à l'entrée des lieux ou les mouſches font leur miel.* Hiſp. *El betun delas colmenas.* § In apum operibus dicitur tertium cetæ fundamentum, ex crassiore, tenacioréque constans materia, frigoris, iniuriæque omnes aditus obstruens, fauósque stabiliens. Plin. lib. 11. cap. 7, Prima fundamenta operis, comosiu vocant periti: secunda, pissoceron: tertia, propolin inter coria, cerâsque magni ad medicamina vsus. Nigra crusta est prima, saporis amari. Pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu dilutior. Cetæ initium plerunque è mitiore gummi. Propolis crassioris iam materiæ, additis floribus: nondum tamen cera, sed fauorum stabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur, odore etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtantur. Idem lib. 24. cap. 8, Populi ferunt in foliis guttam ex qua apes propolin faciunt.

Propono, nis, sui, situm, Interdum idem est quod ad comedendum appono. §προσφέρω. Ital. *Proporre, proponere.* Gal. *Propoſer, mettre au deuant.* Hiſ. *Anteponer.* § Plin. lib. 10. cap. 50, Cœnarum interdictis inuenio exceptum, nequid voluerum proponeretur, præter vnam gallinam. ¶ Aliquando in publico ponere. Plin. lib. 35, Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus. ¶ Aliquando ante oculos ponere. Cic. de Inuent. Qui leges scribunt, vtilitatem Reipublicæ proponere sibi debent. Idem lib. 1. Epist. Omnibus propositum esse debet cum dignitate otium. ¶ Interdum exponere, & obiicere. Cic. Titio, lib. 5. Epist. In animo habere debemus, homines nos vt esse meminerimus ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra. ¶ Proponere præmium, est in medio ponere vt fiat victoris, aut promerêdis. Cicero, Quis est qui tantis propositis præmiis nó excitetur? ¶ Proponere item Oratores dicuntur, quum ea de quibus dicturi sunt, paucis antè enumerant. Cic. de Claris Orat. Curio quum tria proposuerat, aut quartum addebat, aut tertium quærebat. Idem pro Lege Man. De tribus enim quæ proposui, hoc extremum est. ¶ Proponere animo, est constituere, & deliberare. προσπορίζομαι. Seneca, Id in primis animo proponendum, vt recte viuamus.

Propositio, onis. § Ital. *Propoſitione.* Gal. *Propoſition.* Hiſp. *Propoſicion* § A Rhetoribus appellatur ad cuius probationem omnia diriguntur argumenta. Solent enim oratores breuiter proponere id circa quod totius negotij cardo versatur, idque deinde argumentis confirmare. Autor ad Herennium lib. 2, Propositio dicitur per quam ostendimus summatim quid sit quod probare volumus. Cic. de Inuent. Propositio est per quam breuiter locus is exponitur, quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis. Recentiores Dialectici propositionem vsurpant, pro oratione significatiua veri vel falsi, quam Cicero Enuntiationem, siue Pronuntiatum, Græci ἀξίωμα appellant.

Propositum, ti. Dicitur quod mente statutum est, & intentio hominis. §προαίρεσις σκοπὸς, πρόθεσις, διάνοια. Ital. *Propoſito, intentione.* Gal. *Propos, deliberation, intention.* Hiſp. *El propoſito que ſe antepone.* § Plinius, Hoc ei propositum erat, vel superare, vel cedere. Ouid. 10. Metam. Propositique tenax, quodcunque est, orat vt ipsi Iudicet. Venustè autem dicimus, Quempiam auerti à proposito: Declinare à proposito: Egredi à proposito: Fugare aliquem à proposito alicuius rei: Aliquid ad propositum pertinere. Exempla passim occurrent studioso.

PROPONTIS, Propontidis, προποντὶς. Vulgò *Mare di S. Georgio.* Vno nomine dicitur totum illud mare quod ab Hellesponti angustiis ad Thracium vsque Bosphorum protenditur. Nam Geographi primas angustias maris Ægæi se coarctantis, Hellespontum vocant. Inde expatiatur æquor: quæ laxitas, Propontis appellatur. Vbi iterum in arctum coit, & stringitur, illæ angustiæ Bosphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterum effunditur, Pontus Euxinus, qui curuatur in figuram Scythici arcus committitur ostio Mæotidis paludis: idque ostium, Cimerius Bosphorus vocatur.

Propontiacus, ca, cum, προποντιακός. Ouid. lib. 1. Fast. Hinc que Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

Proportio, onis, Est duarum rerum inuicem facta comparatio. §λόγος, ἀναλογία. Ital. *Proportione.* Gal. *Proportion meſure pareille.* Hiſp. *Proporcion entre dos coſas.* § Cic. de Vniuers. Id optimè assequitur, quæ Græcè ἀναλογία, Latinè (audendum est enim, quoniam hæc primum à nobis nouantur) comparatio, proportióve dici potest. Idem 6. Verr. Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos pecæ qua proportione cætera.

Propositio, Vide PROPONO.

Proporro, Vlterius, vel præterea. πόῤῥω οὐδέν. Lucret. lib. 2, Et sibi proporrò quæ sint primordia quærunt.

Proprætor, toris, Qui Prætoria autoritate extra ordinè ad prouinciam administrandam mittebatur. ἀνθύπατος. Cic. 2. de Diuinit. Quàm multi anni sunt, quum bella à Proprætoribus, & Proconsulibus administrantur.

Proprius, a, um, A prope fit: & dicitur quod peculiare est vniuscuiusque. §ἴδιος. Ital. *Proprio, particulare.* Gal. *Propre & particulier à chacun.* Hiſp. *Proprio.* § Hoc enim maximè propè est quod proprium est. Virgil. 7. Aen. Hunc mihi da proprium virgo sata Nocte laborem. ¶ Aliquando accipitur pro stabili, diuturno. Sisen. At qui metu, & suspicione propriam habere quietem non poterat. Plautus, Atque illum amatorem tibi proprium futurum vita. Id est perpetuum. Virgil. 6. Aen. -propria hæc si dona fuissent. ¶ Dicimus eleganter, aliquid proprium esse oratori, vel epistolæ: hoc est quod maximè obseruari debet, & conuenit oratori aut epistolæ. Cic. ad Quint. Fratrem, Hoc est epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, &c. ¶ Dicimus quoque aliquid esse proprium alicuius: hoc est illi ascribi, per translationem. Cic. pro Rosc. Amer. Quicquid maleficij, sceleris, cædis erit, proprium id Rosciorum esse debebit. ¶ Proprium & Commune contraria. Cic. in Cato. Maio. At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. ¶ Construitur cum genitiuo, vt patet ex superioribus exemplis: & cum datiuo. Quintil. lib. 1, Propria est nobis mentis agitatio, atque solertia.

Proprietas, atis. §ἰδιωτικὸς, ἰδιότης. Ital. *Proprietà pertenesciente à cualcuno.* Gal. *Proprieté & appartenance de quelque choſe.* Hiſp. *Propriedad.* § Cic. in Acad. Singularum rerum singulæ proprietates sunt.

Propriè, Quod est peculiariter. §ἰδίως, κυρίως. Ital. & Hiſ. *Propriamente.* Gal. *Proprement.* § Cic. de Orat. Quàm propriè de vnoquoque dixit.

Propritim, pen. prod. Antiqui dicebant pro propriè, teste Nonio. ἰδίως. Lucr. lib. 2. Quid igenus humanum propritim de quibus auctum est.

Propter, Præpositio est causam significans: quæ nonnisi separata legitur. §διά. Ital. *Per appreſſo.* Gal. *A cauſe, auprez.* Hiſp. *Por cerca.* § Cicero ante exilium, Non turpitudine vitæ, non pro magnitudine scelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam, pœnam iure & lege persoluo. Virgil. 4. Aen. Te propter Libyæ gentes, Numidúmque tyranni Odere, id est tui causa. ¶ Aliquando idem significat quod prope. Terent. in Adel. Nimium istóc abisti, hic propter hûc assiste. Ouidius, Propter humum volitat, pouitque in sepibus ouа. Lucretius, -rum portam propter aheна Signa manus dextras ostendunt attenuar. ¶ Sine casu positum, migrat in aduerbium. Cic. 6. Verr. Etenim propter est spelunca quædam.

Propterea, Significat ob eam causam: sicut quapropter, propter quam causam. §διὰ τοῦτο, τούτου χάριν. Ital. *Perciò.* Gal. *A ceſte cauſe, pourtant, pource.* Hiſp. *Porende.* § Terent. in Andr. Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror. ¶ Propterea quòd, idem valet quod ideo quia. διὸ ὅτι. Cic. 1. Acad. Si notionem veri & falsi, propterea quia non possint internosci, nullam habemus.

Propudium, Rem pudendam significat, teste Budæo: quasi porrò, id est vnde pudendum, vel à quo pudor, & pudicitia procul sint, §τὸ αἰσχρὸν τὸ αἰσχύνη. Ital. *Ordura, bruteza, infamia.* Gal. *Ordure, vilenie & vfamie.* Hiſpan. *Infamia vergonçoſa.* § Propudia virorum, apud Plin. lib. 28. cap. 8. Plautus quoque meretriculam propudium vocat.

Propudiosus, a, um, Cuius nos meritò pudeat. §ὁ τὰ αἰσχρὰ γὰρ, αἰσχροποιὸς, αἰσχυντηλὸς. Ital. *Infamato ſcacciato.* Gal. *Eſhonté, vi ant, infame.* Hiſp. *Coſa aſſi infamada.* § Sidonius, Igitur hic proximè abrupto contubernio ancillæ propudiosissimæ, cui se totum consuetudine obscœna addixerat. Id est impudicissimæ. Gell. lib. 2. cap. 7, Sed enim si imperet vxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam.

Propugno, as, Pugnando defendo: protego. §ὑπερμάχομαι, προμάχομαι. Ital. *Defendere* Gal. *Defendre, combatre à l'encontre.* Hiſpa. *Defendir peleando.* § Plin. lib. 12. cap. 19, Casia circa paludes, propugnante vnguibus diro vespertilionum genere, decutitur. Cic. 1. Offic. Propugnare pro æquitate. Idem pro Rabir. Testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus ac pro patriis sanis atque delubris propugnandum putare. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est verbis, vel oratione, commoda, vel dignitatem alicuius defendere. Cic. 1. de Inuent. Qui verò ita se armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, verùm propugnare possit, &c.

Propugnator. §ὑπερμάχος, ὑπερασπιστής. Italicè. *Defendutore.* Gal. *Defendeur.* Hiſpan. *Defendedor aſſi.* § Liu. lib 4, Quid à vobis speretur, an honores, quos aduersariis vestris potius, quàm Reipublicæ propugnatoribus datis: Cæs. 7. belli Gal. Nec ille prius est à propugnatoribus vacuus relictus locus.

Propugnatio, onis, verbale. §ὑπερμάχησις. Ital. *Diffeſa.* Gal. *Defenſe.* Hiſpa. *Defenſion.* § Cic. Licinio, lib. 5, Susceptique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.

Propugnaculum, culi, est arx, vel moles, aut alius locus munitus, propugnandæ, hoc est defendendæ vrbi, vel castris idoneus. §προτείχισμα, ἔπαλξις. Ital. *Defenſione, baſtione.* Gal. *Vn boulouart & forteresſe.* Hiſp. *La torre para defender.* § Virgil. 4. Aeneid. -& propugnacula bello Tuta parant. Cicero pro Font. Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum ciuium, specula populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum.

Propulso, Vide PROPELLO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROPYLÆVM, læi, προπύλαιον, Latinè vestibulum, vel porticus quæ est ante domum. Cicer. lib. 2. Offic. Phaleræus Demetrius qui Periclem principem Græciæ vituperabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa Propylæa profuderit. Plin. lib. 35. cap. 10. Protogenes quum Athenis celeberrimo loco Minervæ delubro propylæum pingeret, adiecit paruulas naues longas in his quæ pictores parerga appellant.

Proquæstor, oris, Qui Quæsturam extraordinariâ gerit, siue qui Quæstoris autoritate accepta mittitur in aliquam regionem. {ἀντὶ ταμίου. Ital. *Chi con autorità di camarlengo governa vna prouincia.* Gal. *Proquesteur, lieutenant de questeur.* Hisp. *Questor en lugar de otro questor.*} Cic. in Acad. Nec verò inconte ætate solum, sed & Proquæstor aliquot annos. Idem 4. Acad. Quum Alexandriæ Proquæstor essem.

Prora, æ. {πρῷρα. Ital. *Prora, proua* Gal. *Le deuant d'vn nauire, la proue.* Hisp. *La prora de la naue.*} Anterior pars nauis. Liu. 4. belli Pun. Ferrea manus firmæ catenæ illigata, quum iniecta proræ esset. &c. Virg. 5. Aen. -sed cæca Menœtes Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas. Idem 5. Aeneid. -illisa prora pependit. ¶ Prora & puppis, prouerbiali metaphora dicitur de eo in quo negotij totius cardo vertitur. Cic. ad Tiron. lib. 16. hanc paræmiam refert his verbis, Mihi prora & puppis (vt Græcorum prouerbium est) fuit à me tui dimittendi, vt rationes meas explicares. Vide Erasmum in Chiliadibus.

Proreta, æ. pen. prod. Dicitur qui custos est, & gubernator in nauis prora. {πρωρεύς. Ital. *Gouernatore à prora.* Gal. *Le gouuerneur de la proue.* Hispa. *Regidor dela prora.*} Plaut. in Rud. Si tu proreta isti nauis es, ego gubernator ero.

Proreus, {πρωρεύς. Ital. *Gouernatore à prora* Gal. *Le gouuerneur de la proue.* Hisp. *Regidor de la prora.*} nomen duarum syllabarum. Idem significat quod proreta: qui scilicet proram gubernat. ¶ Est etiam nomen proprium nautæ, apud Ouid. 3. Metamor.

Prorepo, pis. pen. prod. Vltra repo, vel sensim in lucem prodeo. {ἐξέρπω. Ital. *Sorgere, saltar fuori.* Gal. *Sourdre, sortir ou ramper hors.* Hisp. *Saltar à fuera.*} Colum. lib 3. cap. 10. Illæ fertiles ac firmæ, quia è tenero prorepunt: & quicquid ad eas peruenerit alimenti, indiuiduum est. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. Quum prorepserunt primis animalia terris.

Proreta, & Prorcus, dissyllabum. Vide PRORA.

Proripio, is. pen. corr. Subduco, vel subtrahо. {ἐκπηδάω, ἐξάγω, ὑπεξάγω ἑαυτὸν, ὑποχωρέω. Ital. *Fuggire, sottraggersi.* Gal. *Fuir, se soustraire.* Hisp. *Huyr, arrebatarse, arrebatar.*} Liu. 2. belli Pun. E manibus sacrificantium quum sese proripuisset. Sallust. in Catil. Deinde domum se ex curia protipuit. Virgil. 3. Aegloga, -quò nunc se proripit ille? Idem 6. Aen. Tandem proripuit sese, atque inimica refugit In nemus vmbriferum. ¶ Ponitur aliquando pro rapere. Cic. 7. Verr. Deinde iubet vndique hominem protipi, vehementissimèque verberari.

Prorito, as. pen. prod. Significat prouoco. {προκαλέω. Ital. *Prouocare.* Gal. *Prouoquer, inciter, stimuler.* Hisp. *Prouocar ò estender ò affomar.*} Colum. lib. 10. Vt Pelusiaci protitet pocula zythi. ¶ Ponitur aliquando pro allicere, inuitare. Columella lib. 2. cap. 10. Liui semen, nisi magnus est in ea regione quam colis prouentus, & pretium proritat, ferendum non est. Idem lib. 3. cap. 2. cum hoc iungit & inuitare.

Prorogo, as. pen. corr. Prorraho, prolongo. {προτείνω, ἀναβάλλομαι. Ital. *Prolongare.* Gal. *Prolonger, proroger.* Hisp. *Estender ò dilatar el tiempo.*} Cicero Appio. lib. 3. Illud pugna, & cauere, nequid nobis temporis prorogetur. Plaut. Amphit. Spes prorogatur militi in alium diem. Claudia 7. Paneg. Prorogat æternam fecitas tibi Punica famam. Imperium prorogare, est noua rogatione in longiora tempora proferre. Cic. ad Qu. Fratrem lib. 1. Quòd si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti prorogatum Imperium viderem, tremerem animo, &c.

Prorogatio, onis. verbale. {ἀναβολή. Ital. *Prolongamento.* Gal. *Prolongement.* Hisp. *Estendimiento, prolongacion.*} Liu. 8. ab Vrbe. Duo singularia hæc ei viro primùm contigere: prorogatio Imperij, non antè in vllo facta: & acto honore triumphus. Cicero pro Muræna. Confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis Manilię, æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum.

Prorsus, & Prorsum, aduerbia. Idem significatia quod omnino. {πάντως, ἀπλῶς, παντελῶς. Ital. *Al tutto, affatto.* Gal. *Du tout, tout allement, tout outre.* Hisp. *Del todo.*} Cice. in Tusc. Prorsus hæc diuina sunt. Terent. Eunuc. Ego nesc' obtecle neque vnde eam, neque quorsum eam: ita prorsum oblitus sum mei. Idem And. Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo. ¶ Interdum ponitur pro recte, & verè, vt ait Donatus. Terent. in Adel. Eo pacto prorsus illic alligaueris filium. ¶ Quòdo verò nomen est, significat rectum. Vnde Prorsi limites dicuntur in agrorum mensuris, qui ad Orientem directi sunt, vt ait Festus. ¶ Ponitur aliquando Prorsus aduerbium pro eo quod vulgò *generaliter* dicitur. Cic. ad Marc. lib. 4. Veniet enim mihi crede, expectatus, neq; solùm nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus. ¶ Ponitur aliquando pro eo quod est Rectà ad locum aliqué. Plautus in Milite, Prorsum Athenas protinus abibo tecum. Idem in Pseud. No prorsus, verùm in transuerso cedit, quasi cancer solet. Terent. in Hecy. Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. Vbi Donatus, Rursum proprie retrò, prorsum autè significat.

Prorumpo, is. Idem quod rumpo, effringo. {ἐκρήγνυμι, ἀναῤῥήγνυμι. Ital. *Rompere.* Gal. *Rompre.* Hisp. *Romper.*} Cæsar lib 4. Celeriter ad eas munitiones peruenerunt, atque proruptis his, prius in hostium castris constiterunt, quam planè ab his videri, aut quid rei gereretur, cognosci posset. Virgil. lib. 1. Georg. Rursus in obliquum verso prorumpit aratro. ¶ Ponitur & absolutè pro eo quod est proruere, hoc est cum impetu progredi. {Ital. *Intrare con empito.* Gal. *Entrer par force & violence, sortir impetueusement.* Hisp. *Entrar ò salir con impetu.*} Cic. pro Murę. Catilina prorumpet, quâ minatur: in agros suburbanos repentè aduolabit. Idem pro Sextio, Hoc cogitare, Iudices, eò prorumpere hominum audaciam, vt [illegible]nte pedes vestros exdes futuræ sint. ¶ Quandoque est emittere, fine euomere. Vnde Proruptum, effusum, fluéntque. Virgil. 1. Aen. Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti. Et lib. 3, Interdúmque atram prorumpit ad æthera nubem. Quod Seruius exponit pro euomit, asserens nouam hanc esse locutionem. Non enim dicimus, inquit, Ego prorumpo hanc rem. Hoc modo Terent. in Eunuc. vsus est verbo Erumpo. Iámne erumpere licet hoc mihi gaudium.

Proruo, is. Ruere facio proiicio, facio vt aliquid cadat. {καταβάλλω, καθαιρέω. Ital. *Far cascare, cadere con impeto.* Gal. *Getter par terre, abatre & mettre bas.* Hisp. *Mucho derribar, caer con impetu.*} Liuius, Mare fluminibus inuexit, montes lapsu ingenti prorui. Idem lib. 9. Excuti arma capiunt, dolabræ calonibus diuiduntur ad vallum proruendum, fossásque implendas. ¶ Ponitur & absolutè pro eo quod est cum impetu decidere. Valer. Flac. 7. Argon. -ille fatiscens In caput inque humeros ipsa vi molis, & iræ Prorui. ¶ Proruere se, prorumpere. Terent. Euu. Viz elocuta est hoc, foras simul omnes proruunt se, Abeunt lauatum, ita vt sit domini vbi absunt.

Proruptus, a, um, pen. corrup. participium. {κατεαγώς, ῥηγνύς. Ital. *Cascato.* Gal. *Abatu, mis par terre.* Hisp. *Cado, derribado.*} Liu. 4. ab Vrbe, Dictator proruto vallo, iam in castra prælium intulerat.

Prosa, æ, Dicitur oratio soluta, quasi profusa. {πεζὸς λόγος. Ital. *Prosa.* Gal. *Prose, oraison coulante.* Hispa. *Prosa oracion suelta de ley de verso.*} Gell. lib. 10. cap. 18, Extat nunc quoque Theodori tragœdia, quæ inscribitur Mausolus: in qua eum magis, quàm in prosa placuisse, Hyginus refert. Quintil. lib. 1. cap. 10, Sed in prosa quoque quædam iam recepta immutatio. Columella in Præfat. lib. 10 profam orationem dixit. Prosa (inquit) oratione prioribus subnectetur exordiis. ¶ Est etiam PROSA Deæ cuiusdam nomen, quæ ad impetrandum facilem partum Romæ colebatur. Gel. lib. 16. cap. 16, Quando contra naturam fortè conuersi in pedes pueri, brachiis plerunque diductis retineri solent, ægrius tũc mulieres eniituntur. Huius periculi deprecandi gratia, aræ statuæ sunt Romæ duabus Carmentibus: quarum altera Postuorta nominata est, Prosa altera, à recti, peruersique partus & potestate, & omine.

Prosaicus, a, um, adiectiuum. Plin. lib. 7. cap. 56, Prosaicam orationẽ condere primus Pherecydes Syrius instituit.

Prosapia, æ, siue Prosapies, ei, Generis series, siue progenies. {γένος. Ital. *Prosapia, stirpe, prole.* Gal. *Generation, lignée.* Hispa. *La generacion, stirpe, linaje.*} ita dicta à prosupando, vt Nonio placet, id est à proferendo. Festus à prosipando, hoc est spargendo & disseminando deductum mauult, quòd liberorum procreatione progenies propagetur. Plaut. in Curc. De Coelitum prosapia te esse arbitror. Cic. de Vniuer. vetus verbũ esse dicit: quod & Quintilianus asserit, lib. 8. cap. 2, Vt obsoletæ (inquit) venustatis vniuersam eius prosapiam dicere, insulsum.

Prosapodosis, pen. prod. ἀντανάδοσις, Figura est quam Aquila Romanus Redditionem interpretatur: quum scilicet duabus vel pluribus sententiis sua cuique ratio subiungitur. Exempla petito ex Rutilio.

Proscenium, nij, προσκήνιον. Locus erat, teste Budæo, ante scenam porrectus, vbi pulpitum excitatum erat quò actores fabularum prodirent, ita vt scena altior esset pulpito: pulpitum altius orchestra, qui locus erat saltantium. Plaut. Amph. Etiam histriones Nannico in proscenio hic Iouem inuocarunt. Liu. 10. belli Maced. Theatrum & proscenium ad Apollinis ædem, Ionis in Capitolio, &c. Virgil. 2. Georg. -Caper omnibus aris Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi.

Proscindo, dis, Idem quod scindo, vel scindendo aperio. {κατασχίζω. Ital. *Fendere, schiappare.* Gal. *Couper & inciser auant.* Hisp. *Agar barnecho, hender.*} Vnde dicimus Terram proscindi, (vt inquit Varro lib. 1. de Re rust. cap. 29,) quum primum aratur: quòd prima aratione glebæ grandes solent excitari. Quum iteratur, offringere vocant. Tertio quum arant iacto semine boues, lirare dicuntur: id est quum tabellis additis ad vomerem, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant in fossas, quò pluuialis aqua dilabatur. Colum. lib. 2. cap. 17, Antiquissimi fere omnes formã huius operis conscripsere, quam velut scita legémq; in proscindendis agris sequantur agricolæ. Virg. 2. Georg. -& validis terram proscinde iuuencis. Luca. lib. 4, Implicitas magno Cæsar torpore cohortes Vt vidit, primus raptam vibrare bipennem Ausus, & æciam ferro proscindere quercum. ¶ Proscindere aliquem, per translationem, pro infamare, contumeliis lacessere. & lacerare. Plin. lib. 36. cap. 6, Hic nanq; est Mamurra, Catulli Veronensis carminibus proscissus. Idem lib. 33. cap. 1, Vtinámque posset é vita totum abdicari aurum, sacra fames, vt celebertimi autores dixere, proscissum conuiciis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 16, Ergo summotum patria, proscindere liuor Desine.

Proscissus, a, um, participium. {κατασχισθείς, ἀροτριωθείς. Ital. *Lauorato.* Gal. *Labouré.* Hisp. *Labrado.*} vt, Proscissa terra. Virgil. 1. Georg. Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga. Id est terra quam iam arauerat. Seruius.

Proscissum, ssi, substantiuum, Pro terra proscissa. Colum. lib. 2. cap. 2, Bubulcum autem per proscissum togredi oportet.

Proscisio, onis, verbale. {ἄροσις, ἀροτρίασις. Ital. *Esso tagliare.* Gal. *Coupement & brisement de terre.* Hisp. *Obra de alçar barnecho.*} Colum. lib. 2. cap. 13, Sesami sextarij sex tribus iugis à proscissione coluntur. Idem lib. 6. cap. 2, Neve adhuc tenera colla dura proscissione terræ contundant.

Proscribo, is, Aliquid per scripturam vænale propono, & publico. {ἀποκηρύττω, ἀποδίδομαι. Ital. *Dare, porre à vendere.* Gal. *Proscrire, mettre en crieé & en vente.* Hisp. *Dar ò poner para vender.*} Vnde Proscriptum, vænale expositum: quia quæ erant vendenda, publicè scribebantur. Proscribi itaque domus dicuntur, quando appouta inscriptione, vænales, vel locandæ significarantur. Cic. lib. 3. Offic. Itaque Calphurnius quum cognouisset Claudium ædes postea proscripsisse. ¶ Item proscribere, est relegare, vel in exilium mittere. {φυγαδεύειν. Ital. *Bandire.* Gal. *Bannir.* Hisp. *Encantar, desterrar.*} Tractum ab eo quòd hi propriè proscribi dicuntur (vt Vlpianus testatur in l. Sed etsi. de instito. act.) quorum nomina claris literis, vt de plano rectè legi possit, ante tabernam, vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed euidenti scribuntur. Cicero pro domo sua, Hanc vos igitur Pontifices, iudicio atque autoritate vestra Tribuno plebis potestatem dabitis, vt proscribere possit quos velit? Quæro enim, quid sit aliud proscribere, Velitis iubeatis, vt M. Tullius in ciuitate ne sit, bonáque eius vt mea sint. Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Idem pro Roscio Amer. Quum proscriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ij qui aduersarij fuisse putabantur. Macrob. in Satur. Non est facilè scribere aduersus eum qui potest proscribere.

Proscriptus,

Universidad de Deusto

Proſcriptus,a,um, participium. {προγεγραμμένος, ἐκφανὴς ἐκθέσιμος. Ital. *Posto in vendita.* Gal. *Mis en vente.* Hiſp. *Puesto para ser vendido.*} Cic. Attic. lib. 16, Iſte locare incipit non proſcripta, neque edicta die. Idem ad eundem, lib. 12, Horti quam in diem proſcripti ſint, velim ad me ſcribas. ¶ Proſcriptus, relegatus. {ἀφορισμένος, πεφυγαδευμένος. Ital. *Bandito.* Gal. *Exilé.* Hiſp. *Deſterrado.*} Cic. 3. Verr. Lex Cornelia proſcriptum iouare vetat. Horat. 1. Serm. Saty. 7, Proſcripti regis Rupillius, atque venenum. Plinius de Sylla, Age, non exitus vitæ eius omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudeliores ſunt?

Proſcriptio, onis. Publicatio. {δήμευσις, ἀποφορά. Ital. *Proſcrittione, bando.* Gal. *Proſcription, banniſſement.* Hiſ. *Encantamiento.*} Cic. pro Flacco, Emptiones falſas, prædiorum proſcriptiones cum mulierculis aperta circunſcriptione feciſti. Idem pro Roſcio Amer. Cauete prò deos immortales, ne noua, & multo crudelior pet vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur.

Proſcriptor, oris. {ἀποφάσεων, φυγαδευτής. Ital. *Chi mette in vendita ò bandiſce.* Gal. *Qui met en vente, & crie, banniſſeur.* Hiſp. *Encantador, deſterrador.*} Plin. lib. 7. cap. 12, Adeóque tempeſtiuam admirationem intulit, vt ille proſcriptor animus, mero & contumelia furens, non aliud in cenſu mains, & io fortuna ſua duceret.

Proſcripturio, proſcripturis, pen. corr. verbum deſideratiuum. ἀποφάσεις μελετῶ, ἀποφάσεις. Cic. Att. lib. 9, Sed mediuſidius turpe nobis puto eſſe de fuga cogitare. Hoc turpe Cneus noſter biennio antè cogitauit, ita Syllaturit animus eius, & proſcripturit iandiu.

Proſĕco, proſecas, proſecui, proſectum. Idem quod ſeco. {ἀφαιρέω. Ital. *Tagliare.* Gal. *Couper, trancher.* Hiſp. *Cortar.*} Liu. 5. ab Vrbe, Qui eius hoſtiæ exta proſecuiſſet. Valer. Flac. 3. Argon. Tunc piceæ mactantur oues, proſectáq; partim Pectora, per medios pattem gerit obuius Idmon. Plaut. Pœn. Quoniam hîtare nequeo, abij illinc illico Iratus: vetuitq; exta proſecarier.

Proſecta, orum. Dicta ſunt ab antiquis viſcera quę in ſacrificiis proſecuiſſent. ἀφαιρέματα. Lucan. lib. 6, -ſi pectora plena Sæpe dedi, & lani calido proſecta cerebro. Ouid. 7. Metam. Inque vitûm ſoliti vultus mutare ferinos Ambigui proſecta lupi. Nonius, Proſecta, exta quæ aris dantur ex fibris pecudũ diſſecta. Inuenitur & in fœm. gen. Lucil. Saty. 14, Cœnam, inquit, nullam, neque diuo proſectam vllam.

Proſĕdæ, pen. prod. Dicuntur meretrices, eo quòd ante ſtabula ſedeant. ἐπ' ἐσχάρας καθήμεναι. Plaut. in Pœn. -an ibi vis inter iſtas verſarier proſedas pictorum amicas, reliquias alicarias?

Proſĕdamum, proſedami, pen. corr. Tarditas in venerem eſt, arietibus & hircis, aliiſque pecudibus prouenieus ex nimio labore. Huic morbo ruſtici medentur genere ſatyrij, quod craꝛegonon appellant, quum in cibum porrigitur. Plin. lib. 26 cap. 10, Et à Sarmatis equis ob aſſiduum laborem pigritioribus in coitu, quod vitium proſedamum vocãt.

Proſelenus, προσέληνος, pen. prod. Arcadum epitheton eſt, qui ſe φασὶ πρὸ σελήνης, id eſt ante Lunam fuiſſe gloriabantur. Statius 4. Theb. Arcades huic veteres, aſtris Lunáque priores Agmina fida datis.

Proſelytus, ti, {προσήλυτος. Ital. *Foreſtiere.* Gal. *Forain, eſtranger.* Hiſp. *Eſtrangero.*} Latinè aduena, vel peregrinus dici poteſt: à verbo Græco προσέρχομαι, quod eſt aduenio. Proſelyti Hebræis Gerim dicebantur, & propriè ij qui ex Ethnicis, legibus Moſis, & cæremoniis initiati, Iudaiſmũ profitebantur, non illi quidem gente, ſed adoptione Iudæi. Vnde eſt illud in Actis Apoſt. Iudæi quoque, & Proſelyti.

Proſemino, proſeminas, Quaſi propago, diſſemino. {διασπείρω. Ital. *ſeminare.* Gal. *ſemer.* Hiſ. *ſembrar.*} Manil. lib. 1, Semper enim ex aliis alios proſeminat vſus. Cic. 3. de Orat. Nam quum eſſent plures orti feré à Socrate, quòd ex illius variis & diuerſis, & in omnem partem diffuſis diſputationibus, alius aliud apprehenderit, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, & multum diſiunctæ & diſpares.

Proſequor, eris, Idem fere quod ſequor, vel à longe ſequor. {ἀκολουθῶ. Ital. *Seguitare, andar dietro.* Gal. *Pourſuiure, accompagner.* Hiſp. *Seguir de lexos.*} Plaut. Ciſtel. Si is hàc, aut hàc: ſaeci video veſtigium in puluere: proſequar hàc. ¶ Interdum idem eſt quod in re inſtituta pergere. Cic. 2 Offic. Sequitur vt hæc officiorũ genera proſequar. Idem in Catone, Quam palmam vtinam dij immortales tibi reſeruent, vt rui aui reliquias proſequare. Id eſt ab illo fœliciter cœpta, ad finem perducas. ¶ Aliquando proſequi, eſt cum affectu animi ſequi, habétque poſt ſe ablatiuum: vt, Proſequor te amore, odio, laude, honore, contumelia, & huiuſcemodi. ἀποφέρομαι. Cic. in Verrem, actione quarta. Iſte iratus hominem verbis vehementioribus proſequitur. id eſt infectatur. Idem Metello, Domus tua denique tota omnibus ſummis officiis proſequuta eſt. ¶ Interdum eſt quaſi deducere & comitari. Liu. 2. ab Vrbe, Decedentem domum cum fauore ac laudibus proſecuti ſunt. Cic. pro Cluentio, Podomum cum fauore ac laudibus proſecuti ſunt. Cic. pro Cluentio, Postremò etiam fortaſſis mater exequias illius funeris proſecuta, mortem ſe filij lugere ſimulaſſet. ¶ Diuerſis aliis modis vſurpatur. Plin. Epiſt. 8 Nam ſi medici, ſalubres ac voluptate carentes cibos blandioribus alioquiis proſequuntur, id eſt condiunt. Cic. lib. 1. Tuſc. Quitotum prope cælum ſue plures proſequar, nómine humano genere complectum eſſid eſt vt alios taceam. Proſequi præmio, eſt præmio afficere. Colum. lib. 1. cap. 8, Ac rurſus præmio proſequamur eos qui ſtrenuè, atque induſtriè ſe geſſerunt.

Proſerpo, is, ere, Prorepo: & propriè dracones proſerpere dicuntur, ſiue ſerpentes, qui nullis pedibus innixi, per terram deuoluuntur. {προσέρπω. Ital. *Rampare, sbrisciare.* Gal. *Couler, gliſſer, ſe trainer.* Hiſpan. *Gatear o andar.*} Plaut. in Aſin. Fac me proſerpentem beſtiam, duplicem vt habeam linguam. Idem Pœn. Qui huc aduenitſti nos captatum Magdalia, Biſulci lingua, quaſi proſerpens beſtia.

PROSERPINA, pen. corr. περσέφονη. Iouis & Cereris filia, quæ quum in campis Ennæis flores legeret, à Plutone rapta eſt. Quam quum Ceres diu fruſtra toto terrarum orbe inueſtigaſſet, tandem à Cyane Nympha rem omnem edocta, petiit à Ioue vt communem filiam ab inferis ſibi reducere liceret: quod ea duntaxat lege impetrauit, ſi nihil illa cibi apud inferos guſtaſſet. Quare quum Aſcalaphi indicio palàm factum eſſet, aliquot mali punici grana illam guſtaſſe, omnis reditus ſpes illi fuit intercluſa. Quod ægrè ferens Proſerpina, Aſcalaphum commutauit in bubonem noctis auem, & triſtium ſemper rerũ nuntiam. Poſtea tamen Ceres à Ioue dicitur impetraſſe vt Proſerpinæ ſenis quotannis menſibus ſecum apud ſuperos, & totidem apud inferos cum marito eſſe liceret. Quod Poëtarum commentum Mythologici ad Lunæ naturam referunt, (quam Proſerpinæ nomine intelligunt) quæ æquali temporis ſpatio ſuperius & inferius hemiſphærium illuſtrat. Hæc ferè Seruius in illud Virg. 1. Georg. Quamuis Elyſios miretur Græcia campos, Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.

Proſeuche, vel Proſeucha. {προσευχή. Ital. *Oratorio, preghiera.* Gal. *Oraiſon, priere.* Hiſp. *Oracion ruego.*} Obſecratio, vel oratio quæ ad Deum funditur: quaſi εὐχή, propterea quòd in orationibus ſumma attentione opus ſit: προσέχω enim attendo, vel intendo ſignificat. Iuuena. Satyr. 3, videtur ponere pro eo loco vbi precibus, vel obſecrationibus mendici à tranſeuntibus ſtipem mendicabant, vel victitabant: ait enim, Ede vbi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha. Nam in ingreſſibus pontium mendici ruguria habebant vbi à prætereuntibus mendicabant ſtipem.

Proſferari, Impetrari, inquit Nonius, verbum antiquum. Luc. lib. 16, Nec minimo proſferetur par, quòd Caſſandram ſigno ditipuit.

Proſilio, is, proſilui, proſultũ, Cum ſaltu & feſtinatione prodeo. {ἀλλομαι, ἐκπήδω. Ital. *Saltar fuora.* Gal. *Saillir hors.* Hiſp. *Saltar à fuera.*} Virgil. 5 Aen. -ſinibus omnes, Haud mora, proſiluere ſuis. Liu. 2. ab Vrbe, Prope attonitus miraculo Rex, quum à ſede proſiluiſſet. Horat. lib. 1. Epiſt. ad Mecœnatem, Ennius ipſe pater nunquam, niſi potus, ad arma Proſiluit dicenda. Vbi proſiluit, dixit pro eo quod eſt impetu & furore poëtico incitatus ſe contulit.

Proſimurium, rij. Pontificale pomœrium, vbi Pontifices auſpicabantur. Feſtus.

Proſitum, Veteres dixerunt pro propoſitum: quaſi antè ſitum. Feſtus.

Proſitium, Dicitur in ſacris quod proſectum proiicitur. Feſtus.

Proſocer, pen. corr. proſoceri, maſc. gen. qui & ſocer magnus dicitur, eſt vxoris meæ auus: ego verò illius ſum progener. {πενθερός. Ital. *Auolo di mia moglie, ò di mio marito.* Gal. *Le pere du beau pere.* Hiſ. *Abuelo dela muger ò marido.*} Ouid. Epiſt. 3. Digna nurus ſocero, Iouis, Aeginæq; nepote, Cuique ſenex Nereus proſocer eſſe velit. Plin. Epiſt. 110, Eram cum proſocero meo, eram cum amica vxoris, eram cum amicis diu deſederam, circumibam agellos, &c.

Proſodia, penultima acuta. {προσῳδία. Ita. & Hiſp. *Accento.* Gal. *Accent & ton de chaſque mot.*} Latinè accentus dicitur, qui lex eſt, ſiue regula ad acuendam, deprimendam, circunflectendámve ſyllabam, vniuſcuiuſq; partículæ orationis accommodata: & alio nomine apud Græcos τόνος dicitur. Fit autem proſodia à πρός Græca præpoſitione, quæ ſignificat ad, & ᾠδὴ cantus. Gel. lib. 3. cap. 6, Προσῳδίαι Græci, Latini accentus dicunt. Eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant. Sunt qui contendant debere ſcribi cum œ diphthongo in ſecũda ſyllaba, vt Comœdia, Tragœdia, quia eſt eiuſdem originis.

Proſonomaſia, προσονομασία, Latinè annominatio dicitur: quæ ſit ſimilitudine aliqua vocum, & vicinitate quadam verborum: vt, Quis locus aut lacus: Ex oratore arator: Deligere oportet, quem velis diligere, Amentium, haud amantium.

PROSOPON, πρόσωπον, Inſula non longè à Carthagine: cuius incolæ Proſopij dicuntur, vel Proſopitæ. Stephanus.

Proſopopœia, προσωποποιία, Perſonę confictio, quum rebus inanimatis perſonam orationémque tribuimus: veluti quum Rempubl. ipſam loquentem inducimus, aut eorum hominum qui in humanis eſſe deſierunt, tanquam viuorum & præſentium actionem, ſermonémque effingimus, defunctóſque quaſi excitamus ab inferis, & in conſpectu iudicis collocamus. Exemplum inſigne eſt illud Ciceronis in Catilinam, quo patriam ſecum expoſtulantem inducit, quòd Vrbis, quantum in ipſo fuerat, eorſorem, quem iam pridem ad ſupplicium ductum oportuerat, mœnibus incolumem emitteret.

PROSOPOPITIS, idis, προσωποπῖτις, Inſula eſt in Delta Nili, nouem ſchœnorum ambitu, vrbem habens Atarbechim, ex qua naues proficiſcuntur ad tollenda tota Aegypto boum, aliorúmve pecorum oſſa, quæ religioſè apud Aegyptios ſepeliuntur. Autor Herodotus lib. 2.

Proſpecto, proſpectas, & Proſpctus, Vide PROSPICIO.

Proſper, ra, rum, Secundus, qui dat fœlicitatem, & ſpem noſtram implet. {εὐτυχὴς, εὐόδιος. Ital. *Proſpero.* Gal. *Proſpere, qui donne proſperité & bon heur.* Hiſp. *Coſa que da proſperidad.*} Vnde Proſperos deos dicimus, & proſpera ſydera, quaſi fœlicitatem impertientia: hominem autè ipſum cui omnia ex voto ſuccedunt, fœlicem potius, quàm proſperum dicimus. Contrà, fortunam proſperam rectius dixeris, quàm fœlicem: quemadmodum & proſperam valetudinem, & proſperos exitus, vel ſucceſſus. Liu. 1. ab Vrbe, Cum bonis potius omnibus, votiſq; ac precationibus deorum, dearúmque, ſi (vt Poëtis) nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus. vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darẽt. Cic. ad Attic. lib. 9, Ego enim non iam id ago (mihi crede) vt proſperos exitus conſequar. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 3. Proſpera ſic mancat vobis fortuna, nec vnquam, &c. Cic. 3. de Natur. deor. Ad proſperam, aduerſámve fortunam, qualis ſis, aut quemadmodum vixeris, nihil interſit. Sic proſpera valetudo, apud Suetonium in Cæſare. ¶ Proſpera fama, id eſt integra, vel inuiolata. Tacit. lib. 17. Hiſto. Auguſtæ, Et proſpera de Piſone fama conſilio eius fidem addiderat. ¶ Et fœlix aliquando ponitur pro proſpero. Virgil. 1. Aeneid. Sis fœlix, noſtrúmque leues quæcunque laborem.

Proſperus, a, um, Cice. lib. 6. de Republica, Deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris.

Proſperè, aduerbium, Id eſt fœliciter, quaſi pro ſpe, ſiue ad votum. {εὐτυχῶς. Ital. *Felicemente.* Gal. *Heureuſement, à ſouhait.* Hiſp. *Proſperamente.*} Cic. 2. de Nat. deor. Magna dij curant, parua negligunt, magnis autem viris proſperè euenium ſemper omnes res. Cuius contrarium eſt Improſperè. Vide ſuo loco.

Proſperitas, atis, Fœlicitas, & ad votum ſucceſſus. {εὐτυχία, εὐπραξία. Ital. *Proſperità.* Gal. *Proſperité, bon heur.* Hiſpan. *Proſperidad.*} Cice. 3. de Finib. Vt Ariſtoteles qui virtutis vſum cum vitæ perfectæ proſpentate coniunxit. Idem 3. de Natu. deor. Commoditatem, proſperitatémque vitæ à diis habemus: virtutem deo acceptam nemo refert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prospero, as. Secundo, prosperum efficio. {Ενοδίζω, ἐυοδίαν ποιῶ. Ital. *Prosperare, felicitare.* Gal. *Donner prosperité, faire prosperer* Hisp. *Dar prosperidad à otro.* } Liu. 6. ab Vrbe. Dij manes, vos precor, veneror, veniam pero, seróque, vti pop Rom. Quiritium vim, Victoriámque prosperetis. Plaut. Perſa, -nunc & amico meo Prosperabo & genio meo multa bona faciam. Tacit. lib. 3, Sed principio literarum veneratus deos, vt consilia sua Reipub. prosperarent, modica de moribus adolescentis, &c. ¶ Legitur & prosperor deponens, pro fœlicèter cadere, ex voto succedere, sed vix alibi quàm apud Ecclesiasticos scriptores. Εὐοδόω, ἐυοδιάζω. Augustinus in Prologo operis de Ciuitate Dei, Qui res humanas ita prosperari volunt, vt ad hoc multorum deorum cultum, quos Pagani colere consueuerunt, necessariũ esse arbitrentur. Item Psal. 1, Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur.

Prospergo, is, Idem quod aspergo. {χαυδίζω, ῥαίνω. Ital. *Aspergere.* Gal. *Arrouser, espandre.* Hispan. *Derramar ò rociar.* } Tacit. lib. 15, Vnde hausta aqua, templum & simulachrum deæ prosperſum est: & lectisternia ac peruigilia celebrauere fœminæ quibus mariti erant.

Prospicio, is, Video è longinquo, procul dissitum intueor. {πρόορῶ, πρόσειμι. Ital. *Vedere da lungi, prouedere.* Gal. *Regarder de loing, pourueoir.* Hisp. *Prouer, mirar de lexos.* } Virgil. 3. Aeneid. -vastósque ab rupe Cyclopas Prospicio. ¶ Transfertur & ad animum, pro eo quod est mente præuideo, præcognosco. Cic pro Muræna, Sapiens, ac multùm in posterum prospiciens vir. Idem Attico, Eáque tempestate euersam esse Rempublicam, quam x I I I I annis antè prospexerim. Cum dativo cõiunctum significat prouideo. & commodis alicuius consulo. Terent. in Adelph. Ego iam prospiciam mihi. id est consulam, siue prouidebo. Plin. Nam & rebus illius non minus quàm meis prospiciebam.

Prospectus, ctus, Ipse prospiciendi actus. {σκόπευσις. Ital. *Prospetto, veduta.* Gal. *Regard, veue.* Hisp. *El mirar de lexos.* } Virgil. lib. 2. Geor. Non animum modò vti pascat prospectus inanem. Docet Paulus Iureconsultus prospectum ex inferioribus & ex superioribus locis esse, lumen ex inferiore loco non esse. Liu. 10. ab Vrbe, Non prospectu modò extra vallum adempto, sed propinquo etiam inter se congredientium conspectu. Impedire prospectum est quod vulgò dicũt *Visum auferre.* Cæsar 4. belli Gall. Sepibúsque densissimis interiectis prospectus impediretur. In prospectum populi producere. Cic. 3. Ver. Quum cum quem virgis ille ceciderat, in prospectum populi Romani produxit. Capere prospectum, pro considerando prospicere. Liu. 1. ab Vrbe, Inde vbi prospectu in vrbem, agrúmque capto, deos precatus, regiones ab Oriente ad Occasum determinauit.

Prospecto, as, Frequentatiuum. {πρόορῶμαι, σκοπεύομαι. Ital. *Guardar spesso.* Gal. *Regarder souuent.* Hisp. *Mirar muchos vezes.* } Virgil. 7. Aen. Turbáque miratur matrum, & prospectat euntem. Liu. 7. ab Vrbe, Stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem prospectantes, certum habe. Idem 4. belli Pun. Pars in ædium vestibulis stat, pars ex tectis fenestrísque prospectat.

Prospicientia. Cura, prouidentia. σκόπευμα, πρόνοια, ἡ. Ital. *Prouidenza.* Gal. *Prouoyance.* Hisp. *Aquella obra de mirar de lexos.*

Prospicienter, aduerbium, Prouidè, circunspectè. {εὐ προνοίως. Ital. *Prouidamente, circunspettamente.* Gal. *En prouoyant, sagement, considerément.* Hisp. *Mirando de lexos ò con mucho miramiento.* } Gell. lib. 2. cap. 29, Res salubriter, ac prospicienter animaduersas, &c.

Prospectè, aduerbium, Consultè, considerate, prouidè. εὐ προνοίως. Ital. *Consideratamente.* Gal. *Considerément.* Hisp. *Consideradamente.*

Prospicuus, Intentus, ac vigil, inquit Sipontinus: sed nullũ profert testimonium. πρόσκοπος. Ital. *Intento, vigilante.* Gal. *Vigilant, attentif.* Hisp. *Velador.*

Prospiro, as, pen. prod. Spiritum longè latéque diffundo. {ἐκπνέω. Ital. *Soffiare da lunge.* Gal. *Souffler de loing.* Hisp. *Soplar de lexos.* } Cato. Nam venæ eorũ vbi sufflatæ sunt ex cibo, non possunt prospirare in toto corpore.

Prostasis, siue prostasia, στάσις, πρόστασία, Præfectura, vel præsidentia Latinè dicitur. ¶ Est item prostasia, quum quis pro altero liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentúmque præstat. Budæus in Comment.

Prosterno, nis, In terram deiicio, profligo, protero. {καθαίρω, ἰδαφίζω. Ital. *Gettare à terra, atterrare.* Gal. *Ruer iuz, mettre par terre, abatre.* Hisp. *Derribar, echar à tierra.* } Colum. lib. 11. cap. 3, Omnem viridem superficiem intorquere, & in terram prosternere conueniet. Apul. in Asino, Puellámque reluctantem tandem prostrauit. Liu. 9. ab Vrbe, Circa viam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostrauerunt. Sallustius, Prostratísque militibus fugæ se dedit. Plin. lib. 8. cap. 9, de elephantis, Domiti militant, & turres armatorum in hostes ferunt, magnáque ex parte Orientis bella conficiunt: prosternunt acies, proterũt armatos. ¶ Abiicere se, atque prosternere, id est animum despondere, & sese nimis humiliter demittere. καθαίρειν. Cic. in Parad. Sic te abiicies, atque prosternes, vt nihil interte, &c. ¶ Prostratæ religiones, à Cicerone, 2. de legibus, dicuntur dirutæ, & euersæ.

Prosthesis, σθεσις, Figura contraria aphæresi, quam nos additionem, siue appositionem vertere possumus, qua scilicet litera aliqua principio dictionis adiicitur: vt Gnatus, pro natus. A verbo Græco προστίθημι, quod est addere, siue apponere.

Prostituo, is, Pudicitiam vænalem habeo, corpus quæstui expono. {προστίθημι, πορνεύω. Ital. *Mettere femine in guadagno.* Gal. *Abandonner à paillarder, faire l'office de maquereau ou maquerelle* Hisp. *Poner la moça al burdel y puteria.* } propriéque scortorum est, quæ mercede, sui copiam faciunt, & virorum libidini obsequuntur. Ouid. 1. Amor. Eleg. 10, Turpi tori reditu census augete paternos. Et faciem lucro prostituisse suam. Prostituere pudicitiam, est pudicitiæ suæ nullo pacto parcere, nihilque sibi turpe putare quod alterius libidini collibuerit. Sueton. de Nerone, cap. 29, Suam pudicitiam vsque adeo prostituit, vt contaminatis penè omnibus membris, virorum ac fœminarũ inguina inuaderet. ¶ Transfertur & ad alia: vt, Prostituere vocem foro, id est ex causarum actione lucrum aucupari. Ouid. Eleg. 15, Non me verbosas leges edisscere: non me Ingrato voces prostituisse foro.

Prostitutus, a, um, participium. πόρνος, ἡ. Plin. 30. cap. 2, Vtinámque inferos potius, & quoscunque de suspicionibus suis deos consulmisset Nero, quàm lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas.

Prostibulum, li, Modò locus est in quo prostrati pudoris meretrices corpore quæstũ faciunt: inde dictum quòd in eo prostent scorta. {πορνεῖον, ἑταιρεῖον. Ital. *Lueco meretricio, bordello.* Gal. *Bourdeau.* Hisp. *La puteria à bourdel.* } Modò scorti abiectissimi genus, quod omni pudore posito pro stabulis hoc est ante diuersoria sedere solebat, vt ex affluxu aduenarum, copiosiorem caperet quæstũ. {χαμαιτύπη, ἡ πανδοκεύτρια, ἡ ἐπὶ τῶν καταγωγίων ἑστῶσα. Ital. *Putana, meretrice.* Gal. *Vne putain du bourdeau.* Hispan. *Puta del burdel.* } Plaut. in Aulul. Bellum & pudicum verò prostibulum populi. ¶ Dicitur & Prostibula, læ meretrix. Plaut. in Perſa, -nam hercle si absque me Foret, & meo præsidio, hic faceret te prostibulam propediem. Festus. Alicariæ meretrices appellabantur in campis solitæ ante pistrina alicariorum versari, quæstus gratia: sicut eæ quæ ante stabula sedebant, prostibulæ dicebantur.

Prosto, prostas, prostiti, prostatum, Pudicitiam vænalem habeo, corpore quæstum facio. {ἑταιρῶ, πορνεύω. Ital. *Darsi vna femina à chi viene à lei.* Gal. *s'abandonner.* Hispan. *Estar puesta ala puteria.* } Plaut. in Cure. Hæ saltem in oculis locis prostant, vos in foro ipso. Inuen. Sat. 1, Quid referã, quanta siccum iecur ardeat ira, Quum populum gregibus comitum premit hic spoliator Pupilli prostantis? Idem, -& ad circum iussas prostare puellas. ¶ Item antè stare. Quint. Iubet prostare gladio cinctum. Anguli prostantes: hoc est prominentes, extantes. Lucr. lib. 4.

Prosubigo, gis, Suffodio. {ὑποσκάπτω. Ital. *Incauare.* Gal. *Creuser, cauer.* Hisp. *Mucho cauar.* } vt, Prosubigere terram pedibus. Virg. lib. 3. Georg. Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas.

Prosum, prodes, profui, Vtilitari sum, quasi pro aliquo sum. {ὠφελέω. Ital. *Giouare.* Gal. *Aider & seruir proffiter à aucun.* Hisp. *Aprouechar ayudar.* } Terent. in Heey. Quicquid est id quod reliquit, profuit. Id est pro nobis fuit, sicut exponit Donatus. Construitur aliquando cum accusatiuo cum præpositione ad. Liu. 2. ab Vrbe, Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, &c. Aliquando cum dativo. Cic. 4. Acad. Sed etiam vt multis prosimus, enitimur.

Prosumia, æ, Genus nauigij leuis speculatorij: quod & gesceretæ vocant. πλοιάριον. Plautus, de nocte ad portum prouectus sum prosumia. Cæcilius, Qui pro gubernatore se gerens propè vertit prosumiam.

PROTAGORAS, pen. corr. πρωταγόρας, Philosophus Abderites fuit, aut, vt alij malunt, Teius, natus Meoãdro patre. Thracum locupletissimo, qui & Xerxem aduersus Græcos proficiscentem, domo, muneribúsq; excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege potestate, eius filium Protagoram, tunc adolescentem sua disciplina erudierunt. Nam iniusso regis eam cõmunicare non licebat, propterea quòd religionem penitus subuerteret, in dubium vocãs num omnino essent dij. Quare & clàm sacrificabant Magi, ne aperta religionis professione diis seruire, aut per illos nonnihil posse viderentur. Hac itaq; disciplina imbutus Protagoras, librum quendam in hanc sententiam exorsus est. Dij sint, nécne, satis statuere non possum. Nam quum alia complura id sciri prohibeant, tum summa rei incertitudo & breuitas vitæ. Hunc itaque librum quum Athenis recitasset, à Pythodoro Polyzeli filio impietatis nomine in iudicium vocatus, & in exilium actus est, scriptáque eius publicè sunt exusta. Quúmq; sparsas toto orbe triremes Athenienſium videret, paruo se naugio credens, insulas lustrauit, vbi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpisse. Igitur Plato quum videret eum arte rhetorica intumescentem, verbáque ex poëtica plus iusto ostentantem, Dialogum in eum cõscripsit, quo mores eius & ingenium graphicè delineauit. De morte eius varia traduntur. Quidam naufragio periisse volunt, quum in Siciliam nauigaret. Alij itineris labore fatigatum in via defecisse, quum ad annum nonagesimum peruenisset. Hic primus omniũ mercede docuit, minas centum à singulis exigens. Philosophus habitus fuit parum syncerus, qui rebus omissis, verbis anxiè insisteret, captiosíque argumentatiunculis veritatem obscuraret. Hæc partim ex Philostrato, partim ex Laertio decerpsimus. ¶ Protagoras alius fuit Astrologus, in quem Euphorion Epicedium scripsit. ¶ Alius item Stoicus, Diogene Laertio autore

Protagoræus, adiectiuum, ficut à Pythagoras, Pythagoræus. Gell. lib. 5. cap. 11, Existimant quidam etiam illud Biantis viri sapientis ac nobilis responsum consimile esse, atque est Protagoræum illud de quo dixi modò.

Protasis, {προτάσεως. Ital. *Propositione.* Gal. *Proposition.* Hisp. *Proposicion.* } A Græcis dicitur quæ à Latinis enuntiatio: à quibusdam etiam propositio, & potissimùm ea quæ in disputationem vocatur. A verbo προτείνω, quod inter cætera significat, disputandum propono, siue in dubium reuoco. Aristoteles in Topicis, Protasin esse ait quæstionem quæ in vnam dumtaxat partem efferatur: vt Súntne diuitiæ bonæ? quam si in vtranque efferas partem, problema fiet: vt Súntne diuitiæ bonæ, an non? ¶ In fabulis item protasis dicebatur prima pars dramatis, teste Donato in Prolegomenis in Terentium. Vnde protaticam personam appellabant, quæ in initio fabulæ introducta explicandi argumenti causa, in tota deinde fabula nusquam apparebat. Eiusmodi est persona Sosiæ in Andria Terentiana.

PROTE, πρώτη, Insula est in mari Ionio contra Aetoliam sita, vna ex Strœchadibus. Plin. lib. 3. cap. 5.

Protego, is, pen corr. protexi, protectum, Tegendo defendo. {προκαλύπτω, περιφράσσω. Ital. *Coprire & diffendere.* Gal. *Garder, defendre, couurir.* Hisp. *Cubrir ostendiendo, defender.* } Plin. lib. 12. cap. 1, Arbor se vastis protegens ramis. Idem lib. 19. cap. 8, Primo anno stramento ab hyeme protegi. Cic pro Sylla, Ego iacentem & spoliatum defendo & protego. Ouid. 8. Metam. Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis: Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.

Protectus, a, um, partic. seu nomen ex participio. {κατακεκαλυμμένος, περιφραγμένος. Ital. *Coperto.* Gal. *Couuert.* Hisp. *Cubierto.* } Ouid. 2. Metam. Ecce venit rutilis humeros protecta capillis Eriia Centauri. Hoc est humeros habens tectos capillis. Cic. 5. Philipp. Quid sapientia? cautioribus vtitur consiliis, in posterum prouidet, est omni ratione protectior.

Protectum, ti, quod & proiectum dicitur, Pars est domus prominentes qualia sunt meniana, & podia pensilia, vnde prospectus est nobis in vicos. ἐξώστρα. Ital. *Poggiolo, poggio.* Gal. *Sonspondue, sonspente, saillie.* Hisp. *Sitio del tejado que buela.* } Dicitur autem protectum à protegendo, ficut à proiiciendo, proiectum. Nam quod alij protegere dicunt, Cicero in

Topicis

Topicis vocat, tectum proiicere. προβεβλῆσθαι. Quoniam (inquit) Pontifex Scæuola id solum ambitus ædium esse dixit, quantum patietis communis causa tectum proiiceretur, &c.

Protelo, as, pen. prod. Longè arceo, abigo, propello. ἐλαύνω. Ital. *Scacciare lontano.* Gal. *Chasser loing, getter loing.* Hisp. *Empuxar a lexos.* } à Græco aduerbio πρόσω, teste Festo, quod significat procul. Sisenna lib. 4. Hist. vt citat Nonius, Duæ cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant, Turpilius Lemniis, apud eundem, Propter peccatam pusillam indignissimè patria protelatum esse iquitia patris. Protelare dictis, idem est quod perturbare. Terent. in Phorm. Neu te iratus suis sæuis dictis protelet.

Protelum, li, antiqui dixerunt pro iugi quippiam agendi tenore. Lucil. Sat. lib. 6, vt citat Nonius, Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis ceruicibus possent. Idem lib. 12. Hunc iuga protelo malorum ducere centum non possunt. Lucret. Vndique protelo plagarum continuato, id est tenore, inquit Donatus.

Pro tempore, aduerbialiter vsurpamus pro eo quod est pro ratione temporis, vt tempus monet. κατὰ καιρόν. Ital. *Secondo il tempo, per necessità.* Gal. *Selon le temps.* Hisp. *Segun tiempo, por necessidad.*

Protendo, is, Vltra tendo. ἐκτείνω, παρατείνω. Ital. *Porgere inanzi.* Gal. *Estendre & alonger, auancer.* Hisp. *Estender antes.* } Ouid. ad Pisonē, Tu nanti protende manum, tu Piso latentem Exere. Plin. lib. 11. cap. 45, Inter digitos medius longissimè protenditur. Virg. 2. Aen. Ille humilis, supplexque oculos, dextramq; precantem Protendens. Equidem merui, nec deprecor, inquit. Idem 5. Aen. -alteruaque iactat Brachia protendens, & verberat ictibus auras. ¶ Itē profero, differo. ἀναβάλλω. Cic. ad Fam. lib. 10, Comitia tamen in Ianuarium mensem protendimus.

Protentus, a. um, participium. τεταμένος. Ital. *Teso, prolongato.* Gal. *Estendu, prolongé.* Hisp. *Estendido, prolongado.* } Virgil. 1. Georg. Hinc à stirpe pedes temo protentus in octo. Tacit. lib. 14, Et eques protentis hastis perfringit quod obuium & validum erat.

Protenus, aduerbium. Quasi porrò tenus, & longè à finibus, interprete Seruio. } πρόσω. Ital. *Lontano.* Gal. *Loing.* Hisp. *Lexos.* } Virg. Aeglo. 1, -en ipse capellas Protenus æger ago. Sic enim legit Caper, quanuis in vulgatis quibusdam codicibus Protinus, per i, legatur.

Protermino, as. Propago, fines promouendo ductum verbum. } τὸν ὅρον παρατείνω. Ital. *Prolongare il tempo, prolongare il termino.* Gal. *Prolonger le temps, prolonger le terme.* Hisp. *Dilatar en luengo tiempo, poner terminos à lexos.* } Apule. lib. 9 Fines vsq; & vsque proterm nauceris.

Protero, ris, pen. corr. protriui, protritū, Pedibus conculco. } πατέω. Ital. *Calcare con piedi.* Gal. *Fouler aux piedz, escacher.* Hispa *Hollar con los pies.* } Plautus, Ego hic te mulier, quasi sus catulos pedibus proteram. Ecio Amphitry. Fœdant & proterūt hostium copias iure iniustas. Cæsar 2. belli Ciuil. Equitatus hostium ab vtroque cornu circuire aciem nostram, & auersos proterere incipit. Idem 8. belli Gal. Partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. Ouid. 1. Metam. Quacunque ingreditur, florentia proterit arua.

Protritus, a, um, participium. } πατητός. Ita. *Calcato con piedi.* Gal. *Foulé aux piedz.* Hisp. *Hollado con los pies.* } Liu 4. belli Maced. Quod maturuerat circà demessum, & conuectum est viride: ne hostes mox haberent protritum & corruptum.

Proterreo, res, A longè terreo, vel terrore inenso abigo. ἐκφοβέω. Ital. *Spauentare.* Gal. *Effraier.* Hispan. *Espantar.* } Stat. lib. 2. Theb. Protinus idem vltro iaculo parmâque Menoeten Proterrebat ageos. Virgil. 12. Aen. Aduerso protertet equo: ruit ille recedens.

Proteruia, æ, petulantia, lasciuia. } ἀσέλγεια, ὕβρις. Ital. *Soperbia, sfacciataggine, ribalderia, Lascivia, estimatione, arrogantia.* Gal. *Fierté & arrogance.* Hisp. *Desuerguença, soberuia.* } Lucretius, Capripedes agitat cum læta proteruia Panas. Quo etiam nomine significatur sacrificium quoddam (vt testatur Macrobius) in quo mos fuit, vt siquid ex epulis superfuisset, igne consumeretur: quemadmodum Moses de agno Paschali præcepit. Hinc est iocus ille Catonis in Albidium quendam, qui quum bona sua comedisset, & nouissimè domum quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, proteruiam eum fecisse dicebat. Quod enim comesse non potuerat, id combussisse.

Proternitas, tatis, Idem quod proteruia. ἀσέλγεια. Terent. in Heaut. Quàm penè tua me perdidit proteruitas. Cice. pro Cælio, De corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de sumptibus, immensa oratio est. Horat. 1. Car. Ode 19, Vrit grata proteruitas, Et vultus nimiū lubricus aspici.

Proteruus, a, um, Petulans, procax, improbus. ὑβριστής, ἀσελγής. Ital. *Proterno, tristo.* Gal. *Fier & arrogant.* Hisp. *Desuergonçado.* } Includit enim hoc nomen lasciniam quandam, & libidinem cum superbia coniunctam, animique incontinentiam pronam ad quemuis lacessendum. Cice. pro Cælio, Si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarem siquis hanc paulo liberius salutasset. Terent. Heaut. Ne ineptus, ne proteruus videar. Cice. 5. de Finib. Et flexi, fractique motus, quales proteruorum hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt. Ouid. Epist. 6. Damnaret natī facta proterua pater. Iuuenes proterui, Horat. 1. Carm. Ode 25, Lingua proterua. Ouid. in Ibin. Oculi proterui, Ouid. Epist. 16. Manus proteruæ, Ouid. 12. Metamor. Venti proterui, Horat. 1. Carm. Ode 16.

Proteruè, aduerbium, Petulanter, procaciter, immoderatè, & superbè. ὑβριστικῶς, ὑβριστικὰς, ἀσελγῶς, ἀσελγείας, ἐπιμόρως. Ital. *Fieramente, arrogantemente.* Gal. *Fierement & arrogamment.* Hisp. *Desuergonçadamente.* } Plaut. in Rud. Quis est qui tam proteruè foribus facit iniuriam? Ouid. 1. Amor. Eleg. 4, Multa miser timeo, quia feci multa proteruè. Terentius Hecy. Ecce autem tu quoque proteruè iracundus es. Ouid. 1. de arte, Et quid dices, faciésve proteruius æquo, Credatur nimium causa fuisse merum.

Proteruiter, In eadem significatione. Ennius Pācratiaste, vt citat Nonius, Quis est qui nostris foribus tam proteruiter insultat?

Proteruio, is, lasciuio, proteruè & petulanter ago. ἀσελγαίνω, ἀσελγαστέω.

PROTESILAVS. Πρωτεσίλαος, Filius fuit Iphicli, & vnus ex Græciæ principibus qui ad bellum Troianum profecti sunt. Nam quamuis auguriis admonitus fuisset à vatibus, se primum omnium in bello Troiano periturum, si eò proficisceretur, contemptis nihilominus vaticiniis, vnà cum cæteris ducibus profectus est: quúmque omnium primus è naui in terram exisset, & in Hectorem incidisset, primus Græcorum omnium ab illo est interfectus: vnde non sine omine quodam, & futuræ mortis præsagio Protesilaus videtur appellatus. Ausonius, Protesilae tibi nomen fic fata dederunt, Victima quòd Troiæ prima futurus erat. Vxorem habuit Laodamiam, Acasti filiam, quæ quum eius interitum resciisset, hoc vnum doloris sui solatium petiit, vt mortui vmbrā posset intueri: quod quum à diis impetrasset, in illius amplexibus expirauit.

Protestor, protestaris, Ital. *Protestare.* Gal. *Prester.* Hisp. *Protestar.* } Iurisconsultorum verbum est, quo illi vtuntur pro eo quod est cauenda, & quæ fieri non debent manifestè denuntio.

Protestatio, verbale. Hoc est animi nostri declaratio, iuris acquirendi, vel conseruandi, vel damni depellendi causa facta.

PROTEVS, per duas syllabas, Πρωτεύς. Deus marinus fuit, vt Poëtæ fabulantur, Oceani & Tethyos filius. Neptuni phocas in mari pascens, idémq; vaticiniorum peritissimus, & in quamlibet formam sese transmutans: quem sic describit Virgil. 4. Georg. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor, Et iunctō bipedum curru metitur equorum. Hic nunc Emathiæ portus, patriámque reuisit Pallenen: hunc & Nymphæ veneramur, & ipse Grandæuus Nereus: nouit nánque omnia vates, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. Quippe ita Neptūno visum est, immania cuius Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas. ¶ Fuit item Proteus, Aegypti Rex, patria Memphites, qui Pheroni in regnum successit: regnauitque belli Troiani temporibus. Tradit enim Herodotus lib. 2, Patidem quum rapta Helena patriam repeteres, vi tempestatis ad Canopicum Nili ostium fuisse appulsum, captúmque à Thonī regionis eius Præfecto, ad Proteum Regē missum fuisse: qui quum ex seruis Alexandri cognouisset, mulierem quam ille secum vehebat, hospitis illius vxorem esse, absentéque viro raptam fuisse, perfidiam hominis detestatus, illum quidem triduo finibus suis excedere iussit: Helenam verò cum omnibus opibus quas ille direpta Sparta secum vehebat, Menelao integram seruauit. Expugnato itaque Ilio, quum Menelaus reuera cognouisset, vxorem eā nunquam aduectam fuisse, sed à Proteo retentam, Canobi gubernatoris ductu in Aegyptum nauigauit: qui quum ibi diem suum obiisset, Canobico ostio nomen fecit. Menelaus autem adito Proteo, vxorem suam liberalissimè ab eo habitam, cum opibus vniuersis recepit. Ad quam opinionem videtur respicere & Virgil. 11. Aeneid. quum ait, Atrides Protæ Menelaus ad vsque columnas Exulat. Quæ verò de Protei mutabilitate Poëtæ sunt commenti, ab Aegyptiorum Regum consuetudine videntur emanasse. Illis enim, teste Diodoro, mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoque verò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput vnguenta. Hæc tum ad decorem spectabant, atque ornatum: tum stuporem, ac superstitionem quandam aspicientibus iniiciebant. Vnde factus est locus fabulæ, Proteum in ea omnia quæcunque capite gestabat, solere transformari.

PROTHOENOR. Πρόθοηνωρ, Homero teste Iliad. 2, vnus ex quinq; Bœotiorum principibus, qui ad Troiam cum Græcis profecti sunt.

PROTHOVS. Πρόθοος, Tenthredonis filius, dux eorum qui ex Magnesia ad Troiam venit, teste Homero, lib. 2 Iliad.

Prothesis, πρόθεσις, Pars orationis apud Græcos, quam Latini præpositionem appellant. ¶ Est & figura contraria aphæresi, qua litera vel syllaba principio dictionis adiicitur: vt Gnatus, pro natus: tetulit, pro tulit. Hanc tamen figuram alij prosthesin malunt appellare.

Prothyma, prothymatis, πρόθυμα, Dicitur vaporatio turis, siliginis, hordei, aliarúmve primitiarum, quæ ante sacrificium fieri solebat.

Prothymia, æ. } προθυμία. Ital. *Prontezza, diligenza, animosità, accortezza.* Gal. *Promptitude, diligence, allegreté de courage.* Hispan. *Ligereza, presteza.* } Latinè promptitudo, alacritas, animi propensio. Plaut. in Stic. Vides benignitates hominum perire, & prothymias. Sic etiam πρόθυμος dicunt Græci pro prompto, alacri, & propensio. A nomine θυμὸς oxytono, quod animum, siue animositatem significat: nam θύμος paroxytonon, herbæ nomen est.

Prothyron, pen. corr. πρόθυρον, Vestibulum in priuatis ædibus, teste Vitruuio: nam vrbium, templorum, regiarúmque vestibula, propylæa potius dicuntur.

Protinus, pen. corr. Statim, sine mora. ἐξαυτίκα. Ital. *Di subito, senza demora.* Gal. *Soudainement subit, incontinent, tout de suite.* Hisp. *Luego.* } Virgil. 4. Aen. Protinus ad Regem cursum detorquet Iarbam. ¶ Quandoque accipitur pro deinceps, deinde. ἐφεξῆς, ἑπομένως. Virgil. lib. 3 Georg. Protinus aerij mellis cælestia dona Exequar. ¶ Quandoque iugiter, continuò. Virg. -traiecto missa lacerto Protinus hasta fugit, seruátque cruenta tenorem. Plin. lib. 5. cap. 9, Originem habet in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. ¶ Quandoque omnino. ἐπιπαν. Virgil. -quum protinus vtraque telius Vna foret. id est omnino vna, vel vt Seruius exponit, continua. ¶ Ponitur aliquando pro simul, siue etiam. Virgil 6. Aeneid. -quin protinus omnem Perlegerent oculis. Etenim quod statim fit, quasi simul fit, ait Valla. ¶ Aliquando pro eo quod volgò dicitur *directe & immediate*, autore Budæo. Vlpianus, Etenim parui refert protinus patrono libertus cogatur dare, an per interpositam fideiussoris vel rei personam. ¶ Aliquando pro primùm, siue à principio. Celsus, Aliquæ febres protinus à calore incipiunt. ¶ Aliquando pro vnà, eodémque tempore. Virgil 8. Aeneid. Nam memini Hesiones visentem regna sororis Laomedontiadem Priamum Salamina petentem Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines. Seruius. ¶ Quum autem additur negatio, significat non ideo: sicut fit in continuò, & statim. Quintilianus, Non autem vt quicquid præcipuum necessariò est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. ¶ Protinam veteres dicebāt in eadem significatione: quod & Festus annotauit. Terent. in Phorm. Atque hinc me cōiicerem protinus in pedes. Vbi Donatus, Protinam fuit, & sic Nigidius legit. ¶ Protenus verò per secundam vocalem in penultima, ex porro & tenus compositum, idem valet quod procul, siue vsque in locum longè dissitum. Virg. 1. Aeglo. -en ipse capellas Protenus æger ago. Sit enim legit Caper: quanuis in vulgatis quibusdam

Universidad de Deusto
Biblioteca

busdam exemplatibus protinus per tertiam vocalem legatur.

Protocolum, vnicol, pen. prod. {πρωτόκολον. Ital. *Protocolle.* Gal. *Protocole.* Hisp. *El protocolo del notario.*} Propriè dicitur illud quod breuiter, & succinctè à tabellione notatur, vt postea per otium quoties opus sit, latius possit extendi. Dictum protocolum quasi primum membrum, vel potius prima membrana. Sunt qui gemino ll scribendum velint, putántque deduci à Græco nomine κόλλα, quod nobis gluten significat: siue quòd glutine chartæ soleant conglutinari: siue quòd in glutine, seu cera per tabulas exteosa olim scriberetur. Vide ea quæ suprà annotauimus in dictione MACROCOLON.

PROTOGENES, pen. cor. πρωτογένης. Pictor nobilis fuit, patria Caunius, (est autem Caunus Cariæ oppidum, Rhodiis olim subiectum,) cuius summa initio paupertas fuit, artisque accuratissima intentio: vnde & minor fertilitas. Palmam habet tabularum eius Ialysus, qui est Romæ dicatus in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent & sitim, ne sensus nimia dulcedine obtrueret. Huic picturæ quater colorem induxit subsidio iniuriæ & vetustatis, vt decedente superiore, inferior succederet. Est in ea canis mirè factus, vt quem pariter casus & ars pinxerit. Non iudicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse, quum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) sibiipse satisfecisset. Displicebat autem ars ipsa nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longius à veritate discedere. spumáque illa pingi, non ex ore nasci: anxio animi cruciatu, quum in pictura verum esse, non verisimile vellet, absterserat sæpius, mutauerátque penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremò iratus arti quòd intelligeretur, spongiam eam impegit inuiso loco tabulæ, ex illáque reposuit ablatos colores, qualiter cura optauerat. fecitque in pictura fortuna naturam. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Iuuenalis Satyr. 3. Protogenem accipere videtur pro Græculo quopiam nobili, aut certè nobilitatis existimationem aucupante: alludens, opinor, ad vocis etymon, quo quis primo genere ortus significatur: aut certè propter ea quòd id nomen suæ ætate frequès, trimúmque esset Græcis. Non est (inquit) Romano cuiquam locus hic vbi regnat Protogenes aliquis, aut Diphilus, aut Erymanthus.

PROTOGENIA, πρωτογένεια. Nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ, Autor Aristarchus in decimum Odysseæ. ¶ Fuit præterea hoc nomine vna ex filiabus Erichthei Atheniensium Regis, quæ se pro patriæ salute iugulandas præbuerunt.

Protogonos, {πρωτόγονος. Ital. *Primogenito.* Gal. *Premier né, premier engendré.* Hisp. *Primero engendrado.*} Latinè primogenitus. Quo nomine ab Orpheo dictus est deus, quòd ante ipsum nihil sit genitū, sed ab ipso sint cuncta creata.

Protollo, is. Differo, prolongo. {ἀναβάλλω. Ital. *Differire, prolongare.* Gal. *Differer, prolonger.* Hisp. *Estender en luengo, differir.*} Gel. lib. 3. cap. 16. Neq; vltra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest. Plautus in Casina. Protollo mortem mihi. ¶ Ponitur & pro profero, siue extendo. προτείνω. Plautus in Pseud. Manum si protollet, & pariter proferto manum.

Protono, as, are, pen. corr. {προτονάω, προβοάω. Ital. *Gridare ad alta voce.* Gal. *Tonner auant, crier à haute voix le premier.* Hisp. *Tronar antes, gritar el primero.*} Val. 4. Argon. Deuolat inde furens, nec qua via curve profecti, Nec genus ante rogat, sed tali protonat ira, Incipite, ô iuuenes, &c.

Protomysta, πρωτόμυστης. Mystarum princeps. Mystæ autem sacerdotes appellantur qui mysteria, & Ecclesiæ secreta regunt, & administrant.

Protoplastus, πρωτόπλαστος. Epitheton Adami, communis humani generis parentis, quem hominum primum Deus creauit, & ex luto finxit.

Prototocos, penultima acuta, πρωτότοκος. Quæ semel tantùm peperit, quam & Latini primiparam dicunt. Prototocos autem cum accentu in antepenultima, πρωτοτόκος, primogenitum significat. Sed hæc quoniam ad institutum nostrum nihil pertinent, satius fuerit petere ex Græco Lexico.

Prototomus, pen. corr. πρωτότομος, adiectiuum est, id significans quod primum & ante omnia secatur: vnde accipitur pro cymis, tenerioribúsve caulibus qui verno tempore ex brassicis, aliísve herbis solent succidi. Colum. lib. 10. Sed iam prototomos tempus decidere caules. Matt. lib. 10. Et faba fabrorum, prototomique rudes.

Prototypon, pen. corr. πρωτότυπον. Exemplar primitiuum quod ad alterius similitudinem efficitur non est: quod & archetypon dicitur. ¶ Est & prototypus, ad. ectiuum, πρωτότυπος, idem significans quod primitiuus.

Protraho, is. In lucem, seu in conspectum traho. {προτείνω. Ital. *Tirar fuora.* Gal. *Mettre & tirer en auant par force.* Hispan. *Retraher, traher à fuera.*} Liu. 8. bel. Pun. Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicij expromebatur. Cic. 6. Vert. Hinc in conuiuium Sext. Cominium protrahi iussit. Protrahere ad iudicium, Liu. 3. belli Maced. Verum protrahere alicunde, hoc est elicere. Lucr. lib 1. ¶ Protrahere, augere. Valer. lib. 1. cap. 5. de Caio Cassio, Vt rapacissimi victoris insolentiam dicti rumore protraheret. ¶ Protrahere, differre, prolongare. ἀναβάλλεσθαι. Sueto. in Neron. cap. 32. Vt stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi ac differre necesse esset. Seneca in Herc. fur. -& longa fame Mors protrahatur lenta.

Protrepticus, προτρεπτικός. Iustructiuus, & exhortatiuus. Symmachus in Epist. Indulge stylo, aliquidq; didascalicum, seu protrepticum scribe. Ausonius, L. bellum (inquit) instar protreptici luseram, Capitolinus aut librum cui titulus est Hortēsius, scriptum esse à Cicerone ad exemplar protreptici.

Protrimenta, protrimentorum. Dicuntur edulia minutim trita, concisa, qualia hodieque in pulmentariis plurima concinnant ex carnibus fustillatim concisis. A tritura dicta, quasi à proterendo.

Protropum, pi, pen. corr. {προτρόπιον. Ital. *Vino che cola delle vue prima che siano polate.* Gal. *Verre goutte, le vin ou mouſt qui coule auant que les raisins soyent foulez ou pressez.* Hisp. *Vino de vuas no pisadas.*} Mustum quod sponte profluit antequam vuæ calcentur. Plin. lib. 14. cap. 9. Sed inter genera potuum ponere debeo & protropum. Ita appellatur à quibusdam mustum sponte defluens antequam calcentur vuæ. Colum. lib. 12. cap. 27. Iixiuium mustum appellat, quod in lacum musti profluit antequam

vuæ calcentur: similitudine nimirum ducta à nostra lixiuia quæ per colum madente cinere paulatim distillat. Athenæus prodromon, & protropon appellatum scribit à Mitylenæis, quod apud eos dulce nascebatur. Quin & Plinius protropon guidium inter transmarina vina agnoscit.

Protrudo, is. Impello, prouoluo. quasi porrò trudo. {προωθέω. Ital. *Spingere, sturigere.* Gal. *Pouſser en auant.* Hisp. *Empuxar, rebolver.*} Cic. de Fato, Vt igitur qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit, sic, &c. Lucr. lib. 4. Paulatim moles protruditur, atq; mouetur.

Proturbo, as. Idem quod propello, abigo, arceo. {ἀπωθέω. Ital. *Scacciare.* Gal. *Chaſſer, getter hors par force, repouſſer.* Hisp. *Empuxar.*} Plin. lib. 11. cap. 19. Apes pigras & ignauas proturbant. Colum. lib. 6. cap. 37. Nisi ea prius marem cognouit, assilientem admissarium calcibus proturbat. Virgil. 10. Aen. Telāque coniiciunt, proturbántque eminus hostem. Liu. 5. ab Vrbe. Iámque & alij congregati, telis, missilibúsq; facie proturbare hostes, ruinàque tota prolapsa acies in præceps deferri.

PROTVS, πρωτεύς. Illustris cuiusdam Phocensis nomen, qui à Gallis benignè exceptus, Massiliam non procul à Rhodani ostio condidit. Autor Plutarchus in Solone.

Protypum, protypi, pen. corr. πρότυπον. Quod in typi vicem formatum est. Plinius lib. 35. cap. 12. Primúsque personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter imitia Protypa vocauit. Postea idem ectypa fecit.

Proueho, is. Vlterius veho, à loco suo aliquántulum promoueo. {προάγω. Ital. *Menar longi, menar oltra.* Gal. *Porter auant, pouſſer en auant, auancer.* Hisp. *Leuar à lexos.*} Plaut. in Rud. Quid ego deliqui? TRA. Rogas? Qui arrhabonem à me accepisti ob mulierem, & eam hinc abduxisti. LAB. Non auexi. TRA. Cur negas? LAB. Quia poi prouexi: auehere non quiui miser. Liu. 10. belli Pun. Naues prouectas in altum incendi iussit. Cic. 8. Phil. Atque etiam homines agrestes inani spe aquas vique Puteolanas prouehuntur. Virgil. 7. Aeneid. Quum prouectus equo, &c. Ratem prouehere per freta, Valer. 4. Arg. & Virg. 3. Aeneid. Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. ¶ Prouehi longius in scribendo, vel orando, id est progredi, vel procedere. Cic. 3. de Finib. Sed tam sentio me esse longius prouectum, quàm proposita ratio postularet: verùm admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo. Paulo longius oratio mea prouecta est. Cic. pro Roscio Com. Virgil. 5. Aeneid. -quid vltra Prouehor, & fando surgentes demoror Austros? Cicero ad Brutum. Sed prouehor amore: non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam vt laudem. Id est præ amore longius rapior ab instituto. ¶ Prouectus ætate, id est vergens ad senium, προκεκυφὼς τῇ ἡλικίᾳ. Cic. in Catone Maiore, Quanquam cum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen ætate prouectum. Prudentia prouecta ad extremum spiritum, id est vsque ad vitæ finem perducta.

Prouenio, Prodeo. {προέρχομαι. Ita. *Comparire, vſcir fuori.* Gal. *Venir en auant, apparoiſtre.* Hisp. *Acaeſcer, salir à fuera, compareſcer.*} Plaut. in Pseud. Nam qui in scenam prouenit nouo modo, aliquod nouum inuentum afferre addecet. ¶ Interdum idem quod gigni, siue nasci. {φύομαι. Ital. *Nascere, crescere.* Gal. *Croiſtre.* Hispan. *Rentar la heredad.*} Plin. lib. 9. cap. 10. Neque ibi aliud animal prouenit. ¶ Aliquando idem quod crescere, & fœnicitate cumulari. Plaurus in Trucul. Quum tu rectè prouenisti, quúmq; aucta liberis gratulor.

Prouentus, Dicuntur reditus, & non tantùm bonarum rerum, sed etiam malarum. {πρόσοδος. Ital. *L'vtile che ne viene.* Gal. *Reuenu, accroiſſement, abondance.* Hispa. *Renta que viene.*} Plautus, Calamitatum & miseriarum tot prouentus. ¶ Prouentus pro successu. Cæsar lib. 2. belli Ciuil. Multùm ad hanc rem adiuuat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis prouentus fiducia rei bene gerendæ.

Prouerbium, bij, Accommodatum rebus, temporibúsque adagium, omnium in ore versans. {παροιμία. Ital. *Prouerbio.* Gal. *Prouerbe, vn dit commun.* Hisp. *El refran.*} Et modò est simplex: vt Obsequium amicos, veritas odium parit. Modò obscura, & aliud significans quàm verba exprimere videantur: vt Equus Seianus. Cic. 4. Acad. Videsne vt in prouerbio sit, quorum inter se similitudo. Idem de Senect. Pares enim cum paribus, veteri prouerbio facilimè congregantur. ¶ Inde Prouerbialis, & hoc prouerbiale. παροιμιώδες.

Prouideo, des, secunda syllaba corr. Antè, vel à lōge, & futurum aliquid video antequam fiat factum. {προορῶμαι, προνοέω. Ital. *Preueder, antiueder, preueder.* Gal. *Preuoir de loing quelque choſe à venir.* Hisp. *Mirar de lexos, prouer.*} Plinius, Hoc enim sapientis est, omnia quæ ventura sunt prouidere. Cic. 2. de Diuin. Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet, insidias Imperator, tempestates gubernator: & tamen ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. ¶ Quoniam verò ea quæ prouidemus, si mala sunt, aut vitamus, aut emendamus, factum est vt prouidere, modò vitare significet, siue cauere, vt apud Terentium in Andr. Quæ si non astu prouidentur: me, aut herum perfundabūt. ¶ Modò prospicere, siue consulere, & rationem rei alicuius habere. Cicero, Satis iam omnibus quæ necessaria erant, prouisum putabant. Prouidere rebus necessariis, est res necessarias comparare. Cicero, Prouidere rei frumentariæ. Cæsar 5. belli Gall. Prouidere rem frumentariam, Idem 6. belli Gall. Prouidere in hyemes pabulum. Plin. lib. 8. cap. 38. Prouisum hoc legibus, hoc est cautum. Prouisum à diis immortalibus, Cic. 2. de Natura deorum.

Prouisus, a. um, participium. {προνοούμενος, προβλεπόμενος. Ital. *Preueduto.* Gal. *Preueu.* Hisp. *Prouisto.*} Colum. lib 9. cap. 8. Hæc de pabulationibus, domiciliis, & sedibus eligendis abundè diximus: quibus prouisis, sequitur vt examina desideremus.

Prouisus, us, pen. prod. verbale. {πρόνοια, πρόβλεψις. Ital. *Prouisione.* Gal. *Preuoyance.* Hisp. *Prouemiento.*} Tacit. lib. 12. Dispositu, prouisuque ciuilium rerum peritus.

Prouisio, onis, Actus ipse prouidendi. {ἡ πρόνοια, πρόβλεψις. Ital. *Prouisione ò consideratione.* Gal. *Prouoyance.* Hisp. *Prouemiento.*} Cic. 3. Tuscul. Tamen quoniam multum potest prouisio animi, & præparatio ad minuēdum dolorem, sint semper omnia hominis humana meditata.

Prouiso,

Prouiſo,is,pen.pro.duo ſignificat,inquit Donatus,Videre, aut ad videndum ire:& procedere. {σκέψις τὸ ὁρᾶν· σκέψασθαι· σκοπεῖν· ἐπισκέψασθαι. Ital. *Andare à vedere.* Gal. *Aller voir.* Hiſp. *Yr á veer.* } Teren.in And. Proniſo quid agat Pamphilus. Idem in Eunu. Huc prouiſo, vt vbi tempus fiet, deducam.

Proniſor,oris {σκοπητής. Ital. *Chi preuede.* Gal. *Qui preuoit.* Hiſp. *El que pronco.* } Horat.in Arte, Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris.

Prouidens,tis,prouidentior,prouidéſſimus. Id eſt prudés qui prouidet futura, & cauet. {σκοπός. Ital. *Chi prouide le choſe di lungo tempo.* Gal. *Qui preuoit les choſes de long, & y pouruoit.* Hiſ. *El que prouee de lexos.* } Cic.7.Verr. Iſte in tabellas refert, obſignat ſignis amicorum, prouidens homo. Idem Appio Pulchro,lib.3,Id enim mihi & ad breuitatem eſt aptius, & ad reliquas res prouidentius. Plin. Epiſt. 82, Quod dum recordor, intelligo mihi laborandum, nequa parte videar hanc de me fiduciam prouidentiſſimi viri deſtituiſſe.

Prouidentia,æ,Idem quod prudentia. {πρόνοια. Ital. *Prouidentia.* Gal. *Preuoyance ou pronoyance.* Hiſp. *Pronoſmiento.* } Cicero, Id enim ſapientis eſt prouidere:ex quo ſapientia appellata eſt prouidentia. Idem 2. de Nat. deo. Talis igitur mens mundi quum ſit, ob eámq; cauſam vel prudentia,vel prouidétia appellari rectè poſſit. Quidam prudentiam à prouidentia diſtinguunt:vt prudentiam dicant in rebus humanis,prouidentiam in diuinis. Alij prudentiam definiunt,rerum bonarum, & malarum,& vtrarunq; ſcientiam: prouidentiam verò, per quam futurum aliquid videtur antequam factum ſit. Cic. lib. 1. de Leg. Sic ingenij aciem ad bona deligenda,reiicienda contraria: quæ virtus, ex prouidendo eſt appellata prouidentia. Quintilianus, Nullam ego res humanas deſpicere prouidentiam reor.

Prouidenter,aduerb. {εἰς πρόνοιαν. Ital. *con prouidenza.* Gal. *Auec prouoyance, en prouoyant bien l'auenir.* Hiſp. *con prouidencia, prouidamente.* } Dic. de Natu. deorum, Quæ de prouidentia deorum ab iſtis ſanctiſſimè, & prouidentiſſimè conſtituta eſt.

Prouidus a,um,Prudens,diligens,ſolers,qui non modò preſentia,& quæ ante pedes ſunt,ſed etiam futura proſpicit. {πρόνοος, πρόνους. Ital. *Diligente, & prouido à fatti ſuoi.* Gal. *Diligent & prouoyant à ſes affaires.* Hiſp. *Prouido.* } cuius contrarium improuidus. ἀπρονόητος. Plinius Iunior, Sed diſpice ne ſit parum prouidum, ſperare ex aliis quod tuipſe non præſtes. Cic.pro Roſcio Amer. Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parum putantur cauti, prouidíque fuiſſe.

Prouidè penult.corr. Cautè,circunſpectè,prudéter. {εἰς πρόνοιαν. Ital. *Prouidamente.* Gal. *Auec prouoyance, ſoigneuſement, diligemment.* Hiſp. *Prouidamente.* } Plin.lib.10.cap.33 Iam publicum quidem omnium eſt, tabulata ramorum ſuſtinendo nido prouidè eligere.

Prouincia,ciæ, Propriè dicitur regio extra Italiá bello acquiſita. {ἐπαρχία. Italicè & Hiſpanicè. *Prouincia.* Gal. *Prouince.* } Scribit enim Hegeſippus, Romanos quum in ius ſuum vincendo redigerent procul poſitas regiones, appellauiſſe prouincias. Primò omnium Sicilia prouincia eſt appellata,ſicut docet Cicero 4.Verr. Primò, inquit, quòd omnium nationum exterarum princeps Sicilia ſe ad amicitiam fidémque pop. Roman.applicuit,id quod ornamentum imperij eſt, prouincia eſt appellata. Ouid.1.Faſt. Redditáque eſt omnis populo prouincia noſtro. Prouinciarum aliæ erant Conſulares, aliæ Prætoriæ. ¶ Redigere autem regiones in prouinciæ formam, nihil aliud eſt quàm regionem ſubiicere Imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere præfectum. In hac ſignificatione dicimus quempiam habere prouinciam. Cic. in Piſo. Sed hæc omitto. Ille ſi non acerrime fureret, auderet quam prouinciam P. Lentulus amiciſſimus huic ordini, quum & autoritate Senatus, & ſorte haberet, interpoſita religione ſine vlla dubitatione depoſuiſſet, eam ſibi tum adſciſcere, quum etiam ſi religio non impediret, mos maiorum tamen, & exempla, & grauiſſimæ legum pœnæ vetarent. Obtinere prouinciam. Cic pro Flacco. Quum prouinciá Aſiam Conſulari imperio obtineres. Deponere prouinciam. Cic.in Piſonem, Ego prouinciam Galliam Senatus autoritate, exercitu, & pecunia inſtructam & ornatam,quòd ita exiſtimabam tempora Reipub.ferre, in concione depoſui,reclamante populo Romano. ¶ Per tranſlationem accipitur pro quouis munere, ſiue onere. Terent. in Phorm. O Geta prouinciam cepiſti duram. Idem Heaut, Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia. Cic. 6. Verr. Ferebat grauiter illam ſibi ab iſto prouinciam datam, nec quid faceret habebat. Idem pro Sylla, Tunc tuus pater, Corneli, id quod tandē aliquando confitetur, illam ſibi officioſam prouinciam depoposcit, vt quum prima luce Conſulem ſalutatum veniret, intromiſſus meo more, & iure amicitiæ, me in meo lecto truncidaret. In hac verò ſignificatione dicimus, Capere prouinciá, Suſcipere prouinciam, Dare prouinciam alicui, Depoſcere prouinciam alicui.

Prouincialis,& hoc prouinciale, adiectiuum. Quod ad prouincias attinet: vt Scientia prouincialis, quæ de prouinciarum adminiſtratione eſt. {ἐπαρχικός. Ital. *Coſa di prouincia.* Gal. *De prouince, prouincial.* Hiſp. *Coſa perteneſciente à prouincia.* } Cicero ad Qu. Frat.lib.1,In qua ſcientiæ præſertim prouincialis ratio ipſa expedita eſt. Negotia prouincialia. Cic. ad Atticum, lib.2, Neq; enim iſta negotia prouincialia eſſe putabam, neque me in Decurionibus habebam: ſed ſcripſi vt debui diligenter. Viri prouinciales. Idem ad Quintum Fratrem,lib.1.Non quin poſſint multi eſſe prouinciales viri boni,ſed hoc ſperare licet,iudicare periculoſum eſt. Hoſpitia prouincialia, Cic.4. in Catilinam. ¶ Prouinciales dicti ſunt qui ex prouinciis ſunt ſiue (vt Vlpianus inquit) qui in prouinciis domicilium habent. ἐπαρχιῶται. Prouincialium nomine omnes populo Romano ſubditi,præter Italicos, appellabantur. Vnde Columella lib.5.cap.4.caput facit de Agricultura prouincialium vinearum, quum alibi de agricultura Italicarum ſcribit. Plinius Iunior lib. 8. Epiſt.Italicos es,an prouincialis?

Prouinciatim,aduerbium,Significat per ſingulas prouincias. {κατ' ἐπαρχίας. Ital. *Di prouincia in prouincia.* Gal. *De prouince en prouince, par prouinces.* Hiſp. *De prouincia en prouincia.* } Suetonius in Auguſto,cap.49, Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim diſtribuit.

Prouiuo,is, penul. prod. Vitam protraho. {παρατείνω. Ital. *Prolongare ſua vita.* Gal. *Prolonger ſa vie.* Hiſp. *Prolongar ſu vida.* } Tacit lib.5.Nondum is

dolor exoleuerat, quum de Agrippina auditum: quam interfecto Seiano ſpe ſuſtentaram prouiriſſe reor.

Prouoco,as,pen.cor. Ex ædibus,vel ex loco interiori foras voco. {ἐκκαλῶ. Ital. *Chiamare di lontano.* Gal. *Huchier de long.* Hiſp. *Llamar de lexos.* } Plautus in Pſeud. Herus ſi domi eſt tuus, quin prouocas? ¶ Aliquando prouocare,eſt in aliquod certamen vocare: ſiue ludendi, ſiue lædendi gratia. {προκαλοῦμαι. Ital. *Sfidare.* Gal. *Defier, prouoquer au combat.* Hiſp. *Desafiar al enemigo.* } Hinc dicimus prouocare ad pugnam, prouocare ad certamen, prouocare in aleá, prouocare minimo. Horat. 1. Serm. Saty.3.Criſpinus minimo me prouocat, digito ſcilicet. Solemus enim dicere nos tantum digito valere,quantum alius brachio Budæus Liui. lib.7,Gallus magnitudine atque armis inſignis, prouocat per interpretem vnum ex Romanis qui ſecum ferro decernat. Prouocare aliquem literis, eſt literas miſſitando, alium ad referendum inuitare. Cicero Matio, Tuis amantiſſimis literis prouocatus. Prouocare aliquem iniuriis, id eſt laceſſere & irritare. Plinius Iunior in Epiſt. Quanuis etiam multis prouocatus iniuriis, nunquam tamen ab amicitia receſſi. ¶ Aliquando prouocare, eſt maioris iudicis, poteſtatiſve opem implorare. {ἐπικαλοῦμαι. Ital. *Prouocare, appellarſi al iudice ſuperiore.* Gal. *Appeller pardeuant vn iuge ſuperieur.* Hiſp. *Apelar para al ſuperior.* } quod & appellare dicimus, habéque in ea ſignificatione accuſatiuum cum præpoſitione ad. Cic. Attic. Quum alter ad Senatum prouocaſſet, alter verò appellaſſet Tribunos. Aliquando ſine ad. Liui. lib.3. Quòd ſi tribuni eodem fœdere obligatos ſe fateantur tolleudæ appellationis cauſa, in quem conſpiraſſe decemuiros criminati ſunt, aic ſe prouocare populum, implorare leges de prouocatione, & Conſulares, & Tribunitias eo ipſo anno latas. Quem enim prouocaturum, ſi hoc indemnato indicta cauſa, non liceat? Cui plebeio & humili præſidium in legibus fore, ſi Appio Claudio non ſit? Sed documento futurum, vtrum nouis legibus dominatio, an libertas firmata ſit, & appellatio, prouocatióque aduerſus iniuriam magiſtratuum oſtentata tantum inanibus literis, an vera data ſit. ¶ Prouocare autore Budæo, videtur aliquando poni pro vincere, ſeu ſuperare. Quintil. lib.10. Elegia quoque Græcos prouocamus. hoc eſt quaſi certi de victoria, in contentionem vocamus. ¶ Prouocare in integrum dixit Cicero ad Brutum. De Cæſare verò quod fieri debuit, ac potuit, tranſactum eſt: neque iam prouocari in integrum poteſt. hoc eſt, integrum iam non eſt illi vt prouocare poſſit iure.

Prouocator, oris, verbale, Qui alterum ad pugnam, certaménve prouocat. {προκλητής, προκλητικός. Ita. *Chi ſfida, ſfidatore.* Gal. *Prouoqueur & irriteur, deffiant.* Hiſp. *El que deſafia à otro.* } Plinius de Viris illuſtribus, Aduerſus ingentem Gallum prouocátem ſolus Valerius Tribunus militum, omnibus territis proceſſit. Cic. pro Seſtio, Quum verò ne de vernalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos, nominibus gladiatoriis ornarit, & ſortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit, &c.

Prouocatorius, adiect. προκλητικός, vt Prouocatoria dona militaria, quæ meruit prouocatus: quod humanius eſt quàm prouocaſſe. Gell. lib. 2. cap. 12, Populi militaria bona habuit multiuga, in his prouocatoria pleraque.

Prouocatio,onis. Verbale, {πρόκλησις, προκλητισμός. Ital. *Diffida.* Gal. *Deffiement.* Hiſp. *Desafiamiento.* } vt prouocatione certare, Liui. 1. ab vrbe. Ex prouocatione interfecit eum, Plin lib. 37.cap.1. ¶ Prouocatio, appellatio. {ἔφεσις. Ita. *Appellatione ad vn giudice ſuperiore.* Gal. *Appel ou appellation deuant vn iuge ſuperieur.* Hiſp. *Aquella obra de apelar, apelacion.* } Cic. 4. Acad. Commemorant reliquos, qui leges populares de prouocationibus tulerũt. Quid turpius quàm Senator ſine prouocatione? Cic. 3. de Leg.

Prouolo,as,Auolo. vlterius volo {ὑπερπέτομαι. Ital. *Volare correre velocemente.* Gal. *S'enuoler, s'en aller haſtiuement.* Hiſp. *Volar à exos, correr ligeramente.* } Plin lib.10. Tunc vniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. Liui. lib. 2, per tranſlationem pro procurro poſuit, Sic primùm infenſis haſtis prouolant duo Fabij: totámque mouerunt ſecum aciem. Idem lib.3,ab Vrbe, Is dato negotio ſuis, vt corpus obtegerent, ipſe in locum, vicémque Conſulis prouolat.

Prouoluo,is, Voluendo protrudo. {κυλινδῶ. Ital. *Rinolgere.* Gal. *Rouler auant ſoy.* Hiſp. *Reboluer.* } Liuius, Ingentia ſaxa in ſubeuntes prouoluentibus Barbaris. Terent.in And. -iam ego hunc in mediam viam prouoluam. ¶ Prouoluere ſe ad genua alicuius, eſt ſeſe homi ſupplicem proſternere, & veniæ impetrandæ gratia, genua eius amplecti, in quibus antiqui miſericordiæ ſedem eſſe voluerunt. προκυλινδοῦμαι. Liui.4. bel.Maced. Legati vbi hæc audierunt, flentes ad genua Conſulis prouoluuntur.

Prout,aduerbium ſimilitudinis,idem valẽs quod perinde vt, vel quemadmodum. {ὡς. Ital. *come, ſecondo che.* Gal. *ſelon que, ainſi que.* Hiſp. *como.* } Cic. Attico, Tuas literas, prout res poſtulat, expecto. Idem in Verrem, Prout Thermitani hominis opes ferebant. Liuius lib. 9. ab Vrbe, Raptim collatæ ſarcinæ in medium, & prout tempus patiebatur, inſtructa acies.

Proxeneta,æ. {προξενητής. Ital. *Senſale.* Gal. *Vn courtier ou moyenneur de quelque affaire.* Hiſp. *El corredor de la mercaderia.* } Licitator, mediator, conciliator, ſiue interpres duorum inter ſe ſtipulantium, aut ſpondentium, aliúmve quemuis contractum, conuentúmque ineuntium. A verbo προξενέω, quod eſt conciliatorem contractuum ago. Martial. lib. 10. Quæ ſulphurato nolit emota tamento, Vatiniorum proxenera fractorum.

PROXENVPOLIS. προξενόπολις, Vrbs Aegypti, iuxta Naucratiam. Gentile, Proxenupolites. Stephanus.

Proximus, vide PROPE.

Prudens,tis. Sagax prouidus, multarum rerum peritus. {ἴδμων, σοφὸς, φρόνιμος. Ital. *Prudente, ſaputo.* Gal. *Prudent & ſage.* Hiſp. *Prudente, ſabio.* } Cic. de Orat. Vir natura peracutus & prudens. Idem de Clar. Orat. Lælius Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens. ¶ Interdum prudens idem eſt quod ſciens, & data opera aliquid faciens. ἑκὼν προαιρούμενος ποιῶν. Plaut. Capt. Et iam multis in locis

Universidad de Deusto
Biblioteca

plus insciens quis fecit, quàm prudens boni. Cicero Attico. Ne prudens & sciens eò te dimittas, vnde exitū vides nullum esse. Idem lib. 10 Epist. Vt in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. Differunt autem hæc duo, prudens & sciens, secundum Donatum, quòd prudens est qui intelligentia sua aliquid cognoscit: sciens, qui alterius indicio rem percipit. hoc est prudens per se, sciens per alios. Terent. in Eunucho. Et prudens, sciens, viuus, vidénsque pereo. Omitto prudens, id est sciens, & de industria. Plin. lib. 10. cap. 29. Multa præterea similia quæ prudens subinde omitto. Prudens pro sciens cum infinitiuo. Plinius lib. 8. cap. 32, de vitulo marino. Euomit fel suum ad multa medicamenta vtilem, coagulum ad comitiales morbos, ob ea se peti prudens. ¶ Interdum prudens accipitur pro guaro, perito, seu docto. ἐμπείρως. Vnde iuris prudentes dicimus, id est cōsultos & peritos iuris. Cic. de Amic. L. Acilius prudens esse in iure ciuili putabatur. Prudens adulādi. Iuuenalis Saty. 3, Quid quòd adulandi gens prudentissima laudat Sermonem indocti, faciem deformis amicæ Cic. de Clar. Orat. Omnes ferè Stoici prudentissimi in differendo.

Prudentia, tiæ, Est rerum expetendarum (vt inquit Cicero, 1. Offic.) fugiendarúmve scientia. { φρόνησις. Ital. *Prudenza.* Gal. *Prudence, sagesse.* Hisp. *Prudencia sabiduria.* } Idem 5. de Finib. Vt medicina valetudinis, sic vtendi ars est prudentia. Idem de Senect. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. Prudentiæ est (sicut docet Macrobius) rationis normam quæ quis cogitat, quæque agit, vniuersa dirigere, ac nihil præter rectum vel laudabile facere. Prudentiæ insunt ratio, intellectus, circunspectio, prouidencia, docilitas, cautio. Græcè dicitur φρόνησις: qua voce vsus est & Plautus in Truc. Quæ hîc habet Phronesium, omnem ex pectore mouit meo phronesin.

Prudenter, aduerbium, Sapienter, proutdé. { φρονίμως. Ital. *Prudentemente.* Gal. *Prudemment, sagement, sauamment.* Hisp. *Prudente y sabiamente.* } Cic. 5. de Finib. Facit igitur L. noster prudenter qui audire de summo bono potissimùm velit. Plin. Epist. 23, Prudenter autem constituis, interim nauibus, interim vehiculis vti.

Pruina, æ, à perurendo, quòd fruges & virgulta perura. { πάχνη. Ital. *Brina.* Gal. *Geiee.* Hisp. *La elada ò yelo que quema.* } Ex rore gelido nascitur, nec fit nisi immoto aere, & sereno. Cic. 1. de Natu. deo. Pars obriguit niue, pruinâve, longinquo Solis accessu. Virg. 1. Georg. -id venti curant, gelidæque pruinæ. Idem lib. 3. Georg. -stant circunfusa pruinis Corpora magna boum. Cic. in Catil. Quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas, ac niues perferēt, nisi ideireo te facilius hyemem toleraturos putant, quòd in conuiuiis nudi saltare didiscerunt. Idem lib. 2. de Natu. deorum. Atque aquæ etiam admixtum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio, quæ neque congliaciaret frigoribus, neque niue, pruinâque concresceret, nisi eadem se admisto calore lique facta & dilapsa diffunderet.

Pruna, æ, A carbone ita distingaitur, quòd illa ardens sit & viua, carbo autem extinctus. { ἄνθρακες. Ital. *Braggia di fuocco.* Gal. *Braise de feu, brasier, charbon ardant.* Hisp. *La brasa carbon encendido.* } Dicta pruna à perurendo. Virg. 5. Aene. Subiiciunt verubus prunas, & viscera torrent. Plin. lib. 19. cap. 6, Si radicem betæ in pruna tostam superederint. Horat. 1. Serm. Saty. 5, Prætextam, & latum clauum, prunæque batillum.

Prunus, ni, Arbor quæ pruna producit. { κρανέμηλον. Ital. *Arbore de prugni, fosinaro.* Gal. *Vn prunier.* Hisp. *El ciruelo arbol.* } Col. lib. 2. cap. 2, Multa sunt quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent: vt iuncus, & calamus, vt gramen, & trifolium, ebulum, rubi, pruni syluestres. Virg. 2. Geor. Et sæpe alterius ramos impunè videmus Vertere in alterius, mutatámque insita mala Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.

Prunum, ni, Arboris fructus dicitur. { κρανόμηλον. Ital. *Sosino.* Gal. *Vne prune.* Hisp. *La ciruela.* } Martial. lib. 12, Pruna peregrina carie rugosa senectę Sume, solent duri soluere ventris onus. Virg. 4. Georg. Edurámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes. Idem 2. Aeglo. Addam cetera pruna, & honos erit huic quoque pomo.

Prunetum, Locus prunis consitus. κρανεμηλών.

Prurio, is, quasi peruror. { κνήθομαι. Ital. *Prurire, rodere, pizzare.* Gal. *Se demanger.* Hisp. *Tener comezon.* } Est enim prurire proprié libidine scalpēdi ardere, excrementis spirituosis, sibi per poros exitum quærentibus. Plaut. Pœn. An dentes pruriunt? Idem Mil. Ita dorsum totum prurit. ¶ Prurire item interdum fœdæ significationis verbum est, idem significans quod genitalium partium pruritum excitare, & tei venereæ appetitum gignere Martial. lib. 14. de puella Gaditana, Tam tremulùm crissat, tam blandùm prurit, vt ipsum Masturbatorem fecerit Hippolytum. Martial. lib. 1, Ler hæc carminibus data est iocosis, Ne possint nisi pruriunt, iuuare. Catu. in Gellium, Epigr. 83, Quid facit is Gelli, qui cum matre, atque sorore Prurit, & abiectis peruigilat tunicis?

Pruritus, tus, pen. prod. Sensus leuis morficationis, circa cutem ad scalpendum nos inuitans. { κνησμός, κνησμός. Ital. *Prurito, rodimento, pizzica.* Gal. *Demangement.* Hisp. *La comezon.* } Fit autem ab excrementis spirituosis, exitum sibi molientibus. Plin. lib. 9. cap. 45, Vis prurito mordax.

Prurigo, pen. prod. Idem quod pruritus. { κνησμός. Ital. *Pizzicore.* Gal. *Demangement.* Hisp. *Comezon.* } Columel. lib. 7. cap. 5, Nam subest aspera cutis, & velut quædam prurigo. Plinius lib. 20. cap. 8, Nigræ radices ita in aqua coctæ prurigines tollunt.

PRVSA, ἄρουσα. Oppidum est Bithyniæ Phrygibus & Mysis finitimum, à Prusia rege qui cum Cyro bellum gessit, ad radices Olympi montis conditum. Autor Strabo, lib. 12, quanuis Plinius lib. 5. cap. 32, ab Annibale conditum velit.

PRVSIAS, adis, ἀρουσιάς. Vrbs Bithyniæ, olim Cius dicta, à Prusia Rege condita cognomento Zela, ad Argantonium montem. Hic est ille Prusias qui Annibalem superato Antiocho suscepit: vt est videre apud Strabonem, lib. 12. Plinius lib. 5. cap. 32, etiam hanc Prusam appellat eodem nomine quo alteram ad Olympum sitam.

PRVSIAS, ἄρουσιας, Rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulauit postquam victus à Romanis, tanquam rupti fœderis autor deposcebatur ad pœnas. ¶ Fuit ante hunc & alter Prusias Bithyniæ Rex, qui cum Cyro bellum gessit, & Prusam vrbem ad Olympum Mysium condidit. Autor Strabo. lib. 12.

PRYMNESIA, πρυμνήσια, Vrbs Mæoniæ in finibus Lydiæ, Phrigiæ, ac Mysiæ. Ptolemæus lib. 5. cap. 3.

Prymnesium, πρυμνήσιον, Funis quo nauis ad continentem religatur. Plautus tudentem vocat, nonnulli oram. Prymnesium autem dictum est ἀπὸ τῆς πρύμνης, eo quòd è puppi soleat emitti.

PRYMNO, ûs, πρυμνώ, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, cuius meminit Hesiodus in Theogonia.

PRYTANEVM, πρυτανεῖον, Locus erat Athenis in arce dignissimus, vbi iudices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item alebantur publicè qui bene meriti erāt de Republica, qui honos Atheniensis maximus habebatur. Cic. lib. 1. de Orat. Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictum quasi πυρὸς ταμεῖον, tritici promptuarium, vel horreum publicum. Dionysius Prytanea vocat curias in quibus sacra fiebant ab his qui maximam in vrbe haberent potestatem.

Prytanis, πρύτανις, à verbo Græco πρυτανεύω, quod est magistratum exercco, vel guberno: summus Athenis magistratus erat. cui reipublicæ administrandæ cura incumbebat. Erant autem πρυτάνεις numero quinquaginta, decimam partem curiæ quingenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες, hoc est magistratum administrantes, singulisque mensibus vices commutantes.

P ante S

Psaltes. Latinè cantor. ψάλτης.

Psaltria, æ. { ψάλτρια. Ital. *Cantatrice.* Gal. *Chantereſſe.* Hisp. *Cantadora.* } Cantatrix, quæ scilicet instrumento aliquo musico canit: à Latinis fidicina dicitur quasi fidibus canens. Terent. in Adelp. Istæc iam penes vos psaltria est? Cic. 3. Tuscul. Qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur.

Psallocitharistæ, apud Tranquillum in Domitiano, cap. 4, Certabant etiam & prosa oratione Græcè, Latinéque, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Psallo, is, { ψάλλω. Ital. *Cantare.* Gal. *Chanter.* Hisp. *Cantar.* } verbum est meré Græcum, idem significans quod cano, siue id ore fiat, siue instrumento musico. Vnde Budæus illud Gellij, lib. 19 cap. 9, Qui canerent voce, & qui psallerent: interpretatur citharam pulsarent. Horat. 2. Epist. 1, -pingimus, atque Psallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis. Idem 4. Carm. Ode 13, -ille vicentis, & Doctæ psallere Chiæ Pulchris excubat in genis. Cic. in Catil. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, qui non solùm amare, & amari, neque cantare, & psallere, sed etiam ficas vibrare, & spargere venena didicerunt.

Psalma, { ψάλμα. Ital. *Canto.* Gal. *Chant, chanſon.* Hisp. *Cantar.* } Quod psallitur. Diapsalma, διάψαλμα, silentiū & quies quædam inter psallendum interposita. Nam vt sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita diapsalma disiunctio, vbi quædam requies distinctę continuationis ostenditur.

Psalmodia, pen. acuta. ψαλμῳδία, ex ψάλλω & ᾠδὴ compositum est, Cantus mistus, vt quum aliquis ad musicum instrumentum voce accinit.

Psalmus, mi. ψαλμός, Latine canticum: à ψάλλω, canto, quòd ad psalterium cantaretur.

Psalterium, rij, ψαλτήριον, Græca dictio est, quod Hebraicè nablon, Latinè organum laudatorium dicitur. Et est (vt Hyeronimus scribit) in modum quadrati clypei cum decem chordis, sicut scriptum est. In Psalterio decem chordarum psallite illi. Idem in expositione Psalmorum sic ait. Psalterium proprié genus organi musici, melius sonāns quàm cithara, similitudinem habet citharæ, sed non est cithara Inter psalterium, & citharam hoc interest, quòd cithara deorsum percutitur: psalterium verò sursum: quod verbo vulgari *pulyphthongum* dicitur. Et alio in loco, Cithara deorsum habet cauamen, & sex chordas habet: psalterium sursum habet cauamen. Augustinus, Psalterium est organum quod quidem manibus portatur percutientis, & chordas distinctas habet, sed illum locum vnde sonum accipiunt chordæ, illud concauum lignum quod pendet, & tactum resonat, quia accipit aerem, psalterium superiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauum & resonans in inferiore parte habet. Itaque in psalterio chordæ sonum desuper accipiunt: in cithara chordæ sonum ex inferiore parte accipiunt. Cic. de Aruſp. respon. P. Clodius à muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro factus est repentè popularis. Quintil. lib. 1. cap. 10, Nec psalteria, aut spadices etiam virginibus probis recusanda.

PSAMATHE, pen. cor. ψαμάθη, Fons est apud Thebas. Valerius Flaccus lib. 1. Argonau. Qui tenet vndisonam Psamathem. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grotopi Argiuorum Regis, filia, quæ ab Apolline compressa, Linum peperit, quem inter sentes occultarum canes dilacerauerunt. Vide Statium lib. 1. Thebaid.

PSAMMATHVS, untis, ψαμμαθοῦς, Laconiæ oppidum, Tænaro promontorio proximum. Gentile Psammathuntius, ψαμμαθούντιος, siue Psammathutius, ψαμμαθούτιος. Stephanus.

PSAMMETICHVS, ψαμμήτιχος, Nomen Regis Aegypti, cuius seuitia (vt inquit Herodotus vnà cum Diodoro) ducenta hominum millia ex Aegypto in Aethiopiam profugēre. Strabo, Temenis regio vocatur, quam qui Psammeticchum fugiēs, obtinent, & Sebritæ nominantur, hoc est aduenæ. Huius filiam rapuerunt crocodili, inquit Aelianus, lib. 10. cap. 21, propter quod ipsum ab Apollonopolitis summa in detestatione habentur.

Psecas, cadis. { ψεκάς. Ital. *Gocciola.* Gal. *Vne goutte.* Hisp. *Gota.* } Gutta, siue stilla dici potest. Apul. libro de Mundo ex Aristotele, psecadas interpretatur stillicidia. Micæ quoque inter arenas lucentes, psecades dicuntur. ¶ Quinetiam ancillæ quæ delicatarum matronarum capillos medicamento fuco conspergunt, à Græcis hoc nomine appellatæ sunt.

Psegma, atis, ψῆγμα, Idem ferè quod flos æris Plin. lib. 34. cap. 12. In ærariis officinis & psegma fit. ¶ Psegma quoq; pro raméto auri vsurpatur, vt apud

vt apud Herodotum in Thalia Indi (inquit) vt sunt multitudine multo numerosissima omnium quos nouimus hominum: ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum, trecenta scilicet, & sexaginta psegmatis talenta, id est aurei tamenti. Ramentum auri arena est aurea, ob id alio nomine ab eodem autore chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad verbum aurea arena dicitur, lib. 11. Codicis Iustiniani. Aurum autem ramentitium (inquit ille) inuenitur esse talentum Euboicorum quatuor millium sexcentorum & octoginta, si ita ratiolineatur, vt psegma tredecies tanto argenti rependatur. Strabo lib. 3, Ac ne aurum quidem solùm effoditur, sed etiam trahitur. Defe runt enim aurum amnes, & torrentes auream arenam, quæ etiam multis in locis aquarum indigis repetitur: sed in his non apparet: in iis autem locis quæ fluminibus alluuntur, auri psegma, id est scobs aurea resplendescit.

PSELLVS, Ψελλος. Nomen autoris, qui scripsit de ratione victus.

Plephisma, atis, Ψήφισμα. Græca dictio est, quæ Latinè interpretari potest decretum, vel plebiscitum per suffragia factum. Cic pro Flacco, Sic sunt expressa ista præclara quæ recitantur psephismata, non sententiis, nec autoritatibus declarata.

Plephopactæ, Ψηφοπάκται, Græco vocabulo dicuntur quos nos præstigiatores appellare possumus, seu succularios, seu calcularios impostores, qui habili, fallacique manuum motu spectatoribus imponunt. Ψῆφοι enim inter cætera calculos significant, quibus aut ratio subducitur, aut suffragia feruntur. Vnde qui calculis huiusmodi lusitans, spectatorum oculos præstringit, psephopactes dicitur.

Pseudos, ἡ Ψεῦδος. Ital. *Falsità, mendacio.* Gal. *Faulseté, mensonge.* Hisp. *Falsidad. mentira.* ἡ Latinè sonat mendacium, siue falsum: cóque frequenter vtimur in compositione Græcarum dictionum: vt Pseudographus, & similia. Quoties autem propriis nominibus in compositione iúngitur, non tam falsitatem significat, quàm omnimodam similitudinem: vt Pseudophilippus, qui propter omnimodam similitudinem à quibusdam falsò habitus fuit pro Philippo.

Pseudanchusa, Ψευδόγχουσα, Herba anchusæ similima, sed lanuginosior, & minus pinguis, à quibusdam enchusa, & adoris appellata. Plinius lib. 22. cap. 20.

Pseudisodomon, inquit Plin. lib. 36. cap. 22, structuræ genus appellant, quum parietes ex inæqualis craffitudinis lapidibus constant.

Pseudobunion, Ψευδοβούνιον, Genus herbæ in Creta, palmi altitudine fruticans, foliis napi, acribus. Plin. lib. 24. cap. 19, Dioscor. lib. 4. cap. 126.

Pseudodictamnum, Ψευδοδίκταμνος, Falsum dictamnum, genus herbæ quæ in Creta similis pulegio nascitur. Plin. lib. 26. cap. 9.

Pseudomenos syllogismus, Ψευδόμενος συλλογισμός, Argumenti seu sophismatis genus fallaci strophâ differentes implicans. Cic. 2. de Diuin. ratiocinationem mentientem interpretatur, Quomodo autem (inquit) mentientem, quem Ψευδόμενον vocant, dissoluas?

Pseudoporticus, Falsa porticus. Ψευδοστοά. Nam in ædificiis partes quæ fiunt ad imitationem, nec integrum, nec principalem, sed precarium aut temporarium vsum præbent, quasi alienum opus mentientia, hoc nomine insigniri solent: vt Pseudothyrum, & Pseudoaulæ, similiáque his complura apud Vitruuium.

Pseudoprophetæ, Ψευδοπροφῆται, Falsi vates.

Pseudothyron, Ψευδόθυρον, Quasi falsum ostium, Vnde pro postico sumitur. Orosius. Verumtamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit, vt medio foro Imperator correptus à populo, conuitiis & fragminibus panis turpissimè infestatus, ægrè per pseudothyrum in palatium refugiens, furorem excitatæ plebis euaserit. Cicero in Verrem. Ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum reuertatur, tabulis vobis & testibus iudices planum faciam.

Pseudourbana ædificia. Dicuntur à Vitruuio ædificia rustica, vrbana elegantia extructa. Budæus.

Pseudulus, Ψευδόλος, Falsus seruus. Vnde & Plautinæ fabulæ Pseuduli nomen inditum est.

PSEVDARTACE, Ψευδαρτάκη, Collis Scythiæ, post montem sacrum. Stephanus.

PSEVDOCORASIVM, Ψευδοκόρασιον, Litus magnum inter Coricum, & Seleuciam Isauricam, stria stadia longum, & in lunæ similitudinem curuatum. Stephanus.

Psilothrum, Ψίλωθρον, Vnguentum depilatorium quo mulieres, virique molliores vtebantur vt corpus glabrum, & læue redderent: à Ψιλόω, nudo. Vnde apud Galenum legitur salamandras habere vim psilothri. Martial. lib. 6, Psilothro nitet, aut arida latet oblita creta. ¶ Psilothrũ præterea dicitur vitis alba, quòd eius semen, & vua vitia cutis in facie detergat, & quasi faciem depilet. Vide Plinium, lib. 23. cap. 1.

Psimmythium, Ψιμμύθιον, Dicitur quod nos cerussam nominamus. Fit ex plumbo, aeri aceto resoluto. Plin. lib. 22. cap. 18, Psimmythium, hoc est cerussam, plumbariæ dant officinæ.

Psitta, Ψίττα. Pisces plani genus, quem nos passerem vocamus, vt vertit Theodorus ex Aristotele, de natura animalium.

Psittacus, ἡ Ψιττακός, Ital. *Papagallo.* Gal. *Vn papegay, vn perroquet.* Hisp. *Papagaio.* ἡ Auis ex India, aut Occidui Oceani insulis, vocem humanam miro naturæ artificio exprimens. Martial. lib. 14, Psittacus à vobis aliorum nomina disco. Hoc per me didici dicere, Cæsar aue. De hac aue Apuleius lib. 2, Color psittaco viridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis, nisi quòd sola ceruice distinguitur. Enimuero cervicula eius circulo minio, velut aurea torque, pari fulgoris circúactu cingitur. & coronatur. Rostri prima duritia. Quum in petram quampiam concitus, altissimo volatu præcipitat, rostro se, velut anchora, excipit. Sed & capitis eadem duritia qua rusticum sermonem nostrum cogitur æmulari. Ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri vt persentiscat: hæc ferula discenti est. Discit autè statim pullus vsque ad duos ætatis suæ annos, dum facilè os, vti conformetur, quum tenera lingua vti velit, connubretur. Senex autem captus & indocilis est, & obliuiosus. Verùm ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus glande qui vescitur, & cuius in pedibus, vt hominis, quini digituli numerantur. Non enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium, quòd eis lingua latior quàm cæteris auibus: eo facilius verba hominis articulantur, palatione plectro & palato. Id verò quod dicit ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, vt vocem si audias, hominem putes: nam quidem si videas, idem conati, non eloqui. Verùm enimuero & cornus, & psittacus nihil aliud quàm quod didicerant, pronuntiant. Si conuitia docueris, conuitiabitur, dictis ac noctibus perstrepens maledictis. Vide Plinium, lib. 10. cap. 42, & Varr. 3. de Re rust. cap. 9.

PSOPHIS Psophidis Ψωφίς, Arcadiæ ciuitas, à Psophide Lycaonis filio, aut, vt alij malunt, à Psophide Erycis Siculi filia condita. Ouid. lib. 5. Metam. vsque sub Orchomenon, & Psophida, Gyliennéque. In Insula quoque Venetorum Zacyntho ara ipsa vocabatur Psephis, & aliæ multis locis. Autor Hermolaus in Plinium. ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arcadia. Item terrarum in Achaia.

Psora, ἡ Ψώρα. Ital. *Rogna, scabia, o di pelle.* Gal. *Galle, rogne, maladie qu'on dit de saint Main.* Hisp. *La sarna.* ἡ Cutis asperitas squamosa: & vtdetur alia à scabie, quum Plin. lib. 20. cap. 1. dicat, Arida cum resina impetiginem, & scabiem, quam ψώραν, & λειχῆνα vocãt, lanat. Fit autem à Ψῶ scalpo. Nam qui psora laborant, vlcera siue pustulas supra modum contingere, palpare & scalpere cupiunt.

Psychrolutres, Ψυχρολούτης, Dicitur qui frigida aqua corpus lauat, & balneo frigido lætatur. Vnde & verbum Ψυχρολουτῶ Græcis vbiratum, pro eo quod est frigida lauor. Seneca lib. 12. Epist. Ille tantus psychrolutres qui Calendis Ianuariis Eurypum salutabat.

Psychomanteum, pen. prod. Ψυχομαντεῖον, Locus eiusdem vaticinij, vbi fiebat diuinatio per Manium euocationem. Ψυχὴ enim animam, & μαντεία diuinationem significat. Cic. 1. Tuscul. Ait enim Termanem quendam Elysium, quum grauiter filij mortem mœreret, venisse in psychomantium, quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis causa.

Psychotrophum, Ψυχοτρόφον, Herba duorum cubitorum altitudine, anguiosum habens caulem, à radice spargens folia serè lapathi, serrata, semine purpureo in Italia serratula dicitur, in Gallia Vettonica. Autor Plin. lib. 25. cap. 8. Psychotrophõ inde dictum, quòd locis potissimùm gaudeat alsiosis. Psychotrophi item pisces quidem appellantur, quòd vmbrosos sectentur recessus, ac humido frigidóque delectentur elemento.

Psydracion, Ψυδράκιον, Genus pustularum duratarum, & subalbidarum, acutarúmque, caput præcipuè infestantium. Vide Aeginetam.

PSYLLI Ψύλλοι. Populi Libyæ prope Garamantas à Psyllo Rege dicti (vt inquit Plin. lib. 7. cap. 2.) quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus. Scribit Plutarchus Catonem iter per deserta Libyæ facientem, secum Psyllos duxisse qui morsibus serpentum mederentur, partim ore trahentes venenum, partim serpentes cantibus medicantes. In vita Catonis. Plinius libro 7. cap. 2. Mos verò illis fuit liberos genitos protinus obiiciendi sæuissimis earum, eóque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc Plinius. Meminit horum & Herodotus, lib. 4. Sirius item de Atyre Psyllo lib. 1. Necnon serpentes dira exarmare veneno Doctus Atyr, tactúque graues sopire chelydros, Ac dubiam admota sobolem explorare ceraste. In eandem sententiam de Psyllis scribit & Lucanus lib. 9, Gellius lib. 16. cap. 11, Crinitus lib. 1. cap. 3. aliíque complures.

Psyllion, Ψύλλιον, Herba quam vulgus noster *pulicarem* vocat, de qua vide Plinium, lib. 25. cap. 11.

PSYLLIVM, Ψύλλιον Ptolemæo, lib. 5. cap. 1, Vrbs Bithyniæ.

PSYRA, Ψύρα, Insula iuxta Chium. Strabo. lib. 14. Vulgò *Psara.* ¶ In hac insula vinum nõ prouenit. Vnde natum est Adagium, Psyra Bacchum, Ψύρα τὸν διόνυσον οὐχ ὑποδέχεται, id est In Psyra Bacchũ ducentes. Dicitatum, vbi vinum apposirum in conuiuio nemo gustat: aut de sordido gustat: aut de sordido apparatu. hac etiam ratione quę sordidè parúmque magnificè fierent, Psyritè facta dicebantur.

Psythia, Vuæ genus est ex qua optimum fit passum. Virgil. 2. Georg. Et passo psythia vtilior.

P ante T

Pte, πτ, syllabica adiectio: quære in dictione MET.

PTERELAS, Πτερέλας. Rex Thelebanorum, ab Amphitryone victus: de quo Plautus in Amphitryone.

PTELEA, Πτελέα Stephano. Vulgò *Foglie*, Asiæ vrbs clarissima, Ionum metropolis, notiore homine Ephesus dicta. Autor Plin. lib. 5 cap. 29.

PTELEON, Πτελεόν. Ioniæ oppidum iuxta Erythras & Mimanté montem. Autor Plinius, lib. 5. cap. 29. ¶ Est & aliud eiusdem nominis oppidum in ora Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.

Ptera, πτερά, siue (vt Vitruuius lib. 3. cap. 2. appellat) pteromata, πτερώματα, in templis, cæterisque maioribus ædificiis dicuntur muri duo in altitudinem consurgentes, alarum instar: vnde & nomen habent. Nam πτερὰ Greci alas vocant.

PTERIA Cappadociæ vrbs est, apud Herodotum, lib. 1.

Pteris, πτερὶς Latinè dicitur filix: qua voce vsus est Plin. lib. 27. cap. 9.

Pterygium, πτερύγιον. In oculis vocatur nernosa quædam adnatæ membranæ excrescentia, à maiori angulo vt plurimùm orta, ad oculi coronam ita procedens, vt interim & pupillam operiat. Plin. lib. 34. cap. 10, nam ita præcedens, vt interim & pupillam operiat. Cadmiæ effectus siccare, sanare, sistere fluxiones, pterygia, & sordes oculorum purgare. ¶ Pterigion in digitis apud Paulum Aeginetam est quum caro excrescit, partem illam contegens quæ in vngue pterygion appellatur: quod vitium ex paronychia ferè nascitur. At Celsus lib. 7, Pterygium dixit esse quum recedit ab vngue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutiuum esse à πτέρυξ, id est ala, quam tunc videtur efficere caro ab vnguibus discedens. Primus lib. 23. cap. 1, Illinitur eadem cum fico, & Pterigiis digitorũ ex vino. Idem, Cum oleo etiam paronychias, & pterygia tollit.

Pterna, πτέρνα. Vocatur pars inferior naualis mali: circa mediam ferè trachelos. summa pars carchesium nominatur.

PTEROPHOROS, Πτεροφόρος, Est regio apud Riphæos montes: sic dicta ab assidua nine quæ ibi pennarum similitudine continuò decidit. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremíq; syderum ambitus. Plin. lib. 4.

lib.4.cap.13. Mox Riphæi montes & assiduo niuis casu pinnarum similitudine. Pterophorus appellata regio, pars mundi damnata à natura rerum. ¶ Pterophori item dicti sunt cursores pegasarij, quod peregre proficiscentes (vt Dionysius scribit) surrectas in capite pinnas gestare solebant. Ad quod & Iuuenalis allusisse videtur, quũ ait, Tanquam de Cattis aliquid, toruisque Sicambris Anxia præcipiti venisset epistola penna.

Ptisana, pen. cor. ξ πτισάνη. Ital. *Sugoli d'orzo, acqua cotta d'orzo.* Gal. *Ptisane, ou orge mondé.* Hisp. *Ordiate ò cenada ò fresada.* ξ Hordeum decorticatum, vel hordei cremor, siue pultis genus ex farina hordeacea in quo est maxima vis restaurandi vires, & nutriendi. De ptisana vide Plinium, lib. 18. cap. 7. & lib. 22. cap. 25. Latini vocis huius primam syllabam corripiunt, altero sex Græca voce abiecto Martialis lib. 12, Frumentum, milium, ptisanámque, fabámque solebas Vendere pragmaticus.

Ptisanarium, ξ πτισανάριον, *Vaso da tener acqua d'orzo, ò fugo d'orzo.* Gal. *Vase à tenir orge mondé.* Ital. *Vaso del ordiate ò de estas leches.* ξ Pro vase in quo conditur, vel tunditur ptisana. Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 3, Tu cessas? agedum fame hoc ptisanarium oryzæ. Alij volunt ptisanarium oryzæ, esse oryzam coctam, vel ptisanam ex oryza.

Ptochotrophia, pen. prod. ξ πτωχοτροφεῖα. Ital. *Spedali.* Gal. *Hospitaulx.* Hisp. *Hospitales.* ξ Diuersoria, siue domus in quibus medici nutriuntur. πτωχὸς enim Græci mendicum dicunt, & τρέφω, nutrio.

PTOLEMÆVS, πτολεμαῖος, Nomen proprium Lagi gregarij militis filij, qui maximę authoritatis fuit apud Alexãdrum Macedonem. Post cuius mortem Aegypto & Aphrica, & magna Arabię parte potitus, regnauit annis quadraginta. A quo deinceps Aegyptij Reges, Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissimè apud amicos & cœnabat, & dormiebat. Quòd si aliquando cœnam præberet, rebus illorum vtebatur. Accersebat enim scyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil: quin alios locupletes facere, regale magis esse dicebat, quàm locupletari. Est autem hoc nomen ἀπὸ τοῦ πτολεμεῖν, hoc est à pugnando deductum: sicut à τιμᾶν, quod est honoro, Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Decessit in rerum gestarum gloria, quum paulo antè regni se abdicans administratione, Regem filium constituisset Philadelphum. Autor Trogus, lib. 15. Philadelphus itaque in regno patri successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus: qui bibliothecam illam celebertimam fecit, quæ vsque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum duraúit. Regnauit annis XXXVIII. cui successit Ptolemæus cognomento Euergetes, εὐεργέτης, quod Latinè diei beneficus potest. Hic viginti sex annis regno potitus, moritur: cui successit Ptolemæus Philopator XVII annis regnãs. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annis viginti tres regnauit. Tum Ptolemæus Philometor, qui triginta quinque annis Aegypti regnum quum tenuisset, fratrem suum Euergeten alterum moriens Regem constituit. Euergetes qui & Physco dictus est, regnauit annis vigintinouem: cui Ptolemæus cognomento Lathyrus successit. Lathyro Auletes, Cleopatræ pater. Post hunc Ptolemæus cognomento Dionysius, Cleopatræ frater, qui Pompeium post Pharsalicam cladem in Aegyptum fugientem, interimendum curauit. ¶ Fuerunt & alij hoc nomine, vt Pyrrhi Regis filius, & Cypriotũ Rex, qui suis diuitiis Romanum locupletauit ærarium. Ptolemæorũ seriem describit Strabo, lib. 17. ¶ Claudius Ptolemæus, astrologus, natione Aegyptius, Alexandriæ professus est, Liberalium artium, ac Græcarum literarum studiis clarus, temporibus Antonini, vt ipse scribit: in Astrologiæ scientia priorum nulli cessit. Primus enim apud Græcos cæli rationem omnem diligentius explicuit, inuentáq; ab Hipparcho instrumenta clarius demonstrauit. De Musica quoque & rebus aliis, tum de Georgraphia absolutissimè scripsit. Suidas. ¶ Ptolemæos quoque sex alios commemorat Suidas, quinque Grammaticos, & vnum versificatorem, quorum opera ad nos minimè peruenerunt. ¶ Iosephus iterum alium ponit, Abobi filium, Simonis ducis Iudæorum generum, quem socer Hierichunti tempori belli Maccabæorum præfecerat. At ille incensus regni cupiditate, inuitatum ad cœnam, incautum interfecit. De quo multa in Hierosolymitana historia Iosephus.

Ptolemæus, æa, æum, possessiuum. πτολεμαῖος. Propertius lib. 2. Eleg. 2. Et Ptolemææ littora capta Phari.

PTOLEMAIS, maidis, vel dos, πτολεμαΐς, Vulgò *Tolomita*, Oppidum in ora Rubri maris, ad primos elephantorum venatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum in regione Troglodytarum. Autor Plin. lib. 2. c. 73. Ptolemæus enim Troglodyticen primus exussit, ad venatus elephantorum, quæ ideo Epitheras à Græcis cognominata est, eodem Plinio autore, lib. 6. cap. 29. ¶ Est & Ptolemais, vrbs Aegypti apud Strabonem, li. 17. ¶ Item Phœniciæ vrbs, colonia Claudij Cæsaris, quę quondam Ace dicta est, vt scribit Plin. lib. 5. cap. 19. Harum quinque vrbium meminit Hieronymus ad Eustochium, Per arenas, inquit, Syriæ peruenit ad Coum, quę nunc Ptolemais dicitur: altera est in Aethiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica prouincia Aphricæ.

Ptyas, yadis, πτυάς, Aspidis genus colore subuiridi, cinereóque, sed in aurum tendente, quo Cleopatra sibi mortem creditur conscisuisse. Dicta Ptyas ἀπὸ τοῦ πτύειν, hoc est à spuendo, eo quòd sputum habeat maximè letale, quod in hominum oculos expuit. Vide de hoc Plin. lib. 28. cap. 7.

Ptynx, πτυγξ, Auis rapax, quam alij hybridem vocant, nocte volans. Venatur more aquilæ. Pugnat etiam cum aquila acriter, ita vt sæpe ambæ implexæ deferantur in terram, & viuæ à pastoribus capiantur.

P ante V

Pubes, Proprié lanugo quę maribus decimoquarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. ξ ἥβη. Ital. *Peli ò lanugine che viene alle parti vergognose, à maschi d'anni quattordici, & a femine di dodici.* Gal. *Le poil qui vient és parties honteuses, l'aage de quatorze ans aux masles, & douze aux femelles.* Hisp. *Los mancebos.* ξ Quod quia maturatis est signum, factum est vt mas pubes siue puber vocetur, quum primùm ad generandũ aptus est, & fœmina similiter ad concipiendum. Cic. pro Rabirio, Nemo pubes tum fuit quin arma ceperit. Sallustius, Puberes omnes interfici iubet. Cæsar 5. bell. Gal. Hoc more Gallorum est initium belli quo lege communi omnes puberes armati conuenire coguntur. Cic. 1. Offic. Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. A quo Impubes, bis, vel impuberis, qui nondum lanuginem emisit, siue qui nondum ad pubertatis annos peruenit ἄηβος, ἀγένειος. Pubes etiam honestè pro parte pudenda ponitur. Virg. 3. Aeneid. Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo Pube tenus. Inde Os pubis medici vocant ostium ipsum muliebris pudendi, quod pube ambitur. ¶ Interdum Pubes, collectiuum nomen est, eiusdem ferè significationis cum nomine iuuentus. ξ Ital. *Compagnia de giouani.* Gal. *La ieunesse, compagnie de iounes hommes.* Hisp. *Los mancebos.* ξ Virgil. li. 1. Aene. Haud aliter, puppésque tuæ, pubésque tuorum. Liu. lib. 1, Quum pubem Albanam in arcem, præsidio, armisq; obtinendam aduocasset. Cic. pro Milone, Ea potestas, cui Senatus omnem Italiæ pubem commiserat. ¶ Interdum etiam accipitur pro populo. Vnde Pube præsente dicimus: hoc est populo præsente, ab iis qui puberes sunt, omnę populum significantes. Transfertur etiam ad alia. Virg. lib. 12. Aene. Pubentibus caulem foliis: id est, vt inquit Seruius, adultis. Et lib. 4. Aene. Pubentes herbæ. ¶ Est autem pubes pro lanugine, pro parte pudenda, & pro multitudine, substantiuum, & facit genitiuum pubis. At impubes, bis, pro eo qui adhuc inuestis est, adiectiuũ est. Vnde Impubis Iuli, apud Virgilium. Et apud Horat. in Epo. Impube corpus. Ouid. lib. 3. Metam. Impubes genis.

Pubeo, bes, pubes sum. ξ ἡβάω. Ital. *Essere giouane, cominciar a mandar fuori gli primi peli.* Gal. *Estre en fleur d'aage, de douze à quinze ans, commencer à auoir barbe.* Hisp. *Començar à barbar, ser en edad de puberdad.* ξ Propriéque de adulescentulis dicitur qui primam circa pudenda lanuginem emiserunt: quanuis etiam ad alia transferatur: vt pubentes herbæ, apud Virg. 4. Aene. Vbi Seruius, Pubentes, quia aliæ fœcæ, aliæ viridiores legantur. Et sciendum inter homines & herbas esse reciprocam translationem. Sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum florem ætatis. Idem 3. Geor. Pubentésque secant herbas. Vbi rursus Seruius, Pubentes adultas, maturiores, quibus robur acquiritur.

Pubesco, scis, Lanuginem emitto. ξ ἡβάσκω, ἥβημι. Ital. *Cominciare ad hauer barba, à diuenir huomo.* Gal. *Commancer à auoir barbe, venir à l'aage de quatorze ans.* Hisp. *Començar à barbar.* ξ Virg. 3. Aene. Et nunc æquali tecum pubescere æuo. Cic. 1. Offic. Nanq; Herculem Prodicus dicit, vt est apud Xenophontem, quum primùm pubescceret (quod tempus à natura ad deligendum quum quisque viam viuendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multúmque dubitasse, quum duas cerneret, vias vnam voluptatis, alteram virtutis, vtram ingredi melius esset. ¶ Interdum Pubescere ponitur pro crescere, siue maturitatem adsequi. Cic. lib. 1. de Nacu. deor. Nam & fruges & reliqua, quę terra parit, & tempestates, ac temporum varietates, cælíque motationes, quibus omnia quæ terra gignat maturata pubescant. Virgi. lib. 2 Geor. Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu. id est exuberat.

Pubertas, atis, Actas in pueris, puellisve qua pudenda prima lanugine obducuntur: qui est in maribus annus decimusquartus, in fœminis duodecimus. ξ ἡβώτης, ἥβη. Ital. *Età d'anni diciotto.* Gal. *L'aage de quatorze ans és masles, & de douze és femmelles, iusques à dixhuict.* Hisp. *Edad de los mancebos.* ξ ¶ Item Pubertas est emissio ipsa pubis, à qua anni pubertatis dicti sunt. Colum. lib. 4. Aa circa naturæ quandam pubertatẽ. Cic. 2. de Nat. deor. Vt si quis dentes, & puberratem natura dicat existere. Pubertas autem plena annos octodecim complectitur. Modest. de Adop. l. Arrogatio. Non tantùm, inquit, quum quis adoptat, sed & quum arrogat, maior esse debet eo quem sibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit: sed vtique plena pubertate: id est octodecim annis eum præcedere debet. Budæus. Vuæ pubertatas. Plin. in Proœm. libri 23. Omphacium qua fieret ratione incipientis vuæ pubertate, in vnguentorum loco docuimus.

Publicus, publica, publicum, Quod non est priuatum alicuius, sed populo commune. ξ δημόσιος. Ita. *Publico, commune.* Gal. *Public, commun.* Hisp. *Publico, comun de muchos.* ξ Plaut. in Rud. Istic vbi vis condormisce, nemo prohibet, publicum est. Cic. 1. de Inuent. Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat. Sic Loca publica vrbis, apud eundem contra Rullum. Publica fides, est quam vulgus Gallicum *foluum conductum* appellat. Sallust. in Iug. Comes eius qui Romam fide publica venerat.

Publicum, substantiuè pro conspectu publico. Hinc dicimus Carere publico, pro eo quod est non prodire in publicum. Cic. pro Milo. Caruit deinde foro Pompeius, caruit publico. Idem in Verr. In publico esse non audet, inclusit se domi. Liuius de pace Caudina loquens, Vt postero die, ac sequentibus duobus nemo forum ac publicum aspicere vellet. ¶ Ponitur & Publicum aliquando pro vectigali: vnde & Publicani dicti. Cic. ad Qu. Fra. Hic te ita versari, vt & publicanis satisfacias, præsertim publicis male redemptis, ac socios perire non sinas, diuinæ cuiusdam virtutis esse videtur, id est tuæ. ¶ Publica sacra, quæ pro populo fiebant δημόσια ἱερά. sicut priuata, quæ pro singulis hominibus, familiisve. Publica via, quæ vniuerso populo communis est. ἀναφόρου. quod genus Romani partim Consulares, partim Prætorias appellabant. Sunt & viæ priuatæ, sunt & vicinales, quæ in vicis sunt vel quæ in vicos ducunt. Præterea aliæ rusticæ dicuntur, aliæ vrbicæ. Militares viæ, quæ inter publicas sunt latiores, vt capere possint milites agminatim iter facientes. Vnde & illis nomen. Suet. de Aug. Iuuenes primò modicis interuallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit. Cic. 2. Philipp. Et Curtius, Cum hoc agmine Darius paulùm declinauit à via militari. Viæ militares (vt Paulus inquit) exitum ad mare, aut in vrbem, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. Vehicularis autem via dicitur quam Græci ἁμαξήλατον, ἁμαξιτὸν vocant. ¶ Publica vectigalia, intelligere debemus ea ex quibus vectigal fiscus capit, vel ærarium. δημόσια τέλη. quale est vectigal portus, vel vænalium rerum, & piscinarum, & metallorum. Vlp. de Verb. signific. l. Inter publica. Publica iudicia, non omnia sunt in quibus crimen vertitur, sed ea tantum quæ ex legibus iudiciorum publicorum veruntur. δημόσια κρίσεις. vt. Iulia maiestatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de sicariis, & veneficiis, Pompeia de parricidiis, Cornelia de testamentis

Universidad de Deusto

testamentis. ¶ Publica verba dicuntur quæ in communi sunt consuetudine. & vsu. λόγοι κοινοί. Seneca, Magnam ex epistola tua percepi voluptatem. Permitte enim mihi vti verbis publicis, nec illa ad significationem Stoicam reuoca. Cic. 1. Acad. Dialecticorum verò verba nulla sunt publica, suis vtuntur. Ouid. 3. de Arte. Munda sed è medio consuerâq; verba puellæ Scribite, sermonis publica verba placent. ¶ Publicum consilium, dictus est Senatus. σύγκλητος βουλή. Cic. lib. de Orat. Pericles Athenis plurimos annos princeps consilij publici fuit.

Publico, as. Publicum facio, manifesto. {Φανερῶ. Ital. *Publicare, manifestare.* Gal. *Publier, manifester, diuulguer.* Hisp. *Publicar, diuulgar.* } Iustinus lib. 1. Non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonij reticenda publicaret. ¶ Publicare item est rem aliquam in Reipublicæ potestatẽ redigere. & præconi publico subiicere. {δημεύειν. Ital. *Confiscare.* Gal. *Confisquer.* Hisp. *Confiscar los bienes.*} Cic. lib. 2. de Inuent. Lex est apud Rhodios, vt siqua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coëgit. Quæstor nauim populi vocat: nauis dominus negat oportere publicari. ¶ Publicare librum aliquem, est edere in publicum. ἐκδιδόναι. ¶ Meretrix quoque se publicare dicitur, quæ se publice prostituit, nulli mercedem offerenti, sui copiam denegans. Plaut. in Bacch. Tum illam quæ corpus publicauit vulgo suum. id est sui copiam palàm facit.

Publicatio, onis, verbale, bonorũ alicuius in publicũ redactio. {δήμευσις. Ital. *Confiscatione.* Gal. *Confiscation.* Hisp. *Confiscacion de bienes.* } Cic. in Catil. Adiungit etiam publicationem bonorum.

Publicanus, ni, Qui vectigalia, & alios populi, Principúmve reditus exigendos, certo constituto pretio redimit. {τέλωνης, τελωνοφύλαξ, ἢ τελώνης. Ital. *Datiero, qui maneggia il danaro publico.* Gal. *Vn fermier publique, peager.* Hispa. *El almoxarife, ò arrendador que cogè ò recabda la rentas de la communidad ò del principe.* } quod genus hodie *datiarios* appellãt. Horum ordinem Romæ & numero amplissimum, & personarum dignitate potẽtissimum fuisse constat. Cic. pro Planco. Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine continetur. Vlpianus de Publ. & vecti. l. 1. Publicani sunt qui publico fruuntur: nam inde nomen habẽt. Et omnes qui aliquid à fisco conducunt, rectè vocantur publicani. Cic. ad Qu. Frat. lib. 1, Non esse autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quàm nostros publicanos, hinc intelligi potest, quòd, &c. Ibidem. Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pendere ipsi vectigal siue publicano non potuerunt. Mulier publicana. Cic. 5. Verr. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.

Publicè, & Publicitus, aduerbia à publicus nomine deriuantur: idémque significant quod vulgò, seu palàm {δημοσία Italicè & Hispanicè, *Publicamente.* Gal. *publiquement.*} Cic. 5. Verr. Itaque quum Plinius Herbitensis, homo diserus & prudẽs, & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorũ paucitate publicè diceret. Terent. in Adelp. Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè. Id est non facilè aliquid detrimenti ab hoc capiet Respublica. Cic. pro Roscio Amer. Asseribus cibaria publicè locari. id est palàm, corámque omnibus qui interesse voluerint, conductori asseres alendos addicere. ¶ Publicè dare sumptus alicui, est illi sumptus suppeditare ex ærario. ¶ Publicè aliquem deportare, hoc est ex decreto publico. Terent. in Phorm. Nõnne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? Vbi Donatus, Publicitus, publica cura, & consilio. Plautus Amphit. Hospitio publicitus accipiat. Id est carcere publico.

Publicola, læ. Qui populum colit & obseruat. δημοκόος Plutarcho. quo cognomine dictus est P. Valerius, qui in locum Tarquinij Collatini suffectus est Consul.

Publicius, a, um, κυβλικός, vt Irer publicium. Ouid. 5. Fast. Vtile nunc iter est, publiciúmque vocant. Publicij ædiles. Ibidem, Plebis ad Aediles perducta licentia talis Publicios.

PVBLIVS. & Laberius. Poëtę mimorum. Iulij Cęsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberij maledicentia, simul & arrogantia Cæsar magnopere offendebatur. Is Publius, genere Syrus fuit, conditione seruus: puer enim & forma, & ingenio à Domitio manumitti, & eruditi meruit. Romam venit ad ludos Cæsaris, vbi mimos suos egit, magno ipsius populi applausu. Autores Gellius & Macrobius.

Publipor. Publij puer, siue seruus: sicut Marcipor, Marcipuer. Veteres enim à suis prænominibus pueros, id est seruos in familia nominabãt. Vnde à Lucio, Lucipores: à Quinto, Quintipores. Et hoc est quod Plinius ait, idgenus seruos dominorum fuisse gentiles. id est eodem nomine appellatos, quo domini appellabantur. Vide MARCIPOR.

PVCINVM, κύκινον. Vrbs est Istriæ in Mediterraneis, vt Ptolemæus scribit, lib. 3. cap. 1.

Pucinum vinum. Inter generosissima Italiæ vina, & medicamentis aptissima connumeratum est. κύκινον οἶνον. Nascitur in sinu Adriatici maris, supet colle, non procul à Timauo fonte, teste Plin. lib. 14. cap. 6.

Pudet, puduit, vel puditum est, Pudere, Verbum est impersonale, idem significãs quod erubescere, siue pudore affici. {αἰδεῖσθαι. Ital. *Vergognarsi.* Gal. *Auoir honte & vergogne.* Hisp. *Auer vergueça, auergonçarse.* } Habétq; fere accusatiuum cum genitiuo. Cic. 2. Verr. Sunt homines quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. Cic. pro Domo sua. Me non solùm piget stultitiæ meæ, verumetiam pudet. ¶ Differt autem Pudere à pigere: quòd pudere, verecundiæ sit: pigere, pœnitentiæ. Sallust. in Iug. Nam postea quæ fecerit, incertum habeo, pudeat, an pigeat magis. Donatus, Pudere est in his quæ turpiter fiunt: pigere, in his quæ cum damno ac malo. Pudere, ad dedecus: pigere ad dolorem refertur. Teren. in Adel. Patris me quidem pudet, pigétq; ¶ Inuenitur aliquando personaliter positum cum nominatiuo: verùm id non aliter quàm in tertiis personis. Lucanus, -semper metuet, quem sæua pudebunt. ¶ Composita eius sunt Depudet, Dispudet, & Suppudet, de quibus suis locis.

Pudens, tis. Verecundus {αἰδήμων. Ital. *Verecondo, non sfacciato, spettoso.* Gal. *Honteux, qui a honte,* Hispa. *casto con vergueça, vergonçoso.* } Cic. 5. Ver. Metelli est filius in prouincia, non puer, sed adolescens bonus, ac pudens. Terent. in Heaut. Animi est pudentis signum, & non insolenti. Cic. pro Flac. Pudentissimus, atque optimus vir. Idem 3. Verr. Pudentissima, lectissimáque fœmina. Cuius contrarium est Impudens, de quo egimus suo loco. ἀναίσχυντος.

Pudenter aduerbium, Id est verecundè. {αἰδημόνως. Ital. *con verecondia & modestia.* Gal. *Auec honte & humilité, & vne contenance honteuse.* Hispa. *Castamente, con verguença.* } Cic. pro Quintio. Eum tum pudenter appellare nolebas. Horat. 1. Epist. 18, -distant, faciásne pudenter, An rapias. Cic. in Vatin. Viuere pudenter. Contrarium est Impudenter, de quo suo loco. ἀναισχύντως.

Pudendus, da, dum, Quod pudore dignum est, siue quod eiusmodi est, vt illius nos pudere oporteat. {αἰσχυντηλός. Ital. *Cosa vergognosa.* Gal. *Dequoy on doit on deut on auoit honte, honteux.* Hisp. *Vergonçoso.* } Plin. lib. 29. cap. 29. Quædam pudenda dictu tanta autorum asseuratione commendantur. Ouid. Epist. 5, Causa pudenda tua est. Idem lib. 3. de Arte, Pérque aditus tales lucra pudenda petunt. Virgil. 11. Aene. -at non Euandre pudendis Vulneribus pulsum aspicies. Cic. 5. Phil. Vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quàm Senatus.

Pudenda, dorum, substantiuum. Naturales partes dicuntur, tam in viro quàm in muliere, quæ & verenda dicuntur, quòd (vt ait Augustinus lib. 15. Ciui.) libidinis nos maximè pudeat. τὰ αἰδοῖα. Ital. *Le parte disoneste dell'huomo.* Gal. *Les parties honteuses de l'homme.* Hisp. *Los miembros genitales. Las verguenças.*

Pudibundus, a, um. Qui pudore ducitur, pudens. {αἰδήμων. Ital. *Rispettoso, vergognoso.* Gal. *Honteux.* Hisp. *Vergonçoso, que tiene verguença.* } Plin. lib. 10. cap. 20. Pudibundus ac mœrens quærit latebrã. Ouid. lib. 2. Fastorum, Illa diu tetigit, pudibundáque celat amictu Orat, fluunt lachrymæ more perennis aquæ. Plin. lib. 10. cap. 20, Idem cauda annuis vicibus amissa, cum foliis arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus, ac mœrens quærit latebram. Dies pudibunda, pro purpurea, apud Statium. lib. 5. Theb. de aurora.

Pudibundè, cum pudore. αἰσχυντηλῶς.

Pudefio, fis. Erubesco, pudore suffundor, {αἰδοῦμαι, αἰσχύνομαι. Ital. *Vergognarsi.* Gal. *Auoir honte.* Hisp. *Auergonçarse a si mesmo.* } Passiuum est à Pudefacio, quod est pudorem alicui inicio. Gell. lib. 15. cap. 17, Tibiam, pudefactus oris deformitate, abiecit.

Pudicus, pen. prod. Castus. {ἁγνός, σώφρων. Ita. *Pudico, casto.* Gal. *Pudique, chaste.* Hisp. *Cosa casta con verguença.* } Pudicum ingenium Pamphili, apud Terentium in Hecy. & Mores pudici, apud Plautum in Capt. Miles pudicus. Cic. Epist. ad Octa. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere voluit nisi pudicum? Mores pudici, Ouid. 3. Trist. Mulier pudica. Horat. Epod. 2. Thalamos violare pudicos. Ouid. 1. Amor. Eleg. 8 ¶ Pudicior comparatiuum. Ouidius in Ibin. Nec tibi contingat matrona pudicior illa, Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.

Pudicè, aduerbium. {μετ' αἰδοῦς, ἁγνῶς. Ital. *Castamente, pudicamente.* Gal. *Chastement, pudiquement.* Hisp. *Castamente.* } Ouidius ad Liuiam. Quid tibi nunc mores prosunt, actúmque pudicè Omne per unum? A quo fit Pudicitia, castitas. ἁγνεία. Quorum contraria, sunt Impudicus, Impudicè, & Impudicitia: de quibus egimus suis locis.

Pudicitia, æ. modo pro castitate. {ἁγνεία. Ital. *Castità, pudicitia.* Gal. *Chasteté, honneté.* Hisp. *Castidad con verguença.* } Plin. lib. 17. cap. 25. A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis autor tradidit. Ouid. Epist. 5, Lis est cum forma magna pudicitiæ. Ibidem, -nulla reparabilis arte Læsa pudicitia: deperit illa semel. Tacit. lib. 4, Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia. ¶ Modò pro religiosa munditia ac puritate ponitur. Ver. 2. Georg. Casta pudicitiam seruat domus. ¶ Quandoque Dea quæ Romæ colebatur. Plin. lib. 2. cap. 7.

Pudor, doris, vt Stoici definiunt, est metus infamiæ qui animum reprimit, ne procaciter, aut inordinatè, aut turpiter quid peragat. {αἰδώς. Ita *Timor d'infamia, pudore.* Gal. *Honte.* Hisp. *Verguença con temor.* } Quur autem erubescant quos puduit, causam tradunt Philosophi, quoniam pudefactis sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita vt superficiem occupet. Pudor à verecundia sic separatur à quibusdam, vt pudor sit rei turpiter actæ: verecundia etiam rectè facti, atque honesti: quæ tamen differentia vera non est. Cic. pro Cluent. Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, vt eam non pudicitia, non pietas reuocaret. Plin. lib. 11. cap. 37. Pudoris in malis sedes. Ouid. 1. de Arte. Este procul vittæ tenues, insigne pudoris. Erat enim vitta, matronarum ornatus. Horat. 1. Serm. Saty. 6. Infans namque pudor prohibeat plura profari. Ouid. Epist. 16. -fines transire pudoris. ¶ Pudor etiam pro scelere, & probro, vel dedecore sumitur, quæ sunt pudoris causæ. Ouidius Epist. 11, Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem. Idem Epist. 9. O pudor, hirsuti costis exuta leonis, Aspera texerunt vellera molle latus.

Puer, pueri, pen. corr. {παῖς. Ital. *Fanciullino.* Gal. *Enfant, petit garson, seruiteur.* Hisp. *Moço ò muchacho de edad.* } Tribus modis dicitur, vt ait Paulus de Verb. signific. l. Puer Primò quum seruum significamus. Terent. in Andr. Et iam puerum inde abiens conueni Chremis Cic. ad Qu. Frat. lib. 1, Túne id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te Túne id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te sine literis miserim? Secundò, cuum puerum contrario nomine puellę sine literis miserim? Secundò, cuum puerum contrario nomine puellę dicimus, marem denotantes. Ouid. 9. Metam. Cultus erat pueri, facies, quam siue puellæ. Siue dares puero, fieret formosus vterque. Et paulò pòst. Vota puer soluit quæ fœmina vouerat, Iphis. Tertiò, quum ætatem puerilem intelligimus. Cic. Bruto, Cęsaris verò pueri mirifica indoles virtutis. Virgil 2. Aeglo. O formose puer, nimium ne crede colori. ¶ Regij pueri, Apud Macedonas vocabantur Principum liberi ad ministerium Regis electi, vt est videre apud Liui. lib. 5. Decad. 6. ¶ Interdum est cum vim ætatis notat: denotátque respectum erga patrẽ vel matrem: vt sit idem quod filius. Horat. 1. Epist. 2. Quæritur argentum, puerisq; beata creandis Vxor. Virg. 8. Aeglo. Crudelis mater magis, an puer improbus ille ¶ Apud antiquissimos erat communis generis: quod & Priscianus annotauit, citans illud ex Liuij Andronici. Od. Sancta puer, Saturni filia Declinatur & hic puerus, & hæc puera, sicut puellus & puella. Plau. in Mer. Tu puere abi hinc intrò ocyus. Varro ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt citat Nonius, Properate viuere pueræ, quas finit ætatula ludere, & amare, & Veneris tenere leges. Sueto. in Calig capi. 8, Quod antiqui etiam puellas pueras, ſicut & pueros puellos dictitarunt.

Puerulus, li, diminutiuum. {πάιδιον. Ital. *Fanciullino, piccolo fanciullo.* Gal. *Petit enfant.* Hiſp. *Moço de edad pequeña, Moço pequeño.*} Cicero pro Roſc. Am. Vt inter ſuos omnium deliciatum atque omnium artium puerulos, ex tot elegantiſſimis familiis lectos, velit hos verſari homines penè operarios.

Puerpera, peræ, Mulier quæ recens peperit, quæque ex dolore partus decumbit. {λεχώ. Ital. *Donna di parto.* Gal. *Vne accouchee, femme qui a enfanté.* Hiſpa. *La parida muger que pario.*} Terent. in Adel. –multò rectius eſt, Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam ægrotam. Plin. lib. 7. cap. 4, Editis geminis raram eſſe aut puerperæ, aut puerperio, præterquàm alteri, vitam.

Puerperus, ra, rum, adiectiuum: vt verba puerpera. {λεχώδης. Ital. *Coſa di donna di parto.* Gal. *Qui produit ou fait produire ou enfanter vne femme.* Hiſpan. *Coſa de muger parida.*} Ouid. 10. Metam. Admouitque manus, & verba puerpera dixit.

Puerperium, rij, Niſus, & dolor parientis, vel etiam tempus ipſum quo patit mulier, quóve poſt partum ex dolore decumbit. {λοχεία. Ital. *Dolore del partorire.* Gal. *Enfantement ou le temps d'enfanter, accouchement, geſine, doleur d'enfanter.* Hiſpa. *El parto ò dolor de muger parida.*} Plin. lib. 28, cap. 8, Lingua adalligata, pericula puerperij tolli. ¶ Aliquando etiam proles ipſa. Gellius, Diuo Auguſto imperante, ancilla eius in agro Laurente peperit quinque pueros, qui pauculos dies vixerunt. Mater quoque non multo póſt mortua. monumentúmque ei factum iuſſu Auguſti, in via Laurentina, in quo ſcriptum fuiſſe cõſtat numerum puerperij. Sue. de Calig. Quum Agrippina bis in ea regione filias enixa ſit, & qualiſcunque partus, ſine vllo ſexus diſcrimine puerperium vocitetur: quòd antiqui etiam puellas pueras, ſicut pueros & puellos dictitarant. Plin. lib. 18. cap. 29, Vt in lacte puerperium necat. Idem lib. 7. cap. 11, Vno aborſu duodecim puerperia egeſta.

Puerilis, puerile, penult. produ. Quod eſt pueri, vel quod puerorum proprium eſſe ſolet. {παιδαγωδὴς, παιδικός. Ital. *Coſa da fanciullo.* Gal. *Puerile, d'enfant.* Hiſpani, *Coſa perteneſciente à moço.*} vt Aetas puerilis, apud Ciceronem pro Archia, Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. Idem ad Atticum, lib. 14, Acta enim illa res eſt animo virili, conſilio puerili. Virgil. 5. Aeneid. –ſi iam puerile paratum Agmen habet ſecum. Idem 11. Aeneid. Tela manu iam tenera puerilia torſit.

Pueriliter, aduerbium, More puerorum. {παιδαγωδῶς. Ital. *A modo di fanciullino.* Gal. *Puerilement, en façon d'enfant, en enfant.* Hiſpani. *Con mocedad, en guiſa de moço.*} vt Pueriliter blandiri. Liuius 1. belli Pun. Cicero 1. de Finibus. Quæ quum res tota ficta ſit puetiliter, tum nec efficit quod vult.

Puerilitas, atis, Ineptia, vel inconſiderantia puerilis. {παιδαγωδία, ἀνοησία. Ital. *Fanciullezza.* Gal. *Enfance, puerilité.* Hiſpani. *Mocedad.*} Seneca, Qui pueritiam eius, ſiue potius puerilitatem ludibrio habuit. ¶ Ponitur aliquando pro ipſa pueritia, *media.* Varro de Libetis educandis, Velim mehercules, inquit ipſe, vſu magno puerilitatis formulam audire.

Pueritia, tiæ, Aetas puerilis. {παιδία, παιδίον. Ital. *Pueritia, fanciullezza.* Gal. *Enfance.* Hiſp. *Edad del moço, mocedad.*} Cice. pro lege Manil. Qui extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris. Idem Licinio, lib. 5, Qui me à pueritia ſua ſemper obſeruauit. ¶ Quandoq; etiam ſumitur pro puritate, ſiue caſtitate: quod & Nonius annotauit, citans illud Varronis ex lib. 2. Rerum humanarum, Quæ pueritia eſt infrequens polluta. Vide tamen num potius ibi puritia legendum ſit.

Puerascere dicuntur qui exacta infantia pueritiam incohant. παιδάζειν, παιδάσκειν. A quo repuerascere, de quo vide ſuo loco.

Puellus, li, diminutiuum à puer, Significat paruum puerum, ſiue filiolum. {παιδίον. Ital. *Fanciullino.* Gal. *Petit enfant.* Hiſpa. *Pequeño moço.*} Lucilius, Quúm'que hic tam formoſus tibi, ac te dignus puellus.

Puella, læ, à puera per diminutionem {παιδίον. Ital. *Fanciulla.* Gal. *Fillette.* Hiſpan. *Moça pequeña.*} Cicero ad Atticum. De tutela legitima in qua dicitur eſſe puella, nihil vſucapi poteſt. Virgil. 4. Georg. Immanem ante pedes hydrum moritura puella Seruantem ripas alta non vidit in herba. Ouid. 2. Amor. Elegan. 16, Verba puellarum foliis leuiora caducis. Ouid. 3. Amor. Eleg. 6, Aut non formoſa eſt, aut non bene culta puella. Virgil. 2. Aeneid. –circum pueri, innuptæque puellæ Sacra canunt.

Puellula, æ, diminutiuum à puella. {τὸ παιδίον, τὸ παιδάριον. Ital. *Picciola fanciulla.* Gal. *Petite fillette.* Hiſp. *Moça pequeña.*} Catullus in epith. Iuliæ, Floridam ipſe puellulam Matris è gremio ſuæ Dedis. Idem in Mamur. Socij puellularum.

Puellaris, puellare, {παιδικός, παιδαγωδὴς. Ital. *Fanciulleſco, puerile.* Gal. *De fillette.* Hiſpa. *Coſa pertenéſciente à moça.*} Idem ferè quod iuuenilis: adiectiuum à puella deductum: quemadmodum à puero, puerilis. Quintilianus de vxore defuncta, Tum ætate ea puellari, præſertim meæ comparata poteſt & ipſa numerari inter vulnera orbitatis. Plin. libro 10. cap. 55, Liuia Auguſta prima ſua iuuenta Tyberio Cæſare ex Nerone grauida, quum parere virilem ſexum admodum cuperet, hoc vſa eſt puellari augurio, quum in ſinu fouendo, atque quum deponendum haberet, nutrici per ſinum tradendo, ne intermitteretur repor: nec falſò augurata proditur. Ouid. 4. Faſt. Præda puellares animos oblectat inanis.

Puellariter, aduerbium. {παιδικῶς. Ital. *A foggia di fanciulla.* Gal. *En fillette, à la maniere des fillettes.* Hiſp. *En manera de moça.*} Plin. Epiſt. 163, Dum ſe prægnantem puellariter neſcit, ac per hoc, &c.

Puellaſcere, Effœminari, γυναικίζειν. Pacuuius, Puellaſcunt laſciuia adoleſcentes. Aliquando reuireſcere, & quaſi ad puellarem ætatem redire. {ἀνανεάζειν. Ital. *Ritornare in età di fanciulla.* Gal. *Retourner en aage de fillette.* Hiſp. *Tornar moça.*} Varro apud Nonium. Quod nõ ſolùm innubæ fiunt communes, verumetiam veteres puellaſcunt.

Pugil, huius pugilis, Qui pugilatu decertat: nomen à pugna, ſiue à pugnis deductum. {πύκτης. Ital. *Chi combattena all' vſanza antica co' pugni in luoco publico.* Gal. *Qui anciennement s'exerçoit au combat à grands coups de poings.* Hiſp. *combatidor con puños.*} Cic. de Clar. Orat. Pugiles inexercitati etiã ſi pugnos, & plagas Olympiorum cupidè ferre poſſunt, Solem tamen ſæpe ferre non poſſunt. Idem 2. Tuſ. Pugiles cæſtibus contuſi, ne ingemiſcunt quidem. Horat. lib. 2. Epiſt. 1, –media inter carmina poſcunt Aut vrſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Pugilatus, us, Pugilum certamen. {πυγμαχία. Ital. *Tale giuoco de pugni.* Gal. *Le jeu & exercice des pugils.* Hiſp. *Juego ò exercicio con puños.*} Plaut. in Capt. Hic homo pugilatum inceptu. Plin. lib. 8. cap. 22, Eundem decimo anno reſtitutum athleticæ, certaſſe in pugilatu.

Pugilatio, Idem. πυγμαχία. Cice. 2. de Legib. Sunt corporum certationes curſu, & pugilatione, luctatione, &c.

Pugilicè, aduerbium, Pugilum more. πυκτικῶς. Plaut. in Epid. Quid heri lis noſter filius? EPID. Valet pugilicè, atque athleticè. Vbi pugilicè & athleticè valere dixit pro eo quod eſt proſperrima, ſummáque valetudine frui. Summam enim tam athletæ, quàm pugiles corporis robori curam impendebant: ita vt interdum ex nimia repletione venæ deruptione periclitarentur.

Pugillaris, Pugillus, vide PVGNVS.

Pugio, onis, Breuioris gladij genus eſt, teſte Nonio: ita dictum ab eo quòd pugno facilè apprehendatur, vel quòd eo punctum pugnetur, vt inquit Feſtus. {ἐγχειρίδιον. Ital. *Pugnale.* Gal. *Vn poignard.* Hiſpa. *Puñal.*} Front. lib. 2. Stratag. Qu. Sertorius, quum acie decertaret, barbarum qui ei nuntiauerat Hirtuleium periiſſe, pugione traiecit. ¶ Pugionem plumbeum vocat Cicero inualidum argumentum, libro 4. de Finibus. O plumbeum pugionem.

Pugiunculus, li. Paruus pugio. {ἐγχειρίδιον. Ital. *Pugnaletto.* Gal. *Vn petit poignard.* Hiſp. *Pequeño puñal.*} Cicero Hiſpanienſem pugiunculum Cn. Piſonem appellat. Idem in Orat. Nam in iis quibus vt pugiunculis vti oportet, breuitas facit ipſa liberiores pedes.

Pugna, æ, Prælium, dimicatio, certamen: quod nomen à pugno deductum exiſtimat Donatus. {μάχη. Ital. *Pugna, combattimento.* Gal. *Combat.* Hiſp. *Pelea, ò batalla.*} Nam veteres, inquit, ante vſum ferri, & armorum, pugnis, & calcibus, & morſibus, corporúmque luctatione certabant. Virg. 3. Georg. Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas. Idem 1. Aene. –quem ſi fortuna ſequatur, Euentum pugnæ cupiat. Idem 11. Aeneid. Iſq; vbi ſe nullo iam curſu euadere pugna Poſſe, &c. Cice. pro Muræna, Ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, vel acerrima videtur illa quæ cum Rege commiſſa eſt, & ſumma cõtentione pugnata. Cic. 3. in Catil. Tum interuentu Pontini atq; Flacci, pugna quæ erat commiſſa, ſedatur. Dicimus pulchrè, Committere pugnam, Dare pugnam, Rem venire ad pugnam. ¶ Quandoque apud Poëtas pro ſtupro ponitur. Terent. Eunuc. Dabit hic aliquam pugnam.

Pugno, as, Dimico, pugnam committo. {μάχομαι, διαμαχεσθαι. Ital. *Combattere, guerreggiare.* Gal. *Combatre.* Hiſp. *Pelear.*} refettúrq; ad animata: vt, Pugno cum hoſte. Plau. in Amph. Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Cic. pro Corn. Balbo, Qui cum hoſte noſtro comtous in ſæpe pugnauit. Plin. lib. 32. cap. 1, Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur velut è muris. Pugnare pugnam, id eſt pugnam committere, manus conſerere. Gell. lib. 2, Dum Pyrrhus rex in Italia eſſet, & vnam atque alteram pugnam proſperè pugnaſſet. ¶ Interdum Pugnare accipitur pro contendere, certare, litigare. Cic. 2. de Natu. deor. Videtur Epicurus de diis immortalibus non magnopere pugnare. id eſt de diis non valde laborare, aut pro eorum defenſione non magnopere contendere. Gell. lib. 12. cap. 15. Pugnare de poſſeſſione hominis. Terent. in Prologo Hecy. Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. Pugnare ſecum, vel inter ſe, ea dicuntur quæ inter ſe ſunt contraria: vt, Pugnantia ſtudia, pugnantes ſententiæ. Quint. lib. 5. cap. 10, Hæc autem quæ tantùm inter ſe pugnant, plerunque nominibus deflecti ſolent. Horat. in Serm. –quid mea quum pugnat ſententia ſecum? ¶ Pugnare pro conari. Ouid. 1. de Remed. Pugnat in aduerſas ire natator aquas. In qua ſignificatione non inuenuſtè accuſatiuum admittit. Cicero Appio Pulchro, Illud pugna atq; enitere, nequid mihi temporis prorogetur. Idem 1. de Natu. deor. Illud video pugnare te, ſpecies vt quædam ſit deorum. ¶ Pugnauerit, veteres dicebant pro eo quod eſt ſtrenuè te geſſeris. Terent. in Adel. Et iſtam pſaltriam vnà illuc mecum hinc abſtraham. M. Pugnauerit. Vbi Donatus, Pugnauerit, id eſt magnam rem geſſerit. ¶ Habet autem hoc verbum vt cætera eiuſdem ſignificationis, varias conſtructiones. Dicimus enim Pugno in hoſtem, contra vel aduerſus hoſtem, cum hoſte. Et apud Poëtas, pugno hoſti. Exempla nuſquam non occurrunt. ¶ Pugnatur, imperſonale. Cæſar 4. belli Gal. Quum ab hora ferè quarta vſque ad Solis occaſum pugnaretur. Ouid. 3. de Arte. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis: Nec dubito, telis quin petar ipſe meis. Cic. 3. Offic. Quum malè pugnatum apud Claudium eſſet. ¶ Item pugnatur, paſſiuum: vt, Hoc pugnatur, pro hoc contenditur. Cic. pro Roſc. Amer. hoc ſolùm hoc tempore pugnatur, vt ad illam opimam præclarámque prædam damnatio Sext. Roſcij velut cumulus accedat.

Pugnans, tis, participium. {μαχόμενος. Ital. *Chi combatte.* Gal. *Bataillant.* Hiſ. *El que pelea, peleador.*} Ouid. 13. Metam. –ego Telephon haſta Pugnantem domui: victum, otantémq; refeci. Idem 1. de Ponto. Eleg. 2. Hic me pugnantem cum frigore, cúmque ſagitis. Cúmq; meo fato, quarto fatigat hyems. ¶ Interdum migrat in nomen, idemque ſignificat quod contrarius, ſiue repugnans: vt Pugnantes ſententiæ, hoc eſt inter ſe contrariæ. Plin. Epiſt. 167. Quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum, &c. Pugnantia ſtudia. Cic. 1. de Finib. Atqui pugnantibus & contrariis ſtudiis conſiliiſque ſemper vtens, nihil quieti videre, nihil tranquilli poteſt. Cic. 1. Tuſc. Pugnantia, te loqui non vides?

Pugnatus, a, um, participium. Sallu. Iug. {μεμαχημένος. Ital. *Combattuto.* Gal. *Combatu.* Hiſp. *Peleado.*} Quæ negotia multo magis, quàm prælium malè pugnatum à ſuis, Regem terrebãt. Hora. 3. Carm. Ode 19. Et pugnata ſacro bella ſub Ilio. Virg. 8. Aene. –pugnatáque in ordine bella.

Pugnator, penul. prod. Verbale. {ὁ μαχητὴς, ὁ μαχόμενος. Ital. *Combattente.* Gal. *Combatant.* Hiſp. *Peleador.*} Liui. 4. belli Punici, Deinde occupata dextra tenendo caput, fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat.

Pugnax,

Pugnax, acis. Pertinax. {μαχητικός. Ital. *Bellicoso, guerriero.* Gal. *Aſſez au combat. Aſſez à combattre.* Hiſp. *Hombre que mucho pelea.*} Cicero in Anto. Sæua Centurio pugnax & lacertoſus. ¶ Interdum idem quod vehemens & pertinax in pugnando, ſeu contendendo. Cice. 1. de Orat Carneades dicere ſolebat, me ſibi perfaciſſem in dicendo, te perpugnacem in diſputando eſſe viſum. Idem in Piſonem, Græcus faciliꝰ, & valde venuſtus, nimis pugnax contra Senatorem populi Romani eſſe noluit.

Pugnacior, Pugnaciſſimus. μαχητικώτερος. Plinius libro 22. cap. 21, Perdices, & gallinaceos pugnatiores fieri putant, in cibum eorum additis. Cicero de Clar. Orat. ſed & huius oratio in philoſophiam tranſlata, pugnacior (ita dicam) videtur, & illorum in iudicio pacatior. Pugnax exordium dicendi, id eſt efficax, & vehemens, apud Ciceronem 2. de Orat.

Pugnacitas, atis. Pugnandi auiditas, & pertinacitas. {τὸ μαχητικόν. Ital. *Aſprezza, oſtinatione di combattere.* Gal. *Aſpreté de combatre.* Hiſpa. *Aguel habito de mucho pelear.*} Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices capiuntur quoque pugnacitate eiuſdem libidinis.

Pugnaciter, adverbium, Vehementer, pertinaciter, inſtanter. {μαχητικῶς. Ital. *Con gran core, aſſremente, oſtinatamente.* Gal. *De force & corage, aſſrement, ormalſrement.* Hiſp. *Mucho peleando, porfiadamente.*} 4. Cicc. 4. Acad. Ergo de omni ſtatu, conſilióque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cum alios, tum etiam metipſum velim. Quintil. libro 9. cap. 4. Vbicunque acriter erit, & inſtanter, pugnacitérque dicendum, membratim, exſimque dicemus.

Pugnaculum, li, Idem quod propugnaculum, hoc eſt locus munitus ex quo hoſtilis vis arcetur. {προβολή. Ital. *Baſtione.* Gal. *Boulouert.* Hiſpa. *La torre para defender.*} Plaut. in Mili. Meus illic homo eſt, deturbabo ego iam illum de pugnaculis.

Pugnus, gni, Manus clauſa, & in condylos contracta. {δρυξ, κόνδυλος. Ital. *Pugno.* Gal. *Le poing.* Hiſp. *El puño de la mano cerrada.*} Terent. in Adel. Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam vſq; occidit. Vbi Donatus, Aut pugnus à pugna eſt dictus, aut ab illo pugna. Quidã à Græco πυγμὴ deducunt, quod & inter cætera pugnum ſignificat. Cice. in Orat. Nam quum compreſſerat digitos, pugnúmque fecerat, dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. Cato cap. 82, Sphæras pugnum altas facito. Hoc eſt ad craſſitudinem vnius pugni. Cice. in Paradox. Quoniã verbis contendimus inter nos, non pugnis. Virgil. lib. 11. Aeneid. Pectora nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora.

Pugillus, li, diminutiuum. Significat paruum pugnum. δράκιον.

Pugillares, rium, maſcul. gene. vel Pugillaria, rium, neutri gene. Tabellæ ceræ, vel ligneæ, ſiue alterius materiæ, in quibus ſtylo ſcribimus. {πινακίδιον, πινακίδιον. Ital. *Tauolette incerate ſopra lequali ſcriuiamo auticamente.* Gal. *Tablettes à eſcrire.* Hiſp. *Las Tabillas para eſcriuir.*} dictæ quòd pugno comprehendantur: vel à pungedo, quòd ſtylo in his pungendo ſcribatur. Plin. libro 13. cap. 11, Pugillarium enim vſum fuiſſe etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum. Catul. de Acme. En negat mihi veſtra reddituram Pugillaria, ſi pati poſſetis. ¶ Legitur & Pugillar, in ſingulari numero. Auſonius, Bipatens pugillar expedi. Variis autem nominibus dicebantur pugillares apud veteres: alij duplices, alij triplices, alij quintuplices nominabantur. Erant & citrei, eborei, membranei dicti, qui ex citro, ebore, membranis erant confecti.

Pugillaris, pugillare, adiectiuum. Quod pugillum, ſiue pugnum implere poteſt, ſeu quantum pugnus poteſt continere. δρακιαῖος. Iuuen. Saty. 12. Nec pugillares deſert in balnea raucus Tafticulos, nec vellendas iam præbuit alas.

Pugillatorius, a, um, adiectiuum. Quod pugno percutitur. {πυγμαῖος. Ital. *Fatto de pugni.* Gal. *Feru à coups de poings.* Hiſpani. *Herido con puños.*} vt Follis pugillatorius, maximum pilæ genus, quod ſpiritu inflatur, & pugno percutitur non palma. Plautus in Ruden. -extemplò hercle ego te follem pugillatorium Faciam, & pendentem incurſabo pugnis, periuriſſume.

Pulcher, chra, chrum. Formoſus, bellus, venuſtus. {καλὸς, εὐειδής. Ital. *Bello, leggiadro.* Gal. *Beau, honneſte.* Hiſpa. *Bello ò hermoſo.*} Cice. 5. Tuſcul. Itaque nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenum argentis arcum, &c. Ibidem, Suum cuique pulchrum eſt. Virgil. 2. Geor. Nec pulcher Ganges auro turbidus Hermus Laudibus Italiæ certent. Idem 3. Aeneid. Sic fatus, meritos aris mactabat honores, Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo. Sunt qui pulchrum à pollendo dictum putent, quaſi polchrum, quòd forma polleant pulchri. Illud certè vel Ciceronis teſtimonio conſtat, nomen hoc antiquitus ſine aſpiratione ſcribi ſolere, quanuis perpetuo deinde vſu effectum ſit vt eam receperit. ¶ Eius diminutiuum eſt pulchellus, la, lum. Cice. Attic. lib. 10. Redeo ad altercationem: ſurgit pulchellus puer. ¶ Interdum. pulcher ſumitur pro bono, ſicut bouum pro pulchro Gell. lib. 19. cap. 8, Ni quid contra ea dicis Poëtarum pulcherrime, quo & te purges, & non eſſe id vitium demonſtres, id eſt optime. Ecquuerſo bonam formam pro pulchra dicimus: quemadmodum & malam, pro deformi. Terent. Andr. Forma non ſit bona ſæpe. Bona forteſſis. ¶ Interdum pro forti. Virg. lib. 7. Aeneidos, -ſanus Hercule pulchro Pulcher Aventinus. ¶ Pulchrior, comparatiuum: & ſuperlatiuum pulcherrimus. Virg. 9. Aeneid. -quo pulchrior alter Non fuit Aeneadûm. Cice. de Senec. Vna quid poteſt eſſe tum fructu lætius, tum aſpectu pulchrius? Virgil. lib. 1. Aeneid. Regina ad templum forma pulcherrima Dido Inceſſit, magna iuuenum ſtipante caterua. Idem 6. Aene. Hic genus antiquum Teucri pulcher ima proles.

Pulchralis, Antiqui dixerunt pro pulchro, teſte Feſto. Ennius, Pulchralibus ludis.

Pulchrè, adverbium, Id eſt bellè, benè præclarè. {καλῶς. Ital. *Bene, leggiadramente.* Gal. *Gentement, bien & honneſtement.* Hiſp. *Hermoſamente.*} Plaut. Amph. Optumè optumo optumam operam das, datam pulchrè locas. Cice. lib. 10. Epiſt. Lepidum pulchrè noram. Plaut. in Merc. Si tu vera dicis, & pulchrè, ædificaras arbitror. ¶ Ponitur aliquando pro ſapienter, interprete Donato. Terent. in Eunuc. Dixti pulchrè, nunquam vidi melius conſilium dari. ¶ Aliquãdo pro valde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Terent. in Eunuc. At dum accubabam, quàm videbar mihi eſſe pulchrè ſobrius.

Pulchritas, atis. Antiqui dixerunt pro pulchritudine, vt annotauit Nonius, citans illud Cæcilij, Dij boni, quid illud eſt pulchritatis? κάλλος, εὐμορφία.

Pulchritudo, inis. Species, venuſtas, decor, elegantia: & vt Cice. libro 3. Tuſcul. Quæſt. inquit, quædam apta ſigura membrorum, cum coloris quadam ſuauitate. {κάλλος. Ital. *Bellezza.* Gal. *Beauté.* Hiſpa. *Hermoſura, belleza.*} Venuſtas autem eſt gratia quam affert pulchritudo. Cicero 1. Offic. Pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipſo quòd inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt. Idem lib. 3 de Orat. Tantam habet pulchritudinẽ, vt nulla ſpecies ne excogitari quidem poſſit ornatior. Idem lib. 1. Offic. Quis non admiretur ſplendorem, pulchritudinémque virtutis?

Pulegium, gij, Herba hortenſis eſt nota. {γλήχων, ὄρος γεν. Ital. *Puleggio.* Gal. *Herbe appelée poliot.* Hiſp. *Poleo.*} Colum. lib. 8 cap. 5. Pulegij furculis fumigentur: ea res videtur prohibere pituitam, quæ ceterùm teneros inficit. Legitur etiam pro eodem puleium. Cice. lib. 1. de Diuinat. Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum floreſcere ipſo brumali die. ¶ Accipitur etiam pulegium per tranſlationem pro ſuauitate ſermonis. Cice. ad Tiron. m, lib. 16. Cras expecto Lepta: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis vtendum eſt.

Pulex, cis, Vermiculus notus, ſode dictus quòd ex puluere generetur. {ψύλλα. Ital. *Pulce.* Gal. *Vne pulce.* Hiſpa. *La pulga.*} Plin. lib 30. cap. 10. Aliud eſt cuculo miraculum, quo quis loco primùm audiat ſuum illam. ſi dexter pes circumſcribatur, ac veſtigium ibi defodiatur, non gigni pulices vbicunque ſpargatur.

Pulicoſus, a, um. Pulicibus plenus. {ψυλλώδης. Ital. *Pieno de pulici.* Gal. *Plein de pulces.* Hiſp. *Lleno de pulgas.*} Colum. lib. 7. cap. 13. Pulicoſæ eam remedia ſunt: Sume cymicum tritum, pari pondere cum veratro, aquáque miſtum, & illitum ſeu cucumeris anguinei ſuccum, vel (ſi hæc non ſunt) vetus amurca per totum corpus infuſa.

Pullarius, Pullaſter, vide PVLLVS ſubſtantiuum.

Pullatus, vide PVLLVS adiectiuum.

Pulleſco, Pullicanus, Pulleties, vide PVLLVS ſubſtantiuum.

Pullus, pulli, à purellus (vt quidam putant) per ſyncopen deductum. {πῶλος. Ital. *Pecioli figliuoli nati di nouo delle beſtie, pollaſtro, pulcino.* Gal. *Poulſin, poulain.* Hiſpa. *Pollo de qualquier aue, ò pollino de qualquier beſtia.*} Significantur autem hoc nomine quorumlibet animalium ſeturæ: pulli equini. Virgil. libro 3. Georg. Continuò pecoris generoſi pullos equinos. Alius ingreditur. Iuuen. Saty 11. -quia tu gallinæ filius albæ, Nos ville pulli, nati infœlicibus ouis. De pullis gallinaceis eſt Epigramma apud Martialem lib. 13. Plin. lib 8. cap 44. Pullis eorum ceu pretiantibus ſapore, Africa gloriatur. Pullus ranæ. Horat. libro 2. Serm. Saty. 2 Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis. ¶ Quinetiam priſci pullos dicebant ſuos catamitos. Vnde Qu. Fabius, cui Eburno cognomen fuit propter candorem, quòd eius naris ictu eſſet fulmine, pullus Iouis appellatus eſt.

Pulluli. Stolones ſunt (vt quibuſdam placet) ex arborum radicibus enaſcentes. {βλαστοί. Ital. *I noui germogli de gli alberi.* Gal. *Surgeons ou gettons de vigne ou autre plante.* Hiſpa. *Pimpollos que naſcen del arbol.*} vnde & pullulare dictum putant pro eo quod eſt, ſtolones, ſiue germen emittere. Plin. libro 17 cap 10. Nulli verò tales pulluli prouenirunt niſi quorum radices amore Solis, atq; imbris, in ſumma tellure ſpatiantur. In multis exemplaribus legitur pulli.

Pullulo, las, pen. corr. Fœtifico, quaſi pullulos, hoc eſt ſtolones emitto. {βλαστάνω. Ital. *Pullulare, germogliare.* Gal. *Pulluler, getter ſurgeons.* Hiſp. *Naſcer y creſcer y echar renuouo el arbol.*} Nam pullulare dicimus arbores, quũ à radice nouæ plantæ ſurgunt. Virg. 2. Georg. Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſylua. Plin. lib. 17 cap. 10. Natura & plantaria demonſtrauit, multarum radicibus pullulante ſobole denſa, & pariente matre quos enecet. Eius quippe vmbra tuba indigeſta & pariente matre quos enecet. premitur, vt in lauris, platanis, cetaſis, prunis; paucorum in hoc gnoſcere rami parent ſoboli, vt vlmorum, palmarúmque. Nullis verò tales pulli proueniunt, niſi quarum radices, amore Solis atque imbris, in ſumma tellure ſpatiantur. Virgil. lib. 7. Aeneid. Tam ſeuæ facies: tot ſummæ tellure ſpatiantur. Virgil. lib. 7. Aeneid. Tam ſeuæ facies: tot pullulat atra colubris. ¶ Huius compoſitum eſt expullulo, quod ſignificat extrà pullulo, vel enaſcor. Colum lib. 5. Nec dubium quin gemmæ quæ cacumini proximæ ſunt, infœcundæ in eo relinquantur, ex quibus pampinus expullulat.

Pullulaſco, pullulaſcis, Pullulans fio, germen emitto. {βλαστάνω. Ital. *Pullulare, germogliare.* Gal. *Pulluler, bourgeonner.* Hiſpani. *Naſcer y creſcer y echar renuoues el arbol.*} Colum. libro 4. cap. 21, Et nouello palmite vitis pullulaſcit.

Pullulaſco, ſcis. Idem quod pullulo. {βλαστάνω. Colum. lib. 4 cap. 21. Quicquid eſt ſupra vetuſti brachij, amputatur, & ita ex nouello palmite viticis pullaſcit. Quo tamen in loco in emendationibus Columellæ, exemplaribus pulleſcit. Quo tamen in loco in emendationibus Columellæ, exemplaribus legitur, pullulaſcit. ¶ A pulleſco nonnulli deducunt compoſitum repulleſco, citantes locum Columellæ eodem lib. cap. 22, Quam tum repulleſco, citantes locum Columellæ eodem lib. cap. 22, Quam ferè plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodet, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repulleſcant. Verùm & ibi emendatiores codices, Repullulaſcant legendum oſtendunt.

Pullaſter, & pullaſtra, Significant gallum, ſiue gallinam adoleſcentem. {νεοττός, νεοττίς. Ital. *Pollo, pollaſtra.* Gal. *Vn jeune coq, cochet.* Hiſpan. *Pollo grande, gallina.*} M. Varro, lib. 3. de Re ruſt. cap 9. Et ea quæ ſubiectas, quaſi gallinæ. potius vetulis, quàm pullaſtris, & quæ roſtra, aut vngues non habeant acutos: quæ debent potius inconcipiendo occupatæ eſſe, quàm in cubando.

Pullicenus, à quibuſdam, degenerante iam linguæ Latinæ puritate, vſurpatum eſt pro pullo gallinaceo. Aelius Spartianus, de Alexãdro Seuero, Et ne earum paſtus grauaret annonam, ſeruos habuit vectigales, qui eos ex ouis, & pullicenis, & pipionibus alerent.

Pullinus, na, num, Quod eſt pulli. {πώλινος. Ital. *De pollaſtro ò pollino.* Gal. *De poulſin ou poulain.* Hiſp. *De pollo ò pollino.*} Vode pullini dentes, quos primùm equi iaciunt. Plin. lib. 8 cap. 44. Quæ non priuſquam dentes quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, ſterilis intelligitur.

Pullarius,

Pullarius, Qui è pastu pullorum captat auspicia. ἱερεὺς ὀρνιθοσκόπος. Ital. *Pollaro.* Gal. *Pollallier.* Hisp. *El que cura delos pollos.* ¶ Liuius lib. 10. Nam quum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum nuntiauit Consuli. Cic. 2. de Diuin. Attulit in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. Liu. 8. ab Vrbe, Nanque Papyrius Dictator à pullario monitus, quum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur. Cic. lib. 10. Epist. Fam. Literis recitatis, oblata est religio Cornuto pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse.

Pullatio, onis, Accipitur pro fœtura pullorum, quę & pullitio dicitur. ἡ τῶν ὀρνίθων γονή. Ital. *Nascimento ò il couare de polli.* Gal. *Nichée ou couée de poulsins.* Hisp. *Nasçimiento, ò criança delos pollos.* ¶ Colum. lib. 8. cap. 5. Plerique tamen etiam ab æstiuo Solstitio non putant bonam pullationem.

Pullicies, ciei, Ipsa pullatio. τόκος τῶν ὀρνίθων. Colum. lib. 8. cap. 10. de turture, Huius auis ætas ad saginam non tam vetus est idonea, quàm nouellæ. Itaque citrea messem quum iam confirmata est pullicies, eligitur. Idem lib. 9. cap. 11. de apibus, Quum primo vere in eo vase oata est pullicies, nouus rex eligitur.

Pullus, a, um, Fuscus, in nigrum vergens, cuiusmodi est color terræ, qui & Bæticus dicitur, siue Hispanus. φαιός. Ital. *Fosco.* Gal. *Noir, gris enfumé.* Hisp. *Negro.* ¶ Virgil. lib. 3 Georg. -ne maculis infuscent vellera pullis, id est nigris, inquit Seruius. Tibullus libro 1. Eleg. 2, Cóncidit ad magicos hostia pulla deos. Hoc colore olim in luctu vtebantur. Cicero in Vatin. Atque etiam id à te scire cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, vti in epulo Q. Arrhij familiaris mei cum toga pulla accumberes. Idem 6. Verr. In hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat, & pallio. Putre solum, & pullum. Colum. in Præfa. lib. 1. In aliis regionibus nigra terra, quam terram pullam vocant. Plin. lib. 17. cap. 4. Nec pulla, qualem habet Campania, vbique optima vitibus. Pullum olus, id est olus atrum. ἰκτερώδης. Colum. lib. 10, Atque oleris pulli radix, hoc est oleris atri.

Pullatus, Pulla veste indutus: hoc est lugubrem habitum ferens ex parentum morte, vel alia quauis ratione: qui & atratus dicitur. μελανειμων. Ital. *Vestito di nero.* Gal. *Vestu de noir.* Hispa. *Vestido de negro.* ¶ Qui mos à Lydis cœptus est. Cicero in Vatin. Quis vnquam cœnauit atratus, quum ipse epuli dominus Quintus Arrhius albatus esset? ¶ Quandoque pullatus accipitur pro viliori persona, siue rudi, & imperita: translatione sumpta à spectaculorum consuetudine, in quibus lautiores candidis togis spectabant: (vt non vno in loco indicat Martialis) tenuiores, quibus mutandæ togæ copia nõ erat, nigris. Sueto. in August. Militem secreuit à populo, multis ex plebe proprios ordines assignauit, prætextatis cuneum suum & proximum pædagogis: sanxitque ne quis pullatorum media canea sederet. Quintil. lib. 2. cap. 13, Iam' collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mirè ad pullatum circulum facit. hoc est ad cumulum rudium, atque imperitorum hominum.

Pulligo, ginis, Idem quod pullus color. μελανεία. Ital. *Color fosco.* Gal. *Noirceur, ou couleur enfumee.* Hisp. *Color negro.* ¶ Plinius lib. 8. cap. 48, Fuluas lanas Tarentum habet, & alias suæ pulliginis.

Pulmentum, ti, Ipsa puls, vel aliud cibarium ad modum pultis factum. ἄρτυμα. Ital. *Ogni vinanda con brodo.* Gal. *Potage, & toute sorte de viande.* Hispa. *Manjar delicado.* ¶ Apuleius, Ius porcorum, pullorum, piscium, & ius pulmentorum largissimas epulas. Plautus in Aulul. Pulmentum pridem etipuit miluius. Horat. 1. Epist. 19, Cœnes vt pauiter pulmenta laboribus empta.

Pulmentaris, pulmentare, Quod pertinet ad pulmentum. εἰς πρόσψημα ἐντύδειος. Ital. *Cosa de vinanda con brodo.* Gal. *De potage, & autre viande.* Hispani. *Cosa de manjar delicado.* ¶ Plinius libro 18. cap. 12, Quinetiam fabacia prisco ritu suæ religionis diis in sacro est, prægnans pulmentari cibo.

Pulmẽtarium, rij, Proprié dicitur puls, vel cibus in modum pultis factus, quãquam & generalius pro quouis opsonio sumitur. πρόσψαμον. Ital. *Ogni vinanda con brodo.* Gal. *Potage ou autre viande auec son potage.* Hispani. *Manjar delicado, y manjar de carne sin huesso.* ¶ Autor est enim Plin. lib. 18. ca. 8, primum in Latio cibum pultem fuisse, non panem: argumentóque id esse, quód pulmentaria pro cibis sua etiam ætate dicerẽtur. Colum. libro 12. cap. 3, Satureia viridis esu est iucunda: nec arida, inutilis ad pulmentaria condienda. Horat. 2. Serm. Saty. 3, -tu pulmẽtaria quære Sudando. Vncta pulmentaria, Persius Saty. 3. In Euangelio quoq; legimus, Nunquid pulmentarium habetis?

Pulmo, onis, Viscus spongiosum, corporis totius secũdum cor nobilissimum, ad vngulæ bubulæ similitudinem dissectum, follis modo spiritum attrahens, eundémque reddens, calorémque natiuum leniter refrigerans. πνεύμων. Ital. *Poulmone.* Gal. *Le poulmon.* Hisp. *El pulmon, liuiano.* ¶ Pers. Saty. 1, Grande aliquid, pulmo animæ prælargus anhelet. Ouid. in Epist. Cernis vt è molli sanguis pulmone remissus, Ad Stygias certo limite ducat aquas. Apud veteres sæpius pluraliter pulmones dicebantur, sicut & cernices. Plautus in Curcul. Pulmones distrahuntur, cruciatur cor. Cic. 2. Tusc. quæst. Lateri inhærens, morsu lacerat vlcera, vrgẽnsque graniter pulmonum haurit spiritus. ¶ Pulmo ité pisces sensu carens, indubitata tamen nauis futuræ tempestatis signa præbens. Vide Plinium, lib. 9. cap. 47, & lib. 17. cap. vlti.

Pulmonarius, a, um, Pulmonis inflammatione laborans, quam & febris acuta, & difficultas anhelitus solent comitari. πεπονθὼς πνεύμονα, πνευμονικός. Ital. *Infermo del polmone.* Gal. *Qui a mal ou feut douleur aux poulmons.* Hisp. *Tresse de liuianos.* ¶ Colum. lib. 7. cap. 5, Quem pulmonariam similiter vt suem curari oportet, inserta per auriculam, quam veterinarij consiliginem vocant. Quin & morbum ipsum pulmonarium dicimus, quem Græci appellãt πεπονθὼς πνεύμονα. ¶ Pulmonaria item herba est quã nonnulli pepanum appellant, buglossi folio, sed promisso magis, atq; læuiore, colore quoq; dilutiore, albicantibus maculis notato, ad similitudinem pulmonis: vnde & nomen accepit.

Pulmonea. Poma quædam pulmonis instar tumentia. Plin. libro 15. cap. 14, Stolidé tument pulmonea. Perottus ea esse existimat quæ Itali sua lingua *Centum solida* appellant.

Pulpa, æ, Pars carnosa in corpore animalis, quã & musculum appellant. μῦς. Ital. *Polpa.* Gal. *Poulpe, chair sans os.* Hispa. *La pulpa carne sin hueso.* ¶ Martial. libro 3, Et pulpam dubio de Petasone voras. In arborum quoque carne pulpæ dicuntur, meatuum quidam discursus venis similis, nisi quòd venæ altiores, candidioréque sparguntur, pulpæ fistilibus insunt: vnde fit vt aure ad caput trahis quamlibet longæ admota, ictus ab altero capite vel graphij sentiatur. Plinius libro 16. cap. 38, Quibusdam arboribus pulpa sine neruis, mero stamine & tenui constat: hæcque maximè fissilia. Alia frangi celeriora quàm findi, quibus pulpa non est.

Pulpamentum, ti, A pulpa deductum: quo nomine significantur carnes delicatiores, aliáve lautiora opsonia. ὄψον φάγιον. Ital. *Vinanda ben sagionata.* Gal. *Viande, ou viande delicate & friande.* Hisp. *Manjar delicado, y carne sin huesso.* ¶ Terent. Eunuc. Tute lepus es, & pulpamentum quæritis *δυσέντερε εἶδε χρῶς ἐπιθυμεῖς*; Cuius prouerbij vsum suprà explicuimus in dictione LEPVS.

Pulpitum, Locus editior in orchestra, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quoad Comœdiæ chorum habuerunt, cæterique personam non habentes, fabulæ subseruiebant, histrionibúsque in scenam abditis, populum gesticulatione recreabant. ὑποκριτῶν λογεῖον. Ital. *Pulpito.* Gal. *Pulpitre ou chaire.* Hispani. *El pulpito, ò predicatorio.* ¶ Plinius Epistol. 90, Inde ista ludibria, scena & pulpito digna. ¶ Ponitur etiam pro suggesto, id est quocunque edito loco siue cathedra: cuiusmodi sunt ex quibus docent disciplinarum professores, aut qui concionem habent ad populum. Sueton. de Clar. Grammaticis, Repeto quendam principem nomine alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis manè differere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum.

Puls, tis, Cibi antiquissimi genus, ex farina & aqua constans, additis interdum ouis, melle, vel caseo. καμὼν, πόλτος, ἄτη, ης. Ital. *Polenta con farina & acqua condita con mele ò formaggio.* Gal. *Vne sorte de viande despuy vsitee les anciens en lieu de pain, fait de farine, eau, miel ou formage & œufs.* Hispani. *Las puchas ò polcadas.* ¶ Actius πόλτος, hoc est pultem appellari ait, forbitionem omnem confectam ex cerealibus granis in succum resolutis. Plin. lib. 18. cap. 8, Pulte autem, non pane longo tempore vixisse Romanos manifestum est: quoniam inde pulmentaria hodiéque dicuntur. Porrò quod ad vocis huius etymon attinet, quidam à sono dictum existimant, quem edit dum coquitur. Festus tamen videtur innuere, à pullis pultem appellari, quòd pullarij, vt tripudium solistimũ facerent, hoc potissimum cibi genere pullos pascerent. Verba Festi sunt hæc, Puls potissimum dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere quod tripudium faceret id est, terripauium. Pauire enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant, si pulli per quos auspicabantur, comedissent, præsertim si eis edentibus, aliquid ex ore decidisset: sinautem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere. Hæc ille. Πόλτος autem Græci recentiores imitatione Romanorũ videntur appellasse, quum à vetustioribus καμὼν vocaretur.

Pulticula, æ, diminutiuum à pulte. πολτάριον. Colum. lib. 8. cap. 11, Nec minus quolibet frumento cocta pulticula. Plinius libro 26. cap. 8. de polypodio loquens, Coquitur in pulticula ad aluum vel in febri lenter soluendam.

Pultarius, rij, Vasculum culinarium, in quo puls decoquebatur. χυτρίδιον ἀλφιτικόν. Ital. *Vaso da cuocerui la polenta.* Gal. *Vaisseau ou on cuisoit telle viande.* Hisp. *El pucharo ò olla para cozer puchas.* ¶ Cor. Celsus, Si cætera defecerint, caliculus aut pultarius oris compressioris ei rei commodè aptatur. Plin. lib. 7. cap. 53, Edita cœna calidam potionem in pultario poposcit. Colum. lib. 12. cap. 43, Sed vuæ dependentes à matre sic in pultarios condi debebunt, ne quæ partes vasa contingant.

Pulsò, Pulsula, Pulsus, Pulto, vide PELLO.

Puluinar, pen. prod. Est quod capiti dormituri subiicimus: dictum quasi puluinar, eo quòd ex plumis solear confici. ἡ προσκεφάλαιον. Ital. *Guanciale, coßino.* Gal. *Vn oreiller.* Hispa. *Almohada de estrado.* ¶ Vtebantur autem puluinaribus potissimùm lautissimi quique, præsertim in lecto coniugali. Quo factum est vt puluinar figuratè pro eiusmodi toris accipiatur. Iuuen. Satyr. 6, -fumóque lucernæ Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Ouid. libro 2. de Pont. Eleg. 2, Incolumis coniux sua puluinaria seruat. ¶ Sedentibus quoque, & rei alicui innitentibus puluinaria subiici solent. Ouid. lib. 1. de Arte, -fuit vtile multis Puluinar facili composuisse manu. Loquitur autem de iis officiis quæ in Circo spectantibus mulieribus ab amatoribus præstari consueuerant. ¶ Puluinaria item in templis dicebantur lectuli diis dicati, in quibus illorum simulachra solebãt reclinari. Cicero pro Domo sua. Ea aram, & ædiculam, & puluinar sub saxo sacro dedicauit. Ouid. 14. Metamor. -& puluinaribus altis Dignior est. Sternebantur autem hi lectuli quoties decreta erat supplicatio: vnde & lectisternium nuncupabatur, sicut docet Augustinus lib. 3 Ciuit. Liui. Curatum lectisternium, & per triduum habitum Decemuiris sacrorum curantibus, & puluinaria in conspectu fuere Ioui & Iunoni, alterum Neptuno & Minetuæ, tertium Marti & Veneri, quartum Apollini & Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio & Cereri. ¶ Abusiuè tamen puluinaria pro templis ipsis dicuntur. Inde apud Liuium legitur, ad omnia puluinaria sacrificatum fuisse. Cicc in Catil. Quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis vestris.

Puluinarium, rij, Idem quod puluinar: quod scilicet capiti substerni, aut sessuro subiici solet. ¶ Item lectus qui in templis sterni consueuit. Liu. 1. bellici Punici, Et cotuum in ædem Iunonis deuolasse, atque in ipso puluinario consedisse.

Puluinus, ni, penult. prod. Idem quod puluinar: hoc est quo dormientium capita fulciuntur: à plumis quibus farcitur, nomen habens. quasi pluminus. ἡ προσκεφάλαιον. Ital. *Guanciale.* Gal. *Vn coussin ou oreiller.* Hispani. *Almohada de estrado.* ¶ Quandoque accipitur pro lecto. Cicero in Verrem act. 7, Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica hexaphoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitensi rosa factus. Apuleius, Quatuor Eunuchi confestim puluinis compluribus, vento tumẽtibus, pluma delicata, terrestrẽ nobis cubitum perstruunt.

¶ Puluini

¶ Puluini item dicuntur qui sellis, scamnisve imponitur quo mollior fit sessio, plumis, lana, vel tomento farcti. Cicero Trebatio, Sella tibi erit in ludo: eam pulvinus sequetur. Idem de Oratore, Tum Crassum pulvinos poposcisse, & omnes in iis sedibus quæ erant sub platano, consedisse dicebat. Iuuen. Saty. 3, -ereat, inquit, Si pudor est, & de pulvino surgat Equestri, Cuius res legi non sufficit, & sedeant hic Lenonum pueri quocunque in fornice nati. ¶ Pulvinus item in hortis dicitur terra eminens, seu protuberans inter duos sulcos: quod genus in agris à porrigendo, porcam appellant. Plin. lib. 19. cap. 14, Arcis distingui, eásque resupinis pulvinorum toris ambiri singulis transitum sulcis qua datur accessus homini, scatebrisque decursus. Colum. lib. 11. cap. 3, Vlpicum habet velut allium, plures cohærentes spicas: hæque quum sint diuisæ, liratim seri debebunt, vt in pulvinis positæ, minus infestentur hyemis aquis. Item lib. 5. cap. 10, Omnium autem genetum ramos circa Calendas Martias in hortis per pulvinos aream tum disponere conuenit.

Pulvinatus, ta, tum, Quod est ad similitudinem pulvini, eminulum, & protuberans. § Ital. *Fatto à fogia du guanciale.* Gal. *Fait en façon d'oreiller, mol comme plume.* Hisp. *Cosa mollida ò de cerrade, ò hecha en manera de almohada.* § Plin. lib. 15. cap. 22, de inglandibus loquens Necnon & honos his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento pulvinati primùm calycis, mox lignei putaminis. Idem lib. 17. cap. 22, Clinosa loca altiores posuere scrobes, præterea pulvinatis à deuexitate labris.

Pulvinulus, li, diminutiuum à pulvinus, varia habens significata, quemadmodum suum primitiuum § Ital. *Piumaccetto.* Gal. *Petit oreiller, petit duuet.* Hisp. *Pequeña almohada.* § Nam modò id significat quo dormientium capita fulciuntur: modò id quod scamnis, sellisve imponitur, quo commodior sit sessio. ¶ Nonnunquam etiam pro areola in hortis in medio duorum sulcorum eminente. In qua significatione vsus est Colum. lib. de Arboribus, cap. 10, Sed quæcunque in cliuis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, vt à superiore parte secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiori autem pulvinuli altiores excitentur.

Pulvillus, li, aliud diminutiuum: vt Serici pulvilli, serico panno obducti. § Ital. *Piccol guanciale.* Gal. *Petit oreiller.* Hisp. *Pequeña almohada.* § Horat. Epod. 8, Quid quod libelli Stoici inter sericos Iacêre pulvillos amant.

Pulvis, huius pulveris, tam masculini quàm fœminini generis, Terra minuta & arida. § Ital. *Polvere.* Gal. *Poudre.* Hisp. *Polvo.* § Propert. lib. 1. Eleg. 11, Sit mihi perpetuò pulvis Hetrusca dolor. Virgil. lib. 4. Georg. -ceu pulvere ab alto Quum venit, & terram sicco spuit ore viator Aridus. Idem 1. Georg. Humida solstitia, atque hyemes orare serenas Agricolæ hyberno lætissima pulvere farra, Lætus ager. Quintil. lib. 5. cap. 6. Sed nec omne iter pulverem monet. Horat. 4. Carm. Ode 7, Pulvis & vmbra sumus. Colum. lib. 8. cap. 4. Siccus etiam pulvis, & cinis vbicunque cohortem porticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus est, vt sit quò aues se perfundant. Dicitur autem pulvis (vt quidam existimant) à pellendo, quòd ventorum impetu pellatur. ¶ Accipitur aliquando pro loco certaminis. Cic. 3. de legib. Doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otióque, non modò in solem, atque pulverem, sed in ipsum discrimen, aciémque perduxit. Virgil. 7. Aene. Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus Exercentur equis, domitántque in pulvere currus. ¶ In suo pulvere currere, id est, ea in re versari in qua quis plurimùm valeat. Ouid. in Fast. In'que suo noster pulvere curtat equus. ¶ Citra pulverem contingere dicitur, quo quis facilè, & citra negotium potitur: quæ translatio sumpta est à palæstritis, qui certamen inituri se mutuo pulvere solebant aspergere, vt corpora ceromate, & sudore lubrica, manus prehensiones non frustrarentur. Gellius lib. 5, Quandi, inquit, causa est, quum deditione repentè facta, sine pulvere (vt dici solet) incruentáque victoria obuenit. ¶ Apud antiquos etiam pulver dicebatur. Sed ab eo quod est pulvis, genitiuus erat pulvis: vt apud Catullum in Epithalamio Iuliæ, Ille pulvis Erythræi, Syderúmque micantium Subducat numerum prius. Pulver verò, pulveris. Verùm hodie tantùm in vsu est pulvis in recto, pulveris in obliquis.

Pulvereus, a, um, & pulverulentus, a, um, de quibus infrà.

Pulviſculus, li, diminutiuum à pulvis. § Ital. *Polverino.* Gal. *Pouldrete.* Hisp. *Pequeño polvo.* § quod quamuis generaliter pro omni sumatur pulvere, propriè tamen de eo dicitur quo mulierculæ vtuntur vt vel cutis colorem commendent, vel dentibus candorem inducant: qui & cinis dicitur: quo alium cinerem, Immundi epitheto secreuit Virgil. 1. Georg. Et cinerem immundum latos iactare per agros. Apuleius, Misi, vt petisti, munditias dentium, Nitelas oris, ex Arabicis frugibus Tenuem, candificum, nobilem pulviſculum, Complanatotem tumidulæ gingiulæ, Conuertitorem pridianæ reliquiæ. Nequa vitiatur terra labes sordium Restrictis fortè si labellis riseris. ¶ Cum pulviſculo aliquid conuerri dicimus, quoties omnia sic tolluntur, vt nihil sit reliqui, ne pulvis quidem. Plau. Rud. Conuerret iam hic me totum cum pulviſculo.

Pulvereus, a, um, Quod ex pulvere est. § Ital. *Di polvere.* Gal. *Poudreux, de pouldre.* Hisp. *Cosa de polvo.* § vt nubes pulverea, id est ex pulvere moto excitata. Virg. 8. Aene. Staut pauidæ in muris matres, oculíque sequuntur Pulueream nubem. ¶ Nonnunquam idem quod pulverulētus, hoc est pulvere plenus. Ouid. 7. Metam. Pulveréamque trahens per summa cacumina pallam, Verrit humum. Aequor pulvereum, pro arena in qua pugnatur. Stat. 11. Theb. Iámque in pulvereum, furiis horrantibus, æquor Prosiliunt.

Pulverulentus, a, um, Pulvere plenus. § Ital. *Polveroso.* Gal. *Pouldreux.* Hispan. *Pleno de polvo.* § Cicer. ad Atticum, lib. 5, Nunc iter conficiebamus æstuosa & pulverulenta via. Virgil. 12. Aeneid. -versique vicissim Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros. Martial. lib. 3, Est illic coniunx, quæ te manibúsque sinúque Excipiet, vel si pulverulentus eas. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 18. Minus valent tum signa, si sunt pilosæ & horridæ, aut pulverulentæ, nisi opificij eas vrgeat tempus.

Pulueto, as, Idem quod occo, hoc est glebas maiores comminuo, & in pulverem resoluo. § Ital. *Ridurre in polvere, impolverare.* Gal. *Pouluerizer, pouldrer, mettre en pouldre.* Hisp. *Hazer polvo, empulverear con polvo.* § Colum. lib. 11. cap. 2, Priusquam vineæ pulverentur, si perexilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modij tres, vel quatuor in singula iugera spargantur. ¶ Pulverer, Plautus dixit, pro pulverē plenum fit. ait enim, Exi tu Dane, age, sparge, mundum esse hoc vestibulum volo: Venus venturta est nostra, nolo hic pulveret.

Pulueratio, est genus culturę (vt inquit Seruius in librum 2, Georgicon, quo imminutæ glebæ vitibus applicantur. § Ital. *Effo polverizzare.* Gal. *Pulverization, quand on met quelque chose en pouldre.* Hisp. *Obra de hazer polvo, y aporcar.* § Colum. lib. 11. ca. 2, Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant rustici occationem, quum omnis gleba in vineis refringitur, & resoluitur in pulverem.

Pumex, pumicis, masc. gen. Lapis cauernosus, aquis innatans, ad scabra læuiganda laudantissimus. § Ital. *Pomice, pomica, pietra pomica.* Gal. *Pierre ponce.* Hisp. *La piedra esponja.* § Virg. lib. 12. Aeneid. Incluſas vt quum latebroso in pumice pastor Vestigauit apes, fumóque implenit amaro. Idem 5. Aeneid. -& dulces latebroso in pumice nidi. Idem 4. Geor. Postquam est in thalami pendentia pumice tecta Peruentum. Pumicibus cauis, Idem 4. Georg. Ouid. 8. Metamor. Pumice multicauo, nec lenibus atria tophis Structa subit, molli tellus etat humida muſco. Læuis pumice, pro molli, & efœminato. Iuuen. Saty. 9. Nam res morifera est inimicus pumice læuis. Ouid. lib. 3. Trist. Quòd neque sis credo flauus, nec pumice læuis. Plin. lib. 36. cap. 21, Sed & ij pumices qui sunt in vsu corporum læuigandorum fœminis, iam quidem & viris, atque (vt ait Catullus) libris, laudatissimi sunt Melo, Scyro, Aeolijs insulis. Probatio eorum est in candore, ac minimo pondere & vt maximè spongiosi, atque aridi sint, ac reti faciles nec in fricando arenosi. A Græcis dicitur *κονιορτός*, à similitudine vermiculi, qui *κόνις* dicitur, qui in tritico, hordeóque quum reperbuerunt, nascens, semina illa cuspide sua multis foraminibus solet terebrare. Vis eius in medicina est extenuare, siccare, & abstergere. ¶ A pumice aquam quærere, à Plauto dictum, pro eo quod est frustra ab alio petere, cuius ipse à quo petas, maximè sit indigus: nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Plaut. Persa, Qux confidentia rogare tu à me tantum audes Argentum impudens? quin si egomet totus vxneam, vix potest Recipi quod tu me rogas: nam tu aquam à pumice nunc postulas. ¶ Pumex etiam fœminino genere reperitur. Catullus ad Cornelium, Cui dono lepidum nouum libellum Arida modò pumice expolitum.

Pumicosus, a, um, Quod pumicis vel naturam, vel similitudinem habet, hoc est rarum, & cauernosum. § Ital. *Di picciola fori come la pietra pomica.* Gal. *Qui ressemble aux pierres ponces.* Hispan. *Cosa spongiosa.* § Plin. lib. 17. cap. 5, Pumicosa terra. Idem lib. 32. cap. 8, Quantum pumicosius, spongiæque putri simile, penè purpureum. Pumicosus locus, pumicibus plenus.

Pumiceus, adiectiuum, Quod ex pumice est, vel quod aridum est ad similitudinem pumicis. § Ital. *Di pomica.* Gal. *De pierre ponce, ou ressemblant à pierre ponce.* Hisp. *Cosa de esponja.* § Plaut. in Pseud. Pumiceos oculos habeo, non queo lachrymas exorare.

Pumico, as, pen. corr. Pumice polio læuigo. § Ital. *Polire, lisciare.* Gal. *Poncer, nettoyer & polir auec pierre ponce.* Hisp. *Polir, esponjar.* § Tibul. lib. 3. Eleg. 1, Pumicet, & canas rondeat antè comas.

Pumicatus, a, um, Pumice politus. Martial. lib. 1, Mutare dominum non potest liber notus, Sed pumicata fronte siquis est nondum, Nec vmbilicis cultus atque membrana.

Pumilio, onis, Propriè dicitur homo paruæ & humilis staturæ, quem Græco vocabulo nanum appellamus. § Ital. *Nano, huomo picciolo.* Gal. *Nain ou naiane, de petite & basse stature.* Hisp. *Enano, hombre pequeño.* § Gell. lib. 19. cap. 13, Quos pumiliones dicimus, Græci *νάνους* appellant. Hartial. lib. 14, -quæ vincere tarò, Parma tibi, scutum pumilionis erit. Transfertur etiam ad aues, aliáque cuiusuis generis animalia humilis staturæ. Colum. lib. 8, cap. 2, Pumiliones aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum nimium probo.

Pumilus, pen. corr. *νάνος*, à Statio ponitur pro pumilione, lib. 1. Syl. Casuræque vagis grues rapinis Mirantur pumilos ferociores. ¶ Legitur & Pumilo, onis, in eadem significatione: vt ibidem apud Statium, Hic audax subit ordo pumilonum, Quos natura breui statu peracto Nodosum semel in globum ligauit. ¶ Item Pumilius, lij, apud Suetonium in Augusto, eadem significatione legitur cap. 83, Nam pumilios, & distortos, & omnes generis eiusdem, vt ludibria naturæ, malique omnis, abhorrebat.

Punctus, masculi. gen. & Punctum, neut. gener. Dicitur minima indiuiduáque lineæ pars, nullam neque longitudinem habens, neque latitudinem, neque profunditatem. § Ital. *Punto.* Gal. *Vn poinct.* Hisp. *Punto en la geometria.* § Seneca, Punctum, & adhuc puncto minus, mundi quod incolimus. Plin. lib. 2. cap. 68, Non aliud est terra vniuersa quàm mundi punctus. Tradunt Geometræ punctum esse corpus indiuiduum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur, & ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi non posse. Hoc protractum lineam efficit: id est corpus vnius dimensionis. Longum enim est sine lato, & duobus punctis ex vtraque parte solam longitudinem terminantibus continetur. Hanc lineam si geminemus, alterum corpus efficitur, quod duabus dimensionibus extruitur, ex longo, latóque, sed alto caret. Punctis dimensionibus extruitur, ex longo, latóque, sed alto caret. Punctis autem quatuor continetur, per singulas scilicet lineas binis, & hoc Græci *ἐπίπεδον*, nostri planum, siue superficiem vocant. ¶ Quandoque tamen punctum sumitur pro temporis, vel horæ momento. *ἄτομος*. Cicero Cæcinnæ, lib. 6, Itaque ne punctum quidem temporis in ipsa fortuna fuisses. Idem pro Cluent. Neque postea Larini punctum est temporis commoratus. Cæsar lib. 1. bel. Ciuil. Ita multorum mensium labor, hostium perfidia & vi tempestatis, puncto temporis interiit. *ἐν ἀτόμῳ*. ¶ Puncta item pro calculis siue suffragiis accipiuntur. Græci vocant *ψήφους*. Cic. pro Planc. Nam quòd quæstus

ex plures testes te habere, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. Hor. in arte, Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci: hoc est solus suffragia iudicum tulit, qui & vtile, & dulce scripsit, quoniam profess. suffragia iudicum tulit, qui & vtile, & dulce scripsit, quoniam profess. & delectaret. ¶ In scriptura item puncta dicuntur quibus clausulæ interpunguntur, hoc est distinguuntur.

Punctim, aduerbium, idem valens quod pungendo. {ὠκὰ διπλήθειν. Ital. *De punta, di ssoccata.* Gal. *De pointe, d'estoc, en piquant, en poignant.* Hispa. *Hiriendo à ssocadas.*} sicutcæsim, cædendo. ὠκὰ κοπτικῶς. Liui. 5. belli Pun. Hispano punctim magis quàm cæsim, assueto petere hostem. ¶ Cæsim & punctim aliquem petere, prouerbij speciem habet pro eo quod est totis viribus, omnique conatu aliquem aggredi: translatione sumpta à gladiatoribus, qui modò cuspidem intentantes, modò ictum desuper, modò à latere inferentes, in aduersarij necem incumbunt.

Pungo, gis, pupugi, vel punxi, punctum, Cuspide vel aculeo ictum infero. {τύπτω, πλήσσω. Ital. *Pungere.* Gal. *Poindre, piquer.* Hisp. *Punçar.*} Varro, Adro. {τύπτω, πλήσσω. Ital. *Pungere.* Gal. *Poindre, piquer.* Hisp. *Punçar.*} Varro, Adro. mota aspis quum pupugerit, si non occidat, sciat ex Psyllorum esse stirpe. Plaut. Trucul. Næ ista stimulum longè habet quæ vsque illinc cor pungit meum. Cicero, pro Sestio, Gladius qui per se pungere non potest. ¶ Per translationem etiam de animo dicitur, quum is ægritudine aliqua afficitur. Cic. lib. 3. Tuscul. Si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exilium. Idem ad Atticum, lib. 13, Tu quid dicis? vnum enim pungit, ne neglectiores esse videamur. Idem ad Trebatium lib. 7, Pungit me rursus, quòd scribit esse te istic libenter. ¶ Huius compositæ, Compungo, Expungo, & Repungo, quorum significata vide suis locis.

Pungens, gentis, participium. Plin lib. 6. cap. 24, Pungentia folia prino.

Punctus, a um, aliud participium. {ὁ συγκέντρος. Ital. *Punto, beccato.* Gal. *Point ou piqué.* Hisp *punçado.*} Cicero pro Milone, Vulnus acu punctum.

Punctio, onis verbale. {ἡ σύγκεντρησις. Ital. *Pongimento, puntura.* Gal. *Poinçonnement, piquure.* Hisp. *Punçadura.*} Plin. lib. 25. cap. 13, Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones punctionésque, ne sentiantur.

Punctum, cti, neut. gen. Idem quod punctio. Plin. lib. 8. cap. 50, Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi.

Punctus huius punctus. Idem, actus videlicet pungendi. Plin. lib. 29. cap. 6, Mustelæ etiam oculis puncto ecutis, aiunt visum reuerti.

Punctiuncula, æ, diminutiuum. {ἡ συγκεντρίς. Ital. *Picciola puntura.* Gal. *Petite piquenre.* Hisp. *Pequeña punçadura.*} Seneca 3. de Ira, Magis ignosco ei qui vulnus inimici, quàm qui punctiunculam concupiscit.

Punicus, ca, cum, pen. corr. Possessiuum est à Pœnus deductum, quasi Pœnicus, idem valens quod Carthaginensis. λιβυκός. Pœnorum autem nomen à Phœnicibus deriuatum est, detracta aspiratione. ¶ Punica mala, granata: quæ hoc cognomen sibi circa Carthaginem vendicarunt, vbi & multa & insignia nasci perhibentur. *punic.* Granata dicuntur, à granis quibus sunt referta. Martial. lib. 1, Aut imitata breuntur, à granis quibus sunt referta. Martial. lib. 1, Aut imitata breues Punica mala roras. Poma punica. Ouid. 4 Fast. Rapta tribus dixit solui ieiunia granis. Punica quæ in lento cortice poma tegunt. Punica grana. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 15, Punica sub lento cortice grana rubent. ¶ Punica fides, id est leuissima, & nullis sacramentis satis firmata. Pœnorum enim perfidia in prouerbiũ abiit, quòd ea gens peculiariter periurij, vanitatisque notata sit, quemadmodum abundè testatur Liu. lib. 2. belli Pun. vbi ait, Quæ Punica religione seruata fides ab Annibale est. Sallust. in Iugur. Comperto Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Vide Erasmum in Chili. Punicum sagum, Horat. Epod. 9. Gloria Punica, Virgil. 4. Aeneid.

Puniceus, cea, ceum, Quod violæ flammeæ colorem refert. φοινίκεος. quod genus coloris & rutilum & spadicem appellari autor est Gellius lib. 3. cap. 9, Sunt enim hæc omnia, vt ille inquit, synonyma, quandam rubori exuberantiam splendorémque significantia. Puniceum autem colorem Latini Græcorum imitatione videntur appellasse: nam illi φοινίκεον nominant. Virg. 5. Aene. Puniceis ibant euincti tempora tæniis. Idem 5. Aeglo. Puniceis humilis quantum saluncа rosetis, Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas. Idem 12. Aeneid. Puniceis inuecta rotis aurora rubebat. Plaut Rud. Fiet puniceum corium, tibi postea attum denuò. Colore puniceo matura arbuta. Lucr. lib. 5.

Punicanus, a, um, Quod est Pœnorum, vel quod ex regione Punica affertur: vel electi Punicani. λιβυκός. Cic. pro Muræna, Atque ille strauit pelliculis hœdinis lectos Punicanos.

Punio, nis, nii, nitum, Pœna afficio, castigo, quod & pœnio dixerunt antiqui. {τιμωρέω, κολάζω. Ital. *Punire, castigare.* Gal. *Punir, chastier.* Hisp. *Punir o castigar.* Cic. pro Domo sua, Tu cum supplicio puniendum putasti. Idem 1. Officiorum, Prohibẽda autem est maximè ira in puniendo. Plin. Epist. 167, Illi qui puniunt capite, initio statim in alia discedunt.

Punior, iris, Passiuum Ouid. 9 Metam. Quòd videt hæc lucem, quòd non ego punior ipsa. Consilium, monitumque tuum est: miserere duarum. ¶ Inuenitur & punior deponens apud Ciceronem pro Domo sua, Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimum multò crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meæ postulare.

Puniendus κολαστέος, τιμωρητέος. Cic. lib. 1. de Orat. Iracundia est cupiditas puniendi doloris.

Punitio, onis, Actus puniendi.

Punitor, oris, Qui punit. {κολαστής, τιμωρητής. Ita. *Punitore, chi punisce.* Gal. *Punisseur, qui punit.* Hisp. *Punidor, castigador.*} Cic. pro Milo. At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit vltor iniuriæ, punitor doloris sui.

Pupa, pæ, Puella paruula & tenella. {παιδάριον. Ital. *Puppina, fanciulla,* Gal *Fillette ou poupee.* Hisp. *Mochacha pequeña à muñeca.*} Martial. lib. 4, Pupam se dicit Gallia, quum sit anus. Ausonius, Barbara quę Latias vincis alumnas pupas. ¶ Pupas item appellabant imaguncolas quasdam puellares quibus virgines in prima pueritia lusitare solebant, donec iam pubertati vicinæ eas Veneri offerrent ἀγαλμάτια. Varro in Orig. Itaque breui tempore magna pars in desiderium puparum, & sigillorum veniebat. Persius Saty. 2, Dicite pontifices, in sacris quid facit aurum? Nempe hoc, quod Veneri donatæ à virgine pupæ.

Pupilla, læ. Niger in cornea tunica, atque adeò in medio oculi circulus tum: ex, quæ κόρη à Græcis dicitur, foramini respondens. {κόρη. Ital. *Pupilla, luce dell' occhio.* Gal. *La prunelle de l'oeil.* Hisp. *La niña del ojo.*} Plin. lib. 11. cap. 37 Media oculorum cornea fenestrauit pupilla: cuius angustiæ non sinunt vagari incertam aciem, & veluti canali dirigunt, obitérque incidentia facilè declinant, aliis nigra, aliis atra, aliis rufa, aliis glauci coloris orbibus circundatis: vt habili mistura accipiatur circumiecto candore lux, & temperato repercussu nõ obstrepat. Adeóque iis absoluta vis, vt tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est vt pleræque alitum é manibus hominum oculos potissimùm appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata desideria sua tendunt. Hactenus Plinius. Cic. 1. de Natu. deo. Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parua est, vt ea quæ nocere possint, facilè vitet. Plin. lib. 28. cap. 6, Augurium ex hominе ipso est non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem reddunt. Eadem & mox pupula dicitur.

Pupula, læ, Idem quod pupilla. {κόρη. Ital. *Pupilla, luce dell'occhio.* Gal. *La prunelle de l'oeil.* Hisp. *Niña del ojo.*} Lucr. lib. 2. Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in se Pupula, quum sentire colorem dicitur album. Cic. 2. de Nat. deor. Palpebrę quæ sunt tegumenta oculorum, molliss. mæ tactu, ne læderent aciem, aptissimè factæ & ad claudendas pupulas, nequid incideret, & ad aperiendа. Manil. lib. 4, Paruula sic totum peruisit pupula cælum. Horat. Epod. 5, Interminato quum semel fixæ cibo Intabuissent pupulæ.

Pupillus, li, Impubes qui in patris potestate esse desiit morte, vel emancipatione: vt docet Pompeius, l. Pupillus Digest. de Verbo. significat. {ὀρφανός. Ital. *Pupillo, senza padre.* Gal. *Pupille, de douze ou quatorze ans.* Hisp. *El menor debaxo del tutor.*} Huius fœmininum est pupilla. Videntur autem hæ voces à pupus & pupa, veluti per diminutionem, deductæ, quamuis à primitiuorum significatione nonnihil degenerent. Hieronymus, Pupillus dicitur qui non habet patrem: orphanus, qui nec patrem habet, nec matrem. Cic. 3. Varr. Is mortuus est, reliquit pupillum patrum filium. idem in Topi. Non quemadmodum quod mulieri debes, rectè possis eodem modo soluere. Horat. 1. Epist. 1, -vt piger annus Pupillis quos dura premit custodia matrum. Cic. 3. Ver. Ille infanti pupillæ fortunas patrias ademit.

Pupillaris, re, Quod est pupilli: vt Pupillaris ætas, pupillare negotium, pupillaris pecunia {ὀρφανικός. Ital. *Fanciulesco.* Gal. *Apartenant à pupille.* Hisp. *Cosa pertenesciente à pupillo.*} Liu. lib. 4. belli Punici, Pecuniæ quoque pupillares primò, deinde viduarum cœptæ conferri.

Puppis, huius puppis, fœmin. gen. Propriè posterior pars nauis est. {πρῶρα. Ital *Puppa della naue, nauc.* Gal. *La poupe, le derriere de la nauire.* Hisp. *La popa, parte postrera de la naue, ò toda la naue.*} Liu. 2. belli Pun. Naues omnes, quę non aut perfregerant proras litori illisas, aut cariosas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere. ¶ Per synecdochen tamen accipitur pro tota naui. Ouid. 4. de Ponto, Dum mea puppis erat valida fundata carina. Virgil. 10. Aeneid. Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. Ouid Epist. 12, Iussus inexpertam Colchos aduertere puppim. ¶ Ponitur aliquando pro loco honoratissimo in Repub. trãslatione sumpta à gubernatoribus, qui in puppi sedentes, clauum tenent. Cic. ad Papyr. Pœtum. lib. 9. Sedebamus enim in puppi, clauúmque tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus.

PVPPIVS. Poëta Tragicus fuit, qui ita spectantium affectus mouit, vt eos flere compelleret. Autor Acron in illud Horatij, lib. 1. Epist. Vt propius spectes lachrymosa poëmata Puppi.

Pupula, vide PVPILLA.

PVPILLVM, πώπολον, Vrbs est in latere Meridionalis Sardiniæ, teste Ptolemæo, lib. 3. cap. 3.

Pupus, Puer paruulus, & tenellus. {παιδάριον. Ital. *Fanciullino.* Gal. *Petit enfant.* Hispan. *Mochacho pequeño, ò muñeco.*} Varro, Mammam lactantis sugentem pascere pupum. Huius fœminiuum est pupa: de quo paulo antè.

Pupulus. παιδάριον, & Pupula, παιδαρίσκιον, diminutiuum à Pupus & pupa. Catullus. Deprendi modò pupulum puellæ Trusantem.

Purgo, as, Mũdo, sordibus libero, quasi purum ago. {καθαίρω, ῥύπτω. Ital. *Purgare mondare,* Gal. *Purger, nettoyer.* Hisp. *Purgar ò alimpiar.*} Colum. lib. 2. Itaque cauatum foramen quum purgauerimus vndique, adrasos surculos inferimus. Cato cap. 65, Si inquinata erit, lauito: à foliis & stercore purgato. Ouid. 1. de Ponto, Eleg 9, Nec dubitem longis purgare ligonibus arua. Idem 4. Fast. Omnia purgat edax ignis, vitiúmque metalli Excoquit: ideirco cum duce purgat ouas. Horat. 1. Epist. 7, Cultello proprios purgantem leniter vngues. Purgare aluum, est alui sordes medicamento expellere. Cic. 1. de Nat. deor. Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ dicuntur. Purgare, cum genitiuo. Horat. 2. Serm. Saty. 3, -noui: Et morbi miror purgarum te illius. Purgare pisces. Teren. in Adel. Pisces cæteros purga, Dromo: congruum istum maximum in aqua finito ludere paulisper. ¶ Per translationem, purgare significat excusare κατηγορέω. Idem in Eunucho, Sed heus tu, purgón' ego me de isthac Thaidi, Quòd eam me amare suspicata est? Cic. Attic. lib. 1, Quintus frater purgat se mihi per literas. Idem pro Sext. Roscio, Seruos ipsos neque arguo, neque purgo. ¶ Purgari rationes dicuntur, quando deciduntur superflua, aut obstantia, collatione facta accepti & expensi. ¶ Purgare fastidium, est curare & remedium adhibere. Plin. lib. 8. cap. 27, Palumbes, graculi, merulæ, pedices lauri folio annuum fastidium purgant.

Purgatio, onis, verbale, Ipse purgandi actus. {κάθαρσις. Ital. *Purgatione.* Gal. *Purgation.* Hispan. *Obra de purgar ò alimpiar.*} ¶ Ponitur aliquando pro excusatione. κατηγορία, κατήγορος Terent. in Heaut. Nescio quid peccati portet hæc purgatio. ¶ Purgationes fœminarum, pro menstruis dixit Plin. lib. 20. cap. 4, Purgationibus, inquit, fœminarum, & vesicæ, & vrinæ vtile decoctum.

Purgamen, minis, seu Purgamentum, ti, Sordes vel immunditiæ, quas rem aliquam purgantes, eiicimus. {σκύβαλον. Ital. *sporchezza.* Gal. *Balleure, l'ordure & immondice qu'on oste de la maison.* Hisp. *Suziedad, estiercol.*} Columel. libro 1, Sterquilinia quoque duo sunt: Vnum quod noua purgamenta recipiat, & in annum conseruet: alterum verò ex quo vetera vehantur. Liui. 1. ab Vrbe, Cloacámq; maximam receptaculum omnium

omnium purgamentorum vibis, sub terram agendam.

Purgabilis, le, Quod facilè purgatur. {Ital. *Facile da purgare.* Gal. *Aisé à purger.* Hisp. *Cosa que se puede purgar.*} Plin. lib. 15. cap. 23, Rotundior quæ balantis vocatur, purgabilis maximè, & sponte prosiliens.

Purifico, Puritas, vide PVRVS.

Purpura, æ, Piscis ex concharum genere, in faucibus habens liquorem, tingendis lanis maximè expetitum. {Ital. *Porpora.* Gal. *Pourpre, soit le poisson ou la teinture qu'on en tire.* Hisp. *La concha de carmesi color, ò el mesmo color de carmesi.*} Plin. lib. 9. cap. 36, Purpuræ viuunt annis plurimum septenis. Lacerti sicut murices, circa Canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, mutuóque attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant. Simili modo & murices. Sed & purpuræ florem illum tingendis expetitum vestibus, in mediis habent faucibus. Liquor is hic est minimi in candida vena, vnde pretiosus ille bibitur, nigrantis rosæ colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Vinas capere contendunt, quia cum vita sua succum illum euomunt. Vitruuius autem est, purpuras pro soli proprietate alium atque alium habere colorem: & apud Tyron quidem rubrum, circa Aphricam autem puniceum succum emittere, quo & purpura tingitur, quam violaceam appellant. Cornel. Nepos, Me iuuene violacea purpura vigebat. Primùm autem tingendæ purpuræ initium ad Herculem referunt Phœnices, teste Iulio Polluce, qui quū Tyro puella comitatus, iuxta maris litus iter faceret, accidit vt canis purpuram è mari crectam nactus, carnem eius depasceretur: cuius rictum quum Tyro gratissimo colore infectum videret, negauit sibi cum Hercule deinde quippiam futurum, nisi ille coloris eiusmodi vestem sibi attulisset. Cui morem gerens Hercules, primus ernorem ex purpuris collegit, lanáque eo infecta, amicæ, quam petierat vestem attulit. ¶ Accipitur quandoque purpureus pro pulchro. Virg. 1. Georg. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Purpura, à pelago pelagia appellatur. ¶ Purpura antiquitus erat insigne Romanorum magistratuum: quod Martialis affirmat, quum ait, Diuisit nostras purpura vestra togas. Vnde aliquando ponitur pro ipsis magistratibus. Idem, Purpura te fœlix, te colit omnis honos.

Purpureus, a, um: vt Purpureus color, qui purpuræ succo tinctus est: aut certè qui succi eius colorem refert, hoc est qui ex subnigro rubescit. {Ital. *Porporino.* Gal. *De pourpre.* Hisp. *Cosa de carmesi.*} Virg. 11. Aeneid. Labitur exanguis, labuntur frigida letho Lumina: purpureus quondam color ora relinquit. ¶ Purpureæ vestes, alias Tyriæ dictæ, à loco vbi purpura optimè tingebantur. Plin. lib. 11. cap. 37. Cæsari Dictatori quo die primùm veste purpurea processit, atque in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis defuit cor. ¶ Quandoque tamen purpureum pro cæruleo positum legimus, præsertim quum de mari dicitur, ex nimia altitudine nigrescente. Virgil. lib. 4. Georg. In mare purpureum violentior influit amnis. Cic. 4. Acad. Mare illud quod nunc Fauonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbitur.

Purpuro, as, In purpuram vergo. {Ital. *Tingersi in porpora.* Gal. *Prendre couleur de pourpre, se teindre en pourpre.* Hispan. *Colorarse de carmesi.*} Colum. lib. 10, Tum quæ pallet humi, quæ frondens purpurat auro, Ponatur viola, & nimium rosa plena pudoris.

Purpurasco, scis, scere, Idem. Cic. 2. Acad. Quid, mare nónne cæruleum? aut eius vnda, quum pulsa est remis, purpurascit?

Purpuratus, ta, tum, Purpura ornatus. {Ital. *Vestito con habito di color porporino.* Gal. *Vestu de couleur de pourpre.* Hisp. *Vestido de carmesi.*} Vnde purpurati dicti sunt qui apud principes cæteris dignitate antecuntes, purpurea veste vtebantur. Cic. lib. 1. Tusc. quæst. Istis quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Liui. 1. belli Pun. Cum duce Athenagora vno ex purpuratis. Purpuratus Gabinius, Cic. 4. Catil.

Purpurarius, ria, rium, Quod ad purpuram pertinet: vt Officina purpuraria, in qua purpura tingitur. {Ital. *Di porpore.* Gal. *De pourpre.* Hisp. *De carmesi.*} Plin. lib. 35. cap. 6, Alterum genus est in purpurariis officinis.

Purpurissum, ssi, Coloris genus, ex creta argentaria, purpuræ succo inebriata: quo & pictores vtuntur & mulierculæ purpureum genarum colorem sibi conciliant. Aristoteli, & Polluci. {Ital. *Color fatto di porpora.* Gal. *Croie de mine d'argent, teinte de pourpre.* Hisp. *El brasil ò alconcella.*} Plin. lib. 35. cap. 6, Ex reliquis coloribus quos à dominis dari diximus, propter magnitudinem pretij, ante omnes est purpurissum, propter magnitudinem pretij, ante omnes est purpurissum, è creta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibítque eum colorem celerius lanis.

Purpurisso, sas, Purpura inficio. {Ital. *Tingere di tale colore.* Gal. *Teindre de bresil, ou couleur de pourpre.* Hisp. *Colorar de brasil ò alconcella.*} Plaut. in Truc. Istas buccas tam bellè purpurissatas habes. Purpurisso enim vtebantur mulieres ad labra & genas tingendas, quemadmodum etiam hodie plerunque fieri videmus.

Purus, ra, rum, Mundus, sine sorde. {Ital. *Puro, mundo, semplice.* Gal. *Pur, net, clair.* Hisp. *Puro y no mezclado, limpio.*} Cic. pro Cæci. Quicquid inde haurias, purum, liquidúmque te hauritе sentias. Horat. 3. Carm. Ode 16, Puræ riuus aquæ, syluaque inger um Pecorum, & segetis certa fides meæ. Cic. 2. de Natu. deor. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aër sit purus, actenuis, quàm illorum qui vtuntur crasso cælo, atque concreto. ¶ Hinc pura vestimenta à veteribus dicebantur quæ Sacerdotes ad sacrificia sumebant, id est non obsita, non sucata, non maculam habentia: & putum aurum, quod rectè expurgatum, coctúmque esset. ¶ Purus locus, id est liber à religione. Vlpianus in l. Locum. De reli. & sump. fun. purum locum esse definit, qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est. Sic pura oratio, à Terentio in Heaut. prologo, dicitur quæ nihil fæcis barbariæ habeat admistum. ¶ Pura hasta, à Virg. 6. Aene. appellatur quæ & sine ferro, quæ præmium fuit apud antiquos militum eorum qui ex memorabili aliquo prælio victores euasissent. ¶ Pura vasa, à Paulo in l. Si in rem. De rei vend. dicuntur quæ sunt sine emblemate, sine cælatura, & instructione. ¶ Purum iudicium, à Cicerone, 2. de Inuent.

ponitur pro simplici & absoluto ab omni exceptione. ¶ Huius contrarium est Impurus, quod modò sordidum, contaminatúmque significat. Cic. 4. Philip. Quàm multis illum ingenuis, quam multis matribus familiàs in illa terra atque impura legatione vim attulisse existimatis? Modò improbum. Terentius, Mei ioci, atque ordinis hominem haud impurum.

Purè, aduerbium. {Ital. *Puramente, nettamente.* Gal. *Purement, nettement.* Hispan. *Puramente, limpiamente.*} Cic. 1. de Natu. deor. Hæc enim omnia purè ac castè tribuenda deorum numini. Idem de Senect. Quietè, purè, & eleganter acta ætas. Loqui purè, & emendatè, Cic. de opt. gen. Orat. ¶ Legitur & puriter, apud antiquos. Cato de Re rust. cap. 23, Succum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito.

Purimè, dixerunt veteres pro purissimè: vt annotauit Festus.

Purifico, as, Mundo, purum facio. {Ital. *Purificare, mondare.* Gal. *Purifier.* Hispan. *Apurar ò alimpiar.*} Suet. in Octa. August. Paulóque post egressum, illámque expurgefactam, quasi à concubitu mariti purificasse se, & statim in corpore eius extitisse maculam depicti draconis. Plin. lib. 10. cap. 41, Villaribus gallinis & religio inest: inhorrescunt edito ouo, excutiúntque sese, & circumactæ purificant, ac festuca aliqua sese & ouа lustrant. Idem lib. 8. cap. 1, de elephantis, Autores sunt, Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem cui nomen est Amilo, nitescente Luna noua, greges eorum descendere: ibíque se purificantes solenniter aqua circonspergi, atque ita salutato sydere in syluas reuerti.

Purificatio, onis, verbale. {Ital. *Purificatione, mondatione.* Gal. *Purification, purgation.* Hisp. *Purgacion, apuramiento.*} Plin. lib. 15. cap. 30. de lauro loquens, Eadem & purificationibus adhibetur.

Puritas, atis, Munditia, castitas. {Ital. *Purità, mondità.* Gal. *Pureté, netteté.* Hisp. *Pureza ò limpieza.*} Cuius contrarium est Impuritas, hoc est turpitudo, seu improbitas.

Puriter, Vide PVRE.

Pus, puris, gen. neutri, Sanies coacta, & ex maturitate crassa iam effecta, & albida. {Ital. *Marza, che esce d'vna apostema ò di vn brufco.* Gal. *La bone & verdure qui sort d'vn clou, apostume ou semblables.* Hisp. *La purrefaccion ò podre.*} Plin. lib. 28. cap. 11, Si grauitas sit audiendi, fel bubulum cum vrina capræ, vel hirci prodest, vel si pus sit. ¶ Pus à sanie distinguit Celsus lib. 5. cap. 6, his verbis, Sanguis omnibus notus: sanies est tenuior hoc, varié crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimum, albidissimúmque, glutinosus & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam senescente: sanies est inter vtrumque tempus: pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante. Mouere pus, est pus excitare, & euocare. Celsus. Aliud emplastrum eodem nomine puri mouendo est.

Purulentus, ta, tum. Quod pure, siue sanie plenum est. {Ital. *Pieno di marcia.* Gal. *Plein de bone & d'ordure d'apostume.* Hispan. *Cosa podrida.*} Plin. lib. 22. cap. 21, Sicybe decocta in vino, præcipuè auribus purulentis medetur. Idem lib. 20. cap. 2, Purulenta autem expuentibus auxiliatur cum cumino, pari pondere

Purulentè, aduerbium. {Ital. *Con marza.* Gal. *Auec bone.* Hisp. *Con podre.*} Plin. in Procem. lib. 25, Cicatricibus marcidis, ossibus purulentè limosis plurimùm confert.

Purulentia, tiæ, Ipsa puris plenitudo, vel vulnus plenum pure. πύωδες.

Pusà, Pro puella apud antiquos accipiebatur. παιδιὰ ἀφαιρ. Festus.

Pusillanimus, nime. {Ital. *Di poco animo.* Gal. *Pusillanime, craintif.* Hisp. *De poco coraçon.*} Qui est pusilli animi, quem Græci μικρόψυχον dicunt, cui contrarium est magnanimus. A quo pusillanimitas, μικροψυχία, ἀνανδρία. & Pusillanimiter, aduerbium ἀνανδρως.

Pusillus, a, um. Paruulus exiguus. {Ital. *Piccolino, picciolino* Gal. *Petit.* Hisp. *Pequeño ò poquito.*} quod videtur esse diminutiuum à pulus, quo veteres pro puerulo vtebantur. A quo rursus fit aliud diminutiuum pusillulus. Martial. libro 1. Bellus homo, & magnus vis idem Cotta videri: Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est. Trebonius Cic. lib. 12, Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti. id est paululum recreationis, relaxationis. Horat. 1. Ser. Saty. 4, Di benefecerunt, inopis me, quódque pusilli Finxerunt animi, raró, & perpauca loquentis. Cic. ad Brutum. Videlicet quum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Iuuen. Satyr. 5, Terra malos homines nunc educat, atque pusillos. Cic. Attic. lib. 5, Habuimus in Tusculano quasi pusillam Romam, tanta erat in his locis multitudo. Vxor pusilla, Horat. 2. Serm. Saty. 3. Testis pusillus, Cic. 2. de Orat.

Pusio, onis, Paruus puer. {Ital. *Fanciulla.* Gal. *Petit enfant.* Hisp. *El muchacho de poca edad.*} Veteres enim pusum & pusam, pro pueto & puella vsurpabant. Capitur tamen ferè semper pro scorto masculo. Cic. pro Cæl. Qui te amat plurimum, qui propter nescio quam, credo, timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper pusio cum maiore sorore cubitauit. Iuuenal. Saty. 6, Nónne putas melius, quòd tecum pusio dormit, Pusio, qui noctu noo litigat.

Pustula, læ, {Ital. *Broffolla, vesciola, bolsiola.* Gal. *Vne ampoulle ou vessie.* Hispa. *Postilla de fuera ò buua.*} nomen generale est ad tubercula omnia, præter naturam in cute efflorescentia: à pure (vt quidam volunt) quod in se continet, deducta appellatione: quanquam etiam latius pustularum nomen ad ea extenditur quæ pure carent. Martial. lib. 14, Fœmida ne trito tibi pollice pustula surgat, Exornent docilem garrula plectra lyram. Quo in loco pustulam appellare videtur ampullæ genus, io manibus pedibúsve ex nimio labore prouenientes. Celsus lib. 5. cap. 28, pustularum nomen ad quatuor contraxit genera, in phlyctenas scilicet, hoc est maiores pustulas, liuidas, aut pallidas, aut nigras, humore distentas ex frigore, igni vel medicamentis prouenientes, sub quibus quum ruptæ fuerint, quasi exulcerata caro apparet. In exanthemata, quæ Plinius modò eruptiones pituitæ, modò papulas appellat. In psydracia paulo duriora, subalbida, & acuta. Et in epinyctidas quæ sunt subliuidæ, modicè tumescentes, & acutæ. Et in epinyctidas quæ sunt subliuidæ, modicè tumescentes, & plenæ sanguinis, tibias & pedes, noctu ferè, maxime infestantes:

vnde & nomen trahunt.

Pustulatum argentum. A pustulis dicitur quæ in argento exlato in aspredinem quandam excisæ visuntur, sicut pustulæ in corpore ex igni, frigore, vel labore nascentes. Ἀργύριον φλυκταινῶδες. Martial. lib. 7, Sed sam scio, nulla venit à me Argenti tibi libra pustulati. Tranquillus in Nerone, pustulatum argentum posuit pro purgatissimo, & excoctissimo: cuiusmodi autem obryzum à Græcis appellatur. Exegiqueque (inquit Suetonius) ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obryzum, vt plerique omnem collationem palàm recusarent. Budæus.

Pusula, æ, penult. corr. Morbi genus à flaua bile, vel tenui sanguine, vel ab vtroque proficiscens: quem & ignem sactum appellant. {ἐρυσίπελας. Ital. *Infermità, sacro fuoco ò di S. Antonio.* Gal. *Ampoulle ou vessie, erisipelas.* Hisp. *Rosa ò sarna.*} Colum. lib. 7. cap. 5. Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores.

Pusulosus. Qui eo morbo laborat. {ἐρυσιπελατώδης. Ital. *Che ha il sacro fuoco.* Gal. *Pustuleux, ou malade du feu saint Antoine.* Hisp. *Doliente de rosa ò sarna.*} Idem ibidem, Vnam pecudem, quæ fuerit pusulosa, resupinam obruamus.

Putamen, vide PVTO, putas.

Puteal, lis, quid sit, video vel inter primi nominis Grammaticos parum constare. Aeron locum fuisse putat ad quem conuenire solebant fœneratores. Porphyrio sedem fuisse tradit Prætoris, prope arcum Fabianum, in quo primùm tribunal & subsellia à Libone quodam fuerint collocata: vnde & Libonis puteal ab Horatio ait appellatum. Porum, puteálque Libonis Mandabo siccis. P. Victorin regione Vrbis octaua puteal constituit Libonis, & Ianos duos, totúmque eum locum mercatoribus frequentem fuisse ait. Verùm omissis horum opinionibus illud certè constat, Puteal locum fuisse in Comitio, in gradibus ipsis ad læuam Curiæ, in quo olim Accij Nænij statua posita fuit, quòd in eo loco is corem nouacula diceretur discidisse. Sub cuius statua, locus erat subterraneus, quem Puteum appellabant, aram habens & Accij nouaculam ibidem defossam. Suprà autem vmbella imposita erat, siue perasus, puteum tegens: vnde & locus nomen accepit. Putealia enim puteorum opercula dicuntur. Cic. 1. de Diuin. Cotem autem illam & nouaculam defossam in Comitio, suprà que impositum puteal accepimus. Fuisse autem hunc locum iuri dicundo destinatum, satis aperte docet Horat. 2. Serm. Saty. 6, -ante secundam Roscius orabar sibi adesses ad Puteal eras.

Purco, pures, putui, prima syllaba prod. Fœteo, & mali odoris sum. {μυδάω, βρωμῶμαι. Ital. *Putire, puzzare.* Gal. *Puer, estre puant sentir mal.* Hisp. *Heder.*} Horat. 2. Serm. Saty. 2, Puter aper, rhombúsque recens. Persius Sat. 3, Nec inuideas, quòd multa fidelia putet In loculpete penu. Quint. lib. 6. cap. 4, Aliquando desinet putere. Diutno mero putere. Horat. 1 Epist. 20.

Putidus, a, um. pen. cor. Quod est mali odoris. {μυδαλέος, δυσώδης. Ital. *Puzzolente, fetente.* Gal. *Puant.* Hisp. *Cosa hedionda.*} Plaut. in Bacch. Tanti est, quanti est fungus putidus. Cic. in Pisonem, Ego istius pecudis, & putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam? ¶ Transfertur & ad orationem, quæ putida dicitur quum est insuauis, rancida, humilis, & abiecta. aurium iudicio non satisfaciens, neque verborum pondere rei dignitatem exæquans. Nonius, Putidum non solùm ab ore fœtido & graui quod naribus præbetur: sed etiam quod auribus triste, insuaue, austerum, rancidum, putidum dici posse autoritas vetustatis admisit. Cic. 1. Offic. Sonus erat dulcis literæ neque expressæ neq; oppressæ, ne aut obscurum esset, aut nimis putidum. Idem Attico, Vereor ne putidum sit scribere ad te quàm sim occupatus. Idem in Oratore, Quonam igitur modo audiretur Mysius, aut Phryx Athenis, quum etiam Demosthenes exagitetur vt putidus?

Putidiusculus, diminutiuum. {σαπρόν τινα δυσωδίαν, ἀηδῆ πάθος. Ital. *Alquando puzzolente.* Gal. *Vn peu puant.* Hisp. *Hediondo vn poco.*} Cic. Cæsari, lib. 7, Sumus enim putidiusculi, quàm per te vix licet: verùm vt video, licebit.

Putidulus, alind diminutiuum. Martial. lib. 4, Altera ridicula est, altera putidula

Putidè, aduerbium, Insuauiter, austerè, rancidè. {δυσωδῶς, ἀηδῶς. Ital. *Senza sauore con puzza.* Gal. *Puamment, ordement & vilainement.* Hisp. *Hediondamente, con hedionder.*} Cicero de Clar. Orat. Nam siquis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè. Atticè putat dicere, &c.

Putesco, cis. Putidus, vel mali odoris fio. {δυσωδῶμαι. Ital. *Diuenir puzzolente, puzzare.* Gal. *Puer, estre puant.* Hisp. *Hazerse hediondo.*} Cic. lib. 5. de Finib. Non insciè illud dictum videtur, insuauem animum illi pecudi datum pro sale, ne putesceret.

Putor. Fœtor, graueolentia. {δυσωδία. Ital. *Puzzore.* Gal. *Puanteur.* Hispan. *Hedor y hediondez.*} Cato cap. 157. Ea omnem putorem adimet. Detergere putorem. Stat. 4. Syl. Lucret. lib. 2, Intempestiuos quum putor cœpit ob imbres.

PVTEOLI, orum πτελαι Stephano, Vulgò *Puzzuoli*, Oppidum maritimum Campaniæ, octauo lapide distans à Neapoli, non procul ab Auerno lacu, à Samiis conditum, teste Eusebio, sub idem ferè tempus quo Tarquinij Roma sunt exacti. Dicti Puteoli, siue à copia puteorum aquis calidis scatentium, siue à putore, hoc est graueolentia aquæ sulphuratæ. Olim etiam, quòd iustissimè regeretur, Dicæarchia, dicebatur, Δικαιαρχία.

Puteolanus, πτελαῖος Stephano, Gentile est, Cicero Thermo, Cluuius Puteolanus valde me obseruat.

Puteus, tei, Qui perennes habet aquas ex terræ venis manantes, non tamen fontium more foras prorumpentes. {φρέαρ. Ital. *Pozzo.* Gal. *Vn puis.* Hisp. *El pozo.*} Quintil. lib. 7. cap. 3, Ille in puteo mortuus est inuentus. Dictus quòd puteat ex alumine, & sulphure sæpe. dum cauatur: aut certè, vt Varroni placet, lib. 4. de Ling. Lat. à Græco πότος, quod potum significat. Virgil. 3. Georg. Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto Currentem ilignis potate canalibus vndam. Horat. 1. Epist. 15, Collectósne bibant imbres puteósne petennes Ingis aquæ: nam vina nihil moror illius oræ. Cic. de Prouin. Consul. Virgines se in puteos abiecerunt. Differt autem puteus à cisterna, quod ille suas habeat aquas ex terræ venis manantes: cisterna aduentitias, hoc est pluuias colo perpurgatas. Legitur & puteum neutri generis, vt annotauit Nonius, citans locum Varronis ad Gallum Fundanium. Primùm de mitis, secundo de statuis, deinde de aquis, vt sunt lacus, stagna, putea & maria.

Puteālis, puteale, Quod ex puteo est. {φρεατικός. Ital. *Di pozzo.* Gal. *De puis.* Hisp. *Cosa de pozo.*} Ouid. in Ibin, Vt quos dux Pœnus mersit puteālibus vndis. Colum. lib. 11. cap. 3, Vel si non sit fluens aqua, fonte puteali possit alligari.

Puteānus, a, um, eiusdem significationis: vt Aqua puteana. φρεάτιος. Plin. lib. 16, Deinde quantum expressere, adiiciunt vinaceis aquæ puteanæ, vt & secundarium passum faciant. Colum. lib. 12. cap. 26, Et aquæ duleis puteanæ eodem agro partem decimam adiicias.

Putearius, tij. Qui puteos fodit. {φρεατοῦχος, φρεάτιος. Ital. *Pozzaro che fa pozzi.* Gal. *Puitier, qui fait les puis.* Hisp. *El pozero, que hace pozos.*} Plin. lib. 31. cap. 3. Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurrentia puteārios necant.

PVTEOLI. Locus publicus Romæ vltra Esquilias, commune sepulchrum miseræ plebi: ita dictus siue quòd ibi cadauera putrescerent, teste Festo: siue quòd putrefacta cadauera summum ibi putorem gignerent: siue à puteis ipsis, hoc est fossis in quibus cadauera sepeliebantur. Antiquissimum enim sepulturæ genus fuit, teste Festo, vt facto puteo cadauer humo obrueretur. Nam cremandorum corporum consuetudo à L. Sylla initium sumpsit.

Putidus, vide PVTEO, putes.

Putitus, pro stulto à Plauto vsurpatur, teste Festo.

Puto, as. Inutilia, & superflua ex arboribus, fruticibúsve reseco. {ἀλσυροδομέω. Ital. *Podare, bruscare.* Gal. *Couper les choses superflues, esmonder, tailler.* Hisp. *Podar vides ò arboles.*} Colum lib. 2, Neque arent, neque vitem aut arborem putent. ¶ Putare item ad animum transfertur, pro cogitare, considerare, & animo reuoluere. {Italicè & Hispanicè, *Pensar.* Gal. *Penser.*} cogitando enim resecamus mente, quæ falsa aut inutilia sunt: & quod verum ac bonum est huic cogitando hæremus. Terent. in Eunuc. Dum hæc puto, præterij imprudens villam. ¶ Aliquando pro æstimare. κατὰ λόγον θεωρῶ. Cic. in Vertem. Si denariis quadringentis Cupidinem illum putasset. Teret. in Adelph. Mitto maledicta omnia, tem ipsam putemus. ¶ Putare rationem, est calculum subducere. λογίζεσθαι. Plaut. in Aulul. Putatur ratio cum argentario. Aliquando tamen accipitur pro cogitare, seu considerare. Plaut. in Casina, Verùm autem altercuersum quum eam mecum Rationem puto, eius esset mecum postulatio. ¶ Interdum aptare. Titinnius Fullonibus. vt citat Nonius, Da pensam lanam, qui non reddet tempore putatam. recte facito vt multetur malo. ¶ Interdum existimare, iudicare. νομίζειν, ἡγεῖσθαι. Terent. in Andr. Rectè putas. Cic. de Amic. Actilius prudens esse in iure ciuili putatur. id est existimatur.

Putator, ris. hoc est qui vites, aliásve arbores, aut frutices sarmentis, ramisve inutilibus repurgat. {κλαδευτής, ἀκροτόμος. Ital. *Podatore d'alberi ò de viti.* Gal. *Esmondeur d'arbres ou tailleur de vignes.* Hisp. *Podador de las viñas ò arboles.*} Plin. lib. 17. cap. 8, Curatum ea scio, omnibus ferè offibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circundata vniuersa corpori. Colum. lib. 4. cap. 17, Putatoris officium est, pedali ferè spatio circa iugum vitem compescere. Virgil. 2 Georg. -summúmque putator Haud dubitat terræ referens mandare cacumen. Cic. 1. de Orat. Vt quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat.

Putāmen, inis, Rerum quarumlibet purgamentum, à putando. {κέλυφος, ἔλυτρον, κέλυφ. Ital. *Ogni superfluità che se taglia di qualche cosa.* Gal. *Tout le superflu & inutile qu'on coupe & oste de quelque chose, coquille, escaille.* Hispan. *La cascara ò mundadura.*} Nam quicquid ex aliqua re proiicitur, putamen appellatur, Plaut. in Capt. Nucleum amisi, reliqui pignori putamina. Cæc. 5. Tusc. Instituitque vt candentibus testudinum putaminibus barbam sibi, & capillum aduerterent. Putamina ouorum, Plin. lib 7. cap. 2. Testudinum putamina secare in laminas, Plin. lib. 9 cap. 11.

Putor, putoris, vide PVTEO.

Putris, putre, Quod est corruptum, ac in putredinē resolutum. {σαπρός. Ital. *Corrotto, putrefatto.* Gal. *Pourri, gasté & corrompu.* Hisp. *Podrido, corrompido.*} Virgil. 11. Aeneid. Quadrupedū putrem cursu quatit vngula campum. Idem 1. Georg. -& Zephyro putris se gleba resoluit. Vbi Seruius, Putris gleba, id est solubilis. Colum. lib. 2, Idem pingue ac putris, quia quum plurimum reddat, minimum poscit: & quod postulat, exiguo labore, atque impensa conficit.

Putridus, a, um. Idem quod putris, siue putrefactus, hoc est corruptus à calore externo agente in humidum. σαπρός. Cic. in Pisonem, Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt.

Putredo, dinis, Corruptio orta ab actione caloris externi in humidum, cuius finis est siccitas. {σῆψις, σηπεδών, σῆψαι. Ital. *Putredine, corruttione.* Gal. *Pourriture, pourriture.* Hispa. *Podre ò podricion.*} Ouid. 3. de Ponto, Estur, vt occulta vitiata putredine nauis.

Putreo, tres, Marceo & in pus soluor. {σήπομαι, σαθρόομαι. Ital. *Marcirsi, putrefarsi.* Gal. *Se pourrir, corrompre, & gaster.* Hispan. *Podrirse.*} Pacuuius Quamquam annis, & ætate hoc corpus putret. Plaut Mostel. Atque ædepol. ita hæc tigna humida putrent.

Putrefio, is, Putridus fio. {σαθρόομαι. Ital. *Marcirsi, pudrefarsi.* Gal. *Se pourrir, corrompre & gaster.* Hisp. *Podrirse.*} Colum. lib. 2, Vt herbarum culmis, cæterisque rebus immista putrescant. Idem in eodem, Totum stercoliniam rastris permiscri oportet, quo facilius putrefiat, & fit aruis idoneum. Horat. 2. Serm. Sat. 3, Vestis putrescit in arca. ¶ Huius composita sunt, Computrefio, Imputrefio, quorum significata vide suis locis.

Putrefacio. In putredinem resoluo, corrumpo, putre aliquid facio. {σήπω, σαθρῶ. Ital. *Pudrefare.* Gal. *Pourrir, corrompre & gaster.* Hisp. *Podrir.*} Colum. lib. 5. Per apertam ritis medullam vimius humor trahitur, idémque truncum cauat, vnde formicis, aliisque animalibus quæ putrefaciunt cruta vitium, latebræ præbentur. Plaut. in Mostella. Venit imber, lauat

Universidad de Sevilla

lauat parietes, perpluunt Tigna, putrefacitque operam fabri: nequicquam factus est Vsus & dium. Liui. 1. belli Punici, Ardentiáque saxa infuso aceto putrefaciunt.

Putus, ta, tum, Idem quod purus. πυθρὸς. {Ital. *Puro, purgato.* Gal. *Pur, purgé, sans mixtion.* Hisp. *Puro, alimpiado.*} vnde putum argentum, id est purgatum. Iuuenal. Saty. 10, Pauca licet portes argenti vascula puti. ¶ Interdum putus in oratione legitur coniunctum cum adiectiuo purus: vnde Argentum purum putum dicitur, quod ita excoctum est, itáque purgatum, vt nihil alterius materiæ habeat admistum. Gell. lib. 6. ca. 5, Cautum fuisse, vt Carthaginenses quotannis pop. Rom. darent certum pondus argenti puri puti. ¶ Plaut. in Pseudulo ad hominem transtulit, quum ait, -Polymachæroplacides Purus putus est ipsus: noui. Quasi dicat, ipse omnino est, & non alius prorsus aut adulterinus, aut supposititius. Festus, Putum antiqui pro puro dicebant: vnde Purum aurum, puratum dici solet, id est expurgatum. Orationes putissimæ. Cic. Att. lib. 2, Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

P ante Y

Pyanepsion, πυανεψιών, Mensis nomen apud Athenienses, nostro Octobri respondens, si Theodoro credimus: quo celebrabantur Pyanepsia, festa Apollini sacra, coquebantúrque fabæ aliáque legumina, quæ mensi nomen fecerunt.

Pycnocomon, πυκνόκομον, Herba est à comæ densitate nomen habens: quam Plin. lib. 26. cap. 8, describit his verbis, Aluum soluit & pycnocomon, erucæ foliis, crassioribus, & acrioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente: caule quadrangulo, modico, tenui flore, ocymi.

Pycnotica medicamenta, πυκνωτικὰ φάρμακα, A medicis appellantur quæ vim habent condensandi: quibus opponuntur manotica, μανωτικὰ quæ rarefaciendi habent potestatem. Πυκνὸν enim, densum: contrà μανὸν, rarum significat.

Pycnostylon, πυκνόστυλον, Aedificium deambulationi aptum, cinctum columnis densioribus, modicóque interuallo à se inuicem distantibus. πυκνὸν enim nobis significat densum, & στύλος columnam.

Pycta, æ, vel Pyctes, πύκτης, Latinè pugil dicitur. Lampridius in Heliog. Gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi, & pyctas frequenter exhibuit. Hinc Colum. lib 8. cap. 2, gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem pycten vocat, Non rixosarum auium, inquit, lanistæ, cuius pleruque totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pycten abstulit. Plin. lib. 7. cap. 47, Euthymus pycta semper Olympiæ victor.

Pyctacium, cij, πυκτάκιον, apud Lampridium in Alexandri vita dicitur album, hoc est tabella dealbata, in qua nomina iudicum selectorum describebantur: sic enim inquit, Denique quum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat nomina. De promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat cuncta pyctacia: & sic faciebat diebus etiam pariter annotatis & quis, & qualis esset, & quo insinuante promotus.

PYDNA, πύδνα, Vulgò *Chitro*, Oppidum Macedoniæ ad sinum Thermaicum: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Pygargus, πύγαργος, Caprea quædam syluestris, non dissimilis damis. Plin. lib. 8. cap. 53, Sunt & damę, & pygargi, & strepsicerotes, multáque alia haud dissimilia. Iuuen. Saty. 11, -apud quem Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus, Et Scythicæ volucres. ¶ Est item pygargus, auis ex genere aquilarum, in oppidis habitans, & in campis, caudam habens albicantem: vnde & nomen accepit, quasi πυγὴν ἔχων ἀργὸν. Idem Plin. lib. 10. cap. 3, Secundi generis pygargus, in oppidis mansitat, & in campis, albicante cauda. Sunt qui putant esse erodiorum genus: quæ ales adeò coitui infesta est, vt quum mas cum fœmina coire velit, acti dolore oculorum vtrinque soluantur, ac morientium penè similes abeant.

PYGELA, Pygelæ, πύγελα, Vrbs Ioniæ, non procul ab Epheso, sic dicta quòd nonnulli ex iis qui sub Agamemnone militarant, propter morbum sedem & nates infestantem, illic cõsederint. Autor Theopompus.

PYGMAEI, πυγμαῖοι, vt Plin. lib. 7. cap. 2, scribit, populi in extrema parte montium Indiæ habitantes, salubri cælo, sempérque vernante, qui ternos dodrantes non excedunt: vnde & pygmæi dicti sunt, quasi πυγμαῖοι, hoc est cubitales. Πυγμὴ enim cubitum significat. August. lib. 16. Ciui. Alij statura cubitales, quos Pygmeos à cubito Græci vocant, pugnant cum gruibus, sed vincuntur. Horum mulieres quinto anno pariunt, & senescunt octauo. Fama est insidentes arietum capturúmque dorsis, armatos sagittis, Veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere, & ouа pullósque earum alitum consumere: ternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennísque & ouorum putaminibus construi. Aristoteles in cauernis viuere Pygmeos tradit: cætera de his, vt reliqui. Plinius quoque lib. 4 cap. 11, in Thracia Pygmeos fuisse scribit, vrbémque Geraneam tenuisse, donec à gruibus fugati, nouas sibi sedes quærere fuerint coacti. Ad quod etiam spectare videtur illud Iuuenalis ex Saty. 13,

Ad subitas Thracum volucres, nubémque sonoram,
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptúsque per aera curuis
Vnguibus à sæua fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiere: sed illic
Quanquam eadem assiduè spectentur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.

PYGMALION, onis, πυγμαλίων Suidæ, Beli Tyriorum regis filius fuit, frater Didûs, qui quum ardentissima auri cupiditate flagraret, ad Sichæi patruelis sui, & sororis suæ viri opes animum adiecit: illúmque spe potiundi auri, ante aras dolo interemit. Cuius cædis quum in somnis à mariti vmbra certior facta esset Dido, clam sublatis thesauris, fugæque comitibus assumptis, naues conscendit: & in Africam appulsa, primùm Byrsam, deinde & Carthaginem condidit. Meminit huius Virgil. libro 1. Aeneid. -sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes, Quos inter medius venit furor: ille Sichæum Impius ante aras, atque auri cæcus amore Clàm ferro incautum superat. ¶ Fuit & alter eiusdem nominis, Cilicis filius, qui ex Eburnea statua, Veneris beneficio in puellam transformata, Paphum suscepit. Paphi Cypriæ vrbis conditorem. Quam fabulam vide latius apud Ouidium 13 Meta.

PYLADES, dæ, vel dis, pen. cor. πυλάδης, Strophij Phocensis filius fuit, indissolubili amicitiæ vinculo cum Oreste coniunctus. Nam quum Clytemnestra ab Aegistho adultero adiuta, Agamemnonem occidisset, Strophius Orestem adhuc puerum, cæsissimæ neci subduxit, & in regno suo vnà cum Pylade educauit. Posteáque quum Orestes, gratia vindicandæ paternæ mortis, matrem peremisset, eámque ob rem in furorem conuersus esset, Pylades perpetuum omnium suarum profectionum comitem habuit, & socium periculorum: tantáque sese mutuò amoris vehementia sunt prosecuti, vt alter pro altero mori non recusaret. Cic. de amic. Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei Pacuuij fuerunt noua fabula: quum ignorante Rege vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret vt pro illo necaretur: Orestes autem, ita vt erat Orestem se esse perseueraret. Reliqua vide suprà in dictione ORESTES.

Pylæ, {πύλαι Ital. *Porte.* Gal. *Les portes.* Hispa. *Puertas.*} Græco nomine dicuntur quas nos portas dicimus: vnde & pro angustiis montium faucibus accipiuntur: cuiusmodi in Amano monte occurrere perhibétur, ex Cilicia Syriam petentibus: quas & Latinè Cilicias portas appellamus. Cic. Attic. lib. 5, Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas.

Pylæa, πύλαια, Conuentus Amphyctionum ad Thermopylas, ad quem quotannis è singulis ciuitatibus singuli mittebantur, quos vocabant Pylagoras, ἵνα κοινὰ τὰ πυλαικὰ ἐχειροτονῶσι, hoc est ab eo quòd ad pylæan conuenirent.

PYLAEMENES, πυλαιμένης, Dux Paphlagonum, qui in bello Troiano Priamo suppetias ferens, à Menelao est interfectus.

PYLARTES, πυλάρτης, Vir Troianus fuit, ab Aiace occisus, vt scribit Homerus, 11 Iliados.

PYLENE, πυλήνη, Aetoliæ oppidum, teste Horm. in Catal. Papinius, -sensit scopulosa Pylene,
Fletáque cognatis auibus Meleagria Pleuron.

Pylorus, ri, pen. prod. πυλωρὸς, A Medicis appellatur inferius os ventriculi per quod primæ coctionis excrementa emittuntur in aluum, & inde in successum. Ratio nominis inde ducta est, quòd πυλωρὸν Græci ianitorem vocant. Inferius autem os ventriculi in hoc vel optimi ianitoris officio fungitur, quòd nihil emittat nisi probè concoctum: vnde etiam meatus ille à natura factus est angustissimus.

PYLVS, li, πύλος, Agri Messeniaci oppidum est in tractu Occidentali Peloponnesi Nestore alumno (qui inde Pylius cognominatus est) nobilitatum. Ouid. 2. Amorum, Illius à tactu Pylius iuuenescere posset. Idem lib. 1. de Ponto, Crede mihi, Pylio Nestore maior eris. ¶ Sunt præterea duæ aliæ eiusdem nominis vrbes in Peloponneso: vnde est illud apud Strabonem, lib. 8, Ἔστι πύλος ἡ μὲν πύλος, πύλος δὲ καὶ πύλος, πύλος δὲ καὶ ἡ μεσόγειος.

Pyra, {πυρὰ. Ita. *Stipa, mocchio di legne.* Gal. *Vn môceau de bois pour mettre au feu, Hogueras.*} Liguorum congeries, cuiusmodi olim cremandorum eorum corporum causa extrui solebant. Virg. 4. Aene. At regina pyra penetrali in sede sub auras Erecta ingenti, tedis atque illice secta, &c. Idem 11. Aene. Innumeras struxere pyras.

PYRACMON, πυράκμων, Nomen est vnius ex Vulcani ministris, quorum opera vtitur ad fabricandum Ioui fulmen. Dictus Pyracmon, quòd ab incude, ferróque ignito non recedat. Nam πῦρ Græci ignem, & ἄκμων incudem appellant. Virg. Aene. 8. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

PYRAECHMES, πυραίχμης, Aetoli cuiusdam nomen, qui cum Degmeno Epeo singulari certamine congressus, fundæ ictu eum interfecit: quo facto Oxylo cuidam ex Aetoli posteris Eleum regnum stabiliuit. Autor Strabo lib. 8.

Pyralis, πυραλὶς, Pennatum animalculum, magnitudine muscæ, ex igne proueniens. Vnde & nomen accepit. A quibusdam pyrausta. πυραύστην, appellatur. Quandiu est in igne, viuit: quum euasit longiore paulum volatu, tunc emoritur. Vide Plinium, lib. 11. cap. 36.

Pyrama, vt legit Sipontinus, vel potius Phyrama, vt hodie habent castigatiora Plinij exemplaria, lachrymæ genus ex metopio arbore stillans, pingue & resinosum. Vide Plinium, lib. 12. cap. 18.

Pyramis, pen. corr. Pyramidis {πυραμὶς. Ital. & Hisp. *Piramide.* Gal. *Piramide.*} Moles maxima, quadrata, ita constructa vt è lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ ima sui parte latior, in acuminatum definit fastigium. Maximæ huius generis in Aegypto fuisse memorantur circa Memphim, structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ vltra omnem excelsitatem quæ manu fieri posset, (vt scribit Solinus) sub quibus sepeliebantur Reges. Excogitatæ primum à Regibus Aegypti, ne plebs esset otiosa, vel ne pecuniam successoribus relinquerent. Vide Plinium, lib. 36 cap. 12.

Pyramidatus, adiectiuum. {πυραμιδικὸς Ital. *A foggia di piramide.* Gal. *Fait en pyramide.* Hisp. *Hecho en manera de piramide.*} Quod in pyramidis formam factum est. Cic. 1. de Nat. deor. Quædam pyramidata, curuata quędam, & quasi aduncа.

PYRAMVS, pen. cor. πύραμος, Adolescens fuit Babylonius, qui Thisbes vicinæ puellæ mutuo amore captus, amicæ persuasit vt deceptis custodibus, in solitudinem quandam extra vrbem ad se conueniret: quò quum puella prior venisset, conspecto leone, trepida profugit ad syluas, relicto præ festinatione amiculo, quod inuentum leo dilacerauit. Veniens deinde ad locum constitutum Pyramus, quum Thisbes amiculum à fera dilaceratum agnouisset, arbitratus ipsam à leone esse deuoratam, doloris impatientia, eo quo accinctus erat gladio, seipsum interemit, Thisbe quoque quum posito timore ex sylua redisset, Pyramúmque ex vulnere adhuc palpitantem agnouisset, exempto ex vulnere gladio, sibi eriam mortem conscisciit. ¶ Hoc nomine etiam dictus est fluuius Asię, Nili modo limum deferens, qui magnam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ciliciæ partem adiecit, vtroque ostij sui latere magna limi vi congesta. De quo extat illud oraculum, Tunc erit, vadisonus late quum Pyramus olim Littora perfundens, Cyprum labetur in almam. Vide Strabonem libro 1.

PYRANDER, πυρανδρος, Quæstor fuit Atheniensis, qui quum tempore belli frumentum parcè suppeditaret, à populo saxis est obrutus.

PYRANTHVS, πύρανθος, Oppidulum, siue vicus Cretæ, non procul à Gortyne. Stephanus.

PYRASVS, πύρασος, Viri Troiani nomen, ab Aiace in bello Troiano interfecti: vt placet Homero, lib. 12. Ilia. Pyrasus item Stephano vrbs est Phthiotidis, ita dicta à fertilitate tritici, quod πυρὸν Græci appellant.

Pyrausta, æ, πυραύστης, Animal pennarum, magnitudine muscæ, in igne & nascens & viuens: à quo si paulo longius euolarit, statim emoritur. ¶ Vnde prouerbium, Pyrastæ interitus, πυραύστου μοῖρα. In eos dicebatur qui sibiipsis exitium accersunt. Alio nomine pyralis dicitur, teste Plinio lib. 11. cap. 36 ¶ Pyrausta item apud Aristotelem, vermiculus est quem & eleron vocat, aranei specie, nocens fauis.

PYREICVS, πυρεικὸς, Nobilis pictoris nomen, qui in humilibus potissimum argumentis pingendis excelluit. Plin. lib. 35. cap. 10. Subtexi par est minoris picturæ celebres in penicillo: è quibus fuit Pyreicus, arte paucis postferendus. Proposito nescio an destruxerit se, quoniam humilia quidem secutus, humilitatis tamen summam adeptus est gloriam. Tonstrinas, sutrinásque pinxit, & asellos, & opsonia, & similia: ob id cognominatus Rhyparographos. Proper. lib. 5. Pyreicus parua vendicat arte locum.

PYRENE pen. prod. πυρήνη, Nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compressæ, atque à feris laniatæ, & ibi sepultæ. Qui mons quoque à Poëtis Pyrene nuncupatur. Silius lib. 3, Pyrene cella nimbosi verticis arce Diuisos Celtis latè prospectat Iberos. Tibul. lib. 1, Non sine me est tibi partus honos, tua bella Pyrene Testis, & Oceani littora Santonici. Hic mons Galliam ab Hispania diuidit, ab Exortu Aequinoctiali in Occasum brumalem porrectus: ita dictus ἀπὸ τοῦ πυρὸς, hoc est ab igne: siue quòd crebris fulminum ignibus feriatur: siue quòd Pyrenæi montis sylua (vt auctor est Diodorus lib. 5.) iniecto à pastoribus igne, olim vniuersæ conflagrauerint. Silius à pastoribus igne, olim vniuersæ conflagrauerint. Silius à iniecto à pastoribus igne, olim vniuersæ conflagrauerint. Silius à Pyrene puella Pyrenæum saltum dici autumat. Dicitur autem mons ipse Pyrene, & Pyrenæus mons. ¶ Pyrene autem per i nostrum, siue Pyrene, πυρήνη, Suidæ, est fontis nomen (vt inquit Probus) in Helicone Musis consecrati. Strabo autem Pirenem fontem sub Acrocorintho monte nominauit. Cuius meminit & Persius, & Plautus in Aulul. Interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pirenen potest. Statius lib. 1. Syluarum, -nec conscia detur Pyrene, largos potius mihi gurges inhaustus, Qui manat de fonte tuo, &c. In posteriore hac significatione primam syllabam semper producit: quia apud Græcos scribitur per ει diphthongum. In priore autem eandem habet differentem: vt facile est videre ex testimoniis Catulli & Silij paulò ante citatis.

Pyrenes, pen. prod. Sunt cetasorum ossa, seu baccarum: vt apud Aristotelem lib. 1. Meteororum, in fine, vbi sic legitur, γίνεσθαι γὰρ ἐκ τῶν ἐλαιῶν πυρῆνας, οἷον ἐκ τῶν δακτύλων σφόδρα: id est fieri elisionem, vt nuclei è digitis existentes. Nominatiuus singularis est πυρὴν.

PYRENEVS, per tres syllabas, πυρηνεύς, Phocidis rex fuit, qui quum Musas ex Helicone in Parnassum proficiscentes hospitio suscepisset, vim iis inferre est conatus: quúmque illæ assumptis alis effugissent, Pyreneus conatus insequi, è fenestra delapsus, fregit ceruices. Vide Ouid. 5. Metamorph.

Pyrethrum, ἡ πύρεθρον. Ital. *Piretro*. Gal. *Herbe nommee pié d'Alexandre*. Hisp. *Peütre*. ¶ Non est herba eadem cum dracunculo, vt perperam credidit Calepinus, Perotti errorem secutus, sed ea quam Romani saliuarem, vulgus Gallorum hodie *Pedem Alexandrinum* appellat. Folia & caulem emittit, dauco syluestri & fœniculo similem, vmbellámque anethi circinatæ rotunditatis: radicem habet longam pollicis crassitudine, gustu feruentissimo. Ouid. 2. de Arte, Tritáque in annoso flaua pyrethra mero. Macer, Est pyrethrum, calidum, siccúmque, & quattus in illo Est gradus: excutiat dentes si frigidus humor, Masticet hæc patiens, teneátque diutius ore. Vide Plinium, lib. 28. cap. 9, & Dioscoridem lib. 3. cap. 84.

Pyretus, πυρετὸς, Febris, ab incendio appellata, quemadmodum apud nos febris à feruore.

PYRGO, πύργω, Nomen fuit nutricis natorum Priami, cuius meminit Virgil. lib. 5. Aeneid.

PYRGOTELES, pen. corr. πυργοτέλης, Proprium nomen gemmarum sculptoris nobilissimi, à quo tantùm Alexander Magnus se in gemmis sculpi passus est. Plin. lib. 37. cap. 1, Ilmeniæ (inquit) ætates multos post annos apparet sculpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma se ab alio sculpi, quàm à Pyrgotele, non dubiè clarissimo artis eius. Et rursum lib. 7. cap. 37, Idem hic Imperator edixit, nequis ipsum alius quàm Apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles sculperet: quàm Lysippus, ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

PYRGI, orum, πύργοι Ptolemæo. Oppidum in ora Tusciæ, inter Antium & Grauiscas. Virgil. 10. Aeneid. Et pyrgi veteres, intempestáque Grauiscæ. Vulgò *Cimita vecchia*.

Pyrgus, ἡ πύργος. Italicè & Hispanicè, *Torre*. Gal. *Vne tour*. ¶ Latine turris dicitur, quòd fulgureis ignibus feriri turres consueuerunt. ¶ A cuius similitudine pyrgus etiam vasis genus dicitur cauitate sessili, quò coniecti tali, agitantur antequam in alueolum emittantur. Horat. 2. Serm. Saty. 7. Mitteret in pyrgum talos. Martialis turriculam Latino vocabulo appellauit. Persius orcam dixit, Scire erat in voto damnosa Canicula quantum Raderet. angustæ collo non fallier orcæ. Porphyrio pyrgum idem esse docet cum fritillo, vasculum scilicet in quo coniectæ tesseræ, agitatæque mittuntur Iuue. Saty. 14. -paruóque eadem mouet arma fritillo. Quibus verbis clarum fit, fritillum turriculam esse, non tabulam lusoriam, quæ lata, & spatiosa esse consueuit, & quæ alueus, siue alueolus, siue latruncularia tabula dicitur. ¶ Pyrgus etiam militaris ordo dicitur, quadringentos viros continens: & turma equestris ὁπόταν πυρὸς, vt quidam existimant, eo quòd in acutum desinat more ignis.

Pyrites, pen. prod. πύριτης, Silicis genus quod in metallis & fluminibus quibusdam inuenitur, æris similitudine: cuius varia sunt genera, cognomen accipientia à metallis quæ in se continent. Nam in quo aurum elucet, chrysodes: in quo argentum, argyrodes: in quo æs, chalcodes, hoc est æreosus cognominatur. Plin. lib. 36. cap. 16. Sed est aliud etiamnum pyrites similitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt, & in metallis quæ sunt circa Acarnaniam, vnum argenteo colore, & alterum aureo. Dictus pyrites, quòd ægerrimè quidem ignem accipiat, semel tamen acceptum diutissimè conseruet. Vide Georg. Agricolam de Re metal. qui multò plura enumerat pyritarum genera. ¶ Pyrites item dicitur silex ille qui ferro illisus, igne emittit. Plin. lib. 36. cap. 19. Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appellamus, & ponderosissimi fuere. Hi explorationibus castrorum maximè necessarij, qui clauo, vel altero lapide percussi, scintillas edunt, quæ exceptæ sulphuratis, aut fungis aridis, vel foliis, dicto celerius ignem trahunt. Hæc Plinius. ¶ Quidam etiam molarem lapidem, pyriten appellauere, teste eodem Plinio, lib. 36. cap. 19: propterea quòd plurimum illi sit ignis.

Pyroboli, pen. corr. πυρόβολοι, Sunt tela ignita, & ardentia, quæ cum flamma mittuntur. Vnde Plutarchus in Dione scribit pyrobolorum incendio complures extinctos.

Pyrocorax, πυρροκόραξ. Auis luteo rostro, nigra, præcipuo sapore: nomen habet à colore rostri igneo: quasi igniteum coruum dicas. Vide Plinium, lib. 10. cap. 48.

PYRODES, πυρώδης, Cilicis filius, qui primus è filice excusisse ignem dicitur: quemadmodum asseruasse in ferula, Prometheus. Plin. lib. cap. 56.

Pyrois, penult. corr. genitiui. pyroentis. πυρόεις, Martis sidus, ab igneo colore dictum. Columel. lib. 10. ¶ Est item nomen vnius ex equis Solis. Ouid. 2. Metamor. Vide AETHON.

Pyromancia, penult. acuta. πυρομαντεία. Genus diuinationis quæ fit per ignem. Vide in dictione MAGIA.

Pyropus, pi, pen. pord. ὁ πύρωπος. Ital. *Carbonchio*. Gal. *Vn rubis ou escarboucle*. Hisp. *Carauncol piedra preciosa*. ¶ Gemma est flammæ colorem referens: vnde & nomen. Ouid. 2. Meram. Flammas imitante pyropo.

PYRPILE, es, πυρπίλη, Maris Aegæi insula, Cycladum omnium clarissima, quæ nouiore nomine Delos appellatur. Pyrpile dicta eo quòd ibi primùm ignis repertus existimetur, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

PYRRHA, πύρρα, Deucalionis vxor, quæ post diluuium vnà cum marito, iactis post terga lapidibus, humanum genus fertur reparasse: vt fabulatur Ouid. 1. Meram. ¶ Est & hoc nomine Catiæ ciuitas, iuxta Myrtoum pelagus: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Lycia, apud eundem lib. 5. ca. 27. ¶ Item aliud in Eubœa insula apud eundem lib. 4 ca. 12. ¶ Aliud præterea in Magnesia, cuius meminit idem Plin. lib. 4. cap. 9 ¶ Rursus aliud in Phocide, apud eundem, lib. 4. cap. 3. ¶ Item aliud ad Ponum Euxinum, non procul à Mœoride, maris impetu haustum, teste eodem Plinio, lib. 2. cap. 92. ¶ Ad hæc fuit & aliud in Lesbo insula, cuius meminit Ptolemæus, lib. 5. cap. 2, & Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Est item Pyrrha siue Pyrrhe, insula Cariæ adiacens, in sinu Ceramico: cuius meminit Plin. lib. 5 cap. 31.

Pyrrhicha, æ, siue pyrrhiche, es, πυρρίχη, Genus fuit saltationis enopliæ, hoc est quam armati peragebant, quæ Lacedæmoniorum iuuentuti loco belliei progymnasmatis erat, teste Aristoxeno, apud quos à quinto statim ætatis anno pueri incipiebant πυρρίχιζειν, accinente interim aliquo carmen hypothematicum, ad cuius numeros motus componebant. Erat autem hoc laboriosum saltationis genus, pugnantium, iaculantiúmq; : item ictus, iactúsq; declinantium: interdum etiam subsilientium, & succiduo poplite se excipientium, motus gestúsq; exprimens: vt abundè docet Plato lib. 7. de legibus. Plin. lib. 7. ca. 57. à Pyrrho quodam Cretensi primùm institutam tradit in Creta. Aristoxenus originem eius ad Pyrrhichum quendam Laconem refert. Aristoteles contrà ad Pyrrhum Achillis filium, quem primum omnium pyrrhicham ait saltasse ad Patrocli rogum. Sueton. in Cæsare, Pyrrhichen saltauerunt Asiæ, Bithyniæ; principum liberi.

Pyrrhichatij, siue Purrhichatij, (vt scribebant veteres, nullam peregrinam literam recipientes) πυρριχισταί, Qui pyrrhicham saltabant armati, pugnantium, ictúsque inferentium vicissim, & declinantium gestus motúsque ad rhythmum imitantes. Vtitur hac voce Vlpianus l. At damnum. ff. de Pœnis.

Pyrrhachius, pen. corr. adiect. Lini. 1. bel. Maced. Quum legibus cautum esset ne de pace, bellóve, nisi in panætolico & pyrrhiacho concilio ageretur. Vetus exemplar habet. pylaico.

Pyrrichius, πυρρίχιος, Per metricus, constans ex duabus syllabis brevibus: dictus à Pyrrho, qui primus victoria potitus, frequentibus pyrrhichis est laudatus.

PYRRHO, πύρρων, Philosophus fuit Elidensis, primò pictor, deinde Anaxarchi discipulus à quo philosophi Pyrrhonij dicti, quos Græco cognomento σκεπτικοὺς, id est consideratores appellant. Nihil enim decernunt, sed in quærendo semper, considerandóq; sunt: ac ne videre quidem planè quicquam, neque audire se putant: atúntque veritatem incomprehensibilem videri. Idem ἀπορητικοὶ, id est ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Vixit annis fermè nonaginta.

Pyrrhopœcilus, πυρροποικίλος, Marmoris genus, quod & à Syene Thebaidis vrbe, circa quam effodiebatur, Syeniticum dicebatur, siue lapis Syenites. Ex hoc Aegyptiorum reges obeliscos faciebant, quos Solis numini dicabant: teste Plinio lib. 36. cap. 8. Pyrrhopœcilon autem Græci à fuluarum macularum varietate videntur appellasse. Nam πυρρὸν fuluum appellant, & ποικίλον varium.

PYRRHVS, πύρρος, Achillis filius, ex Deidamia Lycomedis filia, ita dictus à fuluo colore capillorum, teste Seruio. Hic & Neoptolemus appellatus est, propterea quòd admodum adolescẽtulus ad belli Troiani reliquias fuerit perductus. Erat enim in fatis, sine illo Troiam capi non posse. In hij autem expugnatione primùm Politem Priami filium, deinde

Universidad de Alcalá

deinde & patrem ipsum interfecit. Polyxenam Achillis partis sui Manibus inferias misit, Andromachem verò quæ in prædam sibi cesserat, aliquandiu iustæ vxoris loco habuit: quam deinde, Hermionem Menelai & Helenes filiam ducturus, Heleno vxorem tradidit. Erat autem Hermione multo ante Oresti desponsata: cuius etiam mutuo amore tenebatur. Aegrè itaque ferens Orestes vxorem sibi eripi, ex insidiis Pyrrhum obtrucauit. ¶ Fuit & alter Pyrrhus, Epirotarum res, matetno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus: qui quum à suis ob odium paternæ crudelitatis, ad necem quæreretur, clàm à matre subductus est, & Illyricorum reginæ traditus nutriendus: apud quam quum ad summam ipsum adoleuisset, reuocatus à suis, regni administrationem suscepit. Postea à Tarentinis accitus, aduersus Romanos vario euentu pugnauit. Periit ictu regulæ percussus, quum Thebas cepisset. Vide vitam eius latius apud Plutarchum.

Pyrus, priore correpta, Arbor nota. §πυρος. Ital. *Pero arbore.* Gal. *Vn poirier.* Hisp. *Peral arbol.* } Virg. 4. Georg. Edurámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes. Idem 1. Aeglo. Insere nunc Meliboœe pyros, pone ordine vites, &c. ¶ Pyrum fructus. §πυρον. Ital. *Pero.* Gal. *Vne poire.* Hisp. *La pera fruta.* } dictum quod ad similitudinem pyramidis è lato tendat in acutum, flammæ similitudinem reddens. Aurumnalia pyra, acidulo sapore iucunda, Tiberiana appellantur, quòd maximè Tiberio principi placuere, Plin. lib. 15. Cucurbitina pyra, ob cucurbitæ similitudinem sic dicta, Cato cap. 7. Decumana pyra, apud Colum. lib. 12. cap. 10. Vesci pyris. Horat. 1. Epist. 7. Non quo more pyris vescì Calaber iubet hospes. Idem Epod. 2. Vrgaudet insitiua decerpens pyra. De pyris multa vide apud Plinium lib. 15. cap. 15. Mammosa pyra, apud eundem ibidem.

PYTHAGORAS, πυθαγορας, Philosophus fuit Samius, Mnesarchi annulorum sculptoris filius, & Italicæ philosophiæ princeps, de quo extat celebre illud elogium apud Ouidium 15. Metam. Mente deos adiit, & quæ natura negauit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Auditor fuit Pherecidis Syri: post cuius mortem Hermodamanti iam senì Cereophili nepoti, se in disciplina dedit. Sub quo quum satis profecisse videretur, in Aegyptum nauigauit, vt illorũ Theologiam, ritus, moresque cognosceret. Deinde astrologiæ, Chaldaicæque disciplinæ cupidus, Babylonem sese contulit: vbi syderum cursus, eorúmque ingenitus hominum effectus, est edoctus. Spartam quoque adiit, & in Cretam nauigauit, vt Minois, & Lycurgi inclytas eo tempore leges cognosceret. Post hæc in patriam rediens, quum eam à Polycrate tyranno occupatam vidisset, in eam partem Italiæ secessit, quæ magna Græcia dicta est: delectáq; sede apud Crotoniatas, magno auditorum affluxu Philosophiam professus est, quo tempore Romæ regnabat Seruius Tullus, vt docet Liui. lib. 1. ab Vrbe. Auditores fertur habuisse non pauciores sexcentis, qui noctu ad eum audiendum cõfluebant: ex quibus clarissimi fuerunt Archytas Tarentinus, Alcmeon Crotoniata, Hippasus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata. Primus τ' μετεμψυχωσιν, hoc est transfusionis animarum in alia corpora, astructor fuit. Idque vt facilius persuaderet, primùm se Aethalidem Mercurij filium fuisse affirmabat, quúmque à patre optio sibi facta esset petendi quicquid vellet, excepta immortalitate, se ab illo petiisse vt & viuens & vita functus, omnium quæ contingerent, memoriam haberet. Eámq; ob causam se omnium quæ in vita gessisset, meminisse, eandémque memoriam post obitum reseruasse. Post Aethalidæ mortem Euphorbum se fuisse aiebat, & deinde Hermotimum, postea Delium quendam piscatorem nomine Pyrrhum: mortuóq; Pyrrho, se factum esse Pythagoram. Crotoniatis & Metapontinis leges cõscripsit, populósque luxuria diffluentes autoritate & doctrina ad frugalem cultum reuocauit, adeò, vt & mulieres integritate eius, vitæque seueritate adductæ, auratas vestes, ornamentáque lasciuiora in templo Iunonis consecrarent. Postremò quum multos Annos Crotone egisset, Metapontum commigrauit: vbi & supremum diem obiit: quanquam aliis alia tradentibus, de mortis genere non satis constat. Quanti autem illum viuum fecissent Metapontini, post obitum eius declararunt, ædes eius pro templo ei consecrãtes, diuinisque honoribus mortuum prosequẽtes. Ab animalium carnibus, & à fabis religiosissimè abstinebat. Quod & tangit Iuuenalis, Saty. 15. Vel quò non fugeret, si nunc hæc monstra videret Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui. Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen?

Pythagorei, πυθαγορειοι, Doctrinæ & præceptis Pythagoræ insistenter, qui & Pythagorici dicuntur. Iuuenalis. Viue hidentis amans, & culti villicus horti: Vnde epulas possis centum dare Pythagoræis. ¶ Taciturnior Pythagora, σιωπηλοτερος των πυθαγορου τε λεγεσθαι, id est, Taciturnior ero quàm qui Pythagoræ sunt initiati. De vehementer taciturnis vsurpari solet. Sumptum à Pythagoræ schola, in qua quinquennè silentium indicebatur auditoribus, quam ἐχεμυθιαν vocant, à cohibendo sermone. Suidas & Zenodotus referunt.

PYTHEAS, pen. cor. πυθεας. Rhetor Atheniensis, Demosthenis æqualis, supra modum arrogãs, qui quum æris alieni causa in carcerem coniectus esset, fractis vinculis ad Macedones transfugit. Scripsit concliones aliquot, & orationes in genere iudiciali, aliáque nonnulla. Malè audiuit nomine furti. Quare quum in Demosthenem cauillans, et obiecisset, orationes eius lucernam olere: Noui, inquit ille, tibi inuisos esse qui noctu lucernam habent.

PYTHERMVS, πυθερμος, Princeps fuit eius legationis quam Ioues Aeolésque ad petendum auxilium aduersus Cyrum ad Lacedæmonios miserunt: qui quum Spartam appulissent, purpurea veste indutus, in Spartiatarum conuentum processit, hortatúsque est Lacedæmonios multis verbis ad auxilium Ionibus ferendum. Autor Herod. lib.

PYTHIA, Pythiorum, πυθια, Ludi Apollinares, qui ad Apollinis honorem fuerant instituti ob eædem pythonis serpentis nocentissimi: aut vt Strabo lib. 8. scribit, hominis sceleratissimi, cognomẽto Draconis. Ouid. lib. 1. Metam. Instituit sacros celebri certamine ludos Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos. Victores huius certaminis, teste Luciano, lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo sumptis.

Pythionikes, pen. prod. πυθιονικης, Pythiorum victor: sicut Olympionices, Olympiorum.

PYTHIA, æ, πυθια, Sacerdos Apollinis apud Delphos, quæ consulentibus oracula reddebat: ita dicta παρα το πυνθανεσθαι, hoc est à consulendi, interrogandique consuetudine.

PYTHIVS, πυθιος, Apollinis cognomen, à Pythone serpente inditum, quem iaculis suis adhuc puer fertur interemisse. Vel ἀπο του πυνθανεσθαι, hoc est à consulendi & interrogandi vsu. Vnde & Phœbades ipsæ, Pythiæ dicũtur, teste Strabone lib. 9. Alij, Pythij cognomen ἀπο του πυθεσθαι, hoc est à putrescendo tractum existimant, eo quòd nunquam sine vi caloris fiat putrefactio. ¶ Pythij item dicebantur qui Delphos ad consulendum oraculum publicè mittebantur, qui vnà cum Regibus cibaria assignata habebant, vosque eum iis vescebantur.

PYTHODORVS, πυθοδωρος, Sculptoris eximi proprium nomen apud Plin. lib. 36, cap. 5.

PYTHON, πυθων, Serpentis nomen, à πυθω, quod est putredo, eo quòd ex putredine terræ post diluuium Deucalionis natus dicatur. Hunc ab Apolline sagittis interfectum fuisse fabulantur Poëtæ, eo quòd terræ putredo Solis calore absumatur. Claud. 7. Paneg. Cæculeus tali prostratus Apolline Python. ¶ Pythones item dicuntur spiritus diuinatores, qui se humanis corporibus insinuantes, eduntvaticinia. Quin & homines ipsi, qui à dæmonibus huiusce modi possessi sunt, Pythones appellantur: vt non obscure indicat Plutarchus eo in opusculo quod inscripsit, Cur oracula desierint.

Pythonissa, huius fœminino πυθωνισσα. Hoc est mulier spiritu huiusmodi correpta: quã etiam Tibullus pythona appellat. Delphica, inquiens, python: tanquam pythonis vocabulum duobus generibus sit cõmune.

Pythonici, πυθωνικοι, Homines pythone, hoc est diuinatore spiritu correpti, qui & ἐγγαστριμυθοι à Græcis appellantur.

PYTHON, πυθων, Orator Byzantius eloquentissimus, apud Philippum Macedoniæ regem, cuius meminerunt Aeschines & Demosthenes in orationibus.

PYTHONIS come, πυθωνος κωμη. Loeus est in Asia, quò primo aduentu sui tempore conueniunt ciconiæ, & eam quæ victima aduenit, laniant vniuersæ. Autor Plin. lib. 10. cap. 23.

PYTHOPOLIS, πυθοπολις, Ciuitas est in ea Asiæ minoris parte quæ Mysia vocatur, teste Plin. lib. 5. cap. 32. ¶ Est & Pythopolis Cariæ sic dicta à Pythe illo diuite, qui & Xerxem conuiuio excepit, & militibus eius senos Daricos aureos in capita distribuit. Stephanus.

Pytisina, atis, πυτισινα, Lenis sputi irroratio, à πυτισω, quod est sputo leuiter & crebrò irrorare. Iuuenal. Saty. 11. Qui Lacedæmonium pythismate lubricat orbem. Id est qui lubricat annulum sputo. Sunt tamen qui hoc in loco legant pedemate: alij etiam, pityismate. Vide Politiani Miscell. Centuria prima, cap. 38.

Pyulcos, πυλκος, chirurgicum instrumentum, puri eximendo accommodum: ita dictum, quasi πυου ἑλκων. Meminit huius instrumenti Galenus lib. 5. Methodi.

Pyxacanthum, πυξακανθος. Frutex est spinosus, cubitalibus ramis, foliis buxi: vnde & nomen accepit, quasi buxea acanthus. Nam πυξος nobis buxum sonat. Præstantissimum nascitur in Lycia: vnde & medicamentum, quod ex eo conficitur, Lycium appellatur: de quo suprà egimus suo loco.

Pyxis, idis, §πυξις. Ital. *Bossolo.* Gal. *Vne boiste, proprement qui est de bouis.* Hisp. *La buxeta.* } Propriè vasculum è buxo, quod Græci πυξον appellant: ex quo ligno primùm fieri cœpit: quanquam & ex alia materia fieri possit. Num (vt docet Quint. lib. 8. cap. 6) pyxides cuiuscunque materiæ sunt, quarum vsus variis rebus est accõmodatus. Ci. pro Cœlio, Eòdem Licinium esse venturum, atque iis veneni pyxidem traditurum. Martial. lib. 9, Et lateas centum condita pyxidibus. Plin. lib. 18. cap. 11, Primori inest pyxis ferrea. Apul. de Asino lib. 3. Arcula quadam recluſa pyxides pluſculas inde depromit. ¶ Pyxides item in ossibus per similitudinem quandam appellantur acetabula, pyxidum more excauata, quæ rotunda ossium capita excipiunt.

Pyxidicula, diminutiuum, Io qua aromata continentur. §πυξιδιον. Ital. *Piccol bossolo.* Gal. *Petite boite de bouis.* Hisp. *Pequeña buxeta.* } Corn. Celsus lib. 6, Liquidum collyrium pyxidicula seruatur.

Pyxidatus, adiectiuum, Quod pyxidis simili tudinem refert. §πυξιδωδης. Ital. *Imbossolato* Gal. *Embossélé, mis ou serré dans vne boiste.* Hisp. *Cosa encaxada en buxeta.* } Plin. lib. 31. cap. 6. Commissuris pyxidatis.

Pyxus, Pyxuntis, πυξης, Oppidum Lucaniæ à Latinis Buxentum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5.

Q



Litera, muta est, propemodum superuacua, sicut & K, quoniam c potest implere earum vicem: & propter nihil aliud scribenda videtur, nisi vt u vocalem semper post se sequentem in eadem syllaba cum altera vocali coniungat, quæ alioqui in eadem syllaba coniungi non posset, obliquioremq; & pinguiorem efficiat sonum. Quint. lib. 12. cap. 10. Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungẽdas demum subiectas sibi vocales est vtilis, aliàs superuacua: vt quum Equum, ac Equos scribimus, quum ipsæ etiam vocales duæ efficiãt sonum, qualis apud Græcos nullus est. ideóq; scribi illorum literis non potest. Quod sanè terminatio ipsius q. & necessaria consequẽtia alterius u, post illud, & ante alteram vocalem, indicare potest. Nunquam enim in eadem syllaba vocalem post q. ponere possumus. quin inter q & vocalem, u interponamus: vt qualis, quæror, sequitur, loquor, & quum. ¶ Mutatur autem q in c: vt Loquor, locutus, Sequor secutus: in ſ, vt Torqueo torſi: in x, vt Coquo coxi.

Quà, aduerbium. modò significat per quem locum. §δι' ου. Ital. *Per che luogo.* Gal. *Par ou.* Hisp. *Por qual lugar* } Autor Priapeæ, Ad fautem dic mihi quà fit iter. Cic. pro Cæcin. Omnes introitus quà aditi poterat in eam fundum. Idem 4. Philipp. Ipse in templum nescio quà per cuniculum ascendit. ¶ Modò inquantum, siue quatenus. καθοσον. Seneca, Hominẽ quippe, quà animal est moueri sensu oportet. ¶ Modò partim,

vel tum. Plin. Epist. 49. lib. 3. Medium tempus distentum, impeditúmque, quâ officiis maximis, quâ amicitia principum egisse. Cic. Quinto fratri. Omnia conuestiuit hedera, quâ basim villæ, quâ intercolumnia ambulationis. Idem Attico lib. 1. Quâ domini, quâ aduocati sibilis consciti sunt. id est tum domini, tum aduocati. Idem alibi ad eundem, At quàm honesta, quàm expedita tua cõsilia! quàm euigilata tuis cogitationibus, quâ itineris, quâ nauigationis, quâ congressus, sermonisque cum Cæsare! Id est tum itineris, tum nauigationis, tum cõgressus, & sermonis cum Cæsare. Vel (vt Budæus interpretatur) Qua in parte itineris, nauigationis, & congressus fit mentio. Et rursum lib. 15. Intelligo te distentissimum esse quâ de Buthrotiis, quâ de Bruto. Id est partim ob Buthrotios, partim ob Bruti iudos. ¶ Interdum quâ, idem valet quod qua ratione, vel quo modo. Virg. 1. Aen. Quâ facere id possis, nostram nunc accipe mentem. ¶ Aliquando idem quod qua parte. Ouid. in Epist. Phyllidis. Quâ patet vmbrosum Rhodope glacialis ad Hæmum. ¶ Est etiam qua, ablatiuus fœm. à nominatiuo quæ nam qua nominatiuo non vtimur nisi in compositis. Qua gratia, pulchrè dicitur pro quamobrem. Plaut. in Amph. Amphitryo redire ad nauim melius est nos. A M. Qua gratia? Qua de re similiter, aliquando pro quãobrem ponitur. Cic. Qua de re, Iudices, vobis magnopere prouidendum est. Aliàs idem est quod De qua re. Cic. 2. Rhetor. Firmatur similitudine eius rei de qua re agitur, &c. ¶ Qua causa, idem quod quamobrẽ. Plaut. in Menæch. Quid de te merui, qua me causa perderes? Similiter qua de causa. Plin. li. 18. c. 7. Qua de causa lenior illis quàm exteris, panis est.

Quacunque, aduerbium est loci, significans per quamcunq; partem, vel per quemcunque locum. {ᾗ πᾶ, ὁπῃοῦν πᾶ. Ital. *Per ogni parte.* Gal. *Par ou ce soit, par quelque lieu que ce soit.* Hisp. *Por todas partes.*} Liui. 1. ab Vrbe, Vbi cõ uentum est, quacunque incedit armata multitudo, pauorem ac tumultum facit. ¶ Est etiam quacunque ablatiuus à quæcunque. Ibidem, Is Ascanius, vbicunque, & quacunque matre genitus, &c.

Quadantenus, antepen. acuta, Vsque ad quãdam partem, siue aliquantulum. {ἕως ὁπουοῦν μέρους πᾶ. Ital. *Al quanto.* Gal. *Par quelque part, lieu ou moyen.* Hispan. *Por alguna parte.*} Plin. lib. 16. cap. 10, Tria autem genera eius, latum, & alterum longius, quadantenus rubens.

QVADI, *wandi* Dioni, Bohemorum olim gens. sicut & Marcomani. Hieronym. Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes, equorum & vulpium carnibus delectantur.

Quadra, dræ, Instrumentum planum, aut modicè concauum, super quo cibos dissecamus: ita dictum à figura quadrata: nam quæ orbiculari sunt figura, orbes potius nominantur. {πίναξ} Ital. *Quadrato, tagliere.* Gal. *Vn tailloir quarré.* Hisp. *Instrumento para cortar el manjar.* } Eædem & mensæ dicuntur: Soléntque in iis cibi singulis conuiuis apponi. Neque solùm ex ligno, stannóve, aut argento, vt hodie: verumetiam ex pane fiebant. Vnde est illud apud Virg. 7. Aen. Patulis nec parcere quadris. Et paulò pòst. Heus etiam mensas consumimus. ¶ Aliena quadra viuere, est alienis sumptis victitare. Iuuenalis saty. 5, Vt bona summa putes aliena vi uere quadra. ¶ Quadra placentæ. Mart. lib. 6, Quum mittis, turdúmve mihi quadrámve placentæ, Siue femur leporis, siue quid his simile. ¶ Bos in quadra argentea, βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ. In eos qui personam sustinent officium aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen sunt vsui, nisi ad voluptatem aut fastum.

Quadragenarius, a, um, Quod in se continet quadraginta: vt Quadragenarius lapis, id est quadraginta librarum. Quadragenarius homo, id est quadraginta annorum. {τεσσαρακοντούτης. Ital. *De quaranta anni.* Gal. *Quarantain, qui a vescu quarante ans.* Hisp. *De quarenta años.*} Grex quadragenarius, id est quadraginta capitum. Liu. 7. ab Vrbe, Quadragenariæ octo cohortes, lecta robora virorum scribuntur. ¶ Quadragenariæ cohortes, id est quadraginta viros continentes.

Quadrageni, æ, a, quanuis proprié sit numerus distributiuus, sicut bini, & terni, frequenter tamen accipitur simpliciter pro quadraginta. {οἱ τεσσαράκοντα, αἱ τεσσαράκοντα. Ital. *Quaranta.* Gal. *Quarante.* Hisp. *Quarenta.*} Colum. lib. 5. cap. 2, Centies vicies duceni quadrageni, fiunt viginti octo millia & octingenti.

Quadragesimus, a. um, Vnus ex numero quadragenario. {τεσσαρακοστός. Ital. *Quarantesimo*, Gal. *Quarantiesme.* Hisp. *Quarenta en orden.*} Plin. lib. 14, cap. 20, Cocti parte quadragesima. ¶ Aliquando vltimus ex quadraginta. Plin. lib 2. cap. 8, Quadragesima secunda Olympiade. ¶ Quadragesima, absolutè dicitur pro quadragesima parte. τεσσαρακοστή. Suet. in Caligula. cap. 4. Pro litibus, atque iudiciis vbicunque conceptis quadragesima summæ, de qua litigaretur, exigebatur. Sic dicimus decimam, vigesimam, quinquagesimam centesimam, PARTIS vocabulum venuitè subintelligentes, quod rusticè exprimeretur.

Quadraginta, Quater decem, adiectiuum, est numeri cardinalis. {τεσσαράκοντα. Ital. *Quaranta.* Gal. *Quarante.* Hisp. *Quarenta.*}

Quadragies, aduerbium numerandi idem significans quod quater decem {τεσσαρακοντάκις. Ital. *Quaranta volte.* Gal. *Quarante fois.* Hisp. *Quarenta vezes.*}

Quadrangulus, adiect. Quod habet quatuor angulos. {τετράγωνος. Ital. *Di quatro cantoni, quadrangolo.* Gal. *Quadrangulaire, qui a quatre coins.* Hispan. *Cosa de quatro angulos.*}

Quadrans, Quarta pars assis. hoc est vncię tres. {τριμμόριον. Ital. *Quarta parte de vna libra.* Gal. *La quatriesme partie d'vn tout, trois onces.* Hisp. *Tres onças de vna libra.*} Plin. lib. 28, Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini sextariis tribus. Quoties autem de re numaria sermo est, quadrãs, æreus numulus est, teste Plinio, qui & triuncis, vel triunx vocatur, à tribus vncijs. Vt enim Sestertius quarta pars est denarij: ita quadrans, quarta pars assis. Iuuen. Saty. 7. Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca Ostendatur. Quadrans operæ apud Colum. lib. 1. cap. 4, est quarta pars operę. ¶ Est etiam quadrans quum de mensuris loquimus, quarta pars Romani sextarij, hoc est cyathi, vel vnciæ tres. ¶ Quadrans pedis, est mensura quatuor digitorum, quam etiam palmum minorem vocamus. παλαιστή.

Quadrantalis, quadrantale. {τετραχοεικός. Ital. *Di quattro data.* Gal. *De quatre dats.* Hisp. *Cosa de quatro dados.*} Plin. lib. 15. cap. 13, Quatuor pedum & semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali, id est pedis quartæ partis.

Quadrantal, Figura est omni ex parte quadrata, quales sunt cubi, & tesseræ, quibus in alueolo luditur. {κύβος}. Ital. *Figura quadra ò squarata.* Gal. *Figure toute quarrée, comme vn dé.* Hisp. *Figura quadrada como dado.*} In quacunque enim partem incubuerint, immoram habent stabilitatem. Est etiam quadrantal mensuræ genus, pedem quaquauersum quadratum habens, continens sextarios quadraginta octo: vsitatiore nomine amphoram appellamus. ἀμφορεύς. Plant. in Curcul. Anus hæc sitit. P A. quantillum sitit? P H. modica est, capit quadrantal.

Quadrantarius, a, um, adiectiuum est à quadrante deductum. {τριχαλκικός. Ital. *Da poco, de tre onze.* Gal. *De trois mailles, de petite valeur.* Hisp. *Cosa de la quarta parte y de poco precio.*} vt Quadrantaria permutatio, id est *

capita Romana tricenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in seruos centenis.

Quadrigeminus, adiectiuum. §ὁ κ. ἑ τετραπλᾶς. Ital. *Doppio in quattro.* Gal. *Double en quatre.* Hisp. *Cosa quatro vezes doblada.* § Plin. lib. 8. cap. 23. Getasius corpore eminere cornicula sæpe quadrigemina, quorum motu, &c. id est quatuor cornicula.

Quadriuges, siue Quadriiuges, pen. cor. Equi quaterni ad vnum iugum alligati. §τετράζυγες τέτρωρα. Ita. *Quatro cauallo ad vn giogo.* Gal. *Attelés à vn joug ly quatriesme.* Hisp. *Quatro cauallos de vna yunta.* § sicut Biiugi, Triiugi, & Seiugi, quum duo, vel tres, vel sex equi ad vnum iugum adhibentur. Ouid. 2. Metam. -tritúmque relinquunt Quadriiuges spatium: nec quo prius, ordine currunt. Virgil. 10. Aeneid. -quin ecce Nymphæi Quadriiuges in equos, aduersaque pectora tendit. Currus quadriiugi, τέτρωρον. idem quod quadriga, id est currus quatuor equos iunctos habens. Virgil. 3. Georg. Quadriugo vehitur curru.

Quadrilatetum, Quod habet quatuor latera. τετράπλευρος.

Quadrilibris, quadrilibre, pen. prod. §τετράλιτος. Ital. *Peso di quattro libre.* Gal. *De quatre liures.* Hisp. *Cosa de quatro libras.* § Quod est ponderis quatuor librarum. Plaut. in Aulul. Quadrilibrem aulam auro onustam habeo, qui me est diuitior.

Quadriinguis, Qui quatuor linguas habet: aut qui quatuor diuersis loquitur linguis. τετράγλωσσος.

Quadrimembris, Quatuor membrorum, hoc est partium. τετραμερής.

Quadrimus, ma, mum, pen. prod. Quod habet quatuor annos. §τετραέτης. Ital. *Di quattro anni.* Gal. *De quatre ans.* Hisp. *Cosa de quatro años.* § Plaut. in Cap. Perdidi vnum filium puerum quadrimum. Plin. lib. 8. ca. 44. Ad tales partus equis neq; quadrimis minores, neq; decennibus maiores.

Quadrimulus, li, diminutiuum. ὁ ὀλίγον δεῖν τετραέτης ὤν. Plaut. in Pœn. Altera quinquēnis, altera autem quadrimula. Cum nutrice vnà pericre.

Quadrimatus, tus, Aetas quatuor annorum. §τετραετία. Ital. *Di quattro anni.* Gal. *L'aage de quatre ans.* Hispa. *Edad de quatro años.* § Plin. lib. 8 cap. 45, Id consequutus est non ante quadrimatum ad partus vocando. Idem lib. 19. cap. 11, Sed ex his quæ sunt fortissima, nullum extra quadrimatum vtile est. Agere quadrimatum Colum. lib. 7. cap. 9. Quàm falacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commodè progenerant, dum quadrimatum agant.

Quadringenti, æ, a, Quater cētum, numeri cardinalis est. §τετρακόσιοι. Ital. *Quatrocento.* Gal. *Quatre cents.* Hisp. *Quatrocientos en numero.* § Cic. in Pisonem, Centum prope annos legem Aeliam & Fufiam tenuerамus: quadringentos iudicium, rationēmque Censoriam. Idem de Diuin. Tali quadringenti iacti.

Quadringenties, aduerbium. §τετρακοσιάκις. Ital. *Quatrocento volte.* Gal. *Quatrecents fois.* Hisp. *Quatrocientas vezes.* § Cicc pro Rabirio. Sestertium bis millies & quadringenties, ne magnopere contemneret.

Quadringentesimus, a, um, Vnus, vel postremus ex quadringentis. §τετρακοσιοστός. Ital. *Quadringentesimo.* Gal. *Quatrecentiesme.* Hispa. *Vno de quatrocientos.* § Plin. lib. 8. cap. 6, Anno Vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo.

Quadrigenus, a, um, & (vt nonnulli legunt) quadrigenus, vel quadricenus. §τετρακοσιοστὸς μόνος ἄν. Ital. *Quarantesimo.* Gal. *Quarante.* Hisp. *Quarenta.* § Liu. 8. ab Vrbe, Vectigal quoque eis Campanus populus iussus pendere in singulos quotannis (fuere autem mille & sexcenti) denarios nummos quadrigenos quinquagenos.

Quadrinoctium, Tempus quatuor noctium: sicut Binoctium spatium duarum noctium. τετραυκτίον.

Quadrinus, a, um, pen. prod. adiectiuū, pro quatuor dicitur. §τετρινός. Ital. *Quattro* Gal. *Quatre.* Hisp. *Quatro.* § vt trinis pro tribus. Plin. lib. 11. cap. 36, Mutationes, & in alias figuras transitus trinis, aut quadrinis diebus.

Quadripertior, iris, In quatuor partes diuido. §τετραχῇ μερίζω. Ital. *Diuidere in quattro parti.* Gal. *Diuiser en quatre parties.* Hisp. *Partir en quatro.* § vnde quadripertitum, in quatuor partes diuisum. Plin. lib. 15. cap. 22, Nucleorúmque illis quadripertita distinctio. Cicc. 3. Verr. Quare hæc eadem erit quadripertita distributio totius accusationis meæ.

Quadripertitò, aduerbium, idem significans quod quadrupliciter, siue in quatuor partes. τετραχῶς.

Quadriremis, huius quadriremis, pen. prod. Nauis quæ quatuor remorum ordines habet. §τετρήρης. Ital. *Galea di quattro remi per banco.* Gal. *Nauire ayant quatre rames pour banc.* Hispan. *Naue de quatro ordenes de remos.* § Liu. 4. belli Punici. Præmissa quadriremis, quum intrasset fauces portus, capitur. Cicc. 7. Verr. Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes è portu.

Quadriuium, Dicitur locus publicus vbi quatuor viæ concurrunt. §τετράοδος. Ital. *Luogo de quattro vie.* Gal. *Vn quarrefourc ayant quatre cheminz.* Hisp. *Encruzijada de quatro vias.* § Catullus ad Cælium de Lesbia, Nunc in quadriuus & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Iuuen. Satyr. 1, Nónne libet medio ceras implere capaces Quadriuio?

Quadro, quadras, Vide QVADRVM.

Quadrum, quadri, Idem quod quadratū, quod scilicet quatuor æquales lineas, quatnórque angulos rectos habet. §τετράγωνον. Ital. *Vn quadro.* Gal. *Vn quarré.* Hisp. *Quadrado.* § Colum. lib. 8. cap. 3. Perticæ dolantur in quadrum. In quadrum sententias redigere: hoc est æqualiter fundere, & suo numero seruato æqualiter disponere, forma enim quadrata, inquit Quintilianus, nulla est ex parte neq; longior, neq; brcuior. Cic in Orat. Quin redigeret omnes ferè in quadrum, numerumq; sententias.

Quadro, as. In quadrum redigo. §τετραγωνίζω. Ital. *Squadrare.* Gal. *Esquarrir.* Hisp. *Quadrar con esquadra.* § Horat. 1. Epist. 6, Et quæ pars quadret aceruum. Colum. lib. 11. cap. 2, Abies atque populus singulis operis ad vnguem quadrantur. ¶ Per translationem ponitur pro consentire, & ex omni parte conuenire. §ἁρμόζει, συμφωνεῖ. Ital. *Conuenire, accordare.* Gal. *Conuenir, accorder.* Hisp. *Acordar con otro.* § Tractum à lapidibus quadris, qui omnium laterum æquali proportione inter se optimè conueniunt. Virg. 2. Georg. -nec secius omnis in vnguē Arboribus positis secto via limite quadret. Apul. Vt omnia ad calamitatem quadrarent. Cicc. 3. de Orat. Et tamen eam coniunctionē, sicuti versum, numerosè cadere, & quadrare, & perfici volumus. Idem de Claris Orat. Quoniam tibi

quadrat omnia in illis fuisse paria. Quadrare ad. Cic. ad Att. lib. 4. Visum est hos mihi ad multa quadrare. Quadrare in. Cicc. pro Cælio, Quod profectò nunquam hominum sermo, atque opinio comprobasset, nisi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare aptè viderentur. ¶ Summa rationum quadrare dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla sunt reliqua: id est quum æqualis est summa accepti & expensi. Budæus.

Quadratus, a, um. Quod habet quatuor angulos rectos æquales. §τετράγωνος. Ital. *Squadrato.* Gal. *Esquarré, quarré.* Hisp. *Quadrado del todo.* § Liu. 6. ab Vrbe, Capitolium quoque saxo quadrato substructum est. Plin. Epist. 234, Manent adhuc paucissimi arcus possunt & erigi quidam lapide quadrato, qui ex superiori opere detractus est. Quadratū agmē. Cic. 2. Philipp. Agmine quadrato cum gladiis sequuntur scutati milites. Liu. 2. ab Vrbe, Valerius quadrato agmine peditem ducit. Turres quadratæ, id est quadrilateræ, apud Lucret. lib. 4. Dimensio quadrati. Cic. 8. Tusc. Mutare quadrata rotundis. Horat. 1. Epist. 1. Quadratum corpus, id est mediocre quod neque nimis procerum est, neq; nimium humile, sed medio quodam temperamento decorum. Celsus Medicinæ lib. 2, Corpus habilissimum quadratum est, neq; gracile, neq; obesum. Nam longa statura, vt in iuuēture decora est, sic matura senectute confectur. Colum. de eamibus, Probantur, inquit, quadratos potius, quàm longos aut breuis. Sic & Suetonius Vespasianum scribit quadrata fuisse statura. Quadrata compositio, id est æqualiter fusa. Quintil. lib. 2. cap. 5, Quæ leuis & quadrata, sed virilis tamen compositio.

Quadrus, quadra, quadrū, Idem quod quadratus, hoc est quatuor angulos rectos habens, & æquales. τετράγωνος. Colum. lib. 8. cap. 3, Perticæ dolantur in quadrū. Reliqua vide paulo ante in dictione QVADRVM.

Quadratarius, Dicitur marmorarius, qui marmora ad amussim quadrat. §ὁ μαρμάρου τὰ πλάκα πρὸς τετράγωνίζων, λιθογλύφος. Ital. *Taglia pietra.* Gal. *Vn tailleur qui esquarrit les pierres.* Hisp. *Cantero que quadra piedras.* § Qua voce vsus est Sidonius Apollinaris. Vide (inquit) ne vitium non faciat in marmore lapicida: quod factum siue de industria, siue per incuriam, mihi magis, quàm quadratario, liuidus lector adscribat.

Quadratura, Ipsa quadratio: hoc est alterius figuræ ad quadratam reductio. τετραγωνισμός. Vnde Archimedes scripsit de Quadratura circuli.

Quadrupes, quadrupedis, Proprie adiectiuum est, quod de omni eo dicitur quod quatuor habet pedes. §τετράπους. Ital. *De quattro piedi.* Gal. *Qui a quatre piés.* Hispa. *Cosa de quatro pies.* § Terent. in Andr. -tu tamen Cura asseruandum vinctum atque audin'? quadrupedem constringito. Ouid. 15. Metam. Editus in lucem iacuit sine viribus infans, Mox quadrupes, titúque tulit sua membra ferarum. Sæpe tamen accipitur substantiuè: idque modò in masculino genere. Ouid. 2. Metam. Nec tibi quadrupedes animosos iguibus illis, Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant, In promptu regere est. Virg. 11. Aeneid. Quadrupedémque citum ferrata calce fatigat. Idem 7. Aen. Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. Modò in fœm. gen. Quintil. lib. 2. cap. 10. Distentæ quadrupedes viridi pabulo. Cic. in Parad. Nihil inter te atque inter quadrupedem interest. Plin. lib. 10. cap. 53. Vt nulla quadrupes possit accedere. Aliquando etiam in neutro. Colum. lib. 11. ca. 2, Nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent. Idem lib. 2. cap. 24. Quinetiam pecus lanatum, cunctáque quadrupedia tempos idoneum est castrandi.

Quadrupedo, as, pen. corr. Quatuor pedibus gradior. §τετραποδίζω, τετραποδηδὸν βαδίζω. Ital. *Andare con quattro piedi.* Gal. *Aller à quatre piés.* Hispa. *Ir à quatro pies.* § Vnde quadrupedantia animalia, quadrupedia dicuntur. Virgil. 11. Aeneid. de equis, -perfractáque quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt. Plin. lib. 8. cap. 45, Thessalorum gentis inuentum est, equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Quadrupedans sonitus. Virgil. 8. Aeneid. Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Quadruplatores, à Quadruplor, aris, dicuntur delatores, quòd quartam partem bonorum damnati indipiscebantur. §συκοφάνται, συκοφάνται, φιλοδικάσται. Ital. *Accusatori ch' hauessano la quarta parte de beni confiscati.* Gal. *Accusateurs, qui auoyēt la quatriesme partie des biens confisquez.* Hisp. *Acusadores para auer la quarta parte de los bienes confiscados.* § Cicc. 4. Verr. Petit Nævius Turpio quidam, istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Liu. 3. ab Vrbe, Clarum hac fore imagine Scaptium nomen? Pop. Rom. quadruplatoris & interceptoris litis alienæ personam laturum? Ascon. Quadruplatores, delatores erant criminum publicorum, in qua re quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequebantur.

Quadruplor, aris, Quadruplatutam exerceo, siue delator fio, & damnati quartam partem accipio. §φιλοδικῶ, συκοφαντῶ. Ital. *Accusare per hauere la quarta parte de beni confiscati.* Gal. *Emputer ou accuser pour auoir la quatriesme partie des biens confisquez.* Hisp. *Acusar para auer la quarta parte de los bienes confiscados.* § Plaut. in Persa, Neq; quadruplari me volo: Neque enim decet, sine meo periculo abire alieno ereptum bona.

Quadruplex, huius quadruplicis, pen. corr. generis omnis, dicitur quod aut quatuor est modorum, aut quatuor specierum, aut ordinum quatuor. §τετραπλοῦς. Ital. *Di quattro doppie, doppiato quattro volte.* Gal. *Quadruple, doublé en quatre.* Hisp. *Cosa de quatro dobleZes.* § Liu. 10. belli Pun. Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduersus hostem opposuit. Cic. in Arato, Præter quadruplices stellas in fronte locatas. ¶ Interdum multiplicationi numeri vim habet, idem significans quod quadruplus. τετραπλάσιος. Plaut. Curcul. Quam ego pecuniam quadruplicem abs te lenone auferam. Plin. lib. 12. cap. 11, Alia arbor floret, albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici.

Quadruplico, as, pen. corr. In quadruplum augeo. §τετραπλασιάζω. Ital. *Quatruplicare, doppiare quattro volte.* Gal. *Quadrupler, multiplier en quatre.* Hisp. *Doblar quatro vezes.* § Plaut. Stricho, Qui me in mercimoniis Iuuit, iuriſque quadruplicauit rem meam.

Quadruplicatio, verbale. §τετραπλασιασμός, τετραπλασιάσεως. Ital. *Quadruplicatione.* Gal. *Quadruplication, multiplication par quatre.* Hisp. *Obra de doblar quatro vezes.* § Vlpian. in l. 1. ff. de except. Et cōtra replicationem duplicatio, & contra duplicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus quadruplicatio.

Quadruplicatò, pen. prod. aduerbium. {Ital. *A quattro doppie.* Gal. *Au quadruple, deux fois au double.* Hisp. *En quatro dobles.*} Plin. lib. 14. ca. 4. Emptis quadruplicatò vineis illis intra decimum forè curæ annum. Idem lib. 1. cap. 17. Veneris quindecim, & pluribus subit: rursus Saturni & Iouis duplicatò digrediuntur. Martis etiam quadruplicatò.

Quadruplus, a, um, Numeri multiplicatiui est, idem significans quod quater tantundem {τετραπλάσιος}. Ital. & Hisp. *Di quattro tanto.* Gal. *Quadruple, quatre fois autant.*} Plin. lib. 7. cap. 48. Cornici nouem nostras attribuit ætates: quadruplum eius cetuis: id triplicatum coruis. Plaut. in Truc. Post id ego in te manum iniiciam quadruplus venefica, id est ego quartus, seu à tribus adiutus. Quintil. lib. 7. cap. 5. Quum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque, an duplum debeat. Id est quater aut bis tantum, quantum abstulit. Cato in Præfatione operis de Re rust. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.

Quadruplò, aduerbium. *τετραπλασίως.* Idem quod Quadruplicato. Plin. lib. 11. cap. 37. de elephantis. pulmo quadruplo maior bubulo.

Quæ, fœminino à Quis, {τίς. Ital. *Quale.* Gal. *Quelle, laquelle.* Hispa. *Qual.*} Modò interrogatiuè accipitur, modò relatiuè, modò infinitè, & cum æ diphthongo scribitur cum omnibus compositis, vt differat à que coniunctione. vt Quænam, Quædam, Quæuis, Quæcunque, Quælibet, & cætera huiusmodi.

Quæro, ris, quæsiui, quæsitum, & quæstum per syncopem, idem quod inuestigo, vel inuenire laboro. {ζητέω. Ital. *Cercare.* Gal. *Chercher, enquerir.* Hispa. *Buscar.*} Terent. in Adelph. Te quærebam ipsum: salue Demea. Idem Eunucho, Vbi quæram? vbi inuestigem? quem percontem? quam insistam viam? Donatus, Non reperitur, nisi quod quæritur: non quæritur, nisi quod præsto non sit. Iuuenal. Satyr. 9. -nec deerit qui te per compita quærat Nolentem. Virgil. 9. Aeneid. -huc turbidus, atque hinc Lustrat equo muros, aditúmque per auia quærit. Item lucrari, & acquirere. *αὐξάνω, πορίζω, περιποιέω.* Plaut. in Curcul. Qui homo maturè quæsiuit pecuniam, nisi eam maturè parcit, maturè esurit. Idem Trinummo, Quibus æruminis deluctaui, filio dum diuitias rit. Cic. pro Quint. Nec mirum si is qui vocem vænalem habuerat, quæro. Cic. pro Quint. Nec mirum si is qui vocem vænalem habuerat, quæro. Cic. pro Quint. Nec mirum si is qui vocem vænalem habuerat, magno sibi quæstui fore putabat. ¶ Aliquando ea quæ voce quæritur, magno sibi quæstui fore putabat. ¶ Aliquando ponitur pro percontari, scitari, petere, interrogare. *πυνθάνομαι, ἐρωτάω.* Plaut. in Amph. Atque vt nos, qui essem, familiares, quærerent. ¶ Ali quando pro disputare, consulere, discutere. Plin. lib. 31. cap. 3. Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ sint vtilissimæ. ¶ Aliquando quærere est id quod vulgo dicitur, *Informationes facere.* Cic. pro Milo. Tulit enim de cæde, quæ in Appia via facta esset, in qua Publius Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? Nempe vt quæreretur. ¶ Huius verbi composita mutant æ in i productum, quæ sunt, Acquiro, Inquiro, Circunquiro, Conquiro, Disquiro, Exquiro, Inquiro, Perquiro, & requiro: quorum significata vide suis locis.

Quærens, tis participium. {ζητῶν. Ital. *Chi cerca.* Gal. *Qui cherche.* Hisp. *El que busca.*} Cic. 1. de Orat. Mihi percontanti, aut aliquid quærenti nunquam defuisti. ¶ Quærendus. Seneca Here. Oethæo, Quoties genitor quærendus eras?

Quæsitus, a, um, participium, siue nomen ex participio. vt Artes quæsitæ. {ζητητός. Ital. *Cercato.* Gal. *Cherché.* Hisp. *Buscado.*} Virgil. 3. Georg. Quæsitæque nocent artes. Ouid. 14. Metamor. Vixque fuga quæsita salus sit æque nocent artes. Ouid. 14. Metamor. Vixque fuga quæsita salus sit æque nocent artes. Ouid. 14. Metamor. Vixque fuga quæsita salus sitæ

Universidad de Buenos Aires

sima est falsorum commentariorum. Et cum ablatiuo. Curt. lib. 4. Nalamones suæ gens Syrtica, nauigiorum spoliis quæstuosa: quippe obsident litora, & alio destinata nauigia notis sibi vadis occupant.

Quæsticulus, li, diminutiuum, Idem quod parum lucrum. {κερδάριον. Ital. *Guadagnetto piccolo.* Gal. *Petit gaing.* Hisp. *Pequeña ganancia.*} Cic. 2. de Diuin. Aut fœtum tecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus cum cælo, terra, terúmque natura?

Quæso, primam personam indicatiui tantùm habet, in vtroq; numero: in singulari quæso, in plurali quæsumus: cætera exoleuerunt. Est autem quæso idem quod rogo. {*Ti prego.* Ital. *De grana, ti prego.* Gal. *Te prie, nous prions.* Hisp. *Ruegar.*} Cic. 2. Verr. Quid est quæso Metelle, iudicium cor. ũpere, si hoc non est? Plaut. Amph. Quæso ædepol, num tum etiam insanis, quum id me interrogas? Terent. in Adelph. Deos quæso vt istæc prohibeant. Idem. Audi. Deos quæso vt sit superstes, quandoquidem ipse est ingenio bono Cic. pro Archia. Quæso à vobis vt in hac causa mihi detis hanc veniam accommodatam huic reo: vobis, quemadmodum spero, non molestam. Brutus Cic. lib. 11. Deos quæsumus consilia tua Reipub. salutaria sint. Antiqui declinabant, quæso, quæfis, quæfi, quæsum: vel secundum Probum, quæsiui, quæsitum. Lucret. li. 1. tertia persona singulari præsentis vsus est, Ni dinûm pacem votis adit, & prece quæsit. Apud Sallustium quoque lib. 1. Histor. lectum est præteritum Quæsiuit, Cutionem (inquit) quæsiuit vti adulescentior, & à populi suffragiis integer, ætati concederet Mamerci.

Quæsito, as. frequentatiuum est, de quo suprà.

Quæsticulus, Quæstio, Quæstor, Quæstuosus, Quæstura, Quæstus. Vide VARRO.

Qualibet, siue Qualubet, pen. corr. aduerbium. Idem significans quod per quencunque locum. {Κατὰ δὴ πᾶν. Ital. *Per ogni luogo.* Gal. *Par ou tu voudras.* Hisp. *Do quiera que.*} Quintil. lib. 5. cap. 11. Si vel maxima flumina in rivos deducantur, qualibet transitum præbent.

Qualis, quale, relatiuum qualitatis est, alicuius rei natura declarans. {Οἷος. Ital. *Quale.* Gal. *Quel.* Hisp. *Tal qual.*} Cic. de Amic. Non sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. ¶ Ponitur & interrogatiuè. Ποῖος. Cic. 4. Acad. Qualis est istorum oratio, qui omnia non tam esse, quàm videri volunt? ¶ Interdum etiam infinitè. Terent. in Eunuc. Hoc metuo qualem in me esse hominem existimes. Cic. 1. de Legib. Nulla gens est quæ non, etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum censeat. ¶ Qualis pro qualiter, comparationibus faciendis apta particula. Virg. 4. Georg. Qualis populea mœrens Philomela sub vmbra. Amissos queritur fœtus. Et, Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus. Ouid. 3. Metamor. -falcata nouissima cauda est, Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.

Qualisqualis, geminatum. Idem est quod qualiscunque. Iurisc. in l. Rescriptum. ff. de Distract. pign. Ex contractu qualiquali obligatione interposita.

Qualitas, tatis. Est secundum quam quales dicimur. {Ποιότης. Ital. *Qualità, sorte, maniera.* Gal. *Qualité sorte & maniere.* Hisp. *Qualidad, manera.*} vt Albedo, nigredo, aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, quod secundum eas albos, nigros, aduocatos, procuratores, legatos, patres, aut filios dicimus. Cic. 1. Acad. Qualitates igitur appellauit, quas ποιότητας Græci vocant quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum. Colum. lib. 8. cap. 17. Qualitatem litoris nostri contemplemur si vitemus, scopulos an probemus.

Qualiter, aduerbium, Idem quod quemadmodum. {Ὡσεί. Ital. *Come, in qual modo.* Gal. *Quellement comment, comme.* Hispan. *En qual manera.*} Plin. lib. 8. cap. 48. Antiquis enim torus e stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gaulape.

Qualitercunque, aduerbium significans vtcunque, vel quomodocunque. {Ὁπωσοῦν. Ital. *Talmente qualmente, in qual modo che sia.* Gal. *Tellement quellement, en quelque maniere que ce soit.* Hispa. *Como quiera que.*} Colum. lib. 11. cap. 3. Potest etiam citra hanc operam fieri crispum, qualitercunque satum. Idem lib. 2. cap. 10. Et qualitercunque obruas sustinet coloni negligentiam.

Qualus, li. Genus est vasis viminei per quod vinum guttatim defluit quum calcatur vua, reliqua verò materia exire prohibetur {Κόφινος, ποδός. Ital. *Canaglio, cesto.* Gal. *Vn panier d'osier.* Hisp. *Canasta ò cesto.*} Virgil. 2. Georg. -ta spisso vimine qualos. Colàque prælorum fumosis diripe tectis. ¶ Ponitur etiam pro cistula, in qua mulieres ponebant pensa lanæ. Horat. lib. 3. Carm. Tibi qualum Cytheræ puer ales. Apud Apuleium accipitur pro canistro, quo panis seruatur. ¶ Est & qualus, in quo gallinæ ova edunt, apud Colum. lib. 8. cap. 5. ¶ Legitur & Qualum neut. gen. Cato de Re rust. cap. 11. Corbulas Amerinas viginti, quala fataria septem, alueos quadraginta. Columel. lib. 7. cap. 3. Sint quala fataria septem, alueos quadraginta. Columel. lib. 7. cap. 3. Sint quala mundissima, neque earum valetudo, quæ præcipuè custodienda est, infestetur vligine. Ibi tamen nonnulli sic legunt, & melius, mea quidem sententia. Sic caula mundissima. &c.

Qualillus, li, & Qualillum, diminutiuum, significans cistulam, seu vasculum in quo mulieres reponebant ea quæ ad lanificium pertinerent. {Κοφινίδιον. Ital. *Cestello.* Gal. *Vn petit panier d'osier.* Hisp. *Canastillo.*} Festus, Calathos Græci dicunt, quos nos dicimus qualillos. Cicer. 1. Philipp. Annon inter qualilla pendet aurum? Corripit autem hoc nomen primam syllabam, quamuis qualus illam producat. Tibullus 4. Eleg. Sicti bi cura togæ potior, presumque qualillum. Romani veteres qualillũ Thalassionem appellarunt, vt autor est Varro: vnde Thalassij nomen in nuptiis frequentabant, ad lanificium nouas nuptas inuitantes.

Quàm, Coniunctio discretiua, vel electiua. {Ἤ, ἤπερ, ἢ. Ital. *Che, quanto.* Gal. *Que, quant, de combien.* Hisp. *Que relativo de mas.*} Cic. lib. 10. Epist. Tum ille, nihil sibi fuisse longius, quàm vt me videret. ¶ Aliquando ponitur pro postquàm, siue ex quo. Liu. lib. 6. Iupiter, atque dij omnes hæc deorum quàm creatus erat. ¶ Aliquando pro antequam. Sueton. in Cæsare. & pridie quàm occideretur, in sermone nato super cœnam, quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum, inopinatúmque prætulerat. ¶ Aliquando pro quum. Cic. Tironi. Menandrius postridie ad me venit, quàm expectaram. De quo genere locutionum nonnihil etiam

annotauimus in dictione POSTRIDIE. ¶ Aliquando sumitur pro quantum: & tam positiuo, quàm comparatiuo, & superlatiuo iungitur. ὅσος, ὅσον. vt Quàm bene marmorei directa est semita pontis. id est quantum bene. Cic. Quàm morosi sint qui amant, ex hoc potes intelligere. Quintil. lib. 1. Quàm in his quoque libris erunt omnia compositiora, & quàm nos poterimus elaboratiora. id est quanto. Varro lib. 2. de Re rust. de canibus loquens. Quàm pauciss imos relinquens, tam optimi in alendo fient. id est quanto pauciores, tanto meliores. Cato de Re rust. cap. 65. Quàm acerbissima olea erit, dum oleum facies, tam oleum optimum erit. In cuiusmodi locutionibus loco tam, & quàm, ita pissime positum inuenimus tantum, & quantum. Cic. Nisi quòd tanta est inter eos quanta maxima potest, morum, studiorúmque distantia. ¶ Aliquando intensiua particula est, superlatiuum exigens, quemadmodum ἐκ & ἐν apud Græcos. Cic. Cum quo semper quàm familiarissimè vixerat. Curt. Collémque, traiecto quàm celeberrimè flumine, occupat. Aliquando positiuo iungitur. Cæs. lib. 4. bel. Gal. Vt quàm celerem atq; instabilem motum haberet. id est valde celerem. Cic. ad Lucceium lib. 5. Epist. Genus scriptorum tuorum etsi erat semper à me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam, méque ita vel cepit vel incendit, vt cuperem quàm celeriter rumores nostros nonnũllis commendari tuis. Sed huiusmodi locutiones sunt rariores. Aliquando etiam iungitur comparatiuo, nisi codices sint mendosi. Cic. 5. Tuscul. Abacóque quàm plures ornauit argento, auróque exlato. Laurentius tamen negat Quàm plures Latinè dici: putàque, ficubi inueniatur, codices esse mendosos, legendúmque esse complures. Iungitur etiam in hac significatione his dictionibus, per. Plin. Perquàm scire velim. Terentius, Per pol quàm pauci repertas meretricibus fideles euenire amatores. quod sic resoluitur, Pol perquàm paucos. Sanè. Gellius, Sanè quàm vtile est. Cic. Nam quod Pompeio Cauinius ait, sanè quàm refrixit. Admodum. Gell. Voce admodum quàm suauissima. Oppido. Idem, Oppido quàm libens audiui. ¶ Aliquando quàm comparatiuè ponitur post positiuum, sed comparatiuè acceptum. Plaut. in Rud. Tacita bona est mulier semper, quàm loquens. id est melior est tacita, quàm loquens. De huius particulæ vsu vide longe plura apud Vallam, lib. 1. cap. 18. ¶ Quamlibet. Quantum vis. Quantumlibet. idem significant. ὅσον δέλει. Plin. Impudica mulier quamlibet audax facinus audet. Cic. de Amic. Quantum vis licet excellas. ¶ Quàm mox, idem ferè valet quod quàm citò. Plaut. Rudente, -sed quàm mox coctum est prandium? Cic. pro Q. Rosc. Quid expectas, quàm mox ego eos dicam esse ordine Senatores, ætate grandesinon faciam. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Intenti quàm mox signum daretur. ¶ Quamobrem, quum ponitur causatiuè, tam pluraliter respondet quàm singulari, significátq; quapropter, vel quum ob causam. {Διὰ τί, διὰ τοῦτο. Ital. *Per laqual cosa.* Gal. *Pourquoy, parquoy, à quelle cause.* Hisp. *Porende, por aquel caso.*} Singulari sic. Vnum est quamobrem te amandum putem. id est propter quod vnum. Pluraliter sic, Quatuor sunt quamobrem Imperator maximè laudetur. id est propter quatuor. Cic. Appio. Multáque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. Aliquando interrogantis est particula, & rationem alicuius rei petentis. Cic. 1. de Finib. Quamobrem tandem non satisfacit? Vnam dictionem quidam esse dicunt, quibusdam res esse putantur. Dicimus & quas ob res. Cic. 3. Philipp. Quas ob res quod Tribb. Pleb. verba fecerunt, vt Senatus Calend. Ian. &c. ¶ Quàm pridem. interrogantis particula est, idem valens quod quanto tempore antè. Cic. pro Rabir. Quàm pridem nomen Faunij in aduersaria retulisti?

Quamprimum, Vna dictio, significat valde citò. {Ὡσὰν τάχιστα. Ital. *subito, incontinente.* Gal. *Soudain, tout incontinent.* Hispan. *Luego.*} Terent. in Adelph. Obsecro hercle, hominem istum impurissimum quamprimum absolutorem.

Quandiu, Quanto tempore. {μέχρις οὗ, ἕως οὗ. Ital. *Quanto tempo.* Gal. *Combien longuement, combien lang temps, iusques a quand, tandis.* Hisp. *De mientras que.*} Cic. 7. Verr. Quandiu vixit, domus fuæ, non solùm post mortem, tota Sicilia clarus, & nobilis. Huic respondet altera particula tandiu. Cic. Attic. Ego tandiu requiesco, quandiu ad te scribo. Idem lib. 14. Epist. Qui se oppido tandiu tenuit, quandiu in prouincia Parthi fuerunt. ¶ Ponitur aliquando interrogatiuè. Plaut. in Captiuis, Quandiu id factum est? s r. hic annus incipit vicesimus. Cic. in Catil. Quandiu nos istæ furor tuus eludet?

Quando, cum accentu in priore syllaba, aduerbium est temporis, idem valens quod quo tempore, ponitúrque modò interrogatiuè. {Πότε, πότερον. Ital. & Hisp. *Quando.* Gal. *Quand, puis que.*} Terent. in Heaut. Quando istuc erit? Modò relatiuè, habéque ferè particulam tunc, sese antecedentem. ὅτε, ὅταν. Cic. 2. Offic. Vtinam tunc nati essemus, quando Romani dona cepissent. Quæ tamen particula aliquando non exprimitur. Plaut. Amphit. Ita se versipellem facit quando libet. ¶ Nonnunquam & Plaut. Amphit. Ita se versipellem facit quando libet. ¶ Nonnunquam & indefinitè. Cic. de Senect. Semper enim ex his studiis viuenti non indefinitè. Cic. de Senect. Semper enim ex his studiis viuenti non intelligitur quando obrepat Senectus. ¶ Ponitur interdum pro aliquando. vel. præsertim quum præcedit num. vt Nunquando me audistis dolo. μήποτε. id est num aliquando. ¶ Interdum pro siquidem, quoniam, vel quandoquidem: & sic est coniunctio causalis, habéque accentum in vltima ὅτε δὴ. Virg. 1. Aeneid. Hic tibi, fabor enim, quando hæc te vltima cura remordet. Terent. in Adelph. Posthemò quandò conscia sum, à me culpam hanc esse procul, &c. ¶ Quando gentium, id est quando, absolutè: ea forma qua Nusquam gentium. Vbi locorum. Plaut. in Amph. -quis te misit Furciferûm, qui me rogat. s. quando gentium is dudum.

Quandoque, Aliquando, aliquo tempore. {Ὁτεοῦν, ποτέ. Ital. *Alcuna volta.* Gal. *Quelquesfois, aucunesfois.* Hispa. *Alguna vez.*} Horatius in Arte, -quandoque bonus dormitat Homerus.

Quandoquidem, Coniunctio causalis, pro siquidem, seu quoniã. {Ἐπειδή, ἐπειδήπερ. Ital. *Gia che, dappoi che.* Gal. *Puisque.* Hisp. *Pues que.*} Virgil. 3. Aegl. Dicite quandoquidem in molli consedimus herba. Idem 10. Aeneid. Quandoquidem Aulontos coniungi fœdere Teucris Haud licitũ est. Colum. lib 7. Nam nih procedat, stare debet: quandoquidem pastoris officium sublime, celsissimáque oculorum veluti speculam desiderat.

Quandudum, Interrogatiua particula de modico quærens tempore: cui respondetur per iamdudum. πάλαι, χθές. Plautus, Quandudum è foro

Universidad de Deusto
Biblioteca

foro aduenisti domum? Non ita dudum.

Quantus, a, um, refertur ad numerum, ad pondus, & ad mensuram. {πόσος, πηλίκος. Ital. *Quanto grande.* Gal. *Combien grand.* Hispa. *Quanto grande.*} Et modò interrogatiuum est, modò relatiuum. ὁπόσος, ἡλίκος, modò indefinitum, ποσός. Cicc. Attic. lib. 2, Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. Idem pro Milone, Scio quanta, & quàm solicita cupiditas sit Consulatus. Terent. in Heaut. Quanta de spe decidi. ¶ Eius composita sunt, Aliquantus, Quantisper, Quantuscunque, Quantusquantus & Quantuslibet.

Quantùm, aduerbium quantitatis.

Quantisper, Significat quanto tempore μέχρι τούτου, sicut Tantisper, tanto tempore.

Quantopere, Quàm vehementer. {πάνυ. Ital. *Quanto grandemente.* Gal. *Combien grandement.* Hisp. *Quanto grandemente.*} habétque ferè antecedentem particulam tantopere, præsertim quum relatiuè accipitur. Cicc. de Orat. Neque enim tantopere desiderabam, quantopere delector. Accipitur & indefinitè. Idem lib. 13. Epist. Famil. Quantóque opere eius municipij causa laborarem, tibi ostendi. Idem Attico, Dici non potest quantopere gaudeant.

Quantuscunque, Id est tantus quantus est. {ὁπηλικοσοῦν, ὁπηλικουτοσοῦν. Ital. *Tanto come è grande.* Gal. *Tant grand soit il.* Hisp. *Tamaño quamaño.*} Cicc. 5. Phil. Quorum bona, quantacunque erant, suis comitibus descripsit.

Quantuluscunque, diminutiuum, Id est quàtum vis exiguus, ὁπηλικουτοσοῦν, ὁποσοστοῦν. Colum. lib. 2. cap. 11, Nam si nox incessit, quantulocunque humore, prinsquam obruatur, corrumpitur.

Quantuslibet, Quantumvis magnus. ὁποσοσοῦν. Plin. lib. 8. cap. 16, Vulneratus obseruatione mira percussorem nouit, & in quantalibet multitudine appetit.

Quantusquantus, Idem quod quantuscunq; ὁπηλικοσοῦν. Teren. in Adelph. Tu quantusquantus es: nihil nisi sapientia es.

Quantulus & Quantillus, diminutiua: sicut à tantus, tantulus, & tantillus, significant quàm exiguus. {ὁπηλίκος, μικρός ὁτῳοῦν. Ital. *Quanto picciolo.* Gal. *Combien petit, si petit soit il.* Hisp. *Quanto pequeño.*} Cic. 4. Acad. Quantulus nobis videtur de Sole loquitur. Plaut. in Capt. Quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet.

Quanuis, & Quanquam, coniunctiones aduersatiuæ, idem significantes quod tametsi. {καίπερ, κἄν. Ital. *Ben chè, anchora che.* Gal. *Tasoit que, combien que.* Hisp. *Aunque.*} In quibus hoc animaduertendum est, quanquam indicatiuo: quanuis, subiunctiuo potissimùm gaudere. Virgil. 2. Aeneid. Quanquam animus meminisse horret. Cic. 8. Philipp. Quānis intentus animus tuus sit ad fortissimum virum liberandum: tamen, &c. ¶ Interdum tamen quanuis ponitur pro quantumvis. ὅσον δοῦλον. Plaut. in Trin. Quannis malam rem quæras, illic reperias. id est quantumvis malam.

Quapropter, aduerbium, Significat propter quod, siue quamobrem. {διὸ ὅτι. Ital. *Per la qual cosa.* Gal. *Pourquoy, parquoy.* Hisp. *Porende.*} Terét. in Adelph. Quapropter quoquo pacto celato est opus.

Quaqua, aduerbium. {ὁπόθεν δή, ὅπου. Ital. *Per qual luogo si voglia.* Gal. *Par ou ce soit, par quelque coſté que ce soit.* Hispan. *Por do quiera que.*} Plaut. Epid. Quaqua tangit, omne ambutit. Hoc est quancunque partem attingit.

Quaquauersùs, siue Quaquauersum, Significat in omnem partem. {πανταχόσε. Ita. *Per qual luogo si voglia, in ogni parte.* Gal. *Par quelque coſté que ce soit, ou toutes parts.* Hisp. *Por do quiera que, por todas partes.*} Cæsar in Comment. Legatos quaquauersùm dimittere.

Quare, aduerbium interrogandi, notæ significationis. {διὰ τί. Ital. *Per quali cansa.* Gal. *Pourquoy, parquoy.* Hisp. *Porende.*} Cicc. 1. de Orat. Nunquc illud quare Scæuola negabit? ¶ Quare infinitè positum. Cicc. pro Lege Manil. Quare quum & bellum necessarium sit, vt negligi non possit. Idem 2. Offic. Vtendum est excusatione, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris. ¶ Quare, illatiua in principio orationis pro quamobrem. Cic. pro Quintio, Quare quòd socium tibi eum velles adiungere, nihil erat.

QVARII, Galliæ Narbonensis populi, inter Salyos & Vocontios, vt autor est Strabo, lib. 4. Plin. Quariates appellat, lib. 3. cap. 4.

Quartus, a, um, adiectiuum, Proximum à tertio significat. {τέταρτος. Ita. & Hisp. *Quarto.* Gal. *Quatriesme.*} Liu. 4. belli Pun. Eóque vbi quartæ vigiliæ signum cecinisset, ad eum locum scalas iniit ferre. Virg. 4. Georg. Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora. ¶ Quarta classis, continebat censum quinque & viginti millium πέμπτον πέμπτου. Liu. lib. 1. ab Vrbe, In quarta classe census quinque & viginti millium, totidem centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter hastam & verutum datum.

Quartò, & Quartùm, aduerbia inter se differunt. {τὸ τέταρτον. Ital. *La quarta volta.* Gal. *Quartement, pour la quatriesme fois.* Hispan. *La quarta vez.*} Nam quartò Consul, significat locum Consulum, vel ordinem, hoc modo: Marcus fuit quartò Consul id est tres Consules ab origine, & institutione, & ordine Consulatus antè fuerunt quàm Marcus fuisset Consul, qui quarto anno à primis Consulibus factus est Consul. Quartùm autem Consul dicitur, qui tribus Consulatibus iam perfunctus, quartum gerit Consulatum. Liu. 3. ab Vrbe, T. Quintio quartùm Consule.

Quartanus, a, um, adiectiuum. {τεταρταῖος. Ital. *Quartano.* Gal. *Quart.* Hispa. *Quartano.*} vt Quartana febris. {Ital. *Febre quartana.* Gal. *Fievre quarte.* Hisp. *Calentura quartana.*} quæ quarto quoque die recurrit, ex humore melancholico originem trahens, quam & quartanam absolutè, suppresso febris nomine, appellamus. Cic. Act. lib. 8. Modò etiam audini quartanam à te discessisse: moriar si magis gauderem si id mihi accedisset.

Quartanarius, Qui quartanam febrem patitur. ὁ τεταρταῖος. Sipontinus.

Quartarius, teste Festo, ab antiquis appellabatur multo mercenarius, quòd quartam partē quæstus capiebat. ¶ Quartarius etiam apud Catonem, cap. 95, congij quartam partem significat, vt Tertiarius tertiā, & Sextarius sextam, Amurcæ (inquit) in vas æneum indito congios duos, postea igne leui coquito, rudicula agitato crebrò, vsque adeò dū fiat tam crassum, quàm mel. Quartarium, inquit Budæus, in mensura pro quadrante congij intelligo: sicut in pondere, pro quadrante libræ. ¶ Quartarium autem dicit vulgus Gallicum, non quartam partem alicuius maioris mensuræ, vt Latini vocauerunt, sed vas quod quatuor mensuras caperet, id est quaternas cheopinas: sic tertiarium, quod tres.

Quasi, aduerbium similitudinis, significans ita vt. {ὡσεί, ὡσανεί. Ital. *Quasi, come.* Gal. *Quasi, comme.* Hisp. *Quasi, poco mas ò menos.*} Plaut. in Pseud. Verùm ex transuerso cedit, quasi cancer solet. Innuit autem non imaginis, sed substantiæ similitudinem, vt docet Valla lib. 1. Elegant. Nam hæc oratio, Incedit quasi leo: non resolnitur per verbum repetitum, ad hunc modum, Incedit quasi leo incedit: sed per verbum substantiuum, Incedit quasi esset leo. ¶ Quasi tu dicas, pulchrè dicimus pro eo quod est, verba tua eò tendunt, vt dicas, &c. Plaut. in Pseud. Quasi tu dicas, me te velle argento circunducere. ¶ Interdum idem valet quod perinde acsi. Cic. 1. Epist. Non poteram, credo, ante hyemem: (sic enim scribis) quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. ¶ Ponitur aliquando pro ferè, penè. Sueton. in Calig. Nono Calend. Februarij, hora quasi septima, cunctatus ad prandium surgeret. Terent. in Heaut. Quasi talenta ad quindecim coëgi.

Quasillus, Vide QVATVS.

Quassò, quassas, Quatefacio, Vide QVATIO.

Quatenus, pen. corr. Propriè significat in quantum, siue vsque ad quem finem. {μέχρι ὅσου, μέχρ' ὅσου, ἐφ' ὅσον, ἕως οὗ. Ital. *Sino dove.* Gal. *Iusques ou.* Hisp. *Hasta tanto, en tanto.*} sicut eatenus, in tantum aut ad eum vsque finem. Cic. in Lælio, Videndum est quatenus amicitiæ tribuendum sit. Idem 1. Tusc. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit nec docuerit, quatenus esset quicquam curandum. ¶ Aliquando significat qua fine: vt eatenus, hac fine, inquit Festus: vt Verberaui filiū quatenus sit bonus: id est ad hoc, vel ad hunc finem vt sit bonus. ¶ Aliquando idem valet quod quoniā. μέχρι ὅσου. Plin. lib. 3. Epist. 51, Et quatenus negatur nobis diu viuere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. Negant tamen Festus, Caper, Valla, alique docti viri quatenus pro quoniam accipi: atque in omnibus exemplaribus in quibus quatenus pro quoniam positum putatur, mendum esse librariorum culpa affirmant, scribendúmque esse quatinus per i tertiam vocalē. ¶ Docet etiam Acron, quatenus esse aduerbium loci, significans ad eum vsque locum. ¶ Interdum ponitur pro quomodo. Lactan. lib. 4. Quanto terrori sit dæmonibus hoc signum, sciet qui viderit quatenus adiurati per CHRISTVM, de corporibus quæ obsederint fugient. Idem, Plerique vias sibi deuias per præcipitia condiderunt, per quæ plebem incautam ad mortem deducerent: quod quatenus accidat, exponam. Cicero tamen, & quotquot eo seculo fuerunt, quatenus solùm vsurpaucrunt pro inquantum, & eatenus pro intantum.

Quater, aduerbium numerale. {τετράκις. Ital. *Quattro volte.* Gal. *Quatre fois.* Hisp. *Quatro vez.*} Plaut. in Pseud. Vtrum vis, vel quater quinis nimis. Colum. lib. 5. cap. 2, Hoc duco quater, fiunt I. XXXI horum pars dimidia est X I. ¶ Quater, pro sæpius. Virgil. 2. Aeneid. —quater ipso in limine portæ Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedere.

Quaterni, æ, a, Quanuis proprié numerum significet distributiuum, sæpe tamen idem valet quod primitiuum suum quatuor. {τέτρασσι, æ. Ital. *A quattro à quattro.* Gal. *Quatre, de quatre en quatre.* Hisp. *Cada quatro, ò de quatro en quatro.*} Hora. 1. Ser. Sat. 4, Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Quaternio masc. gen. Quatuor chartarum, siue alterius cuiuscunque rei compositio. τετράδιον. vt Quatuor quaterniones militum.

Quatinus, eum i correpta, Coniunctio est causalis, significans quia. {ἐπεί. Ital. *Poi chè, à tanto chè.* Gal. *Puisque, pourtāt que.* Hisp. *Porque.*} Iuuen. Sat. 12, Quatinus hic non sunt nec vænales elephanti. Vide QVATENVS.

Quatio, is, ssi, ssum, Moueo cum violentia, concutio. {σείω, κραδαίνω. Ital. *Crollare, scuotere.* Gal. *Esbranler, hocher, crousler, secouer.* Hisp. *Sacudir, quebrar.*} Liuius, Carthaginis mœnia nunc quatit ariete. ¶ Aliquando ponitur pro molestare. Virgil. 9. Aeneid. Aut raptis terram domat, aut quatit oppida bello. ¶ Aliquando pro eiicio. ἐκσείω, ἀποπέμπω. Terent. in Eunucho, Nimirum homo quatietur certè cum dono foras. ¶ Composita eius mutant q in c, & abiicitur a: vt Concutio, Decutio, Discutio, Excutio, Incutio, Percutio, Recutio, & Succutio, quorum significata vide suis locis. Recutio, iterum quatio. Succutio, subtus quatio. ὑπασείω.

Quassus, a, um, Idem est quod quassatus, fractus. {ῥωγαλέος. Ital. *Scorlato, concassato, rotto.* Gal. *Esbranlé, cassé, rompu.* Hisp. *Sacudido, quebrado.*} Plin. lib. 18, Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quassa sarcire.

Quassus, huius quassus, verbale. {ὁ σεισμός, ὁ καταγμός. Ital. *Scorlamento, crollamento.* Gal. *Esbranlement, cassure, briſure.* Hispan. *Sacudimiento, quebramiento.*} Cic. 2. Tusc. Nam attrectato & quassu sæuum amplificatis dolorem.

Quarefacio, is, Concutio, expello. {ἐκσείω. Ita. *Commouere, crollare, scacciare.* Gal. *Esbranler, ou pousser auec violence.* Hisp. *Sacudir, empuxar.*} Cicc. ad Brutum, Nullóque præsidio quatefecit Antonium.

Quassò, as, frequentatiuum, Sæpe quatio. {σείω πολλάκις, σπάω. Ital. *Squassare, spesso crollare.* Gal. *Esbranler, hocher, casser, rompre.* Hisp. *Sacudir muchas vezes.*} Plaut. in Trino. Quid quassas caput? ¶ Aliquando rumpo. ἀναρρήγνυμι. Virg. lib. Aeneid. Quassatam ventis liceat subducere classem. ¶ Hinc Concassò, de quo suo loco.

Quatriduum, quatridui, Spatium quatuor dierum. {τετραήμερος χρόνος. Ital. *Spatio di quattro giorni.* Gal. *L'espace de quatre jours.* Hisp. *Espacio de quatro dias.*} Lentulus Senatui, lib. 12, Nuntiatum est eum quatridui iter à Laodicea abfuisse.

Quatriduò, aduerbium. {τετραήμερος ἐφεξῆς. Ital. *Quattro giorni prima.* Gal. *En quatre jours, au quatriesme jour* Hisp. *En quatro dias.*} Cicc. ad Brutum, Triduò verò, aut quatriduò ante hanc rem pulcherrimam timore quodam perculsa ciuitas, &c.

Quatuor, nomen numerale, Binarium numerum in se bis continens. {τέτταρες. Ital. & Hisp. *Quatro.* Gal. *Quatre.*} Virg. 6. Aeglog. —en quatuor aras. A quo quater. τετράκις, aduerbium numerādi: item Quartus, τέταρτος. Quaternus, Quaternarius, Quaternio, Quadruplus, Quadruplū, Quadriennium, Quadrinus, Quadratum, Quadrum, Quadrantal, Quadrans, & multa huiusmodi.

Quatuordecim, pen. corr. ex Quatuor & decem compositum. {δεκατέσσαρες. Ital. *Quattordeci.* Gal. *Quatorze.* Hisp. *Quatorze.*} Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10, Herennium Gallum histrionem summo ludorum die, anulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit. Plin. lib. 8. cap. 36, Præter quatuordecim dies.

Quatuordecies, aduerbium. {τετράκις καὶ δεκάκις. Ital. *Quattordeci volte.* Gal. *Quatorze fois.* Hispa. *Quatorze vezes.*} Plin. lib. 5. cap. 7, Sardinia abest à Gadibus

Gadibus, & pass. quatuordecies centena.

Quatuor viri, vt Triumviri: vt apud Pomponium l. ij. de Orig. iuris.

Quatuoritatus, ûs, à quatuor virorum dignitas. Asinius ad Ciceronem.

Quatuoritatum sibi protoganit.

Que, coniunctio, subiunctiui ordinis, quæ modò est copulatiua. {τε, και. Ital. E, e. Gal. Et, auſſi. Hiſp. Y.} vt, Arma, virúmq; cano. Modò causatiua, pro quoniam. Cic. 1. Offic. Non solùm nobis nati sumus, ortúsq; nostri partem patria vendicat, partem amici. Modò expletiua, quando scilicet ornatus tantum causa ponitur. Propert. lib. 3. Deiphobúmq;, Helenúmque, & Polydamantas in armis. ¶ Quandoque ponitur expositiuè pro id est. Plaut. Rudis est. nescirque quid expediat. ¶ Quandoque pro etiam. vel. Apul. Id ei serióque loquenti non crederem. id est etiam ei. Apul. Id ei serióque loquenti non crederem. ¶ In compositione quoque semper postponitur, ac coniunctionis vim amittit, vim tantùm syllabicæ adiectionis obtinens, vt nanque, quoque, atque, itaque, undique, uterque, pleriq;. ¶ Componitur etiam cum quis, qui, quæ, quod, vel quidiv quisq;, quique, quęque, quodque, quidque. ¶ Et interposita particula cum: vt Quicunque, quæcunque, quodcunque. Et cum præpositione abs, vt Absque: cum aduerbio, vt Neque: cum coniunctione, vt Atque. ¶ Differunt autem inter se, que, ac, atque. Que enim postpositiua est, & enclitica: Ac semper præpositiua: Atque, tam præpositiua, quàm postpositiua. ¶ Inuenitur autem que, aliquando contra naturam suam produci. Virgil. 1. Aen. Terrásq; tractúsque maris, cœlúmq; profundum. Idem 3. Aen. Liminâque, laurúsque dei. Cuius generis licentia cæsuræ ratione solet excusari. ¶ Ponitur quandoq; pro an. Horat. 2. Serm. Quid refert vri virgis, ferróque necari? Pro eo quod est, Quid refert vri virgis an ferro necari? Pro eo quod est, Quid refert vri virgis an ferro necari?

Quemadmodum, dictio composita ex quem, ad, & modùm, ponitur pro aduerbio similitudinis sicut. {ὥσπερ, καθάπερ Ital. Come, in qual modo. Gal. Comme, comment. Hiſp. Como, aſsi como.} Cic. de Amic. Peregratum mihi feceris, spero item Scæuolæ, si quemadmodum soles de cæteris rebus, ita de te quæruntur, sic de amicitia disputaris quid sentias. ¶ Ponitur nonnunquam interrogatiuè, pro quomodo, siue ad quem modum. πῶς, πῶν τρόπον. Cic. 7. Verr. Quemadmodum est asseruatus? ¶ Aliquando nam interponitur, & dicimus quemnam ad modum: sed tunc, vt arbitror, tres sunt dictiones separatim scribendæ. Plautus in Bacch. Qui scire possum? &c. nullus plus. 2. Quemnam ad modum?

Queo, quis, quiui, quitum. Valeo, possum. {δύναμαι, ἰσχύω. Ital. Potere. Gal. Pouuoir, auoir pouuoir & puiſſance. Hiſp. Poder.} Sall. in Catil. Sed neq; precatio, neque gratia impelli quiuit. Cic. ad Terent. lib. 14. Non queo reliqua scribere. tanta vis lachrymarum est. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. -liber sum, die age: non quis? Lucret. 3. Mobilitate mali non quit sentire dolorem. Idem lib. 3. Disperiisse, neque in fructum conuertere quisse. ¶ Queor, passiuum. Lucret. lib. 1. Dum veniant aliæ, ac suppleri summa queatur. ¶ A queo deducitur compositum nequeo, hoc est non queo, non valeo, non possum. Virgil. 1. Aeneid. Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo. ¶ Antiqui etiam nequeo dixerunt pro non eo quod & Festus annotauit.

Quitus, a. um. à Queor dixit Terentius in Heey. sed antiquè, vt ait Donatus, Nam (inquit) quum cõpressa est gnata, forma in tenebris noscì non quita est.

Quercus, us. in datiuo & ablatiuo plurali quercubus, Arbor est lignum habens durissimum, glandémq; ferens præstantissimam, quæ ante inuentas fruges populis plerisque victum dicitur suppeditasse. {δρῦς Ital. Quercia, rouere. Gal. Chesne. Hiſpa. Enzina arbol.} Plin. lib. 16. cap. 6. Glans optima in quercu, atque grandissima, mox æsculo: nam roboris parua. Virgil. 3. Georg. Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Festus, Quercus dicitur, quòd indigenus arboris graue sit ac durum: tum etiam in ingentem euadat amplitudinem. Querquerum enim quidam graue & magnum dici volunt. Olim etiam secundæ declinationis fuit: vnde etiam apud Ciceronem legitur. Quercorum in plurali genitiuo. Ibi (inquit) quercorum rami ad terram iacent.

Querneus, a. um. Quod ex quercu est. {δρύϊνος. Ita. Di quercia. Gal. De cheſne. Hiſp. Coſa de enZina.} Virg. 1. Georg. Sed tamen & quernas frondes.

Querneus, a. um. Eiusdem significationis. δρύϊνος. vt Frons quernea apud Colum. lib. 6. cap. 3. & Quernæ glandes, apud eundem lib. 9. cap. 1.

Querceus, a. um. Idem cum superiori. δρύϊνος. Seruius, Quercea coronam accipiebant qui in bello ciuem seruassent.

Quercicus, a. um. Idem cum superiori. δρύϊνος. Sueton. in Calig. cap. 19. Primo die phalerato equo, insigníque quercica corona &c.

Quercetanus, a. um. Plin. lib. 16. cap. 10. Vbi lucus fageus fuit, porta quercetana. Legitur & quercetulana.

Quercetum, ti, pen. prod. Locus vbi consitæ sunt quercus. {δρυμός. Ital. Luoco doue sono molte querce. Gal. Cheſnaye, vn bois ou foreſt de cheſnes. Hiſpa. Enzinal, lugar de enZinas.} Varro 1. de Re rust. cap. 16. Si enim ad limitem quercetum habet, non possis rectè secundum eam syluam serere oleam.

Quercerus, a. um, vel Querquerus. Quod est frigidum cum tremore. ψυχρός, κάλος. vt Febris quercera. Lucilius. Iactas me vt febris quercera. Idem, Querquera consequitur febris, capitísque dolores. Gell. lib. vlt. cap. 1. An tu fortè morbum appellari hic putas ægrotationem cum febri rabida. & quercera?

Querela, Vide QVERELA.

Queror, ris. questus, sine diphthongo. Lamentor, conqueror. {μιμφομαι, ὀλοφύρομαι. Ital. Lamentarsi, querelarsi. Gal. Se plaindre ou complaindre. Hiſp. Quexarse.} Sallust. Sæpe de luxuria & auaritia nostrorum ciuium questus sum. Admittit autem hoc verbum variam constructionem. In eadem enim significatione dicimus, Queror hanc rem, vel de hac re, Cæsari, cum Cæsare, & apud Cæsarem. Cic. de Amic. Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. Idem Lentulo, aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. Idem Lentulo, Cum Ioue visa queri. Dicimus etiam queror apud illum. Plin. de Viris illustrib. Quo cognito, apud populum questus quòd de se tale aliquid timuissent. Aliquando absolutè, vt apud Cic. lib. 1. Epist. ad Lent. Quid multa? questus est grauiter.

Queritor, pen. corr. queritaris, frequentatiuum, Sæpe, multúmq; queror. {θρηνέομαι. Ital. Lamentarsi ſpeſſo, lamentarsi molto. Gal. Se complaindre

souuent. Hiſpan. Mucho ſe quexar, ò quexar ſe à menudo.} Liu. lib. 9. de bello Macedonico, Ne vox queritantis audiretur. Tacit. lib. 16. Igitur flentes, queritantésque qui aderant, facessere properè iubet Thrasea.

Questus, us, siue diphthongo: in datiuo, & ablatiuo plurali, questibus: idem quod lamẽtatio, siue querela. {μίμψις Ital. Lamento. Gal. Plainct, complainct. Hiſp. Quexa ò querella.} Cic. 5. de Finib. Quod eiulatu, questu, gemitu, &c. Virgil. 4. Georg. -& mœstis late loca questibus implet. Idem 4. Aeneid. Tantos illa suo rumpebat pectore questus. Cicer. pro Quintio. Qui denique questus, qui mœror dignus inueniti, &c.

Querela, æ. Idem quod querimonia, siue questus. {μιμψις, μίμψις. Ital. Querela. Gal. Querele, complainct. Hiſp. Quexa ò querella.} Cic. de Senectute. Sæpe interfui querelis meorum æqualium. Idem ad Brutum, lib. 11. Sed tamen prouidendum est nequa iusta querela esse possit. Ouid. 4. de Ponto. Eleg. 2. Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est. Horat. 2. Ode 9. -desine mollium Tandem querelarum: & potius nouæ Cantemus Augusti trophæa. Virgil. 4. Aeneid. Desine méque tuis incendere, téque querelis.

Querimonia, æ. Idem quod querela, seu lamentatio. {μίμψις, μιμφός. Ital. Querelamento, lamentatione. Gal. Complainct. Hiſp. Quexa ò querella.} Cic. ad Quint. fratrem libro 2. Eo metu iniecto repentè magna querimonia omnium discessimus. Horat. in Arte. Versibus impariter iunctis querimonia primùm. Post etiam inclusa est voti sententia compos. Cic. 7. Verr. Vt si me in ea querimonia quam sum habiturus de iniuria crudelitate, & de ciuium Romanorum indignissima morte, non modò vires, verumetiam vita deficiet.

Querulus, a. um. pen. corr. Queribundus, vel querelis plenus. {γοερός, κλαυσιγελώς. Ital. Lamenteuole. Gal. Qui ne fait que ſe plaindre, querelant. Hiſp. Querelloſo.} Ouid. 3. Trist. Eleg. 8. Et nunquam querulæ causa doloris adest. Martial. lib. 4. Missa nec à querulo mappa cliente fuit. Ouid. Epist. 5. Impleuíque sacram querulis vlulatibus Idam. ¶ Quandoque à poëtis pro canoro ponitur. Virgil lib. 2. Georg. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Seruius. Querulæ cicadæ, canoræ. Horat. lib. 3. Carm. Sub cantu querulæ despice tibiæ Ouid 5. Metam. Calliope querulas prætentat pollice chordas.

Queribundus. Idem quod querulas, vel plenus querelarũ. μιμψιμοιρος. Cic. pro P. Sylla. De supplicio P. Lentuli, de cæteris, magna, & queribunda voce dicebat. Senectus queribunda. Silius lib. 13.

QVERQVETVLANA porta, Romæ fuit ita dicta à querceto quod intra muros iuxta se habebat. Festus.

Querquedula, æ. Auis ex genere natantium, siue aquaticarum, tam in aqua quàm in terra vitam agens, quemadmodum anseres & anates: quod genus animalis Græco vocabulo ἀμφίβια vocamus. {Ital. Cercerella. Gal. Cercerelle. Hiſpa. Vn genero de anade.} Varro 3. de Re rust. cap. 3. Altera species eorum quæ non sunt contenta terra solùm, sed etiam aquam requirunt: vt sunt anseres, querquedulæ, anates.

Querquerus, a. um. aliàs Quercerus. Vide QVERCVS.

Querulus, Vide QVEROR.

Qui, quæ, quod. Relatiuum est substantiæ, cuius significatio & vsus nulli non est notus. {ὅς, ἥ, ὅ. Ital. Il quale, la quale. Gal. Qui, lequel. Hiſp. Quien ò que coſa.} ¶ Ponitur aliquando aduerbialiter pro quo modo. πῶς, τῷ τρόπῳ. Cicero de Amicitia. Qui fieri poterat vt eius dolore non angeretur, qui mecum semper familiarissimè vixisset. ¶ Aliquando pro Vt ἵνα. Terent. in Andr. Nunc siquid potes, aut tu, aut hic Birrhia, facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi. Ibidem in Prolog. Non qui argumentum narret, sed qui veteris poëtæ maledictis respondeat. ¶ Aliquando pro vtinam. εἴθε. Teren. in Phor. Qui illum dij omnes perdant. ¶ Aliquando pro vnde. Terent. in Heeyr. Nec qui hoc mihi eueniat, scio. Et in Andr. Nam qui istæc tibi incidit suspicio? ¶ Aliquando pro cur, quamobrem. τί. Cic. 1. Tuscul. Qui enim beatior Epicurus quòd in patria viuebat, quàm Metrodorus qui Athenis? Terent. in Andr. Non potest. PAM. Qui? Donatus. Qui, id est quamobrem. ¶ Componitur aliquando cum dum, & dicimus quidum, in eadem significatione. Terent. in Eunucho, At nunquid aliud? P. Quidum? ¶ Est & qui, à quis, abiecto vltimo elemento, quod aliquãdo interrogatiuè tenetur pro quis. Plaut. in Amph. Qui me alter est audacior homo? aut qui confidentior? ¶ Ponitur aliquando pro nempe qui, vel vtpote qui. Cic. Att. lib. 5. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissimè nauigassemus. ¶ Aliquando pro qualis. Cic. 2. de Diuin. Xenophon Socraticus, qui vir, & quantus. ¶ Composita à qui sunt, Quidam, Quicunque, Quiuis, Quilibet, à quo Vnusquilibet. ¶ Quibus in extremis, eleganter dicitur pro quorum in extremo. ἐν οἷς τὸ ἔσχατον. Cicero Cæsari, Literæ dantur mihi à te, quibus in extremis scriptum est.

Quia, coniunctio causalis, idem valens quod quoniam. {ὅτι. Ital. Perche. Gal. Pourtant que, pource que. Hiſp. Porque.} Cic. de Amicit. Sed quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Interdum bis repetitur, sequéte subiunctiuo, vel indicatiuo. Quint. lib. 12. ca. 11. Non quia prodesse nunquam satis sit, sed quia hoc prospicere debet, nequid peius quàm fecerit, faciat.

Quianam aduerbium interrogandi, Significat quare. {διὰ τί. Ital. Perche? Gal. Pourquoy? Hiſp. Porque?} Virgil. lib. 5. Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi? Festus.

Quiane, vna particula est, & significat certè, reuera. {ἔτυμος. Ital. In vero. Gal. Vrayment, certainement. Hiſp. Ciertamente.} Virgil. lib. 4. Aen. Quiane auxilio iuuat antè leuatos.

Quicunque, Idem quod quisquis. {ὅστις, πᾶς τις, ὁστισοῦν. Ital. Chiunque. Gal. Quiconque, quelconque, chacun. Hiſpan. Qualquiera que.} Cicero pro Sestio, Ego vos in omni fortuna quæcunque erit oblata, complectar. ¶ Aliquando accipitur pro qualiscunque. Cic. 3. de Orat. Eásque nos primi quicunque eramus, & quantuluncunque dicebamus conuertimus.

Quid, nomen substantiuum, quod ferè interrogatiuè sumitur. {τί. Ital. Che coſa? Gal. Quelle choſe? quoy? Hiſpan. Que coſa? alguna coſa.} Cic. de Se-

arenæ semina mandas? ¶ Aliquando ponitur pro in quo. Cic. in Lælio, Quid enim indigens Africanus mei? Quintibanus, Quid tibi tantum malum feci? quid offendi? ¶ Aliquando in oratione vacat. Cic. ad Seruium, Trebatio mandaui vt si quid tu voles eum ad me mittere, ne recusaret. ¶ Composita sunt, quicquid, quicquam, quiddam, quidqui, quippiam, nequicquam, quidnam, nunquid, quidni, quidlibet. Vsus habet, vt d. sequente q, mutetur in c, vt quicque, quicquam: & sequente p, in p, vt quippiam. Quidcunque autem, & vnunquicquid, aut vnunquicque, aut vnunquidlibet nequaquam dixero, sed quodcunque, vnunquodq; quodlibet vnum, &c. ¶ Quid agimus? consilium quærentis est, inquit Donatus. *τί δρῶμεν?* Terent. in Eunuc. Quid nunc agimus? ¶ Quid hominis habes? cum contemptu dicitur. Terent. in Hecy. Sed quid mulieris vxorem habes? ¶ Quid istuc? aduerbium est ægrè concedentis, inquit Donatus. *τί ταῦτα?* Terent. in Eunuc. Quid istuc? Si certum est facere, facias: verùm ne pòst conferas culpam in me. Idem in Andr. Quid istuc? si ita in animum induxti esse vtile, Nolo tibi vllum commodum in me claudier. ¶ Quid ita, significat cur, *πῶς δέ*. Plaut. in Aul. Occidi. s. Quid ita? Donatus putat vnam esse partem orationis. ¶ Quid quæris, clausula est sermonem in compendium redigentis, eandem vim habens quam quid plura, vel quid opus est verbis? quid vis præterea? quid vis dicam? *τί δεῖ λέγειν τὰ πολλά?* Cic. ad Attic. lib. 1. Quid quæris? num ad priuata redeam? Horat. lib. 1. Epist. Quid quæris? viuo, & regno simul ista reliqui. Quid tum, quid eum postea, & quid tum denique, idem valent quod quid ergo? quid itaque? quid interea? quid demum? *τί οὖν? τί οὖν τοῦτ' ἐστί?* quæ omnia significant, quò pertinet istud de quo loqueris? siue, quid attinet hæc dicere? siue, quid sibi vult hic sermo?

Quidam, cum suis personam certam dicit, & singulare potius signum est, quàm particulare. *Τὸ ὡρισμένον.* Ital. *Vn certo.* Gal. *Quelqu'vn, aucun.* Hispan. *Vn cierto.* Cic. pro Cluent. Quidam ex aduocatis, homo summa virtute præditus.

Quidem, aduerbium affirmandi, quo significatur certè. *Τῷόντι, γέ.* Ital. *Certamente.* Gal. *Certes, certainement.* Hispa. *Ciertamente.* Et tribus modis in oratione accipi solet. Vno ad distinguendas res. *μέν* vt Ego quidem scribo, tu verò legis, ille autem dormit. In quo modo duobus tantùm comitibus vti potest, scilicet verò & autem. Altero, quasi per exceptionem eius quod affirmes. Quintil. in Iusam. Torquebis quidem filium, sed fatebitur mater. Cic. lib. 3. Offic. Ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis *μὲν* Pluréque in hoc modo comites habere potest: vt Verùm, veruntamen, sed tamen, at, attamen, cæterùm. Tertiò, quum nulla sequitur ex prædictis coniunctionibus: vt apud eundé, Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut si quisquam est, ille sapiens fuit. ¶ Quidem, & certè, aliquando simul iungũtur. Cic. ad Lentulum, lib. 1, Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est. Terentius in Phor. quidem coniunxit cum hercle: Nam tua quidem hercle certò vita hæc expetenda, &c. Cicero autem lib. 10. Epist. ad Att. post quidem subiunxit profectò: Nunc quidem profecto Romæ es. ¶ Eius composita sunt, Equidem, Siquidem: de quibus alibi.

Quidnam, aliquando interrogatiuè accipitur, aliquando indefinitè. *Τίνα.* Ital. *Che, che cosa.* Gal. *Quoy? quelle chose?* Hispan. *Que, que cosa.* Terent. in Phorum. Quidnam ille commotus veneratihoc est, quamobrè, vel propter quid. Idem in Eunuc. Recuso quidnam Chærea hic rerum gerat.

Quidni, Significat certè, vel certum est, vel cur non. *Πῶς γὰρ οὐ, πῶς μὴ.* Ital. *Perche non.* Gal. *Pourquoy non.* Hisp. *Porque no.* Et duæ partes sunt secundum Prisc ianum, sicut. Cur non? Terent. in Eunuc. Habésne hominem amabo? H. Quidni habeam? Veteres enim ni pro ne ponebant, & ne pro non. Plautus, Ni stulta sis. Et ne vult, pro non vult.

Quidquid, vt quidam aiunt, mutat d in c, ne bis interrogare videamur. *Ὅ,τιπερ.* Ital. *Ciascuna cosa.* Gal. *Tout ce que c'est.* Hisp. *Todo que.* Sed non est ratio satis ponderosa, vt putem non reprehendendum qui scripserit quidquid & quidquam. Quintil. lib. 1. cap. de Orthographia, Frigidiora his alia, vt quidquid quartam c haberet, ne interrogare bis videremur: & quotidie, non cotidie, vt sit quoto die. Est autem quidquid substantiuum, sicut & quid. Ideo genitiuum substãtiui, vel adiectiuum exigit: vt Quicquid pecuniarum, quicquid molle. Quodcunque adiectiuum est, & ideo substantiuũ in eodem casu patitur, sicut & quod: vt Quodcunque exlum: adiectiuum verò respuit.

Quies, etis, Vacatio à labore, siue cessatio à quocunque opere. *Ἡσυχία.* Ital. *Quete, riposo.* Gal. *Repos.* Hisp. *Holgança de trabajo.* Cic. Catil. Mors, laborum, aut miseriarum quies est. ¶ Sæpissimè accipitur pro somno, eo quòd dormientes ab omni opere seruentur: cui opponitur vigilia. Quintil. lib. 7. cap. 3, Labor an otium, vigilia an quies? Horat. Epist. 17, Si te grata quies, & primus somnus in horam Delectat, si te puluis, strepitúsque rotarum, Si lædit caupona, Ferentinum ire iubebo. Cic. 1. de Diuin. Quæ quidem multò plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, perturbata & cõfusa cernimus, Virgil. 10. Aeneid. -neque enim membris dat cura quietem. ¶ Olim per quintam declinationem inflectebatur, Quies, quiet: quæ inflexio etiam hodie manet in composito requies, requiet: quanquam & hoc nonnunquam faciat requietis. Cicero in Catone, Vt meæ senectutis, requietem, delectamentaque noscatis. ¶ Differunt (vt quidam volunt) quies & tranquillitas: quòd quies, corporis sit: tranquillitas, animi. Cic. in Prolog. lib. 1. de Orat. Nam qui locus quietis, & tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ moles molestiarum, & turbulentissimæ tempestates exiterunt. Sallustius, Nanque animus impurus dirs, hominibúsque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari potuit: ita conscientia mentem excitatam vexabat. Cice. 1. Offic. Ioco vti illo quidem licet, sed sicut somno, & quietibus cæteris. Verùm hæc differentia nõ est perpetua. Accipitur enim sæpissimè quies pro otio, & tranquillitate animi. Plin. lib. 18. cap. 28, Qui paupertatẽ, & quietem doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. ¶ Quietes, in plurali pro cubilibus. Lucret. lib. 1, Nanque canes vt montanæ persæpe ferai Natibus inuenium intectas fronde quietes. ¶ Accipitur aliquando quies pro tranquillitate, siue serenitate aëris. Virgil. 2. Georg. Si non tanta quies iret, frigúsque, calorémque Inter, & exciperet cæli indulgentia terras.

Quiesco, quiescis, quieui, quietum, Quietem ago, ferior à labore. *Ἡσυχάζω, ἀνήσυχον ἄγω.* Ital. *Riposarsi.* Gal. *Se reposer, dormir, cesser.* Hispan. *Holgar.* Virgil. 1. Aeneid. -nunc blanda composius pace quiescit. ¶ Accipitur & pro dormio. Cic. 6. Verr. Eò quum venio, Prætor quiescebat. Modò sto, non moueor. *οὐ χώρων κίνησις ἐστί μοι.* Virgil. 6. Aeneid. Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit. Idem 7. Aen. -postquam alta quierunt Aequora. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro quiescere facio. *παύω.* Plaut. in Mostell. Quiesce tumultum hunc qui est ante ostium. ¶ Quiescere etiam dicitur, qui solitam petulantiã remittit. Terent. in Prolog. Andr. Dehinc vt quiescant porrò moneo, & desinant maledicere. ¶ Aliquãdo accipitur pro abstinere, seu supersedere. Gell. lib. 2. cap. 28. Statuere, atq; edicere quiescebant. Plaut. in Mostella. Quin tu si sapis, quiesce hanc rem modò petere. ¶ Aliquando pro permitto. Cic. ad Att. li. 7, Quiescat rem adduci ad interregnum. ¶ Quiesci, impersonale. Terentius Andr. Quibus quidem quàm facilè poterat quiesci, si hic quiesset. ¶ Hinc componuntur acquiesco, conquiesco, & requiesco: quorum significata vide suis locis.

Quietus, ta, tum, pen. prod. adiectiuum est à nomine quies deductum, aut potius nomen ex participio, idem valens quod trãquillus, otiosus, placidus. *Ἡσυχος.* Ital. *Quieto, che sta in riposo* Gal. *Coy, qui est en repos.* Hispan. *Sossegado y quedo.* Terent. in Phorm. Quietus esto, inquam: ego curabo nequid verborum duint. Vbi Donatus, Quietus, securus, ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Virgil. 5. Aeneid. -mox aëre lapsa quieto Radix iter liquidum, celeres neque commouet alas. Idem 1. Aeneid. -in primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentémque benignam. ¶ Reddere quietum est, efficere vt quietè & securè quis viuat. Terent. Eunuc. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, Ne sursum deorsum cursites, néve vsq; ad lucem vigiles. Solutus & quietus animus. Cice. pro Rosc. Com. Hoc ego loco soluto & quieto sum animo: & quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. Idem 2. Tusc. Nam qui id quod vitari non potest, metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest. Idem 6. Verr. Primò mirum omnibus videri, Diodorum reum hominem quietissimum. Horat. Epod. 10. Quietiore non feratur æquore, Quàm Graia victorum manos, cùm Pallas vsto vertit iram ab illo Impiam Aiacis ratem.

Quietè, pen. prod. aduerbium, Tranquillè, placidè. *Ἡσύχως, ἀνησύχως.* Ital. *Pacificamente, tranquillamente.* Gal. *En paix & tranquillité.* Hisp. *Quedamente, sossegadamente.* Cic. 1. de Finib. Qua qui vtantur, beneuolentiam sibi conciliant: & (quod aptissimum est ad quietè viuendum) charitatem. Cæsar 3. bel. Ciuil. Nostri complutibus interfectis, quinque omnino suorum amissis, quietissimè se receperunt.

Quilibet, Idem quod quiuis, quasi quencunq; ex multis libet deligere. *Ὁστισοῦν, ὁτουοῦν.* Ital. *Ciascuno, qual ti piace.* Gal. *Qui que tu vouldras, c'est tout vn, lequel, chascun.* Hispa. *Qualquiera que.* Horat. in Arte, -pictoribus atque Poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. ¶ Ponitur etiam aliquando pro vili & obscuro. *ὁτιτυχόν.* Plin. lib. 7, Bis ab Annibale captus, neque eum quolibet hoste res fuit. Ouid. 1. de Arte amandi, Pollicitis dites quilibet esse potest hoc est, vel tenuissimæ fortunæ homunculus. Cui locutionis generi non dissimile est illud Horatianum, Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

Quimatus, Aetas quinque annorum. *Πεντετηρικὸς.* Ital. *Spatio de cinque anni.* Gal. *L'aage de cinq ans.* Hisp. *Espacio de cinco años.* sicut bimatus, & trimatus, ætas duorum, & trium annorum. Plin. lib. 8. cap. 45, Fœminis vita quindecim annorum longissima, maribus viginti: robur in quimatu. De bobus.

Quin, variis modis dicitur. Nam aliquãdo ponitur pro quur non. *Τί μὴ.* Ital. *Che non, perche non, anzi.* Gal. *Que ne, pourquoy non.* Hisp. *Que no, porque no, tambien como.* vt quum increpantes, vel interrogantes, vel exhortantes dicimus, Quin venis? quin fugis? Virgil. 2. Aeglo. Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus, Viminibus, mollique paras detexere iunco? Cic. pro Rabirio, Quin compescitis istam vocem indiecm stultitiæ? ¶ Aliquando pro quòd, seu vt Cice. Attic. Prorsus nihil abest quin sim miserrimus. Idem, Non dubito quin eo sis animo quo ego essem, si quid tu me rogares. Terent. in Andr. Non dubium est quin vxorem nolit filius. ¶ Aliquando pro quinetiam, id est insuper, præterea id, siue atque etiam. *τε μὲν, τε ἔτι.* Virgil. 1. Aeneid. -quin aspera Iuno, Quæ mare nunc, terrásque metu, cælúmque fatigat, Consilia in melius referet. hoc est quinimo, vel quod maius est. ¶ Aliquando idem valet quod vt non, vel quod non. *μὴ ἔχει, μὴ ὅτι.* Cicero, Non idcireo causas Isocrates non defendit, quia id vile esse, & honestum existimaret. Similiter quam dicimus, Non possum me continere quin gestiam: id est vt non, vel quominus gestiam. Virgil. lib. 3. Aeneid. Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti. Quin vatem insanam aspicias. id est vt non. ¶ Aliquando ponitur pro qui non. *ὅστις οὐ.* Cic. lib. 9. Epist. Nemo est nostrorum quin vota victoriæ tuæ fecerit. ¶ Aliquando pro imò. Terent. in Heaut. Quid dicam? quam causam afferam? s. quin nolo mentiare. ¶ Aliquando pro etiam. Terent. in Heaut. Syre, pudet me. s. Credo, neque id iniuria. Quin mihi molestum est. ¶ Aliquando pro quamobrem. Plaut. in Epid. -hic non est locus, Quin tu alium quæras cui centones farcias. ¶ Aliquando pro certè, prospectò. Plaut. in Amph. At pol quin certa res hanc est obiurgare.

Quincentos, pro quingentis dixere veteres, autore Festo.

Quincunx, cis, Pondus vel mensura quinque vnciarum. *Πέντε οὐγκίαι.* Ital. *Di cinque onze.* Gal. *De cinq onces.* Hisp. *De cinco onças.* ¶ In arborum quoque ordinibus quincunx dicitur, quum ita dispositæ sunt arbores, vt binæ cum tertia proximi ordinis æquali interuallo sibi oppositæ, quoquo te vertas, quincuncialem referunt. Quintil. lib. 8. cap. 3, Nullúsne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negat? nam & in ordinem, certáque interualla redigam eas arbores. Quid enim illo quincunce speciosius, qui in quancunque partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoque prodest, vt terræ succum æqualiter trahant. Cice. in Catone Maiore, Quum autem mitteretur Lysander & proceritatem arborum, & directos in quincũcem ordines, &c. Colum. lib. 5. cap. 13. Nonnulli tamen omnem vitem per denos pedes in quincuncé disponunt. Arborum ordines (inquit Bayfius) dicuntur in quincuncem digesti, quando secundi ordinis arbores paribus interuallis sic dispo

ponuntur, vt figuram quincuncialem seruare adinuicem videantur. Est autem figura quincuncialis, vt suprà annotauimus in dictione DECVSSIS, dimidia pars literæ X, per medium sectæ, quæ decussis figuram refert. Eius dimidium figura est literæ V, quæ quincuncem repræsentat. Rario quare huiusmodi figuræ quincuncis & decussis appellationem sint sortitæ, non est obscura. Veteres enim, quemadmodum etiam hodie fieri videmus, numerum denarium & quinarium, huiusmodi notis X & V, pingere solebant. Arbores itaque in quincuncem digestæ dicuntur, quum ita sunt collocatæ, vt tertia duabus æquali interuallo opposita, V literæ similitudinem faciat.

Quincuncialis, le, pen. prod. {πεντάκις τόσος ἐστί χαι. Ital. *Di cinque on̄ze.* Gal. *De cinq onces.* Hispan. *De cinco onças.*} Quincuncialis herba dicitur quæ mensuram quincuncis vnius pedis habet, hoc est septenos ferè digitos. Plin. lib. 27. cap. 13. de lithospermo. Herba quincuncialis ferè foliis duplo maioribus quàm rutæ. Quincunces etiam vsuræ dicuntur, quoties ex centum numis (vt exempli gratia sit) quinque numos vsuræ percipimus. Sic semisses vsuræ, trientes, besses, & huiusmodi. ¶ Est & quincunx mensuræ genus, paulum supra mediam heminam cõtinens. Martial. lib. 1, Te conuiua leget misto quincunce, sed anté Incipiat positus quàm tepuisse calix.

Quincupedal, Mensura erat sine regula quinque pedum, qua fabri muratij in demetiendis parietibus vti solent. Huius formam & vsum sic depingit Martialis, lib. 14.

Puncta notis ilex, & acuta cuspide clausa,
Sæpe redemptoris prodere furta solet.

Quincuplex, Numerus multiplicatiuus. {πενταπλάσιος. Ital. *Di cinque doppie.* Gal. *Quintuple, qui a cinq doubles.* Hisp. *De cinco dobleçes.*} vt duplex, & triplex. Martialis lib. 14.

Cæde iuuencorum domini calet area fœlix,
Quincuplici cera quum datur altus honos.

Quindecim, pen. corr. Nomen numerale, indeclinabile, significans terquinque. {δεκαπέντε. Ital. *Quindeci.* Gal. *Quinze.* Hispan. *Quinze en numero.*} Plaut. Pseud. Et iam quindecim habeo mnas. Horat. in Carm. secul. Quindecim Diana preces virorum Curet.

Quindecies, aduerbium numerandi, Decem vicibus. {δεκαπεντάκις. Ital. *Quindeci volte.* Gal. *Quinze fois* Hisp. *Quinze vezes.*} Martial. lib. 7. Dicere quindecies poteram. Quid pertinet ad te?

Quindecim viri. Magistratus erant Romæ, quindecim numero, soli ius habentes Sibyllinos libros adeundi. πεντεκαίδεκα ἀνδρες. Horum dignitas Quindecimuiratus appellabatur.

Quindenus, a, um, adiectiuum est numeri distributiui. {πεντεκαίδεκα. Ital. *Quindeci.* Gal. *Quinze.* Hisp. *Quinze.*} Liu. 5. bel. Maced. Quindena iugera agri data in singulos pedites sunt.

Quinetiam, coniunctio copulatiua qua nectimus quæ coniuncta significare volumus: idem ferè valens quod insuper, siue præterea, & vt vulgus loqui solet, *quod maius est.* {ἔτι μήν, ἔτι δέ. Ital. *Oltre accio, ancora ma, di più.* Gal. *Dauantage, en outre, qui plus est.* Hispan. *Mas presto, mas ayna.*} Cic. de Amic. Quinetiam necesse erit cupere, & optare, vt quàm sæpissimè peccet amicus. Virgil. 4. Aeneid. Quinetiam hyberno moliris sydere classem.

Quingenti, æ, a, Quinquies centum. {πεντακόσιοι. Ital. *cinquecento.* Gal. *Cinq cents.* Hisp. *Quinientos en numero.*} Cic. ad Att. Nec mirum quingentos denarios dat. Virgil. 10. Aen. Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat. ¶ Quingenti item, hoc est οἱ πενταχόσιοι, magistratus nomen erat apud Athenienses, à numero quingentorũ virorum, quorum officium erat ciuilia munera, rerúmque actiones de quibus quotidie lis inter populares erat, iudicare. Dignitatem autem hi maximam obtinebant, ac ab Areopagitis secundum locum obtinebant.

Quingentesimus, a, um, Numerus est ordinis. {πεντακοσιοστός. Ital. *cinquecentesimo.* Gal. *Cinquentiesme, de cinq cents l'vn* Hisp. *Quinientos en orden.*} Plin. lib. 15. cap. 1, Anno Vrbis quingentesimo quinto.

Quingenties, aduerbium numerandi. Quinquies centum. {πεντακοσιάκις. Ital. *cinquecento volte.* Gal. *Cinq cents fois* Hispa. *Quinientas vezes.*} Cic. 4. Verr. Ob eam rem H-S quingenties Veneri Erycinæ de Stenij bonis exacturum.

Quingeni, æ, a, numeri distributiui nomen est, idem valens quod quingeni per singula: vt quum dicimus, Quingenos denarios militibus digeni per singula. vt quum dicimus, Quingenos denarios militibus digeni per singulos, id est singulis quingentos. Sæpe tamen ita accipitur vt nihil amplius significet quàm quingenti. {κατὰ πεντακοσίους. Ital. *In numero di cinquecento.* Gal. *En nombre de cinqcents.* Hisp. *Cada vno quinientos.*} Sueton. in Cæsare, Annuam etiam habitationem Romæ vsque ad bina millia nummum, in Italia non vltra quingenos sestertios permisit.

Quingenarius, a, um, nonnunquam ad numerũ refertur. {πενταγοραῖος. Ital. *Che pesa cinquanta libre.* Gal. *Poisant cinq cents liures* Hisp. *Que peza cincuenta libras.*} vt Quingenarius grex, hoc est pecudes continens quingentas, apud Varr. lib. 2. de Re rust. ¶ Nonnunquam ad põdus: vt Lanx quingenaria, id est quinquaginta pondo. Plin. lib. 33. cap. 11, Dispensator Hispaniæ citerioris quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina exædificata fuerat. ¶ Potest & ad ætatem referri: vt quingenarium sit, quod est quinquaginta annotum.

Quinimo, Quin potius, imò verò, imò etiam. {μᾶλλον δὲ καί, μᾶλλον ἔτι. Ital. *Anzi, più tosto.* Gal. *Atant qui plus est, & qui plus fort est* Hispan. *Antes, mas presto, mas ayna.*} Plin. Epistol. 74, Prænaluit sententia Cepionis: quinimò consurgenti ei ad censendum, acclamatum est: quod solet residentibus.

Quinquaginta, Numerus est notæ significationis. {πεντήκοντα. Ital. *Cinquanta.* Gal. *Cinquante* Hisp. *Cincuenta en numero.*} Inde Quinquagies, aduerbium numerandi. πεντηκοντάκις. Plin. lib. 7, Quinquagies collatis Egnis dimicauit. ¶ Pro eodem etiam dicimus Quinquageties: vt apud Plaut. in Menæch.

Quinquagenarius, a, um, Id est annorum quinquaginta, quemadmodum sexagenarius, annorum sexaginta. {πεντηκοντούτης. Ital. *Di cinquanta anni.* Gal. *Chose de cinquante ans, cinquantain.* Hisp. *Cosa de cincuenta años.*} Refertur & ad numerum: vt quinquagenarius grex, id est quinquaginta capitum. Varro 2. de Re rust. Ad equarum gregem quinquagenarium binos homines. Quinquagenaria vna, id est quinquaginta capiẽs certi generis mensuras. Cato de Re rust. cap. 15, Vnam quinquagenariam vnam, sextarium olearium vnum.

Quinquatria, orum. Festa erant Romæ Palladi sacra, non dissimilia iis quæ ab Atheniensibus vocabantur πανάθηναια. Dicta quinquatria, à numero quinque dierum quibus celebrabãtur: quorum primo fiebant sacrificia: secundo, tertio, & quarto gladiatorum spectacula edebantur: quinto vrbis fiebat lustratio. Videtur autem primus ex hisce diebus fuisse quintus post Idus Martias, hoc est XIII. Calendas Aprileis: quod non obscurè colligi potest ex lib. 3. Fast. Ouidij, vbi sic habet.

Idibus est Annæ festum geniale perennæ: Deinde subdit,
Non procul à ripis aduena Tybris tuis.
Postera quum teneras Aurora refecerit herbas,
Scorpius à prima parte videndus erit.
Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho. Et mox,
Bacche faue vati, dum tua festa cano.
Stella Lycaoniam vergit decliuis ad Arctον Et rursus,
Miluius: hæc illa nocte videnda venit.
Vna dies media est, post fiunt sacra Mineruæ,
Nomina quæ à iunctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro:
Causa, quòd est illo nata Minerua die.
Altera, tréque super strata celebrantur arena,
Ensibus exertis, bellica læta dea est.
Summa dies è quinque tuba lustrare canora
Admonet, & Forti sacrificare deæ.

Varro lib. 5. de Lingua Latina autor est, antiquitus vnum tantummodo festi huius diem fuisse post quintum scilicet Idus Martias: eúmque quinquatrum vocatum fuisse, tracto vocabuli exemplo à consuetudine vicinorum populorum qui dies post sextum, & septimum Iduum, sextatrum, & septimatrum, appellauere: paulatim tamen nominis errore cõsuetudinem irrepsisse vt quinque dies crederentur. Varronis sententiæ Festus quoq; subscribit. Vnde apparet nonnisi meta esse somnia quæ à recentioribus Grãmaticis de vocis huius etymo sunt excogitata: qui quinquatria inde dicta tradiderunt, quòd celebrarẽtur quinq; diebus continuis post diem actum, qui erat postridie Iduum, quum probatissimorum (quos iam adduximus) autorum testimoniis satis constet, actus, siue actia particulas, in hisce vocibus nihil significare. sed solas esse nominum productiones. Fuerunt & minora quinquatria, siue (vt Festus appellat) quinquatrus minusculæ, quæ Idibus Iuniis à tibicinibus personatis celebrabantur in honorem Mineruæ. Ouidius 6. Fastorum,

Et iam quinquatrus iubeor narrare minores:
Nunc ades ô cœptis flaua Minerua meis.
Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe?
Quid sibi personæ, quid toga longa volunt?

Huc etiam spectare videtur illud Plauti in Milite, Da quod dem quinquatribus, pereantatrici, collectrici, &c. Sortitur autem hoc nomen varios declinationes. Nam modò per secundam, modò per tertiam declinationem inflectitur: vnde & duplex manfit ablatiuus quinquatrii, & quinquatribus. Cic. Cæl. lib. 2, Ita tumultuosæ conciones quinquatriis afferebantur. Iuue. Satyr. 10, Incipit optare, & totis quinquatribus optat.

Quinquatrus, uum, per quattam declinationem, sicut Idus, uum. Cicc. Attic. lib 9. Fuit enim pridie quinquatrus egregia tempestas qua ego illum vsum puto. Quin & Diomedes quinquatrias per primam inflexionem protulit.

Quinque, Nomen numerale, & inuariabile. {πέντε. Ital. *cinque.* Gal. *cinq.* Hisp. *Cinco.*} Ouid. lib. 8 Metam. Quinque ter implebat vlnas. ¶ A quo Quintus, a, um. πέμπτος. Quinus, a, um, Quinarius, a, um, Quinquies, πεντάκις. Quinenx, Quinquemestris, πεντάμηνος. Quincupertitus. Quincuplex, πενταπλοῦς. Quindecim, Quinquaginta, Quingẽti, Quinquagesimus: & huiusmodi. ¶ Quinque pedum præscriptio, interdictæ vicinis arbores. Lex erat ex Solonis legibus in XII Tabulas trãslatum: quo cautum genus est,

Galea di cinque remi per banco. Gal. *Galée de cinq rames pour banc.* Hisp. *Naue à galera de cinco ordenes de remos.* } Plin. de Vir. Illust. Rhegium regressus, quinqueremem hostium copiis pedestribus cepit.

Quinque viri, Magistratus quinque capitum numero constans: quorum officium siue dignitas Quinqueviratus appellatur. πεντεμβυρία.

Quinquies, aduerbium, quinque vicibus. } πεντάκις. Ital. *Cinque volte.* Gal. *Cinq fois.* Hisp. *Cinco vezes.* } Cic. 11. Philipp. At hic me defendente quinquies absolutus est. Quinquies millies, Plin. lib. 2. cap. 23.

Quini, næ, na, nomen distributiui numeri, à quinque deductum. } ἀνὰ πέντε πένται. Ital. *Cinque in numero, à cinque à cinque.* Gal. *Cinq en nombre, de cinq à cinq.* Hisp. *Cinco en numero, de cinco en cinco.* } Cic. 3. Verr. Nam quum à multis quaterna, etiam quina exigerentur, &c. Horat. lib. 1. Sermon. Satyr. 2, Quinas hic capiti mercedes exigit: atque Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget.

Quinquertium, tij. In sacris certaminibus dicebatur quod Græci sua lingua πένταθλον appellabant: vtroque nomine deducto à quinque artium, seu certaminum generibus quibus in sacris Græciæ ludis congrediebantur ij quos à professione Græci πενταθλους, Latini quinquertiones appellabant: quòd scilicet πυγμὴν, δρόμον, πάλην, δίσκον, καὶ ἅλμα, hoc est cæstu, cursu, saltu, disco, & lucta certarent. Quibus omnibus si quis vicisset, pancratiastes dicebatur. Periodo autem victores dicebantur qui quatuor Græciæ ludos obiissent, & ex iis omnibus victoriã reportassent. Vide de his plura in dictionibus PANCRATIVM, & PENTATHLON.

Quintana, porta, Quintanis, Vide QVINTVS.

QVINTILIANVS Rhetor, ortus in Hispania, in ciuitate Calagurritana, vt Eusebio placet: vnde & Quintilianus ipse Hispanos prouinciales suos vocat. Eum dicunt Romam cum Galba venisse, breuique tempore postea in familiaritatem Domitiani principis insinuatum, eius nepotes erudiisse. Ludum Romæ aperuit, primúsque è fisco salarium fuit. Scripsit declamationes, quas quidam Quintiliani alterius declamatoris dicunt esse, cuius Seneca in 6. Declamationum libro meminit. Laurentius Valla eum in præceptis Ciceroni præfert: quàm rectè, ipse viderit doctrinæ certè eius, stylóque non immeritò plurimum tribuit. Meminit huius aliquoties Martialis, item Iuuenalis, nonnunquam etiam Plinius in Epistolis.

Quintilis, lis. Mensis anni totius septimus, olim Quintus, quum à Martio annum Romani auspicarentur, vnde & Quintilis primùm dictus est. } μαΐου γενομένου, ἰούλιος. Ital. *Luglio.* Gal. *Le mois de Iuillet.* Hisp. *El mes de Iulio.* } Postea verò in honorem Iulij Cæsaris Dictatoris, M. Antonio M. filio consule legem ferente, Iulius appellatus est, vt in vita Cæsaris refert Suet. Cic. Att. lib. 14. Si ergo est, volo mense Quintili in Græciam.

QVINTVS, cognomento Cincinnatus, Vir Romanus fuit insigni fortitudine, ambitionisque omnis prorsus expers, qui ab aratro ad Dictaturam vocatus, Aequos prælio victos sub iugum egit, diéque decimosexto in Vrbem reuersus, Dictatura se abdicauit. ¶ Quintius Flaminius, T. Flaminij ab Annibale ad Thrasimenum deleti filius fuit, qui aduersus Philippum Macedonum Regem Consul missus, commisso prælio eum superauit, victúmque eò necessitatis compulit, vt Demetrium filium obsidem daret, Græciæque ciuitatibus quas iugo suo sub lideratat, libertati suæ permittere cogeretur.

Quintus, a, um, Vltimus ex quinque. } πέμπτος. Ita *Quinto.* Gal. *Cinquiesme,* Hisp. *Cosa quinta in orden.* } Liu. 1. bel. Maced. Non quinto inde mense, quemadmodum à Sagunto Annibal, sed quinto inde die quàm ab Corintho soluerit naues, in Italiam peruenit. ¶ Quinta classis, in censu à Seruio Tullio descripto, ex triginta centuriis constabat, nihil aliud quàm fundas, & lapides missiles ferentibus: quibus adiuncti sunt cornicines, tubicinésque in tres centurias distributi. τὸ πέμπτον τάγμα. Censebatur autem hæc classis vndecim millibus æris. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe condita.

Quintò, & Quintùm. } τὸ πέμπτον, τὸ πεντάκις. Ital. *Per la quinta volta.* Gal. *Pour la cinquiesme fois.* Hisp. *Por la quinta vez.* } aduerbia, à nomine adiectiuo quintus deducta, quæ eodem modo inter se differunt, vt suprà ostendimus quartùm & quartò discrepare. Nam quintùm Consul esse dicitur qui quatuor perfunctus Consulatibus, quintum iam gerit Consulatum. Quintò autem Consul fuisse dicitur qui quinto anno post exactos Reges, institutúmque Consulatum, factus est Consul. Liu. lib. 7. bel. Pun. Declarati Consules Quintus Fabius maximus quintùm, & Quintus Fulvius Flaccus quartùm.

Quintana porta. In castris dicebatur quæ post prætorium erat, vbi vænalium rerum forum solebat esse. Liu. lib. 1. Decad. 5, Prætorio deiecto, direptis quæ ibi fuerant, ad Quæstorium forum, Quintanámque hostes peruenerunt.

Quintanis, aduerbium ea forma dictum, qua alternis: vt Quintanis semitare, hoc est post quintum quemque palum semitam ducere. Plin. lib. 17. cap. 22. Semper verò quintanis semitari: hoc est vt quinto quoq; palo singulæ iugo paginæ includantur.

Quinus, Vide QVINQVE.

Quipote, peu. corr. Id est qui fieri potest. } πῶς ἦν; Ital. *Come è possibile?* Gal. *Comme est il possible?* Hisp. *Como es posible?* } Compositum à qui interrogatiuo, & adiectiuo potis, pote. Persius Saty. 1, Et verum, inquis, amo, verum mihi dicite de me. Quipotenis dicam? &c.

Quippe, Particula est qua rationem reddimus eius quod præcessit. } ναί. Ital. *In vero, perche.* Gal. *Attendu que, c'est à sauoir, certes.* Hispa. *Ciertamente, porque.* } Exponitur autem aliquando per vtpote, præsertim subsequéte relatiuo, siue id nomen sit, siue aduerbium. Cice pro Rosc. Amer. Conuiuia cum patre nonnunquam habebat: quippe qui ne in oppidum quidem nisi pertarò, veniret. Virgil. lib. 1. Georg. Iampridem nobis Cæsar te regia cæli Inuidet, atque hominum queritur curare triumphos, Quippe vbi fas versum, atque nefas, &c. ¶ Interdum pro etenim, siue nanque. Virgil. lib. 2. Georg. Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras, Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt Quippe solo naturæ subest. ¶ Interdũ idem valet quod certè. Plaut. in Aulul. Redi tam nunc intrò, atque intus serua. s. Quippe nil ego intus seruem.

Quippini, Antiqui dicebant pro quidni, sicut cur non. } πῶς οὐ; ναί; Ital. *Perche non?* Gal. *Pourquoy non?* Hisp. *Por que no?* Plaut. Menæch. Itan' censes? MED. Quippini.

QVIRINVS, ni, pen. prod. κυρῖνος, Romuli cognomen, ab hasta qua assiduè vtebantur, impositum. Hastam enim teste Festo, Sabini curim, siue (vt alij legunt) quirim vocabant. Quanquam non desint qui à Curibus, hoc est à Sabinis quos in Vrbis partem recepit, Quirinum potius cognominatum putent. Contrà Varro, lib. 4. de Lingua Latina, Quirinum à Quiritibus appellatum existimat. Ouid. lib. 2. Fastorum controuersiam hanc in medio relinquit, contentus omnes quas iam adduximus opiniones, recensuisse,

Proxima (inquit) lux vacua est: at tertia dicta Quirino.
Qui tenet hoc nomen, Romulus antè fuit.
Siue quòd hasta quiris prisci est dicta Sabinis:
Bellicus à telo vênit in astra Deus:
Siue suo Regi nomen posuere Quirites:
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

Quirinalis, nale, Quirinalis collis, Dictus est quòd in eo Quirini templum erat, siue quòd in eum commigrauere Sabini à Curibus venientes. κυρῖνος λόφος. Hodie Romanorum vulgus à duobus equis marmoreis Phidiæ & Praxitelis operibus, in hoc colle sitis, *monsem equorum* vocant. Quirinalis porta Romæ dicta, quòd ea in collem Quirinalem iretur, vel quòd proximè eam esset Quirini sacellum. Quirinale iugum, Ouidius 7. Fastor. Lituus Quirinalis, qualem Quirinus habuit, Virgil. 7. Aeneid.

Quirinalia, orum, Romani vocabant diem quo sacra Quirino fiebant. κυρῖνα. Cicero ad Q. Frat. Comitialibus diebus qui Quirinalia dicuntur, Appius, &c.

Quirites, tium, vel quiritum, κυρῖται, ἰουκάδαι, Romanorum nomen, à Curibus Sabinorum vrbe impositum. Romulus enim, inito fœdere cum T. Tatio Sabinorum Rege, cóque in partem regni, Sabinisq; in Vrbis portionem receptis, vt nouorum incolarum beneuolentiam aliqua sibi ratione conciliaret, mistam Romanorum, Sabinorúmque genrem vno nomine Quirites appellauit. Liu. 1. ab Vrbe, Mouet res tum multitudinem, tum duces, silentium, & repentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modò, sed & ciuitatem vnam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam: ita geminata Vrbe, vt Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. Hactenus Liuius. ¶ Legitur & accusatiuus singularis Quiritem, à nominatiuo (vt videtur) Quiris. Persius Saty. 5. Heu steriles veri, quibus vna Quiritem Vertigo facit. Ouid. 1. Amo. An si pulsassem minimum de plebe Quiritem, Plectere, &c.

Quirito, as. pen. prod. seu Quiritor, aris, Lamentor, mœstáq; voce deorũ, hominúmque auxilium inuoco. } γοερὰ ἀλαλάζω, πολύπαλτος, ἀλαλητός. Ital. *Lamentarsi, gridare.* Gal. *Crier & plaindre, crier & requerir secours.* Hispa. *Gritar, llorar con voces gritando.* } Quæ significatio tracta est à consuetudine Romanorum, qui iniuria affecti, Quiritium opem implorabant. Vnde Varro quiritare interpretatur Quirites ciere. Nonius, Quiritare est clamare: tractum ab iis qui Quirites inuocant. Lucil. lib. 12. Satyr. Concursus velut aurai, claréque quiritans. ¶ Ab Apuleio ponitur pro suppetias petere. Quiritari, inquit Budæus, deos hominésque implorare. Liu. lib. 9. bell. Maced. Occlebat vim, quòd præ vlulatibus, tympanorúmque & cymbalorum strepitu nulla vox Quiritantium inter stupra, & cædes exaudiri poterat. ¶ Quiritare item (si Philomelæ autori credimus) verres dicitur, quum vocem emittit. Quiritat (inquit) verres: tardus rudit, oncat asellus.

Quiritatio, verbale, Lamentatio humanæ, diuinæque opis imploratio. } γοερὰ ἀλαλαγμός. Ital. *Grido, sbraiamento.* Gal. *Crierment auec complainte, brayement.* Hisp. *Llanto, llorо con grito, grito.* } Liu. lib. 3. bell. Maced. Fuga comitum, & quiritatio, & tumultus tota vrbe discurrentium factus cum luminibus.

Quiritatus, huius quiritatus, id est clamor vrbanorum, vt Iubilatus rusticorum, vt ostendit Valla ex autoritate Varronis. Quiritatus infantium. } γοερὰ ἀλαλαγμὸς, ἀλαλαγμός. Ital. *Grido, sbraiamento.* Gal. *Crierment auec complainte, brayement.* Hisp. *Llanto, llorо con grito, grito.* } Plin. Epist. 106, Audires vlulatus fœminarũ, infantium quiritatus, clamores virorum.

Quis, qui, quæ, } τίς. Ital. *Il quale, laquale.* Gal. *Qui, qui est ce que.* Hisp. *Qui en ò que cosa.* } quod, vel quid, n, quandoque interrogatiuè ponitur. Cic. pro Marcello, Quis omnium doctior Aristotele? Virgil. 1. Aeglog. Sed quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? Plaurus, Quod facinus ausi tantum? Idem, Quid ad illas artes optes, si optio aduenial tibi? Aliquando infinitè ut. Plin. Iunior in Epist. Tum mihi nescio quid in aurem insusurrauit. Idem, Morbus nescio quis ante eam ætatem incognitus nostris. Cicero, Quum præcepta nescio quæ discipulis suis palàm tradidisset. Plaurus, Nec mihi quod facinus conscirem, inueni. Seneca, Paulum nescio quid visus est balbutire. Qui, quæ, quod, ὅς, ἥ, ὅ, relatiuè etiam ponuntur: quis verò, & quid, nonquam. ¶ Qui, quæ, quod, relatiuè posita, quandoque dissentiunt à suo antecedente, & cum subsequéti conueniunt substantiuo. Cicero, Omnes tenues, atque humiles, quæ maxima in populo multitudo est, sibi præsidium paratum putant. Sallust. in Catil. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Verùm hæc quoniam vulgata sunt, & ad vocum significationem nihil attinent, pueris ex Syntaxi potius petenda relinquimus. ¶ Accipitur aliquando quis, pro aliquis. ut. Sueton. in Claud. Si quem alium, & se liberum esse. Plin. Epist. 6. lib. 3, Nec vitia siqua sunt, celant. Verùm hæc, aliáque idgenus composita potius censenda sunt, vt suis locis latius docebimus. ¶ Ponitur item quis, admirantis pro qualis. ποῖος. Virg. 9. Aeneid. Quis globus ô ciues. ¶ Olim tam fœminino, quàm masculino genere proferebatur. Plau. in Aulu. Dic mihi, si audes, quis ea est, quam vis ducere vxorem? Virg. 11. Aeneid. Qui cum partiri curas. id est cum qua. Loquitur enim de Acca, quæ erat vna ex comitibus Camillæ. Quod, autem adiectiuum est, ideo semper substantiuo iungitur: quid verò substantiuum. ¶ Accipitur aliquando qui, quæ, quod, pro quantus, quanta, quantum: sicut is, ea, id, pro tantus, tanta, tantùm. Quintilianus, Hoc si scisses, parer affirmo, promitto, (cuius pietatis es) nemo te anteceisisset, id est quantæ pietatis es, vel pro magnitudine tuæ pietatis. Huiusmodi autem orationes tribus efferimus modis: vt, Qua es humanitate, Cuius humanitatis es, & Quæ tua est humanitas. Idem continget in pronomine Is: vt, Ea patris est lenitas: & eius lenitatis, siue ex lenitate

Universidad de Deusto Biblioteca

ea lenitate est pater. ¶ Invenitur & quis, aut (vt nonnulli scribere malunt) queis in datiuo & ablatiuo pluralibus: verùm hoc à singulari nominatiuo tempore distinguitur: producitur enim, quum in nominatiuo corripiatur. Lucan. lib. 2. Proh fata, quis ille, Quis fuit ille dies! Horat. in Serm. Quis humana sibi doluit natura negatis. Fit autem queis à singulari quo, sicut à domino dominis. Contrà ab ablatiuo qui, fit quibus, sicut à facili facilibus. Seruius in illud Virgil. 1. Aeneid. Quis ante ora patrum, &c. Quis, inquit, & Quibus secundum artem dicimus. Ab eo enim quod est qui, in bus mittit: ab eo verò quod est quo, in is. Sed à tertia declinatione in vsu sunt datiuus & ablatiuus pluratis: licet antiqui omnibus vti sint casibus. Denique Cato in Origin. Ques, quium, declinauit: sicut puppes, puppium: Ques, inquiens, sunt populi. ¶ Cõposita à quis sunt, Siquis, Aliquis, Nequis, Quisquis, Quisque, à quo, Vnusquisque: Quisnam, Quispiam, Quisquam: de quibus partim iam egimus, partim suo loco sumus dicturi.

Quisnam, Interrogatiuum est. Idem significans quod quis. {τίς τις ἐστι. Ital. *Che è quello? Gal. Quell que qui est ce qui? Hispan. Quien es aquel?* } NAM enim syllabica est adiectio, nihil addens significationi. Terent. in Andr. Quisnam homo est. ¶ Aliquando infinitè ponitur. Plin. lib. 11. cap. 35. Delphini quonam modo audiant, mirum.

Quisquam, & quispiam, idem quod aliquis. {τίς Ital. *Qualchedumo. Gal. Quelqu'vn. Hisp. Alguno.* } Quisquam, olim tam masculino, quàm fœminino iungebatur. Terent. in Eunuch. Quandoquidem illarum neque quisquam te novit, neq; scit qui sies. Ibidem, -hunc oculis suis Nostrarum nunquam quisquam vidit. Verba sunt ancillæ Pythiæ. Quisquam aliquando ponitur pro quiuis, siue quilibet. *Vide.* Cicer. ad Terentiam. Nisi vos fortiores cognoscerem, quàm quenquam virum, hoc est quemuis virum.

Quisque, Vniuersale signum est, idem significans quod omnes: vnóque verbo est contentum. {ἕκαστος. Ital. *Ciaschedumo. Gal. Chacun, vn chacun. Hisp. Todo hombre que.* } Virgil. lib. 7. Aeneid. Quisque suos patimur manes. Iungitur autem eleganter cum superlatiuis, aut iis quæ superlatiui vim habent, qualia sunt numeralia ordinis, & eorum interrogatiuum quotus: vel cum positiuis, quæ superlatiua vsitata non recipiunt. Cicer. lib. 1. Acad. Quæst. Certè enim recentissima quæque sunt correcta, & emendata maximè. Plaut. in Pseud. Nam in foro vix est decimus quisque qui sepsum nouerit. Cicer. 2. Tusc. Quota enim quæque eueniunt vt ab his sunt prædicta? Sic etiã dicimus, Eximius quisque, Singularis quisque. Vide de hoc Vallam lib. 1. Elegant.

Quisquiliæ, liarum, purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus fruticulorum, foliorúmque & florum minutim decidit: {σκύβαλα, περίττωμα φυτῶν. Ital. *Scouazza di casa, & agni foglia ò fiore che cade da gli alberi, cosa di poco valore. Gal. Nettoyeures, balliseures, petites branchettes ou autres choses de petite ou nulle estime. Hisp. Mondaduras de las mançanas ò semejante fructa, ò de otra cosa, ò de otra ninguna estima. Hisp. Mondaduras de las verças y las hierbas de casa.* } inutiles granciones, ò lo que se pisa y pierde dela yerua, y las hierbas de casa. } vnde nomen venit, velut quicquid cadit, inquit Festus. Ob id Cæcilius Quisquilias volantes, venti spolia appellat. Cic lib. 1. Epist. ad Att. homines nihili. & perditorum fæcem, per translationem quisquilias appellat. Idem pro Sestio. Omitto iam Numerium, Serranum, Aelium, quisquilias seditionis Clodianæ. Antiqui hoc nomen etiam in numero singulari declinarunt, vt docet Festus, afferens testimonium ex Nævij Tegularia, Abi deturbate saãn, quisquilia, non homo.

Quisquilium, lij. κόκκος. Dioscoridi, Exiguus frutex ilicis, producens coccum quod granum est ad tingendas vestes gratissimum. Plin. lib. 16. cap. 8. Omnes tamen has roboris dotes ilex solo prouocat cocco. Graecum hoc, primóque ceu scapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis, quisquilium vocant, pensionem alteram tributi Hispaniæ pauperibus donat. Hinc natum esse putat Ruellius, vt vestis coccina, literis per imperitiam interceptis, *Scarlata* vulgò hodie dicatur, pro quisquiliata.

Quisquis, Idem significat quod quicunque, vel omnis quidefiderátque duo verba. {ὅστις. Ital. *Chiunque. Gal. Quiconque. Hispa. Qualquier, ò todo aquel que.* } Plaut. in Sticho, Quisquis prætereat, comesã tum volo vocari.

Quiuis, Idem est quod quilibet, quasi vnus é multis, quem velis. {ὁστισοῦν, ὁτιοῦν. Ital. *Qual tu vuoi. Gal. Qui que tu veux ou voulds. Hispa. Quien quiera ese, ò qualquiera que.* } Cic. pro Quintio, Vtunque quiuis intelligere potuisset.

Quo, Accipitur pro quanto, habétque sibi respondentem particulam hoc, vel eo. ὅσῳ, τούτῳ. Cicer. pro Roscio Comœdo, Quo quisque ingeniosior est, hoc docet laboriosius. Idem pro Quintio, Quæ pro plura sunt, eo te meliore mente nostra audire oportet. ¶ Aliquando est aduerbium loci. {ποῖ. Ital. *Doue? Gal. Ou? en quel lieu? Hisp. Adonde vas?* } Virgil. lib. 1. Aeneid. Quóve tenetis iter? id est ad quem locum tenditis? ¶ Aliquando infinitè ponitur. Plin. Iunior, Neque id do est coniunctio, idem valens quod vt, ἵνα, ὅπως. Plin. Iunior, Neque id feci quo tibi molestus essem. ¶ Aliquando ponitur pro quare, inquit Donatus. διὰ τί; Terent. in Andr. Quo æquior sum Pamphilo. ¶ Aliquando etiã accipitur quo, pro ad quid, vel in quem vsum. εἰς τί. Horat. lib. 1. Epist. Quo mihi fortunam, si non conceditur vti? Id est ad quid vultis mihi bona esse fortunæ? ¶ Hinc fiunt cõposita, vsquequo, quoad, quocirca, quousque, quomodo, quoquouersus, quoquam, quoque, aliquó, aliquoties.

Quoad, Idem quod donec, quandiu, quousque. {μέχρι τοῦ, ἕως τοῦ. Ital. *Fin che, à tanto che. Gal. Iusques à quand, iusques à ce tant que. Hispa. Hasta quando, che, à tanto che. Hasta que, hasta tanto.* } Ex ad, & quo compositum, sed præposteto ordine, præpositione postposita: quod & in hactenus & quatenus videmus accidere: vt Quoad viuam, ero tibi amicus. Sallustius. Dummodo puteris vos tutos esse quoad reliqua multitudo aduenerit. id est quousque. Cicer. lib. 1. Offic. Tandem autem velle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. id est quandiu. Nihil autem differunt hæ locutiones, quoad viuam, & quoad moriar. Hæc enim quamuis contraria esse videantur, idem tamen significant, quoniam duo tempora quum inter se opposita sunt, atque ita cohærentia, vt alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert vtrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur. Potest etiam esse interrogatium ἕως τοῦ. Terent. in Phorm. Senem quoad expectatis vestrum? Item relatiuum: vt Quoad iussisti, parui. Cicer. ad Treb. Itaq; ego quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum, quæ tibi vltrò obtulerim meminisse te credo. Idem ad Att. Quousque, inquies? quoad erit integrum. ¶ Accipitur & indefinitè. Cicer. de Lege Agrar. Videte quoad fecerit iter apertius quàm antea. id est quanto apertius. ¶ Aliquando rei & ingenij facultatem, siue temporis commoditatem significat. ἐφ' ὅσον. vt apud Ciceronem in Lælio, Vt quoad possem, & liceret, ab eius latere nunquam discederem. id est quãrum, vel quatenus. ¶ Quoad eius, Vna dictio idem valens quod quatenus, inquantum, vel quoad: nam particula Eius, parelcon est. ἐκ τῶν ἐκεῖ γραφέων. Cicer. Appio. Si eam quoad eius facere possis, quàm expeditissimam mihi trades. Idem, Elaboro quoad eius facere possum, vt consilia hostium intelligam. ἐς ὅσον γίγνεται ἐμοί. ¶ Quoadusque, eiusdem significationis est cum donec, vel quousque. ἐφ' ὅσον ἄν. Accius, Nihil te impedio quoadusque rem peragas.

Quoaxare, Vide COAXARE.

Quocirca, coniunctio rationalis est, idem valens quod quapropter, quamobrem, ideo, vel igitur. {διὰ τί, πρὸς τί. Ital. *Per il che. Gal. Parquoy, pourtant. Hispan. Porende.* } Cicer. in Catone Maiore, Quocirca si sapientiam meam admirari soletis, quæ vtinam digna esset, &c.

Quod, nomen adiectiuum est, quod potest capi relatiuè, interrogatiuè, & infinitè, vt satis fusè suprà ostendimus in dictionibus quis, & qui. {ὅ. Ital. *Quello che, laqual cosa. Gal. Lequel. Hisp. Quien, ò que cosa.* } ¶ Ponitur aliquando in oratione, sine manifesta dictione regente, subaudita præpositione ob, vel propter. Terẽt. in Hecyra. Nam (ita me ament dij) quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam. Plaut. in Epidico, Animum adnorte, vt quod ego ad te venio, intelligas. ¶ Ponitur aliquando pro quantum. Cic pro Rosc. Amer. Qui omnes quod ad me attinet, vellem viuerent. ¶ Aliquando in oratione pro quadam continuatione siue connexione accipitur, quoties vtiuam adiunctum habet. Cic. Terẽtiæ, Quum ad vos scribo, aut vestra lego, conficior lachrymis sic vt ferre non possim: quod vtinam minus vitæ cupidus fuissem, certè nihil, aut non multùm in vita mali vidissemus. ¶ Aliquando pro in quo. Idem, Sed si quid sit quod mea opera opus fiet, &c. ¶ Aliquãdo pro quicquid. Cicer. pro Domo sua, Ornamentorum quod superfuit in fanis, & communibus locis, tota è Græcia, sanè frugaliter, domũ suam deportauit. ¶ Quod idem, sæpe ponitur pro id quod, siue quod ipsum, aut quod etiam, Cic. de Arusp. respon. Quod idem in iudicio capitis durum, atq; iniquum est. Idem pro Domo sua, Senatus quoties de me consultus est, toties legem nullam esse iudicauit. Quod idem tu Lentule vidisti in ea lege quam de me tulisti. ¶ Aliquando verò est cõiunctio causalis, idem valens quod quia ὅτι. vt, Quòd scribas, lætor. Et, Non castigo te, quòd odio habeam, sed quo meliorem efficiam. Vbi enim potest esse quòd, ibi etiam quia: & vbi potest esse vt, ibi potest esse quo, & econtrario: vt, Non te castigo quia odio habeam, sed vt meliorem efficiam. ¶ Quandoque ponitur pro sed, & in principio clausulæ locati solet. κὰς cum subiunctiuo. Cicero. Quòd siquis à me huius consilij mei causam quæret, ita respondeo. ¶ Quum autem quòd pro sed ponitur, ferè cum si, nisi, quum, quia, aut quoniam iũgitur: & dicimus, Quòd si, Quòd nisi, Quòd quum, Quòd quia, Quòd quoniam. Testimonia passim studioso obuia fient. ¶ Ponitur aliquando pro cur, siue quamobrem. Virg. 5. Aegloga, Si ad vitulam spectes, nihil est quòd pocula laudes. Cicer. ad Terent. In viam quòd te des hoc tempore, nihil est. ¶ Aliquando præcedentis verbi significationem determinat. Cic. in Sallust. Credo quòd non omnes tui similes incolumes in vrbem venissent. ¶ Ponitur aliquando pro vt, inquit Donatus. Terent. in Phorm. Vin' primùm hodie facere quòd ego gaudeam Nausistrata, & quòd tuo viro oculi doleant? ¶ Quo iure, quóq; iniuria. Prouerbiale est, quasi per fas, nefas, velis nolis. ἐκόντας ἀκόντας. Terent. in Andr. Quo iure, quáque iniuria, præcipitem me in pistrinum dabit.

Quodammodo, aduerbium est, Idem significans quod aliquo pacto: quod barbarè dicitur *Aliqualiter*. {πώς τις. Ital. *A vn certo modo, à qualche modo. Gal. En quelque sorte, en aucune sorte, aucunement. Hisp. En alguna manera.* } Cicer. de Amic. Quippe quum propter virtutem & probitatem, eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus.

Quodcunque, Idem valet quod omne quod: duóq; exigit verba, {ὅ, τι. Ital. *Ogni cosa que. Gal. Quelque chose. Hisp. Toda cosa que.* } Cic. contra Rullum, Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt reuocanda. Aliquando accipitur pro quantuncunque. Cicer. Bruto, Quodcunque militum contrahere poteris, contrahe.

Quominus, Significat vt non {μὴ ὄτι. Ital. *Che non. Gal. Dautant moins, que ne. Hisp. Que no.* } Cic. lib. 1. Epist. Nemo est qui nesciat, quo minus discessio fierer, per aduersarios tuos esse factum.

Quomodo, Siue vna sit dictio composita, siue duæ diuisæ dictiones, interrogatiua particula est, siue admiratiua, idem valens quod Vt, quo pacto, qua via, qua ratione. {πῶς, πῇ πότε. Ital. *A che modo. Gal. Comme, en quelle maniere. Hispan. En que manera, en este modo, ò en que modo.* } Cicer. ad Attic. lib. 10. Tulliæ nostræ mirifica virtus: quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domesticas tricas? Accipitur & relatiuè. Idem de Aruspicum respons. Et sua concio tisit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixum Senatusconsultis. Aliquando & indefinitè, Cic. Lent. Hæc negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo. ¶ Componitur nonnunquam quomodo cum nam, & dicimus, quomodonam. Cic. ad Q. Frat. lib. 2, Quomodonam mi frater, de nostris versibus Cæsar?

Quomodocunque, id est qualicunque ratione, vtcunque, qualitercunque, quoquo pacto. {ὁπωσοῦν, ὁπωσδήποτε. Ital. *In qual modo si voglia. Gal. En quelque maniere que ce soit. Hispan. Como quiera.* } Plaut. in Pœn. Sed tamen quomodocunque, quanquam sumus pauperculi, est domi quod edimus.

Quonam, aduerbium ad locum. {ποῖ. Ital. *A qual luogo? Gal. En quel lieu? Hisp. Adonde?* } Plaut. Trinum. -eamus intrò, sequere. s. quò tu te agis? c. quoniam, nisi domum? Cic. Attic. lib. 8. Eum si nunc sequor, quonam?

Quonam ablatiuus à quinam, iungitur ablatiuo modo: éstque tanquam vna dictio vice aduerbij posita: & modò interrogatiuè accipitur. Cic. 2. de Finibus Quonam (inquit) modo: quia, &c. Modò indefinitè. Idem lib. 4. de Finib. Admirantes quæramus ab vtraque, quonam modo vitam agere possimus.

Quondam, aduerbium temporis, idem valens quod olim. {ποτέ. Ital. *Alle fiate, per lo passato. Gal. Iadis, autresfois. Hisp. En algun tiempo.* } Et modò

Universidad de Deusto
Biblioteca

præteritum tempus denotat. Cic. 2. de Inuent. Crotomatæ quondam, quum florerent omnibus copiis. Idem, Fuit illa quondam in hac Republica virtus. Modò futurum. Virgilius. Quondam tua dicere facta Tempus erit. Modò præsens. Idem 2. Aene. Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. ¶ Ponitur quandoq; pro semper. Idem, Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.

Quoniam, Coniunctio causalis. {ποιεπ'ε,ὲπ. Ital. *Perche.* Gal. *Pourtant que, puis que.* Hisp. *Porque.*} Terent. in Andr. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. ¶ Potest esse subcontinuata. ὅτι. Cic. pro Plancio, Quoniam tu ita vis, me nimium grauem esse concedam. ¶ Interdum autore Festo, significat postquam. Plaut. in Asin. Quid nunc, quoniam ambo, vt est lubitum, nos delusistis, datisne argentum?

Quoquam, Significat aliquò, id est aliquâ partem, locúmve. {ποῖ. Ital. *A alcuno luogo.* Gal. *En quelque lieu.* Hispa. *A algun lugar.*} Cic. 4. Ver. O Verrea præclara, quoquam si accessisti, quò non attoleris tecum istum diem.

Quoque, Coniunctio est copulatiua, postpositiui ordinis, idem significans quod etiam. {ἀχὶ. Ital. *Ancora.* Gal. *Encores, aussi.* Hisp. *Tambien.*} Seneca, Tu quoque simili modo exercere te debes. ¶ Aliquando pro similiter. {ὁμοίως. Ita. *Parimente, similmente.* Gal. *Pareillement, d'auantage.* Hisp. *Igualy semejantemente.*} Virg. in Daphnide, -damnabis tu quoq; votis. ¶ Huic particulæ quoq; aliquando iungitur etiam. Terent. in Hecyra, Ego quoque hoc etiam credidi aliquando. Plin. lib. 8. cap. 16, Sunt verò & fortuita eorum quoque elementiæ exempla.

Quoquouersus, vel quoquouersum, aduerbium ad locum, significans versus omnes partes, siue versus quemcunque locum. {πάντη, πάντας. Ital. *Verso ogni luogo.* Gal. *De tous costez, que tu vouldras.* Hisp. *Hazia todas partes y lugares.*} Cæsar in Comment. Eius imperio classem quoquouersum dimittunt. Colum. lib. 2. cap. 5, In plano pedes internalli quoquouersus octo.

Quoquo, aduerbium loci, significans ad quemcunq; locum. {ποῦ, πρός. Ital. *A ciascun luogo.* Gal. *En quelque lieu que ce soit.* Hispan. *A todo lugar.*} Plaut. in Merc. Ménsque mihi illam quærere quoquo hinc abducta est gentium. ¶ Est etiam quoquo ablatiuus à quisquis. Cic. ad Attic. lib. 9, Confido igitur aduentum nostrum illi quoquo tempore fuerit, vt scribis, ἀσφαλέστατον fore. ¶ Hinc fit compositum quoquomodo, idem significans quod qualitercunque. Cic. ad Acil. lib. 13. Epist. Quoquomodo autem se res habeat, peto à te vt eum expedias.

Quorsum, Versum quem locum, quasi quò versum. {ποῖ. Ital. *Verso che luogo.* Gal. *Vers quel costé, de quel costé, à quel propos, à quelle fin.* Hispan. *Hazia donde.*} Et modò interrogatiuè accipitur: vt, Quorsum instituisti iter? Modò relatiuè: vt, Meridiem versus cursum tenetis, quorsum & nos. Modò indefinitè: vt, Nescio quorsum eam. Terent. in Eunuch. Ego nescio hercle neque vnde eam, neque quorsum eam. Idem ibidem per translationem dixit, Nesciebam quorsum tu ires. hoc est, quid tuis verbis velles, quò tenderes. Idem in Adelph. Quorsum istuc? id est quod vulgò dicitur, *ad quod propositum?* Dicimus & quorsus. Cic. de Clar. Orat. Quorsus inquam istuc? non enim intelligo.

Quot, nomen numerale, aut potius numeri cardinalis interrogatiuum: quod tam relatiuè & infinitè, quàm interrogatiuè accipi potest. {πόσοι. Ital. *Quanti.* Gal. *Combien.* Hispan. *Quantos.*} vt Quot numi tibi sunt? Scio quot numos habes. Habeo tot quot tu. Plautus in Rudéte, Quot sunt? s. Totidem quot tu & ego sumus.

Quotannis, Singulis annis. {ἐνιαυτ. Ital. *Ogn' anno.* Gal. *Tous les ans, par chacun an.* Hisp. *Cada año.*} Plaut. in Epid. Quid istæ quæ quotannis inueniunt nomina noua? Cic. 4. Verr. Quòd omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt. Sic 2. de Finib. Colum. lib. 5, ca. 9, Omnis deinde soboles quæ ex vno stirpe nata est, quotannis extirpanda est.

Quotennis, Aetatis, interrogatiuum est, significans quot annorum. {ἡλικηπόσων ἐτῶν. Ital. *Di che età? di quanti anni?* Gal. *Dequel aage? de combien d'ans?* Hispan. *De qual edad? de quantos años?*} Accipitur tamen & relatiuè. Habet autem antecedentia nomina numeralia, vel composita ex numeralibus & anno: vt anniculus, biennis, triennis: vt Tu es biennis, quotennis ille.

Quotenus, pen. corr. interrogatiuum est numeri distributini, teste Prisciano. ποσπλασίων. vt Quotenis bobus arat? binis, ternis. Accipitur & indefinitè. Cic. Attic. In ripa nescio quotenorum iugerum.

Quotidie, Idem quod singulis diebus: à quotus & dies compositum, vt nonnulli putant. {ἡμερησίως. Ital. *Ogni giorno.* Gal. *Tous les jours, chasque jour, par chacun jour.* Hisp. *Cada dia.*} Sunt qui scribant cotidie per secundam consonantem: itáque olim scribi solitum esse ostendit Quintil. libro 1. Instit. quum ait fuisse quosdam qui Quotidie scribendum præciperent, quòd compositum videatur à quotus, vel quot, & dies: verum rationem hanc frigidam esse dicit, & etiam suo tempore inter ineptias euanuisse. Cic. lib. Quotidiè, vel potius in singulos dies, breuiores ad te literas mitto.

Quotidianus, a, um, vel Cotidianus, Quod quotidie fit. {ἡμερήσιος, ἡμερινός. Ital. *Di cascun giorno.* Gal. *Qui est ou dure chasque jour.* Hispan. *Cosa de cada dia.*} Plaut. in Merc. Quæque habeat quotidianum familiæ coctum cibum. Cic. 2. de Diuinat. Quia sunt hæc quotidiana, angues non item. ¶ Per translationem quotidianus accipitur pro vulgari. Terent. in Eunucho, Tædet harum quotidianarum formarum.

Quoties, siue Quotieus (nam vtroque modo scribitur) interrogatiuum est numeri aduerbialis, significans quot vicibus. {ποσάκις. Ital. *Quante volte?* Gal. *Quantes fois? combien de fois?* Hisp. *Quantas vezes?*} Plaut. Cur. Quoties dicendum est? Cic. 4. Verr. Verùm quoties, & quot nominibus auferes? Idem in Catil. Quotiens iam, quotiens tibi extorta est sica ista de manibus? ¶ Accipitur & relatiuè, habétque antecedens toties. Cic. de Orat. Toties, quoties præscribitur.

Quotiescunque, Quotcunque vicibus. {ὁσάκις. Ital. *Qualunche volta che.* Gal. *Toutes & quantes fois, toutes fois & quantes.* Hispan. *Quando quiera que.*} Cic. pro Cluentio. Quotiescunque dico, toties videor mihi in iudicium venire.

Quotquot, quotcunque, quotlibet, Quantumvis multi. {ὅσοι δή. Ital. *Quanti che sono.* Gal. *Tout autant qu'il y en a.* Hisp. *Todos aquellos los quales.*} Brutus Ciceroni, Peream, si te omnes, quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Idem 2. de Inuen. Si duæ leges, si plures, aut quotquot erunt.

Quotuplex, plicis, interrogatiuum, significans quot generum, quot specierum, vel quot modorum. {ποσοπλάσιος. Ital. *Di quante sorti.* Gal. *De combien de sortes.* Hisp. *En quantas maneras.*} vt siquis quærat quotuplex sit animæ facultas.

Quotuplus, a, um, interrogatiuum est numeri multiplicatiui. ποσαπλάσιος. vt Quotuplum reddit ager? ¶ Accipitur & relatiuè: vt Centuplum Aegyptij reddunt agri, quotuplum vix nostri.

Quotus, a, um, interrogatiuum est numeri ordinalis. {πόσος? Ital. *Di qual ordine?* Gal. *Quantiesme?* Hisp. *Quanto puesto en orden?*} Horat. 2. Sermon. Satyr. 6, Hora quota est? ¶ Accipitur aliquando pro quot. Mart. Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec vllum Addideris verbum, mensa parata tibi est. id est quot estis? seu quot tecum habes. Eleganter autem adiunctam habet particulam quisque. Cic. 1. de Nat. deor. Quotus enim quisque formosus est? id est quot sunt formosi? quasi dicat, pauciissimi. ¶ Quandoque significat continuam quantitatem, & ponitur pro quantus. Iuuenalis, Quota portio fecit Achææ? hoc est quantilla portio quasi dicat, minima.

Quotusquisque, In singulari, idem significat quod nomen numerale quot. {πόσοστος. Ital. *Di qual numero, ò ordine.* Gal. *Le quantiesme de tous.* Hispan. *Quantos en cada vna parte.*} vt, Quotusquisque est qui aliter sentiat? Et est vetus, elegánsque locutio per interrogationem, & ad paucitatem refertur: vt, Quotusquisque studet? id est quot student? hoc est quàm pauci sunt qui studeant? Cic. pro Plancio, Quotusquisque iuris peritus est? quotusquisque disertus est? Rectius tamen quotus quisque scribêdum videtur, diuisis dictionibus. Sæpe enim particulam inuenimus inter vtranque interiectam. Cic. 3. de Orat. Quotus enim quisque est qui teneat artem numerorum, ac modorum? Idem lib. 2. de Diuin. Quota enim quæque res euenit prædicta ab his?

Quouis, aduerbium ad locum, idem quod quolibet. {ὁποσεοῦν. Ital. *Done tu vuoy.* Gal. *Ou tu vouldras.* Hispan. *Donde quiera que.*} vt apud Terent. in Heaut. Imò potius abeat quouis gentium, Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.

Quousque, Quandiu, ad quod vsque tempus. {μέχρι πότε, μέχρις πῶς. Ital. *Sino à che tempo.* Gal. *D'ici à quand, jusques à quand, d'ici à quel temps.* Hisp. *Hasta a quando.*} Cic. Attic. lib. 1, Quousque, inquit, hunc regem feremus? Idem de Somn. Scip. Quousque humi defixa erit tua mens? Interdum idem valet quod Ad quem vsque locum: vt, Quousque Cæsari obuiam progressus est?

Quum, aduerbium temporis est. Idem significans quod quando. {πότε. Ital. & Hisp. *Quando.* Gal. *Quand.*} Cic. de Inuen. Fuit quoddam tempus, quum in agris passim homines bestiarum more vagabantur. Idem in Somn. Quum in Aphricam venissem. ¶ Aliquando causalis cõiunctio, valens quoniam. Salust. in Ciceronem, Sed quum in te modestiâ nullam animaduerto, respondebo tibi. ¶ Interdum aduersatiua, idem valens quod quanuis. Cic. lib. 13. Epist. Ego quum antea studiosè commendabam Marcilium, tum multò nunc studiosius. ¶ De orthographia huius dictionis variæ sunt opiniones. Sunt enim qui perpetuò scribant per c, siue aduerbium sit, siue coniunctio, aut etiam præpositio: solâque accentus nota superposita, aduerbium, coniunctionémq; à præpositione distinguunt. Victorinus autem in orthographiæ præceptis, Quum temporis aduerbium per q & u, siue vnum, siue duo, vt visum fuerit, scribendum asserit. Quintil. lib. 1. cap. 13, de orthographia autor est, à multis hanc differentiam fuisse obseruatam, vt pro aduerbio temporis scriberent quom, per quartam vocalem: pro coniunctione autem causali, quum per q, & geminum u ut pro præpositione verò, cum per secundam consonantem. Verba Quintiliani sunt hæc: Illa quoque seruata est à multis differentia, vt Ad, quum esset præpositio, d literam: quum autem coniunctio, t acciperet. Item cum, si tempus significaret, per quom: si comitem, per cum: si verò causam, per q, ac duas sequentes u u, scriberetur.

Quum primum, Duæ partes sunt, duo exigentes verba. {ἐπειδὴ τάχιστα. Ital. *Subito che.* Gal. *Soudain que, incontinent que.* Hispan. *Luego como.*} Idem enim valent quod Vbi primùm, vel Quando primùm fieri potuerit. Virgil. Aeglog. 7, Quum primùm pasti repetent præsepia tauri, Siqua tui Corydonis habet te cura, venito.

R



Litera semiuocalis est, & liquida, quæ post mutã in eadem syllaba posita, præcedentem syllabam, si natura breuis sit, modò longam, modò breuem facit: vt Ouidius in dictione patrem, exemplum posuit, Iam patrem, famulósq; patris, lucémque timebam. vbi pa, syllaba & producitur, & corripitur. In Græcarũ dictionum initio recipit aspirationẽ: vt, Rhadamanthus, Rhea, & huiusmodi. ¶ Conuertitúrque nonnunquam in l: vt intelligo, pro interlego: Pelluceo, pro perluceo. In simplicibus, vt Niger, nigellus: Vmbra, vmbella. In s, vt Arbos, pro arbor, Odos, pro odor. Aliquando in duo ss, vt Vro, vssi: gero, gessi. In u, consonantem: vt, Sero, seui: Tero, triui. In n, vt Aeneus, pro æreus. ¶ Persius Literam canoam appellat, quòd tremula linguæ vibratione, canum, quum ringuntur, sonum imitari videatur. Profertur enim concitatius, lingua ad palatum iuxta dentes exerta, & summa sui parte spiritum elisum vibrante, ictu quodam tremulo, támq; horrifico sono auditum exasperans, quàm l, eundem soni dulcedine blandiens demulcet.

RABBATH, ῥαββάθ. Metropolis est filiorum Ammon, quæ hodie à rege Aegypti Ptolemæo, cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Iudæa, Philadelphia nominatur.

Rabies, iei, A rapio, morbus canum, quum veluti furore quodam acti, huc atque illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt. {λύσσα. Ital. *Rabbia.* Gal. *Rage, fureur.* Hisp. *Rauia.*} Alij Rabiem, quasi rauiem dici putant, à raucitate vocis, qua canes præ calore infestantur. Plin. lib. 20. cap. 5, Multò tamen vtilissimè iecur eius, qui in rabie momorderit, datur. Ouid. 14. Metam. Státq; canum rabies, subiecta terga ferarum, &c.

¶ Ponitur

Ponitur & pro furore, & ad homines transfertur. Cic. in Salluſt. Neque eos exiſtimet ſine rabie quicquam fortiter facere poſſe. Idem 3. Tuſc. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem, fingi in canem eſſe conuerſam. Horat. in Arte, Archilochum proprio rabies armauit iambo. Lucret. lib. 5, -liceat diſcedere Cæſar A rabie ſcelerum.

Rabia, æ, Antiqui dixerunt, quam nunc rabiem dicimus: vt annotauit Nonius, citans Cæſium in Hypobolimæo, Aſt rabia rabere ſe ait.

Rabioſus, a, um, Propriè de canibus dicitur qui rabie laborant: & de aliis animalibus, qui ex canis morſu rabiem contraxerunt. {λυσώδες, ὑδρόφοβον. Ital. *Rabbioſo*. Gal. *Plein de rage, enragé* Hiſpa. *Ramoſo* } Plin. lib. 29, Datur morſus à cane rabioſo, ne rabidi fiant. ¶ Per tranſlationem item rabioſus dicitur, qui ita præceps fertur, vt rabie agitari videatur. Cic. 4. Tuſcul. Vide ne fortitudo minimè ſit rabioſa, ſitque iracundia tota plena lenitatis.

Rabioſè, aduerbium, hoc eſt iracundè, & in modũ rabie correpti. {λυσωδῶς, μανικῶς. Ital. *con rabbia & furore*. Gal. *Enragément, furieuſement*. Hiſpa. *Con rauia*. } Cic. 4. Tuſc. Nihil ne in ipſa quidem pugna iracundè, rabioſè ve fecerunt.

Rabioſulus, diminutiuum. {τι μανικὸν ἢ λυσῶδες. *Aliquanto rabioſo & furioſo*. Gal. *Quelque peu furieux & enragé* Hiſpa. *Rauioſo vn poco*. } Cic. Trebatio lib. 7. Epiſt. Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

Rabidus, da, um, Propriè qui rabie laborat. {λυσῶν. Ital. *Rabbioſo*. Gal. *Enragé*. Hiſp. *Rauioſo*. } Plin. lib. 29 cap. 5, In canis rabidi morſu tuetur à pauore aquæ, capitis canini cinis illitus vulneri. ¶ Per tranſlationem tamen rabidum accipimus pro eo qui ſupra modũ ira incandeſcit, quiue alia de cauſa furibundo potius quàm ſanæ mentis homini ſimilis eſt. Autor ad Herennium, lib. 1, Iſte aſpectu rabido circunſpectans huc atque illuc. Idem In Arato. Vel toto ſpirans rabido de corpore flammam. Idem 7 Metamorph. Cerberum attraxit, rabida qui concitus ira Implcuit patrier ternis latratibus antas. Virgil. lib. 6. Aeneid. Vt primùm ceſſit furor, & rabida ora quierunt. Idem 2. Georg. At rabidæ tigres abſunt, & ſæua leonum Semina.

Rabidè, aduerbium. {λυσωδῶς, μανικῶς. Ital. *Con rabbia & furore*. Gal. *Auec rage & fureur, emagément*. Hiſp. *Con rauia*. } Cic. 5. Tuſc. Quid verò illum quem libidinibus inflammatum, ac furentem videmus, omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate?

Rabio, bis, bire. Nimis ira, & quaſi rabie agitor. {λυσσάω. Ital. *Rabbiare*. Gal. *Enrager* Hiſp. *Rauiar*. } Varro, Quid eſt quod latres? quid rabis? quid vis? Nonius tamen in loco Varronis iam citato rabis eſſe exiſtimat à rabo, tertiæ coniugationis verbo: quo & Cæcilium vſum oſtendit in Hypobolimæo, Aſt rabia rabere ſeſe ait.

RABIRVS, βάβιλος, Arabiæ Rex qui Antigonum Macedonem in vico, cui nomen deinde factum eſt Motho, interfecit. Autor Stephanus in dictione μωθώ.

RABIRIVS. Poſthumus, Eques Romanus fuit, qui perduellionis accuſatus, quòd Saturninũ pernicioſum ciuem, multáq; ſeditioſè in Rempub. mollientem occidiſſet, à Cicerone defenſus eſt pulcherrima illa oratione quæ pro A. Rabirio perduellionis reo inſcribitur. ¶ Rabirius etiam Poëta quidam fuit Ouidij temporibus, vt ipſe teſtatur 4. de Ponto, Quum foret & Matſus, magnique Rabirius oris.

Rabonem, Pro arrhabone dici quidam putauerunt, atq; adeò tanquam minimè negligendam, hunc in locum retulerunt: citantes locum Plauti ex Truc. -tene hoc tibi rabonem habeto, Vt mecum hac nocte ſies: Hi tamen ſi Plauti locum paulò diligentius expendiſſent, animaduertiſſent ſanè, Poëtam ſuo more iocari, vulgíque barbatiſmum irridere, qui λίβρα καὶ λοβόν, ἀντὶ ἁρπαλέα pro integra vſurpabant, Præneſtinos imitati, qui coniam dicebant pro ciconia. Sed hæc quo manifeſtoria ſint, verba Poëtæ adſcribamus. STRA. -tene hoc tibi, rabonem habeto, Vt mecum hac nocte ſies. ASTAPH. peri, rabonem quam eſſe dicam Hanc belluam? quin tu arrhabonem dicis? STRA. ita facio lucri, Vt Præneſtinis conia eſt ciconia.

Rabula, læ, Is dicebatur (inquit Nonius) quem nunc aduocatum, vel patronum cauſarum dicimus: ſiue à rabie, vt eidem Nonio placet: ſiue rauí, id eſt raucitate, vt is ſit rabula qui in negotiis agendis acer eſt. & rabioſus, quíque (vt ait Feſtus) in multis intentus eſt negotiis, paratúſq; ad radendum quid, auferendúmque. Hæc Feſtus. {ῥαψῳδός. Ital. *Auuocato, procuratore*. Gal. *Vn plaideyeur criard, vn plaidereau*. Hiſp. *Abocado*. } Alij rabulam dictum malunt à radendis auribus. Nam vt à fando fabula, à nando nabularita à radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, quàm quòd radant, id eſt offendant aures, & (vt ait Quintilianus) nimia verbofitate feriant, quaſi ab inſtrumento illo nuncupati quod rabula commodius, quàm radula vocari poſſit. Cic. in Orat. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum, & perfectiſſimum quærimus oratorem. Idem, Quaſi rabulæ qui ſibi diſerti non videntur, niſi omnia tumultu & vociferatione concuſſerint. Idem 1. de Orat. Non enim cauſidicum neſcio quem, neq; proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus.

Racemus, mi. pen. prod. Pars botryonis, ſine potius ipſe botryon, qui & botrys more Græco, & botrus noſtris dicitur, hoc eſt integra vua ex multis conſtans acinis. {βότρυς. Ital. *Racimolo grappolo*. Gal. *Grappe, ſoit de raiſin, de lierre ou autre*. Hiſp. *Razimo, gajo*. } Virgil. lib. 2. Georg. -tumidis rubuaſſe racemis. Horat. 2. Carm. Ode 5, -iam tibi liuidos Diſtinguet autumnus racemos Purpureo varius colore. Virgil. tamen lib. 2. Georg. aperté racemos diſtinguit ab vuis, quum ait, Et turpes auibus prædam fert vua racemus. Quo tamen in loco Vuam nonnulli figuratè pro ipſa vite poſitam interpretantur. ¶ Dicitur item Racemus de aliis fructibus, qui vuæ in modum ex pluribus acinis ſunt conglobati. Plin. lib. 16. cap. 34, de hedera, Aliis denſus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis.

Racemifer, a, um, Quod racemos fert. {βοτρυοφόρος. Ital. *Chi porta grappe*. Gal. *Qui porte grappes*. Hiſp. *Coſa que trahe ò lleua gajos*. } vt Vuæ racemiferæ. Ouid. 3. Metam. Ipſe racemiferis frontem circundatus vuis, Pampineis agitat velatam frondibus haſtam. Bacchus racemifer. Ouid. 15. Metam. Victa racemifero iuncas dedit India Baccho.

Racemoſus, ſa, ſum, Quod eſt racemis plenum. {βοτρυώδης. Ital. *Pieno de grappe*. Gal. *Plein de grappes*. Hiſpa. *Lleno de gajos*. } Plinius, Hederæ modo racemoſa eſt.

Racematus, a, um, Quod acinos habet, ſiue baccas, aut etiam grana racemi modo diſpoſita. {βοτρυώδης. Ital. *Che ha grappe*. Gal. *Qui a des grappes*. Hiſp. *Lo que tiene gajos*. } Plin. lib. 18. cap. 7. de Panico, Paruis racemato paniculis.

Racemarius, a, um, βοτρυώδης. Vt racemarius malleolus is dicitur, ex quo pampini pullulant, vel ſteriles, vel certè minus feraces, vt inquit Colu. lib. 3. cap. 18, Nec dubium quin gemmæ cacumini proximæ, quæ ſunt inſecundæ, in eo relinquantur ex quibus pampini pullulant vel ſteriles, vel certè minus feraces, quos ruſtici vocant racemarios.

Racematio, onis, Collectio racemorũ, qui à vindemiatoribus ſunt præteriti. {βοτρυολογία. Ital. *Il vendemiare le grappe*. Gal. *Grappage, recueil des grappes que les vendengeurs laiſſent*. Hiſpan. *La rebuſca*. } ſicut meſſibus peractis, quod ſupereſt, ſpicilegium dicitur.

Racha, ῥακά, Nomen Hebræum eſt (inquit Hieronymus) quod idem eſt quod κενός, id eſt inanis, aut vacuus, quem nos poſſumus vulgata iniuria, abſque cerebro nuncupare. Quidam etymologiam huius nominis de Græco trahere voluerunt, putantes dici pannoſum, Græcè enim pannus ῥάκος dicitur. Sed nos huius verbi proprietatem ſubtilius perſpicientes, nihil intelligimus aliud eſſe Racha, niſi vocem incognitam, iratí animi commotionem ſignificantis: quales ſunt interiectiones apud Grammaticos: ſicut à dolente Heu, ab iraſcente Hem, & eiuſmodi. Auguſt. in Matthæum, Racha vox indignantis animi motum ſignificans.

RACILIVS, Tribunus plebis, qui de Clodianis facinoribus eſt queſtus in Senatu, vt ſcribit Cic. in Epiſt. ad Qu. Fratrem.

RADAGASVS, Gothorum rex, qui floruit Arcadij & Honorij Cæſarum temporibus. Dicitur habuiſſe ſub ſignis ſupra ducenta bellatorum millia. Autor Paulus Diaconus.

Radicitus, Radico, Radicula, Vide RADIX.

Radius, dij, Splẽdor à ſole emicans. {ἀκτίς. Ital. *Raggio*. Gal. *Rayon du ſoleil, ou autre lumiere*. Hiſp. *El rayo*. } Varro, O ſumme ſol, qui totam hanc mundi compagem tuis radiis illuſtras. Cic. 5. de Finib. Ita enim paruæ, & exiguæ ſunt iſtæ acceſſiones bonorum, vt quemadmodum ſtellæ in radio ſolis, ſic iſtæ in virtutum ſplendore ne cernantur quidem. Ouid. lib. 2. Metam. Tum primùm radiis gelidi caluere Triones. ¶ Transfertur & ad fulgorem oculorum. Plinius, Cuius ex oculis radij nocte micantes cernuntur. Gell. lib. 5. cap. 16, Stoici cauſas eſſe videndi dicunt radiorum ex oculis in ea quæ videri queunt, emiſſionem. ¶ Item Radius dicitur virga, qua Geometræ lineas indicant. Virgil. 3. Aeglog. Deſcripſit ratio totum qui gentibus orbem. Inuenta autem eſt hæc ars, tempore quo Nilus plus æquo ereſcens, confudit terminos poſſeſſionum. Ad quos innouandos adhibiti ſunt philoſophi, qui lineis diuiſerunt agros. Inde Geometria à terræ potiſſimùm dimenſione dicta eſt: quanuis non tantùm terræ, ſed etiam maris, & cæli, & aëris ſpatia ea metiri conſueuerint. ¶ Item textoria inſtrumẽtum, quo ſubtegmen ſtamini inſeritur, radius appellatur. κερκὶς, κρουνός. Virgil. 9. Aene. Excuſſi manibus radij, reuolutáque penſa. ¶ Radij quoque in rotis dicuntur, qui hinc centro, illinc canthis inſeruntur. Græcè κνήμαι dicuntur. Virg. 1. Georg. Hinc radios triuere rotis. ¶ Inſtrumentum etiam quo radũntur menſuræ, radius vocatur, quod alio nomine hoſtorium nominant. Plautus. Dij, deæque omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia, ſine radio cumulent. ¶ Radij item dicuntur oliuæ oblongæ. Virgil. libro 2, Georg. Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ Orchites, & radij, & amara pauſia baccæ. Hos & radiolos nominat Colum. lib. 12. cap. 47, Album (inquit) pauſiam, vel orchitem, vel radiolum, &c. ¶ Eſt & radius paſtinacæ piſci pro telo. Plin. lib. 9 cap. 42, Paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum ei eſt) figens. ¶ Radius item à rei Anatomicæ peritis dicitur minus brachij os, inter cubiti curuaturam & carpum ſitum, maioríque oſſi quod cubitum appellant, ſuperincumbens. κερκὶς.

Radio, as, are, Radios emittere, fulgere. {ἀκτινοβολέω, λάμπω. Ital. *Riſplendere, mandar fuori raggi*. Gal. *Getter rayons & luire*. Hiſpa. *Reſplandeſcer, echar de ſi rayos*. } Ouid. lib. 2. Metam. Argenti biſores radiabant lumina vuæ. Colum. lib. 10. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu. Mart. lib. 8, Vera minus flauo radiant electra metallo. Propert. lib. 4. Eleg. 1, Nec tudis infeſtis miles radiabat in armis. Ouid. 3. Amor. Eleg. 3. Argutos habuit: radiant vt ſydus ocelli, Per quos mentita eſt perfida ſæpe mihi.

Radior, aris. Ouid. lib. 4. de Ponto, Eleg. 4, Scuta ſed & galeæ gemmis radientur, & auro.

Radians, tis, participium. {ἀκτινοβολῶν. Ital. *Che manda raggi*. Gal. *Getant rayons*. Hiſp. *Que echa de ſi rayos*. } Virgil. 6. Aeneid. Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.

Radiatus, adiectiuum, Quod radios habet, aut emittit. {ἀκτινωτός, ἀκτινοειδής. Ital. *Che ha raggi*. Gal. *Qui a des rayons*. Hiſpan. *Cercado de rayos*. } Cic. 4. Academ. Solis autem magnitudo, (ipſe etiam hic radiatus me intueri videtur) admonet, &c. Radiata rota. Varr. 3. de Re ruſtic. cap. 5, In inſula eſt columnella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita vt ad extremum vbi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cauata ſit.

Radiatio, onis, Radiorum eiaculatio, ſplendor, Verbale. {ἀκτινοβολία. Ital. *Luce, gittamento de raggi*. Gal. *Luem & get de rayons*. Hiſp. *Obra de echar de ſi rayos, luz*. } Plin. lib. 36. cap. 5, Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cuius contemplatione admonent ædimi parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt.

Radioſus, adiectiuum, Quod multos emittit radios. {ἀκτινώδης. Ital. *Pieno de raggi* Gal. *Qui gette force rayons, qui a grand lueur*. Hiſpan. *Lleno de rayos*. } Plaut. in Stycho, Poſtquam miſiſti ad portum cum lucu ſimul, Commodùm radioſus ecce ſol ſuperabat ex mari.

Radix, cis, Ima pars plantæ, qua alimentum attrahit. {ῥίζα. Ital. *Radice*. Gal. *Racine* Hiſ. *Raye*. } Cic. 5 de Finibus, Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus validè ſeruari. Virgil. lib. 2. Georg. Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſylua, Vt ceraſis, vlmiſque, &c. Idem lib. 3. Aen. Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos Vellitur, &c. Plinius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quum pali defixi radices cepissent. ¶Radices montis dicuntur imæ partes montis: similitudine sumpta à plantis, quarum radices infimæ sunt. Cæsar lib. 1. belli Ciuilis, Ab infimis radicibus montis intermissis circiter passibus quadringentis, castra facere constituit. Idem 7. belli Gall. Erat eregione oppidi collis sub ipsis radicibus montis egregiè munitus. In radice Palatij id est in ima parte Palatij. Cicero antequam iret in exil. Cuius templum à Rumulo victis Sabinis in Palatij radice cum Victoria est collocatum. ¶Agere radices, ῥιζοῦσθαι, est radices emittere. Et per translationem, pro stabilire, & firmitatem acquirere. Cic. lib. 2. Offic. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Defixum radicibus. Cic. 4. Philipp. Virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari potest.

Radicula, læ, Parua radix. ῥιζίον. Ital. *Radicetta*. Gal. *Racinette, petite racine*. Hisp. *Pequeña raýz*. } Colum. lib. 3. cap. 15, Idémque Pœnus autor probat, vinacea permista stercori, depositis seminibus, in scrobem vires mouere, quòd illa prouocent, & alliciant nouas radiculas. ¶Radicula etiam vocatur herba, succum habens lauandis lanis, & ab œsypo repurgandis accommodatissimum: quam ob id lanutiam Latini appellant. Dioscoridi σάπων dicitur. De hac Plin. lib. 19. cap. 3.

Radicitus, pen. corr. aduerbium, Significans à radice, vel vsque ad radicem, vel vnà cum radice. ῥιζόθεν, διὰ βάθους. Ital. *Fino d'alle radici*. Gal. *Depuis la racine, jusques à la racine totalement*. Hisp. *Arrancando de raýz, hasta ala raýz*. } Plin. lib. 18. cap. 26, Herbas malas radicitus erui. ¶Per translationem accipitur pro penitus, siue omnino. πάντως. Plaut. in Mostel. Nam omnia malefacta vestra reperi radicitus. Catul. Argon. Nonactias atque ille tulit radicitus altas Fagos. Propert. lib. 3. Eleg. 7, Huic fluctus viuo radicitus abstulit vngues. Cic. 1. de Finib. An potest cupiditas finiri? tollenda est, atque extrahenda radicitus. Idem pro domo sua, Videsne me non radicitus euellere omnes actiones tuas?

Radico, cas, pen. prod. siue Radicor, caris, Radices ago, radices emitto. ῥιζόω. Ital. *Far le radici*. Gal. *Getter racine, prendre racine*. Hispa. *Raygar, hazer raýzes*. } Plin. lib. 18. ca. 7, Frumenta multis radicantur fibris. Idem lib. 19. cap. 6, Scilla autem & bulbi, & cæpe, & allium nonnisi in rectum radicantur. ¶Hinc componitur eradico, quod est vsque ad radices, vel vnà cum radicibus euello.

Radicatus, a, um, participium, Quod iam radices egit. ῥιζόρριζος, ῥιζωτός. Ital. *Ch'a preso radice, rappigliato*. Gal. *Qui à pris racine, enracine*. Hispan. *Raygado*. } Colum. de Arbor. cap. 20, Arbores aut radicata semina Autumno serito.

Radicosus, adiectiuum, Quod multas radices habet. πολύῤῥιζος. Plin. lib. 16. cap. 34. Omnium generi radicosa brachia.

Rado, is, si, sum, Complano, incido, extirpo, mundo. ξέω, ξύω. Ita. *Radere, mondare, nettare*. Gal. *Racler, raire*. Hisp. *Raer, alimpiar*. } Colum. lib. 12, Sic tamen nequid radatur. Iuuenalis Satyr. 6, –nam Sergiolus iam radere guttur Cœperat Sueton. in Calig. cap. 5, Regulos quosdam barbam posuisse, & vxorem capita rasisse ad indicium maximi luctus. Virgil. lib. 7. Aeneid. Proxima Circeæ raduntur littora terræ. Lucr. lib. 5, –& ripas radentia flumina rodunt. ¶Radere aures, est re aliqua inamœna aures offendere. Quintil. lib. 3, Ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos, & aures præsertim delicatas raderet. hoc est offenderet, fatigarétque. ¶Ponitur aliquando pro scalpere. Plaut. in Aulul. Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua. ¶Huius composita sunt, abrado, adrado, circunrado, corrado, derado, erado, interrado, obrado, & prætrado: quorum significata vide suis locis.

Rasus, a, um, participium. ξυσθείς, ξυσθείς. Ital. *Raduto, ponduto*. Gal. *Rasé, raclé, ray*. Hisp. *Raido*. } Virgil. lib. 2. Georg. Tum leues calamos, & rasæ hastilia virgæ. Ouid. lib. 2. de Ponto, Eleg. 4, Vtque meus lima rasus liber esset amici, &c.

Rasito, tas, pen. corr. Sæpe rado. ξυσάω. Ital. *Radere spesso*. Gal. *Raire souuent*. Hisp. *Raer à menudo*. } Gellius lib. 3. cap. 4, Comperimus autem exteros quoque in his temporibus nobiles viros, barbam in eiusmodi ætate rasitauisse.

Rasorus, id est tonsorius, à radendo dict. ξυστής. Ital. *Chi rade*. Gal. *Racleur, rayeur*. Hisp. *El que rae*. } ¶Per translationem quoque fidicines dicuntur rasores, teste Nonio, quòd videantur chordas ictu radere.

Rasorius, a, um, Quod ad radendum pertinet. ξυστικός. Ita. *Pertinente à radere*. Gal. *Appartenant à racler*. Hisp. *Pertenesciente à raer*. } vnde Cultet rasorius dicitur quem alio nomine nouaculam appellamus. ξυστής. Cicero etiam tonsorium cultrum vocat, lib. 1. Officiorum.

Rasura, æ, Ipse radendi actus. ξύσις. Ital. *Esse radere*. Gal. *Raclure, rasure, raclement*. Hisp. *La raedura ò obra de raer*. } Colum. lib. 4. cap. 29, Eáque rasura ita diducitur, &c.

Rasilis, & hoc rasile, pen. corr. Idem quod rasus, seu politus, & nihil extantis ac redundantis plenitudinis habens, inquit Valla, lib. 1. cap. 10. ξυστός. Ital. *Accentio da radere*. Gal. *Rayi, rasé, aisé à raire ou racler*. Hisp. *Cosa que se puede raer*. } Ouid. 7. Metam. Rasilis huic summam mordebat fibula vestem. Foris rasilis. Catul. in Epithal. Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes, Rasilémq; subi forem. Interdum idem quod aprum radi. Virgil. 2. Georg. Et torno rasile buxum.

Radula, æ, pen. corr. Instrumentum ferreum, à radendo ductum, quo doliorum veterum pix liquata primùm vel in sole, vel lampade ardenti educitur, vt deinde iterum picentur ad futuram vindemiam. ξύστρα. Ital. *Raspatola, radimadia*. Gal. *Rassone*. Hispan. *La raedura, instrumento para raer*. } Colum. lib. 12. cap. 18, Sublata lampade rutabulo ligneo & ferrea cuneata radula ducitur, &c.

Ragades, Vide RHAGADES.

Raia, Genus piscis plani, & cartilaginei, in intergo & cauda spinas habés his simillimas quæ in rubo visuntur. βάτος. Ital. *Pesce raza*. Gal. *Raye*. Hisp. *La raya pescado*. } vnde & βάτος Græci, hoc est rubrum, appellarunt. Vide Plin. lib. 9. cap. 41. & Hermolai castigationes ibidem.

Ralla, Genus vestis, à raritate dictum, teste Nonio. Nam Rarum facit diminutiuum rallum. Plaut. in Epid. Tunicam rallam, tunicam spissam.

Rallum, A radendo, ferrum illud quo vomeres identidem purgantur in arando ξύστρα.

Ramale, Vide RAMVS.

Ramentum, ti, Tenuis cuiusque rei particula: à radendo, quasi rasura. ξύσμα, ξέσμα, ῥάσμα. Ital. *Rassatura*. Gal. *Route sorte de raclure*. Hispan. *Raedura, pedaço delo raydo*. } Vndè Ramenta auri, argenti, lignorum, & cæterarum rerum dicimus quæ ex sectione earum rerum decidunt. ¶Fluminum quoque ramenta dicuntur, quæcunque illa ex locis per quæ fluunt, abradunt: minutulæ arenæ partes. Plin. lib. 33. cap. 2, Apud nos tribus modis aurum inuenitur: fluminum ramentis, vt in Tago Hispaniæ. Nec vllû absolutius aurum est, cursu ipso, tritúq; perpolitû.

Rameus, Vide RAMVS.

Ramex, micis, Genus herniæ, continens sub se porocelam, quę est quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia induruit: sarcocelam, quum in ipso scroto concreuit caro: cirsocelam, quum venæ intumuerunt, ex quibus testiculi dependent: bubonocela, quum ipsi testiculi intumuerunt, & ex inflammatione dolorem afferunt. κήλη. Plaut. in Mercat. Tua causa rupi ramices, iandudum sputo sanguinem. Idem in Pœnulo, Tua causa nemo nostrum est suos rupturus ramices. Plin. lib. 30. cap. 15, Ramices infantium, lacertæ viridis admotæ dormientibus morsu emendantur. De ramice vide Celsum lib. 7. ca. 21. Colum. lib. 9, aliter accipit ramices, quum de victus cõstituendo sic inquit, Deinde per transuersa laterum cauæ transmittuntur ramices, qui exitus ferarum obserent.

Ramicosus, Qui ramicibus laborat. κηλητής. Plin. lib. 30. cap. 15, Ramicosis, cochlearum cinis cum thure ex oui albi succo illitus per dies triginta medetur.

Ramus, mi, Arborum veluti brachium, quod à caudice fusum, & in latitudinem sparsum, frondes emittit. κλάδος, κλάδη. Ital. & Hispan. *Ramo*. Gal. *Rameau, branche*. } Virg. 2. Georg. Tum fortes latè ramos, & brachia tendens. Cic. 3. de Orat. Quid in arboribus, in quibus nõ truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámque naturam, nusquam tamen est vlla pars, nisi venustat. Idem pro Cæcinna, Quj prætereuntes ramum defringerent arboris. Virgil. lib. 2. Georg. –qui me gelidis in vallibus Hæmi Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbra. Colum. lib. 4. ca. 10, Truncum deinde superposuit, velut quandã staturã corporis, & habitus: mox ramis diffudit, quasi brachiis. Virg. lib. 2. Georg. –neq; in vacuum poterunt se extendere rami.

Ramusculus, diminutiuum. κλαδίον. Ital. *Ramicello*. Gal. *Branchette, petite branche, petit rameau*. Hisp. *Pequeño ramo, ramillo*. } Plin. lib. 20. cap. 23. E viridi ferula ramusculus vtilis est ad omnia ea vitia. Dicitur & Ramulus. Columella, Et quum primùm germina tumebunt, de ramulis annicu lis eos ligato. Cicc. 1. de Diuin. Quum autem ille respondisset in agro ambulanti ramulum adductum, vt remissus esset, in oculum suum recidisse, &c.

Ramosus, adiectiuum, Quod multos ramos habet. κλαδώδης. Ital. *Brancuto, ramuto*. Gal. *Branchu, ramu*. Hispan. *Lleno de ramos*. } Plin. lib. 8. cap. 34, Cornua ramosa, vngula bifida, &c.

Ramulosus, adiectiuum à ramulus. ὁ καὶ ἡ κλωναλώδης, κλωνοειδής. Ital. *Pieno de ramicelli*. Gal. *Branchu de petites branches*. Hispan. *Lleno de ramillos*. } Plin. lib. 16. cap. 24. Ramulosa folia vimo, & cyriso.

Ramale, lis, pen. prod. Ramus inutilis ex arbore decisus. κλάδος, ὄρος. Ital. *Ramo inutile*. Gal. *Vne branche inutile qu'on coupe d'vn arbre*. Hispa. *Ramo enuegecido*. } Ouid. lib. 4. Meram. Multifidásque faces, ramaliáque arida tecto. Pers. Saty. 1, Vt ramale vetus vegrandi subere coctum.

Rameus, a, um, Quod ex ramo est. κλάδινος. Ita. *Di vn branco*. Gal. *De branche ou branchos*. Hisp. *Cosa de ramos ò ramones*. } Virgil. lib. 4. Georg. –& ramea costis Subiiciunt fragmenta, thymum, casiásque recentes.

Rana, næ, Genus animalis palustris, tam in terra, præsertim humida, quàm in aquis vitam habens. βάτραχος. Ital. *Rana, ranocchia*. Gal. *Vne grenouille, vne raine*. Hisp. *La rana*. } Hæc solito vocalior pluuiam denuntiat, vnde est illud Virgil. 1. Georg. Et veterem in limo ranæ cecinere querelam. Sunt & ranæ terrestres omnium maximæ: quæ quòd inter vepres & rubos potissimùm viuant, rubetæ à Latinis, à Græcis verò φρύνοι appellantur teste Plin. lib. 8. ca. 31. Est & alia ranæ species, quam calamitatem appellant, eo quòd inter arundines, fruticésque viuat. Est autem hæc ex omni ranarũ genere minima & viridissima, teste eodem Plin. lib. 32. cap. 10. ¶Sunt item ranæ mutæ, præsertim in Scripho insula, vnde & Rana Scriphia in prouerbium cessit, pro homine muto & elingui. ¶Est & Rana marina, quam à piscãdi astu, piscatricem cognominant, totam enim se limo operit, sola exerens cornua, quæ eminentia sub oculis habet. Ea conspicientes pisciculi, quum prædam ex iis captantes propius accedunt, ipsi ranæ præda fiunt. Vide Plin. lib. 9. cap. 42. ¶Præter hæc rana à medicis, dicitur tumor sub lingua cum inflammatione, quem & Græci βάτραχον, Auicenna ranulam appellat. Quod morbi genus etiam boues nonnunquam infestat. Colum. lib. 6. cap. 8, Solent etiam fastidia cibo affere vitiosa incrementa linguæ, quas ranas vocant veterinarij.

Ranunculus, li, diminutiuum. βατράχιον. Ital. *Ranocchio*. Gal. *Grenouillette, ranette*. Hisp. *Ranacuajo de la rana*. } Ranunculos per iocum vocat Vlubrenses Cic. ad Treb. lib. 8, quòd sibi obstreperent tanquam ranæ, quæ præsertim instante vespere totas paludes coaxationibus implent. ¶Est & ranunculus herbæ genus, quatuor sub se complectens species, quas vide apud Plin. lib. 25. cap. 13.

Rancco, es, Putridus sum, & rancidus. ῥαγῶδες εἰμί. Ital. *Diuenir rancido*. Gal. *Se moisir*. Hisp. *Enranciarse*. } Vnde Rancescere, quod est putrescere & corrumpi, & ex vetustate grauem odorem contrahere. σήπομαι.

Rancidus, da, dum, Putridum, & putidum, quod scilicet nimia vetustate corruptum fœtorem contraxit, & ingratum saporem. ῥαγώδης. Ital. *Rancio, rancido*. Gal. *Ranci, chansi, moisi, pourri*. Hisp. *Rancio ò ranciosso*. } Horat. 2. Serm. Satyr. 2, Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus Illis nullus erat: sed (credo) hac mente, quòd hospes Tardius adueniens vitiarum commodius quàm Integrum edax dominus consumeret. ¶Interdum pro insuaui ponitur. Plin. lib. 22. cap. 22, Quorundam ex his facilè noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu, liuido intus colore.

Rancidè aduerbium. ῥαγῶδως, αἰσχρῶς. Ital. *Rancamente, impropriamente*. Gal. *Ordement & salement, mal proprement*. Hisp. *Rancioſamente, ſuzamente*. } Gell. lib. 18. cap. 8, In collocandis verbis immodicè faciunt, & rancidè.

Rancidulus, diminutiuum. ὑπόῤῥαγος. Ital. *Alquanto ranco, muffito*. Gal. *Vn peu ranci, chansi, moisi*. Hisp. *Ranciosso vn poco*. } Iuuen. Satyr. 11, Non tamen

men his illa vnquam opsopia fiunt Rancidula.

Rancor, oris, Pucor quidam, atque odoris grauitas quæ ex vetustate & putredine, ac corruptione nascitur, à rãceo, nomen verbale. {σαπρία. Ital. *Puzzore di stato.* Gal. *Rancissure, moisissure, chanissure.* Hispan. *El rancio.*} sicut Acor, ab acceo, Albor ab albeo. Palladius de Re rust. Receptacula olei semper sint munda, ne nouos sapores veteri rancore infecta corrumpant.

Ranco, as, are, Verbum à tigridum sono effectum, quemadmodum rugire à voce leonum. Autor Philomelæ, Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones.

Rapa, pæ. Herba est nulli non nota, radicem habens quodammodo cartilaginosam, crassam, & in orbicularem formã conglobatam. {γογγυλίς. Ital. *Rana, rapa.* Gal. *Rabe, rane.* Hisp. *El nabo redondo.*} Ita dicta vt nonnulli existimant, quòd passim ex agro rapiatur. Quanquam non desunt qui etymon eius à Græcis petere malunt, qui napi quoddam genus rapis simillimum ῥάφυν & ῥάφυς nominant. Palladius, Rapa mutatur in napos, in alio solo per biennium sata: alio verò napus transit in rapam. Colum. lib. 11. cap. vltimo, Napus & rapa duas sationes habent. ¶ Dicitur & rapum, rapi, neutro genere. Mart. lib. 13, Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa Quæ damus, in cælo Romulus esse solet. Varr. lib. 1. cap. 11, Ex semine brassicæ vetere sato nasci aiunt rapam, & contrà ex raporum brassicam. Colum. lib. 2, ab his leguminibus ratio est habenda naporum, raporúmque: magis vtilia rapa sunt. De raporum natura vide plura apud Plin. lib. 18. cap. 13, Theoph. lib. 7. cap. 4, Dioscor. lib. 2. cap. 121.

Rapulum, li, diminutiuum à rapum. {γογγυλίς. Ital. *Picciola rapa, picciola rana.* Gal. *Petite rane.* Hisp. *Pequeño nabo redondo.*} Horat. 2. Sermon. Satyr. 8, In primis Lucanus aper leni fuit Austro Captus, vt aiebat cœnæ pater, acria circum Rapula. Idem Satyr. 2, -quum rapula plenus, Atque acidas mauult inulas.

Rapunculus, li. A quibusdam appellatur herba quam Dioscorides γογγυλὶδ' ἄγριον. Plin. rapum syluestre nominat. Ital. *Rapunzolo.* Gal. *Raponce.* Hisp. *Rapuncos.*

Rapacia, orum, Teneriores raporum frondes, & caulículi, quos in brassica cymas appellamus, non ingratum ipsis etiam hominibus cibum præbentes. {γογγυλίδων κόμαι. Ital. *Rauizzo.* Gal. *Les fueilles de la rane.* Hisp. *Las hojas del nabo redondo.*} Plin. lib. 18. cap. 13, Quadrupedes & fronde raporum gaudent: & homini non minor rapaciorum gratia quàm cymarum. In antiquis codicibus manu scriptis rapiciorum legitur, non rapaciorum. Vnde & rapicios coles apud Catonem legimus, non rapacios, cap. 35. de Re rust. Rapinam & coles, rapicij vnde fiant, & raphanum in loco stercorato bene, aut in loco crasso serito.

Rapina, prima syllaba prod. Locum significat rapis consitum, aut certè rapa ipsa vno quouis in loco nascentia. {τὸ γογγυλίων. Ital. *Luoco dous crescono rane.* Gal. *Rabiere, rauiere.* Hispan. *Lugar do sean nabos. semiente de nabos.*} Cat. de Re rust. cap. 51, Rapinam coles, rapicij vnde fiant, & raphanum in loco stercorato bene, aut loco crasso serito. Columel. lib. 11. cap. 2, Nam & naninæ, itémque rapinæ, siccaneis locis per hos dies fiunt.

Rapacitas, Rapaciter, Rapax, Vide RAPIO.

Raphanus, & Raphanitis, propterea quòd Græca sint à r aspirato initium sumentia, meritò hinc tanquam ex alienis sedibus, sustulimus, & inter aspirata, velut in proprium retulimus municipium.

Rapina, prima syllaba producta, Vide RAPA, & RAPIO.

Rapio, pis, pui, ptum, Vi, impetu, & celeritate quippiam aufero. {ἁρπάζω. Ital. *Rapire torre per forza.* Gal. *Rauir, emmener par force.* Hisp. *Arrebatar ò robar.*} Terent. in Andr. Sublimem hunc intrò rape, quantum potes. Idem in Adelph. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem. Virgil. 4. Georg. Quid faceret? quò se rapta bis coniuge ferret? Id est ablata. Et lib. 1. Georg. Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. Cic. 3. Verrina. Rapiunt eum ad supplicium dij patrij. Aliquando in præterito rapsi fecit. Cic. 2. de Legibus, ex XII. Tab. Sacrum, sacróve commendatum qui irepserit, rapserit ve parricida esto. ¶ Aliquando rapere, est vim afferre, vitiare, & propriè de virginibus, atque impuberibus pueris, etiam si loco non dimoueantur. βιάζομαι. Virgil. lib. 1. Aen. Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores. Liu. 6. belli Pun. Nec dubitari, incendique patriam videbo, nec rapi ad stuprum matres Campanas, virginésque, & ingenuos pueros. Seneca, Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. ¶ Rapere aliquem in ius, est quouis modo aliquem compellere, vt se iudicio sistat. Apud veteres enim consuetudo erat, si quis in ius vocatus ire recusaret, vt actor apprehensis præsentium auriculis, eósque antestatus rem vel vi in iudicium adducere posset. Quod & ipsum non obscurè docet Horat. lib. 1. Sermon. Sat. 9, -casu venit obuius illi Aduersarius: & quò tu turpissime? magna Exclamat voce, Et licet antestari? ego verò Oppono auriculam: rapit in ius: Clamor vtrinque, vndique concursus, &c. Plaut. in Pœnu. Rapiamus in ius. ¶ Rapere ad pœnam, est punire. Rapere ad disciplinam, est attrahere, & impellere ad disciplinæ cognitionem. ¶ Rapere aliquem in inuidiam, est odium in aliquem concitare. ¶ Composita, Abripio, Arripio, Corripio, Detipio, Diripio, Eripio, Irripio, Prærripio, Proripio, & Surripio, quæ vide suis locis.

Raptum, pti. Res rapta. {λεία, λάφυρον. Ital. *Ratto.* Gal. *Chose rauie, rapine, rapt.* Hisp. *Cosa robada ò arrebatada.*} Liu. 7. ab Vrbe, Quòd rapto viuere necessitas cogeret. Ouid. 1. Metam. Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus: Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est.

Raptura, æ, Rapiendi actus. {ἁρπαγή. Ital. *Rapimento.* Gal. *Rauissement.* Hisp. *Arrebatamiento.*} Plin. lib. 11. cap. 24, Quum verò raptura incidit, quàm vigilans, & paratus ad cursum?

Raptor, oris. Qui rapit. {ἁρπαξ, ἁρπαστής. Ital. *Rapitore.* Gal. *Rauisseur.* Hispa. *Arrebatador.*} Plaut. in Epid. Raptor hostium gloriosus. Virgil. 2. Aen. Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi ceu Raptores atra in nebula, quos improba ventris Exegit cæcos rabies. Horat. 3. Carm. Ode 10, Dura pòst paulo fugies in audax Prælia raptor.

Rapo, raponis. Idem quod raptor. ἅρπαξ. Pomponius, Ne vos contrahent auari, atq; rapones. Varro περὶ γεωργίων, vt citat Nonius, Prætor noster eripuit mihi pecuniam: de ea quæstum ad annum veniam ad nouum magistratum: tum hic rapo vmbram quoque spei deuoraſſet.

Rapto, ptas. Frequenter rapio, traho. {ἁρπάζω πολλάκις. Ital. *Strassicare.* Gal. *Rauir plusieurs fois & trainer par force.* Hispa. *Arrastrar.*} Virgil. 1. Aeneid. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Idem 3. Georg. Sed me Parnassi deserta per auia dulcis Rapta tamor. Tacit. lib. 12. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, &c. Cicc. pro Sestio, Fortunæ vexatæ, dissipati liberi: raptata coniunx. Virgil. 2. Aeneid. Raptatus bigis.

Rapax, cis, Auidus, & rapinis semper intentus. {ἅρπαξ}. Ital. *Rapace.* Gal. *Rauissant.* Hispan. *Lo que mucho arrebata.*} Suetonius, Inopia rapax, metu sæuus. Ouid. 8. Meta. Vtque rapax ignis non vnquam alimenta recusat. Plaut. Petsa, Procax, rapax, trahax. Sall. in Ciceronem, Imò verò homo leuissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modò hatum, modò illarum partium, nemini fidus: leuissimus Senator, mecœnarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine vacat. Lingua vana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè nominari non possunt, inhonestissima. Rapax procella, id est violenta, quòd omnia secum rapiat, verrátq; per auras. Catull. Epig. 22. Idémq; Thalle turbida rapacior procella. Rapax natura, id est sui similiũ attractrix. Cicc. de Amic. Nihil enim appetentius similium sui: nihil rapacius, quàm natura.

Rapacitas, atis. {τὸ ἁρπακτικόν. Ital. *Rapacità.* Gal. *Pillerie & rauissement.* Hisp. *El habito de mucho arrebatar.*} Colum. lib. 1. cap. 7, Nisi maxima vel negligentia serui, vel rapacitas interuenit. Mart. lib. 12, Diræ filius est rapacitatis. Cic. pro Cælio, Quis in rapacitate auarior?

Rapidus, a, um, Velox, celer: propriéque de fluminibus, torrentibus, procellis, fulmine, aliísque id genus, quæ celeritatis impetu obuia quæque secum rapiunt: quanquam & ad alia transsumitur. {ῥοῦς, ῥοώδης. Ital. *Rapido, veloce.* Gal. *Soudain, viste.* Hisp. *Raudo ò ligero.*} Cicc. 2. de Natu. deor. ex Arato, Has inter rapido veluti cum gurgite flumen. Virgil. 6. Aeneid. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon. Idem lib. 12. Aeneid. Rapidóque volans obit omnia curru. Idem lib. 5. Aeneid. Hic qui fortè velint rapido contendere cursu. Idem 4. Georg. Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis. Horat. de Arte, Dictus ob hoc lenire tigres, rapidósque leones. Oratio rapida, id est concitata. Cic. 2. de Finib. Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas.

Rapidè, aduerbium, Citò, velociter. {ῥοώδως. Ital. *Rapidamente, velocemente.* Gal. *Soudainement, vittement.* Hisp. *Raudo y ligeramente.*} Cic. 2. de Leg. Rapidéque dilapsus citò in vnum confluit. Idem in Orat. Quod quum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest.

Rapiditas, ditatis, Velocitas, & ipse celeritatis impetus. {ταχύτης. Ital. *Velocità, prestezza.* Gal. *Soudaineté, hastiuité, vitesse.* Hispan. *Aquella ligereza ò prestiza.*} Cæsar lib. 1. belli Ciuilis, Tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur.

Raptim, Per raptum, sine celeriter rapiendo. {ἁρπαγδὸν, ἁρπαλέως. Ital. *Velocemente* Gal. *Soudainement, à la haste.* Hispan. *Ligeramente, arrebatadamente.*} Plin. lib. 18. cap. 7, Semine raptim auium fame deuorato. Sæpe tamen accipitur pro celeriter, siue velociter. Liu. 3. ab Vrbe, Fabius omissis omnibus, prædam ex castris raptim Antium vexit. Cic. Att. lib. 1. Et raptim in eam sententiam Pedarij cucurrerunt. Cæsar 1. belli Ciuilis, His de causis aguntur omnia raptim atque turbatè. Cic. ad Attic. lib. 2, Hęc raptim scripsi.

Raptio, Rapina, & Raptus, distinguuntur ab inuicem, quòd raptio, ἁρπαγὴ ad personam: rapina, ἁρπαγὴ, ad rem: raptus, βία, ad stuprum referatur. {*Rappina, rubberia, rapimento, esso rapire.* Gal. *Rauissement, rapt.* Hispa. *Robo, obra de robar, arrebatamiento.*} Terent. in Adelph. Disperij Ctesiphonem audiui filium vnà in raptione fuisse cum Aeschino. Cicc. 1. Verr. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset. Idem Act. 5, Cæterósque decumanos, procuratores istius quæstus, & ministris rapinarum fuisse dico. Cæsar 1. belli Gall. Satis habebat in præsentia hostem rapinis populationibúsque prohibere. Ouid. 1. Amor. Eleg. 8, Certior à multis, nec tam inuidiosa rapina est. Cicc. 4. Tusc. Quis aut de Ganymedis raptu dubitat quid Poëtæ velint? Claud. lib. 2. de rap. Pros. Raptus metitur corde futuros. Idem, Matronarum ædes, virginum raptus. Cic. 6. Verr. Locus vt ipse raptum illum virginis quem iam à pueris accepimus, declarare videatur. ¶ In hac autem significatione, rapina primam syllabam habet correptam: quum à rapiendo deriuetur. Ouid. 1. Amorum, Eleg. 8, Certior è multis, nec tam inuidiosa rapina est.

Rapinator, Antiquis in vsu erat pro eo quem hodie raptorem dicimus. {ἁρπακτής. Ital. *Rapitore.* Gal. *Rauisseur.* Hispan. *Robador, Ladron.*} Quod & Nonius annotauit, citans Lucilium lib. 2, Homo impudicus impunè est rapinator.

Rapum, rapi. Vide RAPA.

Rarus, a, um, Laxum, spongiosum, & denso contrarium. {μανὸς, ἀραιός. Ital. *Raro.* Gal. *Rare, clair semé, non dru n'espois.* Hisp. *Ralo.*} Virgil. 4. Aeneid. Retia rara, plagæ, & lato venabula ferro. Ouid. 13. Meta. -vt ve liquor rari sub pondere cribri Manat. Virgil. 7. Aeglog. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. ¶ Interdum rarus idem est quod infrequens, & non vbique obuius. σπάνιος. Cic. de Amic. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis ineſt causa cur diligantur. Rarum istud genus (& quidem omnia præclara rara:) nec quicquam difficilius quàm reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Idem Cælio, lib. 2, Raras tuas quidem, sed suaues accipio literas. Statius 5. Syl. Laudati iuuenis rarissima coniunx. Horat. 1. Carm. Ode 35, Te spes, & albo rara fides colit Velata panno. Rarũ & vulgare, contraria, Cic. in Topicis.

Rarè, aduerbium, Infrequenter, non densè, non spissè. {Ἀραιῶς, μανῶς. Ital. *Raramente.* Gal. *Peu souuent, rarement.* Hisp. *Pocas vezes, raramente.*} Colum. lib. 2. cap. 9, Nam nisi rarè conseritur, vanam & minutam spicam facit.

Rarò, aduerb. Insolenter, infrequenter, minus sæpe. {σπανίως. Ital. *Di rara.* Gal. *Rarement, peu souuent, guieres.* Hisp. *Pocas vezes.*} Cicc. pro Rosc. Amer. Hoc maleficium ita rarò exitit, vt siquando auditum sit, portenti ac prodigij simile numeretur.

Rarius comparatiuum, & superlatiuum Ratissimè. Cicc. Lentulo, lib. 1, Epist. Quod si rarius fiet quàm tu expectabis, id erit causæ quòd non

eius generis sitetx meæ sint vt eas audeam temerè committere.

Raritas,atis, Propriè est laxitas contraria densitati. {μανότης. Ital. *Rarità.* Gal. *Rarité.* Hisp. *Laxidad.*} Cic. 2. de Nat. deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam. id est laxitas quædam spongiosa. ¶ Accipitur interdum pro paucitate, & infrequentia. σπάνις, ὀλιγότης. Plin. lib. 25. cap. 1, Turpissima causa raritatis, quòd etiam qui sciunt, demonstrare nolunt.

Raritudo, rudinis, Idem quod raritas, hoc est spongiosa quædam laxitas, contraria densitati. μανότης. Colum. lib. de Arbor. cap. 3, Et mediocri raritudine optima est viribus terra.

Rarenter, aduerbium. Idem quod raró. {σπανίως. Ital. *Di rado.* Gal. *Rarement, peu souuent.* Hisp. *Pocas vezes, ralas vezes.*} Gell. lib. 2. cap. 25. A rarus non dicitur rarè, sed alij rarò dicunt, alij rarenter. Cato cap. 103, Dato rarenter bibere. Pomponius Ergastulo, Longè ab vrbe villicari, quò herus rarenter venit, non villicari est, sed dominari mea sententia.

Raro, as, verbum inusitatum, Idem valens quod rarefacio. {μανόω. Ital. *Diradare.* Gal. *Esclarcir vne chose trop espoisse.* Hispa. *Hazer alguna cosa de dura rala, ralear.*} cuius tamen in vsu sunt composita, distraro, & interraro, quod est in medio tarum facio. Διαμανόω quo Colum. lib. 4. vtitur.

Rarefacio, cis, Rarum facio. {μανόω. Ital. *Far raro, diradare.* Gal. *Esclarcir vne chose trop espoisse.* Hisp. *Ralear, hazer rala.*} Colum. lib. 3, Hoc autem facile contingit si prius rarefeceris etiam eas partes supra quas ramum secaturus es, fœno, aut stramentis texetis. Lucret. lib. 6, Et rarefecit calido miscente vapore.

Rarefio, fis, passiuum à rarefacio. {μανοῦμαι. Ital. *Diuenir raro.* Gal. *Deuenir en petit nombre, s'esclarcir.* Hisp. *Enralescerse.*} Lucr. lib. 1, Nil prodesset enim calidum densatiet ignem, Nec rarefieri, si partes ignis eandem Naturam quam totus habet suus ignis, haberent.

Rarefactus, us, Adiect. {μανωθείς, μανωτός. Ita. *Fatto raro.* Gal. *Esclarci & d'espois mis en large.* Hisp. *Hecho rala.*} Lucret. lib. 3, –conquassarum ex aliqua re, Ac rarefactum.

Rarescо, is, Rarum fio, siue extenuor. {μανοῦμαι, μανοῦμαι. Ital. *Diuenir raro.* Gal. *Deuenir en petit nombre, s'esclarcir.* Hispa. *Hazerse rala, ralearse.*} Colum. lib. 3. cap. 16, Negligentia cultorum magna pars deperit, & interim seminum cætera quæ virent, rarescunt. Virgil. lib. 3. Aeneid. –& angusti rarescent claustra Pelori. Statius lib. 1. Sylua. Nubila rarescunt pluuiis. Columel. lib. 5. cap. 6, Sed vt densum arbustum commendabile fructu & decore est: sic vbi vetustate rarescit, pariter inutile, & inuenustum est.

Raripilus, a, um, pen. Quod habet raros pilos. {ψιλότριχος. Ital. *Che ha i peli rari.* Gal. *Qui a peu de cheueux.* Hispan. *Lo que tiene los pelos ralos.*} Columel. in Præfat. lib. 1. Et idipsum aliter curatur mutilum, & ratipilum, aliter cornutum & cetosum, quale est in Sicilia.

Rasis, teste Colum. lib. 12. cap. 20, Genus est etudæ picis, quæ ex vetustate dura effecta, contunditur, & in puluerem redacta, pharmacis admiscetur.

Rastelli, Vide RASTRVM.

Rastrum, stri, & in plurali rastri, masc. genere, & Rastra, neutro: instrumentum dentatum glebis confringendis idoneum. {ξύστρα, λίστρον. Ital. *Rastello, rutabolo.* Gal. *Vn rasteau.* Hisp. *El rastro.*} Plin. lib. 18. cap. 20, Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur, vbi res poscit, crate, vel rastro: & sato semine, iteratio. Terent. Heaut. –istos rastros interea tamen Depone. Virgil. 1. Georg. Multum adeo, rastris glebas qui frangit inertes, Vimineásque trahit crates, iuuat arua. ¶ Rastris item agri à noxiis herbis purgabantur. Ibidem. Quòd nisi & assiduis herbam insecta rastris, Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum. Quo in loco Seruius rastros pro sarculis accipi tradit. ¶ Erant item Rastri instrumenta, quibus vites arboréque ablaqueabantur. Virgil. 2. Georg. Contrà non vlla est oleis cultura: neque illæ Procuruam expectant falcem, rastróque tenaces, Quum semel hæserunt aruis.

Rastellum, diminutiuum, dicitur, quo, defecto fœno, prata stipulis purgabantur. {τὸ ξυστρίον, καὶ βραχὺ λίστρον. Ital. *Piccolo rastello.* Gal. *Petit rasteau.* Hisp. *Pequeño rastro.*} Varro lib. 1. de Re rust. cap. 46, Quum herba cresscre debit, & stipibus arescit, subsecari falcibus debet, & quoad perarescat. furcillis versari: quum peraruerit, de ea manipulos fieri, ac vehi ad villam. Tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque addere fœniseciæ cumulum. Quo facto ficilienda prata, id est falcibus consectanda, quæ fœnisecæ prætermierunt, ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum. ¶ Rastellum item Suetonius in Nerone, pro sarculo posuit, aut simili instrumento, terræ effodiendæ idoneo, Tuba (inquit) signo dato primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam humectis extulit.

Ratiarius, tij, Vide RATIS.

Ratio, onis, Princeps, atque nobilissima animæ facultas, qua vna à cæteris animantibus homo secernitur, & à qua rationalis appellatur. {τὸ λογικόν. Ital. *Ragione.* Gal. *Raison.* Hispa. *Razon.*} Nam sensitiuas animæ facultates cum brutis, naturales etiam cum stirpibus habemus communes. August. lib. 2. de Ordine, definit esse motionem mentis, ad ea quæ discutiuntur, connectenda, aut distinguenda. Cice. 1. Offic. Quam similitudinem natura, ratióque ab oculis ad animum transferens, &c. Ibidem. Duplex est enim vis animorum, atque naturæ: vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in oratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumque. Ita fit vt ratio præbet, appetitus verò obtemperet. ¶ Accipitur & pro ipsa ratiocinatione, hoc est pro discursu animi ad inuestigandum verum. Horat. Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. ¶ Rhetores rationem appellant probatiunculam propositioni subiectam. Autor ad Herennium lib. 2, Ratio est causa quæ demonstrat verum esse id quod intendimus, breui subiectione. ¶ Aliquando pro consilio & proposito ponitur. Cice. Verr. 1, Mea quidem ratio, quum in præteritis rebus est cognita, tum in reliquis explorata, atque prouisa est. τὸ ἐμὸν, καὶ τὸ καθ' ἑαυτὸν. Terent. in Adelph. Vestram nequeo satis mirari rationem. ¶ Aliquando pro respectu, & cura. Cic. Planco, Peto à te vt mei rationem habere velis, & salutis & dignitatis meæ. λόγον ἔχειν, κατὰ λόγον. Sic dicimus, Habenda est ratio honoris, ratio rei familiaris. Idem lib. 2. Offic. Habenda ratio est rei familiaris: quam quidem delabi sinere, flagitiosum est. ¶ Si verò iungatur cum præpositione cum, significat negotium, πρᾶγμα, σπουδή. Vnde habere rationem cum aliquo, est habere quod cum illo agas. Cic. 4. Verr. Nihil cum eo rationis habui. Idem Attico, Cum omnibus Musis rationē habere cogito. Idem pro Cælio, Cum hoc aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi turpe videatur? ¶ Aliquando ponitur pro causa, vt apud eundem Ciceronem ad Catonem lib. 15. Quum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem moratus. ¶ Aliquando pro modo, via, & forma. μέθοδος. Sallust. in Catil. At ego vobis, si modò vultis esse viri, rationem ostendam qua tanta ista fugiatis. ¶ Ratio item quandoque dicitur supputatio, vel calculus, siue expensa. {λογισμός. Ital. *Calculo.* Gal. *Conte, calcul.* Hisp. *Cuenta.*} Plaut. in Aulul. Supputatur ratio cum argentario. Idem in Amph. Et vt res, rationésque vestrorum omnium bene expedite vultis. ¶ Ratio etiam proportio dicitur: vt quum tria ad quatuor epitriti, quatuor verò ad sex hemiolij rationem habere dicimus. ἀναλογία. ¶ Rationem sui ducere, est quod indocti dicunt, *habere respectum ad suum commodum.* Cic. ad Trebatium lib. 7. ¶ Rationibus inferre aliquam summā, est etiam in rationibus perscribere. Rationibus referre, inter recepta computare. ¶ Rationem inire, est modum inuenire. ¶ Ad rationem nostrorum temporum, dixit Cic. in Bruto, id est cōparatione nostrorum temporum. ¶ Rationē capere oculis, est ex visu tantùm rationem concipere. ¶ Ponitur aliquando ratio pro eo quod recentiores quantitatē dicunt. Cato de Re rust. Vbi non erit, scito pro ratione fructuum esse. id est pro modo fructuum, aut quantitate. ¶ Ratio constare dicitur, quum iusta, & legitima apparet. Plin. Iunior, Mirum est quàm singulis diebus in vrbe ratio aut constet, aut constare videatur plutibus, cunctisque non constet. Pro eodem etiam dicimus, Ratio apparet, quum scilicet accepta cum datis collata, paria inueniuntur. Plaut. Trinum. Ratio quidem herele apparet: argentum, &c. ἀκριτον.

Ratiuncula, æ, diminutiuum à nomine ratio deductum: quod modò accipitur pro leui & futili ratione. {λογάριον. Ital. *Ragionella, ragionetta.* Gal. *Raisonnette.* Hisp. *Pequeña razon.*} Cic. 2. Tusc. Concludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum, quasi de verbo, non de re laboretur. Suggerere ratiunculas. Idem lib. 3. de Nat. deor. ¶ Modò pro supputatiuncula non magnæ pecuniæ. {Ita. *Calculo.* Gal. *Conte, calcul.* Hisp. *Cuenta.*} Terent. in Phorm. –erat ei de ratiuncula Iampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum: id vt cōficerem: confeci, affero. Plaut. in Capt. Ibo intrò, atque intus subducam ratiunculam, Quantillum argenti mihi apud trapezitam sit.

Rationalis, le, Cui à natura insitum est vt ratione vti possit: quod vni homini inter animantia est concessum. {λογικός. Ital. *Rationale, rationeuole.* Gal. *Raisonnable, qui vse de raison.* Hisp. *Cosa de razon.*} Quintil. lib. 7. cap. 4, Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale: nam equus, animal, sed irrationabile. Autor ad Herennium lib. 2, In causa rationali primùm quæretur, ecquid, &c. ¶ Rationales, & procuratores Cæsaris iidem erant, vt ait Lampridius in Alexandro, teste Budæo.

Rationale, lis, Apud Ecclesiasticos scriptores accipitur pro vestis sacerdotalis genere, quo vsi sunt Hebræorum Pontifices. λόγιον. Hieronymus ad Fabianum, Rationale etiam dicitur genus vestis, apud Hebræos ꝛ ο ʜ ᴀ ᴍ, Græcè λόγιον, nos Rationale possumus appellare: pannus est breuior ex auro, habens magnitudinem palmi per quadrum, & duplex, ne facilè rumpatur.

Rationarium, narij, Liber rationum. {λογισμικόν, ἐφημερίς. Ital. *Libro di conti.* Gal. *Liure de comptes, registre.* Hisp. *Libro de cuentas.*} Sueton. in Aug. Rursus tædio diuturnæ valetudinis, magistratibus ac Senatu domum accitis, rationarium Imperij tradidit.

Rationarius, a, um, vt Rationarius apparitor. {λογισμικός. Ital. *De conti.* Gal. *De comtes, de registre.* Hisp. *Cosa de cuentas.*} Marcel. Iurisconsultus, Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

Ratiocinor, aris, pen. corr. Ratiocinatione quadam deprehendo, colligo, computo. {συλλογίζομαι. Ital. *Comprendere qualche cosa con ragione, far conto, contare.* Gal. *Raisonner, discourir, syllogiser, conclure par raison.* Hisp. *Razonar, hazer cuentas.*} Gell. lib. 1. cap. 1, Plutarchus in libro quem scribit, ἐκ τῶν ὑγιῶν καὶ σεμνῶν τὸν ἄνδρα εἶναι φησὶ διανοίας καὶ λόγων λεπτῶν, scitè, subtilitérque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit, in reperienda, modulandáque statu, longitudinisque Herculis præstantia. Cic. lib. 1. Tusc. Quæst. At nos metiendi, ratiocinandique vtilitate inspecta, huius artis terminauimus modum. Idem 2. de Inuent. De pecunia ratiocinari sordidum est, quum de gratia referenda deliberetur.

Ratiocinatores. Dicuntur qui subducendæ rationis periti sunt: quos & calculatores nominat Martialis. {συλλογισταί, λογισταί. Ital. *Quaderniari, computatori.* Gal. *Qui tiennent comptes.* Hisp. *Contadores.*} Colum. lib. 3. cap. 3, Vt diligens ratiocinator posito calculo videt idgenus agricolationis maximè rei familiari conducere. Cic. ad Att. lib. 1, Libertum ego habeo sanè nequam hominem, hilarem dico ratiocinatorem, & cliētem tuum. Idem 2. Offic. Hæc igitur & talia circunspicienda sunt in omni officio, & consuetudo, exercitatióque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus: & in addendo, deducendóque, videre quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur, intelligas.

Ratiocinatio, onis, Principis animæ portionis, hoc est mentis functio est ex singularibus quibusdam vniuersalia inducens theotemata, communésque rerum ac generum summas: ex iisque deinde argumentatione plurima eliciens de quibus scientia habetur, vel opinio. {λογισμός. Ita. *Quando l'animo troua per ragione di fare ò non fare vna cosa, disputa.* Gal. *Raisonnement, disputte, conclusion par raison de faire ou de laisser.* Hisp. *Obra de razonar por hazer ò no hazer algo.*} Cic. 4. de Inuent. Ratiocinatio autem est diligens, & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur tum interfuisse, quum aliquid faciendum, aut non faciendum certa de causa vitasse, aut secutus esse animus videtur. Ratiocinatio (inquit Augustinus de immortalitate animæ) est diligens, & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. ¶ Accipitur aliquando ratiocinatio pro argumenti genere, ex duobus pronuntiatis conclusionem inferente, quem συλλογισμὸν vocant Græci.

Ratiocinatiuus, adiectiuum, Quod ad ratiocinationem pertinet. {συλλογιστικός.

γνώσεως. Ita. *Pertinente a tale disputa, & raggionamento.* Gal. *Apartenant a tel raisonnement & discours.* Hisp. *Perteneciente a tal razonamiento.* } vt Ratiocinationum genus orationis, apud Cic. 1. de Inuent. Quintil. lib. 7. cap. 2, Ratiocinatiua, atque collectiua quæstio orietur. Status ratiocinatiuus, Idem lib. 3. cap. 6.

Ratiocinium, nij. Supputatio, vel calculi subductio. { λογισμὸς, συλλογισμός. Ita. *Calculo, conto.* Gal. *Calcul, compte.* Hisp. *Calculo, cuenta.* } Colum. lib. 5. cap. 1, Hæc non aliena, nec procul à ratiocinio, quid tradituri simus, breuiter præfati oportuit. Et paulo pòst, Iugeri autem modus si semper quadraret, & in agendis mẽsuris in longitudinẽ haberet pedes c c x l. in latitudinem pedes c x x. expeditissimum esset eius ratiocinium.

Rationabilis, le, Idem quod rationalis, hoc est cui rationem natura indidit. { λογικὸς. Ital. *Rationale, ragionevole.* Gal. *Raisonable, qui vse de raison.* Hisp. *cosa de razon.* } Cui opponitur Irrationabilis. Quintil. lib. 2, Sed quia carent sermone quæ id faciunt, muta atque irrationabilia vocantur. Idem lib. 5. ca. 11, Nec si mutis finis voluptas, rationabilibus quoque.

Ratis, ratis, siue Rates, ratis, si Probo credimus, Connexarum trabium compages, quæ antequam nauigia essent inuenta, nauium vsum præbebat. { σχεδία. Ital. *Zattera, naue.* Gal. *Vn radeau, vne nasselle, barc ou basteau.* Hisp. *Balsa de maderos trauados, naue.* } Plin. lib. 7. cap. 56. Nauem primus ex Aegypto in Græciam Danaus aduexit: antè ratibus nauigabatur, inuentis in Mari rubro, inter insulas, à Rege Erythra. Cic. 7. Verr. Quum aut nauibus aut ratibus conarentur accedere. Καῦς χρησιμὰς tamen à Poëtis pro naui accipitur. Virgil. lib. 1. Aeneid. Disiectq; rates, euertitque æquora ventis. Ouid lib. 14. Meta. Pértq; rates pronas, medióque sub æquore mergit. Virgil. 10. Aeneid. Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris Aeneam, armétque rates, pelagóque vehatur. Idem 3. Aeneid. Postquam altum tenuere rates, &c.

Ratiarius, rij, masc. gen. dicitur vt nauicularius, non opifex, sed negotiator. { ὁ τὰς σχεδίας τὰς ἐκ χειρὸς, ἢ σχεδίας νοσοῦντας. Ital. *Vn nauicante.* Gal. *Vn basteiser, qui conduit vne nasselle.* Hisp. *El que rige aquella balsa à naue.* } Paulus de Pignor. act. l. Qui ratiario crediderat, quum ad diem pecunia non solueretur, ratem in flumine sua autoritate detinuit: posteaque flumen creuit, & ratem abstulit. Budæus.

Ratitus quadratus, & Ratitus triens, ab antiquis appellati sunt, quòd in iis ratis fuerit effigies, quemadmodum nauis in asse. Autor Nonius.

RATVMENA, Auriga fuit, qui quum in ludis Circensibus excussus fuisset, equi eius cum corona, & palma in Capitolium peruenerunt, sedémque ter lustrarunt. Ex quo factum est vt porta per quam intrauerant, Ratumena diceretur. Autor Plin. lib. 8.

Ratus, Vide REOR.

Raucæ, Vermes terreni, radices arborum lædentes. Plin. lib. 17. cap. 18. Olea vbi quercus effossa sit, malé ponitur: quando vermes, qui raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur, & transeunt.

Raucus, a, um, Qui nimio calore vel frigore, aut etiam clamore, vel alia causa vocem obtusam habet, compressam & impeditam. { βεγγώδης. Ital. *Rauco, roco.* Gal. *Enroué.* Hisp. *Ronco.* } Virg. 11. Aeneid. Dant sonitum rauci per sæua silentia cygni. Vbi raucos cygnos vocat, non quidem canoros, aut optimam vocem habentes, sed alarum concussione inter volandum, raucum per aëra sonum efficientes, qualis est clangor tubarum. ¶ Ponitur aliquando pro fesso, & defatigato: vt, Rauca fama. Cic. ad Varronem, lib. 9, Te verò nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus ad Baias venire, id est nisi ipse rumor defecerit. Budæus.

Rauciſonus, adiectiuum. { βεγγώδης, λόφος ῥαυκὸς. Ital. *Che ha vn suono rauco.* Gal. *Qui rend vn son enroué.* Hispan. *Cosa que tiene sonido ronco.* } Lucret. lib. 2, Concaua rauciſonóque minantur cornua cantu.

Raucitas, citatis, Vocis obtusitas, siue ex catarrhi defluxu, siue ex aëre frigido, siue ex febris calore, aliáve ex causa contracta. { βεγγώδης. Ital. *L'essere roco, rauchità.* Gal. *Enrouement, enrouure.* Hisp. *Ronquedad.* } Plin. li. 11. cap. 51, Elephans per nares tubarum raucitati similem edit sonum. Legitur & Raucedo, dinis, in eadem significatione.

Rauceo, ces, cũi, Raucus sum. { βεγγώδω. Ital. *Diuentar rauco.* Gal. *Estre enroué.* Hisp. *Enroquecerse.* } A quo Rauceſco, raucus fio, & compositum Irrauceſco.

Raudus, vel rodus, vel etiam rudus, teste Festo, significat rem rudem, & imperfectam. { ἀνέργαστον. Ital. *Rozzo, imperfetto.* Gal. *Rude, mal poli, imparfait.* Hisp. *No labrado, imperfecto, rudo.* } Nam & saxum quoque raudum appellant poëtæ. Accius Menalippe, Collocat sese in locum celsum: Hinc manibus capere raudus saxeum grande & graue. Aes quoque rude & impolitum, raudus, rodus, siue rudus dicebatur. Cincius de Priscis vocabulis, apud Festum, Quemadmodum omnis materia feré non deformata, rudis appellatur: & vestimentum rude, non perpolitum: sic æs infectum, rauduſculum, siue ruduſculum. Apud ædem Apollinis æs conflatum iacebat. id autem rudus appellabant. In æstimatione Censoria tamen æs infectum rudus dicebatur.

Rauduſculum, li, siue ruduſculum, diminutiuũ à raudus, siue rudus, Propriè est æs rude & infectum: quanquam nonnunquam etiam pro ære signato accipiatur, vt ex Cincio annotauit Festus. Vnde in venditionibus mancupi feripeum erat, Rauduſculo libram ferito.

RAVDVSCVLA, Porta Romæ appellata est, à raudo, id est ære, quòd ærata esset. Varro 4. de ling. Lat.

RAVENNA, ῥάβεννα, Vrbs in octaua regione Italiæ Sabinorum colonia, teste Plin. lib. 3. cap. 15. in ora litoris Adriatici, CII, M. distans ab Ancone, olim tota ligneis compacta ædificiis, aquis diffusa, pontibúsque ac lembis peragrata. Hanc quidam à Thessalis conditam perhibent. Alij post excisam Troiam, alij post confusas hominum linguas in Babylone, constructam fabulantur. Hæc quum à mari fiunt inundationes, non mediocrem accipit partem cœni paluſtris. Silius lib. 8, Lenta paludoſæ proscindunt stagna Rauennæ. Hinc ortus est Cassiodorus Senator, qui multa eruditissimé scripsit. Esse autem vrbem vetustam, res ab Ostrogothis gestæ commemorant, qui ibi regiam posuere. Liuius autor est, ab Augusto muris cinctã fuisse, quos Valentinianus Imperator postea ampliauit, eiúsque Archiepiscopo duodecim ciuitatum episcopos subiecit. Arimini, Cæsenæ, Forì Liuij, Forì Cornelij, Fauentiæ, Brixij, Bononiæ, Mutinæ, Regij, Parmæ, & Placentiæ. Hodie cum aliis pleriſque eiusdem tractus vrbibus Venetis paret: à quibus tam

egregiè est munita, tam splendidè instaurata, vt cum amplissimis, munitiſſimiſque Italiæ vrbibus iure possit conferri. Hæc fuit patria beati Apollinaris, primi eius episcopi, & Vitalis, & Germasij, & Protasij. Hinc ortus est Petrus ille Rauennas, illustris, Forì Cornelij episcopus, qui multa in Theologia diligenter scripsit.

Rauis, huius rauis, Idem quod raucedo, hoc est vocis obtusitas, siue ex catarrho, siue ex aëris frigiditate, siue ex febris calore, aut etiam ex immoderato clamore contracta. { βεγγώδης. Ital. *Rauedà, l'essere roco.* Gal. *Enrouement, enrouure.* Hisp. *Ronquedad.* } Plaut. in Aulul. Huccine deduristi me ad senem parcissimum, Vbi siquid poscamus, ad rauim poscamus prius, Quàm quicquam detur? id est improbè, (inquit Erasmus) sæpius, clamosè, adeó vt vox etiam toties vociferanti rauescat. Apuleius lib. 3. Floridorum, Claritudo arteriæ obsoleſcit: ideoque eadem boando purgant rauim. Hinc Rauio, nis, & Rauus, a, um.

Rauus, ua, um, Quod medium habet colorem inter flauum & cæsium, vt interpretatur Festus: siue quod ex fuluo definit in nigredinem. χροιὰ ὠχρὰ. Cic. lib. 4. Acad. Quia nobiſmetipſis tum cæruleũ, tum rauum videtur, quódq; nunc lole collucet. Sic ab Horatio Raua lupa dicitur à colore oculorũ, lib. 3. Carm. Ode 27, -aut ab agro Raua decurrẽs lupa Lanuuino. Varr. 2. de Re ruſt. ca. 2, Cornibus prouis ad rostrum, rauis oculis.

Rauidus, adiectiuum, Quod ex fuluo colore nonnihil ad nigredinem declinat. { μελανόχρους. Ital. *De colore del cielo.* Gal. *A Runé, de la couleur du ciel.* Hisp. *De color entre gariço y castaño, color del cielo.* } vt Rauidi oculi. Colum. lib. 8. cap. 2, Sublimes sanguineæque, nec obliquæ cristæ, rauidi, vel nigricantes oculi. χροιὰ μελίχλωρος.

Rauiſcellus, diminutiuum, adiect. Plautus, Quis (inquit) hęc mulier, & ille rauiſcellus qui venit? Festus, Raui coloris appellantur, qui sunt inter flauos & cæsios, quos Plautus appellat rauiſcellos.

Rauilię, Dicuntur qui rauos oculos habent. χαροπὸς ἢ μελίχλωρος. quemadmodum qui cæsij, cæsilię. Festus.

RAVRICI, Galliæ Belgicæ populi non procul à Rheno, Triboris, Heluetiis, & Sequanis finitimi: quorum caput fuit Rauricũ, siue (vt apud Ptolemæũ legitur) Augusta Rauricorũ, cuius etiam hodie ruinæ quædam ostenduntur non procul à Basilea. Vide Althamerum in Tacitum.

R ante E

Re, Præpositio per apocopen à retrò facta videtur. ἀνά. Vnde Respicio, retrò aspicio, Reuertor, retrò vertor, Repoſco, rem datam retrò poſco. Et nonniſi compoſita reperitur. Habet & alias significationes. Nam quandoque perfectionem denotat, vt Recognoſco. Quandoque reciprocationem, vt Redamo. Quandoque contra, siue aduersus, vt reluctor, id est repugno, resisto. ἀντί. Quandoque iterum atque iterum, seu sæpe: vt Reputo. Quandoque reditum ad pristinum statum: vt, Repuerasco, ad pueritiam redeo: Renouo, ad nouitatem reduco. Quandoque valde, vt Redundo. ὑπερ. ¶ Quandoque longè. Virg. lib. 3. Italiam petere, & terras tentare repoſtas. Vbi Seruius, Repoſtas, id est longè positas. Sic Remouco, longe moueo. ¶ Quandoque denotat contrarietatem suorum simplicium: vt Retego, quod est rectum denudo. Resigno, quod signatum erat aperio. Recludo, clausum patefacio. ¶ Quandoque habet diuersam, licet non contrariam, à suis simplicibus significationem: vt Reſcisco. Nam quum scire, sit cognoscere: reſcire tamen, siue reſciſcere, non est rursus cognoscere, sed factum aliquod occultius, & inopinatum, insperatúmque cognoscere, scitè aduertere. ¶ Aliquando nihil omnino addit significationi sui simplicis. Nam recaleo (vt mox docebimus) nihil aliud est quàm caleo. ¶ Componitur autem cum dictione ab a, incipiente: vt redamo, redarguo: b, vt rebello: c, vt recurro: d, vt reddo: e, vt redeo: f, vt refero: g, vt regredior: h, vt redhibeo: i, vt reiicio: l, vt relego: m, vt remigo: n, vt renitor: p, vt repugno: q, vt requiro: ſ, vt reſarcio: t, vt retineo: u, vt reuertor. Sed cum a, e, & h, interponitur d, causa euphoniæ.

Reædifico, as. Instauro, ædificium collapsum restituo. { ἀνοικοδομῶ. Ital. *Reedificare, rifar di nuouo.* Gal. *Redifier, rebaſtir, baſtir de rechef.* Hisp. *Edificar de nuevo.* } Reædificare meritum, pro reſarcire. Cic. ad Atticum, lib. 6, Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore.

Reapſe, significat reipsa. τῷ ὄντι. Pacuuius, Si non est ingratum reapſe quod feci. Cic. 1. de Diuin. Formæ quæ reapſe nullæ sunt, speciem autem offerunt. Idem 5. de Finib. Quod idem reapſe primum est.

REATE, Reatis, ῥεάτη. Stephano, Ciuitas in Vmbria, Italiæ vmbilicus teste Plin. lib. 3. cap. 12, ex qua Vespasianus originem duxit.

Reatinus, ῥεατῖνος, Gentile. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 6, Ego, inquit, de asinis potiſſimùm dicam, qui sum Reatinus, vbi optimi & maximi fiunt.

Reatus, tus, Status & conditio reorum: hoc est habitus demissus, pannosus, squalidus, & misericordiæ aucupator. { τῶν ἐνόχων κατάστασις, ἢ ἐνοχή. Ital. *L'essere reo, la conditione del reo.* Gal. *La condition & l'estat de ceux qui sont accusez.* Hisp. *Culpa, obligacion alapena.* } Vnde reorum sordes, sordidatique rei dicebantur. Iuriſconsultus. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit. id est in eum mitius animaduertendum, qui diu sordidatus fuerit: id quod euenire solet aut Iudicum consilio in diem longiorem iudicium reiicientium: aut pro re nata, si, quia, de causa planè non liquebat, reus sæpius amplatus est. Pars enim pœnæ esse visa est, longa temporis intercapedo in conspicuo calamitate, & miseria. Hodie in reatu sunt qui vel carcere detenti, squalore & illuuie conficiuntur, aut qui honoris causa custodiæ sunt, aut apparitorum commiſſi, aut vadimonio, aut vadibus obstricti sunt, aut expromissoribus. Iustin. lib. 4, Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia secunda Niceas & Lamachus faciunt. Ad reatum, id est ad causam dicendam, inquit Budæus. Errore autem nimio (vt inquit idem Budæus) hæc opinio inter nostræ ætatis Iuriſperitos inualuit, vt reatus pro crimine exaudiatur. Est autem reatus vocabulum nouum, Ciceronis ætati incognitum: proximo tamen seculo imperante Augusto à Messala primùm vsurpatum. Quintil. lib. 8. cap. 3, Nam & quæ vetera nunc sunt, fuerunt olim noua, & quædam in vsu perquam recentia. Messala primus reatum, munerarium Augustus primus dixerunt. Martialis lib. 1, Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum, Squalidus hærebo, pallidióque reo.

Rebello, las, Repugno, bellum instauro: propriéque de iis dicitur qui in fide quam principi, aut Reipub. obligarunt, non permanent: aut qui

aliquando victi, & in deditionem recepti, bellum redintegrant. {ἀφίστανται, ἀφίστανται. Ital. *Rebellare, resorgere.* Gal. *Rebeller, se revancher.* Hispa. *Rebelar.*} Cæsar. 8. belli Gall. Si tali ratione diuersis in locis plures rebellare cœpissent. Liu. 8. ab Vrbe, Quia cum Latinis rebellare noluissent. Lucan. lib. 3, -nisi qui vinci potuere rebellent. ¶ Rebellare dicuntur vulnera, seu alia vitia, quum semel curata repullulãt. Plin. lib. 25. ca. 13, Nostri herbarij strumeam vocant, quoniam medetur strumis & panis: crescúntque ea rursus fata rebellare quæ curauerit vitia. Rebellat humor. Plin. lib. 13. cap. 12. Minus sorbet politura chartæ, magis splendet: rebellat sæpe humor incuriosè datus, primóq; malleo deprehenditur: aut etiam odore, quum fuerit indiligentior.

Rebellator, oris, Qui semel victus, & in deditionem receptus, bellum instauratq; aliquo in fide principi aut ciuitati obstricta non permanet. ἀφίστανος. Ital. *Rubello.* Gal. *Celuy qui rebelle.* Hisp. *El que rebela.*

Rebellatrix, fœmininum. {ἀνταφίστανος. Ital. *Donna che si rebella.* Gal. *Celle qui rebelle.* Hisp. *La que rebela.*} Liu. lib 10. belli Maced. Dictu, quàm re, facilius sit prouinciam ingenio ferocem & rebellatricẽ confeciſſe. Ouid. 3. Trist. Eleg. 12, Téque rebellatrix tandem Germania magni Triste caput pedibus supposuisse ducis.

Rebellio, onis, Defectio, seu belli instauratio. {ἀφίστανος, ἀνάστασις. Ital. *Rubellione.* Gal. *Rebellion.* Hispa. *Rebeldia, obra de rebelar.*} Cæs. 3. belli Gal. Rebellio facta post obsidionem. Tacit. lib. 3, Eodem anno Galliarum ciuitates rebellionem cœptauere.

Rebellis, le, adiectiuum, Qui semel victus, & in deditionem receptus, bellum instaurat, quíve principis aut reipublicæ suæ imperium detrectat. {ἀνταφίστανος. Ital. *Rubello.* Gal. *Rebelle.* Hisp. *Rebelde ò que rebela.*} Virgil. 6. Aeneid. Sternet Pœnos, Gallúmque rebellem.

Rebellium, lij, Idem quod Rebellio. {ἀφίστανος μός. Ital. *Rubellione.* Gal. *Rebellion.* Hisp. *Rebeldia.*} Liu. 5. Decad. lib. 2, Qui deditis contra ius, & fas bellum intulisset, & pacatos ad rebellium incitasset.

Rebito, as, Compositum à re, & ito, as frequentatiuo verbi eo, is, quo antiqui vtebantur pro reuertor, redeo. {ἐπανέρχομαι. Ital. *Ritornare.* Gal. *Retourner, aller derechef.* Hisp. *Tornar de algun lugar.*} Interpositum autem est b, tantùm euphoniæ causa. Plaut. in Capt. -ac si non rebitas huc, vt viginti minas dem pro te.

Reboo, teboas, Ex re, & boo, remugio: & per translationem resono, resulto. {ἀνάβοσις, ἀναμυκᾶσθαι. Ital. *Mugiare.* Gal. *Remugir, retentir contre, respondre à celuy qui mugit ou crie.* Hispan. *Dar voz, resonar.*} Virgil. libro 3. Georgic. -reboant syluæque & magnus Olympus. Vbi Seruius, Reboo Græcum est: nam apud Latinos nullum verbum est quod ante o finalem, habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant Incoho.

Recalcitro, as, Idem quod calcitro, hoc est calce ferio. {λακτίζω Ital. *Recalcitrare, cio è percuotere con calci.* Gal. *Regimber.* Hispa. *Tirar coces atras.*} Propriè de equis dicitur, quanuis etiam ad homines transferatur. Horat. 2. Serm. satyr. 1. Cui malè sit palpère, recalcitrat, vndique tutus.

Recalco, as, Rursus calco. {ἀνασπάω. Ital. *Tornar di nuouo à calcare.* Gal. *Derechef fouler aux piés.* Hispan. *Hollar otra vez.*} Colum. lib. 2. cap. 2, Si velis scrobibus egestam humum recondere, & recalcare, quum aliquo quasi fermento abundauerit.

Recalco, recales, pen. corr. Idem quod simplex calco. {θέρομαι. Ital. *Scaldare.* Gal. *S'eschauffer de rechef.* Hisp. *Calentar.*} Virg. 12. Aeneid. -vix vbe tuemur Spes Italas, recalent nostro Tyberina fluenta Sanguine.

Recalfacio, recalfacis, pen. corr. Rursus calidum facio. {ἀναθερμαίνω. Ital. *Riscaldare.* Gal. *Reschauffer.* Hisp. *Calentar otra vez.*} Ouid. 8. Meta. -calidúmque prioris Cæde recalfecit consorti sanguine telum.

Recalesco. Rursus calesco. {ἀναθερμαίνομαι. Ital. *Riscaldarsi.* Gal. *S'eschauffer de rechef.* Hisp. *Calentarse otra vez.*} Cic. lib. 2. de Nat. deorum. Quod nostris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione recalescunt. Ouid. 2. de Remed. Am. Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem?

Recaluus, a, um, cui non totum caput, sed sinciput caluum est. {ἀναψιλόκρανος. Ital. *Caluo dauanti.* Gal. *Chauue par deuant.* Hispan. *Calvo de antes.*} Plaut. in Rud. -ecquem Recaluum ac silonem senem.

Recaluaster, stri, diminutiuum est à recaluus: eúmque significat qui fronte subcalua est, non toto capite: quasi recaluatulus. Valla lib. 1. cap. 7. ἀναψιλοκρανίας. Ital. *Caluetto.* Gal. *Chauue par deuant, vn pen chauue.* Hispan. *Vn poco caluo.*

Recandesco, cis, A verbo recandeo, Denuò candens, siue ignitus fio. {ἀναπυρώσομαι. Ital. *Riscaldarsi, di nuouo affocarsi.* Gal. *Estre reblanchi par force de feu.* Hisp. *Tornarse à encender.*} ¶ Accipitur aliquando pro recalescere. Ouid. lib. 1. Met. Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti, Solibus æthereis, altóque recanduit æstu. ¶ Per translationem quoque ira recandescere dicitur, quum semel propemodum lenita, rursus exasperatur. Ouid. lib. 3. Metam. Audito clamore recanduit ira. ¶ Interdum idem est quod candidum fieri. Ouid. lib. 4. Metam. Séque super Pontum nullo tardata timore Mittit, onúsque suum: percussa recanduit vnda. Id est alba & candida facta est ex spuma, quam mare concitatum solet emittere.

Recano, recanis, recinui, recentum, Cantu renoco. {ἀνακαλῶ. Ital. *Recantare.* Gal. *Chanter apres, chanter apres.* Hisp. *Cantar, ò responder à lo que otro canta.*} Plin. lib. 10. cap. 33, de perdice loquens, Adeóque vincit libido etiam fœtus charitatem, vt illa furtim, & in occulto incubans, quum sensit fœmina aucupe accedente ad marem recanat, reuocétque.

Recanto, as, are, Idem est quod diuersa superioribus canere, & quod antè asseruimus retractare. {παλινῳδῶ. Ital. *Cantare al contrario di prima.* Gal. *Rechanter, chanter au contraire.* Hispa. *Descantar ò cantar otra vez.*} ¶ Hinc Recantatus, a, um, participium. παλινῳδηθείς. vt, Opprobria recãtata, id est mutato carmine in laudem conuersa. Horat. 1. Carm. Ode 16, -nunc ego mitibus Mutare quæro tristia, dum mihi Fias recantatis amica Opprobriis animúmque reddas. Curæ recantatæ. Ouid. 1. de Remed. am. Nulla recantatas deponent pectora curas. ¶ Interdum recantare, est sonum cantati carminis reflectere. Mart. lib. 2, Nusquam Græcula quod recantet Echo. ¶ Plin. lib. 28. cap. 2. pro incantare videtur vsurpasse. Non pauci (inquit) serpentes ipsos recantari credunt: &

hunc vnum esse ipsis intellectum: contrahíque Marsorum cantu, etiam in nocturna quiete.

Recedo, dis, quasi retrò cedo, Abeo. {ἀπέρχομαι. Ital. *Partirsi, farsi da canto.* Gal. *Se tirer arriere, se retirer, s'esloigner.* Hisp. *Partirse de algun lugar.*} Cicer. Att. lib. 2, Aduola in Formianum: vnde nos pridie Non. Maias recedere cogitamus. Plaut. in Capt. Proin tu ab istoc procul recedas. ¶ Ponitur aliquando pro reuertor. ὑποχωρῶ. Sall. in Iug. Albinus Aulo fratre in castris pro Prætore relicto, Romam recessit. ¶ Aliquando pro diminui. Plin. Epist. 6. lib. 3, Recessit venter. ¶ Aliquando pro disiungi. Celsus, Sed in aliis quidem ossibus ex toto sæpe fragmentum à fragmento recedit, &c. ¶ Recedere ab officio, est deserere officium. Cicer. 3. Offic. Quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus. Recedere ab armis, est cessare, desistere. Cic. pro Roscio Am. Posteaquàm ab armis recesserunt, in summo otio, rediens à cœna Romæ occisus est. Recedere à vita, est mori. Cicer. 4. Tuscul. Quippe qui ob eam causam à vita recesserit. Recedere ab oculis, est è conspectu abire: quod tamen ipsum accipitur pro mori, κατ' ἐφημισμόν. Pli. Epist. 25, Viuit enim, viuétque semper, atque etiam latius in memoria hominum & sermone versabitur, postquam ab oculis recessit. ¶ Recedere à conditione, persona, statu, est quod dicimus immutare personam, conditionem, statum. Cic. Attic. lib. 1, Nam neque de statu nobis nostræ dignitatis est recedendum, &c. Idem pro Quintio, Qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet.

Recessus, Actus recedendi, discessus, abitus. {ἀναχώρησις, ἀναχώρημα. Ital. *Il ritirarsi à dietro.* Gal. *Reculement, eslognement, retraitte.* Hisp. *Partida de lugar atras.*} Cui opponitur Accessus. Cicer. 3. de Orat. Luna accessu & recessu suo, Solis lumen accipit. ¶ Interdum idem quod secessus, id est locus secretior, turba & tumultu vacuus. ἡσυχία. Cic. Attico, lib. 12, Mihi solitudo & recessus prouincia est. ¶ Recessus oculi, est ipsa concauitas, in qua oculus recondítur. Plin. lib. 8. cap. 33, Oculi in recessu cauo, tenui diserimine, &c. ¶ Recessus animi, per translationem dicuntur cogitationes reconditæ, quæ difficilè possunt perquisitari. Cic. pro M. Marcello, Quum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus.

Recello, lis, Apuleius lib. 10. Meramorph. videtur accipere pro eo quod est reducere, retrahere. {ἀνέλκειν. Ital. *Ridurre, inchinare.* Gal. *Abaisser, fouler & presser vers en bas.* Hispan. *Inclinar, tornar à tras otra cosa.*} Illa (inquit) quoties ei parcens, nares recellebam accedens, toties visu rabido & spinam prehendens, &c. Liu. autem lib. 4. bel. Pun. videtur vsurpasse pro deprimere: quod & Budæus annotauit. Verba Liuij sunt hæc. Ferrea manus quum iniecta proræ esset, grauique libramento plumbi recelleret ad solum, suspensa prora, nauim in puppi statuebat. id est deprimeret, inquit Budæus.

Recens, Nouus, nouitius, qui nuper fuit: cuius antitheton est vetus, siue vetustum. {νεαλής, νεοφανής, νεωστί. Ital. *Fresco, nouo, recente.* Gal. *Nouueau, frais, recent.* Hisp. *Cosa reziente ò nueua ò fresca.*} Cic. Aul. Cœcinnæ, Commemorarem non solùm veterum, sed horum etiam recentium, vel ducum, vel comitum tuorum grauissimos casus. Terent. in Adelph. Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. Virgil. 3. Georg. -Iubeo frondentia captis Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes. ¶ Recens & lassus contraria. Curtius lib. 3, Timere ne non virtute hostium, sed lassitudine sua vincerentur. Persas recentes inde successuros, si laxius stare potuissent. Ouid. 2. Metam. Ardua prima via est, & qua vix mane recentes Enituntur equi.

Recens, aduerbium. {νεωστί. Ital. *Frescamente, nouellamente.* Gal. *Nouuellement, de nouueau, il n'y a gueres.* Hisp. *Reziente, ò frescamente.*} Plautus, Qui recens ex agro venerat. Virgil. 3 Georg. Sole recens orto. id est recenter, vel paulo anté. Sueton. in Tiberio Cæs. cap. 1, Inde Romam recens conditam, cum magna clientum manu commigrauit. Plin. lib. 18. cap. 22, Quàm recentissimè stercorato solo.

Recenter, aliud aduerbium: cuius nullum nunc occurrit exemplum.

Recenseo, es, Recognosco, & summam totius multitudinis per numeros colligo. {καταλέγομαι, ἐξετάζω, ἀναθεωρῶ, ἐπισκοπῶ. Ital. *Riconoscere, ricommemorare, fare vna risegna, vna mostra generale de soldati.* Gal. *Faire vne reueue, faire vne monstre generale de gens de guerre, nombrer, raconter.* Hisp. *Remembrar algo, hazer alarde de gentes.*} Liuius, Inter hæc recenset exercitum, militem instruit. Idem 6. bel. Pun. Deinde acceptis nominibus ciuitatum, recensuit captiuos, quot cuiusque populi essent. Virgil. 4. Georg. Concedit scopulo medius, numerúmq; recenset. ¶ Recensere, narrare. διηγεῖσθαι. Cic. ad Attic. lib. 16, Ob ins enim recensés multa quæ vellem. Ouid. Epist. 9. I nunc, tolle animos, & fortia facta recense. Stat. 4. Syl. Dinumera fastos, nec parua exempla recense.

Recensus, a. um, participiũ, Id est recognitus. {ἀναθεωρηθείς, καταλεγθείς. Ital. *Riueduto, contato, nominato.* Gal. *Reueu, compté, nombré.* Hisp. *Remembrado, nombrado.*} Sueton. in Vesp. cap. 9. Amplissimos ordines, & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia purgauit, suppleuitque recẽso Senatu, & equite, submotis indignissimis, & honestissimo quoq; Italicorum ac prouincialium allecto.

Recensus, us, ui, Lustratio, siue recognitio exercitus, alteriúsve multitudinis. {ἐξέτασις. Ital. *Esso riuedere & nominare.* Gal. *Reueue, nombrement.* Hisp. *El alarde.*} Sueton. in Cæsare Dict. cap. 41, Recensum populi vicatim per dominos insularum egit.

Recensio, onis, Multitudinis cuiusuis lustratio, siue recognitio. {ἐξέτασις. Ital. *Riuedimento, essamine di genti & nomi.* Gal. *Reueue, examen du compte & du nombre.* Hisp. *El alarde.*} vt Recensio copiarum, siue exercitus. ¶ Interdum accipitur pro censu ciuium, eorúmque facultatum qui Romæ quinto quoque anno à Censoribus fieri solebat. τίμημα. Cicer. pro Milone, Qui Nympharum ædem incendit, vt memoriam publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret.

Recensitus, a, um, participium à verbo antiquo Recensio, sis, quartæ coniugationis, vt ait Georgius Valla, idem significans quod recensus, {ἀναθεωρηθείς, καταλεγθείς. Ital. *Riueduto, contato, nominato.* Gal. *Reueu, cõpté, nombré.* Hisp. *Remembrado, nombrado.*} Sueton. in Iul. Cæsare, cap. 41, Instituit vt quotannis in demortuorum locum ex iis qui recensiti non essent, subsortitio à Prætore fieret. Claudian. in Eutrop. lib. 2, Prisca recensitis euoluite sæcula fastis.

Recentari, Renouari, & denuò recens fieri. {ἀνανεόω, πάλιν. Ital. *Rinouarsi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ωασι. Gal. *Recuillir*. Hisp. *Recontarse, remanarse, recostarse.* } Accius, Iamiam albicascit Phœbus, & recentatur commune lumen hominibus & volucribus. Nonius.

Recepto, vide RECIPIO.

Recellus, vide RECEDO.

Recido, dis, pen. correp. recidi, recasum, Retrorsum, siue iterum cado. {ἀναπίπτω, ἐπανέρχομαι. Ital. *Ricascare*. Gal. *Rechoir, retomber*. Hisp. *Tornar à caer, recaer*.} Exigit autem accusatiuum cum præpositione ad, vel in. Cic. ad Brutum, Nónne hoc est in easdem tenebras recidisse? Plau. in Menech. Omnes in te istæc recident contumeliæ. Terent. in prolog. Hecy. Nolite finere per vos artem musicam recidere ad paucos. Cice. Arti. lib. 4, Id ego puto, vt multa eiusdem, ad nihil recasurum. ¶ Inuenitur aliquando apud Poëtas recido, c litera geminata, vt prima syllaba natura breuis producatur. Lucret. libro 1, At neque reccidere ad nihilum res posse, &c. Propert. libro 4. Reccidit inque suos mensa supina pedes.

Recidiuus, a, um pen. prod. Quod postea sum restitutum, denuò concidit. {ἀναπεπτωκώς, ἀναπίπτων, &c. Ital. *Riffato & rinouato vn' altra volta*. Gal. *Qui apres estre cheut, retumbé fut* Hispa. *Lo que cayo y se leuanto y despues torno recaer*.} A re præpositione, actus iterationem significante, & nomine cadiuus: vnde Cadiua mala legimus apud Plinium lib. 15. cap. 16. Propriè itaque recidiuum quid dicitur, quod iteratò recidit. Virgil. lib. 4. Aeneid. Et recidiua manu posuissem Pergama victis. id est quæ reciderunt. Idem lib. 7. Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter, Funestæque iterum recidiua in Pergama taedæ. Vbi Seruius interpretatur Recidiua, post casum restituta: respiciens, opinor, ad oppidulum illud quod Aeneas, quum primum nauibus egressus esset, non procul à Laurento condidit: & quod & ipsum à nomine relictæ patriæ Troiam appellauit, vt autor est Liuius lib. 1. ab Vrbe. Melius tamen, mea quidem sententia, recidiua Pergama intelligere possumus, quæ iterum ceciderunt, hoc est bis euersa sunt. Constat enim Troiam bis captam fuisse: semel ab Hercule tempore Laomedontis regis, quum Hesionem scopulo alligatam, occiso marino monstro, liberasset: quo nomine quum pactam sibi mercedem Laomedon soluere recusasset, Hercules contracto exercitu vrbem expugnauit, Laomedontem occidit, Hesionémque & Priamum captiuos in Græciam abduxit. Redemptus postea à vicinis Priamus, Troiam instaurauit, multóque splendidiorem reddidit: quæ à Græcis duce Agamemnone secundò fuit euersa. ¶ Febres recidiuæ dicuntur, in quas secundò recidimus, quum scilicet morbo liberati, denuo in eundem relabimur. ἀνακαμπτόμενοι. Sed hoc non proprie, neque ex vocabuli significatione fit, sed ex appellatione tantùm, quasi recidiuorum febres, propter eos qui in eas incidunt, & post earum depulsionem relabuntur. Febres enim ipsæ recidiuæ potius, quàm recidiuæ dici debent, quia tunc non recidunt, siue non depelluntur, sed reuiuiscunt, & integrantur.

Recido, dis, di, penult. prod. Abscindo, reseco: ex re, & cædo. {ἀποκόπτω. Ital. *Tagliare, recidere*. Gal. *Couper, rogner*. Hispa. *Cortar, tornar à cortar*.} Cato cap. 2. Viam publicam muniri vepres recidi. Martialis lib. 1, Quam primùm longas Phœbe recipe comas. Horat. de Arte poët. -ambitiosa recidet Ornamenta. Ouidius 1. Metamorph. Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Recisus, a, um, patticip. {κόπτω, κεκομμένος, κεκοπτικώς, &c. Ital. *Tagliato, troncato*. Gal. *Coupé, rogné*. Hisp. *Cortado*.} Cic. de Prouin. consul. Nationes eas, quæ numero hominum ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas. Luc. lib. 2, -vidit fortuna colonos Prænestina suos cunctos simul ense recisos. Ouidius 3. Fast. Idque ancile vocat quod ab omni parte recisum est, Quúmque notes oculis, angulus omnis abest.

Recisio, onis, {κόπτω, κοπτικώς, κοπή. Ita. *Tagliamento*. Gal. *Compure, compement*. Hisp. *Cortadura, obra de cortar*.} Plin. lib. 21. cap. 4, Omnis autem recisione, atque vstione proficit.

Recisamentum, ti, Frustum exiguum, & veluti ramentum à re quapiam recisum. {ψήγμα, λεπτομερές. Ital. *Piccol pezzo*. Gal. *Rognure, fragment, petit lopin*. Hisp. *Pequeño pedaço*.} Plin. lib. 34. cap. 11, Ocyssimè verò æs coronarium æruginem contrahit, recisamentis in acetum additis.

Recingo, recingis, Discingo, quod cinctum erat soluo. {ἀποζώννυμι. Ital. *Discingere*. Gal. *Descendre*. Hisp. *Descenir*.} Ouid. lib. 4. Metam. -ad inania magni Regna redit Ditis, sumptúmque recingitur anguem. Id est deponit anguem, quo se antea velut cingulo præcinxerat. Virg. 4. Aeneid. Vnum exuta pedem vinclis in veste recincta Testatur moritura deos. Ouid. 1. Amor. Ecce Corinna venit tunica velata recincta.

Recinium, recinij, Vestis quadratæ genus, inde dictæ, vt Seruio placet, quòd laciniam eius retrorsum reiiciebant. Recinium (inquit Festus.) omne vestimentum quadratum. Hi qui XII. Tabulas interpretati sunt, esse dixerunt virilem togam, (qua & mulieres vtebantur) prætextam clauo purpureo. Vnde Mimi planipedes, reciniati dicuntur.

Recino, recinis, penult. corr. Iterum vel frequenter cano. {ἀπηχέω, ἀνάφωνέω. Ital. *Ricantare*. Gal. *Rechanter, retentir*. Hisp. *Cantar otra vez*.} Cicer. de Claris Orat. Illud est maius, quòd in vocibus nostrorum oratorum recinit quidam & sonat vrbanius. Horat. lib. 1. Epist. 1, Hæc recinunt iuuenes dictata, senésque.

Recipio, recipis, penult. corr. Ex re, & capio, Rem semel depositam tradítamve, rursus assumo. {ἀναλαμβάνω. Ital. *Ricevere*. Gal. *Recevoir*. Hisp. *Recebir*.} Liuius lib. 9, Recipiant arma quæ per pactionem tradiderunt. ¶ Quandoq; ponitur pro admittere, accipere, & honoris, vel beneficij, vel humanitatis causa suscipere. ὑποδέχομαι, ὑποδέχομαι. Cicero lib. 2. Offic. Cyrillum quendam suadentem vt in vrbe manerent, Xerxémque reciperent, lapidibus obruerunt. ¶ Quandoque pro reuocare. ἀναγκάζω. Virgil. 2 Aeneid. Sic ore effata recepit Ad sese. ¶ Quandoque in totum reducere, liberare. ἐκκόπτω. Virgil. 6. Aeneid Illum ego per flammas, & mille sequentia tela eripui his humeris, medióque ex hoste recepi. ¶ Recipere seruum, vt in l. j. de Seru. corru. Vlpianus dicit, est refugium abscondendi causa seruo præstare vel in suo agro, vel in alieno loco ædificióve. ¶ Quandoque simpliciter conferre se, & proficisci. κομίζομαι. Plaut. in Cap. Inde me continuò recipiam rursum domum. Quandoque recuperare. ἀναλαμβάνω. Cicero in Catil. Tarentum verò qua vigilantia, quo consilio recepit? tum quidem me audiente, Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, gloriantique atque dicenti, Mea opera, Quinte Fabi, Tarentum recepisti. Ecce certè, inquit ridens, nisi tu amisisses, nunquam recepissem. ¶ Quandoque excipere ad vsum suum, & reseruare: quod fit quum quis venditis cæteris, sibi quippiam reseruat. ἐξαιρέω. Plautus in Trinum. Vbi nunc adulescens habet? c. posticulam Hoc recepit, quum ædes venderet. ¶ Recipere ensem, est retrahere, & è vulnere educere. Sic enim interpretatur Seruius illud Virgilij 9 Aeneid. Totum cui communis ensem Condidit assurgenti, & multa morte recepit. ¶ Accipitur interdum recipere pro promittere: nisi quòd recipere amplius quiddam significat, quàm promittere: quasi rei euentum & periculum in se suscipere. ὑπισχνέομαι. Cic. Crasso, Quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum. Cæcin. ad Ciceronem, Sed tamen ego filio dixeram, librum legeret, & ea conditione daret, si reciperes te correcturum. In qua significatione etiam dicimus Recipere in se. Cice. ad Brutum, lib. 13, In ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixi, sed tamen separatim in me recipio, fore tum tibi & voluptati, & vsui. Nam & modestum hominem cognosco, & prudentem & à cupiditate omni remotissimum: præterea magni laboris, summæque industriæ. Neque hæc polliceri debeo, quæ tibiipsi (si bene cognoris) iudicanda sunt. Quo in loco Cicero morem suum seruat, vt difficilius verbum recipio, per facilius polliceor declaret. ¶ Ponitur aliquando pro approbare. δοκιμάζω. Plin. lib. 15. cap. 4, Quartum genus molle, lanuginosum, pinguius cæteris, candidi seminis, in maritimis nascens: hoc recepere medici. Quintilianus lib. 8. Vsus recepit, Bene moratas vrbes, & poculum eporum, seculum felix. ¶ Aliquando pro nominatim cauere. Iurisconsultus in l. emptorem. de Act empti. Quemadmodum recipitur vt nummos venditor accipiat, quanuis merx ad emptorem non peruenial. Budæus. ¶ Aliquando pro capere vel accipere. Plaut. in Rud. In custodiam nos vt tuam recipias, & tutère. ¶ Recipere se, aliquando est ad se redire, & animum, ac vires resumere. Cice. in Somn. Scip. Quæ quum intuerer stupens, vt me recepi, &c. ¶ Recipere mandatum, est totum mandati onus in se transferre. Cicero pro Sexto Roscio, Quid recipis mandatum, si neglectorus es? Differunt autem recipere, & suscipere, vt ait Asconius in Diuin. quòd recipimus partem, suscipimus totum. Cice. 2. de Orat. In quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ susceptis rebus, vel perfidiæ receptis.

Receptus, a, um, participium à recipio. {ἀναδεκτικός, ἀναδεκτέος. Ital. *Ricouuto*. Gal. *Recen*. Hisp. *Recebido*.} vt receptus mos, quem sponte (vt inquit Nonius) ciuitas alienum ascíuit. τὸ προσδεκτόν. Recepti in ciuitatem, dicuntur qui cum suffragio ciues sunt effecti, vt apud Liuium sæpe legitur. ἀναγεγραμμένοι πολῖται. Receptus cælo. Quint. lib. 3. cap. 7, Quòd ipsum quoque cælo receptũ temporis eius homines non dubitauerint. Ouidius 3. de Ponto, Tunc me (si qua fides) cæletti sede receptum Cum fortunatis suspicor esse deis. Virgil. lib. 1. Aeneid. Frugésque receptas Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

Receptum, pti, substantiuum. Idem quod pollicitum, siue promissum. {ὑπόσχεσις, ὑπόσχημα. Ital. *Promessa*. Gal. *Promesse*. Hisp. *Prometimiento, promessa*.} Cice. 2. Philip. Ille induxit vt peteret, promissum & receptum interuertit, ad séque transtulit: tu eius perfidiæ voluntatem tuam adscripsisti. Idem 7. Ver. Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini Iudices, satis promisso nostro ac recepto.

Receptus, us, Ipse actus recipiendi, siue subducendi se è pugna. {ἀναχώρησις, ὑποχώρησις. Ital. *Il ritirarsi*. Gal. *Retraitte*. Hisp. *El retraymiento del trabajo*.} Liuius 8. Vrbe, Breuitate ipsa loci, facilique receptu in tam propinqua castra, haud ægrè militem à multa cæde est tutatus. Receptui signum dare, est tubæ signo copias à pugna reuocare. σημαίνειν ἀναχώρησιν, ἀναχωρεῖν. Liuius 2. ab Vrbe, Administrationem inde auxit, signo receptui dato, adeò tranquilla serenitas, &c. Canere receptui, idem. Cicero 12. Philip. Quis enim reuocante, & receptui canente Senatu, properet dimicare? Nonnunquam tamen per translationem accipitur pro recedere. Cice. 3. Tuscul. Verat igitur ratio intueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias contemplandas: à quibus quum cecinit receptui, impellit rursum, & incitat ad conspiciendas, totáque mente contrectandas varias voluptates: quibus ille & prætetitarum memoria, & spe consequentium, sapientis vitam refertam putat. ¶ Receptus præterea significat locum ipsum in quem rutò se recipit exercitus. Virgil. 11. Aene. Planicies ignota iacet, tutique receptus. Cice. Attico libro 9, Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Plancus Ciceroni lib. 10. Animaduerti nullum alium receptum Antonium, reliquiásque quæ cum eo essent, habere, nisi in his partibus.

Receptor, Receptrix, & Receptator, verbalia à recepto, tas, quæ sæpe illos, aut illas significant qui vel quæ latrones, eorúmque furtiua recipiunt, occultántque. Vulgus *recelatores* appellat. {ὑποδεκτής. Ita. *Ricettatore, recelatore*. Gal. *Receleur*. Hisp. *Encubridor de hurtos*.} Cicer. pro Milone, Sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator & receptor locus, dum neque multa solitudo indicasset, neq; cæca nox ostendisset Milonem. Idem. 6. Ver. Receptrix furtorũ, ac prædarum Messana. Metius Iurisconsultus titulo De receptat. Pessimum, inquit, genus est receptatorum, sine quibus latère nemo diu potest. Cic. pro Mil. Occultator ille, & receptator latronum locus.

Receptio, receptionis, Aliud verbale. {ὑποδοχή, ἀναδοχή. Ital. *Retiramento*. Gal. *Retirement, & recelement*. Hisp. *Recibimiento*.} Plautus in Asin. Quid tibi huc receptio ad te est meum virum? Id est Quare recipis ad te virum meum?

Receptitius, a, um, Idem quod exceptitius. hoc est quicquid in venditione aut quauis alia alienatione excipimus, & nobis reseruamus. {ἐξαιρετός. Ital. *Quello che s'e riseruato vendendo qualche cosa*. Gal. *Ce qu'on a reservé, excepté, ou retenu en contractant*. Hisp. *Cosa sacada fuera quando se vende*.} Vnde Receptitius seruus appellatus est, nuptæ mulieris proprius, quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

reseruauit quum dotẽ marito daret. Quotiẽs enim mulier in danda vi-to dote, aliqua ex suis bonis retinet, nec ea ad virum trausmittit, Recipere ea dicitur. Vide Gellium lib. 17. cap. 6.

Recepto, ptas, Frequentatiuum à recipio. {ἀναλαμβάνω. Ital. *Ricouerare spesso, ritirar spesso.* Gal. *Retirer souuent.* Hispan. *Recibir à menudo.*} Terent. Hecy. Meum receptas filium ad te Pamphilum. Idem Heaut. Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho. Victus, vestitus, quò in rectum te receptes. Lucan. lib. 7. -tabéne cadauera soluat. An rogus, haud refert: placido natura receptat Cuncta sinu, finémque sui sibi corpora debent.

Receptaculum, li, quicquid rem aliquam in se recipit. {ὑποδοχεῖον, κατοχή. Ital. *Ricettacolo, luogo sicuro, ricetto.* Gal. *Le lieu ou on retire quelque choſe, retraitte.* Hiſp. *El lugar ado nos retrahemos.*} vt quum tienem melancholiæ, vesicam vrinæ, & aliuum fæcis diximus esse receptaculum. Cic. 2. de Natura deorum, Aluus cibi potionisque est, receptaculum. Idem 1. Tuscul. Nam corpus quidem est quasi vas, aut aliquod animi receptaculum. Idem 7. Ver. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. Interdum idem est quod perfugium. hoc est locus in quem quis se recipit vt à vi, aut iniuria tutus sit. καταφυγή. Cæsar 7. belli Gal. Præterea oppida incendi oportere, quæ non munitione & loci natura ab omni sint periculo tuta: neu suis sint ad detrectandam militiam receptacula. Cic. in Pisonem, Cui templum illud fuit ara ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij.

Reciprocus, a, um. penult. corr. Quod alicunde profectum, redit eò vnde profectum est: à recipiendo dictum, vt docet Varro lib. 6. de ling. Lat. {ἀντίστροφος. Ital. *Reciproco, che torna in sè.* Gal. *Reciproque, qui retourne d'ou il est sorti.* Hiſpa. *Cosa que buelue en si mesmo.*} Reciprocus amnis, id est refluus. Plin. lib. 9. cap. 57, Cauernásque facta sibi in terra, atque in iis viuat, etiam reciprocis amnibus siccato littore.

Reciprocatio, onis. Eiusdem viæ retrograda repetitio, & accessus & recessus. {ἀνακυκλοφορία. Ital. *corrispondentia, ritorno la di donde se partito.* Gal. *Retour au lieu d'ou on est sorti.* Hiſp. *Retorno en si mesmo.*} Plin. lib. 9. cap. 8, Innumera vis mugilum flato tempore angustis faucibus stagni in mare erumpit, obseruata æstus reciprocatione.

Reciproco, reciprocas. In contrariam partem reflecto, alternis attraho & remitto. {ἀνακυκλοφορῶ, παλινδρομῶ. Ital. *Ritornare, rimettere, reciprocare.* Gal. *Retourner d'ou on est sorti ou venu.* Hiſp. *Reboluar otra cosa.*} Liu. lib. 2. belli Pun. Quum iam spiritum includeret ventus, nec reciprocare animam sineret, auersi à vento parumper consedêre. Gellius, In eam fistulam per quam spiritus reciprocatur. ¶ Interdum est quod mutua quadam consequentia à se inuicem dependere. Cic. lib. 1. de Diui. Si quidem illa sic reciprocantur, vt si diuinatio sit, dij sint: & si dij sint, diuinatio sit.

Recisamentum, vide RECIDO.

Recito, tas, Clarè de scripto pronuntio vt alij audiant intelligántque: vnde Poëtæ, & alij scriptores recitabant publicè opera sua, & nonnulli aliena. {ἀναγινώσκω, ἀναπλήττω. Ital. *Recitare, narrare.* Gal. *Reciter, lire haut & clair.* Hiſp. *Leer, pronunciar.*} Cic. ad Planc. lib. 10. Cauè enim putes vllas literas vnquam grauiores, quàm tuas, in Senatu esse recitatas. Aliquando non legendo, sed memoriter referendo fit recitatio. Quintilianus, At ista legem recitat. Loquens de muliere, quæ cæca erat.

Recitatio, onis, De scripto pronũciatio. {ἀνάγνωσις. Ita. *Lettione in alta voce.* Gal. *Lecture, recit à haute voix.* Hiſpa. *Obra de leer ò pronunciar.*} Cicero pro Cluent. Grassus cum ita Brutum vitus est, vt illum recitationis suæ pœniteret.

Recitator, oris, Qui aliquid de scripto pronuntiat. {ἀναγνώστης. Ita. *Lettore, chi legge in chiara & alta voce.* Gal. *Qui lit à haute voix, lecteur.* Hiſp. *El que lee a alta voz, legidor.*} Cicero 3. de Inuent. Neque enim vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes fore putauit.

Reclamo, as, penult. prod. Clamore aduersor, non acquiesco. {ἀνθομολογοῦμαι, ἀντιλέγω. Ital. *Reclamare, repugnare.* Gal. *Crier à l'encontre, contredire.* Hiſp. *Reclamar, resistir.*} Cic. pro Pomp. Propterea quòd istis reclamantibus, vos vnum illum elegistis, quem bello prædonum præponeretis. Idem Lentulo, Eius orationi vehementer reclamatum est. Reclamo tibi pro reo, dixit Plinius Epist. lib. 9, id est cum clamore reprobo quæ in reum dicis.

Reclamatio, onis, Contradictio, & proptiè cum clamore. {ἀντιλογία. Ital. *Il gridare all'incontro di qualche cosa.* Gal. *Contredit; criement contre, repugnance.* Hiſp. *Obra de reclamar y resistir à menudo.*} Cic. 4. Philipp. Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobauistis.

Reclamito, as, frequentatiuum. {πολλὰς ἀντιβοᾶσθαι, συχνὰ ἀντιλέγειν. Ital. *Cridar forte & spesso all'incontro.* Gal. *Fort & souent crier à l'encontre.* Hiſp. *Reclamar y resistir à menudo.*} Cic. pro Rosc. Amer. Magna est enim vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

Reclino, as, are, Verbum est actiuum, idem ferè valens quod componere, vel inclinare se ad iacendum vel quiescendum. {ἀνακλίνω, κατακλίνω. Ital. *Inchinarsi, humiliarsi con riuerenza.* Gal. *Encliner, pencher.* Hiſ. *Reclostarse.*} Cæsar 6. belli Gal. His sunt arbores pro cubilibus, ad eas se applicant, atque ita paulum modò reclinatæ quiete capiunt.

Reclinatus, a, um, participium. Horat. 2. Carm. Ode 3, Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum beatis Interiora nota Falerni.

Recliuis, recliue, Idem quod reclinatus, siue procumbens. {ἀνακλιτός, κατακλιτής, ἀνακλιτικός, κατακλιτικός, ἀνακλιτικῶς, κατακλιτικῶς. Ital. *steso, riuerseiato.* Gal. *Enclliné, renuerse.* Hiſp. *Recostado.*} Martial. lib. 9. Sic in gramine floreo reclinis, Quà gemmantibus hinc & inde riuis, &c. Ouid. 10. Metam. Inque sinu iuuenis posita ceruice reclinis.

Recludo, is, penult. prod. reclusi, reclusum, Quod clausum erat aperio, retego. {ἀνοίγω. Ital. *Aprire.* Gal. *Ouurir.* Hiſp. *Abrir.*} Plaut. in Capt. Cellas refregit omnes iotus, reclusitque armarium. Virgil. 8. Aeneid. Infernas reseret sedes, & magna recludat Pallida. Ouid. 7. Metam. -strictò Medea recludit Ense senis iugulum. Virgil. 1. Aeneid. -veteres tellure recludit Thesauros, ignotum argenti pondus & auri. Horat. 3. Carm. Ode 3, Virtus recludens immeritis mori Cælum negata tentat iter via.

Reclusus, a, um participium, Apertus. {ἀνεῳγμένος. Ital. *Aperto.* Gal. *Ouuert.* Hiſp. *Abierto.*} Ouid. 7. Metamorph. -venit Telamos properus, foribúsque reclusis Spéque, fidéque pater dixit, maiora videbis.

Recogito, Iterum, atque iterum cogito. {ἀναλογίζομαι, πάλιν διανοοῦμαι. Ital. *Ripensare.* Gal. *Penser & repenser à quelque choſe.* Hiſp. *Mucho pensar.*} Cicero. Quin. frat. lib. 2. Sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana, Nominibus Pompeianis in otio recogitasse. Columel. lib. 1. in Præfa. Quæ quum animaduertam sæpe mecum retractans ac recogitans, quàm turpi consensu deserta exoluerit disciplina ruris.

Recognosco, is. Agnosco, ad memoriam reuoco, & rem olim cognitam denuo cognosco. {ἀναγνωρίζω, ἐπιγινώσκω. Ital. *Riconoscere.* Gal. *Recognoistre.* Hiſp. *Reconoscer.*} Cicero 2. Verrin. Non videtur hæc multitudo cognoscere ex me causam voluisse, sed ea quæ sciuit, mecum recognoscere. Idem ad Brutum. Verba tua cognosce, & aude negare seruientis aduersus regem istas esse preces. ¶ Interdum est curiosè aliquid inspicere, quod vulgus vocat *Visitare.* ἐφορᾶν. Colum. lib. 1. cap. 8, Panis potionisque bonitate gustu suo exploret: vestem, manicas, pedúmque tegmina recognoscat. ¶ Interdum idem quod corrigo, emendo. διορθοῦν. Cicero in Vatin. Is codicem non recitandi causa legit, sed recognoscendi. Idem 4. Ver. Hæc omnia summa cura & diligentia recognita & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt. ¶ Recognoscere equitum turmas, pro recensere, ἐξετάζειν. Suet. in Octau. August. capite 38. Equitum turmas frequenter recognouit.

Recognitio, verbale, idem significans quod agnitio. hoc est eorum quæ alias nobis nota fuerunt, iterata ex intervallo cognitio. {ἀναγνώρισις. Ital. *Riconoscenza.* Gal. *Recognoissance.* Hiſpan. *Reconoscimiento.*} Idem quod commemoratio, vel recordatio. ἀνάμνησις. Cic. 6. Ver. Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum. ¶ Interdum idem quod inspectio, quam vulgus *Visitationem* vocat. ἐφορία. Colum. lib. 11. cap. 1, Quare tam vestem seruitiorum, quàm vt dixi, ferramenta bis debebit singulis mensibus recensere: nam frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet.

Recolo, is, pen. corr. Denuo colo, iterum subigo, {ἀνατρέω, ἀνατροχάζω. Ital. *Coltiuare, & lauorare da nouo.* Gal. *Recoler, cultiuer, derechef.* Hiſpa. *Labrar la tierra otra vez.*} Ouidius 5. Metamorph. -partimque rudi data semina iussit Spargere humo, partim post tempora longa recultæ. ¶ Per translationem autem accipitur pro polire, & exercere, quod excolere dicimus. ἐξησκῆσθαι. Plinius Epist. 129, Vt enim terræ variis, mutatísque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur. ¶ Aliquando etiam idem valet quod cultui suo, & nitori restituere, & pristinum decus reparare. Liuius lib. 9. Decadis 4, Sed metalla etiam & vetera intermissa recoluit, & noua multis locis instituit. Tacit. lib. 3, Quo tum exemplo Lepidus quanquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit. Idem lib. 17, Et recens ab exilio reuersos nobiles adolescentulos auitis ac paternis sacerdotiis in solatium recoluit. ¶ Interdum idem quod meditari, perpendere, mente tractare, in memoriam reuocare. {μελετᾶν, ἀναλογίζεσθαι. Ital. *Ridurre in memoria.* Gal. *Reduire en memoire.* Hiſp. *Tornar algo ala memoria.*} Cicero 9, Philip. Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo, & maiore consolatione moriere. Cicero pro Archia poëta, Quantum alij tribuunt tempestiuis conuiuiis, quantum denique aleæ quantúmque pilæ: tantum egomet mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. Plaut. Trin. -hæc ego quum ago cum Meo animo, & recolo, vbi qui egẽt, quàm petij sit parui.

Recolligo, is, In vnum colligo. {ἀναλέγομαι. Ital. *Adunare, raccogliere, mettere insieme.* Gal. *Recueillir.* Hiſp. *Recoger ò tornar à coger.*} Colum. lib. 8. cap. 5. Confestim circumire oportebit cubilia, vt quæ mota sunt ouа, recolligantur, Plin. Epistо. 190. Actionem meam, vtcunque potui, recollegi. Lucan. lib. 1, Dat stragem latè, rursúsque recolligit ignes. Ouid. 7. Metamorph. Nunc opus est succis, per quos renouata senectus In florem redeat, primósque recolligat annos. ¶ Recolligere animum alicuius, reuocare ab ira, mitigare. Cic. Attico, lib. 1, Quòd scribis, etiam siculus animus in te esset offensior, à me colligi oportere, &c. ¶ Recolligere se ab ægritudine, est vires resumere, siue recipere. ἀναλαμβάνειν ἰσχύν. Plin. lib. 23. cap. 7, Recolligentibus se à longa valetudine vtilissima. Idem lib. 20. cap. 5, Aegrisque se recolligentibus, &c.

Recommiscor, eris, penult. corr. Idem quod reminiscor, siue memor fio. {ἀναμιμνήσκομαι. Ital. *Ricordarsi, diuenir ricordeuole.* Gal. *Reduire en memoire.* Hiſpan. *Tornar algo ala memoria.*} Plautus Trinum. Litetis recommiscar.

Recompono, recomponis, Pen. prod. recomponere. {ἀνασυντίθημι, πάλιν διασυντίθημι. Ital. *Rimettere insieme, racconciare.* Gal. *Remettre ensemble, rangement.* Hiſp. *Recomponer, poner otra vez en orden.*} Iterum compono & colligo. Vlpian. in l. Argumento 5. Margarita. Sed etsi in hoc sint soluti, vt recomponantur, ornamentorum loco sunt. De lapillis & margaritis.

Recompositus, penul. corr. Rursus compositus. {πάλιν διατεταγμένος, ἀναπεπλεγμένος. Ital. *Posto in ordine di nuouo.* Gal. *Remis en ordre, rangement.* Hiſp. *Recompuesto, puesto otra vez en orden.*} Ouidius 1. Amor. Eleg. 7. Pone recompositas in statione comas.

Reconcilio, as are, In concordiam reducere, & in gratiam restituere eos qui ob offensam quamplam fuerant abalienati. {καταλλάττω. Ital. *Riconciliare, ritornare in gratia.* Gal. *Reconcilier, remettre en paix, apoincter.* Hiſp. *Tornar otra vez ala amistad, reconciliar, soldar la amistad quebrada.*} Cicer. Attico, lib. 6, Quintus filius pié currentem animum patris sororí tuæ reconciliauit. Liui. 2. ab Vrbe, Vt alio munere sibi reconciliaret ciuium animos. Idem 5. bell. Macedo. Non mouit modò talis oratio Regem, sed etiam reconciliauit Annibali. ¶ Reconciliare existimationem, est eam recuperare. Cicero 2. Verri. In quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam possetis. ¶ Reconciliare filium, frequens est apud Plautum in Captiuis, pro eo quod est efficere vt reducatur filius domum.

Reconciliatus, a, um, participium. {διαλλακτός. Ital. *Riconciliato.* Gal. *Reconcilié*

Reconciliar Hispan. *Reconciliado.* ¶ Cic. Lentulo, lib. 1. Videbatur enim reconciliata nobis voluntas Senatus esse.

Reconciliatio, onis, ¶ *Ital. Accordo di pace, riconciliatione.* Gal. *Reconciliement, reconciliation.* Hispan. *Reconciliamento.* ¶ Cic. Attico, lib. 9. Vt simul Romam veniret, agat de reconciliatione gratiæ suæ & Pompeij.

Reconciliator, oris, Pacificator, dissidiorum compositor. ¶ *Ital. Riconciliatore.* Gal. *Reconciliateur.* Hisp. *Reconciliador.* ¶ Liui. 5. belli Maced. Phaneas reconciliatore pacis & disceptatore de iis quæ in controuersia cum populo Romano essent, vtendum potius Antiocho censebat, quàm duce belli.

Reconcinnare, Id est instaurare, reparare, expolire, ¶ *Ital. Rifare, rinouare.* Gal. *Rabiller, racoustrer proprement.* Hispan. *Rehazer, renouar.* ¶ Cic. ad Quint. frat. lib. 2, Tribus locis ædificio, reliqua reconcinno. Cæsar. lib. 2. belli Ciuil. Diuturni laboris detrimentum solertia & virtute militum bene reconcinnatur.

Recondo, dis, Occulto, tego repono. ¶ *Ital. Coperchiare, nascondere, rinchiudere, serrare.* Gal. *cacher, serrer, mettre dedans* Hisp. *Esconder, guardar.* ¶ Cic. 1. de Inuent. Gladium cruentum in vaginam recondidit. Horat. 2. Sarm. saty. 3. -quid discrepat istis, Qui nummos, aurúmque recondit, nescius vti Compositis, meruénsque velut contingere sacrum? Virgil. 5. Aeneid. Multi præterea quos fama obscura recondit. Ouid. 11. Metam. Et rursus molli languore solutus, Deposuitque caput, stratóque recondidit alto.

Reconditus, a, um, participium, siue nomen ex participio, Occultus, abstrusus, ¶ *Ital. Nascosto. chiuso. serrado.* Gal. *Caché, reserré, serré, couuert.* Hispa. *Escondido, guardo, cerrado.* ¶ Cice. 6. Ver. Statuerunt sese nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimúmque esset. Idem pro Quint. Vixit enim semper inculté, atque horridè: natura tristi ac recondita fuit: non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est. Idem 4. Acad. A me enim ea, quæ in promptu erant, dicta sunt, à Lucullo autem recónditiora desidero. Brutus Cic. lib. 11, Ad has literas statim mihi rescribe, tuorúmque aliquem mitte, siquid reconditum magis erit.

Reconduco, is, penult. prod. reconducere. Iterum conducere. ¶ *Ital. Prendere à fitto da nuouo.* Gal. *Relouer, reprendre à loüage.* Hisp. *Alquilar de otro otra vez.* ¶ Vlpian. in l. Item quæritur. § Qui impleto ff. Locati & conducti. Qui impleto tempore conditionis, remansit in conductione, non solum reconduxisse videbitur, sed etiam pignora videntur durare obligata.

Reconflo, as, Denuo conflo, siue liquefacio: & per translationem, regigno, restituo, resuscito. ¶ *Ital. Fondere da nuouo.* Gal. *Refondre, renouueler par fonte.* Hisp. *Fundir otra vez.* ¶ Lucret. lib. 4. Vnde reconflati sensus per membra repentè Possit: Vbi reconflati dixit pro eo quod est renasci, regigni.

Reconuento, is, Verbum est Iurisperitis peculiare, pro eo quod est contrariam actionem intentare: vt si reus in iudicio conuentus actorem vicissim conueniat.

Recoquo, pen. cor. Id est rursus coquo. ¶ *Ital. Ricuocere* Gal. *Recuire.* Hisp. *Cozer otra vez.* ¶ Martial. lib. 11, Altera non deerunt tenui vetfata fauilla, Et Velabrensi massa recocta foco. Cicer. de Senectu. Quò quidem me proficiscendũ haud sanè quis facilè rettraxerit, néve tanquam Peliam recoxerit. ¶ Per translationem ponitur pro rursus polio, & formo, tanquam aurum, & similia quæ iterum coquuntur vt meliora fiant. Quintil. lib. 12. cap. 6, Sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem tamen Romæ quoque audierat, se reformandum, ac velut recoquendũ dedit. Lucan. lib. 7, Spiculáque extenso Pæan pythone recoxit.

Recoctus, a, um, participium à vt, Passum recoctum. ¶ *Ital. Ricotto.* Gal. *Recuit.* Hispan. *Recozido, cozido otra vez.* ¶ Stat. 4. Syl. vel passum Phythiis suis recoctum. Senex recoctus. Catul. Epig. 50. Sed non omnia displicere vellem Tito & Sufferio seni recocto. Scriba recoctus, inquit Acron, dicitur qui sæpius cum Proconsule ad prouinciam missus, exercitatior est factus ex ipsa frequentia, & vsu. Horat. 2. Serm. Saty. 5. -plerunque recoctus Scriba ex Quinqueuiro coruum deludet hiantem.

Recordor, aris, In memoriam, siue in mentem reuoco: quasi iterum cordi do. ¶ *Ital. Recordarsi, mettere in memoria.* Gal. *se souuenir, se recorder.* Hisp. *Recordarse, tornar algo ala memoria.* ¶ Veteres enim cor, pro mente dixerunt. Cicer. 1. Tusc. Ex quo effici vult Socrates, vt discere nihil aliud sit, quàm recordari. Horat. 1. Epist. 2, Quocirca mecum loquor hæc, tacitúsque recordor. Virgil. 5. Aeneid. -si rité audita recordor. Dicimus autem Recordor huius rei, & hanc rem. Cicer. in Catone, Vt pedestres, nauales'que pugnas, vt bella à rem. Cicer. in Catone, Vt pedestres, nauales'que pugnas, vt bella à se gesta, triumphósque recordentur. Idem pro Plancio, Huius meriti in me recordor.

Recordans, tis, particip. ¶ *Ital. Che s'arricorda.* Gal. *Se souuenant, qui a souuenance.* Hisp. *Que se recorda.* ¶ Cic. Attico, lib. 4. O nauigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

Recordatio, onis, Reminiscentia. ¶ *Ital. Ricordatione, esso ritornare alla memoria.* Gal. *Souuenance, recordation.* Hispa. *Obra de recordarse.* ¶ Cicero de Senectut, Conscientia benè actæ vitæ, multorúmque benefactorum recordatio iucundissima est. Idem ad Atticum, lib. 12, Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

Recrastino, as, Idem quod procrastino, differo, protelo, prorogo, quasi in crastinum reicio. ¶ *Ital. Prolongare, differire di giorno in giorno.* Gal. *Differer, en delayer au lendemain.* Hispa. *Dilatar de dia en dia, prolongar el tiempo.* ¶ Plin. lib. 17. cap. 14. Recrastinare minimè vtile. Col. lib. 2. cap. 31, Propter quæ recrastinari non debet, sed æqualiter fabis, antequam ex toto grana indurescant, quum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est.

Recrementum, ti, Purgamentum siue excrementum rei cuiuslibet. ¶ *Ital. Purgamento, feccia, schiuma.* Gal. *Escume, ordure, fondrille, & chose superflue.* Hisp. *Lahez, alimpiadura.* ¶ Celsus lib. 5, Vlcera illinenda sunt aut plumbi recremento, aut ceruſſa. Vbi plumbi recremẽtum pro scoria posuit.

Recreo, as, Refrico, instauro, renoueo. ¶ *Ital. Recreare.* Gal. *Recreer.* Hisp. *Recrear ò renouar.* ¶ Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur. Idem lib. 12. cap. 1, Ex arboribus recreans membra olei liquor, vitéſque potus vini. Cicer. pro Rosc. Amer. Tum verò in isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressúsque populus Romanos est. Idem post reditum ad Quir. Sed tanquam bona valetudo iucundior est iis qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta delectant. Verùm hæc significatio translatitia est: nam propriè recreare, idem est quod denuo creare. Qua voce vtitur & Cicer. 2. de Nat. deo. Atqui, inquiens, & nostrorum Augurum, & Hetruscorum, & Aruspicum disciplinam P. Scipione, C. Figulo Cósulibus res ipsa probauit: quos quum T. Gracchus Consul iterum, recrearet, primus togatorum, vt eos retulit, ibidem est repentè mortuus.

Recreatio, Verbale. ¶ *Ital. Creatione da nuouo.* Gal. *Creation derechef.* Hispan. *Obra. Aquella obra de recrear.* ¶ Plin. lib. 22. cap. 23. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.

Recrepo, as, penult. cor. Crepitum reddo, resono. ¶ *Ital. Risuonare, rendere strepito.* Gal. *Retentir, rendre son ou contraire.* Hispa. *Resonar, hazer ruido y estruendo.* ¶ Catul. Epig. 58. Leue crympanum remugit, caua cymbala recrepant.

Recresco, is, Renascor, rursus crescо. ¶ *Ital. Renascere, crescere vn' altra fiata.* Gal. *Recroistre.* Hispan. *Crescer otra vez.* ¶ Plin. lib. 11. cap. 37, Cartilago rupta non solidescit, nec præcisa ossa recrescunt. Liui. 6. belli Pun. Vos modò millies faucte nomini Scipionum, soboli Imperatorum vestrorum, veluti accisis recrescenti stirpibus. Ouid. Epist. 2, Luna quater latuit, toto quater orbe recreum.

Recriminor, aris, Criminatori vicissim crimen obiicio.

Recrudesco, is, Ad pristinam cruditatem redeo. ¶ *Ital. Rinouarsi, incrudirsi.* Gal. *se regreger, s'empirer, se renouueler.* Hisp. *Encrudecerse, renouarse.* ¶ Per translationem accipitur pro exasperari, siue inualescere. Tractum à vulneribus, quæ quum agitatione nimia, vel malè purgata interdum recrudescunt, id est cruda & noua fiunt, grauiorem excitant dolorem. Cicer. ad Sulp. lib. 4. Nunc autem hoc tam graui vulnere etiam illa quæ consenuisse videbantur, recrudescunt. Recrudescit seditio. Liui. 6. ab Vrbe, Recrudescente Manliana seditione. Recruduit pugna. Liui. 10. ab Vrbe, Ibi interuentu Gellij, cohortiúmque Sabellarum, paulisper recruduit pugna.

Rectus, Rectitudo, Rectè, Rector, Rectio, Rectrix, vide REGO.

Recubo, bas, penult. corr. recubui, recubitum, Rursus, seu iterum cubo, denuo ad quiescendum me compono. ¶ *Ital. Riposare.* Gal. *Estre couché tout plat, gesir tout estendu.* Hispan. *Acostarse, reposarse.* ¶ Cicer. 1. de Diuin. Eum primò perterritum somnio, surrexisse: deinde quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse. ¶ Interdum idem quod cubo, quiesco, iaceo. Virg. 1. Aegl. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Ouid. 2. de Arte, Sub qua nunc recubat arbore, virga fuit. Colum. lib. 7. cap. 3, Neque ab his longius recedat, ne aut recubet, aut concidat. Cic. 3. de Orat. Sed in hortulis quiescet suis, vbi vult, vbi etiam recubans molliter, & delicatè nos auocat à Rostris. Plaut. Curc. Anus hic recubare solet custos ianitrix.

Recubitus, us, pen. cor. Recumbendi actus, discubitus. ¶ *Ital. Il sedere à mensa ò à tauola.* Gal. *Couchement.* Hisp. *Obra de assentarse ala mesa.* ¶ Plin. lib. 24. cap. 13. videtur accepisse pro subsultu illo quem faciunt corpora in solum durum incidencia. Baculum (inquit) ex aquifolia factum, in quoduis animal emissum, etiam si citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese recubitu propius adlabi.

Recudo, pen. prod. Denuo cudo. ¶ *Ital. Rebattere.* Gal. *Reforger.* Hisp. *Rebatir.* ¶ Varro, Vt solent ij qui vetera metalla reducunt.

Recula, vide REGO.

Recumbo, is, Mensæ accumbo. ¶ *Ital. Sedere alla mensa.* Gal. *s'asseoir à table.* Hisp. *Assentarse ala mesa.* ¶ Martial. lib. 2. Debet Aricino conuiua recumbere cliuo, Quem tua fœlicem Zoile cœna facit. Plin. Epist. 200, Recumbebat mecum vir egregius Fidius Rufinus: super eum municeps ipsius. ¶ Interdum idem quod procumbere, & exporrectum iacere. Cic. 2. de Orat. Marcus Iepidus quum cæteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare. ¶ Interdum idem quod inclinari. Virgil. 9. Aeneid. -pulcróſq; per artus It cruor, inque humeros ceruix collapſa recumbit. Ouid. 2. Trist. Quum cœpit quaſſata domus subsidere, partes In proclinatas omne recumbit onus.

Recupero, as, penult. corr. Rem amissam recipio. ¶ *Ital. Ricouerare, racquistare.* Gal. *Recouurer, reciouurre.* Hispan. *Recobrar lo perdido.* ¶ Sic. ad Sulpitium. lib. 13, Ego si hominem per te recuperare potuero. Sic. ad Sulpitium. lib. 13, Ego si hominem per te recuperare potuero. Cicero de Senectut, Conscientia benè actæ vitæ, multorúmque benefactorum recordatio iucundissima est. Idem ad Atticum, lib. 12, Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

Recuperatio, onis, Ipse recuperandi actus. ¶ *Ital. Ricouramento, riscossa.* Gal. *Recouurement, recousse.* Hisp. *Recobramiento.* ¶ Cic. 10. Philip. Ita præclara est recuperatio, libertatis, vt ne mors quidem sit in reperenda libertate fugienda. Festus, Recuperatio est, vt ait Gallus Aelius, quum inter populum & Regem, nationésque & ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per recuperationem reddantur res, recuperentúrque, res priuatas inter se persequantur.

Recuperatores, Dicebatur illi quibus Prætor iurisdictionem mandabat priuatarum causarum: qui delegati iudices postea appellari cœpti sunt à reconsortibus, vt ait Budæus. ¶ *Ital. Commissarij dati da vn magistrato per cognoscere & giudicare in qualche materia.* Gal. *Iuges ou commissaires delegnez, pour recouurer ce qu'on auoit perdu.* Hispan. *Iuezes dela appellacion.* ¶ Plaut. in Bacch. Postquam quidem Prætor

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prætor recuperatores dedit. Cic. 5. Verr. De conuentu nullum vnquam iudicem, neque recuperatorem dedit. Idem 1. Verr. Iudicium dat statim, si pateret eam se & sua Veneris esse dixisse. Iudicant recuperatores id quod necesse erat: neque enim erat dubium quin illa dixisset. De recuperatorio iudicio sic scribit Cice. in Frumentaria, Vtrum est æquius Decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium integra re, an perdita fieriteum qui manu quæsierit, an eum qui digito licitus sit possidere? Quid qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipso non recedunt, quid facient? quum dederint Apronio quod poposcerit, reliquent arationes, latem familiarem? venient Syracusas, vt te Prætore videlicet, æquo iure Apronium delicias, ac vitam tuam iudicio recuperatorio persequantur? Quibus ex verbis apparet, iudicium recuperatorium dici per quod rem nobis per iniuriam ereptam repetimus: & Recuperatores, iudices esse apud quos possessionem rei amissæ, & per iniuriam extortæ reposcimus.

Recuperatorius, a, um, adiectiuum, quod ad recuperatorem pertinet: vt Iudicium recuperatorium, quo possessionem rei amissæ, & per vim extortæ repetimus. ἀναλεκτικός, ἀναπτυκτικός. Cice. 2. de Inuent. Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficiis, de quo inter ficatios quæritur, fieri præiudicium.

Recupio, is. Valde cupio. ἐπιθυμῶ. Ital. *Desiderare grandemente.* Gal. *Desirer grandement.* Hisp. *Codiciar mucho.* } Plaur. Captiu. Quin ita faciam, vt recuptas facere sumptum, etsi ego vetem.

Recuro, as. Accuratè interpolo, magna cura diligentiáque reficio. ἀναπλάσσω. Ital. *Curar diligentemente.* Gal. *Reguarir, guarir ce qui est malade, & le remettre en santé.* Hisp. *Tornar à curar otra vez.* } Plin. lib. 13. cap. 12, de generibus chartarum. Proximum amphitheatricæ datum fuerat, à confectarij loco. Excepit hanc Romæ Fannij sagax officina, tenuatámque curiosa interpolatione, principalem facit, è plebeia, & nomen ei dedit: quę non esset ita recurata, in suo mansit amphitheatrica. ¶ Interdum idem quod simplex curare, hoc est mederi, ab ægritudine recreare, & pristinæ valetudini restituere. ἰάομαι, ἀκέομαι, ἀναλαμβάνειν, ἀναπλάττειν. Catul. Epigr. 41, Hic me grauedo frigida, & frequens tussis Quassauit, vsque dum in sinum tuum fugi, Et me curaui ocymóque & vrtica.

Recurro, is, Iterum vel retrorsum curro. ἀναδρομέω. Ital. *Correr in drieto.* Gal. *Recourir, retourner hastiuement.* Hisp. *Correr atras, ò tornar à correr otra vez.* } Cic. ad Terent. lib. 14, Desippo quoque ita imperaui, statim vt recurreret. Terent. in Adelph. Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio. Ouid. 2. Fast. Et metuit nequa versa recurrat hyems. Cic. 2. de Nat. deor. Lunæ species mutatur tum crescendo, tum defectionibus ad initia recurrendo. Virgil. 7. Aen. -quà sol vtrinque recurrens Aspicit Oceanum. Hora. 2. Epist. 1, Libertásque recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter.

Recursus, us, ui, Recurrendi actus. ἀναδρομή, ἀναστροφή. Ita. *Ritorno, ricorso.* Gal. *Retour, recourse.* Hisp. *Aquel obra de correr atras.* } Liui. 6. belli Pun. Vt subeundi sæpe ad mœnia vrbis recursus pateret. Virgil. 5. Aeneid. Inde alios ineunt cursus, aliósque recursus Aduersis spaciis. Ouid. Epist. 6. abstrahor Hypsipyle, si dent modò fata recursum, Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero.

Recursо, as, are, frequentatiuum. πολλὰς ἀναδρομὰς ποιοῦμαι. Ital. *Ritornare souente.* Gal. *Retourner souuent.* Hisp. *Correr atras muchas vezes.* } Plau. Mostel. Quid ego huc recursem, aut operam sumam, aut conteram? Virgil. 4. Aeneid. -Multúsque recursat Gentis honos. Idem 1. Aeu. Vrit atrox Iuno, & sub noctem cura recursat.

Recuruus, a, um, Valde curuus. καμπύλος, κυρτός. Ital. *Ritorto.* Gal. *Recourbé.* Hispan. *Corno hazia tras ò muy corno.* } Colum. lib. 9. cap. 13, Ad plausum apertis, ad bucciuam recuruis. Ouid. 1. de Remed. am. Vel quæ piscis edax auido malè deuoret ore, Abdere supremis æra recurua cibis. Colum. lib. 3. cap. 18, Quicquid recuruum, & sursum versus spectans, demersum est, quum tempestiuum eximitur, in modum hami repugnat obluctanti fossori. Ouid. 3. Amor. Epig. 12. Dúrque gregis cornu per tempora dura recuruo.

Recurуo, as. Curuum facio. ἀναγκυλόω, καμπυλλάζω. Ital. *Ricoruare, vitorcere.* Gal. *Recourber.* Hisp. *Recoruar hazia tras, hazer corno.* } Col. lib. 5. cap. 10, Quum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur. Stat. 3. Theb. Horrentésque situ gladios in sæua recuruant. Vulnera.

Recuruatus, a, um, participium, Quod factũ est recuruum. ἀναγκύλισις. Ital. *Ripiegato.* Gal. *Recorbé.* Hisp. *Recoruado.* } Celsus lib. 5. Id specillo protrahendum est, aut hamulo retuso, parum recuruato. Vndis recuruatis iudit Mæander. Ouid. 1. Metam.

Recusо, sas, penult. prod. tenuo, reticio: à Re, & cuso, quod est frequentatiuum verbi Cudo. ἀναβάλλομαι, ἀναίνομαι. Ital. *Recusare, negare, rifiutare.* Gal. *Refuser, denier & ne vouloir obeir.* Hispan. *Rehusar, negar.* } Plin. de Vir. illustr. Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu triumphum recusanit oblatum. Virgil. 9. Aeneid. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. Cic. pro Flacco, Pop. Rom. disceptatorem non modò non recuso, sed etiam deposco. Virgil. 1. Georg. Et quidem quæque ferat regio, quid quæque recusет. ¶ Ponitur quoque pro accusationem depellere, vt annotauit Budæus. Cic. in Bruto, Tum igitur Galba recusans pro sese.

Recusatio, verbale. Ipse recusandi actus. ἀναίδεσις, παραίτησις. Ital. *Rifiuto.* Gal. *Refus.* Hisp. *Rehuzamiento.* } Cic. 2. de Orat. Nam hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quædam fuit mihi quidem periucunda. Ponitur quandoque pro defensione. Cic. 2. de Leg. Pœna verò violatæ religionis iustam recusationem non habet.

Recutio, tis, Idem quod repercutio, siue reuerbero. ἀνάκλασις, ἀνάκλασμα. Ital. *Repercuotere.* Gal. *Refrapper.* Hisp. *Herir otra vez.*

Recussus, participium. Proprié idem significans quod repercussus. } ἀπωσθείς, ἀναπεσών. Ital. *Scosso, smosso.* Gal. *Ebranlé, esmeu.* Hisp. *Sacudido.* } Aliquando tamen idem significat quod concussus. Virgil. 1. Aeneid. -vteróque recusso Insonuere cauæ, gemitúmque dedere cauernæ. Vbi Seruius, recusso, pro concusso, præpositio pro præpositione. Valer. Flac. 6. Arg. -penitúsque recusso Aequore Gyaneas Minyæ timuere relictas.

Recussus, huius recussus, Verbale. } ὠθισμός, ἀπωσμός. Ital. *Scossamento, smouimento.* Gal. *Branle, secousse.* Hisp. *Sacudimiento.* } Plin. lib. 8. cap. 3. In hæc se librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potissimum à monte aliquo in alium transilire quærentes, atque recussu pernicius quò libuerit exultant. De ibicibus.

Recutitus, penult. prod. Cui à glande resecta est cutis. } ἀκροποθητός. Ital. *Circonciso.* Gal. *Iuif, circoncis,* Hisp. *Judio, circuncidado.* } Quo nomine dicti sunt Iudæi, qui ex Legis præscripto præcidebant præputia. Sidonius, Fert recutitorum primordia Iudæorum. Mart. lib. 7, Nec recutitorum fugis ingenia Iudæorum. Aliquando ruptus, & exulceratus, & cute nudatus. Idem lib. 9. Nec raptæ recutita colla mulæ.

Redabsoluo, redabsoluis, Idem quod soluo, vel absoluo. } ἀναλύω. Ital. *Assoluere.* Gal. *Absoudre.* Hispan. *Absoluer, desatar.* } Plaut. Cure. Sequere hac, te redabsoluam, qua aduenisti gratia.

Redambulo, as, pen. cor. Reuertor. } ἀναπορεύω. Ital. *Ritornare.* Gal. *Retourner.* Hisp. *Andar otra vez.* } Plaut. Capt. Cura quàm optimè potes. E R. bene ambula, & redambula.

Redamo, redamas, pen. corr. Me amantem vicissim amo, siue in amore respondeo. } ἀντιφιλῶ, ἀντερῶ. Ital. *Reamare, essere reciproco nell' amare.* Gal. *Aymer celuy qui ayme.* Hisp. *Reamar, ser reciproco en el amar.* } Cic. de Amic. Quid enim tam absurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultúque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui amari, vel qui (vt ita dicam) redamari possit, non admodum delectari?

Redandruo, druas, de priscis dictionibus est, ex re, & andruo compositum, quo antiqui vtebantur pro redeo, teste Nonio. Lucil. 9, Vt vulgus redandruet inde. Redandruare, inquit Festus, dicitur proprié in Saliorum exultationibus, quum Præsul ampiruauit, quod est motus edidit, ei referuntur inuicem iidem motus.

Redardesco, is, Iterum flammam emitto, recandesco: propriéque dicitur de igne semel sopito. ἀναφλέγομαι. Ital. *Mandar fiamma vn' altra fiata.* Gal. *Ardre derechef, estre enflambé.* Hisp. *Arder, ò echar flamma otra vez.* } Ouid. 2. de Remed. amotis, Flamma redardescit, quæ modo nulla fuit.

Redarguo, is. Accuso cum reprehensione. } ἐλέγχω. Ital. *Riprendere.* Gal. *Reprendre, redarguer.* Hisp. *Redarguir, reprehender.* } Cic. 2. de Finibus. Quos nisi redarguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deserenda est. Cic. 2. de Fin. Poterat autem impunè: quis enim redargueret? Virgil. 11. Aeneid. Aduenit qui vestra dies muliebribus armis Verba redargueret.

Redausрico, as, & redausрicor, aris, Significat incipere, & denuo ausрicium sumere, vel ausрicari. } πάλιν αἰσιοῦσθαι, ἀναοιωνίζεσθαι. Ital. *Incominciare de capo, & rifare lo ausрicio.* Gal. *Recommencer.* Hisp. *Tornar à començar otra vez.* } Plautus in Capt. Exausрicaui ex vinculis, nunc intelligo redausрicandum hunc esse in catenas denuo. Id est cœpi ego illum à catenis eximere: nunc volo vt rursus in catenas redeat.

Reddo, dis, didi, ditum, Proprié est acceptum, vel ablatum restituere. ἀποδίδωμι, ἀπολείβω, ἀποδίδομαι. Ital. *Reddere, ritornare.* Gal. *Rendre.* Hisp. *Tornar ò restituir lo tomado ò recebido.* } Terent. in Phorm. Siquis quid reddit, magna est habenda gratia. Ponitur tamen aliquando pro suo simplici dare. Celsus Iureconsus, Reddendi verbum quamquam significationem habet retrò dandi, accipit tamen & per se dandi significationem: vt, Reddo tibi literas, quas mihi Cicero ad te dedit. Cic. Terent. Omnes sunt redditæ, diligentissimèque à te perscripta sunt omnia. ¶ Item pro efficere. ἀποτελῶ, ἀπεργάζομαι. Plin. lib. 16. cap. 35, Admota auribus leuè sonum reddit. ¶ Item pro reponere. Plaut. in Mostel. Tempestas venit, constringit tegulas, imbricésque: tibi dominus indiligens reddere alias non vult. ¶ Item pro producere. Idem in Trinum, -id frumenti, quando alibi messis maxima est, Tribus tantis illis minus reddit quàm obseueris. Terent. in Phor. Fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia. ¶ Item pro exponere. Plaut. in Aulul. Tibi ego rationem reddam stimulorum seges? ¶ Ponitur aliquando pro commemorare, siue recensere. Plin. in Præfa. lib. 11, Tria, non amplius, vt opinor, absolutè quæ traduntur inscripta, ille fecit, quæ suis locis reddam. ¶ Aliquando pro referre, siue præsentare. Plin. Epist. 139, Tantæ fœminæ matrem rursus videor amittere, quam hæc vt reddit, ac refert nobis! Reddere animam, respirare. Cic. 2. de Nat. deorum. Excipiáque animam ea qua eductus sit spiritus, eámque à pulmonibus respiret, ac reddat. Reddere anhelitum, idem Plin. lib. 9. cap. 7, Nec piscium branchias habentes anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant. Reddere animum, est recreare, reficere, & confirmare. Terent. in Andr. Nuptias effugere ego istas malo, quàm tu adipiscier. e. Reddidisti animum. Reddere beneficium, id est referre. Plaut. in Persa, Improbus est homo qui beneficium scit sumere, & reddere nescit. Gratiam reddere, est remetiri & reponere. χάριν ἀποτίνειν. Colum. lib. 4. cap. 3, Experto mihi crede Syluine, bene positam vineam, bonique genetis, bono cultori nunquam non gratiam reddidisse. Latinè reddere, est vertere. Cic. 1. de Orat. Vt ea quæ legerim Græcè, Latinè redderem, non solum, &c. Reddere nomen alicui, est eum proprio nomine nuncupare. Plin. lib. 27. cap. 14, Omnibus, in exercitu suo militibus nomina reddidit.

Redditus, a, um, participium, } ἀποδοθείς, ἀπηκεδοθείς. Ital. *Rendato, restituito.* Gal. *Rendu, restitué.* Hisp. *Restituido.* } Cic. 14. Philip. O fortunata mors quę naturæ debita pro patria est potissimum reddita. Virg. 11. Aeneid. Patris vt redditus oris. Idem 6. Aeneid. Redditus his primum terris tibi Phœbe sactauit Remigium alarum, posuitque immania templa.

Redditus, tus, substantiuum, Pro prouentu, vel obuentione. πρόσοδος. Plin. in Epist. Nec redditus incertus. Hoc tamen potius vnico d scribendum videtur, vt sit à verbo redeo: vnde apud Poëtas prima syllaba corripitur. Ouid. 2. de Ponto, At reditus iam quisque suos amat, &c.

Redditio, onis, verbale, Actus ipse reddendi. } ἀπόδοσις. Ital. *Restitutione.* Gal. *Restitution.* Hisp. *Restitucion.* } Quintil. lib. 8. cap. 3. Redditio illam rem vtranque comparat

Redemptio, vide EREDIMO.

Redeo, dis, diui, & redij, reditum, Reuertor, quasi retro eo. } ἀνέρχομαι, ἐπανέρχομαι. Ital. *Ritornare.* Gal. *Retourner, reuenir,* Hisp. *Tornar de algun lugar.* }

Terent.

Terent. in And. Redeo inde iratus, atque ægre ferens. Redire ad ingenium dixit Terentius in Adelphis, id est redire ad suam naturam, hoc pristinos mores resumere. Io eadem significatione dicit Cicero, 1. Verr. Redire ad se, & ad mores suos. Quod tamen aliquando accipitur pro se recolligere, & ab ira (quem breuem furorem vocat Horatius) ad mentis sanitatem redire. Terent. in Adelph. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. Redire in mores patrios, est in libertatem venire. Lcuius 5. belli Pun. Vt ab omni imperio externo soluta in perpetuum Hispania, in patrios rediret mores, ritúsque. ¶ Ponitur aliquando redire pro prouenire, vnde fit reditus, id est prouentus, de quo paulo póst. Plin. lib. 14. cap. 4. Ac nequis victam in hoc antiquitatem arbitratetur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. ¶ Redire in orbem, est à fine ad principium reuolui, & renouari. ἀποκυκλεῖσθαι, ἀναυκλεῖσθαι. Virg. 1. Georg. Redit agricolis labor actus in orbem. Redeamus ad rem, Cicero 1. de Finibus, id est reuertamur ad institutum: quod idem Cic. 1. Tusc. dixit Ad propositum redire.

Redieus, tis, participium ἀναπορεύομενος, ἀναπορευόμενος. Ouid. 10. Metam. Pérque nouem etrauit redeuntis cornua Lunæ. Horat. 3. Carm. Ode 8. Hic dies anno redeunte festus, &c.

Redituras, a, um, aliud participium. ἀναπορευσόμενος, ἀναπορευσόμενος. Ouid. 4. de Pon. Eleg. 5. Fluminaque in fontes cursu reditura supino.

Reditio, onis, verbale, Redeundi actus. {ritirada, ritirata. Ital. *Ritorno.* Gal. *Retour.* Hisp. *Tornada de lugar.*} Cæsar 1. belli Galli. Vt domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent.

Reditus, tus, pen. cor. Idem quod reuersio. {ritirada, ritirata, ritirada. Ital. *Ritorno.* Gal. *Retour.* Hisp. *La tornada de lugar.*} Cic. de Amic. Idem dicebat semper, animos hominum esse diuinos, iisque quum è corporibus excessissent, reditum ad cælum patere. Idem pro Cluent. Sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. Horat. Epod. 16. Hæc & quæ poterunt reditus abscindere dulces. Ouidius 1. Fast. Vt pateant populo reditus ad bella profecto. ¶ Reditus etiam significat prouentum, eo quòd quotannis redeat. {rendita. Ital. *L'utile, ò che ritorna.* Gal. *Reuenu.* Hisp. *La renta.*} Ouid. 2. de Ponto, At reditus iam quisque suos amat: & sibi quid sit Vtile, solicitis supporat articulis. Plin. lib. 19. cap. 1, Maiore singularum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum.

Redito, tas, pen. corr. frequentatiuum à Redeo. Idem valens quod statim vel continuò reuertor. {ritornare. Ital. *Retornare, tornare.* Gal. *Retourner.* Hisp. *Tornar luego de lugar.*} Plaut. in Capt. Nunc ita conuênit inter me atque hunc, Tyndare, vt te æstimarum in Aulidem mittam ad patrem, Ac si non reditas huc, vt viginti minas dem pro te. Quo tamen in loco in castigationibus Plauti codicibus rebitas, legitur more antiquorum, non reditas.

Redhibeo, bes, secunda syllaba corre. ex re & habeo, d interposita causa melioris soni. {rendidi, rendere. Ital. *Ribauere la cosa vendita.* Gal. *Reprendre & rauoir ce qu'on a vendu & autrement aliené de soy.* Hisp. *Deshazer la venta por tacha.*} Est autem redhibere (vt Vlpianus inquit de Aedili. edic. 1. Redhibere.) facere vt rursus habeat venditor quod habuerat. Festus Redhiberi id dicitur quod redditum est, improbatúmque, & qui dedit, rursus coactus est habere id quod antè habuit. ¶ Ponitur aliquando simpliciter pro reddo, restituo. Plaut. in Menæch. Saluum tibi, vt mihi dedisti, redhibeo marsupium.

Redhibitio, Actus ipse restitutionis. {ritornamento. Ital. *Restitutione.* Gal. *Restitution.* Hisp. *Restitucion.*} ¶ Est & redhibitio, actionis nomen, quæ & actio redhibitoria vocatur. ἀποδοκιμαστικὴ ἀγωγή. Ea verò actio cõtra eum intentatur, qui quid vitio corruptum commutauerit, vendiderive, vt cogatur & restituere pretium, & retrò, quod tradiderat, accipere: hoc est enim redhibere.

REDICVLI fanum, Romæ erat extra portam Capenam, ideirco dictum, quia accedens ad vrbem Annibal, ex eo loco redierit, visis quibusdam perterritus. Festus.

Redigo, gis. pen. corr. ex re, & ago, a in i conuersa, & d interposita. Signi ficat quadam vi, & industria reduco ad aliquid, vel aliquò. {ridurre, ridurre, ridurre. Ital. *Riduere.* Gal. *Reduire, rediger.* Hisp. *Reduzir.*} Et semper accusatiuum cum præpositione postuiat, multisq; commodatur actibus, & in vtranque partem sumi solet. Plautus in Amphit. Denique Alcmenam rediget antiquam in concordiam coniugis. Idem in Asinaria. Redigam te, vnde orta es, ad egestatis terminos. Cic. 4. Philip. Potentissimos reges, bellicosissimas gentes, in deditionem huius Imperij redegerunt. Terent. in Adelph. Tu homo rediges me ad insaniam. Et in Phorm. Ego me negotiu qui ais, redige in memoriam. Et iterum: In id redactus sum loci, vt quid agam ex illo, nesciam prorsus. ¶ Ponitur aliquando pro terrorsum agere, & ad recedendum compellere. Liu. 6. bel. Pun. Hi supra xxx. comprehensi, & cum transfugis nouis mulctati virgis, manibúsque præcisis Capuam redigunter. Liui. 1. belli Pun. Hostémq; in ruinas muri expellunt: inde impedimentum, trepidantémque exturbant: postremò fusum, fugatúmque in castra rediguut. ¶ Accipitur aliquando pro coaceruare, accumulare, & in vnum redigere. Cic. 1. Verr. Deinde prædam vendit, pecuniam redigit. Idem 5. Philipp. Quibus rebus tanta pecunia vna in domo coaceruata est, vt si hoc genus in vnum redigatur, non sit pecunia Reipublicæ defutura.

Redimio, redimis, redimiui, redimitum, Orno, corono, aeu crines diuerso. {incoronare, cingere, circondare, circundare. Ital. *Ornare, pingere, coronare.* Gal. *Enuironner, orner tout autour, couronner.* Hisp. *Afeytar, pintar, coronar.*} Claudianus lib. 2. de Rap. Proserp. Nec sic innumeros arcu mutante colores, Incipiens redimitur hyems, quum tramite flexo Semita discernit, secretis interuenit humida nimbis. Et libro 3. Mediis inuenimus aruis Eximiem Cyanem: ceruix redimita face iacebat. Cic. in Somnium Scipionis, Cetnis autem tetram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis. Stat. 1. Syl. Crinem redimire corymbis. Virg. 3. Aeneid. Vittis, & sacra redimitus tempora lauro. Nam eius simplex Emio, orno, seu decoro significat.

Redimiculum, culi, Ornamẽtum à mitra mulicbri vel sacerdotali dependens: quod genus etiam Græco vocabulo tæntas appellamus. {ornamento da testa da donna, ornamento da testa, tenia. Ital. *Ornamento di testa di donna.* Gal. *Ornement de teste de femme, ruban, tenie.* Hisp. *joya ò ornamento para ornar la cabeça de la muger.*} Iuuen. Sat. 2. -accipient te Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt Frontibus, & toto posuere monilia collo. Virg. 9. Aeneidos, Et tonica manicas, & habent redimicula mitræ. Ouid. lib. 10. Meta. Aure leues baccæ redimicula pectore pendent.

Redimo, mis, Seruum captiuúmve ab eo qui in potestate eum habebat, pretio libero. {λυτρόω, ἐξωνέομαι. Ital. *Comprare, ricomprare, riscuotere.* Gal. *Racheter, recouurer.* Hisp. *Redemir ò rescatar.*} vt Redimere captiuos à prædonibus. Cicero 4. Verr. Terent. Eunucho, Quid agas? nisi vt te redimas captum quàm queas minimo: si nequeas paulo, vt quanti queas. ¶ Item rem alienatam occupatámve precio recipio. Idem 10. Philipp. Pompeio sua domus patebit. eámque non minoris, quàm emit Antonius, redimet: redimet, inquam, Cn. Pompeij domum filius. ¶ Interdum idem quod simplex emo. Cicero 5. Verr. Hæc verò, quæ vel vita redimi rectè possent, pecunia æstimare non queo. ¶ Redimere lites, est iacturæ nonnihil facere, & cum aduersario pacisci, vt te litium molestia explices. Cicero pro Qu. Roscio, Suas Roscius, non societatis lites redemit. ¶ Ponitur & redimere pro aliquid certo pretio faciendum suscipere, quod & conducere dicimus. ἐργολαβῶ. Vlpian. Idémque si restimenta rerenda redemerit, vel insulam, vel nauem fabricandam, &c. Cicc. 3. Verr. Etenim qua stultitia fuisset, siquam diem qui istum eripiendum redemerunt, in cautione viderent, &c. Redemerunt, inquit Budæus, id est qui susceperunt procurationem corrumpendorum iudicum, & conduxerunt corrumpendum iudicium. ¶ Redimere hæreditatem, est quod vulgus retrahere dicit, quum aliquis venditam hereditatem iterum recipit. ¶ Redimere vectigalia, vel portoria, vel pecuaria, dicuntur Publicani, quum annorum aliquot reditum certa emunt pecunia, vt sibi ea interim liceat exigere, & in quæstum suum conuertere. Cic. de Claris Oratoribus. Qui pecuaria de P. Cornelio, & L. Mummio Censoribus redemisset.

Redemptio, onis, Actus ipse redimendi, hoc est pretio quempiam è vinculis aut seruitute liberandi. {λύτρωσις. Ital. *Redentione, riscatto.* Gal. *Rachapt, rançon, redemption.* Hisp. *Obra de redemir ò rescatar.*} Plin. de Viris illustr. Impetrata redemptione marito adulterum Centurionem interficiendum tradidit. ¶ Interdum idem quod emptio, siue corruptio. Cic. 2. Verr. Redemptio est huius iudicij facta grandi pecunia. Redemptio vectigalium, id est emptio: quum quis à Principe vel ciuitate vectigalium reditum certa pecunia redimit, vt ex eo faciat quæstum. Cic. de Prouinc. Consul. Publicanos temeritate redemptionis pene esse euersos. ¶ Redemptio operis, est susceptio operis certo pretio faciũdi: de quo vide latius paulo antè in ipso verbo redimo.

Redemptor, oris. Qui captiuum, seruúmve pretio in libertatem vẽdicat. {λυτρωτής. Ital. *Redentore, riscottore.* Gal. *Redempteur, rachapteur.* Hisp. *El que redime ò rescata.*} Redemptores item dicuntur qui certo pretio opus aliquod faciundum suscipiunt. Cic. 2. de Diuin. Redemptor qui columnam illam de Cotta & Torquato conduxerat faciendam. Idem Quinto Fratri, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Redemptores (inquit Festus) propriè, atque antiqua consuetudine dicebantur, qui quum ad faciendum, aut præbendum quid conduxerant, illúd que effecerant, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ij nunc dicuntur redemptores qui quid conduxerunt præbendum, vtendúmve. Hæc Festus. ¶ Redemptores vectigalium dicebantur Publicani, qui certa pecuniæ summa totius anni reditum à fisco emebant, vt ex eo quæstum facerent. Sed de his pluta in ipso verbo redimo.

Redempto, as, frequentatiuum est à verbo redimo: à quo rursus fit aliud frequentatiuum redemptio: quod magis est in vsu. λυτρόω. Plautus, Redempritauere ad vnum captos. Cato de Signis & tabulis, vt citat Pompeius, Facta benefactis non redemptitauere. id est remunerauerunt, aut compensarunt.

Redinteger, a, um, Idem quod renouatus, instauratus, quasi rursus integer. {ἀνανεωμένος, ἀλλάκτου ἀνανεωθέντος. Ital. *Rinouato.* Gal. *Remis en son entier, recommencé & refaire tout entier.* Hisp. *Entregado otra vez.*} Liuius 8. ab Vrbe, Tunc Papyrius redintegra ira spoliari Magistrum equitum, ac virgas, & secures expediti iussit. Aliqua exemplaria habent, redintegrata ira.

Redintegro, as, are. Idem quod instaurare, seu innouare, quasi in integrum restituere. {ἀνανεόω, ἀνακαλέζω. Ital. *Rinouare.* Gal. *Refaire tout entier, renouueler.* Hisp. *Tornar à entregar otra vez.*} Plin. in Paneg. Hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renouare gaudia, redintegrare lætitiam? Ad Herennium, lib. 2, Vt renouetur, non redintegretur oratio. ¶ Redintegrare animum, id est resumere. Cæsar 2. belli Gall. Huius aduentu spe illata militibus, ac redintegratio animo, quum pro se quisque in conspectu Imperatoris in extremis suis rebus operam nauare cuperet, paulum hostium impetus tardatus est. Bellum redintegrare. Brutus ad Ciceronem, lib. 11, Ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. Cæsa. 13, bell. Gall. Nostri redintegratis viribus, quod plerunque in spe victoriæ accidere solet, acrius impugnare cœperunt.

Redintegratio, onis, verbale, Renouatio. {rinouellamento. Ital. *Rinouellamento, rinfrescamento.* Gal. *Renouellement, rafraschissement.* Hisp. *Aquello entregamiento.*} Terent. in Andr. Amantium iræ, amoris redintegratio est. Cicero antequam iret in exilium. Nam quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros?

Redipiscor, eris, redeptus sum, Rem amissam recipio, rursus acquiro. {ἀνακτάομαι. Ital. *Assequire, conseguire, hauere.* Gal. *Raquerir, rauoir, recouurer.* Hisp. *Alcançar, conseguir, hauer.*} Plautus in Trinu. Inter eósne homines eondalium te Redipisci postulas, &c.

Rediuia, æ. Abscissus circà radices vuguium. {rampollo. Ital. *Pannarice, crepatura, schioppatura torno allogne.* Gal. *Vne maladie quand la peau se despard des ongles* Hisp. *El respigon, repeio ò padastro de la vña.*} Plinius lib. 29. cap. 2, Lana succida rediuias sanat ex aqua frigida. ¶ Legitur & reduuia duplici u, apud Ciceronem pro Roscio Amerino verba eius sunt hæc, Intelligo me ante tempus, Iudices, hæc scturari, & propemodum errare, qui quum capiti Sexti Roscij mederi debeam, reduuiam curem.

Rediuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rediuius, Vermiculus, seu bestiola quædam quæ infixo semper sanguini capite viuit, cui vni ex omnibus animalibus cibi exitus non est, sed vsqueadeò intumescit satietate, vt ipso alimento moriatur. Hoc Græci κρέατων vocant, Latini rediuium à rediuiendo, id est soluendo, quòd carnem animalium suctu resoluat. Vernaculi nostri *tecas* appellant. Colum. lib. 6. cap. 2. Ventri quoque, & sub femina manum subiicere conuenit, ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant, & vt rediuij (qui plerunque seminibus inhærent) eximantur. Sic enim legit Calepinus, sed corruptè, vt videtur, Columellæ codice deceptus. Nam in emendatioribus exemplaribus, ricini legitur, non rediuij.

Rediuiuus, a, um. Quod ex vetusto renouatum est. ‡ ἀνακαινισθὲν. Ital. *Rinouato, riuenuto.* Gal. *Vif ou remis en vie, derechef vigoreux, remis sus.* Hisp. *Lo que resuscita de muerto, cosa que renasce ò torna à viuir.* ‡ Seneca lib. 3. Declam. Rediuiuum me senem meretrix vocat. Iuuenal. Satyr. 6. Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum: Ac velut exhausta rediuiuus pullulet arca Numus, & è pleno semper tollatur aceruo, Non vnquam reputet quanti sibi gaudia constent. ¶ Rediuiua, in ædificiis dicimus materiam diruti ædificij, quæ rursus ad nouum ædificium applicatur, vel potest applicari. Cic. 3. Verr. Rediuiua sibi habere. Quasi quicquam rediuiui ex illo opere tolleretur: ac non totum opus ex rediuiuis constitueretur, hoc est ex veteri materia. Ibidem, Vtrum existimatis minus operis esse, vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? Bella rediuiua, Silius lib. 10. Gens rediuiua. Silius libro 1.

Redoleo, es, Multum oleo, vel odorem alicuius rei refero. ‡ ὀζω. Ital. *Render odore.* Gal. *Rendre odeur, flairer.* Hisp. *Bien oler, derramar oler.* ‡ Virg. 4. Georg. Fetuet opus, redolentque thymo fragrantia mella. Plin. lib. 12. cap. 12. Fruter est graui & crassa radice, situm redolente. ¶ Per transiationem accipitur simpliciter pro referre. Cic. de Clar. Orator. Sed nescio quo modo huius, quem constat eloquentia præstitisse, exiliores orationes sunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut Lælij, aut Scipionis, aut etiam ipsius Catonis. Colum. lib. 12. cap. 18. Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffienda, nequem redoleat fœtorem, acorémve. Cic. 2. Philip. Is vomens fructis, esculentis vinum redolentibus, gremium suum, & totum tribunal impleuit. Ouid. 8. Metam. Prunâque & in patulis redolentia mala canistris.

Redono, redonas, Reddo. ‡ ἀποδίδωμι, ἀναδίδωμι. Ital. *Ridonare, rendere.* Gal. *Redonner, rebailler, rendre.* Hisp. *Tornar otra vez, à dar.* ‡ Horat. 2. Carm. Ode 7. Quis te redonauit Quiritem Diis patriis, Italóque cælo? Idem 2. Carm. Ode 2. Inuisum nepotem Marti redonabo.

Redordior, iris, redorsus sum, Retexo, quod orsum erat soluo. ‡ ἀναδιδάω. Ital. *Ricominciare, ritessere.* Gal. *Deuider, defaire, retistre.* Hisp. *Tornar à començar, retexer.* ‡ Plin. lib. 9. cap. 17. Vnde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursúmque texendi.

Redormio, is. Rursum dormio. ‡ ἀναγρέδεδε, ἀναπαύομαι. Ital. *Tornar à dormire.* Gal. *Redormir, se rendormir.* Hisp. *Tornar à dormir otra vez.* ‡ Plin. Epist. 213. Paulum redormio, dein ambulo, mox orationem Græcam Latinámve clarè & intentè, non tam vocis causa, quàm stomachi, lego.

Redormio, onis, verbale. ‡ ἀνάπαυσις πάλιν. Ital. *Esso dormire da nuouo.* Gal. *Rendormissement.* Hisp. *Obra de tornar à dormir.* ‡ Plin. lib. 10. cap. 75. In redormitione vana esse visa, propè conuenit.

Redostire, Est retribuere, teste Festo, vel gratiam referre. ἀντιδῶναι. Nonius verò ait, redostit, id est redit. Accius in Amph. Quid hic redostit viam?

Reduco, cis. penult. prod. Retroduco, retraho. ‡ ἀνάγω, κατάγω. Ital. *Ridurre.* Gal. *Remener ou ramener.* Hispan. *Reduzir, tornar à otro guiandolo.* ‡ Iustin. lib. 2. Reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sueton. de Caligula, Equitem Romanum obiectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit, abscissáq; lingua rursus induxit. Cic. pro Quintio. Seruum domum reduci curauit ad Quintium. Idem 2. Offic. Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum. ¶ Item replicare. Virg. 4. Georg. Inque sinus scindit sese vnda reductos, id est replicatos. ¶ Item reconciliare, vt illud eiusdem 2. Aeneid. Numénque reducant. ¶ Huius verbi quandoque prima producitur, d literæ poëtica licentia duplicata: vt apud Horatium in Serm. Dij tibi dent capta classem reddducere Troia. Alioqui corripitur: vt apud Virgilium lib. 4. Aeneid. Ejectam classem socios à morte reduxi.

Reductus, a, am, participium. ‡ ἀναπεπταμένος, ἀναχαλώμενος. Ital. *Ridutto.* Gal. *Reduit, ramené.* Hisp. *Reduzido.* ‡ Horat. 1. Epist. 16. Virtus est medium vitiorum, vtrinque reductum. Virgil. 6. Aeneid. Interea videt Aeneas in valle reducta Secluſum nemus. Hoc est secreta.

Reductio, onis. ‡ ἀναγωγή. Ital. *Riducimento.* Gal. *Ramenement.* Hispan. *Reduzimiento.* ‡ Cic. ad Lentul. lib. 1, Quoniam senatusconsultum nullum exstat quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit.

Reductor, oris. ‡ ἀναγωγεύς. Ital. *Che riconduce.* Gal. *Ramenant.* Hisp. *Reduzidor.* ‡ Liui. 1. ab vrbe, Reductori plebis Romanæ in vrbem sumptus funeri defuit.

Redux, reducis, penult. corr. Qui è periculo in tutum, aut à captiuitate longáve peregrinatione in patriam reuertitur. ‡ ἀνακομιδὴς, κατασωθεὶς, κατήλθων. Ital. *Ritornato sano & salue.* Gal. *Reuenu & ramené sain & sauue.* Hisp. *Librado de peligro.* ‡ Cic. pro Milone. Quid me reducē esse voluistis? an vt spectante me expelleretur is per quos essem restitutus? Virgil. 1. Aeneid. Nanque tibi reduces socios, classémque relatam Nuntio. ¶ Aliquando simpliciter ponitur pro participio rediens. Plin. lib. 8. cap. 5. Sexto die perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen.

Redulcero, as. Vlceratum facio. ‡ ἀνιλκῶ. Ital. *Rinouare le piaghe.* Gal. *Renouueler de rechef, vlcerer de rechef.* Hisp. *Tornar à llagar.* ‡ vt Cotis redulceratur putridis humoribus id est vlcerosa fit: vel etiam. Plaga redulceratur, hoc est redintegratur. Colum. lib. 7. cap. 5. Tepefactúmque medicamentum illinitur scabræ parti, quæ prius aspera testa, vel pumice defricata redulceratur.

Reduncus, a, um. Retrorsum inflexus. ‡ ἀναγωνιαῖος. Ital. *Ripiegato, vncinato.* Gal. *Crochu courbement.* Hispan. *Encoruado.* ‡ Plin. lib. 11. cap. 56. de animalium cornibus loquens, Aliis aduncæ, aliis reduncæ. Ouid. 12. Meta. Vribus vsus auis, pennis, rostróque redunco, Hamatísque viri ſanianerat vnguibus ora.

Redundo, das. Propriè aquarum est, quum adeò augentur, vt se ripis littoribúsve non possint continere. ‡ ὑπερπλήρωμα. Ital. *Esser tanto pieno che si sparga, redundare.* Gal. *Redonder, regorger.* Hisp. *Reboſſar lo lleno.* ‡ Cicero 2. de Diuin. Si lacus Albanus redundasset, isque to mare fluxisset, Romam perituram. ¶ Per translationem tamen accipitur pro abundo, affluo. πλεονάζω, πλουτέζω. Cic. 3. Verrina, Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, redundarunt. Ouid. 2. de Remed. Am. Gutture fac pleno sumpta redundet aqua. Cic. pro lege Manil. Testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundauit. ¶ Aliquando verò ponitur pro recidere. ἀναπλήθω. Plaut. Hoc facinus in tuum redundabit caput. Aliquando etiam accusatiuum habet cum præpositione Ad. Plin. in Paneg. Non ad ipsos gaudium magis, quàm ad similes redundat.

Redundantia, redundantiæ, Id est superfluitas. ‡ πλεονασμός. Ital. *Superfluità* Gal. *Superfluité.* Hisp. *Superfluidad.* ‡ Cic. in Orat. Ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis redundantia, multa habet attennata, quædam etiam paulò hilariora.

Redundans, tis, ‡ ὑπερπλήρης, περιουσιάζων. Ital. *Abondante.* Mal. *Redondant, abondant.* Hisp. *Que abunda.* ‡ Cic. de Fato, Inter locorum naturas quàm interſit videmus: alios esse salubres, alios pestilentes: in aliis pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exiccatos & aridos.

Redundatus, a, um. Ouid. 6. Fast. Amne redundatis fossa madebat aquis. Idē 3. Trist. Eleg. 10. Siue igitur nimij Boreæ vis sæua marinas, Siue redundatas flumine cogit aquas.

Redundatio, Verbale, ‡ ὑπερπλήρωσις, περίσσεια. Ita. *Inondatione.* Gal. *Regorgement, redondement.* Hisp. *Reboſſamiento.* ‡ Plin. lib. 11. ca. 37. Certè nulli sine redundatione eios, eruitur oculus. Idem lib. 9 cap. 6 Fastidium in cibis, redundatio stomachi, iudices sunt hominis inchoati. Id est, nausea, vel quæ fluctuatio dicitur.

Refacio, cis, Antiquum, apud Plautum legitur in Trucul. Nam refacere si velim, non est locus.

Refello, lis, ex re, & fallo. Significat, quod dictum est, arguendo falsum ostendo. ‡ ἀποδείκνυμι. Ital. *Confutare, repudiare.* Gal. *Confuter, refuter.* Hisp. *Redarguir lo falſo.* ‡ Cic. 2. Tuscul. Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Virgil. 4. Aeneid. –neque te teneo, atque dicta refello. Cic. 4. de Fin. Vt audias me quæ à te dicta sunt refellentem. ¶ Differt à purgo, quòd refellere dicatur de eo cui factum negat: purgare verò de eo qui fatetur quidem factum, sed defendit.

Refercio, eis, ferſi, Exre, & farcio, significat repleo: quod alij quidem cum ablatiuo, alij verò cum genitiuo construunt. ‡ ἐμπίμπλημι. Ital. *Empire.* Gal. *Remplir tout plein.* Hisp. *Recalcar.* ‡ Cic. pro Cor. Balbo. Quòd iis rebus vrbem, Italiámque referserunt. Idem 2. Tuscul. Eadem enim dicuntur à multis, ex quo libris omnia referserunt.

Refertus, adiectiuum ex participio, idem significās quod plenus. ‡ πλήρης. Ital. *Pieno.* Gal. *Tout plein tout farci.* Hisp. *Lleno.* ‡ Cic. ad Quintum Frarrem, lib. 2, Accepi tuas literas datas Placentiæ: deinde alteras postridie datas Blandenoæ, cum Cæsaris literis refertis omni officio, diligentia, suauitate. Idem 5. Verr. Tum refertius erit ærarium populi Rom. quàm vnquam fuit. Idem ad Quint. Frat. lib. 1, Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum, celeritate refertissimum, magnitudine amplissimum, &c. Inogitur aliquando genitiuo. Cic. pro Font. Referta Gallia negotiatorum est, plena ciuium Romanorum. Gellius, Is librum multæ variæque historiæ refertum composuit.

Refero, penult. corr. Repercutio. ‡ ἀνταπωθῶ. Ital. *Ripercuotere.* Gal. *Referir, reſrapper.* Hisp. *Tornar à herir al que hiere.* ‡ Terent. in Adelph. Quia miseram mulierem, & me seruolum Quia referire non audeham, vicit, hui perfortiter. Ouid. 4. Metamorph. Non aliter quàm quum puro nitidissimus orbe Opposita speculi referitur imagine Phœbus.

Refero, penult. corr. Reporto, reduco, quasi retrorsum fero. ‡ ἀναγράφω, ἀνάγω. Ital. *Riportare, riferire.* Gal. *Reporter, rendre, referer.* Hisp. *Tornar à traher lo lleuado, ò traher atras.* ‡ Cicero Attico, Epistolam ad me referri volo. Idem alibi ad eundem, Auster me in Italiam retulit. ¶ Aliquando in consultationem pono: & sic construitur cum accusatiuo, mediante ad: idque duplicitèr. Dicimus enim referre rem alienam ad Senatum, & referre de re aliqua. ἀναφέρω περὶ τοῦ πολέμου. Cic. 2. Catil. Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis iam ad Senatum referemus, hoc est in Senatu agitandas, decernendásque proponemus. Virgil. 5. Aeneid. Delectos populi ad proceres, primúmque parentem Monstra deûm refero. Referre autem ad Senatum proprie erat Consulum, aut eorum quibus cogendi Senatus erat potestas. Vnde relationes dictæ sunt propositiones quæ de re aliqua in Senatu proponebantur disceptandæ. Senatorúmque sententiis determinandæ permittebantur. ¶ Referre omnia ad vnum, est omnia in vnum conferre, & vnius arbitrio omnia committere. Cic. pro Lege Manilia, Si ad vnum omnia referenda sunt, dignissimum esse Pompeium, hoc est si vni omnia adscribenda sunt, siue in vnum omnia conferenda sunt. ¶ Referre pedem, id est regredi, siue retrorsum se recipere. ἀναχωρῶ, ὑποχωρῶ. Virgil. 4. Georg. Iámque pedem referens, casus euaserat omnes. ¶ Aliquando recenseo, numero. ἐξαριθμῶ, ἀριθμοῦμαι. Virgil. 6. Aegloga, Cogere donec oues stabulis, numerúmque referre Iussit. ¶ Aliquando significat adscribo, κατατάσσω. Suetonius, Ea In deorum numerum retulit ἀποθεῶσαι. ¶ Aliquando conuerto. Virgil. lib. 11. Multa dies, variúsque labor mutabilis æui Retulit in melius. ¶ Aliquando renouo, & quasi rursus refero. Idem lib. 5, Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus Ascanius, longam muris quum cingeret Albam, Retulit. ¶ Aliquādo produco. Pli. lib. 21, Diximus & terram referre multum. ¶ Aliquando nuntio, renuntio, narro, indico. ἀναφέρω. Virg. 2. Aeneid. Referes ergo hæc & nuntius ibis Pelidæ genitori. ¶ Aliquando ostendo. Lucretius, Vnde refert nobis victor, quid posset oriri, Quid nequeat. ¶ Aliquando dico, vel respondeo.

respondeo. Cic. pro Cæcinna. Ego enim tibi refero, si non sum ex eo loco deiectus, quo prohibitus, &c. ¶ Aliquando exprimo, imitor. παραφέρω. Iuuenalis. Et multum referens de Mecœnate supino. Plin. Epist. 111, Amisit enim filiam, quæ non minus more eius quàm os, vultúmque referebat, totúmque patrem mira similitudine exstipserat. ¶ Aliquando reddo. Virg. lib. 8. O mihi præteritos referat si Iupiter annos. ¶ Referre gratiam, est ipso facto beneficium acceptum re meriti. χάριν ἀποδιδόναι. Plaut. in Mostel. Nunquam ego illi possem gratiam referre, vt meritus est de me. Aliquando etiam in malam partem accipitur pro eo quod est, par pari reddere & malum malo compensare. Cic. in Sallust. Nam quòd ista insuita rabie petulanter in vxorem & filiam meam inuasisti, satis doctè & peritè fecisti. Non enim speraisti me tibi mutuam gratiam relaturum, vt tuos vicissim compellarem. Pro eodem etiam dicimus referre gratias. Plaut. in Amphit. Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias, Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oscillet probè. Referre gratias, inquit Valla lib. 5, est facto: vt si tu subleuatus à me aut patrocinio, aut pecunia, aut manu, aut aliquo simili subsidio, vicissim me aliquo modò subleuaueris, gratias retulisti. Habere verò gratiã, est animo: Agere autem gratias, est verbis. De hac differentia vide plura in verbo AGO. ¶ Refero acceptum, propriè est quod ab aliquo acceperis, in tabulas referre: cui opponitur Expensum ferre, quod est in rationibus ascribere quod alicui dederis. {ἀναγράφειν. Ital. *Dar di recevere, far creditore.* Gal. *Faire crediteur.* Hisp. *Escreuir lo recebido.*} Cic. lib. 1. de Orat. Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expensum tulerit. ¶ Per translationem autem accipitur pro eo quod est fateri nos aliquod beneficium ab altero accepisse. ἀναφέρειν. Vel etiam in malam partem, pro eo quod est alicuius mali causam alicui imputare. Cic. pro M. Marcello, Vitam acceptam refert elementiæ tuæ. In malam. Idem, Omnia denique quæ postea vidimus (quid autem mali non vidimus?) si rectè raciocinabimur, vni accepta referemus Antonio. ¶ Habet autem hoc verbum primam syllabam correptam. Componitur enim ex præpositione re, & verbo fero. In præterito tamen & supino aliquando geminatur consonans, vt syllaba alioqui breuis, producatur. Horat. libro 2. Epist. Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Lucanus lib. 9. Id rursum cæli rellatum in templa receptant. Inuenitur tamen etiam retulit priore syllaba correpta. Catullus, Si reditum retulisset is, aut in tempore longo. Relatum autem ferè semper primam corripit. Ouid. 15. Metamorph. Digitis ad frontem sæpe relatis.

Refert, priore prod. compositum ex nomine res, & verbo fero, impersonale verbum est, aut certè per tertias tantum personas singularis numeri declinatum: idémque significat quod interest, siue vtile aut commodum est, vel alicuius momenti est. {ἀφέρει. Ital. *Importare, esser necessario, appartenere.* Gal. *On a à faire, il touche, il appartient.* Hisp. *Ser necessario, pertenecer.*} Cic. Attico. Tua istud refert maximè. ἀφέρει σὲ τῶν μάλιστα. Cic. Publio Seruilio, Spetare tamen videor Cæsari collegæ nos fore curæ esse, vt habeamus aliquam Rempublicam, cuius consilio magni referebat te interesse. id est æstimandum erat. Plin. 16. cap. 39. Infinitum refert lunaris rationemne nisi à vicesima in tricesimam cædi volunt. Hoc est plurimum interest quo in statu sit luna, quum ligna cæduntur. Idem, Quippe victimas cædi sine precatione non videtur referre. nec deos ritè consuli. Teren. in Phor. Quid tua (malum) id refertic. Magni Demipho. Columel. lib. 8, de canibus loquens, Non multum refert an villatici corporibus graues, & parum veloces sint. Id est, non magni est momenti, siue non magnopere pertinet ad rem. Plau. in Rud. Quomodo habeas, nihil id refert. iure ànne iniuria? Liui. lib. 2. Adeóne est fundata leuiter fides, vt vbi sim, quàm qui sim magis referat? id est æstimetur, siue existimetur, curetúrve. ¶ Aliquando sumitur pro expedit, siue necesse est. Sallustius, Quare vanum quidem hoc consilium est, si periculum ex illis timuit: sin in tanto omnium motu solus non timet, eo magis refert mihi, atque nobis timere. Virgil. lib. 2. Georg. Neque enim numero comprehendere refert. Id est non est necesse enumerare. ¶ Constituitur autem refert cum his ablatiuis, mea, tua, sua, nostra, & vestra: in reliquis autem omnibus genitiuum habet.

Relatum, relatu, supinum. Plin. lib. 32. cap. 11, Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potius annumeranda, quàm animalibus. Ouid. 15. Metamorph. -res horrenda relatu.

Relatus, a, um, participium. {ἀναγραφόμενος, προφερόμενος. Ital. *Rapportato.* Gal. *Rapporté.* Hisp. *Trahido ò llenado otra vez.*} Cic. 2. de Natura deorum, Sed duros, & quasi coroeolos habent introitus, multisque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus. Ouid. 3, Fasto. Nomine mutato causa relata mea est.

Relatus, us, ui. Id est commemoratio {ἀναμνησις. Ital. *Commemoratione.* Gal. *Commemoration.* Hisp. *Recordacion.*} Tacitus li. 17, Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est.

Relatio, onis, Actus referendi. {ἀναφορά, ἐπαναφορά, διήγησις. Ital. *Relatione, rapportamento.* Gal. *Rapport, relation.* Hisp. *Relacion.*} Cic. in Piso. Nam relatio illa salutaris, & diligens fuerat Consulis animaduersio quidem & iudicium. Quintil. lib. 4. cap. 1, Nonnunquam contingit relatio meritorum.

Relator, oris. {ἀναφορεύς, διηγητής. Ital. *Rapportatore.* Gal. *Rapporteur.* Hisp. *Relatador.*} Balbus ad Ciceronem, Iucipiam sperare, etiam consilio Senatus, autor, te, illo relatore, Pompeium & Cæsarem coniungi posse.

Referuco, cs, Valde feruco. {ἀναζέω, ὑπερθερμαίνομαι. Ital. *Bollire molto.* Gal. *Reboullir, bouillir fort.* Hisp. *Hervir mucho.*} Plin. lib. 16. cap. 11, Alij vtilius putant sine aqua coquere lento igne tota die, vtique vasc æris alibi. Item terebinthinam in sartagine referuenti. ¶ Aliquando contrarium significat, vt idem sit quod deferuco, hoc est feruere desino. λήγω. Cic. de Clar. Orat. Nam & contentio nimia vocis reciderat, & quasi referbuerat oratio. hoc est refrixerat.

Referuens crimen, à Cicerone pro Roscio Comœdo, per translationem dicitur pro vehementi, & atroci. Nónne (inquit) vt ignis in aquam coniectus continuò restinguitur, & refrigeratur: sic referuens falsum crimen, in purissimam & castissimam vitam collatum, statim concidit, & extinguitur?

Referuesco, is, Recalesco, denuo feruidus fio. {ἀναζεσταίνομαι. Ital. *Bollire vn' altra fiata.* Gal. *Reboullir, bouillir vne autre fois.* Hisp. *Hervir otra vez.*} Cic. 1. de Natu. deorum, Ex his Mercurium ex patera, quam dextra manu tenebat, sanguinem visum esse fundere: qui cum terram attigisset, referuescere videretur sic vt tota domus sanguine redundaret.

Refibulare, Fibulam peni inductam soluere. Martial. lib. 9, -& cuius Refibulauit turgidum faber penem.

Reficio, cis, pen. corr. Instauro, renouo: quod corruptum erat, in statum pristinum restituo. {ἀνακαινίζω, πρωτοποιῶ. Ital. *Rinouare, rifare, rifiziare.* Gal. *Refaire, recreer.* Hisp. *Rehazer ò renouar.*} Cæsar 4, belli Gall. Omnia deerant quæ ad reficiendas naues vsui sunt. Cic. 1. de Diuin. Quinetiam memoria nostra templum Iunonis Sospitæ, L. Lucius, qui cum P. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit. Idem 3. Verr. Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur. Vlpian. de Riuis, l. j. Verbo reficiendi, regere, substruere, sarcire, ædificare, & aduehere, apportaréq; ea quæ ad eandem rem opus sunt, continentur. ¶ Aliquando reficio accipitur pro recreo, vel delecto. ἀναπαύω. Plin. in Paneg. Ad hæc tam assiduus in tribunali, vt labore refici ac reparari videretur. Cæsar 7. belli Gall. Summámque ibi copiam frumenti & reliqui commeatus nactus, exercitum ex labore atque inopia refecit. Cicero ad Gallum, lib. 7. Ego hic cogito communicari, quoad me reficiam: nam & vires, & corpus amisi. Id est quoad valetudinem reparem, & vires recipiam. Reficere vires cibo. Cic. de Senect. Tantum cibi sumendum vt reficiantur vires, non opprimantur. Liui. 7. belli Maced. Quum in alto, vbi subsiderant, cibo reficerent vires, contemplatus Eudamus hostes, &c.

Refectus, a, um. participium. {ἀναπαυόμενος, ἀναπαυτός. Ital. *Rifatto.* Gal. *Refait.* Hisp. *Hecho otra vez.*} Ouid. 4. Fast. Non secus indoluit, quàm si modò rapta fuisset, Mœsta parens, longa vixque refecta mora est.

Refectus, us, ui, Ipsa refectio. {ἀνάληψις, ἀναψυχή. Ital. *Ristettione, pastura.* Gal. *Refection.* Hisp. *Rehazimiento, apascentamiento.*} Plin. lib. 18. ca. 7, Panem ex herdeo antiquis visitatum vita damnauit, quadrupedúmque tradidit refectibus.

Refectio, onis, verbale, actus restaurandi & reficiendi. {ἀνακαίνισις, ἄνεσις. Ital. *Ristettione.* Gal. *Raccoustrement, rabillement.* Hisp. *Rehazimiento.*} Colum. lib. 12. cap. 3. Cæteráque si refectionem desiderant, fabris concinnanda tradantur.

Refector, oris. {ἀνακαινιστής, ἀναπαυτής. Ital. *Racconciatore, rassettatore.* Gal. *Refaiseur, raccoustreur, radobeur.* Hisp. *Rehazedor.*} Sueton. in Vespa. cap. 18, Item colossi refectorem insigni congiario, magnáque mercede donauit.

Refigo, gis, penult. prod. refixi, xum, Quod fixum erat auello. {ἀνασκολοπίζω. Ital. *Distaccare, spiccare.* Gal. *Arracher ce qui est fiché.* Hisp. *Arrancar lo hincado.*} Inde refigere tabulas, & leges, id est rescindere. Virg. 6. Aen. Fixit leges precio, atque refixit. Cice. 13. Philip. Acta Antonij rescidistis, leges refixistis per vim. Idem 12. Philip. Num figentur rursus ex tabulæ quas vos decreto vestro refixistis? ¶ Ponitur aliquãdo pro rursus, siue valde figere. Vir. 4. Georg. -aulásque, & cerea regna refigunt. id est figunt, inquit Seruius.

Reflagito, as, Instanter repoſco, iterum flagito. {ἀπαιτῶ. Ital. *Adimandare con instantia ò vn' altra volta.* Gal. *Redemander importunément.* Hisp. *Demandar con importunidad, ò otra vez.*} Catul. in Epigr. 39, Persequamur eam. & reflagitemus.

Reflecto, is, reflexi, reflexum, Retrorsum flecto. {ἀνακάμπτω. Ital. *Torcere à dietro.* Gal. *Reflechir, doubler arriere, retourner.* Hisp. *Doblegar atras.*} Virg. 11. Aeneid. -turbásque Latini Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt. Plin. lib. 11. cap. 50, Canum degeneres caudam sub aluum reflectunt. ¶ Per translationem, pro reuocare, reprimere. ἀνακαλῶ. Cic. pro Sylla, Vero ego te Torquate iandudum, fero: & nonnunquam animum incitatum ad vlciscendam orationem tuam reuoco ipse & reflecto. Terent. Adelp. Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia repressit, neque reflexit.

Reflexus, a, um, participium. {ἀνακεκαμμένος. Ital. *Ripiegato.* Gal. *Reflechi.* Hisp. *Doblegado atras.*} vt cornix reflexa, Stathius 1. Achil. Plinius lib. 11. cap. 37, Masculis reflexi, fœminis recti atque proni. De dentibus elephantorum.

Reflo, as, aui, atum, Spiro ex aduerso, contrà flo. {ἀντιπνέω. Ital. *Soffiare all incontro.* Gal. *Souffler à l'encontre.* Hispan. *Soplar hazia atras.*} Cicer. Attico, libro 6, Inde quamprimum Athenas, etsi Etesiæ valde reflauerint. Idem 4. Tuscul. Si enim reflantibus ventis reiicimur, tamen eódem paulò tardius referemur. ¶ Venustè admodum transfertur ad fortunam quæ tunc dicitur nobis reflare, quum omnia nobis præter animi sententiam cadunt. Cic. 1. Offic. Quum fortuna reflarit, affligimur.

Reflatus, tus, Flatus aduersus, id est ventus contrarius. {ἀντίπνοια. Ital. *Vento contrario.* Gal. *Vent contraire.* Hisp. *Viento contrario.*} Cic. ad Atticum, lib. 13, Naues relatas in Vticam reflatu hoc.

Refloreo, res, penult. prod. Rursus floreo: vnde Refloresco, denuo floresco. {ἀνανθῶ. Ital. *Tornar à fiorire.* Gal. *Reflorir.* Hisp. *Tornar à florescer.*} Plin. lib. 18. cap. 16, Secatur incipiens florere, & quoties refloruit, &c. Idem lib. 19. cap. 8, Cuius natura in carnariis refloreſcens, sæpius dicta est.

Refluo, refluis, Cursu feror retrogado. {ἀναῤῥέω, παλινδρομῶ. Ital. *Scorrere in dietro.* Gal. *Reculer & reculer d'vn en est parti.* Hisp. *Correr lo liquido atras.*} Plin. lib. 2. cap. 97. Nec vnquam eodem tempore quo pridie, refluit. Virgil. 9. Aeneid. Quum refluit campis, & iam se condidit alueo.

Refluus, a, um, Quod retrogrado fertur fluxu. {παλίνδρομος, παλιῤῥύτος. Ital. *Cosa che scorre in dietro.* Gal. *Qui recoule & retourne.* Hispan. *Lo liquido que corre atras.*} Plinius libro 2. cap. 97, Et Pontus semper exquido quæ corre atras.} Plinius libro 2. cap. 97, Et Pontus semper extrà meat in Propontidem, introrsus in Pontum nunquam refluo mari. Ouidius in Metamorph. Et quas Oceani refluum mare lauit arenas.

Refocillo, as, Recreo, reficio refouco. {ἀναζωπυρῶ, ἀναλαμβάνω. Ital. *Rifocillare, rinouare, rifare, ricreare, rificiare.* Gal. *Refoceller, restaurer, recreer.* Hisp. *Recrear, rehazer, calentar.*} Plin. Epist. 58, Ipse paucis diebus ægrè refocillatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cillatus, non sine vltionis solatio decessit. Simplex verbum est focillo, as, quod à nomine focillus deriuari putatur, quod est diminutiuum à nomine focus deductum.

Refodio, is, refodi, refossum, Effodio, fodiendo eruo. ¶ ἐξορύττω. Ital. *Far fossa, cauare.* Gal. *Desfouir, deterrer.* Hisp. *Desenterrar, cauar otra vez.* ¶ Plin. lib. 2. cap. 63, Si vlli essent inferi, iam profectò illos auaritiæ cuniculi, atque luxuriæ refodissent. Cætera vide in FODIO.

Reformido, as, penul. prod. Valde formido. ¶ κατατρόμου μαι. Ital. *Hauer paura, temere grandemente.* Gal. *Fort craindre.* Hisp. *Mucho temer.* ¶ Cic. in Oratore. Tum illos existimabo non desperatione reformidauisse genus hoc, sed iudicio refugisse. Cæsar 1. bel. Ciuil. Neque se reformidare quod in Senatu paulo antè Pompeius dixisset. Virgil. 4. Georg. Antè reformidant ferrum. Ouid. 3. de Pon. Vtque reformidant insuetum lumina solem, Sic ad lætitiam mens mea segnis erat.

Reformidatio, onis, verbale. ¶ φόβος, δέος. Ital. *Timore estremo.* Gal. *Fort grand crainte.* Hisp. *Miedo grande y demasiado.* ¶ Cic. in Partit. In suasione autem aut spem, aut reformidationem deliberantis.

Reformo, a. In aliam, seu meliorem formam redigo. ¶ ἀναπλάττω. Ital. *Riformare.* Gal. *Reformer, rebailler forme à quelque chose.* Hisp. *Reformar ò corregir.* ¶ Quint. lib. 12. cap. 6, Apollonio Moloni Rhodi rursus reformandum, ac velut recoquendum se dedit. Ouid. 12. Metam. Nec te decipiat centum mentita figuras: Sed preme quicquid erit, dum quod fuit antè, reformet.

Reformator, oris, ¶ μεταπλαστής, ἀνατυπωτής. Ital. *Riformatore.* Gal. *Reformateur.* Hisp. *Reformador, corregidor.* ¶ Plin. Epist. 165, Multorúmque, qui aliqua componunt, portus, sinus, præmium, omnium exemplum: ipsarum denique literarum iam senescentium reductor ac reformator.

Refoueo, es etc. Alimento, vel calore moderato refocillare. ¶ ἀναλαμβάνω, ἀναζωπυρῶ. Ital. *Conare, nodrire.* Gal. *Reschauffer & remettre en chaleur, estuuer.* Hisp. *Recrear, abrigar.* ¶ Colum. lib. 2. cap. 1, Licet enim maiorem fructum percipere, si frequenti, & tempestiua, & modica stercoratione terra refoueatur. Lucan. lib. 8, –quam pectore magnus ambit, & adstrictos refouet complexibus artus.

Refractarius, vide REFRINGO.

Refræno, as, Idem ferè quod frænare, hoc est cohibere, & coercere. ¶ ἀναχαιτίζω. Ital. *Raffrenare, ritenere, restringere.* Gal. *Refrener, retirer par la bride, tenir court.* Hispan. *Enfrenar ò retener.* ¶ Cic. pro Cælio, Etenim semper magno ingenio adolescentes refrænandi potius à gloria, quàm incirandi fuerunt. Ouid. Epist. 6, Illa refrænat aquas, obliquáque flumina sistit.

Refrænatus, participium ¶ ἀναχαιτισθείς. Ital. *Raffrenato, ritretto.* Gal. *Refrené, retenu, tenu court.* Hisp. *Enfrenado, retenido.* ¶ Lucr. lib. 5, Religione refrænatus, ne fortè rearis, &c.

Refrenatio, verbale. ¶ ἀναχαίτισις, ἡ ἀναχαλινωσις. Ital. *Raffrenamento.* Gal. *Refrenement.* Hisp. *Enfrenamiento.* ¶ Senec. 3. De Ira. Necessaria est ista doloris refrænatio, vtique hoc fortitis vitæ genus & ad regiam mensam adhibitis.

Refragor, aris, pen. prod. Verbum deponens, significans resistere, repugnare. ¶ ἀντιλέγω, ἐναντιόομαι. Ital. *Repugnare, far resistenza, resistere.* Gal. *Resister contre, contredire.* Hisp. *Ser contrario en voto resistir.* ¶ Homer. ἀντιφέρομαι. Plin. lib. 19. cap. 8, Quoniam hæc maximè refragetur Veneri. Cic. 11. Philip. Et siquis potest refragari non modò non petenti, verùm etiam recusanti. ¶ Legitur etiam refrago, as, teste Nonio, pro suffragari, apud antiquos. Sisenna lib. 22. Histor. Multi populi plurimæ concionis Dictaturam omnibus animis, & studiis refragauere. id est Dictaturæ suffragati sunt. ¶ Refragati ingenium alicui dicitur, quando ingenio aliquid assequi nequit Quintil. lib. 10. cap. 6, Vt is cui non refragetur ingenium, &c.

Refrico, cas, pen. cor. Renouo. ¶ ἀνανεῶ, ἀναιτίζω. Ital. *Rinouare.* Gal. *Refrotter, renouueler.* Hisp. *Renouar.* ¶ Tractum à vulneribus, quæ plerunque fricando renouantur. Cic. ad Sestium, lib. 5. Epist. Sin autem omnia quæ sentio, præscripserim, ne refricem meis literis desiderium, ac dolorem tuum. ¶ Propriè refricare, est rursus vel valde fricare. ¶ Ital. *Multo ò un' altra fiatta fregare.* Gal. *Refrotter, ou fort frotter.* Hisp. *Refregar.* ¶ Cato cap. 87, Id omne ita facito, & refricato denuo. Cic. ad Atticum lib. 10, neutrum posuit, Crebrè, inquit, refricat lippitudo, non illi quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

Refrigeo, ges. pen. prod. vel potius refrigesco, is. Frigidum fieri. ¶ ἀναψύχομαι. Ital. *Raffredarsi.* Gal. *Se refroidir, deuenir froid.* Hisp. *Resfriarse.* ¶ Cato cap. 105, Vbi iam vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. Colu. lib. 2. cap. 2, Et boues inhibeat, vt colla eorum refrigescant: quæ celeriter conflagrant, nisi assiduè refrigerentur. Ouid. 12. Metam. –paruo cor vulnere læsum Corpore cum toto post tela educta refrixit. ¶ Refrigescere res, per translationem. Quintil. lib. 10, Calor ille cogitationis scribendi mora refrixit. Cic. ad Dolabellam, lib. 9, Ego, cætera qui animo æquo fero, vnum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerit. Terent. Adelph. Nihil est, refrixerit res.

Refrigero, ras. pen. corr. Frigus induco, vel rem calidam frigidam facio. ¶ ἀναψύχω, καταψύχω. Ital. *Rifrescare, raffreddare.* Gal. *Refroidir, raffraichir.* Hisp. *Resfriar otra cosa.* ¶ Cic. in Catone, Vbi enim potest illa ætas aut calescere, aut apricatione melius, vel igni, aut vicissim vmbris, aquisve refrigerari salubrius? Colum. lib. 2, Atque ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata reconditur. ¶ Refrigerari item rumor vel sermo per translationem dicitur, quum paulatim euanescit, atque minuitur, & in ore hominum esse desinit. Cic. Appio Polchro. Refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialium. Sic etiam negotium aliquod refrigerari dicitur, quod iam minore cura studióque geritur. Accusatio item refrigerata dicitur, cuius aculei iudicum animis infixi, temporis tractu elanguerunt. Idem 1. Verr. Defossa, ac refrigerata accusatione, &c.

Refrigeratus, a, um, participium. ¶ ἀναψυχθείς. Ital. *Raffreddato, rinfrescato.* Gal. *Refroidi.* Hisp. *Resfriado.* ¶ Cic. 1. de Nat. deorum Quæ si mundus est deus quoniam mundi partes sunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt.

Refrigeratio, onis. ¶ ἀναψυξις. Ital. *Raffredamento, rinfrescamento.* Gal. *Refroidissement, raffrechissement.* Hisp. *Resfriamiento.* ¶ Cic. de Senect. Et refrigeratio æstate, & vicissim aut sol, aut ignis hybernus.

Refrigerator, oris, & Refrigeratrix, cis. ¶ ἀναψυκτήρ, ἀναψυκτικός. Ital. *Raffredatore, rinfrescatore.* Gal. *Refroidisseur, refrigeratif.* Hisp. *Resfriador.* ¶ Plin. lib. 19. cap. 8, Est quidem natura omnibus refrigeratrix.

Refrigeratorius, ria, rium. Quod refrigerat. ¶ ἀναψυκτικός. Ital. *Rifrescatiue.* Gal. *Refrigeratif.* Hisp. *Cosa que do resfriamiento.* ¶ Plin. lib. 22. cap. 22, Refrigeratoriam tamen vim esse conuenit nigro, & hac causa imponendum cum polenta. Idem libro 25. cap. 13, Semini & foliis refrigeratoria vis.

Refrina, æ, penult. prod. Faba (vt inquit Festus ex Cincij sententia) quæ ad sacrificium referri solet domum à segete, auspicij causa. Aelius Gallus: reste eodem Festo, addubitat an ea sit quæ prolata in segetem, domum referatur: an quæ refringatur: id est teratur. Sed Cincij opinionem adiuuat, quòd in sacrificiis publicis, quum puls fabata diis præbetur, nominatur refrina. Hæc Festus.

Refringo, is, refregi, refractum. Rumpendo aperio. ¶ ἀναλάω. Ital. *Frangere, fracassare.* Gal. *Desfrompre, briser.* Hisp. *Quebrar.* ¶ Plaut. Capt. Cellas refregit omnes intus, reclusitque armarium. Liui. 4. belli Maced. Compauerat homines qui pluribus simul locis vrbis nocte incendia facerent, vt in consternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer posset. ¶ Refringere vim fortunæ, per translationem. Liui. 5. ab Vrbe, Adeo occæcat animos fortuna, vbi vim suam ingruentem refringi non vult.

Refractus, a, um. participium. ¶ ἀναλασθείς. Ital. *Fracassato.* Gal. *Desfrompu.* Hisp. *Quebrado.* ¶ Pli. Epist. 38, Nunc refractis pudoris & reuerētiæ claustris omnia patent omnibus.

Refractarius, a, um, Dicitur qui contumax est, & nimis suæ sententiæ renax. ¶ ἀντίτυπος. Ital. *Contumace, obstinato.* Gal. *Opiniastre, rebelle.* Hisp. *Cosa que contradize, porfiado.* ¶ à refringendo, quasi nimium liber, obstantiáque omnia refringens, nullísque rationum claustris se patiens coërceri. Seneca, Existimant philosophiæ fideliter deditos contumaces esse, ac refractarios.

Refractariolus, adiectiuum diminutiuum. ἀντιτύπου, Cic. ad Atticum lib. 2, Et quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, &c.

Refugio, gis. Idem quod anfugio, vel fuga me retrorsum recipio. ¶ ἀναφεύγω. Ital. *Fuggire, fuggire in dietro.* Gal. *Refuir, cuitter, se tirer arriere.* Hispan. *Huyr ò huyr atras.* ¶ Gellius, Posteaquam prælio victus, in vltimam regionem refugisset. Cic. pro Cælio, Cur illecebris cognitis non refugisti. ¶ Per translationem sumitur pro detrectare, recusare. & tanquam à re perniciosa resilire. Cic. de Orat. Semper ego à genere hoc toto sermonis refugi. Idem 8. Philip. Refugit animus, eáque reformidat dicere, &c.

Refuga, gæ. pen. cor. & communis gen. Fugitiuus vel fugitiua. ¶ αὐτόμολος. Ital. *Fuggitiuo.* Gal. *Qui s'en refuit.* Hisp. *Hombre ò muger que huye.* ¶ Vlp. in l. Aut damnum, de Pœnis, Quique refugæ ex opere metalli in metallum damnantur.

Refugus, a, um, Pro eo quod est recliue, ac reiectum. ¶ ἀναδρὸς, ἀποφεύγων. Ital. *Chi fugge adietro.* Gal. *Qui s'enfuit arriere.* Hisp. *El que huye atras.* ¶ Sidonius, Capitis apex rotundus, in patulum à planitie frontis verticem cæsaries refuga crispatur. id est in frontem reiecta. Lucan. lib. 10, –refugósque gerens à fronte capillos. Mare refugum, id est refluum, & quasi refugiens. Stat. 12. Theb.

Refugium, gij, Asylum, id est locus, vel persona ad quam refugimus, vt tuti simus. ¶ καταφύγιον. Ital. *Rifuggio, luogo da saluarsi.* Gal. *Refuge.* Hisp. *Lugar à donde huymos y à donde nos acogemos para escapar de algun peligro.* ¶ Cic. lib. 2. Offic. Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium Senatus. Suetonius in Tiberio, Ne refugium in tali fraude cuiquam esset.

Refulgeo, es, refulsi, refultum. ¶ ἀναλάμπω, ἀπολάμπω, ἀναστίλβω. Ita. *Risplendere, lampeggiare.* Gal. *Resplandir, reluire.* Hisp. *Resplandescer.* ¶ Refulgere, Valde fulgere. Plin. lib. 11. cap. 28. Nunc pennarum hiatu refulgentes. Virg. 1. Aen. –claráque in luce refulsit. Ibidem, –rosea cervice refulsit.

Refundo, is. Fundendo regero. ¶ ἀναχέω. Ital. *Risundere, spandere.* Gal. *Resonder, respandre.* Hisp. *Derramar.* ¶ Ouid. 11. Metam. Egerit hic fluctus, æquórque refundit in æquor. Cic. 2. de Nat. deorum, Quibus altæ, renouatæque stellæ, atque omnis æther refundunt eadem, & rursum trahunt in idem.

Refusus, a, um, adiectiuum. Id est redundans, ¶ ἀναχυτός, ἀναστόμωτος. Ital. *Sparso, andato per disotra.* Gal. *Respandu, regorgeant.* Hisp. *Derramada.* ¶ Plin. lib. 36. cap. 26, Nonnisi refuso mari arenas fatetur. Virgil. 2. Georg. Ponto sonat vnda refuso. Idem 1. Aeneid. Stagna refusa vadis, id est effusa.

Refusè, aduerbium, Redundanter. ¶ ἀναστομώδως. Ital. *Largamente, in copia.* Gal. *Largement, abundamment.* Hispan. *Rebossadamente, abundamente.* ¶ Colum. lib. 4. cap. 1, Nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, &c.

Refutо, as, penult. prod. à futo quod frequentatiuum est à Fuo, fas, quod protulit Plautus in Amphitr. Ne quisquam tam audax fuat homo qui obuiam obsistat mihi. Præsertim quum dicat Festus, Futare, arguere est. Vnde & confutare, & refutare, redarguere est, siue refellere, & non ita esse ostendere. ¶ ἀνασκευάζομαι, ἀνελέγχω, ἀναστομώζω. Ita. *Risutare, accusare.* Gal. *Refuter, confuter, reprendre.* Hisp. *Redarguir, reprouar, destruyr por razones.* ¶ Cice. Dolabella, Non tam id laboro, vt siqui mihi obtrectent, à te refutentur: quàm intelligi cupio (quod certe intelligitur) me à te amari. Alio modo dixit Cic. de Arusp. responsis. Et aut concedente, aut adiuuante Milone, eius conatum refutabo. id est aut facto, aut verbis reprimam.

Refutatio, onis, verbale. Actus ipse refutandi. ¶ ἀνασκευή. Ital. *Confutatione.* Gal. *Confutation, refutation.* Hisp. *Destruymiento por razones, reprouamiento.* ¶ Cic. in Top. Refutatio autē accusationis, in qua est depulsio criminis, quæ Græcis ἔνστασις dicitur, Latinè appellarunt status, in quo primùm insistit, quasi ad repugnandum congressa defensio. Firma refutatio, Quint. lib. 5. cap. 10.

Refutatus, tus. tui. Idem quod refutatio. Lucret. Ancipitique refutatio conuincere falsum.

Regaliolus, li, Aulæ est exigua, eadem (vt docti credunt) cum trochilo: quem Plin. lib. 8. cap. 24. & lib. 10. cap. 74. in Italia auium regem ait appellari, eóque nomine aquilæ esse inuisum, quòd regiam illi dignitatem præripere videatur. {ἀετόκαλος. Ital. *Vccellcto nimico all aquila.* Gal. *Roytelet oyseau appelé Roittelet.* Hisp. *El auue rey delas aues.*} Suet. in Iul. Cæs. pridie autem eiusdem Idus auem regaliolum cum laureo ramo Pompeianæ curiæ se inferentem, volucres varij generis, é proximo nemore profectæ, ibidem discerpserunt.

Regalis, & hoc regale, vide REGO.

Regelo, las, penult. corr. Resoluere gelu: contrarium est suo simplici. {ἀνάψυχω πάγος. Ital. *Disghiacciare.* Gal. *Desgeler.* Hisp. *Deselar.*} Columella lib. 1. cap. 5. Quantóque fuerit ædificij solum pronius Orienti, & æstate libertius capere per flatus, & hyemis procellis minus infestari, & matutino regelari ortu poterit, concretitiores liquescant. Idem lib. 10. Post vbi Riphææ torpentia frigora brumæ Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura.

Regenero, as, iterum, siue rursum. {ἀναγεννάω. Ital. *Regenerare.* Gal. *Regenerer, refaire de nouueau.* Hisp. *Tornar a engendrar.*} Plin. lib. 12. cap. 1. Sed ex ea primùm quæ est in Creta, platani fatæ regenerauere vitium. ¶ Per translationem accipitur pro repræsentare, & formæ, morum ingenijve similitudinem referre. Plin. lib. 14. cap. 22. de Tiberij Imperatoris, & Drusi bibacitate verba faciens, Nec alio magis Drusus Cæsar regenerasse patrem Tiberium ferebatur.

Regermino, as, penult. corr. Iterum germino. {ἀναβλαστάνω. Ital. *Germogliare di nuouo.* Gal. *Regermer.* Hisp. *Tornar a echar las plantas.*} Plaut. lib. 16. cap. 33. Et in Aenatia fuecissa regerminat.

Regeminatio, onis, verbale. {ἀναβλάστησις. Ital. *Esso germogliare di nuouo.* Gal. *Regermement.* Hisp. *Obra de echar renueuo.*} Plin. lib. 10. cap. 20. Regerminatione cædua, vel salice lætior.

Regero, ris, gessi, gestum, Refero, reporto, reiicio, reddo. {ἀναφέρω, ἀναδίδωμι. Ital. *Riferire, riportare.* Gal. *Rapporter.* Hispa. *Referir.*} Plin. lib. 2. cap. 9. In coitu quidem non cerni: quoniam hausturn omnem lucis auersa illó regetat vnde acceperit. Cicc. lib. 11. Epist. Pro quo tot tibi rusticos Stoicos regeram vt Catium Athenis natum esse dicas. ¶ Interdum regerere, est scriptis mandare, quod quis legendo aut audiendo didicerit. ἀναγράφω. Quintil. lib. 3. cap. 8. Sunt enim velut res egestæ in hos commentarios, quos puer deduxerat schola. Vnde regesta dicuntur, quæ iam in tabulas, libróue redacta sunt. τὰ ἀπομνημονευόμενα, καὶ εἰς ὑπόμνημα.

Regestus, ta, tum, participium. {ἀναπλασθείς. Ital. *Rigittato, riportato.* Gal. *Regetté, raporté.* Hisp. *Resirado, llenado.*} vt Regesta crapula, apud Apuleium in Asino: id est vomito eiecta: Regesta (inquit) crapula vestem inquinauerat. Terra regesta, id est eódem relata vnde fuerat egesta, Ouidius 11. Metam. -secedit, humúmque Effodit, & domini quales conspexerat aures, Voce refert parua, terræque immurmurat haustæ: Indiciúmque tuæ vocis tellure regesta Obruit, & scrobibus tacitus discedit opertis.

Regestum, ti, Terra ex sulco egesta, & in aliquantulam altitudinem eleuata. Colum. lib. 3. cap. 13. Quum à parte superiore in inferiorem detrahitur humus, vix iustum pastinationi præbet regestum. Idem libro 1. cap. 3. Potesteriam in siccissimis locis opus custodiri, si depressius pastinetur solum, eiúsque abundè est gradum effodere tribus pedibus, vt in quatuor consurgat regestum. ¶ Regestum etiam dici potest (inquit Budæus) quod nos registrum appellamus. Vide suprà in verbo NERO.

Regia, Rege, Regificus, vide REGO.

Regifugium, Festum erat Romanorum celebrari solitum postridie Terminaliorum, hoc est vj. Calend. Martias, quo die Tarquinius Roma profugit. Inter Terminalia autem & Regifugium quarto quoque anno interserebatur dies vnus, quem ob id intercalarem vocabant. Vide Macrobium, & Censorinum.

Regigno, is. Iterum gigno {ἀναγεννάω. Ital. *Rigenerare.* Gal. *Regenerer, regendrer.* Hispa *Tornar a engendrar.*} Regignor, passiuum apud Lucretium lib. 5. -quapropter maxima mundi Quum videam membra, ac partes consumpta regigni. ἀναφύεσθαι.

Regilla, Vestis regia, quæ & basilica, & trabea dicitur, quoniam ea reges vterentur, auro, & purpura intexta. βασιλική. ¶ Est & vestis muliebris genus, à superiorum fortassis similitudine dictum. Plaut. in Epid. Quid erat indutalan regillam induculam, an mendiculam.

REGILLIANVS. Imperator Romanus fuit, miro fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis fastigium euectus. Nam quum fortè milites aliquot apud ipsum cœnarent, exortáque esset quæstio vnde Regilliani nomen deductum foret: quibusdam ad Regillum lacum, aliis aliò originem eius referentibus: Grammatista, qui fortè aderat, deflectere hoc nomen à rege exorsus est, Rex, inquiens, regis, regi, inde Regillianus. Qua voce, veluti omine quodam, excepta, succlamatum est protinus à militibus, (vt est id hominum genus, ad ea quæcunque in mentem veniunt, præproperum) Meritò itaque rex eris, vtpote cui diuino quodam præsagio id nominis est impositum. Quid multa? quum postridie in publicum prodisset, ab vniuersis Imperator est consalutatus.

REGILLVS, ἡγίλλος. Lacus est in Algidæ sylvæ ingressu, ad quem Aulus Posthumius Dictator, prosperè aduersum Tarquinium Superbum patria eiectum, & Latinos bellum inferentes pugnauit. Vide Liui. 2. ab Vrbe.

Regimen, Regina, Regio, vide REGO.

Registrum, stri, Vocabulum est parum receptum apud idoneos scriptores: quo tamen vsus est Vopiscus in Probo. Vsus (inquit) etiam ex registris scribarum porticus porphyreticæ. Budæus docet Latinè regestum posse appellari.

REGIVM, ῥήγιον. Vulgo *Reggio di Lombardia*, Oppidum Cisalpinæ Galliæ, à Lepido ædificatum: vnde & Regium Lepidum vocatur: Regium, propter pulchritudinem, & amœnitatem. ¶ Est & aliud Rhegium, in finibus agri Brutij, vbi olim Sicilia impetu maris ab Italia creditur esse diuulsa. Vulgo *Reggio.* Sed hoc in prima syllaba aspirationem recipit: quum dictum putetur ἀπὸ ῥηγνύω, quod est abrumpere. Ab hoc Rhegini, teste Seruio: ab illo, Regienses dicti sunt.

Regius, vide REGO.

Reglutino, as, Quod glutinatum erat, dissolvo. {ἀναγλυκάνω. Ital. *Dissolare.* Gal. *Desgluer, desceller.* Hisp. *Desengrudar.*} Plin. lib. 25. Purgant hulcera oculorum, explentque, & ad cicatricem perducunt, palpebras reglutinant. Catull. Remitte pallium mihi meum, quod inuolasti, Sudariúmque Setabum, catagraphósque thynos Inepte, quæ palam habere soles tanquam auita Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina & remitte.

Reglutinosus, a, um, Valde glutinosus. {ἀγκαλίς. Ital. *Molto incollato.* Gal. *Fort gluant.* Hispa. *Muy pegajoso, ò con mucho engrudo.*} Plin. lib. 11. cap. 15. Sequens probatio: vt sit odoratum ex dulci ære, reglutinosum, perlucidum.

Rego, gis, xi, ctum, Guberno, administro. {ἰσχυρίζω, ἡγεμονεύω, βασιλεύω, διοικέω, κυβερνάω. Ital. *Reggere, gouernare.* Gal. *Regir & gouuerner.* Hisp. *Regir & gouernar.*} Virgil. 4. Aegloga, Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem. Cicc. in Somn. Scip. Siquidem deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui tam regit & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundum princeps ille Deus. Virgil. 1. Georg. Per duodena regit mundi sol aureus astra. Terent. Eunu. Here, quæ res in se neque consilium, neque modum Habet vllũ, eam consilio regere non potes. Ouid. 1. de Arte am. Arte citæ, veloci rates, remóque reguntur: Arte leuis currus, arte regendus amor. ¶ Regere, est rectum tenere. Cornelius Celsus, Qui nimio dolore regere caput non posset. ¶ Huius composita sunt, Arrigo, Corrigo, Dirigo, Erigo, Pergo, Porrigo, Surrigo, Surgo, quorum significata aperiuntur suis locis.

Rectus, cta, ctum, Quod nullam in partem flectitur: cuius contrarium est Obliquum. {ἰσχυρός, δίκαιος. Ital. *Dritto, giusto.* Gal. *Droit, juste.* Hispan. *Derecho, justo.*} Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto cursu per sinus impellunt. ¶ Per trãslationem accipitur pro bono, & laudabili: cui opponitur prauum. Cicc. 1. Acad. Tertia de differendo, & quid verum, & quid falsum: quid rectum in oratione, prauúmve: quid consentiens, quid repugnet, iudicando. Cic. Att. Saufeium sine meis literis ad te venire. vix rectum erat. Idem pro Murœna, Negat Cato rectum esse, hoc est æquum, iustum, & pro ratione officij. Conscientia recta. Cicc. Atti. lib. 13. In omni vita sua quenque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. Consilium rectum. Terent. in Andr. Facilè omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus. Via recta rem narrare, est narrare rem vt est, & nullo colorum vti circuitu. Teren. in Heaut. Imò vt recta via rem narrem ordine. Cicc. 2. de Orat. Ego me hercule, inquit, Antoni, semper is fui, qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo videri rectissimum. ¶ Recta cœna, vel recta, absolute, à veteribus dicebatur cœna quam clientibus, & conuictoribus, & recto ordine discũbentibus lautè principes dabant. κλινοπετής. Suet. de Aug. Conuiuabatur & assiduè, nec vnquam nisi recta, non sine magno ordinum, hominúmque delectu. Idem in Domit. Multa etiam in conuiuiorum vsu nouauit: sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Martial. lib. 8. Promissa est nobis sportula, recta data est. Liberaliores enim diuites, ciuilióresque salutatoribus suis legitimum conuiuium exhibebant, quæ recta cœna vocabatur. Sordidi autem, & maligniores, rectæ cœnæ loco sportulam tantùm præbebant. Sportula specimen erat pusilli, parcique hominis. Sueton. in Nerone, Adhibitus sumptibus modus, publicæ cœnæ ad sportulas redactæ. Interdum nummi sportulæ loco cedebant. Iuuen. Saty. 1. Sed quum summus honos finito computet anno, Sportula quid referat, quantú rationibus addat, Quid faciant comites, quibus hinc toga, calceus hinc est? Budæus. ¶ Recta tunica dicebatur quæ ita contexta erat vt veluti rigens staret: vel quæ à stantibus ab imo in altum texebatur. ἰσόπλοκος. Hac tyrones, & nouæ nuptæ induebantur. Hanc patentes liberis suis conficiendam curabãt, ominis causa, vt tradit Festus. ¶ Rectum intestinum, ἀπόστροφος τῶν ἐντέρων, sextum est & postremum in ordine intestinorum, à crasso intestino, quod κόλον appellant, ad sedem vsque productum nullis finibus inuolutum: vnde & nomen accepit.

Rectum, cti, neut. gen. substantiuum, Idem quod officium perfunctum, omnes virtutis numeros complens, quod Græci κατόρθωμα appellant. Cicc. 1. Offic. perfectum autem officium, rectum, opinor, vocemus, quod Græci κατόρθωμα. Idem 2. de Finibus. Quæ autem nos aut recta, aut rectè facta dicimus, si placet, illi autem vocant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent. Virgil. 1. Aeneid. -& mens sibi conscia recti. Ouid. 1. Metam. -quæ vindice nullo Sponte sua sine lege fidem, rectúmque colebat.

Rectè, aduerbium, Per rectam viam. {δίκῃ. Ital. *Al dritto.* Gal. *Tout droit.* Hispan. *Por camino derecho.*} Terent. in Eunucho. Quid hic stabas? cur non rectà introibas? Cicc. ad Attic. libro 6. Enaui rectà ad me venit.

Rectangulus, a, um, Quod habet lineas in rectum productas, itáque coeuntes, vt nulla sit quæ magis promineat quàm altera. ὀρθογώνιος.

Rectè aduerbium significat bene. {καλῶς. Ital. *Bene, drittamente, giustamente, ragioneuolmente.* Gal. *Bien, proprement, droitement, à droit.* Hisp. *Bien y derechamente y justamente.*} Cicc. 4. Acad. Rectè concluserit, teneo: sin vitiosè, minam Diogenes reddet. Idem Attico, lib. 9. Rectè auguraris de me: bene enim tibi cogitus sum. ¶ Aliquando pro iustè. δικαίως. Terent. in And. Pater, non rectè vinctus est. id est iniustè. ¶ Aliquando pro non obliquè. ὀρθῶς. Cicc. 1. de Finib. Siue aliæ declinabunt, aliæ suo nutu rectè ferentur. ¶ Ponitur aliquando in responsione, quum sine iniuria interroganris aliquid reticemus, ait Donatus. Terent. in Hecy. Quid tu igitur lachrymas? aut quid es tam tristis? P A. Rectè mater. Terent. in Adelph. Quid fit? quid agituris. Rectè. ¶ Aliquando pro sic, vel etiam. Ibidem, Tu rus hinc abis? D. Rectè. ¶ Non rectè dicere alicui, est illi maledicere. Plaut. in Pseud. Nam quanti refert ei nec rectè dicere, qui rectè nihil facit? ¶ Ponitur aliquando pro tutò. ἀσφαλῶς. Cic ad Terent. lib. 14. Recte in præsentia domi esse potestis. Cicc. ad Lentu. lib. 3. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam, id quibus tutò, & citra periculum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dare possim literas. ¶ Rectè esse alicui, est illum rectè valere. Cicc. ad Attic. De Attica pergratum mihi feciſti, quòd curaſti antè ſcitem rectè eſſe, quàm non belle fuiſſe. Rectè eſſe alicubi, eſt illic ſine reprehenſione manere. Cic. ad Attic. Qui minus autem ego iſtic rectè eſſe poſſim, quàm Marcellus? ¶ Ponitur aliquando pro patienter. Terent. in Eunuch. Neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet, rectè feras. ¶ Rectè otia ponere, dixit Horat. 2. Sermo. pro eo quod eſt vtiliter diſpenſare. ¶ Rectè parere, eſt non monſtrum parere, inquit Donatus. Terent. in Hecy. Præſertim quum & rectè, & tempore ſuo peperierit. ¶ Rectè dicere, eſt aptè & compoſitè loqui. Differunt autem rectè dicere, & verè dicere: quòd rectè dicere, ad verba: verè dicere, ad ſententiam referatur. Nam poſſumus rectè, & falſum dicere, dummodo nullo vitio verborum dicatur. Terent. in Adelph. Et rectè, & verè dicis. ¶ Rectè atque ordine, hoc eſt nihil præpoſterè agendo. κατὰ χρόνους, ἐν τάξει. Cic. 6. Philip. Rectè atque ordine, éxque Repub. feciſſe videri. Idem 7. Philip. Literas Bruti rectè atque ordine ſcriptas videri.

Rectio, onis, Adminiſtratio, gubernatio. {ἐπιτροπεία. Ital. *Amministratione, governo.* Gal. *Gouuernement.* Hiſp. *Regimiento ò obra de regir.*} Cic. 3. de Finib. Omniúmque rerum publicarum rectiones præſcripſimus. Et paulo pòſt: Ea quoque non ſolum ad priuatæ vitæ rationem, ſed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.

Rector, oris, Gubernator. {ἐπιτροπος. Ital. *Rettore, governatore.* Gal. *Gouuerneur.* Hiſp. *Regidor, ò endereçador.*} Cic. de Somn. Ciuitatum rectores & conſeruatores. Idem de Orat. Rector reip. & publici conſilij autor. Rector nauis, apud eundem 1. de Diuin. κυβερνήτης.

Rectrix, tricis, Gubernatrix. {ἐπιτρόπη. Ital. *Governatrice.* Gal. *Gouuernereſſe.* Hiſp. *Regidora, ò endereçadora.*} Colum. lib. 3. cap. 10. Videmus hominibus inſpiratam, velut aurigam, rectricémque membrorum animam: ſenſúſque iniectos ad ea diſcernenda, quæ tactu, naribus, auribúſque & oculis indagantur: pedes ad greſſum compoſitos, brachia ad complexum, &c. Plin. lib. 37. cap. 13. Italia rectrix, parénſque mundi altera.

Regimen, nis, Ipſa rectio. {ἐπιτροπὴ. Ital. *Governo, maneggio.* Gal. *Gouuernement, maniement.* Hiſp. *Regimiento.*} Liui. 1. ab Vrbe, Regimen totius magiſtratus penes Appium erat fauore plebis. Plin. lib. 7. cap. 16. Vocis, ſermoniſque regimen primores tenent dentes. Lucret. lib. 3. In quo conſilium vitæ regiménque locatum eſt.

Regula, æ, Norma qua lineæ reguntur, id eſt diriguntur. {γνώμων, κανών. Ital. *Regola, miſura retta.* Gal. *Regle.* Hiſpan. *La regla para juxgar lo derecho.*} Colum. lib. 3. cap. 13. Nam duas regulas eius latitudinis, qua paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Græcæ literæ χ decuſſauimus. ¶ Per tranſlationem accipitur pro breui rerum præceptione. Cic. 4. Acad. Hanc enim eſſe regulam totius philoſophiæ, conſtitutionem veri, falſi, cogniti, incogniti. ¶ Ponitur aliquando regula pro baculo, quo aliquid rectum teneatur. Colum. lib. 6. cap. 19. Vt inſerto capite deſcendentibus per foramina regulis, cerui teneatur. ¶ Ponitur quoque pro inſtrumento eundem vſum præbente quem fiſcus in fractura olei. Columel. libro 12. cap. 52. Suſpenſa mola oleum frangito, eámque vel in regulas, vel in nouos fiſcos adiicito, &c. Vide FISCVS.

Regularis, regulare, Quod ſecundum regulam eſt, vel quod in regulam trahi poteſt. {κανονικὸς. Ital. *Fatto con regola ò miſura.* Gal. *Reguliер, fait à la reigle.* Hiſp. *Hecho con regla.*} Vnde æs regulare dictum eſt quod à caldario, coronarióque diſtinguitur. nam coronarium eſt quod tenuatur in laminas, taurorúmque felle tinctum ſpeciem auri præbet in hiſtrionum coronis. Caldarium verò, quod funditur tantùm, malleis fragile. Regulare quod obſequitur malleis, & ab aliis ductile appellatur. Sed in cæteris metallis regulare dicitur quod excoctum igni diligentius eſt, vtiliſque purgatum. Plin. lib. 34. cap. 8. In Cypro coronarium æs, & regulare eſt, vtrunque ductile.

Rex, regis, Qui regioni cuipiam legitimè imperat: idque ſibi licere exiſtimat: quod legibus permittitur à qua norma ſiquis vel nimium deflexerit, iam non regis, ſed tyranni nomen metetur. {βασιλεὺς. Ital. *Re.* Gal. *Roy.* Hiſp. *Rey.*} Hinc regiones dictæ videntur quòd ſingulæ ſingulis parerent regibus: à quibus & Regna appellantur. Dici tamen & reges poſſunt, qui vnius tantùm vrbis imperium habeant. Sic principiò Reges Romanorum dicti ſunt, quibus imperium Vrbis permittebatur. Cic. 2. Offic. Mihi quidem non apud Medos ſolùm, vt ait Herodotus, ſed etiam apud maiores noſtros iuſtitiæ fruendæ cauſa videntur olim benè morati reges conſtituti. Idem 3. de Finibus. Rectios enim appellabitur rex quàm Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit. Virgil. 1. Aeneid. -diuúm pater, atque hominum rex. Horat. 2. Serm. Saty. 3. -hæc magnos formula reges Excepto ſapiente tenet. Ouid. 1. Amor. Eleg. 15. Cedant carminibus reges, regúmque triumphi. ¶ Hinc interrex, qui poſt prioris deceſſum, interea regis locum tenet, donec nouus præficiatur. μεταβασιλεύς. Sed de hoc latius ſuo loco. ¶ Reges item à tenuioribus per aſſentationem appellabantur potentiores, ditioréſque, quos illi ſibi alterióſve commodi gratia obſeruabant. Martial. lib. 6. Qui rex eſt, regem Maximè non habeat. Colum. in Præfat. lib. 1. An honeſtius duxerim mercenarij ſalutatoris mendacitſſimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum, ſomnúmque regis ſui rumoribus augutantis? Neque enim roganti quid agatur intus, reſpondere dignantur ſerui.

Regina, æ, Regis vxor. {βασίλισσα, βασιλὶς. Ital. *Regina, reina.* Gal. *Reyne.* Hiſpan. *Reyna.*} Cic. Attic. lib. 14. Reginæ fuga mihi moleſta eſt. Vel quæ regnum poſſidet, etiam ſi virum nunquam habuerit, vtpote ad quam regnum ex ſucceſſione peruenit, vt Cleopatra in Aegypto. Dido apud Carthaginenſes. ¶ Quandoque ponitur pro muliere diuite. Terent. in Eunuc. Quia ſolæ vtuntur his reginæ. ¶ Aliquando pro domina. Plaut. in Trucul. Sed reginæ domi ſuæ fuere ambæ. ¶ Refertur & ad inanimata: vt Regina pecunia Horat. 1. Epiſtol. 6. Et genus & formam regina pecunia donat. Oratio regina omnium rerum, Cicc. 2. de Orat. Siderum regina bicornis Luna. Horat. in Carm. ſeculari.

Regulus, diminutiuum eſt à rege deductum, non ſtatura, ſed potentiæ diminutionem ſignificans. {βασιλίσκος. Ital. *Duca, ſignore, principe.* Gal. *Vn roy de quelque petit pais, roitelet, vn duc ſeigneur.* Hiſpan. *Duque, Señor, principe.*} Salluſt. in Iugur. Poſtquam illi iuſta more regio magnificè fecerant. Reguli in vnum conuenere, vt inter ſe de cunctis negotiis diſcerent. Plin. lib. 18. cap. 3. Magoni tantum honoris Senatus noſter habuit Cathagine capta, vt quum regulis Africæ bibliotheccas donaret, vnius eius duodetriginta volumina cenſuerit in linguam Latinam trasferenda. ¶ Reguli item vocabulum ſunt qui & baſiliſco ſerpenti, & trochilo aui commodent, verùm eius loco Græcis nominibus receptius vtemur.

Regius, gia, gium, Quod eſt regis. {βασιλικὸς. Ital. *Regale.* Gal. *De Roy, royal.* Hiſp. *Coſa real ò perteneſciente al rey.*} Cicc. lib. 3. Offic. Erat autem regius paſtor. Idem 1. Tuſcul. Codrum, qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte, ne poſſet agnoſci ſi eſſet ornatu regio. Virgil. 5. Aeneid. Intextúſque puer frondoſa regius Ida. ¶ Regius morbus, dictus eſt quòd muſſo (quod genus potionis in regum deliciis erat) curaretur, inquit Varro. ἴκτερος. Vel quia (vt Celſus ſcribit) eo morbo affectos, apparatu regio, hoc eſt lecto, & conclaui cultiore, & ludis, laſciuiáque vti, perutile eſt, per quæ mens ægrotantis exhilaretur. Horat. in Arte, Aut mala quem ſcabies, aut morbus regius vrget. Idem morbus auriго antè dicebatur, à colore auri, quem bilis per totum corpus diffuſa repræſentat. Arquatus quoque morbus appellatur, quòd celeſti ſimilis ſit concolor: vel quòd ita ſtringat humana corpora, vt in arcum ducat.

Regia, giæ, Domicilium & aula regis. {τὰ βασίλεια, τὰ βασίλεια. Ital. *Palazzo ò ſala regale.* Gal. *Le palais ou maiſon royale.* Hiſp. *La caſa real, palacio.*} Liu. lib. 1. ab Vrbe, Eo tempore in regia prodigium viſu, euentúque mirabile fuit omen. Iuſtinus lib. 1. In regiam ſe recipit. Ouid. 2. Metam. Regia Solis erat ſublimibus alta columnis. Virgil. 2. Georg. Iampridem nobis cæli te regia Cæſar Inuidet.

Regiè, aduerbium, Regio more, & imperioſè, ſeuerè, crudeliter. {βασιλικῶς, τυραννικῶς. Ital. *Regalmente.* Gal. *Royalement en roy.* Hiſp. *Realmente.*} Cicer. in Catil. Si in hunc animaduertiſſem, crudeliter & regiè factum eſſe dicerent. Idem 5. Verr. Nunc vt hoc tempore ea quæ regiè, ſeu potius tyrannicè ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam.

Regificus, a, um, Idem quod regalis. {βασιλικὸς. Ital. *Regale.* Gal. *Royal.* Hiſp. *Real.*} Valer. 2. Argo. Stant gemmis, autóque tori, menſæque patatu Regifico.

Regificè, aduerbium, Id eſt ſplendidè, ſumptuoſè, & regio apparatu. {βασιλικῶς. Ital. *Regalmente.* Gal. *Royalement.* Hiſp. *Realmente.*} Cic. 3. Tuſc. Vidi ego te, aſtante ope barbarica, Tectis cælatis, laqueatis, Auto, ebore, inſtructam regificè. Ex poëta quodam.

Regalis, & hoc regale, Ad claritudinem, eminentiam, & excellentiam pertinet, & ſignificat dignum Rege. {βασιλικὸς. Ital. *Regale pertinente al re.* Gal. *Royal.* Hiſp. *Coſa real ò perteneſciente al rey.*} Cicc. in Catone, Nihil ei tam regale videri quàm ſtudium agri colendi. Idem 1. de Diui. Vt enim ſapere, ſic diuinare regale ducebant: vt teſtis eſt noſtra ciuitas, in qua & Reges Augures & poſtea priuati eodem ſacerdotio præditi rempublicam religionum autoritate rexerunt. Ouid. 5 Metamorph. -fremitu regalia turbæ Atria complentur. Virgil. 1. Aeneid. Regales inter menſas, laticémque Lyæum. Ibidem, At domus interior regali ſplendida luxu.

Regaliter, Seueré, crudeliter, & Regum more. {βασιλικῶς. Ital. *Crudelmente, regalmente.* Gal. *Cruelement, royalement.* Hiſpan. *Cruelmente, regalmente.*} Ouid. 2. -Metamorph precibúſque minas regaliter addit.

Regio, onis. Dicta à rego, quòd priuſquam prouinciæ fierent, regiones ſub regibus erant, atque ab his regebantur. {χώρα. Ital. *Regione, contrata, banda, paeſe, prouincia.* Gal. *Region, pais, prouince, contrée.* Hiſpa. *Region, prouincia.*} Cicc. pro Seſtio, Quæ regio, oráve terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod ſtatueretur? Idem, Claſſem fugientem perſecuti ſumus vſque in Sydam, quæ extrema regio eſt prouinciæ meæ. ¶ Poſtea maiores in vrbe partes, regiones appellari cœptæ, à ſimilitudine earum regionum in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus vrbis Romæ regiones, è quibus prima regio Suburbana, ſecunda Exquilina, tertia Collina, quarta Palatina. ¶ Ponitur aliquando regio, præſertim in plurali numero, pro fine, ſiue termino: vt quum Cicero pro Archia dicit, Vitæ ſpacium exiguis regionibus circunſcriptum eſſe: id eſt, vt ait Budæus, finibus & terminis. Idem contra Rullum, Vix facilè ſeſe regionibus officij continet, id eſt terminis. Regiones vineæ, fines & limites. Cicc. 2. de Nat. deo. An Accij Nauij litus illic, quod ad inueſtigandum ſuem regiones vineæ terminauit, contemnendus eſt? ¶ Regiones cæli quatuor ſunt, Ortus, Occaſus, Meridies, & Septentrio. Ortus & Occaſus mobiles, ac vagi ſunt: Meridies, Septentrióque perpetuo ſtatu permanent. Oritur quippe Sol non itidem ſemper, ſed aut æquinoctialis oriens dicitur, aut ſolſtitialis aut brumalis. Idem non in eundem ſemper occidit locum: ſed occaſus eius ſimiliter fit aut æquinoctialis, aut ſolſtitialis, aut brumalis. Triplex igitur eſt occaſus, quotmplex & ortus. Septentrio autem & Meridies ſimplices ſunt, vtpote fixi & immobiles. Erunt itaque in vniuerſum cæli regiones octo: pro quarum ratione & totidem nominantur venti: ab Ortu æquinoctiali Subſolanus, ſiue Apeliotes: à brumali Vulturnus, ſiue Eurus: à ſolſtitiali Cæcias. A Meridie, Auſter. Ab Occaſu brumali, Africus: ab æquinoctiali, Fauonius: à Solſtitiali, Corus, A Septentrionibus, Septentrio. Cic. 2. de Nat. deorum. Sed etiam regio quæ tum eſt Aquilonaris, tum Auſtralis. Regio, inquit Budæus, Gallis vernaculo ſermone, *Quartier* dicitur, in eáque ſignificatione accepit Cicc. pro Planc. qui etiam tractum vocat. Totus, inquit, ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifranus: tota denique illa noſtra aſpera, & montoſa regio. ¶ Ponitur Aliquando regio pro orbita, & linea. Cicc. in Ver. De omnibus nobis ſiquis tantulum de regione deflexerit, &c. ¶ A regio, fit eregione, quod eſt ex aduerſo, in conſpectu, quaſi rectis lineis, tanquam aduerbium in oratione ponitur. ἀντικρύ. Cæſar 3. bel. Gall. Quum vterque vtrique eſſet exercitui in conſpectu, feréque eregione caſtra caſtris ponerent.

Regionatim

Regionatim, aduerbium, Per singulas regiones. {κατὰ χώρας. Ital. *Di regione in regione.* Gal. *Par regions, par quartiers.* Hisp. *De region en region.*} Sueton. in Cæsare. Ludos etiam regionatim vrbe tota, & quidem per omnium linguarum histriones. Liui. 10. belli. Maced. Mutantur suffragia, regionatimque generibus hominum, causisque & quæstibus tribus descripserunt.

Regnum, gni. Dicitur tam regio ipsa subiecta: quæ à rege possidetur, quàm ipse dominatus. {βασιλεία. Ital. *Regno, reame.* Gal. *Regne royaume.* Hisp. *El reyno ò reynado.*} Cic. Cassio, Non regno, sed rege liberati videmur. Virgil. 1. Aeneid. Vultis & his mecum patitur considere regnis? Habere regna, pro regnare. Virgil. 1. Aeneid. -sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion. ¶ Regnum etiam dici potest quicquid possidetur. Cic. 1. de Orat. Quare negasti te fuisse latorum, nisi in regno meo esses? id est in Tusculano. ¶ Regnum quoq; dicitur in quo quis eminet, vt in eo regnari videatur. Cic. pro Sylla. Regnum credo Consulatus mei. ¶ Vnde interregnum, propriè appellatur id tempus quo regnum vacat rege. μεσοβασιλεία, hoc est antè quàm in demortui locum nouus rex præficiatur: quanquam & in libera ciuitate interregnum dici possit, medium illud tempus ex quo magistratu abierūt Consules, vsque ad nouorum creationem. Liuius. Quum sine Curuli magistratu respublica esset, patricij coiere, & interregem creauere, contentio, Consulesne, an tribuni militum crearentur in interregno, rem complures dies tenuit.

Regno, as. Regnum possideo, & administro. {βασιλεύω. Ital. *Regnare.* Gal. *Regner.* Hisp. *Reynar.*} Priscianus. Rex solum quod à regendo nascitur, peperit ex se aliud verbum, regno. Cic. pro lege Manil. Sed ab illo tempore annum iam tertium & vicesimum regnat, & ita regnat, &c. Idem 3. Offic. Nam si violandum est ius, regnandi gratia violandum est. Liui. 1. ab Vrbe, Manūr Syluius postea omnibus cognomen qui Albæ regnauerunt. ¶ Ponitur aliquando regnare pro autoritate valere. Cic. ad Gallum libro 7, Olim quum regnare existimabamur. ¶ Regnatur impersonale. Virgil. 1. Aeneid. Hic iam tercentum totas regnabitur annos Gentes sub Hectorea. ¶ Regnor, aris, passiuum. Tacit. lib. 7, Neque enim hic, vt in cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus, &c. Ouid. 4. de Pont. Eleg. 15, -regnatāque terra Philippo.

Regnator, regnatoris, verbale, Qui regnat. {βασιλεύων, βασιλεύσας. Ital. *chi regna, regnatore.* Gal. *Qui regne, regnant.* Hisp. *Reynador.*} Virg. 4. Aeneid. Ipse deūm tibi me claro demitto olympo Regnator, cœlum & terras qui numine torquet. ¶ Aliquando pro possessore. Martial. lib. 10, Quisquis eris nostri post me regnator agelli.

Regnatrix, cis, verbale fœmininum: vt Domus regnatrix. {βασιλεύουσα, Ἡγεμονία. Ital. *Regnatrice.* Gal. *Regnante.* Hisp. *Reynadora.*} Tacit. lib. 1.

Regredior, Retrogradior, reuertor. {ἀναχωρῶ, ὑπανίκω. Ital. *Ritornare.* Gal. *Se recular, se retourner.* Hispa. *Tornar atras.*} Plaut. Aul. Illuc regredere ab ostio, illuc sis: vide vt incedit. Cic. 1. Offic. Cum vtrisque separatim locutum, ne cupidè quid agerent, nec appeterent, atque vt regredi, quàm progredi mallent. Liu. 10. ab Vrbe, Pars stare, incerti vtrum progredi, an regredi in castra tutius foret.

Regressus, us, ui. Regrediendi actus. {παλινδρόμη, ἀναχωρήσις. Ital. *Ritorno.* Gal. *Retour, reculement.* Hisp. *Tornada atras.*} Liui. 4. belli Pun. Neque locus pœnitendi: aut regressus ab ira relictus esset. Cic. 2. de Natu. deor. Nihil enim errat, quod in omni æternitate consetuat progressus, & regressus, reliquósque motus constantes & ratos.

Regula, Regulus, vide REGO.

REGVLVS Attilius, vir Consularis, de quo ita scribit Plin. in libello de Viris illust. M. Attilius Regulus Consul fusis Salentinis triumphauit, primúsque Romanorum ducum in Africam classem traiecit: quassatas duce Amilcare nauis longas tres & sexaginta accepit: oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Absente eo coniugi & liberis ob paupertatem sumptus publicè dati. Mox arte Xanthippi Lacedæmonij mercenarij militis captus, & in carcerem missus est. Legatus deinde de permutandis captiuis Romam missus, dato iureiurando, vt si non impetrasset, ita demum rediret: in Senatu conditionem dissuasit: reiectísque à se coniuge & liberis, Carthaginem regressus: vbi in aream ligneam coniectus, clauis introrsum adactis, vigiliis ac dolore excruciatus est. De eius morte sic Cicero in Pisonem, Mateus Regulus, quem Carthaginienses resectis palpebris vigilando necauerunt.

Regusto, Iterum gusto: & per translationem relego, & ad iudicium reuoco. {ἀναγεύομαι. Ital. *Gustare di nuouo.* Gal. *Regouster, gouster derechef.* Hisp. *Gustar otra vez.*} Cic. lib. 4. ad Attic. Nam Vestorio dandi sunt dies, & ille Latinus ἀπόστασις ex interuallo regustandus. Eodem libro 13, Sed crebrò regusto tuas literas: interuallo acquiesco, tamen expecto nouas.

Regyro, as, pen. prod. are, in gyrum reflectere. Varro, Quā non solum à lateribus per fenestras, sed etiam subtus à solo ventus regyrare posset.

Reiicio, cis, penult. corr. Retrorsum iacio, in tergum abiicio. {ἀπωθῶ, ἀπώθημαι, ἀπωθέομαι. Ital. *Cacciare in dietro, scacciare.* Gal. *Regetter, chasser arriere.* Hisp. *Echar atras.*} vt Reiecto scuto fugere, apud Cic. de Orat. Virgil. 11. Aeneid. Reiiciunt parmas, & equos ad mœnia ducunt. ¶ Quandoque est repellere, arcere. ἀπείργειν, ἀποκωλύειν. Virg. 3. Aegl. Tityre pascentes à flumine reiice capellas. ¶ Quandoque respuo, contemno, nihil facio. ἀποδοκιμάζω. Cic. 1. de Fin. Quis Ennij Medeam spernat, aut reiiciat? Idem 2. de Diui. Dicæarchus iisdem rebus fidem tribuit: cætera diuinationis genera reiicit. ¶ Reiicere iudicem, vel arbitrum, idem est quod repudiare, siue recusare. ἀποκλίνω, ἀποδοκιμάζω. Cic. in Verr. Act. 3. Sciebam in reiiciendis iudicibus nonnullos memoria, &c. Receptum enim erat apud Romanos, vt editis iudicibus reo liceret, siqui ex iis sibi suspecti essent, repudiare: in quorum locum alij subsortiebantur. ¶ Accipitur interdum pro differre, siue protrahere. ἀναβάλλω. Cic. Atti. lib. 1, In mensem Quintilem reiecti sumus. ¶ Interdum pro remittere. ἀναπέμπω. Cic. pro Corn. Balbo, Quint. Scæuola, quum de iure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium & Ceselium prædiatores reiiciebat. Cic. ad Attic. lib. 9, Sed ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reiicio. ¶ Reiicere causam ad Senatum, est ad Senatum referre, eúmque iudicio rem permittere. ἀνάγω πρὸς τὴν βουλήν. Cic. Ad Attic. lib. 2. Ait se de Consulum sententia rem ad Senatum reiecisse. Idem ad Plancum lib. 10, Tu quanquam consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, vt nihil huc reiectas, néve in rebus tam subitis, támque angustis à Senatu consilium petendum putes. ¶ Quandoque euomere. ἀνάγω. Sueton. de Aug. Senos sextantes non recessit: aut si excessisset, reiiciebantur.

Reiectio, & Reiectus, us, pro vomitu. {ἀναγωγή. Ital. *Rigettamento.* Gal. *Regettement, repoulsement.* Hisp. *Obra de echar atras.*} Plinius. Et vernatio vtilis erat, si postquam sorpta fuerat, statim reiectio sequebatur. Celsus. Et reiectus cibi non erit inutilis, si rarò fiat. ¶ Reiectio sanguinis, quum sanguis per os quouis modo eiicitur, siue id per tussim fiat, pulmone, thoracéve affecto. αἱμάτων ἀναγωγή, siue per vomitum ex ventriculo, quum sanguis eò ex hepate lienéve defluxerit: siue per excreationem è faucibus, quum è capite ad interiores cerebrilionis partes sanguis fuerit delatus. Contingit autem tribus potissimùm de causis: vase rupto, quod ῥηγμῖνα vocant: erosione, quàm ἀδρόσπορον Græci appellant, aut ore venæ paulò latius patefacto, quæ vocatur ἀναστόμωσις. Plin. lib. 25. cap. 8, Item tussi & sanguinis reiectioni prodest.

Reiecto, as, frequentatiuum. Spartianus de Anto. Pio, Quum caseum Alpinum in cœna ediisset auidius, nocte reiectauit.

Reiectanea, siue Reiecta, {Ital. *Cose cattiue, cose da refiutare.* Gal. *choses regettées, recuites & reboutées.* Hisp. *Cosas que se deuen desechar.*} A Cicerone appellantur, quæ Stoici vocant ἀποπροηγμένα: cuiusmodi sunt morbus, egestas, dolor, & id genus alia quæ vulgò mala dicūtur. Illi verò, quòd ἀδιάφορα, hoc est indifferentia esse vellent, malis non annumerabant. ἀποπροηγμένα tamen, id est reiectanea vocabant, quòd ab omnibus tanquam mala reiicerentur, qualia sunt morbus, egestas, dolor. Cic. 4. de Finibus. Illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed, si libet, reiectanea. Idem 3. de Fini. Προηγμένα, & ἀποπροηγμένα, quorum hæc quidem, præposita rectè: illa, reiecta dicere licebit.

Reiiculus, a, um, Quod nullo est in precio, quod ob vitium aliquod ab omnibus spernitur, & reiicitur. {ἀποδόκιμος. Ital. *Cosa di piccol precio, cosa di niun valore.* Gal. *Regetté, refusé, comme chose vile.* Hisp. *Cosa de menosprecio.*} Hinc oues reiiculæ dicuntur, quæ propter ætatem, vel morbum reiiciuntur. Varro 2. de Re rusti. cap. 2. Scire oportet in grege, quòd reiiculæ sint alienandæ. Armenta reiicula. Cato cap. 2, Vendat boues vetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanam & pelles.

Reitero, as. Idem quod repeto. {ἀναλαμβάνω. Ital. *Replicare, repetere.* Gal. *Reuenir, refaire.* Hisp. *Repetir, reharer.*} Vnde Reiteratio verbale, idem quod repetitio. ἀνάληψις. Quintil. libro 11. cap. 2, Vt crebra reiteratione firmetur.

Relabor, penult. prod. eris, Recido, redeo, remeo. {ἀναπίπτω, ὑποπίπτω. Ital. *Ricascare.* Gal. *Rechoir, retomber.* Hispan *Tornar à caer.*} Ouid. in Epist. Sapphūs ad Phaonem, Huc ades, inq; sinus formosè relabere nostros. Horat. 1. Epist. 1, Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor.

Relangueo, es, siue Relangueſco, is, Denuo langueo, vel in languorem recido. {ἀπονωθῶ, ἀπολιποψυχέω. Ital. *Tornar languido.* Gal. *Retheir & tomber en langueur, desfaillir.* Hisp. *Tornar à dolerse.*} Cic. ad Attic. lib. 13, Quod autem ille relanguisse se dicit, ego ei tuis literis lectis, significaui me non forte σχολαίως ἀπάρασθαι. Refertur & ad animum pro eo quod est effœminari, χαλᾶν. Cæsar 2. bel. Gall. Nihil pati vini, reliquarúmque rerum ad luxuriam pertinentium inferri: quòd iis rebus relanguescere animos, eorúmque remitti virtutem existimarent.

Relatio, Relator, Relatus, vide REFERO.

Relaxus, a, um, Idem quod laxus, ratus, vel solutus. {χαῦνος, μαλθακός. Ital. *Largo, flegato.* Gal. *Relaſché, fort laſche.* Hisp. *Floxo, afloxado, desatado.*} Columella lib. 11. cap. 3, Relaxa humo plenioris crassitudinis fiat radix.

Relaxo, as. Remitto: quod tensum erat, laxum facio, vel soluo. {χαυνόω. Ital. *Allargare, distigare, rilassare.* Gal. *Relaſcher, mettre au large.* Hisp. *Afloxar lo apretado.*} cui contrarium est astringo. Cic. ad Attic. lib. 10, Pater enim nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat. ¶ Relaxare animum, est animum recreare, & curas intermittere. Cic. 1. Offic. Atque etiam quum relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerintque verecundiæ.

Relaxatio, verbale, Recreatio, solutio. {ἄνεσις, ἀνειμένη χαλάσμα. Ital. *Rilassamento.* Gal. *Relaſche.* Hisp. *Flaxura.*} Idem 2. de Orat. Verum otij fructus est, non contentio animi, sed relaxatio.

Relego, gas, penult. prod. Ablego, amando, separo, remoueo. {ἀπενέγκω, ἀποπέμπω. {Ital. *Separare, remouere, rimandar in bando.* Gal. *Remoyer au loing, bannir, confiner en quelque lieu.* Hispa. *Desterrar, ahuyentar, separar.*} Virgil. 3. Georg. Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant Pascua. Cic. 3. Offic. Criminabatur etiam quòd Titium filium, qui postea Torquatus est appellatus, ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset. ¶ Aliquando remitto. ἀναπέμπω. Plin. lib. 9. cap. 1, Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidem meam: potiúsque ad autores relegabo, qui de dubiis rogentur omnibus. ¶ Aliquando exulem facio, aut certè ad tempus ciuitate eiicio. ἐξορκίζω, φυγαδεύω. Plinius Epist. 35, Martianum in quinquennium relegant. Ouid. 2. Trist. Vnde precor supplex vt nos in tuta releges.

Relegati, Dicuntur in exilium missi. {οἱ φυγάδες. ἐξόριστοι, ἐξορκισθέντες. Ital. *Banditi, confinati, cacciati lontano.* Gal. *Relegues, chaſſez, loing, bannis, confinez.* Hispa. *Desterrados.*} Cic. ad Attic. lib. 2, Relegatus mihi videor postquam in Formiano sum. Ouid. 5. Trist. Eleg. 12. Ipse relegati non exulis vtitur in me Nomine: tuta suo iudice causa mea est. ¶ Differt autem relegatus ab exule, quòd ille quum exilij causa solum verterit, suis tamen perfruitur bonis: exulis autem bona fisco vendicantur. ¶ Ambitione relegata, id est citra ambitionem, vel omissa omni ambitione. Horat. 1. Serm. Saty. 10, Ambitione relegata te dicere possum Pollio.

Relegatio, onis, verbale, est exterminatio, quum quis fines patriæ exire iubetur: quod Cicero, Sedibus expellere interpretatur. {ἐξορκισμός, φυγαδεία. Ital. *Esso bandire.* Gal. *Bannissement, remoy.* Hisp. *Desterramiento.*} Liu. 3, ab Vrbe, Exilio, & relegatione ciuium vlciscentes Tribunos. Cicero pro Rosc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro Rosc. Amer. Taménne hæc attenta vita & rusticana, relegatio, atque amandatio appellabitur?

Relego, gis, pen. corr. Rursus lego. {ἀναλέγομαι. Ital. *Rilegere.* Gal. *Relire.* Hisp. *Tornar otra vez à leer.*} Ouid. 1. de Ponto, Quum relego, scripsisse pudet. Cic. 3. de Nat. deor. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo, vt elegantes ex eligendo. ¶ Relegere iter, est per eandem redire viam. πάλιν ἔρχομαι. Stat. 1. Achil. Plenáque materni referens præsagia somni, Culpatum relegebat iter. Virgil. 3. Aeneid. Talia monstrabat, relegens errata retrorsum Littora Achæmenides. ¶ Relegere, colligere, ἀναλίσκω. vt Relegere pecuniam. Hora. Epod. 2. Omnem relegit Idibus pecuniam.

Relenteſco, is, Proprié est ad lentorem pristinum redire. {ἀναλιγχράζω. Ital. *Diuenir di nuouo lento.* Gal. *Redeuenir lent.* Hisp. *Tornar otra vez à ser lento, y flexible.*} ¶ Per trãslationem tamen accipitur pro flaceſcere, & vigorem amittere. Ouid. 1. Amor. Eleg. 8, Néve relenteſcat sæpe repulſus amor.

Releuo, as, pen. cor. Idem quod alleno. {ἀναλέω. Ital. *Rileuare.* Gal. *Releuer, alleger.* Hisp. *Aliuiar ò alçar alguna cosa.*} Ouid. 9. Metam. -prenſamque ipſis dea sæua capillis Traxit, & è terra corpus releuare volentem Arcuit. ¶ Per translationem accipitur pro recreare, reficere. ἀναλαμβάνω. Terent. in Adelph. Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore & miseria tabeſcit. ¶ Releuare labores, minuere. Plin. in Panegyr. Vt ſtudium omnium, laborémque & tanquam actor intenderes, & tanquam particeps, ſociúſque releuares. ¶ Releuare aliquem moleſtiis, cura, metu, est liberare. Cic. 2. de Diuin. Hæc ſtudia renouare cœpimus, vt animus moleſtiis potiſſimùm releuaretur, & prodeſſemus ciuibus noſtris. Ouid. 1. Triſtium, Eleg. 4, Omnis ab hac cura mens releuata mea est.

Relicinus, capillus. Ab Apuleio dici videtur recriſpus, & verſus occiput quodammodo refugiens. Quod nomen quidam putant à recello deductum, quod ſignificat retraho, reuibro, reclino, & ceſſim reduco. Et quoniam in recriſpis ad cranium capillitium retorquetur, inde relicinus, veluti recellinus, crinis appellatus, euphoniæ cauſa. Verba Apuleij ſunt hæc lib. 1. Floridorum, Laudauit ſeſe, quód erat & coma relicinus, & barba ſqualliduſ, & pectore hirſutus. Idem paulo pòſt, frontem relicinam laudat in Alexandro Magno, Et tabulis, (inquit) & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi bellatoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur.

Religio, onis. Pietas in deorum cultu, & rerum diuinarum cæremoniis conſiſtens. {Εὐσέβεια, θρησκεία, τὸ σέβεσθαι τὰ θεῖα καὶ ἁγνίζεσθαι. Ital. *Religione, diligenza di ſeruire à Dio.* Gal. *Religion, deuotion, crainte de Dieu.* Hiſp. *Religion ò temor de Dios.*} Religio, inquit Cic. lib. 2. de Inuent. est quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam, cæremoniámque affert. Plutarchus in Vita Pauli Aemilij, religionem interpretatur, diuinarum rerum ſcientiam. Maſurius Sabinus ſcribit, Religioſum eſſe id, quod propter ſanctitatem aliquam remotum, ac ſepoſitum ſit à nobis: à relinquendo dictum. Vnde Virgilius, Eſt ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem Religione patrum latè ſacer, vndique colles Incluſere cani, & nigra nemus abiete cingunt. Oſtendit enim religioſum locum eſſe à populi communione ſeparatum, difficultate adeundi. Cic. 1. de Natu. deor. à relegendo deduxit. Qui (inquit) omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & quaſi relegerent, ſunt dicti religioſi à relegendo. Contrà Lactantius à religando religionem dictam, lib. 4. aſſerit, Hac conditione (inquit) gignimur, vt generati, nos Deo iuſta, & debita obſequia præbeamus. Hunc ſolum nouimus, hunc ſequamur: hoc vinculo pietatis aſtricti Deo, & religati ſumus: vnde ipſa religio nomen accepit, non (vt Cicero interpretatus est) à relegendo. Venire in religionem res aliqua dicitur, quum religioſa eſſe putatur, & ſancta: hoc est quæ religioſè tractanda est. ¶ Religio, Latinè loquentibus, est id quod vulgò *Debitum officij*, hoc est iuſtam muneris functionem appellant. Cic. 4. Verr. Ego quos adhuc magiſtratus mihi pop. Romanus mandauit, ſic accepi, vt me omnium officiorum obſtrictum religione arbitrarer. ¶ Ponitur aliquando pro anxia cura. Plin. Epiſto. lib. 4. ad Tacitum. Sed parentibus ſolis ius præceptoris conducendi relinquatur, iiſdémque religio rectè iudicandi neceſſitate collationis addatur. Id eſt ſolicita, & anxia cura præceptores eligendi. ¶ Aliquandó pro *ſcrupulo conſcientiæ.* Cic. de Aruſp. Reſp. Quæ tanta religio eſt, qua non in noſtris dubitationibus, atque in maximis ſuperſtitionibus yniur P. Semilij reſponſo liberemuri Iniicere alicui religionem, est deorum metu, & conſcientiæ ſcrupulum ei incutere. Cic. pro Cæcin. Quum Cotta Decemuiris religionem iniecisſet, non poſſe ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari Pro eodem etiam dicimus, Offerre religionem. Idem in Epiſt. Oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſſe. Religioni habere, est conſcientia & deorum metu à re aliqua impediri. Cic. 2. de Diuin. Nec eam rem habuit religioni, obiecto ſigno ne committeret prælium. Eſt mihi religio, id est conſcientia prohibeor. Idem in Catil. Quæ religio C. Mario non fuerat, quominus Glauciam Prætorem occideret. In eadem etiam ſignificatione dicimus, Religioſum eſt, hoc est religioni repugnans. Liui. 2. ab Vrbe, Quem campi fructum, quia religioſum erat conſumere, deſectam comſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul immiſſa corbibus fudere in Tyberim. Soluere, ſeu liberare religione, est religionem omnem eximere, & à deorum metu ſecurum reddere, & efficere nequid nos deorum iræ reddat obnoxios. Cic. pro Cæcin. Vt ciuitas religione ſoluatur. Idem in Catil. Ea nos religione in P. Lentulo puniendo liberati ſumus. ¶ Ponitur aliquãdo religio pro eo quod *Rectum conſcientiam* dicunt Cice. pro Cæcin. Splendor ordinis Senatorij, decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquæ religionis. ¶ Religio in dicendis teſtimoniis, est deorum metus, ne peierantes, eos offendamus. Cic. pro Flacco, Itaque videte qua conſidentia dicant, tum intelligetis qua religione dicant. Ibidem, Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit. ¶ Quandoque religio accipitur pro metu. connexa enim ſunt timor & religio. Δεισιδαιμονία. Virgil. 8. Aeneid. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes. Dira loci. Vbi Seruius, Religio, id est metus, vel ſolicitudo, ab eo quòd mentem religet.

Religioſus, a, um, Metuens deorum, pius, integer. {Εὐσεβής, δεισιδαίμων. Ital. *Religioſo, huomo che teme Dio.* Gal. *Religieux, conſcientieux, craignant Dieu.* Hiſ. *Religioſo ò temeroſo de Dios.*} Cic. in Ver. Orat. 6, Homines integri, innocentes, religioſi. Idem pro Cæcin. Huic ego teſti gratias agam, quòd & in reum miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. ¶ Interdum tamen religioſum in deteriorem partem dicimus, pro ſuperſtitioſo, timido, & hæſitabundo. Terent. in Heaut. Vt ſtultæ, & miſeræ omnes ſumus, Religioſæ. ¶ Loca religioſa dicuntur quæ ſine religione, id est ſine piaculo violari non poſſunt. Vlpian. l. 2. ff. de Relig. & ſumptibus funer. Non totus qui ſepulturæ deſtinatus est, locus religioſus fit, ſed quatenus corpus humatum est. Religioſi dies (vt lib. 4. cap. 9. docet Gellius) dicuntur triſti omine infames, impeditique, in quibus res diuinas facere, & rem quampiam exordiri temperandum eſt, quos multitudo imperitorum prauè, & perperam nefaſtos appellant, quum potius arri dicendi ſint, vel religioſi. Hinc Cice. ad Atti. diem Allienſis pugnæ religioſum eſſe dicit. Macrob. lib. 3. Satur. Religioſi ſunt dies qui facienda, & vitanda diſcernunt.

Religioſè, aduerbium, id est integrè, piè, & cum deorum metu. {Εὐσεβῶς, ὁσίως, θεοσεβῶς, δεισιδαιμόνως. Italicè & Hiſpanicè, *Religioſamente.* Gal. *Religieuſement.*} Cic. pro Cæl. Vt ſapiens, moderatúſque vir religioſè teſtimonium dixiſſe videatur. ¶ Interdum idem quod ſubtimidè, & verecundé. Cic. lib. 1. Epiſto. Faciámque id quod facere debent ij qui religioſè, & ſine ambitione commendant. ¶ Aliquando ſolicitè, & accuratè. Colum. lib. 3. cap. 10. Nihil curioſè, nihil religioſè adminiſtrant.

Religo, as, Idem quod ligo, vincio. {ἀναδέω, ἀναδέσμεύω. Ital. *Ligare.* Gal. *Lier, relier.* Hiſ. *Atar.*} Virg. 7. Aeneid. Gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem. Cice. Ante exilium, Manus ad demonſtrandam religantur iniuriam. ¶ Religare religione bona alicuius, pro conſecrare alicui deo. Cicero pro domo ſua, Vidimus hoc idem Co. Lentulo Cenſori Tribunum plebis facere. munquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?

Religatus, a, um, participium. {ἀναδεδεμένος. ἀναδεδεμένος. Ital. *Ligato.* Gal. *Lié, relié.* Hiſp. *Atado.*} Horat. 4. Carm. Ode 11. -eſt hederæ vis Multa, qua crines religata fulges.

Religatio, onis, verbale religandi actus. {ἀνάδεσις. Ital. *Legamento.* Gal. *Reliement, etachement.* Hiſp. *Atadura.*} Cice. de Senect. Et ipſa natura delectat, adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium, ſarmentorúmque.

Relino, is, penult. corr. releui, relitum. Quod oblitum obthuratúmque erat, aperio. {ἀνοίγω, ἀνέῳγα. Ital. *Aprire.* Gal. *Ouurir.* Hiſpa. *Abrir lo cerrado.*} Terent. in Heaut. Releui omnia dolia, omnes ſerias. Solebant enim dolia, nequid vaporis exhalaret, quàm acuratiſſimè oblini: vnde quum aperirentur, dicebantur relini, ſoluta nimirum argilla qua erant oblita.

Relinquo, quis. Idem quod ſimplex linquo, deſero, omitto. {λείπω, καταλείπω, ἀπολείπω. Ital. *Relaſciare abbandonare, diſmettere.* Gal. *Delaiſſer, laiſſer.* Hiſp. *Dexar.*} Plaut. in Moſtel. Reliquit, deſernitque me. Cæſar 5. bel. Gall. In littore molli, atque aperto deligatas ad anchoras relinquebat. ¶ Relinqui item hæredibus dicuntur quę ad eos parentis, propinquive morte deuoluuntur. Plaut. in Aulul. Agri reliquit ei non magnum modum. Quocunque labore magno, & miſerè viueret. Terent. in Phorm. At ſi talentùm rem reliquiſſet decem, primus eſſes, memoriter Progeniem veſtram vſque ab auo, atque atauo proferens. ¶ Relinquere aliquem, est ipſum nolle iuuare. Cicero ad Syl. lib. 13, Tantùm à te petimus vt agas eam rem, ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui diſſimilis quęſtum. ¶ Relinquere animam, est mori. Terent. in Adelph. Animam relinquam potius quàm illas deſeram. ¶ Reliquiſſe æs alienum dicitur qui mortuus est non perſoluto ære alieno. Cice. de Orat. Quum æris alieni aliquantulum eſſet relictum.

Relinquitur, pro reſtat, ſiue reliquum est. καταλείπεται. Cic. ad Attic. Relinquitur, vt ſi in Hiſpania vincimur, quieſcamus.

Relictus, a, um, particip. {ἐγκαταλειφθείς. Ital. *Laſciato.* Gal. *Laiſſé.* Hiſp. *Dexado.*} Cice. Attic. Tironem ab altera quartana relictum audio. ¶ Relictus ab omni honeſtate, id est modis omnibus inhoneſtus. Cice. pro Rab. Nemo est, inquam, inuentùs tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus, qui ſe in capitolio fuiſſe cum Saturnino fateretur. Horat. 2. Serm. Saty. 3, Inuidiam placare paras virtute relicta.

Relictio, onis. verbale, Id est defectio. {Ἔκλειψις. Ital. *Eſſo laſciare.* Gal. *Delaiſſement.* Hiſp. *Deramiento.*} Cic. 6. Ver. Quibus illam relictionem, proditionémque conſulis, &c. ¶ Huius compoſitum est, Derelinquo.

Reliquiæ, reliquiarum, Quæ quacunque ex re relicta ſunt. {τὰ λείψανα. Ital. *Reliquie, auanzo, reſto, rimanente.* Gal. *Le reſte, reliques ou reliquaires, le demeurant.* Hiſp. *Los reſtientes.*} Virgil. 1. Aeneid. His accenſa ſuper iactatos æquore toto Troas reliquias Danaûm. Cice. 2. de Natu. deorum. Cibi reliquiæ depelluntur tum aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus. Idem in Parad. Et reliquiæ coniurationis à Catilinæ furiis ad tuum ſcelus furorémque conuerſæ. Celſus lib. 3. cap. 4, Etiam manentibus reliquiis febrium. Cic. ad Caſſium, lib. 12. Vellem Idibus Martis me ad cœnam inuitaſſes: reliquiarum nihil fuiſſet.

Reliquus, qua, quum, penult. corr. Idem quod reſiduum, quódve ex re quapiam ſupereſt. {λοιπός, ἡ, ὸν. Ital. *Reſto, rimanente, reſtante, reſiduo.* Gal. *Qui eſt demouré de reſte, qui eſt de remanant.* Hiſpa. *Lo reſtante, ò lo que queda.*} Cæſar. 1. Comment. Demonſtrant ſibi præter agri ſolum nihil eſſe reliqui. ¶ Reliquum est, id est ſupereſt, reſtat. λοιπόν ἐστι. Cic. Curio. Reliquum est vt certemus officiis inter nos. Terent. in And. Vt peroſcatis quid ſpei ſit reliquum. ¶ De reliquo, id est quantum ad reliqua attinet. Cic. ad Corniſ. lib. 12, De reliquo velim tibi perſuadeas, &c. ¶ Reliquum feci, eleganter dicimus pro reliqui: ſicut Miſſum feci, pro dimiſſi. κατέλιπον. Cice. in Verrem, Quos belli calamitas reliquos fecerat.

Reliquum, qui, ſubſtantiuum, Pars debiti, quæ adhuc reſtat ſoluenda.

{ἀπομένω. Ital. *Resto restante, rimanente.* Gal. *Le remanant.* Hisp. *Lo resta ante, ò lo que queda.* } Cic. Attic. lib. 16, Maximè autẽ me angit ratio reliquorum mcorum, &c. Plaut. Cist. Huic quod reliquum restat volo persoluere: Vterpungator nomen nequid debeant.

Reliquor, penult. corr. reliquaris, deponens, Est æs alienum ex reliquis rationum contrahere. {ὑπόλοιπον. Ital. *Rimanere restante, restare debitore.* Gal. *Demeurer endaptè, deuoir du reliqua.* Hisp. *Restar deudor.* } Vlp. de Mune. & hono. l. Rescripto. Eos demum debitores Reip. accipere debemus, qui ex administratione Reipu. reliquantur.

Reliquator, tis, verbale, Qui integrum non soluit, aliquidque adhuc reliqui debet. {ὁ λοιπὸς ἐχόμενος, ὁ λοιπὸς ὤν. Ital. *Chi è ancora debitore.* Gal. *Qui demeure en reliqua, qui doit du reliqua de son compte.* Hisp. *Que non ha pagada toda la deuda.* } Sequol. de solut. & libera. l. Creditor. Accepi à Mario Marino ex summa maiore tor aureos. Quæro an hęc summa in proximum annum ei accepta ferri debeat, quum superioris anni sit reliquator. Budæus.

Reloco, as, penult. prod. Relocare, Rursum locare. {πάλιν ἐκμισθῶ, ὁν δεύτερον ἀνεκμισθῶ. Ital. *Affitare da nuouo.* Gal. *Relouer, bailler à louage derechef.* Hisp. *Arrendar otra vez.* } Vlpian. in l. Item quæritur. §. Si lege ff. Locati, & cond. Si in lege operis locati comprehensum esset vt si ad diem effectum non esset, alij relocare id liceret.

Reluceo, ces, pen. prod. Resplendeo, lucem diffundo. {λάμπω. Ital. *Risplendere.* Gal. *Reluire.* Hisp. *Relutir.* } Cic. 2. de Natu. deo. Huic non vna modò caput ornans stella relucet. Liu. 10. bel. Pun. Relucentem flãmam primò vigiles Carthaginiensium, deinde excitati alij nocturno tumultu quum conspexissent, &c. Virg. 12. Aen. -illi ingens barba reluxit. Qui. 11. Metam. vectis fulgore reluxit.

Reluctor, aris, Repugno, obnitor, siue renitor. {ἀντιμάχομαι. Ital. *Repugnare, essere renitente.* Gal. *Repugner, resister.* Hisp. *Resistir como luchando.* } Ouid. 3. Amor. Eleg. 4. Vidi ego nuper equum contra sua frœna renacem, Ore reluctanti fulminis ire modo. Colum. lib. 1. Nam quum veteri astruitur recens ædificium, quasi assurgenti reluctans oneri cedit.

Reluctatus, participium. ἀντιμαχόμενος. Claud. 1. de rap. Proserp. Penè relu ctatis iterum pugnantia rebus Rupissent elementa fidem.

Reluo, is. Quandoque compositum est à Luo, lotionis iterationem importans. {ἀναπλύνω. Ital. *Rilauare.* Gal. *Lauer encor vne fois.* Hisp. *Tornar à lauar.* } ¶ Aliquando à Luo, idem significans quod soluo, seu repiguero. ἀνακαλῶ, ἀνακαλοχέω. Plautus, Repignerat, reluit, vendit.

Remacresco, scis, scere. {ἰσχναίνομαι, χνοώδης γίνομαι, σὰρκίον. Ita *Smagrirsi, diuenir magro.* Gal. *Remaigrir, deuenir maigre.* Hispa *Emmagrecer.* } Suet. in Domit. cap. 18. Postea caluitio quoque deformis ventris obesitate, crurum gracilitate, quæ tamen, ei longa valetudine remacruerant.

Remaledico, is, pen. pro. {ἀντικατηγορέω ἀντιβλασφημέω, ἀντικακολογέω. Ita *Ingiuriare di parole chi t'ha iniuriato.* Gal. *Redire iniures à qui en a dit.* Hisp. *Dezir mal del maldeziente.* } remaledicere. Maledictũ maledicto retaliare. Suet. in Vespasiano, cap. 9. De iurgio quodam Senatoris Equitisque Romani ita pronuntiauit: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici, ciuile fásque esse.

Remancipo, as. Est rem sibi mancipatam, in mancipium eius à quo eam accepimus, restituere. πάλιν χειρίζω ἢ πάλιν χειρίζω πρὸς. Boëthius in Topica Ciceronis. Fiduciam accepisse dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet.

Remandere, Ruminata, rursus mandere. {ἀναμηρυκάζω. Ital. *Ruminare, remasticare.* Gal. *Remascher.* Hispan. *Tornar otra vez a mascar.* } Plin. lib. 10. cap. 73, Pontici mures simili modo remandunt. Quintil. lib. 11. cap. 2, Deuoret initio tœdium illud, & scripta, & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandendi.

Remaneo, remanes, penult. corr. Persisto, perseuero, supersum, relinquor. {ὑπολείπω. Ital. *Restare, durare.* Gal. *Demeurer derriere.* Hisp. *Remanescer à quedar.* } Cic. 1. Tusc. Expone igitur, nisi molestum est, primum si potes, animos remanere post mortem. Cæsar 3. bel. Ciui. Annon audistis ex iis qui per causam valetudinis remanserunt, cohortes esse Brundusij factas?

Remano, as, Restillo, refluo. {ἀναρρέω λάζω. Ital. *Colare di nuouo all' indietro.* Gal. *Reffluer, recouler.* Hisp. *Correr lo liquido.* } Lucret lib. 5, Percolatur enim virus, retróque remanat. ¶ Aliquando accipitur pro repetere: vt annotauit Festus, citans locum Ennij ex lib. 5, Deserunt riuos, campósque remanant.

Remansio, A remaneo, ficut à maneo. {ὑπόμονή. Ital. *Dimora.* Gal. *Demeure.* Hisp. *Obra de quedar.* } Cic. ad Quint. fratr. lib. 3, Primum tuam remansionem etiam atque etiam probo.

Remedium, dij, à medeor, mederis, significat id quod medendi causa alicui morbo adhibetur. {ἴαμα, φάρμακον, ἀλεξιφάρμακον. Ital. *Remedio, medicina.* Gal. *Remede.* Hisp. *El remedio, medezina.* } Cic. Octauio, Nulla remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. ¶ Transumitur & ad alia. Cæs. 3. belli Ciuil. Quibus rebus nostri vsu docti hæc reperiebant remedia, vt alio loco ignes facerent. Cic. pro Cluent. Acriotibus salutí suæ remediis subueniendum putauit. ¶ Sequentibus verbis eleganter apponi solet, Adhibere remedium, Comparare remedium, Habere remedium, Vti remedio, Inuenire remedium, Pati remedium, Quærere remedium. Exempla legenti bonos autores inuentu facilia.

Remeligo, inis. Quod remoratur. Plaut. in Patina, vt citat Festus, Quid nunc illæ tandiu remorantur remeliginęs?

Remendo, das. Idem quod corrigo, vt nonnulli volunt: vel mendum denuo tollo. {διορθόω. Ital. *Corregere, rimendare.* Gal. *Corriger, amender.* Hisp. *Corregir, emendar otra vez.* } citántque Colum. lib 3. cap. 17, vbi sic legũt, Quidam flagellum totum, sicut erat matri detractum, credidерunt fationi conuenire: idq; per gemmas quinas, vel etiam senas partiri, complures tale oleaster remendauerunt. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria legendum ostendunt, Talcolas terræ mandauerunt.

Remeo, remeas. Retró meo, redeo. {ἀναπορεύομαι. Ital. *Ritornare.* Gal. *Retourner.* Hisp. *Tornar, boluer otra vez.* } Virgil. lib. 2. Aen. Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos. Martial. lib. 1. Gaudia non remeant, sed fugitiua volant. Varro 3. de Re rustica cap. 5. Idémque faciunt quum ex Italia trans mare remeant, Tacit. lib. 1. Caium remeantem

Armenia & vulnere inualidum, mors fato propera vel nouercæ Liuiæ dolus abstulit.

Remeatus, huius remeatus, penult. pro. verbale. {ἡ ἀνάδοσις, ἡ ἀνακομιδή, ἀναπορεία. Ital. *Ritorno.* Gal. *Retour.* Hisp. *Tornada.* } Martianus in l. Relegati. in fine ff. de Pœnis. Et nemo potest commeatum remeatúmve dare exuli, nisi imperator ex aliqua causa.

Rementior, iris, remẽsus sum. Iterum metior, ad mensuram reddo. {ἀναμετρέω. Ital. *Rimisurare.* Gal. *Remesurer.* Hisp. *Tornar à medir.* } Martia. lib. 6, Ille fide summa testæ sua vina remensus. ¶ Aliquando idem quod reddo. Plin. Epist. 10, 64, Iam mihi reddita incipit refici, transmissúmque discrimen conualescendo remetiri. ¶ Remetiri æquor, est renauigare. ἀναπλέω. Virgil. 2. Aeneid. -pelagóq; remenso Improuisi aderunt.

Remex, vide REMVS.

Remigero, as, Antiquum verbum est, pro remigro, reuertor. {ἀναπλέω. Ital. *Ritornare.* Gal. *Retourner.* Hisp. *Tornar otra vez, à mudar casa.* } Plaut. in Persa, Crumenam hanc emere, aut facere, vt remigret legendum ostendant.

Remigium, gij, vide REMVS.

Remigro, as. Reuertor in domicilium vnde emigraui. {ἀναπλέω. Ital. *Ritornare alla sua prima stanza.* Gal. *Retourner en son premier domicile.* Hisp. *Tornar otra vez, à mudar casa.* } Cic. 1. Tusc. In nostram domum remigremus. Liui. 8. bel. Pun. Magna tamen pars autoritate COSS. compulsa in agros remigrauit. Plaut. Epid. Remigret animus nunc domum mihi.

Remillum, Repandum dicitur, à remi similitudine. Festus.

Reminiscor, sceris, Recordor: quod fit quum ea quę mens tenuit, repetuntur, inquit Varro, quasi iterum rem in mentem reuoco. {ἀναμιμνήσκομαι, ἀναμιμνήσκω τινὰ ἐμαυτοῦ. Ital. *Ricordarsi.* Gal. *Se souuenir, se rememorer.* Hisp. *Recordarse.* } Iungitúrque modò accusatiuo, modò genitiuo. Cæsar 1. bel. Gall. Sin bello persequi perseueraret, reminisceretur, & veteris incommodi Romanorum, pristinæque virtutis Heluetiorum. S. Sulpitius Ciceroni, Ea potius reminiscere quæ digna tua persona sunt. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 9, Nam modò vos animo dulces reminiscor amici.

Reminiscentia, æ, verbale, Quę est reuocatio rei alicuius in mentem, {ἀνάμνησις. Ital. *Il ricordarsi.* Gal. *Souuenance, vn souuenir.* Hispan. *Aquella obra de se recordar.* } differt à memoria: quòd reminiscentia communis est omnium animantium: memoria, ad homines tantùm, quum sit discursus rerum cum ratione ab vniuersali ad particularia, & à remotis à sensu.

Remisceo, remisces, remiscui, {ἀναμίγνυμι, συγχέω. Ital. *Rimescolare.* Gal. *Remesler, mesler derechef.* Hisp. *Tornar à mezclar.* } Iterũ misceo, aut idem quod simpler misceo. Horat. in Arte, Atque ita mentitur, si veris falsa remiscet. Senec. lib. 2. de Traquil vitæ, Venenum mihi dedit aliquis, sed vim suam remissum cibo perdidit. Idem Epist 27.

Remitto, tis, Rursus eò mitto vnde quid accepi. {ἀναπέμπω, ἀναπέμπω ὀπίσω. Ital. *Rimandare in dietro.* Gal. *Remettre, renuoyer.* Hispan. *Embiar otra vez, atras.* } Plau. Munera accipit frequẽs, remittit nunquã. Cõstruitur quandoque cum ablatiuo pretij, vt apud Curt. lib. 2, Captiuos si placet reddi, honestius dono donabimus, quàm pretio remittemus. ¶ Aliquando sumitur pro suo simplici mitto. πέμπω. Lucil. li. 29. Saty. vt citat Festus, Continet domi se mœstus Albinus, quòd filiæ repudium remisit. ¶ Interdum idem quod relaxare: cui opponitur intendere. Plin. lib. 26. cap. 10, Superioris radix in lacte ouis colonicæ data neruos intendit. ¶ Aliquando pro relaxo, recreo delectationis gratia. {ἀνίημι. Ital. *Cessar della fatica.* Gal. *Cesser de trauailler.* Hisp. *Aflojar el trabajo.* } Vnde animum remittere dicimur, quum deponimus curas. Cuius contrarium est intendo: sumpta translatione ab arcu. Cic. in Horten. Quæro non quibus intendam animum rebus, sed quibus remittam. Sic remittere disciplinam vel custodiam, dicimus pro eo quod est negligentius disciplinam, vel custodiã obseruare. Col. lib. 1. cap. 8. de Re rust. Nunquid absentia sua de disciplina & custodia remiserit: num aliqua vitis, num arbor, num fruges absint concedo. ¶ Aliquando remitto accipitur pro concedo. χαρίζομαι. Cic. Vati. lib. 5. Meam animaduersionem & supplicium quo vsurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi, & condono. Iustinus, Igitur Magi ad furorem populi conciliandum, tributa, & militiæ vacationem in triennium remittunt. id est concedunt. ¶ Aliquando pro dimittere, cui contrarium est erigere. κατέχω. Plin. lib. 8 cap. 32, Quum erexere aures, acerrimi auditus: quum remisere, surdi. ¶ Aliquando pro intermitto, hoc est ad tempus cesso. ἀναπαύομαι. Teren. in Heaut. Nullum remittis tempus, neque te respicis. Idem in Hecy. Nam si remittent quippiam Philomenæ dolores, omnem rem narrabit, scio. ¶ Aliquem ædes venditori remittere quas emerit, est petente venditore contractum rescindere, & permittere vt ædes emptæ redeant ad venditorem. Plaut. in Mostel. Mœstus est has vendidisse se. TR. Quid tandem? TR. Orat, vt suadeam Philolacheti vt istas remittat sibi. ¶ Remittere frænos dolori, est dolori habenas laxare: cui opponitur, Adducere habenas. ¶ Remittere librum dicitur arbor, quando sua sponte corticem relinquit. ¶ Remittere nuntium vxori, est vxorem repudiare. Cic. ad Attic. lib. 1. Vxori Cæsarem nuntium remisisse. Idem in Topi. Si mulier, quum fuisset nupta cum eo cui connubij ius non esset, nuntium remisit: quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, &c.

Remissus, sa, sum. Languidus, lenis, negligens: cui opponuntur vehemens & intensus. {μαλθακός. Ital. *Rimesso, languido.* Gal. *Remis, lasche.* Hisp. *Floxo de trabajo.* } Cic. 2. de Diui. Hæc scilicet in imbecillo, remissóque animo multa omnibus modis confusa & variata versantur. Cic. 3. de Finib. Itaque quanquam in eo sermone, qui cum Torquato est habitus, non remissi fuimus: tamen hæc vetior est cum Stoicis parata contentio. Idem pro Sest. Facit enim, Iudices, vester iste in me animorum, oculorúmq; contuitus, vt mihi iam licere putem remissiore vti genere dicendi. Cæs. 5. bel. Gall. Loca sunt temperatiora, quàm in Gallia remissionibus frigoribus.

Remissa, remissæ. Id est venia errati: vox est Ecclesiasticis scriptoribus, quàm Classicis linguæ Latinæ autoribus familiarior. {συγχώρησις. Ital. *Remissione, perdono.* Gal. *Remission, relaschement, relasche.* Hispan. *Perdon.* } Cyp. lib. 5. Epist. 14, Omnia peccata remittentur filiis hominum, & blasphe

Universidad de Deusto
Biblioteca

mix: qui autem blasphemauit in Spiritum sanctum, non habet remissam. sed reus est æterni supplicij.

Remissio, sionis, verbale est à remitto, inter cætera idem significãs quod relaxatio. {ἄνεσις. Ital. *Relassatione, remissione.* Gal. *Remission, relaschement, relasche.* Hisp. *Aquella obra de aflouar el trabajo.*} Cic. pro Cælio, Quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non conuiuia delectarent. Idem ad Gallum lib. 7. Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse. ¶ Interdum idem quod venia, seu gratia delicti, vel pœnæ. συγγνώμη. vt Remissio pœnæ, apud Cic. 4 Inuect. in Catil. ¶ Propriè tamen remissio, est ipse remittendi actus. Cicer. 1. Offic. Ex oculorum obtutu, ex elocutione, ex remissione supercilioru, aut ex contractione.

Remissè, Leniter, placidè. {ἀφειδῶς, ἀνιέντως. Ital. *Humilmente, lentamente.* Gal. *Laschement, humblement.* Hisp. *Baxamente, humilmente, lentamente.*} cui opponuntur Grauiter, feuerè, vehementer. Sallust. Iugur. Pauca timidè, remissèque locutus, abscessit. Cic. 3. de Orat. Quis vnquam ter, præter hunc, tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scientia propè venustate tractauit? Idem 6. Ver. Iste nihilo remissus, atque etiam vehementius instabat.

Remissarius, a, um, ἀντικός. Quod remittitur, quódve eum in vsum factum est vt possit remitti, vt Remissarius vectis in torculari. Cato de Re rust. cap. 19, Vectes longissimos pedum decem & octo, secundos pedum sexdecim, tertios pedum quindecim, remissarios pedum duodecim.

Remo, as. vt post Perottum annotarunt quidam, antiqui dicebant pro repeto. {Ital. *Ritornare.* Gal. *Retourner.* Hisp. *Tornar.*} Ennius lib. 1, Riuos deserunt, campósque remant. Apud Festum tamen, vnde hæc decerpsit Perottus, Remoaor legitur, non Remant: quod etiam in verbo Remano annotauimus.

Remolior, iris, Multa vi loco moueo. {ἀνακινῶ. Ital. *Spinger vn peso di suo luogo* Gal. *Remoire & ruer ius.* Hisp. *Mouer algo con difficultad.*} Ouid. lib 5. Met. Sæpe remoliri luctatur pondera terræ, Oppidáque & magnos deuoluere corpore montes. ¶ Nonnunquam magno labore quippiam reparo. Sil. 1. Iterum instaurata capessens Arma remolitur dux agmina. ¶ Aliquando à conato reuoco. Sueton. in August. Vultu erat vel in sermone, vel tacitus adeò placido, serenóque, vt quidam ex primoribus Galliarum confessus sit, se eo inhibitum ac remolitum, quo minus, vt destinarat, in præcipitium impelleret. Legitur & remollitum. Vide REMOLLIO.

Remolitus, participium. Seneca Herc. fur. -nec orbe si remolito queat Ad fonta victor numina Alcides vehi.

Remollio, is, idem quod mollio. {μαλάττω. Ital. *Remollire.* Gal. *Remollir, rendre mol & effeminé.* Hisp. *Amollentar.*} Ouid. 4. Meta. Vnde fit infamis, quare malè fortibus vndis Salmacis eneruet, tactósque remolliat artus, Discite. Colum. lib. 2. cap. 12, Nihil itaque amplius in iteratione, quàm remolliri terra debet æqualiter.

Remollitus, a, um, penult. prod. {καταμαλακισθείς, καμαλακιζόμενος. Ital. *Ammollito.* Gal. *Ramolli.* Hisp. *Amollentado.*} Sueton. in Augu. cap. 79. Vultu erat vel in sermone, vel tacitus, adeò tranquillo, serenóque, vt quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quo minus vt destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquij propius admissus, in præcipitium propelleret. Quo tamen in loco quidam legunt remolitum, vnico l, à verbo remolior, pro eo quod est, à molimine & conato reuocatum.

Remolesco, cis. Mollis fio. {μαλακίζομαι. Ital. *Remollirsi.* Gal. *Se ramollir.* Hisp. *Amollentarse.*} Cæsar 4. Belli Gal. Vinum ad se importari non sinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remollescere homines, atque effœminati arbitrantur. Ouid. 10. Meta. -vt Himettia sole Cera remollescit, tractatáque pollice multas Flectitur in facies. ¶ Per translationem accipitur pro mitigari, siue leniri. μαλακίζομαι. Ouid. 1. Metamorph. -precibus si numina iustis Vlla remollescunt, si flectitur ira deorum.

Remora, vide REMOROR.

Remorbesco, bescis, significat in morbum recido, inquit Festus. ἀναρρώννυμι. Ital. *Ricascare nella malatia.* Gal. *Retomber en maladie, rechoir.* Hisp. *Tornar à enfermar.*

Remordeo, des, Vicissim mordeo eum à quo fuerim morsus. {ἀνασπαράσσω. Ital. *Remordere, cruciare.* Gal. *Remordre, recaffliger & tormenter.* Hisp. *Remorder, atormentar, fatigar.*} Horatius Epod. 6. Quin hunc inanes, si potes, vertis minas. Et me remorsurum petis? ¶ Per translationem accipitur pro crucio, solicito. Virg. 1. Aen. Quando hæc te cura remordet. Lucr. lib. 3. Præteritis admissa malis peccata remordent.

Remores, pen. corr. Aues in auspicio dicuntur quæ actutum aliquid remorati compellunt Festus.

REMORIA, aut (vt alij malunt) Remuria, locus in summo Auentino, vbi Remus de vrbe condenda fuerat auspicatus. Festus.

Remoror, aris, penult. corr. Retardo, retineo. {ἀναβάλλομαι, ἀναστέλλω, ἐπέχω. Ita, *Retardare, ritenere.* Gal. *Retarder, ou retarger.* Hisp. *Retardar, retener.*} Teren. in Andr. -sed siquid est Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides, Manebo: nequod vestrum remorer commodum. Apul. Sic me abire oppido volentem, suaui remoratur illecebra. Terent. Eunuc. Vt illum dij deæque genium perdant, qui me hodie remoratus est. Ouid. 11. Metamorph. Littus habet solidum, quod nec vestigia seruet, Nec remoretur iter, nec operum pendeat alga.

Remora, æ, Retardatio dicitur. {ἀναστέλλω. Ital. *Ritardamento.* Gal. *Retardement.* Hispan. *Tardança.*} Lucilius apud Festum. Quænam vox ex te resonans meo gradu remoram fecit? Plautin. Trinum. Quæ in rebus multis obstant, odiosæque sunt, remorámque faciunt rei priuatæ & publicæ.

Remora, æ, pen. lt corr. Pisces exiguus, qui à Græcis ἐχενηὶς dicitur, spinis & crustis tectus: à remorando dictus, quòd nauem, cui annixus fuerit remoretur. Plin. lib. 32. cap. 1. Tamen omnia hæc, patiterque eodem impellentia vnus & parvus admodum pisciculus echeneis appellatus, in se tenet. Ruant venti licet, & sæuiant procellæ, imperat furori, vtréque tantas compescit, & cogit stare nauigia. quod non vlla possunt vincula, non anchoræ irrenocabili pondere iactæ. Idem lib. 9, Est parvus admodum piscis, assuetus petris, echeneis appellatus: hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur. Inde nomine imposito, remora à remorando dicitur.

Remoueo, es, ri, tum. Amouco, aufero. {ἀφαιρῶ. Ital. *Rimouere, leuare.* Gal. *Eslogner, oster.* Hisp. *Quitar.*} Cicer ad Tirouem. lib. 16. Epist. Accepimus conditiones, sed ita vt remouerat præsidia ex his locis quæ occupauit. Idem 1. Offic. Quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt remouent ab oculis. Idem pro Cornelio Bal. Fuisse iudicem ex illis equitibus Roma. grauissimis viris neminem quin remouerec cellos, & se rorum auerteret. ¶ Remouere se ab aliquo, id est disiungere, alienare. ἀποστῆναι, ἀποζευγνύναι. Cic ad Atticum, lib. 4, Quid sit quod se à me remouit, si modò remouit, ignoto.

Remotus, a, um, parti. Idem quod amotus. {ἀπωθεῖσθαι, ἀπωκεκλεῖσθαι, ἀπεστεβλῶσθαι. Ital. *Rimosso.* Gal. *Osté.* Hisp. *Quitado.*} Virg. 1. Aen. Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ. ¶ Interdum migrat in nomen, idémque significat quod longinquus, seu procul dissitus. Cic. 5. Verr. Etiámne hæram parua ciuitas, tam procul à manibus tuis, atque à conspectu remota? Ouid. 3. Trist. -longa regione remotus. Cic. 4. Ver. Homines quietissimi, qui maximè ab iniuriis nostrorum magistratuum remotissimi consuescerant esse præsidio fœderis. Colum. lib. 12. cap. 1, Nam in primis considerandum erit an à vino, ab escis, à superstitionibus, à somno, à viris remotissima sit.

Remotio, onis, verbale. Actus remouendi. {ἀπόθεσις, ἀπόστασις. Ital. *Rimouimento.* Gal. *Remouement, esloignement.* Hisp. *Quitamiento.*} vt Remotio criminis, quæ & translatio à Rhetoribus appellatur. ἀναφορά. Cicer. lib 2. de Inuent. Remotio criminis est quum eius intentio facti, quod ab aduersario infertur, in alium, aut in aliud dimouetur.

Remugio, is. Mugitum reddo, contrà mugio. {ἀνταναβοᾶσθαι. Ital. *Remugire, muggire all' incontro.* Gal. *Remugler, retentir, mugler contre.* Hisp. *Bramar retumbando la voz.*} Virgil. 12. Aeneid. Quum duo conuersis inimica in prælia tauri Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri: Illi inter sese multa vi vulnera miscent, Colla armósque leuant: gemitu nemus omne remugit. ¶ Per translationem tamen accipitur simpliciter pro resonare. Virg. 2. Georg. Et vox assensu nemorum ingeminata remugit. Idem 9. Aeneid. Sequitur clamor, cælúmque remugit.

Remulceo, ces. Paulatim, & quietè retrahо. {ἀναπαύω, ἀναπαύομαι. Ital. *Rappacificare, raddolcire.* Gal. *Rapaiser, radoulcir, reflater.* Hisp. *Halagar, atraher con halagos.*} Virg. 11. Aen. Caudáque remulcens Subiecit pauitantem vtero, ilúsque petiuit.

Remulco, trahere nauem Polybio & Diodoro, significat è scapha maiorem nauem remigando trahere. {ῥαυκλάω. Ital. *Rimurchiare.* Gal. *Tirer la nauire d'vn esquif à la rame.* Hispa. *Leuar la naue à remo.*} Quod aliquando necessitatis gratia fit, vt quum maior nauis vento destituta, alia ratione moueri non potest: aliquando non aliam ob causam quàm vt nauis quietius agatur. Remulcare (inquit) dictum est quasi molli ac leni tractu ad progressum mulcere. Sisen. lib. 2, Siqua celeritet solui poterat, in altum remulcando trahitur.

Remuncro, as, & Remuneror, aris. Retribuo, compenso, beneficium reddo, & mutuam gratiam refero, hoc est munere aliquo munus aliud compenso. {ἀνταμείβομαι. Ital. *Rimunerare.* Gal. *Remunerer, recompenser, guerdonner.* Hisp. *Dar galardon, galardonar.*} Cicer. Atti. lib. 8, Te, si tibi eadem causa est, me remunerare sanè velim. Cæsar. 1. bell. Gal. Quòd si discessisset, acliberam possessionem Galliæ sibi tradidisset, magno se illum præmio remuneraturum. Cicer. post reditum in Senatu, Quibus autem officiis T. Annij beneficia remunerabor?

Remuneratio, onis, verbale. {ἀνταπόδοσις, ἀνταπόδομα, ἀνταμοιβή. Ital. *Ricompensa guiderdone, remuneratione.* Gal. *Remuneration, recompense, guerdon.* Hisp. *Galardon.*} Cicer. de Amic. Nihil enim remuneratione benevolentiæ, nihil vicissitudine studiorum, officiorúmque iucundius.

Remuria. Olim dicta fuerunt festa quibus mortuorum sepulchris epulæ inferebantur, quæ deinde literæ vnius mutatione dicta sunt Lemuria. Dicta autem Remuria putantur à Remo Romuli fratre, in cuius honorem primùm fuerunt instituta Ouid. lib. 5. Fast.

Romulus obsequitur, tacémque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera, quæ tuto nomine prima fuit.

Remurmuro, as. Contrà murmuro. {ἀντιμορμυρίζω. Ital. *Mormorare contra, contradire* Gal. *Murmurer contre, contredire* Hispan. *Murmurar contra algo, contradezir.*} Stat. 5. Syl. -& nulli spoliata remurmurat auræ.

REMVS, priore cor. βρεμός, Frater Romuli primi Romanorum regis, qui quòd nouæ vrbis Romæ mœnia per ludibrium transiliisset, à fratre est interfectus, vt placet Liui. lib. 1. ab Vrbe cond. aut certè (vt Ouidius mauult. lib. 5. Fast.) à Celere quodam Tribuno. Post cuius mortem obortæ pestilentia, consulto oraculo responsum est, placandos esse manes Remi: ob quam rem sella curulis cum sceptro & diademate, & cæteris regni insignibus semper iuxta Romulum quidvis sancientem ponebatur, vt mortuus etiam Remus pariter imperare videtur. Huc respexit Virgil. 1. Aeneid. quum ait, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.

Remus, remi, priore prod. Est instrumentum quo naues aguntur. {κώπη, ἐρετμός. Italicè & Hispanicè, *Remo.* Gal. *Auiron, gasche, rame.*} Virgil. 5. Aeneid. -quam deinde Cloanthus Consequitur, melior remis, sed pondere pinus Tarda tenet. Cic. 7. Verr. Quim multos esse oporteret, ex ipso

Universidad de Sevilla Biblioteca

ex ipso nauigio, quod erat factum ex remorum numero, conliciebant. Virgil. 3. Aeneid. Venimus, & proni certantibus æquora remis. ¶ Veteris remisque, prouerbialis locutio est, qua vtimur quoties summam rei alicuius festinationem volumus significare. Cicc. ad Cornificium, Atque inde ventis, remisque in patriam omni festinatione properaui. ¶ Accipitur etiam remus pro loro quod continet tubam, vt inquit Seruius in illud Virgil. 6. Aeneid. At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum Imponit, suaque arma viro, remúmque, tubámque.

Remigo, gas, penult. corr. Remis nauigo, quasi remis ago. {ἐρέσσω, κωπηλατέω. Ital. *Remigare, vogare.* Gal. *Ramer, gascher, tirer à l'auiron.* Hisp. *Remar, remigar.*} Cicc. 4. Tuscul. Vtrum igitur mauis, nos statim vela facere, an quasi è portu regredientes paululum remigare? ¶ Huius composita sunt Eremigo, & Subremigo, de quibus suis locis.

Remigatio, onis, verbale. {ἐρεσία. Ital. *Esso tirare il remo.* Gal. *Gascheement, tirement à l'auiron.* Hisp. *Obra de remar con remos.*} Cicc. Attic. lib. 13. Inhibitio autem remigum morum habet, & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Remex, remigis, penult. corr. Qui remos agit, & remigandi ministerio manciparus est. {κωπεύς, ἐρέτης. Ital. *Huomo da remo, vogatore.* Gal. *Celui qui tire à l'auiron, galiot.* Hisp. *El remador como galeote.*} Cicc. 2. de Diuin. Quid, inquies, remex ille de classe Coponij, nónne ea prædixit quæ facta sunt? Curtius remex militis officia turbabat. Cæs. 3. bel. Gal. Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum: remiges ex prouincia instituí, nautas, gubernatorésque comparari iubet. Ouid. 13. Metam. -tantùm corpore prodes, Nos animo: quantó que ratem qui temperat, antetit Remigis officium, quanto dux milite maior: Tantum ego te supero.

Remigium, gij. Ipsa remotum agitatio. {ἐρεσία. Ital. *Remigatione, vogata.* Gal. *Tirement, à l'auiron.* Hispa. *Obra de remar.*} Virgil. 1. Georg. 1. Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lẽbum Remigijs subigit. Idem 8. Aen. -gemináque legit de classe biremes: Remigióque aptat, socios simul instruit armis. Ouid. 3. Fast. Findite remigio (nauita dixit) aquas. Virg. 1. Aeneid. transtulit ad auras: -volat ille per aëra magnum Remigio alatum. Lucr. lib. 6. Remigij oblitæ pennarum, vela remittunt. Aues enim alis, velut remis quibusdam, ad diffindendum aërem vtuntur. ¶ Aliquando ponitur pro remigum multitudine. Idem lib. 3. Remigium supplet, socios simul instruit armis. Cicc. 5. Tuscul. Quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, &c.

Remuto, as, penul. pro. are, {ἀμείβω, ἀλλάττω. Ital. *Mutare, cambiare.* Gal. *Muer, changer.* Hisp. *Mudar, cambiar.*} Tacit. de Orat. Vidit nauque conditionem temporum & diuersitates autorum, formam quoque orationi remutandam.

Renarro, as, Idem quod narro, vel narrando repeto {ἀναγγέλλω, ἐξηγέομαι. Ital. *Narrare, contare.* Gal. *Racouter, renarrer.* Hispan. *Narrar à contar.*} Virg. 3. Aeneid. Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus Fata renarrabat diuûm, cursúsque docebat.

Renascor, iris, Iterum nascor. {ἀναφύομαι. Ital. *Rinascere.* Gal. *Renaistre.* Hisp. *Tornar otra vez à renascer.*} Plin. lib. 11. cap. 29, Deinde ad Canis ortum obiit, & aliàs renasci.

Renascens, annus, Pro Vere. Plin. lib. 16. cap. 25, Flos est pleni Veris indicium, & anni renascentis.

Renauigo, renauigas, Nauigando reuertor, retrorsum nauigo. {ἀναπλέω. Ital. *Nauigare in dietro.* Gal. *Renauiger, retourner par eaue d'ou on estoit party.* Hisp. *Nauegar atras.*} Cicc. Attico, Perpaucis diebus in Pompeianum, pòst in Puteolana & Cumana regna nauigare cogitabant.

Renes, {Ital. *Reni.* Gal. *Les reins, les rongnons.* Hisp. *Los riñones.*} Viscera duo vtrinque, non procul à vena caua sita, sanguinis serum, hoc est vrinam per venas emulgentes attrahentia, & per longos quosdam meatos, quos πρητῆρας. Græci nominant, ad vesicam transmittentia. *appol.* Dicti renes, vt quidam existimant, à verbo Græco ῥεῖν fluere, quòd per eos, tanquam per colum quoddam fluat vrina. Plaut. in Curcul. Lien necat, renes dolent. Cicc. 2. Tuscul. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat, falsa esse illa quæ antea de dolore ipse sensisset. Hora. 2. Serm. Saty. 3. Quòd latus aut renes morbo tẽrentur acuto.

Renideo, renides, secunda syllaba producta, Idem quod reluceo, splendorem reddo. {ἀναλάμπω. Ital. *Risplendere.* Gal. *Reluire, resplandir.* Hispan. *Resplandescer.*} Horat. lib. 2. Carm. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Plin. lib. 37. Neque in receſſu gemmæ, aut in deiectu renidentes. Stat. lib. 10. Thebaid. Emicat effigies, & sparsa orichalca renident.

Reniteo, es, ere, ἀναλάμπω. Idem quod Renideo. Plin. lib. 37. cap. 6. Arabicæ excedunt candore circuli præcipuè atque non graciles, neque in recessu gemmæ aut in deiectu renitente, sed in ipsis vmbonibus nitente, præterea subtrato nigerrimi coloris.

Renitor, penult. prod. eris penult. corr. renisus vel renixus sum. {ἀντερείδω, ἀντέχω. Ital. *Resistere, sforzarsi all'incontro.* Gal. *Resister, s'efforcer à l'encontre.* Hisp. *Estribar.*} Contra vel aduersum niti. Liu. 5. ab Vrbe Quum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam pactionem ratam esse. Plin. lib. 2. cap. 82. Postéque alterno pulsu renitentes.

Renixus, us. Verbale, {ἀντέρεισις, ἀντοχή. Ital. *Resistenza contra altri.* Gal. *Resistence, & effort contre.* Hisp. *Obra de estribar.*} Cels. lib. 5. cap. 28. de fistulis. At cartilago vbi subhæsit, ipsa sedes docet, peruentúmque esse ad eam, ex renixu patet.

Reno, as, are, {ἀναπλέω. Ital. *Rinotare, ritornare nuotando.* Gal. *Renager, renager en nageant.* Hisp. *Nauegar atras.*} Iterum nare, aut natando redire. Ouid. ad Liuiam, Nullâque per Stygias vmbra renauit aquas. Horat. epod. -simul imis saxa renarint Vadis leuata.

Renodo, as, pen. prod. are, in nodum constringere. {πάλιν ἀναπλέκω, ἀναδέω. Ital. *Rannodare.* Gal. *Renouer.* Hisp. *Añudar otra vez.*} Horat. Epod. 11. Aut teretis pueri longam redondantis comam. Val. 5. Argon. Tèque renodatam pharetris, ac pace fruentem.

Renumero, as penult. corr. {ἀναπληρόω. Ital. *Rendere cosa hauuta per conto.* Gal. *Reconter & rendre ce qu'on auoit receu par conte.* Hispan. *Tornar à contar lo contado.*} Reddere quod ante nobis numeratum fuerat vt aurũ, dotem, &c. Terent. Heaut. Sin alio est animo, renumeret dotem hinc, eat.

Renones, Sara exigua ex pellibus confecta, ita dicta (vt quibusdam videtur) quòd partes corporis renibus obiectas regant. ἀπὸ τῶν νεφρῶν. Nobis potius ἀπὸ τοῦ ῥέειν, hoc est ab ouibus dici persuasum est: vnde & Rhenones scribendum putamus, prima syllaba aspirata: vt latius infrà docebimus suo loco.

Renouo, as, Instauro, interpolo, redintegro, reficio. {ἀνανεόω. Ital. *Rinouare.* Gal. *Renouueler.* Hisp. *Renouar.*} Cic. pro Deiota. Tu vetus hospitium renouare voluisti. Idem de Oratore, Acerbâ sanè recordatio veterem animi curam molestiámque renouauit.

Renouatio, onis, Instauratio, interpolatio, ad pristinum nonúmque statum redactio. {ἀνανέωσις. Ita. *Rinouatione.* Gal. *Renouuellement.* Hisp. *Renouacion, obra de renouar.*} Cic. 2. de Natu. deorum. A quo rursum renouatio mundi fieret.

Renouello, as, are, Rursus nouellum facere. {ἀνανεόω, ἀνακαινίζω. Ital. *Rinouare.* Gal. *Renouueler.* Hisp. *Renouar.*} Col. de Arbor. cap. 6. Eiusmodi itaque vinea si non aridos in corpore habet truncos, & flecti potest, factis sulcis, optime sterilitur, atque ita renouellatur.

Renuncio, tias, are, Propriè nuntiorum est, aut expoliatorum, aut legatorum, quum reuersi, quid egerint referunt. {ἀπαγγέλλω. Ital. *Renunciare, riportare.* Gal. *Renoncer, redire, faire rapport.* Hisp. *Renunciar lo mensaje.*} Cic. 8. Philip. Quum legati renunciarint (quod certè renunciabunt) Antonium non esse in vestra potestate. Cæs. 1. Comment. bell. Gall. Qualis esset natura montis, & qualis esset in circuitu ascensus, qui cognoscerent, misit: renuntiatum est facilem esse. ¶ Aliquando est enunciare, significare, declarare. Terent. in And. Quasi non renunciata sint hæc fore. Et iterum. Id ego iam nunc tibi here renuntio futurum, vt sis sciens, Ne tu hoc mihi posterius dicas, Dauí factum consilio, aut dolis. Donatus. Renunciare, est quasi secretum consilium, vel malum nuntiare. Re enim syllaba, apud veteres interdum abundat. ¶ Renuntiare Consules, renuntiare Prætorem, vel Sacerdotem, id est declarare. ἀναγορεύειν τὸν ὑπατον. Cicc. pro Pompeio, Prætor primus cunctis centuriis renuntiatus. Idem lib. 9. Epist. Eo modo Climachias sacerdos renuntiatus est. ¶ Renuntiare alicui hospitium, vel familiaritatem, est significare se eius hospitio, vel familiaritate amplius non vsurum, ἀπαλλοτριοῦσθαι. Cicc. 3. Verr. Atque iste Sthenio vehementer infensus, hospitium ei renunciat, domo emigrat. Sic renuntiare conductionem apud eundem, Epist. ad Attic. 1.

Renuntiatio, onis, Nuntij, vel legati, vel alterius cuiuspiam relatio. {ἀπαγγελία. Ita. *Denunciamento, relatione.* Gal. *Denouement, rapport, proces verbal.* Hisp. *Aquello obra de renunciar.*} Cic. 5. Verri. Cæsio renuntiat se dedisse: cognoscite renunciationem ex literis. Idem 1. Verr. Renuntiatio quémque eius quæ erat in publicas literas illata illorum legibus, tolli iusserat. ¶ Renunciationem quoque rectè vocare possumus relationem architectorum, & magistrorum vniuscuiusque opificij, quum inspecto opere, Iudici referunt quæ comperierint. ¶ Renuntiatio item dici potest quem *processum verbalem* vulgus appellat: eiusmodi est viatorum, & eorum qui edicta aut sententias exequuntur.

Renuntius, tij, Qui aliquid iterum nuntiat. {ἀπαγγελεύς, ἀπόκριτος, ἀγγελιαφόρος. Ita. *Denunciatore.* Gal. *Denouuiateur.* Hispan. *Denunciador.*} Plaut. in Trin. Cantrices, citellatrices, nuntij, renuntij.

Renuo, nuis, re. Est motu capitis, alióve signo ostendere sibi aliquid displicere. {ἀνανεύω. Ital. *Rifiutare accenando col capo.* Gal. *Refuser, proprement en faisant signe de la teste.* Hisp. *Negar cõ señas.*} ¶ Accipitur tamẽ pro quouis modo recusare, vel negare. Mar. lib. 2. Omnia quũ fecit, sed renuente Deo.

Renutus, us, pen. prod. Capitis signum quo repulsam, vel negationem significamus. {ἀνάνευσις. Ital. *Segno de negare con la testa.* Gal. *Refus en faisant signe de la teste.* Hisp. *Obra de negar con señas.*} Plin. Epist. 7. Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo possum.

Reor, reris, ratus. Existimo, opinor. {νομίζω. Ital. *Istimare, pensare, credere, hauer opinione.* Gal. *Cuider, penser, estimer.* Hisp. *Pensar, estimar, tener opinion.*} Cicc. 1. Offic. Quòd si qui simulatione, & inani ostentatione, & ficta non modò sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam cõsequi posse rentur, vehementer errant. Virgil. 6. Aeneid. Sic quidem ducebam animo, rebárque futurum.

Ratus, a, um, Nomen adiectiuum, idem significans quod firmus, fixus, constans, immobilis. {μόνιμος, βέβαιος, ἀκίνητος. Ital. *Fermo, stabile, constante.* Gal. *Ferme & arresté, approuué, confermé.* Hispa. *Firme, cierto y estable.*} Terent. in Hecy. Ne quod egissem, esset ratum. Cicc. 2. de Natura deorum. Qui quum tam certos exiti motus, tam ratos astrorum ordines, támque inter se omnia connexa & apta videret. Ibidem, Astrorum in omni æternitate rati, & immutabiles cursus. Huic contrarium est irritos. Cicc. de Prouinciis Consul. Cuius Tribunatus si ratus est, nihil est quod irritum ex actis Cæsaris possit esse. Idem pro Cæcin. Si populus iusserit me tuum, aut item te meum seruum esse, id iussum ratum, atque firmum futurum? ¶ Rato item opponitur ruptum. Cicc. de Orat. Testamentum ratum, aut ruptum. ¶ Ratum habere aliquid est approbare, confirmare. Cicc. pro Rosc. Com. Quis hoc fratet fratri, quis pareus filio tribuit, vt quodcunque retulisset, id ratum haberet? ¶ Ratum facere, est quod vulgus dicit *ratificare.* Cicc. 1. de Diuin. Quid enim habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bouis extis dirimat tempus, & proferat diem? Quid augur, cur à dextra cornus, à sinistra cornix faciat ratum? Subaudi augurium. ¶ Ratum mihi est, id est approbo, confirmo. Cicc. ad Gallum, lib. 7. Attamen ista ipsa quæ te emisse scribis, non solùm rata mihi erunt, sed etiam grata. ¶ Pro rata, siue pro rata parte, id est habita ratione proportionis: quod vulgus dicit *ad equipollentiam* ἀναλογικῶς. Cæsar 1. belli Gall. Quadraginta iugera in singulos proponit, & pro rata parte centurionibus, euocatisque. Liu. 5. Decad. lib. 5. Tantum peditì datum fuisse credunt, & pro rata aliis, &c. Cicc. 1. Tuscul. Omnia ista perinde vt cuique data sunt pro rata parte à vita, longa aut breuia dicuntur. Pro rata portione. Plin. lib. 11. cap. 15, Aestiua mellatione decimã partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet, si pleni aluei: sin minus, pro rata portione: aut si inanes, omnino non attingi. ¶ Ratæ preces, id est exauditæ. Ouid. 1. Fast. Budæus.

Ratifico, as, penult. corr. ratificare. Approbare, quod actum est confirmare. Veteres Ratare pro ratificare dicebant: vnde est Irritate contrarium. Sipont.

Repagulum, li, Obex, siue vectis, qui ostio aduersus vim opponitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

ξμαχλὸς Ital. *Cadena*ζζο, *ò stanghetta alla porta, chiauistella.* Gal. *Vne barre ou barriere, qu'on met au trauers de l'huis.* Hisp. *La tranca de la puerta.*} à re. & pango, propterea quòd non vno in loco pangatur. hoc est figatur, sed ad vtrunque postem. Repagula sunt (inquit Festus ex Verrij sententia) quæ patefaciendi gratia ita figuntur, vt ex contrario quoque oppangantur. Ouid. lib. 5. Metamorph. Raptáque de dextro robusta repagula postæ Ossibus illi fit. Cic. de Diui. Herculis valuæ clausæ repagulis, subitò seipsæ aperuerunt. Plin. lib. 16. cap. 42, Firmissima in rectum abies, eadem valuarum repagulis, & ad quælibet intestina opera aptissima. ¶ Repagula item in ludis equestribus dicuntur, quæ aquis obiiciuntur, ne ante tempus procurrant. Græci ἕλκη τὰ, ἀφηνίαν, & κρατικὸν nominant. In stabulis quoque, & pascuis obices, quibus armenta coercentur, repagula dicuntur. Ouid. 2. Metamorph. Interea volucres Pyroeis, Eous, & Aethon, Solis equi, quartúsque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent, pedibúsque repagula pulsant ¶ Per translationem accipitur pro quouis obstaculo, siue impedimento: vnde perfringere repagula iuris, pudoris, & officij, ait Cice. 7. Ver. pro eo quod est nullo neque iure, neque pudore, neque officio à re aliqua impediri.

Repandus, da, dum, Recuruus, reflexus, latus. ἀνάκυρτος. Ital. *Ritorto, ripiegato, largo.* Gal. *Qui est courbe & courbé dehors encontremont.* Hisp. *Corno hazia trasera, ancho.*} Plin. lib. 14. cap. 22. de ebrietate, Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & voluptatio in cœno, & pectorosa cervicis repandæ ostentatio. Cic. 1. de Natu. deorum. Quam tu nunquam, ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. Ouid. 3. Metam. -truncóque repandus in vndas Corpore desiluit.

Repango, is. Idem quod pango, siue planto. φυτεύω. Ital. *Piantare ficcare, congiungere.* Gal. *Refichar, ficher fort.* Hisp. *Plantar, hincar, añadir.*} Columella lib. de Arbo. cap. 22. In quo scrobe destinaueris nucem serere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibique semen ferulæ repangito.

Reparco, is. Idem quod parco. φείδομαι. Ita. *Perdonare, rimettere, sparagnare.* Gal. *Espargner, pardonner.* Hispan. *Perdonar, guardar escassamente.*} Plaut. Trucu. -vtinam à principio Rei item parcissem meæ, vt nunc reparcis sauiis.

Reparo, reparas, pen. corr. Restauro, & in pristinum statum redigo. ἀνακαίνω. ἀνανεόω. Ita. *Riparare, rifare, rinouare.* Gal. *Reparer restaurer, refaire.* Hisp. *Reparar, ò tornar à aparejar.*} Curtius, Ille non ignarus & principes amicorum, & exercitum offendi, gratiam liberalitate, donisque reparare tentabat. Plin. Epist. 191, Sed quæ sunt vetustate sublapsa, reparentur in melius. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 5, Hoc quoque Tiresia præter narrata patenti Responde: quibus amissas reparare queam res Artibus, atque modis. Ouid. Epist. 4. Quod caret alterna requie, durabile non est: Hæc reparat vires, fessáque membra leuat.

Reparator, oris, Instaurator. ἀνανεωτής. Ital. *Riparatore, rifattore.* Gal. *Reparateur, restaurateur.* Hisp. *Reparador.*} Stat. 4. Sylua. Ipse etiam immensi reparator maximus æui Attollit vultus.

Reparatio, onis, Instauratio, renouatio. ἀνακαίνισις. Ital. *Rinouatione.* Gal. *Reparation.* Hispan. *Reparamiento.*} Sallust. in Iugurth. Sed sanè fuerit regni reparatio, plebi sua iura restituere.

Reparabilis, reparabile, Quod reparari potest, siue refarcirl. ἀνακαινιστός, ἀναφυόμενος. Ital. *Che si può riparare.* Gal. *Reparable, qu'on peut reparer.* Hisp. *Lo que se puede reparar.*} Ouid. Epist. 5, Tu quoque clamabis, nulla reparabilis arte Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Reparamen, Idem quod reparatio. ἀνακαίνισις. Ital. *Riparo, riparatione.* Gal. *Rempar, reparation.* Hisp. *Obra de reparar.*} Sipont.

Repastino, nas, pen. corr. Refodio, ex re & pastino, fodio. ἀναπαλαστρίω. Ital. *Zappare, risossare.* Gal. *Rehouer, rebiner.* Hisp. *Cauar la viña otra vez.*} Colum. lib. 3. cap. 18, Pastinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum quo semina panguntur: vnde etiam repastinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur.

Repastinatio, onis, verbale. ἀναπαλαστρισμός. Ital. *Rizappamento.* Gal. *Rebouement.* Hisp. *Obra de cauar la viña otra vez.*} Cice. de Senect. Quid agri fossiones repastinationésque proferam?

Repecto, is, Rursum pecto. ἀναχτενίζω. Ital. *Ripettinare.* Gal. *Repeigner, peigner derechef.* Hisp. *Peynar otra vez.*} Vnde repexus, particip. Ouid. 3. de Arte Amand. Et neglecta decet multas coma: sæpe iacere Hesternam credas, illa repexa modò est.

Repedo, repedas, Pedem retraho, tedeo. ἀναχωρίζω. Ital. *Ritornare.* Gal. *Retourner.* Hisp. *Tornar por el mesmo camino.*} Lucilius apud Nonium, Sancto ego à Metelli Romam repedabam munere.

Repello, repellis, repuli, repulsum, Arceo, reicio. ἀπωθέω, ἀπώσω, ἀπωσθήσομαι, ἀπώσθην. Ital. *Scacciare, ributtare.* Gal. *Repouſſer.* Hispa. *Rechaçar.*} Cice. post reditum in Senatu, Tu meum genetrum propinquum tuum, tu post reditum in Senatu, Tu meum genetrum propinquum tuum, tu affinem tuam meam filiam superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Ouid. lib. 3. de Arte amau. Iudice me frons est nibus tuis repulisti. Ouid. lib. 3. de Arte amau. Iudice me frons est concessa repellere fraudem: Armáque in armatos sumere iura sinunt. Ouid. lib. 1. Am. Eleg. 8, Neve relentescat sæpe repulsus amor. Prima præteriti syllaba aliquando producitur, p litera carmine cogente duplicata. Lucan. Reppulit à Libycis immensum Syrtibus æquor. Alioqui corripitur, quemadmodum & præsens. Ouid. in Epist. Medeæ ad Iasonem. Quæque feros repuli doctis medicatibus ignes.

Repulsus, us. Actus repellendi. ἀπώσμα. Ital. *Rifiutamento.* Gal. *Repouſſement.* Hisp. *La rechaça.*} Plin. lib. 37. Vipera prægnans veneno impresso dentium repulsu virus fundit in morsus. Cice. 1. de Diui. Ortus adaugescis scopulorum sæpe repulsu.

Repulso, as, frequentatiuum. ἀπωθίζω, πολὺ διωθῶμαι. Ital. *Scacciare souuente.* Gal. *Repouſſer souuent.* Hisp. *Rechaçar muchas vezes.*} Lucret. lib. 4, -ita colles collibus ipsis Verba repulsantes iterabant dicta referre.

Repulsa æ. Reiectio ab honore, seu magistratu. ἀποδοκιμασία. Ital. *Repulsa, rifiutamento.* Gal. *Repouſſement, refus, esconduite.* Hisp. *Rechaça en la demanda.*} Dicimus autem accipere repulsam, & ferre repulsam. Cic. pro Planco. C. Marius duas ædilitas accepit repulsas. Idem ad Attic. lib. 5, Quòd scribis libenter repulsam tulisse eum qui cum sororis tuæ filij patruo certaret: hoc magni amoris signum.

Rependo, rependis, Rettribuo, recompenso. ἀντιτιθέω, ἀντιμισθόω, ἀντιδίδωμι. Ital. *Ricompensare, rimunerare.* Gal. *Recompenser.* Hisp. *Recompensar.*} Tractum ab ære graui quod ante pecuniam signatam appendi solebat, non numerari. Virgil. lib. 1. Aeneid, -fatis contraria fata rependens. Ouid. 21. Epist. Ingento formæ damna rependo meæ. Plin. lib. 12. cap. 25, Quum duplo rependebatur argento.

Repensus, pensa, pésum. participium. ἀντιτιθείς. Ital. *Dato in recompensa.* Gal. *Donné en recompense.* Hisp. *Donado en recompensa.*} Cic. lib. 1. de Orat. Vt noster Scæuola Septimuleio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum, &c.

Repenso, as, frequentatiuum, de quo infrà.

Repens, repentis, Subitus, & repentinus. ἐξαίφνιδος. Italicè & Hispanicè *Subito.* Gal. *Soudain subit.*} Cic. 3. Tusc. Quanquam hostium repens aduentus magis aliquando conturbat, quàm expectatus: & maris subita tempestas, quàm antè prouisa, terret nauigantes vehementius. Liuio ab Vrbe, Siquod repens bellum oriatur. Idem lib. 6. ab Vrbe, Fama repens belli Gallici allata perpulit ciuitatem, vt M. Furius Dictator quintùm diceretur. Idem 9. bel. Pun. Ciuitatem eo tempore repens religio inuaserat.

Repentè, aduerbium, significans subitò, statim. ἐξαίφνης, αἰφνίδιον. Ital. *Subito, presto, tosto.* Gal. *Soudainement, incontinent, qui vient subitement.* Hisp. *Subitamente, luego.*} Cice. Epist. libro 4. ad S. Sulp. Nam & ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli (sic enim appellabat) laudatáque honorificentissimè & æquitate tua, & prudentia, repentè præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. ¶ Quidam à repo repis deriuant per antiphrasim. Sed non videtur verum, quòd repentè primam correptam habeat, sed magis à repens, cuius prima similiter corripitur. Ouid. in Fastis, Bina repens oculis occulit ora meis.

Repentinus, na, num, penult. prod. Subitus, siue subitarius: vt Mors repentina, bellum repentinum. ἐξαίφνιδος. Italicè & Hispanicè *Subito, presto.* Gal. *Soudain, qui vient soudainement.*} Cice. ad Dolabel. lib. 9. Oppressus est enim bello repentino. Idem 1. Offic. Leniora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata, & præparata inferuntur.

Repentinò, aduerbium. Idem quod repentè. αἰφνίδιον, ἐξαίφνης. Cice. pro Quinti. Moritur in Gallia Quintius, quum adesset Mæutius, & repentinò.

Repenso, as. Repondero, retribuo, compenso, frequentatiuum verbi rependo. ἀντιτιθέω, ἀντιμισθόω. Ita. *Repondere, ricompensare.* Gal. *Recompenser.* Hisp. *Repesar, recompensar.*} Lactantius, Nam qui violauerit impiè humilem, sentiet in potestate victorem, eáque omnia quæ legit, & non intelligunt, repensante Deo, patientur. Colum. lib. 3. cap. 2, Id tamen incommodum repensant vuarum multitudine.

Repercutio, repercutis, penult. corr. Percutiendo rursum vicissim ferio: & per translationem reflecto. ἀνακρούω, ἀναπαίω. Ita. *Ripercuotere, defendersi, ribattere.* Gal. *Refrapper, refrener, rebattre.* Hispa. *Tornar à herir, defenderse.*} Plin. Epist. 95, Ita est aliquid, quod huius fontis excussum per momenta repercutiat. Repercussum lumen, quod *reuerberatum* vulgò vocant. Virg. 8. Aeneid. Sicut aquæ tremulum labris lumen ahenis Sole repercussum, &c. ¶ Repercutere alicuius dicta, est refellere. ¶ Repercutere fascinationes, est discutere. Ouid. 1. Metam. -positáque ex ordine gemmæ Clara repercusso reddebant lumina Phœbo. Liu. 1. bel. Pun. Equi maximè infestum agmen faciebant, qui & clamoribus dissonis quos nemora etiam, repercussáque valles augebant, territi trepidabant.

Repercussio, & Repercussus, huius repercussus, Actus ipse repercutiendi. ἀνάκρουσις, ἀνακρουσμός. Ital. *Ributtamento, ripercossa.* Gal. *Refrappement, reuerberation, rebattement.* Hisp. *Obra de tornar à herir.*} Repercussus solis, quæ vulgò *reuerberatio* dicitur. Plin. lib. 13. Aut solis repercussit talem reddi colorem existimantes. Plin. Epist. 282, Nec in flumen, sed in ipsum mare emittere, repercussus maris seruabit, & reprimet quicquid è lacu veniet.

Reperio, ris, penult. corr. reperi, vel repperi apud Poëtas, per duplex pp, ex re, & pario. εὑρίσκω. Ital. *Trouare.* Gal. *Trouuer.* Hisp. *Hallar.*} Vnde reperitum, quasi repartum, & denuò in lucem proditum. Et proprié reperire, fortunæ est: inuenire, consilij. Ouid. lib. 1. Metamorph. Tu nona inuenta reperta ex. Ausonius vno disticho primam huius præteriti & productam & correptam protulit, At qui condiderat, postquam non reppetit aurum, Aptauit collo, qué reperit, laqueum. ¶ Aliquando tamen repetire consilij est, non fortunæ. Plaut. Ciste. Requirens seruus reperit, &c. Terent. in Phorm. Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam via? ¶ Reperire item dicimur id quod palàm, & apertè deprehendimus. Plautus in Persa, Repertus es ingratus. Id est palàm compertus es esse ingratus. Sic Cicero in Catone, Reperio eum venisse Tarentum. id est compertum habeo. Dicimus autem Latinè, Reperire auxilium alicui rei, reperire consilium, Reperire causam, id est inuenire rationem quapropter aliquid fieri, aut minus fieri debeat. Reperire occasionem, rationes, viam, exitum, aliquid noui, medicinam alicui rei, malefacta alicuius, negotium in aliqua re, parentes, gloriam armis.

Repertitius, a, um, adiectiuum, quod repertum est. ἐφευρετός, εὑρετός. Ital. *Trouato.* Gal. *Trouué.* Hispa. *Hallado.*} Sallust. in Ciceronem, Repertitius, ascitus, & paulo ante insitus huic vrbi ciuis, quo tamen in loco emendatiores codices scripti itrepetitius legendum ostendunt.

Repertorium, rij, Index, seu commentarius, particulatim rerum recensitarum descriptionem continens. Vulgus *inuentarium* vocat. βιβλιοθήκη. Ital. *Inuentario, rodice, tauola.* Gal. *Inuentaire, table, repertoire.* Hispan. *Inuentario de los bienes, tabla del libro que muestra la materea.*} Vlpian. libro 6. ff. de Admin. & pert. tut. Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo *inuentarium* appellatur, dolo fecisse videtur.

Repertor, oris, Verbale, εὑρετής, ἐφευρετής. Ital. *Trouatore, inuentore.* Gal. *Trouueur, inuenteur.* Hisp. *Hallador.*} Qui reperit. Ouid. 3. de fastis. Doctrinarum repertores, Lucr. lib. 3. Legum repertores. Quintil. lib. 2. ca. 16. Opis medicæ repertor Phœbus. Ouid. 1. de Remed.

Repeto, tis, pen. corr. Peto vt quid mihi restituatur. ἀπαιτέω. Ital. *Ridemandare.* Gal. *Repeter, redemander.* Hisp. *Tornar à pedir.*} Lib. 2. ad Herenn. Id

quod

quod argentario obtulerit expensum, à socio eius rectè repetere possis. Terent. in Eunuch. Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretij. ¶ Interdum repetere, est sæpius, vel instanter petere. Cic. Cæsari. Repetenti negare non potui. ¶ Interdum reiterare, resumere, ἀναλαμβάνειν. Cic. de Orat. Repetam ab incunabulis nostræ veteris, puerilisque doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Idem lib. 1. de Nat. deor. Quamobrem Velleï, nisi molestum est, repete quæ cœperas. ¶ Repetere pœnas ab aliquo, est debitum, meritúmque supplicium de eo sumere. Cic. pro Sext. Roscio, Furiæ, quæ patentum pœnas à conscelerato filiis repetant. Cæsar Comment. lib. 1, Bello Heluetiorum confecto, totius ferè Galliæ legati principes ciuitatum ad Cæsarem congratulatum venerunt, intelligere sese tametsi pro veteribus Heluetiorum iniuriis populus Romanus ab his pœnas repetisset, tamen eam rem non minus ex vsu terræ Galliæ, quàm populi Romani accidisse. ¶ Interdum reuoluere, siue volutare, siue recordari: idque interdum cum ablatiuo memoriæ. ἀναλαμβάνειν τινὰ. Cic. in Orat. Cogitanti mihi sæpenumero, & memoria vetera repetenti. ¶ Nonnunquam & sine illo, saltem expresso. Liu. lib. 6. belli Pun. Agè, contrà, quæ illi infestè in nos fecerunt, repetite. ¶ Interdum significat redire. ἐπανιέναι. Ital. *Ritornare*, Gal. *Retourner*. Hispan. *Tornar à algun lugar*. } Virgil. Aeglog. 7, Quum primùm pasti repetent præsepia tauri. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Quippe vera fuga, qui simulantes paulo antè secuti erant, oppidum repetebant.

Repetitus, pen. prod. participium. ἀναπεμπόμενος, ἐπανειλημμένος. Ital. *Ripigliato, ridimandato*. Gal. *Repetè, redemandé, reprins*. Hisp. *Repedido*. } vt Repetita altè oratio. Cic. lib. 5. de Orat. Ouid. Epist. 15, Tot prius abductis, ecquæ est repetita per arma? Cice. Attic. lib. 13, Deinde quum somno repetito simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola à sororis tuæ filio.

Repetitor, pen. prod. ἀναπεμπτής. Ital. *Ridemandatore*. Gal. *Redemandeur*. Hisp. *Repedidor*. } Ouid. Epist. 8, Sit socer exemplo nuptæ repetitor ademptæ, Cui pia militiæ causa puella fuit.

Repetitio, onis. Rei meæ, vel à me profectæ reflagitatio. ἀναίτησις. ¶ Aliquando idem quod resumptio. ἐπάληψις. Ital. *Replica repetitione*. Gal. *Repetition, redite*. Hisp. *Obra de pedir ò dezir otra vez*. } Cic. 3. de Orat. Et eiusdé verbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio.

Repetundarum lex. Primùm à L. Pisone, cognomento Frugi, lata fuit: deinde quum temporis tractu propemodum exoleuisset, à D. Iulio relata. Hac cauebatur, nequis cum potestate in prouinciam missus, pecuniam vllam à prouincialibus aliúsve acciperet, præterquàm à personis sanguine sibi coniunctis. Item vt vrbani magistratus ab omni sorde se abstinerent, néve plus domi muneris ue in anno acciperent, quàm quod esset aureorum centum. Martian. l. j. ad Legem Iuliam repetund. Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministérve publico cepit. ¶ Hac item lege plectebantur qui obrem iudicandam, aut non iudicandam: ob denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium pecuniam accepissent. Præcipuè tamen (vt docet Cic. in Vertem) tota lex repetundarum, sociorum causa lata fuit: nam siquid eius generis in vrbe accidisset, priuatis magis iudiciis repetebatur. ¶ Portò quòd ad nominis rationem attinet, à repetendo, siue (vt paulò antiquiores loquebantur) à repetundo deductum constat: quòd hac via pecuniæ contra leges ablatæ repeterétur. ¶ Huius autem nominis soli genitiuus & datiuus plurales sunt in vsu. Dicimus enim accusare quempiam repetundarum, vel de pecuniis repetundis: quod Plutarchus ita effert. κρίνειν ἐπὶ τοῖς χρήμασιν ἐπαχθεῖσιν. Cic. pro Cluent. Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri. Exercere iudicium de pecuniis repetundis, apud eundem de Clar. Orat.

Repignero, repigneras, Pignus recipio soluto pretio. ἀπεχυριάζω, ἀπενεχυριάζω. Ital. *Riscuotere il pegno*. Gal. *Desgager vn gage*. Hisp. *Desempeñar lo empeñado, ò recebir la prenda*. } Iureconsultus titulo, Commodati. l. Nunc videndum. Non repigneras, vt mihi reddas.

Replaudo, is, Plausum reddo, siue repercutio. ἀνταπηχῶ.

Repleo, reples. Idem quod impleo. ἀναπίμπλημι. ἀναπλήρω. Ital. *Reempire*. Gal. *Remplir*. Hisp. *Atucho hinchir*. } Virgil. 2. Aeneid. Talia vociferans gemitu tectum omne replebat. Ouid. 1. Metamorph. Littora voce replet sub vtroque iacentia Phœbo.

Repletus ta, tum. participium. ἀναπλησθείς. Ital. *Pieno*. Gal. *Plein*. Hispan. *Lleno*. } Ouid. 9. Metam. Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum Sacrarunt, diuésque meo bona Copia cornu est.

Replico, cas, Quod plicatum erat explico, & plicas resoluo. ἀναλύω, ἀναπτύσσω. Ital. *Dispiegare*. Gal. *Desployer*. Hisp. *Desplegar*. } Plaut. Replica tricam & extende. ¶ Interdum idem quod plico. Plin. lib. 17. cap. 14. Ne luxetur, dum deprimitur, néve cortex replicetur in rugas. ¶ Interdum retrorsum plico, replico. ἀναπτύσσω. Ital. *Replicare*. Gal. *Replier*. Hisp. *Tornar à plegar*. } Plin. lib. 14. cap. 8, Menæhmi vitulus genu premitur, replicata cervice. Sic etiam ferri aciem replicari dicimus, quum ob temperaturæ mollitiem reflectitur. Seneca de benefic. lib. 1. cap. 4, Cuius acumen nimis tenue retunditur, & in se replicatur. ¶ Interdum idem quod reuoluo. Cic. pro Sylla, Si quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati: vt ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. Idem 3. de Libus. Nam licet videre si velis replicare memoriam temporum, qualescunque summi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuisse. ¶ Nonnunquam eadem sæpius inculco. Plinius in Epistol. Quæ quum ille sæpius replicasset, tandem persuasit.

Replictus. Pro replicatus. Stat. 4. Syl. 9, -non ellychnia sicca, non replictæ Bulborum tunicæ.

Replicatio, onis, pro conuersione. ἀναπτύξις, ἀναπλοκή. Ital. *Replica*. Gal. *Replique, replicquement*. Hisp. *Aquella obra de tornar à plegar*. } Cic. 1. de Natura deorum, Modò alium quendam præfecit mundo: eique eas partes tribuit, vt replicatione quadam mundi motum regat. ¶ Replicatio item vox iureconsultis frequens, ad eas allegationes pertinens quæ intentionem sustentant aduersum exceptionis iniquitatem: de quibus tractatus est lib. 4. Instit. Iustiniani.

Replumbo, as. Quod plumbo ferruminatum erat dissoluo, & reuello: vel à plumbo separo. ἀναμολύβδω. Ital. *Dispiombare*. Gal. *Desplomber*. Hisp. *Quitar el plomo dela soldadura*. } Vlp. l. Quum autum. ff. de Auro & argen. leg. Si eorum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, vt sic appendantur? Proculus & Celsus aiunt exempto plúmbo appendi debere. Nam & emptoribus replumbatæ assignantur. ¶ Aliquando tamen & generalius accipitur pro eo quod est quauis ferruminatione dissoluere, etiamsi plumbo glutinata non sit, sed aut chrysocolla, aut alio quouis genere ferruminis Paul. l. Pediculis. eod. tit. Aurea emblemata, quæ in lapidibus, absidibúsque argenteis esset, & replumbari possent, deberi Gellius ait.

Repo, repis, pſi, ἕρπω. Ital. *Rampare, rampegare, andar carpioni*. Gal. *Ramper, grimper, grauir, se trainer*. Hisp. *Gatear por el suelo, andar gateando y no sustiendo*. } Proprié dicitur de animalibus quæ pedibus carent & ventre gradiuntur, vt sunt vermes, quæ inde reptilia dicuntur. ἑρπετά. Quauis & ea quæ paruos pedes habent, repere dicuntur, vt sunt lacertæ, & similia. Plaut. in Amphit. Cum Veneris filia angueis repsisse tellus Epirotica vidit. Lucan. lib. 3, Sed per iter longum causa repsere latenti. ¶ Transfertur etiam ad radices quæ & ipsæ repere dicuntur quum sese propagant, & diffundunt. Colum. lib 8. Spatium autem radicibus quà repãt, lapides præbent. Idem de Arboribus, Ne antequam inualuerit, in altitudinem repat.

Repens, participium. ἕρπων, ἑρπύζων. Ital. *chi si trahe, rampegante*. Gal. *se trainant, rampant, grimpant*. Hisp. *Que gatea por el suelo*. } Plin. lib. 16. ca. 34, Repẽs humi. ¶ Est & Repens, nomen, idem significans quod repentinus, seu subitarius. αἰφνίδιος. Verùm hoc priorem syllabam corripit, quũ repens participium eandem producat. Sed de hoc suprà satis multa suo loco.

Reptitius, a, um, Quod clanculum irrepit. ἐρπηστὸς καὶ λάθρα ὑποδυόμενος, παρεισπίπτων. Sallustius in Ciceronem, Vbi M. Tullius leges, iudicia populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi Scipionis Africani, ac non reptitius, asciscus, ac paulo antè infimus huic vrbi ciuis. Sic enim habeor vulgata exemplaria. In aliis tamen scriptis codicibus irrepetitius legitur: in quibusdam etiam, repetitius: quorum vtrumuis malim quàm reptitius: quod doctæ aures omnino respuunt.

Repto, ptas. frequentatiuum à repo, Sæpe, seu continnò repo. ἑρπύζω. Ital. *Rampare spesso*. Gal. *Se traisner souuent sur le ventre*. Hispan. *Gatear à menudo*. } Claud. 2. in Eutrop. -cunctantia pronus Per vada reptabat cœno subnixa tenaci. Lucr. lib. 2, Nam sæpe in colli tondentes pabula læta Lanigeræ reptant pecudes. ¶ Reptare item dicimus eum qui segniter, & quasi testudineo passu incedit: quales sunt qui in hortis, aut vineris spatiantur. Horat. 1. Epist. 4, An tacitum syluas inter reptare salubres. Plin. Epist. vltima lib. 1, Scholasticis porrò dominis, vt hic est, sufficie abundè tantum soli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, vna semita tetras, omnésque viticulas suas nosse, & numerare arbusculas possint.

Reptatus, participium. ἑρπυσθείς. Stat. 5. Theb. Et Nemees raptatus ager.

Reptatus, us, ui, Ipse reptandi actus. ἑρπυσμός. Ital. *Rampamento, esso trahersi sul ventre*. Gal. *Rampement, coulement, & glissement sur le ventre*. Hisp. *Aquella obra de gatear*. } Plin. lib. 14. cap. 1, Eædem modici hominis altitudine adminicolatæ fidibus hærent, vineámque faciunt: & aliæ improbo reptatu, pampinorúmque superfluitate peritia domini amplo discursu atria media complentes.

Reptile, lis, pen. corr. Quicquid repit, hoc est sine pedibus progreditur, aut quod pedes habet adeò exiguos, vt eis carere videatur. ἑρπετόν. Ital. *Ciò che rampega, ciò che rampa*. Gal. *Qui rampe & se traine sur le ventre*. Hispan. *Lo que gatea*.

Repolio, is, re, Rursus polio, interpolo, repurgo. ἀναξέω, ἀναπυκάζω. Ital. *Ripolire*. Gal. *Repoir*. Hisp. *Tornar à polir y afeytar*. } Colum. lib. 2. ca. 21, Pura deinde frumenta, si in annos recondantur, repurgari debẽt. Nam quanto sunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur: sin protinus vsui destinantur, nihil attinet repoliri, satisque est in vmbra resigerari, & ita granario inferri.

Repono, nis, pen. prod. Rursus pono. ἀναθήσω. Ital. *Riporre*. Gal. *Remettre, poser derechef, mettre pour garder*. Hispan. *Guardar en lugar*. } Cice. pro Sestio, Hanc Pompeius erexit, atque insigne regium quod de capite suo abiecerat, reposuit. Virgil. 3. Aeneid. -atrisque reponimus ignem. Id est instauramus ignem. Martial. lib. 2, Vlus si pudor est, repone cœnam. Id est rursus appone. Vnde reponere fabulas, & scripta Poëtæ dicuntur, quum secundò eam cœnam afferunt. Solebant enim (vt inquit Porphirio) qui ludis apud veteres præerat, scriptores quum primùm in scenam prodirent, benignè excipere: vt si forté non rectè egissent, iterum ad scribendum audientium benignitate alliceretur. Vnde Horatius in Arte, Fabula quę posci vult, & spectata reponi. id est semel, atque iterum spectari, & denuò agi. ¶ Quãdoq; reponere, est recondere. ἀποθησαυρίζειν. Colum. lib. 12. cap. 45, Vnumquodque genus separatim propriis arculis reponatur. Cic. 2. de Natur. deor. Scientia cõdendi ac reponendi fructus. ¶ Animo, vel mente reponere, est memoriæ imprimere, & veluti in intimo pectore recondere. Virgil. lib. 1. Aen. -manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Quandoque idem quod ponere seu collocare. Cic. pro Sestio, Quos equidem in deum immortalium numero ac cœtu repono. Idem 1. de Nat. deor. Quo quid absurdius, quàm aut res sordidas atque deformes deorum honore afficere, aut homines iam morte defectos, reponere in deos? Idem de Opt. gen. Orat. Tamen hunc in numero non repono. Idem Quinto fratri, Virtutes tuas in numero deorum repositas vides. Lucr. lib. 4, Et bona sæpe valetudo quum dicitur esse Corporis, & non est tamen hæc pars vlla valentis. Sic animi sensum non certa parte reponunt. ¶ Quandoque reddo, vel restituo. ἀποδίδωμι, ἀπαιτῶ δίδωμι. Plaut. in Persa, Des mihi numos sexcentos, quos pro capite illius pendam, quos continuò tibi reponam in hoc triduo, aut quattriduo. ¶ Reponi (inquit Seneca ad Lucilium) dicitur illud, quod creditori debemus. Virgil. 2. Georgic. Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Id est instaurabit, resarciet, restituet. ¶ Reponere gratiam, id est referre, & beneficium beneficio compensare. ἀνταποδίδωμι. ¶ Reponere poma in vetustatem, est ad eum finem reponere, vt diu incorrupta seruentur. Colum. lib. 12. cap. 44, Omne autem pomum, quod in vetustatem reponitur, cum pediculis suis legendum est. ¶ Reponere in coronamenta, est in eum vsum reponere, vt quum

Universidad de Deusto
Biblioteca

opus sit, coronamentis addatur. Plin. lib. 22. cap. 21. de anthemide herba. In macro solo, aut iuxta semitas colligitur vere, & in coronamenta reponitur. ¶ Reponere item aliquid, dicuntur scriptores, quum argumentum ab aliis tractatum retractant. Horat. in Arte. Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. Id est si de Achille aliquid scribendum susceperis post Homerum, qui primus mores eius depinxit, gestáque celebrauit. ¶ Reponere aliquid alicui, est vicissim illud obiicere, replicare, rectiminari. Cic. ad Létu. Nec tibi idem reponam, quum veneris.

Repositus, a, um. Iterum positus. {ἀναπεπλασμένος, ἀναπεπλασμένος. Ital. *Riposto.* Gal. *Remis, serré & gardé.* Hisp. *Repuesto.* } vt Repositi & frigidi cibi. Quint. lib. 1, Necesse est iis, quum eadem pluribus iudiciis dicunt, fastidium vt moueant, vt repositi & frigidi cibi. Id est rursum appositi mensæ. ¶ Legitur & repostus per syncopen. Virgil. 3. Georg. -atqui non Massica Bacchi Munera, non illis epulæ nocuere repostæ. Idem 3. Aeneid. -& cuncti suaserunt numine diui Italiam petere, & terras tentare repostas. Id est longè positas, inquit Seruius.

Repositorium, rij, Vas in quo reliquiæ ciborum, & mensæ instrumenta recondantur, siue ex corio sit, siue ex alia materia. {ἁρμάριον. Ital. *Repositorio.* Gal. *Repositoire, buffet ou dressoir, buette.* Hisp. *Lugar donde algo se guarda.* } Plin. lib. 28. cap. 2. Bibente conuiua, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum habetur. Idem lib. 9. cap. 21, Testudinum putamina secare in laminas, lectósque, & repositoria his vestire, Carbilius Pollio instituit.

Reporto, tas, Refero, cucho. {ἀναφορτίζω. Ital. *Riportare.* Gal. *Rapporter, ramener.* Hispan. *Traher ò llenar, cozer lo derramado.* } Virgil. lib. 1. Georg. -aut atræ massam picis vrbe reportat. Columel. lib. 7. cap. 1, Qui pleráque vtensilia & vehere in vrbem, & reportare dorso vel collo potest commodé. ¶ Reportare aliquid ad autes alicuius. Virgil. 7. Aeneid. Quum prouectus equo, longæui regis ad autes Nuntius ingentes igneta in veste reportat Aduenisse viros. ¶ Reportare laudem ex hostibus. Cic. 3. de Legibus. Nihil enim præter laudem bonis atque innocentibus, neque ex hostibus, neque à sociis reportandum.

Reposco, cis. Repeto, hoc est peto ab aliquo quod mihi debet, vel quod à me accepit. {ἀναπαίτω, ἀναιτῶ. Ital. *Adimandare indietro.* Gal. *Redemander.* Hisp. *Tornar à demandar, ò demandar à tras.* } Plaut. in Aulul. Aulam auri, inquam, te reposco, quàm tu confessus mihi Te abstulisse. Virgil. 7. Aeneid. -Parthósque reposcere signa. Terent. in Adelph. -nam ambos curate, propemodum Reposcere illum est quem dedisti. ¶ Reposcere ad supplicium, & ad pœnas. Virgil. lib. 8. Aeneid. Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt. Idem 2. Aeneid. Quos illi fore ad pœnas ob nostra reposcent Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.

Repositorium, Vide REPONO.

Repotia, orum, Dicta sunt quum postridie nuptiarum apud nouum maritum cœnatur: quòd quasi reficiatur potatio. {τὰ ἐπαύλια, μετόπισθεν ἑστιάσεις. Ital. *Conuiti, banqueti di nozze.* Gal. *Les banquets qu'on fait le lendemain des nopces.* Hisp. *La tornaboda.* } Horat. 2. Serm. Satyr. 2. Ille repotia, natales aliósve dierum Festos albatus celebret. Vbi Porphyrio, Repotia, inquit, dicebatur dies ille, qui nuptias statim sequitur. Acron contrà, repotia interpretatur septimum diem, quo noua nupta redire solet ad parentes suos.

Repræsento, as, Præsentem sisto. {παραστήσω. Ital. *Rappresentare.* Gal. *Representer, offrir.* Hisp. *Representar contrahaziendo.* } Colum. lib. 11. cap. 1, Itaq; villicus curabit, vt iusta reddantur: istáque non ægrè consequetur, si semper se repræsentauerit. ¶ Aliquando retribuo, soluo. Sueton. in Claud. Repræsentatutus pro opera dignam cuique mercedem. ¶ Aliquando reddo, restituo. Cicc. 5. Phil. Ego corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertatis ciuitas posset. ¶ Nonnunquam refero. Colum. Repræsentant vires idem saporem oliuarum. Cic. pro Sest. Erat eo tempore Senatus in æde Concordiæ: quod templum repræsentabat memoriam Consulatus mei. ¶ Repræsentare diem promissi, est quod in diem promissum est, præsens exoluere, & solutionis tempus anticipare. Cic. Tironi, Dies promissorum adest: quem etiam repræsentabo, si aduenetis.

Repræsentatio, verbale. {ὑπόστασις, παράστασις. Ital. *Representatione.* Gal. *Representation.* Hispan. *Representamiento.* } Plin. lib. 9. cap. 6. Cuius imago nulla representatione exprimi possit alia, quàm catnis immensæ dentibus tumulentiæ.

Reprehendo, is, vel per syncopam reprendo, Retraho, quasi retrò prehendo. {ἐπιλαμβάνω. Ital. *Riprendere, ripigliare vno di parole.* Gal. *Reprendre, prendre par derriere.* Hisp. *Reprehender.* } Liuius, Adeò turbati erant dextræ alæ equites, peditésque, vt quosdam Consul Cato manu ipse reprehenderit, verteritque in hostem. Propertius, Quàm possit nostros quisquã reprendere cursus. ¶ Aliàs significat arguo, increpo. ἐπιτιμῶ, ἐλέγχω. Cic. 4. Acad. Licet enim hæc quiuis arbitratu suo reprehendat. Idem ad Brutum. Nihil vt in Cæsare reprehenderes, nõnulla in Hirtio. Horat. 1. Epist. 18, Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes. Ouid. Epist. 19, Non fuit qui soleam Paridis reprendere factum.

Reprehensio, onis, verbale. {ἐπιτίμησις, ἔλεγχος. Ital. *Riprensione.* Gal. *Reprehension, reprins.* Hisp. *Reprehension, obra de reprender.* } Cicc. 1. de Finibus, Quamobrem differentiũ inter reprehensiones non sunt vituperandæ.

Reprehensor, oris, Qui reprehendit, redarguitve. {ἐπιτιμητὴς, ἐλεγκτὴς. Ital. *Riprenditore, correttore.* Gal. *Reprenneur, blasmeur.* Hispa. *Reprehendedor, corregidor.* } Cic. 2. de Nat. deorum, Nam vt profluens amnis aut vix, aut nullo modo, conclusa autem aqua, facilè corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. ¶ Reprehensor. pro emendatore. & correctore. Cic. pro Plancio, Nam si ita esset, quod Patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, vt reprehensores essent Comitiorum, id haberent Iudices, &c.

Reprehenso, as, frequentatiuum. {πολὺς μέμφομαι. Ital. *Riprendere souente.* Gal. *Reprendre souuent.* Hisp. *Reprender à menudo.* } Liu. 2. ab Vrbe. Reprehensas ungulos, obsistens, obtestánsque deũm hominúmque fidem, testabatur, nequequam deserto præsidio eos fugere.

Reprimo, mis, pen. cor. repressi, repressum, Contineo, cohibeo. {ἐπίσχω, κατέχω, κρύπτω. Ital. *Reprimere, ritenere.* Gal. *Reprimer, retenir.* Hispa. *Tener apretado.* } Cic. 1. de Legi. Reprimam iam me, nec insequar longius, eõq; minus, quo plus pœnarum habeo, quàm petiui. Idem 1. de Finib. Difficilem quandam temperantiam postulãt in eo quod semel iam missum coerceri, reprimique non potest. Plaut. Casina, Ita me dij bene ament, vt ego vix reprimo Labra ob istam rem, quin te deosculer voluptas mea. Terent. in Adelp. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. D. Repressi, redij: mitto male dicta omnia. Virg. 12. Aeneid. -stetit acer in armis Aeneas voluens oculos, dextrámque repressit.

Repressus, a, um, participium. {ἀνακεκλικώς, ἀνακεκλικὼς. Ital. *Ripremuto, ritenuto.* Gal. *Reprime, retenu.* Hisp. *Retenido apretado.* } Cic. pro Lege Manil. Tamen impetus hostium repressos esse intelligunt, ac retardatos.

Repressor, oris, Qui reprimit. {ἀναστολεύς, ἐπισχετικός. Ital. *Chi reprime.* Gal. *Qui reprime, reprimeur.* Hisp. *Que tiene apretado.* } Cicc. pro Sestio. Extinctorem domestici latrocinij, repressorem cædis quotidianæ, defensorem templorum atque tectorum, &c.

Reprobo, Improbo, reiicio. {ἀποδοκιμάζω. Ital. *Risiutare, riprouare.* Gal. *Reprouuer, regetter.* Hisp. *No aprouar, reprouar.* } Cic. 4. Acad. Qui quum Zenonis fuisset auditor, reprobauit ea, &c. Idem lib. 1. de Fin. Confirmat autem illud vel maximè, quòd ipsa natura, vt ait ille, asciscat & reprobet id est voluptatem, & dolorem.

Reprobus, Non probus, inutilis: quod tamen apud veteres non facilè inuenias. ἀδόκιμος. Ital. *Riprobo.* Gal. *Reprouué, regetté.* Hisp. *Reprouado.*

Repromitto, is, Spondeo stipulanti, rursum vel vicissim promitto. {ἀνεγγυῶμαι. Ital. *Obligarsi per stipulatione.* Gal. *Promettre & s'obliger par stipulation.* Hisp. *Obligarse por promessa.* } Plaut. in Asin. Verùm istuc argentum tamen mihi si vis denumerare, Repromittam istoc nomine solutam rem futuram. Cicero post reditum ad Quirites, In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, sempérque præstabo, &c. Idem pro Qu. Roscio, Repromittis tu abhinc triennium Roscio: recita istam restipulationem clarius. ¶ Repromitto, pro simplici promitto. Sueton. in Claud. Cæsare, cap. 20. Fucinum aggressus est, non minus compendij spe quàm gloriæ: quum quidam priuato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur.

Repromissio, onis, Ipse repromittendi actus. {ἐγγύησις. Ital. *Obligatione ò promessa per stipulatione.* Gal. *Promesse ou obligation par stipulation.* Hisp. *Promessa, obligation.* } Cic. pro Rosc. Com. Roscius qui ex iuri peritorum consilio & autoritate restipularetur à Fannio diligenter, vt quod is exegisset à Flauio, dimidiam partem sibi dissolueret, siquidem sine cautione, & repromissione, nihilominus id Fannius societati, hoc est Roscio debebat.

Reptile, Reptirius, Repto, Vide REPO.

Repubesco, is. Rursum pubesco, ad pubertatem redeo. {ἀνηβάω. Ital. *Ringiouenire.* Gal. *Rajeunir.* Hispa. *Tornar se mancebo.* } Colum. lib. 2. cap. 1, Nec reuirescere, nec repubescere potest.

Repudium, repudij. Propriè dicitur recusatio ea qua vir vxorem à se reiicit ob rem aliquam pudendam. {ἀπόπεμψις. Ital. *Ripudio, rifiuto.* Gal. *Diuorce separation de mariage.* Hisp. *Si desecho por cosa vergonçosa.* } Plin. lib. 7. ca. 36. M. Lepidus Apuleiæ vxoris charitate post repudium obiit. Caius I. Diuortium. Digest. de Diuor. In repudiis, id est renuntiationibus, comprobata sunt hæc verba, Res tuas tibi habeto. Item hæc. Tuas res tibi agito. ¶ Repudium renuntiare. Plaut. Aul. Is me nunc renuntiare repudium iussit tibi. 2. Repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis? Terent. in Phorm. Iam accipiet, illis repudium renuntiet. Repudium remittere. Terent. in Phorm. Quum ego vestri honoris causa repudium alteri Remiserim, quæ tantundem doris dabat.

Repudio, as, Matrimonium dirimo, & quasi ob rem pudendam vxorem repello. {ἀποπέμπω, ἀπολείπω γυναῖκα, ἀπὸ γυναικῶνος. Ital. *Ripudiare, cacciar via la moglie, rifiutare.* Gal. *Repudier, refuser, regetter.* Hisp. *Desechar por cosha la muger casada.* } Sueton. in Cæsare, Neque vt repudiatet illam, compelli à Dictatore Sylla vllo modo potuit. Dicitur etiam vxor repudiare marituũ. Quintil. lib. 7. cap. 9, Sæpe secubanti amatorium dedit, repudiauit. Vlpianus de Diuortiis, Iulianus lib. 9. Digestorum, quærit an furiosa repudiũ mittere, vel repudiari possit: & scribit furiosum repudiari posse. ¶ Interdum ponitur simpliciter pro non accipio, recuso, respuo, aspernor. ἀπολέγομαι, ἀποδοκιμάζω. Terent. in Andr. Repudio consilium quòd primùm intenderam. ¶ Repudiare, & recipere sunt contraria. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5, Non repudiabis in honore quem in periculo recepisti. ¶ Dicimus autem Latinè, venustéque, Repudiare beneficium, gratiam, conditionem, obsecrationem, periculum, voluntatem alicuius, autoritatem. Ille etiam repudiatus dicitur, qui in comitiis repulsus est. Cicero pro Plancio. Nunquam enim nobilitas, præsertim integra, atque innocens populi Romani supplex repudiata fuit.

Repudiatio, onis, {ἀποπομπή, ἀπόπεμψις. Ital. *Risiutamento, ripudio.* Gal. *Repudiation, regettement.* Hisp. *Desechamiento.* } Cic. ad Atticum lib. 11, Sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit.

Repudiosus, adiectiuum. ἀπολογητέος, ἀποδοκιμαστέος. Plaut. in Perf. Verùm videto, me vbi voles nuptũ dare, ne hæc fama faciat repudiosas nuptias. Id est vt hanc ob causam nuptiæ meæ repudientur.

Repuerasco, is, In puerilem ætatem reuertor. {ἀνανηπιάζω. Ital. *Ritornare in tutto fanciullo.* Gal. *Retourner en enfance.* Hispan. *Tornar mochacho, remocesser.* } Cic. in Catone, Ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam. ¶ Interdum ad pueriles nugas & delitamenta redire. Cic. lib. 2. de Orat. Quum is diceret, socerum suum Lælium semper ferè cum Scipione solitum rusticari, eósque incredibiliter repuerascere esse solitos, quum rus ex vrbe, tanquam ex vinculis euolauissent. Plaut. in Merc. Senex quum extemplo est, iam nec sentit, nec sapit, aiunt solere eum rursum repuerascere.

Repugno, as, Resisto, contradico, obsisto, refragor. {ἀντιμάχομαι. Ital. *Resistere, contradire, contrastare.* Gal. *Repugner, contredire, resister.* Hisp. *Contradezir ò resistir peleando.* } Cicc. de Amicitia, Quum autem omnium rerum simulatio est vitiosa, tollit enim iudicium veri, idque adulterat, tum amicitiæ repugnat maximè.

Repugnantia, æ, Contrarietas. {ἐναντιότης, ἀντίλογία. Ital. *Contrarietà, repugnantia.* Gal. *Repugnance, contrarieté.* Hispan. *A questa obra de resistir.* } Cicc. Philip. Sed qui tantarum rerum repugnantiam non videas nihil profectò sapis.

Repugnax,

Repugnax,acis. Contumax, qui obsistit, & reluctatur. {ἀντιμαχόμενος, ἀντιτείνων, διαλυόμενος} Ital. *Che contradice à ogni cosa, & à tutti.* Gal. *Qui est contraire à toutes choses & à tous.* Hisp. *El que resiste à todas cosas.* } Cice. 1. de Orat. Te repugnacem in disputando esse visum.

Repugnanter, aduerbium. {ἐναντιωμένως, ἀντιτείνων.} Ital. *Contradicendo, malgrado di altri.* Gal. *En contradisant, auec contredit, resistance.* Hisp. *Resistiendo, con resistencia.* } Cic. in Cat. Maiore, Alterum patienter accipere, non repugnanter.

Repullulo, as. Iterum pullulo. {ἀναβλαστάνω.} Ital. *Repullulare.* Gal. *Repullular, regetter, surgeons & getteons.* Hisp. *Renascer y crescer los arboles.* } Plin. lib. 16. cap. 10. Laux vsti radicibus non repullulat, picea repullulat.

Repullulasco, is. Rursus pullulasco, & nouos pullos, hoc est noua germina emitto {ἀναβλάστησις, παραφύσεως} Ital. *Germinare di nuouo* Gal. *Repullular.* Hisp. *Renascer y crescer los arboles.* } Colum. lib. 4. cap. 22, Vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulascant.

Repumico, as. Rursum pumico.

Repumicatio, verbale. Quod de arboribus dicitur, quando gemmæ hirsute propter frigus expoliuntur ipso vere. {ἡ ἀπὸ τοῦ ψύχους λείανσις} Ital. *Polimento.* Gal. *Polissure.* Hispan. *Polideza* } Plin. lib. 17. cap. 24, Gemmas si frigus retorridas, hirsutásque fecerit, remedio est repumicatio, & quædam politura.

Repungo, is. {Ital. *Ripungere, stimolare.* Gal. *Repoindre, repiquer.* Hispa. *Punçar otra vez, repunçar.*} Quando de ratione, vel calendario loquimur facit præteritum repunxi. {ἐξαρίθμω.} Quando verò vicem redditam ostendimus, repupugi. {ἀντεκέντησα.} Cicc. Lentulo, Datent mihi ipsi alium Publium, in quo possem illorum animos mediocriter lacessitus repungere.

Repurgo, as. Idem quod purgo, vel diligenter emundo. {ἀναμιμήσκομαι.} Ital. *Repurgare.* Gal. *Repurger.* Hispa. *Mucho alimpiar.* } Plin. lib. 19. cap. 19, Enecant cyminũ ab imo dorso, nisi repurgetur. Ouid. de Nuce, Dumq; repurgat humum, collectáque fara remittit. Idem 5. Meram: -victóque Aquilonibus Austro Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.

Reputo, as. Mente reuoluo, animo expendo. {ἀναλογίζομαι, ἀναπολῶ.} Ital. *Riputare.* Gal. *Reputer, penser & repenser.* Hisp. *Mucho pensar.* } Sallust. in Catilinam, Quum sententias quorundam mecum reputo. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Qui fis, non vnde natus sis reputa. Cic. post red. Quibus ego rebus obiectis multa mecum ipse reputaui. ¶ Nonnunquam reseco, siue minorem summam à maiori deduco. {λογίζομαι.} Vlpian. de Administ. & pericul. tutorum. Item sumptus litis tutor reputabit, si ex officio necessario habuerit aliquò exire, vel proficisci.

Reputatio, onis. Actus reputandi, & consideratio. {ἀναλογισμός.} Ital. *Pensamiento, consideratione.* Gal. *Penssement & consideration.* Hisp. *Pensamiento y consideracion.* } Plin. lib. 10. cap. 37, Harum volatus in reputationem cæterarum quoque volucrum nos impellit. Gell. lib. 12. cap. 5. Per incrementa ætatis exorta è seminibus suis ratio est, & vtendi consilij reputatio, & honesti contemplatio.

Requies, ei. Cessatio à labore. {ἀνάπαυσις.} Ital. *Requie, riposo, quiete.* Gal. *Repos, recoy.* Hisp. *Holgança.* } Ouid. Epist. 4. Quod caret alterna requie, durabile non est. Virgil. 4. Aeneid. Tempus inane peto, requiem spatiúmque furori. Cice. in Catone Maiore, Vt mea senectutis requiem, oblectamenta que noscatis. ¶ Legitur & genitiuus requietis. Cice. 1. de Finibus, Et ad dolores ita paratus est, vt meminerit maximos motte finiri, paruos multa habere intervalla requietis.

Requiesco, scis. Cesso à labore, quietem ago. {ἀναπαύομαι.} Ital. *Ripossarsi.* Gal. *Se reposer, estre recoy.* Hisp. *Descansarse, ò holgarse.* } vt Requiescere à Reipub. muneribus, apud Cice. 2. Offic. Virgil. 1. Aeglog. Hic tamen hac mecum poteras requiescere nocte Fronde super viridi. Cice. de Verr. Quum diutius in eo negotio, curáque fueram, vt requiescerem, curámque animi leuarem, ad Carpinatium reuertebar. ¶ Requiescere in spe cuiuspiam, est spem omnem in illo repositam habere. Cic. pro Cælio, Qui hoc vaico filio nititur, in huius spe requiescit. ¶ Legitur & actiuè positum, pro eo quod est sistere, & quietum reddere. {ἀναπαύω.} Ital. *Dar riposo.* Gal. *Donner repos.* Hisp. *Holgar à otro.* } Virgil. Pharmaceutria. Et motata suos requierunt flumina cursus.

Requiro, is, pen. prod. Multum & diligenter quæro. {ἐπιζητῶ.} Ital. *Ricercare.* Gal. *Requerir.* Hisp. *Requerir, diligentemente buscar.* } Terent. in Phorm. Abi Phædria, cum requiro, atque adduc huc. ¶ Ponitur aliquando pro interrogare. {πυνθάνομαι.} Plin. Epist. 137. A quibus libenter requisierim, cur concedant, &c. id est quos libenter interrogauerim. ¶ Aliquando pro eo quod est quippiam in homine, aliáve re desiderare. Cice. in Parad. In quo equidem continentissimorum hominum malorum nostrorum prudentiam requiro. ¶ Nonnunquam pro opus habere. Cic. 1. de Finibus, Virtutem autem nixam hoc honesto, nullam requirere voluptatem. Idem pro Lege Manil. In hoc bello Asiatico non solùm militaris illa virtus, quæ est Cn. Pompeio singulatis, sed aliæ quoque virtutes animi multæ, & magnæ requiruntur. id est necessariæ sunt.

Requisito, as, frequentatiuum. Plaut. in Most. Quid tu otiosus res nouas requisitas?

Res, rei. Generalem habet significationem. {πρᾶγμα.} Ital. *Cosa, negotio.* Gal. *Chose, negoce.* Hisp. *Cosa, la hazienda.* } Nam (vt Paulus Iureconsultus inquit) tam corporalia, quàm incorporalia comprehendit. Corporales res sunt quæ verè tangi possunt, vt homo, vestis. Incorporales res sunt quæ verè tangi non possunt, qualia sunt ista quæ in iure cõsistunt, sicut hæreditas, vsus fructus, obligationes. ¶ Aliquando ita accipitur vt verbo opponatur, hoc est pro re per voces significata. Cic. 3. de Orat. Sine re, nulla vis verbi est. Idem 4. Tuse. Rem opinor spectari oportere, non verba. Horat. in Arte, Verbáque prouisam rem non inuita sequentur. ¶ Nonnunquam ita vt opponatur personæ. Vnde loci argumentorum partim à rebus, partim à personis sumi dicuntur. ¶ Sumitur & pro contentione & lite: negotio, siue commercio. Cicero pro Sext. Roscio, Tecum mihi res est Rosci. Terent. Quid huic rei est? id est negotij. Cicero pro Muræna, Nondum potuisse statuere Iureconsultos, vtrum rem, an litem dici oporteret. ¶ Item pro imperio. {ἀρχή.} Virgil. 3. Aen. Postquam res Asiæ, Priamique euertere gentem Immeritã visum superis. ¶ Item pro actu venereo. {συνουσία.} Terent. in Eunucho, Ego cum illo, quocum vno rem habebam tum hospite. Donatus, Rem habere, honestè res impura dicitur. De tribus hisce postremis significationibus Ausonij versus est in Monosyllabis, Imperium, litem, venerem, cui vna notet res?

¶ Item pro experientia, siue effectu. {ἔργον.} Terent. in Adelphis. Re ipsa repeti, facilitate nihil esse melius, neque clementia. Cice. in Catone, Habui hæc de senectute quæ dicerem vobis, ad quam vtinam perueniatis, vt ea quæ ex me audistis, re ex parte probare possitis. ¶ Item pro periculo: vt apud Terentium in Phor. Verùm pone esse victum eum. At tandem tamen non capitis eius res agitur, sed pecunia. ¶ Dicere, vel cogitare quod res est, hoc est veritatem dicere, vel cogitare, Terent. in Adelph. Verum cogito quod res est. ¶ Res item pro bonis, siue substantia accipitur. {οὐσία.} Terent. in Phorm. At si talentum rem reliquisset decem, primus esses, &c. Vnde dicimus rem habere, pro eo quod est diuitem esse. Cice. 2. Offic. Non esse duo hominum millia qui rem habeãt. Rem augere, id est locupletari. Idem pro Rab. Posthumo, Rem bonis & honestis rationibus auxit. Rem facere, idem. Horat. 1. Epist. Ise tibi melius suadet qui vt rem facias, rem, Si possis recte: si non quocunque modo rem, &c. Auidus ad rem, id est auarus. Terent. Eunucho, Eius frater aliquantulum est ad rem auidior. ¶ Interdum res accipitur pro vtilitate. {ὠφέλημα.} Terent. Hecy. Si in rem est Bacchidis. Et rursum, Neque in rem nostram est vt quisquam amator nuptiis lætetur. ¶ Ex reipsa natum dicitur quod extemporale est. E re nata, id est occasione. Pro re nata, id est pro euento rei, & occasione. Ab re, aliquando ponitur pro ab euentu. ¶ Ad rem verba conferre is dicitur qui aggreditur agere quod dixit. Terent. in Eunuch. Tam diu eius magnifica verba pati possumus, quàm diu verba sunt. Cæterùm si ad rem conferantur, vapulabit. ¶ Res Romana, à Liuio sæpe ponitur pro acie Romana, Sed res Romana, inquit, erat superior. ¶ Ponitur res aliquando pro modo, seu ratione. Plaut. in Rud. Iam reperi rem quo pacto nec fur, nec socius sis. ¶ Re vera, duæ dictiones sunt idem significantes quod reipsa, vel vti veritas se habet. Cicero pro Cluentio, Verbo ille reus erat, re quidem vera, & periculo, & tota accusatione Oppianicus. Horat. lib. 2. Serm. saty. 7. -velut si Re vera pugnent, feriant, &c. ¶ Aliàs res agere dicitur qui non attendit ad id quod aut dicit, aut facit. Cic. ad Catilinam, lib 15. Itaque facio me aliàs res agere, ne conuicium Platonis audiam. Huius diminutiuum est recula. {ἀπεσκοπημένος} vt à spes specula. ¶ Res compertendinata, dicitur quum iudicium in diem tertium dilatum est. {ἐπὶ τρίτην δίκην.} ¶ Res iudicata, dicitur quæ finem controuersiarum pronuntiatione accipit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit, vt autor est Vlp. ff. de Re iudicata, {τὸ κεκριμένον.} ¶ Res forensis, dicitur causa quæ agitur in foro, & ad causidicos pertinet. {ὑπόθεσις πραγματική.}

Recula, læ. pen. corr. diminutiuum. {ἀπεσκοπημένον.} Ital. *Picciol cosa.* Gal. *Petite chose, chosette.* Hisp. *Pequeña cosa.* } quemadmodum specula à spes: quod quamuis generale sit sua natura vocabulum, rebúsque omnibus exigere commune: venustissimè tamen accipitur pro tenui re familiari, quæ ab Horatio cum supellex appellatur.

Resaluto, resalutas. Salutantem saluto. {ἀνασπάζομαι.} Ital. *Resalutare.* Gal. *Resaluer.* Hisp. *Tornar à saludar al que saluda.* } Martialis lib. 4, Securus nullum resalutat, despicis omnes. Cic. 2. Philipp. Sed tum nimis inter omnes constabat neminem esse resalutatum.

Resarcio, cis, resarsi, resartum. Quod dissutum, aut scissum erat, denuò sarcio. {ἀναῤῥάπτω.} Ital. *Rifar di nuouo.* Gal. *Rabiller, racoustrer, radouber.* Hisp. *Rehazer, remendar.* } Terent. in Adelph. Fores effregit: restituentur. discidit vestem: resarcietur. Suet. in Claud. cap. 8, Quod decretum abolitum est excusante Tiberio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate sua resarturum pollicente.

Resarrio, is. Rursus sarrio. {ἀνασκαλεύω.} Ital. *Zappare da nuouo.* Gal. *Resarcler, sarcler derechef.* Hispan. *Sachar ò escardar otra vez.* } Plin. lib. 18. cap. 20, Quum hyeme prægelida captæ segetes essent, resecuerunt, resarrientes campos.

Rescindo, is. Cædo, tollo, aufero, destruo, reuello. {ἀναιρῶ, διαιρῶ, ἀναστέλλω.} Ital. *Tagliare, troncare, distruggere.* Gal. *Couper, rogner, abolir.* Hispa. *Cortar, destruyr.* } Cæs. lib. 1. bell. Gal. Pontem qui erat ad Genevam, iubet rescindi. Propriè tamen ad ea pertinet quæ scinduntur, resecantúrve ferro, aut alio quouis instrumento. Colum. lib. 2, Et quæ falx reliquerit, priusquam inarescant, vomis rescindat, atque obruat. Id enim cedit pro stercore. Virgil. lib. 3. Georg. Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est, Quàm siquis ferro potuit rescindere summum Vlceris os: alitur vitium, viuitque tegendo. Id est aperire. Idem lib. 1. Georg. -cælum rescindere fratres Ter sua conati. id est oppugnare. ¶ Aliquando non ratum habere, irritũ facere, abrogare, abolere. {ἀναιρῶ.} Sallust. in Iugur. Iugurtha inter alias res, ait oportere quinquennij consulta, & decreta omnia rescindi. Id est tolli, & destrui. Terent. in Phorm. Mihi non videtur, quod sit factum legibus, Rescindi posse.

Rescissas, participium. {ἀπῃρεμένος.} Ital. *Tagliato, troncato* Gal. *Coupé, rogné.* Hisp. *Cortado.* } Lucanus lib. 4, Rescissóque nocent suspiria dura palato.

Rescisco, is. siue Rescio, is. Est factum aliquod occultius, aut inopinatũ, insperatúmque cognosco. {μανθάνω, οἶδα, πύθομαι.} Ital. *Risapere.* Gal. *Estre aduerti apres, le sauoir puis apres.* Hispan. *Saber lo que se hizo.* } Terent. in Adelph. En tibi, rescisti omnem rem. id est quod occultum. id est quod occultum putabamus, præter nostram opinionem cognouit. ¶ Aliquando significat rem, postquam gesta est scio, quam nesciebam quum geretur. Terent. Hecyr. Omnia omnes vbi rescisunt, hi, quos par fuerat rescisscere, Sciunt.

Rescribo, is. Scripto respondeo. {ἀντιγράφω, ἀνταπογράφω.} Ital. *Riscriuere.* Gal. *Reserire.* Hisp. *Responder à lo que otro escriue.* } Ouid. 2. Epist. Nil mihi rescribas, attamen ipse veni. ¶ Rescribere argentum, est renumerare, siue per mensæ scripturam reddere. Terent. in Phorm. Atque illud mihi argentum rursum iube rescribi. Vbi Donatus, Rescribi (inquit) id est reddi, seu per mensæ scripturam dari. Quoniam enim, ad pecuniæ renumerationem antecedit scriptura, quam hodie chirographum vocamus, ideo rescribere dicebat pro remunerare. Seruius, Scribi est dari. Horat. lib. 2. Serm. saty. 3, Scribe decem Neriomõ est satis, ride Cicutæ Nodosi tabulas centum. Rescribi verò reddi. Idem paulo pòst, Putidius multò est cerebrum (mihi crede) Petilli, Dictantis quod tu nunquam rescribere possis. ¶ Ponitur aliquando rescribo. pro eo quod est scribere contraria iis quæ alij scripserunt. Quintil. lib. 10. cap. 5, Melius hoc, quàm rescribere veteribus oratoribus.

Rescriptum,

Reſcriptum,pti,quod ſignificare videtur id genus epiſtolæ, qua Imperatores,aut ſummi pontifices conſulentibus ſeſe reſpondent: cuiuſmodi ſunt quas Decretales vocant. {τὸ ἀνεγραμμένον, ἀνάγραμμα. Ital. *Lettere di vn principe.* Gal. *Reſcrit,lettres d'vn prince,lettres royaux.* Hiſ. *Letras de vn principe.*} Vlpianus in l. 1. ff. de Appell. Quæſitum eſt an aduerſus reſcriptum principis prouocari poſſit.

Reſecco,cas,pen.corr.reſecui,ctum, Amputo, abſcindo: {κόπτειν μέρη. Ital. *Tagliar via,troncare.* Gal. *Rogner,couper, reſequer.* Hiſ. *Cortar à tornar à cortar.*} Ouid. 11. Metam. Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos Viderat hoc famulus. Cic. 2. de Diuin. Aut quorum linguæ ſic inhærerent vt loqui non poſſent, hæ ſcalpello reſectæ liberarentur. Idem in Piſonem, Quem Carthaginenſes reſectis palpebris illigarum in machina vigilando necauerunt. ¶ Reſecare ad viuum,eſt aliquid nimium ſtrictè, & quod dicitur,ad regulam reuocare: tranſlatione ſumpta ab iis qui vel vngues vſque ad viuum,vel arbores vſque ad radicem reſecant. Cic. de Amic. Nec id ad viuum reſeco,vt ij qui hæc ſubtilius diſſerunt. ¶ Reſecare libidinem. Cic. ad Attic. lib. 1, In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum reſecandæ libidinis, & coërcendæ iuuentutis, vehemens fui. ¶ Reſecare audacias & libidines. apud eundem, 5. Ver.

Reſectus,a, um, participium. {ἀνακοπεὶς, κόπτεσθαι μέρη. Ital. *Tagliato via.* Gal. *coupé.* Hiſpan. *Cortado.*} Ouid. 4. Triſt. Eleg. 10, Barba reſecta mihi biſue,ſemélue fuit.

Reſectio,onis, Actus reſecandi. {κόπτειν, κόπτεσθαι. Ital. *Tagliamento.* Gal. *Copure.* Hiſp. *Cortadura.*} Colum. de Arboribus. Quæ ex reſectione enata fuerit,vim inutilem habebit.

Reſegmen,inis, Quod à re quapiam reſecatur. {κόπτεσθαι μέρη. Ital. *Tagliatura.* Gal. *Copure,rognure.* Hiſp. *Cortadura, mondadura.*} vt Reſegmen vnguium, quod ex vnguibus amputatur. κόπτεσθαι μέρη. Plin. lib. 28. ca. 15, Nec panci apud Græcos ſingulorum viſcerum, membrorúmque etiam ſapores dixere, omnia perſecuti vſque ad reſegmina vnguium.

Reſex,reſecis,pen.corr. {τὸ ἀμπέλου κλάσμα κόπτεσθαι μέρη. Ital. *Roſolo.* Gal. *Sermant à deux yeux ou trou.* Hiſp. *El ſarmiento del cuerpo dela vid.*} Sarmentum annotinum, quod putatur vt fructum ferat. Colum. lib. 3. cap. 10, Nam confiteor pampinarios quoque quum è duro prorepſerint, tempore anni ſequentis acquirere fœcunditatem, & ideo in reſecem ſummitti, vt progenerare poſſit. Verum eiuſmodi partum comperimus non tam ipſius reſecis, quàm materni eſſe muneris.

Reſecto,as,Iterum obſecro, itero obſecrationem. {ἀναλιτανεῦν Ital. *Pregare più volte.* Gal. *Reprier.* Hiſp. *Rogar muchas vezes.*} Plaut. in Aulula. Reſecro matet quod dudum obſecraueram. ¶ Item religione ſoluo, Vti quum reus populum comitiis orauerat per deos, vt eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare ἀφοσιοῦσθαι. Hæc Feſtus.

Reſeda,dæ, Herba quę apud Ariminum copioſè prouenit, ſedandis collectionibus, inflammationibúſue vtilis. Plin. lib. 27. cap. 12, Circa Ariminum nota eſt herba, quam reſedam vocant. Diſcutit collectiones, inflammationéſque omnes. Qui curant ea, addunt hæc verba, Reſeda morbos reſeda, ſciſne, ſciſne, quis hic pullos egerit: radices, nec pedes, nec caput habeant. Hæc ter dicunt, totiéſque deſpuunt.

Reſegmen, Vide RESECO.

Reſero,ras,pen.corr. Aperio: à ſera deductum. {ἀνοίγειν. Ital. *Aprire.* Gal. *Ouurir.* Hiſp. *Abrir.*} Cic. 2. Officiorum. Nec ita claudenda eſt res familiaris vt eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda vt pateat omnibus. Virgil. lib. 12. Aeneid. Vrbem alij reſerate iubent, & pandere portas Dardanidis. Lucan. lib. 2, Vt reſeret pelagus, ſpargátque per æquora bellum. Valer. Flac. 2. Argon. -Hoſpitibus reſerans ſecreta Thyotes.

Reſeratus, participium. Ouid. 2. Faſt. -& ſex reſerata diebus Carceris Aeolij ianua late patet.

Reſero,is,pen.corr. reſeui, reſatum, Rurſus ſemino, ſeu rurſus planto. {ἀναφυτεύειν. Ital. *Ripiantare,riſeminare.* Gal. *Replanter, reſemer.* Hiſpa. *Replantar,ſembrar otra vez.*} Plin. lib. 18. cap. 20, Nam quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos menſe Martio.

Reſeruo,as, In aliud tempus, vel in futurum ſeruo. {ἀναμένειν. Ital. *Riſerbare.* Gal. *Reſerver.* Hiſpan. *Reſervar ò guardar.*} Cic. ad Quintum fratrem lib. 2. Præſenti ſermoni reſeruentur cætera. Idem in Oratore, Vſum loquendi populo conceſſi: ſcientiam mihi reſeruaui. Virg. 4. Aeneid. Nam quid diſſimulo? aut quæ me ad maiora reſeruo?

Reſes, Vide RESIDEO.

Reſex, Vide RESECO.

Reſideo,es,pen.corr. Quieſco, ſedeo, firmiter ſto. {καθέζεσθαι. Ital. *Riſedere, ſedere.* Gal. *Se raſſeoir,eſtre aſſis.* Hiſp. *Tornar otra vez a ſe aſſentar, eſtar mucho aſſentado.*} Virgil. 7. Aeneid. -omniſque repentè reſedit Flatus. ¶ Reſidere eſuriales ferias, eſt otiari, ageréque ferias eſuritione plenas. Plaut. in Capt. Ita venter, guttúrque reſident eſuriales ferias.

Reſes,reſidis, Segnis, otioſus, & à ſolito labore. ſeu opere deſuetus. {ἀργὸς, ῥᾳθύμως. Ital. *Tardo,otioſo.* Gal. *Aſſis de laſcheté, demouré, laſche, pareſſeux.* Hiſp. *Floxo ò perezoſo.*} Liu. lib. 2. Timuere Patres reſidem in vrbe plebem, incerti, manere eam, an abire mallent. Virgil. lib. 6. Aeneid. Otia qui rumper patriæ, reſidéſque mouebit Tullus in arma viros, & iam deſuera triumphis Agmina. Idem 1. Aeneid. -& viuo tentat præuertere amore Iampridem reſides animos, deſuetáque corda. Id eſt pigros. Reſes aqua à Varrone. 3. de Re ruſt. ca. 17, dicitur quæ nõ fluit.

Reſiduus, a, um, adiectiuum, Idem quod reliquus. {λοιπὸς, ὑπόλοιπος. Ital. *Reſto,reſtante.* Gal. *La reſte,reſidu.demouré de reſte.* Hiſpa. *Coſa que queda,ò reſtante.*} Plancus Cic. lib. 10. Epiſt. Cupio nullam reſiduam ſolicitudinem eſſe. Liu. 9. Bel. Pun. Et ſiue ex reſidua & vetere ſimultate, ſiue intempeſtiua iactatione ſeueritatis inflatus. ¶ Reſiduus pro relictus. Sueton. Auguſto, cap. 73, Inſtrumenti eius, & ſupellectilis parſimonia apparet etiam nunc reſiduis lectis, atque menſis: quorum pleraque vix priuata elegantia ſunt.

Reſido,is,pen.prod. Idem ferè quod reſideo, niſi quòd motum quẽdam importat: quaſi ad reſidendum deſecendo. {ἀναπαύεσθαι. Ital. *Porſi à ſedere.* Gal. *Se raſſeoir.* Hiſpan. *Hazerſe aſſiento ouel hondon.*} Plin. Iun. lib. 9. Epiſt. Nouiſſimè Conſul, Secunde, ſententiæ loco dices, ſiquid volueris. Permiſeris, inquam, quod eſq. adhuc omnibus permiſiſti: reſido, aguntur alia interea. Virgil. 6. Aeneid. -tumida ex ira tum corda reſidunt.

Reſigno,as, Quod ſignatum erat aperio, relaxo, patefacio. {σφραγίδα, ἀνασφράγιστος. Ital. *Sbollare, aprire ſlegare come ſon lettere.* Gal. *Deſſeller, crocheter,aboir.* Hiſp. *Abrir lo ſellado.*} vt Reſignare literas. Eſt enim cõtrarium ſuo ſimplici ſigno, quod eſt anulo ſignum imprimo. Plaut. in Trinu. Iam ſi obſignatas non feret, dici hoc poteſt, apud portitorem eas res reſignatas tibi, inſpectáſque eſſe. Cic. Attic. lib. 12, Quas ſi putabis illi ipſi vtile eſſe reddi, reddes: nihil me lædet. Nam quòd reſignatæ ſunt, habet, opinor, eius ſignum Pomponia. ¶ Hinc reſignatio teſtamentorum appellata. Horat. 1. Epiſt. 7, -& opella forenſis Adducit febres, & teſtamenta reſignat. ¶ Idem reſignare, eſt perfectè ſignare. ἀνάσημαίνειν. Colum. lib. 3, Priuſquam arbuſculas tranſeras, rubrica reſignato, vt iiſdem quibus antè ſtetерunt, conſtituas eas. ¶ Item claudere. Virgil. lib. 4, -& lumina morte reſignat. ¶ Antiqui etiam reſignare pro reſcribere dicebant: ſicut ſubſignare pro ſubſcribere. ἀνασφράγιστον. ¶ Item reſignare, reddere: quod fit quum in libris datorum & acceptorum pecuniam, quam accepram ſignauimus, redditam demonſtramus. Horat. lib. 3. Carm. Ode 19 de Fortuna, Si celeres quatit Pennas, reſigno quæ dedit. Idem 1. Epiſt 7, Hæc ego ſi compellar imagine, cuncta reſigno. ¶ Ponitur aliquando pro perimo, abrogo, diſſoluo. Cic. pro Archia, Nam quum Appij tabulæ negligentius aſſeruatæ dicerentur, Gabinij, quandiu incolumis fuit, leuitas: poſt damnationem, calamitas omnem tabularum fidem reſignaſſet, &c. Budæus.

Reſignatum æs dicebatur militi, quum ob delictum iuſſu Tribuni militum, ne ſtipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Autor Feſtus.

Reſilio,reſilis, ſecũda ſyllaba cor. Saltu retrocedo, ſubitò pedem refero. {ἀναπηδᾶν, ἀναπήδημα. Ital. *Saltar in dietro.* Gal. *Reſaillir, reſaillir, rebondir.* Hiſp. *Saltar atras.*} Quadrigarius lib. 6. Sertorius cautè dextrum humerum fauciat, atque reſilit. ¶ Reſilire item dicitur mamma, quum ſic ileſcit, lactis materia deorſum reuocata. Plin. lib. 11. cap. 40, Detracto mamma alumno ſuo, ſterileſcit illico, ac reſilit. ¶ Reſilire item dicitur quod corpori duro illiſum, repellitur atque repercutitur: vnde per tranſlationem, crimen ab aliquo reſilire dicimus, pro eo quod eſt non hærere, aut non quadrare in illum cui obiicitur. Cic. pro Roſcio Amerino, Vbi ſcopulum offendis eiuſmodi, vt non modò ab hoc crimen reſilire videas, verùm omnem ſuſpicionem in voſmetipſos recidere intelligas.

Reſulto,as,frequentatiuum eſt verbi reſilio, idem ſignificans quod repercutior, ſiue reflector: vt quum pila pauimento illiſa, ſurſum reſilit. {ἀναπηδᾶν, ἀναπήδημα. Ital. *Saltar all'inſu.* Gal. *Souuent reſaillir & reſaillir.* Hiſpan. *Reſurtir de alguna coſa.*} Transfertur tamen ſæpe ad vocis repercuſſionem, qua montes & nemora quodammodo mõtari videntur: & ſubſilire. Virg. 5. Aen. Pulſati colles clamore reſultant. Idem lib. 8, Conſonat omne nemus ſtrepitu, colléſque reſultant. Plin. lib. 11. cap. 19. Inimica apibus echo eſt, reſultanti ſono, qui pauidas æterno puliat ictu.

Reſimus,a,um, pen. prod. Ex re. & ſimus, idem eſt quod ſimus: hoc eſt qui nares habet depreſſas, extremitate ſurſum reflexa. {ἀνάσιμος. Ital. *Chi ha le nari aperte in ſu come mori.* Gal. *Qui a le nez, camus & retrochè.* Hiſp. *Coſa muy roma de narizes.*} Vnde à Virgilio capellæ dicuntur ſimæ, 10. Aeglog. Dum teneræ attondent ſimæ virgulta capellæ. Seruius, Simæ, Græcum eſt nomen: id eſt preſſis naribus: vnde & ſimias dicimus. Reſimus, vtitur Columella libro 6. cap. 1, loquens de boum indole, Parandi (inquit) ſunt boues naribus reſimis, patulis. Varro 2. de Re ruſt. cap 9.

Reſina,æ, pen.corr. Humor tenax ex arboribus defluens, in iiſdémque reſidens. {ῥητίνη. Ital. *Ragia che cola per lo piu del pino.* Gal. *Reſine.* Hiſp. *La reſina del pino,tremetina.*} Eius duæ præcipuæ ſunt ſpecies, arida vna, humida altera. Et prorſus omnis ſtomacho conducit, & ſanguinis reiectioni: in primiſq; probatur quæ à terebintho arbore, terebinthina eſt appellata. Naſcitur in Arabia, in Iudæa, in Syria, in Cypro, in Lycia, & in Cycladibus. Quæ alba, præſtantior eſt, nitri colorem habens, & nonnihil cærulei.

Reſinaceus adiectiuum, Quod reſinam refert. {ῥητινώδης, ῥητίνινος. Ital. *Simile à ragia.* Gal. *Semblable à reſine.* Hiſpan. *Semejante à reſina.*} Plin. lib. 24. cap. 11, Alterum ſterile, alterum cui & caulis, & ſemen reſinaceum, quod canchrys vocatur.

Reſinatus,ta,tum, Quod eſt reſina illitum, ſicut à pice, picatum. {ῥητινωτὸς. Ital. *Coſa imbrattata da ragia.* Gal. *Frotté de reſine.* Hiſp. *Coſa untada con reſina.*} Iuuen. Sat. 8, -Quid enim reſinata iuuentus? Reſinatum, cui reſina admiſta eſt. Vinum reſinatum, reſina conditum. ῥητινίτης οἶνος. Martial. lib. 3, Reſinata bibis vina, Falerna fugis. Plin. lib. 13. cap. 1, Nouitium reſinatum nulli conducit.

Reſinoſus, adiectiuum, Quod reſina abundat. {ῥητινώδης. Ital. *Pieno di ragia.* Gal. *Reſineux, plein de reſine.* Hiſpan. *Coſa llena de reſina.*} Plin. lib. 15. cap. 7, Eſt enim pinguiſſima. & reſinoſiſſima.

Reſipio,is,reſipui. & reſipiui,reſipere, Ex re, & ſapio compoſitum: idem ſignificat quod ſaporem rei alicuius refero: vt quum dicimus, Vinum reſipit picem, hoc eſt ſaporem picis refert. {γεύειν, ὄζειν. Ital. *Patire ſapore.* Gal. *Senir,auoir ſaueur.* Hiſpa. *Tener ſabor.*} Plin. lib. 14. cap. 1, Iam inuenta vitis per ſe in vino picem reſipiens. ¶ Reſipere item dicitur is, qui ad mentis ſanitatem rediit, quíve ex prodigo & ex inutili factus eſt frugi. {ἀναφρονεῖν. Ital. *Ritornare al ſuo buon ſeſo.* Gal. *Retourner à ſon bon ſens.* Hiſp. *Tornar en ſu ſeſo.*} Terent. in Heaut. Multò omnium nunc me fortunatiſſimum Factum puto eſſe gnate, quum te intelligo reſipuiſſe. Cic. ad Attic. lib. 4. Vix aliquando te autore reſipui.

Reſipiſco,ſcis, Ad mentis ſanitatem redeo. {ἀναφρονεῖν. Ital. *Tornar in ceruello.* Gal. *Retourner à ſon bon ſens, ſe ſage eſtre.* Hiſpan. *Tornar en ſu ſeſo.*} Liu. lib. 6. belli Maced. Vt tunc ſaltem regiam vanitatem experti, reſipiſcerent.

Reſiſto, is, Gradum ſiſto, reſtito. {ἵστημι, ἐνίστημι. Ital. *Reſiſtere.* Gal. *Reſiſter* Hiſp *Reſiſtir*} Liu. lib. 1. ab Vrbe. Reſtitere Romani, tanquam cæleſti voce iuſſi. Ouid. 5 Faſt. Reſtiit ad noſtras feſſa labore fores. Virg. 4. Aen. Incipit effari, mediq; in voce reſiſtit. ¶ Accipitur aliquãdo Reſiſtere pro aduerſari, ſeu repugnare. ἀντιστῆναι, ἀντίστασις. Cic. Att. Serò reſiſtimus ei quem aluimus contra nos. Idem de Leg. agrar. contra Rullum, Vis Tribunitia nonnunquam libidini reſtitit Conſulari.

Reſoluo,is, Diſſoluo quod ligatum erat. {ἀναλύειν Ital. *Slegare.* Gal. *Deſlier, diſſoudre.* Hiſpan. *Deſatar.*} Ouid. 1. Metam. Et velate caput, cinctáſque reſoluite

Universidad de Sevilla Biblioteca

resoluite rectes. ¶ Ponitur & pro mollire, siue subigere. Colum. lib. 2. cap. 2, Exhibit nihil non melius resoluta humo, quàm densa prouenit. ¶ Item pro destruere, amouere. κατάλυειν. Virgil. lib. 1. Georg. Inuitat genialis hyems, curásque resoluit. id est amouet. ¶ Nonnunquam etiam pro numerare pecunias creditoribus, aut aliis quibus promisimus. Plaut. in Epid. Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina, ego resolui. ¶ Item pro refellere. Quintil. lib. 5, Resoluere ex parte diuersa dicta difficile erit.

Resolutus, a, um, participium. ἀναλυθείς, διαλυθείς. Ital. *Stegato*. Gal. *Desfié*. Hisp. *Desatado*. } Tibull. lib. 1. Eleg. 3, -comas resoluta puella. Colum. lib. 1. cap. 1, Nam sic inuenum corpora fluxa & resoluta sunt, vt nihil mors mutatura videatur. Ouid. 15. Metam. -resoluтáque tellus In liquidas rarescit aquas.

Resono, as, pen. corr. Sonum refero. ἀπαχήσω, ἀντήσω. Ital. *Risonare*. Gal. *Resonner, retentir*. Hisp. *Sonar otra vez, resonar*. } Virgil. 1. Aeglog. Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Idem lib. 5. Aene. Resonat clamoribus æther. Idem 2. Aegloga, Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. ¶ Accipitur & pro simplici sonare, siue sonum edere. Cic. 1. Tusc. Qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum venenum, vt sitiens, obbibisset, reliquum sic à poculo eiecit vt id resonaret. Quo sonitu reddito arridens, Propino inquit, hoc pulchro Critiæ.

Resonans, tis, participium. ἀντηχῶν. Ital. *Risonante*. Gal. *Resonnant, retentissant*. Hisp. *Cosa que resuena*. } Virgil. 1. Georg. -aut resonantia longè Littora misceri, & nemorum increbtescere murmur.

Resonus, a, um. ἀντηχῶν. Ital. *Risonante*. Gal. *Resonnant, retentissant*. Hisp. *Cosa que resuena*. } Ouid. 3. Metam. -hæc resonis iterabat vocibus eheu. Vale. Flac. 1. Argon. Excussi manibus remi, conuersáq; frontem Puppis in obliquum resonos latus accipit ictus.

Resorbeo, bes, resorbui, & resorpsi, resorptum. Propriè est iterum sorbere quod quis euomuit. ἀναρροφῶ, ἀναπίνω. Ita. *Risorbere*. Gal. *Reboire, ramaller*. Hisp. *Resorber*. } Ouid. 12. Epist. Quæque vomit totidem fluctus, totidémque resorbet. Plin. lib. 9. cap. 43, Hamo denorato, omnia intetanea euomunt, donec hamum egerant: deinde resorbent. Virgil. 11. Aeneid. Nunc rapidus retrò, atque æstu reuoluta resorbens Saxa, fugit, littúsque vado labente relinquit.

Respecto, Respectus, Vide RESPICIO.

Respergo, gis, respersi, respersum, Est re aliqua liquida perfundo, vel irroro. ῥαντίζω. Ital. *Rispargere*. Gal. *Espandre ça & la, arrouser*. Hisp. *Derramar rociando*. } Liu. 1 ab Vrbe, Hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri, generique respergerent. Colum. lib. 1, Deinde quum prædictum rectorium inarsit, rursus amurca respergitur. Cic. 7. Verrina, Quum Prætoris nequissimi inertissimique oculos prædonum remi respergerent.

Respersus, a, um, participium. διαῤῥαντίσας. Ital. *Rispruzzato, sprazzato*. Gal. *Respart, arrousé*. Hisp. *Derramado rociando*. } Liu. 4. belli Pun. Respersæ matris cruore virgines. Manus respersæ sanguine. Cic. pro Rosc. Amerino.

Respersus, us, ui, Ipse respergendi actus. ῥαντισμός. Ital. *Spargimento, sprazzamento*. Gal. *Arrousement, respandement*. Hispan. *Rociamiento*. } Plin. lib. 10. cap. 3, Hæc causa est gregatim auibus natandi: quia plures simul non infestantur respersu pennarum hostem obcæcantes.

Respersio, onis, Idem. διάῤῥαντος Cic. 2. de Diuin. Habes & respersionem pigmentorum, & tostum suis, & alia permulta.

Respicio, is, Retrò aspicio, oculos reflecto. ἀποβλέπω. Ital. *Riguardare, guardare in dietro*. Gal. *Regarder*. Hisp. *Mirar atras ò otra vez*. } Plaut. in Aul. Tu si ex hoc loco digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris, aut si respexeris donec ego te iussero. ¶ Interdum refertur ad animum, pro eo quod est, præterita mẽte reuoluo. ἀναλογίζομαι. Cic. pro Archia, Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiam recordari, &c. ¶ Respicere se, est habere rationem sui, prospicere sibi, & rebus suis consulere. Plãcus Ciceroni, Quòd si aut Cæsar respexerit se, aut Africanæ legiones celeritet venerint, seros vos ex hac parte reddemus. Terent. in Phorm. Respice ætatem tuam. id est prospice ætati tuæ. Idem Heaut. Denique nullum remittis tuam. id est prospice ætati tuæ. Idem Heaut. Denique nullum remittis tempus, neque te respicis. Id est non pareis ætati tuæ, neque vllam salutis tuæ rationem habes. Nonnũquam faueo, misereor, adiuno, opem fero. Terent. in Andr. Charine, me & te imprudens, nisi quid dij respiciunt, perdidi. Et in Phor. Dij nos respiciunt, gnatam inueni ouptam cum tuo filio. id est diligunt. Terent. in Andr. Age, me in tuis secundis rebus respice.

Respectus, us, Modò ipsam respectionem significat. ἀποβλεψις. Ital. *Riguardo*. Gal. *Regard*. Hisp. *Mirada*. } Plautus, Et me respectu terruit. ¶ Modò rationem qua ad aliquid agendum mouemur. λόγος. Plin. Nanque eo respectu commotus, abscesserat. ¶ Aliquando id quod respicitur. Cic. 1. de Diuin. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore. Id est horrendum spectaculum.

Respecto, as, frequentatiuum est à respicio, idem significans quod idem: idem oculos deorsum flecto, vel oculis reflexis quempiam aspicio. ἀποβλέπω. Ita. *Guardare à dietro, guardare con gli occhi volti alla terra*. Gal. *Regarder souuent*. Hisp. *Mirar à tras, ò mirar baluciendo los ojos hazia la tierra*. } Virg. 11. Aeneid. Bis reiecti armis, respectãt, terga tegentes. Cic. pro Sestio, Verùm hæc ita prætereamus, vt tamen intuentes, & respectantes intueamur. ¶ Per translationem nonnunquam significat misereri, seu propitium esse. Virgil. 1. Aeneid. Siqua pios respectant numina.

Respiro, as, pen. prod. Anhelitũ recipio, spiritum duco, animam attraho & emitto. ἀναπνέω. Ital. *Respirare*. Gal. *Respirer, reprendre son haleine*. Hispa. *Espirar otra vez, respirar*. } Plaut. in Epid. Mane, sine respirem quæso. P. Imò acquiesce. A. Animo malè est. Recipiam anhelitum. Cic. pro Roscio Amer. Quum tot, tantisque negotiis distentus sit, vt respirare liberè non possit. ¶ Interdum effio, exhalo, odorem emitto, ἀναπνέω. Stat. 2. Sylu. Inde malignum Aëra respirat pelago circunflua Nessis. ¶ Per translationem accipitur pro recreari, refici, ἀναπαύομαι, ἀναλαμβάνω. Cic. Aulo Torquato. Si armis, aut conditione positis, aut fatigatione abiectis, vt victoria detractis, ciuitas respirauerit: & dignitate tua tibi, & fortuna, vti licebit.

Respiratio, onis, verbale. Anhelitus receptio, attractio, & emissio anhelitus, à pulmone per asperam arteriam. ἀναπνοή. Ital. *Respirazione*. Gal. *Respiration, refrèrement*. Hisp. *Aguella obra de respirar*. } Plin. lib. 9. cap. 7, Quis enim sine respiratione somno locus? ¶ Nonnunquam idem quod euaporatio. ἀναφορά. Cic. 2. de Nat. deo. Ipse enim oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi vapor quidam aer habendus est.

Respiratus, us, ui. Idem quod respiratio. Cic. 2. de Natu. deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima: qui rum se contrahunt aspirantes, tum in respiratu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes.

Respiramen, inis, Pro halitu, seu meatu spiritus. ἀναπνοή. Ital. *Condotto naturale per lo quale si respira*. Gal. *Le conduit par ou on respire, soupirail*. Hispan. *El respiradero*. } Ouid. 2. Metamorph. Vitalésque vias, & respiramina claudit. Ibidem, Elidunt fauces, & respiramen, itérque Eripiunt animæ.

Resplendeo, des, Idem quod simplex splendeo. λαμπρύνω, φλέγω. Ital. *Risplendere*. Gal. *Resplandir, reluire*. Hisp. *Resplandecer*. } Cic. 2. de Finibus. Adsint etiam formosi pueri qui ministrent: resplendeat iis vestis.

Respondeo, des, respondi, responsum, Posteriore loco dico. ἀποκρίνομαι, ἀποκρίνω. Ital. *Rispondere*. Gal. *Respondre*. Hisp. *Responder à la pregunta*. } Plaut. in Pseu. Responde quod rogo. Dicimus autem, respondeo tibi, & ad te. Plinius. Quum ad eos breuissimè respondissem. Matius ad Ciceronem, lib. 11. Epist. Respondebo criminibus quibus tu pro me, &c. ¶ Aliquando significat euentu & exitu conuenire, consentire, & congruere. ἁρμόττω. Virgil. lib. 1. Aen. Dictis respondent cætera matris. Id est consentiunt, & conformia sunt. Plin. lib. 36. cap. 22, Structuram, ad normam, & libellam, & ad perpendiculũ respondere oportet. Cic. 1. Tusc. Nec tamen siqui magnis ingeniis in eo genere extiterunt, non satis Græcorum gloriæ respondernnt. id est pares fuerunt. Idem Trebon. Cui quidem amori, vtinam cæteris rebus possem, amore certè respondebo. id est satisfaciam, vel par ero. Virg. 1. Georg. Illa seges demũ votis respondet auari Agricolæ. ¶ Aliquando obiici, seu contra positum esse. ἀντικεῖσθαι. Virgil. lib. 6, Contrà elata mari respondet Gnosia tellus.

Responso, as, frequentatiuum à respõdeo. ἀντιλογίαν ἀποκρίνομαι. Ital. *Rispondere spesso volte*. Gal. *Respondre souuent*. Hisp. *Responder muchas vezes*. } Plaut. Menæch. Responsa, aut loquere. Idem Most. Neu quisquam responset, quando hasce ædes pultabit senex. ¶ Responsare palato cibus dicitur qui minus tener est, duritiáque sua palato resistit. Horat. in præceptis Catianis, Si vespertinus subitò te oppressetit hospes, Ne gallina malum responset dura palato, Doctus eris viuam misto mersare Falerno, Hoc teneram faciet.

Responsito, as, are, De re dubia consultus, responsum edo: propriéque ad iuris prudentes, antistites, cæremoniarúmque conditores pertinet, & Romæ olim ad Pontifices. ἐξηγέομαι. Gell. lib. 13. cap. 19, Consulentibus de iure publicè respõsitarit. Cic. 1. de Legibus. Summos fuisse in ciuitate nostra viros, qui id interpretari populo, & responsitare soliti sint.

Responsum, si, Ipsa responsio. ἀπόκρισις, ἀπόκριμα. Ital. *Risposta, risposta*. Gal. *Response*. Hispa. *La respuesta*. } Terent. in prologo Phorm. Is sibi responsum hoc habeat: in medio omnibus Palmam esse positam. ¶ Dicimus autem Dare responsum, & Reddere responsum, pro respondere. Cic. 6. Vertina, Senatus Sopatro responsum nullum dat: sed cõmotus, perturbatúsque discedit. Idem pro Plancio, Quum Senatus impediretur, quo minus id quod hostibus semper erat tributum responsum, Equitibus Romanis redderetur. ¶ Ponitur quoq; Responsum pro oraculo. χρησμός, λόγιον. Plin. lib. 15. cap 30, Lautiferam telluré illam osculatus ex responso. Cic. 2. de Nat. deorum, Multa ex aruspicum responsis commemorare possum. Virgil. 9. Aeneid. Siqua Phryges præ se iactant responsa deorum. Idem 3. Georg. Nec responsa potest consultus reddere vates.

Responsus, us, Conuenientia, consensúsque. ἀντιστοιχία. Ital. *Corrispondentia*. Gal. *Correspondance, proportion*. Hisp. *Consentimiento*. } Vitruuius, Symmetria est ex ipsius operis membris conueniens consensus: ex partibúsq; separatis ad vniuersæ figuræ speciem ratæ partis responsus. Idem lib. 3. cap. 1, Similiter verò sacratum ædium membra ad vniuersam totius magnitudinis summam ex partibus singulis conuenientissimum debent habere commensum responsum. Ibidem, Et ex membris separatis ad vniuersam corporis speciem ratæ partis commensus fieri responsum.

Responsio, onis. Ipse respondendi actus. ἀπόκρισις. Ital. *Risposione*. Gal. *Response*. Hisp. *Respuesta*. } Cic. 3. de Orat. Et quod continuatum, & interruptum, & imago, & sibilpñ respõsio, & immutatio, & disiunctio. Idem pro Cor. Balbo, Accusatoris interpretatio indigna responsione.

Responsor, oris. Fideiussor, qui pro aliquo spondet. ἐγγυητής. Ital. *Risponsadente*. Gal. *Respondant, pleige*. Hisp. *El que promete por otro*. } Horat. 1. Epist. 17, Quo responsore, & quo causæ teste tenentur.

Respublica, cæ, πολιτεία. Ital. *Repubica, città libera*. Gal. *Republique, vne communauté de bourgeois*. Hisp. *Republica, ciudad franca que biue de su ley*. } Status liberæ ciuitatis quæ suis legibus regitur. Cic. 1. Officiorum. In quo si mihi obtemperatum esset, si non optimam, at aliquam Rempublicam, quæ nunc nulla est, haberemus. Idem Attico, Hoc bello victores quam Rempublicam simus habituri, nescio: victis certè nulla vnquàm erit.

Respuo, is, respui, resputum, Est repudiare, & contemptim veluti cum sputo reiicere. ἀποπτύω. Ital. *Rifiutare, far poco conto, sprezzare*. Gal. *Regetter, mespriser*. Hisp. *Menospreciar*. } Cæsar 1. belli Gall. Non respuit conditionem Cæsar, iámque ad sanitatem redire eum arbitrabatur. Liu. 2. ab vrbe, Munera eius in animis hominum respuebantur. Cic. 3. de Orato. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius: quique dulcedine præter cæteros sensus commouetur, quàm citò id quod vaide dulce est aspernatur, ac respuit. ¶ Respuere auribus, per translationem, pro eo quod est loquenté nolle audire. Cic. in Pisonem, Quis vos nõ oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur? Respuere item aures dicuntur, quod earum iudicio deprehendimus non rectè sonare. Idem de Partit. Quod aures respuunt, immutandum est. ¶ Respuere ictus, est ictibus non lædi, & duritia sua ictum quodammodo repellere. Plin. lib. 7. cap. 15, Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Lucr. lib. 3, Præterea quæcunque manent æterna, necesse

Universidad de Deusto Biblioteca

necesse est, Aut quia sunt solido cum corpore, respuere ictus. Respuere secures dicitur lignum, quod securibus non potest findi. Plin. lib. 17. cap. 10. Quid simile originis suæ habent malorum, pyrorúmqi semina: his enim principiis respuentem secures materiem nasci, indomita ponderibus immensis præla, arbores velis, turribus, murisque impellendis arietes. ¶ Imperium respuere. Colum. lib. 6. cap. 8. Vbi piger iuuencus medius inter duos veteranos iungitur, aratróque iniuncto terram moliri cogitur, nulla est imperij respuendi facultas.

Respuor, respueris, passiuũ. Lucr. lib. 2, Præterea lumẽ per cornua transit, at imber Respuitur.

Respuens, entis, participium, Seu nomen ex participio. {ἀναπτύων. Ital. *chi rifiuta.* Gal. *Qui regette.* Hisp. *El que menosprecia.*} Gell. lib. 6. ca. 15, Communium vocum respuens minus.

Restagno, gnas, are, Extra redundare, seu aquam non continere. {ἀναπλημμυρῶ. Ital. *Abondare di sopra, andar fuori.* Gal. *Se desborder.* Hispan. *Reboſſar el agua.*} Colum. lib. 2. cap. 17, Itaque siqua palus in aliqua parte subsidens restagnat, fulcis deriuanda est: quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus æquè est exitio. Cæsar 2. belli Ciuilis, Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit longius, latéque is locus restagnat. Ouid. 11. Metam. Quam restagnantis fecit maris vnda paludem.

Restagnatio, onis, Inundatio. {πλημμυρίς. Ita. *Inundatione, allagamento.* Gal. *Desbordement d'eau.* Hisp. *Reboſſadura de agua.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Idem lib. 6. cap. 28, Quod abesse stagnatio intempestiua alui obstrepat. Idem lib. 6. cap. 28, Quod abesse à Petra decem dierum nauigatione nostri negotiatores dicunt: Characenorúmque regi parere: & Apamiam sitam vbi restagnatio Euphratis cum Tigri confluat.

Restauro, as, Idem quod instauro, hoc est restituo, redintegro, renouo. {ἀνακαινίζω, ἀνανεόω. Ital. *Ristorare, rinouare.* Gal. *Restaurer, refaire, renouueler.* Hisp. *Reſtaurar, renouar.*} Iustin. lib. 2, Interea & Darius quum bellum restauraret, in ipso apparatu decidit. Tacit. lib. 3, At Pompeij theatrum igne fortuito haustum Cæsar extructurum pollicitus est: eo quòd nemo è familia restaurando sufficeret.

Restibilis, le, Quod quotannis restituitur, & quodammodo renouatur. {ἀναπλαστός, ἀναπλαστικός. Ital. *Cosa che ogn' anno si torna à fare.* Gal. *Qui rapporte tous les ans.* Hispa. *Cosa que cada año se rebaze, como la sembrada del pastrojo.*} vt, Ager restibilis, qui quotannis seritur. Colum. lib. 2. cap. 10, Phaseolus terræ mandabitur, vel inueterato, vel melius pingui, & restibili agro. Festus. Restibilis ager fit, qui continuo biennio seritur farreo spico, id est aristato: quod ne fiat, solent qui prædia locant, excipere. Restibilis seges, est quæ regerminat, quasi cuius fœcunditas in sequentem quoque annum restet. Plin. lib. 18. cap. 17, Vbertatis tamen tantæ sunt, vt sequente anno sponte restibilis fiat seges. Restibile vinetum, dixit Colum. lib. 3. cap. 18, pro eo quod singulis annis repastinatur. Restibilis fœcunditas, est continua, & non intermissa fœcunditas. Plin. lib. 28. cap. 19, Conceptum leporum vtero exemptum, his quę părere desierint, restibilem fœcunditatem afferre putant.

Restinguo, stinguis, xi, ctum, A stinguo compositum est. {κατασβέννυμι. Ital. *Estinguere, smorzare.* Gal. *Esteindre.* Hisp. *Apagar.*} vnde & Distinguo, & Extinguo. Stinguo verò (vt opinor) significat obscuro: quod quanuis raró in vsu sit, legitur tamen apud Ciceronem, vt in Arati Phænomenis, Quem neque tempestas perimet, neq; longa vetustas Interimet, stinguens præclara insignia cælum. Item in Prognost. Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi, Stinguitur radij cæca caligine secti. ¶ Restinguere autem, idem est quod extinguere. Plaut. in Cas. Ignem restinguunt aqua. Virgil. Aegl. 5, -quale per æstum Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo. ¶ Per translationem ponitur pro sedare, leuire. Terent. in Eunucho, Hæc verba vna mehercule falsa lachrymula, Quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, Restinguet.

Restinctus, restincta, ctum, participium. {κατασβεσθείς. Ital. *Estinto.* Gal. *Esteint.* Hisp. *Apagado.*} Cice. ad Brutum, lib. 11, Ex tuis literis, & ex Græcij oratione, non modò non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur.

Restinctio, restinctionis, verbale. {κατάσβεσις. Ital. *Estinzione, ammorzamento.* Gal. *Estaignement, estanchement.* Hisp. *Apagamiento.*} Cice. lib. 2. de Fin. Illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est.

Restio, stionis, Qui restes, id est funes torquet. {χαλωδοπλόκος. Ital. *Colui che fa le funi, cordaro, funiere.* Gal. *cordier.* Hisp. *El que haze cuerdas.*} Quo etiam nomine dictus fuit pronaus Augusti. ¶ Accipitur apud Plautum pro eo qui se pensilem facit laqueo, resti strangulatus. ait enim, Illi erunt buccedæ potius quàm ego sim restio. Id est, Illi potius cædentur bubulis loris, quàm ego me suspendam.

Restipulor, laris, lari, vt Lactantius inquit, Est contra sponsionem factam, pecuniam obligare. {ἐπιστοχειλλάζ. Ital. *Ripromettere.* Gal. *Restipuler.* Hispan. *Prometer otra vez.*} Valerius lib. 2, Nec dubitauit restipulari. Restipulari dicitur is qui cum eo certat, à quo sponsione est prouocatus. Budæus, Restipulari, est stipulari, siue vicissim stipulari, vel post rem actam stipulari.

Restipulatio, onis, verbale. {ἐπιστοχειλλάζ. Ital. *Promessa da nuouo.* Gal. *Promesse de rechef, restipulation.* Hisp. *Promessa otra vez.*} Cic. pro Roscio Com. Quis est huius restipulationis, scriptor, testis, arbiter?

Restis, huius restis, Funis, à resto (vt quidam aiunt) quòd quæcunque ligata sint, stare faciat. {χορδή, σχοινίον. Ital. *Fune, corda.* Gal. *Vne corde.* Hisp. *Cuerda.*} Apuleius, Restim qua grabatulus erat intextus, aggredior expedire. ¶ Ad restim res redijt, dixit Terent. in Phormione, pro eo quod est, Res eum in statum adducta est, vt de suspendio sit cogitandum. ¶ Restim ducere, dicuntur in saltatione chori puerorum, puellarúmq; manu conserti. Terent. in Adel. Tu inter eas restim ductitans saltabis. Liu. lib. 27, Per manus reste data, virgines sono vocis pulsus pedum modulantes incesserunt. ¶ A qua similitudine alliorum connexa capita restes dicuntur. Plin. lib. 20. cap. 6, Allium ad serpentinum ictus potum, cum restibus suis.

Resticula, æ, diminutiuum. {σχοινίον. Ital. *Cordicella.* Gal. *Cordelette, petite corde.* Hisp. *Pequeña cuerda.*} Varro lib. 1. de Re rust. cap. 41, Tum enim resticulas per ficus quas edimus, maturas perferunt: & eas quum inarucrint complicant, ac quò volunt mittunt.

Restito, Vide RESTO.

Restituo, is, Modò significat reddo. {ἀποδίδωμι. Ital. *Restituire, rendere.* Gal. *Restituer.* Hispa. *Restituir.*} Terent. in Eunucho, Primùm quòd soror est dicta: præterea vt suis Restituam ac reddam. ¶ Modo in statum pristinum reduco. {ἀποκαθιστάναι, ἀποκαθιστᾶν, μεταστῆσαι.} Iustinus, Hunc regno à patre priuatum filius restituerat. Et proprié restituuntur volentes, copientésque: vt ciuis patriæ, & filius patri. Terent. in Heaut. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, Dum id quæro, tibi qui filium restituerem. ¶ Restituere aliquem natalibus, vt suprà docuimus in dictione Natalis, idem est quod hodie dicimus *nobilitare*: & restitutio natalium, quam vocamus *nobilitationem*. ¶ Aliquando restituere significat instaurare, ac reficere. {ἀνανεόω, ἀνακαινίζω.} Cicero in Topicis, Ei cui domus vsusfructus legatus sit, nõ restituturum hæredem, si corruerit. Cæsar 1. belli Gal. Ipsos oppida, vicósque quos incenderant, restituere iussit. ¶ In integrum restituere, est integrum facere vt prius erat, instaurare, reparare. Cæsar 3. belli Ciuilis, Quæ iudicia, aliis audientibus Iudicibus, aliis sententiam ferentibus, singulis diebus erant perfecta, in integrum restituit. Liuius 1. belli Macedon. Quum præcipitata raptim consilia neque reuocare, neque in integrum restitui posset. ¶ Restitui sibi dicuntur vina quæ mutata fuerunt. Plinius lib. 14. cap. 17, Vina in apothecis Canis ortu mutantur quædam, posteáque restituuntur sibi.

Restitutio, onis, verbale, Repositio. {ἀποκατάστασις. Ital. *Restauratione, ristabilimento.* Gal. *Restitution, restablissement.* Hisp. *Aquella obra de restituir.*} Caius 1. Plus est. Digest. de Verbor. signific. Plus est, inquit, in restitutione quàm in exhibitione: nam exhibere est præsentiam corporis præbere: restituere verò est etiam possessorem facere, fructúsque reddere. Quintil. lib. 7. cap. 2, Præmij nomine impetrauit restitutionem patris. Cic. in Pisonem, Nemini est triumphus honorificentius quàm mihi salus, restitutióque perscripta.

Restitutor, oris, Qui restituit. {ἀποκαταστατής. Ita. *Chi rimette alcuno nel suo primo stato.* Gal. *Restablisseur, qui remet en son premier estat.* Hisp. *Restituidor.*} Cic. pro Milone, P. Lentulus vltor sceleris illius, propugnator Senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ.

Resto, as, Superesse, reliquum esse. {περιλείπομαι, ὑπολείπω, περίειμι. Ital. *Restare.* Gal. *Rester.* Hisp. *Restar.*} Cic. in Catone, Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant. Idem 3. Offic. Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Ouid. lib. 3. Metam. Et mihi, dum resto, iuuenili guttura pugno Rupit, & excussum misisset in æquora, si non Hæsissem, quanuis amens in fune retentus. Idem lib. 2. Fast. Iámque duæ restant noctes de mense secundo. Cic. pro Roscio Amerin. Causam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria cæde restat. Terent. in Phorm. Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere. ¶ Item remotum esse, vel distare. {διέχω.} Ennius apud Festum, Magnis regionibus restat. ¶ Item in loco aliquo subsistere, siue remanere. {ἐμμένω, ἐνίσχω.} Terent. in Andr. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam Portare, & ea me hìc restitisse gratia. Cic. pro Ligario, Tertium est tempus, quo post aduentum Vari in Africa restitit: quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. Idem 4. in Catil. Sed tenenturij, qui ad vrbis incendium, ad vestrum omnium cædem, ad Catilinam accipiendum Romæ restiterunt. Terent. in Eun. Vtinam illum dij, deáque omnes senem perdant, qui me hodie remoratus est, Méque adeò, qui restiterim. ¶ Item resistere, repugnare. {ἀνθέστηκα.} Terent. in Heaut. In qua re nunc tam confidenter restas stulta? ¶ Item Restare, pro relinqui, siue reliquum esse. {ὑπολείπομαι.} Virgil. lib. 7. Aen. Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum Nomen in astra ferant. Terent. in Hecy. Quod quum ita esse inuenero, quid restat porrò, nisi vt fiam miser? Cic. 2. de Nat. deo. Nec verò dici potest, vi quadam maiore fieri, vt contra naturam astra moueantur: quæ enim potest maior esse? Restat igitur vt motus astrorum sit voluntarius.

Restito, restitas. Identidem subsisto, & moram traho. {ἐμφιλοχωρέω, ἐνίσχομαι.} Ital. *Fermarsi più volte per strada.* Gal. *S'arrester plusieurs fois en chemin.* Hispan. *Quedarse muchas vezes por el camino.*} Terent. in Eun. Exi foras scelestę, an etiam restitas? Fugitiue prodi.

Restringo, is, Religo, renincio. {κατέχω. Ital. *Legare, restringere.* Gal. *Restreindre, reserrer.* Hisp. *Atar ò restrinir.*} Plin. lib. 35, Item belli imaginem pinxit restrictis à tergo manibus, Alexandro in curru triumphante. ¶ Aliquando coërceo, cohibeo. {κατέχω, ἀναστέλλω.} Plin. Epist. 105, Nam sumptus candidatorum fœdos illos & infames ambitus lege restrinxit. Plin. lib. 8. cap. 27, Draco vernam nauseam syluestris lactucæ succo restringit. ¶ Aliquando soluo. {χαλάω.} Apuleius, Iumentum restringit, abiréque stabulo liberum finit: quod stabularius inuentum, mox domum reducit. ¶ Aliquando rursus stringo. Apul. Et duplici, ne solui facilé queat, nodo restringit.

Restrictus, aliquando participium, & aliquando nomen: significátque parcum, tenacem. {κατεσταλμένος, ἀνεσταλμένος. Ital. *Ristretto.* Gal. *Restraint.* Hispan. *Restrinido y apretado.*} Cice. ad Attic. An existimas illum in hoc genere lentulum, ao restrictum? nemo est minus. Idem Appio Pulchro libro 3, Quum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.

Restrictè, aduerbium, Parcè, tenaciter. {ἀνεσταλμένως. Ita. *strettamente.* Gal. *Estroittement.* Hispa. *Restrinida y apretadamente.*} Cice. de Amic. Nec obseruare restrictè, ne plus reddat, quàm acceperit.

Restrictim, Idem. Afranius Thaide, vt citat Nonius. Ea quæ fermè cedere melius consultoribus, quàm restrictim cogitata, &c.

Restulto resultas, Vide RESILIO.

Resumo, pen. prod. Rursus sumo, repeto. {ἀναλαμβάνω. Ital. *Ripigliare.* Gal. *Reprendre.* Hisp. *Tomar otra vez.*} Plin. Resumptis post longam ægritudinem viribus. Ouid. 9. Metam. Instat anhelanti, prohibétque resumere vires. Ibidem, Inque vicem sumptas ponit, positásque resumit.

Resuo, resuis, resui, resutum, Iterum suo: vel quod diffluum erat, restituo. {ἀναῤῥάπτω. Ital. *Tornar à cusire.* Gal. *Recoudre.* Hisp. *Tornar otra vez à coser.*} Aliquando tamen legitur pro diffluere. Sueton. in August. cap. 94, Sumenti virilem togam tunica laticlaui resuta ex vtraque parte, ad pedes decidit.

Resupino, nas, Est aliquem ita vertere, vel collocare, vt iaceat supinus.

nus. {ἰξυπτιάω. Ital. *Rivoltarsi col corpo in su, rivolgere sotto sopra.* Gal. *Renuerser le ventre en haut.* Hispa. *Trastornar de arriba abaxo.*} Fit enim resupino à nomine resupinus, quod est eiusdem significationis cum suo simplici supinus: cui opponitur pronus. Terent. in Phorm. Ponè apprehendit supinus: cui opponitur pronus. Terent. in Phorm. Ponè apprehendit pallio, resupinat. &c. ¶ Ponitur aliquādo pro peruertere. Iuuen. Satyr. 12, -aulam resupinat amici. ¶ Aliquando pro perturbare, vel rem cœptam reuocare. Accius Antigone, vt citat Nonius. Quid agis? perturbas rem omnem, ac resupinas sorori.

Resupinus, a, um, pen. prod. Idem quod supinus, hoc est ita procumbens vt pars corporis anterior sursum, posterior deorsum spectet: habétque antitheton pronus. {ὕπτιος. Ital. *Cosa che sta col corpo in su.* Gal. *Renuersé le ventre en haut.* Hisp. *Cosa trastornada hazia arriba.*} Plin. lib. 7. cap. 2, Eósque Sciopodas vocari, qui in maiore æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedum protegunt. Ouid. Epist. 15, Et modò cantabam veteres resupinus amores.

Resurgo, is, Iterum surgo. {ἀνίστημι. Ital. *Risorgere.* Gal. *Resuscíter, se leuer.* Hisp. *Leuantarse, resuscitarse.*} Ouid. lib. 1. Fast. Victa tamen vinces, euersáque Troia resurges: id est restitueris. Sic etiam resurgere dicitur herba, vel arbor, quæ iterum crescit. ἀναφύομαι. Plin. lib. 13. cap. 9, Sed præcipua vtilitas, quòd cæsa anno tertio resurgit. Ouid. 2. Amor. Eleg. 16, Pérque resurgentes riuis labentibus herbas Gramineus madidam cæspes obumbrat humum. Virgil. 4. Aeneid. -rursúsq; resurgens Sæuit amor, magnóque iterum fluctuat æstu. Plin. lib. 16, ca. 32, A quo deinde tempore maiestas populi Romani resurrexit, quæ vastata cladibus fuerat.

Resuscito, as, Ad vitam reuoco: quódque sopitum vel extinctum erat, vigori suo restituo. {ἀναζωπυρέω. Ital. *Resuscitare.* Gal. *Resuscíter, faire reuiure.* Hisp. *Despertar otra vez, à otro, resuscitar.*} Ouid. 8. Metam. -positámque resuscitat iram.

Retæ, Sunt arbores, quæ ex ripis fluminũ eminent, aut in alueis ipsorum extant: à retibus dictæ, quòd præterentes naues retinerent instar retium, & quasi irretirent. Vnde ex edicto Prætorum, retanda flumina locari solebant: hoc est purganda, nequid moræ, siue periculi nauibus in ea virgulta incidentibus fieret. Hæc ferè Gell. lib. 11. cap. 17.

Retardo, as, Remoror vel detineo, vel moram affero. {ἀνίζω, βραδύνω. Ital. *Ritardare.* Gal. *Retarder, retarger.* Hispan. *Tardar ò detener à otro.*} Plin. Epist. 12 3, Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cic. 10. Philip. Quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Idem 2. de Natura deorum, Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt. Ouid. 3. Trist. Eleg. 7. Sed vereor ne nunc mea te fortuna retardet.

Retardatus, a, um, participium. {ἀναβεβλημένος, ἀναβεβραδυσμένος. Ital. *Ritardato.* Gal. *Retargé, retardé.* Hisp. *Tardado ò detenido.*} Sueton. in Orkone cap. 8, Et primo egressu inundationibus Tyberis retardatus. Claud. 1 in Eutrop. Seruatóq; diu puerili flore, coëgit Arte retardatam Veneri seruire iuuentam.

Retardatio, onis. {ἀναβολὴ, βραδυσμός. Ital. *Ritardamento.* Gal. *Retardement, retargement.* Hisp. *Tardança.*} Cic. 5. Philip. Vnde est adhuc bellum, nisi ex retardatione & mora?

Retaxo, as, Propriè est eum, à quo taxatus fueris, vicissim reprehendere. {ἀντεγκαλῶ. Ital. *Ritassare, riprendere il riprensore.* Gal. *Retaxer & reprendre celluy qui reprend.* Hispa. *Reprehender al que reprehende.*} Aliquando tamen sumitur pro suo simplici taxare: ἐπιτιμῶ. Suet. in Vesp. cap. 13, Licinium Mutianum notæ impudicitiæ, sed meritorum fiducia minus sui reuerentem, nunquam nisi clàm, & hactenus retaxare sustinuit, vt apud communem aliquem amicum querens, adderet clausulæ, Ego tamen vir sum.

Rete, retis, A rapiendo, vel à raritate dictum, vt Varroni placet, est instrumentum quo feræ, vel pisces capiuntur. {δίκτυον. Ital. *Rete.* Gal. *Vne rets à pescher ou à vener.* Hispan. *Red.*} Virgil. 3. Aeglo. Si dum tu sectaris apros, ego tetia seruo. ¶ Apud antiquos etiam legitur nominatiuus Retis, tam masculini, quàm fœm. gen. Plaut. in Rudente, Non vides me referre vuidum retem sine squamoso pecu? Hodie tamen hoc in loco legitur rete in neutro genere. Varro 3. de Re rust. Intra retem aues sunt omne genus. Plautus in Rudente, Neque piscium vllam vnciam pondo hodie Cepi, nisi hoc quod nunc fero in rete. Quibus in locis retem accusatiuus, & rete ablatiuus, proculdubio sunt à nominatiuo retis.

Reticulum, li, diminutiuum. {δίκτυον. Ita. *Reticella.* Gal. *Vne petite rets à pescher, vne corffe.* Hisp. *Pequeña red.*} Plin. lib. 31. cap. 6, Item demissæ reticulis in mari concauæ è cera pilæ, vel vasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem. ¶ Capitur & pro tegmine muliebris capitis, quod capillos continet. κεκρύφαλος. Iuuen. Saty. 2, Reticulúmque comis auratum ingentibus implet. ¶ Est & reticulum, faculus in modum retis, quo viatores pecuniam, & panem gestabant. Horat. lib. 1. Serm. saty. 1, -vt si reticulum panis vænales inter onusto Forte vehas humero. Alio nomine dicitur funda: qua voce vtitur Macrobius in Satur. ¶ Est & reticulum, fascia quædam lanea vel linea, ad formam retis facta, quam faciei admouemus ne agnoscamur. Cic. 7. Verr. Reticulúmq; ad nates sibi apponebat tenuissimo filo, minutissimis maculis, plenum rosæ. ¶ Accipitur præterea reticulum pro instrumento lusorio quo pilam remittimus. Ouid. lib. 3. de Arte, Reticulóque pilæ læues fundantur aperto.

Reticulus, li, aliud diminutiuum ab antiquo nomine retis. ἄρκυος. Plin. lib. 12. cap. 14. Persona adiicitur capiti, densúsve reticulus. Varro lib. 3. cap. 5, Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è neruis sunt, vt perspici in syluam possit.

Reticulatos, ta, tum. Quod est factum in modum retis. {δικτυωτὸς. Ital. *Fatto à modo de rete.* Gal. *Fait en façon de rets.* Hispan. *Hecho à guisa de red.*} vt Structura reticulata, quæ figuram plagatum quæ in retibus sunt, imitator. Plin. lib. 36. cap. 12, Dictyoton vocant reticulatam structuram quam frequentissimè Romæ struunt, rimis opportunam. Fenestræ reticulatæ, reticulis obiectis munitæ. Varro 3. de Re rust. cap. 7, Παρασκευάδιον sit vt testudo, magna camera tectus, vno ostio angusto, fenestris punicanis, aut latioribus, reticularis vtrinque, vt locus omnis sit illustris, néve serpens, aliúdve quod animal introire queat.

Retiarius, rij. Alter ex gladiatoribus dicebatur in arena depugnantibus, quòd rete sub scuto gestaret, quo aduersarium suum inuolueret, quem mirmillonem & gallum appellabant, à Gallicæ armaturæ genere. θρᾳκομυρμίλων. Hic in summo galeæ cono piscis effigiem gestabat, & in primo congressu cessim ibat, retiario semper insequente, carménque illud occinére, Non te peto, piscem peto, quid me fugis galle? Huius autem certaminis primum initium à Pittaco profectum existimatur qui aduersus Phrinonem dimicaturus propter finium controuersias, teti occultè sub scuto allato, impediuit aduersarium. Quintil. lib. 6. cap. 4, Et Pedo de mirmillone qui retiarium cõsequebatur, nec feriebat, Vinum, inquit, capere vult.

Retego, retegis. penult. corr. Quod tectum erat denudo, aperio. {ἀνακαλύπτω. Ital. *Discoprire, aprire.* Gal. *Descouurir, ouurer.* Hispan. *Descubrir, abrir.*} Virg. lib. 1. Aeneid. -excúmque domus scelus omne retexit. Iuuenal. saty. 6, Si tibi zelotypæ retegantur scrinia mœchæ. Horat. lib. 3, Carm. Ode 21, -tu sapientum Curas, & arcanum iocoso. Consilium retegis Lyæo. Virgil. lib. 4. Aeneid. -vbi primos crastinus ortus Extulerit Titan, radiísque retexerit orbem.

Retectus, a, um, participium. {ἀνακεκαλυμμένος. Ital. *Discoperto.* Gal. *Descouuert.* Hisp. *Descubierto.*} Virgil. lib. 9. Aeneid. Iam sole infuso, iam rebus luce retectis. Catullus. Nudantes retecta veste papillas.

Retendo, is, Quod rensum est laxo. {χαυνόω. Ital. *Rilargare.* Gal. *Destendre, desbander.* Hisp. *Aflouar lo estirado.*} Ouid. 3. Metam. -nympharum tradidit vni Armigeræ iaculum, pharetrámque, arcúsque retentos. Idem 2. Metam. Exuit hic humero pharetram, lentósque retendit Arcus.

Retento, Vide RETINEO.

Retero, is. {ἀποτρίβω. Ital. *Tritare da nouo.* Gal. *Broyer, filer derechef.* Hispan. *Trillar otra vez.*} Rursus tero purgo, excerno. Colum. lib. 1. Pura deinde frumenta, si in annos recondantur, reteri debent, nam quanto sunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur.

Retexo, xis, Contrarium est suo simplici: significat enim, quod textum erat reddo non textum. {ἀναλύω, ἀναπλώω. Ital. *Disfessere, disfare quello che è tessuto.* Gal. *Desfaire, desfiler.* Hispan. *Desfazer lo texido.*} Ouid. 3. Amorum, Eleg. 8. Tardáque nocturno tela retexta dolo. ¶ Penelopes telam retexere, prouerbio dicuntur qui magno vel labore, vel sumptu rem quampiam conficiunt, quam postea cogantur destruere. Tractum à Penelope Vlyssis vxore, quę quum tantum temporis impetrasset à procis, qui suæ pudicitiæ insidiabantur, donec telam, quam tum fortè præ manibus habebat, absoluisset, quicquid interdiu texuisset, noctu retexebat. ¶ Est etiam Retexere, in contrarium mutare, expolire, emendare, vel potius rursus texere, & redordiri, quasi aliam telam. Cic. 2. Philip. Itaque iam retexo orationem illam. Matius Ciceroni, An quod adulescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam? ¶ Item significat dissoluere, reuocare, irritum facere. Cic. 4. Verr. Omnia erant tum Metelli eiusmodi, vt totam suam Præturam retexere videretur. Suprà dixerat, Vt omnes istas iniurias, quas posset, retexeret. Budæus.

Retiarius, Reticulum, Reticulus, Vide RETE.

Reticeo, ces, cui, Idem quod subticeo, vel supprimo. {σιωπάω. Ital. *Astenersi di dire, tacere.* Gal. *Se taire, ne dire mot.* Hisp. *Callar.*} Cic. 2. de Leg. Quoniam mihi sermo est apud deos, nihil reticebo. Terent. in Heaut. Ne lacruma atque istud quicquid est, fac me vt sciam: Ne retice. Cic. 3. Offic. Neque enim id est celare, quicquid reticeas: sed quum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum interfit id scire. Ouid. Epist. 18, Multáque præterea lingua reticenda molesta, Quæ fecisse nocet, facta referre pudet.

Reticentia, æ, Quum id non dicitur quod dici debuit, vt vitium ædium, vel rei vænalis, verbale. {σιωπήσις. Ital. *Il tacere vna cosa che se douerebbe dire.* Gal. *Reticence, quand on se taist, & ne dit on mot de ce qu'on deuſt dire.* Hisp. *Obra de callar lo que se deue dezir.*} Cic. lib. 3. Offic. A Iureconsultis etiam reticẽtiæ pœna constituta est. Plaut. in Merc. Dic. -eneras me miserum tua reticentia. Cic 4. Phil. Actum igitur præclarè vobiscum fortissimi, dum vixistis, nunc verò etiam sanctissimi milites, quòd vestra virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posteriorum insepulta esse poterit.

Retineo, nes, secunda syllaba corr. Remoror, detineo. {ἐπιλαμβάνω, ἰσχέω. Ital. *Ritenere.* Gal. *Retenir.* Hisp. *Retener.*} Terent. in Eunuc. Id faciebat retinendi illius causa. Cic. ad Att. lib. 13. Quare nisi iam profecti sunt, retinebis homines. Ouid. 1. de Arte aman. Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo. ¶ Aliquando pro cohibeo, coërceo. ἐμφράττω. Terent. in Adelph. Pudore, ac liberalitate liberos retinere satius esse credo, quàm metu. ¶ Aliquando pro suo simplici tenere. Cic. 6. Verr. Sagittæ pendebant ab humero, sinistra manu arcum retinebat. ¶ Retinere officium, est in officio manere. Cic. pro Cluentio, Neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest. ¶ Aliquando retinere, est retrahere aliquem, ne cadat. Terent. in Heaut. Ah retine me obsecro.

Retinens, tis. Participiũ, seu nomen ex participio. {κατέχων, ἐμφραττικός. Ital. *chi ritiene.* Gal. *Retenant, qui retient.* Hispa. *El que retiene.*} Cicer. ad Quintum fratrem lib. 1, Fert enim grauiter homo, & mei obseruantissimus, & sui iuris dignitatisque retinens. Gel. lib. 10. ca. 20. Sallustius quoque proprietatum in verbis retinentissimus.

Retentus, a, um, partic. Detentus, remoratus. {κατασχεθείς. Ital. *Ritenuto.* Gal. *Retenu.* Hisp. *Retenido.*} Cicer. 1. Verr. Potamonem Scribam, & familiarem tuum retentum esse à Verre in prouincia, quum tu decederes. Ouid. 10. Metam. -verbísque dolore retentis.

Retentio, tionis, verbale. Ipse retinendi actus. {ἐπίσχεσις. Ital. *Ritenimento.* Gal. *Retention, retenue.* Hisp. *Retenimiento.*} Cicer. ad Attic. lib. 13. Sempérq; Carneades ἀνθυφαίνω pugilis, & retentionem antigę similem facit. Idem 4. Acad. Illud certè opinatione, & perceptione sublata sequitur, omniũ assensionum retentio: vt si ostendero, nihil posse percipiitu concedas, nunquam assensurum esse.

Retinacula, Quibus aliquid retinetur siue remoratur. {ἴσχεμα. Ital. *Venghi, herne, & ogni cosa che si ritiene.* Gal. *Arrest, tout ce dequoy on retient & arreste.* Hispan. *Cosa que retiene.*} vt, Retinacula vitium, id est vimina quibus vites religantur. Virgil. lib. 1. Georg. Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. Retinacula nauium, id est funes quibus

nauis

Universidad de Deusto
Biblioteca

naues alligantur continenti. Virgil. 4. Aeneid. Vaginâque eripit ensem Fulmineum, strictóque ferit retinacula ferro. Retinacula equorum, id est lora, seu habenæ, quibus equi reguntur. Idem lib. 1. Georg. Vt quum carceribus sese effudere quadrigæ. Addunt se in spatia & frustra retinacula tendens Fertur equis auriga: nec audit currus habenas. Sallust. in Catil. Nam imperium facilè his artibus retinetur, quibus initio partum est.

Retento, as. Frequentatiuum. Sæpe retineo. {ἐπίσχω. Ital. *Ritenere, ritentare.* Gal. *Retenir fort & souuent.* Hisp. *Retener muchas vezes.*} Plaut. in Asinaria, Quur me retentas? ¶ Interdum iterum tento, id est denuò experior, vel periculum facio. ἀπόπειρᾶμαι. Ouid. lib. 1. Meta. Erigitur, metuitque loqui, ne more iuuencæ Mugiat, & timidè verba intermissa retentat. id est, iterum tentat proferre.

Retingo, is, {ἀναβάπτω, πάλιν βάπτω. Ital. *Ritingere.* Gal. *Retaindre.* Hispan. *Tenir otra vez.*} Retingere. Stat. 1. Syl. Permissum laxare animos, ferrúmque retingi.

Retondeo, es, Iteratò tondeo. {ἀνακείρω. Ital. *Tondare, tosare.* Gal. *Retondre.* Hisp. *Trasquilar.*} quanquam nonnunquam etiam accipiatur pro tondeo, siue detondeo: vt apud Plin. lib. 18. ca. 17. Retonsatum verò etiam semel, omnino certum est granum longius fieri. De segetibus.

Retono, as, pen. corr. Contra tono, resono. {ἀντιβροντάω, ἀντιάχω, ἀντηχίω. Ital. *Tonare à vincenda.* Gal. *Retonner, retentir.* Hispa. *Tronar contrario.*} Catullus, Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.

Retorqueo, es, Ictu, vel iactu reciproco: vt quum quis saxum, telúmve aduersus se proiectum reiicit in aduersarium. {ἀντερείδω. Ital. *Tirare.* Gal. *Tirer, retourner, renuerser.* Hisp. *Tirar al que tiro.*} Cato Maior, Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, nec tanquam pilam retorserit. Alij legunt, Néue tanquam Peliam recoxerit. ¶ Nonnunquam auerto, siue reflecto, id est retorsum flecto. Cic. in Catilinã, Oculos sæpius ad hanc vrbem retorquens. Ouid. 3. Meta. Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit. Virgil. 12. Aen. Auersos toties currus Iuturna retorsit.

Retortus, a, um, participium. {ἀνατραμμένος. Ital. *Torto.* Gal. *Tors & renuersé.* Hispa. *Torcido, trasdo.*} Horat. 2. Epist. 1, Mox trahitur manibus regum fortuna retortis. Plin. in Paneg. Quum delatorum supina ora, retortásque ceruices agnoscebamus & fruebamur.

Retorreo, rui, retostum, Aduro, arefacio. {πυρόω, ἀναξηραίνω. Ita. *Arrostire, asciare.* Gal. *Rendre sec & aride, ardre.* Hisp. *Tostar.*} Plin. lib. 13. cap. 8, Marcessitque non retostus furnis.

Retorrescere, Idem est quod retorridum fieri. {ἀναξηραίνεσθαι, πυρόομαι. Ital. *Diuenir secco & arso.* Gal. *Deuenir sec & aride.* Hisp. *Hazerse tostado.*} Colum. lib. 3. cap. 3. Deinde sata non ita enutriunt, vt anté conualescant, se profiliant, quàm retorrescant.

Retorridus, a, um. Solis calore exustus. {πυρώδης, πυρόεις. Ital. *Cosa adusta, arsa dal calor del sole.* Gal. *Haui sec & aride.* Hisp. *Cosa tostada al sol.*} vt, Retorrida zona, hoc est nimio solis calore ægrè habitabilis. Ramus retorridus, id est atefactus, deficiente alimento. Colum. lib. 3, Si in olea vnus ramus aliquantò cæteris lætior est, nisi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Idem lib. 11. cap. 2, Et si sunt parum fructuosæ, vel eacuminibus retorridæ frondis, magis arboribus quatenos modios stercoris caprini circonspergere.

Retorride, aduerbium. {ἀύλως, πυρόεντως. Ital. *Senza alcuno humore.* Gal. *Sans humeur aridement.* Hispan. *Sin humor, tostadamente.*} Plin. lib. 17. cap. 5, Terram amaram siue macram siquis probare velit, demonstrant atræ herbæ, frigidam autem retorridè natã.

Retracto, as. Denuò siue diligentius tracto, in manus resumo, recognosco. {ἀναπολέω, ἀναλαμβάνω. Ital. *Tornar à trattare più diligentemente.* Gal. *Retirer, remanier, remuir.* Hisp. *Retratar.*} Cic. pro Muræna, Nunc tertius ille locus de criminibus ambitus à me retractandus. id est rursus tractandus post alios qui ante me dixerunt. Colum. lib 4 cap. 27, Hæc corúmque similia post putationem retractanda sunt. id est denuò, & diligentius administranda. ¶ Aliquando Retractare, accipitur pro refricare, siue renouare. ἀνανεόω. Cicer. Attic. lib. 8, Sed omittamus hæc, ne augeamus dolorem retractando. ¶ Nonnunquam pro detrectare, refugiere, seu subterfugere. ἀναπτύω. Vnde Iuuencum retractantem vocat Columella lib. 2. cap. 2, qui iugum subterfugit, & inuitus paret bubuleo.

Retractatus, a, um, participium, Denuo tractatus. {ἐπὶ πλέον μεταχειρισθείς, πάλιν διορθωθείς. Ita. *Riueduto, ricorretto.* Gal. *Reueu & recorrigé.* Hisp. *Retratado, corregido otra vez.*} Quintil. lib. 2. cap. 4, Quoties eandem materiam rursus à me retractatam scribere deintegro iubeté. Retractatius opus, id est diligentius emendatum, multis locis immutatis, secúsque atque antea tractatis. Cicc. Attic. lib. 16, Sed tamen idem μεθοδικώτερον misi ad te retractatius, & quidem δεύτερον ipsum, crebris locis inculcatum & refectum.

Retractatio, verbale, id est Detrectatio, recusatio, refugiensatio, subterfugium. {ἀναπόρθησις. Ital. *Rifutamento, ritramento.* Gal. *Refus, reculement de faire quelque chose.* Hisp. *Refusamiento ò recusamiento de hazer algo.*} Cic. Att. lib. 2, Conficies igitur, & quidem sine vlla dubitatione, aut retractatione.

Retraho, is, retraxi, retractum, Retrò, siue in contrariam partem traho. {ἀνέλκω. Ital. *Ritirare, tirare in dietro.* Gal. *Retraire, retirer en arriere.* Hispan. *Traher atras, tornar atras.*} Cic. de Senect. Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit.

Retractus, a, um. participium. {ἀνελκυσθείς. Ital. *Ritirato, tirato in dietro.* Gal. *Retiré en arriere.* Hisp. *Trahido atras.*} Cic. 6. Philip. Ita mœstus rediit, vt retractus, non reuersus videretur. Retracti proprié dicuntur, qui inter fugiendum capti, reducuntur eò vnde fugerant. Sallust. Catilin. Ceparius (nanque is paulo antè ex fuga retractus erat) Cneo Terétio traditur.

Retribuo, Recompenso, remunero. {ἀνταποδίδωμι, ἀνταμείβομαι. Ital. *Ricompensare, rimunerare.* Gal. *Recompenser, remunerer.* Hisp. *Recompensar, galardonar, tornar el pago.*} Cic pro Qu. Roscio Comœ. Nihil mihi detrahain, quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum quem meruerunt, retribuam. Idem antequam iret in exilium. Fidei conduxit, in loco debitum retribuere. Inde retributio. ἀνταπόδοσις.

RETRICES, cum plurali tantùm numero, Aquæ nomen supra viam Ardeatinam, inter secundum & tertium lapidem, qua irrigabantur horti infra viam Ardeatinam, & Asinariam vsque ad Latinam. Hæc Festus, citans Catonem de Censura Fuluij Nobilioris.

Retrimentum, ti, Cuiuslibet rei excrementum. {ἀπορρίμμα. Ital. *Frizza.* Gal. *Ordure, raclure, escume, & telles superfluitez.* Hisp. *La hez.*} vt Retrimentum olei, id est amurca, siue humor aqueus. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 64, Amurca quum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimentum conditum in vas fictile. ¶ In animalibus quoque excrementa omnia tam humida quàm sicca, retrimenta vocantur, quæ à Celso appellantur recrementa. Macrob. lib. 7, In ventre fit prima digestio, cuius sex retrimenta sunt quæ per intestina inferiora, orificio trudente, labuntur. Idem, Aridiora retrimenta in aluum cõuenire refert, humidiora in vesicam trahi.

Retro, aduerbium, Pone, à tergo. {ὀπισθοτονία, ὀπίσω. Ita. *Di dietro in dietro.* Gal. *Derriere, de reculons, en derriere.* Hisp. *Atras, à la parte trasera.*} cui opponitur anté. Terent. in Heaut Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retrò. Cicc. 2. de Diuin. Tum ei Deus præcepit vt pergeret protinus: quid retrò, atque à tergo fieret, ne laboraret. ¶ Interdum motum importat, idem planè significans quod retrorsum. Cicc. lib. 5. Epist. Retrò mihi ad Alpes iter incidit. Virgil. 4. Georg. En iterum crudeha retrò Fata vocant.

Retroago, agis, retroegi, retroactum, Repello, retrorsum ago. {ἀνωθέω, ἀνωθίω, ἀνωκοδίζω. Ital. *Scacciare, ritirare, trar in dietro* Gal. *Ramener & renuoyer, regetter derriere.* Hisp. *Guiar ò llenar atras.*} Plin. lib. ca 44. Aut quos non honores, cutrúsque illa sua violentia fortuna retroegit, per mediam vrbem Censore tractos? Quintil. lib. 11. cap. 3. Capillos à fronte contra naturam retroagere, vt sic horror ille terribilis.

Retrocedo, is, etc. {εἰς τοπίσω χωρῶ, ἀνωκοδίζω, ἀναχέζω. Ital. *Andare in dietro, arreularsi.* Gal. *Reculer.* Hisp. *Andar atras.*} Quasi retrorsum eo, retrogradior. Liuius.

Retroeo, is, ire. Retrorsum eo. {ἀνωκοδίζω. Ital. *Andar in dietro.* Gal. *Aller en arriere, reculer, aller à reculons.* Hisp. *Andar atras.*} Plin. lib. 2. ca. 16, Retroire incipiunt stellæ.

Retrofero, retrofers, retrotuli, retrolatum, retroferre. {εἰς τοπίσω φέρω. Ital. *Portare in dietro.* Gal. *Porter derriere.* Hispan. *Traher atras.*} Seneca in Præfat. decla. Nescio qua iniquitate, & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retrotuleric.

Retrogradior, etis, Retrorsum gradior. {ἀνωκοδίζω, ἀναχέζω. Ital. *Tornar in dietro.* Gal. *Retarcher en arriere on à reculons.* Hispan. *Tornar à atras.*} Plin. lib. 2. cap. 15, Ab his retrogradiuntur ad Solem, & occasu vesperino delitescunt. Idem lib. 8. cap. 15, Ob id retrogreditur in pascendo.

Retrogradus, a, um, Quod retrorsum graditur. {ποδαδρομικός. Ital. *Retrogrado.* Gal. *Qui va en arriere on à reculons.* Hispa. *Lo que anda hazia atras.*} Vt Retrogradus exortus, apud Plin. lib. 2. cap. 17, Retrogradum in Tauro & Geminis non fieri.

Retrorsus, vel Retrorsum, Retrò versum. {ὀπισθόνωτα. Ital *In dietro.* Gal *En tirant en arriere, à reculons.* Hisp *Hazia atras.*} Horat. lib. 1. Carm. - nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus. Plin. lib. 7. cap. 15, Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur ducenta viginti millia.

Retrorsus, sa, sum, Quod est à tergo. {ὀπισθόνωτος. Ital. *In dietro.* Gal. *En arriere.* Hisp. *Hazia atras.*} Plin. lib. 26. cap. 9, Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda virgo restinguat: atque ita retrorsa manu iter dicat, totiésque ambo despuant. Apuleius lib. 2. de Asino, Denique sæpe retrorsa respiciens subsistit. id est reflexa, obliquata, retro conuersa.

Retrudo, is, pen. prod. Repello, quasi retrorsum trudo. {ἀπωθέω, ἀνωθίω. Ital. *Scacciare in dietro.* Gal. *Repousser, pousser en arriere.* Hisp. *Encerrar por fuerça ò empuxar atras.*} Plaut. in Epid. Cœpi rursum vorsum ad illa pauxillatim accedere, quasi retruderet hominum me vis inuitum.

Retundo, is, Repercutio, cuspidem vel aciem alicuius rei vsu nimio, vel alio casu perstringo, atque hebeto. {ἀμβλύνω. Ital *Repercuotere.* Gal *Rebouscher, refoulet.* Hisp. *Rebotar.*} Plin. lib. 16. cap. 4, Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: argumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Gladios retundere, per translationem, pro eo quod est vsum eorum vanum & irritum reddere. Cicc. 3. in Catilinam, Hidémque gladios in Rempublicam districtos retudimus, mucronésque eorum à iugulis vestris reiecimus. Mucronem styli retundere, Cicc. pro Cluentio. Improbitatem alicuius retundere, Quintil. lib. 6. cap. 4.

Retusus, a, um, participium. {ἀπαμβλυνθείς, ἀπήμων. Ital. *Rintuzzato.* Gal. *Rebouché, refoulé.* Hisp. *Rebotado.*} Colum. lib 4. Quod euenit in retuso & crasso ferramento. Plin. lib 37. cap. 13, Tantáque differentia est, vt aliæ ferro scalpi non possint aliæ, nonnisi retuso: verum omnes adamante. Retusum ingenium, cui contrarium est acutum. Cic. 1. de Diuin. Et sunt partes ægrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa. Ouid. 12. Metam. Tela retusa cõdunt, manet impertossus, &c.

Reualesco, is Ad sanitatem redeo. {ὑγιάζω, ἀναβιβώσκομαι, ἀνελαμβάνομαι. Ital. *Risanarsi.* Gal. *Recouurer santé.* Hisp. *Reconualescer.*} Gell. lib. 16. cap. 13, Quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. Ouid. Epist. 20, Ne tamen ignores ope qua reualescere possis.

Reuanesco, is, Iterum euanesco. {ἀφανίζομαι. Ital *Farsi di nuouo vano, svanire à fparir di nuouo.* Gal. *S'euanouir derechef, refuanouir* Hisp. *Desuanecerse otra vez.*} Ouid. 2. Amor. Eleg. 9, Quum bene pertæsum est, aut mique reuanuit ardor. Nescio quo miseræ turbine mentis agor.

Reuecho, his, Naui, plaustro, vel iumento refero. {ἀναπομπεύω. Ital. *Riportare.* Gal *Ramener, raporter.* Hisp. *Traher otra vez, atras.*} Plin. lib. 12. cap. 17, Ex Syria reuehunt styracem. Stat. 2. Theb. -figámque superbis Armatholis, quęque ipse meo quæsita reuexi sanguine. Liu. 7. ab Vrbe, Iámq; omissa cunctãdo victoria erat, quum Consul vulnere alligato reuectus ad prima signa, Quid istas mitis, inquit? Ibidem lib. 3. Conficerent equos, virólque, nequis reuehi retror inde ad prælium, aut interpraret pugnam. Cicc. de Clar. Orat. Ve[illegible] paulo superiorem ætatem reuecti sumus: nunc ad eam, de qua [illegible] loquuti sumus, reuertamur.

Reuello, lis, Abstraho, auello, [illegible] figo. {ἀναπαίω, ἀναπείρω, ἀναπήγνυμι. Ital. *Estirpare.* Gal. *Arr[illegible] forcer* Hisp. *Arrancar.*} Cic. Epist. lib. 15. Tabulam in qua ci[illegible] quæ incisa erant, reuelli iussit. Colum. lib. 2. cap. 3 Boues qu[illegible] e disiunxerit, subtrictos confricet, manibúsque comprimat[illegible], & pellem reuellat, nec patiatur

corpori

corpori adhærere. Cic. 6. Verr. Nec prius illam crucem, quæ etiamnum ciuis Romani sanguine redundat, quæ fixa est ad portum, vrbémque vestram, reuellistis, neque in profundum abiecistis, locúmque illum omnem expiastis, quàm Romam, atque in horum conuentum adiretis.

Reuulsus, a, um, participium. {Ἀνασπασθείς. Ital. *Estirpato.* Gal. *Arraché.* His. *Arrancado.*} Virgil. 9. Georg. -caput à cervice reuulsum. Ouid. 12. Metamorph. Victor adest Pharetis, saxúmque è monte reuulsum Mittere conator.

Reuulsio, onis. {Ἀνάσπασμα, ατος. Ital. *Estirpamento.* Gal. *Arrachement.* His. *Arrancamiento.*} Plin. lib. 13. cap. 12, Sed ratio deprehendit vitium vnius schedæ reuulsione plures infestante paginas.

Reuelo, as, pen. prod. Contrarium est suo simplici velo, quod tego significat. {Ἀνακαλύπτω, ἀποκαλύπτω. Ital. *Reuelare, discoprire.* Gal. *Descouurir.* His. *Descubrir lo cubierto.*} Os reuelasti. Ouid. lib. 6. Fasto. Ore reuelato quum primùm luce patebit.

Reuenio, is, secunda syllaba corr. Redeo, reuertor. {Ἐπανέρχομαι. Ital. *Ritornare.* Gal. *Reuenir.* His. *Tornar à venir.*} Plaut. in Amph. Victis hostibus legiones reueniunt domum. Cice. 1. de Orat. Quum miles domum reueniret, egissétque lege in hæreditatem pateroam. Tacitus, lib. 2, Vt quisque ex longinquo reuenerat, mitacula narrabant.

Re vera, diuisis dictionibus, vel Reuera, vnica dictione composita. Idem quod Re ipsa, certè, & quod vulgò dicimus, *in rei veritate.* {Τῷ ὄντι. Ital. *In vero.* Gal. *Veritablement, pour vray.* His. *Ciertamente, en verdad.*} Cice. pro Quintio. Deinde habet aduersarium P. Quintius verbo Sext. Mœuium, re vera huius ætatis homines disertissimos.

Reuereor, eris. Aetate, sapiétia, vel dignitate antecedenti honorem defero. eiúsque respectum in re quapiam agenda, aut non agenda habeo. {Αἰδοῦμαι. Ital. *Riuerire, honorare.* Gal. *Reuerer, honnorer.* His. *Tener en reuerencia y acatamiento, tener con reuerencia.*} Terent. in Hecy. Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile, scio reuereturas. Idem in Phorm. -age, mitto imperium: non simultatem meam Reuereri? saltem non pudere? Cic. Attico, Sed mihi nihil est molestius, quàm Statium manumisisse: nec meum imperium, omitto imperium, non simultatem saltem reuereri meam. Id est simultatem meam nihili facere, eiúsque respectu non commoueri. Cic. 2. de Inuent. Obseruantiam, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. Ouid. 4. Epist. 1, nunc, & meriti lectum reuerere parentis.

Reuerens, Qui alteri defert honorem. {Αἰδήμων. Ital. *Chi fa riuerenza.* Gal. *Qui reuere.* Hispan. *El que haze reuerencia.*} Plin. Epist. 307, Probum, industrium, atque inter ista reuerentissimum mei. Ouid. 1. Metam. Non illo melior quisquam, nec amantior æqui Vir fuit, aut illa reuerentior vlla deorum.

Reuerendus, Dignus reuerentia. αἰδέσιμος. vt, canities reuerenda, Claud. 3. de Raptu Proserp. Nox reuerenda specie tenebrarum, Ouid. in Ibin.

Reuerentia, Hoc est ingenuus quidam pudor, cum obseruantia quadam coniunctus: qualis est minorum natu erga maiores, & plebeiorum erga magistratus, & discipulorum erga præceptores. {Αἰδώς. Ital. *Honore, riuerenza.* Gal. *Reuerence, crainte honnorable.* His. *Reuerencia y acatamiento.*} Cic. 1. Offic. Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines. Colum. lib. 11. cap. 1, Nisi magnitudo rei peperit reuerentiam vel discendi, vel profitendi penè immensam scientiam.

Reuerenter, Cum reuerentia, siue honorificè. {Αἰδημόνως. Ital. *Con riuerenza, riuerentemente.* Gal. *Reueremment, auec reuerence.* His. *Con acatamiento.*} Plin. Epist. 151, Idem quàm reuerenter, quàm fideliter amicos colat, multorum supremis iudiciis, &c.

Reuertor, eris, deponens, & Reuerto, Redeo, quasi retrò verto. {Ἀναστρέφω, ἀπέρχομαι, ἐπανέρχομαι, ἐπιστρέφομαι. Ital. *Ritornar.* Gal. *Retourner, reuenir.* His. *Tornar atras.*} Cice. pro Muræna, Vnde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reuerti. Idem Appio, Epheso Laodiceam reuertit. Et lib. 3. Offic. Factus est alter eius fistendi vas, vt si ille non reuertisset, motiendum esset ipsi. Plaut. in Aulul. Iam ad te reuertor. ¶ Ali quando reuerti ponitur simpliciter pro venire, diuertere. Cic. de Fato, ad Chrysippi laqueos reuertamur: quum nihil de Chrysippo antea dixisset. Sciendum apud Ciceronem sæpe inueniri reuerto actiuè, sed vix aliter quàm in præterito, aut in temporibus ab eo formatis. Exemplum habes paulo anté.

Reuertendi. Ouid. Epist. 1. Néve reuertendi liber abesse velis.

Reuersurus, participium. Ouid. 1. de Arte Aman. Pœna reuersura est in caput ista meum.

Reuersio, onis, Ipse reuertendi actus. {Ἀναστροφή. Ital. *Ritorno.* Gal. *Retour.* His. *Tornada atras.*} Cice. 1. Philip. Exponam vobis breuiter consilium & profectionis & reuersionis meæ.

Reuilesco, scis, scere, {Ἀποδειλιάω, ἀπιμήσομαι. Ital. *Diuenir vile, di poca stima, essere auilito.* Gal. *Estre auili, deuenir vil, & de petite estime.* His. *Tornar à ser vil.*} Vile fieri. Seneca de Tranquil. vitæ, Sed nec virtuti periculum est, nec admota reuilescat.

Reuincio, is, xi, ctum, Religo, retrò vincio, vel vehementer & arctè ligo. {Ἀναδέω, ἀναδέομαι. Ital. *Legare molto à dietro.* Gal. *Relier, rattacher, lier derriere.* His. *Atar mucho à atras.*} Virg. 2. Aeneid. Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Cæsar 7. bel. Gal. Reuinciuntur retrorsus, & multo aggere vestiuntur. Ibidem, Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuinctæ. Propert. lib. 3. Eleg. 14, Latus ense reuincit.

Reuinco, cis, ui, ictum, Conuinco, confuto. {Ἀναιρῶ, ἀνασκευάζω. Ital. *Conuincere.* Gal. *Conuaincre.* His. *Vencer, redarguyr.*} Cice. pro Archia, Nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio reuincetur. Gell. lib. 6. cap. 2, Quum in culpa & maleficio reuicti sunt, perfugiunt ad fati necessitatem.

Reuiresco, is. Ad pristinam viriditatem reuertor. {Ἀναθάλλω. Ital. *Riuerdire.* Gal. *Reuerdir.* His. *Reuerdecerse.*} Colum. lib. 2. cap. 1, Non est ergo exiguarum frugum causa tertæ vetustas, si modò quum semel inualuit senectus, egressum non habet, nec reuiresceto, nec repubescere potest. Ouid. 2. Metam. Læsáque iubet reuiresceto syluas. ¶ Per transla tionem accipitur pro renascor, & reuiuisco, & vires resumo. Cice. ad Atticum, lib. 15. Epist. Ille enim nunquam reuiruisset, si nos timor confirmare eius acta non coëgisset. Idem de Prouin. consul. Impolire verò res & acerbæ, si erunt relictæ, quanquam sunt abscisæ, tamen efferent

se aliquando, & ad renouandum bellum reuiresceut.

Reuiso, is, Redeo vt videam. {Ἐπισκοπῶ, ἐπισκέπτομαι. Ital. *Ritornare à vedere.* Gal. *Retourner veoir.* His. *Tornar otra vez, à ver.*} Terent. in Andr. Reuiso quid agant, aut quid captent consilij. Plaut. in Trucul. Nam quidnam me vis aliud? Vt quando otium tibi sit, me reuisas. Id est ad videndum me reuenias. ¶ Dicimus etiam, reuisere ad aliquem. Gell. lib. cap. 29, Quum valebo ab oculis, reuise ad me.

Reuisito, as, pen. corr. frequentatiuum est à reuiso. {Πολλὰς ἐπισκοπῶ. Ital. *Visitar spesso, ò di nuouo* Gal. *Reuisiter.* His. *Tornar otra vez, à visitar, ò visitar à menudo.*} Plin. lib. 18. cap. 3, Nundinis vrbem reuisitabant.

Reuiuisco, is, reuixi, Ad vitam redeo. {Ἀναβιῶ, ἀναζωπυροῦμαι. Ital. *Tornare in vita, risuscitare.* Gal. *Reuiure, recouurer vie.* His. *Tornar à viuir.*} Cic. 4. de Finibus, Quid si reuiuiscant Platonici illi, & deinceps illi qui auditores eorum fuerunt, & tecum ita loquantur? Cice. in Pisonem, Is vbi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat. ¶ Ponitur aliquando reuiuiscere pro recreari, respirare, & vires resumere. Cic. Att. Ciuitates suis legibus fuetæ, ἀνάκτησιν adeptæ, reuixerunt. Cic. ad Octauium, In quibus reuiuiscente iam libertate, deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur. Idem in Philip. Senatus ad autoritatis pristinæ spem reuiuiscit. Idem de Aruspicum resp. Reuiuiscere, respirare à metu cædis, emergere à fluctibus seruitutis. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 4, En iam deficiens ùc ad tua verba reuixi, Vt solet, &c.

Reunctor, oris. Dicitur is cuius ministerio vtuntur medici qui iatrolepticen, hoc est vnctoriam medicinam exercét. ἀναλειπτής, ἰατραλειπτής. Plin. lib. 29. cap. 1, Prodicus Selymbriæ natus, discipulus eius instituës quam vocant iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum, ac mediastinis victigal inuenit.

Reuoco, as, pen. corr. Retrorsum voco, redire iubeo. {Ἀνακαλῶ, μετακαλῶ. Ital. *Reuocare, richiamare in dietro.* Gal. *Reuoquer, rappeler.* His. *Tornar otra vez, à llamar, reuocar.*} Terent. in Phorm. Reuocemus hominem. Sallustius, Sæpius vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant, quique tardius reuocati prælio excesserant, quàm qui signa reliquerant, aut pulsi loco cedere aus erant. Plaut. in Curcul. Postquam hæc mihi narrauit, abij ab illo, reuocat me illico. ¶ Ponitur aliquando pro retrahio. Cic. 2. de Legibus, Quàm multos Diuini supplicij metus à scelere reuocauit? ¶ Aliquando pro rursus vocare. Cice. de Lege Agrar. contra Rullum, Quò prouocati à me venire noluerũt, reuocati saltem reuertantur. ¶ Reuocare pedem, idem quod referre pedem, hoc est retrorsum redire. ἀναχωρεῖν. neque solùm de iis quæ pedes habent, verum etiam de inanimatis dicitur, vt de fluminibus. Virg. 9. Aeneid. Cunctatur & amnis Rauca sonans, reuocátque pedem Tyberinus ab alto. ¶ Reuocari item dicebantur anagnostæ, quum aliquid parum intellectum, perperámve recitatum, iubebantur repetere. ἀναγνωσθῆναι. Plin. Iunior Cæcilio, Memini quendam ex amicis, quum lector quædam pronuntiasset, perperam reuocasse, & repeti coegisse. Huic aiunculum meum dixisse, Intellexerasne nempe. Cui quum ille annuisset, Cur ergo reuocabas? decem amplius versus hac tua interpellatione perdidimus. ¶ Ponitur aliquando reuocare pro reducere. Cic. pro Cluentio, Tribunus pleb. populo concitato rem penè ad manus reuocasset. ¶ Aliquando pro instaurare. Suet. in Claudio Nero. Reuocauit & præmia coronarum quæ vnquam sibi in certaminibus ciuitates detulissent. ¶ Reuocare se, est recantare, & superiorem sententiam reuocare, μετανοῶ. Cic. 4. Acad. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hísque, &c. ¶ Reuocare ad vitam, resuscitare. ἀναζώπυρωσις. Cic. ad Atticum, lib. 7, C. Cassium Tribunum plebis Philotimi literæ ad vitam reuocarunt. ¶ Huius compositum est Adreuoco. Cic. lib. 1. Offic. Danda igitur opera est, vt si etiam abertare ad alia cœperit, adreuocetur oratio.

Reuocatio, nis, Reuocandi actus. {Ἀνάκλησις. Ital. *Esso richiamare.* Gal. *Reuocation, rappel.* His. *Aquella obra de tornar à llamar.*} Cic. 13. Philip. Receptui signum, aut reuocationem à bello audire non possumus. Idem 3. Tusc. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas voluptates.

Reuocamen, nis, Idem quod Reuocatio. Ouid. 1. Fast. Accipio reuocamẽ, ait: vocémque secutus Impia per syluas victor ad antra venit.

Reuocabilis, le. Quod potest reuocari. {Μεταπλητός, ἀνάκλητος. Ital. *Riuocabile, cosa che se puo riuocare.* Gal. *Reuocable, qu'on peut faire reuenir.* His. *Cosa que se puede reuocar.*} Ouid. ad Liuiã, Supprime iam lachrymas, non est reuocabilis istis, Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit. Idem 6. Meram. Motus erat, quum iam reuocabile telũ Non fuit, arcitenens.

Reuolo, as, pen. corr. Retrò volo. {Ἀναπέτομαι. Ital. *Volare in dietro.* Gal. *Reuoler, reuoler, en volant retourner.* His. *Volar atras.*} Cic. lib. 3. de Nat. deorum, Eáque grues in tergo prævolantium colla, & capita reponunt: quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet vnde nitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescat: in eius locum succedit ex iis quæ assequuntur: eáque vicissitudo in omni cursu conseruatur. Varro 3. de Rust. cap. 5, De illo genere sunt turdi aduentitio, ac quotannis trans mare in Italiam aduolant circiter æquinoctium autumnale, & eodem reuolant ad æquinoctium vernum. Virgil. 1. Georg. Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi.

Reuoluo, is, ere, Iterum, siue retrorsum voluo. {Ἀναπτύσσω. Ital. *Riuolgere, voltar sotto sopra.* Gal. *Rouler de rechef, reuoluer, retourneller.* His. *Reboluer.*} vt, Reuoluere saxum, id est eodem volutare vnde ad nos est aduolutum. Reuoluere libros, est iterum atque iterum euoluere. Liu. 4. belli Mac. Tuas aduersus te Origines reuoluam. Libros Originum Catonis intelligit. Mart. lib. 11, Sunt illic duo, tréfve qui reuoluant Nostrarum tineas ineptiarum. Virg. 10. Aeneid. -iterúmque reuoluere casus Da pater Iliacos Teucris. Cic. ad Attic. lib. 13, Itaque reuoluor identidem in Tusculanum. Idem 4. Acad. Ita imprudens eò, quò minimè vult, reuoluitur, id est recidit.

Reuolutus, a, um, participium, Redactus. {Ἀνεσταλμένος. Ital. *Voltato, ritornato.* Gal. *Reuoulu, retourné, roulé.* His. *Reboluido.*} Liu. 4. ab Vrbe, Et reuolutus ad dispensationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum, & vendere quod vsui menstruo superasset: fraudandóque parte diurni cibi seruitia, &c. ¶ Reuolutus, apertus. Virgil. 10. Aeneid. -& interea reuoluta ruebat Matura iam luce dies.

Reuolubilis, le. Ouid. in Ibin, Sisyphe, cui tradas reuolubile põd' habebis.

Reuomo, mis, pen. corr. Idem quod euomo. ξ ἐκέω. Ital. *Reuomitare.* Gal. *Reuomir, regetter en vomissant.* Hisp. *Tornar à gomitar.* ξ Virgil. 5. Aeneid. –& salsos rident reuomentem pectore fluctus. Silius lib. 10, Ac miseri fluitant reuomentes æquora nautæ. Plin. lib. 10. cap. 72, Dracones auibus denoratis solidis, contentione plumas & ossa reuomunt.

Reus, rei, Dicitur quicunque in litem adducitur, etiamsi nihil admiserit. ξ ὁ ἔχων, ὁ ὑπεύθυνος. Ital. *Reo, colpeuole.* Gal. *Coupable, defendeur en vn proces.* Hisp. *Acusado ò demandado en juyzio, ò culpado.* ξ Huic opponitur Actor, qui reum in iudicium vocat. Cic. lib. 2. de Orat. Reos appello non modò eos qui arguuntur, sed omnes de quorum re disceptatur. Vnde à re dicitur reus, quòd rei alicui obnoxius sit: vel à re quũ promisit. Reum fieri (vt Asconius inquit) nihil aliud est nisi apud Prætorem legibus interrogari. εἰς κρίσιν, εἰς κινδυνον καθίστασθαι. Quum enim in ius ventum esset, dicebat apud Prætorem accusator reo, Aio te (verbi gratia) Siculos spoliasse. Si tacuisset, lis ei æstimabatur, vt victo: si negasset, petebat à magistratu diem accusator inquirendorum criminum, & instruebatur accusatio. Hactenus Asconius. ¶ Reus agitur, qui accusatur. κρίνεται, διώκεται, ἐνέχεται. Reus peragitur, qui damnatur. κατάκριτος γίνεται, κατέχεται. Plin. Iunior, Dum ille peragitur reus, sedimus. Iureconsultus, Peregisse reum non aliàs quis videtur, nisi condemnauerit. ¶ Reus stipulandi, dicitur is qui stipulatur: quemadmodum reus promittendi, qui promittit. Autor vtriusque est Modest. l. 1. Digest. de duob. reis constit. ¶ Reus voti, dicitur is qui suscepto voto se numinibus obligat. Virg. 5. Aeneid. Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum Constituam ante aras voti reus. Vide de hoc plura in verbo Damno.

R ante H

RHA, ῥᾶ, Vulgo *Edel*, Fluuius est Sarmatiæ Europææ, supra Pontum & Bosphorum Cimmerium, non procul à Tanaide fluuio, teste Ptolemæo lib 5. alio nomine Volga, & à Tartaris Edel nuncupatus, in cuius ripis nascitur nobilis illa radix quam à nomine fluuij huius rha Ponticum vocant Romani. Arabes rhabarbarum, Plinius rachoma, Celsus radicem Ponticam appellat. Vide Ruellium lib. 3. cap. 2.

RHABA, ῥάβα, Oppidum est ad sinum Ionium: à quo deducitur gentile Rhabæus. Stephanus.

RHABATHMOMA, ῥαβάθμωμα, Tertia Palestinæ vrbs, alio nomine Areopolis dicta. Stephanus.

RHABBATAMMENA, ῥαββατάμμωνα, Montanæ Arabię oppidum, apud Stephanum.

Rhabduchi, ῥαβδοῦχοι, Græco nomine dicebantur quos Romani, lictores appellant: tracta appellatione à virgis & fascibus quæ magistratibus anteferebant. Virgas enim ῥάβδους Græci nominant.

RHABILVS, ῥάβιλος, Arabum rex, qui Antigonum Macedonum regem interemit in vico cui à re ipsa Morho nomen inditum fuit, quod mortis locum Arabum lingua significat. Vide Stephanum in dictione MORHO.

Rhacinus, ni, Piscis pulli coloris, à nemine eorum qui Halieutica scripserunt, præterquam ab Ouidio, commemoratus: ob id fortassis, quòd non alibi, quàm in Pŏto nascatur, vbi supremis suis temporibus opus hoc Ouid. inchoauit. Vide Plin. lib. 32. cap. vlt.

Rhacoma, Herba de qua Plin. lib. 37. cap. 12, Rhacoma (inquit) offertur ex his quæ supra Pontum sunt, regionibus. Radix costo nigro similis, minor & rufior paulò, sine odore, calefaciens gustu, & astringens. Ruellius eandem putat cum ea quam suprà Rha Ponticum vocari diximus: suspicatur tamen apud Plinium vocem esse corruptam.

RHADAMANTHVS, ῥαδάμανθος, Iouis ex Europa filius. & Rex Lyciæ, qui quòd seuerus fuerit iustitiæ executor, fingitur à Poëtis apud inferos nocentium explorare culpas. De quo Virgil. lib. 6, Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna, Castigátque, audítque dolos, subigítque fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.

RHADATA, æ, ῥάδαται. Oppidum Syenitarum in Aethiopia, in quo felis aurea pro Deo colebatur. Autor Plin. lib. 6. cap. 29.

RHAETI, ῥαιτοί Stephano, Populi à Thuscis oriundi, qui à Gallis sedibus suis pulsi, loca vtrinque Alpibus vicina occuparunt, & à nomine Rhæti ducis sui Rhætiam nominarunt. Hinc Rhæticæ vites, & Rhæticum vinum, inter generosa Italiæ vina non postremum locum obtinens. Nascitur autem hoc in ea Rhætiæ parte quæ ab Alpium radicibus Veronam, Comúmque pertingunt.

RHAETIA, ῥαιτία Stephano, Europæ regio est, quæ (vt lib. 2. Ptolemæus refert) ab Occasu limites habet montem Adulam, & fontes Danubij & Rheni, ab Ortu Lycum fluuium qui in Danubium exit, & Rhætiam à Vindelicia diuidit: à Septentrione Danubium: à Meridie Alpibus terminatur supra Galliam Cisalpinam. Post Rhætiam versus Orientem sequitur Vindelicia, cui Noricum adhæret, Aeno tantùm fluuio disiuncta. Diuiditur hodie Rhætia in duas partes, superiorem & inferiorem. Superior Rhætia appellatur totus ille tractus qui ab Heluetiorum finibus initium sumens, bonam Galliæ Cisalpinæ partem ad Lariũ vsq; lacum occupat. Huius tractus incolæ vulgò *Grisones* appellantur. Inferior à Lyco amne qui hanc à superiore diuidit, sumit principium, & vsque ad Aenum fluuium porrigitur, qui Rhætiæ & Norici terminus est. Hanc hodie incolunt Boioarij.

RHAETICO, onis, Mons est in Rhætia, vt est autor Pomponius Mela, libro 3.

RHAGA, gæ, siue Rhagæ, arum, ῥάγα, ὁ ῥάγαι, Mediæ vrbs à Nicatore cõdita, & ab ipso quidem Europos, à Persis verò Arsacia appellata. Autor Strabo lib. 11.

Rhagades, ῥαγάδες, & Rhagadia neutri generis, Vocantur scissuræ quæ in iede & pedibus proueniunt. Dictæ rhagades à verbo Græco ῥήγνυμι, quod significat abrumpo. Plin. lib. 23. cap. 4, Attrita sanat & sutures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. Idem cap. 7, eiusdem libri, Arboris ipsius cinis ex melle sedat thagadia.

Rhagion, ῥάγιον, Aranei genus acino nigro simile, pedes breuissimos habens, ósque quàm minimum, idque sub aluoreta dictum ab acini parui similitudine, quod Græci ῥάγιον appellant. Vide Plin. lib. 29. cap. 4.

Rhagoides tunica, ῥαγοειδὴς χιτών, Tertia oculi tunica est, inter ἀραχνοειδῆ & ὑαλοειδῆ sita, nigræ vuæ acini similitudinem referens: vnde & nomen accepit. Ducit originem ex tenui meninge: vnde & μηνιγγοειδὴς appellatur. Parte sui anteriore, & media, foramen habet quod pupillam vocamus. Celsus lib. 7. cap. 7, de natura oculorum loquens, Oculus, inquit, summas habet duas tunicas, ex quibus superior à Græcis κερατοειδὴς vocatur. Ea, qua parte alba est, satis crassa, pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta est, media parte qua pupilla est, modico foramine concaua, circà tenuis, vlteriorib⁹ partibus ipsa quoque plenior, quæ ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ quum interiora oculi cingant, rursus sub his coëunt, extenuatæque, & in vnum coactæ, per foramen, quod inter ossa est, ad membranam cerebri perueniunt, eique inhæresc̃unt. Sub his autem, qua parte pupilla est, locus vacuus est.

RHAMNES, siue Rhamnenses, equites Romani erant, vel vna ex Romanis tribubus. Aeron, Rhamnes, Luceres, Tatienses, Romanæ tribus erant, vel, vt verius, equites. Varro lib. 4. de lingua Lat. Ager Romanus primùm diuisus in partes tres: à quo Tribus appellatæ, Tatiensium, Rhamnium, Lucerum nominatæ, vt ait Ennius. Tatienses à Tatio, Rhamnenses à Romulo, Luceres (vt ait Iunius) à Lucumone. Hæc ille.

RHAMNES, etis, pen. genitiui prod. ῥάμνης, Regis & auguris nomen, qui Turni partes sequutus, noctu dormiens, à Niso est interemptus. Virg. lib. 9. Aen. Simul ense superbum Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis Extructus, toto proflabat pectore somnos.

RHAMNVS, ῥάμνους, Genitiuum facit Rhamnũntis: sicut Amathus, Amathũntis: Trapezus, Trapezũntis. Erat autem Rhamnus, Atticæ regionis vicus. Amphiarai tẽplo, & Nemesis Phidiacæ simulachro insignis. Vide Pomponium Melam lib. 2.

Rhamnusius, a, um. Quod est ex Rhamnunte. ῥαμνούσιος, Terent. in Andr. Hoc certè scio. Rhamnusium se aiebat esse.

RHAMNVSIA, ῥαμνουσία, Indignationis dea, quam Græci Νέμεσιν vocant: quæ ab iis pœnas repetere existimabatur, qui præsentibus bonis se indignos præbuissent. Idcirco autem Rhamnusia dicta est, quòd eius simulachrum pulcherrimum in Rhamnunte (is Atticæ vicus est) coleretur, ab Agoracrito Pario, Phidiæ discipulo exlatum. De hac Ouid. lib. 5. de Trist. Exiget ar dignas vltrix Rhamnusia pœnas.

Rhamnus, thamni, ξ ῥάμνος. Ita. *Pruno albero spinoso.* Gal. *Bourgespine ou nerprun.* Hispa. *Cambron.* ξ Rubi genus est candidius & froticosus, ramos spargens rectis aculeis: non, vt cæteri, aduncis, foliis maioribus. Sunt & alia Rhamni genera quæ vide apud Plin. lib. 24. cap. 14, & Ruellium lib. 1. cap. 123.

RHAMPSINITVS, ῥαμψίνιτος, Rex Aegypti, Protei successor qui filiam suã prostituit, vt ærarij sui furem deprehenderet. Vide Herodotũ lib. 2.

Rhaphanus, ni. ξ ῥαφανὶς Dioscoridi. Ital. *Radice, rafano.* Gal. *Rafort.* Hisp. *Rauano.* ξ Herba est notissima, quam Romani radicem vocant, in assarum carnium condimentis præcipuam habens gratiam.

Rhaphanus agria, Plinio. ῥαφανὶς ἀγρία Dioscoridi, Herba est ad rhaphani similitudinem accedens, quam Romani & raphanum syluestrem, & armoraciam vocant. Vulgus *reponticum* appellat.

RHAPHEA, pen. prod. ῥάφεια, apud Ptolemæum, lib. 5. cap. 16, Vrbs Palæstinæ ludææ, ad Iordanem fluuium, quæ hodie Rama appellatur.

Rhaphius, Animal est effigie lupi, pardorum maculis, quod ante ludos Pompeij Magni Roma non viderat. Alio nomine dicitur chaus. Vide Plin. lib. 8. cap. 19.

RHEA ῥέα, Cæli & terræ filia, quæ alio nomine Cybele, κυβέλη, dicitur. Vide CYBELE.

RHEA SYLVIA ῥέα σιλουία, Filia fuit Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ alio nomine Ilia dicitur. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe, & ea quæ suprà annotauimus in dictione ILIA.

RHEBAS, ῥῆβας. Orpheo in Argona, fluuius est in faucibus Bosphori Thracij. Plin. lib. 6. ca. 1, Ergo à faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhœsum dixerunt.

Rheda, æ, Genus leuiculi currus, in quo gestabantur nobiliores in villas suas, cuiusmodi sunt hodie, quos Itali cochos vocant. ξ ζεύγος. Ital. *Coccio, carreta.* Gal. *Vne sorte de chariot leger, vne coche.* Hispan. *Coche, carro* ξ Quintilianus Gallicum vocabulum esse docet, eiusdem ferè significationis cuius est apud Latinos carruca. Cic. Attico, lib. 5, Hãc epistolam dictani sedens in rheda, quum in castra proficiscerer.

Rhedarius, Dictus est auriga, rectórque ipsius rhedæ. ξ ζευγηλάτης. Ital. *carrettero.* Gal. *Charretier & meneur de tel charriot.* Hisp. *carretero.* ξ Cic. pro Milone, Aduersi rhedarium occidunt.

Rhedarius, adiectiuum: ῥαιδάριος ἵππος, vt, Rhedarius mulus, qui rhedam ducit. Varr. 3. de Re rust. cap. 17, Celerius voluntate Hortensij ex equili educeres rhedarios, vt tibi haberes mulos, quàm è piscina barbatum mullum. Inde Epirrhedium: de quo suprà.

RHEDONES, Galliæ populi in ducatu Britanniæ, de quibus Cæsar in Commentariis. Vulgò *Renes.*

RHEGYVM, ῥήγιον Stephano, Extremum agri Brutij oppidum est, vt Græci nomen dederẽt, à fractura dictum, quòd ibi Sicilia ab Italia credatur esse auulsa. ῥήγνυμι enim Græcis rumpere est, & ῥῆγμα ruptura. Huius oppidi incolæ dicti sunt Rhegyni, Ρηγῖνοι Stephano. ¶ Regium sine aspiratio, Cisalpinæ Galliæ oppidum est, non longè à Parma & Mutina, à Lepido instaurarum, quod & Regium Lepidi ad differentiam alterius dicitur, à quo Regienses. Vulgo *Reggio.*

RHEMI, ῥῆμοι, populi Galliæ Belgicæ, Mediomatricibus, & Leucis finitimi, vt scribit Cæsar in Commentariis: vnde pretiosissimum telæ genus Rhemense, communicata aliis quoque Galliarum populis textrini gloria. Meminit horum Plin. lib. 4 cap. 17. Vulgò *Reims.*

RHENEA, pen. prod. ῥήνεια. Exigua est insula Delo vsqueadeo vicina, vt à Polycrate Samiorum tyranno duæ hæ insulæ catenis aliquando fuerint connexæ. In hanc defunctos suos Delij inferebant eo quòd in Delo nec párere licebat, nec mortuos sepelire, nec canem alere. Autor Thucydides lib. 1. & 3 Belli Pelop.

Rhenones, Vestes pelliceæ ex ouium præcipuè, & captarum pellibus confectæ. ξ δορὰ προβάτου εἶδος τι. Ital. *Veste grosse foderate.* Gal. *Grosses robes fourrées.* Hisp. *Gamarras à vestiduras de pellejas.* ξ quæ vox à Græcis fluxisse putatur, qui oues ῥῆνας appellant. Quanquam non desunt qui à Rheno fluuio nomen sumpsisse existiment, propterea quòd Rhenani populi hisce

hisse peculiariter vtebantur. Cæsar in Comment. lib. 6. scribit Germanos vti pecuis rhenonum tegumentis.

RHENVS, ni, ῥῆνος, & Rhenum, vtroque modo dicitur pro fluuio insigni Germaniam à Gallia dirimente, qui de iugo Rhæticarum Alpium defluens, circa Batauorũ fines in tria cornua diuiditur, totidémq; ostiis in Oceanum influit. Tria Rheni cornua, teste Altamero in Tacitum, & Glareano in Cæsarem, à Germanis hodie nominantur, Lecca, Vualis, & Ilsella: quorum postremum olim non erat: sed à Druso aduersus Germanos bellum gerente, ducta fossa à Rheno ad mare, effectum est vt munimentum esset aduersus incursus barbarorum. Quare mirum non est à tertium hoc ostium Virgilio fuerit ignotum, qui Rhenum vocat bicornem, quasi duo ostia habentem. Horatius de Arte poëtica, Rhenum protulit in neutro genere quum ait, Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus. Vulgò *Reno*.

Rheon, ῥεον, A Græcis appellatur radix nobilis, quam Romani Rha Ponticum, Arabes Rha barbarum vocant. De hac vide suprà in dictione RHA.

RHESVS, ῥῆσος, Thraciæ rex, qui quum Troianis aduersus Græcos auxilio venisset, noctúque hostium castra vellet explorare, ab Vlysse & Diomede interceptus est & interfectus, vt latius describit Homer. lib. 10. Iliad. ¶ Est & Rhesus Troadis fluuius, non procul ab Ilio fluens, teste Strabone lib. 13.

RHETIA, æ, RHETVS, ti, RHETICO, conis. Vide RHAETIA.

Rhetor, ῥήτωρ Ital. *Retore, colui chi insegna l'arte oratoria.* Gal. *Retoricien, orateur.* Hisp. *Sabio en arte de bien orar, el que enseña la retorica.* } Qui artem oratoriam docet: differtque ab oratore, quòd orator sit qui in iudiciis, & concionibus causas agit: rhetor qui rhetoricen profitetur: declamator, qui aut docendi alios, aut exercendi se gratia fictam causam agit, vt in veris postea causis sit exercitatior. Cicc. Qu. Fratri, Pæonius rhetor, homo, opinor, valde exercitatus. Idem 4. Philipp. Quasi rhetor ille te disertum facere potuisset. Apud Græcos tamen rhetores etiam dicuntur qui apud Latinos oratores: nec mirum, quum ab eloquendo rhetores dicti sint, teste Cic. 3. de Oratore.

Rhetorica, æ, ῥητορικὴ, sc. Ital. *Libri di retorica.* Gal. *Liures de retorique.* Hisp. *Libros de retorica.* } Libri de rhetorica conscripti, siue ipsæ præceptiones rhetoricæ. Cic. de Fato, Mihi vestra rhetorica satis nota sunt.

Rhetorici, orum, substantiuum generis masculini, Libri de rhetorica scripti. Quintil. lib. 3. cap. 1, Post quem tacere modestissimum foret, nisi & rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret. De Ciceron. Idẽ numero quoq; singulari vsus est lib. 3. cap. 5, Sicut & Ciceronis quoq; rhetorico primo manifestum est. Et cursus cap. 8, Nec me fallit, in primo Ciceronis rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem.

Rhetoricus, a, um, ῥητορικὸς, adiectiuum, Quod ad rhetorem, siue rhetoricen pertinet. Cic. 2. de Orat. Rhetoricis quibusdam libris quos tu agrestes putas. More rhetorico loqui, Cic. 1. de Orat. Ars rhetorica, Idem 4. de Finibus.

Rhetoricè, aduerbium, ῥητορικῶς. Cicc de Clar. Orat. Hanc enim mortem rethoricè, & tragicè ornare potuerunt. Idem 2. de Finib. Rhetoricè igitur, inquam, nos mauis, quàm dialecticè disputare.

Rhetoricor, aris. Rhetorum more loquor. ῥητορεύω. Hieronymus contra Heluidium, Rhetoricati sumus, & in morem declamatorum paululum lusimus.

Rhetorisso, as, Rhetoricè loquor. ῥητορίζω. Nonius.

Rheuma, atis, ῥεῦμα Ital. *Discesa di humore* Gal. *Rheume, catarrhe, desfluxion.* Hisp. *Decurso ò auenida de humor.* } Fluxio humoris à cerebro in partem aliquam decumbens à ῥέω, fluo.

Rheumaticus, adiectiuum, ῥευματικὸς Ital. *Reumatico.* Gal. *Rheumatif, catarrheux* Hispan. *Que tiene romadizo.* } Qui rheumate, siue fluxione laborat. Plin. lib. 29. cap. 6, Aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis, aut rheumaticis.

Rheumatismus, mi, ῥευματισμὸς. Ital. *Sfreddimento.* Gal. *Rheume, catarrhe.* Hisp. *El romadizo.* } Fluxio humoris à cerebro manans, odoratus instrumentum obturans, & grauedinem afferens. A verbo ῥευματίζομαι, quod est fluxione noxij humoris infestor, & grauedine laboro. Plin. lib. 22. cap. 18, Decoquúntque in cibo contra fluxiones quas Græci rheumatismos vocant.

RHEXENOR, ῥηξήνωρ, Naufithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum Regis, & pater Aretes, ab Apolline sagittæ ictu interfectus, teste Homero circa initium lib. 7. Odysseæ.

Rhinoceros, otis, ῥινόκερως Ital. *Animale in Egitto ch' ha vn corno sul naso.* Gal. *Vne sorte de beste en Egypte qui a vne corne sur le nez, vne licorne.* Hispan. *Animal que tiene vn cuerno sobre la nariz.* } Animal quadrupes, habens in nare vnum cornu. vnde hominem sagacem & prudentem, nasum rhinocerotis habere dicimus. Mart. lib. 1, -iuuenésque, senésque, Et pueri nasum rhinocerotis habent. Rhinoceros (inquit Plin. lib. 8. cap. 20,) genitus hostis elephanto: cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione aluum maximè petens, quam scit suis ictibus peruiam esse. Solinus dicit repandum esse, id est recuruum eius cornu, & attritum cautibus in mucronem excitari: pugnaréque cum elephantibus, longitudine parem, breuiorem cruribus. Pausanias affirmat rhinocerota duo habere cornua, alterum insigni magnitudine ex naribus extans: alterum quod supernè erumpit, exiguum quidem, sed validissimũ. Festus, Rhinocerota quidam putant esse bouem Aegyptium. ¶ Compositũ nomen à ῥὶς, ῥινὸς, quod nasum significat, & κέρας cornu. ¶ Mart. lib. 14. rhinocerotem figuratè posuit pro gutto ex rhinocerotis cornu confecto, quo oleum in balneis lotorum corporibus guttatim solebat instillari. Verba eius sunt hæc, Gestauit modo fronte me iuuencus: Verum rhinocerota me putabis.

Rhinoclisia, Alterum callæ herbæ genus, de quo Plin. lib. 27. cap. 8.

RHIPHAEI montes. ῥίπαια ὄρη, Montes Septentrionales Scythiæ: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12. Græci hoc nomen in secunda syllaba non aspirant, quòd ἀπὸ τῶν ῥιπῶν, hoc est à flatuum vi dictum putent: quòd ibi vehementissimi esse dicantur Boreæ flatus. Latini tamen tenuem mutant in aspiratam, ad differentiam Rhipæorum montium, teste Seruio, qui in Arcadia collocantur.

Rhiphæus, a, um. ῥιπαῖος. Virgil. 3. Georg. Gens effræna virûm Rhiphæo tunditur Euro.

RHIPHEVS, Rhiphei, ῥιπεύς. Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius: cuius meminit Ouid. lib. 12. Met. ¶ Fuit & Rhipheus Troianus, iustitiæ nomine Troianis omnibus prælatus: et placet Virgilio lib. 2. Aen.

RHITHYMNA, ῥίθυμνα, Vrbs in latere Septentrionali Cretæ insulæ. Ptolemæus lib. 3. cap. 17.

RHIVM, ῥίον, Promontorium est Achaiæ propriè dictæ, ad ipsum ostium sinus Corinthiaci. ¶ Est & alterum Rhium, Aetoliæ promontorium, quod à Thucydide Rhium, Molycricum, ῥίον μολυκρικὸν, à Molycria vicina vrbe appellatur. Plin. lib. 4. cap. 2, Antirrhium vocat. Duo hæc promontoria angusto freto diuimuntur, septem circiter stadiorum latitudine: idque est ostium sinus Corinthiaci, quem Thucydides lib. 2, Crissæum sinum appellat.

Rhizias, ῥιζίας. Succus est è radice laserpitij profluens, nam qui è caulibus exprimitur, caulias appellatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

RHODANVS, pen. corr. ῥόδανος, Fluuius Galliæ rapidissimus, à Rhoda Rhodiorum oppido, vt ait Plin. lib. 3. cap. 4. Hyer. in Comment. Epistolæ ad Galat. Rhodam Rhodiorum coloni locauerunt: vnde amnis Rhodanus nomen accepit. Nascitur in Alpibus quæ Italiam à Gallia diuidunt, non longè à fontibus Rheni, & Danubij. Fertur per Lemanum lacum, & versus Occidentem, per Galliam fluens, Ararim apud Lugdunum suscipit. Inde ad Meridiem conuersus, & Isaram, Druentiámque suscipiens, apud Heracleam vno ostio, & paulo vlteriùs duobus aliis in mare Tyrrhenum irrumpit. Vulgò *Rosne*.

RHODIA, æ, ῥόδια. Nymphæ marinæ nomen, Oceani, & Tethyos filiæ: à roseo, vt videtur, genarum colore impositum. Hesiod. in Theo. Γυμὼ, Καλυδώνη, Ῥοδία τε, Χαρμόσυνη τε. ¶ Est & vitis vuæque genus, è Rhodo insula primùm in Italiam aduectum. Virgil. 2. Georg. Non ego te meusis, & diis accepta secundis Transierim Rhodia.

Rhodinum oleum, ῥόδινον ἔλαιον, E' rosis, quod rosaceum nostri nuncupauerunt. Est enim ῥόδινος adiectiuum à ῥόδον, quod Latinè rosam significat. Olei huius meminit Plin. lib. 15. cap. 7.

Rhodinum vnguentum, ῥόδινον μύρον. Quod fit oleo rosaceo: de quo Plin. lib. 15. cap. 7.

Rhodites, ῥοδίτης. Gẽma à rosæ rubore nomen sortita. Plin. lib. vlt. ca. 11.

Rhododaphne, ῥοδοδάφνη, Frutex est, quem alio nomine vocant rhododendron, florem habens similem rosæ, folium autem indeciduum simile lauri foliis: vnde rhododaphne appellatur, nomine ex rosa, & lauro composito. ῥόδον enim Græci appellant, quam nos rosam: & quam nos laurum dicimus, illi vocant δάφνην.

Rhododendros, siue Rhododendron, ῥοδόδενδρον Dioscoridi, Frutex est florem ferens rosæ similem, foliúmque indeciduum, non dissimile lauri foliis: vnde & rhododaphnen appellarunt. Rhododendron autem ideirco vocant, quòd in arbusculæ altitudinem excrescat. δένδρον enim arborem vocant: quasi dicas arborem rosas ferentem, vel rosam arborescentem. Effertur autem tam fœminino genere, quàm neutro. Plin. lib. 16. cap. 20, Et quanuis herba Sabina dicatur rhododendron. Idem lib. 24. cap. 11, Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit Latinum.

RHODOGVNE, ῥοδογύνη, Fuit filia Darij, quæ post mortem viri, nutricem, quæ illi secundas nuptias suadebat, occidit.

RHODOPE, ῥοδόπη. *Montagna de l'argento.* } Mons Thraciæ, à Rhodope Thracum regina in hunc montem (vt Ouidius fabulatur) conuersa, vel (vt aliis placet) ibi sepulta. Vel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipse monti nomen dedit. Corripit autem Rhodope in hac significatione penult. syllabam. Virgil. 8. Aegl. Duris in cotibus illum Ilmatis, aut Rhodope, aut extremi Garamantes. ¶ De Rhodope meretricula, vide in proxima dictione RHODOPIS. A Rhodope pro monte Thraciæ fit adiectiuum Rhodopeius, a, um. vt Rhodopeius Orpheus, apud Ouid. 10. Meta.

RHODOPHONE, ῥοδόφονη, Syria dicta est in ea parte, qua transit Taurum montem.

RHODOPIS, pen. pro genitiuo Rhodopidis, ῥοδῶπις Suidæ, vel vt apud Plinium legitur, Rhodope, meretrix nobilissima fuit, ex Thracia Aesopi fabulatoris aliquandiu conserua, & postea à Charaxo Sapphûs poëtriæ fratre qui eius amore tenebatur, ingenti pecunia redempta. Hæc teste Plin. lib. 36. cap. 12. tantas opes meretricio quæstu corrasit, vt pyramidem insigniem suis sumptibus extructam reliquerit.

Rhodora, ῥοδῶρα, Herba quæ caulem habet virgę ficulneę modo geniculatum, folia vtricę, in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum ad similitudinem rosæ. Plin. lib. 24. ca. 19.

RHODOS, ῥόδος, Insula est nobilissima in mari Carpathio, Cariæ adiacens ambitu CXXX M. pass. vrbem habens eiusdem nominis, quæ tori insulæ nomen fecit: quum antea Ophiusa, Asteria, Aethrea, aliisque plurimis nominibus fuerit appellata. Vrbem autem ipsam Rhodũ dictam volunt, siue à Rhodia puella, ab Apolline adamata, vt fabulatur Diodorus. lib. 6. siue ab eo quòd capulo rosæ illic inuento sit ædificata. Ea portubus olim & viis, & mœnibus, & reliquis ornamẽtis tantopere cæteras superauit, vt nulla putaretur æqualis. Legum præstantia, & naualis rei peritia adeò valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia sustulerit. Hæc insula inter Asiaticas insulas tertia numeratur. Nam Lesbus, & Cyprus maiores habentur. Ab Horatio Clara Rhodos vocatur. Nam vt Solinus autor est, nunquam dies ita nubilus est vt sol in hac insula non conspiciatur. Aurum Rhodi pluisse, ob fœlicitatem insulæ cecinit Pindarus. In ea fuit admirandæ magnitudinis colossus, à quo postea Rhodij appellati sunt Colossenses, ad quos Apostolus Epistolam scripsit. Habet & Camirum vrbem, & Lindum, ex qua fuit Cares statuarius, qui colossum extruxit. ¶ A Rhodus fiunt adiectiua Rhodius, ῥόδιος, & Rhodiensis, & Rhodiacus. Vulgò *Rodi*.

Rhœas, adis. ῥοιὰς, Erosio caronculæ quæ est in maiore angulo oculi.

RHOEBVS ῥοῖβος, Equus fuit Mezentij apud Virgil. lib. 10, Rhœbe diu, res siqua diu mortalibus vlla est, Viximus, &c.

RHOETOS, ῥοῖτος, Martubiorum rex fuit in Italia, pater Anchemoli qui vitiata nouerca sua, Rhœri patris furorem metuens, confugit ad Turnum. Vide Seruium in decimum Aen. ¶ Est etiam Rhœtus apud Poëtas nomen gigantis, qui quum Iouem de cæli possessione deiicere conaretur, à Dionysio in leonem transmutato interemptus est. Horat. lib. 2. Carm. ad Bacchum, Tu quum parentis regna per arduum Cohors gigantum scanderet impia, Rhœtum retorsisti leonis Vnguibus, horribilique mala.

RHOETEVM, pen. prod. ῥοίτειον, Promontorium & oppidum Troadis, Aiacis sepulchro celebratum, quemadmodũ Sigeum sepulchro Achillis. Inde Rhœteum litus à Virgilio dicitur lib. 6. Aeneid.

Rhoicæ, ῥοικαί, Mulieres quarum vuluæ rheumatismo, id est fluxionibus laborant.

Rhoites, ῥοίτης, Vinum ex malis punicis expressum, quæ Græci ῥοιὰς appellant. Dioscor. lib. 5. cap. 25.

Rhombus, bi. {ῥόμβος. Ital. *Figura quadrangula cõ lati vguali.* Gal. *Figure quadrangulaire.* Hispan. *Figura de quatro angulos de que vsauan los hechizeros.*} Græca vox est significans figuram tetrapleuron, id est quadrilateram, cuius latera omnia sunt æqualia, anguli verò obliqui. Vtebantur eo malefice mulieres ad deducendam Lunã, tortis filis confecto. Ouid. 1. Amor. -quid torto concita rhombo Licia? Martial. lib. 9, Quæ nunc Thessalico Lunam deducere rhombo. Propert. lib. 2, Deficiunt magico fortes sub carmine rhombi. ¶ Item rhombus est machinula illa quam vertendo mulieres tramam ad lanicium nent. ¶ Est item rhõbus piscis plani genus, à figura dictum. Inue. Saty. 4, Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi Ante domum Veneris.

Rhomphæa, {ῥομφαία Ital. *Vna sorte di lunga spada.* Gal. *Vne sorte de longue espée.* Hisp. *Espada luenga.*} Framea, seu teli longioris genus. Val. Flac. lib. 6. Argon. penultimam syllabam corripuit, abiecta vocali præpositiua, aut certè diphthongo Græca licentia correpta. Aequáq; (inquit) nec ferro breuior, nec rhomphæa ligno.

Rhonchus, {ῥόγχος. Ital. *Ronchegiamento.* Gal. *Ronflement.* His. *El ronquido.*} Sonus quem edunt stertentes: à verbo Græco ῥέγχω, quod est sterto. ¶ Per translationem accipitur pro irrisione. Mart. lib. 1, Maiores nusquã rhonchi, &c.

Rhonchisso, as, Sterto. {ῥογχάζω. Ital. *Ronfare.* Gal. *Ronfler.* Hispa. *Roncar.*} Plautus, Cyathissat dum cœnat: dum dormit, rhonchissat.

Rhonchisonus, adiect. Quod rhonchorum sonum imitatur, & ad irrisionem spectat. Sidonius. Nec nos rhonchisono rhinocerote notat.

Rhopalon, ῥόπαλον, Herba quæ notiore nomine nymphæa appellatur. Rhopalon autem appellatum existimant ab eo quòd radicem habeat ῥοπάλῳ, hoc est clauæ similitudinem referentem.

RHOXALANI, Populi Scythici vltra Borysthenem, in extremis Europæ finibus: quorum meminit Strabo lib. 2, & Plin. lib. 4. cap. 12.

RHOXANA, ῥοξάνη, Oxyartis filia, & vxor Alexandri Magni, quæ illi iam vita functo Posthumum peperit: de qua multa apud Qu. Curtium, & Arrianum.

RHOXANI, ῥοξανοί, Populi Septentrionales, inter Borysthenem & Tanaim amnes, campestria incolentes. Strabo lib. 7.

Rhus, ῥοῦς, Frutex in petris nascens, binũm cubitorum altitudine, foliis oblongis, subrubentibus, in ambitu serratis, acino vuarum gracilium denso, magnitudine terebinthi. Quidam coriarium fruticem appellãt, quòd coriarij eo vtantur ad inspillandas pelles. Galli *Piyrnam* vocant. Rhus item Plinio herba est syluestris, breuibus coliculis, foliis myrthi, tineas & venena pellens.

RHYMVS, ῥῦμος, Mysiæ fluuius, iuxta Alaziam fluens, & per Mygdonium campum in Rhyndacum influens. Vide Strab. lib. 12.

RHYMNICI ῥυμνικοί, Scythiæ populi, à Rhymno vicino amne, vt quidam volunt, dicti. Meminit horum Plin. lib. 6. cap. 17.

RHYTENI, ῥυτῆνοι, Populi Galliæ Aquitanicæ, (vt inquit Plinius) conterminí Narbonensi prouinciæ: de quibus Luca. lib. 1, Soluuntur flaui longa statione Rhuteni. Vulgò *Rodez.*

RHYNDACVS, pen. corr. ῥύνδακος, Mysiæ fluuius in Tenno monte nascens & in Propontidem se exonerans: circa quem serpentes in tantam magnitudinem adolescunt, vt in summo aëre volantes, solidas aues haustu deuorent. Vide Plin. lib. 8. cap. 14. Hinc Rhyndacius, a, um, ῥυνδακικός.

RHYNITALCVS. Vir fuit Thracius, cuius exemplo, teste Plutarcho in vita Romuli, Cæsar sæpe dicere consueuerat, amare quidem se proditionem, sed proditores magnopere abhorrere.

RHYNTON, ῥύντων, Tarentinus nugator vilissimus, in agendis præcipuè fabulis: à quo Rhyntonicæ fabulæ dictæ sunt. Ad quem alludunt tam Varro quàm Columella, apud quos modò Mython, modò Rhynton legitur.

Rhyparographus, ῥυπαρογράφος, Sordidarum rerum, humiliúmque pictor. Sic enim cognominatus fuit Pyreicus, pictor excellens quidem, sed qui tonstrinas, ac sutrinas, asellos, opsonia, aliáque huiusmodi humilia secutus est. nam ῥυπαρὸν Græci sordidum dicunt.

Rhytion, ῥυτὸν, Vasis genus, lunati specie. Mart. lib. 2. Quum sint erura tibi similent quæ cornua lunæ, In rhytio poteris Phœbe lauare pedes.

Rhythmus, mi, {ῥυθμός. Ita. *Numero, harmonia.* Gal. *Rime.* Hisp. *Numero, consonancia en la musica.*} Latinè numerus, harmonia. Quintil. lib. 9. de Instit. cap. 4. Sunt numeri rhythmi, qui neque finem habent certum, nec vllam in contextu varietatem, sed qua cœperunt sublatione, ac positionem, ad finem vsque decurrunt. Diomedes, Rhythmus est versus, imago modulata, seruans numerum syllabarum, positionem sæpe sublationémque continens. Differt à metro, quia temporum, syllabarum, pedúmque congruentia in infinitum multiplicatur, ac profluit. ¶ Hinc Rhythmicus, rhythmorum concinnator. ῥυθμικὸς. Cicc. 3. de Orator. Nec sunt hæc rhythmicorum ac muficorũ acerrima norma dirigenda.

R ante I

Rica, cæ. Veli genus erat, à ritu dictum teste Varrone lib. 4. de ling. Lat. quòd eo mulieres Romano ritu sacrificantes, caput velabant. {ῥίκιον.

Ita. *Veste da donã vsata anticamente.* Gal. *Vne sorte d'habillement à vsage de femme Romaine.* Hispa. *Vn cierto genero de vestidura.*} Ricæ (inquit Festus) palliola erant, ad vsum capitis facta. Idem paulo pòst ex Granij sententia, cingulum capitis interpretatur, quo procincta Flaminica solet redimiri. Et alibi, Rica est quadratum vestimentum, fimbriatum, & purpureum, quo pro palliolo, seu vitta vtebantur Flaminicæ. Alij dicũt quòd ex lana fiat succida alba, quod conficiunt virgines ingenuæ, patrimæ, matrimæ, ciues, & inficiunt cæruleo colore. Hæc Festus. Plaut. in Epid. Supparum, aut subminiam, ricam, basilicum, aut exoticum. Nonius, Ricam sudarium interpretatur. Huius diminutiuum est Ricula, quod legitur apud Festum.

RICINA, vna ex insulis quæ Hyberniæ adiacent, autore Ptolem. lib. 2. cap. 2, Plinio Ricnea dicitur.

Ricinus, & ricinum, vel (vt quidam malunt) recinum, dicitur à reiiciendo, vestis antiquissima quadrata, vt inquit Varro, cuius partem mediã retrorsum iaciebant. ῥεβάσιον. Vnde Riciniati mimi. Seruius in lib. 1. Aeneid. Ricinus dicitur ab eo, quòd post tergum reiicitur. Festus. Ricinum est omne vestimentum quadratum. Apud Cic. 2. de Legib. legitur ricinium per quatuor syllabas, Extenuato (inquit) sumptu tribus ricinis, & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. ¶ Est & ricinus, genus vermis canum boúmque aures acerrimè infestans. κρότων. Varro 2. de Re rust. cap. 9, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt catulorum aures, quòd ricini soleant (si hoc vnguine non sis vsus) eas exulcerare. ¶ Ab huius animalis similitudine ricinus dicitur frutex, aut herba instar arboris grana ferens ricinis animalibus similia: quam Dioscorides arborosum fruticem esse dicit, similem ficui, sed minorem, folia habentem similia platano, sed maiora, læuia, & nigriora, ex qua exprimitur oleum ricinium, κρότινον. Vulgus *Palmam Christi* appellat.

Rictus, Vide RINOO.

Rideo, des, risi, risum, Modò absolutè ponitur sine casu. {γελάω, ειμὶ γελῶν. Ital. *Ridere.* Gal. *Rire.* Hispan. *Reir, propria obra de hombre.*} Gell. lib. 1. Rex, quasi anus ætate desiperet, risit. Cic. 5. de Fin. M. Crassus, quem semel ait in vita risisse Lucilius, & ea re ἀγέλαστος vocatum. Modò datiuum admittit, pro arrideo. Rideo tibi. Virgil. 5. Aeneid. -risit pater optimus olli. Quum autem accusatiuum habet, significat derideo. καταγελάω. Plaut. in Stich. Accastor, risi re hodie multùm. Terent. in Adelph. Rideo hunc potissimùm ait se scire: is solus nescit omnia. Cic. de Arusp. resp. Quum riseritis impudentiam hominis, &c. Ouid. 2. Fastor. Ridet amatorem Lyda puella suum. ¶ Transferrur & ad plantas, quæ ridere dicuntur, quum coloris amœnitate spectantium oculos oblectant. Virgil. 4. Aegl. Mistáque ridenti collocasia fundet acantho.

Rideos, tis. participium. {γελάων, ειμὶ γελῶν. Ital. *Chi ride.* Gal. *Qui rit.* Hispan. *Que rie.*} Horat. in Arte, Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsunt Humani vultus.

Ridendus, id est derideudus. {γελαστός, γελαῖος. Ital. *Chi merita di essere schernito.* Gal. *Digne de quoy on rie, digne d'estre moqué.* Hisp. *Digno de ser burlado.*} Horat. 1. Epist. 1, Soluo senescentem maturè sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus.

Ridibundus, adiectiuum. {ὁ γελαστὴς ἰσχύων, ὁ πολυγέλως γελῶν. Ital. *Chi ride sempre.* Gal. *Tout riant, ne faisant que rire.* Hispan. *Cosa que mucho rie ò burla.*} Plaut. in Epid. Illam ridibundam, atque hilarum huc adduxit simul.

Ridiculum, li, substantiuum, Dictum, factúmve risum excitans. {τὸ γελοῖον, τὸ γέλοιον. Ital. *Ridicolo, moto galante da ridere, beffa.* Gal. *Mot pour rire, moquerie.* His. *El donayre ò la que dize con gracia que haze reir ò da carcajada de risa.*} Cic. lib. 2. de Orato. Sæpe etiam sententiosè ridicula dicuntur. Plaut. in Stic. Me meum obtenturum ridiculis meis. ¶ Hinc Gell. lib. 17. cap. 1, formauit compositum Deridiculum, Vt vel ipsa re quòd ita dicebat, opprobraret aduersariis, & per facetias ostentaret, facere eos deridiculum. quòd perinde de Cælio formam crimini darent, quasi arbitrium eius fuisset, quali forma nasceretur. Plaut. in Amph. Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi ridiculi causa. Terent. in Heaut. Ridiculum est istuc me admonere Clitipho. Idem in Eun. Ridiculum: non enim cogitaras.

Ridiculus, a, um, Qui aliis risui est. {καταγέλαστος. Ital. *Ridicolo.* Gal. *Ridicule, de qui on se rit, de qui on se moque.* Hisp. *Cosa de quien se haze burla.*} Iuuenalis, Nil habet infœlix paupertas durius in se, Quàm quòd ridiculos homines facit. ¶ Interdum accipitur pro scurra, hoc est risus concitatore, quem Græci γελωτοποιὸν nominant. Cic. Attic. Facie magis, quàm facetiis ridiculus. Idem alibi, C. Sicinius homo impurus, sed admodum ridiculus. Sic dicimus locos ridiculos. Plaut. in Sticho, locos ridiculos vendo, agite licemini.

Ridiculè, aduerbium. {γελοίως. Ital. *Ridiculosamente, beffeggiando.* Gal. *Par moquerie.* Hisp. *con burla, burlando.*} Cicc. 1. de Orat. Non modò acutè, sed etiam ridiculè, ac facetè.

Ridicularius, adiectiuum, Idem quod ridiculus. {καταγέλαστος. Ital. *Cosa da ridere.* Gal. *Ridicule.* Hisp. *Cosa para burlas ò donayres.*} Plaut. in Asin. Mitte ridicularia, id est ineptias dignas quæ risu excipiantur. Gell. lib. 4. cap. 20, Qui iurabat, cauillator quidam, & canicula, & nimis ridiculatius fuit, id est risum excitandi studiosior quàm conueniret.

Riso, onis, verbale. {μειδίασις, γέλως μου. Ital. *Esso ridere.* Gal. *Ris, risée.* Hispa. *Obra de reyr, retruenio.*} Plaut. Quot risiones, quot iocos.

Risor, oris, id est irrisor. {καταγελαστής. Ital. *Chi ride & beffeggia.* Gal. *Rieur, moqueur.* Hisp. *Burlador, que rie.*} Horat. in Arte, Verùm ita risores, ita commendare dicaces Conueniet satyros.

Risus, huius risus, Ridendi actus. {γέλως. Ital. *Riso, risaglia.* Gal. *Ris, risée.* His. *Obra de reyr.*} Plaut. in Mil. Nequeo hercle quidem risu meo moderatier. Tenere risum. Cic. de Clar. Orat. Equidem in quibusdam vix risum tenebam. Concitare risum. Idem 2. de Orat. Atque illud primum quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo existat, atque ita repentè erumpat, viderit Democritus. Captare risum, Idem 4. Tusc. Mouere risum, Idem Attic. Io quo ille mihi risum magis quàm stomachum mouere solebat. Edere risus, Idem Qu. Frat. Memini miros nos risus edere.

Ridica, pen. corr. Pedamentum vinearum quod è quercu, & iunipero solet fieri optima. {ῥάβδος. Ital. *Palo da sostentare le pergole delle vite.* Gal. *Vn eschalas*

Universidad de Sevilla Biblioteca

ſolidata de ripas. Hiſp. *Rodrigon que ſoſtiene la vid.*} Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 8. Vuum robuſtum, quod optimum ſolet afferri in vineam è quercu ac iunipero, & vocatur ridica. Columel. lib. 11. cap. 2. Palos vna opera cædere, & exputatos acurre centum numero porrò: ridicas autè quernas, ſiue oleaginas findere, & dedolatas vtraque parte exacuere numero ſexaginta. Idem lib. 4. cap. 12. Hic annus nondum vehemẽtem palum, aut ridicam deſiderat. Pedamentum vinearum, inquit Budæus, aut eſt fiſſile, vt ridica: aut eſt teres, vt palus.

Ridiculus, Vide RIDEO.

Rigeo, Rigidus, Vide RIGOR.

RIGIACVM autore Ptolemæo, lib. 2. cap. 9. Atrebatum ciuitas.

Rigo, as, Madefacio, humorem aſpergo, adaquo. {ῥόω, βρέχω. Ital. *Adacquare, marquare.* Gal. *Arrouſer, mouiller.* Hiſp. *Regar.*} Plin. lib. 22. cap. 11. Rigatur ardor gelidis fontibus. Ouid. 2. de Ponto Eleg. 1. Iuppiter vtilibus quoties rigat imbribus agros. Virgil. 11. Aeneid. Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro. Idem 12. Aeneid. –& ſparſo latè rigat arma cruore. Ouid. 5. Faſt. Eſt mihi fœcundus dotalibus hortus in agris: Aura fouet, liquidæ fonte rigatur aquæ. Virgil. 9. Aeneid. –& vultum lachrymis, atque ora rigabat.

Rigatio, onis. {ὑδρεία. Ital. *Inaffiamento.* Gal. *Arrouſement.* Hiſp. *La obra de regar.*} Colum. lib. 11. cap. 3. Sinautem ſicco loco ſeri debuerint, quòd rigationem miniſtrari non expediat, menſe Februario ſeſquipedali altitudine ſulci faciendi ſunt. ¶ Huius compoſitum eſt Irrigo, as, de quo alibi.

Riguus, a, um, Idem quod irriguus, hoc eſt aquæ affluxu humectus, ſeu quod rigari facilè poteſt. {ὑγρὰ ἰῶν ὤν. Ital. *Che ſi può adacquare.* Gal. *Arouſé & arrouſé d'eaux qui ſourdent ſur le lieu.* Hiſ. *Coſa que ſe riega.*} Colum. lib. 2. cap. 17. de prato loquens, Eius (inquit) animaduerrimus duo genera, quorum alterum eſt ficcaneum, alterũ riguum: ficcaneum, quod rigari nunquam, aut non facilè poteſt, intelligo: riguum, quod facilè. Ouid. 8. Meta. Quóque ſuus coniux riguo collegerat horto. ¶ Aliquando & actiuè accipitur, pro eo quod irrigandi vim habet. Virgil. 2. Georg. Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes.

Rigor, oris. {ψῦχος. Ital. *Freddo, rigore, durezza.* Gal. *Quand on eſt tout roide de froid, roideur.* Hiſpa. *Frio rigor, dureza.*} Modò ſumitur pro frigore vehementi. Plin. Epiſt. 161. Rigor aquæ certauerit niuibus: nec color cedit. Colum. lib. 9. cap. 14. Quàm recentiſſimi rigoris aqua infuſa. Plin. li. 7. cap. 50. Certis peſſifer color remeat horis, aut rigor. Modò pro duritie, & inflexibilitate. Virgil. 1. Georg. Cum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ. ¶ Tranſumitur & ad alia: vt Rigor naturæ, hoc eſt ſeueritas, & implacabilitas. Plin. lib. 7. cap. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ duram & inflexibilẽ, affectuſque humanos adimit. ¶ Rigor orationis, id eſt tenor quidam perpetuò ſui ſimilis. Quintil. lib. 9. cap. 3. Oratio habeat rectam quandam velut faciem, quæ ſtupere immobili rigore non debeat.

Rigidus, a, um, Idem quod frigidus vel durus præ frigore. {μυχρὸς, κρυερός. Ital. *Rigido, freddo, aſpro.* Gal. *Roide de froid roide & dur.* Hiſp. *Elado, yerto, aſpero.*} Virgil. 2. Georg. Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat autor, Tellurem Boream rigidam ſpirante moueri. ¶ Aliquando accipitur pro duro & inflexili. Virgil. 8. Aeglog. Tum rigidas motare cacumina quercus. ¶ Per tranſlationem etiam pro aſpero, ſeuero, & crudeli. Plin. Epiſt. 74. Sententiam Macri vt rigidam, durámque reprehenderunt. Mart. lib. 10. Nec doreas rigido fugax leoni. ¶ Rigida caligo. Cic. 1. Tuſcul. Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus Maximis, ibi rigida conſtat caligo inferũm. Rigida innocentia. Liu. 9. bell. Maced. Inuicti à cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ, contemptor gloriæ diuitiarum.

Rigeo, es, ui, Frigeo, vel durus & inflexilis ſum præ frigore. {μυχρὸς, κρυερὸς εἰμί. Ital. *Eſſer freddo, eſſer aſpro, eſſer duro.* Gal. *Eſtre roide de froid, eſtre gelé & glacé.* Hiſp. *Eſtarſe, eſtar yerto y duro.*} Cic. 1. Tuſc. Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Plinius Maior lib. 6. cap. 13. Verùm Aſiæ quoque magna portio oppoſita Septentrioni, iniuria ſyderis rigentis, vaſtas ſolitudines habet. ¶ Rigere gelu. Liu. lib. 1. belli Pun. Homines intonſi & inculti, animalia inanimáque omnia rigentia gelu, cætera viſu quàm dictu fœdiora terrorem innouarunt. Mart. lib. 1. Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri, Concreto riguit vincta repentè gelu. ¶ Rigentes oculi apud Plinium, qui non circumaguntur, vt ait Budæus. Rigens corpus, nullo modo flexum. Quintilianus, Aduerſa facies, demiſſa brachia, & iuncti pedes, & à ſummo ad imum rigens corpus. ¶ Huius compoſita ſunt, Dirigeo, à quo Dirigeſco: Obrigeo, à quo Obrigeſco, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Rigeſco, Frigeſco. Per tranſlationem Rigeſcere capitur pro indurari, vel erectum, ſeu contractum eſſe: quoniam quæ frigent, horrent, & indureſcunt. {σκληρύνομαι. Ital. *Indurirſi.* Gal. *S'endurcir.* Hiſp. *Endurecerſe.*} Virg. lib. 2. Georg. Aeráque diffiliunt vulgò, veſtéſque rigeſcũt. Vbi Seruius, Durantur, vt frangi potius, quàm ſcindi poſſe videantur.

Riguus, rigua, riguum, Vide RIGO.

Rima, æ, Proprie fiſſura dicitur in tabulis malè iunctis, aut æſtu fiſſis, quæ viſui aditum præbet. {χλεισμὸς. Ital. *Fiſſura.* Gal. *Fente, creuaſſe.* Hiſpa. *Hendedura ò reſquebraja adura.*} Quanquam etiam generalius accipitur, vt fiſſuræ omnes, rimæ dicantur: & rimas agere quæcunque finduntur. Plin. lib. 15. cap. 8. Amurca ſubigi areas terendis meſſibus, vt formicæ, rimæque abſint. Cic. Attic. lib. 14. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Virgil. 1. Aen. –laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt. Terent. Eun. Plenus Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt. Terent. Eun. Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo. ¶ Inuenire rimam, dicitur in tergiuerſatores. inquit Eraſmus, qui nulla in cauſa tot fidei vinculis poſſunt aſtringi, quin quò elabantur, aliquid inueniant. Plaut. Caſſin. Iis præſtigiis dux fuit vxor: ea hanc inuenit rimam. ¶ Rimas explere, dicuntur oratores, per tranſlationem, quum verba infarciunt, vt plenioretem orationem faciant. Cic. in Orat. Neque infarciens verba quaſi rimas expleat, nec minutos numeros ſequens, concidat, delumbétque ſententias. Carminum item rimas explere dicuntur verſificatores, qui tibicinibus paſſim inſertis, carminis hiatum ſupplent. Huius diminutiuum eſt Rimula.

Rimoſus, a, um, Quod eſt rimis plenum. {χλειδώδης. Ital. *Pieno de fiſſure.* Gal. *Plein de fentes & creuaſſes.* Hiſ. *Lleno de hendiduras.*} Colum. lib. 1. cap. 5. Quicquid ab inferiore mox appoſueris, fiſſum erit, rimoſúmque. Virgil. 6 Aeneid. –gemit ſub pondere cymba Sutilis, & multam accepit rimoſa paludem.

Rimor, atis, Diligenter quæro, ſcrutor, quaſi rimulas quaſque perquiro. {ἰχνεύω. Ital. *Cercar bene.* Gal. *Fouiller par tout, chercher diligemment.* Hiſp. *Buſcar diligentemente.*} Tractum ab auibus, quæ eſcam inquirunt in terræ rimis. Virgil. lib. 1. Georg. Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. Id eſt paſcuntur in pratis, & cibum per omnes rimas terræ perquirunt. Cic. 1. de Diuin. Sed tamen id quoque rimatur, quantum poteſt. Sil. lib. 8. Quæ natura loci, quod ſit rimabere ſolers Armorum genus. Rimari iecur epulis. Virgil. 6. Aeneid. de Tityo, –roſtróque immanis vultur obunco Immortale iecur tondens, fœcundáque pœnis Viſcera, rimatúrque epulis, habitátque ſub alto Pectore. ¶ Interdum rimari eſt ſcindere, & quaſi in rimas agere. Δίχαζω. Idem 3. Georg. Ergo ægrè raſtris terram rimantur.

Ringo, is, xi, rictum. Ringor deponens. Os torqueo, quod canes faciunt quum latraturi ſunt, vel quum exira in rugas diducunt os. {Γρύζω ἀνὰ στόμα. Ital. *Torcere la bocca, come ſdeguato.* Gal. *Tordre la bouche comme vn homme courroucé, rechigner.* Hiſp. *Rifar los canes.*} Hinc Ringi, pro iraſci, indignari, allatrare, pulſare, conuitiari, murmurare ponitur. Terent. in Phor. Quum ille & cura, & ſumptu abſumitur, dum tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rides. Dicitur autem ringi à natium tortura. nam *ſic* natis dicitur: vt ſit ringi, quaſi narem agi, id eſt torqueri.

Rictus, a, um, Non ſolùm hiatum ſignificat vnde verba exeunt, ſed totam illam partem circa ipſum hiatum, quæ in homine ridente, vel alio modo os torqueente, lineis quibuſdam terminatur, vt maximè ſunt labia. {σύστομος, στόμωσις. Ital. *Ceſſo, apertura de boca quando ſe rede.* Gal. *L'ouuerture de la bouche quand on rit, ou qu'on rechigne.* Hiſp. *El abertura grande dela boca quando ſe rie.*} Budæus, Rictus, eſt oris diſtentio, qualis eſſe ſolet in ridentibus. Mart. lib. 3, Quum comparata rictibus tuis ora Niliacus habeat crocodilus angusta. Contrahere rictum, eorum eſt qui mœſti, aut meditabundi ſunt. *ou ſiues* Δρᾶκος. Putatur & Rictus eſſe figura in ore ad tempus aliquo modo contracta, vel producta, vel inuerſa, vel extenſa, quę paulo póſt reditura ſit in naturalem formam. Eſt & communis tam beluis, quàm hominibus. ¶ Diducere rictum, eſt ad hilaritatem impellere. Horatius. Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum. Aliquando diducere rictum, eſt os aperire. Iuuen. Saty. 10. Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum Contentos. ¶ Ponitur aliquando rictus, pro minaci habitu oris. Cic. Verr. 6. de Herculis ſtatua, Vſque eò iudices, vt rictus eius, ac mentum paulò ſit atrocius. ¶ Dicimus & rictum in neutro genere. Luer. lib. 5. Irritata canum quum primùm magna moloſsùm Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes. ¶ Aliquãdo accipitur pro roſtro: vnde nonnulli à Græcis deductum volunt, apud quos ῥύγχος roſtrum dicitur. Verisimilius tamen eſt à Latino verbo tingo deriuari.

RIPA ALTA. Ὄχθη ὑψηλή. Oppidum in Orientali parte Britanniæ, teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Ripa, æ, Crepido, ſiue labrum amnis. hoc eſt terræ extrema ora, quæ vtrinque flumine alluitur. {ὄχθη, ἀκτή. Ital. *Riuiera, riua.* Gal. *Riue, riuage.* Hiſp. *La ribera.*} Proprié enim fluminum & torrentium ripæ dicũtur, vt littora maris. Ouid. 1. Meta. –campóque recepti Liberioris aquæ pro ripis littora pulſant. Cæſ. 6. bel. Gal. Erat inter Labienum atq; hoſtem diſſimili tranſitu flumen, ripiſq; præruptis, &c. Inuenitur tamen Ripa etiam de mari dici. Plin. lib. 9. cap. 15, de mari Pontico, Thynni dextra ripa intra, læua exeunt.

Ripula, diminutiuum. {ὀχθίδιον. Ital. *Picciola riua.* Gal. *Petite riue.* Hiſ. *Pequeña ribera.*} Cic. ad Attic. lib. 3. Et tamen hæc τὰ περιγεγραμμένα ripulæ, videtur habitura celerem fatietatem.

Riparius adiectiuum. Quod in ripis habitat. {ὀχθηρὸν, παραποτάμιον. Ital. *Che habita alla riua.* Gal *Qui ſe tient es riuages.* Hiſpan. *Lo que eſta en la ribera.*} Plin. lib. 34. cap. 4. Riparię volucres. Idem lib. 30. Multo tamen efficaciſſimè rapiarum pullitita vocant in riparum cauis nidificantes.

Ripenſes, dicebantur milites qui in Imperij limitibus excubabant pro Republica aduerſus Barbaros: vt puta qui citeriores Rheni, & Danubij ripas, ad compeſcendas Germanorum, vel Sarmatarum excurſiones inſidebant. Horum meminit Iuſtinianus C. de Re militari.

RIPHAEI montes, vide ſuprà, inter ea quæ ab Rh aſpirato principium ſumunt.

RIPHEVS, Vide RHIPHEVS.

Riſcus, riſci, Ciſtula eſt, interprete Donato, pelle contecta. {βύρσινον. Seruius verò ait eſſe feneſtram paruam in pariete. Terent. in Eun. Abi, ciſtellam domo effer cum monumentis. P. vbi ſita eſt? T. in riſco.

Riſus, huius riſus, Vide RIDEO.

Ritus, tus. Mos, & approbata conſuetudo, quam omnes ratam habent. {ἔθος, νόμος, νόμιμον. Ital. *Rito, coſtume, vſanza.* Gal. *Couſtume, façon, maniere de faire acouſtumée.* Hiſpa. *La coſtumbre, modo ordenado de obrar.*} Feſtus, Ritus, mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis. Ouid. 2. Faſt. Hinc populi ritus edicere nouos. Tacit. lib. 2. Niſi certam ante diem profanos ritus exuiſſent. ¶ Accipitur tamen etiam generalius (quod & Feſtus fatetur) pro quouis more, & quanis conſuetudine. Cic. de Amici. De his qui pecudum ritu omnia ad voluptatem referunt. ¶ Legitur & ablatiuus rite, tanquam à nominatiuo rites, ſiue ritis. Stat. li. 11. Theb. Hei mihi primitiis armorum, & rite nefaſto Libatus.

Ritè, Idem quod rectè & bene, teſte Pompeio. {καλῶς. Ita. *Drittamente, come è conueneuole.* Gal. *Bien & droittement, ainſi qu'il appartient.* Hiſpan. *Bien y derechamente.*} Varro à ritu dictum putat, propterea quòd quæ ſecundum ritum fiant, recta & rata ſint. Cic. 2. de Finib. Quæ poteſt appellari ritè ſapientia. Liu. lib. 4. Decad. 5. In monte ſacrificio ritè perpetrato.

Rituales libri, Hetruſcorum libri erant, teſte Feſto, in quibus ſcriptum erat quo ritu vrbes condantur. arx, ædéſque ſacrentur, curiæ, tribus, & centuriæ diſtribuantur. Περὶ μηχανημάτων βιβλία. Cic. 1. de Diuin. Quod Hetruſcorum declarant, & arupiſcini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales.

Riuales, Qui eiuſdem mulieris amore tenentur. {ἀντερασταί. Ital. *Riuali, inamorati d'vna ſola.* Gal. *Cuiuaux, qui aiment vne meſme fille.* Hiſp. *Combleças, enamorados de vna ſola.*} Plaut. in Sticho, Eadem eſt amica ambobus, ri-

uales sumus. Terent. in Eunuc. Militem ego riualem recipiendum censeo. Translatio sumpta est vel à bestiis quæ sitientes, quum ex eodem riuulo haustum petunt; prælium contra seinuicem concitant. vel à re rustica: nam riuales dicuntur ij quorum agros riuus aliquis distetminat, qui incertitudine, & mutatione crebra cursus, lites sæpe inter eos suscitat. Vlp. de Aqua quotid. & æstiu. l. j. Riuales qui per eũdem riuum aquam ducunt, inter quos sæpe contentio est de aquæ vsu. ¶ Sine riuali diligere dicuntur ij qui stultè mirantur quod nemo alius concupiscat: sumpta allegotia ab amantibus, quibus est amica deformis, & quam alius nemo velit. Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 3, O dij quàm iueptus, quàm se ipse amans sine riuali.

Riualitas, atis, Aemulatio illa inter eos qui eandem amant. {ἀνταζηλία Ita. *Concorrentia d'inamorati.* Gal. *L'emnie entre deux compaignons amans vne mesme fille.* Hisp. *Competicion de comblegos.* } Cice. in Tusc. Obtrectare verò alteri, aut illa vitiosa æmulatione quæ riualitati similis est.

Riualis, & hoc riuale, Vide RIVVS.

Riuinus, Idem quod rinalis. ἀνταζηλῶν. Plaut. in Asin. Cedit noctem filius riuinus, amens ob rapram mulierem.

Riuus, Aqua fluens, à fonte vel flumine ducta. {ῥύαξ. Ital. *Riuo, rio, fossatello.* Gal. *Ruisseau.* Hisp. *El chorro ò rio pequeño.* } Cic. in Topic. Tanquam riuorum à fonte deductio. Virgil. 8. Aeglo. Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua Horat. 3. Carm. Ode 16, Puræ riuus aquæ, syluáque iugerum Paucorum. Idem 2. Carm. Ode 3, -& obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo. Lapidosus riuus. Ouid. 3. Fastor. Sanguinis riuos vomens. Virgil. 11. Aeneid. Lachrymarum riuus. Ouid. 9. Metamor. ¶ Hinc deriuo, as, & corriuo, as, de quibus suprà suis locis.

Riuulus, li, diminutiuum, Paruus riuus. {ῥύακιον. Ital. *Ruscelletto.* Gal. *Ruisselet, petit ruisseau.* Hisp. *Chorro pequeño.* } Cic. pro Cælio, Vt riuulos accersitus, & ductus ab ipso capite. Idem 1. Acad. Sed meos amicos in quibus est studium, in Græciam mitto, id est ad Græcos ite iubeo vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos consectentur.

Rinalis, le, Quod ex riuo est, siue quod in riuo nascitur. {ποταμογείτων. Ital. *Di ruscello.* Gal. *De ruisseau.* Hisp. *Cosa de chorro.* } Colum. lib. 8. cap. 15, Datur cammarus, & riualis alecula, vel si qua sunt incrementi parui fluuiorum animalia.

Rixa, æ. Lis, contentio, pugna. à ringendo, vt quidam volunt: quod propriè est canum quando irritantur. {ῥίξα. Ital. *Rissa, discordia, contentione.* Gal. *Riote, noise, estrif, debat.* Hispa. *La renzilla ò obra de rifar.* } Cice. in Verr. Ecce autem noua turba, atq; rixa. Ouid. 3. de Arte, Nec tua frangetur nocturna ianua rixa. Cic. ad Pætum, lib. 9, Etsi academiæ nostræ cum eo magna rixa est. Liu. 2. ab Vrbe, Consulum intercursu rixa sedata est.

Rixosus, a, um, Contentiosus. {ἐριστικός, ἐρίζων. Ital. *Contentioso.* Gal. *Noiseux, rioteux.* Hisp. *Renzilloso ò rifador.* } Festus, Rictus, rixæ, rixosè, ringitur, dici videntur quia in diuersum rumpantur, contrariáque sint recto. Colum. lib. 8. cap. 2, Non rixosarum auium laniatæ, cuius plerunque, &c.

Rixor, aris, Iurgor, contendo. {ἐρίζω. Ital. *Contendere, mouer rissa.* Gal. *Rioter, estriuer, noiser.* Hisp. *Reñir ò rifar.* } Cic. de Orat. Quum esset cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. Plin. lib. 16. cap. 2, Et ipsos inter se rixantes, &c. Rixantur herbæ aridæ. Varr. 1. de Re rust. cap. 47, Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celerius rumpuntur, quàm sequuntur. ¶ Rixari de lana caprina. Horat. 1. Epist. 19. Alter rixatur de lana sæpe caprina. Prouerbium est in eos qui de re nihili disceptant.

R ante O

Robigo, ginis, siue Rubigo, Segetum morbus est, quem *uuyllam* vocant Galli, quo spicæ torrentur, friatilésque redduntur. {ἐρυσίβη. Ital. *Malatia che viene alle biaue per troppo humore.* Gal. *Niellure de bleds, nielle.* Hisp. *El añublo quando se añubla el pan.* } Virgil. 1. Georg. -vt mala culmos Esset robigo. ¶ Fuit & ROBIGO, Dea quædam apud Romanos, quæ auertendæ rubiginis causa colebatur. Ouid. 4. Fast. Flamen in antiquæ lucum Robiginis ibat.

Robigalia, siue Rubigalia, lium, siue rubigaliorum, dies Festus erat, septimo Calendas Maias celebrari solitus, teste Festo, quo Robigo deo sacra fiebãt, vt robiginem, siue (vt hodie vsitatius loquimur) rubiginem à segetibus auerteret. Est autem robigo, siue rubigo, ἐρυσίβη Aristoteli, segetum morbus, quam *uuyllam* vulgus Gallorum appellat, qua spicæ aduruntur, protsúsque redduntur friabiles. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 1, Quarto Robigum & Floram: quibus propitiis neq; rubigo frumenta, atque arbores corrumpit: neque non tempestiuè florent. Itaq; publicæ Robigo feriæ, Robigalia: Floræ ludi, Floralia instituti. Plin. lib. 18. cap. 29, Tria tempora fructibus metuebant: propter quod instituerunt ferias, diésque festos, Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui vndecimo: quæ nunc agũtur ad VII. Calend. Maij, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat.

ROBIGVS, pen. prod. Deus, qui auertendæ rubiginis causa colebatur: de quo vide plura paulo antè in dictione ROBIGALIA.

Robur, siue Robor, oris, pen. corr. Propriè species est arboris glandiferæ durissimæ. {ἔρινεος δρῦς, ἀλιφλοιώδης. Ital. *Rouere, quercia.* Gal. *Roure, chesne.* Hisp. *La enzina ò robre arbol.* } Plin. lib. 16. cap. 2, Roborum vastitas intacta, & congenita mundo. Cic. 2. de Diuin. Itaque perfracto saxo sortes erupisse in robore, insculptis priscarum literarum notis. Ibidem paulo pòst, Quis robur illud cecidit, dolauit, inscripsit? Virgil. 1. Georg. -graue robur aratri. ¶ Per translationem sumitur pro animi fortitudine qua quis durat aduersus pericula. Cice. pro Fon. Equites tantum habuere animi, tantum roboris, &c. Idem de Orat. Virtutes, quæ in animi magnitudine & robore positæ sunt. ¶ Capitur & pro corporis firmitate, quæ aduersus omnes difficultates firmiter obnititur. {ἰσχύς, στερρότης. Ital. *Fortezza, fermezza.* Gal. *Force, fermeté.* Hisp. *Fuerça ò rezura.* } Cice. pro Rosc. Amer. Messala, qui si iam satis ætatis, ac roboris haberet, ipse pro Sexto Roscio diceret. ¶ Demum omnium rerũ firmitatem, duritiámq; robur dicimus. Colum. lib. 2, Quod protinus exile natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Vnde Seruius dicit, Omne quod forte est, robur vocamus. Virgil. lib. 7, -æternáque fetri Robora. ¶ Robur item, teste Festo, in carcere dicitur is locus quò præcipitatur malefactorum genus: quod antea arctis robustèis includebantur. De hoc robore meminit Plaut. in Cutcul. At ego vos ambo in robusto carcere, vt peteatis, &c. Erat enim genus supplicij, quod idem Plaut. in Pœnu. Codicem robustum vocat.

Roboreus, a, um, Quod est ex materia roboris {δρύϊνος. Ital. *Fatto di rouere.* Gal. *De roure.* Hisp. *Cosa de robre.* } Colum. lib. 11. cap. 2, Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem debet. Ouid. 5. Fastor. Tunc quoque priscorum virgo simulachra virorum Mittere roboreo scirpea ponte solet.

Roburneus, adiectiuum, Quod ex robore nascitur. δρύϊνος. Colum. lib. 9. cap. 1. Nam vt graminibus, ita frugibus roburneis opus habent. Id est glandibus.

Robusteus, denominatiuum à robur. δρύϊνος. vt Robustea materies, quæ ex robore facta erat, vt esset durior. Varr. 1. de Re rust. ca. 38, In eo si in medio robustea aliqua materies sit depacta, negant serpentem nasci.

Robustus, a, um, Quod est multi roboris. {ἰσχυρός, τυβερός. Ital. *Robusto, forte.* Gal. *Robuste, fort, ferme.* Hisp. *Fuerte ò rezio.* } Colum. lib. 1, Neque dubium est ex robusto semine posse fieri non robustum. Virgil. 4. Aegl. Robustis quoq; iam tauris iuga soluet arator. Cic. 2. in Catil. Tertium genus est, ætate iam confectum, exercitatione robustum. Idem 5. Philip. Omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratum fit plerunq; robustius. Idem 1. Phil. Sed hæc quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus.

Roboro, as, pen. corr. Fortifico, firmo, robur addo. {χαρακόω, ἐπιστηρίζω. Ital. *Fortificare, rinforzare.* Gal. *Roborer, affermir.* Hisp. *Fortalescer, hazer fuerte.* } Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines nidos ludo construunt, stramento roborant. Cic. 1. Offic. Caroni autem quum incredibilem tribuisset naturã grauitatem, eámque ipse perpetua constãtia roborauisset, sempérq; in proposito, susceptóque consilio permansisset, moriendum potius, quàm tyranni vultus aspiciendus erat. Idem lib. 11. cap. 51, Vox roboratur XIII. annis: eadem in senecta exilior. ¶ Hinc componitur Corroboro, de quo suprà suo loco.

Roboraria, Antiqui appellauerunt omnia ædificia, septa, villas, quæ inclusa habent animalia: à tabulis roboreis, quibus septa erant antè quàm mœnibus cingerentur. δρυφάκτους. Vide Gell. lib. 2. cap. 20.

Robus, robi. ἐρυθρός. Apud veteres dicebatur rubeus: & Rubem robum idcirco rustici vocabant. Vnde & materia, quæ plurimas huius coloris venas habet, dicta est robus: & homines valentes, ac boni coloris, robusti. Hæc Festus. ¶ Robus etiam genus tritici, maximè laudabile (vt inquit Colum. lib. 2. cap. 6,) quum & pondere, & nitore præstet.

Robusteus, Robustus, Vide ROBVR.

Rodo, is, rosi, rosum, Propriè murium est, & similium, qui dentibus ferè semper aliquid demoliuntur. {κείρω. Ital. *Rodere.* Gal. *Ronger.* Hisp. *Roer.* } Cic. de Diu. Quasi verò quicquam interfit, mures noctem & diem aliquid rodentes, scuta an scriba corroserint. Horat. 1. Serm. saty. 10, -& in versu faciendo Sæpe caput scaberet, vinos & roderet vngues. ¶ Per translationem quandoque pro detraho sumitur, siue obtrecto. Cic. pro Cornelio Balbo, More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis rellicant. Flumina rodunt ripas, Luer. lib. 5. Ferrum roditur scabra rubigine, Ouid. 1. de Pont. Eleg. 1. Amicum absentem rodere, Horat. 1. Serm. Saty. 4. Dentem dente rodere, prouerbium in illos qui carpunt eos qui pari sunt præditi mordacitate: aut qui lædi non possunt, neque sentiunt. Martial. lib. 13, -quid dentem dente iuuabit Rodere: carne opus est, si satur esse velis.

Rosio, onis. {βρῶσις, δῆξις. Ital. *Rodimento, roditura.* Gal. *Rongement, morsure.* Hisp. *Obra de roer.* } Plin. lib. 10 cap. 21, Succus decoctæ neruis prodest, & vesicæ, & intestinorum rosionibus.

Rogo, as, Posco. {αἰτέω. Ital. *Domandare, cercare, pregare* Gal. *Prier, requerir, demander.* Hisp. *Rogar, preguntar, demandar.* } Gell. lib. 13. cap. 20, Crepidarium cultellum rogauit à crepidario sutore. Plaut. Rud. Intelligo: hanc quæ proxima est, illam pulsare iussisti, Atque aquam rogare. ¶ Quandoque oro, precor. δέομαι. Virgil. lib. 7. Aeneid. -litúsque rogamus Innocuum, & cunctis, vndámque, aurámque patentem. Cice. 1. Verr. Rogare & orare, ne illos supplices aspernaret quos me iocolumi nemini supplices esse oporteret. ¶ Ponitur aliquando pro vtendum petere. Cic. in Ver. Profectò hinc natum est, Malo emere quàm rogare. Cato cap. 5, Duas aut tres familias habeat, vnde vtenda roget, & quibus det. ¶ Aliquando interrogare, quærere. ἐρωτῶ. Cice. Attic. Roga ipsum, quemadmodum Arimini ipsum acceperim. Terent. Adelph. Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, fat scio, Rogabit me vbi fuerim. Idem And. -accedo ad pedisequas, Quæ sit, rogo: sororem esse aiunt Chrysidis. ¶ Roget quis, elegans loquendi formula, pro eo quod minus ornatè dicitur, Posset me aliquis interrogare: qua vtimur quoties per anthypophoram tacitæ obiectioni volumus occurrere. Terent. in Eun. Roget quis, quid tibi cum illa? ¶ Rogare sacramento milites, hoc est iureiurando eos astringere. Liu. 5. bel. Maced. Ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate in Africam delatum, scribit vagos milites de exercitu P. Africani sacramento rogasse. ¶ Rogare aliquem sententiam. Quintil. lib. 6. cap. 3, Post acceptam hæreditatem primus sententiam rogabatur. ¶ Rogare legem, id est statuere. νόμον αἰσφέρειν. Solebat enim populus rogari, id est interrogari, num eam legem ratam vellet. Gell. lib. 1, Lex deinde Licinia rogata est. Cice. 2. Philip. Ego ad eum belli ciuilis causam attuli: ego leges pernicioſas rogaui. ¶ Compostta sunt, abrogo, arrogo, corrogo, derogo, erogo, irrogo, prorogo, & subrogo: quorum significata vide suis locis.

Rogans, tis, participium. {δεόμενος, αἰτῶν. Ital. *Chi dimanda, & prega.* Gal. *Priant, requerant.* Hispa. *El que roga.* } Ouid. 2. Amor. Eleg. 3. Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses. Idem in Epist. Medeæ, Eu iterum scribo, mittóque rogantia verba. Idem 2. de Arte, Flectitur iratus voce rogante Deus.

Rogandus, a, um, δεητέος, παρακλητέος, δεκτέος. Ouid. 3. Trist. Tunc quoque solicita mente rogandus erit.

Rogatus, ta, tum. {δεκτός, παρακλητός. Ital. *Pregato.* Gal. *Prié.* Hisp. *Preguntado, rogado.* } Plin. lib. 7. cap. 48, Rogatus sententiam in Consulatu. Ouidius 1. de Arte, Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen esse rogatæ.

Rogatio, onis, verbale: rogandi actus. {Νόμος, ἐισφορά. Ital. *Preghiera.* Gal. *Priere.* Hisp. *Ruego.* } Legis quoque rogatio dicitur, quoniam rogare populum Magistratus solebant an id placeret quod statuerant. νομοθεσία.

Hinc

Hinc etiam derogare legi, & abrogare legē dicimus: de quibus abunde supra dictum est. Rogationis autem nomine continetur lex, plebiscitum, & priuilegium: estque quasi caput & fons totius iuris populatis. Nam rogare populum, est agere cum populo, siue de re quauis ad populum referre, siue populum consulere. ἐπερωτᾶν. Qua in re hæc erant verba solennia, Velitisne, iubeatisne, Quirites, vt hoc, vel illud fiat. Vnde rogatio, quasi quædam interrogatio. Sueton. in Cæsare. Reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit. id est lege à Plotio lata. ¶ Festus rogationem videtur accipere pro priuilegio: eámque ita distinguit à lege, quòd hæc in omnibus & rebus & personis locum habeat: rogatio, de vno, aut certè paucis feratur, neque ad res omnes pertineat. Verba eius sunt hæc: Rogatio ea dicitur, quum populus consulitur de vno, pluribúsve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de vna, pluribúsve rebus, de quibus non omnibus sanciantur. Nam quod in omnes homines, réfve populus sciuit, lex appellatur. Itaque Gallus Aelius ait. Inter legem & rogationem hoc interest, Rogatio est genus legis: quæ lex non continuò est, ea rogatio est: non potest non esse lex, si modò iustis comitiis rogata est. ¶ Ferre rogationem ad populum. Cæsar 3. belli Ciui. Item prætoribus, Tribunísque plebis rogationes ad populum ferentibus, &c. ¶ Perferre rogationē, est per interrogationem populi legem perferre. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2, Sed tamen suspicor per vim rogationem Caninium perlaturum. ¶ Accipere rogationem, id est legem accipere. Cic. ad Attic. lib. 1, Vt Consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam.

Rogatus, us, ui, Actus rogandi. Cicc. 1. de Nat. deorum. Nam quum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu, accessíssémque venissem, offendi eum sedentem in exedra.

Rogatiuncula, dimiuutiuum. {τὸ βραχέως, ἐρωτικὸν ἢ δεήσεως λόγος. Ital. *Picciola preghiera.* Gal. *Petite priere.* Hisp. *Pequeño ruego.*} Cicero pro Domo sua, Eáque te ex vna rogatiuncula feciſſe.

Rogator, oris, verbale, Qui rogat. {*ricerca.* Ital. *Cil prega.* Gal. *Qui prie, prieur, suppliant.* Hisp. *Rogador, que roga.*} Cicc. ad Attic. lib. 16, Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. Rogatores, Postulatores & mendici, qui eleemosynam postulant. *ἐπαίτης.* Plautus, Vt rogator ostiatim petam panem. Rogator comitiorum, qui populum de comitiis consulit. Cicc. 1. de Diuin. Qui recentibus comitiis in Senatum introducti negauerunt iustum comitiorum rogatorem fuisse.

Rogito, as, Frequentatiuum à rogo, {*ricercare spesso, molto* vel *molto desiare* Ital. *Pregare, cercare, domandare.* Gal. *Prier instamment, requerir, demander.* Hisp. *Rogar, preguntar.*} Modò idem significans quod identidem oro. *δεήσεσθαι.* Plinius, Patrem adit, rogitat vt sui misereatur. ¶ Modò iterum atque iterum interrogo. *ἀνερωτᾶν.* Virgil. 1. Aeneid. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. ¶ Hinc componitur Erogito, quod est interrogando extorqueo de quo suo loco.

Rogitatio, verbale, Lex, plebiscitum. Plaut. in Cure Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit.

Rogus, gi. Strues lignorum ad cremanda cadauera: ita dictus, quòd in eo dij manes rogentur. {*rogo.* Ital. *Cupa di legne da bruciare i corpi morti anticamente.* Gal. *Voute de bois qu'on faisoit anciennement pour bruler les corps des morts.* Hispa. *La hoguera para quemar muertos.*} Plaut. in Menæch. Agè sanè igitur, quando æquum oras, quàm mox incendo rogum: Cic. 3. de Fin. Ne si beatus vnquam fuisset, beatam vitam vsque ad illum à Cyro extructum rogum protulisset. Idem 1. de Diui. Siquidem ad mortem proficiscens Calanus Indus, quum ascenderet in rogum ardentem, O præclarum discessum, inquit, è vita: quum, vt Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. Virgil. 4. Aeneid. Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, arǽque parabant. Idem 4. Georg. Impositíque rogis iuuenes ante ora parentum.

Rogalis, le, ὁ ἢ ἡ πυρᾶς, ὁ ἢ πυρετῶδης, vt Ignis rogalis. Stat. 1. Theb. -hæc igne rogali Fulgurat. Ouid. 3. Amor. Eleg. 8, Téne sacer vates flammæ rapuere rogales?

ROMA, *ῥώμη, Roma.* Vrbs Italiæ, regina vrbium, & totius propemodum orbis olim caput: de cuius origine, & nominis ratione non satis conuenit inter scriptores. Vulgatissima tamen est opinio, à iuuentute Albana conditam fuisse, ducibus Romulo & Remo nepotibus Numitoris: atque à Romuli nomine Romam fuisse appellatam, non autem Romulam, ne nominis diminutio vrbis maiestati quippiam derraheret. Alij multis ante Romulum seculis conditam volunt, primúmque Valentiam appellatam: Romam autem dici cœpisse post Euándri & Aeneæ aduentum, qui Latina voce in Græcam eiusdem significationis translata, *ῥώμῃ* appellarunt. Sunt præterea qui existimẽt Aeneæ neptem fuisse, & Ascanij filiam, nomine *ῥώμῃ*, à cuius nomine vrbi huic nomen fuerit impositum. Nec desunt qui Troia capta Achiuos quosdam ea in loca venisse asserant, quumque in Palatino monte oppidum condidissent, à nobilis captiuæ nomine *ῥώμῃ* appellasse. Sunt & aliæ non paucæ hac de re scriptorum opiniones, quas hic breuitatis causà omittimus. Siquis tamen nosse cupiat, adeat Pompeũ Festum, de Antiquarum vocum significat. lib. 16. Id certè constat, à tenuissimis ortam esse principiis: primúmque in Palatino monte conditam fuisse: sæpiúsq; deinde pomœrio eius fuisse prolata. Scribit enim Plin. lib. 3. cap. 5, Vespasiani temporibus ambitum vrbis fuisse XIII. M. CC. passuum. Vopiscus autem tradit, Aurelium Imperatorem ambitum eius ad triginta millia passuum ampliasse. A Roma fit gentile Romanus, *ῥωμαῖος.* vt, Romani rerum dominí, apud Virgil. 1. Aeneid.

Romanus, a, um, possessiuum: vt, Arces Romanæ, apud eundem 2. Georg.

Romanensis: qua voce propriè significatur is qui alibi ortus, Romæ vel saltem vrbe ertam Cato de Re rust. Romanensem salem appellat, non Romæ factum, sed qui Romæ vendebatur.

Romanicus, a, um, adiectiuum, *ῥωμαϊκός*, denominatiuum à Roma deductum: vt, Aratra Romanica, id est Romæ facta. Cato cap. 135, Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica, iuga Romanica optima erunt.

ROMANA porta, In infimo cliuo Victoriæ fuit, à Romulo primùm instituta, gradibúsque quibusdam in quadraturam formata. Appellata est autem Romana à Sabinis præcipuè, quibus ea proximus aditus erat Romam. Hæc Festus. Vulgò tamen, eodem Festo referente, Romana porta dicta est, vbi ex epistylo aqua defluebat: qui locus ab antiquis dictus est Ad statuas Cincias, quòd ibi olim fuerit sepulchrum eius familiæ.

ROMANVLA porta, teste Varrone lib. 4. de ling. Lat. in Palatino monte fuit, gradus habens in noualia, ad Volupiæ sacellum.

ROMVLVS, *ῥωμύλος.* Martis (vt Romani credi voluerunt) ex Ilia filius, & nepos Numitoris, & frater Remi, eodem cum illo partu editus. Erat enim Numitori frater nomine Amulius, præferoci ingenio: qui non contentus fratri natu maiori imperiũ præripuisse, vt posteritati quoq; suæ tyrannidem constabiliret, prolem illius masculam interemit. Iliam quoque, vt spem omnem nepotum fratri eriperet, sub specie honoris virginem Vestalem legit, eóque modo perpetua virginitate damnauit. Ea tamen postea grauida deprehensa, gemellos peperit: quos Amulius in Tyberim abiici iussit, matrem autem arctissima custodia asseruari. Verùm quum id temporis Tyberis extra ripas restagnasset, nec aditi vsquam ad rusti amnis cursum posset: qui mergendorum puerorum negotiũ susceperat, in proxima eos alluuie, vbi postea ruminalis ficus fuit, expositos reliquit. Vbi à Faustulo regij pecoris magistro inuenti sunt, & Laurentiæ vxori educandi traditi: quæ quòd vulgato corpore quæstum faceret, ideóque lupa inter pastores vocaretur: factus est locus fabulæ, Romulum & Remum à lupa educatos fuisse. Hi postea quum adoleuissent, de genere suo à Faustulo edocti, Amulium trucidant: auúmque Numitorem in regnum restituunt. Nec ita multo pòst collecta magna pastorum manu, vrbem nouam in Palatino monte, vbi educati fuerant, ædificant. Et quoniam fratres gemini erant, nec ætatis verecundia differentiam facere posset, orta inter eos contentione, vter nouæ vrbi nomen daret, & conditam imperio regeret, placuit rem auium iudicio permittere. Quúmque Remo in Auentino vultures sex priores, Romulo autem in Palatino duodecim, sed posteriores apparuissent: illo, tempore: hoc, numero se potiorem esse afferente: exorta inter pastores primùm altercatio est, quæ deinde ad manus peruenit. Ibi Remus in turba ictus cecidit. Vulgatior fama est, iudibrio fratris Remum nouos muros transiliisse: inde à Romulo, siue à Celere quodam Romuli iussu fuisse interfectum. Solus itaque regno potitus Romulus, vt vrbem incolis frequentiorem redderet, Asylum aperuit. Senatores centum quos ab honore Patres appellauit, conscripsit. Vicinis connubia negantibus virgines quæ ad Consualium spectaculum conuenerant, rapuit. Ceninenses bellum inferentes prælio vicit, Regéque obtruncato, Ioui Feretrio opima spolia obtulit. Ateminates deinde, & Sabinos prælio superatos in ciuitatem recepit. Fidenates acie fudit, & ad oppidum fugientes insequutus, vrbem eodem impetu cepit. Veientibus post aduersam pugnam pacem petentibus, centum annorum inducias concessit. Hisce rebus gestis, quum ad Capreæ paludem cõcionem haberet, ingenti coorta tempestate repentè nusquam comparuit. Patrum (vt creditur) manibus discerptus. ¶ Fuit & Romulus quidam Grammaticus, qui Græcis scriptoribus qui in scholis docebantur, sublatis, Latina induxit. Hic ad centesimum vsque annum vixisse traditur: interrogatúsque quánam ratione vitam tandiu propagasset. Intus, inquit, vino, foris oleo.

Romuleus, lea, leum, adiectiuum: vt Vrbs Romulea, apud Ouid. 15. Metamorph.

Romulus, a, um: vt Tellus Romula. Virgil. 6. Aen. -nec Romula quondam Vllo se tantùm tellus iactauit alumno.

Romilius, a, um: vt Tribus Romilia. Cicc. de Leg. agra. Respondit se à tribu Romilia initium factum.

Romulides, dæ, *ῥωμυλίδης*, Idem quod Romanus. à Romulo, primo vrbis conditore. Persius Saty. 1, Ecce inter pocula quærunt Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.

Ronchus, Vide RHONCHVS.

Ros, roris. Humor qui sereno tempore de cælo fluit, serena nocte, non gelu, neque ardoribus, neque ventis existentibus. {*δρόσος.* Ital. *Ruggiada.* Gal. *Rousée.* Hispan. *Rocio.*} Aristot. lib. 1. Meteor. scribit rorem fieri ex vaporatione modica, quum pluuia ex largo vapore progeneretur. Apul. lib. de Mundo, Ros nocturnus humor quem serenitatis tenuitas spargit: à Græcis dicitur *δρόσος.* Virgil. 2. Georg. Exigua tantùm gelidus ros nocte reponet. Cicc. 1. de Diui. Quum primùm gelidos rores Aurora remittit. Ouid. 3. Metam. Virgineos artus liquido perfundere rore. Virg. 8. Aegl. Quum ros in tenera pecudi gratissimus herba est.

Rorifer, ra, rum. {*δροσοφόρος.* Ital. *Che apporta ruggiada.* Gal. *Qui apporte la rousée.* Hisp. *Lo que trahe rocio.*} vt Aurora rorifera. Seneca Hippol. Quã rorifera mulcens aura Zephyrus vernas euocat herbas: Biga Lunæ rorifera. Stat. 1. Thebaid. Rorifera gelidum tenuauerat aëra biga. Lucr. lib. 6, Hinc vbi rorifera terram nox obruit vmbra.

Rorulentus, a, um, Quod est plenũ rore. {*δροσερός, πολύδροσος.* Ital. *Ogni cosa piena di ruggiada.* Gal. *Couuert ou plein de rousée.* Hisp. *Cosa rociada, ò llena de rocio*} Colum. lib. 5. Cauendum ne aut Septentrionalibus ventis, aut rorulentæ, sed ficeæ seruentur vites. Idem lib. 12. cap. 38. Rorulentæ baccæ ne legantur cauendum.

Roscidus, a, um, Quod est rore perfusum: vnde Nox roscida dicitur quæ rore humecta est. {*δροσερός* Ital. *Irruggiadato.* Gal. *Plein de rousée, mouillé de rousée* Hisp. *Cosa rociada*} Plin. lib. 18, Quidam pridie rigant prata: vbi sunt rigua, noctibus roscidis ficcari melius. ¶ Similiter Mala roscida, quæ matutino rore humecta sunt. Virgil. 8. Aegl. Sepibus in nostris paruam te roscida mala (Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem. Aurora roscida, Ouid. ad Liuiam. Gramina roscida. Claud. 2. de Rapt. Proserpinæ. Mella roscida, Virgil. 4. Aeglog. Pruina roscida foliis excussa, Ouid. 5. Fast.

Rorarij. Leuis armaturæ milites dicebantur, qui antequam acies congrederentur, fundis & lapidibus pugnæ præludebant. *γυμνῆται, ἀκροβολισταί.* Rorarij dicti, teste Nonio, quòd illi prælium, vt ros pluuiam, antecederent. Idem & Ferentarij dicuntur, teste Festo. Liuius. Nam & rorarij procurrebant inter antepilanos. Hinc Rorarium vinum dicebatur, teste eodem Festo, quod rorariis militibus dabatur.

Rorat. Verbum est ex eorum genere quæ Grammatici vocant verba exceptæ actionis, quemadmodum Pluit, & Ningit, per se sine nominatiui

adminiculo sensum explens: est enim rorat, idem quod ros decidit. {ῥοιάζ-. Ital. *Inroggiadare, bagnare.* Gal. *Faire ou getter rousée.* Hisp. *Rociar.*} Colum. lib. 11. ca. 3. Idibus Octobris, & sequenti biduo interdum tempestas, nonnunquam rorat. ¶ Per translationem accipitur pro guttatim distillare. Virgil. 8. Aeneid. Raptabátq; viri mendacis viscera Tulli Per sylnam, & sparsi rorabant sanguine vepres. Ouid. 3. Metam. Vndique dant saltus, multáque aspergine rorant: Emergúntque iterum, redeúntque sub æquora rursus: Inque chori ludunt speciem, &c. ¶ Aliquando admittit post se accusatiuum: vt, Rorare imbrem. Plin. lib. 17. cap. 10, Periculum tantum eo die est, si rorauerit quantulumcunque imbrem. ¶ Ror, passiuum, pro irroror, siue irrigor, aut madefio. Ouid. Epist. 21, Scribimus, & lachrymis oculi rorantur obortis.

Rorans, tis, participium. {ῥοιάζων, ψιχάζων. Ital. *Chi saruggiada.* Gal. *Qui fait rousée.* Hisp. *El que rocia.*} Virgil. 3. Aeneid. Tec spumam elisam, & rorantia vidimus astra. Cic. de Senect. Pocula, vt in Symposio Xenophontis, minuta, atque rorantia.

Roratus, a, um. {ῥόεν μενος, ῥανίδωτός. Ital. *Inroggiadato.* Gal. *Arrousé & mouillé de rousée.* Hisp. *Rociado.*} Ouid. 3. Fasto. Mollis erat tellus, rorata mane pruina.

Roratio, onis, Morbus est vitium, quum illæ defloreseentes rore lædúntur, priúsque corrumpuntur, quàm in acinos transformentur. {ῥοποπαθές, ὁ ῥόεν ἰοῦλος πάθος. Ital. *Colatura di vite.* Gal. *Coulement de rousée, coulure de vignes.* Hispan. *Obra de rociar, coladura de la vid.*} Cui vitio affine est illud, quod Galli *Colaturam* vocant, quum acini iam nati aut decidunt, aut indurescunt in callum. Vtriúsque meminit Plin. lib. 17. cap. 24, Syderationis (inquit) genus est in vitibus defloreseentibus roratione quum acini, priúsquam crescant, decoquuntur in callum. Theoph. lib. 4. de Plantis, Roratio, inquit, fit quum vitis defloreseens irroratur. Propter hoc vitium Floralia ab antiquis instituta sunt, autore Plin. lib. 18. cap. 19, Floralia quarto Calendas Maij instituerunt anno Vrbis quingentesimo sextodecimo ex oraculis Sibyllæ: vt omnia bene defloreseerét. Et paulo pòst, Aliud hoc quatriduum est, quo neque rore sordere velint: exhorrent enim frigidum sidus Arcturi postridie occidẽs: & multo minus pleniluniũ incidere, &c.

Roresco, cis, Roscidus fio, rore aspergor: ab inusitato verbo Roreo. {ῥοεῖζομαι. Ital. *Inroggiadarse.* Gal. *Estre arrousé & mouillé de rousée.* Hisp. *Enrociarse.*} Plin. lib. 18. cap. 33, Aquilonem prænuntiat terra ficcescens: sed roreseens repentè Austrum immiscet.

Rosa, rosæ, Flos è spina nascens. {ῥόδον. Ital. & Hisp. *Rosa.* Gal. *Rose.*} qui propter pulchritudinem, & suauem odorem Veneri sacer est: & fortasse non absurdè: quia sicut rosa breui viget, ita & venerea voluptas. Quo pacto autem rosa, quæ prius candida fuit, cruore Veneris infecta, purpureum colorem traxerit, ex Aphthonij fabella cognosces. De rosis pluta apud Plin. lib. 21, inuenies: & Theophr. lib. 6. ca. 6. & 7, & Dioscor. lib. 3. cap. 132. Cic. 5. Tusc. An tu me in viola putas, aut in rosa dicere? Idem 3. Tusc. Sertis redimiri & rosa. Virgil. 4. Georg. Primus Vere rosam, atque Autumno carpere poma. Horat. 2. Carm. Ode 3, Huc vina, & vnguenta, & nimium breuis Flores amœnæ ferre iube rosæ. ¶ Rosa, pro oleo rosaceo, apud Celsum lib. 8. cap. 4. Quòd si membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa tepida.

Roseus, a, um, Qui rosæ colorem imitatur. {ῥοδωπός, ῥοδινός. Ital. *Ogni cosa che mostra color di rosa.* Gal. *De couleur de roses, vermeil comme roses.* Hisp. *Cosa de color rosado.*} vt, Pannus roseus, Rosea vestis. Plinius, Anni à coitu spuma collecta roseo panno, & inclusa argento, venerem stimulat. Virgil. 12. Aeneid. Et roseas laniata genas. Idem 6. Aeneid. Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis Iam medium ætherio cursu traiecerat axem. Idem 2. Aeneid. -roseóque hæc insuper addidit ore.

Rosaceus, a, um, Quod ex rosa factũ est. {ῥοδινός. Ital. *Ogni cosa fatta di rose.* Gal. *De roses.* Hisp. *Cosa de materia de rosas.*} vnde Rosaceum oleum, ex rosis. Plin. lib. 20. cap. 5, Succus ex stigmentis illitus cum rosaceo & aceto, febrium ardores refrigerat.

Rosarium, rij, Copiam fruticum significat vno loco rosas gignentium. {ῥοδωνιά. Ital. *Luogo che abonda di rose.* Gal. *Rosier, vn lieu ou croissent force roses.* Hisp. *El rosal, donde ay mucha rosas.*} Plin. lib. 31. cap. 11, Rosaria à Fauonio fossa oportet esse, iterúmque Solstitio.

Rosetum, Significat locũ rosis consitũ. {ῥοδωνιά. Ital. *Luogo piantato di rose.* Gal. *Vn lieu pourplanté de rosiers.* Hisp. *Rosal.*} Virg. 5. Aeglo. Puniceis humilis quantum saliunca rosetis, Iudicio nostro tantũ tibi cedit Amyntas.

Roscidus, Vide ROS.

ROSCIVS, Histrio insignis fuit Ciceronis ætate, in arte sua vsqueadeò absolutus, vt siquem significare velimus cæteris sui generis hominibus præcellere, Roscium κατ' ἐξοχὴν appellemus. Roscij (inquit Festus) dicebantur in omnibus perfecti artibus: propterea quòd Roscius quidam perfectus vnus in arte sua, id est Comœdia iudicatus est. Cic. de Orat. Roscius hoc iandiu est assecutus, vt in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Horat. 2. Epist. 1, Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit. Hunc primum in scena personam vsum ferunt, quòd & strabo esset, & aspectu fœdus. Tantum tamen pronuntiandi suauitate valuit, vt populo sine persona gratior esset: quod & Cicero testatur. lib. 2. de Orato. Gratia verò apud summos etiam viros tantum valuit, vt à Fannio de societatis cuiusdam rationibus in iudicium vocatus, Ciceronis patrocinium meruerit: qua de re etiam hodie extat Oratio, quæ pro Qu. Rosc. Comœdo inscribitur. Quin & librum conscripsit, in quo histrionicam cum eloquentia comparare conatur. Cum Cicerone quoque aliquando certasse dicitur, num ille eandem rem sæpius oratione, an ipse gestu variaret. ¶ Fuit & alter Roscius, prænomine Sextus, ex municipio Amerino, cuius quum pater noctu à cœna redeens Romæ occisus esset, filius ab iis qui bona eius à Sylla emerant (curauerant enim vt mortuus inter proscriptos referretur) parricidij accusatus, defensus est à Cicerone vigesimum tertium, (si Cornelio Nepoti credimus) aut certè (vt aliis placere video) vigesimum septimum annum agente: quę oratio etiam hodie omnium manibus teritur. Meminit huius orationis Cicero ipse in Bruto, Prima (inquit) causa publica, pro Sexto Roscio dicta, tantum commendationis habuit, vt non vlla esset quæ non nostro digna patrocinio videretur. ¶ Fuit & Roscius quidam Otho, Trib. plebis, qui legem tulit vt

Equitibus Romanis in Theatro xiiii. gradus proximi assignarentur, qui censum cccxx-s haberent, autor Liuius.

ROSEA, Campus in agro Reatino, quòd in eo arua rore humida semper serantur. Varro 1. de Re rust. cap. 7, Cæsar Vopiscus Aedilitius, cansam quum ageret apud Censores, campos Roseæ Italiæ dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non apparetet propter herbam.

Roseus, Vide ROSA.

Rosio, Vide RODO.

Rosmarinus, siue (vt apud Plinium legitur) Rosmarinum, in quadruplici est differentia. {λιβανωτὶς. Ital. *Rosmarino.* Gal. *Rommarin.* Hisp. *Romero mata.*} Sunt enim duo eius genera fœcunda, quorum alterum folia habet fœniculi crassiora, & latiora, in rosæ speciem, humi sparsa, iucundè olentia, caulem cubiti altitudine, multis concauum alis: in cacumine vmbellam, in qua semen nascitur copiosum, candidum, sphondylo simile, rotundum, anguloſum, resinaceum, quod in mandendo linguam exurit, radicem autem prægrandem, candidam, thus redolentem: vnde & rustici *incensoriam* appellant. Alterum superiori omnino consimile est, semen ferens latum, nigrum vti sphondylion, sed minimè exurens, radice foris nigra, sed intus si fraugatur, alba. Tertium, quod ad superiorum differentiam sterile dicitur, superioribus non dissimile: sed neque caulem, neque florem, neque semen emittit: nascitur in saxosis & asperis. Quartum, quod Græci non absolutè λιβανωτὶς, sed cum adiectione quadam λιβανωτὶς τραγανοφόρος appellant, frutex est notissimus, nusquam non apud nos in hortis obuius, in agro autem Narbonensi sponte tanta prouenieus copia, vt non temere alio ligno ad ignem vtantur. λιβανωτὶς autem vocãt Græci eadem ratione qua superiora genera, quòd scilicet thuris odorem referat: τραγανοφόρος autem, hoc est coronariam, quòd coronamẽtis soleat intexi. Plin. lib. 19. cap. 12, Libanotis locis putridis & mactis, ac toscidis seritur semine. Radicem habet olusatri, nihil à thure differẽtem. Vsus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. Idem lib. 17. cap. 13, Sabina herba propagine seritur, & auulsione tradũt fœce vini, aut è parietibus latere tuso mirè ali, iisdem modis rosmarinum serunt, & ramo: quoniam neutri semen. Sic lib. 24. cap. 11. & Colum. lib. 9. cap. 4.

Rosmaris, Frutex odorifetus, qui & rosmarinus dicitur. {λιβανωτὶς. Ital. *Rosmarino.* Gal. *Rommarin.* Hispan. *Romero mata.*} Ouid. 3. de Arte, -tegit arbutus herbam, Rosmaris, & laurus, nigráque myrtus olent.

Rostellum, Vide ROSTRVM.

Rostrum, rostri. Quo aues cibum capiunt. {ῥύγχος. Ital. *Becco, muso, mostaccio.* Gal. *Bec, museau.* Hispan. *El pico, como de aue: ò hocico, como de puerco.*} Cic. 1. de Nat. deor. Procero, corneóque rostro aues. Ouid. 6. Fast. Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ, Canities pennis, vnguibus hamus inest. Virgil. 6. Aeneid. -rostráque immanis vultur obunco Immortale iecur tundens, &c. ¶ Nec solùm de auibus, sed de reliquis quoque animalibus, & de ipso homine dicitur. Plaut. Menæch. Apud mensam plenam homini rostrum deliges. Plin. Et mugilis rostrum. Caprarum rostra. Varro 2. de Re rust. cap. 3, Duo enim genera earum, sub rostra duas vt mammulas pensiles habeant, quòd hæ fœcundiores sint. Canum. Plin. lib. 8. cap. 4, Quum significans demonstratio est, cauda primùm, deinde rostro. Ibidem, Ventos & odorem captantes, prodentéque rostro cubilia. Suum. Cice. 1. de Diui. Sus rostro si humi a literam impresserit, num propterea suspicari poteris Andromacham Ennij ab ea posse describi? ¶ A similitudine autem rostri auium, pars nauis exporrecta, & acuminata, ex ære, ferróve, in prora eminens, rostrum appellatur. {ἔμβολον. Ital. *Sperone della naue.* Gal. *Le bec au deuant du nauire, mussi & garni de cuiure ou de fer.* Hispa. *La guarnicion dela proa dela naue.*} A. Hircius de bello Alexand. Nauibus actuariis, quarũ numerus erat satis magnus, rostra imposuit. ¶ Rostra, orum. Polybio templum erat Romæ in foro, ante curiam Hostiliam, pulpitum habẽs nauium Antiatium rostris, adornatum: ex quo ad populum concio haberi solebat. αἱ ἐμβολαὶ. Liuius lib. 8. Decad. 1. Naues Antiatium partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ: è rostrisque eorum suggestum in foro extructum adornari placuit, Rostráque id templum appellatum.

Rostratus, a, um, Rostro armatus. {ἐμβολωτός. Ital. *Chi ha becco.* Gal. *Qui a vn bec, begu.* Hisp. *Cosa que tiene pico.*} vt, Naues rostratæ, quæ in prora æneo munitæ erant rostro, quo in hostium naues cum impetu impacto, sæpe eas dissoluebant. αἱ χαλκέμβολοι. Liu. 4. Decad. lib. 6, Vna & octoginta rostratis nauibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ, rostratæ: aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum traiecit. Idem lib. 8. belli Pun. Prouinciæ ita decretæ: alteri Consuli Sicilia, & triginta rostratæ naues, quas C. Seruilius superiori anno habuisset: eædem & æratæ dicebantur. Cæsar 1. belli Ciuilis, Interim L. Nasidius ab Cn. Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus paucæ erant æratæ. ¶ Corona rostrata, id est naualis, quòd exiguis quibusdam veluti nauium rostris exornaretur. Plin. lib. 16. cap. 4, Ciuicis cedunt murales, vallaréque, & aureæ, quanquam prælio antecedentes: cedunt & rostratæ, quamuis in duobus ad hoc æui maximè celebres, M. Varrone è piraticis bellis, deinde Cn. Pompeio: itémque M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis. Tempora rostrata, id est nauali, siue rostrata corona exornata. Virg. 8. Aen. Cui belli insigne superbum Tẽpora nauali fulgent rostrata corona. Rostratus impetus, qui fit rostro impacto, apud Plin. li. 10. ca. 12.

Rostro, as, Rostrum impingo, rostro penetro. {ῥύγχω, ἐμβάλλω. Ital. *Poner il becco dentro.* Gal. *Becquer, piquer & donner du bec.* Hisp. *Poner el pico dentro a alguna cosa.*} Plin. lib. 10. cap. 19, Omne aruum rectis sulcis, mox & obliquis subigi debet: in collibus transuerso tãtùm monte aratur, sed modò in superiora, modò in inferiora rostrante vomere, id est, rostrum impingente, ait Budæus.

Rostellum, li. Paruum rostrum. {ῥύγχιον. Ital. *Picciolo becco.* Gal. *Petit bec.* Hisp. *Pequeña pico.*} Plin. lib. 30. cap. 11, Muris rostellum. Colum. lib. 8. cap. 5, Animaduertat an pulli rostellis ova percuderint.

Rota, æ. Cuius conuersione currus proceditur rotunditate, seu à ruendo: ruit enim facilè in suos orbes. {τροχὸς. Ital. *Rota, ruota.* Gal. *Vne roue.* Hispan. *La rueda de carro ò de ollero.*} Plaut. in Capt. Pro rota me vti licet: Vel ego huc, vel illuc vortar, quò imperabitis. Plin. lib. 16. ca. 40,

Sed

Sed signum non alio penè, quàm ad radios rotarum vtile. Horat. 1. Epist. 18. Si te pulvis, strepitúsque rotarum, Si lædit caupona, Ferentinum te iubebo. Ouid. 2. Metamorph. Hâc fit iter, manifesta rotæ vestigia cernes. ¶ Figuratè tamen rota accipitur pro toto curru. Virg. 12. Aen. Equo Iotis magnam respexit ad vrbem. Cic. in Arati Phænom. Hunc tangit rota feruida Solis. ¶ Rota Fortunæ, id est inconstantia, & volubilitas. Cic. in Pisonem, Io quo ne tum quidem Fortunæ rotam extimescebat. ¶ Rota, tormenti genus. Cic. 5. Tusc. In eo etiam putatur dicere, In rotam beatam vitam non ascendere. ¶ Rotæ etiam à Latinis dicuntur captæ quædam feræ, quarum magna est copia in Samothracæ insula. Varro lib. 2. cap. 1. Etiamnunc multis in locis pecudum ferarum genera sunt aliquot: vt in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur complures: vt in Samothracæ captarum, quas Latinè rotas appellant. ¶ Est & Rota, piscis, siue belluæ marinæ genus. à rotæ, quæ in curru voluitur, similitudine dictum. Plin. lib. 9. cap. 4, Apparent & Rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque claudentibus. ¶ Rota item in figlinis dicitur, qua fictilia tornantur: cuius primum inuentorem fuisse tradunt Anacharsin Scytham, aut (vt alij malunt) Hyperbion Corinthium. Horat. de Arte, -Amphora cœpit Institui: currente rota cur vrceus exit.

Rotula, est diminutiuum. {ῥοδάκιον. Ita. *Ruota picciola.* Gal. *Petite roue.* Hisp. *Pequeña rueda.*} Plin. lib. 18. cap. 18. Galliæ verò duas addidêrũt rotulas.

Roto, as, Verto, in modum rotæ verso, circumago. {γυρόω, κυκλόω. Ital. *Rotare, ruotare, voltar' atorno, girare.* Gal. *Faire la roue, rouer, rouler.* Hispa. *Rodar ò traher en derredor, hazer buelta en derredor.*} Martial. lib. 1, Præceps sanguinea dum se rotat vsus arena, Implicitam visco perdidit ille fugam. Ouid. 4. Metamorph. Déque sinu matris ridentem, & parua Learchum Brachia ter dentem rapit, & bis tèrque per auras More rotat fundæ, rigidóq; infantia saxo Discutit ora ferox. Lucret. lib. 6, -rotántque canis flammam fornacibus intus. ¶ Rotare item se pauones dicuntur, quum veluti pulchritudinem suam admirantes, gemmantes caudæ pinnas in orbem explicant, rotæque orbem imitantur. ἀγαλλιῶνται.

Rotans, tis. κυκλούμενος. Horat. 4. Carm. Ode 11, Sordidum flammæ trepidam rotantes vertice fumum.

Rotatus, a, um. κυκλωθείς. Ouid. ad Pisonem, -& nunc cetuice rotata Incipit effusos in gyrum carpere cursus. Iuuena. Saty. 6, -aut curtum sermone rotato Torqueat enthymema.

ROTHOMAGVS, siue Rhothomagus, ῥοθόμαγος, Vrbs Velicassiorum, in Gallia Lugdunensi, ad Sequanam fluuium, teste Ptolem. lib. 3. cap. 8. Vulgò *Rouan.*

Rotundus, a, um, Idem quod globosum, hoc est quod globi siue sphæræ figuram habet, vnica superficie contentum, & in medio sui punctum habens, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, sunt æquales. {στρογγύλος, σφαιροειδής, σφαιρικός, σφαιροειδὲς. Ital. *Rotondo.* Gal. *Rond.* Hispan. *Redondo.*} Dictum Rotundum, (vt quidam volunt) à retundendo, quòd omnis vndique retusa sit angulorum asperitas. Plin. lib. 10. cap. 52, Aquatilium oua rotunda. Ibidem, Ouæ exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur. Cic. 1. de Nat. deor. Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui mũdum animantem, immortalem, & eundem beatum & rotundum esse velint, quòd ea forma neget vllam pulchriorem esse Plato. Horat. 8. Epod. Nec sit marita, quæ rotundioribus Onusta baccis ambuler. Cic. de Vniu. Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius, nihil vt asperitatis haberet, nihil offensionis, &c. Colum. lib. 8. cap. 8, Quum deinde quis volet quamplurimos mares excludi, longissima quæque, & acutissima oua subiiciet: & rursus quum fœminas, rotundissima. ¶ Ore rotundo loqui, est volubili, & concinno orationis genere vti. Horat. in Arte, Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui. Gell. Crispum sanè agmen orationis, rotundúmque, ac modulo ipso numerorum venustum. Cic. in Orat. Thucydides autem præfractior, nec satis (vt ita dicam) rotundus, primus instituit dilatare verbis. Rotundæ clausulæ dicuntur, intra quas sententiæ clauduntur cum sequentibus non hærentes. Budæus.

Rotunditas, atis. {στρογγυλότης, σφαιρικότης. Ital. *Rotondità.* Gal. *Rondeur.* Hispa. *Redondez por todas partes.*} Plinius libro 1. cap. 3, Cornibus quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis. Ibidem, cap. 36, Rotunditas oris.

Rotundè, aduerbium. {στρογγύλως, σφαιρικῶς. Ital. *Rotondamente.* Gal. *Rondement.* Hispan. *Redondamente.*} Cic. 4. de Fin. Ista ipsa, quæ tu breuiter, Regem, Dictatorem, diuitem solum esse sapientem, à te quidem aptè, ac rotundè, &c.

Rotundo, as, Rotundum facio. {στρογγύλλω. Ital. *Tondare, far rotondo.* Gal. *Arrondir, faire rond.* Hisp. *Redondear por todas partes, hazer redondo.*} Cic. de Vniuer. Quúmque similem vniuersitatis naturã efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit. Vitru. lib. 10. cap. 11, Id ad circinum rotundatur. ¶ Per translationem accipitur pro explete siue perficere, eo quòd rotunda forma nulla sit perfectior. Horat. 1. Epist. 6, Mille talenta rotundentur: totidem altera: porro Tertia succedant.

Rotundatio, verbale. {στρογγύλωμα. Ital. *Ritondamento.* Gal. *Arrondissement.* Hisp. *Aquella obra de redondear.*} Vitru. lib. 10. cap. 11, Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia spatia fient.

ROXANA, siue potius Rhoxana, vide suprà, inter ea quæ ab Rh, aspirato initium sumunt.

ROXICVM. Apud Ptolemæum lib. 3, ciuitas est Corsicæ insulæ: nunc vulgò *Rogela* dicta.

R ante V

Rubedo, Rubefacio, vide RVBEVS.

Rubellianæ vites, siue rubellæ, quæ dicantur, vide RVBELLVS.

Rubellio, onis, Pisces est prægrandi capite, ex genere mullorum, (quem ἐρυθρῖνον vocat Aristoteles, vt Gaza arbitratur) à coloris rubedine nomen habens. Vnde & Galli *rougeretum* appellant. Hic in vino necatus, in posterum vini tædium inducit. Plin. libro 32. cap. 10. Mullus in vino necatus, vel piscis rubellio, iis qui inde biberint, vini tædium affert.

Rubeta, æ, Ranæ genus venenosum, in sicco semper viuens, & à rubis nomen trahens, in quibus plerunque viditat. {φρῦνος. Ital. *Rana sanmartina, rosso, botta.* Gal. *Certaine espece de grenouille ou teine venimeuse qui vit en boyes & arbrisseaux.* Hispa. *La rana de los garçales.*} Iuuen. Saty. 1, -quæ molle Calenum Porrectam viro miscet sitiente ruberam. Plin. lib. 8. cap. 31, Auxiliantur contra ranam rubetam. Idem libro 32. cap. 5, Sunt quæ in vepribus tantum viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci phrynos vocant, grandissimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradunt autores.

Rubeus, a, um, & Rufus, generalia nomina sunt, ad omnia quæ quomodolibet rubent. {ἐρυθρός. Ital. *Rosso.* Gal. *Rouge.* Hispan. *Bermejo.*} Etenim sanguineus, croceus, aureus, ostrinus, fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, spadiceus, rubei seu rufi coloris sunt, aut accuentes eum, & quasi incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro infuscantes. Gell. lib. 2. cap. 26, Sed quum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum: has singulas rufi varietate, Latina oratio singulis, propriisq; vocabulis non demonstrat: omniáque ista significat vna ruboris appellatione: quum tamen ex ipsis rebus vocabula mutuatur, & igneum aliquid dicit & flammeũ, & sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aureum. Sunt tamen qui negent rubeum Latinam vocem esse: illud certè constat rubentem, seu rubrum colorem vsitatius dici, quàm rubeum.

Rubeo, bes, bui, Rubens sum. {ἐρυθραίνομαι, ἐρυθρῶ. Ital. *Esser rosso, arrossirsi.* Gal. *Estre rouge, deuenir rouge.* Hisp. *Embermejecerse.*} Virgil. 2. Georg. Sanguineisque inculta rubent aniaria baccis. Idem 4. Georg. Antè nouis rubeant quàm prata coloribus, &c. Cic. ad Attic. lib. 15, Rubeo, mihi rubeant quàm prata coloribus, &c. Cic. ad Attic. lib. 15, Rubeo, mihi crede: sed iam scripseram, delere nolui. id est præ pudore rubore suffundor. Idem 4. Verri. Hærere homo, auersari, rubere. Martial. lib. 1, Præstantis rubeant æmula labra rosis. Ouid. 2. Fast. Diffugiunt hostes, inhonestáque vulnera tergo Accipiunt: Tusco sanguine terra rubet.

Rubens, tis, participium, siue nomen ex participio, Idem quod rubrum. {ἐρυθρός. Ital. *Rosso.* Gal. *Rouge.* Hisp. *Bermejo.*} Virgil. 1. Georg. Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. Ouid. 4. Fast. -tremula dat vina rubentia dextra.

Rubesco, is, Rubens fio. {ἐρυθραίνομαι. Ital. *Arrossirsi, diuenir rosso.* Gal. *Deuenir rouge.* Hisp. *Embermejecerse.*} Virgil. 2. Aen. Iámque rubescebat stellis Aurora fugatis. Ouid. 2. Metam. Tum pater vt terras, mundúmque rubescere vidit. Plin. lib. 9 cap. 35, Miror ipso tantùm eas cælo gaudere, sole rubescere, colorémque perdere vt corpus humanum. ¶ Hinc componitur Erubesco, de quo suo loco.

Rubefacio, rubefacis, pen. corr. Rubro colore tingo. {ἐρυθραίνω, ἐρυθρῶ. Ital. *Far rosso, tingere di rosso.* Gal. *Rougir, faire rouge.* Hisp. *Embermejar a otra cosa.*} cuius passiuum est rubefio. Silius lib. 16, Vísque Atlantiadum rubescerat ora suorum.

Rubefactus, a, um, participium. {ἐρυθρωθείς. Ital. *Arrossito.* Gal. *Fait rouge.* Hisp. *Hecho bermejo.*} Ouid. 13. Metamorph. Expulit ipse cruor, rubefactáque sanguine tellus.

Ruber, bra, brum. Idem quod rubeus. {ἐρυθρός, ἐρυθρία. Ital. *Rosso.* Gal. *Rouge.* Hisp. *Bermejo.*} sed Latinum est ruber, vix rubeus. Horat. in Sermon. Obscœnóque ruber porrectus ab inguine palus. Ouid. 1. Fasto. At ruber hortorum deus, & tutela Priapus, &c. Martial. lib. 1, Flauáque de rubro ponere melle cado. Ouid. 11. Metamorph. Fulmineus rubra suffusus lumina flamma. Horat. 3. Carm. Ode 13. -nam gelidos inficiet tibi Rubro sanguine riuos. Rubrum mare. Cic. 1. de Natu. deor. An quicquam tam puerile dici potest, quàm si ea genera beluarum, quæ in Rubro mari, Indíáve gignantur, nulla esse dicamus? Rubrior, comparatiuus. Plin. libro 10. cap. 63. Colorem illico mutant rubriore pilo.

Rubor, oris, Ipse color rubeus, qui & rubedo dicitur. {ἐρυθρήματα, ἐρυθρότης. Ital. *Rossore.* Gal. *Rougeur.* Hispa. *Bermejura.*} Plin. lib. 11. cap. 37, In malis maximè ostenditur rubor. Ouid. 3. Metam. Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem. Lucan lib. 5. -rubor igneus inficit ora. Tyrij rubores, pro purpura. Virgil. 3 Georg. Tyrios incocta rubores. Virgineus rubor, pro pudore. Virgil. 1. Georg. At si virgineum suffudetit ore ruborem.

Rubicundus, a, um. Rubore plenus, siue abundè rubens. {ἐρυθρίας, ἐρυθρός. Ital. *Rubicondo, rossigniente.* Gal. *Rouge.* Hispan. *Bermejo.*} In quo alternitatis causa (vt inquit Priscianus) e loco b ponitur, ne sit absonum si rubibundus dicatur. Terent. in Hecy. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, exsius. Plaut. Pseud. Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum. Plin. lib. 18. cap. 35. de luna loquens, Si rubicunda, ventos portendere creditur. Mart. lib. 14, Hanc tibi Cumano rubicundam puluere testam Municipem misit casta Sibylla suam.

Rubicundulus, diminutiuum, Idem quod subrubens. {ὑπερυθρός. Ita. *Alquanto rosso.* Gal. *Vn peu rouge, rouget.* Hisp. *Bermejo vn poco.*} Iuuc. Sat. 6, -tandem illa venit rubicundula totum Oenophorum sitiens.

Rubidus, a, um, {ὑπερυθρός, καταξάνθης. Ital. *Rossardo.* Gal. *Rougeastre.* Hispan. *Ruuio, roxo.*} Quod est colore rufo, atrore multo mistum, cuiusmodi ferè est color ferri multa rubigine obducti. A. Gel. lib. 2. cap. 26, Non enim hæc sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia, quæ tu modò dixisti, rufus & ruber, sed alia quoq; hactenus plura, quàm quæ dicta abs te Græca sunt. Fuluus enim & flauus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & spadix, appellationes sunt rufi coloris. Hæc ille. ¶ Aliquando tamen rubidus, pro scabro, & aspero accipitur. Plaut. in Stich. Rubiginosam strigilem, ampullámque rubidam. Hinc & panis bis coctus, à scabritie rubidus dicitur: qui & à naturarum vsu nauticus etiam appellatur. Plautus, Exiguam bucellam rubidi panis. Quo tamen in loco Festus (si modò emendati sint codices) rubidum panem interpretatur panem parum coctum.

Rubellus, a, um, Id est subrubum. {ὑπερυθρός. Ital. *Rossetto.* Gal. *Rouget, rougeastre, tirant sur la rouge.* Hisp. *Bermejo vn poco.*} vt, Vinum rubellum, siue rubellum, absolutè dicitur, quod modicè, & dilutè rubet. Martial. lib. 1, Et Veientani bibitur fex crassa rubelli. Rubellæ vites, id est Nomentanæ, à materiæ rubedine cognominatæ. Plin. lib. 14. cap. 2, Proxima dignitatis Nomentanis, rubente materia: quapropter quidam rubellas appellauere. Easdem & rubellianas vocat Colum. lib. 3. cap. 2,

Nomentanæ, inquiens, vini nobilitate subsequuntur Ammineæ, fœcunditate verò etiam præueniunt: quippe quum frequenter impleant, & id quod ediderunt, optimè tueantur. Sed earum quoque feracior est minor, cuius & folium parcius scinditur, & materia non ita rubet, vt Ammineis: à quo colore rubellianæ nuncupantur.

RVBI, orum, Tantùm pluraliter, oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, siue à rubore dictum. Hor. in Serm. Inde Rubos fessi peruenimus, vt pote longum Carpentes iter, & factum corruptius imbri.

Rubeus, a, um: vt, Vimen Rubeum, Virgæ Rubeæ, quæ Rubis afferebantur, fiscellis texendis vtiles. Virg. 1. Georg. Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.

Rubia, æ, Herba radicem habens rubram, tingendis lanis, ac cutiis idoneam. ἐρυθρόδανον. Ital. *Grana, robbia.* Gal. *Herbe nommée Garance.* Hispa. *La rubia de los tintores.* } De qua Plin. lib. 24. cap. 11, Erythrodanus, quem aliqui erythrodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pellésque perficiuntur: in medicina vrinam ciet. Idem lib. 35. cap. 6. & libro 19. cap. 3. Pharmacopolæ *rubiam tinctorum*, Gallia sua lingua *garanciam* nominant.

RVBICON, pen. cort. genitiuo rubiconis, pen. prod. ῥοβίκων, Fluuius disterminans Italiam à Gallia citeriore. Originem ducit ex Apennino monte, fluitque inter Atimiuum & Rauennam, in mare Adriaticum. Lucan. lib. 1, Vt ventum est parui Rubiconis ad vndas, &c. Eius multa mentio est apud Plutarchum in vita Pompeij & Cæsaris. Plinius eum in octaua regione Italiæ collocat. Sueton. in Cæsa. Consecutúsque cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paulum constitit. Vulgò *Pisatello.*

Rubicundus, Rubidus, vide RVBEVS.

Rubigo, pen. cor. tu quignis. ἰὸς ἰός. Ita. *Ruggine, ruggine.* Gal. *Rouil, ou rouille, rouillure.* Hisp. *Herrumbre de hierro.* } Vitium metalli, & proprie id quod ferro contrahi videmus, aridum & rubrum, metallum paulatim erodés. Dicta rubigo à rubro, siue rubido colore: vnde & antiquis robigo dicebatur: nam illi robum dicebant, teste Festo, quod nos rubrum. Aerugo verò propriè fit in ære: sicut ferrugo in ferro: & contrahitur ex humore: neque rusa est, & sicca, qualem diximus rubiginem esse, sed viridis, atq; humida. Plin. lib. 17. cap. 4, Ferróq; argilla omnis rubiginè obducit. Virg. 1. Georg. Exesa inuenies scabra rubigine tela. Catul. Argo. Squallida desertis rubigo inferetur aratris. Ouid. 2. Meta. -liuent rubigine dentes. ¶ Rubigo, vel Aerugo, in segetibus, inquit Budæus, est quã *Nyllam*, hoc est nebulam, nostrates agricolæ vocant: spicæ enim marcidæ fiunt hoc vitio, & in pulueres fœtidum confriatiles. ἰσφυΐη. Ital. *Rubigine che viene alle biaue.* Gal. *Nielle de blés.* Hispa. *El añublo de los panes.* } Horat. lib. 1. Carm. Nec pestilentem sentiet Africum Fœcunda vitis, nec sterilem seges rubiginem. ¶ A rubigine Rubigalia dicta, id est festi dies, amoliendæ rubigini instituti ab antiquis: quales sunt supplicationes ambarbiæ, aut ambarualeș, quæ hodie propter eiusmodi causas factitantur. Plin. lib. 18. cap. 29. Rubigalia Numa constituit, quæ nunc agũtur ad septimum Calend. Maij: quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Hactenus Budæus.

Rubiginosus, a, um, ἰώδης, ἰοποιὸς. Ital. *Ruggineso.* Gal. *Enrouillé.* Hisp. *Cosa con herrumbre.* } vt apud Mart. lib. 5, Rubiginosi dentes. Cætera vide in dictione ROBIGO.

Rubiginor, pen. cor. ris, Rubiginem contraho. } Iuu. Ital. *Arrugimirsi.* Gal. *S'enrouiller.* Hisp. *Hazerse con herrumbre.* } Apul. lib. 3. Floridorum, Profectò vt gladius vsu splendescit, situ rubiginatur: ita vox in vagina silentij condita, diutino torpore hebetatur.

Rubor, vide RVBEVS.

Rubrica, æ, pen. prod. Terra rubri coloris, qua fabri materiarij lineas ducunt. μιλτώδης. Ita. *Terra rossa.* Gal. *Terre rouge.* Hisp. *Barro bermejo.* } Col. lib. 2, Omnes arbusculas, priusquàm transseras, rubrica notare conuenit: vt quum ferentur, easdem cæli partes aspiciant quas etiam in seminariis conspexerunt. Hac legum tituli, & capita notabantur. Persius Satyr. 5, Præsertim si quid Masuri rubrica notauit. Hinc,

Rubricatus, ta, tum, Quod est rubrica intinctũ. } μιλτωτός. Ital. *Cosa imbrattata di terra rossa.* Gal. *Teint de terre rouge.* Hisp. *Cosa embixada de barro bermejo.* } Hiero. in Exodum, Pelles arietum rubricatas.

Rubricata, Color est quo mulieres genis ruborem inducunt. ἀνδρίστλ. Plaut. in Truc. Buccas rubricera & omne corpus intinxit tibi. Alio nomine purpurissum dicitur: vnde Plautus ibidem Buccas purpurissatas & rubricata tinctas, in eadem effert significatione.

Rubricosus, a, um, adiectiuum, Rubrica abundans, vel rubricæ similis. } μιλτώδης. Ital. *Pieno di terra rossa.* Gal. *Plein de terre rouge.* Hisp. *Lleno de barro bermejo.* } vt, Terra rubricosa, ex qua rubrica effoditur: aut quæ rubra est ad similitudinem rubricæ. Colu. lib. 4. cap. 33, Spissum solum, & rubricosum reformidat.

RVBRICATVS, Ptolemæo, Rubricatum Plinio, Fluuius est Tarraconensis Hispaniæ, Laletanos & Indigetes dirimens ab Ilergetibus. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 6, & Plin. lib. 3. cap. 3.

RVBRVM mare, Pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens, ad Occidentem Arabico, ab Ortu Persico sinu terminata. ἐρυθρὰ θάλασσα. Rubrum autem mare dictum est imitatione Græcorũ, qui ἐρυθρὰν θάλασσαν vocauerunt, siue quòd eius coloris aquã esse crediderint, quod tamẽ falsum esse constat: siue quòd Solis, soli vel repercussu aqua rubra esse appareat siue ab Erythra Rege, Persei & Andromedes filio, qui proxima mari huic loca tenuit. Plin. lib. 5. cap. 23, Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum, à Rege Erythra, aut (vt alij) Solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alij ab arena terráque: alij à tali aquæ ipsius natura.

Rubus, bi. Frutex notissimus, passim in dumis prouenies, flagellis lentis, & nisi quid occurrat quod aduncis spinis comprehẽdat, humi sparsis, capitibúsque nonnunquam in terram defixis, & radicem denuò ex se agentibus: quæ res agricolas primùm propagandorum vitium rationem videtur docuisse. } βάτος. Ital. *Rubo rogo.* Gal. *Vne ronce.* Hispan. *zarza.* } Florem habet candidum, & fructum moris non absimilem. Horat. 1. Carm. -seu virides rubum Dimouere lacertæ. Virgil. 3. Aeg. Mella fluant illi: ferat & rubus asper amomum. Quint. lib. 9. cap. 4, Rubos, aruis excidimus. ¶ Rubus Idæus, frutex est superiori non dissimilis, teneriorem tamen, & minoribus horrens spinis: quanquam & sine spinis inueniatur. Copiosissimè prouenit in Ida monte: vnde & nomen habet. ¶ Rubus caninus, frutex est arbusculæ instar, rubo longè maior, folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo olinę simili, qui per maturitatem fluescit, & flocculos intus continet, lanæ quandam speciem præ se ferentes. κυνόβατος. Galli *englenteriam* nominant.

Rubetum, ti. Locus in quo rubi copiosè proueniunt, vel ipsa ruborum copia. βατών. Ita. *Macchione.* Gal. *Vn lieu ou croissent force ronces & eglantiers, buissonniere.* Hisp. *El çarçar, lugar de çarças.* } Ouid. 1. Metamorph. Cornáque, & in duris hærentia mora rubetis.

Ructus, us, ui. Est propriè cibi & potus in stomacho malè concocti ventosa per os efflatio. } ἐρυγή. Ital. *Rutto.* Gal. *Route, rotement* Hisp. *Regueldo.* } Martial. lib. 1, Ista linunt dentes ientacula, sed nihil obstant, Extremo ructus quum venit à barathro. Cicero Pæto, lib. 9, Stoici crepitus aiunt æquè liberos ac ructus esse oportere. Colum. lib. 6, Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Plin. lib. 22. cap. 18, Anethum quoque ructus mouet, & tormina sedat.

Ructo, as, Est ructus emittere. } ἐρεύγω. Ital. *Ruttare.* Gal. *Router.* Hisp. *Regoldar.* } Iuuenal. Satyr. 4, -laudare paratus, Si bene ructauit, si rectùm minxit amicus. Cicero ad Cornificium, lib. 12, Quem ego ructantem, nauseantem conieci in Cæsaris Octauiani plagas. Plautus Pseud. Pergin' ructare tu mihi?

Ructor, atis, deponens, Idem quod ructo. ἐρεύγω. Varr. 3. de Re rust. cap. 2, Ego, inquit, te præsertim, cuius aues hospitales etiamnunc ructor, quas mihi apposuisti paucis antè diebus. Horat. in Arte, Hic dum sublimeis versus ructatur, & errat.

Ructatus, a, um. Pro eructatus, vel ructando eiectus. ἀπερεύγεσθαι, ἀπερυγής. Ital. *Gittato ruttando.* Gal. *Getté en rotant* Hispan. *Echado regoldando.* } vt Ructati cruores. Silius lib. 15, Permiscétq; mero ructatos ore cruores.

Ructator, oris, & Ructatrix, verbalia. Martial. lib. 10, Nec deest ructatrix mentha, nec herba salax. ἡ ἐρεύγουσα, ἡ ἐρεύγουσ.

Ructuosus, a, um, ὁ ἢ ἡ ἐρευγματώδης, vel ἐρυγματώδης. Spiritus ructuosi, Quintil. lib. 4. cap. 2.

Rudens, vide RVDO.

Rudero, Rudetum, vide RVDVS.

RVDIAE, arum. ῥοδίαι Ptolemæo, ῥοδαί Stephano, siue Rhudia, æ, Plinio: siue, vt apud Strabonem legitur, Rhodæi, orum, oppidum Pediculorum, siue Salentinorum, non procul à Brundusio, à Græcis conditum, patria Ennij Poëtæ. Post Barium (inquit Mela libro 2.) Egnatia & Ennio ciue nobiles Rudiæ. Item Silius, Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.

Rudius, a, um. Cic. pro Archia Poëta, de Ennio, loquens, Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudium hominem maiores nostri in ciuitatem acceperunt.

Rudiarius, Rudicula, vide RVDIS substantiuum.

Rudimentum, vide RVDIS adiectiuum.

Rudis, substãtiuum fœm. gen. Virga rudis, & impolita, siue ea lignea sit, siue ferrea, quæ variis olim vsibus accõmodabatur. ῥάβδος. Ital. *Verga di legno no ornata che si dana à soldati vecchi, quando cessauano della militia.* Gal. *Vne verge de bois sans estre acoustrée.* Hisp. *Vara no polida y labrada.* } Nam & rudibus agitabantur ea quæ ad ignem coquebantur, aut alia ratione miscebantur. Plin. lib. 34. Vritur in patinis per laminas minutas cum sulphure, versatum rudibus ferreis, aut ferulaceis. Cato de Re rust. cap. 104, Hæc rude misceto ter in die, quinque dies continuos. ¶ Rudibus item depugnabant gladiatores, teste Lampridio, qui refert Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnasse. Hinc Ad rudem compellere, idem est quod cogere depugnare. Cice. Octauio, Qui veteres gladiatores, reliquias ludi Cæsaris, ad rudem compulisti. Iidem quoties aut ætate emeriti, aut multis iam relatis palmis, libertate digni videbantur, rude à Prætore donabantur. Cice. 5. Phil. Tam bonus gladiator tam citò rudem accepisti? Horat. 1. Epist. Spectatum satis, & donatum iam rude, quæris Mecœnas iterum antiquo me includere ludo. Vbi Donatum rude, per translationem dixit pro eo quod est, ætate emeritum. Gladiatores enim accepta rude, ab omni depugnandi necessitate eximebantur. Quo fit vt Rudem pro libertate, & optato rei cuiusvis fine accipiamus. Iuuenalis, Ergo sibi dabit ipse rudem.

Rudicula, æ, diminutiuum. Parua virga, impolita, ad multa vtilis, potissimùm autem ad mouenda & agitanda ea quæ super ignem decoquuntur. ῥαπίς. Ital. *Verga o spadola da mescedare nelle cose che si mouono sopra il fuoco.* Gal. *Vne petite verge ou espatule dequoy on remue les choses qu'on cuit sur le feu.* Hisp. *El rodaullo ò palo para mecer.* } Cato, cap. 9, Igni bene coquito, rudicula agitato crebrò, vsqueadeò dum fiat tam crassum, quàm mel. Plin. lib. 20. Non est opus in hoc vsu lanas rudiculis esse curatas.

Rudiarij, Dicti sunt qui impetrarunt missionem artis gladiatoriæ, donati rude. οἱ λαβόντες ῥάβδον. Sueton. in Tibe. cap. 7. Rudiariis quoque quibusdam reuocatis autoramento centum millium dedit. ¶ Item Rudiarij dicuntur qui saga rudia, & noua poliunt, vt ait Hermolaus ex Festo.

Rudis, & hoc rude, adiectiuum, Idem est quod impolitus. ἀσκευάστος, ἀκατασκεύαστος, ἄξεστος, ἄγναφος. Ital. *Ogni cosa rozza.* Gal. *Rude, nouueau, rustaut.* Hisp. *Cosa no labrada ò no enseñada.* } vt, Rude marmor, ebur rude, cui artificiosa forma nulla adhuc est inducta. Rude argentum, id est infectum, quod neque signatum est, neque alium in vsum laboratum. Liber rudis, id est non satis diligenter exercitus. Cic. de Orat. Quæ puetis nobis inchoata & rudia exciderunt. ¶ Transfertur inde ad animum, rudésq; illi dicuntur, qui adhuc animum non expoliuere disciplinis, & doctrina, rerúmque vsu. ἀπαίδευτος, ἄπειρος. Cice. 2. de Natu. deor. Rudem me discipulum, integrúmque accipe. Plin. lib. 2. cap. 7, Sedere cœpit sententia hæc, paritérque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. ¶ Rudis, genitiuo, aliquando iungitur. Cic. pro Flacco, Homines imperiti, rerum omnium rudes ignarique. Idem lib. 1. Offi. Rudes Græcarum literarum. Aliquando accusatiuo cum præpositione ad.

Liu. 4. belli Pun. Rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantùm habilem. Aliquando ablatiuo cum præpositione in. Cic. lib. 1. de Orat. Rudem in iure ciuili. ¶ Ponitur aliquando rudis pro rustico. Iuuena. Saty. 11. Tunc rudis, & Graias mirari nescius artes, Magnorum artificum frangebat pocula miles. ¶ Interdum pro duro & inclementi. Terent. Phorm. Adeóne' te esse ingenio rudi, & inexorabili?

Rudítas, tatis, Id est disciplinarum, rerúmque imperitia. ἀμαθία, ἀπειρία. Ital. *Rusticita, ignoranza totale.* Gal. *Rudesse, ignorance.* Hispan. *Nouedad ò ignorancia.*

Rudimentum, ti, Primum artis cuiusuis tyrocinium, seu prima disciplina, qua rudes imbuuntur. ἄπειρα παιδεύματα. Ital. *Primo ammaestramento.* Gal. *Les premiers commencemẽs de quelque art, apprentissage.* Hisp. *Lo principio ò comiença de alguna arte.* ¶ Vnde Ponere rudimenta dicimus pro eo quod est artis alicuius principiis operam dare: quanquam figuratè simpliciter accipiatur pro rem quamlibet incipere. Cice. in Sallust. Verùm eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiẽs quidem peccare, minimis rebus posuit rudimẽtum: sed ita ingressus est vt neq; ab alio vinci possit, &c. Liu. 1. bel. Macedn. Responsum, & patrem eius Syphacem sine causa ex socio & amico hostem repentè populi Romani factum: & eum ipsum rudimenta adolescentiæ bello lacessentem Romanos posuisse. Iustin. lib. 9. Alexandrum filium XVIII. annos natum, vt sub militia patris tyrocinij rudimenta deponeret, ad se accersit. ¶ Rudimenta & incunabula virtutis. Rudimentum lucis, pro vitæ initio, apud Plin. in Proœmio lib. 7.

Rudo, rudis, rudi. Propriè ad asinos pertinet, qui rudere dicuntur quum vocem emittunt. ὀγκᾶσθαι. Ital. *Raggliare.* Gal. *Retamer, ruyir, braire comme vn asne ou lion.* Hispan. *Rebuznar, propio del asno.* Ouid. 3. de Arte, Vt rudit à scabra turpis asella mola. ¶ Abusiuè & de leonibus, & de hominibus dicitur. Virgil. 7. Aeneid. Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum. Idem 8. Aeneid. de Caco, Inclusúmque cauo saxo, atque insueta rudentem. Persius primam verbi huius syllabam produxit, quum in exemplis iam citatis corripiatur.

Rudens, tis, participium. ὀγκώμενος. Ital. *che ragghia.* Gal. *Qui recane, ou rogit, rugissant.* Hisp. *Cosa que rebuzna.* Ouid. 1. Fast. Ecce rudens rauco Silenivector asellus. Intempestiuos edidit ore sonos. Rudens, substantiuum, vide sequentia.

Rudens, tis, substantiuum, tam masc. quàm fœm. gen. Funem nauticum maiorem significans, à malo ad puppim religatum. κάλως. Ital. *Corda, fune, spago, sarta.* Gal. *Cable, ou grosse corde de nauire.* Hisp. *La cuerda de la naue.* quanquam etiam pro eo Plinius accepisse videtur quo naues continenti alligantur, quem Græci appellant πρυμνήσιον. Virgil. 3. Aen. -excussóque iubet laxare rudentes. Plaut. Rud. Dum hanc rudentem complico. Catullus, Candidáq; intorti sustollant vela rudentes. Cic. 5. Tusc. Vt mihi illud Laconis dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori quòd multas naues in omnem oram maritimam demisisset: Non sanè optabilis est quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. Idem 1. de Diuin. Sed est quasi rudentis explicatio.

Rudus, eris, Lapidum frusta, & ruinarum materies. Est autem duplex, nouum scilicet & vetus. ἴρις νέος. Ital. *Scaglia, ogni vecchia materia di vetro edificio come pietre, calci & simili.* Gal. *Toute rude matiere, soit vieille, soit neufue, moellons, plastras & semblables.* Hisp. *La rassura.* Nouum rudus, est materia pauimenti: hoc est saxa tecent contusa, seu testæ confractæ cum calce ad pauimentum faciendum. Vitruu. lib. 7. Deinde ruderi nouo tertia pars tufę admisceatur, calcisque duæ partes ad quinque mortarij misti, omnibus præstent responsum. Vetus rudus, est materia veterum pauimentorum, & dirutorum ædificiorum, quæ lapidibus & restis confractis, calcéque arenâ commista constat. Plinius, Complanatæ veteri rudere erant viæ. ¶ Antiqui Raudus dicebant, teste Festo: eóque nomine non solùm lapidum fragmenta, verumetiam rem omnem rudem, & impolitam significabant. Qua de re vide plura paulo antè in dictione RAVDVS.

Rudero, as, Est rudus inducere. ἐπιστρώννυμι. Ital. *Empire di tale materia, mescolanza cuicina.* Gal. *Pauer ou remplir de moellon neuf ou de vieilles matieres d'edifices ruinez.* Hisp. *Xahorrar ò reparar la pared.* Vitru. lib. 7. cap. 1, Ne minuti saxo quàm quod possit manus implere, erustuminationibus inducti ruderetur. ¶ Eruderare verò, est rudus eiicere. ἐξαστρώννυμι. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 2, Solum oportet esse eruderatum, & procliuum vt euerri facilè queat.

Ruderatus, ager. Dicitur qui veterum ædificiorum materia scatet. ἐρασματίας, ἐραμαδείας, ἐραστίους χώρους. Plin. lib. 11. cap. 4, Rosam siccis locis quàm humidis odoratiorem conflat nasci: ferendam nec pinguibus, nec argilosis locis, contentámque raris: propriéque ruderatum agrum amare.

Ruderatio, onis, verbale. ἐρασμάτωσις. Vitru. lib. 7. cap. 1, Primúmque incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitionum.

Ruderarium cribrum. Ab Apuleio appellatur cribri genus maius, ex membrana minutis foraminibus pertusa, quo rudera, hoc est lapilli, consimilésque sordes, é frumento expurgantur. Pollinarium autem, siue excussorium cribrum dicitur, quod ex setis equinis, aut linteo ratione confici solet, ad pollinem à furfuribus secernendum.

Rudetum, ti. Locus plenus rudere, hoc est lapidum fragmentis, & materie ruinæ. ῥυπαρόδης τόπος. Ital. *Luoco pieno di scaglie.* Gal. *Vn lieu plein de vieilles matieres de bastimens, cheutz ou abatus.* Hisp. *Cosa llena de los cascajos de los edificios viejos.* Cato, Lentem in rudero, & rubricoso loco qui herbosus non fiet, serito.

RVFAE, Oppidum Campaniæ, cuius meminit Macrob. lib. 7, Quique Rufas, Batulúmque tenent, &c.

RVFINVS, Vir Consularis à Fabricio Censore damnatus quòd decem pondo argenti apud eum inuenta essent. ¶ Rufinus alter, vnà cum Stilicone & Gildone relictus à Theodosio seniore imperij administrator, pro tutela Arcadij & Honorij filiorum, Gildo in Africa, Stilicon in Occidente. Rufinus verò in Oriente: omnes sanè cupiditate regni incend

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocabulo mamma appellarunt: à qua Subrumi etiam nunc dicuntur agni. ¶Hinc etiam Irrumare dicebãt antiqui pro lactare. quasi rumam in eos inserere: quod tamen verbum postea ad fœdæ libidinis significationem est translatum, vt latius videre licet suo loco. ¶Rumam præterea Seruius interpretatur eminentiorem colli partem, ad quam demissus cibus à certis reuocatur animalibus. Quod & ipsum Festus innuere videtur, quum rumare antiquos dixisse ait pro ruminare.

Rumen, inis, Propriè in animalibus quibusdam dicitur quidam quasi ventriculus, quo illa pabulum ad tempus demittunt, indéque rursus ad os reuocant: vnde & ruminatio nomen accepit. {τὸ ἄνω τῆ γαστρὸς, ὁ κοιλόφωλος}. Ita. *La gola*. Gal. *Le haut du ventricule des bestes ruminantes*. Hisp. *La cruata con que tragamos*. } Rumen (inquit Nonius) locus est in ventre, quò cibus demittitur, & vnde redditur. Per translationem tamen pro ipso etiam sumitur ventriculo, cibi & potus receptaculo. Pomponius Prostibulo, vt citat idem Nonius, Ego rumorem parui facio, dum sit rumen qui impleam. Festus rumen interpretatur partem colli qua esca deuoratur. ¶Rumen item antiqui pro ruma accipiebant, hoc est pro vbere, siue mamma. Plin. lib. 15. cap. 18, Colitur ficus arbor in foro, ac Comitio Romæ nata, sacra fulgoribus ibi conditis: magisque ob memoriam eius, quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata, quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus præbens rumen: ita enim vocabant mammam.

Rumino, as, penult. corr. & Ruminor, aris, deponens, Idem quod remandere, & cibum à rumine ad os reuocare: propriéque de iis dicitur animantibus quæ in superiore mandibula dentes primores non habẽt. {ἀναμηρύομαι, ἀναμάσσω ἢ μαι. Ital. *Ruminare, quando'l bue ò pecore rimastica no quanto hanno mangiato*. Gal. *Ruminer, remascher ce qu'on a mangé*. Hispan. *Rumiar los animales, ò rumiar*. } Colum. lib. 7, Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua se detergit. Virg. 6. Aegl. Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas. Plin. lib. 10. cap. 73, Ruminant præter iam dicta syluestrium cerni, quum à nobis aluntur. ¶Per translationem ponitur pro in memoriam reuoco, & diligenter perpendo. ἀναπαμπάζομαι. Varro Bimargo, vt citat Nonius, Odysseam enim Homeri ruminari incipies. Idem Tanaquile, apud eundem Nonium, Varro. Non modò absens de te sæpius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem tuam.

Ruminatio, onis, verbale. {μηρυσμός. Ital. *Rimasticamento*. Gal. *Rumination, remaschement*. Hisp. *Obra de rumiar ò rumiar*. } Plin. lib. 11. cap. 37, Quibus neque dentes vtrinque, neque ruminatio. ¶Ruminatio, rei cuiuspiam in memoriam reuocatio. Cic. ad Attic. lib. 2, Quantò magis vidi ex tuis literis, quàm ex illius sermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione, &c.

Ruminalis ficus, Romæ fuit in Comitio, fulguribus sub ea conditis sacra, à ruminando (vt quidam volunt) dicta quòd sub ea pecudes æstatis tempore frigora captantes, herbas ruminare consueuerint. Aut certè (vt Plin. lib. 15. cap. 18, placere video) ab eo quòd sub ea inuenta sit lupa Romulo & Remo rumen, id est mammam præbens. Liui. lib. 1. ab Vrbe, primùm Romularem ficum à Romulo dictã putat, quæ deinde voce paulatim deprauata, Ruminalis cœpit appellari. Verba Liuij sunt hæc. Ita velut defuncti regis imperio, in proxima alluuie, vbi nũc ficus ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. ¶Ruminales hostiæ, eorum animalium quæ ruminant. Plin. lib. 8. cap. 51, Coruncanus ruminales hostias, donec tridentes fierent, puras negauit.

Rumentum, inquit Festus, Idem quod abruptio.

Rumex, icis, Herba est syluestris ex lapathi generibus, à quibusdam Oxalis appellata, satiuo proxima, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima. {λάπαθος. Ital. *Rumice*. Gal. *Oseille, parcille, patience*. Hispa. *La romaça yerua conocida*. } Quidam etiam lapathum cantherinum appellant, ad strumas cum axungia efficacissimum. Virgil. in Moreto, Fœcundúsque rumex, maluæque, violæque virebant. Sunt ex recentioribus qui rumicis apellationem latius accipiant: vt ad omnia lapathi genera extendatur. Plinius tamen speciem iam depictam, à cæteris generibus, rumicis nomine distinguit. Vide ipsum, libro 20. cap. 21, lib. 19. cap. 12.

RVMIA, siue Rumina, vt alij malunt, dicta est dea quę rumis, id est mammis, hoc est pueris lactentibus præsidebat: cuius meminit & Augustinus lib. 4. de Ciuitate Dei. Var. lib. 2. de Re rust cap. 11, Non negarim inquam, ideo apud diuæ Rumiæ sacellum à pastoribus satam ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus. Cato de Liberis educandis, vt citat Nonius, Hisce lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam: sic prisco vocabulo mammam appellabant, à quo Subrumi etiamnunc dicuntur agni.

Rumifero, Rumigero, vide RVMOR.

Rumigare, Apuleius vsus est pro ruminare, & quod Quintilianus ac Plinius aiunt, remandere, & commanducare. {μηρυσσόμαι. Ital. *Ruminare, masticare bene*. Gal. *Ruminer, remascher ce qu'on a maschè*. Hispan. *Rumiar*. } Verba Apuleij sunt hæc libro 4 de Asin. Iam ferè tertium palam rumigabam.

Rumino, Ruminor, vide RVMEN.

Rumis, Idem quod ruma, id est mamma. Rumis (inquit Festus) mamma dicitur: vnde & rustici appellãt hœdos subrumos, qui adhuc sub mamis habentur. {μαστὸς, μαζὸς Ital. *Mammella*. Gal. *Mamelle*. Hisp. *La teta*. } Varro de Re rust. cap. 11, Mamma rumis, siue ruma, vt antè dicebant: inde dicuntur subrumi agni lactentes.

Rumo, mas. Antiquis idem erat quod lacto, quasi rumam in os insero. {θηλάζω. Ital. *Lattare, mettere la mammella in bocca*. Gal. *Donner la mammelle, allaitter*. Hisp. *Dar à mamma la leche*. } Vnde deducitur compositum Irrumare, quod olim nihil aliud erat quàm rumam, hoc est mammam, in os pueri inserere. ¶Rumare item antiqui dixerunt pro ruminare, teste Festo. Nam & rumam si Seruio credimus, idem pro rumine dixerũt, hoc est pro eminente sub collo parte, ad quam cibus demissus, à certis reuocatur animalibus.

Rumor, oris, Sermo in populo sine certo autore, in bonum, vel in malum de recenti dispersus re. {φήμη. Ital. *Rumor, fama, nouella*. Gal. *Renommée, bruit de ville*. Hisp. *La fama de nouas incertas*. } Cic. in Philipp. Improbissimis rumoribus dilapsis. Terent. in Andr. Meum gnatum rumor

est amare. Cic. ad Cassium, lib. 12. Epist. Nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella: satis illos quidem constantes; sed adhuc sine autore. Idem Attico, lib. 16, Sed tamẽ rumoris nescio quid affluerat. Horat. 2. Serm. saty. 6, Frigidus à rostris manat per compita rumor. Virgil. 12. Aeneid. Rumorésque serit varios, ac talia fatur. ¶Aliquando ponitur pro fauore, seu studio. σπουδὴ. Virg. 8. Aeneid. Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.

Rumusculus, diminutiuum, Paruus rumor. {τὸ ῥῶμα διάλεκτον τὸ ἐξάγγελον. Ital. *Picciola fama, rumore*. Gal. *Petit bruit*. Hisp. *Pequeña fama*. } Cic. ad Attic. li. 2, Quas quidem ego multò magis vereor, quàm eorum hominum, qui hodie viuunt, rumusculos.

Rumifero, ras, penult. corr. Rumorem fero, hoc est famam spargo: quod & Rumigero, as, dicitur. {διαφημίζω. Ita. *Spargere rumore*. Gal. *Faire courir vn bruit, semer vn bruit*. Hisp. *Acarrear nouenas*. } Plaut. in Amphit. Quámque adeò ciues Thebani non rumiferant probam.

Rumpo, pis, rupi, ruptum. Frango, reuello, scindo. {ῥήγνυμι, κλάω, κατακόπτω. Ital. *Rompere, spezzare, dissoluere*. Gal. *Rompre, mettre en pieces*. Hispan. *Romper, quebrar*. } Virgil. lib. 5. Aeneid. Nodos, & linea vincula rupit. Idem 9. Aeneid. Rumpere claustra manu, sociósque immittere portis. Rumpere vincula, est effracto carcere, vel ruptis compedibus, aliáve è custodia eximere. Cic. in Catil. Adiungit grauem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit. Idem 4. Tuscul. Nec tamen illa vincula carceris ruperit. ¶Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Terent. in Heey. Vt me ambulando rumperet. ¶Rumpere silentium, & rumpere vocem, est in vocem prorumpere, & rem silentio aliquandiu suppressam eloqui. ῥῆξαι φωνὴν. Virgil. 10. Aene. Quid me alta silentia cogis Rumpere? Idem 2. Aeneid. Compositi rumpit vocem, & me destinat arc. ¶Rumpere moras, est auferre moras, siue festinare. Virgil. lib. 3. Georg. -en agè segneis rumpe moras. ¶Rumpere fidem, est fidem violare. Ouid. Epist. 25, Rupi quam ruptam sum mihi questa fidem. ¶Rumpi item dicuntur, quæ nimia tensione dissiliunt. διαῤῥήγνυμι. Cic. in Vatin. Vt aliquando ista, quæ sunt inflata, rumpantur. ¶Inflatas rumpere vesiculas, apud eundem 2. de Diuin. Horat. Serm. 2. saty. 3, -quum magis, atque Se magis inflaret, Non si te rupetis, inquit, Par eris. ¶Hinc sumpta translatione, rumpi inuidia, & rumpi malis dicimus, pro eo quod est, grauiter discruciari, & vix fere posse. Virgil. 7. Aegl. -inuidia rumpantur vt illa Codro. Cic. Quint. lib. 3, Vt his malis Reipub. licentiáque audacium, quibus antea, rumpebar, nunc ne mouear quidem. ¶Rumpo, pro rumpi facio. Martial. lib 10, Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim: Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium. ¶Huius verbi composita sunt, Abrumpo, corrumpo, dirumpo, erumpo, irrumpo, interrumpo, perrumpo, & prorumpo: de quibus suis locis.

Ruptor, oris. ὁ διαῤῥηκτὴς, ὁ ῥηγνὺς, ὁ κλαστὴς. Ital. *Chi rompe*. Gal. *Rompeur, qui rompt*. Hisp. *El que rompe*. } Liui. 4. ab Vrbe. Hiccine est, inquit, ruptor fœderis humani, violatórque gentium iuris.

Ruptus, a, um, Idem quod fractus. {ῥηκτὸς. Ital. *Rotto, creuato*. Gal. *Rompu, creué*. Hisp. *Quebrantado*. } Virg. Georg. Qua vi maria alta tumescant Obicibus ruptis. ¶Testamentum ruptum, id est cancellatum, & irritum: cui opponitur ratum. Cic. de Orat. Testamentum ruptum aut tatum. ¶Aliquando ruptum dicimus delassatum, & membris fractum ex diutino labore. Apuleius, Quousque ruptum istum asellum, nunc etiam claudum, frustra pascemur? ¶Aliquando ruptus, pro eo sumitur qui vestibus est laceris, & pannosus. ῥηγολίσ. Martialis, Qui sanet ruptos, dic mihi Galle quis est?

Rumpi, porum, Qui & traduces dicuntur, brachia sunt vitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & sibi mutuò connectuntur. {Ital. *Rampolli, rasoli* Gal. *Auantins de vigne*. Hispa. *Sarmientos de la parra*. } Varro lib. 1. de Re rust. cap. 8, Quarum pedamentum est natiuum eius generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Quibus ex verbis Varronis, quoniam manifestum est eosdem esse rumpos, qui alio nomine traduces dicuntur, reliquũ est vt doceamus, hisce nominibus non arbores ipsas significari, (vt quidam putauerunt) neque rursus vites ipsas, sed quædam vitium veluti brachia, à sua vtrinque matre porrecta, & circa medium arborum interuallum sibi occurrentia, ibidémque connexa. Id autẽ planum fiet Columellæ testimonio lib. 5. cap. 7, vbi sic habet. Cætera simili ratione atque in arbusto Italico administrãtur, vt vites longis scrobibus deponantur, vt eadem diligentia curentur, atque in ramos diducantur, vt noui traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, & veteres decidantur. Si traduxtraducem non contingit, media virga inter eas deligetur. Quum deinde fructus pondere vrgebit, subiectis adminiculis sustineatur.

Rumpotinum, arbustum, Genus arbusti Gallici est, à rumpis, id est traducibus nomen habens, qui vtrinque à matre exporrecti, & crura medium arborum duarum interuallum sibi occurrentes, connectentur. Colum. lib. 5. cap. 6, Est & alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum. Id desiderat arborem humilem, nec frondosam. Cui rei maximè videtur idonea populus: ea est arbor cerno similis. Quinetiam cornus, & carpinus, & ornus: nõ nunquam & salix. Hoc genus arbusti frequens est in agro Mediolanẽsi, vbi etiam hodie nomen seruat. ¶Arbores rumpotinæ, quibus vites rumpotinæ innituntur. Vites autem rumpotinas (vt ex prædictis facilè intelligi potest) eas vocamus, ex quibus rumpi, id est traduces ducũtur. Columella loco iam citato, Arboribus rumpotinis si frumentum non subseritur inter vtranq; partem, viginti pedum spatia interueniunt. At si segetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram viginti relinquũtur.

Rumpotinetum, Locus rumpotino arbusto consitus, vel ipsum arbustum rumpotinum. Colum. lib. 5. cap. 6, Nam ita ferè constitutum rumpotinetum animaduerti, vt ad octo pedes locis siccis, & clinosis, ad duodecim pedes planis & vliginosis tabulata disponantur. Reliqua vide in dictione præcedenti.

Rumusculus, vide RVMOR.

Runa, Teli genus latiorẽ habens cuspidem: è quo deducitur adiectiuum Runatus, id est runa armatus. Ennius, Runata recedit, id est pilata, vt interpretatur Festus. ¶Huius diminutiuũ est Rulla de quo paulo antè.

Runcina

Rusticinæ, Fabrile instrumentum esse constat: id tamen quale sit, video non satis conuenire inter eruditos: aliis asserentibus genus esse serræ maioris, qua fabri materiarij secent arborum moles, subiectis cantheriis: aliis rustici ferramenti genus esse existimantibus, ad dumeta excidenda accommodatum. Nos contrà runcinam eandem putamus, quam vulgus hodie planulam vocat, qua fabri assamenta radunt & læuigant. Idque vt ita cēseamus facilè adducimur Plinij testimonio lib. 16. cap. 42, vbi sic habet. Firmissima ad tectum abies. Eadem valuarum repagulis, & ad intestina opera aptissima, siue Græco, siue Campano, siue Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorū etiā ibus pariter semper orbe sese voluens ad incitatos rūcinarum raptus.

RVNCINA item à Romanis Dea credita est, quæ runcationi præesset: cuius meminit & Augustinus lib. 4. Ciuit. Quum runcantur segetes, id est à terra herbæ auferuntur, deam Runcinam præfecerunt.

Runco, as, Herbas inutiles fruticésve noxios cuello, siue extirpo. {βοτανίζω. Ital. *Espinar l'herbe comune.* Gal. *Sarcler, oster les meschantes herbes.* Hisp. *Rozar.* } vt Runcare spinas, apud Catonem de Re rust. cap. 2. Runcare segetem, est herbis noxiis expurgare. Plin. lib. 18. cap. 21, Siliginem, far, triticum, semen, hordeum occato, sarrito, runcato, quibus dictum erit diebus. ¶ Hinc componitur Erunco, de quo suprà suo loco.

Runcatio, verbale. {βοτανισμός. Ital. *Essa runcare.* Gal. *Sarclement.* Hispa. *Rozamiento.* } Colum. lib. 2, cap. 9, Frequentem tamen exigunt sartitionem & runcationem, vt herbis liberentur.

Runcator, oris. {βοτανιστής. Ital. *Runcatore.* Gal. *Sarcleur.* Hisp. *Rozador.* } Colu. lib. 11. cap. 3, Quæque præterierō, intelligi oportebit nullam operam postulare runcatoris.

Ruo, is, rui, rutum, & ruitum, Cado, concido. {ἱστάναι, καταπίπτειν. Ital. *Rouinare, cadere, precipitare.* Gal. *Choir de haut en bas, tomber, aller en ruine.* Hisp. *Derribar, caer.* } Virgil. 2, Aeneid. -ruit alto à culmine Troia. Terent. in Heaut. Quid si nunc exlum ruat? Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 3. Et subito casu quæ valuere, ruunt. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro effundi. Virgil. libro 6, Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ. ¶ Quandoque pro decipi. Cicc. lib. 3. Offic. Si hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem in maximā fraudem incurrere. ¶ Quandoque pro euertere, seu disiicere, ἀφανίζειν. Et sic habet accusatiuum, quum alibi absolutum sit. Virg. lib. 1. Georg. Quid dicam, iacto qui semine comminus arua Insequitur, cumulóque fimet malè pinguis aremā? Idem 1. Aeneid. Spumas salis ære ruebant. Quandoque pro festinanter ire, seu in præceps ferri, & sine cautela in aliquem impetum facere, ὁρμᾶν. Virg. lib. 10, Quo moriture ruis, maiorāq; viribus audes? ¶ Quandoque pro impellere. ἐλαύνειν. Terent. in Adelph. Cæteros ruetem agerem, raperem, tuderem, prosternerem. ¶ Quandoque pro eruo, siue eximo, ἐξαίρειν. Virg. lib. 11, -confusa ruebāt Ossa foci, ¶ Quandoque pro crepare, & graui sonitu quodammodo ruinam minari. Virgil. lib. 1. Georg. -ruit aruus æther. id est tonitru percrepat. Ad eundem modum cæli ruinam idem lib. 1. Aen. pro tonitru posuit. Fluctibus (inquit) oppressos Troas, cælique ruina. ¶ Ver ruit, id est præcipitatur, & ad finem properat. Idem lib. 1. Georg. Vel quum ruit imbrifetum vet. Nox ruit. Idem 6. Aeneid. Nox ruit, Aeneas, nos flendo ducimus horas. ¶ Ruere nubem, est egere, emittere. Virgil. 2. Georg. -& ruit aruam Ad cælum picea crassus caligine nubem. ¶ Huius composita sunt, adobruo, corruo, diruo, eruo, irruo, obruo, & subruo: quorum significata vide suis locis.

Ruina, æ. Casus, excidiúmque dicitur. {πλῆσις, κατάπτωσις. Ital. *Rouina, caso.* Gal. *Ruine, cheute.* Hispa. *Caida.* } Nam (vt inquit Hieronymus) ruina est quum parietes domorum dirnuntur. Cicc. 3. Tuscul. Magis me mouerunt Corinthi subitò aspectæ parietum ruinæ, quàm ipsos Corinthios. ¶ Ponitur aliquando pro morte. Plin. lib. 17. cap. 25, Prodigium in nostro æuo Neronis principis ruina factum. ¶ Cæli ruina, pro tonitru. Virgil. 1. Aeneid. Fluctibus oppressos Troas, cælique ruina. Vbi Seruius, Cæli ruina, id est tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. ¶ Transfertur & longius, vt pro quauis pernicie, seu calamitate accipiatur. Cicc. 1. Inuect. in Catil. Prætermitto ruinas fortunarum mearum. Idem Attico, Magna proximis Idibus ruina impendet. ¶ Subducere caput ruinæ, est exponere se periculō. Curtius libro 5, Hinc spe, hinc metu militares animos versant: ruinæ rerum illos subdere capita, in perniciem trahi, quum Bactra pateant exceptura eos donis & epulentia.

Ruinosus, sa, sum. Id est caducus, seu ruinam minans. {πλησιαστικός. Ital. *Ruinoso, che minaccia rouina.* Gal. *Ruineux.* Hispan. *Cosa que esta para caer.* } vt Aedes malè materiatæ, ruinosæ, apud Ciceron. 3. Offic. Ignorerur in omnibus cubiculis apparere serpentes, malè materiatæ, ruinosæ.

Rupes, is. Petra, siue mons præruptus: à rumpendo. {ὑπερκρεμὴς πέτρα. Ital. *Rupe.* Gal. *Vne roche, vn rocher.* Hisp. *La peña.* } Cæsar 2. belli Gallici, Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectúsque haberet, vna ex parte, &c.

Rupicapra, æ. Capra syluestris, quasi rupium capra. {ἄγριος αἴξ. Ital. *Capra saluatica.* Gal. *Vn cheureul.* Hispan. *Vn genero de cabra montes.* } Plin. libro 11. cap. 37, Rupicaptis in dorsum adunca cornua, damis in aduersum. libro 8. cap. 53, Capræ tamen in plurimas similitudines transfigurantur. Sunt capreæ, sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ.

Ruréstris, Ruricola, Ruro, vide RVS.

Rursus, & Rursum, Iterum denuo. {πάλιν, ἄνωθις. Ital. *Di nuouo, vn' altra volta.* Gal. *Derechef, d'auantage.* Hispan. *De nueuo, otra vez.* } Cicc. pro Murœna, Facis vt rursus plebs in Auentinum seuocanda videatur. Terent. in Eunuch. Inimicitiæ, inducíæ, bellum, pax rursum. ¶ Inueniuntur interdum rursus & denuò coniuncta. Plaut. in Pœnulo, Reuertor rursus denuo Carthaginem. ¶ Rursum prorsum. Terent. in Hecy. Tace. trepidarī sentio, & cursari rursum prorsum. Donatus. Rursum, proprie tettoti

RVSCINO, nonis, Oppidum in extremis Galliæ finibus, non procul à montibus Pyrenæis: cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 4. Vulgus *Ruscilionem* hodie appellat.

Ruscum, ruſci, vel ruſcus, humilis frutex eſt, foliis myrti, ſed latioribus, cuſpidis ſpecie, mucronato cacumine baccis per maturitatem rubeſcentibus, quæ à mediis foliis dependent, nucleo intus oſſea duritia. {Ital. *Rusco albero saluatico.* Gal. *Murte sauuage.* Hiſp. *El brusco.* } Græci μυρσινοπρίνιον, ἐξυμυρσίνιον, & μυρσίνη ἀγρία, hoc eſt humilem, acutam, & agreſtem myrtum appellant. Virgil. 7. Aeglog. Horridior ruſco, proiecta vilior alga. Idem lib. 2. Georg. necnon etiam aſpera ruſci Vimina per ſyluam. ¶ Ruſco etiam ſepes muniebantur antiquis. Colum. lib. 10. —hirſuto ſepes nunc horrida ruſco Prodit.

RVSPINA, ῥωσπίνα. Oppidum Aſiæ propriè dictæ, non procul ab Adrumeto: de quo Plinius lib. 5. cap. 4.

Ruſpor, ſparis, Antiquis in vſu fuit pro ſcrutari, ſeu diligenter inquirere. μετὰ διὰ τοῦ ἐρεύνω. Accius Nycthereſia, vt citat Nonius, Vagent ruſpantes ſyluas. Sic ruſpari latebras, apud Feſtum. Translatio ſumpta eſt à gallinis, quæ ruſpari propriè dicuntur, quum eſcam quærentes, terram ſcalpunt. ¶ Hinc componitur Corruſpor, pro conquiro. Plaut. Corruſpare tua conſilia in pectore.

Ruſſus, & Ruſſeus, Nomina ſunt coloris, ad ruſum inclinantis, dilutius tamen rubentis. Vnde in factionibus aurigantiũ ruſſati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. Vide Thyleſiũ in libello de Coloribus.

Ruta, orum. Apud iuriſconſultos, quaſi eruta dicuntur: vt arena, creta, & his ſimilia, nondum in opus conuerſa. Feſtus. Ruta cæſa, dicuntur quæ venditor poſſeſſionis, ſui vſus gratia conciderat, eruendáque contraxerat. Vlpianus in l. Fundi, de Act. empt. & vend. Si ruta cæſa excipiantur in venditione, ea placuit eſſe ruta quæ erota ſunt: vt arena, creta, & ſimilia. Cæſa ea eſſe, vt arbores cæſas, & carbones, & his ſimilia. Mutius l. In rutis, de Verborum ſignifi. In rutis & cæſis ea ſunt quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili, rectorióve non continentur. ¶ Ne in rutis quidem & cæſis, prouerbialis locutio eſt, qua vſus eſt Cicer. 2. de Oratore, pro eo quod eſt, nulla in parte. Sed dicit te (inquit Cicero) quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolum tibi paternum recepiſſe. Vide de hoc plura in Adagiis Eraſmi.

Ruta, æ. Herba eſt nulli non nota, etiam hodie nomen vel apud vulgum retinens, luminibus claritatem afferens, ſed venerem coërcens. {πήγανον. Ital. *Herba detta ruta.* Gal. *Herbe appellee rue.* Hiſp. *La ruda yerua conocida.* } Dictam autem volunt rutam, quòd vna ex omnibus herbis, propter multiplicem eius vſum maximè eruatur. Ouid. 2. de Remed. am. Vtilius ſumas acuentes lumina rutas. Et quicquid Veneri corpora noſtra negat. Ruta muſtellę contra ſerpentes dimicaturæ ſe muniunt: habet enim præſentaneum aduerſus venena omnia remedium. Vide Plinium lib. 20. cap. 13.

Rutaceus, a, um, Quod ex ruta confectum eſt: vt aqua rutacea.

Rutatus, ta, tum, Quod ruta conditum eſt. {ὁ πηγανωτὸς, ὁ πηγάνῳ ἐσκευασμένος. Ital. *Cosa mescolata con ruta.* Gal. *Meſlé auec de la rue, ou emulsé de rue.* Hiſp. *Cosa mezclada con ruda.* } vt Muſtum rutatum. Plinius, Inuenio muſtum rutatum populo datum. Rutati lacerti, ruta conditi. Martial. lib. 10. Secta coronabunt rutatos oua lacertos.

Rutabulum, li, autore Feſto. Proprie dicitur inſtrumentum quo ruſtici vruntur in promendo igne panis coquendi gratia. {ἀπὸ τοῦ ἀναθύειν, ὅτος τὶ τῷ πυρὶ ἐσκευασμένον πρὸς τὸ ἀναθύειν. Ital. *Spatola da mescolare in caso che si cuocano.* Gal. *Vn fourgon, ou furgon.* Hiſp. *Mecedero ò hurgonero.* } Colum. lib. 12. cap. 58. Sublata lampade rutabulo ligneo. Hodiéque id nomen ſeruatur apud Italos.

RVTHENI, ῥουτῆνοι. Populi Galliæ Aquitaniæ, Narbonenſi prouinciæ & Gadurcis contermini. Vulgò *Rhodez.* ¶ Alij ſunt Rutheni in Sarmatia Europæa, non procul à Tanai fluuio: hodie Ruſſi dicti: & eorum regio, Ruſſia.

RVTILIVS Geminus, Iuriſconſultus fuit ſua ætate inſignis: & Pontificalium librorum autor: Orator quoque, vt illa ferebant tempora, non contemnendus: cuius tamen orationes poſteritati horridæ viſæ ſunt & ieiunæ. De hoc Cicero in Bruto, Rutilius in quodam triſti & ſeuero dicendi genere verſatus, magnum munus de iure reſpondendi ſubſtinebat. Sunt eius orationes ieiunæ, multa præclara de iure, doctus vir, & Græcis litteris eruditus. Panætij auditor, propè perfectus in Stoicis. Hæc ille. ¶ P. Rutilius, Cn. Manlij in Conſulatu collega fuit, qui primos accitis in caſtra gladiatoribus, vitandorum, inferendorúmque ictuum rationem militibus tradendam curauit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Conſule Cn. Manlij collega militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe Imperatoris exemplũ ſecutus, ex ludo Cn. Autelij Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud quod à Seneca lib. 6. de Benefi. refertur, Malo vt patria mei exilij erubeſcat, quàm reditu mœreat. ¶ Mar. Rutilius Ceſorinus, teſte Valerio cap. de Moderatione, iterum Cenſor creatus, in concione populum corripuit quòd eam poteſtatem bis ſibi detuliſſent, cuius maiores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum iudicaſſent. ¶ Rutilius Lupus, Rhetor inſignis fuit, ipſi etiam Quintiliano commemoratus, cuius etiam hodie opus extat de Rhetorum figuris.

Rutilo, las, Aliquando actiuum eſt, idem ſignificans quod rutilum facio. {ῥυτιλῶ. Ital. *Far risplendere, risplendere.* Gal. *Faire comme or, iaunir, reluire.* Hiſp. *Arrumar ò arrumar, reſplandeſcer.* } Plin. lib. 28. cap. 1, Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis & cinere & ſeuo. Comæ promiſſæ, & rutilatæ, Plin. lib. 28. cap. 12. Crinis properus ac rutilatus, Tacitus lib. 20. ¶ Interdum neutrum eſt abſolutum, ſignificans idem quod rutilo colore reſplendere. Virgil. 8. Aenecid. Arma inter nubem cæli in regione ſerena, Per ſudum rutilare vident.

Rutileſco, is, Rutilus fio. {ῥυτιλῶμαι. Ital. *Diuenir splendente, chiaro.* Gal. *Reluire & getter lueur comme or.* Hiſp. *Enrumaſcerſe, enrroxarſe.* } Plin. lib. 8. cap. 55, In Alpibus candidi lepores, quibus hybernis menſibus pro cibatu niuem creduut eſſe: certè liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus.

Rutilus, a, um, Color eſt flauo rubeſcens cum quadam ſplendoris exuberantia. {πυρόεις, πυῤῥός. Ita. *Risplendente, di color giallo come oro.* Gal. *De couleur jaulne comme or, reluiſant, reſplandiſſant.* Hiſp. *Cosa rutia.* } Plin. lib. 8. cap. 18, Albis maculis colorem rutilum diſtinguentibus. Cice. in Somn. Scipio. Tum rutilus fulgor horribiliſque terris, quem Matrem dicitis.

Rutrum, tutri, Quo quid eruitur: à ruendo. ῥαφάνη. Nam ſicut aratum, aratrum: ſic rutum, rutrum facit. Feſtus. Rutrum tenentis iuueni effigies in Capitolio ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis, exercitationis gratia: quod ſignum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Plin. libro 36. cap. 23, Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat Catocap. 11, Oportet habere villicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridentes duos.

Rutellum, diminutiuum. Lucil. lib. 9. Saty. vt citat Nonius, Frumentarius eſt, modum hic ſecum, atque rutellum Vnum affert.

Rutubam, Veteres turbationem appellabant, teſte Nonio. ῥύμβον. Varro Sexagef. Id poſtea viderimus, nunc ſumus in rutuba. ¶ Eſt etiam RVTVBA Liguriæ fluuius, ex Apennino fluens. Plin. lib. 3. cap. 5.

RVTVLI. penult. corr. ῥουτοῦλοι, Antiquiſſimi Italiæ populi, qui Latij partem tenuerunt, Ardeæ proximam. Hi duce Turno aduerſus Aeneam bella geſſerunt, vt latè deſcribit Virgilius ſex poſterioribus Aeneidos ſuæ libris. Plin. lib. 3. cap. 5, Tam tenues (inquit) primordio imperij fuêre radices. Colonis ſæpè muratis tenuêre alij aliis temporibus, Aborigenes, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Arunci, Rutuli.

RVTVPIAE, Britanniæ inſulæ portus, apud Ptolemæum libro 2. cap. 3. Vulgò *Sandwich*, aut *Rocheſtre.*

RVTVPINVM, pen. prod. Promontorium Britanniæ. Luca. lib. 6,

Aut vaga quum Tethys, Rutupinâve littora feruent,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

S



Litera eſt ſemiuocalis, vt quæ ſonum ſuum à vocali auſpicetur, & in ſeipſam terminet. Hæc ſi anteceſſat m, vel p, vel t, in ſimplicibus dictionibus, ad ſubſequentẽ pertinet ſyllabam: vt in coſmus, proſper, teſtis. In compoſitis verò aliud eſt: nam in aruſpex (teſte Quintiliano) quia pars eius poſterior à ſpectando eſt, ſ tertiæ dabimus: in abſtemius verò, quia ex abſtinentia temeti compoſita vox eſt, primæ relinquitur. ¶ Tranſit quandoque ſ in m, vt rurſum pro rurſus: in n, vt ſanguis, ſanguinis: in r, vt flos floris.

SABA, σαβᾶ. Stephano, Ciuitas regia Aethiopiæ, inquit Ioſephus, quam poſtea Cambyſes à ſororis ſuæ nomine, Meroën denominauit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod eſt colere & venerari: quia thus mittit, quo in ſacrificiis vtuntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua, myſterium ſignificari: Hieronymus verò conuerſionem ſonare autumat.

SABAEVS, bæa, bæum, σαβαῖος. vt Sabæus odor apud Columel. lib. 10. Thus Sabæus, ex Saba, Virg. lib. 1. Aeneid.

SABACVS, Aethiopũ rex, qui Amaſim Aegypti regem fugauit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teſte Herodoto lib. 2.

SABAEI, σαβαῖοι. Populi fœlicis Arabiæ, ditiſſimi ſyluarum fertilitate odorifera: quorum metropolis eſt Saba, quam Strabo lib. 6, Meriabam vocat. His proxima eſt (inquit) fœliciſſima Sabæorum terra, quæ maxima natio eſt. Apud hos thus & myrrha, & cinnamomum naſcitur, in ora etiam balſamum, & alia quædam herba valde odorata, quanquam eius odor citò deperit. Habent præterea palmas odoratas & calamum. Serpentes quoque palmares, colore puniceo, vſque ad alia aſſilientes, quorum morſus incurabilis eſt. Homines propter maximam fructuum copiam, otioſi, ſegnéſque viuunt. In radicibus arborum cubant: & ex eis incidunt, quæ proximi ſuſcipiẽtes protinus alter alteri conſequenti tradunt, vſque in Syriam atque Meſopotamiam. Ab odoribus autem ſtupefacti, bitumĩnis ſuffitu, & hirci barba ſtuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum vrbs, in monte iacet arboribus pleno. Sub rege ſunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum poteſtatem habet. Hactenus Strabo lib. 16. Hos Ioſephus lib. 1. à Saba Chuſi filio, qui à Chã ortus fuit, dictos affirmat. Sabæos dictos putat Seruius ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod eſt venerari, quòd deos ipſorum thure venerarentur. Virgil. 1. Georg. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. Idem 2. Georg. Solis eſt thurea virga Sabæis.

Sabaoth, vide SEBAOTH.

SABATIA Pomponio, ſiue (vt apud Plinium legitur) Vadum Sabatium, oppidum Liguriæ maritimũ, olim nobili portu inſigne. Hodie *Sauona.*

SABATRA, Sabæorum oppidum in littore Maris rubri. Plin. libro 16. cap. 29.

Sabbathum, ſabbathi. {σάββατον. Ital. *Sabbato, ripoſo.* Gal. *Le ſabbath, le ſamedi, qui eſt le iour du repos aux Iuifs.* Hiſp. *El ſabado ſieſta de los Hebreos.* } Hebræi ſeptimum quemque hebdomadæ vniuſcuiuſque diem appellabant, quem Ethnici Saturni diem nominant: quo die Iudæi ab opere omni feriabantur. Deum mundi architectum imitati, quem ſacræ literæ tradunt, confecta ſex diebus mũdi machina, eáque exornata, ſeptimo die quieuiſſe: vnde & ſabbathum vocauerũt quæ vox Hebræis diem quietis ſignificat. Apud Hebræos quoque ſabbathum teſte Ioſepho, pro ſeptimana accipitur. Vnde eſt illud in Euangelio, Ieiuno bis in ſabbatho. Vltimam huius dictionis ſyllabam aſpiramus: quia à verbo Hebræo fluxit, quod ſcribitur per ת th, שבת *ſabbath*, quieuit: quanuis Græci per σ ſcribant.

Sabbatharij. Dicti ſunt Iudæi à Romanis, quòd Sabbatha ſuperſtitioſè colerent. σαββατιζοντες. Martial. lib. 4, Quòd ieiunia Sabbatharioꝝ, &c.

Sabbathiſmus, σαββατισμός. Celebratio ſabbathi.

Sabbathizare. Eſt ſabbathum obſeruare. σαββατίζειν. Hieron. in Leuiticũ, Quando fueris in terra hoſtili, ſabbathizabit, & requieſcet in ſabbathis ſolitudinis ſuæ.

SABASIVS, σαβάσιος. Bacchi cognomen. ἀπὸ τοῦ σαβάζειν, quod verbum Phrygibus, aliiſque nonnullis barbaris idem valet quod bacchari, ſiue bacchantium

bacchantium more saltare. Vide Cælium Rhodig. lib. 7. cap. 15.

SABI, Syrorum lingua, mensis Februarius dicitur.

SABELLI, Populi à Sabinis orti, qui incolunt montes qui sunt inter Sabinos & Marsos: olim etiam Samnites dicti, teste Plinio, libro 3. cap. 12.

Sabellus, a, um. Virg. 2. Georg. Hæc genus acre virûm Marsos, pubémq; Sabellam.

Sabellicus, ca, cum, Idem. Virgil. 3. Georg. Dentésque Sabellicus exacuit sus.

SABELLVS, Vir Romanus gulæ deditus, plus vorabat quàm posset concoquere: quocirca ita fœtebat eius anima, vt nemo posset cum eo loqui: quem Martialis Epigrammate insectatur, Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare. Hoc tantùm possum dicere, non amo te.

SABIS, Arabum deus, cui decimas messura non pondere persoluunt.

Sabina, æ. Herba est duorum generum, quarum altera cupressi, altera tamaricis folia refert. {βεσσα. Ital. *Sauina.* Gal. *Herbe appellée du sauinier.* Hisp. *Sabina yerua.*} Plin. lib. 24. cap. 11, Herba sabina brathy appellata à Græcis, duorum generum est: altera tamarici similis folio est, altera cupresso. Colum. lib. 6. cap. 4, Alij sabinam herbam, rutámque cum mero diluunt.

Sabinam, penult. corr. Illyrij appellabant telum venabuli simile. Enniur, Illyrij restant siccis, labinisque fodentes. Hæc Festus.

SABINA Poppæa, T. Ollij filia, & Poppæi Sabini neptis, quam Nero Othovi nuptam, à vito abduxit, illo per speciem honoris in Lusitaniam relegato: deinde & matrimonio sibi coniunxit, repudiata, relegatáque in Pandatariâ insulam Octauia. Petiit ictu calcis à viro, quum grauida esset, percussa. Vide Tacitum lib. 3. Annal.

SABINI, σαβῖνοι. Populi sunt in quarta Italiæ regione, non procul à Roma, à religione, & cultu deorum cognominati, quasi Sebini, σεβῖνοι. Silius verò à Sabo autore gentis, Sabinos dici putat, qui lib. 8. ait, Pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixisti populos magna ditione Sabinos. Hos Plinius Apennini iugis vallatos vtrinque scribit. Strabo Sabinos ait angustum incolere agrum in longitudinem protensum, à Tyberi vsque Nomentum oppidum, stadiis mille vsque ad Vestinos. Horum filias rapuerunt Romani olim in spectaculo quum vxoribus carerent. Romulus enim quum affinitatem vicinorum bona pace impetrare nõ posset propter vrbis nouitatem, consilium cepit de rapiendis virginibus. Indictis itaque ludis Neptuno peragendis, quum multi hospites accolæ conuenissent cum coniugibus & liberis: vltimo die dato signo quum ad rapinam discurreretur, raptæ sunt virgines 683, autore Dionysio in Antiquitatibus: propter quam rapinam consequutum postea est bellum inter Romanos & Sabinos: cuius exitus talis fuit, vt victi Sabini, in partem vrbis fuerint recepti. Virgil. 8. Et raptas sine morte Sabinas Consessu caueæ, &c.

SABINVS, Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio: cuius meminit Seneca in Declamationibus. ¶ Sabinus Vespasiani frater, interfectus à Vitellio, quum Vespasiano res contra ludæos gerente, post Othonis mortem Capitolium cum æde Iouis occupasset. ¶ Sabinus, sophista, sub Adriano principe scripsit Isagogen ad materias & hypotheses, declamationum libros quatuor, præterea in Thucydidẽ enarrationem. Suidas. ¶ Sabinus Masurius scripsit Fastorum & memorabilium rerum libros. ¶ Sabinus Syrus, memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hierosolymæ muros ascendit: autor Iosephus lib. 7. cap. 1. ¶ Sabinus Tyro, qui περὶ κτηνῶν, id est de re horrensi, libros aliquot conscripsit, teste Plinio, cap. 10. lib. 19.

SABIS, σάβις. Fluuius est Carmaniæ, in sinum Persicum illabens. Autor est Ptolemæus, Tab. 6. Asiæ, & Plinius lib. 6 cap. 23.

SABRINA, pen. prod. Fluuius Britanniæ insulæ, versus Occidentem in mare illabens: cuius meminit Tacitus Annal. lib. 12.

Sabucus, vt Ruellio scribendum videtur: siue Sambucus, vt alij malunt: frutex est duorum generum: quorum alter ad iustæ propemodum arboris robur assurgens, à Græcis ἀκτὴ appellatur. {Ital. *Sambuco.* Gal. *Sureau, ou sufeau.* Hisp. *El sauco arbol.*} Alter humilis, flore tamen & folio superiori non dissimilis, à Latinis ebulum, à Græcis χαμαίακτη nominatur. Vtrunq; genus baccas fert in vmbella, per maturitatem nigrescentes, succúmque atri sanguinis colore reddentes. Verùm de his plura infrà in dictione SAMBVCVS.

Sabulum, uli, & Sabulo, onis, Arena crassior, ponderosiórque. {ἄμμος, ψάμμος. Ital. *Sabbione, arena grossa.* Gal. *Sable, sablon.* Hisp. *Tierra arenisca.*} Plin. lib. 17. cap. 4. Inuicem sabulum album in Ticinensi, multisque in locis nigrum, itémque rubrum, etiam pingui terræ permistum, infœcundum est. Colum. lib. 4. cap. 3. Pullam terram. & resolutam desiderat, sabulonem humidum, vel refractum tophum non respuit. Varro 1. de Re rust. cap. 9. In queis lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, &c.

Sabulosus, sa, sum. Plenum sabulo. {ἀμμώδης. Ital. *Sabbionoso.* Gal. *Sablonneux.* Hisp. *Lleno de tierra arenisca.*} Plin. lib. 13. cap. 4, Palma gignitur leui, sabulosáque terra.

Sabuletum, buleti. Dicitur locus in quo sabulum abundat. {ψαμμῶδες. Ital. *Luogo done è molta sabbia.* Gal. *Sablonniere.* Hispa. *Lugar de aquella tierra arenisca.*} Plin. lib. 27. cap. 8. Crocodilion nascitur in sabuletis.

Saburra, æ. Propriè sabulum vilius, & crassius, quo naues onerari solent vsque ad certam mensuram, quò stabiliores sint. {ζάβυρρα. Ital. *Sabbione, bellezza, saurna.* Gal. *Grosse arene ou gravier dequoy on charge les navires pour estre plus fermes contre la tempeste, la saurne.* Hisp. *El lastro para assentar la nave.*} Plin. lib. 10. cap. 23, Certum est, Pontum transuolaturas, primùm omnium angustias petere, inter duo promontoria. Criumetopon, & Carambin, mox saburra stabili. Liui. 7. belli Pun. Se in animo habuisse, tota classe Ephesum petere, & onerarias ducere multa saburra grauatas, atque eas in faucibus portus supprimere. Priscianus præcipit in hac voce b. literam esse geminandam, quod an verum sit, ipse viderit: Virgilius certè primam syllabam corripit, libro 4. Georg. -& sæpe lapillos, Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram Tollunt.

Saburrare, Est saburra onerare, & se stabilire aduersus vim ventorum. {ζαβυρρίζειν. Ital. *Mettere la zauorna nella naue.* Gal. *Charger d'arene.* Hisp. *Alastrar la nave.*} Plin. lib. 18. cap. 35, Echini affigentes sese, aut arenas saburrantes, tempestatis signa sunt. Solinus, Grues volaturæ arenas deuorant, sublatisque lapillis ad moderatam grauitatem saburrantur.

Saburratus, a, um, {ζαβυρρώδης. Ital. *Carico di grossa arena, ò di sabbia grossa.* Gal. *Chargé d'arene ou de gravier.* Hisp. *Cargado de lastro, alastrado.*} Saburra onerarus, & per translationem quouis modo expletus. Plaut. Cistel. -quæ vbi saburratæ sumus, Largiloquæ extemplo sumus.

SABYLLVS, Vir Gelous, Cleandri tyranni interfector. Autor. Herod. libro 6.

SACAE, carum, Scythiæ Asiaticæ populi, Iaxarti fluuio vicini, à Sogdianis Comedorum montibus diuisi, nullas habentes domos, sed nemora & speluncas inhabitantes. Autor Ptolemæus Tabula Asiæ septima. Persæ Scythas omnes vno nomine Sacas appellant: propterea quòd Sacarum gens ex omni Scytharum genere illis proxima sit, illósque penè solos nouerunt. Plin. lib. 6. cap. 17, Vltra sunt Scytharum populi, Persæ illos Sacas vniuersos appellauere à proxima gente, &c. Hi olim Bactrianam prouinciam occupauere, & optimam Armeniæ regionem adepti sunt, vt lib. 11. Strabo refert, atque vsque ad Cappadocas processerunt. Sed quum ex spoliis festa celebrarent, Persarum imperatores eos noctu adorti, funditus deleuere. Hos quidam Sacasenos, σακασηνούς, vocant.

Sacal, Aegyptiorum lingua electrum significare existimauit Nicias, & in Aegypto ex radiis Solis nasci: vt refert Plinius lib. 37. cap. 2.

Saccharum, ri, penult. corr. {σάκχαρον. Ital. *Zucchero.* Gal. *Du sucre.* Hisp. *El azucar de cañas.*} Dicitur mel arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile. Nascitur in Arabia, India, Creta, Italia, & Sicilia. Vnde oxysaccharon, potionis genus ex saccharo & aceto. Plin. lib. 12. cap. 8, Saccharum & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile: amplissimum nucis tantùm auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm vsum. Hæc Plinius. Hodie præstantissimum aduehitur saccharum ex Fortunatis insulis, quas Canarias vocant, in meræ formam redactum. Nascitur & in Aegypto, Cypro, & Rhodo. Galeni seculo saccharum vix notum erat, hodie ram vulgatum, vt ne quotidianus quidem cibus placeat sine saccharo.

SACCIARA, σακκιάρα. Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul à Syrti magna: cuius meminit Ptolemæus lib. 4. cap. 3.

Sacciperium, rij, Maior crumena, & minoris marsupij receptaculum, σακκομάριον. Plaut. in Ruden. Meum marsupium, quod plenum argenti fuit in sacciperio. Dictio composita ex sacco & pera.

Saccus, ci. Hebraicè, שק: Græcè, σάκκος. Ital. & Hisp. *Sacco.* Gallicè, *Sac.* Notæ significationis est: quippe quod non modò apud Hebræos, Græcos & Latinos, verumetiam apud Italos, Hispanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarúmque aliarum linguarum homines eodem nomine dicatur. Horat. 1. Sermonum, -congestis vndique saccis Indormis inhians. Cice. 5. Verrina, Quum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret, neque ea sumeret, pro iis rebus pecuniam exigeret. Saccus frumentarius, quo frumentum geritur. Saccus niuarius, id est colum ex lapide spongioso, ad colandas aquas ex niuibus resoluras.

Sacculus, & Saccellus, diminutiua. Quibus significantur marsupia. {σακκίον. Ital. *Sacchetto.* Gal. *Sachet.* Hisp. *Pequeño facco.*} Cice. 2. de Finib. Ius, & sacculos abstulerit. Asconius, Sacci, vnde sacculi, & saccelli.

Saccaria, riæ, Saccorum mercatura σακκομαλική. Apul. lib. 1. de Asino aureo, Saccariam faciens mercabam.

Saccarius. Dicitur bajulus, vel gerulus, qui saccis gestandis victum quæritat. {σακοφόρος. Ital. *Porta facco à pesi.* Gal. *Vn portefac, portepoche, portefaix.* Hisp. *El bazallaje ò ganapan.*} Paul. l. Qui fundum. de Contrahen. empt. Si quid ex sacco saccarij cecidisset

Sacculatij, orum, {ἀπατεῶνες. Ital. *Fraudatori, ingannatori.* Gal. *Pillevrs de bonnes, affronteurs.* Hispan. *Engañadores.*} Apud Iureconsultos accipiuntur pro fraudulentis impostoribus, qui veritat artes exercent, & in sacculos partem subducunt, partem subtrahunt, quos Vlpianus ait, plus quàm fures puniendos. de Extraord. crim. l. Sacculatij.

Sacellum, vide SACER, adiectiuum.

Sacer, cra, crum, Idem quod venerabile, & consecratum. {ἱερός. Ital. *Sacro.* Gal. *Sacré, saint, dedié à Dieu.* Hisp. *Cosa sacrada.*} Virg. lib. 8. Aeneid. Extulit os sacrum cœlo tenebrásque resoluit. Plaut. Menæch. At ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio. Plin. Epist. 177, Reuerere gloriam veterem, & hanc ipsam senectutem quæ in homine venerabilis, in vrbibus sacra est. Miscere sacra profanis, Horat. lib. 1. Epist. 17. Aedes sacra, Cic. Bruto, lib. 13. Arces sacræ, Virg. lib. 3. Georg. ¶ Capitur nonnunquam pro execrando, scelesto. κατάρατος. Virg. lib. Aen. -quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? ¶ Antiquitus homo sacer dicebatur, qui post diras execrationes, pestis, alteriúsve calamitatis expiãdæ gratia, alicui deorũ immolabatur: quanuis per translationem etiam latius accipiatur pro quouis homine scelerato, & detestabili. κατάρατος. Horat. lib. 2. Serm. saty. 6, Intestabilis & sacer esto. Vide plura de hoc apud Macrobium, lib. 3. Satur. ¶ Sacer ignis, morbus cuius multa sunt genera, quæ apud Plinũ habentur, lib. 26 cap. 11, ἱερὸν πῦρ. Celsus lib. 5, Sacer quoq; ignis malis vlceribus annumerari debet. Eius duæ sunt species. Alterum est subrubicundum, aut mistum rubore, atq; pallore, exasperatúmq; per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est. In his semper ferè pus, & sæpe rubor cum calore est. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipuéque in plantis, alterũ autem est in summa cutis exulceratione, sed sine altitudine latum & subluuidum. Hæc Celsus. In pecudibus (nam & eas infestat) pusula appellatur. Col. lib. 7. cap. 5, Est etiã insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores. Ea nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali modo correpta est, vniuersum gregem cõtagione prosternit. Siquidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactum exacerbescit. Inter sacri ignis species numeratur quem vulgus ignem S. Antonij vocat, A Plinio, ni fallor, zoster appellatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

latur, medium hominem cingens, & vbi cinxerit, enecans. ¶ Sacer morbus, idem qui comitialis, quòd comitia dissolueret: & Herculeus, propterea quòd Hercules eo laborasse dicatur. ἱερὸν νόσημα, ἐπιληψία. Sacer autem idcirco dici putatur, quòd sanctissimam hominis partem, hoc est animæ rationalis domicilium præcipuè infestet. ¶ Sacer serpens, serpentis genus admodum exiguum, adeo tamen pestilens, vt vel maximi angues venenum eius reformident, cóque aduenięte diffugiant. ἱερός. Magnitudo huic ad cubitum, species hirsuta. Quicquid momorderit, continuò putrescit.

SACER mons, Trans Anienem fluuium vltra tertium milliarium appellatur, quem plebs Romana post expulsos Reges, quum nexu potentiorum premeretur, secessione facta à Patribus, vtbéque relicta, occupauit: neque nisi impetratis suis sacrosanctis magistratibus, maximè adnitente Menenio Agrippa, cum Patribus rediit in gratiaam. ἱερὸν ὄρος. Vide Liuium, lib. 2. ab Vrbe.

SACRA via. In vrbe Romana vocitata est, quòd in ea ictum fœdus sit inter Romulum & Tatium, siue quòd continuò ea vterentur sacerdotes Idulium sacrorum conficiendorum causa. ἱερὰ ὁδός. Extendebatur autem à domo Regis sacrificuli vsque ad sacellum Sitenię, & rursus à regia vsque in aream. Cicero pro Plancio, Equidem, inquit, si quando (vt fit) iactor in turba, non illum accuso qui est in summa Sacra via, quum ego ad Fabium Fornicem impellor, sed eum qui in meipsum incurrit atque incidit. Hanc Horatius Sacrum cliuum nuncupauit.

Sacra certamina, Græciæ quatuor erant quæ à Tacito Iudicra vocantur. ἱεροὶ ἀγῶνες. Olympia, Isthmia, Pythia, & Nemeæa: de quorum institutione & præmiis, abundè multa annotauimus in dictione CERTAMEN.

SACRVM promontorium, à Ptolomæo appellatur extremum Lusitaniæ promontorium inter Anam & Chalybem fluuios, quod nunc appellant *Caput sancti Vincentij*. ἱερὸν ἀκρωτήριον.

Sacrum, sacri, substantiuum, Idem quod sacrificium. ἱερεῖα, λατρεία. Ital. *Sacramento, sacro, consacro.* Gal. *Sacrifice, sacrement.* Hisp. *Sacrificio.* Virg. 3. Aeneid. Sacra Dionææ matri, diuisque ferebant. Idem 5. Aeneid. Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incœpta paraui. Ouid. 2. Fast. Ecce anus in mediis residens annosa puellis, Sacra facit tacitè, nec tamen anus ipsa tacet. ¶ Nonnunquam idem quod templum. ἱερὸν. Ital. *Tempio.* Gal. *Temple.* Hisp. *Templo.* Paulus Iureconsultus, Sunt autem Sacrilegi, qui publica sacra compilarint. At qui priuata sacra, vel ædiculas incustoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi merentur. ¶ Inter sacrum & saxum, prouerbialis locutio est, qua vtimur, quoties nos in summo discrimine constituros volumus significare. Vide Erasmi Adagia. ¶ Stata sacra quæ dicantur, vide suprà in dictione FERIAE, & infrà in dictione STATA.

Sacellum, li, diminutiuum à sacrum: & significat locum paruum Deo sacratum cum ara. ἱερόν. Ital. *Capellata.* Gal. *Vn petit temple, vne chapelle.* Hisp. *Templo pequeño.* Cicer. de Lege Agra. Sunt enim loca publica vrbis, sunt sacella, &c. Trebatius Iureconsultus scribit, Sacellum compositum esse verbum, quasi sacra cella. Sed hoc neque verum est, neque verisimile.

Sacro, cras, Deo dedico, & sacrum facio. ἀνάθημι, ἱερόω, καθιερόω. Ital. *Sacrare.* Gal. *Sacrer, consacrer, dedier à Dieu.* Hisp. *Consagrar.* Plin. lib. 36, Eiusdem remanet & alius centum cubitorum, quem post excitatem, visu reddito, ex oraculo Soli sacrauit. ¶ Sacrare votum diis, est voto sese astringere. Virg. 8. Aeneid. Diis Italis votum immortale sacrabat. ¶ Ponitur aliquando Sacrare pro deuouere, & detestabile decernere, & ita morti addicere, vt impunè occidi, & violari possit. Liui. 2. ab Vrbe, Ante omnes de prouocatione aduersus magistratus ad populum, sacrandóque cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia iisset, gratæ in vulgus leges fuere. ¶ Huius composita sunt Consecro, Desecro, Obsecro, Prosecro, & Resecro: quorum significata vide suis locis.

Sacror, aris, passiuum. Ouid. 1. Fast. vtque ego perpetuis olim sacrabor in aris, Sic Augusta nouum Liuia numen erit.

Sacratus, a, um, participium: ἱερωθείς, καθιερωθείς. Ital. *Sacrato.* Gal. *sacré, dedié à Dieu, consacré.* Hisp. *Consagrado.* vt Caput sacratum. Virgil. 3. Aeneid. Exorat pacem diuûm, vittásque resolut Sacrati capitis. Idem 2. Aeneid. Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. Sacratæ leges, vide suprà. Opus alicui sacratum. Ouid. 2. Trist. Idque tuo nuper scriptum sub nomine Cæsar, Et tibi sacratum fors mea rupit opus. ¶ Sacratæ leges. Quibus sancitum erat vt siquis aduersus eas fecisset, sacer alicui deorum cum familia, pecuniáque esset. ἱερὸς νόμος. Liu. 2. ab Vrbe, Præcipuus pauor Tribunos inuaserat, quàm nihil auxilij haberent sacratæ leges, morte collegæ monitos. Idem, Sub idem fermè tempus sacratæ leges, morte collegæ monitos. Idem, Sub idem fermè tempus Ligures lege sacrata, coacto exercitu, nocte castra Proconsulis aggressi sunt. ¶ Sacratior, & hoc sacratius, Sacratissimus. Plin. lib. 16. cap. 44. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant Magos) viscо, & arbore in qua gignatur, sacratius. Idem lib. 33. cap. 4, Numine illis gentibus, sacratissimo.

Sacratium, rij Locus sacer in templo, in quo sacra reponuntur. ἱεροφυλακεῖον, ἀδυτον. Ital. *Sacrestia.* Gal. *Le lieu ou on met & serre les choses sacrées, sacristie.* Hisp. *El lugar donde se guarda lo sacrado.* Vnde à Cicerone Sacratium Bonæ Deæ nominatur. Seneca lib. 5. Quæst. Arcana illa rerum naturæ sacra non promiscuè & omnibus patent: reducta, & in interiori sunt clausa sacrario. Aegesippus lib. 5. scribit, sacrarium templi Hierosolymorum fuisse profanatum à Gentibus, quò solus semel in anno princeps sacerdotum solebat intrare, non sine sanguine. ¶ Quid interest inter sacrum locum & sacrarium, ostendit Vlpianus in l. Sacra. de Diuis. re. inquiens, Sacer locus, est consecratus: Sacrarium, in quo sacra reponuntur. Suetonius tamen de Augusto, non tam pro sacrorum repositorio, quàm pro sacello, locóque sacrato sumpsit: Natus est (inquit) Augustus ad capita bubula, vbi nunc sacrarium habet, aliquantò pòst quàm excessit constitutum. ¶ Ponitur & sacrarium pro latratio in ædibus priuatis. Cicc. ad Memmium, lib. 15, Caio Auiano Euandro, qui habitat in tuo sacrario, & ipso multum vtor, & patrono eius M. Aemylio familiarissimè.

Sacres porci, appellabantur qui puri essent ad sacrificium, vt immolarentur, quum primum depulsi essent ab vbere: id autem contingebat die circiter decimo à partu: & ob id appellabãtur ab antiquis sacres. quòd tum ad sacrificia idonei primùm essent. χοῖροι ἀγροί. Plaut. in Menæch. Quaeri hi porci sunt sacres?

Sacramẽtum. ἱερομνημοσύνη, ὅρκος ἔμμορος. Ital. *Sacramento, deliberation di far per g'iuramento.* Gal. *Serment bien & religieusement fait.* Hisp. *El juramento por que se interpone cosa sacra.* quid proprié fuerit veteribus, explicat doctissimus togatorum Varro lib. 4. de Ling. Lat. his verbis, Sacramentum à sacro: & qui petebat, & qui inficiabatur, vterque quingenta æris ad Pontificem deponebat. De aliis item rebus alio certo numero. Qui iudicio vicerat, suum sacramentum à sacro auferebat: victi, ad ærarium rediebant. id est, victus ea pecunia, quam deposuerat, mulctabatur in pœnam iniustæ litigationis, quæ ærario cedebat. Ex quibus verbis constat, Sacramentum antiquis aliud non fuisse, quàm pecuniam ipsam à duobus contendentibus apud Pontificem ea lege depositam, vt qui sponsione vicisset, suam integram auferret, victi pecunia ærario vendicaretur. Cicc. lib. 9. Epist. Pugna, si me amas, nisi arguta apparebunt, vt sacramento contendas mea non esse. Idem de Oratore, Agerent enim tecum Pythagorei, quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret. ¶ Iniustis vindiciis & sacramentis fundos alienos petere, Cicc. pro Milone. ¶ Sacramentum item, interprete Festo, dicitur quicquid iurisiurandi sacratione interposita geritur. Hinc Sacramentum militare dicebatur, quo milites in verba Imperatoris sui iurabant: quod nisi præstitissent, iusti milites non videbantur, eóque absoluti, in hostem legitimè pugnare non poterant. Legitima (inquit Seruius) militia erat eorum, qui singuli iurabant pro Repub. se esse facturos, nec discedebant nisi completis stipendiis: & Sacramentum vocabatur. Vegetius de Re militari lib. 2, Milites iurare solent, & ideo militiæ sacramenti dicuntur. Iurant autem se omnia strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nũquam deserturos militiam pro Romana Repub. ¶ Iuuenalis Sat. 15, Sacramenta figuratè pro ipsis militibus posuit: Præmia nunc alia atque emolumenta notemus Sacramentorum. Id est militum iuratorum, & sacramento rogatorum. ¶ Sueton. in Cæsare, Sanxit nequis ciuis maior viginti annis, minórve decem, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset. Teneri sacramento, est obligari per sacramentum. ¶ Sacramento contendere, quid sit, iam ex Varrone docuimus. ¶ Sacramento rogari, est iureiurando adigi. Quintil. lib. 12. cap. 2, Sed hæc inter ipsos, qui velut sacramento rogati, vel etiam superstitione constricti, nefas ducunt à suscepta semel persuasione discedere.

Sacrosanctum, Dicebatur teste Budæo, quod iureiurando interposito erat institutum, vt qui violasset, morte pœnas penderet. ὅσιον θ' ἁγιστόν. Ital. *Sacrosancto.* Gal. *Saint & sacré.* Hisp. *Lo sagrado con juramento, muy sancto.* Cicero pro Cornelio Balbo, Quid fuit in rogatione, ea quæ de Pompeio à Gellio, & Lentulo CONSVLIBVS lata est, in qua aliquid sacrosanctum videretur? Idem ibidem, Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod per populum, plebémve sancitum videretur. ¶ Sacrosanctus Trib. Plebis dicebatur, quem violari nefas erat, qui sine capitali piaculo attingi violenter non poterat. Ideo principes Romanos legimus Tribunitiam potestatem assumere sibi solitos, vt augustiores, & sacrosanctos facerent: id quod in numismatis quoque eorum extat. Tranquillus in Augusto, cap. 27, Tribunitiam potestatem perpetuam recepit. Tacit. lib. 12, Accurrunt Patres, decernitur Othoni Tribunitia potestas, & nomen Augusti, & omnes principum honores. Hinc Sacrosancta templa in quibus est ius asyli: é quibus quempiam per vim extrahi nefas putatur.

Sacrificо, as, Sacrum facio. θύω, καθαγιάζω, ἱερουργῶ. Ital. *Sacrificare.* Gal. *Sacrifier.* Hisp. *Hazer sacrificio, sacrificar.* Plaut. in Capt. Quinetiam vt magis noscas. Genio vbi suo quando sacrificet, ad rem diuinam, quibus est opus, Samiis vasis vtitur. ¶ Interdum per sacrificia veniam peto: lito verò, veniam impetro. Plau. in Pœn. Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iuppiter faciat vt semper sacrificem, neque vnquam litem. Confunduntur tamen quandoque.

Sacrificatio, onis, verbale. ἱερόθυσις, ἱερουργία. Ital. *Sacrificio.* Gal. *Sacrifice.* Hisp. *Sacrificio.* Cicero 1. de Natura deorum, Itaque in ea dea, quod est rerum cultos intimarum, omnis & precatio, & sacrificatio externa est.

Sacrificalis, le, adiectiuum. ἱερουργικός. Ital. *Pertinente à sacrificio.* Gal. *Apartenant à sacrifice.* Hisp. *Pertenesciente à sacrificio.* vt Apparatus sacrificalis. Tacitus lib. 2, Sacrificalem apparatum, festam Antiochensium plebem per lictores proturbat.

Sacrificus, substantiuum, Qui sacra facit. ἱερουργός. Ital. *Chi fa sacrificio.* Gal. *Sacrificateur.* Hisp. *El que haze sacrificio.* Ouid. 6. Fast. Martia sacrificо deductum nomen ab Anco.

Sacrificus, adiectiuum, Quod ad sacra attinet. ἱερουργικός. Ital. *Pertinente à cose sacre.* Gal. *Apartenant à choses sacrées.* Hispan. *Pertenesciente à cosas sacradas.* vt Sacrificæ tibiæ, quibus vtebantur in sacrificiis. Plin. lib. 16. cap. 36, Nunc sacrificæ Tuscorum è buxo tibiæ. Dies sacrificі. Ouid. 13 Metamorph. -diésque Des mihi sacrificos. caliturásque ignibus aras. Ritus sacrificі, Ouid. 15. Metamorph. Vestis sacrificа, Silius libro 3.

Sacrificulus, li, Idem quod sacerdos: à sacris faciendis. ἱερουργὸς, ἱερεύς. Ital. *Chi fa sacrificio.* Gal. *Sacrificateur.* Hisp. *El que haze sacrificio.* Sueton. in Domit. cap. 1, Ardente templo, apud Aedituum clàm pernoctauit: ac manè Isiaci celatus habitu, intérque sacrificulos vanæ superstitionis, &c. Rex sacrificulus (quem & Athenienses βασιλέα appellabant) Romæ post exactos Reges primum creatus est, quòd quædam sacra ita institura essent vt necesse esset ea per Regem obiri. Vide Liuium lib. 2. ab Vrbe. Gell. lib. 10 cap. 15, Super Flaminem Dialem in conuiuio, nisi Rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit. Liui. lib. 6. belli Pun. Vulgò ergo pontifices, augures, sacrificuli Reges creentur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo sit, imponamus.

Sacrificium, cij, Sacrum, seu res diuina. θυσία. Ital. & Hispa. *Sacrificio.* Gal. *Sacrifice.* Cicc. ad Attic. Cuius Laurentiæ vos Pontifices ad aram in Velabro sacrificium facere soletis. Idem de Aruſp. respon. De illo ipso sacrificio quod fit pro salute populi Romani. Liui. lib. 4. Decad. 5, In monte sacrificio rite perpetrato.

Sacricola, penult. corr. Minister sacrorum, vel ipse sacrificus, quasi sacra colens.

Universitätsbibliothek Regensburg

sacrare, sacrificare, ἱερουργεῖν. Ital. *Sacrificatore.* Gal. *sacrificateur.* Hisp. *Sacrificador.* ¶ Tacitus lib. 19. Domitianus prima irruptione apud Aedituum occultatus, sollertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarum immistus, ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, iuxta velabrum delitit.

Sacriser, ra, rum. Sacra ferens. ἱερηφόρος. Ital. *chi porta le cose sacre.* Gal. *Qui porte choses sacrées & saincles.* Hisp. *El que lleua las cosas sacradas.* ¶ Ouid. 4. Fast. Quum Troiã Aeneas Italos portaret in agros, Est dea sacriferas pene secuta rates.

Sacrilegus, legi, pen. corr. Qui rem sacram, aut rem profanam de loco sacro legit, id est furatur. ἱερόσυλος. Ital. *Inuolatore di cose sacre.* Gal. *Sacrilege, larron des choses saincles.* Hisp. *El que hurta lo sagrado, sacrilego.* ¶ Terent. in Adelph. Vbi est ille sacrilegus? Cic. 1. de Legib. Sacrilego pœna est: neque ei soli qui è sacro abstulerit, sed etiam qui sacro commendatum: quod & nunc multis sit in fanis. Iuuc. Saty. 13. Hæc tibi si non sunt, minor exstat sacrilegus, qui Radat inaurati femur Herculis.

Sacrilegus, a, um, adiectiuum: vt Artes sacrilegæ, Manus sacrilega. Ouid. 1. de Arte aman. Non mihi, sacrilegas meretricum vt persequar artes, Cum totidem linguis, sint satis ora decem. Cicer. 7. Verr. Cæteros item deos, deásq; omnes imploro, atq; obtestor: quorum templis & religionibus iste nefario quodam furore & audacia instinctus, bellum sacrilegum semper, impiumque habuit indictum. Ignes sacrilegos admouere templis, Tibul. lib. 1. Eleg. 5.

Sacrilegium, Ipsum sacrarum rerum furtum. ἱεροσυλία. Ital. *Sacrilegio, rubbamento di cose sacre.* Gal. *Sacrilege, larcin des choses sacrées.* Hisp. *Hurto de lo sagrado, sacrilegio.* ¶ Quintil. lib. 5. cap. 10. Siquis sacrilegium faciet, faciet & furtum. Cic. in Sallust. Non ita est, sed abijt in sodalitium sacrilegij Nigidiani. ¶ Reum esse sacrilegij. Quintil. lib. 4. cap. 2. Admittere sacrilegium, Idem ibidem.

Sacerdos, is, comm. gen. Qui Deo dicatus est ad sacrificia facienda, à sacris dictus. ἱερεύς. Ital. *Sacerdote, prete.* Gal. *Sacrificateur, prebstre.* Hisp. *El sacerdote, presbytero.* ¶ Cic. 4. Acad. Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant, &c. Apud Romanos varia erant sacerdotum genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salij, Pontifices minores, Pontifices maximi, Reges sacrorum, Sacrificuli, & Galli, qui Cybeles sacra faciebant. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. Ille ego Musarum purus, Phœbiq; sacerdos, Ad rigidas canto carmen ioane fores. Virg. 6. Aene. Quique sacerdotes casti dum vita manebat, Quique pij vates, &c.

Sacerdos, otis, genere fœminino. ἱέρεια. Virgil. 6. Aeneid. Deiphobus contrà. ne fœui magna sacerdos: Discedam, explebo numerum, &c. Idem 3. Aeneid. -cursúsque dabit venerata sacerdos.

Sacerdotissa, sæ, fœmin. gene. dixit Gellius, quanuis Sacerdos comminsu generis sit, lib. 10. cap. 15. Eadem ferme cæremoniæ sunt, quas Flaminicas sacerdotissas Dialeis seorsum aiunt obseruitasse. ἱέρεια. Ital. *Sacerdotessa, monaca.* Gal. *Femme dediée à quelque religion, nonain.* Hisp. *Sacerdotissa, monja.*

Sacerdotalis, tale. Quod ad sacerdotem pertinet. ἱερατικός. Ital. *Pertinente à sacerdote ò prete.* Gal. *Apartenant à sacrificateur ou prebstre.* Hisp. *perteneciente à sacerdote ò presbytero.* ¶ Liu. lib. 5. ab Vrbe, Virgines, sacráque in plaustrum imposuit: & Cære, quò iter sacerdotalibus erat, peruexit.

Sacerdotium, tij. Modò sacerdotis dignitatem significat: vt est illud, Fungi sacerdotio. ἱερωσύνη. Ital. *Sacerdocio, beneficio.* Gal. *Prebstrise, cure, benefice.* Hisp. *Dignidad de sacerdote.* ¶ Cicer. pro Domo sua, Quum Licinia virgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, &c. ¶ Modò sacerdotis prouentum. Nam apud Gentiles sacerdotia fuerũt, qualia nos Christiani minus Latino in hac significatione vocabulo *Beneficia* appellamus. Vnde Liuius lib. 9. Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familare sacerdotium erat. ¶ Sacerdotiorum autem, sicut & beneficiorum duo fuerunt genera. Vnum, quod sacris esset addictum locis, quæ Reipub. aut Principum, aut Pontificum collegij collationis essent: alterum, quod ædis aut sacelli iuris esset, à patrefamilias ea ratione erecti, dedicatique. vt & sacrorum cura, & fructuum ipsius sacerdotij perceptio, ad solam gentem, familiámque suam perpetuis successionibus deuolueretur. Quod sacerdotiorum genus à priscis Gentilia sacerdotia, à nostris Beneficia iuris patronatus appellata sunt. Corn. Tacit. de Othone. At recens ab exilio reuersos adolescentes auitis, & paternis sacerdotijs in solatium reposuit. Liu. 10. belli Pun. In eiusdem locum Pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Seruius Sulpitius Galba inauguratus.

Sacodios, σακώδης, Gemma est hyacinthini coloris: vnde nomen habet. Nam Indi hyacinthinum colorem Sacon vocant. Vide Plin. libr. 37. cap. 9.

Sacoma, pen. prod. genitiuo, sacomatis. σάκωμα. Ital. *Contrapeso, piombino della stadella.* Gal. *Contrepois, equivalent, autant pesant.* Hisp. *Contrapesa.* ¶ Est æquipondium: hoc est quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum. Vitruu. lib. 9. cap. 3. de Archimede. Quum auream coronam votiuam dijs immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immani pretio locauit faciendam, & autum ad sacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbauit, & ad sacoma pondus coronæ visus est præstitisse. Budæus.

Sacon, Indi vocãt colorem hyacinthinum: vnde sacodios dicta est gemma ex genere amethystarum, in hyacinthi colorem declinans. Autor Plinius lib. vltimo, cap. 9.

Sacramentum, vide SACER.

SACRANI. Populi Italiæ fuerunt Romæ vicini, qui à Corybante quodam, Magnæ matris sacerdote ea loci tenente, initium duxerunt. A sacrificando dicti. Corybantium enim erat, Matri deũm sacra facere. Seruius tamen Ardeates intelligi putat, propter ver sacrum, quod apud eos immolationis genus erat, quo grambus periculis adducti, vouebant quæcunque proximo vere apud se animalia nata essent, se immolaturos. Vide Seruium in illud Virgilij 7. Aeneid. Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

Sacratus, Sacrifico, Sacrilegus, Sacro, Sacrum, vide SACER.

Sacrima, (inquit Festus) antiqui appellabant mustum quod Libero patri sacrificabant pro vinea, & vasis & ipso vino conseruandis: σπονδή. γαλακτώδης: quemadmodum præmessum, de spicis quas primùm messuissent, Cereri sacrificabant.

Sactium, Sevtharum lingua saccinum dici credidit Xenocrates: referente Plinio lib. 37. cap. 2.

SADDVCAEI, σαδδουκαῖοι, Indæorum factio, qui Sadducæum quendam magistrum Legis sequentes, neq; resurrectionem credebant, neque angelos, neque spiritus esse.

SADYATTES, σαδυάττης, Filius Ardyos, filij Gygis, & auus Crœsi, teste Herodoto, lib. histor. 1. post patrem regnauit in Lydia.

Sæpe, aduerbium, Significat frequenter: recipitque diphthongum, vt differat à sepe ablatiuo nominis sepes. πυκνάκις. Ital. *spesso, souente.* Gal. *souuent, souuentesfois, plusieurs fois* Hisp. *Muchas veces.* ¶ Terent. in Heaut. Non licet hominem esse sæpe ita vt velit, si res non finit. ¶ Aliquando ornatus causa iungitur nomen Numero, & fit vna dictio, Sæpenumero. Cicer. Filius ad Tironem lib. 16. Epist. Sum totos dies cum eo, noctisque sæpenumero partem. ¶ Huius compositum est Persæpe, de quo suprà suo loco.

Sæpiculè, diminutiuum à sæpè: sicut à sepius, sæpiusculè. πυκνά. Apul. Nam vt lachrymæ sæpiculè de gaudio prodeunt. Plaut. in Casin. Sæpiusculè peccas.

SAEPINVM, pen. prod. σαίπινον. Ptolemæo, oppidum Samnium, cuius incolæ dicuntur Sæpinates: quos Plinius collocat in quarta regione Italiæ.

Sæuus, ua, uum, Durus, horridus, crudelis. χαλεπὸς, ἀπηνής. Ital. *crudo, le, aspro, duro.* Gal. *Cruel, furieux, rigoureux.* Hisp. *Cruel, aspero, duro.* ¶ Virgil. 5. Aeneid. Quum sæuo è scopulo multa vir arte reuulsos. Idem 1. Aeneid. sæuæ memorem Iunonis ob iram. ¶ Quandoque pro forti: apud Virgilium 1. Aeneid. Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector. ¶ Quandoque pro irato Virgil. 1. Aene. -& sæuum ambobus Achillem. ¶ Quandoque pro magno, Virg. de Aenea pio. 12. Aeneid. -maternis sæuus in armis. ¶ Quandoque pro potenti. Virg. lib. 1. Aene. Non illi imperium pelagi, sæuumque tridentem, Sed mihi sorte datum. ¶ Sæuior. Ouid. 13. Metam. -tua fulmine sæuior ira est. Virg. 5. Aene. Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla Pestis, & ira deûm Stygijs sese extulit vndis. ¶ Sæuissimus. Ouid. 12. Metam. Nam tibi sæuorum sæuissime Centaurorum Euryte, &c. Liu. lib. 4. belli Maced. Sæuissimo & violentissimo in suos tyranno. Virg. 2. Aene. -hic Iuno Scæas sæuissima portas Prima tenet.

Sæuiter, aduerbium, Crudeliter. χαλεπῶς. Ital. *Crudelmente.* Gal. *Cruellement.* Hisp. *Cruelmente.* ¶ Plaut. in Pseud. Magis cogito, sæuiter blanditerne alloquar.

Sæuitia, æ, & Sæuitudo, inis, Crudelitas. ἀπηνεία, χαλεπότης. Ital. *Crudelità.* Gal. *Cruauté.* Hisp. *Crueldad.* ¶ Cicer. 1. Offic. Sed horis sanè adhibenda sæuitia in famulos, si aliter teneri non possunt. Plin. lib. 6. cap. 17. Proxima inculta, sæuitia gentium. Ouid. 6. Metam. -quid enim mea tela reliqui, Sæuitiam, & vires, iramque animósque minaces? Idem Epist. 7. Da breue sæuitiæ spatium, pelagique nocendi. Tacit. lib. 5. Quantúmque sæuitia glisceret, miseratio arcebatur. Idem libro 13. Italiam luxuria, sæuitiáque afflictauisset.

Sæuio, sæuis, sæuiui, & sæuij, sæuitum, Crudeliter in aliquem agere. χαλεπαίνω, ἀγριαίνω, χαλεπὸν ἔχω. Ital. *Crudeleggiare, incrudelirsi.* Gal. *Estre cruel, vser de cruauté.* Hisp. *Enerueleceerse.* ¶ Pacuuius, Quid commerui? quid in me sæuis pater? Liu. 7. ab Vrbe, In Tarquinienses acerbè sæuitum, multis mortalibus in acie cæsis. Idem alibi, Quum post victoriam quoque in hostẽ sæuiret. ¶ Aliquando sæuire est fortiter, & strenuè sese gerere. Martialis, Belliger inuictis quod Mars tibi sæuit in armis. ¶ Sæuire animis, pro vehementer irasci. Virgil. lib. 5. Aene. Tum pater Aeneas procedere longius iras, Et sæuire animus Entellum haud passus acerbis. ¶ Huius composita sunt, Consæuio, Desæuio, & Obsæuio: de quibus suis locis.

Saga, æ, Anus superstitiosa, vel mulier incantatrix, venefica, quæ malis veritisque artibus cuiquam boni aliquid vel mali conciliat: ita dicta à sagiendo, propterea quòd multa scire velit: vt ait Cicer. 2. de Diuin. γοητεία. Ital. *Saga incantatrice.* Gal. *Sorciere, diuineresse, enchantereresse.* Hisp. *Mugar que adeuina le venidero, encantadora de palabras.* ¶ Horat. 2. Car. Quæ saga, quis te soluere Thessalis Magus venenis, quis poterit deus? Vbi Acron, Saga dicta est venefica, quòd satis agat, & ea est quæ carminibus, & herbis mala hominibus dicebatur vel arcere vel impellere.

SAGAE, Scythiæ populi, ijdem qui Sacæ, de quibus tam diximus. Autor Pomponius Mela, lib. 3.

Sagana, pen. corr. Vas in quo aliquid teritur. ¶ Ital. *Mortaio.* Gal. *Mortier.* Hisp. *Mortero.* ¶ Est & nomen venefice, apud Horatium in Epod. At expedita Sagana per totam domũ Spargens Auernales aquas. Horret capillis, vt marinus asperis Echinus, aut currens aper.

Sagaria, Sagarius, vide SAGVM.

SAGARVS, σάγαρος. Ptolem. Fluuius est Asiæ, qui ex Didemo Galatiæ monte nascens, & per Phrygiã Bithyniámque flexuoso curſu delatus, tandem influit in pontum Euxinum. Vide Ptolemæum Tab. 1. Asiæ. Ouidius Sagarim effert per tertiam declinationem, lib. 4. de Ponto, Hunc Lycus, hunc Sagaris, Penetúsque, Hypanisque, Crateſque Influit, & crebro vortice tortus Halys.

Sagapenum, penult. prod. σαγάπηνον, Succus est herbæ ferulaceæ, quæ in Media nascitur, gustu acri, odore medium quiddam inter laser & galbanum referens: Officinæ vocant *Seraphinum.*

Sagatus, vide SAGVM.

Sagax, cis. à sagiendo, Id est ab acutè sentiendo dictum est. ἰνδαλτικός. Ital. *Sagace.* Gal. *Sagace, qui faire bien le trace.* Hisp. *Ventor ò sabueso.* ¶ Propriè enim canes sagaces dicuntur, qui odoris ductu venatores ad ferarum cubilia perducunt. Cicer. 2. de Diuin. Sagire, acutè sentire est: ex quo sagaces dicti canes. ¶ Per translationem tamen accipitur pro callido & solerti. ἀγχίνους. Ital. *Diligente, acuto.* Gal. *Sage & prudent, caut & fin.* Hisp. *Sabio, prudente y astuto.* ¶ Cic. 3. de Legib. Homo animal prouidum, sagax, multiplex. Martial. lib. 12. Excogitauit homo sagax, & acutus.

Sagacitas, tatis, Id est acuta illa sentiendi vis in canibus, & odorato ali-

quid deprehendẽdi. {μηχανία. Ital. *sagacità, excellẽza di sentimento.* Gal. *Excellence de sentiment, bon flairement.* Hisp. *Obra de bien sazar el rastro por olor.*} Cic. 3. Tusc. Canum incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium. ¶ Per translationem tamen sumitur pro astutia, seu calliditate. {ἀγχίνοια. Ital. *Bonta d'ingegno, quando uno prouede di subito qualche caso futura.* Gal. *Bon esprit pour sentir ce qu'il faut.* Hisp. *La astucia ò prudencia.*} Cic. 4. Verr. Qua est iste sagacitate in his rebus.

Sagaciter, aduerbium. Pro astute, prudenter, callidè {ἀγχίνως, δεξιῶς, δριμέως. Ital. *Accortamente, sagacemente.* Gal. *Sagement & finement.* Hisp. *Astuta y prudentemente.*} Liu. 7. belli Pun. Ibi duo duces sagaciter moti sunt: alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem.

Sagda, Gemma porracei coloris, quam Chaldæi adhærẽtem nauibus habent. Inuenitur & in Samothracia eiusdem nominis gemma, nigra, ac sine pondere, ligno similis. Plin. lib. vlti. cap. 10.

Sagena, næ, pen. prod. {σαγήνη. Ital. *Rete da pescatore.* Gal. *Vn grand filé à prẽdre poissons.* Hisp. *La red para pescar.*} Genus retis piscatorij: Latini verriculum appellãt. Manilius lib. 5. Excipitur vasta circumuallata sagena.

Sagina, næ, pen. prod. Cibus quo quis pinguis efficitur. {σίτος ἀφ'. Ital. *Cibo da ingrassare, ò grasso nel corpo che viene per darsi buon tempo.* Gal. *Graisse qu'on acquiert pour estre bien traitté.* Hisp. *La gordura ò sain ò saineto.*} Iuuen. Satyr. 4. -genialis agatur Iste dies, propera stomachum laxare saginis. ¶ Sagina dicendi, apud Quintilianum lib. 10. cap. 5, est dicendi vbertas. ¶ Quandoque etiam dicitur pinguedo supernacua, cuiusmodi auibus quibusdam arte & fartura inducitur, & in hominibus quibusdam nimio otio contrahitur. Iustinus lib. 20. Sublatis deinde æmulis, in segnitiam lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, ocnlorũmque valetudinem contraxit.

Saginarium, rij, Locus vbi saginãtur altilia. {σιτευτήριον. Ital. *Luogo dove s'ingrassono le bestie.* Gal. *Le lieu ou on engraisse les bestes, mue.* Hisp. *Lugar do se engordan los animales.*} Varro lib. 3. cap. 10. de Re rustica, Pullos anserum includunt in saginatio, ibique polentam, & pollinem aqua madefactũ dant cibum, ita vt perinde le saturent.

Sagino, as, pen. prod. Pinguefacio. {σιτεύω. Ital. *Ingrassare vna bestia.* Gal. *Engraisser vne beste.* Hisp. *Cevar ò engordar animal.*} Colum. libr. 6. cap. 38. Ea herba viridis, nec tardè tamen arida, fœni vice saginat iumenta, verùm modicè danda, ne nimio sanguine strangulentur pecora. Interdum ablactuo iungitur, quum res qua quid saginatur, exprimitur: vt apud eundem lib. 5. Formantur ostiæ quibus auis saginatur. Et rursus libr. 6. cap. 27, Hordeo saginandus equus,

Saginatus, ta, tum, participium: {σιτευθείς. Ital. *Ingrassato.* Gal. *Engraissé.* Hisp. *Cevado ò engordado.*} vt Porcus saginatus. Propert. lib. 4 Eleg. 1, Parua saginati lustrabant compita porci.

Saginatio, onis, verbale. {σίτευσις. Ital. *Ingrassamento di bestie.* Gal. *Engraissement.* Hisp. *La gordura.* Plin. lib. 8. cap. 51, Pinguescunt sexaginta diebus, sed magis tridui media saginationem orsa.

Sagio, is, ĩui, tum, Proprie de canibus dicitur, qui odoris ductu ferarum vestigia perquirunt: quãuis etiam per translationem accipitur pro eo quod est aliquid acute & callidè præsentiscere. {μηχανάομαι. Ital. *Sentire & odorare perfettamente.* Gal. *Sentir & flairer excellemment.* Hisp. *Sacar perfectamente el rastro por olor.*} Cic. 1. de Diuin. Sagire enim, sentire acutè est ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt: & sagaces dicti canes. Is igitur qui ante sagit, dicitur præsagire, id est futura ante sentire.

Sagitta, tæ. Genus teli quod arcu emittitur. {τοξεύμα, οὐτος. Ital. *Saetta, freccia.* Gal. *Vne flesche, vn trait à tirer.* Hisp. *Saeta ò vira ò frecha.*} Virgil. 12. Aeneid. Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta. Tacitus de Germanis, Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. Vir. 11. Aene. Dixit, & aurata volucrem Thereïa sagittam Deprompsit pharetra. Ouid. 3. Trist. Eleg. 10, -longéq; volante sagitta. Horat. 3. Carm. Ode 10, Interim dum tu celeres sagittas Promis, hæc dentes acuit timendos. ¶ Sagitta etiam à rei rusticæ scriptoribus sumitur pro nouissima turculi parte: siue quia longius recessit à matre, & quasi euicuit, atq; prosiluit: seu quia cacumine attenuata, prædicti teli speciem gerit. Vide Columellam, lib. 3. cap. 17. ¶ Est & sagitta, herba ex vluæ generibus, de qua Plinius lib. 21. cap. 17. ¶ Est & signum cæleste, Stellas habens quinque, quę ferè in fine Capricorni cernuntur. Plinius lib. 18. cap. 26.

Sagittarius, ria, rium, Quod ad sagittas pertinet, siue idoneum est vt ex eo hant sagittæ. {τοξότης. Ital. *Pertinente à freccia.* Gal. *Apartenãt à flesche.* Hisp. *Perteneciente à saeta.*} Plinius lib. 16. cap. 36, Suum genus sagittario calamo est.

Sagittarius, rij. Qui sagittas ex arcu emittit. {τοξότης. Ital. *Sagittario, balestriere, arciere.* Gal. *Archer.* Hisp. *Frechero, ballestero, archero.*} Cic. ad Attic. lib. 5, Magna tormentorum copia, multis sagittarijs, magno labore, apparatu, multis saucijs ex nostris, incolumi exercitu negotium confecimus. ¶ Est & Sagittarius, signum cęleste, quem alij Centaurum Chironem arbitrãtur, alij Crocum filium Euphemes nutricis Musarum, & habitasse in Parnasso cum Musis, & venationi incubuisse, & vsum esse sagittis, & equo infedisse. Post mortem precibus Musarum à Ioue inter astra relatum, & varia forma conscriptum. Idibus Februarij vespere occidit, ac vehementer hyemat, inquit Columella.

Sagittifer, ra, rum. Qui fert sagittas. {τοξοφόρος. Ital. *Che porta saette.* Gal. *Qui porte flesches, archer.* Hisp. *Cosa que tiene ò trahe saetas.*} vt Gelони sagitti feri. Virg. 8 Aen. Hic Lelegas, Curãsque, sagittiferósque Gelonos, Finxerat. Sagittiferæ pharetræ, Statius 1. Achil. Pecus sagittifera, Claudianus de Huntrice.

Sagittipotens, pen. corr. Pro signo cæsti quem & Sagittarium dicimus. Cic. in Arato. Mense Sagittipotens Solis quum sustinet orbem.

Sagitto, tas. Sagittas ex arcu emitto. τοξεύω.

Sagma, atis, σάγμα. Græcis scuti thecam significat: nam σάγην illi dicunt quem nos clypeum aut scutũ appellamus. Sunt & qui pro iumenti sella, siue strato accipi tradant, in qua significatione & Veteris instrumenti interpres sumpsisse videtur. Leuitici cap. 15, vbi sic legitur, Segma super quod sederint, immundum erit.

testamenti

Sagmina, Romani herbam appellauere, quam Græci περιστερεῶνα, & ἁγιστρίδα unminant, nostri etiam verbenam, siue verbenacam: qua Pater patratus & Feciales, tam fœdera percussuri, quam bellum denuntiaturi, solebant coronari. Festus, Sagmina vocãtur verbenæ, id est herbę puræ, quia ex loco sancto secabantur à Consule, Prætoréve, legatis ad indicendum bellum aut fœdus faciendum proficiscentibus. Plin. lib. 22. cap. 2, Quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacris legationibus, quàm verbenæ. Certè vtroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex ara cum sua terra euulsum. Hac semper & legati, quum ad hostes, clarigatũmq; mitterentur, vti sunt. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe, & lib. 10. belli Punici.

SACRA, Fluuius est in ora Magnæ Græciæ, non procul à Crotone vrbe, apud quem Crotoniatæ à Locris maximo prælio fuerunt victi. Cic. 3. de Nat. deor. De Sagra Græcorũ est vulgare prouerbiũ, qui quæ affirmant, certiora esse dicũt, quàm quæ apud Sagram. Vulgò *Sagrano in Calabria.*

SAGRVS, gri, Italię fluuius, Pelignos diuidens à Frentanis, & inter Amiternũ & Orthium in mare influens. Autor Strabo lib. 5. ¶ Est & Sagrus, Asię mons, ex Armenia ad Medos, & Adiabenos pertingẽs, supra Parætacenen & Persidem. Autor Plinius lib. 6. cap. 27.

Sagum, sagi. {σάγος, ὁ ἢ τὸ σαγίδιον. Plutarcho. Ital. *Saio, saglio habito da guerra.* Gal. *Vn sayo ou sayõ.* Hisp. *El sayal ò albornoz.*} Genus erat vestis breuioris, qua tẽpore belli omnes Romani vtebantur, exceptis viris Cõsularibus: quemadmodũ contrà, quum vrbs nullo bello premebatur, vtebãtur togis. Vt enim togas pacis, ita sagum erat index belli: vt non obscurè colligi potest ex Cicerone 8. Philip. ¶ Est & Sagum vestis stragulæ genus, non dissimilis cilicio. Suetonius in Othone, Ferebatur & vagari noctibus solitus, atque inualidum quenque obuiorum vel potulẽtum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare.

Sagulum, diminutiuũ. Hoc est vestis genus, quod armis superindui solet. {σαγίδιον. Ital. *Piccolo saglio.* Gal. *Petit sayon.* Hisp. *Pequeño sayal.*} Vir. lib. 8, Vngatis lucẽt sagulis. Liu. li. 1. belli Pun. Multi sæpe militari sagulo opertũ, humi iacentẽ inter custodias, stationẽsq; militũ conspexerũt.

Sagaria, æ, Exercitium vendedi saga. {σαγοπωλικὴ τέχνη. Ital. *Mercantia de sagli.* Gal. *Marchandise de sayes.* Hisp. *Mercaderia de sayales.*} quèadmodum Lintearia, linteorum mercatura. Vlpianus de Trib. act. Duas negotiationes exercebat puer, sagariam, & lintenariam.

Sagarius, rij, Qui ex sagorũ negotiatione quæstum facit. {σαγοπώλης. Ital. *Che vende sagli.* Gal. *Vendeurs de sayes & hocquetons.* Hisp. *El que hazẽ ò vende sayal.*

Sagatus, Qui sago indutus est. {τριβώνιος. Ital. *Vestito di saglio.* Gal. *Qui est vestu d'vn saye.* Hisp. *Vestido de sayal.*} Sueto. in Cęsare, Duobus triclinijs, vno quo sagati, palliatique, altero quo togati cum illustrioribus pronunciarũ discumberẽt. Martial. lib. 6, Vis te purpureũ Marce sagatus amẽ?

SAGVNTVS, σάγουντος. Vulgò *Muruedre* vel *Mouiendro*, Hispaniæ ciuitas vltra Iberũ fluuiũ, à Zacynthijs condita. Strabo lib. 3, Saguntus (inquit) occurrit à Zacynthijs cõdita, quã Annibal contra populi Romani fœdera diruens, belli Punici secundi suscitauit incẽdium. Huius vrbis situ elegantèr describit lib. 1. Silius. Meminit cladis lib. 1. Decad. 3. Liui.

Saguntinus, na, num, σαγουντῖνος. vt Vasa Saguntina, quæ maximè commẽdantur. Martialis, Sume saguntino pocula facta luto.

SAIS, idis. Vrbs est Aegypti, iuxta vnum ex ostijs Nili, quod ab ea Sairicũm dictum est.

Saites, vel Saita, æ, ἰτης, gentile. Cice. 3. de Natu. deor. Secũda Minerua ortu Nilo, quam Aegyptij Saitæ colunt.

Sal, salis per metathesin à Græco deducitur, quod est ἅλς: estque illud quo vtimur in cõdiendis cibis. Declinatur vtroque numero. In plurali tamẽ tantùm masculini est generis, quem in singulari etiã neutrũ admittat. {Ital. *Sale.* Gal. *Du sel.* Hisp. *Sal.*} Cato, Ex sale qui apud Carthaginienses fit. Sallustius in Iugurtha, Neq; salem, neq; alia gulæ irritamenta. Columella, Camẽ salibus aspersam. Paulus Iurecõsultus, Cotẽ ferro subigẽdam, necessaria quoq; hostibus venudari, vt ferrũ, & frumentũ, & sales, non sine capitis periculo licet. Colu. lib. 12. cap. 53, Deinde in ferũ substernitur sal coctũ, sed modicè infractũ. Dicitur etiã Sale neutro genere, secundũ Prisciaũ pro mari. Ennius lib. 14. Annalũ; Cæruleũ spumat sale conferta rate puisum. ¶ Aliquando sal ponitur pro sapientia, in qua significatione masculino tantùm genere proferri consueuit. Terent. in Eunucho, Qui habet sale qui in te est. Vbi Donatus, Sal neutraliter, cõdimentũ: masculinũ, pro sapientia. ¶ Aliquãdo pro vrbanitate, ioco, & ridiculo, & dictis ad risum, vel delectationẽ compositis, idque tam singulari, quàm plurali numero. οἱ ἐμοὶ λόγοι, ἅλες μού. Catullus Epigr. 81. de Quintia, Nulla est in toto corpore mica salis. Hoc est nihil venustũ, nihil argutum, nihil facetum. Cic. de Clar. Orat. Publius Scipio omnes sale & facetijs superabat. Lucanus, Non soliti lusere sales. Quintil. lib. 6, Salsum (inquit) in consuetudine pro ridiculo tantùm accipimus: natura non vtique hoc est, quamquam & ridicula oporteat esse salsa. Nam sicut sal suauitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiã vrbanorum ioca. Sales enim pro Ciceronis sentẽtia, sunt ipsa ridicula, quę necessariò salsa oporteat esse. Nam salsum erit quod non erit insulsum, velut quoddam oris condimentum, quod sentitur latente iudicio, & veluti palatum excitat. ¶ Quandoq; sal pro mari ponitur, quemadmodum & ἅλες fœmininum apud Græcos: quia salsum est, & ex ipsius aqua sal elicitur. Virgil. 1. Aeneid. Et spumas salis ære ruebant.

Salarius, rij, subitantiuũ, Qui sal, vel salsamẽta vẽdit. {ἁλοπώλης. Ital. *Chi vende sale ò salumi.* Gal. *Qui vent du sel ou de la saline, saulnier.* Hisp. *El que vende sal ò cosas saladas.*} Martial. lib. 1. Quod viles pueri salariorum.

Salarius, a, um adiectiuũ, Quod ad sal pertinet, {τὸ εἰς ἅλας. Ital. *Pertinente à sale.* Gal. *Apartenant à sel.* Hisp. *Perteneciente à sal.*} Liu. lib. 9. belli Puni. Vectigal etiam nomen ex salaria annona statuerunt.

Salarium, rij, subst antiuũ, Dicitur stipendiũ, vel merces quã quis pro opera persolvit {μισθός. Ital. *Salario, paga, mercede.* Gal. *Salaire, loyer qu'on reçoit de son labeur.* Hisp. *El salario ò acostamiento del señor.*} Plin. lib. 31. cap. 7. Sal honoribus etiã militiæq; interponitur, salarijs inde dictis, magna apud antiquos autoritate. Dictũ salariũ, quòd ita necessariũ sit, vt homini sal.

Salsus, a, um, Quod salis saporem habet, siue quod sale conditum est. {ἁλμυρός. Ital. *Salato.* Gal. *Sale.* Hisp. *Salado.*} Plaut. in Rud. Itaque aluũ prodisperant nobis salsis poculis. Horat. Epod. 16, Ametque salsa leuis hircus æquora. Lucret. lib. 1, Et lachrymis salsis humectant ora, genasque. Virgil. lib. 2. Aeneid. -salsúsque per artus Sudor ijt. Idem 5. Aeneid. Et salsos rident reuomentem pectore fluctus. Quintil. lib. 6. cap. 3, Ridiculum dictum plerunq; salsum est. Cic. ad Papyrium lib. 9. Accedunt

non

non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque vrbani fuêre.

Salsè, aduerbium, Idem quod facetè, & vrbanè, & cũ quadam salium mordacitate. {ἁλυκῶς, ἀττικῶς, εὐτραπέλως, χαριέντως. Ital. *Piacevolmẽte, con gratia.* Gal. *En picquant, en mordant, en rencontrant.* Ital. *Donosamente, con donayre.* } Cic. 2. de Orat. Valde hæc ridẽtur, & hercle omnia, quæ à prudentibus quasi per dissimulationem non intelligendi subabsurdè, salsèque dicũtur. Idem eodem lib. Quod est hominibus facetis & dicacibus difficillimum, habere hominum rationem, & temporum: & ea quæ occurrant: quũ salsissimè dici possent, tenere. Quintil. lib. 6. cap. 4, Sed repetã necesse est infinitas esse species, tam salsè dicendi, quàm seuerè, quas præstat persona, locus, tempus, casus denique, qui est maximè varius.

Salsamẽcum, ti, Quod est ex sale compositum, siue quod est sale conditum ad diuturnum vsum ciborum. {ταρίχος. Ital. *Salame, salsamento.* Gal. *Toute saline, ou chose salée, soit chair, soit poisson.* Hisp. *Salsa de cosas saladas.* } vt pisces salsi, & lardum: quæ & per syncopen salmenta dici possunt. Terentius in Adelp. -salsamenta hæc Stephanio Fac macerentur pulchrè.

Salsamentarius, Qui salsamenta vel facit, vel vendit, qui & salarius. {ταριχοπώλης. Ital. *Luganegaro, pescicarnolo.* Gal. *Vendeur de salines, chaircutier.* Hisp. *El que vende saladura.* } Autor ad Herennium lib. 4. Vt si salsamentarij filio dicas, Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

Salsamentarius, ria, rium, Quod ad salsamenta pertinet {ταριχικὸς. Ital. *Pertinente à salame & salsamento.* Gal. *Apartenant à saleures & saulses.* Hisp. *Pertenesciente à salsa de cosas saladas.* } Plin. lib. 31, Quin & testis cadi salsamentarij tusis cum axungia vetere, mirũ in modũ prodest. Colum. lib. 2. cap. 10, Ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata recõdatur, si maior est modus, in horreo: si minor, in vasis olearijs, & salsamentarijs.

Salsura, æ, Idem quod salsamentum. {ταρίχος. Ital. *Salame.* Gal. *Saleure* Hisp. *Saladura.* } Colum. lib. 8. cap. 17, Nulla tamen æquè, quàm prædictæ salsuræ pabula, commodè dantur.

Salsedo, dinis, Ipse salis sapor. ἅλμη.

Salina, Locus in quo sal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. {ἁλυκὰ ἐξ ὕδατος ἐξορύττονται, ἢ ἐκ τοῦ πελάγους ἁλίζονται. Ital. *Salina.* Gal. *Saline.* Hisp. *Las salinas donde se haze la sal.* } Plinius libro 31, Fit sal vulgaris, plutimúsque in salinis effuso mari, non sine aquæ dulcis riuis, sed imbre maximè iuuante. Cicc. ad Atticum lib. 5, De structe salinarum planè rogo. Idem pro lege Man. Quum publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur.

Salinum, ni, Vasculum in quo sal reponitur tum ad mensæ vsum, tum ad sacrificia pararum. {ἁλοδόκος. Ital. *Salino, saliera.* Gal. *Saliere.* Hisp. *El salero, vaso donde se pone la sal.* } In eo enim cum sale diis primitiæ offerebantur. Persius Saty. 3. -purum & sine labe salinum. Idem Saty. 5. Vare regustatum digito terebrare salinum Contentus perages. ¶ Ponitur tamen pro quocunque vase fictili mensæ pauperis. Horat. lib. 2. Carm. Viuitur paruo bene, cui paternum Spondet in mensa tenui salinum.

Salillum, li, diminutiuum, Paruum salinum. {τὸ μικρὸν ἁλοδοκεῖον. Ital. *Salinetto.* Gal. *Vne petite saliere* Hisp. *Pequeño salero.* } Plutus in Trinum. -vtrum nos homunculi, Salillum animæ, quæ quum exemplo amisissimus, æquè mendicus, Atq; ille opulentissimus censetur ad Acherontem mortuus.

Salio, lis, Quartæ cõiugationis, & prima correpta, Sale cõdio. {ἁλίζω. Ital. *Salare.* Gal. *Saler.* Hisp. *Salar.* } Tibul. Farre pio placet, & saliente sale. Huius præteritum Saliui, supinum salitum. Vnde salitus, & salituras. Celsus lib. 2. cap. 18, Item pisces omnes qui salem non patiuntur, solidiue saliuntur. Legitur etiam pro eodem sallio duplici. l. Cornel. Seuerus, Ad quem salliti pomiliones afferebantur.

Sallo, lis, per duplex l, Tertiæ cõiugationis, salli, salsum, Sale cõdire. {ἁλίζειν. Ital. *Salare.* Gal. *Saler.* Hisp. *Salar.* } Lucius lib. 4. Sallere murænas, & frigidaria terræ. ¶ Participio passiuæ significationis in dus, vsus est Columella lib. 7. cap. 7, quum inquit, Quod si ea res ægritudinem non depellit, vendenda sunt pecora: vel si neque id contingere potest, ferro necanda fallendáque.

Salitor, toris, Qui salis tributum colligit. Cic. ad Attic. lib. 4. Cõfecta Britannia, obsidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data salitoribus Britanniæ. Vbi interpres, Salitoribus, præfectis, quos iurisperiti Murilegulos appellant, relictis à Cæsare in Britannia, qui salum scrutarentur, margaritásque Britannicas. Quidam codices habent, non salitoribus, sed data à litoribus.

Salitura, turæ, Actus saliendi, hoc est sale condiendi. {ἅλμη. Ital. *Effo salare.* Gal. *Quand on sale.* Hisp. *Obra de salar.* } Colum. lib. 12. cap. 21, Post salituram musti cochlear cumulatum.

Salsilago, laginis, Idem significat quod salsugo. {ἅλμη. Ital. *Liquore salata, salamora.* Gal. *Saulmure, saleure, liqueur salée.* Hisp. *Sudor de la cosa salada, salmuera.* } Plin. lib. 20. ca. 12, Natura ciceris est gigni cum salsilagine, ideo solum vrit. Idem lib. 31. cap. 7, Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago.

Salsitudo, dinis, Humor saporem salis referens. {ἅλμη. Ital. *Liquore salata, salamora.* Gal. *Liqueur salée, saleure, saulmure.* Hisp. *Sudor de cosa salada, salmuera.* } Plin. li. 20. ca. 14, Salsitudines corporis, si cũ vino tradatur, minuit.

Salsugo, inis, Quiuis humor salsus: cuiusmodi in salinis est aqua salsa, ex qua sal conficitur. {ἅλμη. Ital. *Liquore salata, salamora.* Gal. *Liqueur salée, saulmure.* Hisp. *Sudor de cosa salada, salmuera.* } Plin. lib 31. cap. 7, Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago, tota liquida, marina aqua salsior, vt distans.

SALA, ἅλας, Nomen fluuij in Germania, vt Strabo lib. 7. scribit: inter quem & Rhenum Drusus Augusti priuignus domitis iam hostibus victor oppetiit. ¶ Est item Sala Mauritaniæ oppidum, ad Occidentem, impositum fluuio eiusdem nominis. Autor Plinius, lib. 5. cap. 1.

SALACIAM (inquit Festus) antiqui dicebant Deam aquæ, quam putabant salum ciere, hoc est mare mouere. Quo vocabulo Poëtæ pro aqua vsi sunt. Pacuuius, Hinc sæuitiam salaciæ fugimus. Hæc Festus.

Salàconia, peo. prod. σαλακωνεία, Vox Græca est iactãtiam significans cũ vanitate, & superbia coniunctam. Quidam & mollitiem interpretãtur.

Salacones, σαλάκωνες, Dicuntur homines iactabundi, qui quã Iro pauperiores sint, Græcos tamen quosdam se esse simulant: quum que Sardana palo sint efficeminatiores, fortitudinis tamen opinionem captam. Cicc. M. Fabio Gallo, Cognoti meam causam, & illius salaconis iniquitatem. Suidas hanc significationem fluxisse existimat à Salacone quodam, eiusmodi, quales iam depinximus, moribus prædito.

Salamandra, {σαλαμάνδρα Ital. *Salamandra.* Gal. *Salamandre.* Hisp. *Salamanquesa* } Animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus prouenient, & æstate deficiens: cui tantus rigor est, vt ignem nulla sui læsione tacta extinguat, non aliter quàm glacies. Autor Plin. lib. 10. cap. 67, Et licet venenatissimum sit (nam si arbori irrepserit, omnia poma veneno inficit, & eos, qui ederint, interimit: idem facit si in puteum cadat) à suibus tamen sine nocumento manditur.

SALAMERIAE, σαλαμερίαι, Ciuitas est Cappadociæ, in Gardauerotæ præfectura. Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

SALAMIS, siue Salamin, pen. corr. σαλαμίς, Vulgò *Coluri*, genitiuo Salaminis, penult. prod. vel Salamina, Salaminæ, Insula est in sinu Saronico, contra Atticam, vrbem habens eiusdem nominis, in qua Telamon regnauit, Aiacis & Teucri pater. Verùm quum Teucer capta iam Troia, in patriam rediret, indignatus Telamon quòd Aiacis mortem (qui inimicorum iniurijs exagitatus, & in furorem conuersus, sibi necem intulerat,) nõ vindicasset, eum Salamine expulit. Ex eiusdẽ itaque è patria Teucer, in Cyprum nauigauit, vbi nouam vrbem condidit, quam & ipsãm relictæ vrbis desiderio, Salaminem appellant. Hanc hodie *Constantiam* appellant.

Salaminius, σαλαμίνιος, Nomẽ gentile, à Salamine vrbe deductum. Cicero pro Archia, Homerum Colophonij eiusdem esse dicunt suũ, Chij suum vendicant, Salaminij reperunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant.

Salaminius, a, um, possessiuum: vt Salaminium trophæum, apud Ciceronem 1. Tusc. ¶ Salaminiacus, aliud possessiuum. Lucan. lib. 5. Vt Salaminiacum meminit mare.

SALANGA, σαλάγξ, Mons altissimus, mari imminens, inter Britanniam & Hyberniam: à Salanga, Bartulani primi habitatoris Hyberniæ filio dictus. Hodie *Mons D. Dominici* appellatur, à monasterio à Diuo Dominico ibi extructo.

SALAPIA, Vrbs est Apuliæ, Dauniorum, meretricio Annibalis amore nobilitata, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 11.

Salapusius, à sale, & pusio compositum nomen. Pusius enim, siue pusio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus est Caluus, Catulli familiaris, tanquam puer, ob statutam puerilem, plenus salis, & oratoriæ mordacitatis.

SALARIA VIA, Ea dicta est quæ ex Vrbe per Anienis pontem ducebat in Sabinos. Nam per eam Sabini sal à mari deferebant. Plinius lib. 31. cap. 7, Sicut apparet ex nomine Salariæ viæ, quoniam illã sal in Sabinos portari consueuerat. Var. lib. 3. de Re rust. cap. 2, Nostri matertere meæ fundum in Sabinis, qui est ad quartum & vigesimum lapidem via Salaria a Roma.

Salarium, vide SAL.

SALASSII, apud Ptolemæum lib. 3, Populi sunt sub Insubribus: hodie *Marchia Saluciæ.*

Salax, cis, Propensus in Venerem, multa libidine pruriens: à saliendo (vt quidam volunt) hoc est ab arrigendo. Aut certe ab eo quòd ex humore salso citatur libido. Vnde Venus fingitur é mari orta. {ἀφροδισιαστικός. Ital. *Salace, lussurioso* Gal. *Fort enclin à sailler & paillarder, luxurieux.* Hisp. *Luxurioso* } Colu. lib. 7. cap. 9, Maximéque quod ad rem pertinet, quàm salacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commode progenerant. Galli salaces, Varro 3. de Re rust. Nymphæ salaces, Ouid. 4. Fast. Aries salax, ibidẽ. ¶ Salaces cibi, Venerẽ citantes: vt erucæ, & bulbi. Ouid. 2. de Rem. amo. Nec minus erucas aptum est vitare salaces, Et quidquid Veneri corpora nostra parat.

Salacitas, atis, Id est lasciuia, & propensio in Venerem. {προδισιαστικόν. Ital. *Lussuria.* Gal *Hastiueté à paillardise, inclinatiõ à paillarder, luxure.* Hisp. *La luxuria.* } Plinius lib. 10. cap. 36, Passeri minimum vitæ, cui salacitas par.

SALDE colonia, Mauritaniæ Cæsariensis vrbs, apud Plinium lib. 5. cap. 1, & Ptolemæum lib. 4. cap. 8. Creditur esse ea quam vulgò *Algeriam* vocant, regnum Ariadeni Barbarossæ, Turciæ classis præfecti.

Salebræ, Sunt loca inæqualia, & aspera, & præcupta: ita dicta quòd vix sine saltu præteriri possint. {σφυγμώδεις, ῥαγμαὶ, ῥάγμασι γῆς. Ital. *Luoghi male vsati, per i quali a fatica si puo andare senza saltare.* Gal. *Lieux mal vsez hauts & bas, qu'a grand peine on peut passer sans sauter.* Hisp. *Camino pedregoso y aspero.* } Propertius lib. 3 eleg. 16, Luna ministrat iter: demonstrant astra salebras. ¶ Per translationem accipitur pro quauis asperitate, siue difficultate. Martial. lib. 11, Carmina nulla probat, molli quæ limite curruut, Sed quæ per salebras altáque saxa cadunt. Cic. de Orat. Alter enim, quasi sedatus amnis, sine vllis salebris fluit. Cicc. 2. de Finib. Hic si definire, si diuidere potuisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. ¶ Tristitiæ salebra, singulari numero dixit Valerius Maximus lib. 6. Legitur & apud Ciceronem 5. de Finib. Salebra, numero etiam singulari, vbi sic ait, Hæret in salebra: cupit enim dicere, nihil posse ad beatam vitam deesse sapienti, &c.

Salebrosus, sa, sum. Quod multas habet salebras. {τραχύς. Ital. *Aspro da caminare.* Gal. *Mal vni, desrompu.* Hisp. *Cosa aspera, llena de piedras.* } vt Itet salebrosum, hoc est crebris salebris interruptũ. Salebrosa oratio, id est abrupta, intercisa, & quibusdam veluti salebris remorans impetum auditoris. Quintil. lib. 11. cap. 11, Inde interruptus actionis impetus, & resistens, ac salebrosa oratio. ¶ Salebrosus scriptor, id est difficilis, inamœnus, & in cuius lectione sæpius sit restitandum. Martia. lib. 11, Scriptores tetrici salebrosum edicere Sanctram.

SALENTINI, σαλεντῖνοι, Populi sunt in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninsulam incolentes, quæ est inter Tarentinum sinum, & fauces Adriatici protensa, circa Brundusium, & Rudias, in isthmum cõtracta, latum stadia circiter trecẽta. Salentini autẽ dicti putantur à Salentino promõtorio, in extremis eius peninsulæ finibus sito: quod & ἄκρας ἰαπυγίας appellant. Festus tamen à solo dictos mauult, fortassis ob id, quòd penè circunquaque mari ambiantur, tenui tantum isthmo continenti annexi. Ortos autem putat à Cretensibus, & Illyricis, qui socie-

tate cum Locrensibus inita, iis in locis consederunt.

SALENTINVM, pen. prod. Σαλεντῖνον Ptolemæo, promontorium est extremum totius Italiæ, quo illa quàm longissimè in mare excurrit: quod alio nomine ἄκρον Ἰαπυγίαν Græci dicunt. Vide Plinium lib. 3. cap. 11.

SALE, Stagnum est Mæoniæ, eodem in loco in quo olim Sipylum, totius regionis caput, terræ hiatu desedit. Autor Plinius lib. 5. cap. 29.

Sal Ammoniacus, Terræ salsugo est, in Libyæ arenis crescente luna efferuescens, alumini scissili non dissimilis, glebis oblongis, venisque in longitudinem rectis. ἄλας ἀμμωνιακόν Dioscoridi. Inuenitur potissimum in tractu Cyrenaico, iuxtà Iouis Ammonis templum, vnde & nomẽ accepit. Qui salem Ammoniacum metopij arboris lachrymam sunt interpretati, in errorem saue quàm puerilem inciderunt, lachrymã Ammoniacã à sale Ammoniaco non distinguentes: quum tamẽ sint res diuersissimæ, vt latius annotauimus suprà in dictione AMMONIACVM.

SALERNVM, Picentinorum oppidum in Italia, cuius meminit Plinius libro 3. cap. 5.

Salgama, penult. corr. Appellabantur à priscis quæcunque conditanea ad victum nostrum in vasis seruabantur, vt puta mala, pyra, fici, vuæ, rapæ. ¶ Ital. *Cose condite & assaggionate, accunciate nè i vasi.* Gal. *Toutes choses salees ou confittes & mises dans des pots pour garder.* Hisp. *La conserua que se guarda en cartido.* ¶ Colum. lib. 10, Tempore non alio vili quoque salgama merce, Capparis, & tristes inulæ, ferulæque minaces Plantantur. Idem lib. 12. cap. 4, Post hoc præceptum locum & vasa idonea salgamis præparari iubent.

Salgamarius, Qui salgama vẽdit ¶ Ital. *Chi fa cõdire & assaggionare ò chi vende tal cose.* Gal. *Vendeur de telles confitures.* Hisp. *El que vende aquella conserua.* ¶ Colum. lib. 12. ca. 44, Libros tres edidit, quos inscripsit nominibus Coci, & Cetarij, & Salgamarij. Ibidem cap. 54, Raporum quàm rotundissima sumito, eáque si sint lutosa, detergito, & summam eorum nouacula decerpito: deinde, sicut consueuerunt salgamarij, decussatim fermento lunato incidito.

Sali, per simplex i, animule sunt, quas Aristoteles ἀγέλας, & ἀγελίδας appellat, fœcunditatis magnæ, vt perdices, gallinæque. Plin. lib. 10. cap. 51 Plurima oua pariunt struthiocameli, gallinæ, perdices, sali.

SALIA, Fluuius est Hispaniæ ad oram Britannici maris, à quo Salenti, accolæ dicti, quos Salinos Ptolemæum lib. 2. cap. 6, nominasse existimat Hermolaus.

Salica lex, vide SALII, Germaniæ populi.

Salicastrum, Genus labruscæ in salictis nascens. ἄκανθα ἁλική. Plin. lib. 23. cap. 10. Est labruscæ similis, sed in salictis nascens, ideo distinguitur nomine, quum eosdem vsus habeat, & salicastrum vocatur.

Salicetum, Salictum, Saligneus, vide SALIX.

Salientes, vide SALIO.

SALII, orum, Germaniæ populi, qui & Frãci dicuntur, eius regionis incolæ, quæ vulgo *Francoma* vocatur. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Cõstantino scribens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omniũ Francos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit. Andreas Althamerus in Tacitum suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Sala fluuio. Francia enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mœno, Radiantia, Aesto, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsis, eorum sedes occupauerunt, Frãciámque de suo nomine appellarunt. ¶ Ab his Saliis putat Alciatus legem Salicam nomen duxisse, quasi dicat Francicam.

SALII, οἱ Σάλιοι, Sacerdotes Martis: sic dicti, quod in portandis ancilibus saltare eos mos esset. Virgil. 8. Aeneid. Hic exultantes Salios, nudósque Lupercos, Lanigerósque apices, & lapsa ancilia cælo Extuderat. Liu. lib. 1. ab Vrbe. Numa item Salios duodecim Martio Gradiuo legit, tunicæque picturæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectoris tegmen, cæleste hinc que arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per vrbem ire, canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu iussit. Cic. 3. de Orat. Non neglecta, vt mihi videtur, à Numa rege doctissimo, maioribúsque nostris, vt epulatum solennium fides, ac tibiæ, Saliorúmque versus indicant. ¶ Vocantur etiam Salisubsuli à Catullo Epig. 17. ad Coloniam, Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, In quo vel Salisubsuli sacra suscipiunto.

Saliaris, saliare, Quod ad Salios pertinet. σαλιακός. Vnde Saliares cœnæ appellatæ sunt, quas Sálij faciebant amplissimo apparatu. Ex quoopiparæ, ac copiosæ cœnæ, Saliares dicuntur. Dapes saliares. Horat. 1. Carm. Ode 27, —nunc Saliaribus Ornare puluinar deorum Tempus erat dapibus sodales. Carmen saliare Numæ, Horatius 2. Epist. 1.

Salina, Salinum, vide SAL.

SALINAE, arum, Vrbs Siciliæ, iuxta Lilybæum, palmis abũdans. Sunt & aliæ non paucæ eiusdem nominis vrbes, à salsis fontibus nomẽ sortitæ, inter quas minimè conuenit præteriti quæ apud Sequanos visuntur, & structuræ genere, & salis prouentu adeò admirandæ, vt non immeritò octauum sibi locum inter orbis miracula possint vendicare.

SALINATOR, oris, ἁλινάτωρ, Dictus est M. Liuius Claudij Neronis in Consulatu collega, propter vectigal, quod nouum ex salaria annona commentus est in Censura.

Salio, lis, saliui, vel salij, vel salui, diuisis syllabis, supinum saltum, Idem quod salto. ἅλλομαι, πηδῶ. Ital. *Saltare.* Gal. *Saulter.* Hisp. *Saltar.* ¶ Virgil. 2. Georg. Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres. Horat. 1. Epist. 14, Nec meretrix tibicina, cuius ad strepitũ salias terræ grauis. Plaut. Bacc. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, Saliendo se exercebãt magis quàm scorto, aut suauiis ¶ Salire è terra, pro prodire, emitti. Lucret. lib. 1, E terráque exorta repente arbusta salirent. Virg. 1. Georg. Tã multa in tectis crepitans salit horrida grãdo. ¶ Salit mihi cor, per translationem. Plaut. Mil. Dicito docte, & cordatè, vt ei cor saliat. Subau. præ gaudio. ¶ Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt fœminas: nam salicendo ascendunt. Ouid. 2. de Arte, Læta salitur ouis, taurо quoque læta iuuenca est. Varro 2. de re rust. cap. 7. Quum equus matrem vt saliret, adduci non posset, & cum capite obuoluto peroniga adnexisset, & coëgisset matrem inire: quum descenderet velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Idem 3. de Re rust. cap. 10, Saliunt fere in aqua. de anseribus. ¶ Cõposita sunt, assilio, absilio, consilio, desilio, dissilio, exilio, insilio, prosilio, præsilio, resilio, & transilio: quæ omnia mutant a, simplicis in i, faciúntque preteritum vsitatius per ui, diuisas syllabas. In supino autem mutant a, sui simplicis in u: vt Assilio, assilui, assultum, Dissilio, dissilui, dissultum. Significata vide suis locis.

Salientes, à Latinis dicuntur fistularum capita, atq; etiam ipsæ tubulorũ, fistularúmque scaturigines, quæ & siphunculi dicuntur, & sipunculi, ab aquæ expressione, tanquam ex siphone salientis. ¶ Ital. *Canoni per condurre le acque dalle fonti altroue.* Gal. *Les bouts des tuyaux des fontaines par ou l'eau sort.* Hisp. *Los chorros del agua viua.* ¶ Vitruuius lib. 8, Hæc maximè considerãtur Athenis. ibi enim ex eiusmodi locis, & fontibus, & in asty, & ad portum Piræeum ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo, sed lauationibus, & reliquis rebus vruntur. Bibunt autem ex puteis. Cicer. ad Qu. fratrem, lib. 3, Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica suauitate te villam habiturum, piscina & salientibus additis, palæstra & sylua viridicata.

Salto, as, Significat tripudio. ὀρχοῦμαι. Ital. *Ballare.* Gal. *Saulter, danser.* Hisp. *Dançar ò baylar.* ¶ Sallustius in Catil. Sed in his Sempronia, multa virilis audaciæ commiserat. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro, liberisque satis fortunata fuit, literis Græcis atque Latinis docta, psallere & saltare, & cantare elegantius quàm necesse est probæ, multáque alia quæ luxuriæ instrumenta sunt. Cicer. in Catil. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non solum amare, & amari, neque cantare & saltare, sed etiam ficas vibrare, & spargere venena didicerunt. Idem pro Muræna, Nemo ferè saltat sobrius. ¶ Carmina saltantur theatro. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. Saltata poëmata populo. Idẽ 2. Trist. ¶ Saltare laudes alicuius, est saltationibus immiscere, ait Budæus. Plin. in Paneg. Quum laudes Imperatorum ludis etiam, & comessationibus celebrarentur, saltarenturque, &c. ¶ Huius composita mutant a, in u, vt Assulto, Exulto, prosulto, præsulto, subsulto, & transsulto, de quibus suis locis.

Saltatio, onis, Illa hominum iactatio, quam vulgus *tripudium* vocat. ὄρχησις, ὄρχημα. Ital. *Esso ballare.* Gal. *Danssement, saultement, danse.* Hisp. *Dança ò baylo.* ¶ Cicero pro Muræna, Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Quintil. lib. 1. cap. 11, Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque vtilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Cicero de Clar. Orat. Quos Sextus Tityus consecutus, homo loquax sanè, & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset.

Saltator, Qui tripudiis, staticulisque dandis est elegantior. ἀλλητής, ὀρχηστής. Ital. *Danzatore.* Gal. *Danseur.* Hisp. *Dançador ò baylador.* ¶ Cicer. lib. 1. Offic. Adde huc, si placet, vnguentarios, saltatores, torũmque ludum talarium. Quintil. lib. 1. cap. 12, Non Comœdum in pronuntiando, nec saltatorem in gestu facio. Cicero pro Muræna, Saltatorem appellat L. Murænam Cato: maledictum est, si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuitiatoris.

Saltatrix, verbale fœmininum. ¶ ὀρχήστρια. Ital. *Ballarina.* Gal. *Danseresse.* Hisp. *Dançadora ò bayladora.* ¶ Cicer. lib. 1. Offic. Adde huc, si placet, vnguentarios, saltatores, torũmque ludum talarium. Quintil. lib. 1. cap. 12, Non Comœdum in pronuntiando, nec saltatorem in gestu facio. Cicero pro Muræna, Saltatorem appellat L. Murænam Cato: maledictum est, si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuitiatoris.

Saltatricula, diminutiuum. ¶ μικρὰ καὶ ἁπλῆ ὀρχήστρια, ἢ ὀρχηστρὶς. Ital. *Piccola ballarina.* Gal. *saultarelle, santinelle, danserelle.* Hisp. *Pequeña bayladora, dançadora.* ¶ Gel. lib. 1, Dionysiámque cum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret.

Saltatorius, tia, rium, Quod ad saltationem pertinet. ὀρχηστικός. vt Ludus saltatorius, in quo saltare docetur. ¶ *Luogo dove si impara à ballare.* Gal. *Escole pour apprẽdre à danser, le bal.* Hisp. *Escuela de dançar ò baylar.* ¶ Macrobius lib. 3. Saturn. Filij Senatorum in ludum saltatorium commeabant, & illic crotala gestantes saltare discebant. Cicero in Pison. Quúmq; ipse nudus in conuiuio saltaret, in quo ne tum quidem, quum illum suum saltatorium verteret orbem, Fortunæ rotam pertimescebat.

Saltatus, tus, Idem quod saltatio. ¶ ὄρχησις. Ital. *Esso danzare.* Gal. *Danssement, danse.* Hisp. *Dança ò bayle.* ¶ Liu. lib. 1. ab Vrbe, Per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu iussit.

Saltura, turæ, Idem quod saltatio. πήδησις, πήδημα. Plaut. in Cure. Nunc dum saltura sat bona est, si id feceris, Vænire poteris intestinis vilius.

Saltus, Ipse saltendi actus. ¶ πήδησις. Ital. & Hisp. *Salto.* Gal. *Sault.* ¶ Virgil. 9. Aenc. Tum demũ saltu præceps se omnibus armis In fluuium dedit.

Saltim, apud antiquos, siue saltuatim, Significat per saltus. ¶ πηδηματῶς. Ital. *Di salto in salto.* Gal. *De sault en sault, en sautellant.* Hisp. *Salto à salto.* ¶ Gell. lib. 9. cap 4, Atque item esse alia apud vltimas Orientis terras miracula: homines, qui monomeri appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, viuacissimæ pernicitatis. ¶ Saltuatim scribere, est carptim scribere, non suo ordine, sed vt sese offert. Sisenna lib. 3. Histor. Nos vna ætate in Asia, & Græcia gesta, literis ideirco continentia mandauimus, ne vellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.

Saliunca, Herba est eadem, vt Ruellius putauit, cum nardo Celtica. Plin. lib. 21. cap. 7. Saliunca foliosa quidem est, sed brevis, & quæ necti non possit. Radici numerosæ cohæret herba verius quàm flos, densa veluti manu pressa: breuitérque cæspes sui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiúmque aprica vrbium Eporrhedia, tantæ suauitatis, vt metallum esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimum. Virgil. Aeglog. 5, Puniceis humilis quantum saliunca rosetis, Iudicio nostro tantùm tibi cedit Amyntas.

SALIVNCANVS portus, Maritimum Galliæ Celticæ oppidum ea in parte qua Britanniam insulam spectat. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 8.

Saliuum, saliui, & Saliua, saliuæ, Sputum, quod ferè salis saporem habeat: vel à saliendo, quod in ore salsat, & crescat. πτύελον, σίαλος. Ital. *Saliua sputo.* Gal. *Saliue.* Hisp. *La saliua dela boca.* ¶ Plin. lib. 7. cap. 2. Feruntque ictas saliua, vt feruentis aquæ contactu fugere. Idem lib. 23. cap. Sua cuique vino saliua innocentissima, sua cuique ætas gratissima, hoc est media. ¶ Ponitur aliquando saliua pro gustu. Persius Saty. 6, Nec tenuem soleas turdorum nosse salinam.

Saliuosus, adiectiuum, Quod saliuæ similitudinem habeat. ¶ σιαλώδης. Ital. *che rende gusto di salina, pieno de salina.* Gal. *Plein de saliue, resemblant à saliue.* Hisp. *cosa llena de salina ò semejante à salina.* ¶ Plin. lib. 16. cap. 38, Humor vlmis saliuosus.

Saliuo,

Saliuo, uas, Saliuam facio. ξσιαλόω ποιῶ, σιαλίζω. Ital. *Gettare saliua.* Gal. *Getter saliue, cracher.* Hisp. *Hazer à echar de ſi ſaliua.* ξ Plinius lib. 6. cap. 36. Congreganturq; vetno tempore purpuræ, mutuóque attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant. ¶ Aliquando illino, ſiue perungo. Colu. lib. 6. cap. 5. Tunc panacis, & eryngij radices fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti ac moliti tritici farina, caudentique aqua conſpergendæ, eóque medicamine ſaliuandum ægrotorum pecus.

Saliuarius, ſaliuaria, ſaliuarium, adiectiuum, Quod ad ſaliuam pertinet. ξσιαλικός. Ital. *Pertinente à ſaliua.* Gal. *Apartenant à ſaliue.* Hiſp. *Perteneſciente à ſaliua.* ξ Plin. lib. 9. ca. 51, Quæ durioris teſtæ ſunt, vt murices, purpuræ, ſaliuario lentore pariunt. Id eſt viſcoſitate ſaliuæ.

Salix, ſalicis, Arbor nota, à ſaliendi, hoc eſt creſcendi celeritate dicta. ἰτέα. Ital. *Salice, ſalzo.* Gal. *Saulx.* Hiſp. *Sauce.* ξ Nam ſiue ſata, ſiue caſu terræ impacta, ſtatim ſurgit. Virg. 10. Aegloga, Mecum inter ſalices lenta ſub vite iacet. Ouid. lib. 10. Metamorph. Amni colæque ſimul ſalices, & aquatica lotos. Virg. 1. Aegloga, Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras.

Saligneus, a, um, Idem. Colum. lib. 7. cap. 10, Deinde ab ictu virgæ oportet tumentem venam ferro reſcindi, detractóque ſanguine colligari ſaligneo libro, vel etiam vlmeo. ¶ Saligna claua, apud eundem lib. 6. cap. 2.

Saliceum, ſaliceti, & per ſyncopen ſalictum, Locus ſalicibus conſitus. ἰτεών. Ital. *Luogo piantato di ſalici.* Gal. *Vne ſaulſaye.* Hiſp. *El ſauzedal, lugar de ſauzes.* ξ Varro, Idoneus locus eligendus vbi facias ſalictum, & arundinetum. Cic. 1. de Diuin. ex Ennio, Nam me viſus homo pulcher per amœna ſalicta, Et ripas raptare. Idem pro Lege Agr. Accedet eò mons Gaurus, accedent ſalicta ad Minturnas. Virgil. 1. Aegloga, Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti. Iuuenalis Satyr. 11. Necdum auſus, virgas humilis mordere ſalicti.

Sallio, Sallo, vide SAL.

SALLVSTIVS Criſpus, Nobilis hiſtoricus, atque adeò Martiale teſte, totius Hiſtoriæ princeps fuit, Ciceronis coætaneus, cuius acerrimus fuit inimicus, vt ex vtriuſque inuectiuis conſtat. Vide CRISPVS.

SALMANTICA, Ptolemæo lib. 2. cap. 5, oppidum eſt in Orientali tractu Luſitaniæ, in Hiſpania Vetonum. Vulgò *Salamanca.*

SALMACIS, σαλμακίς, Fons in Caria iuxta Halicarnaſſum, quo veteres crediderunt lauantium corpora effœminari. Ouid. 15. Metam. Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vndæ? Strabo lib. 14, Salmacis fons neſcio quam ob rem calumniatus, tanquã emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim mollities non videtur ab aëre, vel ab aqua proficiſci, quum ex minime ſit cauſa molitiei, ſed diuitiæ, & victus incõtinentia.

Salmacidus, da, dum, denominatiuum à nomine Salmacis: vt Salmacida ſpolia, apud Cic. ex Ennio. Pli. li. 31. cap. 3. Nã nitroſas, atq; Salmacidas & fœculentas in deſertis Rubrum mare petẽtes, addita polenta, vtiles intra duas horas faciunt. quo tamen in loco nonnulli legunt Salnacidas, putántque ſalnacidas aquas dici, quæ ſalis ſaporem referunt.

Salmo, Piſcis marinus, qui & fluuios ſubit, ſemélque guſtata aqua dulci, vix vnquam in mare regreditur. ξ Ital. *Salmone peſce.* Gal. *Saulmon.* Hiſp. *Salmon peſcado.* ξ Plinius lib. 9. cap. 18, In Aquitania Salmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur.

SALMONEVS, σαλμωνεύς, Aeoli filius fuit, & rex Elidis, qui quum diuinos ſibi honores petulantius quæreret, Iouémque ſtructo æneo ponte, tonando, & iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, ad inferos detruſus eſt. Vide Seruiũ in illud Virg. 6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, Dum flãmas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi.

Salmonis, Salmonides, Filia Salmonei, id eſt Tyro. Propertius lib. 1, Non ſic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo Thracius, &c.

Salnitrum, Vt modò conſuetudine vulgi dicitur, factitium eſt & ad tormenta ignium miſſilia repertum, veteribus autem fuiſſe videtur incognitum. ἅλινιτρον. Corrupta tamen dictio eſt. Nam legitur apud Plinium, Sal, & nitrum ſulphuri concoctum in lapidem vertitur. Vide in dictione NITRVM.

SALO, ſalonis, Fluuius eſt apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido, optima ferri temperatura nobilis. Martialis lib. 10, Auriferúmque Tagum ſitiam, patriúmque Salonem.

SALOMON, ſiue vt alij malunt, Solomon, σολομών, Nomen ſapientiſſimi Iudæorum Regis: quod ſi interpreteris, Pacificum ſonat. Filius fuit Dauidis ex Berſabea, qui patri in regnum ſucceſſit. Deóque optimo maximo templum primus ædificauit.

Salomonius, ſalomonia, ſalomonium, poſſeſſiuum: Vt templum Salomonium, apud Lactantium.

SALON, σάλων, Regio Bithyniæ, paſcendis bobus idonea. Vnde & Salonenſis caſeus. σαλωνικός Strabone lib. 12. Vulgò *Salon.*

SALONAE, ſalonarum, σαλῶναι Stephano, Vrbs Dalmatiæ, olim capta ab Aſinio Pollione: à qua & filium ſuum Saloninum appellauit. Lucanus, Qua maris Adriaci longas ferit ora Salonas.

SALONINVS, pen. prod. Pollionis filius, ſic dictus à captis à patre Salonis Dalmatiæ ciuitate, autore Seruio. Aſinius Pollio, inquit, ductor Germanici exercitus, quum poſt captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem, primó meruiſſet lauream, pòſt etiam Conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium quem à capta ciuitate, Saloninum vocauit: cui nunc Virgilius Genethliacon dicit. Hunc conſtat natum riſiſſe ſtatimquod parentibus omen fuit infœlicitatis: nam ipſum puerum inter ipſa primordia periiſſe manifeſtum eſt.

Salpa, σάλπη, Genus piſcis, circa Ebuſium Hiſpaniæ inſulam, obſcœnus alibi, & qui coqui non poſſit, niſi ferula percuſſus, vt ait Plin. li. 9. ca. 18.

SALPIAE, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Apulorum vrbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

SALPINA, Palus in Apulia, iuxta Salpium ciuitatem meretricio amore Annibalis inclyta. Lucanus lib. 5, Quos recipit Salpina palus.

Salſamentum, Salſo, Salſedo, vide SAL.

Salſicortex, ſalſicorticis, A nonnullis appellatur arbor ex genere glandiferarum, quam Græci ἁλίφλοιον nominant. Eſt autem hæc arbor cortice, atque caudice craſſiſſimo, & plerunque cauato, fungoſoque. Sola corde caret, etiam quum viuit, putreſcens. Fulmine frequenter icitur, etiam ſi altitudine non excellat: ideo ad ſacrificia vti, nefas erat apud Aeoles. Eadem ferè ſterilis eſt: & ſi quando glandem tulerit, ea adeò eſt amara, vt præter ſues, à nullo attingatur animali: ac ne ab iis quidem, quum aliud oabulum poſſint nancíſci.

Salſilago, Salſitudo, Salſura, vide SAL.

SALSVSAE, pren. prod. Fons in finibus Natbonenſis Galliæ, aquis ſalſis fluens, circa arcem Hiſpanorũ munitiſſimã, quæ Vulgò *Saulſes* dicitur.

Saltator, Saltatrix, Saltatricula, vide Salto, in SALTO ſalis.

Saltem, coniunctio per defectionem dicta, quaſi, ſi aliter non poteſt. Vel (vt inquit Gellius) v litera abiecta, ξ ἁλλὰ γοῦν, ἀλλάγε. Ital. *Almeno, pure.* Gal. *Au moins, à tout le moins.* Hiſp. *Alomenos, ſi al que no.* ξ Nam à principio ſalutem dicebant, quod nos ſaltem dicimus. Nam quum alia quædam petita, & non impetrata ſunt, hic ſolemus, quaſi ad extremum aliquid petiuiſſe, quod negari minimè debeat, dicere, Hoc ſaltem fieri, aut dari oportere: quã ſalutem poſtremò petentes, quam impetrati ſit æquiſſimũ. Seruius. Saltem tractum à captiuis, qui quum teuentur ab hoſtibus, dicebant ſublatis manibus, Salutem concede. Hinc per ſynæreſin natus eſt ſermo, vt in conceptu rerum multarum petituri aliquid, ſaltem dicamus. Virg. lib. 1. Aen. Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrum Ponrus habet Libyæ, nec ſpes iam reſtat Iuli: At freta Sicaniæ ſaltem ſedéſque paratas. Vnde huc aducti, regémque petamus Acceſten. Idem lib. 6. Aeneid. Da dextram miſero, & tecum me tolle per vndas, Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam. Cic. Attico lib. 9. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.

SALTIAE. Populi ſunt iuxta Pontum Euxinum, poſtea σαυροφάγοι à tenuitate victus appellati.

Salto, vide SALIO.

SALTVARES inſulæ, In Nymphæo ſitæ ſunt: ita dictæ, quòd ad ictus ſaltantium mouentur. Plin. lib. 2. cap. 95, Sunt & in Nymphæo paruæ inſulæ, Saltuares dictæ, quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.

Saltus, tus, Locus incultus, crebris ſyluis paſſim oppletus, in quo paſci eriã & æſtiuare pecora poſſunt. ξ ὕλη, δρυμός, δρυμώδης τόπος. Ital. *Boſco, ſelua, foreſta ſpeſſa & folta.* Gal. *Vne foreſt, vn bois eſpois.* Hiſp. *Boſque eſpeſſo.* ξ Virgil. lib. 3. Georg. Saltibus in vacuis paſcuntur plena ſecundum Flumina. Feſtus, Saltum Caius Aelius lib. 2, Significationum, quæ ad ius ciuile pertinẽt, ita definiuit, Saltus eſt vbi ſyluæ & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoque ſiqua particula in eo ſaltu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non perimit nomen ſaltus, non magis quàm fundi, qui eſt in agro cultо, & eius cauſa habet ædificium, ſiqua particula in eo habet ſyluam. Cæſ. 6. bel. Gall. Atque ille latebris, aut ſyluis, aut ſaltibus ſe eriperet, & noctu occultaret. Idem 1. belli Ciui. Celeritérq; Pyrenæos ſaltus occupari iubet. Vir. 1. Geor. & magnos cunibus circundare ſaltus. Ouid. Epiſt. 5, Quis tibi monſtrabat ſaltus venatibus aptos? Vide plura de hac voce apud Vallam Elegant. lib. 5. cap. 106. & lib. 4. cap. 57.

Saltuarius, ria, Syluarum, ſeu ſaltus cuſtos. ξ δρυμοφύλαξ. Ital. *Guardiano di foreſta.* Gal. *Maiſtre, garde ou ſergeant de foreſt.* Hiſp. *Montero, que guarda los boſques.* ξ Pomponius l. Si ita. ff. de Vſu & habitat. Dominus proprietatis, etiam inuito vſufructuario, fundum, vel ædes per ſaltuarium, vel inſularium cuſtodire poterit.

Saltuoſus, ſa, ſum. Saltibus paſſim obſitus, & impeditus. ξ δρυμώδης. Ital. *Boſcoſo, pieno di foreſte.* Gal. *Plein de foreſt, boſquageux.* Hiſp. *coſa de muchos boſques y paſſos.* ξ Liu. 7. bel. Pun. Aperta erat regio, ſine vllis ad inſidias latebris: itaque in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit.

Saluber, Salue, vide SALVS.

Saluia, æ, Frutex eſt nulli non notus, virgas habens quandrangulas, ſolíaque aſpera, craſſa, & incana, odore ſuaui quidem, cæterum non ingrato. ξ ἁλλιόφανον. Ital. & Hiſp. *ſaluia.* Gal. *ſaulge.* ξ Dicta ſaluia (vt putatur) quòd multis incommodis medeatur, ægróſque ſaluos præſtet. Prodeſt enim paralyticis, & contra ſerpentium morſus remedium exhibet. Plinius lib. 22. cap. 25. Dioſcorides lib. 3. cap. 38. ¶ Fuit & SALVIA mater Apulei. ¶ Eſt & SALVIA, Triacenſium oppidum, in quinta regione Italiæ: de quo Plinius lib. 3. cap. 13.

Saluiatum, ſaluiati, Genus medicamenti eſt, quo veterinarij, & mulomedici vtuntur in ægrotantium animalium curatione. ξ τὸ ἁλλιοφανὲς πότον. Ital. *Beuãda di ſaluia.* Gal. *Breuuage de ſaulge, vn ſaulgé.* Hiſp. *Selnado.* ξ Colum. lib. 6. cap. 9. Recens tuſsis optimè ſaluiato farinæ ordeaceæ diſcutitur. Idem lib. 6. ca. 24, Lupini ſemicrudi conterũtur, & offæ ſaluiati more fancibus ingeruntur. Et paulo pòſt, Poteſt etiam cum arido ſico & cruo conteri herba ſentonica, & formata in offam, ſicut ſaluiatum demitti. Quibus tamen in locis ſaluiatum, potius legendum crediderim: quod & eruditioribus placere video: qui ſaluiatum interpretantur medicamenti genus quod pecori ægroto datur deglutiendum.

Saluio, ſaluias, Saluiato medeor, vel ſaluiatum deglutiendum præbeo, ξ ἁλλιόφανον τίθημι, ἢ ἄλλως ποιῶ ἁλλιόφανον. Ital. *Dar à beuere beuãda ſaluia.* Gal. *Faire boire vn ſaulgé.* Hiſ. *ſeruir con ſelnado.* ξ Col. lib. 6. ca. 24, Vel teneto olere commiſto, torrido, mollitóq; milio, & per vnã noctẽ lacte macerato, ſaluiatur. Quo tamen in loco doctioribus quibuſdam ſaluiatur, legendum videtur: quorum iudicio nos quoque libenter ſubſcribimus, alio Columellæ loco adducti, qui eſt eiuſdem libri c. 5, vbi ſic habet, Euincendi ſunt quannis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi. Tunc panacis & eryngij radices, fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farina, candentique aqua conſpergendæ: eóque medicamine ſaluiandum ægrotorum pecus. Vbi ſaluiandũ pecus dixit, pro eo quod eſt, ſaluiato per eos immiſſo curãdum.

Salum, ſali, Mare. ξ ἅλς. Ital. *Mare.* Gal. *Mer.* Hiſp. *El mar.* ξ à ſapore ſalis: vel à verbo Græco σάλλειν, quod ſignificat mouere, fluctuare. Virgil. 1. Aeneid. Pérq; vndas ſuperante ſalo. Cic. pro Cæcin. Vtà quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtitueret, non in ſalum, ſed in ipſam vrbem quam petebat. Idem 3. Tuſcul. Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virgil.2.Aeneid.Fit sonitus spumante salo.

Salus, salutis, Incolumitas. {σωτηρία. Ital. *salute sanità.* Gal. *salut, saluement, santé.* Hisp. *salud, sanidad.*} Cic. Attico, Saluti, si me amas, consule. Terét. in Adelph. Quod cum salute eius fiat. Cic. lib. 3. de Leg. Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem à bonis potuit afferre. Plaut. in Merc. Spem reneo, salutem amisit redeat, an non, nescio. Ouid. lib. 3. Meta. – te scilicet omnis in vno Nostra salus posita est. ¶ Salutem dicere alicui rei, id est vale dicere, & iubere valere, relinquere. Cic. ad Volumi. 6, Quas si, vt volumus, exceperimus, ego verò multam salutem & foro dicam, & curiæ: vnámque tecum. & cum communibus nostris amatoribus. Hoc est iubeo valere curiam: nihil mihi amplius cum curia erit commune. ¶ Accipitur aliquando salus pro remedio. Virg. 2. Aeneid. Vna salus victis, nullam sperare salutem. ¶ SALVS item dea salutis credita est: vnde salutaris porta Romæ appellata, ab eius deæ æde, quæ ei proxima fuit. Terent. in Adelph. Ipsa si cupiat Salus, seruare prorsus non potest hanc familiam. ¶ Dicimus Latinè, Nuntiare salutem, Ascribere salutem. Dicere salutem, id est salutare. Cicer. Attico. lib. 4, Misit ad me statim, qui salutem nunciaret. Et lib. 6, Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit vt mihi salutem adscriberes. Plaut. in Capt. Omnium primùm salutem dicito patri & matri. Mittere salutem, Remittere salutem: id est salutare, & resalutare. Ouid. Epist. 15, Hanc tibi Priamides mitto Ledæa salutem. Cic. ad Attic. lib. 16, Atticam nostram cupio suauiari: ita mihi dulcis salus visa est per te ab illa: referes igitur ei plurimam salutem.

Saluber, pen. prod. masculi gen. salubris, fœminini: salubre neutri: & hic & hæc salubris, & hoc salubre, Quod præbet sanitatem. {ὑγιεινὸν, σωτήριον. Ital. *salubre, salutifero, saluteuole.* Gal. *Salutaire, qui donne salut, sain.* Hisp. *Cosa saludable.*} Vnde aër, cibus, locus, salubres dicuntur. Colum. lib. 2. cap. 4. Fundum sicuti ne fœcundissimi quidem soli, quum sit insalubris: ita ne effœti, si vel salubertimus sit, parandum. Cic. 1. de Diuin. Vti enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis solere seruare, coniecturámque capere, vt scribit Pontius Heraclides, salubrisne, an pestilens annus futurus sit. Nam si obscurior, quasi caligino sa stella extiterit, pingue, & concretum esse cælum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit. Sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cælum esse tenue, purúmque, & propterea salubre. Aquæ salubres, Horat. in Carm. sæcul. Vluius saluber. Virg. 1. Georg. Salubre alicui rei. Plin. lib. 8. ca. 27, Chelidoniam visui salubertimam hirundines monstrauere. Consilium salubre, Cicero ad Atticum lib. 2. ¶ Aliquando salubris accipitur pro sano. Sallustius in descriptione Africæ, Genus hominum salubri corpore. Liuius 3. ab Vrbe. Grauiore tempore anni circumacto, defuncta morbis corpora, salubriora esse cœpere.

Salubritas, salubritatis, Sanitas. {ὑγίεια. Ital. *sanità.* Gal. *santé, saineté.* Hisp. *sanidad.*} Plin. lib. 27. cap. 13, Là situ ac salubritate cæli, atq; temperie, &c. Cæsar 8. belli Gal. Ipse tantum itinerum faciebat, quantum satis esse ad mutationem locorum propter salubritatem existimabat.

Salubriter, aduerbium. {ὑγιεινῶς, σωτηρίως. Ital. *sanamente.* Gal. *salubrement.* Hisp. *saludablemente.*} Liu. 3. ab Vrbe. Et trahi bellum salubriter, & matúrè perfici potest. Cic. de Senectute, Vbi enim potest illa ætas aut æquè calescere, vel aprication e melius, vel igne aut vicissim vmbris, aquisque refrigerari salubrius?

Salutaris, salutare. Idem quod salubre, hoc est sanitatem præbens, vel ad sanitatem præbendam idoneum. {σωτήριος. Ital. *salutare, salubre, salutifero.* Gal. *salutaire, sain, qui donne sante.* Hisp. *Cosa saludable.*} Cic. ad Octauium. Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. ¶ Salutares literæ dicuntur quæ consolationem afferunt. Cic. ad Atticum, lib. 7, Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse, &c. ¶ Salutaris littera à Cicerone dicitur A, quę absolutionis nota erat: vt tristis C, quæ condemnationis. Cicero pro Milone, Nec nobis tam salutarem hanc iudicando literam, quàm illam tristem dedisset. Budæus. ¶ Inuenitur & Salutare substantiuum. Plin. lib. 12. ca. 5. In præsentia externa prosequemur, à salutari maximè orsi. ¶ Salutaris digitus, qui pollici est proximus, qui & index dicitur. δείκτης. Suet. de Aug. ca. 80, Dextræque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, vt torperem, contractúmque frigore, vix corneo circuli supplemento scripturæ admoueret. Martianus de Nupt. Verum quidam redimitus puer ad os compresso digito salutari, silentium commouebat. Dicitur autem salutaris, vel quia non salutamus nisi visa & indicata. Virgil. 5. Aeneid. Italiam læto socij clamore salutant. Vel quia eo comprimimus os ad silentium, quod salutare est præceptum.

Saluteriter, aduerbium, Salutis ergò, sine discrimine salutis, tuendæ salutis gratia. {σωτηρίως. Ital. *sanamente.* Gal. *salutairement, sainement.* Hisp. *saludablemente.*} Plancus Ciceroni, Quadraginta millium passuum spatio relicto, consedi eo consilio vt vel celeriter accedere, vel salutariter recipere me possem. Cicero de Clar. Orat. Tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi qui didicerant eis vti gloriosè, quemadmodum salutariter vterentur, non reperiebant.

Saluto, salutas, Salutem dico, inuiso. {ἀσπάζομαι, ἀσπάζω. Ital. *salutare.* Gal. *saluer, donner le bon jour.* Hisp. *saludar denunciando salud.*} Cicero Attico, Quum Philogenes libertus tuus ad me salutandi causa venisset. Terent. in Adelph. Opperiar hominem hic, vt salutem, & colloquar. ¶ Neque verò accedentes tantùm salutare dicimur, verumetiam recedentes. Statius 4. Theb. Stant tamen, & nota puppim de rupe salutant. ¶ Salutare item est venerari. Terent. in Phor. Ar ego deos Penates hinc salutatum domum diuortar. Martia. li. 12, Multis dum precibus Iouem salutat. Ouid. 15, Metamorph. –latóque Deum clamore salutant. ¶ Compositi, consaluto, & resaluto, de quibus suis locis.

Salutator, oris, Qui salutat. {ἀσπαστής. Ital. *chi saluta ey fa riuerenza.* Gal. *saluteur, qui salue ey fait la reuerence.* Hisp. *El que saluda.*} Qu. Cic. de Petit. Consul. Deductorum officium, quod maius est quàm salutatorum.

Salutatio, salutationis. Salutandi actus. {ἀσπασμός. Ital. *saluto.* Gal. *salutation.* Hisp. *salud.*} Cic. in Pisonem, Qui's enim te aditu, quis vllo honore, quis denique communi salutatione dignum putet?

Salutatorius, tia, tium, adiectiuũ. {ἀσπασμὸς λόγου, ἀσπαστικός. Ital. *Pertinente à salute.* Gal. *Appartenant à salut.* Hisp. *Perteneciente à salud.*} Plinius lib. 15. cap. 11, Omnia iam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.

Salutifer, ra, rum, Idem quod salutaris. {σωτήριος. Ital. *salutifero.* Gal. *Qui donne santé, sain* Hisp. *Cosa que trahe ò tiene salud.*} Ouid. 2. Metam. Aspicit infantem, totóque salutifer orbi, Crescе puer, dixit, tibi se mortalia sæpe Corpora debebunt. Martial. lib. 5, Seu placet Aeneæ nutrix, seu filia Solis, Siue salutiferis candidus Anxur aquis. Ouid. 15. Metam. Vtque salutifera miseris succurrere rebus Sorte velit, tantæque vrbis mala finiat, orans.

Salutiger, salutigeri, Quo nomine vtitur Apuleius, videtur esse non qui suo nomine alicui dicit salutem, sed qui nuntiat, tanquam interpres & administer eius à quo mittitur. ἀπαγγελικός.

Salutigerulus. Idem. Vnde Plautus Aul. Salutigerulos pueros, vocat seruos, qui iussu dominæ hunc, illum salutant, sùntque nuntij & renuntij.

Salue, Verbum salutantis, idem valens quod saluus sis: solúmq; declinatur per secundas personas imperatiui vtriusq; numeri, & præsens infinitiui. {χαῖρε. Ital. *Dio ti salui.* Gal. *Dieu te gart, bien te soit.* Hisp. *Sey saluo.*} Teren. in Phor. Here salue, saluum te aduenisse gaudeo. p. Oh bone custos, salue. ¶ Iubeo te saluere, id est precor tibi salutẽ. Horat. lib. 1. Epist. 10, Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus Ruris amatores: hac in re scilicet vna Multùm dissimiles, ad cætera penè gemelli. Cic. Atti. lib. 4. Dionysium velim saluere iubeas Virg. 5. Aeneid. Salue sancte parẽs, iterum saluete recepti Nequicquam cineres, animæque, vmbræque paternæ. ¶ Saluco dixit Plautus True. pro saluus, & sanus sum. ¶ Saluebis in futuro dixit Cic. Attic. lib. 6, Saluebis à Cicerone meo, id est Cicero meus te salutat. Vide in dictione VALEO.

Saluus, salua, saluum, Sanus, incolumis. {σῶος. Ital. *Sano è saluo, scampato da vn pericolo.* Gal. *Sain, saulue, eschapé, hors de danger.* Hisp. *Cosa salua de peligro.*} Terent in Phor. Saluum te aduenisse gaudeo. Idem in Andria, Saluus sum, si hæc vera sunt. hoc est in tuto, & sine periculo sum. ¶ Transfertur & ad inanimata. Plaut. in Rud. Heu heu, sceleſtus galeam in naui perdidi: Nunc mihi opportuna hîc esset, salua si foret. Cicc. 2. de Finib. Simulátq; ipse graui vulnere exanimari videtur se, vt primùm dispexit, quæsiuit, saluúsne esset clypeus, &c. Terent. Adelph. Salua res est. id est rectè se habet.

Saluo, saluas, Saluum facio, seruo. {σώζω. Ital. *saluare.* Gal. *Sauluer, rendre sain & saulue.* Hisp. *trasladar saluo, saluar.*} Cic. in Pisonem, Me posse iterum Rempub. saluare, si cessissem, infinitam eædem fore, si restitissem.

Saluator, saluatoris, Vox in Sacris literis nusquam non occurrens. {σωτήρ. Ital. *saluatore.* Gal. *Sauueur.* Hisp. *saluador.*} quam tamen eruditiores, tanquam parum probam, religiosè fugiunt, quemadmodum & verbum Saluo: quod nec ipsum satis Latinum iudicant: putántque locum Ciceronis, quem iam citauibus, mendą non vacare: præsertim quum id verbum non temerè apud quempiam veterum, apud Ciceronem certè alibi nusquam liceat inuenire.

SALYES, Salyum, Σάλυες Straboni & Ptolemæo, Populi sunt Narbonensis Galliæ, Liguribus finitimi. Plinius tamen Sallyos vocat, Liguriæ eos adscribens, Ligurum celebertimi vltra Alpes Sallyi.

SAMARIA, Σαμάρεια Stephano, Palæstinæ regio est, Galilææ & Iudææ contermina, oppida habens Neapolim, antea Mamorrham, Sebasten, & Gamalan. Vide Plinium lib. 5. cap. 6. Stephano item Samaria, regionis huius vrbs est, eadem cum eâ quæ postea Neapolis est appellata. ¶ Gentilia sunt, Samarita, & Samaritanus, Σαμαρεύς, Σαμαρείτης.

SAMAROBRINI, Σαμαροβρῖνοι, Fuerunt populi in Gallia inter Belgas, apud quos Cæsar Gallorum concilium indixit. Horum ciuitas est Samarobrina, à Samara amne nomen habens. Hanc Cameracensem esse vrbem nonnulli autumant, quam Scaldis fluuius interfluit. Vulgò *Cambray.* Constantior tamen opinio est, vrbem esse Noniodunо vicinam, quam vulgò *sancti Quintini* dicunt. Hanc enim præterfluit Samara fluuius.

SAMBICVS, σαμβικός, Famosi sacrilegi nomen, qui quum Dianæ τὸν ἐπιχώριον fanum aliquoties expilasset, tandem deprehensus, annum perpetuum in quæstione, tormentisque habitus, miserrimo mortis genere exarnificatus, sacrilegij pœnas luit. ¶ Hinc factus est locus prouerbio, vt Sambico grauiora pati dicamus, quem significare volumus exquisitissimo tormenti genere excruciari.

Sambuca, sambucæ, siue Sambyca, siue Sambyx, sambycis, σαμβύκη, ἡ σάμβυξ, Instrumenti musici genus, trianguli, teste Porphyrio in Ptolemæi Harmoniaca, quod ex nernis tum longitudine, tum crassitudine inæqualibus constabat: solebátque leuiori carminum generi adhiberi. Vnde sambucâ cothurno aptare, prouerbij schema habet, pro eo quod est, res leuissimas, planéq; nugatorias, negotiis grauibus seriisq; admiscere. Persius Saty. 5, Sambucam citius caloni aptaueris alto. Nomen habet, vt Diomedes existimat, à Sambyce inuentore, quanquam Atheneus ad Ibycum Rhegynum poëtam eius originem referre malit. ¶ Est & genus machinæ militaris, qua vrbes expugnare consueuerunt: in qua sic funes intendebantur, sicut in organo musico chordæ.

Sambucina, penul. correp. Quæ sambuca canit, σαμβυκίστρια: sicut fidicina, quæ fidibus. Plautus in Stich. Fidicinas, tibicinas, sambucinas aduexit secum forma eximia.

Sambucistria, sambucistriæ, σαμβυκίστρια, Mulier sambuca canẽs, quæ sambucina dicitur. Liuius 9. belli Maced. Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

Sambucus, ci, Arbor nota, surculos spargens arundinaceos, teretes, cauos, candicantes, fungosa medulla plenos, folia iuglandis terna quaternáve, ex interuallis circa ramos exeuntia graui odore, minutim in ambitu secta, & in ramulorum cacuminibus, cauliculisque circicinatas habens vmbellas, quæ florem candidum pariunt, mox acinum terebintho similem, in nigredine purpureum, racemosum, atri sanguinis succo madentem. {ἀκτὴ. Ital. *Sambuco.* Gal. *Sureau, ou fusceau, ou fus.* Hisp. *Sauco arbol.*} ¶ Est & alterum sambuci genus, quod ob humilitatem χαμαίακτην vocant Græci, herbaceo magis generi assignandum, caule quadrangulo, geniculato, foliis amygdalæ, ex interuallo longioribus, geniculatim expansis, pinnatisque in ambitu, serratis, muscario flore, & acino superioris sambuci. Latini ebulum vocant. Vide Plinium lib. 24. cap. 8.

Sambuceus, adiect. {ἀκτινός. Ital. *Di Sambuco.* Gal. *De sureau.* Hisp. *Cosa de sauco*

de Fauno.} Quod ex sambuco est. Plin. de vir. illustr. iuuenibus regiis Delphos euntibus, ridiculi gratia comes adscitus, baculo sambuco aurum infusum deo Romam tulit. ¶ Sambucea arbor, Plin. lib. 29. cap. 4.

SAMI, ōrum, πλ. Insula ante sinum Ambracium, quæ & Samos, & Cephalenia dicitur. Item oppidum eiusdem insulæ, à Romanis diruтum. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Samera, sameræ, Semen est vlmi. {τὸ τῆς πτελέας σπέρμα. Ital. *Seme di olmo*, Gal. *Semence ou graine d'ormeau*. Hisp. *Simiente de olmo.*} Col. lib. 5. cap. 6, Atineam vlmum Tremellius Scrofa non ferre sameram (quod est semen eius arboris) falsò est opinatus. Apud Plin. lib. 17. cap. 11, legitur samara, per primam vocalem in media syllaba. Vlmorum (inquit) priusquam folio vestiantur, samara colligenda est, circa Martias Cal. quum flauere incipit. Et rursum lib. 16. cap. 17, Atineæ non ferunt samaram: ita vocatur vlmi semen.

SAMNITES, pen. prod. ϛαμνῖται. Vulgò *Abruzzo*, Populi in Samnio, quod nunc Aprutium vocamus: quæ regio est Italiæ inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Vrbes in ea sunt, Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ottona, Arpinum, Aquinum, Athina, Beneuentum, Corfinium. Idem & Sabelli dicantur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto: teste Strabone li. 5. Fertunt enim, Sabinos, quum aduersus Vmbros bellum gererent, Marti votum fecisse, si victoria poriretur, se illi consecraturos quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare quum re bene gesta in patriam rediissent, cum reliquum anni totius prouentum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrasse. Quos deinde, quum adoleuissent, duce Tauro in Campaniam ad sedes nouas quærendas emiserunt: vbi nullo propemodum negotio eiectis Opicis, sedes suas collocarunt: originisq; suæ memores, Sabellos sese, quasi Sabinorũ sobolẽ, appellarunt. Hi grauissima olim bella cum Romanis vario euentu gesserunt. Sp. Posthumium Consulem, cum collega, totóq; exercitu ad Furcas Caudinas locorum angustia circumuẽtos, ex fœdere sub iugum miserunt: quam tamen ignominiam Romani nõ ita multo pòst magna illorum clade deleuerunt. Samnitibus vicissim sub iugum missis. Postea quum sæpius rebellassent, tandem à L. Sylla Dictatore, multis prælijs fracti, quum ne sic quidem iugum ferre possent, funditus sunt deleti.

SAMONIVM, Cretæ insulæ promontorium, Rhodo aduersum, sicut contratio litore Cyrenas versus κατὰ μέτωπον prominet. Autor Pomponius Mela libro 2.

SAMOS, σάμος, Vulgò *Samo*, Nomen duarum insularum: quarum altera Ioniæ adiacet e regione Ephesi, ambitu LXXXVII. M. passuum, Iunoni dicatissima, quòd in ea nata fuerit, & educata, & Ioui nupta. Scribit Var 10, Samon prius Partheniam nominatam, ibique antiquissimum fuisse Iunonis templum, & simulachrum in habitu nubentis figuratum: vbi & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. In ea Pythagoras quoq; philosophus ortum habuit, necnon & vna ex Sibyllis, quæ inde Samia dicta est, quam ferunt de Christo prædixisse. Tu enim stulta Iudæa Deum tuum non cognouisti, ludentem mortalium mentibus: sed & spinis coronasti, horridúmque fel miscuisti. Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregiè ex creta efficta, quæ Samia vocabantur. ¶ Altera sita est e regione Epiri, nõ procul à sinu Ambracio, quæ & Cephallenia dicitur. De hac intelligendum est illud Suetonij in Augusto, Ab Actio quum in Samum insulam se in hyberna recepisset. Est enim hæc insula breuissimo maris spatio ab Actio dirempta. Eodem spectat & illud Homeri, Odyss. libro 14, Ἐν νήσῳ ὑπ' Ἤπειρόν τε Σάμην τε ναιετάουσιν. Eadem & Same, σάμη, aliquando appellatur, per primam nominum declinationem. Homerus loco iam citato, Ὅσσοι γὰρ νήσοιο ἰηκεχατόωσιν ἄνασσον Δουλιχίῳτε, σάμῃτε, καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ. Virg. 3. Aen. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiúmq;, Samèque, & Neritos ardua saxis. ¶ Fuit & Samos, siue Same, oppidi nomen in eadem insula, à Romanis diruтum. Strabo lib. 10, Quoniam quum insula sit tetrapolis, id est quatuor habeat vrbes, ex iis vna est quæ Samus, siue Same dicitur, vtroq; vsitato vocabulo, ipsi etiam insulæ communi. Et paulo pòst, De Cephallenia verò quæ est tetrapolis, id est ciuitates habet quaternas, neque huius temporis nomine dixit, neque vlla de ciuitate, vna tantùm excepta, siue Same, siue Samo: quod oppidum hodie deletum prorsus est. Plinius lib. 4. cap. 12, Cephallenia quondam Melæna dicta, XI. M. pass. abest: circuitu patet XLIIII, Same diruta à Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Ex his satis constat vanam eorum esse differentiam, qui insulã, Samon: vrbem verò, Samen dicendã contendunt. ¶ Ab hac Same deducitur gentile Samæus, σαμαῖος: quum à Samo Ioniæ insula, Samius deducatur. ¶ Est & Samus, cognomento Threicia, quæ & Samothracia dicitur: de qua vide paulo pòst suo loco.

Samius, a, um, σάμιος, Quod est ex Samo insula: vt Pythagoras Samius, Vas Samium. Plaut. Captiuis, Samiis vasis vtitur. Cicero pro Muræna, Atq; ille strauit lectulos: exposuit vasa Samia. Ausonius de Agathocle, Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea Regem, Atque abacum Samio sæpe onerasse luto. Pro eodem dicimus & Samium absolutè. Cic. 6. de Republica, vt citat Nonius, Munera Pontificum diis immortalibus grata sine Samio. Autor ad Herennium, lib. 4, Nos Samiis delectabimur.

Samiolus, a, um, diminutiuum: vt Samiolum poterium. Plautus Sticho, -batiocis Bibunt: nos nostro samiolo poterio, tamen viuimus.

SAMOSATA, samosatæ, σαμόσατα, Vrbs Comagenes ad Euphratem Luciani Sophistæ patria: flagnum habens limum quendam gignens, quam maltham illi appellant, cuius tam admirabilis est natura, vt aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosatæi vrbem suam, Lucullo oppugnante, defenderunt, hostes vnà cum armis exurentes: vt est autor Plinius, lib. 2. cap. 107.

SAMOTHRACIA, siue Samothrace, σαμοθράκη Stephano, *Sarmadrachi*, Insula est maris Aegæi, Thraciæ adiacens, ea in parte qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, à Dardano quodam Troiano, qui Palladium secum ferens, eò traditur confugisse. ¶ Gentilia sunt Samothrax, & Samothracius. Virg. 3. Aeneid. Threiciámque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.

Sampsa, siue Sansa, (vt ex Gregorij Tiferni sententia tradit Georgius Alexandrinus in suis ad Columellam Annotationibus) nucleus est oliuæ, quem Græci {πύρηνα} vocãt. Ital. *osso dell' oliua*. Gal. *Le noyau d'vne olive*. Hisp. *Hueſſo de azeytuna.*} Quorum sententiæ subscribit & Cælius Rhodiginus, & Ruellius, aliique nonnulli, eruditione non contemnenda viri. Locus autem cui qui primi sententiæ huius autores sunt, innituntur, est apud Colum. lib. 12. cap. 50, vbi sic habet, Quum primùm baccæ variare cœperint, & iam quædam nigræ fuerint, plures tamen albæ, sereno cælo manibus destringi oliuam oportebit, & substractis tegeribus, aut cannis cribrari & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis nouis includi, prælisque subiici, vt quantum possit, paulatim exprimatur. Postea resolutis corticulis, emolliri debebunt, adiectis binis sextarijs integri salis in singulos modios: & aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certè nouis fiscinis sampsæ exprimi. Quo in loco Columellæ, Sampsas exprimere, idem esse putant quod sampsas, hoc est ossa, ex oliuis premere, siue oliuas ossibus liberare. Quorum sententiæ quominus subscribam, facit alter eiusdem Columellæ locus, qui est libro eodem, cap. 49, vbi sic legitur, Oliua nigra maturissima sereno cælo legitur, eáque sub vmbra vno die in cannis porrigitur, & quæcunque est vitiosa bacca separatur. Item siqui adhæserant pediculi, adimuntur, foliáq; & surculi, quicunq; sunt intermisti, eximuntur. Postero die diligenter cribratur, vt siquid inest stercoris, separetur. Deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prælo subiicitur, vt tota nocte exprimatur. Postero die iniicitur quàm mundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur. Et quum est in sampsam redacta, tunc sal coctus tritúsque manu permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Quo certè in loco sampsas nulla ratione pro oliuarum ossibus accipere possumus. Neque enim vllo pacto fieri potest vt oliua in nucleos suos redigatur. Quinetiam is ipse locus, quo illi præcipuè nituntur, interpretationi, quam adducunt, prorsus reclamat: vt non magno negotio deprehendet qui locum eum paulo pensiculatius examinarit. Quid autem ea voce significetur, non facile fuerit pronuntiare: præsertim quum præter vnum Columellam (quod quidem sciam) nemo ea fuerit vsus. Si tamen coniecturæ locus sit, quantum partim ex iam citatis Columellæ locis, partim ex variis Catonis, Varronis, & Palladij locis colligere licuit, crediderim sampsas dici ipsas oliuarum carnes, mola suspensa leuiter comminutas, & ossibus liberatasque deinde, exprimuntur, oleúmque fundunt: aut aridis quibusdam herbis seminibúsve conditæ, in vsum cibarij condimentive repoununtur.

Sampsuchum, siue Sampsychum, {σάμψυχον. Ital. *Maggiorana*. Gal. *Marjolaine*. Hisp. *Amaradux.*} Herba quam nunc *Maioranam* appellãt, altióq; nomine amaracus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 22. Sampsuchum siue amaracum in Cypro laudatissimum, & odoratissimum.

Sampsuchinus, adiectiuum {σαμψύχινον. Ital. *Di maggiorana*. Gal. *De maiolaine*. Hisp. *Coſa de amoradux.*} Idem quod amaracinus. Plin. ibidem. Fit ex eo oleum, quod sampsuchinum vocatur, aut amaracinum. Vide AMARACHVS.

Sanabilis, Sanatio, vide SANO.

SANATES, Dicti sunt qui infra, supráque Romam habitauerunt: quod nomen iis fuit, quia quum defecissent à Romanis, breui pòst redierint in amicitiam, quasi pòst sanata mente. Itaque in XII. Tabulis cautum est vt idem iuris esset Sanatibus quod fortibus, id est bonis, & qui nunquam defecerant à pop. Roma. Hæc Festus.

SANAVS, Phrygiæ oppidum Apolloniæ metropolis, teste Strabone lib. 12. Ptolemæus Σανίδα appellat.

Sancio, cis, ciui, citum, vel xi, ctum, Statuo, stabilio, ratum facio, firmo. {κυρόω, κυρώσω. Ital. *Confacrare, ordinare, determinare, confermare, ratificare*. Gal. *Ordonner & decerner, eſtablir & confermer ſur peine grande au tranſgreſſeur*. Hisp. *Eſtableter, ordenar, confagrar.*} à sanguine, vt putatur dictũ, eo quòd mactatæ hostiæ sanguine fœdera solerent confirmari: vt est videre apud Liu. lib. 1. ab Vrbe condita, vbi vetustissimum fœdus inter Romanos Albanósq; initum, potęq; immolatione docet sanctum fuisse. Hinc etiam Seruius, explicans illud Virgil. 12. Aen. Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit: Sanctum, inquit, dicitur quasi sanguine consecratum. Vnde & Sanctio vocatur lex cum terrore pœnæ. Sed de hoc suo loco. Est itaq; sancire, sanctè aliquid & inuiolabiliter constituere. Cic. de Amic. Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, vt neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Idem 1. de Leg. Populariter interdum loqui necesse erit, & eam legem quæ scripto sanciat quod vult, aut iubeo do, aut vetando, vt vulgus appellat. Cæsar 1. belli Ciuil. Hæc quo facilius certisq; conditionibus sanciantur, aut, &c. Horat. 1. Serm. Sat. 3, -cheu Quàm temere in nosmet legem sancimus iniquam. Cic. ad Atticum, lib. 10, Ego verò Solonis populariscui, vt puto etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, siquis in seditione non alterutrius partis fuisset. Id est legibus suis capitis pœnam statuit. Idem de Aruſp. respon. Hoc si minus iure ciuili perfectum est, lege tamen naturæ, communi iure gentium sanctum est. id est receptum & corroboratum.

Sanctus, a, um, participium à supino sanctum. {ὁ κεκυρωμένος, κεκυρωμένη. Ital. *Ordinato*. Gal. *Ordonné*. Hisp. *Ordenado.*} Liu. 10. ab Vrbe. De prouocatione legẽ diligentius sanctam. ¶ Hinc deducitur & Sanctus, a, um, nomẽ. & Sanctio, sanctionis, de quibus paulo pòst suo loco. Sãctus, Interdum idem quod pius & religiosus, augustus: propriéq; de diis rebúsve diuinis dicitur, iisve qui quadam maiestate, vitæq; innocentia ad deorum immortalium virtutem quàm proximè accedunt. {ἅγιος. Ital. *Santo, Senza macchia de vitio*. Gal. *Saint, & ſans tache de vice*. Hisp. *Sancto, dedicato à Dios.*} Cic. post reditum. Numénque vestrum æquè mihi graue & sanctum ac deorum immortalium, erit. Cic. 2. de Nat. deo. Astypalæa insula Achillem sanctissimũ colit. Idem de Aruſ. respon. Id omnibus semper sanctum, augustum, & religiosum esse visum est. ¶ Sãcta loca, dicuntur quæ aduersus iniuriam & vim religione quadam muniuntur, & (vt inquit Donatus) quæ omni obseruatione inuiolata sunt. Sanctum (inquit Martianus de rerum diuisione) proprie dicitur quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. ¶ Interdum sanctum idem est quod sanctione subnixum: vt Sanctæ leges, quibus pœna statuitur in violatores. Sanctum (inquit Vlp. de Verb. sign.) dicitur quod neque sacrum est, neque prophanum, sed sanctione aliqua firmatũ. ¶ Interdum idem quod purum & impollutum. Virg. 12. Aene. Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ Descendam. Idem 11. Aenei. Tũque ô sanctissima coniux Fœlix morte tua. Id est castissima coniux.

Sanctulus, sanctula, sanctulum, diminutiuum à sanctus, per contemptum

deductum. Hieronymus in Rufinum, Tibi quasi religiosus, & sanctulus personam humilitatis imponis.

Sanctè, aduerbium, Idem quod religiosè. {ἱερῶς. Ital. *santamente.* Gal. *Saintement.* Hisp. *Santamente.*} Cic. pro Fonte. Ab his quicquam sanctum, aut moderatè dictum putabitis? Tantus Captiuis, An tu dubium habebis, etiam sanctè quum ego iurem tibi. ¶ Aliquādo idem quod firmiter, & constanter. {βεβαίως. Ital. *Fermamente.* Gal. *Fermement, constamment.* Hisp. *Firme y fuertemente.* Cic. Licinio, lib. 5. Epist. Méq; ea quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum, diligentissimèque esse facturum. ¶ Hinc compositum persanctè. Terent. in Hecyra, Thais persanctè deierat. Plautus, Persanctè iurauit se facturum.

Sanctor, tis, Idem quod sancitor. vt Sanctor legis, idem quod legislator, νομοθέτης. Tacitus li. 3, Sed præcipuus Seruius Tullius sanctor legū fuit.

Sanctio, onis, Modò idem quod confirmatio, seu ratificatio. {βεβαίωσις. Ital. *Confirmatione, ratificatione.* Gal. *Ordonnance, ratification, confirmation.* Hisp. *Establecimento.*} vt Sanctio fœderis, apud Ciceronē pro Cor. Balbo. Modò idem quod constitutio, promulgatio, decretū. Idem ibidem, Sanctiones sacratæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione, & consectatione legis, aut pœna, quum caput eius qui contrà facit, consecratur. ¶ Sanctio (inquit Seruius) latio legis est, cum terrore pœnæ. Ci. 6. Verr. Nisi vehementius homini minatus essem, nisi legum sanctionem, pœnamque recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset. Idem ad Atticum, lib. 3, Sed vides nunquam esse obseruatas sanctiones earum legum quæ abrogarentur.

Sanctitas, sanctitatis, Est quædam (vt ita dicam) venerabilitas, quæ propriè est deorum immortalium, eorúmve qui vitæ continentia quam proximè ad deos immortales accedunt. {ἁγιότης, ὁσιότης. Ital. *Santità.* Gal. *Saintetè.* Hisp. *Santidad.*} Cic. 1. Offi. Deos placatos pietas efficiet, & sanctitas. Idem pro Cœlio, Si matremfamiliās secus quàm matronarum sanctitas postulat nominamus. Idem 2. de Finib. Iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si vno verbo tēperantia, pœnæ, aut infamiæ metu coërcebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur.

Sanctitudo, sanctitudinis. Idem quod sanctitas. ἁγιότης. Cic. 4. de Repub. vt citat Nonius. Eosdem terminos hominum curæ atque vitæ, sic Pontificio iure sanctitudo sepulturæ. Accius Tereo, apud eundem, Alia hic sanctitudo est, aliud & nomen, & numen Iouis.

Sanctimonia, sanctimoniæ. Idem quod sanctitas. ἁγιότης. Ci. pro Quintio, Quid mihi, inquit, cum ista sanctimonia summa ac diligentia? Idem pro Rabirio, Mentes quæ ex hominum vita ad deorum immortalium religionem, sanctimoniamque demigrarunt.

Sanctuarium, sanctuarij, Abditissimus templi locus, sactariū. {ἁγιαστήριον, ἄδυτον. Ital. *Santuario.* Gal. *Saintuaire, vn lieu saint & retiré.* Hisp. *Lugar donde guardan las cosas sanctas.*} Sanctuaria quoque Mithridatis appellauit Plin. lib. 23. cap. 8, quæ alio loco vocat arcana. Plutarchus κάτοπτρα: In sanctuariis, inquit, Mithridatis maximi Regis deuicti Cn. Pōpeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti.

SANDALIOTIS, σανδαλιῶτις, Sardinia insula denominata est, ab effigie sandalij, hoc est soleæ: vnde & nonnulli Ichnusam. ἰχνοῦσαν vocant, à similitudine vestigij, quod Græcè ἴχνος dicitur. Plin. lib. 3. cap. 7, Sardiniam ipsam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam à similitudine vestigij. Vulgò *Sardegna.*

Sandalium, lij, σανδάλιον, ἢ σάνδαλον Luciano, Muliebris calceamenti genus. Terent. in Eunuc. Vtinam tibi committigari videam sandalio caput. ¶ Hinc Sādalarius Apollo dictus est, à vico, cuius meminit Gellius lib. 17, In Sandalario fortè apud librarios fuimus. ¶ Item Sandaligerula, σανδαλιοφόρος, ὁ, quæ sandalia vehit. Plaut. in Trinum. -ducitur familia tota, Vestispicij vector, auri custos, flabelliferæ, sandaligerulæ, Cantrices, cistellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & penī.

Sandalum, li, Farris Gallici genus, plus alio quouis farre panis reddens. Plin. lib. 18. cap. 7, Galliæ quoque suum genus farris dedēre, quod illic *Brance* vocant, apud nos sandalum, nitidissimi grani. Est & alia differentia, quòd quaterni libris plus reddat panis, quàm far aliud. Ruellius autor est, etiā hodie Gallis vnius literæ immutatione *Blance* appellari.

Sandalides, σανδαλίδες, Palmæ genus, à similitudine sandalij dictum. Plinius lib. 13. cap. 4. Quarta autoritas sandalidum, à similitudine appellatarum.

SANDANIS, Vir fuit quidam Lydus, qui frustra Crœso suadere conatus est ne bellum Persis inferret. Herod. lib. 1.

Sandapila, sandapilæ, pen. cor. {νεκροφόρος κλίνη. Ital. *Cadaletto da morti.* Gal. *Biere a mettre les trespassez.* Hisp. *Lecho en que llenan à enterrar los muertos.*} Genus feretri, quo tenuiorum cadauera efferebantur. Mart. lib. 8, Grandis in angusta sarcina sandapila.

Sandapilarij dicebantur vespillones, qui pauperum cadauera in sandapila efferebant.

Sandaracha, sandarachæ, σανδαράχη. Coloris rubri genus est, quod in auratis & argentatis fodinis inuenitur. eo melius, quo magis rufum, quóque magis virus redolet, quóque purius est magisq; friabile. ¶ Est & sandaracha factitia, quæ ex cocta cerussa confici solet. Plin. lib. 35. ca. 6. Sandaracha quo modo fieret diximus. Fit & adulterina ex cerussa, non in fornace cocta. Colos esse debet flammæus. Pretiū in libras asses quini. Hæc si torreatur, æqua parte rubrica admista, sandycem facit. ¶ Sandaracha, item herbæ nomen apibus gratissimæ, quam alio nomine cerinthum appellant. Vide Plinium lib. 11. cap. 7.

Sandarachinus, a, um, penult. corr. σανδαραχίνος. Quod colorem sandarachæ refert, hoc est quod flammæ colorem imitatur. Næuius apud Nonium, Merula sandarachino colore.

Sandaracharus, adiect. Cui sandaracha admista est. Plin. lib. 35. cap. 15, Item lentes tollit cum squamis æris, aceto sandarachato admixto.

Sandastros, Gemma est ex genere ardentium, quam aliqui garamantiten vocant. Habet velut in translucido stellantes intus aureas guttas, & fere Hyadum numero. Hanc nonnulli eandem putauerunt cum sandalere, quam Nicanor sandaserion & sandaleron appellat: sed falsò, vt inquit Plinius, vicinitate nominum decepti: quum sint gemmæ prorsus diuersæ. Vide Plinium lib. 37 cap. 7.

Sandyx, sandycis, σανδύξ. Coloris rubri genus, quod fieri solet ex cerussa vehemētius adusta, teste Galeno ad finem lib. 9, Simplicium. Plinius & ex sandaracha fieri tradit, æqua parte rubricæ admista. Quo in loco & Virgilium tacitè imperitiæ videtur reprehendere, quòd sandycem herbam esse crediderit, quum ait, Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos. Verūm (quod viri totius memoriæ doctissimi bona cum venia dictum velim) eo ex versu colligi non potest, Virgilium sandycem pro herbæ genere posuisse: quod & ante nos annotauit Virgilius Marcellus eo capite quo de sandaracha agit Dioscorides. Illud enim solum videtur spectasse Maro, eam fore rerum omnium fœlicitatem, vt sponte sua colores in ouium velleribus nascerentur, & inter pascendum lanæ colorarentur: neque id pastu sandycis futurum significasse, sed id tantum voluisse, fore vt sponte sua lanæ sandycis colorem contraherent, non detonsæ, sed in ipsis agnorū tergoribus, quum interim illi pascerentur.

Sanè, aduerbium, Quandoq; affirmatiuè ponitur, pro eo quod est certè: vt, Ita sane, Sanè verò. {ναὶ σφόδρα. Ital. *Certamente, veramente.* Gal. *Certes, vrayement.* Hisp. *Ciertamente.*} Cic. ad Lentulum lib. 1, Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. ¶ Quandoque permissiuè, quando aliquid aduersatio tribuimus: vt Sit sanè vt vis. pro esto vt vis. Cic. Quid enim habet commodi? quod non potius laboris? sed habeat sanè. Quintil. Tulerit sane filius noster meritò pœnas, dederit spiritum supplicio, nihil de præteritis loquimur. quasi dicat, Esto ita, fit vt tu vis. ¶ Quandoque ponitur pro valde: quoniam qui sanus est, validus est. μάλα. Sueton. Bellum sanè difficile gessit. ¶ Iungitur nonnunquam cum &, affirmatiuāque est. Quintil. Et sanè quis concipiat vel declamantis habitum, vel orantis vocem, incessum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motū? Item cum quàm. Gellius, Sanè quàm vtile est. ¶ Non sanè, pro non admodum. Cic. 2. de Finib. Post enim Chrysippum non sanè est disputatum. Budæus. ¶ Sanè bene: id est bene quidem. Cic. pro Quinti. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica: sanè bene culta & fructuosa. ¶ Ponitur aliquando in principio sententiæ. Cic. 2. de Nat. deo. Sanè restat vt qualis eorum natura sit, consideremus. ¶ Ponitur aliquando pro satis. Cicero, Sopater, quum hoc illi improuisum accidisset commotus est sanè. ¶ Aliquando pro multum. Terent. in Andria, Sanè pol illa temulenta est mulier.

Sanesco, vide SANVS.

SANGA, σάγγας, Cantabrorum fluuius, in Hispania citeriore. Plin. lib. 4. cap. 20. ¶ Sanga præterea est serui nomen apud Terentium in Eunuc.

SANGARIVS, σαγγάριος, Vulgò *Zagari*, Fluuius est Asiæ, alio nomine Coralius dictus in Didymo monte nascens, & per Phrygiam Bithyniámque in Pontum illabens. Vide Plin. lib. 6. cap. 1. Ptolemæus Sagarium appellat, Ouidius Sagarim. Vide suprà suo loco.

Sangenos, Gemma est ex opali generibus, quam ob eximiam gratiam, & σωτήριον quidam appellarunt. Plin. lib. vlt. cap. 6.

Sanguis, sanguinis, quod & siguen, neutri generis ab antiquis dicebatur. {αἷμα. Ital. *Sangue.* Gal. *Sang.* Hisp. *Sangre.*} Lucret. Visceribus viscus gigni, sanguénque creari. Dicitur autem proprie sanguis, qui est intra venas: cruor verò, qui iam extra vasa est effusus. Cic. 2. de Nat. deo. In quam sanguis à tecore per venam illam cauam influit, cóque modo ex his partibus & sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Idem 2. de Orat. Reliquæ duæ, sicut sanguis, in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debent. Virg. 2. Aeneid. -nec soli pœnas dant sanguine Teucri. Idem Aegloga 8, Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. ¶ Detractio sanguinis, & Sanguinis missio, φλεβοτομία: & Sanguinem mittere, & Sanguinem detrahere, φλεβοτομεῖν, apud Cellum lib. 2. cap. 8, & 9, sæpius leguntur. Quint. lib. 2. cap. 10, Impleat se declamator aliquando, dum sciat, vt quadrupedes, quum viridi pabulo distentæ sunt, sanguinis detractione curantur, &c. ¶ Sanguis ærarij, pro substantia in ærario contenta: metaphoricè. Cic. 5. Ver. Quæ quum de pop. Rom. victu, de vectigalium nervis, de sanguine detraxisset ærarij, Tertiæ mimæ cōdonauit. Plenus sanguinis, pro sanguinario. Plaut. in Bacch. Magistrón' quenquam discipulum minitarier? Nil motor discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. ¶ Sanguis pro vigore ac vi. Cic. ad Atti. lib. 4. Amisimus, mi Pomponi omnem succum & sanguinem, sed etiam colorem & speciem priscæ ciuitatis: nulla est Resp. quæ delectet, in qua acquiescam. ¶ Sanguis, pro Progente. {τὸ μόφυλον αἷμα. Ital. *Generatione, progenie.* Gal. *Lignée & race de quelqu'vn.* Hisp. *Generacion, linage.*} Virg. 1. Aen. Troiano à sanguine duci Italiam regeret: genus alto à sanguine Teucri Proderet, ac totu sub leges mitteret orbem. Idem 2. Aen. -hortamur fati quo sanguine cretus. Quidve ferat, memoret: quę sit fiducia capto. Cic. pro Rosc. Amer. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam pollicer religionem paternus maternúsque sanguis. Quint. lib. 8. cap. 5, Vt medici abalienata morbis membra præcidunt: ita turpes ac perniciosos, etiam si nobis sanguine cohæreant amputandos. ¶ A Sanguis fit compositum Exanguis. Item denominatiuum Sanguineus, eiúsq; compositum Consanguineus: de quibus suo loco. ¶ Sanguine fiere, αἵματι κλαίειν: prouerbialis hyperbole, significans nihil non fieri quo flectatur aliquis. Sic enim antiquitus loquebantur, Haud flectes illum, ne si sanguine quidem fleueris. Translatum videtur à prodigiis, quibus interdum statuæ sanguineis guttis lachrymare videntur.

Sanguiculus, Sanguis hœdi, siue suis, in cibum formatus. αἱματοῦν. Plin. lib. 28. cap. 14, Vtuntur ad vtrumque vitium & coagulo hœdi in vino myrteo magnitudine fabæ poto, & sanguine eiusdem in cibum formato, quem sanguiculum vocant.

Sanguinalis, & hoc sanguinale, pen. prod. vt sanguinalis herba, πολύγονον. eadem quæ sanguinaria. Colum. lib. 7. cap. 12.

Sanguinolentus, a, um. Plenus sanguine, & sanguine cōspersus. {αἱματώδης. Ital. *Sanguinolento, pieno de sangue, tutto sangue.* Gal. *Sanglant, plein de sang.* Hisp. *Cosa llena de sangre.*} Varro de Vita pop. Rom. Itaque propter amorem Imperij, magistratus gradatim seditionibus sanguinolentis vrbem perturbauere. Ouidius, Epist. 3, Vidi quantus erat, fulsum tellure cruenta Pectora iactantē sanguinolenta virum. Idem 1. Amor. Eleg. 12. Ille color verè sanguinolentus erat. ¶ Litera sanguinolenta, pro inuectiua, seu famoso libello. Idem in Ibin. Nullaque quæ possit, tot scriptis millibus, extat Littera Nasonis sanguinolenta legi.

Sanguinarius, ria, rium, adiectiuū, Sœuus & crudelis. {φιλαίμων, αἱμοχαρής. Ital. *Crudele, sanguinario.* Gal. *Sanguinaire, cruel.* Hisp. *Enssangrentador, cruel.*}

Cicero

Cic. tam grauem illam, ac sanguinariam vocem audiuimus. Sic sanguinarios homo, dicitur à Seneca, qui gaudet humano sanguine, & crudelis est. Cic. ad Attic. lib. 2. Megabrotus, & hæc sanguinaria inuenius inimicissima est. Plin. lib. 19. cap. 5. Tarquinius nuntium illum sæuum atq; sanguinarium filio remisit ex horto. ¶ Sãguinaria, herba est quam Græci à multitudine geniculorum πολύγονον appellant. Sanguinaria dicta, propterea quòd succus eius infusus naribus, supprimit sanguinem. Colum. lib. 7. cap. 5, Est etiam grauis pernicies herbæ sanguinariæ, quã si pasta est ouis, toto ventre diffẽditur contrahitúrq;, & spumã quandã tenuem terri odoris expuit. Vocatur & sanguinalis herba. Col. li. 6. cap. 12, cuius hæc sunt verba, Possunt etiã, vt Cornelius præcipit, lilij radix, aut scylla cũ sale, vel sanguinalis herba, quã πολύγονον Græci appellant, vel marrubiũ, ferro recisa sanare. Vulgus *corrigiolã* vocat, & *centinodiã*.

Sanguineus, a, um. Modò ad corporis temperamentum refertur. {αἱματώδης. Ital. *sanguigno*. Gal. *sanguin, de sang*. Hisp. *Lleno de sangre*.} Medicis enim sanguineus dicitur, cui plurimum inest boni sanguinis, hoc est qui temperamento calido sit & humido. ¶ Modò de eo dicitur quod ex sanguine constat: vt Imber sanguineus, apud Cic. 3. de Diuin. Plin. lib. 11. cap. 37, Costæ nulli, nisi sanguineum pulmonem habenti. Ouid. 2. Metam. Et inde Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ. ¶ Interdũ idem quod sanguinolentus αἱματηρός. Ouid. 3 Trist. Eleg. 9, Pallentésq; manus, sanguineúmq; caput. ¶ Modò ad animũ refertur, & significat crudelem, cruentúmq;. Ouid. 12. Metam. Hunc ego sanguineæ successu cædis ouantem Eminus ingenti resupinum pondere fudi. Hora. 1. Carm. Ode 27, Tollite barbarum morem, verecundúmq; Bacchum Sanguineis prohibere rixis. ¶ Sanguineus frutex, à corticis sanguineo colore nomen accepit, vimina ferens lenta, vitibus vincula suppeditantia, teste Plin. lib. 16. cap. 37, Virgæ sanguineæ, ex sanguineo frutice detractæ. Idẽ lib. 19. cap. 10. Sunt qui virgis sanguineis tangant ea quæ crucis nolint esse obnoxia. Idẽ li. 24. ca. 10, Nec virga sanguinea felicior habetur. Cortex eius interior cicatrices quæ prẽsanauere aperit.

Sanguino, sanguinas, sanguinare. Est sanguine manare. {αἱμορροεῖν. Ital. *Insanguinare*. Gal. *saiguer, getter sang*. Hisp. *Ensangrentar haziendo sangre*.} Quintil. in Declam. 10. Tum repertis sanguinantes planctibus iam eo malescentes lacerti. Et iterum, Mulier quæ sanguinantes porrigit ad iudicem lacertos. Tacitus in Dialogo de Oratoribus. Nam lucrosę huius & sanguinantis eloquentiæ vsus recens, & malis moribus natus.

Sanguisuga, sanguisugæ, pen. prod. Vermis in aqua degens, sanguinémq; sese lauantium exugens: qui & hirudo dicitur. {βδέλλα. Ital. *Sanjuga, sanguisuga, sanguetta*. Gal. *Vne sangsue*. Hisp. *Sanguisuela*.} Plin. lib. 32. cap. 7, Idem præstare sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur.

Sanies, huius saniei, Sanguis corruptus, necdum ad puris albedinẽ crassitudinémque coctus. {ἰχὼρ, βρότος. Ital. *Marca, sangue marcito*. Gal. *Sang meurtri ou venant à corruption*. Hisp. *Sangua ẽ dela sangre*.} Virg. 8. Aeneid. -& sanie, taboque fluentes. Celsus lib. 5, Sanguis omnibus notus est: sanies est tenuior hoc, variè crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimum, albidissimúmque, glutinosius & sanguine & sanie. Exit autẽ sanguis è vulnere recenti, aut iam senescente: sanies inter vtrunq; tempus est: pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante. ¶ Ponitur aliquando sanies pro lanæ infectura. Plin. lib. 9. cap. 38, Rutilúsque carminata mergitur, donec omnem ebibat saniem. ¶ Sanies oleæ, est ipsa amurca, hoc est fæx olei. Plin. lib. 15. cap. 3, Oliuæ constant nucleo, oleo, carne, amurca: sanies est hæc eius amara.

Sanioſus, adiectiuum, Sanie, & impuro sanguine conspersus. {βρώδης. Ital. *Guasto di marca, ò pieno di essa*. Gal. *Saigneux, plein de sang meurtri*. Hispan. *Lleno de sangura*.} Plin. lib. 7. cap. 15, Aut non virales partus eduntur, aut sanioſi, vt autor est Nigidius.

Sanitas, vide SANVS.

Sanna, sannæ, per duplex n, Irrisio, quæ (vt inquit Hieronymus) ab occipitio distorto ore, & labris contractis fit, anteriorum dentium ostentatione. {χλεύη. Ital. *Irrisione, dileggiamento*. Gal. *Mocquerie*. Hisp. *Ronquido ò escarnio*.} Quo vocabulo vsus est Iuuen. Saty. 6, I nunc, & dubita qua sorbeat aëra sanna Tullia. Et Persius Satyr. 1, Vos ò patritius sanguis, quos vivere fas est, Occipiti cæco, positicæ occurrite sannæ. Prouerbialiter hoc dixit pro elanculatia irrisione. ¶ Hinc Sãniones, & sannij, vt inquit Probus: de quibus paulo pòst. Item Desanno, desannas, quod est, per fastidium derideo. Subsanno, de quo alibi. χλευάζω. ¶ Similiter sannatores, qui eo modo irridem. χλευαστής.

Sannio, sannionis, Qui soluto risu, & contortis corporis totius partibus quempiam irridet, moréq; a iarũ tam inepto gestu exprimit, vt quum alios irrideat, ipse omnibus sit ridiculus. γελοιαστής Aristot. {Ital. *Chi fa il boffone, ò contrafa altri nelle comedie*. Gal. *Mocqueur, le fol en vn ieu ou en vne farce*. Hisp. *El mosador ò escarnidor, bouo*.} Cic. 2. de Orat. Quid enim potest esse tam ridiculum, quàm sannio est, qui ore, vultus imitandis moribus, voce, denique corpore tidetur ipso? Idem ad Papyrium, li. 9, Salis enim satis est, sannionum parum.

SANNAVS, Quod hic pro Asiæ quodam lacu corruptè legebatur, vide SINNAVS.

Sano, sanas, vide SANVS.

Sanqualis, Auis, quam quidam Ossifragam appellant. φλὼψ. de qua vide Plin. lib. 10. cap. 7, Sanqualem autem atque immussulum, Augures Romani in magna quæstione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrabantur esse, & Sanqualem Ossifragæ. Massurius Sanqualem ossifragam dicit esse, immussulũ autem pullum aquilæ, priusquam albicet cauda. Quidã, post Mutium Augure non esse visos Romæ affirmauere.

Sansucus, vide SAMPSVCHVM.

Sansa, vide SAMPSA.

Santalum, santali, σάνδαλος Aetio, quod vulgus *sandalum* vocat. Lignum est quod India mittit: cuius tria sunt genera, candidum, rubrũ, luteum: quibus simul commistis, fit compositio vulgaris quæ trisantálum appellatur. Vide Ruellium.

Santerna, santernæ, Chrysocollæ genus est, quo aurifices vruntur ad auri ferruminationem. Temperatur Cypria æruginc, & pueri impubis vrina, addito nitro. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

SANTONES, & Santoni, pen. corr. Σάντονες, Populi quidam Galliæ Aquitanicæ, non longè à Tolosatium finibus, quæ ciuitas est in Prouincia Romanorum, vt Cæsar lib. 1. Commentariorum scribit. Lucanus lib. 1, Gaudétque amoto Santonus hoste.

Santonicus, a, um, adiect. Iuuen. Saty. 6, Tépora Santonica velas adoperta cucullo. Sunt qui scribant Xantones cum x in prima syllaba, non cũ s.

Santonica, Tertia absinthij species est, minore folio quàm Ponticũ: aliis nominibus absinthium marinum & absinthium seriphium appellatũ. ἀψίνθιον θαλάσσιον. Dicta santonica, siue (vt apud Plin. lib. 17 cap 7 legitur) absinthium Santonicum, à Santonibus Galliæ Aquitanicæ populis, apud quos copiosissimè prouenit.

SANTONVM portus, Galliæ vibs est ad Oceanum, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Vulgò *la Rochelle*.

Sanus, a, um, Integer, incorruptus, bene habens, prospera vtens valetudine, cuiúsque partes omnes probe suas obeunt functiones. {ὑγιὴς. Ital. & Hisp. *Sano*. Gal. *Sain*.} Cicero in Philipp. Quasi medicus ille te sanum fecisset. Cato cap. 157. Quum plurimum ederit, tum citissimè sanus fiet ex eo morbo. Propert. lib. 2. Eleg. 13, Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit. Cic. 3. Offic. Siquis medicamẽtum cupiam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento sanus factus fuerit. ¶ Trãsfertur & ad animum. Vnde dicimus hominem sana mente, sanóque consilio. Terent. in Heaut. Satin' sanus es, aut sobrius? Plaut. Trinum. Satin' tu sanus mẽtis, aut animi tui, qui conditionem Hanc repudies? Cic. 2. de Natura deorum, Esse igitur deos, ita perspicuum est, vt id qui neget, eum sanæ mentis non existimem. ¶ Nihil sanum, ὑγιὲς Prouerbiũ, quo indicatur summa morum corruptio, & nullus honesti respectus. ¶ Hinc Insanus dicitur, cui mentis sanitas deest, hoc est qui instrumentum principum animæ facultatum habet vitiatũ. ἄνους, ἀνόητος. Vnde Insania, pro dementia: & Insanio, pro desipio, desipio, mentis compos non sum: de quibus copiosius egimus suis locis.

Sanitas, sanitatis, Bona valetudo, hoc est status corporis actiones omnes suas probè obeantis. {ὑγιεία. Ital. *Sanità*. Gal. *Santé*. Hisp. *Sanidad*.} Quintil. lib. 5 cap. 10, Si robur corporibus bonũ non est, minus sanitas. Cic. 5. Tusc. Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se, è quibus cõstamus, sanitas est. ¶ Per translationem quoq; de animo dicitur, quum illæ functiones suas probè obit. Vnde redire ad sanitatem dicimus pro eo quod est resipiscere. Cic. Cassio, lib. 12. Epist. Quibus tamen ad sanitatem redeundi, ante Calend. Septemb. potestas facta est.

Sano, sanas. Sanum facio, redintegro, & incolumitati restituo. {ἰάομαι, θεραπεύω. Ital. *Sanare, guarire*. Gal. *Guarir*. Hisp. *Sanar à otra cosa*.} Cicer. 4. Tuscul. Cit ũsq; oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Idem 3. de Nato. deorum. Nec enim Herculi nocere Deianira voluit, quum ei tunicam sanguine Cẽtauri tinctam dedit: nec prodesse Pheræo Iasoni is, qui gladio vomicam eius aperuit, quam sanare medici non potuerunt. Ouid. 10. Metam. -habeo quod carmine sanet, & herbis. ¶ Vulnera Reip. sanare, per translationem. Cicer. 4 de Fin. Quæ hic Reipub. vulnera imponebat, eadem ille sanabat. Idem 2. in Catil. Quos Reipub. vulnera imponebam, eadem ille sanabat. Idem 2. in Catil. Quos quidem ego, si vllo modo fieri posset, non tam vlciscí studeo, quàm sanare, & ipsos placare Reip. Tibul. lib. 2. Eleg. 3, Nec possunt curas sanare salubribus herbis. ¶ Hinc fiunt Consano, & Resano, composita: quorum significationes suprà explicantur suis locis.

Sanatio, sanationis, Valetudinis restitutio. {ἴασις. Ital. *Il restituir là sanità*. Gal. *Guarison*. Hisp. *Obra de sanar*.} Cic. 3. Tuscu. Quãmque ad corporum sanationem multum ipsa corpora, & natura valeant, &c. Et paulo pòst, Eorum igitur malorum in vna virtute posita sanatio est.

Sanabilis, le. Qui sanari potest. {ἰάσιμος. Ital. *Cosa atta à risanarsi*. Gal. *Facile & estre à guarir, guarissable*. Hisp. *Cosa que se puede bien sanar*.} Plin. lib. 29. cap. 4, Aspides percussos torpore & somno necant, omnium serpentum minimè sanabiles. Ouid. 1 de Remed. amor. Vidi ego, quod primò fuerat sanabile vulnus, Dilatum lõgæ damna tulisse moræ. Cic. 4. Tuscul. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut immisericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij sunt eiusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen.

Sanesco, sanescis, Sanus fio. {ὑγιάζομαι. Ital. *Sanarsi*. Gal. *Se guarir*. Hispan. *Sanarse*.} Colum. lib. 6. cap. 7, Sed vulnera facta igne, dum sanescunt, defricare bubula vrina conuenit: at ferro rescissa, melius pice & oleo curantur. ¶ Huius compositum est Consanesco. Colum. lib 4, Tum etiam vitem minus cicatricosam reddit, quoniã id ex quo vitide, & teneriam deceptum est, celeriter consanescit.

Sapa, æ, à sapiditate, Vinum ex musto ad tertias decocto confectum. ἕψημα Græcè, & ἑψητός, ab ἑψέω, quod decoquere dicitur. {Ital. *Sapa, sapore*. Gal. *Du vin cuit*. Hisp. *La meloxa ò arrope*.} Plin. lib. 23. cap. 2, Vino cotto. Gal. *Du vin cuit*. Hisp. *La meloxa ò arrope*.} Plin. lib. 23. cap. 2, Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars supersit Idem lib. 14. cap. 9, Siræum, quod alij hepsema, nostri sapam appellant, ingenij, non naturæ opus est, musto vsque ad tertiam partem mensuræ decocto. Martialis, Et Lalætanæ nigra lagœna sapæ. Ouid. 4. Fast. Lac niueum potes, purpureámque sapam.

SAPAEI, σάπαιοι, Thraciæ populi sunt ad Nestum amnem, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Saperda, æ, σάπερδος, Piscis Pontici genus, teste Athenæo, libr. 3. qui in Mæotide optimus capiebatur. Pers. Saty. 5, Ecquid agam, rogitasses saperdam aduecto Ponto. Festus saperdam vilissimum piscem interpretatur. Quinetiam Phocion, referente Cœlio Rhodigino, saperdam pro apua accepit arundini inserta. ¶ Nonius per translationem pro sapiente, & venusto accipi annotauit, citans locũ Varronis in Modio, Omnes videmur nobis esse belli, festiui, saperdæ, quum simus σάπεροι.

Sapidus, Sapiens, Sapientia, vide SAPIO.

Sapinus, pen. prod. Pars est abietis inferior, quæ enodis est. {ἐλάτη. Ital. *Abiete albero, parte più bassa d'esso*. Gal. *Vn sapin*. Hisp. *La parte baxa del abeto arbol, ò abeto ello, ò pinsapo*.} Sicut superior, quæ nodosa est, susterna. Hodie tamen vulgus Gallorum totam arborem sua lingua *sapinum* vocat. Vide Plin. lib. 6. cap. 39.

Sapineus, a, um. Quod ex sapino est. {ἐλάτινος. Ital. *Di abiete*. Gal. *De sapin*. Hisp. *Cosa de abeto*.} Colum. lib. 12. cap. 5, Alij nucibus ardentibus sapineis idem efficiunt.

Sapinos, Genus gemmæ est, ex amethysti generibus, colore hyacinthi, sed paulo dilutiore, quæ & paranites dicitur. Autor Plin. lib. vlti cap. 9.

Sapio, pis, pui, vel sapij, sapitum, pen. prod. vel sapu, sapitum, pen. corr.

Propriè pertinet ad ſenſum guſtus: propriéq; res ipſa ſapere dicitur quę habet in ſe aliquem ſaporem. {γευίζω. Ital. *Hauer ſapore.* Gal. *Sentir, auoir ſaueur & gouſt.* Hiſp. *Tener ſabor.*} Iuuen. Saty. 11. Qui meminit, calidæ ſapiat quid vulua popinæ. Cic. 2. de Finib. Nec enim ſequitur vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. Colum. lib. 7. cap. 8. Nec dubium quin ſici ramulis glaciatus caſeus iucundiſſimè ſapiat. ¶ Hinc ſapor, & ſapidus. quorum ſignificationes vide ſuis locis. ¶ Transfertur & ad animũ, pro ſapientem eſſe, ſeu rectam ſententiam, vel opinionem habere. {φρονεῖν. Ital. *Eſſer in cervello, eſſer ſauio.* Gal. *Eſtre ſage & poſé.* Hiſp. *Saber ò tener prudencia.*} Terent. in Eunuc. Si ſapis, neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet, rectè feras. Martialis, Nubere vis Priſco: non miror, Paula: ſapiſti. Cic. 3. Off. Quem qui audiunt, intelligere etiam & ſapere pluſquam cæteros, arbitrantur. ¶ Quandoq; dativo iungitur. Plaut. in Trinum. Habén' tu amicum, aut familiarem cui pectus ſapiat? Hic ſapit rem ſuam, id eſt ſcit quid ſibi agendum ſit. Sapit ad genium: id eſt nouit curare cuticulam, & indulgere genio. ¶ Accipitur etiam ſapio pro refero: vt illud apud Perſium, Quum ſapimus patruos, hoc eſt quum ſapientiam patruorum referimus. Ad hunc modum dicimus, Libet hic ſapit hæreſim, Phraſis ſapit Græcaniſmum: hoc eſt refert hæreſim, vel Græcaniſmum. ¶ Huius compoſita ſunt, deſipio, & reſipio: quorum ſignificata explicantur in verbo deſipio.

Sapiens, tis, Qui ſapit. {σοφός. Ital. *Sapiente, ſaggio, ſaputo.* Gal. *Sage, prudent, bien auiſé.* Hiſp. *Sabio ò prudente.*} Cic. 4. in Catilinam, Miſera mors ſapienti non poteſt accidere. Hor. 1. Epiſt. 7. Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum. Idem 2. Epiſt. 1. Sed tuus hic populus ſapiens. Tacit. lib. 3. Cęteri ad ſapientiora conuertere. ¶ Sapiens tribus modis dicitur: Primò, qui ſcientiam aliquam optimè tenet: vt, Ariſtoteles in philoſophia, Acilius in Iure ciuili. Secundò, qui per longam ætatem, rerũ multarum cognitionem adeptus eſt: vt Cato. Tertiò, qui circa præcepta bene viuẽdi, & cognitionem verſatur: qualis fuit Lælius. Cic. de Amic. Vnum accepimus Apollinis oraculo ſapientiſſimum iudicatum.

Sapientia, ſapientiæ, Eſt (vt ait Cic. 4. Tuſc.) rerum diuinarum, atq; humanarum ſcientia, cognitióque, quæ cuiuſq; rei cauſa ſit. {σοφία. Ital. *Sapientia.* Gal. *Sageſſe.* Hiſp. *Sabiduria, ò prudencia.*} Idem 2. Offic. Sapientia eſt (vt à veteribus Philoſophis definitum eſt) rerum diuinarum & humanarum, cauſarúmque, quibus hæ res continentur, ſcientia. Idem 1. Offic. Princépſque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci vocant: & qui eam profitetur, ſapiens, σοφὸς appellatur. Vnde qui nunc Philoſophi dicuntur, primùm σοφοὶ à Græcis, à noſtris ſapientes dicebantur. Neq; quemlibet eo nomine olim dignabantur. Vix enim ſeptem eodem tempore inuenit Græcia, quibus id nominis deferret: quorum nomina & patria ſic ſe habent: Thales Mileſius: Solon Salaminius, ſeu Athenienſis. Chilon Lacedæmonius: Pittacus Mitylenæus: Bias Pryenæus: Cleobulus Lyndius: Periander Corinthius. Sed poſtea Pythagoras primus non ſophum ſe, ſed Philoſophum appellauit: hoc eſt non ſapientem, ſed ſapientiæ amatorem: & ſcientiam ipſam, non Sophiam, ſed Philoſophiam nuncupandam exiſtimauit, quòd hominum neminem, ſed ſolum Deum ſapientem iudicaret.

Sapientipotens, tipotentis, pen. corr. Qui ſapientia multùm valet, quemadmodum Bellipotens, qui plurimum poteſt bello. Eſt autem vox Enniana, ſatis duré compoſita. Cic. 2. de Diuin. Poſtremo quanquam ſemper fuit, vt apud Ennium eſt, ſtolidum genus Aeacidarum, bellipotens magis, quàm ſapientipotens, tamen hanc verſus amphibologiam intelligere potuiſſet.

Sapienter, aduerbium, {σοφῶς Ital. *Sauiamente.* Gal. *Sagement.* Hiſp. *Sabiamente ò prudentemente.*} Terent. in Andr. Sapienter vitam inſtituit. Cicero pro domo ſua, Quia ius à maioribus noſtris, qui non ficté & fallaciter populares: ſed veré & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, &c. Idem Curioni l. b. 2, Nemo eſt qui tibi ſuadere ſapientius poſſit teipſo. Ouid. 13. Metamor. Pérque deos oro, quos hoſti nuper ademi, Per ſiquid ſupereſt quod ſit ſapienter agendum, &c.

Sapor, ſaporis. Eſt qualitas illa quam guſtu dignoſcimus. {χυλὸς, χυμός. Ital. *Sapore.* Gal. *Saueur, gouſt* Hiſp. *Sapor delo que ſe guſta.*} Saporum verò decem ſunt genera (vt docet Plin. lib. 15. cap. 17.) ſcilicet dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, & ſalſus. Cic. 3. de Finibus, Vt enim mel etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis dulce eſſe ſentitur. Plin. lib. 15. cap. 18. Quæ odoratiora, non eadem in guſtu tenera: quia non ſunt pariter odor & ſapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus, quadamtenus & cotoneis mulíuſque odor ficis. Virg. lib. 4. Georg. Aſper in ora ſapor. Quint. lib. 1. cap. 10. Et mira animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem vario florum ac ſuccorum genere perficiunt. Idẽ lib. 1. cap. 1. Vt ſapor, quo nouas imbuas, durat, &c. ¶ Ponitur aliquãdo ſapor per tranſlationem pro iucunditate ſermonis. Cic. de Clar. Orat. Grauius obtrudebat neſcio quo ſapore vernaculo.

Sapidus, ſapida, ſapidum, Quod gratum ſaporem habet. {ἡδύς. Ital. *Saporito.* Gal. *Sauoreux.* Hiſp. *Sabroſo al guſto.*} Cuius contrarium eſt Inſipidus, ſine ſapore: vt Caſeus ſapidus, Vinum inſipidum.

SAPIRES, penul. prod. σάπειρες Stephano, Populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, σάβειρες dicuntur. Meminit horum & Orpheus in Argonauticis.

SAPIS, Fluuius Italiæ in Flaminia prope Ceſenam vrbem, autor eſt Plin. lib. 3. cap. 15. ¶ Eſt & ſapis Galliæ Cisalpinæ fluuius Senogalliam vrbem ſubterlabens, iuxta quã & Iſaurus fluit. Lucan. li. 2. Cruſtumiúmq; rapax, & iunctus Sapis Iſauro. Vulgò *Albs en marca de Ancona.*

Sapo, onis, mate. gen. {σαπών, σαπώνιον, ὁ σάπων. Ital. *Sauone.* Gal. *Du ſauon.* Hiſp. *El xabon.*} Plin. lib. 28. cap. 12. Prodeſt & ſapo: Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis & ſeuo & cinere. Optimus fagino & carpino duobus modis, craſſus ac liquidus: vterque apud Germanos maiori in vſu viris quàm fœminis.

Sapor, vide SAPIO.

Sapphirus, penult. prod. {σάπφειρος. Ital. *Zaffiro.* Gal. *Saphir.* Hiſp. *El çafir piedra preciosa.*} Lapis pretioſus coloris aërij, aureis punctis collucens: de quo vide plura apud Plinium lib. 38. cap. 9.

Sapphiratus, σαπφειρώδης. Sapphiris intertextis variegatus. Sidonius, Ac ſi ſub verſicoloribus figuris vernans herbida cruſta ſapphiratos.

Sapphirinus, pen. corr. Adiect. {σαπφειρικός. Ital. *Di zaffiro.* Gal. *De ſapphir.* Hiſp. *Coſa de çafir.*} vt ſapphirinus lapis, Plin. lib. 37. cap. 2.

SAPPHO, σαπφώ. Inſignis poëtria fuit, carminis inuentrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuiſſe duas hoc nomine quarum vna Eteſia, quæ & antiquior, Lyrica, qua tempeſtate Alcæus claruit, Terpſichorus, & Pittacus, tempore Tarquinij Priſci. Ea plectrum prima inuenit. Scripſit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mitylenæa, longè iuniot, cuius pulchertimum opus ad amicum Phaonem extat. Scripſit & alia multa apud Græcos, vt meritò nona inter Lyricos poëtas annumeretur. Antipater autem Sidonius ſic de ea ſcribit, Μνημοσύνην ἐλάτ' ἐμάθετο τὴν μεγάλην Σαπφὼ μὴ δεύτερον ἄλλο τόσον; id eſt Mnemoſynẽ matrem Muſarum cepit ſtupor, quando audiuit dulciſonam Sappho. Nunquid decimam Muſam habent mortales?

Saprum, σαπρὸν, Plin. lib. 28. cap. 9, appellat caſei quoddam genus putridum, quod cum ſale & ſorbis ficeis é vino tritum eorúmque medetur cœliacis. Græci σαπρὸν vocant putridum: vnde & σαπροφάγοι dicuntur, qui putridis veſcuntur: & verbum σαπροφάγος, quod eſt putridis veſci. Quo quidem verbo etiam Martialis vtitur lib. 3. Neſcio quod ſtomachi vitium ſecretius eſſe. Suſpicer: vt quid enim Bætice σαπροφάγος?

Sapſa, A veteribus dictum eſt pro ipſa, vel ſeipſa. Ennius, Quę res ſapſam loco ſeſe oſtendat.

SARACA, Ptolemæo lib. 6. cap. 2, Oppidum in Mediterraneis Mediæ. & eidem lib. 5. cap. 10, Saraçe ciuitas in Colchide.

SARASTES, populi, vide SARRASTES.

Sarcaſmos, σαρκασμός. Latinè dicitur locus cum amaritudine, vel hoſtilis inſultatio: vt apud Virgilium 2. Aeneid. Referes ergo hæc, & nuntius ibis Peliadæ genitori, illi mea triſtia facta. Degenerémq; Neoptolemum narrare memento.

Sarcina, ſarcinæ, Vide SARCIO.

Sarcio, ſarcis, ſarſi, ſartum, Veſtes conſuo. {ῥάπτω. Ital. *Cuſire veſti, racconciare veſci.* Gal. *Racouſtrer, refaire, reparer.* Hiſp. *Coſer ò remendar.*} Vnde Sartores dicti, qui veſtes ſarciunt, vel reſarciunt. ¶ Accipitur & pro reſtituere, inſtaurare. ἀναπληρόω. ¶ Per tranſlationem ponitur pro damnum ſoluere, reparare. ἀντιμισθόω, Paccuius, Tu damni noſtri cauſa fuiſti, tu nobis ſarcito, vt debes. Colum. lib. 6. cap. 15, Quæ quum fuci aliquam partem cibariorũ abſumunt, ſarciendo damna, fiunt agiliores. Dicimus quoq; Sarcire detrimentum, pro reparare. Cæſar 1. belli Ciu. Dum ſarcire acceptum detrimentum volunt, temerè inſecuti fugiẽtes, in locum iniquum progrediuntur. Sarcire infamiam. Idem 3. belli Ciuilis, Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantúmque ſtudium infamiæ ſarciendæ, vt nemo aut Tribuni, aut Centurionis imperium deſideraret. Generis lapſi ſarcire ruinas. Virgil. 4. Georg. de Apibus, Quo magis exhauſtæ fuerint, hoc acrius omnes Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas. ¶ Hinc componitur Reſarcio pro inſtauro, & quaſi nouam formam induco.

Sartus, ſarta, ſartum, participium. {ἐπισκευασθείς, κατασκευασθείς. Ital. *Racconciato.* Gal. *Racouſtré.* Hiſp. *Coſido.*} Horatius 1. Epiſt. 3, –an malè ſarta Gratia nequicquam coit, & reſcinditur?

Sartor, ſartoris, Qui veſtes facit, aut ſarcit. {ἀκεστής. Ital. *Racconciatore.* Gal. *Rauaudeur, repetaſſeur.* Hiſp. *El ſaſtre.*} de quo vide plura in SARRIO, ſarris.

Sarta tecta, Opera publica quæ locantur vt integra præſtentur. ἐπισκευαστέα καὶ κατασκευαστέα. Dicimus autem exigere ſarta tecta, locare ſarta tecta, conducere ſarta tecta, tradere ſarta tecta, habere ſarta tecta, præſtare ſarta tecta. Locabant ſarta tecta Cenſores, exigebant ipſi quoque Cenſores, interdum Aediles, aliquando etiam Prætores, nec niſi quum Senatus decreuerat, tradebant, habebant, præſtabant, conducebant ſarta tecta redemptores. Dicimus interdum cum coniunctione, ſarta, tectáque, & ſartum & tectum. ¶ Vtuntur antiqui hac locutione per tranſlationem. Cicero ad Ariſtium, lib. 13. Epiſt. Hoc mihi da, atque largire, vt M. Curium ſartum & tectum, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſyncerum, integrúmque conſerues. Plautus in Trinũ. Sarta tecta tua præcepta pater vſque habui mea modeſtia. hoc eſt exacta, & conſtante vndique obedientia, præceptis tuis parui.

Sarcimẽ, ſarciminis, Sutura. ῥαφή. Apuleius, Tunc tenui ſarcimine ſummas oras eius adæquauimus, & iunctura rimam ferè denſitate ſepſimus.

Sarcina, æ, pen. corr. Propriè vtenſilium eſt, & eorum quę ad cultum, & ad ſimilem vſum pertinent: veluti faſcis, quem quis in itinere faciendo cõportare poſſit. {σκεύη, ἐπισκευή, ἀποσκευή. Ital. *Carica, carga, peſo.* Gal. *Charge, fardeau, paquet qu'on porte.* Hiſp. *La carga ò farcia, ò fardaje.*} Plaut. in Moſtel. hinc ſpeculabor procul. Vnde aduenienti ſarcinam imponam ſeni. Hinc milites quum caſtra mouere volunt, ſarcinas colligere dicuntur: & qui in aliam domum immigrant, ſarcinas ſuas componere ſolent. Cæſar. 2. belli Gall. Quum prima legio in caſtra veniſſet, reliquæque legiones magnum ſpatium abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri. Oui. Epiſt. 3. Non ego ſum claſſi ſarcina magna tuæ. ¶ Res etiã noſtras domi ciſtis, capſiſque compoſitas, ſarcinas vocamus. Quintilianus, Iacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. ¶ Per translationem quandoque ſarcina ponitur pro inutili onere.

Sarcinula, ſarcinulæ, diminutiuum. {τὸ μικρὸν καὶ βραχὺ φορτίον. Ital. *Picciolo, ſardello.* Gal. *Petit fardeau, petit paquet, fardellet.* Hiſp. *Pequeño fardaje.*} Iuuen. Sary. 3. Quis gener hic placuit cenſu minor, atque puellæ Sarcinulis impar? Idem Saty. 6,

Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi:
Iam grauis es nobis, & ſæpe emungeris, exi Ocyus.

Sarcino, ſarcinas, Sarcinas, confício. σκευάζω. ¶ Interdum ſarcinare capitur pro fuere. *ſaire leur.* ¶ Huius compoſitum eſt conſarcino, de quo ſuo loco.

Sarcinatus, a, um, adiectiuum. {σκευοφορικὸν ἐπίθετον. Ital. *Carricato di carga.* Gal. *Chargé de hardes.* Hiſp. *Carcado de fardaje.*} Sarcinis onuſtus. Plaut. in Pœn. Vidén' homines ſarcinatos conſequi?

Sarcinarius, a, um, adiectiuum, Quod ad ſarcinas pertinet. {σκευοφορικὸς, φορτηγός. Ital. *Pertinente à cariche & cargbe.* Gal. *Apartenant à charges & fardeaux.* Hiſp. *Pertenſeciente à carga y fardajes.*} vt Sarcinarium iumentũ, quo ſarcinę vehũtur. Cæſ. 1. belli Ciuilis, Illi & inopia pabuli adducti, & quo eſſent ad id expeditiores, omnia ſarcinaria iumenta interfici iubẽt.

Sarcinator,

Sarcinator, oris Qui suit & vestes reficit. {ῥαπτὴς, ἀναπλαστὴς. Ital. *Racconciatore, strazzarolo.* Gal. *Radoubeur, ranaudeur, racoustreur d'habits.* Hisp. *El sastre de vestiduras.* } Ticilius, Sarcinatorem esse summum, fuere centonē optimē. Plautus in Aulul. Petunt fullones, sarcinatores petunt. Paulus in l. Fullo. ff. de fur. Fullo, vel sarcinator, qui polienda, & sarcienda vestimēta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit.

Sarcinatrix, cis, Mulier quæ vestes suit, & reficit. {ῥαπτὶς. Ital. *Donna che raccōcia le vesti.* Gal. *Ranaudeuse, radoubeuse.* Hisp. *La sastra de vestiduras.* } Caius in l. Et ancillarum. de pecul. Maximē siqua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgate exerceat.

Sarcion, σάρκιον, Est veluti carnosa quædam vena gemmarum, vitiúmque carchedoniis smaragdis admodum peculiare. Vide Plin. lib. vlt. cap. 5.

Sarcocolla, σαρκοκόλλα. Lachryma arboris in Persside nascētis, similis thuris pollini, inquit Dioscoridesitra dicta à glutinandis vulneribus. Vide Plin. lib. 24. cap. 14. & lib. 13. cap. 11.

Sarcophagus, pen. corr. σαρκοφάγος. Lapidis siue marmoris genus, quod circa Assum Troadis excinditur: in quo corpora defunctorum condita, absumi intra quadragesimum diem constat, exceptis dentibus: vt tradit Plin. lib. 36. cap. 17. Vnde & nomen habet à carne edenda: σάρξ, σαρκὸς, enim caro est, φάγω comedo. Vnde conuenienter pro sepulchro poni cōsuevit. Iuuen. Satyr. 10. Sarcophago contentus erit. August. lib. 18. de Civit. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum vocant, σορὸς Græce dicitur. à nostris pro sepulchro vsurpatur.

Sarculum, li, Genus rastri, hoc est cratis illa dentata qua segetes herbis purgantur: à sarriendo, vt inquit Varro. {σκαλὶς. Ital. *Zappa, arpego, sarcliella.* Gal. *Sarcloir, ou sarclet.* Hisp. *Escardillo para escardar.* } Cato cap. 10. Sarcula octo, palas quatuor. Alij putant esse ligonem, aut simile aliquod instrumentū ferratum, quo terra foditur. Hora. lib. 1. Carm. Gaudentem patrios findere sarculo Agros. Ouidius 1. Fastid. Sarcula cessabam, versique in pila ligones. Idem 11. Metamorph. -vacuósq; iacent dispersa per agros. Sarculáq; rastrique graues, longique ligones. Plin. lib. 18. cap. 19, Certè sine hoc animali (bouem intelligit) montani gentes sarculis arant.

Sarculo, sarculas, Sarculo abscindo. {σκαλίζω. Ital. *Arare & zappare.* Gal. *Sarcler.* Hisp. *Escardar los panes.* } Columel. lib. 5, Primò plantæ sarculari debent, ita vt simplex stylus altitudinem maximæ scrobis excedat.

Sarculatio, sarculationis, verbale. Idem quod sartritio. {σκαλισμὸς. Ital. *Arpegamento, zappamento.* Gal. *Sarclement, sarclure.* Hisp. *Aquella obra de escardar los panes.* } Plinius lib. 18. cap. 1, Sarculatio induratam hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis.

Sarda, dæ, σάρδη. Gemma est vulgaris non pellucida, rubedine dilota carnis colorē referens: vnde & apud vulgum *Carnalinæ* nomen obtiniut. Facilè scalprum admittit. vnde in literis obsignandis plurimus eius est vsus. Sarda dicta est, quòd Sardibus primū fuerit inuenta. Vide Plin. li. 37. cap. 7. ¶ Est & Sarda, piscis ex genere pelamidum. teste Plin. lib. 32. ca. vlt.

Sardachates, penult. prod. σαρδάχατες. Gemma est ex Achatæ generibus, ad sardæ colorem nonnihil declinans. Huius gemmę meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

SARDANAPALVS, pen. prod. σαρδανάπαλος. Vltimus Assyriorum rex, & trigesimus à Nino, omni libidinis mollitiæque genere effœminatissimus: adeò vt non erubuerit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciuia anteire. Quamobrem indignati Assyrij tali fœminæ parere, duce Arbace desciscentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus, in regiam sē recepit, & extructa pyra, se atq; diuitias in incendium misit. Ouid. in Ibin, Inq; pyram tecum charissima corpora mittas. Quam finē vitæ Sardanapalus habet. Eius epitaphium refert Cic. lib. 5. Tusc. quæst. Quomodo igitur (inquit) iucunda vita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentissimi Syriæ regis error agnoscitur, qui incidi iussit in busto, ¡Hæc habeo quæ edi, quæque exaturata libido Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta. Quid aliud (inquit Aristoteles) in bouis, non in regis sepulchro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne viuus quidem diutius habebat, quàm fruebatur. Suidas refert in Nino monumentum habuisse, cui hæc fuerint inscripta, Σαρδανάπαλος Ἀνακυνδαράξεω παῖς, ἀγχίαλον, καὶ Ταρσὸν ἐκτίσεν μιῇ ἡμέρῃ. σὺ δὲ ἔσθιε, πῖνε, καὶ παίζε· τὰ γὰρ ἄλλα οὐκ ἄξια τοσουτουῖ. Hoc est, Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon & Tarson vno die extruxit. Tu autem ô hospes, ede, bibe, lude, cum quibus reliqua mortalium omnia nō sunt conferenda. Vide plura de hoc apud Iustinum lib. 9, & Diodorum Siculum Bibliothecæ lib 8.

SARDEMISOS, Tauri montis promontorium est quod inter Lyciam & Pamphyliam in nostrum pelagus imminet. Meminit eius cap. 27. libri 5. Plinius.

Sardianus, adiectiuum, vide SARDIS.

SARDINIA, σαρδὼ Stephano, Vulgò *Sardigna.* Insula est, teste Sallustio, in mari Libyco: ita dicta à Sardo Herculis filio (sicut Silius lib. 12. & Solinus scribunt) quic Libya veniens, cum multitudine colonorum insulam occupauit: quum antea Sandaliotis appellaretur, ab effigie soleæ quam Græci σανδάλιον vocant: & Ichnusa, à similitudine vestigij quod Græcè dicitur ἴχνος. Huius latitudo est millium passuum nonaginta octo, longitudo ducentorum viginti: quanquam alij stadia multa adiiciant. Habet hæc insula à Septentrione montes editissimos, qui prohibent quo minus à Borea possit perflari, quo fit vt aëris pestilentiæ maximè sit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam malè audiuit, vt M. Cicero Quintum fratrem moneat, etiam tum quum optimè valeret, meminisse eum debere in Sardinia ipsum esse. & alibi, Tigellum quendam Sardum hominem esse ait patria sua pestilentiorem. Martialis quoque Sardiniam Tyburi, tanquam salubertimo loco pestilentissimum opponit. Nullo (inquit) fata loco possis excludere, quū mors Venerit, in medio Tybure Sardinia est. Mirum in ea insula neque lupum gigni, neque serpentem reperiri. Habet ciuitates multas, sed omnium præclarissima Cæsaris est, vbi coraliorum piscatio est. In qua diui Augustini ossa tandiu conquieuere, quoad ab Heliprando rege Papiam translata sunt. Hęc ciuitas Iole à priscis appellabatur: ab Iole illa, quam Hercules perditissimè amauit. Insulam Pœni occupauere, sed à Romanis expulsi primo bello Punico, eandem amisere. ¶ Est & Sardinia piscis genus, ad condimento, & saliuras vtilis, apud Italos plurimus. {ἐνγραῦλις, ἰδὸς, ἡ σαρδίνα, ἡ ἰωλὸς. Ital. *Pesce sardella.* Gal. *Sardelle ou sardine.* Hisp. *Sardina.* } Colum. lib. 8. cap. 17. Tabentes haleculas, & salibus exesam chalcidem, putrémque sardiniam.

Sardi, sardorum, σάρδοι, σαρδόνες, Sardiniæ incolæ qui ob insignem vilitatē, nequitiámque in prouerbium abierunt. Cic. lib. 4. Epist. Habes Sardos vernales, alium alio nequiorem.

Sardimenses, σαρδῆνοι, Qui aliunde orti negotiationis gratia, aliámve ob causam in Sardinia versantur.

Sardous, sardoa, sardoum, σαρδῶος. Possessiuum à Sardinia. Ouid. lib. 4. Fast. Sardoáque regna finistris Respicit à Remis. Herbæ Sardoæ. Virgil. 7. Aegloga. Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis.

SARDIS, σάρδεις Stephano, Tantùm pluraliter, vrbs Lydiæ magna, ad latus Tmoli montis sita, olim Crœsi regia. Horat. 1. Epist. Quid concinna Samos, quid Crœsi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accusatiuum in is producta, quomodo Thallis, & Syrris. Ex Sardibus fuere duo Diodori oratores, quorum iunior Strabonis amicus fuit, & historias scripsit, & poëmata. In Sardibus ecclesia fuit vna ex septem Asiæ, quarum Iohannes meminit in Apocalypsi.

Sardianus, a, um, adiectiuum, Sardianq; balani à Græcis dictæ sunt castaneæ, quòd circa Sardis primùm fuerint inuentæ. Vide Plin. lib. 15. ca. 23.

Sardo, as, Verbum est obsoletum, quo antiqui vtebantur pro intelligere. σάφημι. Nævius apud Festum, Quod bruti nec satis sardare queunt.

Sardoa, Herba apiastro similis, quæ nascitur in Sardinia, & in fontium destuuiis largius prouenit. σαρδόνιον πόα. Ea siquis vescatur, neruos contrahit, & risctu diducit ora, vt qui moriuntur, veluti ridentium facie intereant. Inde Sardonius risus, prouerbio celebratur pro risu ficto, aut amarulento, aut insano. Vide Chiliad. Erasmi.

SARDONICI, Montes Libatniæ Ptolemæo lib. 2. cap. 17.

Sardonyx, penult. correp. σαρδόνυξ, genitiuo sardonychis, tam masculino, quàm fœmin. gener. quemadmodum & onyx. Gemma est in summa sui parte vnguis humani candorem, inferiore autem dilutum sardæ ruborem referens: ita vt cuipiam videri posset non simplex esse gemma (vt tamen est reuera,) sed ex onyche & sarda composita. Plinius lib. 37. cap. 6, Sardonyches olim (vt ex nomine ipso apparet) intelligebatur ex candore, hoc est veluti carnibus vngue hominis impositō, & vtroque transucido. Sardonychem insignem habuit Polycrates Samiorum tyrannus: quem vt fortunæ nimium blandientis insidias alicuius rei charæ iactura redimeret, in mare abiecit: qui tamen in ventre piscis paulo pòst inuentus, ad eum relatus est. Iuuen. Satyr. 6. In manibus densi radiant testudine tota Sardonyches. Persius fœminino genere vsus est, Et natalitia tandem cum sardonyche albus.

Sardonychatus, σαρδονυχωτὸς. Sardonice ornatus. Mart. lib. 3, Cuius & hinc lucet sardonychata manus.

SARDVS, σάρδος. Herculis filius, qui adhuc puer ab Iolao eorum fratri subtractus, quos Hercules viuens lacessierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam insulam peruenit: eámq; quæ antea Sandaliotis, seu Ichnusa vocabatur, à nomine suo Sardiniam creditur appellasse.

SAREPTA, σάρεπτα Stephano, Vrbs Phœnices, in qua diuinus vates Elias esurientem viduam miraculo pauisse scribitur in libris Regū. Meminit eius & Plin. lib. cap. 19.

Sareptanus, sareptana, sareptanum, σαρεπτηνός. Sidonius, Vina mihi nō sunt Gazetica, Chia, Falerna, Quæque Sareptano palmite missa bibas.

SARGAPISES, lege SPARGAPISES.

Sargus, σάργος, Piscis genus qui in Aegyptio mari copiosissimè capitur. Hic piscem lutarium perpetuò comitatur, ipsóque lutum fodiente, exciatum deuorat pabulum. Plin. lib. 9. cap. 17. & 51,

Sari, σάρι, neutri generis, Genus fruticis proueniens in aqua, radice dura, intortáque, ferrariis officinis vtile: de quo Plin. lib. 13. cap. 23. Fruticosi est generis & sari, circa Nilum nascens, duorum cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri: similiq; manditur modo radice ferrariis officinis præcipua, carbonis vsu propter duritiam.

Sarissa, {σάρισσα. Ital. *Lancia, lanza, picca.* Gal. *Vne sorte de longue lance, comme vne picque.* Hisp. *Lanza.* } Hasta prælonga qua Macedones in bello vtebantur. Liu. 9. bell. Maced. Prælongas hastas Macedones sarissas vocant. Aelianus docet sarissam esse lanceam qua vtebatur phalanx Macedonis, longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent. Inde σαρισσοφόροι, qui sarissas gestāt. Ouid. 12. Metamorph. Qui clypeo, gladióque, Macedonicáq; sarissa. Lucanus lib. 8, Primi Pelleas arcu fregere sarissas.

SARMATAE, σαρμάται Stephano, Populi Scythiæ iuxta Danubium, in Mæoticam paludem vergentes, qui & Sauromatæ σαυρομάται dicuntur: & regio eorum Sarmatia, σαυρομάτια dicitur. Plin. lib. 3. Sauromatas gētes Scytharum Græci vocant, quas Sarmatas Romani dicunt. Dicti Sauromatæ, ab oculis lacertarum. σαῦρος enim lacerta est. ὄμμα oculus. ¶ Nomina diuersa habent Sarmatæ, habitant montes & saltus, vtuntur plaustris pro domibus: pascuntúrque lacte equino: vnde quidam eos ἱππημόλγους, hoc est equarū mulsores: alij γαλακτοφάγους, hoc est lacte vescentes appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potāt, quas vocat Gelonos Virgilius lib. 1. Georg. Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Geratum: Et lac concretum cum sanguine porat equino. Item Sarmatæ alij sunt, qui equino sanguine é cruribus detracto, farinæque commisto aluntur. Alij etiam qui pro victimis homines immolant. Alij bellorum & cædis amatores: quibus belliantibus mos est cruorem eius, quem primum interemerint, ex ipsius vulneribus bibere & vt quisque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. ¶ Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina vescuntur: alij qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocātur Anthropophagi, ἀνθρωποφάγοι τὴν ἀνθρώπων, hoc est ab hominibus edendis. Idem ab vsu plaustrorum, Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobij Ptolemæo vocantur. Auri & argenti, maximarum pestium ignari, permutatione rerum commercia exercent: atque ob sæuitiam hyemis demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitāt, torum bracchiati corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti. Horum meminerunt Plinius libro 4. cap. 12, & Strabo lib. 11. ¶ Sunt autem duæ Sarmatiæ, secundum Ptolemæum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ptolemæum: quatum vna est in Europa, quæ (vt lib. 3 scribit) à Septentrione Oceano terminatur, ab Occasu parte Germaniæ, à Meridie Iazygibus Meranastis. In ea est Olbia, quam nunc Russiam & Tartariam esse credunt. Altera Sarmatia est in Asia (vt idem lib. 5 refert) quæ à Septentrione terra incognita terminatur, ab Occasu Sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea sunt Caucasij montes.

Sarmatis, sarmatidis, Patronymicum. Ouidius, Terreat haud manes Sarmatis vmbra meos.

Sarmenta, sarmentorum, Virgulæ superuacuæ (inquit Festus) à vite abscissæ, {κλήματα, διακόπτα, ἀμπέλου. Ital. *sarmenti, gli tagli de vite bruscati.* Gal. *Sarments de vigne.* Hisp. *Sarmientos de la vid.*} Virgil. 2. Georg. Primus humum fodito, primus deuecta cremato Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto. Cicer. 3. Verr. Ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt. ¶ Frequentissimè tamen etiam sarmentum accipitur pro flagello adhuc in vite hærente, siue id frugiferum sit, siue sterile. Colum. lib. 3. cap. 10. Numerus vuarum, qui plerunque conspicitur in productissimo sarmento. Idem lib. 4. cap. 24, At vbi spissa intermedia, frequentésque oculi sunt, quanuis breue sarmentum multis palmitibus vitescit. Varr. rei rust. lib. 1. cap. 31, Emucidum enim sarmentum propter infirmitatem sterilescit.

Sarmentitius, sarmentitia, sarmentitium, Quod est ex materia sarmentorum. {καλαμώδης. Ital. *Di sarmento.* Gal. *De sarment.* Hisp. *Cosa de materia de sarmientos.*} Colum. lib. 6. cap. 26, Verum vulnera eius sarmentitio cinere linienda sunt.

Sarmentosus, adiectiuum, Quod plurimum habet sarmenti. {φυλλάδης. Ital. *che ha molti i sarmenti.* Gal. *Qui a force sarments.* Hisp. *Cosa llena de sarmientos.*} 3. Plin. lib. 25. cap. 11, Radice tenui superuacua, sarmentosum.

SARMENTVS, Nomen proprium Equitis Romani, qui scurrilitate claruit sub Augusto. Hor. 1. Sermon. Saty. 5, -nunc mihi paucis Sarmenti scurræ pugnam, Messique Cicerri Musa velim memores.

SARNVS, σάρνος, Fluuius Campaniæ, oriens à Sarno monte, inter Pompeianum agrum & Salernum, iuxta oppidum in Sarni montis radicibus positum. Plin. lib. 3. cap. 5, Littore autem hoc Neapolis Chalcidensium & ipsa Parthenope à tumulo Sirenis appellata: Herculanium, Pompeij, haud procul aspectante monte Vesuuio, alluēte verò Sarno amne, ager Nucerinus est. Virgil. 7. Aeneid. Sarrastus populos, & quæ rigat æquora Sarnus. Vulgò *Seafaro.*

SARONICVS sinus, σαρωνικὸς κόλπος, Qui Corinthiacum Isthmum ab Ortu alluit: nam qui eundem alluit ab Occasu, Crissæus, siue Corinthiacus dicitur. Plin. lib. 4. cap. 5. Sinus Saronicus olim querno nemore tedimitus: vnde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Saronе deo Marino. Nam Saronem fuisse regem, qui illic Atlepiæ matinæ regioni imperarit, in Corinthiacis scribit Pausanias.

Sarpa, Vinea putata. id est puta facta, vt interpretatur Festus. {ἄμπελος τεμνομένη. Ital. *Vigna brusata.* Gal. *Vigne pouée & taillée.* Hisp. *Viña cortada ò podada.*} vnde & virgulæ abscissæ sarmenta dicuntur. Nam sarpere antiqui pro purgare vsurpabant. Vnde fortassis deductum vulgare nostrum, hoc est Gallicum vocabulum vt *Sarpam* pro falce putatoria accipiamus.

SARPEDON, penult. prod. genit. Sarpedonis, penult. corr. σαρπηδών. testis Homero lib. Iliad. 16, Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia: aut, vt Herodotus tradit in Polymnia, eiusdem Iouis filius ex Europa, & frater Minois. Hic quum Lyciæ rex esset, & in armis strenuus, Priamo suppetias tulit aduersus Græcos: vbi quum multa edidisset virtutis suæ documenta, tandem à Patroclo est interfectus. Corpus autem eius Iouis iussu ab Apolline è medio pugnātium sublatum est, & flumine abluтum, ambrosióque respersum liquore, ac regia indutum veste, ad exequendum funus suis restituтum. Virgil lib. 1. Aeneid. Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector, & ingens Sarpedon, vbi tot Simois, &c. ¶ Est & Sarpedon, Ciliciæ promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphylia distinguit. Pomponius Mela lib. 1, in descriptione Ciliciæ.

SARRA, σάρρα. Nomen ciuitatis, quæ postea Tyrus dicta est: à qua Sarranem ostium est nominatum. Sed id quoque nomen à pisce quodam accepit, qui illic abundat, & sar illa lingua vocatur, ex cuius sanguine sericum in purpuram tingebatur. Vulgò *Puerto de Sar.*

Sarranus, sarrana, sarranum. σαρρανός. Idem quod Tyrius: vnde Sarranæ vestes dictæ sunt, quæ & ostrinæ, & purpureæ, quòd Tyri optimè tingerentur. Virg. lib. 2. Georg. Et Sarrano dormiat ostro. Iuuenalis, -aut pictæ Sarrana feremem Ex humeris aulea togæ.

SARRACA, σάρρακα, Nomen est duarum vrbium, quarum vna est in media, altera in Felici Arabia. Vide Ptolemæum lib. 6. cap. 2. & 8.

SARRACENI, σαρρακηνοί, Populi post Nabathæos à Sarraca (vt Stephanus inquit) quæ est pars Arabiæ. Pli. lib. 7. cap. 28, Nabatheis Thimanços iunxerunt veteres: nunc sunt Taueni, Suelleni, Sarraceni, Arrateni.

Sarracum, penult. prod. Plaustrum, siue vehiculi genus, quo ligna & lapides vehi consueuerunt. {ἅμαξα. Ital. *carro da vettura.* Gal. *Vn chariot ou vne charrette à porter bois ou pierres.* Hisp. *Carro ò carreta de cargo.*} Iuuen. Saty. 3, -longa corusca Sarraco veniente abies. Idem Satyra 5, Frigida circumagunt pigri sarraca Boötæ. Quint. lib. 8. cap. 3, An quum dicit in Pisonē Cicero, Quum tibi tota cognatio an sarraco aduehatur: incidisse videtur in sordidum nomen?

SARRASTES, Populi Campaniæ, Sarno amni vicini: à quo & nomen accepisse putantur. Virgil. 7. Aeneid. Sarrastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Sarrio, sarris, sarrivi, sarritum. Significat sarculis fodio, purgo, quod fit quum segetes leniter scalpendo rastris, à noxiis herbis purgamus. {σκαλεύω. Ital. *Sappare, sarchiare.* Gal. *Sarcler les blez, ou biner les vignes.* Hisp. *Escardar.*} Plautus in Capt. Semper occant, priusquam sarriunt rustici. Plin. lib. 18. Qui sarriet, caueat ne frumenti radices effodiat. ¶ Hinc componunt Resarrio, quod est rursus sarrio. Plin. Quum hyeme prægelida cæpæ segetes essent, refouerunt, resarrientes campos.

Sarritor, penult. prod. Qui sarrit. {σκαλεύς. Ital. *Zappatore.* Gal. *Sarcleur, binneur.* Hisp. *Escardador.*} Colum. lib. 2. cap. 13, Tritici modij quatuor, vel quumque, bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris vnam, sarritoris duas.

Sarritura, sarrituræ, Purgatura, siue ipse sarriendi actus. {σκάλισις. Ital. *Zappamento.* Gal. *Sarclure, binure.* Hisp. *Obra de escardar.*} Golū. lib. 11. ca. 2, Sarritura quoque frumentorum iteratur egregiè, &c.

Sartor, oris, à sarrio, Idem quod sarritor, id est purgator. σκαλεύς. Plaut. in Capt. Sator, sartórque scelerum, & messor maxumè. TYN. Non occatorem dicere debebas prius? Nam semper occant priusquam sarriunt rustici. ¶ Est & sartor à sarcio: de quo suprà egimus. Sartor, inquit Nonius Marcellus, non solùm à sarciendo, sed etiam à sarriendo deducitur: & tam eum qui sarcit, quàm qui sarrit significat.

Sartura, sarturæ, Idem quod sarritura. hoc est Frugum, vinearúmve à noxiis herbis purgatio. σκάλισις. Plin. lib. 18. cap. 27, Sartura nocere & vineæ, & segeti existimatur.

SARSINA, penult. corr. σάρσινα, Vetus ciuitas in Aemilia, ex qua Plautus poëta Comicus ortus est: vnde & Sarsinas appellatus est: quanquam à doctis quibusdam Farsinas, non Sarsinas vocetur. Lacte abundat, vt testatur Silius lib. 8, -his Sarsina diues Lactis, &c.

Sartago, sartaginis, Patella in qua caro frigitur. ἀπὸ τοῦ σήρειν, hoc est à carne nomen habens. {τήγανον. Ital. *Padella.* Gal. *Poille à frire.* Hisp. *Sarten para freir.*} Plinius lib. 16. cap. 11, Item terebinthinam in sartagine referuenti. Sartago loquendi. Persius Saty. 1, Hos pueris mirum parres infundere lippos, Quum videas, quærisne vnde hæc sartago loquendi, Venerit in buccas?

Sas, Veteres pro sua dixere: & Sam, pro eam. Ennius lib. 1, Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas. Idem lib. 4, Nec quisquam philosophiam in somnis vidit, priusquam sam dicere cœpit.

SASON, σάσων, Insula est inter Epirum & Brundusium, quinq; ab vtroq; millia passuum distās, vt ait Strabo lib. 6. ¶ Est & fluuius in mare Adriaticum influens: de quo Silius, Adriatici fugite infaustas Sasonis arenas. Et alibi, Expauit sonitus tremefacto littore Sason.

Sat, aduerbium est per apocopen à satis deductum: cuius etiam retinet significationē. {ἱκανῶς, ἀλλ. Ital. *Assai, à bastanza.* Gal. *Assez.* Hisp. *Assaz.*} Cic. 2. de Natura deorum, Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum, &c. Idem de Senect. Tantum quantum sat est.

Satago, satagis, penult. corr. ex sat, & ago, compositum videtur: vnde satēgi præteritum, satactum supinum facit: Est autem satagere, anxium esse, & distorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ. {πολυπραγμονῶ, διατείνομαι, σπουδάζω. Ital. *Affaticarsi, crucciarsi.* Gal. *Estre fort aspre à faire quelque chose, soigner & diligenter à la faire.* Hisp. *Estar solicito ò congoxoso.*} Terent. in Heaut. Nam hic Clinia, etsi is quoque rerum suarum satagit, attamen Habet bene & pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ. ¶ Aliquādo significat diligentem esse, seu festinare. σπουδαιολογεῖσθαι. Plaut. in Asin. Nunc satagit, adducit domum etiam vltro, & scribit nummos. Quint. lib. 6. cap. 4, Afer venustè Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deficientem, & imponentem, non agere dixit, sed satagere.

SATAGYTAE, σατάγυται, Populi in Scythia Asiatica, vt lib. 4, testatur Herodotus.

Satanas, σατανᾶς, Interpretatur aduersarius, à verbo Hebræo שָׂטָן *satán*, quod aduersari declarat. Quo nomine appellatus est diabolus, quòd Christi aduersarius sit. Quicquid enim animæ ad Deum tendenti resistit, & aduersatur, & quicquid paci contrarium est, hoc satanas esse dicitur: sicut legitur in Regum libris. Quia suscitauit Deus Salomoni satanam, aduersus eum qui erat pacificus. Et, Filij Saruiæ cur efficimini mihi hodie in satan?

SATARCHAE, σατάρχαι, Populi in Scythia Europæa, iuxta Mæotidem: qui (vt Solinus refert) damnato auri & argenti vsu, se à publica auaritia abdicarunt. Horum oppida sunt Myrmecion, Panticapæum, Theodosia, Hermisium: aliáq; nonnulla, quæ vide apud Melam lib. 2. in descriptione Scythiæ Europæ, Flaccus lib. 6. Argo. Plani crine Satarchæ.

SATASPES, σατάσπης, Vir Acharmenius fuit, Theaspis filius, qui quum Zopiri filiam violasset, & ob eam rem à Xerxe cruci destinatus esset, intercessione matris, quæ Darij erat soror, impetrauit vt in exilium ageretur, donec Africam vniuersam lustrasset. Quúmque iam aliquot menses illa in peregrinatione consumpsisset, nauigationis tædio adductus, in Persidem rediit. Regique retulit, sese reliquum itineris conficere non potuisse, quòd naues à magnetibus retinerentur. Quod quum Xerxi fabulosum videretur, hominem, vt antea destinarat, cruci affixit. Vide Herodotum lib. 4.

Satelles, satellitis, Miles mercede cōductus, vt ab Imperatoris latere non discedat. {δορυφόρος. Ital. *Satellite, birro, sbirro.* Gal. *Satellite, garde de corps, sergent, ministre.* Hisp. *El que armado acompaña à otro.*} Liu. 2. ab Vrbe, Quū concursu ad clamorem facto, comprehēsum regij satellites retraxissent ad tribunal regis. Ouid. 5, Fast. -ille deæ custos, ille satelles erat. Cic cōtra Rullum, Ianitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, eosdem ministros & satellites potestatis. Satelles Iouis, aquila. Cic. 2. Tusc. Ministri & satellites cupiditatum alicuius. Cicer. 5. Verr. Qui primus certos instituerit, nomine decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum. ¶ Satelles idem dicitur, qui sontibus capiendis præest, qui & apparitor & viator dicitur.

Satellitium, satellitij, δορυφορημα, τὸ δορυφορικὸν Luciano, Collectiuū nomē est, ipsos significās satellites, tuendi corporis causa adhibitos: quēadmodum semitium accipitur pro ipsis seruis. sodalitium, pro ipsis sodalibus.

SATICVLI, Populi Campaniæ, moribus asperi, de quibus Virgil. lib. 7, -amoisque vadosi Accola Vulturni, pariterque Saticulus asper.

Satin', vide SATIS.

Satio, satias, A sat, deduci videtur, & saturo seu expleo significat: pertinétq; ad omnes sensus & frequenter ad animū. {κορέννυμι, κορέννυμαι, ἐμπίπλημι. Ital. *Satiare, saffadiare.* Gal. *Saouler, assouuir.* Hisp. *Hartar hasta el hastio.*} Cic. in Catone, Satiari delectatione non possum, vt meę senectutis requietē, oblectamentúmq; noscatis. Cic. in Paradoxis, Nunquā expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Idē lib. 2. de Finibus bonorū & malorum. Veniebat enim ad eœnam, vt satiaret animo quiero desideria naturæ. Ouid. 3. Trist. Eleg. 8, Forsitam hoc olim, quum iam satiauerit iram. ¶ Verūm hæc translatitia sunt: propriè enim ad famis sitisque expletionem pertinet. Colum. lib. 9. Satiárque semodius cibi in diebus singulis, vicenos & centenos turtures. Ouid 8. Metam. Vtq; fretum recipit de tota flumina

terra,

Universitätsbibliothek Bielefeld

aqua. Nec satiatur aquis, peregrinósq; ebibit amnes: Sic epulas omnes Erichthonius ora profani Accipiunt, poscúntque simul: cibus omnis in illo Causa cibi est, sempérque locus sit inanis edendo.

Satiatus, satiata, satiatum, participium. {κορεσθεὶς, ἐμφορηθεὶς, κεκορεσμένος. Ital. *Satio.* Gal. *Saoulé, assouui.* Hisp. *Hartado con hallio.*} Liuius 2. ab vrbe, Vbi il luxit, Romanus integer, satiatúsque somno, productus in aciem, fessum stando & vigiliis primo impetu Volscum perculit. Iuuen. Sat. 6, Et lassata viris, nondum satiata recessit.

Satietas, satietatis, Propriè idem est quod saturitas. {κόρος. Ital. *Satietà, fastidio, pienezza, abbondanza.* Gal. *Saoulement, repletion, assouuissement.* Hisp. *Hartura, hastio.*} licet frequentius accipiatur pro fastidio quod ex rei alicuius assiduo vsu nobis ingignitur. Cic. in Catone, Omnino quidem, vt mihi videtur studiorum omnium satietas facit vitæ satietatem. Idem 1. de Inuent. Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Quintil. lib. 5. cap. 14. Et odium ex quadam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium intulerit. Liu. 4. belli Pun. Pluribus vos milites hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset: inermes, incautos ad satietatem trucidabitis.

Satias, satiatis, Idem quod satietas. Terent. in Eunuch. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi: Neq; agri, neq; vrbis odium me vnquá percipit: Vbi satias cœpit fieri, commuto locum. Sallust. Hi saltibus occupatis exteroru agros inuasere, frumentiq; ex inopia graui satias facta.

Saties, satiei, Idem. Silius lib. 4, Nec finis, satiésve, noui sed sanguinis ardor Gliscere.

Satiabilis, satiabile, Qui satiari potest facilé. {κορεστός. Ital. *Satiabile, che se satia.* Gal. *Aisé à saouler, & assouuir.* Hisp. *Cosa que facilmente se puede hartar.*} cuius contrarium est Insatiabilis, inexplebilis. ἀκόρεστος. Sallustius, Auaritia insatiabilis est, neque copia, neque copia minuitur.

Satio, sationis, vide SERO, seris.

Satis, Quantitatis aduerbium, idem ferè significans quod abundè, vel quantum opus est. {ἄλις, ἱκανῶς. Ital. *Assai, abondamente, a bastanza.* Gal. *Assez, suffisamment.* Hisp. *Assaz.*} Cic. de Inuent. Longum est, quod pluribus sententiis vltra quàm satis est, μακρὸν ἔλεγος. prodeuntur. ¶ Aliquando ponitur loco nominis: vt, satis eloquentiæ habeo. ¶ Hinc satius, comparatiuum, id est melius. Nam quánis satis significet quantitatem, satius tamè comparatiuum qualitatem demotat, quia derivatiuum non semper seruat sensum primitiui. Virgil. 2. Aegloga, Nónne fuit satius tri steis Amaryllidis iras Atque superba pati fastidia? ¶ Dicimus pulchrè, Non satis est æstimare. pro eo quod est, Non posset quis satis æstimare, Plinius lib. 9. in præfat. Vt non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. ¶ Non satis habeas semel circuire, dixit Cato cap. 1. id est Non satis sit tibi, non sufficiat tibi, siue, non sis contentus semel circuire. ¶ Iungitur Satis cum super, & dicimus, Satis supérque, id est satis, & plus quàm satis. Cic. 2. de Nat. deorum, Nam contra Epicurum satis supérque dictum est. ¶ Satin' pro satisne. Terent. in Aud. Satin' sanus es?

Satis accipere, Est accepto fideiussore sibi cauere. {παρεγγυᾶσθαι. Ital. *Prender cautione ò sigurtà per alcuno.* Gal. *Prendre caution & respondant de quelqu'vn.* Hisp. *Recebir de otro caution ò fiança.*} Cic. pro Roscio Com. Qua de causa Flauius, quum de rota lite faceret pactionem, neque satisfaciperet à Roscio, neque absolueretur à Fannio, &c. Nam satisfaccipere dicitur creditor, quum accipit fideiussorem à debitore: cõtrà debitor satisdare dicitur, quum interposito fideiussore securum reddit creditorẽ. Cic. pro Quintio, Si veretur vt res iudicio facto parata sit iudicatũ solui satisfaciat: quibus à me verbis satisfaciet, iisdem, ego quod peto satisdet.

Satisacceptio, quæ est (vt Pomponius inquit) stipulatio, quæ ita obligat promissorem. vt expromissores quoque ab eo accipiantur, id est qui idem promittant. ἐγγύη ἐγγύης κύρωσις. Ital. *Cautione ò sigurtà presa.* Gal. *Caution prise de quelqu'vn.* Hisp. *A quella obra de recebir fianças.*

Satisdo, satisdas, satisdare. Est dato fideiussore creditorem securũ reddere. {ἐγγυᾶσθαι κεφαλαίου. Ital. *sicurare, dar la sigurtà.* Gal. *Donner ou bailler caution.* Hisp. *Dar à otro caucion y fiança.*} Cic. Sulpitio, Primùm vt siquid satisdãdũ erit amplius eo nomine non peti, curet vt satisdetur fide mea. Caius, Satisdatio eodem modo appellata est quo satisfactio. Nam vt satisfacere dicimur ei cuius desiderium implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, quum aliquem damus qui pro eo quòd à nobis petitur ita caueat, vt eum hoc nomine securum faciamus.

Satisdatio, satisdationis. {ἐγγυητικὸν. Ital. *Esso dare sicurtà.* Gal. *Donnement de caution.* Hisp. *Aquella obra de dar fiança.*} Cic. ad Atticum, De satisdando verò te rogo, quoad eris Romæ, tu vt satisdes: & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium in his & Menianorum prædiorum vel Attilianorum.

Satisdatum, satisdati, pennit. corr. vt Satisdato aliquid debere. ἐγγυητόν. Cic. Attico lib. 16. Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere.

Satisfacio, satisfacis, Interdum idem est quod exoluo. {ἐκτίνω. Ital. *Satisfare, contentare alcuno, fare suo debito.* Gal. *Satisfaire, contenter, faire son deuoir.* Hisp. *Satisfazer de fiança y deuda.*} Cic. pro Flacco, Hermippus Fusius satisfacit, & fidẽ suam liberat. ¶ Interdum idem quod placeo, & efficio nequid habeat quod de me queratur. Cic. ad Attic. lib. 7. Cui nos valde satisfacere multi ad me scripserunt. ¶ Aliquando idem ferè quod purgo me, siue excuso. Cic. Philip. 2. Acceperam iam enim ante Cæsaris literas, vt mihi satisfieri pateret à te. id est vt acciperem tuam purgationem, & excusationem. ¶ Satisfacio, præter datiuum, aliquando ablatiuum habet cum præpositione de Cæs. 5. belli Gal. Seséq; paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de iniuriis satisfacere. ¶ Satisfieri. Cicer. Acilio, libro 13, Quanquam à te quidem cumulatè satisfit & mihi & omnibus.

Satisfactio, pro purgatione & excusatione. {ἀπολογία. Ital. *Escusatione, satisfattione.* Gal. *satisfaction, contentement, excuse.* Hisp. *Excusa, obra de satisfazer.*} Cic. ad Treb. lib. 7, Hic tu me etiam insimulas nec satisfactionem meam accipis.

Satisprætiare, Idem quod satisdare, hoc est pro re quę petitur, fideiussorem dare. ἐγγυητικὸν κεφαλαίου.

Satius, comparatiuum videtur esse ab aduerbio satis, licet à positiui significatione nõnihil recedat. {βέλτιον. Ital. *Meglio.* Gal. *Mieux.* Hisp. *Mejor.*} Idem enim significat quod melius, siue potius. Virg. 2. Aegloga, Nónne fuit satius tri steis Amaryllidis iras, Atque superba pati fastidia?

Satiuus, Sator, vide SERO, seris.

SATRAE, Populi Græcorum in historibus Thraciæ, vt ostendit Herodotus suæ historiæ lib. 7.

Satrapa, vel Satrapes, satrapæ, penult. corr. {σατράπης. Ital. *Prefatto, presidente.* Gal. *Satrape, gouuerneur d'vne prouince & pais.* Hisp. *Perlado presidio.*} Dictio Persica, apud nos significans præfectum prouinciæ. Terẽt. in Heaut. Satrapes si siet Amator, nunquam sufferre eius sumptus queat.

Satrapia, satrapiæ, {σατραπεία. Ital. *Prouintia.* Gal. *Prouince.* Hisp. *Prouincia.*} Idem quod præfectura, quam Græci νόμον appellant. hoc est regio quæ ab vno administratur præfecto. Suidas, Σατραπεία, ἐπαρχία. Σατράπης δὲ καλεῖται ὁ ἄρχων. Plinius libro 6. cap. 20, Etenim plerique ab Occidente, non Indo determinant, sed adiiciunt quatuor Satrapias, Gedrosos, &c.

Satur, satura, saturum, Quod est cibo plenum. {κεκορεσμένος, πεπλησμένος. Ital. *Satollo, pieno.* Gal. *Saoul, plein.* Hisp. *Harto.*} Terent. in Hecyra, Sed tu quum satura atque ebria eris, puer vt sit satur facito. Cic. 1. de Diuin. Præclara verò auspicia, si exarientibus pollis res geri posset, saturis nihil geritur. Terent. in Adelph. Sed postquam intus sum omnium rerum satur, Prodeambulare hue lubitum est. Virg. Aegloga 10, Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. Horat. 1. Serm. Sat. 1, Inde fit vt raro qui se vixisse beatum Dicat, & exacto contentus tempore vitæ, Cedat, vti conuiua satur, repetere queamus. ¶ Sumitur interdum pro fœcundo, & abundante. εὔφορος. Persius Sat. 1, Nec rus saturum laudare. Virg. lib. 2. Georg. Saltus & saturi petitio longinqua Tarẽti. Vbi Seruius, Saturi, aut fœcundi, aut quòd iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim, & Saturum vicinæ sunt Calabriæ ciuitates. ¶ Satur color, id est plenus, vehemens: cui opponitur dilutus. Plin. lib. 37. cap. 10, Ion apud Indos violacea est, sed rarò saturo colore lucet.

SATVRIO, saturionis, Nomen est parasiti apud Plautum in Persa, captandi ioci gratia à contrario impositum. Solet enim hoc hominum genus, perpetuò esurire, & nunquam saturum esse. Vnde quum Toxilus seruus eum Saturionem salutasset: respondet parasitus, Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet: Nam Esurio venio, non adnenio Saturio.

Saturitas, saturitatis, Cibi, potúsque plenitudo. {πλησμονὴ κόρος. Ital. *Saturità.* Gal. *Saoulté, repletion.* Hisp. *Hartura, hastio.*} Plautus caprinis, Proinde tu deum hunc saturitate tranquillum facias tibi. ¶ Aliquando accipitur pro fœcunditate, seu fertilitate. εὐφορία. Cic. in Catone, Neque solum officio, quòd hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quam dixi, & saturitate copiáq; rerum omnium quæ ad victum hominum & ad cultum etiam deorum pertinent.

Saturo, as, Saturum reddo, satio, cibo, potúque expleo. {κορέννυμι, πιμπλῶ. Ital. *Satollare.* Gal. *Saouler.* Hisp. *Hartar.*} Cic. 1. de Natura deor. Noper nati mammas appetunt, eatúmq; vbertate saturantur. ¶ Transfertur & ad animi cupiditates: vt Saturare odium, apud Cic. in Vatinium. Saturare se sanguine, apud eundem 4. Philipp. Habet eundem saturandi verbum vim maiorem quàm expleodi. Cic. pro Domo sua, Expleri animos inuidorum: placari odia imperitorum: saturari etiam perfidiam & scelus ciuium. Expleri (inquit Nonius) & Saturari hanc habẽt differentiam. Expleri est tantummodo plenum esse: saturari, supra modum. Cic. lib. 6. de Repub. Graues enim dominæ cogitationũ libidines, Infinita quædam cogunt, atque imperant, quę expleri atque saturari nullo modo possunt. ¶ Composita sunt Exaturo, & Obsaturo de quibus alibi.

Saturo, saturas. Antiqui dicebant pro saturo πιμπλῶ, πιμπλάω. Varro, Neque in puluere mihi coquam carnes, quibus satullem corpora & famem ventris. Nonius.

Satureia Herba fragrantis odoris, quæ & cuntla dicitur, & origanum Heracleoticum. {θύμβρα. Ital. *Herba satureia* Gal. *sarriette* Hisp. *Axedrea.*} Plinius libro 19. cap. 8. Thymbra, quæ & cuntla. Hæc apud nos habet & aliud vocabulum, satureia dicta in condimentario genere. Venerem emortuam suscitat in cibis sumpta. Vnde ex Græco (vt quidam volunt) nomen sibi vendicauit, quasi satyreia, à Satyris, qui sunt in Veneré proni & salaces vel à virili membro, quod σάτυρον Græci vocant. Dioscorides lib. 1. cap. 41.

SATVRAE palus, quæ & Pontina, iuxta Circeios fuit, XXIII. olim vrbium locus, vt ex Mutiani sententia tradit Plin. lib. 3. cap. 5. Hęc ad viam vsque Appiam peruingebat, vbi & nauibus traiiciebatur, inter Appij Forum, & Auxurem. Virg. lib. 7. -queis Iuppiter Auxurus aruis Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco: Quà Saturæ iacet alta palus, gelidúsq; per imas Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.

SATVREIAM, siue Satureium, σατύριον. Vrbs Calabriæ fuit, non longè à Tarento. ¶ Stephanus quoque autor est, regionem Tarento vicinam Saturium, siue (vt ipse scribit) σατύριον nominari. Sunt tamen qui Saturum legant de quo aliquid suprà in dictione SATVR.

Satureianus, satureiana, satureianum, possessiuum. Horat. libr. 1. Sermon. Saty 6, Me Satureiano vectari rure caballo.

SATVRNIA, σατόρνια. Latij oppidum, à Saturno conditum. Virg. 8. Aen. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem.

SATVRNIANA colonia, Tuscorum vrbs mediterranea Ptolemæo libro 3. cap. 1.

SATVRNINI, Hæretici à Saturnino quodam nominati, qui mundum solos angelos septem, inscio Deo fecisse dicebant.

SATVRNINVS, Tribunus plebis fuit seditiosus, qui quum perniciosis legibus Rempublicam perturbaret, sumptis ex Senatusconsulto armis, in Capitolio occisus est à Scæua quodam Qu. Crotoniis seruitutis ideirco libertas præmij loco data est. Fuerunt multis post annis, qui à C. Rabirio occisum dicerent: quo nomine ille à T. Labieno in iudicium vocatus, & Perduellionis reus factus, à Cicerone defensus est pulcherrima illa oratione, quæ Pro Caio Rabirio Posthumo perduellionis reo inscribitur.

SATVRNIVS, Mons quondam dicebatur, qui postea Tarpeius, deinde & Capitolinus appellatus est.

SATVRNVS, κρόνος, A poëtis fingitur fuisse antiquissimus deorum, qui ex ope coniuge genuit Iouem, à quo postea cælo pulsus est. A Græcis dicitur κρόνος, quasi χρόνος, hoc est tempus. A Latinis autẽ Saturnus, quòd

annis

annis saturetur, vt ait Cic. de Natura deorum: vel quia se in deuorandis filiis saturauit. Ex se enim natos comedisse fingitur, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur. Ouid. Tempus edax rerũ, tũq; inuidiosa vetustas, Omnia destruitis, vitiatáq; dentibus ævi Paulatim lenta cõsumitis omnia morte. Sunt qui Saturnum à satu deducant, quoniam peritiam ruris, & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidam ab eo quod Græci σάτυρον, membrum virile nominant, propterea quòd patris pudenda abscidisse, atque in mare proiecisse dicitur: vnde Venerem procreatam ferunt, quæ à spuma, vnde coaluit, Aphrodites nomẽ accepit. ¶ Fratrem habuit Titanem maiorem natu, qui quum parenti succedere vellet, tamen animaduertẽs matrem sororẽsque Saturno magis fauere, regnum ipsi concessit, ea tamen lege, ne Saturnus prolem masculam tolleret, vt regnum ad suam prolem rediret. Saturnus igitur quum plures liberos deuorasset, nati sunt gemini Iupiter & Iuno: tum mater Iunonem Saturno ostendit, Iouem verò clàm nutriendum ablegauit: adhibitis interim Corybantibus, qui Cymbalorum, tympanorũmque pulsu obstrepebant, ne pueri vagitus audiretur. Saturno autem, quum ille puerũ deposceret vt & ipsum deuoraret, Opis lapidem ei ostendit pannis inuolutum, eũmq; parui illo à se editũ simulabat; quem ille acceptum sine mora deuorauit. Neptunum quoq; clam Saturno Opis peperit, quem similiter clàm educari curauit. Tertio rursus geminos enixa est. Plutonem & Glaucam: vbi rursus Glaucam Saturno ostendit, Plutonem abscondit. Verum detecta tandem fraude, quum Titan resciuisset, fratri prolem masculam, suósque ea ratione regni successione pulsos esse, cum filiis, qui Titani à patre cognominabantur, bellum aduersus Saturnum suscepit, illúmq; & Opem sororem captos, muro inclusit: sed à Ioue filio deuictis Titanibus liberati sunt. Porrò Saturnus ex oraculo edoctus, fore vt à filiis regno pelleretur, quum ob hoc Iouis insidias strueret, abeo regno pulsus, in Italiam profugit, vbi diu apud Ianum regem latitauit: vnde ea pars Italiæ Latium dictũ est. Hoc regnante ætatem auream fuisse fabulantur, terrámque sua sponte expertem vomeris & aratri peperisse fruges: communes, & nullis designatas limitibus agrorum possessiones fuisse.

Saturnius, a, um, vt pater Saturnius, id est Iupiter. Saturni filius: Iuno Saturnia, id est filia Saturni. κρονίδης. Versus quoq; quos olim Fauni, vatésq; canebant, Saturnios antiqui nominabant, vt ait Varro.

Saturnalia, saturnaliorum, Festa septem, seu quinq. dierum mense Decembri Saturno dicata, quibus Romani syntheſin vestem sumebant, seruíq; discumbentibus inseruiebant: munerácque vltro citróque mitti, remittique solebãt. κρόνια. Sueton. in Auguſt. Saturnalibus, & si quando aliàs libuisset, modò munera diuidebat, modò numos omnis notæ.

Saturnalitius, saturnalitia, saturnalitium. Quod ad Saturnalia pertinet. κρονικός. Martia. lib. v, Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ. Saturnalitiæ nuces, apud eundem, lib. 6.

Saturo, saturas, vide SATVR.

Satus, sata, satum, vide SERO.

Satyra, satyræ, penult. corr. σατίρα. Quasi satura dici videtur, ob carminis varietatem, seu propter copiam rerum quæ ibi tractantur. Est enim Satyra carmen maledicum, & ad carpenda vitia compositum, quale scripserunt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Persius. Accepit & id carminis hunc titulum, quòd personis, factisq; satiarum abundare videatur. Quidam à Satyra lance, quæ referta multis, variisque primitiis in sacrificiis diis offerebatur. Alij à lege satyra dictam existimabant, quæ vno rogatu multa simul comprobat. De qua lege Sallustius in Iugurtha. Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Varro à quoda fœminis genere, quod multis rebus referciebatur, dictam satyram esse scribit. Vnde in secundo libro Plautinarum quæstionum habetur, Satyra est vna passa, & polenta, & nuclei pinei ex musto conspersi. Sunt qui à Satyris deriuent, quòd in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæque scribantur: quemadmodum proferti à Satyris solent. Donatus in Terent. Deinde aliud genus fabulæ, id est Satyra, simplex exordium: quæ à Satyris, quos illoros semper, ac petulantes esse legimus, vocitata est. Potest etiam dici, Satyram ideo vocatam, quòd in antiqua Satyra introducebantur Satyrorum personæ, aut si quæ erant ridiculæ, similes Satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuisse constat: alterum antiquius, quod sola carminum varietate constabat: alterum recentius, apertam hominum reprehensionem continẽs, & acrem vitiorum obiurgationem.

Satyricus, σατυρικός, Quod ad Satyram pertinet, aut Poëta ipse qui Satyram scripsit.

Satyricè, aduerbium, Acriter, cũ conuitio.

Satyra alis, vel vt alij legunt, Satyria, à L. Floro pro corno accipitur. Verba eius sunt hæc, Quam singulari certamine Manlius aureum torquem Barbato detraxisset, inde Torquati. Iterum in Pontino agro, quum in simili pugna L. Valerius insidente galeæ Satyra alite adiutus, Gallum vicisset, inde Coruini. Quorum loco illud quidem constat, Satyram auem pro corno accipi: cur tamen ita dicatur, video à pleriſq; omnibus ignorari. Quidam ad naturam eius auis id referunt, quòd sola sit Satyrorum more, & ad libidinem procliuior. Quinetiam Anaxagoras ore cornẽ credidit: quod tamen negat Aristoteles. Olim tamen vulgò ita pertinaſum fuisse satis constat ex hoc Martialis disticho, Cornue salutator, quare salator haberis? In caput intrauit mentula nulla tuum. Verisimilius tamen est, Satyram auem, dictam à loco in quo res gesta est. Constat enim non modò Flori, verumetiam Liuij & Gellij testimonio, singularem hanc Valerij cum Gallo pugnam in agro Pontino factam fuisse: quem agrum palus alluebat, quam Plinius Pontoniam, Virgilius Saturæ, siue Satyræ paludem appellat. Satyra itaque auis dicta videtur, quasi auis Satyræ paludis. Cornuos enim locis aquosis delectari, autor est Theõ apud Aratum, propterea quòd corpora eorum vehementius inaruerint. Vide Cælium Rhod. lib. 19. cap. 25.

SATYRI, σάτυροι. Dicti sunt, quòd in libidinem semper proni sint, à virili membro, quod veteres Græce σάτυρον, appellabant. Hi sunt (vt Plinius li. 7. cap. 2. ait) animalia quadrupedia, in subsolanis Indorum montibus perniciſsima humana effigie, rectè currentia. Veteres huiusmodi monſtra pro syluestribus diis coluerunt: cuiusmodi à D. Antonio visum fuisse in eremis Aegypti, autor est Hieronymus in vita Antonij. Vidit hoc munculum (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in caprarum pedes desinebant. Et præmisso signo crucis, quum quisnam esset, interrogasset Antonius, respondisse fertur, Mortalis ego sum, vnus ex accolis eremi: quos vano errore delusa gentilitas, Faunos, Satyrósque, & Incubos appellat.

Satyrorum insulæ, σατύρων νῆσοι, Sunt tres contra Indiam extra Gangem sitæ, sicut Ptolemæus lib. 7. scribit: quas qui habitant, caudas habere dicuntur, quales Satyris pinguntur.

Satyricum signum, id est Priapi effigies, quæ in hortis constitui solet, ad fascinationes hortorum arcendas. σατυρικὸν ἄγαλμα. Plin. libro 19. cap. 4. Quam rem comitata est, & religio quædam: hortósque & fores tantum contra inuidentium fascinationes dicari videmus. In remedio Satyrica signa: quanquam hortos tutelæ Veneris assignante Plauto.

Satyria, satyriæ, σατυρία, Cibus ex variis compositus herbis.

SATYRVS, Fluuij nomen in Aquitania, cuius meminit Lucanus libro 1, -tunc rura Nemetis Quæ renet, & ripas Satyri qua littore curuo, &c.

Satyriasis, vel Satyrismus, σατυρίασις, σατυρισμός, Pulsus testium, & velut singultus quidam inguinis, sequens inflammatam quandam passionem seminalis receptaculi, cum intentione, & tentigine. Quòd si non cessauerit pulsus ille, solent seminis receptacula intendi, vel spasmus nasci. Satyrismus, inquit Gal. lib. 2, Methodi, est virilis membri præter naturam arrectio, σατυρίαω enim Græcis arrigere est, & rei venereæ pruritu extimulari. Idem & Priapismus dicitur, ab obscœno hortorum custode ducto nomine, qui veretro prægrandi sculpi solet, & erecto.

Satyrion, σατύριον, Herba foliis lilij rubri, aliquanto minoribus, tribus non amplius à terra exeuntibus, caule læui, cubitali modo, radice gemina. Vulgus *Testiculum sacerdotis* appellat. ¶ Est & alterum Satyrij genus, quod ἱερόδουλον cognominant, siue ἱερόπαιδον, Venerem, etiamsi manu tangatur, extimulans. Semen habet lini, eóque maius, durius & læuius. Est & tertium, cognomento Σατυλλᾶς, foliis nigra plumbagine maculosis, reliqua superficie cynosorchi similibus, radix est lutea, crebrisque ramis ad manus effigiem accedens. Officinæ *Palmam Christi* appellant. Denique herbas propemodum omnes, libidinis desiderium extimulantes, Græci Satyrij nomine sunt complexi.

Saucio, saucias, sauciare, Vulnero. ἑκατέρως παίζω. Ital. *Ferire, impiagare.* Gal. *Bleſſer, naurer.* Hiſp. *Herir, llagar.* Cic. 1. Verr. Serui nonnulli vulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciatur. Colum. lib. 6. ap. 14, Ferro palatum opus est sauciare, vt sanguis profluat. Idem lib. 4. cap. 25, Saucianda ferro est atque exulceranda vitis in ea parte qua pampinum studemus elicere. Ouid. 3. de Arte, -tenues à pectore vestes Rumpit & indignas sauciat vngue genas.

Sauciatus, a, um, participium. ὁ τρωθείς, τραυματισθείς. Ital. *Ferito, impiagato.* Gal. *Bleſſé, naure.* Hiſp. *Herido, llagado.* Colũ. lib. 11. cap. 1. Siue quis (quod plerunque accidit) sauciatus in opere noxam ceperit, &c.

Sauciatio, onis, verbale. Vulneratio. ἑκατέρωσις τραῦμα. Ital. *Eſſa ferire, impiagare.* Gal. *Bleſſure, naurure.* Hiſp. *Herimiento de llaga.* Cic. pro Cæcinna, Et sauciatio quæretur, quum fugam factam esse constabit?

Saucius, a, um. Idem quod vulneratus. τραυματίας. Ital. *Ferito, impiagato.* Gal. *Bleſſé, naure.* Hiſp. *Herido con llaga.* vnde Sauciare, idest vulnerare, Virg. 2. Aeneid. Quales mugitus, fugit quum saucius aram Taurus. Cæsar 3. bel. Ciuil. Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. Cic. pro Cæcinna. Nemo, inquit, occisus est, neque saucius. ¶ Transumitur & ad animum: vt Amore saucius. Cic. pro Cælio, ex veteri quopiam Poëta, Medea amore seuo saucia. ¶ Saucius fatigationis, id est fessus, seu fatigatus. Apud lib. 2. de Asino, mihi verò fatigationis hesternæ etiam nunc saucio da veniam.

Sautor, Sautum, vide SVAVIVM.

SAVO, onis, Fluuius est in finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

Saura, σαῦρος, Lacerta quæ in macerijs, & in sepibus delitescit. Est & piscis nomen, quem & Latini lacertam nominant.

Saurites, sauritæ, σαυρίτης, Gemmæ species, quæ in ventre viridis lacertæ traditur inueniri. Plinius lib. 37. cap. 10

SAVROM'ATAE, penult. corr. σαυρομάται. Populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur: quorum alij Asiatici sunt, alij Europæi, Tanaide fluuio discreti: de quibus vide plura suprà in dictione SARMATA.

SAVRVS, Nobilis statuarius, cuius opera commemorat Plin. li. 36. cap. 5.

SAVS, αὖς, Ptolemæo, Fluuius est apud Carnos ortum habens, & circa Liburniæ montes, non procul à Paurono oppido (hodie albam Græcum vocant) in Danubium prolabens.

SAXONES, σάξονες, Illustres Alemaniæ populi, qui Angelæ Reginæ auspicio Angliam deuicerunt. Hos Ptolemæus non longè a Cimbris in Oceani Septentrionali litoribus, & paludibus inuiis constituit, libr. 3. cap. 11.

SAXVM ferratum, & SAXO FORATVM, teste Volaterrano, Oppidum in Picen, atque Vmbriæ finibus situm: ita appellatum à Ferro, propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse earũ reliquiæ ostendunt. Sentinum, σέντινον, à veteribus dicebatur, à Sentino amne iuxta mœnia labente, quem nunc quoque incolæ Sentinum vocant.

Saxum, saxi, Maius, asperius, duriúsque quàm lapis: licet quandoque saxum pro lapide ponatur. λάϊθος. Ital. *Sasso, piedra, quadrello.* Gal. *Caillou, pierre, roche ou rocher.* Hiſp. *Piedra toſca y no labrada.* Cicer. pro Cæcinna, Qui saxa iacerent. Ouidius de Nuce, A populo saxis prætereunte petor. Virgilius 2. Aeneid. Iámque faces & saxa volant, furor arma ministrat. Idem 2. Georg. Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem, Tot congesta manu præruptis oppida saxis. ¶ Voluere saxum dicuntur, qui inexhausto quopiam, atque inutili labore fatigantur. Teren. in Eunucho, Saxi diu iam hoc saxum voluo. Donatus admonet prouerbium fuisse dictum in eos qui inextricabili sudore affligerentur, tractámque putat à notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum volentis. Ad quem respexit & Virgilius 6. Aeneid. Saxum ingens volunt alij, radiisque rotarum Districti pendent, &c. ¶ Ponitur aliquando pro scopulo, seu monte saxoso. πέτρα. Plautus in Mostell. Iterum iam ad vnum saxum me fluctus efferunt. Virg. 1. Aeneid. Pérque vndas superante salo, pérque inuia saxa Dispulit. Ouidius 3. Metam. Per rupes, scopulósque, aditúsque carentia saxa. Virgil. 2. Aeneid. -stupet inscius alto Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Idem 2. Georg. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Saxulum,

Saxiolum,saxuli,diminutiuum.{λιθίον.} Ital. *Piccioli sassi.* Gal. *Petit cailloux.* Hisp. *Pequeños piedras tossca.*{ Cic.lib.1.de Orat.Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam.

Saxetum,saxeti.Locus saxosus, & petricosus.{πετρώδης τόπος.} Ital. *Luogo sassoso,pietroso.* Gal. *Vn lieu pierreux.* Hisp. *Lugar pedroso.*{ Cic. pro Lege Agra. Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit?aut quod est tam asperum saxetum,in quo agricolarum cultus non laboret?

Saxetanus,adiectiuum,Quod inter saxa habitat.πετραῖος,λιθώδης.Mart. lib.7,Quum saxetani ponatur cauda lacerti.

Saxeus,saxea,saxeum.Quod è saxo est.{λίθινος.} Ital. *Fatto di sasso,duro come sasso.*Gal. *De cailloux,ou de pierres,dur comme pierre.* Hisp. *cosa de materia de piedra.*{ Lucretius lib.1,Strataque iam vulgi pedibus detrita viarū Saxea cōspicimus.Lucanus.lib.4.Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu. Ouidius 12.Metamor. -socium quoque saxea moles Oppressit spatio stantem propiore Cometem.Pons saxeus.Lucanus lib.4.

Saxosus,saxosa,saxosum,Saxorum copiam habens:vt, Saxosa via, quæ saxis abundat.{πετρώδης.} Ital. *Sassoso, pien di pietre.*Gal.*Pierreux.*Hisp. *Cosa lleua de piedras tossca.*{ Colum.lib.5 cap.10.Loca aprica, calculosa, glareosa,interdum & saxosa amat.Saxosus frutex in saxis crescens, vel saxosis locis. Plin.lib.15 cap.7. Simillimum huic inest & chameleæ frutici saxoso.Virg.5.Aegloga, -nec quæ Saxosas inter decurrūt flumina valles.Idem 2.Georg.Fluminibus salices,crassissq; paludibus alni Nascuntur,steriles saxosis montibus orni.

Saxatilis,saxatile,penult corr.Quod saxa incolit.{πετραῖος.} Ital. *Ogni cosa che stà fra gli sassi.*Gal *Qui est parmi les pierres,pierreux.*Hisp.*Cosa que esta entre las piedras tossca.*{ vt Pisces saxatilis.Colum.lib 8.ca.16.Rursus optimè saxosum mare nominis sui pisces nutrit,qui scilicet,quòd in petris stabulentur,saxatiles dicti sunt:vt merulæ,turdique, nec minus melanuri.Saxatiles mures,quæ saxa incolūt.Varro 3.de Re rust cap.7, Vnum agreste,vt alij dicunt,saxatile,quod habetur in turribus, ac columinibus villæ,à quo appellatę columbę.Piscatus saxatilis,qui fit inter saxa. Plautus in Rud.Piscatum hamatilem,saxatilémque aggredimur.

Saxificus,saxifica,saxificum,vt Os saxificum:id est vultus aspicientes in saxa vertens.{πετροποιός, λιθοποιός.} Ital. *che converte qualche cosa in saxo.* Gal. *Qui fait deuenir pierre ou caillou,* Hisp. *Cosa que haze à cria piedras.*{ Senec.in Herc.Furen.Tete laborum socia, & aduersis, precor Belligera Pallas,cuius in læua ciet Aegis feroces ore saxifico minas. Ouid.5.Metamor.Vincit,ait, Perseuitemoue tua monstra:tuæque Saxificos vultus,quæcumque ea,tolle Medusæ.

Saxifragum,saxifragi,vel Saxifraga.saxifragę,vel Saxifragia,saxifragiæ, σαξίφραγος Dioscoridi.Herba,à frangendis in corpore calculis appellata:vel quòd in locis saxosis quum enascatur,saxa ipsa frāgat. Vulgus *saluiam vitam* appellat.

Saxi fragæ vndæ,Cicer.3.de Orat.

S ante C

Scabellum,vide SCAMNVM.

Scaber,scabra,scabrum,Propriè idem quod scabrosus.{ψωρολίθης.} Ital. *Aspero,scabroso.*Gal.*Rude & aspre à manier.*Hisp. *Aspero,barranco so.*{ Cato Rei rust.cap.96,Si hæc sic feceris,non scabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt.Colum.lib.7 cap.4, Hoc modo curatum pecus toto anno scabrum fieri non potest. Varro 2. de Re rust. cap. 2, Non enim solùm ea vligo hanam corrumpit ouium,sed etiam vngulas, ac scabras fieri cogit. ¶ Quoniam verò quæ scabiosa sunt,eorum asperam habent, factum est vt scabrum pro aspero ponamus, & impoliro. τραχύς. Virg. lib.1.Georg.Exesa inueniet scabra rubigine pila. Cic.4. Tusc Pectus illuuie scabrum.Celsus lib 7,Ar vbi scabri vngues sunt, circum aperiri debent,quà corpus contingunt.

Scabrosus,scabrosa,scabrosum,Plenus scabritia.{τραχύδης.} Ital. *Roz zo, aspro nel toccare.*Gal.*Scabreux,rude & aspre à manier.*Hisp.*Aspero,barranco so.*{ Plin.lib.20.cap.21,Hippolapathi radices primatim vngues scabrosos detrahunt.

Scabrum,scabri,substantiuum neutri generis,Idem quod scabrities. τραχύτης.Plin.lib.17.cap.2,Infestantur plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube,&c.De crystallis.

Scabratus,scabrata,scabratum,adiectiuum. τραχυπρόσωπος. Colum lib. 4. cap.24,Quo plerunque fit,vt quod præcidi debeat, perfringatur, & sic vitiis laniata scabrataque putrescat humoribus.

Scabredo, inis,Idem quod scabrities, hoc est asperitas, & inæqualitas. τραχύτης. Quo vocabulo vsus est Hieronymus in diui Hilarionis vita.

Scabritia,æ,& Scabrities,scabritiei,Asperitas.{τραχύτης.} Ital. *Asprezza che si sente nel maneggiare.*Gal. *Aspreté & dureté au toucher.*Hisp. *Aspereza.*{ vnde Plinius Vnguium scabritiam dixit. Nonnunquam accipitur pro scabie.Colum.lib.7.cap.5,Potest etiam scabritiem tollere succus viridis cicutæ.

Scabies, scabiei,Asperitas cutis cum pruritu,natura corporis interiora expurgante, noxiósque humores foras expellente.{ψώρα.} Ital. *Rogna, scabbia.*Gal.*La rogne.*Hisp. *La sarna ò semejante.*{ Iuuen. Sat.2, -sicut grex totus in agris Vnius scabie cadit,& porrigine porci, Vnáque conspecta lituorem ducit ab vna. Virgil.3.Georg. Turpis oues tentat scabies,vbi frigidus imber Altius ad viuum persedit,&c. Horat.de Arte, Vt mala quem scabies,aut morbus regius vrget. ¶ Quoniam verò scabiem comitatur pruritus,pruritum autem scabendi cupiditas,& ex frictione quædam voluptas:factum est vt scabies pro voluptatis illecebris accipiatur.Cic.3.de Legibus, Nos voluptatis blanditiis corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carent, non cernimus satis.

Scabiosus,scabiosa,scabiosum.Qui scabie laborat.{ψωρώδης.} Ita. *Rognoso.*Gal.*Rogneux, teigneux galleux.* Hisp.*Lleno de sarna.*{ Persius Sat.2, nonque est scabiosus,& acri Bile tumet. Colum lib.11. cap. 2, Nam si paucioribus diebus detur,vt ait Hyginus,per ver scabiosi boues fiunt.

Scabo,scabis,scabitum,Frico.scalpo.{κνάω,ξύω.}Ital.*Grattare,fregare.*Gal. *Galler,grater.*Hisp.*Rascar la sarna ò comezon.*{Plin. lib. 8 cap. 27, Si verò squamæ obtorpuere,spinis iuniperi se scabit.Horat.1. Sermo. Saty. 10, & in versu faciendo Sæpe caput scaberet,viuos & roderet vngues.

§ CAEA porta,σκαιὰ πύλη, Vbis Troianæ porta fuit,fatali Laomedontis sepulchro nobilitata:ita dicta (vt Grammatici placet) quòd ad sinistrum hoc est Occidentale vrbis latus sita esset. In augurum ritus disciplina,quæ Ortum spectant dextra;quæ Occasum, sinistra dicuntur. Strabo tamen li.13,videtur sentire Scææ portæ nomen à Scais Thraciæ populis sumptum fuisse,cum quibus Troianos multa nomina communia habuisse ostendit.Virgil.1.Aeneid. Et arcentem Xanthi cognomine ritum Agnoscu. Scææque amplector limina portæ.

Scæua,scæuæ.Ital.*Mancina,sinistra.*Gal.*Gauchier,senestre,gauche,mal adroit.* Hisp.*Cosa ỹzquierda.*{ Dicitur qui sinistra manu vtitur pro dextra. Quo nomine dictus fuit fortissimus quidam Cæsaris miles, qui apud Dyrrhachium, magna Pompeianorum vi oppugnatus, multisq; vulneribus acceptis,adduci tamen non potuit vt castelli sibi commissi custodiam desereret.Sueton.in Cæs.Scæua excusso oculo transfixus femore & humero,centum & viginti ictibus scuto perforato, custodiam commissi castelli obtinuit.

SCAEVOLA,σκαιόλας.Qu.Mutij cognomen fuit,inde tractum,quòd ex quo in Porsenæ castris dextram exussisset,eius loco sinistra fuerit vsus. σκαιὸς enim Græci sinistram vocant.Vnde Scævæ, & per diminutionem Scævolæ dicti sunt,qui sinistra dextræ loco vtebantur.

Scala,æ,Scalæ,scalarum,vtroq; modo dicitur,à scandendo, quòd his altiora scandamus,{κλίμαξ,κλιμακίς.} Ital.*Scala.*Gal.*Eschelle.*Hisp. *La escalera.*{ Nam propriè scalæ sunt:quæ ex pluribus gradibus constant. Distinguunt quidam sic, Scala est quæ ex teretibus lignis, aut funibus, altáve materia simili huc atque illuc transferri potest:scalæ verò, quæ latiores habent gradus,& immobiles permanent. De hac Plin. lib.14. cap.1,Etiamnum scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur.De illa Caius Iurisconsultus, Vel scalam scienti accommodauerit ad ascendendum. Sed sæpe confunduntur:& scalæ magis in vsu esse, quàm scala dicimus.Sallust.In Iugurt.Vnæ, atque alteræ scalæ comminutæ sunt:qui superstiterant afflicti sunt. Non dixit,Vna atque altera,singularem numerum tanquam parum vsitatum refugiens.Cic.pro Milone, Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. ¶ Scalæ quibus per pyrum ascendimus,à cochleæ forma cochlides.& cochleæ dicuntur:quæ verò ex ligais teretibus constant,siue cannabinis funibus,à Capaneo inuentæ primùm fuerunt,vt est apud Vegetium de re militari.

SCALABIS,σκαλαβίς.Lusitaniæ oppidum, alio nomine Præsidium Iulium appellatum,teste Plinio lib.4.cap.22.

SCALDIS, Insignis fluuius est in confinio Germaniæ & Galliæ Belgicæ:quas regiones suo alueo ad Septentrionem disterminat, Antuerpiam clarissimum orbis Christiani emporium alluens, marisque æstu refluus,& bissenis quotidie horis versus caput recurrens. Plinius lib.4. cap.17, A Scalde ad Sequanam Belgica. Ibidem cap.15, Toto autem hoc mari ad Scaldim vsq; fluuium,Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.

Scalmus,{σκαλμός.} Ital. *Palascbermo,legno tondo alquale si ligano i remi.*Gal. *La cheuille d'vne nauire,à laquelle on attache l'auiron.* Hisp. *El escalmo ou ouexa el remo.*{ Lignum teres,cui nautæ remos loro quodam alligant:siue ligni crenatū ac fenestratū in aplsidem,capiens remū, vt facilius,& solidius impellatur.Cic.de Clar.Orat.At verò cōtra Crassus ab adolescente deberato,qui quum in litore ambulās scalmum reperisset,eúmq; ob rem ædificare nauim concupiuisset,exorsus est.Idē 1.de Orat Nauicula duorum scalmorū.Idem 3.Offi. Venit ipse maturè scalmū nullum videt.hoc est nullam non modo videt scapham, sed ne scaphæ quidem scalmum. Hinc inter scalmus, & Decem scalmus :de quibus suis locis.

Scalpellum, Scalpet, vide SCALPO.

Scalpo, scalpis,scalpsi scalptū, Idem quod scabo,siue frico.{κνάω,κνίζω.} Ital.*Grattare,intagliare,scolpire.* Gal *Grater,galler,grauer,tailler.* Hisp *Escarnar,rascar,ò raspar.*{ Plin.lib 9.Arrisitq; petræ scalpentes pisces pruritos inuadit Iuuen Saty 9, -vndiq; ad illos Conuenunt,& carpentis,& nauibus omnes Qui digito scalpunt vno caput. Colum lib.7.cap.5, Vitiosum locū pecudes aut morsu scalpunt,aut cornu, aut vngula rōdunt.

Scalpere,Item gallinæ,cæteræque id genus aues dicuntur,quum escā humi quærentes,pedibus dissipant quisquilias. ¶ Scalpere item gemmam, aut aliquid aliud,inquit Diomedes,dicimus, non sculpere: quod si verum est,innumeri ferè libri mendosi erunt, in quibus sculpo, seu ptor, sæpissimè occurrunt.γλύφω.

Scalptor,scalptoris,Qui scalpit. vt Scalptor gemmarum.{γλύπτης.} Ital. *Intagliatore,scultore.* Gal *Tailleur ou graueur.* Hisp. *Escarnador, escalpidor,ò entallador.* Plin.lib 37,Expetuntur à scalptoribus, ferróque includuntur,nullam non duritiam ex facili cauantes.

Scalptura,scalpturæ, Scalpendi actio.{γλυφή.} Ital *Intagliatura, scultura.* Gal.*Taillure ou graueure.*Hisp *Escalpidura ò entalladura.*{ Plt.li 37.c.7. Omnia autē hæc genera,scalpturæ contumaciter resistit Diomedes grammaticus,Scalpturā dici probat,non sculpturā:Scalpta (inquit) gemma dicendum est,non sculpta:quoniā adiecta præpositione facit insculpta.

Scalpturatus,adiectiuum.{τορευτὸς,ἀνάγλυφος,ἐγγλυφίς.} Ita. *Intagliato.* Gal. *Enciſe ou engraué.*Hisp.*Escalpido ò entallado.*{ vt, Pauimētum scalpturatū. Genus pauimenti,quod & vermiculatum dicitur,quod Romæ primum fieri cœpit post tertium Punicum bellum ex tessellis minutis, diuersicoloribus,vt in templis antiquis. ἀσσαρωτὸς. Nos Musiarū opus dicere solemus.In his pauimētis picturæ radēdo fiebāt,quomodo nūc scalpturata albaria in exteriore parte parietum ac muriorū fiunt.Alij volūt scalpturatū pauimentū esse,quod scalpturis variorū lapidum & quibusdam veluti imbricibus compositū est ad ornatū. Plt.li.37 c.25, Romæ scalpturatum pauimentum in Iouis Capitolini æde primùm factum est.

Scalpturio,scalpturis,scalpturiui,scalpturitum,Propriè desiderativū verbum est, idem ferè significans quod prurio. vel ob pruritum scalpendi desiderio teneor.{κνησιῶ,κνησιάω,} Ital.*Raspare.* Gal *Grater.* Hisp. *Rascar,ò tener gana de rascar.*{ Plautus tamen in Aulul pro simplici scalpo posuit,Vbi eras hæc defossa,occepit ibi scalpturire vngu bus.

Scalper, scalpri, Idem quod scalprum, hoc est chirurgicum instrumentum,quo caro putrefacta, aut os vitiosum excidi tur.{γλυφίς.} Ital. *Lancetta da barbiero ò di chirurgico.*Gal. *Vne lancette de barbier ou de chirurgien* Hisp.*El rascador,instrumento para rascar, ò lanceta.*{ vnde & Excisorius scalper dicitur.Celsus li.8.c.3,Tūc excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus,id quod intus est,ferūq; medium est excidit.

Scalp

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scalprum, scalpri, Ferramentum quo quid inciditur, aliis atque aliis artificibus alios atq; alios præbens vsus. {σκαλπέλιον. Ital. *Scarpello.* Gal. *Instrument ou ferrement à tailler, graver, racler, ou lancette, ou trenchant, ou trenchet.*] Hisp. *El buril ò trinchete ò raspa.*] Interdum enim Chirurgorum est instrumentum, quo illi carnem putrefactam, vel ossa vitiosa excidunt. Celsus lib. 8 cap. 7. Tum demum ad manum scalprúmque veniendum. ¶ Scalprum librarium, quo ij vtuntur qui libros describunt, ad eradendas lituras. Sueton. de Vitellio, Scalpro librario venas sibi incidit. ¶ Scalpra sutoria. Horat. 2. Serm. Saty. 3, Si scalpra, & formas non sutor, nautes vela Auersus mercaturis, delirus, & amens Vndique dicatur. ¶ Fabrile scalprum Liuius appellat, quo magistri elephãtos interimebant, inter aures beluæ adacto, in ipsa compage qua coniungitur capiti cervix. ¶ In falce quoque putatoria scalprum dicitur ea pars quæ à ferro procurrit. Colum. lib. 4 cap. 25, Quæ pars vinitoriæ falcis à ferro procurrit, scalprum: quod deinde aduncum est, rostrum appellatur. Cato de Re rust. Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum aut oleam esse voles: deinde librum scalpro eximito.

Scalpratus, scalpiara, scalpratum, adiectiuum. σκελετώδης, ξυστός. Colum. lib. 9. cap. 15. Ferramentum scalpratum dixit ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad castrandos apum alueos.

Scalpellum, scalpelli, diminutiuum, Significans instrumentum Chirurgorum quo venam aperiunt. {φλεβότομον. Ital. *Lancetta da barbiero ò chirurgico.* Gal. *Vn petit burin ou lancette.* Hisp. *Lanceta para sangrar.*] Celsus lib. 2. cap. 9, Postero die aperso medio digito, non autem scalpello, vena secanda, vt recens coitus eius resolvatur. ¶ Accipitur & pro alio ferramento quo putridam carnem excindunt. Colum. lib. 6, Ferro cæsa scabies perluatur vrina. Etiam sæpe scalpello vsque ad imum resecare, & amputare scabiem, sæpe profuit. Cic. in Oratore pro Sestio, Non est (inquit) ea medicina, quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ carnificina est ista, & crudelitas.

SCAMANDER, σκάμανδρος, Fluuius Troiæ, ex Ida monte descẽdens, quem Hesiodus δῖον σκάμανδρον, id est diuinum Scamandrum appellauit. Antea Xanthus dicebatur: quod & Homerus nouit, quum eũ ab hominibus quidem Scamandrum, à diis verò Xanthum vocari ait, suo more vetustiorem appellationem diis, recentiorem hominibus assignans. In hoc fluuio sponsæ iam nupturæ sese abluebant, Scamandriũ nominatim his verbis inuocantes, λάβε μὲν Σκάμανδρε νύμφας παρθενίας. Qua occasione vsus Cimon quidã Athenien sis, quum Callirrhoes generosæ puellæ amore teneretur, quæ iam viro desponsata erat, in Scamandri virgultis sese occultauit, capútq; arũdine coronauit: quimque illa ex more lauaretur, carmẽque solenne caneret, Scamandrum, vt virginitatem suam, accipẽret, inuocans, Cimon è virgultis prosiliens, Ego verò (inquit) accipio lubens. virginémq; in ripam sustulit: vbi & vitium ei obtulit. Vide hac de re plura in Episto. Aeschinis. ¶ Fuit & Scamander nomen filij Hectoris & Andromaches: quem tamen Troiam Astyanacta, hoc est ciuitatis principem vocare maluerunt, Hectori id honoris tribuentes, cuius virtute Ilium nouem perpetuos annos fortissimè erat defensum. Vide Homerum 5. Iliad.

SCAMANDRIA, σκαμανδρία, Vrbs parua à portu Ilienſi parum remota. Plinius lib. 4 cap. 30.

Scammonia, vel scãmonea. {σκαμμωνία. Ital. *Scammonea herba.* Gal. *Scammonie ou framonee.* Hisp. *La escamonea.*] Herba est à radice ramosa, pinguibus foliis triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa: quæ excauata, succum emittit, quam scammonium appellant. Vide Plin. libro 24 cap. 15. & Cic. de Diui.

Scamnum, scamni. Est quod lecto veluti gradus apponitur, vt per id in lectum facilius ascendatur. {κλῖμαξ. Ital. *Scanno, bancho.* Gal. *Vn banc, vn marchepié.* Hisp. *Escaño ò bancho para se assentar.*] Varro scribit scamnum esse quo duplici gradu in lectum altiorem conscendebant: scabellum, quo simplici scansione in lectum non altum scandebant. ¶ Interdum tamen & scamna dicuntur quæ pedibus sedentium subiici solent, quæ Græci ὑποπόδια vocant. Ouidius in arte, Et casa sub tenerum scamna dedisse pedem. ¶ Item scamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos sulcos in colendo relinquitur. Plinius, Scamna inter duos sulcos cruda relinquantur. Columella lib. 2. cap. 2, vocat scamnum crudum, solum immotum, miniméque aratro prosciissum. Idem lib. 3. Duabus gemmis supra terram eminere passi reposita humo, cætera coæquant: quæ faciunt in eadem linea, intermissis totidem pedum scamnis, dum peragant ordinem. ¶ Quandoque etiam scamna accipiuntur pro ipsis sedilibus in quibus sedere consueuimus. Ouid. lib. 1. Fasto. Ante focos olim scamnis considere longis Moserat. ¶ Scamna etiam in arboribus dicuntur rami, & brachia sedilium vsum præbentia. Plinius lib. 12. cap. 1, Aliud exemplum Caij principis in Veliterno rure mirati platani vmus tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulari, &c.

Scabellum, Scamnũ exiguum, quod sedentium pedibus subiicitur, {ὑποπόδιον. Ital. *Bachetta, scabello, deschetto.* Gal. *Scabeau, scabelle, ou petit bãc.* Hisp. *Escaño chico, banquillo.*] Cicero pro Cælio, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. ¶ Scabellum item, teste Varrone, dicitur illud quo simplici scansione in lectum conscendimus. Quod si duos habeat gradus, iam non scabellum, sed scamnum dicitur, à scandendo. Vide paulo antè in dictione SCAMNVM.

Scabile, scabilis, neutri generis, Idem quod scabellum. ὑποπόδιον. Cato cap. 10, Scamnum in cubiculo vnum, scabilia tria, sellas quatuor.

Scandalides palmæ, vide SANDALIDES.

Scandalum, scandali, {σκάνδαλον, σκῶμμα, πρόσκομμα. Ital. *Scandalo, offensione.* Gal. *Escandale, eſclandre, offense.* Hisp. *Trompeçadero, estropeço, escandalo.*] Græca vox est, quam nos offendiculum, vel ruinam, vel impactionem possumus dicere. Quando ergo legimus, Quicunque de minimis scandalizauerit quempiam: intelligimus qui dicto, factove occasionem ruinæ, siue cadẽdi cuiquam dederit.

Scandalizo, scandalizas, σκανδαλίζω, Quod est alicui scandalum præbeo, aliquem offendo.

SCANDINAVIA, Insula est Oceani Septentrionalis, quam Plin. lib. 4. cap. 13, incomperiæ magnitudinis esse scribit. Quidam alterum terrarum orbem appellau ere: nonnulli etiam Officinam gentium, eo quòd inetedibilem mortalium vim identidem effuderit, qui ad quærendas nouas sedes orbem peragrantes, cuncta cladibus & vastitate impleuerunt. Hodie satis constat insulam non esse, sed ad ortum supra Liuoniam continenti adhærere. Tenent eam Suedi, Norwegi, Gothi, innumeræque aliæ barbaræ gentes.

Scandix, σκάνδιξ. Oleris syluestris genus, gingidio simile, amarum & subacre, quo tenuiores in cibo vtebantur. Athenis olim notissima erat subacre, quo tenuiores in cibo vtebantur. Athenis olim notissima erat Aristophanis Poëtæ in Euripidem dicteriis: quibus illi obiecit, matrem eius ne legitimum quidem olus, sed scandicem venditasse. Vide Plinium lib. 21 cap. 15.

Scando, scandis, scandi, scansum, Idem quod ascendo. {βαίνω. Ital. *Ascendere, andare in su, andare all' alto.* Gal. *Monter amont.* Hisp. *Subir arriba.*] Cic. in Catone, Vt siqui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, quum alij scandãt malos, alij per foros cursent. Virgil. 2. Aeneid. Scanduntque alij funem, & nota conduntur in aluo. Liu. 3. ab Vrbe, Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo. Liu. 3. ab Vrbe, Exquilias quidem ab hoste propè captas: & scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submouit. ¶ Scandor, eris passiuum Plin. li. 14. cap. 1, Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianę scanditur vite vna Cypria. Hinc Scalæ dictæ sunt, per quas in altum ascendimus. ¶ Scandere in subrectum, dixit Plinius lib. 10. cap. 18 pro eo quod est felium modo ascendere. ¶ Huius composita sunt, Ascendo, Conscendo, Inscendo, Superscando, & Transcendo: quorum significata vide suis locis.

Scansilis, scansile, penult. corr. Ad quod facilè ascenditur. {ἀναβατός. Ital. *Cosa si può ascendere facilmente.* Gal. *Aisé à monter.* Hisp. *Cosa que se puede subir.*] Plinius lib. 17. cap. 11, Ficúmque sic etiam scansilem fieri. ¶ Scansilis annorum lex à Plinio lib. 7. cap. 49, dicitur, per quam ad ætatem veluti quibusdam annorum gradibus ascendimus.

Scandulaca, (inquit Festus) Herba est frugibus inimica, quòd eas velut hedera implicans necat. Creditur esse secunda species clematidis, quam Latini conuolulum vocant.

Scandulæ, scandularum, {σχιδάκια. Ital. *Cantinelle.* Gal. *Petis ais ou aiſſelles, & bardeaux à couurir maisons.* Hisp. *Ripias de madera rajada.*] Paruæ tabellæ, è ligno in tenues laminas scissæ, quibus ante inuentas tegulas ædes tegebantur. Constat enim Romam ad bellum vsque Pyrrhi, hoc est annos CCCCLXX, scandulis tectam fuisse. Fiunt autem ex robore, abiete, & picea fissis, vel assulatim desectis. Dictæ scandulæ, à scindendo, quasi scindulæ: vel à scandendo, quoniam in culminibus rectorum, ad regulas, imbricésq; sustinendos collocantur, quò scandentes peruenire solemus. Inde Tectum scandulare, quod ex scandulis constat.

Scantiana poma, à Scantio inuentore dicta, quæ Cato tradit in doliis optimè condita: referente Plinio lib. 15 cap. 14, Scantiana vua, à Varrone dicta est, quæ alio nomine Amminea maior appellatur: vt refert idem Plinius lib. 14. cap. 4.

Scapha, scaphæ, Nauicula parua, quæ in maiori naui circumuehitur, vel eam ponè assequitur. {σκάφη, σκάφος. Ital. *Barchetta, batello.* Gal. *Nasselle, barchot.* Hisp. *Esquife, pequeña barca.*] Cic. 2. de Inuent. Postea aliquantò ipsos quoque tempestas vehementius iactare cæpit vsquadeo vt dominus nauis, quum idem gubernator esset, in scapham confugeret. Iustinus lib. 2. Scapham pro piscatoria nauicula posuit. Vbi (inquit) solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha traiecit trepidus. Liuius 5. belli Pun. Quum mersissent eas in alto, excepere in præparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces cementiebantur. Dicta est autem scapha ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, hoc est ab excauando, propterea quòd primùm ex prægrandi arbore cœptæ fiant excauari.

Scaphium, scaphij. {σκάφιον. Ital. *Necessario, cacatoio.* Gal. *Pot à pisser, ou chaire percee.* Hisp. *Seruidor ò orinal.*] Vasis genus, quo excrementa tam liquida quàm sicca excipiuntur: à quadam scaphæ similitudine nomen habens. Proprie autem mulierum erat, quemadmodum lasanum virorum: vt annotauit Iulius Pollux Onomastici sui lib. 10. cap. 9. Vlpianus l. Qu. Mutius. Digest. de Auro & argen. leg. Legato argento, puto habita ventris causa scaphia non contineri. ¶ Erat item scaphium, ferramenti genus, quo athletæ exercendarum virium gratia terram effodiebant, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, hoc est à fodiendo dictum. Latini ligonem vocant. Vnde Plutarchus in Arato, athleticam ei speciem fuisse tradit, à pugilum victu & scaphio non abhorrentem. In qua item significatione à Iuuenale positum existimant, Saty. 6, vbi virtutes mulierum exercitationes insectatur, ne à pugilum quidem & palæstritarum armis abstinentium.

Aspice (inquit) quo fremitu monstratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curuetur pondere, quanta
Poplitibus sedeat, quàm denso fascia libro.
Et ride, scaphium positis quum sumpserit armis.

¶ Erat & scaphium vas æneum, in quo styli in medio siti proceritas horarum ductus discriminabat. Vitruuius scaphem, & hemisphærium appellat. Plutarchus in Numa, Scaphium appellat, quo ignis sacer extinctus, solis tantum radiis accendebatur. Suidas præterea Scaphion, εἶδός τι κοπίδος, hoc est tonsuræ quoddam genus interpretatur: citátq; Aristophanem in Vespis, τὸ δ' ἐπὶ τῷ ψίλῳ ἐστηκὸς, σκάφιον κεκαυλιμμένον. hoc est, Tu verò Copsicho similis es, cui reuulsum est scaphium. ¶ Athenæus quoque lib. 4. Scaphium inter vasa potoria enumerat. In qua significatione videtur & Plautus accepisse in Sticho, Quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, baticeis vtuntur.

Scapilium, scapilij, Veteres pro tergo vsurparunt, & aliquando pro ipsa scapula. νῶτα. Vnde & spatium quod inter scapulas quasi vallecula est, inter scapilium dicitur.

SCAPTENSVLA, (inquit Festus) locus in Macedonia, vbi argentum fodi solebat, à σκάπτω fodio. Lucret. lib. 6, Quales expirat Scaptensula subter odores. Rectius tamen videtur Scaptesula legi posse, siue n. Apud Stephanum enim scribitur σκαπτήσυλη, quanquam ille in Thracia, non in Macedonia, eam collocet. Quod discrimen nõ est magni momenti: quippe quum ne inter celeberrimos quidem Geographos satis conueniat de Macedoniæ, Thraciæque terminis, aliis Strymone amne, aliis Nesso eas terminantibus.

SCAPTIA, Latij oppidum fuit, teste Pli. li. 3. ca. 5, à quo Scaptia tribus.

Scapulæ, scapularum, Propriè dicuntur ossa duo in posteriore corporis parte,

parte, figura ſcoquetta, externa facie tumeſcente, interiore reducta. extrema ſui parte in acetabula quædam deſinentia, quæ humerorum capita excipiũt. {ὠμοπλάτη. Ital. *ſpalle, homeri.* Gal. *Eſpaules.* Hiſp. *Las eſpaldas, los hombros.*} Celſus etiam ſcopula operta nominat lib. 8. ca. 1. Paſſim tamen apud ſcriptores ſcapulas acceptas inuenies pro tota illa regione quæ ponè pectori obiecta eſt. Plaut. in Afinar. Mirabar quid dudum ſcapulæ geſtibant mihi, Hariolarique occœperunt, ſibi eſſe in mundo malum. Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. Lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis, ſpina maximè duplici. Claudian. 1. in Eutrop. -qua miſeri ſcapulas ſuccumbimus arte?

Scapularis, ſcapulare, adiectiuum: ὠμικὸν. vt Scapularis ſeruus, cuius ſcapulæ ad flagra denudantur, quique tergum habet aſſiduis verberibus liuidum. Scapularis veſtis, qua ſcapulæ tegũtur.

Scapus, ſcapi, Ab architecturæ peritis dicitur ipſum columnæ corpus quod eſt inter baſim & epiſtylium. {σκᾶπος. Ital. *Il corpo della colonna.* Gal. *Le corps ou membre d'vne colonne.* Hiſp. *El cuerpo ò aſtil dela columna.*} Scapus (inquit Budæus) corpus columnæ: nam quod ſuper columnam imponitur, capitellum, vel epiſtylium vocatur: infrà ſcapum, ſpira, quæ baſis ſæpe appellari ſolet: infráque ſpiram, ſtylobates. Vitruuius lib. 3. cap. 3. Scapis columnarum ſtatutis, capitulorum ratio. &c. Et paulo pòſt, In ſummis columnarum ſcapis. Et cap. 4. Qua craſſitudine fecerunt baſim ſcapi. ¶ Scapus item in herbis dicitur caulis ſimplex in ſtyli modum ſurrectus. {ὁ καυλὸς περιγείοιος. ὁ βότρυς. Ital. *Gambo tronco di herbe.* Gal. *La tige des herbes.* Hiſpa. *El tallo ò aſtil delas yeruas.*} Ruellius lib. 2. cap. 2. Radix eſt id quo alimentum allicitur, & tetræ cohæret: caulis verò, in quod idem defertur nutrimentum, ſimplexque ſuper terram aſſurgit: iis ſi in ſtyli modum ſurſum prorepat, aut in altum feratur, ſcapus Latinis nominari conſueuit, ducta à columnaribus ſcapis ſimilitudine. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 31. ad finem. Vicia dicta à vinciendo, quod item capreolos habet vt vitis, quibus cum ſurſum vorſum ſerpit, ad ſcapum lupini, aliúmve quem vt hæreat, ſolet vinciri. Plin. lib. 18. cap. 10. Inuentus eſt iam & ſcapus vnus centum fabis onuſtus. His conſtat claſſicis autoribus ſcapum pro caule frequenter vſurpatum. Idem quoq; quod in virgulæ modum, vel teli rectitudine conſurgat, thyrſi nomen ſibi vendicat Hactenus Ruellius. ¶ Scapus cardinalis, rectum illud, & paulò craſſius lignum in valuis quo fores ipſæ ſuſtinentur, & reguntur præcipuè: & cuius capitibus, ſeu ambabus extremitatibus in ſuperiori & inferiori cardine, inſertis valuæ ipſæ voluuntur, aut aperiendæ, aut claudendę. Vitruuius lib. 4. cap. 6. Fores ita compingantur, vti ſcapi cardinales ſint ex altitudine limitis totius duodecima parte: inter duos ſcapos tympana ex duodecim partibus. &c. ¶ Scapos item nonnulli appellant tenues illos, ligneoſoſque ramuſculos, è quibus vuarum acini dependent. Varro lib. 1. Rei ruſticæ, cap. 54. Quæ calcatæ vuæ erunt, eorum ſcapi cum folliculis ſubiiciendi ſunt ſub prælum. Quo tamen in loco alij ſcopi legendum exiſtimant.

Scarabeus, penult. prod. Inſecti genus, teneras habens pennas, & ob id cruſta ſuperueniente tectas, ſtercore potiſſimùm ſeſe alens. {κάνθαρος. Ital. *ſcarafaggio, ſcauratore.* Gal. *Eſcarbot.* Hiſp. *Eſcarauajo.*} Varia eius ſunt genera. Sunt enim grandiores, cornua prælonga habentes, biſulcis denticulata forcipibus, in cacumine quum liber, ad morſum coëuntia, quæ infantibus remedij vice ex collo ſuſpenduntur. Hos Nigidius lucanos appellat. Alij ex ſimo ingentes pilas auerſis pedibus volutantes, paruóſque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus ſui nidulantes. Hos Aegyptij ſacerdotes ſummo venerabantur cultu, animatam Solis imaginem eſſe putantes, vt ſcribit Euſebius de Præpar. Euan. Volitant alij magno cum murmure, & quodam quaſi mugitu. Alij locos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno ſtridore vocales. Scarabeorum generi adſcribuntur & Lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compreſſu obumbratæ, non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicuæ. Sunt & alia ſcarabeorum genera, quæ vide apud Plin. lib. 11. cap. 28.

SCARDONA, σκάρδονα. Inſula in mari Adriatico, adiacens Illyrico, teſte Ptolemæo, lib. 2. cap. vltimo. In ea ſunt duæ vrbes, Collentum & Arba. Vulgò *Scarda.*

Scarifico, ſcarificas, Scalpello aperio, leuiter vulnero, quò aliquid facilius exeat. {ἐπιχαράσσω, ἐπιτίω. Ital. *Far piccioli tagli nella carne, perche ne eſca piu facilmente il ſangue.* Gal. *Scarifier, faire petites inciſions & ouuertures afin que le ſang ou autre humeur ſorte.* Hiſp. *Faſſar para ſacar ſangre.*} Plin. lib. 32. cap. 7. Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis. Scarificare dolorem, id eſt ſcarificando dolorem expellere. Idem lib 28. cap. 11. Præterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maximè ſimile: hoc ſcarificati dolorem putant.

Scarificatio, verbale, {ἐπιχάραξις. Ital. *Eſſo dare tagli piccioli.* Gal. *Scarification.* Hiſp. *Obra de faſſar para ſacar ſangre.*} dicitur leuis vulneratio, quum aut arborum cortex, aut animalis cutis leui inciſione aperitur. Plin. libro 17. cap. 17. Interim eſt & ſcarificatio quædam in remediis, quum macie cotticis ex ægritudine aſtringente ſe, iuſtóque plus vitalia arborum comprimente exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes, perpetuis inciſuris diducunt, ac veluti cutem laxant. Colum. lib. 6. cap. 12. Si ſanguis adhuc ſupra vngulas in cruribus eſt, aſſidua ſcarificatione diſcutitur.

Scarites, ſcaritæ, σκαρίτης. Gemma eſt quæ ſcari piſcis colorem refert, vt ait Plinius lib. 37. cap. 11.

SCARPHEA, ſiue Scarphia. pen. prod. σκάρφεια. Inſula Helladi adiacens, in mari Aegæo, non procul ab Attica, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Eſt & Scarphia, vrbs Locrorum Epicnemidiorum, decem ſtadiis diſtans à mari, teſte Strabone lib. 9. à Stephano Phocidi falsò aſſignata.

Scarus, ſcari, σκάρος. Piſcis nobiliſſimi genus, mari Carpathio maximè frequens, qui ſolus piſcium ruminare dicitur, & herbis, non aliis piſcibus veſci. Lecton Troadis promontorium ſponte non excedit. Hunc Optatus Elipertius claſsis ſub Claudio præfectus, à mari vſque Carpathio petitum, nauibúſque aduectum, inter Oſtienſem & Campaniæ oram diſſeminauit: adhibita etiam cura, vt proximo quin quennio capti, mari redderentur: vt refert Plinius libro 9. cap. 17. Oppianus, Hic ſcarus ſaxa frequentat, Quj mites inter piſces clamore tremendo Intonat, & ſolus pallentes ruminat herbas. Horat. 2. Serm. Saty. 2. -pinguem vitiis, albúmq;, nec oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.

Scateo, ſcates, ſcatere, Emanare, erumpere, ebullire, & ita plenum eſſe, vt exiliat quod continetur: propriéque de fontibus dicitur, quum vena aquæ copiam non capiens, foras eam expellit. {βλύζω, πηδάλιζω, πηδάω, σκαίρω. Ital. *Vſcire, ſorgere fuori.* Gal. *Bouillonner, getter ſources, abonder.* Hiſ. *Bullir lo que mana.*} Cic. 1. Tuſcul. Fontes ſcatere, prata herbis conueſtiri. Ablatiuo aliquando iungitur. Plaut. Aulul. Quæ mihi inter bibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenen poteſt. ¶ Per tranſlationem accipitur pro abundare. Horat. 3. Carm. Ode 27. Scatentem belluis pontum. Colum. lib. 6. cap. 16. Solent etiam neglecta vlcera ſcatere vermibus. ¶ Aliquando etiam pro exagitari, ſiue æſtuare: idq; aliquando cum genitiuo. Gellius lib. 1. cap. 17. Iraſúmque & moleſtiarum muliebrium per diem, pérque noctem ſcatebat. Nonnunquam etiam cum accuſatiuo, dependente à præpoſitione ob, vel propter, ſubaudita. Plau. Perſa, Potin'ne me moneas? memini & ſcio, Et calleo, & commemini: amas pol miſeratiò tuus ſcatet animus.

Scatebra, ſcatebræ, pen. corr. Ebullitio aquæ è terra exilientis: {βλυσμός. Ital. *Fontana.* Gal. *Vne ſource.* Hiſp. *Aquella obra de bullir para manar, bullidura.*} Virg. lib. 1. Georg. Scatebriſque arentia temperat arua. Plin. lib. 31. cap. 10. Mirum eſt & illud, ſcatebra fonticuli ſemper emicante, lacum nec augeri, nec effluere. Idem lib. 5. cap. 1. Eundem opacum, nemoroſúmque, & ſcatebris fontium riguum, quà ſpectat Africam, fructibus omnium generum ſponte ita ſubnaſcentibus, vt nunquam ſatietas voluptatibus deſit.

Scaturigo, pen. prod. genitiuo, ſcaturiginis, Idem quod ſcatebra. πηγή, ἀναβλυσμός. Colum. lib. 3. cap. 13. Nam præſtat non conſerere, quàm in ſumma terra ſuſpendere, niſi tamen ſcaturigo paluſtris obuia, ſicut in agro Rauennate, plus quàm ſeſquipedam prohibeat infodere. Plin. lib. 33. ca. 3. In nigra ſcaturigines non ferè ſunt perennes.

Scaturiginoſus, adiectiuum, In quo abundant ſcaturigines. {πολυπήγαιος, ἀναβλυστικὸς καὶ πολύρρυος. Ital. *Pieno de fontane.* Gal. *Plein de ſources.* Hiſp. *Lleno de tales bullidoras.*} Colum. lib. 5. cap. 8. Creta ex toto repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa, & in qua ſemper vligo conſiſtit.

Scaturio, ſcaturis, Pro ſuo primitiuo Scateo ponitur, quod propriè fontium eſt: quanuis etiam per tranſlationem accipiatur pro quouis modo abundare. {βλύζω. Ital. *Saltare fuori, ſorgere.* Gal. *Getter ſources, ſourdre.* Hiſp. *Bullir lo que mana, ſalir hazia arriba.*} Colum. lib. 5. cap. 1. Modicè tamen roſcidum ſolum, quod fontibus non in ſummo, non in profundo terræ ſcaturiat, ſed vt vicinum radicibus humorem ſubminiſtret.

Scatinia lex, Qua præpoſteræ veneris vſus coërcebatur: ita dicta à Scatinio latore. Iuuen. Satyr. 2.

Quòd ſi vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia.

Scauri, {σκαῦροι. Ital. *Chi hanno le caueccbie groſſe.* Gal. *Qui ont les talons gros, piebots.* Hiſp. *Los que tienen los pies tuertos.*} Dicti ſunt qui tales pedum tumentes, ac porrectos habent, vel quibus pedes inflexo talo tardigradi ſunt. Hora. lib. 1. Sermon. -illum Balbutit Scaurum pravis fultũ malè talis. Ab huiuſmodi pedum vitio cognomen traxit, qui primus in Aemylia gente SCAVRVS dictus eſt. Fuit autem SCAVRORVM familia Romæ in primis illuſtris: ex qua fuit Marcus Aemylius Scaurus, princeps Senatus, cuius patrem adeò inopem tradunt fuiſſe, vt quamuis nobiliſſimus eſſet, carbonariam tamen vitæ ſuſtinendæ cauſa exercere cogeretur. Quinetiam Marcus ipſe primùm addubitaſſe fertur, num ad argeotariam ſeſe, an potius ad forum & curiam conferret. Verùm quum eloquentiæ ſemper ſtudioſiſsimus fuiſſet, foro magis idoneus ſibi viſus, breui magnam ſibi gloriam peperit. Et cæteros quidem magiſtratus ex ordine adeptus, ita eos geſſit, vt Conſulatu digniſsimus videretur. Magno itaque nobilitatis ſtudio Conſul factus, Ligures & Cantiſcos domuit, & de iis triumphauit. Cenſor deinde creatus, Aemylium ſtrauit, põtémque Aemylium extruxit. Filium ſuum, quòd in ſaltu Tridentino hoſti loco ceſſerat, in conſpectum ſuum veniſſe vetuit: quod tam ægrè tulit adoleſcens, vt ſibi ſponte necem conſciſceret. Idem in Africam legatus miſſus, vt Iugurtham ab oppugnatione Cirthæ, & obſidione Adherbalis auocaret, quum re infecta redijſſet. Senatui autor fuit belli aduerſus Iugurtham ſuſcipiendi. Quo tamen in bello, quum L. Calpurnij Beſtiæ legatus eſſet, auaritiæ quoque eius & rapinarum particeps creditur extitiſſe: quæ res, vitæ ante actæ ſplendori haud exiguam offudit labem. ¶ Scaurus alter, ſuperioris filius, & Syllæ priuignus fuit: de cuius Aedilitate ſic ſcribit Plin. li. 36. cap. 15. Non patiemur duos Caios, vel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui: docebimúſque etiam inſaniam eorum victam priuatis operibus M. Scauri, cuius neſcio an Aedilitas maximè proſtrauerit mores ciuiles, maiúſq; ſi: Syllæ malum tanta priuigni potentia, quàm proſcriptio tot millium. Hic fecit in Aedilitate ſua opus maximum omnium quæ vnquam fuerunt humana manu facta, non temporaria mora, verumetiam æternitatis deſtinatione: Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine CCCLX. columnarum. in ea ciuitate quæ ſex Hymettias non tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. Ima pars ſcenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiam poſtea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ, vt diximus: imæ duodequadrageno pedum. Signa ærea inter columnas, tria millia numero. Cauea ipſa cepit hominum octoginta millia, quum Pompeij amphitheatri, toties multiplicata vrbe, tantóque maiore populo, ſufficiat largè XL. M. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, exteróq; choragio fuit, vt in Tuſculanam villam reportatis quæ ſuperfluebant, quotidiani vſus deliciis, incenſa villa ab iratis ſternis, concremaretur ad ſeſtertium millies. Hæc Plinius. ¶ Fuit præter hos & Aurelius Scaurus, qui quum legatus aduerſus Cimbros infœliciter pugnaſſet, fuſo exercitu vius in hoſtium manus peruenit. Quúmque ab iiſdem in concilium adductus, de ratione belli aduerſus Romanos gerendi interrogaretur, magnopere iis diſſuaſit ne Alpes traijcerent, populum Romanum bello inſuperabilem eſſe aſſerens: quod eius reſponſum tanta indignatione excepit Bolus, hoſtilium copiarum rex, vt protinus impetu in eum facto, multis vulneribus eum confixerit.

Scazon, ſcazontis, σκάζων. Carminis Iambici trimetri genus, in quinta

Universidad de Deusto
Biblioteca

sede Iambum, in sexta habens spondeum, in cæteris nihil differens à recto Iambico. Nos delumbes, siue claudos Iambos nominare possumus. Χωλίαμβος enim claudicare est. Huius generis sunt illi in Præfatione satyrarum Persij. Nec fonte labra prolui caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso, &c.

Scelotyrbe, scelotyrbes, σκελοτύρβη, Morbi genus quo compages in genibus resoluitur. Plin. lib. 25. ca. 3. In Germania trans Rhenum castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis, qua potâ intra biennium dentes decideret, compagesq; in genibus solueretur: stomacen medici vocant, & scelotyrben. Hoc mali genere Aelij Galli exercitum laborasse ex Arabicorum fructuum esu, autor est Strabo lib. 17. Fit etiam mali huius mentio in Medicis definitionibus Galeno attributis.

Scelus, huius sceleris. Graue aliquod peccatum, seu atrox facinus. ¶ μεγάλη ἁμαρτία, πονηρία. Ital. *Misfatto, sceleraggine.* Gal. *Meschanceté, meschant acte, meffait.* Hisp. *El grande y deforme pecado.* ¶ Plautus in Sticho. Aduersari sine dedecore, & scelere summo haud possumus. Quintilia. lib. 6. cap. 1. Vestis tamen illa sanguine madens, ita repræsentauit imaginem sceleris, vt non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur. Virg. 6. Aenei. Quid moror? si rumpunt thalamos, comes additur vnà Hortator scelerum Aeolides. Dicimus autem facere scelus, edere scelus in aliquem, astringi scelere, perficere scelus, suscipere scelus, quorum exempla nusquam non occurrunt. ¶ Ponitur aliquando scelus pro scelerato. Plautus in Amphit. Ego tibi istam scelestam scelus linguam abscindam.

Scelestus, ta, stum, Sceleratus, impius, flagitiosus. ¶ κακοῦργος, μοχθηρός. Ital. *Pieno di scelerità.* Gal. *Meschant, malheureux.* Hisp. *Scelerado, lleno de grandes pecados.* ¶ Cicero pro Sexto Roscio, Res scelesta, atrox, nefaria. Plautus Milite, Atqui improbi & scelesti, iis animam adimerent citò. Liu. libro 5. ab Vrbe condita, Ibi scelesto facinori scelestiorem sermonem addidit.

Scelestè, aduerbium, id est sceleratè, flagitiosè, impiè. ¶ κακουργικῶς, μιαρῶς, abominablement. Ita. *Scelleratamente.* Gal. *Meschamment.* Hisp. *Con grande y deforme pecado.* ¶ Cic. Attic. lib. 5. Clodium nihil arbitror malitiosè, quanquam scelestè quidem egerit. Liuius lib. 4. belli Pun. Quæcunque post Hieronis mortem, scelestè, atque impiè facta essent, Andronodorum atque Themistium arguit fecisse.

Sceleroſus, scelerosa, scelerosum. Idem quod sceleratus. ¶ μοχθηρός, κακούργος. Ital. *Pieno di scelleraggine.* Gal. *Plein de meschancetez.* Hispa. *Scelerado, lleno de grandes pecados.* ¶ Terent. in Eunuc. Vbi ego illum scelerosum, miserta, atque impium inueniam? Facta scelerosa atque impia. Lucretius libro 1.

Sceˈlero, scelerare, Polluo, scelere coinquino. ¶ μιαίνω. Ital. *Macolare.* Gal. *Faire meschanceté, souiller & polluer.* Hisp. *Ensuziar con tal pecado.* ¶ Virg. 3. Aeneid. Parce pias scelerare manus.

Sceleratus, ta, tum, Scelestus, & nefarius. ¶ κακοῦργος, μιαρός. Ital. *Scelerato, ribaldo.* Gal. *Meschāt, meschāt.* Hisp. *Scelerado, corrupto, lleno de grandes pecados.* ¶ Cicer. ad Attī. Ego autem illum malè sanum semper putaui: nunc etiam impurum, & sceleratum puto. Ouid. lib. 3. Meramor. -facto pius & sceleratus eodem. Luca. lib. 2. Quenq; fuæ rapiunt scelerata in prælia cauſæ. Ouid. 11. Metamor. A me causa data est, ego sum sceleratior illo. ¶ Veteres etiam sceleratum accipiebant pro contaminato, & scelere ali quo polluto. Vnde Sceleratam portam dixerunt, quâ egressi Fabij ad Cremeram amnem ad vnum omnes à Veientibus sunt interempti: & Sceleratum campum, proxime portam Collinam, in quo virgines Vestales quæ incestum fecerant, defodiebantur. Et Sceleratum vicum, in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Seruium regem socerum suum, corpus eius iacens, filia carpento superuecta est, properans in possessionem domus paternæ. ¶ Transfertur & ad inanimata, vt idem sic quod noxius. Virgil. 2. Georg. -at sceleratum exquirere sulgus. Difficile est. Hoc est nocens, omma exercens.

Scena, scenæ, sine diphthongo. ¶ σκηνή. Ital. *scena, loco ombroso & done stauano i rappresentatori delle comedie.* Gal. *Vne ramée, vn eschaffaut couuert.* Hisp. *Morada sombria, cabanuela, tienda, pauellon.* ¶ Proprie significat tabernaculum ex frondibus inumbrationis causa compositum: ἀπὸ τοῦ σκιᾶς, hoc est ab vmbra, deducto nomine. Vnde & Scenopegia, dicta sunt festa quædam Hebræorum, quibus agentes sub huiusmodi tabernaculis, ex ramis frondibúsque compositis, memoriam renouabant eius temporis, quo Aegyptiorum seruitute liberati, in solitudine sub tentoriis agitauerant. Ad hanc vocis huius originem respexit Virgil. lib. 1. Aen. Altiçæ petrum quendam his versibus describens. Hinc atq; hinc vastę rupes, geminique minantur In cælum scopuli, quorum sub vertice late Aequora tuta silent: tum syluis scena coruscis Desuper, horrentique atrum nemus imminet vmbra. Quanquam ibi scenæ vocabulum, non pro tabernaculo arte, manúve facto acceperit, sed pro loco, situ, naturáque vmbroso. ¶ Et quoniam in eiusmodi tabernaculis Attica iuuentus, quum adhuc vicatim ageret, carmina quædam incondita decantabat, fabulásq; quasdam suo more agebat: factum est vt postea in vrbem redactis Atheniensibus, nomen idem illi manserit contabulationi, quę inter vtrunq; theatri cornu erat protensa, in qua ab histrionibus fabulæ agebantur: quod etiam nomen Romani vnà cum re ipsa ab Atheniensibus acceptum, assiduo vsu veluti suum effecerunt. Latius tamen scenæ vocabulum interpretatur Labeo, referente Vlp. l. ij. ff. de his qui not. insa. cuius verba sunt hæc. Scena est (vt Labeo definit) quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco vbi quis consistat, moueatúrq;, spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico priuatóve, vel in vico, quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittebātur. ¶ Scenarum olim varia fuerunt genera: ex quibus, quæ Tragica dicebatur, columnis, fastigiis, palatiis, & signis, exterógi apparatu prorsus regali instruebatur. Comica, priuatorum ædificiorum, & Mœnianorum, mediocritásque cultus speciem habebat. Satyrica, arboribus, montibus, speluncis, operéque topiario exornabatur. Erat & scena versatilis, quæ sub tó toto machinæ quibusdam vertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Item alia ductilis, quæ contractis tabularis hac atque illac interiorem picturæ speciem denudabat. ¶ Produci in scenam dicebātur histriones, mimive, quum ab eo qui ludos edebat, mercede, autoritate, aut gratia adducebantur vt in scenam ad agendum prodirent. Reduci autem in scenam dicebantur, qui aliquanto interuallo, postquàm primum sui spectaculum præbuerunt, ad agendum reuertebantur. Pli. lib. 7. cap. 48. Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam à Pōpeio Magno, quæ producta fuerat à M. Pomponio Aedili plebis. ¶ Seruire scenæ, id est seruire tempori, & rebus præsentibus sese accommodare, Cic. ad Brutum. Tibi nunc populo & scenæ, vt dicitur, seruiendum est. ¶ Scena totius rei hæc est, dixit Cælius ad Cic. lib. 8, pro eo quod est, hęc est totius rei actio, in hoc rei totius cardo vertitur. ¶ Scena minore aliquid agere, id est minore apparatu, & ostentatione.

Scenalis, scenale, adiectiuum. Idem quod scenicus. σκηνικός. vt, Species scenalis. Lucret. lib. 4. Nanque ibi consessum caueat subter, & omnem Scenalem speciem patrum, matrúmque, deorúmque Inficiunt.

Scenicus, a, um. ¶ σκηνικός. Ital. *Pertinente à scena.* Gal. *De scene ou eschaffaut.* Hisp. *Pertenesciente à morada sombria ò cabanuela ò tenda.* ¶ Quod ad scenam pertinet, vt Scenici ludi. Cicero de Orat. Quis vnquam res præter hunc tragicas pene comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica prope venustate tractauit? Cice. pro Archia poëta. Quod scenicis artificibus largiri solebat. id huic summa ingenij prędito gloria noluisset? ¶ Scenicus verò absoluto vocabulo, histrio dicitur, qui in scena agit. ὑποκριτής. Suet. de Nerone, Ac spectaculis theatri clàm illatus cuidam scenico placenti nuntium misit.

Scenicè, aduerbium: vt. Facere aliquid scenicè. σκηνικῶς. Quint. lib. 6. cap. 1.

SCENITAE, σκηνῖται, Cognominati sunt quidam Arabiæ populi, ἀπὸ τῶν σκηνῶν, hoc est à tabernaculis, siue tentoriis in quibus habitant (vt inquit Solinus) ex caprarum pilis contextis. Hi à carnis suillæ esu abstinent: totúsque ille Arabiæ tractus suibus adeò est inimicus, vt eò alionde inuectæ statim moriantur. Plin. lib. 6. cap. 28. Nomades, infestatoręsque Chaldæorum Scenitæ, vagi & ipsi, sed à tabernaculis cognominati, quæ cilicijs metantur vbi libet.

Scenoma, scenomatis, σκήνωμα, Tabernaculum, tentorium, siue habitaculum, à verbo σκηνόω, quod est castra metari, siue tabernacula figere.

Scenographia, σκηνογραφία, In pictura dicitur frontis & laterum abscedentium adumbratio.

Scenopegia, vide SCENA.

SCEPSIS, σκῆψις. Stephano. Duorum oppidorum nomen est in Troade: quorum alterum vltra Cebrinem situm erat, ad excelsiorem Idæ montis partem prope Polychnam. Hæc postea, recentiore condita, Palæscepsis dicta est, hoc est antiqua Scepsis. Altera Scepsis, infra superiorem sita erat stadiis circiter sexaginta, in quam veteris vrbis incolæ immigrauerunt ducibus & Scamandro Hectoris, & Ascanio Aeneæ filiis. Hanc nonnulli putant Aeneæ regiam fuisse, mediúmq; situm obtinuisse inter regionem illi subditam & Lyrnessum. Vide Strabonem libro decimoctauo. Quin ipsa etiam regiuncula vrbibus hisce circumiecta. Scepsis appellata est. Plin. lib. 15. cap. 19. Asiæ regio Scepsis appellatur, in qua minimos (repete ex superioribus, liènes) pecori esse tradunt, & inde ad lienem inuenta remedia. Ex Scepsi recentiore, octum traxerunt Demetrius Grammaticus Homericæ Iliadis interpres: & Metrodorus philosophus, & orator: de quo nonnulla diximus suo loco.

Sceptica, scepticæ, σκεπτικαί, Philosophica quædam secta, nihil astruens, nihil definiens, aliorum tantùm decreta oppugnans, & in veritatis inquisitione perpetuò versans: vnde & Sceptica dicta est, quasi consideratrix, ἀπὸ τοῦ σκέπτεσθαι, quod est considerare. Primus sectæ huius autor Pyrrho Eleus fuisse existimatur: vnde & Pyrrhoniam quidam appellarunt: eiúsq; sectatores, Pyrrhonios. Gel. lib. 11. cap. 5, Quos nos Pyrrhonios philosophos, ij Græco cognomēto σκεπτικοὶ appellantur. Id fermè significat quasi quæsitores, & consideratores. Nihil enim decernunt, nihil constituunt: sed in quærendo semper, considerandóque sunt, &c.

Sceptrum, sceptri. ¶ σκῆπτρον. Ital. *Scettro, bacchetta regale.* Gal. *Sceptre, baston royal.* Hisp. *El sceptro insigna real.* ¶ Baculus regni insigne, quo Reges maiestatis gratia vtebantur. Proprie autem sceptrum Iouis erat, ab eo ad Reges & Principes. & Magistratus translatum. Ouid. libro 3. Amor. Eleg. 1. Læua manus sceptrum late regale tenebat. Hinc ad fœdera facienda semper adhiberi sceptrum consuevit: quando veteres in hoc Iouis simulachrum adhibere solebant cum sceptro. Quod quum difficile esset aliquando, præsertim quando fœdera cum remotissimis siebant, inuentum est, vt sceptrum, quasi imaginem Iouis tenentes, fœdus percuterent.

Sceptrifer, a, um. ¶ σκηπτοῦχος, σκηπτροφόρος. Ital. *Che porta il sceptro.* Gal. *Qui porte sceptre ou baston royal.* Hisp. *El que lleua el sceptro real.* ¶ Ouid. 6. Fait Sceptriferas serui templa dedisse manus.

Schida, ¶ σχίδη. Ital. *Carta, cartella, tauoletta.* Gal. *Vne fueille de papier ou de parchemin ou autre chose à escrire, tablette.* Hisp. *La carta ò hoja.* ¶ Tabella, siue pagella philyracea, hoc est tiliacea, qua pro chartis priscos vti solitos Eustathius & Aelianus asserunt, hodiéq; Græcum vulgus σχίδας vocāt tabulas eas quibus suppuratores numeris scribendis vtuntur, vt mox litu spongiæ leniter abolerī possint. ¶ Accipitur aliquando schida pro charta, seu libello extemporaneo, non satis expolito, cuiusmodi sunt quas tanquam relectas, reponimus. Quint. Nam qui omnes etiam indignas lectiones schedas exeunt. anilibus quoq; fabulis accommodare sese potest. Martialis lib. 4, Ohe iam satis est, ohe libelle. Tu procedere adhuc, & ire quæris. Nec summa potes in schida teneri.

Schedula, æ, diminutiuum à schida. ¶ σχιδίον. Ital. *Cartuccella, policetta, breue.* Gal. *Petite charte ou tablette.* Hisp. *Cartezilla ò escriptura que se toma por nota.* ¶ Cicero ad Cassium, lib. 15, Hæc te tertia iam epistola ante oppressit, quàm tu schedulam, aut literam.

Schedicus, a, um, ¶ σχεδιαστικός. Ital. *D'improuiso.* Gal. *D'improuiste, hatif.* Hisp. *Apressurado.* ¶ Extemporarius, subitarius, tumultuarius, inelaboratus: qua voce vsus est Apulcius de Dæmone Socratis. In isto (inquit) schedico, & incondito experimini an idem sim repentinus, qui præparatus. Græci in eadem significatione dicunt σχέδιος, quum subitarium quiddam significare volunt, neque magna cura elaboratum. Vnde & σχεδιάζειν dicunt, pro eo quod est celeriter, & extempore aliquid cōficere: & σχεδίαν pro subitario nauis genere, quam ratē Latini appellant: siue etiam pro ponte tumultuario, quale, aut ex funibus, aut ex connexis nauiculis extempore solent confici.

Schema,

Schema, schematis, σχῆμα. Ital. *Forma, figura, ornamento.* Gal. *Figure, forme, ornement.* Hisp. *El habito ò modo à forma ò figura.* } Vox Græca est idem significans quod figura, ornatus, habitus, modus. Nævius Lycurgo, vt erat Nonius, Pergite thyrsigeræ Bacchæ modo Bacchico cum schemate. Lucil. lib. 29. apud eundem, In gymnasio, vt schema antiquo est, spectatores retinerem. ¶ Schemata item dicuntur quædam tam verborum quàm sententiarum lumina, quibus tanquam insigniori ornatu, tota oratio distinguitur. Cicero de Clar. Orat. Schemata enim quæ vocant Græci, ea maximè ornant oratorem, eáque non tam verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis sententiis. Quint. lib. 9. cap. 1. Schema proprie dicitur quod est à simplici, ac in promptu posito dicendi modo poëticè vel oratoriè muratum. ¶ Legitur & schema fœminino genere apud antiquos. Plaut. in Prol. Amph. Quòd ego huc processi sic cum seruili schema, id est seruili habitu.

SCHENEVS, σχοινεύς, Qui & Iasius, rex Arcadiæ fuit, filius Abantis, & pater Atalantæ, quæ ab ipso Schenæis dicitur. Ouidius Epist. 15, Vt tulit Hippomenes, Schenæida præmia cursus.

Schesis, σχέσις, Vox Græca est habitudinem significans, vel affectionem. Accipitur autem pro figura non absimili anthypophoræ, qua aduersariorum affectum quemlibet fingimus, cui mox respondeamus. Exemplum vide apud Rufinianum.

SCHERIA, σχερία. Insula est ex aduerso Thesprotiæ, quæ aliis nominibus Phæacia & Corcyra dicitur. Alcinoi hortis celeberrima, olim etiã Drepane appellata. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

Schidia, ξ σχίδια. Ital. *Schegge.* Gal. *Fragments, petites pieces.* Hisp. *Pedaços de madera.* } Sunt assulæ, siue fragmenta, quæ fabri matetiarij ex ligno deiiciunt: à verbo Græco σχίζω, quod est findo, siue seco. Vnde σχίδη, siue σχίδαξ, & per diminutionem σχίδιον, siue σχιδάριον, pro minutioribus illis fragmentis quæ à lignis quum finduntur, dolantúrve, dissiliunt. Vitruuius lib. 2. cap. 1. Interualliáque quæ relinquúntur propter crassitudinem materiæ, schidiis & luto obstruunt. Hinc ipsi etiam cunei, quibus ligna finduntur, à Græcis σχιστῆρες appellantur. Cælius lib. 4. cap. 15.

SCHINIS, σχινὶς, Insignis latronis nomen est, qui circa Isthmi initium teste Pausania, miro crudelitatis genere sæuiebat. Apprehensas enim piceas in terram flectebat, & quos pugna vicisset, hos alligatos sinebat in aërem efferri: quocirca quum vtraque arbor alligatum ad se traheret, vinculiq; nodus in neutram laxaretur partem, sed vtrinque pariter conuelleret, eueniebat, vt qui alligatus esset, laceraretur. Eodem pacto ipsum quoque Schinin Theseus dilaniauit, viámque quæ ex Troëzene Athenas ducit, latronibus infestam, tutam reddidit. Ouid. lib. 7. Occidit ille Schinis, magnis malè viribus vsus.

Schinos, σχῖνος, Arbor est eadem cum lentisco, mastichen exudans: ex cuius ligno cuspides fiunt purgandis dentibus accommodæ. Vnde σχινοβάται à Græcis dicti sunt homines delicatiores, qui vt dentibus candorem concilient, perpetuò lentiscum arrodunt.

SCHINVSSA, σχινοῦσσα, Insula vna ex Sporadibus. Plin. lib. 4. cap. 12.

Schisma, schismatis, ξ σχίσμα. Ital. *Discordia, diuisione, separatione, dispartitione.* Gal. *Discorde, diuision, separation.* Hisp. *La scisma, diuision, discordia.* } Latinè scissura, à Græco σχίζω, quod est scindo. Hinc diuisionem Ecclesiæ, schisma dicimus, quum eius membra diuisa diuersa sequuntur capita.

Schiston lac, γάλα σχιστὸν, In quo pars caseosa quodam cocturæ genere à sero est separata. Plin. lib. 28. cap. 9. Medici speciem vnam addiderunt lactis generibus, quod schiston appellauere. Id fit hoc modo, Fictili nouo seruet maximè caprinum, ramisque ficulneis recentibus miscetur, additis totidem cyathis mulsi, quot sint heminæ lactis. Deinde igne demptum refrigeratione diuiditur, & discedit serum à lacte.

Schistus, siue Shistos, σχιστὸς, Lapis est crocei coloris, in tenuissimas bracteas fissilis: vnde & nomen habet, ἀπὸ τῦ σχίζεσθαι, id que κατ' ἐξοχὴν. Multi enim præterea sunt lapides fissiles, quos hoc nomine non dignamur. Effoditur in quibusdam Hispaniæ locis, circa Iberum fluuium, morsus omnino expers: vnde & ophthalmicis medicamentis in primis idoneus est. Hodie septasiarij eius loco vtuntur creta alba.

Schenismos, σχοινισμὸς, Mensura quædam terræ est, & torturæ genus, quod fit per funes.

Schœnos, ξ σχοῖνος. Ital. *Corda, giunco.* Gal. *Vne corde, ou du jonc.* Hispan. *Cuerda, junco.* } Latinè funis, & iuncus. Plaut. in Rud. Hi schœni enim, atque hæ arundines sunt nobis quæstu, & cultu. Quo nomine etiam dicta fuit vrbs in ora Bœotiæ, infra Thebas: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 7. ¶ Schœnos quoque mensura certæ apud Aegyptios, sexaginta stadia continens, vt inquit Herodotus lib. 2. Contrà Plin. lib. 5. cap. 10. schœno quadraginta tantùm tribuit stadia. Nec mirum est de mensuræ eius longitudine non satis conuenire inter scriptores, quum Strabonis testimonio constet apud ipsos etiam Aegyptios varié & inconstanter obseruatam fuisse schœni longitudinem, quum quibusdam in locis schœni singuli centum viginti constent stadiis, in aliis sexaginta, in aliis tantùm triginta.

Schœnobates, penult. corr. ξ σχοινοβάτης. Ital. *Colui che giuoca caminando sur la corda.* Gal. *Qui marche sur vne corde, basteleur qui danse sur vne corde.* Hisp. *El trepador.* } Qui per funes ludendo graditur, σχοῖνος funis dicitur, & βαίνω ascendo. Iuuen. Satyr. 3. Augur, schœnobates, medicus, magus, omnia nouit. Hi à Firmico dicuntur neurobatæ, funerepi ab Apuleio, funambuli ab omnibus.

Schœnobatica, ξ σχοινοβατική. Ital. *Arte di ballare su la corda.* Gal. *Art de danser sur la chorde.* Hisp. *Arte para dançar sobre la cuerda.* } Ars ipsa, siue exercitium funambulorum. Cælius ad Ciceronem lib. 8, Ego qui scirem Quintium funambulorum. Cælius ad Ciceronem lib. 8, Ego qui scirem Quintium funambulorum. Cælius ad Ciceronem lib. 8, Ego qui scirem Pompeium Bauli schœnobaticam facere, & vsque eo, vt ego misererer eius esuritei.

Schœnoplocos, σχοινοπλόκος, Qui funes torquet, quem Latini restionem appellant.

SCHOENVS, schœnûntis, χοῦς, Peloponnensi portus est ad finum Saronicum, in ipsis Isthmi angustiis situs, distans à Cenchreis Corinthiorum nauali stadia x l v, vt est autor Strabo lib. 8.

SCHOENVS, ni, χοῖνος, Fluuius est Bœotiæ, per eiusdem nominis oppidum labens, quinquaginta stadiis à Thebis. Autor Strabo, lib. 9.

Schola, scholæ, ξ σχολή, καὶ διατριβὴ, τὸ συνέδριον. Ital. *Scuola, collegio.* Gal. *Vn' eschole, vn college.* Hisp. *Escuela.* } Literarium ludum significat: à verbo Græco σχολάζω, quod est vaco, quia exteris rebus omissis vacare liberalibus studiis pueri debent. Ausonius tamen κόπον ne σχολὴ deducit maualitid est ab vacatione, & laxamento, quod pueris interdum dandum esse præscribit. Sic enim ait, -Grato schola nomine dicta est, Iuste laboriferis tribuantur vt otia Musis. Plurali numero scholæ apud Festum. Cic. 2. Offic. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda commodius à quibusdam optimis viris ad Ianum medium sedentibus, quam ab vllis philosophis vlla in schola disputatur. Quint. lib. 3. cap. 8, Hæc vel ad scholarum exercitationes pertinere creduntur. Idem in Proœm. lib. 2, Qui si fuisset aliquando perfectus, non à philosophorum scholis virtutis præcepta petereentur. Eligere scholas. Quintil. lib. 2. cap. 2, Sed vt fugiendæ sint magnæ scholæ, cui ne ipse quidem rei assentior, (si ad aliquem meritò concurritur) non tamen hoc eò valet, vt fugiêdæ sint omnino scholæ: aliud est enim, vitare eas, aliud eligere. Explicare scholam, est præcepta doctrinæ exponere. Cic. 2. de Finibus, Primùm, inquam, deprecor, ne me tanquam philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturum: quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere vnquam probaui. ¶ Erat & in balneis schola apud Vitruuium, hoc est pars labri, siue aluei, à præstolando (vt quidam arbitrantur) dicta, vt occupato ab his qui priores veniissent labro, in schola cæteri circunspectantes rectè lauare possent. Erat & in porticibus autore Plinio. Alexandrum (inquit) & Philippum cum Minerua, qui sunt in schola in Octauiæ porticibus & Philippi. Cicero lib. 1. Tusc. posuit scholas pro disputationibus, & controuersiis, quæ in scholis inter doctorem & discipulos otiosè agitari solent, quum inquit: Hanc perfectam philosophiam semper iudicaui, quæ de maximis quæstionibus copiosè posset, ornatéque dicere, in quam exercitationem ita nos studiosè operam dedimus, vt iam etiam scholas Græcorum more habere auderemus.

Scholaris, scholare, Quod ad scholam pertinet. ξ σχολαστικὸς. Ital. *Pertinente à schuola.* Gal. *Apartenant à eschole.* Hisp. *Pertenesciente à escuela.* } Hieronymus ad Damas. Nec autem Quintilliani floscvli, & scholari declamatione mulcendæ.

Scholasticus, a, um, ξ σχολαστικὸς. Ital. *Pertinente à schuola* Gal. *Apartenant à eschole, scholastique.* Hisp. *Cosa pertenesciente à escuela.* } Quod ad scholam pertinet. Vnde Scholastica disciplina, & scholasticos vocamus discipulos, qui discendi gratia scholas frequentant. Plin. Epist. 14, Scholasticis porrò dominis, vt hic est, sufficit abundè tantum soli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, vnámq; semiram terere, &c. ¶ Ponitur quandoq; Scholasticus pro declamatore solùm in fictis causis, & otiosis versato, non in veris litibus. Plin. Epist. lib. 2. Scholasticus tantùm est, quo genere hominum nihil aut simplicius, aut syncerius, aut meliùs: nos enim qui in foro, verisque litibus terimur, multum malitiæ, quamuis nolimus, addiscimus.

Scholium, scolij, ξ σχόλιον. Ital. *Breue dechiaratione.* Gal. *Vne glose, vne briefue interpretation.* Hisp. *La postilla ò glosa.* } Interpretatio breuior, breue scriptum, excusatio, siue purgatio. Cic. Atticò. lib. 16, Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuisse te id facere.

Sciagraphia, ξ σκιαγραφία. Ital. *Bozzatura, imbozzatura.* Gal. *Premier delineament, vmbragement.* Hisp. *La traça ò debuxo.* } Prima illa & rudis picturæ delineatio, quæ & ichnographia dicitur: quum scilicet futuri operis lineamenta carbone, creta, aut rubrica ducuntur.

Sciamachia, siue Schiomachia, σκιαμαχία, ἡ σκιομαχία, Pugna vmbratilis, teste Gellio, & armorum meditatio, quæ fieri solet roboris, agilitatisque exercendæ gratia.

SCIAPODES, siue Sciopodes, σκιάποδες, ἡ σκιόποδες. Populi sunt Troglodytis finitimi, (vt ex Ctesiæ sententia tradit Plin. lib. 7. cap. 2.) qui & Monoscelli à singulis cruribus sunt appellati, miræ pernicitatis ad saltum. Sciapodes inde dicti, quòd in maiore æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedum protegant.

Sciatherícum horologium, Quo horas ex vmbra Solis colligimus. ξ ὡρολόγιον σκιαθερικὸν. Ital. *Horologio da sole.* Gal. *Horloge du soleil, vn quadran.* Hisp. *Reloz de sombra.* } Cic. 1. de Nat. deorum, Solarium appellat.

Sciatheras, æ, siue Sciotheron, ξ σκιάθηρας, ὁ σκιοθήρων. Ita *Brocca, stanga ò verga di horologio da sole che monstra le hore.* Gal. *La broche ou verge d'vn quadran qui monstre les heures par vmbre.* Hisp. *La' verga del reloz de sombra.* } Instrumentum gnomicum quo vmbras indagamus. Hoc architecti in metandis vrbibus vtebantur, octóque cæli regiones exactè colligentes, ventorum vim molestam vrbibus, oppositis plateárũ, angiportorúmque angulis frangebant, aut amoliebantur: auráque corporibus salubres platearum directionibus admittebãt. Vide Vitruuium li. 1. cap. 6.

Sciens, Scienter, Scientia, vide sc 10.

Scilicet, Idem quod videlicet, nempe, nimirum, certè, profectò. ξ δῆλον, δηλαδὴ, ἀμέλει. Ital. *Certo, certamente.* Gal. *Certes, que voire, certes, Dieu sait que voire, pour certain.* Hisp. *Conuiene à saber, ò certamente.* } Cic. 2. Verr. Respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætoris. Idem pro Cælio. Quum scires quantum ad scelus, aurum hoc quæreretur, ad necem scilicet legati. Cic. lib. 9. Epist. Quid eos interpretari putas, quum hoc faciunt: ad hostem scilicet portari. Quid. in Epist. Canaces, Scilicet est aliquid, cum tquis vinete ventis, id est multum profectò ad rem facit. ¶ Venustissimè autem ponitur ironicè, præsertim quum rem aliquã absurdam esse, & minime credibilem volumus significare. Terent. in Andr. Meum gnatum rumor est amare. DAV. Id populus curat scilicet. Virg. 4. Aen. Scilicet is superis labor est.

Scilla, ξ σκίλλα. Ital. *Squilla.* Gal. *Squille, oignon marin.* Hisp. *La cebolla albarrana ò silueſtre.* } siue vt apud Varronem legitur, Squilla. Herba est ex genere bulborum, radices habens cæparum modo multipliciter tunicatam. Officinæ cum Varrone squillam nominant. Aristot. lib. 1. de plantis, Quædam habent vnam tantùm radicem, vt Scilla: quia illa nascitur ex solo raro, proceditque infernè dilatando se. Colum. lib. 10. Sed etiam remedio cum dulci vino tritum serpyllum, & concisa, & in aqua macerata scilla.

Scillíticus, a, um, adiect. ξ σκιλλιτικὸς. Ital. *Di squilla.* Gal. *De squille.* Hisp. *Cebolle albarrana.* } Quod ex scilla factum est. Plin. lib. 24. cap. 8, Ac cum aceto acri, magisque scillitico, &c.

Scillinus, aliud adiectiuum, Idem. Plin. lib. 23. cap. 2, Acetum scillinum

Universidad de Deusto Biblioteca

inueteratum magis probatur, &c.

Scillites aceto, Dicitur in quo scillarum bulbi ad medicamentum macerati sunt. ἡ ὀξυμέλιτος. Plinius lib. 32. cap. 10, Vrtica marina trita ex aceto scillite, &c.

Scimpodion, scimpodij. {σκιμπόδιον. Ital. *Picciol letto.* Gal. *Petit lit.* Hispan. *Lecho pequeño.*} Grabatum, siue humilior lectulus, diurnæ quieti accommodatus. Gell. lib. 18, Offendimus eum cubantem in scimpodio Græcensi. Est autem diminutiuum à Græco σκίμπους, quod est eiusdem ferè significationis.

Scincus, σκίγκος, Genus crocodili terrestris, ab aquatico distans tum candore, & tenuitate cutis, tum squamarum situ, quas habet ad caput versas. Afferetur salsus ex India, & Arabia. Rostrum eius, & pedes in vino albo poti, cupiditates Veneris accendunt. Vide Plin. lib 28. cap. 8.

Scindo, dis, di, ssum, per duplex ſſ. Significat findo, frãgo, diuido, {σχίζω, σχίζω. Ital. *Schiappare, fendere.* Gal. *Trencher, couper, dechirer.* Hisp. *cortar ò tajar ò hender.*} Virg. 6. Aeneid. Procumbunt piceæ: sonat icta securibus ilex. Fraxineæque trabes, cuneis & fissile robur Scinditur. Ouid. 3. Trist. Eleg. 10, Nec poterit rigidas scindere remus aquas. Cic. 3. Tusc. Scindens dolore identidem intonsam comam. Virg. 12. Aeneid. Infœlix crines scindit Iuturna solutos. ¶ Scindere dolorem suum, est patefacere commemorando. Cic. ad Attic. lib. 3, Nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus: non solum quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. ¶ Penulam scindere, pro impensius retinere hospitem, atque inuitare prolixius, hodie tritissimum. Quod qui faciunt, manu, in penulam iniecta, quasi vi conantur remorari. Cic. ad Attic. lib. 13, Venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset: sed ego ita egi, vt non scinderem penulam. Et paulo pòst, Horum ego vix attigi penulam, tamen remanserunt. ¶ Scindere sententiam, est mutare. Cic. ad Atti. lib. 13, Non licet scindere sententiam suam: sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare: & tamen non curare pulchrè possum, sicuti facio. Virg. 2. Aeneid. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Id est Diuiditur, & in diuersas sententias, veluti partes quasdam it. ¶ Scindo, scindidi, olim in præterito habuit. Plaut. in Pseud. Nam ego cicilendrum quando in patina scindidi. ¶ Huius verbi composita sunt. Abscindo. Conscindo, Discindo, Interscindo, Proscindo, & Rescindo: de quibus suo loco.

Scissus, scissa, scissum, participium. {σχισσός, σχισσή, σχισσόν. Ital. *Tagliato, fesso, rotto, stracciato.* Gal. *Fendu, coupé, rompu, dechiré.* Hisp. *cortado, tajado, ò hendido.*} Virg. 12. Aeneid. - it scissa veste Latinus Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina. Ouid. Epist. 11. Quum super incumbens, scissa tunicaque, comaque, Pressa refouisti pectora nostra tuis.

Scissus, sus, sui. Pro ipsa scissura. {σχίσις, σχισμός. Ital. *Schiappatura, fessura.* Gal. *Coupure, rompure.* Hisp. *Cortadura, hendidura.*} Varr. Scissu materiæ fatigatus, quiescebat lectulo.

Scissilis, le, pen. corr. Quod scindi potest, vel quod scissum est. {σχιστός. Ital. *che si può fendere.* Gal. *Facile à coper, aisé à rompre & dechirer.* Hisp. *cosa que se puede cortar ò hender.*} vt Scissile alumen, apud Celsum lib. 6, Inspergique vicera debent alumine scissili.

Scissura, scissuræ, Ipsa scissio. {σχίσις. Ital. *Schiappatura, fenditura, rompitura, stracciatura.* Gal. *Fente, rompure, dechirure.* Hispan. *Cortadura, hendidura.*} Plin. lib. 11. cap. 28, Pennæ insectis omnibus sine scissura. Idem lib. 5. cap. 9, Vnde ad Ammonis oraculum duodecim dierum iter est: ad scissuram autem Nili, quod appellauimus Delta, quindecim M. P.

Scintilla, scintillæ, Propriè est quæ è silice, quum cæditur, exilire solet. {σπινθήρ. Ital. *Scintilla.* Gal. *Etincelle.* Hisp. *Centella de fuego.*} Virg. 1. Aen. At primum silicis scintillam excudit Achates. Ouid. Fast. Pars quoque quum saxis pastores saxa ferebant, Scintillam sibitò prosiluisse ferunt. ¶ Per translationem accipitur pro minima lucis alterius ve rei particula. Cic. 4. Acad. Isti autem, quos tu probas, tantis offusis tenebris, ne scintillam quidem vllam nobis ad aspiciendũ reliquerunt. Scintilla belli, pro reliquiis. Cic. ad Plancum lib. 10, In illam igitur curam incumbe, mi Plance, vt nequa scintilla teterrimi belli relinquatur.

Scintillula, diminutiuum. {σπινθηρίδιον. Ital. *Scintilletta.* Gal. *Petite etincelle.* Hisp. *Pequeña centella.*} Cic. lib. 5. de Finibus, Virtutum quasi scintillulas videmus, &c.

Scintillo, as, Splendeo, mico, & veluti scintillas quasdam emitto. {σπινθηρίζω Ital. *Splendere, risplendere, scintillare.* Gal. *Estinceller.* His. *centellar, echar centellas resplandesçer.*} Plaut. in Menæch. Vt oculi scintillant, vide Virg. 1. Georg. Ne nocturna quidem carpentes pensa puellæ Nesciuere hyemem, testa quum ardente viderent Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Plin. lib. 20. cap. 1, Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quàm extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat.

Scintillatio, scintillationis, Actus scintillandi. {σπινθηρισμός. Ital. *Scintillamento.* Gal. *Estincellement.* Hisp. *Obra de centellar.*} Plin. lib. 29. cap. 8. Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationibusque.

Scio, scis, sciui, scitum: futuro, scibam & scibo. {οἶδα, γινώσκω, ἐπίσταμαι. Ital. *Sapere, essere dotto.* Gal. *Sauoir, entendre.* Hispan. *saber, ser docto.*} Terent. in Adelph. Hinc scibo iam vbi fiet. Et proprie scire, est rem per causam cognoscere. Plaut. Epid. - quia ego hanc quæ fiet. Neque scio, neqi noui. Cic. 1. de Orat. Nihil certum sciri, nihil planè recognosci & percipi possit. Liu. 5. belli Pun. Iam tumultus erat, clamórque, qualis esse in capta vrbe solet: sed quid rei esset, nemo satis pro certo scire. Scire linguas, hoc est nosse, siue callere. Plaut. Pœn. Eris omnes linguas scit: sed dissimulat sciens se scire. Scire fidibus. Terent. Eunuch. Is vbi hanc forma videt honesta virginem, Et fidibus scire, pretium spetans illico producit. Scire Latinè, vel Græcè. Cic. de Clar. Orat. Non enim tam præclarum est scire Latine, quàm turpe nescire. Idem 2. de Finibus, Quũ Græcè, vt videor, luculenter sciam. ¶ Sciri, passiuum. Cicer. 5. Verr. Id adeò sciri facillimè potest ex literis publicis. Idem 1. de Orat. Ars enim earũ rerum est quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. ¶ Huius composita sunt, Ascio, Abscio, Conscio, Descio, Nescio, Præscio, & Rescio: à quibus Ascisco, Conscisco, Descisco, & Rescisco, de quibus suis locis.

Sciens, scientis, participium à scio: siue nomen ex participio: aliquando idem est quod non nescius. {εἰδώς. Ital. *sciente, entendente.* Gal. *sachant, sauant, qui sait.* Hisp. *El que sabe, sabidor.*} Teren. Andr. Id ego iam nunc tibi renuntio here futurum, vt sis sciens. ¶ Aliquando idem quod prudens, & data opera. Terent. Heaut. Sciens non faciã. Cic. 7. Verr. Nam mihi videor de omnibus iam rebus eius gestis dixisse, quæ quidem ad belli fugitiuorũ pertinerent suspicionem: certè nihil sciens prætermisi. Idem pro Sylla, Nullum à me sciente factum occultatur. ¶ Sciens cum genitiuo, pro gnarus, siue peritus. Gell. lib. 18. ca. 5, Lucilius adeo vir à primè linguæ Latinæ sciens equum equitare dicit. Horat. 3. Carm. Ode 9. Me nunc Thressa Chloë regit Dulceis docta modos, & citharæ sciens. ¶ Scientior, comparatiuus. Cic. pro Lege Manilia, Quis igitur hoc homine scientior vnquam aut fuit, aut esse debuit? ¶ Scientissimus, superlatiuus. Cic. 1. de Inuent. Nam nauis optimè cursum conficit, ea quæ scientissimo gubernatore vtitur.

Scienter, aduerbium, Id est prudenter, & data opera. {ἐπιστημόνως, ἐπιστημονικῶς. Ital. *Sauiamente, sapendolo.* Gal. *Sauamment, à son escient, & à son gré.* Hisp. *Sabia, scientificamente.*} Plin. in Panegyr. Explanauitque verba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorsum iræ consecraret. ¶ Aliquãdo Scitè, Peritè. Cicero in Bruto, Quàm omnino multa de iure ciuili, quæ quidem peritè & scienter, tum ita breuiter & pressè, & satis ornatè, & perelegantèr diceret. ¶ Scientius, Scientissimè. Cic. in Orat. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum. Idem lib. 1. de Diuinat. Hetruria autem cælo tacta, scientissimè animaduertit, eadémque interpretatur, quid quibúsque ostendatur monstris atque portentis.

Scientia, scientiæ, Certa rei alicuius per causam cognitio. {ἐπιστήμη. Ital. *Scienza, dottrina, sapienza.* Gal. *Science, cognoissance.* Hisp. *Sciencia propriamente dicha.*} Philosophi definiunt esse habitum, vna vel pluribus demonstrationibus acquisitum, quo certo scimus rem aliter se non posse habere. Cic. 1. de Natura deorum, Vt magno argumento esse debeat, causam, id est, principium philosophiæ esse scientiam. Idem de Officiis, Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Ibidem, Prudentia est rerum expetendarum, fugiendarúmque scientia. Idem 2. de Natura deorum, Futurorum malorum ignoratio vtilior est quàm scientia. Idem 3. de Orat. Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem. ¶ Dicimus autem consequi scientiam, dare scientiam, habere scientiam, profiteri scientiam, tenere scientiam alicuius rei: quæ locutiones viris doctis familiares sunt. ¶ Contrarium est Inscitia: quæ & inscitia dicitur, de quibus suis locis.

Scitus, a, um. Venustus, elegans, argutus, ornatus. {ἐπιστήμων, χαρίεις. Ital. *Dotto, saputo, arguto, accorto.* Gal. *Sage & sauant, fin, accort, bien aprint.* Hisp. *Sabio, scientifico.*} Terent. in Ennuch. Scitum herele hominem, hic prorsus ex stultis insanos facit. Cic. in Lælio. Scitum est illud Catonis, Multò melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui duces videantur. ¶ Interdum accipitur pro formoso. {ὡραῖος. Ital. *Gentile, galante, gratioso.* Gal. *Gentil, joly, gratieux, mignon.* Hisp. *Hermoso.*} Terent. in And. Scitus puer natus est Pamphilo. Plaut. in Amph. Hæc nox scita est exercendo scorto, conducto malè. Huic contrarium est Insscitus, penultima producta: de quo suprà suo loco.

Scitum, pro iussu, vide paulo pòst.

Scitè, aduerbium. Docte, pulchrè, bene. {ἐπιστημόνως. Ital. *Saputamente, dottamente, leggiadramente.* Gal. *Gentement, fort bien, mignonnement.* Hisp. *Hermosa y scientemente.*} Cic. ad Brutum, lib. 11, Satis scitè, & commodè tempus ad te cœpit adeundi. Gell. lib. 1. cap. 1, Scitè, subtilitérque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit. Huius contrarium est Insciter, id est indoctè, imperitè, ineleganter. Colum. lib. 4, Nam id plurimum refert insciter, non facere.

Scitulus, diminutiuum. {ἡμιφόρτερος, ἀστεῖος. Ital. *Galantino.* Gal. *Gentillet, joliet.* Hisp. *Hermoso vn poco.*} Plautus in Rud. Atque ambas forma scitula atque ætatula.

Sciſco, is, Intelligo, vel operam do vt sciam. {μανθάνω. Ital. *Sapere, cercare d'informarsi.* Gal. *Entendre, sauoir, s'enquerir.* Hisp. *Entender, buscar para saber.*} Plautus in Amp. Ocyus accurro, vt sciscam quid velit. ¶ Aliquando etiam ponitur pro statuere, decernere, sancire, edicere. {χειροτονῶ, χρῆν. Ital. *Ordinare.* Gal. *Ordonner.* Hisp. *Ordenar.*} Idem in Curc. Rogationes plurimas propter vos populus sciuit, quas vos rogatas rumpitis. Cic. pro Flacco, Quæ sciscerent plebs, aut quæ populus iuberet summota concione, distributis partibus. Idem 3. Offic. Durius etiam Athenienses qui sciuerunt vt Aeginetis qui classe valebant, pollices præciderentur. Idem pro Planco, Plancus primus legem sciuit de publicanis.

Scitor, scitaris, deponens, Interrogo, seu inuestigo quæ occulta magis, ac secretiora sunt. {πυνθάνομαι, ἐρωτῶ. Ital. *Interrogare, cercare d'intendere.* Gal. *S'enquerir de quelque choſe, interroguer.* Hisp. *Preguntar para saber.*} Vir. lib. 2. Aeneid. Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus. Ouid. lib. 10. Metamo. - at Cinyras, quem copia digna procorum Quid faciat, dubitare facit, scitatur ab ipsa Nominibus dictis, cuius velit esse mariti. Cic. de Orat. Sentiebam non te id scitari, qualem, &c.

Sciſcitor, atis, deponens. Idem quod scitor. siue inquiro. {πυνθάνομαι. Ital. *Interrogare, cercare d'intendere.* Gal. *S'enquerir, s'enquerir, interroguer.* Hisp. *Preguntar para saber.*} Plautus Amph. Ibo aduersum, vt siquid habent sci sciter. Cic. 1. de Nat. deo. Epicuri ex Velleio sciscitabat sententiam. Plaut. Capt. Secede huc nam sunt quæ ex te solo sciscitari volo. ¶ Legitur & Sciscito, in eadem significatione. Idem in Merc. Imò mane, paucula etiam prius sciscitare volo.

Scitamenta, mentorum, Sunt edulia, ex eo dicta, quòd sciti saporis sint: hoc est egregij & præcellentis. {ἡδύσματα. Macrob. lib. vlt. Saturnalium. Apud propinatores pleráque scitamentorum cernimus, proposita ampliora specie, quàm corpore, id est iucundiora pulmenta. ¶ Gell. lib. 18. cap. 8, per translationem posuit pro exornationibus orationis, quæ in collocandis verbis (si immodicè vsurpentur) non carent reprehensione. κακοζηλίαν. Cæteráque, inquit, huiusmodi scitamenta, id est scitè, & argutulè, vt ipsis videntur, excogitata orationis ornamenta.

Scitum, ti, substantiuum, Significat decretum, siue iussum. {ψήφισμα. Ital. *Decreto.* Gal. *Decret, ordonnance.* Hispan. *Statuto, decreto.*} Liu. lib. 1. Cætera quoque omnia publica, priuatáque sacra Pontificis scitis subiecit. Hinc Plebiscitum, plebis statutum. Autor ad Herennium libro 1, In rem conferunt, vt si quis ex testamento, quod facere iussus est, ex plebiscito vetetur.

Sciolus,

Sciolus, pecul. corr. Id est semidoctus, literis leuiter tinctus: qui quum in Musarum ædem vix à limine inspexit, nihil tamen non audet, falsaque eruditionis opinione intumescit.

Sciomantia, σκιομαντεία. Diuinatio quæ fit per vmbram.

SCIONE, Plin. lib. 4. cap. 10. Oppidum Macedoniæ in sinu Thermaico.

SCIOPODES, pen. corr. σκιόποδες. Monstrosum hominum genus, non procul à Troglodytis: singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum: sic dicti, quòd in maiore æstu humi iacentes, σκιᾶς ποδὸς, hoc est vmbra pedis se protegant. Augu. lib. 16. Ciuit. Ferunt esse gentem vbi singula crura in pedibus habent, nec poplitem flectunt, & sunt mirabilis celeritatis, quod Sciopodas vocant, quòd per æstum in terra iacentes resupini vmbra se pedum protegant.

Scipio, onis, Proprie dicitur baculus ille, cui senes innitentes, gradum stabiliunt. {σκῆπτρον. Ital. *Vn bastone da sostenersi*. Gal. *Vn baston à s'appuyer*. Hisp. *Cayado*.} Liu. 6. ab Vrbe. Scipione eburneo in caput incusso, iram mouisse. ¶ Scipio in vineis, quo ipsa vua veluti baculo sustinetur: scapũ Varro, nostri caudam appellant, alij pedem vuæ. Colum. lib. 12. cap. 39. Vbi satis erunt corrugata acina, demito, & sine scipionibus in dolium conicito, pedibúsque bene calcato.

SCIPIONVM familia Romæ in primis illustris, à Publio Cornelio cognomen traxit, qui quòd patrem luminibus orbum vice scipionis regeret, primus id cognominis est sortitus, & deinceps ad posteros transmisit. ¶ Huius filius fuit P. Cornelius Scipio, quo cum Imperatore Annibal primùm in Italia ad Trebiam fluuium signa contulit: quo in prælio quum ab hostibus circunuentus esset, & graui vulnere saucius, filij virtute periculo est ereptus. Hic postea in Hispaniam missus, quum incautius sese periculis offerret, rebus iam multis præclarissimè gestis vnà cum fratre in acie occubuit. ¶ P. Cornelius Scipio, qui postea Africanus maior dictus est, superioris filius fuit, qui ab ipsa statim pueritia quiddã humano fastigio maius præ se tulit. Quo factum est vt à plerisque diuino semine creditus sit esse procreatus. Hic adhuc prætextatus, patrem saucium, & ab hostibus ad Trebiam circunuentum periculo liberauit, vt iam dictum est. Post Cannensem autem cladem, quum plerique de relinquenda vrbe cogitarent, stricto gladio omnes adegit vt iurarent se patriæ defensionem non deserturos. Missus deinde in Africam, tantum terroris Carthaginiensibus incussit, vt Annibalem ex Italia ad patriæ defensionem reuocarent: cum quo apud Zamam congressus Scipio, ingenti eum clade superauit. Qua clade fractos Pœnos, pacémque petentes, Romano populo tributarios fecit. Cum L. deinde fratre, qui postea dictus est Asiaticus, aduersus Antiochum profectus legatus, cura, prudentia, reique militaris industria effecit vt speciosissimum ille ex Asia triumphum deportaret, Antiocho regionibus omnibus, quæ cis Taurum erant, multato. Prouecta deinde ætate, spoote æmulorum inuidiæ cedens, Linternum se contulit: vbi & sepultus creditur. ¶ Scipio, Suatio cognominatus: à similitudine suarij cuiusdam negotiatoris, plebi Romanæ in Tribunatu charissimus fuit, dignúsque prorsus Scipionum familia: verùm adeò pauper, vt funeri impensa deesset. Quapropter populus asses contulit, ac funus elocauit: & quæcunque ferebatur, flores è prospectu omni sparsit. Hæc Plin. lib. 21. cap. 3. ¶ Scipio Aemylianus, qui & Africanus minor, ab Africani maioris filio adoptatus (filius enim erat Pauli Aemylij) Numantiam euertit, in qua expeditione militem corruptum in disciplinam pristinã eiectis scortis restituit. Munera regum, quæ etiam ab Imperatore recipi mos erat, pro tribunali accepit, in tabulásque publicas nomine populi Romani ferri iussit, ea fortibus viris pro meritis postea distributurus. Oppidanis pabulatũ egressis pepercit, quòd citius frugibus cõsumptis in deditionem venturi essent. Capto oppido, Numantini sese per vias inuicem trucidauére. Factus deinde Consul ante legitimam ætatem, ac Carthaginem missus, eam penitus sustulit: idque ex sententia Catonis, qui in Senatu præmaturas ac recentes ostentans ficus, ait, Eæ patres Conscripti, proximo retro triduo Carthagine decerptæ sunt, tam prope domum hostem habemus. ¶ Scipio Nasica, Scipionis, qui vnà cum fratre in Hispania cecidit, filius, à Senatu vir optimus iudicatus, omniúmque dignissimus habitus, qui Matrem deum tunc primùm aduectam hospitio exciperet. Hic quum aduectus auspicia Consulem se à Graccho nominatum comperisset, magistratu se abdicauit. Censor statuas quas sibi Consul quisque in foro per ambitionem posuerat, sustulit. Consul Delminium, Dalmatiæ vrbem expugnauit, Imperatoris nomẽ à militibus, & à Senato oblatum triumphum recusauit. Eloquentia primus, iuris consultissimus, ingenio sapientissimus fuit: vnde vulgò Corculum dictus. ¶ Scipio, Africani maioris filius, ponitur inter eos apud Valerium, qui à patentibus claris degenerauerunt: inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto his verbis describitur, Scipio Africanus, filium habuit illum qui minorem Scipionem à Paulo adoptauit; qui si corpore valuisset, in primis esset habitus disertus. Indicant tum Oratiunculæ, tum historia quædam Græca scripta de Cassina. Hæc ille. Plutarchus in Africano, nihil sanè de eo se compertum habere dicit, nisi eum Prætoram gessisse, & in ea consequenda à Circeio patris scriba adiorum fuisse.

Scipio, Pompeij Magni socer, post bellum Pharsalicum inter Pompeianos bellum refouentes in Africam se recepit cum reliquiis exercitus & Catone, Iuba etiam rege adscito. Qui primò feliciter aduersus Cæsarianos quum pugnasset, victus tandem cum exercitu, occubuit. Quo tempore Scipionem quendam cognomento Salutionem, è Corneliorum familia, alioquin virum despectissimum, perinde ac exercitus ducem Cæsar præposuit: quòd cognosceret aduersarios vetusto quodam cõsidere vaticinio, semper in Africa vincere, fatale Scipionum generi esse. Plutarchus in Cæsare.

Scipiade, Patronymicum pro Scipionibus. Virg. lib. 1. Georg. Scipiadas duros bello, &c. Idem 6. Aeneid. -duo fulmina belli Scipiadas.

SCIRON, σκίρων. Latro fuit insignis, qui proximos Megaris sepulcros insidens, in viatores prætereuntes nullo nõ crudelitatis genere sæuiebat. Hunc tandem Theseus dicitur occidisse, & ossa eius in mare sparsisse, quæ Poëtæ fabulantur in saxa quædam coaluisse, quæ à nomine eius Scironia dicuntur. Sunt autem in Attica regione simul cum oppido eiusdem nominis non longè à Megaris iuxta mare ita sita, vt transitum non relinquant. Hinc Athenienses ventum procellosum ab his locis flantem, Scironem appellant, quoniam spirat à saxis quæ Sciron latro incoluit. Hic paulò ab Argeste deflexus esse dicitur, qui & Olympius vocatur, & à nonnullis Hellespontius. Seneca lib. 3. Natur. quæst. Atabulus, Apuliam infestat, Calabriam Iapix, Athenas Sciron, Galliam Circius.

Scironia saxa, σκιρωνίδες πέτραι. In Attica sunt post Crommionem, ad eam viam quæ ab Isthmo Megara ducit: de quibus vide plura in dictione præcedenti.

Scirpi, iunci fragiles palustréſque sunt, non io fruticum veprium̃ve, non in caulium, siue herbarum genere numerati. {σχοῖνος. Ital. *Giunco*. Gal. *Ionc*. Hisp. *Los juncos*.} Ex his texuntur domus, & tegetes fiunt, quibus velificant in Pado nautici, & in mari Africo piscatores. Donatos, Scirpus sine nodo, est læuis iunci species, palustris res. Hinc factum est prouerbium. Nodum in scirpo quæris, de his qui in rebus claris, atque apertis scrupulum quærunt. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menæch. & verbis isdem apud Terentium in Andria. Hieronymus in Pamph. Qui inimicus est etiã in scirpo nodum quærit. ¶ Quidã etiam scirpos accipi putarunt pro nodosis & implicatis ænigmatibus: citantes locum Gellij lib. 11. vbi sic legunt, Quæ Græci αἰνίγματα. Latini scirpos appellauerunt: tales etiam Græcis itidem σκῖφοι vocitantur. Quo tamen in loco scropos legendum est, non scirpos.

Scirpeus, a, um, Quod ex scirpis confectum est. {σπάνιος, χάλινος. Ital. *De giunco*. Gal. *De jonc*. Hisp. *De junco*.} vt scirpea ratis: Plautus in Asin. Quasi pueris qui nare discunt, scirpea inducitur ratis. Scirpea simulachra. Ouidius 5. Fastor.

Scirpea, æ, Cratis ex scirpis cõtexta, quæ plaustro imponitur, vt commodius stercora in agros vehantur. {Φορυτός. Ital. *Cesto ò sporta di venchi ò di giunchi*. Gal. *Panier de jonc ou autre matiere legere à porter fiens ou telles choses*. Hisp. *Canastillo hecho de juncos*.} Ouid. 6. Fast. In plaustro scirpea lata fuit. Cato cap. 10. Crates stercorarias quatuor, scirpeas stercorarias tres.

Scirpiculæ, Falces quibus in scirpandis, hoc est in præcidendis vineis vtimur, ad amputanda superflua ligamenta rorum. {τὰ δρεπάνια, τὰ ἀρπάλια. Ital. *Corteletti, falcette da cernire le viti*. Gal. *Serpette, serpillon*. Hisp. *La hoz podadera*.} Varro lib. 1. cap. 22. Falces dicuntur vineaticæ opus esse sex, scirpiculæ quinque. Hæ etiam dicuntur scirpariæ falces.

Scirpiculum, li, Canistrum: vel quod de scirpis, seu lento vimine confectum est: vel quod verius videtur, à scirpando, hoc est à ligando, siue vinciendo. {τὸ καλάθιον τὸ ἐκ σχοίνου. Ital. *Canestro, cistello, cistella*. Gal. *Vn petit panier de jonc, d'osier ou telles choses*. Hisp. *Canastillo, cuuela texida de juncos*.} Colum. Rei rust. lib. 10. -cano iam vimine textum Scirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.

Scirrhus, rhi, σκίρρος. Tumor induratus, cum nullo, aut modico dolore, originem trahens ab atra bile, aut à pituita. Vide Gal. lib. 14. Methodi.

Scisscitor, Scisco, Scitum, vide SCIO.

Scissile, Scissio, Scissura, Scissus, vide SCINDO.

Sciurus, {σκίουρος. Ital. *Scoiratto*. Gal. *Vn escureil*. Hisp. *La harda ò esquilo animal nota*.} Animal quod caudam pro recto, atque vmbra, quum est sub dio, habet, ἀντὶ τοῦ σκιᾶς, ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, id est ab vmbra caudæ. Vide Plinium lib. 8. cap. 38.

Scloppus, pi, Sonus est qui ex inflatione buccarum erumpit. Persius Saty. 5. Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.

Scnipes, qui & Ipes, σκνῖπες, ἶπες, Vermiculi sunt culicibus similes, vitium oculos erodentes: quos rustici ampelitide terra enecabant. Vide Galenum lib. 9. Simpl.

Scobs, scobis, fœminini generis secundum Priscianum, vel hic scobs, secundum Phocam, quod ab aliqua materia minutissimum decidit, dum vel per serram secatur, vel terebram perforatur, vel lima politur. {ῥινήματα, πρίσματα. Ital. *Rifecature, segature*. Gal. *Seieure ou limeure*. Hisp. *Las aserraduras de la lima ò de la madera*.} Hor. 2. Serm. Saty. 4. Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus Constitit sumptus neglectis, flagitium ingens. Tén' lapides varios lutulenta radere palma, &c. Plin. lib. 34. Alij elimatam scobem in fictili cado coquunt, in caminis, donec percoquatur figlinum. Iuuen. Saty. 14. -& tamen vno Semodio scobis hæc emendat seruulus vnus.

Scobina, æ, pen. corr. {σκόβινα. Ital. *Lima, raspa*. Gal. *Vne rape ou vne lime*. Hispa. *La escofina para limar madera*.} A scobs, inquit Varro, lima dicitur. Plin. lib. 12. cap. 37. Nouissima asperitas, vt scobina fabri. ¶ Vnde Descobinatus, teste Nonio, id est defectus, saucius, abrasus. Varro Melcagro, vt citat idẽ Nonius, Sin autẽ delectationis causa venamini, quãto satius est saltus eruribus in circo expectare, quã his descobinatis in sylua curare.

SCODRA, Ptolemæo, lib. 2. cap. 17. Vibs Liburniæ, hodie *Scutarum* vocant, sub Venetorum dominio. Vulgo *Scutari*.

Scolecia, Aerugo. A vermiculorum specie nomen accepit. {ὁ σκωληκώδης ἰός}. Fit ex Cyprio ære, trito alumine & sale, aut nitro pari pondere, cum aceto albo quamacerrime, trito (inquã) donec viride fiat, contrahátq; se in vermiculorum speciem. Vide Plinium lib. 34. cap. 12.

Scolecium, σκωλήκιον, Genus est cocci, in Attica & Asia nascentis, quod celerrimè in vermiculum commutatur: vnde nomen habet. Vide Plinium lib. 24. cap. 4.

Scolopax, σκολόπαξ. Auis est rostro oblongo, quam nonnulli gallinaginem appellant. *Vne becasse*.

Scolopendra, {σκολοπένδρα. Ital. *Centopiedi verme*. Gal. *Vne chenille*. Hisp. *El ciento pies*.} Animal e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus: vnde & millepedam, centipedam, & multipedam vocant. Diuersa tamen est ab ea multipedæ specie, quam Græci vocant oniscon, arcuatum serpentem, tactúque sese contrahentem. Vide Plinium lib. 29. cap. vltimo. ¶ Est & piscis eiusdem nominis, à terrestris animalculi similitudine dictus, de quo Plinius lib. 9. cap. 43. Scolopendræ, inquit, terrestribus similes, quas centipedas vocant, hamo deuorato omnia interanea euomũt, donec hamum egerant: deinde resorbent.

Scolopẽdrion, {σκολοπένδριον. Ital. *Ceterach*. Gal. *Ceterach*. Hisp. *Doradilla*.} Herba est quam alio nomine asplenum vocant, sine flore, sine caule, sine semine, pediculo nigro. Folia filiculæ modo diuiduntur, subter flauescentia, hirsutáque, supernè virentia. Vulgus pharmacopolarum *Ceterach* vocant.

Universidad de Deusto Biblioteca

SCOLVS, σκῶλος, Pagus est Bœotiæ, non longè à Citherone, iniucundam habens sedem, atque asperam: vnde natũ est prouerbium, Ad Scolum neque ipse accedes, neque alterum comitaberis. Autor Strab. li. 9.

Scolymos, ὁ σκόλυμος. Ital. *scarsiofolo, articchioco.* Gal. *Artichaut.* Hisp. *Cardo arrociſe que es de comer.* } Herba est ex genere aculeatarum, quam & Strobilum vocant, propterea quòd capita ferat pineæ nucis similitudinem referentia, mensis hodie gratissima: quæ vulgus, *Articocola* vocat. Vide Plin. lib. 22. cap. 22.

Scombrus, ὁ σκόμβρος. Ital. *scombro.* Gal. *Vn poiſſon appellé Maquereau.* Hisp. *El alache peſce.* } Genus piscis marini, cui in aquis sulphureus color est: cætea aquam, qui cæteris. Horum tanta est multitudo in mari Hispanico circa Carthaginem nouam, vt vicina Herculis insula ab ea dicta sit Scombraria, teste Strabone lib. 3. Laudabantur autem potissimùm scombri ad gari confectionem, quod sociorum cognominabant: cuius bini congij singulis millibus numùm permutabantur. Autor Plinius lib. 31. cap. 8.

Scomma, τὸ σκῶμμα. Ital. *Motto, botton.* Gal. *Vn brocard & lardon.* Hisp. *Donayre motejando.* } Latinè cauillum verti potest. Nam (vt Macrobius inquit lib. 7. Saturn. cap. 3.) est morsus figuratus, qui sæpe fraude, vel vrbanitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligatur, nec tamen semper ad amaritudinem pergit. Eiusmodi est illud in fallamentarij filium, Tace tu, cuius pater se cubito solet emungere. Item illud Ciceronis in Caninium vnius diei Consulem, Olim Flamines, nunc Consules sunt Diales, Lœdoria verò, eodem Macrobio teste, apertum est conuitium, & manifesta contumelia, nullo festiuitatis, ambiguitatisve velamento adumbrata.

Scopæ, arum, pluraliter, Instrumentum quo pauimenta verruntur. } σκοπαί, κόσμος. Ital. *scopa, granata.* Gal. *Vn balay ou verges à nettoyer.* Hisp. *Eſcoba.* } Plaut. in Sticho, Mùditias volo fieri hîc: ferte huc scopas, simúlq; arundinem, Vt operam omnem arancatum perdam, & texturam improbam. Deiiciámque earum telas. Dictæ scopæ, quasi scobæ, quòd his purgamenta veluti scobem educimus. Hoc instrumento plectũtur sontes ob noxam, quum cæduntur scoparum fasciculo manuali, circumducti per fora, vt vibices rubentes existant in tergo. ¶ Scopæ dissolutæ, prouerbiali metaphora dicuntur homines nihili, nullíusq; prorsus confilij. Cic. ad Att. lib. 7. Cæsarem vidi Minturnis ad VIII. Cal. Febr. mane, quum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, vt ipsum mihi illic videatur irridendi causa fecisse. Idem in Orat. Scopas dissoluere dixit, pro eo quod est, rem prorsus inutilem facere. Isti (inquit) quum dissoluũt orationem, in qua nec res, nec verbum vllum est nisi abiectum, non clypeum, sed (vt in prouerbio est) scopas mihi videntur dissoluere. Vide de hoc plura apud Erasmum in Adagiis. ¶ Scopæ manuales herbarum, δράγματα, dicuntur, quas medici vocant manipulos, hoc est fasciculi, quos vna manu possumus apprehendere. Plin. lib. 24. cap. 15, Incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis eius tribus heminis aquæ decoctis vsque ad tertias.

Scopula, diminutiuum. } τὸ σκόπισμα, τὸ σκόπισμα. Ital. *Picciola ſcopa, ſcouetta.* Gal. *Vn petit balay, eſcouette, verges à nettoyer.* Hisp. *Pequeña eſcoba.* } Colũ. lib. 12. cap. 38, Scopulis aridæ myrti seria suffriatur.

Sepparij, orum. Dicuntur serui, quorum ministerium est, vt scopis deuerrant pauimenta sordentia. } σαρῶνες, σπαρῶνες. Ital. *Scopatori, ſpazzaturi.* Gal. *Balieurs de maiſon.* Hisp. *Los que barren, barrenderos.* } Vlpianus titu. de Fundo instructo, Si villa cultior sit, accedere instrumento fundi atrienses, scoparios.

Scopa regia, teste Dioscoride, à Latinis appellata est herba, quam Græci βάτιν nominant, caule quadrangulo, apij folio, flore anethi, semine odorato. Plinius verò sideritim eam, quæ latissimo est folio, eo nomine intelligi voluit, vulneribus præcipuam, vt quę vel præcisos netuos glutinare possit. ¶ Idem alibi Scopam regiam violæ genus esse affirmat, violentum spirans odorem, sed hoc foliis, non floribus.

SCOPAS, σκόπας. Nomen insigne statuarij, vnius ex iis qui Mausoleum exlauit, vt refert Plin. lib. 35. cap. 5. Hor. 4. Carm. Ode 8, Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas.

SCOPE, Insula est in mari Lycio, apud Plin. lia. 5. cap. 21.

SCOPELOS, σκόπελος, Insula Asiæ, Troadi adiacens: cuius meminit Pli. lib. 5. cap. 30 & 32.

Scopes, σκῶπες, Aues sunt nocturnæ ex genere noctuarum, eædem cum iis quos bubones Latini appellant. Dictæ scopes, quasi σκοπαὶ ὅτι σκοποῦσι, Sunt enim raucæ & minimè canoræ.

Scoptula operta, quæ medicis dicantur, docet his verbis Celsus libr. 8. cap. 1, A cervice duo lata ossa vtrinque ad scapulas tendunt, nostri scopula operta, ἀμφιβλήστρια Græci nominat. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatimq; latescentia ad spinam tendunt: & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Hæc Celsus. Latos humeros quidam vocant, alij ossa humeraria.

Scopulus, vide SCOPVS.

Scopus, scopi. } σκοπός. Ital. *Mira, ſegno, intentione.* Gal. *Scope, but à quoy vn viſe.* Hisp. *Mirada, ſeñal.* } Est illud ad quod sagittas dirigimus. Inde manarunt prouerbiales locutiones, Attingere scopum, Abertare à scopo, & similes. ¶ Per metaphoram scopus accipitur pro fine illo quo mẽtem & propositum nostrum dirigimus. Cic. Att. lib. 15, Scopus enim hic est huic nostro nihil præbere. ¶ Scopus etiam in vua dicitur ramosum illud ex quo dependent acini. Varro 1. de Re, rust. cap. 54. Quæ calcatæ vuæ erunt, earum scopi cum folliculis subiiciẽdi sub prælum, vt si quid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum.

Scopulus, li. Est saxum eminens. } σκόπελος, σκόπελος. Ital. *ſcoglio.* Gal. *Vn rocher.* Hisp. *Roca ò peña.* } à verbo Græco σκοπέω, vt Seruio placet, hoc est à speculando, quod inde in mare pateat prospectus: vel ab eo quod Græci pro eodem dicunt σκόπελος, quanuis etiam hoc λὰν ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν dictum sit. Plin. lib. 12. cap. 14, Saba regio à dextra maris, scopulis inaccessa. ¶ Est etiam scopulus interdum paruus scopus, hoc est illud ad quod sagittas dirigimus. Spect. in Domitiano, cap. 19. Nonnunquam in pueri procul stantis, præbentisque pro scopulo dispansam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxerit, vt omnes per interualla digitorum innocuæ cuaderent.

Scrupulosus, adiectiuum. Scopulis plenus. } σκοπελώδης. Ital. *Pieno de ſcogli Gal. Plein de rochers.* Hisp. *Lleno de rocas ò peñas.* } Plin. lib. 6. cap. 18, Deiectúmque per scopulosa, & abrupta, &c. ¶ Per translationem ponitur pro difficili. Cic. 1. Verr. Intelligo quàm scopuloso, difficiliq; loco verser.

Scordium, dij. } σκόρδιον. Ital. & Hispan. *Scordio.* Gal. *Scordeon ou chamarus.* } Herba est, teste Dioscoride, tam in montibus quàm in palustribus locis nascens, foliis trissaginis, maioribu stamen, & in ambitu non vsqueadeo diuisis, caule quadrangulo, flore subrubro. Dictum scordion, ἀπὸ τοῦ σκόροδον, hoc est ab allio, cuius odorem refert, & acrimoniam, teste Galeno lib. 8. Simpl. facult.

SCORDISCI, σκορδίσκοι. Pannoniæ populi, in Montiselaudij fronte, quo monte diuiduntur à Taurisceis. Autor Plin. lib. 5. cap. 25.

Scoria, æ, } σκωρία. Ital. *Schiuma, & feccia del metallo.* Gal. *Eſcume de metal.* Hispan. *La baz del metal.* } Spurcitia, siue sordes quæ ex metallo inter coquendum, veluti spuma quædam expurgatur. Celsus recrementũ nominat. Sic enim habet medicinæ suæ lib. 5 cap. 18 Plumbi recrementũ σκωρίαν μολίβδου Græci vocant. Plin. lib. 33. cap. 4. Spurcitia in omni metallo scoria vocatur. ¶ Ponitur interdum pro cura & passione: propterea quòd qui in luctu constituti sunt omni prorsus cultu neglecto, sordidati conspiciantur. Virg. ad Messal. Et scoria patiat rubescere tali.

Scorodon, } σκόροδον. Ital. *Aglio.* Gal. *Ail.* Hisp. *Ajo.* } Herba est nulli non nota, quam Latini allium appellant. ¶ Est & syluestris allij genus, quod Græco nomine ἀγριοσκόροδον, quasi allium anguinum appellatur.

Scorodoprasson, σκοροδοπράσσον. Herba est magnitudine porrũ æquans, qualitatum porri & allij particeps.

Scorpæna, Genus piscis apud Plin. lib. 32. cap. vlt. Meminit eius & Ambrosius, Scorpæna, inquiens, quoque castitatem immaculati connubij generi suo seruat, non percutit, sed reficit.

Scorpites, σκορπίτης, Gemma est scorpionis colore. Plin. lib. 37. cap. 11.

Scorpius, pii, & Scorpio, onis. } σκορπίος. Ital. *Scorpione, ſcorpio.* Gal. *Scorpion.* Hisp. *Eſcorpion ò alacran.* } Animal venenosum, cauda feriens, de cuius natura vide Plin. lib. 11. cap. 25. ¶ Scorpius etiam, siue Scorpio, cæleste signum. Columella, Sol ingreditur Scorpium XI. I. Calen. Novembris. ¶ Item militare instrumentum, ita dictum, quòd paruis, ac subtilibus spiculis inferat mortem, siue quòd scorpionis similitudinem habeat, quum arcus hinc atque hinc chelarum similitudine præ se ferant spiculum caudæ. Vulgus *Arcubalistam* appellat. ¶ Quidam etiam accipiunt scorpium pro genere tormenti, vt sunt tubi aculeati, vel flagellum virgarum, vt scutica habens in summitate glandes plumbeas. Quo quidẽ tormenti genere sæpe legimus martyres afflictos fuisse. Plin. lib. 7. cap. 56, Et in tormentis scorpionẽ Cretas inuenisse, ferunt. ¶ Præterea scorpius herba est, semen habens ad similitudinem scorpionis, quę valet aduersus animal sui nominis: de qua Plin. lib. 22. cap. 15. ¶ Est & Scorpius piscis, apud eundem Plin. lib. 32. cap. 11.

Scorpiuros, σκορπίουρος. Herba, quæ & scorpius dicitur, semen habens simile scorpionis caudæ, vnde & nomen habet. Plin. lib. 22. cap. 21.

Scortum, ti, Id est meretrix: inde dicta teste Festo, quòd tanquam pellicula subigatur. } πόρνη. Ital. *Meretrice.* Gal. *Putain de bordeau.* Hisp. *La puta.* } Omnia nanque pellibus facta, antiqui scortea appellabant. Cic. pro Milone, Clodius semper scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. Idem de Arusp. resp. Quis vnquam nepos tam liberè est cum scortis, quàm hic cum sororibus voluptatis? Dicitur aliquando & de maribus, præposteræ virorum libidini obsequentibus. Cicer. pro Sestio, Nec mihi res erat cum Saturnino, sed cum scurrarum locupletum scorto, cum sororis adultero, &c. Quo in loco Clodium intelligit. ¶ Propriè tamen Scortum est eorum animalium, præsertim eorum quę crassiorem habent pellem ac duriorem τῶν σκύλων. Scortũ, inquit Festus, pellis testiũ arietinorum.

Scortillum, diminutiuum. } τὸ πορτίδιον, τὸ πορτάριον. Ital. *Picciola meretrice.* Gal. *Petite putain.* Hisp. *Pequeña puta.* } Catulus, Scortillum mihi quum repentè visum est Non sanè illepidum, nec inuenustum.

Scorteus, a. um, Coriaceus, pelliceus. } σκύτινος. Ital. *Fatto de pezzi di cuoro.* Gal. *Fait de cuir ou de peaux.* Hisp. *Coſa hecha de cuero ò pelleja.* } Ouid. 1. Fast. Scortea non illi fas est inferre sacello. Scortei numi, σκύτινα νομίσματα, qui fiebant ex corio. Donarus quoque in Commen. Virg. pecuniam autumat ex corio bubulo priscis temporibus fuisse, & inde dictam pecuniam, quòd ex pecore fieret.

Scortor, aris, Meretricor. } πορνεύω. Ital. *Andare à meretrice.* Gal. *Paillarder.* Hisp. *Andar tras putas ò en puteria.* } Terent. in Heaut. Scortari crebrò nolunt. Idẽ Adelphis, Non est flagitiũ (mihi crede) adolescẽtulũ scortari.

Scortator, oris, verbale, Meretricum sectator. } πόρνος. Ital. *Puttaniero, fornicatore.* Gal. *Putier, paillard.* Hisp. *Putañero, que anda tras putas.* } Cic. 2. in Catil. O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam.

SCOTI, Britanniæ insulæ populi, ab Anglis ad Ortum Tueda, ad Occasum Soluca flumine dirempti: mediterranea mons Cheuiota discriminat. Horum olim tanta fuit feritas, vt humanis carnibus vescerentur: quod & ipsum testatur Hieronymus libr. 2. contra Iouinianum. Quid (inquit) loquor de cęteris nationibus, quum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam, humanis vesci carnibus? Et quum per syluas porcorum greges, & armentorum, pecudúmque reperiant, pastorum nates, & fœminarum papillas solere abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari?

SCOTINA, σκότινα, Locus est apud Lacedæmonios, densis quercubus vmbrosus, in quo Iupiter colebatur, cognomento Scotinas: vt est autor Paulanias lib. 10.

Scotoma, σκότωμα, Vertigo capitis, quum omnia quæ foris oculis occurrunt, in gyrum circumagi videntur: quam & visus obtenebratio, nonnunquam & casus solet comitari. Dictum scotoma, quasi obscuratio. Σκότος enim Græces tenebras significat: vnde σκοτόω, obtenebro, obscuro. A cuius præterito passiuo deducitur verbale σκότωμα. Latini hoc mali genus vertiginem appellant.

SCOTVSSA, σκοτοῦσσα, Oppidum est in confinio Macedoniæ, ad Nessum amnem, locum habens, quem κυνὸς κεφαλὰς, hoc est canis capita appellant, in quo Romani & Aetoli T. Quintio duce, Philippum Demetrij filium, Macedoniæ regem ingenti prælio superarunt. Autor Strabo libro 9.

Screo,

Screo, cas, Cum conatu quodam de pectore sputum eiicio. {πτύω πτύσμα. Ital. *Carcassare, sputare per forza.* Gal. *Cracher.* Hisp. *Escupir tossiendo o gargajear.*} Plin. lib. 23. cap. 1, Eadem iniumento, hominéque phlegma, aut sanguinem qui screatur, talo circunligata sanat.

Screator, oris, Qui screat. {πτυστής, πτυσμώδης. Ital. *Sputatore.* Gal. *crachetur.* Hisp. *Escupidor.*} Plaut. in Milit. Screator sum itidem minimè succidus.

Screabile, Quod screari potest. {πτυστός. Ital. *Che si puo sputare.* Gal. *Qu'on peut cracher.* Hisp. *Que se puede escupir.*} Vnde compositum Excreabilis. Plin. lib. 20. Pulmonum vitia excreabilia facit.

Screatus, atus, Ipsa screatio. {πτύσμα. Ital. *Sputamento.* Gal. *crachement.* Hisp. *obra de escupir tossiendo.*} Teren. in Heaut. Gemitus, screatus tussis.

Scriba, vide SCRIBO.

Scriblita, pen. prod. Genus cibi appellatū, quòd in circuitu ad restis modum torqueretur. Hoc solùm differens à placenta, quòd sine melle coquebatur, & frutissima edi solebat. Marti. lib. 3, Circunlata diu mensis scriblita secundis Vrebat nimio sæua colore manus. Plaut. in Pœn. Dum ludi fiunt, in popinam pedisequi irruptionem facite: nunc dum occasio est, nunc dum scriblitæ æstuant, occurrite.

Scribo, is, psi, ptum, Eorum proprie est, qui operis aliquid componunt. {συντίθημι, λογογραφέω. Ital. *Scriuere*, Gal. *Escrire.* Hisp. *Escreuir.*} Cic. Sed proximè scripsi de optimo genere dicēdi, in quo, &c. Idem Lentulo lib. 1, Scripsi etiā versibus treis libros de temporibus meis. Plin. lib. 12. cap. 14, Iuba rex iis voluminibus quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium. Horat. 2. Epist. 2, Præter cætera Romæ mēne poëmata censes Scribere posse, inter tot curas, totque labores? ¶ Interdum tamen scribere accipitur pro manu propria literas fingere. γράφω. Plau. in Pseud. Quasi in libro quum scribuntur literæ calamo. Aduertendum tamen apud bonos autores non reperiri, Scripsi propria manu: sed, mea, aut tua, aut sua manu. Cice. Attico, Neque semper mea manu literas expectabis. Sic alibi persæpe. ¶ Quandoque pingere. Plinius de Nicomacho pictore, Scripsit & Apollinem, & Dianam, Deūmque Matrem in leone sedentem. Vnde & picturas legere dicimus. Virg. 6. Aeneid. –quin protinus omnia Perlegerent oculis. ¶ Scribere notis, est celeriter excipere, & dictionibus decurtatis aliquid scribere, quemadmodum olim faciebant notarij, quibus etiā nomen à notis huiusmodi remansit. Quintil. lib. 11. cap. 2, Habemus sanè, vt qui notis scribunt, certas imagines omnium, &c. ¶ Scribere leges, quod & condere, & dicere, & facere dicitur. Cicero pro Roscio Ameri. Eius porrò ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges quibus hodie quoque vtuntur, scripserit. ¶ Scribere hæredem, est instituere, facere. Martia. lib. 10, Hæredem scripsit me Numa, conualui.

Scriptum, pti, Idem quod scriptura, hoc est idipsum quod literis mandatum est. {γράμμα. Ital. *scritto, scrittura.* Gal. *Escrit, escriture.* Hisp. *Escripto, escritura.*} Lib. 1. ad Heren. Ex scripto sententiæ controuersia nascitur hoc modo. Quum videbitur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. Cice. Luccio, Ardeo cupiditate incredibili, neque vt ego arbitror, reprehendenda, nomen vt nostrum scriptis illustretur, & celebretur tuis. ¶ Scriptum facere, est scribendo victum quærere. Gellius lib. 6. cap. 9. Cn. Plautus patre libertino natus scriptum faciebat.

Scriptus, ptus, ptui, Idem quod scriptum, siue scriptura. γραφή. Gell. lib. 6. cap. 9, Dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse. De Cn. Flauio.

Scriptito, as, frequētatiuum est à verbo minus vsitato scripto, as, quod & ipsum frequentatiuum est à verbo scribo. {μᾶλλον γράφω. Ital. *Scriuere souente.* Gal. *Escrire souuent.* Hisp. *Escriuir muchas vezes.*} Cic. Attic. lib 7. Et hæc, & siquid aliud, ad me scribas, velim, vel potius scriptites.

Scriptio, onis, Actus quidpiam literis mandandi, & idipsum opus quod conscribitur. {συγγραφή Ital. *Scrittura.* Gal. *Escriture.* Hisp. *Escriptura, obra para escreuir.*} Cice. 5 Tusc. A quo non modò impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, vetumetiam lacessiti. Idem Dolabellæ, Orationculam pro Deiotaro quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaq; eam tibi misi, quam velim sic legas vt rem tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignā, id est non magnopere dignam quæ literis mandetur. ¶ Ponitur etiam pro quacunq; scriptura, aut ipso scribendi actu. Cice. ad Attic. lib. 10, Crebro refricat lippitudo, non illa quidem prodigiosa, sed tamē quæ impediat scriptionem meam. Varro, Auarus fœnerator, spe lucri rem scriptione duplicarat.

Scriba, æ, Cuius munus est literas, vel acta, aliúdve quiduis, Principis, vel ciuitatis, vel etiam magistratus cuiuspiam nomine, seu mandato scribere. {γραμματεύς. Ital. *Scriuano, cancelliere, notaio.* Gal. *Escriuain, scribe, greffier.* Hispan. *Escriuano, notario.*} Liuius lib. 2. de Cneo Mutio loquens, ibi quum militibus stipendium fortè daretur, & scriba cum Rege sedens pari ferè ornatu multa ageret. Et paulo post, Scribam pro Rege obtruncat. Cicero Rufino, Ad ea quæ scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si Marcus Tullius scriba meus adesset.

Scriptor, oris, Operis alicuius autor, qui quippiam literis mandat. {συγγραφεύς. Ital. *Scrittore, compositore.* Gal. *Escriuain.* Hisp. *El que escriue componiendo libros.*} Horatius in Arte, Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. Liuius lib. 1, Etsi in tanta scriptorū turba mea fama in obscuro est. Donatus in prologo Terentij, Indifferenter, inquit, omnis qui aliquid scripsisset, scriptor à veteribus dicebatur. ¶ Scriptor legum, legū lator. νομοθέτης. Cicero ad Brutum, Neque solùm vt Solonis dictum vsurpem, qui & sapiens vnus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem.

Scriptorius, a, um, Quod aptum est vt ex eo scribatur, seu quod ad scriptorem pertinet. {γραφικός. Ital. *Cosa da scriuere ò da scrittore.* Gal. *seruant à escrire ou à escriuain.* Hisp. *Cosa para escriuir ò para escriuano.*} vt Atramentum scriptorium, μέλαν γραφικόν apud Celsum libro 6. cap. 4, Id autem quod subinde raditur, illini atramento scriptorio satis est. Idem lib. 5. Sed eadem medicamenta in calamum scriptorium conijcienda sunt, isque ori fistulæ apprendus, inspirandúmque vt ea medicamenta intus compellantur.

Scriptura, æ, Idem quod scriptio, stylus, vel ipse actus aliquid literis mandandi. {γραφή Ital. *scrittura.* Gal. *Escriture.* Hisp. *Escriptura.*} Autor ad Herennium, lib. 3. Non sum nescius quantum susceperim negotij, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari scriptura conatus sim voces, Scriptura, inquit, id est scribendo, vel (vt Cicero loquitur) scriptione. Et lib. 5. Reliquum scripturæ cōsumetur in exemplis, id est reliquum eius quod scribendum est. ¶ Aliquando capitur pro stylo quo quis vtitur in scribendo. Cicero Trebatio, lib. 15. Quum verò ea quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cognitare non potueris. Cæcinna Ciceroni, Genus autem hoc scripturæ non modò liberum, sed incitatum, atque latum esse quis ignorat? ¶ Scriptura ponitur aliquando pro vectigali quod percipitur è portoriis, seu pascuis: vel ipsa ratio eorū qui præsunt huiusmodi vectigalibus: & ij, qui portus, aut portoria curabant, vectigalia describentes, aut colligentes, Magistri scripturæ, & portus dicebantur. Scriptura huiusmodi hodie est eorum mancipum qui glandiarios, & pascuos saltus redimunt. Plaut. in Truc. Nam aduersum legem à me ob meam scripturā pecudē accepi. Fierique. A. idem quod tu facis, faciunt rem male gerentes: vbi non Est scriptura, vnde det, incusant publicanos. ¶ Scripturę magister, Qui vectigalia describebat in portu, eorúmque rationes conficiebat. ἀρχιγραφεύς. Cice. ad Atti. Magister scripturæ, & portus, quidam Lucius Carpinatius.

Scripturarij, Olim dicebantur, teste Nonio, qui postea tabularij dicti sunt, quòd scripturis & commentariis omnes aut ciuitatum, aut prouinciarum res complecterentur. ἀρχιγραφεῖς. Lucil. lib. 26, Publicarum rerum assuefiam, vt scripturarius. Scripturarius ager, teste Festo, is dicitur qui publicus est, in quo vt pecora pascantur, necesse est vt certum æs pastor pendat publicano.

SCRIBONIVS Aphrodiseus, Orbilij seruus atq; discipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ prius Augusti vxor fuerat, redēptus & manumissus. Huius meminit Tranquillus.

Scrinium, A secernendo, arca dicitur qua seruantur pretiosa ac secreta. {κιβωτός. Ital. *Scrigno cassetta.* Gal. *coffret ou cabinet.* Hisp. *La caxa en que se guardan las cosas preciosas.*} Plin. lib. 13. cap. 1, Alexander cepit scrinium vnguentorum. Horat. 2. Epist. 1, Et prius orto Sole vigil calamum, & chartas, & scrinia posco. Idem 1. Serm. Saty. 1, Iam satis est, ne me Crispini scrinia Lippi Compilasse putes, verbū non amplius addam. Huius diminutiuum est Scriniolum.

Scriniarius, Seruiorum custos, id est rerum secretarum. χαρτοφύλαξ.

Scrobs, scrobis. {ὄρυγμα. Ital. *Fossa, buca, poro, cauadapiantar vigna ò arbori.* Gal. *Vne fosse.* Hisp. *El hoyo para plantar.*} Generis tam masc. quàm fœmi. secundum Priscianum. Seruius tamē ait magis masculinum esse, quàm fœmininum, & citat Plautum qui dixit, Sexagenos scrobes. Quod verò Lucanus ait, Exigua possunt scrobe id vult esse contra artem. Sunt autem Scrobes, fossiones, vt putei, vel fouex intra terram manu factæ, ad vineas, vel arbores conserendas, vel ad metalla, & quæcunque alia fodienda. Colum. lib. 4. cap. 1, Contenti bipedanea scrobe. Idem. Ante annum quàm poma disponere voles, scrobes fodito.

Scrobiculus, diminutiuum. {τὸ μικρὸν ὄρυγμα, τὸ βόθριον. Ital. *Fossetta.* Gall. *Fossette, petite fosse.* Hisp. *Pequeño hoyo.*} Plin. lib. 21. cap. 5, Atque ita in scrobiculis seruntur, hemitis fœcis circunfusis. Colum. lib. 15, Et id quod à matre abscissum recessit, confestim à latere circunfoditur, & scrobiculo facto ad imum solum præciditur.

Scrofa, æ, Sus fœmina, quæ fœtus causa alitur. {ὗς. Ital. *Porca vecchia, scrotta.* Gal. *Vieuye vieille.* Hisp. *Puerca ya vieja ò parida.*} Varro, Propterea matrem scrofam sua quęque hara suos alat oportet, quæ alios aspernatur. Plaut. Capt. Eorum si cuiusquam scrofam in publico conspexero, Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures. Colum. lib. 7. cap. 9, Scrofæ probantur longissimi status, & vt sint reliquis membris similes descriptis veteribus.

Scrofipascus, Qui pascit scrofas. {ὁ χοιροβοσκός. Ital. *Nutritore de porche.* Gal. *Porcher qui paist ou nourrit truyes.* Hisp. *criador de porcas.*} Plaut. in Capt. Tum pastores scrofipasci qui alunt furfure sues.

Scrofulæ, Proprie dicuntur indurati adenes, in collo præcipuè, in alis & in inguinibus consistentes, ita dictæ à suibus, qui peculiariter hoc morbo infestantur. {χοιράδες. Ital. *Scrouole.* Gal. *Escrouelles.* Hispan. *Lamparones.*} Latini strumas appellant. Vide Celsum libro 5. cap. 28, & infrà in dictione STRVMA.

SCROPHA Tremellius. Vir Prætorius fuit, Varronis æqualis, quem de familiæ suæ cognomine ita inducit loquentem lib. 2. cap. 4, Rei rust. Auus (inquit) meus primùm appellatus est Scropha: qui Quæstor quū esset, à Licinio Nerua Prætore in Macedoniæ prouincia relictus, qui præesset exercitui, dum Prætor rediret: hostes arbitrati occasionem se habere victoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. Auus quum hortaretur milites vt caperent arma, ac exirent contrà: dixit eos celeriter se illos, vt scropha porcos, disiecturum idque fecit. Nam eo prælio hostes ita fudit, ac fugauit, vt eo Nerua Prætor Imperator sit appellatus: & auus cognomen inuenerit vt diceretur Scropha. Itaq; proauus & superiores, de Tremelliis nemo appellatus Scropha. Nec minus septimus sum deinceps Prætorius in gente nostra. Hactenus Varro.

Scrotum, Rugosus ille testiculorum sacculus, quem nonnulli etiam scortum appellant, quòd quandam coriacei sacculi similitudinem referat. {ὄσχεον. Ital. *La pelle che pende sotto i testicoli.* Gal. *La peau ou laquelle sont cōtenus les genitoires.* Hispan. *La bolsa de los cojones.*} Scortea enim veteres appellabant quæcunque ex aluta aut pelle constabant.

Scrupus, pi, Calculus, seu lapillus exiguus, pedes ambulantium offendens. {λίθος, ψῆφος. Ital. *Pietrella, pietricella.* Gal. *Vne petite pierre ou grauois.* Hisp. *China ò pedrezita.*} Festus, Scrupi dicuntur aspera saxa, & difficilia attrectatu.

Scrupeus, a, um, Quod est lapillosum. {λιθώδης. Ital. *sassoso.* Gal. *Pierreux, graueleux.* Hisp. *Cosa de china ò pedrezita, pedregoso.*} Virg. lib. 6, Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro. ¶ Scruposus, Idem. Lucanus, Scruposisque angusta vacant vbi littora saxis, Imposuit terræ. ¶ Scrupus etiam accipitur pro ænigmate, seu pro nodoso quopiam argumento. Gell. lib. 11, Quæ Græci αἰνίγματα, Latini scrupos appellauerunt: tales etiam Græcis itidem γρῖφοι appellantur. Ea enim est genuina lectio: quanquam in vulgatis exemplaribus scirpos perperam legamus.

Scrupulus, li, diminutiuum à scrupus, Propriè lapillus breuis, & asper, qui in calceo latens, plerunq; nos lædit, pressúsq; dolorē creat. {ψῆφος. Ital. Ital. *Scrupolo, picciola pietra, pietrella, pietricella.* Gal. *Vne petite pierre ou*

grauois. Hisp. *China ò pedrecita.*} Vnde pro solicitudine & difficultate ponitur. {*ὑποψία, ἀπορία.* Ital. *Dubbio, difficultà, pensiero.* Gallic. *Difficulté, scrupule, doute, soucy.* Hispan. *Duda, cuida, difficuldad.*} Cicero, pro Sexto Rosc. Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctésque stimulat, ac pungit. Idem pro Cluentio, Hic tum injectus est homini scrupulus, ac dubitatio. ¶ Scrupulus etiam, vel scrupulum, genus est exigui ponderis pendentis tertiam partem drachmæ, hoc est obolos duos. A Græcis dicitur *γράμμα*, hoc est litera, quòd alphabetum apud Græcos quatuor & viginti literas habet, in quot scrupula diuiditur vncia. {Ital. *Scropolo.* Gal. *Scrupule, le pois de deux oboles.* Hisp. *Escrupulo.*} Fannius apud Priscianum, In scrupulis trinis drachmâ. Val. Max. lib. 4, de Paup. Eadem gens nullum antè scrupulum auri habuit. Ouid. de Remed. Quinque parant marathri, scrupula myrrha nouem. Cic. Att. Illud cognitum est, nullum esse argenti scrupulum in illa insula. ¶ Scrupulus etiam mensura est in metiendis terris, continens pedes quadratos centum. Colum. lib. 5. cap. 1, Igitur iugerum, vt diximus, habet quadratorum pedum millia XXVIII & DCCC: qui pedes, efficiunt scrupula CCLXXXVIII.

Scrupulosus, a, um, Quod scrupulis abundat. {*πολύψηφος, λιθικώδης.* Ital. *Pieno di sassetti.* Gal. *Pierreux, graueleux, ou grumeleux.* Hisp. *Lleno de aquellas chinas ò pedrezitas.*} Plaut. Capt. Nam meus scrupulosam victus commeat viam. Cicer. 4. Tuscul. E quibus, tanquam ex scrupulosis cotibus, enauiganit oratio. ¶ Per translationem tamen frequentius pro anxio, tristi, & solicito accipitur. {*ὁ κατ' ἀκριβολογίαν, δυσχερὴς, ὁ κατ' ἀπορίαν.* Ital. *Pieno di dubbij & difficulta.* Gal. *Scrupuleux, trop curieux, plein de doubtes & difficultez.* Hisp. *Muy' dudoso, cuidado, lleno de dudas.*} Val. Max. lib. 1, Qui tam scrupulosa cura paruula quæque momenta religionis examinare videntur.

Scrupulosè, aduerbium. Id est anxiè, difficulter, religiosè. {*ἀκριβολογικῶς, δυσχερῶς.* Ital. *Con difficultà & dubbio, scropolosamente.* Gal. *Scrupuleusement, auec difficulté & chagrin.* Hisp. *Con mucha cuida, muy dudosamente.*} Colum. lib. 8. cap. 8. At quæ dono, vel aucupio contingunt, minus scrupulosè probantur, id est difficulter.

Scrupulositas. Anxietas, difficultas. {*ἀκριβολογία, δυσχέρεια.* Ital. *Difficultà, pensiero.* Gal. *Scrupulosité, difficulté.* Hisp. *Cuida, mucha duda.*} Colum. li. 11. cap. 1, In hac autem ruris disciplina non desideratur eiusmodi scrupulositas.

Scrupularis, scrupulare, Quod ad scrupulum pertinet. {*γραμμικός.* Ital. *Pertinente à scropolo.* Gal. *Appartenant à scrupulo, du pois de deux oboles.* Hisp. *Perteneciente à escrupulo.*} Plin. lib. 33. cap. 8, Protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris scrupulari differentia.

Scrupulatim, Per scrupula, {*κατὰ γράμματα.* Ital. *Minutamente, à scropoli.* Gal. *Par le menu, par scrupules.* Hisp. *Desmenuzadamente, por escrupulos.*} Plin. lib. 22. cap. 24. Scrupulatim quidem colligete, ac miscere vires, non coniecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est.

Scruta, orum, {*χρήματα.* Ital. *Straci, baronzoli.* Gal. *Vieils fers ou vieils drappeaux.* Hisp. *Vestiduras viejas.*} Attritæ vsu vestes, dimidiatæ strigiles, & iumentorum soleæ, refixi clani, idque genus alia quæ vilissimi proxenetæ venalia habent, quos antiqui scrutarios *χρυσοπώλας* appellabant. Horat. lib. 1. Epist. - Vulteium manè Philippus Vilia vendentem tunicato scruta popello Occupat. Lucil. apud Gellium, Noct. Atticarum lib. 3. Quidni? scruta quidem vt vendat scrutarius, laudat. Cælius lib. Antiq. 10. cap. 6, Verbo Scruta, veteramenta significari puto omnifaria, quæ quum vsu iam detrita sint, pretio item diminuta censentur.

Scrutaria riæ, Scrutorum venditio. *χρυσωνία.* vt Sagaria, cœnaculatia, linteatia Apuleius lib. 4. Scrutariam facitis.

Scrutor, aris, Inquiro, inuestigo. {*ἐρευνάω, ζητέω.* Ital. *Cercare*, Gal. *Fouiller & chercher fongneusement.* Hisp. *Buscar ò escudriñar.*} Cic. pro Roscio Amer. Non excutio re, si quid fortè ferri habuisti, non scrutor, nihil ad me pertinere arbitror. Plin. lib. 5. cap. 1, Polybius annalium conditor ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circūuectus prodidit, &c. Horat. 1. Epist. 18, Arcanum neq; tu scrutaberis vllius vnquam, Commissumque reges, & vino tortus, & ira. Plin. lib. 8. cap. 40, de canibus, Sed in venatu solertia & sagacitas præcipua est, scrutatur vestigia, atq; persequitur, &c. ¶ Legitur & scruto apud antiquos actiua voce: quod & Nonius annotauit. Vnde compositum perscruto, quo vsus est Plautus in Aul. Postremò hunc iam perscrutani.

Scrutator, oris, Inuestigator. {*ἐξερευνητής, ἐρευνητής.* Ital. *Cercatore.* Gal. *Fouilleur, chercheur.* Hisp. *Buscador, escudriñador.*} vt Pallidus scrutator auri, Lucanus libr. 4. Stat. 3. Syl. Quòdque legit mersus pelasgi scrutator Eoi.

Scrutinium, nil. Inuestigatio, inquisitio, à scrutor. {*ἐξέτασις, ἔρευνα.* Ital. *Inquisitione, cercamento.* Gal. *Cherchement, inquisition.* Hisp. *Obra de escudriñar, busca miento.*} Apuleius lib. 9. Postremũ magistratibus placuit, obstinatè denegantem scrutinio detegere.

Sculnam, Veteres pro sequestro vsurparunt, quasi sequulnam, quo verbo vsus est Varro.

Sculpo, is, psi, ptum, Cædendo imaginem aliquam efficio, seu formam materiæ induco. {*γλύφω.* Ital. *Scolpire.* Gal. *Tailler, grauer.* Hisp. *Esculpir ò entallar.*} Et propriè in marmore, & aliis lapidibus sculptura fieri dicitur: confiatura verò in metallis quæ solui possunt, atque confiari, vt auro, & argento, & cæteris. Plin. lib. 36. cap. 4, Marmore sculpendo primũ omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis. Ouid. 10. Metam. Interea niueum mira feliciter arte Sculpsit ebur. Diomedes tamen contendit sculpo Latinum non esse, ciúsque loco scalpo dicendum esse. Quod si verum est, codices ferè omnes mendosos esse oportet, in quibus sculpere frequenter occurrit.

Sculptor, oris, verbale, Qui sculpit. {*γλύπτης, γλυφεύς.* Ital. *Intagliatore, scultore.* Gal. *Tailleur, graueur.* Hisp. *Esculpidor ò entallador.*} Plin. lib. 20. ca. 13, Sculptores & pictores vruntur. Idem lib. 36. cap. 5, Iam fuerat in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Micciades, &c.

Sculptura, ræ, Quæ auro, argento, ære, ferreo, ligno, ebore, marmore, vitro, gemma, opera nostra efficit. {*γλυφή.* Ital. *Intagliatura, scoltora.* Gal. *Taillure, graueure.* Hisp. *Esculpidura, entalladura.*} Plin. lib. 16. cap. 40, Habent in sculpturis facilitatem.

Sculptile, Quod sculptum est: vt Sculptile simulacrum. {*γλυπτός.* Ital. *Intagliato, scolpito.* Gal. *Graué, taillé.* Hisp. *Cosa esculpida ò entallada.*} Ouid. 4. de Ponto, Signa quoque in sella nostrum formata curuli, Et totum Numidæ sculptile dentis opus. Numidam dentem vocat ebur è dento elephanti Numidici.

Sculponeæ, arum, Calcei ex lana confecti. Plautus Casina. Qui quæso potius quàm sculponeas, Quibus batuatur tibi os? Næuius. Sculponeis batuenda sunt latera. {*κοιλοπάτοις ἐριοπλεκτοῖς.* Ital. *Scarpa di lana.* Gal. *Soliers faits de laine.* Hisp. *Capato de fieltro.*} ¶ Hinc Sculponeatus, dicitur qui est sculponeis indutus. {*ὁ ἐριοπλεκτοῖς ὑποδήμασι κεκοσμημένος.* Ital. *Calcciato con scarpe di lana.* Gal. *Chaussé de soliers de laine.* Hisp. *Calçado con çapatos de lana.*} Varro, Aspicio sculponeatam, bigas sequi cornutas. Scribit Cato Sculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ rusticanæ.

SCVRGVM, *σκῦργον*, Germaniæ vrbs, in climate Septentrionali Ptolemæo autore lib. 2. cap. 11. vnigò *Schmeben.*

Scurra, ræ, Qui risum ab audientibus captat, non habita ratione verecundiæ, aut dignitatis. {*γελωτοποιὸς, βωμολόχος.* Ital. *Buffone.* Gal. *Vn plaisanteur, vn bouffon.* Hisp. *El truhan ò vano.*} Dictus scurra (vt quidem volunt) à sequendo, quod id genus homines sequi soleant opulentiores aliquid promerendi causa. Cicero, pro Quintio, Memini, verus est, de scurra multò facilius diuitem, quàm patremfamiliâs fieri posse. Idem 5. Verr. Albam habebo iudicem, cum hominem qui se ipse scurram improbissimum existimari vult, qui à scurris potius semper gladiator, quàm scurra appellatus sit. Iuuen. Satyr. 13, Vrbani fugitiuus scurra Catulli.

Scurrilitas, Turpis, & procax dicacitas, neque temporis, neq; loci, neque personarum respectum habens. *βωμολοχία, γελοιοποιία.* Ital. *Mestiero di compiacere con motti disonesti.* Gal. *Plaisanterie.* Hispan. *Aquel habito de truhanear.*

Scurrile, penult. prod. Ridiculum cum turpitudine. {*ὁ βωμολοχικὸς, γελοιοποιητικὸς, ὁ βωμολόχος.* Ital. *Buffonesco.* Gal. *De plaisanteur.* Hisp. *De truhan.*} Cic. 2. de Orat. Ne aut scurrilis iocus sit mimicus.

Scurriliter, aduerbium, Procociter. {*γελοίως, εὐτραπέλως.* Ital. *Buffonescamente.* Gal. *En boffon, en plaisanteur.* Hisp. *Truhaneando ussi.*} Plinius Epist. 90, Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore, tam scurriliter ludat?

Scurror, aris, Scurram ago. {*βωμολοχέυομαι, γελοιοποιῶ.* Ital. *Fare il buffone.* Gal. *Plaisanter & dire mots pour rire.* Hisp. *Truhanear.*} Horat. 1. Epist. 18. Scurror ego ipse mihi, populo ru. Idem 1 Epist 19, Scurrantis speciem præbere professus amicum. Hoc est turpiter adulantis.

Scutale, huius scutalis, penult. prod. n. g. Liu. 8. Bel. Maced. Centum funditores ab Aegio & Patris & Dymis acciti. A pueris ij more quodã gentis, saxis globosis, quibus fermè arenę immistis strata litora sunt, funda mare apertũ incessentes exercebantur. Itaque longius, certius & validiore ictu quàm Balearis funditor eo telo vsi sunt, & est non simplicis habenæ, vt balearica, aliarúmque gentium funda; sed triplex scutale crebris suturis duratum, ne fluxa habena volueretur in iactu glans, sed librata quum sederit, velut neruo missa exeutiatur.

Scutella, vide SCVTVM.

Scutica, æ penul. corr. Genus verbesis è loris facti: à Græco *σκύτος*, quod corium significat, vel pellem. {*σκυτάλη.* Ital. *Scorreggiata, staffilo bacchetta, sferza.* Gal. *Escourgée, vn fouet de lanieres de cuir.* Hisp. *Azote liuiano como para niño.*} Martial. lib. 10, Scuticáque locis horridis Scythæ pellis, Qua vapulauit Marsyas Celenæus. ¶ Rubere scutica. Iuuen. Satyr. 6, - hic frangit feminas, rubet ille flagellis. Hic scutica. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, - adsit Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas, Ne scutica dignum horribili sectere flagello.

Scutriscum, Vasis genus apud Catonem de Re rust. cap. 10. & videtur ex figura Græca dictum à scutra. Est enim scutra vasis genus, quod & scutula dicitur.

Scutum, ti. Armorum genus quo pugnantes corpus tegunt. *θυρεὸς ὁπλον*, hoc est à corio, siue pelle, qua obtegebatur. {*θυρεὸς, σάκος.* Ital. *Scudo, targa.* Gal. *Bouclier, rondelle, escu.* Hispan. *Escudo ò pauez.*} vel à sectura, vt inquit Varro: quòd à minutis confectum sit tabulis. Plin. libro 35. cap. 3, Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum est, cõtinebantur Cæs. 5 bell. Gall. Quo percusso, & exanimato, hunc scutis protegunt hostes, & in illum vniuersi tela coniiciunt. Cice. 2. Tuscul. Ignauus miles ac timidus simulac viderit hostem, abiecto scuto fugiat quantum possit. Virgil. 8. Aeneid. -scutis protecti corpora longis. Ouid. 7. Fast. Iacta super galeas, scutáque longa sonant.

Scutulum, li. Paruum scutum. {*σακάριον.* Ital. *Picciolo scudo.* Gal. *Petit escu.* Hisp. *Pequeño escudo.*} Cic. 2. de Natu. deorum, Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.

Scutarius, Qui scuta facit. {*σακοποιός.* Ital. *colui che fa i scudi ò le targhe.* Gal. *Faiseurs de boucliers & escus.* Hisp. *El que haze escudo ò pauez.*} Plaut. in Epid. Id modò videndum, vt materia supperat scutariis.

Scutula in arboribus emplastratis. Plin. lib. 17. cap. 16. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte, quàque præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula (ita ne descendat vlterà ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma.

Scutarius, ria, um. Quod ad scuta pertinet. {*σακοποιός.* Ital. *Pertinente à scudo ò targa.* Gal. *Appartenant à bouclier & escu.* Hisp. *Perteneciente à escudo ò pauez.*} Vnde Verg. lib. 2. In Romana militia habebant fabricas scutarias, & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

Scutatus, a, um, Scuto armatus. {*σακοφόρος.* Ital. *Armato di scudo ò di targa.* Gal. *Garni ou armé de bouclier ou rõdelle.* Hisp. *Armado de escudo, escudado con escudo.*} Cic. 2. Philip. Agmine quadrato, cum gladiis sequuntur scutati milites, &c. Virg. 9. Aene. Tercentum scutati omnes Volscẽte magistro.

Scutula, læ. Forma rotunda, quales aranea contexit. Inde scutulata figura dicitur, quæ telæ aranearum similitudinem habet. Plin. lib. 11. ca. 25. Quanta arte cælant pedicas, scutulato rete grassantes. ¶ Est & scutula vasculi genus, vnde diminutiuum deducimus scutella. {*σκαφίδιον, ἀγγεῖον γάλακτος, πινακίσκος.* Ital. *Scudella.* Gal. *Vne plate, escuelle, vn petit plat.* Hisp. *El escudilla.*} Martial. lib. 8, Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno. Idem lib. 11. Sic implet gabatas, paropsidésque, Et leues scutulas, cauásque lances.

Scutella, æ, Vasis genus rotundi, concaui, quo minutal ex carne, vel oleribus in mensam exhibetur. {*πινάκιον.* Ital. *Scodella.* Gal. *Escuelle.* Hisp. *Escudilla.*}

Universidad de Deusto Biblioteca

Ella. ¶ Est autem diminutiuum è scutra, sicut à mitra mitella: aut certè à scutula. Cic. 5. Tusc. Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrũ incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi

Scutulata vestis. Dicitur quæ quibusdam orbibus, seu circulis, quasi scutulis est distincta, ad aranearum similitudinẽ accedentibus. Iuuen. Sat. 2. Cærulea indutus, scutulata, & galbana tasa. Hoc autem texturæ genere olim præcipuè commẽdabatur Lusitania. Id autem ferè erat eiusmodi, quale cernimus in aranearum telis: quorũ retia etiam scutulata dicuntur à Plin. lib. 11. cap. 23. ¶ Est & scutulatus color, in equis præcipuè cõmendatus, quem vulgus ab exiguorum pomorum specie *Pomulatum* appellat. Meminit eius coloris & Palladius in Mense Martio, cap. 25.

Scutiger, ulus, à Plauto sumitur pro armigero, qui scutum domini gerit, qui & scutifer dicitur. *ἀσπιδοφόρος*. Ital. *chi porta scudo*. Gal. *Qui porte l'escu ou bouclier*. Hisp. *El que trae lo escudo*.

SCYATHOS, Insula est cum oppido in Aegæo mari prope Thraciam, vt scribit Pomponius Mela lib. 2. Vulgo *Sciato*.

SCYLACE, *σκύλακες*, Vrbs circa Cyzicum, vt inquit Hecateus. Pomponius, Placia & Scylace paruæ Pelasgorum coloniæ.

Scylax, *σκύλαξ*, Catulus Latinè dicitur. ¶ Est præterea scylax, apud Suidam, nomen insignis Mathematici, qui ad Polybij historiam scripsit Antigraphen.

SCYLLA, *σκύλλα*. Filia fuit Nisi regis Megarensium, quæ Minois, paterni hostis amore capta, vt illum sibi beneficio aliquo demereretur, patrem purpureo capillo, in quo situm erat regni totius fatum, spoliauit, cũmque hosti obtulit, tanquam futuri coniugij dotem. Verùm quum se ab illo sperni videret, doloris impatiẽtia in Cirim auem commutata est: Nisus autem in aliam auem sui nominis quę veluti tantæ adhuc impietatis pœnas à filia repetens, etiam nunc eam vbique insectatur. Vide latius hanc fabulam apud Ouidium lib. 8. Metamor. ¶ Fuit & altera Scylla, Phorci filia, quæ quum mutuo Pici amore teneretur, indignata Circe, quæ Picum miserè deperibat, Scyllam sibi ab illo præferri, fontem in quo illa lauare sese solebat, noxiis herbis, veneficiisque infecit. Cuius rei illa ignara, quum lauandi gratia fontem ingressa esset, videt inferiorem corporis partem in caninos rictus esse commutatam: quam deformitatem tantopere exhorruit, vt sese statim in vicinum præcipitauerit fretum: vbi & in saxum mutata fingitur Charybdi exaduerso obiectum, præternauigantibus vehementer periculosum. Vide latius hanc fabulam apud Ouid. 14. Meta. ¶ Est item Scylla, genus piscis, quo maximè abundat Liris Campaniæ amnis. Horat. Affertur scyllas inter murænа natantes. Martialis, Cæruleus nos Liris amat, quem syluа Mariæ Protegit: hinc scyllæ maxima turba sumus.

Scylleta, Loca in quibus scyllæ pisces capiuntur. Cicer. de Lege Agr. contra Rullum. Hac lege Tribunitia, Decemuiri vendent agrum Campanum, accedet ei mons Caurus, accedent scylleta ad Minturnas.

SCYLLACEVM, *σκυλλάκειον*, Oppidum fuit in finibus Calabriæ, cuius meminit Strabo lib. 6. Geogr. Virgil. 5. Aene. abiecto altero l. primam syllabam corripuit, quum ait, Caulonisque arces, & nauifragum Scylaceum. Vulgò *Capo de squillacci in Calabria*.

SCYLLAEVM, *σκύλλαιον*, Promontorium Peloponnesi, vt Strabo lib 8. testatur, in sinu Argolico iuxta Hermionem, quò Scylla Nisi filia fluctibus eiecta creditur. Vulgò *Capo Scioli*.

SCYLLIAS, *σκυλλίας*, Herodoto lib 8, vir quidam Scionæus, omnium ea tempestate hominum optimus vrinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto, multam pecuniam Persis seruauit, multa & sibi lucratus est. Hunc Pausanias Scyllin vocat, qui de eo sic scribit, Scyllis Scionæus homo cum Cyane filia classis Persicæ, qua Xerxes Græciæ bellum intulerat, ancoras natando vrinandóque præcidit ad Pelium montem, & Sepiada Magnesiæ idque signum in Apollinis templo positum ab Amphictyonibus (quod erat commune Græciæ concilium) à Nerone principe Romam translatum.

SCYLLVS, untis, *σκύλλος*, Oppidum Achaiæ, (vt Strabo scribit) quo Xenophon donatus est à Lacedæmonijs.

SCYLLVRVS, siue potius Scillurus, per i nostrum. pen. prod. *σκίλλουρος*, Nomen viri proprium, qui (vt Plutarchus autor est) quum relictis maribus filiis octoginta, diem esset obiturus, hastilium fascem cuique obtendens, vt illum confringeret, iubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatim educta hastilia omnia facilè confregit. Ita docens illos, vbi vnà esse perseuerarent, firmos ac potentes fore: imbecillos autem si separarentur, ac dilliderent.

Scymnus, *σκύμνος*. Ita. *Leoncino*. Gal. *Lionceau, le petit faon d'vne lionne*. Hisp. *Leoncillo, hijo de leon*. Significat leonis catulum, vt aliarum ferarum scylacia. Iulio Polluce autore. Lucretius lib. 5, Ac catuli pantherarum, scymnique leonum.

Scyphus, scyphi, *σκύφος*. Ital. *coppa, tazza, bicchiero, gotto*. Gal. *Vn hanap, ou vaisse à boire*. Hisp. *Cierto vaso para bever*. Vasis potorij genus, quod propriè Herculi attribuitur, teste Macrob. Saturn. lib. 5. cap. 21, sicut cantharus Libero patri. Hoc veteres in sacris vsi sunt, & in conuiuiis. Virg. 8. Aeneid. Et impleuit dextram scyphus. Horat. Epod. 9, Capaciores adfert huc puer scyphos.

Scyricum, Coloris genus apud Plinium, lib. 33. cap. 7.

SCYRITAE, *σκυρῖται*, Gentes sunt inter Nomadas Indos, quæ narium loco foramina tantùm habent. Plinius lib. 7. cap. 2.

SCYROS, *σκῦρος*, Insula est contra Magnesiam, in mari Aegeo vna ex Cycladibus, Lycomedis Regis patria: vbi Achilles puellari habitu educatus, Deidamiam eius Regis filiam vitiauit, & ex ea Pyrrhum suscepit, quæ ab hac insula, & ipsa Scyrias est appellata. Ouid. lib. 1. de Arte amandi, Scyrias Aemonio victa puella viro. In ea est vrbs eiusdem nominis. Patet hæc insula, Plinio teste, longitudine vigintiquinq; millium passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Scyrius, a, um, prima syllaba produ. *σκῦρος*. Ouid. Epist. 8, Sæpe malis stupeo rerũmque oblita, locique, Ignara tetigi Scyria membra manu.

Scytala, læ, vel Scytale, les, *σκυτάλη*. Mus araneus Latinè dicitur. Colum. lib. 6. cap. 17, Musque araneus, quem Græci *σκυτάλην* appellant: quãuis exiguus, dentibus non exiguam pestem molitur. Plin. li. 31. ca. 5, Eadem vis cõtra venenatorum omnium morsus, priuatim scytalen, & angues, ¶ Est etiã scytale, genus secretioris epistolæ, quo ad res arcaniores vtebantur Lacedæmonij: vnde & Scytale Laconica appellata est. Id autem erat huiusmodi, Imperatori ad bellum proficiscẽti Lacedæmonij surculum dabant teretem, alterũmque omnino similem penes se retinebant. Deinde si quid secretioris rei incidisset, in loro quodam tenui prius ad surculum adaptato, quod visum esset præscribebant. Illudque minutim concisum ad Imperatorem mittebant, qui loro illo per surculum suum circumplicato, literisque cocuntibus, commodè quod scriptum erat, perlegebat. Vide de hoc pluta apud Gellium lib. 17. cap. 9.

SCYTHES, *σκύθης*. Plin. lib. 7. cap. 56, Iouis fuit filius, qui primus arcus, sagittarũmque vsum reperisse dicitur.

SCYTHIA, *σκυθία*. Regio Septẽtrionalis latissima, in duas diuisa partes, Europæam, & Asiaticam: quarum Europæa à Tanaidis ripis per Mæotidis & Ponti Euxini littora, vsque ad Istri ostia expanditur. Asiatica à limitibus oppositorum litorum in Orientem procurrit, Oceano à Septentrione, à Meridie Tauro terminata. Vtriusque variæ ac propè innumeræ sunt gentes, ad bella magis quàm ad vllũ humanitatis studium idoneæ. Hominibus inter se fines nulli: neque enim agrum exercent, nec domus illis vlla, vt tectum aut sedes est, armenta, & pecora semper pascẽtibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberósque secum in plaustris vehunt, quibus coriis, imbrium, hyemisque causa tectis, pro domibus vtantur. Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius. quippe sine tecto & munimento pecora, & armenta habentibus, quid saluum esset, si furari liceret? Aurum, & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle vescuntur. Lanæ iis vsus, ac vestium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus vtantur, pellibus tamen ferinis, aut muribus vestiuntur. Hæc continentia illis morum quoque iustitiam dedit, nec alienum cõcupiscentibus: quippe diuitiarum cupido ibi est, vbi & vsus. Atque vtinam reliquis mortalibus similis moderatio, & abstinentia alieni foret: profectò non bellorum tantum per omnia secula terris omnibus continuaretur: nec plus hominum ferrum, & arma, quàm naturalis fatorum conditio raperet. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti manserunt. Darium regem Persarum turpi à Scythia submouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem cum copijs vniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere, non sensere arma. Gens & laboribus, & bellis aspera. Vires corporum immẽsæ. Dicta est autem Scythia, (vt placet Herod. li. 4.) à Scytha quodam Herculis ex muliere semiuipera filio, fratre Geloni, & Agathyrsi.

Scythicus, a, um, adiectiuum, *σκυθικός*. vt Arcus Scythicus, Sagittæ Scythicæ, Mores Scythici, Scythicum tegmen. Cic. 4. Tusc.

Scytha, æ, vel Scythes, *σκύθης*, Qui ex Scythia est: vt Anacharsis Scythes, apud Cicer. 3. Tusc. Sunt autem Scytharum alij Europæi, alij Asiatici: de quibus vide suprà latius in dictione SCYTHIA.

Scythius, thia, thium, aliud adiectiuum. *σκυθικός*. Virg. lib. 3. Georg. At non quà Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda.

SCYTHON, onis, *σκύθων*, Nomen proprium viri nescio cuius, quem Poëtæ fabulantur pro suo arbitrio modò in fœminam sese commutasse, modò rursus in virilem formam rediisse. Ouid. lib. 4. Metamor.

Quid loquar, vt quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modò, vir modò fœmina Scython?

SCYTHOPOLIS, *σκυθόπολις*, Vrbs est in Decapolitana Syriæ regione, nomen habens à Scythis in eam deductis, quum antea à Liberi patris nutrice ibi sepulta, Nysa diceretur. Autor Plinius lib. 5. ca. 18. ¶ Scythopolis autem sine aspiratione, Libyæ oppidum est, vt ex Polyhistoris sententia tradit Stephanus. *σκυθόπολις*.

SCYTHOTAVRI, *σκυθόταυροι*, Populi Scythiæ, Tauricæ regionis iuga incolentes, qui (vt Solinus refert) pro hostiis aduenas cædere consueuerunt. Memoiit horum & Plinius lib. 4. cap. 12.

S ante E.

Se, præpositio est, ex earũ numero, quæ quòd extra compositionẽ non inueniantur, inseparabiles à Grammaticis dicuntur. *ἀφ'* Composita verò diuisionem siue separationem ferè significat, quemadmodum *ἀφ'* apud Græcos: vt Separo, Seduco. ¶ Nonnunquam & priuationem, seu negationem: a c, vt Secedo: d, vt Seduco: g, vt Segrego: i, vt Seiungo: l, vt Seligo: p, vt Separo: u, Seuoco. ¶ Est & se, pronomen reciprocum accusatiui casus, à genitiuo sui. *σφῶν*, quod etiam cum ipso cõponitur. Virgil. 3. Aeglo. At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas.

SEBASTE, es, *σεβαστή*, Samariæ oppidum, ab Herode instauratum, & in honorem Augusti Cæsaris ita appellatum, quum antea quemadmodum & regio ipsa, Samaria diceretur. *σεβαστὸν* enim Græci dicunt, quod nos Augustum. Vide Strabonem lib. 16. & Plinium lib. 5. Stephanus etiam alteram Sebasten in Armenia collocat.

SEBASTIA, *σεβάστεια*. Oppidum in Colopena, Cappadociæ regione: de qua Plinius lib. 6. cap. 3.

SEBASTOPOLIS, *σεβαστόπολις*, Ponti Cappadocij vrbs Ptolemæo, lib. 5. cap. 6. Vulgò *Sebastia*.

SEBENNYTVS, *σεβέννυτος* Stephano, Vrbs in Aegypto, vbi & palus, & amnis sunt cognomines. Vnde præfectura quoque Sebennytica. *σεβεννυτικὸς νόμος*: & Sebennyticum Nili ostium, *σεβεννυτικὸν στόμα*, vocari constat, quod in duo alia diuiditur, scilicet in Saiticum, & Mendesium, teste Herodoto lib. 2.

SEBETHOS, pen. prod. *σεβέθος*, Fõs apud Neapolim: cuius aqua vicatim decurrens, amnis fere vsum Neapolitanis præstat. Plin. lib. 1. Sylua. Et pulchra tumeat Sebethos alumna. Huius Virgilius, Statius, Columella meminerunt: quod quidẽ nomen sine r litera procul dubio scribendum est, etsi sciam esse qui Sabethus per r, legant. Testis est, vt alia omittã, tabella marmorea vetustissima Neapoli in mutorum fundamentis reperta, quæ habet, P. Menius Eutychus ædiculam restituit Sebetho.

SEBINVS, pen. prod. *σέβινος*, Vulgò *Lago d'Iseo*, Lacus Circumpadanæ regionis, è quo Lollius amnis nascitur, teste Plinio lib. 3. cap. 19.

SEBRITAE, arum, *σεβρῖται*, Populi Aegyptij, Nili insulam incolẽtes, non procul à Meroe. Sebritæ dicti, quasi aduenæ, eo quòd Psammitichum regem fugiẽtes, in Aethiopiam commigrarint. Vide Strabonem lib. 17.

Sebum, bi, Idem quod sæuum, *στέαρ*. Italice & Hispanicè, *Seuo*. Gal. *Suif*.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde Sebaceus, cea, ceum, quod ex sebo, siue seuo confectum est. σεβάκεος, vt Candela sebacea.

Sebare, verbum, Id est seuo obducere. {σεβάσσω. Ital. *Ognere con seuo.* Gal. *Mettre ou ajouster du suif, faire suif.* Hisp. *Ensebar, vntar con seuo.*} Colum. lib. 2. cap. 22. Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas sebare. Quòd autem proprié sit sebum, siue seuum, & quomodo differat ab adipe & pingui, abundè suprà explicauimus in dictione ADEPS.

Secale, neut. gen. pen. prod. Frugis genus, tãtùm ad arcendam famem tenuiorum vtile, fœcunda, sed gracili stipula. Huic milium in Italia miscetur, panisque fit melior. Galli, inquit Ruellius, vna litera detrita *Selam* vocant: de quo vide Plinium lib. 18. cap. 16.

Secamentum, vide SECO.

Secedo, is, penult. prod. secessi, sum, Seorsum ab hominum frequentia recedo. {χώρισις, μεθίστημι. Ital. *Partirsi, andar via, venir.* Gal. *Seretirer à part, & à l'escart.* Hisp. *Retraherse ò apartarse.*} Plaut. in Amph. Secede huc tu Sosia. Idem in Curcul. Fugite omnes, abite, & de via secedite. Liui. 10. bel. Maced. Posteaquam venisse eos nuntiatum est, secessit in partem interiorem cum duobus amicis, totidem custodibus corporis. Ouid. li. 4. Trist eleg. 8. (Sed modo, quos habui, vacuos secedere in hortos.

Secessio, onis, Idem quod secessus, id est secessio in locum secretiorem, aut minus frequentem. {χώρησις. Ital. *Partimento, comato, partita.* Gal. *Retirement à part, separation.* Hisp. *Partida à lugar secreto.*} Hinc Secessionem subscriptorum dixit Cicero pro Murænа, pro secreta collocutione quæ fit sine arbitris, nõ sine suspicione conspirationis. Etenim (inquit) seductiones testium, secessiones scriptorum animaduerti. ¶ In ciuitate item secessio dicitur, populi diuisio in duas, pluréſve partes. Cicer. pro Ligario, Secessionem tu illam existimauisti, Cæsar, non bellum.

Secessus, us, ui, Discessus in locum solitarium, minúsve frequentem. {χώρησις. Ital. *Luoco dove si ritira.* Gal. *Retirement à part, le lieu ou on se retire à part.* Hisp. *Retrahimiento, lugar secreto do nos recogemos, apartamiento.*} Ouid. Carmina secessum scribentis, & otia quærunt. ¶ Nonnunquam locus ipse secretior, & ab hominum turba, aspectúque remotus. ἐρημία. Virg. 1. Aene. Est in secessu longo locus. Plin. Epist. 13. lib. 2, Ille meus in vrbe, ille in secessu contubernalis. id est in villa. Idem Epist. 15. li. 3, Petis, vt libellos tuos in secessu legaem. Secessus autem, Plinius lib. 10. cap. 29, Sed in secessu autem, & noctuæ paucis diebus latère traduntur.

Secerno, is, secreui, secretũ, Diuido, separo, discerno, segrego. {διακρίνω, ἀφορίζω, ἐκκρίνω, διαχωρίζω. Ital. *Spartire, diuidere, separare.* Gal. *Separer, mettre à part.* Hisp. *Diuidir ò apartar.*} Cicer. Lucceio, Si à cõmentibus tuis scriptis secernas hanc quasi fabulam rerum, euentorúmque nostrorum. Cicer. in Catilinam, Secernant se mali à bonis. Idem de Amic. Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tam potest adhibita diligentia, quàm omnia fucata, & simulata à syncero, atque veris. Horat. in arte, -fuit hæc sapientia quondam,
Publica priuatis secernere, sacra profanis.

Secretus, ta, tum, participium, Seiunctus, separatus. {ἀφωρισμένος. Ital. *Separato, messo diuisamente.* Gal. *Separé & mis à part.* Hisp. *Apartado, puesto apartadamente.*} Cic. 1. de Natu. deor. Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea coniunctione secretã & liberam. Virg. 8. Aeneid. Secretósque pios, id est ab impiis separatos. ¶ Interdum idem est quod selectus. Quintil. lib. 9. cap. 3, Secretæ, & extra vulgarem vsum positæ, ideóque magis nobiles, vt nouitate aurem excitant, ita copia satiant. ¶ Migrat interdum in nomen, & admittit comparationem. Colum. lib. 9. cap. 4. Probatis apibus destinari debent pabulationes, eæque sint secretissimæ, vt noster Maro præcipit, viduæ pecudibus, aprico, & minimè procelloso cæli statu. ¶ Secretum locum dicimus, solum, & quasi à cæteris separatum. Cicer. 2. de Legib. Loco publico, priuatóne: celebri, an secreto: aliená ciuitate, an tua: in castris, an foro dicas, interest plurimum.

Secretũ, ti, Pro secessu. {χώρημα. Ital. *Luogo dove si ritiriamo separatamente.* Gal. *Secret, vn lieu retiré & separé ou on se retire à part d'auec les autres.* Hisp. *Lugar secreto do nos recogemos apartadamente.*} Plin. Epist. 1. lib. 1, Quàm pulchrum illud, quàm dulce secretum, quantum ibi antiquitatis? ¶ Aliquando secretum accipitur pro re arcana quam nulli temerè communicamus, sed apud nos taciturn seruamus. {κρύφιον. Ital. & Hispan. *Secreto.* Gal. *Secret.*} vt Secreta animi. Quintil. lib. 11. cap. 1, Profert enim mores pleruque oratio, & animi secreta detegit. Ouid. 2. Metam. Et legem dederat sua ne secreta viderent.

Secretio, onis, verbale, Separatio, diuisio. {χώρησις, ἀπόκρισις. Ital. *Separatione.* Gal. *Separation.* Hisp. *Apartamiento.*} Cic. 1. Tuscul. Est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac diremptus earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Secespita, interprete Festo, Culter est ferreus, oblongus, manubrio eburneo, rotundo, solido, iuncto ad capulum argento, autóq; fixo clauis æneis, ære Cyprio: quo Flamines, Flaminis virgines, Pontificesque ad sacrificia vtebantur: à secando dicta. τομίς. Sueton. in Tib. Nam & inter Pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subiiciendum curauit. Idem alibi, Secespitam, alij securim, alij dolabram æneam, alij cultellum putant.

Sectiuum, inquit Festus, à veteribus dicebatur libum quod in sacrificio secespita secabatur.

Secius, aduerbium, Quidam à secus deriuant, quidam à serò: vnde quandoque sumitur pro positum, quandoque pro minus, vel tardius. {ἧττον, χεῖρον. Ital. *Meno, altramente.* Gal. *Moins, autrement.* Hisp. *Menos, en otra manera.*} Virg. 2. Geor. -nec secius omnis in vnguem Arboribus positis sectonia limite quadret. Apul. Nec eo secius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Accius Amphitryone, vt citat Festus, Si fortè paulo quàm dixi veniam secius.

Secludo, is, pen. prod. Seorsum claudo. {ἀποκλείω. Ital. *Serrar, chiudere.* Gal. *Enfermer à part.* Hisp. *Cerrar, apartar.*} Cicer. 1. Tusc. Nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedissent, iis deiũ quoddam iter esse, seclusum à consilio deorum. ¶ Quandoq; excludo. Virg. 1. Aene. Soluite corde metum Teucri, secludite curas. ¶ Secludere vitam corpore, dixit Plautus, pro occidere.

Seclusa sacra, A priscis dicebantur, quæ Græci μυστήρια appellant: ab eo quòd separata, ac seorsum clausa à nobis propter sanctitatem aliquam esse debeant. Id genus sacra Plinius appellat operanea, quòd in operto occulta sint, ne oculis profanorum obuia polluantur.

Secluſorium, ti, In quo aliquid seorsum concluditur. {ἀποκλειστήριον. Ital. *Luoco dove si ripongono le cose diuisamente.* Gal. *Vn lieu ou on enferme quelque chose à part.* Hisp. *Lugar do nos recogemos algo apartadamente.*} Varro. 3. de Re rust. cap. 5, Quum opus sunt ex hoc auiario, vt sumantur idoneæ, excluduntur in minusculum auiarium, quod est coniunctum cum maiori, ostio, & lumine illustriore: quod Secluſorium appellant.

Seco, as, secui, sectum, Proprié exodo {τέμνω, κόπτω. Ital. *Tagliare, segare, spartire, diuidere.* Gal. *Couper, trancher, tailler, scier.* Hisp. *Cortar, partir.*} Colum. lib. 2, Quum secueris autem herbam medicam, sæpius eam rigato. Plaut. Merc. Vel vt scias me amare, cape cultrum, seca Digitum, vel aurem. Cicer. de Orat. Atque isti quidem causas in plura genera secuere. Virg. 1. Aene. Pars in frustra secant, verubúsque trementia fingunt. Idem 3. Georg. Florentésque secant herbas, fluuiósque ministrant. ¶ Secare viam, est celeriter proficisci, translatione sumpta ab auibus, quæ aërem inter volandum diuidunt. Virg. lib. 9, Ille viam secat ad naues. Seruius exponit, id est tenet. ¶ Accipitur item Secare pro sequi. Virg. lib. 10, Quæcunque est fortuna hodie, quam quisque secat spem. id est sequitur, tenet, habet.

Sectus, a, um, participium. {τμητός, κεκομμένος. Ita. *Tagliato.* Gal. *Taillé, coupé, scié.* Hisp. *cortado.*} Cic. 2. Tusc. At vero C. Marius rusticanus vir, sed plane vir, quum secaretur, principio vetuit se allegari: nec quisquam ante Marium, solutus dicitur sectus. ¶ Legitur tamen participium futuri temporis, secaturus, pro secturus, apud Columel. lib. 5. cap. 9.

Secamentum, ti, Lignum sectile, aut quippiam ex ligno sectili confectum. {τὸ τμῆμα, τὸ ἐπίτμημα. Ital. *Ogni cosa diuisa segando, come tauolette & simili.* Gal. *Toute aiserne ou rognure de bon qu'on scie ou fend.* Hisp. *Cosas tajadas y cortadas como tablas de madera.*} Plin. lib. 16. cap. 10, Ediuerso materia abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupásque, & pauca alia secamenta.

Sectio, onis, Actus ipse secandi. {τομή. Ital. *Tagliatura.* Gal. *Taillure, coupeure, rognure.* Hisp. *cortadura.*} Plin. lib. 25. cap. 13, Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionésque, ne sentiantur. ¶ Aliquando accipitur pro bonis damnatorum, aut etiam pro præda hostium, quæ sub hasta venditur. {ἡ τῶν ὑπ' αὐτοκρατόρων, πραθέντων, ἢ ἀφαιρέσις, ξηρία δημόσια. Ital. *Bottino, confiscatione de beni.* Gal. *Butin, confiscation de biens.* Hisp. *Compra de bienes de desterrado.*} Cæsar Comment. 3, Postridie eius diei refractis portis, quum iam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem eius oppidi vniuersam Cæsar vendidit. id est bona oppidi vendidit sub hasta. Tacitus, Reliquias sectionum Neronianarum nondum in fiscum conuersas reuocatis ab exilio concessit. Hoc est reliquias eorum bonorum quæ Nero, dominis in exilium actis, fisco vendicauerat.

Sector, oris, Verbale est à secando deductum, eum significans qui aliquid incidit, aut diuidit. {τμητής. Ital. *Tagliatore.* Gal. *Coupeur, rogneur.* Hisp. *Cortador.*} vt Sector zonarius, qui alterius zonam, aut marsupium incidit. βαλλαντοτόμος. Plaut. Trinummo, Mira sunt, ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius. ¶ Sectores item dicuntur qui spem sui lucri secuti, bona damnatorum emebant in auctionibus, ac postea pro compendio venditabant: quòd empta sua prosequantur, dicti. Inde à Cicer. 2. Philip. M. Antonius sector Pompeij appellatur, quoniam in subhastatione bona Cn. Pompeij redemerat. {ὁ ἀγοράζων τὰ ἐκ τῶν ἀποφράδων χρήματα. Ital. *Compratori del botino.* Gal. *Acheteurs de butin ou biens confisquez.* Hisp. *Compradores de los bienes del desterrado.*} Cicer. pro Rosc. Nescimus per illa tempora eosdem ferè sectores fuisse bonorũ, & collorum? ¶ Item sectores teste Valla lib. 1. Elegant. sunt accusatores, qui ex damnatione accusati, dimidium bonorum expectant, aut certam reliquam partem, & id persequuntur. Budæus eos proprie dicit sectores appellari posse, qui delationibus faciendis confiscationes à principibus impetrant, vt homines interdum insontes fortunis omnibus euertant.

Sectrix, verbale, fœm. gen. eiusdem significationis. Plin. lib. 36. cap. 17. Vnde enim vitricus Sylla, & Metella mater, proscriptionum sectrix?

Sectura, æ, Ipsa sectio, siue secandi actio. {τομή. Ital. *Taglatura.* Gal. *Coupeure, rogneure.* Hisp. *Cortadura.*} Plin. lib. 37. cap. 8. Et venatus quidem Callaidus talis sectura: formantur, aliàs fragiles. ¶ Secturæ item dicuntur fodinæ, siue cuniculi subterranei, in quibus metalla exciduntur. Cæsar Comment 4, Quibus fortiter resistentibus, vineas, tutréſque subegit: illi aliàs eruptione tentata, aliàs cuniculis ad aggerem vineásque actis, cuius rei sunt longè peritissimi Aquitani, propterea quòd multis ærariæ sectoræ sunt.

Sectile, pen. corr. Quod sectũ est, siue secari solet, aut sectu facile est. {τμητόν. Ital. *Tagliato, ò facile da tagliare.* Gal. *Aisé à couper, tailler, scier ou fendre.* Hisp. *Cosa cortada ò que se puede cortar.*} ¶ Sectile porrum, idem quod sectiuum, cuius folia identidem solo tenus secantur. πράσον τμητόν. Iuuen. Saty. 3. -quis tecum sectile porrum Sutor, & elixi vetruci labra comedit? Medulla sectilis. Plin. 16. cap. 39. Ebur sectile, Ouid. de Medicam. faciei.

Sectiuus, a, um, pen. prod. Quod sectum est, aut secari solet. {τμητός. Ital. *Tagliato, fesso.* Gal. *Taillé, coupé, chiqueté.* Hisp. *Cortado, tajado.*} vt Porrum sectiuũ, quòd folia eius sæpius secantur, vt profundius crescat. Duo enim sunt porri genera: vnum capitatum, alterum sectiuum. Colum. lib. 11. cap. 3, Porrum si sectiuum facere velis, densius satum præceperunt priores relinqui: & ita quum increuerit, secari.

Segmen, nis, Idẽ quod segmẽtum, id est quod à re aliqua resecatur: à quo fiunt præsegmen, & resegmen. {τμῆμα. Ital. *Tagliamento.* Gal. *Rogneure, piece.* Hisp. *La tajada.*} Plin. lib. 13. cap. 12. Segminibus vtrunque amputatis. Gell. lib. 10. cap. 25, Vnguium Dialis & capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur. Composita vide suis locis.

Segmenta, Propriè segmina, & tamenta quæ à re quapiam resecantur: à secando, quem secamenta, cõmutata. {ἀπόκομμα. Ital. *Tagliamenti, pezzi tagliati da qualche cosa, rassatura.* Gal. *Morceaux, pieces, lopins.* Hisp. *Las cortaduras, tajadas.*} Plin. lib. 36, de ratione secandi marmoris loquens, Crassior arena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris. ¶ Hinc etiam partes, & (vt ita dicam) membra mundi, in quæ vniuersa

terra

rectè dirigeretur (quæ nostri circulos, Græci parallelos appellant, & climata) segmenta dicuntur. Plin. lib. 6. cap. 33. Pluta autem sunt segmenta mundi. Principium habet Indiæ pars versa ad Austrum, patérque vsque ad Arabiam & Rubri maris accolas. Idem, Quod superest terrarum, tribus assignatur segmentis. ¶ Segmenta item dicebantur minuta auri, & purpuræ, alteriuśve materiæ segmina, ex quibus vermiculatim compositis, pretiosissimæ conficiebantur vestes, quæ segmentatæ dicebantur: quanquam non tarò pro ipsis etiam vestibus segmenta posita legamus. Ouid. 3. de Arte, Quid de veste loquar? non iam segmenta requiro, Nec quæ de Tyrio murice lana rubet. Val. Max. Datum est mulieribus vt segmenta aurea gestarent. Iuuenal. Saty. 2, segmenta enumerat inter nubentium ornamenta. Segmenta (inquit) & longos habitus, & flammea sumit Arcano qui sacra ferens nutantia loro Sudauit clypeis ancilibus. Non desunt tamen qui Segmenta interpretentur monilia ex auro & gemmis confecta.

Segmentatus, a, um, Segmentis variegatus. {σὺν ποικίλματι καὶ διαφόροις χρώμασι πεποικιλμένος}. Ital. *Ricamato.* Gal. *Fait de plusieurs pieces de diuerses couleurs.* Hisp. *Trepado, pintado.* } vt Vestes segmentatæ, de quibus iam egimus. ¶ Segmentatæ cunæ, quæ confectæ sunt ex tenuissimis segmentis diuersorum colorum, & quodā quasi vermiculato emblemate pictæ. Iuuen. Saty. 6, Et segmentatis dormisser paruula cunis. Quanquam non desunt qui cunas segmentatas ibi intelligant, veste segmentata tectas.

Secors, & socors, Ignauus, segnis, tardus, vel negligens in consulendo, meditando, prospiciendóve quid opus sit facto, quasi sine corde. {βραδὺς, ὀκνηρὸς, ἀμελὴς}. Ital. *Pegro, tardo, negligente, poltrone, mistro.* Gal. *Estourdi, lourd, paresseux, negligent.* Hisp. *Descorazonado, perezoso, negligente.* } Terent. in Adelph. Nolim cæterarum rerum te socordem eodē modo. Cicer. 1. de Natu. deor. Contra quos Carneades ita multa disserit, vt excitaret homines non socordes ad veri inuestigandi cupiditatem. Colu. lib. 1. cap. 1, Itaque istam vitam socordem persequitur valetudo.

Secordia, & socordia, Ignauia, inertia, segnities. {ὀκνηρία, ἀμέλεια}. Ital. *Mancamento di core, di giudicio.* Gal. *Sottise auec paresse, bestise & lourdise.* Hisp. *Descorazonamiento.* } Secordiam, inquit Festus, quidam pro ignauia posuerunt: Cato pro stultitia. Plaut. in Pœnu. Nimia nos secordia hodie tenuit. Terent. in Andr. Enimuero Daue nihil loci est segnitiei, neq; socordiæ. Liu. 2. Bel. Pun. Sed Pœnus aduena ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione & socordia iam huc progressus.

Secorditer, siue Socorditer, Ignauiter, negligenter. {ῥᾳθύμως}. Ital. *Con dapocaggine.* Gal. *Lourdement, & negligement.* Hispan. *Descorazonadamente.* } Inde Socordius, comparatiuum. Liu. 1. ab Vrbe, Ab Albanis socordius res acta.

Secreto, Secretus, vide SECERNO.

Secta, Sectarius, Sectator, vide SEQVOR.

Secubo, as, pen. corr. Seorsum, siue solus cubo. {κατακοιτῶ}. Ital. *Sederse à dormire da vn canto solo.* Gal. *Coucher à part.* Hisp. *Assentarse à dormir à parte.* } Liuius 4. Decad. lib. 9. Per iocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset religionis causa, vt voto pro valetudine sua facto liberaretur.

Secubitus, us, Ipse secubandi actus. {κατακοίμησις}. Ital. *Esso dormire separatamente.* Gal. *Couchement à part.* Hisp. *Aquel apartamiento de cama.* } Ouid. 3. Amor. eleg. 9, Qui tibi secubitus tristes dea flaua fuissent, Has cogor sacris nunc ego ferre tuis. Catullus Argonaut. Anxia nec mater discordis mœsta puellæ Secubitu, caros mittet sperare nepotes.

Secula, penul. corr. Falx, à secando dicta, vt ait Varro lib. de lingua Latina, 5. {δρέπανον}. Ital. *Falce.* Gal. *Faucille.* Hisp. *Hoce para segar.* } Hac vtuntur qui in pratis herbas secant.

Seculum, seculi, siue à secundo, vt quibusdam placet: siue, vt alij malunt, à sequendo deducatur, absq; diphthongo melius scribitur: producitque antepenultimam contra primitiui rationem. {αἰών, χρόνος}. Ital. *Secolo, età.* Gal. *Siecle, l'espace de cent ans.* Hisp. *Siglo, edad.* } Est autem seculum, idem ferè quod hominis vnius ætas. Festus interpretatur spatium centum annorum. Vnde carmen Horatij seculare dicitur, quo describuntur sacrificia quæ centesimo quoque anno fiebant. Id etiam colligi potest ex lib. 2. Ciceronis de Oratore, quum ait, Numam Pompilium duobus seculis Pythagoram præcessisse: quem ex Liuij autoritate constat ducentis annis fuisse ante Pythagoram. Sunt qui spatium triginta annorum, seculum putent: alij verò mille annos seculum habere existimant. Cicer. Bruto, li. 11. In multa secula videbamus Rempublicam liberatam. hoc est in multum tempus, siue in multas ætates. Idem 2. de Orat. Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt. Id est multis retrò ætatibus. Idem 6. Verr. Parietes quorum ornatus tot secula manserat. Idem 4. Acad. Nihilne tot seculis summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus? ¶ Seculum, siue seclum, per syncopen, Lucretius pro genere vsurpat: vt Serpentia secla, lib. 6, Natibus alipedes vt cerui sæpe putantur Ducere de latebris serpentia secla ferarum. Idem lib. 5, Desiperent homines, saperent fera secla ferarum. Et lib. 1, Efficis vt cupidè generatim secla propagent. ¶ Sæpe etiam seculum accipitur pro tempore. Cicer. in Parad. Etiam ipse fortassis in huius seculi errore versor. Id est in errore nostri temporis vel nostræ ætatis. Aurea secula. Virg. 6. Aeneid. Augustus Cæsar diuum genus aurea condet Secula. Aspera secula. Virgil. 1. Aeneid. Aspera tum positis mitescent secula bellis. Impia secula. Virgil. 1. Georg. Impiáque æternam timuerunt secula noctem.

Secularis, seculare, Quod centesimo quoque anno instauratur. {ἑκατοστὸν ἔτος γινόμενος}. Ital. *Di cent'anni, di secolo.* Gal. *Qui se fait de cent en cent ans, de siecle.* Hisp. *De ciento años, de siglo.* } Vt Ludi seculares, qui ita instituti erant, vt nonnisi centesimo quoque anno fierent: quanquam postea principum ambitione, minore spatio interiecto, sæpius fuerint instaurati. In his ludis præco pronuntiare solebat, Populum Romanum eos visurum esse ludos, quos nemo eius ætatis vnquam vidisset, aut visurus esset posthac. Plin. lib. 7. ca. 48, Minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, vtriusque secularibus ludis saltasse.

Secum, Dictio composita ex ablatiuo se, & præpositione cum: notæ est significationis {σὺν ἑαυτῷ}. Ital. *Con seco.* Gal. *Auec soy.* Hisp. *Consigo.* } Cic. Attic. lib. 8, Quis autem est, tanta quidem de re, quin varie secum ipse disputet? Virg. 4. Aeneid. Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores Abstulerit, ille habeat secum, seruétque sepulchro.

Secundo, secundas, vide SECVNDVS.

Secundus, a, um, Qui immediatè sequitur primū: & tam numeri, quàm dignitatis ordinem denotat. {δεύτερος}. Ital. *Secondo.* Gal. *Second, deuxiesme.* Hisp. *Segundo en ordon.* } Cicer. in Orat. Quoniam id secundum erat de tribus. Virgil. 11. Aeneid. Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus. Hirtius 4. belli Alex. Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, vt sacerdos eius deæ maiestate, imperio, & potentia secundus à rege consensu gentis illis habeatur. ¶ Per translationem ponitur pro prospero. {εὐτυχής}. Ital. *Prospero, fauoreuole.* Gal. *Heureux, fauorable, qui vient à gré.* Hisp. *Cosa prospera, fauorable.* } vt secunda fortuna, id est prospera, quòd vel conatus nostros sequatur, vel quòd nobis obsequatur. ἐπόμενος τύχη. Virgil. 9. Aeneid. -tantum fortuna secunda Aut diuersa cadat. Sic res secundæ, quæ pro nostro desiderio sequuntur. Virgi. 10. Aeneid. Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ, Et seruare modum rebus sublata secundis. Ventus secundus, qui à puppe sequitur. οὖρος. Virg. 4. Aeneid. Nec Zephyros audis spirare secundos? Secundo flumine nare, siue nauigare, hoc est in eam partem in quam flumen decurrit. Ouid. 4. de Ponto. -sed flumine sæpe secundo Augeturremis cursus cuntis aquæ. Virgil. 3. Georg. -missúsque secundo defluit amni. Secundis auribus aliquid accipere: id est benevolis, clementibus. Liuius, Omniáne semper quæ magistratus ille dicet, secundis auribus: quæ ab nostrūm aliquo dicentur, aduersis accipietis? Secundo populo philosophiam vituperare, dixit Cicer. 2. Tuscul. id est fauente, & non repugnante. ¶ Secundo lumine, pro secundo die, posuit Cicero ad Atticum lib. 7. Epist. 144. ¶ Secunda classis, in censu Serui Tullij Romanorum regis, dicebatur ea pars populi, quæ asris CXX v.M. aut eo amplius intra tamen centum millia, in censum deferebat: iisdémque armis vtebatur, quibus prima classis, præter loricam & clypeum. cuius loco scuto vtebatur. δεύτερον ὅπλον. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe condita. ¶ Secundæ mensæ, dicuntur fructus, exteráque bellaria, quæ sublatis carnibus secundo loco apponuntur. τραπεζώματα. Quæ nominis ratio inde ducta est, quòd antiqui mēsas appellabāt ipsos discos, siue quadras, quibus epulæ in conuiuium inferebantur. Virg. 2. Geor. Non ego te diis & mensis accepta secūdis Transierim Rhodia. Horat. 2. Serm. saty. 2. -cum pēsilis vua secundas Et nux ornabat mensas cū duplici ficu. Legitur secunda mensa, in singulari numero. Cic. Attico lib. 14, Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Plin. lib. 9. cap. 55, Inferri mensam secundam iussit.

Secundum, præpositio accusatiuo casui seruiens, idémq; significans quod iuxta. {κατὰ}. Ital. *Secondo, appresso.* Gal. *Pres, anpres, apres selon.* Hisp. *Segun ò cerca.* } Cicer. 6. Verr. Secundum arbitrium tuum testes dabo. Idem de Senectute, Quid autem tam secundum naturam est, quàm senibus emori? ¶ Interdum idem valet quod post. μετὰ. Seruius Sulpitius ad Cicer. lib. 4, Duo vulnera accepisse, vnum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Quintil. Nam quod vnum mihi secundum patrem, fortuna videbatur parasse præsidium: id ego sperare in alia sorte non poteram. Cicer. 1. Offic. Proximè autem & secundum deos, homines hominibus maximè vtiles esse possunt. ¶ Interdum idem valet quod pro: vt Prætor secundum me decreuit. id est pro me. Cicer. pro Qu. Roscio, Secundum nos iudicari volumus. Idem Attico, Quisque eorum secundum causam nostram iudicauit. Aliquando in: vt Secundum quietem id est in quiete. Suetonius in Augusto, Affirmabat ipsum esse, cuius imago secundum quietem sibi obuersata sit. ¶ Aliquando super, siue de. περὶ. Sallust. in Iugurtha, Secundum ea vt deliberetis, &c.

Secundo, aduerbium, Secundo loco, secunda vice, iterum, rursus {δεύτερον}. Ital. *Secondamente, secondariamente.* Gal. *Secondement, pour la seconde fois.* Hisp. *Segundamente, segunda vez.* } Cic. Attico, Semel hominem allocutus fueram tam secundo mihi redeundum esset, ignorabam.

Secundæ, arum. Membrana illa qua partus obuolutus ex vtero prodit: dicta quòd nascentem infantem sequatur. {ἡ χόριον, ὑστέρα}. Ital. *Secondina, la pelle nella quale è inuolto il fanciullo nel ventre materno.* Gal. *La peau dequoy est enuelopé l'enfant au ventre de sa mere, l'arriere faix.* Hisp. *Las pares de la muger despues del parto.* } Plin. Brassicæ secus contra ardorem febrium facit, & stomachi vitia, & ad secundas.

Secundani, Dicebantur secundæ legionis milites, sicut Primani, primæ legionis. οἱ ἐκ τῆς δευτέρας μοίρας στρατιῶται. Liu. 4 belli Maced. Dū repetunt enixè signum priores, secundani se porta eiecere. Et paulo pòst, Secundani terga hostium cædunt: cæteri castra diripiunt. Plin. libro 3. cap. 4, In Medio colonia Arelate sexanorum, Biterræ septimanorum, Arausio secundanorum.

Secundarius, a, um, Quasi secundi ordinis. {δευτερεῖος}. Ital. *Secondario, della seconda volta.* Gal. *Second apres le premier.* Hisp. *Lo segundo que se faca.* } vt Panis secundarius, id est vulgaris & sordidus, vt qui confectus sit ex farina, ex qua pollinis pars ante sit exculsa. {μεσόσπιτος ἄρτος}. Ital. *Pane grosso per la famiglia.* Gal. *Du pain bis gros pain.* Hisp. *El pan baxo.* } Sueto. in Augusto, Cibi minimi erat, atque vulgaris fere: secundarium panem, & pisciculos minutos maximè appetebat. Hic etiam secundus dicitur. Horat. Pasti siliquis, & pane secundo. ¶ Legimus & secundarii neut. gen. pro ea parte farinæ ex qua conficitur panis secundarius. Plin. li. 18, cap. 9. Iustum est è grano Campanæ, quam vocant castratam, è modio reddere sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinque. Præterea floris semodium, & cibarij (quod secundarium vocant) sextarios quatuor, furfuris sextarios totidem. ¶ Ponitur aliquando pro proximo, & secundo. Cic. 2. de Inuent. In hoc autem loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alij nemini causam fuisse faciendi: secundarium, si tantam, si tam idoneam nemini. ¶ Cic. de Clar. Orat. Qu. Arrium M. Crassi secundarium appellat, hoc est secundum à M. Crasso eloquentiæ locum obtinentem. Idem (inquit) faciebat Qu. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius.

Secundo, as, Prospero, prosperum reddo. {εὐτυχῶ}. Ital. *Prosperare.* Gal. *Donner prosperité, faire prosperer.* Hisp. *Prosperar ò fortunar.* } Propert. Iam liquidum nautis aura secundat iter. Virg. 7. Aene. -dij nostra incepta secundent. Ouid. Epist. 13, Blandáque compositas aura secundet aquas. ¶ Hinc Oblecundo, as, de quo alibi.

SECVNDVS, Philosophus fuit Athenien sis, quem aliqui Epithyrum vocant, quod architecti filius fuerit, multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ

eloquentiæ, æqualis, æmulúsque Herodis Attici: qui illud Hesiodi elegãti mutatione in eum cauillatus est, Figulus æqualem exagitat, tum rhetora rectõ. Nihilominus tamen senem postea mortuum, & epicedio & lachrymis honorauit. Ex Philostrato. ¶ Secundus alter Tridentinus, vir sanctus, Agiulphi Regis Longobardorum tempore, scripsit breuiter Longobardorum historiam. Autor Paulus Foroiulienſis. ¶ Fuit etiam hoc illustris Veronensis familiæ cognomen, ex qua fuit Plinius Secundus Naturalis historiæ scriptor.

Securis, huius securis, Instrumentum ad secanda ligna: quasi semiquiris, vt inquit Seruius, vel vt verisimilius videtur, à secando. {πέλεκυς. Ital. *Scure, manara.* Gal. *Vne hache ou cognée.* Hisp. *La segur ò seguron.*} Virg. li. 11, -xtatem quatiens Tarpeia securim. Cic. 3. Verr. Agunt cum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit. Idem in Pisonem, Quum miser ille securibus hospitis sui ceruices subiicere gestiret. Virg. 6. Aen. Consulis imperium hic primus, sæuáque secures Accipiet. Luca. li. 7, Pacifícas sæuus tremuit Catilina secures. Huius instrumenti inuentrix fuit Penthesilea Amazon, teste Plin. lib. 7. cap. 56. Vnde & Amazones securigeræ à Poëtis dictæ sunt. ¶ Secures item magistratuum insignia erant, virgarum fasciculo lorо illigatæ. Cic. 6: Verr. Quamobrem fasces Prætoribus præferantur, cur secures datæ? ¶ Infligere Reipu. securim, per translationem dixit Cicero pro Plancio, pro eo quod est vehementer lædere, vel grauiter ei officere. Idem pro Muræna, Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? Id est quantum detrimenti putas te attulisse tuæ petitioni? quasi dicat, Omnem petitionis tuæ spem quadam quasi securi præcidisti.

Securicula, læ. Exigua securis. {πελεκύδιον. Ital. *Picciola scure, manara.* Gal. *Vne hachette, petite hache.* Hisp. *Pequeña segur, ò seguron.*} Plin. li. 18. ca. 19. Securiculam insitiuam pendere, qua intercidantur radices.

Securifer, ra, rum, Qui fert securim. {πελεκυφόρος. Ital. *Che porta la scure.* Gal. *Qui porte hache ou cognée.* Hisp. *El que trahe la segur.*} Ouid. 12. Metamorph. Quinque neci Cæneus dederat, Stipheúmque, Bromúmque, Antimachúmque, Helimúmque, securiferúmque Pyracmon.

Securiger, ra, rum, Idem quod securifer. πελεκυφόρος. Ouid. Epist. 4, Prima securigeras inter virtute puellas Te peperit, nati digna fauore parens. Sil. libro 16, -hic fera gentis More securigera miscebat prælia dextra.

Securicla, clæ, Ligneum retinaculum, quod fuscus, siue subscus dicitur: quo duo ligna inter se tenacissimè vinciuntur. Vnde securiclati cardines apud Vitruuium lib. 10. Nostri, inquit Budæus, vt arbitror, *hirundinum caudas* appellant.

Securidaca, Herba est ciceris foliis, pusilla, folliculos habens corniculorum modo aduncos, & in iis semen rufum, securiculæ ancipitis figura, à quo argumento & nomen inuenit, πελέκινον. Nascitur in hordeo, & tritico, quæ & amplexu suo non rarò enecat. Alio nomine hedysarum dicitur. Apud Gallos varia sortitur nomina, aliis fabam lupinam, aliis erbum, aliis granum appellantibus.

Securus, a, um, Tranquillus, cura, & anxietate vacans: quasi sine cura. {ἀφροντις, τὸ μὴ μετ' ἀγωνίας. Ital. *Sicuro.* Gal. *Asseuré, seur.* Hisp. *Seguro ò descuydado.*} Ec differt à tutus: quòd securus dicatur is qui non timet, etiási immineat periculum: tutus autem is qui est extra periculum, quanuis etiam timeat. Cicer. Planco lib. 10, Si Africanæ legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Ouid. 1. Metamor. Mollia securæ peragebant otia gẽtes. Ibidem, Néve foret terris securior arduus æther, Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantas, &c. ¶ Aliquando securus capitur pro contemptore, incurioso, & negligente: tũncque regit genitiuum. ἀμέριμνος. Virg. 1. Aeneid. -securus amorum Germanæ. Quintil. lib. 8, In quod sæpe etiam incidit Cicero, securus tam paruæ obseruationis. Lucan. libro 1, Per ferrum tanti securus vulneris exit. De Ieone.

Securitas, tatis, Tranquillitas curæ, anxietatis, & periculi expers. {ἄδεια, ἀσφάλεια, εὐθυμία. Ital. *Sicurtà, sicurezza.* Gal. *Seurté, asseurance.* Hisp. *Seguridad ò descuydo.*} Cic. de Amic. Caput esse ad beatè viuendum securitatem, qua frui non possit animus, si tanquam parturiat vnus pro pluribus. Idem 5. de Finib. Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas ea ipsa est beata vita. Plin. Epist. 332, Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita viuendum ne multorum securitas fulciatur. Philosophi definiunt Securitatem, rectam esse placidámque animi constitutionem, malorum impendentium cura vacantem.

Secus, cum datiuo aliquando præpositio est, idem significans quod iuxta. {παρά. Ital. *Appresso.* Gal. *Pres, auprés.* Hisp. *Cerca.*} vt Secus decursus aquarum seruntur salices. ¶ Aliquando est aduerbium, & significat, aliter, præsertim quando Non, vel haud, secum comites habet. {ἄλλως. Ital. *Altrimenti.* Gal. *Autrement.* Hisp. *En otra manera.*} Virgil. 2. Aeneid. Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.

Sed, coniunctio est discretiua, siue aduersatiua. {ἀλλά. Ital. *Ma.* Gal. *Mais.* Hisp. *Mas ò empero.*} Cicer. de Orat. Non de præstanti quadam & eximia, sed propè de vulgari, & communi prudentia disputo. ¶ Aliquando incipientis particula est, aut certè ad diuersa transeuntis. Terent. Andr. Sed Pamphilum video. ¶ Iungitur aliquando cum autem. Plautus in Rud. Sed autem quid si hanc hinc abstulerit quispiam sacram vrnam Veneris? Aliquando cum verò. Cicer. 7. Verr. Optimum imperatorem, nec iam cum M. Aquilio fortissimo viro, sed verò cum Paulis, Scipionibus, &c. ¶ Ponitur aliquando pro sed etiam. Cic. pro Milone, Obliti estis non modò inimicorum Milonis sermones, sed nonnullorum imperitorum.

Sedenim, Aduersatiua particula, quandam etiam probationis vim habens adiunctam. {ἀλλὰ γάρ. Ital. *Ma pur.* Gal. *Mais pour ce que, mais.* Hisp. *Mas, empero mas.*} Virg. 1. Aeneid. Hoc regnum dea gentibus esse, Si qua fata sinant, iam tum tenditque fouetque. Progeniem sedenim Troiano à sanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces. ¶ Accipitur & pro autem, siue verò. Cicer. pro Archia Poëta, Statim Lucullí, quum prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperũt. Sedenim hoc non solum ingenij ac literarum, verumetiam naturæ atq; virtutis, vt domus, quæ huius adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. ¶ Aliquando pro etenim, siue certè. Plautus Curculio. Sedenim nequeo durare quin herum accusem meum.

Sedate, Sedatio, Sedatus, vide sub v o, sedas.

Sedeo, des, sedi, sessum, Notæ significationis verbum est, cuius antitheta sunt sto & ambulo. {κάθημαι, καθέζομαι, καθίζω. Ital. *Sedere, sentare, star à sedere, star assentato.* Gal. *Se seoir, s'asseoir, estre assis.* Hisp. *Assentarse, estar assentado.*} Cicer 2. de Diuin. Quum virgo staret, & Cæcilia in sella sederet. Plaut. Sticho, Si nõ vbi sedeas locus est tibi est vbi ambules. Dicimus autem, Sedeo super equum, Sedeo equo, & Sedeo in equo. Quintil. An sit credibile super caput Valerij pugnantis sedisse coruum Cicer. de Orat. In solio sedens domi. Idem 2. de Finib. Sedere in solio ornatu regali. Idem Attico lib. 2, Malóque in illa tua sedecula sedere, quàm in istorũ sella curuli. Martia. lib. 5. Epigr. Vno credis equo posse sedere duos? Liuius 9. belli Pun. Notati septem, nemo tamen qui sella Curuli sederit. ¶ Sedere in ouis, pro incubare. Plin. lib. 9. ca. 51, Polypus fœmina modò in ouis sedet: modo cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. ¶ Aues quoque sedere dicuntur, quum arbori, tecto, aliúve rei insistentes, non mouentur. Virgil. 12. Aeneid. Alitis in paruæ subitò collecta figuram, Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis Nocte sedens, serum canit importuna per vmbras. ¶ Aliquando ignauiam, cessationémque denotat. Cicer. Attico, Quid enim? sedere totos dies in villa ista? Virg. 11. Aeneid. Sedeant, spectẽtque Latini. Terent. in Adelph. An sedere oportuit domi virginem tam grandem? ¶ Aliquando sedere ponitur pro placere: & tunc cum datiuo construitur. Virgil. 5. Aeneid. Idque pio sedet Aeneæ, probat autor Acestes. Hieronymus in Deuter. Si autem postea non sederit animo tuo, dimittes eam liberam. ¶ Aliquando pro manere, immotari. Cicer. lib. 9. Epist. Si venti essent, nos hic Coreyræ non sederemus. Liuius lib. 2. belli Pun. Id horreum fuit præsidium Pœnis sedentibus ad Trebiam. ¶ Aliquando sedere est consilium capere, considerare, vt apud Virgilium 1. Aene. -celsa sedet Aeolus arce. Et 9. Aene. Turnus secreta valle sedebat. Plautus, Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia. ¶ Item secundum Augures, Sedere, est augurium capere. Nam post designatas cæli partes, à sedentibus captabantur auguria. ¶ Vestis item sedere dicitur, quæ apta est. Quintil. Nam & ita sedet melius toga, & continetur. A qua loquendi consuetudine sumpta translatione, Imperium humeris alicuius bene sedere dicimus, quod illi probè conuenit, & ab illo pro dignitate rectè sustinetur. Plin. in Paneg. Quum abundè expertus esset, quàm bene humeris tuis sederet imperium.

Sedens, participium, apud Martialem lib. 10. Sedens lactuca, pro sessili. {καθήμενος, καθεζόμενος. Ital. *Che senta, assentato.* Gal. *Seant, qui est assis.* Hisp. *Assentado.*} Martial. lib. 10. Epigr. 48, In quibus est lactuca sedens, & sectile porrum.

Sedes, huius sedis, Sella, in qua sedemus. {ἕδρα, ἕδος. Ital. *Sede, sedio, luogo da sedere, cadrega, seagno, seggio.* Gal. *Siege, sejour, logu & demeure.* Hisp. *Assiento, silla, lugar para assentarse.*} Plin. in Paneg. Iandudum illi radiatum caput, & media inter deos sedes auro staret, aut ebore. ¶ Interdum ponitur pro habitatione, vel domicilio, idque tam in singulari, quàm plurali numero. Cic. de Prouin. Consul. Nam si ille aditus Gallis patuisset, nunquam hæc vrbs summo imperio domicilium ac sedẽ præbuisset. Idem pro Cluentio. Sceleratorum sedes atque regio. Virg. 1. Aene. Hic tamen ille vrbem Pataui, sedémque locauit Teucrorum. Cæsar, Crescente enim populi multitudine, mutare sedes statuerunt. ¶ Interdum ponitur pro sepulchro. Virg. 6. Aene. Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam. ¶ Interdum pro podice, & ani circulo. Plin. lib. 23, Cinis sarmentorum, vitisímque, & vinaceorum condylomatis, & sedis vitiis medetur. ¶ Sedes luxuriæ, per translationem, pro loco in quo maximè viget luxuria. Cicero contra Rullum, Coloni capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati.

Sedicula, Parua sedes. {ἑδράδιον. Ital. *Sedietta.* Gal. *Petit siege.* Hisp. *Assiento pequeño*} sicut ædicula, parua ædes: quanquam non desunt, qui Sedecula scribendum contendant: quo pacto etiam legitur apud Ciceronem in Epist. ad Attic. lib 4. Malóque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, &c. Valla tamen putat omnino sedicula esse scribendum per tertiam vocalem.

Sedile, lis, penult. corr. Sedes, subsellium, scamnum ad sedendum aptum. {ἕδρα, ἑδώλιον. Ital. *Sedia, cadrega.* Gal. *Siege, chaire.* Hisp. *Assiento, silla.*} Plin. Epist. 101, Sunt locis pluribus disposita sedilia è marmore. Virgil. 1. Aeneid. Intus aquæ dulces, viuóque sedilia saxo.

Sedentarius, ria, rium, Quod sedendo fit. {ἑδρᾶιος. Ital. *che si fa à sedere.* Gal. *Ce qu'on fait estant assis.* Hisp. *Cosa que se haze à essentadas.*} vt ars sedentaria, quæ sedendo exercetur: quam & sellulariam vocant. Opera sedentaria, quæ fit à sedentibus. Colum. lib. 12. cap. 3, Neque enim sedentariæ eius operæ, sed modò ad telam debebit accedere: modò eos qui cibum familiæ conficiunt, inuisere.

Sedentarius, ij, Qui sedendo opus facit: sicut sutor, sartor, & id genus alij. {ὁ ἑδραῖος, καθεζόμενος ἐργάτης. Ital. *che fa arte stando a sedere.* Gal. *Vn artisan qui fait sa besongne estant assis.* Hisp. *Mazedor de arte à assentadas.*} Plaut. in Aulul. Calceolarij sedentarij, sutores.

Sessio, onis, Modò ipsum sedendi actum significat. {ἑδρασμός. Ital. *Il sedere.* Gal. *Assiette, lieu à s'asseoir, assiement.* Hisp. *Obra de assentarse.*} Cicer. 2. de Natu. deor. Accubatio, inclinatio, sessio. Modò ipsum sedile. {ἕδρα. Ital. *La sedia.* Gal. *Siege, chaire.* Hisp. *El assiento.*} Cic. 2. de Orat. Num eandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa, vbi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum & Græcarum disputationum memoriam quodammodo commouent? Id est tot sedilia.

Sessito, as, frequentatiuum. {συχνὰς ἑδρίζεται. Ital. *Sedere spesso.* Gal. *S'asseoir souuent.* Hisp. *Assentarse à menudo.*} Cic. de Clar. Orat. Quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, id est sæpius sedisse.

Sessibulum, li, Super quod sedemus, & quiescimus. {ἑδώνιον. Ital. *Sedia.* Gal. *Siege.* Hisp. *Assiento, silla.*} Plaut. in Pœn. Quæ tibi oleant stabulum, statum, sellam, & sessibulum merum.

Sessilis, le, pen. corr. Quod sedet, vel sedere videtur. {ἑδραῖος. Ital. *che senta à monstra di seotare.* Gal. *Qui est assis.* Hisp. *Assentado, rellanado y ancho.*} Plin. lib. 15. cap. 15, Incerta nominum causa est barbaricis, venereisque, quæ

quæ colorata dicunt, regilisque quæ minimo pediculoso sessilia, &c. Hinc sessiles lactucæ dicuntur, quasi sedentes, hoc est quæ ita humi projectæ sunt vt sedere videantur, neque sursum vectæ esse, aut in sublime ascendere. Martial. lib. 5, Illic videres fruticе nobili caules, Et virentis porrum, sessilésque lactucas. ¶ Tergum sessile, in quo quis possit sedere. Ouidius 11. Metamor. -sic tergum sessile, sic sunt Pectora cessa toris.

Sessor, ἑδάτωρ, ἑδραστὴς, ἀναθέτωρ, καθέζομενος. Ital. *chi senta.* Gal. *Qui est assis.* Hisp. *Assentado.* } Horat. 2. Epist. 1. In vacuo lætus sessor plausoque theatro.

Sestertius, ti, Senos habens in manu digitos. ἑξάδακτυλος. Vnde & Volcatius poëta Sedigitus, & C. Horatij filiæ Sedigitæ sunt cognominatæ. Plin. lib. 11. cap. 43. Digiti quibusdam in manibus seni, C. Horatij ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi, Volcatium Sedigitum illustrem in poëtica.

Sedimentum, vide 1100.

Seditio, onis, à se, hoc est seorsum, & itio, componitur. ξύλλογος. Ital. *sedition, discordia.* Gal. *sedition, mutinerie.* Hisp. *Bullicio ò alboroto de pueblo.* } Cic. lib. 6. de Repub. docet seditionis proprietatem à dissensione ciuium dictam esse, quod seorsum eant alij ad alium: est enim propriè quum populo discordante itur ad manus: qualem describit Virgil. lib. 1. Aeneid. Ac veluti magno in populo quum sæpe coorta est Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus: iámque faces, & saxa volant, furor arma ministrat. ¶ Similiter seditio in exercitu dicitur, in classe, in campo, & vbicunque est multitudo hominum aduersus Duces, Magistratúsve arma capientium, vel imperium detrectantium. Ouid. 12. Metam. Seditióque recens, dubióque autore susurri. Idem 9. Metam. -crescitque fauore Turbida seditio. Cæsar 7. bel. Gallici, Veritus ne qua in castris ex eorum concursu & misericordia vulgi seditio oriretur. Pollio Ciceroni, lib. 11, Singulæ quædam cohortes seditionem fecerunt. Dicimus autem Latinè, elegantérque, Concitare seditionem, Facere seditionem, Commouere seditionem, Oriri seditionem, Sedare seditionem.

Seditiosus, a, um, Proclivis ad seditionem. ξυνάδης. Ital. *sedition, discordeuole, scandaloso.* Gal. *Seditieux, mutin.* Hisp. *Alborotador.* } Cic. 3. Verrin. Malus ciuis, improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit.

Seditiosè, aduerbium, Per seditionem, aut more seditiosorum. ξυναναστικῶς. Ital. *seditiosamente, con sedition.* Gal. *Seditieusement, auec mutinerie & sedition.* Hisp. *Con bullicion ò alboroto.* } Cic. pro Cluentio. Quæ concionibus seditiosè concitatis accommodatior est quàm tranquillis, moderatisque iudicijs. Idem ad Attic. lib. 2, Multa quum seditiosissimè diceret, vocem exprimere non potuit.

Sedo, das, Mitigo, placo, lenio, remoueo, fræno, extingo. ξυνίω, κατευνάζω, παύω. Ital. *sedare, assettare, mitigare.* Gal. *Apaiser, rendre coy.* Hisp. *Aclarar lo turbio ò assossegar.* } Sallustius in Catilinam: Nanque animus impurus, diis, hominibúsque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari potuit, ita conscientia mentem excitatam vexabat: id est pacari. Libro 4. ad Herennium, Et hic sitiens quàm maximè loquatur, neque habeat qui sitim suam sedet. id est extinguat. ¶ Dicimus præterea, Sedare arrogantiam, bellum, controuersiam, discordias, infamiam, iram, lassitudinem, lites, motes commotas, motus animi, miserias, pauorem, tempestatem, tumultum: quorum omnium exempla in probatissimis quibúsque autoribus nusquam non sunt obuia. Cic. 2. in Catil. Atque hæc omnia sic agentur, Quirites, vt res maximæ minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum & maximum, me vno togato duce & imperatore sedetur. ¶ Sedare, & incendere, contraria. Cic. 3. de Legib. At aliquando incenditur, & quidem sæpe sedatur.

Sedatus, a, um, nomẽ ex participio, Tranquillus, quietus, minimè præceps. ἡσύχιος, κατηρεμαῖος, πρᾶος. Ital. *Acquetatto.* Gal. *Posé & rassis, coy & tranquille.* Hisp. *Sossegado.* } Virg. 1. Aeneid. Olli sedato respondit corde Latinos. Cic. Attico lib. 8. Hæc scripsi sedatiore animo, quàm proximè scripseram. Horat. in Epist. Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi, Sedatum celeres.

Sedatè, Placidè, quietè, trãquillè, & citra commotionem. ἡσυχῇ, κατηρεμαίως, ἀσυχῶς, πράως. Ital. *Placidamente, quietamente.* Gal. *Coyement, sans trouble.* Hisp. *Sossegadamente.* } Cic. in Orat. Cuius oratio, quum sedatè placidéque loquitur, &c. Placidè, & sedatè ferre dolorem. Idem 4. Tuscul.

Sedatio, onis, Moderatio, placatio. ἡσυχασμὸς, κατάστασις. Ital. *Moderatione, pacificamento.* Gal. *Tranquillité, apaisement.* Hisp. *Sossiego, aquella aclaracion.* } Cic. 1. Offic. Temperantia & modestia, omnisque sedatio perturbationum animi.

Seduco, is, pen. prod. Propriè seorsum duco ab aliis, quasi de rebus aliquibus loquuturus. ἀπαγάγω. Ital. *Trar gin de la via.* Gal. *Tirer & mener à part.* Hisp. *Apartar.* } Terent. in Heeyr. Post Pamphilus me solum seduxit foras. Cic. Attico libro 2, Quum hæc disseruissem, seducit me Scaptius, ait se nihil contradicere. Plaut. in Aulul. Eò nunc secretò te huc foras seduxi. Cicero 1. Tuscul. Quæst. ad animum transtulit, inquiens, Quum à negotio omni seuocamus animũ, quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus, maximéque à corpore seducimus? Accipitur & in malam partem pro decipio, & in fraudem induco. ἐξαπατάω, φρενοβλαβῶ. Ital. *Ingannare.* Gal. *Seduire, tromper, decheuoir.* Hisp. *Engañar.* } Terent. in And. Etiam nunc me seducere istis dictis postulas?

Seductilis, pen. corr. Qui facilè seduci, id est decipi potest. Εὐεξαπάτητος.

Seductio, onis. Verbale. Significat abductionem à turba. ἀπαγωγή. Ital. *Esso tirare alcuno à parte per parlargli.* Gal. *Destournement à part.* Hisp. *Apartamiento.* } Cic. pro Murena, Mœstos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebãt.

Seductus, us, Idem Senec. de Tranquil. vitæ, Sic hominum, quorum maximæ in seductu actiones sunt, &c.

Seduculum, li, Quasi sudaculum dictum, genus est flagelli, quòd vapulantes sudare faciat. Festus.

Sedulus, a, um, pen. corr. Diligens, officiosus, intentus. ἐπιμελὴς, ἀκριβὴς. Ital. *Diligente, efficioso.* Gal. *Diligent, soigneux.* Hisp. *Cuydadoso ò diligente.* } Cic. de Clar. Orat. Eloquentes videbare, non sedulos velle conquirere. Tib. lib. 1. Eleg. 3, At tu casta precor maneas, sanctique pudoris, Assideat custos sedula semper anus. Ouid. 1. de Remed. amoris, Nec desunt comites sedula turba cane.

Sedulitas, Pro instanti & fideli officio, ac diligentia. ἐπιμέλεια. Ital. *Solicitudine, diligenza.* Gal. *soing & diligence.* Hisp. *Cuydado & diligencia.* } Cicer. Attico lib. 11, Quæ si non essent sedulitate effectæ, & benevolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. Ouid. 10. Metamor. Sensimus (inquit) iamas: & in hoc mea (pone timorem) Sedulitas erit apta tibi. Horat. 1. Epistol. 7, Officiosáque sedulitas, & opella forensis adducit febres.

Sedulò, Aduerbium, Instanter, diligenter, & simpliciter, quasi sine dolo, vt inquit Nonius. ἐπιμελῶς, ἐπιτηδείως. Ital. *Solicitamente, diligentemente.* Gal. *Soigneusement, diligemment.* Hisp. *Cuydadosa y diligentemente.* } Plaut. in Aulul. Nam nunc quum cælo sedulò, vt omnes nesciant, Omnes videntur scire. Terent. in Phorm. Ego sedulò hunc dixisse credo. Id est simpliciter, inquit Donatus. Idem in Heeyra. Non clam me est, mi gnate, tibi me esse suspectam, vxorem tuam Propter meos mores hinc abisse, etsi ea dissimulas sedulò.

Sedulè, aduerbium, Idem quod Sedulò. ἐπιμελῶς. Colum. lib. 9. cap. 9, Semper quidem custos sedulè circumire debet aluearia.

Sedum, sedi. Herba perpetuò virens: vnde etiam semperuiuum appellatur. ἀείζωον. Ital. *Semprevina.* Gal. *De la joubarbe.* Hisp. *Yerua puntera.* } Plin. lib. 18. cap. 17, Democritus succo herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis nascens, tabulisve. Latinè verò sedum, aut digitellum, medicata seri iubet omnia semina. Colum. lib. 2. cap 9, Id ne fiat, remedio est mistus succus herbæ, quam rustici sedum appellant. Duo autem sedi sunt genera, quorum alterum in tectis ferè & suggrundiis nascens, quòd folia habeat latiora, sedum maius appellant. Alterum in petris & parietinis prouenit, à Latinis sedum, siue semperuiuum minus dictum: Græci quia quotannis ter floreat, τριετὲς cognominarunt. Vulgus à foliis vermiculorum similitudinẽ referentibus, *Vermicularem* nominat.

Seges, huius segetis, Propriè fruges eorum seminum ex quibus cõficitur panis, nondum demessa, vt ait Valla lib. 4. cap 24. ξύητες. Ital. *Frua, biada in herba, segete.* Gal. *Grain ou blé en terre.* Hisp. *La mieses.* } Plin. lib. 18. ca. 17. Si in articulum seges ire cœperit, runcare remedium est, ne herbæ vincant. Et paulo pòst, Luxuria segetum castigatur dente pecoris, in herba duntaxat. Virgil. 1. Georg. Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus aristis, Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Ouid. 1. de Arte, Fertilior seges est alienis semper in agris. Horat. 2. Epist. 2, -& villicus Orbi Quum segetes occat, tibi mox frumenta daturas, Te dominum sentit. ¶ Seges per translationem: vt Seges stimulorum, apud Plautum in Aulul. Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges? ¶ Ferrea seges telorum. Virg. 3. Aeneid. Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit Telorum seges, & iaculis increuit acutis. Clypeata seges virorum, Ouid. 2. Metam. Seges ac materia gloriæ. Cic. pro Milone, Quid enim odisset Clodium Milo, segetem, atque materiem suæ gloriæ? ¶ Quandoque accipitur pro ipsa humo iam subacta, & sata, ἀγρὸς σπαρμένος. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 29, Seges dicitur, quod aratum & satum est: aruum, quod aratum, nec satũ est: nouale, vbi satum fuit antè, quàm secunda aratione renouetur. Virgil. 2, Georg. Illa seges, demum votis respondet auari Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit. Plin. lib. 18, Segetes quæ interquieuere, fundunt rosam odoratiorem, satiua adeò terra non cessat parere. ¶ Seges quoque aliquando de leguminibus dicitur. Colum. lib. 2. cap. 14, Quod prædictorum leguminum segetibus satisfecit.

SEGESTA, tæ, πόλις Prolemæo. Oppidum est peruetus (inquit Cicero 6. Verr.) in Sicilia, quod ab Aenea fugiente à Troia, atque Italiã veniente, conditum fuit, præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominat. Sed dein præposita est ei litera s, ne obsceno appellaretur nomine. Plinius Egestam vocat lib. 31. cap. 6. ¶ Est & Segesta altera in Ligutia, Tigoliorum caput, teste Plinio lib. 3. cap. 5. Vulgo *Sigestro.* ¶ Fuit & alia in Venetia, non procul à Timauo fluuio: cuius meminit idem Plin. lib. 3. cap. 19. ¶ Fuit & Segesta quædam in citeriore Hispania, à qua Segestani populi, qui Carthaginiensi conuentui attribuuntur à Plinio lib. 2. cap. 3.

SEGESTA, vt apud Plinium legitur: siue, vt aliis placet, Segetia, deæ nomen, à segetibus, quibus præesse putabatur, tractum. Plin. lib. 18. cap. 2, Sciam à serendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulachra in Circo videmus.

Segmen, Segmentarius, Segmentum, vide 1120.

Segnis, & hoc segne, huius segnis, Tardus, ignauus, quasi sine igne, sicut contrà, Ardens pro solerti, diligenti, & moræ omnis impatienti. ἀργὸς, βραδὺς, νωθρὸς. Ita. *Pegro, tardo, poltrone.* Gal. *Lasche, pareseux, nõchalãt, tardif.* Hisp. *Perezoso, floxo, negligente.* } Virgil. lib. 3. Aeneid. Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes Explorat ventos. Cicero ad Atticũ lib. 8, Ego sicut adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro. Cic. pro Fonteio, Segniores ad imperandum posthac cæteri fiant, quum videant eos oppugnari, quibus oppressis populi Romani imperium incolume esse non possit. Tacitus lib. 12, Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt. ¶ Interdum ponitur pro infœcundo, & inutili. lib. 1. Geor. saníque horret in aruis Carduus.

Segnipes, dis, penul. corr. Qui tardè incedit. βραδύπους. Ital. *chi va lentamente, pesatamente.* Gal. *Qui va lentement & pesamment.* Hisp. *El que camina floxamente.* } Iuuen. saty. 8. -tritóque trahunt epirhedia collo Segnipedes.

Segnities, tiei, siue Segnitia, tiæ, Tarditas, negligentia ad agendum. ἀργία, βραδυτὴς. Ital. *Negligenza, tardezza, dapoccaggine.* Gal. *Nonchalance, negligence, tardiueté, pareſſe.* Hisp. *Pereza, floxedad, negligencia.* } Socordia autem est negligentia in consulendo, meditãdo, prospiciendo quid opus sit facto. Terent. in And. Enimuero Dauo nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ. ¶ Quandoq; segnities dicitur infœcunditas ἀφορία Plinius. Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum segnities. ¶ Legitur & segnitas: quod & Nonius annotauit. Cicero de Orat. Et quando de prudentia diximus, casti gemus etiam segnitatem.

Segniter, aduerbium, Negligenter. ἀργῶς. Ital. *Negligentemente, con dapoccaggine.* Gal. *Nonchalamment, pareſſeusement, negligemment.* Hisp. *Perezosa y floxamente.* } Liu. 2. ab Vrbe Segniter, otiosè, negligenter, contumaciter omnia agere: nec pudor, nec metus coercebat. 10. Metamor. Quæ quanquam Scythica non segnius ire sagitta Aonio visa est, inuenit ramẽ, &c.

SEGOBRIGA, πόλις, Oppidū Hiſpaniæ citerioris, Celtiberiæ totius caput, circa quod Sertorius & Metellus prælium cōmiſere. Strabo lib. 2.

SEGOR, πόλις, Fuit quinta ciuitas poſt Sodomam & Seboim, quæ ad preces Lot ſeruata eſt.

Segrego, gas, pen. corr. Ab aliorum numero, vel ſocietate, vel grege ſeparo. ἀφορίζω. Ital. *Separare, ſpartire.* Gal. *Mettre hors du troupeau, mettre à part, ſeparer.* Hiſp. *Apartar como de la manada.* Terent. in Hecy. Nam ſi ita eſt vt hæc nunc Pamphilum veré à ſe ſegregarit. Plau. in Mil. Ille illas ſpernit: Segregat ab ſeſe omnes extra te vnam. Cice. pro Archia, Quod ſi mihi à vobis tribui, concedique ſentiam, perficiam profectò vt hunc A. Licinium non modo non ſegregandum, quum ſit ciuis, à numero ciuium, verumetiam, ſi non eſſet, putetis adiſcendum fuiſſe.

Segrex, ſegregis, pen. cor. om. gen. ὁ καὶ ἡ ἀποπλάνος. Ital. *ſegregato di tal gregge.* Gal. *Separé hors du troupeau.* Hiſp. *Apartado dela manada.* vt Segrex vita, id eſt, ſolitaria. Senec. de benefic. lib. 4.

Segullum, li. Eſt tartæ genus in ſummo ſolo, ex quo metallarij cognoſcunt ſubeſſe venam auri. Plin. li. 33. cap. 4. Aurum qui quærunt, ante omnia ſegullum tollunt: ita vocatur indicium, &c.

SEGVSIVM, Vrbs eſt Seguſianorum in Graiis Alpibus. Ptol. lib. 3.

SEIA, Dea habita fuit Romæ quæ ſationi præeſſe putabatur: quemadmodum Segeſta, ſiue Segetia quæ ſegeres lætas facere exiſtimabatur. Plin. lib. 18. cap. 2. Seiam à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant: quarum ſimulachra in Cisco videmus.

SEIR, σηίρ, Mons in terra Edom, in quo habitauit Eſau, in regione Gabalena: quæ ex eo quòd Eſau piloſus eſſet, & hiſpidus, Seir, id eſt piloſi, nomen accepit.

Seiugi, & Seiuges, pen. corr. σειρὰζυγες, ἑξάζυγες. Dicuntur equi ſeni ad vnum currum adhibiti. Apuleius in Flor. Vni cui omnes prouinciæ quadriuges, & ſeiuges currus vbique gentium ponere gratulantur.

Seiungo, as. Idem quod ſeiungo. διαζεύγνυμι. Ita. *Diſiungere.* Gal. *ſeparer du joug, deſioindre.* Hiſp. *Deſunir.* Cice. 1. de Diuin. Humani autem animi eā partem quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non eſſe ab actione corporis ſeiungatam.

Seiungo, gis, Iunctos ſeparo, auello. ἀφίημι, διαζεύγνυμι. Ital. *Diſiungere, ſcantanare.* Gal. *Reſoindre, ſeparer.* Hiſp. *Apartar, deſunir.* Cic. Lentulo, Tibi autem multò notiora, atq; illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempore omni quo ſeiuncti fuimus, & vnà, & Romæ fuiſſemus. Cice. 3. de Nato. deor. Fortunam nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiunget. Idem in Catil. Dummodo tua calamitas à Reipub. periculo ſeiungatur.

SEIVS, Prænomine Cneus, equi præſtantiſſimi quidem, ſed infeliciſſimi dominus: qui ab ipſo Seianus cognominatus eſt: de quo Gellius lib. 3. cap. 9. & Eraſmus in Adagiis, & mox.

Seianus equus. Dictus eſt à Cn. quodam Selo, qui equum habuit inuſitata magnitudine, omnibúſque alijs equorum laudibus præſtantiſſimum, adeò vt ex eorum genere equorum crederetur quos Hercules occiſo Diomede Argos perduxit. Sed eo fato is equus fuit, vt quiſquis poſſideret eum, is cum omni familia interiret. Primus enim huius equi dominus à M. Antonio, qui poſtea Triumuir conſtituendæ Reipub. fuit, damnatus, miſerando affectus eſt ſupplicio. Hunc deinde emit Cornelius Dolabella H-S. centum millibus, qui & ipſe à Caſſio victus, in prælio occubuit. Ab hoc ad Caſſium victorem equus pernenit, qui ab Antonio victus, ſibi manus intulit. Nec multo pòſt Antonius victor, qui equum hunc abſtulerat, ab Auguſto victus ſimili mortis genere periit. Hinc ortum eſt prouerbium, vt homines calamitoſi Equum Seianum habere dicerentur. Vide Gellium lib. 3. cap. 9.

Selago, ginis. Herba eſt ſabinæ ſimilis, quam Druidæ certa ſuperſtitione lectam, ſolo fumo omnibus oculorum vitiis mederi tradiderunt. Vide Plinium lib. 24. cap. 11.

Selenites, σελήνιτες, Gemma in Arabia naſcens, ex candido tranſlucens melleo fulgore, imaginem Lunæ cominēs, reddénſique eam in dies ſingulos creſcentis, minuentiſque numero. Autor Plinius lib. 37. cap. 10.

SELENVS, vide SELINVS.

SELEVCIA, σελεύκεια, Syriæ Antiochenæ oppidum eſt, ab Antiocho Seleuci filio conditum: de quo Plinius lib. 5. cap. 21. ¶ Eſt & Seleucia alia ad Euphratem & tertia ad Belum amnem: quarum meminit idem Plinius lib. 5. cap. 23. Rurſus alia Ciliciæ, Trachiotis cognominata, ad Calicadnum amnem, teſte eodem Plinio lib. 4. cap. 27.

SELEVCVS, σέλευκος, Fuit vnus ex principibus Alexandri, qui primus poſt Alexandri mortem regnauit in Syria annos quadraginta. Fuerunt & alij Seleuci.

Selibra, Dimidia libra. ἡμίλιτρον. Ital. *Mezza libra.* Gal. *Demie liure.* Hiſp. *Media libra.* Liu. 5. ab Vrbe, Selibra farris. Gell. li. 7. cap. 18, Darent argenti pondo libram ſcilicet & ſelibram.

Seligo, gis, penult. corr. Seorſum colligo, ſecerno. ἐκλέγω, διακρίνω. Ital. *Par la ſcelta, diſcernere.* Gal. *Eſlire, & mettre à part.* Hiſp. *Apartar lo mejor.* Cicero de optimo genc. Quæ exempla ſelegiſſem, niſi vel nota eſſe arbitrarer, vel poſſe eligere qui quærerent. Ouid. 3. Amor. Eleg. 10. Quicquid erit, mea ſemper eris: tu ſeligе tantum, Me quoq; velle velis, anne coactus amem. Cice. in Orat. Nec verò vtetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet ac ſeliget.

Selectio, onis. verbale. Actus ſeligendi. ἐκλογή, διάκρισις. Ital. *Scelta di caſe che ſi mettano à parte.* Gal. *Eſlite & choeux.* Hiſp. *Apartamiento de lo mejor.* Cic. 1. de Finib. Dum etiam in vna virtute ſic eſſe omnia voluerunt, vt eam rerum ſelectione expoliarent: nec ei quicquam aut vnde oriretur darent, aut vbi inniterentur. Idem 3. de Legib. Selectio vitiorum.

Selectus, a, um, participium. ἐκλεγόμενος ἐκκριθείς. Ital. *Eletto, poſto da parte.* Gal. *Eſleu parmi d'aultres & mis à part.* Hiſp. *Cosa aſſi eſcogida y apartada, y puеſta à parte.* Cic. 1. de Nat. deo. Iraq; in illis ſelectis eius breuibúſq; ſententijs, quas appellatis κυρίας δόξας, hæc, vt opinor, prior ſententia eſt, Quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cui quam negotium. Ouid 5. Faſt. Romulus hoc vidit, ſelectáque corpora patres Detrahit: hoc vrbis ſumma relata noua eſt. ¶ Hinc ſelecti iudices, Equites dicti ſunt. Cicero pro Cluentio, Deinde Prætores tantum vrbani, qui iurati debent optimum quenq; in ſelectos iudices referre, nunquam ſibi ad eam rem Cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt. Horat. 1. Serm. Sat. 4. -& ſiue iubebat Vt facerem quid: habes autorem quo facias hoc, Vnum ex iudicibus ſelectis obiiciebat. Id eſt ex Equeſtri ordine.

SELINIS, pen. prod. σελινὶς, Vrbis nomen iuxta Lilybæum, à ſelino, quòd ibi plurimum naſcatur. Autor Seruius in illud Virgilij 3. Aene. Téque datis linquo ventis palmoſa Selinis.

Selinum, σέλινον. à Græcis appellatur herba notiſsima, quam Latini apiū nominant. ¶ Inde fiunt compoſita petroſelinum, hippoſelinum, & eleoſelinum: de quibus egimus ſuis locis.

SELINVS, pen. prod. σελινοῦς. Duorum fluuiorum nomen in Aſia, qui in mare influentes, Dianæ Epheſiæ templum vtrinque complectuntur. Vide Plinium lib. 5. cap. 29. ¶ Eſt & Selinus alius in Aegiorum agro, qui eſt in Achaia propriè dicta. ¶ Item alius in Elide. ¶ Rurſus alius in Sicilia, iuxta Megara & Hyblam montem: quorum omnium meminit Strabo lib. 8.

SELINVS, untis, σελινοῦς, Oppidum eſt Siciliæ palmis abundans.

Selinuſius, a, um, adiectiuum, σελινόεις, vt Terra Selinuſia, quæ à Galeno lib. 9, Simpl. inter medicamenta ophthalmica ponitur.

Seliquaſtra, (inquit Feſtus) ſedilia appellātur antiqui generis, d litera in l, conuerſa, ſicut & in ſella, & ſolio factum eſt, quæ omnia à ſedendo dicta ſunt.

Sella, æ, Idem quod ſedes. ἕδρα, καθέδρα, θρόνος. Ital. *Sedia.* Gal. *Vne ſelle, vn banc.* Hiſp. *Aſſiento, ſilla.* à ſedendo dicta, quaſi ſedda. κατ' ἀντίφρασιν. Plin. de Vir. illuſt. P. Decium Prætorem tranſeunte ipſo ſedentem iuſſit aſſurgere, eiq; veſtē ſcidit, ſellam concidit: nequis ad eum in ius iret, edixit.

Sellaria, æ. Dicta ſunt loca, in quibus ſedes diſponi ſolebant. ἑδώδια. Ital. *Luogo doue ſi pongono più ſedie.* Gal. *Vn lieu en la maiſon on ſont ſieges arrangez de tous coſtez.* Hiſp. *Lugar donde eſtan las ſillas.* Plin. lib. 34. cap. 8, Atque ex omnibus quæ retuli, clariſſima quæque in vrbe, tam ſunt dicata à Veſpaſiano principe in templo Pacis, aliiſque eius operibus, violentia Neronis in vrbem conuecta, & in ſellariis domus aureæ diſpoſita. Sueton. in Tybe. Seceſſu verò Caprecenſi, etiam ſellariam excogitauit, ſedem arcanarum libidinum.

Sellariola, diminutiuum. Martial. lib. 5, In ſellariolis vagus popinis.

Sellularij, Opifices, qui ſedendo opus faciunt: quos Liuius libr. 8, ſcribit militiæ minimè aptos. ἑδραῖοι. Ital. *Chi guadagnano facendo l'arte ſua ſedendo.* Gal. *Qui gaignent leur vie faiſants leur beſongne aſſis.* Hiſpa. *Los que ganan trabajando aſſentados.* Quia (inquit) opificum quoq; vulgus, & ſellularij, minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Idem & Sedentarij à quibuſdam appellantur, vt ſupra docuimus ſuo loco.

SELLAE, Oppidum eſt Epiri, cuius incolæ Sellani dicuntur. Lucan. li. 5, Quercúſque ſilentes Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ, &c.

SELYMBRIA, σηλυμβρία, Ciuitas Thraciæ ad Proponditem, propinqua Byzantio, teſte Herodoto lib. 6.

Sembella, Libræ dimidium, quaſi ſemilibella. ἡμιλίτριον. Varro libr. 4. de Lingua Latina.

Semel, aduerbium, Idē ſignificans quod vnica vice. ἅπαξ. Ital. *Vna volta.* Gal. *Vne fois, tout à vne fois.* Hiſp. *Vna ſola vez.* Plaut. in Capt. Satis ſum ſemel deceptus. ¶ Aliquando accipitur pro ſummatim, aut ſumma. κεφαλαιωδῶς. Quintil. Denique (vt ſemel finiam) ſic ferè componendū quum pronuntiabis, erit. Idem. Vt ſemel omnia complectar. ¶ Nonnunquam & pro omnino, penitus, immutabiliter, ſiue irreuocabiliter poni conſueuit: quia quod ſemel tantùm ſit, non habet regreſſum, vt rurſus fiat. Virg. 11. Aeneid. Qui nequid tale videret, Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit. Ouid. Epiſt. 5, -nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Id eſt omnino, prorſus.

SEMELE, pen. corr. σεμέλη. Cadmi Thebarum regis filia, ex qua Iupiter Bacchum genuit, teſte Horatio primo Carm. Ode 19. Mater ſæua cupidinum, Thebanæque iubet me Semeles puer, Et laſciua licentia Finitis animum reddere amoribus. Propertius, Narrabis Semele quàm ſit formoſa.

Semeleius, a, um, adiectiuum. Ouid. 5. Metam. Delius in coruo, proles Semeleia capro, &c.

Semen, inis, Notæ ſignificationis eſt: quaſi ſerimen, à ſero, ris. σπέρμα. Ital. *Seme, ſemenza, ſemente.* Gal. *Semence.* Hiſp. *La ſimiente generalmente.* Colum. libro 1. cap. 7. Et maximè vexant ſerui qui boues elocant, eoſdémque & extera pecora malè paſcunt, nec induſtriè terram vertunt, longéque plus imputant ſeminis iacti, quàm quod ſeuerint, &c. Virg. 1. Geor. Debita quàm ſulcis committas ſemina, &c. Horat. Epod. 16, Pinguia nec ſiccis vrantur ſemina glebis. ¶ Nonnunquam etiam de virgultis, & ſurculis dicitur. Virg. 2. Georg. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius. Colum. lib. 3, Si compluribus vindemiis eundem tenorem ſeruauerint, ex eiuſmodi vitibus lecta ſemina multū, bonumq; vinum præbebunt. ¶ Eſt & ſemen frumenti genus, quod zeam, ζειὰν appellant, ſimile farri. Plin. lib. 18. cap. 11, Alica fit ex zea, quam ſemen appellamus. ¶ Per tranſlationem ſignificat autorem alicuius rei, & eum à quo quid ortum eſt. Cice. Philipp. 2, Vt igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum, & ſtirpium, ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. ¶ Ponitur aliquando pro genere. Sueton. in Calig. cap. 25, Nec vllo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quàm feritatis: quæ illi quoque tanta iam tunc erat, vt infeſtis digitis ora & oculos ſimul ludentium infantiū inceſſeret. Virgil. 7. Aeneid. -geminóſque iugales Semine ab ætherio, &c. Ouid. 10. Metam. -coeúntque animalia nullo Cætera delicto: nec habetur turpe inuentæ Pene patrem tergo: ſit equo ſua filia coniux, Quáſque creauit init pecudes caper: ipſáque cuius Semine concepta eſt, ex illo concipit ales. Lucretius lib. 2, Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi, Omnibus ille idem pater eſt. Ouid. 9. Metam. Implerátque vterum generoſo ſemine.

Seminium, nij. Idem quod ſemen, vel planta, aliúdve quiduis, quod de ſe aliquid poteſt producere. σπέρμα. Ital. *Seme, pianta.* Gal. *Semence.* Hiſp. *Simiente, planta.* Colum. lib. 2, Nonnunquam ſuperfuſa terra latentibus ſeminiis. Var. 2. de Re ruſti. cap. 6, Ego, inquit, de aſinis potiſſimùm dicā, quòd ſim Reatinus, vbi optimi & maximi fiunt: è quo ſeminio ego hîc procreaui pullos. Plaut. in Amph. -anguineo Repente hoſtes peperit ſeminio. Lucretius lib. 5, Denique cur acris violentia triſte leonum Seminium ſequitur? vulpes dolus? & fuga cerui A patribus datur? ¶ Quandoque accipitur pro ſeminis lucro. Plautus in Rud. vxnundatur

merces

Universidad de Deusto Biblioteca

merces non hoc suo seminio.

Seminarium, rij. Est locus ex quo transferuntur plantæ in aliam terram. {φυτόκηπος. Ital. *Luogo dal quale si trasferiscono le piante in altro terreno.* Gal. *Une pepiniere.* Hisp. *El almaciga para arboles.*} Colum. lib. de Arboribus, cap. 1, Qui vineam, vel arbustum constituere volet, seminatis prius facere debet: sic enim sciet cuius generis vitem positurus sit. Idem lib. 5. cap. 6, Operam dabit ne emortuis arboribus rarescat, ac primam quanque senio, aut tempestate afflictam summoueat, & in vicem nouellam sobolem substituat. Id autem facilè consequi poterit si vlmorum seminarium paratum habuerit. Idē, Satoris officium est, de seminario transferre plantam. ¶ Ponitur & seminarium per translationē pro rei alicuius fonte & origine: idq; tam in bonam partem quàm in malam. Cic. in Catilinam, Qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiāsi Catilina perierit, scitote hoc in Republica seminarium Catilinarium futurum. Cice 1. Offic. Id autem est principium vrbis, & quasi seminarium Reipublicæ. Idem in Pisonem, Ex illo fonte, & seminario triumphorum quum arida folia lauiea retulisses, quum ea abiecta ad portam reliquisti, tum tuipse de te sententiam tulisse videris, tum iudicium pronuntiauisti.

Seminarius, a, um. Quod ad seminandum pertinet. {φυτάλιος. Ital. *Cosa pertinente à semenza.* Gal. *A partenant à semence.* Hispa. *Cosa para simiente.*} Ambrosius, Inest nascentibus singulis aut semen, aut virtus aliqua seminaria.

Sementis, huius sementis, fœm. gen. Significat ipsam sationem, seu seminationem. {σπορά. Ital. *Il seminare, seminatura, tempo di seminare.* Gal. *Semaille, semoison, le temps de semaille.* Hispan. *La simentera, tiempo de sembrar.*} Plin. lib. 18, Sunt qui properent, atque ita pronuntient, Festinatum sementem sæpe decipere, serotinam semper. Colum. lib. 13, Quibus magna sementis præparatur. Liu. Vt Campani sementem facere possent. Ouid. lib. 1. Fast. Villice da requiem terræ, semente peracta. ¶ Nonnunquam pro seminandi tempore. Colum. lib. 2, Prima sementis ratius serere permittit, nouissima spissius postulat. Id est primum tempus sationis. Idem seminari debet post æquinoctium media ferè sementi, læto solo. ¶ Ponitur aliquando pro segete. Gell. lib. 2. cap. 29, In sementes forte conceſſerat tempestiuiores. ¶ Facit sementis aliquando in ablatiuo sementi, & in accusatiuo sementim. Cato cap. 27, Sementim facito ita. Colum. lib. 2. cap. 12, Peracta sementi.

Seminalis, seminale, Quod ad sementem faciendam pertinet. {σπορίμος, σπορήσιμος. Ital. *Di semenza, da seme.* Gal. *De semence, seruant à semer.* Hispa. *Cosa para simiente.*} Colum. lib. 11. ca. 2, Viciæ pabularis modios septem, vel octo, viciæ semualis modios quinque, vel sex.

Sementicus, ca, cum, pen. corr. Quod seminari potest. {σπορίμος. Ital. *Buono da seminare.* Gal. *Bon à semer.* Hisp. *Cosa buena para sembrar.*} Plin. lib. 18, Sementica autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam.

Sementinus, a, um, adiectiuum. {ἐπιβλητέος ἀκμήν. Ital. *Che dura fin' al seminare.* Gal. *Qui dure jusques aux semailles.* Hisp. *Que dura hasta las sementeras.*} vt Sementina pyra, vel à seminum multitudine, vel quòd vsque ad sementis tempus durent, dicta. Cato cap. 7, Pyra volema, aniciana, & sementina. Feriæ sementinæ. Festus, Sementinæ feriæ fuerant institutæ, quasi ex iis fruges grandescere possent. Dies sementina, festum fuit antiquis celebratum, postquam terræ mandassent semina agricolæ. Ouid. 1. Fast. Nec sementina est vlla reperta dies.

Sementō, tas, Semen produco. {σπορίζω. Ital. *Far semenza, andar in semenza.* Gal. *Getter & produire semence.* Hisp. *Sementar para simiente.*} Plin. li. 18. cap. 28, Est in primis inutile nasci herbas semeotaturas.

Semino, nas, Notæ significationis. {σπείρω, φυτεύω. Ital. *seminare*, Gal. *semer.* Hispan. *Sembrar.*} Dicimus autem, Seminatur hordeum, & Seminatur ager hordeo: sicut spargitur humor, & Spargitur vestis humore. Colu. lib. 2. cap. 9, Seminari debet hordeum post æquinoctium. Idem libr. 3, cap. 8, Ne seminare otur agri. ¶ Semino, progigno. Virg. 6. Aeneid. Quale solet syluis brumali frigore viscum Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos. Colum. libr. 6, cap 24. de tauris, Vnúmque marem quindecim vaccis sufficere abundè est, qui vbi iuuencam superuenit, certis signis comprehendere licet, quem sexum generauerit: quoniam si parte dextra desiluit, marem seminasse manifestum est: si læua, fœminam. Plaut. in Amph. Alter decumo pòst mense nascetur puer, Quàm seminatus. ¶ Per translationem significat spargo, diuulgo. Lactan. lib. 4. Ex cultum Dei per totam terram seminaret. Huius composita sunt. Dissemino, & Insemino: de quibus suprà suis locis.

Seminatio, onis, verbale, Satio. {σπορά. Ital. *Esso seminare.* Gal. *Semement, le fait de semer.* Hisp. *Sembradura.*} Varro 2. de Re rust. cap. 6, Ad seminationem onagrus idoneus, quod è fero sit mansuetus facilè, & è mansueto ferus nunquam.

Seminator, tis, Qui serit seminátve. {σπορεύς. Ital. *Seminatore.* Gal. *Semeur.* Hisp. *Sembrador.*} Cic. 2. de Natura deorum, Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens, vt ita dicam, atque educator, & altor est mundus: omniáque, sicut membra sua, & partes suas, nutricatur, & continet.

Semestris, semestre, Quod est sex mensium: vt Semestris Tribunatus. {ἑξαμηνιαῖος. Ital. *Di sei mesi.* Gal. *De six mois, semestre.* Hisp. *Cosa que dura seis meses.*} Plin. Epist. 69, Hunc rogo semestri Tribunatu splendidiorem & sibi, & auunculo suo facias. Plin. lib. 10 cap. 25, Temporum magna differentia auibus: perennes, vt columbæ: semestres, vt hirundines: trimestres, & turdi, & turtures: & quæ quum fœtum edoxere abeunt, vt galguli, vpupæ. ¶ Semestre regnum. Cic. Attico lib. 10, Sed tamen ea pone ante oculos iam intelliges id regnum vix semestre esse posse.

Semigro, as. Ad seorsum habitandum me confero. {χωρίζω. Ital. *Partirsi.* Gal. *Se retirer ou partir & aller demourer en autre lieu.* Hisp. *Partirse, ò mudar casa de con otro.*} Cic. pro Cælio, Reprehendistis, à patre quòd semigrarit: quod quidem in hac ætate minimè reprehendendum est.

SEMIRAMIS, mis, vel midis, Σεμίραμις, Fuit nomen Assyriorum reginæ, Nini regis vxoris, mulierum omnium, quarum memoria ad nos peruenit, clarissimæ, quæ post viri obitum, quòd intelligeret Assyrios grauatè mulieris imperiū passuros, dissimulato illius obitu, personam eius assumpsit, donec Ninus filius adolesceret. regnóq; administrando idoneus fieret. Hæc & Babylonem muro laterítio cinxisse dicitur, & subactis vicinis regni sui terminos latissimè propagasse. Verùm eadem tam portentosæ libidinis fuisse traditur, vt & filij concubitum experierit, & equum vsque ad coitum adamasse dicatur. De hac Plutarchus in Apophthegmatis sic scribit, Semiramis sepulchro, quod sibi constituerat, hanc addidit inscriptionem, Quicūq; rex pecuniis indiguerit, patefacto monumento, quod voluerit accipito. Qua spe addectus Darius, sublato lapide, pecuniatū nihil inuenit, sed alias reperit literas, in hanc sententiam, Ni malus vir esses, ac numis insat abilis, cadauerum loculos non moueres. ¶ Semiramis, lingua Syriaca, auem significat. Nonque ab auibus adhuc infans nutrita dicitur. Scribit Valerius Maximus, lib. 9. cap. 3, aliquando quum circa cultum corporis occupata esset, & nunciaretur ei Babylonem defecisse, soluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam cucurrisse, nec prius decorem capillorum redegisse in ordinem, quàm tantam vrbem in suam potestatem restituisset. Exercitum ipsius sic describit Suidas, Πεζὰ μὲν μυριάδας ἔσχεν ἑπτακοσίας, ἱππικὸν δὲ ἑξακοσίας μυριάδας ἔσχε· καὶ ἐλεφάντων χιλιάδας τετρακοσίας· ἅρματα δὲ δρεπανηφόρα ἔσχε, πλείω ἢ ἑκατόν. μυριάδας ἐκτήσατο βόστρυς δὲ βοῶν ἀγραύλων ἐκτήσατο τρισμυριάδας, καὶ δὲ τὸ βάκτρων τοσοῦτον πλῆθος ἐστρατολόγησε. Id est, Peditatus centum millia, equitatus centum myriades, falcatorum autem curruum decies decem millia. Virorum in camelis pugnantium par numerus: aliorum verò camelorum (ad quodcunque indigebat opus) vicies dena millia. Terga verò boum excoriatorum tricies dena millia. Naues verò in Bactris fabricatæ ter mille. Et multa alia, quæ prosequitur admiranda.

Semianimis, & cætera à semis composita, vide SEMI.

Semis. {ἥμισυ, ἡμίεια, ἥμισυ. Ital. *Metà, mezzo.* Gal. *Demi.* Hisp. *La meytad de qualquier cosa.*} significat dimidium, melius tamen in i desinit, & dicimus semi: quod non nisi in compositione inuenitur, vt semideus. Semis verò quali semi as aliquando accipitur pro media libra. {ἡμιλίτριον. Ital. *La metà de la libra, mezza libra.* Gal. *La moitie d'vne liure, demie liure.* Hispa. *La meytad de la libra ò seu onça.*} Quandoque etiam significat dimidium, & indeclinabile est: vt, duos & semis cubitos habet. Quandoque semissis genitiuum facit.

Semesus, a, um, pen. prod. Semicomestum. {ἡμίβρωτος. Ital. *Mezzo mangiato.* Gal. *A demi mangé.* Hisp. *Cosa medio comida.*} Eadem enim forma dicitur qua ambesum, & comesum. Sueton. in Tyb. Solennibus ipse cœnis pridiana sæpe, ac semesa opsonia apposuit. Virgil. 8. Aeneid. Ossa super recubans antro semesa cruento. Horat. 2. Serm. Sary. 6. Semesáque lardi Fruſta dedit. Silius lib. 6, -nunc fractis ossibus artam
Absorbet saniem, & tabo manante per ora.
Mutat hians hostem, semesáque membra relinquit.

Semianimis, me, vel Semianimus, a, um. Semiuiuus, sine semimortuus. {ἡμιθανής. Ital. *Mezzo morto tramortito.* Gal. *A demi mort.* Hisp. *Medio muerto.*} Plin. de Viris illustr. Ipse cum trecentis pugnans cecidit, & postea ab Attilio semianimis inuentus, & sanatus, magno postea terrori hostibus fuit. Ouid. 1. Trist. Eleg. 3, Illa dolore amens tenebris narratur obortis Semianimis media procubuisse domo. Virg. 11. Aene. Semianimes voluuntur equi, pugna aspera surgit. Lucret. lib. 6, Languida semianimo cum corpore membra, videres Horrida pædore, & pannis cooperta, perire Corporis illuuie.

Semiapertus, a, um, Dimidiata sui parte apertum. {ἡμιάνοιγος. Ital. *Mezzo aperto.* Gal. *A demi ouuert.* Hisp. *Medio abierto ò entreabierto.*} Liuius 6. belli Pun. Paucos ex multis trepida fuga incedentes, semiapertis portarum foribus in vrbem compulit.

Semiassus, a, um. {ἡμίοπτος. Ital. *Mezzo arrostito.* Gal. *A demi rosti.* Hispan. *Medio assado.*} Cice. 1. Tuscul. Heu reliquias semiassi Regis denudatis ossibus, Per terram sanie deliburat fœdè diu vexarier. Ex Poëta quopiam vetusto.

Semibos, penul. corr. huius semibouis, Epitheton est Minotauri, quem Poëtæ fingunt, dimidia sui parte bouem fuisse. {ἡμίβους. Ital. *Mezzo bue.* Gal. *A demi bœuf.* Hisp. *Medio buey.*} Ouid 4. Trist. Eleg. 6, Centimanúmque Gygen, semibouémque virum.

Semicaper, pen. corr. huius semicapri. Faunorum & Satyrorum epitheton est, qui inferiore sui parte capris similes pingūtur. {ἡμίτραγος. Ital. *Mezzo capro.* Gal. *A demi bouc.* Hisp. *Medio cabron.*} Ouid. 5. Fast. Semicaper coleris succinctis Faune Lupercis. Deus semicaper, Ouid. 4. Fast. Pan semicaper, Oui. 14 Metamorph.

Semicirculus, Medius circulus. {ἡμικύκλιον. Ital. *Mezzo circolo.* Gal. *Demi cercle.* Hisp. *Medio circulo.*} Colu. lib. 5 cap. 2, Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus: aut etiam semicirculi, vel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formam exhibet. Cicer. 5. de Finib. Quíque non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, & semicirculos consectari.

Semicircularis, re, Medium circuli formam habens. {ἡμικυκλικός. Ital. *Mezzo rotondo.* Gal. *Demi rond.* Hisp. *Medio redondo.*} Colum. lib. cap. 2, Semicircularis agri forma.

Semicinctium, ctij, Succinctorium, quòd medium hominem cingat, id est vestiat. {ἐπιζώνιον. Ital. *Cintura.* Gal. *Vn demiceint.* Hisp. *La cinta para ceñir.*} Est enim genus vestis breuissimæ, quo venter, & velanda teguntur. Apud Martialem lib 14, de semicinctio tale est epigramma. Det tuniicam dies: ego te præcingere possum: Essem si locuples, munus vtrunque darem.

Semicoctus, cta, ctum. Item quod semicrudus. {ἡμίεφθος. Ital. *Mezzo cotto.* Gal. *A demi cuit.* Hisp. *Medio cocido.*} Colum. lib. 8. cap. 5, Semicoctum hordeum. Et apud Plin. lib. 22. cap. 25, Semicocta aqua.

Semicremātus, a, um. {ἡμικαυστός, ἡμίκαυτος. Ital. *Mezzo abbruciato.* Gal. *A demi bruslé.* Hisp. *Medio quemado.*} Oui. in Ibin, Membra feras Stygiæ semicremata necí. Martial. lib. 11, Thutáque de medio semicremata rogo.

Semicrudus, a, um, pen. prod. {ἡμίεφθος. Ital. *Mezzo crudo.* Gal. *A demi cru,* Hisp. *Medio crudo.*} Colum. lib. 6. cap 26, Si iam tali vitio laborant, lupini semicrudi conteruntur, & ossæ saluian more faucibus ingeruntur. Statius 4. Syl. Quid si quum bene manè semicrudus Illatam tibi dixero salutem?

Semideus, adiectiuum. {ἡμίθεος. Ital. *Mezzo Dio.* Gal. *Demi Dieu.* Hisp. *Medio Dios y medio hombre.*} Lucan. lib. 8, Nos in templa tuam Romana accepimus Iliu. Semideósque canes. Ouid. in Ibin. Vos quoque plebs superum Fauni, Satyræque. Fluminâque, & Nymphæ, semideúmque genus Reges

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus Reges semidei, Statius 2. Achill.

Semidoctus, Id est mediocris eruditionis. {ἡμιμαθὴς. Ital. *Mezzo dotto, cioè non molto.* Gal. *A demi sauant.* Hisp. *Medio enseñado.*} Cicero 2. de Orat. Hæc vt & properans & apud doctos, & semidoctus ipse percurro, vt aliquando ad illa maiora veniamus.

Semiermis, me. {ἡμίοπλος. Ital. *Mezzo armato, disarmato.* Gal. *A demi armé.* Hisp. *Cosa medio armada.*} Liui. 2. bel. Pun. Binis in castris quū multitudo semiermis, sine ducibus esset, nuntium qui in maioribus erant, mittunt.

Semifactus, a, um, {ἡμιεργὴς. Ital. *Mezzo fatto.* Gal. *A demi fait.* Hisp. *Cosa medio hecha.*} Tacit. lib. 15, Semifacta opera fuga perrupit.

Semifer, a, um, vel Semiferus, Ex dimidia parte ferus. {ἡμίθηρ, ἡμιθήριος. Ital. *Mezzo saluatico.* Gal. *A demi sauuage.* Hisp. *Cosa medio fiera ò medio mansa.*} Ouid. 2. Meta. de Chirone Centauro, Semifer interea diuinæ stirpis alumno, Lætus erat. Plin. lib. 8. cap. 57. Semiferum & ipsum animal, cui vinaria in doliis idem qui apris instituit.

Semiferus, pen. cor. Idem. ἡμίθηρ. vt Centaurus quasi medius equus, vt inquit Seruius in secundum Aeneidos. Nam Centaurus anteriore parte homo est, posteriore equus.

Semiformis, me. {ἡμίμορφος. ἡμιμόρφωτος, ἡμίτυπος. Ital. *Mezzo formato.* Gal. *A demi formé.* Hisp. *Medio formado.*} Colu. lib. 8. cap. 5, Pullique semiformes interimuntur, antequam totis partibus suis consummentur.

Semifultus, a, um {ἡμιβέβαστος. Ital. *Mezzo sostentato.* Gal. *A demi apuyé.* Hisp. *Medio sostenido.*} Martial. libro 5, Subsellióque semifultus extremo, Et malè receptus altero genu, iactat Equiti sedere, Lectióque se stare.

Semigermanus, pen. prod. {ἡμιγερμανός. Ital. *Mezzo Tedesco.* Gal. *A demi Alemand.* Hisp. *Medio Alemano.*} Liu. 1. belli Pun. Vtique quum quæ ad Apenninum ferunt, obsepta gentibus semigermanis fuisse.

Semigræcus. {ἡμιέλλην. Ital. *Mezzo Greco.* Gal. *A demi Gree.* Hisp. *Medio Greco.*} Varro 2. de Re rust. cap. 1, Vt semigræcis pastoribus dicam Græcé.

Semigrauis, ue, pen. cor. {ἡμιβαρὴς. Ital. *Mezzo graue & caricato.* Gal. *A demi pesant & chargé.* Hisp. *Medio graue y cargado.*} Liu. 5. belli Pun. Quia magna pars in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraues potabant.

Semihomo, pen. cor. {ἡμιάνθρωπος. Ital. *Mezzo huomo.* Gal. *A demi homme.* Hisp. *Medio hombre.*} Colum. lib. 10, Quanuis semihominis vesano gramine fœta Mandragoræ pariat flores, mœstámque cicutam. Virgil. 8. Aene. Hic spelunca fuit vasto submota recessu Semihominis Caci.

Semihora, æ, pen. prod. Horæ vnius spatium dimidiū. {ἡμιώριον. Ital. *Mezza hora.* Gal. *Demie heure.* Hisp. *La mytad de vna hora, ò media hora.*} Cic. pro Rabir. perd reo, Nunc quoniam Tite Labiene diligentiæ meæ temporis angustiis obstitisti, méque ex comparato & constituto spatio defensionis in semihoræ circulum coegisti, parebitur &, quod iniquissimū est, accusatoris conditioni &: quod miserrimum, inimici potestati. Plinius lib 12. cap. 9, Omne autem cutatur recens præligato ore, lino crasso, demissum in feruentem aquam semihora.

Semiingerum, geri, pen. cor. {ἡμιεκλήθρον. Ital. *Mezzo vn campo.* Gal. *Arpent de terre.* Hisp. *La mytad de vna huebra de tierra.*} Colu. lib. 5. cap. 1, At Galli candetum appellant in arcis vrbanis spatium centum pedum: in agrestibus autem pedum 120, quod aratores candetum nominant: semiiugerum quoque arepennem vocant. Idem lib. 4. cap. 18, Vel in semiiugera omnibus modis dirimatur.

Similacer, pen. cor. {ἡμισπάκης. Ital. *Mezzo stracciato.* Gal. *A demi dechiré.* Hisp. *Cosa medio despedaçada.*} Ouid. 7. Metam. Ille cruore fluens, subitò tamen alleuat artus, Semilacérque toto tentat consurgere.

Semiliber, pen. prod. {ἡμιελεύθερος. Ital. *Mezzo libero.* Gal. *A demi libre ou en liberté.* Hisp. *Cosa medio libre.*} Cic. Attico, lib. 13, Obsecro abiiciamus ista, & semiliberi saltem simus: quod assequemur & tacendo & latendo.

Semilixa, æ, masc. genet. ἡμιοπτοφόρος. Liui. 8. belli Pun. Sed illi primum non Annium Vmbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Iubellium Tribunum militum secuti sunt. Vide LIXA.

Semimadidus, pen. corr. adiectiuum. {ἡμιβρεχὴς. Ital. *Mezzo bagnato.* Gal. *A demi mouillé, à demi mouillé & trempé.* Hisp. *Cosa medio mojada.*} Colum. lib. 2. cap. 4, Sed quandocunque arabitur, obseruabimus ne lutosus ager tractetur: néve exiguis nimbis semimadidus.

Semimarinus, pen. prod. adiectiuum. {ἡμιθαλαττικὸς. Ital. *Mezzo maritimo.* Gal. *A demi marin.* Hisp. *Medio marino ò de mar.*} Lucret. lib. 5, Aut rapidis canibus succinctas semimarinis Corporibus Scyllas.

Semimas, pen. corr. huius semimaris, pen. corr. masc. gen. Castratus, curatus. {ἡμίανδρος. Ital. *Castrato, mezzo maschio.* Gal. *A demi masle, chastré.* Hisp. *Cosa medio masculo.*} Varr. 3. de Re rust. cap. 8, E' queis tribus generibus proprio nomine vocantur fœminæ, quæ sunt villaticæ gallinæ, mares galli, capi semimares, quòd sunt castrati. Liu. 1. bel. Macedon. Ante omnia abominati semimares, iussique in mare extemplo deportari. Ouid. 1. Fast. Semimaris flammis viscera libat ouis. ¶ Semimares item dicuntur androgyni, vtrumque habentes sexum. Ouid. 4. Metam. de Hermaphrodito, Ergo vbi se liquidas, quo vir descenderet vndas Semimarem fecisse vider.

Semimortuus, a, um. {ἡμιθνὴς. Ital. *Mezzo morto.* Gal. *A demi mort.* Hispan. *Cosa medio muerta.*} Catullus ad Licinium Epigr. 48, Ad defessa labore membra, postquam Semimortua lectulo iacebant, Hoc iucunde tibi poëma feci, Ex quo perspiceres meum dolorem.

Semineces, Semimortui: propriéque de iis dicitur qui graue vulnere accepto, morti sunt vicini. {ἡμιθνῆτες. Ital. *Mezzo morti.* Gal. *A demi morts.* Hisp. *Cosas medio muertas y medio viuas.*} Liui. 9. bel. Pun. Tandem postquam ij qui circa regem semineccm restantem, deinde pilo tertiæ affixum pugnabant, obruti telis occubuerunt. Ibidem lib. 3. Semineccm cum ad Cannas in acerno cæsorum corporum inuentum, curatúmque benignè etiam cum donis Annibal domum remiserat. Ouid. 1. Metam. Atque ita semineces partim feruentibus artus Mollit aquis: partim subiecto torruit igni.

Seminudus, pen. prod. adiectiuum. {ἡμίγυμνος. Ital. *Mezzo nudo.* Gal. *A demi nu.* Hisp. *Cosa medio desnuda.*} Liuius 9 ab Vrbe, Primi Consules propè seminudi sub iugum missi: tum vt quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ obiectis.

Semiobolus, Oboli dimidium: & per translationem quæuis res vilissima. {ἡμιοβόλιον. Ital. *Mezzo dinaro.* Gal. *Demi denier, vne maille.* Hisp. *Medio dinero.*

Semipaganus, ni, pen. prod. adiectiuum. {ἡμιδίκαιος, ἡμιάγροικος. Ital. *Mezzo rustico.* Gal. *A demi rustique.* Hispan. *Medio aldeano.*} Persius prologo, —ipse semipaganus Ad sacra vatum carmen affero nostrum.

Semipater, (quod hîc corruptè legebatur) vide Semicaper.

Semipes, pen. cort. semipedis, pen. corr. & mascu. gene. Mensura dimidiati pedis, hoc est digitorum octo. {ἡμίπους. Ital. *Mezzo piede di misura.* Gal. *Demi pié.* Hisp. *Cosa de quantidad de medio pie.*} Plin. lib. 12. cap. 18, Cafiæ colos triplex. Quum primum emicat, candidus, pedali mensura: deinde rubescit addito semipede: vltra nigricans.

Semipedalis, le, penult. prod. Quod dimidii pedis longitudinem habet. {ἡμιποδιαῖος. Ital. *Di mezzo piede.* Gal. *De demi pié.* Hispan. *De medio pie.*} Plin. lib. 14. cap. 4, Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem lib. 36, cap. 25, Materia crassitudine semipedali ad regulam & libellam exigitur.

Semiplacentinus. Cic. in Pisonem, Quum esses interrogatus quid sentires de Consulatu meo, grauis auror, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæsonius semiplacentinus Caluentius, respondes, altero ad frontem, &c.

Semiplagium, gij. Paruum rete. ἡμιδίκτυον.

Semiplenus, a, um. {ἡμίπλεως. Ital. *Mezzo pieno.* Gal. *A demi plein.* Hisp. *Cosa medio llena, medio vazia.*} Liu. 5. bel. Pun. Qui improuiso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ, quà paulo antè exeurrerant armati, haud magno certamine Nassum cepere. Semiplenæ nares, Cic. 7. Verr. Semiplenæ scrobes. Colum. lib. 5. cap. 5.

Semiputatus, a, um. {ἡμικλήματος, ἢ τῆς ἡμιτεινοῦς κλαδεύσεως. Ital. *Mezzo tagliato, ò brustato.* Gal. *A demi esmondé.* Hisp. *Cosa medio podada.*} Virg. 2. Aeglo. Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.

Semiplotia, Soleæ quibus vtebantur in venando, quò planius pedem ponerent.

Semiquinaria diuisio, Cæsuræ genus, quum post duos pedes relinquitur syllaba, partem orationis terminans. πενθημιμερὴς. vt arma vi — ∪∪ rúmque ca — ∪∪ no —. Dicta Semiquinaria, quòd constet ex duobus pedibus & semisse: quod est dimidium quinque pedum. ¶ Semiseptenaria autem diuisio, dicitur quum post tres pedes similiter relinquitur syllaba, partem orationis terminans. ἑβδημιμερὴς. vt arma vi — ∪∪ rúmque ca — ∪∪ no Tro — — ix —.

Semiraſus, a, um. {ἡμίξυστος. Ital. *Mezzo raso.* Gal. *A demi rasé & tondu, à demi rasé.* Hisp. *Cosa medio raida.*} Catullus epig. 55, Quam deuolutum ex igne prosequens panem, A semiraso tonderetur vltore.

Semireductus, adiectiuum. {ὁ ἡμιεπὶ τὰ ὀπίσω ἕλξας. Ital. *Mezzo ridotto.* Gal. *A demi retiré.* Hispan. *Medio traido.*} Ouidius 2. de Arte, Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit, Protegitur læua semireducta manu.

Semirefactus, adiectiuum. {ὁ δ' ἡμιεν πλεονασμῷ ῥηθείς. Ital. *Mezzo rifatto.* Gal. *A demi refait.* Hisp. *Cosa medio refattaurada y rehecha.*} Ouid. Epist. 7, Et soeij requiem poscunt: lantatáque classis Postulat exiguas semirefecta moras.

Semirutus, a, um, penult. corr. Quasi semidirutus. {ἡμικατάρατος. Ital. *Mezzo rotto.* Gal. *A demi abatu, & ruiné.* Hisp. *Cosa medio derocada.*} Liuius lib. 2. belli Macedon. Purgato loco, qui strage semiruti muri cumulatus erat, turrim ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem, promouit. Idem 6. belli Pun. Quin vbi semirutam, ac spoliatam patriam respexerit, ingrediens Romam, &c. Lucret. lib. 1, At nunc semirutis pendent quòd mœnia tectis.

Semisenex, pen. cor. vel Semisenes, antiquè. {ἡμιγέρων. Ital. *Mezzo vecchio.* Gal. *A demi vieil.* Hisp. *Medio viejo y medio mozo.*} Plaut. in Mil. O Lepidū semisenem, næ siquas memorat virtutes habet, Atque equidem planè eductum in nutricatu Venereo. Alij legunt, semisenem.

Semiseptenaria diuisio, vide suprà SEMIQVINARIA.

Semisepultus, a, um. adiect. {ἡμιθαπὴς. Ital. *Mezzo sepolto.* Gal. *A demi ensemeli, ou à demi enterré.* Hispan. *Medio enterrado.*} Ouidius Epistol. 1, Semisepulta virûm curuis feriuntur aratris Ossa: ruinosas occulit herba domos.

Semisomnus, a, um. Vixdum experrectus. {ἡμίυπνος. Ital. *Che si risueglia con'il sonno à gli occhi.* Gal. *A demi endormi.* Hispan. *Cosa medio adormescida.*} Cic. ad Matium, lib. 7, Quum illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent communes mimos semisomni. Liuius 9. ab Vrbe, Fuga cuncta complentur, portæque à semisomnis, ac maxima parte inermibus refringuntur. Tacitus libro 1, Sine vulnere milites qui semisomnos, inermes, aut palantes ceciderant.

Semisomnis, mne, Idem. Cic. 7. Verr. Confirmant ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stupere: arma capiunt: totum forum, atque insulam, quæ est vrbis magna pars, complent. Liui. 7. bel. Maced. Pedites verò ordinati, & præparati, sparsos per negligentiam, & semisomnes propè adorti sunt: cædes passim, fugaque per campos facta est.

Semisopitus, a, um, pen. prod. Idem quod semisomnis. ἡμικοίμητος. Liui. 5. bel. Pun. Pars semisopitos hostes cædunt, pars ignis escas stramento arido tectis iniiciunt. Ouidius 1. Amor. Eleg. 14, Purpureo iacui semisopita toro.

Semispathium, thij. {ἡμισπάθιον. Ital. *Mezza spada, verdugo.* Gal. *Demi espée, vn verdun.* Hispan. *Media espada, terciado.*} Breuior ensis quasi dimidiata spatha.

Semisupinus, a, um. {ἡμικλινὴς. Ital. *Mezzo sieso co'l ventre in su.* Gal. *A demi renuersé le visage en haut.* Hisp. *Medio papo arriba.*} Martia. lib. 6, At tu multa diu dicis, vitreisque tepentem Ampullis potas semisupinus aquam. Ouid. 3. de Arte, Quum iacet in dextrum semisupina latus.

Semitogium, gij, Breuis, & quasi dimidiata toga: à quo Semitogatus. ἡμιτόγιον.

Semitritus, ta, tum, pen. prod. {ἡμίοντιτος, ἡμιτριβὴς. Ital. *Mezzo battuto & tridato.* Gal. *A demi batu & broyé.* Hisp. *Medio trillado.*} Colu. lib. 1. cap. 6, Huic autem nubilarium applicari debet, maximéque in Italia propter inconstantiam cæli, quo collocata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit.

Semiutetus, a, um. pen. pro. Mollis, flaccidus. {ἡμίβλητος πάππος. Ital. *Molle, fiappo.* Gal. *A demi mol & fané.* Hispa. *Cosa medio marchita y muella.*} Colum.

Colum. libr. 12. cap. 16, Alij solis vitigineis nonnulli plantaninis semibictas vuas contegunt, & ita in amphoras recondunt.

Semiuir, ri. Mollis, effœminatus, spado, eunuchus. {ἡμίανδρος. Ital. *Mezo huomo.* Gal. *Demi homme, chastré.* Hispa. *Medio varon.* } Liui. 3. bell. Maced. Erasc aiit homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos semiuiros crederet. Plin. lib. 11. ca. 49. Testes homini tãtim inuria, aut sponte naturæ franguntur: idque tertium ab hermaphroditis, & spadonibus semiuiri, genus habeor. Virg. 4. Aen. Et nũc ille Paris cum semiuiro comitatu. Ouid. 4 Metam. Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semiuir, & tactis subitò mollescat in vndis. ¶ Est etiam hoc Centaurotum epitheton, quos Poetæ fabulãtur anteriore sui parte homines, cætera equos fuisse. Idem de Centauro Nesso, Epist. 9, Semiuir occubuit vi, Lerniferóque veneno Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.

Semiuiuus, a, um, pen. pro. Idem quod semimortuus. {ἡμίζωος. Ital. *Mezo viuo.* Gal. *A demi vif, à demi mort.* Gal. *Cosa medio viua.* } Cicer. 3. Verr. Ibi hominem ingenium, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, fumo exercuciatum, semiuiuum reliquit. Idem pro Sestio. Et quum erat reclamatum semiuiuis mercenariorum vocibus, Pop. Rom. negare dicebat.

Semiuncia, æ, aut potius Semuncia, Dimidia vncia. {ἡμιούγκιον. Ital. *Mezza onza.* Gal. *Demi once.* Hispan. *Media onça.* } Persius, -sed nullo thure litabis, Hæreat in stultis brevis vt semuncia recti. Liui. 4. belli Maced. Nequa mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolori vteretur. Cic. pro Cæcinna, Facit hæredem ex deunce & semuncia Cæcinnam.

Semuncialis, le. Quod mensuram, pondus, vel valorẽ semunciæ exæquat. {ἡμιουγκιαῖος. Ital. *Di mezza onza.* Gal. *De demi once.* Hisp. *De media onça.* } Plin. lib. 33. cap. 3, Mox lege Papyriana semunciales asses facti.

Semunciarius, a, um, Idem quod Semũcialis. Liu. 7. ab Vrbe, Idem otium domi, forisque mansit, T. Manlio Torquato, C. Plautio secundum Consulibus: semunciarium tantum ex vnciario fœnus factum.

Seminocales, Dictæ sunt sex numero consonantium, quasi dimidium vocalium sonum habentes. ἡμίφωνα.

Semiustus, a, um, Dimidia parte vstus. {ἡμίφλεκτος. Ital. *Mezo arso.* Gal. *A demi roti & brusté.* Hisp. *Cosa medio quemada.* } Et Semustus, pro Semiustus, Ouid. 4 Fast. Semustámque facem vigilata nocte viator Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus. Virgil. 3. Aeneid. Fama est Eneeladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole hac. Robora semusta, Lucan. libro 8. Membra semusta, Idem lib. 9.

Semiustulatus, a, um, Idem quod Semiustus. {ἡμιφλεγής. Cicer. pro Milone, Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo, tu in publicum eiecisti, tu spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infœlicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

Semiustulandus, a, um. ἡμιφλεκτέος. Sueton. in Tiberio cap. 75, Corpus vt moueri à Miseno cœpit, conclamantibus plerisque Atellam potius deferendum, & in amphitheatro semiustulandum, Romam per milites deportatum est, crematúmque publico funere.

Semizonarius, Qui semizonia, siue semicinctia conficit. Plaut. Aulu. Strophiarij astant, semizonarij.

Semissis, Est dimidia pars assis, hoc est vnciæ sex. {ἡμίσσιον. Ital. *Mezza libra.* Gal. *La moitié de quelque chose.* Hisp. *La meytad de la libra ò seis onças.* } Cicer. ad Atticum, lib. 15, Sed sicubi inciderit de Tulliano semisse, Maxianam adhibebis, vt scribis. Ad monetam quoque refertur, vt ait Budæus, quemadmodum triens, & quadrans. Cicer. pro P. Sestio, Sed ab vno gladiatore innumerabilis alia noua conscriberentur: vt remissis semissibus & trientibus, quinta propè pars vectigalium tolleretur. ¶ Semissis homo, id est nullius pretij, & vix semisse æstimandos. ἡμιτραπεζίτας. Vatin. Ciceroni libr. 5, Simul verò semissis homo contra me arma tulit. ¶ Semissis vsura dicitur quoties de centum numis senos numos vsuræ nomine quotannis percipimus. Capitol. in Alexan. Trientarium fœnus ait eum, vt æquissimum, & leuissimum exercuisse, ad vsum Reipub. Plin. lib. 14. cap. 4, Ex his tamen vsuræ multiplicatæ semissibus.

Semita, æ, pen. corr. Via arcta, & angustior, diuersa à via planstrorum. {ἀτραπός. Ital. *Sentiero, calle, viotello.* Gal. *Vne sente, vn sentier, vn chemin estroit.* Hispan. *La senda ò el sendero.* } Cæsar 7. belli Gall. Ac ne singulari quidem homini vnquam eo tempore anni semitæ patuerant. Virgil. 9. Aene. Rara per occultos ducebat semita calles. Semitam pro via dixit Cic. 4. Verr. Attendite, iam intelligetis, hanc pecuniam qua via modò visa est exire ab isto, eadem semita reuertisse. Horat. 1. Epist. -& fallentis semita vitæ.

Semitarius. Qui semitas percurrit. {ἀτρεβής. Ita. *Chi è sempre per i sentieri.* Gal. *Qui est souuent par les chemins, ou qui quitte les chemins.* Hispa. *Aquello que anda por las sendas.* } Catul. ad contubernales. Omnes pusilli & semitarij mœchi.

Semito, as, are, Eo modo dictum, quo Limito, as. {ὁδοποιῶ, ὦ. Ital. *Fare via sentiero.* Gal. *Faire vn sentier.* Hisp. *Hazer senda.* } Plin. lib. 17. ca. 22, Vineas limitari decumano x vIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque transuersis limitibus denùm pedum distingui per media iugera. Aut si maior sit modus, totidem pedum cardine, quoc decumano semitari. Semper verò quintanis semitari, hoc est vt quinto quoque palo singulæ iugo pagioæ includantur.

Semijuuus, Seminstus, & cætera à semis composita. vide in SEMIS.

Semodius, dii, Quasi semis modius. {ἡμιμέδιμνος. Ital. *Mezo moggio.* Gal. *Vn demi boisseau.* Hisp. *Medio celemin ò modio.* } Iuuen. Satyr 14. -& tamen vno Semodio scobis hæc emundat seruulus vnus. Martial. lib. 7, Semodiúsque fabæ cum vimine Picenarum. Columel. lib 2. cap. 11, Quòd eadem quatuor modiis, nonnunquam & tribus, interdum etiam duobus ac semodio iugerum occupat.

Semouco, ues, pen. corr. Seorsum mouco. {ἀποκινῶ. Ital. *Leuare via.* Gal. *Oster, retirer à part.* Hisp. *Mouer à parte.* } Plaut. in Asinar. Culpa tua istæc, quæ disciplinam semidoctum abs te semoues. Cicer. de Arusp. resp. Itaque qui antea voce præconis à liberis semouebantur, tuis ludis, non voce, sed manu liberos à se segregabant. Terent. in Andr. -iam fermè motiens me vocat: Accessi, vos semotæ, nos soli.

Semper, aduerbium temporis. {ἀεί. Ital. *Sempre.* Gal. *Touiours, à iamais,* Hisp. *siempre.* } Terent. in Andr. Rectè ego semper fugi has nuptias.

Semper leuitas, atis, Vnica dictio est apud Terentium in Andr. aut certe duæ per subunionem coniunctæ. Verba Terentij sunt hæc, Et heri semper leuitas verebar quorsum euaderet.

Sempiternus, a, um, Quasi semper æternum, perpetuum, & semper durans. {ἀενάοτος. Ital. *Sempiterno.* Gal. *Sempiternel, eternel, perpetuel.* Hispan. *Cosa que siempre dura.* } Plaut. in Merc. Homo me miserior nullus est æque, opinor: neque aduersa cui plura sint sempiterna. Terent. in Andria, Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quòd voluptates eorum propriæ sunt. Cicer. Lucrio lib. 5. Neque autem ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim.

Semperuiuum, ui, Herba quæ Græcè ἀείζωον dicitur vtroque nomine à perpetua viriditate deducto. {Ital. *Sempreuiua.* Gal. *Ioubarbe.* Hisp. *Yerua puntera.* } Herba hæc folio est carnoso, leni, atq; oblongo. Duo eius genera sunt: maius in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui Baphthalmũ, à similitudine, hoc est bouis oculum vocant. βοὸς enim bos, ὀφθαλμὸς oculus. Alij ζωόφθαλμον, hoc est animalis oculum. Alij Hypogeson, quoniam fere in suggrũdiis nascitur. Alterum genus est minusculum quod Erithales vocatur, quasi amor florescens: ἔραμαι enim floresco significat. Item Trithales, quod ter floreat. Item Chrysothales, quod aureum florem producat. Nascitur in parietinis & petris. Latini vtrumque genus Sedum appellant. Vide Plinium lib. 25. cap. 13.

SEMPRONIVS Gracchus, Pater fuit Tiberij, & Caij Gracchorum. Vide Plutarchum in Vita Gracchorum.

SENA. Insula in Britannico mari, aduersa litoribus Galliæ. Autor Pomponius lib. 3. ¶ Est & nomen ciuitatis inclytæ in Tuscia, octingentis à Roma stadiis distans, quam Brennus Gallorum dux pro senibus, valetudinariisque, & armentis extruxit, anno ante Christi aduentum trecentesimo sexagesimo secundo. Vulgò *Siena.*

Senaculum, li. Vbi Senatores consultandi gratia consistebant. {βουλευτήριον. Ital. *Palazzo di consiglio.* Gal. *Le parloir ou le lieu ou s'assemblent les senateurs, somat.* Hispan. *Lugar do se ayuntauan los senadores.* } Valerius Maximus scribit, Senatum apud senaculum habitare consueuisse, vt quum ad Curiam vocaretur, præsto adesset. Fuerunt autem tria senacula Romæ. Vnum vbi nunc est ædes Concordiæ, inter Capitolium & forum, in quo sedebant magistratus, de Republica cum senioribus deliberantes, alterum ad portam Capenam: tertium intra ædem Bellonæ. Autor Nicostratus libro de Senatu habendo. Festus, Senaculum, locus Senatorum.

Senarius, adiectiuum, vide SEX.

Senatores, inquit Plutarchus in Problematis, Alios Patres vocant, alios Patres conscriptos, quia primis à Romulo lectis alij additi, & conscripti: vel quia qui sententiam dicunt, conscripti sunt: qui non solùm patres vocati sunt, sed cum additione Patres conscripti. {βουλευταί. Ital. *senatori.* Gall. *Senateurs, conseillers.* Hispa. *Los senadores.* } Vlpia. de Senat. l. Nuptæ. dicit Senatores esse, qui à Patritiis, & Cõsularibus vsque ad omnes illustres viros descendunt, quia hi soli in Senatu dicere sententiam possunt: appellatique sunt ab ætate prouecta, quòd tales in principio in Senatum electi fuere. Sed & à finendo dici possunt Senatores: quoniam ipsi agendi facultatem dabant.

Senatorius, a, um, Quod est Senatoris. {βουλευτικός. Ital. *Cosa de senatore.* Gal. *De senateur.* Hisp. *Cosa de senador.* } vt Senatoria dignitas, Senatorium consilium. Cicer. 3. Verr. Respub. senatorio consilio maximè posse defendi. Tacit. lib. 15, Et Viuianus Annius gener Corbulonis nondum Senatoria ætate, sed pro legato quintæ legioni impositus. Cic. pro Flacco, Lisanias adeptus est ordinem Senatorium.

Senatus, tus, & ti, A senectute, vel à finendo, quia magistratibus non plus licebat quàm Senatus permitteret. {βουλή, γερουσία. Ital. *Senato, palazzo di consiglio.* Gal. *Senat, la compagnie des senateurs & conseillers.* Hisp. *Senado ò lugar do se ayuntauan los senadores.* } Et significat tam locum in quem Senatores conueniunt, quàm ipsos Senatores. Cicer. pro Sestio. Senatus princeps salutis, mentisque publicæ. Idem alibi, Nec antè in Senatum accederem, quàm rem cognouissem. Cogere Senatum, est Consules, & Senatores in consilium conuocare. Conuocare, vel vocare Senatum, idem. Efficere frequentem Senatum, est ferè omnes Senatores cogere. Senatum haberi, est cogi. Senatus erit, id est conuocabitur, cogetur. Senatus mitti, aut dimitti dicitur quum datur facultas Senatoribus abeundi domum. Senatus discedit, quum Senatores à Consule missi facti, domum abeunt. Senatum cooptare, est Senatum constituere. In Senatum legere aliquem, est ipsum Senatorem facere. In Senatum venire, aliquando est Senatorem fieri. Mouere senatu, & ex Senatu reiicere, idem. Senatum extinguere, est Senatus autoritatem & dignitatem deprimere, vel tollere. ¶ Senatum consilij in cor conuocare, dixit Plautus in Amphit. quod est consulere apud se quid agendum sit. Hoc (inquit) cunctissero, dum mihi Senatum consili in cor conuoco. Idem in Epid. Iam Senatum conuocabo in corde consiliarium.

Senatusconsultũ, ti, Id est Senatus sententia. {βούλευμα, τὸ βουλευτικὸν ψήφισμα. Ital. *Senato consolto, deliberatione del senato.* Gal. *La deliberation ou le conseil des senateurs ou conseillers.* Hisp. *Establecimiento ò decreto de senado.* } Quod fiebat aut per rogationem, quum rogabatur vnusquisque sententiam quam verbis efferebat: aut per discessionem, quando plerique idem sentientes, in vnam partem pedibus ibant, sicut testatur Gellius lib. 3. c. 18. Flauius Vopiscus de Aureliano, Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in tententiam euntibus, plerisque verbo consentientibus conditum est Senatusconsultum.

SENECA, æ, Natione Hispanus fuit, patria Cordubensis, Academicus Philosophus, & Neronis præceptor: à quo diuitiis ingentibus auctus, quum in Pisonianæ coniurationis suspicionem veniisset, eiusdem iussu incisis venis mortem obiit. ¶ Fuit & alter Seneca, Tragicus poëta, cuius fabulæ decem ad nos peruenerunt. Vtriusque meminit Sidonius Apollinaris ad Felicem,

Non quod Corduba præpotens alumnis
Facundum ciet, hîc putes legendum.
Quorum vnus colit hispidum Platona,
Incassúmque suum mouet Neronem.
Orchestram canit alter Euripidis,

Pictum fœcibus Aeschylum sequutus,
Aut plaustris solitum sonare Thespim,
Qui post pulpita trita sub cothurno
Ducebat olidæ patrem capellæ.

Senecio, onis, Herba est cauliculo cubitali, subrubro, foliis continuis, diuisura erucæ, sed multo minoribus, floribus luteis, qui celeriter in pappos vanescunt capillorum modo canescentes, idque potissimùm vere: vnde & erigeron à græcis appellatur. {ἐριγέρων. Ital. *Cardonello.* Gal. *Senençon.* Hispa. *Los berros, ò bon varon.*} ¶ Fuit item hoc Oratoris cuiusdam cognomen Neronis tempore, qui quòd omnia grandia affectaret, per iocum pro Senecione Grandio dicebantur. Vide Senecam Suasoriarum lib. 1.

Senecta, Senectus, Senesco, vide SENEX.

Senex, huius senis, Dictus videtur quasi seminex, quòd acta maiori suæ ætatis parte, iam morti propinquior sit. {γέρων, πρεσβύτης. Ital. *Vecchio.* Gal. *Vieil, vieillard, ancien.* Hispa. *Viejo.*} Et est generis communis secundum Priscianum. Tibullus libro Elegiarum 6. Commemorant meritò tot mala ferre senem. Loquitur de meretrice vetula. ¶ Huius genitiuus est senis, olim etiam senicis secundum analogiam. Plaut. in Cistellaria, Vos negotiosi senicis soletis esse. ¶ Comparatiuũ est senior, quod valde senem significat. Ouid. lib. 12. Metam. Tum senior, quamuis obstet mihi longa vetustas. Quintil. de Isocrate, Eo nanque seniore (octauum enim & nonagesimum compleuit annum) præcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. ¶ Capitur quandoque etiam senior pro magis meridianis scholis cœpit. ¶ Capitur quandoque etiam senior pro magis sene. Seneca Epi. 75, Quemadmodum ex duobus sapientibus, qui senior sene. Seneca Epi. 75, Quemadmodum ex duobus sapientibus, qui senior decessit, non est beatior eo, cuius inter pauciores annos terminata est virtus. ¶ Est & senior, generis communis: in obliquis verò, communitrium generum. ¶ Senes vocantur quantum ad priuatam ipsorum vitam, quòd vsque ad senilem ætatem vixerunt: Veteres, quantum ad publicum tempus, quòd alia ætate vixerunt, etiamsi ad senium non peruenerunt: vtrique Antiqui dicuntur, sed magis veteres, quàm senes. ¶ Seniores pro Senatu aliquando dicuntur, quoniam ex prouectioris ætatis hominibus legi solet Senatus. Liui. 4. belli Maced. Scriptũ erat, Aristonem priuatum ad neminem, publicè ad seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse.

Senectus, senectutis, & Senecta, æ, In eodem sensu accipiuntur, pro senum ætate. {γῆρας. Ital. *Vecchiezza, vecchiaia.* Gal. *Vieillesse.* Hispan. *La vejez.*} Teren. in Phorm. Senectus ipsa est morbus. Est autem senectus, sexta hominum ætas: vnde & senes à senario numero quidam dictos existimant. Aetas enim prima incipit ab infantia, nomen à non fando accipiens. In ea enim ætate non fatur homo: aut si fatur, imperfectus est eius sermo. Secunda, pueritia: cuius pars est pubertas, vsque ad XIIII. annum. Tertia, adolescentia. Quarta, iuuẽta. Quinta, virilis ætas. Sexta, senectus, cuius pars est ætas decrepita. Alij tamen senes à segnitie dictos malunt, quòd tardi sint, & ad res gerendas inutiles. Alij rursus à mortis vicinitate appellatos contendunt, quasi semineces. Cic. in Topicis, Senectus est occasus vitæ. Idẽ de Senectute, Hoc enim onere (quod mihi tecum commune est) aut iam vrgemis, aut certè aduentantis senectutis, & te & meipsum leuari volo. Iuuen. Satyr. 9, -obrepit non intellecta senectus. Cic. de Senect. Ac de pol senectus si nihil quicquã aliud vitij oportet secum, quum aduenerit, vnum id satis est, quòd diu viuendo, multa quę non vult, videt. Ibidem, Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire ea ætate se esse odiosum alteri. Virgil. Georg. -populátque ingentem farris aceruum Curculio, atq; inopi metuens formica senectæ. Ouid. 3. de Arte, Venturæ memores iam nunc estote senectæ. Propert. lib. 4. Eleg. 12, Discite venturam iam nunc sentire senectam. ¶ Senectus præterea dicitur pellis quam verno tempore serpentes exuunt, quæ & à Græcis γῆρας, à nobis etiam vernatio dicitur: vnde & senectutem exuere dicuntur. Plin. lib. 8. cap. 30. Angues eodem modo & stelliones senectutem exuere, eámque protinus deuorare, præcipientes comitiali morbo remedia.

Senectus, a, um, Idem quod senilis: vt Membra senecta {γηραλέα. Ital. *Cosa da vecchio.* Gal. *Ennuieilly chose de vieil.* Hisp. *Ennegescido, cosa de viejo.*} Lucret. lib. 3. Quidve foras sibi vult membris exire senectis. Aetas senecta. Plaut. Aulul. Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum, Quem senecta ætate ludos facias haud merito meo. Senectum corpus. Sallust. lib. 4. Histo. Omnes quibus senecto corpore animus militaris erat.

Senium, senij, Idem quod senectus. {γῆρας. Ital. *Vecchiezza.* Gal. *Vieillesse.* Hispan. *Vejez.*} vt Confectus senio, apud Plinium libro 7. cap. 55. Mens senio fluxa, Tacit. lib. 5. Terentius Eunn. pro improbo & morosо sene posuit, quum ait, Vt illum dij, deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est. ¶ Senium Lunæ, pro decursu. Plin. lib. 7. cap. 48, Quidam lunæ senio annum terminabant, vt Aegyptij. ¶ Quandoque etiam dicitur tædium, tristitia, & molestia: quòd senes omnibus odio sint. Cic. pro Milone, Tota ciuitas confecta senio est: squalent municipia. Turpilius, Quja odio, ac senio mihi nuptiæ sunt. Næuius senium santicum appellat, quasi nocens, quia senectus naturalis morbus est, vt inquit Aristoteles.

Seneo, senes, senui, & Senesco, cis, Senex fio. {γηράσκω. Ital. *Esser vecchio, inuecchiarsi.* Gal. *S'ennuieillir, deuenir vieil.* Hisp. *Ennegescer.*} Catul. Nunc placida senet quiete. Plinius lib. 6. cap. 4, Fœminas gigni celerius, quàm mares, sicut celerius senescere. Vnde & Consenesco, de quo suprà suo loco. Senescit ciuitas otio, id est otio torpescit. Senescunt consilia, quum nimia diuturnitate & mora vana fiunt. Senescere fama dicitur quum tempore minuitur. Senescit hyems, id est declinat. Senescit laus, id est defloreſcit. Senescit morbus, id est remittitur, relaxatur. Senescunt vitia, abolentur.

Senilis, senile, Quod ad senem pertinet. {γηραλέος, γεροντικός. Ital. *Cosa da vecchio.* Gal. *De vieillard* Hisp. *Cosa perteneſciente à viejo.*} Cic. 1. de Diuin. Is autem Tages, vt est in libris Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Ouid. 1. de Ponto, Iámque meos vultus ruga senilis ara. Cicc. pro Sestio, Te fororis filius Posthumius, adolescens grauis, senili iudicio notauit. Oui. 5. Meta. Hyems senilis tremulo venit horrida passu.

Seniliter, aduerbium {γηραιικῶς, πρεσβυτικῶς. Ital. *Da vecchio.* Gal. *En vieillard.* Hisp. *Con vejez, en viejo.*} Vt tremere seniliter, Quintil. lib. 1. cap. 11.

Seni, senæ, sena, vide SEX.

Senio, senionis, Latus tali sex puncta continens, & à senario numero dici videtur: eiúsque iactus perutilis erat. {ἑξίκης. Ital. *Sei punti nel dado.* Gal. *six points en dé, ou vn dé qui contient six points.* Hisp. *Seys puntos enel dado.*} Persius Satyr. 3, Iure etenim id summum, quid dexter senio ferret, Scire erat in voto. Nonnunquam & damnosus, quemadmodum & canis. Erat enim quædam ludi ratio, qua quicunque aut canem iecisset, aut senionem, numum vnum in medium conferre cogebantur: vt est videre in epistola quadam Augusti apud Suetonium. Mart. lib 13, Non mea magnanimo depugnat tessera talo, Senio nec nostrum eum cane quassat ebur.

Senium, vide SENEX.

SENNAAR, σεννάαρ, Campus Babylonis, in quo à Nimrod gigante extructa est turris illa celsissima, diuortio linguarum notissima.

SENOGALLIA, σενογαλλία. Ciuitas est agri Gallici, infra Picenum, teste Plin. libro 3. cap. 14, dicta à Senonibus Gallis, qui eam condidetunt. De hac Silius lib. 8, Et Glanis & Rubico, & Senonum de nomine Sena. Pomp. Mela lib. 2, Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia.

SENONES, σήνωνες, Populi Galliæ, finitimi Belgis, qui olim vrbem Romam incenderunt, & Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus aggressus adeò cecidit vt incẽdiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Scribit Verrius, referente Festo, ideo Senones appellari, quia noui venerunt ex Transalpina Gallia quasi Cænonas, litera immutata. καινὸς enim Græcè, Latinè nouus dicitur.

Sensile, Sensim, Sensus, vide SENTIO.

SENTA, Deæ nomen apud Romanos, quam & Bonam deam vocabant: veteres Faunam, & Fatuam dixerunt. Hanc Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo illam, dum vixit, præter virum suum, mas viderit, nec nomen eius audierit. Propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & Bonam deam nominabant.

Sententia, Sententiosus, vide SENTIO.

Senticetum, vide SENTIS.

Sentina, æ, penult. prod. Pars nauis inferior, in quam quicquid instillat aquarum, defluit, quibus corruptis terrum odorem emittit: à sentio, tis, quòd eius fœtor sentiatur: nam odorem fœtidum emittit. {ἄντλος. Ital. *Sentina, vna parte bassa nella naue.* Gal. *L'osſec.* Hisp. *La sentina do se coge agua en la nao.*} Iuuenalis Satyr. 6, Si iubeat coniux, durum est conscendere nauem, Tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aer. ¶ Per translationem sentina dicitur omnis locus qui sceleratorum hominum receptaculum sit. Cicer. in Catilinam. O fortunatam Rempublicam, si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit. Vno mehercule Catilina exhausto, releuata mihi, & recreata Respublica videtur.

Sentino, nas, Sarago, ac subtiliter periculum euito: à sentina nauis, quam quisque vt aqua liberet, euacuare contendit. Cæcilius. Capit consilium postquam sentinat satis. Festus.

SENTINVM, σήντινον, Oppidum in confinibus Vmbriæ & Piceni, quod nunc *Saxum ferratum* appellatur: à quo Sentinates populi dicti sunt. Plin. lib. 3. cap. 14, tradit vocarum Sentinum ab amne qui Sentinus dicitur.

Sentio, tis, si, sum, Sensu percipio. {αἰσθάνομαι. Ital. *Sentire, pigliare in sentimento.* Gal. *Sentir, percenoir.* Hisp. *Sentir.*} Plau. in Curcul. Sentio sonitum. Vnde quinque corporis sensus appellati sunt, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Lucret. lib. 1, Quin porrò varios rerũ sentimus odores, Nec tamen ad nares venientes cernimus vnquam. ¶ Interdum sentire ponitur pro intelligere. {νοῶ. Ital. *Intendere.* Gal. *Entendre.* Hisp. *Entender.*} Cic. pro Archia, Nam & ipse animus sentit, nescio quid in se esse diuinum. ¶ Interdum iudicare, opinari. φρονῶ, γνώμην ἔχω. Plin. Iunior, Cupio abs te intelligere quid sentias. Cic. de Amicitia, Sed hoc primũ sentio, nisi in bonis amicitiam esse con posse. ¶ Interdum aduertere. Plaut. in Amph. Nec nostrum quisquam sensimus, quum peperit. ¶ Sẽtire pro aliquo, siue ab aliquo, est sententia sua alicui fauere. ¶ Sentire grauiter de aliquo, *est malam* (vt vulgus loquitur) *de eo opinionem habere*: siue grauiter de aliquo iudicare, statuere. Budæus. Sentire medicinam, apud Celsum, est melius habere post medicinam. Sic Plin. lib. 22. cap. 25, atropha dixit, quæ cibum non sentiunt, hoc est quæ ob debilitatem alimentum attrahere non possunt, aut in substantiam sui conuertere. ¶ Sentire cariem, sentire vetustatem. Plin. lib. 12. cap. 7, Celeriter ea cariem sentit. Hoc est efficitur carioſa. Idem lib. 11. cap. 42, Tradunt Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis XX, ita temperato vt vetustatem non sentiret. Id est non seneſceret. Budæus. ¶ Huius composita sunt, assentio, consentio, dissentio, præsentio, subsentio, quæ vide suis locis.

Sentisco, is, Idem ferè quod sentio. αἰσθάνομαι. Lucretius lib. 3, Vsque adeò prius in nobis sunt multa cienda Semina, corporibus nostris immista per artus, Quàm primordia sentiscunt concussa animai.

Sensus, us, ui, Facultas animæ, qua obiecta sensilia apprehenduntur. {αἴσθησις. Ital. *Senso, sentimento.* Gal. *Sens, sentement ou sentiment, apprehenſion.* Hisp. *Sentido potencia para sentir.*} Sensuum autem alij sunt exteriores, visus, auditus, gustus, tactus, & olfactus. Alij interiores, sensus communis, imaginatrix, & memoria. Plin. lib. 10. cap. 69, Ex sensibus ante cætera homini tactus, deinde gustus: reliquis superatur à multis. Aquilæ clarius cernunt: vultures sagacius odorantur: liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso, atque surdo naturæ elemento. Cic. 2. de Natu. deo. Gustatus præclarè septus est: ore enim continetur, & ad vsum aptè, & ad incolumitatis custodiam: omnisque sensus hominum multa antecedit sensibus bestiarum. Differunt autem sensus, & sensa: nam sensus sunt facultates ipsæ quibus sentimus: sensa verò, quæ sentiuntur. Sensus humanitatis. Cicer. 3. Verr. Non dubito quin tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio vnquam fuit religionis: maũ tamen in metu periculóque tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Idem 7. Verr. An vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus & mœror pari sensu doloris afficit? ¶ Sensus vitalis. Lucret. lib. 3, Denique sæpe hominem paulatim cernis obire, Et membratim vitalem deperdere sensum: In pedibus primum digitos liuescere, & vngues: Inde pedes & crura mori: post inde per artus Ire alios tractim gelidi vest gia lethi. ¶ Mentis cõreptus etiam sensa dicuntur. ἐνθουσιῶντες, ὀλολύζοντες, ἀλαλάζοντες. Quintil. lib. 8. cap. 5, Sententiam veteres, quod animo

animo sensissent vocauerunt: id cum est apud Oratores frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus. Non raro tamen & sic locuti sunt, vt Sensa sua diceret: nam sensus corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit vt mente concepta, sensus vocaremus: lumina autem, præcipuéque in clausulis posita, sententias Cic. 1. Acad. Quod autem erat sensu comprehensum, idipsum sensum appellabat. Idē 1. de Orat. Hoc vno præstamus feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus. ¶ Sensus communis. Quintil. lib. 1. cap. 3, Sensum ipsum, qui dicitur cōmunis, vbi discet, quum se à congressu, qui non hominibus solùm, sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit? Vbi interpres, Communis sensus accipitur pro rerum peritia, ex multorum hominum congressu comparata, non pro sensu communi, qui in anteriori cerebri ventriculo à Physicis collocatur. Horat. 1. Sermo. Satyr. 3, Communi sensu planè caret.

Sensiculus, li, diminutiuum. {τὸ ὑπομικρόν. Ital. *Picciol senso.* Gal. *Petit sens.* Hispan. *Pequeño sentido.*} Quintil. lib. 8. cap. 5, Inde minuti, corruptique sensiculi, & extra rem petiti.

Sensim, aduerbium, Idem quod paulatim, seu pedetentim. {κατὰ μικρὸν καὶ μικρόν. Ital. *A poco à poco.* Gal. *Peu à peu, tout bellement, petit à petit.* Hisp. *Poco à poco.*} Plaut. in Casin. Sensim super attolle limen pedes noua nupta. Cicer. 5. Verr. Quibus rebus non sensim, atque moratè, ad istius amicitiam adrepserat: sed breui tempore totum hominem, totúmque eius Prætoram possederat. ¶ Sensim & repente contraria. Cicer. lib. 1. Offic. Magis decere censent sapientes amicitiam sensim diffluere, quàm repentè præcidere.

Sensibilis, le. Fere passiuè accipitur, pro eo quod sentiri potest, hoc est quod vel auditu, vel visu, vel olfactu, vel gustu, vel tactu potest deprehendi. {αἰσθητὸς. Ital. *Sensibile.* Gal. *Sensible.* Hisp. *Cosa que se siente, ò que se puede sentir.*} Nonnunquam & actiuè, pro eo quod sensus facultate præditum est. αἰσθητικὸς. ¶ Huius contrarium est Insensibilis: quo vtitur A. Gellius Noct. Attic. lib. 17. cap. 10.

Sensifer, ra, rum. Sensum ferens. {αἰσθητικὸν, ἢ αἰσθητικὴν φέρων. Ital. *Che porta sentimento.* Gal. *Qui porte sentiment.* Hisp. *Que tiene ò haze sentido.*} Lucre. lib. 3. Ideo concluta mouebunt Sensiferos motus. Ibidem, Longè ab sensiferis primordia motibus errant.

Sensificus, ca, cum, adiectiuum, Quod sensus causam præstat. {αἰσθητικὸς. Ital. *Che fa sentire.* Gal. *Qui fait sentir, qui donne sentiment.* Hispan. *Que haze à otro sentir.*} Macrobius, Spiramentum sensificum, ad sua quæque loca naturali lege ducentes.

Sensile, penult. corr. Idem quod sensibile', hoc est quod sensui subiectum est. αἰσθητὸν. Insensibile, quod sentiri non potest. Lucret. lib. 2, Ex insensilibus ne credas sensile gigni.

Sententia, æ, Iudicium, animi sensa, conceptu mentis, & quicquid animo sentimus. {γνώμη, ης. Ital. *Sentenza, à parere, opinione.* Gal. *Sentence, opinion, auis.* Hispan. *Sentencia ò parescer.*} Sallust. At M. Porcius Cato rogatus sententiam, huiusmodi orationem. Plautus in Pseud. Hæc mea sententia est, vt hinc potrò quid agas consulas. Terent. in Phorm. Alere nolunt hominem edacem, & sapiunt, mea quidem sententia. Sic sententia est, id est ita statuit in animo. Res posita in sententiis dicitur, de qua variæ sunt hominum sententiæ. In ea sum sententia, id est ita sentio. Omnibus sententiis absolutus est, dixit Cicer. ad Quintum Frat. lib. 2. Id est omnium consensu, & calculo. ¶ Modò dicitur iudicatum: hoc est quum ex lege, vel ex æquo & bono sententia dicitur: vt Iudex in causa mea sententiam dixit: id est sanciuit quod ius exigebat. Et vt ff. de Arbitr. scribit Paulus, Dicere sententiam æstimatur is qui ea mente id pronuntiat, vt secundum hoc discedere eos, qui litigant, à rota controuersia velit. ¶ Sententias etiam vocamus, inquit Quint. lib. 8. ca. 5, lumina orationis, præsertim quæ in clausulis sunt breuiter collecta, quas γνώμας vocant Græci: cuiusmodi est illa apud Terent. Obsequium amicos, veritas odium parit.

Sententiosus, sa, sum, Quod sententiis abundat, & dictis quibusdam breuiter collectis. {γνωμολογικός. Ital. *Pieno di sententie.* Gal. *Sentencieux.* Hispa. *Lleno de sentencias.*} Cicer. de Clar. Orat. Genera autem Asiaticæ dictionis duo sunt. Vnum sententiosum, & argutum: sententiis, non tam grauibus & sceueris, quàm concinnis, & venustis.

Sententiosè, aduerbium. {γνωμολογικῶς, γνωμικῶς. Ital. *Sententiosamente, con buon sentimento.* Gal *Sententieusement, auec bon sentiment.* Hispa. *sentenciosamente, con bueno sentido.*} Cicer. 2. de Orat. Sæpe enim sententiosè ridicula dicuntur. Autor ad Herennium definit sententiam hoc modo, Sententia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostendit.

Sententiola, æ, diminutiuum. {γνωμίδιον. Ital. *Picciola sentenza.* Gal. *Petite sentence.* Hispa. *Pequeña sentencia.*} Cic. 3. Philipp. Sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandaui.

Sentis, is, Spina, quòd à tangentibus quam primum sentiatur. {ἄκανθα. Ital. *Spina.* Gal. *Espine* Hisp. *Espina.*} Colum. lib. 6. cap. 4. Liberantur arua sentibus, qui æstiuo tempore per Caniculæ ortum reciſi, pleruoque intereunt radicitus. Virg. 2. Aene. Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens. ¶ Sentis canis, frutex est arbusculæ instar, rubo multo maior folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fatiescit, & flocculos intus continet. κυνόσβατος. Alio nomine rubus caninus, & Gallorum vocabulo *Engleteria* nominatur. Colum. lib. 11. cap. 3, Et eius quam Græci vocant κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus.

Senticosus, sa, sum, Spinosus, & asper. {ἀκανθώδης. Ital. *Spinoso.* Gal. *Espineux.* Hisp. *Espinoso.*} Lucil. Quàm senticosa verba pertorquet.

Senticetum, ti, Locus in quo sentes abundant. {ἀκανθών. Ital. *Spineto, frasta.* Gal. *Vn lieu ou croissent force espines, buissonniere.* Hispa. *Espinal, lugar de espinas.*} Plau. in Capt. Non enim es in senticeto, eo non sentis.

Sensus, a, um, Horridus, pilosus, situ & squallore obsitus. {λάσιος, ἀυχμηρὸς, αὐχμώδης, ῥυπώδης. Ital. *Peloso, spinoso.* Gal. *Espineux, aspre comme espines & buissons.* Hisp. *Lleno de espinas.*} Terent. in Eunu. Video sentū, squallidum, ægrum, annis pannisque obsitum. Virgi. 6. Aeneid. Sed me iussa diuūm, quæ nunc has ire per vmbras Per loca senta situ cogunt, noctémque profundam, Imperiis egére suis.

Seorsum, aduerbium, Idem significans quod separatim. {χωρὶς. Ital. *Separatamente, à parte, de parte.* Gal. *A part, separément, à part soy.* Hisp. *Apartadamente, a parte.*} Cicer. lib. 7. Epistol. Seorsum à collega puto mihi omnia paranda. Autor ad Herennium lib. 1, Seorsum hoc ab illo tractandum est.

Seorsus, a, um, adiectiuum, Idem significans quod separatus. {χωριστός. Ital. *Separato.* Gal. *Separé.* Hispan. *Apartado.*} Plautus in Epid. In æ diculam seorsum isthæc eat iube. Virgilius in eo opusculo cuius est initium, Est & Non: -pariter nonnunquam, sæpe seorsis Obsistunt dubiis.

Separo, ras, pen. corr. Diuido, distraho. A se, & paro. {ἀφορίζω, χωρίζω, χωρίζω. Ital. *Separare, spartire, distinguere.* Gal. *Separer, departir.* Hisp. *Apartar vna cosa de otra.*} Plin. lib. 13. cap. 17. Mox separant lauando, & siccata tundunt. Cicer. 4 Acad. Quoniam vera à falsis nullo discrimine separantur. Idem contra Rullum, Quum illa duo maria perpetuo discrimine separentur. Idem 1. Offi. Quod cogitatione magis à virtute potest, quàm re separari: Ouid. 1. Amor. Eleg. 4, Separor à domina nocte iubente mea.

Separatus, a, um, participiū. {κεχωρισμένος, ἀποκεχωρισμένος. Ital. *Separato.* Gal. *Separé.* Hisp. *Apartado.*} Cic. 4, Tuscul. Quando igitur virtus est affectio animi: & virtus ipsa per se sua sponte separata etiam vtilitate laudabilis. Idem Attico, lib. 14, Ista verò quæ tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen expectant.

Separabilis, le. penul. correp. {χωριστὸς. Ital. *Facile da separare.* Gal. *Aisé à separer.* Hisp. *Que se puede apartar.*} Quod separari potest. Cicer. 1. Tusc. Nec separabilem à corpore esse.

Separatim, aduerbium, Id est diuisim, seorsum. {χωρὶς. Ital *Separatamente.* Gal. *Separément, priuément.* Hispan. *Apartadamente.*} Sallustius, Omnia virtutis præmia ambitio possidet: neque mirum vbi vos separatim quisque consilium capitis. Separatim de probitate alicuius dicere, dixit Cicero ad Brutum, pro eo quod est sigillatim: cui opponitur Aceruatim. ¶ Legitur & Separatè, à quo fit comparatiuum, Separatius. Cicer. 2. de Inuent. Quædam separatius ad finem quò referri ad omnem orationem oportet, adiungentur.

Sepelio, lis, pen. corr. Iini, sepultum, quod verbum à sepio quidam deducunt, quia cadauer terra, vel alio materiæ genere circumsepitur. {θάπτω. Ital. *Sepelire, sotterrare.* Gal. *Enseuelir, enterrer vn corps mort.* Hisp. *Enterrar.*} Est autem sepelire, humo iniecta contegere, in sepulchrum inferre, tumulo mandare mortuum. Cicer. 2. de Legib. Mortuum in vrbe ne sepelito, néve vrito. Seruius Cic. lib. 4, Vt in quo vellemus gymnasio eum sepelitremus, nobis permiserunt. ¶ Sepelire dolorem per translationem, est deponere, segere. Cicer. 2. Tusc. Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.

Sepultus, a, um. {τεθαμμένος. Ital. *Sepolto, sepelito.* Gal. *Enseueli.* Hispa. *Enterrado.*} Plin. lib. 7. cap. 64, Sepultus intelligitur quoquomodo conditus: humatus verò, humo tectus. ¶ Sepultus, pro sopitus. Virgil. 3. Aeneid. Nam simul epulatus dapibus, vinóque sepultus Cernicem inflexam posuit. Idem 2. Aeneid. Inuadunt vrbem somno, vinóque sepultam. Idem 6. Aene. Occupat Aeneas aditum custode sepulto. Cicer. pro Lege Manil. Quod bellum expectatione Pompeij attenuatum, atque imminutum est: aduentu sublatum, & sepultum. ¶ Sepultus sum, id est perij. Et plus est, quàm Nullus sum, autore Donato, in Phormione. Terent. Phorm. Lemni habuit aliam. c. nullus sum. p. ex quo filiam Suscepit, & eam clàm educat. c. sepultus sum.

Sepultura, æ. Quandoq; pro ipso sepulchro dicitur. {τάφος. Ital. *Sepoltura.* Gal. *Sepulture, enterrement.* Hisp. *Sepultura.*} Sulp. ad Cicer. lib. 4, ab Atheniensibus locum sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui. ¶ Quandoque pro funeratione, atque ipso sepeliendi actu. ἐνταφιασμός. Plinius, Post sepulturam aliæ manium ambages sunt. Cic. 1. Tusc. Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

Sepulchrum, chri, Locus in quo corpus, ossáve hominis sepulta sunt: à sepeliendo dictum. {τάφος. Ital. *Sepolcro, sepoltura, auello.* Gal. *Sepulcre, tombeau, monument.* Hispa. *Sepultura generalmente.*} sicut Simulachrum à simulando, & Lauacrum à lauando. Vnde etiam ars exigit vt sine aspiratione scribatur: consuetudo tamen (vt inquit Gellius) obtinuit vt vegetioris soni causa aspirationem recipiat. Virgil. 1. Georg. Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris. Idem 3. Georg. -an māmque sepulchro Condimus. Cicer pro Archia, Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Idem pro Sexto Roscio, Cui de tanto patrimonio, ne iter quidem ad sepulchrum patrium relictum est. Idem de Senectute. Nec sepulchra legeos vereor, quod aiunt ne perdam memoriam. Ouid. 9. Metam. Néve merere meo subscribi causa sepulchro. Horat. 1. Sermo. Saty. 8, -post magna latere sepulchra. Sepulchri autem appellatione omnis sepulturæ locus continetur, vt ait Vlpianus de Sepul. violan. l. Prætor ait.

Sepulchralis, le. Quod ad sepulchrum pertinet. {ταφικός. Ital. *Pertinente à sepolcro.* Gal. *Apartenant a sepulcre.* Hisp. *Perteneciente a sepultura.*} vt Cerimoniæ sepulchrales, quæ pertinent ad funerationē, impensam, structuámque sepulchrorum. Ouid. 8. Metam. Ante sepulchrales infœlix astitit aras. Idem Epist. 12, Fax sepulchralis.

Sepulchretum, ti, pen. erod. Locus vbi sepulchrorum est frequentia. {τάφων πλῆθος μέγα. Ital. *Luogo pieno di sepolcri, vn cimiterio.* Gal. *Vn lieu plein de sepulcres, vn cimetiere.* Hisp. *Lugar de muchas sepulturas.*} Catul. Epig. 55. Vxor Meneni, sæpe quam in sepulchretis Vidistis ipso carpere e rogo cœnam.

Sepelibilis, sepelibile, Quod sepeliri debet, aut potest. {θαπτὸς. θαπτέος. Ital. *Che puo essere sepolto.* Gal. *Qui peut estre enseueli.* Hisp. *Que puede ser enterrado.*} Plaut. Cistell. -facito, vt facias stultitiam sepelibilem. s. Quid faciam? o. in latebras abscondas pectore penitissimo Tuam stultitiā.

Sepes, pis, fœminini generis, Quæ obiecta introitum prohibet in agrum aut hortum. {φραγμός. Ital. *Siepo, cesa, spinata.* Gal. *Vne haye.* Hisp. *Seto à soto.*} Colu. li. 10. Talis, humus vel parietibus, vel sepibus hirtis Claudatur, neu sit pecori, neu pertia furi. Virg. 8. Aeglo. Sepibus in nostris

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruam te roſcida mala(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem Idem 1.Georg. Quippe etiam feſtis quòdam exercere diebus Fas & iura ſinuntrituos deducere nulla Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſepem, Inſidias auibus moliri, incendere vepres.

Sepio, pis, piui, pitum, vel ſepſi, ſeptum, Circumuallo, impedio, circundo. {φράσσω, περιφράσσω. Ital. *Circundare, intornare.* Gal. *Enuironner, clorre de hayes.* Hiſp. *Cercar de ſoto ò ſeto.*} Dictum à ſepibus, quæ obiectæ intercludunt iter. Cic 2.de Natu.deorum. Latent præterea vtiliter, & excelſis vndique partibus ſepiuntur. Idem. Epiſt.lib.15, Vallo & foſſa circundedi, ſex caſtellis caſtriſq; maximis ſepſi. Tacitus lib.1, Actibus nanque cuſtodiis domum & vias ſepſerat Liuia. Virg.1.Aene. At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit.

Septus, a, um, participium, {περιφραγμένος, φραχθείς. Ital. *Circundato.* Gal. *Enuironné.* Hiſp. *Cercado.*} Liui.1.ab Vrbe, Ad hæc Albana pubes inermis ab armatis ſepta in variis voluntatibus communi tamen metu cogente ſilentium tenuit. Virg.1.Aenei. Inſert ſe, ſeptus nebula, mirabile dictu, Per medios, miſcétque viris, neque cernitur vlli.

Septa, orum, Generali vocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam ſepimento vallata. {δι'φραξις, αὐλοὶ, ἕρκη. Ita. *Mandria, branco.* Gal. *Parc, cloſture de haye.* Hiſp. *ſeto ò ſoto ò vallado, circuito.*} vt Septa villæ, quibus villa circunſepitur. Varr.lib.1.de Re ruſt. cap. 14, Nunc de ſeptis, quæ tutandi fundi cauſa, aut partis fiant, videamus. ¶Hinc etiam pecorum ſtabula, vt ſtabula ouilia, bubilia, caprilia, & idgenus reliqua, Septa nuncupantur. Virg.1.Aeglo. Quanuis multa meis exiret victima ſeptis. E cõuerſo Lucanus, Ouilia pro ſeptis poſuit, –& miſeræ maculauit ouilia Romæ. ¶Inde in Martio campo loca incluſa tabulatis, in quibus ſtans populus Romanus ſuffragia ferre conſueuerat, Septa dici meruerunt, ad ſimilitudinem ouilium. De quibus Marc. lib. 9, In ſeptis Mamurra diu multúmq; vagatus. Varr.lib.3.de Re ruſt. appellat Septa, omnia quæ habẽt incluſa animalia quæ paſcuntur. Iuriſconſulti accipiunt Septa pro obicibus, & clauſtris, quibus vtimur ad impetus fluuiorum cõtrecdos. Vlpianus de riuis lege 1. ¶Septum tranſuerſum à Medicis, reiq; anatomicæ peritis appellatur, quod Græci vocant διάφραγμα, quo partes vitales, hoc eſt cor & pulmo, à naturalibus diſcluduntur: de cuius ſubſtantia figura, & vſu vide plura ſuprà in dictione DIAPHRAGMA.

Septuosè, aduerb à ſepio. Id eſt Obſcurè. {ἀσαφῶς. Ital. *Oſcuramente.* Gal. *Obſcurement.* Hiſpa *Eſcuramente.*} Liuius Antiopa, Ita ſeptuosè dictio abs te datur quod conſecutam agris ſapiens ægrè contulit.

Sepimentum, ti, Id dicitur, quo aliquid ſepitur. {φράγμα. Ita. *Intermezzaia.* Gal. *Cloſture de hayes.* Hiſpan. *Seto ò ſoto, eſpinal.*} Varr.1.de Re ruſt.cap.14. Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſoler virgultis, aut ſpinis, quod habet radices viuæ ſepis. Cic. 1.de Legib. Atque hæc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit, differendi ratione, veri & falſi iudicandi ſcientia.

Sepio, vide SEPES.

Sepia, æ. {σηπία. Ital. *Sepa.* Gal. *Seiche.* Hiſp. *La xibia peſcado.*} Genus piſcis, atrum cruorem, dum ſe peti animaduertit, per aquam effundens, atque ita piſcatoribus iter veluti præſepiens. Plin lib.9.cap. 29. Sepiarum generis mares varij & nigriores, conſtantiáque maioris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem, vbi ſenſere ſe apprehendi effuſo atramento, quod pro ſanguine iis eſt, infuſcata aqua abſcondunt. Perſius Saty.3, Sepiam pro atramento ſcriptorio poſuit, reſpiciens nimirum ad piſcis eius ſanguinem, atramenti nigrorem referentem. Verba eius ſunt hæc, Tum querimur, craſſus calamo quòd pendeat humor, Nigra quòd infuſa vaneſcat ſepia lympha.

Sepiola, diminutiuum. Plaut. in Caſ. Emitto ſepiolas lepidas, &c.

SEPIAS, adis, σηπιάς. Magneſię promontorium eſt, apud Herodotum lib. 6. & Plinium lib.4.cap.9.

SEPINATES. vel potius Sæpinates, σαπινάται. Populi ſunt inter Samnites, in quarta Italiæ regione à Plinio collocati. Horum oppidum Sæpinum, σάπινον. commemoratur à Ptolemæo, lib. 3.cap.1.

SEPIVS, untis, σηπιοῦς, *Siponto*, hodie *Manfredonia*, Oppidum Appulorum Dauniorum, ad radicem Gargani montis à Diomede conditum: à multitudine ſepiarum, quæ ibi fluctibus eiiciuntur, impoſito nomine. Hoc poſtea aliquot literarum immutatione Sipiûs, σιπιοῦς, & Sipontum appellatum eſt.

SEPLASIA, Fuit forum Capuæ, in quo vnguentarij negotiabantur, cuius deliciis fractam fuiſſe Punicam ferociam teſtatur Valerius Max.li. 9. Cicero contra Rull. Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum in Albana, & Seplaſia.

Seplaſiarius, pro vnguentario, & effœminato. Lampridius in Heliogabalo, Pinxit ſe vt cupedinarium, vt ſeplaſiarium, vt popinarium.

Sepono, nis. penult. prod. Seorſum pono, ſeparo. {παρατίθημι, ἀποτίθημι. Ital. *Mettere da banda, ſeparare.* Gal. *Separer, mettre à part, reſeruer.* Hiſpan. *Poner à parte.*} Cic. in Orat. Vt ij qui docerent, nullum ſibi ad eam tempus ipſi ſeponerent. Idem 3.de Orat. Vt alius aliam ſibi partem, in qua elaboret, ſeponeret. Horat. in Atte, Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto. Quintil.lib.12, In conſiliis verò, quæ ratio ſuadendi eſt, ab honeſti quæſtione ſepoſita eſt. id eſt diuiſa, ſeparata. Liui.lib.1.ab Vrbe, Captiuam pecuniam in ædificationem eius templi ſepoſuit.

Sepoſitus, Pro remoto, qui in longinquis habitat finibus. {ἀπωτέρω. Ital. *Tirato, à dietro allontanato.* Gal. *Mis arriere des autres, retiré, reculé & loingtain.* Hiſp *A partado, puesto à parte.*} Martia.li.1, Quæ tã ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara Cæſar, Ex qua ſpectator non ſit in vrbe tua?

Seps, ſepis, maſculini generis, ὄφις. Paruus ſerpens, ex cuius ictu membra percuſſa putreſcunt: à σήπω, verbo Græco, quod eſt putrefacio, Nam quicquid momorderit, reſoluitur in putredinem. Lucan. libr. 9, Oſſáque diſſoluens cum corpore tabificus ſeps. Plin.lib. 29, Lacerta quam hi Sepa, alij Chalcidem vocant. Auſo. An Libyæ ferale malum ſit Romula vox, ſeps?

Septa, ſeptorum, vide Sepio in SEPES.

Septem, Numerale nomen notæ ſignificationis, à Græco ἑπτὰ deductum ſpiritu aſpiratо in s mutato, & vocali vltima in em. {ἑπτά. Ital. *Sette.* Gal. *Sept.* Hiſp. *Siette.*} Cic.4. Terr. Et pueri annorum ſenũm, ſeptenũmque denũm, Senatorij nomen nundinati ſunt. Virg.5. Aene. Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, Septena volumina traxit. Propert.lib.2.eleg.17, Non quia ſeptenas noctes ſeiuncta cubaris. Septennis, ſeptenne, Id eſt ſeptem annorum. {ἑπταετής. Ital. *Di ſette anni.* Gal. *Qui a ſept ans, aagé de ſept ans.* Hiſpa. *Coſa de ſiete años.*} pro quo legitur & Septuennis, & hoc ſeptuenne. Plaut. in Menæch. Poſtquam iam pueri ſeptuennes ſunt.

Septentriones, Sunt ſeptem ſtellæ ex quibus quaſi iuncti Triones figurantur. {ἑπτάστρον. Ital. *La parte ſettentrionale oppoſta à mezzo di.* Gal. *Septentrion, la partie ſeptentrionale oppoſite au midi.* Hiſpa. *El norte.*} Scribit Varro triones ruſticorũ vocabulo boues vocari, quaſi teriones, hoc eſt arandæ terræ, ac colendæ idoneos. Alij triones à ſitu dictos malunt, quoniã ita ſitæ ſunt vt ternæ quæq; ſtellę proximæ inter ſe trigonon, id eſt triquetram figuram conſtituant, quam recentiores vocant triangulum. Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν. id eſt plauſtrum dixerunt: noſtri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam ventus ſpirat, qui Auſtro obiectus eſt: & Latine Septentrio, & Septentrionalis ventus, & Septentrionarius: Græcè verò, quòd ab Arcto flet, Aparctias appellatur. Cicero ad Atticum, lib.9, Ex ea die fuere Septentriones venti.

Septentrionalis, pen. prod. Adiect. {ἑπτάστρος. Ital. *Septentrionale, di ſettentrione.* Gal. *Septentrional, du ſeptentrion.* Hiſpa. *Coſa de la parte del norte.*} Vt Septentrionalis ventus, à Septentrione flans. Plin.lib.9.cap.17.

Septies, aduerbium, Septem vicibus. {ἑπτάκις Ital. *Sette volte.* Gal. *Sept foi.* Hiſpan. *Siete veces.*} Cic. 2. Philip. Vbi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat. Plin.lib. 16.cap. 40, Septies teſtituto templo.

Septifariam, Septem modis, ea forma qua multifariam. {ἑπτάχα. Ital. *A ſette modi.* Gal. *Diuiſé en ſept.* Hiſp. *En ſiete maneras.*} Satira de Verborum antiquitate, In quod volumen vnum eos ſectitauimus, & poſtea inuenimus ſeptifariam diuiſum. Nonius.

Septimus, a, um, Vltimus, ſiue vnus ex ſeptem. {ἕβδομος. Ital. *ſettimo.* Gal. *Septieſme.* Hiſp. *Coſa ſetena en orden.*} Plin.lib.7.cap.52, Vt tamen in ſeptimum & quinquageſimum, atque centeſimum vitæ duraret annum, Plautus Pſeud. Aedes eſſe ſeptimas à porta.

Septimùm, aduerbium. {τὸ ἕβδομον, ἑπτάκις. Ital. *La ſettima volta.* Gal. *Pour la ſeptieſme foi, ſept foi.* Hiſp. *La ſetena vez.*} vt Septimùm Conſul: ſicut & Secundùm Conſul. Cic. 3.de Natu.deor. Cur enim Marius tam fœlicitet ſeptimùm Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

Septingenarius, a, um. Quod ſeptingentorum numerum complectitur. {ὁ ἑπτακοσιοστός. Ital. *Di ſettecento, ſettecenteſimo.* Gal. *Du nombre de ſept cens, ſeptcentieſme.* Hiſp. *De ſetecientos.*} vt Septingenarius grex. Varro 2.de Re ruſt. cap. 10. Septingenarij enim mei, tu octingenarios habuiſti.

Septingenti, tæ, ta, pluraliter tantum. {ἑπτακόσιοι. Ital. *Settecento.* Gal. *Sept cent.* Hiſp. *Sietecientos en numero.*} Plin.lib.35.cap.2, Et M.Varro benigniſſimo inuento inſertis voluminum ſuorum fœcunditati non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium. Liu.3 belli Pun. Caſilinum oppidum redditum Campanis eſt, firmatis ſeptingentorum militum de exercitu Annibalis præſidio.

Septingenteſimus, a, um, penultima correpta. Vltimus, ſiue vnus ex ſeptingentis. {ἑπτακοσιοστός. Ital. *Settecenteſimo.* Gal. *Septcentieſme.* Hiſpan. *Siete cientos en orden.*} Liuius 1.ab Vrbe, in Procem. Res eſt præterea & immenſi operis, vt quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

Septicollis, Vrbis Romæ epitheton, à ſeptem collium numero impoſitum. ἑπτάλοφος.

September, Menſis ſeptimus à Martio, à quo Romani olim annum ſuum auſpicabantur. {μὴν ἕβδομος ἀπὸ Μαρτίου. Ital. *ſettembre.* Gal. *Septembre.* Hiſp. *El mes de ſetiembre.*} ¶Aliquando ſumitur adiectiuè. Horat.1. Epiſt.17, Hæ latebræ dulces, etiam(ſi credis) amœnæ, Incolumem tibi me præſtant ſeptembribus horis.

Septemfluus, a, um. Quod ſeptẽ alueis, riuis, aut fontibus fluit. {ἑπταῤῥοος. Ital. *Che cola per ſette luoghi.* Gal. *Qui coule par ſept lieux.* Hiſpa. *Que corre por ſiete partes.*} Ouid.15.Metamor. Pérque papyriferi ſeptemflua flumina Nili Victrices egiſſe rates.

Septemgeminus, a, um. Quod ſeptem habet partes, ſiue mẽbra. {ἑπτάδυμος. Ital. *Che ha ſette parti ò membri.* Gal. *Qui double en ſept.* Hiſpan. *Coſa de ſiete doblezes.*} Virg.6. Aene. Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

Septempedalis, le, Quod ſeptem pedes eſt longum. {ἑπταπήχης. Ital. *Longo di ſette piedi.* Gal. *De ſept piés.* Hiſ. *Luengo de ſiete pies.*} Plau Curcul. –ibi nunc ſtatuam vult dare auream Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet ſeptempedalis.

Septemplex, cis, Quod in ſeptem partes diuiſum eſt. {ἑπτάπτυξ. Ital. *Sparto in ſette parti.* Gal. *De ſept doubles, ſeparé en ſept parties.* Hiſpan. *Coſa de ſiete dobleces.*} Virgil.12. Aeneid. –& clypei extremos ſeptemplicis orbes Per medium ſtridens tranſit femur. Ouid. 2. Triſt. Solus ad ingreſſus miſſus ſeptemplicis Iſtri Parrhaſiæ gelido virginis axe premor.

Sepremuir, ri, ſicut Triumuir, Magiſtratus nomen apud Romanos: à numero virorum qui eo Magiſtratu fungebantur, dictum. Cice.5.Philipp. Iudicandúmque nullos Septemuiros fuiſſe, nihil placere ratum eſſe quod egiſſent, aut quod ab iis actum diceretur.

Septemuiralis, le, Ad ſeptemuiros pertinens. Liuius 4.bel. Pun. Vt proditio pro Septemuirali iudicio eſſet, ſempérque aliud ſentiret, infidus ſocius, vanus hoſtis, &c.

Septemuiratus, us, pen. prod. Septemuirorum dignitas. Cic.1.Philip. Eundem in Septemuiratu nónne deſtituiſti? Interuenit enim.

Septenarius, a, um: vt Septenarius numerus. {ἑπτάς. Ital. *Numero di ſette.* Gal. *Contenant ſept.* Hiſp. *Numero de ſiete.*} Septenarius verſus. ἑπτάμετρος. Cice.1.Tuſc. Non intelligo quid metuat, quum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.

Septendecim, pen. corr. Numeri nomen indeclinabile, notæ ſignificationis. {δεκαεπτά. Ital. *Dieciſette.* Gal. *Dix ſept.* Hiſ. *Diez y ſiete.*} Cic.7. Verrina, En quod Tyndaritani libenter prædicent, nos in ſeptendecim populis Siciliæ non eramus.

Septenus, a, um, Idem quod ſeptem {ἕβδομος. Ital. *ſette.* Gal. *Sept.* Hiſp. *ſiette.*} Cic.4. Terr. Et pueri annorum ſenũm, ſeptenũmque denũm, Senatorij nomen nundinati ſunt. Virg.5. Aene. Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, Septena volumina traxit. Propert.lib.2.eleg.17, Non quia ſeptenas noctes ſeiuncta cubaris.

Septennis, ſeptenne, Id eſt ſeptem annorum. {ἑπταετής. Ital. *Di ſette anni.* Gal. *qui a ſept ans, aagé de ſept ans.* Hiſpa. *Coſa de ſiete años.*} pro quo legitur & Septuennis, & hoc ſeptuenne. Plaut. in Menæch. Poſtquam iam pueri ſeptuennes ſunt.

Septentriones, Sunt ſeptem ſtellæ ex quibus quaſi iuncti Triones figurantur. {ἑπτάστρον. Ital. *La parte ſettentrionale oppoſta à mezzo di.* Gal. *Septentrion, la partie ſeptentrionale oppoſite au midi.* Hiſpa. *El norte.*} Scribit Varro triones ruſticorũ vocabulo boues vocari, quaſi teriones, hoc eſt arandæ terræ, ac colendæ idoneos. Alij triones à ſitu dictos malunt, quoniã ita ſitæ ſunt vt ternæ quæq; ſtellę proximæ inter ſe trigonon, id eſt triquetram figuram conſtituant, quam recentiores vocant triangulum. Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν. id eſt plauſtrum dixerunt: noſtri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam ventus ſpirat, qui Auſtro obiectus eſt: & Latine Septentrio, & Septentrionalis ventus, & Septentrionarius: Græcè verò, quòd ab Arcto flet, Aparctias appellatur. Cicero ad Atticum, lib.9, Ex ea die fuere Septentriones venti.

Septentrionalis, pen. prod. Adiect. {ἑπτάστρος. Ital. *Septentrionale, di ſettentrione.* Gal. *Septentrional, du ſeptentrion.* Hiſpa. *Coſa de la parte del norte.*} Vt Septentrionalis ventus, à Septentrione flans. Plin.lib.9.cap.17.

Septies, aduerbium, Septem vicibus. {ἑπτάκις Ital. *Sette volte.* Gal. *Sept foi.* Hiſpan. *Siete veces.*} Cice. 2. Philip. Vbi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat. Plin.lib. 16.cap. 40, Septies teſtituto templo.

Septifariam, Septem modis, ea forma qua multifariam. {ἑπτάχα. Ital. *A ſette modi.* Gal. *Diuiſé en ſept.* Hiſp. *En ſiete maneras.*} Satira de Verborum antiquitate, In quod volumen vnum eos ſectitauimus, & poſtea inuenimus ſeptifariam diuiſum. Nonius.

Septimus, a, um, Vltimus, ſiue vnus ex ſeptem. {ἕβδομος. Ital. *ſettimo.* Gal. *Septieſme.* Hiſp. *Coſa ſetena en orden.*} Plin.lib.7.cap.52, Vt tamen in ſeptimum & quinquageſimum, atque centeſimum vitæ duraret annum, Plautus Pſeud. Aedes eſſe ſeptimas à porta.

Septimùm, aduerbium. {τὸ ἕβδομον, ἑπτάκις. Ital. *La ſettima volta.* Gal. *Pour la ſeptieſme foi, ſept foi.* Hiſp. *La ſetena vez.*} vt Septimùm Conſul: ſicut & Secundùm Conſul. Cic. 3.de Natu.deor. Cur enim Marius tam fœlicitet ſeptimùm Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

Septingenarius, a, um. Quod ſeptingentorum numerum complectitur. {ὁ ἑπτακοσιοστός. Ital. *Di ſettecento, ſettecenteſimo.* Gal. *Du nombre de ſept cens, ſeptcentieſme.* Hiſp. *De ſetecientos.*} vt Septingenarius grex. Varro 2.de Re ruſt. cap. 10. Septingenarij enim mei, tu octingenarios habuiſti.

Septingenti, tæ, ta, pluraliter tantum. {ἑπτακόσιοι. Ital. *Settecento.* Gal. *Sept cent.* Hiſp. *Sietecientos en numero.*} Plin.lib.35.cap.2, Et M.Varro benigniſſimo inuento inſertis voluminum ſuorum fœcunditati non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium. Liu.3 belli Pun. Caſilinum oppidum redditum Campanis eſt, firmatis ſeptingentorum militum de exercitu Annibalis præſidio.

Septingenteſimus, a, um, penultima correpta. Vltimus, ſiue vnus ex ſeptingentis. {ἑπτακοσιοστός. Ital. *Settecenteſimo.* Gal. *Septcentieſme.* Hiſpan. *Siete cientos en orden.*} Liuius 1.ab Vrbe, in Procem. Res eſt præterea & immenſi operis, vt quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

Septicollis, Vrbis Romæ epitheton, à ſeptem collium numero impoſitum. ἑπτάλοφος.

Universidad de Buenos Aires

ἑπτὰ λόφοις. Ital. *Di sette colle, ò montagnette.* Gal. *De sept collines.* Hispa. *De siete colinas.* } quorum nomina erāt, Capitolinus, Palatinus, Quirinalis, Auentinus, Cælius, Viminalis, & Exquilinus.

Septuaginta, Decies septem. {ἑβδομήκοντα. Ital. *settanta.* Gal. *septante* Hispa. *Setenta en numero.*} Cicc. 5. Verr. Vnus ager Agyrinensis centum septuaginta oratoribus inuior quum sit.

Septuagenus, a, um, Quanuis propriè ad distributiuum numerum pertineat, sæpe tamen idem ferè valet quod septuaginta. ἑβδομηκοντούτης, vel ἑβδομηκοντούτικος. Plin. lib. 26. cap. 10, Septuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cuiusdam.

Septuna mala, σεπτούνια μῆλα. Dicuntur à Septio Libertino, eorum primo inuentore, insigni rotunditate prædita. Apud Columellam tamen lib. 5. cap. 10, vnde Calepinus hæc se sumpsisse profitetur, Sextiana poma legimus, non Septiana.

Septicus, a, um, σηπτικός. Idem quod putrefactiuus, ἀπὸ τοῦ σήπειν, quod est putrefacere. Vnde & σηπτικὰ dicūtur medicamēta quæ putrefaciendi vim habent. Plinius lib. 28. cap. 9, Quin & sanguis eorum septicā vim habet.

Septunx, ncis, Mensura, vel pondus septem vnciarum, hoc est assis partes septem. {ἑπτούγκιον. Ital. *Sette once ò sette parti de dodeci.* Gal. *Sept onces.* Hispa. *Siete partes de doze.*} Vnde & in agri mensuris septunx dicitur qui continet semiiugerum, & iugeri partem duodecimam. Colum. lib. 5. cap. 1, Pars dimidia, & vna duodecima, pedes sexdecim millia & octingentos: hoc est septunx, in quo sunt scrupula CLXVIII. ¶ Accipitur etiam septunx pro septem cyathis vini. Solebant enim veteres, quando se paulo liberius inuitabant, tot vini cyathos ebibere, quot erant literæ in amasiorum, amicarúmve nominibus: singulósque cyathos appellabant vncias. Mart. lib. 8, Si Telethusa venit, promissáq; gaudia portat, Seruabor dominæ Rufe triente tuo. Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem, Vt iugulem curas, nomen vtrunque bibam. Tale est illud eiusdem poetæ lib. 11, Quincunces, & sex cyathos, bessémque bibamus, Cuius vt fiat Iulius, & Proculus. Quincunces ait, id est quinq; cyathos: bessem, id est cyathos octo. In Caius enim quinque sunt literæ, in Iulius sex, in Proculus octo. Idem lib. 1, Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur, Quinque Lycas Lydequatuor, Ida tribus: Omnis ab infuso numeretur amica falerno. Et quia nulla venit, tu mihi Somne veni.

Septuncialis, le, Quod est vnciarum seu partium septem. {ἑπτουγκιαῖος, Ital. *Di sette once.* Gal. *De sept onces.* Hisp. *De siete onças.*} vt Septuncialis fatio, qua seritur semiiugerum, & duodecima iugeri pars. Colum. lib. 2. cap. 10, Media sementi pars seri, & pars vltima deber, quæ septuncialis fatio dicitur.

Septuosè, vide SEPTIS.

Sepulchrum, Sepultura, vide SEPELIO.

Sepum, vide SEVVM, & SEBVM, σέβος.

SEQVANA, penul. corr. σηκουάνα, Vulgò *Seine*, Fluuius Galliæ, Belgas à Celtis diuidens, qui Sequanis populis, apud quos oritur, nomen creditur fecisse. Plin. lib. 4. cap. 17, A Scalde ad Sequanam Belgica.

SEQVANI, penul. corr. σηκουανοί. Stephano, Populi sunt Galliæ, Heduis, Lingonibus, & Heluetiis finitimi: à Sequana fluuio qui apud eos oritur, nomen sortiti. Horum loca hodie tenent Burgundiones, gens origine Germanica, quemadmodum & Franci, qui traiecto Rheno in Galliam irruperunt, pulsisque prioribus incolis, sedes eorum inuaserunt.

Sequanus, a, um, adiectiuum. Lucan. lib. 1, Optima genu flexis in gyrum Sequana frænis.

Sequanicus, a, um, aliud adiectiuum. Martial. lib. 13, Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam, &c.

Sequax, Sequela, vide SEQVOR.

Sequester, stris, stre: & hic & hæc Sequestris, & hoc sequestre, & Sequester, ra, rum, Apud quem plures rem aliquam, de qua controuersia est, deposuerūt, vt inquit Modestinus de verb. sign. {κατάθεσις, μεσέγγυος. Ital. *Chi ha in deposito danari d'altri, intromesso.* Gal. *Gardien de larent en depositaire en justice, sequestre.* Hisp. *El tercero, aquel enquien se ponen los reheues ò prendas en terceria.*} Dictus (vt docet Gellius lib. 20. cap. 10,) quòd eius qui electus sit, vtraque pars fidem sequatur. est enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid sponitur. Quapropter Virgil. lib. 11, Pacem sequestram, inducias appellauit, quòd mediæ sint inter bellum præteritum & futurum. Bis senos (inquit) pepigere dies, & pace sequestra Per syluas Teucri, mistique impunè Latini Errauere iugis. Sequester (inquit Asconius) apud quem pecunia deponitur. ¶ Tribuum quoque corrumpendarum conductor, Sequester dicebatur: quod etiam annotauit Budæus, Sequestri, inquiens, verbo Oratores pro iis interpretibus vtuntur qui iudiciis corrumpendis, aut eiusmodi maleficiis suscipiendis operam suam locant. Cicc. 2. Verr. Moneo, prædico, antè denuntio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse: quique ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc iudicio manus, animósque ab hoc scelere nefario. Idem pro Cluentio, Quo sequestre in illo iudice corrumpendo dicebatur esse vsus. ¶ Sequester apud Quintilianum est, qui à litigatore doctus, docet patronum. is enim ait lib. 12. cap. 8, Quomodo autem sequester ille, & media litium manus, &c.

Sequestrò, aduerbium, Id est apud sequestrem: ἐπὶ μεσεγγύου. vt Pecuniam sequestrò deponere, hoc est in manibus sequestris, donec sententia decisum fuerit cuius esse debeat. Sequestrò se ponere, dixit Cato, pro eo quod est sese separare ab eo cum quo antea fueris coniunctus. Nolite (inquit) per Deum immortalem vos sequestrò ponere.

Sequestrarius, Adiect. vt Actio sequestraria, Pomponius in l. ſi in agro. §. Cùm sequestro. ff. depositi, vel contra.

Sequor, sequeris, sequutus, à Seco deductum est verbum commune, secundum Priscianum. {ἕπομαι, ἀκολουθῶ. Ital. *Seguire, seguitare.* Gal. *Suiure.* Hisp. *Seguir.*} Plaut. in Amph. Sequere hac igitur me. Terent. And. - funus interim Procedit, sequimur, ad sepulchrum venimus. Cicc. 1. Offic. Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam sequi quod assequi non queas. Virg. 1. Aene. - hos tota armenta sequuntur A tergo, & longum per valles pascitur agmen. Sequi amicum, est facere quod amico placet, & obtemperare illi. Cicc. de Amic. Vt nequis concessum putet, amicum bellum patriæ inferentē sequi. Sequi consuetudinem, est facere secundum consuetudinem. Plin. Epist. 30, Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? ¶ Sequi fidem alicuius populi, aut principis, est illi fidelem esse, fidem seruare, non discedere à fide. Cicc. 2. de Diuin. Quòd fidem secutus, amicitiamque pop. Rom. functus sit officio. ¶ Sequi suam fortunam, est successu, & occasione fortunæ vti. Sequi naturā ducē, facere quemadmodū natura nos inclinat. Sequi verbū aliquod, est summæ dictionis cuti insistere, omissa interim sententia. ¶ Huius composita sunt, assequor, consequor, exequor, insequor, obsequor, persequor, subsequor, pedisequus, & pedisequa: de quibus suis locis.

Sequutor, oris, Qui præcūtem sequitur. {ἀκόλουθος. Ita. *seguitatore.* Gal. *Qui suit.* Hisp. *El que sigue ò va tras otro.*} ¶ Sequutores itē inter gladiatores dicūtur, qui aduersus retiarios pugnabant, alio nomine mirmillones dicti. Vtitur hac voce Suetonius in Caligula.

Sector, aris, Multùm & cōtinuè sequor. {παρακολουθέω. Ital. *seguitare, andar dietro.* Gal. *Suiure souuent.* Hisp. *Atucho seguir, andar tras otro.*} Plaut. in Cistel. Anum sectatus sum clamore per vias. Cicc. 4. Verrina. Prætorem per omnia fora sectabatur. Idem pro Sexto Roscio, Iſerui vbi sunt? Chrysogonum, Iudices, sectantur. Propriè autem hoc verbum (quod & Donatus annotauit) ad Philosophorum discipulos pertinet, qui præceptorem assiduè comitantur, vt colloquio eius, & vsu eruditiores. ciuq; per omnia similes euadant. Huc respexit Gnato ille Terentianus in Eunucho, Ibi homo cœpit me obsecrare, Vt sibi liceret discere id de me: sectari iussi, Tanquam Philosophorum habent disciplinæ ex ipsis Vocabula, parasiti ita vt Gnatonici vocentur. ¶ Sectari beluas, apros, ceruos, est venando consectari, persequi, inuestigare, perquirere, sequi. διώκω. Virgil. in Bucol. 3. Aegio. Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo. Horat. 2. Ser. Saty. 2, -leporem sectatos, equóve Lassus ab indomito.

Sectator, oris, verbale, Qui assiduè aliquem assectatur. {ὁ ἀκόλουθος. Ital. *chi segue alcuno per imparare da lui.* Gal. *Qui suit & hante aucun pour apprendre de luy, sectateur.*} Cicc. pro Murœna, Quid opus est sectatoribus? Idem Pro Rabirio Posthumo, Num Gabinij comes est, vel sectator? ¶ Sectatores Philosophorum, id est discipuli qui vt aliquid ab iis addiscāt, ab eorum latere nunquam discedunt. Gellius lib. 2. ca. 2, Tautus sectatoribus commodùm dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus.

Secta, æ. {αἵρεσις. Ital. *Setta, liga, opinione.* Gal. *Vne secte, opinion suiuie par quelques gens contre l'opinion des autres.* Hisp. *La secta que cada vno sigue.*} Propriè est ratio illa dogmatum quam quis sibi in philosophia imitandam proposuit, & tuendam suscepit: à sectando (vt volunt) dicta, quòd plures primum opinionis cuiuspiam autorem sequantur: vel à sectione (vt aliis placet) quòd quum omnes Philosophi dicantur, scitorum tamen diuersitate à se inuicem sint diuisi. Aliud enim de summo bono sentiunt Stoici, aliud Academici, aliud Peripatetici, aliud Epicurei. Cic. 1. de Orat. Est autem secta, disciplina, seu certa quædam disciplinæ formula, factio, studium, ratio vitæ. Colum. lib. 6. Quare antiquissimum est formam huius operis conscribere, quam velut sectam, legémq; in proscindendis agris sequantur agricolæ. Cic pro Cælio, Qui hanc sectam, rationémque vitæ re magis quàm verbis secuti sumus. Idem 2. de Nat. deorum, Omnis natura artificiosa est, quòd habet quasi viam quandam, & sectam quam sequatur. Idem ad Brutum, Reliquias hostium Brutus persequitur, & Cæsar: hostes autem omnes iudicari, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Hinc Consectaneus, qui eiusdem sectæ est. ὁμόδοξος. Augu. lib. 10. Ciuit. Quanto humanius, & tolerabilius consectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit.

Sectarius verues, Qui gregem ouium præcedens, ducem se illis præbet. {ὁ ἄμνος ὁ ἡγούμενος ἀκολουθῶν, ὁ καὶ ὑπὸ τῶν ποιμένων. Ital. *Montone che precede il gregge.* Gal. *Le mouton qui va deuant le trompeau, que les autres suiuent.* Hisp. *El cabestro de qualquiera ganada.*} Plaut. in Cap. Qui Petroni nomen indunt verueci sectario.

Sequax, cis, Facilis, siue aptus ad sequendum quocunq; trahatur. {ἀκολουθητικός. Ital. *Segace.* Gal. *Qui suit facilement.* Hisp. *Cosa que mucho sigue ò persigue.*} vt Lanæ sequaces, quæ uentis manum sequuntur. Martial. lib 13, Niliacum ridebit olus, lanáſq; sequaces, Improba quum morsu fila, manúq; trahes. Cornuum natura sequax, id est flexilis, & ductilis. Plin. lib. 11. cap. 37. Adeò sequax natura est, vt in ipsis viuentium corporibus feruenti cera flectantur. ¶ Aliquando significat id quod se spargendo dilatat. Persius in Proœmio, Quorum imagines lambunt Hederæ sequaces. ¶ Sequacem verò materiam, dixit Plin. lib. 11. cap. 1. pro tractabili, & facili. Idem Bitumen sequax, dixit lib. 7. cap. 15, id est tentum, & quod attractum digitos sequitur, picis vel viſci more. ¶ Sequaces capreæ, hoc est aliæ aliam sequentes. Virg. 2. Georg. Capreæq; sequaces Illudunt. pascuntur oues, auidæq; iuuencæ. ¶ Aliquando sequax, idem est quod sectator. Seneca, Cæterique Aristippi sequaces.

Sequela, æ, pen. prod. Ipse sequendi actus. ἀκολούθησις.

Sera, æ, per simplex r, Instrumentum est, quo clauduntur ostia. {ἐπίκλειστρον, κλεῖθρον. Ital. *Chiauatura, serratura, chiauera, toppa.* Gal. *Vne serrure ou vn cadenats & bout.* Hisp. *Cerradura, instrumento para cerrar.*} Iuuen. Saty 6. Adde seram, cohibe: sed quis custodiet ipsos Custodes? Ouid. 1. Amo. Eleg. 6, Quid facies hosti, qui sic excludis amantem? Tempora noctis eunt, exclude postes seram. Dictæ seræ, teste Festo, quòd foribus admotæ opponūtur, defixæ postibus, quemadmodum ea quæ seritur inseruntur. Varro lib. 3. de Ling. Lat. à satice deriuat, quod est aperire.

SERANVS, siue (vt alij scribunt) Serranus, duplicato r, Attilij cuiusdam nobilissimi Senatoris cognomen à sereodo impositum: quòd quo tempore aduersus Samnites dictus est Dictator, à viatore inuentus fuerit in agro, sua manu frumentum serens. Plin. lib. 18. cap. 3, Serentem inuenerunt dati honores Serranum: vnde cognomen.

Seraphim, Vox est Hebraica, pluralis numeri, idem significās quod ignitī, candentes: à verbo שָׂרַף *saráph*, succendo, vro, exuro, comburo, Numeri 21. Misit Dominus in populum hannehasim haseraphim, id est ignitos serpentes. Significat & certum ordinem angelorum exlestis hie rarchiæ: éstque generis tam masculini, quàm neutri. Isaiæ 6, Seraphim stabant subter illud. Ibidem, Et volauit ad me vnus de seraphim. Diuus Hierouymus ad Furiam, Hæc sunt duo seraphim ter glorificantia Trinitatem.

Serapias, σεραπιάς, Herba, quæ & orchis dicitur eo quòd habeat radicem geminis testiculis similem: de qua Plin. lib. 26. cap. 10.

SERAPION, Aelianus dictus, orator Alexandrinus, scripsit ad Adrianum principem Panegyricum, & orationes in genere deliberatino. Item, Vtrum Plato iure remouerit Homerum à sua Republica: præterea artem rhetoricam. Autor Suidas. ¶ Serapion, pictor, cognominatus Rhypatographus, quòd humilia quædam & sordida pingeret. Autor Plinius lib. 35. cap. 10. ¶ Serapion, præsul Antiochenus sub Commodo principe: cuius meminit Hieronymus. Serapion item alius, qui ob elegantiam ingenij, Scholasticus meruit cognominari, charus Antonio monacho: scripsit contra Manichæos egregium volumen, & quædam alia laudatus etiam ob fidei constantiam sub Constantino principe, vt idem Hieronymus autor est.

SERAPIS, is, vel Serapidis, secunda syllaba indifferente, σάραπις. Deus Aegyptiorũ, qui & Apis & Osiris dicitur. Martial. lib. 9, Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. Idem, Isæum Serapin Nilus veneratur Osirin. vide de hoc plura in dictionibus APIS, & OSIRIS.

Serapeum, pen. prod. σαραπεῖον, Serapidis templum Alexandriæ, atriis, & columnis amplissimis, signisque spirantibus, omnique opum varietate ita exornatum, vt toto orbe terrarum, vno Capitolio excepto, nihil vnquam visum sit ambitiosius. Autor Am. Marcellinus in Alexandro.

SERBONIS, σερβωνὶς, Palus iuxta montem Casium, mille circiter stadiorum ambitum habens. Vide Strabonem lib. 17, Herodotus libro 3. Serbonitidem vocat.

SERENA, Vxor Stiliconis, ex qua Mariam suscepit: quæ Honorio Imperatori nupsit. Huius Serenæ laudes eleganti Panegyro celebrauit Claudianus poëta.

Serenus, a, um, pen. prod. Significat tranquillum, sine nubibus, sine imbre à serendo, vt quidam volunt, quòd id maximè tempus sattoni aptũ sit. {αἴθριος, αἴθρια. Ital. *Sereno, tranquillo, senza nube.* Gal. *Clair & serain, sans nuees, & pluyes.* Hisp. *cosa serena y clara.*} Virg. 6. Aeneid. Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena Floribus insidunt variis. Idem 1. Georg. Humida solstitia, atque hyemes orate serenas Agricolæ. Ad Herennium lib. 4, Ita vt hirundines æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt, simulatque hyemem fortunæ viderint, deuolant omnes. Martial. lib. 1, Cælo perfruitur sereniore. ¶ Serena frons, per translationem ponitur pro læta. Idem lib. 2, Sic me fronte legat dominus Faustino serena. ¶ Serenus color, lucidus. Plin. lib. 9. cap. 35, Serenum colorem margaritæ præclaritate matutina contrahunt. ¶ Serenum substãtiue, idem quod serenitas, αἰθρία, αἰθρίη. Virg. 1. Georg. Nec minus ex imbri soles, & aperta serena Prospicere. ¶ Sereno casus ablatiui, pro sereno tempore: cui opponitur nubilo. Plin. lib. 11. cap. 24, Aranei sereno non texunt: nubilo texunt. ¶ Quandoque ponitur serenus, pro sicco: quod & Nonius annotauit. Virgil. 1. Geor. -vnde serenas Ventus agat nubes. id est siccas nubes, quas alibi Arida nubila appellauit, -atque arida nubila differt.

Serenitas, tatis, Puritas, & tranquillitas aeris. {αἰθρία, αἴθρη. Ital. *serenità, serenezza.* Gal. *Serain, beau temps.* Hisp. *Aquel sereno ò claridad.*} Plin. lib. 10. cap. 67, Salamandra animal lacerti figura, stellarum, nunquam nisi magnis prouenions imbribus, & serenitate deficiens. Cic. 2. de Diuin. Hæc igitur quum sint, tum serenitas, tum perturbatio cæli: ẽstne sanorum hominum, hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere? Liu. lib. 6 belli Punici secundi. Vbi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur.

Sereno, nas, Clarifico, tranquillo. {αἰθριάω. Ital. *serenare, far l'aria chiaro & sereno.* Gal. *Faire clair, & serain.* Hisp. *Hazer claro y sereno.*} Virg. 1. Aene. Olli subridens hominum sator, atque deorum, Vultu quo cælum, tempestatesque serenat. Idem. 4. Aeneidos, Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat. Plin. lib. 2. cap. 6, Atque etiam nubila humani animi serenat.

Serenatus Phœbus, ἠιθριασθείς. Silius lib. 5, Dona serenato referat solennia Phœbo.

SERES, ῆρες, Populi Scythiæ Asiaticæ, à Sera vrbe sic dicti, apud quos arbores sunt quæ non solum folia, sed lanam quoque proferunt tenuissimam. Nam ex earum frondibus canitiem depectũt aqua persusam, ex quo vellere vestimenta conficiunt, quæ serica nuncupantur. Virgil. 2. Georg. Velleráq; vt foliis depectant tenuia Seres. De his Marcellinus lib. suæ historiæ 23, Agunt, inquit, ipsi quietius Seres, armorum semper & præliorum expertes: vtique hominibus sedatis & placidis, est otium voluptabile: nulli finitimorum molesti, cæli apud eos iucunda salubritas; temperies, aeris facies munda, lenúmq; ventorum commodissimus flatus, & abundè syluæ sublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentésque subregmina, conficiunt sericum ad vsus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine vlla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, placationis vitæ cultores, vitant reliquorum mortalium cœtus. Quúmque ad coemunda fila, vel quædam alia transeunt flumen aduenæ, nulla sermonum vice propositarum rerum pretia solis oculis æstimantur: & ita sunt abstinentes, vt apud se tradentes genitia, nihil ipsi compatent aduentitium. Hæc Ammianus Marcellinus. ¶ Huius nominis nominatiuus singularis est Ser, ῆρ. Sidonius, Assyrius gemmas, Ser vellera, tura Sabæus. Ausonius, Iam pelago volitat mercator vestifluus Ser. ¶ Quin & vermiculus quidam sericum texens (vt autor est Pausanias) ser appellatur. σήρ.

Sereſco, scis, Siccus fio, quasi sereneſco, & serenus fio, quoniam serenitas sicca est. {ξηραίνομαι. Ital. *Secarsi.* Gal. *Deuenir sec.* Hisp. *Secarse.*} Lucretius lib. 1, Denique fluctuago suspensæ littore vestes Vuescunt, eædem candenti Sole sereſcunt. Hæc Nonius. ¶ Al quãdo sereſcere, est in serum abire. ὀρρωδῶ. Plin. lib. 11. cap. 41, Omne autem lac igne spissatur, frigore sereſcit.

SERGESTVS, Vnus ex comitibus Aeneæ, Virgil. 1. Aeneid. Mnesthea, Sergestúmque vocat.

Sergia, Oliuæ genus, apud Columellam lib. 5. cap. 8.

Seria, riæ, Vas vinarium fictile, oblongum. {πίθος. Ital. *Botte lunghetta.* Gal. *Vn vaisseau longuet à mettre du vin ou de l'huyle, baril.* Hisp. *Vasija luenga de barro.*} Liu. lib. 4. bel. Pun. Et in vico Istrico fontem sub terra tanta vi aquarum fluxisse, vt serias, doliáq; in eo loco erant, prouoluta, velut impetus torrentis tulerit. Teren. in Heau. -fodes vide Releui dolia omnia, omnes serias. Persius Saty. 4, & ôsi Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule. Colum. lib. 12. cap. 18, Dolia quoq; & seriæ, cæteráque vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt. ¶ Seriæ olearie. Varro 3. de Re rust. ca. 2, Nec tamen ibi se vidisse tabulam pictã, neque signum æneum, aut marmoreum vllum: nihilo magis torcular, vasa vindemiatoria, aut serias olearias, aut trapetas.

SERIA, Hispaniæ vlterioris vrbs, in tractu Celtico, alio nomine Fama Iulia dicta. Autor Plinius lib. 3. cap. 1.

Seriola, læ, Doliolum fictile in quo vinum soleraſseruari. {πιθάριον. Ital. *Picciola botte.* Gal. *Petit baril.* Hisp. *Tinajuela, vasija pequeña.*} Pers. Saty. 4, Seriolæ veterem metuens deradere limum.

Serícum, penn. correcta. {μέταξα. Ital. *Seta.* Gal. *Soye.* Hisp. *Seda.*} Id dici potest quod à Seribus fiebat & depectebatur ex arboribus ad vestimentorum nobilitatem, vt refert Plinius lib. 6. cap. 17. Vnde Virgil. 2. Georgie. Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres. Vulgus autem nostrum Sericum accipit pro eo texturæ opere, quod ex bombycum lanificio depecti solet.

Sericus, um, {μεταξοῦς. Ital. *Di seta.* Gal. *De soye.* Hisp. *Cosa de materia de algodon, ò seda.*} Quod ex serico confectum est. Est autem sericum, lanæ pretiosissimæ genus, quod apud Seras Scythiæ Asiaticæ, aut (vt alij malint) Indiæ populos, ex arborum frondibus dicitur depectis. Quanquam non desunt qui vermiculi lanificium esse putent, qui gentis illius lingua ser, σὴρ, appelletur. Quam sententiam ne Iulius quidem Pollux dissimulauit, sic scribens Onomastici sui lib. 7, Ἔνιοι δὲ καὶ τὸν σῆρα τὸν τὴν μέταξαν ἐργαζόμενον ζῷον ὀνομάζουσιν ὅμοιον τῇ βόμβυκι. Priorem opinionem sequitur Virgilius 2. Georg. Velleráque vt foliis depectant mollia Seres. Hinc serica vestimenta dicta sunt quæ ex serico conficiebantur. Vlpianus l. Vestis. de Auro & argento leg. Vestimentorum sunt omnia lanea, lineáque, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, iniiciendi, incubandive causa parata sunt. Plinius lib. 21. ca. 3, Lauriſsimum quippe habetur è nardi foliis eas dari, aut veste serica, versicolores, vngentis madidas. Puluilli serici. Horat. Epod. 8, Quid, quod libelli Stoici inter sericos Iacere puluillos amant. Pallia serica, apud Statium 3. Syl. 4. ¶ Legimus & serica absolutè pro vestibus sericis. Martial. lib. 6, Non aliter dentes quàm serica, nocte reponis. ¶ Serici olim tanta erat caritas vt auro rependeretur: vt est videre apud Flauium Vopiscum in Aureliano: vbi sic habet, Vestem sericam neq. ipse in vestiario suo habuit, neq, alteri vtendam dedit. Et quum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blatteo serico vteretur, ille respondit, Absit vt auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Hæc ille.

Sericarius textor, Qui vestes sericas texit. {μεταξουργός. Ital. *Tessitor di panni di seta.* Gal. *Rubennier, faiseur de soye, tisserand de soye, marchand de soye.* Hisp. *Texedor de seda.*} Iulius Firmicus lib. 8. Matheseos, refert, sericarium textorem nasci qui habuerit horoscopũ, in vigesimaoctaua parte Arietis.

Sericatus, Qui est indutus serico. {μεταξοφόρος. Ital. *Vestito di seta.* Gal. *Vestu de soye.* Hisp. *Vestido de materia de seda.*} Sueton. in Caligula, cap. 52, Armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, & cycladatus.

Series, seriei, Ordo, & quasi quædam, rerum continuata progressio. {πεῖρος, εἰρμός. Ital. *Ordine.* Gal. *Ordre bien continué, suitte, continuation.* Hispa. *Orden continuada vno formemente.*} A serendo, id est ordinando dicta: vt Series orationis, id est contextus. Quintil. Quod nonnisi in contexto orationis, seriéq; contingit. Cic. 1. de Diui. Fatum autem id appello quod Graeci εἱμαρμένην, id est ordinem, seriémque causarum. Idem 1. de Nat. deorum, Est enim admirabilis quædam continuatio, seriésque rerum, vt alia ex aliis annexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur. Vir. 1. Aene. -cælatáque in auro Fortia facta patrum, series longissima rerum. Ouid. 15. Metam. -trepidósque obitúmque timentes Sic exhortari, seriémque euoluere fatis. Valerius Maximus, Quis compos mentis, domesticæ, peregrinæq; historiæ seriem fœlici superiorum stylo conditam, vel attentiore cura, vel præstantiore facundia traditurum se sperauerit?

Serilla, inquit Festus, Verrius appellari putat Istrica nauigia, Liburnica, quæ lino ac sparto cõdensantur, à conserẽdo, hoc est contexendo dicta. Qua tamen in re à Verrio videtur dissentire Festus. Vide ipsum de Verbor. veter. signiſi. lib. 17.

SERIPHVS, phi, penult. prod. σέριφος, Insula est in mari Aegæo, vna Cycladum, viginti non amplius passuum millia distans à Delo: vt refert Plinius libr. 4. cap. 12. In hac insula ranæ prorsus mutæ esse traduntur: vnde prouerbialiter Seriphia rana dicitur, in homines mutos, ac dicendi canendique prorsus imperitos. βάτραχος ὁ ἐκ σεριφου. Vide Plinium libr. 8. cap. 58.

Seriphium absynthium, Absynthij genus, quod alio nomine marinum appellant. {ἀψίνθιον σηριφιον. Ital. *Assenso marino.* Gal. *Absinthe marin.* Hisp. *Assensios, alosna marina.*} à Seripho insula nomen habens, in qua copiosissimè prouenit. Vide Plinium lib. 27. cap. 7.

Seris, huius seris {σέρις. Ital. *Scariola.* Gal. *Eschariotte ou chicorée blanche.* Hisp. *Endivia ò cerraja yerua.*} Herba est, quam alio nomine intubum vocamus. Varias sub se continet species, quas vide suprà in dictione ENTYBVS. Varro 3. de Re rust. cap. 10, Seruntque his herbam quæ vocatur seris, quòd ea aqua tacta, etiam quum est arida, fit viridis.

SERIVS, Fluuius Cisalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum, in Addũ fluens: quo vallis Seriana in eodem agro populosa, artificiosaque nominata est. Hæc Calepinus. Nam veterum (quod quidem sciam) nemo est qui fluuij huius meminerit.

Serius, a, um, Graue & minimè iocosum. {σπουδαῖος. Ital. *Da douere, graue, importante.* Gal. *Fait à bon escient, graue & de consequence.* Hisp. *Cosa de veras y no de burlas.*} Terent. in Eunu. Ait rem diuinam feciſſe, & rem seriam vel le agere mecum. Cic. 1. Offic. Ludo autem & ioco vti illo quidem licet, sed sicut somno & quietibus cæteris, tum quum grauibus, seriisque rebus satisfecerimus. Quintil. li. 6. cap. 4. Dictorum vrbanorum alia seria alia iocosa, alia media. Serium (inquit Nonius) id est triste, & quasi sine risu, vel sine ridiculo.

Seria, orum, Res graues, seueræ, & minimè iocosæ. {σπουδαῖα. Ital. *Cose da douere graui, importanti.* Gal. *Choses graues & d'importance.* Hisp. *Cosas de veras y no de burlas.*} Martial. Parce precor socero, seria fortsan amat.

Ouid.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Ouid. 4. Fast. Nulla coronata peragantur seria fronte. Horat. 1. Serm. 1. Satyra, Sed tamen amoto quæramus seria ludo. Quoties omnia nostra cum aliquo communicamus, cum eo ioca seriáque conferre dicimur. Cic. 1. de Finib. At quicum ioca & seria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optimè, deinde etiam cum mediocri amico. Vide Adagia Erasmi.

Seriò, aduerbium, Sine ioco: quod vulgus barbarorum dicit *Pro bono.* {*Sriamente.* Ital. *De dauero.* Gal. *A bon escient sans mocquer.* Hisp. *De veras y no burlando.*} Plautus Amphit. An id ioco dixisti? equidem seriò ac verò ratus. Idem Cas. Ego eo quòd me ipsa misit. 1. verone. A. seriò. Terent. Mitit porrò orare vt venirem seriò. Cice. Attic. lib. 5, Indead Taurum cogitabam, vt cum Mophragine signis collatis, si possem, seriò decernerem.

Sermo, onis, Locutio, verba, colloquium, mentio. {λόγος. ὁμιλία. Ital. *Sermone, parlamento, ragionamento, loquela.* Gal. *Parole, propos, deuis, bruit.* Hispan. *Sermon, razon, ò palabra.*} Cice. 1. Offic. Sermone vti debemus qui notus est nobis, ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, inre optimo rideamur. Dictum autem putant sermonem, à verbis serendis, hoc est conserendis siue connectendis. Seruius, Sermo est consertio orationis, & confabulatio duorum, vel plurium. Virgil. 1. Aene. Amissos longo socios sermone requirunt. Idem 5. Aeneid. Nec magis incœpto vultum termone mouetur, Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Idem 4 Georg. His medium dictis sermonem abrumpit. Tractare aliquid Græco, vel Latino sermone. Cice. lib. 1. de Finib. Non eram nescius, Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitáque doctrina philosophi Græco sermone tractauissent, ea Latinis literis mandaremus, fore vt hic noster labor in varias reprehensiones incurreret. Instituere sermonem cum aliquo, est cum illo verba facere, vel incipere colloqui. Cice. de Orat. Quum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus. Dissipare sermonem, est vulgare, & dispergere. Δι' ὅλης πόλεως τὸν λόγον. Cice. pro Flacco, Sermo est tota Asia dissipatus. Orditi sermonem, id est excogitare, comminisci. Idem de Oratore, Crassus princeps eius sermonis ordiendi fuit. Habere sermonem, est verba facere. Cice. de Senect. Cyrus in eo sermone quem moriens habuit. Tribuere alicui sermonem, est inducere cum loquentem. Cice. de Senect. Omnem autem sermonem tribuimus Catoni seni. Incidere in sermonem alicuius, Idem Amicitia. Conferre sermonem cum aliquo, hoc est cum altero colloqui. Cice. 2. de Inuent. Sermo capite caret, & pede, hoc est cuius neque initium facile fuerit inuenire, neque exitum.

Sermunculus, diminutiuum. {λογίδιον. Ital. *Picciola fama picciol ragionamento.* Gal. *Petite parole, petit bruit de ville.* Hisp. *Pequeño sermon ò razon y fama.*} Plin. Epist. 103, Vt sermunculis etiam & fabellis ducantur. Cic. ad Arti. lib. 13. Sermunculum enim omnem aut restrinxerit, aut sedarit. Idem pro Deiotaro, Nóone intelligis Cæsar, ex vrbanis maleuolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta?

Sermocinor, aris, pen corr. Sermonem facio, loquor. {ὁμιλέω. Ital. *Parlare, ragionare.* Gal. *Sermonner, parler, deuiser.* Hisp. *Parlar, hablar, razonar.*} Plin. lib. 10. Super omnia humanas voces reddunt psittaci, & quidem sermocinantes. Cic. 2. de Inuent. Et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi, aut sermocinandi eo verbo vti soleant, considerabitur. Idé 3. Verr. Respondit illa, vt meretrix, non inhumanè, libenter se ait esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam.

Sermocinatrix, cis. Δημηγορικὴ. Quintil. lib. 3. cap. 4, Quam sanè permittamus dicere sermocinatricem.

SERMYLA, siue Sermylia, σερμυλία Stephano. Ciuitas est in finibus Macedoniæ, non procul ab Atho monte, vt scribit Herodotus lib. 7.

Sero, ras. Claudo. {κλείω. Ital. *serrare, chiudere.* Gal. *clorre, fermer.* Hisp. *Cerrar, con cerradura.*} Colum. lib. 6. de mulæ feminibus loquens, Femina (inquit) serari, & interdum inari solent. ¶ Huius composita sunt Obsero, pro occludo. ἐμφράσσω. Terent. in Eunu. Tu abi atque obsera ostium intus. Et Resero, aperio. ἀνοίγω. Virg. 7. Aene. Referat stridentia limina Consul.

Sero, seris, seui, satum, Significat semino. {σπείρω. Ital. *seminare.* Gal. *Semer.* Hisp. *Sembrar.*} Cæsar 5. belli Gallici, Frumenta non ferunt, sed lacte, & carnibus viuunt. Idem li. 1. Georg. Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono. Ibidem, Exercete viri tauros, serite hordea campis. ¶ Aliquando significat planto. {φυτεύω. Ital. *Piantare.* Gal. *Planter.* Hisp. *Plantar.*} Cicer. 1. Tuscul. Serit arbores, quæ alteri seculo prosint. Colum. lib. 3. cap. 10, Si vnum genus seuerimus, quum id acciderit quod ei noxium est, tota vindemia priuabimur. ¶ Per translationem serere quandoque capitur pro generare. Vnde satus, id est generatus. Virg. 7. Aene. Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. ¶ Per translationem quoque dicimus Serere bella, & serere certamina: id est mouere lites & pugnas. Liui. 7. belli Pun. Annibal turmatim per equites, peditumq; iaculatores leuia certamina serens, casum vniuersæ pugnæ non necessarium ducebat. Liu. 2. ab Vrbe, Et in aliena vrbe cum patribus serere certamina, priusquam pignora coniugum, ac liberorũ, charitásq; ipsius soli, cui longo tempore assuescitur, animos eorum consociasset. Serere bella ex bellis, est bello vno extincto, alterum aggredi. Liui. 1. belli Maced. Tum Q. Bebius Tribunus plebis viam antiquam criminandi Patres aggressus, incursauerat bella ex bellis seri, ne pace vnquã plebs frui posset. ¶ Huius composita sunt assero, circunsero, cósero, desero, dissero, exsero, intersero, insero, obsero, resero, & subsero, quæ habet penultimam correptam: de quibus suis locis. ¶ Fuit etiam antiquis in vsu sero, serui, sertum: à quo manserunt Assero, rui, assertum, Consero, rui, consertum, aliáque complura: de quibus egimus suis locis.

Satus, ta, tum, participium, Idem quod seminatus. {σπαρείς. Ital. *Seminato.* Gal. *Semé.* Hispa. *Sembrado.*} Virg. 1. Georg. Sed frumenta manu carpes sata. Idem 8. Aeglo. Atque sata alió vidi traducere messes. ¶ Per translationem etiam accipitur pro participio natus, siue genitus. Virg. lib. 2. Aeneid. At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit Priamo. Liui. 8. bel. Maced. Vt fidem fecerit, non sanguine humano, sed stirpe diuina satum se esse.

Satus, us, Ipsum serendi actum, siue plantationem denotat. {σπορά. Ital. *semenza, seminata, piantagione.* Gal. *Semaille, semaison, plantain.* Hisp. *Semen-*

tera, simiente.} Plin. lib. 17. cap. 17. Quapropter de tali earum satu nunc dicendum. id est plantatione. Cice. de Senectute, Quid ego vitium ortus, satus, incrementa commemorem? Idem 5. de Diuin. Ob eandem causam multa inusitata partim é cælo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam hominum, pecudúmve concepto, & satu. ¶ Quando & etiam satus, pro ipso accipitur semine, siue sementi. σπόρος. Cic. 1. Tusc. Cultura autem animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos.

Sator, oris, verbale, Qui serit, aut plantat. {σπορεύς, φυτεύτης. Ital. *Seminatore, piantatore.* Gal. *Semeur, planteur.* Hisp. *Sembrador, plantador.*} Colum. lib. 3. cap. 18, Satoris officium est, primum quàm serentissimam, & si fieri posset, eodem momẽto quo serere velit, de seminario transferri plantam diligenter exemptam & integram: deinde. &c. Plin. lib. 15. cap. 1. Hesiodus negauit satorem oleæ fructum ex ea percepisse quenquam. Sator cæleſtium. Cic. 2. Tusc. Id est creator, & genitor.

Satorius, a, um, adiectiuum. Quod ad satorem pertinet. {σποράδικος. Ital. *Pertinente à seminatore.* Gal. *Apartenant à semeur.* Hispa. *Perteneciente à sembrador.*} Colum. lib. 2. cap. 9, Nonnulli pelle hyænę satoriam trimodiam vestiunt, &c.

Satio, onis. Idem quod satus. {σπορά. Ital. *Semenza, seminata.* Gal. *Semaille, semoison, semement.* Hisp. *simiente, sementera.*} Cicer. de Vniuers. Post eam autem sationem diis (vt ita dicam) iunioribus permisit vt corpora mortalia effingerent. Idem 5. Verr. Ne si tempus sationis præteriisset, granum in prouincia Sicilia nullum haberemus. Virgil. 2. Georg. Optima vineris satio est, quum vere rubenti Candida venit auis, longis inuisa colubris.

Satiuus, a, um, Quod seminatur, vel quod idoneum est vt seminetur. {σπειρόμενος, σπόριμος. Ital. *Buono da seminare.* Gal. *Bon à semer.* Hispan. *Cosa que se puede sembrar.*} cui contrarium est agrestis. Plin. lib. 15. cap. 7, Eadem ratio & in satiua myrto. Gellius, Sed hi pleraſque naues loris sutebant Græci magis cannabe, & stuppa, cæteriſque satiuis rebus.

Sero, aduerbium. Serotinus, vide SERVS.

SEROPTA, σηρόπτα, Ciuitas Phœnices, apud quam nascebatur vinum laudatissimum, quod Seroptanum dicebatur. Sidonius, Quæque Seroptano palmite missa bibas.

Serpens, serpentis, vide SERPO.

Serperastra, Varro vocat instrumenta quæ genicilis puerorum ambulare discentium alligantur, ne vatij fiant, aut compernes. Dicta à serpendo: serpunt enim magis pueri quàm gradiuntur.

Serpo, pis, psi, ptum, Repo, ventre ingredior, more serpentis incedo. {ἕρπω. Ital. *Rampegare, andar carponi.* Gal. *Se trainer, se couler, se glisser.* Hisp. *Gatear por el suelo.*} Cice. 5. de Finibus, Deinde suo quæque appetitu mouentur: serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus vti videmus boues, vespas aculeis: suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducem. Plin. lib. 9. cap. 15, Pinnis, quibus in mari vruntur, humi quoque vice pedum serpunt. Ouid 3. de Põto, Eleg. 3. Liuor iners vitium mores non exit in istos: Vtque latens ima vipera serpit humo. ¶ Serpere quoque dicuntur plantæ, quum ob caulis infirmitatem stare non possint, humi procumbunt. Plin. lib. 22. cap. 16, Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, vt eius quam coronopum vocant. Virg. 8. Aeglo. -atque hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros. ¶ Serpere item humi dicuntur scriptores, qui nimis humili vtuntur genere dicendi. Horat. de Arte, Serpit humi, tutus nimium, timidúsque procellæ. ¶ Trãsfertur & ad inanimata, vt idem sit quod spargi, ereſcere, seu dilatari. Cice. in Lælio. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitas amicitia. Idem pro Rab. Posthumo, Serpet hoc malum, mihi credite longius quàm putatis. ¶ Composita sunt Inserpo, & Proserpo: de quibus egimus suis locis.

Serpens, tis, modò participium, Quod longius, ac latius serpit, & diuagatur. {ἕρπων. Ital. *Che si stende auanti.* Gal. *Qui coule & se traine, qui s'estend & s'auance.* Hispan. *Cosa que gatea por el suelo.*} Cice. de Senect. Vitis, quæ natura caduca est, & nisi sulta sit, ad terram fertur: tandem vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur, quam serpentem multiplici lapsu, & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne sylueſcat sarmentis. ¶ Modò nomen, tam masculini, quàm fœminini generis, generale est ad omnia quæ serpũt citra vsum pedum: vel quæ tam exiguos habet pedes vt repere potius, quàm pedibus incedere videantur. {ἑρπετόν, ἑρπύς. Ital. *Serpente.* Gal. *Serpent.* Hispan. *Sierpe.*} Plinius libro 8. cap. 23, Nec pedibus pauendas tantùm serpentes, sed & missili volare tormento. Idem lib. 8. cap. 14, Nota est in punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo Imperatore, ballistis, tormentisque, vt oppidum aliquod, expugnata serpens c x x. pedum longitudinis. Virg. 1. Georg. Ille malum virus serpentibus addidit atris. Ouid. 3. Metam. -longo caput extulit antro Cæruleus serpens, horrendáque sibila misit. ¶ Serpentia sæcla ferarum, pro serpentum genere. Lucret. libro 6, Naribus alipedes vt cerui sæpe putantur Ducere de latebris, serpentia sæcla feratum.

Serpentinus, na, num, vs, Vox serpentina. ἑρπετώδης.

Serpentiger, a, um. {ἑρπετοφόρος. Ital. *Che porta serpente.* Gal. *Qui porte serpent.* Hisp. *Que tiene ò trae serpiente.*} Ouid. 4. Trist. Eleg. 6, Sphyngáque, & Harpyias, serpentigerósque Gigantes.

Serpentigena, Ex serpentibus natus. {ἑρπετογενής. Ital. *Generato da serpente, ò da razza di serpente.* Gal. *Engendré d'vn serpent, ou de race de serpent.* Hisp. *Engendrado de serpiente o de linage de serpiente.*} Ouid. Metam. Vos serpentigenis in sæua bella dedistis.

Serpula, æ, A veteribus dicebatur, quam nos serpentem dicimus. Festus. ἑρπετόν, ἕρπυς.

Serpyllum, {ἕρπυλλος. Ital. *Serpillo, serpolino.* Gal. *Serpolet.* Hisp. *Serpo yerua conocida.*} Herbæ nomen nulli non notæ, παρὰ τὸ ἕρπειν, hoc est à serpendo dictum, mutatione aspirationis in s literã. Habet enim ramusculos tenues humi serpẽtes: & quacunque terram attigerint, radicem agentes, & sese propagantes. Officinæ etiam hodie Latinum nomen retinent. Vulgus Gallorum *Serpoletum* appellat. Virg. 2. Aeglo. Allia serpylliſumq; herbas contundit olentes. Idem 4 Georg. -& olentia latè Serpylla.

Serra, æ, per duplex r, Instrumentum dentatum, quo ligna & lapides secantur: à Dædalo primùm inuentum, teste Plinio libro 7. cap. 56.

Universidad de Deusto Biblioteca

{πρίων. Ital. *Sega, raſega, ſega.* Gal. *Vne ſcie.* Hiſpan. *La ſierra de hierro.*} Colum. lib. 5, Vno ictu arborem præcidi: ſi minus, ſerra deſecati. Martialis, Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt. ¶ Eſt & genus piſcis marini, apud Plin. lib 32. cap. 11.

Serrula, æ, diminutiuum, Parua ſerra. {πρίονιον. Ital. *Seghetta.* Gal. *Petite ſcie.* Hiſp. *Pequeña ſierra.*} Colum. lib. de Arboribus, cap. 6, Et ſi fieri poteſt, iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato.

Serro, ras, Serrâ per medium ſeco. {πρίζω. Ital. *Segare, raſegare.* Gal. *Scier, fendre ou couper auec vne ſcie.* Hiſpan. *Aſſerrar con ſierra.*} Silius libro 6, Qualiſque comantes Auro ſerrauit ramos Innonius anguis. Sic enim legit Calepinus, ſed inemendatis deceptus exemplaribus, culpámque librariorum ſuam, vt ſolet, faciens. Nam qui vel leuiſsimè in Poëtarum fabulis fuerit verſatus, facilè deprehendat, ſeruauit, ibi legendum eſſe, non ſerrauit: quod vix putauerim eſſe Latinum, ſenſui certè nullo modo congruit.

Serratus, a, um, Quod ſerræ in modum eſt denticulatum. {πριονώδης. Ital. *A ſoggia di ſerra.* Gal. *Fait en façon de ſcie, qui a des dents comme vne ſcie.* Hiſ. *Coſa que tiene dientes como ſierra.*} vnde ſerrati dentes dicuntur, qui ad ſimilitudinem dentium ſerræ peſtinatim ſunt ſtipati. Plin. libro 11. cap. 37. Dentium tria genera, ſerrati, aut continui, aut exerti. Serrati peſtinatim coeuntes, ne contractio occurſu atterantur, vt ſerpentibus, piſcibus, canibus: cõtinui, vt homini, equo: exerti, vt apro, elephanto. ¶ Serrati item numi quidam dicebantur apud Romanos, ab impreſſa ſerræ nota. Tacitus de moribus Germanorum, Pecuniam probant veterem & diu notam, ſerratos, bigarósque.

SERRATVS, vide SERANVS vnico r.

Serrata, Frutex eſt dodrantalis, in petroſis & aſperis naſcens. folia habẽs exigua, amara, effigie & diuiſura quercus, flore paruo, penè purpureo. πεκεδρίς. Alio nomine triſſago dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Serratula, Herba eſt, caulem habens quadrangulum, tenuem, cubiti altitudine, folia mollia, quernis ſimilia, per ambitum inciſuris diuiſa, odorata, prope radicem matora, ſemen in ſummo caule thymbræ modo ſpicatum: radicem tenuem, vt ellebori. νάσπον. Naſcitur in pratis, montoſis, frigidis & opacis locis: vnde & ψυχρόφορον Græci appellarunt. Latini etiam Vetonicam appellant, nomine à Vetonibus Hiſpaniæ populis qui eam primi inuenerunt, indito: qua appellatione etiam hodie vtuntur officinæ. Plin. lib. 25. cap. 8, Vetones in Hiſpania eam inuenerunt, quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis ceſtron, aut pſychotrophon, ante cunctas laudatiſsima.

SERRHIVM, ſiue Serrhium, pen. prod. σέρριον. Stephano, mou Thraciæ, cuius meminit Plinius lib. 4. cap. 11.

SERRHI, σέρροι. Populi ſunt Colchidi vicini, inter Cercetas & Cephalotomos ſiti, quorum meminit Plinius lib. 6 cap. 5.

SERTORIVS, Ciuis Romanus fuit, è Nurſia oriundus, rei militaris peritiſsimus, partium Marianarum fuit vnà cum Cinna: moderatius tamen ſe geſſit, quàm alij. Sylla redeunte è bello Mithridatico, vrbéq; potito, ipſe quoq; in Hiſpaniam aufugit: vbi breui tempore ob virtutem, ſibi gratiam earum gentium conciliauit: tradiuitq; per eum H. ſpanos diſciplinam rei militaris Romanam didiciſſe, ac fortiores deinde fuiſſe. Nam præterea rei militaris abſtinentiſsimus etiam voluptatum, tum religioſus eſt habitus, quòd cernam quandam ſecum in expeditionibus haberet ſequentem, quam Dianæ numen dicebat eſſe, ex eáque reſponſa accipere, réſq; gerendas auſpicari. Quare dux Luſitanorum delectus, paruis copiis multas vrbes ſubegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra ſe miſſos variis cladibus adfixit. Primùm Cottam nauali prælio ſuperauit, Phidiam Hiſpaniæ Prætorem cum duobus millibus ciuium Romanorum interfecit, Domitium Procanſulem cõtriuit: Toranium quoq; à Metello miſſum cum toto exercitu deleuit. Denique à Pompeio victus eſt, & à M. Perpenna eiuſdem factionis ſocio per proditionem in cœna interfectus eſt. Ex Plutarcho.

Sertula campana, Herba incana, crocí odorem referens, folia habens breuiſsima atque pinguiſsima, in coronamentorum vſu commendata: vnde & ſertulæ nomen inuenit. {μελίλωτος. Ital. *Meliloto.* Gal. *Melilot.* Hiſp. *Corona de Rey.*} Cato ſertam Campanicam vocat, propterea quòd circa Nolam Campaniæ vrbem laudatiſsima prouenirent: quanquam & & in agro Attico, & circa Cyzicum, & Chalcedonem naſcatur. Vide Plinium lib. 21. cap. 9.

Sertus, a, um, Idem quod conſertus, vel compoſitus. {συμπεπλεγμένος. Ital. *Compoſto.* Gal. *Compoſé.* Hiſp. *Compueſto.* Lucanus lib. 10, Accipiunt ſertas nardo florente coronas, Et nunquam fugiente roſa.

Sertum, ti, Serta, corollæ ex herbarum frondibus, floribúſque conſertæ, hoc eſt connexæ, vnde & nomen acceperunt. {πλέγμα, στέφανος. Ital. *Ghirlanda.* Gal. *Vn chapeau de fleurs.* Hiſp. *Guirnalda.*} Virgil. lib. 1. Aeneid. Sertiſque recentibus halant. Idem Aegio. 6. Serta procul tantùm capiti delapſa iacebant.

Serta, vide SERVVS.

Seruia, uiæ, Sertum quod eſt floribus fiebat. {στέφανος, πλέγμα. Ital. *Ghirlanda.* Gal. *Chapeau de fleurs.* Hiſpa. *Guirnalda.*} Plin. lib. 21. cap. 2, Quum verò ex floribus fierent ſerta, à ſerendo ſeruiæ appellabantur.

SERVILIORVM illuſtris Romæ familia fuit: ex qua ortum trahit P. ille Seruilius, vir triumphalis, qui à deuictis Iſauris Aſiæ populis, Iſaurici cognomen accepit: de quo vide Strabonem lib. 14, Item P. Seruilius Rullus, qui primus Romæ ſolidum aprum in conuiuio appoſuit, teſte Plinio lib. 8. cap. 51. Huius filius fuit Seruilius ille Rullus, legis Agrariæ promulgator, quam Cicero in conſulatu ſuo ſubuertit: cuius meminit idem Plinius loco iam citato.

Seruilis, Seruiliter, Seruitio, Seruitium, Seruitudo, Seruitus, vide Seruus in SERVO, ſeruas.

Serum, ſeri, vide SERVS, aduerbium.

SERVIVS Tullius, Sextus Romanorum Rex, ex ſerua natus, Tanaquilis aſtu poſt Tarquinij Priſci necem ad imperium prouectus, Hetruſcos ingenti prælio fudit. Primus luſtrum condidit, populúmq; omnem ex cenſu in quinque claſſes diſtinxit. Vrbis pomœria protulit, Quirinali & Viminali collibus muro incluſis. Tandem iamiam ætate prouectior, à Tarquinio genero occiſus eſt, & inſepultus in viam abiectus: idque inſtinctu Tullix filiæ ſuæ, quæ etiam conſpecto patris cadauere, auriga eius reuerentia lora retorquentem, compulit, vt per medium patris corpus carpentum ageret: à quo tam immani ſcelere ei vico in quo hæc geſta ſunt, Scelerati nomen manſit. Vide plura de hoc apud Liuium lib. 1. ab Vrbe. ¶ Seruius Sulpitius, Iuriſconſultus inſignis fuit Ciceronis temporibus, qui à Senatu legatus miſſus ad Antonium, Reipublicæ bellum inferentem, ea in legatione periit. Quo nomine illi ſtatua, & monumentum publicum in campo Martio eſt decretum. Vide Ciceronem 9. Philip.

Seruo, as, Libero, incolumem præſto. {σώζω. Ital. *Seruare, ſaluare, cuſtodire.* Gal. *Garder, ſauuer la vie à quelqu'vn, deliurer, contregarder.* Hiſpan. *Guardar, ſaluar.*} Virgil. 3. Aenei. Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum Accipiunt. Item cuſtodio, tueor. φυλάττω, σῴζω. Virgil. 1. Aeneid. Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotem. ¶ Item ſolicite, ac diligenter obſeruo. Plaut. in Aſin. Tuus ſeruus ſeruet, Venerine eas det, an viro. ¶ Item inhabito, poſſideo. Virg. lib 4 Geor. Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant. ¶ Item teneo. Virg. lib. 7. Curuam ſeruant ſub imagine falcem. ¶ Ponitur aliquando pro recuperare. Iulianus. Si mandato meo decem Titio credideris, ſi cum Titio egeris, ego non liberabor: ſed in id duntaxat tibi obligatus ero quod à Titio ſeruare non potueris. Cic. ad Qu. Fratrem. Caluus aiebat, aqua dempta, & ſeruitute fundo impoſita, tamen nos pretium ſeruare poſſe, ſi vendere vellemus. Qui modus loquendi frequens eſt apud Iuriſconſultos. Budæus. ¶ Seruare de cælo, eſt nuntiare aut pluiſſe, aut intonuiſſe, & ideo diruptum eſſe auſpicium: qua obnunciatione facta, ſiquis tamen in re cœpta perſiſteret, id cõtra auſpicia fieri dicebatur. Cic. pro domo ſua, Negans fas eſſe agi cum populo, quum de cælo ſeruatum ſit. ¶ Seruare fidem, eſt præſtare promiſſum. Terentius Hecy. Pollicitus ſum, & ſeruare in eo certum eſt, quod dixi fidem. ¶ Seruare in veruſtatem, eſt aliquo in loco reponere, vt din ſiue in aliquot annos integrum, incorruptúmq; duret. Colum. lib. 12. cap. 28, Si in veruſtatem ſeruare voles, in cado duarum vnarum quàm optimi vini ſextarium, aut fæcis gerenoſæ recentis ſextarios tres addito. ¶ Dicimus quoque Seruare modum, ordinem, officium, inſtitutum, promiſſum, temperamentum, & gloriam. Exempla ſtudioſis paſſim occurrent.

Seruans, tis, participium, Seu nomen ex participio. {σώζων, τηρῶν. Ital. *Seruatore, oſſeruatore.* Gal. *Qui garde & obſerue.* Hiſp. *Guardador.*} Virgil. 4. Aene. -cadit & Ripheus iuſtiſsimus vnus Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui.

Seruatus, a, um. {σεσωσμένος, τετηρημένος. Ital. *Seruato, conſeruato.* Gal. *Gardé, ſauué & deliuré.* Hiſp. *Guardado.*} Ouid. 3. Triſt. Eleg. 1, Cauſa ſuperpoſtis ſcripto teſtata coronæ, Seruatos ciues indicat huius ope.

Seruator, oris, Qui ſeruat & liberat. {σωτήρ. Ital. *Chi libera & conſerua.* Gal. *Qui ſauue & deliure. ſauueur.* Hiſp. *Guardador.*} Liu. 4. belli Maced. Quorum agmen Imperator ſequutus, perſequentibus cunctis, ſeruatorem, liberatorémque acclamantibus, ſaluratis dimiſſiſque eis, eadem, qua venerat, via Elatiam rediit. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 15. Téque meæ cauſam ſeruatorémque ſalutis, Méque tuum libra norit & ære magis.

Seruatrix, tricis. {σώτειρα. Ital. *Donna che libera & conſerua.* Gal. *Celle qui ſauue & deliure.* Hiſp. *Guardadora.*} Cic. 5. de Fin. lib. Non dubitémque dicere, omnem naturam eſſe ſeruatricem ſui: idque habere propoſitum quaſi finem & extremum, ſe vt cuſtodiat quàm in optimo ſui generis ſtatu. Terentius Hecy. O Bacchis, ô mea Bacchis, ſeruatrix mea.

Seruabilis, le, Quod ſeruari poteſt. {σωτηρίας, σωτηρικός. Ital. *Che ſi puo conſeruare.* Gal. *Qu'on peut ou qu'on doit garder.* Hiſp. *Coſa que ſe guarda ò puede guardar.*} Ouid. 4. Triſt. Eleg. 5, Et tutare caput nulli ſeruabile.

Seruus, ſerui, Propriè is dicitur, qui ſui iuris non eſt, ſed alieni dominio ſubiicitur. {δοῦλος. Ital. *Serno ſeruidor.* Gal. *Serf, ſeruiteur.* Hiſp. *Siervo.*} cui opponitur liber. Cicero pro Cornelio Balbo, Serui quorum ius & fortunæ conditio infima eſt. Ibidem, Seruos de Republica bene meritos perſæpe libertate, id eſt ciuitate publicè donari vidimus. Idem 6. Verrina, Neque tam ſerui illi dominorum, quàm tu libidinum. Idem 1. Officio. Vlyſſes contumelias ſeruorum ancillarúmque pertulit. Auguſt. lib. 19. Ciuit. Origo vocabuli ſeruorum inde creditur ducta, quòd ij qui iure belli poſſent occidi, à victoribus conſeruabantur, & ſerui fiebant, à ſeruando appellati.

Seruulus, diminutiuum. {δουλάριον. Ital. *Picciol ſeruo.* Gal. *Petit ſerf, ou ſeruiteur.* Hiſpan. *Pequeño ſieruo.*} Teren. in And. Obſeruabam manè illorum ſeruulos venientes, &c.

Seruus, a, um adiectiuum, A ſeruo deductum. {δουλικός. Ital. *Seruo, di conditione ſeruile.* Gal. *Seruant, ò de condition ſeruile.* Hiſpan. *Sieruo.*} vt, Serua prædia, quæ ſeruitute alicui obſtricta ſunt. Cic. contra Legem Agr. Libera prædia meliore iure ſunt, quàm ſerua. Luca. lib. 6, O famuli turpes, ſeruum pecus. Ouid. 1. Am. Eleg. 6. Nec tibi perpetuò ſerua bibatur aqua. Idem 1. de Remed. amor. Vtile propoſitum eſt ſæuas extinguere flammas, Nec ſeruum vitiis pectus habere tuum.

Serua, æ, Id eſt ancilla, quæ ſeruitutem ſeruit. {δούλη, δούλις. Ital. *Serua, maſſera, ancilla.* Gal. *Seruante, chambriere.* Hiſp. *Sierua ò eſclaua.*} cui opponitur Libera, Virg. 5. Aene. Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ.

Seruula diminutiuũ, Id eſt ancilla. {δουλάριον. Ital. *Picciola ſerua.* Gal. *Chambrillon, petite chambriere, petite meſchine.* Gal. *Pequeña ſierua ò eſclaua.*} Cicer. Art. lib. 10, Eámque per manum ancillulæ ſeruatum, atque eductum.

Seruilis, le, Quod ſeruorum eſt, vel quod ad ſeruos pertinet. {δουλικός. Ital. *Seruile, da ſeruo.* Gal. *Seruile, apartenant à ſeruiteur.* Hiſpa. *Coſa pertenesciente à ſierno.*} vt, Seruilis conditio, & ſeruile officium. Indoles ſeruilis. Liu. 1. ab Vrbe, Comparando eorum ætatem, & ipſam minimè ſeruilem indolem, cerigerat animum memoria nepotum. Iugum ſeruile. Cic. 1. Philip. Patriæ liberatores vrbe carebant ea cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant.

Seruiliter, aduerbium. Seruorum more. {δουλικῶς. Ital. *A ſoggia di ſeruo.* Gal. *Seruilement ou ſeruiteur.* Hiſp. *A manera de ſieruo.*} Cic. 2. Tuſcul. Nequid ſeruiliter, muliebriterve faciamus.

Seruitus, ſecunda ſyllaba corr. tutis, Ipſa ſeruiendi neceſſitas, aut ſeruotum conditio. {δουλεία. Ital. *Seruitù.* Gal. *Seruitude, ſeruage.* Hiſp. *Seruidumbre.*} Cicer. Philip. Pax eſt tranquilla libertas: ſeruitus poſtremum malorum omnũ, non modò bello, ſed morte etiam repellendum. Tacit. lib. 17, Sed imperaturus es hominibus, qui nec totam ſeruitutem pati poſſunt,

Universidad de Sevilla Biblioteca

pollinis, nec toram libertatem. Terent. in And. Vt semper tibi apud me iusta & clemens fuerit seruitus, Scis. id est quàm iusta & clementi dominatione in te fuerim vsus.

Seruitium, tij, Idem quod seruitus. δουλεία. Terent. in And. Ego Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo. Conari manibus, pedibúsque, noctésque & dies. Capitis periculum adire dum prosim tibi. Virg. 1. Aegl. Quid facerem neque seruitio me exire licebat: Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos. Idem 1. Aene. Quum domus Assaraci Phthiam, clarásq; Mycenas Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis. In plurali verò Seruitia, non rarò pro ipsis seruis accipimus. Sallust. Catil. Interea seruitia repudiabat, quorum in initio magnæ copiæ ad eum concurrebant. Cicc. 4. in Catil. Hic ad euertenda fundamenta reipublicæ Gallos accersiuit, seruitia conciauit, Catilinam euocauit. In qua significatione aliquando etiã legimus Seruitium singulari numero. Cicc. de Aruſp. resp. Omne seruitium in alteram scenam immissum.

Seruio, uis, uiui, uitum, In seruitute sum, domino ministerium exhibeo. δουλεύω. Ital. *Seruire*. Gal. *Seruir*. Hisp. *Seruir*. ¶ Plaut. in Menæch. Propterea heri imperium exequor bene, & sedulò seruio. Prop. lib. 3. Eleg. 24. Quinque tibi potui seruire fideliter annos. Horat. 1. Epist. 10. Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis Libertate caret: dominum vehet improbus, atq; Seruiet æternum: quia paruo nescit vti. Ouid. 2. Amor. Eleg. 17. Siquis erit, qui turpe putet seruire puellæ, &c. Interdum idem quod obtemperare, seu morem gerere. Cic. in Catil. Qui aliorum amori flagitiosissimè seruiebat. ¶ Seruire tei, est rei augendæ incumbere. Terent. Hecy. Rus habitatum abij, concedens vobis, & rei seruiens. Cic. pro Sexto Roscio. Rei familiari maximè seruire, & in prædiis colendis operæ plurimum studiique consumere. ¶ Seruire item prædia dicuntur, in quibus venditor aliquam sibi seruitutem reseruauit. Cicc. de Lege Agrar. contra Rullum, Capite hoc prædia omnia quæ seruiebant, non seruient. Idem de Orat. Quum Marcus ædes Auratæ vendidisset, neque seruire quandam partem ædium in mancipij lege dixisset. ¶ Seruire posteritati, valetudini, honori, dignitati vel commodis, est eorum rationem habere. Cic. 3. Tusc. Optimus quisque posteritati seruit. Idem Tirom. lib. 16 Epist. Sed indulge valetudini tuæ, cui quidem tu dum mihi deseruis, seruisti non satis. Idem Qu. Fratri, Consulere populi commodis, & vtilitati eius saluti que seruire. ¶ Seruire tempori, est sese tempori accommodare. Cic. pro Sestio, Sed agam moderatè, & huic tempori seruiam potius quàm dolori meo. Seruire scenæ, idem quod seruire tempori, & se præsentibus hominum moribus accommodare: quæ metaphora tracta est ab iis qui in orchestra cantu, vel gestu, histrionibus in scena fabulam agentibus subseruiebant. Cicero Bruto, Ac mihi tum, Brute, officio solùm erat, & naturæ, tibi nunc populo, & (vt dicitur) scenæ seruiendum est. ¶ Seruitur, impersonale. Cic. 1. Offic. Primùm, vt necui noceatur: deinde vt communi vtilitati seruiatur. Matt. lib. 2. Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico. ¶ Seruibo, in futuro. Plaut. Menæch. Tanquam si emeris me argẽto, liber seruibo tibi. ¶ Huius composita sunt Asservio, Deservio, Inservio, Reservio, Subservio: quorum significata explicantur suis locis.

Serum, ri, pen. corr. Pars lactis aquea à caseosa parte separata. ὀρός Ital. *Siero di latte*. Gal. *Lait clair, meseure*. Hisp. *El suero agua de la leche*.] Virgil. 3. Georg. acrémque molossum Pasce sero pingui. Ouid. 4. Fast. Déntque viam liquido vimina rata sero.

Serus, a, um, Modò tardum significat. ὀψιαῖος. Ital. *Tardo*. Gal. *Tardif*. Hisp. *Tardio*.] Mart. lib. 1 Sera nimis vita est crastina, viue hodie. Hinc Columella lib. 1. comparatiuum formauit, Sationes (inquit) eius duas seruamus, alteram maturam per mediam sementem, serotinam alteram mense Februario. Plin. lib 15. cap. 15, Patriæ cognomina habent serissima omnium Amerina. ¶ Modò significat grauem, magnum, tristem. Sallustius, Serum bellum in angustiis futurum. Virg. 5 Aene. Seráque terrifici cecinerunt omnia vates. ¶ Serus conuiua Tonantis, qui serò moritur. Martial. lib. 8, Esse velis, oro, serus conuiua Tonantis. Serum lumen, est nocti vicinum. Virg. 1. Geor. Illic sera rubens accendit lumina Vesper. Seræ frondes, dicuntur sero cadentes. Idem 2. Georg. Et iam olim seras posuit quum vinea frondes.

Sero, Aduerbium, significant tardè. ὀψὲ. Ital. *Tardamente, tardi, di sera*. Gal. *Au soir, tard, trop tard*. Hisp. *Tarde*.] Cicc. de Clar. Orat. Eloquentia serò prodiit in lucem. Idem lib. 1. Epist. Longè absum, audio serò. ¶ Aliquando significat vesperè, hoc est post occasum. atque hæc est eius vera significatio, inquit Valla lib. 4. Cicero Attico, Eo die alter Consul venit sero. ¶ Aliquando post tempus: quæ significatio tracta est ex superiori, quod enim post Solis lucem est, id verè post tempus diei potest. Ouid. 1. de Remed. amor. Principiis obsta, serò medicina paratur, Quum mala per longas inualuere moras. Autor ad Herennium, lib. 1, Serò, atque acto negotio venistis. Sic etiam Cicero, quum accusator Milonis ideoridem interrogaret, quo tempore Claudius esset occisus, Serò, respondit: ludens nimirum in vocis ambiguitate. Nam quum illud videretur dicere, Vesperi Clodium fuisse occisum: illud potius voluit significare, serius quàm oportuerat, fuisse interemptum. ¶ Hinc serius comparatiuum, id est tardius. Cic. in Catilinam, Hoc serius à me factum est. Et Serissimè, tardissimè. Plin. lib. 15, cap. 17, Tarentina serissimè legi.

Serotinus, a, um pen. corr. à serò, pro vespere sit. ὀψιμος. Ital. *Di sera, tardi*. Gal. *Du soir, tardif*. Hisp. *Cosa tardia, ò pertenesciente à la tarde*.] Hora serotina, tempus serotinum. ¶ Nonnunquam etiam à serò, pro tardè: vt Poma serotina: quæ post legitimum tempus, vel tardius exteris maturescunt. Colum. lib. 3, Locis frigidis, & autumni temporibus aquosis, præcoces serito: locis hybernis serotinas serito. Idem libro 8. cap. 5, Item serotini pulli, quia ab solstitio nati capere iustum incrementum non potuerunt.

Serum, ri, pen. prod. substantiuũ. Significat extremam partem dici. ἑσπέρα, ἑσπερία ὥρα. Ita. *Sera*. Gal. *Le soir*. Hisp. *La tarde*.] Liuius, Erat iam diei serum. ἦν δὲ ἤδη ἑσπέρας. Suetonius in Augusto, Nec multo pòst, nauali prelio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit, id est in horam vespertinam. Liui. lib. 10. ab Vrbe, Extrahebatúsque in quàm maximè serum diei certamen.

Seruus, vide SERVO.

Sesama, mx, siue Sesamum, mi, σήσαμον, Frugis genus, à Plinio Frumenti, à Columella leguminum generibus annumeratum. Culmum habet ferulaceum, foliis sanguineis, semine candido, infra magnitudinem lini, quod vasculis, vt papauer, continetur, radice simplici & alba. Officinæ *sisamum*, Itali hodie *ingiolinam* appellant. Plin. lib. 18. ca. 10. Aestiua frumenta diximus sesamam, milium, panicum. Colum lib. 2. cap. 10, Sesama, quæ rigantur maturius, &c.

Sesaminus, adiect. vt Sesaminum oleum, de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

Sesamis, idis. σησαμίς. Placentæ genus, ex sesamo & crudo melle cõfectũ, quod & σησαμοῦν Græci appellant. Vide Gal. lib. 1. de Aliment. facult.

Sesamoides, dis. σησαμοειδὴς. Herba est ex ellebori generibus, similis senecioni, aut rutæ, longo folio, flore candido, radice gracili, ignaua semine gustu amato cætera sesamo similis, vnde & nomen accepit. Nascitur in Anticyra insula, purgationibus vtilissimum. Vide Plinium lib. 22. cap. 25.

SESAMVM, mi, σήσαμον, Stephano. Vrbs Paphlagoniæ, postea Amastris appellata: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 1.

SESARETHVS, thi, penult. prod. σησάρηθος. Oppidum est Taulantiorum, qui sunt in ea parte Macedoniæ quæ Adriatico mari incumbit Stephanus ex Hecateo.

Sescunx, cis & Sesuncia, ciæ. Vocam significat, & vncię dimidium, vt ait Budæus. ἡμιπλάσιον. Ital. *Vn' oncia è mezza*. Gal. *Vne once & demie*. Hisp. *Vna onça y media de peso*.] Colu. lib. 12. cap. 57. Laseris radicis, quod σίλφιον Græci vocant, sesquinciam.

Sesquncialis, sesquncialc, Quod pondus aut mensuram habet sesquncię. ἡ μιᾶς οὐγκίας πρὸς ἡμίσειαν λόγον ἔχουσα διάστασις. Ital. *Di vn' oncia & mezza*. Gal. *Contenant vne once & demie*. Hisp. *De vna onça & media*.] Idem lib. 13 cap. 15, Tota crassitudine sesquncialis.

Sesquplum, siue Sesquiplum, Quod numerum, pondus, aut mensuram totam in se continet, & præterea eius dimidium. ἡμιόλιον. Sic Senarium dicimus esse sesquplum quaternarij & semissem quadrantis.

Sesselis, fœm. gen. siue Seseli, neutro, σέσελι. Herba est folio feniculi, sed crassiore, semine quoque non absimili, sed callosiore & habitiore, capite anethi: in quo granum habet oblongum & angulosum: & quum estur, acre: radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum *saxifragiam maiorem* appellat. Cicc. 2. de Natu. deorum, Paulo ante partum ceruæ se purgant quadam herbula, quæ sesselis dicitur. Dioscorides quatuor facit sesselis genera, Massilioticum, Aethiopicum, Peloponnesiacum, & Cretcum.

SESOSTRIS, Aegyptiorum rex, Mœridis successor, qui subactis Maris rubri accolis, alueum nauigabilem conatus est ducere ex Nilo in Mare rubrum. Ide & Colchos & Getas creditur subegisse, regionésq; omnes à se subactas trophæis insignisse, quorum aliquot se vidisse testatur Herodotus muliebri pudendo insculpta. Valc. Flacc. 5. Arg. -quum prima Sesostris Intulerit ros bella Getis.

Sesqui, Idem quod tantundem, & eius dimidium: quæ voce non modò in compositione vtimur, vt sesquialtera, sesquimodius: verùmetiam extra compositionem. ἡμιόλιος. Ital. *Altretanto è la metà*. Gal. *Autant & moitié d'auantage*. Hisp. *Otrotanto y la mytad*.] Cic. de Perf. Orat. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem: ita fit æqualis dactylos, duplus iambus, sesquiplex pæon.

Sesquialtera proportio, Quæ quantitatem aliquam in se continet, & eius dimidium. ἡμιόλιος. Ital. *Vna parte piu grande la metà che l'altra*. Gal. *Contenant vne fois & demie autant*. Hisp. *Vna vez y media*.] Cic. de Vniu. Sesquialteris autem interuallis, & sesquitertiis, & sesquioctauis sumptis ex his, &c.

Sesquiculeare dolium, Quod culei mensuram continet, & dimidij. χωρητικὸν ἡμιόλιον ἀγγεῖον. Colum. lib 12. cap. 18, Sunt autem latis sesquiculearibus dolus pecs duræ pondo vicenaquina

Sesquihora, Vna hora cum dimidia. ἡμιωρία. Ita. *Vn' hora è mezza*. Gal. *Vne heure & demie*. Hisp. *Vna hora y media*.] Plin. Epist. 84, Egeram horis tribus & dimidia, supererat sesquihora.

Sesquiugerum, pen. corr. ἡμιπλέθριον. Ita. *Vn campo & mezo*. Gal. *Vn demi arpent & la motie d'vn demi arpent*. Hisp. *Vna buebra de tierra y media*.] Plin. lib. 18. cap. 19. Iterari sesquiugerum.

Sesquilibra, Vna libra cum dimidia alterius. ἡμιλίτριον. Ital. *Vna libra è mezza*. Gal. *Vne liure & demie*. Hisp. *Vna libra y media*.] Colum. lib. 12. cap. 36, Sat erit autem torismarini sesquilibram in duas vtrasq; musti adnecte.

Sesquimensis, vnus mensis cum dimidia parte alterius. ἡμιμήνιος. Ital. *Vn mese è mezzo*. Gal. *Vn mois & demi*. Hisp. *Vn mes y medio*.] Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 27, Annus est diuisus in quatuor partes, & idem subtilius sesquimensis in octo.

Sesquimodius, Qui continet vnum modium cum dimidia parte alterius. ἡμιμεδιμναῖος. Ital. *Vn mezzo è mezzo*. Gal. *Vn muy & demi*. Hispan. *Vn celemin y medio*.] Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 42, Vt nuces integras, quas vno modo comprehendere possis, quòd putamina suo quæque habent loco natura composita, quum eadem si fregeris, vt sesquimodio concipere possis.

Sesquiobolus, Obolus cum dimidio. ἡμιωβέλιον. Ital. *Obolo & mezo*. Gal. *Vne obole & demie*. Hisp. *Vn obolo y media*.] Plin. lib. 25. cap. 8, Deiectóque quod supernatat, reliquus succus purgat, vtraque parte sesquiobolo in aqua mulsa.

Sesquioctauus, Octauam rei alicuius partem in se continens & eius dimidium. ἐπογδοήμιος. Cicc. de Vniu. In primis interuallis sesquioctaui interuallo sesquitertia omnia explebat.

Sesquiopera, Id est opera diei vnius, & dimidiati. ἡμιεργία ἡμιόλιος. Ital. *Vna giornata & mezza di opera*. Gal. *Vne journée & demie d'œuure*. Hisp. *Iornada de vn dia y medio*.] Colum. lib. 2. cap. 13, Fabæ occantor sesquiopera, sarriuntur sesquiopera.

Sesquipes, pen. corr. Mensura vnius pedis & semissis. ἡμιποδιαῖος. Ital. *Vn piede è mezzo*. Gal. *Vn pié & demi*. Hisp. *Vn pie y medio de medida*.] Colum. libro 3. cap. 13, Nisi tamen si scaturigo palustris obuia (sicut in agro Racennate) plus quàm sesquipedem prohibeat infodere. Martialis lib. 8, Summa Palatini poteras æquare Colossi, Si fieres breuior Claudia sesquipede.

Sesquipedalis, sesquipedale. ξ ὁ τῦ ποδιαίου ἡμίσεως. Ital. *Di vn piede & mezo.* Gal. *D'vn pié & demi.* Hisp. *De vn pie y medio.* } Cato cap. 10. Sesquipedalis paries. Plin. lib. 7. cap. 16, Sesquipedales quosdam gigni longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. Sesquipedalia verba, id est grauia & turgida, qualia Tragicis poëtis solent esse familiaria. Horat. de Arte Procicit ampullas, & sesquipedalia verba.

Sesquiplum, siue sesquiplex, Idem significat quod sesquialterum. ἡμιόλιον. Vt quum dicimus senarium esse sesquiplum quaternarij: continet enim eum totum, & insuper dimidiam eius partem. Budæus. Cicero in Orat. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiplex pæon. Et paulo pòst, Modus aut duplex, aut sesquiplex, aut par.

Sesquitertius, vide paulo antè in Sesquioctauus.

Sessilis, Sessio, vide SEDEO.

Sestans, tis siue Sextans, Sextæ pars assis, hoc est vncix dux. ξ ἑκτημόριον. Ital. *La sesta parte d'vna libra, cio è due once.* Gal. *Deux onces.* Hisp. *Dos onças de peso.* } Plin. lib. 26. cap. 11, Prodest & vino myrteo fouere: menthæ sestans, viui sulphuris vncia. ¶ Est item sestans numulus æreus, tertia parte minor quadrante. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Extulit eum plebs, sextãtibus collatis in capite. ¶ Nonnunquam etiam mensura continens sextam partem iugeri. Varr. 1. de Re rust. cap. 10, Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in succesiuum esse vnciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducenta octoginta octo.

Sestantarius, a, um, Quod habet põdus aut mẽsuram sestantis. ἑξήμισυς. Plin. lib. 33. cap. 3, Constitutum quæ vt asses sestantario pondere ferirentur.

Sestertius, sestertij, masc. gener. σηστέρτιος. apud Romanos moneta erat argentea, valens quartam partem denarij argentei, hoc est (vt ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigamus) decem denarios turonicos & semissem. Hic alio nomine numus dicebatur. Interdum vtrunq; coniungentes, numum sestertium vocabant. Dictus est autem sestertius, quasi semis tertius, eo quòd in se continebat asses duos, & tertium dimidiatum. Notabatúrque apud veteres per geminium II, & literam S, quę prima est in dictione Semis, interueniente linea transuersa, tres ex literæ coniungebantur ad hunc modum, H-S. Veteris consuetudinis fuit, vt Semis in compositione antè poneretur: vt Semisquartus, Semisquintus, Semistertius: vnde sublatis duabus literis, dictus est sestertius. Est autem compositio Attico more facta. Illi enim ἑκατὸν χιλίων μιᾶς, hoc est, septem semitalenta dicebant. ¶ Sestertium autem in neutro genere, & in plurali numero sestertia, singula valebãt mille numos sestertios. Habétque sestertium in neutro genere eandem proportionem ad libram Romanam, quæ & mina, & pondo dicitur, quam numus sestertius ad assem, hoc est ad libram æris grauis. Continent enim singula sestertia in se duas libras Romanas & semissem. Singulæ autem libræ drachmas, vel denarios centum, hoc est sestertios quadringentos. Duæ itaque libræ & dimidia, vt clarum est, valebant sestertios numos mille: idque vno nomine sestertium dicebant in neutro genere. Decem ergo sestertia valebant decem millia numorum sestertiorum. Quòd si hunc numerum per aduerbium extuleris ad hunc modum, Decies sestertium, iam reddideris hanc summam centuplo maiorem. Idem enim est dicere Decies sestertium, quod Decies centena millia numorum sestertiorum. Vide Budæum de Asse, diffusius hac de re tractantem. ¶ Est etiam sestertium, genus veli triplici licio texti, vt tertium filum duobus impar sit. Suet. in Aug. Ita vt in extremis spatiis subsultim discurreret, sestertio vel lodicula inuolutus.

Sestertiolus, diminutiuum, vel Sestertiolum, Cum accentu in antepenultima. Martialis lib. 1. Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo Bis decies, &c.

SESTIAE, siue Sextiæ aquæ, ὕδατα σέξτια Ptolemæo, Galliæ Narbonensis oppidum, aquis calidis scatens: ita dictum à Sestio quodam Romanorum duce, qui subactis Salybus, oppidum hoc creditur condidisse. Vide Strabonem lib. 4. Vulgò *Aix en Prouence.*

SESTIVS, prænomine Publius, Ciuis Romanus fuit magni animi, qui Ciceroni aduersus Clodium contractis armatis auxilio fuit: quo nomine in iudicium vocatus, defensus est à Cicerone elegantissima illa oratione quæ pro P. Sestio inscribitur. ¶ Fuit & alter Sestius, Aquarum Sestiarum in agro Salynm conditor: de quo vide Strab. lib. 4.

Sestiana mala, à Sestio cognominata, apud Columellam lib. 12. cap. 45, Ita possunt alia genera malorum, sicuti orbiculata, Sestiana melimela, Mariana, hoc liquore custoditi. Sestiana pyra, apud Col. lib. 5. cap. 10.

SESTOS, ος, ὁν, Vrbs erat in littore Thracio, ad Hellespontum sita, obiacens Abydo, Leandri & Erûs amore pernobilis. Strabo li. 13. & Musæus de amoribus Leandri & Erûs.

Sestias, adis, ιάδος, patronymicum à Sesto Hellesponti vrbe deductum. Statius 6. Thebaid. Contrà autem frustrà feder aux ia turre, supremis Sestias in scopulis, id est, Eco puella Sestia.

SETABIS, bis, ιος, Fluuius est citerioris Hispaniæ, in conuentu Carthaginensi: à quo vicini populi, Setabitani appellantur à Plinio lib. 3. cap. 3. Hinc Sudaria Setaba dixit Catullus, quæ ex lino Setabitano conficiebantur.

Setæ, arum, Dicuntur pili crassiores, rigidique, atque erecti, quales sues habent. ξ σείρια. Ital. *Sede, ſtetole.* Gal. *Soye ou poil comme de pourceau.* Hisp. *Las sedas como de puercas.* } Vnde dicti sunt setæ, quasi suetæ. A quo & suis deducitur. ¶ Dicitur tamen & de durioribus aliorum animalium pilis. Cic. 5. Tusc. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impenderet illius beati cruciibus. Ouid. 8. Metamor. Protinus exuuias rigidis horrentia setis Terga dat. Setæ leonis. Cic. 3. de Ora. Oculos autem natura nobis, vt equo, & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

Setiger, setigera, setigerũ, Quod setas gerit. ξ χαιτήεις, γένος. Φερεσέχλου. Ital. *Porta sete, porta ſetole.* Gal. *Qui a de la soye sur le dos.* Hisp. *Lo que trahe ò tiene sedas.* } Mart. lib. 13, Qui Diomedeis metuendus setiger agris, Aetola cecidit cuspide, talis erat. Ouid. lib. 8. Metam. Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas, Nec iaculis isset, nec equo loca peruia syluas. Virg. 12. Aen. Setigeræ fœtum suis, intonsámque tridentem Attulit.

Setosus, sa, sum, Quod est setis plenum. ξ λαχνήεις. Ital. *Setoſo, pieno di sede, pieno di setole.* Gal. *Qui a force soye.* Hisp. *Lleno de sedas.* } vt Setosum animal. Plinius lib. 8. cap. 45, Torua fronte, auribus setosis. Virgil. 7. Aeglo. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus, Et ramosa Mycon vinacis cornua cerui. Propertius libro 4. Eleg. 1, Verbera Pellitus setosa mouebat arator.

SETIA, ας, Vrbs Campaniæ, non procul à Tarracina: à qua Setinum vinum. Martialis lib. 13, Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos, Exigua vetulos misit ab vrbe cados. Vulgò *Sezza.*

SETVBIA, æ, ας, Aræuacum oppidum, in Hispania Tarraconensi: cuius meminit Ptolemæus, lib. 2. cap. 6.

Seu, disiunctiua particula, qua iungimus ea quorum alterum, non vtrumque, affirmamus. ξ ἤ. Ital. *Ouero.* Gal. *Ou, ou bien, soit que.* Hisp. *O.* } Plaut. in Trinu. Hæc sunt: seu rectè, seu peruersè facta sunt, egomet fecisse confiteor.

Seueriana pyra, à Seuero insitore dicta: quorum meminit Plinius libro 15. cap. 15.

SEVERIANI, ανοι, Hæretici quidam fuerunt, à Tatiano primùm propagati, deinde & à Seuero aucti, qui matrimonio penitus abstinendum prædicabant. Meminerũt horũ Hieronymus & Sophronius.

Seuerus, ra, rum, pen. prod. Modò idem est quod grauis, tetricus, tristis. ξ αὐστηρός, σεμνός. Ital. *Seuero, graue.* Gal. *Seuere, rigoureux, rude.* Hisp. *Graue y riguroso.* } vt Seueri agricolæ, apud Lucretium lib. 5. Seuerus autor Plinio lib. 11. cap. 5, pro graui, & cui maximè sit fidendum. Virg. 8. Aened. Romulidis, Tatióque seni, Curibúsque seueris. Terent. Heaut. Sed ipse egreditur, quàm seuerus, rem quum videas, censeas. Cicero 2. Verr. L. Cassius ex familia tum ad cæteras res, tum ad iudicandum seuerissima, ¶ Modò crudelis, & asper. Cic. 3. Offic. Magnus vir in primis, & qui perindulgens in parrem, idem acerbè seuerus in filium. ¶ Modò actiuè accipitur pro eo quod horrorem aspectu incutit. Virgil. 3. Georg. Inuidia infelix Furias, amnémque seuerum Cocyti metuet.

Seuerè, aduerbium, Grauiter, asperè. ξ αὐστηρῶς, ἀστείως. Ital. *Rigoroſamente.* Gal. *Seuerement, rigoureuſement, rudement.* Hisp. *Graue y riguroſamente.* } Cic. 2. de Finibus, Ita grauiter & seuerè voluptatē secernit à bono. Idem pro Roscio Comœ. Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum, quem meruerunt, retribuam.

Seueriter, pen. corr. Idem quod Seuerè. Titinnius, Seueriter hodie sermonem amica mecum contulit.

Seueritas, tis, Grauitas, facilitati & misericordiæ contraria, est pars iustitiæ, qua iudex nihil omnino de supplicio remittit, neq; à vero discedit. ξ αὐστηρία. Ital. *Seuerità, grauità, durezza.* Gal. *Rigueur, rudeſſe, ſeuerité.* Hisp. *Grauedad y rigor.* } Cic. 7. Verr. Quum iste vestra seueritate promotus multa signa dederat quamobrem is responsurus nõ videretur. Ibidem, Summæ diligẽtiæ summam imperij seueritatem addidit. ¶ Quinetiam extra iudicium dicitur de morum grauitate, & quadam naturæ torpitate, quæ & seueritudo dicitur. Plautus in Epid. Quid illud est, quòd illi caperat frons seueritudine?

SEVERVS Septimus, Romanorum Imperator, qui Albinum iuxta Lugdunum Galliæ vrbem ingenti prælio superauit. Reliqua eius gesta vide apud Herodianum lib. 3. & 4. ¶ Est item Seuerus, vt Seruio placet, montis nomen proprium in Sabinis. Virg. lib. 7. An. Qui Tetricæ horrendos scopulos, montémq; Seuerum, &c. Quo tamen in loco Nonius seuerum, actiuè positum arbitratur pro aspero.

SEVO, Mons Ingeuonum, in litore Germaniæ, Ripheis iugis non minor, immanem ad Cimbrorum vsque promontorium efficiens sinum, qui Codanus vocatur. Autor Plinius lib. 4. cap. 13.

Seuoco, cas, penult. corr. Seorsum seu in alteram partem voco, ducôve. ξ χωρὶς καλέω. Ital. *Chiamare da banda separatamente.* Gal. *Appeler à part, retirer.* Hisp. *Llamar à otro apartandolo.* } Cice. 2. Philip. Et ob eius consilij societatem quum interficeretur Cæsar, tum eã à Trebonio vidimus seuocari. Ouid. 2. Metam. Seuocat hunc genitor, &c. ¶ Seuocare ad se de communi, est de eo quod multis commune est furari. Cic. Pro Quintil. Itaque hercule, haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat. ¶ Seuocare animum ab omni negotio, est animum laxare, & nulli rei intendere. Cice. 1. Tusc. Quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Republica, quum à negotio omni seuocamus animum.

Seuum, ui, quod & sebum, & sepum dicitur, Vnctuosum illud, quod in animalibus quibusdam musculorum extremitatibus membranisve adcrescit, ex frigida portione sanguinis, quæ è venis excidens, exanguibus, ideóque frigidis membranis adhæret, ibidémque non secus atque oleum frigore concrescit. ξ στέαρ. Italicè & Hispanicè, *Seuo.* Gal. *Suif.* } Differt autem ab adipe, quòd seuum propriè est cornigerorum dumtaxat, quæ in vna parte dentata sunt, & quæ in pedibus talos habent. Bisulca verò, & quæ pedes scissos in digitos habent, & carent cornibus, non seuum, sed adipem habent. Vterque autem concretus est, & quum refrixit, facilè frangitur, sempérque est in fine carnis, sine sensu, quia nec arterias habet, nec venas. Contrà pingue inter carnem, cutémque est, succo liquidum, quod etiam in aliquibus sine sensu esse manifestum est. Vnde sues viuentes à muribus legimus aliquando fuisse erosas, nido etiam in iis constructo.

Seuosus, sa, sum, Quod instar seui vnctuosum est. ξ στεατώδης. Ital. *Simile à seuo.* Gal. *Plain de suif, ou reſemblant à suif.* Hisp. *Seuoso ò enſebado.* } Plin. lib. 11. cap. 37, Seuosa cornigeris medulla.

Seuo, uas, seu Sepo, pas, Quod est seuum impono, seu candelas ex seuo facio. ξ στεαρίζω. Ital. *Far candele di seuo, vngere con seuo.* Gal. *Enduire de ſuif, faire de chandelles de ſuif.* Hisp. *Enſebar, vntar con seuo.* } Columellis lib. 2. cap. 22, Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas seuare: seu vt quidam legunt, sebare, aut separe.

Sex, Numeri nomen, notę significationis, à Græco deductum mutatione aspirationis in s literam. ξ ἕξ. Ital. *Sei.* Gal. *Six.* Hispan. *Seys ò numero.* } Hinc multa deducuntur tum composita, tum derivata, quæ suo ordine explicabimus.

Sexagenus, a, um, Quamuis propriè sit numeri distributiui nomen, sæpe tamen idem est quod sexagiota. ξ ἑξηκοντα. Ital. *Seſſanta.* Gal. *Soixante,* Hispan. *Seſenta.* } Liui. 8. ab Vrbe, Ordo sexagena milia modiorum. Cicero 7. Verr.

Sexagies,

Sexagies, aduerbium. {ἑξακοσιάκις. Ital. *Seſſante volte.* Gal. *Soixante fois.* Hiſp. *Seſenta veZes.*} Cic. 2. Philip. Orabat vt te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertiũm ſexagies peteret, defenderem.

Sexaginta, Decies ſex. {ἑξήκοντα. Ital. *Seſſanta.* Gal. *Soixante.* Hiſp. *Seſenta.*} Cicero 3. Verr. Poſſum ſexaginta decreta proferre, in quibus vt ego pecuniam non dicam interceſſiſſe, ipſa decretorum nouitas, iniquitáſque declarat.

Sexangulus, a, um: Quod habet ſex angulos. {ἑξάγωνον. Ital. *che ha ſei cantoni.* Gal. *Qui a ſix angles.* Hiſp. *Figura de ſeys angulos.*} Plinius lib. 37. cap. 2, Quare ſexangulis naſcatur lateribus, non facilè ratio inueniri poteſt. Idem lib. 11. cap. 11. Apum ſexangulæ omnes cellæ. Ouid. 5. Metamor. Nonne vides quos cera tegit ſexangula fœtus, Melliferarum apium ſine membris corpora naſci?

Sexcenus, a, um, Numeri diſtributiui nomen, idem ſignificans quod ſexcentenus. {ἑξακόσιοι. Ital. *ſeicento.* Gal. *Six cens.* Hiſp. *ſeiſcientos.*} Cic. 3. Verr. Ciuitatibus pro numero militum pecuniarũ ſummas deſcribere, certo pretio ſexcenos nummos nautarum miſſione conſtituere. Colum. lib. 3. cap. 3. Quibus & ante iam M. Cato, & mox Terentius Varro prodidit ſingula iugera vinearum ſexcenas vrnas vini præbuiſſe.

Sexcentenus, a, um, numeri diſtributiui nomen. ἑξακόσιοι. Idem. Colum. lib. 3. cap. 5. Quỹ ducentos quadragenos pedes obtinẽt, ſexcenteni malleoli pangendi ſunt. Id eſt ſexcenti vnicuique.

Sexcenti, tæ, ta, plurali tantùm. {ἑξακόσιοι. Ital. *Seicento.* Gal. *Sixcens.* Hiſpan. *Seyſcientos en numero.*} Cic. 2. de Diuin. Sexcenta licet eiuſmodi proferre, vt diſtantium rerum cognitio naturalis appareat. Terent. in Phorm. Sexcentas proinde potius ſcribito dicas. Vbi Donatus, Apud nos ſexcenta dicere pro infinito numero ferè vſitatum eſt. Cic. pro Roſcio Amer. Sexcenti ſunt qui inter ſicarios & de veneficiis accuſabant.

Sexcenteſimus, a, um, pen. corr. Vltimus, ſiue vnus ex ſexcẽtis. {ἑξακοσιοστὸς. Ital. *Seicenteſimo.* Gal. *Sixcentieſme.* Hiſp. *Cada vno de ſeiſcientos.*} Plin. lib. 8. cap. 7, Anno Vrbis ſexcenteſimo quinquageſimoquinto.

Sexcenties, aduerbium numeri, ſignificans ſexcentis vicibus. {ἑξακοσιάκις. Ital. *Seicento volte.* Gal. *Six cens fois.* Hiſp. *Seiſcientas veZes.*} Cicc. Atti. lib. 4. Vt forum taxaremus, & vſque ad atrium Libertatis explicaremus, contempſimus ſexcenties H-S. Plin. Epiſt. vltima, lib. 1, Quàm citò ſeſtertiũm ſexcenties impleturus eſſet.

Sexcentoplagus, Fictum à Plauto nomen eſt in Capt. pro eo qui ſexcentas plagas accepit.

Sexculus, vide SEXCVLVS.

Sexdecies, aduerbium, Sedecim vicibus. {ἑκκαιδεκάκις. Ital. *Sedici volte.* Gal. *Seze fois.* Hiſp. *Diez y ſeis veZes.*} Plin. lib. 16. cap. 29, Sebuſus ab Aegypti extremis ſexdecies centena LXXV. M. paſſuum.

Sexies, aduerbium, Sex vicibus. {ἑξάκις. Ital. *Sei volte.* Gal. *Six fois.* Hiſp. *Seis veZes.*} Liu. 4. ab Vrbe, Vicentem hoſtem ſexies victum pertimeſcant. Col. lib. 5. cap. 2. Hoc ſexies ducendum eſt, quoniam ſex latera ſunt.

Sextans, tis, vide SEXTANS.

Sextus, a, um, Vltimus, ſiue vnus ex ſex. {ἕκτος. Ital. *Seſto.* Gal. *Sixieſme.* Hiſp. *Coſa ſexta en orden.*} vt Sexta ætas.

Sextarius, Dicitur quòd ſit ſexta pars congij, quę menſura apud antiquos tam liquidis, quàm aridis ſemebar. Capit autem ſextarius cotulas binas, quæ & heminæ dicuntur. Sextarius vini. Liuius 7. ab Vrbe, Iſdem militibus legiones libras farris, & ſextarios viui contulerunt. ¶ Ducere ſextarium, eſt ebibere. Iuuen. Satyr. 7. -de quo ſextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim ¶ Sextarius aquæ. Cicero 2. Offic. Si emere ſextarium aquæ mina cogeretur. Sextarius oleatius, Cato cap. 13.

Sextilis, Menſis qui nunc Auguſtus. Sic autem dicebatur, quòd ſextus eſſet in ordine menſium à Martio: à quo Romani annum auſpicabantur. Horat. 1. Epiſt. 11. Per brumam Tyberis, Sextili menſe camino.

Sextula, æ, Vnciæ pars ſexta, quatuor continens ſcrupula, hoc eſt aſſis partem LXXII. Cic. pro Cæcinna. Facit hæredem ex deunce, & ſemuncia Cæcinnam: ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris viri, Eputio ſextulam aſpergit. hoc eſt hæreditatis totius partem LXXXII. Colum. lib. 5. cap. 1, Pars LXXII, pedes CCCC, hoc eſt ſextula, in qua ſunt ſcrupula quatuor.

Seni, senæ, sena, à ſex. {ἕξ ἑκάστῳ μιᾷ. Ital. *Sei.* Gal. *Six.* Hiſp. *Seys.*} Cice 4. Verr. Ab iſto & præco qui voluit iſtum ordinem pretio mercatus eſt, & pueri annorum ſenũm, ſeptenúmque deũm Senatorium nomen nundinati ſunt. Anni decies ſeni, id eſt ſexaginta. Quid. 5. Faſto.

Senarius, a, um, Quod conſtat ſex rebus. {ἑξαδικός. Ital. *Di ſei.* Gal. *De ſix.* Hiſp. *De ſeys.*} Vt Senarius numerus. ἑξαπλοῦς. Hinc ſenarij verſus, qui & ſenarioli dicti ſunt, à ſex pedibus. Cicero lib. 5. Tuſculan. Tenebam enim quoſdam ſenariolos, quos in ius monumento eſſe inſcriptos acceperam, qui declinabant in ſummo ſepulchro ſphæram eſſe poſitam cum cylindro.

SEXTIVS Caballus, Scurra fuit inſignis Martialis ætate, qui à calcitratu nomen accepit. Martialis lib. 1, Qui Galbam ſalibus mis, & ipſum Poſſes vincere Sextium Caballum.

SEXTVS, οὗτος, Philoſophus Chæronenſis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit M. Antonini Imperatoris, de quo Iulius Capitol. Audiit & Sextum philoſophum Chæronenſem.

Sexus, us, maſcul. gener. {φύσις. Ital. *Seſſo, natura.* Gal. *Sexe.* Hiſp. *Sexo, miembro por do ſe diſcierne qui es hombra o macho.*} Diſcretio viri à fœmina: à Græco ἕξις, vt Feſtus exiſtimat, quod habitum ſignificat. Plin. de Viris illuſtrib. Ad quos quum vtriuſque ſexus multitudo veniſſet, dato ſuis ſigno, virgines raptæ ſunt. Colu. lib. 6. cap. 24. Certis ſignis comprehendere licet quem ſexum generauit. Cic. 1. de Inuent. Hominum genus in ſexu conſideratur, an virile, an muliebre ſit. ¶ Mentiri ſexum. Colum. in Præf. lib. 1, Attonitiq; miramur æſtus effœminatorum, quòd à natura ſexum viris denegatum muliebri motu meutiantur, decipiántque oculos ſpectantium. ¶ Antiqui Sexus, neutro genere efferebant: quod poſt Nonium etiam Priſcianus annotauit. Plau. Rud. Virile ſexus nunquam habui vllum. Varro lib. 1. de Analog. Sexus vtrum virile, an muliebre, an neutrum ſit. Salluſt. lib. 2. Hiſt. vt citat Nonius. At Metellus in vlteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus, magna gloria concurrẽtium vndique virile ac muliebre ſexus per vias & tecta omnium viſebantur.

S ante I

Si, Coniunctio eſt conditionalis. {εἰ ἐάν. Ital. & Hiſpan. *Se.* ſi. Gal. *Si, puis que, ia ſoit que.*} Cice. Atti. lib. 6. Motiat ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. ¶ Ponitur interdum pro vtinam. Virg. lib. 6. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat. ¶ Interdum pro poſtquam. Terent. in Phorm. Herus ſi redierit, molendum vſq; in piſtrino. ¶ Nonnũquam pro quia, ſeu ſiquidem: vt ſit confirmantis. Plaut. in Amph. Si ſimilem rem ipſe in legem iniſſit eſſe Iupiter. Virg. lib. 1. Georg. -veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Idem alibi, Si conceſſa peto. Et rurſum, Si qua eſt cœlo pietas. Vbi Seruius Si, exponit pro ſiquidem, in qua ſignificatione ferè indicatiuum exigit, quum alioqui ſubiunctiuo ſæpius iungatur: quem tamen modum etiam tunc inuenitur habere quum meram conditionem importat. Teren. in And. Si illum relinquo, eius vitæ timeo. Ibidem, Si id facis, hodie poſtremum me vides. ¶ Ponitur ſi, aliquando pro quanuis, etſi, ſiue etiam: ídque indifferenter cum indicatiuo, aut ſubiunctiuo. Terent. in Eunu. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maximè, ac tu indignus qui faceres tamen. Plaut. in Mercatore, Decem vocaſſet ſi ad cœnam ſummos viros, nimium opſonauit. ¶ Aliquando pro an. Terent. in Heaut. Viſam ſi domi eſt. Cic. de Diuin. Dicito ſi paſcuntur aues. ¶ Aliquando ſubauditur ſi. Plinius Iunior, Dediſſes huic animo par corpus, feciſſet quod optabas. Cice. 1. de Natu. deo. Roges me, quid ſentiam, nihil reſpondeam. id eſt ſi roges. ¶ Si eſt vt admiſeritid eſt ſi admiſit, apud Terentium.

Sialochi, σιαλόχυ. Dicuntur qui inter loquẽdum vnà cum verbis ſaliuam expuunt. σίαλος enim Græcis dicitur ſpuma, vel ſalíua ex ore emiſſa.

SIAMBIS, σιαμβὶς, Inſula eſt in Oceano Britannico. Autor Plinius libro 4. cap. 16.

Sibaris, vide SYBARIS.

SIBDES, ei, σίβδη, Cariæ oppidum Halicarnaſſo ab Alexandro Magno attributum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Sibilus, li, pen. corr. Sonus exilis qui fit ore, compreſſis dentibus, & parum diductis labris. {συριγμὸς, ἰυγὴ. Ital. *ſibilo, ſubbio, ſuffolo.* Gal. *ſiblement, ou ſifflement, ſifflet.* Hiſp. *El ſilue.*} Colum. lib. 2. Sibilóque allectari, quo libentius bibant. Liui. 5. belli Pun. Vbi iam eò conſuetudinis adducta res eſt, vt quocunque noctis tempore ſibilo dediſſet ſignum, porta aperiretur. Cicero pro Roſcio Com. Qui poſtquam è ſcena non modò ſibilis, ſed etiam conuicio explodebatur. ¶ Transfertur & ad ſonitum venti leniter flantis. Virgil 5. Aeglo. Nam neque me tantum venientis ſibilus Auſtri, Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, &c. ¶ Sibilus & plauſus contraria. Cic. pro Seſtio, Qui rumore, & fauore populi tenetur, & ducitur, ei plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri neceſſe eſt.

Sibilus, a, um, adiectiuum: {συριστὸς, συριγτὸς, συρίγγιος. Ital. *Che ſiffola.* Gal. *ſifflant, qui ſiffle.* Hiſp. *Quello que ſilua.*} vt, Ora ſibila, pro ſibilantia, inquit Seruius. Virg. lib. 2. Aeneid. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Sibila colla. Idem 3. Georg. -cape roboſe paſtor, Tollentémq; minas, & ſibila colla tumentem Deſice.

Sibilo, as, Sibilum edo. {συρίττω, σφλίζω. Ital. *Zuffulare, ſibilare, ſiſchiare, ſubbiare.* Gal. *ſiffler, ſibler.* Hiſp. *ſiluar.*} Cice. ad Attic. lib. 2, Populares iſti iam etiam rudeſtos homines ſibilare doeuerunt. Ouid. 4. Metam. -quodéſque aliquot parat edere queſtus, Sibilat. Virg. 11. Aen. Attectíſque horret ſquamis, & ſibilat ore. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. -populus me ſibilat: at mihi plaudo Ipſe domi, ſimulac nummos contemplor in arca. ¶ Huius compoſita ſunt, Aſſibilo, & Exibilo: quorum ſignificata ſuis locis explicuimus.

Sibus, Veteribus erat callidus, & acutus. σιβύας. Feſtus.

Sibylla, {σίβυλλα. Ital. *ſibilla.* Gal. *ſibylle, prophetiſſe.* Hiſp. *Sibylla propheteſſa.*} Virgo fatidica, ab enuntiandis deorum conſiliis dicta. σιὸς enim deos vocant Aeoles. βυλὰς autem Græci omnes dicunt, quod nos ſententiam, ſiue conſilium. Hieronymus contra Ioninianum, Quòd ſi Aeolici ſermonis genere Sibylla θεοβύλα appellatur, rectè conſilium Dei ſola ſcribitur noſſe virginitas. Sibyllas decem fuiſſe ſcribit Varro, Prima fuit Perſica ſecunda Libyca, tertia Delphica, quarta Cumæa in Italia, quinta Erythræa, ſexta Samia, ſeptima Cumana Amalthea nomine, octaua Helleſpontiaca, noua Phrygia, decima Tyburtina, nomine Albunea, Vide plura de his Suidam.

Sibyllinus, adiectiuum, pen. prod. Quod eſt Sibyllę, vel quod à Sibylla factum eſt. {σιβυλλικὸς. Ital. *Di ſibilla, ſibillino.* Gal. *De ſibylle, ſibyllin.* Hiſp. *De ſibylla.*} Cice. de Aruſp. reſp. Nec hoc quidem in mentem veniebat Sibyllino ſacerdoti: hoc eſt ei cuius erat ſibyllinos libros aperire, & proferre, ſiquando vaticinium aliquod petendum erat. De librorum Sibyllinorum origine prodidit Gellius lib. 1. cap. 19, Annm quandam ignotam, quæ Sibylla Cumana credita fuit, ad Tarquinium Priſcum regem nouem libros attuliſſe, ac pro eis trecentos poposciſſe Philippeos, regéque aſpernante pretij magnitudinem, in conſpectu eius tres libros exuſſiſſe, & pro reliquis idem pretium poſtulaſſe, cúmque à rege velut delira irrideretur, tres præterea altos combuſſiſſe, nihilóque minus pretij pro tribus petiiſſe: regémque mulieris conſtantia commotum, tres illos libros trecentis Philippeis comparaſſe, iuſſiſſéque hos libros in Capitolio religioſiſſimè aſſeruari, & de rebus dubiis à Quindecim viris velut oraculum conſuli. Hos libros Stilico, quum aduerſus Honorium & Arcadium principes defectionem moliretur, exuſſit. De quo Rutilius, Ne tantum patriis fœuiret proditor armis, Sancta Sibyllinæ fata cremauit opis.

SIBYRTVS, σίβυρτος, Oppidum Cretæ: vt ex Polybij ſententia tradit Stephanus. Gentile eſt Sibyrtius, σιβύρτιος.

Sic, aduerbium eſt ſimilitudinis, idem valens quod ita. {οὕτως, οὕτω. Ital. *Si, coſi, in tal modo, in tal guiſa.* Gal. *Ainſi, pareillement.* Hiſp. *Aſſi, en tal manera.*} Virg. 2. Aeneid. Non ſic aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis Exiit. Cice. lib. 16. Epiſt. Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ. ¶ Aliquando reſponſiua eſt particula, affirmandi vim habens, quemadmodum & Etiam. ναί. Cic. 4. Philippica, Viſne igitur te inſpiciamus à puero? Sic opinor. ¶ Quandoque optandi. Virgil. lib. 10. Aen. Sic pater ille deũm faciat, ſic magnus Apollo. ¶ Eſt & coniunctio illatiua, idem valens quod igitur. Cicero 4. Tuſcul. Sic tot ſimul virtutes continentiæ, grauitatis, iuſtitiæ fidei defecerunt. ¶ Nonnunquam capitur pro valde.

Apuleius.

Apulcius, Nec ego rebar sic multorum id opus dierum esse. ¶ Duplicatur etiam maioris expressionis causa. Virg. 4. Aene. Sic sic iuuat ire sub vmbras. ¶ Aliquando demonstratiuum est. Terent. in Eunucho. Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum, &c. ¶ Ponitur aliquando pro tam. Plautus in Trinum. Nihil sic celere est neque volat.

Siccine, aduerbium interrogantis est pro an sic. {ἦ οὕτω. Ital. *E così?* Gal. *Est-il ainsi?* Hisp. *Es assi?es en tal manera?*} Plautus, Siccine tu illam? Siccine nos habes ludibrio omnes?

Sica, cæ, Genus gladij breuioris, quasi seca, à secando. {ξίφος. Ital. *Daga, daghetta.* Gal. *Vne dague ou vn pongnard.* Hisp. *Daga ò cuchillo secreto para matar.*} Cic. 3. in Catilinam, E quibus ille maximum sicarum numerum, & gladiorum extulit. Ibidem, Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur non in campo, non in foro, non in curia, non denique inter domesticos parietes pertimescemus. Idem 3. de Natu. deorum. Tum hæc quotidiana, sicæ, venena, peculatus, &c.

Sicula, diminutiuum. {τὸ μαχαίριον. Ital. *Daghetta.* Gal. *Vne petite dague, vn petit pongnard.* Hisp. *Pequeña daga.*} Plaut. in Rud. Pòst est sicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ.

Sicarius, rij, Qui sica, id est gladio hominem interfecit: vel sicam maleficij alicuius gratia gerit. {φονεὺς, ξιφηφόρος, παλαιστής. Ital. *Homicida, assassino.* Gal. *Vn brigand ou murtrier.* Hisp. *El que tiene tal cuchillo pequeño escondido para matar.*} Κἠκεῖνα χρηστέον, quicunq; eædem telo quocunque cõmiserit. Cic. pro Roscio Amer. Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sæpe in cæde versatus. Horat. 1. Serm. Saty. 4, Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus.

SICAMBRI, σίκαμβροι. Populi Germaniæ, Menapiis finitimi, ad vtranque Rheni ripam habitantes: quorum meminit Strabo lib. 4. Hi crines natura flauos habẽt, quos crescere sinunt, & artificio quodã intorquẽt. Martial. lib. 1, Crinibus in nodum tortis venece Sicambri. Eruditi eos esse iudicant quos hodie Geldrenses vocamus: quanquã videntur olim latiores fuisse Sicambrorum, quàm hodie sint Geldrensium termini.

SICANI, σικανοί, Populi Hispani, à fluuio Sicari, siue potius Sicori, dicti. De quo Lucanus, Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes. Hi duce Siculo, exclusis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipsiq; postea ab ipsis pulsi, quos antè pepulerant, insulam vicinam Italiæ occupauerunt, & eam Sicaniam à suo nomine nuncupauerunt. Huius dictionis syllaba, ca, indifferenter ponitur. Virg. lib. 3. Aen. Sicano prætenta sinu iacet insula contrà. Silius lib. 13, Sydera Elisèis aderat gens Sicana votis.

SICANIA, σικανία. Dicta est insulæ Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis, vt ex Apollodori sententia tradit Stephanus, qui & Sicanum amnem iisdem in locis collocat. Sed & insula quandoque tota, Sicania dicta est, à Briarei Cyclopis filio Sicano: vel à Sicanis populis, qui primi eam insulam incoluisse feruntur, qui tamen non sunt indigenæ, sed Hispani.

SICARIS, fluuius Hispaniæ Tarraconẽsis, non procul ab Ilerda fluens, iuxta quem Cæsar Afranij & Petreij exercitum siti ad deditionem compulit. Lucanus lib. 4, Hesperios inter Sicaris non vltimus amnes. Alij tamen hunc fluuium Sicorim malunt appellare, per quartam vocalem in media syllaba.

Sicarius, vide SICA.

SICCA, Vrbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plin. lib. 5. cap 3.

Siccine, vide SIC.

Siccus, ficca, cum, Quod est aridum, & sine humore. {ξηρός. Ital. *Secco, sutto, arido, asciutto.* Gal. *Sec.* Hisp. *seco.*} Virg. lib. 5. Aen. Summa petit scopuli, siccaque in rupe resedit. Idem 1. Georg. Et sola in sicca secum spatiatur arena. Ouid. lib. 3. Amo. Eleg. 5, At tibi pro meritis opto, non candide torrẽs, Sint rapidi soles, siccaq; semper hyems. Tibulus lib. 3. Eleg. 6. -sed poscite Bacchi Munera: quem vestrum procula sicca iuuant? ¶ Per translationem ponitur pro exercito, quod etiam Nonius annotauit. Nam exercitij vehementia sudantes, corpus siccamus. Lucil. lib. 26, Quum studio in gymnasio duplici corpus siccassem pila. ¶ Item pro continente, sobrio: cuius cõtrarium est madidum, quod significat ebrium. Plaut. Asin. Siccum, frugi, continẽtem, amantem vxoris maximè. Idem in Pseud. -vini modò cupidæ Estis, eo vos pantices adeò madefacitis, quum sim ego hîc siccus. ¶ In sicco, id est extra aquam. Plin. lib. 8. cap. 8, Non reuertsum in maria, atque in sicco expirasse. Virg. 1. Georg. -Cúmque marinæ In sicco ludunt fulicæ.

Siccè, aduerbium. {ξηρῶς. Ital. *Seccamente.* Gal. *seichement.* Hisp. *secamente.*} Colum. lib. 6 cap. 12, Vt siccè stabulentur. Dicimus per translationem Siccè dicere, vt ieiunè dicere. Cicer. in Orat. Id verò desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Atticè dicere, id est quasi siccè, & integrè, & simplè, & ornatè, & copiosè.

Siccitas, atis, & Siccitudo, inis, Qualitas humiditati cõtraria. {ξηρότης. Ital. *Siccità, seccagine.* Gal. *seicheresse.* Hisp. *secura, sequedal.*} Colu. lib. 2, Si verò torpor exli, siccitásq; regionis suadebit, Februario statim proscindendi sunt. Cæsar 4. belli Gallici, Qui quum propter siccitates paludum, quò se reciperent non haberent, &c. Cic. 2 de Nat. deor. Neque enim flumine conturbor inanium verborum, nec subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. ¶ Ponitur aliquando pro firmitate, interprete Nonio. Cic. in Catone Maiore, Summam esse in corporis siccitatem.

Sicco, cas, Quod humidum erat siccum reddo. {ξηραίνω. Ital. *Seccare.* Gal. *Seicher.* Hisp. *Secar.*} Colum. lib. 2, Si humidus erit, abundantia vligines ante siccetur fossis. Plin. lib. 8. cap. 24, Mergitque limo sæpius, siccatque sole. Horat. 2 Serm. Saty. 6, Siccat inæquales calices conuiua, solutus Legibus insanis. Virgil. 4. Aeneid. -atque atros siccabat veste cruores. Idem lib. 10. Aen. Interea gen tot Tybertni ad fluminis vndam Vulnera siccabat lymphis, corpusq; lauabat Arboris acclinis trunco. Ouid. 8. Metam. -lacrymas siccauerat ardor. ¶ Huius composita sunt, AffICco, quod est valde sicco. Plin. lib. 8. cap. 24, Ea quum spicas ediderint, prius quàm semina hient aristibus, manu carpuntur, & suspensa in sole quum afficcauerint, reconduntur, atque ita reposita perennant anno diutius, quàm extera. Absicco. Idem quod exicco. ἐκξηραίνω, Plinius, Plurimum refert, non absiccato succo fimum vites continere, & assiduo macerari liquore. Deficco, Exicco. vide suprà suis locis.

Siccesco, scis, à Sicceo, ces, Siccus fio. {ξηραίνομαι. Ita. *Seccarsi.* Gal. *Se seicher, deuenir sec.* Hisp. *secarse, hazerse seco.*} Plin. lib. 18. cap. 34, Aquilonem prænuntiat terra ficescens repente, Austrũ humescens rore occulto. Colum. lib. vlt. Fœnum Græcum vetere vino macerato, deinde in sole exponito, aut in furno, vt ficescat. ¶ Hinc Afficcesco, siccus & aridus fio. Idem ibidem, In muria luere oportet, & expressos in cratibus pondere dum afficcescant.

Siccoculus, adiectiuum ξηροφθαλμός. Plaut. in Pseud. Genus nostrum semper siccoculum fuit. Nomen videtur à Plauto fictum, pro eo quod est siccis oculis id est nec lippis, nec lachrymosis.

Siccaneus, nea, neum, Quod est naturaliter siccum, vel quod nullo humore irriguum, vel aspersum est. {ξηρολίθινος. Ital. *secco di natura.* Gal. *Sec de nature, qui n'a pas grand humeur.* Hisp. *Cosa seca à de sequedal.*} Colum. lib. 2. cap. 17, Eius prati animaduertimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum riguum. Idem cap. 2. De siccaneis, & irriguis non comperimus vtræ numero vincant.

Sicelion, σίκελιον Dioscoridi, Herba est, quæ alio nomine pulicaris dicitur, à semine pulicis similitudinem referente. Vide Plinium libro 25. cap. 11.

SICELIS, vide SICILIA.

SICANDVS, Lacus est Thessaliæ, mutas habens ranas: quæ tamen aliò translatæ fiunt vocales. Autor Plinius lib. 8. cap. 58.

SICENVS, ni. penult. prod. σίκηνος, Insula est non procul à Creta, antea Oenoe appellata. Autor Strabo lib. 10.

Sicera, ræ, pen. corr. σίκερα, Omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare potest (vt scribit Hieronymus ad Nepotianum) siue illa frumento conficiatur, siue pomorum succo: siue faui decoquantur in dulcem, & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimantur in liquorem, coctisve frugibus aqua pinguior coloretur.

SICHAEVS, σιχαῖος. Filius fuit Plisthenis, sacerdos Herculis, & maritus Didonis, à Pygmalione iuxta aras, incautus ob auri cupiditatem interfectus: vt est apud Virgilium lib. 1 Aeneid. Huic coniux Sichæus erat, ditissimus agri, &c.

SICHEM, σίχεμ. Filius Chanaam, qui ciuitatem sui nominis ædificauit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata est.

Sicileo, les, sicilui, vel Sicilio, lis, liui, litum, Verbum est propriè ad prata pertinens, quæ tunc sicilíri dicuntur, quum ea quæ prima sectione relicta sunt à fœniscis, iterata sectione demetuntur. {χόρτον ἀποκλαυθμένον πάλιν. Ital. *Segare le cose mal segate.* Gal. *Refaucher, couper & recueillir ce que les faucheur ont laissé à faucher.* Hisp. *segar la segunda vez. el prado.*} Plin. lib. 18. cap. 28, Prata quoties secta sunt, sicilire oportet: hoc est quod fœniseces prætermerunt secare. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 29, Quo facto sicilienda prata, id est falcibus consectanda, quæ fœniseæ prætermerunt, ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum: à qua sectione arbitror dictum sicilire pratum.

Sicilimentum, ti, Herba sicilitione resecta, id est ea quæ à fœniscis prima sectione relicta, iterata sectione demetitur. {ἀποκλαυθμένος χόρτος πάλιν θερισθείς. Ital. *Essa segare vn prato mal segato.* Gal. *Ce qu'on recueille en vn pré apres les faucheurs.* Hisp. *Aquello que entonces se siega.*} Cato cap. 5, Item fœnum cordum, sicilimenta de prato demito, cáq; arida condito.

SICILIA, Σικελία, Tyrrheni maris insula, à Thucydide Sicania dicta, à pluribus Trinacria, quòd tria habeat promontoria. Patet in circuitu, vt ex Agrippæ sententia tradit Plinius, DCXVIII. M. pass. Olim agro Bruttio creditur adhæsisse, posteáque interfuso mari auulsa M. D. pass. freto, iuxta columnam Rhegiam. A quo dehiscendi argumento, Rhegium Græci nomẽ dedere oppido. Quin & insula ipsa inde nomen creditur traxisse, quasi Sicilita, id est resecta. Virg. lib. 3. Hæc loca vi quondam, & vasta cõuulsa ruina (Tantum æui longinqua valet mutare vetustas) Dissiluisse ferunt, quum protinus vtraq; tellus Vna foret. Eadem & Triquetra à quibusdam appellatur, à figura trianguli, cuius vnus angulus, qui in meridiem vergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem spectat, & ab Italia mille quingentis passibus distat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè spectare videtur, quémque ab Aphricæ litoribus CXX. millibus passuum distare prodiderunt. Hæc ab Oriente, & Occidente, Septentrionéque Tyrrheno mari, à Meridie Aphrico alluitur. Patet in longitudinem à Peloro vsq; ad Pachynum, millia passuum centum octogintaseptem, in latitudine centum octogintanouem. Sicaniam autem dictam putant à Sicanis Hispaniæ populis, qui duce Sicano primùm in Italiam veniisse feruntur. Solinus autor est, Siciliam primum Cyclopum sedem fuisse, iisque extinctis, Aeolum insulam occupasse. Vnde Virgilius 3. Aene. Ignariq; viæ Cyclopum allabimur oris. Item lib. 11, Aetnæos vidit Cyclopas Vlysses. De hac Diodorus sic scribit, Sicilia optima insularũ omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea sunt Panormus, Catana, Syracusæ vndecima Olympiade conditæ. Præterea Messana, Eryx, & Leontium Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethusa fons, Eryx & Aetna montes. In ea, Comœdia primùm creditur inuenta. Viros genuit illustres complures, ex quibus satis fuerit hîc nominare Dionem Platonis auditorem, & Archimedem insignem Mathematicum.

Sicelis, lidis, σικελίς, patronym. fœm. forma Græca à Sicilia deductum. Virg. 4. Aeglo. Sicelides Musæ, paulo maiora canamus.

Sicilienses, Dicuntur qui alibi otti, in Sicilia versantur. σικελιῶται.

Siciliensis, se, possessiuum à Sicilia deductum. Cic. 2. Verr. Ei quoq; negotio fisci Sicilienses minabantur. Frumentum Siciliense, apud eundem 2. de Nat. deor. Quæstura Siciliensis, apud eundem in Epist.

Siciliso, sas, Loquor lingua Siculorum, quorum sermo adeò corruptus fuit, vt abierit in prouerbium. {σικελίζω. Ital. *Parlare à modo de Siciliani.* Gal. *Parler comme les siciliens.* Hispan. *Hablar como los de Sicilia.*} Plaut. in Menæch. Non atticissat, sed Sicilissat.

Sículi, σικελοί, Qui Siciliam insulam incolunt. Cicero. in Diuinat. Quum Quæstor in Sicilia fuissem Iudices, ítaque ex ea prouincia decessissem vt Siculis omnibus diaturnam, iucundámque memoriam mei nominis relinquerem. ¶ Siculum mare, angustum, atque anceps alterno cursu, modò in Tuscum, modò in Ionium pelagus influit, vorticosum, & Scyllæ ac Charybdis sæuitia inclytum. σικελὸν πέλαγος. Sicula tellus, pro Sicilia, Virgil. 1. Aeneid.

Sicilices, Hastarum spicula lata, inquit Festus. Ennius, Incedit veles vulgo sicilicibus lata.

Sicilicum,

Siciliicum, ci, penult. corre p. Pars assis quadragesimaoctaua, hoc est scrupula sex, siue (quod idē recidit) drachmas duas continens. διδραχμον. Dictum sicilicum, à siciliendo, id est secando, quòd semunciam per medium secet. Neq; solùm de ponderibus dicitur, verumetiam de mensuris. Plin. lib. 13. cap. 15, Qua in re non omittendum videtur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante, & sicilico excedentem, totq; verò crassitudine sesquunciali, operimento laminæ vestitam fuisse.

Sicimina, inquit Hieronymus, quidam interpretantur genus arborum quæ Palæstinæ nascuntur in campestribus, quæ si non vellicentur, amarissimas catyculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. Nobis autem (inquit) quia solitudo in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere qui afferunt mora & pastorum famem ac penuriam consolantur.

Sicinnis, σίκιννις, Saltationis Satyricæ genus teste Athenæo, à Sicinno inuentore (siue is Barbatus fuit, siue Cretensis) ita dictum: à quo & Satyri ipsi Sicinnistæ appellantur.

SICINNVS Dentatus, σίκιννος. Strenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem, Achilles Romanus appellatus est. Is centum & viginti præliis pugnauit: cicatricem auersam nullam, aduersa quadraginta quinque tulit: coronis aureis octo donatus est. Triumphauit cum Imperatoribus suis triumphos nouem. Vide Gellium lib. 2. cap. 11, & Plinium lib. 7. cap. 28.

Siclus, σίκλος, Apud Hebræos dicitur vncia: apud Græcos, Latinósque quarta pars vnciæ est, & stateris medietas, drachmas duas appendens. Iosephus ait Hebræorū numisma esse quatuor drachmas Atticas valēs.

SICORIS, penult. corr. Hispaniæ Tarraconensis fluuius, non longe ab Ilerda fluens, iuxta quem Cæsar Afranium & Petreium Pompeianos duces, siti ad deditionem compulit. Lucan. lib. 5, Hesperios inter Sicoris non vltimus amnis. Vulgò *Segre.*

Sicubi, penult. corr. Idem quod si alicubi. ἴ ποῦ. Ital. *si in qualche luogo.* Gal. *si en quelque lieu.* Hisp. *si en algun lugar.* } Liui. 3. ab Vrbe, Consul prouidere omnia, laudare fortes, increpare sicubi segnior pugna fuisset. Cic. 7. Verr. Atque hæc sicubi facta sunt, &c.

Sicunde, aduerbiū de loco, Idem valens quod, si ex aliquo loco. ἴ πόθεν. Ital. *si de qualche luogo.* Gal. *si de quelque part ou de quelque lieu.* Hisp. *si de algun lugar.* } Cic. ad Atticum, lib. 13. Sicunde potes eruere qui, &c.

Sicut, & Sicuti, Aduerbia similitudinis sunt. ἅς. ὅσπερ. Ital. *come, sicome.* Gal. *Comme, ainsi que, ainsi comme.* Hisp. *Assi como.* } Plaut. in Rud. Quibuscum parua periit Athenis, sicut dixi. ¶ Interdum tamen non res similes, sed diuersas, & planè contrarias denotant, & ita in priore membro ponuntur. Quint. lib. 10. cap. 1, Sed hæc eloquendi præcepta, sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit. ¶ Habent etiam venustatem, atque vtilitatem magnam, quoties antecedentem sententiā annectunt cum sequenti. Plin. lib. 7. cap. 19. Ferunt Crassum auum Crassi, in Parthis interempti, nunquā risisse, ob id Agelastum vocatum, sicuti nec flesse multos.

SICYNVS, Insula est non procul à Creta, vna Sporadum, antea Oenoe dicta, teste Plinio lib. 4. cap. 12. A Strabone tamen & Stephano, Sicenus, σίκηνος appellatur.

SICYON, onis, Vrbs vetustissima Peloponnesi, nonprocul à Corintho, olim Aegialos dicta, à rege Aegialeo, qui totius eius tractus imperium tenuit. Hanc Plinius lib. 36. cap. 4, metallicarum omnium officinarum patriam fuisse scribit. Præcipuè autem nobilitatem constat Occasionis simulachro à Lysippo fabricato. Ab hoc oppido vicina regio, Sicyonia appellatur. Ex hac vrbe ortus est Aratus ille, cuius inclarorum virorum catalogo meminit Plutarchus. Vulgò *Basilica.*

SIDA, dæ. siue Side, es. σίδη, Pamphyliæ vrbs, teste Plinio lib. 5. cap. 27, & Pomponio lib. 1. in descriptione Pamphyliæ.

Sideratio Siderari, Siderens, vide SIDVS.

Sideron, Heracleum, σίδηρον ἡρακλεῖον, Herba est ab Hercule inuenta, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes & lacus nascens, & omnia vulnera ferro illata sanans. Autor Plinius lib. 25. cap.

Sideritis, σιδηῖτις. Herba est foliis marrubij, sed longioribus, cauliculis quadratis, palmæ longitudinem non multum excedentibus, gustus non iniucundi, & subastringētis, in quibus per interstitia orbiculatæ vertebræ, vt in marrubio, spectantur, & semen in iis nigrum. Vulgus *Tetrahil* siue *Iudaicam herbam* appellat. ¶ Est & sideritis altera, binūm cubitorū, ramulis exilibus, folio filicis numeroso, vtrinq; per oras diuiso, pediculo longo, prodeuntibus è summo alarum sinu fureulis longis, tenuibus, capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semen cōtinetur, quàm berræ, rotundius aliquanto & durius. Hodie chymici & herbarij nonnulli *Lunariam maiorem* appellant. ¶ Sunt & alia sideritis genera, quæ ex Dioscoride & Plinio tibi petenda relinquimus.

Sideritis, σιδηῖτις. Lapis occulta naturæ vi ferrum ad se trahens: vnde & nomen accepit. Nam σίδηρος Græci ferrum appellant. Idem & magnes dicitur, & Heracleus lapis, eo quòd primùm inuentus fuerit in Magnesia Asiæ, circa Heracleam vrbem. Plinius tamen in Ida monte pris

Sigma, σίγμα, Diætæ, siue stibadij, aut cœnationis genus erat à Græcis (vt quidam volunt) elementi similitudine dictum. Lamprídius in Heliogabalo, Primus inuenit signa in terras sternere. Idem, Vt de croco signa straverit, quum summos viros vocaret ad prandium.

SIGNIA, æ, Latij oppidum fuit, in cuius agro vinum nascebatur mirè austerum, ideóque ventris profluuio sedando vtile. Plin. lib. 14. cap. 6. Nam quod Signiæ nascitur, austeritate nimia continendæ aluo vtile, inter medicamenta numeratur.

Signini populi. De quibus Plin. lib. 3. cap. 5, & Vinum Signinum, Martial. lib. 13, Potabis liquidum signina morantia ventrem: Ne nimium stantem, sit tibi parca sitis. Signina pyra, apud Iuuenalem Saty. 11.

SIGNIA, Mons est, teste Plinio lib. 5. cap. 9, in cuius radicibus sita est Apamia vrbs.

Signinum opus, Quod fractis testis, addita calce conficiebatur. Colum. libro 15, Cuius solum terrenum prius quàm consternatur, perfossum, & amurca recenti non salsa madefactum, velut signinum opus, pauculis condensatur.

Signum, ni, Propriè est parua quædam nota indicans totius rei qualitatem, inquit Donatus. {σημεῖον. Ital. *Segno*. Gal. *Signe, marque, signet, enseigne*. Hisp. *Señal para señalar algo*.} Terent. And. Vide num eius color pudoris signum vsquam indicat? Ouid. 2. Metam. Sed silet, & læsi dat signa rubore pudoris. ¶ Signa ad salutis prognostica. Terent. Andr. Adhuc Archillis quæ adsolent, quæque oportet Signa ad salutem esse, omnia huic esse video. Virgil. 3. Georg. Morborum quoque te. causas & signa docebo. ¶ Dare signum militibus, est pugnam incundam significare. Terent. Eunu. Tu hosce instrue: hîc ego ero post principia, inde omnibus signum dabo. Liui. 2. ab Vrbe, Sensere vigiles exercitus, signo dato concursum est ad arma. Virgilius 5. Aene. Intenti signum expectant. ¶ Item notæ quæ pecudibus inuruntur, signa dicuntur. Virg. 1. Georg. Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis. ¶ Hinc duodecim illa sidera quæ in Zodiaco animalium figuris imaginamur, signa dicuntur. Sunt enim notæ quædam quæ ad naturam Solis referuntur. Eorum nomina sunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Item Signum, vexillum dicitur, ab effigie animalium quæ in vexillis fieri consueuerunt. σύμβολον, σύνθημα. Lucan. lib. 1, -infestisque obuia signis Signa, pares aquilas, ac pila minantia pilis. Plin. lib. 7. cap. 25, Signis collatis quinquagies dimicauit. Liui. 3. bel. Mac. In eo prælio supra quadraginta millia hominum cæsa Valerius Antias scribit, & quingenta septem signa militaria capta. Horat. 1. Epist. 19, -Cantabrica bella tulisti Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit. ¶ Hinc Antesignani dicuntur, qui in acie ante signa constituuntur: de quibus egimus suprà suo loco. ¶ Signa quoque dicuntur sculptilia, siue fusilia, ad effigiem animalium fabricata. ἀγάλματα. quemadmodum contrà tabulæ, opera pictorum. Vnde Signa & tabulas dicimus pro cælatis operibus, atque depictis. Siquidem in tabulis antiqui pingebant, non in parietibus. Tabulæ igitur, picturæ sunt: signa verò, statuæ. Vnde apud Sallustium, Signa & tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea priuatim & publicè rapere, delubra spoliare. Cice. 3. in Verr. Delum venit, ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clàm sustulit signa pulcherrima atq; antiquissima, eáque in oneratiam suam nauem conicienda curauit. Pocula aspera signis: quæ etiam dicebantur sigillata, id est signis decorata & ornata, qui mos fuit apud antiquos. Virg. 9. Aeneid. Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba. Idem 5. Aeneid. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas, Cymbiáq; argento perfecta, atque aspera signis. ¶ Signum etiam dicitur quo quid consignamus, vel obsignamus & notamus: quod sigillum dicitur. σφραγίς. Cice. pro Quintio, Tabulæ maximè nobilium hominum signis consignantur. ¶ Dicitur & signum, id quod pro tabernis suspendi solet. Quintilia. lib. 6. cap. 4, Tabernæ autem erant circa forum, ac scutum signi gratia positum. ¶ Signum etiam dicitur miraculum, insolidum, prodigium, ostentum, vel augurium, & tanquam omen boni aliquid, malive præmuntians. Cice. lib. 1. de Diuin. Equus eius repente concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, vt peritis videbatur, ne committeret prælium.

Sigillum, li, diminutiuum est à signum, quod modò imagunculam, siue paruam statuam significat. {ἀγαλμάτιον. Ita. *Sigillo, bollo*. Gal. *Signet, marque, cachet, seau de quoy on scelle*. Hisp. *Sello ò sortija para sellar*.} Cice. 6. Verr. Apposuit patellam, in qua erant sigilla egregia. Modò imaginem, qua ceræ impressæ literas obsignamus. Idem 1. Acad. Si in eiusmodi cera centum sigilla hoc anulo impressero?

Sigillatus, a, um, Quod modò participium est, idem significans quod obsignatus. {σφραγισμένος. Ital. *Sigillato, bollato*. Gal. *Marqué, cacheté*. Hisp. *Sellado*.} vt Literæ sigillatæ. Modò nomen, idem valens quod sigillis ornatus. Cic. 8. Verr. Iubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre.

Sigillo, as, Signum imprimo, sigillum alicui rei oppono. {σφραγίζω. Ital. *sigillare, bollare*. Gal. *Marquer, cacheter, noter & former*. Hisp. *sellar con sello*.} Hinc Sigillatæ dicuntur literæ: id est clausæ, & anulo impressæ. Propter quod Veteres sigillare simpliciter pro claudere vsurpabant. Varro, Contrà, lex nimis impia est, Ne filij patribus luce sigillent oculos.

Sigillaris, re, adiectiuum, à sigillis deductum. {σφραγιστικός. Ital. *Di sigillo*. Gal. *De cachet ou marque, & seau*. Hisp. *De sello ò sortija*.} vt Ars sigillaris. ἀγαλματοποιία. Sigillaria opera, id est parua signa, siue imagunculæ, ex metallo confecta. ἀγάλματα.

SIGILLARIA, Vicus erat Romæ vbi sigilla vendebantur. Gell. lib. 5, Apud Sigillaria fortè in libraria ego & L. Paulus poëta consederamus. ¶ Sigillaria præterea dicebantur dies festi Saturnalibus additi, quibus sigilla, hoc est parua signa amicis mittebantur. Autor Macrobius lib. 2. Satur. cap. 10.

Signifer, ri, Qui signa fert: hoc est vexillifer. {σημειοφόρος. Ital. *Porta segno, banderaio, signifero, alfere*. Gal. *Port'enseigne, qui porte marques & signes*. Hisp. *Cosa que tiene ò trahe seña, alferez*.} Cic. 4. Verr. Sit in eius exercitu signifer, &c. Idem 1. de Diuinat. Quo tempore quum signifer primi hastati signum non posset mouere loco, &c. Ouid. 5. Fasto. Romanæque aquilæ signifer hostis erat. ¶ Signifer item dicitur circulus ille obliquus, in quo duodecim signa sunt, qui Græce ζωδιακὸς appellatur, ab effigie animaliũ quæ in eo Astrologi imaginantur. Cice. 2. de Natu. deor. Infra autem hanc, stella Mercurij est, quæ anno ferè vertente signiferum lustrat. Plin. lib. 2. cap. 4. Adiuuat rerum ordo, descripto circulo, qui signifer vocatur, in duodecim animalium effigies, & per illas Solis cursus congruens tot seculis ratio.

signifex, Qui facit signa, hoc est statuas. {ἀγαλματοποιός. Ital. *Chi fa insegne, ò statue*. Gal. *Faiseur d'images, & enseignes*. Hisp. *El que haze imagines, ò estatuas*.} Apuleius lib. 2, Egregius ille signifex.

Signo, nas, Signo imprimo. {σημειῶμαι, σφραγίζω. Ital. *Segnare, sigillare, bollare*. Gal. *Signer, marquer, monstrer par signe*. Hisp. *señalar, firmar ò sellar escriptura*.} Virg. 3. Georg. -& summo vestigia puluere signent. Vnde Signare epistolam dicimus, anulo signum imprimere. Huius contrarium est Resigno, quod est deleto signo aperio. Sic Signatam pecuniam dicimus, & signata pecora, quæ signis notata sunt, & quæ notam inustam habent. ¶ Interdum signare, significat ostendere, indicare signo. σημαίνω. Plaut. in Cistel. -cui hæc excidit cistella? rectè, Eccam locum signat, vbi ea excidit. Idem, Hic meretricem deperit, signat tamen se eam non amare. ¶ Interdum scribere. Colum. lib. 1. cap. 3, Huc pertinet præclara nostri poëtæ sententia, -laudato ingentia rura, Exiguum colito: quod vir eruditissimus (vt mea fert opinio) traditum verus præceptum numeris signauit. Vnde & Subsignare, subscribere dicimus. ὑπογράφω. ¶ Accipitur etiam Signare, pro designare. Virg. lib. 2. Geor. Quinetiam cæli regionem in cortice signant. ¶ Huius compolita sunt, Assigno, Consigno, Circunsigno, Designo, Obsigno, Resigno, & Subsigno: quorum significata vide suis locis.

Signatus, ta, tum, aliquando participium est, Idem significans quod insignitus, hoc est quod signum habet impressum: vt, Pecunia signata {νομισματισμένος, σεσημειωμένος. Ital. *Segnato, bollato*. Gal. *Marqué, signé, cacheté*. Hisp. *Señalado, sellado*.} Cice. 6. Verr. Argentum factum, atque signatum. Virgil. 2. Georg. -& admorso signata in stirpe cicatrix. Ouid. 2. de Arte amand. Aspice, signatum sanguine pectus habet. ¶ Aliquando nomen, & tunc pro insigni aliquando captum à veteribus legitur. ἐπίσημος. Lucilius lib. 29, vt citat Nonius, Primùm Chrysidem negat signatam reddere.

Signatores, Dicebantur qui aut testamentis, aut causis sese subsignabant. {συνοφραγισταί. Ital. *Testimoni chi segnano*. Gal. *Tesmoins, qui signent ou scelent*. Hisp. *Testiges que signan, ò sellan*.} Sallustius, Multis modis mala facinora docebat. Ex illis testes, signatoréque falsos commodare fidem, fortunas, pericula vilia habere. Suet. in Tib. cap. 23, Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus, nisi Senatorij ordinis. Iuuen. Saty. 10, -veniet cum signatoribus auspex. Idem Saty. 1. Et multùm referens de Mecœnate supino Signator.

Signatorius, ria, rium, Quod signat, seu quo ad signandum vtimur. {σφραγιστικός. Ital. *Cosa che segna, cosa da segnare*. Gal. *Qui sert à sceller & cacheter*. Hisp. *Cosa para signar ò sellar, cosa que seña*.} vt Signatorius anulus. Valerius Maximus, Vt anulo quo signatorio vtebatur. Paulus Iureconsul. Anulus signatorius ornamenti appellatione non continetur.

Significo, cas, pen. corr. Indico, notum facio, demonstro, ostendo. {σημαίνω. Ital. *significare, demonstrare, far sapere, far intendere*. Gal. *signifier, faire signe, monstrer, donner à cognoistre & entendre*. Hisp. *significar algo por señales, demonstrar*.} Plaut. in Truco. Etenim sic istuc volo, ne inter vos signi sicetis, &c. Cice. pro Roscio Amer. Quid hæc tanta celeritas, festinatióque significat? Idem ad Atticum, lib. 1, Ac ne illud mittere, cur quum ego antea tibi significarem per literas, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem videar diffidere.

Significans, tis, Nomen ex participio, idem significans quod apertus, & euidens. {ἐμφανής. Ital. *significante*. Gal. *significant, monstrant bien ce qu'il veut dire*. Hisp. *cosa que significa*.} Quintil. lib. 4. cap. 2, Verbis propriis, & significantibus. Idem li. 8. cap. 2, Quo nihil inueniri potest significãtius.

Significanter. {ἐμφανῶς. Ital. *chiaramente, apertamente*. Gal. *clairement, & ouuertement, manifestement*. Hisp. *significativamente, claramente*.} & Significãtius, ἐμφανέστερον, Id est expressè, & expressius, & quod vulgus dicit *intelligibiliter, notabiliter*. Quint. lib. 6. cap. 3, Non parum significanter etiam illa in schola ὦν dixerimus. Quin lib. 3. cap. 6, Colligere tantùm eadem, ac disponere paulò significantius conor.

Significatio, onis, verbale, Indicatiuo, indicium. {σημασία. Ital. *significatione, auuertimento*. Gal. *Signification, demonstrance, aparence*. Hispan. *Aquella obra de significar ò demonstrar*.} Cicero, Heu quæ significatio doloris! Idem de Amicitia, Quum autem contrahat virtus amicitiam, vt suprà dixi, siqua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet, & adiungat: id quorum contigerit, amor exoriatur necesse est. Ibidem, Ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligẽdi, & beneuolentiæ charitatem facta significatione probitatis. Cæsar li. 6. bel. Gal. Moner vt ignes fieri in castris prohibeat, nequa eius aduentus procul significatio fiat.

Significatus, us, ui, Idem quod significatio. Plin. lib. 18. cap. 25, Ipsi dies rarò non aliquo tempestatum significatus habent. Idem lib. 2. cap. 25, Acontiæ iaculi modo vibrantur ocyssimo significatu.

Sil, silis, Genus pigmenti luteum colorem, quemadmodum ochra, reddens: inuenitúrque ceu limus quidam in argenti, & auri fodinis, quemadmodum etiam id aliud pigmentum quod cæruleum à colore dicitur. Vide Plinium lib. 34. cap. 12. Ausonius in Monosyllab. Sitne peregrini vox nominis, aut Latij sil?

Silaceus color, Luteus ex sile compositus. Vide Plinium lib. 37. cap. 7.

SILANVS, σιλάνος, Mons Hyberniæ insulæ altissimus, à Silanio Rege in vertice eius sepulto, dictus.

SILARVS, pen. corr. Vulgò, *Seli in Basilicata*, Lucaniæ amnis, Pisentinos diuidens à Lucanis, cuius ea est natura, vt & virgulta, & folia in ipsum desidentia lapidescant: vt refert Plin. lib. 2. cap. 103. Silius lib. 8, Nunc Silarus quos nutrit aquis, quos gurgite tradunt Duritiem lapidum mersis inolescere ramis. Virg. 3. Georg. Est lucos Silari iuxta, ilicibúsq; virentem Plurimus Alburnum volitans.

Silatum, Antiqui (inquit Festus) dicebant quod nunc ientaculum dicimus, eo quòd tum ieiuni vinum sili herba conditum absorbebant.

Silaus, Vt nonnulli legunt apud Plin. lib. 26. cap. 8, herba est in perennibus & glareosis riuis nascens, apij similitudine. Hermolaus tamẽ in Castigationibus

Universitätsbibliothek Basel

sigecianthas Plinianis exemplaria corrupta asserit, contenditq; Iauer esse legendũ: fameq; Lauer pro ea herba quã vulgus *Crescionem* vocat.

Silę, ęs, Herba, quam alio nomine seselim, σέσελι vocant: cuius vel radice, vel semine vinum condiebãt, quod ante meridiem sumere nos erat. Propterea Silatum antiqui dixere, quod nunc tentaculum dicimus. Festus. Dioscorides lib. 3. cap. 58.

SILENVS, penult prod. σιλλνος, Bacchi nutritius fuit, & pedagogus, semper asino vehi solitus: quem Aratus in gratiam alumni inter sidera transtulisse dicit. Virgil. 6. Aeglo. —Chromis, & Mnasyllus in antro Silenum pueri somno videre iacentem. Inflatum hesterno venas, vt semper, Iacchо.

Silco, ęs, lui, Significat taceo. {σιγάω. Ital. *Tacere*. Gal. *Se taire, ne dire mot, se tenir coy*. Hisp. *Callar*.} quamuis hæc ita inter se differre velit Seruius, vt Silere dicatur, qui nondum cœpit loqui: tacere, qui iam cœpit. Quæ differentia si vera est, falsi sunt qui dicunt silere factitium verbum esse, ſ litera, quæ silenti} nota est, quoniam in ludis literariis, publicisque conuentibus, dum volunt silentium indicere, ſ literam, quasi sibilando pronuntiant. Iungitur aliquando accusatiuo. Cicc. Attic. lib. 2. Hæc tu silebis. Frequentius ablatiuo cum præpositione de. Cicc. 6. Verr. Me non solum de vestris monimentis silere oportebit, sed etiam lætari, P. Africani eiusmodi esse fortunas mortui, vt eius honore, &c. Passiuum habet. Plin. lib. 12. cap. 1, Nullum sileatur rerum naturæ opus. Idem lib. 16. cap. 21, Idque mirum est, Græcis autoribus proditum, apud nos postea sileri. Silent Musæ Varronis, dixit Cic. 4. Acad. id est Varro nihil scribit, nihil edit.

Silens, participium. {ὁ σιγάων, ἡ σιωπῶσα. Ital. *che tace*. Gal. *Qui se tait, qui est à recoy*. Hisp. *Que calla*.} Quod aliquando fit nomen ex participio. Vnde Silens cœlum, pro tempore sereno. Plin. lib. 18. ca. 28, Alia sunt illa quæ silente cælo sereníque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi quum facta sunt. ¶ Silens flos, qui non amplius crescit, & quodam modo declinat. ¶ Silens luna dicitur quando fit conienctio eius cum Sole, quod contingit ipso die nouilunij. Plin. lib. 16. cap. 39, Inter omnes verò conuenit vtilissimè in coitu eius sterni, quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant. Colum. lib. 2. cap. 10, Silente luna fabam vellito ante lucem. ¶ Silentes surculi, silentes vineæ: id est nondum germinantes. Colum. lib. 11. cap. 2. Surculi quoque silentes ad insitionem nunc præcipuè, vtilitérque leguntur. Colu. lib. 4. cap. 17, Fossor protinus, ad hue silentibus vineis inducendus est. Id est nondum gemmantibus. ¶ Silentes, pro mortuis. Ouid. 5. Fast. Mox etiam Lemures animas dixere silentum. Id est mortuorum. Virg. lib. 6. Aene. Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum Conciliúmq; vocat, vitásq; & crimina discit.

Silentium, tij, Taciturnitas. {σιγή, σιωπή. Ital. *silentio, il tacere, taciturnità*. Gal. *Silence, taciturnité*. Hisp. *Silencio ò obra de callar*.} Plin. lib. 10. cap. 69, Silentium in mari piscantibus ostera. ¶ Silentium agere de re aliqua, est illam tacere. Quint. lib. 10. ca. 1, Quippe quum Tullius tot millibus versuum de Romanis tantum Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, quibuscum conuiuebat, exceptis Cæsare atq; Marcello, silentium egerit: quis erit modus si & illos qui postea fuerũt, & Græcos omnes & Philosophos, & Poëtas persequi velim? ¶ Silentium est de aliqua re: id est de re illa nihil dicitur. Cicc. ad Atti. lib. 5. De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros à barbaris nũtiabant ij qui veniebant. Silentio aliquid ferre, est dissimulare, & de re illa nihil conqueri. ¶ Descendere in silentium, incipere taciturnum esse. Quintil. lib. 10. cap. 3, Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, vt labore consumantur, & in silentium vsque descendant nimia bene dicendi cupiditate. ¶ Silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret, vt ait Cicc. lib. 2. de Diuin. ¶ Silentium noctis, pro intempesta nocte ponitur, quam alij concubium, alij conticinium vocant. Liu. 5. ab. Vrbe, Supra ædem Vestæ vocem noctis silentio audisse clariorem humana.

Silentiarij. Dicti sunt, quorum ministerio Imperator vtebatur ad ea quæ ad quietem palatij pertinebant. Accursius Silentiarios dici putat, quos vulgò *Secretarios* appellamus. Sic enim ait Iustinianus C. de Silentiariis. Viros clarissimos sacri nostri palatij silentiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus. Procopius lib. 2. belli Pers. Romani, inquit, ad ea quæ quietis sunt in palatio, ministrum silentiarum vocant.

Silesco, is, Tacitus seu quietus fio. {ἡσυχάζομαι. Ital. *Tacere, acquetarsi*. Gal. *Se taire, ne dire mot, se tenir coy*. Hisp. *Callar*.} Terentius in Adelp. Quid ego nunc agam, nisi dum hæ Silescunt turbæ, interea in angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi? Virg. 10. Aen. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Insit: eo dicente, deũm domus alta silescit: Et tremefacta solo tellus: silet arduus æther. Furor cæli silescit, Catull. Epig. 43.

Siler, gene. neut. Frutex nonnunquam arboreſcens, adeò vt bacculos rustici ex eo faciant: aquosis locis crescit, quasi pumila salix, cuius etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius: contenditque non esse id, quod seseli Massilienſe officinæ, & siler montanum appellant. Virgil. libro 2. Georg. Nanque altæ nullis hominum cogentibus ipsæ Sponte sua veniunt, campósque & flumina late Curua tenent, vt molle siler, lentæque genistæ.

SILER, masc. gene. Fluuius est, Picentinos diuidens à Lucanis, naturæ tam admirabilis, vt virgulta & frondes in ipsum decidentes, statim lapidescant, teste Plinio lib. 2. cap. 103, quanuis illi, vt cæteris ferè omnibus, Silarus dicatur, non Siler. Qua tamen terminatione effertur à Lucano lib. 2, Radénsque Salerni Tecta Siler. Vide plura de hoc suprà in dictione SILARVS.

Silex, cis. Lapis durus, ex quo ignis excuti solet: vnde & nomen habet, quòd ignis ex eo saliat: vel quòd silentem intra se ignem habeat, qui attritu, aut percussu excitetur. {πυρίτης. Ital. *Pietra, battifuoco*. Gal. *Vn caillou, pierre à feu*. Hisp. *El poderal ò piedra dura*.} Virgil. 1. Aene. Ac primùm ulicis scintillam excudit Achates, Suscepitq; ignem foliis. Idem 1. Georg. Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. Ouid. 7. Metam. Aut vbi terrena silices fornace soluti, &c. ¶ Accipitur nonnunquam latius silicis appellatio, vt etiam de petris, & marmoribus dicatur. Plin. lib. 36. cap. 18, Idem Varro Lunensem silicem serra secari tradit. Virg. lib. 7. Aene. Stabat acuta silex, præcisis vndique saxis. ¶ Est autem hoc nomen tam masc. quàm fœm. gener. Lucret. lib. 1, Vnde queant validi silices, ferrúmque creari. Virg. 1. Aeglo. Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit. ¶ Lapidem silicem manu tenebant fœdera feritentes, itáque precabantur, Si sciens fallo, qui me despicit, salua vrbe, arcéque, ex me eiiciar, vt hunc ego lapidem.

Silicens, a, um, Quod est ex silice. {ὁ λίθινος, πυρίτης. Ital. *Di pietra focaia*. Gal. *De caillou, de pierre à feu*. Hisp. *De poderal*.} Cato cap. 18, Inibi lapides silicees in totum forum sternito. &c.

SILIA, Fluuius in montanis Indiæ esse dicitur, in quo nihil innatet: quanuis Democritus, Aristotelésque id verum esse negent. Vide Strabonem libro 15.

Silicernium, nij, Variè exponi solet. Scribit Nonius esse funebre conuiuium quod senibus exhibetur. Festus docet esse farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur: quia cuius nomine instituebatur ea res, is iam silentium cerneret. Cæcilius, Credidi me silicernium eius esse esurum. Donatus inquit esse cœnam quę infertur diis manibus, vel quòd eam silentes cernant vmbræ, id est vmbræ possideant: vel quòd qui hæc inferunt, cernant, neq; degustent. Nam de his quæ libantur inferis, quisquis ederit, aut biberit, funestator. Hinc Terent. in Adelphis appellat senem silicernium, qui iamiam silentibus cernendus sit. Alij silicernium nomen fictum à Terentio existimarunt pro sene, quòd in cruitate silices spectet. Qui rectè sentiunt, affirmant silicernium funebre cõuiuium esse quod apud veteres senibus exhiberi solebat, dictum quòd cum silentio edentes cernerentur, vel quod cogitarent se mox illum sequuturos. Quapropter abeuntes à conuiuio, veluti se amplius non visuri, mutuò se salutabant. Varro, Funus executi, lauté ad sepulchrum antiquo more silicernium cõfecimus. Id est conuiuium in quo pransi discedentes dicimus aliis alij. Vale. Silicernium ergo Terentius senem vocat, atque decrepitum: id est dignum vel cui silicernium fiat, vel qui ad silicernium vocetur. παλαιόγηρον.

Silicia, siue Silicula, σίλις Dioscoridi, Herba quæ alio nomine fœnum Græcum, à Theophrasto bucetas vocatur, ab aliis ægoceras nuncupatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 19.

Siligo, inis, Frumenti species est quæ Gallis olim *arinca* dicebatur, ex qua laudatissimus conficitur panis. {σῖτος. Ital. *Formento bianco, minuto, in che non è segala*. Gal. *Certaine espece de froumẽt blanc & menu & fort delicat*. Hisp. *El trigo candial*.} Plin. lib. 18. cap. 10, Siligo nunquam matureſcit paritet: nec vlla segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem iis quæ maturuere, protinus granum dimittentibus: sed minus quàm cætera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper habet rectum spicam, nec torem continet qui rubiginem faciat. Idem lib. 18. cap. 8, E siligine laudatissimus panis, pistrinarúmq; opera laudatissima, præcellit in Italia. Colum. lib. 2, Omne triticum solo vliginoso post tertiam arationem conuertitur in siliginem. Plin. eodem lib. cap. 8, Siliginem proprié dixerim tritici delicias: candor est, & sine virtute, & sine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt, & Galliæ comatæ. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantùm, Aruernorúmque agro perrinax: in cæteris verò partibus biennio in triticum transit. Ex his omnibus satis cõstat siliginem tritici genus esse, quod iam aliquot sationibus in aliam speciem degeneravit, minus quidem potentem ad nutriendum, cæterùm gustui non iniucundiorem.

Siligineus, a, um, Quod est materiatum ex siligine: vt panis siligineus, {σιλιγνίτης. Ital. *Fatto di tale formento*. Gal. *Fait de froument blanc*. Hisp. *Hecho de aquel trigo candial ò flor de harina*.} quem Seneca commendat his verbis. Malum panem inquis: Ex pecta, bonus fiet, & iam illum tenerum tibi & siligineum fames reddet.

Siliginarius, ij. Siliginis venditor vel distributor. {ὁ σιλιγνοπώλης, ὁ ἀλφιτοπώλης. Ital. *Venditore di simil formento*. Gal. *Vendeur de ce froument blanc*. Hisp. *Vendedor de aquel trigo candial*.

Siliqua, æ, penult corr. Folliculus, seu integumentum, cui grana leguminum includuntur, & siquid leguminibus est simile. {λοβός, κέρας. Ital. *Tegna secca, tiza, tauella, scorza*. Gal. *L'escosse ou gousse de febues, pois & semblable*. Hisp. *Hollejo de qualquiera legumbre*.} Virg. lib. 1. Georg. Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset. Plin. lib. 18, de fabis loquens ait, Nam siliquæ, caulésq; gratissimi sunt pabulo pecori. ¶ Item siliqua, κεράτιον, siue siliqua Græca, fructus est arboris quæ à Galeno κερατωνία appellatur, siliquis tectus falcaris humani digiti longitudine, iisque prædulcibus, & ob id in cibis expetitis, quum semen propter amaritudinem negligatur. Vide Plin. lib. 15. cap 24. Horat. 2. Epist. 1, Viuit siliquis, & pane secundo. Colum. lib. 5. cap. 19, Siliquam Græcam, quam quidam ceration vocant, & persicum ante brumam per autumnum serito. ¶ Est & alia arbor, siliqua dicta, in Syria nascens, quam Iones ceraunian appellant, omnino diuersa à siliqua Græca, de qua vide Plin. lib. 13. cap. 8. ¶ Est etiam siliqua, minimi ponderis apud Romanos nomen, quod & à Græcis Ceration appellator, scrupuli sextam partem, drachmæ verò decimamoctauam conficiens. Sex itaque siliquæ conficiunt scrupulum. Scrupula autem tria, siue octodecim siliquæ, explent drachmam. Sextula autem, sexta pars vnciæ est, vnde & nomen habet: continéq; scrupula III I, siue siliquas X VIII. Continet itaque sextula drachmam vnam, & tertiam eius partem. Drachma Græcum nomen est, Latinóq; vocabulo Denarius dicitur, vt Budæus non vno loco prodidit: quanuis Agricola hoc putet interesse inter denarium & drachmam, vt septem denarij octo drachmas, siue vnciá expleãt. Supra sextulam, semunciam legimus, dimidium vnciæ continentem. Vncia ab vno denominatur, quòd ex duodecim ea vna est pars assis, & ex octo drachmis conficiebatur, aut ex totidem denariis, vt putauit Budæus: quanuis vt suprà diximus, Agricola ex septem denariis, qui octo drachmis respondebant, vnciam constare asserat. Vnciæ duę, Sextans, quasi sexta pars assis, nuncupatur, ἕκτον μέρος. Quadrans, quarta pars: Triens, tertia pars: Semis, vnciæ sex, quasi semias: Septunx, vnciæ septẽ: Bes, vnciç octo: Dodrans, vnciæ nouem: Dextans, vnciæ decem: Deunx, vnciæ vndecim. Inde as, ex duodecim vnciis constans, quæ & libra dicitur: minóque est quàm mina Attica quattuor drachmis. Habet enim Romana libra nonaginta sex non amplius drachmas, quum Attica mina ex centum drachmis constet. Ex duobus assibus conficitur Dupondius: ita dictus, quòd sit duorum pondo. Vltra dupondium est sestertius, qui ex duabus libris & semisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

semisse constat, quasi semistertius, de quo vide suo loco. Quod enim fiebat ex duobus assibus, & tertio semisse, Sestertium veteres vocauerunt. Supra sesterrium, tressis, à tribus assibus. Octussis quoque ac nonussis, decussisq; reperitur, octo nouem, ac decem asses. Decussem verò denarium à decem assibus nominauerunt. A duobus deinde decussis, vicessibus, id est viginti asses. A tribu, tricessis, triginta asses. A centum, centussis, centum asses, qui erant breues ex ære numi. Supra centussem maius æris vocabulum non habemus.

Siliquor, aris, Siliquas facio: hoc est siliquis tegor, quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. {σιλιζω. Ital. *Far tega ò tauella.* Gal. *Venir en escosse, en gousse.* Hisp. *Echar hollejo la legumbre.*} Plin. lib. 17. cap. 9. Inter omnes autem constat, nihil esse vtilius lupini segete, prius quàm siliquetur, aratro vel bidentibus versa. Idem lib. 18. cap. 7. Siliquantur verò omnia diuersis diebus, & ima primùm parte paulatim flore subeunte.

Siliquastrum, Herba hortensis, quæ alio nomine κεντρόφυλλον nominatur, cuius meminit Plin. lib. 19. cap. 12. {Ital. *Herba di gallo.* Gal. *herbe de coq ou de la poincrette.* Hisp. *Pimiento ò pebre de Hispania.*}

SILIS, Amnis Venetiæ primus, ex montibus Taurisanis fluens, & in stagnum cadens, vbi nunc habentur suburbanæ Venetiarum insulæ, Murianum, Torcellisq;. Plin. lib. 3. cap. 18.

SILLA, vide SILIA.

Sillographus, σιλλογράφος, Sillorum scriptor: qualis fuit Timon ille Phliasius, qui librum quendam conuitiorum, & irrisionis plenum, quem in Philosophos edidit, Sillos inscripsit: quo nomine Græci maledicta, & irrisiones intelligunt.

SILVRA, σίλουρα, Insula in Oceano Britannico (vt Solinus inquit) cuius incolæ, pecuniæ ignari permutationibus commercia exercent.

Silo, Qui prominentia habet supercilia, à Sileno, quē hirsuris superciliis fuisse tradunt. {σίλφος. Ital. *Ciglio ha le ciglia alte.* Gal. *Camus, qui a le nez, crochu contremont.* Hisp. *Hombre de nariz, romo.*} Autor Nonius, citans locum Varronis, ex Satyra, cui titulum fecit γνῶθι σεαυτόν. Nónne vnum scriesse grandibus supercíliis silonē quadratum? Plin. tamen lib. 11. cap. 37. non obscurè innuit silones dictos fuisse homines repando naso. Altior (inquit) homini tantùm, quem nouit mores subdolæ irrisioni dicauere, nasus. Non alij animalium nares eminent. Auibus, serpentibus, piscibus foramina tantùm ad olfactus, sine naribus. Et hinc cognomina Simorum, Silonum. Hæc Plinius.

SILON, Insulam Indiæ docet esse Augustinus de Ciuitate Dei, lib 21, quæ ex eo cæteris terris præfertur quòd omnis arbor quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

Silphion, σίλφιον, Idem quod laserpitium, cuius succum laser appellari, supra suo loco ostendimus. Vide Plin. lib. 19. cap. 3. & lib. 22. cap. 23.

SILPHIVM, Regio Libyæ, ab insula Plateæ vsq; ad os Syrtium protensa, teste Herodoto lib. 4.

Silurus, pen. prod. σίλουρος. (si credimus Theodoto) piscis prægrandis, fluuiatilis pariter ac marinus, præcipua autem magnitudine in Nilo & Gange, carne præduleí, nullis ossibus aut spinis interstitis: rostro autem, caudáq; delphino similis. Paulus Iouius in eo libello, quem de piscibus Romanis conscripsit, eum conijcit esse, quē hodie siutionem vocamus.

Silus, Nasum habens sursum versus aduncum. Vnde galeæ quoq; à similitudine, silæ appellatæ sunt. Cic. 1. de Nat. deor. Equos Silos, Flaccos, Frontones, Capitones, &c.

SILVS, Fluuius Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus. Plin. lib. 6. cap. 8, Tanaim Scythæ Silyn vocant.

Simbella, læ, Quasi semilibella. hoc est dimidia libella. Est præterea Simbella, instrumentorum paruum quo singuli numi ponderantur. Sipont.

SIMETHVS, siue Simerthis, idis, vide SYMASTHVS, & SYMARETHIS.

SIMICHIDAS, σιμιχίδας, Nomen pastoris apud Theocritum, in Idyll. quem ipsius enarratores patrem Theocriti fuisse existimant.

Simiæ, & Simij, Hominum figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Libya nascuntur: dictæ quòd simæ fiant, id est naribus depressis, vel quasi mimæ, hoc est imitatrices. {πίθηκοι. Ital. *Simie, bertucchie.* Gal. *singes, guenons.* Hispan. *Monas, ximios ò monos.*} Mar. lib. 14. Callidus emissas eludere simius hastas. Vide Plin. li. 8. cap. 54. ¶ Simia per translationem dicitur, qui alium imitatur. Plin. Epist. 5, In quo rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat.

Simiolus, diminutiuum, Qui vtcunque alterum imitatur. {πιθήκιον. Ital. *Picciola simiola.* Gal. *Petit Singe, singeteau.* Hisp. *Pequeño ximio ò mono.*} Cic. ad Mart. li. 7. Hic simiolus animi causa me, in quē inuehebatur, delegerat.

Simila, læ, pen. corr. Medulla farinæ triticeæ, hoc est ea pars quæ media est inter pollinem, & secundarium, potissimam nutriendi vim habens. {σεμίδαλις. Ital. *Amito, amido, pura farina di fermento.* Gal. *La pure farine de froment, la fleur de farina, semoule.* Hisp. *semola ò acemite, la flor de harina.*} Sunt enim molæ farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundarij siue cibarium, & furfures. Eadem & semilago dicitur. Plin. lib. 18. cap. 10. Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustū est è modijs redire semodios & pollinis sextarios quinquaginta enim appellāt in tritico quod florem in siligine. Præterea secundarij sextarios quatuor, furfurúmque tantundem. Mart. lib. 13. Nec dores poteris similæ numerare, nec vsus.

Similago, pen. prod. Idem quod simila. Plin. lib. 18. cap. 10. Similago ex tritico fit laudatissima.

Similagineus, Adiect. vt similagineus panis. {σεμιδαλίνος ἄρτος. Ital. *Pan di fior di farina.* Gal. *Pain de fleur de farine.* Hisp. *Pan de flor de harina.*} Senec. Epistola 119.

Similis, le, Notæ est significationis. {ὅμοιος. ἐοικώς. Ital. *Simile, assomigliante.* Gal. *semblable, pareil, ressemblant.* Hisp. *cosa semejante.*} Construitúrq; indifferenter cum genitiuo aut datiuo. Solet tamen ita distingui, vt quoties ad morum, vel doctrinæ, vel huiusmodi imitationem refertur, genitiuo iungeretur: vt, Versus Lucani non sunt similes versuū Virgilij. Horat. lib. 2. Ser. Saty. 1. -similésq; meorum Mille die versus describi posse. Trebatius Ciceroni. Vt aliquorum similes in dicendo valeamus esse. ¶ Quando verò vel in forma, vel in ætate, vel in fortunis, aut aliis huiusmodi rebus simil tudo est, cum datiuo. Virg. lib. 1. Aen. Os humerósq; Deo similis. Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri similis. Sed confunditur apud classicos autores hæc differentia: nam vtrunque indifferenter reperitur. Cic. Verr. 4, Si aliqua in re Verri similis fuero. Idem lib. 5. de Finib. Non video cur nō potuerit patri similis esse filius. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Fratri similior quàm patri. Quibus in locis de moribus, non de figura sermo est. ¶ Hinc Simillior, & simillimus. Cic. pro M. Marcello, Hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. Plaut. Asinar. Hic noster quæstus aucupij similimus est. Virg. 6. Aen. -pressitq; iacentem Dulcis & alta quies, placidæque similima morti. Ouid. lib. 4. Meta. -violæq; similimus ora Flos tegit. Plin. lib. 12. cap. 17. Mastiche tertia in Ponto bituminis simillior.

Similiter, aduerb. {ὁμοίως. Ital. *Similmente.* Gal. *semblablement.* Hisp. *semejantemente.*} Ad Heremiū lib. 4, Similiter eadens exornatio dicitur, &c. ¶ Simillimè, superlatiuum. Cic. 2. Tusc. Simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem pondus: remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. Idem pro Lege Agrar. Hic tamen excipit Pompeium: simillimè, vt mihi videtur, atq; in illa lege qua peregrini Roma eiciuntur, Glaucippus excipitur. ¶ Similis, & similiter nonnunquam in prima orationis parte ponuntur pro ita, sequente in secunda Vt, vel Ac, aut Atq; pro Vt. Colum. lib. 5. Cætera simili ratione atq; in arbusto Italico administrantur. Liuius, Similem pauorem inde, fugámq; fore, ac bello Gallico fuerat. Cic. de Senectute, Similes sunt vt siqui gubernatorem in nauigādo agere nihil dicant. Idem de Nat. deor. Similiter facis ac si me roges, &c. Idem Philipp. 1. Neq; verò illum similiter, atq; ipse eram, commotum esse vidi. Idem de Offic. Similiter eos facere qui inter se contenderent, vter Rempub. potius administraret, vt si nautæ inter se certarent quis eorum potissimùm gubernaret. Similes inter se, id est sibi inuicem similes. Cic. pro Cluentio, Homines inter se cum forma, tum moribus similes.

Similitudo, inis, Notæ significationis est. {ὁμοίωσις. Ital. *similitudine, imagine, forma.* Gal. *semblance, similitude.* Hisp. *La vna y otra semejança, imagen.*} Cic. lib. 1. Offic. Nihil autem amabilius, nec copulatius quàm morum similitudo bonorum: in quibus enim eadem studia sunt, eædem voluntates: in iis sit vt æquè quisq; altero delectetur, ac sepso. Liu. lib. 5. bel. Pun. Graechus fraudem & sermoni, & rei abesse ratus, ac similitudine veri captus, cum lictoribus ac turma equitum è castris profectus, duce hospite in insidias præcipitatus. Eius contrarium est dissimilitudo, Cic. in Lælio, dispares mores, disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitia.

Similitas, atis, Antiquis in vsu erat pro similitudine, ὁμοίωσις. Cælius apud Nonium. Vide quid ferat morum similitas.

Simulo, las, Refero, repræsento, exigitq; accusatiuū. {ὁμοιόω. Ital. *Semiglia-re.* Gal. *Resembler.* Hisp. *Semejar.*} Martialis, Quum sint crura tibi, simulent quæ cornua Lunæ. ¶ Hinc componitur assimilo, de quo suprà suo loco.

Simitu, Antiqui vtebantur pro simul: quod & Nonius annotauit. {ἅμα. Ital. *Insieme.* Gal. *Ensemble.* Hisp. *Juntamente.*} Plautus in Mercat. Itaque simitu res agendæ sunt. Idem in Amphit. Non ego cum vino simitu ebibi imperium tuum.

SIMMIAS, σιμμίας, Philosophus Thebanus, Socratis auditor: cuius scripta enumerantur à Suida.

SIMOIS, entis, σιμόεις, Fluuius est Troadis, ex Ida monte nascens, labitur per campum Troianum, qui ab eo dicitur Simoesius, & mari appropinquans, commiscetur Xantho, ac in paludem cogitur, deinde exit in Hellespontum iuxta Sigeum promontorium. Virg. 1. Aeneid. Tùne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam!

Simoesius, a, um, adiectiuum: vt, Campus Simoesius, hoc est Troadis campus, Simoente irrigatus. Quo nomine etiam inclytus fuit adolescēs quidem Troianus, quòd apud Simoentem fluuium esset natus. Autor Homerus 4. Iliados.

Simones, ἁμωνες, Iidem qui simi. hoc est qui nares habent pressas.

SIMONES plures fuerunt, nomine hoc, post Philippum Græcis, Latinis, Hebræisque pariter communi facto. Ex his antiquissimum legimus Athenien sem philosophum, Socratis discipulum fuisse, qui scripsit dialogos XXXIIII. ¶ Alius fuit, qui scripsit de Arte Rhetorica. Alius Medicus. Alius sculptor: quorum omnium autor Diogenes Laertius. Et Simon Magnesius, musicus egregius, qui & ipse superiorum musicorum more corrupto Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lysis Lysiodiam. Strabo lib. 14. ¶ Simon Constantinopolitanus, ludimagister, annos ab hinc circiter ducentos composuit Græcè Metaphrastas, id est sanctorum vitas. quæ habētur in bibliotheca Vaticana. ¶ Ex Hebræis verò Simonem magum legimus, caput & autorem totius hæreseos: de quo Eusebius lib. 2. latissimè, & Iustinus in Apologia ad Antoninum principem, in hanc sententiam scribit. Simon quidam Samaritanus sub Claudio principe, artibus magicis & ope dæmonū subleuatus vrbe nostra, compluribus per phantasiam deceptis, deos est creditus, & honore simulachri donatus, à vobis inter duos pontes Tyberis colitur cum titulo literis Latinis descripto, Simoni deo sancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nonnulli alij, tanquam deum adorant, ac fatentur. Sed & Selenen quandam erroris comitem, quæ prius in lupanari fuit apud Tyberiadem, cum ipso consecrauerunt. Similia quoq; Irenæus in primo aduersus hæreses libro. ¶ Simon item ille qui à Petro Spiritus sancti gratiam mercari volebat, vnde vitio nomen inditum: aliiq; complures, præter Apostolum.

Simoniam, Vulgò dicunt à Simone mago, quam Latini ambitum vocant, quum quis ecclesiasticas functiones, quæ mera Dei dona sunt, pecunia nundinatur.

SIMONIDES, σιμωνίδης, Lyricus poëta fuit è Cea insula, Stesichori æqualis, quem Plin. lib. 8. cap. 56. quatuor harum literarum ζ, ξ, ψ, & ω, inuentorem fuisse tradit, octauámq; in lyra chordam inuenisse. De hoc Cicero in Oratore, Simonides, inquit, Ceus primus artem memorandi inuenisse fertur. Quū cœnaret in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, cecinissétq; id carmen quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poetarum more, in Castorem & Pollucem scripta fuissent, nimis illum sordidè Simonidi dixisse, se dimidium eius ei quod pactus esset, pro illo carmine daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè laudasset, peteret, si ei videretur. Paulo pòst esse feruot nuntiatum Simonidi vt prodiret, iuuenes stare ad ianuam duos quosdam qui eum magnopere euocarent: surrexisse illum ipsum

ipsum, prodiisse, vidisse neminem. Hoc interim spacio conclaue illud, vbi epularetur Scopas, concidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interisse: quos quùm humare vellent sui, nec possent obtritos internoscere vllo modo, Simonides dicitur ex eo, quòd meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse. Hac re tunc admonitus, inuenisse fertur, ordinem esse maximè qui memoriæ lumen adferret. Hactenus Cicero. ¶ Fuit & Simonides alter, Crinei filius, ex Amorgo insula, Iambicus poëta: de quo Quintil. lib. 10. cap. 1. Simonides tenuis, alioqui sermone proprio & iucunditate quadam commendari potest: præcipua tamen eius in commouēda miseratione virtus, vt quidam in hac cum parte omnibus eiusdem operis autoribus præferant. ¶ Simonides item alius, Caristius, siue Erythræus poëta Epicus fuit, qui scripsit Græcorum apud Aulidem conuentū, trimetrorum libros duos, & alia. ¶ Præter hos, alios duos ponit Suidas, vnum nepotem Simonidis Lyrici ex sorore cognominatū Meliceriā, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsitq; genealogiā libris tribus. ¶ Alterum Simonidem Magnetem poëtam Epicum Antiochi magni tempore, cuius res gestas scripsit, ac bellum aduersus Galatas. Suidas.

Simplex, cis, Philosophis propriè appellatur quod nullo modo compositum est: quemadmodum elementa quatuor, quæ sola, si rationem consulamus, sunt simplicia. {ἁπλοῦς. Ital. *Semplice, sempio, puro.* Gal. *simple, pur, fangle, qui n'est point double.* Hisp. *Cosa sencilla à sin dobles.*} ¶ Aliquando tamen in simplicibus discernendis à compositis, sensum, non rationem iudicem adhibemus. Et ita partes corporis, partes similares: item plantas omnes simplices dicimus, propterea quòd sensus in iis compositionem nullam possit deprehendere. ¶ Argumētum simplex, quod in plures partes non est diuisum. Terent. Prolog. Heaut. Duplex quæ ex argumento facta est simplici. ¶ Aliquando ponitur pro vero, & syncero, sicut e contrariò, dupiex pro fallaci & vafro. ἁπλοῦς, ἀπλόϊος. Marius Ciceroni lib. 11, Trebatio nostro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum simplicem, atque amicum aperuit. Horat. Et cursus duplicis per mare Vlyssei. ¶ Simplex homo, purus, apertus, nihil tectum, nihil simulatum habens. Cic. 4. Acad. Cum simplici homine simpliciter agerem, nec magnopere contenderem. Anni simplices, id est rudes, & doli nondum capaces, cuiusmodi sunt in pueritia, aut prima adolescentia, quibus etiam simplex toga, & pura, quæ prætexta dicebatur, sumi solebat. Mart. li. 10, Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis. Et prætexta cultus amicitia. ¶ Simplex cibus, Purus, non affectatus, aut aliquo condimento corruptus, vel cōpositus. μονόκομμον ἔδεσμα. Plin. lib 11. ca. 53. Homini cibus vtilissimus simplex. Condimentum orationis simplex. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Simplicitas, atis. {ἁπλότης, ἀφέλεια. Ital. *simplicità.* Gal. *Simplicité, simpleſſe.* Hisp. *simplicidad.*} Mart. lib. 10, Vitam quæ faciunt beatiorem, Iucundissimè Martialis hæc sunt: Res nō parta labore, sed relicta: Non ingratus ager, focus perennis: Prudens simplicitas, pares amici. Ouid. 3. de Arte, simplicitas rudis antè fuit: nunc aurea Roma est, Et magnas domiti possidet orbis opes. Quint. lib. 5. cap. 7, In paucis atque humilibus accusator simplicitate gloriari potest.

Simpliciter, aduerbium, Purè, apertè. {ἁπλῶς. Ital. *Semplicemēte, sempiamente.* Gal. *Simplement, rondement, sans fraude, à la bonne foy.* Hisp. *Simple y sencillamente.*} Plinius Epist. 98, Amicè, & simpliciter reprehenderunt. ¶ Simpliciter oberrare, est imprudenter ab itinere deflectere. Plin. li. 8. cap. 4. Elephas homine obuio fotrè in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens, placidúsq; etiam demonstrare viam traditur. Quintil. lib. 1. cap. 12, Prætereà secundum aliam ætatis illius facilitatem, velut simplicius docentes sequuntur.

Simplicius, veteres pro simpliciter vtebantur. Plaut. in Merc. Vt simplicitus dicam. Sic enim legit Nonius: nequis fortè sciolus librariorum incuria Simplicitus pro Simplicius irrepsisse suspicerur.

Simplus, Nomen numerale, significans vnicum, & minimè multiplex. {ἁπλοῦς. Ital. *sempio.* Gal. *simple, fangle, qui n'est point double.* Hisp. *El tanto ea cosa fencilla, simple.*} Plaut. in Most. Simpla est habitatio. Idem in Pœnu. Liceat simplum soluere. Sic duplus, bis tantùm, Triplus, ter tantùm, & huiusmodi.

Simplarius, adiectiuum à simplo, siue simplici deductum, cuius etiam propemodum habet significationem. ἁπλοϊκός. Simplariæ venditiones (inquit Budæus) sunt pro quibus venditor necesse non habet de dupla emptori repromittere: quarum meminit Vlpianus in l. Emptoria. de Euictionibus. Ita enim simplariæ venditiones à Pomponio dicuntur, vt simplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in simplum, duplum, quadruplum dabantur. Eadem ratione armaturæ simplares, duplaréſq; à Vegetio dicuntur, lib. 2. de Re milit. quas qui gestabant, singulas, & duplas consequebantur annonas. Et à Modestino de vocabulis rei militaris, Torquatij simplares, duplaréſque, quòd qui illa præmia virtutis, & decora militiæ meruissent, singulas, & binas præter alios consequebantur annonas. Sic hodie in sacerdotalibus collegiis sacerdotia quædam simplaria dici possunt, & quædam duplaria: à simplice, dupliceque stipe in confessu Ecclesiastico accipienda. Vide plura de hisce in dictione DVPLARIVS.

Simpulum, li, Calix fictilis quo vinum in sacrificiis libabatur: à sumendo, quòd eo vinum sumebant minutatim. {ἁπλοῦς ἢ κυλικίσκος ἱερατικός. Ital. *Vaſo da bere di terra, vſato à ſacrificij.* Gal. *Vn vaiſſeau de terre à boire, de quoy ils ſe ſeruoyent a'aduis ſacrifices.* Hisp. *Cierto vaſo de barro en los ſacrificios.*} Plin. lib. 35. cap. 12. Sed fictilibus prolibatur simpulis innocentius. Apuleius. catinum, & simpulum sacrificiis adhiberi solita ostendit his verbis, Paupertas populo Romano imperium à primordio fundauit, próq; eo in hodiernum diis immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat. Festus, Simpulum, vas parnum, non dissimile cyatho: vnde mulieres diuinis rebus deditæ, simpulatrices vocantur. Varro scribit vas esse minutim fundens, in cuius locū successerit epichysis: vnde veteres res minutas, nullíusq; pretij, simpularias appellabant. Sunt qui pro simpulo, simpuuiū legunt: cuius meminit Iuuenalis sat. 6, Aut quis simpuuium ridere Numæ, &c. Sunt etiam qui velint simpullum gemino l, scribendum, ea forma qua ampullam dicimus. ¶ In simpulo aliquid facere, prouerbij speciem habet: de quo vide Chiliadas Erasmi.

Simul, aduerbium congregandi, idem significans quod vnà, pariter. {ἅμα, ὁμοῦ. Ital. *Inſieme, di compagnia.* Gal. *Enſemble, auec.* Hisp. *juntamente y en vno.*} Terent. in Eunu. Simul consilium cum re amisisti. ¶ Aliquando ponitur pro deinde, vel etiā, vel præterea. Varinius Ciceroni, Ciues Romanos occidit, abripuit, disperdidit, regiones vastauit: simul verò semissis homo contra me arma tulit. Sallustius, His amicis, sociisq; confisus Catilina, simul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. ¶ Inuenitur quandoque geminatum, & habet quasi eandem vim quam cùm & tum, siue partim. Quintilianus, Simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei, simul ne vulgarem viam ingressus, alienis vestigiis insisterem. ¶ Ponitur aliquando simul, pro eadem opera. Plaut. in Merc. Duas res simul nunc agere decretum est mihi. Dicimus venustè, simul tecum, nobiscum, & simul cum aliquo. Cic. pro domo sua, Optimi ciues fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Cic. de Amicitia, Dissolui cœperunt cum corporibus simul animas interire, &c. ¶ Accipitur aliquando simul, pro posquam, simulac, siue simulatque. Cice. 4. Acad. Et simul insanit tibicen, à perito carmen agnoscitur.

Simulac, & Simulatq;. Quum primùm, vel statim quum, siue postquam. {ἅτε δὲ πάχιστα, ἅτε πάχιστα. Ital. *Subito che, poi che.* Gal. *Incontinant que, apres que.* Hisp. *Luego que, ſubito que.*} Sallustius. Iam primum iuuentus, simulac belli patiens erat. Colum. lib. 5. Semper conueniet, simulatq; folia agere cœperint, ficus rubricam amurca diluere. Cice. Appio, Gratissimum mihi feceris, si ad me, simulatq; adeptus eris, miseris. In eadem etiam significatione dicimus simulac primùm, simul primùm, & simul vt. Cic. 3. Verr. Simulac primùm ei occasio visa est, auersa pecunia publica Quæstor Consulem, exercitum, prouinciámq; deseruit. Ibidem, Simulac potestas primùm data est, adeunt hi quos dixi. Liui. 6. ab Vrbe. Interim Qu. Fabio, simul primùm magistratu abiit, ab C. Martio Tribuno dicta dies est. Plin. lib. 11. cap. 49, Vtro quoque simul vt expirauerit, cornescere aiunt genitalia. ¶ Ponuntur aliquando Simul &, & Simúlq;, pro Atque etiam, vel præterea: vt quum dicimus, Vir fortis, simul & prudens. Plin. Epist. 7. lib. 2. Sordidum simul & sumptuosum. Plin. lib. 9. cap. 35. Superbo simul ac procaci fastu. Quint. lib. 10. cap. 1, Qualis ferri fulgor, quo mens simul visúsque perstringatur.

Simulacrum, penul. prod. Imago ad similitudinem rei alicuius efficta. {εἴδωλον, εἰκών, ἀπείκασμα, ὁμοίωμα. Ital. *Simolacro, ſtatua, forma, imagine, idole, effigie.* Gal. *Image eſſigie, ſemblance, ſtatue, idole.* Hisp. *Imagen, ò ſemejança.*} Cic. pro domo sua, Mulieris simulacrū è marmore. Ouid. 10. Metam. -quò multa sacerdos Lignea contulerat veterum simulacra deorum. Virg. 2. Aen. Hîc Hecuba, & natæ nequicquā altaria circum Condensę, & diuūm amplexæ simulacra tenebāt. ¶ Simulacrum ciuitatis, per translationem, pro signo & nota. Cice. ad Plancum lib. 10, In qua nec Senatus, nec populus vim habet vllam, nec leges vllæ sunt, nec iudicia, nec omnino simulachrum aliquod ac vestigium ciuitatis.

Simulo, as, Præ me fero quod non est, & fictam rei alicuius similitudinem refero, & pro vero falsum ostendo. {ἀποτυποῦσθαι, πλάττειν, ἐπιτηδεύειν. Ital. *simulare, fingere.* Gal. *Feindre, contrefaire, faire ſemblant.* Hispan. *Fingir lo que no es.*} Cic. Att. Simulabat se Romam rediturum quum in Africam nauigaturus esset. Virg. 1. Aene. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Ouid. 1. de Arte, vt simuler vultu gaudia, tristis erit. Eius antitheton est Dissimulo. Cic. lib. 7. Epist. Multa & simulani iuuitus, & dissimulaui cum dolore. ¶ Simulo non sentire, id est dissimulo. Plin. Epist. 14. lib. 3, Ille siue quia non sentiebat, siue quia non sentire simulabat, immobilis, & exterus fidem peractę mortis impleuit. ¶ Est & Similo, as, per tertiam vocalem in secunda syllaba, quod significat similitudinem rei alicuius repræsentare. ἐξομοῦν. Horat. 2. Epist. 1, -æra Fortis Alexandri vultum simulantia. Sed de hoc suprà egimus suo loco.

Simulatio, onis, verbale, Fictio, & simulata fictáq; alicuius rei internæ per vultum repræsentatio. {ὑπόκρισις. Ital. *Fintione, ſimulatione.* Gal. *Feintiſe, ſimulation.* Hisp. *Aquella obra de fingir lo que no es.*} vnde pro deceptione & circumuentione ponitur: quòd animo, vel vultu, aut voluntate simulata fiat. Cic. ad Lent. lib. 1, A quibus tœdus fuerat, derelictus: idq; non solùm fronte, atq; vultu, quibus simulatio facilimè sustinetur. Idem 3. Verr. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm hæ quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine.

Simulator, oris, Qui simulat. {Ital. *chi finge, ſimulatore.* Gal. *Simulateur, contrefaiſeur, qui feint, hypocrite.* Hisp. *El que finge lo que no es.*} Cice. 1. Offic. De Græcis autem dulcem & facetum, festiuúsque sermonis, atque in omni ratione simulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus. Ouid 2. de Arte, Tantum ne pateas vrbis simulator in illis.

Simulatè, aduerbium, Fictè. {ὑποκριτικῶς, πλαγίως. Ital. *Fintamente, Gal. Par feintiſe, par ſimulation.* Hisp. *Fingiendo lo que no es.*} Cic. 2. de Nat. deor. Mala enim, & impia consuetudo est, contra deos disputandi, siue ex animo id fit, siue simulatè.

Simulamen, nis vel Similamen, Idem quod repræsentatio, assimilatio, siue limitatio. {ἐξομοίωσις, μίμησις. Ital. *Repreſentatione, ſimiglianza.* Gal. *Repreſentation, imitation, ſemblance.* Hisp. *La ymagen ò ſemejança.*} Ouid. de Adonide lib. 10. Meram. Annua plangoris peraget simulamina nostri. Id est repræsentationem nostri doloris. Loquitur enim de sacris annuis quæ Adonia dicebantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

Simultas, atis, Inimicitia, à simulando, vt quidam volunt, quòd proptiè latens & dissimulatū odium nomine hoc significari existiment: quanquam reuera etiam de apertis inimicitiis dicatur. {ἔχθρα. Ital. *Odio coperto.* Gal. *Haine couuerte.* Hisp. *Competicion odioſa entre dos, odio cubierto.*} Cic. pro Lege Manil. Ve multas etiam simultates partim obscuras, partim apertas intelligam mihi non necessarias, vobis non inutiles, suscepisse. Iuuen. Sat. 15, Inter finitimos vetus atq; antiqua simultas. Plaut. Pseud. Nam hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem suam.

Simulter, aduerbium, Dixerunt antiqui pro similiter. ὁμοίως. Plautus, Exossabo ego eum simulter vt murænam coquus.

Simus, a, um, {σιμός. Ital. *con le nare voltate in ſu.* Gal. *camus.* Hisp. *Coſa que tiene las narizes romas.*} Qui pressis est naribus: vnde propriū capræ est epitheton. Virg. 10. Aeglo. Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ. Hieronymus de Socratis vxoribus, Quæ quū crebrò inter se iurgarentur, & ille eas irridere esset solitus, quòd propter se fœdissimum hominē, simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, & repandis eru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus disceptarent, Mart. lib. 6, Atq; ille sima nare, turgidis labtis.

Simulus, diminutiuum. Mart. lib. 6, Simulus iste quis est, vxori semper adhæret Quj Menedore tuæ?

Sin, ἢν δὲ μὴ ὅτι. cum subiunctiuo, Ex si & ne componitur, abiecta e: significatq; Si verò: & nunquam in prima parte collocatur, sed in secunda, vbi duorum est oppositio: & ferè semper si, in priore parte præcedit. {Ital. *Ma se.* Gal. *Mais si, sinon.* Hisp. *Mas si.*} Terent. in Andr. Si illũ relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas. Habet enim quandam vim negationis, perinde ac si diceretur, Si autem non relinquo, sed opitulor. ¶ Aliquando sin solum reperitur, ita tamen vt conditio aliqua intelligatur præcessisse. Sallust. in Iugur. Imperat vt pretio, sicuti multa cõfecerat, insidiatores maxime paret, ac maximè occultè: sin id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat. Id est si potest, occultè: si non potest, vtcunque queat.

SINADA, (quod hîc pro Cariæ vrbe legebatur) vide SYNNADA.

SINAE, Σῖναι, populi sunt Indiæ, ad Septentrionem Seribus, ad Occasum Indis extra Gangem finitimi, terras incognitas desertásque ad Ortum & Meridiem habentes. Horum caput est Thina. Autor Ptolemæus lib. 7. cap. 3. Stephanus vrbem quoque ipsam Sinas appellat.

Sinapi, pen. prod. neut. gen. & indeclinabile. {σίναπι ὀ. Ita. *Senaura, senauro, senape.* Gal. *Senené, moustarde.* Hisp. *Mostaça.*} vel Sinapis, fœm. gene. Herba est semen ferens tanta acrimonia, vt cieat lachrymas comedenti, in hybernis condimentis vsitatissimum. Plin. lib. 18. cap. 8, Acerrimũ sapore, ignei effectus ac salubberrimum corpori, sinapi. Plaut. in Pseud. fœm. gene. vsus est. Teritur (inquit) scelerata sinapis cum illis. Item Colum. lib. 10, Séq; lacessenti fletum factura sinapis.

SINAPODES (quod hic corruptè legebatur) vide HIANTOPODES.

Sinciput, pitis, Pars anterior capitis, aures, temporáque complectens. {βρίγμα. Ital. *Parte dinanzi della testa.* Gal. *Le deuant de la teste.* Hispan. *Pedaço de cabeça ò pettorejo.*} Sinciput (inquit Cornutus in Persium) anterior pars capitis: Occiput, posterior. Plautus Menæchmis, Non est tibi sanum sinciput, adolescens. Iuue. Saty. 13, Si verò & pater est, comedam, inquit, flebile nati Sinciput, elixi, Pharióque madentis aceto. Apollinaris ad Valerium Maioranum: -partémque cerebri Hic galeæ cum parte rapit, fortíq; lacerto Dissicit ancipiti miserabile sinciput ense. ¶ Neque solum in homine sinciput dicitur, verumetiam in brutis animantibus: & præcipuè in genere suillo. Erant enim olim in deliciis sincipitia verrina siue aprugna, aceto condita, & ad esum præparata. Plin. lib. 8. cap. 51, Interdicta quoque abdomina, glandia, testiculi, vuluæ, sincipitia verrina.

SINDA, δα, σίνδα. Oppidum Lycaoniæ, in confinio Galatiæ, arq; Cappadociæ: teste Plin. lib. 5. cap. 27. Stephanus Sindam aliam in India collocat ad sinum magnum, à Sindis populis habitatam.

Sindon, {σινδών. Itali. *Lenzuolo molto sottile.* Gal. *Vn linge fort delié, crespe.* Hisp. *Lienço sutil.*} Genitiuo sindonis, pen. corr. Amictus ex lino Aegyptiaco: inde vt creditur, nomen habens, quòd primùm *in* Sidone vrbe fuerit inuentus: ob id Tyria Sindon à Martiale dicta, lib. 4, Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres, Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Sinceraſtum, vide SYNCERASTVM.

Sine, præpositio separatiua, Idé significans quod absq. {ἄνευ. Ital. *Senza, sanza.* Gal. *Sans.* Hisp. *Sin.*} vt, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Terent. Eunu. Virg. 1. Aene. Imperium sine fine dedi. Ouid. 2, Metam. Immotósq; oculos in se sine fine tenentem Nescius extimuit.

SINGARA, ræ, Σίγγαρα. Arabiæ vrbs Rhetanorum caput. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Singuli, læ, la, nonnisi plurali numero, Vnusquisq; per se, hoc est separatim ab aliis. {ἕνα καὶ ἕνα. Ital. *Ciascuno da per sè.* Gal. *Chacun, l'vn apres l'autre.* Hisp. *Cada vno, sendos.*} Cice. 7. Verr. Vt non modò plures, sed ne singuli quidem possint accedere. Virg. 1. Aene. Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo, &c. Idem 6. Aene. Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit. Dicimus autem Latinè, Aliquid fieri singulis diebus, vel in singulis diebus, cum præpositione in: vel cum accusatiuo, in singulos dies, pro eo quod est quotidie. Cice. pro Muræna, Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. Idem 2. de Nat. deor. Sol binas in singulis annis reuersiones facit. Idem ad Atticũ, Quotidie, vel potius in singulos dies, breuiores literas ad te mitto. In dies tamen, sine in dies singulos, licet idem significent quod quotidie, vix vnquam tamen in oratione ponuntur sine comparatiuo, aut verbo incrementi. Cic. in Catilinam, Crescit in dies singulos hostium numerus. ¶ Antiqui etiam Singulum dicebant, pro vnico & singulari. Plau. in Ciſtell. At at, singulum video vestigium.

Singularis, re, Quod est vnicum. {ἑνικός, μονότροπος. Ital. *Singolare, vnico.* Gal. *Singulier, seul, vnique.* Hisp. *Cosa singular.*} Plin. lib. 28. cap. 10, Democritus etiamnum effectus auget eius qui singularis natus sit. Verbis singularibus gratias agere: hoc est quæ vnum tantùm, non etiam plures complecterentur. Cic. in Catilinam, Primùm quòd mihi gratias egistis singularibus verbis, &c. ¶ Dicitur aliquando singulare, quod est excellens & tam in malum quàm in bonum sumitur. ἐξοχή. Cic. pro Sylla, Me singulari immanitate & crudelitate præditum. Plin. Epist. 45, Mox vehiculum ascendit, assumit vxorem singularis exempli, &c. Pro eodem antiqui dicebant singularius: quod & Nonius annotauit, citans locum Turpilij in Demetrio, Homini natura vnica est & singularis. Plaut. in Capt. His indito catenas singularias, hoc est singulis catenam vnam.

Singulariter, aduerbium, Vnicè, excellenter, magnopere, mirum in modum. {ἐξαιρέτως, ἐξόχως. Ital. *Singolarmente.* Gal. *Singulierement.* Hisp. *Singularmente.*} Cicero 4. Verr. Quem ego singulariter in prætura mea dilexissem.

Singulatim, aliud aduerb. Significat vnumquodque seorsum, vel per se. {καθ' ἕνα τε. Ita. *Singolarmente, à vno per vno.* Gal. *Chacun à part soy, l'vn apres l'autre, singulierement.* Hisp. *Singularmente, vno à vno, apartadamente.*} Cic. 1. Verr. Si tantulum offensum titubatúmq; sit, vt ea quæ singulatim ædibus collecta sint, vno tempore vniuersa perdamus. Idem 1. de Inuent. Singulatim de vnoquoq; genere in secundo libro dicemus. Procodem etiam dicimus figillatim. Cæsar lib. 5. belli Gall. Centuriones figillatim, Tribunósq; militum appellat: quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognouerat.

Singillatim, Idem quod singulatim, hoc est vnũquodq; per se. καθ' ἕκαστον. Cice. 4. Philipp. Ciuitas non singillatim, sed prouinciis totis dabatur. Lucilius, Singillatim vnusquisq; nostrum mouetur. Suet. in Augusto, Atque etiam singillatim è certo genere hominum libentes, ac pro facultate quisque pecuniss contulerunt.

Singultus, us, ui. {λόγξ. Ita. *Singolto, singhiozzo.* Gal. *Hoquet, ou hochet.* Hisp. *Sollopo ò obra de hipar.*} Species est conuulsionis quæ fit vel nimia spirituum suppressione, vel propter inanitionem, vel repressionem immoderatam, vel ob erosionem ab actioribus in vétriculo humoribus, quas quum facultas expultrix per se expellere non possit, motricem in auxilium accersit: spirítúmque aut humores noxios vi quadam, & non sine sonitu expellit: atq; ita cietur conuulsionis quoddam genus in ventriculo, quod singultum appellamus. Cic. pro Plancio, Non modò lachrymulam, sed multas lachrymas, & singultum cum fletu videre potuisti. ¶ Neque solius hominis est singultus, verumetiam brutorum animantium, vt equorum. Virg. 3. Georg. -iámq; longo Ilia singultu tendũt. Idem 9. Aene. -& longis singultibus ilia pulsat. Ouid. 3. Amor. Eleg. 7. Orãque singultu concutiente sonant. Item gallinarum. Colum. lib. 8. cap. 5. Assiduus autem debet esse custos, & speculari parientes: quod se facere gallinæ testantur crebris singultibus interiecta voce acuta.

Singultio, hoc est singultus emitto. {λύζω. Ita. *Singoltire.* Gal. *Hoqueter, auoir le hoquet.* Hisp. *Sollopar ò hipar.*} Plin. lib. 23. cap. 21, Nec singultientibus, nec si cum febre dyspnœa sit, &c.

Singulto, as, frequẽtatiuum, Quod est frequenter singultio. {πολλὰς λύζω. Ital. *Singultire spesso.* Gal. *Sanglotter, hoqueter souuent.* Hispa. *Sollocar ò hipar muchas vezes.*} Virg. 9. Aen. Tum caput ipsi aufert domino, truncúmque relinquit Sanguine singultantem. Id est cum singultu animã efflantem.

Singultim, aduerbium. {Ital. *Facendo singolti.* Gal. *En hoquetant.* Hisp. *Sollocando ò hipando.*} Horat. lib. 1. Serm. Saty. 6, Vt veni coràm, singultim pauca locutus. Id est verbis inrerruptis. Budæus.

Sinistra, æ. Manus læua, à sino, is, vt placet Festo, eo quòd aues quæ ad læuam apparent, rem instítutam nos agere sinant. {ἀριστερὰ, λαιστρά. Ital. *Mano sinistra, man manca, man zanca, man stanca, man mancina.* Gal. *La main senestre ou gauche.* Hisp. *Mano siniestra ò yzquierda.*} Virg. 10. Aene. -clypeum tum deinde sinistra Extulit ardentem. Idem 5. Aen. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Ouid. 3. de Ponto, Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra. ¶ Sinistra ponitur aliquando pro ea parte quæ sinistram manũ versus est: Cic. de Diuin. Cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum. ¶ Ponitur aliquando aduerbialiter pro à parte sinistra. Cic. 4. Acad. Et quum in vno mundo ornatus hic sit tam mirabilis, innumerabilis, suprà, infrà, dextrà, sinistrà, antè, póst.

Sinister, tra, trum, Quod ad sinistram est. {λαιὸς, σκαιὸς, καθ' ἑρμηνείαν, κατ' ἐξοχήν. Ital. *Chi è alla sinistra.* Gal. *Senestre, à gauche.* Hispan. *El que es puesto à la mano siniestra.*} vt, Sinistra manus, Sinistrum cornu. Liu. 3. ab Vrbe. Nam quum æquasset aciem, duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem faceret, tenuêre. Virg. 10. Aen. -Pallásq; sinistro Affixus lateri. Idem 7. Aene. -vestigia nuda sinistri Instituere pedis. Ouid. 9. Mera. In latus erigitur, cubitóq; innixa sinistro. ¶ Sinisterior, & sinisterius. Varr. 2. de Re rust. ca. 5. Si quidem si mas est, in dexteriorem partem abit: si fœmina, in sinisteriorem. Cicero, Cornu sinisterius, quod erat infirmius. ¶ Sinistrum autem, quantum ad auguria pertinet, significat prosperum, teste Festo, propterea quòd nos agere aliquid sinat. Cice. de Leg. Is aue sinistra dictus populi magister est. Aliam tamen eius rei rationem affert Varro lib. 5. Epistolicarum quæstionum, his verbis, A deorum sede quum in Meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi exorientes, ad dextram occidentes: quo factum arbitror, vt sinistra meliora auspicia, quàm dextera, esse existimentur. ¶ Aliquando accipitur pro aduerso, noxio, ominoso: quòd quæ sinistra manu fiunt, minus rectè fieri videantur. {Ital. *Infelice, nocevole, contrario.* Gal. *Malheureux, malfortuné.* Hispan. *Cosa de mal agüero.*} Virg. lib. 1. Georg. Arboribúsq;, satísque Notus, pecorique sinister. Plin. Epist. 9, Nemo me apud quenquam sinistris sermonibus carpit: neminem ipse reprehendo, nisi vnum me. Virgil. 9. Aeglog. Antè sinistra caua monuisser ab ilice cornix. Ouid. Epistol. 29, Et fuit ad cœptas hora sinistra vias. Idem Epist. 15, Dij precor à nobis omen remouete sinistrum.

Sinistrè, aduerbium. {σκαίως, ἀναιδῶς. Ital. *Da banda sinistra, infelicemente.* Gal. *Du costé senestre, à la malheure, gauchement.* Hisp. *Hazia la mano yzquierda, disdechadamente.*} Tacit. lib. 17, Cæterum vtraque cædes sinistrè accepta. Exceptus sinistrè, Horat. in Arte.

Sinistrorsum, aduerbium, significans versus sinistram partem. {ἐπ' ἀριστερὰ, ἐπὶ τὰ λαιά. Ital. *Da banda sinistra.* Gal. *A gauche, à la main gauche, du costé senestre.* Hisp. *Hazia la mano yzquierda.*} Horat. 2. Serm. Saty. 3, Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. Legitur & Sinistrorsus: quod & Festus annotauit, citans locum Cæsaris 6. belli Gall. Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis à flumine regionibus.

Sinisteritas, atis, Peruersitas, improbitas. {σκαιότης. Ital. *Senestrezza, malignità.* Gal. *Gaucheté, sotise, lordise.* Hisp. *Aguella disposicion de siniestro, maldad.*} Plin. Epist. 18. 2, Plerique autem dum verentur ne gratiæ potentium nimium impartire videantur, sinisteritatis, atque etiam malignitatis famam consequuntur.

Sinistimum, inquit Festus, Antiqui dixerunt pro sinistro: vt, Sinistimum auspicium, quum aues à sinistra conspiciuntur. Id autem dextero felicius habebatur. Cuius rationem hanc reddit Festus, ex sententia Varronis, quòd veteres deorum sedem ad Septentrionem esse voluerint, atque inde eos in Meridiem spectare. Quo fit vt Ortum ad dexteram, Occasum habeant ad sinistram.

Sino, is, sini, situm, Permitto. {ἐάω, ἀφίημι. Ital. *Permettere, lasciare.* Gal. *Permettre, laisser faire.* Hisp. *Dexar ò desamparar.*} Varro, Sine is ad pubertatis annos perueniat. Terent. And. Sine nunc meo me viuere interea modo. Ibidem, Sine te hoc exorem, s. sino. Cæsar 4. belli Gall. Vinum ad se importari omnino non sinunt.

Situs, & Siturus participia, Id est permissus & permissurus. Cice. pro Sestio, Accusare eum moderatè, à quo ipse nefariè accusator, per Senatus autoritatẽ non est situs. Idem ad Q. frat. lib. 2, Catò concionatus est, comitia haberi non siturũ. ¶ Huius compositũ est Desino: de quo suo loco.

SINON, onis, pen. genitiui prod. Nomen est filij Sisyphi, nepotisq; Autolyci soris. Autolycus enim, teste Seruio, duos habuit liberos: Sisyphū, vnde natus est Sinon: & Anticleam, vnde Vlysses. Hinc est quod Virg. 2. Aene. Sinoni astuti & fallacis proditoris tribuit personā. Hic nanq; cum Græcis Troiam profectus, post diuturnum bellum ab iisdem subornatus, sua sponte se Troianis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi & omnibus ciuibus Græcos abiisse, ac equum illum ingentem in vrbem recipiendum esse fictionibus suis persuasit, sed maximo eorum detrimento. Virg. lib. Aene. Talibus insidiis periurisq; arte Sinonis Credita res, &c. Sinonis huius inuentum esse significationem speculatorem, autor est Plin. lib. 7. cap. 56.

SINONIA, Insula Corsicæ vltra Tyberina ostia in Antiano: vt tradit Plin. lib. 3. cap. 6.

SINOPE, pen. prod. Vrbs Ponti, quæ olim frequenti gymnasio, & rubricæ genere, quā Sinopicam vocant, clarissima fuit. Sinopem (inquit Strabo lib. 12.) vrbium quæ in Ponto sunt, clarissimā Milesij condidere: quæ classe cōparata, mari, quod intra Cyaneas est, imperauit. Extrà verò multorum certaminū particeps fuit cum Græcis: & quum libera fuisset, tandem amissa libertate, Pharnaci obtemperauit, (fuit enim obsidione capta) posteàque successoribus eius vsque ad Eupatorem, & Romanos, qui illum sustalerūt. Eupator ibi natus & educatus, eximiè illam coluit, & regni metropolim fecit. Munita est naturali prouidentia. Nam in colle peninsulæ cuiusdam situ, ex veraque Isthmi parte portus & stationes habet, &c. Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus, Patrion, & Diphilus comicus orti sunt. Cicero in oratione pro Pompeio haud obscurè indicat in Sinope & Amiso Mithridatis olim domicilia fuisse, omnifariis rebus ornatissima refertisimāque.

Sinopeus, gentile, per tres syllabas. Ouid. 1. de Ponto, Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus.

Sinopis, pen. prod. genit. sinopidis, Rubricæ genus præstantissimum, quod circa Sinopen Ponti vrbem effodiebatur: vnde & nomen habet. Plin. lib. 35. cap. 6. Nascuntur sinopis, rubrica, paræronium, melinum, eretria, antipigmentum, cæteri finguntur. Et paulo pōst, Sinopis inuenta est primùm in Ponto: inde nomen à Sinope vrbe. Species eius sunt tres, rubens, minus rubens, & media. Hæc ille. Vitruius li. 7. eam rubricam sinopicam appellauit. Strabone arbitror sequutus, qui lib. 12. μέλαιναν σινωπικὴν eam nominat, & in Cappadocia eā nasci asserit: ideirco autem sinopicam vocari, quòd à mercatoribus Sinopen solet ad mercatum deferri, priusquam Ephesiorum emporium tam celebre esset.

SINVESSA, Vulgò *Sessa*, Oppidum (vt inquit Plin. lib. 3. cap. 5.) nouii Latij extremum, non procul à Liri fluuio, quod quidam olim Sinopen appellatum voluerunt. In eius agro gignitur vinum copiosum, quod à saxosis collibus in quibus nascitur, Sinuessanum petrinū vocat Horatius. De hac Liuius lib. 10, In saltu Vestino Palernū contingente agrum, Sinope dicitur Græca, vrbs fuisse, Sinuessa deinde à Romanis colonis appellata. Strabo lib. 5. Sinuessa in Setano sita est sinu, à quo nomen vendicat. Et proximæ calidæ sunt Balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ.

Sinuo, as, Sinuosus, vide SINVS.

Sinus, us, prio. corr. Curuitas illa quæ est intra pectoris, brachiorūmque complexum. {κόλπος. Italicè & Hispanicè, *Seno*. Gal. *Sein, repli*.} Terent. in Adelp. Hic non amandus: hiccine non gestandus in sinu? Ouid. Epist. 3. Te tenet in tepido mollis amica sinu. Seneca Troade, Blando sinu fouens nepotem. Fouere dextram sinu, Ouid. 1. Amor. eleg. 4. Hinc sinus vestium appellati sunt, laxitates inter plicas, intermediæ. Virg. 1. Aene. Nuda genu, nodóq; sinus collecta fluentes ¶ Per translationem quoque sinus vocantur littora curua, duobus quasi brachiis longius in mare procurrentibus inclusa. Græci κόλπους appellant. {Ital. *Golfo* Gal. *Gouffre ou golfe de mer*. Hisp. *Golfo de la mar entre dos cabos*} Hinc Plinius totam Europam, quà Mediterraneo mari alluitur, in quatuor præcipuos diuidit sinus. quorum primus Calpæ Hispaniæ, & Lacinio extremo Italiæ promontorio includitur: secundus à Lacinio initium sumens, Acroceraunijs montibus terminatur: tertius ab Acroceraunijs ad Hellesponti angustias extenditur: quicquid reliquum est Europæ vsque ad Tanaim fluuium, quarto sinu includitur. ¶ In oculis item sinus dicuntur concauitates illæ quibus lachrymę erūpentes, primùm excipiuntur. Sic enim interpretatur Seruius illud Virgilij 4. Aen. Sic effata sinum lachrymis impleuit obortis. ¶ Accipitur item sinus pro gremio, siue ea parte vestis qua verenda teguntur. Iuuen. Sat. 9, Fata regunt homines: fatum est istis qua verenda teguntur. Iuuen. Sat. 9, Fata regunt homines: fatum est in partibus illis, Quas sinus abscondit: nam si tibi sidera cessant, Nil faciet longi mēsura incognita nerui. ¶ Nonnunquā etiam pro cassibus venatoriis. Martial. lib. 13, Puleher adest onager, mitti venatio debet Dentis Erythræi: iam remouere sinus. ¶ Aliquando pro velo quod vēris flantibus curuatur, & sinuosùm redditur. Virg. 5. Aene. Colligere arma iubet, validisque incumbere remis. Obliquátque sinus in ventum, &c. Iuuen. Saty. 1, Totos pande sinus. ¶ Sinum ex toga facere, est extremas togæ oras ita contrahere, vt in medio sinus, hoc est capacitas quædam relinquatur. Liui. 1. bell. Pun. Tum Romanus sinu ex toga facto. Hîc (inquit) vobis bellum atque pacem portamus: vtrum placet, sumite. ¶ E sinu alicuius esse dicimus, quod ex intima familiaritate eius esse vo lumus intelligi. Cice. 4. Verr. Verres simulac tetigit prouinciam, statim Messanam literas dedit: Dionem euocauit: calumniatores ex sinu suo appositos qui, &c. In sinu suo habere, pro eo quod est habere in potestate sua. Caius Iureconsultus, Titio centum do lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non cauī, quòd omnem fortunam & substantiam, siquam à matre susceperat, in sinu meo habui sine cautione. ¶ Sinus item pro copia ponitur: quo modo accipitur à Seneca, Nō recipit sordidū virtus amatorem: soluto ad eam sinu veniendum est, id est plena liberalitate, & copia effusa, vt interpretatur Budæus. ¶ Sinus, nus, prio. prod. Genus vasis sinuosi, interprete Nonio, quēadmodū & galeola. Plaut. in Cure. Hic cū vino sinus fertur. Varro de Vita populi Romani, vt idē Nonius citat, Vbi erat vinū positum in mensa, aut galeola, aut sinu. Virg. Aegl. 7, Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis Expectare sat est, &c.

SINVS magnus, μέγας κόλπος. Indici Oceani sinus est, iugo seu promontorio magno. & Sxui fluminis ostijs interceptus: vt describitur à Ptolemæo Tab. Asiæ vndecima. Hispani, qui eam orbis partem lustrauerūt, vocant *Mare de sur*: traduntque breuiori itinere eò perueniri, si Occidentem versus nauigetur.

Sinuo, as, Curuo, in sinus flecto. {κυρτόω. Ital. *Ingobbire, intorcere*. Gal. *Entortiller, ou tortiller en plusieurs plis, courber*. Hisp. *Enroscar, entorcer*.} Virg. 1. b. 2. Aene. Sinuétq; immensa volumine terga. Id est in sinus flectit. Ouid. lib. 2. Metam. -tremulæ sinuantur flumine vestes. Id est rugantur, vel in sinus colliguntur. ¶ Hinc componitur Insinuare: de quo satis multa dicta sunt suo loco.

Sinuosus, a, um, Quod habet multos sinus {κολπώδης. Ital. *Tortuoso, gombitoso, golfoso*. Gal. *Qui a plusieurs plis, qui a plusieurs destours*. Hisp. *Tuerto, torcido, lleno de golfos*.} vt mare sinuosum, Vela sinuosa, quæ vēto inflata in sinus turgescunt. Claud. lib. 1. de Rap. Pros. -sinuosa draconum Membra tegens, volucri per auia nubila, &c. Plin. lib. 11 cap. 37, Cor prima domicilia intra se animo & sanguini præbet, sinuoso specu & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Virg. 11. Aen. Saucius at serpens sinuosa volumina versat. Ouid. 5. Meta. tamen sinuosa veste pependit.

Sion, sij, σῦον, Herba est in locis aquosis nascens, frutice pingui, recto, foliis laris, olusatro similibus, sed minoribus, & odoratis. Alio nomine Lauer dicitur, & vulgò *Berula*. Plin. lib. 22. cap. 22, His adnumerant Sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriúsq;, copiosum semine, sapore nasturtij.

Siparium, rij, Veli genus quo vtebantur mimi, scenicíq; artifices ad scenam velandam. {αὐλαία παραπετάσματος. Ital. *Velo da ornare il teatro, tapezzerie*. Gal. *Vn rideau dequoy se seruoyent les ioueurs*. Hisp. *Velo para sombra y ornar el teatro*.} Cice. de Prouincijs Consul. Itaque ille alter (vt ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus) quibuscum iam in orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

SIPHNOS, σίφνος, Insula est maris Aegæi, non procul à Seyro, XXVIII. M. passuum ambitu: antè Meropia & Acis appellata, vt tradit Plin. lib. 4. ca. 12, Hæc insula locupletissima erat, teste Herodoto lib. 3, vt in qua auraria & argentaria metalla essent, vnde tantum pecuniæ fiebat, vt ex decima eius parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuiq; par, Siphnijs pecuniam, quę quotannis conficiebatur, distribuentibus. ¶ Gentile est Siphnius, σίφνιος Stephano.

Siphones, pen. prod. {σίφωνες. Ital *Canoni, condotti da acqua*. Gal. *Siringues ou tuyaulx*. Hisp. *Los aguatochos ò atenores de agua*.} Canales tubi, siue fistulę in fontibus, per quas vrgente spiritu, aqua vel alius liquor emittitur à fono dicti, quem edit aqua per eos erumpens. Iuuen. Saty. 6. Effigiémq; deæ longis siphonibus implent. Plin. li. 2, de aqua in summa iuga erumpēte, Quo spiritu acta & pōdere tertæ expressa. siphonū modo emicat.

Siphunculus, li, diminutiuum est à siphone, significans exiguam fistulam ex ære, vel marmore, aliáve materia, ex qua aqua exilit è fonte. {ὑδρορρόος σίφων, τὸ σιφώνιον. Ital. *Picciol canone è conduito da acqua*. Gal. *Petite siringue ou petit tuyau*. Hisp. *Pequeño aguatocho, ò atenor de agua*.} Plin. ad Apollinarem, In hoc fonte crater, circà siphunculi plures miscent iucundissimum murmur.

Sipo, as, are, Antiquis in vsu erat pro spargere. σιφλίζειν, πάσσειν. A quo manserunt composita Dissipo, insipo, & obsipo: quorum significationem explicuimus suis locis.

SIPONTVM, ti, siue SIPVS, untis, σιποῦς, vulgo *Manfrederia*, Vrbs Apuliæ iuxta Garganum montē à Diomede ædificata, quæ primùm ob multitudinem sepiarum, quę ibi capiuntur, Sepius, Sepiuntis, fuit appellata, teste Strabone lib. 6. Lucan. lib. 4, -& subdita Sipus Montibus. Hinc Sipontinus à Siponto, vt Sepiuntius, à Sepiunte. σιποῦντιος.

SIPYLVS, pen. corr. σίπυλος Stephano. Vrbs est Phrygiæ, quæ regnante Tantalo terræ motu concidit. Vide, Strabonem lib. 1. & 12. Ouid. 6. Meta. Tum quum Mæoniam virgo. Sipylúmq; colebat.

Siquando, aduerbium temporis, Id est si aliquando, vel si aliquo tempore: primam productam, & acutam habet. {εἴποτε. Ital. *Se qualche volta, se pur vna volta*. Gal. *Si quelque fois*. Hisp. *Si alguna vez*.} Cic. de Amic. Non erunt ergo homines diuitiis affluentes audiendi, siquando de amicitia, quam nec vsu, nec ratione habent cognitam, disputabunt.

Siquidem, antepenultima acuta, componitur ex si, & quidem: quannis Si, per se producatur, ibique correpta sit, nec significationem partium habeat ex quibus componitur. Significat enim nam, seu quoniam. {εἴγε. Ital. *Se pur, poi che, perche, certamente*. Gal. *S'il est ainsi, car*. Hisp. *Ciertamente*.} Cic. Dolab. Gratulor Rasis nostris, siquidem, vt scribis, salubres repente factæ sunt. ¶ Ponitur & pro Si certè, dubitatiua coniunctione. Afinius Ciceroni, Nam & robur, & soboles militum interiit, si quidē quæ nuntiantur vera sunt. Colum. in Præfat. lib. 1, Accedit huc, quòd ille quem nos perfectū esse volumus agricolam, si quidem artis consummatę non sit, nec in vniuersa rerum natura sagacitatem Democriti, vel Pythagoræ non fuit consecutus: multum tamen profecerit, si vsis Tremellios, Saserнāsq;. & Stolones nostros æquauerit. Terent. Eunu. Biduum saltem vt concedas solum. P H. Si quidem biduū: & non fiant isti viginti dies. Verùm in hac significatione duæ diuisæ dictiones esse videntur: vnde Si producendum est, quum in composita dictione corripiatur. Profertur tamen testimonium ex Ouidio, in quo Si, corripi volunt, etiam extra compositionem. id autem est huiusmodi. Quæ mihi ventura est, siquidem est ventura senectus, Quum desit numeris ipsa inuenta suis? Sic enim legit Laurentius Valla: quum tamen emendatiores codices genuinam lectionem hanc esse ostendant, Siquæ est ventura senectus.

Siquis, siqua, siquod, vel siquid, compositum à quis: idem significans quod si aliquis. {εἴτις. Ital. *Se alcuno*. Gal. *si aucun, si quelqu'vn*. Hisp. *si alguno, si alguna*.} Plin. Epist. 6 lib. 3, Nec vitia, siqua sunt, celant. Siquis alius, εἴτις ἄλλος, clausula est in primis elegans, qua vtimur quum significare volumus quempiam in re aliqua vehementer excellere: vt Varro tortus antiquitatis, siquis alius, peritissimus, id est, Aut Varro peritissimus est antiquitatis, aut nemo. Sueton. in Claudio, Siquem alium & se liberum esse.

SIRACI, eorum, Populi sunt Scythici, Caucasi radicibus ad Septentrionem proximi: quorum meminit Strabo lib. 11.

SIRBON, onis, siue Sirbonis, idis, αἰρβὰς καὶ σιρβωνὶς Stephano, Palæstinæ lacus, non procul à Casio monte, olim ex M. pass. circuitu: Plinij verò ætate in exiguæ paludis angustiam contractus. Herodotus Serbonitidem vocat. Vide Plin. lib. 5. cap. 13. & Strabonem lib. 16.

Siremps, Vox antiqua, & prorsus obsoleta: qua tamen Catonem vsum tradit Festus, pro eo quod omnimodam rei alicuius similitudinem refert: quasi similis res ipsa.

SIREN, sirenis, pen. gener. prod. σείρην, Monstri marini genus, poëtarum fabulis celebratum, superiori sui parte virginis formam referens, inferiore in piscis caudã desinens. Has Poëtæ tres fuisse fabulantur Acheloi fluminis & Calliopes Nymphæ filias, quarum nomina fuerunt, Parthenope, Ligia & Leucosia. Hæ quum litus Siculum incolerent, nautas præternauigantes, suauitate cantus in naufragium pelliciebant. Vlysses autem quum illac sibi iter esset, sociorum aures cera obturauit, ne insidiosos Sirenum cantus possent exaudire: seipsum verò malo nauis iussit alligari: atque ita periculum turus euasit. Sirenes itaque quum se contemni viderent, impatientia doloris se præcipitauerunt in mare. Ouid. lib. 5. Meram. tradit has fuisse comites Proserpinæ, cámq; raptam diu quæsisse: quam quum non inuenissent, in marina monstra esse conuersas sursum versum virginea forma, postrema corporis parte pisces: voce, cithara & tibiis tam blãdè canentes, vt cantus dulcedine, nautas sopirent, sopitos demergerent, demersos etiam deuorarent. Seruius in illud Virg. 5. Aen. Iámq; adeò scopulos Sirenum aduecta subibat Difficiles quondam, multorúmque ossibus albos: sic ait, Sirenes secundum fabulam partim virgines fuerunt, partim volucres, Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiæ. Harum vna, voce: altera tibiis, alia lyra canebat: & primò iuxta Pelorum, pòst in Capreis insulis habitauerunt, vbi nautas illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretrices fuerunt, quæ quoniã transeuntes perducebant ad egestatem, fictæ sunt inferre eis naufragia. Has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem. Ouidius, Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora Quassibet admissas detinuere rates. Hæc Seruius. Dictæ autem sunt Sirenes, non ἀπὸ τῦ σύρειν, hoc est à trahendo (vt quidam voluerũt) quum Græci ει diphthongo scribant, sed παρὰ τὸ σειρὰν, quod inter cætera significat decipere. Aut ἀπὸ τῆς σειρᾶς, quòd catenam, vel vinculum significat: propterea quòd aduenas incautos amore sui, veluti vinculo quodam iniecto, retinebant. Fuerunt qui & aues quasdam in India esse tradiderint, sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, vt deinde somno grauatos lacerarent. Vide Plin. lib. 10. ca. 49. ¶ Sunt & sirenes in fucorum genere, quas in apibus nymphas appellamus: hoc est fuci imperfecti quum iam formã capere incipiunt. Plin. lib. 11. ca. 16, de Apibus loquens, cætera turba quum formam capere cœpit, nymphæ vocantur: vt fuci sirenes, atque cephenes. Siquis alterutris capita demat, priusquam pennas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus.

SIRENVSSAE, σειρηνοῦσαι, Insulæ tres sunt Lucaniæ adiacentes, ex aduerso eius promontorij, à quo sinus Pæstanus initium sumit.

SIRES, σίρις, Thraciæ populi, supra Byzantios. Autor Stephanus.

Siriasis, fœm. gener. σειρίασις, Inflammatio est partium earum quæ circa cerebrum, aut eius membranas sunt, ἀπὸ τῦ σειρᾶν, quod est capitis inflammatione laborare. Plin. lib. 20. cap. 10, Ossibus in canino fimo inuentis, adustio infantium, quæ vocatur siriasis, adalligatis emendatur. Idem lib. 22. cap. 21, Folia infantium vitulationibus, quod siriasim vocant, illita medentur.

SIRIS, σῖρις, Fluuius Græciæ Magnæ, cum oppido eiusdẽ nominis inter hunc fluuium & Acirin sito, è quo deducti à Tarentinis coloni Heracleam tenuerunt. Vide Strabonem lib. 6, & Plin. lib. 3. cap. 11. ¶ Siris quoque ab Aethiopibus appellatur Nilus, donec infra Meroen alueos suos omnes in vnum collegerit. Plin. lib. 5. cap. 9. Insulas ita innumeras spargit Nilus, quasdámq; tam vastæ magnitudinis, quanquam rapida celeritate, vt tamen dierum quinq; cursu non breuiore transuoler. Circa clarissimam earum Meroen, Astabores læuo aluco dictus, hoc est ramus aquæ venientis é tenebris: dextero verò Astusopes, quod latentis significationem adiicit. Nec ante Nilus quàm se aquis concordibus tutius iunxit. Sic quoque etiamnum Siris, vt antè, nominatus per aliquot millia. Rufus ex Dionysio, Hic quà se retis incidit flexibus agro. Aethiopum lingua Siris ruit: vtq; Syenem Cærulus accedens diti loca flumine inundat, Nomine se claro Nilum trahit. ¶ Dictus autem putatur Siris à Sirio, sidere æstiuo, quoniam sub ortum Caniculæ, & introitum Solis in Leonem, quotannis augeatur. Vide Eustathium in Dionysium, & Hermolaum in Plinium.

SIRIVS, σείριος, Stella est in ore Canis, quæ à Latinis Canicula dicitur. Higinus tamen in tractatu de Signis cælestibus, Sirium dimersum facit à Canicula, neque in ore Canis, sed in capite eius collocat. Hæc in exili centro cum Sole coniuncta, æstum eius duplicat, mortaliúmq; corpora nimio calore languida reddit. Dictus Sirius, vt quidã volunt, ἀπὸ τῦ αἴρειν, hoc est à siccando, propterea quòd & fluuios, & fontes nimio calore exiccet: vt alij, ἀπὸ τῦ σῴζειν, hoc est ab euacuanda, quòd corpora nostra sudoribus euacuet. Lucan. lib. 10, -rapidis quà Sirius ignes Exerit. Stat. lib. 1. Syl. Nec calido latrauit Sirius astro. Seruius enarrans illud Virg. 10. Aen. Non secus ac liquida siquando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor: sic inquit, Sirius stella est in ore Canis: quæ quantum in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adiacẽtium aut vincitur, aut maioribus vtitur viribus. Hinc est quòd quũ tempore certo oriatur, non semper est noxia. Ad hanc stellam Sol mense Iulio veniens duplicat æstus, & præ nimio calore languent mortalia corpora. Quin & solem ipsum quidam Sirium, & astra omnia Siria appellatunt, vt annotauit Suidas: cuius verba sunt hæc, Σείριον τὸν κύνα, αὐτὸ δὲ καὶ τὸν ἥλιον. Γέγονε δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγε. Hoc est Sirium Canem, quidam Solem: Ibycus autem omnia astra, Siria appellat. ¶ Est item Sirius, eodem Suida teste, amiculi genus prætenue, leuiter contextum.

SIRITAE, penult. prod. σειρῖται, Magnæ Græciæ populi, Siridis verbis incolæ, ne ipsis quidem Sybaritis luxu cedentes. Vide Cælium Rhod. lib. 7. cap. 10.

SIRITES, σειρῖτες, Nomadis cuiusdam nomen fuit in Libya, primus auleticæ inuentor, qui & Matroa, hoc est Magnæ matris sacra primus tibia fertur cecinisse. Vide Cælium lib. 9. cap. 7.

SIRMION, σίρμιον, Vrbs est Pannoniæ inferioris, lõgiusculè à Danubio flumine dissita. Autor Ptolem. lib. 2. cap. 16. Vulgo *Simach.*

SIRNIDES, σιρνίδες, Insulæ aliquot ante Sammonium Cretæ promontorium iacentes. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

SIRRHA, rhæ, σίρρα, Thraciæ oppidum est, apud Theopompum referente Stephano à quo gentile Sirrhæus.

Sirrhus, σίρρος Suidæ, Cuniculus siue fossa subterranea, in qua frumentum quamdiutissimè incorruptum asseruatur. Vide infrà in dictione SIRVS.

Sirus, σῖρος, siue Sirrhus, duplicato r, σίρρος Suidæ, Spelunca subterranea, condendo seruandóq; frumento accommodata. Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 57, Item huius generis granaria alia quidam habent sub terra, vti speluncas, quas vocant siros: vt in Cappadocia, ac Thracia: alij, vt in Hispania Citeriore, puteos, vt in agro Carthaginiensi & Oscensi. Horum solum paleis substernunt, & curant ne humor aut aër tangere possit, nisi quum promitur ad vsum. Vide in SYRVS.

Sis, pro si vis dixere veteres. Ad verba enim imperatiua, quia videbantur cõtumeliosa, addebant sis, pro, si vis: vt Fac sis. Vide sis. Plaut. in Amph. Modò sis veni huc, inuenies infortunium. Cicer. pro Sext. Roscio, Age nunc, refer animum sis ad veritatem.

Sisamus, (quod hîc pro Paphlagoniæ vrbe corruptè legebatur) vide SESAMVM.

SISAPO, onis, σισαπών, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, miniariis metallis in primis celebre, teste Plin. lib. 3. cap. 1. Ab hoc vicina regio Sisaponensis dicitur. Plin. lib. 33. cap. 7, Celeberrimum ex Sisaponensi regione Bæticæ minium.

Sisaron, σίσαρον, Herba est pastinacæ non dissimilis, quæ Latinè siser appellatur. Vide paulo pòst in dictione SISER.

SISCIA, σισκία, Pannoniæ superioris vrbs, Romanorum colonia: de qua Ptolemæus lib. 2. cap. 15. & Plin. lib. 3. cap. 25.

Siser, eris, σίσαρον, Dioscoridi, Herba est pastinacæ non dissimilis, quæ hodie vulgò *Seruilla* siue *Cheruilla* appellatur. Eius duo sunt genera, satiuum & erraticum. Satiuum, caulem habet anguloſum, folia oblonga, & in extremitatibus incisa, semen latum, & foliaceum, radices candidas, iucundi gustus, esuq; gratissimas. Satiui rursus duo sunt genera, floris colore distincta. Nam quod ex iis maius est, flores habet luteos, minus candidos. Erraticum verò caule est bicubitali, foliis biximellæ, sed maioribus, flore luteo, & vmbella anethi, semine lato & rotundo, vt satiuum radice tenui & longa. Plin. lib. 19. cap. 5, Inter medica dicendum siser: quòd ipsum Tiberius princeps nobilitauit: flagitans omnibus annis à Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno impositum, vbi genorositas præcipua. Ineſt longitudine neruus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur.

SISIGAMBIS, Vxor fuit Darij, quæ nulli suæ ætatis fœminæ pulchritudine cessit. Quam tamen victo Dario Alexander non solùm nõ violauit, sed & summã adhibuit curam, nequis captiuo corpori illuderet.

Sison, σίσων, Semen est exiguum, in Syria nascens apio simile, nigrum, ferueus, & oblongum. Vide Dioscoridem lib. 3.

Sisto, is, stiti, sine supino, Stare facio, coerceo, reprimo, seu retineo. ἱστάνω, ἀνθίστημι. Ital. *Fermare, reprimere.* Gal. *Retenir & arrester, presenter, faire comparoir.* Hispan. *Entancar.* ¶ vt Siste gradum, Siste lachrymas. Plinius, Sanguinis profluuium sistit herbæ pæoniæ semem rubrum. Aluum sistere; id est reprimere. Plin lib. 20. cap. 6, Capita bis aqua mutata cocta, aluum sistunt, &c. Fugam sistere. Liu. 10. belli Pun. Ibi Syphax dum obequitat hostium turmis, si pudore, si periculo suo fugam sistere posset, equo, &c. Profluuium gemtale vel sanguinem sistere. Plin. lib. 7. cap. 4, Mulier post quinquagesimum annum non gignit, maiórque pars profluuium sistit. ¶ Quandoque significat præsentare, & quasi præsentiam corporis exhibere. ἐφίστημι, παρίστημι. Cicer. ad Atticum. Dea operam id quod mihi affirmasti, vt te ante Calendas Ianuarias vbicunque erimus, sistas. Idem, Vas factus est alter eius sistendi, vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. ¶ Sistere etiam pro consistere & stare. ἱστάναι. Cicer. 5. Verr. Qui Rempublicam sistere negat posse, ni ad Equestrem ordinem iudicia referantur. ¶ Quandoque est confirmare, corroborare, & quasi nutantem fulcire. παρέχειν, ἐπιδοῦναι. Virg. 6. Aeneid. Hic rem Romanam magno turbãte tumultu Sistet eques. ¶ Huius verbi præteritum est Stiti, non vt quidam existimarunt, steti: supinum autem nullum habet. Nam statum, à sto, non à sisto deducitur. Vnde & Stator Iupiter à stando, non à sistendo, cognominatus est. Prisicianus præteritum huius verbi statui esse existimauit: quod certè à verbo statuo esse constat, quemadmodum & supinum staturum. Stiti autem verum verbi huius præteritum esse, in Noctibus suis Atticis docet Gellius: cuius hæc sunt verba, In libro vetere M. Catonis qui inscribitur Contra Tyberium exulem, scriptum siquidem sic erat, Quid si vadimonium capite obuoluto stitisses? Rectè ille stitisse scripsit, sed falsi, & audaces emendatores excriptos, per libros stetisse fecerunt, tanquam stitisses vanum & nihili verbum esset. Quin potius ipsi nequam & nihili sunt qui ignorant stitisse dictum à Catone, quoniam sisteretur vadimonium, non staretur. Quibus ex Gellij verbis quum satis constet, stiti à sisto præteritum esse, non steti, illud quoque obscurum esse non potest, supinum stitum esse, non statum: statoriſq; appellationem non à sistendo, sed à stando esse deductam. Verùm quoniam hoc ad præsens negotium non multum pertinet, omnem hanc disputationem suum in locum reseruabimus, quo ex professo de vocis eius significatione sumus acturi. ¶ Verbi huius composita sunt, absisto, assisto, consisto, circunsisto, desisto, existo, insisto, obsisto, persisto, & resisto: quorum significata vide suis locis.

Stator, oris, verbale, Apparitor, viator, qui magistratui præsto est, vt illius iussa quemlibet accersat, & coram illo sistatià iugi astandi munere dictus. ἀλλητής. Ital. *Officiale, sbirro, zaffo, messo, famiglio de la corte.* Gal. *Messagier, sergeant, ou huissier.* Hisp. *El que esta en pie delante el principe para seruirlo.* ¶ Cic. lib. 2. Epist. Vt ad te statores meos, & lictores cum literis mitterem. Idem lib. 9, Præsto mihi fuit stator eius cum literis, quibus ne venirem denuntiabat. ¶ Stator item Iouis cognomen fuit apud Romanos, Græci στάτιον vertunt, nonnunquam etiam ἱππάριον: inde dictum quòd Romanos à Sabinis in fugam versos stare fecerit: qua de re sic scribit Liu. lib. 1 ab Vrbe. Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusáque est ad veterem portam Palatij. Romulus & ipse turba fugientium actus, arma ad cælum tollens, Iupiter tuis (inquit)

auibus

Universidad de Salamanca

verbus iussis hic in Palatio prima vrbi fundamenta ieci: aream iam scelere emptam Sabini habent: inde huc armati superata valla media rendunt. At tu parce deûm, hominúmq; hinc saltem arce hostes, deme terrorē Romanis, fugámq; fœdam fiste: hîc ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentū sit posteris tua præsenti ope seruatam vrbem esse, vouco. Hæc precatus, veluti si sensisset auditas preces, Hinc, inquit, Romani Iupiter optimus maximus resistere, atq; iterare pugnā iubet. Hæc ille. Cicero antequam iret in exilium, Iupiter Stator, quem verè huius vrbis statorem maiores nostri nominauere: cuius templum à Romulo victis Sabinis in Palatij radice cum victoria est collocatum.

Sistrum, stri, σεῖστρον, Crepitaculum æneum, quo Aegyptij sacerdotes in Isidis sacris vti solent: ita dictum ἀπὸ τῦ σείειν, hoc est à quatiendo, propterea quòd concussum, argutum, sonorúmq; ederet tinnitum. Ouid. 2. Amor. Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi. Apuleius, Aereis, & argenteis, & aureis sistris argutum tinnitum constrepentes. Martia. lib. 14, Siquis plorator collo tibi vernula pendet, Hæc quatiet, tenera garrula sistra manu. Hoc instrumentum apud Aegyptios vicem tubæ exhibebat. Virg. 8. Aeneid. -patrio vocat agmina sistro. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. Quid nos sacra iuuant? quid nunc Aegyptia prosunt Sistra? quid in vacuo secubuisse toro?

Sistratus, ta, tum. Id est sistrum tenens: quod est proprium epitheton sacerdotum Isidis. Martial. lib. 12, Linigeri fugiunt calui, sistratáq; turba.

Sisymbrium, {σισύμβριον. Ital. *Balsamita, menta acquatica.* Gal. *Balsamite, mente romaine, cresson.* Hisp. *Yerua buena del agua, axedrea.*} Herbæ genus est, teste Dioscoride, quod alio nomine serpyllum syluestre vocatur. Nascitur in solo inculto, menthæ hortensi simile, odoratius tamen, & latiore folio. Officinæ *balsamitam* vocant. Solet autem hæc herba vnà cum myrto coronis adhiberi. Oui. 4. Fastorum, Cúmq; sua dominæ data grata sisymbria myrto. ¶ Est præterea aliud Sisymbrij genus, locis riguis gaudens, quod alij Cardaminam, alij sion, vulgus autem *Nasturtium aquaticum* vocat. Vtriusque meminit Dioscorides lib. 2. cap. 180.

SISYPHVS, pen. cor. σίσυφος, Aeoli filius fuit, mortalium omnium suæ ætatis astutissimus, qui quum Atticam latrociniis infestaret, à Theseo occisus est. Hinc Poëtæ fabulántur eo supplicij genere apud inferos plecti, vt saxum ingens in montis cuiusdam verticem cogatur prouoluere: quod quum ad summum penè extulerit, repentè deorsum relabitur. Ouid. lib. 3. Metam. Aut petis, aut vrges rediturum Sisyphe saxū. Huc etiam respexit Virgil. lib. 6. Aene. Saxum ingens voluunt alij, radiisque rotarum Districti pedent. ¶ Fuit & alius Sisyphus Corinthiorum rex, cui Merope Atlantis filia nupsit. Ouid. 4. Fast. Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.

Sisyphius, adie. Ouid. 13. Metam. -quid sanguine cretus Sisyphio, furtisq; & fraude simillimus illi Inseris Acacidis alienæ nomina gentis?

Sisyrinchion, σισύριγχιον, Bulbi genus, cuius imę radices hyeme crescūt, verno autem tēpore, quum apparuerit viola, minuuntur ac contrahuntur, bulbo interim pinguescente. Autor Plin. lib. 19. cap. 6.

Sitanion, nij, σίτανιον, Frumenti genus, quod quoniā tertio à satu mense metitur, à Græcis τριμηνιον, à Latinis etiam trimestre dicitur, toti Alpino tractui, atq; adeo frigidioribus omnibus regionibus notissimum certissimúmq; agricolis famis leuamen, quoties aut niues altiores, aut aquæ affluentiores maturam sationem prohibuerunt. Hinc Sitanius panis ex sitanio frumento confectus. Plin. lib. 22. cap. 25. de panis generibus loquens, Sitanius, hoc est trimestris incussa in facie, aut desquamata cum melle aptissimè curat.

Sitarchia, æ, σιτάρχια, Annonæ, vel commeatus præfectura: Sitarchus annonæ, vel commeatus præfectus. A Græco σῖτος, siue σῖτος, quorum illud cibum, hoc frumentum significat: & ἄρχω, quod magistratum denotat, siue præfecturam.

Sitella, vide SITVLA.

SITHONIA, æ, σιθονία, Pars Thraciæ est, teste Stephano. Plin. quoq; lib. 4. cap. 11, Sithonios collocat in ea parte Thraciæ quæ ab Hæmo monte auersa, vergit in Pontum Euxinum. Herodotus verò lib. 7, Sithoniam regionem in ora maritima Macedoniæ collocat ad sinum Thermæū: eiúsq; vrbes facit Toronam, Sermylam, Mecybernam, & Olynthum. Poëtæ autem Sithoniam pro ipsa Thracia ferè accipiunt: vnde Sithonias niues frequēter legimus pro altissimis Thraciæ niuibus. Virg. 10. Aeglo. Sithoniásq; niues hyemis subeamus aquosæ.

SITIA, σιτία, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conuentu Tarraconensi: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Siticines, pen. corr. Dicti sunt, teste Gellio, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est vita functos, & sepulchro ad tempus conditos. Plura de hoc Gell. lib. 10. cap. 2, ex sententia Atrei Capitonis.

Sitis, huius sitis, fœm. gen. Est appetitus bibendi. {δίψος. Ital. *Sete.* Gal. *Soif, conuoitise & enuie de boire.* Hisp. *La sed, appetito de beuer.*} Cic. 1. de Fin. Quum cibo, & potione fames, sitisq; depulsa esset. Idem 2. de Fin. Est'ne Quum quæso, inquam, sitienti in bibendo voluptas? Quis istud, inquit, posset negare? Eadémne, inquam, quæ restincta siti? Imo alio genere: nam restincta sitis stabilitatem voluptatis habet, inquit, illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est. Virg. 5. Aegl. Tale tuum carmen nobis diuine poëta, Quale sopor fessis in gramine: quale per æstum Dulcis aquæ saliente sitim restringere riuo. Luc. lib. 4, Sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro Abluitur, sic expletur ieiuna cupido. Ouid. 7. Meta. Nec sitis est extincta prius, quàm vita, bibendo. ¶ Per translationem etiam sitis dicitur nimia rei alicuius auiditas. Cice. in Parad. Neq; enim vnquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Horat. 1. Epist. 18, Quem tenet argenti sitis importuna, famésque.

Sitio, is, ire, Appeto bibere, siti laboro. {διψάω. Ital. *Hauer sete.* Gal. *Auoir soif.* Hisp. *Hauer sed.*} Cic. in Piso. Ipse cum paucis ad portam sitiens perueni. Transfertur etiam ad plantas, quæ tunc sitire dicuntur, quum æquo siccriores sunt, humorémq; desiderant. Cic. in Orat. Translatione vtitur non modò vrbanorum, sed etiá rusticorum: siquidem est eorū, gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. Virgil. 4. Georg. Quum siti ant herbæ, & pecori iam gratior vmbra est. ¶ Aliquando etiam Sitire accipitur pro vehementer cupere, sicut sitis pro vehementi rei alicuius auiditate. Iustinus, Satiare sanguine, quem semper sitisti. Cic. ad Qu. fra. lib. 3. Nec sitio honores, nec desidero gloriam. Idem 5. Phil. Etenim aderat L. Frater gladiator Asiaticus, qui mirmillo Trallibus depugnaret, qui sanguinem nostrum sitiebat. ¶ Passino sitior, vsus est Ouid. lib. 1. Fast. Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Sitiens, tis, participium, Seu nomen ex participio. {διψῶν, διψαλέος. Ital. *Che ha sete.* Gal. *Qui a soif*, &c. Hispan. *Que tiene sed.*} vt, Sitiens hortus. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 9. Nec dubitem longis purgare ligonibus aruā, Et dare, tam sitiens quas bibat hortus aquas. Virgil. 4 Georg. Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem Hauserat, &c. Idem 1. Aeglo. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.

Sitienter, aduerbium. Ardenter. {διψώντως, διψαλέως Ital. *Ardentemente, con gran desio.* Gal. *Ardemment, auec grand conuoitise.* Hisp. *Con mucho ardor y codicia.*} Cic. 4. Tusc. Nec sitienter quid appetens

Siticulosus, a, um, Modò significat quod sitim affert, angétve. {διψαλέος. Ital. *Che fa sete.* Gal. *Sans humeur, essardé & alteré.* Hispan. *Cosa que haze sed.*} Plinius lib. 23. cap. 6. Melimela, & reliqua dulcia stomachum & ventrem soluunt, siticulosa, æstuosa, sed nervos non lædunt. ¶ Modo idem quod siccus, aridus, & vehementer sitiens. {διψαλέος. Ital. *che ha gran sete.* Gal. *Qui a grand soif, essardé & alteré.* Hisp. *Cosa que tiene mucha sed.*} Loca siticulosa. Colum. lib. 23. cap. 6, Sed si aspera, & siticulosa loca arboribus obserenda sint, neque populus, neque vlmus tam idoneæ sunt, quàm orni. Horat. 3. Epod. Nec tantus vnquam siderum insedit vapor Siticulosæ Apuliæ.

Sitibundus, Vehementer sitiens: & per translationem idem quod siccus & humoris omnis expers. διψαλέος.

Sitocomia, σιτωνία, Dignitas eorum qui frumentum & annonam curabant. Qui verò magistratu hoc fungebantur, σιτωνέω dicebantur: quasi τῆ σίτου χήμαι, quasi præfecti seu curatores annonæ. Arcad. 1 Munerum, de Muneribus & honoribus. Personale munus est, cura emendi frumenti & olei. nam harum specierum curatores, quos σιτωνήγους Græci vocant, creari moris est.

SITTACENE, σιττακηνή, Regio Asiæ, Medis ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta. Sittacene autem appellata à Sittace, vrbe, regionis totius capite. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. & 27.

Situla, æ, Vas est ad hauriendam aquam accōmodum: à sitiendo dictum, quòd aquam sitiat. {κάλαθος, κάλπις. Ital. *Secchiella.* Gal. *Seau ou seille à porter eaue.* Hispa. *Herrada para sacar agua.*} ¶ Nonnunquam etiam vrna è qua sortes ducuntur. Plau. Cas. Et simulam huc tecum affero cum aqua, & sortes. Plaut. in Casin. Sortiar illa in situla.

Sitella, læ, diminutiuum est à Situla. {κάλαθίσκος. Ital. *Secchiella, picciola secchia da portare acqua.* Gal. *Petit seau, petite seille à porter eaue.* Hisp. *Pequeña herrada para sacar agua.*} Quemadmodum Marella à matula. Accipitur frequenter prostitula, siue vrna è qua sortes duci consuenerunt. Liu. 5. bell. Pun. Tribuni populum summouerunt: sitellāq; allata est vt sortirentur, vbi Latini suffragium ferrent. Plaut. Casi. Conijctam sortes in sitellam, & sortiar tibi & Chalino.

Situs, a, um, Idem quod positus. {κείμενος. Ital. *Posto, messo.* Gal. *Situé, mis & posé.* Hisp. *Puesto, situado.*} Plaut. in Milite, scio crucem Futuram mihi sepulchrum: ibi enim mei maiores sunt siti. Liu. 10. bell. Pun. Ea sinum ab alto claudit, in quo sita est Carthago. Terent. in Adelph. In te spes omnis Hegio nobis sita est. Cic. 1. de Finib. Est autem situm in nobis, vt aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. ¶ Accipitur aliquando situs, pro conditus, Tacitus lib. 3, Vrbémque Philippopolim à Macedone Philippo sitam. ¶ Situs præterea dicitur defunctus, qui ad tempus in aliquo loco conditus est, donec aliò transferatur, vel iustum ei fiat sepulchrum.

Situs, tus, Lanugo ex humore creata præsertim in locis Sole carentibus. {αἰχμός, ἀχλύς. Ital. *Sito, ruto, ruffa, muffa.* Gal. *Ehanssisure, moisissure & rellend, crasse & ordure.* Hisp. *Suziedad, moho.*} Valla lib. 6, Situs, sordes, & illuuies illa, qualis nascitur inter opaca domus quæ diu non repurgatur. Virg. 6. Aen. Sed me iussa deûm, quæ nunc has ire per vmbras, Per loca senta situ cogunt, noctémq; profundam, Imperiis egere suis. Solet autem in locis ficulentis ordo quidam teter & fœdus olfactātium nares offendere, qui & ipse situs dicitur. Plin. lib. 21, Pessimum esse crocum quod situm redolet. ¶ Accipitur & situs pro squallore quodā corporis, quum scilicet cultu omni neglecto, corpus horriditatem quandam, & ingratum contrahit odorem, quem etiam pædorem dicimus, cuiusmodi li. 5, describit Lucretius, Fœda situ macies, &c. ¶ Quinetiam vitibus ipsis. Colum. lib. 5, situm assignat, Iam verò (inquit) museus qui more compedis crura vitium, & vineta comprimit, situq; & veterno macerat, ferro distringuendus, & eradendus est. ¶ Accipitur aliquando situs pro torpore & inertia ex diutino otio. Virg. 7. Aen. Sed te victa situ, verique effœta senectus, O mater, curis nequicquam exercet. Quem locum explicans Donatus, Situs, inquit, est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt species, vno in loco prolixo tempore constitutæ. Vnde Senectus vita situ, quasi otio, & nihil agendo corrupta. Huic non dissimile est illud apud Virgil. 1. Geor. Et segnem patiere situ durescere campum, id est quiete & intermissione arandi. ¶ Situs præterea dicitur qualitas, & positio loci. {τοποθεσία. Ital. *Situatione.* Gal. *Situation, assiette.* Hisp. *El sitio ò disposicion de lugar.*} Cæsar 5. bel. Gall. Sub castris eius vagabātur, aliās vt situm castrorum cognosceret, aliās collocandi, aut territandi causa.

Siue, coniunctio, quum ex si & ve composita sit, duorum generum vim simul obtinere videtur. {ἐάν. Ital. *O, ouero che.* Gal. *Ou bien, ou si soit que.* Hisp. *O.*} Itaque quum orationem inchoat, minimè mirum est si præter morem aliarum coniunctionum tres minimum sensus postulat, quum & s i continuatiua suam apodosin, & v e, alteram disiunctiuam exigat: vt Siue me amas, siue odisti, non magni æstimo. Aliquando quatuor. Ouid. in Epist. Penelopes, Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum, Antilochus nostri causa timoris erat: Siue Menœtiadem falsis cecidisse sub armis, Plebam successu posse carere dolos. ¶ Aliquando simpliciter pro vel ponitur. Cic. ad Q. Frat. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, néve te obrui, tanquam fluctu, ita magnitudine negotij finas, contráque te erigas, & resistas, siue etiam vltrò occurras negotiis.

S ante M.

Smaragdites, σμαραγδίτης, Gemma viridis coloris, quam alio nomine carchedoniam vocant, quòd circa Carchedonem, hoc est iuxta Carthaginem legebatur. Vide Plin. lib 37. cap. 5.

Smaragdus, ὁ σμάραγδος. Ital. *Smeraldo.* Gal. *Vne esmeraude.* Hisp. *La esmeralda piedra preciosa.* ¶ Gemma viridis & translucida, tertiâ in ordine gemmarum nobilitatem obtinens. Plin. lib. 37. ca. 5. Tertia autoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis. Nullius coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoque virentes & frondes aniḍè spectamus: smaragdos verò tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. Martial. lib. 5, Sardonicas, smaragdos, adamantas, iaspidas vno Portat in articulo. Ouid. 2. Amor. eleg. 6, Tu potetas virides pennis hebetare smaragdos. ¶ Est autem smaragdus ferè generis masculini, vt sæpius apud Plinium lib. vlti. cap. 5, Apud Suidam tamen inuenitur articulo fœminino iunctum.

Smaris, idis, σμαρίς, Piscis exigui genus mari peculiare, quod Theodorus ex Aristotele certum vertit. Plin. lib. 23. cap. 2, Mulieribus lactis copiam facit glauciscus è iure sumptus, & smarides cum prisana sumptæ, vel cum fœniculo decoctæ.

Smagma, smagmatis. ὁ σμῆγμα. Ital. *Sapone.* Gal. *Sauon, nettoyement, ce qui sert à nettoyer.* Hisp. *Xabon.* ¶ Sapo, aliúdve quid abstergendi habens facultatem. ἀπὸ τοῦ σμήχειν, quod est abstergere, siue purgare. Plin. lib. 22. cap. 25, Si verò exlessi aqua decoquantur, succus ille smegma fit quo solent fouere gangrænas.

Smegmaticus, adiectiuum. τὸ σμηκτικόν, σμηγματικός. Ital. *Cosa ch' ha virtu di purgare & nettare.* Gal. *Qui a vertu et puissance de nettoyer, purger ou absterger.* Hisp. *Cosa para alimpiar.* ¶ Idem quod abstersiuus. Plin. li. 31. cap. 7, Sudorem cit, aluum soluit in vino & aqua, acopicis & smegmaticis vtilis, hoc est medicamentis quæ lassitudinem tollunt, & detersoriis.

Smecticus, a, um, σμηκτικός, Quod habet vim abstergendi: vnde smectica vis dicitur, quæ & smegmatica, id est absterstua. Plin. lib. 30. cap. 4, Omnium autem cochlearum cinis spissat, calfacit smectica vi.

SMERDIS, Cambysæ Persarum regis frater, quem quum Cambyses per somnium vidisset regio throno insidentem, metuens ne regnum occuparet, occidi iussit. ¶ Fuit & alter Smerdis, Magus, qui post Cambysæ mortem, fratrem se illius esse assimulauit, eóq; astu in regni successionem irrepsit, regnauitq; aliquot menses, donec fraude per Phædimam Otanis filiam detecta, cõspiratione septem optimatium est interfectus. Vide Herodotum lib. 2.

SMILAX, σμίλαξ. Puellæ nomẽ, quæ amore Croci pueri capta extabuit, mutatáq; est in fruticẽ sui nominis, quę similis est hederæ: siue in flores, vt ait Ouid. li. 4. Meta. Et Crocon in paruos versum cum Smilace flores.

Smilax, smilacis, pen. genitiui corr. ὁ σμίλαξ. Ital. *Nasso, tasso.* Gal. *Vn arbre nommé If.* Hisp. *Texo.* ¶ Arbor est ab etem magnitudine & foliis referẽs, in Italia & Narbonensi Gallia, Hispaniæ contermina, abundans: quam quam Latini Dioscoride teste, taxum appellant. Baccas habet letales, in Hispania præcipuè. Ligno quoque exitialis est, adeò, vt compertum sit, lagœnas viatorias ex eo confectas, ex iis bibentibus exitio fuisse. In Arcadia verò etiam vmbram letiferam esse tradũt, sub ea aut dormientibus, aut cibum sumentibus. Galli *Ifum* vocant, puniceam arcubus materiam suppeditans. ¶ Smilax hortensis. ὁ σμίλαξ κηπαῖος. Ital. *Fagiolo, fasoli.* Gal. *Faseoles* Hisp. *Fayones.* ¶ frutex est hederæ foliis, sed mollioribus, caulibus tenuibus, & capreolis vicinis fruticibus circunuolutis, qui in tantam altitudinem excrescunt, vt topiarias scenas repræsentare videantur. Siliquas habet fœnograeci, sed longiores, & torosiores, in quibus semina includuntur tenibus similia inæqualiter fatuescentia. Aetius vnà cum recentioribus eandem hanc plantam esse existimat, quam alio nomine phasiolum appellant, non illum quidam candidum sed rubentem, qui & lobos & dolichos dicitur. ¶ Est & smilax aspera, ὁ σμίλαξ πρηχεῖα. Ital. *Hedera spinosa, rouo ceruino.* Gal. *Smilax aspera.* Hisp. *Zarzaparrilla.* ¶ frutex hederæ similis, densis geniculatus caulibus, spinosus, fruticosis ramis, folio hederaceo, flore cadido, olente lilium, infausta omnibus sacris & coronis, eo quòd lugubris sit, puella eiusdẽ nominis ob amorem Croci inuenis in hunc fruticem, aut in flores eius commutata. Ouid. lib. 4. Met. Et Crocon in paruos versum cum Smilace flores. ¶ Est & smilax læuis. ὁ σμίλαξ λεῖος. Ital. *Voluchio maggiore.* Gal. *Liset.* Hisp. *La campanella, correuela mayor.* ¶ foliis hederæ non dissimilibus, sed mollioribus, læuioribus, & tenuioribus, nullis horrens spinis. Circunuoluitur arboribus: fructúmq; parit lupini modo nigrum, exiguum, floribus in cacumine perpetuis, multis, & rotundis.

SMINTHEVS, σμινθεύς, Apollinis cognomen, qui apud Chrysam Aeolidis vrbem colebatur a muribus, quos Græcorum nonnulli σμινθοὺς appellant, impositum. Qua de re duplex ab Homeri interprete affertur opinio: quarum prior est, fuisse in Chryse oppido Aeolidis, Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius vastabant: posteáq; eiusdem sacrificiis placatus, quum pestem hanc tollere vellet, ad Orodem pastorem illius venit: à quo hospitio acceptus, pollicitúsq; mali remedium, mures sagittis omnes interfecit: eóq; facto iussit pastorem Crinidi indicare, ipsum Apollinem humana specie apud se diuertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum deo constituxit, vocauitque Apollinis Smintbei, quòd Aeolicæ linguæ dialecto mures σμίνθους vocãtur. Altera talis est, Quum Cretenses aliquando coloniã deducturi essent, ab Apolline responsum acceperãt vt ibi vrbem conderent vbi eis terra geniti obstitissent. Venientibus igitur ad Hellespontum, noctu mures clypeorum lora arroserunt: itaq; mane quum id factum viderent, memores oraculi, vrbem posuerunt, cámq; Sminthiam appellauerunt: templo etiam Apollini extructo, quem illi ab euentu Sminthea cognominarunt. Ouid. lib. 6. Fast. Consulitur Smintheus, lucóq; obscurus opaco.

SMINTHIVM, siue Smintheum penul. prod. σμινθεῖον. Apollinis delubrum, circa Chrysam vrbem, quæ fuit in confinio Troadis & Aeolidis, teste Strabone lib. 13.

SMYRNA, σμύρνα, Vulgò *Le simrne.* Vrbs Ioniæ clarissima, Melere amne irrigata, Homeri, vt plurimi credunt, patria. De hac Strabo lib. 14. Quum Lydi Smyrnam euertissent, circiter annos quadringẽtos in vici modum mãsit habitata. Postmodum Antigonus eam suscitauit, deinde Lysimachus: & nunc omnium pulcherrima est. Eius pars in monte sita est, pars maxima in campo, præter portum, & gymnasium, & matronarum locum. Viæ sunt in rectũ pro viribus distinctæ, & lapidibus stratæ, porticus magnæ, quadratæ, planæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homereum, hoc est porticum quadrarum cum Homeri templo & statua. Nam & hi maxime hunc poëtam sibi vendicant: vnde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur. Vrbis mœnia Meles amnis præterfluit: ad cæteram structuram etiam portũ clausum habet. Hæc Strabo. Hanc Theseus Thessalus, in memoriam vxoris suæ, quæ Smyrna vocabatur, extruxit. ¶ Smyrnam item Græci vocant aromatis genus, quod alio nomine myrrham appellamus.

Smyrnæus, adiect. Plectra Smyrnæa, Homerica. Silius lib. 8.

Smyrnium, σμύρνιον. Herba est ex dauci generibus, myrrhæ odorem referens. vnde & nomen accepit. Vulgus *Leuisticum* appellat. Descriptionem eius vide apud Plin. lib. 12. cap. 15. Theophr. lib. 6. cap. 3. & Dioscor. idem lib. 2. cap. 77.

S ante O.

SOANA, σόανα. teste Ptolemæo lib. 11, dicta sunt ostia fluuij cuiusdam in Taprobane insula.

SOANES, σόανες, Populi Asiæ, Caucasi extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educunt in pugnam. Vide Strabonem lib. 11.

Soboles, Id est proles, ab olescendo, id est crescendo dicta. ἡ γενεά. Ital. *Successione, figliolanza.* Gal. *Race, lignée, engence.* Hisp. *La generacion, ò linaje que descende.* ¶ Plin. lib. 20. cap. 34, Amor vtrique sobolis æqualis. Cic. 1. Offic. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui: quæ propagatio & soboles, origo est rerum publicarum. Virg. 4. Aeglo. Chara deũm soboles, magnum Iouis incrementum. Idem 4. Aen. Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles. Cic. 3. de Legib. Censores populi æuitates, soboles, familias, pecuniásq; censento. Colum. lib. 9. cap. 14. Ne nouæ soboles diffugiant.

Soboleſco, scis, scere, subnascor, succrescо. ἐκφύομαι. Ital. *Figliolare.* Gal. *Croistre & multiplier sa lignee, se peupler.* Hispa. *Crescer en generacion.* ¶ Liu. 9. bel. Pun. Illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem præbuisse maiorem semper, frequẽtioremq; pro tot cæsis exercitibus soboleſcentem. Quo tamen in loco suboleſcentẽ potius legendum videtur.

Sobrini, Duarũm, pluriúmve sororum filij: quasi sororini. ἀνεψιοί. Ital. *cugini germani, figliuoli di sorelle.* Gal. *Cousins germains.* Hisp. *Primos hijos de hermanas.* ¶ Terentian. And. Quem video ésse hic Crito sobrinus Chrysidis? Idem in Phorm. Eho tu sobrinum tuum non noras?

Sobrius, a, um, Non ebrius, sanæ mentis. ὁ νήφων, νηφάλιος. Ital. *Sobrio.* Gal. *Sobre, sage.* Hisp. *Cosa templada en beuer.* ¶ Terent. in And. Tu pol homo non es sobrius. Cice. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij. Pocula sobria. Tibul. lib. 1. eleg. 6, –at ipse bibebam Sobria suppositа pocula victor aqua. ¶ Ruta sobria, id est in quibus antea vinum non nascebatur. Statius 4. Syl. –sic vitifero sub palmite nudos Vmbrauit colles, & sobria rura Lyæus.

Sobriè, aduerbium, Temperanter. νηφαλίως. Ita. *sobriamente, sauiamente.* Gal. *Sobrement, sagement.* Hisp. *Templadamente.* ¶ Cic. 1. Offi. Intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quàmq; honestum parcè, continenter, seuerè, sobriè.

Soccus, ci, per duplex c, Genus calceamenti, humilius cothurno, quod non tantùm comœdorum erat (vt apud Horatium, Hunc socci cepere pedem) sed etiam mulierem. ἐμβάς. Ital. *Foggia antica di scarpe.* Gal. *Brodequin commun aux hommes & aux femmes.* Hispan. *El abarca de madera ò cuero.* ¶ Suet. de Calig. Sæpe gemmatas, depictásq; penulas indutus, manuleatus & armillatus in publicum processit: aliquando sericatus & cyclada modò in crepidis & cothurnis, modò in speculatoria, caliga, nonnunquam socco muliebri.

Socculus, li, diminutiuum. Paruus soccus. ἐμβάδιον. Suetonius in Vitell. Pro maximo munere à Messalina petiit vt sibi pedes præberet excalciandos: detractúmq; socculum dextrum, inter togam, tunicásq; gestauit. Plin. lib. 9. ca. 35, Quum & pedibus margaritas, nec crepidarum tantùm abstragulis, sed totis socculis addunt.

Socer, soceri, pen. cor. Vxoris meæ pater. πενθερός. Ital. *Socero, messer, padre della moglie, padre del marito.* Gal. *Le pere de la femme du marié, le beau pere.* Hisp. *El suegro padre del marido ò dela muger.* ¶ a quo fit fœmininũ Socrus, vxoris meæ mater. πενθερά. Cic. 1. Offic. Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauãtur. ¶ Socer magnus, vxoris meæ auus, qui & prosocer dicitur: cuius relatiuum est progener. Sic etiam auus meus, socer magnus est vxoris meæ, illa illi pronurus. ¶ Socer autem & socrus dicitur, quia sibi generum associent. Cõsocerос vocant, quorum filij inter se matrimonio copulati sunt. Verbi gratia, Ego illi cõsocer sum, & ille mihi cõsocer est, cuius filio filia mea nupsit.

Socerus, ri, Idem qui & socer. Plautus in Menæch. Abiit socerus, abiit medicus, nunc solus sum.

SOCHIS, Aegypti Rex qui numini Solis apud Heliopolin obeliscos quatuor, 48. cubitorum longitudine dedicauit. Autor Plin. lib. 36. cap. 8.

Socialis, Sociabilis, Socio, vide SOCIVS.

SOCION, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scripsit κέρας ἀμαλθείας, id est Cornu copiæ, librum multæ, varięque doctrinæ. Autor Gellius.

Socius, socij, qui pari consilio, spe, & periculo rem aliquam cum altero aggreditur. ὁ ἑταῖρος, κοινωνός. Ital. *Compagno.* Gal. *Compaignon.* Hisp. *Compañero.* ¶ Cic. 5. Verr. Nam socij putandi sunt, quos inter res cõmunicata est. Idem ad Att. lib. 11, Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ socium. Luca. lib. 1. Nulla fides regni sociis. Virg. 2. Aen. Addunt se socios Rhipeus, & maximus armis Iphitus. Idem 5. Aen. Hunc cape consilij socium, & coniunge volentem. ¶ Hinc Romani socios suos appellabãt, quos ita fœdere coniunctos habebant, vt & belli & pacis essent participes. συμμαχικοί. ¶ Inter negotiatores quoque socij dicuntur qui lucri damniq; communionem inierunt. Cic. pro Q. Rosc. Qui socium fallit, in virorum bonorum numero non est habendus. Societatis itaq; coniunctio fortunarum, & periculi communionem importat: fitq; propemodum inter pares. ¶ Comitum verò appellatio propriè ad eos pertinet qui non tam sui causa, quàm vt alium prosequantur, iter, aut expeditionem

ditionem arripiunt. Cæsar de Labieno, Quum se victoriæ Pompeij comitem esse mallet, quàm socium Cæsaris. ¶ Sodales verò (vt Caio Iurisconsulto placet) propriè dicuntur qui eiusdem sunt collegij: aut certè qui rerum leuium iucundiorumq; inter se sunt participes. ¶ Hinc deducitur fœminimum Socia. {ἑταίρα. Ital. *Compagna.* Gal. *Compaigne.* Hisp. *Compañera.*} Vt Tori socia, id est vxor, quæ cum marito non prosperæ solum fortunæ, sed & aduersæ societatem iniit. Ouid. 10. Metam. Appellâque tori sociam.

Socius, a, um, adiectiuum. {κοινωνικός, ἑταιρικός. Ital. *Compagno, complice.* Gal. *Compagnon, complice, allié.* Hisp. *Compañero.*} Ouid. 13. Metam. Dij maris exceptum socio dignantur honore, id est honoris societate dignantur. Ouid. 5. Trist. Eleg. 11. Exercent illi sociæ commercia linguæ. Virgil. 2. Aeneid. Primus se Danaûm magna comitante caterua Androgeos offert nobis, socia agmina credens Inscius. Socia nox, quæ alicuius facinoris perpetrationem iuuat. Cic. 2. Philipp. Quum tamen tu nocte socia, hortante libidine.

Socialis, sociale, Quod est sociorum: vt amor socialis, qualis esse solet inter socios. {κοινωνικός, ἑταιρικός. Ital. *Compagneuole, da compagno.* Gal. *De compagnie, d'alience ou d'alier.* Hisp. *Cosa perteneciente à tales compañeros.*} Ouid. 7. Metam. Mutua cuta duos, & amor socialis habebat. Anni sociales. Idem 2. Tristium, Liuia sic tecû sociales impleat annos. Sociale bellum, quod cum sociis gestum est: alio nomine Marsicû appellatum, quoniam à Marsis rebellandi fuscitatum fuerat initium. Sociale autem, quia omne Latium, Picenum & Hetruria omnis, atque Campania postremò Italia tota in perniciem Romanorum coiit. Fœdus sociale. Liui. 4. belli Maced. Quum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeant.

Socialiter, aduerbium, quo vsus est Horatius de Arte, -non vt de sede secunda Surgeret, aut quarta socialiter. {ἑταιρικῶς. κοινωνικῶς. Ital. *Come se conuiene alla compagnia.* Gal. *Selon le droit de societé & compagnie.* Hisp. *Acompañando à en compañia.*}

Sociabilis, sociabile, Quod facile coniungitur alteri. {κοινωνικός. Ital. *Compagneuole, sociabile.* Gal. *Compaignable, qui s'acompaigne.* Hisp. *Cosa compañera.*} Plin. lib. 16. cap. 42, Eadem & curribus maximè sociabilis glutino, in tantum vt findatur antè quàm solida est. Liu. bel. Maced. Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem consortionem inter bonos Lacedæmoniorum reges, salutarem per multa secula ipsis, patriæque.

Socialitas, tatis, pro societate seu sodalitio, Vox est satis infrequens classicis scriptoribus, qua tamen vsus est Plinius Iunior in Paneg. {ἑταιρία. Ital. *Compagnanza, compagnia.* Gal. *Bande & compagnie, assemblée de compaignons.* Hispan. *Compañia en trabajos.*} Non remissionibus tuis eadem frequentia, eadémq; illa socialitas interesset.

Societas, Fortunæ, & periculi participatio, quæ fit quum socium ad aliquod negotium gerendum nobis adiungimus. {κοινωνία. Ita. *Compagnia.* Gal. *Societé, compaignie.* Hisp. *Compañia.*} Cic. 1. Verr. Video enim permulta esse crimina, quorum tibi societas cum Verre eiusmodi est, vt ea in accusando attingere non audeas. Idem pro Quintio, Cum eo tu vo- Inoratiam societatem coibas, qui te in hæreditaria societate fraudarat. Liu. 8. belli Maced. Decreuerunt renûciandam societatem Achæis, Liu. 1. ab Vrbe, Infida regni societas.

Socio, as, Iungo: quasi socium socio appono. {συμπληρῶ, συνεταλάζω. Ital. *Accompagnare.* Gal. *Accompaigner, conjoindre, associer, assembler.* Hisp. *Acompañar.*} Colum. lib. 4. At siqui eum scientia sociauerint diligentiam. Virg. 1. Aen. -terrasq;, matisq; Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos, Vrbe, domo socias. Ouid. 10. Metam. -quòd si fœlicior essem, Nec mihi coniugium fata importuna negarent, Vnus eras eum quo sociare cubilia vellem. ¶ Eius composita sunt, Associo, Consocio, & Dissocio: quorum significata vide suis locis.

Socians, tis, participium. συνεταλάζων. Ouid. 11. Metam. -tumuli de vertice cernunt Orphea percussis sociantem carmina neruis.

Sociandus, a, um. Horat. 4. Car. Ode 9, Verba loquor socianda chordis.

Sociatus, a, um. {συζεύξας, συναρμόσας. Ita. *Accõpagnato.* Gal. *Acõpaigné.* Hisp. *Acompañado.*} Ouid. 2. Amor. Eleg. 7. Quis fuit inter nos sociati corporis index? Idem in Ibin, Perpetuóq; mihi sociatam fœdere lecti.

Sociatrix, cis, verbale. {συζεύξασα. Vale. Flac. 5. Argon. Sed me nuda fides, sanctiq; potentia iusti Hue tulit, ac medij sociatrix gratia Phryxi.

Socienus, Antiquis in vsu fuit pro socio: quod & Nonius annotauit. Plautus in Anularia, Ibo intrò, atq; illi socieno tuo iã interstringã gulam.

Socors, Socordia, vide SECORS.

SOCRATES, pen. cor. συνέδριος. Philosophus Athenienſis, Apollinis oraculo omnium sapientissimus iudicatus, qui philosophiam naturalem primus in moralem transtulit. Hic æquabilitatem in omni vita seruauit, adeò vt idem semper vultus, eadémq; frons siue prosperis, siue aduersis rebus extiterit vsque ad extremum. Plin. lib. 7. Ferunt Socratem turbato. Habuit duas eodem tempore vxores, Xanthippen & Myrto Aristidis Iusti filiam, quæ quum crebrò inter se iurgarent, & ille eas derideret, quòd propter se fœdissimum hominem simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus discreparent, nouissimè verterunt in eum impetum, & malè mulctatum fugientémq; diu persecutæ sunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, quur mulierê tam acerbam domo non exigeret, Quoniam, inquit, quum illam domi talem perpedior, insuesco & exerceor, quo foris petulantium iniuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam esse Xanthippes maledicentiam, Tu, inquit, nónne toleras anseres clamore perstrepentes? eóq; respondente, Nec mirum, quum mihi ova & pullos pariant: Et mihi, ait Socrates, Xanthippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophroniscus statuarius, mater Phanareta obstetrix. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim audientibus dixit, Emissem pallium, si numos haberem. neminem popolscit, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum physicum se contulit. Postea animaduertes, naturalis speculationis fructum nullum esse, inuenit primus Ethicê, id est moralem philosophiã, ad quam transiens, fertur dixisse, Quæ supra nos, nihil ad nos. Autor est Xenophon, Socratem nunquam de natura rerum, neq; de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quòd præter cæteros suo tempore mortales, & vita castissimus, & moribus patientissimus fuerit, exempla vtriusq; rei constant. Nam & patientiam Gellius pulchro scommate refert. Quum vxorem Xanthippen contumacius ac clamosius è loco sublimiore in se agentem diu toleraſſet, & postremò aqua ab ea esset perfusus, cœpit ridês dicere, Sciebam Xanthippen, vbi detonuisset, quandoq; pluituram. Castitatis illud ab Aeliano memoratur, quòd Zopyrus Physiognomus Socratê ex physiognomia iudicarit omnium libidinosissimũ esse: ciusdem autem tanquam falsa loquutum eum ridentibus, Socrates minimè mentitũ dixit, sed naturæ vim se animi virtute oppressisse. Cicero tamẽ de Fato non lasciuum, sed hardum ac mente stupidum, & obtusum à Zopyro dicit fuisse indicatũ. Nil vnquam scripsisse constat, sed eius dissertationes à Platone cõmemorantur. Dæmonem se habere dicebat, qui sibi futura prædiceret. Ex Socratis vartis in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxere discipuli, & quum alius aliud apprehenderet, perseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, quũ tamen omnes se philosophos Socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur. Primùm ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles, & Xenocrates. Deinde ab Antisthene qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat, Cynicæ & ab Aristippo, quem maximè voluptariæ disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia manauerunt. Fuerunt etiã alia genera philosophorum, vt Eretbricorũ, Megaricorum, Pyrrhoniorum, qui se Socraticos esse dicerent. Vnde meritò philosophorum fons Socrates appellatus est. Accusatus postremò ab Anyto quodam diuite, & Melito poeta, & Lycone Oratore, vel quòd de diis malè sentiret: vel (vt aliis placet) ob flagitiosam in pueros libidinem: in carcerem coniectus ac é vinculis causam dicere iussus, neglexit: & Lysiæ orationem elegantissimam respuit, vt scribit Cic. lib. 1. de Oratore. Imitatus est (inquit) homo Romanus & Consularis veterê illum Socratem, qui quum omnium sapientissimus esset, sanctissimóq; vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt nõ supplex aut reus, sed vt magister, aut dominus videretur esse Iudicum: quinetiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, ediceret, vt ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commodè scriptam esse dixit. Sed (inquit) vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quanuis essent habiles, & apti ad pedem, quia nõ essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Interrogatus deinde ex more à Iudicibus, quanam pœna se dignũ iudicaret. Vt (inquit) in Prytaneo alat ex publico. Qua eius voce irritati Iudices, eum capitis damnauerunt, & ad bibendam cicutam compulerunt, qua ille intrepidè, & nõ alio vultu quàm quo vinum solebat, exhausta, decessit. Sed statim populus mortem eius ita doluit, vt accusatores eius partim morte, partim exilio puniret, & ipsi Socrati statuam æream dedicaret. ¶ Socrates alter pictor fuit, inter cuius opera enumeratur Oenus quidam nomine, funẽ torquens, astante interim asella, prærodentéq; quicquid ille torsisset: cuius picturæ meminit Plin. lib. 35. cap. 11, quanquam Pausanias eam Polygnoto mauult attribuere. Ad hanc fabulam alludit Propertius, quum ait, Dignior obliquo funem qui torqueat Oeno, Assiduúsq; tuam pascat asella famem. ¶ Alius Socrates Constantinopolitanus, qui historiam ecclesiasticam à tempore Apostolorum vsq; ad Chrysostomum contexuit: cuius etiam ætate viguisse putatur.

Socrus, huius socrus, Vxoris mater, aut mariti. Nam & ad generum, & ad nurum refertur. {πενθερά. Ital. *Socera, madonna madre de la moglie ò del marito.* Gal. *Belle mere, la mere de la femme ou du mari.* Hisp. *Suegra, madre de marido ò muger.*} Cic. pro Cluentio, Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis autoribus, funestis omnibus omnium. Claudia. 1. in Eutrop. -qualis venit atida socrus,
Longinquam visura nurum.

SOCVS, σῶος, per simplex c, Fuit vir Troianus animo & corporis dignitate generosus. Hic Homero teste, magno animo Vlyssem vulnerauit: sed ab eo deinde ipse interfectus est.

Sodalis, huius sodalis, Rerum lætiorum, læuiorúmq; cum altero particeps. {ἑταῖρος. ἑταιρίδιον. Ital. *Compagno de conuiti.* Gal. *Compaignon propre-ment à boire & à menger.* Hisp. *Compañero en los plazeres.*} Quintilianus in Gladiatore, Et tempestiua conuiuia, & perpetuigiles locos, aduocata sodalium turba, solutus atq; affluens agerem. Cic. pro Plancio, Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiã nomine inquinas criminoso. Virg. 10. Aen. -nam Pallas autè ruentem, Dum furit incautũ crudeli morte sodalis, Excipit, atq; ensem rumido in pulmone recõdit. Hora. 1. Car. Ode 63, Caris multa sodalibus, &c. Ouid. 1. de Arte, Hen facinus, non est hostis metuedus amãti, Quos credis fidos, effuge, tutus eris. Cognatum fratrémq; caue, fidúmq; sodalẽ: Præbebit veros hæc tibi turba metus. ¶ Caius Iurisconsultus Sodales interpretatur, qui sunt eiusdem collegij.

Sodalitas, atis, Collegium, seu familiaritas, & conuictus multorum. {ἑταιρία. Ital. *Compania à tauola.* Gal. *Communauté, compagnie de gens beuuãs & mengeans ensemble.* Hisp. *Compañia en los plazeres.*} Cic. de Senect. Sodalitates autẽ me Quæstore constitutæ sunt. Idem pro Cælio, Fera quædam sodalitas, & planè pastoritia atq; agrestis germanorũ Lupercorũ.

Sodalitium, tij, Idem quod sodalitas. Ad Herennii 4. Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurũ. Cic. pro Planco. Sed aliquando veniamus ad causam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitiis, omnes ambitus legis complexus es. Idem in Sallust. Non ita est, sed abiit in sodalitium sacrilegij Nigidiani. Dulce sodalitium, Catul. Epig. 95.

Sodes, Quidam aduerbium precationem vel exhortationem denotans, arbitrantur. ἄγε. Priscianus putat esse verbum defectiuum, quum air, quædã verba esse, quæ in vsu deficiunt personis, vt Cedo, Sodes, Salue, Aue, Furis, infit, Inquam, Forem, Fio. Dictum Sodes, pro si audes: vt Sis, pro si vis: Illico, pro in loco. Cic. in Orat. Libenter etiam copulando verba inngebant: vt Sodes, pro si audes, Sis pro si vis.

SODOMA, æ, σόδομα. Stephano, Oppidum Palæstinæ, vnum ex iis quæ Asphaltide lacu hausta esse Sacræ literæ testantur. Strabo lib 16, autor est, Sodomam olim XIII vrbium caput fuisse, vrbémque magnam quippe cuius etiam illa ætate sexaginta stadiorum fuerit ambitus.

SOGDIANA, σογδιανή, Sogdiorum regio in Asia, quæ (vt lib. 6. ait Ptolemæus) à Septentrione parte Scythiæ terminatur, ab Oriente Sacis, à

Meridie & Occasu Bactriana. In ea sunt vrbes, Oxiana, Maruca, & Alexandria, quam (vt Solinus scribit) Alexander tertiam condidit, ad contestandos itineris sui terminos.

Sol, huius solis, Planetarum omnium medius, & temporum dispensator, vt qui aduentu suo diem, recessu noctem efficiat. {ἥλιος. Ital. *Sole*. Gal. *Soleil*. Hisp. *El sol*.} Dictus Sol, quasi solus, quòd vnus sit, & non plures, vt sentit Cic. 2. de Nat. deor. quòdq; tantâ claritate solus obtineat, vt solus quum est exortus, obscuratis omnibus aliis appareat. Cicc. 2. de Nat. deor. Sol, qui astrorũ obtinet principatũ. Idem 1. Tusc. Sol moderator & dux temporũ. Idem de Somn. Scip. Deinde subter mediam ferè regionẽ Sol obtinet, dux & princeps, & moderator luminũ reliquorũ, mens mundi & tẽperatio, tanta magnitudine, vt cũcta sua luce lustret, & compleat. Virg. 3. Georg. Diffugiunt, non Eure tuos, neque solis ad ortus. Ibidem, -& pascere rursus Solis ad occasum, quũ frigidus aëra Vesper Temperat, & saltus reficit iam roscida Luna. Idem 1. Georg. -quid cogiter humidus Auster, Sol tibi signa dabit: solem quis dicere falsum Audeat? ¶ A primo Sole hoc est statim post Solis ortum. Iuuc. Saty. 2. officiũ eras Primo à sole mihi peragendum in valle Quirini. Niger Sol, hoc est infaustus. Horat. 1. Serm. Saty. 9, -huncine solem Tam nigrum surrexe mihi? Sole nouo. Virg. 1. Georg. At quũ sole nouo rerras irrorat Eous. Id est oriente die & sole adhuc recenti, necdum fernenti, vt interpretatur Seruius. ¶ Soles tamen plurali numero, pro diebus legimus. Virg. lib. 3. Aen. Tres adeò incertos cæca caligine soles Erramus pelago. ¶ Et soles, solis splendores vel radij dicuntur. Martialis, Hyberuis obiecta Notis specularia puros Admittunt soles, & sine face diem. ¶ Itẽ Soles æstus, vel ardores Solis. Hora. 1. Epist. 11, Corporis exigui, prætenuẽ, solibus aptum. ¶ Hinc Insolo, as, de quo suprà. ἡλιάζω.

Solifer, ra, rum, adiectiuum. {ἡλιοφόρος. Ital. *Chi porta il sole*. Gal. *Qui aporte le soleil*. Hisp. *Que trae el sol*.} Seneca Hercul. Oetæo, Aut qui soliferæ supposítus plagæ Vicino Nabathæ vulnera dirigit.

Soligena, æ, pen. corr. {ἡλιογενής. Ital. *Nato dal sole, di razza dal sole*. Gal. *Né du soleil, de la race du soleil*. Hispan. *Hijo del sol, ò de linage del sol*.} Valer. Flac. 5. Argon. -nec fama sefellit Soligenam Aeten media regnare sub Arcto.

Solaris, solare, Quod est Solis. {ἡλιακός. Ital. *Di sole, solare*. Gal. *Du soleil*. Hisp. *Cosa de sol, solar*.} vt Radij solares, Annus solaris, quum sol expleto per omnia signa circuitu, ad id vnde digressus fuerat rediit, quod fit ferè CCCLXV diebus & quadrante. ¶ Solaris herba, teste Celso, quæ Græcè ἡλιοστάτης dicitur, quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo die: tantus est eius sideris amor. Lumen solare, Ouid. 5. Trist. Elegia 10.

Solanus, a, um, pen. prod. Idem quod solaris. ἡλιακός. ¶ Hinc subsolanus ventus, qui sub sole oriente nasci videtur. ἀπηλιώτης.

Solarium, rij, Instrumentum in quo horæ ad solem conspiciuntur, veruto vmbram faciente, vel pinnula. {ὡρολογεῖον, ἡλιακόν. Ital. *Horologio del sole*. Gal. *Vn quadran ou horloge au soleil*. Hisp. *Relox de sol*.} Cicc. pro Quintio. Non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est. Id est in foro Romano, vbi erat solariũ. Primus Romanis hoc statuisse dicitur, L. Papyrius Cursor ad ædẽ Quirini duodecim annis, antequã cum Pyrrho bellatum est. Nam prius ortus tãtùm & occasus Solis nominabantur, post aliquot annos adiecto meridie. ¶ Est item solariũ, vaporarium quoddam in aptico loco suum ad calorẽ Solis excipiendũ, idem cum eo, aut certè simillimum illi quod Græci ἡλιοθερμεῖον appellant. Vlpian. l. Si arborem. ff. de Seruitut. vrbano. prædi. Si arbor in heliocamino, vel solario, solem adimas, dicendum erit, quia vmbram facit in loco, cui Sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. Plautus in Mil. Nam certò neq; solatium apud nos est, neq; hortus vllus, neque Fenestra, nisi clatrata. ¶ Solarium pro vectigali. Vides SOLVM, soli.

Solari. Dicuntur qui sole correpti sunt, quemadmodum Sideráti, qui sidere. {ἡλιαζόμενοι. Ital. *Guasti ò corrotti dal sole*. Gal. *Gastez du soleil*. Hisp. *Gastados del sol*.} Plin. lib. 29. cap. 6, Sic & solatis prosunt.

Solstitium, tij, Solis statio, quum sol vltrà non progreditur, sed retrocedere incipit. {ἡλίου τροπή. Ital. *Solstitio, il giorno più longo & il più corto dell' anno*. Gal. *Solstice, le plus court jour ou le plus long de l'année*. Hisp. *El mayor ò menor dia del solsticio*.} Singulis autem annis duo solstitia sunt: vnum æstiuum, alterum hyemale. Sunt enim duo tropici, hybernus & æstiuus. Hybernus est per quem Sol transmittens octauam Capricorni partem solstitium hybernum facit, quo tempore Sol altiores incipit circulos petere: Aestiuus verò, per quem Sol octauam partem Cancri transmittens, solstitium æstiuum facit, quo tempore remeare Sol ad inferiores incipit circulos. Hoc autem Cæsaris ætate fiebat octauo Calend. Ianuarias, quemadmodum Aestiuum solstitium, octauo Calen. Iulij. Verùm ea ratio hodiè nonnihil est mutata propter minuta supra CCCLXV dies, & quadrantem exuperantia. Hodie enim solstitium æstiuum incidit in ipsas Idus Iunij, quemadmodum hybernum in Idus Decembres. ¶ Solstitij ramen nomine veteres, si nihil adiiceretur, æstiuum ferè intelligebant. Virg. lib. 1. Georg. Humida solstitia, atque hyemes optate serenas Agricolæ. Nam quum hybernum solstitium intelligi volebant, id non absoluté Solstitium, sed cum adiectione, brumale solstitium nominabant Colum. XVI. Calend. Ianu. quum Sol in Capricornum transitum facit, brumale solstitium.

Solsticialis, le. Ad solstitium pertinens. {τροπικός. Ita. *Solstitiale*. Gal. *Solstitial, du solstice*. Hisp. *Solsticial*.} vt Circulus solstitialis, id est Tropicus Cancri. Plin. lib. 2. cap. 11, Item quia circa solstitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionẽ vmbræ cadant, ortu verò ad Occasum. Tempus solstitiale. Ouid. 6. Fast. Solstitialis dies, Cic. 1. Tusc. id est dies anni totius longissimus, quo Sol altissimum in nostro hemisphærio locum obtinet: cui opponitur dies brumalis, anni totius brevissimus. ¶ Solstitialis herba, quæ Græce dicitur ἡλιοσκόπιον, & ἡλιοστάτης, quòd στάσιν, id est solstitia spectet. Plin. lib. 26. cap. 5, Condurdon herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas.

SOLIS FONS, ἡλίου πηγή. Fons est apud Troglodytas aquæ dulcis, circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepescens: ad medium autem noctis feruore & amaritudine infestatur. Autor Plin. lib. 2. ca. 103. Herodotus lib. 4. etiam & nominis, & naturæ fontem apud Ammonios collocat: cuius meminit & Plinius, quamuis eum non solis, sed Ammonis fontem appellet. Videsa quæ suprà annotauimus statim post dictionem FONS.

Solipunga, vide SOLIFVGA.

Solis gemma, Quæ ad speciem Solis fulgentes in orbem radios habet ἡλίου λίθος. Plin. lib. 37. cap. 10.

SOLIS insula, ἡλίου νῆσος, Est in mari Indico semper rubens, & (vt Solinus refert) omni animantium generi inaccessa, quoniam eò ingressos vis circunfusi aëris confestim examinat. Plin. lib. 6. cap. 23, Insula quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum animal non absumitur, incertis causis.

SOLIS mensa, Aethiopiæ locus, apparatis epulis semper refertus: & quia vt libet (inquit Pomponius) velci volentibus licet, ἡλίου τράπεζαν, id est Solis mensam appellant: & quæ passim adposita sunt, adfirmant nasci subinde diuinitus. Ad quem locum Seuerus Imperator, referente Spartiano, quum Alexandriam venisset, rei fama permotus, profectus est. Cælius multæ vir lectionis, lib. 16, Antiquarum lectionum scribit, Solis mensam, adagio dici diuitum, opulentorũmq; hominum domos, omni rerum copia vbertim adfluentes, expositáq; inopum necessitatibus & alimentis.

SOLIS ostia, de quibus Pomponius in descriptione Indiæ, Loca sunt ob æstum intolerabilem, & aquarũ longo tracto penuriam, sic dicta: quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum, Diod. lib. 17, scribit.

Solamen, solaminis, vide SOLOR.

Solanum, σόλανον, Herba est quatuor generum, quorum vnum quod solanum satiuum, siue hortense dicitur, σόλανον κηπαῖον, esui aptum est, haud magno frutice, sed alis frequentibus, nigro folio, maiore quàm ocimi, acinis rotundis, quum maturuerint, nigricantibus, aut rutescentibus: Officinæ *solatrum* vocant, vulgus *morellam*. Alterum, halicacabon cognominãt, foliis supradicto similibus, sed latioribus, caulibus quum increuere, in terrã inclinatis. Semẽ fert in folliculis rotũdis ad speciem vesicarum, orbiculatum, rubens, & læue, acinorum vuæ figura. Mauritani *alcaquengi* nominant, rustici in Gallia *cocretum*. Tertium figura genus ὑοσκύαμος, hoc est somniferum dicitur, ab effectu. Est enim naturæ frigidissimæ ita vt & velocius quam opium necẽ afferre credatur. Vulgus *solatrum marinum* vocitat. Quartum solani genus peculiariter dicitur à vi insaniam gignendi μανικόν. Nam drachmæ pondere datur, vt sibi quis placeat, pulcherrimúmq; existimet: duplicato pondere, vana spectra animo offert: triplicato legitimus, perperúmque subit furor: si quid adiicitur, præsentanea mors rapit. Vulgus *Solatrum mortale* nominat. Vide plura de his generibus apud Plin. lib. 27. cap. 13,

Solaris, Solarium, vide SOL, & SOLVM, soli.

Solatium, vide SOLOR.

Soldum, pro solidum. Martial. lib. 1. Ex insulis fundisq; tricies soldum.

Soldurii, Gallicũ est vocabulum arctissimũ amicorum genus significãs, quos Latinè deuotos dicere possumus: eorũmq; eiusmodi erat cõditio, vt omnibus in vita cõmodis vnà cum his fruerentur quorũ se amicitiæ addixissent: & si quid eis per vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut sibi mortem consciscerent. Autor Cæsar belli Gall. lib. 3.

Solea, æ, Calceamenti genus, quo solæ obteguntur plantæ, cæteris pedis partibus nudis relictis, ansulis tantùm quibusdam in superiore parte cocuntibus reuinctum, quòd solo pedis subiiciãtur. {ὑπόδημα, κρηπίς. Ital. *Suola*. Gal. *Semelle, espece de soulliers ou pantoufles, qui ne couurent que la plante du pié, patins*. Hisp. *Alcorque, chapin, ò chinela, suela*.} Plaut. in Truc. Date iam soleas, atq; intrò me actutũ ducite. ¶ In equis quoq; & mulis soleæ dicuntur ferramenta illa quæ pedibus illorum subiiciuntur. Catul. Et supinam animi graui delinquere cœno, Ferream vt soleam tenaci in voragine mula. ¶ Est etiam solea instrumẽtum quo oleum ex oliuis exprimebatur. Colum. lib. 12. cap. 50, Oleo autem conficiendo molæ vtiliores sunt, quàm trapetum, quàm canalis & solea. ¶ Item solea genus piscis plani à similitudine soleæ. {*suola*. Ital. *Sole*. Hisp. *El lengado*.} Plin. lib. 11, Rhombi, soleæ, passeres, habent formam planam. ¶ Solea item dicitur materia roborea, super quam paries crassius extruitur: vt ex Verrij sententia annotauit Festus.

Solearij, Soleatum sutores. {ὑποδηματοποιός. Ital. *Scarpolini*. Gal. *Cordonniers, qui font des semelles*. Hisp. *Zapateros que hazen suelas*.} Plaut. in Aulul. Solearij astant, astant molochinarij.

Soleatus, Qui soleis indutus est. {ὑποδηματοφόρος. Ita. *Solato*. Gal. *Qui porte des patins*. Hisp. *Calçado de alcorques*.} Gell. lib. 13. cap. 20, Quur soleatos dixisset, qui Gallicas non haberent soleas? Cic. 7. Ver. Stetit soleatus Prætor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicáque talari, muliercula nixus, in littore. Martialis lib. 12, Etsi iam lotus, iam soleatus erit.

Solenes, σωλῆνες. Genus concharum, quod & onychas & digitos vocamus, itémq; donaces & aulos. Solenes, vt arbitror, dicti à canicularia longitudine. σωλῆνες enim Græci canales appellant.

Solenitæ, σωληνῖται, Dicuntur qui id genus conchatum piscantur. Quo cognomine Philoxenum quendam dictum legimus, quòd primum ζωληθρεύσαι fuisset, deinde Demagogus, & postremò tyrannus effectus. Vide Cælium lib. 13. cap. 5.

Solennis, solenne, Quod quotannis fieri solet. {ἐτήσιος. Ital. *Solenne*. Gal. *Solennel, ordinaire, accoustumé*. Hisp. *Cosa solenne ò cadañera*.} Valer. Maxi. Maiores statas solennésq; cæremonias Pontificum scientia bene gerendarum rerum autoritate, &c. Virg. 2. Aen. Solennes taurum ingentem mactabar ad aras. Horat. 4. Car. Ode 11, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem, Iure solennis mihi, sanctiorq; Pene natali proprio. Ouid. 5. Fast. Solennes ludos circi celebrate Quirites. Sallust. in Catil. Sicut in solennibus sacris fieri cõsueuit. Virg. 3. Geor. -iam nunc solennes ducere pompas. Ad delubra iuuat, cæsósque videre iuuencos. ¶ Accipitur aliquando solenne pro solito, recepto, & consueto. Suetonius de Augusto, Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiori loco spectare concesit. Cicc. ad Att. lib. 7, Tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, vt nequam istuc euntem sine literis dimittamus.

Solenne, nis, & solennia solenniũ, substantiuum, festa quæ singulis annis certo tẽpore fiunt. {ἑορτή. Ita. *Solennita, solenne*. Gal. *Feste en certain tẽps, feste solenelle, solemnité*. Hisp. *Solennidad*.} Iuuc. Sat. 10. Incolumi Troia Priamus veniisset ad vmbras Assaraci magnis solẽnibus. Tacit. lib. 12, Et funeris solẽne perinde ac diuo Augusto celebratur. Idẽ lib. 11, Cuncta nuptiarũ solennia celebrat. Vlt. 6. Ae. Et statuet tumulũ, & tumulo solennia mittẽt.

Solennitas

Solennitas, atis, Quæ quotannis celebratur. {ἑορτή. Ital. *solennità*. Gal. *solennité*. Hispa. *solemnidad de cada vn año*.} Gell. lib. 1. cap. 24, Per dierum varias solennitates.

Solenniter, adverbium. {Ital. *Solennemente*. Gal. *solennellement*. Hisp. *solennemente, con solemnidad*.} Liu. 5. ab Vrbe, Ibique omnibus solenniter peractis, eadem reuertens. Plin. lib. 9. cap. 1, Ibique se putificantes solenniter aqua circunspergi atque ita salutato fidere in syluas reuerti, &c.

Solennitus, Veteres pro soleniter vsurparunt: quod & annotauit Nonius, citans Lucilium in Aegistho, Solemnitúsque eum laudet lubens.

Soleo, es, solitus, Idem ferè quod consueui. {εἴωθα, φιλέω. Ital. *Hauer per costume*. Gal. *Souloir, auoir de coustume*. Hispa. *Acostumbrar ò soler*.} Virgil. Vrbs quæ quondam Troia videri Et Danaûm solitæ naues & Achaica castra. Terent. in Andr. Quod vulgus seruorum solet, dolis vt me deluderes. Virgilius 10. Aeglo. -solet esse grauis cantantibus vmbra. Cicero de Amic. Si prius, quod maximè reprehendere solitus sit, edixero. Solere enim viro, aut muliere, est rem siue consuetudinem habere. συνωθέω. Plaut. in Cistellaria, Frigidam subdolè sulfundunt: viris cum suis nos solere prædicant. ¶ Apud antiquos legitur præteritum soluitque quod & Festus annotauit, citans locum Cælij ex Annalium lib. 7. Duos & septuaginta lictores domum deportauisse, qui ductoribus hostiũ antea soluerint ferri. Sallust. lib. 2. Histor. Neque subsidiis, vti soluerat, compositis. ¶ Solet aliquando impersonaliter ponitur: & cum particula vt, vel simili, non inuenuste longiori orationis contextui interiicitur. ὡσὴ, φιλεῖ. Cicer. pro Cluent. Quum quædam in collibus, vt solet, controuersia pastorum esset orta. Hoc est vt ferè fit. Eundem vsum habet eius compositum Adsolet. Cic. in Lælio. Quum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, vt adsolet, venissemus, tu non affuisti.

Solens, tis, participium. {ἐθιζόμενος, εἰωθώς. Ita. *Chi ha per costume*. Gal. *Ayant de coustume*. Hisp. *Que tiene costumbre*.} Plaut. in Epid. -ego abscessi solens Paulum ab illis. Id est vt soleo. Idem in Amphit. Si dixero mendacium, solens meo more fecero.

Solitus, a, um, aliud participium, idem significans quod cõsuetus. ἐιωθὼς. Ital. *Solito, vsato assuto*. Gal. *Qui a acoustumé, accoustumé*. Hispa. *Acostumbrado*.} Cicer. de Orat. Quod optimo cuique Athenis accidere solitum est. ¶ Legitur & solitus pro Solus, apud antiquos. Plaut. Amphit. Qui soliti inuiti cubant.

Solitus, a, um, nomen ex participio. Ouid. 6. Metam. -vt solito finem imposuere labori.

Solito, ablatiuus, Qui solis comparatiuis nominibus aut aduerbiis iungitur. Liu. 5. belli Pun. Reate saxum ingens visum volitare: sol rubere solito magis, sanguineóque similis. Ouid. 14. Metam. Ille fugit, sed se solito velocius ipse Currere miratus. Idem 2. de Arte, Tu neque subiectus, solito, neque blandior esto.

Solito, as, Frequenter soleo. {εἰωθάω. Ital. *Accostumare molto*. Gal. *Auoir souuent de coustume, auoir souuent accoustumé*. Hispan. *Mucho acostumbrar*.} Gell. lib. 7. cap. 1, Scipionem Africanum solitauisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare.

Solers, huius solertis, omn. gen. Industrius, ingeniosus, acutus, dexter. {ἀγχίνους, δέξιος, πανοῦργος. Ital. *solicito, diligente, industrioso, ingenioso, sottile*. Gal. *Ingenieux, caut & fin*. Hispan. *Cauto, prudente, y sabio, y industrioso en lo que haze*.} Terent. in Eunuc. -fac periculũ in literis, Fac in palæstra, in musicis: quæ liberum Scire equum est adolescentem, solertem dabo. Cicer. pro Rosc. Com. Iam quo quisque est solertior, & ingeniosior, hoc docet itacundius, & laboriosius. Colum. lib. 8. cap. 13. de asere, Solertiorem custodiam præbet, quàm canis. Virg. 4. Georg. Quem mihi vix frugum & pecudum custodia solers Omnia tentanti extuderat. Cicer. de Senect. Nec concisiones modò delectant, sed etiam incisiones, quibus nihil inuenit agricultura solertius.

Solertia, æ. Ingenij acumen, & dexteritas ad rem aliquã agendam: & tam in bonam partem accipitur quàm in malum. {ἀγχίνοια, δέξιος. Ital. *Ingegno, diligentia*. Gal. *Ingeniosité d'esprit*. Hisp. *Tal solercia, diligentia, industria, vigilancia, ò astucia*.} Cic. in Catilinam, Tum cum dixisse, mirari se nõ modò diligentiam, sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa atque descripta. Idem lib. 1. Offic. Itaque eorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit, & in medio relictum quod erat populo Rom. adiudicauit. Decipere hoc quidem est, non iudicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia. Claudianus lib. 3. de Rapto Proserpinæ, -terrúmque remotas Ingeniosa vias paulatim explorat egestas, Vtque artes pariat solertia, nutriat vsus.

Solerter, aduerbium, Ingeniosè perspicaciter, subtiliter. {δεξίως. Ital. *Sottilmente, ingeniosamente*. Ital. *Subtilement, & ingenieusement*. Hispan. *Prudente, y diligentemente*.} Cicer. 1. de legib. Artes verò innumerabiles repertæ sunt docente natura: quam imitata ratio, res ad vitam necessarias solerter consequuta est. Idem 6. Vertina, Tu illius æris temperationem, tu operum liniamenta solertissime perspicis? Ouid. lib. 11. Metam. Non illo iussos solertius alter Exprimit incessus vultúmque, sonúmque loquendi.

Solicitudo, inis, Cura, anxietas, & mentis inquietudo. {μέριμνα, ἀγωνία. Ital. *solicitudine, affanno*. Gal. *Solicitude, soing & chagrin*. Hispa. *Cuydado congoxa*.} Terent. in And. Quantas hic confecit solicitudines! Cicer. 4. Tusc. Solicitudo, est ægritudo cum cogitatione. Idem 1. de Finib. Eásq; ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctes, diésque exeduntur, à diis immortalibus supplicij causa importari putant. Idem ad Atticum, lib. 6. Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur.

Solicitus, a, um. Inquietus, anxius, & curis affectus. {μεριμνώμενος. Ital. *Solicito*. Gal. *Qui est en soulci, & chagrin*. Hisp. *Cuydadoso con congoxa*.} Cicer. Cælio, Mirificè sum solicitus quidnam de prouinciis decernatur. Solicitus ex aliqua re, in eadem significatione dicimus qua Solicitus propter rem aliquam. Terent. in And. Laborat è dolore, atque ex hoc misera solicita est, ne se deseras. Cic. 2. de Finib. Num igitur eum postea censes anxio animo aut solicito fuisse? ¶ Interdum actiuè accipitur pro eo quod solicitudinem & curas affert. φροντίδα. Virg. 10. Aeglo. Incipe, solicitos Galli dicamus amores.

Solicitè, pen. cor. aduerbium, anxiè, cum cura & solicitudine. {μεριμνῶν, φροντιστικῶς. Ital. *Sollecitamente*. Gal. *Songneusement*. Hisp. *Cuydadosamente*.} Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16, -vestri non immemor vnquam Qui mala solicitè nostra leuatis, ero.

Solicitior, comparatiuus, Id est magis solicitus. {μεριμνητικώτερος. Ital. *Piu sollecito*. Gal. *Plus songneux*. Hispan. *Mas cuydadoso con congoxa*.} Seneca de Benefic. lib. 3. Multo tardiores fumros ad accipienda beneficia, si periculum causæ dicendæ adituri erunt, & innocentiam solicitiore habituri loco. Planeus Ciceroni, lib. 10, Solicitiorem certè hominem non suis contractis, neminem puto fuisse.

Solicito, as, pen. cor. Inquieto, & curam iniicio, seu contristo. {ἀδάω. Ital. *Attristare, affannare, solicitare*. Hisp. *Solliciter & presser de faire, pourchasser, fascher en pouruiuant*. Hisp. *Poner cuydado congoxoso, acruciar*.} Terẽt. in An. Cur meam senectutem solicito huius amentia? Plin. Epist. lib. 9. Nulla spe, nullo timore solicitor, nullis rumoribus inquietor. ¶ Aliquando insto, aut spem, metúmve ostendendo, allicio. πείθω. vt solitare pudicitiam mulieris, hoc est attentare, & conari labefactare. Solicitare animos militum est ad seditionem, defectionẽ, proditionémve conari impellere. Διαπειράζειν. Curtius lib. 1. Verumenimuero quũ modò milites meos literis ad proditionẽ, modò amicos ad pernicie pecunia solicitet, ad interneccionem mihi persequendus est, non vt iniustus hostis, sed vt percussor veneficus. ¶ Dictum solicitare, quasi solo citare, id est suo loco mouere. proprie enim significat terram vertere: ideóq; vnico l, scribendũ videtur In carmine tamen assumit alterum, quia alioqui tot concurrentibus breuibus syllabis, carmen ingredi non posset. Tibullus, Et teneram ferro sollicitauit humum. Virg. 2. Georg. Sollicitanda tamen tellus, pulúisque mouendus. ¶ Sed quia solum etiam de mari dicitur, potuit quandoq; pro nauigare, & mare vertere. Claudian. in Præfat. lib. 1. de Rap. Proser. Et rudibus remis sollicitauit aquas. ¶ Solicitare forem, pro eo quod est aperire ianuam. Ouid. 3. Amor. Eleg. 1. Per me decepto didicit custode Coriuna Liminis adstricti sollicitare forem.

Solicitatio, Tristitiæ illatio, afflictio, quæ fit ab alio, vt ait Donatus. {ἀδία. Ital. *Solecitudine, procaccio*. Gal. *Solicitation & pourchas, songneuse pourssuite*. Hisp. *Cuydado congoxoso, obra de poner en cuydado congoxoso*.} Terent. in Andr. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt, Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitatio. ¶ Sumitur & pro tentatione, seu pro conatu aliquem labefactandi. πείρασις. Cicer. in Catil. Iam verò illa Allobrogum solicitatio, à Lentulo, cæterisque domesticis hostibus, tanta res, tam dementer credita & ignotis & barbaris, &c.

Solicitator, oris, verbale, Id est tentator. {πειρατής. Ital. *Sollecitatore*. Gal. *Solicitateur solicitateur*. Hisp. *Que pone en cuydado congoxoso*.} vt Solicitator alieni lecti, hoc est qui pudicitiam matronæ conatur labefactare. Paulus de Extraord. crimin. Solicitatores alienarum nuptiarum, itémque matrimoniorum interpellatores.

SOLI, orum, σόλοι. Vrbs in Cypro insula, metallorum copia nobilitata: cuius meminit Galenus lib. 9. Simpl. ¶ Est præterea eiusdem nominis ciuitas in Cilicia, quæ postea Pompeiopolis dicta est. Vide paulo pòst in dictione SOLOI.

Solidus, a, um, Proprie de eo dicitur quod habet tres dimẽsiones, longitudinis, latitudinis, & profunditatis. {στερεός. Ital. *Saldo, fermo*. Gal. *Solide, ferme, massif*. Hisp. *Firme, fortalecido*.} Linea enim sola longitudine contenta est: superficies, præter longitudinẽ habet & latitudinẽ: quibus si profunditas accesserit, tum demũ solidũ quiddã intelligimus. Cic. 1. de Nat. deo. Dux formæ præstátes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus, aut orbis. ¶ Accipitur aliquando solidũ pro integro, quod neq; concauũ est, neq; ex partibus cõpositum, sed quod ex vno, cóq; iugi constat corpore. Sic colũnas dicimus esse ex solido marmore, non quæ marmoreis tectæ sunt crustis, sed quę ex vno cõfectę sunt lapide. Virg. 6. Aen. Tũ Phœbo & Triuiæ solido de marmore tẽpla Instituam. Ibidem, -solidóq; adamante colũnæ. Idẽ 3 Geor. In foribus pugnã ex auro, solidóq; elephanto Gangaridum faciam. Id est ex integro ebore, non sectili, inquit Seruius. Cic. 1. de Diuin. Annibalẽ Cælius scribit, quũ columnam auream, quæ esset in fano Iunonis Laciniæ, auferre vellet, dubitare étq; vtrum ea solida esset, an extrinsecus deaurata, perterebrauisse. Transfertur & ad alia, accipitúrq; pro toto, siue perfecto, quod scilicet omnibus suis partibus constat, cuiq; nihil est detractũ. ὁλόκληρος, ὁλόμισθος. Sic solidã hæreditatẽ accepisse dicimus eũ qui ex asse institutus est hæres. ¶ Solidus annus, id est integer, & nõ interruptus. Plaut. Decẽ annos solidos errauit puer. ¶ Solidum beneficium, id est plenum, & ad cuius perfectionem nihil desideratur. Terẽt. Eunuc. Vt solidũ paretem hoc mihi beneficiũ. Solida lætitia, Solida fœlicitas, hoc est nulla ægritudine aut infortunio contaminata. Plin. lib. 7. ca. 44. Nulla est profecto solida fœlicitas quam contumelia vlla vitæ rumpit. nedum tanta. Terent. in And. -nónne tibi satis esse hoc visum solidũ est gaudium. Nisi me lactasses amãrem, & falsa spe produceres? Vbi Donatus, Solidum, plenum, idoneum, integrum. In solidum aliquid promittere dicuntur plures debitores, fideiussoréve, quorum vnusquisq; se rei totius debitorem, fideiussorémve constituit: quod locutionis genus frequens est apud Iurisconsultos.

Solidus, substantiuum, quo Romani vtebantur pro genere quodam numi aurei, ita dicti, quòd iusto pondere erat percussus, non dimidiato, aut trientali, quemadmodum semisses, & tremisses. Lampridius in Alexandro, Vectigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, tũneque primùm semisses aureorum formati sunt, cum etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros. Sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantùm, solidósq; formari. Ex his verbis Lamprtdij facilè intelligimus solidos primùm dictos esse aureos numos cuiusdam, suíque ponderis, quasi integros. Budæus.

Solidè, aduerbium, Integrè, omnibus modis. {ὅλως. Ital. *Sodamente, interamente*. Gal. *Solidement, entierement*. Hisp. *Firme y enteramente*.} Terent. Andria, Nam hũc scio mea solidè solum gauisurum gaudia. Plau. Trinum. Hic homo solidè sycophanta est.

Soliditas, atis, Firmitas. {στερρότης. Ital. *Saldezza, saldamento*. Gal. *Solidité, massiueté*. Hisp. *Firmeza*. Cicer. de Natu. deorum, Vt manu doceat nos, eam esse vim & naturam deorum, vt primum, non sensu, sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum. Idem de Vniuers. Sed quum soliditas mundo quæreretur, solida autem omnia vno medio, nunquam duobus, semper copulentur, &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

Solidipes, pen. cor. huius solidipedis, pen. cor. omn. gen. Quod solidos habet pedes, non bisurcatos. {σολιπους Ital. *Di piedi sodi non biffurcati.* Gal. *Qui a les piés plein sans fourcher.* Hispa. *Animal de vñas maciças.*} Plin. lib. 10, Contra naturam solidipedum, aut bisulcorum supra cuncta est mutium fœtus.

Solido, as, Solidum & firmum reddo. {σολδω Ital. *Soldare, affermare, far duro.* Gal. *Affermir, faire solide.* Hisp. *Fortalecer, fundar.*} Virg. 1. Geor. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro. Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci. ¶ Nonnunquam quod ruptum, fractúmve erat, conglutino. συγκολλάω. Plin. lib. 24. cap. 16, Boum nervos abscissos vomere, solidari ea, tortúsque iungi. addita axungia, affirmans.

Solidesco, cis, consolidor, cóglutinor, coeo, solidus fio. {συγκολλᾶμαι, στερεῦμαι. Ital. *Saldarsi.* Gal. *se resoudre & prendre.* Hispan. *Hazerse firme, fortalecerse.*} Plin lib. 11. cap. 37, Vesica membrana constat, vulnera cicatrice consolidescit.

Soliferreum, Genus teli appellatum, quasi totum ferreum. Tractum ex Oscorum lingua, teste Festo, qui solon dicebant, quod nos totum. {Ital. *Arma tutta di ferro.* Gal. *Armure toute de fer.* Hisp. *Arma de hierro maciça.*} Liu. 4. belli Maced. Vt emissis soliferreis falaricisque gladios strinxerunt, tum velut redintegrata est pugna.

Solifuga, Genus formicæ venenatæ, à fugiendo sole dicta. Plin. lib. 11. cap. 25, Et leguminibus innascuntur bestiolæ venenatæ quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt solifugarum generis. Idem lib. 29. cap. 4, Est formicarum genus venenatum: non eas nouere in Italia. Solifugas Cicero appellat, salfugas Bætica. Festus Solipungam vocat: indéque nomen sortitum existimat, quòd fiat acrius concitatiúsque feruore Solis. A Lucano dicitur Solpuga, lib. 9, Quis calcare tuas metuat solpuga latebras?

Soliſtimum tripudium, Dicebatur quum in auspicando esca ex ore pulli decidens, solum pauiebat, hoc est terram feriebat: vnde & Tripudium dictum, quasi terræpauium. ¶ Soliſtimum autem à solo dictum est, sicut à medio mediastimum. Vide latius infrà in dictione TRIPVDIVM.

Solitanæ cochleæ, Ab Africæ loco dictæ, quibus Plin. lib. 30. cap. 6, principatum tribuit. Laudatissimæ (inquit) sunt cochleæ Africanæ, ex his solitanæ. Varro lib. 3. cap. 14, Nam & valde amplæ sunt quædam ex Africa cochleæ, quæ vocantur Solitanæ, ita vt earum calyces quadrantes octoginta capere possint.

Solitarius, vide SOLVS.

Solitaurilia, orum, neut. gen. plural. numeri, Solennia apud Romanos sacrificia erant diuersi generis, tauri, aricetis, & verris, quibus Censores quinto quoque anno vrbem lustrabant, teste Asconio. Dicta Solitaurilia, vt placet Festo, ab integris genitalibus hostiarum quæ immolabantur. Solum enim Osci integrum dicebant, taurum autem etiam Græci eam pudendorum partem quæ à castratore eximitur. vnde & lastauri dicti sunt, qui egregiè sunt mentulati. Liu. 8. ab Vrbe, Si potiatur, Martí Solitaurilibus piaculum fieri.

Solito, solitas, vide SOLEO.

Solitudo, Soluagus, vide SOLVS.

Solium, lij, Sella regia in qua Reges ius dicentes sedebant. {θρόνος. Ital. *Cadrega, sedia, solio.* Gal. *siege royal.* Hisp. *La silla propria delos reyes.*} Dictum solium (vt quidam volunt) quasi solidum, propterea quòd olim Reges in thronis ligneis, & quibusdam quasi armatiis ob corporis sui tutelam sedebant. Alij inde dictum malunt, quòd soli in eo Reges sederét. Asper κατ' αἰνιγμὸν appellatum putat, quasi sedium: quemadmodum & sella dicta est, quasi sedda. Virgilius, Præfatus diuos, solio Rex infit ab alto. ¶ Quandoque pro vase saligno, vel abiegno ponitur, quo vtimur ad vinum, plurimósque liquores transferendos, & ad pannos lineos cum lixiuio calido, & cinere emaculandos. ¶ Est & solium vas quo in balueis vrebantur, & in quo sedentes lauabantur. Celsus, Interpositis duabus horis, in solium is aquæ calidæ resupinus demittēdus est, sic vt à genibus ad vmbilicum aqua pertingat. Martialis, Non vis in solio prius lauari. Suetonius de Augusto, At quoties neruorum causa, marinis, albulisque calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt insidēs ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *dorretam* vocabat, manus ac pedes alternis iactaret. ¶ Nonnunquam etiam solium dicitur loculamentum sepulchrale in quod condūntur defuncti. Plin. lib. 35, Quoniam & defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluere. Curtius lib. 10, Septimus dies erat ex quo corpus Regis iacebat in solio.

Solo, solas, vide SOLVS.

SOLOE, numero plurali, more Græcorū, σόλοι, sicut Dioscuræ, pro Dioscuri. Ciuitas est Ciliciæ ab Achiuis & Rhodiis ædificata, postea Pompeiopolis appellata à Pōpeio, qui piratas in eā transtulit, quos dignos existimauit vt seruaretur. Laertius in vita Solonis autor est, vrbē hanc à Solone Salaminio conditā fuisse, & ab eo nomen accepisse: vt latius docebimus in dictione Solœcismus. Ex hac vrbe ortum traxerunt viri memoratu digni, Chrysippus Stoicus, Philæmon Comicus, & Aratus, qui de astris carmine scripsit. ¶ Sunt & Solœ, siue Soli in Cypro insula, metallorum prouentu nobilitati: quorū meminit Galenus lib. 9. Simpl.

Solœcismus, σολοικισμός, Est impar, & inconueniēs compositura partiū orationis: à nostris imparilitas, à vetustioribus Latinis stribligo dicebatur, quasi strobligo, hoc est inuersura & prauitas tortuosa orationis. Siquidem στρόβιλος, torqueo, ac depravo significat. Iuue. saty. 6, Solœcismum liceat feciſſe marito. Martialis in Calliodorū. Vnus quū stris, duo, Calliodore, sedetis: Surge, solœcismum, Calliodore, facis. Dictus solœcismus, vt in Vita Solonis annotauit Laertius, à colonis quibusdam Athenienſibus, quos Solon Salaminius in Solos Ciliciæ vrbem transtulit: qui quum non multo interiecto tempore, patrij sermonis nitorem corrupissent, & parum conuenienti partium structura vti cœpissent, factum est vt qui ea in parte peccarent, σολοικίζειν dicerentur. ¶ Per translationem tamen latius solœcismi nomen accipitur, vt quicquid perperam fiat, nec rectè nec ordine peragatur, solœcismum vocemus.

Solœcophanes, σολοικοφανής, Quicquid speciem habet solœcismi, qui ratione aliqua potest excusari: vt quum genus superioris iungitur inferiori diuersi generis: vt Eunuchus Terentiana, respiciendo ad genus superiotis Comœdia.

SOLON, σόλων, Fuit vnus ex septem sapientibus Græciæ, patria Salaminius, qui (teste Gellio lib. 17. ca. 21.) Athenis claruit, Tarquinio Prisco Romæ regnante. Hic Athenienſibus leges dedit, tanto temperamento compositas, vt parem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quanquā plebs & Senatus in summa prius essent dissensione. Draconis autem leges (iis exceptis, quæ in homicidas pœnas statuebant) quòd iusto atrociores videretur, omnes abrogauit. Illis enim in omnia scelera æqualis pœna statuta erat, adeò vt etiā ij, qui otij damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. Florebat tunc in Republica Pisistratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud populum, quàm huius sapientia. Cessit sponte Solon tyrannum fugiens, primùm in Aegyptum, dein le in Cyprum, postremò ad Crœsum regem: cuius quum opes videret, ostentanti Crœso, atque interroganti num quis se felicior esset respondit, Tellum quēdam pauperem admodum, alioqui iustum, Athenis agentem: qui in suo prædiolo solitarius conseuerat: simul affirmans nihil esse fœlix quod temporum mutationi subiaceat: fœlicita tem tantùm finem indicare. Cuius sententiæ Crœsus postea à Cyro captus meminisse dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus, ciuitatem à suo nomine Solos dixit, in qua Athenienſes colonos statuit, qui interuallo temporis ab Attica lingua desciscentes, Solœcissare dicti sunt: vnde verbum Solœcismi tractum. Decessit in Cypro annorum LXXX. mandauitque ossa Salaminem transferri, ibiq; per regionem proiici ac dissipari, ne Athenas inferrentur, quoniam discedēs iureiurando ciues adegerat, non antiquaturos leges suas, donec rediret. Reliquit etiam conciones & epistolas quasdam. Epigramma sepulchro eius inscriptum Cicero in hanc sententiam commemorat, Tusc. quæst. lib. 1. Mors mea ne careat fletu: linquamus amicis Mœrorem, vt celebrent funera cum lachrymis. Ex Plutarcho & Diogene Laertio.

SOLOPHYTVS, Σολόφυτος, Regius ex Scytharum genere iuuenis fuit, qui vnà cum Ilino fratre per optimatium factionem domo pulsus, ingentem iuuenturem secum traxit, & in Cappadociæ ora ad Thermodoontem amnem conedit: subactisq; Themiscyris, vnà cum fratre regnum occupauit. Verùm quū ex vicinis populis perpetuò prædas ageret, tandem illorum conspiratione per insidias vnà cum fratre trucidatur. Horum vxores, quum exilio orbitatem quoq; adiunctam viderent, arma capessunt, finésq; suos, submouentes primùm, mox etiam inferentes bella, quàm latissimè propagant: virisque omnibus interfectis, finitimorum concubitus admittunt: mares natos trucidant, virgines non lanificio & colu, sed equis venationibúsque exercent, dextris mamillis, ne sagittarum iactus impediretur, inustis. Vnde & Amazones dictæ sunt, quasi sine mammis.

Solor, aris, Verbum est commune, significans, cōsolationem do, vel consolationem accipio. {παραμυθέω, παραμυθία. Ital. *Consolare, consolarsi.* Gal. *Consoler, conforter, se consoler.* Hispan. *Consolar à consolarse.*} Cic. in Vatinium, C. Antonius hac vna te miseriam suam solatur. Virgil. 5. Aeneid. Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis. Ouid. 2. Fast. Hinc pater, hinc coniux lachrymas solantur, & orant, Indicer, &c. ¶ Solari laborem, vel famem, idem est quod subleuare. Virgil. 1. Georg. Interea longum cantu solata laborem. Arguto coniux percurrit pectine telas. Ibidem, Concussáque famem in syluis solabere quercu. Idem 10. Aene. Et mœstum Musa solatur amorem. ¶ Hinc fit compositum Consolor: item verbalia Solator, Solamen, & Solatium: quorum significata vide in sequentibus.

Solatium, Ipsa consolatio: & propriè rebus fit. {παραμυθία. Ital. *Consolatione, piacere, solazzo.* Gal. *Solas, consolation, confort.* Hispa. *Solaz, consolacion de obras.*} Quintil. in Pariete palmato, Cæcitatis miseræ solatium est, habere tem videntium. Cic. Mario lib. 7, Vacare culpa magnum est solatium. Virg. 9. Aeglog. -heu tua nobis Penè simul tecum solatia rapta Menalca. Quintil. in Procœ. lib. 6, Credendúmque doctissimis hominibus, qui vnicum aduersorum solatium literas putauerunt. Ouid. 8. Metamorph. -sed vincite fratres, Dummodo quæ dedero vobis solatia, vólque Ipsa sequar. Cic. de Clar. Orat. Vos verò, inquam Attice, & præsentem me cura leuatis, & absenti magna solatia dedistis.

Solatiolum, li, pen. corr. diminutiuum. {παραμυθιδιον, παραμυθίδιον. Ital. *Piccioi solazzo.* Gal. *Petit solas, petit confort.* Hisp. *Pequeño solaz.*} Catull. ad passerem Lesbiæ, epigram. 2, vt solatiolum sui doloris.

Solamen, inis, idem quod solatium. {παραμυθιον. Ital. *Solazzo.* Gal. *Solas.* Hisp. *Solaz.*} Cic. in Læl. Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen ferret mihi ætas ipsa solamen. Virg. 3. Aene. Solaménque mali de collo fistula pendet.

Solox, (inquit Festus) est lana crassa, & pecus, quod passim pascitur non tectum. Titinnius Barathro. Lana soloci ad puram data. Lucil. Montano hirco, atq; soloce. Hęc Festus, sed succinctius, quàm vt à quouis possint intelligi. Fient autē notiora, si sciamus, duo veteribus in vsu fuisse ouilli pecoris genera: quod vulgatissimū erat & robustissimum, à velleris hirsutie hirtum dicebatur: alterū à lanæ mollitie molle nominabant, hirto pecore multo infirmius, sed velleris nobilitate longè præstantius. Vnde & pellibus quibusdā tectum pasci solebat, ne aut spinis adhærescens lana minueretur, aut luto sordidaretur. Hoc genus è Magna Græcia, & præcipuè è Tarento peti solet: vnde & Græcum pecus, & Tarentinū solet appellari. nonnunquam etiam ex agro Gallico quod Altinum vocitabant. Ex hisce igitur satis constat quid solocis nomine intellexerit Festus, nimirum vulgatum illud pecudis genus, quod ab hirsutiore vellere hirtum appellat Columella. Id enim nullis pellibus tectum pascebatur, cuius etiam lanam eodem nomine appellabant.

Solpuga, æ, Genus est venenatæ formicæ, quod etiam à fugiendo sole, solifuga nominatur. Concitatur enim acrius feruore solis: ideóq; cum fugit quantū potest. Lucan. lib. 9, Qui calcare tuas metuat solpuga latebras? Plin. li. 8. ca. 29, Latè deserta regio est, à scorpionibus & solpugis gente sublata. A Festo dicitur Solipunga, nisi codex mendosus sit. Vide suprà in dictionibus SOLIPVNGA. & SOLIFVGA.

Solſtitium, vide SOL.

Solum, li, priore cor. Dicitur omne quod quid sustinet, & rei cuipiam velut fundamentum subiicitur. {πέδον, ἔδαφος. Ital. *Suolo, suolaro, suola.* Gal. *Le pauement,*

Le parterre, fond de terre. Hisp. *suelo de la tierra.*} Vnde aquæ superficies dicitur solum, quia nauium fundamentum est. Virgil. lib. 5, Subtrahitúrque solum. ¶ Cœlum stellarum solum est. Ouid. lib. 1. Metam. Astra tenent cæleste solum. ¶ Næuius verò sola terrarum, plurali numero dixit: Sed sola terrarum postquam permensa parumper. Sic etiam Cicero in Orat. pro Corn. Balbo, Vos mutæ regiones imploro, & sola terrarum vltima. ¶ Aer etiam solum dicitur, quia auium sustentaculum. ¶ Item terra ipsa, quòd hominum & animalium fundamentum sit. Colum. lib. 2, Nam quod siccо solo ingestum est, & iam innoccatum, perinde ac si repositum in horreo, non corrumpitur. Ouid. 2. Metam. Inde solo quod texerat herba iacebat. Quintil. lib. 2. cap. 19, At in solo fœcundo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet. ¶ Virgil. lib. 7, etiam mensam appellauit solum, Et cereale solum pomis agrestibus augent. ¶ Rursus solum, inferior pedis pars, quam vulgò *soleam* vocant, quæ callosa fit, & dura discalciatis. Cic. 5. Tusc. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calciamentum solorum callum, cubile terra. ¶ Et solum dictum est pro solea calciamenti, & corio. ὑπόδημα. Martialis, Sordidus antiquas solitus producere pelles, Et mordere luto putre, vetúsque solum. ¶ Proprie tamen solum terra dicitur: vnde Natale solum dicimus, pro patria in qua nati sumus: quemadmodum exulem, qui extra solum, hoc est extra patriam eiectus est. Vertere solum, est sedem & habitationem mutare. Cic. pro Cæcinna, Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatẽ, cò solum vertunt, hoc est sedem ac locum mutant. ¶ Solum fossæ, pro ima fossæ parte. Cæsar 7. belli Gal. Fossam pedum viginti latam directis lateribus duxit, vt eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant.

Solarium, rij, à nomine solum, soli, significátque vectigal quod pro solo penditur. {γῆ τελῶν τελέσματα ἐκ τῆς ἐφ' ἑκάστου πεδίου ἐπιβολῆς. Ital. *Datio, fitto che se paga per lo terreno, censo.* Gal. *Ce qu'on paye pour le fond de la terre par chacun an, censive.* Hispa. *Renta que se paga pol el suelo de la tierra.*} Qua voce vtitur Vlpian. 1. ff. Nequid in loco, vel itin. publ. fiat. Siquis nemine prohibente in publico ædificauerit, si tamen obstet ædificiũ id publico vsui: vtique is qui operibus publicis præest, debebit id deponere: aut si non obsterit, solarium ei imponere. Sic enim vectigal hoc appellatur, ex eo quòd pro solo pendatur.

Soluo, is, ui, solutum, Dissoluo quod erat ligatum. {λύω. Ital. *sciogliere, soluere, dislegare, disfare.* Gal. *Deslier, souldre, rompre, lascher.* Hispan. *Desatar, deshazer.*} Virg. lib. 7, Soluite crinales vittas, capite Orgia mecum. Terent. in And. Iube solui obsecro. ¶ Soluere item dicuntur qui naui vehuntur, quum soluto fune quo nauis retinetur, recedunt. Et dicimus soluere simpliciter, nullo adiecto, & soluere nauem. Cic. ad Tironem, lib. 16, Nos eo die cœnati soluimus. Cæsar 1. Bel. Ciuil. Pompeius sub noctem naues soluit. Cice. 3. Offic. Si idem sciat complures mercatores Alexandria soluisse, &c. ¶ Et quoniam qui debent, quodammodo obligati sunt creditori soluere etiam pro debitum reddere ponitur. {Ital. *Pagare.* Gal. *Payer.* Hisp. *Apagar.*} Cic. 4. Verr. Pro quo frumento pecunia soluta non est. Soluere ab aliquo, est à quoquam acceptam pecuniam creditori numerare. ἀπολύειν παρά τινος. Cice. Attic. Frater laborat vt tibi quod debet, ab Egnatio soluat. Et alibi, Sed etiam dixit se à me quodammodo soluere. ¶ Hinc per translationem solutionis vocabulum ad omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisque ad subiectum obligationis, quàm ad nummorum solutionem. Vlpian. de Verb. sign. Solutionis nomine satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Cic. 2. Offi. Nec enim vlla res vehementius Remp. continet, quàm fides: quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.

Solutilis, le, pen. cor. Quod ita compactum est, vt quoties opus sit, solui possit. {λύσιμος. Ital. *Facile da suolgere.* Gal. *Aisé à dissoudre, & desfaire.* Hisp. *Cosa que se puede desfazer.*} Suet. in Nero. cap. 34, Solutilem nauem, cuius vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus est.

Solus, a, um, Incomitatus, vnicus: quam vocem Festus ex Oscorum lingua ductam putat, qui solum dicũt, quod nos totum: nam qui vnus est, totus est. {μόνος. Ital. & Hisp. *solo.* Gal. *seul, seulet.*} Cic. 3. Offi. Cui quum visum esset vtilius, solum se, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. ¶ Solus, & Vnus pro solus, more superlatiuorum genitiuum regunt, vel ablatiuum mediante præpositione ex, vel accusatiuum mediante præpositione inter. Plin. lib. 9, Solus omnium acipenser squamis ad os versis contra aquas natando meat. Cice. de Orat. Gorgias solus ex omnibus. Idem de Prouinciis Consularibus, Gracchus solus ex toto illo collegio. Et quum singularitatem significet, inuenitur tamẽ pluraliter. Terent. in Adelph. Solæ sumus. ¶ Ponitur aliquando solus pro solitario, & deserto. ἔρημος. Virgil. lib. 3. Georg. Heu malè tum Libyæ solis erratur in aruis. Terent. in And. Venit meditata alicunde ex solo loco. Idem, Nónne hinc abiici oportet in solas terras? Sallust. in Iugurtha, Marius interea exercitu in hybernis compositio, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus profiscitur in loca sola, obsessum turrim regiam. ¶ Genitiuum facit, solius: olim etiam soli, læ, li. Terent. Eunuc. Mihi solæ ridiculo fuit.

Solùm, aduerbium, Id est tantum. {μόνον. Ital. & Hispan. *solamente.* Gal. *seulement.*} Cice. 4. Philipp. Nos nuntiationem solùm habemus, Consules etiam inspectionem. Idem 2. de Legib. De re vna solùm diffident, de exteris mirificè congruunt.

Solitarius, a, um, Solus agens, soliuagus, frequentiam vitans. {μονήρης, μονάζων. Ital. *solitario.* Gal. *solitaire, seulet.* Hisp. *Solo y senero.*} Cic. 1. Offic. Solitarius homo, atque in agro vitam agens. Vita solitaria, quæ agitur in secessu, & procul ab hominũ frequẽtia, μονήρης βίος. Locus solitarius, id est locus desertus, nullisque incolis frequẽtatus: ἔρημος. Res solitaria, id est sola, & sine alterius consortio. Cic. de Amic. Sic natura solitarium nihil amat: sempérque, ad aliquid, tanquam adminiculum adnititur.

Solitudo, dinis, Plaga inhabitata, locus desertus. {ἐρημία, ἐρημιά. Ital. *Luoco abbandonato.* Gal. *Desert, delaissement, vie solitaire.* Hispa. *Soledad ò lugar desierto.*} Cæsar 6. belli Gallici, Ciuitatibus maxima laus est, quàm latissimis circum se vastatis finibus solitudines habere.

Soliuagus, a, um, pen. cor. Qui solus vagatur. {μονάζων, μονήρης, μονήνεκτος. Ital. *Soliuago.* Gal. *Qui va çà & là tout seul, qui n'ayme compagnie.* Hispa. *Cosa saluage, brana, fiera.*} Plin. lib. 8, Nec nisi lacessiti noceant, ideóq; gregatim semper ambulent, minimè ex omnibus soliuagi. Cice. 5. Tusc. Alias volucres cælo frui libero: serpentes quasdam, quasdam esse gradientes: earum ipsarum partim soliuagas, partim congregatas.

Solo, as, locum aliquem desertum & solum reddo, depopulor. {ἐρημόω. Ital. *Far'vn luoco deserto è abbandonato.* Gal. *Rendre vn lieu desert, & abandonné.* Hispan. *Assolar, hazer algun lugar desierto.*} Stat. 5. Theb. furor omnibus idem, Idem animus solare domos, inuentumque senúmque Præcipitare colos: pleniſque adfringere paruos Vberibus, ferróque omnes exire per annos.

SOLYI, untis, σόλοι, Stephano, Cypri insulæ oppidum, à Phalero & Acamante Athenien sibus conditum, portum nobilem habens, cum flumine, item Veneris & Isidis delubra. Gentile est Solius. Autor Strabo lib. 14. ¶ Est & Solus Siciliæ oppidum, non procul à Lilybæo promontorio: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

SOLYMI. rum, σόλυμοι, Populi Asiæ, Lyciis & Pisidis proximi, postea Milyæ appellati, vt docet Strabo lib. 1 & 14. Plinius eosdem facit cum Pisidis, lib. 5. cap. 27, Insident (inquit) verticem Pisidæ, quondam Solymi appellati. Alij Solymos eosdem fuisse cum Lycijs afferunt: quorum tamen sententia cum Homero non sanè conuenit, qui Bellerophontem à Lyciorum rege missum ait ad subiugandos Solymos.

SOLYMA, æ, vel Solyma, rum, σόλυμα, Vrbs clarissima Iudææ: quæ postea addito templo, Hierosolyma dicta est.

Solymus, a, um. Iuuenal. Sary. 6, Interpres legum Solymarum.

Somatophylaces, σωματοφύλακες, Custodes corporis, quos Latini prisco vocabulo Latrones dixerunt, quasi laterones: quòd principum latera cingerent aduersus vim insidiatorum.

Somatopœia, σωματοποιία, Figura affinis prosopopœiæ, qua rei incorporeæ corpus tribuimus.

Somnus, ni, Sopor, quies, quæ fit ab humoribus à corde ad cerebrum sublatis: qui quum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor, calorem eius refrigerãt. {Ital. ὕπνος. Ital. *Sonno.* Gal. *somme, le dormir.* Hisp. *El sueño quando dormimos.*} Dictum autem volunt Somnum à Græco ὕπνος: vnde mutata aspiratione in s literam, primùm sypnum, siue supnum, mox sopnum, & postremò somnum volunt appellatum. Virgil. 1. Georg. Nec somnos abrumpit cura quietos. Cic. de Diuin. Animus per somnum curis vacuus. ¶ Somnum Deum finxit antiquitas, cuius sedem apud Cimmerios collocat Ouid. 11. Metam. Est prope Cimmerios longo spelunca recessu Mons cauus, ignaui domos, & penetralia somni, Quò nunquam radiis Orients, mediúsve, cadénsve Phœbus adire potest. ¶ Hinc fit compositum Insomnis, ἄυπνος: de quo egimus suo loco.

Somnium, nij, Idem quod Insomnium, hoc est quod videre nobis videmur dormientes. {ὄνειρος. Ital. *Sogno.* Gal. *Songe, resuerie en dormant.* Hispan. *El sueño que soñamos.*} Virgil. 8. Aeglog. An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Cice. de Lege Agraria contra Rullum, Hæc per deos immortales, vtrum esse vobis consilia sicariorum, an vinolentorum somnia, & vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? Macrob. lib. 1. in Somnum Scipionis, eorum quæ dormiẽtes videre nobis videmur, quinq; tradit esse genera, Somniũ scilicet, quod Græcè est ὄνειρος, Visio, id est ὅραμα, Insomnium, id est ἐνύπνιον, Oraculum, id est χρηματισμός, & Visus qui Græcis φάντασμα dicitur. Ex his insomnium & phantasma quum falsa sint, interpretatione non indigent: tria

reliqua

reliqua vates interpretantur. Et oraculum quidem est, quum in somniis aliquid nobis denuntiat: Visio, quum id quis videt quod eodem modo quo apparuerat, euenit. Somnium autem propriè vocatur quòd tegitur figuris, velatur ambagibus nonnisi interpretatione intelligendis.

Somnio, as, Per quietē aliquid quasi vigilans video. {ὀνειρόττω. Ital. *Sognare, insognare.* Gal. *Songer, resuer.* Hisp. *Soñar algun sueño.*} Cicer. de Diuin. Nec mihi magis visquam videor, quàm quum in Curia Senatum video somniare. Et paulo antè, Defert ad coniectorem somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Plaut. in Curcul. Quos tu mihi luscos libertos, quos summanos somnias? Id est somniando loqueris. Terent. in And. -num ille somniat Ea quæ vigilans voluit? Colum. lib. 1. cap. 8. Nunquam non eadem ineptias somniat. Cic. 2. de Diuin. Quòd si ita natura paratum esset, vt ea dormientes agerent quæ somniarent: alligandi essent omnes qui cubitum irent: maiores enim quàm vlli insani, efficerent motus somniantes.

Somniatur, impersonale. Plin. lib. 28. Aristoteles & Fabianus plurimum somniari circa ver & autumnum tradunt: magisque supino cubitu, at prono nihil.

Somniosus, a, um, Qui crebris somniis vexatur. {ὀνειρώδης. Ital. *Sounacchioso.* Gal. *Qui songe souuent ou plusieurs songes, songeureux.* Hispa. *Cargado ò fatigado de sueño.*} Plinius lib. 28, Somniosos fieri, lepore sumpto in cibis, Cato arbitratur.

Somnifer, a, um, Quod affert somnum. {ὑπνωτικὸς. Ital. *Sounacchioso, porta sonno.* Gal. *Qui fait dormir.* Hisp. *Cosa que haze à traher sueño.*} Plin. 18, Visque somnifera etiam satiuo papaueri. Ouid. 9 Metamor. Plenáque somniferis serpens peregrina venenis.

Somnificus, a, um, Quod somnum inducit. {ὑπνοποιὸς. Ital. *che fa dormire.* Gal. *Qui fait dormir.* Hisp. *Que haze à traher sueño.*} Plin. lib. 37, Et viso draeone spargere somnifera medicamenta, atque ita præcipere. Idem lib. 29. cap. 4. Quoniam vincatur aspidum somnifica vis.

Somniculosus, sa, sum, à somniculo magis fit quàm à somno: & is dicitur qui somno plenus est, & ignauiæ. {ὑπνηλὸς. Ital. *Adormentato, che sempre voria dormire.* Gal. *Tout endormi, nonchalant.* Hisp. *Cargado de sueño.*} Cicc. de Senect. Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. Colu. lib. 11. cap. 1, Nam & ebrioso cura officij pariter cum memoria subtrahitur: & somniculoso plurima effugiunt. ¶ Interdum somniculosum dicimus, non quod somno indulget, sed quod somnum inducit, habétque vim somnificam. ὑπνοποιὸν. Vnde Sisenna aspidem vocat somniculosam, non quòd ipsa dormiat, sed quòd vi somnifica homines percussos enecet.

Somniculosè, aduerbium, Negligenter. {ὑπνηλῶς, ὑπνωδῶς. Ital. *Negligentemente.* Gal. *Negligemment.* Hispan. *Negligentemente.*} Plaut. in Capt. Haud somniculosè hoc agendum est.

Somnolentus, a, um, Idem quod somniculosus: & per translationem tardus, ignauus. {ὑπνηλὸς. Ital. *Adormentato, pien di sonno.* Gal. *Tout endormi, plein de somme.* Hisp. *Sonoliento.*}

Somnorinus, na, num, Apud antiquos dicebatur id quod in somnis videtur. Varro in Prometheo, vt citatur à Nonio, Hic somnorinas imagines affatur.

Sonabilis, vide SONVS.

Somphos, σομφὸς, Cucurbitæ syluestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane: vnde & nomen inuenit. Nam Græci σομφὸν vocant inane. Quidam Cucurbitam marinam appellant. Vide Plin. lib. 20. cap. 3.

Sonchos, {σόγχος. Ital. *cicerbita, crespina.* Gal. *Laitteron, ou Lacerons.* Hisp. *Serraja, serralla.*} Herba est ex genere aculeatarum, cuius duæ sunt species: vna syluestrior, & spinosior: altera tenerior, olim etiam esculenta, caule cubitali, anguloso, intus cauo, interim rubescente, sed qui fractus copioso lacte manet, foliis per oras ex interuallo scissis: quum perfecte adoleuerit, aculeis quibusdam aspera. Galli à lactis copia *Lactaronem* appellant. Plin. li. 22. cap. 22. Estur & sonchos, vt quem Theseo apud Callimachum apponat Hecale, vterque albus & niger, lactuæ similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, anguloso, intus cauo, sed qui fractus copioso lacte manat.

Sonipes, Sonitus, Sono, Sonor, sonoris, Sonorus, vide SONVS.

Sons, sontis, omnis gen. Noxius, criminis alicuius conuictus, {ἐγκλήματος, ἐνοχος. Ital. *Colpeuole, maligno.* Gal. *Coulpable, malfaicteur.* Hisp. *Culpado.*} Cic. 3. de Legib. Vincula sontiū seruanto, capitalia vindicanto, Idem 1. Offic. Idque est viri magnanimi rebus agitatis punire sontes, multitudinem cōseruare, in omni fortuna recta atque honesta retinere. Virg. 10. Aen. Omnes per mortes animam sontem ipse dedisse. Ouid. 15. Metamor. Immergitque manus, fœdatáque sanguine sonti, Non lumen (neque enim supererat) loca luminis haurit. ¶ Huius contrarium est Insons, de quo suprà suo loco.

Sonticus, a, um, Idem quod grauis, noxius, vehemēs. {ἐγκληματικὸς, ἐλαττωτικὸς. Ital. *Maligno, intquo.* Gal. *Malin, meschant.* Hispa. *Culpado, malicioso, injusto.*} Næuius apud Festum, Sonticam causam esse oportet, quamobrem perdas mulierem. Vnde Sonticum morbum veteres appellarunt, qui ita grauis esset, vt solitas functiones impediret: quē qui pateretur, iustam excusationem habere putabatur, quo minus in iudicium vocatus, se sistere cogeretur. Quæsitum est (inquit Iurisconsultus) quum alter ex litigatoribus febricitans decessisset, & iudex absente eo pronuntiasset, an iure videretur pronuntiasse: Respondi, quòd sonticus morbus, etiam inuitis litigatoribus ac iudice, differret diem. Sonticus autem morbus existimandus est, qui cuique rei agendæ impedimento est. Portò quid magis impedimēto est, quàm morbus corporis contra naturam, quam febrim appellant? Potest tamen dici esse aliquam etiam febrium differentiam. Nam si quis sanus aliàs ac robustus, tempore iudicandi leuissima febri correptus fuit, aut siquis tam veterem quartanam habet, vt in ea omnibus negotiis suis superesse soleat, poterit dici, morbum sonticum non habere. Plin. lib. 36. cap. 19. de gagate lapide, Deprehendit sonticum morbum, & virginitatem suffitus.

Sonus, soni, quidquid auribus percipitur, siue id ab ore animalis proficiscatur, (quam vocem appellamus) siue ex aliorum corporum collisione. {ἦχος. Ital. *Suono di ogni voce.* Gal. *Son, bruit.* Hisp. *Son, sonido.*} Cic. de Diuin. qui sono quodam vocis & Phrygiis cantibus incitantur. Idem in Som. Scip. Quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus? Idem 2. de Nat. deor. Aures quum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. Ibidem, Itaq; ad pingendum, fingendum, ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos, ad tibiarum, apta manus est. Virg. 4. Georg. Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant. ¶ Sonum fundere. Cice. in Acad. Ac mihi videtur dignissimū rebus his, de quibus loquitur, sonum fundere. ¶ A sonus fiunt Absonus, Altisonus, Armisonus, Cōsonus, Dissonus, Dulcisonus, aliáque nonnulla, quorum significata explicantur suis locis.

Sonor, oris, Vehementior sonus {ἦχος μέγας. Ital. *Strepito.* Gal. *Vn son fort.* Hispa. *Estruendo, sonido.*} Virg. 7. Aene. Magno veluti cum flamma sonore Virgea suggeritur costis vndantis aheni. Item 9. Aene. Et crines albos, & sæua sonoribus arma.

Sonorus, ra, rum, pe. prod. Quod grane sonat. {ἠχώδης, ἠχηλεὸς. Ital. *Strepitoso.* Gal. *Qui rend ou fait grand son, de grand bruit.* Hispan. *Cosa que mucho suena.*} Virg. 1. Aene. Luctantcis ventos, tempestatésque sonoras. Flumina sonora, Idem 12. Aeneid.

Sono, as, sonui, sonitum, & aliquando sonaui, sonatum. {ἠχῶ. Ital. *Suonare, far strepito.* Gal. *Sonner, bruire.* Hisp. *Sonar, hazer sonido.*} Horat. 1. Ser. sat. 4. Magna sonaturum des nominis huius honorem. Est autem Sono, sonum edo. Virg. 4. Aeneid. -pharetrámque fuga sensere sonantem. ¶ Aliquando actiue accipitur, pro eo quod est sono referre, siue repræsentare. Virg. lib. 1. Aene. Nec vox hominem sonat. ¶ Sonant idem hæc verba, id est significant. Cice. 3. Offic. Honestate igitur diligenda vtilitas est: & quidem sic vt hæc duo verba inter se discrepare, re vnum sonare, videantur. ¶ Huius composita sunt, Assono, Consono, Circunsono, Dissono, Insono, Intersono, Persono, Resono: de quibus suis locis.

Sonans, tis, participium. {φωνῶν, ἠχῶν. Ital. *Cosa che risuona.* Gal. *Sonnant, resonnant, qui sonne bien.* Hisp. *Cosa que mucho suena, y haze grande sonido.*} Ouid. 12. Meta. Nocte diéque patet: tota est ex ære sonanti. Virgil. 3. Aeneid. Turba sonans prædæ pedibus circunuolat vncis.

Sonandus, a, um. Ouid. 2. de Arte, Et magno nobis ore sonandus eris. id est graui carminis genere celebrandus.

Sonabilis, le, Idem quod sonorum, {φωνητὸς. Ital. *Che rende gran suono ò strepito.* Gal. *Qui sonne & resonne, qui mene grand bruit.* Hisp. *Cosa que mucho suena.*} vt Sistrum sonabile. Ouid. 9. Metam. -crepuitque sonabile sistrum.

Sono, nis, sonere, tertiæ coniugationis. Lucret. lib. 3, Caligare oculos, sonere aures, succidere artus.

Sonitus, us, pen. cor. Idem quod crepitus, vel sonus. {ἦχος. Ital. *Suono, strepito.* Gal. *Son, bruit.* Hisp. *Sonido.*} Virg. 6. Aen. Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi. Idem 8. Aene. Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Idem lib. 2. Georg. Ingentem cælo sonitum dedit. Cic. de Som. Scip. Hoc sonitu completæ aures obsurduerunt. Idem 1. Tusc. Quo sonitu reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ.

Sonipes, pedis, penul. cor. Significat celerem equum, quòd pedibus sonet. {κοντόχηρος. Ital. *Cauallo veloce.* Gal. *Vn cheual qui a bon pié & puissant, cheual viste, qui en marchant fait sonner la terre.* Hisp. *Cauallo ligiero, ò pateador.*} Virg. 4. Aene. Stat sonipes: ac fræna ferox spumantia mandit.

SOPHENA, es, pen. prod. Σοφηνὴ, Regio est Asiæ, Armeniæ maiori ab ea parte adiacens qua vergit in Comagenem, iuxta Antitaurum & Masium montes. Huius regionis incolæ Sopheni à Plinio, ab aliis Sophenæ appellantur. Lucan. lib. 1. Pharsaliæ, -& dedita sacris
Incerti Iudæa Dei, molléſque Sophenæ.

Sophia, æ, {σοφία. Ital. *Sapientia.* Gal. *Sagesse, sapience.* Hisp. *Prudencia, sabiduria.*} Latinè sapientia dicitur: & qui eam profitentur, Sophi Σοφοὶ appellantur. Martial. lib. 1, Quum tibi sit sophiæ par fama, & cura deorum. Cic. 1. Offi. Princépsque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant.

Sophus, phi. {σοφὸς. Ital. *Sapiente, sauio.* Gal. *Sage.* Hisp. *Sabio, prudente.*} Latinè sapiens. Cic. 5. Tusc. Itaque & illos septem, qui à Græcis σοφοὶ, sapiētes à nostris & habebantur, & nominabantur. Martial. lib. 7, Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ: Te secreta quies, te sophus omnis amat. Grande sophos. Martial. lib. 1, Audieris quū grande sophos, dum basia capras, Ibis ab excusso missus in astra sago. Vbi Sipontinus, Mos est Græcorum, dum scripta alicuius vel legerint, vel audierint, assentando dicere, Σοφὸς, hoc est sapiens, doctus. Neutro autem genere dixit poëta, Grande sophos: id est grandem illam & adulatoriam vocem tot hominum clamantium, Sophos. Sic alibi, Quòd tam grande sophos clamet tibi turba togata, &c. Hoc autem nomine primùm appellati sunt qui postea dicti sunt Philosophi. Pythagoras enim primus modestiæ gratia, non Sophum, sed Philosophum voluit se appellari, vt Cicero testatur lib. 2. de Finib.

Sophista, siue sophistes, sophistę. {Σοφιστὴς. Gal. *Sofista, filosofo per vana gloria.* Gal. *Sophiste, philosophe pour vaine gloire.* Hispa. *Sophista, philosopho por vana gloria.*} Olim honesta appellatio erat communis iis omnibus qui in arte aliqua excellerent: vnde & rhetores, & sapientiæ professores olim sophistæ dicebantur: quanquam ad eos postea hoc nomen transierit qui fallacibus conclusiunculis inanem quandam sapientiæ speciem ostentarent. Suidas. σοφιστὴς πᾶς τεχνίτης, καὶ ὁ τὰ λεπτὰ ἐπιτηδεύων, καὶ ὁ ἐπιτρέχων ἐκ τῶν λόγων καὶ ἀπατῶν. id est, Sophista omnis artifex, & qui eloquentiam profitetur, & qui in verbis calumniatur, atque fallaciis. Plato ait sophistas esse rhetores, qui veluti venatores parati sunt ad capiēdos iuuenum animos. Aristote. lib. 10. Ethic, Scientiam gubernandarum rerum publicarum sophistæ profitentur, quorum nullus rempublicam gerit. Olim autem sophistæ dicebantur Philosophi, & sapientiæ professores: deinde verò rhetores: postremò abiit nomen in inuidiam, vt sophistæ dicerentur qui fictam quādam sapientiæ speciem iactitarēt. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Abderites quidam Protagoras, cuius à re modò facta est mentio, sophistes temporibus illis vel maximus. Idem 4. Acad. At quis est nunc hic sophistes? sic enim appellantur hi qui ostentationis, aut quæstus causa philosophantur. Idem lib. 2. de Finib. Eorum erat iste mos qui tunc sophistæ nominabantur. ¶ Hinc antisophistæ à Suetonio in Tiberio dicuntur, inter se pugnantes sophistæ.

Sophistica, σοφιστικὴ, Pars dialecticæ plus ostentationis habens quàm vtilitatis, qua docemur fallacibus conclusiunculis aduersarium irretire atque

tire atque argumenta ita acutè inuenire, vt quæ falsissima sunt, vera esse videantur.

Sophisma, atis, σόφισμα, Græcis fraudem significat, deceptionem, siue cautelam: vnde pro fallaci argumenti genere accipitur ita ingeniosè excogitato, vt quum mendosissimum sit, incauto tamen rectè conclusum videatur. Cic. 4. Acad. Atqui habebam molestos vobis, sed minutos, Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata: sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.

SOPHILVS, σοφίλος, Sicyonius vel Thebanus Comicus mediæ comediæ scriptor, cuius fabulæ nonnullæ commemorantur à Suida.

SOPHOCLES, σοφοκλῆς, Poëta Tragicus fuit, patria Athenienſis, tanta orationis suauitate, vt vulgò μελίττα, hoc est apis cognominaretur: æqualis Euripidis, & Periclis, cuius etiam quandoque collega fuit in Prætura. Natus fuit Olympiade LXXIII. ante Socratem annis XVII. Primus tribus actoribus vius est, adiecto eo qui vocatur Tritagonista, hoc est terciarum & vltimarum partium histrio. Primus etiam choros ex iuuenibus quindecim introduxit, quum antea duodecim tantum introducerentur. Primus quoque tragicas contentiones ac compositiones instituit. Scripsit insuper Elegiam & Pæanas, atque orationem prosam, quum de Choro aduersus Thespim & Chœrilum contenderet. Obiit autem sexto anno post Euripidis mortem: cui styli magnitudine præfertur, licet eius sententijs inferior. Filios habuit Iophontem, Leosthenem, Aristonem, Stephanum, Menecliden. Exhibuit fabulas centum viginti tres: quanquam alij dicant multo plures. Victorias autem viginti tres reportauit. Hunc Cicero diuinum poëtam lib. 1. de Diuin. vocauit: eiúsque in Catone Maiore his meminit verbis. Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit: quod propter studium quum rem familiarem negligere videretur, à filiis in iudicium vocatus est, vt quemadmodum nostro more malè rem gerentibus bonis interdici solet, sic illum, quasi desipientem, à re familiari remouerent Iudices. Tum senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Oedipum Colonxũ recitasse Iudicibus, quæsisseque num illud carmen desipientis videretur: quo recitato, sententijs Iudicum est liberatus. Sophoclem exinsperato gaudio ob victoriam ex Tragœdia quadam repente obiisse Valerius autor est. ¶ Sophocles superioris nepos, Poëta item Tragicus, qui docuit Tragœdias XL. vicit 8. commemoratur à Suida. ¶ Sophocles etiam grammaticus, minor appellatus, enarrauit Lycophronem, Apollonium, altósque poëtas, cuius opera habemus. ¶ Sophocles alius, dux Athenienſium, Softratidæ filius, apud Thucydidem.

Sophocleus, a, um, pen. prod. Σοφόκλειος. Cic. ad Tyronem, An pangis aliquid Sophocleum? Virgil. 8. Aeglog. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

SOPHRON, σώφρων, Syracusanus, Xerxis & Euripidis tempore scripsit mimos viriles, & mimos fœmineos lingua Dorica & soluta oratione, cuius scripta erant admodum obscura: Statius lib. 5. Sylua. Sophronáque implicitum, tenuisque arcana Corinnæ. Huius scriptis tantopere delectatum fuerunt Platonem, vt etiam moriens capiti subiecta habuerit. ¶ Fuit alter eiusdem nominis Comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnosophistis.

SOPHRONIA, σωφρονία, Matrona Romana fuit, quam ob insignem pudicitiam, Lucretiam Christianam vocant. Hæc quum se vim Decij principis videret non posse effugere, consentiente viro, arrepto gladio se ipsa transfixit, & in diuorum numerum est relata. Autor Eusebius in Histor. Ecclesiastica.

Sophronistæ, Σωφρονισταί, Magistratus quidam erant apud Athenienses, non dissimiles iis quos Romani Censores vocabant, licet longè plures essent, & potestate aliquando inferiores. Legebantur enim ex singulis tribubus decem, qui iuuenum mores censerent.

Sophronisteres, Σωφρονιστῆρες, Dentes duo, qui omnium extremi nascuntur, circa annum ætatis vigesimum, ἀφ' ὅτου τὰ φρονεῖν ἄρχει, hoc est circa id tempus, quo iam sapere incipimus.

SOPHRONIVM, σωφρόνιον, Meretriculæ nomen apud Plautum amatoria quadam adulatione per diminutionem prolatum. Δηὶ τὸ σωφρονεῖν, quod temperantiam, modestiam, siue castitatem significat.

Sophrosyne, es. {σωφροσύνη Ital. *Temperanza, modestia.* Gal. *Temperance, modestie.* Hilpan. *Templança, modestia.*} Temperantia, modestia, castitas. Hieron. contra Iouin. Non enim (vt malè habetur in Latinis codicibus) sobrietas est legenda, sed castitas: id est σωφροσύνη. Fit autem à Græco σώφρων, quod Latinè temperantem, seu castum significat, seu moderatum. Cice. 3. Tusc. Verisimile etiam illud est, qui sit temperatus, quem Græci σώφρονα appellant eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam, &c.

Sopor, oris, Idem quod somnus. {ὕπνος Ital. *Sonno, dormire.* Gal. *Sommeil, faim de dormir, le dormir.* Hisp. *Sueño quando dormimos, ò obra de adormecer.*} Cic. 1. de Diui. Quum iam quieti corpus nocturno impetu dedi, sopore placant artus languidos. Idem in Sallustium, Noli nobis languorem ac saporem nimium exprobrare. Virgil. 6. Aene. Tum consanguineus lethi sopor, & mala mentis Gaudia. Horat. 5. Epod. Formidolosis dum latent syluis feræ Dulci sopore languidæ. Ouid. 15. Metam. Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem. Idem 1. Metam. Et quanuis sopor est oculorum parte receptus, Parte tamen vigilat. Idem 6. Metam. -& ignes Ipse suos nutrit, cura remouente soporem.

Soporifer, soporifera, riferum, Quod soporem inducit. {ὑπνοποιός. Ital. *Porta sonno.* Gal. *Qui engendre & cause sommeil, endormant.* Hisp. *Cosa que haze adormecer, ò que trahe sueño.*} Plin. lib. 7. Præterea dextræ pennæ vim soporiferam ineſſe, somnósque allicere subditam capiti, tradunt. Virgil. lib. 4. Aeneid. Spargens humida mella, soporiferúmque papauer. Ouid. 11. Metam. Vise soporiferam somni velociter aulam.

Soporo, as, penul. prod. Soporem induco, stupefacio. {ὑπνῶ, ὑπνόω, ὑπνίζω. Ital. *Adormentare.* Gal. *Endormir, assopir.* Hisp. *Adormecer à otro.*} Plin. lib. 28, Cauda flumina & aquarum impetus sisti, serpentes soporari. Idem lib. 21. cap. 31, Nec illud prætereo, aspidum naturæ halicacabum in tantum aduersam, vt radices eius propius admota soporentur.

Soporatus, ta, tum, particip. Id est sopore obrutus, {ὑπνωμένος, ὑπνωθείς. Ital. *Adormentato.* Gal. *Endormi, assopi de dormir, ensommé.* Hisp. *Adormecido.*} vt Artus soporatos premit quies. Plin. lib. 10. cap. 75. Aquatilia ipsa quiete cernuntur placida, ceu soporata. Dolor soporatus, id est lenitus. Cutt. lib. 7. Recruduit soporatus dolor. Offa soporata melle, apud Virgil. 6. Aenecid. id est soporifero melle imbuta. Ramus soporatus vi Stygia, Ibidem.

Soporus, a, um, Somnum inducens: vt nox sopora, id est nox intempesta, quæ placida rigat membra quiete. {ὑπνώδης. Ital. *Porta sonno, che fa dormir.* Gal. *Qui fait dormir, qui assopit.* Hisp. *Cosa que haze adormecer.*} Lucan. lib 2. -sed nocte sopora Atris coguati pulsat non ampla Catonis. Stat. 1. Theb. -eadem sub nocte sopora Lustra terit.

Sopio, pis, pii, pitum, Soporo, soporem induco. {καθυπνοποιῶ. Ital. *Adormentare.* Gal. *Assopir, endormir* Hisp. *Adormecer à otro.*} Liu. 9. ab Vrbe, Die festo alij alios per speciem cantus epularum causa inuitant, & vino, cuius suidum ferme genus, oneratos sopiunt. Idem 4. belli Pun. Lentior denique æqualiórque accidens auribus, magnam partem hominum sopiuit. Ouid 7. Metam. Custodémque rudem somno sopistis. ¶ Vnde sopitum dicimus, qui iam cœpit dormire. Liu. 5. belli Pun. Nico ex improuiso ad portas sopitos vigiles in cubilibus suis obtruncat, portámq; aperit. Virgilius tamen sopitum somno dixit, quasi irrigatum. Virgil. 1. Aene. Hunc ego sopitum somno super alta Cythero, Aut super Idalium sacrata sede recondam. Aras sopitas excitat ignibus, Virgil. 8. Aene. Brachia sopita, Ouid. Epist. 14. Ignis sopitus, id est propemodum extinctus, aut cineribus occultatus. Virg. 8. Aene. Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes. Manus sopitæ, Ouid. lib. 3. Fast. Sopitus ictu, id est stupefactus. Liu. 1. Iubet bono animo esse, sopitum fuisse regem subito ictu, ferrum haud alte in corpus descendisse: iam ad se redisse, inspectum vulnus, abstersо cruore, omnia salubria esse: confidere propediem ipsum eos visuros. ¶ Huius compositum est Consopio, quod est totum sopore obruo. Cic. 1. Tusc. Quæst. Num igitur eum curare censes quum Luna laborat, à qua consopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur.

SORA, σώρα. Oppidum Campaniæ, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Iuue. Satyr. 2. -optima Soræ, Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratus. ¶ Stephanus Soram alteram collocat in Phœnice.

SORACTE, is, vel Soractis, tis, Mons est Faliscorum Apollini sacer, circa quem fiebat sacrificium annuum, in quo Hirpiæ familiæ super ambustam lignorum struem ambulantes, non adurebantur: vt refert Plinius lib. 7. cap. 2. Virg. 11. Aene. Summe deos, sancti custos Soractis Apollo. Plin. lib. 31. cap. 2, Varro ad Soractem scripsit esse fontem, cuius sit latitudo quatuor pedum, sole oriente eum exundare feruenti similem, auésque, quæ gustauerint, iuxtà mortuas iacere. Neutro genere vsus est Silius Italicus lib. 8, Et sacrum Phœbo Soracte frequentant. Vulgò *Monte de S. Siluestro.*

SORANVS, Ditis seu Plutonis cognomen: à voce Græca σωρός, quæ tumulum sepulchralem significat: vel à Sora oppido, ad Soractem montem sito. Tradit enim Plin lib. 2 cap. 92, coïn tractu tam pestiferos spiritus exhalari, vt auibus sint lethales. Vnde videri potest Pluto dictus esse Soranus non dissimili ratione ab ea qua Auernum pro infetis Poëtæ acceperunt. ¶ Soranus, σωρανός, Ephesius medicus, Alexandriæ vixit. Deinde Romam venit, vbi artem exercuit, Traiani & Adriani temporibus. Suidas.

Sorbeo, es, ui, tum, vel sorpsi, sorptum. Liquidom aliquid deglutio. {ῥοφῶ. Ital. *sorbire.* Gal. *Humer & aualer en tirant à soy, engloutir.* Hispan. *Sorber.*} Factitium verbum à sono quem edunt qui sorbent. Plaut. in Milite, Sorbet dormiens. PA. Quid sorbet? LV. Illud sternit, volui dicere, Sed quia consimile est quod sterras, quasi sorbeas. Plin. lib. 7. cap. 53, Ap. Saufeius quum à balneo reuersus mulsum bibisset, oumque sorberet, &c. ¶ Transfertur & ad alia. Ouid. 2. de Arte, Terráq; cælestes arida sorbet aquas. Virg. 3. Aen. Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus. Lucan. lib. 4, Sordidus exhausto sorbetur ab vbere sanguis. ¶ Sorbere odia alicuius, pro perferre. Cic. ad Qu. Frat. Sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. ¶ Sorbere animo, pro eo quod est præpropera spe deuotare. Cice. 2. Philip. Quem gurgitem, quam voraginem, quid eum non sorbere animo, quid non hauire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? ¶ Huius Composita sunt, absorbeo, exorbeo, obsorbeo, & & resorbeo: de quibus suis locis.

Sorbitio, onis, Ipse sorbendi actus, vel potio ad sorbendum apta. {ῥόφημα. Ital. *Sorbitione.* Gal. *Humement humet, chaudeau.* Hisp. *Sorbo ò sorbedura.*} Persius saty. 4, Barbatum hæc crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ. Socratem intelligit. Plin lib. 20. cap. 6, Pulmonis & arteriæ sanat vitia, datum in sorbitione ptisanæ.

Sorbitiuncula, læ, diminutiuum, Sumitur pro potiuncula, vel cibo liquido, qui facile sorbetur. {ῥοφημάδιον. Ital. *Sorbitionella.* Gal. *Humet, ou chaudeau.* Hisp. *Pequeña sorbe, dura, manjar liquido dissuelto para beuer.*}

Sorbillo, las, diminutiuum à sorbeo, Proprie idem est quod minutim & paulatim sorbeo. {κατὰ μικρὸν κατὰ ῥοφίδια. Ital. *Sorbire poco ma spesso.* Gal. *Humeter, humeter, humer peu à peu.* Hispan. *Sorber poco y à menudo.*} Terent. in Adelph. Et cyathos sorbillans paulatim hunc producam diem.

Sorbillum, li, Potiuncula sorbitioni apta. {ῥοφημάτιον. Ital. *Piccola sorbitione.* Gal. *Humet, & chaudeau.* Hispan. *Pequeña seruedura.*} Plaut. in Pœnu, Hem, mihi iam video propter te victitandum sorbillo.

Sorbilis, sorbile, penul. corr. Quod facile sorbetur. {ῥοφητός. Ital. *Cosa che facilmente si sorbe, cosa da sorbire.* Gal. *Qu'on peut humer.* Hisp. *Cosa que se sorbe ò puede sorber.*} vt Quum sorbile, apud Celsum libro 2. cap. 10. & 25. Colum. lib. 8. cap. 17, Quique sunt cibi sorbilibus proximi, vt mulctra, recens caseus.

Sorbus, sorbi, fœm. genc. Arbor est procera, quam Græci ὄρυ, & ὄρυα, fructúmque eius ὦν, & ὠόν vocanticuius longiorem descriptionem videbis apud Theophrastum lib. 3. cap. 21. Gallice, *Cormier.* Ital. *Albero di sorbe, sorbolero.* Gal. *Vn cormier.* Hisp. *El serual arbol conocido.*

Sorbum, sorbi, Sorbi arboris fructus, similis pyro. {ὦν. Ital. *sorbo.* Gal. *Seruaſruita.* Hisp. *Vne corme, le ſruit d'vn cormier.*} quod malum sorbum etiam

etiam Columella appellat lib.5.cap.10,Et mala,sorba,pruna, post mediam messem vsque ad Idus Febr.serito. Hæc mala, vt docet Martialis lib. 3, aluum sistunt,Sorba sumus molles nimium durantia ventres, Aptius hæc puero quàm tibi,poma dabis. Columella, Sorba manu lecta, in vrceolos picatos adiicito.Plin.lib. 15. cap. 21, Sorbis quadruplex est differentia:aliis enim eorum rotunditas mali,aliis turbinatio pyri:aliis ouata species, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori: odore & suauitate rotunda præcellunt: cæteris vnus sapor: generosissima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant remedio tantùm probabile,assiduum prouentu,minimúmq; pomo,arbore dissimili, foliis penè platani. Non ferunt ante trimatum ex vllo genere. Cato cap. 7, Sorba in sapa quum vis condire, vel siccare, viridia facias.

Sordes,sordis,fœm gene.Immunditia. ῥύπος, ῥύπος. Ital. *Sporchezza, bruttura,sporcitia.*Gal. *Ordure,saleté.*Hisp. *Suziedad,sealdad.*} Plaut.in Pœn. Vidén' tu plenі oculi sordium qui erant,iam splendent mihi. N. Imò etiã in medio oculo parum sordis est.Horat.1.Epist.2, –iuuat illum sic domus,aut res, Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram, Auriculas citharæ collecta sorde dolentes. ¶ Iacere in sordibus, est nimio animi dolore squallere.Cic.ad Terent .Te nunc mea Terentia sic vexari & iacere in lachrymis & sordibus. ¶Sordem vrbis vocat Cicero fœcem plebis,Attico sic scribens, Apud bonos iidem sumus,quos reliquisti: apud sordem vrbis & fœcem, multo melius nunc, quàm reliquisti. ¶ Sordes item accipimus pro immoderata parsimonia, & auaritia, ex minimis etiam rebus lucrum captante. φιλοκέρδεια, σμικρολογία. Quintil.lib.6, Incusans eius sordes, calceos eum veteres dicebat vendere solere. Horat.1. Sermonum,sat.6,Si neque auaritiam,neq; sordes,ac mala lustra Obiicier verè quisquam mihi.Luxuriæ sordes.Iuuen.Saty.1. -sed quis ferat istas Luxuriæ sordes? Id est summam prodigalitatẽ cum insigni auaritia coniunctam: loquitur enim de illis, qui quum ventribus suis indulgerent omnia,in aliorum egestate subleuanda parcissimi essent.Gaudet autem Iuuenalis antithera hoc pacto coniungere, vt alibi, Socraticos cinædos,tristitia obscœna, lacernatam amicam.

Sortitudo,inis,Idem quod sordes. ῥύπος. Plaut.in Pœn. Vt mihi absterserunt omnem sortitudinem.

Sordidus,da,dum,Quod est sordibus infectum. ῥυπαρός. Ital. *Sporco, imbrattato.*Gal. *Ord & sale.*Hispa.*Sucio.*} Cic.5.Tusc. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. Virg.6. Aeneid. Sordidus & humeris nodo dependet amictus. Ouid. 3.de Arte, Quas geritis vestes, sordida lana fuit. ¶Sordidus homo,tenax,auarus,& ex rebus vilissimis quæstum captans. ῥυπαρόψυλος, σμικρολόγος.Cic.1.Offic.Sordidi etiam putantur,qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant.¶Sordido loco natus, id est ignobili.Liu.1.belli Pun. Vnus inuentus est suasor legis C.Terentius Varro, qui priore anno Prætor fuerat, loco non humili sed etiam sordido ortus:patrem lanium fuisse ferunt,ipsum institorem mercis, filióque hoc ipso in seruili eius artis ministerio vsum. ¶Sordida lingua,impura,mendax.Tibullus lib.3.Eleg.7, Aut fallat blanda sordida lingua fide.

Sordidè, aduerb.Id est auarè. φυσικολόγως. Ital.*Vigliaccamente, auaramente.* Gal.*Villaquement.*Hisp.*Escassa y auariciosamente.*} Plin.Epist.9, Proconsulatum sed sordidè, gesserat.Cic.2.de Oratore.Si asperè,si arroganter,si turpiter,si sordidè, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Sordidulus,adiectiuum,diminut. ῥυπαρόψυλος. Ital.*Alquanto sozzo.*Gal. *Vn petit soüillard,soüillardeau.*Hisp.*Sucio vn poco.*} Plaut.in Pœn.Setuulorum sordidulorum scorta diabularia,Iuue.Saty.3. Si roga sordidula est.

Sordeo,sordes,sordui,Sordidus sum. ῥυπῶ. Ital. *Esser sporco.* Gal. *Estre ord & sale.*Hisp. *Ensuziarse.*} Martial.lib.1. Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. ¶Sordere alicui res aliqua dicitur, quum contemnitur, & vilis æstimatur.Plin.lib.35.cap.10,Sordebat ille suis, vt plerunque domestica. Cice.ad Octauium,Cui sordebat Macedonia prouincia,quam victor sibi sumpserat Cæsar.Liu.4 ab Vrbe,Adeò se suis etiam sordere, nec à plebe minus,quàm à patribus contemni.Plin.lib.15, Vitam iuuare non fortasse credet aliquis, quum hæc quoque cura friuola existimetur,adeò deliciis sordent & quæ ad salutem pertinent.

Sordesco, is, Sordidus fio. ῥυπῶμαι, ῥυπαίνομαι. Ital. *Diuenir sporco.* Gal. *Deuenir ord & sale.* Hispa. *Ensuziarse.*} Horat.1.Epist. 20, Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi Cœperis.Plin.lib.1.cap.12,Nunc verò è tanta cadens altitudine, multúmque, dum venit, sordescens. ¶Hinc exordescere,de quo suo loco.

Sordidatus,ta, tum, Pannosus, sordidis vestibus indutus. ῥυπόδης, ῥυπαλίφ. Ital. *Vestito sporcamente.* Gal. *Vestu ordement & salement.* Hispa. *Vestido de vestidura sucia.*} Plaut.in Asin. Quanquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari. Id est sordidè indutus. Cic.6.Ver. Diodorus Romæ sordidatus circum patronos atque hospites cursare, rem omnibus narrare.

Sorex, soricis, pen.corr.masc.gen.Animal est notissimum, mains mure, clariúsque strepens, domos nostras frequentans, omniáque arrodens. ῥωγεὺς μῦς. Ital. *Sorzo,ratto,topo.*Gal.*Vne souris.*Hispan.*Raton pequeño.*} Colum.lib.12.ca 31. Si serpens,aut mus, soréxve in mustum cecidetit. Idem lib.de Arboribus,Vites quæ secundum ædificia sunt, à soricibus, aut muribus infestantur. ¶Sorex suo iudicio perit, prouerbialis metaphora est, qua vtimur quoties significare volumus quempiam à seipso proditum esse, cui vel in primis expedichat cautissimè latere. Terent. in Eun. Egomet meo indicio miser, quasi sorex, hodie perij. Vide Adagia Erasmi.

Soriceus,cea, um, Ad soricem pertinens.

Soricinus,na,num. ῥινόσωρος. Ital.*Di sorzo,di topo.* Gal. *De souris.*Hispan. *Cosa perteneciente à raton*} vnde soricinos dentes dixit Plautus.

Sorticulata vestis,Quæ variis conserta coloribus erat. ῥαμφοικίλος. Ital. *Veste di più colori.*Gal.*Robe & habillement de diuerses couleurs.* Hispan. *cierta manera de vestidura de diuersas colores.*} Varro.Vermiculatam ac soriculatam vestem. Plin.lib.8.cap. 48, Vndulata vestis primò lautissimis fuit: inde soriculata defluxit.

Sorilla, Naurgia Istrica vocantur, quòd lino & sparto conserantur, & condensentur.

SORITAE, σωρίται, Populi sunt ichthyophagi, quos Arabis fluuius ab Indis disterminat, nullum alium cibum noscentes quàm piscium, quos vnguibus dissectos torrent sole, panémque ex eis conficiunt.Plin.lib.7. cap.2,Oritas vocat.

Sorites, σωρείτης, à Græcis vocatur captiosum & multiplex argumentandi genus,in quo ex vno concesso,ad multas cõclusiones connexas assurgitur.Dictus sorites,ἀπὸ τοῦ σωροῦ, quod Græcis acerum significat, quoniam semper ascendunt in cumulum hæc argumenta. Cice. de Diuin. Quemadmodum soritæ resistamus, quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acerualem appellare. Sed nihil opus:vt enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Idem 1.Acad. Posthac potius differemus de obscuritate naturæ, quàm de oculorum sensuúmque reliquorum mendaciis,& de sorite, aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.Idem 4.Acad. Captiosissimum genus interrogationis, quod genus maximè in Philosophia probari solet, quum aliquid minutatim, & gradatim additur aut demitur. ¶Soritas hos vocant,qui acerum efficiunt vno addito grano, vitiosum sanè, & captiosum genus.

Soror, oris, Dicta est quòd quasi seorsum à sua stirpe nascatur, separetúrque ab ea domo in qua oritur,& in aliam familiam transgrediatur, vt docet Gell. lib. 13 cap. 10, ex sententia Antistij Labeonis. ἀδελφή. Ital.*Sorella,sorore,sirocchia.*Gal.*Sœur.*Hisp.*Hermana.*} Cic.pro Milone.Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.Virgil.2.Georg.Panáque,Syluanúmque senem nymphásque sorores.Ouid.5.Metam.Constitit, & doctas sic est effata sorores. ¶Sorores palmulæ, id est simillimæ,& quasi gemellæ. Plin.lib.13.cap.4, Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores,ob hoc adelphides dictæ.

Sororicida,dæ,pen.prod.Qui sororem occidit. ἀδελφοκτόνος, ὁ κτείνας τὴν ἀδελφήν. Ital.*Chi ha ucciso la sorella.* Gal.*Qui a tué sa sœur.*Hisp. *Que mato su hermana.*} Cic. pro Domo sua, Quid,de me quod tuliste te dicis,patricida,fratricida,sororicida,nónne extra ordinem tulisti?

Sororiari puellarum mammæ dicuntur, quum iam intumescunt, quòd non singulæ,sed veluti geminæ sorores simul nascãtur.Vide Crinitum, & quæ suprà annotauimus statim post dictionem FRATER.

Sororius,a,um, τῆς ἀδελφῆς ὤν, ἀδελφικός. Ital.*Di sorella.*Gal.*De sœur.* Gal, *Cosa de hermana.*} vt Cœna sororia. Plaut.in Cure.Nobis omnibus tu, vt hodie aduenies,cœnam des sororiam:Hic nuptialem cras dabit. Cice. pro Sestio, Qui enim in eiusmodi vita nerui esse potuerunt, hominis fraternis flagitiis, sororiis stupris, omni inaudita libidine infamis? ¶Sororium tigillum,appellabatur locus sacer in honorem Iunonis,quẽ Horatius ille, vnus ex fratribus trigeminis statuerat causa sororis à se interfectæ,ob suam expiationem.Festus.

Sors,sortis,fœm.gene. à serie secundum Varronem, Ponitur pro fortuito alicuius rei euentu. τύχη. Ital. *Sorte, fortuna, caso.* Gal.*Sort, condition, fortune.*Hisp. *La suerte ò la fortuna.*} Cic.lib.2.de Diuinat. Dicẽdum igitur putas de sortibus? Quid enim sors est? Idem propemodum quod micare,quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio,nec consilium valet.Tota res est inuenta fallaciis,aut ad quæstum,aut ad superstitionem,aut ad errorem.Idem 1.Verr. Accusaui eum quicum Quæstor fueram, quicum me sors, consuetudóq; maiorũ,quicum me deorum,hominúmq; iudicium coniunxerat.¶Accipitur etiam sors pro munere,vel officio. Liuius,Si ita videretur Patribus,mitterent ad Collegã, vt is qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret: si id facere grauarerur, quòd non suæ sortis id negotium esset, se quidem id facturum quod Senatus censuisset.¶Aliquando etiam pro patrimonio, siue hæreditate accipitur. Vnde consortes dicuntur qui aliquod patrimonium, vel hæreditatem vnà habent: & consortium, eiusdem hæreditatis communio.¶Est præterea sors,summa,siue caput, & prima pecunia quæ confertur in societatem, vt inde lucrum fiat, κεφάλαιον, δάνειον, δάνειον μέν, κεφάλαιον.Ital. *Principale somma, capitale.* Gal. *Le sort & principal,premier argent, sur lequel est constitué l'vsure & interest.* Hispan. *Caudal de lo que se da à logro.*} Terent. in Adelp. Hei mihi etiam de sorte nunc venio in dubium.Hoc est de pretio quo empta erat fidicina. ¶Inde consortes qui tantundem sortis attulerant ad societatem quantum ille cum quo est societas. ¶Item sors est fatalis necessitas siue Parcæ, quòd ita vnicuiq; sortitum sit vt ipsæ voluerunt.Virg.3.Vene. –hic exitus illum Sorte tulit. ¶Item dicitur iudicium. Virg.6. Aen. Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes. Tractum ex Romano more. non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordinatæ. Nam quo tempore causæ agebantur,conueniebant omnes, & ex sorte dierum ordinem accipiebant,puta quòd post triginta dies causas suas exequerentur.¶Sortes etiam oracula, seu responsa dicebantur, quæ à diis, eorúmve sacerdotibus consultoribus edebantur. χρηστήρια. Valerius lib.1.Cuius rei explorandæ gratia,legari ad Delphicum oraculum missi retulerunt præcipi sortibus,vt aquam eius lacus emissam per agros diffunderẽt. ¶Accipitur etiam sors pro progenie. Ouid.lib.6. Fast.Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem Feci,Saturni sors ego prima fui.

Sorticula,læ,diminutiuum à sors. ἡ μικρὸς κλῆρος. Ital. *Piccial sorte.* Gal. *Petit sort.* Hisp. *Pequeña suerte.*} Sueton. in Nerone.cap.21, Ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharœdorum iussit adscribi, sorticulãque in vrnam cum cæteris demissa,intrauit ordine suo.

Sortior,ris,Sortes duco. ῥίπτω, *far le sorti,buttar le sorti.*Gal. *Getter par sort, faire sort.* Hispan. *sortear.*} Plaut. Casina, Nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar. Ibidem, -ego sic agam, Coniiciam sortes in sitellam, & sortiar tibi & Chalino. ¶Sortiri remos. Virgil.5.Aene. Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam, Sortiti remos. Vbi Seruius, Sortiti remos, per sortem diuisi ab officio remigandi, quis esset proreta, quis pedem teneret. Idem 8. Aeneid.Oeyas incubuere omnes,patriérque laborem Sortiti. Id est diuiserunt inter se laboris officium. Sortiri iudices, per sortem eligere.Cice. ad Q.Frat. lib.2, Sententiam dixit, vt ipse Iudices per Prætorem vrbanum sortirentur. ¶Sortior,pro sortito capio,& sorte consequor.Cice.7.Philip. Est enim patronus triginta quinque Tribuum,quarum sua lege qua cum C.Cæsare magistratum sortitus est,suffragium sustulit.Suet.in Augu.Ex Prætura Macedoniam sortitus. ¶Sortiri prouinciam, est sorti committere, cuius prouincia futura sit.Cic.Att.lib.1, Senatus decreuit vt Consules Galliã sortirentur. Idẽ Lentulo lib.1.Epist. Si licitum esset legem

curiatam

coriatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam. ¶ Sortiri prouincias, est sorte prouincias diuidere. Idem Att. lib. 1. Prætores nondum sortiti sunt prouincias. ¶ Aliquando sortiri, significat disponere. κληροῦσθαι. Virgil. 3. Aeneid. -sic fata deûm rex Sortitur, volutq; vices, sic vertitur ordo. ¶ Sortiri pro substituere & submministrare. Virg. 3. Georg. Semper enim refice, ac ne pòst amissa requiras, Anteueni, & sobolem armento sortire quotannis. Vbi Seruius, Sortire, substituere, subministra.

Sortitio, verbale, Ipse sortiendi actus. {κλῆρωσις. Ital. *sortitione*. Gal. *Le get du sort*. Hisp. *Obra de sortear*.} Cic. pro Cluentio, Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo & Stalenæ & Gattæ esset iudicandum. Ibidem, Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur: vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. His verbis Cicero morem illum antiquum significat, quo in decimum aut centesimum quenque militem sortitò animaduertebatur capitaliter: vnde & legiones decimatas & centesimatas legimus apud Liuium.

Sortitus, tus, masculi. gen. Pro sortitione. κλῆρωσις. Cicc. pro Domo sua, Quid, si etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti? Virg. 3. Aene.

O fœlix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.

Sortilegus, gi, penul. cor. Qui per sortes futura prænuntiat, & qui per sortem aliquid eligit. {χρησμῳδός. Ital. *Chi con sorte predice le cose à venire*. Gal. *Sourcier, qui deuine par sort*. Hisp. *Adeuino por suertes*.} Cicer. 1. de Diuin. Hæc habui, inquit, de diuinatione quę dicerem: nunc illa testabor, non me sortilegos, nec eos, qui quæstos causa ariolantur, nec psychomantiã quidem, quibus Appius amicus tuus vti solebat, agnoscere. Horat. de Arte, -& diuina futuri Sortilegis non disserepuit sententia Delphis.

Sortilegium, gij, Quanuis propriè significet rei futuræ per sortes explorationem. {χρησμῳδία. Ital. *Diuinatione con sorte*. Gal. *Sourcelerie, diuination par sort*. Hispan. *Diuinacion por suertes*.} Plinius tamen sortilegia accepit pro magicis quibusdam superstitionibus, libro 28. cap. 4. vbi titulus capitis sic habet, De sortilegiis quibusdam, & saliua hominis. Quid autem ibi sortilegiorum nomine intelligat, satis declarat capitis totius tenor, quo non nisi vanissimas Magorum persuasiones exequitur.

Sorti, aduerbium. {κληρωτῶς. Ital. *Per sorte*. Gal. *Par sort*. Hispan. *Por suerte*.} Virgil. 4. Georg. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Vbi Seruius, Sorti, id est ex sorte, vel in sortem. Nam aduerbium est, quod traxit à militia.

Sortitò, pen. prod. aduerbiũ, significat ex sorte, vel per sortem. {κληρωτῶς. Ital. *Per sorte*. Gal. *Par sort*. Hisp. *Sorteando ò por suertes*.} Cic. 4. Verr. Lex Iouis sacerdotem sortitò capi iubet. Idem lib. 6. Epist. Eos sortitò in prouincias mitti placere. ¶ Aliter accipitur apud Horat. 4. Epod. Lupis & agnis quanta sortitò obtigit, Tecum mihi discordia est. hoc est naturaliter vel occulta quadam fati ratione.

Sory, σῶρυ, Corpus metallicum, simillimum melanteriæ, nisi quòd hæc densior est & solidior, illud tarius & fistulosius. Facultates habet easdem cum chalciti, & misy, astrictoriam videlicet & causticam: crassioris tamẽ est essentiæ: vnde & in metallis infimo loco nascitur, sub chalciti nimirum, quemadmodum & chalcitis sub misy. ¶ Est autem Sory tantùm fossile, quod & temporis progressu, in chalcitin commutatur, quemadmodum chalcitis in misy. Vulgus hodie, vt cætera ferè omnia eius generis, *Vitriolum* appellat.

Sos, Proeos antiqui dicebant. teste Festo.

SOSANDRA, drx, σωσάνδρα, Insula Cretæ adiacens, ita dicta, quòd incolas suos à vi Lyctiorum seruarit incolumes. Autor Stephanus.

SOSIANVS, Apollinis cognomen, cuius Romæ erat statua ex cedro, è Seleucia aduecta, teste Plin. 13. cap. 5.

SOSIAS, siue Sosia, σωσίας, Philosophus quidam impius, qui sublata penitus prouidentia, omnia temere ferri asserebat: quo in errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hipponem, & ipsum etiam Epicurum, versatos accepimus. ¶ Est item hoc personæ protaticæ nomen in Terentiana Andria.

SOSIBIVS, σωσίβιος, Grammaticus Lacedæmonius. cuius meminit Suidas. ¶ Fuit & alter Sosibius, homo astutus, qui falso tutoris nomine assumpto, Ptolemæi regnum inuasit, & Lysimacho Arsinoes filio machinatus est necem.

SOSIGENES, σωσιγένης, Astrologus insignis fuit, cuius opera vsus est Cæsar, quum annum ad solis rationem redigeret. Autor Plinius lib. 18. cap. 25.

SOSICLES, σωσικλῆς, Patria Syracusius, poëta Tragicus, circa nouissima Philippi Amyntæ filij tempora, vnus ex iis, quos à sideris nomine, quòd septem numero essent, Pleiadem appellarunt. Docuit fabulas LXXIII. victorias retulit septem. De hoc Suidas.

SOSII, Bibliopolæ erant celeberrimi Horatij temporibus, quorum meminit lib. 1. Epist. libtum suum alloquens. Scilicet vt prostes Sosiorum pumice mundus.

SOSIPATER, σωσίπατρος, Nobilis Grammatici nomen, è Caryсto Euboææ oppido: cuius meminit & Suidas.

SOSIPATRA, σωσίπολις, Mulier è Libya, Aedesij sophistæ vxor, quę ob insignem doctrinam, varicinandique peritiam à numinibus quibusdam educata credebatur. Autor Eunapius.

SOSITHEVS, σωσίθεος, Poëta Tragicus patria Syracusanus, vt alij, Athenienſis, (quanquam non desunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt) vnus ex iis, qui quòd septem essent numero, Pleiades dicebantur, Homeri Tragici æmulus. Vide Suidam.

SOSIPOLIS, σωσίπολις, Iouis cognomen apud Magnesios, cuius meminit Strabo lib. 14. ¶ Sosipolis alius apud Eleos colebatur, ita dictus quòd ab Arcadum impetu ciuitatem seruasse crederetur. Perunt enim Eleis aduersus Arcades in prælium exeuntibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestantem, cuius sese & matrem esse dicebat, & in somnis monitam, vt illum Eleis ducem traderet. Quid multa? credita res. Acceptus à muliere puer, & in ipsa acici fronte nudus hostibus obiectus: qui in ipso ineundi prælij momento in draconis speciem sese transformauit, tantùmque Arcadibus terroris incussit, vt se protinus in fugam conuerterent. Cuius beneficij memores Eli, eo in loco, quò draco se recipere visus erat, sacrum extruxerunt, quod Sospolidi deo dedicauerunt.

Sospes, tis, gen. comm. Saluus, incolumis. {σῶος. Ital. *sano & saluo*. Gal. *Sauué d'vn danger*. Hisp. *Cosa salua de peligro*.} Liu. ab Vrbe, Sospitêque omnes Romam ad propinquos restituit. Virg. 11. Aene. -at non Euandrie pudendis Vulneribus pulsum aspicies, nec sospite dirum Optabis nato funus pater. Idem 8. Aene. Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam Res equidem Troiæ victas, aut regna fatebor. Horat. 1. Carm. Ode 36. Vix vno sospes nauis ab ignibus. ¶ Antiqui item sospitem accipiebant pro sospitatore, siue seruatore: vnde Iouem sospitem dixit Ennius, quem alij Iouem seruatorem appellant.

Sospita, æ, pen. cor. Id est seruatrix. {σώτειρα. Ital. *Donna che libera & conserua*. Gal. *Sauuée d'vn danger*. Hisp. *La que libra de peligro, saluadora*.} quo cognomine Iuno colebatur apud Lanuuinos. Cic. pro Muræna. Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimùm auellere. Idem 1. de Diuinat. Quin etiam memoria nostra templum Iunonis sospitæ L. Iulius qui cum P. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio.

Sospitalis, & hoc sospitale, Salutifer, salutaris. {σωτήριος. Ital. *Salutifero*. Gal. *Qui deliure de peril salutaire*. Hispan. *Saludable, cosa que trahe ò tiene salud*.} Plaut. in Pseud. Quis est qui moram occupato molestam obtulit P. qui tibi sospitalis fuit.

Sospito, as, pen. prod. Incolumem seruo. {σῴζω. Ital. *Conseruare sano & saluo*. Hisp. *Garder sain & sauue, deliurer de peril*. Hispan. *Librar à otro de peligro*.} Liu. lib. 1. Pacem precibus exposcunt, vti volens propitium suam semper sospitet progeniem.

SOSTRATVS, σώστρατος, Insignis architectus qui in Insula Pharo, iussu Ptolemæi Philadelphi turrim extruxit ad ostendandos nocturnos ignes, nauigantiſmque cursus dirigendos, cum huiusmodi inscriptione, Sostratus Gnidius, Dexiphanis filius, diis seruatoribus pronauigantibus. Nam quũ ora ex vtraque parte importuosa & humilis esset, & cautes, & breuia haberet, signum aliquod necessarium fuit, altum & elatum, quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strabo lib. 7. ¶ Sostratus alius fuit, nobilis æneorum signorum artifex, qui CXIIII Olympiade floruit, vt refert Plin. lib. lib 34. cap. 8. Alius item pugil, patria Sicionius, Acrocherſires cognominatus, quòd aduersarium extremis manibus corriperet, nec antè dimitteret quàm deficientem sentiret. Autor Pausanias.

SOTADES, σωτάδης, Maronites poëta fuit, turpissimi carminis autor, in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc carminis genus, sumpto nomine ex argumento, Cinædos inscripsit Suidas.

Sotadeum, carmen, σωτάδειον μέτρον, Pedes habet septem. Primus spondeus, secundus periambus, tertius spondeus, quartus periambus, quintus & sextus tribrachys, & vltimus spondeus. Et (quod magis mirum est) totus sotadeus numerus è trochæis potest constare pedibus. Hæc Fortunatianus Atilius. Alij de hoc vocabulo sic. Sotadeum carmen constat è quinque pedibus: primis duobus Ionicis à maiore, & tribus reliquis trochæis. Et quia Ionicus à maiore constat è duabus primis longis, & reliquis duabus breuibus, primus pes interdum soluta prima Ionici in duas breues, fit mesomacros, constans è media longa, & duabus vtrinque breuibus: soluta secunda, fit paropæon, constans è prima longa, & quatuor breuibus.

Soter, soteris, {σωτήρ. Ital. *Seruatore, saluatore*. Gal. *Sauueur*. Hisp. *Saluador*.} Latinè seruator. Cic. in Verr. Act. 4. Itaque non solùm patronum istius insulæ, sed etiam sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum vt Latino vno verbo exprimi non possit. Is est nimirum soter qui salutem dedit.

Soteria, orum, σωτήρια, Dicuntur munera quæ pro conualescentia diis vouentur. Solebant autem huiusmodi munera ab amicis corrogari. Vnde non inuenustè Martialis iocatur in Sosibianũ, qui quoties visum esset, se ægrotum simulabat, vt munuscula ab amicis prætextu soteriorum extorqueret. Verba Martialis sunt hæc, Aegrotas quoties soteria poscis amicos, Iam precor ægrota Sosibiane semel.

SOTERICHVS, σωτήριχος, Versificator fuit ex Asso Troadis, qui Dioclesiani Encomium scripsit, & Dionysiacorum libros duos, & alia nonnulla quæ commemorantur à Suida.

SOTERIDAS, dæ, σωτηρίδας, Epidaurius Grammaticus, Pamphilæ doctissimæ mulieris pater: cuius meminit Suidas.

SOTIRA, σώτειρα, Vrbs Arienorum ab Antiocho Seleuci filio condita. Stephanus.

SOZVSA, σῶζουσα, Trium oppidorum nomen, quorum vnum in Phœnice collocatur à Stephano, secundum in Pisidia, tertium in Aethiopia.

S ante P.

SPACO, σπακώ, Vxor fuit Mithridatis, bubulci Astyagis Medorum regis, & nutrix Cyri: quæ vox quoniam Medorũ lingua canem significat, factum est vt Cyrus creditus sit nutritus esse à cane. Autor Herodotus lib. 1.

Spadix, icis, pen. gen. prod. σπάδιξ, teste Gellio lib. 2. est auulsus à palma termes cum fructu: qui quoniam puniceum refert colorem, hoc est rubrum cum exhuberantia quadam splendoris, factum est vt spadicem pro puniceo colore accipiamus, qui potissimùm in equis commendatur. Virg. lib. 3. Georg. Luxuriátque toris animosum pectus: honesti Spadices, glaucique. ¶ Est etiam spadix genus instrumenti musici, cuius meminit Iulius Pollux lib. 4, & Cælius lib. 9. cap. 4. Quintil. lib. 1. cap. 17. de Musica, Psalteria, & spadices etiam virginibus probis recusanda.

Spadiceus, a, um, Idem quod puniceus siue baius, quod coloris genus in equis potissimum commendatur. φοινίκεος. Significatur autem hac voce exhuberantia quædam roboris, splendorisque, qualis cernitur in termitibus palmarum, qui spadices appellantur. Vide Thylesium in libello de Coloribus.

Spado, onis. {σπάδων. Ital. *Castrado, eunucho*. Gal. *Chastré*. Hispan. *Varon castrado*

Universidad de Deusto
Biblioteca

castrado.} Propriè is dicitur cui aut testes euulsi sunt, aut ipsi eremasteres, hoc est nerui, è quibus testes dependent. A verbo Græco, σπάω, quod est euello. Eunuchus autem etiam natura quis esse potest, vt quum frigidior temperatura veneris vsum cuiquam pernegat. Plin. lib. 11. cap. 37. Defluuium capillorum in spadonibus non visum. ¶ Spadones item dicuntur surculi infrugiferi. Colum. lib. 1. de Arbor. Eiusmodi surculos, qui nihil afferunt, spadones appellant.

SPALATHRA, σπάλαθρα, Magnesiæ oppidum apud Plin. lib. 9. cap. 9.

Sparganion, σπαργάνιον, Herba est folia habens similia gladioli, sed angustiora, magisq; in terram procumbentia, circa summum autem caulem semen capitulis quibusdam inclusum. Autor Dioscorides lib. 4.

SPARGAPISES, σπαργαπίσης, Fuit filius Tomyridis, Massagetarum reginæ; qui captus à Cyro seipsum interfecit. Autor Herodotus lib. 1.

Spargo, gis, si, sum. Huc illuc proiicio, dissemino, latè diffundo. {σπείρω, πάσσω Ital. *spargere*. Gal. *Espandre, getter çà & là, semer*. Hisp. *Derramar*.} Virg. 3. Aeglog. Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. ¶ Spargere aquã, est aquam affundere. Plaut. Trucul. Sparsisti aquam: iam redit animus. Insulæ sparsæ per æquor, id est latè diffusæ. Virg. 3. Aene. Niueámque Paron, sparsásq; per æquor Cycladas. Colum. lib. 2. ca. 16, Si tamen aliqua causa tempestiuam stercorationem facere prohibuerit: secunda ratio est, antè quàm sarrias, more seminantis ex auiariis puluerem stercoris per segetem spargere. ¶ Spargere humum foliis, id est sternere vel operire. Virg. 5. Aene. Spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras. ¶ Spargere se in aristas, vel brachia, dicitur herba, quando in aristas vel in brachia dilatatur. Plin. lib. 12. cap. 12, Caumina in aristas se spargunt. ¶ Composita sunt Aspergo, Conspergo, Dispergo, Inspergo, & Respergo: quorum significata explicantur suis locis.

Sparsus, participium. Longè latéque diffusus. {ἐσπαρμένος. Ital. *sparso*. Gal. *Espart, jetté çà & là, semé*. Hisp. *Derramado*.} Cic. in Arat. Stellæ sparsæ fusæque videntur. ¶ Os sparsum, id est latum, & plus satis diffusum. Terent. in Heaut. Rusámne illam virginem, cæsiam, sparso ore, adunco naso. ¶ Aliquando idem quod Conspersus. Ouid. 8. Metamor. -raris iam sparsus tempora canis. Corpus senatos sparsum, id est dissectum. Lucan. lib. 7. Calcatósq; simul reges, sparsúmq; senatus Corpus, & immensa populos in cæde natantes.

Sparsim, aduerbium, Multis, variisque in locis, hic & illic. {σποράδην. Ital. *sparsamente, qui & li*. Gal. *Par ci par la, pesle mesle*. Hispa. *Derramadamente*.} Gell. lib. 11, Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam sparsim & interciså commeminimus.

SPARTA, τὰ, σπάρτα, Vulgo *Mizitra*, Peloponesi ciuitas nobilissima fuit, Lycurgi legibus optimè olim instituta, ita dicta à Sparto Phoronei filio, aut (vt alij malunt) à Sparta Eurotæ filia: quum antea Lacedæmon diceretur. Virg. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acrémque Molossum Pasce sero pingui. ¶ Huius ciues dicuntur Spartiatæ, siue Spartani, σπαρτιάται, qui & Lacedæmonij.

Spartanus, a, um, Idem quod Lacedæmonius. σπαρτιατικός. Virg. 1. Aeneid. Virginis os habitúmque gerens & virginis arma Spartanæ.

SPARTA, Lacus in Atropatia, in quo sales nascuntur & congelascunt.

SPARTACVS, σπάρτακος, Famosus gladiator fuit, è Thracia oriundus, robore animi & corporis præstans, qui vnà cum Chryso & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum septuaginta gladiatoribus erupit Capua, manúque seruorum congregata, quasi iusto exercitu comparato, Ceruesium montem in Campania occupauit: vbi quum à Clodio Glabro obsideretur, eius castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Prætorum fascibus appellatus est Imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino dissipauit: apud Mutinam Cassij castra deleuit. Tandem quum de Vrbe inuadenda deliberaret, à M. Crasso pulsus, fugatúsque quum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam præ nauium penuria traiicere potuisset, cum suis omnibus fortissimè dimicans quasi Imperator occisus est. Lucan. lib. 2, -Parthorum vtinam post prælia sospes, Et Scythicis Crassus victor remeasset ab oris, Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis.

SPARTOPOLIOS, σπαρτοπώλιος. Persona erat histrionica in Tragœdia, à sparti canitie dicta, virili specie, nigra & subpallida: quemadmodum contrà Polia, πωλὶς, facie muliebri, denso canóque capillitio, cæteris omnibus muliebribus personis, vt ætate, ita & dignitate præstans. Vide Iulium Pollucem Onomastici lib. 4, & Hermolaum in Plinium. ¶ Est item Spartopolios, gemma quædam à colore dicta, quem Sparti modo habet incanum. Vide Plinium lib. 37. cap. 11.

Spartum, sparti, siue Spartium, σπάρτιον Dioscoridi lib. 4, Id est quod nostri Genistam appellant, fortassis quia genu modo flexilis ad nexus sit: vel quia genibus medeatur dolentibus. {Ital. *Genestra*. Gal. *Genest*. Hisp. *Genestra, giesta, giesterra*.} ¶ Est & aliud sparti genus quod in Hispania nascitur: de quo Plinius lib. 19. Spatti quidem vsus multa post secula cœptus est nec ante Pœnorum arma, quæ primùm Hispaniç intulerunt. Herba & hæc sponte nascens, & quæ non queat seri, tuncúsque propriè aridi soli, vni terræ dato vitio: nanque id malum telluris est, nec aliud ibi seri aut nasci potest. Idem lib. 24. Genista quoque vinculi vsum præstat: flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit quam Græci autores Sparton appellauere, quum ex ea lina piscatoria, apud eos facilitari docuerim. Et nunquid hanc designauerit Homerus, quum dixit, Manium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum, vel Hispanum spartum in vsu, certum est: & quum sutiles fierent naues, lino tamen non sparto vnquam sutas. Semen eius quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens, purgat hellebori vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulsæ cyathis quatuor, ieiunis.

Spartarium, tij. Locus sparto abũdans. {τὸ σπαρτεῶν. Ital. *Luoco oue sono molte genestre*. Gal. *Vn lieu ou il y a force genest*. Hispa. *Lugar de muchas genestras y spartos*.} Plinius lib. 11, Falsò excipiunt spartum: quippe in Hispania multa in spartariis mella eam herbam sapiunt.

Sparteus, a, um. adiectiuum. E sparto compactum & compositũ. {ὁ ἐκ σπάρτου πεποιημένος. Ital. *Di genestra*. Gal. *De genest*. Hispa. *Cosa de genestra*.} Cato de Re rust. cap. 3, Trocheas Græcanicas binas, quæ sparteis funibus ducantur.

Sparus, seu spatum, Telum rusticum, in modum pedis recuruum. {σπάρος

ἶδος ἀκοντὸς βραχέος, ἀγροικικοῦ, καὶ πολεμικοῦ. Ital. *Picciol dardo rustico da guerra*. Gal. *Petit dard rustique & militaire*. Hisp. *Pequeño tiro rustico para pelear*.} Virg. lib. 5, Agrestisque manus armat sparus. Sallustius, Sed ex omni copia circitet quarta pars militaribus armis instructa: cæteri vt quosque casus armauerat, sparis, aut lanceis, alij præacutas sudes portabant. Festus, Spara, minimi generis sunt iacula: à spargendo dicta, quòd passim pugnando spargerentur. Lucilius, Tum spara, tum murices, portantur tragula porrò. ¶ Est & sparus, σπάρος, pisces marini nomen circa vernum æquinoctium parientis: vt tradit Plinius, lib. 9. cap. 51.

Spasinus, mi, siue Spasma, aris, {σπασμός, σπάσμα. Ita. *spasmo, spasmo*. Gal. *spasme, retirement de nerfs*. Hisp. *Pasmo*.} Contractio neruorum, rigor, siue distentio, conuulsio. A verbo Græco σπάω, quod est conuello. Plinius lib. 22. cap. 8, Item ex mulsa auxiliatur renibus, stranguriæ, opisthotonicis, spasmis, lumbis.

Spasticus, {σπαστικός. Ital. *Chi ha gli nerui retirati*. Gal. *Qui a les nerfs retirez*. Hispan. *Pasmado*.} Dicitur cui aliquid intus conuulsum est. Plinius lib. 31. cap. 19, Radicem decoctam pipere spasticis, cuersis, conuulsis, suspiriosis salutare.

Spatha, æ, {σπάθη. Ital. *Spada*. Gal. *Espée*. Hisp. *Espada*.} Gladij genus. ἀπὸ τοῦ σπάω, quod est à scindendo, siue diuellendo: aut certè ἀπὸ τοῦ σπάω, quod inter cætera significat stringere. Apuleius, Et militaris sacramenti genium ob amissam spatham verebatur. Vegetius gladios maiores spathas vocari docet: minores verò semispathas. Hæc etiam autore Augustino, dicitur framea, & alio nomine romphæa. ¶ Est item spatha, rudicula qua vtimur in versandis rebus quæ coquuntur. Colum. lib. 12. cap. 22, Deinde permisceto spatha lignea. ¶ Spatham præterea vocamus instrumentum illud culinarium quo spumam detrahimus. ¶ In palmis ipse spathæ dicuntur, ramuli ex quibus palmulæ dependent: à frondis, vt videtur, figura nomen habentes, quę ad gladioli folium satis accedit, licet duplex sit, minor & tenuior, Plinius lib. 16. ca. 26, Palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem.

Spathalion, {σπαθάλιον. Ital. *Ramo di palma*. Gal. *Rameau ou branche de palme auec le fruit pendant*. Hisp. *Ramo de datiles*.} diminutiuum à Spatha, significans ramulum palmæ cum dactylis inde pendentibus. Vnde apud Martialem lib. 13, Spathalion caryotarum numeratur inter munera tenuiorum quæ Calendis Ianuariis solent missitari. Aurea (inquit) porrigitur Iani caryota Calendis: Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. ¶ Est etiam ornamentum muliebre, inter delicias fœminarum annumeratũ. A verbo Græco σπαθάλαω, quod significat delicias ago, & lasciuio. Plin. lib. 13. cap. 15, Iuba tradit circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari isidos plocamon, corallio similem, sine foliis: præcisum murato colore in nigrum durescere, quum cadat, frangi. Item alium qui vocatur charitoblepharon, efficacem in amatoriis: spathalia eo facere, & monilia fœminas. Plaut. Menæhmis, Amabo Menæhme inaureis da mihi faciendas, pondo duũm numũm spathalia, vt te libenter videam, quum ad nos veneris.

Spathe, es, σπάθη, Inuolucrum est, siue operimentum fructus palmarum adhuc florentium, quo in spissandis vnguentis vtuntur vnguentarij, vt docet Dioscorides li. 1. cui ea in re optimè conuenit cum Theophrasto, qui lib. 3, de Plantarum historia de palmis agens, in eo masculam à fœmina differre scribit, quòd mascula prior florem ferat in spathe. Plin. li. 23. cap. 6, Spathes, siue elates nomine proprium quoddam palmæ genus videtur intellexisse, quod medicinæ conferret germina, folia, & corticé Vide Marcellum in Dioscoridem.

Spathula, læ, {σπάθιον, ἢ σπατόμη, καὶ βραχεῖα σπάθη. Ital. *Spatola*. Gal. *Espatule*. Hisp. *Espatula*.} diminutiuum à spathe, siue spatha, quo Celsus lib. 8. cap. 15, vsus est pro instrumento chirurgico, ad humeri luxati curationem accommodato. At (inquit) si vastius corpus, nerui ve robustiores sunt, necessaria est spathula ligulea, & quæ crassitudinem duorum digitorum habeat.

Spatium, spatij, Capedo, interuallum. {διάστημα, διάμετρον. Ital. *Spatio, agio, tempo*. Gal. *Espace*. Hisp. *Espacio, ò anchura*.} & non solum de loco dicitur, sed etiam de tempore. De loco: Cic. lib. 1. de Natu. deor. Sydus spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans. Virg. 3. Georg. Hic vel ad Elei metas, & maxima campi Sudabit spatia, & spumas agget ore cruentas. Ouid. 2. Meta. -tritúmque relinquunt Quadriiuges spatium, nec quo prius ordine currunt. De tempore: Cice. pro Archia, Quoad longissimè potest mea mens respicere spatium præteriti temporis. Autor ad Herennium lib. 2, Spatium ita consideratur, satisne longum fuerit ad eam trãsigendam: scieritne, satis ad perficiendum spatij futurum. ¶ Spatium, pro mensura & temporibus pedum in carmine. Cice. in Orat. Trochæus qui in eodem spatio est, quo choreus. ¶ Spatium pro dilatione. Liui. lib. 8, Orabant vt rem in posterum diem differret, & iræ suæ spatium, & consilio tempus daretur. Budæus.

Spatior, aris, Deambulo. {περιπατέω. Ital. *Andar à spasso*. Gal. *Se pourmener, l'esbanoyer*. Hisp. *Espaciarse*.} Virgil. lib. 1. Georg. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce, Et sola in sicca secum spatiatur arena. Idem 4. Aene. Aut ante ora deũm pingues spatiatur ad aras. Ouid. 2. Metam. -nam quum per littora lentis Passibus, vt soleo, summa spatiatur arena.

Spatians, tis. {περιπατῶν, περιπατοῦντος. Ital. *Che anda à spasso*. Gal. *Qui se pourmene*. Hisp. *Que anda à espacio*.} Ouid. 14. Metam. -& spatiantia passim Brachia compescit.

Spatiatus, ta, um. περιπατούμενος, περιπατούμενος. Ouid. 3. Fast. Flebat amans coniunx, spatiatáque littore curuo Edidit incultis talia verba comis.

Spatiatorem pro erratore posuit Cato. Festus.

Spatiosus, sa, sum, Amplus, capax, vastus. {εὐρύχωρος. Ital. *Spatioso, grande*. Gal. *Spatieux, large & de grand' estendue*. Hisp. *Espacioso, largo, grande, ancho*.} Colum. lib. 6. cap. 2, Primum omnium spatiosum stabulum præparetur, vbi domitor facilè versari, & digredi sine periculo possit. Idem 2. de Arte, Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo. ¶ Interdum non loci, sed temporis spatium importat. Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 8, Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram: Sæpe simultates ira morata facit.

Spatiosè, aduerbium, Id est latè, diffusè. {εὐρύχωρον. Ital. *Largamente*. Gal. *Largement, au large*. Hisp. *Largamente*.} Plin. li. 19. ca. 5, Quoniã spatiosè fruticat.

Spatiosus

Spatiosius,& Spatiosissimè. Plin.Epist.62,Bono cui conuenientissimum credidi,eidem illa spatiosius & vberius volumine amplecti.

Species,speciei,Effigies,facies,vel imago.{εἶδος,εἰδέα. Ital.*Specie,imaginè.* Gal.*Espece,forme,figure,beauté,mine,face.* Hisp. *Hermosura ò forma,especie.*} Cic.lib.1 Offic. Quæ autem specie quadam vtilitatis, hanc Græci εὐπρέπειαν vocant. Et in Topicis, In diuisione formarum, quas Græci εἴδη, vocant,nostri(siqui hæc forte tractant)species appellant.Cæsar Comment. 4, Auxiliaréque quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus,telisque subministrandis,& ad aggerem exspitibus comportandum,speciem atque oppugnationem pugnantium præberent.Id est demonstrationem, siue simulationem, prætextum, & quasi velamentũ. ἐπίφασις. Cic.de Amicitia, Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. ¶ Quandoque sumitur pro aspectu, & te visa, Virgil. 2. Aene. Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus.¶ Quandoque pro pulchritudine,seu deformitate : à speciendo. Plaut.in Bacchid. Bellán' videtur specie mulier? Inde speciosus pro pulchro & formoso accipitur,de quo infrà.¶ Species item(vt definitur à dialecticis)est quæ dicitur de pluribus differentibus numero:vt Homo est species,quoniam de Socrate, Platone, & aliis, non specie,sed numero differentibus prædicatur. Ob eam rationem ita appellata,quòd multorum collectio vna quasi visione comprehendatur. Genus autem est,quod prædicatur de pluribus differentibus specie:vt animal,quod de homine,equo,asino, & huiusmodi dicitur, quæ specie differunt. ¶ Quandoque species in plurali numero sumitur pro aromatibus.Macrobius lib.vlti.Saturn. Species, & acres,& calidæ, superficiem, quam apponuntur,exulcerant.Martianus Iureconsultus,Species pertinentes ad vectigal,cinnamomum, piper longum,piper album. Sic dicitur Vicus speciarius,à speciebus Arabicis, peregrinisque. ¶ In speciem, simulatè.Liui.4.ab Vrbe.de Sempronio reo,Aegrè Hortẽsius pati,tentationem eam credere esse persecutricis suæ:nec precibus tribunorum, quæ in speciem modò iactentur,se auxilio confidere reum.

Specialis,speciale,Significat non tam particulare, quàm proprium, & veluti peculiare.{εἰδικός,ἰδικῶς. Ital.*Speciale,singulare,proprio.* Gal.*special,propre & particulier.* Hisp.*Cosa especial en su genero,proprio.*} In qua significatione vtitur hoc nomine Iulius Capitolinus,quum ait,Macrinorum familiam id speciale semper habuisse,vt Alexandrum Magnum in auro& argento exculptum semper haberet.

Speciatim,aduerbium significans particulariter.{εἰδικῶς. Ital.*specialmente,singularmente.* Gal.*Specialement,en special.* Hisp.*Especialmẽte,de specie en especie.*} Cic.postReditũ in Senatu,Multa de me C.Messinius & amicitię & Reipublicæ causa dixit,legem speciatim initio de salute mea promulgauit.

Specialiter,aduerbium,Idem quod speciatim.εἰδ. Colum.lib. 5, Atque de cura eligendi malleoli generatim præcepimus : nunc illud propriè specialiter,vt non solùm ex feracissima vite,sed etiam è vitis parte feracissima semina eligantur.

Speciosus,sa,sum,Pulcher,semper enim in bonam accipitur, quamuis species medium vocabulum sit.{Ὡραῖος,Καλός. Ital.*Vistoso, apparente, bello, ben formato.* Gal.*Beau.* Hisp.*Cosa de mucha hermosura,hermosa,bella.*} Vir,4.Aeneid. -neque enim specie famáve monetur.hoc est nec præsenti deformitate, nec rumore mox futuro. Sic & formosus,licet forma indifferenter ponatur,sumpet tamen in meliorem partem accipitur.Plin. lib. 13,cap.4, Minus speciosæ,sed sapore caryotarum sorores. Celsus lib.2.cap.2,Si plenior aliquis,& speciosior,& colloratior factus est, suspecta habere bona sua debet.Horat.de Arte,Interdum speciosa locis, moratáque recte Fabula, &c.Ouid.7.Metam. -speciosáque nomina culpæ Imponis Medea tuæ:quin aspice quantum Aggrediare nephas.

Speciosè,speciosius,speciosissime,Pulchrè,ornatè.{ὡραίως,λαμπρῶς,καλῶς Ital.*Honestamente,magnificamente.* Gal.*Beaument,magnifiquement.* Hispan. *Con mucha hermosura,hermosamente,ornadamente.*} Liui. 4. belli Macedo.Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti,matremfamiliàs tuã purpureum amiculum habere non fines?& equus tuus speciosius instratus erit,quàm vxor vestita!¶ Speciosè ingredi,id est cum ornatu. Colũ. lib.2.cap.2,Igitur in opere boues arctè iunctos habere conueniẽt, quo speciosius ingrediantur sublimes & elatis capitibus.

Specimẽ,nis,pennit. corr. Propriè in quauis mercę dicitur exiguum quiddam quod à venditore spectandum profertur, vt ex eo emptor rem totam æstimet. ἐπιδεῖγμα. Ital.*Spettacolo,prouà,mostra* Gal.*Monstre,eschantillon,exemplaire,espreuue,patron.* Hisp.*La muestra de lo mejor.*} Frequentissimè tamen per translationem accipitur pro quouis documento, experimento,siue exemplo,ex quo rei totius capimus coniecturam. Cicero Tusc. Quid illud? non dubitas quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura?Apul.in Flor.Sed Marsyas(quod stultitiæ maximum specimen) non intelligens se deridiculo haberi, quædam deliramẽta effutiit. ¶ Dare specimen sui, est re aliqua insigni declarare quid de se sit sperandũ.Cic. in Diuin.in Verrem, Tu verò Cæcili quid potes? quo tempore, aut qua in re non modò specimẽ exteris aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? ¶ Specimen innocentiæ,prudentiæ,virtutis,id est exẽplar.Cic.3.de Nat.deo. Cur tẽperantiæ prudentiæq; specimẽ ante simulachrũ Vestæ põtifex maximus est Q.Scæuola trucidatus?

Specio,cis,xi,ctum, Apud antiquos in vsu fuit pro videre.{ὁράω. Ital.*Vedere.* Gal.*Regarder,auiser.* Hisp.*Mirar,ver.*} Vnde augures specere, hoc est inspicere aues dicebãtur.Ennius apud Varronem, Vos epulo postquam spexit.Hodie abiit in desuetudinem : vtimúrque tantùm eius compositis,aspicio,conspicio,circũspicio,despicio,dispicio, inspicio, perspicio, prospicio,præspicio,respicio, introspicio, suspicio,& transpicio:de quibus suis locis.

Specito,as,are, frequentatiuum antiquum. {σκοπῶ καὶ σκέπτω. Ital.*Guardare spesso.* Gal.*Regarder souuent.* Hispa. *Mirar muchas veces.*} Plautus in Cistel. Per Dionysia Mater pompam me specitatum duxit.

Specto,as,Aliud frequentatiuum à specio antiquo verbo,idemvalẽs quod multùm & fixè intueor.{σκοπῶ,θεάομαι. Ital. *Guardare,guardare spesso.* Gal. *Regarder forme & attentiuement.* Hispan. *Mucho mirar.*} Cic.de Aruisp.resp. Quòd ni tu Megalesia eo die spectare voluisses, haud scio,&c. Terent, in Eunucho,Here ne me spectes:me impulsore hæc non facit. ¶ Accipitur non rarò pro iudicare,probare, siue æstimare. ἐξετάζειν,κρίνειν. Cicero pro Roscio Com. Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. Ibidem, Quem si tu ex censu spectas, eques Romanus est : si ex vita, homo clarissimus est : si ex re, iudicem sumpsisti:si ex veritate,id quod scire potuit & debuit.dixit.Idem lib.5. Tusc.Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt. Aurum spectatur in ignibus.Ouid.1. Trist.eleg. 4, Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum.Id est probatur.Vnde & spectatores pecuniæ, dicuntur qui valorem eius explorant.Huc etiam pertinet illud Virgilij 3. Aegloga,Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. hoc est,si vitulæ pretium tecum reputes:vel(vt Seruius interpretatur)si pocula cum vitula compares.¶ Interdum spectare,idem est quod attendere, cauere, dispicere,& vt Cicero loquitur,etiam atque etiam videre. Plautus,Spectandum ne tibi anulum det, neque roget. ¶ Eleganter item accipitur spectare pro eo quod est ad rem aliquam pertinere,tendere,seu referri, quod & Græci dicunt,πρὸς πρᾶγμα σκοπεῖν & τείνειν. Cic. 3. de Finib, Hæc studia ad imitandos summos viros spectant.Idem lib.2.Epist.Omnia vtriusque consilia ad concordiam spectauerunt. Idem 2.Offic. Ad extremum,si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.

Spectatur,impersonale.Plin.lib.10.cap. 70, Plausu congregari feros ad cibum consuetudine spectatur.

Spectatu,supinum.Cic.2. Offic. Maximéque admirantur eum qui pecunia non mouetur:quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.

Spectandus,adiectiuum.θεατός Plin.lib.10. cap. 42. Nec vulgaris psittaci forma,quamuis non spectanda.

Spectatus,Probatus,cognitus,cuius scilicet perspecta iam virtus est.{δεδοκιμασμένος. Ital.*Lodato,probato.* Gal.*Loué,approuué.* Hispa. *Alabado,prouado.*} Virgil.8.Aene. -sunt nobis fortia bello Pectora,sunt animi, & rebus spectata iuuentus.Plautus Persa. Vitam equidem iam satis tibi spectatam esse censueram, Et meos mores. Spectatæ integritatis vir. Liuius 6.belli Pun.Spectatissima fœmina.Cic.pro Sexto Roscio, Quasi verò nescias hunc & ali, & vestiri à Cæcilia Baleatici filia, Nepotis sorore, spectatissima fœminaquæ quum patrem clarissimum, amplissimos patruos,ornatissimum frattrem haberet:tamen, &c.

Spectatè,aduerbium,Feliciter,egregiè.{εὐτυχῶς,περιφανῶς. Ital.*Felicemente,egregiamente.* Gal.*A la veue de tout le monde,clairement,heureusement.* Hisp,*Bienauenturadamente,señaladamente.*} Plin.lib.21, Flores verò odoréque in diem gignit, magna (vt palàm est) admonitione hominum, quæ spectatissimè floreant,celerrime marcescere.

Spectatio,onis verbale,Ipse spectandi actus.{θέα. Ital.*Esso guardare.* Gal.*Regard,esgard.* Hisp. *Mirada,obra de mirar.*} Cic.ad Attic.Est quiddam etiam animũ leuari rum spectatione,rum religione opinionis & famæ. ¶ Spectatio pro probatione pecuniæ.Cic.in Verrem actione 4,Ex omni pecunia,quam aratoribus soluere debuisti,certis nominibus deductiones fieri solebãt:primùm pro spectatione & collybo:deinde pro nescio quo Cerario. Budæus.

Spectatores,Qui ad ludos spectandi causa conueniunt.{θεαταί. Ital.*spettatori.* Gal.*Contempleurs,regardeurs.* Hisp.*Los que miran los juegos.*} Plaut.Amphit.Nunc spectatores Iouis summi causa clarè plaudite. ¶ Spectatores rerum cælestium,id est,contemplatores. Cic. 1. de Natu deor. Homo rerum superarum,atque cælestium spectator. ¶ Spectator pugnæ,qui se pugnæ non admiscet, sed securus eius exitum expectat. Tractum à ludorum spectatoribus, qui histrionibus in scena fabulam agentibus, otiosi interim desident.Cic.2.Offic.Spectatorésque se otiosos præbuerũt Leuctricæ calamitatis.¶ Spectator formarũ,id est iudex,æstimator, probator.ἐπιδοκιμαστής. Terent.in Eunu.Quum meipsum norjs quàm elegans formarum spectator fiem. Vbi Donatus, spectator elegans est, qui sit cunctantis & fastidiosi iudicij, cui non quiduis facilè placet.¶ Spectator probator:vt spectatores pecuniæ dicuntur.

Spectatrix,icis,verbale fœm.à spectando deductum. {θεάτρια. Ital. *Donna che guarda.* Gal. *Regarderesse,celle qui regarde & contemple.* Hisp. *La que mira.*} Plaut,Merc.Diuũm atque hominum quæ spectatrix, atque hera eadem es hominibus. Lucan.lib,5.Detege iam ferrum : neque enim tibi turba verenda est Spectatrix scelerum,&c.

Spectatiuus,adiectiuum,Idem quod specularius siue contẽplatiuus.{θεωρητικός. Ital.*Contemplatiuo.* Gal.*Contemplatif,speculatif.* Hisp. *Cosa para mirar,y contemplar.*} Qu.li. 3.cap.5.Vt illa sit spectatiuæ partis,hæc actiuæ.

Spectabilis,le,Spectatu dignus,clarus,illustris.{θεατός,ἀξιοθέατος. Ital. *Spettabile,illustre.* Gal. *Digne d'estre regardé,illustre.* Hispa. *Lo que se puede mirar, claro,illustre.*} Plin.lib.11.cap.14,Aliubi enim faui cerã spectabiles gignunntur.Ouid.2,de Ponto,Eleg.2, Ipse super currum placido spectabilis ore.Idem 7,Metam. -spectabilis heros, Et veteris retinens etiam nunc pignora formæ Ingreditur. Iuuen. Sary.8. Ipsi deinde Lares, siquod spectabile signum, &c.Tatieus in vita Agricolæ, Et extremo metu corpora defixêre in his vestigiis, in quibus pulchram & spectabilem victoriam ederetis.

Spectaculum,li.Dicitur id quod spectandum exhibetur. {θέα, θέαμα. Ital. *spettacolo.* Gal. *spettacle,ce qu'on regarde.* Hisp. *Juego que se mira.*} Virgil.in quodam Epigram. Nocte pluit tota, redeunt spectacula manè. Liu. lib. 1, Indici deinde finitimis spectaculum iubet. ¶ Aliquando dicitur ipsa spectatio,θέα. Cic.7.Verr. Ô spectaculum miserum, atque acerbum, iudibrio esse vrbis gloriam! Aliquando locus vnde spectatur.θέατρον. Sueton,De spectaculo excitatus descendit.Liu.Tum primum circo,qui maximus dicitur,dẽsignatus est locus, diuisa loca Patribus, Equitibúsque, vbi spectacula sibi quisque faceret,Fori appellati.

Spectamen inis.Idẽ quod specimẽ.{ἐπίσκεψις,ὑποδεῖγμα. Ital.*Mostra di qualche cosa,riguardo.* Gal.*Atoustre,regard.* Hisp.*Mirada,La muestra.*} Plaut.in Menæch.Spectamẽ bono seruo,id est qui rẽ herilẽ procurat,videt, collocat.

Spectio, onis, Verbum est propriè ad Augurum disciplinam pertinens. in qua officia ita distributa erant,vt qui spectionem habebant, nuntiationem non haberent. *Varronianum.* Vide Varronem lib. 5. de Ling. Lat. & Pompeium Festum lib.17.

Specium,cij,Instrumentum teres & parum, quo medici ad rectandum vulnerum ac fistularum viam & profunditatem vtuntur.{μηλωτὴ. Ital. *Tasto,tenta.* Gal. *Vne espreuuette de chirurgien.* Hispan. *La tenta ò cala del cirugiano.*} Pacuuius, Vt medici faciunt, qui prius specio vulnus tentant.

rant. Fit autem à verbo specio.

Spectabilis, Spectaculum, Spectator, Spectatus, Specto, vide SPECIO.

Spectrum, tri, simulachrum, seu imago oculis sese offerens. {φάσμα, ἄφαντον. Ital. simulacro, imagine, fantasia, imaginatione. Gal. Phantosme, vision. Hispa. Imagen ò idolo, phantasia.} Cicer. lib. 9. Epist. Qui putant. Παρατηροῦσι φαντασίας spectris Catianis excitari. Ibidem, Quæ ille Gargarius εἴδωλα, hic spectra nominat. Et rursus, His spectris etiam oculi feriri possint, animus qui possit non video.

Specula, læ, Locus editus, & eminens, vnde aliquid eminus videri & prospici potest, siue sit mons, siue turris, siue lapis, siue arbor, siue quid aliud eminens. {σκοπιὰ, ἀφεστὼς. Ital. Vedetta. Gal. Beffroy ou eschauguette, sentinelle. Hispan. La atalaya, lugar para atalayar.} Valla in Raudensem. Specula locus vnde fiunt excubiæ, an hostes veniant, transeámve, an maneant, quot sint, & quæ sint id genus. Virgil. 8. Aegloga. Præceps aërij specula de montis in altum Deferar. Ouid. in Epist. Leandri, In speculis omnibus Abydos erat. Liui. 8. belli Punici. Ipse in Cisseo (mons in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculam posuit, vt ignibus procul sublatis, signum, vbi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet. Virg. 3. Aene. Dat signum specula Misenus ab alta.

Specula, speculæ, diminutiuum à spe, vide SPES.

Speculor, laris, lari, Exploro, contemplor, quasi à specula prospecto. {κατασκοπῶ, κατοπτεύω. Ital. Contemplare, specolare. Gal. Guetter, espier. Hispan. Contemplar, mirar, atalayar.} Plautus in Mil. Sed speculabor nequis aut hinc ab læua, aut ab dextera Nostro consilio venator adsit cum auritis plagis. Cæsar 8. belli Gallici, Qui speculandi gratia essent remissi. ¶ Per translationem speculari ponitur pro scrutari, & exactè considerare. Ἐπισκοπῶ. Tacit. lib. 18, Satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur. Cic. in Catil. Multi te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. ¶ A quo fit compositum Præspeculor, quod est antè speculor, vel præmissis speculatoribus exploro. Suetonius de Cæs. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit vnquam, nisi præspeculatus locorum situs.

Speculatores, Id est exploratores, qui è specula aspiciunt, vel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti solent. {κατάσκοποι. Ital. spie, guardie. Gal. Espies, gueites, espions, guetteurs. Hispan. Atalaydores, miradores.} Cæsar 2. belli Gallici, Hac re Cæsar statim per speculatores cognita, insidias veritus.

Speculatrix, cis, verbale. {ἡ κατασκοπεύουσα, ἐπισκοπή. Ital. speculatrice. Gal. Celle qui espie & fait le guet. Hisp. Atalaydora.} Cic. 3. de Natu. deorum, Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices & facinorum & sceleris.

Speculatorius, a, um, adiectiuum, Quod speculationi est accõmodatum. {κατασκοπικός. Ital. Che serue à spiare. Gal. Appartenãt à espier. Hisp. Pertenesciente à atalayar.} vt speculatoria nauigia quibus in mari speculamur quid fiat. Cæs. 4. belli Gall. Item speculatoria nauigia militibus cõpleri iussit.

Speculatus, huius speculatus, Ipse speculandi actus. {κατασκοπή. Ital. Essa spiare & guardare. Gal. Espiemẽt, guet, guettemẽt. Hisp. Atalaymento, mirada.} Plin. lib. 10. cap. 73, Feles quàm occulto speculatu in musculos exiliit.

Specularis, speculare, adiectiuum, à specula deductum: vt specularis significatio, quæ fit igne è specula ostenso. κατασκοπικός. Plin. li. 7. cap. 56, Specularem significationem Troiano bello Sinon inuenit.

Speculum, li, Instrumentum ex vitro, chalybe, stanno, argentóve, intuentium imaginem repræsentans: cuius inuentionem Aesculapio affingunt Cicero 2. de Natu. deor. {κάτοπτρον. Ital. Specchio. Gal. Miroir. Hispa. Espejo en que nos miramos.} Terent. in Adelphis, Inspicere tanquam in speculum vitas hominum iubeo. Ouid. 3. de Arte. -quid quamque decebit, Eligat, & speculum consulat ipsa suum. Cic. 2. de Finib. Nec tamen argumentum hoc Epicurus à pueris petiuit, aut etiam à bestiis quæ putat esse specula naturæ.

Specillum, li, Instrumentum, quo vtuntur chirurgi ad scrutationem vulnerum, & fistularum. {μηλώτης. Ital. Tasto. Gal. Effreuuette de chirurgien. Hisp. La tienta ò cala de chirurgiano.} Est autem diminutiuum à spectum, quo antiqui vsi sunt in eadem significatione. Corn. Celsus lib. 5. de fistulis & earum curationibus, Ante omnia autem specillum demitti in fistulam conuenit, vt quò tendat, & quàm altè perueniat, scire possimus. Hinc auricularium specillum dicitur, quod curandis auribus adhibetur. ¶ Est & specillum, instrumentum quo oculos inungimus. Plin. lib. 7. ca. 53. Super omnes Caius Iulius medicus, dum iungit, per oculum specillum trahens, expirauit. Celsus lib. 6, Specillo super oculum inducatur. ¶ Quidam etiam specilla appellant vitreos illos orbiculos, quos quo clarius cernamus, oculis admouemus, quo facilius spectemus aliquid. {τὰ μικρὰ ὕαλα ἐσπτρα. Ital. Gli occhiali. Gal. Petites lunettes. Hisp. Los antojos para ver.} Varro de lingua Latina, lib. 5. Hinc quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum.

Speculare, ris, siue specular, aris, siue specularium, rij, Fenestræ genus, admittendæ in ædificium lucis, & excludendæ pluuiæ, ventique gratia excogitatum: quod primum ex speculari lapide fieri cœpit, hodie magis ex vitreis orbibus, vel tessellis plumbo innctis. {τὸ ὑαλοπέτασμα, ὑαλοπετὲς ἔργον. Ital. Vitriata, fenestra di vetro. Gal. Des guettes, des lunettes ou fenestre de voirre par à trauers quoy on voit. Hisp. Finiestra de vidrio.} Martial. lib. 8, Hybernis obiecta Notis specularia puros admittunt Soles, & sine luce diem. Vlpianus, Specularia & vela quæ frigoris causa, vel imbrium in domo sunt, instrumento domus non contineri Cassius existimauit. In hortis quoque ambulationes specularibus claudi solere docet Budæus, citans illud Iuuenalis, Saty. 4, Quæ vehitur clauso latis specularibus antro.

Specularius, rij, Specularium artifex. {ὑαλοπέτασος, ὑαλοπετοποιός. Ital. chi fa vetro ouero occhiali. Gal. Lunettier ou voirrier, vitrier. Hisp. El que haze antojos ò vidrio.} qua voce vtitur Vlpianus l. Quæsitum. ff. de Fund. instruct.

Specularis lapis, ὑάλος. Lapidis pellucidi genus, in tenuissimas crustas secti, ex quo olim specularia conficere solebant, hoc est fenestras admittendæ luci, & excludendo vento imbrique idoneas: quod genus hodie ex orbibus, tessellisve vitreis magis conficimus. Dictus specularis, siue quod specularia ex eo fierent, siue quòd speculi modo lucceret. Plin. lib. 31. cap. 13, Multi aluearia ex speculari lapide fecerunt, vt operantes intus spectarent. Vide plura de hoc lapide apud eundem, lib. 36. cap. 22.

Specus, eus, tam masc. quàm fœm. gen. & Specus, oris, neutri gen. Idem quod spelunca. {σπήλαιον, σπέος. Ital. spelonca, cauerna. Gal. Vne fosse tenebreuse, profonde & grande. Hisp. La cueua, hoya ò cauerna.} Gellius li. 6. Solebreuse, profonde & grande. Hisp. La cueua, hoya ò cauerna.} Gellius li. 6. Sole medio & arido ac flagranti specum quandam nactus remotam, latebrosam penetro. Horat. lib. 3. Carm. Quæ nemora, aut quos agor in specus. Ouid. 3. Metam. Et specus in medio syluis & vimine densus. Virg. 7. Aeneid. Hic specus horrendum, & sæui miracula Ditis Monstrantur.

Spelæum, {σπήλαιον. Ital. Cauerna, grotta. Gal. Cauerne, taisniere. Hispa. Cauerna hoya.} Nomen Græcum, quod à nostris dicitur spelunca. Virg. 10. Aegloga, Certum est in syluis inter spelæa ferarum Malle pati.

Spelunca, cæ, Antrum, specus subterraneus, vel mõtis cauitas. {σπήλαιον. Ital. Spelonca. Gal. Cauerne, taisniere. Hisp. Cueua ò hoya.} Virg. 6. Aen. Speluca alta fuit, vastóq; immanis hiatu, Scrupea, tura lacu nigro, nemorúmque tenebris. Cicer. 2. de Finib. At iam decimum annũ in spelunca iacet.

SPERCHIVS, pen. prod. σπερχιός, Fluuius Thessaliæ qui Pelio monte effusus velocissimo cursũ defluit in sinum Maliacum. Autor Strabo lib. 8. Lucan. lib. 6, -ferit amne citato Maliacas Sperchios aquas, &c.

Spermologos, σπερμολόγος, Auiculæ nomen apud Aristotelem, quam frugilegam interpretatur Gaza, vtroque nomine à semine legendo originem sumente. Alioqui σπερμολόγον appellant Græci, quem nos loquutuleium dicimus, hoc est hominem magnam verborum vim inaniter profundentem.

SPERMOPHAGI, σπερμοφάγοι, Aethiopiæ populi, non procul à Meroe insula, ita dicti quòd semine victitarent, quod Græci σπέρμα appellant. Autor Strabo libro 16.

Sperno, nis, spreui, spretũ. Fastidio, despicio. {καταφρονῶ, ἐξουδενῶ. Ital. Refiutare, sprezzare. Gal. Mespriser, despriser. Hisp. Menospreciar.} Cic. de Senect. Tũ quòd spernerẽtur ab iis à quibus esse coli soliti. Teren. Eun. Ob hæc facta abs te spernor. Virg. 3. Aeglo. Quid prodest, quòd me ipse animo non spernis Amynta? Cic. 2. de Na. deo. Veritas auspiciorũ spreta est, species tantùm retenta. Catul. Epig. 10, Hæc tu commoda tam beata Furi Noli spernere, nec putare parui. Horat. 1. Epist. 2, Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. Ouid. 8. Metam. pater huius erat qui numina diuûm Sperneret, & nullos aris adoleret odores. ¶ Antiqui spernere dicebant pro segregare. quod & Nonius annotauit, citans Ennium in Hectoris Lytris. Ius atque æquum se à malis spernit procul.

Spernax, cis, Id est contemptor. {καταφρονητής, ὀλιγωρῶν. Ital. Refiutatore, sprezzatore. Gal. Mespriseur, despriseant. Hisp. Menospreciador.} Silius lib. 8, Ductor Piso viros spernaces mortis agebat.

Spretor, oris, Eiusdem significationis. Ouid. 8. Metam. -vtque deorum Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus.

Spero, speras, vide SPES.

Spes, ei, Est opinio futuri boni. {ἐλπίς. Ital. Speranza. Gal. Esperance, espoir. Hisp. La esperança de algun bien.} Cic. 4. Tusc. Spes est spectatio boni. Cæs. belli Ciuil. lib. 2. Plenus spei bonæ, atque animi aduersus eos proficiscitur. ¶ Spes pro lætitia. Virg. 1. Aenei. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Vbi Seruius Spem, lætitiam interpretatur. Est & crebra apud Virgilium figura, quæ sit quoties significatur ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Nam spem lætitia sequitur: spes verò in vultu non videtur, sed lætitia. In numero plurali habet nominatiuũ, accusatiuum & vocatiuum. Horat. 1. Epist. 5, Quid non ebrietas designat: opera recludit, Spes iubet esse ratas, ad prælia trudit inermem. Liui. 1. ab Vrbe, Has spes, cogitationésque secum portantes, vrbem ingressi sunt. Sperum autem nusquam, quod sciã, repetitur, Spebus tarisimé. ¶ Spem pretio emere, prouerbialiter dicitur pro eo quod est certum & præsens detrimentum facere spe incerti lucri. Terentius in Adelph. Spem pretio nõ emo. Antiqui autore Festo declinabant, Hęc speres, huius speris. Varro, Quibus suam delectet ipse amicam, & sese speribus iactent suis. ¶ Hinc dictum putat Aspere, quasi sine spere: & prosperè, quasi pro spere.

Specula, diminutiuum, sicut à Res, recula. {ἐλπίδιον. Ital. Picciola speranza. Gal. Petite esperance. Hisp. Pequeña esperança.} Cice. Cælio, Hac tamen oblectabar specula, scilicet Tullia. Idem pro A. Cluentio, Qui aliquid ex eius sermone speculæ degustata. Plaut. Perf. Ecquid, quod mandaui tibi, est mihi in te speculæ.

Spero, as, Fiduciam habeo aliquid ex voto successurum. {ἐλπίζω. Ital. Sperare, hauer speranza. Gal. Esperer, auoir esperance. Hispa. Esperar algun bien, tener esperança.} Plin. lib. 11, Speratur largior prouentus. Horat. 1. Epist. 4. Grata superueniet, quæ non sperabitur, hora. Cice. Attico lib. 1, A quo nihil speres boni Reipub. quia, &c. Idem de Amicitia, Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore. Idem pro Deiot. Iubeo te sperare, & bono animo esse. ¶ Aliquando sperare est existimare, seu confidere & tam de præsenti, quàm de præterito dicitur. De Præsenti. Quinil. Facilis (vt animaduertere vos spero) defensionis meæ cursus est. De præterito, Idem, Et innocentiam quidem puellæ satis, vt spero, defendimus. ¶ Accipitur item sperare pro timere. Virgil. 1. Aeneid. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, At sperate deos memores fandi, atque nefandi. Vbi Seruius, Sperare, abusiuè, timere: vt lib. 4. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre soror potero. Quum alioqui propriè speremus bona, timeamus aduersa. ¶ Accipitur & sperare, pro gaudere. Terentius in Adelphis, Sperabam iam deferuisse adolescentiam. Vbi Donatus, Rectè Sperabã, pro Gaudebam. Sic enim dicimus quum errasse nos cernimus. ¶ Speratum, teste Nonio, veteres dicebant eum, qui vxorem petit: & speratam virginem, quæ petitur. Afranius, Curre, & nuntia venire, & mecum speratam adducere, vt videat puellam. Postquam verò sponsio facta erat, non Sperata, sed vel Dicta, vel Pacta, vel Sponsa vocabatur.

Speratus, participiũ. {ἐλπισθείς. Ital. Sperato. Gal. Esperé. Hisp. Esperado.} Plaut. in Merc. Spem speratam quum hanc obtulisti mihi, grates ago.

Sperabilis, sperabile, Quod sperari potest. {ἐλπιστός. Ital. Cosa che si può sperare. Gal. Qu'on peut esperer. Hisp. Cosa que se puede esperar.} Plaut. in Capt. Hic ille dies est, quum nulla vitæ salus sperabilis est mecum.

Speustici panes, {σπευστικοί. Ital. Fatti in fretta. Gal. Faits à la haste, faits & cuits soudainement. Hisp. Hechos y cozidos de presto.} Dicti sunt à festinatione: σπεύδω enim Græcè, significat festino. Plin. li. 18, ca. 11, Panis ipsius varia genera prosequi superuacuum videtur, aliàs ab opsoniis appellati, vt Ostreari: aliàs à deliciis, vt Artolagani: aliàs à festinatiõe, vt Speustici.

PSEVDO

ΣΦΑΙΡΟΣ, Philosophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, qui octo annos Platonicæ ſcholæ præfuit. Ferunt hunc ſenio confectum ſibi mortem conſciuiſſe mœrore impulſum. Plutarchus verò ſcribit, illum pediculis afferueſcentibus interiiſſe. Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vaſa capacia. Compoſuit dialogos à Diogene commemoratos. Hunc Plato quaſi philoſophiæ hæredem reliquit, vt ſcribit Cic. lib. 1. Academ. quæſt.

Sphacelus, pen. corr. σφάκελος. Proprie oſſium eſt affectus teſte Galeno, quum tota illorum ſubſtãtia corrũpitur. Latini oſſium caríe appellant.

Sphaceliſmus, σφακελισμός. Morbi genus, ipſis etiam plantis cum anima ſibi communeide quo abundè multa ſuprà diximus in vocibus Aſtroboliſmus, & Sideratio.

ΣΦΑΚΤΗΡΙΑ, quæ & ΣΦΑΓΙΑ, σφακτήρια, ἡ σφαγία, Inſula eſt Meſſeniæ adiacens è regione Pyli, cuius meminit Strabo lib 8.

Sphæra, ſ. σφαῖρα. Ital. *Sfera, palla, globo.* Gal. *Vne ſphere ou globe, vne choſe ronde, maſſiue & eſpoiſſe.* Hiſp. *Pella redonda, pelota.* ¶ Græca vox eſt idem ſignificans quod Latinis globus. Geometræ definiunt eſſe corpus ſolidum, vnica ſuperficie contentum, in medio ſui punctum habens, à quo omnes lineæ ad ſuperficiem ductæ, ſunt æquales. Cic. 2. de Natu. deor. Quæcunque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari libet:) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur: his duabus formis contingit ſolis vt omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ, à medióque tantum abſint extremum, quantum idem à ſummo: quo nihil fieri poteſt aptius.

Sphærula, diminutiuum, id eſt parua ſphæra, globulus. σφαιρίδιον.

Sphærica, æ, Placentæ genus, quod ex multis globulis in ſphæram, & rotundam formam coactis, ac deinde ſimul compactis fiebat. Cato ca. 82, Sphæricam ſic facito, ita vti ſpinam, niſi ſic effinginto, detractis caſeo, melle: ſphæras pugnum altas facito, eas in ſolo componito, denſas eodem modo componito atque ſpinam, itémque coquito.

Sphæriſterium, ſ. σφαιριστήριον. Ital. *Luogo di hauer rotondo da giuocare alla balla da mano.* Gal. *Vn jeu de paulme ou de boule.* Hiſp. *El jugar de pelota.* ¶ Locus balnei, ſpecie rotunda, cum aliis pleriſque exercitationũ generibus, tum pilæ ludo præcipuè deſtinatus, quem Græci σφαῖραν vocant. Vnde σφαιρίζω, pila ludo, & σφαιριστάω, pilæ ſtudioſi. Plin. in Epiſt. Apodyterio ſuppoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluréſq; circulos capit. Lampridius in Alexãdro. Poſt lectionem, operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat.

Sphæromachia, ſ. σφαιρομαχία. Ital. *Giuoco della balla da mano.* Gal. *Le jeu ou exerciſſe de la paulme ou de la boule.* Hiſp. *Juego dela pelota.* ¶ Pilæ luſoriæ certamen, quæ à ſphærica, circularique figura σφαῖρα dicta eſt.

Sphagitides, σφαγῖτιδες. Venæ duæ inſignes, vtrinque ad iugulum apparentes, omnes tum colli, tum capitis partes nutrientes. Latini iugulares venas interpretantur. σφαγὴν enim illi iugulum appellant. Agit de his Galenus lib. 6. de Vſu partium.

Sphenida, inquit Perottus, Pilæ genus, maius paganica, & tenuius quàm follis, ex panno ferè conſtans, nonnunquam etiam ex pelle. Alio nomine dicitur harpaſtum. Hæc ille, ſed non rectè: conſtat enim hoc pilæ genus phennída, φενίδα, non ſphenidam appellari. vide Cælium Rhodig. lib. 20. cap. 14.

Sphinx, gis, vel ſphingos, σφίγξ, Monſtrum apud Thebas, cuius caput & manus puellæ, corpus canis, alæ auis, vox hominis, vngues leonis, cauda draconis ſimilitudinem referebant. Dicta eſt autem ſphinx ἀπὸ τοῦ σφίγγειν, hoc eſt à conſtringendo, vel vinciendo, quod prætereuntes ſuis quæſtionibus ita ſtringeret, vt ſe expedire non poſſent. Scribit Lactantius Papinianæ Thebaidos interpres, Sphinga monſtrum fuiſſe, alas & vngues habens in ſimilitudinem Harpyiarum, quod inſidens ſcopulo viæ imminenti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat: & quotquot diſſoluere non poterant, vnguibus & alis interficiebat. Ænigma autem erat eiuſmodi, Quodnã animal manè quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet. Cuius ænigmatis nodũ Oedipus ita diſſoluit, vt hominem eſſe diceret qui in infantia manibus & pedibus repens vetus quàm incedẽs, quadrupes eſtifactus vir, vt qui nullo alio quàm pedum adminiculo nititur, bipes: ingraueſcentibus autem annis, aſſumpto ſcipione, tripes. Quam ſolutionem illa tam ægrè tulit, vt ſe ſtatim de ſaxo præcipitarit. Hinc ſumpſit originem adagium in Terentiana Andria, Dauus ſum, non Oedipus. Sed hæc fabuloſa ſunt. Conſtat enim cum aliorum multorum, tum Alberti Magni teſtimonio, ſphingẽ animal eſſe ex genere ſimiarum, inſigne duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris ſubnigri oblonga. Solin. Inter ſimias habentur & ſphinges villoſæ comis, mammis prominentibus, dociles ad feritatis oblitionem. De ſphingibus ſic Diodorus Siculus lib. 4, Sphinges & apud Troglodytas, Aethiopéſque naſcuntur, forma haud ei diſſimili qua pinguntur, ſed paulo pinguiores. Naturam habent manſuetam, pluribus exercitiis, diſcipliniſque aptam. De his & Plinius lib. 8. cap. 21.

Sphragis, idis, σφραγίς. Species eſt optimæ rubricæ, teſte Plin. lib. 35. cap. 6, quæ in Lemno inſula effodiebatur: ita dicta quòd ſignata venderetur. σφραγίζειν enim Græci dicunt, quod nos ſignare. Quo autem in loco, quibuſque cæremoniis hæc terra colligatur, docuimus ſuprà ſtatim poſt dictionem ΣΙΛΝΟΣ. ¶ Eſt item ſphragis, gemma viridis, & non tranſlucens: ita dicta quòd optimè ſignet. vt apud eundem Plinium lib. vlti. cap. 8.

Sphygmos, σφυγμός, Eſt motus arteriæ, celerius, tardiúſve ſalientis, pro ratione diſtantiæ, & contractionis ipſius cordis. Dictus σφυγμὸς, ἀπὸ τοῦ σφύζειν, quod inter cætera ſignificat ſalire.

Sphyræna, σφύραινα, Græcis animal marinum, quod Latinis ſudis dicitur, vt ait Plin. lib. 32. cap. 11, Sunt præterea à nullo autore nominati, ſudis Latinè appellata, à Græcis ſphyræna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamẽ non degener: & pernæ conchārum generis, circa Pontias inſulas frequentiſſimæ. Stant velut ſuillo cruore longo in arena defixæ, hiantéq; quà impetus eſt, pedali nõ minus ſpatio, cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos, intus pro ſpondylo grandis eſt caro.

Spica, æ, In frumento dicitur totum illud quo granum continetur: cuius partes ſunt glumæ & ariſtæ. ſ. στάχυς. Ital. *Spica di biaua.* Gal. *Eſpi de blé.* Hiſ. *eſpiga.* ¶ Cic. 5. de Finib. Ne ſeges quidem igitur ſpicis vberibus & crebris, ſi aquam vſpiam videris. Dicta ſpica, quaſi ſpeca, à ſpe, vt inquit Varro de Re ruſt. lib. 1. Nam quum fruges in ſpicam exit, ſpem præbet hominibus. Seruius Spicam dictam putat à figura ſpiculi, quam refert, vbi primùm è folliculo erumpit. Tunc enim ſolùm propriè ſpicam dici arbitratur: ſed hoc non eſſe vſquequaque verum ſatis docet Varro lib. 1. cap. 48, quum granum ſpicæ partem facit: quod certè de ſpica iam primùm erumpente intelligi non poteſt, quæ quum nõdum floruerit, granum habere nõ poteſt. Verba Varronis ſunt hæc, Spica in hordeo & tritico tria habet contineotia, granum, glumam, ariſtam, & etiam primites ſpica quum oritur, vaginam. Ouid. 9. Meta. -inerant lunaria fronti Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro. Ceterem in ſpicis intercipere. Ouid. 8. Metam. de Apro Calydonio, Is modò cteſcentes ſegetes proculcat in herba: Nunc matura metit fleturi vota coloni. Et Ceterem in ſpicis intercipit. Quid ſit Ceterem in ſpicis intercipere iam ipſe expoſuit, quũ inquit, Matura vota coloni. Primò enim herbeſcit ſeges, vnde illud eſt, Segetes proculcat in herba: & in Epiſtolis, -adhuc tua meſſis in herba eſt. Deinde verò, vbi maturuit in ſpicam eſſe dicitur. ¶ Spicæ allij. Ruell. lib. 1. cap. 2, Cohærentes bulbi, in quos allij caput extumuit, qui ſeorſum conſiti nouam creant ſobolem, & nuclei, & ſpicæ Latinis autoribus appellantur. Colu. lib. 11. cap. 3, Habet enim allium plures cohærentes ſpicas, exõ; quum ſint diuiſæ, ſeriatim ſeri debent. ¶ Antiquis etiam in vſu erat ſpicus maſcul. gene. & ſpicum neutro, quod & Nonius nonorauit. De neutro genere exemplum eſt apud Ciceronem in Arato, Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo. Item apud Varronem de Lege Mœnia, Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, Neque in mala non aliquod bonum. De maſculino genere citatur verſus vetuſtas à Feſto, ſed ſine autoris nomine: Quaſi meſſor permeſſum vnumquemque ſpicum collegit. ¶ Eſt & ſpica ſignum cæleſte, orienſ in Virginis parte decima. Iul. Firmicus, Quicunque in ortu ſpicæ natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper applicatus, & multas fruges horreis condet. ¶ Spica mutica, quæ non habet ariſtam, quaſi mutila. Ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 48. ¶ Ital. *ſpica con le roſte, ſpica ſenza barba.* Gal. *Eſpi ſans barbe.* Hiſp. *Eſpiga mocha ſin raſpas.*

Spiceus, cea, um, Quod ex ſpicis eſt. ſταχύϊνος. Ital. *Di ſpica.* Gal. *D'eſpis, fait d'eſpis.* Hiſp. *Coſa de materia de eſpiga.* ¶ Tibul. Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona Spicea. Meſſis ſpicea, Virgil. 1. Georg. Spicea iam campis quum meſſis inhorruit, & quum Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent. Ouid. 1. Metamor. Stabat nuda æſtas, & ſpicea ſerta gerebat.

Spiciſer, ciſera, ferum, pennit. corr. Quod fert ſpicas. ſταχυφόρος. Ital. *che porta ſpiche.* Gal. *Qui porte eſpis.* Hiſp. *Que trahe eſpigas.* ¶ vt Ceres ſpiciſera à poëtis dicitur, Seneca Hercul. Oetæo. Et ſpiciſeræ conceſſa deæ Attica Myſtas claudit Eleuſis. Martial. lib. 10, Non Hyblà, non me ſpiciſer capit Nilus.

Spicilegium, Collectio ſpicarum, vel ſpicę ipſæ in agro à meſſoribus præteritæ. ſταχυλογία. Ital. *Spirolo, raccoglimento di ſpiche.* Gal. *La glane qu'on amaſſe apres les moiſſonneurs, cueillette d'eſpis.* Hiſp. *Obra de coger, ò cogimiento de eſpigas.* ¶ Varro 1. de re ruſt. cap. 53. Meſſe facta ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam. ¶ Hinc ſpicilegium facere dicuntur, qui meſſorum terga inſequentes, ſpicas ab iis præteritas colligunt. ταχυλογεῖν.

Spico, as, Spicas emitto. ſταχυοῦν. Ital. *ſpiciolare, mandar fuori le ſpiche.* Gal. *Getter hors les eſpis.* Hiſp. *Echar fuera las eſpigas.* ¶ Plin. lib. 18. cap. 7, Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.

Spicatus, ta, tum, nomen adiectiuum, Quod habet ſpicas. ſταχυώδης, ταχυηρός. Ital. *Che ha ſpiche.* Gal. *Qui a des eſpis.* Hiſp. *Coſa eſpigada.* ¶ Plin. lib. 21, Aliud rurſum ſpicatarum genus herbarum. Et libr. 24 cap. 15, Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramis quinis ferè folioſa. ¶ Spicatũ, nobile vnguentum Romæ dici ſolitum Galenus prodidit, & fœminis, præſertim diuitibus, familiare. Idem & Nardinum dictum, vt refert Hermolaus in Corolla. Dictum ſpicatum, quòd ex ſpica nardi conficiatur, vt docet Marcellus interpres Dioſcoridis.

Spicio, ſpicere, Verbum eſt obſoletum, quo antiqui vrebantur pro aſpicere, ſeu intueri. ſκοπῶ, θεάομαι. Ital. *Vedere, riguardare.* Gal. *Veoir, regarder.* Hiſp. *Ver, mirar.* ¶ quod & Feſtus annotauit, citans locum Plauti in Milit. Flagitium eſt, ſi nihil mittetur, quo ſupercilio ſpicit.

Spiculum, li, Lancea breuis, ſeu (vt Vegetius ait) telum miſſile, cuius ferrum eſt triangulum, vnciarum nouem, haſtile pedum quinque & ſemiſis. ſλόγχη, ξυστὸς. Ital. *Dardo, punta.* Gal. *Vne jaueline, le fer d'vne lance ou dard, le picquant.* Hiſp. *Lança, caxquillo, ò hierro de lança.* ¶ Antiqui pilum neutro genere vocauerunt. Ad huius iactum exercebantur milites, ita vt arte & virtute directa, ſcutatos pedites, & loricatos equites ſæpe tranſuerberarent. Plautus in Caſin. Si non impetrauit, ſpicula etiã inſortita ſunt mihi. Cicero in Piſon. L. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ ciuitatis, ſpiculis propè ſeruatus eſt Alpes, vt vbi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſam aliquam quæreret. Virgil. 5. Aeneid. Gnoſia bina dabo læuato lucida ferro Spicula, cælatámque argento ferte bipennem. Idem 7. Aene. Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent: cursúque ictũque laceſſunt. ¶ Accipitur & pro ſagitta. Virgil. 12. Aeneid. Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu. Aliquando ſagittæ ferrũ, ſeu cuſpis ipſa, & aculeus, vt ſunt ſpicula ſagittarum, & aculei apum. Curtius. Alexander ſagitta ictus eſt, quæ in medio cruce reliquerat ſpiculum. Virg. 4. Georg. de apibus, -& ſpicula cæca relinquunt Affixæ venis. Dictum ſpiculum, à ſpicarum ſpecie.

Spiculo, as, Cuſpidem acuo. ſακοπέω. Ital. *Aguzzar la ponta.* Gal. *Faire agu, faire la pointe à quelque choſe.* Hiſp. *Aguzar la punta.* ¶ Plin. lib. 11, Telum verò perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio.

Spiculatores, Dicti ſunt ſatellites principum, à ſpiculis quę geſtant. ſδορυφόροι. Ital. *Sberri, caffe, ſatelli.* Ga. *Sergeans ou officiers portans jauelines, archers de la garde.* Hiſ. *Hombres armados que acompañan los principes.* ¶ Corn. Tacit. Dilapſis ſpiculatoribus, cætera cohors non aſpernata concionantem.

Spicus, & Spicum, vide SPICA.

Spina, æ, Propriè eſt aculeus ſentis, vel rubi, quo pungimur. ſάκανθα. Ital. *Spino.* Gal. *Eſpine.* Hiſp. *Eſpina.* ¶ Virg. 5. Aeglog. Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis. Colum. li. 11. cap. 3, Ea ſint valliſimarum ſpinarum, maximéque

maximéque rubi, & paliuri, & eius quam Græci vocant κονόσβατον, nos sentem canis appellamus. ¶ Spinam facere dicitur asparagus, quum percrevit, & spinosus fit. Colum. lib. 11. cap. 3. Deinde quum spinam fecerit, collectis seminibus ipsis, scorpiones, ita vti sunt, in suo loco perurendi sunt. Spina etiam dicitur, vertebrarum in quocunque animali contextus inter se, (quam & Græci ἄκανθον nominant) qui est à collo ad extremum vsque os, quod sacrum dicitur: sic autem appellata est, quòd ipsæ vertebræ in suo contextu processus vtrinque ostendant spinis haud absimiles. Plin. lib. 11. cap. 37. Spina lumbis ossea, sed tereti structura, per media foramina à cerebro medulla descendēte. Eandem esse ei naturam quam cerebro colligūt: quoniam prætenui eius membrana modò incisa statim expiretur. ¶ Spina etiam pro aculeo, qualis serpentibus & hystricibus, & plerisque piscibus inest. Plin. lib. 8. cap. 15. Hystrices generat & Africa, spina contectas. ¶ Spinæ per translationem pro difficultatibus. Cic. 4. Tusc. Peripatetici autem ad placandos animos multa adferunt. spinas partiendi, & definiendi prætermittunt.

Spineus, a, um. Quod ex spinis factum est. ξ ἀκανθινος. Ital. *Di spine.* Gal. *D'espine, fait d'espines.* Hispan. *Cosa de materia de espina.* ξ vt Corona spinea, Vincula spinea. Ouid. 2. Metam. -baculúmque capit quem spinea tortum Vincula cingebant.

Spinosus, a, um, Spinis abundans. ξ ἀκανθώδης. Ital. *Spinoso, pieno di spine.* Gal. *Espineux, plein d'espines.* Hisp. *Lleno de espinas.* ξ Varro lib. 2. de Re rust. cap. 3. Quod vsu sæpe venit his quæ inter se cornibus pugnant, atque in spinosis locis pascuntur. ¶ Spinosa oratio, per translationem, pro dura, & aspera. Cic. 1. de Orat. Sed hæc erat spinosa quædam, & exilis oratio, longéque à nostris sensibus abhorrebat.

Spinetum, ti. pen. prod. Locus spinis abundans. ξ ἀκανθών. Ital. *Luoco piantato di spine.* Gal. *Vne espinaye, lieu planté d'espines.* Hispa. *Espinal, lugar de espinas.* ξ Plin. lib. 10. ca. 74. Asinus spinetis se scabendi causa atterens, oidos ægithi dissipat. Virgil. 2. Aegloga, Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.

Spinifer, pen, corr. Adiect. ξ ὁ, ἡ ἀκανθοφόρος. Ital. *Che porta ò produce spine.* Gal. *Portant espines.* *Cosa que tiene ò trae espinas.* ξ Cic. in Arato, Quod superest gelido delapsum flumine fontis Spiniferum subter caudam pistricis adhæsit.

SPINETICVM, Vnum ex Padi ostiis: quo Claudius Cæsar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius quàm naui, intrauit Adriam, à Spina vrbe nomen habens, quam conditam volunt à Diomede. Vide Plinium lib. 3. cap. 16.

SPINTHARVS, ὁ σπινθαρος, Nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum ædificauit. Autor Pausanias.

Spinter, Armillæ genus erat, teste Festo, quo mulieres vtebantur in summo brachio sinistro. ξ βραχιονιστηρ. Ital. *Fibia, armilla, maniglia.* Ga. *Vn brasselet, vne boucle ou agraphe.* Hisp. *Henilla ò cañudo, manilla ò manija.* ξ Plaut. Menæchmis, Iubeas spinter nouum reconcinnarier.

Spintriæ, Dicti sunt repertores monstrosæ libidinis, nouique concubitus. Suet. in Tiber. cap. 43, Monstrosique concubitus reperrores, quos spintrias appellabat.

Spinturnix, cis. Inauspicata auis, quæ & incēdiaria dicitur. σπιγγλις. Plin. lib. 10. cap. 13. Inauspicata est, incendiaria auis, & propter quam sæpenumero lustratam vrbem in Annalibus inuenimus, L. Crasso, C. Mario COS 1. quo anno & bubone viso lustrata est. Quæ sit auis ea nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, Incendiariam esse quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris & altaribus. Alij spinturnicem eam vocant.

Spinus, Agrestium prunorum arbor, quòd spinis referta sit. ξ προυνιὰ ἀγρία, ἀγρία πρύνη. Ital. *Sostinaro, saluatico pruno.* Gal. *Prunelier, prunier sauuage.* Hisp. *Ciruello montes.* ξ Virgil. Georg. Edurámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes.

SPIO, σπιὼ. Nympha marina, Nerei & Doridis filia, sic appellata à speluncis maris, in quibus Nymphæ habitare dicuntur. σπεῖος enim spelunca est. Virg. 4. Aeneid. Nisēque, Spióque, Thalíque, Cymodocéque, &c.

Spionia, Vitis Rauennati agro peculiaris, æstum, imbres, & nebulas facilè ferens, quæ & spinea quibusdam dicitur. Colum. lib. 3. ca. 2, At spionia dapsilis musto, & amplitudine magis vuarum quàm numero fertilis. Vide Plinium lib. 14. cap. 2.

Spionicus, a, um, adiect. vt Spionicus gustus, id est gustus vuæ spioniæ. Colum. lib. 3, cap. 21, Iam & illud magnæ dotis est, posse gustum cuiusque generis non mistum, sed verè merum condere, ac separatim reponere, siue est ille bituricus, seu basilicus, seu spionicus.

Spirabilis, Spiraculum, vide SPIRO.

Spiræ, spirarum, ξ σπεῖραι. Ital. *Collana del collo.* Gal. *collier.* Hisp. *collar que se echa al cuello.* ξ Sunt reuolutiones, siue circuli qui in se ipsos non recurrunt: vnde in matronarum ornamentis spiræ dicuntur, quidam quasi circuli caput aliquoties ambientes. Plin. lib. 9. cap. 35, Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij principis matrona, nec seriò quidem, aut solenni cæremoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis, margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, monilibus, digitisque. ¶ In serpentibus quoque spiræ dicuntur, quum in orbem cōtracti quosdam quasi circulos imitantur. ξ Ital. *Piegamento intorno che fa vn serpente.* Gal. *Plesment en rond, comme celluy que fait vn chable ou vn serpent entortille.* Hisp. *Rosca como de culebra.* ξ Virg. lib. 2. Georg. Nec rapit in immensos orbes per humum, neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis, Et lib. 2. Aeneid. -spirisque ligant ingentibus, & iam Bis medium amplexi. ¶ Funes item nautici in orbem conuoluti, propriè spiræ dicuntur. ¶ Item Spira dicitur funiculus, qui à pileo ad fauces extenditur, & sub mento alligatur. Iuuen. Sary. 8. -de faucibus aurea quum se Portigat, & longo iactetur spira galero. ¶ Basis item columnæ vnius tòri aut duorum spira dicitur. Plin. lib. 36. cap. 33. In Ephesiæ Dianæ ædē primùm columnis spiræ subditæ, & capitella addita. ¶ Item Spira genus operis pistorii, vt ait Festus. Cato, Spiram sic facito: quantum voles pro ratione, ita vti placenta fit, eadem omnia facito, &c. ¶ Ennius etiam spiram hominum multitudinem vocauit. Festus.

Spiro, ras. Spiritum duco, animam emitto & attraho. ξ πνέω. Ital. *spirare, mandar fuora il fiato, esalare.* Gal. *Halener, getter hors son vent, souffler.* Hispa. *Espirar ò resspirar, echar à fuera el soplo.* ξ Plin. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinet. Idem lib. 9. cap. 7. Spirant autem confessione omnium & paucissima alia in mari. ¶ Spirare, flare: vt, Valentius spirat Eurus, id est flat. Oui. 11. Meta. Quum mare sub nocte tumidis albescere cœpit Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus, &c. Clementius spirant Austri, Stat. 2. Syl. ¶ Aliquando Spirare, est odorem aliquem emittere, siue exhalare: & sic cōstruitur cum accusatiuo. Virg. 1. Aene. Ambrosiæque comæ diuinum à vertice odorem Spirauere. Colum. lib. 1. Reliquisque immūditiis rerum odore spirantibus. Exta spirantia, hoc est Palpitantia. Virg. 4. Aene. Spirātia consulit exta. Spirātia signa, hoc est tam artificiosè facta, vt viuere, atque adeò spirare videātur. Virg. 3. Geor. Stabūt & Parij lapides spirātia signa ¶ Huius verbi cōposita sunt, Aspiro, Cōspiro, Expiro, Interspiro, Prospiro, Respiro, & Suspiro.

Spiritus, Halitus: idem enim sunt Spiritus, Halitus, & Anima. ξ πνοὴ, πνεῦμα. Ital. *Spirito, animo, fiato.* Gal. *Haleine, vent, esprit, ame, souffle.* Hilpa. *Espirito, soplo.* ξ Cic. 2. de Natur. deorum. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. Idem de Senectute, Quorum vsque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. Auferre spititum sine sensu doloris. Cic. in Verr. ¶ Accipitur aliquando Spiritus pro vento. Virgil. 12. Aeneid. Ac velut Edoni Boreæ quum spiritus alto Insonat Aegeo. ¶ Nonnunquam etiam pro animi elatione. Cicero pro Sylla. Res enim gestæ, credo meæ, me nimis extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Cæsar lib. 3. belli Ciu. His rebus tantum fiduciæ ac spiritus Pompeianis accessit, vt non de ratione belli cogitarent, sed vicisse iam sibi viderentur.

Spiritualis, & hoc, le, & per syncopē spiritalis, &, le, Quod halitum emittit. ξ πνευματικὸς. Ital. *Spirituale.* Gal. *Spirituel.* Hispan. *Cosa espiritual.* ξ Vnde Spiritales auras dicimus, id est vitales: & Spiritalem fistulam, pro aspera arteria.

Spirabilis, le, Virale, quo spiramus. ξ πνευστὸν. Ital. *Spiraglio, col quale respiramo.* Gal. *Dequoy nous halenons, qui cause qu'on gette vent.* Hisp. *Cosa que espiramos, y con ella espiramos.* ξ Virg. 2. Aene. -per sidera testor, Per superos, atque hoc cæli spirabile lumen. Spirabilis animus, Cic. 2. de Nat. deo. Quin & humorem, & calorem, qui est fusus in corpore, & terrenam ipsam viscerum soliditatem, animum denique ipsum spirabilem, siquis quærat vnde habemus, apparet: quòd aliud à terra sumpsimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre eo, quem spiritum dicimus.

Spiramen, minis. Per quod exit spiritus. ξ φυσητὴρ. Ital. *Spiramento, spiraglio.* Ga. *Respirement, souspirail, trou par ou sort l'air ou la fumee.* Hisp. *Espiradero.* ξ vt, Naris spiramina. Lucan. lib. 2, Hic aures, alius spiramina naris aduncæ. Stat. 12. Theb. -reficit spiramina fossi Ignis.

Spiramentum, ti, Est per quod exit spiritus. ξ φυσητήριον. Ital. *Spiramento.* Gal. *Souspirail.* Hisp. *Espiradero.* Virg. lib. 4. Georg. Nequiequam in rectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. ¶ Spiramenta, pro poris, Plin. lib. 32. cap. 6. Spiramentum cauernæ. Iustinus, Vbi acriori per spiramenta cauernarum vento incubuit. Virgil. 1. Georg. Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat Spiramenta.

Spiraculum, li, per quod odor, aër ve expiratur, aut exhalat. ξ φυσητήριον. Ital. *Spiracolo.* Gal. *Souspirail respirement.* Hisp. *Respiradero.* ξ Virgil. 7. Aene. Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis Monstrantur. Id est aditus: ait Seruius. Plin. lib. 2. cap. 93, Vt in Sinuessano agro & Puteolano sunt, quæ spiracula vocant, mortiferum spiritum exhalantes.

Spirarchus, σπειράρχης, Quasi primipilaris, aut cohortis præfectus. Nam σπεῖρα inter cætera cohortem significat.

Spirillū, Antiqui dicebāt barbā capræ. Festus ex sentētia Opilij Aurelij.

Spissus, a, um, Idem quod densus: cui opponitur Rarus. ξ πυκνὸς. Ital. *spesso, massiccio.* Ital. *Espois, massif.* Hisp. *Espesso, macizo.* ξ Virg. 2. Georg. -scrobibus superabit terra repletis Spissus ager. Ouid. 1. Metam. Et liquidum spisso secreuit ab aëre cælum. Idem lib. 1. Amor. Eleg. 13, Aut caderet spissa nube retentus equus. Plin. lib. 12. cap. 24, Aspalathi probatio est in colore rufo, vel igneo, tactúque spisso. Corona spissa viris. Virg. 9. Aene. Quà rara est acies, interlucétq; corona Non tam spissa viris. ¶ Quandoque significat tardum. Plaut. in Cistell. Spissum hoc est, amanti dicere, Venict. Cic. ad Att. lib. 10. Sed hoc quoque timidè scribo, ita omnia adhuc tarda, & spissa. Idem ad Qu. Frat. lib. 2, Scribebam illa quæ dixerant πεδίπαξ, spissum sanè opus & operosum. Cæcilius Dardano, Nihil ego spei credo: omnes res spissas facit. ¶ Hinc etiam Spissius legimus pro tardius. Varro Mysteriis, vt citat Nonius, Nascimur enim spissius, quàm emorimur. Vix duo homines decem mensibus edolatum vuum reddunt puerum: contrà vna pestilentia totas acies puncto temporis immanes aceruos facit. ¶ A Spissus fiunt Spissior & Spississimus. hoc est densior, & densissimus. Plin. lib. 12. cap. 21, Ediuerso Arabica glans viridis ac tenuior: & quoniam montosa sit, spissior. Idem lib. 16. cap. 40, Spississima ex omni materia, ideo & grauissima indicatur ebenus.

Spissè, aduerbium. Densè, siue ad multam spissitudinem. ξ πυκνῶς, πυκνῶν. Ital. *Spessamente, strettamente.* Gal. *Espoissement, serrément.* Hisp. *Espessamente.* ξ Plin. lib. 36. ca. 25, Deinde spissè calcatis carbonibus inducitur, sabulo, calce ac fauilla mistis. Cic. de Clar. Orat. Quandiu in eorum enumeratione versamur, quum tamen spissè atque vix, vt dudum ad Demosthenem & Hyperidem, sic nunc ad Antonium Crassúmque peruenimus.

Spisso, as, Spissum facio. ξ πυκνόω, πύκνωμι. Ital. *Ingrossare.* Gal. *Faire ou rendre espois, reserrer & restraindre.* Hispan. *Espessar lo ralo ò liquido.* ξ Plin. lib. 12. cap. 41, Omne lac igne spissatur. Spissari in panem farinæ modo. Plin. lib. 15. cap. 4. Dentes pectinatim spissati. Idem libr. 31. cap. 11, Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Ouid. 15. Metamor. Ignis enim densum spissatus in aëra transit. Nubes spissatæ, Lucan. lib. 4, Spissatæque fluunt, nec seruant fulmina flammas. ¶ Huius composita sunt, Inspisso, & Conspisso, quorum significata vide suis locis.

Spissesco, scis, scere. Spissum fieri. ξ πυκνοῦσθαι, πύκνωσις. Ital. *Ingrossirsi.* Gal. *Espoissir, deuenir espois.* Hisp. *Espessarse.* ξ Celsus lib. 5. de Curatione aduersus ictum aspidis, Eadem ergo vi verisimile est spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, & sic dari sanitatem. Lucret. lib. 6. Fecit vt ante cauam docui spissescere nubem.

Spissamenta vocantur, quæ à Græcis πλάσματα dicuntur, quæ in vnguentorum confectionibus, & oliuatum, aliorúmq; id genus fructuum condi-

turis

tuis extrema adduntur, ne fluitet quod conditum fuerit. Colu. lib. 12. cap. 44, de conditura mulæ. Post hæc in vmbra triduo siccentur, & ita in fidelium picatam recondãtur alieno passo, vel defruto, quod supernatet: spissamentó ue cuniculæ impositó, contectum vas pelliculetur.

Spissigradus, Qui tardo passuum motu in ambulando vtitur. Βραδύπους. Antiqui enim spissum dicebant pro tardo, vt paulo post latius docebimus suo loco. ¶ Hinc spissigradior, & spissigradissimos. Plautus in Pœn. -homines spissigradissimos Tardiores multo quàm corbitæ sunt in tranquillo mari.

Spissitas, atis, Idem quod spissitudo. {πυκνότης. Ital. spessezza. Gal. Espoissure. Hispan. Espessura.} Plinius libro 28. cap. 30, Quoniam spissitate sua constiterit.

Spithama, æ, σπιθαμή, Palmus, constans ex duodecim digitis, quem Latini dodrantem appellant. Plin. libro 7. cap. 2, Supra hos extrema in parte montium spithamæi Pygmei narrantur, tenas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes.

Splen, huius splenis, masc. gene. {σπλήν. Ital. Milza. Gal. La rate. Hispa. El bazo} Viscus est in sinistra animalis parte situm, succos crassos & melancholicos in hepate genitos ad se attrahens, quorum parte subtilissima quum se aluerit, quod superest, proptio quodam meatu ad ventriculum remittit. Latini lienem appellant. Cessus lib. 4, Splen in sinistra parte est intestino innexus, natura mollis & rarus, lõgitudinis & crassitudinis modicæ. Plin. lib. 8. cap. 23, Sanguis in corde, & circa oculos tantum: viscera sine splene. Persius saty. 1, Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.

Splenecticus, adiectiuum, {σπληνητικός. Ital. Chi ha male di milza. Gal. Qui a mal en la rate. Hispan. Dolente del bazo.} Id est lienosus, cui post inflammationem lien in pristinum non restituitur habitum, sed tumor permanet, ac durities. Plin. lib. 20. cap. 9, Item splenecticis in vino albo per dies quadraginta.

Splenium, nij, {σπλήνιον. Ital. Empiastro da vna piaga. Gal. Emplastre qu'on applique sur vne playe. Hisp. Emplastro para llaga.} Emplastri genus, oblongũ, quod ferè frontr ad sedandos capitis dolores solet adhiberi, quanquam & aliis partibus interdum accommodetur: nomen habens ab oblonga splenis figura. Martialis, Splenia tolle leges. Plin. lib. 29. de oculis cruore suffusis loquens. Superimponi opottet splenium è melle decoctum.

Spleniatus, a, um, {σπληνιατικός. Ital. chi ha vn empiastro. Gal. Qui a vn emplastre. Hisp. Que tiene emplastro.} Splenio obuolutus. Martialis lib. 10, Cur spleniato sæpe prodeam meto, Albáve pictus sana labra cerussa, Phileni quæris: basiare te nolo.

Splendeo, es, ui. Luceo. {λάμπω. Ital. Risplendere, rilucere. Gal. Reluire, resplandir. Hispan. Resplandecer.} Mattia. lib. 4, Et facies multo splendeat alba pilo. Virgil. 7. Aenoid. Splendet tremulo sub lumine pontus. Cicero pro Sestio, Quid denique virtus valeret, quæ in tempestate sæua quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendétque per se semper, neque alienis vnquam sordibus obsolescit. Horat. 1. Carm. Ode 14, Vrit me Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius.

Splendesco, scis, Splendidus fio, nitorem acquiro. {λαμπρύνομαι. Ital. Cominciare à risplendere. Gal. Commencer à resplandir & reluire. Hisp. Commençar à resplandecer.} Apuleius, Quum iam aurora splendescetet. Martial. lib. 8. Desluat, & lento splendescat turbida limo Amphora, centeno Consule facta minor. Cice. Parad. Nihil tam horridum, tam incultũ, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Idem de Senect. Omnino canorum illud in voce, splendescit etiam nescio quo pacto in senectute. Virg. 1. Georg. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.

Splendor, oris, Lux, nitor, claritas. {αὐγή, λαμπρότης. Ital. splendore, luce. Gal. Resplendissement, lueur, clarté. Hisp. Resplandor.} Plaut. in Mere. Cælum vt splendore est plenum, nónne ex aduerso vides? Horat. 1. Serm. saty. 4, Hunc capit argenti splendor, stupet Albius ære. ¶ Per translationem ponitur pro decore, dignitate, gloria. Λαμπρότης. Vnde splendor nominis, splendor familiæ, splendor virtutum: hoc est claritas. Cic. pro Pompeio, Nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet. Idem pro Cluentio, Honesti homines & summo splendore præditi.

Splendidus, a, um, Clarus, lucidus, nitidus. {λαμπρός. Ital. splendido, resplendente. Gal. Clair & reluisant, resplendissant. Hisp. Resplandeciente.} Cic. in Parad. Reminiscar M. Curius, aut eorum aliquis quorum in villa ac domo nihil splendidum nihil ornatum fuit, præter ipsos. Virg. 1. Aene. At domus interior regali splendida luxu Horat. lib. 3. Carm. Ode 15, O fons Blandusiæ splendidior vitro, Dulci digne mero. Cice. 1. Offic. In maximis animis, splendidissimisq; ingeniis plerunq; existunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates. Splendidus homo, id est magnificus, diues, lautus, liberalis: cui opponitur sordidus. Cic. 1. de Finibus, C. Plotius Eques Romanus splendidus.

Splendidè, aduerbium, Lautè, magnificè. {λαμπρῶς. Ital. splendidamente, magnificamente. Gal. Illustrement, magnifiquement. Hisp. Resplandecientemente, magnificamente.} Cic. 3. Tusc. Et acta ætas honestè ac splendidè, tantam adfert consolationem, vt eos qui ita vixerunt, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter tangat animi dolor.

Spleneticus, Splenium, vide SPLEN.

Spodos, siue Spodium, σποδός, σποδίον, Cineris genus est quod ex fornacibus æraris sursum euolat, atque inde recidit in pauimẽtum. Nam quod testudini fornacis adhæret, pompholyx dicitur. Vide Galenum libro 9. Simpl.

SPOLETIVM, tij, σπολήτιον, Ciuitas in Vmbria, etiam hodie nomen retinens. Vulgo. Spoleto.

Spoletinus, a, um, penult. prod. σπολητῖνος. Vt ab Aretio Aretinus: vt, P. Cominus Spoletinus, apud Ciceronem de Clar. Orat. Martial. lib. 13, De Spoletinis quæ sunt cariosa lagenis, Malueris, quàm si vina Falerna bibas.

Spolium, spolij, Quicquid hostibus detrahitur, vt ait Seruius. {σκῦλον. Ital. Lottini, spoglie d'inimici. Gal. Despouille, pillage, butin. Hisp. Despoje de los enemigos, presa, à robo.} Virg. 8. Aene. -nam maximus vltor Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus Alcides aderat. Spolia opima, quæ dux duci detrahit: qualia fuerunt ea, quæ primus omnium Ioui Feretrio obtulit Romulus, rege Ceninensium manibus suis in acie occiso: vt est videre apud Liuium lib. 1. ab Vrbe.

Spolio, as, Exuo, nudo, orbo, priuo, spolia detraho. {σκυλεύω. Ital. spogliare. Gal. Despouiller, piller, dẽtrousser. Hisp. Despojar.} Liu. lib. 1, ab Vrbe. Exercitum fundit fugátque, fusum persequitur, regem in prælio obtruncat, & spoliat. Cice 6. Verr. Apollonium omni argento spoliasti, & depeculatus es. Terent. in Hecy. Quin spolies, mutiles, lacores. Virg. 5. Aeneid. Pars spoliant aras. Lucan. lib. 3, -tristi spoliantur templa rapina. Cice. 3. Verr. Nesciebas ab eo Cn. Carbonem Consulem, cuius re vera Quæstor fuit, non modó relictum, sed etiam spoliatum auxilijs, pecunia nefariè oppugnatum, & proditum? Idem pro Quint. Necesse est, iste qui amicum, socium, affinem, fama & fortunis spoliare conatus est, vanum se, & perfidiosum, & impium esse fateatur. Virg. 5. Aeneid. -cedit, quoniam spoliata magistro est. ¶ Huius composita sunt Despolio, Dispolio, de quibus suis locis.

Spolior, inquit Nonius, Antiqui dicebant pro spolio: vnde Despolior, & Expolior, in actiua significatione leguntur. Afranius. Quos impunè depopulatur & despoliatur dedecus. Quadrigarius, Agrum Campanum expoliabatur.

Spoliatio, tionis, verbale, Spoliorum detractio, depopulatio. {σκύλευσις. Ital. spoliamento. Gal. Pillerie, despouillement. Hisp. Despojamiento, obra de despojar.} Cic. 4. Verr. Quum in legatione oppidorum, funerúmque spoliationis cogitaret.

Spoliator, toris, verbale Qui alterum spoliat {λῃστρογράφος. Ital. spogliatore. Gal. Pilleur, voleur. Hisp. Despojador.} Cic. 6. Verr. Neque solùm spoliata illa patiere, sed etiam spoliatorem vexatorémque eorum defendes?

Spoliatium, ij. Propriè locus ante balneum, in quo loturi sese spoliabant. {χῶρος ἐν ᾧ γυμνοῦνται. Ital. Luogo dove si spoglia ne' bagni. Gal. Le lieu ou on se despouille és baings. Hispan. Lugar donde se ponen los despojos.} Accipitur tamen & pro quouis alio loco, in quo quis vestibus, pecunia, aliáve re à latronibus exuitur. Plin. in Pan. Quàm innat cernetè ærarium silens & quietum, & quale ante delatores erat: nunc templum illud nunc verè Deus, non spoliarium ciuium, eruentarúmque prædarum fœuum receptaculum.

Spoliatrix, {ἡ σκυλεύουσα, ἡ σκυλεύσασα. Ital. Donna che spoglia. Gal. celle qui pille & despouille. Hispa. Despojadora.} Martial. lib. 1. Sic spoliatricem commendat faustus amicam.

Sponda, dæ, Latus lecti: nam spondæ sunt tabulæ quæ vtrinque lectum sustinent. {κλίνη, vel ἡ τῆς κλίνης πλάγιος. Ital. sponda del letto. Gal. Vn chaslit, ou les costés d'vn chaslit. Hisp. La cama ò lecho de madera ò mejor, los lados de la cama, ò las orillas.} Martial. lib. 1, Sed si nec focus est, nec nudi sponda grabati. Vir. 1. Aen. Quum venit aulæis iam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediámque locauit. Horat Epod. 3, -precor Manum puella suauio opponat tuo, Extrema & in sponda cubet.

Spondeo, des, spopondi, sponsum, Idé quod sponte promitto. {ὑπισχνέομαι, ὑπόσχομαι. Ital. Promettere. Gal. Promettre de franche volonté. Hisp. Prometer.} Cic. 14. Phil. Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturum Reipublicæ spopondit. Idem ad Atti. lib. 16, Egit autẽ pater & filius, vt tibi sponderem: sed ita, vt tum crederes, quum ipse cognosces. Idem Lentulo lib. 1, dependendum tibi est quod mihi pro illo spopondisti. Idem ad Trebonium lib. 15, Quod ego non modò de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi. Vir. 12. Aene. Nam quid ago, aut quæ iam spondet fortuna salutem? Ouid. in Ibin, Te fera nec quicquam placidum spondentia Martis Sydera præsserunt. ¶ Spondere puellam dicitur pater alicui, quũ pollicetur futurum esse vt eam vxorẽ ducat. Plaut. Trin. -spondẽn' ergo Tuam gnatam vxorem mihi? C. H. spondeo, & mille auri Philippũm dotis. ¶ Eius composita sunt Consspondeo: vnde veteres Consponsor dicebant, teste Festo, fide mutua obligatos. Et consponsores duo, pluréſve eandem rem promittentes. Cic. Lepræ. De negotio tuo, quòd sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Despondeo, & Respondeo, de quibus alibi.

Sponsus, a, um, participium, Promissus. {μνηστός, ὑπισχνούμενος. Ital. Promesso. Gal. Promis. Hisp. Prometido.} Terent. in Eunuc. Scis sponsam mihi? Subaudi. Esse. Idem Phorm. -etiamnunc si vult Demipho Dare, quantum ab hac accepio, quæ sponsa est mihi, Nullam mihi malim, quàm istanc vxorem dari.

Sponsus, sponsi, masc. gen. Cui spondetur. {μνηστής. Ital. Sposo. Gal. Accordé & fiancé. Hisp. Esposo.}

Sponsa, æ, Puella quæ spondetur. {μνηστή. Ital. sposa. Gal. Accordée ou fiancée, espouse promise. Hisp. Esposa.} Plaui Casi. Huc venisti sponsam præreptum meam? Iuuen. Saty. 1, Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ Quem sponsæ turpes, & prætextatus adulter?

Sponsus, sus, Sponsio. {ὑπόσχεσις. Ital. Promissione, promessa. Gal. Promesse. Hispan. Obra de prometer, promessa.} Seruius Sulpitius, Si post eas stipulationes vxor non dabatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat, iudices cogoscebant.

Sponsor, oris, Id est fideiussor, qui pro altero spondet. {ὑποσχέτης. Ital. segurtà, chi promette. Gal. Qui promet, promettant. Hispan. Prometedor, fiador.} Cicero Attic. libro 1. Tulliola, nostræ deliciæ, tuum munusculum flagitat, & me, vt sponsorem, appellat. ¶ Sponsor item dicitur is qui puellam viro promittit. Ouid. Epist. 2, Qui mihi coniugij sponsor & obsses erat.

Sponsio, sponsionis, verbale, Idem significans quod promissio. {ὑπόσχεσις. Ital. Promissione, promessa. Gal. Promesse. Hisp. Promessa, fiança ò apuesta.} Paulus de verb. signi. Sponsio appellatur non solùm quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissióque. ¶ Erat etiam Sponsio, genus actionis apud antiquos, quod fiebat interpolita stipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui sponsione vinceretur, & coram recuperatoribus, aut alio iudice disceptabatur. πεντηκοστολόγια. Erat autem decima pars controuersæ rei in causis priuatis: in publicis autem quinta apud Græcos, autore Polluce, pœna scilicet temerè litigantium. Cice. lib. 3. Offic. Fimbriam Consularem audiebam de patre, iudicem M. Luctatio fuisse equiti Romano, sanè honesto, quum is sponsionem fecisset, ni vir, bonus esset. Fiebat sponsio plerunque in interdictis: id quod ostendit Quintilianus in septimo, Quoties autem, inquit, poterimus, efficiedum est vt de re quacunque bene sentiat iudex: sic enim iuri nostro libentius indulgebit, vt in sponsionibus quæ ex interdictis fiunt etiam

si non proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis: tamen non tantùm possediſse nos, sed etiam rem nostram possediſse dicere oportebit. Cicero pro Cæcinna, Erat enim Cæcinna de fundo vi armata deiectus: propterea Prætor interdixerat, vt vnde deiecisset, restitueret: restituisse se dicit: sponsio facta est. hac de sponsione vobis iudicandum est. Sponsio voti. Cic. 2. de Leg. Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio, qua obligamur deo: pœna verò violatæ religionis iustam recusationem non habet.

Sponsalis, sponsale, Quod ad sponsionem pertinet. {μνηστήριος. Ital. *Pertinente à promessa.* Gal. *Apartenant à promesse.* Hispa. *Perteneſciente à promeſſa.*} Vnde sponsalis dies dicitur quo puella sperato promittitur.

Sponsalia, orum, Promissio, siue stipulatio futuratum nuptiarũ. {μνηστῖνα. Ital. *Sponsalitio matrimagglio.* Gal. *Fiançailles, l'accord & appointement du mariage à venir.* Hispa. *Promeſſa por caſamiento.*} Sponsalia hoc modo fiebant, Qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat, stipulabatur eam sibi in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat, itidem stipulabatur eam traditum iri. Is contractus stipulationum, sponsionúmque dicebatur sponsalia. Vide Gellium li. 4. cap. 4. Vlpia. l. 2. de Sponsal. Sponsalia dicta sunt à spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi futuras vxores. Iuuen. saty. 6, Conuentum tamen & pactum, & sponsalia nostra Tempestate paras.

Sponso, sas, frequentatiuum à spondeo, quod significat vxorẽ sibi stipulari. {μνηστεύω. Ital. *Promettere, sponsare.* Gal. *Accorder & fiancer vne fille, la promettre en mariage.* Hisp. *Prometer como por caſamiento.*} Paulus de Ritu nupt. l. 1, Siquis officium in aliqua prouincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, vxorem ducere non potest, quamuis sponsare non prohibeatur: ita scilicet, vt si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arrhis tantummodo redditis quas acceperit. Budæus.

Spondeus, pen. prod. σπονδεῖος, pes duabus syllabis longis constans: qui in Heroico versu omnem sibi vẽdicat locum, licet raro quinto loco reperiatur. Dictus quòd in sacrificiis & libamentis eo maxime vterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœdúsque, ac sponsionem significat.

Spondylion, lij, siue Sphondylion, σφονδύλιον Dioscoridi, Herba est in locis palustribus nascens, foliis propemodum platani, caulibus cubitalibus, vel etiam amplioribus, fœniculi caulibus non dissimilibus, qui semen afferunt in cacumine filis similitudine, sed duplex & latius, candidum, paleosum, graue olens, flore candido, vel pallente, radice alba, raphano simili. Romani teste Dioscoride, herbam rurinalem appellarunt. Plin. lib. 12. cap. 26, Inter ferulæ genera annumerat, pœnacique similem facit, nisi quòd minora habeat folia, & platani diuisura.

Spondylis, dylis, fœminini generis, σπονδύλη Aristoteli. Serpentis genus, quod Gaza ex Aristotele verticellam vertit. Plin. lib. 27. cap. 13, Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta spondyli, quæ omnes persequitur, genus id serpentis est.

Spondylus, li, siue Spondylus, masculini gene. {σπόνδυλος, σφόνδυλος. Ital. *Spondiglio, nodo della schena.* Gal. *Spondile, neu de l'eſchine.* Hisp. *El eſpondil, ñudo del eſpinaço.*} nodus, seu vertebra spinæ dicitur. Sunt autem in ipsa spina spondyli quatuor & viginti, quorum septem collum constituunt, duodecim thoracem, quinque alij lumbos. ¶ Spondylus in mari animal apud Plinium lib. 32. cap. 11. ¶ Spondylus, calculus æneus, quo suffragia sua Iudices Athenis dabãt, vt est apud Iuliũ Pollucem. ¶ Spondylus, verticillũ quod apponitur fusis, vt nẽdo melius vertantur. ¶ Spondylus, callus, siue caro interior ostreorum. Plin. lib. 32. cap. 6, Neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vasto, spondylo breui, arq; non carnoso, nec fibris laciniosо, ac tota in aluo. ¶ Spondylo vtitur Martialis pro animalium ossiculis. lib. 7, Rosos tepenti spondylos sinu condit.

Spongia, æ, {σπόγγος. Ital. *Spongia, ſpugna.* Gal. *Eſponge.* Hisp. *eſponja.*} Quiddam est in natura tertium ordinem habens, vt neque animal, neque frutex, sed tertium quiddam, ac medium inter vtrunq; genus dici possit, quod Græci ζωόφυτον appellant. Plurimis locis in saxis marinis nascũtur spongiæ, diuersisque nominibus ab antiquis distinctæ, quoniam nõ vna est earum bonitas & vsus. Sensum iis inesse apparet, quia vbi auulsorem sensere, contractæ multò difficilius abstrahuntur: auulsæ relinquunt in petris veluti cruoris vestigium, atque ex his quasi molliores penicilli recrescunt. Spongias antiqui in deliciis habuerunt, stigilum vice, linteorumq; illis vtentes ad distringenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebant, tinctas per æstatem salis spuma ad lunam & pruinas sternẽtes inuersas, vt candorem haberent. Apud antiquos in vsu erat tergendarum mensarum, adhibebantúrque ad obscœna emundanda. Marti. lib. 14. Hæc tibi fortè datur tergendis spongia mensis Vtilis, expresso quum leuis imbre tumet. Senec. lib. 10. Epist. Vnus è Germanis lignum id, quod ad emundanda obscœna, adhærente spongia, totum in gulam farsit, & in præclusis faucibus spiritum emisit. ¶ Accipitur & Spongia pro asparagi satiui radice, apud Plinium & Columellam lib. 11. cap. 3.

Spongiola, læ, diminutiuum à spongia, quo nomine etiam significatur quiddam squamatim compactum è cynorthodi ramis paruæ spongiæ modo dependens. σπογγίδιον. Plin. lib 25. cap. 2, Aliàs apud autores cynorrhodi vna medicina erat, spongiolæ, quæ in mediis spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. ¶ Spongiolæ, radiculæ asparagorum inter se implicitæ. Columel. lib. 11. cap. 3. Sulci autem inter se pedali mensura distantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita spongiolæ deprimuntur, vt facile superposita terra germinent.

Spongiosus, adiectiuum, Quod similitudinem spongiæ habet. {σπογγώδης. Ital. *Spongoſo.* Gal. *Eſpongieux.* Hisp. *ſponjoſo, ò coſa à manera de ſponja.*} Plin. lib. 11. cap. 37. Idcirco pulmo spongiosus.

Spongiare, Significat spongia extergere, quo frequenter vtitur Apicius. ἀποσπογγίζειν.

Spongiatores, Qui spongias captant. σπογγοβάφοι, ea fórma dicti, qua purpuratores appellantur, qui purpuras piscantur. Vide Cælium Rhodig. libro 8. cap. 11.

Spongites, σπογγίτης, Gemma est à spongiæ similitudine dicta. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sponsa, Sponsilis, Sponsio, Sponso, Sponsus, vide SPONDEO.

Sponte, Nomen ablatiui casus, idem valens quod aduerbium vltro, hoc est propria voluntate. {αὐτομάτως. Ital. *De ſua poſta, di volonta.* Gal. *De bongré, ſans contrainte, volontairement.* Hispa. *Voluntariaſamente.*} Cic. Attic. Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Virgil. 4. Aeglog. Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos. ¶ Sunt qui putent sponte aduerbium esse, quod certe verum esse non potest, tum quòd admittat secum adiectiuum, quemadmodum alia nomina substantiua: vt Mea, tua, vel sua sponte: tum quòd non rarò legatur eius substantiua: vt Mea, tua, vel sua sponte: tum quòd non rarò legatur eius genitiuus sponte. Celsus lib. 1. cap. 1, Sanus, qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet. Varro lib. 2. de Re rust. Spontis suæ statuerat finem.

Spontaneus, nea, neum, Quod est voluntarium, aut naturale. αὐτόματος.

Spontalis, spótale, Idem significat quod spontaneus, vltronus. {αὐτόματος, αὐθαίρετος. Ital. *Volontario, ſpontaneo.* Gal. *Volontaire.* Hisp. *Coſa de ſu propria voluntad, voluntarioſo.*} Apul. li. 4, Quumque nulli nostrum spontale parricidium suadens persuadere posset, gladium per medium pectus ictu fortissimo transadigit.

SPORADES, σποράδες, Insulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio, sicut Strabo lib. 10. scribit. Dictæ quòd in mari sparsæ sint, nõ in orbem coarctatæ, quemadmodum & Cyclades. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocusa, Phæcasia, Schinusa, Pholegandros, Thera, Anaphe, Astypalæa, Lagusa, & Ios, in qua Homerus fertur esse sepultus.

Sporta, æ, aut à sporto herba, quæ frequens apud Hispanos nascitur, aut ab asportando: erat vasis genus, ex vimine, iuncis, aut sparto, aut simili leuiore materia. {σπυρίς. Ital. *Sporta.* Gal. *Vn panier ou vne corbelle.* Hispa. *La eſpuerta.*} Sallu. lib. 2. Histo. E muris canes sportis demittebant. Columel. lib. 8. cap. 7, Locus ad hanc rem desideratur calidus maximè, & minimi luminis, in quo singulæ caueis includantur angustioribus, vel sportis inclusæ pendeant aues.

Sportula læ, diminutiuum. {σπυρίδιον. Ital. *Sportella.* Gal. *Petit panier, corbillon.* Hisp. *Pequeña eſpuerta.*} Plaut. in Curcul. Qui inceduut suffarcinati cum libris, cum sportulis. Idem in Menæch. Sportulam cape atque argentum: ecce numos tres habes. c. Habeo. 2. abi, atque opsonium affer. ¶ Et quoniam in sportulis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum vsum deferri solebat, factum est vt sportula pro iis cibis, & pro ea pecunia acciperetur quæ à magnatibus iis quotidie dabatur, qui ipsos officij gratia essent comitati, aut domi salutauissent togati. τὸ σπυρίδιον φορῶ, δῶρον καὶ δόσιν. Iuuen. Saty. 1, -nunc sportula primo Limine prima sedet turbæ rapienda togatæ. Idem Saty. 3, Nónne vides, quanto celebretur sportula fumo?

Sportella, diminut. genus quoddã bellariorum significans. σπυρίδιον. Cicero ad Papyrium Pætum, Dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui.

SPORVS, Spado fuit à Nerone in deliciis habitus, quem etiam in mulierem conatus est transformare, eundémque dote inter auspices cõsignata, palàm vxorem duxit. Post Neronis autem necem, inssus à Vitellio vt in habitu constupratæ puellæ se in theatro sisteret: non ferens tantam ignominiam Sporus, manus sibi intulit.

Spudastes, æ, σπουδαστής. Fautor, studiosus. Hiero. lib. de scrip. Eccles. vbi de diuo Luca agit, Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia σπουδαστήν, id est amatorem, Pauli, conuictum apud Iohannem, quòd autor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore feciſse, loco excidisse.

Spuma, æ, Rara quædam fæx, quæ per ebullitionem, aut vehementem agitationem rebus liquidis supernatat, {ἀφρός. Ital. *Spuma, ſchiuma.* Gal. *Eſcume.* Hisp. *Eſpuma.*} Virgil. Aeneid. -spumas salis ære ruebant. Oui. 3. Metam. Spumáque pestifero circumfluit albida rictus. Virgil. 3. Aeneid. Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere, Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.

Spumeus, a, um, Spuma abundans. {ἀφρώδης. Ital. *Che rende gran ſpuma.* Gal. *D'eſcume, plein d'eſcume.* Hisp. *Lleno de eſpuma.*} Virgil. 10. Aeneid. Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.

Spumosus, a, um, Idem. ἀφρώδης. Plin. lib. 12. cap. 7, Lycium aptissimum medicinæ, quod est spumosum. Virgil. 6. Aeneid. Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.

Spumatus, adiectiuum, Spuma aspersus. {ἀφρώδης. Ital. *Schiumato, ſpumato.* Gal. *Couuert ou plein d'eſcume.* Hispan. *Eſpumado.*} Cic. 1, de Diuin. Saxáque cana salis niueo spumata liquore, Testificas certant Neptuno reddere voces.

Spumifer, ra, rum, Idẽ spumosus. {ἀφρώδης. Ital. *Che fa la ſpuma.* Gal. *Qui porte eſcume, eſcumant.* Hisp. *Coſa que tiene ò trahe eſpuma.*} vt, Fluctus spumiferi. Stat. lib. 1. Achill. Illi spumiferos glomerant à pectore fluctus.

Spumiger, gera, gerum, Eiusdem significationis cum superiore. vt, Fons spumiger. Ouid. lib. 11. Metam. Spumigeróque cuum fonti qua plurimus exit, Subde caput. Lucre. lib. 5, Electique domo fugiebant saxea tecta Spumigeri suis aduentu, validique leonis.

Spumo, mas. Spumam emitto. {ἀφρίζω. Ital. *Mandar fuora la ſpuma, far la ſpuma.* Gal. *Eſcumer, rendre eſcume.* Hispan. *Hazer eſpuma, echar de ſi eſpuma.*} Plin. lib. 31. cap. 7, Subinde spuma pennis deterſa: & postquam desierit spumare, tepidum infundere. Virgil. 2. Georgic. -spumat plenis vindemia labris. Idem lib. 5. Aeneid. -ferit æthera clamor Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.

Spumans, tis, participium. {ἀφρίζων. Ital. *Che rende ſpuma.* Gal. *Rendant ou getrant eſcume.* Hisp. *Que echa de ſi eſpuma.*} Virgil. 1. Aeneid. Aut spumantis apri cursum clamare prementem. Idem 4. Aeneid. Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit. Columel. lib. 10, Sordidus & multo spumantes exprimit vuas.

Spumatus, us, ui, substantiuum. {ἀφρισμός. Ital. *Eſſe rendere ſpuma.* Gal. *Getement d'eſcume.* Hispa. *Echamiento de eſpuma.*} Statius 1. Syl. Dictamni fluentis opem, quóque anguis abundat Spumatu.

Spumesco, is, ere, Spumosus fio. {ἀφρίζω. Ital. *Spumare, mandar fuora la ſpuma, diuentar ſpuma.* Gal. *Eſcumer, rendre ou deuenir eſcume.* Hispan. *Echar de ſi eſpuma, ò hazerſe eſpuma.*} Ouid. Epist. 2, Ar si nostra tuo spumescant æquora remo.

Spuo, is, ui, utũ, Saliuam eiicio. {πτύω. Ital. *Sputare.* Gal. *Cracher.* Hisp. *Eſcupir.*} Virg. lib. 4. Georg. Namque aliæ turpes horrẽt, ceu puluere ab alto Qui venit, & tecta sicco spuit ore viator Aridus. ¶ Huius cõposita sunt, adspuo,

adſpuo, conſpuo, deſpuo, expuo, inſpuo, & reſpuo, de quibus ſuis locis.

Sputo, as, à ſpuo frequentatiuum. {αἰωνΐζω Ital. *Sputare ſouente.* Gal. *Cracher ſouuent.* Hiſpa. *Eſcupir à menudo.*} Plautus. Nam illic iſti qui ſputatur, interdum morbus venit. Id eſt morbus comitialis, quem nominantes ſolemus deſpuere.

Sputator, oris, Qui frequenter ſpuit. {λάκκαΤυφὶς. Ital. *Sputatore.* Gal. *Crachoeur.* Hiſpa. *El que mucho eſcupe.*} Plautus in Milite, Minimè ſputator, ſereator ſum.

Sputum, ti, Saliua à ſpuendo dicta. {πτίλλος. Ital. *Sputo.* Gal. *Crachat.* Hiſp. *Eſputina.*} ¶ Dicitur & ſputus, tus. Lactant. lib. 4, Dabant autem Deo alapas manibus inceſtis, & impurato ore expuebant venenatos ſputus.

Spuratilicus, adiectiuum, Eſt inuſitatum à verbo ſpuo, quo quum vteretur Siſenna in defenſione cuiuſdam Chritilij, metitò à C. Ruſcio eſt irriſus: vt refert Cicero de Claris Orat. Fuit accuſator, inquit, vetus, quo accuſante Chritilium, Siſenna defendens, dixit quædam eius ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Ruſcius, Circunuenior, inquit, Iudices, niſi ſubuenitis. Siſenna quid dicas neſcio, metuo inſidias. Sputatilica, quid eſt hoc? Sputa quid ſit, ſcio, tilica neſcio. Maximi riſus: ſed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat eſſe, inuſitate loqui.

Spurcus, a, um, Quod eſt impurum, obſcœnum, lutulentum. {μυσὸς, ἰουπὶς. Ital. *Sporco, lordo, mal netto.* Gal. *Ord & ſale, deshonneſte, vilain.* Hiſpa. *Coſa ſuzia.*} A ſpuendo dictum, quòd tale ſit quod deſpuentes auerſemur. Plautus. Tot noctes reddet ſpurcas, quot puras habuit. Cic. 2. Tuſcul. ex poëta quodam, Samnis ſpurcus homo, vita illa dignus, locóque. Idem pro Domo ſua, Spurciſſimus homo præguſtator libidinum. ¶ Aliquãdo ponitur pro fœtido. *Ἰσνώδης.* Apuleius, Tam multæ res ſpurcæ & graues nares infeſtant. ¶ Aliquando pro vehementi, aſpero. *Ἰσνώδης.* Cicero, lactati tempeſtate ſpurciſsima. Colum. in Præfat. lib. 1, Atque in his ipſis haberet cognitum quid recuſaret collis, quid campeſtris poſitio, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus & ſpurcus ager. ¶ Aliquando pro ſæuo, & ſanguinario. Varro, Spurcus gladiator & carnifex.

Spurcè, aduerbium. {αἰσχρῶς. Ital. *Sporcamente, diſhoneſtamente, villanamente.* Gal. *Ordement & ſalement, deshonneſtement, vilainement.* Hiſpa. *Feamẽte ſuziamente.*} Cic. Atti lib. 7. An bene conueniat, inquit Carneades: ſpurcè, ſed tamen prudentius quàm Lucius noſter, & Patron. Eidem lib. 11, Deinde perſcribit ſpurciſsimè quas ob cauſas fecerit.

Spurcitia, & Spurcities, Immunditia. {ἀκαθαρσία. Ital. *Sporcitia, ſporchezza.* Gal. *Ordure, ſaleté.* Hiſpa. *Suziedad.*} Lucret. lib. 6, At contrà nobis cœni terrima quum ſit Spurcities, eadem porcis hæc munda videtur. Colu. lib. 12. cap. 22, Cinis autem odorem aufert, & eluit ſpurcitiam. Idem lib. 1. cap. 5, Nulla alia vis poteſt nocturnas pruinas, & quodcunque rubiginis, aut ſpurcitiæ reſedit, ſiccare atque detergere.

Spurco, cas, Fœdo, vitio. {μυσάττω. Ita. *Sporcare, lordare, imbrattaer.* Gal. *Souiller, vilainer.* Hiſp. *Enſuziar.*} Celſus Iureſcõſult. Cum eo agi poſſe Aquilia, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. Plaut. in Menæch. Spurcatu naſum odore illutibili. Antiqui ſpurcum vinum dicebant, cum aqua miſtum, tanquam non amplius purum foret, aut igne calefactum, aut muſtum antequam deferueſcat. Catul. Epigr. 103, ad Siconiũ, Siconi arbitrio populi tua cana ſenectus Spurcata impuris moribus intereat. ¶ Hinc Conſpurco, de quo ſuo loco.

Spurcificus, Qui ſpurca, & fœda facit. {αἰσχροποιὸς. Ital. *Che fa ſporco.* Gal. *Qui fait vne choſe orde & vilaine.* Hiſp. *Que haze alguna coſa ſuzia.*} Plau. in Trin. Spurcificam, immanem, intolerandum, veſanũ ¶ Spurcidicus, qui ſpurca loquitur. αἰσχρολόγος. Plautus in Capt. Neq; ſpurcidici inſunt verſus.

SPYRINA, Dux regis Parthorum, qui Craſſum interemit. ¶ Item Mathematicus ac vates, qui Cæſari prædixit vt Martias caueret Idus, cuius Tranquillus in Cæſare & Valerius meminere. ¶ Tertius huius nominis adoleſcens fuit egregia forma, qui quum ſe fœminas virósque ad libidinem aſpectu decoro videret inuitare, oris pulchritudinem vulneribus ſponte dehoneſtauit. Autor Valerius de Verecundia.

Spurius, adiectiuum. Incerto patre natus: ἀπὸ & πατὴρ, hoc eſt à femine: propterea quòd nihil habeat à patre niſi ſemen. {νόθος. Ital. *Baſtardo, nato di meretrice.* Gal. *Baſtart, né d'vne paillarde publique.* Hiſpa. *Qualquiera coſa baſtarda.*} Vnde Spurios verſus dicimus, quaſi adulterinos, ſuppoſititios, vel irreptitios. Auſonius, Quique notas ſpuriis verſibus appoſuit. Seruius, Spurius dicitur, qui ex muliere non nota ortus eſt. Modeſtinus Iure conſultus ſpurios eos dici affirmat, quos & vulgò conceptos appellamus, eos ſcilicet, qui incerto patre nati ſint, vel qui eum habeãt patrem, quem habere non liceat. Plutarchus in Problem. de hoc verbo loquens, ita inquit, Spurius proprium nomen eſt apud Romanos, vt Sextus & Decimus, & Caius. Prima autem nomina non tota ſcribunt, ſed aut vna litera, vt T. Titum: aut duabus, vt C. Cneum: aut tribus, vt Sex. Sextum. Sic Spurius, Sp. ſcribebatur. Eos autem qui ſine patre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur, S & P. deſignabant, quaſi ſine patre. Hoc errore factum, vt Spurij, qui ſine patre ſunt, dicerentur.

S ante Q

Squaleo, les, lui, A ſquamarum crebritate & aſperitate dictum eſt, teſte Macrobio lib. 6. Saturn. {σαύχνιω. Ital. *Eſſer ſporco.* Gal. *Eſtre plein de craſſe & ordure.* Hiſpan. *Eſtar ſuzio.*} Olim enim hoc verbum de omnibus iis dicebatur, quæ dura eſſent, denſa & rigida, & ſquamarum ſimilitudinem imitantia. Hinc Virgil. lib. 10. Aeneid. Tunicam auro ſqualentem dixit, hoc eſt rigentem & denſam, & in ſquamarum modum contextam. Virgil. 12. Aeneid. Ipſe dehinc auro ſqualentem, albóque orichalco Circundat loricam humeris. Poſtea tamen aſſiduo vſu effectum eſt vt hoc verbum de iis tantum dicatur quæ inculta ſunt, horrida, deformia, & multarum ſordium congerie contaminata. Virgil. 2. Aeneid. Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines. Quintil. lib. 10. cap. 1. Neque ego ſqualere arma ſitu & rubigine velim. Cic. pro Seſt. Erat igitur in luctu ſenatus: ſqualebat ciuitas publico conſilio veſte mutata. Virgil. 1. Georg. -non vllus aratro Dignus honos: ſqualent abductis arua colonis.

Squalidus, a, um, Sordidus, incultus. {σαύχνηρὸς. Ital. *Sporco.* Gal. *Craſſeux, ord & ſale.* Hiſpan. *Suzio.*} Terent. Eun. Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis annĩſque obſitum. Liu. 1. belli Pun. Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie, tabéque ſqualida, & propè efferata corpora ratiè efferebant. Ouid. 1. Faſt. Ora ſuper poſtes, affixáque brachia pendent: Squalidáque humanis oſſibus albet humus. Cic. in Orat. Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

Squaldam veſtem, Pro ſqualida veſte dixere veteres: vt annotauit Nonius, citans locum Ennij ex Telamone, Elauére lachrymis veſtem ſqualdam & ſordidam.

Squalidè, aduerbium, Horridè, inculté. {αἰσχιστὰν, ἰουπὰν. Ital. *Sporcamente, lordamente.* Gal. *Salement, mal proprement.* Hiſpa. *Suziamente.*} Cic. 4. de Finib. Primùm enim ipſa illa quæ ſubtiliter diſſerenda erant, politè, apertéque dixerunt, cum definientes, tum partientes, vt veſtri etiam: ſed vos ſqualidius, illorum vides quàm niteat oratio.

Squalor, oris, Inquinatio, ſordes. {αἰσχύς. Ital. *Sporcheza.* Gal. *craſſe & amas d'ordure.* Hiſpan. *Suziedad.*} Gellius, In corporibus incultis, & ſquamoſis alta congerie ſordium ſqualor appellabatur. Liu. 2. ab Vrbe, Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremptæ. Cic. ad Terent. Nam mihi ante oculos dies noctéſque verſatur ſqualor veſter, & mœror, &c. Virgil. 6. Aene. Portitor has horrendus aquas & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento Canities inculta iacet.

Squalus, li, Piſcis marinus, ex genere cartilaginoſorum, qui parit circa æquinoctium vernum, teſte Plinio lib. 9. cap. 51. Varro 3. de Re ruſt. cap. 3, Et in ea duntaxat ſqualos ac mugiles piſces. *Gloſ.* vide SQVATINA.

Squamæ, arum, Quibus corium piſcis aut ſerpentis regitur. {λεπίδες. Ital. *Scaglie.* Gal. *Eſcailles.* Hiſpan. *Eſcamas.*} Plin. lib. 9. cap. 10, Aquatilium tegmenta plura ſunt: alia corio & pilis reguntur, vt vituli: alia ſquamis, vt piſces. Virgil. 11. Aeneid. Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat, Arrectíſque horret ſquamis, & ſibilat ore. ¶ Hinc Deſquamo, mas, de quo ſuo loco. ¶ Ab harum ſimilitudine loricarum quoque catenulæ ſquamæ dicuntur. Virg. 11. Aene. -quem pellis ahenis In plumam ſquamis auro conſerta tegebat. ¶ Eſt & ſquama æris, da qua Plin. lib. 34. cap. 11, Et ſcoria æris ſimili modo lauatur, minore effectu quàm æs ipſum. Sed & æris flos medicinæ vtilis eſt: ſit ære fuſo, & in alias formaces tranſlato: ibi flatu crebriore excutiuntur velut milij ſquamæ, quas vocant florem.

Squameus, a, um, adiectiuum, Plenum ſquamis. {λεπιδώδης. Ital. *Scaglioſo.* Gal. *Plein d'eſcailles.* Hiſp. *Lleno de eſcamas.*} Virg. 2. Georg. Nec raput immenſes orbes per humum: neque tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Squamoſus, Idem. Plin. lib. 9. cap. 16, Vagantur gregatim ferè cuiuſque generis ſquamoſi. Virgil. 4. Georg. Squamoſiſque draco, & fulua ceruice leæna.

Squamiger, a, um, Quod habet ſquamas. {φολιδοφόρος, λεπιδοφόρος. Ital. *Che ha ſcaglie.* Gal. *Qui a eſcailles.* Hiſp. *Que tiene eſcamas.*} Lucret. lib. 1. -& terra poſſet oriri Squamigerum genus: id eſt piſces, Plin. lib. 11. ca. 37, Simili modo ſquamigeris atque ſerpentibus.

Squamatim, aduerbium, Ad ſimilitudinem ſquamarum. {λεπιδηδὸν. Ital. *A ſoggia di ſcaglie.* Gal. *En façon d'eſcailles.* Hiſp. *A manera de eſcamas.*} Pli. lib. 16. cap. 10, Nucamenta ſquamatim compacta dependent. Id eſt velut ſquamæ compactæ, & colligatæ.

Squarroſus, A ſquamarum ſimilitudine dicitur, cuius cutis exurget ob aſſiduam illuuiem. Lucil. Apud Feſtum, Varonum ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra.

Squatina, Ex planorum piſcium genere, quo propter ſqualorem, hoc eſt aſperitatem cutis, ligna, & ebora poliuntur. {ῥίνη. Ital. *Creadibuch.* Gal. *Ange ou eſquaque, ou eſquaye ou eſquadre.* Hiſp. *La lexa peſcado.*} Plin. lib. 9. cap. 12, Aſpera cute, vt ſquatina, qua lignum & ebora poliuntur.

Squilla, æ, Varroni, reliquis ſcilla. {σκίλλα Dioſcoridi. Ital. *Squilla.* Gal. *Oignon marin ou ſquille.* Hiſp. *Cebolla albarrana.*} bulbus nobiliſsimus, cæpe modo multipliciter tunicatus: qui etiam hodie in officinis nomen retinet. ¶ Eſt præterea ſquilla paruus piſcis, qui cum pinna piſce comparandi cibi ioit ſocietatem. Cic. 2. de Natu. deor. Pinna verò (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. Alio nomine pinnotherem, ſiue pinnophylacem appellant. Plin. lib. 9. cap. 42, Concharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper: nec vnquam ſine comite, quam pinnotherem vocant, alij pinnophylacem, id eſt ſquilla paruæ: alibi cancer dapis affectator. Iuuen. Sat. 5, Aſpice quàm longo diſtendat pectore lancem, Quæ fertur domino ſquilla.

S ante T.

St, Vox eſt ſilentium indicentis. Terent. in Phorm. Quid? non is obſecro es, Quem ſemper te eſſe dictitaſti? c. St. 2. quid has metuis foreſ? c. Concluſam hîc habeo vxorem ſæuam.

STABIAE, arum, Campaniæ oppidum, bello ſociali à Sylla delerum, Cn. Pompeio, & L. Carbone COSS. Autor Plinius lib. 3. cap. 7.

Stabianus, a, um: vt Ager Stabianus. Plin. 32. cap. 1, In Stabiano Campaniæ ad promontorium Herculis Melaneri, in mari panem abiectum rapuntà: démque ad nullum cibum in quo hamus ſit, accedunt.

Stabilimen, Stabilio, Stabilis, Stabilitas, vide STO.

Stabulum, li, à ſtando, Locus dicitur in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, quod & diuerſorium, & hoſpitium dici ſolet. {σκηνὴ, καταγώγιον, σταθμὸς. Ital. *Stalla.* Gal. *Eſtable.* Hiſp. *Eſtable.*} Vnde & proſtibulæ meretrices dictæ, quòd quæſtus copioſioris gratia, concurrentibus illuc adnenis, mãſiones ante ſtabula habuere. Plaut. in Aulul. Neutrobi habeam ſtabulum ſtabile. ¶ Stabula quoque dicuntur loca generaliter omnia in quibus armenta, gregéſque conſiſtunt, veluti quædam ſtationes animalium. Nam vbi equi tenentur, ſpecialiter equiſe: vbi oues, ouile: vbi ſues, haram dixere: boutile quoque à bobus: caprile, à capris nomen traxerunt. Virgil. 8 Aeneid. Quatuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros Auertit. ¶ Poteſt etiam præſepe in diuerſoriis ſtabulum dici. Apuleius, Duriſsimo caſui meo ſeruiens, ad equum illum vectorem meum probiſsimum in ſtabulum concedo. ¶ Stabulum etiam ſumitur pro quacunque ſtatione, ſeu habitatione & loco vbi quis ſtare conſueuit. Virgil. 7. Aenid. Ardua tecta petit ſtabuli, & de culmine ſummo Paſtorale canit ſignum. ¶ Stabulum confidentiæ, flagitij, nequitiæ. Plautus in Moſtellaria, Nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ. Idem Trucul. Tũne

ais impudentem me esse, ipsa quæ sis stabulum flagitii?

Stabulo, as, In stabulum recipio, in stabulo guberno. {σταβλῶ, Ital. *Allogiare, mettere nella stalla.* Gal. *Establer, mettre à l'estable.* Hispan. *Tener mesan ò establo, recebir algo enel establo.*} Varro lib. 1. de Re rust. Si prata sint, & in fundo neq; pecus dominus habet, danda opera vt pabulo vendito, alienum pecus in suo fundo pascat & stabulet. Statius lib. 1. Theb. Gæticóq; pecus stabulare sub Henno.

Strabulor, aris, verbum deponens, In stabulo ago, stationem aliquo in loco habeo. {σταβλίζομαι, ἐνισκηνόω. Ital. *Allogiare, habitare.* Gal. *Estre ou demourer en l'estable.* Hisp. *Tener mesan, ventar ò establo, morar en establo.*} Colum. lib. 7, Si idoneis temporibus ad præsepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curæq; fuerit vt stabulentur sicco in loco, ne humore madescant vngulæ. Ouid. 15. Metamorp. Hoc pecus omne meum, multæ stabulantur in antris.

Stabulatio, onis, Mansio in stabulo. {ἐνισκήνωσις. Ital. *Stalaggio.* Gal. *Establement, establage, demeure en l'estable.* Hispan. *Apoſentamiento en establo.*} Colum. lib. 7, Calore boues sub dio, frigoribus intra tectum manere oportet: itaque stabulatio eorum præparanda est.

Stabularius, rij, Caupo viatores pretio recipiens. {πανδοχεύς. Ital. *stallaro, Allogiatore, ostiero, tauerniero.* Gal. *Hostelier, qui loge, vallet d'estable.* Hispan. *Establerizo, meſonero ò ventero.*} Vlpianus, Caupones & stabularios eos æquè accipiemus, qui cauponam & stabulum exercent. ¶ Stabularius item dicitur qui stabuli, hoc est loci vbi animalia stant, curam gerit. Colum. lib. 7, Hic enim recognosci grex poterit, numerúsque constare, si velut ex militari disciplina intra stabulatij castra manserint. Varro 2. de Re rust. cap. 10, In quibus stabulatij solent equas abigere. ¶ Stabulariæ mulieres, inquit Augustinus lib. 8. de Ciuitate Dei, dicuntur quæ exercent stabulum, & viatores mercede pascunt. πανδοχίδες.

Stachys, huius stachyos, στάχυς, Frutex est marrubio similis, sed longior, folia ferens numerosa, hirsuta, rata, prædura, cana, odoris iucundi, & complures virgas ab radice exeuntes, marrubio candidiores. Nascitur in montanis & asperis. Dicta stachys, quasi spicata ob caulem quem ex se mittit floribus & semine spicatum. Nam στάχυν Græci spicam vocant. Plin. lib. 28. cap. 15, Ea quoq; quæ stachys vocatur, porri similitudinem habet, longioribus foliis, pluribúsque, & odoris iucundi, colorisque in luteum inclinati. pellit menstrua.

Stacte, stactes, fœmin. gene. στακτή, teste Dioscoride, vocatur pinguitudo recentis myrrhæ, cum exigua aqua tusæ, & organo expressæ à distillando dicta, quod Græci στάζειν, dicunt: quia è stillatitia duntaxat myrrha fiat. Lucret. lib. 2, Sicut amaracini blandum stactæque liquorum.

Stacteus, a, um, adiectiuum: vt, Myrrha stactea, id est stillatitia, è qua stacte exprimitur, quam Theophrastus factitiæ opponit. Plin. lib. 12. cap. 16, Genera myrrhæ complura, Trogludytica, syluestrium prima, Erythræa sequens, & Minæa in qua Stactea Atramitica est, &c.

Stadium, dij, {στάδιον. Ital. *Studio, luoco ordinato dal publico per correre, ſpatio di cento venticinque paſſi.* Gal. *Vne eſtado, meſure de cent vingt & cinq pas, lieu pour s'exercer à la courſe.* Hisp. *Carrera de caualles, ò lugar donde corrian eſpacio de cxxv paſſos ò de cxxv pies.*} Latinè curriculũ, siue locus in quo equi, homínesve currunt, & certant athletæ. ¶ Dictum Stadium, ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι: hoc est à statione, quòd Hercules eo spatio vno spiritu confecto, constitisset. Nam clarissimum fuit curriculum stadij Olympici, quod Hercules suis pedibus metatus fertur, continétque octauam mille passuum partem. quod centum vigintiquinq; (inquit Plin. lib. 2. cap. 23.) nostros efficit passus: hoc est pedes sexcentos vigintiquinque. Quæ mensura octies sumpta, efficit mille passus. Dicimus autem, Currro stadium, in stadio, & per stadium. Cic. 2. Offic. Qui stadium currit, eniti & contendere debet, quàm maximè possit, vt vincat. Idem de Senectute, Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo, quum humeris bouem sustineret viuum.

Stadiodromi, orum, σταδιοδρόμοι. Dicti sunt qui in stadio cursu certant. Iul. Firmicus, Si Mars respexit Leporem cælestem in horoscopo, faciet stadiodromos. ¶ Stadiodromos etiam locus in quo ludi & cursus exercentur. Plin. lib. 34. cap. 8, Eundem vicit & Leontius, qui fecit stadiodromum astylon, qui Olympiæ ostenditur.

STAGIRA, στάγιρα, Oppidum in finibus Macedoniæ, ad sinum Strymonicum, Aristotelis Peripatetici patria: qui inde Stagirites, σταγειρίτης, cognominatur.

Stagnum, ni, A stãdo, dicitur aqua stans. {λίμνη. Ital. *Aequa morta, ſtagno.* Gal. *Eſtang.* Hisp. *Eſtanque, agua repoſada.*} Plin. lib. 10. cap. 55. Postremò lamenta circa piscinæ stagna, mergentibus se pullis natura duce. Virg. 4. Georg. At liquidi fontes, & stagna virentia musco Adsint. Idem 1. Aeneid. Stagnum pro parte maris profundissima posuit, quòd ea minimè moueatur, sempérque stet, id est quiescat: Emissámque hyemem sensit Neptunus, & imis Stagna refusa vadis.

Stagno, gnas, Stagnũ facio, propriéque de mari aut flumine dicitur, quum littora aut ripas prætergressum aliquo in loco stagnũ efficit. {λιμνάζω. Ital. *Tenere, ſtagnare l'acqua ſerrata intorno.* Gal. *Faire eſtang, deuuire eau de lac ou d'eſtang, & ne retourner en la mer comme les eaux qui ſe desbordent.* Hisp. *Hazerſe eſtanque el rio ò la mar.*} Virg. lib. 4. Georg. Nam quà Pellæi gens fortunata Canopi Accolit, effuso stagnantem flumine Nilum. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro inundare. Tacitus lib. 1, Tiberis plana vrbis stagnauerat. id est planta loca inundauerat. Stagnare itẽ agri dicuntur, qui nõ absorbeot, sed continent aquã. Idem, Agris humidis atq; stagnantibus. ¶ Huius compositum est Restagno, quod est redundo: vt apud Tacitũ li. 9, Idem tradit in Paphlagonia effodi pisces gratissimos cibis rertenos, aliis scrobibus, in his locis, vbi nullæ restagnent aquæ.

Stagnãtior, cõparatiuus. Claudianus de Nilo, Effluit Aegæo stagnantior.

Stagnatus, adiectiuum, λιμνασθείς. Aqua stagnante humidus. Colum. lib. 10, Nam neque secca placet, nec quæ stagnata palude Perpetitur queuis semper conuitia ranæ.

Stalagmus, σταλαγμός. Purissimum genus calchanti, ita dictum quòd è guttis, siue stiriis fieret, hyberno tempore in scrobes effossos decidentibus. Nam στάλαζειν Græci dicunt stillare. Vide Plinium lib. 34. cap. 13. ¶ Stalagmum item antiqui appellarunt genus inauris, guttę figura imitantis, quam σταλαγμὸν vocant Græci. Cæcilius apud Nonium, Exauro

eius stalagmum domi habeo. Quo in loco Perottus, & Perottum sequitus Calepinus corruptè legunt Stalagnium.

Stamen, inis. Dicitur lana, linum, cannabis, vel aliud simile, in colu positum, vnde fila ducuntur à stando, eo quòd non moueatur. {στήμων. Ital. *Stame, garzuolo, lana da filare.* Gal. *Eſtim de laine.* Hisp. *Ordiembre de la tela.*} Plin. lib. 8. cap. 48, Inde factum vt nubentes virgines comitaretur colus compta, & fusus cum stamine Ouid. 1. de Arte aman. Reiice succinctos compta, & fusus cum stamine fusos. ¶ Stamina (inquit Sipontinus) etiam dicuntur operoso stamine fusos. ¶ Stamina (inquit Sipontinus) etiam dicuntur fila recta in opere textorio, & stabilia, per pectinem transmissa, quibus alia, quæ subtegmina vocant, intertexuntur. Idem 6. Metam. Tela iugo iuncta est: stamen fecernit arundo. Inseritur medium radiis subtegmen acutis. ¶ Dicuntur præterea stamina in ligno vel herbis quædam quasi filamenta. Plin. lib. 21. cap. 5, Ita odor, colórque duplex: alius calycis, alius staminis, differentia angusta.

Stamineus, a, um, adiectiuum, {στημώδης. Ital. *Di ſtame.* Gal. *D'eſtaim.* Hispa. *coſa de ordiembre.*} vt, Vena staminea. Plin. li. 16. cap. 43, Stamineam hæc vsu probant venam, & vocant fertilem, argumento similitudinis, quoniam lachrymose crispa. Propert. lib. 3. eleg. 3, Staminea rhombi ducitur ille rota.

Stannum, ni, Metalli genus, quod in fodinis inuenitur cum argẽto, & in fornace primùm liquescit. {στάννος. Ital. *Staguo.* Gal. *Eſtain.* Hispan. *Eſtaño.*} Plin. multis in locis plumbum album vocat, ad differentiam plumbi nigri, quod velut argenti stanniq; quoddam purgamentum in fornace remanet. Verba eius sunt hæc ex lib. 34. cap. 16, Plumbi nigri origo duplex est, Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit, aut cum argento nascitur, mistísque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena: quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem cap. 17, Stanum illitum æneis vasis, saporem gratiorem facit, & cõpescit æruginis virus: mistúmque, pondus non auget.

Stanneus, a. um, Factum ex stanno. {σταννήρεος. Ital. *Di ſtagno.* Gal. *D'eſtaim.* Hispan. *coſa de eſtaño.*} Plin. lib. 29. cap. 2, Tum in stannea pyxide conditur.

Staphyle, σταφυλὴ, Vitis alba, quam alij Ampeloleucen vocant, alij Melothron.

STAPHYLVS, σταφύλος, Sitheni filius, primus aquam vino miscere docuit. Plin. lib. 7. cap. 56.

Staphys, huius staphilis. fœminini generis. {σταφὺς. Ital. *ſtaphiſaria, ſemenza de ſpatti.* Gal. *L'herbe aux poulx.* Hisp. *Fabax, hauarraz.*} quæ etiam staphys agria, & Latinis pituitaria, & pedicularis dicitur: Vitis est caulículis nigris, rectis, foliis labrusce, folliculos verius, quàm acinos ferens, virides, similes ciceri. Vide Plinium lib. 23. cap. 1.

Staphylinus, {σταφυλῖνος. Ital. *Paſtinaca.* Gal. *Paſtenade, panets.* Hisp. *panahoria.*} Quam pastinacam vocant Latini, duorum generum est: hortensis, quem σταφυλῖνον κηπευτὸν nominat Dioscorides: & agrestis, quẽ idem σταφυλῖνον ἄγριον appellat: Romani etiam pastinacam erraticam. Hæc folia habet gingidij, sed latiora, & subamara, caulem rectum, scabrum, vmbellam similem anethi, in qua flores insunt candidi, & in medio purpureum quiddam fermè croceum, radicem digiti crassitudine, & dodrantalem, odoratam, quæ cocta manditur. Galli peculiari nomine pastinacam appellant. Staphylinorum autem nomine, si nihil addatur, satiuos potius intelligimus, quas iidem *carotas* sua lingua nominant. Sic Columella lib. 10. Lætetur, mollémque sinum staphylinus inumbret. Loquitur enim de iis quæ in hortis seruntur. Idem lib. 11. cap. 4, Tunc agrestis pastinaca, & eiusdem nominis edomita, quam Græci staphylinum vocant.

Staphylodendros, σταφυλόδενδρος, Arbor trans Alpes simillima aceri, alba materia, siliquas ferens, & in eis nucleos nucis auellanæ. Quidam eandem existimant cum Theophrasti colicia. Vide Plin. lib. 16. cap. 16.

STARCATERVS, Rex Danorum, qui quum Lenum quendam per nefas occidisset, pœnitentia ductus, eius filio Hathero se præbuit occidendum. Saxo lib. 8.

STASEAS, στασέας, Neapolitanus, philosophus Platonicus, vt scribit Cic. de Finibus, bon. & mal.

STASIS, στάσις, Vrbs est Persidis, edita in petra sita, quam tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Stasites, στασίτης Stephano.

STATANVS, Deus puerilitatis præses credebatur antiquis, in cuius tutela pueri esse putabantur, quum primùm stare atque incedere incipererent: vt ex Varrone de Liberis educandis docet Nonius.

Statarius, vide STO.

Stater, statetis, pen. prod. στατὴρ, Genus numinasmis, duo didrachma, hoc est quatuor valent drachmas, siue solidos Turonenses quatuordecim. Dictus stater à verbo Græco ἵστημι, quod inter cætera significat ponderare. Erat autem hæc appellatio Persis cum Macedonibus communis. Vnde & Philippeos, & Daricos, & Alexandreos stateras passim legimus.

Statera, ræ, Instrumentũ quo res sine lancibus ponderãtur. {στατήρ, ζυγόν. Ital. *ſtatera da peſare, bilanza.* Gal. *Balãce, trebuchet.* Hisp. *Balança ò peſo para peſar.*} Nã quod lances habet, proprie librã dicimus. Dicta statera à verbo Græco ἵστημι. Cicer. 2. de Orat. Hæc enim nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectãdos animos, ad impellẽdos, ad ea probanda quæ non aurificis statera, sed quadã populari trutina examinantur. ¶ Erat item statera, vasis genus in argentea supellectili, quod & tympanum & magida appellant. Plin. lib. 33. cap. 11, Tympana verò se iuuene appellata stateras & lãces, quas antiqui magidas appellauerant.

Stathmus, stathmi, {σταθμός. Ital. *Hoſteria.* Gal. *Hoſtelerie.* Hispan. *Hoſpederia, venta.*} Græca vox est, nobis stabulum, diuersorium, vel stationem significans. ¶ Item mensuræ geometricæ genus apud Persas maximè vsitatum, quorum regnum vniuersum in stathmos regios diuisum erat, dispositis certo intervallo diuersoriis, quo quæ vel in extremis regni angulis gererentur, celerius ad Regẽ possent perferri. Fuit autem stathmorum mensura non vbique eadem, vt est videre apud Herodotum li. 5. Fere tamen res eò redibat, vt singuli stathmi sesquistadium supra centena continerent, eodem Herodoto teste, qui CXI. stathmos, XIII. M. V. stadiis exæquat. Sunt & aliæ vocis huius significationes, quæ quoniam ad Latinæ linguæ institutionem nihil pertinent, ex

Græcorum

Græcorum Lexicis petendas relinquimus.

Statice, statices, Herbæ genus, septem caulibus veluti rosæ capita sustinens. Vide Plinium lib.24.cap.8.

Staticulum, staticuli, Genus vehiculi, seu gestatorij, sicut essedum & petoritum. {μικρὸν τι ἅρμα μικρόν. Ita. *Picciol carro.* Gal. *Petit chariot branslant.* Hisp. *Pequeño carro.*} Plin.lib.vlt.cap.10, de achatæ generibus loquens, Reddunt species fluminum, nemorum, & iumentorum, & essseda, & staticula, & equorum ornamenta. ¶ Apud Plautum in Persa, staticuli sunt mores ex arte saltatoria & gesticuli, in quibus ad numeros, modulósq; musicos nunc subsistendum erat, nunc subsiliendum. χορεύματα, ὑπορχήματα. Cato quoque (referente Gellio) Cæcilium Senatorem, saltatorem, & fescennium vocare solet, quòd elegantius saltaret, & staticulos daret quàm deceret virum probum.

Statim, aduerbium, Constanter, perseueranter, continuè, quasi insistendo, & vno statu à stando. {παραυτίκα. Ital. *Di subito.* Gal. *Incontinent soudain.* Hisp. *Luego, ala hora.*} Plautus in Amph. Nec recedit loco, quin statim rem gerat. Teren. in Phorm. Bina talenta capiebant statim. ¶ Aliquàdo mox, illico: quòd ea quæ mox fiunt, continenter fieri videantur. αὐτίκα, ἐξῆς. Cic. in Verrem, Statim Messanam literas dedit. Idem ad Atticum, Has literas scripsit statim vt tuas legerem.

STATINAE, statinarum, secunda syllaba corr. Insulæ sunt in sinu Campano, terræmotu enatæ, teste Plinio lib.2.cap.88. Papin. in Syluis, Aenariæque lacus medicos, Statináque renatas.

Statio, Statiua, vide STO.

STATIVS Cæcilius, Poëta Comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas in Comœdia partes tribuit: quanquam à Cicerone nonnunquam malus linguæ Latinæ autor, nonnunquam etiam ferreus scriptor appellatur. ¶ Statius alius, cognomento Papinius, illustris Poëta fuit Neapolitanus, Domitiani temporibus, Iuuenalis & Martialis æqualis: cuius multa extant Poëmata, Syluarum libri quatuor, Thebaidos libri duodecim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod morte præuentus absoluere non potuit. Scripsit & Agauen Tragœdian, quam inopia coactus Paridi histrioni vendidit. Iuuenalis Saty.7, Curritur ad vocem iucundam, & carmen amicæ Thebaidos, lætam fecit cùm Statius vrbem, Promisitque diem, tanta dulcedine captos Afficit ille animos, tantáq; libidine vulgi Auditur: sed quum fregit subsellia versu, Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agauen. Fuisse autem horum vtrumque seruum, Statij nomen seruile satis declarat.

STATONES, Hetruriæ populi, apud Plinium lib.3.cap.5: quorum oppidum Statonia commemoratur à Strabone lib.5. In horum agro vinum satis generosum nascebatur, quod Statoniense vocabatur: cuius meminit Plinius lib.14.cap.6.

Stator, statoris, vide SISTO.

Statua, Statuarius, Statumen, Statumino, vide STATVO.

Statuo, statuis, statui, statutum, Pono, colloco, erigo. {τίθημι. Ita. *Statuire, deliberare, ordinare.* Gal. *Poser & mettre, asseoir, arrester.* Hisp. *Establecer, ordenar, deliberar.*} Cic.2.de Inuent. Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt. Idem 3.Verr. Syracusani statuam posthea statuerunt. Nonnunquam accipitur pro constituo, delibero, decerno, certum mihi est. σκοπῶ, βουλεύομαι. Liu.1. ab Vrbe, Ferro igitur eam aerere contumeliam statuunt. Cic.3. Verr. Iste certè statuerat, ac deliberauerat non adesse. ¶ Aliquando ad iudicia pertinet, vt idem sit quod decernere, & pro potestate iudicare. διαγινώσκειν, κρίνειν. Idem 5.Ver. Statuit Senatus, hoc ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, à populo factatum quæsitarúmque rerum summas imminuere. Idem 2.de Orat. Sine vlla dubitatione sic statuo & iudico, neminem omnium tot & tanta, quanta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. ¶ Statuo, dedico. Virgil.5.Aegl. Craterásq; duos statuam tibi pinguis oliui, id est dedicabo. ¶ Terentius pro concutere posuit, quum ait, Sublimẽ illum arriperem, & caput primùm in terram statuerem, Vt cerebro dispergat viam. ¶ Statuere, prouidere, existimare, vel expectare, & prorsus ita opinari. Cicero vlt.Verr. Statuerat causam sibi esse dicendam, etiam antè quàm hoc vsu venit. ¶ Exemplum statuere in homine, idem quod edere exemplum. Cicero 4.Verr. Sed vt illi quoque, qui in ea prouincia non fuerunt, intelligere possint in quo homine tu statueris exemplum eiusmodi, &c. Budæus.

Statutus, participium, Idem significans quod constitutus. {τεταγμένος, διατεταγμένος. Ital. *Statuito.* Gal. *Ordonné, assigné, estably.* Hispan. *Establecido.*} vt statuta die, hoc est constituta, ac decreta ex conuentione. Liu.1.belli Maced. Concilium Aetolorum statuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat.

Statua, statuæ. Simulachrum ex ære alióve metallo, quod alicui vel mortuo, vel etiam viuenti antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo loco conspicuo collocabatur, ad alicuius rei bene gestæ memoriam. {ἄγαλμα, ἀνδριάς. Ital. *Statua, imagine, simulacro, effigie.* Gal. *Statue, image de pierre, de bois & de metail.* Hisp. *Estatua, imagen.*} Generalius est autem imaginum nomen quàm statuarum, quum pictas etiam tabellas imagines vocemus: ad quas certè statuarum appellatio non extenditur. Suet. in Tybe. Etiam statuas atq; imagines, nisi permittente se, poni prohibuit. Cic.9.Philipp. Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt, sepulcha paucis: sed statuæ intereunt tempestate, vi, vetustate: sepulchrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri, neque deleri potest. Catullus, Inaurata statua pallidior.

Statuaria, statuariæ, Ars statuas ex ære, alióve metallo conficiẽdi. {ἀγαλματοποιία, ἀνδριαντοποιία. Ital. *Arte d'intagliare imagini.* Gal. *L'art de tailler images.* Hisp. *Arte de hazer estatuas.*} Plin.lib.36.ca.5, de marmoris sculptura loquens, Non omittẽdum, hanc autem tantò vetustiorem fuisse, quàm picturam, aut statuariam, quarum vtraque cum Phidia cœpit LXXXIII. Olympiade. Quo in loco Plinius manifestè statuariam distinguit à sculptura. Statuariæ nomine intelligens fusoriam, qua ex ære potissimum, nonnunquam etiam ex alio metallo, statuæ conficiebantur: sculpturam autem, qua ex marmore, lignóve, aut alia materia simulachra scalpro exculpebantur. Idem quoque non temere statuam appellat, nisi ex metallo confectam: nam quæ ex marmore exculpitur, simulachrum potius, vel imaginem, vel signum appellat.

Statuarius, rij, Propriè is dicitur qui ex ære alióve metallo fusoria arte signa conficit. {ἀγαλματοποιός, ἀνδριαντοποιός. Ital. *Intagliatore d'imagini, maestro d'intagli.* Gal. *Imagier, tailleur d'images.* Hisp. *Estallador de estatuas.*} quo in genere maxime claruerunt Lysippus, Phidias, Praxiteles, Polycletus, & Alcamenes, quorum meminit Plin.lib.34. cap.7, quod de statuariis antiquis inscribitur.

Statuarius, a, um, Quod ad statuarum conficiendarum rationem pertinet. ἀγαλματοποιικός, ἀνδριαντοποιητικός. vt, Ars statuaria. {ἀγαλματοποιικὴ, ἀνδριαντοποιητική. Ital. *Arte d'intagliare imagini.* Gal. *L'art de tailler images.* Hispa. *Arte de hazer estatuas.*} Plin.lib.34.cap.7, Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiæ, indicat Hercules ab Euandro sacratus.

Statura, æ, Modus corporis, siue is procerus sit, siue humilis. {μέγεθος. Ita. *Statura, grandezza, picciolezza.* Gal. *Stature, grandeur de corps.* Hisp. *Estatura y corpulencia y altura de hombre.*} Suetonius. Statura fuit eminenti, corpore pallido. Cic.2.Phil. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turse cuius qua facie fuerit, qua statura. ¶ Statuta, de viribus. Colum.lib.5.cap.5, Producat in tantam staturam, quantam permittit agricola.

Statumen, penult. prod. Pedamentum, ridica, vel palus, quo vitis fulcitur. {χάραξ. Ital. *Ghiaccio.* Gal. *Pieu ou eschalat.* Hisp. *El altura ò estado de arbol.*} Colum.lib.4.cap.30, Quum mensem tertiumdecimum excesserit posita vinea, id est tertio autumno, vehementioribus statuminibus statim impedienda est. Ibidem, ca.33, Spatia huiusce sationis capita castaneatum recipiunt MM. DCCCLXXX. cuius summæ ex facili ingera singula præbebunt statuminum duodena millia. Non tamen de solis virium pedamentis statumina dicuntur, verumetiam de quibuslibet fulcimentis: vnde etiam Colum.lib.6, cap.18, in descriptione machinæ cuiusdam, qua iumenta claudúntur, statumina accipit pro stipitibus erectis, quibus lignum quoddam transuersum, quod iugum vocat, superincumbit. Primus (inquit) duobus statuminibus imponitur firmum iugum, ad quod iumenta capistrantur.

Statumino, statuminas, Pulso, firmo, & quasi statuminibus quibusdam sustineo. {ἐρείδω, σταυρῶ. Ital. *Aggbiacciarsi le viti.* Gal. *Eschalasser, environner ou clorre de pieux.* Hisp. *Poner estado al arbol.*} Plin.lib.18.cap.6, In solutione terra sepibus firmari, ora vtrinque lapidibus statuminari, & alio superintegi.

Status, stata, statum, & Statos, huius status, vide STO.

STATYELLI, statyellorum, Populi Liguriæ, teste Plinio lib.3. cap.5, quorum oppidum Aquæ Statyellæ collocatur à Strabone ea in via quæ à Genua Placentiam ducit.

Steatites, στεατίτης, Gemma similitudinem seui ostentãs, quod Græci στέαρ vocant. Autor Plinius lib.vltimo, cap.11.

Steatoma, στέατωμα. Tumor est foris in corpore apparens, pinguem intus materiam continens seuo simillimam: vnde & nomẽ accepit. Nam στέαρ, seuum significat.

Stega, {στέγη. Ital. *Luogo in naue coperto, vna loggia.* Gal. *Vne loge.* Hisp. *Vejado.*} Locus in naui contectus: ἀπὸ τοῦ στέγειν, quod est tegere. Plaut. in Bacch. Forte vt adsedi in stega. Hinc tristega, τριστέγη, dicitur pro triplici tabulato.

Stelæ, vnico l, στῆλαι, Vox est Græcis quàm Latinis vsitatior, qua significantur pilæ cum inscriptione ad rei alicuius memoriam propagandam erectæ. Plin.lib.6.cap.29, Stelæ lapideæ literis incognitis. Latini cippos vocant. His fœdera & proscriptorum nomina insculpebantur, quo facilius omnibus innotescerent: vt est videre in Panegyr. Isocratis, & plerisque in locis apud Demosthenem. Hodie stelas vocare possumus cruces lapideas, quæ passim ad viam militarem erectæ conspiciuntur cum inscriptione, ad rei alicuius memoriam propagandam.

STELLA Arruntius, poëta Parauinus lepidissimus, familia consulari ortus, Violantillam amauit, puellam Neapolitanam, quam tandem duxit vxorem. Hæc in deliciis habuit columbam, quem dicatam Veneri, quam Stella fecit defunctam pulcherrimo carmine: opúsq; ipsum Columbam inscripsit. Martialis lib.12, Laurigeros habitat facundus Stella penates.

Stella, stellæ, A stando: quòd stare stellæ videantur. {ἀστήρ. Ital. *stella.* Gal. *Estoille.* Hisp. *Estrella.*} Cic.2.de Diuinat. Ita se nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec traiectio stellæ, nec faces visæ terrebunt. Virg.5.Aen. Postera cum primo stellas oriente fugarat Clara dies. Idem 4.Aeneid. -vbi maximus Atlas Aerem humero torquet stellis ardentibus aptum. Horat.3.Car.Ode 15. Et stellis nebulam spargere candidis. Lucan.li.9. Stellásq; vagas mirator & astra. Differunt autem stellæ à sideribus, quòd illæ, singulæ sint: sidera verò, ex pluribus stellis composita, quæ & signa cælestia vocamus: eiusmodi sunt Aries, Taurus, &c. ¶ Est & stella piscis marinus, à stellæ effigie nomen habens. Plin. lib.9. cap.60, Præter hæc claros sapientia autores video mirari stellam in mari. Ea figura est, parua admodũ, caro intus, extrà duriore callo. Huic tam igneum feruorem esse tradunt, vt omnia in mari contacta aduratur, omnem cibum statim peragat.

Stellatus, adiectiuum, Stellis plenus: proprium cæli epitheton, quum est clarum & serenum: quanquam ad alia etiam transfertur. {ἀστερωτός. Ital. *stellato, pien di stelle.* Gal. *Estoillé, plein d'estoilles.* Hisp. *Estrellado, lleno de estrellas.*} Plin.lib.20. cap.67, Salamandra animal lacerti figura stellatum. Cic.5.Tuscul. Nec verò Atlas sustinere cælum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum vxore, genero, filia traderetur, nisi cælestium diuina cognitio, nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset. Ouid.1.Metam. Talia dicenti stellatus summouet Argus. Virgil.4. Aene. -atque illi stellatus iaspide fulua Ensis erat.

Stelliger, a, um, Quod stellas fert: proprium cæli epitheton. {ἀστροφόρος. Ita. *stellifero.* Gal. *Qui porte estoilles, estoillé.* Hisp. *Cosa que trahe estrellas.*} Cic. in Somnio Scipionis, Quam ob causam summis ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est concitatior, acuto, & excitato mouetur sonor grauissimo autem hic lunaris, atque infimus.

Stelliger, a, um, Eiusdem significationis cum superiori. ἀστροφόρος. Stat.12. Theb. -radios declinat, & horret Stelliger: iubar omne poli. Idem 3. Syl. Nondum stelliger senior demissus in axem.

Stello, stellas, Luceo, & quasi stellas imitor. {ἀστράπτω. Ital. *Lucere, far à guisa di stelle.* Gal. *Luire comme les estoilles.* Hisp. *Luzir, hazer à manera de estrellas.*} Martialis libro 2, Et numerosa linunt stellantem splenia frontem. Plin. lib.37, Quoniam stellarum Hyadum & numero, & dispositione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtellantur. Claud. lib. 2. Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronuba iuxta
Stellantes nox picta ſinus.

Stellio, ſtellionis, Animal non diſſimile lacertę, multo tamen minus, tergum habens lucentibus quibuſdam guttis depictum, ad modum ſtellarum. ζαλιώντ. Ital. & Hiſpan. *Tarantola.* Gal. *Vne petite beſte comme vne lezarde.* ζ Veſcitur rore & araneis. Exuit quotannis cutem, exutámque deuorat, inuidens nimirum homini comitialis morbi remedium. Vnde & ſtellionum nomen in maledictum abiit. Morſus eius perrarò interimit hominem, tamen ſemiſtupidum facit, & variè afficit. ¶ Eſt & alius Stellio, ex phalangiorum genere, lentiginoſus, acerbi ſtridoris, in cauernulis dehiſcentis per æſtum terræ habitans. Olim Italiæ incognitus, nunc in Apulia frequens viſitur, & ſimiliter tarantula dicitur, ſcorpionibus ita contrarius, vt viſus ab eis pauorem ipſis afferat & torporem. Plinius lib. 30. cap. 18. ſtellionem tranſmarinum appellat: eundémque à Græcis ἀσπαλαβώτην vocari tradit: ab eo opinor, quòd circulatim progrediatur, ἀσπαλὸς enim Græcis circulus eſt, & βῶ ἀντὶ τοῦ βαίνω, incedo.

Stellionatus crimen, A Iuriſconſultis dicitur, quando quis alterum callida quapiam impoſtura defraudativt ſi quis rem alij obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatē alij diſtraxerit: aut ſi quis merces corruperit, aut impoſturam fecerit, cuius nulla ordinaria pœna eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat cognitio. Dictus ſtellionatus à ſtellionis natura, quo nullum animal homini fraudulentius inuidet, vt inquit Plinius lib. 30. cap. 10. Cutem enim, quam quotannis ponit, protinus deuorat, vt præripiat homini præſentiſſimum comitialis morbi remedium. Inde eſt (inquit Plinius) quod ſtellionum nomen in maledictum eſt tranſlatum.

Stellatura, ſtellaturæ, Idem quod ſtellionatus, hoc eſt fraus, deceptio, impoſtura. Lampridius in Alexandro, Annonas (inquit) militum diligenter inſpexit: Tribunos, qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit.

Stemma, ſtemmatis. ζ στέμμα. Ital. *Ghirlanda, mazzo di fiori.* Gal. *Coronne, guirlande.* Hiſp. *Corona, guirnalda.* ζ Græca vox eſt idem ſignificans quod corona. A verbo στέφω, quod ſignificat coronare. Iulius Firmicus lib. 2. Magnos viros faciet Mercurius, qui ſacris & glorioſis ſtēmatibus coronentur. ¶ Stemmata item dicebantur maiorum imagines, quæ in atriis magnatum ad nobilitatis oſtentationem ſolent collocari: quanquam nonnunquam etiam pro ipſa ſtirpe, ſiue generis nobilitate accipiuntur. Martialis, Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto. Iuuen. Saty. 8. Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri: Sueto. in Nerone, Quòd in vetere gentilium ſtemmate, C. Caſij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. ¶ Quoniā verò mos erat apud antiquos, vt viri ob res bene geſtas coronis donarentur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur, inualuit conſuetudo vt ſtemma aliquando pro facinore accipiatur. Mart. lib. 1. Cæſaris atque Iouis confer nunc ſtemma iuuentus: Par onus vt tulerint, altius iſte tulit. Plin. lib. 35. cap. 2. ſtemmata accepiſſe videtur pro ipſa generis ſerie, gradibúſq; deſcendentium, qui ramis quibuſdam, & velut intercurrentibus lineis diſtinguebantur. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Legimus præterea ſtemmata aliquando accipi pro inſcriptionibus ſaxorum. Martialis, Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

STENTOR, στέντωρ, Græcorum omnium vocaliſſimus, qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine adæquabat, vt placet Homero 5. Iliad. Vnde prouerbium, Stentore clamoſior. Iuuen. Saty. 13. Tu miſer exclama, Stentora vincere poſſis.

Stephanus, ζ στέφανος. Ital. & Hiſp. *Corona.* Gal. *Coronne.* ζ Latinè corona, à quo ſtephanium, & ſtephaniſcus diminutiua: à quorum poſteriore ſit rurſus aliud diminutiuum ſtephaniſcidium.

Stephanoma penult. prod. στεφάνωμα. Idem quod coronamentum, hoc eſt materia coronarum, id eſt flores frondéſve, quæ odoris coloriſve gratia coronis ſolent intexi.

Stephanoplocus. ζ στεφανοπλόκος. Ital. *chi fa corone.* Gal. *Faiſeur de coronnes.* Hiſp. *El que haze coronas.* ζ Dicitur coronarius, id eſt qui coronas conficit. στέφανος enim coronam ſignificat, & πλέκω texo. Apud Græcos eſt communis generis: vnde Plin. lib. 35. cap. 11. Glyceram quandam à Paniia Sicyonio adamatam, corollarum confectricem ſtephanoplocon appellatam ſcribit.

Stephanitæ vites, Hoc eſt coronariæ: nempe quæ per ſtatumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyróſque flectuntur, & materiis ſubmiſſis earundem ſtatumínibus per orbem, & in coronam cōnectuntur. Colum. li. 3. ca. 1. Nec ſolùm quæ iucunditate ſaporis, verumetiam quæ ſpecie cōmendari poſſint, conſeri debent, vt ſtephanitæ, vt trepidaneæ.

Stephanopolis, pen. prod. ζ στεφανόπωλις. Ital. *chi vende corone.* Gal. *Qui vend coronnes.* Hiſp. *Muger que vende coronas.* ζ Corollarum venditrix. Plinius lib. 35. cap. 11. Amauit in inuenta Glyceram municipem ſuam, inuentricem coronarum: certandóque imitatione eius, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam. Poſtremò pinxit illam ſedentem cum corona, quæ nobiliſſima tabula appellata eſt ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis, quoniam Glycera coronas vendendo ſuſtinuerat paupertatem.

Stercus, ſtercoris, pen. corr. Ab extergendo deduci videtur, quòd vndiq; abſtergi ſoleat. ζ κόπρος, κόπρος. Ital. *Sterco, merda.* Gal. *Fiente, merde, eſtron ſiens.* Hiſp. *Eſtiercol.* ζ Plaut. in Aſin. Iuſſin' ſceleſte ab ianua hoc ſtercus hinc auferri? Colum. lib. 2. cap. 6. Vineis emaciatis, & aruis, optimum ſtercus lupinum præbet. Cice. 1. de Diuina. Tum & dormienti eundem illum viſum eſſe rogare, vt quoniam ſibi viuo non ſubueniſſet, mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur, ſe interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum, & ſuprà ſtercus iniectum, &c. Iuuen. Sat. 14. Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino Atria diſpliceant oculis venientis amicis. Hora. Epo. Colóro; ſtercore fucatus crocodili.

Stercoreus, ſtercorea, ſtercoreum. ζ κοπρῶδης. Ital. *Di ſterco.* Gal. *De fiente, de merde.* Hiſpan. *Coſa de eſtiercol.* ζ vt Stercoreus miles, id eſt vilis, & non pluris quàm ſtercilinium, faciendus. Plaut. in Milite, miles meus eſt herus, Qui hinc ad forum abiit: glorioſus, impudens, Stercoreus, plenus periurij, atque adulterij.

Stercoro, ſtercoras. Fimum agris fœcunditatis gratia adhibeo. ζ κοπρίζω. Ital. *Letamare, ingraſſare.* Gal. *Fumer ou femer.* Hiſ. *Eſtercolar la tierra.* ζ Plin. lib. 18. Ager ſi non ſtercoratur, algetiſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur. Columella, Lupinum vbi in florem verterit, nihil agrum ſtercoraueris. Idem lib. 2. ca. 16. Nec ignorare colono oportet, ſicuti refrigeſcere agrum, qui non ſtercoretur, ita peruri ſi nimium ſtercoretur: magiſque conducere agricolæ, frequenter id potius, quàm immodicè facere. Stercorari item ager dicitur, quum quouis modo pingue fit, etiā nullo adhibito ſimo, ſed alia quauis re quæ fimi vicem ſuppleat. Colum. li. 12. Vicia & faba ſtercorare agrum dicuntur.

Stercoratus, a, um, participium, vel nomen ex participio, Stercore infectum, vel fœcūdatum. ζ κεκοπρισμένος. Ital. *Letamato, ſmerdato, imbrattato.* Gal. *Fumé.* Hiſp. *Eſtercolado, enſuziado.* ζ Columel. lib. 1. Pomaria quoque & hortos oportet ſepto circundari, & eſſe in propinquo, atque in ea parte qua poſſit omnis ſtercorata colluuies cohortis, balneariorúmq; & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere. Et apud Catonem, lib. 2. Locus ſtercoratiſſimus.

Stercoratio, onis. Ipſe ſtercorandi actus. ζ κοπρισμός. Ita. *Eſſo letamare la terra.* Gal. *Fumement de terre.* Hiſp. *Obra de eſtercolar la tierra.* ζ Colum. lib. 2. cap. 16. Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationem facere prohibuerit, ſecunda ratio eſt, antequā ſarrias, more ſeminantis, ex auiariis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere.

Stercorarius, a, um, Quod ad ſtercora pertinet. ζ κοπρικός. Ital. *Che ſerue à portare letame.* Gal *Qui ſert à porter fiens.* Hiſp. *Coſa para eſtiercol.* ζ Vatro li. 1. de Re ruſt. Sicé ligno & ferro vt plauſtra maiora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor.

Stercoroſus, a, um, adiectiuum, Plenus ſtercore. ζ κοπρώδης. Ital. *Pien de letamato, pien di ſtercore.* Gal. *Plein de fiens fort fumé* Hiſp. *Lleno de eſtiercol.* ζ Colu. lib. 9. cap. 4. Villaticum quod naſcitur in oleribus & ſtercoroſis herbis. Idem lib. 8. cap. 3. Nam plurimum refert aquam non eſſe in ea, niſi vno loco, quam bibant, eámque mundiſſimam: nam ſtercoroſa pituitam concitat. Cato cap. 52. Locus ſtercoroſiſſimus.

Sterquilinium, ſterquilinij, Locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum. ζ κοπρών, κόπρωμα. Ital. *Foſſa da ſterco.* Gal. *Fumier.* Hiſp. *Muladar, lugar de eſtiercol.* ζ Colum. lib. 1. Sterquilinia duo ſint: vnum quod noua purgamenta recipiat, & in annum conſeruet: alterum ex quo vetera vehantur: ſed vtrunque more piſcinarum deuexum leni cliuo, & extructum, pauitúmque ſolum habeat, ne humorem tranſmittat.

STERCVTIVS, Dictus eſt Saturnus, quòd primus ſtercorandi agri rationem inuenerit. Autor Macrobius.

STERRONTIVM, στρόντιον, Vrbs in inferiore climare Germaniæ: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 12.

Sterilis, le, Infœcundus, & fructum non ferens: λὰς & στεῖρα, quod inter cætera ſignificat carere. ζ ἄκαρπος, ἄτοκος, ἄγονος, στεῖρος. Ital. *Sterile.* Gal. *Sterile.* Hiſp. *Eſteril, coſa ſin fructo.* ζ Plin. lib. 11. ca. 39. Pubeſcit homo ſolus: quod niſi contingat, ſterilis in gignendo eſt, maſculus, ſeu fœmina. Virg. 6. Aene. –ſterilémq; tibi Proſerpina vaccam. Idem 3. Aeneid. –tum ſteriles exurere Sirius agros. Ouid. 5. Faſt. –ſterilem quoq; tange iuuencam. ¶ Sterilis veri, qui verum neſcit, Perſius Saty. 5.

Sterilitas, ſterilitatis, Infertilitas, infœcunditas. ζ στεῖρωσις. Ital. *Sterile.* Gal. *Sterilité.* Hiſp. *Eſterilidad.* ζ Cic. pro Lege Agra. Alterum genus agrorum propter ſterilitatem incultum. Cic. 1. de Diuinat. Quorū ex habitu, atq; ex colore cum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi, nonnūquam etiam quæ ſit vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Plin. lib. 31. cap. 2. In eadem Campaniæ regione, Sinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœminarum, & vitrorum inſaniam abolere produntur.

Sterileſco, is, ere, Significat ſterilem fieri. ζ στειρῶ. Ital. *Diuenir ſtirile.* Gal. *Deuenir ſterile.* Hiſp. *Ser alguna coſa eſteril, ſin fructo.* ζ Palladius de gallinis loquens, Vinaciæ (inquit) cibo ſterileſcunt, hordeo ſemicocto & parere ſæpe coguntur, & reddunt oua maiora. Plin. lib. 8. cap. 50. Caprę pingue dine ſterileſcunt. Idem eodem libro, cap. 16. Is ergo tradit lœnam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos vno minus, ab vno ſterileſcere.

Sterno, ſternis, ſtraui, ſtratum, Humi deiicio, & quaſi in terram extendo. ζ στρώννυμι. Ital. *Gittare per terra, diſtender giu, atterrare.* Gal. *Mettre bas abattre, couurir.* Hiſp. *Derribar por el ſuelo.* ζ Liu. 7. bell. Pun. Ita deſertum à ducibus agmen, primo per agros palatur, feſsíque aliquot ſomno ac vigiliis ſtetnunt corpora paſſim. Idem 1. ab Vrbe, Stratis ariete muris. Horat. 5. Carm. Ode 14. Primóſq; & extremos metendo Strauit humi ſine clade victor. Oui. 2. Metam. Dicit, & arreptam prenſis à fronte capillis Strauit humi pronam. ¶ Vnde etiam pro occidere ponitur. Virg. lib. 10. Aen. Sternitur infœlis alieno vulnere: cælúmq; Aſpicit, & dulceis moriens reminiſcitur Argos. Liu. 1. belli. Mace. Et cornua ab equitibus, & mediis à pedite puſſi: ac repentè quum omni parte cęde ingenti ſternerentur, Galli terga vertunt. Hinc cæſum exercitum, ſtratū dicimus. Item ſtragem pro ingenti clade. ¶ Per tranſlationem ſterno pro extendo, quandoque ponitur. στόρνυμι, στόρνυσις. Vnde ſternere humi tapetas, frondes, & huiuſmodi dicimus. Valla, Sternimus quidem veſtes humi, ramos arborum, flores, & multa eiuſmodi. Tamen frequentius dicimus, Sterno humum floribus, ramis, veſtibus. ¶ Et quoniam ſternendo fit vt id ſupra quod ſternimus, hoc eſt extēdimus aliquid, tegamus: ſternere etiam pro tegere ſumitur. Vnde ſternere equos, cooperire. Liu. 8. belli Punici. Teſſeram veſperi per caſtra dedit, vt ante lucem viri equiq; pranſi eſſent, armatus eques frænatos ſtratóſq; teneret equos. ¶ Sternere menſam, vel lectum: id eſt adornare, inſtruere, apparare. Terent. in Heaut. Video alios feſtinare, lectos ſternere, Cœnam apparare, &c. Cice. 2. de Leg. Credóque quòd erat factitatum, vt vni plura fierent, lectique plures ſternerentur. Triclinia ſternere. Cic. 2. Verr. Publicè ſibi conuiuia parari, ſterni triclinia etiam in foro iubebat. ¶ Item quoniam ſternendo, id eſt extendendo, & id quod extendimus, complanamus atq; componimus: fit vt ſternere quoque pro componere ac complanare vſurpemus: & ſtratum dicamus, complanatum atque compoſitum. Vnde ſtratum mare dicimus, quando nullo vrgente in fluctus vento, æquatum manet. ὁμαλόν. Virgil. 9. Aegl. Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor. Et ſtratas vias dicimus, ſiue quòd complanatę ſint, ſiue quòd lapidibus tectę. Liuius 8. ab Vrbe. Facto iudicio, viua ſub terram ad portam Collinā dextra via ſtrata deſoſſa ſceleratо campo.

¶ Item

¶Item quis iacendo quodam modo extẽdimur, & vt eos etiam se sternere dicamus qui se ad iacendum collocant, vt quiescant. Idem lib. 4. Georg. Sternunt se somno diuerso in littore Phocæ. ¶Huius verbi composita sunt, Asterno, Consterno, Externo, à quo Superexterno, Desterno, Insterno, Prosterno, & Substerno, quorũ significata vide suis locis.

Stratus, strata, stratum, participiũ, Prostratus, humi extensus. {στρωτὸς. Ital. *Disteso, buttato giu per terra.* Gal. *Couché de ſſus, eſtendu.* Hiſp. *Derribado por eſſuelo.*} Virgil. 7. Aegl. Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma. Idem 3. Aen. Stratóque super discumbitur ostro. Cic. ad Atti. lib. 10. Alter is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuasti quidem. ¶Stratum verò nomen', ponitur pro lecto. στρωμνὴ. Liui. 1. belli Pun. id quod gerendis rebus superesset', quieti datum, ea neque molli strato, neque silentio accersita. Ouidius, Stratáque membris intepuere tuis. Virg. 3. Aen. Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes Explorat ventos. ¶Strata item dicuntur quæ & stragula, hoc est quælibet vestes, quæ homini aliisve animalibus insternuntur. Vnde strata, seu instrata, generaliter dicuntur omnia quæ equis, muliſve insternũtur: & dicimus equos stratos, instratósque, hoc est stratis ornatos. Liu. li. 7. Strata detrahi iubet. Idem de secundo bello Punico, Armatos deinde, instratisq; equis signum expectare. Seneca ad Lucilium, Stultus est qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius & frænos.

Strator. Qui equum domini sella insternit, ipsumque in equum sustollit. {ἀναβολεὺς. Ita. *staffiere, palafreniere.* Gal. *Eſtaſier, palefrenier, valet d'eſtable, eſcuyer.* Hiſpa. *El que haze eſtrado, caualleriço.*} Spartianus in Caracalla, Quum illum in equum strator suus leuaret, pugione latus confodit. Vipian. de officio Proconsulis, Proconsul stratores suos habere non potest, sed eorum vice in prouincia milites funguntur.

Sternax equus, Dicitur qui sessorem excutit, ac in terram deiicit. {σκιρτητὴς. Ital. *Chi gitta per terra.* Gal. *Qui gette par terre.* Hiſp. *Que derriba por ſuelo.*} Virgilius 12. Aeneidos. Et sternacis equi lapsum cruice Thymœten. Seruius.

Sternuo, sternis, sternui, sternutum, Flatum è pectore exurgẽtem cum capitis concussione emitto. {πτάρνυμι. Ital. *Sternutire, ſtarnutare.* Gal. *Eſternuer.* Hiſp. *Eſternudar.*} Plin. lib. 7. cap. 6. Oscitatio quidem in enixu lethalis est: sicut sternuisse à coitu, abortiuum. Idem libro 28. cap. 6. Theophrastus senes laboriosius sternuere dicit. Propert. lib. 2. Eleg. 3. Num tibi nascendi primis mea vita diebus Atidus argutum sternuit omen amor? Colum. lib. 8. At si molesta pituita est, cuniæ hubulæ, vel surculi nepetæ syluestris lana inuoluti, naribus inseruntur, versantúrq;, donec sternuat ouis.

Sternuto, as, are, Frequentatiuum. {συχνὰ πτίγω. Ital. *Starnutare ſpeſſo.* Gal. *Eſternuer ſouuent.* Hiſp. *Eſtornudar à menudo.*} Plin. lib. 28. cap. 8, Proboscidis tactu capitis dolor leuatur: efficacius si & sternuter.

Sternutatio, sternutationis, verbale, Ipse sternutandi actus. {πταρμὸς. Ital. *Starnuto.* Gal. *Eſternuement.* Hiſp. *Eſtornudo.*}

Sternutamentum, sternutamenti, Idem quod sternutatio. πτερμὸς. Plinius lib. 20. ca. 12, Semen tritum, & haustum naribus, sternutamenta mouet.

STEROPES, Steropes, penult. cotrept. στερόπη Suidæ, Atlantis filia vna Pleiadum: quam nonnulli Asteropen vocant. Vide suprà in dictione PLEIADES.

STEROPES, Steropis, penult. corr. στερόπης. Vnus ex Vulcani ministris, à fulgure nomen habens. Virgil. 8. Aeneid. Brontésque Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

Sterrhogonia, στερρογωνία. Genus thuris, quod Latini masculum dicunt, à soliditate. στερρὸν enim Græci solidum dicunt.

Sterquilinium, vide STERNO.

Sterto, stertis, stertũi. Dormio, siue dormiendo rhonchos emitto. {ῥέγκω. Ital. *Ronchegiare, ronfare.* Gal. *Ronfler.* Hiſp. *Roncar dormiendo.*} Terent. in Eunuc. Fatuus, insulsus, tardus, stertit noctes diésque. Plaut. in Mil. -sorbet dormiens. PA. Quid sorbet? LV. Illud, stertit volui dicere. Sed quia consimile est quod stertas, quasi sorbeas. Cic. 2. de Diuin. Et quum stertenté aliquem viderint, &c. Iuuen. Satyr. 1, Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso. Horat. 1. Sermon. Satyr. 3. -noctes vigilabat ad ipsum Manè: diem totum stertebat, nil fuit vnquam Sic impar sibi. ¶Hinc fit compositum Desterto, pro cuigilo, seu expergiscor. Persius, Cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse Mæonides, quintus pauone ex Pythagoræo.

Stesichorite, στησιχορίτης. In talis numerus est octonarius, ita dictus teste Polluce, à Stesichori Poëtæ sepulchro, quod omnibus sui partibus octonis constaret, angulis videlicet, columnis, & gradibus.

STESICHORVS, penult. corr. στησίχορος. Nomen poëtæ Lyrici ex Himera Siciliæ vrbe, à qua Himeræus est dictus. Alij ex Methauria vrbe natum dicunt. Alij ex Palantio Arcadiæ oppido. Ferunt inde, profugum Catanam veniſſe, eóq; in loco defunctum, & extra portam vrbis sepultum fuisse, portámque ab eo Stesichoriam nuncupatam. Natus est trigesimaseptima Olympiade, sextáque & quinquagesima obiit. Fertur suscitasse aliquando in ore Stesichori infantis ceciniſſe mirabili auspicio, summum eum Poëtam futurum, & cantus suauitate omnes, qui ante eum fuissent, superaturum. Fratrem habuit Mamertinũ, optimum geometram. Dicitur & scripsisse Helenæ vituperationem, ex quo exoculatum fuisse, rursúsque ob palinodiam visum recuperasse. Quam fabulam tetigit & Horatius in Epod. ad Canidiam sic scribens, Infamis Helenæ Castor offensus vice, Fratérque magni Castoris, victi prece, Adempta vati reddidere lumina. Vocatúsque est Stesichorus, quoniam primus eum citharæ cantu chorum instituit: nam prius Tisias vocabatur. Autor Suidas. Quintilianus verò lib. 10. cap. 1, sic eum taxat, Stesichorus quàm sit ingenio validus, materiæ quoque ostendunt maxima bella, & clarissimos canentem duces, & epici carminis onera lyra sustinentem. Reddit enim personis in agendo simul loquendóque debitam dignitatem: ac si tenuisset modum, videtur æmulari proximus Homerum potuisse, sed redundat, atque offenditur: quod vt est reprehendendum, ita copiæ vitium est.

STESICLEA, Mulier fuit insigni forma, miráq; venustate prædita, quæ quum à Themistocle & Aristide adamaretur, causa fuit dissidij inter duos præstantissimos duces, Autor Plutarchus in Themistocle.

STESIMBROTVS, penul. corr. στησίμβροτος, Historicus fuit Tarsensis, qui Cimonis Atheniensium ducis res gestas scripsit, teste Plutarcho in vita Cimonis. ¶Stesimbrotos alius fuit Epaminondæ filius, à patre interfectus, quòd cum Lacedæmonis ipso inconsulto manum conseruisset, etiamsi speciosissimam eo ex prælio victoriam reportasset. Autor Plutarchus in Parallelis.

STHENELVS, Σθενέλος. Capanei & Euadnes filius, vnus ex Græcorum ducibus qui bello Troiano interfuerunt. Hunc Virgilius inter eos annumerat qui signei equi alno fuerunt inclusi. Therſandrus (inquit) Sthenelúsque duces, & diros Vlixes. ¶Fuit & alter Sthenelus Persei filius ex Andromeda, cuius meminit Homerus lib. 2. Iliad.

STHENOBOEA, Σθενόβοια Suidæ. Prœti Corinthiorum, aut (vt alij malunt) Argiuorum Regis vxor, filia Iobatæ Regis Lyciorum, quæ Bellerophontis amore capta, quum repulsam tulisset, apud virum eum detulit, tanquam vim sibi afferre voluisset. Quam fabulam qui latius nosse cupit, videat suprà in dictione BELLEROPHONTES.

STHENYO, Σθενὼ. Fuit vna ex filiabus Phorci, & belluæ marinæ, Medusæ soror. Vide latius suprà in dictione GORGONES.

Stibadium, dij. {στιβάδιον. Ital. *Tedio d'herbe ò di granella.* Gal. *Siege ou lit d'herbes, ou de joncs.* Hiſp. *Silla hecha de hierua ò de juncos.*} Propriè est sedile, siue lectulus ex herba, siue frondibus, quo fulti conuiuæ mensæ accumbere solebant. Dicta stibadia à stibadibus herbis ad discumbendum idoneis. Latini à tortis herbis rorum appellant. Plin. lib. 5. Epist. Ex stibadio aqua velut expressa cubantium pondere siphunculis effluit. Seruius in primum librum Aeneid. Stibadia (inquit) antiqui non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium dicitur. Mart. lib. 14. de stibadio, Accipe lunata scriptũ testudine signum, Octo capit, veniat quisquis amicus erit. Fiebant etiam stibadia e tabulis quæ ebore atque auro ornabantur transferebantúrque de loco ad locũ, prout libido animi ferebat. De hoc loquutus est Martialis, quum inquit, Et testudineum mensis quater hexaclinon Ingemuit attio non sacris esse suo. Hexaclinon vocat stibadium sex capiens lectos.

Stibium, stibij, quod & Stibi, & Stimmi. {στίμμι. Ital. *Antimonio, coſa da ornare gli occhi.* Gal. *Antimoine.* Hiſp. *El alahol.*} Metalli genus est simile galenæ, sed magis radians, quod vulgò *antimonium* dicitur. Plinius lib. 33. cap. 6, In argenti enim metallis inuenitur lapis spumæ candidæ, atque nitentis, quem alij stibium, alij alabastrum, alij larbason appellant. Duo eius genera, mas & fœmina. Magis probant fœminam: horridior est mas, scabriórque, & minùs ponderosus, minúsq; radians, & arenosior. Fœmina contrà nitet, friabilis, fissuráque, non globis dehiscens. Cuius vis principalis est circa oculos quos dilatat, quosdam; fluxiones, exulcerationésque inhibet. Ideo id Græci στιμμίζειν dixere, ab oculorum dilatatione. Vnde in Ieremia propheta, Quum pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris. Hieronymus ad Fabiam. Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio suffiginatos.

Stibinus, a, um, pen. prod. Quod stibij colorem habet. στιμμώδης.

Stigma, stigmatis. {στίγμα. Ital. *Segno, ſignale, bollatura, ſugellatura, puntura.* Gal. *Signe & marque de playe, poinsture.* Hiſp. *Señal que dexa la llaga deſpues que ſana, punſadura, punctura.*} Nota, siue signum quod inuritur: à στίζω pungo. Martia. lib. 12, Frons hæc stigmate non meo notanda est. Plin. lib. 25. cap. 13, Ideo ad lepras & psoras vtuntur, & ad tollenda stigmata. Iuuen. Satyr. 10, Mitius id fuit, quod non & stigmate dignum Credidit. ¶Per translationem quandoque ponitur pro suggillatione, & infamia. Suetonius in Cæsare Dictat. Valer. Catullum à quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ hospitióque patris eius, sicut consueuerat, vti perseuerauit.

Stigmatici, {στιγματικοὶ. Ital. *Bollati, ſignati per mal fare.* Gal. *Marquez de playes, ou ſeruez par meſfait.* Hiſp. *Herrados en la cara por mal hazer.*} Dicuntur famosi & nocentes quibus stigma, hoc est nota aliqua ita inusta est, vt semper appareat. Cicero scribit Alexandrum Pheræum, quum ad vxorem in cubiculum veniret, solitum præmittere seruum stigmaticum, compunctum notis Threicijs, districto gladio, ob merum. Eius verba sunt hæc lib. 2. Offic. O miserum, qui fideliorem & barbarum, & stigmaticum putaret, quàm coniugem.

Stigmosus, a, um. Idem Plin. Epist. 5, In quo rusticum insectatur, atq; etiam Stoicorum simium appellat, addicit Vitelliana cicatrice stigmosum.

STILBON, Stilbonis, στίλβων, Mercurij stella, ἀπὸ τοῦ στίλβειν, hoc est à lucendo dicta. Cic. 2. de Natura deorum, Infra autem hanc stellam Mercurij est, ea στίλβων appellatur à Græcis, quæ anno fere vertente, signiferum lustrat orbem: neq; à sole longius vnquam vnius signi interuallo discedit, tum antecurrens, tum subsequens.

STILICO, Stiliconis, Honorij Imperatoris socer, à Claudiano poëta multis laudibus celebratus. Hic quum res plurimas fœlicissimè gessisset, tandem vt Eucherium filium ad Imperatorium fastigium eueheret, aduersus principes coniurauit: quumq; Gothorum irruptioni resistere posset, vt Imperatorum vires minueret, passus est Italiam ferro, flammisque crudelissimè deuastari. Vide Eutropium.

Stilla, æ, diminutiuum à Stiria (vt inquit Festus) & accipitur pro gutta. {σταγὼν, σταλαγμός. Ital. *Goccia, ghiotta, &c.* Gal. *Vne goutte qui chiet.* Hiſp. *Gota que cae deſtillando.*} vt Stilla olei, stilla aquæ. Plin. lib. 29. cap. 4, Ex eo, quum opus sit, ternis stillis additis in oleum, perunguatur, vt omnes bestiæ fugiant eos. Apuleius. Et sanguinis eruptionem ventriculo admoto excipit diligenter, vt nulla stilla compareat vsquam. Vitruu. li. 1, Fastigia facientes, luto inducto, proclinatis tectis, stillicidia deducebant: per id stillæ decidunt in impluuium. Martialis, Atque olei stillam donaret Opellius vnctor.

Stillatitia resina, Quæ rufo colore lentescit, dicta quòd gutratim stillaret. στακτὴ. Plin. lib. 17. cap. 11, Eadem resina si cum aquæ leuius decoquatur, colatúrque, rufo colore lentescit, ac stillatitia vocatur.

Stillicidium, dij, Locus in quem è tecto guttæ decidunt: quasi stillarum cadium. {σταλαγμός. Ital. *Gronda, grondoni.* Gal. *Degout, ou iſſuant qui chet d'enhaut.* Hiſpan. *Gotera.*} Cicero 1. de Leg. Quamobrem quò me vocas? aut quid hortaris? vt libellos conferam de stillicidiorum, ac parietum iure? Idem in Orato. Quàm enim indecorum est, de stillicidiis, quum apud vnum iudicem dicas, amplissimis verbis & locis vti communibus

communibus: de maiestate populi Romani submisse, & subtiliter.

Stillo, as. Guttatim fluo, siue emitto. {στάζω, λείβω. Ital. *Stillare, gocciare.* Gal. *Degoutter, chasir goutte à goutte* His. *Gotear, destillar alguna cosa gota à gota.*} Plin. lib. 28. cap. 7. Et contra morsum eiusdem bibitur. stillatúrque. Horat. de Arte. Pallescet super his, etiam stillabit amicis Ex oculis rorem. Lucan. lib 7. Omne nemus misit volucres omnisque cruenta Alite sanguineis stillauit rotibus arbor. Iuuen. Saty. 3. -nam quum facilem stillauit in aurem Exiguum de naturæ, patriæque veneno. Limine submoueor. ¶ Huius composita sunt, Destillo, exstilio, & instillo: quorum significata suprà explicauimus suis locis.

Stillans, tis. participium. {στάζων, ῥυὰς ἐκχέων. Ital. *che goccia.* Gal. *Qui degoutte.* Hisp. *Que gota.*} Cic. 2. Philipp. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur: Ouid. 1. Amor. Eleg. 8. Sanguine (si qua fides) stillantia sydera vidi.

Stillatus, a, um, participium. {ἐκ τοῦ λαγόνος ῥέων. Ita. *che è stillato, gocciato.* Gal. *Degoutté & sortigoutte à goutte.* Hisp. *Gotcado, destillado.*} Oui. 2. Metam. Inde fluunt lachrymæ, stillatáque sole rigescunt De ramis electra nouis.

Stillatio, stillationis, verbale. Actus stillandi.

STILBO, ὁ Στίλβων, Megarensis philosophus fuit, tempore primi Ptolemæi, discipulus Pasicli Thebani: præfuit scholæ Megarensi: scripsit dialogos non minus vigiuti. Huic quum Ptolemæus Soter, patria eius potitus non minus vigiuti. Huic quum Ptolemæus Soter, patria eius potitus splendidam conditionem offerret, si secum in regnum proficisci vellet, constantissimè recusauit. Demetrius quoque cognomento Poliorcetes, quum Megara cepisset, tantum huic honoris detulit, vt quicquid illi ablatum erat, iusserit restitui. Ille contrà nihil se amisisse respondit: Philosophiam enim cum eloquentia neminem sibi adimere potuisse. De hoc quoq; memoriæ prodidit Cicero in lib. de Fato, quòd quum ei vinositatis, & luxuriæ vitia essent ingenita, sic vitiosam naturam edomuerit, vt nemo vnquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit.

Stimmi, ios, ἄμμι, Metalli genus, quod & stibium à Latinis, & vulgò *antimonium* appellatur. Vide paulò antè in dictione STIBIVM.

Stimulus, stimuli. λόγχη. Propriè dicitur fustis acutæ cuspidis quo rustici boues suppungunt. {κέντρον. Ital. *Stimolo, punicchio.* Gal. *Eguillon ou aguillon.* Hisp. *Aguijon ò incitamiento.*} Plautus in Asinar. Vtinam nunc stimulus in manu mihi sit. ¶ Per translationem dicitur omne illud à quo vexamur. Cic. 2. Tuscul. Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus, licebit. ¶ Hinc Stimulum carnis & vitiorum dicimus. Plaut. in Truc. Næ ista stimulum longè habet, quæ vsq; illinc Cor pungit meum. Virgil. 3. Georg. Sed non vlla magis vites industria fimat, Quàm venerem, & cæci stimulos auertere amoris. Idé 11. Aeneid. Et stimulis haud mollibus incitat iras. Ouid. 2. Metam. Parce puer stimulis, & fortius vtere loris.

Stimulo, as. Pungo, commouco, ago, concito, incito. {κεντέω, κεντρίζω, ὀξύνω, ἐγείρω, κινέω. Ital. *Stimolare, pungere.* Gal. *Eguillonner, poindre, piquer, poinsonner, inciter.* Hisp. *Aguijonear, incitar.*} Terent. in Heaut. Magis me nũc amicæ dicta stimulant. Cic. pro Sexto Roscio, Hũc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctésque stimulat ac pungit. Idem ad Attic. lib. 9. Me congressus Cæsaris stimulat, & primas eius actiones horreo. Idem in Parad. Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. Liu. 2. ab Vrbe. Hæc ira, indignatióque, ferocem animum ad vexandum sæuo imperio exercitum stimulat. Plaut. in Cistel. Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota. Virgil. 4. Aeneid. Ecce iterum stimulat, &c. ¶ Hinc Extimulo, & instimulo: de quibus suprà.

Stimulatio, onis, verbale. Ipse stimulandi actus. {κέντρησις, παρόξυνσις. Ital. *Stimolatione, puntione.* Gal. *Aguillonnement ou eguillonnement.* Hispan. *Obra de aguijonear.*} Plin. lib. 35. cap. 2. Extátque hæc stimulatio summa & ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.

Stimulator, stimulatoris, verbale. {κεντητήρ. Ital. *Chi punge, stimola, smuoue.* Gal. *Eguillonneur, esmouueur.* Hisp. *Aguijador.*} Cic. pro Domo sua, Sin in causa fuit annona, seditionis quidem stimulator & concitator tu fuisti.

Stimulatrix, stimulatricis. {κεντρίς. Ital. *Donna che punge ò stimola.* Gal. *Celle qui point & eguillonne.* Hisp. *Aguijadora.*} Plautus in Mostel. -vt venefica illi Fauces prehendam, atque enecem scelestam stimulatricem.

Stimuleus, a, um, pen. corr. {κεντρίδιος. Ital. *che punge.* Gal. *Qui poinct & eguillonne.* Hisp. *Cosa que aguijona.*} vt Supplicium stimuleum, quod stimulis infligitur. Plaut. in Milite. Nisi tibi supplicium stimuleum deditur, Dedecoris plenissimum herum faciam tuum.

Stimulatus, a, um, participium, vt Rabie furenti stimulatus animus. {κεντηθείς. Ital. *stimolato.* Gal. *Eguillonné, esmeu, & incité.* His. *Aguijoneado.*} Cat. Epig. 58. Ouid. 1. de Arte, Iurgia præcipuè vino stimulata caueto.

Stingo, siue Stinguo, stinguis, stinxi, stinctum, Eiusdem significationis est cum extinguo. {σβέννυμι. Ital. *Estinguere, spegnere, amortare.* Gal. *Esteindre.* Hisp. *Apagar.*} Cic. in Progno. Vt quum luna means Hyperionis officit orbi, Stinguntur radij exea caligine tecti. Lucretius lib. 2. -vt cernere possis, Euanescere paulatim, stinguique colorem. ¶ Huius composita sunt, Distinguo, extinguo, interstinguo, instinguo, & restinguo.

Stipatio, stipationis. Stipator, vide STIPO.

Stipendium, stipendij, Aes militare, seu præmium quod militibus datur. {μισθός. Ita. *Paga, stipendio.* Gal. *Les gages des gents de guere, leur solde, loyer.* Hisp. *Sueldo ò salario.*} Compositum nomen ex stipe, & pendo, quòd ante numum signatum Quæstores stipem militibus appendere solebant, non annumerate. Stips autem dicebatur ab antiquis à stipando, quòd eo tempore quo populus Rom. ære graui vtebatur, in cellulis æs solebat stipari. Nam etiam æris grauis summæ maiorem faciebant cumulum, quàm vt enumeris, vel loculis possent includi. Paulò aliter Vlpianus de Verbor. significe. l. Ager. Stipendium (inquit) à stipe appellatum, quòd per stipes, id est modica æra colligatur. ¶ Emeritis stipendiis, & Confectis stipendiis in eadem dicuntur significatione. Dicebantur enim stipendia confecta, vel emerita, quum elapso tempore iustæ militiæ, milites iureiurando soluebantur. Cicero pro Pompeio, Partem militum qui iam stipendiis confectis erant, dimisit. ¶ Emerita stipendia ambitionis. Cicero de Senect. At illa quanti sunt, animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse, secumque (vt dicitur) viuere? ¶ Explere stipendia. Tacit. libro 3. Quanquam ipse plures per prouincias quadraginta stipendia expleuisset. ¶ Facere stipendia pedibus. Liuius, Sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. ¶ Stipendium etiam dicitur tributi genus quod quis tenetur soluere principi pendium etiam dicitur tributi genus quod quis tenetur soluere principi aut Reipublicæ ad sustentationem militum. τέλος. Liuius lib. 2. Vt diuites conferrent qui oneri ferendo essent, pauperes satis stipendij pendere si liberos educent.

Stipendialis, stipendiale, Idem quod stipendiarius. {φορολόγος. Ital. *Tributario.* Gal. *Tributaire, taillable.* Hispan. *El pechero.*} vnde Fœdus stipendiale, apud Sidonium Apollinarem.

Stipendiarium, rij, Certum vectigal. {φόρος. Ital. *Tributo, ò gabella, ò datio determinato.* Gal. *Tribut, gabelle, dace.* Hispa. *Pecho ò pecha.*} Cicero in Verrem, Acti. 5. Inter Siciliam, cæteráque prouincias, Iudices, in agrorum vectigalium rationibus hoc interest, quòd cæteris aut impositum vectigal est certũ quod stipendiariũ dicitur: aut censoria locatio constituta.

Stipendiarius, a, um, Tributarius, qui soluendo stipendio obnoxius est. {φορολόγος. Ital. *Tributario.* Gal. *Tributaire, taillable.* Hispan. *Pechero que paga aquel dinero.*} vt Ciuitates stipendiariæ, quibus certum singulos in annos imperatum erat tributum. Cæsar Comment. 1, Reliquisque ciuitates stipendiarias haberent, id est tributarias.

Stipendiarij, substantiuè Stipendiariæ ciuitatis incolæ. Cic. 1. Verrin. Socij, stipendiariique populi Romani afflicti, miseri, &c. Idem pro Cornelio Balbo, Quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus.

Stipendior, aris, Stipendia facio, vel mereo. {στρατεύομαι. Ital. *Meritare soldo.* Gal. *Estre soldoyé gaiguer loyer.* Hisp. *Merecer sueldo.*} Plinius lib. 6, Regi eorum peditum sexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum nouem, per omnes dies stipendiantur, id est stipendia faciunt, & merẽt.

Stipes, huius stipis, Trũcus, aut validus fustis humi defixus. {ξύλον μέγα. Ital. *Tronco, palo, zocco.* Gal. *Vn tronc d'arbre, ou vn gros pieu & gros baston.* Hispa. *Tronco del arbol, el madero, ò palo derecho.*} Cæs. 1. belli Ciuil. Fossas transuersas viis perducit atque ibi sudes stipitésque præacutos defigit. Ouid. 4. Fast. Querno religant in stipite funem. Idem 3. Fastorum. Constitit ipse super ramoso stipite nixus. ¶ Per translationem accipitur pro stulto, insulso, & fatuo. Terentius in Heaut. In me quiduis harum rerum conuenit, Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. Cic. in Piso. Sed qui, tanquam truncus, atque stipes, si steriisset modò, posset sustinere tamen titulum Consulatus.

STIPHELVS, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, à Cæneo interfectus ea in pugna quæ in Pirithoi nuptiis commissa est inter Lapithas & Centauros. Ouid. 12. Metamorph. Quinque neci Cæneus dederat Stiphelúmque, Bromúmque, &c.

Stipo, stipas, Rimas obturo, cõdenso, in vnum cogo, claudendo coarcto. {κατέχω, πυκνόω, λείβω & ἐλαύνω. Ital. *Empire le fissure.* Gal. *Estouper, entasser.* Hisp. *Recalcar ò tupir ò costribar.*} quod significat condensare: vnde & stypare, siue stupare, quidam scribendum existimant. Aut certè à stupa, hoc est lini purgamento, quod in stipandis nauium rimis solet adhiberi. Colu. lib. 7. cap. 8, Deinde quò tenerior permaneat, clauso, neque ventis obnoxio loco stipatur per plura tabulata. Virgil. de apibus. -aut quum liquentia mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas. Idem 3. Aen. -stipárque catinis Ingens argentum. ¶ Stipari item dicuntur principes, qui custodiæ causa satellitio cingũtur. {δορυφορέομαι. Ital. *Stare d'intorno ad alcuno per defenderlo.* Gal. *Enuironner ou se tenir autour de quelqu'vn pour le defendre.* Hisp. *Acompañar al mayor para defenderlo.*} Item qui amicorum, clientum, comitúmve turba sepiunrur. Liuius lib. 1, Stipatus agmine armatorum, in forum irrumpit. Cice. ad Attic. lib. 1, Quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quicum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possimus. Virgil. 1. Aeneid. Regina ad templum forma pulcherrima Dido Incessit, magna iuuenum stipante caterua. Idem 4. Georg. ad apes transtulit, quæ & ipsæ regis sui latera tanquam de eius salute solicitæ, cingunt sepiúntque.

Stipatus, stipata, stipatum. {δορυφορούμενος, περιεστοιχισμένος. Ital. *Accompagnato di gente in giro.* Gal. *Accompagné de force gens tout autour.* His. *Acompañado de hombres en derredor.*} Virgil. lib. 11. Aene. Tum socios (namque omnis eum stipata tegebat Turba ducũ) sic incipiens hortatur ouãteis.

Stipatio, stipationis, verbale, Ipse stipandi actus. {ἡ πάντωσις, περιβολὴ περιεστοιχισμένων. Ita. *Circondamento d'alcuno.* Gal. *Enuironnement pour defendre.* Hisp. *Aquella obra de acompañar, cercar y rodear algo para defenderlo.*} Cicero pro Sylla, Eius aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum nobis, seditionésque afferebant. Plin. lib. 10. cap. 22, Ita cæteri stipatione naturali propellunt eos.

Stipatores, Qui in nauibus onera componunt. *ὑποτιθέντες.* inquit Seruius. ¶ Item satellites, quos principes corporis custodiæ causa sibi adhibẽt, à stipe quam accipiebant: vel quòd reges stipent, & vndiq; circundent, ac claudant, penè constringentes, instar apum circa ipsarum regem: aut quòd ipsi ferro stipati sint. {δορυφόροι. Ita. *Stiuatori.* Gal. *Gardes du corps, archers de la garde.* Hisp. *Los que acompañan al mayor.*} Cicero lib. 2. Offic. Præmittebátque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. Hos antiqui à latere latrones vocabant. Horatius 1. Serm. saty. 3. -dum tu quadrante lauatum Rex ibis, neque te quisquam stipator, ineptum Præter Crespinum sectabitur.

Stipticus, adiectiuum, vide STYPTICVS.

Stips, stipis, & Stipis huius stipis fœm. gen. Pecuniæ, genus quod per capita colligi solet, quod σύμβολον dicitur à Græcis. {Ital. *Paga, mercede.* Gal. *Paye, loyer, vne piece de monoye, denier ou autre chose.* Hisp. *Moneda que se coge para pagar sueldo, paga.*} Cic. 2. de Leg. ex XII. Tab. Præter Idææ Matris famulos, eósq; iustis diebus, nequis stipem cogito. Et rursum, Stipé sustulimus, nisi eam quã ad paucos dies propriã Idææ Matris excepimus. Implet enim superstitione animos, & exhaurit domos. ¶ Pecunia quoq; quam vel in ærarium reponebant, vel diis offerebant, vel médicis porrigebant ad sustentationem vitæ, stips dicebatur, à stipando: propterea quòd in cella stipabatur, id est cõponebatur. Pli. Epist. 161, Eluctatúsq; facit gurgue, qui lato gremio patescit, purus & vitreus, vt numerare iactas stipes & reluceres calculos possis. ¶ Stipem magnã confert hæc res, id est,

Universidad de Sevilla Biblioteca Universitaria

est fructum. Colum. lib. 8. cap. 1. Quippe villaticæ pastiones, sicut pecuariæ, non minimam colono stipem conferant. ¶ Conferre stipem. Vlp. de Coll. illic. Sed tenuioribus permittitur stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coëant. Spargere stipem. Plin. lib. 33. cap. 10. Populus Romanus stipem spargere cœpit Sp. Posthumio, Quin. Marcio COS. tanta pecunia erat, vt eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit.

Stipula, æ, à stipa, siue stupa deducitur, siue quòd stupæ instar vtantur, siue quòd ea quoq; stipari tectorum rimæ consueuerunt. {καλάμη. Ital. *stopia, stropola.* Gal. *Estrule, estoupble, tuyau de blé, chaume.* Hisp. *La paja, como caña de trigo.*} Est autem stipula calamus frumenti, puta tritici, hordei, & similium, quòd scilicet continet spicam, cuius internodia genicula dicuntur, & aliquando genua, à similitudine genuum animalis. Ouidius 4. Fastor. Móxq; per ardentes stipulæ crepitantis aceruos Traiiciat celeri strenua membra pede. Ibidem, Capiuam stipula fœnóq; inuoluit, & ignes Admonet: vrentes effugit illa manus. Vir. 1. Georg. Culmúmq; leuem, stipulásq; volantes. ¶ Stipula etiam dicitur, quæ remanet in cespo, demesso frumento. Virgil. 1. Georg. Sæpe etiam steriles incendere profuit agros, Atq; leuem stipulam crepitantibus vrere flammis. ¶ Spicæ præterea, quæ post messorum terga à tenuioribus legi solent, stipulæ appellantur. Terent. in Adelphis, -præter hæc Meridie ipso faciam vt stipulam colligat.

Stipulor, atis. secunda syllaba corr. Est certa & solennia quædam verba concipere, quibus is qui interrogatur, aliquid se daturum, facturúmve promittit. {συγγράφω. διαμολογοῦμαι, ὁμολογῶ, συντίθεμαι. Ita. *Stipolare.* Gal. *Stipuler.* Hisp. *Acceptar lo que otro promete.*} Et quanuis propriè de iis interrogationibus dicatur, in quibus de pecunia agitur, eo quòd à stipe dictum putetur: transfertur tamen ad omnes rogationes quæ de quauis re interponuntur. Ci. 2. de Legibus. Si is cui legatū est, stipulatus est idipsum, quod legatum est, vt ea pecunia ex stipulatione debeatur. Colum. el. in Præfat. lib. 10, Fœnoris tui Syluine, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe. ¶ Est autem Stipulor (secundum Priscianum) verbum commune, quod tam in actiua, quàm passiua significatione, ablatiuo iungitur. Dicimus enim. Stipulor abs te: pro rogo te, peto abs te: & Stipulor abs te, pro rogor abs te. Iuuenalis, Quàm vis, stipulare, & protinus accipe quod do, Vt toties illum pater audiat. Quo in loco est actiuæ significationis. Suetonius verò passiuè protulit, Prætorum lectoria, quæ vetat minorem annis viginti quinque stipulari, id est interrogari. Plautus quoque passiuè dixit, Nisi dolo malo instipulatus sis. Idem in Curcul. Ibidem erunt scorta exoleta, quiq; stipulari solent. ¶ Huius verbi composita sunt, Astipulor, & instipulor quorum significata vide suis locis.

Stipulatores, dicuntur qui per interrogationem obligant promissorem. {οἱ διαμολογούμενοι, οἱ ὑπισχνούμενοι ἀπαιτοῦντες ἃ ὑπισχνοῦνται. Ital. *Interrogatori, stipolatori.* Gal. *Stipulateurs.* Hisp. *Aceptadores de lo que otros prometē.*} Ci. pro Quintio, Literæ P. Quintij, testes tot, quibus omnibus causa iustissima est, cur scire potuerint: nulla cur mentiantur, quum à stipulatore tuo comparabuntur. Hæc enim duo, stipulator & promissor, opponuntur. Quod docet Iureconsultus titu. de Verg. oblig.

Stipulatio, onis, (vt inquit Pomponius) Est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum, facturúmve se id quod interrogatus est, respondet. {συγγραφή. Ital. *Interrogatione, stipulatione.* Gal. *stipulation.* Hispa. *Obra de aceptar lo que otro prometa, stipulacion.*} Ci. ad Atticum lib. 16. Etsi nondum stipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen rem pridie Iduum velim cõficias. Seneca de Benefic. lib. 3. cap. 15, Vtinam nulla stipulatio emptoré véditori obligaret, nec pacta, cõuentáque impressis signis custodirétur, fides potius illa seruaret, & æquũ colés animus.

Stipulatiuncula, æ, diminutiuum. ἡ σμικρὰ καὶ εὐτελὴς ὁμολογία. Ital. *Piccola stipolatione.* Gal. *Petite stipulation.* Hisp. *Pequeña stipulacion.*} Ci. 1. de Orat. Tu mihi quum in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula, & quum obsignes tabellas clientis tui, quibus id sit scriptum quo ille capiatur, ego tibi vllam causam maiorem committendam putem?

Stipulatus, tus, Idem quod stipulatio. ὁμολογία. Plinius, Iouis deorum summi stipulatu.

Stiria, æ, Propriè est aqua frigore concreta, pendens, guttatímq; stillans. {κρύσταλλος. Ital. *Acqua agghiacciata che sta pendente.* Gal. *Goutte d'eau gelée & pendante.* Hisp. *El carrion o gota de agua elada.*} Virgil. 3. Georg. Stiriáque impexis induruit horrida barbis. Martialis lib. 7. Turpis ab inuiso pendebat stiria naso. Plinius, Distillantes hyberno gelu stirias.

Stirps, huius stirpis, Modo fœm. gen. est, idem significans quod origo, progenies, soboles. {ῥίζα. Ital. *Progenie, lignaggio.* Gal. *Race, lignée.* Hispa. *Generacion, linaje.*} Virgil. 6. Aeneid. Heu stirpem inuisam. Idem 3. Aen. -quæ vos à stirpe parentum Prima tulit tellus. Ouid. 2. Metamorph. Semifer interea diuinæ stirpis alumno Lætus erat, mistóq; oneri gaudebat honore. Modò masculini generis: & significat imam, firmissimámq; arboris partem, quam & truncum appellamus. {ῥίζωμα, κορμός. Ita. *Stirpe, tronco, radice d'albero, ò d'herbe.* Gal. *Racine d'arbre ou d'herbe ou ce qui en sort.* Hisp. *Planta, raiz, ò tronco del arbol.*} Idem Meta. lib. 12, Quum semel in syluis imo de stirpe recissum. In qua significatione inuenitur etiam fœmininum. Horatius, Stirpésq; raptas, & pecus & domos. ¶ Stirps quæstionis, origo, fundamentum, per translationem. Cic. 4. de Finibus, Differo etiam partem quæ quasi stirps est quæstionis.

Stirpesco, is, ere. In stirpē conuerti. {εἰς κορμοὺς, μεταβάλλω, εἰς ῥίζωμα. Ital. *Farsi ò conuertirsi in tronco.* Gal. *Getter getton, produire tiges, se conuertir en tiges & sions.* Hisp. *Arraigar o hazer raiz, la planta.*} Plin. lib. 9. cap. 8. Nam si defrigatur, stirpescere & intermori.

Stirpitus, pen. corr. aduerbium, Idem significans quod funditus, seu radicitus. {ὁλοσχερῶς. Ital. *Dal fondo, dalle radici, totalmente.* Gal. *De la racine, totalement.* Hisp. *Arraucando de raiz.*} Cic. 4. Tuscul. Hunc errorem quasi radicē omnium malorum, stirpitus philosophia se extracturũ pollicetur.

Stiua, stiuæ, Aratri manica quæ tenetur manibus quum aratur. {ἰσχάς. Ital. *stanico dell' aratro.* Gal. *Le manche ou le tenon de la charue.* Hisp. *El esteua ò mancuera del arado.*} Virgil. 1. Georg. Stiuáque quæ curuus à tergo torqueat imos. Ouid. 8. Metamorph. Hos aliquis, tremula dum captat arundine pisces, Aut pastor baculo, stiuæ ve innixus arator, Vidit, &c. Idem 4. Fast. Inde premens stiuam designat mœnia sulco. Dicta stiua à stando, quia super eam regula stat, & est quasi temo inter boues.

Stlata. Genus nauigij (inquit Festus) latum magis quàm altum, à latitudine sic appellatum: sed ea consuetudine qua illetum pro letum, illitem pro litem dicebant antiqui, qui dictionibus ab l incipientibus, st literas præponere solebant.

Stlatarius, Dicitur qui stlata vehit, sicut à scapha scapharius.

Stlatarius, a, um, Dicitur quod mari portatum est, quasi stlata aduectum. Iuuenalis Satyr. 7. Spondet enim Tyrio stlataria purpura filato.

Stlembus, Grauis & tardus. Lucilius, Atque equum pedibus stlembum. Festus.

Stlitibus iudicandis, Dicebant veteres, pro litibus iudicandis. Festus.

Stlopus, Sonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Persius Satyr. 5, Nec stlopo tumidas intendis rumpere buccas. Alij scribunt scloppus.

Sto, stas, stare, steti, statum. Propriè significat erectum esse, & sua mole consistere. cui opponitur sedere. {ἵστημι, ἑστῶς εἶμι. Ital. *stare.* Gal. *Estre debout, demourer en vn estat, s'arrester.* Hisp. *Estar en pie ò en biello.*} Plautus Ca. Hi stant hìc ambo, non sedent. Terent. Eunuch. -interim Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam Venit. ¶ Et non tantùm de animatis, sed de inanimatis quoque dicitur: vt Nauis stat. Flumen stat. Currus stat. ¶ Sol item stare dicitur, quum ad alterum Tropicorum peruenit, vlterius progredi non potest, sed cursum incipit reflectere. Vnde duo dicimus esse Solstitia, alterum æstiuum, alterum hybernum. ¶ Item permanere, durare. ἐμμένειν. Cic. 1. Offic. Facere promissa, stare conuentis, reddere depositum. Virg. 4. Aen. Et bene apud memores veteres stat gratia facti. ¶ Item horrere, vt annotauit Nonius, citans locum ex Titinnio, Atque illud ante partum comedet, fundi stabunt sentibus. Item alterum ex Cæcilio, Hic amet: familiæ fame pereant: ager autem stet sentibus. ¶ Item plenum esse. Virgil. 12. Aeneid. -iam puluere cælum Stare vident. ¶ Item prominere, vt annotauit idem Nonius, citans illud Lucilij ex lib. 29. Hìc corpus solidum inuenies, hìc stare papillas Pectore marmoreo. ¶ Item præstitutum esse. & immobilem. Virg. 10. Aene. Stat sua cuique dies, breue & irreuocabile tempus Omnibus est vitæ. Ouid. 1. Metam. Sic stat sententia, id est immobilis & fixa est. διάκειται. ¶ Item in animo esse, & constitutum habere Virg. 12. Aeneid. Stat conferre manum Arneæ, stat quicquid acerbi est Morte pati. ¶ Item positum esse. κεῖσθαι. Virgil. 1. Aeneid. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. ¶ Item quiescere. Apuleius, Dum fortè starent in taberna ludentes. ¶ Item in pristino statu manere. Virgilius 2. Aeneid. Troiáque nunc stares, Priamique arx alta maneres. ¶ Item constare, & magno pretio emptum esse. Liuius lib. 23, Multóque sanguine acquirentibus ea Pœnis victoria stetit. Gellius, Magno ei stet, ea nocte absentem fuisse. Quint. Neque ipse hoc periculum ignoro, experitus non leui documento, quanti steterit mihi, quod semel imperata non feci. ¶ Stare firmũ, est non moueri, sed constantem esse. εὖ καὶ βέβαιον εἶναι. Liu. Resistes autē aduersus famam, rumorésque hominum, si satis firmus steteris. ¶ Stare per me, per te, per illum aliquid dicitur, quum ego, tu, aut ille impedimento est, ne quid fiat. Plin. li. 18, Non stat per me, quominus cælum intelligas, & cœlestia scias. Quintilianus, Non per me stetit, sed per illam. ¶ Stare à Senatu, vel ab optimatibus, est Senatus, vel optimatium causam tueri. Ci. de Clar. Orat. Nemo à Senatu, & à bonorum causa stetit constantius. ¶ Stare à mendacio contra verum. Cic. 2. de Inuent pro eo quod est mori falsum, & verum oppugnare. ¶ State extrema fortuna, est summo in periculo situm esse. Cice. in Sallust. Bis ad subsellia arrectus, extrema fortuna steterit. ¶ Composita huius verbi sunt, Absto, adsto vel asto, consto, circunsto, antesto, contasto, exto, à quo superexto, insto, intersto, disto, obsto, persto, præsto, prosto, resto, substo, superisto, de quibus suis locis.

Status, a, um, Idem quod firmus, fixus, immobilis, certus. {στατός. Ital. *Fermo, stabile.* Gal. *Arresté, asseuré, certain.* Hisp. *Firme, que no se mueda.*} Pli. lib. 18, Iam primum hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus. Cic. de Aruf. resp. Statas solennésq; cæremonias Pontificatu cõtineri. Sic statis vicibus aliquid fieri dicitur, quod certis fixisque temporibus iteratur. ἐκ τάξεως γινόμενον. ¶ Status dies cum hoste, est dies constitutus controuersiæ cum peregrino iudicio finiendæ. Plaut. Curc. Status condictus cum hoste intercedit dies. Cic. 1. Offic. Si status dies sit cum hoste, venito. ¶ Stata sacra, quæ certis ac statutis diebus fiebant & non mutabantur, sed firma & stabilia erant diuersa ab illis quæ indicta vocantur, quæ nimirum vel in alia tempora reiici possunt, vel etiam omitti penitus. ἔκτακτοι ἑορταί. Catullus, Sacra stata, solennia, sancta seruasti. Ouid. 1 Fasto. Ter, quater euolui signantes tempora Fastos. Nec Sementinæ est vlla reperta dies: Tum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur, inquit Musa: quid à Fastis non stata sacra petis? ¶ Ennius modicam & modestam formam mulieris statam vocauit, quam Phauorinus apud Gellium non inuenustè vxoriam formam nominat. Vide Gellium lib. 5 cap. 11.

Status, tus, Conditio, habitus. {κατάστασις. Ital. *stato, stado, qualità di una cosa.* Gal. *Estat, condition, geste, maintien, contenance.* Hisp. *Estado de cada vna cosa.*} Columel. lib. 8, Quare status eius longior productiórque ad hos casus magis habilis est. Cic. Lentulo lib. 1. Epist. Ex eodem de toto statu rerum omnium cognosces. Idem de Arusp. resp. Hunc statum, qui nunc est qualiscunque est, nulla alia re, nisi concordia retinere possumus. ¶ Deducere aliquem de statu vitæ, est eum à solito vitæ tenore abducere. Ci. 3. Ver. Me de vitæ meæ statu lachrymis suis deduxerunt. ¶ Apud rhetores autē Status, στάσις, dicitur, summa causæ constitutio, ad quam totius orationis argumenta referuntur: hoc est id quod nascitur ex conflictione petitionis actoris, & defensionis rei. Id autem dilucidius fiet huiusmodi exemplo: Deiotarus insidias struxit Cæsari: intentio est actoris. Non struxit: depulsio rei. Hinc oritur constitutio siue status, Struxerítne insidias Cæsari Deiotarus. Et quoniam in omni disceptatione quæritur an sit, quid sit, vel quale sit, tres inde oriuntur statuum differentiæ, Coniecturalis, Legitima, & Iuridicialis. Cic. in Top. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græcè στάσις, Latinè status vocetur.

Statio, onis, Locus in littore sinuoso, in quo naues ad tempus possunt cõsistere, minus tamen tutò quàm in portu. {σταθμός. Ital. *Statione.* Gal. *L'assiette de quet ou d'autre chose, estation.* Hisp. *La estança ò estancia.*} Virg. 1. Aneid. Nunc tamen sinus & statio male fida carinis. Item 10. Aeneid.

Frangere

Frangere nec tali puppim statione recuso. ¶ Stationes item dicuntur loca in quibus milites consederunt, quæ & statiua dicuntur, & præsidia. Curtius. Cognitum id per exploratores, qui stationes hostium fuerant ingressi. ¶ Locum item vigilibus ad excubias agendas assignatum, stationem vocamus, quòd in eo subsistere cogantur, neque eum sine graui noxa possint relinquere. Virg. 9. Aene. Vigiles simul excitat: illi succedunt, seruántq; vices: statione relicta, Ipse comes Niso graditur. ¶ Item officina, in quam multi conueniunt, vt de aliqua re deceruntur, & ius dicatur, statio appellatur. Gell. lib 13. cap. 13, Quæsitum esse memini, in plerisq; Romæ stationibus, ius publicè docentium. Iuu. Saty. 1. Stationes omne theatrum. ¶ Similiter errantium stellarum matutinæ (quas primas vocant) & vespertinæ (quas secundas) quum stare spectantibus videantur in Oriente, & Occidente, stationes vocãtur. ¶ Per metaphoram etiam statio pro temporaria habitatione accipitur. Cice. ad Attic. lib. 6. Athenis statio mea nunc placet. Sumpta translatio à loco litorali, vbi naues ad tempus subsistunt, quanuis nõ æquè tutò, atque in portu. ¶ Proprie autem statio dicitur ipse standi actus: vnde cæteræ omnes significationes fluxerunt.

Statiuncula, diminutiuum, Parua statio: sicut à ratione ratiuncula.

Stationalis, adiectiuum. {φυλακῆς ἴδιος. Ital. *Della stationc.* Gal. *D'assiette, d'estation.* Hisp. *Cosa de estança ò estacion.*} vt stationales milites, qui & stationarij, quibus certa ad excubias agendas assignata est statio. Stationales stellæ, quæ matutino tempore omnium nouissimæ, & vespertino omnium primæ in cælo apparentes, quasdam quasi excubias facere videntur. Plinius de sideribus loquens lib. 2. cap. 15. Eadem stationalis senis mensibus commoratur in signis, alioqui bimestris: quum cæteræ vtraq; statione quaternos menses non impleant.

Stationarij milites, Dicuntur quibus custodiæ, aut præsidij gratia statio assignata est: vt qui in castris, vrbibúsve ad excubias agendas certo loco disponuntur: quíve in prouinciis distribuuntur partim ad externam vim, si qua fortè ingruat, propulsandam: partim ad prouinciales in fide continendos. {φυλακεῖ. Ital. *Guarnigione de luoghi forti.* Gal. *Garnison de lieux forts.* Hisp. *Guarnicion de lugar fuerte.*}

Statiua, orum, Castra, siue munitiones militares: à standō dicta, quòd in iis milites subsistũt. {στρατόπεδα, ἔρυμα. Ital. *Statiue, luoghi forti.* Gal. *Vn camp, ou vn fort, ou vne place, ou sont assis les gens de guerre, ou le guet, ou la garnison.* Hisp. *El real de huelte para poco tiempo.*} Liu. lib. 1. ab Vrbe, In his statiuis (vt fit) longo magis quàm acri bello satis liberi commeatus erant. Et lib. 9. Statiua nostra munimento satis tuta sunt. Cice. pro Lege Agrar. Num quid causæ est quin omnes agros, vrbes, statiua, portus, totam denique Bithyniam Decemuiri venditurí sint?

Statiuus, a, um, pen. prod. Idem quod stationalis. {ὑφηγεμονικός, στρατιωτικός, στρατόπεδος. Ital. *Della stationc.* Gal. *D'assiette, d'estation.* Hisp. *Cosa de estança ò estacion.*} vt Præsidium statiuum, quod certis locis custodiæ & securitatis gratia disponitur. ¶ Castra statiua, quæ & statiua absolutè, munitiones sunt militares, quibus copiæ sepiuntur, vt aduersus repentinũ hostium incursum tutæ sint, neque inuitæ in prælium descendere cogantur.

Statarius, ria, rium, Fixus, firmus, immobilis. {μόνιμος, στατός. Ital. *Fermo, immobile.* Gal. *Qui ne bouge d'vne place, ferme.* Hisp. *Cosa firme y no variable.*} Vnde statariæ fabulæ dictæ sunt quæ motoriis opponuntur, histrionibus minimè laboriosæ, quippe quæ à stantibus non discursantibus, tumultuanter ve peragerentur. Terent. in Heaut. Adeste æquo animo, date potestatem mihi Statariam agere vt liceat per silentiũ. Statarius orator. Cic. de Cla. Orat. C. Piso statarius & plenus sermonis orator. Et paulo ante, Ij quos statarios appellãt, quorũ est illa simplex in agendo veritas. ¶ Pugna stataria, in qua nõ furtis, nõ ex cursionibus, nõ leuibus prælijs, sed collatis vtrinq; signis decertatur. ¶ Statarij ordines, ad statariã pugnã instructi. Liu. lib. 9. Statarios vtercq; miles ordines seruans.

Stabilis, le, Firmus, & fixus. {βέβαιος, στατικός, στερεός. Ital. *Stabile, immutabile.* Gal. *Ferme stable, asseuré, immuable.* Hisp. *Cosa firme, que no se muda.*} vt apud Terentium in Adelph. Errat longè, mea quidem sententia, Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius, Vi quod sit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Cice. 1. de Orat. Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis. Ouid. 5. Trist. Eleg. 14 Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernet. Quæ maneat stabilis quum fugit illa pede. ¶ Stabile est, id est certum, & statutum. Plaut. in Bacch. Profectò stabile est me fratri aurum reddere. ¶ Mala stabilia, hoc est poma non decidua, & quæ diutius in arbore stant, vel diu maturitatem retinent, neque citò corrumpuntur. Cato cap. 7, Eo lotium suillum, aut stercus ad radicem eorum addere oportet, vt stabilia mala fiant.

Stabilio, lis, Stabilem facio, firmo. {βεβαιόω, ἀσφαλίζομαι, μεθηρμόζω, κατασκευάζω, κρηπίζω. Ital. *Stabilire, fermare.* Gal. *Affermir, asseurer, establir.* Hisp. *Firmar, establecer.*} Plaut. in Amph. Regique Thebano Creonti regnum stabiliuit suũ. Cic. 4. de Finibus. Nisi fortè ceoseretes T. Gracchum patrem beatiorem fuisse quàm filium, quum alter stabilire Rempublicam studuerit, alter euertere. ¶ Hinc constabilio, quod est omnibus modis stabile & securum reddo. Plaut. in Capt. Ædepol rem meam Constabiliui, quum illum emi.

Stabilimen, inis, & Stabilimentum, ti, Idem quod firmamentum, siue corroboratio. {ἔρεισμα, βεβαίωσις. Ital. *Stabilimento.* Gal. *Affermissement, asseurance.* Hispa. *Firmeza para estar.*} Plaut. in Cure. Hæc sunt ventri stabilimenta, panis, & assa bubula, Poculũ grande. Cice. de Natura deorum, Addo, inquit, huc, quod mihi portento cælestium Pater prodigium misit, regni stabilimen eius.

Stabilitas, tatis, Firmitas. {στερεότης. Ital. *stabilità, fermezza.* Gal. *Fermeté.* Hisp. *Firmeza para estar.*} Cæsar 4. belli Gal. Ita nobilitatem equitum, stabilitatem peditum in prælijs præstant. Cice. 1. de Finibus, Quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiæ vacillare. Plin. lib. 23. cap. 3. Gingiuis, & oris vlceribus, deorum stabilitati efficacissimè subuenit.

Stœbe, stœbes, fœm. gen. στοιβή. Frutex aculeatus tum caule, tum folio. semine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratissima, non alibi quàm in aquaticis nascens. Plin. lib. 21. cap. 15, Quædam spinam habent in folio, & in caule, vt phleos, quod aliqui stœben appellauere. Idem lib. 22. cap. 11, Stœbe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, præcipuè auribus purulentis medetur: item oculis ictu cruentatis: hæmorrhagiæ quoque & dysenteriæ infusa.

Stœchades, στοιχάδες. Vulgò *Lae Eras.* Insulæ sunt numero tres, Massilienſium litori vicinæ: sic dictæ propter ordinem quo sitæ sunt. Plin. lib. 3. cap. 5, Stœchades tres à vicinis Massilienſibus dictæ propter ordinem: quas item nominãt singulis vocabulis, Proten, & Mesen, quæ

rectior ac ventriculum fertur: illa spiritum, hic cibum recipit. Et paulo pòst, Stomachus verò, qui intestinorũ principium est, neruosus, septus, à septimæ spinæ vertebra incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur. Ventriculus autem dicitur, qui receptaculum cibi est. Hactenus Celsus. ¶ Impropriè tamen stomachus accipitur pro ventriculo qui cibum concoquit. Iuuen. Satyr. 5, Si stomachus domini ferueat vinoque, cibóque. Celsus lib. 1. cap. 2. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, Ieiunus stomachus ratò vulgaria temnit. Et paulo pòst, Latrantem stomachum bene lenit cum sale panis. Dictus stomachus, ἀπὸ τοῦ στόμα, ἢ στόμα, quòd cibum inferiore orificio ad intestina transfundat. Stomachi resolutio. Celsus lib. 4. cap. 5, Vulgatissimum verò, pessimúmque stomachi vitium est resolutio: id est quum cibi non tenax est, solétque desinere ali corpus, ac sic rabe consumi. Plin. lib. 9. ca. 48, Vomitum, dissolutionémque stomachi protinus creat. ¶ Interdum stomachus ponitur pro indignatione, siue iracundia. ἀγανάκτησις, ὀργιλότης. Cicc. 4. Tuscul. Tractata definitione fortitudinis, intelliges eam stomacho non egere. Sic dicimus, Possum sine stomacho dicere: hoc est sine fastidio & indignatione. Cicc. Qu. Frat. lib. 6, Superiori epistolæ quid respondeam nihil est, quæ plena stomachi & querelarum est. Idem ad Attic. lib. 6, In quo tamen ille mihi risum magis quàm stomachum mouere soler. ¶ Stomachus pro animo: quia quemadmodum stomachus facilè eo cibo mouetur, à quo natura abhorret, sic animus eas res maximè auersatur & abhorret, quas suæ naturæ contrarias esse sentit. Cic. ad Celium lib. 2, Nosti enim non modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium. Hoc est, Nosti animum meum præ fastidio id ferre non posse. ¶ Interdum in bonam partem capitur pro facilitate. Plin. in Prolo. Argumentum huius stomachi mei habebis. Id est huius meæ facilitatis & mansuetudinis, & benignitatis.

Stomachor, charis, ari, Indignari ac turbari. {ἀγανακτῶ, ὀργίζομαι, λοιδοροῦμαι, νεμεσῶ, ἀγανακτέω. Ital. *sdegnarsi.* Gal. *Se courroucer & despiter.* Hisp. *Ensañarse.*} Cicc. Cassio. Si enim stomachabere, & molestè feres, plura dicemus. Terent. in Eunuc. -id quidem aduenies mecum stomachabar modò. Cicc. 4. Tusc. An verò vir fortis, nisi stomachari cœperit non potest fortis esse? Idem Capitoni in Epist. ad Atticum lib. 16, Non dubito quin mirere, atque etiam stomachere, quòd tecum de eadem re agam sæpius.

Stomachans, tis, particip. {ἀγανακτῶν. Ital. *Che se sdegna.* Gal. *Qui se courrouce & despite.* Hisp. *El que se ensaña.*} Cicc. de Cla. Orat. Videre quempiã irascentem, & stomachantem. ¶ Hinc substomachor, de quo suo loco.

Stomachicus, {στομαχικός. Ital. *Che ha il stomaco cattiuo, ò disconcio.* Gal. *Qui a mal à l'estomach.* Hisp. *Doliente de estomago.*} Propriè is dicitur, teste Aegineta, cuius stomachus, siue ventriculus cibum assumptum non retinet. Plin. lib. 25. cap. 5, scribit helleborum mederi stomachicis.

Stomachosus, sa, sum, Iracundus, qui facilè indignatur, ac cuncta fastidit. {ὀργίλος. Ita. *Accroccioso, colerico, fastidioso.* Gal. *Colere & despit, qui se courrouce & despite aisément.* Hispan. *Ayrado, ò sañudo, ò el que toma fastidio ò enojo.*} Cicc. 2. de Orat. Me quidem hercule valde illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula, non quum à moroso dicuntur: tum enim non sal, sed natura ridetur. ¶ Literæ stomachosæ, quæ indignationem, iracundiãmque scriptoris præ se ferunt. Stomachosiores meas literas, quas dicas, non intelligo.

Stomaticus, {στομαϊκός. Ital. *Che ha qualche male ò postema in bocca.* Gal. *Qui a la bouche vlceré.* Hisp. *Doliente de la boca.*} Oris vitio laborans, cui os est exulceratum. Plin. lib. 24. cap. 14, Huius flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus sacris, stomaticisque ex aqua bibendus datur. ¶ Stomatica item dicuntur quæ oris vlceribus medentur. Plin. libro 22. cap. 9, Ideo & commanducata, stomatice est, vlceribus oris inspersa. Stomatica tamen Celsus lib. 3. ca. 18, interpretatur quæ aperiendi vim habẽt. Sunt (inquit) quædam malagmata, quæ στομωτικὰ Græci vocant, quoniam aperiendi vim habent.

Stomoma, stomomatis, στόμωμα, Squama subtilissima ex æris summa lanugine decussa. Plinius lib. 34. cap. 11, de squama æris. Squamæ est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant stomoma.

Storea, æ, {στοιβή. Ital. *Stora, stuoia.* Gal. *Nate ou autre couuerture qu'on estend sur terre.* Hisp. *La estera de esparto ò juncos.*} Teges vilior, ex iuncis, aut stramentis, quæ humi sternitur. Plin. lib. 15, ca 16, Colligi mala post æquinoctium autumnale, neque ante sextamdecimam Lunam, neque ante primam horam: cadiua seperari stramentis, storeis, paleisve substerni. Dicta storea, ἀπὸ τοῦ στρώννυσθαι quod, significat sternere.

Strabo, strabonis. {στραβός. Ital. *Chi guarda in trauersa, guercio.* Gal. *Louche ou bigle.* Hisp. *El que tiene los ojos turuios.*} Qui oculos habet distortos. Cicc. 1. de Nat. deorũ. Redeo ad deos: equos insigni nota strabones, aut pætos esse arbitramur? Plin. lib. 11. cap. 37, Vni animalium homini oculi deprauantur, vnde cognomina Strabonum & Pætorum.

STRABO, Insignis geographi nomen qui temporibus Augusti, & Tiberij claruit. Scripsit Commentarios geographicos, qui etiam hodie omnium manibus teruntur.

Strages, gis, Clades, occisio, vel (vt Valla interpretatur) cadauerum interfectorum multitudo. {ὄλεθρος, φόνος. Ital. *strage.* Gal. *Abatement ou abat de gens, tuerie, deffaitte.* Hisp. *Estrago de cuerpos muertos.*} Cic. ad Attic. lib. 1, Quas ego pugnas, & quantas strages edidi? Idem 3. de Leg. Sed ille quas strages edidit? Liu. lib. 8, Per arma, per viros latè stragem dedère. Virgil. 9. Aeneid. Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus Ediderit, quem quisque virum demiserit orco, &c. Idem 6. Aen. Procubuisse super confusæ stragis acerum.

STRAGONA, stragonæ, στράγνα, Vrbs in climate inferioris Germaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11.

Stragulum, guli, vel stragula, gulæ, Genus vestis, inquit Asconius. {ἐπίβλημα, στρῶμα. Ital. *Coperta di letto ò da cauallo.* Gal. *Couuerture, loudier, housse.* Hisp. *El repostero, tapete, ò alhombra.*} Varro lib. 4. de ling. Lat. Quicquid insternebant, à sternendo stragulum appellabant. ¶ Vipianus accipit pro veste exteriore, quæ reliquis iniicitur: quale est Græcorũ pallium. In stragulis item dormiebant: vnde prouerbio monemur, vt stragula

semper conuoluta habeamus: hoc est vt pudoris verecundiæq; limites non transgrediamur. ¶ Item quæ equis iniiciuntur, Stragula dicuntur. ¶ Stragulas item vestes, siue Stragula pro aulæis, siue petipetasmatibus accipiebant veteres, quòd iis aulæ & triclinia, nonnunquam etiam lecti insternebantur. Tibul. lib. 1. Eleg. 2, Nam neque tunc plumæ, nec stragula picta soporem, &c. Cicc. 4. Verr. Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, &c.

Stramen, straminis, siue stramentũ, Culmi frumentacei, inde dicti quòd pecori substernantur. {κάρφος. Ital. *strame, letto di paglia, saccone.* Gal. *Fourre, estrain, littiere.* Hispa. *La paja de la cama, lecho, los paños para enderçar la cama.*} Varro de Re rust. lib. 1. cap. 50, Tertio modo metitur, vt stramentum medium subsecent, quod manu sinistra summũ prehendunt: à quo messem dictam puto. Infra manum stramentum, quod terræ hæret, postea subsecatur. Colum. lib. 6. cap. 3, Hyberuæ stabulationi boum præparanda sunt stramenta. Cæsar lib. 6. bell. Gal. Et feruefacta iacula in casas, quæ more Gallico stramentis erant tectæ, iacere cœperunt. Horat. 2. Serm. Saty. 3, Si & stramentis incubet, &c.

Stramentitius, a, um, Quod ex stramento sit. {κάρφινος. Ital. *Ciò che si fa di strame ò di paglia.* Gal. *De fourre, d'estrain, de paille.* Hisp. *Cosa que se haze de aquella tal paja.*} vt Tectum stramentitium, Tegetes stramentitiæ.

Stramineus, a, um, Quod est ex stramine. {κάρφινος. Ita. *Di strame, di paglia.* Gal. *De fourre, d'estrain, de chaulme.* Hisp. *Cosa de paja.*} Propertius lib. 2. Eleg. 17, Straminea posset dux habitare casa. Ouid. 3. Amor. Eleg. 9, Roma, nisi immensum vires promouisset in orbem, Stramineis esset nunc quoque densa casis.

Strangulo, as, Stringendo gulam neco. {ἄγχω, πνιγαλίω. Ital. *strangelare, strozzare.* Gal. *Estrangler, suffouquer.* Hispan. *Ahogar.*} Plin. lib. 7, Fabius Senator Prætor in lactis hausu vno pilo strangulatus est. Cicero ad Pætum lib. 9, Nos autem ridiculè, si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur. ¶ Transfertur & ad alia: vt quum hominem cura strangulari dicimus. Iuuen. Satyr. 10, Sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat. ¶ Strangulare diuitias in arca, est concluſas seruare, & perpetuis quasi tenebris damnare, nec quicquam inde aut ad suum, aut ad amicorum vsum depromere. Stat. 2. Syl. Non tibi sepositas infœlix strangulat arca Diuitias. ¶ Strangulare segetes dicitur nimia terræ lætitia. Quin. lib. 8. in Proœm. Et velut læto gramine sata strangulant.

Strangulatus, huius strangulatus, verbale, Idem quod strangulatio. {πνιγαλίωσις. Ital. *strangolamento, strozzamento.* Gal. *Estranglement, suffocation.* Hisp. *Ahogamiento.*} Vnde strãgulatus vuluæ, pro compressione & angustia vteri. Plin. lib. 20. cap. 18, Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu vuluæ.

Stranguria, æ, {στραγγουρία. Ital. *Difficultà d'vrina, di pisciare.* Gal. *Difficulté d'vriner, quand on ne pisse point à son aise.* Hispan. *Ahogamiento de la vrina.*} Vrinæ stillicidiũ, quum vrina per interualla, & guttatim defluit. Vnde definitiones Galeno assignatæ στραγγουρίας esse aiunt τὰ μετὰ στράγγας καὶ ὀδύνας οὖρα, hoc est vrinæ per guttas excretionem. ¶ Dysuria autem dicitur, quum ægrè it lotium (vt Caro loquitur) nec sine dolore excernitur. Cicc. 2. Tuscul. Quanuis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat. Plin. lib. 20. cap. 5, Philistion in lacte coquit, & ad stranguriam dat radicis vncias quatuor.

Strategus, gi, pen. prod. {στρατηγός. Ita. *Capitano dell' essercito.* Gal. *chef & capitaine d'vne armée.* Hisp. *Capitan de armada.*} Dux exercitus. Plautus in Curc. Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus.

Strategemata, {στρατηγήματα. Ital. *Stratagemmi, astutie militari.* Gal. *Ruzes & finesses de guerre.* Hisp. *El ardid ò astucia de guerra.*} Astutiæ rei militaris, facinus egregium, consilio potius quàm veribus gestum. Cic. 3. de Natura deorum, Consilium illud Imperatorũ fuit, quod Græcè στρατήγημα appellant, sed eorum Imperatorum, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerẽt. Idem ad Atticum lib. 5, Quum interim Rufio noster, quòd se à Vestorio obseruari videbat, stratagemate hominem percussit. Dictum est autem strategema à Græco verbo στρατηγέω, quod est exercitũ duco.

Strategia, strategiæ. {στρατηγία. Ital. *Carico de gouernare vn' armata.* Gal. *Capitainerie, charge de commander vne armée.* Hisp. *Gouernamiento de vna armada.*} Præfectura, militatio, prætura, imperium rei militaris, & gubernatio. Plin. lib. 6. cap. 9, A Tigranocerta ad Iberiam, diuiditur (quod certum est) in præfecturas, quas ij strategias appellant. Idem lib. 4. cap. 11, Thracia sequitur inter validissima Europæ gentes in quinquaginta strategias diuisa.

Stratiotes, Millefolii, frutex exiguus palmi altitudine, foliis auicularum pennas imitantibus, breui admodum dissectóq; foliorũ exortu. στρατιώτης, χιλιόφυλλος. Latini & militarem herbam appellant, propterea quòd vulnera omnia ferro facta intra dies quinque sanare dicatur ex oleo impositus. ¶ Est & stratiotes aquaticus, sine radice viuens, aquis tantùm supernatans, folia habẽs semperuiuo similia, sed maiora. Huius meminit & Plin. lib. 24. ca. 18, Celebratur (inquit) & à Græcis stratiotes: sed ea in Aegypto tantũ, ex inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mirè, & vulnera sanat ex aceto illita, &c.

Stratioticus. {στρατιωτικός. Ital. *Militare, di guerra.* Gal. *Militaire, de guerre.* Hisp. *cosa de guerra.*} Militaris. Plaut. in Pseud. Stratioticum nuntium aduenientem percutiam probè.

STRATIVS, στράτιος, Iouis cognomen qui apud Caras colebatur: quod nos bellicosum interpretari possumus. Autor Herodotus lib. 5.

STRATO, στράτων, Nomen proprium Sidonis reguli, qui (vt Hieronymus scribit) manu propria se volens confodere, ne imminẽtibus Persis ludibrio foret, quorum fœdus Aegyptij regis societate neglexerat, retrahebatur formidine, & gladium quem arripuerat, circunspectans, hostium pauidus expectabat aduentum. Quem iam iámque capiendum vxor intelligens, extorsit acinacem de manu, & latus eius transfuerberauit. Compositóque ex more cadauere se moriens superiecit, ne post virginalia fœdera, alterius coitum sustineret.

STRATON, στράτων, Vt scribit Suidas, Lampsacenus philosophus fuit Theophrasti familiaris, & successor, & præceptor Ptolemæi Philadelphi: qui ob insignem naturalis philosophiæ cognitionem Physicus est cognominatus. Stratones octo fuerũt: primus Isocratis auditor: secundus

dus Lampaſcenus, Theophraſti diſcipulus: tertius medicus qui Eraſiſtratum audiuit: quartus hiſtoricus: quintus poëta, Epigrámatum ſcriptor: ſextus antiquus medicus, vt ait Ariſtoteles: ſeptimus Peripateticus, qui vixit Alexandriæ. Hæc Diogenes Laërtius. Octauum Plutarchus Stratonem ponit rhetoricęs præceptorem, ac Bruti familiarem, qui vnà cum eo in bello Philippenſi fuit: ſolúſq; adhibitus, dum ille ſibi mortem conſciuit. Conciliatus poſtea Auguſto per M. Meſſalam, qui comes ad bellum Actiacum fuit. Lachrymans enim Meſſala, Hic eſt (inquit Auguſto) qui meo Bruto gratias extremas ſubminiſtrauit.

STRATONICE, ſtratonices, *στρατονίκη*, Atiarathis Cappadocum Regis filia, vxor Eumenis, Pergami Regis: cui Attalum peperit, qui illi in regnum ſucceſſit. Vide Strabonem lib. 13.

Strebula, Lingua Vmbrorum appellabantur partes carnium ſacrificatarum. Feſtus.

Strena, æ, Munus quod datur die feſto, ominis boni gratia: qualia ſunt quæ paſſim dantur quotannis circiter Calendas Ianuarias. {*ξένιον*. Ital. *Buona mano, manza*. Gal. *Eſtrenes*. Hiſpan. *Las eſtrenas, aguinaldo ò albricias*.} Dicta à numero quo ſignificatur alterum, tertiúmq; venturum ſimilis commodi; veluti trena, quæ præpoſita ſ littera, dicitur ſtrena, vt in lite ſolebant antiqui dicentes ſtilitem. Hæc ex Feſto. Contra Nonius, Strena, inquit, dicta eſt à ſtrenuitate. Pomponius Pictoribus, Aſside, ſiqua ventura eſt alia ſtrena ſtrenæ. Sueton. in Calig. cap. 42, Edixit & ſtrenas ineonte anno ſe receepturum: ſteritque in veſtibulo ædium Calend. Ianuariis ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba ferebat.

Strenuus, a, um, Fortis, celer, vigilans, & ad res gerẽdas promptus. {*ὀρθρεύων*. Ita. *Forte, valoroſo, gagliardo*. Gal. *Vaillant, ſongneux & vigilant*. Hiſ. *Fuerte, diestro y diligente*.} Sall. in Catilinam, Nam ſtrenuus quiſq; aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratus diſceſſerat. Cic. ad Att. lib. 15, Noli me tam ſtrenuum putare vt ante Nonas recurram. Idem 2. Philip. Vt cognoſceret te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum. Ouid. 9. Meta. Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis, Flana comas, aderat faciendis ſtrenua iuſsis. Colum. lib. 8, Magiſter pecoris acer, durus, ſtrenuus, laboris patientiſsimus, alacer, atque audax eſſe debet.

Strenuitas, atis. {*ἀνδραγαθία*. Ital. *Valentigia, agilità, deſtrezza*. Gal. *Vitteſſe, vaillantiſe, habillité & hardieſſe*. Hiſp. *Ligereza, deſtreza y diligencia*.} Ouid. 4. Meta. Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem Amiſere ſuum, forma eſt diuerſa priori. Hinc ſtrenuior, comparatiuum, pro magis ſtrenuus, & ſuperlatiuum ſtrenuiſsimus. Plaut. in Epid. Nam ſtrenuori deteriot ſi prædicet ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ. Plin. lib. 18. cap. 5, Fortiſsimi viri, & milites ſtrenuiſsimi. Caro. in Præfa. At ex agricolis & viri fortiſsimi, & milites ſtrenuiſsimi gignuntur.

Strenuè, aduerbium, Fortiter, diligenter. {*ἀνδρικῶς, ἀνδρικῶς*, Ital. *Gagliardamente, con diligenza*. Gal. *Vaillamment, diligemmant, ſongneuſement, vertueuſement*. Hiſp. *Diestra y diligentemente*.} Cic. ad Q. Fratrem, Domus vtriuſque noſtrum ædificatur ſtrenuè.

Strepo, pis, pui, pitum, Pedibus, aut alio quocũq; modo ſtrepitum facio, ſurſurro, murmuro. {*ψοφέω, ἠχέω*. Ital. *Far ſtrepito eſpeſſo*. Gal. *Faire bruit pluſieurs fois & ſouuent*. Hiſp. *Hazer eſtruendo, à menudo*.} Virg. lib. 1. Georg. Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti Inter ſe foliis ſtrepitant. Arma ſtrepitantia, Tibul. lib. 2. Eleg. 6.

Strepitus, tus, pen. cor. Lenior ſonitus, murmur, ſuſurrus: cuiuſmodi pedibus ambulantium edi ſolet, aut voce admurmurantiũ. {*ψόφος, κτύπος*. Ital. *Strepito, ò mormorio*. Gal. *Bruit*. Hiſp. *Eſtruendo*.} Cic. 2. Verr. Tum verò non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuam populi Romani ſignificauit voluntatem. ¶ Accipitur etiam pro faſtu diuitum, & comitum pompa: vt apud Quintilianum, Declamat. 13, Hic quum me euocaſſet ſubitò trepidum, totóque fortunæ ſuæ ſtrepitu circunſtetiſſet.

Striæ, arum, & Striaturæ, ſunt quidam quaſi canaliculi, & ſulci, cuiuſmodi in columnarum ſcapis quibuſdam, item in herbarum quarundam caulibus videmus æquali interuallo excauatos. {Ital. *Canellate à lungo vna colonna*. Gal. *Canaux ou rayes au long d'vne colonne*. Hiſ. *Los canalet entre dos alturas*.} Vitr. lib. 3. Columnarum ſtriæ faciendæ ſunt XXIIII, ita excauatæ, vt norma in cauo ſtriæ quum fuerit conjecta, circumacta anconibus ſtriarum, dextra ac ſiniſtra tangat acumen.

Striatus, a, um, Vnde Striatas columnas dicimus, quæ ſtriis diſtinctæ ſunt & folia ſtriata, & conchas ſtriatas. {Ital. *Accannellato*. Gal. *Cannelé, creuſé, ridé, rayé*. Hiſpan. *Coſa acanalada aſsi*.} Plin. lib. 21, Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi. Idem libro 37. cap. 10, Eureos nucleo oliuæ ſimilis eſt, ſtriata concharum modo, non adeò candida. Apuleius frontem ſtriatam vocat contractam, caperatámque, & quaſi ſulcos facientem præ triſtitia.

Strio, as, are, Strias facere. {Ital. *Fare incauature à lungo vna colonna*. Gal. *Faire rayes & canaux le long d'vne colonne*. Hiſp. *Acanalar aſsi, ò la obra de aquella manera*.} Vitr. lib. 4, Columnas autem ſtriari viginti ſtriis oportet. ¶ Striare etiam dicũtur boues, quum peracto, aut non peracto priore verſu anhelant, non conuenit. Plin. lib. 18. cap. 19, In arando verſum peragi, nec ſtriari in actu ſæpius.

Stribligo, A veteribus Latinis dicebatur ſolœciſmus, *σολοικισμός*, à tortuoſæ orationis prauitate ac verſura. Ab Aſinio Capitone definitur impar & inconueniens compoſitura partium orationis. Vide Gellium libro 5. cap. 20.

Stricte, Strictim, Strictura, Strictiuus, vide STRINGO.

Strideo, des, dui, Stridorem aut ſtrepitum edo. {*τρίζω, ἰυζίω*. Ital. *Far ſtridore ò ſtrepito*. Gal. *Criſſer & bruire*. Hiſpan. *Rechinar, hazer ruydo fuertemente apretando los dientes*.} Plin. Epiſt. 203, At quum ſtridunt funes, curuatur arbor, gubernacola gemunt. ¶ Quanuis etiam ad alia transferatur: Horat. 2. Serm. Sary. 8, Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros. Virg. 1. Aeneid. -foribus cardo ſtridebat ahenis. Idem 4. Georg. Vt mare ſolicitum ſtridet refluentibus vndis. Luca. lib. 6, -ſtridentoculis ardentibus ignes. ¶ Legitur & Strido, dis. Virg. 8. Aeneid. -ſtridúnrq; cauernis Stricturæ chalybum.

Stridens, tis. *τρίζων*. Virg. 6. Aen. -ac belua Lernæ Horrendum ſtridens, flammiſque armata Chimæra. Idem 3. Georg. -montéſque per altos Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.

Stridor, oris, Strepitus, ingratus ſonus: qualis in forium cardinibus, & anguium ſibilis, & in cutruum rotis malè inunctis intelligitur. {*ψόφος, τρόμος*. Ital. *ſtridore, ſtrepito, romore*. Gal. *Criſſement ou bruit*. Hiſp. *Ruyda fuerte*.} Virg. 1. Aeneid. Stridórque rudentum. Cic. 5. Tuſc. At vocem citharœdi non audiunt, ne ſtridorem quidem ferri tum quum acuitur. Virg. 7. Aeneid. Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ Obſedere apicem. Ouid. 8. Metam. Feruida quum rauco latos ſtridore per armos Spuma fluit.

Stridulus, pen. corr. Adiectiuum, *λιγυρός, λιγυρός*. vt Plauſtra ſtridula, Ouid. 3. Triſt. Eleg. 12. Pax ſtridula lachrymoſo fumo, Ouid. Metam. 2. Conuitia ſtridula, Ouid. ad Piſonem.

STRIDON, Vulgò *Sdrigna*, Oppidum in agro Iuſtinopolitano fuit, in Dalmatiæ & Pánoniæ cófinio. D. Hieronymi patria, à Gothis euerſum.

Striga, æ, Ordo rerum inter ſe continuatè collocatarum, vt ait Feſtus: quod vnà ſint conſtrictæ. {*συστολάγυμος*. Ital. *Ordine di coſe accroncate continuamente*. Gal. *Ordre de choſes miſes continuement*. Hiſpa. *Orden de coſas pueſtas continuadamente*.} Colu. lib. 2. cap. 19, Vtrunque ficcatum coarctabimus in ſtrigam, atque ita manipulos vinciemus. Altera lectio habet ſtriam. ¶ Item longitudo maior latitudine dicitur ſtriga: à quo ſtrigatus ager vocatur, qui per ſtrigas creſcit à Septentrione in Meridiem.

Strigilis, huius ſtrigilis, Inſtrumentum propriè è ferro dentatum, quo equos, & id genus iumenta expolire ſolent equiſones, è corpore ſordes abradendo. {*ξύστρα, ξύστρα*. Ital. *ſtriglia, ſtrigia*. Gal. *Vne eſtrille*. Hiſpan. *Almochaça de hierro*.} ¶ Strigilibus item vtebantur veteres in balneis radendas ſordes corporis, ſudorémque tergendum, præcipuè in frictionibus ante cibum. Fiebat autem hæc ex auro, argento, ferro, interdum etiam ex pumicibus. Perſius Saty. 5, I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Indi etiam ex hebeno ſtrigiles conficiebant, teſte Strabone libro 15. ¶ Strigiles etiam ſunt velaria quibus athletæ poſt laborem ſtringuntur. Plin. de ſpongia, Cinis eius plurimum proficit contra ſcabrities genarum, & quicquid opus diſtringere: præſtat & ſtrigilum vicem, linteorúmque affectis corporibus. ¶ Alij ſtrigilem accipiunt pro quodã vaſis genere. Plautus in Perſa, Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium. Marſupium habeat. Cic. lib. 4. de Finibus, Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat. Et hinc Hiſpani (vt inquit Plinius lib. 33. cap. 3.) ſtrigiles etiam vocabant auri paruulas maſſas. ¶ Item ſtrigil aluminis genus pumicoſum & foraminoſum, fiſtulis ſpongiæ ſimile, rotundúmq; natura. Corn. Celſus, medicamentum in aurem per ſtrigilem inſtillari iubet. ¶ Strigiles etiamnum ſermone vernaculo piſciculi quidam dicuntur, quorum frequens ſit captura per hyemes. ¶ Hanc dictionem Priſcianus à ſtringo, vel à Græco *στλίγγις* deduci exiſtimat. Budæus, Strigiles in antiquis libris Vitruuij impreſſis bene legebatur, vbi nunc ſtriges, legitur, & ſtrigium, lib. 4. cap. 4. & lib. 5. cap. 7. Nam id verbum apud Celſum legitur, lib. 6. cap. 7. ¶ Strigilis, inquit Nonius, certum eſt eſſe fœminini generis: antiqui & neutro protulerunt.

Strigilecula, diminutiuum, Inſtrumentum quo ſudores, ſordéſque à corpore in balneis abraduntur. {*στλεγγίδιον*. Ital. *Picciola ſtriglia*. Gal. *Petite eſtrille*. Hiſp. *Pequeña almohaça*.} Apuleius, Qui magna incœptã prædicauit, fabricatum ſemet ſibi ampullam quoque olearium, quam geſtabat lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate, iuxtáq; honeſtam ſtrigileculam, recta faſtigiatione clauſulæ, flexa tribulo ligulæ, vt & ipſa in manu capula moraretur, & ſudor ex ea riuulo laberetur.

Strigillo, as, Verbum eſt à ſtringendo deductum, eiuſdem cum illo ſignificationis {Ital. *Strignere, ſtregnere*. Gal. *Eſtraindre*. Hiſpan. *Apretar*.} ¶ A quo fit compoſitum Obſtrigillo, quod eſt obſto, impedio. Varro, Quid Curio? quum id feciſſet, dicebat amicis vt illi nuntiaretur ſe obſtrigillaturum, ne aut triumphus decerneretur, aut iterũ Conſul fieret.

Strigmentũ, ti, Sordes quæ ex corporibus raduntur. *ξύσμα, ξύσματα*, & *γλοῖος* Hermolao. {Ital. *L'ordura che ſi rade del corpo*. Gal. *L'ordure qu'on racle d'vn corps, raſture*. Hiſpan. *Mondadura ò ſuziedad que ſe rae del cuerpo*.} Celſus libro 2. cap. 6, Aluus quoque varia peſtifera eſt, quæ ſtrigmentum, ſanguinem, bilem viridem, aliquid modò diuerſis temporibus, modò ſimul & in miſtura quadam, diſcreta tamen, repræſentat. Vnde ſtrigmenta olei dicimus ceromata, id eſt ſordes olei, quæ ex vnctorum athletarum corporibus raduntur. *στρόμματα, πάτται*. Plinius libr. 15. cap. 4, Notum eſt magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe.

Strigium, Veſtis Hiſpanica. Plautus, Nudus eſt, iurat ſe ſtrigium oppigneraſſe.

Strigones, Denſarum virium homines, quòd in ſe conſtricti, atque arctati ſunt. Apud Feſtum legitur ſtrigores.

Strigoſus, a, um, Quod eſt exhauſtum & macilentum, quaſi ſtringoſum: vnde iumenta ſtrigoſa dicta ſunt, quorum corpora reſtricta ſunt fame, aut alia viti) cauſa. {*λεπτός*. Ital. *Attenuato, macilento, conſumato, diſfatto*. Gal. *Maigre & qui n'a que les os, eſtancé, reſtreci, langoureux*. Hiſp. *Muy magro, conſumido*.} Colum. lib. 6. cap. 37, Quanquam poſsit huic aliquatenus comparari quod progenerat onager, niſi & indomitum, & ſeruire contumax, ſi lueſtris more ſtrigoſum patris præferret habitum. Et li. 7. cap. 6, Placidè ac lentè pabulentur, vt & largi ſit vberis, & non ſtrigoſiſsimi corporis. Hic etiam malè habitus dicitur. Gellius, Equum ſtrigoſum, & malè habitum, ſed equitem eius vberrimum, & habitiſsimum viderũt. ¶ Strigoſus Orator, per tranſlationem ieiunus, ineptus. Cicero de Clar. Orat. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui nõ tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur: quos valetudo modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat: quanquam in Lyſia ſunt ſæpe etiã lacerti,

Nevi & fieri nihil possit valentius: verùm est certè genere toto strigosior, sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. Id est gracilior & tenuior, vt ipse ibidem: cui opponit habitum corporis opimum.

Stringo, gis, xi, ctũ, Arcto. {στρίζω, σφίγγω. Ital. *Stringere.* Gal. *Estraindre & fort serrer.* Hisp. *Estrenir à apretar.*} Plinius, Apprehensámque manu stringit. ¶ Per trãslationem stringere quandoq; pro percutere ponitur. Virg. lib. 10, Atque animum patriæ strinxit pietatis imago. ¶ Quandoque pro decerpere, colligere. Idem in Buco. -hic vbi densas Agricolæ stringunt frondeis. Idem lib. 2. Georg. Sed tamen & quernas glandes tum strigere tempus, Et lauri baccas. ¶ Quandoque pro rado. σχίζω, περιφάλλομαι. Virg. lib. 8, Ego sum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas. ¶ Quandoq; pro vulnerare. ἐκκόπτω, ἐπιγράφω. Virg. lib. 8, -hunc primum leuis hasta Themille Strinxerat. ¶ Quandoque pro attenuare, quod stringendo fieri solet: vt Stringite remos. ¶ Stringere ensem, est nudare. γυμνόω. Virg. lib. 11, -strictum rotat acer Lucagus ensem. ¶ Huius composita sunt, astringo, constringo, distringo, destringo, obstringo, perstringo, præstringo, restringo, & substringo: quorum significata explicantur suis locis.

Strictus, a, um, participium à verbo stringor: vt Strictus gladius, euaginatus. {ἐπιγυμνόω. Ital. *stretto.* Gal. *Estreint & fort serré.* Hisp. *Apretado.*} Cic. 2. Philip. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante pop. Rom. stricto gladio insecutus es? Liu. 1. ab Vrbe, Stricto itaque gladio, simul verbis increpans transfigit puellam.

Strictè, aduerbium, Significat arctè. {στενῶς. Ital. *strettamente.* Gal. *Estroittement.* Hispan. *Apretadamente.*} à quo formantur strictius, & strictissimè. Cic. de Amic. Nec obseruare strictè, ne plus reddat quàm acceperit.

Strictim, aduerbium, Significat cõpressius & breuiter, singula stringendo. {ἐπιψαύδην, κεφαλαιωδῶς, λίγδην, ἀκροθιγῶς. Ital. *In poche parole, in breuità.* Gal. *Estroittement, briefuement.* Hisp. *Estrechamente, brevemente.*} Vnde strictim referri dicimus ea quæ quum sparsa ac diffusa essent, breuiter, & quasi summatim colliguntur. Cic. pro Cluentio, Audistis quum ea quæ copiosissimè dici possunt breuiter à me, strictimq; dicuntur. Idem ad Attic. lib. 2, Quem tu Coreyræ, vt mihi aliis literis significas, strictim attigisti. Idem de Natura deorum, Quibus de quæstionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere. Plaut. Capt. Sed vtrum strictim me attonsurum dicam esse, an per pectinem, Nescio.

Strictiuus, a, um, Quod stringitur: vt Strictiuæ oleæ quæ manu colliguntur, ad differentiam caducarum. {αἱ δρεπόμεναι ἐλαῖαι, δρεπάδες. Ital. *Oliue raccolte con la mano.* Gal. *Olives cueillies à la main.* Hisp. *Aceytunas cogidas à mano.*} Cato cap. 146, Oleæ caducæ modij quinquaginta, strictiuæ modij decem.

Stricturæ, teste Nonio, Propriè dicuntur scintillæ quæ de ferro candenti micant, quum massa malleis tunditur: siue quòd strictè emittuntur, id est celeriter: siue quòd oculos suo fulgore perstringant. {σπινθῆρες. Ital. *scintille & lordure che saltano via dal ferro caldo quando se batte.* Gal. *Estincelles & paillas qui sortent du fer chaud quand on le bat sur l'enclume.* Hispa. *Las centellas de hierro caliente.*} Virg. lib. 8, -stridúntque cauernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.

Strio, strias, vide STRIA.

Strix, strigis, Auis, quædam nocturna & importuna, à stridendo dicta. {σκῶπτον. Ital. *striga.* Gal. *cheueſche ou fresaye.* Hisp. *La bruxa, aue dela noche.*} Lucanus lib. 6, Quòd trepidus bubo, quòd strix nocturna queruntur. Plinius lib. 11. cap. 39, Fabulosum enim arbitror de strigibus, vbera eas infantium labris immulgere. Esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit: sed quæ sit auium, constare non arbitror. Hæc Plinius. Ouidius autem infantes sine nutricum custodia relictos, à strigibus è cunis rapi tradit, sanguinémque omnem illis exorberi. Sic enim habet 6. Fasto.

Sunt auidæ volucres, non quæ Phineia mensis
Guttura fraudabant: sed genus inde trahunt.
Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ:
Canities pennis, vnguibus hamus inest.
Nocte volant, puerósque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostro:
Et plenum poto sanguine guttur habent.
Est illis strigibus nomen: sed nominis huius.
Causa, quòd horrenda stridere nocte solent.

Ab huius auis nocumẽto striges appellamus mulieres puellulos fascinantes suo cõtactu, & lactis mammarúmq; oblatione. Serenus. Præterea si fortè premit strix arta puellos Virosa immulgens exertis vbera labris. ¶ Striges etiam dicuntur olera vilia, vt apud Plaut. in Pseud. Hei homines cœnas sibi coquunt: quum condiunt, Non condimentis condiunt, sed strigibus. ¶ Strix frumenti genus apud Hippocratem.

Strobilus, pen. corr. {στρόβιλος. Ital. *Pigna.* Gal. *Vne pome pigne.* Hisp. *Piñon à piña.*} Nux pinea, quæ & cocalus, & à forma conus appellatur, vt non vno in loco testatur Galenus. ¶ Ab huius similitudine & carduum fatiuum strobilum à Romanis fuisse appellatum autor est Dioscorides, voce quidem Græca, sed tunc fortè quotidiana, & in vsum populi recepta. Habet enim carduus in summo caule capitula quædam pineæ nuci non absimilia. Quin & pinum ipsam strobilon aliquãdo legimus

regnum cæleste gigante, Altáq; congestos struxisse ad sydera montes. ¶ Struere aliquid, est machinari, moliri. μηχανᾶσθαι. Terent. Heaut. Num me fefellit hoscei id struere? ¶ Struere aciem. στρατηγεῖν. Cic. ad Octauium, A quibus exercitum abducis, & aduersus quos aciem struis? ¶ Struere dolos, vel insidias, est parare. Liui. 3 bell. Pun. Ibi quum dies aliquot suspecti Campani, timentésque cauendis ac struendis inuicem insidiis traduxissent, &c. ¶ Composita huius verbi sunt astruo, destruo, extruo, instruo, obstruo, præstruo, substruo, & superstruo, quorum significata vide suis locis.

Structor, oris, Faber qui aliquid struit. {κτίστης, τέκτων. Ital. *Constitutore, ordinatore, edificatore.* Gal. *Bastisseur, comme maçon ou charpentier.* Hisp. *El que compone ò edifica.*} Cic. ad Qu. Fratrem lib. 2, A puero vt discessi, in aream tuam veniebat agebatur multis structoribus. ¶ Structores annonæ. Cic. Attic. lib. 14, Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti quum inanes redissent, rumorem afferunt magnum Romæ, domum ad Antonium frumentum omne portari. ¶ Structores item dicuntur qui instruendæ mensæ, ciborúmque apponendorum curam habent. {Ital. *Dispensatore, cellero, scalco.* Gal. *Despensier, maistre d'ostel.* Hisp. *Despensero, maistresala.*} ¶ Item ij qui decoro manuum gestu cibo discerpunt quos Græci ὀψοτόμους appellant. {Ital. *Scalco.* Gal. *Escuyer trenchant.* Hispan. *Trinchante.*} Martialis lib. 12, Et quæ non egeant ferro structoris Ofellæ.

Structura, æ, Aedificium, siue compositio, & ordinatio. {κατασκευή, οἰκοδομή. Ital. *Edificio, ordenanza, composizione.* Gal. *Bastiment, comme maçonnerie ou charpenterie.* Hisp. *Fabrica, edificio.*} Colum. lib. 1, Igitur ad structuram quum primùm statim fundamenta iaciuntur, enitendum est, &c. ¶ Surgens operum structura. Lucanus lib. 6, Prima quidem surgens operum structura fefellit Pompeium. Cicero de opt. gene. Orat. Sed & verborum est structura quædam duas res efficiens, numerum, & lenitatẽ, &c. Ouid. 4. Fasto. Vnde saluteris, color hic tibi protinus index, Et structura mei carminis esse potest.

Structilis, & hoc structile, pen. corr. Quod structum est. {κτιστός. Ital. *Fabricato di molte pietre.* Gal. *Fait & basti de plusieurs pieces ou pierres.* Hisp. *Compuesto ò edificado de muchas piedras.*} vt Structiles columnæ, quæ non sunt ex vno lapide, sed multis: quibus opponuntur solidæ columnæ, quæ ex vno solidóq; constat lapide. ¶ Sepes structiles, id est manu factæ, quibus opponuntur viuæ. Colum. lib. 11. cap. 3, Vetustissimi autores viuam sepem structili prætulerunt.

Strues, is, Proprie lignorum congeries est. {θρυγνός. Ital. *Catasta, stipa, monte di legna.* Gal. *Monceau, tas de bois.* Hisp. *Monton, hacina de leña para quemar.*} Liu. 1. belli Punici, Struem ingentem lignorum faciunt. ¶ Strues item dicebatur genus libi, quod addebatur in sacris. Ouid. lib. 1 Fasto. Hæc adolet flammis cum strue farra suis.

Struppi, Inquit Festus, vocabantur in puluinaribus fasciculi de verbenis facti, qui pro corona deorum capitibus imponebantur.

Struthia mala, quæ & struthiomela vnica voce dicuntur, στρούθια μῆλα. Ex genere sunt coroneorum, cæteris odoratiora, sed minora, serotinúsque prouentus. Autor Plin. lib. 15. cap. 11.

Struthium, {στρούθιον. Ital. *Herba da tintori, radicella.* Gal. *L'herbe à foulon.* Hisp. *Yerua sabonera.*} Herba est vulgò nota, qua ad eluendas lanas vruntur fullones. Plin. lib. 20. cap. 3. in fine, At quæ vocatur radicula, lauandis demum lanis succum habet: mirum quantum conferens candori molitiæque. Et paulo pòst, Struthion Græci vocant: floret æstate, &c. Vulgus *sepiastariorum saponariam* appellat.

Struthiocamelus, {στρουθοκάμηλος. Ital. *struzzolo.* Gal. *Voe autruche.* Hisp. *Abestruz, auc.*} Maxima auium est, si tamen auis est dicenda, quum pennas duntaxat habeat, vt adiuuent ad currendum, cætero volucris non sit, nec à terra tollatur. Vngulas habet cetuinis similes, bisulcas, comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcunq; deuorat, sine aliquo delectu. Mira in eo stoliditas: etenim in tanta corporis altitudine, si colla frutice occultauerit, latére se putat. Oua eius in pretio sunt propter amplitudinem: & pennæ, quia galeas variis coloribus infectæ adornant. Vide Plinium lib. 10. cap. 1.

STRVTHOPODES, στρουθόποδες, Mulieres sunt in India tantæ breuitatis, vt nomen acceperint à passerculorum pedibus. Sipontinus.

Struthos, στρούθος, A Græcis dicitur, quem nos passerem vocamus. Ab antiquis etiam Mimorũ scriptoribus struthos vsurpabatur pro virili membro, à passeris salacitate sumpta nominis ratione.

STRYMON, onis, pen. genitiui corr. στρύμων, Fluuius est Macedoniam à Thracia diuidens, vt Plinio placet. Nam Ptolemæus Nesso fluuio eas disterminat. Oritur Strymon in Hæmo monte, septémq; efficit lacus: quibus deinde in vnum alueum collectis, iuxta Amphipolim influit in maris Aegæi sinum, qui ab ipso Strymonicus appellatur. Virg. 4. Geor. Rupe sub aduersa, deserti ad Strymonis amnem.

Strymonius, a, um: vt, Grues Strymoniæ. Virg. 10. Aene. -quales sub nubibus atris Strymoniæ dant signa grues.

Strychnus, στρύχνος, Herba est, quam Latinè solanum, vulgò solatrum vocamus, multas sub se continens species, quas vide suprà in dictione SOLANVM.

Studium, studij, Est vehemens applicatio animi ad aliquid peragendum. {σπουδή. Ital. *studio, fauore.* Gal. *Estude, faueur, soing, & diligence.* Hisp. *Estudio, fauor.*} Cic. de Inuent lib. 1, Studium autem est animi assidua & vehemens ad aliquam rem applicata, magna cum voluptate occupatio, vt philosophiæ, poeticæ. Plaut. in Asin. Vbi quid dederam, quasi columbæ pulli ore ambæ meo Vsq; eratis: meo de studio studia erant vestra omnia: Vsque adhærebatis: quod ego iusseram, quod volueram. Faciebatis. Terent. in Hec. Viris esse aduersas, æquè studium est, similis pertinacia est. Cæsar 4. belli Gall. Quibus rebus nostri perterriti, atque huius omnino generis pugnæ imperiti, non omne eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus vti prælijs consuerunt. ¶ Accipitur quandoq; pro exercitatione. ἄσκησις, παίδευσις. Columella, Et ne ungula persequar, ei studio, quod quisque agere velit, consultissimum rectorem adhibeat, id est exercitio, vel operi, vel arti. Terent. in And. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos alere, &c. ¶ Quandoque pro fauore seu amore. Sallust. in Catil. C. Syllanum certe scio, quæ dixerit, studio Reipublicæ dixisse. ¶ Quandoque pro voluntate. Virg. 2. Aen. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. ¶ Studio habere aliquid. Terẽtius in Adelphis, Dij vestram fidem! Vtrum studióne id sibi habeat, an laudi putat Fore, si perdiderit gnatum?

Studiosus, a, um, Modò assiduum ac perseuerãtem significat. {σπουδαῖος. Ital. *Studioso, diligente.* Gal. *Estudieux, songneux, diligent.* Hisp. *Estudioso, diligente.*} Cic. 4. Acad. Homo & acutus, vt Pœnus: & valde studiosus & diligens. Idem 4. Verrina, Videte quid potuerit, qui quatuor in prouincia Quæstores, studiosissimos defensores, propugnatorésq; habuerit. Autor ad Herennium, Ideóque bonis viris & studiosis amicus erat. ¶ Modò cupidum, & alicui rei deditum atque additum, fautorem, vel amicum, quem & Græci φιλοπάτριδας appellant. {Ital. *Desideroso, fauorevole, amico, benevolo.* Gal. *Cupide, desireux, ami, fauorable.* Hisp. *Fauorable, codicioso, amigo.*} Cic. de Clar. Orat. Habet enim certos sui studiosos. Idem ad Atticum. Ego mei, studiosos habeo Dyrrhachinos. Idem Cæcinnæ. Viri sunt optimi & tui similium studiosi, & mei necessarij. Idem de Amic. Nec si qui ineunte ætate venandi aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt. ¶ Accipitur etiam studiosus pro literarum cupido. Cic. de opti. gen. Orator. Suscepi laborem vtilem studiosis. Plinius Epist. 5. lib. 3, Itaq; soleo ridere, quum me quidam studiosum vocant. ¶ Hinc fit perstudiosus. Cic. in Catone, Literis Græcis constat eum perstudiosum fuisse in senectute.

Studiosè, aduerbium, diligenter. {σπουδαίως. Ital. *Studiosamente, con diligenza.* Gal. *Songneusement, diligemment.* Hisp. *Estudiosamente, diligentemente.*} Terent. in Heaut. Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Cic. de Seo, Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiosè. Libenter, studioséque audire. apud eundem 2. Verr. Studiosè diligentérq; aliquid curare: idem Attic.

Studeo, des, dui, ditum, Studium adhibeo, do operam alicui rei. {σπουδάζω, σπουδὴν ποιοῦμαι. Ital. *studiare, adoperarse à fare qualche cosa.* Gal. *Estudier, mettre soin estude à faire, tascher, mettre peine.* Hispa. *Estudiar, dar obra, applicarse con diligencia.*} Terent. Eun. Quas matres student demissis humeris esse. Cic. 5. de Finib. Studet enim meus audire Cicero, quænam sit istius veteris, quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum, Peripateticorúmq; sententia. Iungitur hoc verbũ aliquando dativo. Cæsar Comment. 1. Cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat. Nonnũquam etiam cum ablativo mediante In. Gellius, Si quis in ea re studebat. ¶ Interdum & cum accusativo, & tunc significat cupere & velle. Cice. lib. 5. Epist. Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit. ¶ Accipitur aliquãdo studere, pro amare, siue fauere, cum dativo. φιλοῦσθαι, συμπαθεῖσθαι. Ouid. lib 9. Meram. Cui studeat, deus omnis habet. ¶ Item enitii. Cic. lib. 1. Offic. Quorum verò patres aut maiores aliqua gloria præstiterunt, ij student plerunq; in eodem genere laudis excellere. Lactan. lib. 3. duo eodem exemplo significata eius comprehendit, Qui sapientiæ studet, vtique nondum sapit: sed vt sapere possit, studet. ¶ Studere cum genitiuo. Cice. 3 de Nat. deo. Parentem habere suarum, illepidum in liberos, difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. ¶ Construitur etiam cum accusatiuo cum præpositione In. Fabius lib. 10. cap. 2, Poëtæ & pictores in id solùm student, vt describere tabulas mẽsuris ac lineis sciãt. ¶ Ponitur etiam absolutè, pro amare, siue fauere. Sallustius, Neque studere, neque odisse, sed minimè itasci decet.

Studebatur, Impersonale. Plin. lib. 35. cap. 12. Hic & similitudinem reddere instituit, ante eum quàm pulcherrimas facere studebatur.

Stultus, a, um, Imprudens, improuidus, incautus, ineptus. {ἀνόητος, ἄβουλος, ἀνόσιος. Ital. *stolto, goffo grossolano, di poco ingegno.* Gal. *Fol, sot.* Hisp. *Bouo, loco.*} Cice. 4. Philipp. Vt hominem stultum magis etiam infatuet. Leuius est enim stultum esse quàm fatuum. Fatuus enim dicitur qui omnino desipit. Afranius, Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. Insanus verò qui abiecta ratione, cum furore & impetu omnia facit. Terent. in Eunuc. Scitum hercle hominem, hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Cice. ad Curionem, lib. 7. Quanquam me non ratio solùm consolatur, quæ plurimum debet valere, sed etiam dies quæ stultis quoque mederi solet. Horat. 1. Serm. Satyr. 5, Hic ego mendacem stultissimus vsque puellam Ad mediam noctem expecto. Cicero Pæto. lib. 9, Stultorum plena sunt omnia. ¶ Dies stulti, pro adolescentia. Tibul. libro 1. Eleg 4, Vidi iam iuuenem premeret quum serior ætas. Mœrentem stultos præteriisse dies. Consilium stultum capere. Cice. 7. Verrina.

Stultitia, æ, Imprudentia. {ἄνοια, μωρία. Ita. *Pazzia.* Gal. *Folie, sotie ou sotise.* Hispan. *Boueria, locura, y poco saber.*} Cice. 2. de Diuinat. O delirationem incredibilem! non enim omnis error stultitia est. Idem 3. Tuscul. Est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiscí suorum. Idem 3. de Orat. Malo indisertam prudentiam quàm stultitiam loquacem. Plinius lib. 11. cap. 52, Auricularum magnitudo, loquacitatis & stultitiæ nota est. Horat. 2. Sermon. Satyr. 3, Stultitiáne errer, nihilum distabit, an ira.

Stulte, aduerbium, Imprudenter. {ἀνοήτως, ἀβουλῶς. Ital. *Stoltamente, pazamente.* Gal. *Folement, sotement.* Hisp. *Con locura, locamente.*} Plau. in Menech. Quæso ignoscas si quid stultè dixi, atq; imprudens tibi. Teren. in Heau. Factum à vobis stultè. Cice. 2. de Nat. deorum, Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæq; leuitatis.

Stultiloquium, quij, Imprudens sermo. {μωρολογία. Ital. *Parole pazze.* Gal. *Sote maniere de parler, vn sot parler, resverie, bauerie.* Hisp. *Habla de tales bouerias.*} Plautus in Milite, Paratum est dupliciter, ni reprimas totum stultiloquium.

Stultiloquentia, æ, Idem quod Stultiloquium. Plautus Trinum. Paucissimi faxim qui sciant quod nescimus: occlusionémque habeant stultiloquentiam.

Stupa, pæ, vel Stypa, vt quibusdã placet. {Ital. *stoppa.* Gal. *Estoupe de lin ou de chanure.* Hisp. *Estopa de lino ò de cañamo.*} Linum vile, quod lini cortici proximum est, vt inquit Plinius: à Græco στυππίον, quod stupam significat: vel à stipando, quòd ea stipentur, hoc est obturentur nauium rimæ. Liui. 1. bel. Pun. Id ieiunio, quadratum stupa circumligabant, linebántque pice. Idem lib. 8 bel. Maced. Alij cum ardentibus facibus,

alij stupam, præmque & malleolos ferentes, tota colluente flammis acie, aduenêre. Virg. 5. Aeneid. -vdo sub robore viuit Stupa vomens tardum fumum.

Stupeus, a, um, adiect. {στυπῶδης, ὁ ἐκ στυπὸς γεγονὼς}. Ital. *Di stopa.* Gal. *D'estoupe.* Hispa. *Cosa de estopa.* } Virg. lib. 2. Aene. Subiiciunt lapsus, & stupea vincula collo Intendunt. Idem 8. Aene Stupea flamma manu, telisque volatile ferrum Spargitur; arua noua Neptunia cæde rubescunt. Ouid. 14. Metam. Stupea prærupit Phrygiæ retinacula classis,

Stuparius, a, um, aliud adiectiuum. {τὸ πρὸς ὁ στυπεύς}. Ital. *Pertinente à stopa.* Gal. *Appartenant à estoupe.* Hisp. *Perteneciente estopa.* } vt Stuparius malleus, quo lina tunduntur {ῥόπαλον στυπευτικὸν}. Ital. *Maglio da battere la stopa.* Gal. *Maillet dequoy on bat les estoupes.* Hisp. *Maça para majar estopa.* } Plin. lib. 19. cap 1. Mox arefactæ tunduntur in saxo stuparios malleo.

Stupeo, pes, pui, Significat quodam modo sensum rerum non habere. {ἀναισθητῶ ἔχω, ἐξίστημαι, σκληττόμαι}. Ital. *Stupirsi, esser stupido.* Gal. *Estre ou deuenir tout estonné.* Hispa. *Estar sin sentido y pasmado.* } Terent. in And. Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus, stupet. Cic. 7 Verrin. Confirmant ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stuperet. Ouid. 5. Metam. Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces. Persius Saty. 3, Sed stupet hic vitio, id est insanus est factus vitiis. ¶ Iungitur & cum accusatiuo, significátque eum stupore quodam admiror. Virgil. lib. 2. Aeneid. Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ. Cicero 2. de Finibus. Hæc quum loqueris, nos Varrones stupemus: tu videlicet tecum ipse rides.

Stupens, participium. {ἐκπλαγείς}. Plin. lib. 14. cap. 21, Vini natura non gelascit, alias ad frigus stupens tantum.

Stupefacio, is, Stupentem reddo. {ἐκπλήττω, ἐκφοβῶ}. Ital. *Fo stupidire.* Gal. *Estonner.* Hisp. *Pasmar ò espantar.* } Liu. 5 ab Vrbe. Priuatos deinde luctus stupefecit publicus pauor, postquam hostes adesse nuntiatum est.

Stupefio, stupefis passiuum. {ἐκπλήττομαι}. Ital. *Stupirsi, essere stupidito.* Gal. *Estre ou deuenir estonné.* Hisp. *Estar sin sentido y pasmado.* } Seneca Thyeste, Fratris aspectu stupefactus hæsit. Virg. 4. Aen. Et ingenti moru stupefactus aquarũ. Idẽ 5. Aen. -arrectæ mentes, stupefactáq; corda Iliadum.

Stupesco, is, idem quod Stupefio. hoc est stupidus fio. Cic. 3. de Orat. Incidar, aspiciat, admiretur, stupescat.

Stupidus, stupida, stupidum. Quandoq; pro stupefacto, quandoq; pro stulto accipitur. {ἀνόητος, ἀπαίδευτος, ἀπρόσκοπος}. Ital. *Stupido, stupefatto, pazzo.* Gal. *Estourdi, estonné, stupide, gros sot.* Hisp. *Pasmado ò espantado, loco.* } Plaut. in Epid. Quid stas stupida? quid taces? Terent. in Prolog. Heecyræ, Ita populus studio stupidus in funambulo animum occuparat. Cic. de Fato. Zopyrus physiognomon stupidũ esse Socratem dixit, & bardum. Idem in Paradox. Actæonis tabula te stupidum detinet. Ad Herẽnium lib. 4. Omnes stupidi timore obmutuerunt. Plau. Pœnulo, Misera timeo quid hoc negotij sit mea soror: Ira stupida sine animo asto.

Stupiditas, ditatis. Idem quod stupor. {ἀναισθησία}. Ital. *stupidità.* Gal. *Grosse bestiere ou bestise stupidité.* Hisp. *Espasmo, espanto.* } Cic. 2. Philip. In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.

Stupor, oris. Est alienatio quædam sensuum, quòd scilicet sensus constipentur. {ἔκπληξις, ἀναισθησία, πάλσις}. Ital. *Stupidità, stupore.* Gal. *Estounement, grosse bestise, faute d'entendement.* Hisp. *Espasmo, espanto.* } Cic. in Pis. Pauci illa tua luculenta vitia noueramus, tarditatem ingenij, stuporem, debilitatémq; linguæ. Idem pro domo sua. Eámque animi duritiam, sic vt corporis (quod quum vritur, non sentit) stuporem potius, quàm virtutem putarem. Virg. 3. Georg. -oculos stupor vrget inertes. ¶ Est & admirationis species, ex magnitudine miraculi proueniens, ita vt etiam impediatur sensus ab inuestigatione causæ miraculi apparentis.

Stuprum, pri. Est coitus lege vetitus, siue fiat cum nupta, quod adulterium dicitur: siue cum puero, quod pædicationem, vel præposteram libidinem vocamus: siue cum sanguine cõiunctis, aut sacris virginibus, quod incestum dicimus: siue etiam cum alia quauis muliere soluta, siue libera sit, siue ancilla. {μοιχεία}. Ital. *stupro.* Gal. *Violation & corruption d'vne femme, paillardise.* Hisp. *Fuerça hecha à moço ò moça donzella.* } Cic. in Tusc. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique. Idem pro Milone, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Ouid. 1. de Arte, -quid blanda voce moraris Autorem stupri Deidamia tui? Cic. pro Domo sua, Qui non solùm aspectu, sed etiam incesto, flagitio & stupro polluit cæremonias. ¶ Aliquando stuprum ponitur pro turpitudine, ignominia, seu dedecore, quam αἶσχος Græci vocant. Næuius apud Festum, Séque perire ij malolunt ibidem, quàm eum stupro redire ad suos populares.

Stupro, as. Vitio. stuprum infero. {μοιχεύω}. Ital. *Stuprare, vitiare, violare, sforzare.* Gal. *Corrompre fille ou femme, auoir la compagnie de fille ou femme, la violer.* Hispa. *Forçar moço ò moça donzella, desuergar, corromper virgen.* } Plautus in Aulu. Is adolescentis illius est auunculus, Qui illam stuprauit noctu Cereris vigiliis. Cic. 1. de Finib. Stuprata per vim Lucretia à regis filio, testata ciues seipsa interemit. Vatinius ad Cic. lib. 5, Hominem vnum omnium crudelissimum, qui tot ingenuas matresfamiliàs stuprauit. Cic. 5. de Finib. Qui interficeret filiam ne stupraretur. ¶ Huius compositum Constupro. de quo suprà suo loco.

Stuprator, oris, verbale. {μοιχευτὴς, μοιχυτὴς}. Ital. *Violatore di donne.* Gal. *Corrompeur de filles ou femmes.* Hisp. *Forçador de donzellas.* } Quintil. lib. 7, Stuprator an decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini constituta est. Seneca Hippol. Hic dicet ensis, quem tumultu territus Liquit stuprator.

Stuprosus, pen. prod. Adiect. {ὁ διαφθορεὺς, μοιχευτὴς, ἀσελγαινόμενος}. Ital. *Gran violatore di donne.* Gal. *Grand corrompeur de femmes.* Hisp. *Grande forçador y corrompidor de donzellas.* } Val. Max. lib. 6. cap. de Pudicitia, Metellus quoque Celer stuprosæ mentis acer punitor extitit.

Stuprè, aduerbium, Antiquissimi dixerunt pro turpiter: vt in Nelei carmine apud Festum, Fœdè, stuprèque castigor. αἰσχρῶς.

STVRA, Fluuius est in Alpibus nascens, vnus ex triginta, qui à Pado in mare Adriaticum deferuntur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò *Store.*

STVRII, Populi ad Oceanum Gallicum, Rheni quasdam insulas incolentes. Autor Plin. lib. 4. cap. 15. Vulgò *Les de Stauren ou Frisa.*

STVRIVM, rij, insula est Galliæ Narbonensi adiacens, non procul à Stœchadibus. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Sturnus, ni. Anis genus satis notum. {ὁ ψὰρ, ὁ ψάρ}. Ital. *Storlino, storncllo.* Gal. *Vn estourneau.* Hisp. *Estornino.* } de quo sic scribit Plin. lib. 10. cap. 14, Sturnorum generi proprium catervatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Mart. lib. 9. Nunc sturnos inopes, fringillarúmque querelas Audit, & arguto passere vernat ager.

STYELLA, πόλις. Castellum Megaridis in Sicilia, cuius incolæ dicũtur Styelleni. στυελλεῖς. Stephano.

Stygius, vide STYX.

Stylobates, tæ, {στυλοβάτης}. Ital. *La basi d'vna colonna.* Gal. *Le patin ou la pate d'vne colonne, surquoy est assise la base.* Hispa. *El cimiento ò carja de columna.* } Lapis, & quædam veluti basis suppolita columnæ, cui inititur scapus. Parietes autem siue fundamenta, quibus stylobatæ sustinentur, stereobatæ appellantur. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 13, Cohortes in fundo magno duæ aptiores: vna vt interdiu compluuium habeat lacum, vbi aqua saliat, qui intra stylobatas quum venit, sit semipiscina. Boues enim ex aratro æstate reducti, hic bibunt, hic perfunduntur. Idem lib. 3. cap. 3, Subter columnarum stylobatem est lapis à falere pedem & dodrantem altus.

Stylus, {στύλος}. Ital. *Colonna.* Gal. *Vne colonne.* Hisp. *Columna.* } Græca vox est, columnam significans: vnde epistylium. ἐπιστύλιον, capitellum quod super columnæ scapũ locatur. ¶ Accipitur item stylus pro graphio quo in albo, id est in ceratis tabulis antiquitus scribebatur, vt nunc in libellis ligneis. vel codicillis mercatores scribunt. } Ital. *Stilo da scriuere.* Gal. *La touche de quoy on escriuoit iadis sur tablettes.* Hisp. *El punçon para escriuir en tablillas.* } Plin. lib. 34. ca. 14, Et stylo scribere institorum est, vt vetustissimi autores prodiderunt. ¶ Stylus etiam dicitur structura orationis, ac modus dicendi. {γραφικὸς}. Ital. *Foggia di scriuere.* Gal. *La maniere d'escrire ou composer.* Hisp. *El estilo y manera de escriuir* } Terent. in Prolog. And. Sed tamen dissimili oratione sunt factæ, ac stylo. Vbi Donatus, Oratio in sensu, stylus in verbis: oratio ad res, stylus ad verba. Accipitur item stylus pro ipsa scribendi exercitatione, & meditatione. Cice 1. de Orat. Stylus optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister. ¶ Stylus præterea dicitur quicquid vel ligneum, vel ferreum, aut alterius materiæ acuminatum est ad columnæ similitudinem. Colum. lib. 11. cap. vlt. Deinde eas confecto æquinoctio infra terram secare: & ligneo stylo laxatis, vel ferulæ medullis, stercus immittere, atque ita semina cucumeris inserere. ¶ Stylus præterea pro vellicatione ac reprehensione aliquando accipitur, quæ scriptis & inuectiuis libellis fieri solet. Plinius in præfat. operis, Quòd si hoc Lucilius, qui primus condidit styli nasum, dicendum sibi putauit. Censorius stylus, apud Cicer. pro Cluent. ¶ Accipitur etiam stylus pro radice recta, & oblonga ad styli, hoc est columnæ similitudinem. Colum. lib. 5. cap. 9. Omnis autem nux vnam tantùm radicem mittit, & simplici stylo prorepit.

Stymma, στῦμμα. Est spissamentum, & dormitura vnguenti ex odoramentis constans. Plinius lib. 13. cap. 1, Ratio vnguenti faciendi duplex succus, & corpus: ille olei generibus ferè constat. hoc odorum: hæc stymmata vocant, illa hedysmata. Dicta stymmata ἀπὸ τῦ στύφειν, quod est stringere, seu condensare.

STYMPHALVS, στύμφαλος, Lacus in Arcadia iuxta Stymphalum oppidum, ex quo Erasinus fluuius erumpit. Ouid. lib. 2. Fastorum, Testis erit Pholoe, testes Stymphalides vndæ. A Stymphalo lacu Stymphalides aues appellatæ sunt, tantæ magnitudinis vt Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuastantes, donec ab Hercule ænei crepitaculi sonitu pellerentur. Virgilius de Herculis ærumnis, Stymphalidas pepulit volucres diserimine quinto. ¶ A Stymphalo oppido fit Stymphalius, phalia, phalium, στυμφάλιος, & Stymphalis, lidis. Hieronymus contra Iouinianum, Aristoclides Orchomeni tyrannus adamauit virginem Stymphalidem, quæ quum patre occiso ad templum Dianæ concessisset, & simulacrum eius teneret, nec vi posset auelli, in eodem loco confossa est. Ob cuius necem tanto omnis Arcadia dolore commota est, vt bellum publicè sumeret, & necem virginis vlcisceretur.

Stypticus, {στυπτικὸς}. Ital. *stitico.* Gal. *Restrainct, restrintif.* Hisp. *Cosa que restringe y aprieta.* } Idem quod astrictiuus, hoc est densandi, seu astringendi vim habens: ἀπὸ τῦ στύφειν, quod est astringere, seu densare. Plin. lib. 14. cap. 13, Inter medicamenta quæ styptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias partes. Idem lib. 21. cap. 23. Quæ ex his phœniceũ colorem habet, radice contrita, cuicunque animalium imposita, vlcerum habet stypticam vim.

STYRA, πόλις, Euboeæ insulæ oppidum fuit, non procul à Carysto, à Phædro Achenienſium duce bello Malliaco euersum. Autor Strabo lib. 10.

Styrax, acis, masculini generis, στύραξ. Arbor est cotoneæ malo similis, fructu maiore quàm auellana, specie candidi pruni: ex qua manat liquor eiusdem nominis, coloris flaui, sordidi, resinosi, albicantibus fragmentis, odoris perseuerantis. Hodie officinæ *storacem* appellant. Plin. lib. 12. cap. 17, Ex Syria reuehunt styracem, aeri odore eius in locis abigentes suorum fastidium.

STYX, ὕδωρ, Fons est ad Nonacrin Arcadiæ è saxis profluens, exitiosus omnibus animalibus, támq; frigidus, vt potus statim enecet, ferrúmq; ac æs erodat, solâq; mulæ vngula possit contineri: cætera vasa frigoris vehementia statim dirumpens. Hoc veneno quidam Alexandrum ab Antipatro non sine Aristotelis consilio, putant peremptum. Styx Græcis mœstitiam sonat, ἀπὸ τῦ στυγεῖν, quod querulum, tristem, vel odiosum sonat. Hinc Poetæ occasionem arripuerunt, qui Stygem paludem esse apud inferos dixerunt: apud superos tanta in veneratione habitam, vt nefas duceremr quicquam eorum quæ per Stygem iurassent, non obseruare. Siquis deorum violasset, centum annis à nectare abstinebat, & numinis maiestate erat priuatus. Virg. 6. Aneid. -Stygiámque paludem Dij cuius iurare timent, & fallere numen. De hac Seruius sic scribit. Dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauisse pro cuius remuneratione Iupiter ei tribuit, vt iurantes dij per eius matrem, non audeant fallere. Ratio autem hæc est: Styx mœrorem significat, vnde ἀπὸ τῦ στυγεῖν, id est à tristitia Styx dicta est. Dij autem læti sunt semper: vnde & immortales: ergo quia mœrorem non sentiunt, inrant per rem suæ naturæ contrariam, id est tristitiam quæ est æternitati contraria-

Idem iusiurandum per execrationem habent. Hactenus Seruius enarrans hunc locum. Virgil. 6. Aenid. Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est, Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara, &c. ¶ Est & alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam veteres Styga vocauere, ambiens Abaton insulam.

Stygius, a, um, adiectiuum, σύγιος, vt Iupiter Stygius, pro Plutone, apud Virg. lib. 4. Aen. Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta paraui. Stygius canis, id est Cerberus. Seneca, Hic sæuus vmbras territat Stygius canis.

S ante V.

Suadeo, des, si, sum, Secundum naturam trisyllabum est: quod si inueniatur tetrasyllabum, solutio dicenda est, quam Græci diæresim vocãt. {πείθω, σύμβουλος μαι. Ital. *Suadere, essortare, indurre, persuadere.* Gal. *Suader, exhorter, faire remontrance, tascher, à induire à faire quelque chose.* Hisp. *Induzir con razones, exhortar.*} Est autem suadere accõmodatis & suauibus verbis aliquem in opinionem nostram inducere conari: hoc est hortari aliquem ad id quod intendimus. Plaut. Milit. Nam si honestè censeam te facere posse, suadeam. Cic. Valetio lib. 13, Hęc ex spectant, vt te horter & suadeam: reliqua sunt quæ pertinent ad rogandum. ¶ Suadere legem, est populum ad accipiendam legem adhortari. Sicc. de Senect. Quum legem Voconiam magna voce, & bonis lateribus suasissem. ¶ Transfertur & ad res inanimatas, quæ tum suadere dicuntur, quum rei alicuius faciendæ nobis præbent occasionem. Ouid. libr. 1. Amor. Eleg. 6, Nox & amor, vinúmq; , nihil moderabile suadent. Virgil. lib. 2. Aene. -suadéntq; cadentia sydera somnos. Ouid. 2. Fast. Iámq; vbi suadebit placidos nox humida somnos.

Suada, dæ, A Romanis dicta est quædam persuasionis dea, quam Græci vocant πειθώ. Cic. de Clar. Orat. Πειθὼ quam Græci vocant, cuius effector est orator, hãc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, vt quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sesti tauisse, huius hic medullam nostram oratorem fuisse dixerit. Et paulo pòst, Cethegum illi homines florem populi esse dixerunt, Suadæque medullam. Idem de Senect. M. Cethegus, quem rectè Suadæ medullam dixit Ennius.

Suadela, læ, pen. prod. Dicitur suasio. {πειθώ. Ital. *Persuasione.* Gal. *Persuasion.* Hisp. *Induzimiento con razones.*} Plaut. in Cist. Iam perducebam illam ad me mea suadela. Horat. 1. Epist. videtur Suadelam accepisse pro dea persuasionis, quæ & Suada dicitur. At bene numatum decorat suadela, Venúsque.

Suasor, oris, verbale, Qui suadet. {εἰσηγητής. Ital. *Essortatore.* Gal. *Qui tasche à induire & persuader, exhortateur.* Hisp. *Induzidor con razones.*} Cic. 3. Offic. Atque huius deditionis Posthumius ipse, qui debebatur, suasor & autor fuit.

Suasio, nis, verbale, fœm. gen. Actus ipse suadendi, adhortatio. {πειθοῦς, εἰσήγησις, παράκλησις. Ital. *Essortatione, persuasione.* Gal. *Suasion, induction, exhortation.* Hisp. *Induzimiento con razones, obra de induzir assi.*} Cic. in Orat. Tales suasiones, qualem Isocrates fecit Panegyricum.

Suasorius, a, um, Quod ad suadendem pertinet: vt Suasorium munus, id est officium suadendi. {συμβουλευτικός. Ital. *Essortatorio, cosa che serue à persuadere.* Gal. *Suasoire, qui sert à suader ou induire à faire quelque chose.* Hisp. *Cosa para induzir assi.*} Suasoriũ genus causæ, rhetoribus idem est quod deliberatiuum, quo scilicet aliquid suademus, vel dissuademus. Quinti. in proœmio lib. 8. Suasoriis accedere tertiam partem ex coniectura, posséne fieri, an esset futurum quod deliberaretur.

Sualternicum, Philæmon electrum suluum appellauit, eredidítque apud Scythas è tellure offodi, referente Plinio lib. 37. cap. 2. Quod tamen falsum esse satis constat ex iis quæ suprà annotauimus in dictione ELECTRVN.

Suamet, Vox composita ex ablatiuo sua, cum syllabica adiectione met: idem valens quod suaipsius. τῆς ἑαυτῆς, τῆς ἐκείνου ἰδιώτατα. Plin. lib. 10. cap. 59, Anseres suamet vi colla sua abtumpunt.

Suapte, & Suopte, voces sunt compositæ ex ablatiuis sua, & suo, cum syllabica adiectione, pte: idémque significant quod suamet, & suomet: vt suapte sponte, id est sua ipsius sponte: suopte nutu, id est suo ipsius nutu. αὐτομάτως. Cic. 1. Tuscul. Terrena & humida suopte nutu, & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur.

Suarius, vide SVS.

Suasus color, Idem qui pullus dicitur & impluuiatus. Legitur & suasum, substantiuum neut. gen. {φαιός. Ital. *Fosco, nero.* Gal. *Noir, enfumé.* Hisp. *Negro de hollin.*} Plaut. in Trucul. Quia tibi suaso infeciſti propudiosa pallium. ¶ Suasum (inquit Festus) color appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo.

Suatim, vide SVS.

Suauior, suauiaris, vide SVAVIVM.

Suauis, suaue, Dulcis, iucundus: gustui siue odoratui gratus: nam ad hoc duos sensus propriè pertinet. {ἡδύς. Ital. *Soaue, dolce.* Gal. *Doux, souef.* Hisp. *Cosa suaue ò que da delectacion.*} Sapores enim & odores suaues dicimus, qui blanda quadam volnptate gustandi, odorandive sensum afficiunt. Virgil. 4. Georg. Verùm ipsæ foliis natos, & suauibus herbis Ore legunt. Idem 2. Aeglo. Sic positæ quoniam suaues miscueris odores. ¶ Per translationem tamen & aliis rebus accommodatur, vt idem ferè sit quod iucundum & amœnum. Cic. ad Cælium lib. 1, Nam & honorificus in me Consul fuit, & suauis amicus. Idem ad Sulpitium lib. 15. Tum pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat quàm suauis esset inter nos, & quanta coniunctio. Horat. 1. Serm. Satyr. 10, -at sermo lingua concinnus vtraque Suauior. Cic. pro Cor. Bal. Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur.

Suauitas, atis, Pro dulcedine, & iucunditate. {ἡδύτης. Ital. *Soauità, dolcezza.* Gal. *Douceur, suauité.* Hisp. *Suauidad, dulçura.*} Plin. lib. 10. cap. 19, Vt non sit dubium hanc suauitatem præmonstratam efficaci auspicio. Cic. ad Atticum lib 6, Miram in eo pietatem, suauitatem, humanitatémq; perspexi. Idem Appio Pulchro lib. 3, Sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse, quum propter multas suauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ. Idem 2. Philipp. Quidam morbo aliquo, & sensus stupore, suauitatem cibi non sentiunt.

Suauitudo, inis, Idem quod suauitas. Autor ad Herennium li. 3, Quoniam igitur res eædem vocis similitudini, & pronũtiationis suauitudini prosunt. Plaut. Sticho, Age mulsa mea, suauitudo salsa. ¶ Horum contraria sunt, insuauis, id est austerus, asper, iniucundus, inamœnus: & insuauitas, & insuauitudo, iniucunditas, inamœnitas, voluptari contraria.

Suauiter, aduerbium, idem quod iucundè. {ἡδέως, γλυκέως. Ital. *Soauemente, dolcemente.* Gal. *Doulcement, souefuement.* Hisp. *Suauemente.*} Cic. 4. Acad. Veruntamen video quàm suauiter voluptas sensibus nostris blãdiatur. Horat. 1. Serm. Satyr. 9, Accurrit quidam notus mihi nomine tantùm, Arreptáque manu. Quid agis dulcissime rerum? Suauiter, vt nunc est, inquam. Idem 2. Serm. Saty. 8, Et leporum auulsos, vi multò suauius armos, Quàm si cum lumbis quis edat. ¶ Suauè, pro suauiter. Virgil. 3. Aeglo. Et suaue rubens hyacinthus.

Suauiloquens, omnis gen. Qui suauiter loquitur. {ἡδυλόγος. Ital. *chi parla dolcemente, chi ha dolce parole.* Gal. *Qui parle doucement.* Hisp. *El que habla suauidades.*} Cic. de Clar. Orat. ex Ennio, Additur orator Cornelius suauiloquenti Ore Cethegus.

Suauiloquẽtia, æ, Pro loquendi suauitate. {ἡδυλογία. Ital. *Dolce parlare.* Gal. *Doux parler.* Hisp. *Dulce y suaue hablar.*} Cic. de Clar. Orat. Et oratorem appellat & suauiloquentiam tribuit.

Suauiloquus, a, um, Idem quod suauiloquens. ἡδυλόγος. Lucret. lib. 3.

Quod quoniam docui, nunc suauiloquis age paucis
Versibus ostendam corpuscula materiai
Ex infinito summam rerum vsque tenere.

Suauium, uij, Quod & sauium dicitur per detractionem literæ u, osculum, siue basium voluptatis, vel gaudij causa datum. {φίλημα. Ital. *Bascio.* Gal. *Vn baiser.* Hisp. *Beso, como de enamorados.*} Horat. Epod. 3, Manum puella suauio opponat tuo. Cic. Attico lib. 16, Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suauium des. ¶ Meum suauium, amantium blandimentum est, quemadmodum Mea vita, Mea voluptas. Terent. Eunu. Thais, meum suauium.

Suauiolum, oli, diminut. {τὸ φίλημάτιον. Ital. *Picciolo bascio.* Gal. *Vn petit baiser.* Hisp. *Pequeño beso.*} Catul. Suauiolum dulci dulcius ambrosia.

Suauitatio, verbale. {ἡ φίλησις, ἡ κατάφίλησις. Ital. *Essa atto di bascíare.* Gal. *Baisement amoureux.* Hisp. *Obra de besar, besamiento de enamorados.*} Gel. lib. 18. cap. 2, Suauitationes puerorum & puellarum.

Suauior, aris, & Sauior, Significat cum voluptate, aut præ gaudio osculor. {φιλέω. Ital. *Bascíare.* Gal. *Baiser.* Hisp. *Besar.*} Catul. ad Veratiũ, Lucidum os, oculósque suauiabor. Cic. ad Attic. lib. 16, Atticam nostram cupio suauiarisita mi dulcis salus visa est per te missa ab illa.

Sub, cum ablatiuo, siue accusatiuo, Præpositio idem significans quod subter, qua tam in cõpositione vtimur, quàm in appositione. {ὑπό. Ital. *Sotto.* Gal. *Sous.* Hisp. *Debaxo.*} Extra compositionem modò accusatiuo iungitur, modò ablatiuo, pro ratione motus, aut quieris significatæ per verbum cui adhæret. Virg. 8. Aeneid. Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Idem 2. Georg. Sarmenta & vallos primus sub tecta referto. ¶ Aliquando ponitur pro in. Virg. 1. Aeneid. Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo. hoc est in templo. Idem lib. 1. Geor. -sæpe exiguus mus Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit. Idem 3. Georg. de ceruis, Ipsi in defossis specubus secura sub alta Otia agunt terra. ¶ Aliquando tempus importat, & accipitur pro circiter, siue per, vel paulò antè. Virg. lib. 3. Georg. Sub lucem exportant calathis. Liu. lib. 1. ab Vrbe condita, Vtrinque legati ferè sub idem tempus ad res repetendas missi. Sueto. in Augusto, Sub horam pugnæ tam arcto repentè somno deuictus, vt ad dandum signum ab amicis excitaretur. ¶ Aliquando sumitur pro antè. Virg. 2. Aen. -postésq; sub ipsos Nituntur gradibus. ¶ Aliquando pro iuxta. Idem 3. Aene. -classémq; sub ipsa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ. ¶ Nonnunquam ordinem importat. idémque valet quod pòst. Virg. 5. Aene. -quo deinde sub ipso Ecce volat calcémque terit iam calce Diores. ¶ Composita plerunq; localem significationem retinent, quæ illi propria est: vt subeo, subitio, suppono, quæ idem valent quod subter iacio, eo siue pono. Virgil. 11. Aeneid. -caudámque remulcens. Subiecit pauitantem vtero, syluáſq; petiuit. ¶ Interdum diminutionem: vt sub dubito, subiratcor, id est aliquantulum, siue nonnihil iratcor, seu dubito. Est enim (vt Donatus inquit) temperamentum plenæ pronuntiationis. ¶ Interdum significat super: vt Corpora saltu subiiciunt in equos, id est super iaciunt. ¶ Interdum prosperè: vt Succedit. ¶ Interdum pòst: vt Subsequor. ¶ Interdum latenter: vt Suppilo. ¶ Interdum sensim: vt Subrepo. ¶ Interdum adhuc, Liui. 1. ab Vrbe, Tanquam spes subesset. ¶ Habet & alia significata quæ suis locis explicabuntur. Componitur autem ferè cum omnibus literis: a, vt Subaro: b, vt Subbibo: c, vt Succido: d, vt Subdo: e, vt Subeo: f, vt Suffero: g, vt Suggero: h, vt Subhasto: i, vt Subiungo: l, vt Subleuo: m, vt Submoueo: n, vt Subnecto: o, vt Suborior: p, vt Suppono: r, vt Surripio: s, vt Subsanno: t, vt Subtraho: u, vt Subuenio. Sed quoties subiungitur vocalibus, vel b, d, h, l, n, s, r, remanet b integra: in aliis mutatur b in literam sequentem, nisi in subrideo, subrogo, subruo: sustineo vero, suspiro, suspicor, suspicio, sustuli, sustollo, & huiusmodi sine b scribenda sunt, quia non à sub, sed à sus, siue sursum composita sunt. ¶ Sub corona vænundari captiui dicebantur, quia coronati vendebantur. ὑπὸ στέφανον. Liui. 8. ab Vrbe, Pollix sententia fuit pubere verberatos necari, coniuges, liberósq; sub corona lege belli vænire. ¶ Sub dio, id est sub ipso cælo, & sine tecto. {ὑπαίθριος. Ital. *Al scorperto, all' aere.* Gal. *Au descouuert, au serain.* Hisp. *Al sereno.*} Locutio est à Græcis tacta, qui Iouem Δία nominant. Varro de Re rust. cap. 14, Nam & idoneus sub dio sumendus est locus cochleariis, quem totum circum aqua claudas. ¶ Legitur & sub diuo, in eadem significatione. Columel. lib. 1. cap. 8, Nullus dies tam intolerabilis est quo nõ moliri sub diuo aliquid possit. ¶ Nonnunquam etiam sub Ioue. Horat. 1. Carm. Ode 1, Manet sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor. ¶ Sub iugum mitti dicebantur milites, qui ab hostibus victi, eam ignominiam subire cogebantur, vt positis armis per iugum transirent. ὑπὸ ζυγὸν πέμπεσθαι. Iugi autem forma erat huiusmodi, vt duobus tignis erectis, tertiũ superne incumberet. Qua de re vide plura suprà in dictione IVGVM. ¶ Sub manu, extempore, statim, sine mora. {παραχρῆμα, αὐτοσχεδίως. Ital. *Di mano in mano, subitto, presto.* Gal. *De main en main, soudain, sans dilay.* Hisp. *Qual el tiẽpo, tal el consejo, luego.*} Seneca lib. 10. Epist. ad Lucilium, Consilium nasci subdiu debet, & hoc quoque tardum est nimis: sub manu quoq; , quod aiunt,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Salamanca

stant, consilium nascatur. Sueton. in Augusto, Et quo celerius, ac sub manu annuum ari cognosciq; posset, quid in prouinciis uaque gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militares uias, dehinc uehicula disposuit. ¶ Sub vinea iacere dicuntur milites, qui sub militari machina, quam vineam vocant, latitantes, in propugnatores hastas, pilaue iaculabantur. Qua de re vide plura infrà in dictione VINEA. ¶ Sub vmbra, id est sub prætextu, vel quæsito colore. ὑπὸ σκιᾶς, ὑπὸ σκιάν. Liui. 8. ab Vrbe, Nam si etiam nunc sub vmbra foederis æqui seruitutem pati possumus, quid abest, quin proditis Sidicinis, non Romanorum solùm, sed Samnitium quoque dicto pareamus?

Subabsurdus, a, um, adiectiuum, Aliquantulum absurdus. ὑπάτοπος. Ital. *Alquanto bruto, incauueniente, odioso.* Gal. *Aucunemẽt absurde & estrange.* Hisp. *Vn poco inconueniente, intolerable, indigno de ser oydo.* } Cic. 1. de Orat. Sunt enim illa subabsurda, sed ex ipso nomine sæpe ridicula, non solùm mimis perappositа, sed etiam quodam modo nobis.

Subabsurdè, aduerbium. ὑπάτοπον τρόπον τινὰ, ὑπαπίνως Ital. *Alquanto sciocamente.* Gal. *Aucunement ellrangement & sotement.* Hisp. *Con sonido disconde, locamente vn poco.* } Cic. 2. de Orat. Valde hæc ridẽtur, & hercule omnia, quæ à prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè, salsèq; dicuntur.

Subacidus, a, um, adiectiuum, Aliquãtulum acidus. ὑποξύς. Ital. *Vn poco forte ò garbo.* Gal. *Aigret, tirant vn peu sur l'aigre.* Hisp. *cosa vn poco azeda.* } Plin. lib. 12. cap. 25, Esse enim debet lenis, non subacidus.

Subacidulus, adiectiuũ diminutiuum. ὑποξύτατος ὑποπικρός. Ital. *Vn pochetto garbo ò agro.* Gal. *Vn peu aigret.* Hisp. *Vn puquillo azedo.* } Cato de Re rust. cap. 108, Vinum ponito sub dio, postridie manè gustato: si id sapiet quod in dolio est, scito id duraturum; si subacidulum, non durabit.

Subaccusò, as, are, Pro nonnihil & leuiter accusare. ὑπομικρὸν ὑπικρύπτω. Ital. *Quasi accusare.* Gal. *Aucunement accuser, blasmer en quelque sorte.* Hisp. *Accusar vn poco.* } Cic. pro Plancio, Sed sunt hæc leuiora: illa verò grauiora & magna, quòd meum discessum, quem sæpe defleras, nunc quasi reprehenderes & subaccusare voluisti.

Subactus, subacta, subactum, vide SVBIGO.

Subæratum aurum, Quod foris quidem aurum ostendit, intus autem æs occultat. ὑπόχαλκος χρυσός. Ita. *Oro che ha rame sotto.* Gal. *Or sur de cuyure.* Hisp. *Oro sobre cobre.* } Pers. Saty. 5. -tibi recto vtere talo Ars dedit, & veri speciem dignoscere calles, Nequa subærato mendosum tinniat auro. ¶ Hinc prouerbiali metaphora hominem virtutum prætextu vitia occultantem, aurum subæratum vocamus.

Subagito, tas, verbum actiuum est, Idem significans quod subtus fodendo arare. ὑπάγω. Ital. *canagnare.* Gal. *secouer, demener, esmouuoir.* Hisp. *sonajar.* } ¶ Vnde per translationem subagitare dictis aliquem, est multis verborum lenociniis allectare & commouere. Plaut. in Cistel. Subagito blandis & benedicis Dictis.

Subagrestis, subagreste, aliquantulum agrestis. ὑπάγριος. Ital. *Vn poco seluatico, vn poco brusco.* Gal. *Quelque peu rustique.* Hisp. *Cosa vn poco cãpesina.* } Cic. de Clar. Orat. Cotta, quia se valde dilatandis literis à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat, sonabátque contrarium Catulo, subagreste quiddam, planéque subrusticum, alia quidem quasi inculta & syluestri via ad eandem laudem peruenerat.

Subalbico, as, are, subalbidus sum. ὑπολευκαίνομαι. Ital. *Imbianchirsi alquanto.* Gal. *Tirer sur le blanc, blanchir quelque peu.* Hisp. *Blanquear vn poco.* } Varro 3. de Re rustica. cap. 9. Rostro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra, subalbicanti.

Subalbidus, a, um, Aliquantulũ albidus. ὑπολευκος. Ita. *Alquanto bianco.* Gal. *Blanchastre, quelque peu blanc.* Hisp. *Cosa vn poco blanquesina.* } Plin. lib. 21. cap. 25, Ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotano similia.

Subalaris, subalare, Quod sub alis est. ὑπομασχάλιος. Ital. *Che è sotto le ale.* Gal. *Qui est sous les aisles ou esselles.* Hispa. *Cosa que es debaxo las alas* } Vnde scribit Lampridius, Heliogabalum solitum fuisse in accubitis habere plumas subalares, & subalares culcitras.

Subalpinus, a, um, Quod est sub Alpibus. ὑπάλπιος. Plin. lib. 29. cap. 7, Radice lenta, subnigra, sine odore, aquosa, montibus subalpinis plurima. ¶ Italia Subalpina, quàm hodie Pedemontanam regionem appellant. Idem lib. 16. cap. 11, Nec nisi in paucis locis Subalpinæ Italiæ.

Subamarus, adiectiuum, In amaritudinem nonnihil declinans. ὑπάμαρος. Ital. *Amaretto.* Gal. *Vn peu ou aucunemẽt amer.* Hisp. *Vn poco amargo.* } Cic. de Fato. At quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, vt alios dulcia, alios subamara delectent.

Subaqueus, a, um, Quod sub aqua latet. ὑφύδριος. Ital. *Sotto acqua.* Gal. *Sous l'eau* Hisp. *So la agua.* } vt Scopulus subaqueus.

Subaquilus, a, um, adiectiuum, Subfuscus. ὑποφαιός. Ital. *Oscureto.* Gal. *Vn peu ou aucunement roux ou obscur.* Hisp. *Vn poco negro y escuro.* } Plautus in Rudente, Eia corpus cuiusmodi Subnoleuriam: Illud quidem subaquilum voiui dicere.

Subargutus, a, um, Aliquantulum argutus, à quo diminutiuum Subargutulus, apud Gellium lib. 15. cap. 30. ὑπερίρις τις μικρός. Ital. *Sottile, ingenioso.* Gal. *Subtil, sophistiqueur.* Hisp. *Agudo y ingenioso.* }

Subaro, as, pen. corr. Subtus arando terram moueo. ὑπάρω. Ital. *Arare di sotto la terra.* Gal. *Sarfouir, fouir par dessous.* Hispa. *Arar debaxo la tierra.* } Plin. lib. 16. cap. 27, Item quæ subarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis.

Subaratio, & **Subarator**, verbalia. Plin. lib. 17. cap. 24, Vel etiam subarator imprudẽs luxauit radices. ὑπερορύσσω, ὑπόγειος τομεύς. Ital. *Arator di sotto la terra.* Gal. *Sarfouisseur, qui fouit par dessous.* Hisp. *El que ara debaxo la tierra.*

Subarrogans, antis, omnis gen. Aliquantulum arrogans.

Subarrogãter, aduerbium. ὑπέρογκον πως ἀλαζονικῶς. Ital. *Con alquanta arrogantia.* Gal. *Vn peu arrogamment.* Hisp. *Vn poco presuntuosa y soberuiamente.* } Cic. 4. Acad. Vereor ne subarroganter facias si tuam dixeris.

Subauscultò, as, are, Leuiter, & quasi prætereũdo auscultare. ὑπακροάομαι. Ital. *Auscoltare di nascosto.* Gal. *Entre ouir, ouir vn peu, entendre vne parcelle.* Hisp. *Escuchar de secreto.* } Plaut. in Milite. Tace, subaudisti de ce qu'on dit. Hisp. *Escuchar de secreto.* } Plaut. in Milite. Tace, subauscultemus ecqua de me fiat mentio. Cic. lib. 2. de Orat. Subauscultando tamen excipere voces eorum, & procul, quid narrarent attendere. Idem Attico lib. 10, Omnes enim κατακούειν videntur subauscultare quæ loquor.

Subbasilicanus, adiectiuum, Qui libenter & frequenter sub basilica spatiatur, ita enim interpretatur Priscianus. In basilica namque negotiationes & publica consilia tractabantur, & iudicia quoque in basilicis fiebant. Plautus in Capt. Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum.

Subbibo, bis, penul. corr. Aliquanto liberalius bibere, & subinebriari. ὑπομεθύσκομαι. Ital. *Bevere poco.* Gal. *Boire aucunement.* Hisp. *Vn poco beuer.* } Plaut. in Trucul. Qui improbus est, siue subbibit, siue adeò caret temeto, Tamen ab ingenio est improbus. Sueton. in Neronc cap. 30, Si paulùm subbibisset.

Sublandior, iris, iri, Paululum, & leuiter blandiri. ὑπολισσάομαι. Ital. *Accarezzare alquanto, vn poco.* Gal. *Blandir aucunement, amignoter.* Hispan. *Halagar vn poco.* } Plaut. in Casina, Non matronarum est officium, sed meretricum, viris alienis, Mi vir, subblandirier.

Subcærulus, adiectiuum, In cæruleum colorem declinans. ὑπόκυανος. Ital. *Alquanto giallo ò azurro* Gal. *Blasfart, tirant sur le bleu, azuré.* Hisp. *Vn poco azul escuro.* } Celsus lib. 6. cap. 5, In ea pates potriones sunt myrobalani, magmatis, cretæ cimoliæ subcærulæ, nucum amaratum, &c.

Subcandidus, adiecti. Ad colorem candidum nonnihil accedens ὑπολεύκος. Ital. *Alquanto candido.* Gal. *Blanchastre, vn peu blanc.* Hisp. *Vn poco blanco.* } Plinius libro 27. cap. 8, Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida.

Subcenturio, onis, masc gen. Qui Centurionis vices gerit. ὑποκεντυρίων. Ital. *Luocotenente sopra cent'huomini.* Gal. *Lieutenant de centenier.* Hisp. *Que tiene el lugar del capitan de cient armados.* } Liu. 8. ab Vrbe, Romano haud satis fidenti viribus, permissum erat ab Consulibus, vt subcenturionem sibi quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab vno destinato hoste.

Subcerniculum, li, Farinarium cibrum, quod fit è setis equorũ. ὑποκόσκινον. Ital. *Sedazzo, tamiso.* Gal. *Bluteau, tamis.* Hisp. *El cedaço.* } quemadmodum excussorium, & pollinarium fit è lino.

Subcineritius panis, Qui sub cinere coquitur. ὑπόπτανος ἄρτος. Ital. *Pane cotto sotto la cenere.* Gal. *Pain cuit sous les cendres.* Hisp. *Pan cozido so la ceniza.*

Subcisma, vide SVCCIDO, pen. prod.

Subcingulum, li, Idem quod baltheus. ὑποζωμός. Ital. *Cintura da spada.* Gal. *Ceinture d'espee, baudrier* Hisp. *Cinta para ceñir debaxo, ò cinta de espada.* } Plautus in Menæch. Nimio egohanc periculo
Surripui hodie, meo animo ab Hippolyta subcingulum
Haud Hercules æquè magno vnquam abstulit periculo.

Subcontumeliosus, adiect. Aliquantulum contumeliosus. ὑποϋβριστικός. Ital. *Alquãto oltraggioso in parole.* Gal. *Vn peu injurieux.* Hisp. *Vn poco injurioso de palabras.* } à quo subcontumeliosè, aduerbium. Cic. ad Attic. Hercule, verum vt loquamur, subcontumeliosè tractatur noster Publius, qui quum in domo Cæsaris quondam vnus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse potuerit. ὑποϋβριστικῶς, ὑποϋβριστικῶς πρός τινα, ἐξ ὑποϋβρεως. Ital. *Alquanto oltraggiosamente.* Gal. *Vn peu injurieusement, vn peu outrageusemẽt.* Hisp. *Vn poco injuriosamente.* }

Subcrispus, a, um, adiect. Qui crines habet aliquantulum crispos. ὑπόκρισπος. Ita. *De cappelli alquanto crespi.* Gal. *Aucunement ou quelque peu crespu.* Hisp. *Cosa vn poco crespa.* } Cic. in Verrem, Videtis illum subcrispo capillo nigrum?

Subcrudus, a, um, adiect. Quod non omnino coctũ est. ὑπώμος, ἡμίεφθος. Ita. *Mezzo crudo, non cotto in tutto* Gal. *Encor cru, & non mur ou bien cuit.* Hisp. *Cosa vn poco cruda ò cruel.* } Cato 156, Sumito brassicã, conijcito in aquam feruentẽ, coquito paulisper, vti subcrudo fiet. Celsus lib. 6. ca. 13, Subcrudum incidendum, ne si diutius ibi pus permanserit, os lædat.

Subcruentus, a, um adiect. Aliquantulum cruentus. ὑπαιμος, αἱμώδης Ital. *Alquante insanguinato.* Gal. *Vn peu sanglant.* Hispan. *Vn poco sanguiento.* } Celsus lib. 4. cap. 28, Descendunt autem pituitæ nucisque similia: interdum etiam leniter subcruenta, id est cruentum aliquid mistum habentia.

Subcurator, oris, Qui curatoris locum tenet. ὑποκατάστατος ἐπίτροπος. Ital. *Sostituito di curatore.* Gal. *Subrogé tuteur ou curateur, soulcurateur.* Hisp. *El que tiene lugar de curador.* } Iulianus in l. Ex facto. De nego. gest. Quendam ad filiginem emendum decreto ordinis constitutum, eidémque alium subcuratorem constitutum.

Subcutaneus, siue subter cutaneus morbus, Dicitur qui intra cutem, siue sub cute est, siue subter cutem: ὑποδερμίς, ὑποδερμίδιος.

Subcustos, odis, Qui pro alio custode substitutus est. ὑποφύλαξ. Ital. *Sostituto in vna gardia.* Gal. *substitué ou commis en la place d'vn des gens de la garde.* Hispan. *La guarda en lugar de otro.* } Plautus in Milite, Quia Sceledrus dormit, huic subcustodem suum Foris ablegauit, dum ea ipse transire huc placet.

Subdebilitatus, adiectiuum, Aliquantulum debilitatus. ὑπαδυνατισθείς, *Vn poco indebolito.* Gal. Ital. *Vn peu debilité.* Hisp. *Vn poco debilo y floxo.* } Cic. ad Attic. lib. 11, Equidem ex tuis literis intellexi, & iis quas communiter cum aliis scripsisti & aliis quas tuo nomine, (quod etiam mea spõte videbam) vt sub debilitatum nouas rationes tuendi mei, quæ, &c.

Subdialis, subdiale, Quod sub dio est, hoc est sub ipso aere, & sine tecto. ὑπαίθριος. Ital. *Chi è sotto el cielo, all' aria.* Gal. *Qui est sous le ciel ou l'air.* Hisp. *cosa no tejada y so el cielo.* } Plin. lib. 34. cap. 12, Distat à cadmia, quòd illa super terram ex subdialibus petris cæditur: hæc ex obrutis. Subdialia à Græcis primò habita, quibus quum tegerentur domus, pedali crassitudine ex contusa testa fistucata. ¶ Hinc subdialia paumẽta, & subdiales deambulationes, quas Vitruuius Græco vocabulo vocat ὑπαιθρα. Xystacum nunc appellatur.

Subdifficilis, le, pen. corr. Aliquantulum difficile. ὑπόδυσκολος. Ital. *Alquanto difficile.* Gal. *Vn peu ou aucunement difficile.* Hisp. *Vn poco difficil.* } Cic. de Amic. Existit autem hoc loco quæstio quædam subdifficilis.

Subditicius, a, um, Suppositicius. ὑποβολιμαῖος, ὑποβλητός. Ital. *sotto posto.* Gal. *Soumis, surrogé, supposé, mis en la place d'vn autre.* Hispa. *Enchado.* } Vnde à Plauto in Amphit. Iupiter dictus est subditicius. -Amphitruo subditicius, eccum exit foras Cum Alcumena vxore vsuraria. Cicc. 7. Verr. Quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, si hunc subditicium archipiratam in eandem custodiam dedisset, fore vt, &c. Sueton. de Clar. Gramm. Non modò versus censoria quadam virgula notare, & libros qui falsò viderentur inscripti, tanquam subditi-

citios summouere familia, permoserint sibi.

Subditiuus, adiectiuum, Qui subditus est, & in alterius locum positus. ¶ ὑποβλητικός. Ital. *Sotto posto, sotto messo.* Gal. *Mis dessoubs, submis, supposé.* Hisp. *Enechado, puesto por otro.* ¶ Plautus in Amphitr. Nanque de illo subditiuo Sosia mirum nimis est.

Subdiu, Idem quod die, siue interdiu. ¶ καθ' ἡμέραν. Ital. *Di giorno.* Gal. *De jour, sur le jour.* Hisp. *De dia.* ¶ Plaut. in Mostel. Nam subdiu sol agit hîc perpetuum diem.

Subdo, dis, Suppono, subiicio. ¶ ὑποτίθημι. Ital. *Sottoporre, sottomettere.* Gal. *Soubmettre, mettre sous, mettre pardessous.* Hisp. *Sojuzgar, someter.* ¶ Cato de Re rust. Ignem subdito: vbi bullabit vinũ, ignem subducito. ¶ Aliquando accipitur pro subiungere, siue adiicere. ἐπιλέγειν. Quintilianus, His dictis & alia subdidit. ¶ Interdum pro sufficere, siue substituere. Cic. 3. Verr. Videat quid de illis respondeat, quos in eorum locum subditos domi suæ reseruauit. Idem pro Domo sua, Quis in meum locum iudicem subdidit? ¶ Subdere equo calcaria, est ventrem equi calcaribus pungendo, ad cursum incitare. Quanquam & per translationem accipitur pro quouis modo vrgere. Ouid. 2. de Arte, Quum mora non tuta est, totis incumbere remis Vtile: & admisso subdere calcar equo. ¶ Subdere ignem, ac materiam seditioni, per trãslationem pro augere, & fouere seditionem, animósque iam satis incitatos vehementius inflammare, & oleum (quod dici solet) camino adiicere. Liui. lib. 8. ab Vrbe cõdita, Ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni, non esse ætatis, non prudentiæ eius.

Subditus ta, tum, participium. Subtus immissus. ¶ ὑποκείμενος. Ital. *Sotto posto, sottomesso.* Gal. *Mis dessoubs, supposé, submis.* Hisp. *Sojuzgado, sometido.* ¶ Cic. 2. de Nat. deorum, Quæ efferuescant subditis ignibus. ¶ Subditum etiam partum, dicimus suppositum: hoc est sublatum ab ea muliere quę peperit, & alteri appositum. ὑποβολιμαῖον. Item apud Iureconsultos subditum testamentum dicitur, quum vero testamẽto occultato aliud etiam fuit appositum. Subditus iudex, hoc est in locũ alterius suffectus. ¶ Accipitur interdum subditus, pro subiecto, cóque qui alterius patet imperio. ὑπήκοος, ὑπήκοος.

Subdoceo, es. Vicem præceptoris occupo, vel horis succisiuis doceo. ¶ ὑποδιδάσκω. Ital. *Aliquanto insegnare o ammaestrare.* Gal. *Enseigner tellement quellement.* Hisp. *Yo poco ensenar.* ¶ Cicer. Attico lib. 8, Ciceronéque nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium vis magistrum quærere.

Subdolus, a, um, pen. corr. Fraudulẽtus, astutus, dolosus. ¶ ὑπουλος. Ital. *Ingannatore, astuto.* Gal. *Cauteleux, fin & malitieux.* Hispan. *Engañador, ó engañoso à escõdidas.* ¶ Plaut. -Strobile subdole Huccine detrusisti me ad senem parcissimum? Idem Epid. -atq; ei præmonstrabitur Quo pacto fiat subdola aduersus senem. Ouid. 1. de Arte, Fac titubet blesso subdola lingua sono. Martial. lib. 5, Sed tendis auidis rete subdolum turdis.

Subdolè, Cautè, & fraudulenter. ¶ ὑποδόλως, ὑπούλως. Ital. *Cautelosamente, astutamente.* Gal. *Cauteleusement, finement & malitieusement.* Hisp. *Engañosa y cautelosamente.* ¶ Plautus in Trinummo, Eos confectatur, subdolè blandítur, ab re Consulit. Cic. de Clar. Orat. Nihil acutè inueniri potuit in eis causis quas scripsit: nihil (vt ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit.

Subdubito, as, are, Nonnihil addubito. ¶ ὑπαμφιβάλλω. Ital. *Dubitare vn poco.* Gal. *Se doubter aucunement.* Hisp. *Dudar vn poco.* ¶ Cic. Cælio lib. 2. Hæc cõ pluribus scripsi, quòd nonnihil signoficabant tuæ literæ, te subdubitare qua essem erga illum voluntate. Idem Attico lib. 14, Iam enim dico meum: antea, crede mihi, subdubitabam.

Subduco, is, pen. prod. Subtraho. ¶ ὑφέλκω, ὑπεξαιρῶμαι. Ital. *Tirar sotto, menar sotto, condur sotto.* Gal. *Soubtraire & retirer, mettre dessoubs.* Hisp. *Subtraer ò son sacar.* ¶ Cato, Ignem subdito: vbi bullabit vinum, ignem subducito. Sunt enim contraria, Subdo, & Subduco. Iuuenal. Satyr. 1, Et nos ergo manum ferulæ subduximus. ¶ Interdum sursum duco, eleuo, extollo ὑπάγω. Virgil. Aeglo. -qua se subducere colles Incipiunt. Subducere naues, dicimus pro eo quod est, in terrã trahere, quòd terra altior mari sit: sicut econtrariò Deducere, in mare è terra ducere. Virgil. 1. Aeneid. Quassatam ventis liceat subducere classem. Plautus in Casi. Ibo intrò, vt subducam nauim rursum in puluinarium. ¶ Subducere rationem, vel calculum, est computare, siue calculare. λογίζεσθαι. Cicc. Lentulo, Rationibus subductis, summam feci cogitationum mearum. Plautus in Capt. Subducam rationculam, Quantillum argentum mihi apud trapezitam fiet. ¶ Subducere item est furtim subtrahere. ὑφαιρεῖν, κλέπτειν. Plautus in Curcu. Propino magnum poculum, ille bibit, Caput ponit quum dormiscit, ego ei subduco anulum. Virgil. 3. Aeglo. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. ¶ Subducere se ex aliqua societate, vel de aliquo loco est sensim & clanculum discedere, ita vt nullus videat. ὑποχωρεῖν. Cic. ad Quintum Frat. lib. 3, De circulo se subduxit. Terentius Eunu. Vbi primum poterit, se illinc subducet, scio. Ibidem. Et cum eo clàm subduxti te mihi. Sallustius, Præterea ex gregariis militibus quenque armatum in prima acie subduxit, id est extrahit, & alibi locat. Subducere aliquem dictis, circumuenire. Terent. in Andria, Etiam nũc me subducere istis dictis postulas?

Subductarius, adiectiuum. ὑποκωλυτικός, ἀποκωλυτικός. vt Funis subductarius, quo quid leuatur. ¶ Ita. *Fune da leuare qualche peso.* Gal. *Vne chorde à polie, à tirer quelque choſe en haut.* Hisp. *Cuerda para leuantar hazia arriba.* ¶ Cato de Re rust. cap. 12, Funes loreos quinq;, subductarios quinque, medipontos quinque.

Subductio, onis, verbale, Ratio, & quod vulgus *Computum* vocat. ¶ λογισμός. Ital. *Sottrattione, ragione, computo.* Gal. *Subduction, compte & calcul en reduiſſant & rebatant.* Hisp. *Obra de sacar vno de otro.* ¶ Cicc. de Orat. Quo perspecto statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus, quas isti docent, quid faciat causam. ¶ Subductio, Ipse extollendi siue leuandi actus. Cæsar 5. belli Gall. Ad celeritatem onerandi, subductiones paulò facit humiliores, quàm quibus in nostro mari vti consueuimus.

Subdulcis, subdulce. Nonnihil habens dulcedinis. ¶ ὑπόγλυκυς. Ital. *Alquanto dolce.* Gal. *Doulcastre.* Hisp. *Vn poco dulce.* ¶ Plin. lib. 16. cap. 8, Radix subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis.

Subedo, is, ere, ¶ ὑποτρώγω. Ital. *Mangiare sotto.* Gal. *Manger par dessoubs.* Hisf. *Comer debaxo.* ¶ Ouid. 11. Metam. Dixit & è scopulo quem rauca subederat vnda Decidit in pontum.

Subeo, bis, iui. vel subij, bitum, Ingredior. ¶ ὑποδύομαι. Ital. *Andar sotto, sottoentrare.* Gal. *Entrer, aller dessoubs ou dedans, se mettre dessoubs.* Hisp. *Subir debaxo arriba.* ¶ Cæsar Com. 1, Qui intra annos quatuordecim tectum non subiissent. ¶ Passibum protulit Iuuenalis Satyr. 16, Nam si subeãtur prospera castra. Et Cicc. 7. Verr. Inimicitiæ sunt? subeantur: labores? suscipiantur. ¶ Subire item aliquando est suscipere, aut pati: vt, Subeo periculum, Subeo crucem, mortem. Cic. lib. 3. Offi. Qui retinendi officij causa cruciatus subierit vltrò. ¶ Item succrescere. ὑπαναβαίνω. Virgil. 1. Georg. Ne subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat. ¶ Interdum inuadere corripere, in mentem venire, idque tam cum dariuo, quàm cum accusatiuo. ὑπέρχομαι, ὑπέρχει μοι, ὑπέρχεταί με. Dicimus enim subiit mihi cura, & subiit me pœnitentia. De dariuo nusquam non occurrunt exempla. Accusatiuo autem iunxit Virgilius 12. Aeneid. Et mentem patriæ subiit pietatis imago. Item Curtius libro 3, Sera pœnitentia subiit regem. ¶ Item subdere, supponere. Virg. Aeneid. 10, Aeneas subiit mucronem, ipsumque morando Sustinuit. ¶ Subire onus dorso, est suscipere, siue ferre. Horat. lib. 1, Serm. Saty. 9, Demitto auriculas, vt iniquæ sortis asellus, Quum grauius dorso subiit onus. ¶ Accipitur item subire pro subleuari, & in alterum extolli. Plinius, Sed hi rationem afferunt, quòd leuissima sit imbrium cisternarum aqua, vt quæ subire potuerit, & pendére in aere. Idem, Nec leuitatis in pluuia aqua argumentũ est subiisse eam in cælum, quum etiam lapides subiisse appareat. ¶ Item pro succedere. Varro, In quarum locum subierunt inquilinæ, impietas, perfidia, impudicitia. ¶ Item respondere, seu resistere. Cicc. de Diuin. Poterisne orationem eius subire? ¶ Item scandere. Plin. lib. 4. cap. 11, Hæmi excelsitas sex millia passuum subitur. ¶ Subire iudicem, est iudici quodammodo obrepere, & latenter eum inducere vt pro nobis sentiat. Quintil. lib. 4. cap. 5, Fallendus est iudex, & variis actibus subeundus, vt aliud agi, quàm quod nos petimus, putet. ¶ Subire ad hostes, id est versus hostes ascendere. Liui. 2. ab Vrbe, Cum Aequis pòst aliquanto pugnarum est, inuito quidem Consule, quia loco iniquo subeũdum erat ad hostes. ¶ Subire aleam, est periclitari, & obiectare sese fortunæ dubiæ. παίζειν ἀστραγάλοις. Tractum ab aleatoribus qui in foro aleatorio variè agitantur, & repentè victores, repentè victi dubio euentu examinantur. Liuius, Dubiam seruitij, imperijque aleam subimus.

Subitus, a, um. Idem quod repẽtinus. ¶ αἰφνίδιος. Ital. *Subito, repentino.* Gal. *Subit, soudain.* Hisp. *Cosa subita y de improuiso.* ¶ Cic. Planco lib. 10, Nè vt in rebus tam subitis, tamq; anguſtis, à Senatu consilium petendum putes. Plaut. Persa, Si tibi subiti nihil est, tantundem est mihi. Cicc. Memmio lib. 13, Nam propter opera instituta multa multorum, subitum est ei remigrare. Virg. 11. Aenei. Sternetur vt subita turbatam morte Camillam. Ouid. 6. Metam. -subitúsq; inimica notauit Ora rubor. Virgil. 1. Aeneid. Quum subitò assurgens fluctu nimbosus Orion.

Subitò, aduerbium, Repentè, confestim, extempore. ¶ ἐξαίφνης, ἐξαπιναίως. Ital. *Subitamente.* Gal. *Soudainement, soudain.* Hisp. *Subitamente ò adeſora.* ¶ Cicc. pro Fonteio, Quum tot bella aut à nobis necessariò suscipiantur, aut subitò atq; improuisò nascantur. Virg. 5. Georg. Dixit, & ex oculis subitò, ceu fumus in auras Commistus tenues, fugit diuersa.

Subitaneus, a, um. Idem quod subitus. ¶ αἰφνίδιος. Ital. *Subito, repentino.* Gal. *Subit, soudain.* Hisp. *Subito y de improuiso.* ¶ Colum. lib. 1. cap. 6, Hinc autem nubilarium applicari debet, maximéque in Italia, propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit.

Subitarius, a, um, Repentinus: licet quandoq; pro extemporali sumatur. ¶ ἐξαπιναῖος. Ital. *Subito, repentino.* Gal. *Soudain, à l'improuiſte.* Hisp. *Subito, y de improuiſo.* ¶ Celsus, Quid sibi vellet subitaria dictio. Plautus Milit. Hanc age rem, res subitaria est. ¶ Subitarij milites, pro repentino auxilio. Liui. 3. ab Vrbe, Ad eum expiendum Latini, Hernicique & colonia Aurium dare Quintio subitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) iussi.

Suber, eris, generis neutri, Arbuscula est glandifera, corticem habens præcrassum, cui inniti solent qui natare discunt. ¶ φελλός. Ital. *Subro, sovero, sugaro.* Gal. *Du liege.* Hisp. *El alcornoque arbol.* ¶ Plin. lib. 16. cap. 8, Suberi minima arbor, glans pessima, rara, cortex tantùm in fructu præcrassus ac renascens, atque etiam in denos pedes vndique explanatus. Colu. lib. 4. ca. 26, Nam est præcipua cuneis fissa olea, quercus & suber, & siqua sunt similia robora. Persius Saty. 1, Vt ramale vetus vegrandi subere coctum. ¶ Sunt qui hoc nomen etiam masculino, & fœminino efferri putant. De fœminino nullum proferunt testimonium: præsertim quum in Columellæ loco paulo antè citato genus perspici non possit. De masculino proferunt exemplum ex Plinio, lib. 16. cap. 25, vbi sic legunt, Tardissimus suber. Sed perperam: quum vera Plinij lectio sic habeat, Serino autem germine malus, tardissimo suber, subaudi ex superioribus, Germinat.

Subereus, adiectium à subere, apud Columellam. ¶ φελλικός. Ita. *Di sovero.* Gal. *De liege.* Hisp. *De alcornoque.*

Suberro, as, are, Sub re aliqua errare. ¶ ὑποπλανῶμαι. Ital. *Errare sotto.* Gal. *Errer dessoubs.* Hisp. *Errar debaxo.* ¶ vt Suberrare montibus: hoc est errare sub montibus. Claudi. 5. Paneg. Indigentes fluuios Italis quicunque suberrant Montibus, Alpinásque bibunt de more pruinas.

Subferuefio, penul. prod. subferuefis, subferuefieri. ¶ *Alquanto diuentar bogliente.* Gal. *Deuenir vn peu bouillant.* Hisp. *Ser vn poco hirviente.* ¶ Plin. lib. 27. cap. 9. Affirma. lapillos qui subferuefiunt, vnà rumpi.

Subferuefactus, parti. à subferuefacio. Paulùm feruefactus. ¶ ὑποζεσμός. Ital. *Alquanto bogliante.* Gal. *Vn peu boullu & eſchaufé.* Hispan. *Vn poco hirviente.* ¶ Plin. lib. 29. cap. 9, Contra scabiem verò quouis admisto iumentorum seuo pro parte tertia, & pice, pariter subferuefactis.

Subfibulum, siue Suffibulum, Vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant: idque fibula comprehendebatur. Autor Festus.

Subfrigidus, a diectium, Nonnihil frigidus. ¶ ὑποψυχρός. Ital. *Alquanto freddo.* Gal. *Vn peu froid.* Hisp. *Vn poco frio.*

Subfrigidè, aduerbium. ¶ ὑποψυχρῶς. Ital. *Alquanto freddamente.* Gal. *Vn peu froidement.* Hisp. *Vn poco friamente.* ¶ Gellius lib. 2. cap. 9, Nimis minutè, ac prope

ac prope etiam subfrigidé.

Subgrandis, de adiectiuum, Idem quod grandiusculus, hoc est aliquantulum grandis. {ὑπερμέγας. Ital. *Alquanto grande.* Gal. *Grandelet, vn peu grand.* Hisp. *Vn poco grande.* } Cic ad Attic. lib. 3, Subgrande cubiculum autem, & hybernum atrium, valde probani.

Subgrauis, subgraue. Aliquantulum grauis. {ὑπόβαρυς. Ital. *Alquanto graue.* Gal. *Vn peu griefue & fascheux.* Hisp. *Vn poco graue.* } Plin. li. 27. cap. 9, Radicem tenui, nigra, subgraui odore.

Subgrunda, dæ, siue Suggrunda. Pars tecti prominens, qua stillicidia à parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia ferè sunt Lugdunensium tecta, quæ à Græcis γύαιοι, καὶ γύιοι dicuntur. {Ital. *Gerne, grondana, canalletto.* Gal. *Le bas d'vne couuerture d'vne maison, qui passe outre pour getter la pluye loing du mur, la feuerende.* Hisp. *El ala de tejado que buela.* } Varro 3. de Re rust. ca. 3, Apes enim subter subgrũdas ab initio villatico vsæ tecto.

Subgrundatio, onis, verbale, Huiusmodi prominentium partium constructio. γυιοκτιόησις. Vitruuius lib. 7 cap. 2, Sub tectis (inquit) si maiora spatia sunt, columen in summo fastigio culminis, (vnde & columnæ dicuntur) & transtra, & capreoli: si commoda columen & canterij prominentes ad extremam suggrundationem.

Subgrundia, orum, Idem quod subgrundæ. γύαια, καὶ γύια. Plin. lib. 25. cap 13. Alij stergethron vocant, quòd amatoriis conueniat, alij hypogeson, quoniam in subgrundiis ferè nascitur.

Subhastare, Est sub hastam mittere, hoc est per auctionem vendere. {ὑποφυγοπωλῶ. Ital. *Vendere all'incanto.* Gal. *Vendre à l'encant.* Hisp. *Vender como en almoneda à qui en da mas.* } Solet enim hasta figi in publicis auctionibus, in quibus aliquid veluti belli iure vendebatur.

Subhorridus, adiectiuum. Aliquantulum horridus. {ὑπόφρικος, ὑποφρικώδης. Ital. *Alquanto horrido.* Gal. *Aucunement hideux, quelque peu horride & effrayant.* Hisp. *Vn poco espantable ò espeluznado.* } Cic. pro Sestio, Quia eum tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum, atque inculatum videbant.

Subiaceo, ces, subiacui. Sub re aliqua iaceo. {ὑπόκειμαι. Ital. *Sottogiacere, sottoporsi.* Gal. *Estre couché & gesir dessoubs, estre estendu dessoubs.* Hisp. *Yazer ò estar debaxo.* } Plin. Epist. 101. lib. 5. Sed hi procul à mari recesserunt: quinettam Apennino salubertimo montium, subiacent. Colum. lib. 10, Et mater faculi mollissima subiacet aruo.

Subiacto, as. In altum iacto, vt quum in arcis, frumenta vanno à paleis secernuntur. {ἀναρρίπτω. Ital. *Trare in su, palare.* Gal. *Getter souuent & mettre dessoubs.* Hisp. *Echar en alto.* } Varro lib. 1. de Re rust. cap. 51, His tritis oportet è terra subiactari vallis aue vérilabris, quum vétus spirat lenis. Ita fit, vt quod leuissimũ est in ea, aq; appellatur acus, euannetur foras extra aream: ac frumentũ, quod est ponderosum, purũ veniat ad corbẽ.

Subiculum, vide SVBICIO.

Subigo, gis, pen. corr. {διαζεύγνυμι. Ital. *Constringere.* Gal. *contraindre.* Hisp. *sanar.* } Sallustius. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. ¶ Quandoque subigere, est subiicere, domare. {κατηρτῆσθαι, ὑποτάσσομαι, χθίω. Ital. *Sottomettere.* Gal. *Subjuguer.* Hisp. *Sojuzgar.* } Sallust. Postea verò quàm in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij & Athenienses cœpere vrbes atque nationes subigere. ¶ Quandoque aduere Virgil. lib. 7, Pars læues clypeos & spicula lucida tergunt Aruina pingui, sub gũtq; in cote secures. ¶ Quandoq; arrecto, agito. ἀναγκάζω, ἀναπαύω. Cato, Farinam in mortarium indito aquam paulatim addito, subigitóq; pulchré. ¶ Quãdoq; bene arare, bene colere. κατεργάζομαι. Virg. 1. Georg. Aene, Iouem nulli subigebant arua coloni. Colum. lib 2. Sequitur vt tempora quoq; subigendi arui præcipiamus. ¶ Cicero per trãslationem lib. 2. de Orat. pro exercere posuit, Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato. ¶ Quandoque suffodere, Virgil. 2. Georg. -tamen hæc quoque siquis Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis. ¶ Quandoque subagitare, ἐγκέλ. Cic. Pæto, Gallam subito. ¶ Quandoque sursum agere. ἀναγκάζω. Sed tunc à sus, quod significat sursum, componitur. Virgil. lib. 1 Georg. Non aliter quàm qui aduersos vix flumine lembum Remigijs subigit. ¶ A subigo fit aliud compositum, Prosubigo: de quo suprà.

Subactus, subacta, subactum, participium, Modò idem significans quod cultus. {ἐπεξεργάζομαι. Ital. *Lauorato.* Gal. *Labouré.* Hisp. *Labrado.* } Cic. in Catone, Terra gremio mollito, & subacto semen sparsum excipit. Et paulo pòst, Humus subacta atque pura. ¶ Ingenium subactũ, per translationem, pro exercitato, atque exculto. Cicero de Orat. Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato. ¶ Aliquando idem quod victus & domitus. {κατεπεξεργάζομαι. Ital. *Sottomesso, domato.* Gal. *Assugetti, cõtraint, dompté.* Hisp. *Sojuzgado.* } Cicero pro Fonteio, Galli ab Imperatoribus nostris subacti, & bello domiti. Lucanus lib. 1. gentésque subactas Vix impunè feres. ¶ Interdum idem quod coactus. βεβιασμένος. Tacit. lib. 5. Annal. Multitudine periclitantium subactus. Idem lib. 15. Donec vi amoris subactus.

Subactio, verbale. {ἡ κατεργασία, χείρωσις. Ital. *Essa sotto mettere ò constringere exercitio.* Gal. *Cõtrainte, assugettissement, exercisse.* Hisp. *Sojuzgamiento exercicio.* } Cultura, exercitatio. Cic. de Orat. Subactio autẽ est vsus, auditio, lectio, literæ.

Subactus, huius subactus, Idem quod subactio. κατεργασία. Plin. lib. 18, cap. 7. Quod in subacto congium aquæ capiat.

Subiicio, cis, secũda syllaba correpta, suppono. {ὑποτίθημι. Ital. *Sottoporre, sottomettere, sottoinguere.* Gal. *Mettre dessoubs, soubsmettre, assubjetir.* Hisp. *Someter.* } Virg. 4. Georg. -& ramea costis Subiiciunt fragmenta. ¶ Aliquando subiugo. κατεπεξεργάζομαι. Cicero, Tot tibi populis repẽtè subiectis. ¶ Subiicere, pro subdere siue addere. Cic. 7. Verr. At quæ causa tum subiiciebatur ab ipso, Iudices, huius tam nefariæ crudelitatis? ¶ Aliquãdo sursum iacio. Virg. 12. Aeneid. -& corpora saltu Subiiciunt in equos. ¶ Subiicere calumniæ, per translationem. Liui. lib. 8. belli Maced. Sed si ego in ea ciuitate, quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendisq; deos adhibet: quia nullius calumniæ subiicit ea quæ dij comprobauerunt.

Subiectus, a, um, Id est subditus, & alterius imperio parens. {ὑπήκοος, ὑποχείριος. Ital. *Soggetto, sottoposto.* Gal. *Suget, submis, assugeti, mis dessoubs.* Hisp. *Sojuzgado, subjecto.* } Virgil. lib. 6. Aeneid. Parcere subiectis, & debellare superbos. ¶ Aliquando idem est quod expositus, siue obnoxius. Cic. 5. Tusc. Sinautem virtus subiecta sub varios incertósq; casus, fa-

mulæ fortunæ æstimee tantarum virium est, vt seipsa euertat. Idem 2. de Natu. deorum, Nulli naturæ est obediens, aut subiectus deus. Idem, Omnes res subiectæ sunt naturæ sentienti. Horat. 2 Serm. Saty. 6, Per totum hoc tempus subiectior in diem & horam Inuidix.

Subiectio, onis, verbale, Est repræsentatio, delineatio siue descriptio. {ὑποτύπωσις. Ital. *Soggettione.* Gal. *Sugection, obeissance, suppositon.* Hisp. *Subjection.* } Cic. 3. de Orat. Reiúmque, quasi gerantur sub aspectũ ponẽ subiectio, quæ & in exponeda re plurimum valet, & ad illustrandum id quod exponitur. ¶ Interdum accipitur pro suppositione rei adulterinæ pro vera. ὑποβολὴ. Liui. 9. belli Maced. Qui falsis testimoniis, figuris adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali pœna afficiebant.

Subiectus, us, verbale, {ὑπόθεσις, ὑπόστασις. Ital. *soggettione, esso sotto ponere.* Gal. *Suppositon, assiette par dessoubs.* Hispa. *Obra de sometur.* } Plin. lib. 26. cap. 15. Vuluas quoq; procidentes inhibet fotu, vel suffitu, vel subiectu.

Subiector, oris, {ὁ ὑποτιθείς. Ital. *Sottopone.* Gal. *Cho suppose, qui au lieu d'vn suppose l'autre.* Hisp. *El que pone vno por otro.* } Cic. 2. in Cati. Quis tota Italia venefícus, quis gladiator? quis latro? quis sicarius? quis parricida? quis testamentorum subiector? quis circunscriptor? &c.

Subilices, pen. corr. Dicuntur subiecti. ὑπόψαμμοι. Ennius in Achille, referente Festo, Ergo deũm sublimes subilices, humidus Vnde oritur imber sonitu sæuo & strepitu. Vide Gellium lib. 5. cap. 7.

Subiecto, tas. In altum eiaculor. {ὑπαίρω. Ital. *Lanciare in alto.* Gal. *Getter en haut, lancer en haut.* Hisp. *Lançar en alto.* } Virg. 3. Aen. Nigrãmq; alte subiectat arenam. ¶ Aliquando idem valet quod identidem subiicio; vnde subiectare manum dicuntur, qui sub ventrem manum mittunt ad partes pudendas, vt solent pastores, qui sub equulorum ventrem manum solẽt subiicere, ne postea adulti ad tactus huiusmodi expauescãt.

Subilicito, as, are, aliud frequentatiuum. ὑποπτερίζομαι. Plaut. in Casina, Nunc tu si venis subilicitare me, proba est peccatio, Peristi hercle, age, accede huc.

Subiculum, li. Qui semper flagris subiicitur. μαστιγίας. Plaut. in Pers.

Vir summe populi stabulum seruitritium,
Scortorum liberator, subiculum flagri,
Compedum contritor, pistrinorum ciuitas.

Subimpetrandus, Participium à verbo subimpetro. Tacit. lib. 4, Nam priores duces subimpetrando triumphalium insigni sufficere res suas credidérant.

Subimpudens, pen. cor. adiectiuum. Nonnihil impudẽs. {ὑπαναίσχυντος, Ital. *Alquanto impudente.* Gal. *Vn peu impudent, aucunement esbonté.* Hisp. *Vn poco desuergonçado.* } Cicero ad Trebel. lib. 7, Interdum timidus in labore militari, sæpe autem etiam (quod à te alienissimum est) subimpudens videbare.

Subinanis, subinane. Nonnihil vacui habens, aut inanitatis. {ὑπόκενος. Ital. *Quasi voto.* Gal. *Aucunement vain.* Hisp. *Vn poco vazio.* } Cic. ad Attic. lib. 2, Quinetiam quod est subinane in nobis, & non ἀφιλάδελφον, (bellum est enim sua victa nosse) is afficitur quadam delectatione.

Subinde, cum accentu in antepenultima, Deinde, statim. póst. {ἐπειτα. Ital. *Subito immantinente.* Gal. *Incontinent apres ou souuentesfois.* Hisp. *subitamente, luego.* } Horat. 1. Epist. 8. Si dicet rectè: primum gaudere, subinde Præceptum auriculis hoc instillare memento. Liu. 7. ab Vrbe, Vno, altero; subinde ictu ventrem, atque ioguina haurit. ¶ Interdum significat frequenter, (siue vt propriè dicam) identidem: hoc est crebrò, cum exiguo quodam interuallo. ἄνοτε καὶ ἄνοτε. Sueton. in Tiberio, cap. 57. Læua natura ne in puero quidem latuit, quam Theodorus Gadareus & prospexisse primus sagaciter, & assimulasse aptissimè visus est: subinde in obiurgando appellans eum lutum à sanguine maceratum. ¶ Dicitur & subin, sicut proin, & dein.

Subingere arietem (inquit Festus) Antistius esse ait, dare arietem qui pro se agatur, cædatúrve.

Subinsulsus, adiectiuum. Aliquantulum insulsus. {ὑπαναίσθητος. Ital. *Alquanto goffo.* Gal. *Vn peu mal fade, qui n'a pas grand' grace.* Hisp. *Vn poco soso y desgraciado.* } Cic in Orat. Est enim vitiosum in sententia, siquid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum est.

Subinuideo, es, pen. corr. subinuidi, subinuisum, penul. prod. {ὑποφθονέω. Ital. *Hauere alquanto inuidia.* Gal. *Auoir quelque enuie.* Hisp. *Auer vn poco embidia.* } Cic. Treb. lib. 7. Epist. Subinuideo tibi vltro te etiam accersitum abeo, &c.

Subinuisus, adiect. Aliquantulum inuisus. {ὑπανεπίφθονος. Ital. *Vn poco odiate.* Gal. *Vn peu odieux qu'on ne veoit pas fort volontiers, quelque peu hay.* Hisp. *Vn poco aborrecido y embidiado.* } Cic. pro Rabirio Posthumo, Ille Puteolanus sermo illius temporis, vectorum cursus atque ostentatio, tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen.

Subinuito, tas. pen. prod. Aliquantulum inuito, & prouoco. {ὑπανακαλῶ, ὑπεξεγείρω. Ital. *Prouocare alquanto, vn poco inuitare.* Gal. *Inuiter aucunement, prouoquer vn peu.* Hisp. *Vn poco prouocar ò combidar.* } Cicero ad Mar. lib. 7, Epist. Hæc ad te plurimis verbis scripsi quàm soleo, non otij abũdantia, sed amoris erga te, quòd me quadam epistola subinuitaras.

Subirascor, Nonnihil iratscor. {ὑπαγανακτέω. Ital. *Alquanto attorrucciarsi.* Gal. *Estre vn peu courroucé, se courroucer aucunement.* Hisp. *Enfadarse vn poco.* } Cic. ad Atticum lib. 9, In Epeirum quòd me non inuitas comitem, non molestum: subirascor, sed vale.

Subis, auis quæ aquilarum oua frangit. Plin. lib. 10. cap. 4.

Subiugis, & hoc subiuge, pen. corr. Idem quod subiugalis. {ὑπαυχενίδιος. Ital. *Auezzo à tirare il giogo.* Gal. *Qui est soubs le joug, accoustumé à porter le joug.* Hisp. *Domado y obediẽte al jugo, acostrumbrado à traher jugo.* } Plin. li. 11, cap. 49, Nero ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas.

Subiugia lora. ἱ ὑπόζυγοι ἱμάντες, καὶ ὑπόζυγες. Dicebantur quibus iugum collis boum, vel iumentorum aptabatur. Cato de re rust. cap. 15, Subiugia in iustrum lora pedum XIX. Idem cap. 73. Subiugia in plostrum P. XIX. funiculum P. XV. in aratrum subiugia lorum P. XVI. funiculum P. VIII.

Subiugo, as, pen. corr. Debello, & imperio meo subiicio, quasi sub iugo pono. {ὑποζεύγνυμι. Ital. *Soggiogare.* Gal. *Subjuguer, asservir, mettre soubs le joug.* Hisp. *Sojuzgar ò meter so el yugo.* } Claud. -nulla est victoria maior, Quàm quæ confessos animo quoque subiugat hostes.

Subiungo, gis, Addo, subiicio. {ὑπάπτω, ὑπαζεύγνυμι. Ital. *Sottogiungere.* Gal. *Ioindre apres, ajoindre, ajouster.* Hisp. *Ayuntar debaxo.*} Cic. de Aruſp. reſp. Video in Aruſpicum reſponſis hæc eſſe ſubiuncta. Oratori omnes artes ſubiungere, Idem de Orat. Plin. Epiſt. 153. Venimus ad conſules, dicit Seuerio, quæ res ferebat: aliqua ſubiungo. ¶ Aliquando ſignificat idem quod ſubiugo, id eſt debello. Virg. 8. Aen. Nulli fas Italo tantum ſubiungere gentem. Cicero pro Lege Agra. Vt ſub veſtrum ius iuriſdictionem, poteſtatem, terrarum orbem ſubiungeretis? ¶ Vnde ſubiunctiuus modus dictus eſt, quia ſubiungitur alteri verbo, ſine quo ſententiam explere non poteſt. ὑποτακτικός.

Sublabor, eris, penult. prod. Præterео, ſiue latenter decurro, aut fugio. {ὑπολισθαίνω. Ital. *Cadere à poco à poco.* Gal. *Choir ou decheoir peu à peu ou soubs le pas.* Hiſp. *Caer ò deſlizarſe poco à poco ò debaxo.*} Virg. 1. Georg. -ſic omnia fatis In peius ruere, ac retrò ſublapſa referri Spes Danaûm.

Sublabro, bras, penult. corr. {ὑπογαλίζω. Ital. *Mettere la viuanda dentro la bocca.* Gal. *Mettre la viande dans la bouche.* Hiſp. *Meter lo manjar en la boca.*} Cibum intra labra mitto, vt interpretatur Nonius citans illud Næuij ex Decuma. Iam ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſynciput.

Sublatus, Sublatio, Sublatò, vide TOLLO.

Sublateo, ſublates, penul. corr. Sub te aliqua lateo. {ὑπόκειμαι λανθάνω. Ital. *Naſconderſi alquanto.* Gal. *Eſtre caché & muſſé deſſoubs.* Hiſpan. *Eſconderſe vn poco.*} Varro 1. de Re ruſt. cap. 48, Ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum quæ primitus quum oriuntur, neque planè apparent in qua ſubla tent herba: ea vocatur vagina, vt qua latet condirus gladius.

Sublego, as, pen. prod. Subſtituo. {ὑπαγορεύω. Ital. *Soſtituire.* Gal. *Subſtituer.* Hiſp. *Subſtituir.*} Iuſtin. lib. 3, Senatui cuſtodiã legum, populo ſublegandi Senatũ, vel creãdi, quos vellet magiſtratus, poteſtatem permiſit.

Sublego, is, penult. corr. Furto aliquid ſurripio. {ὑφαιρέω. Ital. *Rubbare.* Gal. *Cueillir & amaſſer en cachette comme vn larrõ, derrober.* Hiſp. *Arrebatar por hurto, hurtar.*} Virgil. 9. Aeglo. Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. ¶ Nonnunquam idem quod curſim, ſiue obiter aliquid legere. Gellius lib. 13. cap. 11, Quũ hoc in ea Capitonis epiſtola ſublegiſſemus. ¶ Sublegere, colligere. Colum. lib. 12. cap. 17, Propter imbres in terram decidit, quæ quum ſublecta eſt, &c. Horat. 1. Serm. Saty. 8, -puer ætate cinctus, acernam Gauſape purpureo menſam pertерſit: & alter Sublegit quodcunque iacerет inutile. ¶ Sublegere in locum alicuius, eſt legendo ſubſtituere. ὑπαγορεύω. Liui. 3. belli Pun. Et ita in demortuorũ locum ſublectutum, vt ordo ordini, non homo homini prælatus videretur. ¶ Sublegere ſermonem, eſt clàm excipere. Plaut. in Mil. Clàm noſtrum hunc illæ ſublegerunt ſermonem.

Subleſtus, ta, tũ, Infirmus, leuis, friuolus, debilis. {ἀσθενής. Ital. *Inferмo, friuolo, debole.* Gal. *Debile, infirme, friuole.* Hiſp. *Flaco, enfermo.*} Plaut. in Perſa. Nam vbi ad paupertatem acceſſit infamia, Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior. Idem Bacchid. Lingua factioſi, inertes opera, ſublecta fide. ¶ Vinum ſubleſtiſſimum, quod maximam debilitandi vim habet: vt exponit Feſtus, citans Plautum in Neruolaria.

Subleuo, as, Surſum leuo. {ἀναζαλίσκω. Ital. *Sollenare.* Gal. *Soubſleuer, ſoulager.* Hiſp. *Aliuianar ò ſoliuiar arriba.*} Sueton. in Veſpaſiano, Aluo repente vſque ad defectionem ſoluta: Imperatoré ait ſtantem mari oportere, dùm ſue ſurgit ac nititur, inter manus ſubleuantium extinctus eſt. ¶ Per tranſlationem ſumitur pro ſauere, defendere, & quodammodo labaſcentes erigere. Cic. 4. Tuſc. Quum multa in conuentu collegiſſet in Socratem Zopyrus, qui ſe naturam eiuſque ex forma perſpicere profitebatur, derиſus à cæteris eſt, qui illa in Socrate vitia non agnoſcebãt, quæ ipſe ex illius aſpectu multa collegerat. Ab ipſo autem Socrate eſt ſubleuatus, quum illa ſibi ingenita, ſed ratione à ſe deuicta diceret. Plancus Ciceroni lib. 10, Hoc omne aſſignatũ iri aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam, ſi aut hominem offenſum mihi, aut coniunctum cum Republica non ſubleuaſſem. Idem 5. Verr. Sed eadem iſta æſtimatione alter ſubleuauerat aratores, alter euerterat. Idé pro Cæcinna. Etenim non minus nos ſtultitia illius ſubleuat, quàm lædit improbitas. ¶ Subleuare teſtimonio aliquem, id eſt cauſam eius leuiorem reddere. Cicero pro Cluent. Pater adoleſcentis, quem propter animi dolorem perennis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtem in Aulum Cluentium conſtituere, is hunc ſuo teſtimonio ſubleuat.

Sublica, æ, penult. corr. Palus, pertica, quæ in aqua defigebatur ad pontis alicuius conſtructionem. {ξύλον, δοκός. Ital. *Pallo fitto in acqua per edificare vn ponte ſopra.* Gal. *Vne piece de bois qui ſoubtient vn pont, vne ſolme.* Hiſp. *Palo ò pertiga para ſoſtener vn puente.*} Cæſar in deſcriptione Rhenani pontis. Non ſubiecæ modo (inquit) directæ ad perpendiculum, ſed pronæ ac faſtigatæ, vt ſecundum naturam fluminis procumbere.

Sublicium, cij. Idem quod ſublica. Liui. 3 belli Pun. Quia muro ſatis per ſe alto, iub ectis validis ſubiicis pro ſolo vſus erat.

Sublicius pons, adeam patem Tyberis fuit, qua Ianiculum ab Vrbe diriimitur, ea arte conſtructus, vt trabes ſine fulturis eximi poſſent. Id enim religioſum eſſe cœpit, ex quo defendẽte Cocite ægrè reuulſus eſt. Dictus eſt autem ſublicius, quòd ligneus eſſet, & ſublicis fulciretur. Ita enim vocant palos ad pontis ſubſtentationem in aqua defixos. {ξύλινος δρυκτός. Ital. *Ponte di legno ſopra pali.* Gal. *Vn pont de bois.* Hiſp. *Puente de madera ſobre poſtes.*}

Subligo, as, penul. corr. Subtus ligo. {ὑποδέω. Ital. *Sottoligare.* Gal. *Lier par deſſoubs* Hiſp. *Atar por la parte baxa.*} Plin. li. 17. ca. 22. Vbi vua varia cœperit fieri, vites ſubligato. Virg. 8. Aen. Tũ lateri atq; humeris Tegeæũ ſubligat enſem. Idem 11. Aene. -clypeumq; ex ære ſiniſtræ Subligat.

Subligar, aris, Idem quod ſubligaculum, hoc eſt illud quo partes pudendæ teguntur. {περίζωμα, ὑπόδυμα. Ital. *Braca, brago.* Gal. *Le brayer.* Hiſpa. *Las bragas.*} Martial lib. 3. Tecta tamẽ non hac, qua debes parte leuaris, Si pudor eſt, tranſfer ſubligar in faciem. Iuuen. Saty. 6, Perſonam, thyrſumque tenens, & ſubligar Acci.

Subligaculum, li, Amictus genus, quo femora, & partes pudendæ teguntur. {περίζωμα. Ital. *Braccade, brage.* Gal. *Brayer ou brayes.* Hiſp. *Las bragas.*} Cic. 1. Offic. Scenicorum mos tantam habet vetere diſciplina verecundiam, vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.

Sublimis, me, pen. prod. In altum eleuatus, compoſitũ eſt à limus, quemadmodum & iliimis, quaſi ſupra limũ. {μετέωρος, ὑψηλός. Ita. *Alto, eleuato in alto, ſublime.* Gal. *Eſleué en haut.* Hiſp. *Coſa alta ò enſalçada.*} Virg. 1. Aeneid. Ipſa Paphum ſublimis abit. Colum. li. 2, Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quò ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis capitibus. Terent. in Adelph. Sublimẽ medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem, Vt cerebro diſpergat viam. Ouid. lib. 14. Metam. -pulchro ſeder illa receſſu Sublimi ſolio, pallámque indota nitentem. Virg. lib. 7. Aen. Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis. Hora. de Arte, Hic dum ſublimes verſus ructatur, & errat. ¶ Sublimem abire, pro in cælum ire. Liuius 1. ab Vrbe, Hæc locutus, ſublimis abiit. ¶ Sublimem rapere, eſt raptum ſublimem in aerem ferre. Virgil. 5. Aen. Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.

Sublimitas, atis, Altitudo, eleuatio à terra. {ὕψος. Ital. *Altezza.* Gal. *Hauteur.* Hiſp. *Altura.*} Plin. lib. 19. cap. 5, Natura ſublimitatis auida. Colu. lib. 8. cap. 3, Æque longitudinis & altitudinis, duodenos pedes habeãt nec plus latitudinis quàm media ſublimitas.

Sublimiter, aduerbium, Idem quod alté. {μετεώρως, ὑψηλῶς. Ital. & Hiſp. *Altamente.* Gal. *Hautement.*} Colum. li. 8. cap. 12, Quoniam nec ſublimiter poteſt, nec per longa ſpatia volitare. De pauone. Cato cap. 70, Hæc omnia ſublimiter legi, teri, darique oportet.

Sublimè, pro Sublimiter: cui opponitur Humi. Cic. 2. de Diuin. Eáque ſcuta quæ fuerant ſublimè fixa, ſunt humi inuenta. Virg. 9. Aeglo. Cantantes ſublimè ferent ad ſydera cygni. Cic. 1. Tuſc. Perſpicuum debet eſſe, animos quum è corpore exceſſerint, ſiue illi ſint animales, id eſt ſpirabiles, ſiue ignei, ſublimè ferri.

Sublimo, mas, pen. prod. Exalto, in altum ſubleno. {μετεωρίζω. Ita. *Inalzare.* Gal. *Eſleuer en haut.* Hiſp. *Enſalçar, poner en alto.*} Ennius, Si qui canden tem in cælo ſublimat facem. Nonius.

Sublino, is, pen. corr. Leuiter perungo. {ὑπαλείφω, ὑπαχρίω. Ital. *Vngere alquanto.* Gal. *Oingdre vn peu ou par deſſoubs.* Hiſp. *Vntar vn poco.*} Corne. Celſus, Idem quoq; vmbilico ſublitum facit. ¶ Sublinere os, eſt illudere, & pro ridiculo habere. Tractum à genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Plau. in Aulul. -ah ſubleuit mihi os peſſimè. Idem Epid. Senex, ſibi os ſublitũ eſt planè, & probè, id eſt, ſibi verba data ſunt. Sicin. Capſi.

Sublitio, verbale, Quæ eſt quaſi primum tectoriũ & fundamentũ coloris eius, quem reddi voluntas inductione manus vltima. ὑπάλειμμα.

Subliuidus, a, um, Aliquantulum liuidus. {ὑπωχρόος. Ital. *Pallidetto, mortinolo.* Gal. *Vn peu terné.* Hiſp. *Vn poco cardeno.*} Celſus lib. 5. cap. 28, Puſtulæ eminent ſubliuidæ, aut pallidæ.

Sublucanus, adiect. Idem quod antelucanus, hoc eſt quod lucem antecedit. {ἀμφίλυκος. Ital. *Tempo quando ſpunta il giorno.* Gal. *Qui eſt vn peu deuant le jour.* Hiſp. *Tiempo cerca del dia.*} Plin. lib. 11. cap. 12, Venit mel ex aere, nec omnino prius Vergiliarum exortu, ſublucanis temporibus.

Subluceo, es, ere. Aliquantulum lucere, {ὑποφαίνομαι. Ital. *Sottolucere.* Gal. *Luire quelque peu entreluire.* Hiſ. *Luzir vn poco.*} Ouid. 1. Amor. Eleg. 5, Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo: Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies. Virg. 4 Georg. Aureus ipſe, ſed in foliis, quę plurima circum Funduntur, violæ ſublucet purpura nigræ. Ouid. Epiſt. 20. Candida nec miſto ſublucent ora rubore.

Subluco, as, pen. prod. Ramos arborũ ſupputo & veluti luci tranſitũ aperio. {ὑποκόπτω. Ital. *Sbrancare gli alberi.* Gal. *Esbrâcher les arbres, & couper les brâches qui ſont trop eſpoiſſes pour leur bailler iour.* Hiſ. *Entreſacar los ramos.*} Cõlucare aũt, eſt ſuccisis paſſim arboribus lucũ luce implere. Ex Feſto.

Subluo, is, Lano, purgo. {ὑπολούω. Ital. *Lauare, purgare.* Gal. *Lauer par deſſoubs.* Hiſp. *Lauar, purgar.*} Colum. lib. 6. cap. 32, Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calidamox decocto ac trito ſale, cum adipe defricatur, dum ſaniei vis emanet. Mart. lib. 6, Irarus tanquam populo Charideme lauaris, Inguina ſic toto ſublnis in ſolio.

Subluridus, a, um, pen. corr. Subpallidus. {ὑπωχρόος. Ital. *Alquanto pallido, moretto, ſmarto, liuido.* Gal. *Quelque peu palle & bleſſard* Hiſp. *Vn poco cardeno ò amarillo.*} Plaut. in Amph. -eodem in loco. Signo eodem apparet probè, vt primùm coiuit cicatrix rufula, Sublurida.

Subluſtris, ſubluſtre, Idem quod ſubilluſtris, hoc eſt obſcurus quidem, ſed tamen lumine nonnullo illuſtratus. {ὑπόλαμπρος. Ital. *Alquanto chiaro.* Gal. *Encor vn peu luiſant.* Hiſp. *Coſa que reluze vn poco.*} Vnde ſubluſtria verba dicuntur, non ex toto luminoſa, ſed aliquid luminis habentia. Aulus Gellius lib. 13. cap. 23, de Catonis oratione, Quæ quoniam ſunt eloquentiæ Latinæ tunc primùm exoriẽtis lumina, verba quædam ſubluſtria libitum eſt. ὑπόφωτα, μαυρόφωτα. Subluſtris nox, & ſubluſtris vmbra, quæ habet aliquid luminis. ἀμφιλύκη νύξ, ἀμφιλύκη σκιά. Liui. 5. ab Vrbe, Nocte ſubluſtri, quum primò inermem qui tentarer viam, præmiſiſſent, &c. Virg. 9. Aene. Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in vmbra Prodidit immemorem.

Subluuies, uiei. Sordes & immunditiæ, quas & illuuiẽ & proluuiẽ vocamus. {ῥύπος. Ital. *Lordura, fango.* Gal. *Ordure par fante de ſe nettoyer.* Hiſp. *El ſaburno ò la ſuziedad.*} ¶ Apud Colu. genus morbi in diſcrimine vngulæ ouium naſcens. Ait enim lib. 7. cap. 5, Claui quoq; dupliciter infeſtant ouem: ſiue quũ ſubluuies atq; intertrigo in ipſo diſcrimine vngulæ naſcitur, ſeu quũ idẽ locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino ſimilis extat pilus, eiq; ſubeſt vermiculus. Subluuies & intertrigo piee p ſe liquida, vel alumine & ſulphure atq; aceto miſtis ritè eruẽtur.

Submergo, is, ſi, ſum, ere, Sub aquas mergere. {καταδύω, καταπόντιζω. Ital. *Sommergere, annegare.* Gal. *Nouer, enfoncer en l'eaue.* Hiſp. *Anegarſe.*} Cæſar 3. belli Ciuil. Faucibúſq; portus nauem onerariam ſubmerſam obiecit. Virg. 1. Aeneid. -Palláſne exurere claſſem Argiuûm, atque ipſos potuit ſubmergere ponto, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei? Cice. 2. de Nat. deor. Quot genera, quámque diſparia partim ſubmerſarũ, partim fluitantium, & innantium beluarum, partim ad ſæua natioris teſtis inhærentium? Liui. 1. ab Vrbe, Quin in traiectu Albulæ amnis ſubmerſus, celebre ad poſteros nomen fluminì dedit. Virg. 1. Aen. Incute vim ventis, ſubmerſaſq; obrue puppes, Aut age diuerſas, & diſſice corpora ponto. ¶ Virtus ſubmerſa tenebris. Clau. 7. Panegyr. ¶ Innatare, & ſubmerſum eſſe, contraria. Colum. lib. 13. cap. cap. 4, Quum ea res innoxia penora conſeruet, vbi non innatent, ſed ſemper ſint iure ſubmerſa.

Submerus, ri, Id eſt ferè merum. {ὑπάκρατος. Ital. & Hiſpan. *Quaſi puro.* Gal. *Preſque tout pur & ſans mixtion.*} Plaut. in Sticho,

Næ iſte ædepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exultauit ſubmerum ſcitiſſimè.

Subminia

Subminia, æ, Vestis genus à subrubro colore (vt videtur) nomen habens. {ὑποκιννάβαρις Ital. *Veste quasi rossa.* Gal. *Vne sorte d'habit tirant sur le rouge.* Hisp. *Vestidura vn poco vermeja.*} Plaut. in Epidico, -crocotulâ, Supparum, aut subminiam, ricam, basilicam, aut exorticũ.

Subministro, as, are, Porrigo, suppedito. {ὑπουργέω. Ital. *Porgere, dare.* Gal. *seruir & aider, fournir.* Hisp. *Dar lo que otro ha menester, proueer.*} Cæsar lib. 1. belli Gall. Hæc sibi esse curæ frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare, iámque esse in agris frumenta matura. Cic. pro Cælio, Palàm in eum tela iaciuntur, clàm subministrantur. Idem 1. de Inuent. Aristoteles autem qui huic arti plurima adiumenta, atque ornamenta subministrauit, tribus in generibus rerum versari rhetoris officium putauit. Columel. lib. 1. cap. 10, Quum semina depones, dextra, siniſtráque vsque ad imum scrobem fasciculos sarmentorum demittito, ita vt per fasciculos sarmentorum æstate paruo labore aquam radicibus subministrare possit.

Subministrator, oris, verbale, {ὑπουργός, ὑπηρέτης, ὑπηρέτρια. Ital. *Seruitore.* Gal. *Seruiteur.* Hisp. *Seruidor.*} Seneca Epist. 115 Lætus pro suis voluptatibus habet alienarum spectaculum, subministrator, testisque libidinum, quarum sibi vsum cupiendo abstulit.

Submitto, tis, tere, siue Summitto, misi, missum. Idem quod subdo, subiicio, vel subiugo. {ὑποτίθημι. Ital. *Agiungere, sottomettere, sottoporre.* Gal. *Soubmettre, mettre dessoubs, abaisser.* Hisp. *Someter, abaxar.*} Virg. 1. Eglo. Pascite boues pueri, summittite tauros. Horat. li. 1. Epist. 1, Et mihi res, nõ me rebus submittere conor. ¶ Sũmittere fasces ianuæ, dicebantur magistratus, quũ ædes ingredientes, inclinari eos & deprimi iubebant, & non surrectos teneri. Plin. li. 7. cap. 30, Fasces lictorios ianuæ submisit is cui se Oriẽs, Occidẽsq; submiserat. ¶ Submittere genua, pro flectere, & incuruare. Plin. li. 11. cap 49, Solidipedes inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt. Idẽ li. 8. cap. 1. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. De elephantis. ¶ Submittere animos, per trãslationem, id est dimittere, & propemodũ despondere animum. Liui. 3. belli Pun. Tum T. Sempronius Senatum habuit, consolatúsque Patres est, & adhortatus, ne, qui Cannensi ruinæ non succubuissent, ad minores calamitates animos submitterẽt. ¶ Submitto, clanculũ allego, suborno. ὑποποιέω. Cic. 5. Verr. Submittebat iste Timarchidẽ, qui moneret eos qui saperent, vt transigerent. Submittere preria, est imminuere. Plin. lib. 29 cap. 1, Neque enim pudor, sed æmuli pretia submittunt. vide plura in SVMMITTO.

Submissus, participium, siue nomen ex participio. {ὑφιείς, ὑποκλινής, ὑποβεβλημένος. Ital. *Messo di sotto.* Gal. *Mis dessoubs, abaissé, mũ bas.* Hispan. *Puesto debaxo.*} Liuius 1. ab Vrbe, Lupam sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse: eam submissis infantibus adeò mitem præbuisse mammas. ¶ Submissus & adiectus, cui contrarium, Efferens se. Cic. lib. 1 Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere: neque submissum, & abiectum, neque se efferentem: tum in Repub. velle quæ tranquilla & honesta sint. ¶ Submissa oratione, vel voce loqui, id est humili, non elata, aut clara. Cæsar 3. belli Ciuil. Submissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Cic. pro Planco, Submissa voce agam, tantùm vt iudices audiant. Martial. lib. 8, Hos comes inualidus submissa voce precatur, Vt quocunque velint, corpus inane ferant.

Submisse, aduerbium, Humiliter, demissè. {ὑποπτῶς. Ital. *Bassamente, humilmente.* Gal. *Bassement, humblement.* Hisp. *Baxamente, humilmente.*} Cic pro Plancio, Meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum qui mihi non nimis submisè supplicarat. Cic 1. Offic. Vt quanto superiores simus, tanto nos submissius geramus.

Submissim, aduerbium, Idem quod submissè. Suetonius in Augusto, Nam & ad communionem sermonis taecentes, etiam submissim fabulantes prouocabant.

Submissio, onis, verbale, Idem quod remissio: vt Submissio vocis, cui opponitur Contentio. {ὑποκατάπτωσις, ὑφεσις. Ital. *Abbassamento.* Gal. *Abaissement.* Hispa. *Abaxamiento.*} Cic. 1. Offic. Ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis & submissione, & cæteris similibus facilè iudicabimus quid coràm aptè fiat. ¶ Submissio, aliquando accipitur pro eleuatione siue depressione: cui opponitur Elatio, siue Amplificatio. Cice. in Topicis, Partium autem comparatio nec elationem habet nec submissionem: est enim æqualis.

Submolestus, a, um, Nonnihil molestus. {ὑποδυσχερής. Ital. *Vn poco molesto.* Gal. *Aucunement moleste.* Hisp. *Vn poco enojoso.*} Cic. ad Attic lib. 16, Illud est mihi submolestum, quòd parum properate Brutus videtur.

Submolestè, aduerbium. {ὑποδυσχερῶς. Ital. *Alquanto molestamente.* Gal. *Quelque peu molestement, auec quelque molestie* Hispa. *Vn poco enojosamente.*} Cice. ad Atticum lib. 5, Te in Epirum saluum venisse, & vt scribis, ex sententia nauigasse, vehementer gaudeo: non esse Romæ meo tempore pernecessatio, submolestè fero.

Submoneo, submones, penu. breui, Leuiter vel paucis moneo. {ὑπομιμνήσκω. Ital. *Ammonire alquanto, ò brevemente.* Gal. *Amonester aulcunement, faire quelque legiere remonstrance.* Hispan. *Amonestar vn poco ò brevemente.*} Terent. in Eunu. -submonuit me Parmeno Ibi seruus, quod ego arripui. Plin. Epist. 2. lib. 1, Quoties paulùm itinere decedere non intempestiuis amœnitatibus submonebamur.

Submorosus, adiectiuum, Nonnihil morosus. {ὑποδύσκολος. Ital. *Alquanto difficile & duro.* Gal. *Quelque peu chagrin & faschenx.* Hisp. *Vn poco intractable.*} Cice. lib. 2. de Orat. Me quidem hercule valde illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula, non quum à morosis dicuntur: tunc enim non sal, sed natura ridetur.

Submoueo, submoues, submoui, submotum, Arceo, depello, remoueo, abire facio. {ὑπερέω. Ita. *Discacciare, rimouere.* Gal. *Oster, destourner, faire reculer, esloigner.* Hisp. *Arredrar.*} Liui. 2. ab Vrbe, I, inquit, lictor, submoue turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium. Cice. pro Roscio, Vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ei magnitudine pœnæ maleficio submouerentur. Ouid. lib. 2. Amorum, Eleg. 13, Ignoto merettix corpus iunctura Quiriti, Oppositа populum submouet ante sera. ¶ Submouere, seperare. Plin. lib. 5. cap. 19, de Alpibus, Germaniam ab Italia submouent.

Subnascor, ceris, Succresco. {ὑπανατέλλω. Ital. *Sottonascere, crescer sotto.* Gal. *Naistre ou naisquir par dessoubs ou au pres, sortir d'embas.* Hisp. *Crecer secreto, nascer por debaxo.*} Plin. lib. 11. cap. 23. Atque ita subnasci sui generis palmas. Idem lib. 12. cap. 3, Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis verò subnascentibus.

Subnecto, is, subligo, appendo. {ὑπαναπλέκω. Ital. *Legare di sotto, sottogiungere.* Gal. *Lier & nouer par dessoubs, ajouster.* Hisp. *Trauar por debaxo.*} Virg. 1. Aeneid. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ. Idem 5. Aeneid. -lato quam circum amplectitur auro Balteus, & teretі subnectit fibula gemmа. Plin. lib 28. cap. 2, M. Serutilius Nouianus, princeps ciuitatis, non pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret, aliúsve ei prædiceret duabus literis Græcis P. & A. chartam inscripram, circunligatam lino, subnectebat collo. Id est appendebat.

Subnego, as, pen. corr. Ferè, vel quodam modo nego. {ὑπαναίνομαι Ital. *Alquanto negare.* Gal. *Aucunement nier, presque nier.* Hisp. *Vn poco negar.*} Cice. Trebatio, Verũtamen quod præsenti tibi propè subnegarum, &c.

Subniger, ra, rum, penul. corr. Nonnihil habens nigredinis. {ὑπομέλας. Ital. *Alquanto nero.* Gal. *Noirastre, aucunement noir.* Hispan *Vn poco negro.*} Plaut. Mercu. -buccolentum, breuiculum, Subnigris oculis, oblongis malis. Varro 2. de Re rusti. cap. 5, Subnigris labris pecudes.

Subnitor, pen. prod. subniteris, subnixus, Suffulcior, sustineor. {ὑπανορθίζομαι Ital. *Essere accostato, appoggiato à qualche cosa.* Gal. *Estre apuyé, accoudé, ou accoudé sur quelque chose, s'appuyer sur.* Hisp. *Tenerse à otra cosa, ser sustentado.*} Virg. 1. Aene. Solio subnixa resedit. Cic de Somn Scipio. Duo quasi cinguli terræ verticibus ex vtraque parte subnixi. ¶ Accipitur interdum subnixus pro elato, siue arroganti. Cic. 1. de Oratore, Hæc quàm sit facilis, illi viderint, qui eius artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant. Liu. 5. belli Puni. Enimuero indignum ratus Marcellus, se, qui Annibalem subnixum victoria Cannensi ab Nola repulisset, his terra marique victis ab se hostibus cedere.

Subnoto, as, pen. corr. Subscribo. {ὑπογράφω. Ital. *Sottoscriuere.* Gal. *Noter ou marquer dessoubs.* Hisp. *Escriuir por debaxo.*} Martial. lib. 1, Et non sobria verba subnotasti.

Subnubilus, adiect. Subobscurus. {ὑπεσκοτισμένος. Ital. *Alquanto nuuoloso.* Gal. *Quelque peu nubileux, vn peu obscurci de nuées.* Hisp. *Vn poco nubloso y anublado.*} Cæsar 3. belli Ciuil. Et quinque intermissis diebus, alteram noctem subnubilam nactus, extructis omnibus castrorum portis, & ad impediendum obiectis, tertia intita vigilia, silentio exercitum eduxit. Ouid. 3. de Remed. Am. Limes erat tenuis longa subnubilus vmbra, Quã tulit ipse suos ad mare sæpe pedes.

Subo, bas, subare, Dicuntur sues, quum libidinem exercent, aut appetunt, quanuis & ad alia animalia, atque adeò ad ipsos etiam homines transferatur. {ὑομίζω. Ital. *Farsi verso de porci quando lassuriano.* Gal. *Ruire comme les truyes chauldes.* Hisp. *Estar la puerca berrionda ò contrabaxerla.*} Plin lib. 10. cap. 63, Verres subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit. Horat. lib. 1. Carm. ad homines transtulit, -iámque (inquit) subando Tanta cubilia, tectáque rumpit.

Subario, Appetitus suũ in venerẽ. ὑπηρισία. Plinli 8. cap. 51, Remediũ ne prima sublatione, neq; ante flaccidas aures coitus incipiat. de suibus.

Subobscœnus, adiect. Nõ omnino vacans obscœnitate. {ὑπαισχρός. Ital. *Alquanto impudico.* Gal. *Vn peu impudique & deshonneste.* Hisp. *Vn poco turpe, feo y sucio.*} Cic in Orat. Illud admonemus tamẽ, ridiculo fic vsurũ oratore, vt nec nimis frequẽti, nec scurrile sit, nec subobscœno, ne mimicũ.

Subobscurus, adiect. um, Nonnihil obscurus, & per translationem intellectu subdifficilis. {ὑπασαφής. Ital. *Alquanto oscuro, oscuretto.* Gal. *Vn peu obscur.* Hisp. *Vn poco escuro.*} Cic. de Claris Orat. Grandes erant verbis, crebris sententiis, comprehensione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Subodiosus, penul. prod. Aliquantum odiosus. {ὑπαπεύθης. Ital. *Alquanto odiato.* Gal. *Vn peu odieux, aucunement, ennuyeux & faschenx.* Hispan. *Vn poco aborrecible, ò enojoso.*} Cic. ad Atticum lib. 1, Non mihi graue duxi scribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire (quod erat subodiosum) leue putassem.

Suboffendo, dis, Aliquantulum offendo. {ὑπαπτοήτω βλάπτω. Ital. *Offender vn pochetto, alquanto.* Gal. *Offenser vn peu.* Hispa. *Vn poco offender.*} Cice. ad Qu. Fratrem, Nam apud illam perditissimam, atque infimam fœcem populi Pompeius propter Milonem suboffendit: & boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt.

Suboleo, soboles, pen. corr. Leuiter oleo, siue odoratus sensu leuiter percipio. {ὑποζω. Ital. *Presentire, odorare vn poco.* Gal. *Sentir vn peu, commencer vn peu à sentir, s'apercenoir quelque peu.* Hisp. *Oler de si vn poco, sentir vn poco.*} Plaut. in Pseu. Corrumpitur iam cœna, hem suboles, sis vide. ¶ Subolere per translationẽ, præsentiscere. προαισθάνομαι. Plaut. in Casin. Tu æquastor tibi homo malam rem quæris: suboles, sentio. Ibidem, Subolet iam vxori quod ego machinor. Terentius in Phormione, Nunquid patri suboles?

Suborior, iris, Subnascor, & exurgo: vt subortus est rumor. {ὑπανίσταμαι. Ital. *Sottonascere.* Gal. *Sourdre & venir ou se produire petit à petit, ou dessoubs.* Hispa. *Nascer por debaxo.*} Plin. lib. 2. cap 93, Metallorum opulentia tam varia, tam diues, tam fœcunda, tot seculis suboriens. Lucretius lib. 1, Ex insuito suboriri copia posset.

Suborno, as. Idẽ quod orno, hoc est honoro, siue laudo. {ὑπαλλαγέω. Ital. *Ornare alquanto.* Gal. *Honorer & priser quelque peu.* Hisp. *Ornar vn poco.*} Pũcus Ciceroni, Tu Cicero quod adhuc fecisti, idẽ præsta, vt vigilãter, neruosẽq; nos qui stamus in acie, subornes. ¶ Subornare itẽ accipitur pro clàm submittere. {ὑπαναπέμπω. Ital. *Subornare.* Gal. *Suborner.* Hisp. *Subornar para fauor.*} Plin. in Paneg. ad Traian. Grata tamen sint recordantibus, principem illum in capita dominorũ seruos subornantem. Cic. pro Roscio, Falsum subornauit testem Roscius Cluuium: cur tam sero? Idem pro Cæcina, Quum quæritur aliquid factum nè sit, verum ab falsum proferatur, & fictus teltis subornari solet, & imponi falsæ tabulæ.

Subpallidus, a, um, Ad pallorem accedens, vel aliquantulum pallidus. {ὑποχλωρός. Ital. *Smortaiuolo, smortarello.* Gal. *Vn peu pasle.* Hisp. *Vn poco amarillo.*} Celsus lib. 5, Alterum est minus super corpus eminens, durum, latum, subuitide, subpallidum, magis exulceratum.

Subpinguis, gue. Nonnihil pinguis. {ὑπαιμος. Ital. *Grassetto.* Gal. *Vn peu gras.* Hisp. *Cosa vn poco gruessa.*} Celsus lib. 6. cap. 4. Peius est quod densam cutem, & sub pinguem, & ex toto glabram fecit.

Subrancidus, adiectiuum, Aliquantulum rancidus. {ὑπόπαλος. Ital. *Rancetto, rancidetto* Gal. *Vn peu rhanci, ranci ou moiſi.* Hiſp. *Vn poco rancio ò rancioſo.*} Cic. in Piſonem, Extructa menſa non conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.

Subraucus, a, um, Aliquantulum raucus. {ὑπαυχένιος. Ital. *Alquanto rouco.* Gal. *Vn peu enroué.* Hiſp. *Coſa vn poco ronca.*} Cicero de Clar. Orat. Omniſque motus cum verbis ſententiiſque conſentiens vox, permanens, verùm ſubrauca natura.

Subremigo, gas, pen. corr. Sub velo remigo, hoc eſt curſum nauis quæ vectro fertur, remis adiuuo. {ὑποτιθέωμαι. Ital. *Tirare il remo, vogare.* Gal. *Ramer au deſſoubs, tirer l'auiron par deſſoubs.* Hiſp. *Remar ò remar por debaxo.*} Plin. lib. 9. cap. 29, Cæteris ſubremigans brachiis, media cauda, vt gubernaculo ſe regit. Virg. 10. Aene. –dextra puppim tenet, ipsáque dorſo Eminet, ac læua tacitis ſubremigat vndis.

Subrepo, pis, pen. prod. Lateorer repo. {ὑφέρπω. Ital. *Rampegarſi di naſcoſo.* Gal. *Entrer & venir en cachette, entrer & venir en ſe trainant & coulant ſur le ventre.* Hiſp. *Entrar à eſcondidas.*} Plin. lib. 35. cap. 8, Fecit & puberē Apollinem ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem. Colu. lib. 9. cap. 1, Hæc porrò animalia, vel ſimilia his, facilè intelligitur, quàm non expediat conferre in id viuarium quod vacerris circundarum eſt: ſiquidem propter exiguitatem corporis facilè clathris ſubrepunt, & liberos nacta egreſſus fugam moliūtur. ¶ Subrepere animo, per metaphoram, pro eo quod eſt clàm ſe in animum alicuius inſinuare. Quintil. lib. 4. cap. 1, Exordium quidam in duas diuidunt partes, in principium, & inſinuationem: vt ſit principiis recta beneuolentiæ & attentionis poſtulatio: quæ quia eſſe in turpi genere cauſæ non poſſit, inſinuatio ſubrepat animis, maximè vbi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt. Idem, Ita ſubrepitur animo iudicis. Obliuio ſubrepit. Plin. lib. 8. cap. 22. Huic quanuis in fame mandēti ſi reſpexit, obliuionem cibi ſubrepere aiunt, digreſſumque quærere ſe alium. Aetas iners ſubrepit, Tibullus. lib. 1. Eleg. 1. Interea dum fata ſinunt, iungamus amores: Iam veniet tenebris mors adoperta caput. Iam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit, Decere nec cano blanditias capiti.

Subreptitiæ literæ, vide poſt Subripio.

Subrideo, Leuiter arrideo. {ὑπομειδιάω. Ital. *Sorridere, ghignare, ſogghignare.* Gal. *Se ſoubrire, rire vn peu.* Hiſp. *Reir vn poco.*} Virgil. 1. Aene. Olli ſubridens hominum ſator atque deorum. Cic. pro Roſc. Com. Qua de cauſa ſubridet Saturius veterator, vt ſibi videtur. Ouid. 3. Amo. Eleg. 1, –limis ſubriſit ocellis. Claudia. 2. in Eutrop. Subriſit crudele pater. Virgil. 10. Aeneid. Ad quem ſubridens miſta Mezentius ira.

Subridiculè, aduerbium. {ὑπογελοίως. Ital. *Sorridendo.* Gal. *En ſe ſoubriant.* Hiſp. *Reiendo ò burlando vn poco.*} Cic. 2. de Orat. Quid hoc Næuio ignauius? Seuerè Scipio. At in malè olentem, Video me à te circumueniri. Subridiculè Philippus.

Subrigo, is, pen. corr. ſiue Surrigo, b in r mutata, Erigo, in altum eleuo. {ἐπαίρω. Ital. *Drizzare, leuare in alto.* Gal. *Dreſſer ſcontremont, eſleuer en haut, hauſſer.* Hiſp. *Enheſtar.*} Plin. li. 9. cap. 29, Supinus in ſumma æquorū pernenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulā aqua, velut exoneratus ſentina facilè nauiget. Idem lib. 10. cap. 29, Vpupa criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigénſq; per longitudinem capitis. Virg. 4. Aene. Tot linguæ totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.

Subrectus ſiue, Surrectus {ὀρθός. Ital. *Dirizzato, leuato in alto.* Gal. *Dreſſé contremont, eſleué en haut, hauſſé.* Hiſp. *Enheſtado, alçado.*} Silius lib. 10, –cōnixus in haſtam Ilia corripedis ſubrecta cuſpide tranſit.

Subriguus, adiectiuum, Aliqua ex parte irriguus, ſubaquoſus. {ὑγρός. Ital. *Humido, adacquato di ſotto.* Gal. *Moiſte & arrouſé par deſſoubs.* Hiſp. *Mojado y riegado debaxo.*} Plin. li. 17. cap. 18. In craſſo, aut humido, aut ſubriguo, à meſſe ad brumam.

Subripio, s. Furor, clam aufero. {ὑφαρπάζω. Ital. *Rapire, robbare, tor da naſcoſto.* Gal. *Deſrober & emporter en cachette.* Hiſp. *Hurtar, arrebatar ò eſcondidas.*} Plaut. Menæch. Hanc modò vxori intus palàm ſubripui. Cic. in Parad. Quanti eſt æſtimanda virtus, quæ nec eripi, nec ſubripi poteſt vnquam, neque naufragio, neque incendio amittitur, nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur? vide plura in SVBRIPIO.

Subreptio, Ipſe furripiendi actus. {κλοπή. Ital. *Rubbamento.* Hiſp. *Larcin, deſrobement.* Hiſp. *Hurtamento.*} ¶ Surreptio item dicitur, impetratio quæ ſit à principe ſiue magiſtratu per falſam rei narrationem.

Subreptitius, adiectiuū. {ὑφαρπαστός. Ital. *Rubbato.* Gal. *Deſrobé, ſubreptice, prins ou fait à la deſrobée.* Hiſp. *Hurtado, hecho ò tomado à eſcondidas.*} vt Subreptitia poſtulatio, ſubreptitiæ literæ, quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt. ¶ Subreptitius puer, furtim ſublatus. Plaut. in Menæch. Atque iſtic habitat geminus ſubreptitius.

Subrogo, as, pen. cor. Subſtituo. {ἀνθυποβάλλω. Ital. *Soſtituire.* Gal. *ſurroger, ſubſtituer.* Hiſp. *ſuſtituir en lugar de otro.*} Liuius lib. 3. ab Vrbe, Conſul antequam collegam ſubrogaſſet, negabat paſſurum agi de lege. ¶ Subrogare collegam Conſul dicebatur, qui in demortui locum Conſulis alterum ſufficiebat. Cic. ad Brutum Epiſto. 5. Omnino Paeta viuo celeriora omnia putabamus. Statim enim collegam ſibi ſubrogaſſent, deinde ante Prætoria ſacerdotum comitia fuiſſent. Liui. 2. ab Vrbe, Regnum eum affectare fama ferebat, quia nec collegam ſubrogauerat in locum Bruti. & ædificabat in ſumma Velia.

Subroſtratij, Homines otioſi dicebantur, quibus quum nihil eſſet quod domi agerent, ſub roſtris frequenter deſidebant, rumores nouos aut captantes, aut ipſi confingentes. Cælius ad Cic. lib. 8, Te ad nonum Calendas Iunij, ſubroſtrarij (quod illorū capiti ſit) diſſiparant periiſſe.

Subrubeo, es. Nonnihil rubeo. {ὑπερυθριάω. Ital. *Arroſcirſi vn poco.* Gal. *Deuenir vn peu rouge, deuenir rougeaſtre, ſi rougir vn peu.* Hiſp. *Vn poco embermegecerſe.*} Ouid. lib. 2. Amor.

Quale coloratum Tithoni coniuge cælum
Subrubet, aut ſponſo viſa puella nouo.

Subrubicundus, adiect. Id eſt rubicundulus, ſiue aliquantulum rubicundus. {ὑπέρυθρος. Ital. *Alquanto roſſo, roſſetto.* Gal. *Rougeaſtre.* Hiſp. *Vn poco bermejo.*} Plin. lib. 25. cap. 13. Herba eſt trixaginis ſpecie & molliris, caulículis ſubrubicundis.

Subrufus, adiect. Aliquantulum rufus. {ὑπέρυθρος. Ital. *Vn poco roſſo.* Gal. *Quelque peu roux, rouſſaſtre.* Hiſp. *Vn poco roxo.*} Plin. lib. 37. cap. 10, Indica gentium ſuarum habet nomen, ſubrufo colore, in atritu ſudorem purpureū emanat. Plau. in Capt. Subrufus aliquātum, criſpus, cincinnatus.

Subrumi, Dicti ſunt agni, qui adhuc ſunt ſub mamma, quæ ruma à veteribus dicebatur. {ὑπογάλαι. Ital. *Agnelli ch'ancor' teſtano, agnelli da latte.* Gal. *Agneaux qui tettent encore.* Hiſpan. *Corderos de leche.*} Varro 2. de Reruſt. ca. 1, Et ſi parum habet lactis mater, vt ſubiiciat ſub alterius mammam, qui appellantur ſubrumi, id eſt ſub mamma. Antiquo enim vocabulo, mamma ruma, vt opinor, dicebatur. Hæc Varro.

Subrumari, Et ſub ruma, id eſt mamma ſubmittere. {ὑπαλαζόνευειν ὑποτιθήνης. Ital. *Far tettare ò lattare, mettere ſotto la tetta.* Gal. *Faire tetter, bailler à vne mere laittier pour alaitter.* Hiſpan. *Abiiar como corderos, meter ſo la teta.*} Colum. lib. 7. cap. 4, Diligenti cura ſeruandum eſt vt & ſuis quotidie matribus & alienis, non amantibus, agni ſubrumentur.

Subruo, is, Suffodio, vel ſuffoſſo fundamento diruo. {ὑποσκάπτω. Ital. *Cauare.* Gal. *Ruer ce deſſus deſſoula, ruer ſus.* Hiſpan. *Derrocar por deyuſo.*} Cæſar 2. belli Gallici, Muruſque defenſoribus nudatus eſt: teſtitudine facta portis ſuccedunt, murúmque ſubruunt. Liuius 5. belli Pun. Séque vltimum illum diem agere, nihil minus timentes quàm ſubrutis cuniculo mœnibus, arcem iam plenam hoſtium, &c. ¶ Aliquando effodio. κατασκάπτω. Seneca, Subruunt terram, theſauros quæritant.

Subruſticus, a, um, {ὑπαγρεῖος. Ital. *Ruſtichetto, villanello.* Gal. *Aucunement ruſtique, tenant & lourd.* Hiſp. *Coſa ruſtica.*} Cic. de Clar. Orat. Quum etiā ipſo ſono, quaſi ſubruſtico, proſequebatur atq; imitabatur antiquitatē.

Subrutilus, adiectiuum, In rutilum vergens colorem. {ὑπέρυθρος. Ital. *Roſſetto.* Gal. *Vn peu rouge ou rougeaſtre.* Hiſp. *Vn poco roxo, ò ruuio.*} Plin. lib. 10. cap. 3, Media magnitudine, colore ſubrutilo, rarum conſpectu.

Subſalſus, a, ſum, adiect. Quod ſalis ſaporem nōnihil refert. {ὑφάλμυρος. Ital. *Salſo, che ha ſapor dà ſale.* Gal. *Quelque peu ſalé.* Hiſpa. *Vn poco ſalado, que tiene ſabor de ſal.*} Plin. lib. 12. cap. 29, Subſalſa guſtanti herba.

Subſānno, as, Verbum eſt actiuum, idē ſignificans quod irrideo. {χλευάζω. Ital. *Deleggiare.* Gal. *Se moquer.* Hiſpa. *Moſar ò eſcarnecer.*} Nam ſanna (vt ſuo loco docuimus) irriſionem ſignificat, quæ & ſubſānnatio dicitur. χλεύασμός

Subſcribo, is, Subnoto, ſubſigno: ſicut ſolent principes, qui ſubſcribunt ea, quæ rata habent. {ὑπογράφω. Ital. *Sotto ſcriuere.* Gal. *Subſcrire, ſigner de ſa main.* Hiſpan. *Firmar lo eſcripto, eſcriuir por debaxo.*} Cic. ad Atticum lib. 8. Literas vbi à L. Domitio ad XIII. Calend. Martij allatas eſſe, earūmque exemplum ſubſcripſeras. ¶ Aliàs ſubſcribere ſignificat fauere, ſiue approbare. Colum. lib. 1. cap. 2, Quòd ſi voto fortuna ſubſcripſerit, agrum habebimus ſalubri cælo, vberi gleba. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 1, Néve precor magni ſubſcribite Cæſaris iræ: Sæpe premente deo, fert deus alter opem. ¶ Eſt etiam ſubſcribo, aliquando verbum iudiciis & foro commodatum, & ſignificat iudicium dictare, quaſique dictam ſcribere. Plin. lib. 5. Epiſt. 6, Scis te non ſubſcripſiſſe mecum, & iam biennium tranſiiſſe, omniáque me vſu cepiſſe. Id eſt mecum querelam non eſſe expertum, vt interpretatur Budæus. ¶ Vnde ſubſcriptores, qui accuſatori ſubſcribunt, hoc eſt qui ſecundas accuſationis partes ſuſtinent. Cice. 1. Verr. Venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis. Vbi Aſconius, Subſcriptores dicuntur qui adiuuare accuſatorem ſolent: quos oportebat ſubmiſſius agere, quàm eum, quem ſequebantur. Budæus in prioribus. Pand. Annot. ſubſcribere dicebant vereres Iureconſulti, quod nunc *adiungere ſe*, dicunt. ¶ Subſcribendi igitur facta poteſtas, dicendum, quod Leguleiorum vulgus hodie barbarè effert, *Dictum eſt quòd adiungere ſe poterit.* Cic. in Diuina. Non modò referendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem, quum id poſtularet, fecerunt poteſtatem.

Subſcriptio, nis, Idem quod ſubſignatio. {ὑπογραφή, ὑπογεγραμμένα. Ital. *Sottoſcrittione.* Gal. *Subſcripuon.* Hiſp. *Eſcriptura por debaxo.*} Cic. pro Cluentio, Quare quicquid de ſubſcriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, &c. ¶ Subſcriptio cenſoria, eadem eſt cum ipſa cenſura. Cic. pro Cluentio, Ne ſubſcriptio cenſoria non minus calamitatis ciuibus quàm proſcriptio acerbiſſima poſſit afferre. Budæus. ¶ Accipitur præterea ſubſcriptio pro adiunctione, vt hodie loquuntur noſtri Iuriſconſulti, quum accuſatori aliquis ad agendum adiungitur. Cic. 1. Verr. Quantum quem ſit habiturus, non video: niſi quem fortè ex illo grege oratorum qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt.

Subſcus, udis, pen. prod. {Ital. *Tauoletta con la quale ſi ſiegono ò congiungono le tauole l'vna all'altra.* Gal. *Vne tringle, ou queue d'arondo ou cheuille pour faire tenir deux aix ou deux membrures enſemble.* Hiſp. *El tarugo ò ſauina de palo.*} Tabella exigua, inquit Feſtus, qua tabulæ duæ inter ſe configuntur: ita dicta à ſuccidēdo, quòd quà immittitur, ſuccidatur. Pacuuius. Nec vlla ſubſcus cohibet compagem. ¶ Subſcudes (inquit Budæus) quę & ſubſcudes, & ſuſcudes appellantur, ſunt linea retinacula, quæ etiam ſecuriclæ à forma vocantur, quaſi ſecuriculæ quibus duo tigna tenaciſſimè inter ſe vinciuntur: vnde Securiclati cardines apud Vitruuium lib. 10, licet vulgò ſecuridati legatur. Galli *hirundinum caudas* appellant. Solent etiam interdum ſubſcudes ex ferro fieri. Vitruuius. lib. 10. cap. 10, loquens de tympano ad molendam farinam faciendo. Secundum id tympanum (inquit) maius item dentatum planum eſt collocatum, quo continetur axis, habens in capite ſummo ſubſcudem ferream qua mola continetur. Quod Vitruuius ſubſcudem hîc appellat, inquit Budæus, noſtri *ferrum molendinum* ex quo forma ſubſcudis intelligi poteſt.

Subſĕco, as, pen. corr. Ab ima parte reſeco, ſuccido, abſcindo. {ὑποτέμνω, ὑποκόπτω. Ital. *Segare per di ſotto.* Gal. *Scier, ou couper par deſſoubs.* Hiſp. *Cortar por debaxo.*} Colum. lib. 2, Quædam ſubterraneæ peſtes adultas ſegetes radicibus ſubſectis enecant. Ouid. 4. Faſtor. Illa papauereas ſubſecat vngue comas. Idem 6. Faſto. Non vngues ferro ſubſecuiſſe licet.

Subceſſiuus, vide SVCCESSIVVS.

Subſecundarius, adiectiuū, Idem quod ſucceſſiuus, & quod quaſi ſecundo tempore aduenit. {δευτερεῖος, ὑποδευτερεῖος. Ital. *Succeſſiuo.* Gal. *Succeſſif, qui ſe fait ſecondement.* Hiſp. *Coſa conſeguiente.*} Gell. li. 20. cap. vltimo, Quantum autem vitæ deinceps mihi deum voluntate erit, quantum à cura publica, & à re familiari, procurandóq; cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia ſucceſſiua, & ſubſecundaria tempora, ad colligendas huiuſmodi memoriarum delectati unculas conferam.

Subſeq

Subsequor, eris, penul. corr. Statim sequor. {ἐφέπομαι. Ital. *seguire inconti-nente.* Gal. *Aller apres, suiure de pres.* Hisp. *Seguir de spues ò luego.*} Cæsar de bello Gallico lib. 4. Agmen subsequi iussit. Plaut. Bacch. Cedo manum, ac subsequere propius me ad fores. Liuius 7. belli Pun. Raptim q; cum equitatu profectus, iussis se subsequi peditibus, palatos passim per agros, &c. ¶ Subsequi, & imitari aliquem. Plinius in Paneg. Te enim imitati, te subsequi student.

Subsero, tis, penult. corr. Subtus semino, vel planto. {ὑποφυτεύω. Ital. *Sotto seminare, sotto piantare.* Gal. *Soubsemer, ou sursemer, ou planter ou dessoubs ou incontynent.* Hispan. *Sembrar ò plantar por debaxo.*} Columella libro 4. cap. 15. Nam plurimum interest adhuc noua consitione pedamen omne vestiri, nec mox vineam tum subseri, quum fructus capiendus est.

Subseruio, uis, Diligenter seruio, vel obtempero. {ὑπουργέω. Ital. *Seruir humilmente.* Gal. *Seruir soubz vn autre, seruir diligemment & bien.* Hispa. *seruir muy bien.*} Plaut. in Menæch. -ita istæ solent quæ viros Subseruire sibi postulant, fretæ dote feroces. ¶ Subseruire orationi alicuius est, ea dicere quæ pertinent ad confirmandam alterius orationem. Terent. in And. ego quoque hinc ab dextra Venire me assimulabo: tu vt subseruias Orationi, vtcunque opus sit verbis, vide.

Subsideo, des, Subsisto, sedeo. {ὑποκαθέζομαι, ὑφίσταμαι. Ital. *Starsotto sedere.* Gal. *Surseoir, estre assis au bas.* Hisp. *Assentarse debaxo.*} Cic. Attico, lib. 2, Itaque subsedi in ipsa via, dum hæc summatim tibi perscriberem. Cæsar 6. belli Gall. Magna præterea multitudo calonum, magna vis iumentorum quæ in castris subsederat, facta potestate subsequitur. ¶ In aquis quoque, cæterisque liquoribus subsidere dicuntur quæ imum petierunt fundum, ibique subsistunt. Colum. lib. 11. cap. 1, villica debet curam adhibere, vt siquæ fæces, aut amurcæ in fundis vasorum subsederint semel, statim emundentur. ¶ Est & subsidere, insidiari. ἐνεδρεύειν. Cic. pro Mil. Cur neque antè occurrit, ne in villa resideret? nec in eo loco subsedit, quo noctu venturus esset? Budæus. ¶ Inde subsessores, & subsessæ: de quibus paulo pòst. ἐφέδρου.

Subsellia, liorum, Sedes & pulpita, vel (vt ita dicam) scamna, in quibus audientes poëtas recitantes sedere consueuerat, vel in quibus ab equitibus spectabantur iudicà subsidendo, quasi subsedia, per mutationem d, in l, vt sedda. ἐδώλιον, καθέδρα. Ital. *sedie, pulpiti, banche.* Gal. *Bancs en bas, chaises basses.* Hisp. *Las sillas para assentarse.*} Nam Senatores in sellis altioribus considebãt. Persius Saty. 1. Trossulus exultat tibi per subsellia læuis. Scribit Asconius Subsellia esse Tribunorum Triumuirorum, Quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebãt. Vnde Varro Subsellium dictum existimat, quòd nõ sit planè sella. ¶ Etant præterea subsellia sedes in foro, sub dio, vbi iudicia publica exercebantur. Cicc. in Vatinium, Quæro ex te, post vrbem conditam num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit, eúmque vi deturbarit, subsellia dissiparit, vrnas deleuerit? &c. Quo in loco Cicero Prætori tribunal assignauit, qui iudiciis præerat, & Quæsitor vocabatur: Subsellia verò Iudicibus, qui eos sententiis suis tabellaribus iudicabant. Quintil. lib. 10. cap. 5, Quod accidisse Porcio Latroni traditur, vt quum ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda, impensè petierit vt subsellia in basilicam trãsferrentur: ita ei cælum nouum fuit, vt omnis eius eloquentia contineri tecto & parietibus videretur. ¶ Erant & subsellia in Curia, in quibus Senatores sedebant, vt ostendit Cicero 1. Inuect. in Catil. ¶ Item sedes in theatro. Sueton. in August. Facto igitur decreto patrum, vt quoties quid spectandi vsquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. ¶ Item sedes, in quibus sedebant rei, & accusatores, & testes. Cicero pro Rosc. Amer. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roscijs Amerinis: quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum stria huiusce prædia possidere audio. ¶ Subsellia pro ipsis Iudicibus aliquando accipiuntur: quod & Budæus annotauit. Martial. lib. 1, Sextiliane bibis, quantum subsellia quinque.

Subsessæ, Dicuntur à Vegetio insidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale suspicans opprimi solet. {ἐνέδρα. Ital. *Insidie agguati, imboscate.* Gal. *Guet, embusches.* Hisp. *Las assechanças.*} ¶ Subsidere enim significat delitescere: vnde subsessores dicti, qui delitescentes insidiantur, & insidiis circunuentos interimunt. ¶ Contrà subsessos vocamus hostilibus insidiis circunuentos.

Subsessor, subsessoris, ἐνεδρευτής, ἐφεδρεύων, ἐδεστεύων ἐφεδρεύων. Ital. *Insidiatore di strada.* Gal. *Espieur, guetteur de chemin.* Hisp. *Assechador.*} Qui delitescens insidiatur, & insidiis circunuentum interimit. Subsessores vocantur qui occisuri aliquem delitescunt. Seruius in illud 5. Aene. -subsedit Acestes. ¶ Subsessor alieni matrimonij, à Valerio dictus est qui pudicitiæ alienæ coniugis insidiatur.

Subsidium, Auxilium eum in vsum comparatum, vt laborantibus opem ferat. {ἐπικουρία, βοήθεια. Ital. *Subsidio, soccorso, aiuto.* Gal. *Aide, secours.* Hisp. *Ayuda, socorro.*} Cic. Quint. frat. Sextius multis vulneribus acceptis, subsidio bestiæ seruatus est. Vnde subsidio venire dicimus, pro eo quod est laboranti auxilium ferre. Cic. 6. Philip. C. Cæsar Galliæ prouinciæ eum exercitu subsidio profectus est. Subsidium senectutis, id est perfugium. Colum. Cic. ad Atticum lib. 5, Res Hispanienses valde bonæ, modò Balbirium incolumem videam, subsidium nostræ senectutis.

Subsidiarius, a, um, a diectiuum, Quod in subsidium paratur. {βοηθικός. Ital. *Che viene in socorso.* Gal. *Subsidiaire, qui vient au secours.* Hisp. *El que socorre.*} Liui. 5. ab Vrbe. Paulùm erat ab dextra editi loci, quem subsidiarijs repleri placuit. Idem 9. ab Vrbe, Qui subsidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ casus reseruabantur, in primam aciem ex templo emisit. ¶ Subsidiarius palmes, qui & præsidiarius & resex à Columella, à Catone custos, & vinarius appellatur palmes.

Subsidior, aris, βοηθῶ, ἐπικουρῶ. Ital. *Venire in soccorso.* Gal. *Venir au secours.* Hispa. *Venir para socorrer.*} Hirc. 8. bel. Gall. perterriti non solum ij qui cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur, sed etiam qui longius subsidiari consueuerant.

Subsido, is, penul. prod. Ad sedendum descendo, pessum eo. {ὑποκαθέζομαι. Ital. *Inchinarsi.* Gal. *S'analler, s'abaisser.* Hisp. *Hazer assiento lo profundo.*} Virg. 5. Aene. Subsidunt vndæ, tumidúmq; sub axe tonanti Sternitur æquor aquis. Ouid. lib. 1. Metam. Iam mare littus habet, plenos capit alueus amnes, Flumina subsidunt, colles exire videntur. Et paulo antè, Iussit & extendi campos, subsidere valles. Liui. lib. 8. bel. Pun. Subsidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste: inde ad emittenda ipsi consurgunt. ¶ Subsidere in loco aliquo pro cõmoratione: cui opponitur Proficisci. Cicc. ad Cæcinnã lib. 6, Quid sim tibi autor, in Sicilione subsidas, an vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare. ¶ Subsidere, significat aliquãdo inuadere. Lucan. lib. 5, Iure sed incerto mundi subsidere regnis.

Subsigno, signas, signare, Subscribo, subnoto. {ὑπογράφω. Ital. *Sottoscriuere.* Gal. *Soubsigner, escrire au dessoubs.* Hisp. *Firmare escripto, poner el sello debaxo.*} Cic. pro Flacco, Illud quæro, suntne ista prædia ecolui censendos habeam ius ciuile, subsignari apud ærarium, apud censorem possint?

Subsilio, subsilis, pen. corr. subsilui, subsultum, Sursum salio. {ἐφάλλομαι. Ital. *Saltare in su.* Gal. *Saulteler, sursaillir, tressaillir.* Hispa. *Saltar de abaxo arriba.*} Plaut. in Cure. Subsilite obsecro, & mittite istanc foras. Lucret. lib. 2, Nec quum subsiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma degustant tigna, trabésque, Sponte sua facere id fine vi subiecta putandum est.

Subsultо; frequentatiuum. {ἀναλὲ ἐφάλλομαι. Ital. *Saltar in su.* Gal. *Saulteler, saulter de bas en haut.* Hisp. *Saltar de abaxo arriba.*} Plaut. in Cas. Vt subsultabat postquam vicit villicus. Idem, Tu subsultas, ego miser vix asto præ formidine.

Subsultim, aduerbium, {ἀναπηδητὸν. Ital. *Saltellando.* Gal. *En tressaillant, en sautelant.* Hisp. *saltando de abaxo arriba.*} Sueton. in August. cap. 83, Mox nihil aliud quàm vectabatur, & deambulabat, ita vt in extremis spatiis subsultim decurreret.

Subsilles, (inquit Festus) Dicebantur quædam lamellæ sacrificiis necessariæ.

Subsimus, a, um, penult. prod. Aliquantulum simus. {ὑποσιμός. Ital. *simo, di naso alquanto tirato.* Gal. *Vn peu camus.* Hisp. *El que tiene vn poco las narizes romas.*} Varro lib. 2. de Re rustic. cap. 5, Vt sint bene compositæ, & integris membris, &c. pilosis auribus, compressis malis, subhumisve, gibberibus demissis, &c.

Subsisto, is, Contrà sisto. {ὑφίσταμαι. Ital. *Contrastare, fermarsi, dimorare in vn luogo.* Gal. *S'arrester & demourer quelque tẽps.* Hisp. *Quedarse, pararse.*} Cæsar 1. Bel. Gal. Quo prælio sublati Heluetij, quòd quingentis equitibus tam tam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere: nonnunquam ex nouissimo agmine prælio nostros lacessere cœperunt. Virg. 9. Aen. Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum, Nec dextra valet. ¶ Subsistere feras, est excipere, nec cedere irruentibus, vt ait Budæus. Liui. 1. ab Vrbe, Hinc robore corpotibus, animisque sumpto, iam non feras tantùm subsistere, sed in latrones prædæ onustos impetum facere, pastoribúsque rapta diuidere. ¶ Subsistere in aliquo loco, est aliquandiu commorari. Virgil. 2. Aene. quater ipso in limine portæ Subsistit, atque vtero sonitum quater arma dedere. Plin. Epist. 2 34, Grauissimis æstibus, vtque etiam febriculis vexatus, Pergami subsistui. Id est restiti, remansi, commoratus sum. Lingua subsistit timore, Ouid. Epist. 13, Subsistit vnda, hoc est stetit, siue constitit. Virg. 8. Aene. Tyberis ea fluuium, quàm longa est, nocte tumentem Leniit, & tacita refluens ita subsistit vnda, Mitis vt in morem stagni, &c.

Subsolanus, ni, Vêtus spirans ab ortu æquinoctiali, aduersus Fanonium: ita dictus quòd sub sole nasci videatur: vnde & Græci Apelioten appellarunt. {ἀπηλιώτης. Ital. *Leuante vento.* Gal. *Le vent de Leuant.* Hispan. *Viento del Oriente.*} Plinius lib. 2. cap. 47, Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant.

Subsortior, iris, Est sorte aliquem in reiectorum Iudicum locum substituere. {κληροῦμαι. Ital. *Gettare à sorte, sortire.* Gal. *Getter au sort.* Hispan. *sortear.*} Vnde subsortitos Iudices dicimus, qui in aliorum locum sunt subsituti. Cic. 3. Verr. Cur ea quàm diu alium Prætorem, cum iis Iudicibus quos in horum locum subsortitus es, de te in consilium iturum putasti, tam diu domi fuerunt?

Subsortitio, onis, Est suffectio quæ sorte fieri solet à Prætore, ad supplendum numerum Iudicum qui ab accusatore, aut reo erant reiecti. {κλήρωσις. Ital. *Giuramento à sorte, esso sortire, elettione per sorte.* Gal. *Getteme nt de sort, election par sort.* Hisp. *Obra de sortear, eleccion por suerte.*} Cic. 3. Verr. Nam de subsortitione illa Iuniana Iudicum, nihil dico. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 41, Ac nequi noui cœtus recensionis causa moueri quandoque possent, instituit quotãnis in demortuorum locum, ex his qui recensiti non essent, subsortitio à Prætore fieret. Cicc. pro Cluentio, Et quod C. Verres Prætor vrbanus, homo sanctus & diligens subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlicus proferebatur.

Substantia, vide SVBSTO.

Substerno, is, ani, atum, Subtus sterno. {ὑποστρώννυμι, ὑποπλώω. Ital. *Sotto distendere.* Gal. *Estendre dessoubs, faire litiere.* Hisp. *Derrocar por debaxo.*} Terent. in And. Ex ara hinc sume verbenas tibi, atque eas substerne. Ouid. 15. Metam. Quassãque cum fulua substratus cinnama myrrha. Cic. 2. de Natu. deor. Iam galliæ, auésque reliquæ quietum requirunt ad pariendum locum & cubilia sibi, nidósque construunt, eósque quàm possunt mollissimè substernunt, vt quàm facillimè ova seruentur. ¶ Substernere animo omnia, id est subiicere, supponere. Cic. de Vniuer. Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente & voluntate genuisset: tum denique omne quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo, interiúsque faciebat.

Substractus, huius substractus, Ipse susternendi actus. {ὑπόστρωμα. Ital. *Essostendere di sotto.* Gal. *Estendement par dessoubs.* Hispa. *Derrocamiento por debaxo.*} Plin. lib. 24. cap. 9, Sufitu quoque aut substratu fugant venenata.

Substramen, inis, Quod animalibus substernitur. {ὑπόστρωμα. Ital. *Letto che si fa alle bestie.* Gal. *La litiere qu'on fait aux bestes.* Hispa. *Paja de la cama à lecho por las bestias.*} Varro lib. 3. de Re rust. cap. 10, Eásque cellas prouident, ne habeant in solo humorem, sed habeant molle substramen è palea, alitáve qua re.

Substillum, li, Tempus dicitur quod ante pluuiam, vel post pluuiam est, non siccum, sed humidum, quòd aut iam stillet, aut nondum stillare desierit. Hæc Festus. ¶ Apud Catonem lib. de Re rustica, ponitur pro ægritudine, quando stillatim vrina emittitur, quam Græci vocant

cant πασχειν. Nunc (inquit) de iis quibus ægrè lotium it, quibúsque subtilium est.

Substituo, is, In locum alterius surrogo, sufficio. ὑποτιθημι. Ital. *Sostituire* Gal. *Substituer, mettre en la place d'vn autre.* Hispa. *Substituir ò poner en lugar de otro.* } Cic 7. Verr. Tum iste in eorum locum alios substituere, & supponere cœpit. Idem 2. de Diuinat. In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, Philosophiam nobis pro Reipublicæ procuratione substituram putabamus.

Substitutio, onis, Surrogatio, suffectio. ὑποκαταστασις. Ital. *Sostituzione.* Gal. *Substitution.* Hisp. *Sustituimiento.* } Paul. Iureconf. In vulgari substitutione quæ ei qui supremus moritur, hæres substituitur, recte hæres substitutus etiam vnico intelligitur.

Substo, stas, Substinco, & constans fum, non vacillo, aut labasco. ὑφιστημι. Ital. *Sostenere.* Gal. *Tenir bon, tenir ferme, soustenir.* Hisp. *Sostener.* } Terent. in And. Perii: metuo ne substet hospes.

Substantia, æ, Est quæ per se substat, & fundamentum præbet accidentibus, quæ sine illa subsistere non possunt. ὑποστασις, ὑσια, ὑπαρξις. Ital. *Sostanza.* Gal. *Substance, matiere, biens.* Hisp. *Es substancia de los accidentes, lo que es.* } ¶ Quandoque etiam substantia ponitur pro materia & argumento, circa quæ versatur cardo totius rei. Plinius Nouocomensis in Epistol. Substantia omnis orationis fuit cohortatus eius ad pacem, Quintil. in Procem. lib. 1, Prima apud Rhetorem elementa, & quæ de ipsa Rhetoricæ substantia quæruntur, tractabimus. ¶ Quandoque pro facultatibus. Quintil. Vt plus substantiæ filio relinquerem.

Substantiuus, a, um. Idem quod substantialis, hoc est quod per se stare potest. } ὑπαρκτικὸς. Ital. *Sostantiale.* Gal. *Substantiel.* Hisp. *Sustancial.* } cuius cõtrarium est Insubstantiuus. Rufinus in expositione Symboli, Sed fortè dicas, ista quam memoras, insubstantiua est generatio. Neq; enim lux substantiuum facit splendorem, aut cor substantiuum generat verbum.

Substringo, is, Contraho, coarcto, complico. συνἀπτω. Ital. *Stringere.* Gal. *Serrer, restreindre, reserrer, restrecir.* Hispa. *Estrecñir, apretar.* } Quintil. lib. 10, Omissa supplere, & effusa substringere. Martial. lib. 12, Festinant trepidi substringere carbasa nautæ. Lucan. lib. 3, Hinc & Sidoniæ gentes, auróque ligatas Substringens Arimaspe comas, &c.

Substrictus, a, um, participium. ὑποσφιγκτὸς. Ital. *Ristretto.* Gal. *Reserré, restreint.* Hisp. *Estrecñido, apretado.* } Colu. lib. 2. cap. 3. Boues quum ab opere disiunxeris, substrictos cõfricet, manibúsque comprimat dorsum. ¶ Est & substrictus, nomen ex participio, idem significans quod arctus, & contractus: cui contrarium est Prominens, & effusus. Colum. lib. 6. cap. 10, de tauri forma loquens, Vt sit magna portio corporis, ventre paulò substrictiore, qui magis rectus, & ad incundas fœminas habilis sit. ¶ Substricti testes. Plin. lib. 32. cap. 3, Quinimo paruos esse, substrictósque, & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse.

Substruo, is. Fundamentum iacio, abimo extruo, à fundamentis erigo. ὑποδομεω, ὑποδομεομαι, ὑποδομεω. Ital. *Sottofabricare.* Gal. *Edifier par dessoubs, bastir sur fondement.* Hisp. *Edificar debaxo.* } Plaut. Most. Primùm dum parentes fabri liberûm sunt, & fundamentum liberorum substruunt, extollunt, &c. Liui. 6. ab Vrbe, Capitolium quoque saxo quadrato substructum est, opus vel in hac magnificentia vrbis conspiciendum.

Substructio, onis, verbale, Actus ipse substruendi. ὑποδομη. Ital. *Fabrica.* Gal. *Bastiment sur fondement ou sur quelque chose.* Hispa. *Obra de edificar debaxo.* } Colum. lib. 2. cap. 2, Quibusdam substructionibus partes agri sunt occupandæ. Cæsar lib. 2. belli Ciuil. Altera theatro, quod est ante oppidum substructionibus eius operis maximis, aditu ad castra difficili & angusto. Colum. lib. 1, Quum ex depressione loco fuerint ossa fundamenta, non solùm superficiem suum sustinebunt facilè, sed & pro fultura & substructione fungentur aduersus ea quæ mox, si forte vllam prolstare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.

Subsum, Sub re aliqua situs sum. ὑποκειμαι. Ital. *Essere sotto.* Gal. *Estre dessoubs.* Hisp. *Estar debaxo.* } Plin. Suberant tecto abiegnæ trabes. Subest causa, Cice. 5. de Finib. Intelligatur aliquam subesse eiusmodi causam. Idem 1. Offic. Quum verò de imperio decertatur, bellóque gloria quæritur, causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulo antè, &c. ¶ Aliquando subesse, significat latenter inesse. Virgil. 2. Georg. Quippe solo natura subest. ¶ Subesse, pro adiuuare aliquando ponitur. Plaut. in Trin. -quod ago, Assequitur, subest, subsequitur.

Subsuo, is, penult. corr. Ad imam rei cuiuspiam partem aliquid assuo. ὑποῤῥαπτω. Ital. *Cucire di sotto.* Gal. *Coudre par le bas.* Hispa. *Coser debaxo.* } Horat. 1. Serm. Saty. 2, -sunt qui nolint tetigisse nisi illas, Quarum subsuta talos tegat instita veste. Subsutam vestem, limbum intelligit, qui institæ subsuebatur.

Subtal, Ex sub & talo componitur, significátque cauum pedis, quauis, & pro vola quandoque accipiatur. Sipontinus.

Subtegmen, minis. Dicitur filum quod sub stamine texitur. κρόκη. Ital. *Trama da tessere.* Gal. *La trame ou traime d'vn tissürt.* Hisp. *Trama de la tela.* } Terent. in Heaut. Anus subtegmen nebat: præterea vna ancilla erat. Ouid. 6. Metam. Inseritur medium radiis subtegmen acutis. Catul. Argon. Currite ducentes subtegmina, currite fusi. Virg. 3. Aene. Fert picturatas auri subtegmine vestes.

Subtegulanea, us. Adiect. ὑπ' ὀροφὴν ὑπὸ κεραμίδων, ὑπερῷος. Ital. *Cosa sotto le tegule ò sotto'l tetto.* Gal. *Qui est soubs les tuilles ou dessoubs le toit & à couuert.* Hisp. *Cosa debaxo de texado, y cubierta de teja.* } vt, Tegulanea pauimẽta, Quæ & Barbarica dicebantur, ex testis tusis, rudere & calce constantia. Plin. lib. 36. cap. 25, Panimenta credo primùm facta, quæ nunc vocamus. Barbarica atque subtegulanea.

Subtendo, dis. Subtus extendo. ὑποτεινω. Ital. *Distender sotto.* Gal. *Estendre par dessoubs.* Hispa. *Estender debaxo.* } Cato de Re rust. cap. 10, Lectum in cubiculo vnum, lectos loris subtentos quatuor, & lectos communes tres.

Subtentare, Idem quod tentare. πειρᾶσθαι. Ital. *Tentare.* Gal. *Tenter.* Hisp. *Tentar.* } Plau. in Trucul. Aduenisti huc subtentatum exornatis ossibus.

Subtenuis, tenue, Aliquantum tenue. ὑπολεπτὸς. Ital. *Alquanto sottile.* Gal. *Vn peu tenure, menu & delié.* Hisp. *Vn poco sotil y delgado.* } Varro 2. de Re rust. cap. 7, Non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem cernicis.

Subter, Præpositio locum denotans inferiorem, sicut Super, superiorem. ὑπο. Ital. *Sotto.* Gal. *Dessoubs.* Hisp. *Debaxo.* } Iungitur autem ferè accusatiuo. Cic. in Arat. Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit. Idem 3. Tusc. Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. ¶ Nonnunquam etiam ablatiuo. Virg. 9. Aene. Ferre iuuat densa subter testitudine casus. ¶ Ponitur & sine casu, aduerbialiter. Cic. de Somn. Scipionis, Deinde subter mediam ferè regionem sol occupat.

Subterduco, cis, Verbum Plautinum, pro subterfugere, & clàm sese subducere ex aliqua societate vel loco. ὑποκρυβω. Ital. *Fuggire di nascoso, sottofuggire.* Ital. *Se retirer à part secrettement, se soubtraire & retirer de la compagnie.* Hisp. *Huyr à escondidas* } Plaut. in Mil. -serua istas fores, Ne tibi clàm se subterducat istinc. Id est ne hinc abeat, te inscio.

Subterfluo, is, ere, Notæ est significationis. ὑποῤῥεω. Ital. *Correre, scorrere.* Gal. *couler par dessoubs.* Hisp. *Correr por debaxo lo liquido.* } Plin. lib. 8. cap. 50, Torrente rapido minaciter subterfluente.

Subterfugio, subterfugis, penul. corr. Clam aufugio. ὑποκλαομαι, ὑποκρυβω, ὑποκρυβω. Ital. *Fuggire secretamente, di nascoso.* Gal. *Eschapper, s'en fuir en cachette, euiter.* Hisp. *Huyr secretamente y à escondidas.* } Plautus in Bacchi. Subterfugisse mihi sic hodie Chrysalum? ¶ Aliquando vito, vel detrecto. Plaut. in Merc. Nequicquam ego mare subterfugi sæuis tempestatibus. ¶ Sic dicimus, Subterfugere militiam, Subterfugere laborem, periculum, hoc est detrectare.

Subterlabor, penul. prod. subtelaberis, penult. corr. Elabor, & effugio. ὑποκλαομαι, ὑποκρυβω. Ital. *Fuggire tacitemente.* Gal. *s'escouler & s'en aller en cachette, secrettement.* Hisp. *Huyr à escondidas.* } Liui. 10. belli. Pun. Sed neque rostro ferire celeritate subterlabentem poterant, neque transilire armati ex humilioribus in altiorem nauem.

Subterlino, is, penul. corr. Imam rei alicuius partem perlino. ὑποχρίω, ὑπαλείφω. Ital. *Vngere per di sotto.* Gal. *Oindre par dessoubs.* Hisp. *Vntar por debaxo.* } Plin. lib. 28. cap. 7, Sotira obstetrix, tertianis, quartanisque efficacissimum dixit plantas ægri subterlini.

Subtermeo, as. ὑποπορεύομαι, ὑπερχομαι, ὑποβαίνω. Ital. *Passare per di sotto.* Gal. *Passer par dessoubs.* Hisp. *Passar por debaxo.* } Claud. de Ap. balneis, Et iunctos rapido pontes subtermeat æstu.

Subtero, is, comminuo. ὑποτρίβω. Ital. *Pestare, tritare, sminuire, consumare.* Gal. *Casser & briser ou broyer menu.* Hisp. *Gastar, Desmenuzar, hollar, triturar.* } Colu. lib. 12. cap. 5, Salis sextarium subterito, & subtritum cum quarto mellis aceto diluito. Cato cap. 72, Boues ne pedes subterant, priusquàm inviam quoquam agas, pice liquida cornua infima vngito.

Subtritus, a, um. Id est attritus. ὑπερτετριμμένος. Ital. *Alquanto frusto, vsato.* Gal. *Vsé, broyé, briué.* Hisp. *Gastado, desmenuzado, trillado.* } Plaut. Afin. -sed tamen tu ineptè eos asinos prædicas Vetulos, claudos quibus subtritæ ad femina iam erant vngulæ.

Subterraneus, a, um, Quod est sub terra. ὑπόγαιος. Ital. *Sotto terra.* Gal. *Qui est soubs terre.* Hisp. *So tierra.* } Colum. lib. 1. cap. 6, Vinctis quam saluberrimum subterraneum ergastulum plurimis: sitque id angustis illustratum fenestris. Idem, Nam fere cum his partibus ædificia timas egerunt, caua præbent, & latebras subterraneis animalibus.

Subtexo, is, xui, xtum. Idem quod subiungo. ὑποζωννυμι. Ital. *Sottogiungere.* Gal. *Ajoindre, ajouster.* Hisp. *Añadir y tener por debaxo.* } Plinius lib. 25. cap. 11, Verùm & generatim, membratimque singulis corporum morbis remedia subtexemus.

Subtilis, & hoc subtile, quod est tenuium partium. λεπτὸς, λεπτομερὴς. Ital. *Sottile, tenue.* Gal. *Subtil, menu, delié.* Hispa. *Sotil y delgado.* } vt Subtilis succus. Plin. lib. 11. cap. 5, Apes succum subtilissimum cõtrahunt. ¶ Subtile consilium, id est implicatius, nec cuiuis obuium. λεπτὸν βούλευμα. ¶ Conclusio subtilis. Quintil. lib. 7. cap. 4, Cõclusio subtilis, & ad morem Dialecticorum formata. Cic lib. 3. de Finib. Stoicorum autem non ignoras quàm sit subtile, vel spinosum potius differendi genus. ¶ Subtile iudicium, id est acutum, & perspicax. ἀκρὸν. Cice. ad Catonem, lib. 15, Nam ad meum sensum, & ad illud syncerũ ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius quàm est tua oratio. ¶ Subtile palatum, & subtilis gula, quæ sapores acutè diiudicat. Horat. 2. Serm. Satyr. 8, Feruida quod subtile exudant vina palatum. Colum. lib. 8. cap. 16, Hoc igitur perinitium multorum subtiliorem fecit gulam, doctáque & erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum.

Subtilitas, atis, Tenuitas, gracilitas, acumen. λεπτότης, ἰσχνότης. Ital. *Sottigliezza, sottilità, sottigliaza.* Gal. *Subtilité.* Hispan. *Sotileza ò delgadez.* } Cice. lib. 1. Acad. Apud nostros enim non ignoras quæ sit, & quanta subtilitas.

Subtiliter, aduer. λεπτῶς, ἰσχνῶς. Ital. *Sottilmente, per il minuto.* Gal. *Subtilement par le menu.* Hispan. *Sotil y delgadamente.* } Acutè, acriter, tenuiter. Cice. 1. Tusc. Sed Zeno quum Arcesilam anteiret ætate, valdéque subtiliter differeret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

Subtimeo, subtimes, pen. cor. Aliquantum timeo, subuereor, subformido. ὑποφοβοῦμαι. Ital. *Temere alquanto, dubbitare, hauer paura.* Gal. *craindre aucunement, auoir quelque peur.* Hisp. *Vn poco temer, dudar.* } Cice. 2. Philipp. Num quid subtimes ne ad te hoc crimen pertinere videatur?

Subtraho, is, De medio aufero. ὑποσπάω. Ital. *Trar di sotto, rubbare.* Gal. *Soubstraire & retirer d'auec.* Hisp. *Sacar de otra cosa, hurtar.* } Plin. lib. 11. cap. 28, Subtrahitur itaque deducta multitudine. Ouid. in Ibin, Subtrahitur presso mollis arena pede. Cice. ad Qu. Fratrem, lib. 2, Quò ego me libentius à curia, & ab omni parte Reipub. subtraho. Ouid. 5. Trist. Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo. Virgil. 6. Aeneid. Siste gradum, téque aspectu ne subtrahe nostro. ¶ Subtrahere etiam accipitur pro surripere, siue furari. Plaut. in Casin. -nam peculi probam nihil habere addecet Clàm viro: & quæ habet partum, ei haud commodi est quin viro aut subtrahat. Aut stupro inuenerit.

Subtristis, ste, Aliquantum tristis. ὑπολυπηρὸς. Ital. *Alquanto di mala voglia, alquanto dolente* Gal. *Vn peu en aucunement triste.* Hispa. *Cosa vn poco triste.* } Terent. in And. Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.

Subtundo, is, Idem quod tundo. κόπτω. Ital. *Battere, pestare per di sotto.* Gal. *Prepper ou coigner par dessoubs.* Hispa. *Tundir ò herir por debaxo.* } Tibul. lib. 1. eleg. 10, Flet teneras subtusa genas: sed victor & ipse Flet sibi dementes tam valuisse manus.

Subturpe, Quod turpitudinis nonnihil habet coniunctum. ὑπαισχρον. Ital. *Alquanto brutto.* Gal. *Aucunement laid.* Hisp. *Cosa vn poco torpe ò fea.* } Cic. de

Cice. de Clar. Orat. Exprimenda enim sunt, & ponenda ante oculos ea quæ videantur & verisimilia, quod est proprium narrationis: & quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia.

Subturpiculus, diminutiuum. {ὑποαἰσχρός}. Ital. *Alquanto è vn pocchetto brutto.* Gal. *Aucunement ou vn peu laid, vn peu vilainet.* Hisp. *Vn poquito torpe y feo.* } Cic. ad Attic. lib. 4, Subturpicula mihi videbatur esse μαλακία.

Subtus, aduerb. Idem quod sub. {ὑποκάτω}. Ital. *Sotto.* Gal. *Dessous.* Hisp. *Debaxo.* } Varr. 2, de Ruſt. cap. 9, Labris ſubnigris aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus, mento ſuppreſſo.

Subucula, Intima veſtis quæ ferè ex lino fit ita dicta quòd ea ſubtus induamur. {χιτὼν ἐνδύτης, ὑποκάμισος}. Ital. *Camiſcia.* Gal. *Vne chemiſe.* Hiſpan. *Veſtidura de baxo de otra, camiſa.* } Varro de vita pop. Rom. Poſtquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam, & induſium. ¶ Eſt & ſubucula libum quod diis dabatur ex alica, oleo, & melle compoſitum. Feſtus.

Subuculatus, a, um, Subucula indutus. {ὁ χιτωνίσκον ἔχων}. Ital. *Camiſciato.* Gal. *Veſtu d'vne chemiſe.* Hiſp. *Veſtido de camiſa.* } Quintil. lib. 8. cap. 5, Nec à verbis modò, ſed à nominibus quoque deriuata ſunt quædam: vt à Cicerone ſubuculatum, & ab Aſinio fimbriatum.

Subucho, is, Aduecho, vehiculis, nauibúſve affero. {ὑποκομίζω}. Ital. *Inalzare, à portare.* Gal. *Leuer en haut, faire monter, enleuer, emporter.* Hiſpa. *Traer debaxo arriba.* } Plin. lib. 31. cap. 1, Sæpe etiam lapides ſubuehunt, portantes aliena pondera. Liui. 9. ab Vrbe, Nam feſſis omnibus viis per quas commeatus ex Samnio ſubuehebatur, fame domiti Samnites qui Luceriæ in præſidio erant, legatos miſere ad Conſulem Romanum. Ouid. lib. 8, Metam. -illa dato ſubuecta per aera curru Deuenit in Scythiã.

Subuectare, frequentatiuum. {κολὸς οἰάζω}. Ital. *Menare, portare ſouente.* Gal. *Enleuer ou emporter & charrier ſouuent.* Hiſp. *Traer muchas vezes.* } Plaut. in Aſinar. Ipſos qui tibi ſubuectabant rure huc virgas vlmeas. Virg. lib. 6. Aene. Et ferruginea ſubuectat corpora cymba.

Subuectio, onis, Subuehendi actus. {ἀγωγή}. Ital. *Eſſo menare è condurre.* Gal. *Enleuement, apport, charroy.* Hiſp. *Traimiento, lleuamiento.* } Cæſar 7. belli Gal. Sin maturius ex hybernis educeret, ne ab re frumentaria duris ſubuectionibus laboraret.

Subuectus, us. ui, Idem. Tacitus lib. 15, Et prouiſi antè commeatus, quorum ſubuectu, &c.

Subuenio, nis, Subſidio venio, ſuppetias fero, auxilior. {ἐπικουρῶ, βοηθῶ}. Ital. *Souuenire, ſocorrere, aiutare.* Gal. *Secourir, aider, ſubuenir.* Hiſpa. *Socorrer, ayudar.* } Plau. Qui toties tibi miſero ſubueni. Cæſar 5. bel. Gal. Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti ſubuenit. Tereu. Eunuc. Sed neceſſe eſt, huic vt ſubuaniat. Cice. ad Catonem lib. 15, Quiſquis eo animo veniſſem, vt vtrique prouinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubuenirem.

Subuenitur, impersonale. Cic. de Aruſp. reſp. Idémque earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubuenitur.

Subuentare, frequentatiuum. {κολὸς ἐπικουρῶ}. Ital. *Souuenire, ſocorrere, aiutare ſpeſſo.* Gal. *Subuenir, ſecourir, & aider ſouuent.* Hiſpan. *Socorrer y ayudar muchas vezes.* } Plaut. Rud. Spes bona obſecro ſubuenta mihi.

Subuerbuſta, ſtæ, Id eſt verubus vſta, inquit Feſtus. Plaut. Viſceroſam, compeditam, ſubuerbuſtam, ſordidam.

Subuereor, eris, aliquantulum vereor. {ὑποδείδω}. Ital. *Dubitare, temere alquanto.* Gal. *Craindre aucunement, auoir quelque peur.* Hiſp. *Temer vn poco.* } Cice. ad Marcellum, Venit enim mihi in mentem ſubuereri interdum, ne te delecter tarda deceſſio.

Subuerto, is, Deſtruo, ſiue demoliot, tollo, deleo. {καθαιρῶ}. Ital. *Souuertere.* Gal. *Renuerſer ce qui eſt deſſus deſſoubs.* Hiſpan. *Traſtornar debaxo arriba.* } Salluſt. in Iugurta, Probarémne tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubuerterent, parum conſtabat. ¶ Subuertere, perdere calumniis. Tacit. lib. 3, Quum omnis domus delatorum interpretationibus ſubuerteretur. ¶ Subuerti etiam dicuntur fruges & legumina, quum impinguandi agri cauſa inarantur. Colum. lib. 11. cap. 2, Item qui lupinum ſtercorandi agri cauſa ſerit, nunc demum aratro ſubuertit.

Subuerſo, as, are, frequentatiuum. {κολὸς καθαιρῶ}. Ital. *Riuerſciare ſpeſſo.* Gal. *Renuerſer ſouuent.* Hiſp. *Traſtornar à menudo.* } Plaut. Curc. Vel qui ipſi vortant, vel qui alios ſubuerſandos præbeant.

SVBVERTERIBVS, Eſt loci nomen in vrbe Roma, ſicut & Subnouis. Plaut. in Curcul. Subuerteribus ibi ſunt qui dant, quiq; accipiunt fœnore. Suetonius in Auguſt. Bifariam laudatus eſt, pro æde diui Iulij à Tiberio: & pro Roſtris Subuerteribus. Varro, Subnouis dicta pars in foro ædificiorum: quod vocabulum eſt peruetuſtum.

Subuexus, adiectiuum, vt Conuexus. {ἀνάφορος}. Ital. *Incoruato in alto, come voltato.* Gal. *Courbé en haut, comme voulte.* Hiſp. *Encoruado en alto.* } Liuius 5. belli Pun. Omnia faſtigio leui ſubuexa.

Subuiridis, de, pen. corr. Aliquantũ viride. {ὑποχλωρός}. Ital. *Verdeggiante.* Gal. *Aucunement verd.* Hiſp. *Coſa vn poco verde.* } Plin. lib. 37. cap. 10, Balanitæ genera duo habẽt, ſubuirides, & Corinthij æris ſimilitudine. Idẽ lib. 25. cap. 9, Therionarca fruticoſa, foliis ſubuiridibus, flore roſeo.

Subula, læ, Inſtrumentum ſutorum, quo illi calceos ſuentes eorum perforant. {ὀπήτιον}. Ital. *Lina ò leſina, ouer ſubbia de calegaro.* Gal. *Aleſne de cordonnier.* Hiſp. *Aleſna, inſtrumento de çapatero.* } Martial. lib. 1, Quódque tibi tribuit ſubula, ſica rapit. Colum. lib. 6. cap. 5, Aenea ſubula pars auriculæ latiſſima circunſcribitur.

Subulcus, ci, Cui porcorum nutriendorum cura commiſſa eſt. {ὑφορβός}. Ital. *Porcaro.* Gal. *Porcher.* Hiſp. *Porquero que guarda puercos.* } Varro de Re ruſtic. lib. 2. ca. 4, Altitudinis hæc modus ſit, vt ſubulcus facilè circunſpicere poſſit, nequis porcellus à marte opprimatur. Colu. in Præfat. libri 1, Porculatoris verò & ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſæ paſtiones.

Subulo, onis, pen. eorr. Lingua Hetruſca dicitur tibicen. αὐλητής. Enoius apud Feſtum, Subulo victimas propter adſtabat aquat. ¶ In alio ſignificatu ſubulones dicuntur cerui quibus ſunt cornua ſimplicia, miniméq; ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem. Plin. lib. 11. cap. 37, Altis ſimplicia tribuit, vt in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. Idem lib. 28. cap. 17, Sunt & qui ſuum ſimi cinerem profuiſſe ſcripſerint in paſſo: & cerui pulmonem, maximè ſubulonis.

Subuolo, as, are, Surſum euolo. {ὑπερπέτομαι}. Ital. *Volar in alto.* Gal. *Voler vn peu en haut.* Hiſp. *Volar de abaxo arriba.* } Plin. li. 10. ca. 8, Itẽ & columbæ nouere ex iis pericula, viſóq; conſidunt, aut ſubuolant. Cic. 1. Tuſc. Sic hæ ſurſum rectis lineis in cæleſtẽ locum ſubuolent. Ouid. 14. Meta. -numerúſq; ex ordine maior Subuolat, & remos plauſit circunuolat alis.

Subuoluo, is, ere, Surſum voluo. {ἀνελίσσω}. Ital. *Riuolgere.* Gal. *Rouler, faire rouler.* Hiſp. *Reboluer.* } Virg. 1. Aene. Inſtant ardentes Tyrij, pars ducere muros, Molirique arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa.

SVBVR, Eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum ad flumen Rubricatum, vt ſcribit Plin. lib. 3. cap. 3. Vulgæ *Sieges*: aliis *Cubelles.*

Suburbia, Plurali numero tantum, ſunt frequentes extra Vrbem domus inſtar vici vrbani, quaſi viæ ſub vrbe. προάστεια. Ital. *Borghi.* Gal. *Fauxbourgs.* Hiſp. *Arramales cerca dela ciudad.*

Suburbanum, ni, ſubſtantiuum, Prædium vrbi vicinum. {τὸ ἐν τοῖς προαστείοις χωρίον}. Ital. *Caſa fuori della città.* Gal. *Maiſon ou edifice es fauxbourgs & hors la ville.* Hiſpa. *La heredad cercada dela ciudad.* } Sueton. in Auguſto, Nutrimentorum eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus.

Suburbanus, a, um, Quod vrbi eſt vicinum. {ὁ ἔξω τοῦ περιβόλου}. vel {ὁ ἐπαύλιος}. Ital. *Del borgo, à appreſſo la città.* Gal. *Qui eſt des fauxbourgs ou auprez.* Hiſp. *Coſa cerca de la ciudad.* } vt Regio ſuburbana. Colum. lib. 7. ca. 9, Hoc autem fit lõginquis regionibus, vbi nihil niſi ſubmittere expedit. Nam ſuburbania lactens porcus ære mutandus eſt. Cic. 2. de Diuin. Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri ſuburbani, non ad aream, vtbémque retinendam. Rus amœnum & ſuburbanum, Cice. pro Roſc. Amer. Hortulus ſuburbanus, Plin lib. 35. cap. 10.

Suburbanitas, atis. Vrbis vicinitas. {ἡ τῶν ἐν προαστείοις, περιβολοις, τῶν ἐν προαστείοις οἰκιῶν}. Ital. *Luoco ſotto la città.* Gal. *Vn voiſinage des fauxbourgs.* Hiſp. *Cercanidad dela ciudad.* } Cice. 4. Verr. de Sicilia loquens, Sic populo Romano iucunda ſuburbanitas eſt huiuſce prouinciæ.

Suburo, uris, uſi, {ὑπεκκαίω}. Ital. *Ardere è abbruſciare alquanto.* Gal. *Bruſler vn peu.* Hiſp. *Quemar vn poco.* } Leuiter vro. Sueton. in Auguſto, Solitúſque ſit cruta ſuburere nuce atdenti, quo mollior pilus ſurgeret.

SVBVRRA, Vicus Romæ, vt ex Iunij ſentẽtia refert Varr. lib. 4. de Ling. Lat. ſic dictus ab eo, quòd ſitus ſit ſub loco quem Terreũ murum appellant. Verùm ego (inquit Varro) potius à pago Succuſano puto dictam Succuſam, inde mutatis literis Suburram. Cuius rei indicium eſt, quòd antiquitus per e literam, non per h ſcribebatur. Feſtus verò Verrium ſequutus, à ſuccurrendo dictam exiſtimat, quòd in ea ſtatione ſoleat habere præſidium ſtatiuum, vt Exquilis ſuccurreret, Gabinis eam partem infeſtantibus. Cuius rei indicium profert, quòd & ſuo ſeculo Sucurrana tribus ſcribi ſoleat, per e literam, non Suburrana per b.

Suburranus, na, num, vt Regio Suburrana, in qua meretricum diuerſoria erant, quæ ob id Suburranæ dicuntur à poëtis. Martial. lib. 6, Famæ non nimium bonæ puellam Quales in media ſedent Suburra, Vendebat modò præco Gellianus.

Subuulterius, a, um. {ὁλίγον ἀγωνιῶδες, μικρὸν παράφορον}. Ital. *Alquanto rapace come l'auoltore.* Gal. *Rapineux & noiraſtre comme le vaultour.* Hiſpa. *Arrebatador como el buytre.* } Vox eſt à Plauto riſus mouendi gratia conficta, qui Ampeliſcæ puellæ corpus ſubuulturium tribuit, quòd vulturis ritu raperet aſpicientes. Verba eius ſunt hæc in Rudente, Proh di immortales, Veneris effigia hæc quidem eſt. Vt in ocellis hilaritudo? cia, corpus cuiuſmodi Subuulturium? Illud quidem ſubaquilum volui dicere.

Succedo, is, Subeo, ingredior. {ὑποδύομαι}. Ital. *Andar ſotto, ſuccedere, intrare.* Gal, *ſucceder, venir en ſa place, entrer.* Hiſpa. *Succeder à otro.* } Cicero pro Domo ſua, Is tectum, quod imbris vitandi cauſa ſuccederet, nullum habebat. Virgil. lib. 3. Georg. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & vmbræ, Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus. Idem lib. 7, Et noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Idem 4. Aeneid. Quis nouus hic noſtris ſucceſit ſedibus hoſpes? Cæſar 2. bel. Gal. Murúſque defenſoribus nudatus eſt: teſtudine facta portis ſuccedunt, murúmque ſubruunt. ¶ Item in alterius locum venire. ἀλλοτρίωμα ἐφιζάνω. Cæſar 5. bel. Gal. Stationéſque diſpoſitas haberent, atque alios alij deinceps exciperent, integrique & recentes defatigatis ſuccederent. Cic. 3. Offic. Quid ergo? hic non noceat qui quondam quaſi veneno perficiat vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat? ¶ Inde Succeſſor, ἀλλοτρίωτης, & Succeſsio, ἀλλοτρίωσις. de quibus infrà. ¶ Accipitur aliquando ſuccedere, pro proſpere cedere, ſeu fœlicíter euenire. εὐτυχεῖν. Terent. in Andr. Hæc non ſucceſſit, alia aggrediamur via. Liui. 8. ab Vrbe, Vt ſi ſucceſſiſſet inceptum, cogitaret popu. Rom. potius, cum quanto ſtudio, periculóque reditum in amicitiam ſuam eſſet, quàm qua ſtultitia & temeritate de officio deceſſum. Cic. ad Brutum, Nos te, tuíque exercitum expectamus: ſine quo (vt reliqua ex ſententia ſuccedant) vix ſatis liberi videmur fore. ¶ Succeſsit, accipitur pro accidit. Plinius lib. 28. cap. 8, Quòd ſi ſucceſsit alienari mẽte, vel ex equo hominem decidere. ¶ Succeſſum eſt, impersonaliter. Cice. ad Plancum lib. 13, Qui quum fortè Quæſtor Macedoniam obtineret, neque ei ſucceſſum eſſet, Pompeius in eam prouinciam cum exercitu venit,

Succeſſus, a, um, participium paſsiuum ſine verbi origine, id ſignificans quod proſpere ceſsit. Cic. ad Tironem, lib. 15, Nam quum omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa, tum tua: ſocium enim te meorum commodorum ſemper eſſe volui. τὰ ἐπιτυχόμενα, τὰ κατορθώματα.

Succeſsus, us, Pro euentu accipitur tam bono quàm malo. {πάροδος}. Ital. *Auuenimento.* Gal. *Bonne iſſue, bonne fin, bon heur, ſuccez.* Hiſpan. *Lo que ſuccede.* } Vnde bonum ſucceſſum, & proſperos ſucceſſus, & infœlices ſucceſſus legimus. Virgil. lib. 2. Aeneid. Atque hoc ſucceſſu exultans, animíſque Chorœbus. Liuius 1. Vrbe, in Præfat. Cum bonis potius omnibus, votíſque ac precationibus deorum, deatúmque, ſi (vt Poëtis) nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus: vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. Ouid. 8, Metam. Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus, Quàm Meleager erat. Idem Epiſt. 1. Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.

Succeſſa, orum, plurales numeri. τὰ ἐπιτυχόμενα, τὰ κατορθώματα. Ouid. 2. Metam. Murmura parua dedit, ſucceſſorúmque Mineruæ Indoluit.

Succeſſor, oris, Qui alteri ſuccedit. {ἀλλοτριωτής}. Ital. *Succeſſore.* Gal. *Succeſſeur.* Hiſpan. *El que ſuccede à otro.* } Cice. ad Caninium lib. 2, Marium quidem ſucceſſorem tardè video eſſe venturum. Martialis lib. 9, Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres.

Succeſsio, onis, Ipſe ſuccedẽdi actus. {ἀλλοτρίωσις}. Ital. *Succeſſione.* Gal. *Succeſſiõ.* Hiſp. *Obra*

Hisp. *Obra de suceder.* } Cælius ad Ciceronem lib. 8. Epist. Præterea Marcellus quòd adhuc nihil retulit de successione prouinciarum Gallicarum. Idem eidem, Placitum est vt quum primùm ad vrbem reuerteretur Pompeius, vt coram eo de successione prouinciarum ageretur. Cic. 1. de Finib. Vt enim quum cibo, potionéque fames, sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis: sic in omni re doloris amatio successionem efficit voluptatis.

Succedaneus, a, um. Quod alteri succedit, seu quod pro alio subiicitur. } Ital. *Successore, vicario.* Gal. *Successeur, succedant, ou estant mis au lieu d'vn autre.* Hisp. *Cosa que succede à otro.* } Plautus in Epid. Mén' piaculárem oportet fieri ob stultitiam tuam, Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succedaneum? ¶ Legitur & Succidaneum à succidendo: vt paulo pòst docebimus suo loco.

Succendo, is, ignem subiicio } Ital. *Infiammare.* Gal. *Enflamber, mettre le feu dessoubs & allumer.* Hisp. *Encender.* } Liui. 8. belli Pun. Quũ turbã fœminarũ, puerorũmq; imbellem, inermémq; ciues sui cæderent, & in succensum rogum semianima pleraq; inicerẽt corpora.

Succensus, participium } Ital. *Allumato, infiamato.* Gal. *Allumé, enflambé.* Hisp. *Encendido.* } Cic. in Pis. Sapiens etiam si in Phalaridis tauro inclusus succensis ignibus torreatur, &c.

Succenseo, ses, In re grani & iusta ex causa irascor, vt ait Donatus. } Ital. *Accorrocciarsi, adirarsi.* Gal. *se marrir & courroucer.* Hispa. *Enojarse à otro.* } Cic. 4. Acad. Cui mihi magis succenseris, qui ista non aspernor: quàm eis, qui quum audiunt, desipere nos arbitrantur? Ouid. Epist. 16, Nec tamen irascor: quis enim succenset amanti? Cic. pro Deiotaro. Non enim iam metuo, ne tu illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suscipere.

Succenturio, as, Explendæ centuriæ gratia substituo. } Ital. *Rimetter genti in luogo de gli assenti.* Gal. *Fournir & remplir vne bande au lieu des absents* Hisp. *Socorrer despues à otro.* } Vnde succẽturiati milites dicũtur, nõ primæ, sed secũdæ cẽturiæ, vbi ad insidiandũ maximè collocabãtur. Ex quo in succẽturiis, hoc est in insidiis quempiã collocatum dicimus. Terẽ. in Phor. Nũc prior adito tu: ego in insidiis hic ero Succẽturiatus.

Succerda, æ. Stercus suillum, interprete Festo. } Ital. *Merda porcina.* Gal. *Fiente de pourceau.* Hispno. *Prega ò estiercol de puercos.* } Titinnius, Quid habes nisi vnam arcam sine clauis? eò condis succerdas. Rectius videtur vnico c scribi posse. Nam apud Lucilium corripit primam syllabam: ex quo hunc versiculum citat Nonius, Hîc in stercore humi fabulisque simo, atque succerdis.

Succerno, is, ere, Separo, secerno. } Ital. *separare, spartire.* Gal. *separer, cribler, fosser, tamiser.* Hisp. *Cernir, apartar.* } Plin. lib. 18. cap. 11, Farinario cribro succernunt. Cato cap. 18, Eo calcem cribro succretam indito altè digitos duos.

Successio, Successor, Successus, vide SVCCEDO.

Succido, is, pen. prod. Subseco, abscindo: à sub & cædo. } Ital. *Tagliar sotto.* Gal. *Couper par bas ou par dessoubs.* Hisp. *Cortar debaxo.* } Virg. 1. Georg. At rubicunda Ceres medio succiditur æstu. Plin. lib. 16. cap. 12, Postea tota arbor succiditur, & medulla eius vritur. Cæs. 4. bel. Gall. omnibus eorum agris vastatis, frumentis succisis.

Succidaneæ hostiæ, Dicebantur quæ secundo loco cædebãtur. } Apud veteres enim si primis hostiis litarum non fuisset, aliæ post eãdem ductæ hostiæ cædebantur duæ, quæ prioribus iam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur. Festus.

Succidia diæ, Tergum, siue massa carnis porcinæ salita, & in necessarium vsum seruata: ita dicta quòd quoties opus est, succiditur. } Ital. *Mezzena di porco salato.* Gal. *Fliche de lard.* Hispan. *El lardo de puerco salado.* } ¶ Nonius succidiam pro lardo exponit. Continet autem pernam, petasonam, & lardum. Cic. in Catone, Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Varro lib. 4. de Ling. Lati. non à succidendo, sed à suibus excidendis dictam existimat. Nam id pecus primùm occidere cœperunt, & vt id seruarent, salire. Idem de Re rust. lib. 2. cap. 4. Quis enim nostrum fundum colit, quin sues habeat: & qui non audierit pattes nostros dicere, ignauum & sumptuosum esse qui succidiam suspenderit in carnario potius ab lanario, quàm ex domestico fundo?

Succisiuus, a, um, adiect. vt Succisiuum tempus, Quod subtrahitur rebus magis seriis, vt ad aliquem vsum accommodemus. } Ital. *Sottratto dalle imprese necessarie per fare altre cose.* Gal. *Ce qu'on rogne & quasi desrobe de ses principales affaires.* Hisp. *Cortado y quasi hurtado de principales negocios.* } Gel. lib. 20. cap. 11, Quantũ autem vitæ mihi deinceps deũm voluntate erit, quantúmq; à cura & à re familiari, procurandóq; cultu liberorũ meorum dabitur otij, ea omnia succisiua, & subsecundaria tẽpora, ad colligẽdas huiusmodi memoriarum delectationculas conferam. Cic. 1. de Legib. Succisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: vt siqui dies ad rusticandũ dati sint, ad numerum accõmodentur, quæ scribimus. ¶ Succisiuæ operæ, quæ post necessarias fiunt, & quasi intermissariæ. Cic. 2. Philip. Nec verò tibi de versibus respõdebo: tantum dicam breuiter, neq; illos, neq; vllas te omnino literas nosse: me nec Reipub. nec amicis vnquam defuisse: & tamen omni genere monimentorum meorum perfeciße operis succisiuis, vt meæ vigiliæ, meæque literæ, & iuuentuti vtilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferrẽt. ¶ Mensores etiã terræ nonnunquam dicunt, In succisiuum esse vnciã agri, aut sextantem, quum ad iugerum interdum peruenerant, & aliquid præter id, quod demetiendũ erat, supereße videbatur. ¶ Sunt hodie ex eruditioribus, qui subcesiuũ scribere malũt: qua de re vide suprà suo loco. ¶ Succisiua in agrorũ diuisionibus dicũtur assignatorũ agrorum reliquiæ, quæ à normali linea superabãt. ¶ Succisiuũ (inquit Frontinus) à subsecante linea nomen accepit. ¶ Succisiuorum duo genera, vnũ quod in extremis assignatorum finium cẽturia expleri non potuit. Alterum genus, quod in mediis assignationibus & integris centuriis interuenit: quicquid enim inter quatuor limites minus, quàm intercluſum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus qui assignationi supereſt, linea claudatur, & subsecetur. Nam & reliquarũ mẽsurarum actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem interest, succisiuum appellatur. Hæc autem (vt scribit Hyginus) diuisionum atq; assignationum autores sibi reseruabant. Ab hac similitudine operæ, horæ, dies, & tempora, quæ amicorũ, fori, Reipub. supersunt, atque ex iis quasi subsecantur, quæ nobis reseruamus, & perire non sinimus, sed aut legendo, aut scribendo, aut commẽtando consumimus, subcesiua nominantur. Eam enim scripturã à doctioribus magis probari video, quàm vt scribi solet, succisiua. Cic. 1. de Legib. Subcesiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior.

Succido, is, pen. corr. Sub onere, vel præ lassitudine succumbo: à sub, & cado. } Ital. *Cascar sotto.* Gal. *Cheoir dessoubs.* Hispan. *Caer abaxo.* } Gellius, Iam continuo labore grauia genua succiderant. Plaut. in Curc. Genua media succidunt lassitudine.

Succiduus, a, um, Pronus ad cadendum, siue fermè cadẽs. } Ital. *Disposto à cadere.* Gal. *Qui cheoit presque, qui cheoit aisément.* Hispa. *Cosa que cae baxa baxo.* } Claudian. lib. 3, Succidui titubant gressus. Ouid. Epist. 16, Succiduo dicor procubuisse genu. Idem 10. Metamorph. -at illi Poplite succiduo genua intremuere: fugitque Et color & sanguis, animúsque reliquit euntem.

Succidus, vide SVCCVS.

Succingo, is, Vestis lacinias cingulo coerceo, vt solemus, quò expeditiores simus ad aliquod opus faciendũ. } Ital. *Cingere, circondare.* Gal. *Trousser & ceindre par dessoubs.* Hisp. *Ceñir por debaxo.* } Horat. 1 Serm. Saty. 6, Veluti succinctus curritat hospes. ¶ Nonnunquam idem quod circuncingo, siue ambio. Ouid. 13. Metamor. Illa feris atrã canibus succingitur aluum, Virginis ora gerens. De Scylla. ¶ Vrbs succincta portubus, hoc est circunsepta, ac munita. Cic. de lege Agrar. Deleta Carthago est, quòd cùm hominũ copiis, tum ipsa natura ac loco succincta portubus, armata muris, &c. Pectora succincta curis, Statius 5. Sylu.

Succinctus, nomen ex participio. } Ital. *Cinto di sotto.* Gal. *ceint par dessoubs.* Hisp. *Ceñido por debaxo.* } Plin. lib. 16. cap. 10, Eaſdem arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quos tribulos vocant, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctioréque, & enodes. Hoc est ima sui parte minus ramosas.

Succingulum, li, siue Subcingulum, Idem cum baltheo, teste Festo. ζωστὴρ.

Succino, nis, Canendo subsequor, posteriore loco cano: cui opponitur Præcino. } Ital. *Cantare con vn altro & di bassa voce.* Gal. *Soubschanter, chanter apres vn autre, respondre à celuy qui chante.* Hispa. *Cantar con otro y por debaxo.* } Horat. li. 1. Epist. -clamat, Victum dare, succinit alter, Et mihi diuiduo fundatur munere quadra. ¶ Accipitur etiam succinere pro eo quod est, submissa voce canere.

Succentores dicuntur, quos vulgus *Bassos* appellat. Contrà Cantores, qui vocem maximè acuunt. Occentores autem, qui medium inter vtrunque seruant tenorem.

Succinum, succini, pen. cor. Idem quod electrum. } Ital. *Ambro.* Gal. *Ambre.* Hisp. *Ambar.* } Veteres putauerunt esse lachrymam ex arboribus pinei generis. Verùm hodie deprehensum est à viris doctis qui Pruteniam totam peragrarunt, nihil aliud esse quàm bituminis genus ex saxis profluens: primò liquidũ, sed postea maris frigiditate condensatum. Succinum (inquit Ruellius) vulgus medicorum *ambram citrinam* vocat, Mauritani *Karabe*. Gestatur à nostris mulierculis decoris gratia: quædam monilium vice, aliæ in orbiculis quibus preculas suas numerant. Dictum succinum, quòd succus esse crederetur profluens ex arboribus pinei generis. Plin. lib. 37. cap. 3. Arboris succum esse prisci nostri credidere, ob id succinum appellantes.

Succinum, a, um, adiectiuum, Quo id significatur quod ex succino constat. } Ital. *D'ambro.* Gal. *D'ambre.* Hispan. *De ambar.* } Martialis lib. 6. Quum Phaethontea formica vagatur in vmbra, implicuit tenuem succina gutta feram.

Succisiuum tempus, vide SVCCENDO, succĩdis.

Succlamo, as, Idem quod acclamo, siue alterius orationem clamore excipio. } Ital. *Gridare.* Gal. *S'escrier, apres que quelqu'vn a dit quelque chose.* Hisp. *Dar voces ò llamar de baxo, gritar.* } Cic. lib. 8. Epist. Succlamatum est frequenter à militibus. Liuius lib. 5. ab Vrbe, Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec suæ libertati se defuturos.

Succlamatio, onis, Idem quod acclamatio. } Ital. *Grido.* Gal. *Escrion dit & parolle d'autruy.* Hispan. *Grita.* } Liu. 10. bel. Macced. Si ex eo quòd aut inter se loquantur, aut succlamationibus apud concionantem Imperatorem significent, quid sentiant, &c.

Succollo, as, Collum suppono, ceruicibus sabiectis porto: quod proprièe eorum est qui aliquem in lectica gestãt. } Ital. *Portar su le spalle.* Gal. *Charger sur son colou sur ses espaules.* Hispan. *Llevar enel cuello ò acuestas.* } Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 10, Ab his lecticæ impositus: & quia serui diffugerant vicissim succollantibus in castra delatus est.

Soccortrilla, Dictio est prorsus obsoleta, quæ apud antiquissimos significabat vocem tenuem & claram: quod annotauit Festus, citans illud Titinnij. Fœmina fabula succottrilla vocula.

Succresco, is, Subnascor, in subsidium vel locum alterius cresco, vel sub re aliqua altiore gignor. } Ital. *Andar crescendo, ò crescer di nascoso.* Gal. *Croistre au dessoubs, aller en croissant, croistre peu à peu.* Hisp. *Crecer secreto.* } Colum. lib 4. cap. 14. Frequenter solum exercendum est, quum id incremento suo vites inumbrent, nec patiantur herbam succrescere. Ouid. 9. Meram. -succrescit ab imo, Tortáque paulatim lentus premit inguina cortex. Idem 8, -hausium crater a repleri Sponte sua, per seque vident succrescere vina. Plaut. Trinum. Interim mores mali, quasi herba irrigua, Succreuerant huberrimè. Per translationem, Succrescere gloriæ seniorum, & succrescere ætati alicuius. Cic. 3. de Orat. Non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati, sed & ingenio peracri, & studio flagranti.

Succuba, & Succubi, Qui dicantur, vide in verbo SVCCVBO.

Succubo, as, are, Viro se subiicere, inire. } Ital. *Cadere di sotto.* Gal. *Cheoir dessoubs.* Hisp. *Caer debaxo.* } Vnde & succuba dicitur adultera, quæ alieno succubat viro. ¶ Item dæmones quidam dicti sunt Succubi, qui assumpta muliebri specie, viris se creduntur subiicere: quemadmodum Incubi appellantur, qui virorum specie assumpta mulieres inire existimantur.

Sucuba, bæ, Adultera quæ se alieno marito subiicit. } Ital. *Adoltera.* Gal. *Adultera.* Hisp. *La que se ayunta con marido agena, adultera.* } Ouid

tra.} Ouid. Epist. 6, -lecti quoque succuba nostri Mœreat,& leges sentiat ipsa suas.

Succumbo,bis,bui,bitum,Vincor,defatigor,oneri impar sum.{ὑπομαχέω,καταπίπτω,ὑποκλίνομαι.Ital. *Sottogiacere è cader di sotto*, Gal. *Tomber & cheoir en bas,succomber,se laisser cheoir comme vaincu & las*. Hisp. *Caer debaxo, ser vencido*.} Liuius 6. ab Vrbe, Cui succumbere oneri coacta plebes. Ouid. 4. Fast. Eleg. 2, Iam fera Cæsaribus Germania, totus vt orbis, Victa potest flexo succubuisse genu. ¶Succumbere ad animum relatũ, pro frangi,& ita debili animo esse,vt ferre aduersa nequeamus. Cicer. 2. de Finib. Potius ergo illa dicantur, turpe esse viro debilitari, dolore frangi,succumbere. Idem 2. Tusc. Pugiles verò etiam quum feriant aduersarium, in iactandis exstibus ingemiscunt: non quòd doleant, animóve succumbant,sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitq; plaga vehementior. Virg. 4. Aene. Huic vni forsan potui succumbere culpæ. Lucan. lib. 8, -prohibet succumbere fatis Magnus,& immodicus castigat voce dolores.

Succurro,curris,Auxilium præsto, suppetias fero. {βοηθῶ, ἐπαμύνω. Ital. *Soccorrere,soueníre,porgere aita,socorso*. Gal. *Secourir*. Hisp. *Socorrer, dar ayuda*.} Virg. Aen. Nõ ignara mali, miseris succurrere disco. Cic. pro Sexto Rosc. Licet omnia pericula impendeant, succurram, atq; subibo. Idem pro Rabirio, Ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisq; communibus. Ouid. 1. Trist. Eleg. 4, -rebus succurrite læsis. ¶Item in mentem venire. ὑπομιμνήσκω. Cicer. Neque enim mihi succurrebant verba, quæ ante discessum à Dolabella audieramus. Cicer. filius ad Tironem lib. 16. Deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse, me de iudicio patris iudicare. Virg. 2. Aene. Pulchrúmque mori succurrit in armis.

Succursum,impersonale. Plin. lib. 23. cap. 1, Intellectum ibi remediũ est, potúq; succursum. Liui. 3. ab Vrbe, Se quoq; id genere ac nomine dare: nec cum eo in gratiam rediisse, cuius aduersæ fortunæ velit succursum.

Succus,ci,Humor tam in animalium, quàm in plantarum corporibus, quo illa aluntur: ita dictus à sugendo, vt quidam volunt, quòd singula membra, quantum cuique opus est, ex eo exugant, attrahántque. {χυλός, χυμός. Ital. *Succo,humore*. Gal. *Suc,seue*. Hisp. *sumo*.} Cicer. 2. de Natura deorum, Principio eorum, quæ gignuntur è terra, stirpes & stabilitatem dant iis quæ sustinentur,& ex terra succũ trahunt, quo alantur ea quæ radicibus continẽtur. Virg. 3. Aeglo. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. ¶Succus pomorum, pro sapore. χυμός. Virg. 2. Georg. Pomáque degenerant, succos oblita priores. Qui rem herbariam ex professo tractandam susceperunt, succum distinguunt à lachryma,& liquore: vt lachryma sit, quæ sponte profluit: liquor, quiscarificato cortice emanat: succus, qui ex planta contusa exprimitur. Quæ differentia vt cognitu digna est, ita à scriptoribus nullo pacto obseruatur. Nam & Plinius succũ accipit pro resina siue pice ex arboribus sponte profluente. Ita enim habet lib. 16, Arborum ex quibus manat succus, aliæ picem, aliæ resinam mittunt. ¶Succus ciuitatis, per translationem. Cic ad Atti. lib. 4, Amisimus, mi Pomponi, non omnem modò succum & sanguinem. sed etiam colorem, & speciem pristinam ciuitatis.

Succosus. Plenus succo, quod & succulentum dicimus. {χυλώδης. Ital. *Pieno di succo*. Gal. *Plein de suc & d'humeur, soueux*. Hispan. *sumoso,leno de sumo*.} Plin. lib. 12, ca. 25, Exit & in Pamphylia, sed acrior, minúsque succosus. ¶Locus succosus, id est natura humectus,& irriguus. Colu. lib. 2. cap. 17, Meliúsque habetur fœnum quod natura succoso gignitur exlo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. ¶Succosior, cõparatiuum. Colu. lib. 4. cap. 29, Id porrò in aliis stirpium generibus, quæ firmioris,& succosiotis libri sunt, posse fieri sanè concesserim.

Succidus,a,um, penult. corr. A succidendo, aut à succo: aut, vt Varro putauit, à sudore dictum est: vt Lana succida, hoc est pinguis, sordida, & nõdum lota. hoc est talis qualis succiditur. Græci *ἐσύρους* vocant {Ital. *Grasso,sporco*. Gal. *Plein de suc,seueux & humide*. Hisp. *cosa suzia,ò cosa xugosa*.} Varro de re Rust. lib. 2. cap. 11, Tonsuræ tempus inter æquinoctium vernum & solstitium, quum sudare incœperunt oues: à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. Iuuen. Satyr. 5, Qualis cœna tamen? vinum quod succida nolit Lana pati.

Succutio,cutis,secunda syllaba correpta, Compositum ex præpositione sub,& verbo quatio, cuius significationem explicuimus in simplici quatio. {ἀναπηδάω. Ital. *Trotare,andar di trotto,scuotere*. Gal. *secouer,aller au trot, trotter*. Hisp. *sacudir*.}

Sucussso,sas,frequentatiuum, Propriéque dicitur de equis qui duriore gradu incedentes, sessorem concutiunt: quod genus equorum & succussores, & succussarios, & succussatores appellamus. {πρὸς ἀναπήδησιν. Ital. *Scuotere spesso*. Gal. *secouer souuent, donner plusieurs secousses*. Hispan. *sacudir à menudo*.} Accius, Agite, ac vulnus ne succusset gressus, cauté ingredimini. Lucilius, Succussatoris tardi, rarique caballi.

Succussus, us, {ἡ ἀναπήδησις, ὁ ἀναπηδήσας μόσ. Ital. *Esso trottare,ò scuotere*. Gal. *Secousse*. Hisp. *Sacudimiento*.} Verbale à Succutio. Cic. 2. Tusc. Pedetentim, inquit, ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor.

Suctus, vide svgo.

Sucula, pro paruo sue, vide svs.

Suculæ, Dicuntur stellæ, quæ alio nomine Hyades vocantur, à pluuia. *ὑάδες*. Nam & orientes,& occidentes, tempestates & pluuias cient. Vide etiam à Latinis Suculæ appellantur, quòd suum ritu luto delectari videantur. Exoriuntur x i i. Cal. Iunij. Plin. lib. 18. cap. 26, Aegypto suculæ occidunt vesperi. ¶Est & sucula genus intimæ vestis. Plautus in Ruden. Duæ connexæ maniculæ cum sucula. ¶Sucula, inquit Budæus, machina est tractorij generis: constat autem tereti ligno, aut pluribus vectibus traiecto, vtrinque æqua extantibus longitudine: hęc dum versatur, funis, qui ductarius dicitur, circa eam obuoluitur. Huiusmodi machina hodie viatores, id est cuparij, vina ex hypogeis subuehunt. *turnum* eum appellantes. Budæus.

Sudes,huius sudis,Pertica,seu genus teli rustici. hoc est paxillus igni torridus {ξύλον} Ital. *Pertica,bastone*. Gal. *Vapieu, vne perche*. Hispa. *La vara ò pertiga ò madera gruessa*.} Virgil. 7. Aene. Sudibúsve præustis. Idem lib. 1. Georg. Quadrifidáve sudes,& acuto robore vallos. Vbi Seruius, Vallus, & sudes idem est. Sudibus inter se concurrere. Liui. 6. belli Pun. Tertio die sudibus inter se, in modum iustæ pugnæ concurrerunt, præpilatisque missilibus iaculati sunt.

Sudis, huius sudis, Piscis insigni magnitudine, & sapore non ingrato, quem Græci *σφυræνίδιον* appellant, Plin. lib. 32. cap. 11, Sunt præterea à nullo autore nominati, sudis Latinè appellata, à Græcis sphyræna, rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener.

Sudo,das, *παρὰ τὸ ἵδρως*, quod aquam, vndámq; significat. deriuatum existimatur, aspiratione in s literam conuersa. {ἱδρόω. Ital. *sudare*. Gal. *suer*. Hisp. *sudar manando sudor*.} Et modò absolutè ponitur. Hora. de Arte. Sudauit,& alsit. Idem 2. Serm. Saty. 1, -tu palmentaria quære Sudando. Cic. 1. de Diuin. Nuntiatum est alicubi deorum sudasse simulachra. Idẽ 2. de Orat. Quum ille diceret, se sine causa sudare. Minimè mirum, inquit: modò enim existi de balneis. ¶Modò cum ablatiuo iungitur. Liu. Et scuta duo sanguine sudasse. Virgil. 2. Georg. Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. ¶Modò cum accusatiuo, pro exudare, siue sudando producere. Virgi. 4. Aeglo. Et duræ quercus sudabant roscida mella. Idem Aeglo. 8, Pinguia corticibus sudent electra myricæ. ¶Sudare metaphoricõs pro vehementer laborare. nam magnos labores solet & sudor comitari. Teren. in Phorm. -eia sudabis satis, Si cum illo incœptas homine: ea eloquẽtia est. Hoc est satis erit tibi negotij, satis laborabis. Cic. pro Sestio, Sudandum est his pro communibus commodis.

Sudatus,participium. {ἱδρωθείς. Ital. *Sudato*. Gal. *Sué*. Hispa. *sudado*.} Stat. 5. Theb. -labor gelido sudatus in Hæmo. Claudian. 2. de Rap. Proserp. Fibula sudata marito.

Sudatio,verbale, {ἡ ἵδρωσις, ὁ ἱδρώς. Ital. *Sudamento*. Gal. *Sument*. Hisp. *Sudamento*.} Senec. epist. 87. Nisi Tasius lapis, quondam rarum spectaculum in aliquo templo piscinas nostras circundederit, ij, qua corpora multa sudatione exinanita demittamus.

Sudator,oris,verbale. Qui sudat. {ἱδρώων. Ital. *Chi suda*. Gal. *Qui sue, sueur*. Hisp. *El que suda*.} Plin. lib. 32. cap. 1, Dysentericis, sudatoribus, in longa tussi, in epiphoris, meracum.

Sudatrix,cis,verbale fœm. {ἱδρώουσα. Ital. *Donna che suda*. Gal. *Celle qui sue*. Hisp. *La que suda*.} Mart. lib. 12. Dum per limina potentiorum Sudatrix toga ventilat, vagíque Maior Cælius & minor fatigant.

Sudabundus,a,um, {ἱδρῶν ἰσχνός. Ital. *che tutto suda*. Gal. *Tout suant*. Hispa. *El que suda de todas partes*.} Ouid ad Pisonem, -totáque ludos Turba repentè suos iam sudabunda relinquit.

Sudor,oris, Excrementum aqueum, per cutem exudans. {ἱδρώς. Ital. *Sudore*. Gal. *Sueur*. Hisp. *Sudor, aquel humor que se suda*.} Plin. lib. 10. cap. 72, Serpentes neq; sanguinis, neq; sudoris vim habent, quæ auiditate naturalem sale augent. Cic. 1. de Diuin. Nec enim sanguis, nec sudor, nisi è corpore fluit. Virg. 3. Georg. Ardentes pabulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebatur. Idem 2. Aene. -fallíque per artus Sudor ijt. Idẽ 3. Aene. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. ¶Sudor pro labore. Cic. pro Font. de Gallis, Qui cum ipso Mar. Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multóque eius sudore ac labore sub pop. Rom. imperium, ditionémque ceciderunt, Idem 1. de Orat. Ac stylus ille tuus quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est.

Sudatorius,a,um, adiect. {ἱδρωτικός. Ital. *Che fa sudare*. Gal. *Qui fait suer*. Hisp. *Cosa que haze sudar*.} Plaut. in Stycho, Nullos meliores esse parasitos sinam, vel vnctiones Græcas, sudatorias, vel alias malis.

Sudatorium,ij, {τὸ μυρεψικὸν, τὸ ἀλειπτήριον. Ital. *Luogo da sudare, stufa secca*. Gal. *Estuues seiches, le lieu ès estuues ou l'on sue*. Hisp. *Lugar ouel baño para sudar*.} Seneca de vita beata, Circa balnea & sudatoria, ac loca Aedilem metuentia, &c. Item epist. 51. Quid mihi cum sudatoriis, in quæ siccus vapor corporum exhausturus includitur.

Sudarium, rij, Linteum quo sudor faciei detergitur, & nares purgantur. {ἀπομάγδαλον, ἀπομάκτριον. Ital. *Sudario, auere fazzolo, fazzoletto*. Gal. *Suaire, linge ou mouschoir dequoy on essuye la sueur*. Hisp. *Sudario ò toca de lienço*.} Suet. in Nerone ca. 48, Adoperto capite, & ante faciem obtenso sudario, equum ascendit quatuor solis comitantibus. Et mox, Ligato circa collum sudario, prodierat in publicum. ¶Huius diminutiuum est sudariolum. Martial. lib. 11, Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba, Et queritur labris puncta puella meis. Quintil. lib. 6. cap. 3. Quum reus agente in eum Caluo candido frontem sudario tergeret, &c.

Sudum, sudi. Quasi sine vdo: est enim propriè pars serena inter nubes. {εὐδία. Ital. *Tempo asciuto*. Gal. *Beau temps, seraiu*. Hisp. *Tempo sereno y claro*.} Virg. 8. Aene. Arma inter nubes cæli in regione serena Per sudũ rutilare vident. ¶Accipitur tamen sudum pro sicco, siue sereno, quum scilicet nulla est pluuia. Cic ad Tironem, Horologium mittam, & libros, si erit sudum. Plaut. in Mil. Curate vt splendor meo clypeo sit clarior, Quàm Solis radij esse olim, quum sudum est, solent. Virgil. 4. Georg. Ergo vbi ver nactæ sudum, campósque patentes, Erumpunt portis.

Sueo, soes, Antiquum verbum idem significans quod soleo: vnde suesco. {ἔθω. Ital. *Vsarsi*. Gal. *Auoir de coustume, estre accoustumé*. Hisp. *Acostumbrarse*.} Lucret. lib. 1, -& semina rerum Appellare suemus, id est solemus. Liu. 5. ab Vrbe, Nec secus quàm diuino spiritu tactus, quum se in mediã contionẽ intulisset, ab stinere suetus antè talibus consiliis. Cic. 2. de Nat. deor. Has Græci stellas hyadas vocitare suerunt. Lucret. lib. 1, -nec frigora quimus Vsurpare oculis, nec voces cernere suemus.

Suesco,is,sueui,suetum, Consuetudinem capio. {ἐθίζομαι. Ital. *Vsarsi, auezzarsi*. Gal. *Auoir de coustume, estre accoustumé*. Hispa. *Acostumbrarse*.} Cicer. Metello, A te id quod sueuisti, peto me absentem diligas, atque defendas. Claud. lib. 3, -Post hæc conabula dulci Ferre sinu, summóque Ioui deducere paruam Sueuerat, & genibus ludẽtem aptare paternis.

Suetus,a,um, participium. {ἐθισθείς, εἰωθὼς. Ital. *Vsato, solito*. Gal. *Accoustumé*. Hispa. *Acostumbrado*.} Virg. 5. Aene. -geminos immani pondere cæstus Proiecit, quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manũ. Cic. ad Atti. lib. 5. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde leuatæ sunt, omnes suis legibus & iudicijs suetæ, *παλιγγενεσίαν* adeptæ reuixerunt. Lucan. lib. 1, Bella nefanda parat, suetus ciuilibus armis.

SVESSA, Campaniæ oppidum, non procul à Liri amne, vt autor est Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò *Sessa*.

SVESSIONES, Galliæ Belgicæ populi, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 17, in prouincia Remensi. Hodie *Soissons*.

SVEVI, *σύηβοι*, Bellicosissimi Germaniæ populi, olim Albis, hodie Danubij accolæ. Lucan. lib. 2. Fundit ab extremo sanos Aquilone Suenos.

Suffarci

Suffarcinatus, Sarcina quapiam oneratus. {ὑποφορτωμένος. Ital. *Caricato, aggrauato.* Gal. *Garni de haillons & vieils drapeaux.* Hisp. *Cargado.*} Terent. in And. –verùm vidi Cantharam Suffarcinatam. Plaut. Curc. Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant, Qui incedunt suffarcinati cum libris.

Suffarraneus, {ὁ ἐπὶ τῆς ἀλφίτου. Ital. *Viuandiero, che porta grano al campo.* Gal. *Viuandier, qui porte quelque blé ou grain au camp.* Hisp. *El que trae trigo y otro grano al real.*} à farre, quemadmodum cõfarratio, deduci videtur: & significat eum qui far in castra conuehit, sed modicum alienúmve: non iusto commeatu aliquo, sed crebris & vilibus institorũ vecturis. Plin. lib. 7. cap. 43. Cicero mulionem castrensem suffarraneum fuisse, &c.

Suffero, pen. cor. Sustineo, patior. {ὑποφέρω, ὑφίστημι. Ital. *Sofferire, tolerare, patir.* Gal. *Souffrir, supporter, endurer, soustenir.* Hisp. *Sufrir, padecer.*} Virg. 2. Aene. –nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre valẽt. Teren. Heaut. –tarpes si siet Amator, nunquam sufferre eius sumptus queat. Cic. pro Rosc. Amer. Plus oneris sustuli, quàm ferre possum. ¶ Sufferre, pati. Cic. pro Cæcin. Quam mulctam si sufferre voluissent, tamen manere in ciuitate potuissent. Idẽ pro Flacco, Nimiæ pietatis, & summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita diis placet, sufferamus. Terent. in Andr. Pro huius peccatis ego supplicium vt sufferam?

Suffertus, a, um, Deductum videtur à suffercio, sicut Refertus, à refercio. {πλήρης, ἔμφορτος. Ital. *Pieno, spesso.* Ga. *Replet, farci & garni, espoin.* Hisp. *Lleno, espesso.*} Sueton. in Nerone, cap 20, Mediáq; in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subdisset, aliquid se sufferti tinniturum Græco sermone promisit. Hoc est cantaturũ se clarius aliquid: aut quod Græci dicunt πυκνόν, id est densum quippiam, ac succi plenum.

Sufferueo, sufferues, ere. Aliquantulum feruere. {ὑποθερμαίνομαι. Ital. *Bogliere vn pochetto.* Gal. *Estre quelque peu bouillant.* Hispa. *Heruir vn poco.*} Plin. lib. 18. cap. 11, Vulgò verò nec sufferuere faciunt.

Sufferuefacio, cis, ere, Subferuidum reddo. {ὑποθερμαίνω. Ital. *Intepidire, scaldare alquanto.* Gal. *Faire vn peu bouillir.* Hisp. *Hazer heruir vn poco.*} Plin. lib. 12. cap. 26, Odor verò in vino sufferuefacti antecedit alios. Idem lib. 22. cap. 25, In veficæ verò dolore, semuncia amyli cum ouo, & passis tribus sufferuefacta à balneo.

Sufferuesio, uerfis, eri, Aliquantulum feruidum fieri. {ὑποθερμαίνεσθαι. Ital. *Essere tepido.* Gal. *Estre fait vn peu bouillir.* Hisp. *Ser tibio y caliente.*} Plin. lib. 27 cap. 8. Qui fidem promisso huic quærunt, affirmant lapillos, qui sufferuefiant, vnà rumpi.

Suffes, etis, Summi magistratus nomen erat apud Carthaginienses, non dissimilis Romanorum Consulatui. Liuius 10. belli Pun. Senatum itaque suffetes (quod velut Consulare imperium apud Carthaginienses erat) vocauerunt. Idem 8. bel. Pun. Infestus ob direpta quædam ab conscendentibus naues militibus, ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Pœnis est magistratus, cum Quæstore elicuit.

Suffibulum, li, penult. correp. siue Subfibulum, Vestimentum album erat, ueste Festo, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

Sufficio, is, ere, ex sub, & facio, Significat satis esse: constituiturque cum dativo. {ἐξαρκῶ, ἐπαρκῶ. Ital. *Bastare, essere sofficiente & assai.* Gal. *Suffire, satisfaire* Hispan. *Bastar.*} Stat. lib. 5. Sylu. Vade puer, tantúsque enixus sufficedonis. Id est satis esto. Cic. in Sallust. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Ouid. 3. Trist. eleg. 2, Sufficit; malis animus. Virgil. 12. Aene. –nec sufficit vmbo Ictibus. hoc est satis esse nõ potest sustinendis ictibus. ¶ Nonnunquam sine dativo collocatur, eius loco habens infinitiuum. Virgil. 5. Aeneid. Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm Sufficimus. ¶ Aliquando subministrare. ὑπουργῶ. Virg. 2. Aeneid. Ipse pater Danais animos, virtúsque secundas Sufficit humorem. ¶ Aliquãdo substituere. ἀντικαθιστάνω. Virg. 2. Georg. Atque aliam ex alia generando suffice prolem. ¶ Vnde suffecti magistratus dicuntur, qui in locum mortuorum, eorúmve qui munere suo perfuncti sunt, surrogantur. Cic. lib. 4. Epistо. Si Appij os haberem, in cuius locum suffectus sum, tamen, &c. ¶ Aliquando inficere, maculare. Cic. in Horrens. Vt ij qui in conuiuiis purpuram sufficiunt, pòst sanant medicamentis quibusdam.

Sufficienter, Aduerb. {ἱκανῶς, ἐξαρκούντως, ἀπὸ τοῦ ἐξαρκῶ, ἱκανῶς. Ital. *A sofficienza.* Gal. *Suffisament, à suffisance, assez.* Hisp. *Assaz, con sufficiencia.*} Vlp. in l. Sed & si quid. § j. ff. de vsufr. & quemadmo. Sufficienter autem alere & vestire debet secundum ordinem & dignitatem municipiorum.

Suffigo, is, xi, xum, Idem quod affigo. {προσπήγνυμι, προσηλόω. Ital. *Inficcare, afficcare.* Gal. *Ficher dessoubs.* Hisp. *Hincar à otra cosa.*} Cice. in Pisonem, An ego si te & Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex infamia? Horat. 1. Sermo. Satyr. 3, Siquis eum seruum, patinam qui tollere iussus, Semesos pisces, tepidúmque ligurierit ius. In cruce suffigat, Labeõne insanior inter Sanos dicatur? Hircius de bello Africo lib. 5, Postero die Iuba Numidas eos, qui loco amisso fugaſe receperant in castra, in cruce omnes suffixit.

Suffio, fis, fiui, vel fi, fitum, Idem significat quod suffumigo. {ὑποθυμιάζω. Ital. *Perfumare.* Gal. *Perfumer.* Hispa. *Sahumar.*} Plinius, Hippocrates ruta vuluarum causa naturam suffire iubet. Virg. lib. 4. Georg. At suffire thymo, cerásque recidere inanes Quis dubitet? Colum. lib. 12. cap. 18, Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffienda. Lucret. lib. 2, Ignibus ætheteis terras suffire feraces.

Suffitus, ta, tum, pen. pro. Suffumigatus. {τεθυμιαμένος. Ital. *Perfumato.* Gal. *Perfumé.* Hisp. *Sahumado.*} Plin. lib. 20. cap. 17, Anisum dolores capitis leuat, suffitum naribus.

Suffitus, tus, Suffumigatio. {θυμίασις. Ital. *Perfumo.* Gal. *Perfumement.* Hispa. *Sahumerio.*} Plin. lib. 24. cap. 11, A multis in suffitus pro thure assumitur. Idem alibi, Et vuluarum conuersionem suffitu excitant.

Suffitio, onis, Idem quod suffitus. {θυμίασις. Plin. lib. 25. cap. 22, Orpheus, & Hesiodus suffitiones commendauere. Colum. lib. 1. cap. 6, Ne rursus nimia suffitione medicata sint.

Suffitor, ris, verbale à suffiendo deductum. {θυμιατής. Ital. *Perfumatore.* Gal. *Perfumeur* Hisp. *Sahumador, el que sahuma.*} Plin. lib. 34. cap. 8, Lycus & ipse puerum suffitorem.

Suffimen, inis, Idem quod suffitio. θυμίαμα. Ouidius, Sanguis equi suffimen erit.

Suffimentum, ti. Idem quod suffitus, & suffitio. {θυμίαμα, θυμίαμα. Ital. *Perfumo.* Gal. *Perfum.* Hispan. *Sahumerio.*} Plinius, Quod & suffimentis quibusdam facere consueuerunt. Cicer. 1. de Leg. Nam & in iis fuoc illius suffimentis expiati sumus. Suffimenta, inquit Festus, à veteribus dicta sunt quæ fieri solebant ex faba, milióque molito, mulso aspersо. Ea diis eo tempore dabantur, quo vuæ calcatæ prælo premebantur.

Suffiscus, sci, Folliculus testium arietinorum, quo vtebantur antiqui pro marsupio: à fisci similitudine dictus. Festus.

Suffiauus, Adiectiuum, {ὁ κατὰ τὴν ἀλοπεκίαν, ὑπόξανθος. Ital. *Alquanto giallo,* Gal. *Iaunastre.* Hisp. *Vn poco ruuio ò rozo.*} Aliquantulum flauus, non planè flauus. Sueton. in Nerone cap. 51. Statura fuit penè iusta, corpore maculoso & fœdo, suffiauo capillo.

Sufflo, flas, Verbum est actiuum, idem significans quod instare, siue statu excitare. {φυσῶ, μυκῶ. Ital. *Soffiare, soppiare.* Gal. *Soffler, emploie de vent.* Hisp. *Soplar.*} Plin. lib. 43. cap. 8. Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes. ¶ Suflare buccas, id est inflare, siue flatu extendere. Plaut. in Sti. Age tibicen, quando bibisti, refer ad labia tibias, sustla Celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia.

Sufflatio, onis, verbale, Idem valens quod inflatio. {ἐμφύσημα. Ital. *Soffiamiento.* Gal. *Insuflement.* Hispa. *Soplo, obra de soplar.*} Plin. lib. 9 cap. 7, Præterea bullantium aquarum sufflatio, lunæque effectu concharum quoque corpora augescentia.

Sufflamen, minis, Machinæ genus est, teste Budæo, quo in descensu, vel procursu nimio rota solet retineri. {ὁ ἀντιχλίς. Ital. *Legno da ritenere vna ruota che corre.* Gal. *Vn enrayoir, vne piece de bois dequoy on arreste les roues en vne descente trop roide, affin qu'elles n'aillent trop vitte.* Hispan. *La espornija del exe del carro.*} Iuuen. Sary. 8, Ipse rotam stringit multo sufflamine Cõsul.

Sufflamino, nas, Sufflamine comprimo, & retineo. {ἀντιχλίζω. Ital. *Fermare vna ruota mettendoui vn legno.* Gal. *Arrester les roues quelles n'aillent trop vitte, acoſtrer d'vn enrayoir.* Hisp. *Cargar la rueda para que no vaya atras.*} Senec. 4. Declam. Tanta illi erat velocitas orationis, vt vitium fieret. Itaque D. Augustinus optimè dixit, Aterius noster sufflaminandus est: adeò nedum currere, sed decurrere videbatur, nec verborum tantùm illi copia, sed etiam rerum erat.

Suffoco, cas, pen. prod. ex sub, & faux, au in o productam conuersa, Significat spiritum præcludo, veluti obstrictis faucibus. {πνίγω, ἄγχω. Ital. *Soffocare.* Gal. *Suffoquer, estouffer.* Hispa. *Ahogar.*} Quanquam etiam latius accipitur pro quouis modo enecare: vt Suffocare fame, Suffocare veneno. Cic. ad Atticum, lib. 9, Cõsilium primum est, suffocare vrbem, & Italiam fame: deinde agros vastare, vrere, pecuniis locupletum non abstinere. Idem pro Muræna, Qui gallum gallinaceum suffocauerit. Ouidius in Ibin, Suffocent animam dira venena tuam.

Suffocatio, onis, verbale, suffocãdi actus. {ἡ πνιξ, ἡ ἀπάγχη. Ital. *Soffocamento* Gal. *Estouffement, suffocation.* Hisp. *Ahogamiento.*} Plin. lib. 20. ca. 5, Eius semen contritum, & in vino potum, tumentem aluum, & suffocationes mulierum dolorésque lenit.

Suffodio, is, Subtus effodio. {ὑποσκάπτω. Ital. *Incauare.* Gal. *Fouir & cauer par dessoubs, miner & creuser.* Hisp. *Cauar por debaxo.*} Colu. lib. 2. cap. 18, Neq; suem velimus impasci, quoniam rostro suffodiat, & exspites excitet. ¶ Suffodere equum, est cum confodere, & propriè sub ipso sessore occidere. Cæsar. 4. belli Callici, Rursus his resistẽtibus, consuetudine sua ad pedes desilieuerunt: suffossisque equis, compluribúsq; nostris deiectis, reliquos in fugam coniecerunt. Virg. 11. Aen. Suffosso retolutus equo.

Suffossio, verbale {ὑπόκαυσις. Ital. *Cauamento.* Gal. *Cauement, creusement.* Hisp. *Cauamiento, cauadura.*} Seneca, epist. 50. Quum hostilia in partes tela vibrarent, & ipsum solum suffossionibus tremeret & cuniculis.

Suffræ natio, onis, Colligatio, & arcta structura, quæ lapides veluti fræno retinet. {ἡ συναρμογὴ τῶν λίθων ἢ ἄλλων τινῶν ἰσχυρὰ καὶ ἐπιτεταγμένη συνδέσμη. Ital. *Concatenamento che si fa tra le muraglie.* Gal. *Liaison forte & serrée qu'on fait és murailles.* Hisp. *Enfrenamiento, atadura fuerte de muros.*} Plin. lib. 36. cap. 22. de quodam lapidis genere, Globosus, contra iniuria fortis, sed ad structoram infidelis, nisi multa suffræ natione deuinctus.

Suffrago, pen. prod. suffraginis, Flexura est in posterioribus quadrupedum crutibus, retrorsum incuruata, quæ in prioribus contrario modo inflexa genu dicitur. {ἰγνύη. Ital. *Garietti dalle gambe dietro del cauallo.* Gal. *Le jarret des jambes de derriere des cheuaulx & autres bestes.* Hispan. *La quartilla debaxo adura della bestia.*} Dictæ suffragines, quòd ibi eroris continuitas diuisa, & quodammodo fracta appareat. Plin. lib. 8. cap. 45, Victimarum probatio in vitulo, vt cauda articulum suffraginis contingat. Idem, Aues, & quadrupedes alas in priora curuant, suffragines in posteriora. ¶ Suffragines etiam dicuntur vitis soboles, radicibus adhærentes. Colum. lib. 5, Et si sobolem (quam rustici suffraginem vocant) radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferróque euellenda est, vt hybernas aquas respuat.

Suffragi noſi equi, Quorũ suffragines morbo vitiatæ sunt. {Ital. *Caualli che hanno le poſte.* Gal. *Cheuaux qui ont mal és jarrets, qui ont les eſpauins.* Hispan. *Caualos con axuagas ò baxigas.*} Colum. lib. 6. cap. 38, Suffraginosæ hordeacea farina imponitur.

Suffragor, suffragaris, penult. prod. Suffragium fero. {ψηφοφορέω. Ital. *Far fauore, fauoreggiare.* Gal. *Donner sa voix en vne election, fauoriser & donner faueur, aider de sa parolle.* Hisp. *Ayudar con su voto, dar fauor.*} Cic. pro Muræna, Quorum suffragium tenue est, si vt suffragantur, nihil valent gratia. ¶ Per translationem accipitur pro fauere, auxilio esse, sententiæ aut voluntati cuiuspiam subscribere. ἐπιψηφίζω. Cuius contrarium est Refragor, protepugno, aduersor. Autor Priapeiæ, Copia me perdit, in suffragate rogatus. Cice. 7. Verr. Cui legi vestra dignitas vehementer aduersatur, ei insignis istius impudentia maximè suffragatur. Idem ad Atticum, Nec destiti accusare eius necessarios, qui eius cupiditati suffragari videbantur. Idem Planco, lib. 10, Fortuna suffragante videtis res maximas consecutus.

Suffragatio, onis, Ipse suffragãdi actus. {ψηφοφορία. Ital. *Fauore, aiuto.* Gal. *Faueur & aide en vne election, bail de sa voix.* Hisp. *Fauor, ayuda.*} Cice. pro Muræna, Multum autoritatis habet suffragatio militaris.

Suffragat

Suffragator, oris, Qui in ereãdis magistratibus suffragium fert. {ψηφιστής. Ital. *Chi fauorisce con parole, & dà la uoce.* Gal. *Qui fauorise à aucun de sa voix ou parolle.* Hispan. *El que ayuda à otro con su voto.*} Plin. Epist. 64, Addebat quosdam ex suffragatoribus eilli grauiter & paucis loquebantur. Cicero pro Mur. Tua verò nobilitas Serui Sulpitii tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior: populo verò & suffragatoribus obscurior.

Suffragium, gij. Significatio voluntatis, iudicijve nostri in creandis magistratibus, aut reo iudicando, siue ea calculis, siue tabellis, aut etiam voce fieret. {ψῆφος, ψηφισμα. Ital. *Suffragio, balletta, uoce.* Gal. *Suffrage, voix de iuge, consentement.* Hispan. *Voto à fauor para ayuntar.*} Cic. 3. de Legib. Suffragia in magistratu mandando, aut etiam de eo iudicando palam ferri melius esset. Iuuenal. Saty. 8, Libera si dentur populo suffragia, quis tam Perditus, vt Senecam dubitet præferre Neroni? Cic. 1. de Legib. Si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Suffrico, as, pen. corr. Leniter frico. {ψώχω, ψωχῶ. Ital. *Fregar legiermente.* Gal. *Frotter vn peu.* Hisp. *Fregar vn poco.*} Colum. li. 12. cap. 23. Nam opottebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, & siquid fœcis aut labris vasorum, aut lateribus inhæsit, eradi, ac suffricari, & protinus opercolis impositis oblini.

Suffringo, is, ere. Idem fere quod frango. {κατακλάω. Ital. *Rompere, spezzare.* Gal. *Rompre & briser.* Hisp. *Quebrar, romper.*} Plaut. in Rud. Homini isti ralos suffringi volo. Cicero pro Rosc. Amer. Quòd si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint, opinor dis erua suffringantur, quòd aeres sint etiam tum, quum suspicio nulla sit.

Suffrio, as, pen. corr. Idẽ quod insrio, hoc est friatum siue comminutum inspergo. {τηγανίζω. Ital. *Attinucciare.* Gal. *Esmier & briser fort menu.* Hispa. *Polueriçar desmenuçando.*} Colu. li. 2. cap. 38, Scopulis aridæ myrti suffriatur, operculumque superimponitur, ne quid eò decidat.

Suffuerat, Pro sub eodem tecto fuerat, scripsere veteres, inquit Festus.

Suffugio, Idem quod cõfugio. {καταφεύγω. Ital. *Fuggire.* Gal. *S'enfuir.* Hisp. *Huyr.*} Liuius 4. belli Pun. Imber à nocte media coortus, custodes, vigilésque dilapsos è stationibus, suffugere in tecta coegit. Suetonius verò pro retro fugere in Tiberio posuit, dicens, Adulationes adeò aduersatus est, vt neminem Senatorium ad lecticam suam admiserit; Consulatem verò satisfacientem sibi per genua orare conantem ita suffugerit, vt caderet supinus.

Suffugium, suffugij, Quò quis suffugit, hoc est securitatis causa sese recipit. {καταφυγή. Ital. *Luogo da fuggire.* Gal. *Refuge, lieu de refuge.* Hisp. *Lugar para huyrò do huymos.*} Ouid. de Nuce, Quid nisi suffugium nimbos vitantibus essem?

Suffulcio, is, Sustẽro. {ὑποστηρίζω. Ital. *Sostentare.* Gal. *Apuyer, soustenir, estaier.* Hisp. *Sostentar debaxo.*} Varro 1. de Re rust. Vt maioribus perticis suffultæ vites, auras nõ pertimescant. Plau. Mil. Ecce autẽ ædificat, columẽ mento suffulcit suo. Lucret. lib. 4, Propterea capitur cibus, vt suffulciat artus, Et recreet vires.

Suffumigo, gas, gare, Idem quod sufflo, vel subtus fumum excito. {ὑποθυμιάζω. Ital. *Parfumare, affumare.* Gal. *Faire fumée par dessoubs, perfumer, enfumer.* Hispa. *Sahumar.*} Celsus lib. 6. cap. 5, de suffusione oculorum, Suffumigare oculos acribus medicamentis.

Suffundo, is, dere, Affundo, inspergo, infundo. {ὑπερχέω, ὑποχέω. Ital. *Spargere qualche liquore.* Gal. *Espandre dessus, espandre en bas.* Hispa. *Derramar lo liquido.*} Plaut. Curcu. Mane suffundam aquulam. Colum. lib. 7. Lassæ & æstuanti multæ ad os in fauces demittitur, vtrunque in os suffunditur. ¶ Suffundi rubore faciem dicimus, quum sanguis subter cutem sese dispergens, faciem inficit rubore. Quod Virgilius ad auroram transtulit, lib. 1. Georg. At si virgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit. Seruius, Suffuderit, fortuitò secus habuerit. ¶ Cicero pro Inspergo posuit, ad Lentulum scribens, Noui animum cum mihi amicissimum, tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum. ¶ Suffundere frigidam, vide in dictione FRIGIDA.

Suffusio, onis, Morbus oculorum, qui fit ex concreto humore inter ὑαλοειδῆ καὶ ἀμφιβληστροειδῆ tunicas ante ipsam pupillam collecto, quo visus vsqueadeo impeditur, vt discretas rerum species, & colores apprehendere non possit. {ὑπόχυσις. Ital. *Spargimento, cataratta negli occhi.* Gal. *Esparsement, la cataracte en l'œil.* Hispan. *Obra de derramar, catarata de ojos.*} Celsus lib. 6. cap. 6, Suffusio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, se opponit. Quod si inueterauerit, manu curandum est. Plin. lib. 22. cap. 23. In tussi vna, fellis vereri suffusione.

Suffundo, as, are. Pro fundamento subiicio. {καταβάλλομαι. Ital. *Fondare per di sotto.* Gal. *Fonder par bas ou par dessoubs.* Hisp. *Fundar por debaxo.*} Varro ἐν τῷ περὶ ῥημάτων, vt citatur à Nonio, Antiqui nostri domibus lateritijs, paululum modò lapidibus suffundatis, vt humorẽ sufferent, habitabãt.

Suffuror, aris, pen. prod. Clàm furari. {κλέπτω. Ital. *Rubbare di nascoso.* Gal. *Desrober en cachette.* Hisp. *Hurtar secretamente.*} Plau. Trucu. Hæc quum video fieri, suffuror, suppilo, de prædo prædam capio.

Suggero, ris, ssi, gestum, Subministro, suppedito. {χορηγῶ. Ital. *Fornire alcuno di quello che gli manca.* Gal. *Bailler & fournir.* Hisp. *Suggerir, dar lo que otro ha menester.*} Terent. Adelph. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris? Cic. 2. de Orat. Singulis generibus argumentorum copiam suggerunt. ¶ Interdum idem est quod in memoriam redigere. ἀναμιμνήσκω. Cic. 2. de Finib. Si memoria defecerit, tuum erit vt suggerias.

Suggestus, vel suggestum, Locus editior, puta pulpitum, vnde oratio ad populum solet haberi. {βῆμα. Ital. *Pulpito à pergamo da predecare.* Gal. *Vn lieu esleué, comme vne chaire ou vn pulpite pour faire harengues au peuple.* Hisp. *El cadahalso alto para mirar à predicar.*} Dictum suggestum, siue quòd cõstet ex suggesta, hoc est congesta materia, siue quòd inde populo suggestet ex suggesta, hoc est congesta materia, siue quòd inde populo suggeratur, quod in rem eius esse possit. Plin. lib. 34. cap. 5, Eodémque in Consulatu in suggestu rostra deuictis Antiatibus defixerat. Cic. 5. Tusc. Idémque quum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. Liui. 8. ab Vrbe, Naues Antiatium partim in nauali Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestũ in foro extructum adornari placuit. Cic. 1. de Diuin. Neq; illud in suggestum, in quo causam dixerat, ascendenti, signum sibi vilum, quod consuesset à deo, quasi mali alicuius impedentis, datũ. ¶ Varr. lib. 3. ca. 5, suggestũ posuit pro loco ornithone paulò eminẽtiore, quàm sit ipsum salere. Ex suggesto (inquit) saleris, vbi solent esse ἐξώστρα, prodeũt anates in stagnum, & nant. ¶ Suggestus comæ. Statius lib. 1. Syluarum, -celsæ procul aspice frontis honorem Suggestúmque comæ.

Suggredior, eris, Latẽter gradior. {ὑπεισέρχομαι. Ital. *Andare nascosamente.* Gal. *Aller en cachette, marcher secrettement* Hisp. *Andar à escõdidas.*} Tacit. lib. 2, Suggressique propius speculatores. ¶ Habet nonnũquam adiunctum accusatiuum: vt Suggredi hostes, id est latenter aggredi. Idem Tacitus Anna. lib. 4, Quos dux Romanus acie suggressus.

Suggrundia, orum, vel Suggrundæ, & Suggrundatio, vide suprà in SVBGRVNDA.

Suggrundaria. Veteres dicebãt sepulchra infantium, qui necdum quadraginta dies implessent (vt inquit Fulgentius) quum nec busta dici potuerunt, quia ossa quæ comburerentur non erant, nec tanta magnitudo eadaueris qua locus tumesceret: vnde neq; tumuli appellari merebãtur.

Sugillo, as, Liuido colore partem aliquam corporis commaculo: quod accidere solet venis exilibus ictu fustis, alterúsve corporis duri collisis, sanguinéque sese subter cutem diffundente. {ὑπωμώζω. Ital. *Battere alcuno di sorte che le carne gli vengano luride.* Gal. *Frapper aucun tellement qu'il y vienne des taches noires & meurtrissements, marquer de coups.* Hisp. *Magullar la carne.*} Sugillata dicũtur quę maculis huiusmodi sunt deformata. Plin. lib. 31. ca. 9, Ioqueus de sale, Ex ictu suffusis emore oculis, sugillatisve; cum myrrhæ pari pondere. Idem lib. 29, Caseus recens cum melle sugillata emendat. Et lib. 20, Cinis allij ex oleo, & garo illitus, sugillata aut liuentia ad colorem reducit. ¶ Per translationem accipitur pro detrahere, reprehendere, vilipendere, contumelia afficere, siue existimationem alicuius lædere. {καθυβρίζω, λοιδορέω, κωμῳδέω, διαβάλλω. Ital. *Infamiare.* Gal. *Diffamer & blesser l'honneur de quelqu'vn.* Hisp. *Magullar la honra de alguno, deffamar à otro.*} Liu. lib. 1. bel. Maced. Legati grauiter ferentes se sugillatos esse. Viptanus, Si famosa actio non sit, vel pudorem non sugillet.

Sugillatio, onis, Liuida cutis commaculatio. {ὑπωμωγή. Ital. *Quel battimento di carne, macchia di carne.* Gal. *Meurtrissure, noirceur ou terne couleur d'vn coup.* Hispa. *Magulladura de carne.*} Et per translationem contumelia, siue ignominia. {ὀνειδισμός. Ital. *Infamiatione* Gal. *Diffamation.* Hispa. *Desmafacion.*} Plin. lib. 7. cap. 45, Iuxta hæc Variana clades, & maiestatis eius fœda sugillatio.

Sugo, gis, xi, ctum, Succum labris elicio. {ἐκμυζῶ, μυζῶ. Ital. *Sugare.* Gal. *Sucer.* Hisp. *Mamar ò chupar.*} Cic. 1. Tusc. Nunc autem simul atque editi in lucẽ, & suscepti sumus, in omni contin uò prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur vt pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Idem 2. de Nat. deor. Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia manducant. ¶ Apud antiquos etiam per secundam coniugationem inflectebatur sugeo, es. vnde & exugeo, es. Plaut. in Epid. Ego me verram in hirudinem, atque eorum exugebo sanguinem.

Suctus, huius, suctus, Ipse sugendi actus. {ἐκμύζησις, μύζησις. Ital. *Scingamento, sorbitione.* Gal. *Succement.* Hisp. *Obra de chupar ò demanar, chupadura.*} Plin. lib. 8. cap. 36, Aliis diebus residũt, ac priorum pedum suctu viuunt.

Sui, ipsorũ, rũ, & eius derivatiuum Suus, sua, suũ, ἑαυτοῦ. Sunt pronomina reciproca, propterea sic dicta, quòd sicut reciprocatur spiritus, quũ vicissim effiatur, & attrahitur: ita hęc pronomina ad id vnde prodierant, reuertuntur. Vnde non rectè dicimus, Ego dixi sibi, Non est sibi curæ Respublica, Tu fuisti secum: quia nulla in his est reciprocatio. Sed dicendum, Ego dixi ei. Non est ei curæ Respublica, Tu fuisti cum eo. Similiter non dicimus, Vidi Ciceronem & fratrem suum, sed fratrem eius. Econtrariò non rectè dicitur, Omnia à te expectant, vt des illis cibum in tempore, quum sibi dicendũ sit. Sicut enim rectè dicimus, Omnes expectamus vt des nobis escã, omnes expectatis vt det vobis escam: ita dicendum est, Omnes expectant vt det sibi escam. Est tamen quando indifferẽter vti licet reciproco, aut non reciproco, prout ad illius de quo loquimur, vel ad nostrã personam sermonẽ referimus: vt Omnes optãt quod sibi vtile est: & omnes optant quod ipsis vtile est. Illud ad persõã eius de quo loquimur, refertur, & manifestam habet reciprocationem: hoc ad personã nostrã, ideóq; nulla est in eo reciprocatio. Cicero, Multi dubitabant quid optimũ esset, multi quid sibi expediret. Idẽ, Legatus in pace profectus in prouincia pacatissima ita se gessit, vt ei pacem esse expediret. ¶ Nonnunquam etiã amphibologiæ vitandæ causa pro sui, siue suus, ponitur is, aut ipse, aut ille. Cic. in Bruto, Is soceri instituto, quem, quia coopiatus in Augurũ collegium non erat, non admodũ diligebat, præsertim quũ ille Quint. Scæuolam sibi minorem natu generum prætulisset. ¶ Accipitur aliquãdo suus pro proprius. ἰδιος. vt Velle suũ cuiq; est. Accipitur autẽ sui passiue, quemadmodum mei, & tui. Cic. ad Attic. lib. 10, Nicias vehemẽter tua sui memoria delectatur. Idẽ de Vniuersitate, Imitãtes genitorẽ & effectorem sui. ¶ Inuenitur interdum sibi, dativus, solius venustatis gratia, nullãque necessitate in oratione positus. Cicero, Suo sibi victitant sicco. Colu. Suo sibi iure ablnũtur. ¶ Dicimus etiam, Suus est illius mos, Sua est istius natura, Suus est Aristotelis modus, Suũ Platonis genus. Habẽtq; hoc pronomen suus vocatiuum: vt si dicam, Defendite Cæsarẽ ô amici sui. ¶ Inter, præpositio id habet peculiare, vti si antecesserit genitiuus, dativus, aut ablatiuus, indifferẽter vti liceat reciproco pronomine, aut nõ reciproco. Si præcesserit accusatiuus, aut nominatiuus, reciprocũ postulat. Cicero, Nec mihi cæterorũ iudicio videtur solum, sed etiã ipsorum inter ipsos consensu. Id de genitiuo exemplũ est. Nũc de dativo. Quintil. Circa quem inexplicabilis & Grãmaticis inter ipsos, & Philosophis pugna est. De ablatiuo idem, Nã à magnis quoq; autoribus incidũt vitiosa aliqua, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa. Vide hæc de re plura apud Vaillã, eo in opusculo, quo duorũ horum pronominum naturam ex professo exequitur.

Suille, Suillus, Suinus, vide SVS.

Sulcus, ci, Fossa illa oblonga, quæ inter arandũ fit vomere. {αὖλαξ, ἀρόσιμον. Ital. *Solco.* Gal. *Raye ou rayon que fait la charue en labourant la terre.* Hispa. *El sulco que imprime el arado.*} Cic. Diuin. Quũ terra araretur, & sulcus altius esset impressus. ¶ Nõ raro tamen accipitur pro ipsa aratione, siue terræ proscissione. Virg. 1. Georg. At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum Arcturum sat erit tenui suspendere sulco. ¶ Hinc fit, vt Tertio, quarto, quinto sulco serere dicamus, pro eo quod est tertia, quarta, aut quinta

aratione. Plin. lib. 18. ca. 20, Quarto seri sulco Virgilius existimatur voluisse, quum ait, Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit. Hoc est quæ bis per æstatem, bis per hyemem aratur. Ibidem, Spissius solum (sicut plerúnque in Italia) quinto sulco seri melius est. In vitium quoque cæterarúmque arborum plantationibus sulcum appellamus fossam in longum ductam, in qua plantantur semina. Virg. lib. 2. Georg. Ausim vel tenui vitem cõmittere sulco. ¶ Hinc Bisulcus, bisulca, bisulcum. Δίχηλος. vnde Bisulcum animal, quod non solidas, sed fissas vngulas habet. ¶ Item Trisulcus, trisulca, trisulcum, id est trifidus: vt Telum trifidum, quod tres habet cuspides.

Sulculus, diminutiuum. {αὐλάκιον. Ital. *Picciol solco.* Gal. *Petit rayon.* Hispan. *Pequeño sulco.*} Colum. de Arbor. cap. 30, Rosam fruticibus ac surculis disponi per sulculos pedales conuenit.

Sulco, cas, Sulcos facio, proscindo. {αὐλακίζω. Ital. *Far solchi, solcare.* Ga. *Cauper on arer par rayons.* Hisp. *Asulcar o hazer sulcos.*} Colum. lib. 11. cap. 2, In subacta iam terra latiores porcæ sulcantur. Plin. li. 9. cap. 6, Satiánsque se per complures dies, alueũ in vado sulcauerat, accumulata fluctibus intantum vt circumagi nullo modo posset. Ouid. 1. de Pont. Nos fragili ligno vastum sulcauimus æquor. Virg. 10. Aene. Sulcat maria alta carina.

Sulcatus, a, um, participium. Lucan. libro 1, –& quondam duro sulcata Camilli vomere.

Sulcator, oris, verbale. {αὐλακιστής, ἀροτήρ. Ital. *Lauoratore della terra à solchi.* Gal. *Laboureur, qui fait rayons.* Hisp. *Asulcador, que haze sulcos.*} Silius lib. 7. Sulcator nauita ponti. Stat. 11. Theb. Nigri sulcator Auerni.

Sulcatim, aduerb. Per sulcos. {κατ' αὐλακας. Ital. *A solchi.* Gal. *Par rayons.* Hisp. *Por sulcos, ò con sulcos.*} Pomponius, Gereus præterea sulcatim concisam faciem.

SYLLAE, Ab antiquis dicti sunt, qui postea Syllæ, propterea quòd prisci illi peregrinam literam nullam recipiebant: vnde & Fruges vocabant, quos nos Phryges dicimus. ¶ Hinc etiã Sullanum diem apud Ciceronem legimus, pro Syllano, ad Atti. lib. 10, Non fuisset & illa nox tam acerba Asticano sapientissimo viro, non tam dirus dies ille Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil verunq; eorum fefellisset. Quo in loco Syllanum diem eum intelligit, quo L. Sylla Marianarum partium victor, vrbem ingressus, omnia cædibus & proscriptionibus vastauit.

Sullaturire, desideratiuũ, à Sylla formatũ, idem valens quod proscripturire, vel Syllæ proscriptionẽ imitari. Cic. ad Atti. lib. 9. Sed medius fidius turpe nobis puto esse, de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noster biennio antè cogitauit, ira sullaturit animus eius, & proscripturit iam diu.

SVLMO, σουλμών, Oppidum Peligonorum, in quarta regione Italiæ, nonagesimo ab vrbe distans lapide, Ouidij poëtæ patria, vt ipse testatur 4. Trist. sic scribens, Sulmo mihi patria est, gelidis vberrimus vndis, Millia qui nouies distat ab Vrbe decẽ. Dictus Sulmo, à Solymo Aeneæ comite, conditore eius vrbis: vt testatur idem Ouid. 4. Fastor. Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida, A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Sulphur, siue Sulfur. A Plinio lib. 35. cap. 15, terræ generibus assignatur, ab aliis quibusdã inter metallica corpora enumeratur. {θεῖον. Ital. *Solfo.* Gal. *Soulfre.* Hisp. *Piedra çufre.*} Effoditur enim cuniculis in Aeoliis præcipuè insulis, inter Italiã & Siciliam sitis, nobilius tamen in Melo. Inuenitur & in Italia Neapolitano Cãpanóq; agro, in collibus, qui vocantur Leucogæi. Dioscorides duo eius enumerat genera. Natiuũ, siue fossile, quod quoniam ignẽ non est expertũ, ἄκρατον appellat. Virgilius vinum cognominat. Alterum factitium, quod quoniã olei incoctu ad ignẽ perficitur, σπυρίδιον nominãt. Plinius loco iam citato quatuor eius enumerat genera. factitium nimirũ in tres secans differentias, quas hîc breuitatis causa omittimus, ab eo si videatur, petendas. Ouid. 1. de Arte. Quid referam Baias, prætextáq; littora velis, Et quæ de calido sulphure fumat aquam? Virgil. 3. Georg. Et spumas miscent argenti, ac sulphura viua. Idem 2. Aeneidos, –& late circum loca sulphure fumant.

Sulphureus, ea, um. Quod ex sulphure est, siue sulphuris naturam refert. {θειώδης. Ital. *Di solfo.* Gal. *De soulfre, plein de soulfre, sulfureux.* Hispa. *Cosa de materia de piedra çufre.*} Plin. lib. 36. cap. 19, Quum vritur, odorem sulphureum reddit. Virgil. 7. Aene. –audiit amnis Sulphurea Nar albus aqua. Ouid. 15 Metam. Nec quæ sulphureis ardet fornacibus Aetna.

Sulphuraria, riæ. Locus vbi sulphur coquitur, aut effoditur. Θεῖα. Ital. *Luogo done si fa il solfo.* Gal. *Soulfriere, lieu ou il y a du soulfre.* Hisp. *El minero de la piedra çufre.*

Sulphuratus, a, um, Quod sulphur habet admistum. {Θειωτός. Ital. *Insolforato.* Gal. *Ensoulfré.* Hispa. *Cosa mezclada con piedra çufre.*} Plin. lib. 31. cap. 3, Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant. Vnde sulphurata dicuntur ligna exilia, sulphure ex vtraque parte intincta, ad accendendas lucernas. {τὰ ξυλάρια, θεῖα ἐμβεβαμμένα. Ital. *Solferini.* Gal. *Petits eſclats de bois ensoulfrez, alumettes.* Hisp. *Pequeña leña cubierta de çufre.*} Mart. lib. 1, Quis pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.

Sulphuratio, verbale, {ἡ θείωσις. Ital. *Solforamẽto.* Gal. *Ensoulfremẽt.* Hisp. *Obra de sahumar con çufre.*} Seneca lib. 3. Natur. quæst. Aut æstus corrumpere naturam, aut sulphuratio contraxit humorem.

Sultis, Veteres dixerunt, pro si vultis. εἰ βούλεσθε. Plaut. in Asin. Hoc agite sultis, spectatores nunc iam.

Sum, es, est, Verbum substãtiuum à Grammaticis appellatum, siue quòd per sese subsistet, solúmque nullius alterius verbi egeat adminiculo. {εἰμί, ὑπάρχω. Ital. *Essere.* Gal. *Estre.* Hisp. *Estar, ser.*} quum cõtrà cætera omnia in hoc resoluantur, pleráq; etiam sine eius ope declinari non possint: siue quòd quum cætera omnia verba aut actionem importent, aut passionem, solum hoc sit verbum quod substantiã rei denotet. Variam autem in oratione obtinet constructionẽ. Aliquando enim similes coniungit casus. Cic. de Diuin. Quum solutus est animus, nihil planè ei est cum corpore. Idem Trebatio. Audio Treuiros capitales esse. ¶ Aliquando non inuenustè subauditur. Virgil. 1. Aeneid. Tũne ille Aeneas quem Dardanio Anchisæ Edidit alma Venus, &c. Idem lib. 3, Nam Polydorus ego. ¶ Nonnunquam pretium importat, idem fere significans quod valeo, siue æstimor, in qua significatione genitiuum exigit. Sallust. in Iugurt. Nunc vos æstimate facta, an dicta pluris sint. Terent. in Adelp. Argenti quanti est, sumito, id est quanto pretio valet. Cice. lib. 1. Offic. Vt commodius putarent numerari sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. Esse (inquit) id est æstimaretur. Idem 1. Offic. Emere denario quod sit mille denariorũ. Idem in Frumentaria, Quum in Sicilia sestertiorum duorum tritici modius esset. Eundé etiam casum exigit, quum dominium, seu possessionem importat: vt Pecus est Melibœi. ¶ Item quando munus significat, siue officium: ideóque in tertia duntaxat persona singularis numeri. Cic. lib. de Oratore, Clamare contrà quàm deceat, hominis est impudentis. Et paulo pòst, Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam videtur, alterum humanitatis. ¶ Quandoque iungitur dativo, & tũc significat habeo. Virgil. 1. Aen. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. Iungimus interdum & alterum dativum. Cicer. ad Attic. Postrema tua pagina magnæ mihi molestiæ fuit. Idem 1. Offic. Ampla domus dedecori domino sæpe fuit. Cuius generis orationes fere exponi solent per verbum Afficio, hoc modo, Postrema tua pagina affecit me magna molestia. Ampla domus sæpe affecit dominum dedecore. ¶ Cũ dativo, & ablativo. Plautus in Milit. Nihil me pœnitet iam quanto sumptu fuerim tibi. ¶ Est mihi minus cum illo, id est minus sum ei familiaris. Cic. pro Marcello, lib. 15. Si mihi tecum minus esset quàm est cum tuis omnibus, allegarẽ ad tẽ illos à quibus intelligis me præcipuè diligi. ¶ Ponitur & pro cõuenit, siue contingit: sed in tertia tantùm persona singularis numeri. Valerius Maximus lib. 1, Non est inter patrem & filium vllius rei comparationem fieri, præsertim diuinitatis fastigio iunctos. Virg. 6. Aen. Necoũ & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat. id est licebat. ¶ Apponitur quandoq; huic verbo ablativus, sine præpositione: vt Tuo beneficio liber sum: &, Tu es magna vi animi & corporis. ¶ Aliquando etiam cum præpositione: vt Hæc res in potestate mea. Vis est in armis. ¶ Est in bonis, pro in possessione bonorum, bona possidet. Cice. Actilio lib. 23, Nullam omnino arbitror de ea hæreditate controuersiam cum habiturum, & est hodie in bonis. ¶ Esse in aliquo numero atque honore. Cæsar 6. bel. Gal. In omni Gallia eorum hominum qui in aliquo sunt numero atq; honore, duo sunt genera. ¶ Interdum adiunctum habet accusatiuum mediante præpositione ad: & tunc Est, significat expositũ est, vel vergit. Cæsar 1. bel. Gall. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eã partem quæ est ad Hespetiam. ¶ Ponitur nonnunquam sine casu à parte posteriori. Lucretius, Quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ post facta sequentur. ¶ Item iungitur infinitiuo alterius verbi: vt Magnæ laudis est vacare sapientiæ: &, Animi fortitudo est, aduersa contemnere. ¶ Est, pro possibile est. Celsus, Non tam facilè iis opitulari est qui in cibo venenum, vel in potione sumpserunt. ¶ Budæus, Es, pro soles. Cic. Cornific. lib. 12, Quòd si, vt es, cessabis, lacessam. ¶ Huius verbi composita sunt, Absum, adsum, desum, exum, insum, intersum, obsum, possum præsum, prosum, subsum, & supersum: quorum significata explicantur suis locis. ¶ Esto, ἔστω, futuri temporis imperatiui. ¶ Interdum concedentis aduerbium est. Virg. 4. Aene. Esto, ægram nulli quondam flexêre mariti. Idem 7. Aen. Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis.

Sumanalia, Dicuntur liba farinacea in modum rotæ facta. Festus. Hæc Cælius lib. 9. cap. 16. sumenalia vocat, putátque à sumine esse dicta, eadémque esse cum iis quæ Græci ὄγκια apellant.

Sumen, nis, veneter suillus, infra vmbilicum, cum ipsis vberibus, summis olim Romæ in deliciis habitos, præcipuè si ex primipara excisus esset sue vno die post fœtum editum. {ὄγκος, ὄγκιον. Ital. *Viuanda di mamelle di scroffa poi ch'a partorito.* Gal. *Vn douillet & friand morceau, viande des tetines d'vne coche apres qu'elle a cochonne.* Hisp. *La vbre de la puerca salpresa.*} Antiqui abdomen appellarunt. Suminis autem vocabulum à Publio Mimorum Poëta initium sumpsit. Plin. lib. 8. cap. 51, Hinc Censoriarum legum paginæ, interdictáq; cœnis abdomina, glandia, testiculi, vuluæ, syncipitia verrina: vt iam Publij Mimorum poëtæ cœna, postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo imposito. Idem lib. 11. ca. 37, Proxima electitiæ vuluæ est, occisæ vno die post partum. Huius & sumen optimum, si modò fœtus non hauserit electitiæ deterrimum. Antiqui Abdomen vocabant, prius calleret, id scientes occidere non assueti. Hæc Plin. Martial. li. 13, Esse putes nondum sumen, sic vbere largo Effluit, & viuo lacte pupilla tumet. Plaut. in Capt. Quanta labes latido, quãta sumini absumedo? ¶ Dictum Sumen (vt quibusdam placet) quasi suis abdomen: aut, vt alij putant, à sugendo: quanquam non desunt, qui sumen dictum putent, quasi Rumen, à mammis, quas antiqui Rumas appellabant.

Summa, æ, Caput sententiæ alicuius, aut rerum de quibus verba fiunt, aut etiã quæ numerantur. {κεφάλαιον, τὸ εὐμμετρον. Ital. *Somma, conclusione.* Gal. *Somme, sommaire, abregé, fin de compte.* Hisp. *La summa que se coge delos numeros.*} Virg. lib. 4, Nauiget, hæc summa est. In summã proficere. Quintil. lib. 1, Maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatũ, in summam proficit. Id est in cumulum excrescere. & ad eam dicendi facultatem, quam adolescenti aut iuueni cõparare volumus, & ad eum finem quem destinauimus. Summa victoriæ. Cæsar 7. belli Gall. Nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent: quod penè in eo, si oppidum retinuissent, summam victoriæ constare intelligebant. Summa rerum. Terent. in Phorm. Ad re summa solum Phormio rerum redit. Cic. de Leg. lib. Leges autem à me edentur non perfectè, nam hoc esset infinitum: sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ. Idem pro Quintio, In hoc summa iudicij, causæque tota consistit. Idem ad Titium li. 13, Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaueris vt Auianus, quando se à me amari putat, me à te amari sciet: erit id mihi pergratum. Summa pecuniæ. Idem 1. Offic. Addendo, deducendóque videre, quæ reliqui summa fiat. Quintil. lib. 5. ca. 10. Creditor totius summæ. Cic. de Lege Agra. Quum summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua voluntate confecisset. ¶ Huius diminutiuum est Summula, id est parua summa.

Summatim, Per singulas summas, vel in summa, & breuiter, & omnibus quasi simul comprehensis. {κεφαλαιωδῶς, ὁμοῦ πως. Ital. *Breuemente, summariamente, in breuità.* Gal. *Sommairement, en brief.* Hisp. *Reduziendo en summa, en summa, breuemente.*} Apuleius, Omnia summatim retigerat. Plinius, Sed vt hæc de re summatim dicam. Huius significantiæ sunt, In somma, & Ad summam, quæ ita significant, ac si diceremus, Quod vt summatim comprehendam. Quintilianus, In summa non recedo: fas est mihi

inuit

Inuitis etiam parentibus, piè facere. Cic. 3. Offic. Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis humani societatem, congregationem, & conciliationem colere, tueri, conseruare debemus. Ad summum verò, siue Summum sine Ad, τὸ μέγιστον, idem est acsi diceremus, Vt summum vel maximum dicam. Cic. pro Milone. Vnus aut ad summum duo inuenti sunt, qui Milonis causam non probarent. Id est non plures quàm vnus, aut duo ex omnibus. ¶ Pro eo quod nos dicimus summatim, vel in summa, frequenter vti solet Quintilianus aduerbio Semel, Et vt semel omnia complectar, id est in summa. In eundē sensum etiam quandoque sumitur Breuiter. Quintilianus, Breuiter tamen longæ crudelitatis explicanda sæuitia est: ex omnibus quæ proculi leuissimum fuit, quòd occisus est. Plin. lib. 3. cap. 4. A reliqua verò Gallia cultu virorum, morum dignatione, amplitudine opum præferenda breuitérque Italia verius quàm prouincia.

Summarium, summarij. Idem quod breuiarium. {ἐπιτομή. Ital. *Summario, abbreuiatura.* Gal. *Sommaire, abregé, epitome.* Hispa. *La summa dela derramade.*} Seneca, Videne plus profectura sit ordinaria oratio, quàm quæ vulgo breuiarium dicitur: olim quum Latinè loquebamur, Summarium dicebatur.

SVMMANVS, pen. prod. Pluto, deus inferorum, ita dictus, quasi summus deorum Manium: vt in nuptiis Philologiæ docet Martianus, *Dis, ditibus.* Huic Romani noctuma fulmina assignabant, quemadmodum diurna Ioui, teste Plin. lib. 2. cap. 51.

Summatim, Summatus, Summe, vide SVMMVS.

Summitto, is, Suborno, clanculum & furtim immitto. {ὑποπέμπω, ὑποτίθημι, ὑπάγω, ὑποδύω. Ital. *Sommettere, sottomettere.* Gal. *Soubmettre, mettre dessoubs, abaisser, humilier.* Hisp. *someter.*} Sueton. in Cæs. Summisit nonnunquam lictoribus, atque militibus. Cic. 5. Ver. Summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent, vt transigerent. ¶ Item permittere crescere. συγχωρῶ. Suet. in August. Audita clade Tituriana, barbam, capillúmque summiserit. Nāque summittere barbam, & capillum dicimur, quando neque tondemus, neque radimus, permittentes ad enormitatem adolescere, quod specimen est maximi doloris. Id etiam promittere, & demittere dicitur. ¶ Aliquando subdere vel succesorem in alterius locum mittere. Cic. de Prouinc. Consul. Huic viro non summittetis? hunc diutius in prouincia manere patiemini? Loquitur de Pisone, Macedoniam consulari imperio obtinente, cui sententia sua successorē decernit. Lucilius, Summittas alios, si quos posse censeas. ¶ Aliquando sub iugum mittere. Virg. 1. Aeglog. Pascite vt antè boues pueri, summittite tauros.

Summissus, a, um, sine submissus. Interdum idem quod incuruatus, siue inclinatus. {ὑποκεκυφώς. Ital. *Sommesso.* Gal. *Mis dessoubs, abaissé, mis bas.* Hispa. *Sometido.*} Virgil. 3. Aene. Summissi petimus terram. Plin. lib. 11. cap. 49. Solidipedes inter initia pasci nisi summissis genibus non possunt. ¶ Interdum idem quod humilis, abiectus. ταπεινός. Cic. 1. Offi. Neq; summissum nimis, neque se nimium efferentem. Summissa vox, id est pressa, cui opponitur Clara & elata. ὑφειμένη φωνή. Cic. de Orat. Oratio placida, summissa, lenis.

Summisè, siue Submisè, Demisè, abiectè, humiliter. {ὑποκώς. Ital. *Bassamente, humilmente.* Gal. *Bassement, humblement.* Hisp. *Baxa y sometidamente.*} Cic. pro Plancio, Si meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum qui mihi non nimis summisè supplicarat.

Summissim, Idem quod summisè, siue voce summissa. ὑπηρέμα. Sueton. in Augusto, Nam ad communionem sermonis tacentes etiam, & summissim fabulantes pronocabat.

Summœnium, nij, Locus sub mœnibus, in quo meretrices prostabant. χαμαιτυπεῖον.

Summœnianus, a, um. Martialis libro 12, Summœnianæ vbi pilantur vxores. Idem alibi, Conuiua quisquis Zoili potest esse, Summœnianas cœnet inter vxores. Quibus in locis summœnianas vxores appellat vilissimum meretricum genus, quæ ferè in forniciibus sub mœnibus cellas habebant.

Summoneo, vide SVMMONEO.

Summouco, vide SVMMOVEO.

Summus, a, um, Quod est omnium altissimum. {ὑψηλότατος, μεγαλοφυέστατος, ἄκρος. Ital. *Altissimo, sommo, grandissimo.* Gal. *Le plus haulte, le plus grand, le plus profond, treshault, tresgrand.* Hisp. *Muy alto, muy grande ò muy mayor.*} Virgil. 4. Aene. Summóque vlulatus vertice Nymphæ. ¶ Aliquando extremum. ἔσχατος. Cic. in Hortens. Vixit ad summam senectutem valetudine optima. Virgil. 2. Aene. Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ. ¶ Aliquando maximum, quo nihil sit maius. μέγιστος. Sic Iupiter summus dicitur: & à Virgilio, Summe deūm, pro maxime deorum. ¶ Aliquando laudabile, gloriosum. Virg. 9. Aene. Mène igitur socium summis adiungere rebus Nisc fugis? ¶ Summum, & ad summum, hoc est pro eo quod dicimus, Vt summum, vel maximum dicam. Cic. 5. Verr. Duo millia numūm, aut summum tria dedisset. ¶ Nonnunquam etiam pro optimè. Cic. ad Tironem lib. 16, Fac planè vt valeas, nos ad summum, scilicet valemus. id est ita vt vix melius possimus.

Summè, aduerbium, Significat maximè, excellentérque. {μάλιστα, ἐξαίρετος, ὑπερβολή, ὑπερφυῶς. Ital. *Grandissimamente.* Gal. *Souueraisement, tant qu'il est possible, extremement.* Hispa. *Muy grandamente.*} Plin. Epist. 243. Habui enim illum Quæstorem in Consulatu, mei summè obseruātissimum. Cic. ad Sulpitium lib. 3. Tale enim tuum iudicium de homine eo quem ego vnicè diligo, non potest mihi non summè esse iucundum.

Summoperè, aduerbium, Id est maximè, vehementissimè. {μάλιστα, ἐξαίρετος. Ital. *Sommamente.* Gal. *Tant qu'il est possible, sur toutes choses.* Hisp. *Muy grandemente.*} Cic. lib. 2. de Inuentione, Vitia verò hæc sunt certissima exordiorum quæ summoperè vitare oportebit.

Summitas, atis, Idem quod vertex, siue fastigium. {ἄκρα. Ital. *Summità, altezza.* Gal. *Summité, time, sommet, coupeau.* Hisp. *Altura, cima de cosa alta.*} Summates, Principes in ciuitate, qui & Optimates, & Primates appellantur. {μεγιστᾶνες, ἄρχοντες. Ital. *Primari della città, gouernatori.* Gal. *Les principaux, les grands seigneurs, les premiers en dignité, les plus grands personnages, les souuerains.* Hisp. *Los principes de la ciudad, principales del pueblo.*} Plaut. in Pseud. Nunc tibi hæc ego loquor deliciæ summatum virūm. Idem in Cistel. vbi istas videas summo genere natas Summates matronas.

Summatus, us, ui, Imperium, & rerum summa. {ἀρχή, ἀρχεῖον. Ital. *Podestà, imperio, segnoria, souerchia.* Gal. *Souueraineté, la premiere & plus haute dignité.* Hisp. *Señorio subentuo, imperio muy mayor.*} Lucret. lib. 5. Imperium sibi quum, ac summatum quisque petebat.

Summatim, aduerbium. Significat per summa. {ἐπιπόλαιον. Ital. *Sommamente, alla sommità.* Gal. *A la cime, par les sommitez.* Hisp. *Por las cimas.*} Colu. lib. 3, Sinautem eousque exaruit (scilicet vineæ truncus) vt curuari non possit, primo anno summatim, ita ne radices cruas, aut ixdas ablaqueato.

Summuto, tas, pen. prod. Aliud pro alio muto. {ἀντιμετάθεσις. Ital. *Mutare.* Gal. *Changer l'vn pour l'autre.* Hisp. *Mudar vna cosa con otra.*} Cic. in Orat. Hanc hypallagen rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quòd nomina transferantur.

Sumo, is, psi, ptum, Capio, assumo, accipio. {λαμβάνω, ἀναιρῶ, ἀναλίσκω. Ital. *Pigliare, attribuirsi.* Gal. *Prendre.* Hisp. *Tomar à su cargo.*} Cic. de Clar. Orat. Tu qui à Nævio sumpsisti multa, si fateris: vel si negas, surripuisti. Sallust. in Iugurtha, Epistolam super caput temerè positam sumit. ¶ Nonnunquam arrogo mihi, siue attribuo, aut plus iusto mihi vendico. ἀναίτιον ἰσχυρίζομαι. Cicero pro Plancio, Quanquam non tantum mihi sumo, Iudices, neque arrogo. Idem Attico, Tantum mihi non sumo, vt meum consilium valere debuerit. ¶ Item eligo. Cice. in Diuinat. Sumat aliquem ex populo monitorē officij sui. ¶ Item conduco. Cicero, Quoad enim perueniam quò sumpta nauis est, non domini est nauis, sed nauigantium. ¶ Item consumo. Terent. in Adelph. I ergo intrò, & cui rei opus est, hilarem hanc sumamus diem. ¶ Item impendo. Terent. in Phorm. Opportunè adeò nunc argentum attuli, Fructum, quem Lemni vxotis reddunt prædia, id sumam, id est impendam, vt Donatus exponit. Vnde sumptus, de quo infrà. ¶ Sumere obsequium animo, est animo obsequi. Plaut. in Bacch. -ego dare me ludum meo gnato Institui, vt obsequium animo sumere posit. ¶ Sumere operam, frustra laborare. Plaut. in Mostel. Quid ego huc recursem? aut operam sumam, aut conteram? ¶ Sumere supplicium, punire. Plautus Mere. Supplicij sumat quid volt ipse ob hanc iniuriam. Cice. 7. Verr. Quamobrem supplicium non sumpsisti? Et paulo pōst, Dixit se, quòd sciret sibi crimini datum iri, pecuniam accepisse, neque de vero archipirata sumpsisse supplicium, ideo securi non percussisse. ¶ Huius composita sunt, Absumo, assumo, consumo, desumo, insumo, præsumo, resumo, transsumo, quæ habent penultimam productam. Significata eorum explicantur suis locis.

Sumptus, a, um, participium passiuum, Idem significans quod acceptus, vel electus. {αἱρετός, λαβητός. Ital. *Pigliato, tolto.* Gal. *Prins.* Hisp. *Tomado.*} vt Sumpta virili toga. Cic. de Amic. Idem pro Rabir. Vide hos quasi sumptos dies ad labefactandum illius dignitatem.

Sumptus, ptus, Impensa. {δαπάνη, ἀλάλωμα. Ital. *Spesa, costo.* Gal. *Mise, despense, cousts, constange, frais.* Hisp. *La costa ogasto ordinario.*} Plin. Qui eam domum magno sumptu ædificauerat. Terent. in Phorm. Opus est sumptu ad nuptias. Cicc. in Parad. Non modò ad fructum ille est sumptus, sed etiam ad fœnus, exiguus. Idem 6. Verr. Mamertini magnum sumptum in Timarchidis prandium fecerunt.

Sumptuarius, a, um, Quod ad sumptum pertinet. {δαπανηρός. Ital. *Pertinente alla spesa.* Gal. *Apartenant à la despense.* Hisp. *cosa para aquella costa.*} vt Lex sumptuaria, quæ de moderandis sumptibus lata est, quam Cato Cibariam appellat. Cicero Pæto, Ad fungos me tuos conferam domum, si habebo in denos dies singulos, sumptuariæ legis dies conferam. Tertullianus in Apologetico, Leges (inquit) sumptum comprimentes, centum æra non amplius in cœnam subscribi iubebant, non amplius quàm vnam inferre gallinam, & eam non saginatam. Hinc centenarias appellauere antiqui cœnas, ab impensa centum sestertiorum, sumptuaria lege præscripta.

Sumptuosus, a, um. Qui immoderatum sumptum facit. {φιλοκαλοκαγαθός, δαπανηρός. Ital. *Suntuoso.* Gal. *Somptueux, superflu & excessif en despense.* Hispa. *Costosa asas.*} Cic. id Parad. Venio enim iam ad sumptuosos, relinquo istū quæstuosum. Terent. in Adelph. Domus sumptuosa, adolescens loxu perditus. Idem in Heaut. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. ¶ Sumptuosa cœna, in quam magnus factus est sumptus. πολυτελής. Cic. Pæto, Expecta igitur hospitem tum minimè edacem, tum inimicum cœnis sumptuosis.

Sumptuosè. {δαπανηρῶς. Ital. *Eccessiuamente, suntuosamente.* Gal. *Somptueusement, auec grand' despense, excessiuement.* Hispa. *Con grande costo, costosamente.*} Plin. Epist. 189, Quòd paulo sumptuosius equos & canes emeret. Cat. Epig. 44. Vos conuiuia lauta sumptuosè Dedie facitis.

Sumptifacio, cis, Facio sumptum. {κυνηγαλίσκω, δαπανῶ. Ital. *Far spesa, consumare.* Gal. *Faire grand' despense, consumer.* Hispan. *Hazer gasto y costa.*} Plautus.

Si nunc me suspendam, meam operam luserim,
Vt præter operam restim sumptisecerim.

Sumptito, as, are, secundum frequentatiuum à sumo. {πολλὰς λαμβάνω. Ital. *Prender souente.* Gal. *Prendre souuent.* Hisp. *Tomar à menudo.*} Plin. li. 25. cap. 5, Candidum autem vomitione causas morborum extrahit, quondam terribile, plerique studiorum gratia, ad prouidenda acrius quæ commentabantur, sæpius sumptitauerint.

Sumptio, onis, verbale, Idē quod assumptio. {λῆμμα. Ital. *Presa.* Gal. *Prinse.* Hispan. *Tomamento.*} Cice. libr. 2. de Diuin. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ Lemmata appellant Dialectici, sed nos Latinè loqui malumus.

SVNIVM, σούνιον. Vulgò *Cabo de columbas*, Extremum Atticæ promontorium, Ortum spectans, vicum habens eiusdem nominis, quem Leontidi tribui assignat Stephanus. Vide Ptolæmeum decima Europæ Tab. & Strabonem sub initium lib. 9.

Suo, is, sui, tum, Sarcio, concinno, compingo. {ῥάπτω. Ital. *cucire.* Gal. *Coudre, conjoindre.* Hisp. *Coser.*} Cic. 2. de Nat. deor. Cultus dico agrorum, extructionésque tectorum, tegumenta corporum, vel texta, vel suta, omnémque fabricam æris & ferri. Vnde sutores, qui calceos suunt. Quidam à sue verbum hoc deduci existimant, eo quòd huius animalis setis in suendo sutores vtantur. Sumitur tamen generalius pro

eo quod est rem quamuis coniungere, connectere, siue colligere. Gellius, Sed hi pleraſque naues loris ſuebant.

Sutores, Qui calceos ſuunt. {ϲκυτεῖς. Ital. *Calzolai.* Gal. *Cordonniers.* Hiſpan. *ſapateros, officiales de ſapatos.*} Propriè enim artifex calceorum ſutor appellatur, quum ille, qui ſuit pannos, potius ſarcinator dicatur. Plin. lib. 35. cap. 10. de Apelle. Perúntque à ſutore reprehenſum, quòd in crepidis vna intus pauciores feciſſet anſas: eodem poſtero die ſuperbo emendatione priſtinæ admonitionis cauillante circa crus, indignatum proſpexiſſe denuntiantem, ne ſupra crepidam ſutor iudicaret: quod & ipſum in prouerbium venit.

Sutorius, a, um, adiectiuum, Quod ad ſutorem pertinet {ϲκυτικός. Ital. *Di calzolaio.* Gal. *De cordonnier.* Hiſpa. *coſa de ſapatero.*} ¶ Sutorium atramentum, corpus metallicum, quo aqua diſſoluto corium denigratur. {ϲκυτικόν. Ital. *Legramento.* Gal. *Vitriol, ou couperoſe.* Hiſpa. *Tinta de ſapatero.*} Duo eius ſunt genera. Foſſitium, quod aliquando eſt cæruleum, aliquando pallidum, aliàs candidum & pellucidum in morem vitri: vnde & *Vitriolum* vulgò appellatur. Factitium verò ex aqua pluuiali fit per metalla defluente in lacunam, quæ inde ab iis qui in metalla ſunt damnati, in vaſa ampla fictilia perfertur, in quibus æſtiuis diebus concrescit. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 34. cap. 12. & Dioſcoridem lib. 5.

Sutura, tæ. pen. prod. Commiſſura partium conſutarum. {ϲκυτή, ϲκυτίη Ital. *Cucitura.* Gal. *Couſture.* Hiſp. *Coſedura, coſtura.*} Cornel. Celſus lib. 8, Sutura oras iungit, quæ ne ipſæ quidem contingere ea toto debent. ¶ In crania oras iungit, quæ ne ipſæ quidem contingere ea toto debent. ¶ In cranio quoque ſuturæ dicuntur, commiſſuræ illæ quibus oſſa coniunguntur. Celſus lib. 7. Rarò caluaria ſolida ſine ſuturis eſt, & id caput firmiſſimum, atque à dolore tutiſſimum eſt: ex exteris quo pauciores ſunt ſuturæ, eo capitis valetudo commodior eſt.

Sutilis, & hoc ſutile. pen. cor. Quod conſutum eſt. {ϲκυτίς. Ital. *Cucito, cuſito.* Gal. *Couſu.* Hiſp. *Coſido.*} vt, Corona ſutilis, quæ opponitur pactili. Plin. lib. 21. cap. 3, Summáque authoritas pactili coronæ: ſutiles Saliorum ſacris inuenimus, & ſolennibus cœnis. Balteus ſutilis. Virg. lib. 12, Aeneæ. —teritur quà ſutilis aluo Balteus. Cymba ſutilis, qua Charon inferorum portitor animas per Stygiam paludem traiicit. Idem lib. 5. Aeneæ. —gemuit ſub pondere cymba Sutilis.

Sutrina, ſutrinæ, pen. prod. Officina ſutoris. {ϲκυτεῖον. Ital. *Calzolaria.* Gal. *La boutique d'vn cordonnier.* Hiſp. *Tienda de ſapatero.*} Plin. lib. 10. cap. 43, Tiberio principe ex fœtu ſupra Caſtrorũ ædẽ genitus pullus, in oppoſitam ſutrinã deuolauit, etiã religione commendatus officinæ domino.

Supellex, ectilis, fœminini gen. vel hæc Supellectilis, & apud antiquos hoc ſupellectile: vnde putatur manſiſſe plurale neutri generis Supellectilia, Ablatiuum ſingulariter facit ſupellectile, vel ſupellectili. Eſt autem ſupellex, domeſticum inſtrumentũ, quod neque argento, auróve factũ, quos titulus eſt, de ſupellectile lega. {ϰτηματικὴ, ϰτηνεία, ἐπιπλαία. Ital. *Roba di caſa, mobile di caſa, maſſaritie di caſa.* Gal. *Les meubles d'vn homme, le meſnage.* Hiſpa. *El alhaja de caſa.*} Cuius nomine, vt inquit Paulus, continentur menſæ, trapezophora, delphicæ, ſubſellia, ſcamna, lecti inargentati, culcitræ, toralia, mappæ villoſæ, vaſa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullę, vaſa ænea vulgaria, id eſt quæ non proprio ſunt loco attributa: præterea capſæ, armaria, vitrea, eſcaria & potoria. Hæc Sipontinus ex 53. Digeſt. de Supellectile legata l. j. & l. ſupellectile. Plin. lib. 15. ca. 9. Totã ſupellectilem ligneam. Horat. 1. Serm. ſaty. 6, Cœna miniſtratur pueris tribus: & lapis albus Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: aſtat echinus Vilis, cum patera guttus, Campana ſupellex. Cicer. 4. Verr. Supellex ex ære elegantior Deliaca, & Corinthia. Ibidem. Tu P. Cacurij promptiſſimi hominis & experiẽtis, & in primis gratioſi, ſupellectilem omnem auferre non dubitaſti. Virgil. 1. Georg. —viliſque ſupellex, Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi.

Super, {ὑπέρ. Ital. *Sopra, di ſopra.* Gal. *Sur ou ſus, deſſus.* Hiſpan. *Sobre, encima.*} Præpoſitio eſt modò accuſatiuo, modo ablatiuo caſui ſeruiens, deducta à Græca præpoſitione eiuſdem ſignificationis, aſpiratione in s, & o in u, commutata. Eius antitheſis eſt Subter. Quidam hoc diſcriminis eſſe voluerunt inter ſuper & ſupra, quòd illud contiguitatẽ, hoc ſpatium quoddam interiectum importaret. Quæ tamẽ differentia perpetua non eſt, vt ſatis conſtat vno Liuij teſtimonio lib. 44. ab Vrbe, vbi ſic habet, Vbi citra muros, ſupra. ſubtérque terram per dies viginti quinque pugnatum eſt. ¶ Accipitur aliquando Super pro De, cum genitiuo. Virg. 1. Aene. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. —ſuper Aliquando idem valet quod Pro: vt apud eundem 4. Aene. Nec plura querelis, Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem. ¶ Iuncta verò accuſatiuo, ſignificat ipſe ſua molitur laude laborem. ¶ Iuncta verò accuſatiuo, ſignificat Vltra. Virgil. 6. Aene. —ſuper Garamantas & Indos Proferet imperium. Apuleius, Iam enim ſuper oppidum profectus, nos citra reliquerat. In qua ſignificatione aliquando etiam ablatiuo iuncta inuenitur. Virg. 9. Aene. Nocte ſuper media. Id eſt vltra mediam noctem. ¶ Ponitur aliquando aduerbialiter ſine caſu. Plautus, Hinc atque hinc ſuper instat vt apud eundem 4. Aene. His accenſa ſuper, iactatos æquore toto, &c. Nonnunquam pro deſuper. Virgil. 9. Aen. Et ſuper è vallo proſpectant Troes. ¶ Super ſomnum, id eſt ſeruus à cubili, interprete Budæo. Curtius, Sed per diſpoſitos, quos ſuper ſomnum habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu murmurantium inter ſe excitaretur. ¶ Quandoque pro inſuper, & amplius. Virg. 2. Aene. Cui neque apud Danaos vſquam locus, & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. ¶ Componitur cum dictione incipiente ab a, vt ſuperaddere, vt ſupercilium, vt ſuperducere, vt ſuperemineo: f, vt ſuperfluo: i, vt ſuperincido: m, vt ſupermeo: p, vt ſuperpono: ſ, vt ſuperſedeo: u, vt ſupernacuus. Componitur & cum præpoſitionibus de & in, ex quibus fiunt deſuper, & inſuper: de quibus egimus ſuprà ſuis locis.

Superabundo, as, Redundo, ſuperfluo. {ὑπερεκχέω. Ital. *Eſſer tanto pieno che ſi ſparga, eſſer troppo.* Gal. *Eſtre trop, abonder.* Hiſpa. *Reboſſar la lleno.*} Vlpianus Digeſt. de Regulis iuris, Non ſolent quæ ſuperabundant, vitiare ſcripturas.

Superaddo, ſuperaddis, ſuperaddidi, ſuperaddere. {ὑπερεπιτίθημι, ὑπερπροσβάλλω, ὑπερπροσβάλλομαι. Ital. *Sopragiungere.* Gal. *Mettre d'auãtage, ajouſter d'auantage.* Hiſp. *Añadir en cima.*} Vltra addo. Virgil. Aeglo. Lenta quibus ſterno facili ſuperaddita vitis. Propert. li. 2. eleg. 14. Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto.

Superagnata tunica, Omnium oculis tunicarum extima, corneæ extrinſecus adhærens: vnde & nomen accepit. {ὑπερφυὴς χιτών.}

Superalligare, Superné alligare. {ὑπεράπτω. Ital. *Ligare ſopra.* Gal. *Lier par deſſus.* Hiſp. *Atar encima.*} Plin. li. 30. ca. 6, Caninus lien ſi viuenti experimatur. & in cibo ſumatur, liberat eo vitio. Quidã recentẽ ſuperalligant.

Superbibo, Poſt cibum, potúmve aſſumptum, alium potum ſuperingero. {ὑπεμπίνω. Ital. *Bener ſuor di modo.* Gal. *Surboire, boire apres vn de ſurcroiſt.* Hiſp. *Beuer demaſiadamente.*} Plin. lib. 23. cap. 1, Aquæ potum interponere vtiliſſimum, itémque iugi ſuperbibere ebrietati: quam quidem frigidæ potus extemplò diſcutit.

Superbio, his, Faſtu quodam extollor: à præpoſitione ſuper, & verbo eo, vt volunt, compoſitum, b litera euphoniæ cauſa interſerta. {ὑπερηφανέομαι, ἀλαζονεύομαι. Ital. *Inſuperbiſci.* Gal. *S'enorgueillir, deuenir fier.* Hiſp. *Eſtoy, ò alçarſe, ò ſoberuio. Hazerſe glorioſo.*} Plin. lib. 10. cap. 62, Equæ comantes ſeſe ſuperbiunt. Ouid. de Medic. fac. Laudatas homini volueris Iunonia pẽnas Explicat, & forma muta ſuperbit auis. Idẽ 11. Metamor. —nam coniunge Peleus Clarus erat diuæ: nec aui magis ille ſuperbit Nomine, quàm ſoceri: ſiquidem Iouis eſſe neporem Contigit haud vni: coniux dea contigit vni. ¶ Accipitur aliquando ſuperbire, pro excellere. ὑπερέχω. Plin. li. 17. Hinc geminæ certè apud Menandrum & Philomenem fabulæ ſuperbiunt. Claud. lib. 4. de Raptu, —Phlegræis ſylua ſuperbit Exuuiis, totúmque nemus victoria veſtit, hoc eſt nobilitatur, celebratur, illuſtratur.

Superbus, a. um. Elatus, arrogans. {ὑπερήφανος, ἀλαζών, ὑπερόπτης. Ital. *Superbo, altiero.* Gal. *Orgueilleux, fier & audacieux.* Hiſpa. *Soberuio y altiuo.*} Virg. 3. Aene. Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenémque ſuperbum Seruitio enixæ culimus. Idẽ 10. Aen. —te Turne ſuperbum Cæde noua quærens. Catul. Epigr. 27, Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens Perambulabit omnium cubilia. Horat. Epod. 4, Licet ſuperbus ambules pecunia, Fortuna nõ mutat genus. Ouid. 2. Meta. Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altum Mænalon ingrediens, & cæde ſuperba ferarum. ¶ Aliquando nobilis, magnificus, excellens. μέγας. Idem 1. Aen. Hinc populo latè Regem, belióque ſuperbum Venturum excido Libyæ. ¶ Aliquando altus, ſublimis. ὑψηλός. Virg. 7. Aen. Tela nouant Atina potens, Tyburq; ſuperbum. ¶ Aliquãdo ornatus. Idem 3. Aen. Barbarico poſtes auro, ſpolijſque ſuperbi. ¶ Aliquando opulentus: vt apud Virg. 9. Aene. —ſimul eſſe ſuperbum Rhamnetem aggreditur. ¶ Aliquando iniquus: vt apud Virg. 8. Aen. Quos illi bello profugos egere ſuperbo. ¶ Antiqui etiam ſuperbos (propter pompam funeris) mortuos dixere. Plaut. in Amph. Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi tu hinc abis. Id eſt occidam.

Superbia, æ. Elatio mentis, arrogantia, inſolentia. {ὑπερηφανία, ἀλαζονεία, ὑβριστία. Ital. *Superbia, alterezza.* Gal. *Orgueil, fierté.* Hiſp. *Soberuia ò altiuez.*} Cic. 6. Verr. Illã tua ſingularis inſolentia, ſuperbia, contumacia. Horat. 3. Carm. Ode 10, Ingratam Veneri pone ſuperbiam: Ne currente retrò funis eat rota. Quintilianus lib. 3. cap. 6, An diuitiæ pariant ſuperbiam. Cicero contra Rullum, Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ, & in ſedibus luxuriæ collocati. Idem 1. de Orat. Quod ego non ſuperbia, neque inhumanitate faciebam: ſed mehercule iſtius diſputationis inſolentia & earum rerum inſcitia.

Superbè, aduerbium, Elatè, faſtuoſè. {ὑπερηφάνως. Ital. *Superbamente, orgoglioſamente.* Gal. *Fierement, orgueilleuſement.* Hiſpa. *Soberuiamente.*} Terent. in Phorm. Satin' ſuperbè illuditis me? Liuius 4. ab Vrbe, Superbè à Samnitibus qui Capuam habebant, Cumáſque legati prohibiti commercio ſunt. Cicer. pro lege Manilia, Legati quòd erant appellati ſuperbius, Corinthum patres veſtri, totius Græciæ lumen, extinctum eſſe voluerunt.

Superbificus, pen. corr. adiectiuum. {ὑπερηφανίας ποιητικός. Ital. *Coſa que fa l'huomo orgoglioſo* Gal. *Qui fait l'homme fier & orgueilleux.* Hiſp. *Que haze ſoberuio ò altiuo.*} Seneca Here furente, Et ſuperbifica manu Atrum per vrbes ducit Argolicas canem.

Superbiloquentia, tiæ, Elatus atque arrogans ſermo. {ὑπερηφανολογία, γαυριαλόλεξις. Ital. *Il parlare orgoglioſo ò ſoperbo.* Gal. *Fiere parolle & orgueilleuſe, parler hautain & audacieux.* Hiſp. *Habla ſoberuia.*} Cic. 4. Tuſcul. Quam vim mali ſignificantes Poëtæ, impendêre apud inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera, animique impotentiam, & ſuperbiloquentiam.

Superbiter, antiquis in vſu fuit, pro eo quod hodie vſitatius dicimus Superbè. ὑπερηφάνως, γαυριαλόλως. Afranius apud Nonium, Ille ſuperbiter imperat. Næuius lib. 6. belli Punici, vt citatur ab eodem Nonio, ſuperbiter, contemptim conterit legiones.

Supercalco, as, are. Idem quod cõculco. {ὑπεμπατέω, ὑπεμπατέω. Ital. *Calcar ſu.* Gal. *Fouler aux piés, peteler par deſſus.* Hiſpan. *Hollar encima de otra coſa.*} Colum. lib. 12. cap. 39, Vbi vnum tabulatum feceris, vinum vetus conſpergito, poſtea alterum ſupercalcato, & item vinum conſpergito: eodem modo tertium calcato, & infuſo vino ſuperponito, vt ſupernatet: & finito dies quinque, poſtea pedibus proculcato.

Supercernere, Eſt terram cribro purgatam iniicere. {ὑπερκοσκίνω. Ital. *Criuellare per di ſopra.* Gal. *Cribler par deſſus.* Hiſp. *Criuar en cima.*} Plin. lib. 17. cap. 10. Terrãque cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine.

Supercido, dis, pen. cor. Super rem aliquam cædo. {ὑπερκόπτω. Ital. *Cadere di ſopra.* Gal. *Cheoir deſſus.* Hiſp. *Caer ſobre algo.*} Colum. lib. 5. Ne ſi transuerſa fuerit cicatrix, exciſtem ſupercidentem aquam contineat.

Supercilium, lij, Pars extrema frontis, quæ ſuper oculos prominens, breuibus veſtitur pilis, ad oculi protectionem aduerſus ea quæ ſupernè incidere poſſent, velut vallum quoddam à natura conceſſa. {ὑπερκίλιον, ὀφρὺς τὸ ὑπὲρ μετώπου, τὸ πλησίον τοῦ ὀφθαλμοῦ, ὀφρύς. Ital. *Ciglio.* Gal. *Sourcil.* Hiſp. *La ceja.*} Plin. li. 11. ca. 37, Supercilia homini, & pariter, & alternè mobilia: in his pars animi. Cicer. pro Roſc. Com. Nónne ſupercilia illa penitus obraſa olere malitiam, & calamitate calliditatem videntur? Idem 1. Offic. Ex oculorum obtutu, ſupercilioru aut remiſſione aut cõtractione, ex mœſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex loquutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſummiſſione, & exteris ſimilibus facilè iudicabimus quid aptè eorum fiat, quid ab officio, naturáque diſcrepet. Quintil. lib. 1. cap. 11, Vidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarẽtur, aliorum conſtricta, aliorum etiam diffidentia. ¶ Sed quoniam his animum, his negamus, ideo ſupercilium quandoq; pro faſtu & ſuperbia ponitur. Iuuenal. Saty. 6, —ſi cũ magnis virtutibus affers Grande ſupercilium,

percilium.& numeras in dote triumphos.,Grande,inquit,supercilium, hoc est fastum, grauitatem, & seueritatem. Autor obscœni carminis, Conueniens Latio pone supercilium. id est grauitatem. ¶Supercilium censorium, apud Valerium Maximum, id est grauitas, seueritásq; Censore digna. Cicc. pro lege Agrar. Hunc Capuæ Campano supercilio ac regio strepitu quum videremus, Magios Blossios mihi videbar illos videre, ac Iubellios. ¶Supercilium salit. Quoties bona quædam spes titillat animum nostrũ, dicere licebit nobis salire supercilium. Vide Adagia Erasmi. Is verò cui supercilia multum extrorsum porriguntur & prominent, silo dicitur. ¶Accipitur etiam supercilium pro rei alicuius summitate, & loco eminentiori. Virgil. 1. Georg. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit. ¶Sic dicimus Supercilium montis, pro vertice. Liu. 7. belli Pun. Ipse expeditos, qui pridie stationes hostium pepulerant, ad leuem armaturam infimo stantem supercilio ducit.

Superlaudo, {ὑπερεπαινῶ. Ital. *Chiendere di sopra.* Gal. *Clorre dessus.* Hisp. *Cerrar encima.*} Liu. 7. bell. Maced. A continente arctæ semitæ aditum habet, à mari rupes exesæ fluctibus superclaudunt.

Supercontego, {ὑπερεπικαλύπτω. Ital. *Coprire di sopra.* Gal. *Couurir par dessus.* Hisp. *Cubrir por de sobre.*} Celsus lib. 4. cap. 1. Renes verò diuersi, qui lumbis summis coxis, inhærent, parte earum, resimi, ab altera retundi, qui & uncosi sunt, & ventriculos habent, & tunicis supercontegũtur: ac viscerum quidem hæ sedes sunt.

Supercorruo, {ὑπερπίπτω, ὑπερπίπτω. Ital. *Cader di sopra.* Gal. *Tomber dessus.* Hisp. *Caer sobre.*} Valer. Max. lib. 5. cap. 6. Factáque ingenti strage, telis obrutus supercorruit.

Supercresco, Innascor {ὑπεφύομαι. Ital. *Crescer di sopra.* Gal. *Surcroistre, croistre dessus ou oultre mesure.* Hisp. *Sobrecrescer.*} Vlcera supercrescentia, apud Celsum lib. 6. cap. 6.

Supercubo, bas, pe. cor. Superiaceo, superdormio. {ὑπεράκειμαι, ὑπερκοιμῶμαι. Ital. *Star sopra.* Gal. *Coucher sus ou dessus.* Hisp. *Estar ò yazer encima.*} Colu. lib. 8. Perforatis tabulis quibus ouilia consternuntur, vt grex supercubet.

Supercurro, is, supercurrere. {ὑπερτρέχω, ὑπερβαίνω. Ital. *Correre & andare auanti.* Gal. *Courir & aller deuant.* Hisp. *Correr y andar antes.*} Supercurrere ager dicitur vectigali, quum habet ampliorem prouentum. Plin. epist. 1. 38. Et ager ipse propter hoc quòd vectigali supercurrit, semper dominum, à quo inueniatur, inueniet.

Superdico, is. penul. prod. Subinngo dictis, dico aliquid præter id quod dictum est. {ἐπιλέγω. Ital. *Aggiungere al parlare.* Gal. *Dire oultre ou d'auantage, ajouster à ce qui est dit.* Hisp. *Ayuntar al hablar.*} Cic. 2. de Legib. Admonet Iurisconsultus hic quidem ipse Mutius Pontifex, idem vt minus capiat quàm omnibus hæredibus relinquatur: superdicebant quicquid cœpisset astringi, rursus sacris liberantur.

Superdo, as, Superimpono. {ἐπιτίθημι. Ital. *Mettere di sopra.* Gal. *Mettre par dessus.* Hisp. *Meter encima.*} Celsus lib. 7. ca. 7, Superdandum emplastrum quo id glutinetur.

Superduco, cis, Præter iam adducta alia adduco. {ἐπάγω, ἐπαναφέρω. Ital. *Supraporre.* Gal. *Amener d'auantage.* Hispan. *sobreponer.*} Plaut. in Truc. Iam quinetiam superducas, quæ mihi commendant cibum.

Superedo, is, pen. cor. Post cibum assumptum alium superingero. {ἐπεσθίω, ἐπεσθίω. Ital. *Mangiare sopra mangiare.* Gal. *Manger apres, manger dauantage.* Hispa. *Comer, sobrecomer.*} Plin. lib. 13. cap. 6, Menander à Græcis autor est alium edentibus, betæ radicem in pruna tostam si superederint, odorem extingui.

Supereminco, mines, pen. cor. Supra alios emineo. {ὑπερέχω. Ital. *sopraestare, mostrarsi di sopra.* Gal. *Apparoistre par dessus.* Hisp. *Estar encima, sobrepujar.*} Colu. li. 12. ca. 47, Tum fasciculũ viridis fœniculi superpositũ mergæ, vt oliuæ premätur, & ius supereminear. Virg. 6. Aen. Vtq; viros supereminet omnes. Ouid 3. Meta. Collóq; tenus supereminet omnes.

Superogo, Iam antea erogatis addo. ἐπιδίδωμι.

Superexcurro, {ὑπερτείνω, ὑπερτείνω. Ital. *stenderſi di sopra.* Gal. *S'estendre oultre ou par dessus.* Hisp. *Estender encima.*} Digest.

Superexto, tas. Superemineo. præ cæteris exto. ὑπερέχω.

Superfero, pen. cor. Supra aliquid fero. {ἐπιφέρω, ὑπερφέρω. Ital. *Portare por di sopra.* Gal. *Porter par dessus.* Hisp. *Traer por de sobre.*} Plin. lib. 28. cap. 8. Sinistrum pedem superlatum parturienti, lechalem esse: dextro illato, facile eniti.

Superlatus, a, um, particip. vt, Superlata nomina, superlata verba, quæ augendi causa in oratione proferebantur. {ὑπερτικὸς, ὑπερθετικὸς. Ital. *Portato di sopra.* Gal. *Porté par dessus.* Hisp. *Traido por de sobre.*} Cicc in Part. Illustris autem oratio est, si & verba grauitate delecta ponuntur, ac translata & superlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata.

Superlatio, onis, Excessus, oratio fidē superãs. {ὑπερβολή. Ital. *Exceſſo, excellentia.* Gal. *Exces, oultrepasse.* Hisp. *Sobrepujamiento.*} Ad Heteon li. 4, Superlatio est oratio superans veritatem, alicuius augẽdi, minuendive causa.

Superficies, ciei, Superior pars cuiusque rei, & facies quæ exterius oculis cernitur. {ἐπιφάνεια, ἐπιφανεία. Ital. *Superficie.* Gal. *superfice, le dessus & comme cernitur.* Hisp. *La sobrehaz.*} Constat autem ex longitudine & latitudine sine profunditate. Plin. lib. 11. cap. 49, Quia longitudo superficiem corporum solam ampliat. ¶Superficies pro area ædificio nuda. Cic. ad Att. lib. 4. Nobis superficiem ædium c o t s. de consilij sententia æstimarunt H s vicies.

Superficiarius, rij, Qui in alieno solo superficiem habet, ita vt certam pensionem præstet. {ἐπιφανειακὸς. Ital. *Chi edifica ſu quel d'altro con licentia del patrone pagandogli certo vsale.* Gal. *Superficiaire, qui edifie sur le fond d'autruy payant certaine pension.* Hisp. *El señor de casa in sobrado encima.*} Autor Vlpianus. ¶Superficiarię ædes, inquit Caius Iurisc. de Superficiebus. l. Superficiarius, sunt quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius est, cuius est solum. ἐπιφάνεια ἐπιφ.

Superfit, pro supereſt. {περισσεύει. Ital. *Reſta doppo.* Gal. *Il est de reste.* Hisp. *Sobra es, superfluo.*} Colum. lib. 12. Tum separare quæ consumenda sunt: & quæ superferi possunt, custodire, ne sumptus annuus menstruus fiat.

Superfloresco, is, Post alium floresco. {ἐπανθέω. Ital. *Fiorire doppo.* Gal. *Florir apres.* Hisp. *Florescer despues.*} Plin lib. 19. cap. 5, Particulatim cucumis floret, sibipse superfloreſcens.

Superfluo, is, Abundo. {ὑπερπλεόνω, περισσεύω. Ital. *Abondare.* Gal. *Abonder, estre superflu.* Hisp. *Sobrar.*} Plin. lib. 31. cap. 37, Apolloniæ in Ponto fons iuxta mare, æstate tantum superfluit, & maximè Canis ortu: parcius si frigidior sit æstas. Cicc. de Clar. Orat. Is dedit operam, si modò id consequi potuit, vt nimis redundantes nos, & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia reprimeret: & quasi extra ripas diffluentes coerceret.

Superfluus, a, um, Idem quod redundans, abundans. {περισσὸς. Ital. *soumerchio, abundante.* Gal. *superflu, qui est de reste.* Hisp. *Cosa demasiada y superflua.*}

Superfluitas, atis. Abundantia. {περισσεία. Ital. *superfluita.* Gal. *superfluité, trop grand' abondance.* Hispan. *superfluidad y demasia.*} Plin. lib. 14, cap. 1, Aliæ improbo raptu, pampinosumque superfluitate atria media complentes.

Superfœto, as. Superiori fœtationi alteram addo. {ὑπεκτίκω, ὑπεκτίκομαι. Ital. *Quando la femina grauida ancora concepisse.* Gal. *Conceuoir apres estre grosse, preing ou grosse.* Hisp. *Empreñarse sobre preñez.*} quod accidere solet quibusdam animalibus, quæ post vnum fœtum ex coitu conceptum, rursus alium concipiunt à priore, vnóque aut altero die, vel etiam pluribus post primum emisſum, suo tempore enituntur: quæ emissio secunda, & veluti nouus quidam partus, superfœtatio dicta est. Plin. lib. 10. cap. 62. Dasypodes superfœtant, sicut lepores. Idem lib. 8. cap. 55, Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

Superforaneum, Pro superuacaneo Sidonius Apollinaris vsurpat. {περιττὸς. Ital. & Hisp. *Superfluo.* Gal. *superflu.*}

Superfulgeo, ges, De super affulgeo. {ὑπερλάμπω. Ital. *Riſplendere di sopra.* Gal. *Reluire par dessus.* Hispan. *Resplandecer encima.*} Statius 1. Syluarum, ipse an puro celsum caput aëre septus, Templa superfulgent, & prospectare videris.

Superfundo, is. De liquoribus dicitur, quũ alicui rei superiniiciuntur, {ὑπερχέω. Ital. *Spargere qualche liquore di sopra.* Gal. *Verser & espandre quelque liqueur par dessus.* Hisp. *Derramar lo liquido encima.*} Colum. lib. 12. cap. 57. Hanc mistutam quum in catillo composueris, oleum superfundito. ¶Liu. 5. ab Vrbe, Tum verò iam superfundenti sũ lætitiæ vix temperatum est: per translationem pro vbertim sese ostendenti. ¶Superfusus Tyberis, inundans. Liu. 7. ab Vrbe, Quinetiam quum medios fortè ludos Circus Tyberi superfuso irrigatos impediſſet. Superfusi hostes. Liu 9. belli. Maced. Gens superfusa montibus Caucasiis. hoc est, spessim fusa. Plin. lib. 6. cap. 13.

Supergero, is, ere. Superiacere & quasi aggeratim superimponere: nam propriè de terra dicitur. {ὑπερφορέω. Ital. *Portare ò gittare di sopra.* Gal. *Porter ou getter dessus.* Hisp. *Traer à poner encima.*} Colu. lib. 12. cap. 3. Prædicti deinde fines de tabulato prompti explicamur. & in longitudinem per vtrunq; sulcum porrecti obruuntur: sed ita vt non nimium supergesta terra semina spinarum quæ inhærent toris funiculorum, enasci possint.

Supergradior, fiue supergredior, {ὑπερβαδίζω, ὑπερεπέρχομαι. Ital. *caminare di sopra.* Gal. *Marcher par dessus.* Hisp. *Ir por de sobre.*} supergressus sum, supergredi. ven. cor. Super aliquid gressum facere. Plin. lib. 28. cap. 4. Abortum facit illicus, aut si omnino prægnans supergrediatur. Satyr. 5. Syl. Ora supergressus Pylij senis. Supergredi omnem laudem, Excellere, Quintil. lib. 6. in Proœm.

Superiacio, cis, penul. corr. Superpono, vel superextendo. {ἐπιβάλλω. Ital. *Supraporre* Gal. *Getter par dessus.* Hisp. *sobreponer.*} Colum lib. 2. cap. 2. Quæque temporibus autumni frouetis, & arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox conuersa vomeribus, &c. Idem lib. 2, Seminibúsque de tabulato superiectis.

Superiacto, as, frequentatiuum. {ὑπερπάλλω. Ital. *Gittarſi di sopra.* Gal. *Se getter par dessus.* Hisp. *Sobreponerse ò echarse de sobre.*} Plin li. 9. ca. 15, Quod & aliàs faciunt, aliorũ vim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ velocitatis, vt transuersa nauigia interim superiactent. id est transiliant.

Superiectus, ẽtus, {ὑπερπήδημα. Ital. *Esſo gittarſi ò saltare per di sopra.* Gal. *Getteument ou saultement par dessus.* Hisp. *Obra de echarse ò saltare por desobre.*} Colu. lib. 6. cap. 36, Ita enim efficitur, vt eius obiectu, quum mos etiam superiectu eblandiri est, velut inceſſus obcæcatus cupidine suberacta quam petierat, fastidire imponatur equæ.

Superilligo, as, are, Idem quod superligo. {ὑπερσυνδέω. Ital. *Ligare di sopra.* Gal. *Lier par dessus.* Hisp. *Atar por desobre.*} Plin. lib. 19. cap. 3, Eadem cum oleo trita ignes sacros leniunt, betæ foliis superilligatis.

Superillino, is. pen. cor. {ὑπεγχρίω. Ital. *Inungere.* Gal. *Oindre par dessus.* Hisp. *Vntar.*} Plin. lib. 30, cap. 12, Reduuias, & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, & vulua decocta in oleo, superillito butyro ouillo cum melle.

Superimpendens, participium. {ὑπερκρεμάμενος. Ital. *Pendente di sopra.* Gal. *Pendant par dessus.* Hispan. *Colgado ò suspenso de sobre.*} Catul. Argon. Confestim Penecs adit viridantia Tempe, Tempe quæ syluæ cingunt superimpendentes.

Superimpono, is, Idem quod impono. {ὑπερεπιτίθημι. Ital. *Metter di sopra.* Gal. *Mettre dessus.* Hisp. *Poner encima de otra cosa.*} Liu. 1. bel. Pun. Et Sardiniam inter motus Africæ fraude Romanorum stipendio etiam superimposito interceptam.

Superincido, is. pen. cor. Desuper in rem aliquam incido. {ὑπερπίπτω. Ital. *Cadere di sopra.* Gal. *Cheoir dessus ou par dessus.* Hispan. *Caer sobre algo.*} Liu. lib. 2, Multisque superincidentibus telis, incolumis ad suos transiuit. Colum. lib. 4. cap. 9. Ne si transuersa fuerit cicatrix, cælestem superincidentem aquam contineat.

Superindico, superindicis, superindicere. {πάλιν προαγγέλλω, πρόσθεν ἀγγέλλω. Ital. *Annuntiare, manifestare dauantaggio.* Gal. *Denoncer, & signifier oultre d'auantage & d'abondant.* Hispa. *Denunciar y manifestar mas.*} Vlpianus in l. Si duo. §. vltimo, ff. de iureiurando, Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigatum dimitti, & ita ei superindici, πρόσθεν αὖθις μαστιοῦσθαι. id est, petulanter ne iruto.

Superinduco, Superiniicio. {ὑπερεπάγω. Ital. *Sopramettere* Gal *Mettre dessus.* Hisp. *sobreponer.*} Plin. lib. 15. cap. 17, Duũm pedum terra superinducta.

Superinduo, is, Super cætera vestimenta induo. {ἐπενδύω. Ital. *Veſtire di sopra.* Gal. *Veſtir par dessus.* Hisp. *Vestir de sobre.*} Sueton. in Nero. cap. 48, Vt erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit.

Superingero, is, Aggregatim superimpono. {ἐπισωρεύω. Ital. *Accumulare*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de sopra. Gal. Mettre & accumuler par dessus. Hisp. Amontonar encima.} Plin. lib. 18. cap. 30. Sunt qui leguminum aceruos superingerant.

Superiniicio, cis. pen. cor. Desuper iniicio. {ἐπιβάλλω. Ital. Gettar sopra. Gal. Getter par dessus. Hisp. Echar encima.} Virg. 4. Georg. Raras superiniice frondes. Ouid. 5. Fasto. Tum superiniecta texere madentia terra. Pli. lib. 18. cap. 9. Farinæ vice cribris superiniici.

Superintego, is, penul. cor. Superne intego. {ἐπικαλύπτω. Ital. Coprire di sopra. Gal. Couurir par dessus. Hisp. Cubrir encima.} Plin. lib. 18. cap. 6, Ora vtrinque lapidibus statuminari, & alio superintegi.

Superintono, as. pen. cor. Desuper tono. {ἐπιβροντάω. Ital. Tuonare in alto. Gal. Tonner d'enhaut. Hisp. Tronar encima.} Virgil. lib. 9. Aene. Dat tellus gemitum, & clypeum superintonat ingens.

Superinungo, is. {ἐπαλείφω. Ital. Inungere. Gal. Oindre par dessus. Hispa. Vntar encima.} Celsus lib. 7. cap. 7, Dein superinungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superinunguntur.

Superior, Superius, vide SVPRA.

Superiumentarius, rarii, masc. gen. {ὑπηκοϊκός, vel κτηνοτρόφος, ἱππο-φορβός. Ital. Mulattiere. Gal. Mulatier, vallet d'estable. Hisp. Acemitero ò mulatero.} Suet. in Claudio, cap. 2. Quem barbarum & olim superiumentarium ex industria sibi appositum, vt se quibuscunque de causis, quàm sæuissimi coerceret, ipse quodam libello conqueritur.

Superlachrymo, Lachrymando irrigo. {ἐπιδακρύω. Ital. Lacrimare, piangere si sopra. Gal. Pleurer dessus. Hispa. Llorar de sobre, ò encima.} Colum. lib. 5. Optimum est igitur, medio fere internodio subsidiarium tondere palmitem, deuexáque, resectionem facere post gemmam, ne superlachrymet, & germinantem excet oculum.

Superliminare, aris. neutri generis. Limen ostij superius, hoc est lignum siue lapis, qui postibus superincumbens, ingi formam efficit. {ὑπέρθυρον. Ital. soglia di sopra. Gal. Le linteau de dessus l'huis. Hispa. El lumbral encima la puerta.} Plin. lib. 29. cap. 4. Priuatimque ouilibus circunlatum toties, & pedibus suspensum sursum in superliminari.

Superlino, à quo participium, Superlitus. {ἐπιχρίω, ἐπιπλαστός, ἐπιπλαστέος, ἐπιχριστός. Ital. Ongere di sopra. Gal. Oint ou appliqué dessus. Hisp. Vntado encima.} Plin. lib. 22. ca. 23. Vel per se viscо superlitum vt hæreat. Idem lib. 27. cap. 6. Bibitur radix trita & in vino decocta, & aliquando superlinitur, quod Dioscorides, ἐπιπλάστρους appellat.

Supermando, is, ere, Post rem aliquam mansam, aliam mandendo superingero. {ἐπιμασάομαι. Ital. Remasticare. Gal. Manger en mascher apres. Hisp. Mascar otra vez.} Plin. lib. 31. cap. 6, Qui puram dedere, raphanos supermandi mulso aceto iubent, vt ad vomitiones reuocent.

Supermeo, as, Superfluo, siue superlabor. {ἐπιρρέω. Ital. Andar di sopra, superchiare. Gal. Passer ou couler par dessus. Hisp. Passar ò andar encima.} Plin. lib. 2. cap. 103, Quædam verò etiam dulces inter se supermeant alias. Vt in Fucino lacu, &c.

Supernas, vide SVPERNVS.

Supermico, as, penult. corr. supermicare, id est antecellere. {ὑπεραίνω, ὑπεραίνομαι, ὑπερέχω, προέχω. Ital. Lucere di sopra ò piu che un'altro, esser piu excellente & illustre. Gal. Reluire par dessus, surmonter en excellence, estre plus illustre. Hisp. Luzir y resplandecer sobre algo, ser mas excellente, illustre, y esclarescido.} Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 31. Si quæ reddunt filij parentibus beneficia, eorum non supermicant. Paulo pòst dicit Exuperare.

Supernato, as, are, In aquæ alterius ve liquoris superficie fluito. {ἐπινηχάζω. Ital. Nuotare per di sopra. Gal. Nager par dessus. Hispan. Nadar encima.} Colu. lib. 12. cap. 5. Deinde arido spissamento fœniculi sic comprimi vt ius supernatet. Plin. lib 26. Postea supernatans aqua tollitur spongiis.

Supernatus, a, um, adiectiuum. Post alios natus. ὑπερφυής. Plin. lib. 19. cap. 3, Hoc inciso, profluere solitum succum ceu lactis, supernato caule, quem magydarim vocarunt.

Supernus, a, um. Quod est supra. {Ital. Superno, chi è in alto. Gal. Superne, qui est en haut. Hispa. Soberano y alto.} Plin. lib. 11. cap. 37, Dentes similes aspidi & serpentibus: sed duo in superna parte dextræ læuáque longissimi. Stat. 8. Theb. Crines à fronte superni. Ouid. 15. Metam. Supernum numen.

Supernas, natis. Quod ex loco superiore ortũ traxit {ἄνωθεν. Ita. chi è nato di alto. Gal. Qui est d'en haut, qui croist en haut. Hisp. Cosa soberana y que es de lugar alto.} sicut Infernas, quod natum est in loco inferiori. Sunt autem hæc duo communis generis, sicut Nostras, & vestras: vt, Abies supernas, quæ ad mare supernum, hoc est Adriaticum, nata est: & contrà Infernas, quæ nata est ad mare inferum, siue Tyrrhenum. Plin. lin. 16. cap. 39, Ideo Romæ infernas abies supernati præfertur.

Superné, aduerbium, Idé quod desuper. {ἄνωθεν. Ital. Di alto. Gal. D'en haut. Hisp. Soberana y altamente.} Virg. 6. Aen. -vnde superné Plurimus Eridani per syluam labitur amnis. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Malè sustinenti arma, gladium superné iugulo defigit, iacentem spoliat. Idem valet quod suprà ἄνω. Plin. Argentum superné innatat, vt oleum aquis.

Supero, ras, penul. corr. Transcendo, subeo. {ὑπερβαίνω. Ital. Superare. Gal. Surmonter, surpasser. Hisp. Sobrepujar à otro.} Virgil. lib. 3. Georg. Superant montes, & flumina tranant. Plin. lib. 7, Arbores quidem tantæ proceritatis traduntur, vt sagittis superari nequeant. ¶ Per translationem ponitur pro vincere. {ὑπερνικᾶν. Ital. Vincere. Gal. Vaincre. Hispan. Vencer.} Virg. 5. Aegl. Quid si idem certet Phœbum superare canendo? ¶ Item abundo. περίεισμι. Virg. 1. Georg. Si superent fœtus, pariter frumenta sequentur. ¶ Item superuiuere, & quasi superstitem esse, quod & ipsum dicunt Græci, περίειμι. Virg. 3. Aene. Quid puer Ascanius superátne & vescitur aura Aetherea? ¶ Item restare, siue superfluere. περιεῖναι. Cic. Déque eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. ¶ Item occidere. ὑπερβάλλω. Virg. 1. Aen. Clàm ferro incautum superat.

Superabilis, superabile, Quod facile superari potest. {ὑπερβατός, εὐίκητος. Ital. Cio si può vincere ò passarsi sopra. Gal. Aisé à surmonter. Hisp. Cosa que se puede sobrepujar.} Liu. 5. belli Pun. Simul altitudinem muri, quantum proximè coniectura poterat, permensus, humiliorémque aliquanto pristina opinione sua, & exterorum omnium ratus esse, & vel mediocribus scalis superabilem ad Marcellum rem defert. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. Scilicet vt per vim non est superabilis vlli. Molle cor ad timidas sic habet ille preces.

Superatus, participium. {ὑπερβεβηκώς, ὑπερβληθείς. Ital. Vinto, sconfitto. Gal. vaincu, surmonté. Hispa. Vencido.} vt Bello superatus Amyntor, Ouid. 12. Metam. Iussa superata, Idem 9. Metamorph. 3.

Superamentum, superamenti, Quod superat & superfluum est. {τὸ ὑπόλοιπον, τὸ ὑπερέχον, ὑπερβολή. Ital. Auanzo, restante di qualche cosa. Gal. Le par dessus, le reste. Hisp. Lo que sobra, lo restante.} Vlpian in l. Ligni. §. Offilius. ff. De legat. & fideicom. iij. Sed si voluntas non refragatur, etiam virguiæ & cremia, & sarmenta & superamenta materiarum & vitium stirpes atque radices continebuntur.

Superobruo, is. Re aliqua iniecta operio. {κατασείω, κατασκάπτω. Ital. Coprire di terra ò d'altre cosa. Gal. Couurir de terre ou d'autre chose par dessus. Hisp. Cubrir de tierra ò otra cosa.} Prop. lib. 4. eleg. 4, Dixit, & ingestis comitum superobruit armis.

Superpendeo, es. Suprà pendeo. {ὑπερεξαρτῶμαι. Ital. sopra pendere. Gal. Pendre ou estre pendu par dessus. Hisp. Estar suspenso encima.} Liu. 4. belli Macedon. Ita vt quibusdam locis superpendentia saxa, plus in altum quàm quæ in statione sunt naues, promineant.

Superpingo, is. Operi iam picto addo. {ὑπεργράφω. Ital. sopra pingere. Gal. Peindre par dessus. Hisp. Pintar por de sobre.} Plin. li. 35. cap. 11, Nealces Venerem, solers hic arte ingenioso operi superpinxit.

Superpono, is. Super aliquid colloco. {ὑπερτίθημι. Ital. sopraporre. Gal. Mettre dessus. Hisp. Poner encima de otra cosa.} Plin. lib. 29. cap. 2, Tantúmq; pollent, vt medicamentis quoque superponantur. Colum. lib. 1. cap. 5, Sin summotus longius à collibus erit amnis, & loci salubritas. editiórque situs ripæ permittet superponere villam præfluenti. Ouid. Epist. 20, Aegra superposita membra fouere manu.

Superrado, is, pen. prod. rasi, rasum. Superficiem rei alicuius rado, vel leuiter incido. {ὑπερξέω. Ital. Radere per di sopra. Gal. Raeler par dessus. Hisp. Raer por encima.} vt, Superradere clauos pedum. Plin. lib. 22. cap. 23, Perniones ex vino fouet, & ex oleo coctum imponitur: sic & callo. Clauis pedum superrasis præcipuæ vtilitatis.

Superscando, is. Susùm ascendo. {ὑπερβαίνω. Ital. Andare sopra. Gal. Monter dessus ou par dessus. Hispan. Andar encima.} Colum. lib. 11. cap. 3, Oportebit autem virgeam sepam interponere, quam superscandant sentes vtriusque sulci.

Superpondium, dij, Auctarium ponderis, quod legitimæ farcinæ adijcitur. {ὑπέρμετρον. Ital. soprapeso. Gal. surpoix. Hisp. sobrepeso.} Est autem nomen à pondere deductum ea forma, qua Centumpondium, & Assipondium. Apul. lib. 7, Exiguum scilicet & illud tantæ molis superpondium.

Superscribo, ibis, penul. prod. supra scribere, Supra scribere. {ὑπερράπτω, ὑπεράνω γράφω, ἐπάνω ἐγγράφω. Ital. Scriuere sopra. Gal. Escrire dessus. Hispa. Escriuir sobre.} Modestinus in l. 5. ff. de operib. publi. Ne præsidis quidem nomen licebit superscribere.

Supersedeo, des, Rem institutam omitto: exigitque ferè ablatiuum. {ὑπέχω, ὑπέχομαι, ἀφίημι. Ital. Soprasedere, lasciare. Gal. Surseoir, cesser & se deporter de faire quelque chose. Hispan. Sobreser.} Cæsar. lib. 1. Comment. Et propter multitudinem hostium, & propter eximiam opinionem virtutis, prælio supersedere statuit. Autor ad Herennium lib. 3, Cómodè poterimus principio supersedere. Cic. Sulpitio lib. 4. Epist. Tu si videbitur, ita censeo facias, vt si habes iam statutum quid tibi agendum putes, in quo non sit consilium tuum coniunctum cum meo, supersedeas hoc labore itineris. Id est omittas ad me venire. ¶ Gellius autem li. 2. cum accusatiuo construxit, quum ait, Alia luce auis in pastũ profecta est: cognati & affines operam quam dare rogati sunt, supersedent. ¶ Hieronymus contra Iouin. cũ infinitiuo iunxit, Cicero (inquit) rogatus ab Hircio, vt post repudiũ Terentiæ, sororem eius duceret, omnino facere supersedit, dicens non posse se vxori & philosophiæ pariter operam dare.

Supersilio, silis. pen. corr. Super re aliqua salio. {ὑπερπήδησις, ὑπερπήδημα. Ital. Saltare sopra. Gal. Saillir dessus. Hisp. Saltar encima.} Colum. lib. 8. cap. 3, Ea pernicies vt euitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres læuitas earum supersilientem volucrem non recipiat.

Superspargo, gis. Inspergo, aspergo. {ἐπιπάσσω. Ital. Spargere di sopra. Gal. Espandre ou getter par dessus, saulpoudrer. Hisp. Derramar encima.} Cato cap. 54. Quum stramenta condes, quæ herbosissima erunt, in tecto condito, & sale superspargito.

Superstagno, as, are, {ὑπεκχυμάζω, ὑπεκχυμάζω. Ital. Allaggare di sopra. Gal. Faire estang & se desborder par dessus. Hispa. Hazer estanque y reboçar en cima.} Idem quod Restagnare & Redundare. Tacit. lib. 1. Si omnis Nar in rinos diductus superstagnauisset.

Supersterno, nis. Super extendo. {ὑπερστρώννυμι. Ital. Estender di sopra. Gal. Estendre par dessus. Hispan. Estender encima.} Liu. ab Vrbe, Consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis, inueniri non potuit, &c.

Supersto, as. Supra aliquid sto. {ἐφίστημι, ὑπεστημίζω. Ital. Star sopra. Gal. Estre dessus, estre assis dessus ou par dessus. Hispa. Estar encima de otra cosa.} Gellius, Quum sedenti aquila superstaret. Liu. 10. belli Maced. Signa alia in circo maximo cum columnis quibus superstabant, euertit: fastigia aliquot templorum à culminibus abrupta fœde dissipauit. Virgil. 10. Aene. Quem congressus agit campo, lapsúmque superstans Immolat. Sueton. de Galba, cap. vltimo, Senatus vt primùm licitum fuit, statuam ei decreuerat rostratæ columnæ superstantem. ¶ Quandoque superstare, est supersse. περίειμι.

Superstito, tas, frequentatiuum. Idem valens, quod superstes, & incolumis sum. {περίειμι. Ital. Esser saluo. Gal. Estre sain & sauue surviure. Hisp. Ser saluo.} Plaut. Persa, Vt mihi supersit, superet, superstitet. ¶ Antiqui hoc verbo vsi sunt pro seruare, siue incolumem præstare. σώζειν. Ennius apud Nonium. Regnúmque vestrum vt sospitent, superstitentque.

Superstes, stitis, pen. cor. omnis generis, Quisuis iam faro functis superuiuit: quasi mortuis suis superitans. {περιών, περιόντων. Ital. Postero, sopraviuente. Gal. Sain & sauue survivant. Hisp. La persona que sobreviue à otra, el que viue sobre otro.} Quintilianus, Defuncta vxore, liberis tamen superstitibus, Ouid. 3. Met. Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres, Quinque superstitibus. Virg. 11. Aen. -vlq; ô sanctissima coniux Felix morte tua, neq; in hunc seruata dolorem. Contrà ego viuendo vici mea fata: superstes Restarem vt genitor. Superstes Reipub. Cice. Torquato lib. 6, Quum superstitem te esse Reipub. ne si liceat quidem, velis. Fama superstes. Ouid. 3. Trist. eleg. 7, Me tamen extincto fama superstes

perstes erit. Idem 3. Amor. eleg. 14, Post mea mansurum fata superstes opus. Superstes quoq; dicitur qui saluus est, & viuit inter viuos, etiam fine morte suorum omnium. Terent. in Andr. Deos quæso, vt sit superstes. Superstes gloriæ alicuius. Liuius 2. ab Vrbe. Se superstitem gloriæ suæ ad crimen atque inuidiam superesse. ¶ Accipitur interdum superstes pro præsenti. Plautus, Superstitem vtrunque monui, ne iniussi abeant. ¶ Quin & testes antiqui superstites appellabant.

Superstitio, onis, Falsus Dei cultus, error insanus. {δεισιδαιμονία. Ital. *superstitione*. Gal. *superstition*. Hisp. *Ociosa y demasiada religion*.} Lucretius superstitionem inde dictam putat, quòd sit superstantium rerum, hoc est cælestium & diuinarum quę supra nos stant, nimis & superfluus timor. Aulus Gellius lib. 10. Noct. Atticarum, Superstitionem interpretatur importunam & ineptam religionem. *Deisidæmonian*. Cice. 3. Tusc. Accedit superstitio muliebris quædam. Idem 1. de Nat. deo. Horum enim sententiæ omnium non modò superstitionem tollunt, in qua inest inanis timor deorum: sed etiam religionem quæ deorum cultu pio continetur. Virg. 12. Aen. Vana superstitio superis quæ reddita diuis. Seruius, A superstite superstitio dicta, quę anicularum propria est, quæ multis per ætatem superstites sunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum volunt videre nimis religiosæ, superstitiosæ fiunt, & ita delirant.

Superstitiosi, Anili superstitione imbuti, qui que Deum timent in rebus etiam non timendis. {*Deisidæmones*. Ital. *superstitiosi*. Gal. *superstitieux, trop consciencieux*. Hisp. *Religiosos demasiadamente*.} De vocis huius origine sic scribit Cic. lib. 2. de Nat. deo. Non solùm (inquit) philosophi, verum etiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant vt sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Lactantius eos potissimùm superstitiosos dictos existimat, qui superstitem memoriam mortuorum colerent, aut qui parentibus suis superstites imagines eorum domi, tanquam deos venerarentur.

Superstitiosè, aduerbium. {*Deisidæmonikôs*. Ital. *superstitiosamente*. Gal. *superstitieusement*. Hisp. *Supersticiosamente*.} Cic. 1. de Nat. deor. Neq; id dicitis superstitiosè, atque aniliter, sed physica constanti que ratione.

Superstruo, struis, Superædifico. {ὑπερῳκοδομῶ. Ital. *Sopra fabricare*. Gal. *Suredifier*. Hisp. *Edificar encima de otra cosa*.} Lactantius lib. 6, Manentibus enim præceptis eorum, quæ solent ad probitatem rectè dari, ignota illis superstruemus ad perficiendam consummandámq; iustitiam, quam non tenent.

Supersum, superes, supereſt, superfui, Affluo, abundo. {περίειμι, περιγίνομαι. Ital. *Abondare*. Gal. *Estre de reste, abonder*. Hisp. *sobrar*.} Virg. 11. Aen. Auxilióq; vrbes Italæ, populique supersunt. ¶ Interdum supereſſe significat reliquum esse. περιεῖναι. Ennius li. 3. Ann. Inde sibi memorat vnum supereſſe laborem. ¶ Interdum superstitem esse. ἐπιζῆν. Plaut. in Asin. Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ Supereſſe vitæ sospitem & superstitem. ¶ Interdum vincere, superiorum esse. ὑπερεῖναι. Virgil. 3. Georg. Ne blando nequeant supereſſe labori. Id est vincere laborem. ¶ Interdum superfluum esse. περισσεύειν. Gell. libr. 1. cap. 22, Memini ergo Prætoris docti hominis tribunali me fortè assistere, atque ibi aduocatum reum non habere. Et quum is qui verba faciebat, teclamasset, Ego illi superfum: respondisse Prætorem festiuiter, Tu planè superes: non ades. Hoc est superfluus, superuacaneus es. Ex quibus Gellij verbis colligi potest fuisse nonnullos ea ætate, qui supereſſe vsurparent pro eo quod est in iudicio adesse: quos tamen, vt ineptè loquentes, irridet. Vsus tamen est etiam hoc verbo in hac significatione Suetonius in August. ca. 56, Quum Asprenas Nonius arctiùs ei iunctus causam veneficij accusante Cassio Seuero diceret, consuluit Senatum quid officij sui putaret. Cunctari enim se, ne si supereſſet, eriperet legibus reum: si deeſſet, destituere ac prædamnare amicum existimaretur. ¶ Interdum durare. Virgil. 5. Georg. Primus ego in patriam mecum, modò vita supersit.

Superuacuus, a, um, Quod non est necessarium, neque alicuius vsus. {περισσός, ἀχρεῖος. Ital. *Superuacuo*. Gal. *Superflu & ne seruant de rien, inutile*. Hispa. *Demasiado y superfluo*.} Colum. lib. 3. Itaque superuacuum est hoc repetere, iam tradita ratione terebrationis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7, sed me timor ipse malorum Sæpe superuacuos cogit habere metus.

Superuacaneus, a, um, Idem quod superuacuus. περισσός. Cice. Appio, Confirmata amicitia & perspecta fide, commemoratio officiorum superuacanea est. Idem 1. de Nat. deor. Quid de reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum est? Pro superuacaneo habere. Liu. 10. ab Vrbe, Cui autem dubium esset vbi vnum bellum sit asperum, ac difficile, quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter Consul pro superuacaneo, atque inutili habeatur.

Superuacuò, Aduer. {ἀχρείως, τὸ παράπαν, περιττῶς, οὐκ ἀναγκαίως, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἀχρείως. Ital. *souuerchiamente, inutilmente*. Gal. *Superflument, inutilement*. Hisp. *Superfluamente y desaprouechadamente*.} Vlpi. in l. Et si quis. §. plerique. ff. De religil. & sumpt. fun. Quod si superuacuo fuerit factum, &c.

Superuado, is, ere, Transcendo. {ὑπερβαίνω. Ital. *Andar su*. Gal. *Aller par dessus, passer oultre*. Hisp. *Subir encima de otra cosa*.} Liu. 1. belli Maced. Quum omnes victi, metúque perculsi ex prælio intra vallum protinus inde superuadentem munimenta victorem hostem fugerent.

Superuagor, pen. corr. superuagaris, Præter iustum & æquum vagari, superfluere, vel superfluos ramos habere. {ὑπερπλανάομαι. Ital. *Esser troppo vagante*. Gal. *Passer outre mesure, s'estendre trop, oultre passer*. Hispa. *Ser muy vagabundo*.} Colum. lib. 4. cap. 21, Quinquennis vineæ non alia est putatio, quàm vt figuretur, quemadmodum suprà instituimus, néve superuagetur.

Superuaganeus, adiectiuum antiquum à verbo Vagor: vnde Auis superuaganea dicebatur ab auguribus, quum ex summo cacumine vocem emisisset Festus.

Superueho, is, Super aliquid veho. {ὑπερφέρω. Ital. *Portar sopra*. Gal. *Porter & charroyer dessus, porter jusques dessus*. Hispan, *Traer encima*.} Catul. epig. 61,

Ille quoque euersus mons est, quem maxima in oris.
Progenies Phthiæ clara superuehitur.

Superuenio, is, ire, Ex inopinato venire. {ὑπερπίπτω. Ital. *Venir à la improuiſe, sopravenire*. Gal. *Survenir, venir et prendre ou apres*. Hispan. *Sobrevenir*.} Horat. 1. Epist. 4, Grata superueniet, quæ non sperabitur, hora. Virgil. 6. Aeglog. Addit se sociam, timidisque superuenit Aegle. Liu. 4. belli Pun. Munientibus superuenit Marcellus. ¶ Superuenire cum accusatiuo, succedere, ascendere. Ouid. 10. Metam. nam crura loquentis Terra superuenit. Statius 1. Achill. Nescio quid magnum (nec me patria omnia fallunt) Vis festina parat, teneróque superuenit anno.

Superuentus, tus, Ipse superueniendi actus. {ἐπιφοίτησις. Ital. *Soprauenimento*. Gal. *Survenue, survenement*. Hisp. *Sobrevenida, obra de sobrevenir*.} Plin. lib. 7. cap. 15. Sed nihil facile reperiatur mulierum profluuio magis monstrificum. Acescunt superuento musta, sterilescunt tactæ fruges, &c.

Superuestio, is, veste superintego. {ἐπενδύω. Ital. *Vestir di sopra*. Gal. *Vestir par dessus*. Hisp. *Vestir por de sobre*.} Plin. lib. 16. cap. 33, Imagines rerum tenui filo, breuique, & virente superuestiens.

Superuiuere, Is dicitur qui quum iam mortuus videretur, refocillatus resipuit, ac veluti reuixit. ἀναβιῶναι.

Superungo, is, ἐπαλείφω, ἐπιχρίω. Ital. *Ongere di sopra*. Gal. *Oindre par dessus*. Hisp. *Untar por de sobre*.} Celsus lib. 7 cap. 1. Deinde superungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superungantur.

Superuolo, as, Supra aliquid volatu feror. {ὑπερίπταμαι, ὑπερπέτομαι. Ital. *Volar di sopra*. Gal. *Voler par dessus*. Hisp. *Volar encima de otra cosa*.} Plin. lib. 7. cap. 24, Superuolantes quanuis alitę, pernicitérque, alites hausto rapas absorbeant. Ouid. 4. Metam. Despectat terras, torúmque superuolat orbem. Plin. lib. 10. cap. 53, Perdices concipiunt superuolantium afflatu, sæpe voce tantùm audita masculi.

Superuolito, as, Frequentatiuum. {ὑπερπέτομαι ἐπιπολαιότερον. Ital. *Volar spesso per di sopra*. Gal. *Voler souuent par dessus*. Hisp. *Volar encima muchas vezes*.} Virg. 6. -& quibus ante Infœlix sua tecta superuolitauerit ales.

Sureruoluo, is, uere, Supra volno. {ὑπανελίττω. Ital. *Voltar di sopra*. Gal. *Rouler par dessus*. Hisp. *Bolver encima de otra cosa*.} Colum. lib. 11. cap. 3, Potest etiam citra hanc operam fieri crispum qualitercunque satum, si quum est natum, incrementum eius superuoluto cylindro coerceat.

Superus, a. um, pen. cor. A super sit, cui cõtrariũ est Inferus. {ἄνω. Ital. *Di sopra, sourano* Gal. *qui est en haut, haurain, esleué, celeste*. Hisp. *Cosa de arriba*.} Vt Mare superũ. Sedes superæ, & aura supera. Virg. 6. Aen. -facilis descensus Auerni: Noctes, atq; dies patet atri ianua Ditis: Sed reuocare gradum, superásq; euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. Idem 11. Aene. Velocem interea superis in sedibus Opim Compellabat, &c. Idem 6. Aene. -talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat. Idem 10. Aene. Tum bremuit supera aspectans conuexa precatur. Cice. 2. de Nat. deo. Homo spectator superarum rerum atque cælestium. Idem 4. Acad. Nicetas Syracusius, vt ait Theophrastus, cælum, solem, Iunam, stellas, supera denique omnia stare censet: neque præter terram, rem vllam in mundo moueri. ¶ Supera, orum, pro cælo, substantiuè. Virg. 6. Aen. Omnes cælicolas, omnes supera alta tenentes. Cic. 1. Tusc. Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt. Virgil. 7. Aene. de Iunone, Cocytique petit sedem, supera ardua linquens. ¶ Superum mare, idem est cum Adriatico: ita dictum, quòd Italiam suprà, hoc est ab Ortu alluat. ἀνατολικὸν πέλαγος. quemadmodum mare Tyrrhenum ab Occasu, quod ideo Inferum appellatur. Plaut. Menæch. Istros, Hispanos, Massilienses, Illyricos, Mare superum omne, Græciámque exoticam, Oráſque Italicas omnes quas adgreditur mare, Sumus circumuecti.

Superi, orum, Pluraliter, & substantiuè: Cælestes, siue viui, & qui aliis superiores sunt: qui inferi dicuntur. {οἱ ἄνω, οἱ ἄνωθεν. Ital. *Chi sonno in alto, celesti*. Gal. *Qui sont en haut, celestes*. Hisp. *Celestiales, de arriba*.} Virg. 5. Aeneid. Attonitis hæsere animis, superósque precati Trinacrij, Teucrique viri. Ouid Metam. Talia quærentes (sibi enim fore cætera curæ) Rex superûm trepidare vetat. Idem 1. de Ponto, eleg. 1, Ipsa mouent animos superorum numina nostros. ¶ Contrà Inferi, orum, pro Manibus siue mortuis accipi solent. Plin. lib. 12. cap. 18, Fœlix appellatur Arabia falsi & ingrati cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, quum plus ex eo inferis debeat.

Supinus, na, num, pen. prod. Qui dorso incubit, ita vt faciem, ventrémque habeat cælum versus spectantem. {ὕπτιος, κάτωπτος. Ital. *Co'l ventre in su supino, à reuerscio*. Gal. *Couché le ventre en haut*. Hispa. *Cosa papo arriba ò trasterneada, cosa panda, buelta hazia arriba*.} Iuue. satyr. 3, Cubat in faciem, mox deinde supinus. Cic. de Diuinat. Nam si omne animal (vt vult) ita vtitur motu sui corporis prono, obliquo, supino: membráque quò vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit: eáque antè efficit pene quàm cogitat: quanto id Deo est facilius, cuius numini parent omnia? Manus supinæ. Liuius 6. bell. Pun. Vndique matronæ in publicum effusæ, circa deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes, nixæ genibus, supinas manus ad cælum ac deos tendentes. Virg. 3. Aeneid. tendóque supinas Ad cælum cum voce manus. ¶ Et quoniam supinus ille recubitus indicium est hominis soluti & otiosi, factum est vt supinum pro molli, delicato, otioso, & negligenti ponamus. {ῥᾳθυμῶν. Ital. *Otioso, negligente*. Gal. *Otieux, pareſſeux, negligẽt*. Hisp. *Perezoso, negligente, descuydado*.} Senec. ad Lucil. Est quidem, mi Lucili, supinus & negligẽs, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus, reducitur. Iuuen. satyr. 1, Et multum referens de Mecœnate supino. ¶ Inde supinior, oris comparatiuus. Mart. li. 2, Nusquam delicitæ supiniores. ¶ Supinus item accipitur pro acclini, siue montoso. Horat. li. 1. Car. Seu mihi frigidum Præneste, seu Tybur supinum. Fuit enim Tybur ciuitas in ascensu collis posita, cuius etiam hodie ruinæ conspiciuntur.

Supinum, A quibusdam dicitur verbum participale, sicut gerundia, participialia nomina appellantur. Habet autem duas terminationes, um, & u: vt Lectum, lectu, Quod in um finitur, habet significationem actiuam. Sallustius, Legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit. Id est qui quererentur, vel questuros. μεμψομένους. Idem, Non mea culpa sæpe ad vos oratum mitto, &c. Hoc est qui orent, siue oraturos. παρακαλοῦντας. Do filiam nuptum dicimus, hoc est quæ nubat. Do venum, vendo. Spectatum admissi sumus: id est vt spectemus. ¶ Quod verò in u finitur, significationis passiuæ est, inusitátúrque nominibus adiectinis. Virg. 3. Aen. Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. hoc est qui nec videri, nec dici facilè possit. Plinius, Accipenser piscis rarus inuentu. hoc

est qui rarò inuenitur. Dicimus præterea. Dignum, siue indignum relatu, hoc est quod referatur. Impium factu, si fiat. Horrendum aspectu, si aspiciatur. Iucundum cogitatu, si cogitetur. Obscœnum visu, si videatur. & sic de reliquis.

Supino, nas, pe. prod. Supinum colloco. {ὑπτιάζω. Ital. *Riuersciare, piegare al riuersio.* Gal. *Renuerser, courber à l'enuersé ou en arriere.* His. *Trastornar, plegar al reues.*} Stat. lib. 6. Thebaid. Præcipitátque retrò iuuenum, atque in terga supinat.

Supinor, aris, ari, passiuum est verbi Supino, Idem significans quod supinus fio. {ὑπτιάζομαι. Ital. *Essere riuersciato.* Gal. *Estre renuersé & couché le ventre en haut.* Hisp. *Ser trastornado.*} Horat. Serm. saty. 7, Nasum nidore supinor. Vbi Acron interpres, Nasum (inquit) nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Supinari igitur est exigi, & supinum fieri. Accusatiuum verbo addidit passiuo, quemadmodum & Virg. 7. Aene. Loricam induitur, fidóque accingitur ense. Stat. lib. 12. Thebaid. Iámque supinantur fessis, latéque fatiscunt Penthei deuexa iugi.

Supinatus, a, um, particip. {ὑπτιασμένος. *Riuersciato, piegato al riuersio.* Gal. *Renuersé, courbé à l'enuers ou en arriere.* His. *Trastornado, plegado al reues.*} Virg. 2. Georg. Ante supinatus Aquiloni ostendere glebas, Quàm lætum infodias vitis genus. Stat. 5. Theb. Incertúsq; sui liquidum nunc aera lambit Ore supinato, nunc arua gementia radens, Pronus adhæret humo.

Suppar, ris, ex sub, & par, Propemodum æqualis. {παράπαν. Ital. *Quasi equale.* Gal. *Presque pareil* Hisp. *Cosa quasi igual à otra.*} Cic. de Clar. Orat. Huic ætati suppares Alcibiades, Crisias, Theramenes.

Supparasitor, aris, pen. prod, Subseruio, obsequor, tanquam parasitus. {ὑποπαραστατέω. Ital. *Andare à verso, compiacere ad alcuno.* Gal. *Complaire & accorder tout pour auoir la repue franche, seruir de flateur.* Hisp. *Truhanear à otro truhan por causa del comer.*} Plaut. in Amph. Accedam, atque hanc appellabo, & supparasitabor patri.

Supparus, vel Supparum, pen. cor. Genus togæ leuis & angustæ, inde dictum, teste Varrone, lib. 4. de Ling. Lat. quòd suprà induatur. {ἐπάνδυτον. Ital. *Ti abito antico da donna de lino.* Gal. *Vn roquet, habillement de femme qui estoit de toile estroit & leger.* Hispa. *Camisa de lino propria de muger.*} quemadmodum subucula, quòd subtus induatur. Lucan. 2. Pharsaliæ, Suppara nudatos cingunt angusta lacertos. ¶ Festus supparum vestem puellarem lineam interpretatur, eandémque esse existimat cum ea, quæ & subucula & camisia dicitur. Quam sententiam hoc Afranij testimonio fulcit: Puella non sum, supparo si indura sum. ¶ Est & supparú nauium insigne, teste Seneca lib. 11. Epist. {Ital. *Trauersa à la piu alta vela della naue.* Gal. *Le plus haut voile de la nef.* Hispa. *Vela alta ò tienda de la nao.*} Sunt enim Suppara summa vela, quæ cæteris annectuntur, & quæ super annectuntur, & quæ super antemnas explicantur. De quibus Lucanus lib. 5, -imáque pandens Suppara velorum perituras colligit auras. Statius 3. Sylu. Vos summis annectite suppara velis.

Suppedaneum, Dicitur id quod pedibus subiicitur, dum sedemus. ὑποπόδιον.

Suppedito, as, pen. cor. Suggero, ministro. {ὑπουργέω, χορηγέω, ὑποδαπανάω. Ital. *Dare, subministrare.* Gal. *Bailler & fournir.* Hisp. *Administrar, dar lo que otro ha menester.*} Varro 2. de Re rust. Largiore cibatu sustentare debet, quo facilius lac suppeditare possit. Cic. ad Treb. lib. 7. Epist. An hoc significas, nihil fieri, frigere te, ne chartâ quidem tibi suppeditari? Id est chartam tibi deesse. Idem ad Attic. lib. 11, Et velim, quoad poteris, conferes, vt fit, vnde nobis suppeditentur sumptus necessarij. Quintil. lib. 2. cap. 2, Licet enim satis exemplum ad imitãdum ex lectione suppeditet: tamen vina illa, vt dicitur, vox alit plenius ¶ Suppeditare, neutrum absolutum, pro sufficere, satis esse. ἱκανῶν. Cic. 1. Offic. Ob eásq; causas studeat parare ea quæ suppeditant & ad cultum, & ad victum. Plaut. in Asin. Clamore ac stomacho nõqueo laboti suppeditare. ¶ Suppeditare, pro suppetere. ἀφθονέω. Liu. 8. bel. Pun. Apud vos quemadmodũ loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat. ¶ Est Suppeditare, opprimere, siue supplantare. ὑποπαλεύω. Cic. Nunc video, in iudicio mecum contendere non vis, vbi suppeditari turpissimum, superare pulcherrimum est.

Suppeditor, aris, deponens. Idé Cice. ad Att. lib. 14, De Patulciano nomine quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium.

Suppeditatio, verbale. {χορηγία, παρασκευή. Ital. *Esso fornire ò dare.* Gal. *Fournissement.* Hisp. *Obra de administrar y dar lo que otro ha de menester.*} Cic. 1. de Natu. deo. Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu.

Suppello, is, puli, sum, Verbum modò honestum, modò turpe. Cicer. ad Fatum, lib. 9, Quid ipsa res modò honesta, modò turpis? suppellere, flagitium est: iam erit nudus in balneo, non reprehendes.

Suppeto, tis, pen. cor. Latenter, seu per fraudem peto. {ὑποκλέπτω, ὑποφεύω. Ital. *Dimandare con inganno.* Gal. *Demander à fauses enseignes.* Hisp. *Demandar engañosamente.*} Vlpianus de Furtis. Apud Labeonem, relatum est, si filiginario quis dixerit, vt si quis nomine eius filiginẽ petisset, ei dare. Et quidam ex transeuntibus quum audisset, petiit eius nomine & accepit, furti actionem aduersus eum qui suppetiit filiginario competere, non mihi. Nó enim mihi negotium, sed sibi filiginarius gessit. ¶ Suppetit verò, in tertia persona, & suppetunt, significat in promptu est, adest ἀφθονεῖται. cui opponuntur Deficit, & Deest. Horatius 1. Epist. 12, Parum enim non est, cui rerum suppetit vsus. Colu. lib. 9. ca. 1, Suppetunt in hanc rem fœliciter cætera. ¶ Nonnunquam sufficit, siue satis est ἱκανῶ. Plin. Iunior in Epist. Cui abundè suppetunt facultates. Liu. 2. ab Vrbe, Rudis in militari homine lingua, non supperebat libertati, animóque. ¶ Supperat superstes vitæ tuæ. Plaut. in Trinum, Bene hercle denuntias, deósque oro, vt vitæ tuæ superstes supperat, hoc est post te viuat.

Suppetiæ, & in accusatiuo Suppetias, sine aliis casibus, Idé quod subsidiũ quod laboranti. {ἐπικουρία. Ital. *Soccorso.* Gal. *Aide, secours.* Hisp. *El socorro.*} Valla auxilium interpretatur. Plaut. tamẽ in Epid. diuersa esse ostendit, quum ait, Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi. Si enim eadẽ essent suppetiæ & auxilium, alterũ vacaret. Rectius itaq; Auxilij nomine intelligimus quod augendarum virtũ causa alicui summitur. Suppetias verò eas dicimus, quæ iam laboranti & periclitanti feruntur: quod & subsidium dicimus. Suppetias venire, id est in subsidium. Cæsar 2. Cõmen. Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire.

Suppetior, aris, Auxilior, succurro. {ἐπικουρέω. Ital. *Socorrere, aiutare.* Gal. *Secourir, aider.* Hisp. *Embiar socorro, ayudar.*} Apul. lib. 8, At vobis facile est suppetiari miserrimo seni.

Suppilo, las, pen. prod. Suffuror, clam & paulatim surripio. {ὑφαιρέω. Ital. *Rapire, robbar.* Gal. *Piller & desrober secrettement & en cachette.* Hispan. *Saltear, hurtar à escondidas.*} Plaut. in Truc. Hæc quum video fieri, suffuror, suppilo, & de præda prædam facio.

Supplanto, as. Pede suppositio in terram deicio. {ὑποσκελίζω. Ital. *Metter sotto il piede, ingannare.* Gal. *Donner le crochet ou le jambiet à quelqu'vn & ruer par terre, tromper.* Hispan. *Armar zancadilla, engañar.*} Cice. 3. Offic. Contendere debet quàm maximè possit, vt vincat: supplantare eum qui contendere debet quàm maximè possit, vt vincat: supplantare eum qui cum certat, aut manu depellere nullo modo debet. Et quoniam qui in lucta hac ratione superiores euadunt, fraude magis quàm viribus videntur vicisse, factum est vt supplantare accipiatur pro decipere. ¶ Est & Supplantare, compositum à verbo Planto, idem significans quod sub re aliqua quippiam plantare. ὑποφυτεύω. Colu. lib. 3, Et vitem ita supplantato, ne radicem abrumpas.

Suppleo, ples, Indeficientis locum aliquid substituo. {πληρόω. Ital. *Supplire, empire, giugnere.* Gal. *Remplir, combler, supplier & amender ce qui defaut, fournir.* Hispan. *supplir lo que falta.*} Virgil. lib. 3. Aenecid. Remigium supplet, socios simul instruit armis. ¶ Accipitur interdum Supplere pro æquare. Virgil. 7. Aeglo. Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto, id est, Si tot agnos habuero, quot oues, interprete Seruio. ¶ Aliquando pro implere. Cato cap. 88. Ibi fiscellam cum sale populari suppendito & quassato, suppletóque identidem. Idem cap. 69, Facito vt amurcam quotidie suppleas.

Supplementum, ti, Quod ad supplendum rei alicuius numerum submittitur: vnde militum & remigum propriè supplementa dicimus, quæ ad iustum numerum explendum succenturiantur. {πλήρωμα. Ital. *Supplemento, aggiunta.* Gal. *Remplage, remplissement, supplement.* Hisp. *Supplimiento de lo que falta.*} Cice. Appio Pulchro. lib. 3, Censebant omnes ferè, vt in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberetur.

Supplex, Supplicium, vide SVPPLICO.

Supplico, as, pen. corr. Humiliter & demissè precor. {ἱκετεύω. Ital. *Supplicare, pregare reuerentemente.* Gal. *supplier, requerir humblement, faire requeste.* Hisp. *Suplicar ò rogar con reuerencia.*} Cice. in Lælio, quàm multa enim, Hisp. *Suplicar ò rogar con reuerencia.*} Cice. in Lælio, quàm multa enim, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum: præcari ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem inuehi. Plautus Curcul. Volo hic in phano supplicare.

Supplicari, impersonale, Pro supplicationes fieri. Plin. lib. 32. cap. 1, Iliacis temporibus non supplicabatur thure.

Supplicassis, pro supplicaueris, legitur apud Plautũ in Asin. Hercle istum dij omnes perduint. verbo caue supplicassis.

Supplicatio, onis, Ipse supplicandi actus. {ἱκεσία. Ital. *Supplicatione, prego.* Gal. *Supplication, procession, requeste publique.* Hisp. *Obra de suplicar, ruego.*} Supplicationes item ἐπώνδια. dicebantur, quando re feliciter gesta, ex Senatusconsulto templa aperiebantur, diuorúmque simulachra in lectulis collocabantur, populo certatim ad puluinaria confluente, diisque suis pro eorum in Rempublicam meritis supplicante, gratiásque agente. Cic. in Catil. Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est Quirites. Cæs. lib. 4. belli Gall. His rebus gestis, ex literis Cæsaris dierum viginti supplicatio à Senatu decreta est.

Supplex, supplicis, Qui alteri abiectè, demissè, & humiliter supplicat, ad pedes sese eius prosternens, aut genua flectens. {ἱκέτης, ἱκέτις. Ital. *Supplichevole.* Gal. *Suppliant, requerant à genoux.* Hisp. *Humilde y subiecto y deuoto.*} Vnde & supplicem dictum putant à suppliciandis genibus. Cice. 3. Tusc. Quum se Alcibiades affligeret, lachrymásque Socrati supplex esset, vt sibi, &c. Liu. 7. ab Vrbe, Veniámq; supplex popposci. Stat. 1. Achil. Supplex miseranda rogabo, &c. Lachrymæ supplices. Propertius lib. 1. eleg. 15. ¶ Libelli supplices, quos vulgus *requestas* vocat. Martial. lib. 8. Sed iam supplicibus dominum lassare libellis Desine, & in patriam serus ab vrbe redi. Vota supplicia. Virgil. lib. 8. Aeneid. Iunoni ferritè preces: iramque minásque Supplicibus supera votis.

Suppliciter, aduerbium, Humiliter, demissè, abiectè. {ἱκετικῶς. Ital. *Supplichevolmente, humilmente.* Gal. *En suppliant humblement.* Hispan. *Deuotamente, humilmente.*} Cæsar 1. belli Gall. Qui quum eum in itinere conuenissent, seque ad pedes proiecissent, suppliciterque locuti, flentes pacem petissent, &c. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 11, Suppliciter vestros quisque rogate deos. Virgil. 12. Aene. -& aram Suppliciter venerans, demisso lumine Turnus, &c.

Supplicium, cij, Idem quod supplicatio. {ἱκεσία, ἱκετηρία. Ital. *Supplicatione, prego.* Gal. *Supplication, requeste.* Hisp. *Supplicacion, ruego.*} Sallust. in Catil. Non votis, neq; supplicijs muliebribus deorũ auxilia parãtur: sed vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cadũt. Tacitus lib. 3. Sed tum supplicia diis, ludíq; magni ab Senatu decernũtur. ¶ Supplicia quoque, teste Festo, certa quædam erant sacrificia, à supplicando dicta. Varro, Boues ad victimas faciunt: atque ad deorum supplicia. ¶ Hodie verò vsitatius supplicij accipitur pro pœna. {τιμωρία, πρόστιμον. Ital. *Supplicio, pena, tormento, cruciato.* Gal. *Supplice, peine pour meffait, punitiõ, amende honorable.* Hisp. *Pena ò tormento.*} Virgil. lib. 4. Aen. Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt) Supplicia hausurũ scopulis. Horat. 1. Serm. saty. 3. -cur non Ponderibus, modulisq; suis ratio vtitur? ac res Vt quæq; est, ita supplicijs delicta coercet? Cic. 7. Ver. Ineludantur in carcerem condemnati: supplicij cõstituitur in illos. Idé lib. 3. de Nat. deor. Summo eruciatu, supplicióq, Q. Varius homo importunissimus periit.

Supplodo, dis, pen. prod. Pedibus terræ illisis sonitum facio. {κροτέω, ὑποκρούω. Ital. *Sbatterei piedi.* Gal. *Frapper du pié contre terre.* Hispa. *Patear en el suelo.*} Cic. 1. de Orat. Pedem nemo in illo iudicio supplosit: credo ne Stoicis renuntiaretur.

Supplosio, onis, verbale, Ipse actus supplodendi. {ὑποκρουσμός. Ital. *Battimento del piè à terra.* Gal. *Frappement du pié contre terre.* Hispa. *Obra de patear assi.*} Cic. 3. de Orat. Supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. Idem, Ex quo vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus, & pauca quædam verba, & aliquem fortè sonum.

Suppœnitere, Est Aliquantulum, vel propemodum pœnitere. {ὑπομεταμέλομαι.

Universidad de Sevilla Biblioteca

vnas. Ital. *Posare, & alquanto.* Gal. *se reposer aucunement.* Hisp. *Arreposarse vn poco.* } Cic. Att. Iam & illum furoris supperniter.

Suppono, Subtus pono. {ὑποτίθημι. Ital. *Sottoporre, mettere sotto.* Gal. *supposer, submettre, mettre dessoubs.* Hisp. *Poner debaxo.* } Cice. de Nat. deo. Quinetiam anatum ova gallinis sæpe supponimus, è quibus pulli orti primò aluntur ab iis vt à matribus à quibus exclusi, fotiq; sunt. ¶ Supponere falcem aristis. Virg. 1. Georg. -neque antè Falcem maturis quisquam supponat aristis, Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu Det motus incompositos, & carmina dicat. ¶ Supponere colla iugo, id est submittere. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. Prima Ceres docuit turgescere semen in agris Falce coloratas, subiecitq; comas. Prima iugis tauros supponere colla coegit. Et veterem curuo dente reuellit humum. ¶ Supponere aliquid iudicio alicuius. Ouid. Epist. 15, Quum Venus & Iuno, & Pallas in vallibus Idæ Corpora iudicio supposuere meo. ¶ Supponere, adulterium loco veri subijcere. ὑποβάλλειν. vt Supponere testamenta, est falsa testamenta supposita persona obsignare, autore Cicer. pro Cluentio, Qui supposita persona falsum testamentũ obsignare curarit. Idem in Parad. Si socios spolias, ærarium expilas, si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipse supponis. Idem lib. 5. de Legi. Ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere, si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Suppositus, & Suppostus, participiũ. Id est sub alio, vel pro alio fraudulenter positus. {ὑποβλητός. Ital. *Posto di sotto, posto falsamente in luogo di vn'altro.* Gal. *mis dessoubs, supposé, mis faussement en la place d'vn autre.* Hispa. *Puesto debaxo, ó vno por otro falsamente.* } vt, Saxa suppostæ cælo, id est tãtæ altitudinis, vt supposita cælo, cælumq; sustentare videantur. Sil. lib. 3. De Alpibus intelligit. Cic. 7. Verr. Et vt quinis facilè perspiceret, id ab isto actũ esse, vt ille suppositus facilè & libenter se illum, qui non erat, esse simularet. Virg. lib. 6. Aen. Hic crudelis amor auri, suppostáq; furto Pasiphae, mistúmq; genus, proléſq; biformis, Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandæ.

Suppositio, onis, verbale. Supponendi actus. {ὑποβολή. Ital. *Esso mettere vna cosa sotto l'altra.* Gal. *supposition, mise dessoubs, ou de l'vn pour l'autre.* Hispan. *Obra de poner debaxo, positura de vno por otro.* } Colum. lib. 8. cap. 5, Semper autem quum supponuntur ova, considerari debet, vt luna crescente, à decima vsque ad quintam decimam id fiat: nam & ipsa suppositio per hos ferè dies commodissima.

Suppostor, & Suppostrix, Qui falsum aliquid seu adulterinũ pro vero supponit. ὑποβολεύς, ὑποβάλλουσα. Plau. in True. Venefica, suppostrix puerũ.

Supposititicius, a, um, adiectiuum. Quod suppositũ est, & alterius loco pro vero & natiuo positum. {ὑποβολιμαῖος, ὑποβολιμιαῖος. Ital. *che è posto in luogo di vero & naturale figliuolo è altra cosa.* Gal. *supposé, mis faussemẽt au lieu d'vn vray & legitime.* Hisp. *Por vno por otro.* } Mart. lib. 5. Hermes suppositicius sibi ipsi. Varro 2. de Re rust. cap. 9, Matri suppositiciæ quoq; inseruiunt, quò equa ad ministerium lactis cibum pullo præbere possit.

Supporto, tas. Subucho, suggero. {ὑποκομίζω. Ital. *Portar sotto.* Gal. *Porter dessoubs.* Hisp. *Traer debaxo.* } Cæs. 1. bel. Gall. Aut rem frumentariam, vt satis commodè supportari posset, timere dicebant.

Supprimo, is, pen. corr. Reprimo, cohibeo, compesco. {ἐπέχω, κατασχέω. Ital. *Coprire, nascõdere.* Gal. *Supprimer, cacher.* Hisp. *Supprimir, esconder.* } Ouid. lib. 1. Metam. Supprimit extemplo vocem. Cic. 5. Tusc. Hæc sunt igitur officia consolantiũ, tollere ægritudinẽ funditus, aut supprimere, & non pati manare longius. ¶ Supprimere, pro occultare. κατακρύπτειν. Plin. lib. 25. cap. 1. At nos elaborata ab iis abscondere atq; supprimere cupimus, & fraudere vitam etiã alienis bonis. ¶ Supprimere itet, retrahere se ab itinere. Cæs. lib. 1. bel. Ciui. Veriti ne noctu impediti sub onere cõfligere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæsaris in angustiis tenerẽtur, iter supprimunt, copiásq; in castris continẽt. Nummos, vel pecuniam supprimere, id est celare, occultare, dissimulare se habere, vel dolo malo retinere. Cic. pro Cluentio, Sexcentis millibus nummũm se iudicium corruturum esse dixerat: quæ quũ accepisset à pupillo, suppressit, iudicióque facto, &c. Et paulo pòst, Capit hoc consilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus leuissimis pollicearur, deinde eam postea supprimat.

Suppressus, a, um, participium. {κατακεκλεισμένος. Ital. *Suppresso, affondato.* Gal. *Supprimé, caché tusjours à n'estre plus veu.* Hisp. *Supprimido, escondido.* } vt Nauis suppressa, hoc est depressa, siue submersa. Iustinus, Victi Persæ in nauis suppressa, hoc est depressa, siue submersa. Iustinus, Victi Persæ in naues confugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ. Fuga suppressa, id est retenta, cohibita. Ouid. lib. 11. Metam. Cum vita suppressa fuga est. Mentum suppressum, hoc est contractum, non obiongum, sed breue potius. Var. lib. 2. de Re rust. cap. cap. 9, de canibus loquens, qua forma esse debeant. Mento, inquit, suppresso, & ex eo enatis duobus dentibus, dextra & sinistra. ¶ Voce suppressa dicere, idem quod submissa. ὑφειμένῃ φωνῇ. Cic. pro Sylla, Qui quum suppressa voce de scelere Publij Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset, &c.

Suppressio, suppressionis, Ipse actus supprimendi. {κατοχή, κάτοχος. Ital. *Suppressione, furto, nascondimento.* Gal. *Suppression, larrecin, retirement.* Hisp. *Obra de suppremir, hurto, escondimiento.* } Cice. pro Cluentio, Statuit ad easdem sibi prædas ac suppressiones iudiciales reuertendum. ¶ Suppressiones nocturnæ dicuntur, quoties per somnum spiritus supprimitur, aut etiam ipsa vox, vt incerta, indiscretéq; edatur: quemadmodum in eo morbo accidere solet, qui Latinis Incubus, Græcis Ephialtes dicitur. Plin. lib. 27. cap. 10. Grana nigra auxiliantur & suppressionibus nocturnis, in vino pota, quo dictum est numero.

Suppromo, is. pen. prod. Idem ferè quod promo. {ἀποθησαυρίζω. Ital. *Trarre, mettere fuori.* Gal. *Mettre ou tirer hors d'vn cellier ou autre lieu.* Hisp. *Sacar ò meter fuera.* } Plaut. in Mil. Eho tu scelestæ, qui illi suppromis, eho tu.

Suppromus, mi, Cui vinum promendi cura incumbit. {ταμίας. Ital. *Dispensiero.* Gal. *Despensier, qui tire & baille ce qu'il faut.* Hispa. *El que saca de la despensa.* } Plaut. Milite, Bono cella suppromo credita.

Suppudet, pen. corr. Aliquantulum pudet. {ὑποαιδοῦμαι. Ital. *Vergognarsi alquanto.* Gal. *Auoir quelque peu de honte.* Hisp. *Hauer vn poco verguença.* } Cic. Cassio, Puto te iam suppudere, quum hæc tertia iam epistola antè te opprellit, quàm tu schedam, aut literam misit non vrgeo.

Suppullulo, las, Nouos pullos, hoc est noua germina è radice emitto. ὑποβλαστάνω.

Suppuro, as, pen. prod. In pus conuerto. {ὑπωπιάζω. Ital. *Apostemarsi, conuertirsi in marcia.* Gal. *Apostumer, pourr, bouer, rendre ordure.* Hisp. *Hazer materia de apostema.* } Colu. lib. 6. cap. 12, Hic idem sanguis nisi emissus fuerit, saniem creabit: qui si suppurauerit, tardè procuratur.

Suppuratio, onis generatio puris. {ὑπωπίασις. Ita. *Apostema.* Gal. *Apostume.* Hisp. *Apostema.* } Col. li. 7, Et quũ maturuerit suppuratio, rescindatur ferro.

Suppuratus, ta, tum, Quod suppurauit. {ὑπωπιασμένος. Ital. *Apostemato, conuertito in marcia.* Gal. *Apostumé.* Hisp. *Apostemado.* } Plin. li. 20. cap. 4, Strumis suppuratis vel suppuratis alligant.

Suppuratorius, a, um. Quod ad suppuratio nẽ pertinet, vel quod suppurare facit. {ὑπωπιαστικός. Ital. *Cosa che fa apostemare & maturare.* Gal. *qui fait à postumer ou meurir vne apostume.* Hispan. *cosa para hazer apostema y materia.* } Plin. lib. 28. cap. 4. Efficaciora ad eadem strigmenta à balneis: & ideo misceantur suppuratoriis medicamentis.

Supputo, as, pen. cor. Sarmẽta, vel ramos inutiles subseco. {ὑποκλάδω. Ital. *Potare, ouer brucare.* Gal. *Poller, couper & esmender.* Hisp. *Podar, cortar.* } Plin. li. 17. cap. 10. Præterea semina ipsa frutices nita supputare. ¶ Aliquando cõputare, vel calculum subducere. {λογίζομαι. Ital. *Computare, far conto, calculare.* Gal. *Compter & supputer.* Hisp. *Contar por numeros.* } vt Supputare tationem, apud Plautum in Aulul.

Supra, Modò præpositio est accusatiuo casui seruiens. {ὑπέρ. Ital. *Sopra.* Gal. *Pardessus, oultre.* Hisp. *sobre ò encima.* } Virg. li. Aen. Olli cæruleus supra caput astitit imber. ¶ Modò aduerbiũ. πάνυ. Sallust. in Iugur. Pauca suprà repetam. ¶ Quando præpositio est, aliquando pro valde, seu plus satis: ponitur. πάνυ, vt, Supra morem, Supra modũ, Supra iustum. Virg. lib. 2. Georg. Rara sit, an supra morem sit densa, requiras. ¶ Antiqui etiã Supera protulerũt: sicut Infera & Infra. Cic. in Arato, Hue supera duplices humeros affixa videtur Stella micans. ¶ Suprà quã credibile est, Id est plus quàm quis facilè crediderit. πάνυ ὑπερβολικῶς. Sallust. Catil. Corpus patiens inediæ, algoris, & vigiliæ, suprà quàm cuiquam credibile est.

Superior, superioris, comparatiuum à Supra, aut ab antiquo nomine superus, idem valens quod altior siue sublimior. {ἀνώτερος. Ital. *Piu alto.* Gal. *Plus haut ou plus fort, qui est au dessus, superieur.* Hisp. *Mas alto.* } Cic. Att. lib. 12, Tota domus superior vacat, vt scis. ¶ Interdum idem quod maior, potior, siue excellentior. ἀνώτερος, κρείττων. Cic. 1. Offi. Quantò superiores sumus, tantò nos summissius geramus. Idem 1. Verr. Tu quum omnibus rebus inferior sis hac vna in re te mihi anteferri puta oportere, quòd Quæstor illius fueris: ego, si superior cæteris rebus esses, te hãc vnam ob causam accusatorẽ repudiari putarẽ oportere. Vita superior, id est vita antè acta. Cic. de Senect. Senes semper agunt aliquid, tale scilicet quale cuiusq; studium in superiore vita fuit. ¶ Superior Dionysius, id est prior, vel senior: πρεσβύτερος. ficut inferior, pro iuniore aut posteriore. Sic enim ferè loqui solemus, quoties de malis sermo est. Nam si de bonis laudabilibúsq; loquamur, maiorem & minorem dicimus. Sic duos Africanos, & duos Cyros Maioris & Minoris cognominibus distinguimus. ¶ In cõsanguinitatis quoq; & affinitatis gradibus Superiores eos intelligimus, qui quartũ ascendentiũ gradum excedunt: quemadmodum Inferiores qui sunt infra quartum descendentium gradum. Var. lib. 2. de Re rust. Itaq; pronus ac superiores, de Tremellis nemo appellatus Serosa. ¶ Superiores, pro iis qui ante nos vixerũt, & qui maiores dicuntur. Cic. 4. Acad. Non modò opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. Cice. 4. Verr. Vt ab institutis superiorum, ab autoritate Senatus, ab iure omnũ Siculorum ne recedatur. ¶ Superiores dicuntur etiam, qui alios vincũt. Cæs. 5. belli Gall. Atq; vna ex parte Hispanis equitibus emissis, quum equestri prælio superiores essent. Ibidem, Ita tamen vt nostri omnibus ex partibus superiores fuerint, atq; eos in syluas, colléſq; compulerint.

Supremus, Extremus, vltimus. {ὕστατος. Ital. *Piu alto, vltimo.* Gal. *Le plus haut, le dernier.* Hisp. *Alto ò soberano.* } Virg. 11. Aen. Qui supremũ comitentur honoré. Plin. lib. 13 cap. 1, M. Agrippa supremis suis annis confectatus graui morbo pedum. Ouid. lib. 2. Fasto. Dies regni illa suprema fuit. ¶ Honores supremi, funeralia. Oui. ad Liu. Nec iuuenis potuit supremos destrue honores. Officia suprema, quæ morienti exhibentur. Tacitus lib. 5, Quòd supremis in matrem officiis defuisset. ¶ Sole supremo: id est occidẽte. Hora. 1. Epist. 5, Supremo te sole domi Torquate manebo. ¶ Aliquando summus, maximus, altissimus. ὑπέρτατος. Suetonius, Verùm supremum cælum inuentem stupidum cubuisse. Terẽtius. Proh supreme Iuppiter. Virg. lib. 4. Georg. At chorus æqualis Dryadum clamore supremos Implerũt montes. ¶ Supremũ supplicium, id est extremum, nempe mortis. Cic. lib. 2. de Legi. Incestũ Pontifices supremo supplicio sanciũto. ¶ Suprema multa, pro maxima, vide in dictione MVLCTA. ¶ Suprema alicuius: subintellige, facta: hoc est, supremum vitę tempus. Plin. lib. 16. cap. 44, Circa suprema Neronis principis. ¶ Suprema, pro morte. Tacit. lib. 3. Post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat. ¶ Soluere alicui suprema, pro parentare. Tacit. lib. 1, Igitur cupido Cæsarem inuadit soluendi suprema militibus, ducique.

Supremò, aduerb. id est, nouissimè. {ὑστάτως. Ital. *Vltimamente.* Gal. *Pour le dernier.* Hisp. *Vltimamente.* } Plin. lib. 11. cap. 53, Eadem commeabat ab eo recens assiduè exitura supremò.

Supum, Antiqui dicebant quod nunc supinum dicimus, ὕπτιον. Lucilius apud Festum, Si verò das, quod rogas, & si suggerit supus. Deducitur autem hoc nomen à Græco ὑπτίῳ, teste eodem Festo, aspirationem in s literam commutata.

Sura, suræ, Posterior par cruris carnosa, quæ tantùm homini est: reliqua enim omnia animalia habẽt crura sine suris. {γαστροκνημία. Ital. *La polpa de la gamba.* Gal. *Le gras & mollet de la iambe.* Hisp. *La pantorilla enfrente de la espinilla.* } Plau. Pseu. -surã vbi aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes. Horat. lib. 2. Carm. ode 4. Brachia, & vultum, teretésq; suras Integer laudo. ¶ Quandoque pro toto crure sumitur. Virg. lib. 1. Aene. Purpureóq; altè suras vincire cothurno. ¶ Suræ, pro ocreis quibus muniuntur suræ. Iuue. Saty. 15, Calceus & grãdes magna ad subsellia suræ.

Surculus, li, Quod in ramis simplex oritur, & frondes gerit, dein tahitúrq; interdum & resecatur ex arbore, ad alias rursus producendas. {κλάδευμα, φόρυγες. Ital. *Rampollo, getto, sorcello.* Gal. *Le geton d'vn arbre, vne greffe à enter.* Hisp. *Renuuo que echa el arbol.* } Varro de Re rust. cap. 49. Est alteræ species ex arbore in arborem inserendi, nuper animaduersa in arboribus propinquis. Ex arbore enim è qua quis vult habere surculum,

in eam quam inſerere vult, tumulum traducit,& in eius tamo præciſo, ac diffuſo implicat,&c. Cice.2. de Orat. Ambo te (inquit) da mihi ex iſta arbore quos ſeram ſurculos. Virgil.2. Georg. -nec ſurculus idem Cruſtumiis Syriiſq; pyris,grauibuſq; volemis.Quint.lib.4.cap.3,Rogo des mihi ſurculum ex illa arbore, vt inſeram.

Surculoſus,ſa,ſum, Quod ſurculis abundat. {φρυγανώδης. Ital. *Pieno di ſorcelli.* Gal. *Qui a force getтons ou bourgeons.* Hiſp. *Lleno de renuevos que echa el arbol.*} Plinius.Ramis hyſopi ſurculoſum.

Surculoſe.pen.prod. Aduerb. {φρυγανικῶς,φρυγανωδῶς. Ital. *Per ſorcelli.* Gal. *Par ſurgeons & gettons,l'vn ſurgeon apres l'autre.* Hiſpa. *Por renuevos.*} Plin. lib.18.cap.16. Areſcit ſurculoſé.

Surculo,las,are, Surculos ramis adimere,vt altius creſcant,& vberius à terra nutrimentum accipiant. {φρυγανίζειν. Ital. *Deſcimare, tagliare dagli alberi i ſorcelli inutili.* Gal. *Oſter & couper les gettons des arbres.* Hiſp. *Cortar los ramos del arbol.*} Colu.lib.5.ca.9,Atq; etiam rigandæ ſunt plantæ,quum ſiccitates inceſſerunt,nec niſi poſt biennium ferro tondendæ,ac primò ſurculari debent,ita vt.&c. Alij hîc legunt Sarculari.

Surculaceus,cea,ceum,Quod eſt ſimile ſurculo. {φρυγανικός. Ital. *Pieno de ſorcelli.* Gal. *Plein de gettons ou bourgeõs.* Hiſp. *Lleno de tales renuevos.*} Colu. Surculacea in folliculo ſunt.

Surcularis,ſureulare,vt Terra ſurculuris,quæ ſurculos generat. {φρυγανοτόκος. Ital. *Che produce & fa ſorcelli.* Gal. *Qui produit gettons.* Hiſpan. *Que haze renuevos.*} Colum.lib.3.cap.11, Conſiderandum eſt, antequam paſtinemus,ſurcularis nécne ſit terra.

Surcularius,a,um:vt Surcularia cicada, quæ in ſurculis viuit, vel quæ eo tempore apparet quo arbores ſurculos emittunt.Plin.lib.11.cap.26,de cicadis loquens, Quidam duo alia genera faciunt earum:ſurcularium, quæ ſit grandior:frumentariam,quam alij auenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus. ¶Surculatius ager, qui ſurculis conſitus eſt. Varro 1.de Re ruſt. cap.2, Colonus in agro ſurculario ne capra natum paſcat.

Surdus,a,um, Senſu auditus omnino ſpoliatus:quod ferè ſoler accidere ex læſione nerui auditorij, vel eius partis cerebri, ex qua oritur: nonnunquam etiam ex intemperie,aut tumore contra naturam:vel ex obſtructione,vel cõtinui ſolutione. {κωφός. Ital.& Hiſp. *Sordo.* Gal. *ſourd.*} Terent. Andr. Vtinam aut hic ſurdus,aut hæc muta facta ſit. Cic.5.Tuſ. Surdus varietates vocum,aut modos noſcere non poteſt. Ibidẽ,In illis linguis quas non intelligimus,quæ ſunt innumerabiles, ſurdi profectò ſumus. ¶Surda buccina,paſſim, quæ non auditur. Iuue.Sat.7,Surda nihil gemeret graue buccina. Sic etiã Vota ſurda dicimus,quæ non exaudiuntur.Perſ.li.6,-trabe rupta Brutia ſaxa Prẽdit amicus inops,témq; omnem, ſurdáq; vota Condidit Ionio. ¶Surdum item dicitur, cuius odor non ſentitur.Perſ.Sary.6,Nec ſpirent cinnama ſurdum. ¶Item ea quæ guſtũ amiſerunt,Exurdata dicuntur.Hora.in Serm.Feruida quod ſubtile exurdant vina palatum.¶Refertur etiam ad viſum.Plin.lib.36, Surdúſq; color fit.¶Locus etiam ſurdus dicitur,in quo non facilè auditur.Vitruu.lib.5,Diligenter eſt animaduertendum,ne ſit locus ſurdus. ¶Surdus cum genitiuo. Colu.lib.10.ca.1,Idq; nobis poëta,velut ſurdis veritatis,indulget dicẽdo:id eſt qui veritatem non facilè admittimus.

Surdaſter, a,um, Diminutionem ſurditatis ſignificat: hoc eſt non planè ſurdus, ſed (ne ſic dicam) ſurdulus eſt. κωφικός, δυσήκοος, βαρήκοος, Ital. *Mezzo ſordo.* Gal. *ſurdaut,vn peu ſourd.* Hiſp. *Vn poco ſordo.*

Surditas,atis.{κώφωσις. Ital. *ſordità.* Gal. *ſurdeté ſurdeſſe.* Hiſ. *Sordedad.*} Cic. 5.Tuſc.In ſurditate verò quidnã eſt mali?Erat ſurdaſter M.Craſſus,ſed aliud moleſtius,quòd male audiebat,etiã ſi,vt mihi videbatur, iniuriã.

Surgo, is,rexi,ctum, Erigo me: à ſurſum & rego. {ἀνίσταμαι, αἴρομαι, ἐγείρομαι. Ital. *Leuar ſu.* Gal. *ſe lever,ſe ſourdre.* Hiſp. *Leuantarſe.*} Cic.3.Offi. Surrexit è lectulo, remotiſq; arbitris ad ſe adoleſcentem iuſſit venire. Idem 1.de Inuent. Ille multò ante lucem ſurrexit Virg.3.Aene. Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus.Idem 8.Aeneid. Haud ſecus Ignipotens, nec tempore ſegnior illo Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Terent.Adelph.Vt triduo hoc perpetuò è lecto nequeat ſurgere. ¶Hinc Surgere venti dicuntur, quum veluti ſe erigentes flare incipiunt. Virg. lib.3.Aene. Et fando ſurgentes demorat Auſtros. ¶Aliquando ſurgere ponitur pro creſcere, ſeu naſci: vnde arbores,cæteræq; plantæ ſurgere dicuntur, quum ſeſe ab humo in altum paulatim attollunt. ¶Surgere item dicuntur ea quæ quouis modo augentur. Virg.4.Aene. Aſcanium ſurgentem,& ſpes hæredis Iüli. ¶Surgere etiã dicuntur ædificia,quum paulatim à fundamento ad tecti faſtigium attolluntur. ¶Quæ nunc animo ſententia ſurgit?id eſt oritur, Virg.1.Aene.Tranſlatio eſt à corpore ad animum. Seruius.

Surpiculus,li,vide SCIRPICVLVS.

Surrego,pro Surgo, & Surregit pro Surgit ſcripſere veteres: vnde manſerunt Surrexi,& Surrectum. Ex Feſto.

SVRRENTVM, ti, σύρρεντον. Ptolemæo, Oppidum eſt Picentinorum, iuxta Mineruæ promontorium, Sirenum quondam ſedem, teſte Plin. lib.3.cap.5, ¶Hinc Surrentina vina, & Surrentini colles, apud Columella lib.3.cap.2.

Surrepo, pis.peu. prod.Senſim ingredior, latenter me inſinuo. ἑρπύζω, ὑπερπέμπω. vide SVBREPO.

Surrigo,is,pen.cor.ſurrexi, ctum, Surſum erigo. {ἐξανίσταμαι. Ital. *Leuarſi dritto in alto.* Gal. *Faire leuer ou dreſſer contremont,lever droit en haut.* Hiſpan. *Enhеſtar.*} Virg.4. Aene. Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures.Liui.7.ab Vrbe,Romanus mucrone ſurrecto,quum ſcuto imum perculiſſet,&c. Colum.lib.7. cap.3. Intorta potius, quàm ſurrecta & patula cornua.

Surripio,pis,pen.cor.Latenter rapio,ſeu furor. {ὑφαιρέω, ὑφαρπάζω. Ital. *Toglier naſcoſamente, rubbare.* Gal. *Rauir ſecrettement, prendre & emporter en cachette.* Hiſp. *Hurtar ſecreto.*} Plaut.in Aſina.Surripiam in deliciis palam quam habet. Cice.3.Offi.in vita ſibi quenquam petere quod pertineat ad vſum, non iniquum eſt:alteri ſurripere ius non eſt. Ouid.Epiſt.11, Crimina ſunt oculis ſurripienda patris. Id eſt cauendum eſt ne pater reſciſcat.¶Surripere ſe alicui:eſt ſubducere ſe ab eius conſpectu.Plaut. Menech.Vt ſurripuiſti te mihi dudum de foro?

Surreptitius, adiectiuum, Idem quod furtiuus, ſiue clancularius. {κλεπτός. Ital. *Rubbato,pigliato è fatto ſecrettamente.* Gal. *Subreptice,deſcobé,prins, eu fait à la deſrobée.* Hiſp. *Hurtado,hecho ò tomádo à eſcondidas.*} Plaut.in Caſin.Inter nos amore vtimur ſemper ſurreptio.

Surrogo,as, vide SVBROGO.

Surſum, Quid ſignificet,notum eſt. ἄνω. cuius contrarium eſt Deorſum. Capiuntur tamen interdum ambo pro vltro citróque. {ἄνω, κάτω. Ital. *Di ſopra.* Gal. *En haut, contremont.* Hiſp. *Arriba ò de arriba.*} Teren.in Eunu. Ne ſurſum,deorſúmve curſites. Tractum ab Athenis,cuius portus in imo,vrbs verò in editiore loco ſita erat. ¶Surſum verſum: id eſt verſus ſuperiorem locum,aut partem. Cice.de Orat. Quum gradatim, ſurſum verſum reditur.

Sus,ſuis, generis communis, ſecundum Priſcianum, Porcum ſignificat, vel porcam: & dicitur tam de feris, quàm de domeſticis. {ὗς, σῦς. Ital. *Porco ò porca,verro, troia.* Gal. *Vn verrat ou vne truye,porc.* Hiſp. *Puerco ò puerca.*} Plin.lib.8.cap 51,Sues feræ ſemel in anno gignunt. Cic.2. de Nat. deorum,Sus verò quid habet præter eſcam?cui quidem ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus. Idem li.5.de Fin. Sunt autem beſtiæ quædam in quibus ineſt aliquid ſimile virtutis: vt in leonibus,vt in canibus,vt in equis,in quibus non corporum ſolùm, vt in ſuibus:ſed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos videmus. Virgil.lib.3. Georg. Ipſe ruit, dentéſque Sabellicus exacuit ſus. Idem lib.3.Aene. Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus, Triginta capitum fœtus enixa iacebit.Idem 7. Aeneid. Serigeríque ſues. Idem lib.3. Georg. -& quatit ægros Tuſſis anhela ſues.Iuuenal.Satyr.11, Sicci terga ſuis rara pendentia crate. Ouid.lib.8 Meta. In iuuenes certo ſic impete vulnificus ſus Fertur.

Sucula,æ,pen.cor. {χοιρίδιον. Ital. *Porchetta.* Gal. *Vne petite truye.* Hiſp. *Pequeña puerca.*} Diminut. Plautus in Rud. Quin tui directa cum ſucula, & cum porculis.

Suinus,a,um,Quod ex ſue eſt. {σύειος. Ital. *Di porco.* Gal. *De truye de pourceau.* Hiſp. *Coſa di porco.*} Varr.lib.2.cap.4, Hîc enim conciliator ſuinæ carnis datur populo.

Suillus,a, um, di minutiuum eſt à ſuinus deductum, eiuſdem tamen cum illo ſignificationis. {σύειος. Ital. *De porco.* Gal. *De pourceau,ou de truye.* Hiſp. *Coſa de puerco.*} Plin.lib.8.cap.51. At in Arabia ſuillum genus non viuit in vllo genere. Ibidem cap.41. Suilli pecoris admiſſura à Fanonio ad æquinoctium vernum, ætatis octauo menſe. Liu.2.bell. Pun. Ex ſuillo, ouillo,caprino grege.

Suile,lis,pen.prod.Septum in quo nutriuntur porci. {ὑειόκα. Ital. *Stala da porci.* Gal. *L'eſtable ou conchent les truyes ou pourceaux.* Hiſpan. *Zahurda delos puercos.*} Differtq; ab hara, quòd eo nomine ſignificetur ſcrophorum eubile, cui ſingulæ ſcrophæ ſeparatim cum ſuis ſuculis includuntur. Colum.lib.7. cap.9, Diligens autem porculator frequenter ſuile conuertat,& ſæpius haras.

Suatim Ad ſimilitudinem ſuis,inquit Nonius. {σύειος. Ital. *A ſoggia de porci.* Gal. *En façon de pourceaux.* Hiſpa. *En manera de puercos.*} Nigidius Comment. Gramma. Sunt etiam adſimulanter dicta hæc canarim, ſuatim, bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

SVSA, orum, σοῦσα. Ptolemæo, Vrbs nobiliſſima,inter Perſidem, & Babylontam ſita, Perſarum olim regna, à Dario Hyſtaſpis. (ſi Plinio credimus) aut(vt Straboni placet) à Tithono Memnonis patre condita,trãs Choaſpem fluuium:à cuius vrbis nomine circumiecta regio dicta eſt Suſiana. In hac vrbe fuit nobilis illa Cyri regia, candido varióq; marmore, columnis aureis, magnáq; gemmarum copia exornata, cæli in lacunaribus habens ſimulachrum, ſtellis micantibus inſignitum. Eſt autem hoc nomen pluralis tantùm numeri, & neutri generis. Propertius lib.2.Non tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis. Lucanus, Non tot Achæmeniis deducunt Medica Suſis Agmina.Dicta autem putantur Suſa,à Itiliorum copia,quæ illorum lingua Suſa dicuntur.

Suſiana, συσιάνη. Stephano,Aſiæ regio,Perſicæ ditionis,quæ à Septentrione terminatur Aſſyria, ab Occaſu Babyloniæ adiacet, ab Oriente habet Perſidem, à Meridie partẽ Perſici ſinus. Dicta Suſiana à Suſis vrbe nobiliſſima, Perſarum regia, & totius regionis capite. Latiorem eius deſcriptionem pete ex Ptolemæo lib.6.cap.3.

Suſinum.pen. corr. σύσινον, Oleum, ſiue vnguentum ex liliis confectum, quæ Phrygum lingua Suſa, σοῦσα, appellantur. Plin.lib.13.cap.1, E malis quoq; coronei & ſtrutheis fit oleum, vt diximus, melinũ. Suſinum tenuiſſimum omnium eſt. Conſtat ex liliis,balano, calamo, &c. Idem & Lirinum appellatur. λήρινον. Græci enim λείρια appellant quæ nos vnius literæ immutatione Lilia dicimus. Plin.lib.21.cap.5, Lilium roſæ nobilitate proximum eſt,& quadam cognatione vnguenti oleique, quod Lirinon appellatur.

Suſcio,ſcis,ſciui, ſuſcire, Verbum antiquum eſt, idem ſignificans quod ſcio, ſiue cognoſco, ἐπίσταμαι. Plaut. in Menæch. Eho Meſſenio accede huc. MESS. quid negotij eſt? ſuſciri Quid eo opus eſt?

Suſcipio,ſuſcipis,pen cor.Sumo,capio,recipio. {ὑποδέχομαι, ἀναιρέομαι, ὑπολαμβάνω. Ital. *Prendere,pigliare,ricevere.* Gal. *Entreprẽdre,prendre,recevoir.* Hiſp. *Tomar,recebir.*} Cice.lib.1.de Finib.Sed vt omittam pericula,labores,dolorem etiam quem optimus quiſque pro patria & pro ſuis ſuſcipit,vt non modò nullam capiat, ſed etiam prætereat omnes voluptates:dolores denique quoſuis ſuſcipere malit quàm deſerere vllam officij partem. Idem pro Cluentio, Neq; mihi quicquam oneris ſuſcepi, quum iſta dixi, quò minus honeſtè hanc cauſam, & liberè poſſem defendere.Cice.7.Verr. Tantúmne igitur laborem,tantas inimicitias tot hominum ſuſcepturus es? Terent.Hecy. Cum puella auum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet? ¶Suſcipere liberos,eſt gignere.κατάρχεσθαι παίδων. Plaut. Qui geminos ex ancilla ſuſcepit liberos. Cice.5.Verr.Suſceperas enim liberos non ſolùm tibi, ſed etiam patriæ. Tacitus lib.2, Ducere vxorem,ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia extingueretur. ¶Suſcipi in lucem,pro naſci.Cic.de Aruſp.reſp.Eodem enim tempore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cæleſti ſpiritu agimur. ¶Accipitur item Suſcipere pro eo quod eſt ſermonem excipere,& in vicem reſpondendi ſuccedere. ὑπολαμβάνειν. Virg.lib.6.Aene. Suſcipit Anchiſes, atque ordine fin gula pandit.

Suſceptus,a,um,participium. {δεδεγμένος, προσειλημμένος. Ital. *Pigliato,accettato.* Gal. *Receu,entrepris,prins.* Hiſp. *Tomado,recebido.*} Cic.pro Quintio, Tranſigere ſuſceptum negotium. Virg.lib.4.Aen. Saltem ſi qua m hi de

te

re suſceptа fuiſſet Ante fugam ſoboles.

Suſceptum, ſuſcepti, neutri generis, ſubſtantiuum. {ἐγχείρημα, ἐπιχείρημα. Ital. *Coſa pigliata, accettata.* Gal. *Ouurage entrepris, entreprinſe.* Hiſp. *Coſa tomada à ſu cargo.* } Ouid. 11. Metam. -ſuſceptáq; magna labore Creſcere dicitur.

Suſceptio, tionis, verbale, Ipſe ſuſcipiendi actus, vt, Suſceptio cauſæ. {ὑπόληψις, ἀνάδοχή. Ital. *Eſſo pigliare, accettamēto.* Gal. *Reception, entreprinſe.* Hiſp. *Tomamiento à ſu cargo.* } Cice. pro Muræna. Et quoniam in hoc officio ſtudium meæ defenſionis ab accuſatoribus, atque ipſa ſuſceptio cauſæ reprehenſa eſt, antè quàm pro L. Muræna dicere inſtituo, pro meipſo pauca dicam.

Suſcito, ſuſcitas. pen. corr. Excito. {ἐγείρω. Ital. *Eccitare.* Gal. *Suſciter, eſmouuoir, inciter, eſueiller.* Hiſp. *Deſpertar.* } Plaut. in Moſtel. Quis iſtic dormit? S V R C I. Callidates. V. ſuſcita iſtum. Cice. 4. Tuſc. Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quòd ſomnum capere non poſſet quærentibuſque reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. ¶ Ignis item ſuſcitari dicitur, quū iam ſemiſopitus vigori ſuo reſtituitur. ἀνάπτειν, ἀναζωπυρεῖν. Virg. 8. Aene. Hæc memorans, cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes. ¶ Tráſfertur & ad alia: vt quum iram quæ iam elanguerat, ſuſcitari dicimus, hoc eſt renouari, ſeu reuiuiſcere. Ouid. 3. de Arte. Quoſlibet exinctos iniuria ſuſcitat ignes. ¶ Suſcitare mortuum, id eſt ad vitam reuocare. Seneca, Nec tam ſanare laborantem vitus eſt, quàm mortuum ſuſcitare.

Suſcitabulum, Incitamentum dicitur. {ὑπόκαυσον, ὑπόκαυμα, ὑπομνήσιον. Ital. *Incitamēto.* Gal. *Incitation, eſmeution.* Hiſ. *Incitamento.* } Varr. in Saty. quam ſuo more λόγων inſcripſit, Symphonia vocis ſuſcitabulum. Nonius.

Suſcus, vide SVRCVS.

SVSIANA, vide SVSA.

Suſpecto, ſuſpectas, vide SVSPICIO.

Suſpendeo, des, ere, (inquit Calepinus) Idem quod ſuprà pendere. {ἀνακρέμαμαι. Ital. *Pendere da alto.* Gal. *Eſtre pendu d'en haut, eſtre pendant.* Hiſp. *Eſtar colgado à ſuſpenſo.* } Colu. lib. 4. cap. 28. Sæpe enim notaui per imprudentiam ruſticos ſubtiliore iugo palmam, & ita colligare, vt ſolo vimine ſuſpendeat. Sic enim legit ille: ſed non rectè: quum emendatiora Columellæ exemplaria Suppendeat, legendum oſtendant.

Suſpendo, ſuſpendis. Appendo, alligo. {κρεμάννυμι, κρέμω τι ἀπό τινος. Ital. *Appiccare.* Gal. *Pendre, ſuſpendre.* Hiſp. *Colgar, ahorcar.* } Plin. lib. 20. ca. 20. Quem ſcio propter impatibiles vuæ morbos radicem eius filo ſuſpenſam in collo gerere, præterquam in balneis. Horat. lib. 1. Carm. Ode 5. -me tabula ſacer Votiua paries indicat humida Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris deo. Virgil. lib. 4. Georg. Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, antè Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo. ¶ Quandoq; eſt ſubleuare, ſuſtollere. Apuleius, Quum deberet manam porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſubleuare, nullum mihi ferebat auxilium. ¶ Quandoque pendendo interimere. κρεμᾶν. Cic. 5. Verr. Centuripinum Dioclem hominem locupletem ſuſpendiſſe ſe conſtat. Idem 1. de Oratore. Quum familiaris quidam quereretur quòd diceret, vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore, quos ſeram, ſurculos. ¶ Suſpendere rem aliquam, id eſt differre, prorogare. ἀναβάλλειν. Liuius lib. 9. belli Macedonici Monit aliquantum oratio regis legatos: itaque medio reſponſorem ſuſpenderunt. Ouid. lib. 4. Faſto. Dat tamen exequias nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet. ¶ Suſpendere aliquem, pro incertum reddere. Plinius Epiſt. vlti. lib. 2, Diu miſeram expectatione ſuſpendit. Plautus, Vix compos mentis ſum, ita mihi ſuſpendit animum. Curt. lib. 9, Ea ipſa res omnium animos expectatione ſuſpenderat; quippe armato congredi nudum, dementia, non temeritas videbatur. ¶ Suſpendere ſpiritum, pro eo quod eſt paululum quieſcere inter legendum, & ſubſiſtere. Quintilianus, Sciat puer vbi ſuſpendere ſpiritum debeat: quo loco verſum diſtinguere, vbi claudatur ſenſus, vbi incipiat. Aedificium ſuſpendere. Cicero in Topicis. Non enim eius vitio qui demolitus eſt, damnum factum eſt: ſed potius operis vitio, quod ita ædificatum eſt, vt ſuſpendi non poſſit.

Suſpenſus, a, um. {κρεμάμενος, κατηωρημένος. Ital. *Impiccato, ſoſpeſo.* Gal. *Souſpendu.* Hiſp. *Ahorcado, ahorcadeza.* } Cicero de Leg. Agrar. Romæ cœnaculis ſublata atque ſuſpenſa. Liuius lib. 8. ab Vrbe condita, Suſpenſus reſte manibus ſe demiſit. Horatius lib. 1. Serm. Saty. 8, Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas In patinas fecere. ¶ Suſpenſus, pro incerto, ac dubio. {ἀπορος, ἀμφιβολος. Ital. *Dubbioſo, incerto.* Gal. *Suſpens & en doubte* Hiſp. *Dudoſo* } Seneca, Suſpēſus animo, quid ageret, cogitabat. Virg. lib 6. Aeneid. Dicam equidem, nec te ſuſpenſum nate tenebo. Idem 2. Aene. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. ¶ Suſpenſus ſomnus, pro inquieto, intranquillo, in quo mens curis eſt fatigata, cui contrarius eſt profundus ſomnus. Cice. 1. Tuſc. ex poëta quopiam vetuſto, Mater te appello, tu quæ curam ſomno ſuſpenſo leuas. ¶ Suſpenſus gradus, pro placido ac ſilenti. Terent. in Phor. Hæc vbi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu, placidè ite pertexi. ἀκροποδί.

Suſpenſio, onis, verbale, Incertitudo. {ἀπορία. Ital. *Incertezza, dubbietà.* Gal. *Souſpenſion, incertitude & doubte.* Hiſp. *Duda.* } Hirtius lib. 5. belli Africi, Erat in caſtris Scipionis ſuperiore tempore magnus terror, & expectatione regiarum copiarum exercitus eius magis ſuſpenſione animi ante aduentum ſubæ commouebatur.

Suſpendium, dij, Pro ſuſpenſione. {ἀπαγχόνισμα. Ital. *Appiccamento.* Gal. *Pendement.* Hiſpan. *Obra de ſer ahorcado.* } Gellius, Suſpendio vitam finiuit. Cicero 5. Verr. Non, inquam, perpeterere, vt homines iniuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent. Mart. libro 1, Iam ſuſpendia ſæua cogitabas. Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 12, Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo.

Suſpendioſus, ſuſpendioſa, ſuſpendioſum. Qui laqueo nexili ſtrangulatus eſt. {ἀπαγχονισμῷ ἀποθνήσκων. Ital. *Appiccato.* Gal. *Pendu en vn gibet.* Hiſ. *Ahorcado.* } Plinius ſcribit laqueum ſuſpendioſi circūdatum temporibus, dolorem capitis ſedare. Idem pœnam laquei præpoſteram appellat, ex eo quòd includatur ſpiritus, cui exitus quærendus erat.

Suſpicio, ſuſpicis, ſecunda ſyllaba correpta. Surſum aſpicio. {ἀναβλέπω, ἀναβλέμμα. Ital. *Guardar in ſu.* Gal. *Regarder en haut & contremont.* Hiſp. *Mirar à lo alto. mirar arriba.* } Virg. lib. 1. Aen. O fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt, Aeneas ait: & faſtigia ſuſpicit vrbis. Cice. 1. Tuſcul. Et aſtra ſuſpeximus, rum ea quæ ſunt infixa certis locis: ſitum illa non ſe ſed vocabulo errantia. Idem de Somnio Scipionis. Aliquantóque pòſt ſuſpexit in cælum. Virg. lib. 1. Georg. -aut bucula cælum Suſpiciens, patulis captauit naribus auram. ¶ Suſpicere aliquem, admirari, & venerari: quaſi ſuprà vos aſpiciamus vilum eſſe collocatum, quem admiramur. {θαυμάζειν, σεμνολογεῖσθαι. Ita. *Honorare.* Gal. *Honorer, admirer.* Hiſp. *Teneren eſtimamiento à otro.* } Cic. lib. 2. Offic. Itaque eos viros ſuſpiciunt, maximiſq; efferunt laudibus. Idem in oratore, Eloquentia, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. ¶ Suſpicere etiam ſignificat Suſpectum habere. {ὑποπτεύειν. Ital. *Hauer ſoſpetto.* Gal. *Souſpeçonner, auoir pour ſuſpect.* Hiſp. *Suſpechar, hauer por ſoſpechoſo.* } vt apud Sallaſtium in Iugurtha. Per idem tempus Romilcar cuius impulſu Iugurtha dedi tionem, quam metu deſerui, inceperat) ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpicens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere.

Suſpectus, ſuſpecta, ſuſpectum, nomen ex participio. De quo habetur rei alicuius ſuſpicio. {ὑποπτος. Ital. *Coſa che ſi ha in ſoſpetto.* Gal. *Suſpect, ſouſpeçonné.* Hiſp. *Coſa ſoſpechoſa.* } Cicero in Catilinam. Si me meis ciuibus tam grauiter ſuſpectum atq; infenſum viderem, carere me aſpectu ciuium, quàm infeſtis oculis omnium circunſpici mallem. Idem 3. Offic. Quum filius patri ſuſpectus eſſet de nouerca. Virg. 4. Aene. Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ. Idem 3. Aeneid. Graiugenúmq; domos, ſuſpectáq; linquimus arua. Cice. de Amic. Hæc eſt enim Tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis benevolentiæ poteſt eſſe fiducia: omnia ſemper ſuſpecta atq; ſolicita ſunt. Virg. 2. Aen. -ſuſpectáq; dona Præcipitare jubent, ſubiectiſq; vrere flammis. Suſpectior, oris, comparatiuum. Cic. 2. Offi. Quo enim quis verſutior & callidior eſt, hoc inuiſior & ſuſpectior detracta opinione probitatis. Liui. 7. bel. Pun. Is omnia ſuſpectiora quàm antè fuerant, in Senatu fecit.

Suſpectus, us, ui, Actus ſuſpiciendi, id eſt ſurſum aſpiciendi. {ἀναβλεψις, ἀναβλεμμα. Ital. *Eſſo riguardar in alto, riguarda in ſu.* Gal. *Regard de hau en haut.* Hiſp. *Mirada arriba.* } Plin. lib. 9. cap. 38. Laus eſt ſumma, color ſanguinis concreti: nigricans aſpectu, idémq; ſuſpectu refulgens. Hoc eſt, ſi ſurſum conſpiciatur, & in aerem, quod dicitur. ¶ Suſpectus, pro altitudine. Virg. 6. Aen. -tum Tartarus ipſe Bis patet in præceps tantum, tenditq; ſub umbras, Quantus ad æthereū cæli ſuſpectus Olympum. ¶ Suſpectus, pro admiratione. Senec. de Beneſi. lib. 2. cap. 25, Videndum eſt quid maximè faciat ingratos: aut nimius ſui ſuſpectus, & inſitum mortalitati vitium, ſe, ſuáq; mirandi: aut anditas, aut inuidia.

Suſpectio, onis, verbale, Idem quod ſuſpicio. {ὑπόνοια. Ital. *Suſpitione, ſoſpetto.* Gal. *Souſpeçon.* Hiſp. *Suſpecha.* } Terent. And. Nam qui iſtæc tibi intedit ſuſpectio?

Suſpecto, ctas, frequentatiuum, Modò ſurſum ſpecto. {ἀναβλέπω, ἀναβλέπομαι. Ital. *Guardar ſpeſſo in ſu.* Gal. *Regarder ſouuent en haut.* Hiſp. *Mirar à menudo arriba.* } Marr. Oculiſq; ſuſpectans ſidera. ¶ Modò ſuſpectum habeo. } Ital. *Suſpettare.* Gal. *Souſpeçonner.* Hiſp. *Sospechar.* } Tacit. lib 1, Et quidam ſcelus vxoris ſuſpectabant. Idem li. 4. Pellit domo Seianus vxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne pellici ſuſpectaretur.

Suſpicor, ſuſpicaris, Suſpicionem habeo. {ὑπονοέομαι, ὑπολαμβάνω, ὑποβάλλομαι. Ital. *Penſare, ſoſpettare.* Gal. *Souſpeçonner, ſe doubter, meſcroire.* Hiſp. *Soſpechar ò barruntar.* } Terent. in Heaut. Nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt Quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier. Cæſ. 8. bel. Gal. Cæſar etſi diſceſſum hoſtium animaduertere non poterat, incēdiis oppoſitis: tamen id conſilium quum fugæ cauſa initium ſuſpicaretur, veritus nequid in ipſo ſe offenderit, hominem ſumma vi retinere cœpit. Ouid. Epiſt. 1, Quæcunq; æquor habet, quæcunq; pericula tellus. Tum longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ. Cic. Att. lib. 7, Scribe non modò ſiquid ſcies, aut audieris: ſed etiam ſiquid ſuſpicabere.

Suſpicans, tis, partic. ὑπονοητικός. Terent. And. Egomet quoq; eius cauſa in funus prodeo. Nihil ſuſpicans etiam mali.

Suſpicio, cionis, verbale, Ipſe ſuſpicandi actus. {ὑπόνοια, ὑπόληψις. Ital. *Soſpettione.* Gal. *Souſpeçon.* Hiſp. *Soſpecha.* } Cice. 1. de Finib. Plerunq; improborum facta primò ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo, atq; fama, tum accuſator, tum Iudex, multi etiam, vt te Conſule, ipſi ſe iudicauerunt. Idem ad Lentulum lib. 1. Gratiam autem noſtram extinguit hominū ſuſpicio. Terent. Eunu. Imò magis auge ſuſpicionem. Plaut. Pſeud. Suſpicio mihi nunc eſt, vos ſuſpicarier, Me hæc idcirco tanta facinora promittere, Qui vos oblectem. Terentius Eunucho, -iam tunc erat ſuſpicio Dolo malo hæc fieri omnia.

Suſpicioſus, a, um. Qui pronus eſt ad ſuſpicionem. {ὑποπτικός. Ital. *Soſpettoſo, ombroſo.* Gal. *Souſpeçonneux.* Hiſp. *Soſpechoſo.* } Terent. in Adelph. Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt, neſcio quomodo Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis: Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Cic. 7. Verr. Te conſcientia timidum, ſuſpicioſumq; faciebat. Idem ad Quint. Frat. lib. 12, Eſſe nimis ſuſpicioſum & durum in ſuos. ¶ Accipitur etiam quandoq; pro eo qui ſuſpectus eſt. Cice. pro Roſcio Amerino, Verùm id quod adhuc eſt ſuſpicioſum, niſi perſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote. Idem pro Flacco. Et is eſt reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compendium, in maledicentiſſima ciuitate, ſuſpicioſiſſimo negotio, maledictum omne, non modò crimen effugit.

Suſpicioſè, ſuſpicioſius, aduerbium. {ὑποπτικῶς. Ital. *Soſpettoſamente.* Gal. *Souſpeçonneusement, par ſouſpeçon.* Hiſ. *Soſpechoſamente.* } Cic. pro Sexto Roſc. Am. Qui enim aliquid habeat quod poſſit criminoſè ac ſuſpicioſè dicere, aperte iudificari & calūniari ſciens non videatur. Idem de claris Orat. Qui ſuſpicioſius, aue criminoſius diceret, audiui neminem.

Suſpicax, cacis, adiectiuum omnis generis, Idem quod ſuſpicioſus. {ὑποπτικός. Ital. *Soſpettoſo.* Gal. *Souſpeçonneux.* Hiſp. *Souſpechoſo, que mucho ſoſpecha.* } Tacit. lib. 3. Iis haud aliàs intētior populus, plus ſibi in principem occultæ vocis, aut ſuſpicacis ſilentij permiſit. Idem lib. 1. Etiam Q. Haterius & Mamercus Scaurus ſuſpicacem animum perſtrinxere.

Suſpiro, as, pe. prod. Spiritum ab imo pectore traho, quod ſollicitudinis aut doloris argumentum eſt. {στενάζω. Ital. *Soſpirare.* Gal. *Souſpirer.* Hiſp. *Soſpirar ò acezar.* } Plaut. in Menæch. Quin ſuſpirabo ſexcētum dies. Cice. Att. lib. 1. Reperire ex magna turba neminem poſſumus, qui cum aut iocari libere, aut ſuſpirare liberaliter poſſimus. Ouidius Epiſt. 20. Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore. ¶ Per tranſlationem accipitur pro deſiderare

Universidad de Deusto
Biblioteca

desiderare: & sic ferè accusatiuo iungitur. Iuuen. Sat. 11, Suspirant longo non visam tempore matrem. Tibullus lib. 4. eleg. 5, Quòd si forrè alios iam nunc suspirat amores. Suspirare in aliquâ. Ouid. 1. Fast. Hanc cupit, hanc optat, solam suspirat in illam.

Suspiratus, us. Actus ipse suspirandi. {Ital. & Hisp. *Sospiro*. Gal. *Soupirement, souspir.*} Ouid. 14. Metam. Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis, Nec dea sum, dixit.

Suspirium, rij. Ipsa suspiratio, hoc est ab imo pectore spiratio. {Ital. & Hisp. *Sospiro*. Gal. *souspir.*} Cic. ad Att. lib. 13, Consul est impositus is nobis, quem nemo, præter nos philosophos, aspicere sine suspirio posset. Ouid. 2. Metam. -præsagáq; luctus Pectore solicito repetent suspiria, &c. Idem 10 Metam. Myrrha patre audito, suspiria duxit ab imo Pectore. Colum. lib. 6. cap. 14. Interdum tumore palati cibos respuit, crebrum suspirium facit. Mart. lib. 1, Collo nexa cubat, cupitq; somnos. Vt suspiria nulla sentiãtur. ¶ Accipitur aliquando Suspirium, pro ipsa spirandi difficultate: Græci ἄσθμα vocant. Plin. lib. 10. cap. 9, Ad tormina regios morbos, tussim veterem cum suspirio.

Suspitiosi. Qui spirandi difficultatem patiuntur: vel quibus vitiosa est respiratio, quos Græci ἀσθμαλέους vocant. {Ital. *Smatici*. Gal. *Asthmatiques, qui ont courte haleine*. Hisp. *Acezoso*.} Colu. lib. 6. cap. 37, Febrienti mulæ crudæ brassica datur, suspitiosæ sanguis detrahitur.

Suspue, déque fero, quod & Súspq; déq; habeo dicimus, Significat æquo animo sum, & quod accidit, non magnifacio. ἀδιαφορῶ. ¶ Interdum negligo atq; contemno: hoc est sursum an deorsum feratur res, parui facio. Plaut. in Amph. Atq; in me súspq; déq; esse habituram putat? Vide Gellium lib. 16. cap. 9.

Susilio, sussilis, vide SVBSILIO.

Sustendo, is, di. ensum. ere, Decipiendi gratia subdere aliquid aut machinari. ὑποτείνω. Salust. Dum sustendit insidias militi.

Sustineo, nes, secunda syllaba corr. Fero, sulcio, labentem excipio, alioqui ruiturum retineo. {κατέχω, βαστάζω. Ital. *Sostenere*. Gal. *Soustenir, endurer & souffrir*. Hisp. *Sostener*.} Plaut. in Menæch. -sustine has Penicule exuuias. Idem Pœn. Quantum hominum terra sustinet. Cic. 2. de Nat. deor. Ex quo concluditur quum omnes mundi partes sustineantur calore. Plin. libro 12. cap. 25, Vineæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. ¶ Sustinere, pati, tolerare, ἀνέχεσθαι, ὑπομένειν, φέρειν. Cic. 7. Phil. O dij immortales, quis huius potentiam poterit sustinere? Terent. in Phorm. -prima coitio est acerrima: Si eam sustinueris, post illa iam, vt lubet, ludas licet. Plin. Epist. 12, Et cur, inquit, me putas hos tantos dolores tandiu sustinere? ¶ Aliquando alo, reficio, egestatem sublenio, nutrico. τρέφω, ἀναπαύω. Liu. Milites fluuiali pisce & herbis sustinebantur. Id est cibabantur. Virg. li. 2. Georg. -hinc patriã paruúsq; nepotes Sustinet. ¶ Sustinere se à respondendo, vt aut approbet aut reprobet quid, sustineat, vt neq; neget aliquid, neque aiat. ¶ Non sustineo, pro non possum, nequeo, non audeo. Quintil. lib. 2. cap. 4, Nec enim huius rei iudicium differre sustineo. Ouid. 4. Fast. -nec iam suspendere fictum Sustinet. Idem 6 Metam. -sed non attollere contrà Sustinet hæc oculos. ¶ Sustineo, defendo, tueor. Cic. 4. Achad. Philo autem dum noua quædam commouet, quòd ea sustinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & apertè mentitur. Brutus Ciceroni, Apuleium autoritate tua sustinere debes. ¶ Sustinere personam, expectationem, causam, dignitatem imperij. id est tueri, itáq; sese gerere vt iis rebus non impar videatur. Cic. pro Domo sua. Hi tales viri, qui non solùm consiliis suis, sed specie ipsa dignitatem Reipublicæ sustinent. Idem post reditum. Quorum mentes angustæ, & humiles magnitudinem tanti imperij sustinere non possunt. ¶ Accipitur aliquando Sustinere pro compescere, resistere. Atticus Ciceroni, Cum ista copia tantam multitudinem sustinere non poteris. ¶ Sustinere, differre. ἀναβάλλω. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Compressiq; à Centurione, quem sibimetipsi præfecerant, rem in noctem sustinuere. ¶ Sustineo gradum, reprimo. Ouid. 6. Fasto. Obstupui tacitus, sustinuiq; gradum. ¶ Sustinere dicitur Deus manum suam, quando retrahit. Ouid. lib. 5. Fast. Sæpe Iouem vidi, quum iam sua mittere vellet Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

Sustento, tas. Frequentatiuum est à Sustineo. Idem significans quod sulcio, & alioqui ruiturum retineo. {κατέχω, βαστάζω. Ital. *Sostentare*. Gal. *Soutenter*. Hisp. *Sostentar*.} Virg. 10. Aeneid. Huic frater subit Alcanor, fratrémq; ruentem Sustentat dextra. ¶ Nonnũquam idem quod tolero, seu patienter fero. {ὑπομένω, ἀνέχομαι, φέρω. Ital. *Sopportare pazientemente*. Gal. *Endurer & porter patiemment*. Hispan. *Padescer ò sufrir molestias*.} Sallust. ad Cæs. de Republica ordin. Postremò sapientes pacis causa bellũ gerunt, laborem spe otij sustentant. Cic. pro Flacco. Hominum mentes, cogitationésq; spes sustentat. Idem Mario lib 7. Tu modò istam imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta & tuére. Cæs. 7. belli Gal. Vsque eò, vt complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquis locis adacto, extremã famem sustentarẽt. Idem 3. belli Ciu. Iámq; frumenta maturescere incipiebant, atque ipsa spes inopiam sustẽtabat, quòd celeriter se habituros copiam confidebant. ¶ Sustentare se, id est fortem animum in rebus aduersis gerere, & fortunæ non succumbere. Cic. Terentiæ lib. 14, Quod reliquum est, sustenta te mea Terentia, vt potes. Idem Tironi quato lib. 6, Tu velim te, vt debes, & soles, tua virtute sustentes. Idem Attico lib. 3, Me vix, miseréq; sustento. ¶ Sustentare, pro alere, seu reficere, & egestatem alicuius sublenare. {τρέφειν, ἀναπαύειν. Ital. *Nodrire*. Gal. *Nourrir*. Hisp. *criar*.} Cic. Atti. P. Valerium negat habere quicquam Deiotarus Rex, cúmq; ait à se sustentari. Terent. in Adelp. -alit illas: solus omnem familiam Sustentat. ¶ Sustentatum est, impersonale. Cæsar 1. bell. Gall. Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt: ægrè eo die sustentatum est.

Sustentatio, onis. Idem quod expectatio, siue dilatio. {Ital. *Sostentatione, sopportatione*. Gal. *Soutiens, patience, attente*. Hisp. *sostenimiento, soportacion*.} Cic. 2. de Inuent. Deinde vtrum statim geri necesse sit, vtrum habeat aliquam moram & sustentationem.

Sustentaculum. Id est fulcimentum quo aliquid sustinetur. ὑποστήριγμα.

Sustollo, lis, verbum est obsoletum. Idem significans quod attollo, siue sursum subleuo. {ἀναστρέφω, αἴρω, ἀναιρῶ. Ital. *Sollevare*. Gal. *Eſleuer en haut, soulever*. Hisp. *Alçar arriba*.} A quo manſit præteritum sustuli, & tempora ab eo formata. Virg. lib. 2. Aeneid. Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas. ¶ Significat autem Sustuli, idem quod sursum tuli, in altum exeri, subleuaui. ἀνῆρμαι. Cic. pro Deio. Quum eum in cuuum plures sustulissent, vix in eo hærere senex potuit. Idem lib. 2. de Nat. deor. Phaethontem Soi in currũ sustulit. Idem Attico. Salaminij nos decretis suis in cælum sustulerunt. ¶ Aliquando idem quod suscepi: vt quum dicimus quempiam ex vxore liberos sustulisse, id est suscepisse. ἀνῆρμαι. Nam quemadmodum mater dicitur peperisse, ita pater sustulisse, Cic. in Antonium, Qui ex libertina sustulerit liberos. ¶ Nonnunquam pro educaui, τρέφω. Virg. lib. 9. Aen. Mæonio Regi quem serua Lycimna furtim Sustulerat. ¶ Nonnunquã item occidi, necaui, abstuli de medio abrogaui, perdidi, destruxi, subuerti. ἀναιρῶ. Vnde est distichon illud apud Suetonium in Nerone.

Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem: sustulit ille patrem. Cic. de Diuin.

Xenophanes diuinationem funditus sustulit. Idem lib. 1. Offic. Maiores nostri Carthaginem funditus sustulerunt.

Sublatio, onis, verbale. Idem ferè significans quod ablatio, siue destructio. {ἄφαίρεσις. Ital. *Esso portar via, esso togliere*. Gal. *Oſtement, deſtruement*. Hisp. *Quitamiento*.} Quint. li. 7. cap. 2, An restitutio pro sublatione iudicij sit.

Sustuli, præteritum, vide SVFFERO, SVSTOLLO, & TOLLO.

Susum, Pro sursum, apud antiquos. Caro cap. 157, Ita subducito susum animam quàm plurimum poteris: in triduo polypus excidet.

Susurrus, susurri. Paruum, & summissum murmur. {ψιθυρισμός. Ital. *Mormoratione, mormorio*. Gal. *Vn bruit sourd, murmure*. Hisp. *Zumbido ò ſonido de abeja*.} Cic. 4. Tuscul. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ (vt mos in Græcia est) insusurrantisq; alteri, &c. Horat. lib. 1. Carm. Leuéque sub noctem susurri. Virg. 1. Aegl. Sæpè leui somnum suadebit inire susurro. ¶ Declinatur etiam hoc Susurrum. Ouid. li. 7. Metam. Procrin adit, lingua refert audita susurra.

Susurrus. Adiect. {ψιθυρός. Ital. *Che mormora, mormoratore, susurrone*. Gal. *Qui murmure & babille, qui ne fait que murmurer, murmurateur*. Hisp. *Murmurador, que zumba*.} Ouid. 7. Metam. Procrin adit, lingua refert audita susurra.

Susurro, ras. Summissa voce loquor, lenem & summissum strepitum edo: qualis est apum murmur, aut aquæ molliter defluentis, aut venti leniter spirantis. {ψιθυρίζω. Ital. *Mormorare, bucinare*. Gal. *Murmurer entre ſes dents faire vn bruit bas*. Hisp. *Zumbar ò hazer ruido, murmurar*.} Virg. in Culice, Ima susurrantis repetebant ad vada lymphæ. Et paulo pòst, -quos leniter afflans Aura susurrantis possit confundere venti. ¶ Sumitur aliquando pro clanculum. Terent. in Andria. Iam susurrari audio, eiuem Atticam esse hanc. Martial. lib. 2, Nequid fortè petam, timet canéq;, Et secum sic, vt audiam, susurrat. Ouid. Epist. 18, Aut ego cum chara de te nutrice susurro.

Susurratio, onis, verbale. {ψιθυρισμός. Ital. *Mormorio tra'denti*. Gal. *Murmurement, & bruyement tout bas*. Hisp. *Zumbido, obra de murmurar*.} Cælius ad Cicer. lib. 8, Ad Cæsarem crebri & non belli de eo rumores, sed susurrationes duntaxat veniunt.

Susurro, susurronis, Detractor, maledicus: qui non apertè loquitur, qui voce demissa, auribus hominum obstrepit. {ψιθυριστής. Ital. *Mormoratore, ſuſurrone*. Gal. *Murmurateur*. Hisp. *Murmurador*.}

Sutates, A Plauto (modò emendata sit lectio) dici videntur iidem qui sutores, aut saltem certum quoddam sutorũ genus. Sic enim legitur apud ipsum in Aululatia, Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius, Cinifiones, patagiarij, induſiatij, &c. Propolæ, linteones, calceolarij, Sedẽtarij, sutates, diabathrarij. {οἱ σάνδαλα. Ita. *Calzolaij*. Gal. *Cordonniers*. Hisp. *zapateros*.}

Sutela, telæ, Dolosa astutia (vt inquit Festus) siue techna callidè consuta. {κακοτεχνία, δόλος, ἀπάτη. Ital. *Aſtutia piena di fraude, trauamento d'inganno*. Gal. *Fineſſe, pleine de dol & tromperie, contrauement de tromperie*. Hisp. *Aſtucia llena de engaño*.} Plaut. in Capt. Quando ego te exemplis pessimis exruciauero, Atq; ob sutelas tuas te morti misero.

Vel te interiisse vel periisse prædicent.

Suterna, Ipsa sutura, siue opus sutorium. {ῥαφή. Ital. *Cucitura ò coſa cucita*. Gal. *Couſture, ou choſe couſue*. Hisp. *Coſedura ò coſtura ò coſa coſida*.} Varro, Quod suternas facere inscius, nihil homo agis.

Sutilis, & Sutor, vide SVO.

SVSTRIVM, σύστριον, Oppidum Tusciæ mediterraneum, apud Strabonem lib. 5.

Sutura, vide SVO.

SVTVS. (vt ex Catonis sententia refert Plinius lib. 8. cap. 5.) Nomen fuit elephanti, qui in Punica acie fortissimè dimicauerat, altero dente mutilato.

Suus, Relatiuum reciprocum, à Sui genitiuo deductũ, de quo suprà egimus in suo primitiuo. {ἑαυτοῦ, ἑαυτῆς, ἑαυτοῦ. Ital. *Suo*. Gal. *Sien, à ſoy*. Hisp. *Suyo*.} Hic paucula tantum annotanda sunt, quæ illic sunt omissa. Suus aliquando idem valet quod sui iuris. Cic. 4. de Finib. Sempérq; erit in disputando suus, id est non vretur alienis inuentis argumentorum. ¶ Aliquando idẽ quod proprius. ἴδιος. Cic. pro Roscio Amer. Sua quenq; fraus, & suus terror maximè vexat, suum quenq; scelus agitat. Idem 1. Offic. Expendere oportebit quisq; habeat sui: id enim maximè decet quod est cuiusq; suum maximè. Sic ad Atti. lib. 14, Plura nobiscum hic perhonorificè & amicè Octauius, quem sui Cæsarem salutant. Plaut. Trin. Neu suum adimerem alteri. Idem Cure. Quibus sui nihil est nisi vna lingua. ¶ A Suus deducũtur composita Suapte & Suopte, quæ idem valent quod Suamet, & Suomet: vt Suapte culpa, id est suamet, vel sua ipsius culpa. Plaut. Merc. Suapte culpa ex genere capiũt genus. ¶ Suopte ingenio. Liu. 1. ab Vrbe, Suopte igitur ingenio temperatũ animum virtutibus fuisse opinor magis, instructúmq;. ¶ Suopte nutu. Cic. 1. Tuscul. Vt terrena & humida suopte nutu, & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur. ¶ Suusmet. Tac. lib 14. Pulsi cum saucijs integri suosmet ipsi metu, & angustijs viarum confligebantur. Sallust. in Iugur. Necesse est suosmet ipsi more præcipites eant.

S amec Y.

SYAGRA. Syagræ. σύαγρα, Regio Ciliciæ prope Adum & Laertem, à suum venatione, (vt ex nominis compositione apparet) appellata.

ΣΥΑΓΡΟΣ, ὁ, Canis nomen apud Sophoclem, à suum venatione impositum. ¶ Græcis item Syagros, aprum, seu suem syluestrem significat.

ΣΥΑΚΟΝ, τό, Extremum Arabiæ fœlicis promontorium, ad mare rubrum: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23. & 28, & Ptolemæus Tabula Asiæ sexta.

ΣΥΒΑΡΙΣ, ἡ, Stephano, Magnæ Græciæ oppidum, inter Crathin, & Sybarin amnes, ab Achiuis cõditum, qui post Troiæ excidium vi tempestatis eò fuerũt appulsi. Huius olim tanta fuit potentia vt quaternas proximas tenerit gentes, & quinq; & viginti vrbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatas crecenta hominum millia armarit. Autor Strabo lib. 6. ¶ Est & Sybaris (vt iam dicimus) fluuij nomen iuxta vrbem eiusdem nominis, à cuius potu incolæ submouent greges: siue quòd pecora sternutamentis exagitet, vt visum est Straboni: siue quòd vellera nigrore inficiat, quum Crathis vicinus amnis candorem iis inducat, vt tradit Plin. lib. 31. cap. 2. ¶ Est item Sybaris adolescentis nomen apud Horat. lib. 1. Carm. Ode 8. Lydia dic, per omnes Tedeos oro, Sybarim cur properas amandos Perdere.

Sybaritæ, οἱ Συβαρῖται, Populi fuerunt ingeniosissimi, omnium voluptatum architecti, omniq; deliciarum genere adeò effœminati, vt Sybaritica mensa in prouerbium abierit. Traditur hisce fuisse cosuetudinem, vt conuiuas in proximum annum inuitarent, ne spatium interim deesset, aut conuiuatori conquisitis terra marique deliciis epulas instruendi, aut conuiuis ipsis corpus auro, gemmisque exornandi. Hi postremò aduersus Crotoniatas bello suscepto, quum trecenta hominum millia in aciem eduxissent, turpissimè tamen victi, vnáque cum vrbe sua sunt deleti.

Sybaritis, tidis, Συβαρῖνις, Patronymicum fœmininum, à Sybaritis populis formatum. Ouid. de Trist. ad Augustum, Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida vocat Ouidius, opus Hemitheonis cuiusdam cinædi de generibus voluptatum, & obscœnarum deliciarum.

ΣΥΒΟΤΑ, æ, pen. cor. Συβῶτα Stephano, Insula est ante Leucadiam, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Sycaminon, συκάμινον, Oppidum fuit in ora Phœnices, cuius sua ætate nihil præter memoriam extitisse, autores sunt Plin. lib. 5. ca. 19, & Strabo lib. 16. ¶ Sycaminon item Græci morum appellant, arboremq; ipsam Sycaminean, συκαμινέαν.

ΣΥΚΕ, συκῆ, Insula est Asiæ adiacens, non procul ab Epheso, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

ΣΥΧΑΡΥΣ, vide suprà ΣΙΧΑΛΥΣ.

Sycites, συκίτης, Gemma à fici colore dicta: de qua Plin. lib. 37. cap. 11, Est item Sycites, vini factitij genus ex fico, quem alij Palmiprimum, alij Carorchiten appellant, singulis modiis in aquæ congiis tribus maceratis: vt docet idem Plin. lib. 14. cap. 16.

Sycomorus, pen. corr. {συκόμορος} Dioscoridi. Ital. *sicomoro arbor.* Gal. *Figuier d'Egypte, Sycomore.* Hisp. *Higuera de Egypto.*} Arbor est mediã inter morum & ficum similitudinem habens: vnde & nomen ei impositum est. συκῆ enim Græcis ficus est, & μορέα arbor, quam & Latini morũ appellant. Hanc nonnulli Ficum Aegyptiam: Theophrastus Aegyptiam morum: Celsus inuersa compositione morosycon: Dioscorides & Galenus Sycomorum appellarũt. Dioscorides scribit sycomorum esse arborem magnam, similem ficui, foliis moro quàm proximis, magna lactis copia abundantem. Fructum ferre ter quatérve quotannis, non ramis, vt ficus, sed caudice ipso, caprificis similẽ ficorum grossulis dulciorem, & qui interiore farcto nulla, qualia in fico sunt, frumenta habeat: nec, nisi ferro vnguibúsve scalpatur, maturescentem. Nascitur præcipuè in Rhodo, & Caria, aliisq; locis frumenti non admodum feracibus. Prouenit in Aegypto, maximè in Nili aggeribus, quos radicibus suis colligat, & aduersus Nili inundationes munit: vnde, teste Vlpiano, grauiter in eos solet animaduerti, qui in Nili ripis sycomorum excinderet.

Sycophanta, phantæ. {συκοφάντης. Ital. *Calonniatore, mangiator de fichi.* Gal. *Calumniateur, faux accusateur, trompeur, emputeur, mangeur de figues.* Hisp. *El que come los higos, calumniador.*} Idem quod calumniator, siue delator. Cuius significationis ratio ab aliis alia traditur. Τὸ συκοφάντην (inquit Plutarchus) τίνες μὲν οὐκ φιλοπευσμονικῶς γεγόνασι φασὶ κεκωλυμένων τὸ ἐξάγειν τὰ σῦκα, μηνυόντων καὶ φαινόντων τοὺς ἐξάγοντας, συκοφάντας καλεῖσθαι. Hoc est, Sycophãtæ ex cupiditate aliis faciendi negotij nomen factum aiunt. Nam quum Athenis vetitum esset efferre ficus, qui eos deferebant, accusabántq;, sycophantæ sunt appellati. Alij tradunt quum Attici iuuenes in hortos alienos irrumperent, ficósq; sublegerẽt, pœnam capitis in eos qui id facerent, fuisse constitutam: quam pœnam qui persequerentur ob parunla detrimenta, sycophantas appellatos. dicti itaq; videntur sycophantæ, παρὰ τὸ τὰ σῦκα φαίνειν, hoc est à ficũ delatione. Alij nominis huius etymon ad huiusmodi referunt fabulam quam & Maximus Planudes in vita Aesopi refert, Quum Xanthi philosophi seruus ficus domino ex agro allatos assumpsisset, eius rei culpam in Aesopum conferuum suum reiecit. Qui vt domino innocentiam suam probaret, aquam tepidam ebibit, eandémq; puram, vt hauserat, euomuit. Quod quum iubente hero, alter quoq; fecisset, vnà cum aqua ficuum quoque frusta eiecit: eáq; ratione prodito calumniatore, factum est vt sycophantam dicamus, qui insontem falsò crimine calumniatur. Plaut. in Amph. Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem sit meus pater.

Sycophantia, æ. {συκοφαντία. Ital. *Bugia, calonnia, inganno.* Gal. *Calomnie, fausse accusation, tromperie, deception.* Hisp. *Calumnia, engaño.*} Mendacium, calumnia, fallacia. Plaut. in Asin. Per fallaciam quam amabam, abduxit à Ienone mulierem, Neque puduit id ætatis sycophantias struere. Idem in Asina. Perfidiæ laudes, gratiásq; habemus meritò diis magnas, Cum nostris sycophantiis, dolis, astutiisq;, Scapularum confidentia, &c.

Sycophantor, aris, ari, Sycophantias struere. {συκοφαντέω Suidæ. Ital. *Accusare falsamente, ingannare.* Gal. *Calomnier, accuser faussement, tromper.* Hisp. *Calumniar, acusar falsamente, engañar.*} Plaut. in Trin. Quanquam hoc me ætatis Sycophantari pudet.

Sycophantisso, as. συκοφαντίζω. Idem.

Sycophantiosè, aduerbium antiquum, hoc est dolosè, siue per calũniam.

{συκοφαντικῶς. Ital. *Calunniosamente.* Gal. *Calumnieusement.* Hisp. *Calumniosamente.*} Plautus in Pseud. Ego nec sycophantiose quicquam ago, nec malefice.

Sycosis, pen. prod. σύκωσις, Vitium est palpebræ asperæ, & granorum exiguorum, quæ in ficis frumenta à Plinio appellantur, similitudinem ficus referentis: vnde & nomen accepit.

ΣΥΚΥΑ, συκῆρα, Insula est in mari Aegæo, ante Ephesum: de qua Plin. lib. 31. cap. 5.

ΣΥΔΕΡΗΣ, Fluuius in finibus Caspiorum & Hyrcanorum, à cuius ostio Caspium mare nomine amisso, Hyrcanum incipit appellari. Autor Plin. lib. 6. cap. 16.

Sydus, & Syderatio, vide ΣΙΔΥΣ.

ΣΥΕΔΡΑ, ἡ, συέδρα, Oppidum est Isauriæ, quæ est regio Asiæ, media inter Ciliciam & Pamphyliam. Stephanus.

ΣΥΕΝΕ, συήνη, Vulgo *Gagueta.* Vrbs in confinibus Aethiopiæ atq; Aegypti, non procul à Nilo, supra Alexandriam, versus Meridiem quinque millibus stadiorum, sub tropico Caneri directè locata: vnde sole existente in Cancro, medio solstitij die supra verticem ciuitatis nullam prorsus in ea vmbram iaci, ait Plin. lib. 2. ca. 73, Lucanus lib. 2. Vmbras nusquam flectente Syene.

ΣΥΚΑΡΟΣ, σύκαρος, Insula est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atque aliunde importati, circa littora errantes moriuntur. Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

ΣΥΛΑ, per simplex l, Mons Lucaniæ, syluam habens eiusdem nominis, latrociniis crebris infamis. Vnde & nomen accepisse videtur, ἀπὸ τοῦ συλᾶν, quod est prædari. Sallustius de fugitiuis, In sylua (inquit) Syla fuerunt. Virgil. 12. Aencid. Ac velut ingenti Syla, summóve Taburno, Quum duo, &c.

ΣΥΛΛΑ, duplicato l, σύλλας, Fuit Romanus nobilis, teste Sallustio, qui ex antiqua Scipionũ familia originem duxit. Hic in adolescẽtia omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, vsq; ad Quæsturam, quam sub Mario adeptus est, in qua vitam omnem penitus cõmutauit. Litteris Græcis & Latinis bene eruditus fuit, facundus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus, pecuniæ maximus largitor, animo grãdis: adeò vt de illo dubitari potuerit (inquit Sallustius) fortiórne an fœlicior esset. Missus à Mario ad Bocchum regem legatus, Iugurtham victũ retulit. Deinde & Mithridatẽ Asiam crudelissimè vastantem compescuit: socialis belli luctus repressit: Cinnæ dominationem fregit: & Marium, qui olim se Quæstorem fastidierat, ipsam illam prouinciam proscriptum & exulem coegit petere. Dictator deinde effectus, ita Rempublicam oppressit, vt teste Cicerone in Verrem, nemo illo inuito, nec bona, nec patriã, nec vitam retinere posset. Postremò Republica constituta, Dictaturam deposuit, & priuatus Puteolos cõcessit: vbi & pediculari morbo periit. Quapropter Cæsar Iulius dicere cõsueuit, illum literas nescisse, quia dictaturam deposuisset, vt scribit Tranquillus. Syllæ autem nomen ex Sibylla contractum putatur. Ita enim dictus fuit qui primus ex gente Cornelia id cognomen sortitus est: cuius posteri duabus sublatis literis Syllæ sunt appellati.

Syllaba, bæ, {συλλαβή. Ital. & Hisp. *syllaba.* Gal. *syllabe.*} Est comprehensio literarum, vel vnius vocalis enuntiatio, vnius, aut duorum temporum capax. Omnis enim syllaba aut brevis est, & vnum tempus recipit, quod atomum metrici vocant: vt, Vir. Aut longa, & duo recipit tempora: vt, Res. ¶ Dicta est autem syllaba παρὰ τὸ συλλαμβάνειν, quod est comprehendere. Propriè enim illa est syllaba, quæ ex pluribus literis constat. Quæ autem vna vocali perficitur, abusiuè syllaba vocatur, & monogramma appellatur. Aliæ dicuntur digrammæ, vt Ne: vsque ad hexagrammam, vt Stirps. Accidunt syllabæ quatuor, tenor, spiritus, tempus, & numerus literarum. Tenores tres sunt, acutus, grauis, & circunflexus. Spiritus duo, Asper & lenis tempora tria, breue, longum, & commune. Numerus, quia vnica litera contenta esse potest, aut plures admittit: senarium tamen numerum non egreditur.

Syllabatim, aduerbium, Per syllabas. {κατὰ συλλαβάς. Ital. *syllaba per syllaba, à syllaba.* Gal. *Par syllabes, syllabe apres syllabe.* Hisp. *De syllaba en syllaba.*} Cic. Att. lib. 13. Ergo ego ne Tironi quidem dictaui, qui totas ἀπεσχοίνους persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Dicere syllabatim. Cicc. 4. Acad. Quum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista dixerit.

ΣΥΛΛΑΝΤΩΝ, συλλάντων, Statuarius nullo doctore nobilis: de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

Syllaturio, vide ΣΥΛΛΑΤΥΡΙΩ.

Syllepsis, σύλληψις, Figura est orationis, teste Rufiniano, quum duobus diuersisque sententiis verbum accommodatur alteri non conueniens. Beda diffinit esse dissimilium clausularum per vnum verbum congruti natam conceptionem: vt quum subtractionis, nominatiuíve diuersorum generum iungitur adiectiuum, verbúmve alteri tantum respondens. Virg. 1. Aen. [illegible] & rege recepto Idẽ 1. Aegl. —sunt nobis mitia poma, Castaneæ [illegible] & presſi copia lactis. ¶ Aut quum pro multis vnus ponitur: vt, Vterúmq; armato milite complent. ¶ Aut pro vno multi: vt, Vos ô Calliope precor aspirate canenti. Visitatus enim dixisset, O vos Musæ. Dicta Syllepsis, ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, quod est concipere: vnde Latinè Conceptionem, siue Comprehensionem vertere possumus.

Syllogismus, συλλογισμός, Argumenti firmissimi genus, ex duobus pronuntiatis conclusionem necessariò inferens. Latinè Ratiocinationem vertere possumus, ἀπὸ τοῦ συλλογίζειν, quod est ratiocinari. Quintil. lib. 3. cap. 7, In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit.

ΣΥΛΟΣΩΝ, soncis, Συλοσῶν, Polycratis Samiorum tyranni frater, qui quũ Dario Hystaspis filio vestem quam ferebat, aliquando largitus esset, ab eo pro pensatione muneris tyrannidem dono accepit. In qua administranda crudelissimè sese gessit, patriam ciuibus exhauriens. Vnde tractum est prouerbium, ἦλθεν συλοσῶντος ἀμοιβή, Hoc est Syloſontis opera facta est loci amplitudo.

Sylua, uæ, Nomẽ generale est non solùm arborum, sed etiam herbarum. {δρυμός, ὕλη. Ital. *Selua, bosco.* Gal. *Forest, bois.* Hispan. *El bosque de arboles.*} Virg. lib. 1. Georg. —subit aspera sylua, Lappæq; tribulique. Propriè tamen arborum, & quæ cædua est, hoc est quæ habetur in eum vsum vt ex materia cædatur. Quòd si succisa sit nihilominus dicitur sylua, quoniam rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. Cic. Attic. lib. 12.

Mand

Manè me in syluam abstrudo densam atque asperam: non exco inde ante vesperam. Quintil. lib. 1. cap. 10, de Orpheo, Non feras modò, sed saxa etiam, syluásq; duxisse posteritatis memoriæ proditum est. Virg. 6. Aeneid. Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum. Idem 3. Georg. Pascitur in magna syla formosa iuuenca. Dicta sylua, ab eo quòd Græcis ὕλη, id est materia dicitur. Et vt illi ὕλην pro materia, sic nostri Syluam posuerunt. Sylua autem vel glandifera est, cuius arbores non cæduntur, sed ad escam quadrupedibus præbendam seruantur: aut cædua, quòd in ea arbores, quum ad iustam proceritatem creuerūt, cæduntur: vt vel ædificationibus, vel aliis vsibus materiam præbeant. Lucus non est cæduus, sed manu consitus, religiosúsq; deo, vel hominis alicuius cineri dedicatus, circa delubrū dei vel sepulchri. Saltus est sylua inuia, vbi pasci & æstiuare, vel hyemare pecudes solent. Nemora voluptatis causa comparata, & plena amœnitatis. ¶ Quandoq; Syluam accipimus pro tumultuario, & extemporaneo scripto: quod Græci χύδην appellárticulusmodi sunt Syluæ Papinij, quas sibi subito calore & quadam festinandi voluptate excidisse testatur. Quintil. lib. 10. cap. 3, Diuersum est huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam stylo quàm velocissimo volunt, & sequentes calorem atque impetum extempore scribunt: hanc Syluam vocant.

Syluula, diminutiuum. ξ ὑλάριον. Ital. *Picciola foresta.* Gal. *vn petit bois, petite forest, boscage.* Hisp. *Pequeño bosque.* } Colum. lib. 8. cap. 15, Sunt enim quibus cordi est vel in syluulis tamaricum, aut scirporum frutetis immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus syluulis occuperur.

Syluester, stris, stre: vel, hic & hæc Syluestris, & hoc syluestre, Idem quod syluosus. ξ ὑλάεις, ὑλήεις. Ital. *Selvatico, rusticano.* Gal. *sauuage, rustique, champestre.* Hisp. *Cosa de bosque.* } Liu. 7. belli Pun. Tumulus erat syluestris inter Punica & Romana castra. Cic. in Læl. Quū locis ipsis delectemur montosis, & syluestribus, in quibus diutius commorati sumus, hoc est locis qui in montibus sunt. & syluis. ¶ Interdum idé quod agrestis, siue rusticus. ἄγριος. Ouid. 2. Fast. Transtulit Euander syluestria numina secum. Virg. 1. Aegl. Syluestrem tenui musam meditaris auena. ¶ Hinc Syluestrior, cōparatiuus. Plin. li. 26. ca. 27, Syluestriora omnia rardiora.

Syluaticus, a, um. Quod est syluæ, seu quod ad syluam pertinet. ξ ὑλικός. Ital. *Seluatico, di selua.* Gal. *De foreſt, sauuage.* Hisp. *Cosa perteneciente à bosque.* } Varr. lib. 1. de Re rust. Vt falces dicuntur ab eodem scriptore vineaticæ opus esse sex, serpiculæ, quinq;, syluaticæ quinque, arboratiæ tres, rusticariæ decem. Syluatica laurus, crescens in syluis, Cato cap. 8. Syluaticus mus, id est agrestis, siue in syluis habitans, Plin. lib. 30. ca. 9.

Syluicola, æ, pen. corr. Qui syluam incolit. ξ ὑλίκωρος. Ital. *Chi habita nelle selue.* Gal. *Qui habite és forets.* Hisp. *El que mora en los bosques.* } Propert. li. 1. eleg. 13, His tum blanditiis furtiua per antra puellæ Oscula syluicolis empta dedere viris.

Syluicultrix, icis, Syluæ habitatrix. ξ ὑλικόρος. Ital. *Donna che habita nella selua.* Gal. *Celle qui habite és bois & forets.* Hispan. *La que mora en los bosques.* } Catol. Epigr. 58. Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus?

Syluifragus, a, um. pen. corr. ξ ὑλοῤῥώξ. δρυμοὺς καὶ ὕλας κατεαγώς. Ital. *Spezza selue.* Gal. *Qui rompt & abbat les forets.* Hisp. *Quebrantador ò cortador de bosques.* } Venti epitheton est quo arbores in syluis & fraguntur, & euuntur. Lucre. lib. 1. -montésq; supremo Syluifragis vexat flabris. De vi & impetu ventorum loquitur.

Syluiger, a, um. Idem quod syluosus. ξ ὑλώδης. Ita. *Seluoso, pieno d'alberi.* Gal. *Plein d'arbres, boscageux.* Hisp. *Lleno de bosques.* } vt montes syluigeri. Plin. lib. 31. cap. 3, Ideo syluigeri ab Aquilonis tantùm parte sunt.

Syluosus, a, um. Sylua obsitus, arborum densitate syluæ imaginem referens. ξ ὑλώδης, ὑλήεις. Ital. *Seluoso, pieno d'alberi.* Gal. *Plein d'arbres, boscageux.* Hisp. *Lleno de bosques.* } Liu. 9. ab Vrbe, Saltus duo alti, sylnosiq; sunt, montibus circa seperpetuis inter se coniuncti. Plin. lib. 12. cap. 5, Superiores eiusdem rami in excelsum emicant syluosa multitudine.

Syluesco, is, ere, In nimiam ramorum, sarmentorúmve vbertatem luxuriare. ξ ὑλομανῶ. Ital. *Diuenire seluatico.* Gal. *Deuenir sauuage.* Hisp. *Hazerse bosque.* } Cic. in Catone, Quam multiplici serpentem lapsu, & erratico, ferro amputans, coercet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimis fundatur. Colu. lib. 4. cap. 11, Nec pali vitem superuacuis frondibus luxuriantem syluescere.

SYLVANVS, Syluarum deus, qui Cypatissum puerū in deliciis habuisse dicitur, eundémq; in arborem sui nominis, hoc est in cupressum transformasse. Fabulantur enim Poëtæ Cyparissum ceruam habuisse mánsuefactam, eámq; vnicè adamasse: quam quum Syluanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cuius mortem ægrè ferens Syluanus, in arborem cupressum eum commutauit, quam amasij desiderio semper dicitur circunferre. Quidam Syluanum eundem esse putarunt cum Pane. Virg. tamen lib. 1. Geor. manifestè eos distinguit. Nam quum dixisset, Pan ouiū custos, &c. interiecta deinde Mineruæ, & Triptolemi mentione, subdit tandem, Et temeram ab radice ferens Syluane cupressum. Quem locum explicans Seruius, Publica (inquit) cæremoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorū deum esse Syluanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse ὑλικὸν θεόν, hoc est deum τῆς ὕλης. Ὕλη autem est fex omnium elementorum, id est ignis sordidior, & aër item, & aqua & terra sordidiora: vnde cuncta procreantur. Quam ὕλην Latini materiam appellauerunt: nec incongruè, quum materiæ syluarum sint. Ergo quē Græci à toto, Latini à parte dixerunt. Hæc ille. Plin. lib. 12. cap. 1, Quin & Syluanos, Faunósque & deorum genera syluis ac sua numina tanquam & cælo attributa credimus.

SYLVIA, quæ & Rhea, & Ilia, Numitoris filia, quæ à Marte compressa (vt Romani credi voluerunt) Romulum peperit, & Remum, vrbis Romanæ conditores. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe. ¶ Est & Syluia apud Virg. 7. Aeneid. nomen sororis Thyrrhei pastoris regij armenti, cuius ceruus mansuetus à Troianis vulneratus, initium præbuit belli inter Latinos, & Troianos aduenas.

SYLVIVS, Ascanij filius, Aeneæ nepos: ita dictus quòd casu quodam in syluis natus esset: à quo deinceps Albanorū Reges omnes Syluij dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Aegyptiorum Reges, Ptolemæi: Partorum, Arsaces. Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe.

SYMA, æ. siue Syme, symes. σύμη, Insula est Cariæ adiacens, portum habens clausum triremibus aptum, & nauale nauium viginti. Autor Strabo libro 14.

SYMAETHVS, σύμαιθος, Fluuius Siciliæ, non longè ab Aetna, qui (vt ait Strabo lib. 6.) agrum Cataneum irrigat.

Symæthius, a, um, adiectiuum. Virg. 9. Aen. Eductum Martis luco Symæthia circum Flumina.

SYMBARI, Populi feri inter Arabiæ montes, & Nilum incolentes, elephantúmq; venatu victitantes. Autor Plin. lib. 6. cap. 31.

Symballota, pen. prod. συμβαλλόμενα, λίνα δ' συμβάλλεται. Vestes quædam coacti per se velleris impleru potius, quàm textu confectæ.

Symbolum, li. pen. cor. Nota, signum, collocatio: σύμβολον. ἀπὸ τοῦ συμβάλλω, confero. Hinc fit vt Symbolū accipiatur pro eo quod in cœnam comparandam plures conferunt. ξ Ital. *Segno, intrasegno, scoto.* Gal. *Enseigne de reconguoissance, escot.* Hispan. *Collecta de dichos ò sentencias, señal, appellido en la guerra.* } Teren. in And. Symbolū dedit, cœnauit. ¶ Dicitur etiam Symbolum, signum bellicum quod à Latinis tessera appellatur, quo socij ab hostibus & exploratoribus dignoscuntur: vt in Marij exercitu, Lar deus, in castris Sylle, Apollo Delphicus: inter Cæsarianos, Venus genitrix. ¶ Ab huius similitudine Symbolum Apostolorū dictum est, quoddam quasi totius nostræ fidei breuiarium: quo veluti quadam tessera, pseudapostoli à veris discernerentur. Erant enim eo tempore Iudæi quidam qui simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius, vel ventris gracia ad prædicandum profiteiscebantur: nominātes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis annuntiantes. ¶ Hoc etiam nomine dicebantur tesseræ quædam quæ dabantur publicè à ciuitatibus quibusdam hominibus sibi amicis, vt hospitaliter, & amicè acciperentur in oppidis fœderatis. Sic etiā hodie vocari possunt tesseræ collybisticæ, ad permutādum pecuniam sine vecturæ periculo instituræ. ¶ Iulius Pollux interpretatur Symbolum, paruum numisma. ¶ Aristoteles originem, id est etymologiam vocabulorum Symbolum appellat, per quam vis verbi, vel nominis per interpretationem cognoscitur. ¶ Symbola item dicuntur notæ arcaniotis cuiuspiam mysterij significatiuæ: vt quum ciconiam dicimus esse symbolum pietatis, & papaueri fertilitatis. ¶ Item breues quædam & inuolutæ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, rem aliquam occultam & reconditā significantia: quæ & συνθήματα, & ἀπορρήματα à Græcis appellantur: cuius generis sunt symbola Pythagorica.

Symbolus, pen. cor. σύμβολος. Idem quod symbolum, anulus, tessera, chirographum. Plaut. Bacch. Eo præsente homini extemplo ostendit symbolum, Quem tute dederas ad eum vt ferret filio. N. Quid, vbi ei ostendit symbolum? c. infit dicere, adulterinum, & non eum esse symbolum. Idem Pseud. Date eum symbolum illi. Iustinus lib. 1, Solicitare inquietos in partes suas statuit: & quum colloquendi copiam non haberent, quò applicaturi erant symbolos proponi, & saxis proscribi curat. Quo in loco Symbolos videtur appellare literas siue notas, quibus militibus indicabatur locus quò essent conuenturi.

Symbola, fœm. gener. Apud antiquos in eadem legitur significatione, in qua Symbolum. Plaur. in Stricho, Iam hercle ego per hortum ad amicam transibo meam, Mi hanc occupatum noctem: eadem symbolam Dabo, & iubebo apud Sangarium cœnam coqui.

SYMI, σύμη, Insula Cariæ adiacens, medio ferè spatio inter Rhodum & Cnidum, vt tradit Plin. lib. 5. cap. 31. Vide suprà in dictione SYMA.

SYMMACHVS, pen. corr. σύμμαχος, Proprium nomen oratoris cuiusdam Romani, qui missus fuit à Senatu Constantinopolim, ad Theodosij liberos, rogatum vt Vestales à Christianis destrui minimè paterentur. Cuius rei gratia putabant se aduersa multa à diis esse passos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui huius meminerunt, acerrimè confutarunt. ¶ Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres, doctrinæ parum syncerè: cuius meminit Eusebius. ¶ Græcis alioqui σύμμαχος belli socium significat, quemadmodum & συμμαχία belli societatem.

Symmetria, συμμετρία, Apta membrorum partiúmve omnium proportioque quibus adest symmetria, σύμμετρος dicuntur. Plin. li. 34. cap. 8. Primus hic multiplicasse varietatē videtur, numerosior in arte quàm Polycletus, & symmetria diligentior. Idem, Nondum habet Latinum nomen Symmetria.

Symonianum trifolium, vel (vt Ruellio placet) Symoniacum. Herba quam in hæc verba describit Colu. lib. 6. cap. 17, Symonianū trifolium, quod inuenitur confragosis locis, efficacissimū traditur, odoris grauis, neq; absimilis bitumini, & ideirco Græci eam ἀσφάλτου appellant: nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis & hirsutis foliis viret, caulémq; robustiorem facit quàm pratense.

Sympathia, συμπάθεια. Ital. *Cōpassione.* Gal. *Sympathie, accord & conuenance naturelle.* Hisp. *Compassion, consentimiento.* } Condolentia, naturali consensus & conuenientia: qualis est maris cum Lunæ natura, & heliotropij cum natura Solis. Cic. 3. de Nat. deor. Illa verò cohærent & permanent naturæ viribus, non deorum: éstque in ea iste quasi consensus, quam συμπάθειαν Græci vocant.

Symphonia, æ. ξ συμφωνία. Ital. *Harmonia, consonantia, concento.* Gal. *Accord de son.* Hisp. *Consonancia en la musica.* } Consonantia, & musicus cōcentus, ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν, quod est consonare, siue concinere. Cic. pro Cælio, Accusatores quidem libidinis, amores, adulteria Baiis acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Cic. ad Tironē lib. 15. Symphoniam Lysonis velim vitasses. ¶ Symphonia herba, quæ & gumphena dicitur. Plin. lib. 26. ca. 7, Symphonia vel gūphena alternis viridibus roseisq; per caulē foliis, in posca sanguinē reiicientibus medetur.

Symphoniaci pueri. ξ συμφωνιακοὶ παῖδες. Ital. *Cantori, musici.* Gal. *Chantres, musiciens.* Hisp. *Cantores.* } Serui qui ad modulationes musicas, concentúsq; conficiendos comparantur. Cic. pro Milone, Milo tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat. Pædianus autor est, eam remigibus celeusma per symphoniacos seruos solitum olim fuisse, interdum per assam vocem, id est ore prolatam, interdum per citharam.

Symphoniaca herba, Eadem cum Apollinari siue hyoscyamo, teste Apuleio. Palladius, Si cerasus æstu caniculārium fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta vnum caudicem cubile fieri.

Symphreatides, Qui iisdem vruntur puteis. Cic. lib. 2. de Legibus. Ego mehercule

mehercule & illi & omnibus municipibus duas esse censeo statuas: vnã naturæ, alteram ciuitatis: vt, ille Cato quum esset Tusculi natus in populi Romani ciuitatem susceptus est. Itaque quum ortu Tusculanus esset ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris: vt vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in Asty quod appellatur, omneis conferre se iussit, & symphreatidas ex Atticis fieri: sic nos & patriam dicimus, vbi nati, & illam qua excepti sumus. Quo in loco tamen nonnulli συμφοίτους legere malunt, quasi ἀμφοτέρους, hoc est eiusdem animi & sententiæ.

Symphyton petræon. {σύμφυτον πετραῖον. Ital. *sinfita consolida*. Gal. *Bugle*. Hisp. *soldra*.} Herba in saxis nascens, ramis tenuibus, paruis, origani similibus, capitulis thymi, surculosa tota, odorata, gustu dulcis, saliuam ciens, longa radice, subrufa, digiti crassitudine. Latini alum, rustici in Gallia *Buglam* appellant. ¶ Symphyton alterum, caule nascitur cubitorum binûm aut maiore, anguloso, inani, vt sonchus, & crasso, qui per breuia interualla circundatur foliis lanuginosis, oblongis, &c. Officinæ nomen symphyti retinuerunt. Herbariis & vulgo *consolida maior* vocatur.

Sympinium, συμπίνιον. Vas vinarium non dissimile cyatho, quo in sacrificiis vtebantur: λαβὲ συμπίνιον, quod est compotare. Iuuen. Saty. 6. Et quis tunc hominum contemptor numinis, aut quis Sympinium ridere Numæ, nigrúmque catium? Quo tamen in loco non desunt qui sympullum legere malint: quæ vox & apud Plinium, & apud Varronem legitur. Verba Plinij sunt hæc. lib. 36. cap. 12. In sacris quidem, etiam inter has opes, non murrhinis, crystallinisve, sed fictilibus prolibatur sympullis. Varro autem sic habet. lib. 4. de Ling. Latina. Quòd vinum dabant vt minutatim funderent, à guttis guttiæ appellarunt. Quòd sumebant minutatim, à sumendo sympullum nominauere. In huiusce locum in conuiuiis è Græcis successit epichysis, & cyathus: in sacrificiis remansit guttus & sympullum.

SYMPLEGADES, pe. cor. συμπληγάδες, quæ & Cyaneæ, Insulæ duæ sunt, siue potius scopuli trans Bosphorum Thracium, in ipso Ponti Euxini ostio, mille quingentis passibus ab Europa distantes: tam modico autè inter se discretæ interuallo, vt ex aduerso quidem intrantibus geminæ cernantur, paulum verò desiexa acie, coeuntium speciem præbeant. Quæ res occasionem præbuit Poëtarum fabulis, qui eas olim inter se concurrisse tradunt. Vnde & nomen acceperunt λαὸ συμπλήσσειν, hoc est à concurrendo, seu conflictando. Ouidius, Compressos vtinã Symplegades elisissent. Nominatiuus singularis est Symplegas, συμπληγάς. pen. prod. Martial. lib. 12. Si constringantur gemina Symplegade culi. Quo in loco per geminam Symplegadem nates ipsas intelligit.

Symposium, sij. {συμπόσιον. Ital. *Conuito*. Gal. *Banquet, festin*. His. *Combite*.} Idem quod conuiuiũ. Cic. lib. 9. Epist. ad Pætum, Sapientius nos quàm Græci, illi sympotia, aut synd.pna, id est compotationes, aut concœnationes: nos conuiuia, quia tum maximè simul viuitur.

Sympotiastes. {συμποτιαστής. Ital. *Chi fat conuito*. Gal. *Faiseur de banquet & festin*. Hisp. *El que haze combite*.} Dicitur ipse conuiuator, seu conuiuij dominus: ipsi autem compotores, sympotæ, συμπόται. Cuius fœminium est sympotria, συμποτρία. compotrix.

Sympsalma, σύμψαλμα, Vocum in cantando copulatio. Diapsalma. disiunctio earum, vbi quædam requies distinctæ continuationis ostenditur. Psalma, quod psallitur.

Symmysta, συμμύστης. Secretarius, seu secretorum conscius, vt apud interpretẽ Origenis. Sicut Ioannes Symmysta pronuntiat dicens, Quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum Iesum Christum.

Syn, σύν, præpositio Græca quæ in compositione significat simul: quemadmodum apud nos con.

Synæresis, συναίρεσις, Contractio: figura qua duæ syllabæ in vnam contrahuntur, nullo sublato elemẽto: vt Aeru dissyllabum pro ærei. Virg. lib. 6. Aen. Centum ærei claudunt vectes, &c. Item ferru pos duas syllabas pro ferrei. Ibidem. Ferreiq; Eumenidum thalami. Dicta synæresis, λαὸ συναιρεῖν, quod est contrahere. Huic figuræ cõtraria est diæresis, quum vna syllaba in duas resoluitur.

Synagoga, pen. prod. συναγωγή. Idem quod congregatio, vel cœtus. λαὸ συνάγειν, quod est congregare.

Synalœphe, συναλοιφή, Absumptio vocalis dictionem finientis, à sequenti dictione incipiente à vocali. Dicta synalœpha, λαὸ συναλείφειν, hoc est à conglutinando, propterea quod per eam duæ syllabæ in vnam coalescant.

Synanche, {συνάγχη. Ital. *Schirancia*. Gal. *Esquinancie*. Hisp. *Esquinancia*.} Angina, morbus in faucibus, & proprie ex musculorum interiorum inflammatione, teste Aegineta. Nam quum malum guttur ipsum inuaserit, potius Cynanche, κυνάγχη appellatur. Quæ tamen differentia non rarò confunditur. Celsus lib 4. cap. 4. Vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, sic alterum æquè pestiferum, acutúmq; in faucibus esse consueuit: nostri Anginam vocant: apud Græcos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor vllus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra soluuntur, id κυνάγχλη, vocant. Interdum lingua fauecésque cum rubore intumescunt: vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultúsque est. Id συνάγχη vocatur. Illa communia sunt, Aeger non cibum deuorare, non potionem potest: spiritus eius includitur. Leuius est, vbi tumor tantummodo & rubor est, cætera non sequuntur, id μεγασυνάγχη appellant. Hæc Celsus.

Synathrœsmus, συναθροισμός, Figura est, quam nos congeriem vertere possumus: λαὸ συναθροίζειν, quod est congerere, seu congregare. Potest autem & singulis verbis, & plurium verborum coniunctione fieri. Singulis, hoc modo, Sed quum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simul cum reuocabant, officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio. Plurium verborũ coniunctione sic apud Lycurgum. Nemo enim nocens sine summo mœrore est, Iudices, sed multa simul cum perturbant: quod adest, solicitudinis plenum: quod futorum est, formidolosum: lex paratum supplicium ostentãs, vitia ex vitiis coacta, occasionem arguendi maleficij captans inimicus, quæ quotidie eius animum vehementer excruciant. Vide Rutilium.

Syngategorema, tis, συγκατηγόρημα, Latinè dici potest vox consignificatiua. Sunt enim syncategoremata particulæ per se ipsas nihil significantes: quæ tamen orationem ingressæ, aliarum compositioni nõnihil addunt. Huiusmodi sunt quæ à Dialecticis vocantur Signa vniuersalia, & particularia, vt Omnis, Nullus, Quidam.

Syncategorematicus, matica, ticum, συγκατηγορηματικός, Id est consignificatiuus.

Synceratum, inquit Varro lib. 6. de ling. Lat. dicitur omne edulium antiquo vocabulo Græco. Pacuuius in Phagone, Honos synceraste petit. pernis, glandio.

Syncerus, a, um, pen. prod. Propriè idem quod integer, illæsus, non mutilatus. {ἀκήρατος, ἀκήρατος. Ital. *sincero, puro, intero, reale*. Gal. *sincere, pur & nõ, sans mixtion & meslange*. Hisp. *Cosa limpia y entera*.} Tractum ab eo quòd qui diuidere fructum communem alueorum cum socio volunt, simul cum cera mel partiuntur: quòd si mel tantùm sine cera conficiũt, fraudant socium, nec agunt integrè. Syncerum itaque, quasi simul cum cera. Ouid. 12. Metam. -rursus sine vulnere corpus Syncerúmq; fuit. Lucr. lib. 3. Sin ita synceris membris abiata profugit, Vt nullas partes in corpore liquerit ex se, &c. Cic. lib. 15. Epist. Hoc mihi da, vt M. Curium integrum syncerúmq; conseruem. ¶ Accipitur item syncerus pro puro, & incorrupto. κεκηρωμένος. Horat. lib. 1. Epist. Syncerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit. ¶ Aliquando pro vero, & minimè fucato, ἀκηκοότως, ἀληθῶς. Cic. lib. 2. de Diuinat. Quod licet existimare, in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non syncerè fuisse. Idem lib. 2. Offic. Perspicere quid in quacunque re verum syncerúmque sit. Liu. lib. 9. belli Pun. Si spatium ad sua, vt velit, componenda detur, nihil syncera fide cum Romanis acturum. Syncerus, inquit Donatus, id est purus, sine fuco & simplex, vt mel sine cera: quod etymon si admittamus, Syncerus i Latino scribendum erit.

ncerè, aduerbium. Purè & integrè. {ἀκηράτως, κεκηρωμένως. Ital. *Sinceramente, puramente, interamente*. Gal. *Sincerement, purement, entierement*. Hisp. *Limpia y enteramente*.} Cæsar 7. belli Gall. Hæc vt intelligatis, inquit, syncerè à me pronuntiari, audite Romanos milites. Cic. ad Attic. lib. 3. Crassi libertum nihil puro syncere loquutum. ¶ Huic contrarium est insyncerus, pro vitiato & corrupto. Virg. Insyncerus apes tulit error.

Synceriter, aliud aduerbium, eiusdem significationis. Gell. lib. 13. cap. 25. Quas qui syncerius capiunt.

Syncritas, tis, Puritas, integritas. {κεκηρωμένον, ἀκηράτωσις. Ital. *Sincerità, purità, integrità*. Gal. *Pureté, sincerité, nettetè*. Hisp. *Limpieza è integridad*.} Plin. lib. 31. cap. 7. Salinarium syncritas summa fecit suam differentiam. Colum. lib. 4. cap. 26. Atq; alia conuertenda, quæ syncritatem habent: alia summouenda, quæ vel curiosa, vel iusto breuiora sunt.

Synchronos, σύγχρονος, Contemporaneus. Vnde scribit Hieronymus Oseam prophetam fuisse synchronon Iesaiæ. Et Varro ait, non esse dubium quin aliquo tẽpore eodem vixerint Homerus & Hesiodus, eósq; synchronos fuisse testatur.

Synchysis, σύγχυσις, Cõfusio, turbatio ordinis: vnde accipitur pro figura, seu vitio orationis, quum ordo perturbatus est: quod & hyperbaton appellant: cuiusmodi est illud Virgilianũ, Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet: Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus ara. Dicta Synchysis, λαὸ τὸ συγχεῖν, quod est confundere, seu perturbare.

Synciput, vide SINCIPVT.

Syncopa, æ, συγκοπή, Concisio, figura quum litera vel syllaba è medio dictionis abscinditur: vt Compostus pro Compositus: Vsũm pro Virorum. Dicta Syncope, λαὸ τὸ συγκόπτειν, quod est concidere.

Syncrisis, penult. corr. σύγκρισις, Figura eadem cum antithesi, hoc est comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum: vt, Tu delinquis', ego arguor pro malefactis. Cicero pro Murœna. Vigilas tu de nocte, vt consultoribus tuis respondeas: ille vt maturè, quò intendit, cum exercitu perueniat: te gallorum cantus, illum buccinarum strepitus excitat.

Syndicus, ci, pen. cor. συνδικος, Patronus, qui cum alio causam aliquam tuendam accepit, quive secundis actionibus causam defendit: vt in causa Cornelij Balbi Cicero. ¶ Syndici item sunt ciuium aduocati & defensores iuris publici: quasi in causam publicam communiter incumbentes. Vnde apud Plutarchum legimus, Aristidem ab Atheniensibus creatum fuisse Syndicum, vt communem causam Græcorum, ciuium suorum nomine defenderet. Demosthenes quoq; περὶ παραπρεσβείας, refert lege sancitum fuisse Athenis, ne cui iterum Syndicum fieri liceret, creatique à populo: idq; ideo, ne συνδικία, id est Syndici munus ob publicam vtilitatem inuentum, verteretur in quæstum, compendiúmque priuatum. Hoc nomine vocari possunt, quos hodie *Deputatos* nostri vocant. Budæus.

Synecdoche, συνεκδοχή, Figura loquutionis, qua à parte totum vel à toto pars intelligitur: vt Poppis, pro nauis & Annus, pro hyeme. Virgilius, Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus Trans pontum fugat, id est frigida hyems.

Synechon, συνέχων, A Latinis Rhetoribus continens, vel firmamentum dicitur: λαὸ τὸ συνέχειν, quod est continere.

Synedrus, edri. {συνέδρος. Ital. *Senatore, consigliere*. Gal. *senateur, conseiller*. Hisp. *senador, consejero*.} Latinis concessor, siue consiliarius dicitur. Liui. 5. Decad. lib. 5. His rerum externarum cognitionibus interpositis, Macedonum rursus aduocatum concilium pronuntiatum quod ad statum Macedoniæ pertinebat, Senatores, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio Respublica administraretur.

Synephebi, pen. prod. συνέφηβοι. Dicuntur adolescentes simul pubescentes. Quod nomen inditum est comœdiæ Statij Cæcilij. Cic. 1. de Finibus. Synephebos ego (inquit) potius Cæcilij, aut Andriam Terentij, quàm vtranque Menandri legam? Idem de Senectute, Ait Statius in Synephebis.

Synephites, συνεφίτης, Gemma est lactei coloris, alio nomine galactites, Plin. lib. vlt. cap. 10. Galactites ex vno colore lactis est. Eandem dicunt leucogæam, & leucographiam. Appellant & synephiten lactis succo & sapore notabilem.

SYNESIVS, συνήσιος, E Pentapoli Africæ, philosophus Christianus, præsul Ptolemaidis factus. Scripsit libros in Grammatica, Philosophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. Autor Suidas.

Syngrapha,

Syngrapha, æ, Syngraphus, & Syngraphum, phi, penult. corr. ξυγγραφή. Ital. *Polizza. Gal. schedulle, obligation pelitre.* Hisp. *La escriptura entre dos.* } Scriptura siue chedula quæ fit propria manu contrahentium, ad pactorum fidem. Plautus in Asin. Agè, istum ostende quem conscripsi syngraphum Inter me, & amicum, & lenam. Cicer. Treb lib. 7, Tanquam enim syngraphã ad imperatorem, non epistolam attul isses: sic pecunia ablata, domum redire properabas. Idem de Arusp. resp. Alterum putabo Regem, si habuerit vnde tibi soluat quod ei per syngraphã credidisti. Suetonius, Cuius patri non dubitauit à quibusdam iusiurandum, atque etiam syngraphum exigere. Dictæ syngraphæ ἀπὸ συγγράφειν, quod inter cætera significat scripto cauere.

SYNNADA, *συνναδα*, Ciuitas maioris Phrygiæ. De hac Strabo lib. 10. sic scribit, Synnada vrbs non magna, ante quam planities iacet oleis consita, sexaginta ferè stadiorum. Vlterius est Docima vicus, & Synnadici lapidis fodina: sic enim eum Romani appellant: indigenæ verò Docimeten, & Docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorum sumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabastritæ lapidi proximæ. Dicitur & Synnas, adis, vt apud Sidonium.

Synochitis, *συνοχῖτις*, Gemma qua Magi asserunt vmbras inferorum euocatas teneri. Plin. lib. 37. cap. 11.

Synodia, orum, *συνόδια*, Congressus, colloquiũ: ex σὺν & ὁδὸς. Cic. ad Att. lib. 10, Iniecta autem mihi spes quædam est, velle mecum Seruium Sulpitium colloqui: ad eum misi Philotimum libertum cum literis, si vir esse volet, det clara synodia: finautem, erimus nos quales solemus

Synodontites, *συνοδοντίτης*, Gemma ex cerebro synodontis piscis, Autor Plin. lib. vlt. cap. 10.

Synodus, duntis, *συνόδους*, Piscis genus, in cuius cerebro synodontites gemma inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Synodus, di. pen. corr. & fœminini generis, *συνόδος*, Idem quod conuentus siue cœtus. A σὺν præpositione, & nomine ὁδὸς.

Synodicus, ca, cum, *συνοδικός*, Quod ad synodum pertinet. Hieronymus, Ante annos plurimos, quum iuuarem Damasum Romanæ vrbis episcopum, & Orientis atque Occidentis synodicis consultationibus responderem.

Syncœceosis, pen. prod. *συνοικέωσις*. Figura quæ docet diuersas res coniungere, & cõmuni opinioni cum ratione aduersari, & habet magnam vim, vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi. Cuiusmodi est illud Hyperidis, Nam hominis auari atque asoti, vnum atque idem vitium est. Vterque enim nescit vti, atque vtriq; pecunia dedecori est: quare meritò vtrique pari pœna afficiuntur, quos pariter non decet habere. Ex Rutilio Lupo.

Synonyma, *συνώνυμα*, Dicuntur, quæ sub diuersis vocibus idem significant, vt Ensis, mucro, gladius.

Synonymia, *συνωνυμία*, Figura, quæ communio nominis interpretatur. Vtimur autem eo genere eloquutionis, quoties vno verbo non satis videmur dignitatem, aut magnitudinẽ rei demonstrare. Ideóque in eandem significationem plura conferuntur: vt si dicamus, Prostrauit, affixit, perculit.

Syntagma, atis, *σύνταγμα*, Tractatus, ordinatio, rerum constitutio, documentum. Ἀπὸ τοῦ συντάττειν, quod est componere, ordinare.

Syntaxis, *σύνταξις*, Dici potest constructio & series, à συντάττω, ordino.

Syntexis, *σύντηξις*, Colliquatio, & tabes corporis ex diuturno morbo: παρὰ τὸ συντήκεσθαι, quod est liquefieri. Plin. lib. 22. ca. 25. Tali sorbitionis genere emendantur syntexes, id est defectiones ex longis morbis sumptæ. Idem, Aqua mulsa præclaram vtilitatem habet viribus recreandis. ¶ Inde Syntectici, *συντηκτικοί*, dicti sunt quorum corpus lõgo morbo exhaustũ est, & colliquefactũ. Idem lib. 22. ca. 23, Præcordiorũ vitiis syntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulsa linguæ paralysi.

Syntereſis, penul. prod. *συντήρησις*, Dicipotest attentio, seu conseruatio. Nam à συντηρέω, quod est conseruo, deriuatur. Vnde ea pars animæ quæ vitiis aduersatur, & sese semper immaculatam cupit à vitio conseruare, & perpetrata malè continuò arguit, Synteresis dicitur.

Synthema, pen. prod. genitiuo Synthematis. pen. cor. *σύνθημα*, Signum bellicum quod datur instructæ acici. ¶ Item tessera vigiliarum, quæ erat tabella scripta è Tribuno data. ¶ Item nota & tessera quædam epistolaris, commendatrix eius qui eam reddebat. ¶ In Pandectis item Græcis Synthemata vocantur Diplomata, quæ iis dabantur, qui cursu publico vtebantur. ¶ Synthemata item, dicuntur breues quædam & obscuræ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, altiorem quendam & reconditum sensum occultantia: cuiusmodi sunt Pythagoræ symbola. Habet & alia significata apud Græcos: quæ quoniam ad linguæ Latinæ institutionem nihil pertinent, ex Græcorum Lexicis petenda relinquimus.

Synthesis, pen cor. *σύνθεσις*, Idem quod compositio. Ἀπὸ τοῦ συντίθημι quod est componere. Quintus Serenus pro commistione accepit, – vilem (inquiens) deprendit in illis Synthesin, & vulgata satis medicamina risit. ¶ Est item Synthesis, figura contraria ἀναλύσει, à quibusdam confessis exordiens, & desinens in id quod in quæstione est. Analysis autem quasi retexio est complexionis. ¶ Significatur item hoc nomine apta & concinna orationis & verborum structura & collocatio: in qua tria componuntur & struuntur verbis, vt non asperorum concursus, non hiulcus sit, sed leuiter coagmentatus & molliter fluens. De qua ratione satis multa disseruerunt. Cicer. 3. de Orat. & Quintil. lib. 9 ¶ Est etiam Synthesis genus vestis breuis, qua Romani peculiariter in Saturnalibus vtebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam, & synthesin induebãt. Dicta Synthesis ab eo quòd consuta cõtextaq; esset compositione quadã versicolori. Mart. lib. 14, Synthesibus dum gaudet eques, dominúsq; Senatus. Dumq; decẽt nostrum pr ea sumpta louem. Sueto. in Nero. cap. 51, Ac plerunq; synthesin indutos, ligato circa collum sudario prodierit in publicum sine cinctu, & discalceatus. ¶ Synthesis præterea aliquando accipitur pro tota veste in vestiario cõposita. Scæuola in l. Titia. de Auro & argent. leg. Quero an ex vniuersa veste, id est synthesi, tunicas singulas & palliola Sempronia eligere possit.

Syntomia, *συντομία*, Quam Latinè concisionẽ vertere possumus, figura est qua res quatuuis magnæ, breui & compendioso verborum ambitu reddũtur. Quam eandem nonnulli Græcorum ἐπάγγελμα appellant à lucc, quam rebus addit. Nonnulli etiam εἰσήγημα, à mouendi efficacia. Dicta Syntomia, ἀπὸ τοῦ συντέμνειν, quod est concidere, abbreuiare.

SYPHAX, acis, pen. genitiui prod. *σύφαξ*. Numidiæ rex fuit, qui quũ Scipioni per Lælium fuisset cõciliatus, belliq; societatem cum eo iniisset, postea violata fide Annibali adhæsit. Tãdem victus à Masinissa viuus in Scipionis manus perductus est, à quo in triumpho circunductus, & deinde in carcerem inclusus inedia vitam finiit, regno eius Masinisse concesso Claud. de Bello Gildonico, Syphacem extulit, media syllaba correpta. – hautire venena, Compulimus durũ Syphacem, fratremq; Metelli. Alij tamen ferè omnes constanter producunt. Propert. lib. 3. Annibalis spolia, & duri monumenta Syphacis. Ouid. 6. Fast. Postera lux melior vincit Masinissa Syphacem.

SYRACVSAE, pen. prod. *συράκουσαι*, Vulgo *Saragosa*. Ciuitas Siciliæ amplissima. sub Pachyno monte sita, vbi fons Arethusa ab Alpheo (vt creditur) Elidis fluuio per subterraneos cuniculos means, magna aquarũ vbertate erumpit. Cicer. 6 Verr. scribit Syracusas vrbem esse maximam Græcarum vrbium, pulcherrimámq; quæ ex quatuor quasi vrbibus maximis constare videatur, quarũ vna Insula nominatur, altera Acradina, tertia Tyche, à nobili Fortunæ templo, in ea extructo, quarta Neapolis Syracusani multos claros principes habuerunt, sed præcipuè clarissimum Dionysium seniorem. Qui quum apud filium Dionysium vidisset ingentem vasorum aureorum, argenteorúmq; copiam, exclamans inquit, In te effectas regius non est, qui ex tanta poculorum vi amicum neminem tibi conciliasti. Ambo tamen Dionysij philosophi fuere, ambóq; Platonem audierunt. Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poëta Bucolici carminis scriptor, quem Virgilius imitatus est.

Syracusanus, *συρακόσιος*, Gẽtile formatũ à Syracusis. *Saragosano, di Saragosa.*

Syracusius, a, um, *συρακούσιος*, Vel abiecta vocali subiunctiua Syracosius, eiusdem significationis est cum superiore. Virg. 6. Aegl. Prima Syracosio dignata est ludere versu. Ouid. in Ibin, Vrbs Syracosio, præstricta fauce, poëtæ. Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.

Syræum, pro sapa, huc nõ pertinet: quũ prima eius syllaba apud Græcos per υ scribatur: quod & ipsum etymi ratio exigit. Nã παρὰ τὸ σῦσαι id dictum putatur, eo quòd ad tertiam partem ad ignem exiccetur.

SYRIA, *συρία*. Vulgo *Soria*. Rego Asiæ, quæ ab Oriente fluuio Euphrate, ab Occidente nostro mari, & Aegypto terminatur, à Septentrione habet Ciliciam, & partem Cappadociæ. à Meridie Arabiam: cuius insignes ciuitates (vt li. 5. refert Ptolem.) sunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmyra Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytos, Botrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæsarea, & Damascus: montes clari, Carmelus, Casius, Libanus: fluuij, Euphrates, Chrysorrhoas, Singas: regiones, Phœnice, Palæstina, Iudæa, Idumæa, Comagena Samaria, & Syria Cœle. Hæc regio in medio orbis constituta est: quò fit vt nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitã faciũt diuisionẽ, in Syros, Assyrios, Leucosyros, & Cœlesyros. Plin. li. 5. ca. 12, Mesopotamiã quoq; & Babyloniam Syriæ attribuit: totúsq; Syriæ partem facit Assyriam. Multi confundunt (vt Herodotus) qui Syros à Græcis dictos, Assyrios à Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos adnumerat. Aeron quoq; & Porphyrio, insignes Grammatici, apud Horatium eam quæ nunc Syria dicitur detracta syllaba olim Assyriam dictam scribunt. Ammianus Marcellinus lib. 23. Citra amnes (inquit) prouincia est nobilis Assyria celebritate, & magnitudine, rum & multiformi feracitate ditissima: quæ per populos, pagósq; amplos diffusa, quondam & copiosa, ad vnum concessit vocabulum, & nunc omnis appellatur Syria. Dion in Traiani vita Assyriam Barbaris dictam scribens inter mutata, quam Assyriam nos vocamus, indicat. Scriptores in eo ferè conueniunt omnes, vt Syria & Assyria nomina confusa esse credant.

Syri, Syrorũ, sunt eius regionis populi, ludis, celebritatibúsq; dediti. Perunguntur oleo pretioso, & linuntur vnguẽtis. Maximam diei partem in comessationibus absumunt & potu. Masculi ab xiiii anno, fœminæ à xii. vsq. ad lxv. tributo obligantur. Fortunam colunt. Prima autem dictionis huius syllaba corripitur, quum in Syro insula eadẽ producatur. Iuue. Saty. 6, Quàm quæ longorum vehitur ceruice Syrorum. Syri olim astutiæ nomine male audierunt, quemadmodũ & Phœnices. Vnde factus est locus prouerbio, Σύρου κεῖσε φάσιμος, hoc est Syri aduersus Phœnices: quo vtimur quoties significare volumus duos egregiè astutos, hoc agere vt dolis se mutuò circunueniant. Hæc Suidas.

Syrissa, sæ, *σύρισσα*. Mulier è Syria. Nam quemadmodum à Libys fit Libyssa, ita à Syrus, Syrissa. Virg. in Moreto, Copa Syrissa caput Graia redimita mitella.

Syrius, ria, rium, denominatiuum, *σύριος*. vt Syria pyra. Colu. lib. 5. ca. 10, Ea sunt Crustumina, regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

Syriacus, riaca, riacum. } *συριακός*. Ital. *Soriano, di soria.* Gal. *Syrien, de Syrie.* Hisp. *Lo de syria.* } possessiuum: vt Syriaci boues. Plin. lib. 8. cap. 45, Syriacis non sunt palearia. Syriaca radix pro silphio, quod Latini laserpitium vocant: quia (vt inquit Dioscorides) ex Syria & Media optima huiusmodi radix adferebatur. Colum. lib. 11. cap 13, Nec minus si vernum & æstiuum fructum voles habere, Syriacæ radicis, & rapi, napique semina obrues. ¶ Syriacus ros, exili sudor, siue aëris sese expurgantis succus, in foliis stirpium concrescens, præcipuè in Syria, iuxta Libanum montem: vnde & nomen accepit. *δρόσος λιβανωτίς*. Arabes Manna appellant: quo nomine vtuntur & officinæ. Colum. lib 9. cap. 13, Nam vel grana mali Punici tunsa, & vino amineo conspersa, vel vuæ passæ cum ore Syriaco eum pari mensura pinsitæ. ¶ Syriacus raphanus, à Syria vnde primùm aduectus fuit, nomen retinuit. Est autem cæteris raphani speciebus suauior & tenerior, & patientior hyemis. Vide Plin. libro 10. cap. 5.

SYRIANVS, *συριανός*, Alexandrinus Philosophus Platonicus, docuit Athenis, scripsitq; in totũ Homerum cõmentarios, libros septẽ in Platonis Rẽpub. & alia. Huius discipulus & successor fuit Proclus. Suidas.

SYRICTAE, *συρικταί*. Populi sunt iuxta Nomadas Indiæ, narium loco foramina tantum habentes anguium modo loripedes. Autor Plin lib 7. cap. 2, Dicti à fistulis & calamis auenaeum quibus cibum capiunt. Solinus, Alij concretũ os habent, modicum tantùm foramen, quo calamis auenarum

Universidad de Sevilla Biblioteca

enarratum cibos hauriunt. σύριγγες enim Græci fistulas appellant.

Syricum, συρικόν. Color factitius ex sinopide, & sandyce mistis, quo minium adulterarunt. Plin. lib. 35. cap. 6. Sublimi autem syrico minium, compendij ratio demonstrat. Et paulò antè, Præterea è vilioribus ochra, cerussa usta, sandaracha, sandyx, syricum, atramentum.

Syringites, συριγγίτης. Gemma quæ stipulę internodio similis est, ac pertusa fistula cauatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Syrinx, gis, σύριγξ. Idem quod fistula, sine ea simplex sit, quam Græci vocant μονοκάλαμον: siue ex pluribus calamis contexta, quam illi συρικτὸν μέγα appellant. ¶ Fabulantur poëtæ Syringa nympham fuisse Arcadiæ, quæ quum Panos vim effugere non posset, miseratione deorum mutata est in palustres calamos. Ouid. 1. Metamorph.

Inter Hamadryadas celebertima Nonacrinas
Naias vna fuit, Nymphæ Syringa vocabant.

Syriscus, συρίσκος. Vas vimineum in quo ficus solent asseruari. Cæl. Rhodigio. lib 9. cap. 3.

Syrites, συρίτης. Lapis qui in lupi vesica nascitur. Plin. lib. 11. cap. 37. In vesica lupi lapillus qui Syrites appellatur.

SYRITHA. Filia fuit Danorum regis Sylualdi, tantæ pudicitiæ, vt quum ob elegantiam formæ magna procorum frequentia peteretur, spretis tamen omnibus prætulerit cælibatum. Saxo lib. 7.

Syrma, atis. σύρμα. Genus vestis Tragicorum, vel cauda, siue tractus vestis fœminarum. Mart. lib. 12. Aprasti longum tu quoque syrma tibi. Idem libro 1. Musa nec insano syrmate nostra tumet. Seneca de Bacc. Qui habitu mulebri nonnunquam se ornabat, auro decorum syrma barbaricum. ¶ Sumitur interdum pro longa tragicæ orationis serie, tenorem suum vsque in vltimum protrahente: à σύρω, traho.

Syrmæa, συρμαία. Cibi genus ex adipe & melle confectum, purgationibus in primis aptum. ¶ Idem certaminis genus apud Spartanos, in quo victor huiusmodi syrmæa donabatur. ¶ Item rhaphani genus, apud Herodotum. Vide Cælium Rhod. lib. 27. cap. 23.

SYRNA, σύρνα. Oppidum in Chersoneso Cariæ adhærenti, à Podalirio condita, à nomine Syrnes vxoris eius ita appellatum. Ferunt enim Podalirium, quum in Cariam esset eiectus, à caprario quodam fuisse seruatum, & ad Damæthum regem deductum: cuius filiam de tecto delapsam quum detracto ex vtroque brachio sanguine seruasset, admiratus hominis ingenium Damæthus, filiam eius beneficio seruatam, ei vxorem tradidit, Chersoneso illi in dotem attributa: in qua Podalirius duas condidisse vrbes traditur, quarum alteri vxoris, alteri pastoris nomen iudidit. Autor Stephanus.

SYROPHŒNICES, penult. prod. συροφοίνικες. Populi Asiæ, iidem cum Phœnicibus, ita dicti quòd maritima Syriæ incolant loca. Iuuen. Saty. 8. Obuius assiduo Syrophœnix vdus amomo.

SYRSIOADIS, Darij mater, quæ audita morte Alexandri, sese perpetuæ nocti dedit. Autor Curtius.

SYRTES, tium. § σύρτεις. Ital. *Scogli di mare secche*. Gal. *Les syrtes, lieux sablonneux en la mer de Libye*. Hispa. *Baxos de arenaria*. § Duo sunt sinus periculosissimi in mari Libyco, quâ Africam proprié dictam alluit: quorũ alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtim vocant) CCCM. passuum ambitum habet. Alter, qui in Cyrenaicam vergit, maior Syrtis dicitur: habétque circuitum DCXXVM. passuum. Vtraque Syrtis nauigantibus est periculosissima, quòd mare ibi vadosum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorsáque & breuia, in alia atque alia loca transferunt. Syrtium harum naturam sic describit Sallustius in Iugur. Duo sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamen natura, quorum proxima terris perlata sunt: cæterùm vti sors tulit, alta, aliàs tempestate vadosa. Nam vbi mare magnum esse & ventis sœuire cœpit limum, arenámque & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Hæc Sallustius. ¶ Sunt & in terra Syrtes in eadem Africa, vento arenas excitante & proxima quæque operiente. Vnde Solinus autor est, iis in locis, quamuis terra ites facientes, cursum sideribus regere. Nam arenatum cumuli véto agitati locorum faciem mutant: & quemadmodum in mari, nunc aggere sublimia faciunt, quæ prius desidebant, nunc vallibus profunda, quæ prius excelsa erant, denique procellarum ritu arenæ exagitantur, Syrtimque faciunt terrestrem, paris cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, vndisne an arena quis obruatur. Hæc Solinus.

SYROS, priore prod. σύρος. Stephano. Insula Ioniæ, Asiæ regioni apposita, à qua Pherecides Syrius ortum habuit, nõ à Syria regione. ¶ Scyrus verò, σκῦρος, Thraciæ ascripta est, vt Strabo & Plinius testantur. Vide suo loco.

Syricus, a, denominatiuum: vt Mala Syrica. Colum. lib. 5. cap. 10. Præterea malorum genera exquirenda, maximè Scandiana, Syrica.

Syrus, siue potius Sirus, per i nostrum, Fossa seu cuniculus subterraneus, in quo frumentum conditur, & diutissimè conseruatur. § λάκκος. Ital. *Fossa*. Gal. *Vne fosse à tenir froument*. Hispan. *Cana à trigo*. § Siros, inquit Curtius lib. 6, vocant Barbari circa Caucasum, quos ita solerter abscondunt, vt nisi qui defoderint, inuenire non possint: in iis conditæ fruges erant. Plin. lib. 18. cap. 30. Vtilissimè seruantur in scrobibus, quos siros vocant, vt in Cappadocia & Thracia, Hispania & Africa. Colu. li. 1. cap. 6. Vbi puteorum in modũ, quos appellãt siros, exhausta humus à se fructus recipit. Vide plura de hoc suprà in dictione SIRO.

Syssitia, συσσίτια. Græca vox est, soliditatem significans siue conuictum. Vnde σύσσιτοι dicuntur sodales, quique eadem vtuntur mensa. Caius Iutisconsultus de Verb. signifi. Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quos Græci ὁμοτίμους vocant.

Systole, συστολή. Figura qua longa syllaba contra naturam corripitur: vt apud Virgilium, Connubio iungam stabili, propriámque dicabo, vbi nu, syllaba corripitur, quæ naturaliter longa est: quum à nubo deducatur, cuius prima syllaba producitur. Quare & in nomine connubium erat producenda: quo pacto etiam idem vsus est 3. Aene. Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?

Syzygia, æ, συζυγία. Idem quod coniugium, siue coniugatio. Vnde Galenus lib. 8. 9. & 10. De vsu partium, septem illas partium neruorum productiones, quibus sensus à cerebro in vniuersum corpus distribuũtur, syzygias appellat. Harum prima est neruorum ἐκτάσεων, hoc est visoriorum, qui circa medium sui coeuntes, χ Græcæ literæ imaginem referunt, rursúsque separati, in oculos recipiuntur, quibus spiritum visorium submministrant. Secundæ syzygiæ nerui in oculorum musculos inserti, motum iis suppeditant. Tertia gustus sensum in linguam, reliquáque oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inseritur. Quinta ad aures fertur, iisque sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina, visceráque omnia sensum transmittit, neruósque recurrentes producit. Septima dat morum linguæ, & rectis laryngis musculis. Est & alia præter has, quæ versus nares odoratus gratia defertur: quæ ideirco non annumeratur inter neruorum syzygias, quòd extra cranium non prodeat. Vide plura de his apud Galenum de dissect. neruorum, & lib. 8. 9. & 10. De vsu partium.

T



Litera, vt cæteræ mutæ, oti nõnihil inter pronuntiandum exibet negotij. Quod & Lucianus significat, qui in iudicio vocalium ludẽs, Σ inducit T literæ obiicientem quòd vinculis quibusdam vocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Atticos & Dores frequenter e sede sua eiicit. Rursus apud Latinos non panca per t scribi solebant, quę nuper per s scribimus. Nam mertare & pultare antiqui dicebant, nos mersare & pulsare dicimus. Habet præterea t literæ cognationem quandam cum d, vt ait Quint. lib. 1. cap. 4. Veteres namque Alexanter, & Cassantra scribebant, vbi nos Alexander & Cassandra.

T ante A.

TABAE, Tabarum, τάβαι, Vrbs Ciliciæ, vt ait Plin. lib. 5. cap. 27. ¶ Stephanus Tabas alias collocat in Lydia, itẽ alias in Caria, & alias in Parœa.

Tabanus, tabani, pen. corr. Muscæ genus, quod & asilum Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maximè infestat. {τάβανος. Ital. *Tafano, tauano*. Gal. *Taban*. Hispan. *Estauano*.} Vnde Poëtæ fingunt Io puellam, tabano à Iunone immisso, versam fuisse in insaniam. Plin. lib. 11. cap. 28. Reliquorum quibusdam aculeus in ore vt asilo siue tabanum diei placet: item culicibus & quibusdam muscis. Varro 2. de Re rust. cap. 5. Itaque quod eas ætate tabani concitare solent, &c.

TABARENI, vt apud Pomponium legitur, siue potius Tibarni, τιβαρηνοί Stephano, quo pacto etiam apud Strabonem & Plinium scribitur, populi sunt ad Pontum Chalybibus proximi, adeò religiosi institiæ custodes, vt prius prælio non congrediantur, quàm diem, locum & horam, ex fide hosti denuntiarint. Quum mulier partu liberatur, vir in lectulum tanquam pueri autor decumbit, cũmq; vt puerperam efferta vxor curat, vt ex Nymphodoro Cælius annotauit. Valer. Flac. lib. 5, Inde Genetæi rupem Iouis, hic Tabarenũm Dant vitides post terga lacus vbi desidemitra Fœta ligat, partũque virum fouet ipsa soluto.

Tabefacio, vide TABES.

Tabella, Tabellarius, vide TABVLA.

Tabeo, tabes, vide TABES.

Taberna, æ, Quoduis ædificium habitationi aptum: à tabulis quibus claudebatur, aut operiebatur, vt putat Vlpianus de Verb. signific. aut à trabibus validioribus quibus superiora suspendebantur, quasi trabena, vt placet Donato. § ταβέρνα. Ital. *Botega, alloggiamento, albergo*. Gal. *Logis, ou loge, boutique*. Hisp. *Tienda donde alga se vẽde, mesua ò venta*.} Cic. Atti. lib. 14. Taberæ mihi duæ corruerunt. Idem ad Q. Frat. lib. 3, Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ, magna vis aquæ vsque ad piscinam publicam. ¶ Taberna diuersoria, καπηλεῖον. Plautus in Menæ. -quantum potes Abduce istos in tabernam actutum diuersoriam. ¶ Taberna item dicitur in qua merces venditãtur, officina in qua fiunt opera. Et tabernarum quædam lanaria, quædam vinatia, quædã olearia, & huiusmodi. Nonius scribit tabernas non tantùm vinarias esse, sed & omnes quæ sunt popularis vsus. Plin. lib. 10. cap. 43, Postea ad tabernam remeans plurium annorum assiduo officio mirus. Horat. lib. 1. Serm. saty. 4. Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.

Tabernarius, a, um, adiectiuum. § καπηλικός. Ital. *Pertinente à botega*. Gal. *Apartenant à boutique*. Hisp. *Pertenesciente à tienda*.} vt Comœdiæ tabernariæ, in quibus humiles personæ introducebantur: cuiusmodi sunt institores, qui in tabernis merces venditant.

Tabernarius rij, Institor, qui in tabernas merces suas venales habet. § καπηλεύς. Ital. *Botegaro*. Gal. *Boutiquier, mercier, tauernier*. Hisp. *El tendero, mesonero ò ventero*.} Cic. pro L. Flac. Opifices & tabernarios atque illam omnem fæcem ciuitatum quid est negotij concitare? Idem pro domo sua, Clodius concitator tabernariorum. Cælius ad Ciceronem lib. 8. Sed dici non potest quomodo hic omnia iaceant: nisi ego cum tabernariis & aquatiis pugnarem, vetemus ciuitatem occupasset.

Tabernaculum, li, Subitarium quoddam tectum frondibus, aut stragulis opertum aduersus solis, tempestatisque iniuriam: cuiusmodi sunt, quæ in castris excitantur, & modò hue modò illuc transferuntur. § σκηνή. Ital. *Tabernacolo*. Gal. *Tabernacle, pauillon ou tentes de guerre*. Hisp. *La tienda de lienço ò tablas*.} Cæsar 6. bell. Gall. Hic diffusus suæ ac omnium saluti, inermis ex tabernaculis prodit.

Tabes, is, Colliquatio ex morbi diuturnitate, seu nimia corporis extenuatio ex cura, animive ægritudine procedens. § μάρανσις, σκόμμις. Ital. *Tisichezza. mal di tisico, marcia, sangue marcio*. Gal. *Maladie par laquelle vne personne deuient en charne tout sec & etique, tisie*. Hispa. *Corrupcion ò podre ò tisica*.} ¶ Huius tres sunt species. Vna quum corpus non alitur, & ita summa oritur macies, & nisi occurratur, occidit: quæ ἀπορφία dicitur à Græcis: & qui hoc malo laborant, ἀπόροφοι. Altera, vbi malus corporis habitus est. ideóq; omnia alimenta corrumpuntur. Hanc Græci κακοχυμίαν nominant. Tertia, quam Græci φθίσιν vocant, ὁπὸ τῦ φθίνειν, quod est consumi, & tabescere, quum in pulmonem descendit à capite pituita, & frequens tussis oritur, cum exulceratione. Ex hac febricula leuis fit, quæ etiam quum quieuit, tamen & repetit: frequens tussis est, pus excreatur. Hæc Sipontinus ex Celso lib. 3. cap. 2. Tabem (inquit Festus) antiqui vsurparunt pro eo quod quid faceret tabescere. Sallust. Catil. Vt tabes plerosque ciuium animos inuaserat. Cic. 3. Tuscul. Habet

ardorem libido, leuitatem lætitia gestiens, humilitatem metus: sed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, &c. Virg. 6. Aeneid. Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Vbi Seruius. Tabe, corpore defluente paulatim. Ouid. 9. Meta. Ambustique sonant nerui, cæcaque medullis Tabe liquefactis. ¶ Arborum tabes, qua arbores alimentum non sentientes elanguescunt, & tandem arefiunt. σαύπηξις, ἀπεφία. ¶ Interdum aliquid cruentum, & purulentum significat, quod Græci σάνιον, seu λύθρον nominant. Ouid. 3. de Pon. Tinctaque mortifera tabe sagitta madet. Seruius in illud Virgil. 3. Aeneid. Et terram tabo maculant. Tabo, inquit, nomen est septimi casus tantùm: quod si velis declinare, hæc tabes, huius tabis dices. In hac tamen significatione vsitatius vtimur nomine tabo. Idem lib. 8. Aen. Et sanie tabóque fluentes. Vbi idem Seruius, Sanies mortui est: tabo viuentis, scilicet sanguinis. Ouid. 2. Metam. Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo Tecta pe-

Tabitudo, Idem quod tabes. σαύπηξις. Plin. lib. 22. cap. 25. Peculiariter tamen ad tabitudinem longo morbo redactis subuenit. de halica.

Tabidus, a, um, pen, cor. Propriè de eo dicitur qui morbo, vel animi ægritudine extabescit, & colliquatur. ἰσαυτηκτικὸς, ἀδηφαγώδης. Ital. *Magro, guasto.* Gal. *Etique, qui est en chartre, corrompu & gasté.* Hisp. *Podrido ò corrompido.* ¶ Accipitur tamè etiam generalius pro omni eo quod quouis modo corrumpitur. Ouid. 1. de Pont. eleg. 1. Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta, De niue manantis more liquescit aquæ. ¶ Tabida lues, id est tabifica. Virg. 3. Aen. Subitò quum tabida membris Corrupto cæli tractu, miserandáque vènit Arboribúsque, satísque lues. Sic etiam tabidam vetustatem appellat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. Tabida consumit ferrum lapidémque vetustas. Nullúque res maius tempore robur habet. ¶ Nix tabida, quæ iam remittente se frigore soluitur. Liui. belli Pun. Itaque in leui tantum glacie, tabidáque niue volutabantur iumenta. ¶ Aliquando etiam tabidum dicimus, quod tabo diffluit, & sanioſum est. Martial. lib. 1. Indignas premeret pestis quum tabida fauces. Inóque ipsos vultus serperet atra lues. Loquitur de lichenibus.

Tabificus, a, um, Quod tabem inducit. ἰφθοποιὸς φθορικός. Ital. *Cosa che'ha virtù di putrefare.* Gal. *Qui fait emmagrir & dechoir jusques à deuenir en chartre, putrefactif.* Hisp. *Cosa que haze podrir algo.* Virg. in Epigr. Liuor tabificum malis venenum. Vnde & à Cice. lib. 4. Tusc. ægritudo, & metus tabificæ perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum, & afflictionem inferunt. Plin. lib. 29. cap. 4. Non enim est tabifica vis: itaque occisa morsu earum animalia cibis innoxio sunt. Lucan. lib. 5. -resoluit Aera tabificum. ¶ Antiqui tabificabile in eadem significatione vsurparunt: vt ann. tauit Nonius citans illud Accij ex Med. Pat neci orbificor, liberorum letho & tabificabili.

Tabeo, es, Colliquefio, tabe consumor. ἰτήκομαι Ital. *Marcisi, ammalarsi, corrumperssi, infracidarsi.* Gal. *Deuenir en chartre, deuenir tout sec & etique.* Hisp. *Corromperse podrirse.* Ouid. 7. Meta. Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros Sponte sua lanæque cadunt, & corpora tabent. Nonnunquam quod tabo, siue sanie diffluo. Virgil. 1. Aeneid. Et fale tabentes artus in littore ponunt.

Tabesco, cis, Tabe consumor, morbo vel animi ægritudine colliquefio. ἀσφοδὸν, τήκομαι, μαραίνομαι. Ital. *Diuenir secco.* Gal. *Deuenir tout sec & etique, deuenir en chartre.* Hispan. *Corromperse podrirse hazer tisico.* Plaut. Capt. Tuo mœrore macetor, manecesco, cõsenesco, & tabesco miser. Terent. Adel. Nam & illi animum iam relenabis, quæ dolore ac miseria tabescit. Cic. Attic. lib. 2. Ego autem vsque eo sum eneruatus, vt hoc otio, quo nunc tabescimus, malim ἐνεργεῖσθαι, quàm optima spe dimicare. ¶ Tabescere sal dicitur, quum in humorem diffunditur. Cato de Re rust. Id aliquoties faciundum in die, donec sal desinat tabescere. ¶ Compositi sunt Contabesco, distabesco, extabesco, & intabesco: quæ omnia sunt ferè eiusdem significationis: vt est videre suis locis.

Tabefacio, Corrumpo, colliquo, quasi tabe conficio. μδαλόω. Hinc contabefacio, & extabefacio, composita: de quibus suprà suis locis.

TABIS, τάβις Stephano, Mons Scythiæ, mari incumbens, non procul à Serum regione. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Tablinum, ni, Locus in quo tabulæ & instrumenta publica, monumentáque rerum gestarum asseruabantur. ἰγκαμαρόφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον. Ital. *Luogo da conseruare lettere & registri.* Gal. *Le lieu ou on garde les lettres & registres, thresor des chartres.* Hispan. *Lugar donde se guardan las letras publicas.* Plin. lib. 35. cap. 2. Tablina cedicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Apul. lib. vlt. Flori. Medici quum ineruerunt ad ægrum, vti visant, nemo eorum quòd perpulchra tablina in ædibus visant & lacunaria auro oblita, &c. ¶ Dicitur autem tablinum, non tabulinum, quemadmodum & figlinum, nõ figulinum. Differtque à pinacotheca, quòd in ea tabulæ pictæ, aliáque ingenus ornamenta, in tablino rerum in magistratu gestarum monumenta continebantur.

TABOR, Θαβώρ, Mons in medio Galilææ, rotundus ac sublimis.

TABRACA, τάβρακα, Oppidum est Africæ minoris, vt Pomponio placet. Nam à Plinio Numidiæ adscribitur. Silius Sabatrã nominat lib. 3. Sabatra tum Tyrium vulgus, &c. Alij Tabatram; quod minimè mirum est. Barbara enim vocabula inepta sunt, nec semper eodem sono vtraque lingua efferri consueuerunt, vt Hermolaus scribit.

Tabula, æ, Asser in vsum aliquem cõcinnatus: cuiusmodi sunt in quibus aut pingimus aliquid, aut scribimus. πίναξ Ital. *Tauola.* Gal. *Table ou tablette, tableau aiw scié planche.* Hispan. *Tabla.* Plaut. in Menæch. Die mihi, nunquid vidisti tabulam pictam in pariete, Vbi aquila catumitum raperet? Horat. 1. Epist. 1. Qui cupit, aut metuit, iuuat illum sic domus, aut res. Vt lippum pictæ tabulæ, fométa podagram. Cic. pro Roscio Amer. Quid præterea exlati argẽti? quid stragulæ vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putaris esse? ¶ Tabulæ item dicebantur cedicilli ex ligno, cera obducti, in quibus olim testamenta, actáque publica scribebantur: vnde etiam hodie, quanuis mutata re, tabulas accipimus pro testamento, aliíue publicis scripturis, ex quauis materia confectis. ἀλῆθινα γράμματα. Cic. pro Cælio, Cælius tabulas nullas confecit. Quintil. lib. 5. cap. 7. Testimonia dicuntur aut per tabulas, aut à præsentibus. ¶ Et tabula dicebatur in qua mittebant tesseras, quæ lusoria, & quandoque latruncularia, & pyrgus, siue alueus, aluceolúsve dicebatur. ¶ Tabulæ nouæ appellantur quando debitores creditas pecunias cum vsuris persoluere nõ coguntur ipsis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ conficiuntur. νέαι χρεῶν ἀποκοπαί. Cic. 2. Offic. Tabulæ nouæ quidem habent argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas: ego non habeam pecuniam? Sallust. in Catil. Tunc Catilina pollicèri cœpit tabulas nouas, proscriptionem locupletum. ¶ Tabula item liber est quem sibi quisq; nostrùm priuatim facere consuescit, quasi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus, id est diarium & ephemeris actionum nostrarum. Liui. lib. 4. de Censura loquens. Constitutum est eadem domum vnicuique nostrùm debere existimari, vbi quis sedes & tabulas haberet, suarúmque rerum constitutionem fecisset. Budæus. ¶ Tabulæ accepti & expensi, rationes in quas acceptæ & expensæ pecuniæ referebantur. Cic. 3. Verr. Habeo & illius, & patris eius accepti tabulas omnes quas diligentissimè legi, & digessi. Idem pro Rosc. Com. Si tabulas C. Fannius accepti & expensi profert suas. Tuis tabulis causam dicis, hoc est priuatis tuis & domesticis rationibus. Cic. in Verrem. An tuis solis tabulis causam te dicturum existimasti? Budæus. ¶ Tabulæ pro auctione. Cic. pro Cæcinna, adest ad tabulam, licetur Ebutius, &c. Cic. Terentiæ, Quemadmodum adest ad tabulam, licetur Ebutius, &c. Cic. Terentiæ, Quemadmodum adest ad tabulam, licetur Ebutius, &c. Terentiæ, Quemadmodum adest ad tabulam, licetur Ebutius, &c. Cic

TABVRNVS, Mons Campaniæ, oliuetis abundãs. Virg. 2. Geor. -iuuat Ismara Baccho Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.

TACAPE, es, siue Tacapa, pę, Τακάπη, Ciuitas in Africa propriè dicta non procul à minore Syrti: de cuius agri fertilitate ita scribit Plinius li. 18. cap. 21, Ciuitas Africæ in mediis arenis, petentibus Syrteis, Leptimq; magnam, vocatur Tacape, fœlici supra omne miraculum tiguo solo terris ferè mirabus passuum in omnem partem fons abundat, largus quidem, sed certis horarum spatiis dispensatus inter accolas. Palmæ ibi coruscandi subditur olea, huic ficus, ficui punica, illis vitis: sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omnia aliena vmbra aluntur. Super omnia est, biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur vbertas, pereunt luxuria singuli fructus.

Taceo, ces, cui, citum, Nihil loquor: notæ est significationis. {σιγάω, σιωπάω. Ital. *Tacere, stare cheto.* Gal. *Se taire, ne dire mot.* Hispa. *Callar y no hablar.*} Terent. in Eunuc. Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraso? Tacent, satis laudant. Tacere aliquid, est reticere. Terent. Eunu. Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimè. ¶ Quandoq; etiam dicitur de iis quæ sine voce sunt. Sic agrum & mare tacere dicimus, in quo nullus auditur strepitus. Virgil. 3. Aegl. Quum tacet omnis ager. ¶ Quoniam verò quum aliquid laude dignum est, laudamus: & è contrario malè facta non laudamus, factum est vt tacenda, non laudanda: & non tacenda, laudanda dicantur. Ouid. 2. de Arte, Eximia est virtus, præstare silentia rebus: Et contrà grauis est culpa, tacenda loqui. ¶ Quandoque significat securum esse: quoniam qui securi sunt, nullam querendi causam habent. ἀπράγμονας ἴσθι. Terent. in Adelph. Tace, ego-met conueniam Pamphilum.

Tacitum est, impersonale. Terent. in Adelph. Ignotum est, tacitum est, creditum est.

Tacitus. Modò actiuè accipitur pro eo qui tacet. {σιωπῶν, ἡσύχιος. Ital. *chi tace.* Gal. *Qui se tait.* Hisp. *El que calla.*} Cic. in Cat. Quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatē tacitorum perspicis? ¶ Aliquando passiuè pro eo quod tacetur. {σιωπώμενος. Ital. *secreto, nascosto.* Gal. *Secret, caché.* Hisp. *Secreto, escondido.*} Virgil. Aen. Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat? ¶ Tacitum mel, quod per se fluit, & est optimum. ἀσήμαντον. Tacitum os alicui præbere, est nihil prorsus respondere. Cic. 1. Verr. Qui testes priore actione interrogari noluerit, & iis tacitum os præbere maluerit.

Tacitè, aduerbium, Secretè, & submissè. {σιγῇ, σιωπηρῶς. Ital. *Secretamente, parlare, copertamente.* Gal. *Sans dire mot, secrettement, tout bas.* Hispa. *Sin hablar, secreta y escondidamente.*} Cic. pro Quintio. Huic ne perire quidem tacitè obscuréque permittitur. Idem pro Pompeio. Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant. Plaut. Pœn. Matronæ tacitè spectent, tacitè ridcant. ¶ Habere aliquid tacitè. Liuius lib. 2. Dec. 5. Et quanquam dissimulare, & tacitè habere id, patique statuerat.

Taciturnus, a, um, Qui paucorum est verborum, & minimè garrulus. {σιγηλός, σιωπηρός. Ital. *Tacito, taciturno.* Gal. *Taciturne, qui ne dit mot ou bien peu.* Hisp. *El que mucho calla.*} Ouid. 2. de Arte, Qui sermone placet, taciturna silentia vitet: Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat. ¶ Ripa taciturna, id est quieta, in qua nullus auditur strepitus. Horat. 2. Carm. Ode 20. -Carétque Ripa vagis taciturna ventis.

Taciturnulus, diminutiuum. Apuleius, Blãda mulier & taciturnula. ¶ Taciturnissimum ostium apud Plaut. in Curc. -valeátne ostium? H. Bellissimum hercle vidi & taciturnissimum.

Taciturnitas, Idem quod silentium. {ἡσυχία. Ital. *Esso parlar poco.* Gal. *Taciturnité, ne parler point, ne dire mot.* Hispan. *Aquel habito de mucho callar.*} Cicc. de Inuent. Taciturnitas imitatur confessionem. Terent in And. Sed his, quas semper intellexi in te sitas, fide, & taciturnitate. Cic. Atti. lib. 7. Suspicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. Horat. 4. Carm. Ode 8. -quid foret Iliæ, Mauortisque puer, si taciturnitas Obstaret meritis inuida Romuli?

TACITVS Corn. Sub Adriano principe orator clarissimus, æqualis ac familiaris Plinij iunioris. Belgicæ Galliæ rationes procurauit: ad Vespasianos vsque peruenit, ab illisque honoribus euectus, historiam principum conscripsit ab Augusto vsque ad Adrianum, quę ad nos haud integra peruenit. Hanc igitur non vitas Imperatorum ausus inscribere, sed tantum diurnales actiones, quæ medium inter hostiarium & vitas tenerent. Scripsit & de clatis oratoribus, Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea vitã Agricolæ soceri sui: & de moribus ac situ Germaniæ, stylo tum presso & elegãti, tum arguto & sententioso: in cęteris verò historiã aliquantulo sublimior. Scribit Flauius Vopiscus hunc autorem tanquã è suis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies describi, ne liber periret, cúmq; in omnibus bibliothecis adponi iussisse. Tertullianus autem noster eum mendaciorum loquentissimum appellat, propterea quòd iniquissimum sese in scriptis suis, falsissimúq; de Christiana religione iudicẽ præbuerit.

TACOLA, τακόλα, Emporium amplissimum Indiæ extra Gangem, in aurea Cherrhonneso, cuius meminit Ptolemæus lib 7. cap. 2. Hodie *Malacha* dici creditur, à Lusitanis nostra ætate vi subacta: quod testatur epistola Emanuelis Regis ad Leonem decimum.

Tactici, τακτικοί. A Vegetio appellantur quibus cura incumbit instruendæ aciei. Nam τάττειν instruere est, & ordinare.

Tactus, vide TANGO.

Tæda, æ, vide TEDA.

Tædet, tæduit, vel, tæsum est, verbũ impersonale, Idem significat quod tædium hoc est satietas & fastidium capit. {ἀηδίαν ἔχω, βαρυνόμαι. Ital. *Rincrescere, fastidire.* Gal. *Estre ennuye de fascherie.* Hispan. *Hauer hastio à enojo.*} Terent. in Eunuc. Et tædet, & amore ardeo. Tædeo verbum personale in vsu non est: quamuis compositum eius pertædeo legatur apud Gellium lib. 1, Has ille inanes quum flaret gloriæ, iámque omnes finem cuperent, verbisque eius fatigati pertæduissent. Tædet autem impersonale verbũ habet ferè post se accusatiuum cum genitiuo. Cic. 2. Verrina. Sunt homines quos infamiæ suæ neque pudeat, neq; tædeat. Nonnunquam accusatiuum sine genitiuo. Cicc. Attico lib. 2, Tædet ipsum vehementérque pœnitet. ¶ Nonnunquam cum solo genitiuo, accusatiuo tamen tacitè subaudito. Terent. in Eunuch. Tædet harum quotidianarum formarum. Cic. ad Atticum, lib. 2, Prorsus vitæ tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. ¶ Nonnunquam cum infinitiuo. Terent. in Phorm. At enim tædet audire eadem millies.

Tædium, tædij, Fastidium, satietas. {ἀηδία, κόρος. Ital. *Tedio, fastidio.* Gal. *Ennuy & fascherie.* Hisp. *Hastio, enojo.*} Quintil. lib. 2. Et ipsius lectionis tædium vicibus leuatur. Iunen. sat. 7. Tædia tunc subeunt animos. Ouid. 9. Metamorph. -nec tædia cœpti Vita mei capiam, dum spiritus iste manebit.

Tædulus, pen. corr. Fastidiosus, qui omnibus tædio est. {κορεσμιαῖος. Ital. *Fastidioso.* Gal. *Fascheux, ennuieux.* Hisp. *El que toma fastidio ò enojo, hastioso.*} Festus.

TAENARVS, & in plurali numero Tęnara, pen. cor. ταίναρος, vulgò *Cabo Metapan.* Promontorium est Laconicæ regionis, circa medium meridionalis lateris Peloponnesi, quàm longissimè in mare procurrens, oppidum habẽs eiusdem nominis. Ταίναρον (inquit Suidas) ἀκρωτήριον Λακωνικῆς· οὗ ὁ ἰδιώτης ὁ κατοικῶν εἰς αὐτὸ, ἔστιν ὅτε Πατρέα ἢ ἄλλον ἀντὶ τοῦ ἐπιτυχόντος εἶπεν· ἐπὶ τοὺς ἐκ Ταινάρου ἐστὶ κατιέναι ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος· οἱ δὲ ἱστορικοὶ τὸν αὐλῶνα τὸν εἰς Ἅιδου φέροντα. id est, Tænarum promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, vbi & Neptuni præsidis templum: illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil vetiti Lacedæmonij interfecerunt. Circa Tænarum, antrum ostendebatur per quod Herculem ab inferis rediisse Poëtæ fabulati sunt, Cerberúmque vinctum ad superos traxisse. Vulgóque creditum est eas inferorum esse fauces. Virgil. 4. Georg. Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis, Ibidem marmor Laconicum effodiebatur, coloris viridis, quod & à loco Tænarium cognominatur. Propertius lib. 2, Quòd non Tænariis domus est mihi fulta columnis.

Tæniæ, ταινίαι. Ital. *Bende longhe & strette.* Gal. *Rubens ou bandelettes longues & estroittes.* Hisp. *Listas de la tora, vandas luengas y estrechas.*} Vittarum extremitates, vt quæ ab infulis pendent. Virgil. 7. Aeneid. -sit torrile collo Aurum ingens coluber, sit longæ tæniæ vittæ. ¶ Quandoque accipitur pro tota vitta. Virgil. lib. 5, Puniceis ibant euincti tempora tæniis. Vbi Seruius, Tænis, à tæna, non tæniis: nam & tæna, & tænia dicitur. ¶ Tænia (inquit Festus) propriè dicitur fascia. Græca enim dictio est *vitta*, quam sic interpretatur Verrius, vt dicat esse lanearum ornamentum capicis honorati. Eunius in Alexandro, Volans de cælo cum corona & tæniis. Hactenus ille. Plin. lib. 31. cap. 12. Deprehenditur & lentigo oculis, sed incerta mediis glutinamentis tænia, fungo papyri bibula vix nisi litera fundente fentantum inest fraudulis. ¶ Tęnias præterea dicimus lapides sub aquis candicantes in longum porrectos, à fasciarum similitudine. Plinius in Præfatione lib. 3, Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. ¶ Est & tænia piscicuti genus apud Aristotelem, à gracilitate & longitudine dictum. Vide Plin. lib. 32. cap. 7.

Tæniola, diminutiuum. τὸ ταινίδιον, τὸ ταινιάριον. Colu. lib. 11. cap. 3. Brassica, quum sex foliorum erit, transferri debet: ita vt radix eius liquido fimo illita, & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. Hoc est quibusdam quasi fasciolis.

TAENON, Fuit vrbs in Laconia, teste Hermolao in lib 9. Plinij, à qua mulier poetria nomine Herina ortum habuit. ¶ Fuit & in Achaia vrbs τἀνειον, id est Tenedum, & Tenea vicus inter Mycenas & Corinthum.

Tages, (inquit Festus) Idem quod furunculus: à tagendo dictus. Antiqui enim Tagere dicebant pro tangere. Vnde Tagacem manum dixit Lucilius, Mutonisque manum perscribere posse tagacem.

TAGES, is, τάγης, Filius genij, teste Festo, & nepos Iouis qui adhuc puer XII Hetruriæ populos haruspicinam tradidit docuisse. De hoc Cicc. lib. 2. de Diuinat. scribit ad hunc modum, Tages quidam dicitur in agro Tarquiniẽsi, quum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repentè: & cum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, vt in libris est Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius aspectu quum obstupuisset bubulcus, clamorémq; maiorẽ cum admiratione edidisset, cõcursum esse factum, torámq; breui tempore in eum locum Hetruriam conuenisse: tum illum plura loquutum multis audientibus, qui omnia eius verba exceperint, litterisq; mandauerint. Omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinæ disciplina contineretur: eam postea creuisse rebus nouis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hactenus Cicero. Ouid. lib. 15. Meta. Indigenæ dixere Tagem, qui primus Hetruscam.

Edocuit gentem casus aperire futuros, &c.

TAGESTA, τάγεστα. Africæ oppidum, Diui Augustini patria. Plin. lib. 5. cap. 4. ἀπὸ τοῦ ταγεστῶν Tagestense oppidum vocat.

Tago, gis, Apud veteres in vsu fuit pro tango. Tagit (inquit Festus) pro tangit, procul dubio antiqua consuetudo vsurpauit. Pacuuius in Teucro, Vt ego, si quis me tagat, & tagam. Idem in Hermiona. Non certam, nisi tagam. ¶ Hinc etiam Attigo, legitur pro attingo. Plaut. in Bach. Ne attigas puerum ista causa, quando fecit strenuè.

TAGVS, τάγος, Fluuius Lusitaniæ, aureas trahens arenas. Iuuenal. Quod Tagus & rutila Pactolus voluit arena. Circa hunc fluuium (si Plinio credimus) equæ flanti Fauonio obuersæ, animalem spiritum concipiunt, equósque ita gignunt pernicissimos, sed qui tertium vitæ annum non excedant. Vulgò *Tajo.*

TALAON, Τάλαος, Filius fuit Iasij, & apud Argos regnauit, vt notat Boccatius lib. 2. cap. 27.

Talaria, Talaris, Talarius, vide TALVS.

TALASIO, apud Romanos carmen nuptiale erat, & deus ipse nuptiarum præses, quem Græci vocant ὑμέναιον. Martial. lib. 1, Quid, si me iubeas Talasionem Verbis dicere non Talasionis? Hoc est, Quid si me iubeas hymnos nuptiales aliis verbis, quàm nuptialibus cantare? Festus ex sententia Varronis Talasionem tradit fuisse vocem nuptialem, nouis nuptis boni ominis causa acclamari solitam. Quare autem ea acclamatione in nuptiis vterentur, diuersi diuersa senserunt. T. Liuius lib. 1. ab Vrbe scribit in raptu Sabinarum virginem vnam longé ante alias specie & pulchritudine insignem, à globo Talasij cuiusdam raptam fuisse, multisque scisscitantibus cuinam eam ducerent, identidem nequis eam violasset. Talasio ferri clamitatum: ideóq; eam vocem nuptialem esse factam. Varro existimat hanc vocem in nuptiis

vsurpatam fuisse non alia ratione nisi vt nouæ nuptæ ad opera & labores, & præcipuè ad lanificia excitarentur. Talasionem enim vocabant quasillum siue calathum, hoc est vas lanificiis aptum. Quam sententiam tangit & Plutarchus in Problemat. à Græcis huius vocis originem repetens, qui lanam θαλάσιον appellant.

Talea, æ, ξυλάριον. Ita. *Pianta, ramo da piantare.* Gal. *Vn scion, vn plantal, ou getton d'arbre taillé par le bout qu'on met en terre.* Hisp. *Estaca propria para plantar.* } Surculus præcisus ex vtraque parte, vt in terra inseratur. Plin. lib. 17. cap. 17, Myrtus & taleis seritur: morus talea tantum: quoniam ramo eam seri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Seruandum in eo ante omnia, vt taleæ ex feracibus fiant arboribus, nec cutuæ, néve scabræ, aut bifurcæ: néve tenuioribus quàm vt manum impleant, ne minores pedalibus, vt illibato cortice, atque vt sectura inferior ponatur semper. Cato de re rust. cap. 45, Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito. Quemadmodum verò surculus, qui in terra seritur, Talea dicitur: ita quod inseritur ramo, calamus vocatur. Plin. lib. 17. cap. 14, Quòd si longius afferãtur pomorum calami, rapo infixos, optimè custodire succum arbitrantur. Est autem hæc vox Græca, sed quam Latini ita in vsum suum conuerterunt, vt Taleare pro incidere rustica vsurpet simplicitas. Taleas (inquit Nonius) scissiones lignorum, vel præsegmina Varro appellat de Re rust. lib. 1. Vnde etiam nunc rustica voce Interaleare dicitur diuidere, vel incidere ramum ex vtraque parte æqualiter præcisum: quas alij claudas, alij taleas appellant.

Taleola, læ, diminutiuum. Parua talea. ξυλάριον. Ital. *Piccola pianta, picciol ramo da piantare.* Gal. *Petit plantal, petit scion pour planter.* Hisp. *Pequeña estaca para plantar.* } Colu. lib. 3. cap. 17, Idque per gemmas quinas, vel etiam senas partiti, complures taleolas terræ mandauerunt.

Talentum, ti, τάλαντον. Ital. *Talento, vna sorte di moneta.* Gal. *Vn talent.* Hisp. *Cierta manera de moneda mayor.* } Multiplex fuisse Budæus in eo opere quod de Asse conscripsit, latissimè docet. Quoties tamen apud scriptores talenti mentio occurrit, si nihil aliud addatur, de minore talento Attico ferè intelligimus, quod fuit minarum sexaginta: singulæ autem minæ drachmas Atticas centum continebant. Valebat itaque talentum, sex millia drachmarum, hoc est si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem rediges: coronatos sexcentos, singulis coronatis solidis Turonensibus triginta quinque æstimatis. Decem autem talenta, coronatorum sex millia conficiunt. Quindecim talenta nouem millia aureorum. Vigiuti talenta, duodecim millia Sed hoc, vt iam diximus, de talento Attico minore intelligendum est, quod apud scriptores plurimum celebratur. ¶ Est enim & alterum talenti Attici genus, quod Talentum magnum vocant, quod ad minus talentum epitriti, hoc est sesquitertij habet proportionem. Nam quum talentum minus sexaginta tantum haberet minas, magnum talẽtum minas habebat octoginta. Vtrunq; autem talenti genus Atticum erat. Neque mirum videri debet Athenienses duplici taléto fuisse vsos, quum etiam duplex apud eos fuerit mina, maior & minor, quæ eandem inter se proportionem habebant, quam talentum maius & minus. Erat enim mina Attica maior, centum drachmarum, quum minor septuaginta quinque tantum haberet drachmas. Erant præterea pleraque alia talentorum nomina, Euboicum, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Antiochenum, Babylonium pondere & pretio omnia ferè distantia, sed in hoc vno conuenientia, quòd omnia ex sexaginta sui generis minis constarent, sed quæ in quibusdã ciuitatibus maiores essent quàm in aliis: vnde etiam nata est talentorum diuersitas. Nam, vt scribit Africanus, talentum omne minarum fuit sexaginta. Verùm quoniam minæ apud alios maiores erat, apud alios minores, factum est vt talenta quoque essent inæqualia. Minarum etiam diuersitas, ex varietate drachmarum nata est, quæ in quibusdam ciuitatibus maioris erant pretij & ponderis quàm in aliis. Quod & ipsum apertissimè testatur Iulius Pollux lib. 9. Hoc (inquit) vtique dicere non intempestiuum erit, quòd Atticum talentum sex millia drachmarum valebat Atticarum: Babylonium verò septem millia, Aeginæum decem millia, Syrium mille & quingentas iuxta Atticæ drachmæ rationem. Quemadmodum sanè & Atticas minas Atticum talentum habuit sexaginta, Babylonium septuaginta, Aeginæum centum iuxta proportionem. Sed mina ipsa vt apud Athenienses habuit centum drachmas Atticas, sic apud alios quoque ipsis consuetas, quæ pro ratione cuiusque talenti secundum augmentum vel decrementum valerent. Hæc ille.

TALOA, Insula in mari Hyrcano (vt Pomponius refert) sine cultu fertilis, omni fruge ab fructibus abundans: sed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, diisq; seruanda. Hactenus Mela. Ptolemæo lib. 6. cap. 9, Talea dicitur. Plin. lib. 6. cap. 17, in Caspio mari vulgatam insulam Taxatam esse scribit. Variat igitur nomen vt in fexcentis aliis, Vistula, Istula, Tabireni, Tabarni, Tibareni, &c.

Talio, onis, Aequalis retributio: idque in malam partem: vt si cui quis oculum eruerit, idem ille patiatur. ἀντὶ ἴσου ἀμοιβή. Ital. *Supplicio antiquo, dous andaua membro per membro.* Gal. *La pareille, autant pour autant.* Hisp. *Pena tanto por tanto.* } Hinc retaliare Gellius formauit, quod significat talione hominem repercutere. ἀνταδικεῖν. Plin. lib. 7. cap. 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam Dictatorem ferrur crematus, Idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marij cadauere.

Talipedo, as penu. corr. Pedibus vacillo, & quasi supra talos infisto. σφαλερίζομαι. Festus.

Talis, & hoc tale. Eiusmodi, eius generis. τηλικοῦτος. Ital. *Tale.* Gal. *Tel.* Hispan. *Tal* } Plaut. in Aulul. Cui in re tali subueniisti antehac. Terent. Heaut. Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium. Virg. 1. Aene. Haud equidem tali me dignor honore. Ibidem, Qui tanti talem genuere parentes. Cic. 2. Offic. Quales sumus tales esse videamur.

Taliter, aduerbium, Tali modo. τοιούτως. Ital. *Talmente.* Gal. *Tellement, en telle sorte & maniere.* Hisp. *En tal manera.* } Idem ad Atti. lib. 10, Etenim audieram neminii taliter licere. Plin. lib. 35. cap. 11, Nec cameras ante eum taliter adornati mos fuit.

Talittrum, tri. Percussio quæ vngue fronti puerorum infringitur. ἐπιπαιγμός, σφενδονισμός. Ital. *Frignocola.* Gal. *Vne chiquenande.* Hisp. *Papirote,*

florentada. } Sueton. in Tiberio Cæsare, cap. 68, Articulis tam firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adolescentis talitro vulneraret.

TALLVS, In Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuisse. Festus.

Talpa, æ, generis masculini, & fœminini. Animal captum oculis, muri simile, quod arua & horros suffodit. ἀσπάλαξ. Ital. *Talpa, topinara.* Gal. *Vne taupe.* Hisp. *Topo animal.* } Virgil. 1. Georg. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

TALTHYBIVS, Ταλθύβιος. Homero Ilia. 1, Præco Agamẽnonis in Græcorum exercitu, qui vnà cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra vt Briseidem ab eo abduceret. Ouid. in Epist. Briseid. Nam simul Eurybates me Talthybiúsque vocarunt.
Eurybati data sum, Talthybióque comes.

Talus, tali, Os in articulo pedis animalium bisulcorum, ventre extuberans concaua vertebra ligatum, quadratum forma, altera parte concauum, altera ferè planum. ἀστράγαλος. Ital. *Tallone.* Gal. *Le talon.* Hisp. *El calcañar del hombre, carnicol.* } Tali autem homini non sunt, neque animalibus digitos aut solidas habentibus vngulas, sed tantùm (vt diximus) bisulcis. Plin. lib. 11. cap. 46, Talos asinus Indicus vnus solidipedum habet. Et paulo pòst. Hominem qui existimarũt talos habere, facilè sunt conuicti. Κατακεχυσμένας tamen talos quoque in homine dicimus, pro ima parte pedis, siue pro osse quod iuxta calcaneum extuberat. Horat. 1. Serm. saty. 2, Ad talos stola demissa, & circundata palla. ¶ Tali item dicebantur officula quædam quadrilatera, quibus olim lusitabant: quorum latus quo vnitas significabatur, canis, siue canicula dicebatur: in quam conuerso talo, deponebatur ab eo qui iactauerat, numus vnus sine lucro. *aloraz.* Vnde damnosa canicula à Persio dicitur. Eius oppositum latus, Venus, siue Cous dicebatur, septenarium numerum significãs, quem numerum qui repræsentasset, sex numos lucrifaciebat, & quicquid canículæ iactu corrasum esset. Alia duo latera Chius & Senio dicebantur, ternarium ille, hic quaternarium significans. Chius lucri nummos tres, Senio quatuor afferebat: ideo dexter dictus. Persius, -quid dexter senio ferret Scire erat in voto. Erat tamen ludi quædam ratio, in qua Senio æquè damnosus erat, atque canis. Suetou. de Augusto, Talis iactatis, vt quisque canem aut senionẽ miserat, in singulos talos singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Aliq quoq; in hoc ludi genere differentiæ fuerunt. Nam & Vulturios habebãt, & Herculem basilicum. Plaut. Talos poscit sibi in manũ: pronocat me in aleam, iacit vulturios quatuor: Talos arripio, Herculem iacto basilicum.

Talaris, talare, Quod ad talos pertinet: vt Vestis talaris, quæ ad talos vsque descendit. ποδήρης. Ita. *Lungo fino à piedi.* Gal. *Long iusques aux talons.* Hisp. *Luengo hasta los pies.* } Cic. 7. Verr. Sterit soleatus, Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicáque talari, muliercula nixus in littore. Ibidem, Ac per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talárique tunica versaretur in conuiuiis, muliebribúsque. &c.

Talarius, ria, rium. Quod pertinet ad talos. ἀστραγαλικός. Ital. *Pertinente à dadi.* Gal. *Appartenant aux dez.* Hisp. *Pertenesciente à los dados.* } vt Lex talaria, aduersus eos qui talis lusitant. ¶ Talarius ludus, id est ludus talorum. ξυδία. Ital. *Giuoco de dadi.* Gal. *Ieu de dez.* Hisp. *Juego de dados.* } Cic. lib. 1. Offi. Adde his, si placet, vnguentarios totúmq; ludũ saltatores, talariũ.

Talaria, plur. num. gen. neut. Calciamenta alata Mercurij. πέδιλα. Virgil. lib. 4. Aen. -pedibus talaria nectit Aurea. ¶ Talaria induere, prouerbialis allegoria, pro eo quod est, fugam adornare, quasique velle quopiam auolare. Cicc. ad Attic. lib. 14, Nemo est istorum qui otium non timeat: quare talaria induamus.

Tam, & Quàm, Prisciani sententia aduerbia sunt, quæ positiuo, comparatiuo, & superlatiuo adiiciũtur, quum duo vel plures comparatiui & superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquantur, vel ĩdem geminantur. τόσον, ὅσον. Ital. *Tanto & quanto.* Gal. *Tant que.* Hispan. *Tanto quanto.* } Cic. pro Deiot. Istam, inquam, dexteram non tam in bellis, neque in prælijs, quàm in promissis, & fide infirmiorem. Bis infirmiorem intelligendum est Superlatiui exemplum, Sallustius. Quàm quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est. Frequentissimè autem positiuo. Cic. Tam sum amicus Reipublicæ, quàm qui maximè, scilicet est amicus. Hoc est. Tam amo Rempublicam, quàm ille qui plurimum amat. ¶ Componitur tam cum etsi, & significat quanuis. Plinius iunior de Martiale. Dedit quantum maximum potuit, daturus amplius si potuisset: tametsi quid homini dari potest maius, quàm gloria, laus, æternitas? Tam aduerbiis iunctum. Terent. in Heaut. Nunquam tam manè egredior, neq; tam vespeti Domum reuertor quin, &c. ¶ Tam diminutiuis additum. Terent. in Adelph. -tam ob paruulam Rem penè ex patria: turpe dictu. ¶ Tam modò, inquit Festus, veteres pro modò accipiebant: quod Græci dicunt νυνὶ δέ.

Tama, Dicitur (inquit Festus) quũ labore vix sanguis in cruta descendit, & tumorem facit. Lucilius, Inguen ne existat, papulæ, tama, ne boa noxit.

TAMARA, Ταμάρα, Vulgò *Tamestorck*, Oppidum Dammoniorum, in occidentali parte Britanniæ insulæ. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

TAMARA Ptolemæo, Pomponio Tamaris, Fluuius Hispaniæ Tarraconensis in Artaborum finibus in Oceanum fluens occidentalem: à quo vicini populi Tamarici dicuntur. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 6, & Melam lib. 3. in descriptione Hispaniæ.

TAMARITAE, Ταμαρῖται, penult. prod. Populi Asiatici non longè à Caspio mari.

Tamarix, icis, Humilis frutex est amerinæ ramis, folio angusto, carnoso, & ferè pinnato. μυρίκη. Ital. *Tamarice arbuscello.* Gal. *De la bruyere.* Hisp. *Tamarix, atarfe ò tarahe* } Duo eius sunt genera: sylueſtre, omnino sterile, vnde & Infœlix lignum appellatur: Gallis *Bryere.* Alterum fructiferum, quod in Aegypto altissimas æquat arbores, ramis ex herbaceo fuluóque variegatis, lignoso fructu, galla maiore, in quo semen gustu asperum, eiusdem effectus cum galla. Vide Plin. lib. 24. cap. 9.

TAMARVS, Ταμάρος, Britanniæ fluuius, non procul ab Ocrio promontorio, quod Meridiem spectat, in Britãnicum Oceanum influens. Ptolemæus lib. 2. cap. 3. Vulgò *Tame.*

Tamen

Tamen, Aduersatiua coniunctio est idem significans quod attamen, veruntamen, nihilominus. {ἀμως, ὁμως. Ital. Nientedimeno, nulladimeno, nondimeno, tutte via, ma. Gal. Toutesfois, neantmoins si est ce que. Hispa. Mas empero.} quæ vbi præcedit quamquam, quamuis, & alia huiusmodi, dat principium constructionis, ipsa dictione tamen excussa: quæ ideo in ingressu & quasi iunctura orationis fuerat insecta, quia oratio vnde non debuerat, incœperat. Idcirco in ordine Grammatico tamẽ abiicitur, tanquam functum officio suo. ¶ Aliquando particula incœptiua est. Cic. Pæto, Tamen à militia non discedis. ¶ Aliquando ponitur pro statim. Virg. 9. Aegl. Hic hœdos depone, tamen veniemus in vrbem. ¶ Aliquando pro tandem. Sallust. lib. 3. Histor. Nam qui enare cœpti sunt, icti sæpe ferramentis nauium, tamen aut vulnerati à suis, aut afflicti vndarũm vi, multato fœde corpore, &c. Plaut. Ita facia, ita placet, quid tum tamen? ¶ Aliquando pro duntaxat, Terent. in Heci. Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam. Vbi Donatus, Tamen, id est duntaxat, vel ita tamen vt pietatem colam. ¶ Hinc componuntur Attamen, & veruntamen, eiusdem ferè significationis.

Tametsi, aduersatiua particula, idem valens, quod quanquam, vel etsi. {εἰ καίτοι. Ital. Benche, se bene, quantunque. Gal. Iasoit que, combien que. Hisp. No embargante, no obstante, aunque.} Cic. pro Sext. Rosc. Tametũ vicissim debeo, tamen de meo iure decedam. Hæc in principio orationis posita, indicatiuo gaudet: secundo loco, subiũctiuo. ¶ Tametsi, pro tamen. Terent. in And. -tape. D. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio. Ego iam te commotum reddam. D. tametsi hoc verum est.

TAMIA, Ταμία. Oppidum in Orientali parte Britanniæ insulæ, sub Caledoniis. Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

Taminia, Vuæ genus, acinos habens rubentes, quæ à quibusdam falsò astaphis agria credita est. Plin. lib. 23. cap. 1, Astaphis agria, siue staphis, quam vuam taminiam aliqui vocant falsò (suum enim genus habet) colliculis nigris, rectis, foliis labruscæ, fert folliculos verius quàm acinos, vitides, similes ciceribus his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, nigrescitque, quum taminię rubentes notimus acinos: sciamúsque illam in apricis nasci, hanc nonnisi in opacis.

TAMOS, Indiæ promontorium est, quod Taurus attollit in Meridiem sese conuertens. Vide Pomponium in descriptione Indiæ.

TANAGRA, Τάναγρα. Oppidum Bœotiæ mediterraneæ, quàm Ἀνάγρα ab Homero appellari tradit Stephanus. Nobilitatum fuit autem hoc oppidum præstantissimo genere gallinaceorum, ad pugnas, & prælia nascentium, teste Plin. lib. 10. cap. 21.

TANAGRVS, siue Tanager, Τάναγρος, Fluuius est Lucaniæ, quæ est regio Italiæ inter Picẽtinos & Brutios. Virg. 3. Georg. Et sicci ripa Tanagri.

TANAIS, Τάναϊς, Vulgò *Don, Tana.* Fluuius Scythiæ, Asiam diuidens ab Europa. Fertúrque à Septẽtrione Nilo aduersus, inquit Strabo lib. 11, paulò tamẽ Orientalior, non solùm per Scythas in Mæotim defluens, sed & per Sauromatas. Originem eius incertam aliqui putant. Ptolemæus ex montibus Riphæis prodire putat, qui magis Australes sunt quàm Hyperborei. Alij in quorum numero Herodotus est lib. 4, aiunt esse paludem non admodum magnã ex qua Tanais nascitur, qui duobus ostiis Mæotim ingreditur, quæ stadiis intra se circiter septuaginta distare feruntur. Alij ex Caucasis montibus oriri existimant. Scythæ Tanaim Silio vocant. ¶ Fuit & oppidum Tanais ad amnis huius ostia, teste Plin. lib. 2. cap. 98. à Græcis qui Bosphorum tenuere conditum. Vide Ptolemæum lib. 5. cap. 9. Dionysius in Perihegesi,

Europam atque Asiam Tanais disterminat amnis,
Hic Sarmatidis euoluens finibus, alta
(Scissus Araxeo prius æquore) iam fouis vnda
Effundit in Scythiam, procul hinc Mæotida Tethyn
Intrat, & inserto freta pellit vasta fluento. Lucanus lib. 3,
Qua Cæso fatalis Halys, qua vertice lapsus
Riphæo Tanais diuersa nomina mundi
Imposuit ripis, Asiæque, & terminus idem
Europæ mediæ dirimens confinia terræ, &c.

Tanaitæ, pen. prod. Ταναῖται, Tanais fluuij accolæ, à Suitis, Aucheris & Satarneis deleti. Plin. lib. 6. cap. 7.

TANAQVIL, Tarquinij Prisci vxor fuit, magni animi mulier, & Hetruscæ disciplinæ peritissima. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe.

TANARVS, Fluuius ex Apennino nascens, & in Padum influens. Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò *Tanaro.*

Tandem, Postremò, denique, ad extremũ. {ἐπὶ τέλει, τελευταῖον, τέλος δὲ πάντων. Ital. *Finalmente, vltimamente, al postutto, al post fine, al fine, à la fine.* Gal. *A la parfin, en fin finalle.* Hispa. *Finalmente, en fin, à la postre.*} Virgilius, Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. ¶ Per interrogationem habet vigens quiddam, & accelerans. Cic. Quousque tandem abutêre Catilina patientia nostra? ¶ Aliquando est coniunctio expletiua. Terent. in Phorm. Iràne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? ¶ Interdum ponitur pro aliquando, vt apud eundem, Iràne tandem sororem duxit? ¶ Nonnunquam pro vix. Cic. Tandem aliquando Quirites. ¶ Item pro saltem. Terent. in Eunuc. -perfice hoc Precibus, aut pretio vt hæream parte aliqua tandem apud Thaidem. ¶ Item pro tamen. Terent. in Adelp. In qua ciuitate tandem te arbitrare? ¶ Tandem tandem, reticentia quædam cum abrupto sermone, nonnihil ornatus habens. Plautus in Curcul. At tandem tandem. P. n. tandem es odiosus mihi.

Tandiu, Tanto tempore. {ἐπὶ τοσοῦτον, τόσον χρόνον. Ital. *Tanto tempo.* Gal. *Tant de temps, si long temps.* Hisp. *Tanto tiempo, tanto como.*} Cic. 7. Verr. Nam tandiu fuit in carcere Apollonius. ¶ Tandiu & quandiu. Cic. 4. Verr. Ignominia autem grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu ille in prouincia manfit.

Tango, is, tetigi, tactum, Tactus sensu deprehendo. {ἅπτομαι, ψηλαφῶ, ψαύω. Ital. *Toccare.* Gal. *Toucher* Hisp. *Tocar.*} Lucret. lib. 1, Tangere enim & tangi, nisi corpus nulla potest res. ¶ Sed quoniam tangendo, quodam modo moueri videntur ea quæ tanguntur, tangere quandoq; pro commouere, capitur. Lucret. lib. 1, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. ¶ Nonnũquam pro fulmine percutere, siue afflare capitur, nec tangitur ira. ¶ Nonnũquam pro fulmine percutere, siue afflare Virgil. 1. Aeglo. De cælo tactas memini prædicere quercus. ¶ Quandoq; pro circumuenire. Turpil. At etiam ineptius meus est mihi pater itatus, quia eum talento argenti tetigi ceteri exemplo amantis. ¶ Aliquando pro peruenire. Idem, Verres simul ac tetigit prouinciam. ¶ Tangere aliquid, pro describere, mentionem facere, obiter attingere. Cic. 4. Acad. Sed vbi Socrates, vbi Aristoteles ista tetigit? ¶ Hæc modicè me tangunt, id est mediocriter me commouent. Cic. ad Att. lib. 2, Cætera in magnis rebus, minæ Clodij, contentiosæque quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. ¶ Tangere consilia alicuius, intelligere. Cicer. Postquam autem consilia eius omnia tetigi. ¶ Composita à tango sunt Attingo, cotingo, obtingo, pertingo, quorum significata explicantur suis locis.

Tactus, a, um, participium passiuum à tango. {ἁφθείς. Ital. *Toccato.* Gal. *Touché.* Hispa. *Tocado.*} Cuius contrarium est intactus. ¶ Accipitur aliquando pro afflato sine fulmine percusso. Cic. de Atuis. iesp. Tactus etiam ille qui hinc vrbem cõdidit. ¶ Pro eodem etiam dicimus De, vel à cælo tactus. Cic. 2. de Diuinitat. Natæ verò statua, aut æra legum de cælo tacta, quid habent obseruatum ac vetustum?

Tactus, us, ui, nomen, Ipse tangendi actus. {ἁφή. Ital. *Toccamento.* Gal. *Touchement, attouchement.* Hispan. *El sentido para poder tocar.*} Plin. lib. 8. cap. 51, Necnon & vestes leporino pilo facere tentatum est. tactu non perinde molli, vt in ente. Virgil. 2. Aeneid. -tactúque innoxia molli Lambere flamma comas. ¶ Tactus item est vnus ex quinque corporis sensibus. à cerebro per nerpos in totum corpus diffusus. Plin. lib. 10. cap. 69. Ex sensibus ante cætera homini tactus, denique gustu: reliquis superatur è multis. Hic & tactio dicitur. Cic. 4. Tusc. Qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum, quæ sunt omnes vnius generis ad persuadendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

TANIS, Τάνις. Ciuitas Aegypti, à cui Tanicum, siue Taniticum Nili ostium dictũ est. Herod. lib. 2. ab insignibus oppidis Nili ostiis imposita nomina scribittes sunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Taniticum Ptolemæus, & Strabo deriuant, Pomponius Tanicum.

Tanos, Gemma inter smaragdos ingratè viridis & intus sordida. Plin. lib. 37. cap. 5.

Tanquam, aduerbium est similitudinis, verbis subiunctiuis gaudens. {ὡσεί, ὡσεὶ ἄν, ὡσεὶ δή. Ital. *Come, Gal. Comme, comme si, ainsi que, ainsi comme.* Hisp. *Como.*} Plin. Nat. hist. l. 2. Tanquam nesciamus hanc esse solam, quæ nunquam irascatur. Id est quasi nesciamus. ¶ Tanquam cum sic pro quemadmodum. Cic. ad Cassium lib. 12, Tãquam enim si clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella.

TANTALIS, idis, Τανταλίς. Oppidum fuit Magnesiæ, terræ hiatu absorptum. Plin. lib. 2. cap. 91.

TANTALVS, Τάνταλος. Iouis ex Plote nympha filius fuit, Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalidæ dicti sunt. Hic quum deos conuiuio excepisset, vt eorum diuinitatem experiretur, Pelopem filium membratim discerptum, coctúmq; iis apposuit comedendum. Illi verò à nefandis epulis abstinuere omnes, vna Cerere excepta, quæ pueri humerum deuorauit: pro quo illi dij eburneum humerum restituerunt, reuocatáque per Mercurium ab inferis anima, Pelopem ad vitam reuocatam. Patrem verò tanti sceleris autorem ad inferos detrusêrunt, vbi perpetua fame & siti torquetur. Eridani fluuij aquis & pomis, quæ capiti eius imminent, captationem eius fugientibus. Quam fabulam mythologici de auaris interpretantur, qui bonis patris frui non audẽt Horat. lib. 1. Ser. saty. 1, Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina, quid rides? mutato nomine, de te Fabula narratur, congestis vndique saccis Indormis inhians, & tanquam parcere sacris Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis. Plato in Cratylo scribit, Tantalũ dictum esse, quasi πολλὰ τλήσας, hoc est miserrimum. ¶ Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex, ob pietatem deorum mensis dignatus. ¶ Alius Thyestæ ex Merope filius, interfectus & appositus esca patri. Eusebius Tantalum Phrygiæ regem cum Troë rege Dardaniæ, quòd Ganymedem rapuerit, bellum gessisse scribit.

Tantaleus, a, um, adiectiuum. Propertius, Tantalea poterit tradere poma manu.

Tantalis, item patronymicum fœmininum est, quo Poëtæ vtuntur pro Niobe Tantali filia. Ouid. 6. Metamorph. -diro conuitia facta Tantalis adiecit.

Tantus, a, um, A tam deduci videtur, quantitatémque significat, quasi tam multus, vel tam magnus: habéque ferè particulam. Quantum, sibi respondentem. {τοσοῦτος, τηλικοῦτος. Ita. *Tanto, tosi grande.* Gal. *si grãd.* Hisp. *cosa tamaña en quantidad.*} Cic. 6. Philip. Multus habui conciones: nunquam tantam vidi quanta nunc est vestra. Idem 2. de Diuin. Sol maiorne terra sit, an tantus quantus videtur. ¶ Aliquando non habet particulam hanc expressè subsequentem, sed quæ tamen facilè possit intelligi. Virg. 1. Aeneid. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Subaudi quanta ex iam dictis potest intelligi. Cic. pro Pompeio, Quis vnquam tam breui tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit? Subaudi quantos hic confecit. ¶ Tanti genitiuus, verbi iungitur ad pretium pertinentibus. Ouid. in Epist. Penelopes. Vix Priamus tanti, totáque Troia fuit. ¶ Eius tamen loco aliquando legitur ablatiuus tanto. Plin. lib. 12. cap. 18. Tanto nobis deliciæ & fœminæ constant. ¶ Tanti, τοσούτου, & quanti, ὅσου ἄν cum eorum compositis, tantidem, quantilibet, quanticunque, iungantur verbis pretium significantibus, qualia sunt, Emo, vendo, væneo, mercor, comparo, æstimo, constat, conduco, loco, fœneror, paciscor, pango pepigi, condemno, postulo. & si qua sint alia: quæ tamen in aliis à prædictis ablatiuum postulant. Terent. in Eunucho. Quid agas? nisi vt te redimas captum quàm queas Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas. id est tanti te redimas quanti queas. Liuius lib. 43, Mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris aut pluris venissent, ea quoque tantò pluris, quàm quanti essent, æstimarentur. ¶ Dicimus quoque aliquid non esse tanti, id est non satis dignum, ob quod quicquam fiat. {οὐκ ἄξιον τούτου. Ouid. in Epist. Penelopes, Vix Priamus tanti, totáque Troia fuit. Carlos ad Ciceronem lib. 8, Tanti non fuit Arsacem capere, Seleuciam expugnare, vt earum rerum quæ hic gestæ sunt, spectaculo careres.

Tantidem, Genitiuus qui verbis pretij solet adiici. Id est æquè magno pretio. Terent. in Adelphis,

Domo me eripuit, verberauit, me inuito abduxit meam:
Ob malefacta hæc, tantidem postulat emptam sibi tradier.

Tantisper, aduerbium, Tandiu: postulátq; post se dum, donec, siue quamdiu, vel quoad. {ἔως τοσοῦτον. Ital. *Tanto tempo, tanto.* Gal. *Ce temps pendant, durant que, tandi que.* Hisp. *Entre tanto que.*} Cic. 2. de Inuent. Deinde est in carcerem deductus, vt ibi esset tantisper dum culeus in quem deiectus in profluentem deferretur, compararetur. Terent. in Heaut. Ego te meum esse dici tantisper volo, Dum quod te dignum est, facies. ¶ Sic cætera eiusdem terminationis, temporis breuitatem significant: vt Quantisper, parumper, paulisper, aliquantisper. ¶ Ponitur etiam tantisper, sine dum, & significat tantummodo, siue interea. ἐν τούτῳ. Liuius lib. 1, Tamen id impetium ei ad puberem ætatem incolume mansit. Tantisper tutela muliebri res Latina, & regnum auitum, paternúmque puero stetit. Cic. 5. Tuscul. Sed videro quid efficiat, tantisper hoc ipsum magni æstimo quod pollicetur.

Tantò, aduerbium comparatiuis gaudẽs: vt Tantò magis. {τόσῳ μᾶλλον. Ital. *Tanto piu.* Gal. *Tant plus.* Hisp. *Tanto mas.*} Tanto minoris. Cic. 5. Verr. Tantóne minoris decumæ vænierunt quàm fuerunt? ¶ Tanto anté. Cic. in Catil. Neque tanto anté exitium & fati diem Reip. denuntiasset. Sic Tanto pòst, apud eundem pro Flacco.

Tantopere Vlqueadeo, tam vehementer. {τηλικοῦτον, τοσοῦτον. Ital. *Si grandemente.* Gal. *Tant grandement, si fort.* Hispan. *En tanto grado.*} Terent. in Adelph. Ego hac in re nihil reperio quamobrem lauder tantopere.

Tantùm, aduerbium, Solùm, quod & tantummodo dicitur: & iungitur positiuo. {μόνον, μόνως. Ital. & Hisp. *Solamente.* Gal. *Seulement, autant, tant.*} Plin. lib. 12. cap. 1, Sed quis non iure miretur arborem vmbræ gratia tantùm ex alieno orbe petitam? ¶ Aliquando significat vsque adeò, τοσοῦτον. Cic. Arti. De fano illo tantum quantum me amas, velim cogites. ¶ Tantum non, id est fermè: rei non planè peractæ. aduerbium. ὀλίγου δεῖν, μόνον οὐ. Suet. in Tibe. Cæsare, Tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. ¶ Tantum abest, non solùm nõ est. τοσοῦτον ἀφέστηκε. Cic. lib. 1. Offic. Tantum abest ab officio, vt nihil officio magis possit esse contrarium. Hoc est, non modò officium non est, verumetiam nihil magis officio potest esse contrarium: vel tantum abest vt officium sit, vt nihil officio, &c. ¶ Tantum quantum. τοσοῦτον ὅσον. Plaut. in Most. Tu vt occœpisti, tantùm quantum quis, fuge. ¶ Tantummodo, aduerbium, idem quod tantum μόνον. Teren. in Phorm. Posthac si quicquam, nihil precor: tantummodo non addat, &c. ¶ Tantundem, genitiuo tantidem, sine aliis casibus, æquè. multum, quasi tantum idem. {τοσοῦτον. Ital. *Altretanto.* Gal. *Autant.* Hisp. *Otro tanto.*} Col. lib 7. Tum paribus cassiæ, myrrhæq; & thuris ponderibus, ac tantundẽ sanguinis marinæ testudinis miscetur. Teren. in Phorm. Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil. P. HAR D. tantúdem ego hoc est nihil plus quàm tu.

Tantulus, diminutiuum, Pro tam paruus. {τηλικοῦτος. Ital. *Così piccolo.* Gal. *Si petit.* Hispa. *Tanto pequeño, tantico.*} Plaut. in Trucul. Tum tantuli doni causa.

Tantillus alterum diminutiuum. {τηλικουτάριος. Ital. *Tantino.* Gal. *Tant petit soit-il.* Hisp. *Tantico ò tamañico.*} Teren. in Adelph. Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestaui meis.

Tantulum, & Tantillum, aduerbia. {τηλικουτάκις, τηλικουτάριον. Ital. *Tantino.* Gal. *Vn tantinet, tant soit peu.* Hisp. *Tantico ò tamañico.*} Cic. 7. Verr. Si tantulum oculos deiecerimus, &c. Plaut. in Rud. Si hercule tantillum peccassis &c.

Taos, Gemma pauoni similis, qui Græcè ταὼς dicitur. Autor Plin. lib. 37. cap. 11.

Tapetum, ti, pen. prod. vel Tapetium, tij, vel Tapes, etis, masc. gen. Idẽ quod aulæum, hoc est vestis stragula, variis coloribus intexta, quo aularum parietes, mensæ, lecti, nonnunquam etiam equi insternuntur. {τάπης, τάπητος, τάπιτος. Ita. *Tapeto.* Gal. *Vn tapis.* Hisp. *Alhombra ò tapete.*} Virg. lib. 10, -qui fortè tapetibus altis Extructus, toto persiabat pectore somnum. Idem lib. 7, Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis. Statius lib. 1. Thebaid. Aliósque inferre tapetas. Accusatiuus Græcus est à Tapes, etis. Plaut. Pœnul. Vt ne peristromata quidem æquè sint Campanica, Neque Alexandrina belluata, consutáque tapetia.

TAPHIAE, ἀφιαί, Quædam insulæ in mari Ionio, ante Leucadiam, prope Echinadas: quarum nomina fuerunt Taphias, Armoxia, & prionessa, teste Plin. lib. 4. cap. 12. Eædem & Teleboides dicuntur, vtroque nomine ab incolis ducto: nam Taphij & Teleboæ iis communiter dicuntur imperasse. De quibus huiusce modi repetit originem enarrator Apollonij poëtæ. Perseo ex Andromede, vt narrat Herodotus, quatuor fuere filij: Alarus, Sthenelus, Mestor, & Electrion, qui simul regnauerunt. Ex Hippothoe Mestoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Teleboas & Taphus à quo Taphus insula, in qua Teleboæ ac Taphij communi nomine & imperio fuere. Igitur ij Hippothoes eorum auiæ pecuniam ab Electrione eorum necessario, qui pro ea spopondit, reperebant: qua negata, ad arma venere, armenta abegerunt, ipsum deorq; & filios sustulere. Alcmena Electrionis filia patrem vltura, Amphitryonem Thebanum hominem potentissimum in matrimonium accepit, atque hoc facto, bello inter eos conflato, ab eodem Amphitryone deleti sunt, eorúmque regnum Cephalo profugo Athenensi, qui exercitui præerat, donatum: quod ad Vlyssem è successione peruenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas & Taphios omnibus iis insulis imperasse.

TAPHIAS, adis. ἀφιάς, Insula est exigua in mari Ionio, ante Leucadiam, vna Taphiarum siue Teleboidum. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

TAPHIASSVS, ταφίασσος. Mons est Aetoliæ, non procul à Chalcide. Plin. lib. 4. cap. 2.

TAPHII, ταφίοι, Dicti sunt populi, à Tapho Neptuni filio, qui Taphiis insulis imperarunt, quæ sunt in mari Ionio, iuxta Echinadas. Vide suprà in dictione TAPHIAE. Strabo lib. 7, Taphios alios collocat ad Pontum Euxinum, non procul à Borysthene fluuio.

TAPHIVSSA, ταφίουσσα. Oppidum Cephallenæ insulæ, è regione Leucadis, in qua Thaphiusium marmor effodiebatur. Vide Stephanum, & Plin. lib. 36. cap. 22.

TAPHOS, τάφος. Stephano, Oppidum & est Cephallenix insulæ, postea Taphiusia appellatum. ¶ Alioqui τάφος Græcis sepulchrum significat: vnde Epitaphion, sepulchri inscriptio.

TAPHOSIRIS, τάφωσιρις, Vrbs Aegypti, Osiridis sepulchro nobilitata: vnde & nomen accepit. Strabo lib. 7, duas huius nominis vrbes in Aegypto collocat, alteram ad mare, in qua maxima Osiridis festa celebrabantur: alteram in mediterraneis.

TAPHRA Plinio, τάφρα Ptolemæo, Oppidum est Africę propriè dictæ, inter duas Syrtes.

TAPHRAE, τάφραι, Oppidum est ad sinum Carcinoitem, in ipsis Tauricæ Chersonesi angustiis situm: vt refert Plin. lib. 4. cap. 12, Hunc locum quondam serui muniisse dicuntur, quum absentibus dominis in diuturno illo bello quod aduersus Thracas Scythæ gesserunt, cum eorum vxoribus rem habuissent: vt ex sententia Callistrati refert Stephanus. Huius vrbis meminit & L. Florus, refértque sua illam ætate, Traiani auspicijs fuisse expugnatam.

Tapinosis, penult. prod. ταπείνωσις, Figura est orationis, seu potius vitium, quum rei dignitas verbis humilitate deprimitur. ταπείνωσις enim humile significat, & ταπεινόω, humilio, exteuno. Exemplum potest esse illud Virg. 1. Aen. Apparent rari nantes in gurgite vasto. Vbi Seruius, In gurgite vasto, Tapinosis est: id est rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem sermonis epithero plerunque subleuat, vt hoc loco, Vasto addidit.

TAPOSIRIS, vide TAPHOSIRIS.

TAPROBANE, ταπροβάνη, Insula est omnium quæ veteribus cognitæ fuerunt, maxima à Colaico Indiæ promontorio in Austrum quatridui nauigatione recedens, in qua Septentriones negant conspici posse. Lucet ibi Canopos sidus clarum & amplissimum. Homines corporũ magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis. Viuunt vltra annos centum. Nascuntur in ea berylli & hyacinthi, vt Ptolemæus lib. 7, refert. Vide plura de hac insula apud Plinium, lib. 6. cap. 22, & Vadianum in Melæ librum 3.

TAPSAGVM, Cirenaicæ regionis oppidum, vt scribit Plin. lib. 5. cap. 5. in descriptione Cirenaicæ regionis.

TAPSVS, vide THAPSVS.

TAPYRI Plinio, τάπυρροι Stephano. Populi sunt ad mare Caspium, inter Derbices, & Hyrcanos, quibus mos fuit vt vxores suas, quum duos trésve filios ex iis suscepissent, aliis nuptui concederent. Autor Strabo libro 11.

TARACINA, vide TARRACINA duplicato r.

TARAÇON, vide TARRACON, r litera geminata.

Tarandus, ταρανδος Aristoteli. Animal apud Scythas bouis magnitudine, capite ceruino non absimili, sed maiore, cornibus ramosis, vngula bifida, villo magnitudine vrsorum. Solum ex iis quæ pilis vestiuntur, animalibus, colorem mutat: sed quum sui coloris esse libuit, asini simile est. Autor Plin. lib. 8. cap. 34.

TARANIS, pen. corr. Dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano sanguine litabant. Lucan. lib. 1. Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

TARAS, antis, τάρας, Fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidisse creditur, & à nomine suo appellasse. Græcè enim Tarentum τάρας dicitur. Vide paulo pòst in dictione TARENTVM.

Taratantara, Vox tubæ ab Ennio ficta. {Ita *Voce della tromba.* Gal. *La voix d'vne trompette.* Hisp. *El son de trompetas.*} Seruius in 9. Aene. in eum versum, At tuba terribilem sonitum procul ære sonoro: Hemistichium, inquit, Ennij: nam sequentia iste mutauit. Ille enim ad exprimendum tubę sonum ait Tararantara: & multa huiusmodi Virgilius quum aspera inuenerit, mutat.

TARBELLI, ταρβέλλιοι, Populi Galliæ Aquitanicæ, in Pyrenæos mõtes vergentes, quorum vrbs Aquæ Augustæ commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 7.

TARCHETIVS, ταρχέτιος, Nomen fuit impij Albanorum regis: de quo Plutarchus in vita Romuli, Quidam (inquit) etiam sunt, qui de Romuli ortu fabulosa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorum regi scelestissimo & crudelissimo homini diuinitus spectrum domi visum, ex penitissimo sacrario se attollens, & ad multos dies mansisse. Fuisse etiam Tethyos in Hetruria fatidicum templum: à quo allatum Tarchetio responsum vt ei admisceretur virgo. Nam genitum iri ex ea filium virtute, fortuna, ac viribus potentissimum, magnámque ex re bellica gloriam relaturum. Quod quum Tarchetius vni ex filiabus exposuisset, imperasse vt cum monstro illo coiret. Illam contempto patris imperio, ancillam in sui locum suppositisse. Id Tarchetium re cognita, ægrè tulisse, vtranque in carcerem, vt morte multaret, conjecisse. Sed visum est illi per quietem se Vestam videre, quæ puellas necari vetaret, sed telam illis texendam tradi iuberet: nec prius viro locari quàm illam absoluissent. Cui insomnio quum paruisset Tarchetius, commentus est rationem vt puellas perpetuo damnaret exilium. Nam quicquid illæ interdiu texuissent, noctu aliis ancillis tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo partus tempore, ancillam geminos ferunt peperisse, quos Tarchetius statim Teratio cuidam tradidit exponendos. At illum ferunt secus fluuium infantes deposuisse: lupámque quum eò veniisset, admotis huberibus lac præbuisse, auibus quoq; variis cibum pueris comportantibus: quod bubulcus aspiciens, admiratus, ausúsque accedere, infantes sustulit. Hac illos ratione seruatos, quum primùm per ætatem licuit, Tarchetio tetendisse insidias, ac tandem oppressisse. Hæc à Promathione quodam qui Italicam scripsit historiam, memoria prodita accepisse se dicit Plutarchus.

TARCHON, τάρχων, Nomen proprium Hetruriæ ducis & Aruspicis, qui Aeneæ suppetias tulit aduersus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta n litera. Virg. Aen. 8, Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Castra locis.

Tardus, a, um, {βραδύς, ἰσχνός, ὀκνηρός, τραχύς &c. Ital. *Tardo.* Gal. *Tardif, laschc, lourd, lent.* Hisp. *Tardio.*} Virg. 1. Georg. Sæpe oleis tardi costas agitator asselli. Vilibus aut onerat pomis. Plautus Pœnulo, Sciebam ætate tardiores: metui meo amori moram. Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes tarditissimos. Cic. 1. de Inuent. Formosus an deformis, velox an tardus sit. ¶ Noctes tardæ, tardè venientes, vt sunt æstiuæ. ὀλίγιστοι.

Virgil.

Virg. Georg. Vel quæ tardis mora noctibus obstet. ¶ Per translationem quoque de animi, vel ingenij tarditate dicitur: & accipitur pro hebeti, cui ingenium non est expromptum. Virg. 10. Aeglo. Tardi venere subulci. Terent. in Eunuch. Fatuus est, insulsus, tardus. Cic. 3. de Lege Agrar. Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui posit eos consules Syllam Dictatorē fuisse in mentem venire non posse? Cic. de Senect. At memoria minuitur, credo, nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. ¶ Quandoque pro perseueranti, & diuturno. Virg. 1. Georg. Media fert tristis succos, tardúmque saporem. Sic Nonius. Seruius verò interpretatur saporem tardum, vix intelligibilem. ¶ Quandoque pro denso ac crasso. Virg. 5. Aeneid. -vdo sub robore vinis Stupra vomem tardum fumum.

Tardiusculus, diminutiuum, Id est subtardus. ¶ βραδύτερός τις, ὀκνηρός τις ἔχων δρόμον. Ita. *Alquanto tardo.* Gal. *Vn peu tardif.* Hisp. *Tardo vn poco.* ¶ Terent. in Heaut. Est ille Clinix seruus tardiusculus.

Tardè, aduerbium, Lentè, pigrè, cunctanter. ¶ βραδέως. Ital. *Tardamente, pigramente.* Gal. *Tardiuement, lentement.* Hisp. *Tardamente.* ¶ Cic. Terent. Pridie Idus Octobris Athenas venimus, quum sanè aduersis ventis vsi essemus, tardéque & incommodè. Cic. 4. Acad. Quinetiam quum victor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius quàm debuerat, triumphauit. Plin. lib. 10. cap. 7. Quatuor, aut quinq; tardissimè diebus florere incipiunt: totidémque aut paulò pluribus defloreſcunt: hordea verò, quum tardissimè, septem. ¶ Accipitur aliquando pro serò, hoc est vespertino, vel nocturno tempore. ὀψέ. Cic. pro Mil. Egreditur è villa subitò: cur vespere? quid necesse est tardè?

Tarditas, atis. Cunctatio, mora, pigritia, celeritati contraria. ¶ βραδύτης. *Tardeza.* Gal. *Tardiueté.* Hisp. *Tardanza.* ¶ Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 2, Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem cùm equis, tum velis. Idem 6. Philip. Plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est. Idem in Pisonem. Tarditas ingenij, stupor, debilitásque linguæ. Plin. lib. 20. cap. 9. Idque etiam tarditati auditorum prodesse asseuerat. ¶ Antiqui in eadem significatione & Tarditudinem dicebant, & Tarditiem. Plaut. in Pœnu. Podagrosi estis, ac vicissim cochleas tarditudine. Accius, Multa mittuntur tarditie & socordia.

Tardigradus, pen. cor. Qui tarde graditur. ¶ βραδύπους. Ital. *Chi va tarda.* Gal. *Tardif à marcher.* Hisp. *Cosa que anda poco.* ¶ Cic. 2. de Diuinat. Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera. Ex poëta.

Tardiloquus, Qui tardè loquitur. βραδύλογος. Ital. *Chi parla tarda.* Gal. *Tardif à parler.* Hisp. *El que habla poco ò tardio.*

Tardo, as, Remoror, moram inicio, tarditatē affero, reprimo. ¶ ἀναβάλλω, ἐνέχω. Ital. *Tardare, indugiare, dimorare, tener in tempo.* Gal. *Tarder ou tenger, retarder, arrester.* Hispan. *Retardar ò detener à otro.* ¶ Cæsar 5. belli Gall. Sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atque vt eorum auxilia tardaret, &c. Idem lib. 1. belli Ciui. Sed exercitum Cæsaris viarum difficultates tardabant. Cic. ad Cæsarem libro 7. Mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionē meam videbatur, aut certè tardare. Cæsar 1. belli Ciuil. Quò facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent. ¶ A quo recardo, morati facio, retineo. ἀναβάλλω. Cic. in Catone, Ad quem fruendum non modò se non retardat, verumetiam inuitat. ¶ Tardare absolutum, moram trahere. βραδύνω. Ἀργίζω. Cic. ad Brutum Epist. 18, Accersere mihi te, atque tibi id cōducere putaremus, tam tardare & commorari te, melius esset tibi. ¶ Tardare etiam, tardum reddere. Plin. lib. 8. cap. 8, Ac præacuta bipenni hoc etiam tardato, id est debilitato.

Tardans, tis, participium. ¶ βραδύνων. Ita. *Che tarda & indugia.* Gal. *Qui retarde & arreste.* Hisp. *El que retarda.* ¶ Virg. 5. Aene. -sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigéntque effœtæ in corpore viræ.

Tardatus, a, um, aliud participium. ¶ βραδυνθείς. Ital. *Tardo, indugiato.* Gal. *Retardé, arreste.* Hisp. *Retardado, retenido.* ¶ Virgil. 5. Aeneid. At non tardatus casu, neque territus heros, Acior ad pugnam redit.

Tardesco, is. Tardus fio. ¶ βραδύνω, βραδὺς γίγνομαι. Ital. *Diuenire tardo.* Gal. *Deuenir tardif & pareſſeux.* Hisp. *Hazerse tardo, pereçoso.* ¶ Lucret. lib. 3, Consequitur grauitas membrorum, præpediuntur Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens.

TARENTVM, Vulgò *Taranto*, Magnæ Græciæ vrbs clarissima, in intimo recessu sinus qui ab ea dicitur Tarentinus. πόλις. Hæc à Tarante Neptuni filio primùm condita fuit: à quo & nomen accepit: deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalanto illuc aduentantes, expulsis incolis (vti Iustinus lib. 3 scribit) eam tenuerunt. Huius incolæ dicuntur Tarentini, πολῖται, qui cum Romanis aliquandiu bellum gesserunt: quibus quum pares non essent, Pyrrhum Epirotarum regem auxilio sibi acciuerunt. De hac Virg. Aene. 3, Hic sinus Herculei (si vera est fama) Tareti Cernitur, attollit se diua Lacinia contra, Caulonisque arces, & nauifragum Scylacæum. ¶ Sunt qui Tarentum non à Tarante Neptuni filio, sed à Sabina voce Tarentum deducant, quæ illis molle significat: propterea quòd in agro Tarentino & nuces, & lanæ molliſſimæ prouenirent. Ex hac vrbe ortum traxerunt ciues illustres, Arisimæ prouenirent. Ex hac vrbe ortum traxerunt ciues illustres, Aristoxenes Musicus Aristotelis familiaris: Rinthon Tragicus, & Comicus: Iccus medicus: & Archytas summus Mathematicus, qui Platonē, quum mortem illi moliretur Dionysius tyrannus, per epistolam eripuit, vt scribit Laertius lib. 8.

Tarentinus. Quod ex Tarento est, vel in Tarentinis agris creſcit, apud Colu. lib. 5. cap. 10. Tarentina pyra: cuius hæc sunt verba, Curandum est autem vt quàm generosissimis pyris pomaria conseramus: ea sunt, Crustumina, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur: & quædam alia, quorum enumeratio nunc longa est. Venenum Tarentinum, id est purpura Tarentina, quæ rubedinis plusculum habebat. Horat. 2. Epist. Luna Tarentino violas imitata veneno. ¶ Tarētina nux, ē iuglandium genere est, adeò fragili putamine, & ita mollis, vt vix attrectata rumpatur. κάρυα πραΰτερα. Vnde quidam Tarentū appellatum putant, quòd iuglandes nuces & pineas molles habeat, ac similiter oues. Tarentum autem Sabini vocant molle, sicut iam dictum est: ad quod alludens Horat. lib. 2. Serm. Saty. 4, Tarentum molle vocauit. Quo pacto autem Tarentina nux atte effici posset, docet Colum. lib. vlt. cap. 22.

Tarmes, Genus vermiculi carnem exedens. Festus.

TARNE, es, πόρος. Fons est in Lydia, in Tmolo monte nascens: teste Plin. lib. 5. cap. 29. ¶ Fuit & oppidum eiusdem nominis, ad Tmoli radices situm, cuius meminit Homer. lib. 5. Iliad. ¶ Stephanus Tarnem aliam collocat in Achaia.

TARPEIA, πετρεία. Virgo Vestalis fuit, teste Varrone, quæ arcem Capitolinam, patris sui Tarpeij custodiæ commissam, Sabinis prodidit à quibus quum proditionis mercedem peteret (pacta enim erat, quicquid in sinistris brachiis gestarent, armillas intelligeas, quas illi aureas gemmatásque (ea in brachio ferebant) scutis illorum obruta, Tarpeio monti nomen fecit, qui prius Saturnius dicebatur. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe, & Plutarchum in Vita Romuli.

Tarpeius mons, πετρεῖος ὄρος, *Capitolium*, Idem qui Capitolinus, ita dictus à Tarpeia virgine Vestali: quæ quum Sabinis arcem prodidisset, eorundem scutis obruta, eo in monte sepulta est. Virgil. 8. Aeneid. sedem Tarpeiam appellat, Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.

TARPHARA, orum, τάφαρα τά. Vrbs fœlicis Arabiæ: cuius ciues dicuntur Tarphareni, τάφαρηνοί Stephano.

TARPHE, es, τάρφη Stephano, Vrbs Locrorum Epicnemidiorum, iuxta Phrygas: cuius meminit Homerus in Catalogo, τάρφην τε, Ἠτρύν τε, βαθυλίμενόν τε Πεδιήν. Nomen habet à Tharphe propinquo fonte, siue ab arborum densitate. τάρφη enim Græci densum appellant.

TARQVINII, iorum, τάρκυνια Stephano, Oppidum fuit Tuscorum, è quo Tarquinius Priscus Romam commigrauit. Huic oppido vicinus erat lacus, duo nemora habens innatantia, & pro ventorum impulsu nunc triquetram, nunc rotundam figuram edentia: vt refert Plinius lib. 2. cap. 95.

Tarquinienſis, ſcribi Narquiniēſis apud pro quo & Tarquiniense legimus absoluté. Plin. lib. 8 cap. 52, Qui in Tarquiniēſi feras pascere instituit.

TARQVINIVS Priscus, Demaratbi Corinthij filius, Tarquinijs vrbe Tuscorum natus, primùm Lucumo dictus, qui vbi se in patria nullo in honore esse videret, quòd peregrino patre esset prognatus, suasu vxoris (ea mulier fatidica erat, nomine Tanaquil) Romam sese contulit: vbi breui propter opes ingenij que dexteritatem in Anci regis amicitiam insinuatus, ab eodem relictus est liberorum eius tutor: quorum tamen commoda propriis rationibus posthabuit: breuique perfecit vt magno plebis consensu rex crearetur. Quare vt regnum parum iustè parrum stabiliret, centum patres in Senatum allegit, qui minorum deinde gentium dicti sunt, suæ eos factionis futuros ratus, cuius beneficio in Senatum venissent. Bellum primùm cum Latinis gessit, oppidúmque Appiolas vi cepit. Circo maximo primus locum designauit, locáque Patribus Equitibúsque diuisit, vbi sibi quisque spectacula faceret. Sabinos victos Collatia, Agrōque Collatino mulctauit. Corniculum, Ficulneam veterem, Cameriam, Crustumerium, Ameriolam, Meduliam, & Nomentum, priscorum Latinorum oppida partim expugnauit, partim in deditionem accepit. Tādem quum annos duodequadraginta regnasset, dolo liberorum Anci in Curia est obtruncatus. Vide hæc latius apud Liuium lib. 1. ab Vrbe. ¶ Tarquinius Collatinus, Aegerij ex Tarquinij Superbi sorore filius fuit, & gener Sp. Lucretij, Aegerij ex Tarquinij Superbi sorore filius fuit, & gener Sp. Lucretij, qui Romæ præfectura vrbis fungebatur. Hic quum in Ardeæ obsidione cum regijs iuuenibus conaret, exorta de vxoribus mētione, quum suam quisque certatim laudaret, Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidē sciri posse quantum cæteris præstet sua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romam aduolant, regiásque nurus in conuiuiis, luxúque cum æqualibus deprehendunt. Deinde Collatiam petentes, Lucretiam nocte sera lanæ deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inueniunt. Quare muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Aduenięs vir, Tarquinique benignè acceptī, victor maritus comiter inuitat regios iuuenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido stuprandæ per vim Lucretiæ capit: tum forma, tum spectata castitas incitat. Dissimulata tamen in præsens cupiditate, tum quidem vnà cum cæteris in castra redit: sed paucis pòst interiectis diebus Ardeam reuersus, & à muliere propinqua hospitio exceptus, nocte intempesta conceptum animo facinus, vi minisq; exequitur. Quam rem mulier castissima tam ægrè tulit, vt postridie vito, patréque per literas accerſito, quū rem vti gesta erat, exposuisset, necem sibi consciuerit. Pulsis deinde ob facinus tam tetrum Tarquinijs, Collatinus Bruto in Consulatu datus est Collega: quo tamē non multo pòst coactus est sese abdicare, non aliam ob causam, nisi quòd Tarquiniorum propinquus esset, eodémque cum illis nomine diceretur. Vide Liuium lib. 1. & 2. ab Vrbe. ¶ Tarquinius Superbus, septimus & vltimus Romanorum Rex, cognomen à moribus meruit. Occiso Seruio Tullo, regnum sceleste occupauit: bello tamen strennus Latinos, Sabinósque domuit, Sueſſam Hetruſcis eripuit, Gabios per Sextum filium simulato transfugio, in potestatem redegit, Ferias Latinas primus instituit. Quum Capitolium extruere inciperet, caput hominis inuenit: ex quo cognitum eam vrbem caput gentium futuram, vt scribit Terentius Varro de Lingua Latina, lib. 4. Demum quum in Ardeæ obsidione filius eius Lucretiæ stuprum intulisset, cum eo in auxilium actus ad Porsennam Hetruriæ Regem se contulit, cuius ope regnum retinere tentauit. Pulsus Cumas concessit, vbi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liui. lib. 1.

TARRA, πόλις, Vrbs Lydiæ, Lucij Grammatici patria. Alia Cretæ in qua Apollo Tarrhæus colebatur. Tertia iuxta Caucasum, Cretensium colonia. Stephanus.

TARRACINA, πόλισμα Stephano, *Terracina*, Oppidum Volscorum in Italia, antè Trachina, id est aspera, à loci asperitate. Alio nomine Anxur dicebatur, à Ioue Anxuro, qui ibi colebatur barbatus, inronsúsque. vnde Anxurum dictum putant, quasi ἀνένειον. Effertur & Tarracinæ, arum, pluraliter. Liuius 4. ab Vrbe, Anxur fuit quæ nunc Tarracinæ sunt, vrbs prona in paludes.

TARRACON, siue Tarraco, cōnis, Τάρρακων, Vulgò *Arragon*, Hispaniæ citerioris vrbs olim clarissima. Scipionum opus, à qua præcipua Hispaniæ pars Tarraconensis cognominatur: quæ (vt Pomponius scribit lib. 2,) altero capite Galliis, altero Bæticæ, Lusitanīámque contingens, mari latera obiicit, mediterraneo, quà Meridiem spectat: quà

Septentrionem Oceano. Vrbium maritimarū opulentissima fuit Tarraco. Mediterraneorum autem fuerunt Pallantia & Numantia: nunc est Cęsar augusta. Circa Tarraconem nobilissimum nascebatur vinum, quod Tarraconense dicebatur, ταρρακωνίτης οἶνος, de quo Martialis, Tarraco Campano tantùm cessura Lyæo. Et Silius lib. 3. -dat Tarraco puberem Vitifera. & Latio tantum cessura Lyæo.

TARSVS, ταρσός. Vulgò *Tarso*. Vrbs Ciliciæ præclarissima (vt autor est Strabo lib. 15,) & regionis totius caput, in campis sita, & Cydno amne irrigata: cuius conditorē volunt fuisse Perseum Danaes filium. Lucan. lib. 4, Deseritur Taurique nemus Perseáque Tarsus. Alij tamen vrbis huius originem ad Sardanapalum referunt, postremum Assyriorum regem: cuius etiā monumento incisum erat, quòd Tarsum, & Anchialon die vno condidisset. Ex Tarsoviri illustres orti sunt, Antipater, Archelaus, & Nestor, & duo Athenodori, Philosophi Stoici, quorum qui Cordilion dictus est, cum M. Catone vixit, & apud eum mortuus est. Alter Banauita à vico quodam, Cæsaris præceptor.

Tarsensis, Tarsense, possessiuum: vt Tarsense pelagus. Colu. lib. 8. cap. 16.

Tartarinum, penult. corr. Veteres dixerunt horrendum atque terribile. ταρταρῶδες. Festus. Varro lib. 6. de Ling. Lat. à Tartaro deducit, citans versiculum ex vetusto quopiam Poëta, Corpore Tartarino progenata paluda virago.

TARTARVS, pen. corr. & masc. gen. in plurali Tartara, neutri. τάρταρος, καὶ τάρταρον, τό. Locus profundissimus inferorum, in quo fontes plectūtur. A verbo Græco ταράττω, conturbo, quia illic omnia perturbata dicuntur: vel quod verisimilius est, λόγῳ τῆς ταραχῆς, id est à tremore frigoris. Sole enim caret, inquit Seruius. Virgil. 6. Aeneid. -tum Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub vmbras, Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum.

Tartareus, a, um, adiectiuum, penult. corr. ταρτάρειος. Virg. 7. Aene. -cornúque recuruo Tartaream intendit vocem. id est terribilem aut fortem, inquit Seruius.

TARTARI, Populi sunt partis Sarmatiæ Europæ, moribus, omníque crudelitatis genere efferatissimi, incertis vagantes sedibus, ex præda victitantes, improuisis incursionibus maximè noxij, profundis & trucibus oculis, ac ferè cæsij, turbinato cranio, & circum tempora capite presso. Vide Vadianum in Melam. Nemo enim veterum hac vsus est appellatione: quum sit vox nouitia, & paucis abhinc seculis nata.

TARTESSVS, ταρτησσός, Vulgò *Tarifa*. Hispaniæ Bæticæ oppidum, in littore Oceani situm, ex in parte qua primū ex angustis freti faucibus panditur mare. Hęc eadem esse creditur cum ea quam nostri Carteiam appellant: dicente Plin. lib. 3. cap. 1, Carteia, quam Græci Tartessum appellant. Quod & ipsum confirmat Strabo, ita scribens lib. 3, Tartessum huius temporis nonnulli Carteiam appellant. Silius tamen lib. 3, Tartessum omnino aliam facit à Carteia: quàm rectè, ipse viderit. Liuius certè lib. 8. Decad. 3, situm Carteiæ describens, omnino easdem fuisse ostendit. Dum hæc (inquit) ad Bætim fluuium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est, vbi primùm è faucibus angustis panditur mare. Tartessus olim viuacissimis regibus celebrata fuit, ex quibus Arganthonius centum quinquaginta annos dicitur regnasse.

Tartessiacus, ca, cum, possessiuum: vt Tartessiaci thyrsi, apud Columellam lib. 10.

TARVANNA, ταρούανα, Vulgò *Teruane*. Morinorum vrbs est in Gallia, hodie nomen retinens. Commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Hodie à Carolo V. Imperatore solo æquata.

TARVEDVME, es, ταρηδών, Vulgò *Dirigúbe*. Promōtorium extremum in tractu Septentrionali Britanniæ insulæ, non procul ab Orcade altero promontorio, & Nabari fluminis ostio. Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

TARVNTIVS, Vir fuit tum philosophiæ, tum mathematicarum disciplinarum in primis studiosus: qui quum ad astrologiæ disciplinam se contulisset, contemplationis gratia: & in ea excellere putaretur, huic imposuit Varro, vt Romuli conceptionem in diem & horam deduceret: inspecti sque eius vitæ institutis ac rebus gestis, ex illis consequentiam colligeret, veluti Geometricarum propositionum relolutiones præcipiunt. Autor Plutarchus in Romulo.

TARVS, ti, Cisalpinæ Galliæ fluuius, in Apennino nascens, & in Padum se exonerans. Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò *Taro*.

TARVSCVM, Ptolemæo lib. 2. cap. 10, Saliorum vrbs in Gallia, Vulgò *Taraſcon*.

Tasconium, Est terra alba, similis argillæ, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. Plin. lib. 33. cap. 4, Catini fiunt ex tasconio. Hæc est terra alba similis argillę. Neque enim alia afflatum, & ignem, & ardentem materiam tolerat.

TASMENES, (quod hic pro Nestoris filij nomine corruptè legebatur) vide THRASYMEDES.

Tatam, Pueri patrem vocant, quemadmodum Mammam, matrem. Martial. lib. 1, Mammas atque tatas habet Afra: sed ipsa ratarum.
Dici, & mammarum maxima mamma potest.

Tatæ, Cautio est sibi inuicem respondentium. Plaut. in Sticho, Fac tu hoc modo. ST. At tu hoc modo. SA. babæ. ST. tatæ. SA. papæ. ST. euax. ¶ Nonnunquam & admirantis particula. Idem in Truc. Tatæ ecquis illa est?

TATIVS, Sabinorum dux fuit, acerrimúsque pop. Rom. hostis, qui proditione Tarpeiæ virginis Capitolio capto, ex superiore loco aduersus Romanos in aciem descendit: vbi quum aliquandiu acerrimè, sed varia victoria pugnatum esset, tandem diremptio interuentu Sabinarum prælio pax ita conuēnit, vt Sabini in vrbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verùm quum postea Tatij propinqui Lauręntium legatos pulsassent, eámque iniuriam Tatius inultam reliquisset, illorum pœnam in se conuertit. Nam quum Lauinium ad solenne sacrificium venisset, concursu oppidanorum facto, est interfectus. Autor Liui. lib. 1. ab Vrbe. Virgil. 8. Aen. -subitóque nouum consurgere bellum Romulidis, Tatióque seni, Curibúsque seueris.

Tatienses, Tertia pars populi Romani, sub Romulo, à T. Tatio Sabino, quem Romulus ex fœdere in regni portionē acceperat, denominata. Agec Romanus, (inquit Varro lib. 4. de Lin. Lat.) primùm diuisus fuit in partes tres: vnde Tribus appellatæ, quæ Tatiensium fuerunt Ramnium, & Lucretum: vt ait Iunius, Tatienses à Tatio, Ramnenses à Romulo, Luceres à Lucumone. Liuius contrà lib. 1. ab Vrbe, non Tribus hasce fuisse, sed equitum centurias asserit.

TATTA, τάττα, Lacus est maioris Phrygiæ, post Galatiam, Austrum versus, iuxta Morimenos, fontes habens salis natiui, qui adeò facilitèr rebus immersis circungelascit, vt sæpe quum funalem torquem demiserint, salis coronas educant. ¶ Quin ipsæ etiam volucres aquas contingentes facilè capiuntur, quum sale repentè concreto alis constrictis, ipsarum ministerio ad volandum vti non possint. Autor Strabo lib. 12.

Tattæus sal, ἅλς τατταῖος, qui & Phrygius, oculis præcipuè vtilis. Autores Dioscorides lib. 5. & Plin. lib. 31. cap. 7.

TAVCHIRA, Herodoto lib. 4, Ciuitas Barcæorum, qui sunt Aphricæ populi, Cyrenaicis ad Oceasum proximi.

TAVLANTII, ταυλάντιοι. Illyrici populi, teste Plin. lib. 3. ca. 22, qui postea mutatis sedibus, in eam Macedoniæ partem se contulerunt, quæ mari Adriatico incumbit, non procul à Dyrrhachio, vbi amœnissimi oppidum incoluerunt, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Horum meminit & Lucanus lib. 6, Quémque vocat collem Taulantius incola Petram, Insedit castris.

Taura, vide TAVRVS.

TAVREA Iubellius, Vir fuit Campanus, insigni corporis robore, in Annibalis castris militans: qui quum Claudium Asellum Romanum apud Nolam ad singulare certamen prouocasset, post inanem garrulitatem, quum Asellum ad se accedere videret, pedibus magis quàm manibus fretus, intra oppidum se recepit: quem insecutus Asellus vnà cum ipso vrbem ingressus, inter tot hostium tela incolumis per alteram portam euasit. Hic postea capta à Fulnio Capua, manu propria coniuge, liberísque interfectis, se postremò ante pedes imperatoris gladio transfixit. Autor Liuius lib. 2. bel. Pun.

Taurea, pro scutica ex taurino corio facta, vide TAVRVS.

TAVREVS, ταύρεος, Neptuni epitheton, siue quod ei tauri solent immolari: vel, Virgilio teste, quòd mare (cui præesse putabatur) tauri num boatum imitetur.

TAVRI, orum, ταῦροι. Sarmatiæ Europeæ populi, Bosphorum Cimmerium peninsulam inhabitantes, eodem Bosphoro, Byce palude & Carcinite sinu circunfusam, tenui tantùm Isthmo continēti adhærentem: quæ de incolarum nomine Taurica Cherronesus appellatur. Fuerunt autem Tauri omnino inhospitales, moribúsque immanissimis, vt qui hospites omnes Dianæ solerent immolare: cuius sacrificij primus autor Thoas fuisse perhibetur: vnde & Diana ipsa Thoantea dicitur à Silio lib. 4, Sacra Thoanteæ. ritúsq; imitata Dianæ. Herodotus tamen lib. 4. autor est, non Dianā esse, sed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas victimas soleant immolare, naufragos præsertim, & Græcos, quouis casu illuc delatos: quorum post preces peractas caput claua feriebant: truncum de rupe deturbabant: caput cruci affigebant. Hostibus autem in bello captis, aut in prælio occisis, capita præcidebant, & pertiæ suffixa quàm maximè sublimia supra fumarium statuebant, existimantes hoc ad totius domus tutelam custodiámque pertinere.

Taurícus, a, um, ταυρικός, Adiectiuum est à Tauris Cimmerij Bosphori accolis ductum: vt, Diana Taurica, apud Ouidium lib. 4. Tristium. & Scythæ Tauricí, apud Plinium lib. 4. cap. 12.

TAVRANIA, ταυρανία, Oppidum fuit Campaniæ, non procul à Stabiis, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. inter ea oppida, quæ in Italia interciderunt,

TAVRIANVM, Brutiorum oppidum in Italia iuxta Rhegium. Autor Pomponius Mela lib. 2. Plin. lib. 3. cap. 5, Taurantum appellat.

TAVRII, numero plurali, & Taurilia, ταυρίλια, βουφόνια, Ludi in honorem deorum inferorum facti: quos & Boalia, & Bupetias vocatos inuenimus: quanquam duobus hisce nominibus potius sacrificia quædam significantur, quę pro boum salute fieri solent. De origine horum ludorum refert Festus Pompeius, quòd regnante Tarquinio Superbo, quum magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas ex carne taurorum diu vendita, ob hoc ludi diis inferis instituti sunt, qui Taurij sunt appelati.

TAVRICA Cherronesus, ταυρικὴ χερσόνησος, Peninsula est in finibus Europæ, Bosphoro Cimmerio, Byce palude, & Carcinite sinu propemodum circunfusa, angusto tantùm isthmo continenti adhærens, immiti Dianæ ara, & nefanda hospitum immolatione infamis. Ciuitates multas habet, ex quibus præcipuæ fuerunt Eupatoria, & Theodosia, hodie Capha. Legitur & Taurica absolutè. Iuuen. Saty. 15, -nefandi Taurica sacri Inuentrix, homines tantùm immolat.

TAVRINI, *Di Turin in Piemonte*, Populi Italiæ Transpadanæ, sub Alpium radicibus, à Liguribus oriundi, quorum vrbs Augusta Taurinorum commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 17.

TAVRISANI, Venetiæ populi, per quorum regionē Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Autor Plin. lib. 3. cap. 18.

TAVRISCI, Populi Germaniæ, Carnis, & Pannoniis finitimi, quos Monseladius dirimit à Scordiscis: postea Norici appellat, teste Plin. lib. 3. cap. 20.

TAVROMINIVM, ταυρομένιον Ptolemæo ταυρομήνιον Stephano, Vulgò *Taormino*, Siciliæ oppidum est, à Zanclæis conditum, non procul à Drepano promontorio: testibus Plin. libro 3. cap. 8, & Strabone libro 6.

Taurominitanus, a, um. Silius libro 14, Taurominitana cernunt à sede Charybdin.

TAVROPOLOS, ταυροπόλος, Dianæ cognomen, apud Dionysium Aphrum, impositum ab eo quòd apud Tauros Cimmerij Bosphori accolas coleretur, aut quòd gregibus præsset, vt ex parte totum intelligamus: aut certè quòd eadem sit cum Luna, quæ tauris vehitur. Vide Eustathium in Dionysium.

TAVROPOLIVM, ταυροπολεῖον, Dianæ templum in Icaria insula, teste Strabone lib. 14.

TAVROSCYTHAE, ταυροσκύθαι, Populi ex genere Scythiarum, summa Tauricæ Cherrhonesū iuga incolentes. Autor Plin. lib. 14. cap. 12.

TAVR

TAVRVM, ταῦρον. Pannoniæ inferioris oppidum, ad Danubium situm, ea in parte, qua Savus & Drauus Danubio immiscentur. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 16. Plinius Taurunum appellat, lib. 3. cap. 25. Hodie *Belgradum* vocant, & *Albam Græcam*.

TAVRVS, ταῦρος. Berytius, philosophus Platonicus. A. Gellij familiaris, sub Antonino Pio floruit. Scripsit de differentia sectarum Platonis & Aristotelis, de corporeis, & incorporeis, & alia, vt est autor Suidas.

Taurus, ταῦρος. Ital. *Toro, toro, bue, bò.* Gal. *Vn taureau.* Hisp. *Toro ò buey vn Cio para arar.* } Mas in genere bubulo, & vaccarum admissarius. Virgil. 6. Aeneid. Hic crudelis amor tauri, suppostáque furto Pasiphae. Idem 3. Georgi. Atque ideo tauros procul atque in sola relegant Pascua. ¶ Accipitur & pro quocunque forti boue. Virgil. lib. 1. Georg. -ergo age terræ Pingue solum primis extemplo à mensibus anni Fortes inuertant tauri. Idem Aegl. 7. Quum primùm pasti repetent præsepia tauri. Ouid. 1. Fast. Bella diu tenuere vitos; erat aptior ensis Vomeri: cedebat taurus arator equo. ¶ Est & Taurus secundũ Zodiaci signum. Plin. lib. 17. cap. 24. Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro. Virg. 1. Georg. Candidus auratis aperit quum cornibus annum Taurus. ¶ Ideo autem translatus fuisse Taurus existimatur, quòd Europam in Cretam insulam transuexerit incolumem. Lege fabulã apud Hyginum. ¶ Taurus etiam accipitur pro radice arboris. Quintil. lib. 8. cap. 2, Sicut in his, quæ homonyma dicuntur: vt Taurus animãlne sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis. An radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur. ¶ Taurus item auicula est, ex genere carduelium, ita dicta quòd taurorum mugitus imitetur, præsertim in agro Arelatensi, referente Plin. lib. 10. cap. 42. Tauri item, dicuntur scarabæi terrestres, ricinis similes. κέρατα Aristoteli, quibus cornicula nomen dederunt: vt docet Plin. lib. 30. cap. 30.

Taura, ἄγονος ταῦρος. Ital. *Vacca sterile.* Gal. *Vne vache taureliere, qui ne porte point de fruit.* Hisp. *Vaca esteril ò machorra.* } Vacca sterilis: ita dicta, teste Festo, quòd nihilo magis pariat quàm tauri. Colum. lib. 6. cap. 22. Et vtique tauræ, quæ locum occupant fœcundarum, ablegandæ. Varro 2. de Re rust. cap. 5. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur.

Taurinus, a, um, ταυρέος. Ital. *Di toro.* Gal. *De taureau.* Hisp. *Cosa de materia de toro.* } Quod est ex tauro: vt Tergum taurinum, id est corium tauro detractum. Virgil. 1. Aeneid. Taurino possent quantum circundare tergo. Habet autem penultimam productam, quemadmodum omnia huius terminationis adiectiua à nominibus animalium formata: vt Leporinus, caprinus, formicinus, hirundinus, verucinus, porcinus, ouinus, suinus, & huiusmodi.

Taurea. } ἰσὰς Ital. *Nerno di bò.* Gal. *Nerf de bœuf.* Hispa. *El agote de verguja de toro.* } Scutica est ex taurino corio facta, quod & à Græcis ταυρία appellatur. Iuuenal. Saty. 6. -taurea punit Continuò flexi crimen facinúsque capilli.

Taurifer, ra, rum, Quod magnum tauorum habet prouentum. } ταυροφόρος. Ital. *che produce & nodrisce molti tori.* Gal. *Qui porte & nourrit force taureaux, ou il s'engendre plusieurs taureaux.* Hisp. *Cosa que trae ò cria muchos toros.* } vt Campi tauriferi, in quibus magna tauorum pascitur copia. Lucan. lib. 1. -tauriferis vbi se Meuania campis Explicat.

Tauriformis, me, Formam tauri habens. } ταυροειδὴς. Ital. *che ha forma & figura di toro.* Gal. *Qui a la forme & figure d'vn taureau.* Hisp. *Cosa de forma ò de materia de toro.* } Horat. 4. Carm. Ode 14. Sic tauriformis volutus Aufidus, Qui regna Dauni præfluit Appuli.

TAVRVS, ταῦρος. Mons Asiæ totius longe maximus, qui ab Indico mari exurgens, vastè satis attollitur: dein dextro latere ad Septentrionem, sinistro ad Meridiem versus it, in Occidentem rectus & perpetuo iugo. multarúmq; gentium, quà dorsum agit, terminus, sed pro gentium ac linguarum varietate diuersa habet nomina. Prima sui parte Imaus dicitur, mox Edigis, Paropamisus, Circius, Chambades, Pharpharides, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus: atque vbi se quoque, exuperat, Caucasus: vbi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coraceus, Cragus, iterúmque Taurus: etiam vbi dehiscit, séque populis aperit: portarum tamen nomine vnitatem sibi vẽdicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quin etiam confractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc & inde implet: à dextra Hyrcanus, Caspius: à læua Pariedrus, Moschius, Amazonicus, Corax, Scythicus appellatus: in vniuersum verò Græcis Ceraunius. Cætera vide apud Plin. lib. 5. cap. 27, vbi latissimè montis huius descriptionem exequitur.

Tautologia, ταυτολογία. Eiusdem sententiæ per alia atque alia verba repetitio: cuiusmodi est illa apud Ouidium, -cinis ipse sepulri In genus hoc pugnat: tumulo quoque sensimus hostem: Aeacidæ secunda fui. Item illa apud Virgil. 1. Aeneid. Quem si fata virum seruant, si vescitur aura Aetherea, neque adhuc crudelibus occubat vmbris.

Tax, Vox est fictitia, quam Plautus in Persa pro ictu siue verbere vsurpauit. Tax tax (inquit) erit tergo meo. τὶξ. Ital. *Il suono d'vna fregnacola.* Gal. *Le son d'vn coup de fouet.* Hisp. *Sonido de vno golpe de açote.*

TAXILA, τάξιλα Stephano, Indiæ vrbs amplissima, inter Indum, & Hydaspen fluuios sita: cuius incolæ Taxilæ appellantur à Plin. lib. 6 ca. 20. In hac vrbe (vt scribit Philostratus) Apollonius inuenit elephantem, quem viteis & myrteis coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines esse dicebant, qui pro rege Porro contra Alexandrum pugnauerat: quem, idcirco Alexander Soli dicauit, torques aureos circa cornua adaptans.

Taxim, aduerbium obsoletum, quo antiqui vtebantur pro sensim, siue paulatim: vt annotauit Nonius, citans Pomponij locum ex Buccone, Adoptatu clandestino tacitus taxim perspectani percautum.

Taxo, as Reprehendo, mordeo, noto, incesso. } κατατιμῶ, ας. Ital. *Tassare, riprendere, biasmare.* Gal. *Taxer, reprendre, blasmer.* Hisp. *Reprehender, tachar, infamar.* } à tangendo, (vt Festo placet) inclinatum, quòd sit taxare, veluti conuitijs tangere. Suetonius in Augusto, Sed etiam vt nummularij nepotem, sic coæat Augustum. Plin. lib. 15. cap. 15, Eadem causa in pyris taxatur superbiæ cognomine. ¶ Taxare etiam pro pretio æstimare ponitur. } τιμᾶν. Ital. *Tassare, mettere il pretio à qualche cosa, estimar.* Gal. *Taxer ou taxer, mettre à pris, estimer.* Hispa *Tassar, apreciar, estimar.* } Plin. lib. 17. cap. 1, Illos qui frugiferas tanti taxauerant.

Taxatores, Dicti, teste eodem Festo, quorum alter alterum conuitijs tangit. ἐπιτιμηταί.

Taxatio, onis, Idem quod æstimatio. } τίμησις. Ital. *stima, prezzo.* Gal. *Estimation, taxe ou taxe, taxation.* Hisp. *Obra de tassar, apreciar y estimar.* } Taxatio, inquit Festus, dicitur quæ fit certæ summæ. Plin. lib. 13 cap. 25, Quam Cethegus decedens libris XIIII permutauerat latifundij taxatione. Idem lib. 9. cap. 35. At illa corollarium id esse, consumpturámque se in ea cœna taxationem confirmans.

Taxus, i, Arbor abieti similis, baccásq; ferens, quibus lethale venenum inest, præcipuè in Hispania & Arcadia. } τάξος. Ital. *Nosso, tasso.* Gal. *Vn arbre appelé yf.* Hisp. *Taxo, arbol conocido.* } Plin. lib. 16. cap. 10, Similis his (abieti scilicet & piceæ) est taxus, minus virens, gracilisque & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis, in Hispania præcipuè, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius similacem à Græcis vocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt siqui dormiant sub ea, cibúmve capiant, moriantur. ¶ Sunt qui & taxica hinc appellata putent venena, quæ nunc toxica dicimus. Hæc Plin. Virgil. 9. Aegio. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

TAYGETE, es vel Taygeta, æ. τηϋγέτη. Atlantis & Pleiones filia, teste Hygino, vna Pleiadum, quæ Ioui peperit Lacedæmonem vrbis sibi cognominis conditorem. Virgil. 4. Georg. Taygete simul os terris ostendit honestum Pleias. &c. Vide PLEIAS.

TAYGETVS, ti, masc. gen. & Taygeta, orum, neutri, τηΰγετος, Mons est Laconiæ, teste Strabone: non ille quidem admodum magnus, sed tamen excelsus & erectus, Spartæ & Amyclis imminens, quem Libero patri sacrum fuisse tradit Seruius in illud Virg. 2. Georg. -ô vbi cãpi, Sperchiúsque & virginibus bacchata Lacænis Taygeta Huius montis bona pars quum terræmotu corruisset, Spartanorum vrbem oppressit: vt refertur à Cice. lib. 1. de Diuinat. & à Plin. lib. 2. cap. 79. Fuit præterea hic mons Castori & Polluci sacer, qui in eius radicibus nati dicuntur: quod & Homerus asserit in Hymnis,

Κάστορα τε πρῶτον δεύτερον τε μνήσομαι λίγεια
Τυνδαρίδας τε, τοὺς ζείνης ἐλυμπίοιο ἐζεγένοντο.
Τοὺς ποτὲ μητρὶ καλῇ τέκεν περικαλλὲς ἀγῶνα,
Κάστορι τε δαμάσσῃ καὶ ἀμύμονι πολυμήτῃ ἠρωϊ.
Χαίρετε Τυνδαρίδαι ἀμφὶς ἐπιστάμενοι ἐπέεσσι. Id est, Castora & Pollucem cantato musa stridula Tyndaridas, qui Ioue Olympio progenati sunt, quos sub Taygeti verticibus peperit venetanda Leda, latenter commissa nubes denigranti Saturnio. Saluete Tyndaridæ celerum cultores equorum.

T ante E.

Te, Syllabica adiectio quæ pronominibus tu & te adiungitur: vt Tute, tete, pro eo quod est tuipse, & teipsum. Cic. lib. 1. Epistol. Vt tute mihi præcepisti.

TEANVM, τήανον Stephano, Duarum ciuitatum nomen est in Italia. ¶ Est enim Teanum Sidicinum in Appia via, & Teanum Apulum in finibus Apuliæ, distans à Larino XVIII M passuum. Huius meminit aliquoties Cice. in Orat. pro Cluentio. Illius etiam mentionem facit Horat. lib. 1. Epist. -erat ferramenta Teanum Tolletis fabri.

TEARCO, τήαρκον, Aethiopiæ rex potentissimus, qui bonam Europę partem dicitur subegisse, & ad Herculis vsque columnas esse progressus: referente Strabone lib. 15.

TEARVS, τήαρος, Thraciæ fluuius, duodequadraginta nascens fontibus, partim calidis, partim frigidis, & in Contadesdum amnem influens, qui in Agrianem illabitur, Agrianes autem in Hebrum. Ad hoc flumen quum peruenisset Darius Histaspis filius, aquis eius delectatus, triduo ibi commoratus est: cippúmque ibidem erexit cum hac inscriptione, Teari amnis capita optimam atque pulcherrimam cunctorũ amnium aquam continent: & ad ea peruenit exercitum ducens aduersus Scythas, vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius, Hystaspis filius, Persarum, cunctáque continentis rex. Autor Herodotus lib. 4.

TEATE, pen. prod. τέατη Ptolemæo, Oppidum Marrucinorum, in quarta regione Italiæ: cuius incolæ dicuntur Teatini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Techna, æ, } τέχνη Ital. *Arte ò ingannare.* Gal. *Art, finesse, cautele, tromperie.* Hisp. *Arte para engañar.* } Græca vox est, quam Latinè autem seu artificium interpretari possumus. Vtuntur hac voce & Latini, sed ferè in deteriorem partem, pro dolo, astutia, impostura, fraude, siue offucia. Terent. Eunuc. Tam scio hanc technam à Parmenone profectam, quàm me viuere. Idem in Heaut. Falli te sinas technis per seruulum. Plaut. in Capt. -deartuatus sum miser Sceleste huius technis.

Technophyon, τεχνόφυον, Græca dictio quam nos artium officinam vertere possumus: τεχνόφυον ἐστὶ φύειν τὰς τέχνας hoc est à producendis artibus. Sueton. in August. Erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas & technophyon vocabant.

Tector, Tectoriolum, Tectorium, Vide TEGO.

TECTOSAGES, τηκτόσαγες, ὁ τηκτοσάγης Stephano, Galliæ Narbonensis populi, quàm maximè in Occidentem vergentes, Pyrenæis, & Cemeniis montibus proximi: quorum oppida sunt Tolosa, Carcasso, Ruscino, & Narbo Martius, aliáque nonnulla, quæ vide apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 10. Hi olim Gallorum omnium fortissimi habiti sunt: qui quum domi multitudine abundarent, relictis sedibus, per Græciam tunc gentium victricem in Asiam penetrarunt, & supra Phrygiam in vberrimis Cappadociæ campis consederunt.

Tecum, aduerbium compositum ex ablatiuo te, & præpositione cum. μετὰ σοῦ. Plaut. in Milit. Quid nunc taces? tecum loquor.

Teda, æ, Arbor est ex eorum genere quæ resinam ferunt, abundantior succo quàm reliquæ similis generis, parciori tamen liquidióque quàm picea, flammis, & lumini sacrorum etiam grata. } δᾶς, δαδός. Ital. *Face, facella, faccellina.* Gal. *Vne sorte de bois dont on faisoit torches, torche ou falot.* Hisp. *Tea de pino para alumbrar.* } Impropriè tamen tedas appellamus tum piceæ latiuæ partes imas, tum asta quoq; ligna, quæ vel naturali pinguedine, vel oleo picéve illita, faculæ modo lucent. ¶ Hinc Ceretem deam rediferam

feram poëtæ vocant, quòd tedas dicitur inflammasse, quum inuestigare vellet filiam Proserpinam à Plutone abreptam. {δαδοφόρος. Ital. *Che porta una fiaccola o torchio.* Gal. *Qui porte vne torche ou flabeau.* Hisp. *El que trae tea.*} Ouid. Epist. 2, Et per tediferæ mystica sacra deæ. ¶ Teda etiam accipitur pro nuptiis, siue pro ipso coniugio. Mos enim antiquorũ erat, vt in nuptiis (inquit Varro) faces & tedæ semper præirent, quòd olim nonnisi per noctem nubentes ducebantur à sponsis. Virgil. 4. Aeneid. Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset.

TEDANIVM, Fluuius est in extremis finibus Ispidiæ cuius meminerũt Plin. lib. 3. cap. 21, & Ptolemæus lib. 2. cap. vlt.

TEGEA, æ, pen. corr. τεγέα, Oppidum Arcadiæ: à quo Tegeæus, τεγεάτης: sicut à Nemea Nemeæus. Vnde Pan Arcadiæ deus dictus Tegeæus. Virgil. 1. Georg. Pan ouium custos tua si tibi Mænala curæ, Adsis ô Tegeæe fauens. Propertius. Fictilis & calami Pan Tegeæe tui. Ensis Tegeæus, id est Arcadicus Virgil. 8. Aeneid. Tunc lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. Huius vrbis incolæ etiam Tegeatæ, τεγεάται, dicuntur. A quo rursum deducitur aliud adiectiuum, Tegeaticus, a, um: vnde Mercurium Statius Tegeaticum appellat. Et cum Mænalia volucet Tegeaticus vmbra.

Teges, Tegeticula, vide TEGO.

TEGESSVS, si, τεγησσός. Cypri oppidum: à quo fit gentile Tegessius, siue Tegesseus. Stephanus.

Tegillum, Tegmen, Vide TEGO.

Tego, gis, xi, ctum, Operio. {καλύπτω, σκεπάζω, ἐπιφέρω, ἐπίθημι. Ital. *Coprire.* Gal. *Couurir.* Hisp. *Cubrir.*} Plin. lib. 13. cap. 18. Radicem lotos hæc habet opertam nigro cortice: qualis & castaneas tegit. Propert. lib. 4 Eleg. 3, Et texit galea barbara molle caput. Ouid. 1. Amor. Eleg. 5, Pugnabat tunica se tamen illa tegi. Idem 1. de Arte, Aequore quot pisces, fronde teguntur aues. ¶ Per translationem tegere, accipitur pro κρύπτω. Martial. Quod tegitur, maius creditur esse malum. Cic. pro Quinti. Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. ¶ Item defendere, conseruare. ἀσφαλίζω, σκεπάζομαι. Sallust. in Catil. At Romani domi militiæque intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatem, patriam, parentésque armis tegere. ¶ A tego fiunt composita Contego, detego, intego, obrego, pertego, prætego, protego, retego, supertego: quorum significata suprà explicuimus suis locis.

Tactus, a, um, Participium passiuum à Tego, Idem significãs quod opertus. {κεκαλυμμένος. Ital. *Coperto.* Gal. *Couuert.* Hispan. *Cubierto.*} Ouid. 12. Metam. Arboribus tecto discumbere iusserat antro. ¶ Interdum migrat in nomen, & accipitur pro obscuro, secreto, occulto, non manifesto. ἀποφατικῶς. Idem 1. de Arte, Hic tibi multa licet sermone latentia tecto Dicere. Cic. ad Pætum lib. 9, Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. Idem pro Rosc. Am. Huc accedit, quòd paulò tamen occultior, atque tectior vestra ista cupiditas esset. Idem 2. de Orat. Ego mehercule, inquit, Antoni semper is fui, qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo videri tectissimum. ¶ Tectæ oues, eædem quæ à patria Tarentinæ, siue Græcæ dicebantur, quæ quòd mollissimam ferrent lanam, pellibus insutæ pascebantur, ne vellera aut conspurcarentur, aut dumis adhærescerent: qua de re vide Colum. li. 7. cap. 6. Plin. lib. 8. cap. 47. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis delicatius.

Tectè, aduerbium, Latenter, occultè: cuius cõtrarium est Apertè. {κρυφῆ. Ital. *Copertamente.* Gal. *Couuertement.* Hisp. *Cubiertamente.*} Cic. Attic. lib. 1, Hic dies me valde Crasso adiunxit: & tamen ab illo apertè, tectè quicquid est datum, libenter accepi. Idem Pæto lib. 9, Quod tu in epistola appellas suo nomine, illi tectius penem.

Tectum, cti, substantiuum, Summa pars domus, qua cæteræ teguntur. {ὄροφος, στέγος, στέγη, στέγη. Ita. *Tetto, coperto.* Gal. *Toict, couuerture de maison.* Hispa. *El tejado de casa.*} Ouid. 12. Metam. Non secus hæc resilit, quàm tecti à culmine grando. Cic. de clar. Orat. Sed Atheniensium quoque plus interfuit, fictma tecta in domiciliis habere, quàm Mineruæ signum ex ebore pulcherrimum: tamen ego me Phidiam esse mallem, quàm vel optimum fabrum tignarium. Quare non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est. ¶ Tectum item figurate pro tota accipitur domo. οἴκημα. Cic. ad Leptam lib. 6. Eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio, si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendũ. Virg. 1. Aen. Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.

Tectorium, rij. Illinimentum parietum: à tegendo dictum. {κονίαμα. Ital. *Coperta che si fa à muri di pietruccie, ò de calcina.* Gal. *Enduict, fait de plastre de chaulx ou sable.* Hisp. *Encaladura ò enyessadura.*} vt quum calce, aut gypso ad maiorem spectantium gratiam & decorem parietem inalbamus, quæ ideo etiam albatio appellatur, siue albarium: quanquam albarium (inquit Budæus) ex pura calce fiat, vt hodie est in vsu. Tectorium autem continet arenatum, hoc est quod fit ex calce, & arena: & marmoratum, quod ex calce & marmore tuso, triplici varietate comminuto, pronutrium coriotum exigebat vsus: continet & trulli sarionẽ, quæ ex gypso, vt hodie quoque, antiquis fiebat. Plin. lib. 36, Ideóque nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Cic. ad Attic. lib. 1, Præterea typos tibi mando, quos in tectorio attioli possim includere: & putealia sigillata duo. Iuuenalis Satyr. 6, tectorium accipit pro fuco quo mulieres faciem illinunt. Tandem (inquit) aperit vultum, & tectoria prima reponit. ¶ Tectorium linguę, pro sermone simulato. Persius Satyr. 5, -pulsu dignoscere cautus Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

Tectorius, ria, rium, adiectiuum. {κονιαστός, κονιαλέος, vel κονιαμβλητός. Ital. *Pertinente a imbiancare le mura.* Gal. *Qui sert à enduire ou à couurir.* Hisp. *Perteneciente à encaladar ò enyessar.*} vt. Opus tectorium, quo parietes integuntur. κονίασις, κονίαμα. Columella, Sed ea tota macries opere tectorio ixuitur ex vtraque parte, ne feles, aut vipera prorepat. Cic. 2. de Legibus Neque id opere tectorio exornari, nec hermas hos, quos vocant, licebit imponi.

Tector, oris, Qui opus tectorium parieti inducit. {κονιάστης. Ital. *chi imbianca le mura.* Gal. *Qui enduit & blanchist les parois & murailles.* Hisp. *Encalador ò enyessador.*} Varr. 3. de Re rust. cap. 2, Non minus villa tua erit ad angulum Veiui, quam nec pictor, nec tector vidit vnquam, quàm in Rosea, quæ est polita opere tectorio, eleganter, &c.

Tectoriolum, li. Paruum tectorium. κονιαστάριον. Cic. ad Pætum lib. 9, Bella tectoriola: adde ergo etiam pauimenta isto modo, non potes.

Tegmen, inis, quod & Tegimen, inis, & Tegmentum, ti, Quod aliquid tegit. {κάλυμμα, σκέπασμα, κάλυψις. Ital. *Coprimento, copria, coperchio.* Gal. *Couuerture, couuercle.* Hisp. *Cobertura.*} Cic. 5. Tusc. Mihi amictui Scythicũ tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra. Liu. 5. ab Vrbe, Magna strages facta est, multósque imperitos nandi, aut inualidos graues loricis, aliisque tegminibus hausere gurgites. Virgil. 1. Aegiog. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Lucret. lib. 1, Nec res vlla geri sub cæli tegmine posset.

Tegimen, inis, Idem. Ouid. 3. Metam. -tegimen direpta leoni Pellis erat. Idem 1. Metam. Desilit in terras, illic tegimenque remouit.

Tegumen, inis, Idem. Liu. 1. ab Vrbe, Et super tunicam æneum pectori tegumen, cælestiáque arma, quæ ancilia appellantur, ferre.

Tegumentum, ti. Idem. Cic. 2. de Nat. deo. Palpebræque, quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu ne læderent aciem aptissimè factæ. Cæs. 2. belli Gall. Vt non modò ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutisq; tegumenta detrahenda tempus defuerit.

Tegulum, li, pen. corr. Idem quod tegmen. καλύμμα, στέγη. Plin. lib. 10. cap. 36, Tegulo enim aquaticarum atundinum domos suas Septentrionales populi operiunt.

Tegillum, li. Paruum tegmen. {κάλυμμάτιον. Ital. *Piccol coprimento, & coperchio.* Gal. *Petite couuerture, & couuercle.* Hisp. *Pequeña cobertura.*} Varr. in Sesquiviysse, Oba quam è nubibus tortam, indicat fore vt tegillum pastor sibi sumat. ¶ Est & Tegillum cuculli vinculum è scirpo. Plaut. Tegillum mihi aret, id si vis, dabo. ¶ At Tigillum diminutiuum à tigno est.

Tegula, æ, Dicta est quod domos tegat. {κέραμος. Ital. *Coppo, tegola.* Gal. *Tuile.* Hisp. *La teja de texado.*} Terent. in Eunuc. Deum scio in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas Venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Plaut. in Milite, Quòd meas confregisti imbrices & tegulas. Cic. ad Attic. lib. 9, De isto licet bene speres: promitto tibi, si valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Cato cap. 14, In tectum sic numerabitur tegula integra quæ erit. ¶ Tegulæ autem quę ad balneas adhibentur, à laxitate dicuntur mammatæ. Colliciæ autem vocantur, teste Festo, quibus aqua, veluti quibusdam canalibus in vas aliquod, vel puteum derivatur.

Teges, etis, Straguli genus, quam & stoream appellant, ex viua siue scirpo, aut sparto in lodicis similitudinem, quo viliores vruntur. {ψιάθος, ψιαθίον. Ital. *Coperto di casa fatta di giuncki, ginestre, canne ò simili.* Gal. *Natte ou couuerture faitte de joncs de geneſt, ou autres choſes, ſurquoy ſe couchoyent les pouures gents.* Hisp. *Esteva de esparto ò juncos.*} Varro de Re rust. Sicque fiunt de cannabi, lino, iunco, palmo, scirpo: vt fanes, restes, tegetes. Iuuen. Satyr. 6, Aula Palatino tegetem præferre cubili. Colum. lib. 5. cap. 3, Sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Idem lib. 12. cap. 50, Cannææ tegetes, quibus olim excipitur. Huiusmodi simile quiddam apud nos, è straminibus concinnatur: vulgus *mattas* vocat.

Tegeticula, æ, diminut. Parua teges. {ψιαθίδιον. Ital. *Piccol tale coperto.* Gal. *Vne petite natte ou couuerture.* Hisp. *Pequeña esteva.*} Varro de Re rust. cap. 8. Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. Idem lib. 2. cap. 11. Diligentiores tegeticulis subiectis, oues tondere solent, ne flocci intereant.

TEGYRA, τέγυρα, Bœotiæ vrbs, in qua Apollinem natum volunt, qui inde Tegyreius cognominatur. Stephanus.

TEIVM, quod hic pro Paphlagoniæ, seu Ponti vrbe legebatur: vide TIVM. Pro Ionica autem vrbe, Anacreontis Poëtæ patria, lege Teos.

Tela, telæ, Quod texendo conficitur. {ἱστός. Ital. & Hisp. *Tela.* Gal. *Toile.*} Terent. in Heaut. Mulier telam deserit continuò. Virgil. 1. Aene. Percurrere pectine telas. Ouid. Epist. 1, Lassaret viduas pendula tela manus. ¶ Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro eo quod est tecthuam aliquam incipere & aggredi. Plaut. in Bacch. Exorsa hæc tela non malè est omnino mihi.

TELAMON, τελαμών, Rex Salaminis insulæ, Aeaci filius, frater Pelei, & Pater Aiacis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Ouid. 12. Metam. Ne mandate mihi: melius Telamonius ibit. ¶ Est & Telamon Vmbriæ portus. Plin. lib. 3. cap. 5.

Telamones, In ædificiis dicebantur hominum simulachra, quæ gibbosa fetè figura effingebantur, vt columnas, vel mutulos dorso sustinere & sub ipso pondere propemodum succumbere viderentur. ἄτλαντες. Græci Atlantas vocant, similitudine sumpta ab Atlante Mercurij auo: quòd quemadmodum ille cælum suis humeris, ita hi ædificium fulcire videantur. Vide de hoc plura in dictione ATLAS.

TELANDROS, τέλανδρος, Lyciæ oppidum est apud Plin. lib. 5. cap. 27. Item insula in mari Lycio, cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 31.

TELANES, es, τέλανες, Vrbs antiquissima Phrygiæ, quam Ninus inhabitauit ante Ninum conditam. Autor Stephanus.

TELCHINES, pen. prod. τελχῖνες, Filij Mineruæ, & Solis, vel vt alij malunt, Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum insulam tenuerunt: vnde etiã Rhodus ipsa dicta est Telchinis. Hos quidam maleficos homines fuisse prodiderunt, aspectu solo omnia effascinantes. Quorum sententiam secutus est Ouid. lib. 7. Meta. sic scribens, Phœbeámq; Rhodon, & Ialysios Telchinas, Quorum oculos ipso mutãtes omnia visu Iuppiter exosus fraternis subdidit vndis. Alij eosdẽ faciunt cum Curetibus & Dactylis Idæis, summósq; artifices fuisse tradunt: veneficiorum autem infamiam ab illorum æmulis fuisse dispersam. Vide Strab. lib. 10.

TELCHINIS, Carpathij maris insula, quæ notiore nomine dicitur Rhodos: ita dicta à Telchinibus, qui olim eam insulam tenuerunt. Vide Strabonem lib. 10.

TELCHIVS, τελχῖος, Alter ex Castoris & Pollucis aurigis, qui vnà cum Amphito Dioscuri ad eam vrbem apud Colchos traditur condidisse, referente Plin. lib. 6. cap. 5.

TELEBOAE, τηλεβόαι, Aetoliæ populi fuerunt latrocinio infamati. De quibus Aristoteles in Politicis. In Acarnaniæ partem quandam Acarnaniæ partem Coretes habent: spectantem verò in Occasum plagam Leleges tenent: reliquam inde Teleboæ. ¶ Alij dicunt fuisse Caprearum populos, quos Telon suo regebat imperio: quod & Seruius annotauit

tauit in illud 7. Aeneid. Nec tu carminibus nostris indictos abibis Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha Fertur, Teleboûm Capreas quum regnatroeret, Iam senior.

TELEGONAS, πολίεσσι, Venus ex Centauris, Ixionis ex nube filius. Ouid. lib. 12. Meta. -Chthonius quoque Teleboásque Ense iacent nostro.

TELEGONVS, pen. corr. πολέγων, Filius fuit Vlyssis ex Circe, qui quum iam adoleuisset, videndi patris cupidus, in Ithacam nauigauit: quúmq; à ministeris paternis incognitus aditu prohiberetur, aliquot ex iis occidit. Ad quem tumultum excitus Vlysses, quum & ipse iam senior sui corpus ferret, à filio suo est occisus esse piscis cuiusdam, qui à Græcis Xiphias dicitur. Quod vbi cognouit Telegonus, relicta Ithaca, in Italiam venit, vbi Tusculum condidit. Ouid. Et iam Telegoni, iam mœnia Tyburis vdi Stabant, agricolæ quæ posuere manus. Dictus est autem Telegonus, quasi serò & in senectute genitus, & vnicus, post quem genitum non est alium parere.

TELEMACHVS, πολίμαχος, Vlyssis ex Penelope filius, qué ad Troiam proficiscens apud matrem reliquit: eundémque postea in vlciscendis procis habuit adiutorē. Ouid. in Epist. Penelopes. Tres sumus imbelles numero sine viribus: vxor, Laertésq; senex, Telemachúsque puer.

TELEMVS, πολίμος, teste Homero in Odyss. & Theocrito in Bucolicis, Eurymi filius, & inter Cyclopas vates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunque postea ab Vlysse passus est. Huius meminit. Ouid. lib. 13. Meta. Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, Tetribilem Polyphemon adit: luménque, quod vnum Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlysses.

TELEPHANES, πολιφάνης, Ad regnum Lydorum Cumis ex oraculo accersitus, qui antea currus fabricabat. ¶ Fuit & eius nominis tibicen, cuius meminit Demosthenes in oratione contra Midiam.

TELEPHVS, πολίφος, Mysorū Rex fuit & Herculis filius, ex Auge nympha: qui quum aui iussu in syluis expositus esset, à cerua aliquandiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, vt mox à Mysis Rege adoptatus sit, & regni hæres institutus. Factus itaque Mysorum rex, quum Græcos ad Troianam expeditionem proficiscentes prohibere conaretur ne per Mysiam iter facerent, ab Achille vulneratus est. Cuius plagæ quum nullum satis efficax inueniretur remedium, oraculo responsum est, fore vt eadem hasta, qua vulneratus erat, sanaretur. Reconciliatus itaque Achilli, ab eo impetrauit vt ex hastæ qua ictus erat, rubigine malagma conficeretur, & vulneri suo imponeretur: quo facto, statim sanitatem est consecutus. ¶ Telephus alter. Pergamensis Grammaticus, qui multis editis voluminibus quæcunque Grammaticum scire conuenit, pertractauit. Vide Suidam qui scripta eius nominatim enumerat.

TELESILLA, Mulier fuit poëtria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum statua posita est, vt scribit Pausanias.

TELESTHO, ûs, πολέσθω, Nomen nymphæ, Oceani & Tethyos filiæ. Hesiodus in Theogonia, Μήτε τ' ὀξυόων μέγα, πολέσθω τε κρείουσά τε πολῶ.

Telicardios, Gemma colore cordis existēs, Persis maximè grata, quam & Muculam appellant. Plin. lib. 37. cap. 10.

Telinum, vnguentum, πολίνον μύρον, Menandri Poëtæ ætate summo erat in pretio. Constabat autem ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, melle, melino, maro, amaraco, & fœnogræco: à quorum postremo nomen accepit. Græci enim fœnogræcum πόλον appellant. Alij tamen à Telo insula, in qua optimum conficiebatur, dictum putant. Vide Plin. libro 13. cap. 1.

TELLEN, πολλῆνος, Tibicen, & poëta ineptissimus, cuius meminit Diarchus Messenius apud Zenodotum. Hinc ortum est prouerbium, Cane Tellenis cantilenas: quod quidam dici putant de dicacibus, seu mordacibus: quidam de ineptè loquacibus. Sunt enim qui tradant hunc locos quosdam versibus lepidissimis descripsisse, non sine multo sale scommatum. Hæc Erasmus in Chiliad.

TELLIAS, πολλίας. Herod. lib. 8. Vates fuit Eleus, qui Phocensibus cum Thessalis bellum gerentibus rem huiusmodi commentus est: sexcentos viros è Phocensibus præstantissimos gypso, tam ipsos quàm arma illinit, eósq; sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto vt quencunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primùm Thessalorum excubitores prodigium quoddam esse arbitrati, deinde ipsi exercitus adeó exhorruerunt, vt tribus millibus cæsorum atque sexcentorum Phocenses potiti sint.

TELLVS, tis, γῆ, κυβέλη. Terræ dea est. Cic. 3. de Nat. deorum. Iam si est Ceres à gerendo, (ita enim dicebas) terra ipsa dea est, & ita habetur. Quę est enim alia Tellus, nisi terra? Idem Qu. Frat. lib. 3. Reddita etiam mihi est peruetus epistola, sed serò allata, in qua de æde Telluris, & de porticu Catuli me admones. ¶ Non rarò tamen Tellurem pro ipsa accipimus terra, quemadmodum Cererem pro ipsis frugibus. Plin. lib. 2. cap. 5. Vitalem hunc spiritum & per cuncta rerum meabilem, totóque consertum: cuius vi sulpensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Virgil. 1. Aeneid. -ac magno telluris amore egressi, optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius, Tellurem pro terra posuit, quum Tellurem deam dicamus, terram elementum: vt plerunq; Vulcanum ponimus pro igne.

TELLVS, li, πόλος, Athenienſis quidam fuit, genere non admodum clarus, quo vita integerrimè acta honestissimam pro patria, fortis iam horo, quo vita integerrimè acta honestissimam pro patria, fortis iam horo, quo vita integerrimè acta honestissimam pro patria, fortis iam horo

Temetum,ti,Idem quod vinum:ita dictum, quòd tentet,hoc est labefactet mentem.{οἶνος.Ital.& Hisp.*Vino*.Gal.*Du vin,ce qui enyure*.}Plaut.in Aulul.Cererine Strobile has facturi nuptias? STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Liu.10. ab Vrbe, Vouerat Iouí victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, prius quàm temetum biberet,sese facturum Horat.2.Epist.2. penultimam dictionis huius syllabam producit,quum apud Iuuenalem corripiatur. Te (inquit) dominum sentit:das nummos,accipis vuas,Pullos,ova,cadum temeti:nẽpe modo isto Paulatim mercaris agrum.

Temulentus,a,um. Vinolentus, ebrius. {οἰνόφλυξ.Ital.*Embriaco*.Gal.*Yure*. Hisp.*Embriago*.}Terent.in Eunuc. Temulenta es.P. vtinam sic sint, qui mihi malè volunt.

Temulentia, æ, Ebrietas. {οἰνοφλυγία. Ital. *Embriachezza*. Gal. *Yurongnerie*. Hisp.*Embriaguez*.}Plin.lib.14.cap.2. Siquidem temulentiam sola non facit. Idem lib.14. Cato ideo propinquos fœminis osculum dare iussit,vt scirent an temetum oleret: hoc tum vino nomen erat. Vnde & Temulentia appellata. ¶Per contrarium Abstemius, sobrius, quasi sine temeto.

Temulenter,aduerbium. {μεθυστικῶς,οἰνώδως,οἰνόφλυγος.Ital.*A foggia d'embriaco*.Gal.*En yurongne,comme vn yurongne*.Hisp.*Embriagadamente*.} Colum.lib.8.cap.8. Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aues temulenter eructant.

Temno,nis,tempsi,temptum. Sperno:à τέμνω, quod incido, resecóque significat:quoniam quæ spernimus,amputare & resecare cõsuetimus. {καταφρονῶ.Ital.*Sprezzare*.Gal.*Mespriser*.Hispan.*Menospreciar*.} Virgil.6. Aeneid.Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos. Idem 1.Aen. Si genus humanum,& mortalia temnitis arma.Horat.2. Serm.Saty.2, Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.¶Hinc Contemno, compositum:de quo suo loco.

TEMNOS,τέμνος. Stephano & Straboni, Vrbs est Aeliodis, Hermogenis Rhetoris patria.Cic.pro Flacco, Temni vsque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit: & qui se artem dicendi traditurum etiam cæteris pollicebatur,ipse omnibus indiciis turpissimis convictus est.

Temnites,τεμνίτης,Gentile.Cic.pro Flacco,Heraclides ille Temnites homo ineptus & loquax.

Temo,onis.Lignum in curru,inter equos intermedium,cõtinet iugum in curru vel plaustro. {ῥυμός.Ital.*Temone di carro ò carretta*.Ital.*Le timon ou lonon d'vn chariot ou charrette*.Hispan.*Timon del arado ò pertigo*.} Ouid.lib.2. Meta, Aureus axis erat,temo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ. Liu.9.bel.Maced.Cuspides circa temonem ab iugo decem cubita extantes,velut cornua habebãt,quibus quicquid obuium daretur, transfigerent.¶Temonẽ pro stipite Columella posuit,siue pro ligois transuersariis & longuriis,lib.16.cap.18, Huic solo septenum pedum stipites recti ab vtroque latere quaterni applicantur. Ij autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnésq, transuersis sex temonibus, quasi vacertæ inter se ligantur.Budæus.

TEMPE,τέμπη,neutro genere,& numero plurali, Propriè Thessaliæ loca,quinque millia passuum longitudine,& fermè sex latitudine,Peneo amne irrigua, cuius ripæ gramine vitidi, amœnissimisque vestiuntur arboribus.Ouid.1.Mera. Est nemus Aemoniæ prærupta quod vndiq; claudit Sylua,vocant Tempe,per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis voluitur vndis.¶Sunt & Tempe in Bœotia,quæ Teumesia dicuntur, à Teumesso monte Bœotiæ, ab Ouidio Cygneia dicta. ¶Sunt & alia in Sicilia,à nomine amnis Heloria. ¶Denique quælibet loca amœna,nemora præsertim atq, aquas habentia, Tẽpe vocamus καλὰ χαρακτῆρι. Virgil.2.Georg. Speluncæ,vnúq; lacus,ac frigida Tempe.

Tempero,tas.Rem suo ordine ac mensura administro, moderor. {συστέλλω,ἁρμόζω,κεράννυμι.Ital *Temperare*.Gal.*Temperer*.Hisp.*Templar*.}Cic.1. Tusc.Rempublicam verò nostri maiores certè melioribus temperauerunt & institutis & legibus. ¶Sic dicimus temperare vinum aqua, temperare iram sedato animo, temperare ferrum flammis & ictibus. Temperantes item stylum,calamum, & huiusmodi,id est cõcinnamus. ¶Temperare datiuo iunctum, significat abstinere: vt Temperare alicui,pro abstinere ab iniuria inferenda.Cic.3.Verr. Te putet quispiam quum ab Italia freto diiunctus esses,sociis temperasse, qui ædem Castoris testem fortorum tuorum esse volueris? Sibi temperare. Cicer. pro Flacco, Vt qui antedictum testimonium sibi temperarit, quum tamen aliquid.&c. ¶Temperare vino, temperare ab iniuria, temperare in amore.& multa alia.id est abstinere.¶Temperatum est,impersonale,pro abstinuerunt.Liu.lib.1.ab Vrbe condita, Vnáque hora quadringentorum annorum opus,quibus Alba stetetat, excidio ac ruinis dedit:templis tamen deũm temperatum est. ¶Huius composita sunt, Attempero,& obtempero:de quibus suis locis.

Temperans,antis.Moderatus,continens. {σώφρων.Ital.*Rimesso,moderato chi modera suoi affetti*.Gal.*Bien temperé,posé & rassis,maistre de ses affections*.Hisp. *El que tiene templança*.} Cicer.pro Fonteio, Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus,ac temperans,plenus,pudoris,plenus officij,plenus religionis. Idem in Paradoxis, An temperantem dices qui in aliqua libidine se continuerit,in alia se effuderit?

Temperanter,aduerbium.Idem quod temperatè, seu moderatè. {σωφρόνως,μετρίως.Ital.*Temperatamente*.Gal.*Moderément, attrempément, poséement*. Hisp *Templadamente*.}Cic.ad Attic.lib.9, Nam quod ais, si hic temperantius egerit,consideratius te consilium daturum.¶Temperanter haberi. Tacit.lib.4,Vel quum patres pollerent poscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur.

Temperantia,æ,vt Cic.lib.2.de Inuent.ait,Est rationis in libidinem, atq; in alios non rectos impetus animi,firma & moderata dominatio.{σωφροσύνη.Ital.*Temperantia, modestia, continenza*.Gal.*Temperance, attrempence*. Hisp.*Templança*.}Huius partes sunt continentia, clementia, modestia. Temperantia (inquit Seneca) voluptatibus imperat: aliàs odit atque abigit aliàs dispensat,& ad sanum modũ redigit.Cic.ad Lentu.lib.1. Epist.Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuę.Idem 5. Tusc.Temperantia est moderatrix omnium commotionũ. Idem 1. de Finib.Temperantia in præcermittendis voluptatibus cernitur. Plin. lib.22.cap.5,Multò vtilissima est temperantia,in cibis.

Temperatus,participium,siue nomen ex participio,Idem quod moderatus,mediocris,modestus. {μέτριος.Ital.*Temperato*.Gal.*Temperé*.Hispan. *Templado*.}Plin.lib.11.cap.37, Lux temperato repercussu non obstrepat.Cic.1.de Diuin.Si modò temperatrix esceis, modicisq; potationibus est affectus.Horat.2.Carm.Ode 3,Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem:non secus in bonis Ab insolenti temperatam Lætitia,moriture Deli.Cic.ad Attic.lib.4, Hominem in summa magnitudine animi,multa humanitate temperatũ, perdidimus. Idem ad Cornificium lib.12.Est autem ita temperatis moderatisque moribus,vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur. Idem pro Fonteio, Ille igitur ipse homo sanctissimus & temperatissimus multa audiuit in sua causa,quæ ad suspitionem stuprorum, ac libidinem pertinerent.¶Temperatior oratio.Cic.2.de Orat.Neque est vlla temperatior oratio, quam illa in qua asperitas contentionis, orationis ipsius humanitate conditur.

Temperatè, aduerb. Moderatè, mediocriter, & quodam cum temperamento. {μετρίως.Ital. *Temperatamente, moderatamente*. Gal *Temperément, moderément, mediocrement*.Hisp.*Templadamente*.} Cato cap.69. Vbi temperatè tepebit,tum cuminum indito,postea linito. De dolio loquitur. Cic.ad Attic.lib.12, Ages,vt scribis,temperatè.

Temperatio,onis.Idem quod temperamentum. {κρᾶσις.Ital.*Temperatione*. Gal.*Attrempement*.Hisp.*Templança*.} Cic.4. Tusc. Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se, quibus constamus. Idem 1.Tuscul. Nec fit quicquam,nisi corpus vnum & simplex, ita figuratum, vt temperatione naturæ vigeat, & seruiat. ¶Temperatio æris, id est mistura.κρᾶμα. Cic.6.Verr.Tu videlicet solus vasis Corinthiis delectaris?tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissimè perspicis? ¶Aliquando idem valet quod moderatio, siue gubernatio.Cicer.2.de Diuina.Hoc rẽperatio lunæ cælique moderatio efficit.Idem de Somn. Scip.Sol mens mundi,& temperatio.

Temperator,oris,verbale, Moderator, gubernator. {κεραστής.Ital *Temperatore*.Gal.*Qui tempere & mixtionne*.Hisp.*Templador*.} Martial.lib.1, -sed inquieto Armorum fato temperator ambit. Cicer. in Orato. Et quasi temperator huius tripartitæ varietatis.

Temperamentum,ti, Idem quod modificatio, siue moderatio, modus, mediocritas. {μετρίασις.Ital.*Temperamento*.Gal.*Temperement*.Hispa *Templança*.}Cic.3.de Legib.Iuuentum est temperamentum quo tenuiores cum principibus se æquari putarint.Plin. Tali adhibito temperamẽto, vt nec laxet nimis, nec arctum esse patiatur. ¶Temperamentum linguæ,id est linguæ continentia.Liu.8.belli Pun.Et si nulla alia re, modestia certè & temperamento linguæ adulescens senem vicero.¶A medicis temperamentum appellatur, proportio quatuor primarum qualitatum in corpore mistoriúmque nouem constituunt differentias. κρᾶσις.Nam aut æqualis est omnium qualitatum proportio:eáque constituit iustum legitimúmque temperamentum, quod est veluti canon & norma reliquorũ. Aut inæqualis:idque rursus duobus modis. Nam aut vnica est qualitas reliquis excellens, tribus se moderatè habentibus:indéque emergunt quatuor simplicia temperamenta. Aut ad summum duæ reliquis præualent duabus:vnde rursus oriuntur quatuor alia temperamenti genera,quæ composita dicuntur.

Temperatura,æ. Idem quod temperamentum. id est proportio partium simplicium quæ constituunt corpus mistum. {κρᾶσις.Ital *Temperatura*. Gal.*Attrempence*.Hisp.*Templança*.} vt quum quempiam calidæ, frigidæ, humidæ, aut siccæ temperaturæ esse dicimus. ¶Nonnunquam accipitur pro ipsa mistura:vt quum æris temperaturam statuariam, formalem,vel tabularem dicimus.Plin.lib.34. cap.9, Sequénsque æris temperatura statuaria est,eadémque tabularis, hoc modo: Massa proflatus in primis:mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. Et paulo pòst, Appellatur etiam nunc formalis temperatura æris tenerrimi,quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarij vigesima. Temperatura ferri.Plin. Ferrum à rubigine vindicatur cerussa & gypso & liquida pice. Hæc est temperatura à Græcis antipathia dicta. ¶Temperatura cæli,idem quod temperies. Varro, Quæro, vtrum hoc adduxerit cæli temperatura,an terræ bonitas.

Temperies,riei, Temperamentum, seu status cæli. {Εὐκρασία.Ital.*Temperanza*.Gal.*Attrempence*.Hisp.*Templança*.} Plin. Iunior, In quo salubertima est cæli temperies. Ouid.2. de Pont. Eleg.7, Temperie cæli corpúsque animúsque iuuatur.Plin.Epist.101, Atque adeò vt omnem pro me metum ponas,accipe temperiem cæli, regionis situm, villæ amœnitatem.¶Quandoque temperies accipitur pro temperantia. Statius lib.2.Syluar. -tranquillâque morum Temperies, teneróque animus maturior æuo.¶Quandoque pro temporis commoditate ad aliquid agendum.εὐκαιρία.Plinius,Sic iudicatur anni temperies alibi tardius, alibi maturius.

Tempestas,& Tempestiuus, Vide TEMPVS.

Templum,templi,Propriè locus vel in cælo notatus ab augure, vel in terra:a tuendo, id est conspiciendo dictum, quòd ex omni parte, vel quòd ex eo omnis pars aspici possit, vt ait Donatus. Primò autem cælum ipsum dictum est templũ, quia ipsum primò tuemur. Ennius, Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.Eius partes quatuor esse dicuntur, Sinistra ab Oriente, dextra ab Occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentionem. ¶In terris autem dictum est templũ,quod quibusdam conceptis verbis ab augure finiebatur, vnde tueri quaquaque cæli partem commodè posset. {νεώς,ναός,ἀνάκτορα.Ital.*Tempio, chiesa*.Gal.*Temple*.Hispan.*Templo*.}¶Hinc Contemplo siue contemplor, pro diligenter intueor. In hoc templo per augures constituto senatusconsultum fiebat & nisi in eo fieret,non erat iustum. ¶Ab hoc templo non solùm ædes sacræ, sed & alia loca septa, & vnum tantùm introitum habentia, dicti templa cœpere. Quippe Curia Hostilia templum erat, licet sacra non esset. Cicero pro Domo sua, Curia est sedes ac templum publici consilij. Idem pro Milone,Curia est templum sanctitatis. ¶Templum, ædes sacræ. Cicer.6. Verr. Herculis templum est apud Agrigentinos non longè à foro, sanè sanctum apud illos,& religiosum. Virgil.6. Aeneid. Teucros vocat alta in templa sacerdos. Ouid.1. de Arte, Nec fuge Niligenæ Memphitica templa iuuenæ. Ibidem, Facto de marmore templo. ¶Templa linguæ, id est partes, loca, apud Lucret. lib.4. ¶Mentis templa, item apud Lucret.

Lucret. lib. 5, pro interioris animi secretis. ¶Item Templum vocatur tignum, quod in sacro ædificio transuersum supra canterios ponitur, vt inquit Festus. Vitruu. lib. 5, Et canterij prominentes ad extremam fuggrundationem, supra canterios templa. ¶Item sepulchrum dicitur templum. Virgil. 2. Aeneid. Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui. Hæc Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina, Festo & Nonio. ¶A templum fit aduerbium Ex templo: de quo suprà suo loco.

Temporalis, Vide TEMPVS.

TEMESA. Fuit ciuitas Brutiorum, alio nomine Temesa appellata, teste Plin. lib. 3. cap. 5. *τημέσιον*. Vide suprà in dictione TEMESA.

TEMESIS, Cacumen est Tmoli montis, tam insigni æris temperie, vt incolæ supra 120 annos viuant. Autor Mutianus, referente Plinio lib. 7. cap. 48.

Tempus, temporis, vt Varro scribit, Est interuallum mundi & motus, diuisum in partes aliquot, à Solis & Lunæ cursu: à quorum tenore temperato tempus dictum est. ‖ *χρόνος*. Ital. *Tempo*. Gal. *Temps saison, opportunité*. Hisp. *Tiempo*. ‖ Tria verò sunt tempora, præsens, præteritum, & futurum. Cic. 1. de Inuent. Tempus autem est id quo nunc utimur, (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturnive spatij certa significatione. &c. ¶Aliquando tempus ponitur pro temporis conditione. Cicero, O mores, ó tempora! ¶Tempus, pro autoritate & potentia. Cicero in Bruto, Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac vrbe polleat multorum obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo seruire. ¶Tempus pro cõmodo temporario. Cice. pro Cluent. Omnes illæ orationes temporum sunt & causarum, non hominum ipsorum, aut patronorum. Budæus. ¶Tempus pro constituto tempore. Terent. in And. Póst vbi tempus promissa iam perfici, Tum necessariò se aperiunt, & timent. ¶Tempus ætatis, pro vigore. Terent. in Heaut. Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum. Cæcum tempus. Cice. lib. 12. Epist. Fuit enim cæcum tempus seruitutis. Vt temporibus illis, id est, prout tunc erant tempora. Cice. in Bruto, Fuit (vt temporibus illis) iuris valde peritus. ¶Pro tempore, id est pro ratione temporis. ¶Cum tempore, cum mora & spatio temporis. ¶In tempore, opportunè, *ἐν καιρῷ*. ¶Ex tempore, subitò, quasi extra temporis commoditatem, Ad tempus quære vt hue reponatur. *ἀυθημερόν*. ¶Tempus item pars capitis est, *κρόταφος*. Habet enim caput duo tempora, vnum à dextra, alterum à sinistra: sic dicta, quia anni in eis cognoscantur. Virgil. lib. 5. Aeneid. Temporibus geminis canebat spatsa senectus. Nam primò tempora canescunt, cauantúrque magna diuturnitate temporis. Col. lib. 7. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere.

Tempori, aduerbium, Tempestiuè, vel suo tempore. ‖ *ἐν καιρῷ*. *Καιρίως*. Ital. *A tempo, à punto, come si deue*. Gal. *Tout à temps, à temps, à heure, bien à point*. Hispan. *En su tiempo, á buen tiempo*. ‖ Plaut. in Amph. -tu vapula. s. Qua de re num satis temporis non ocyus quiui, &c. Cato de Re rust. cap. 2, Postridie eius dici villicum vocet: roget quid operis fiet factum: satísne tempori opera fient confecta. ¶Tempore pro tempori. Cice. 4. Verr. Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset.

Temporius, Comparatiuum, deductum à tempori aduerbio, idem significans quod citius, aut tempestiuius *ἐγκαιρότερον*. Colum. lib. 9, Esca bis ficans quod citius, aut temporius *ἐγκαιρότερον*. Colum. lib. 9, Esca bis diuidenda, vt manè non protinus à cubili latius enagentur, & ante crepusculum propter cibi spem, temporius ad officinam redeant. Ouid. lib. 4. Met. -modò surgit Eoo Temporius cælo: modò serius incidis vndis.

Temporatius, a, um, Quod non est perpetuum, sed ad tempus durans. ‖ *κατὰκαιρος*. Ital. *Che dura alquanto tempo*. Gal. *Durant pour vn temps* Hispa. *Cosa á cierto tiempo*. ‖ Vnde legimus, Scaurum olim fecisse in ædilitate theatrum temporarium: id est, tandiu duraturum, donec spectacula peragerentur. Plin. lib. 16. cap. 33, Nec terræ tantùm natura circa has refert, aut perpetua cæli, verùm & quædam temporalia vis imbrium.

Temporariè, Significat ad tempus. *κατὰκαιρον*. Ital. *A tempo*. Gal. *Pour quelque temps*. Hisp. *Temporalmente*.

Temporalis, le, Quod ad tempus durat. ‖ *κατὰκαιρος*. Ital. *Durante vn tempo*. Gal. *Durant pour vn temps*. Hisp. *Cosa á cierto tiempo*. ‖ Quintil. lib. 6. cap. 3, Adiiciunt quidam peritorum, *πολιτικὸν* temporale esse: opponitur enim æterno. ¶Interdum quod ad tempus fit. *χρονικὸν*. vt, Temporale theatrum, apud Plin. lib. 36. cap. 15.

Temporaneus, a, um, Quod ad tempus pertinet, siue quod subitò & in tempore fit. ‖ *κατὰκαιρος*. Ital. *Pertinente á tempo*. Gal. *Apartenant á temps*. Hisp. *Cosa pertenesciente á tiempo*. ‖ Vnde extemporaneum, pro subitario, ac impræmeditato. ¶Contemporaneum, quod est eiusdem temporis, & Græcè *σύγχρονος* dicitur.

Tempestas, atis, Modò idem significat quod tempus. ‖ *χρόνος*. Ital. *Tempo*. Gal. *Temps saison, disposition de temps*. Hisp. *Tiempo*. ‖ Plaut. in Casin. Ea tempestate flos poëtarum fuit. Sallust. in Iugurt. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures noui & ignobiles. ¶Modò tranquillum & serenum tempus. *εὐδία*. Cæsar 4. belli Galli. Nactus idoneam ad nauigandum tempestatem, tertia ferè vigilia soluit. Cic. ad Quintil. frat. lib. 2, dum tempestatem, tertia ferè vigilia soluit. Cic. ad Quintil. frat. lib. 2, Primam nauigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris. Virgil. 9. Aeneid. -vnde hæc tam clara repentè Tempestas? ¶Modò generaliter quiuis cæli inquietior status. ‖ *χειμών, ζάλη*. Ital. *Tempesta fortunale di tempo*. Gal. *Tempeste, mauuais temps*. Hisp. *Temporal de tiempo*. ‖ Plaut. in Mostel. -tempestas venit, Confringit tegulas, imbricésq; Virg. 5. Aeneid. -hic pelagi tot tempestatibus actus Heu genitorem, omnis curæ, casúsque leuamen Amitto Anchisen. Ibidem, Dij maris, & terræ, tempestatúmque potentes Ferte viam vento facilé. Plinius, Hunc diem festum tempestatibus leuiendis ferunt instituisse. Idem, Tempestates vocamus, in quibus grandines prorutæ, cæteráque similia impestates vocamus, in quibus grandines prorutæ, cæteráque similia intelliguntur quæ quum acciderint, vis maior appellatur. ¶Tempestates alicuius subitæ, id est pericula. Cice. ad Catonem lib. 15, Mitto quòd

inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempestates & subieris, & multò etiam magis, si per me licuisset, subiisse paratissimus fueris. ¶Inuidiæ tempestas. Cice. in Catil. Tametsi video, si mea voce hic in exilium animum induxeris, quanta tempestas inuidiæ nobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posterum impendeat.

Tempestiuus, a, um, Opportunus, & qui suo tempore fit. ‖ *ἐγκαιρος, ἐυκαιρος*. Ital. *Fatto á suo tempo & stagione*. Gal. *Fait en temps & saison*. Hispan. *Cosa á buen tiempo*. ‖ Virgil. 1. Georg. Aut tempestiuum syluis eueritere pinum.

Tempestiuitas, Pro opportunitate. ‖ *Καιρία*. Ita. *Stagione tempo conueneuole*. Gal. *Saison, opportunité*. Hisp. *Buen tiempo, oportunidad*. ‖ Plin. lib. 10. cap. 34, Columbæ præparantes tempestiuitatem cibo. Cic. de Senect. Sua cuique parti ætatis tempestiuitas est data.

Tempestiuè, Opportunè, & suo tempore. ‖ *Καιρίως* Ital. *Di stagione, á tempo conueneuole*. Gal. *De saison, en temps deu, d'heure*. Hispan. *A buen tiempo*. ‖ Plinius lib. 16. cap. 36, Cædi solebant tempestiuè vsque ad Antigenem tibicinem. Cice. 2. de Nat. deor. Neque enim serendi, neque colendi, neque tempestiuè demetendi, percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi vlla pecudum scientia est. ¶Horum contraria sunt, Intempestiuus, & intempestiuè: quorum significata explicantur suis locis.

Tempestuosus, Procellosus, tempestate turbatus. ‖ *χειμώδης*. Ital. *Pieno di tempestá ò ruina*. Gal. *Tempestueux, plein de tempeste*. Hisp. *Lleno de tempestad*. ‖ Gellius, Mare sæuum ac tempestuosum erat.

Tempestus, a, um, Antiqui dicebant tempestiuus: vnde intempestus, pro intempestiuus: vt Nox intempesta, quòd minimè tempestiua sit rebus agendis.

Temulenter, Temulentia, Temulentus, Vide TEMETVM.

Tenasmus, ‖ Græcè *τεινασμός*. Ital. *Desio insaziabile di scaricare il ventre compoco effetto*. Gal. *Les expressions, desir & appetit grand d'aller à selle*. Hisp. *El puxo, gana de hazer camara*. ‖ Frequés, sed irrita deiiciendæ alui cupiditas, cum inflammatione ac tumore sedis, mucosa & sanguinolenta quædam egerentis: quod morbi genus nasci solet ex biliosis, acribúsque humoribus, rectum intestinum mordicantibus. Plin. lib. 28. cap. 14, Tenasmos, id est crebra & inanis voluntas egerendi: tollitur lacte asinino.

Tenax, Tenacitas, Vide TENEO.

Tendo, dis, tetendi, tensum, & tentum. Eiusdem ferè significationis cum composito extendo. ‖ *τείνω, σπαννύω*. Ital. *Distendere*. Gal. *Tendre, estendre*. Hisp. *Estender*. ‖ Virgil. 2. Aeneid. Tendunt vela Noti. Sallustius, Manus supplices ad cælum tendere. Virgil. 7. Aeneid. Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus Exercentur equis, domitántque in puluere currus: Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent, cursúque, ictúque lacessunt. Ouid. 9. Metam. Tendebat grauitas vetum mihi, &c. ¶Tendere tete, est explicare, & auibus, ferisve ea insidiari. Ouid. 1. de Arte, Scit bene venator, cerui vbi retia tendat. Terent. in Phorm. Quia nec rete accipitri tenditur, nec miluio. ¶Tendere insidias, id est parare, vel struere insidias, hoc est insidiari. *ἐνεδρεύειν*. Sallust. in Catil. Interea Romæ multa simul moliri, Consuli insidias tendere. Cic pro Rosc. Comœdo, Ex perfidia & malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus irasci, & succensere consueuerunt. ¶Interdum pro conari. Virgil. 2. Aeneid. Ille simul manibus tendit diuellere nodos. Liu. 4. ab Vrbe, Ipse (vt est animus humanus insatiabilis eo quòd fortuna spondet) paulatim ad altiora, & non concessa tendere. Id est aspirabat ad altiora. Quintil. lib. 2. cap. 4, Paulatim ad maiora tendere incipiet. ¶Tendere ad eloquium, est studere eloquentiæ, vel scopum eloquentiæ nobis præfigere. Ouid. 4. Trist. Eleg. 9, Frater ad eloquiũ viridi tendebat ab æuo. ¶Accipitur aliquando tendere, pro eo quod est tentoria, seu tabernacula figere. *σκηνοῦν*. Valer. Maxi. lib. 2, Nequis eorum intra castra tenderet. Virgil. 2. Aen. Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles. Extenditur enim tentoria, dum ponuntur. ¶Interdum pro offerre, porrigere, quod protendendo manus fieri solet. *ἐπιγείρειν*. Virgil. lib. 2. Aeneid. Parumque patri tendebat Iulum. ¶Interdum pro iter instituere, proficisci. *πορεύεσθαι*. Cic. ad Attic. lib. 16, Itaque dubito, an Venusiam tendam, & ibi expectem. Idem 2. de Diuina. Ad reliqua acti tendebamus animo: sic paratí, vt nisi quæ causa grauior obstitisset, nullum philosophiæ locum esse putaremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. Virgil. 1. Aeneid. -per tot discrimina rerum Tendimus in Latium. ¶Tendere alicui metum aut spem. Cic pro Font. Noluut isti aut quiescere, id quod victi ac subacti solentiant quum minantur, intelligere se populi Romani, non metum belli, sed spem triumphi tendere. ¶Tendit res eò, hoc est res eò spectat. Cicero ad Brutum, Atqui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt sit illi Octauius propitius. ¶Huius composita sunt, Attendo, contendo, circumtendo, distendo, intendo, extendo, obtendo, ostendo, pertendo, prætendo, portendo. de quibus suprà suis locis: & sustendo, quod est decipiendi gratia subdo aliquid, aut machinor. *ὑποτίθεμαι*. Sallustius. Dum sustendit insidias militi.

Tensus, vel tentus, participium, Id est distentus. ‖ *τεταμένος*. Ital. *Disteso*. Gal. *Tendu, estendu*. Hisp. *Estendido*. ‖ Horat. 2. Serm. Saty. 3, -seu pingui tentus omaso Furius, &c. Statius 3. Sylua. 1, Teusóque modos imitatur æreu. Horat. 10. Epod. Illic inuisæ veniunt ad mulctra capellæ, Referúntque tenta grex amicus vbera.

Tentorium, rij, Tabernaculum, extensis velis contra æstum cælive iniuriam excitatum. ‖ *σκήνωμα*. Ital. *Tenda pauglione*. Gal. *Tente, pauillon*. Hispa. *Real ò lugar de muchas tiendas, tienda*. ‖ Luca. lib. 1, Deseruere cauo tentoria fixa Lemano. Ouid. 3. Fasto. Sub Ioue pars durat: pauci tétoria ponunt: Sunt quibus é ramis fronde facta casa est.

Tentoriolum, diminut. ‖ *σκηνωμάτιον*. Ital. *Picciola tenda*. Gal. *Petite tente*. Hisp. *Pequeña tienda*. ‖ Hirci. lib. 5. bell. Afri Reliqui ex vestimentis tentoriola factis ex arundinibus eorum intextis permanebant.

Tendicula, læ, Laqueus est, quem auibus, siue feris tendimus. ‖ *παγίς*. Ital. *Laccio da pigliare vccelli*. Gal. *Vn laqs qu'on tend á oiseaux, lassou*. Hispa. *Lazo ó tendida para prender*. ‖ ¶Tendiculæ literarum, id est captiones ex literis & syllabis, quum non ei æquitati, sed summo iuri insistimus, ipsíque vocibus aduersarium tenere conamur. Cice. pro Cecin. Tum aucupia verborum

Universidad de Deusto
Biblioteca

verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocant.

Tendones, τένοντες. A recentioribus medicis appellantur quædam motus instrumenta, in capite musculorum ex neruis & ligamentis confiata, eósque ossibus annectentia. Græcorum nonnulli, quòd ex neruis oriantur, νεῦρα appellant. Vide Gale. in tractatu de Motibus musculorum.

Tenebræ, pen. corr. Priuatio lucis, quòd teneant, id est impediant oculos, & visum prohibeant. ‡σκότος. Ital. *Tenebre, oscurità.* Gal. *Tenebres, obscurité.* Hisp. *Las tinieblas.* ‡ Cic. de Nat. deorum, Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur. Virgil. lib. 9. Aen. Hic subitam nigro glomerari puluere nubem Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis. Idem lib. 11. Aene. Et tenebris nigrescunt omnia circum. Ouid. lib. 1. Metam. Talia dicentem circunstant omnia solem Numina, néve velit tenebras inducere rebus Supplice voce rogãt. ¶ Tenebræ, metaphoricè, pro cuiuscunque rei obscuritate. Cice. pro Archia poëta, Quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lux accederet. Virgil. lib. 2. Aen. Afflictus vitam in tenebris, luctúque trahebam. Cicero Post reditum in Senatu. Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Republica Calend. Ianuarij despicere cœpistis.

Tenebrosus, a, um, Quod tenebris plenum est. ‡σκοτεινός. Ita. *Tenebroso, oscuro.* Gal. *Tenebreux, obscur.* Hisp. *Lleno de tinieblas, escuro.* ‡ Varro 3. de Re rust. cap. 9. de Gallinis, Eas includunt in locum tepidum & angustum, & tenebrosum. Virgil. 6. Aen. -quando hic inferni ianua regis Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso. Ouid. 5. Metamorph. Hanc metuẽs cladem, tenebrosa sede tyrannus Exierat.

Tenebricus, a, um, pen. corr. Offusus tenebris. ‡σκοτεινός, σκότῳ σκοτίζων. Ital. *Tenebroso, oscuro.* Gal. *De tenebres, tenebreux, obscur.* Hispan. *Lleno de tinieblas, escuro.* ‡ Cice. 2. Tusc. Hæc à Tartarea tenebrica abstractum plaga, Tricipitem eduxit hydra generatum canem.

Tenebricosus, sa, sum, Idem quod obscurus. ‡σκοτειδής. Ital. *Tenebricoso, tenebroso.* Gal. *Tenebreux, obscur.* Hisp. *Lleno de tinieblas, escuro.* ‡ Tenebricosæ libidines. Cic. de Prouinc. Consul. Lateant libidines eius illæ tenebricosæ: quas fronte & supercilio, non pudore & temperantia contegebat. Idem in Vatinium, Illud tenebricosissimum tempus ætatis tuæ patiar latere. Idem in Pisonem, Tu ex tenebricosa popina Consul extractus.

Tenebrio, Mendax, & dolosus, qui mendaciis & astutiis suis quasdam quasi tenebras obiicit. ‡ἀπατεών. Ital. *Chi fugge la luce, ladro notturno.* Gal. *Qui hait la lumiere, larron de nuit.* Hisp. *El que huye la luz, ladron de noche.* ‡ Alij tenebriones interpretantur lucifugos, quasi in tenebris delitescentes. Afranius, Si accusator & reus erunt tenebriones, vterque vtrunque vituperato. Ex Nonio.

Tenebresco, scis, Obscurus fio. ‡σκοτάζω. Ital. *Oscurarsi.* Gal. *S'obscurcir.* Hisp. *Escurecerse.* ‡ vnde Contenebresco. Augustinus, Aër contenebtescat, inquit, id est tenebrosus fiat. συσκοτίζῃ.

TENEDOS, penult. corr. τένεδος, Vulgò *Tenedo*, Insula in mari Aegæo, inter Lesbum & Hellespontum, contra Troiam, à Sigeo litore XII M. passuum distans, à Lesbo LVI M. Hæc prius Leucophrys, λευκόφρυς appellabatur, à nonnullis etiam Phœnice & Lyrnessos, teste Plin. lib. 5. cap. 31. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius: conditáque vrbe, de nomine suo Tenedon eam vocauit, à qua & insula denominata est. Cic. 3. Verri. Tenedo (præterea pecuniam quam eripuit) Tenem ipsum qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui illam vrbem dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nomioatur: hũc ipsum, inquam, Tenem pulchetrimè factum, quem quondam in comitiis vidistis, abstulit magno cum gemitu ciuitatis. Insula hæc ante bellum Troianum florentissima fuit: in qua Græci supremas illas, quibus Troia periit, insidias struentes, sese occultarunt: quod & Virgilius testatur lib. 2. Aeneid. sic scribens, Est in conspectu Tenedos notissima fama Insula, diues opum, Troiæ dum regna manebant, Nunc tantùm sinus, & statio malè fida carinis. Huc se prouecti deserto in littore condunt.

Tenedius, a, um, τενέδιος, adiectiuum: vt Tenedius tibicen, pro calumniatore, & falso teste: prouerbium tractum ab eo quòd Philonome tibicinem suum dicatur subornasse, qui apud Cygnum testaretur, ipsum à Tenede stupro fuisse interpellatum. ¶ Tenedia securis, τενέδιος πέλεκυς, pro Iudice nimium seuero, propterea quòd Tenedi olim rex securim gestans causas soleret audire, nocentémque statim securi percutere. Vide Erasmum in Adagiis.

Tenellus, Vide TENER.

Teneo, nes, nui, tentum, Apprehendo, detineo. ‡λαμβάνομαι, ἔχω, κρατέω. Ital. *Tenere.* Gal. *Tenir.* Hisp. *Tener.* ‡ Virgil. 4. Aene. Neque te teneo, neq; dicta refello. Cic. 1. Tusc. Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est. Ouid. Epist. 15, Quum te tenet arctius ille. Idem 1. Fast. Ille tenens baculum dextra, clauúmque sinistra. ¶ Per translationem tenere capitur pro habitare, possidere. ‡οἰκέω. Ita. *Possedere, habitare.* Gal. *Posseder, habiter.* Hispan. *Posseer, morar.* ‡ Virgil. lib. 4. Georg. -quæ gurgitis huius Ima tenes. Plin. Epist. 67, Tenet se trans Tyberim id horttis. ¶ Teneri, possideri. Cic. 2. Offic. Propterea quòd tam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur. ¶ Tenere, pro habere, retinere. Cicero Terentiæ, Tullium adhuc mecum teneo. ¶ Tenere pro reminisci, seu meminisse. ἀναμιμνήσκω. Virgil. Aegl. 9, Numeros memini, si verba tenerem. Martial. lib. 1, Et teneo melius ista quàm meum nomen. ¶ Aliquando pro constringere, includere, continere. κρατύνω. Virgil. 1. Georg. Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum. ¶ Aliquando pro tegere. σκεπάζειν, κρύπτειν. Idem 1. Georg. Et obducto latè tenet omnia limo. ¶ Teneri etiã pro conuinci, & coargui. ἐλέγχομαι. Cice 4. Acad. Si rectè concluserit, teneorũ vinosè, minam Diogenes redder. Idem 7. Verrina, Neque solùm argumentis, sed etiã certis testibus illius audacia tenebatur. ¶ Tenere iter, est iter dirigere, quod & iter habere dicimus. ἰθύνω τὴν ὁδόν. Virgil. 1. Aeneid. Sed vos qui tandem? quibus aut veniistis ab oris? Quóve tenetis iter? ¶ Aliquando pro intelligere. συνίημι. Terent. Rem tenes. ¶ Aliquando pro remorari. καθέκω, κατέχω. Virgil. 1. Aen. Hunc Phœnissa tenet Dido. ¶ Item tenere, seruare, tueri. σώζειν. Virgil. 8. Aen. Stabat pro templo, & Capitolia alta tenebat, Id est defendebat. ¶ Tenere se castris, est salutem suam castrorum vallo tueri. Cæsar 4. Comment. Sabinus inferior omnibus rebus, loco se & castris tenebat. ¶ Tenere cursum, proprie naues dicuntur, quarum cursus clauo regitur. Virg. 3. Aeneid. Inter vtranque viam læti discrimine paruo Ni teneant cursus. ¶ Teneri furti, est furto obnoxium esse. κλοπῇ ἁλῶναι. ¶ Item Tenere, est possidere, occupare, corripere, inuadere. Sallust. in Iugur. Fortè apud illum, quem inhonesta & pernicioſa libido tenet, potẽtiæ pauorum decus atque libertatem suam gratificari. ¶ Tenere, pro durare. ἀνέχειν, παρατείνειν. Cæs. 4. belli Gall. Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem vnum tenuit. ¶ Teneri, pro constare. Cic. ad Plancum, Non his modò causis, quæ speciem habent magnæ coniunctionis, sed iis etiam quę familiaritate & consuetudine tenentur. ¶ Tenere, pro stare & inniti. Cice. ad Attic. lib. 12, Occidimus, occidimus. Attice, iamptidem nos quidem: sed nunc fatemur, posteaquàm vnum, quo tenebamur, amisimus. ¶ Huius composita sunt Abstineo, attineo, contineo, detineo, distineo, obtineo, pertineo, retineo, & sustineo: quæ habent ti. syllabam correptam.

Tenax, cis, Id est viscosus, & quicquid attingit facilè retinens. ‡ἰξώδης, γλίσχρος. Ital. *Tenace.* Gal. *Tenant, qui tient fort.* Hispa. *Cosa mucho retenedora.* ‡ vt Glutinum tenax dictum est, quod dum attrectatur, digitos tenere videatur. Virgil. 4. Georg. Excludunt ceras, & mella tenacia figunt. Ouid. 11. Metamor. Vt've tenax grauida manat tellure bitumen. ¶ Memoria tenax, id est stabilis, constans, firma, quiduis optimè teneus. Plin. Epist. 97, Mira vtrique probitas, constantia salua, decorus habitus. os Latinum, vox virilis, tenax memoria, magnum ingeniũ. Quint. lib. 1. cap. 1, Et natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus. ¶ Morbus tenax, contumax, molestus, quique difficultet propulsatur. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 2, Infans autem relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ, atque adolescentiæ tempus variis ac tenacibus morbis conflictatus est. ¶ Homo tenax, id est auarus, parcus, sordidus. φειδωλός, ἀνυπόκριτος, φιλοκερδής. Apuleius, Homo diues, sed nimium tenax. Terent. in Adelph. Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax. Cice. pro Cæl. Illum filiumfamiliãs patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuictum non potes. ¶ Aliquãdo durus, constans, perseuerans. ἰσχυρογνώμων, ἀμετάπειστος. Horat. 3. Carm. Ode 3. Iustum & tenacem propositi virum. Virgil. 4. Aeneid. Tam ficti, prauique tenax, quàm nuntia veri. Hoc est in omnibus perseuerans, inquit Seruius. Iuue. Saty. 8, Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi, Iustitiæque tenax factis dictisque mereris.

Tenacior, & tenacissimus. Colum. lib. 1. Potest etiam illiterato, dũmodo tenacissimæ memoriæ, rem satis commodè administrare. μνημονικός.

Tenaciter, aduerbium, Id est firmiter, constanter, pertinaciter. ‡ἰσχυρῶς, γλαφυρῶς. Ital. *Tenacemente, con perseueranza.* Gal. *En tenant fort, en glutant, perseuerantment.* Hisp. *Atuchò teniendo, con perseuerancia.* ‡ Ouid. Epist. 3, An miseros tristis fortuna tenaciter vrget?

Tenacitas, atis, Sordes, parsimonia, auaritia. ‡φιλοκερδεία. Ital. *Tenacità, auaricia.* Gal. *Force de retenir quelque chose, tenacité, auarice, chicheté.* Hisp. *Tenacidad ò auaricia.* ‡ Liu. 4. bell. Maced. Sed in purpura quæ teritur, absumiturque, non iniustam quidem, sed aliquam tamen causam tenacitatis video, &c. ¶ Aliquando firmitas, & perseuerantia aliquid retinendi. Cic. 2. de Nat. deor. Cibúmque partim oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, &c.

Tenor. Idem quod accentus. ‡Ital. *Tenore.* Gal. *Teneur, accent, suitte.* Hispa. *Tenor.* ‡ à Græco nomine τόνος. teste Quintil. lib. 1. cap. 5. Adhuc (inquit) difficilior obseruatio est per tenores: (quos quidem ab antiquis dictos tenores comperi, videlicet declinato à Græcis verbo, qui τείνω dicunt) vel accentus, quos Græci προσῳδίας vocant. ¶ Interdum idem est quod ordo, vel forma, seu cõtinuatio. ‡ Ital. *Ordine, continuatione.* Gal. *Ordre, suitte, continuation.* Hisp. *Continuacion ordenada.* ‡ Valer. Maxi. lib. 1. Quò minus religionibus suis tenor suáque obseruatio redderetur. Virgil. 2. Georg. Non alios prima crescentis origine mundi Illæxisse dies, aliúmve habuisse tenorem Crediderim. Liu. 3. bell. Pun. Hi mores eáque charitas patriæ per omnes ordines velut tenore vno pertinebat. Ouid. 3. Metam. Cætera paulatim, placidóque educta tenore. ¶ Erasmus tenorem, rei progressum vocat. Vnde quę sui similia sibíque veluti perpetua quadam succedunt serie, horum eundem esse tenorem dicimus. Cic. de Orat. perf. Isque vno tenore, vt aiunt, in dicendo fluit, nihil offerens præter æqualitatem & æquabilitatem. Loquitur de æqualitate dictionis, nulla varietate reficientis auditorum aures. ¶ Tenor pugnæ. Liu. 8. ab Vrbe. Fremitus æqualis, tenórque idem pugnæ in defatigationem vltimam, aut noctem spectabat.

Tener, ra, rum, Mollis, delicatus, minimè robustus. ‡ἁπαλός, τέρην, ἁβρός. Ital. *Tenero, molle, trattenole, di buona pasta.* Gal. *Tendre, mollet, douillet, foible.* Hisp. *Tierno, muelle, tractable.* ‡ à Græco τίρω, teste Festo, tribus postremis literis conuersis. Cic. 3. de Finib. Teneri pueri. Liu. 9. bell. Maced. Quum vinum animos, & nox, & misti fœminis mares, ætatis teneræ maioribus, discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelæ primùm omnis generis fieri cœptæ. Ouid. 4. Trist. Eleg. 10. Cœpimus & teneræ primos ætatis honores. Anton. Ciceroni, Me deinde fine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. Cic. de Amic. Neque enim sunt isti audiendi qui virtutem duram, & quasi ferream esse volũt: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera & tractabilis, vt ex bonis amicis quasi diffundatur, & incommodis contrahatur. Ouid. Epist. 4, Ars fit, vbi à teneris crimen condiscitur annis. Virgil. 1. Aegl. -quo sæpe solemnes Pastores ouium teneros depellere fœtus. Oratio mollis, tenera, & flexibilis. Cice. in Orat. ¶ Tenerior, tenerrimus. Plin. lib. 10. cap. 72, Si tenerior est catuli adhuc ætas. Idem lib. 13. cap. 4, Et ab radice auulsæ vitalis est satus, & tamorum tenerrimis. Ouid. 1. de Arte, Ipsas nouas frondes, & prata tenerrima tauro Fertur inassueta subsecuisse manu.

Tenellus, a, um, diminut. ‡ἁπαλός, τέρην. Ital. *Tenerello.* Gal. *Tendron, tendret.* Hispan. *Tierno cosa vn poco.* ‡ Plaut. in Casin. Bellam & tenellam Casinam. Varro 1. de Re rust. cap. 41. Aqua recenti insito inimicas tenellum enim citò facit putre. Stat. lib. 5. Syl. 5, Cui nomen vox prima meum, ludúsque

Universidad de

ignisque tenello Risus, & è nostro veniebant gaudia vultu.

Tenellulus, Aliud diminutiuum. {τὸ πάνυ ἁπαλὸν ἢ τρυφερόν. Ital. *Tenerello.* Gal. *Fort mol et qui dollet, tendrillon.* Hisp. *Tierna cosa ó pequillo.*} Catul. Epigram. 17, Vt puella tenellulo delicatior hœdo.

Teneritas, atis, & Tenetitudo, inis. Ipsa mollities, robori cõtraria. {ἁπαλότης. Ital. *Tenerezza.* Gal. *Tendreté, tendreur.* Hisp. *Ternura.*} Cic. 5. de Finib. In primo enim ortu ineſt & teneritas, & mollities quædam, vt nec res videre optimas, nec agere poſſint. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 36. de ſegetibus, Siqua eſt aqua, deduci: ſin ſiccitates ſunt, & terra teneritudinem habet, ſarrite vineas, atbuſtáque putare.

Tenere, pro Teneriter, & Teneriter, adverbia. {ἁπαλῶς, ἁπαλῶτ. Ital. *Teneramente.* Gal. *Tendrement.* Hiſp. *Tiernamente.*} Plin. lib. 23. ca. 3. E radice oleę quàm tenerrimè cortex deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reſicientibus.

Teneraſco, is, ſiue Tenereſco, Tener fio, miteſco, miſericordia ducor. {ἁπαλύνομαι. Ital. *Intenerirſi, diuenir tenero.* Gal. *S'attendrir, deuenir tendre.* Hiſp. *Enternecerſe.*} Lucret. lib. 3, Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem. Plin. lib. 19. cap. 22. In tantum tenereſcere acinos, vt rumpantur. Idem lib. 28. cap. 12, Cutem in facie erugati, & tenereſcere, & candorem cuſtodire lacte aſinino putant.

TENEAS, dæ, *ænus*, Filius fuit Cyeni, & Scamandrodices, Tenedi vrbis conditor, vt refert Lycophronis Scholiaſtes. Cic. 3. Act. in Verrem. Tenem apud Tenedios in Sicilia putant eſſe ſanctiſſimũ deum, ac eorum vrbem condidiſſe.

TENIBAE, Credebantur eſſe ſortium deæ, quòd tenendi poteſtatem haberent. Feſtus.

Tenontes, *ντες*, A Græcis dicuntur quos recentiores medici, nouitio quidem vocabulo, attamen inter ipſos melioris penuria recepto, Tendones appellant: quidam etiam Græci, ex nervis naſcentes, *ἐκ νεύρων φυόμενοι*. Sunt autem quædam motus inſtrumenta, in capite muſculorum ex nervis & ligamentis conflata, eóſque oſſibus (quorum motui præcipuè ſeruiunt) annectentia. Habent autem mediam quandam naturam inter nervos & vincula: illis quidem duriores, horum tamen duritiem non exequantes. Vide Galenum in tractatu de Motibus muſculorũ.

Tenor, Vide TENEO.

TENOS, *νος*, Inſula vna ex Cycladibus, in qua eſt oppidum eiuſdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſam, *ὑδροῦσαν*, appellatam dicit: alioqui Ophiuſam, *ὀφιοῦσαν*. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Tento, as, Idem quod experior, ſiue periculum facio, inquiro. {πειράζω, πειρῶμαι, πειράζω. Ital. *Tentare.* Gal. *Tenter, eſſayer, experimenter.* Hiſp. *Tentar.*} Colum. lib. 9, Sæpius digitis loca fœminarum tentanda ſunt: nam in promptu gerunt ova, quibus iam partus appropinquat. Cic. in Parado. Tentare volui, poſſémne ita dici vt probarentur. Virg. 2. Aencid. -vix primi prælia tentant Portarum vigiles. Terent. in Phorm. Viſum eſt mihi vt eius tentarem ſententiam. Ouidius, Sed quid tentare nocebit? Idem 1. Metamor. Cuncta prius tentanda: ſed immedicabile vulnus Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur. Cic. 1. Tuſc. Tentaui quid in eo genere poſſem. ¶ Tentari morbo, id eſt dolere, affligi morbo. Cic. 4. Tuſc. Illud animorum corporúmque diſſimile eſt, quòd animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. ¶ Tentare pudicitiam alicuius, & tentare iudicium pecunia, eſt pudicitiam, vel iudicium conari labefactare, & corrumpere. Cic. pro Cluen. Iudicium pecunia eſſe tentatum, non à Cluentio, ſed contra Cluentium. ¶ Tentare ſenectutem, vel ſolitudinem alicuius, eſt aggredi, & conari ſubuertere aliquem ſenectute & neceſſariorum inopia infirmum, & iniuriæ facilè obnoxium. Cic. pro Rabir. Ideirco in omnibus iis euertendis, vnius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudóque tentata eſt.

Tentatus, ta, tum, participp. {πειραθείς. Ital. *Tentato.* Gal. *Tenté.* Hiſ. *Tentado.*} Ouid. 1. de Arte. Opprime tentatam, nec niſi victor abi. Cic. lib. 1. Offic. Tentata res eſt ab omni genere hominum.

Tentaturus, ra, rum, aliud participp. Virgil. lib. 2. Aeneid. Tentaturum aditus, & quæ mollißima fandi Tempora.

Tentatio, onis, verbale, Experimentum, conatus. {πειρασμός. Ital. *Proua, ſaggio, eſperienza.* Gal *Tentation, eſſay preuue, experience.* Hiſp. *Tentacion, obra de tentar experiencia.*} Liu. 4. ab Vrbe, Aegrè Hortenſius pati, tentationem eam credens eſſe perſeuerantiæ ſuæ. Cic. ad Attic. lib. 10, Valetudinem eam credens eſſe perſeuerantiæ ſuæ. Cic. ad Attic. lib. 10, Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe, & à vetere morbo, & à nouis tentationibus, gaudeo.

Tentator, oris. {πειραστής. Ital. *Tentatore.* Gal. *Tentateur.* Hiſp. *Tentador, el que tenta.*} Horatius, -notus & integræ Tentator Orion Dianæ.

Tentabundus, adiectiuum, Nunc hoc, nunc illud tentans. {ὁ πειρῶν ἐπὶ τοῦτο, ἐπὶ τοῦτο ἐπιβαίνων. Ital. *Che tenta.* Gal. *Eſſayant, eſſrouuant.* Hiſ. *El que tenta.*} Liu. 1. bell. Pun. Ventum deinde ad multò angustiorem rupem, atque ita rectis ſaxis, vt ægrè expediuus miles tentabundus, manibúſque retinens virgulta, ne ſtirpes circa eminentes, demittere ſeſe poſſet.

Tentamentum, ti, Idem quod tentatio. {πειρασμός. Ital. *Proua, ſaggio, eſperienza.* Gal. *Preuue, eſſay, experience.* Hiſp. *Tentacion, experiencia.*} Virg. 7. Aen. -nec prima per artem Tentamenta tui pepigi. Ouid. 7. Metam. -meditataque penè reliqui Tentamenta fide. Fide pro fidei. Idem 15. Metamor. -poſtquam mortalia cernunt Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentum, Auxilium cæleſte petunt.

Tentipellium, lij. Genus calciamenti ferratum, quo pelles extẽduntur, vt ex Artorij ſententia tradit Feſtus. Alij putant medicamentum eſſe quo rugæ abiguntur, cutiſqi extenditur. Titinnius apud Feſtum, Tentipellium induci: rugæ in ore extenduntur. Vide plurá apud Feſtum.

Tentorium, Vide TENDO.

TENTYRA, æ, orum, penult. corr. ſiue Tentyris, idis, *τυρις*. Ptolomeo & Straboni, *τυρις*. Stephano, Vrbs eſt Aegypti in eiuſdem nominis inſula quam Nilus efficit: cuius incolæ Tentyritæ vocantur. de quibus vide in dictione ſequente. Iuue. Saty. 15, Qui vicina colunt vmbroſæ Tentyra palmæ.

Tentyritæ, penult. prod. *τυρῖται*, Populi ſunt ex Tentyris Nili inſula: qui tanto crocodilis terrori eſſe dicuntur, vt ſola eos voce in fugam vertant. Crocodilis terrori eſſe dicuntur, vt ſola eos voce in fugam vertant. De his ſic ſcribit. Plin. lib. 8. cap 25, Quin & gens hominum eſt huic beluæ aduerſa in ipſo Nilo Tentyritæ, ab inſula, in qua habitat, appellata. Menſura eorum parua, ſed præſentia animi in hoc tantùm vſu mira. Terribilis hæc contra fugaces belua eſt, fugax contra inſequentes. Sed aduerſum ire hi ſoli audent: quinetiam flumini innatant, dorſóque equitantium modo impoſiti, hiantibus teſupino capite ad morſum, addita in os claua, dextera ac læua tenentes extrema eius vtrinque, vt frænis in terram agunt captiuos, ac voce etiam ſola territos cogunt euomere recentia corpora ad ſepulturam. Itaque ei vni inſulæ crocodili non adnatant, olfactúque eius generis hominũ, vt Pſyllorum ſerpentes, fugantur. Strabo quoque lib. 17, Quum (inquit) crocodili Romam allati eſſent vt viderentur, Tentyritæ eos ſequebantur, facta eſt ab illis piſcios quædam, & foramen in vno laterum, vt ex aqua in aprieum egredi poſſent: Tentyritæ aderant qui eos interdum reti educebant ad ſolem, vt à ſpectatoribus viderentur: interdum in aquam intrantes, rurſum eos in piſcinam retrahebant. ¶ Nonnulli hos etiam Tentyros vocari putant: & ita vulgò legitur apud Plin. lib. 28, cap. 5, Nam in inſula Nili Tentyri naſcentes tanto ſunt crocodilis terrori, vt vocem quoque eorum fugiant. Quo in loco alij legunt ad hunc modũ, Nam in inſula Nili Tentyris naſcẽtes: vt Tentyris ablatiuus ſit à Tentyra, orum, quod inſulam ipſam ſignificat.

Tenuis, tenue, Exilis, gracilis, exiguus: cuius antitheton eſt Craſſus, {λεπτός, λεπτὸς ψιλὸς, ἀραιός. Ita. *Sottile, picciolo.* Gal. *Tenuer, menu, delié, mince, petit.* Hiſp. *Delgado ó ſutil.*} Cic. de Fato, Athenis tenue cælum: ex quo etiam acutiores putantur Attici: craſſum Thebis: itaque pingues Thebani ac valentes. Idem in Hortenſio. Fundum non modò mediocri pecunia, ſed etiam tenui percipere poſſumus. Colum. lib. 2, Quo tenue linum prouenit. Cic. pro Flacco, Hæc enim ratio, ac magnitudo animorum in maioribus fuit, vt quum in priuatis rebus, ſuiſq; ſumptibus minimè contenti, tenuiſſimo cultu viuerent, &c. Virgil. 4. Aeneid. Et tenui telas diſcreuerat auro. Cic. 5. Tuſcul. Negat vllam in ſapiente vim eſſe fortunæ: tennem victum antefert copioſo. Ouid. 1. de Arte, Blanditiáſque leues tenui perſcribere vino. ¶ Tenuior, & tenuiſſimus. Stat. 1. Syl. 4, Hæc tu ſperne coli tenuiore lyra. Cic. ad Attic. lib. 3, Spes mea ſemper fuit tenuior quàm literæ tuę. Idem 2. de Finib. Negat enim tenuiſſimo victu, hoc eſt contemptiſſimis eſcis, & potionibus, minorem voluptatem percipi, quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandum. Tenuiſſima membrana, Cic. 1. de Nat. deor. In minimis tenuiſſimiſque rebus labi. Cic. 1. de Nat. In tenui labor, ac tenuis non gloria, ſi quę Numina læua ſinunt, auditque vocatus Apollo. ¶ Per tranſlationem nonnunquam tenuis ponitur pro paupere. {πένης. Ital. *Pouero.* Gal. *Pouure.* Hiſp. *Pobre.*} Cic. pro Murena, Pœna grauior in plebem tua voce eſſagitata eſt: commoti animi tenuium in ordinem noſtrum. Ibidem, Tenuiorum, & non occupatorum amicorum eſt iſta aſſiduitas. Idem 3. de Legib. Conceſſa plebi à patribus iſta poteſtate, arma ecciderunt, reſtincta ſeditio eſt: nouentum eſt temperamentorum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint. Idem 3. Ver. Verres tenuiſſimum quẽq; contempſit.

Tenuiculus, diminutiuum. {λεπτὸς, λεπτὸν, ἰσχνόλεπτος. Ital. *Sottileto, picciolletto.* Gal. *Menuet, tenuet.* Hiſp. *Coſa ſutil ó delgada vn poco.*} Cic. Pæto, Tenuiculo apparatu ſignificans Balbum fuiſſe contentum.

Tenuitas, atis, Gracilitas, ſubtilitas. {λεπτότης, λεπτομέρεια. Ital. *Picciolezza, ſottilità.* Gal. *Tenuité, menuiſeté, petiteſſe.* Hiſp. *Delgadez ó ſutileza.*} Plin. li. 8. cap. 53, Cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus. Idem lib. 10. cap 29, Linguis luſciniarum tenuitas illa prima non eſt quæ cæteris animalibus. ¶ Tenuitas, pro paupertate. {πενία. Ital. *Pouertà.* Gal. *Poureté.* Hiſp. *Pobreza.*} Cic. 1. Offic. Danda etiam opera eſt, ne quod apud maiores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, aſſiduitatémque bellorum, tributum ſit cõferendum. Idem Tironi, Vt poſſum, ex meis angustiis illius ſuſtento tenuitatem.

Tenuiter, tenuius, tenuiſſimè, adverbium. {λεπτῶς. Ital. *Picciolmente, ſottilmente.* Gal. *Tenuement, delicement.* Hiſpan. *Degaldamente.*} Cæſar lib. 3. bell. Gal. Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. Cic. lib. 3. de Inuent. Sed illæ tenuius & acutius, & ſubtilius tractantur: hi autem grauius & ornatius. Idem 6. Verrina, Iuſſit Timarchidem æſtimare argentum. quo modo? quo qui vnquam tenuiſſimè in donatione hiſtrionum æſtimauit.

Tenno, as. Tenue reddo, extenno, macero. {λεπτύνω. Ital. *Aſſottigliare, aſſottigliare, aſſottigliare, minuire.* Gal. *Atenuir, amenuiſer, apetiſſer.* Hiſp. *Adelgazar, amenguar.*} Quintil. lib. 2. cap. 10, Ita ſibi quoque tenuandos adipes, & quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, ſi eſſe ſanus ac robuſtus volet. Propert. lib. 3. Eleg. 1, Dicite quo pariter carmen tenuaſtis in antro. Ouid. lib. 3. Meta. Et tenuant vigiles corpus miſerabile curæ. Idem 2. de Ponto, Eleg. 7, Nec magis aſſiduè vomer tenuatur ab vſu, Pectora quàm mea ſunt ſerie calcata malorum. ¶ Compoſita ſunt, Attenuo, & extenuo: de quibus ſuis locis.

Tenuatus, a, um, participium. {λεπτυσμένος. Ital. *Aſſottigliato.* Gal. *Amenuiſé, apetiſſé.* Hiſ. *Adelgazado, amenguado.*} Horat. 2. Sermo. Saty. 2, Sen recreare volet tenuatum corpus, vbique Accedent anni, &c. Ouid. lib. 2. Metamor. Quum vox eſt tenuata viro, canæque capillos Diſſimulant plumæ.

Tenus, huius tenus, Idem quod laqueus, teſte Nonio, à tendẽdo dictus. {μέχρι. Ital. *Sacco.* Gal. *Vn ſac.* Hiſpa. *El ſaco.*} Plaut. Bacchid. Pendebit hodie: ita pulchre intendi tenus.

Tenus, {μέχρι. Ital. *Fina.* Gal. *Iuſques.* Hiſp. *Haſta.*} Præpoſitio, idem ſignificans quod vſque ad: exigitque aut ablatiuum ſingularem, cui tamen poſtponitur: vt, Pube tenus. Mento tenus, Capulo tenus. Virgil. lib. 3. Aencid. Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus. ¶ Aut genitiuum pluralem. Virg. lib. 3. Georg. Et crurum tenus à mento palearia pendent. Sic Cumarum tenus: id eſt, vſque ad Cumas. Cicero in Epiſtol. Illi rumores de comitiis Tranſpadanorum Cumarum tenus ealuerunt. ¶ Nonnunquam admittit & accuſatiuum. Flaccus in Argonautis, Et Tanaïm tenus immenſo deſcendit ab Euro. Quodam tenus prodire, eſt qualemqualem in re quapiam progreſſum facere. Horat. 1. Epiſtol. 1, Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur vltrà. Titulo tenus Conſul, hoc eſt ſolo titulo, & non re.

TEOS, *ως* Stephano, Ionię ciuitas, Anacreontis Poëtæ patria, qui ab ea Teius eſt cognominatus. Horat. in Epod. Non aliter Samio dicunt arſiſſe

arsisse batillo Anacreontæ Teium. ¶ Est & altera eiusdem nominis ciuitas in Scythia, ad paludem sita piscibus refertã, cui sereno tempore oleum innatat tanta copia, vt in vasa colligi possit, & necessariis vsibus adhiberi. Autor Steph.

Tepeo, tepes, Vide TEPIDVS.

Tephritis, τεφρίτης, Gemma, quæ nouæ Lunæ speciem habet, in cornua curuatæ, cinericei tamen coloris: vnde & nomen habet. Autor Plinius lib. vlt. cap. 10.

Tepidus, a, um, Quod est medium inter calidum & frigidum. ξχλιαρὸς, ἀλυσιτὸς. Ital. *Tepido, ne freddo ne caldo.* Gal. *Tiede, chaudet, entre chaulé & froid.* Hisp. *Tibio, entre frio y caliente.* ξ Plin. lib. 12. cap. 25, Præterea synceri densantur in tepida aqua. ¶ Interdum pro calido ponitur. Lucretius, Tepidisque caminis. Virgil. 1. Georg. Non tepidum ad Solem pennas in littore pandunt. Ouid. 1. Amor. Eleg. 19, Tepidósque refouerat ignes. ¶ Interdum pro frigido, præsertim quando transfertur ad hominem. Plautus, Hic homo factus est tepidior. id est frigidior, segnior.

Tepidulus, diminutiuum, Id est subtepidus. ὑποχλιαρὸς ☞.

Tepidarium, Locus in balneis in quo tepida aqua lauabantur. χλιαρὸν λουτρὸν. quemadmodum Caldarium, in quo calida lauabantur: & Frigidarium, in quo frigida.

Tepido, as, are, Tepida aqua irrigare. ξχλιαίνω. Ital. *Intepidire, far tepido.* Gal. *Tieder, faire tiede.* Hisp. *Entibiar.* ξ Plin. lib. 17. cap. 26, In eodem agro Bruma, tantò magis si niues scateant, gelétve, ne frigus vites adurat, circunfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne solo. Sed idem æstate intolerandi rigoris.

Tepeo, pes, pui, Tepidus sum. ξχλιαρός εἰμι. Ital. *Essere tepido.* Gal. *Estre tiede, deuenir tiede ou se tiedir.* Hisp. *Entubiarse.* ξ Plin. lib. 29. cap. 4, Carnibus gallinaceorum, ita vt tepeant auulsæ appositis, venena serpentium domantur. Ouid. 3. de Pont. eleg. 4, Illa recens pota est, nostra tepebit aqua. Virgil. 3. Georg. Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris Laxant arua sinus. Ouid. 3. Fast. Et pereunt victæ sole tepente niues. Cato de Re rust. cap. 69, Leuibus lignis facito calescat: vbi temperatè tepebit, tum cuminum indito.

Tepesco, cis, Tepidus fio. ξχλιαίνομαι. Ital. *Diuenir tepido.* Gal. *Deuenir tiede.* Hisp. *Entibiarse.* ξ Cic. 2. de Nat. deor. Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, vt intelligi facilè possit in tantis illis humoribus esse inclusum calorem. Virgil. 9. Aeneid. Et fixo ferrum in pulmone tepescit. Lucan. lib. 4, Paulatim cadit ira ferox, mentésque tepescunt. ¶ Huius compositum est, Intepesco, quod est valde tepesco. Colomel. Nunc mitigato iam & intepescente frigore, largissimis oliuitaubus, Liberíque vindemiis exuberent.

Tepor, oris, & Tepiditas, atis, Media qualitas inter calorem & frigus. ξχλιαρότης, ἀλία. Ital. *Tepidezza.* Gal. *Tiedeur.* Hisp. *Tibieza, disposicion delo tibio.* ξ Colum. lib. 2, Si verò tepor cæli, siccitásque regionis suadebit, Februario statim proscindendi sunt. Cic. 2. de Nat. deor. Nec enim ille externus & aduentitius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus, quod nostris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione tecalescunt. Ouid. 2. Metamor. Quæ neque dant flammas, lenique tepore cremantur.

Teporo, as, pen. prod. Idem quod tepefacio. ξχλιαίνω. Ital. *Intepidire, far tepido.* Gal. *Tieder, to pen eschaufer.* Hisp. *Entibiar, hazer tibio.* ξ Plin. lib. 36. cap. 26, Fragmenta teporata agglutinantur tantum, rursus tota fundi non queunt, præter quàm abrupta sibi.

Ter, ξτρὶς. Ital. *Tre volte.* Gal. *Trois fois.* Hisp. *Tres vezes.* ξ Aduerbium numerale, idem valens quod tribus vicibus. Cic. de Diuin. Cædunt de cælo ter quatuor corpora sancta. Virgil. lib. 1. Georg. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam: Ter Pater extructos disiecit fulmine montes. Horat. 3. Carm. Ode 3, Ter si resurgat murus aheneus, Autore Phœbo: ter pereat meis Excisus Argiuis: ter vxor Capta virum, puerósque ploret. ¶ Aliquando non tam numerum significat quàm augmentum: vt, Ter maximus, τρὶς μέγιστος ☞. Ter beati, τρὶς μακάριος. Ouid. 8. Meta. O ego ter fœlix. Virgil. 1. Aeneid. O térque quatérque beati.

Tercentum, Id est trecenti. ξτριακόσιοι. Ital. *Trecento.* Gal. *Trois cents, trois fois cent.* Hisp. *Tres cientos.* ξ Virg. 8. Aeneid. Maxima tercentum totam delubra per vrbem Lætitia, ludísque viæ, plausúque fremebant. Idem 1. Georg. Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci. Idem 4. Aen. Stant aræ circum, & crines effusa sacerdos Tercentum tonat ore deos.

Tercenti, tæ, ta, Id est trecenti, seu tercentum. ξτριακόσιοι. Ital. *Trecento.* Gal. *Trois cents.* Hisp. *Tres cientos.* ξ Cic. 2. de Finib. Tercentósque eos, quos eduxerat Sparta, quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Plaut. Persa, Tercentis versibus tuas impuritias loqui nemo potest. Cic. 3. Phil. Et Brundusij tercentos fortissimos viros, ciuésque optimos trucidauit.

Tercenties, aduerbium. ξτριακοσιάκις. Ital. *Trecento volte.* Gal. *Trois cents fois.* Hisp. *Trezientas vezes.* ξ Catul. in Iul. Cæsarem, Ducenties comesset, aut tercenties? Non desunt tamen qui hisce omnibus in locis Trecenti, & Trecenties legendum contendant.

Terceneni, Id est trecenti. ξτριακόσιοι. Ital. *Trecento.* Gal. *Trois cents.* Hisp. *Tres cientos.* ξ Mart. lib. 2, Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

Terdeni, æ, a, Triginta. ξτριάκοντα. Ital. *Trenta.* Gal. *Trente.* Hisp. *Trenta en numero.* ξ Mart. lib. 12, Terdenos vigilaueram per annos. Virgil. lib. 8. Aen. Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis, Ascanius clari condet cognominis Albam.

Tergeminus, a, um, adiectiuum, Id est triplex. ξτρίτυχος ☞, τρίδυμος. Ital. *Di tre doppi, triplice.* Gal. *Triple, de trois doubles.* Hisp. *Trasdoblado, cosa que tiene tres dobleces.* ξ Liu. 5. ab Vrbe. Modò tergeminæ victoriæ triplicè triumphum ex his ipsis Volscis & Aequis, & ex Hetruria egistis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5, Tergeminúmque virum, tergeminúmque canem, Stat. 1. Syl. 1, Non hoc imbriferas hyemes opus, aut Iouis ignem Tergeminum, Aeolij non agmina carceris horret. Id est fulmen trisulcum. ¶ Ius tergeminæ prolis, id est ius trium liberorum. Stat. 4. Sylu. 8, Ergo quòd Ausoniæ pater augustissimus vrbis Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, Omen erat.

Tergemini, Dicuntur qui tres eodem partu editi sunt. ξτρίδυμοι. Ital. *Tre nati tutti d'vn medesimo parto.* Gal. *Trois nais tous d'vne ventrée.* Hisp. *Tres nasçidos de vno mismo parto.* ξ Plin. lib. 7. cap. 3, Tergeminos nasci certum est, Horatiorum Curatiorúmque exemplo. Tergemini fratres, apud Liu. 1. ab Vrbe.

Ternus, a, um, Distributiui numeri nomẽ est: quod tamen sæpe accipitur pro suo primitiuo. ξτρεῖς, τριστοιχίς, τρίμηνος ☞. Ital. *Tre in numero ò tre insieme.* Gal. *Trois en nombre ou trois ensemble.* Hisp. *Tres en numero ò tres juntamente.* ξ Horat. 3. Carm. Ode 19, Ternos ter cyathos attonitus petet Vates. Virg. 5. Aen. Terno consurgunt ordine remi. Cic. ad Pætum lib. 4, Quũ loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at quum bini, obscœnum est.

Ternarius, ria, rium. ξτριαδικός. Ital. *Di tre.* Gal. *De trois.* Hisp. *Cosa de tres.* ξ vt, Ternarij scrobes, id est scrobes quadrati, quaquauersum pedes habentes ternos. Colum. lib. 11. cap. 2, Scrobes omnis generis, quos eris autumno conditurus, hoc tempore præparare oportebit: eorum quaternarij, hoc est quaquauersum pedum quatuor, si est commodum terrenum, XIII ab vno fiunt: ternarij autem XVIII.

Tertius, a, um, Vltimus, siue vnus ex tribus. ξτρίτος ☞. Ital. *Terzo.* Gal. *Troisiesme, tiers.* Hisp. *Tercero en orden.* ξ Plin. Epist. 92, Tertius dies est, quòd audiui recitantem Sentium Augurinum, Cic. pro Rabirio Posthumo, Modò vobis inspectantibus in Gabinij iudicio, tertio quoque verbo excitabatur. Plin. lib. 8. cap. 48. Tertium locum Milesiæ oues obtinent. ¶ Tertiæ notæ herbæ, id est tertio loco adscribendæ, vel tertiam dignitatem post alias sortitæ. Colum. lib. 9. cap. 4, Tertiæ notæ, sed adhuc generosæ, marinus ros, & nostrás cunila, quam dixi saturciam.

Tertianus, ad ectiuum: vt, Tertiana febris: quæ tertio quoque die recurrit. ξτριταῖος ☞. Ital. *Terzano.* Gal. *Tiers.* Hispan. *Tercero.* ξ quemadmodum Quartana, quæ quarto. Cic. 3. de Nat. deor. Vide quæso si omnis morus, omniáque, quæ certis temporibus ordinem suum conseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres, & quartanas diuinas esse dicendum sit. ¶ Tertiana etiam absolutè idem significat. Plin. lib. 10. cap. 14, Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari, &c.

Tertiani, anorum, Tertiæ legionis milites. οἱ ἀπὸ τρίτης τάξεως στρατιῶται. Tacitus lib. 21, Tradidit & Syria duo & vicesimanos, tertianósque.

Tertiò, aduerbium, Tertia vice. ξτριτον, τριτοῦς. Ital. *La terza volta.* Gal. *Tiercement, pour la troisiesme fois.* Hispan. *La tercera vez.* ξ Terent. in Eunuch. Non herele veniam tertiò. Columel. lib. 3. cap. 13, Sarriuntur sesquiopera, iterum sarriuntur vna opera, & tertiò vna.

Tertiùm, aduerbium, Tertia vice. ξτρίτον, τριτοῦ. Ital. *La terza volta.* Gal. *Pour la troisiesme fois.* Hisp. *La tercera vez.* ξ Cic. 2. de Diuin. Quid est tam incertum, quàm talorum iactus? tamen nemo est quin sæpe iactans, Venerem iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertiùm. Tertiùm Consul esse dicitur, qui duobus iam perfunctus Consulatibus, tertium gerit. Tertiò autem Consul quis factus esse dicitur, qui tertio post exactos reges anno gessit Consulatum.

Tertio, as, Verbum est rei rusticæ scriptoribus familiare, pro eo quod est, opus aliquod tertiò repeto. ξτριτόω, τρίτον ἐργάζομαι. Ital. *Interzare, lauorare la terra la terza volta.* Gal. *Tiercer, labourer pour la troisiesme fois.* Hisp. *Terciar lo binado.* ξ vt Tertiare agrum, est tertiò proscindere. τριτολῶ. Colum. lib. 2. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur: nam commodè proscinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante, in litam statim redigitur quadrante operæ. Idem lib. 2. cap. 13, Iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septemb. Calendas tertiatos.

Tertiatio, onis, verbale. ξἡ τρίτωσις, ἡ τρίτη ἔργασία. Ital. *Essa interzare.* Gal. *Tiercement, aste de tiercer.* Hisp. *Obra de terciar lo binado.* ξ Pro tertia operis repetitione: quo nomine Colum. lib. 12. cap. 50, vsus est pro tertia olei pressura. Sint autem (inquit) in cella olearia tres laborum ordines, vt vnus primæ notæ, id est primæ pressuræ oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multóque minus tertiationem.

Tertiata verba, Appellantur imperfecta, lapsantia, & cum pauore nutabunda: quando quis, exanimatus non profert verba integra, sed vix tertia quæque enuntiat, mediis ex perturbatione suppressis. ἐγκεκομμένα ῥήματα. Apuleius lib. 5, Tremens & exangui colore, lurida, tertiata verba substrepens, sic ad illas ait.

Tertiarius, a, um, adiectiuum, Quod tertiam rei alicuius partem recipit. ξὁ τρίτην μοῖραν ἀναλόγως τρίτῃ μοίρᾳ ☞. Ital. *Terzano, che ha vna de tre parti.* Gal. *Tiersain ou tiersal, qui de trois parts en a vne.* Hispa. *Tercero, que tiene vna de tres partes.* ξ vnde Tertiarium stannum appellatur à Plin. lib. 34. cap. 17, Adulterini & factitij stanni genus, quum singulis stanni libris singulæ plumbi albi, & singulæ nigri libræ admiscentur.

Tertiarium, rij, substantiuum, Idem quod triens, hoc est vnciæ quatuor: & tam de pondere quàm de mensura dicitur. ξτριτημόριον. Ital. *Quattro onze.* Gal. *Quatre onces.* Hisp. *Quatre onças.* ξ In ponderibus enim, teste Budæo, libræ tertium partem significat: in mensuris autem tertiam partem congij. Cato de Re rust. cap. 95, Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium.

Terebellum, Vide TEREBRA.

Terebinthus, thi, τερμινθος ☞, Arbor est circa Idam, Macedoniámq; breuis, fruticosa, & contorta: in Syria verò magna & copiosa, materie lenta, & nigra, lauri penè folio, oleæ florę, sed puniceo, baccis primùm herbaceis, mox rubris, & quum maturuerint, nigrantibus, magnitudine fabæ, resinosis, & sulphurosis, radice valida, in profundum acta. Duo terebinthi sunt genera, sexu distincta, ex quibus mas sterilis est, teste Theophrasto. Ex hac arbore distillat laudatissimum resinæ genus, quam terebinthinam Latini vocant. Plin. lib. 25. cap. 6, de resinæ generibus loquens. In arborum differentia placet terebinthina odoratissima atque leuissima: nationum Cypria atque Syriaca, vtraque mellis Attici colore, sed Cypria carnosior, siccióque.

Terebra, bræ, pen. corr. Instrumentum quo ligna perforantur: à terendo dictum. ξτρύπητον, τρύπανον. Ital. *Triuella.* Gal. *Vn tarriere.* Hispan. *Barrena.* ξ Colum. lib. 4. cap. 29, Nam antiqua terebra quam solam veteres agricolæ nouerant, scobem faciebat, perurebátque eam partem quum perforauerat.

Terebellum, diminutiuum, Instrumentum chirurgorum, quo fracta cranij ossa eximuntur. τρύπητον. Ital. *Trouellino, succhiellino.* Gal. *Petit tarriere.* Hisp. *Pequeña barrena.*

Terebro, bras, Terebra perforo. ξτρυπάω. Ital. *Triuellare, forare.* Gal. *Percer, fore*

faire vn trou dans vn tonneau. Hisp. *Barrenar.* ¶ Virg. 2. Aeneid. Aut terebrare cannas vteri & fontare latebras. Colum. lib. 5. cap. 9. Eas terebrari Gallica terebra conuenit. Ouid. 6 Fastor. Prima terebrato per tota foramina buxo. Vt daret effecti tibia longa sonos. ¶ Huius compositum est, Exterebro, de quo suo loco.

Terebratio, onis, verbale, Ipse terebrandi actus. ¶ τόρησις. Ital. *Foramento con trinella.* Gal. *Percement d'vn tonneau.* Hispa. *Barrenamiento.* ¶ Colum. lib. 4. cap. 29. In illa autem, quæ fit per terebrationem, &c.

Teredo, inis, pen. prod. ¶ Ital. *Verme generato nel legno che lo rode.* Gal. *Teigne, ver qui ronge dans le bois.* Hispa. *El gusano que roe la madera.* ¶ Vermis in ligno nascens, eáque erodens. Est autem hæc vox Græca, sed quam Latini & vsu & inflexione suam fecerunt. Græci enim τερέδονα appellant, quam nos teredinem. Quanquam nihil prohibet Latinam vocem esse á terendo dictam. Eadem & Tinea dicitur. Licet sint qui distinguant, vt teredines tantùm dicantur in mari, hoc est in nauibus: tineæ, terrestres sint. Plin. lib. 16. cap. 41, Infestantium quatuor genera. Teredines capite ad portionem grauissimo rodunt dentibus: hæ tantùm in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem propriè dici: terrestres, tineas vocant. ¶ Teredo pro verme vestæ terente, & erodente. Plin. lib. 8. cap. 48, de prætextis Seruij Tullij, Mirúmque fuit, nec defluxisse eas, nec teredinum iniuriis sensisse annis quingentis sexaginta.

TERENTIA. Ciceronis vxor fuit, Epistolis ipsius notissima: quâ postea á viro repudiatam Sallustius vxorem duxit, vt inimici sui arcana certius posset discere ex ea, quæ omnium eius consiliorum particeps fuerat & socia. Connumeratur hæc à Plin. lib. 7. cap. 48. inter longissimæ vitæ exempla, vt quæ vsque ad CXVII annum dicatur peruenisse.

TERENTIVS, τερέντιος, Poëta comicus, natione Afer, patria Carthaginensis, libertus fuit Romæ Terentij Lucanicá quo ob liberale ingeniũ optimis literis eruditus, in hominum nobilissimorum amicitiam peruenit, præcipuè Scipionis, & Lælij: quorum etiam opera adiutus creditur in scribendo, ob sermonis elegantiam. Cui opinioni assipulator etiam Varro, Non obscurum est, inquiens, adiutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipse famam auxit. Nunquam enim, nisi leuiter se tutari conatus est. Scripsit fabulas sex, quæ omnium manibus teruntur. Posthac visendarum Athenarum cupiditate ductus, ex quo nauim conscendit, nusquam deinde conspectus est: quò fit, vt naufragio credatur periisse. Latius exequitur huius vitam Donatus in Prolegomenis Andriæ. ¶ Terentius Scaurus, Grammaticus, quem Gellius dicit floruisse Adriani temporibus, ac librum de Cæsellij Vindicis Grammatici erroribus scripsisse. ¶ Terentius Culeo, senator Romanus, captus à Carthaginiensibus fuit, & redemptus ab Africano maiore: vnde & currũ eius sequutus esse dicitur pileatus: vt refert Liu. to. de bell. Puni. Hinc natus error apud indoctos, qui Terentiũ comicum á Pœnis captum fuisse, & à Scipione redemptum crediderunt. ¶ Terentius Varro, collega Pauli Aemylij post cladem Cannensem cum reliquiis exercitus, Canusium se recepit. Cui Romam redeunti gratulatus est populus Romanus, quòd de Republica non desperasset.

TERENTVS. Locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur: quæ ludis tantùm secularibus effossa terra ostendebatur: iisque peractis rursus claudebatur. Martialis, Bis mea Romano spectata est vita Terento. Hoc est binos spectaui ludos seculares. Idem lib. 4. Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.

Terentinus, tina, tinum, penult. prod. adiectiuum. Vnde Ludi Terentini dicti sunt, qui alio nomine seculares vocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continuis, tribúsque noctibus celebrabantur: tamen si postea ambitione principum minore interiecto spatio aliquanties fuerint celebrati. Ausonius in Ternario. Ttina Terentino celebrata ttinoctia ludo. De horum ludorum institutione, & ritu, vide Politianum cap. 88. Miscellaneorum. Censorinum cap. 6. Diuum Augustinum de ciuitate Dei lib. 3. cap. 18, Valerium Maximum lib. 2. cap. 1.

Teres, tis, pen. corr. generis omnis. Longum & rotundum, cuiusmodi est figura cylindri: ita dictum quòd anguli circunquaque quasi torno videantur esse detriti. ¶ κυλινδροειδὲς. Ital. *Longo & tondo come vn' hasta.* Gal. *Rond en long, comme vne javeline.* Hispan *Rollizo, redondo y luengo.* ¶ Virg. 8. Aeglog. Incumbẽs tereti Damon sic cœpit oliuæ. Ouid. lib 10 Metam. Pendebãt tereti gemmata monilia collo. Idem 1. de Arte, Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos. Et teretes digitos, exiguúmq; pedem. Virgil. 5. Aen. Et tereti subnectit fibula gemma. ¶ Oratio teres. Cicer. 3. de Orato. Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiritis, est plena quædam, & tamen teres, & tenuis, & non sine neruis ac viribus. ¶ Totus teres atque rotundus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, Hoc est æqualis & constans in se, interprete Acrone. Nam teretes (vt inquit ille) dicuntur, qui ab alio non quærunt quid faciendum sit, sed ipsi per se inueniunt. Tale est & illud Virgilij de vito bono, -mundi instat habens, teres atque rotundus.

TEREVS, τηρεύς, Rex Thracum. Martis ex Bistonide nympha filius, qui quum Progneu Pandionis Athenarum regis filiam vxorem duxisset, eius etiam sororem Philomelam per speciem visendæ sororis abductã vitiauit, vitiatáque linguam præcidit. Quod facinus quum illa indicare alioqui non posset, cruore fuo depictum sorori suæ transmisit. Qua recognita Progne, vt sororem vlisceretur, Itym filium patri epulandum apposuit. Prolato deinde capite, quum patet se vxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnoscceret, & ad vltionem properaret, Progne mutata est in hirundinem, Philomela in auem sui nominis, Tereus in vpupam. Itis in phasianum. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij Aut vt mutatos Terei mutauerit artus. Lege fabulam hanc latius apud Ouid. lib 6. Metamorph. Aliter tamen Aristoteles Gorgiam sequutus hanc fabulam tradit. vide in dictione PROGNE.

Tergemini, Vide TER.

TERGESTE τέργεστε Ptolemæo, Colonia Venetorum ab Aquileia stadia centum octoginta distans (vt inquit Strabo) hodie *Triestum* vocatur. Vide Plin. lib. 3. cap. 18.

Terginus, Tergiuersor, Vide TERGVS.

Tergo, tergis, & Tergeo, ges, si. sum, & secundum antiquos terum. Mundo, nitidum facio. ¶ γυμνόω, περιτρέω, σμήχω. Ital. *Nettare, forbire.* Gal. *Torcher, nettoyer, essuyer.* Hispa. *Limpiar.* ¶ Iuue. Saty. 14, Vasa aspera tergeat alter. Plautus, Ornantur, lauantur, tergẽtur, pollintur. Liu. 6. belli Pun. Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iussit. Cicer. in Parad. Vt in familia qui tractant illa, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent. Ouid. 2. Metam. Vtterfis viresque talaria plantis. Idem 13. Metam. -manũq; simul veluti lachrymantia tersit Lumina. ¶ Huius composita sunt Abstergo, attergo, detergo, extergo: quorum significata explicata sunt suis locis.

Tergum, gi, Dorsum. ¶ νῶτον. Ital. *schena, spalle di dietro.* Gal. *Le dos.* Hisp. *Las espaldas à las cuestas.* ¶ Virg. 2. Aeneid. Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Idem ibidem, Tinxerat & post terga manus, Inambulare manibus ad tergum reiecta, Asinius Cicer. lib. 10. Ouid. lib. 2. Metam. Ossáque post tergum magnæ iactata parentis. ¶ Dicitur & de auibus. Cicer. 2. de Nat. deor. Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt. ¶ Neque solùm de animalibus, verumetiam de rebus inanimatis dicitur. Vnde libri à tergo scripturam dicimus, id est à posteriori parte chartæ, vel membranæ. ὄπισθεν. Iuuen. Satyr. 1, Scriptus & à tergo, necdum finitus Orestes. Glacialia terga fluuiorum, Claud. de bel. Get. Aerea terga loricæ. Stat. 9. Theb. ¶ Aliquando tamen Tergum pro tergore ponitur. ¶ νῶτον. Ital. *Cuoro.* Gal. *Cuir, peau.* Hispan. *Cuero ò pellejo.* ¶ Virgil. 1. Aeneid. Mercatique solum facti de nomine byrsam, Taurino quantum possent circundare tergo. ¶ Item pro scuto, quoniam scuta corio tegi solent. *Scut, rondache.* Idem lib. 10. Aeneid. Et tergo decurrit hastas. ¶ Et tam Tergus, quàm Tergum, à terendo dici videntur, quoniam vehendis oneribus teruntur. Terga vertere, fugere. τὰ νῶτα. Cæsar 3. belli Gall. Vt ne vnum quidem nostrorum impetum ferrent, ac statim terga verterent. Dare terga, idem. Quint. lib. 2. ca. 13, Nonnunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Virgil. 4. Georg. Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit Præbere terga fugæ. Ouid. 10 Metam.

Tergiuersor, faris, Fallo, & dicta muto, inquit Nonius: propriè est eorum qui terga vertentes adhuc tamen pugnant, nec sese victos fateri volũt. ¶ Vnde etiam ad alias res transfertur, vt disputationes, controuersias, &c. Nam vertere terga, fugere est, quod & terga dare dicimus. ¶ ἀποστρέφω, ἀναχωρέω, ὑποχωρέω. Ital. *Tergiuersare, posteriore, voltar le spalle,* Gal. *Reculer, & ne vouloir venir aut point, fuir, ne vouloir venir à raison.* Hispan. *Boluer las espaldas.* ¶ Plautus, Quid expectas? quid tergiuersaris? Cic. lib. 3. Tusc. Quid tergiuersamur Epicurei? nec fatemur eam nos dicere voluptatem quam tu idem, quum os perfricuisti, soles dicere? Id est dissimulamus & subterfugimus. ¶ Iurisconsulti accipiunt tergiuersari, pro in vniuersum ab accusatione desistere, teste Martiano ad Senatusconsl. Turp. l. j.

Tergiuersatio, onis, verbale. Id est subterfugium, detrectatio. ¶ ἀναχώρησις. Ital. *Tale ritiramento.* Gal. *Tel reculement, & fuite.* Hispan. *Aquella obra de boluer las espaldas.* ¶ Cic. pro Milone, Quid erat mora & tergiuersationis?

Tergus, tergoris, pen. corr. neut. gen. Corium, & propriè crassior illa pars qua tergum, id est dorsum tegitur. ¶ νῶτον. Ital. *Cuoro.* Gal. *Cuir, peau.* Hispan *Cuero ò pellejo.* ¶ Virgil. lib. 1. Aeneid. Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. Plin. lib. 8. cap. 10, Durissimum dorso tergus, ventres molles, setarum nullum tegumentum. Silius lib. 3, Squalenti tergore serpens.

Tergiosus, a, um, possessiuum: vt Terginum lorum. id est scutica è tergore animalis. ¶ ῥαπίσμα. Ital. *Di cuoro.* Gal. *De cuir.* Hispan. *De cuero.* ¶ Plaut. in Pseud. Aedepol nostrũ durius tergum erit quàm terginum hoc meum.

TERINA, næ. τέρινα, Agri Brutij oppidum maritimum: á quo propinquus sinus Terinæus appellatur. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

TERIAS, τηρίας, Fluuius est Siciliæ non procul à Catana, teste Plin. lib. 3. cap. 8. ¶ Stephanus alium eiusdem nominis fluuium collocat in Phrygia, quem alio nomine Gallum ait appellari.

Tergumentarium, inquit Varro lib. 4. de Lingua Latina, Linteum quod teritur corpore.

Tergumentum, apud Plautum, Pro detrimento, teste Festo.

TERMERA, τέρμερα, Oppidum liberum Cariæ, teste Plin. lib. 5. cap. 29. Stephanus Lyciæ affignat.

TERMERIVM, τερμήριον, Promontorium est Myndiorum, Candatiæ Coorum promontorio oppositum, & quadraginta non amplius stadiorum mari ab eo diremptum. Autor Strabo lib. 14.

TERMESSVS. τερμησσὸς Ptolemæo, Pisidiæ vrbs est, teste Strab. lib. 13, Cibyræ, & Milyis proxima.

Termes, termitis, pen. corr. masc. gen. Ramus ex arbore decerptus cum fructu. ¶ κλάδος, ἐγκεντρίς. Ital. *Ramo d'albero con frutto.* Gal. *Vne branche d'arbre auec son fruict* Hisp. *El ramo ò renuesto del arbol.* ¶ qui quoniam in diuisione agrorum antequam meræ ponerentur, figi solebat, termino nomen dedit. Propriè termes (ait Porphyrio) est oliuæ, sicut palmes vitis. Horat. Epod. 16, Germinat, & nunquam fallentis termes oliuæ. Gellius tamen etiam termitem appellat palmæ ramum cum fructu auulsum, quem Græci κλάδους nominant.

TERMILAE, τέρμιλαι Herodoto, Populi sunt Lyciæ, è Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominauit, quum prius Minyæ & Solymi vocarentur, vt Herodotus refert. Postea Lycus Pandionis filius, eosdem à se Lycios appellauit. Quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eosdem esse ostendit, quanquam Homerus eos videatur separare.

Terminus, ni. Propriè dicitur limes qui agrum ab agro diuidit: à terendo, (vt Varroni placet lib. 4. de Lingua Latina,) quòd hæ partes maximè terantur propter iter limitare. Aut certè à Græco nomine τέρμων, quod est eiusdem significationis. ¶ ὅρος. τέρμων οὐρανοῦ. Ita *Termine, fine.* Gal. *Terme, la fin de toutes choses, borne, limite.* Hispan. *El termino y fin generalmente.* ¶ Cic. 4. Acad. Est enim inter ipsos, non de terminis, sed de tota possessione contentio. ¶ Per translationem terminus pro quouis fine accipitur. Cicer. 1. de Orato. Nullis terminis circunscribere, aut definire ius suum. Idem de Senect. Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus. Virgil. lib. 4. Georg. Quamuis angustus terminus æui. ¶ Apud antiquos Terminus Deus putabatur, in cuius tutela fineis agrorum esse existimabant: vnde etiam sub aperto colebatur: propterea quòd nefas putabant Terminum sub tecto cõsistere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt autor est Festus. Liu.1. ab Vrbe, Nam quum omnium sacellorum exaugurationem aues admitterent, in Termini fano non addixere. ¶ Huius composita sunt Anterminus, & conterminus: quorum significata vide suis locis.

Terminalia, aliorũ, τερμινάλια. Varro ideò appellata esse existimat, quòd is dies anni extremus erat constituus. Ego potius à Termino Deo nomen sumpsisse existimo. Fuerunt enim Terminalia festa, quæ in honorem termini Dei celebrabantur mense Februario, ad octauum Calendas Martias. Nam inter Terminalia & Regifugium, teste Censorino, intercalabatur dies intercalaris. Liu. 5. Dec. lib. 3, Tertio die post Terminalia Calendæ intercalares fuere.

Termino, as, Terminos constituo, certis finibus circunscribo, finio. {τερματίζω, ὁρίζω. Ital. *Terminare, determinare, finire, conchiudere.* Gal. *Finer, borner, limiter.* Hisp. *Acabar ò deslindar.*} Cic. 1. Offic. Illorum fines, sicut ipsi dixerunt, terminauit: in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Idem in Catil. Quorum alter fines vestri imperij, non terræ, sed cæli regionibus terminaret. Idem de Fin. Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem. hoc est Epicurus putat summam esse voluptatem priuari doloribus. Idem lib. de Senectu. An censes (vt de meipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnósque, domi, militiæque susceperum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? ¶ Terminare sententiam, absoluere. Cicero ad Attic. lib. 9, Sed vt sententiam aliquando terminemus.

Terminatus, a, um, participium. {ὡρισμένος Ital. *Terminato, finito.* Gal. *Terminé, borné, limité.* Hisp. *Terminado, acabado.*} vt, Terminatus ager, id est limitatus. Terminatæ diuitiæ. Cic. 1. de Finibus. Ne naturales quidem multa desiderant, propterea quòd ipsa natura diuitias, quibus contenta sit, & parabiles, & terminatas habet.

Terminatio, onis, verbale, Finitio. {ὁρισμός. Ital. *Terminatione, fine.* Gal. *Termination, limitation, fin.* Hispan. *Acabamiento, obra de deslindar.*} Terminatio aurium, distinctio, diseretio. Cic. in Orato. Vt igitur poëtica, & versus inuentus est terminatione aurium, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum est, &c.

Ternus, Vide TER.

Tero, teris, triui, tritum, Frico, contero, attero, consumo. {τρίβω, συντρίβω. Ital. *Trittare, sfratumare, rompere.* Gal. *Broyer, piler, vser en frottant l'vn contre l'autre.* Hisp. *Hollar, ò trillar, ò gastar.*} Plaut. in Asin. Num me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit? Ouid. 1. de Arte, Frænáque magnanimi dente teruntur equi. Virgil. Georg. Ipse labore manum duro terat. Plinius, Dein refrigeratum teritur in farinam, id est cõminuitur. ¶ Terere iter, est iter agere. Virgil. 1. Georg. Sæpius è tectis penetralibus extulit oua Angustum formica terens iter. ¶ Terere tempus, est consumere: similiter terere otium. χρονοτριβῶν. Liu. lib. 1, Quas in conuiuiis, luxúque cum æqualibus viderant tempus terentes. Idem in eodem, Regij quidam iuuenes interim otium conuiuiis, comessationibúsque inter se terebant. ¶ Huius composita sunt, Attero, contero, detero, distero, extero, intero, obtero, protero, perero, retero, subtero, quæ suis vide locis.

Tritus, a, um, participium, Id est attritus, & vsu consumptus. {κατατριμμένος. Ital. *Battuto, franto, rotto.* Gal. *broyé, frotté, vsé, frayé.* Hisp. *Hollado, trillado, quebrantado.*} Martial. lib. 1, Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna, Dimidiáque nates Gallica palla regit. ¶ Trita via, seu Tritum iter, id est sæpius calcatum, & à multis frequentatum. Ouid. 2. de Arte, Trita frequénsque via est, per amici fallere nomen: Tuta frequénsque licet sit via, crimen habet. Cic. 1. Phil. Quum Brundusium, itérque illud, quod tritum in Græciam est, non sine causa vitauissem. ¶ Tritum prouerbium, hoc est multorum sermone celebratum. παροιμιῶδες. Cic. 1. Offic. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbium. Idem 1. Acad. Faciamus enim tractando vsitatius hoc verbum, & tritius.

Tritus, us, ui, Ipse actus terendi. {τρίψις. Ital. *Fregamento di vna cosa con l'altra.* Gal. *Frayement, frottement, broyement.* Hisp. *Trillazon.*} Plin. lib. 33. cap. 4, Nec vllum absolutius aurum est cursu ipso, tritúque perpolitum.

Tritura, æ, pen. prod. {ἅλωσις, ὁ τρίβος, ἀλοητός. Ital. *Il battere il grano.* Gal. *Broyement, battement de blé en grange.* Hisp. *La trillazon, tiempo de trillar trigo.*} Colum. lib. 1. cap. 6. Euentilata mundiora sunt, lapillíque carent, & glebulis, quas per trituram ferè terrena remittit area.

Tritor, oris, Qui aliquid conterit: vt, Tritor colorum. {ὁ τριπτής. Ital. *chi treda colori ad vn dipintore.* Gal. *Broyeur, comme celluy qui broyes les couleurs aux peintres.* Hisp. *El que muele colores.*} Plin. lib. 35. cap. 11, Nanque Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris intantum ipse profecit. Tritor stimulorum, qui assidnè vapulando stimulos tergo suo conterit. Plaut. Persa, Quid ais tu crux, stimulorum tritor?

TERPANDER, dri, τερπάνδρ, Poëta Lyricus, ex Antissa Lesbi ciuitate, qui primus quatuor lyræ chordis tres alias addidit, & Lyrici carminis leges conscripsit: quas nonnulli Philemoni cuidam adscribunt. Autor Suidas. Tanta autem in Terpandro artis excellentia fuisse perhibetur, vt quem significare volebant insigniter quidem canere, primum tamẽ locum non meruisse, cum μετὰ λέσβιον ᾄδειν, hoc est post Lesbium cantorem collocandum dicerent. Cuius prouerbij ortum ad huiusmodi referunt historiam. Quum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum iussit vt Lesbium cantorem accerserent. Accersitus itaque Terpander populi animum sic delinuit, vt omissa omni seditione, in pristinam concordiam rediret. Qua ex re factum vt Lacedæmonij Lesbiis musicis primas partes tribuerint, & si quem alium canentem audissent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾄδειν, id est post Lesbium cantorem cum collocandum.

TERPNVS, Citharœdus insignis Neronis temporibus floruit, cuius cantu supra modum Neronem delectatum fuisse, scribit Suetonius in vita eius. Statim (inquit) vt imperium adeptus est, Terpnum citharœdum, vigentem tunc præter alios, accersit, diebúsque continuis post cœnam canendi in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercitarique cœpit, nec eorum quicquam prætermittere, quæ artifices eius generis vel conseruandæ vocis causa, vel augendæ facitarent.

TERPSICORE, τερψιχόρη, Vna nouem Musarum: sic dicta, quòd choreis & tripudiis delectetur: vel, vt Plutarchus ait, quòd maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat. Huic quidam citharæ inuentionem tribuunt. Virgilius de nouem Musis, Terpsicore affectus cithara mouet, imperat, auget. Vide in dictione MVSA.

Terra, ræ, Elementum frigidum & siccum, quod quoniam reliqua omnia grauitate exuperat, infimum sibi inter ea locũ vendicauit. {γῆ, χθών. Ital. *Terra.* Gal. *Terre.* Hisp. *Tierra.*} Dicta terra (vt quidam volunt) quòd pedibus teratur. Cic. de Nat. deor. Terra locata in media mundi sede, solida & globosa, & vndique in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus, &c. Sunt qui velint hoc nomine in singulari numero totum elementum significari, in plurali aliquot eius regiones. Virgil. 1. Aen. Multum ille & terris iactatus & alto. id est per multas regiones, vt illi exponunt. Quæ differentia aut falsa est, aut certè non perpetua. Nam & terram frequentissimè pro vna qualibet regione legimus, & terras pro toto orbe. Cic. de Amicit. Eorum qui in hac terra fuerunt, Magnámque Græciam, quæ tum florebat, &c. Virgil. 4. Aeneid. Et nunc magna mei sub terras ibit imago. ¶ Terræ filij, γηγενεῖς, olim obscuro ignotóque genere prognati dicebantur, propterea quòd terra sit omnium communis parens: vel quòd iuxta quorundam etiam historias, primitus mortales ex terra nascebantur: quod etiam de gigantibus Poëtarum fabulæ prodiderunt: quorum quòd obscura essent, & incognita stirpe prognati, ad Terram, communem omnium matrem origo referebatur. Ad quod alludens Iuuenalis, hominem obscurum, gigantum fratereulũ appellat. Cic. Attic. lib. 1, Et huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Vide Erasmi adagia. ¶ Terram pro terra, eodem Erasmo teste prouerbialis est figura in hominem exulem, erronem, & incertis vagantem sedibus. M. Tullius in epistolis ad Attic. lib. 14. Hæc & alia ferre non possum: itaq; γνῶσθι γῆν cogito, significat se de fugiendo cogitare. Terra defossum aliquid habere dicitur, qui non impertit, neque profert suas dotes: sumptum ab auaris aurum humo defodientibus: quod apud Plautum facit Euclio. ¶ Terram videre, dicuntur qui ad molesti, prolixique laboris finem propemodum peruenerunt. γῆν ὁρᾶν. Sumptum à nauigantibus. Varro lib. 1. de Re rust. scribit terram tribus modis dici: communi, proprio, & misto. Communi, vt quum dicimus, orbem terræ, & terram Italiam, quum & lapis, & arena, & cætera eius generis sint in nominando comprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo neque cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra quæ est mista, ex qua seri quid potest & nasci, vt argillosa, aut lapidosa. ¶ Terra etiam vocatur Vesta, siue quòd rebus omnibus vestiatur, seu quia vi sua stet. Ouid. lib. 6. Fasto. Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur. Dicitur & mater. Colum. lib. 10, Tu penitus clathris eradere viscera matris Ne dubita. Plin. lib. 2, Sequitur terra, cui vni rerum naturæ partium eximia, propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Nos nascentes excipit, natos alit, semel editos sustinet, & semper nouissimè complexa gremio iam ab reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens. Et paulo pòst, Terra serpentem, homine percusso, amplius non recipit.

Territorium, rij. Est (vt inquit Pomponius) vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis. {ἡ ἀχθή. Ital. & Hispan. *Territorio.* Gal. *Territoire.*} Quod ab eo dictum est quòd maximè terarur, vel quòd magistratus eius loci intra omnes fines terrendi, id est summouendi ius habeat. Hactenus Pomponius. Plin. lib. 19. cap. 6, Extra territorium id abire. Cic. 2. Phil. Vt florentis coloniæ territorium minueretur.

Terreus, a, um, Quod est ex terra. {γήϊνος. Ital. *Di terra.* Gal. *De terre.* Hisp. *Cosa de materia de tierra.*} vt Vas terreum. Colum. lib. 1, Horreum camera contectum, cuius solum terreum, ptius quàm consternatur, perfossum.

Terrenus, a, um, Quod vel in terra natum est, vel in terra viuit, vel aliquid cum terra commune habet, vt terrenum animal. {χθόνιος. Ital. *Terreno.* Gal. *Terrien, né ou viuant en terre.* Hispan. *Cosa perteneciente à la tierra.*} Virgil. 6. Aeneid. Terrenique hebetant artus, moribundáque membra. Ouid. 15. Metam. Sic vbi terreno Lycus est exportus hiatu, Exiſtit procul hinc, alióque renascitur orbe. Idem 1. Metamor. Nec quicquam terrenæ fœcis habentem. Cic. 1. Tuscul. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt. Plin. lib. 9. cap. 29, Terreni maiores quàm pelagici. ¶ Terrenus, pro terreus. γεώδης, γήϊνος. Columella, Area quoque si terrena erit, vt sit ad tecturam satis habilis.

Terrenum, ni, substantiuum neutri generis. Terra cultu idonea. {γῆ. Ital. *Terreno.* Gal. *Terroir, champ.* Hispa. *Terruño, ò naturaleza de tierra.*} Columel. lib. 2, Callidissimi rusticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt: campestre, collinum, montanum. Idem lib. 1, Agrum habebimus salubri cælo, vbi gleba, parte campestri, parte alia collibus, vel ad Orientem, vel ad Meridiem molliter deflexis, terreníque aliis atque aliis syluestribus & asperis.

Terrestris, & hoc terrestre, Idem quod terrenus. {χθόνιος, χθόνιος. Ital. *Di terra.* Gal. *Terrestre, de terre.* Hispan. *Cosa de tierra.*} vt Terrestre animal, quod in terra vitam agit. Plin. lib. 10. cap. 61. Rursus in terrestribus pariunt serpentes. Ouid. lib. 14. Metam. -tantóque per alta labores Aequora sustinuit, tantos terrestribus armis. Cic. 6. Verr. Illud Flaminius ita ex æde sua sustulit, vt in Capitolio, hoc est in terrestri domicilio Iouis poneret. Liu. 3. bel. Puni. Consul literis Philippi atque Annibalis perlectis, configuata omnia ad Senatum itinere terrestri misit: nauibus deuehi legatos iussit. Liu. 1. ab Vrbe, Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine, dique omnes cælestes, vósque terrestres, vósque inferni audite.

Terrigena, penult. corr. communis generis, Ex terra genitus. {γηγενής. Ital. *Generato di terra.* Gal. *Engendré de la terre.* Hispa. *Engendrado de la tierra.*} Cic. 2. de Diuin. Terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam potius quàm hominum more cochleam dicere. Lucan. lib. 3, Aut si terrigenæ tentarent astra gigantes. Ouid. Epistol. 12, Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres In se constrictas conseruêre manus.

Terricola, Qui terram habitat. {ἐπιχθόνιος. Ital. *Chi habita nella terra.* Gal. *Qui habite en la terre.* Hispan. *El que mora en la tierra.*} Est autem hominum epitheton apud Poëtas, à terrę inhabitatione deductum, quo mortales distin

distinguuntur à superis, qui à cælesti habitatione cælicolæ dicuntur.

Terricrepus, a, um, pen. corr. Iouis, vel fulminis epitheton, quasi terribiliter, seu cum terrore increpans. Vox est poëtica. βασιλικὸν.

Terræmotus, huius, us. Terræ concussio, quæ à spiritibus terræ inclusis, & eximum sibi molientibus fit. ‡σεισμὸς. Ital. *Terremoto, smouimento de la terra.* Gal. *Tremblement de terre, mouuement ou effusion de terre.* Hispan. *Terremoto.* ‡ Plin. lib. 2. cap. 84, Fiunt cum terræmotu & inundationes maris, eodem videlicet spiritu infusi, aut residentis sinu tecepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberij Cæsaris principatu XII vrbibus Asiæ una nocte prostratis. Cic. 2. Offic. Si tecta aut vi tempestatis, aut terræmotu, aut vetustate cecidissent. Idem 1. de Diuin. Conquassari maximis terræmotibus.

Terrancola, læ. cum accentu in antepenultima, Auis alaudæ similis, præter quàm quòd in capite apicem non habet, sicut alauda. χερδιὼν χερσαῖος. ¶ Dicta terroncola, quòd non in arboribus, sed in terra versetur, atque nidificet. Sipontinus.

Terror, oris, Timoris incussio. ‡φόβος, δέος. φόβητρον. Ital. *Terrore spauento, paura.* Gal. *Effroy, frayeur, espouantement, estonnement.* Hispan. *Espanto del que espanta.* ‡ Cic. 4. Tusc. Quæ autem subiecta sunt sub metu, ea sic definiunt, Pigritiam metum consequentis laboris, terrorem metum concutientem. Ex quo fit vt pudorem tubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. Seruius inter terrorem & metum sic distinguit: quòd terror propriè sit qui aliis infertur: vnde & terribilis dicitur: metus, quem habent timentes. ¶ Licet aliquando terror pro metu ponatur. Virgil. 11. Aeneid. Quòd si tantus habet mentes & pectora terror.

Terreo, res, rui, Timorem alicui incutio. ‡τρομάττω, φοβέω. Ital. *spaurire, spauentare.* Gal. *Espouanter.* Hisp. *Espantar.* ‡ Virgil. lib. 1. Georg. Et sonitu terrebis aues. Cæs. lib. 3. bel. Ciu. Et legionarij interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentisque cuiusque generis, telisque terrebant. Virgil. lib. 8. Aeneid. Iam tum religio panidos terrebat agrestes Dira loci. Idem lib. 6. Aeneid. -licet ingens ianitor antro Aeternùm latrans exangues terreat vmbras. Idem 8. Aene. Neu belli terrere minis. Ouid. 14. Metam. Tonitrúque & fulgure terruit orbem. ¶ Huius composita sunt, Absterreo, conterreo, deterreo, exterreo, & perterreo: quorum significata explicantur suis locis.

Territus, a, um, participium, seu nomen ex participio. ‡τρομαγμὸς, τρόμος. Ital. *spauentato.* Gal. *Espouanté.* Hisp. *Espantado.* ‡ vt, Territus animi: hoc est conturbatus animo. Liu. 7. ab Vrbe, Itaque Consule territo animi, vidésne tu, inquit, A. Cornelij, cacumen illud supra hostem? Ouid. 2. Metamorph. Venatrixque metu venantum territa fugit.

Territo, as, pen. corr. Frequentatiuum à Terreo. ‡τρομάττω. Ital. *spaurire.* Gal. *Espouanter.* Hisp. *Espantar.* ‡ Terent. in Andr. Dij te eradicent, ita me miseram territas. Virgil. 4. Aeneid. Et magnas territat vrbes. Idem 12. Aeneid. -quos improbus aduena bello Territat. Liu. 8. ab Vrbe, Dein postquam aspernabantur flagitium autes, minis territare, atque identidem admonere fortunæ. Plaut. Amph. Larua vmbratilis, tu me minis territas?

Terrefacio, cis, pen. corr. Terrore afficio. ‡τρομάττω, λαμβάνω. Ital. *Espauentare.* Gal. *Espouanter.* Hisp. *Espantar.* ‡ Hinc Perterrefacio, vt, Perterrefacias Dauum, apud Terent. in Andr.

Terrifico, as, Terrorem incutio. τρομάττω. Φοβέω. Lucret. lib. 1, -& quæ res obuia mentes Terrificet morbo affectis. Virgil. lib. 4. Aeneid. -cæque in nubibus ignes Terrificant animos.

Terrificus, a, um. pen. corr. Terribilis, formidabilis, terrorem incutiens. ‡φοβερὸς. Ital. *Che dà spauento.* Gal. *Chose qui espouante* Hispan. *Cosa que haze espanto.* ‡ Virgil. 5. Aeneid. Seráque terrifici cecinerunt omnia vates. Idem 8. Aeneid. Fulgores nunc terrificos, sonitúmq; metúmque Miscebant operi. Nox terrifica, apud Valerium Flaccũ lib. 5. Argonaut. Stridores terrifici, apud Silium lib. 5.

Terribilis, ribile, Formidabilis, atque horrendus. ‡φοβερὸς, τρομακτικός. Ita. *Che mette pauore, terribile.* Gal. *Terrible, effrayant qui donne frayeur, & effroy.* Hispan. *Cosa que espanta.* ‡ Virgil. 6. Aeneid. Terribilis squalore Charon. Cic. pro Sest. Alter, ô dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu. Idem in Parad. Mors terribilis est illis, quorum cum vita omnia extinguuntur. Virgil. 6. Aeneid. Terribiles visu formæ, lethúmque, labórque.

Terriculum, li, Quod initit terrorem. ‡φάσμα, τερας. Ital. *Cosa che spauenta, spauentacchio.* Gal. *Chose qui espouante, espouentail.* Hispa. *El espantajo.* ‡ Liu. 5. ab Vrbe, Quum omnium assensu comprobata oratio esset, gauderéntque Patres sine Tribunitiæ potestatis terriculis inuentam esse aliam vim maiorem ad coërcendos magistratus, victi consensu omnium, comitia tribunorum militum habuere. Accius, Proinde ista hæc tua aufert terricula atque animum iratum comprime.

Terriculamenta, Phantasmata, siue spectra terrorẽ incutientia. φάσματα.

Tertus, a, um, adiect. Id est detersus. Var. Terta niter galea. Cato de Liberis educandis, vt citatur à Nonio. Aliti sunt, circuntonsi, terti atque vncti, vt videantur esse mangonis seruuli.

Tertianus, Tertiarius, Tertio, tertias, Tertius, Vide TER.

TERTVLLIANVS, τερτυλλιανὸς, Scriptor Ecclesiasticus, eloquens quidem, in nonnullis tamen ab orthodoxæ Ecclesiæ fide nonnihil aberrans. Animam enim immortalem quidem esse fatetur, sed eam effigiatam. Animam enim immortalem quidem esse fatetur, sed eam effigiatum corpus esse contendit, neq; hanc tantùm, sed ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum: nec tamen hinc hæreticus creditur esse factus.

Teruncius, Numus perexiguus, à tribus vncijs, hoc est quarta libellæ parte dictus, teste Varrone lib. 4. de Ling. Latio. ‡τετραχαλκόλεπτον, τεσσάρων. Ital. *Vn bagatino.* Gal. *Vne piece de monnoye de vil pris, comme vn liard, trois mices.* Hispan. *Moneda de tres onças.* ‡ Plaut. in Capt. Neque ridiculos iam teruncij faciunt. Cic. in Cani. De præda mea teruncium non attigit quisquam. Idem Attic. lib. 5, Caue putes quicquam homines magis vnquam esse miratos, quàm nullum teruncium, me obtinente prouinciam, sumptus factum esse nec in Rempublicam, nec in quenquam meorum.

Tesqua, Loca edita, aspera & inculta, ipso situ atque silentio religionem quandam & horrorem incutientia. ‡πετραῖος. Ital. *Boschi consecrati à i dij.* Gal. *Bosiages consacrez, & dedez, à quelque dieu.* Hisp. *Bosques consecrados à los dios.* ‡ Horat. 1. Epist. 14, -nam quæ deserta & inhospita tesqua Credis, amœna vocat, mecum qui sentit: & odit Quæ tu pulchra vocas. Nemorosa tesqua, apud Luc. lib. 16. Tesqua (inquit Festus) loca augurio designata, Cicero aspera esse ait, & difficilia. Hæc ille. Varro lib. 6. de Ling. Latin. Tesca scribit per e literam: putátque tesca dicta, quasi tuesca, à tuendis sacris: locáque quædam agrestia interpretatur, deo cuipiam consecrata, Accij testimonio idipsum confirmans ex Tragœdia, cui Philocteræ nomen est, in hunc modum citato. Quis tu es mortalis qui in deserta & tesca te apportes loca? Quid autem tescorum nomine ibidem intelligere debeamus, explicat idẽ Accius, paulo póst subiungens. Celsa Cabyrum delubra tenes, mysteriáque pristina castis concepta sacris. Hæc ferè Varro.

Tessaracoston, τεσσαρακοστὸν, Tempus dierum quadraginta ante partum, & totidem post partum, quibus mulieres à sacris arcebãtur: propterea quòd id ferè temporis tam ipsæ quàm earum fœtus plurimis infestentur incommodis. Quo dierum numero exacto festum celebrabant, quod & ipsum tessaracoston appellabant. Vide Censorinum de Die natali, & Cælium Rhodig. lib. 25. cap. 21.

Tessella, Vide TESSERA.

Tessera, æ, ‡κύβος. Ital. *Dado da giuocare.* Gal. *Figure quarrée en tous sens, vn dé à jouer.* Hisp. *Figura del dado.* ‡ Figura omni ex parte quadrata, teste Macrob. lib. 2. in Somnium Scipi. hoc est constans sex lateribus æqualibus: qualem est videre in iis osticulis quibus in alueolo ludimus, punctis quibusdam distinctis, & in quacunque incubuerint partem, immotam stabilitatem habentibus: quæ & ipsa à Latinis tessera, à Græcis κύβοι appellantur. Cicer. de Diuin. Quid est enim sors? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio & consilium valet. Idem in Catone, Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. Tali autem siue taxilli omnino diuersi erant à tesseris: vt qui quatuor tantùm haberent latera ad similitudinem eorum osticulorum quæ in articulo pedis animalium bisulcorum ventre protuberant, concaua vertebra ligara, altera parte concaua, altera in conuexitatem nonnihil assurgente. Sed de his abundè multa dicta sunt suo loco. ¶ In militia item tessera dicebatur symbolũ quo socij ab hostibus & exploratoribus dignoscebantur: ‡σύμβολον, σύνθημα. Ital. *Nome delle guardie.* Gal. *Mot de guet, marque, enseigne.* Hisp. *El apellido de la guerra.* ‡ Ea autem erat tabella, teste Polybio, quam Tribuni militares sub noctem ab Imperatore acceptam ad Centuriones perferebant: Centuriones autem ad Decuriones, & ij rursus ad vnumquemque suæ decuriæ militem: à quibus rursus, antequam se intenderent tenebræ, redibat ad Imperatorem. Virgil. lib. 7. Aeneid. It bello tessera signum. Lin. lib. 7. Cæteris omnibus tesseram dari iubet. ¶ Item tessera est belli & pacis futuræ signum. Pomponius, Qu. Mutius ad Carthaginienses legatus, quum essent duæ tesseræ positæ, vna pacis, altera belli, arbitrio sibi dato vtram vellet deferret vtranque sustulit. & ait, Carthaginienses petere debere, vtram mallent accipere. ¶ Ponitur nonnunquam pro signo frumentario quo exhibito, vnusquisque frumentum pro portione accipiebat à Præfecto annonæ: sicut ex more vetusto in patria nostra fieri solitum est ab his qui pauperum curam habent. Nam erogantur signa quædam plumbea quibus exhibitis sigillatim accipiunt certam mensuram farinæ, vel panis, vinive. Suetonius in Augusto, Ac ne plebs frumentationum causa frequentius à negotiis auocaretur, ter in annum quaternorum mensium tesseras dare destinauit. Iuue. Saty. 7. Summula ne pereat, qua vilis tessera vænit Frumenti. ¶ Sic etiam dicuntur tesseræ numariæ, quibus exhibitis summa numũm præscripta repensari solet. ¶ Item tesseræ collybisticæ, quas vulgus *literas cambij* vocat, eum in vlum excogitatæ, vt pecunia argentariis tradita, vel in locis remotissimis citra vllum vecturæ periculum recipi possit. ¶ Item Tessera est lignum vtrinque complanatum, in quo numeri inciduntur. Vulgus *Talcam* appellat. Plautus, Suam vterque tesseram habet, ratio constat. ¶ Tessera hospitalis. Fuit antiqui moris tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quisnque attulisset ad hospitem, continùò agnosci posset, & hospitio accipi, tanquam amicus & vetus hospes. Hoc autem ius necessitudinis ad posteros tranfibat: propterea tesseram hospitalem diligẽter asseruabant. Plaut. in Pœn. Ego sum ipsus, quem tu quæris. P. hem quid audio? A. Antidamæ me gnatum esse. P. si ita esse, iam tesseram Confer, si vis, hospitalem: A. eccam attuli. Tesseram hospitalem confregisse dicebatur, qui ius hospitij violarat: hoc est, vt ait Erasmus, qui fibi reditum in domum aliquam præcluserat. Plaut. in Cistel. Hic apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram. ¶ In vestibus item figuræ quædam quadratæ, Tesseræ dicebantur: vnde & vestes ipsæ dictæ sunt Tessellatæ. Plin. lib. 35. cap. 9, de Zeuxide pictore, Opes quoque tantas acquisiuit, vt in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentarit.

Tessella, læ. diminutiuum à tessera. Rem quanuis significat, formam habentem quadratam: cuiusmodi sunt latereculi, siue lapides quadrati, quibus pauimenta sternuntur. ‡ψηφίδωτὸν. Ital. *Picciola tessera.* Gal. *Petit morceau, ou petite piece carrée, comme dequoy on fait ouurage de marqueterie.* Hisp. *Tablilla.* ‡ Plin. lib. 37. cap. 10, Androdamas argenti nitorem habet, vt adamas, figura quadrata, & semper tessellis similis.

Tessellatus, a, um, Quod tessellis, id est paruis quadratis lapillis est compositum. ‡ἐψηφισμένος πανταχόθεν. Ital. *Fatto à quadri piccioli.* Gal. *Fait de petites pieces carrées.* Hisp. *Cosa hecha de tablillas.* ‡ vt, Pauimentum tessellatum. Sueton. de Cæs. Munditiarum lautitiarúmque studiosissimum multi prodiderunt: quanuis tenuem adhuc, & obscuratum, in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circumtulisse. Vitruu. lib. 7, præcipit pauimenta tessellata angulos omnes æquales: eadémque sectilia dici, quoniam in particulas secta sunt, vt quocunque velis possint circunferri. ¶ Erant & tessellatæ quædam tunicæ, tesseris quibusdam distinctæ. Vnde palliorum tesseras dixit Plin. lib. 35, Zeuxis aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentabat.

Tesserula, rulæ, Symbolum siue signum frumentarium, quod qui ad Præfectum annonæ referebant, certam frumenti accipiebant mensuram: quemadmodum etiam hodie in quibusdam sacerdotũ collegiis æneos

plumbeósve quadrantes videmus distribui, quos penoris præfectus, ab iisdem certa vini mensura, cerróque panis pondere solet redimere. ¶ σημῆνα, σήματα. Ital. *Insegna, bollo, picciol quadro.* Gal. *Marque & enseigne, petite piece carrée.* Hisp. *Señal, tabilla.* ¶ Persius Satyr. 5, -scabiosum tesserula sat Possidet. Plinius, Frumenti rationem tesserulis ostendebat. ¶ Tesserulæ item dicebantur exigui quidam & quadrati lapilli, ex quibus elegantiora pauimenta sternebantur, quæ ab antiquis Tessellata dicebantur. Cic. lib. 3. de Orat. ex Lucilio, Quàm lepidè lexeis compositæ, vt tesserulæ omnes, Arte pauimento, atque emblemate vermiculato.

Tesserarius, rij, Qui tesseram, hoc est signum bellicum per contubernia militum nuntiat. ὁ τὸ σύνθημα τοῖς στρατιώταις ἀναγγέλλων. Ital. *Chi porta il nome alle guardie, all' esercito.* Gal. *Celuy qui porte le mot de guet.* Hispan. *El que trae lo apellido de la guerra.*

Tesserarius, a, um, Quod ad tesseras pertinet. κυβευτικός. vt Ludus tesserarius. κυβεία.

Testa, stæ, Vas fictile, quod ex argilla tornatum, mox ad ignem coquitur: vnde & testa dicta, quasi tosta. ὄστρακον. Ital. *Chiappa, pezzo, guscio, testo.* Gal. *Test, ou coquille, vaisseau de terre cuicte.* Hispa. *Qualquier vaso hecho de barro, teja ò ladrillo.* ¶ Horat. 1. Epistol. 2, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Ouid. 2. Trist. Alter humum, de qua finguntur, pocula monstrat: Quæque docet liquido testa sit apta mero. Horat. 1. Carm. Ode 20, Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego testa Conditum leui. Ad Heren. lib. 4, Prometheus, quum mortalibus ignem diuidere vellet, ipse si à vicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur. ¶ Quin & ipsa fragmenta fictilium vasorum, testæ dicuntur. Plin. lib. 36. cap. 25, Necessarium binas per diuersum coassationes substerni, capita earum præfigi ne torqueantur, & ruderi nouo tertiam partem testæ tusæ addi. ¶ Testa item dicitur tegmen cuiuslibet rei durum & fragile, quod Græci ὄστρακον vocant: vt in piscibus omnibus, qui duriore vestiuntur cortice, qui à Græcis ὀστρακόδερμα appellantur. Cicer. 2. de Nat. deor. Quot genera, quámque disparia partim submersarum, partim fluitantium, & innatantium beluarum, partim ad saxa nativis testis inhærentium? ¶ Testas quoque figuratè positas legimus pro ostreis, aliísve id genus piscibus, duriore cortice contectis. Horat. 2. Serm. Satyr. 4, Sed non omne mare generat fix fertile testæ. ¶ Testas item pro ouorum putaminibus dicimus: item pro conchis cochlearum. Plaut. Pœn. Scin' quid est? cochleæ è testa vt fustolli soleant, &c.

Testula, læ, diminutiuum. ὀστράκιον. Ital. *Picciol testo.* Gal. *Petit test.* Hispan. *Pequeña teja.* ¶ Colum. lib. 11. cap. 3, de portis capitatis loquens, Tum testulæ, vel conchæ quasi sedes in singulis subiectæ seminibus adobruuntur, vt fiant capita latioris incrementi. Testulis ferebantur suffragia. Liu. 5. bel. Pun. Testulis datis, tribuni populum summouerunt, sitellâq; allata est vt sortirentur, vbi Latini suffragium ferrent.

Testaceus, a, um, Quod ex testa est, siue quod testæ duritiem imitatur. ὀστράκινος, ὀστρακώδης. Ital. *Di terra cotta.* Gal. *De terre cuicte, de coquille.* Hisp. *Cosa de barro.* ¶ Plinius, Insectorum omnium, & quibus testacea operimenta, oculi mouentur. Plin. Epist. 136, Quia sint cæmento medij farti, nec testaceo opere præcincti. Idem Epistol. 254, ad Traianum de aquæductu Nicomedensiũ, Aliqua pars, vt mihi videtur, testaceo opere agenda erit. Testacea pyra, quæ etiam Signina dicebantur. Plin. lib. 15. cap. 15, Signina, quæ alij à colore testacea appellant.

Testamentum, vide Testor in TESTOR.

Testiculus, li, diminutiuum à testis, quum pro coleo accipitur. ὄρχιδιον. Ital. *Testicolo.* Gal. *Genitoire, couillon.* Hisp. *El cojon.* ¶ Autor ad Heren. lib. 1, Medicus testiculos arietinos tenens. Arietini testiculi qui sint, vide apud Politianum Miscel. cap. 62.

Testis, is, generis communis, Qui, quæve testimonium dicit. μάρτυς. Ital. *Testimonio.* Gal. *Tesmoing.* Hisp. *Testigo.* ¶ Testibus præsentibus facere aliquid: cui contrarium est, Clam, furtim, & sine arbitris aliquid facere. Plaut. Curcul. Quod amas, ama testibus præsentibus. Mart. lib. 14, Ille dolet verè, qui sine teste dolet. Ouid. Epist. 6, Vix mihi, teste deo, credita vita tua est. Cic. 3. Officio. Quum verò iurato sententia dicenda sit, meminerit deum se habere testem. Virgil. 8. Aegl. -quanquam nil testibus illis Profeci. Idem 5. Aeneid. Ipse mihi nuper Libycis vt testis in vndis Quam molem subitò excierit. Iuuen. Saty. 14, Falsus erit testis, vendet periuria summa Exigua, Cereris tangens aráműq;, pedémq;. ¶ Testis verò pro testiculo, masculini generis est, dictus quòd virilitatis sit. ὄρχις. Ital. *Testicolo.* Gal. *Couillon, genitoire.* Hispa. *Cojon.* ¶ Plin. lib. 12. cap. 49, Testes pecori armentóque ad crura decidui.

Testimonium, nij, Testium depositio. μαρτυρία. Ital. *Testimonio, testimonianza.* Gal. *Tesmoignage.* Hispan. *El dicho del que es testigo.* ¶ quæ & Testatio dicitur: quanquam testimonium proprie absentium sit, quum dicta testium, quæ alibi deposuerunt, apud Iudicem in scriptis proferuntur: quod genus Græci ἐπιμαρτύριον vocant. Vnde Diuus Adrianus (referente Callistrato, ff. de probat. & præsumpt.) Rufino proconsuli Macedoniæ rescripsit, testibus se, non testimoniis credituũ. Gabinio quoq; in hæc verba rescripsit, Alia est autoritas præsentium testium, alia testimoniorum quæ recitari solent. ¶ Accipitur aliquando latius testimonij vocabulum, pro omni eo quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. Cic. in Top. testimoniorum duo sunt genera, diuinũ, & humanum. Diuinum, vt oracula, auspicia, vaticinationes, & responsa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. Humanum, quod spectatur ex autoritate, & ex voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expressa: in quo insunt scripta, pacta, promissa, iurata, quæsita. ¶ Sumitur aliquando testimonium pro elogio quo sententiam nostram de re quapiam declaramus. Cic. pro Domo sua, Senatus mihi testimonium huius vrbis conseruatæ dedit. Idem 3. de Legib. Quandoquidem tam præclarum mihi dedisti iudicij tui testimonium.

Testor, aris, Testimonium perhibeo, testimonio sum, affirmo, profiteor. μαρτυρέω. Ital. *Testificare, testimoniare, addurre in testimonio.* Gal. *Tesmoigner, dire vne choſe & l'affurer.* Hisp. *Atestiguar, ò hazer testigo.* ¶ Cic. 2. de Nat. deor. Venæ & arteriæ crebræ, multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur. Idem pro Muræ. Ego quòd facio, omnium vestrum causa me facere clamo atque testor. Tranquillus in Claudio, Testatus quõdam per edictum, tantò impensius petere se vt natalem patris sui Drusi celebrarent. Ouid. 8. Metam. Et plausit pennis, testaturque gaudia cantu est. ¶ Aliquando testem aduoco, vel in testimonium adduco, & alterius implorato testimonio assero. μαρτύρομαι. Virgil. 2. Aeneid. Vos æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen, ait. Cic. 5. Philip. Is me potissimùm testatus est se æmulum extitisse mearum laudum. Idem pro Cornelio Balbo, Testantur & mortuos Imperatores nostros se hoc ius esse velle. Cicer. pro Flacco, Vociferarer quantum maximè possem, contenderem, testarer publicanos, excitarem negotiatores: vestram etiam conscientiam implorarem. Hoc est testes aduocarem publicanos, torámque rem eorum iudicio permitterem, vt interpretatur Budæus. ¶ Testari. pro obtestari, hoc est suppliciter aliquid petere, numinum etiam inuocatione adhibita. ἐπομνύναι, ἐπεύχεσθαι. Plautus, Ipsus tete per superos omnes precatur. ¶ Accipitur item testari, pro testamentum condere. διαθήκην. Cic. 1. de Inuent. Possitne quisquam de filij pupilli re testari. ¶ Huius verbi composita sunt, Antestor, attestor, contestor, detestor, obtestor, & protestor: quorum significata explicata sunt suis locis.

Testatus. Qui testamentum condidit. διαθέμενος. Ital. *chi ha fatto testamento.* Gal. *Qui a fait testament.* Hisp. *El que ha hecho testamento.* ¶ cuius contrarium est Intestatus, qui testamentum non condidit. ἀδιάθετος. Vnde & ab intestato dicimus, aliquem hæredem factum, hoc est non ex testamento quod nullum erat, sed iure propinquitatis. ¶ In significatione autem passiua testatus dicitur apertus, vulgatus, ab omnibus cognitus, quòd id quasi omnes testentur. μεμαρτυρημένος. Ital. *Cosa conosciuta manifestata.* Gal. *Aprouué par tesmoings, testifie, congnu & aueré.* Hispa. *Conosido, manifestado por testigos.* ¶ Cicer. 4. Verr. Vt res quàm maximè clara atque testata esse posset, in ius ad Metellum Carpinatium voco, tabulásque societatis in forum defero. Ouid. 3. de Ponto Eleg. 1, Nota tua est probitas, testaráque tempus in omne. Cic. Curioni. Aut certè testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. ¶ Hinc Testatior, & Testatissimus. Cæsar 8. bel. Gall. Iraque omnibus qui arma tulerant, manus præcidit, vitámque concessit, quo testatior esset pœna improborum. Cic. pro Cælio, Nam necesse est fuisse non paucos, vt & comprehendi Licinius facilè posset, & res multorum oculis esset testatior.

Testatio, onis, Idem quod testimonium. μαρτύρησις. Ital. *Testatione, testimonio.* Gal. *Tesmoignage, le fait de tesmoigner, deposition de tesmoings.* Hisp. *Obra de testificar, dicho del que es testigo.* ¶ Liu. 8. ab Vrbe, Sicut fœderum ruptorum testationem, ingenti fragore cæli procellam effusam. Quintil. lib. 5. cap. 13, Siquid ab aduersario testationibus comprehensum.

Testator, oris, Testamenti conditor, vox in primis frequens apud Iurisconsultos. ὁ διαθέμενος. Ital. *Testatore.* Gal. *Testateur.* Hispan. *El que haze testamento.*

Testamentum, ti, Instrumentum extremæ nostræ voluntatis continens testimonium. διαθήκη, aut διαθῆκαι, plurali, nu. ¶ Ital. & Hisp. *Testamento.* Gal. *Testament.* ¶ Vlpian. l. 1. Qui testa. face. poss. Testamentũ est (inquit) voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod post mortem fieri volnerimus. Et proprie quod perfectum est, testamentum dicitur. ¶ Sed abusiuè quoque testamenta vocamus ea quæ falsa, vel iniusta, vel irrita, vel rupta, itémque imperfecta sunt. Cic. 2. de Finib. Sic eiusdem testamentum non solùm philosophi grauitate, sed etiam ab ipsius sententia iudico discrepare. Idem pro Milone, Vnà sui, testamentum simul obsignaui cum Clodio. Horatius 1. Epist. 7, -& opella forensis Abducit febres, & testamenta resignat.

Testamentarius, a, um, Quod ad testamentum pertinet. ὁ τῆς διαθήκης, ὁ διαθηκικός. Ital. *Cosa pertinente à testamento.* Gal. *De testament, testamentaire.* Hisp. *Cosa perteneciente à testamento.* ¶ Vnde testamentariæ tabellæ, & Testamentaria lex, quæ Cornelia dicitur: quæ irrogat pœnam ei qui falsum testamentum vel aliud instrumentum signauerit, scripserit, recitauerit. Adoptio testamentaria, qua quis per testamentum sibi filium adoptat. Plin. lib. 15. cap. 2, Quum Scipionis Africani transfisset atrium, vidissétque adoptione testamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

Testamentarius, rij, Qui testamenta falsa conficit. ¶ ἐπιδικοψευδορκοδιαθηκοκίβδηλος. Ital. *Falsatore de testamenti.* Gal. *Faulsaire de testament.* Hisp. *El albacea testamentario.* ¶ Cicer. lib. 3. Offic. Non de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus, hoc loco differendum est. ¶ Testamentarius, notarius, confector, & scriptor testamentorum. διαθηκογράφος. Paulus ad leg. Corn. de Falsis. l. Impuberem, Si testamentarius seruo fidei commissariam libertatem dederit, videamus ne id extra pœnam sit. Budæus.

Testificor, aris, ari, Testimonium dico, norum facio, testibus firmo. μαρτύρομαι. Ital. *Testificare, testimoniare.* Gal. *Tesmoigner, dire vne choſe & l'affurer, testifier.* Hisp. *Atestiguar.* ¶ Cic. 3. de Orat. Quod eò sæpius testificor, vt autoribus laudandis ineptiarum nomen effugiam. Ouid. 2. de Arte, Te memorem dominæ testificere tuæ. Cicer. ad Attic. lib. 8, Testificor me expertem belli fuisse. Testificari Deum, pro testari, & in testimonium inuocare. Cicer. ad Attic. lib. 10, Nam deos, hominésque amicitiámque nostram testificor, me tibi prædixisse, neque temerè monuisse.

Testificatus, a, um, participium. μεμαρτυρημένος. Ital. *Testificato.* Gal. *Tesmoigné.* Hisp. *Testiguado.* ¶ Cicer. Attic. lib. 1, Illud inest tamen commodi, quòd & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua voluntas omittendæ prouinciæ. Ouid. Epist. 10, Linguáque præsentem testificata deam.

Testificatio, onis, Probatio per testes. ¶ μαρτυρία. Ital. *Esso testimoniare.* Gal. *Deposition de tesmoings, tesmoignage.* Hisp. *El dicho del que es testigo, obra de testiguar.* ¶ Cicer. 6. Verr. Si eius rei testificatio tolleretur, cautúmque esset eos testimonium non esse dicturos. Idem de Clar. Orat. Chirographa, testificationes, iudicia, quæstiones, rem manifestam facere. ¶ Interdũ idem quod declaratio, assertio, professio. Cicer. Lent. lib. 1. Epist. Sic egit eam famam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquam, nec grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se meritorum. Idem 9. Phil. His honoribus habitis Ser. Sulpitio, repudiatæ legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.

Testiuilicium Res minimi pretij: sumptum à filorum fragmentis, quæ de tela decidunt, quæ propriè testiuilicia vocari volunt. Plaut. Casin.

Non

Non ego hoc verbum emptitem testiuilicio. Quo tamen in loco Festus legit titiuillicio.

Testuaceum, Vide TESTVS.

Testudo, inis. Animal tardigradum, à testa qua tegitur nomen habens. {χέλωνη Ital. *Testudine, galana.* Gal. *Vne tortue.* Hisp. *Galapago, tortuga.*} Earũ genera sunt marinæ, palustres, terrestres, & lutatiæ, quæ in dulci aqua diuersantur. Ex his marinæ in ludico mari in tantam euadunt magnitudinem, vt singularum superficies habitabiles casas integant, atque inter insulas Rubri præcipuè maris non aliis ferè nauigent cymbis. Vniuerso autem generi testudinum dentes nulli sunt, sed rostri margines acuti, superiore parte inferiorem claudente, pyxidum modo. Ova pariunt in terra, auium ouis similia: fœtúsque educant annuo spatio. Reliquam earum naturam, vide apud Plin. lib. 9. cap. 10. ¶ Est item testudo machina bellica, tabulatis contexta, & crudo corio, aut ellicinis centonibus contecta, aliáve materia quæ difficulter possit exuri. Hæc intus habebat trabem funibus suspensam, quæ si vnco præmuniretur ferreo, falx dicebatur, eo quòd incuruata esset cum in vsum, vt lapides è muro euelleret. Si verò ferro bifurco caput haberet munitum, aries dicebatur, siue quòd arietis in morem retrorsum cederet, vt maiori cum impetu feriret, siue quòd geminis cornibus capitis arietini similitudinem referret. ¶ Testudo autem dicebatur, quòd modò caput excereret, modò subduceret, viuæ testudinis ritu. Silius lib. 1, Tandem cum densis arctæ testudinis armis, Subducto Pœni vallo, excáq; latebra Pandunt prolapsam suffossis mœnibus vrbem. Cæsar 4. belli Gallici, Reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces, testudinésque parare, ac facere cœperunt. ¶ Testudo item dicebatur, congregata militum multitudo consertis scutis tecta aduersus impetum lapidum, aliorúmque telorum desuper incidentium. συναστισμὸς. Liu. 10. ab Vrbe, Galli testudine facta conferti stabant. Cæs. 5. belli Gall. Ac milites legionis septimæ testudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locum ceperunt. ¶ Rursùs testudines in ædificiis dicuntur fornices, siue cameræ, testudinei tegminis instar conuexæ. κεραύνωμα. Virg. 1. Aeneid. Tum foribus diuæ, media testudine templi, Septa armis, solióque altè subnixa resedit. ¶ Est item testudo, musicum instrumentum, viuæ testudinis figuræ non admodum dissimile, quod & Græci ab animalis nomine χέλυν appellant. Huius inuentionem Mercurio assignat Hyginus, qui quum aliquando in testudinem incidisset, cuius caro longa vetustate erat exesa, solis relictis neruis, qui digitis percussi non inamœnum edebant sonum, ex illius similitudine lyram excogitauit: vnde & testudinis illi nomen manssisse quidam existimant Horat. lib. 1. Carm. O decus Phœbi, & dapibus supremi Grata testudo Iouis, ô laborum Dulce lenimen. Virgil. 4. Georg. Ipse caua solans ægrum testudine amorem. Cic. 2. de Nat. deor. Quocirca & in fidibus testudine resonatur.

Testudineus, a, um, adiectiuum. Quod est testudinis. {ὁ ἢ τὸ χελώνειος, καμαρωτός. Ital. *Di testudine, di galana, fatto in volto.* Gal. *De tortue, fait en voulte.* Hispan. *De galapago, de tortuga, hecho en boueda.*} vt, Testudineus gradus. Plaut. in Amph. -siue grallatorius, siue Testudineus fuerit (subaudi, gradus) certum est mihi hunc scelestum perdere.

Testudinatus, ta, tum. Fornicatus, concameratus, siue quod conuexum & incuruum est testudinis more. {καμαρωτός. Ital. *Fatto in volto.* Gal. *Fait en voulte.* Hisp. *Hecho en boueda.*} Plin. lib. 33. ca. 11, Sed & testudinatum in vsum venisse. Colum. lib. 12. cap. 15. Et inter se accliues testudineato tecto more tuguriorum inarescentem ficum à rore, & interdum à pluuia defendant. Vitruu. lib. 2, Tecta recidentes ad extrema transtra traiiciunt, gradatim contrabentes, & ita ex quatuor partibus in altitudinem educunt in medio metas, quas luto & fronde tegentes, efficiunt testudineata tecta.

Testus, us, instrumentum plerunque fictile, nonnunquam etiam ex ære, aliáve materia, in quo placentæ, aliáque idgenus coquebantur. {κλίβανος. Ital. *Testo, coperchio della padella.* Gal. *couuercle de paelle, vn four de terre* Hisp. *Vaso ò horno de barro.*} Cato de Re rust. cap. 75, In foco calido sub testu coquito leniter. ¶ Legitur & testum in eadem significatione: vt Aereum testum, apud Plin. lib. 30.

Testuaceum libum. & Panem testuaceum dicimus, quem Græci vocant κλιβανίτην. {Ital. *Cotto in forno ò in testo.* Gal. *Cuict au four de terre.* Hisp. *Cozido en horno de barro.*} Varro lib. 4. de Lingua Latina, Libum dictum, quòd libabatur, prius quàm esset coctum: testuaceum, quòd in testo calido coquebatur: vt etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ.

Tetanothra, τετανόθρα, Medicamenta sunt eiusdem formæ: cuius & psilothra, ψιλόθρα. Sed psilothris ad pilos vellendos, tetanothris ad erugandam, extendendámque in facie cutem vtimur.

Tetanici, τετανικοί. A tetano morbo dicti sunt, quum musculi, qui secundum spinam sunt, ita rigent, vt se inflectere non possint. Idque quum anterior pars afficitur, vt si mentum pectori annectatur. ἐμπροσθότονος: quum posterior, vt si caput scapulis adhæreat, ὀπισθότονος: quum verò ambæ rigent ex æquo, tetanos vocatur, vt si cervix recta & immobilis intendatur, etiam si (vt ait Celsus) quidam minus subtiliter, & minus discretè his nominibus vtuntur.

Tetartæus, adiect. τεταρτῶος, Quartanos. Colum. lib. 3. cap. 20. Tetartæũ pro tetrade, siue quaternario numero posuisse videtur, quum ait, Nec tamen ea causa compellere nos debet ad multas vitium varietates: sed quod iudicauerimus eximium genus, id quantæ multitudinis possimus efficiamus. Quod deinde proximum à primo: tum quod est tertiæ notæ. vel quartæ: quódque eatenus velut lectatum quodam contenti simus tetartæo. Satis est enim per quatuor, vel summum quinque genera vindemiæ fortunam opperiri.

Tetartemorion, τεταρτημόριον, Græca dictio quadrantem significans. Plin. lib. 7. cap. 49, Durat & ea ratio quam Petosiris, ac Necepsos tradiderunt, & tetartemorium appellant, à trium signorum portione qua posse in Italiæ tractu CXXVI annos vitæ contingere apparet. Quo in loco tetartemorion accipitur pro spatio trium signorum, quæ est pars quarta Zodiaci.

Teter, tra, trum. Fœdus, crudelis, dirus: & tam ad animum quàm ad sensus exteriores pertinet: vt Tetra bellua, tetra vox, teter odor, teter aspectus, teterrima mens. {βλοσυρός. Ital. *Fiele, crudele, bruto sporco.* Gal. *Puant & infait, ord & infame, cruel, moschaus.* Hispan. *Torpe ò feo à hediendo, ò cruel.*} Plautus Mostel. Ego verò te neque terriorem belluam Vidisse me vnquam, neque peiorem, censeo. Ibidem. Nullum ædepol hodie genus est hominum terrius. Cic. 4. Tusc. Ipsam ægritudinem quam nos vt tetram & immanẽ bellua fugiendam esse diximus, non sine, &c. Claud. 1. Eutrop. -nec bellua terrior vlla est Quàm ferui rabies in libera colla furentis. Sulpitius ad Cic. lib. 4. Ira vir clarissimus ab homine teterrimo, acerbissima morte est affectus. Colum. lib. 7. cap. 5. Toto ventre distenditur, contrahitúrque, & spumam quasdam renuem teuri odoris expuit. Virgil. lib. 3. Aeneid. Tum vox terrum dira inter odorem. Horat. 1. Serm. Saty. 4, -postquam discordia tetra Belli ferratos postes, portásque refregit.

Terrè, terrius, teterrimè. aduerb. {βλοσυρῶς, δεινῶς. Ital. *sporcamente, crudelmente.* Gal. *Vilainement, cruellement.* Hisp. *Feo y cruelmente.*} Cic. 1. de Diuin. Multáque facere impurè, ac terrè, cum temeritate & impudentia. Idem pro Domo sua, Quod seuerè de religione decreuerat, impurissimè, teterrimèque violasti.

Tetricus, vide suo loco.

Tetro, as. Fœdo, conspurco. {βδελυρεύω Ital. *Sporcare, macchiare.* Gal. *Vilainer, maculer.* Hisp. *Ensuziar, manzillar.*} Pacuuius, Belluarum ac ferarum aduentus loca tetrat.

TETHYS, Tethyos, prima syllaba prod. τηθὺς. Cæli & Vestæ filia, soror Saturni, coniunx Neptuni, fluuiorum & Nympharum mater. Hesiodus in Theogonia. At Ouidius lib. 5. Fast. videtur sentire illam fuisse Titani filiam, qui fuit Saturni frater natu maior. Ait enim, Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Darinum facit Tethyi. Catul. de coma Beren. Luce tamen canæ Tethyi restituor.

Tetrachordum, τετράχορδον. Musicum instrumentum, quatuor instrũctum chordis.

Tetracolon, pen. prod. {τετράκωλον. Ital. *Di quattro membri.* Gal. *De quatre membres.* Hispan. *De quatro membros.*} Quod quatuor constat membris. Vnde odarum quædam genera, quatuor constantia carminum generibus, Tetracola appellamus.

Tetradoron, pen. prod. {τετράδωρον. Ital. *Di quattro palmi.* Gal. *De quatre paulmes.* Hispan. *De quatro palmas.*} Lateris genus, à quatuor palmorum maiorum, hoc est pedum trium longitudine dictum. Prisci enim Græci δῶρα palmum vocabant: vnde & δῶρα munera dicta, quòd manu darentur. Auror Plin. lib. 35. cap. 14.

Tetradrachma, mæ, vel Tetradrachmũ, mi, {τετράδραχμον. Ital. *Di quattro drachme.* Gal. *De quatre drachmes.* Hispa. *De quatro drachmas.*} Nummus quaternas valens drachmas. Liuius 4. belli Macedon. Adhæc clypei argentei decem, signati argenti octogincta quatuor millia fuere. Attici tetradrachma vocant: trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus.

Tetragnathij, τετραγνάθιοι, Aranei quidam, à maxillarum multitudine ita dicti, quas Græci γνάθους dicunt. Plin. lib. 29. ca. 4, Tetragnathij duo genera habent: prior, medium caput distinguente linea alba, & transuersa altera: hic oris tumorem facit. At cinereus posteriore parte candicans, lentior.

Tetragonismus, τετραγωνισμὸς, Quadratio, alterius figuræ ad quadratam reductio.

Tetragonus, penultima producta, τετράγωνος, Quadrangularis, siue quadratus.

Tetragrammaton, {τετραγράμματον. Ital. *Di quattro lettere.* Gal. *De quatre lettres.* Hispan. *De quatro letras.*} Quod quatuor constat literis. Vnde Dei nomen dictum est tetragrammaton, quòd non modò apud Hebræos, verumetiam apud Græcos, Latinos, Aegyptios, Chaldæos, Arabes, Gallos, multósque alios populos quatuor elementis scribatur.

Tetrametron, pen. prod. τετράμετρον, Carminis genus Comicis familiare, quatuor constans mensuris maioribus, hoc est pedibus octo, vnde & Octonarium vocant Latini.

Tetrapharmacum, τετραφάρμακον, Emplastri genus apud Celsum lib. 5. cap. 19. puri mouendo in primis vtile: ita dictum, quòd ex quatuor constaret simplicibus, cera, pice, resina, & seuo taurino, pari portione commissis. ¶ A gulæ quoque proceribus tetrapharmaca dicebantur epulæ quædam delicatiores, quæ ex quatuor pretiosis opsoniis constabant, scilicet phasiano, sumine, perna, & erustulo: quod genus primùm ab Aelio Vero fuisse excogitatum, autor est in vita eius Spartianus.

TETRAPOLIS, τετράπολις, Syriæ regio, à quatuor præcipuis vrbibus denominata: quarum nomina sunt, Antiochia cognomine Epidaphne, Seleucia Pieria, Apamea, & Laodicea, quæ propter concordiam fratres dictæ sunt. Autor Strabo lib. 15.

Tetraptotum, pen. prod. τετράπτωτον. Per quatuor casus variatum.

Tetrarcha, æ, {τετράρχης. Ital. *Signore della quarta parte d'vna prouincia.* Gal. *Le seigneur, ou gouuerneur d'vn quartier d'vne prouince.* Hisp. *Señor dela quarta parte de vna prouincia.*} Qui quartam regni partem obtinet. Cic. ad Attic. lib. 2, Qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. Lucan. lib. 7, -sieci sed plurima campi Tetrarchæ, tegésq; tenent, magnique tyranni. Horat. 1. Serm. Saty. 3, -habebat sæpe ducentos, Sæpe decem seruos: modò reges, atque tetrarchas.

Tetrarchia, æ, {τετραρχία. Ital. *Quarta parte d'vna prouintia.* Gal. *Quatriesme partie d'vne prouince.* Hispa. *La quarta parte de vna prouincia.*} Quartæ partis regionis cuiuspiam imperium. Cic. 1. de Diuin. Cuius quidem hoc præclarissimum est, quòd postea quàm à Cæsare tetrarchia, regno, pecuniáque multatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quæ sibi ad Pompeium proficiscenti secunda euenerint, pœnitere.

Tetrastichon, pen. cor. {τετράστιχον. Ital. *Quatro versi.* Gal. *Quatre vers.* Hisp. *Quatro versos.*} Carmen, quatuor tantùm versibus sententiam concludens: quemadmodum Distichon, quod duobus versibus rem absoluit. στίχος enim Græci versum appellant.

Tetrasyllabum, {τετρασύλλαβον. Ital. *Di quattro syllabe.* Gal. *De quatre syllabes.* Hispan. *De quatro syllabas.*} Quod est quatuor syllabarum: vt, Imperator.

Tetrici, pen. cor. Tristes ac seueri, à Sabinorum monte Tetrico dicti, qui aspertimus est. {τραχεῖς. Ital. *Aspri, tristi, seueri.* Gal. *Seueres & tristes, asprets, & rudes.* Hisp. *Graues y riguroſos, asperos.*} Teste Seruio in illud Virg.

lib.10. Qui Tetricæ horrentis rupes montémque Seuerum, Caſperiámque colunt, Forulóſque & flumen Himellæ. Mart.lib.6, At quàm non tetricus, quàm nulla nubilus ira! Quàm placido noſtras legerat ore preces! Colum.lib.8.cap.11, Pauonum educatio magis vrbani patrisfamiliæ, quàm tetrici ruſtici curam poſcit. Ouid. 1. de Arte, Hoc aditu vidi tetricæ data verba puellæ.

Tetricitas,atis, Grauitas, vel ſeueritas. {ιωνθρωπικὸς μᾶλλον. Ital. *Seuerità, durezza.* Gal. *Seuerité, rudeſſe, triſteſſe.* Hiſpa. *Grauedad y rigor.*} Ouid.aut quiſquis is fuit, qui Carmen ad Piſonem ſcripſit,

Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mœſtum,
Nec fluidum, læta ſed tetricitate decorum Poſſumus.

Tetro, tetras, Vide TETER.

Tettigometra, pen. prod. *τεττιγομήτρα*, Cicadarum matrix, hoc eſt inuolucrum ex quo cicadæ oriuntur. Plin.lib.11.cap.26, de cicadarum ortu loquens, Fit primò vermiculus: deinde ex eo, quæ vocatur tettigometra: tenuis cortice rupto circa ſolſtitia euolant cicadæ.

Tettigoniæ, *τεττιγόνια*, Minores cicadæ, minúſque vocales quàm achetæ. Autor Plin.lib.11.cap.26.

TETTIVS Caballus, Viri proprium, qui ſub Veſpaſiano & filiis claruit, & propter ſcurrilitatem à calcitratu caballi nomen adeptus eſt.

TEVCA, Illyricorum regina, quæ P. Iunium, & T. Coruncanum legatos ſumma Romanorum iniuria interemit, quibus ob id ſtatuæ in roſtris ſunt erectæ. Autor Plin.lib.34.cap.6.

TEVCER, *τεῦκρος*, Scamandri Cretenſis filius in Troade vnà cum Dardano genero regnauit: vnde Ilienſium regum fluxit origo. Ab huius nomine Troia, Teucria dicta eſt, & Troiani ipſi Teucri. Hic & Salamina Cypri condidit, vt teſtatur Iuſtinus lib.44. ¶ Fuit & Teucer alius, frater Aiacis Telamonij, ſagittandi peritiſſimus, quem Homerus lib.8. Iliad. inducit ſub fratris clypeo latentem, multóſque Troianorum occultè ex inſidiis vulnerantem. ¶ Teucer præterea fuit ſcriptor quidam Cyzicenus, cuius opera enumerantur à Suida.

TEVCRI, *τεῦκροι*, Iidem qui Troiani, ita dicti à Teucro Cretenſi, qui vnà cum Dardano genero in Troade regnauit. Virgil.3. Aeneid. Necnon & Teucri ſocia ſimul vrbe fruuntur. ¶ Hinc & Troas ipſa Teucria dicta eſt. Virg.lib.1.Aen. Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu.

Teuchites, pen. prod. & maſc. gen. *τευχίτης*, Iunci odorati ſpecies laudatiſſima, à loco in quo naſcitur, nomen habens. Plin.lib.21.cap.18, Laudatiſſimus ex Nabathæa iuncus, cognomine teuchites. Dioſcorides *τευχῖτιν* appellat fœminino genere, reſpiciens nimirum ad nomen generatius *χόρτον*, quod etiam in fœminino genere ab eodem vſurpatur.

Teucrion, *τεῦκριον*, Herba eſt quam quidam ſplenion, alij hermion appellant, tenues ſpargens iuncos, & folia cutua, aſperis locis naſcens, auſtero ſapore, nunquam florens, aut ſemen gignens. Hanc Teucer inueniſſe exiſtimatur, quum animaduertiſſet extis ſuper eam proiectis ſpleni illam adhæſiſſe, cúmque exinaniſſe. Vide Plin.lib.25. cap.5. Quidam putant eandem eſſe cum Dioſcoridis hemionitide, quæ hodie à pleriſque Lingua ceruina appellatur.

TEVCHIRA, pen. prod. *τεύχειρα* Ptolemæo, Libyæ Cyrenaicæ vrbs, vna ex iis quæ Pentapolin conſtituunt, alio nomine Arſinoe dicta, teſte Plin.lib.5.cap.5.

TEVCRIS, *τεῦκρις* Stephano, Vrbs & regio Troadis, Dardania poſtea dicta. Virgilius Teucriam appellat.

TEVMESSVS, pen. prod. *τεῦμησσος*, Bœotiæ exiguus mons, in quo Herculem adhuc penè puer leonem Teumeſium occidit, eique pellem detraxit: qua ſemper poſtea pro pallio vſus eſt. Leo autem à Ioue in cælum tranſlatus dicitur, vt gloriæ Herculis conſuleret, qui eum inermis occiderat.

Teumeſius, a, um, adiectiuum: vt Thyas Teumeſia. Statius lib.3. Theb. -veſano veluti Teumeſia Thyas Rapta deo, &c.

TEVTATES, pen. prod. Lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui ab illis humano ſanguine placabatur. Hunc Plato inuentorem fuiſſe geometriæ & aſtronomiæ atque talorum ſcribit. Lucanus lib.1, Et quibus immitis placatur ſanguine diro Teutates, horrénſque feris altaribus Heſus. Lactant. lib.7, Galli Heſum atque Teutatem humano cruore placabant deos: qui ſanè feralis ritus diu ſimiliter apud Italos ſtetit, qui Latialem Iouem & Saturnum humana placabant hoſtia.

TEVTHA, *τεύθη*, Regina Illyricorum quæ ob caſtitatis meritum meruit vt longo tempore viris fortiſſimis imperaret, & Romanos ſæpe frãgeret. Plin.lib.34.cap.6 vocat Teucam. Vide ſuprà.

TEVTHADAMAS, *τευθαδάμας*, Nomen patris Pelaſgi, vt inquit Homerus lib.2. Iliados.

Teuthalis, lidos, *τευθαλίς*, Herba quam alij à frequentia geniculorum polygonaton appellant, alij polygonon. Plin.lib.27.cap.12.

Teuthis, idis, *τευθίς*, Piſcis eſt oſſe oblongo, atque exerto munitus, ſed corde carens. Theodorus ex Ariſtotele loliginem vertit. Hinc Themiſtocles Eretrienſibus ignauiam obiiciens, dictitabat eos teuthidi perſimiles. *μάχαιραν μὲν ἔχει, καρδίαν δὲ οὐκ ἔχει.* hoc eſt gladios quidem eos habere, cor autem non habere.

TEVTHIS, Quidam ex Græcorum principibus, qui ad Troiam nauigaturi in Aulidem conuenerunt: qui quum forte ab Agamemnone diſſideret, atque ob id retro ſe in patriam vellet recipere, Mineruam diſſuadentem, atque adeò remorantem, haſta vulnerauit.

TEVTHRANIA, æ, *τευθρανία*, Regio eſt ſupra Aeolidẽ, & partem Troadis in mediterraneo, quam Myſi antiquitus tenuere, vna cum vrbe eiuſdem nominis. Autor Plin.lib 5.cap.30.

TEVTHRAS, antis, *τεύθρας*, Ciliciæ & Myſiæ rex fuit, qui Augam Alæi filiam vnà cum Thelepho filio, patris iuſſu vnæ impoſitam, & ad Caici ſtauij oſtia delatam, vxorem duxit, filiúmque eius Thelephum pro ſuo educauit: vt ex Euripide refert Strabo lib.13. Ab hoc Teuthrante regio ſupra Aeolidem, ad Caicum amnem, Teuthrania dicta. Quin & Caicus ipſe ab illius nomine Teuthranteus cognominatur ab Ouid.2. Metamorph.

TEVTHRIA, *τεύθρια*, Maris Adriatici inſula, Apuliæ littori adiacens, Plin.lib.4.cap.16.

Teuthrion, *τεύθριον* Dioſcoridi, Herbæ nomen quæ aliàs polion dicitur. Plin.lib.21.cap.7, Polion quidam teuthrion vocant, &c.

TEVTONES, ſiue Teutoni, pen. cor. *τεύτονες*, Germaniæ populi, Ingeuonibus à Plinio annumerati: ita dicti à Teutone ipſorũ deo (vt Tacitus Tuiſconem appellat) quem indigenam, & terra ortum exiſtimabant.

Teutonicus, adiectiuum, *τευτονικὸς*, Poſſeſſiuum à Teutonibus Germaniæ populis deductum: vt Teutonici capilli. Mart.lib.14,

Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos:
Captiuis poteris cultior eſſe comes.

Texo, xis, xui, xtum, Telam conficio. {ὑφαίνω, ἱστουργῶ. Ital. *Teſſere.* Gal. *Tiſtre, entrelacer.* Hiſpa. *Texer.*} Terent. Heaut. Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus. Tibul. lib.1. eleg.3, Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa Texuit. Virgil.10. Aegl. Dum ſedet, & gracili ſiſcellam texit hibiſco. ¶ Per tranſlationem Texere ponitur pro componere, fabricare, ſcribere, colligere, compingere, concinnare. *συντιθέναι, συνάγειν, συναρμόζειν.* vt, Texere hiſtoriam, texere corollam. Cic. ad Attic. lib.4, Paulus in medio foro baſilicam iam penè texuit iiſdem antiquis columnis. Plin.lib.13.cap.11, Ex ipſo quidem papyro nauigia texunt. Virgil.11. Aeneid. Bis denas Italo texamus robore naues. Ouid Epiſt. 15, Texitur & coſtis panda carina ſuis. Texere nidos, apud Quintil. lib.1.cap.16. Texere epiſtolas. Cicero ad Pætum lib.9, Epiſtolas verò quotidianis verbis texere ſolemus. Idem ad Quint. Fratr. lib.3, Sanè texebatur opus luculentè: hominúmque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat.

Textus, a, um, participium. {ὑφασμένος, συντεθειμένος. Ital. *Teſſuto.* Gal. *Tiſſu.* Hiſp. *Texido.*} Virgil.2. Aeneid. Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem Roboribus textis, cœlóque educere iuſſit.

Textus, huius textus, textura, complicatio. {ὑφασμός, συμπλοκή. Ital. *Teſſimento.* Gal. *Triſſure.* Hiſp. *Teximiento, obra de texer.*} Plin.lib.9.cap.35, Alterno texru fulgentibus toto corpore crinibus. Idem lib.18.cap.7, Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.

Textum, ti, Quicquid ex quauis materia contexitur aut componitur. {ὑφασμα. Ital. *Coſa teſſuta.* Gal. *Ouurage tiſſu.* Hiſp. *Coſa texida.*} Mart. lib.5, Et dona matrum vimineo ferunt textu. Ouid. Epiſt. 16, Purpura nèpe mihi, pretioſáque texta dabuntur. Virg.8. Aeneid. Tum læues ocreas electro, auróque recocto, Haſtámque & clypei non enarrabile textum. Pinea texta carinæ. Catullus Argon. ¶ Textum orationis, pro ſtylo. Quintil.lib.9, Neque illud in Lyſia dicendi textum tenue, atque raſum lætioribus numeris erat corrumpendum.

Textilis, textile, penult. corr. Quod texendo factum eſt. {ὑφαντός, πλεκτός. Ital. *Coſa teſſuta.* Gal. *Ouurage tiſſu.* Hiſp. *Coſa texida.*} vt, Textilis corona, & textilis veſtis, ante cuius vſum fuit Nexilis veſtitus: vt docet Lucretius lib.5, quum ait, Nexilis antè fuit veſtis, quàm textile tegmen. Primi autem Aegyptij inuenerunt textilia, teſte Plin. lib.7. cap.56. Cic.5. Tuſcul. Collocari iuſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimè textili ſtragulo, magnificis operibus picto. Virgil.3. Aeneid. Textilibúſque onerat donis, ac talia fatur. ¶ Textilis pictura, quæ in taperibus fieri, aut tela ſolet. Cic.6. Verr. Nego vllam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit, &c. ¶ Textilis vmbra palmitis, quæ multis palmitibus intertextis fit. Mart. lib.12, Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis vmbra ſupini Palmitis.

Textor, oris, Qui veſtem aut telam texit. {ὑφαντὴς, ἱματιουργὸς, ὑφάντης. Ital. *Teſſitore, teſſitore.* Gal. *Tiſſerand, tiſſeur ou tiſſier, telier.* Hiſp. *El que texe, texedor.*} Cic. pro Plancio, Si pro fabro aut textore emimus. Iuuen. Satyr.9, -pingues aliquando lacernas Munimenta togæ, duri craſſique coloris, Et malè percuſſa textoris pectine Galli.

Textrix, cis, Mulier textoriæ artis perita. {ὑφάντρια. Ital. *Vna teſſera.* Gal. *Tiſſerande.* Hiſpan. *La que texe, texedora.*} Tibul. lib.1.cap.1, Atque aliqua aſſiduè textrix operata Mineruam Cantet.

Textrina, næ, pen. prod. Officina textoris. {ἱστουργεῖον. Ital. *Teſſitora.* Gal. *L'ouuroir d'vn tiſſerand.* Hiſp. *Lugar donde texen.*} Cic.5. Ver. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iſte textrinam non inſtituerit. ¶ In eadem ſignificatione legitur & textrinum. Cic.5. Verr. Quod tamen oppidum iſti per triennium textrinum ad muliebrem veſtem faciendam fuit. ¶ Textrinæ item vocabulum exiſtimant nonnulli pro ipſa arte textoria aliquando accipi, citantes locum Plinij ex lib.11.cap.24, vbi ſic legitur, Quàm non ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas, & quadam politoræ arte ipſa per ſe tenax ratio textrinæ. Emendatiora tamen Plinij exemplaria, tramæ, hoc in loco, non textrinæ, legendum oſtendunt.

Textura, æ, Ratio ipſa texendi. {ὑφαντικὴ, πλοκὴ, πλέγμα. Ital. *Teſſura.* Gal. *Tiſſure, ou tiſſement.* Hiſpa. *Obra de texer.*} Lucret. lib.3, Quàm tenui conſtet textura, quámque loco ſe Contineat paruo.

T ante H.

THABIS, Scythiæ mons eſt in Aſia, vt ſcribit Pomponius Mela lib.3. Apud Plinium tamen lib.6.cap.17, Tabis legitur ſine aſpiratione.

THAIS, *θαΐς*, Nobilis meretrix fuit Alexandrina, quæ Atticam iuuentutem in ſui amorem pellexit. Hanc ſuis carminibus celebrauit Menander, Comicus Poëta Græcus, vnde & Menandreæ epithero à Poëtis inſignitur. Propertius, Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus luſit Erichthonius. ¶ Fuit & Thais altera, à diuo Pannutio ad vitæ continentiam reuocata, adeò vt relicto quæſtu meretricio, ſancta mulier euaſerit. Nam ignotus ad eam ingreſſus, ſecretum petebat magis ac magis: illa verò dicente, neminem niſi Deum ipſos poſſe conſpicere: ille ſumpta hac occaſione, ad Dei metum ac religionem eam eſt exhortatus, qui poſſet etiam occulta conſpicari & plectere. Volaterranus lib.20.

THALAMAE, *θαλάμαι*, Vrbs Meſſeniæ, teſte Stephano, Paſiphaes templo, & oraculo nobilis: vt docet Plutarchus in Agide. Hinc ſit gentile Thalamata, *θαλαμάτης*.

Thalamegos, pen. prod. *θαλαμηγὸς*, Nauis genus. Athenæus, Aedificauit Ptolemæus Philopater nauem etiam fluuialem, quæ thalamegos vocabatur. Longitudo eius ſemiſtadium: latitudo quæ eſſet ampliſſima, triginta cubitis: altitudo cum ſuggeſtu tabernaculi paulò minor quadraginta cubitis: figura eius neq; longis nauibus, neq; rotundis aſſimilis.

Thalamus, pen. corr. {θάλαμος. Ital. *Camera da ſpoſo ò da ſpoſa.* Gal. *chambre à coucher.* Hiſp. *La camara y cama donde ſe ayuntan los deſpoſados.*} Cõmune coniugis vtriuſque cubiculum. Virgil.9. Aeneid. Ferreiq; Eumenidum thalami,

thalami, & discordia demens. ¶ Per translationem pro ipsis nuptiis, atque adeo pro ipso connubij iure accipitur. Idem 6. Aeneid. Hic thalamum invasit natæ, vetitósque hymenæos. Idem Aen. 4. Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ? Ouid. 10. Met. -sine coniuge cælebs Viuebat, thalamique diu consorte carebat. Idem 1. Amor. Eleg. 8. Hæc sibi proposuit thalamos violare pudicos. ¶ Thalamus, pro alueolis apium. Virgil. 4. Georg. Post vbi iam thalamis se composuere, siletur In noctem. ¶ Hinc Epithalamium, carmen nuptiale.

Thalassicus color, ξθαλασσικὸς χρὼς. Ital. *Di colore di mare.* Gal. *De couleur de mer, comme bleu ou pers.* Hispa. *De color del mar.* } Qui similis est fluctibus marinis. Græci enim θάλασσαν mare dicunt. Plautus, Nescio quis tecum incedit ornatu quidem thalassico. Idem Mil. Palliolum habeas ferrugineum: nam is color thalassicus.

Thalassinus, a, um, penult. corr. Eiusdem significationis. Lucret. lib. 4, -teritúrque thalassina vestis. Hoc est cærulei coloris, & marini.

Thalassio, Vide THALASSIO.

Thalassomeli, θαλασσόμελι, Medicamentum quod fit æquis portionibus, maris, mellis, imbris, fictilique vase depicato conditur. Plin. lib. 13. cap. 6. Inueteratur quod vocatur thalassomeli æquis portionibus maris, mellis, imbris, &c. Accuratiorem huius medicamenti confectionem vide apud Dioscoridem lib. 5. cap. 17.

Thalassometra, θαλασσομήτρα, Maris mensor.

THALES, tis, & Thalis, θαλῆς & θάλητος. Vnus ex septem Græciæ sapientibus, qui eodem tempore in Græcia floruerunt. Natus est (vt ex Apollodori sententia tradit Laertius) anno primo XXXV Olympiadis. Vixit annos (vt Sosicrates tradit) nonagintavt alij, septuaginta. Hic primus in Græciam Geometriam creditur inuexisse, primúsque obseruasse temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum motus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, & Solis annua reuerticula. Interrogatus quid in rerum natura difficillimũ existimaret, Seipsum, inquit, nosse. Iterúmq; rogatus quum sciscitaretur, quomodo optimè & iustissimè viuere liceret, Si (inquit) quæ in aliis reprehendimus, ipsi non faciamus. Huic tripus aurea à piscatoribus Milesiis reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis indicantis, eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem peruenit, qui illam Delphos remisit ad Phœbum, vt qui deũm hominúmque sapientissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicut à Pythagora Italica. Eius discipulus fuit Anaximãder, cuius auditor Anaximenes & Hecateus historicus. ¶ Thales item fuit Poëta Lyricus Cretensis, quem è Creta Solon Spartam misit, vt eius odis ac poësi Spartani deliniti, animorum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam, castigarent. Autor Plutarchus in Solone.

THALESTRIS Curtio, θαλέστρις, vel (vt apud Strabonem legitur) Thalestria. Regina Amazonum, quam alij Minitheam vocant. Hæc audita fama rerum ab Alexandro gestarum, relicto regno, trecentis comitata mulieribus, in Hyrcania illi occurrit, vt sobolem ex eo conciperet: vtq; primùm sibi visa est facta esse grauida, reuersa est in regnum.

THALIA, pen. prod. θαλία, Vna ex nouem Musis: ἀπὸ τοῦ θάλλειν, quod inter cætera significat virere seu florere: propterea quòd Poëtarum fama nullo tempore marcescat. Virgil. 6. Aeglo. Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalia.

Thalictrum, θαλίκτρον Dioscoridi, Herba folia coriandri habens, pinguiora paulò, caulem papaueris. Plin. lib. 27. cap. 13.

Thalli, θαλλοί, In porris, & cæpis, & allio, medij stipites dicuntur: à θάλλειν, id est virescere. Colum. lib. 11. cap. 3. Thalli cæparum ventis prosternentur, totúmque semen excutietur. ¶ Thalli item dicuntur rami lauri, vel oliuæ, semper virentes.

Thallophori, θαλλοφόροι, dicti qui Athenis in Panathenæis oleæ ramos gestabant. Erant ij vt plurimum senes. Vnde per iocum thallophori dicuntur, qui ad munera obeunda sunt inutiles.

THALYSIA, θαλύσια, Festa erant apud Athenienses, quibus, fructibus omnibus in horrea conuectis, diis primitias consecrabant: dicta ἀπὸ τοῦ θάλλειν, propterea quòd idcirco præcipuè fierent, vt quæ succisa erant, possent reuirescere. Vide Cælum Rhodig. lib. 12. cap. 17.

THAMANAEI, θαμαναῖοι, Populi sunt Persis tributarij. Herod. lib. 3.

THAMYRAS, siue Thamyris, θαμύρας, ἢ θάμυρις Suidæ, Poëtæ nomen ex Thracia, qui quum omnes pulchritudine præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde mutata consuetudine, Musas amauit, cum quibus de cantu certauit hisce conditionibus, vt si vinceret, earum complexu potiretur: siu succumberet, ab illis pateretur quicquid eis videretur. Itaque superatus & oculis, & lyra priuatus est. Hinc manauit prouerbium in eos qui præter ingenium proprium aliquid agunt, Thamyras insanit, θαμύρας μαίνεται. Hæc Erasmus in Prouerbiis, & Suidas. Ouid. lib. 3. de Arte. Tu licet & Thamyram superes, atque Orphea cantu, Non erit ignotæ gratia magna lyræ, &c.

THANATOS, θάνατος, Insula in Oceano Gallico, Britanniæ (vt Solinus refert) proxima, frumentariis campis in primis fœlix: venenis autem adeò aduersa, vt non modò serpentem nullum educet, verumetiam aliunde importatum statim enecet: vnde & à serpentum morte nomen creditur accepisse.

THAPSACVS, pen. corr. θάψακος, Vrbs Syriæ amplissima, ad Euphratem fluuium: cuius meminit Xenophon de Cyri expeditione lib. 1.

THAPSVS, θάψος, Insula decem stadiis à Sicilia distans, versus Syracusas, plana, & quàm minimum è mari eminens, adeò vt vndis mersa videatur. Vnde & Thapsus dicta est, ἀπὸ τοῦ θάπτειν, quòd in mari quodammodo sepulta videatur. Virgil. 3. Aeneid. Thapsúmque iacentem.

Tapsia, θαψία, Frutex est tota specie ferulæ similis, graciliore tamen caule, folio fœniculo simili: vmbellas habens in singulis germinibus anetho similes, & in iis florem luteum: semen autem modicè latum, minus quàm ferulæ: radix est prægrandis, intus candida, foris nigra, crassiore cortice vestita, & acris. Colligitur ex ea liquor eiusdem nominis, effossa circa eam terra, vulneratóque cortice. Dicta Thapsia à Thapso insula, in qua primùm creditur inuenta. Vide Plin. lib. 13. cap. 22. & Dioscor. lib. 4.

THASSVS, ſi, θάσος, Insula est maris Aegæi, Thraciæ adiacens, contra Nessi fluminis ostia: oppidum habẽs eiusdem nominis, à Phœnicibus, qui Europam terra marique inuestigantes, eò peruenerunt, conditum: vt est autor Herod. lib. 2. Huius incolæ Thasij, Θάσιοι dicuntur, generosis vitibus, & insigni marmoris genere nobilitati. Virg. 2. Georg. Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. Thasij marmoris meminit Plin. cum aliis plerisque in locis, tum lib. 36. cap. 6. Thasia nux, eadem quæ & Græca, & amygdala dicitur, teste Macrobio Saturnal. lib. 6.

THAVMACIA, θαυμακία, Magnesiæ oppidum, ita dictum à Thaumaco Pœantis patre: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 9. Stephanus Thaumaciam alteram collocat ad sinum Maleacum.

THAVMANTIAS, adis, θαυμαντιάς, Thaumantis & Electræ filia. Virg. 9. Aeneid. Ad quem sic toseo Thaumantias ore locuta est. Eadem etiam Thaumantis dicitur: vt, Imbrifera Thaumantis, apud Stat. 3. Syl.

THEA, θέα, Nympha Oceani & Tethyos filia. Autor Hesiodus in Theogonia.

THEAGENES, Tres Athenis diuersis temporibus Suidæ fuisse recensent. Vnum, qui de Homero scripsit. Alium qui σοφιστὴς, id est fumus est cognominatus, quòd multa promitteret, nihil præstaret: pauper enim erat, ac diues videri volebat. Tertius, vir potens ac diues Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publicè ac priuatim multa laude digna gessit. Quartum addit Pausanias athletam, patria Thasium, qui CXI, coronas è certaminibus retulit.

Theamedes, θεαμήδης, Lapis contrariam magneti habens naturã. Nam vt ille ferrum occulta quadam naturæ vi ad se attrahit, ita theamedes respuit, repellitque. Plin. lib. 36. cap. 16.

THEANGELA, θεάγγελα, Cariæ oppidum, vnum ex iis quæ ab Alexandro Magno Halicarnasso fuerunt attributa. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

THEANO, θεανὼ, Mulier fuit Cretensis, filia Pythonactis, & vxor Pythagoræ, quæ illi Telaugem filium peperit. Scripsit Commentarios quosdam Philosophicos, & Apophthegmata, & Poëma carmine heroico. ¶ Theano alia fuit Metapontina, aut (vt alij malunt) Thuria, Leophronis filia, & vxor Brotini: cuius scripta enumerantur à Suida. ¶ Alia fuit Theano, Antenoris vxor, & sacerdos Palladis, cuius frequens est mentio apud Homerum.

THEANVM. Vide TEANVM.

Theatrum, tri, ξθέατρον. Ital. *Teatro.* Gal. *Theatre.* Hispa. *Teatro, lugar hecho en forma de media luna para juegos.* } Aedificiũ in hemicycli speciem factum, ad videnda spectacula idoneum: ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, hoc est à spectando dictum. Virgil. 1. Aeneid. -hîc alta theatris Fundamenta locant alij. Ouid. 2. Amo. eleg. 7. Siue ego marmorei respexi summa theatri. Plin. lib. 11. cap. 51. In theatrorum orchestris scobe, aut arena superiecta denotatur vox. ¶ Aliquando tamen ponitur pro spectaculo. Martial. lib. 1. Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro Dicitur, exhibuit Cæsar Arena tibi. ¶ Aliquando pro multitudine spectante: vt, Magno theatro hæc acta sanctè est multis spectantibus. Cic. 3. de Orat. Si in his paulum modò offensum est, theatra tota reclamant. ¶ Versari in theatro, per translationem, pro esse in aliquo loco conspicuo ante omnium oculos. Cic. in Verr. act. vlt. Sic obtinui Quæsturam in prouincia Sicilia, vt omnium oculos in me vnum coniectos arbitrer: vt me, Quæsturámque meam, quasi in aliquo orbis terræ theatro versari existimarem.

Theatridium, ξθεατρίδιον. Ital. *Picciol teatro.* Gal. *Petit theatre.* Hispan. *Pequeño teatro.* } diminutiuum forma Græca à theatro deductum. Varro lib. 3. de Re rust. Inter has & exteriores gradatim substructũ, vt theatridium anium: mutuli crebri in omnibus columnis impositi, sedilia anium.

Theatralis, le, Idem quod theatricus, seu quod ad theatrum pertinet. ξθεατρικὸς. Ital. *Di teatro.* Gal. *De theatre.* Hisp. *Cosa de teatro.* } Vnde dicimus theatralis spectacula. Cic. pro Sestio, Theatrales gladiatoriique consessus dicuntur omnino solere leuitate nonnullorum eruptos plausus exiles & raros excitare. Tacit. lib. 1, Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum. Humanitas indecora, & theatralis, Quintil. lib. 2. cap. 2.

Theatricus, a, um, ξθεατρικὸς Ital. *Di teatro.* Gal. *De theatre.* Hisp. *Cosa de teatro.* } Quod ad theatrum attinet: vt, Plausus theatrici, Spectacula theatrica.

THEBAEI, θηβαῖοι. Qui sunt ex Thebis ciuitate Aegypti.

Thebaides, siue Thebaicæ, θηβαΐδες, Palmulæ sunt aridiores, quemadmodum & Arabicæ, macro corpore, exiles, & vapore assiduo, crusta verius quàm cute obductæ. Iudaicis (vt inquit Strabo) suauiores, etiãsi duriores. Gignuntur in Thebaide Aegypti regione, Aethiopiæ contermina: vnde & nomen acceperunt. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

THEBAIS, idis, θηβαΐς, Aegypti regio, Aethiopiæ contermina, à Thebis vrbe potentissima, totiúsque tractus illius capite nomen habens. Vide Plin. lib. 5. cap. 9. ¶ Est item Thebais, insigne Papinij Statij opus, bellum illud continens quod Argiui ad Thebas gesserunt, in quo Eteocles, & Polynices fratres mutuis vulneribus ceciderunt. ¶ Aliquando adiectiui vim habet, quemadmodum & cætera eiusdem terminationis patronymica: vt, Thebais nupta, id est Andromache, Eetionis Thebarum Ciliciarum regis filia. Ouid. 3. de Arte, -quòd erat longissima, nunquam Thebais Hectoreo nupta resedit equo.

THEBE, es, & THEBA, bæ, θήβη: & THEBAE, barum, θῆβαι. Nomina sunt multarum vrbium, quarum vna fuit in Aegypto, à Busyride rege condita, ambitu centum quadraginta stadiorum, vti refert Herodotus, centum portis, aliisque publicis priuatisque ædificiis insignis, totáque pensilis, adeò vt reges vel maximos exercitus solerent educere, nullo oppidanorum id sentiente. Huius incolæ Thebæi dicuntur: & vicina regio Thebais, in Aethiopiam vergens. ¶ Alia Thebe fuit in Bœotia, à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi & Herculis clarissima patria, ab Alexandro Magno postea euersa. Hæc & Draconigera dicitur, quia à Cadmo cum quinque viris, ex dentibus draconis ab ipso interfecti natis, constructa fuit. Varro tamen lib. 3. de Re rust. scribit hanc vrbem ab Ogyge ædificatã. Ab hac Thebani dicti sunt. Hanc heptapylon vocat Apuleius, ab eo quòd septem portas habebat, inclyta duobus ducibus, Epaminonda & Pelopida. Eadem dicta fuit & Dircæa, à Dirce fonte. Vnde & à Statio Thebanus ager Dircæus vocatur. Hinc Pindarus poëta Lyricorum princeps habuit ortum. ¶ Fuerunt & Thebæ in Africa, à Libero patre conditæ.

Vnde Hieronymus in commentario epistolæ ad Galatas, Prætereo Thebas Libeti, quas in Africa condidit: quæ ciuitas nunc Thebestis dicitur. ¶ Alia in Thessalia, à qua Thebani & Thebæi. ¶ Fuit & Alia Thebe, Homero teste, in Cilicia, Andromaches vxoris Hectoris patria. Vnde Ouidius. Nec crudêre minus, quàm quum Thebana cruentum Hectora Thessalico vidit ab axe trahi. ¶ Alia fuit in Lucania, ab Aonijs colonis condita, quam interiisse autor est Cato in Originib. ¶ Fuerunt & Thebæ Corsicæ. ¶ Est & Thebe nomen virginis, è cuius gremio geminæ columbæ (vt est in fabulis) quum euolassent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem respõsa dedit: altera ad syluam Dodonæam, vbi futura mortalibus præcinuit.

Theca, ϑήκη. Ital. *Vagina.* Gal. *Estuy de quelque chose que ce soit.* Hispa. *Lugar donde algo se guarda.* } Vagina, loculus in quo aliquid recondimus: vt, Theca calamaria, theca numaria, theca vasorum. Varro 1. de Re rust. cap. 48, Proinde vt grani theca sit gluma, & apex arista. Martial. lib. 14. Sortitus thecam calamis armare memento? Cætera nos dedimus, tu leuiora para. Cic. ad Attic. lib. 4. Quare in hoc thecam nummariam ne retexeris: in aliis eris cautior. Idem 6. Verrina, Qui videret equum Troianum introductum, vrbem captam esse diceret: efferri sine thecis vasa: extorqueri alia de manibus mulierum.

THECLA Θέκλα, Nomen proprium mulieris sanctissimæ.

THELEBENCANE, Babyloniæ vrbs iuxta Euphratis fluuij partem. Ptolemæus lib. 5. cap. 20.

THELESIS, Argiua mulier, quæ patriam aduersus Cleomenem Spartanorum regem, vnà cũ cæteris mulieribus, quũ deessent viri, tutata est.

Thelygonum, θηλύγονον. Herba habens vuas floribus oleæ similes, sed aliquanto pallidiores. Plin. lib. 27. cap. 8. ¶ Est & alia cratægonos, quæ thelygonos vocatur. differentia intelligitur lenitate gustus. Vide ARSENOGONON.

Thelyphonon, θηλύφονον. Herba ab aliis scorpion vocatur, propter simi litudinẽ radicis, cuius tactu motiuntur scorpiones. Plin. lib. 25. cap. 10.

Telypteris, θηλύπτερις, Filicis species. Plin. lib. 27. cap. 9, Alterum genus filicis thelypteris Græci vocant alij nyphæampteris.

Thema, matis, Θέμα, Latinè positum, seu positio dicitur. ¶ Sunt etiam themata mathematicorum apud Firmicum, affectiones natalitiæ, & quasi posituræ cœli, διαστάσεις. ¶ Thema, controuersiæ declamandæ argumentum. Quintil. lib. 7. cap. 2. Erat mihi curæ in controuersiis forensibus nosse omnia quæ in causa versarentur. Nam in schola certa sunt & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci vocant, Cicero proposita.

THEMIS. Themis, vel Themidis, vel etiam Themistis, Θέμις, Cæli & terræ filia fuit, quæ Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit. Hæc dea putabatur quæ præciperet hominibus id petere quod fas est, vt ait Festus. (nam Θέμις Græcè fas dicitur) habuitq; vetustissimum oraculum in Bœotia, ad Cephisum amnem Ouid. 1. Met. Fatidicámq; Themin quæ tunc oracla tenebat. Claudianus, -sic Atropos vrget. Sic ecinit longæua Themis. ¶ Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta est.

THEMISTA. Eadem est quæ Themis. Cic. in Pisonem, Licet Themista sapientior. Themis accusatiuum facit themin, & themista: à quorum posteriore fit Themista æ.

THEMISCYRA, Θεμισκύρα, Regio Ponti, finitima Cappadociæ: vt scribit Plin. lib. 6. cap. 3, & Mela lib. 1.

THEMISON. Θεμίσων, Medicus apud Herodotũ, & Cornelium Celsum.

THEMISONES. Θεμίσονες, siue Themisonij, Populi, à Themisonio Phrygiæ maioris loco prope Lyciam.

THEMISTIVS Θεμίστιος, Philosophus fuit tempotibus Iuliani apostatæ, à quo etiam prætor Constantinopolis vrbis promotus est. Scripsit paraphrasim in Aristotelis Physica, libris octo: in Analytica posteriora, libris duobus. Præterea edidit sua: videlicet De intentione & inscriptione prædicamentorum: disputationes etiam quasdam. Hic Valentem imperatorem quotidie sæuientem in orthodoxos, autoritate sua & epistolis reddidit mitiorem. Suidas.

THEMISTOCLES, Θεμιστοκλῆς, Nomen viri Athenien sis clarissimi. Neoclis filij: qui prodigus ac lasciuus prima iuuentute, postea dux delectus res inclytas gessit. Pyræeum muniuit. Bello maritimo Persas apud Salaminem vicit. Hic quum ab ingrata patria exul factus esset, & à Xerxe princeps exercitus aduersus Athenienses magno cum honore creatus, quum videret patriæ suæ ingentis cladis periculum imminere, hausto tauri sanguine seipsum interemit, ne aut regi de se merito infidelis esset, non pugnando viriliter, aut patriæ suæ hostis atque oppugnator videretur. Vide Plutarchum.

THEMISTOGENES. Θεμιστογένης, Syracusanus historicus, Cyri expeditionem & bella, quæ in historia Xenophontis continentur, composuit. Autor Suidas.

Thensæ, (vt docet Asconius) Sunt sacra vehicula, cum pompa ordinum & officiorum: sic dictæ quòd ante eas linea tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducant. ἀπὸ τοῦ θίγειν. Vel ἀπὸ τοῦ θεῖον, id est à re diuina, & sic per th scribitur. Cic. de Aruspicum responsis, Te appello Lentule, cuius sacerdotij sunt thensæ, curricula, præcétio, ludi, libationes. Liu. lib. 5. Quæ augustissima vestis est, thensas ducentibus, triumphantibúsve, ex vestiti medio ædium eburneis sellis sedere.

THEOCLYMENVS, Θεοκλύμενος, Homero lib. Odyss. 17, Vates qui Penelopæ prædixit Vlyssis in Græciam reditum.

THEOCRINES, Θεοκρίνης, Nomen cuiusdam Athenien sis, qui primùm Tragœdiarum actor fuit: deinde calumniator & sycophanta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem, tragicum Theocrinem vocat. Erasmus in Chiliad.

THEOCRITVS, Θεόκριτος, Poëta Syracusanus, Praxagoræ, siue (vt alij malunt) Symmachi & Philinæ filius, qui sub Ptolemæo Lagi filio floruit. Alij Coum fuisse volunt, sed admodum iuuenem Syracusas commigrasse. Scripsit Idyllia in genere bucolico, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Fuit & alter Theocritus, historicus Chius Theopompi æqualis, & in administratione Reip. æmulus. Scripsit historiam Libycam, & epistolas quasdam. Autor Suidas.

THEODAMAS, Θεόδαμας, Pater Hylæ fuit, qui ab eius nomine Theodamanteus dicitur à Propertio lib. 1. Elegiarum.

THEODECTES, Θεόδεκτης, Orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis & Aristotelis, qui ei suos de Rhetorica libros dedicauit. Conuersus deinde ad Tragœdias, scripsit fabulas 1. Decessit Athenis natus annos XLI. Scripsit & versibus artem rethoricam: laudauit & virum Artemisiæ Mausolum, vnà cum claris eo tempore oratoribus. ¶ Theodectes orator, superioris filius, scripsit Encomium Alexandri regis Epirotarum: commentarios historicos, artem rhetoricam libris VII, aliáque complura. Autor vtriusque Suidas.

THEODORVS, Θεόδωρος, Byzantius sophista, à Platone vocatus λογοδαίδαλος, Logodædalus. Scripsit contra Thrasybulum & Andocidem, & alia quædam. Suidas. ¶ Theodorus & Teladæus fratres Samij, sculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythij Apollinis signum incœpit: alter Ephesi eodem tempore, & alio saxo absoluit: quibus simul compositis ita conuenit, vt vnum corpus ab vno artifice, & ex vno lapide sculptum videretur. Genus artis huius est Græcis ignotum, sed apud Aegyptios frequẽratum. Nam soli hominum non oculis tantùm totius staturæ compositionem metiebantur, sed dimensione, vt ex variis multisque lapidibus in vnum corpus, in certam mensuram statua perficeretur. De hoc Theodoro Diogenes testatur, quòd non solùm sculptor, sed etiam architectus fuerit, quódque Ephesiis autor exiterit vt Dianæ templi fundamentis carbones subiicerent, vt locus alioqui humidus immobilem acciperet soliditatem. Idem primus ferrum fundere docuit, statuámque ferream fecit. Autor Pausanias. ¶ Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara autem, Syriæ ciuitas est non longè ab Ascalone: verùm ipse dici maluit Rhodius, teste Strabone, cuius tempore fuit. Eius discipuli Theodorei sunt dicti: inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoq; princeps quum secessisset Rhodam, cum studiosè audiuit, vt Quintil. lib. 4. tradit. ¶ Theodorus alius fuit cognomento Atheos, Zenonis primum, mox & Pyrrhonis auditor: de quo vide Laertium & Suidam.

THEODOSIA, Θεοδοσία, Tauricæ Chersonesi vrbs. Ptolem. lib. 3. cap. 6, & Plin. lib. 4. cap. 12.

THEODOSIVS, Θεοδόσιος, Nomen proprium duorum Romanorũ principum, quorum vitam vide apud Eutropium. Theodosius alius, fuit insignis Mathematicus: cuius scripta enumerantur à Suida.

THEODOTA, Θεοδότα, Meretrix Elea fuit, lepida in primis & festiua: cuius meminit Xenophon de dictis & factis Socratis: & Laertius in Vita Arcesilai.

THEODOTVS, Θεόδοτος, Patria Chius, vltimi Ptolomæi in Rhetoricis præceptor fuit, qui decertantibus in concilio Aegyptiorum satrapis, an Pompeius post prælium Pharsalicum profugus, esset in Aegyptum recipiendus, pro sententia dixit, recipiendũ quidem esse, sed receptum occidendum: adiiciens tritum illud prouerbium, Mortuos non mordere. Hunc postea Cæsare interfecto Brutus in Asia repertum, & ad se adductum interfici iussit. Vide Plutarchum in vita Pompeij. ¶ Theodotum alium memorat Philostratus in Sophistis, qui tempore Herodis Attici præfuit Athenien sium scholæ.

THEOGNIS, Θέογνις, Poëta fuit Siculus, Megaris natus, LXIX Olympiade, qui vtiles quidem & lectu dignas parænescs conscripsit, nisi fœdis amoribus passim aspersis eas contaminasset.

Theogonia, θεογονία, Deorum origo: quo nomine extat opus Hesiodi deorum genealogias explicans. Cic. 1. de Nat. deor. Quũ verò Hesiodi Theogoniam, id est originem deorum interpretatur, tollit omnino.

Theologus, gi, } θεολόγος. Ital. & Hisp. *Theologo* Gal. *Theologien.* } Philosophus circa rerum diuinarum cognitionem versans. Cic. 3. de Nat. deo. Principio Ioues tres nomerant ij qui theologi nominantur.

Theologia, } θεολογία. Ital. & Hispan. *Theologia* Gal. *Theologie.* } Prima philosophiæ pars, quæ versatur circa Dei, & rerum diuinarum contemplationem.

THEOMBROTVS, pen. corr. Θεόμβροτος, Philosophus fuit Megarensis auditor, & præceptor Demetrij Alexandrini: cuius meminit Laertius in Megarensi.

Theombrotios, θεόμβροτον, Herba magica, qua Persarũ Reges aduersus omnia cùm animi, tum corporis incommoda vrebantur. Plin. lib. 24. cap. 17, Theombrotion triginta sclimnis à Choaspenasci, pauonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem à Regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatémq; mentis, eandem denique semnion à potentiæ maiestate appellari.

THEOMNESTVS, Θεόμνηστος, Cous, vt autor est Strabo lib. 14, vir fuit clarus administratione Reip. & Niciæ tyrannidis æmulus.

THEON, Θέων, Nomen pictoris Samij, de quo Quintil. lib. 12. de Instit. Orat. Alter mathematicus, qui scribit de spiritibus ad Ptolemæũ astrologum. Tertius grammaticus, interpres Apollonij Rhodij. ¶ Fuerunt & alij hoc nomine, qui commemorantur à Suida: ex quibus celeberrimus fuit Theon Alexandrinus, eisdem patria, tempore, & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodosio Seniore. Scripsit de Astrologia, commentariósq; in Ptolemæum, & Astrolabium parvum, & alia. ¶ Theon item alius & ipse Alexandrinus, Stoicus, tempore superior: siquidem sub Augusto post Atrium philosophum emicuit: scripsit in Physicam, & in artem Rhetoricam, & alia. ¶ Alius item eius nominis Stoicus fuit Antiochenus, omnium antiquissimus, qui scripsit apologiã Socratis. ¶ Quartus Smyrnæus. ¶ Quintus etiam Alexandrinus Sophista, cognominatus Aelius, qui Progymnasmata quædam Rhetorica scripsit, & commentarios in Xenophontem, Isocratem, & Demosthenem. Autor Suidas. ¶ Theon item Sidonius Sophista, qui in patria ludum aperuit sub Constãtino. ¶ Fuit & marmoris cælator hoc nomine, vnus ex iis qui Mausoleum cælauerunt: cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Theon præter hos Poëta quidam fuit rabiosæ cuiusdam loquacitatis: petulantissimæque maledicentiæ. Vnde factum est, vt Theonino dente rodi eum dicamus, qui conuitiis lacessitus. Vide Erasmi Adagia.

THEOPHANES, Θεοφάνης, Mitylenæus historicus, scriptor rerum Pompeij Magni: cuius meminit Cicero in Orat. pro Archia.

THEOPHILVS, Θεόφιλος, Cæsareæ Palæstinæ præsul, Seuero imperante, cuius meminit Hieronymus. ¶ Theophilus alius Antiochenus præsul, qui imperante M. Antonino librum in Marcionem edidit, & alia quædam

quædam quæ ab Hieronymo commemorantur. ¶ Alius item eiusdem nominis præsul Antiochenus, ad quem Lucas scribit Acta Apostolorum. ¶ Alius quoque præsul Alexandrinus, qui scripsit aduersus Origenem. ¶ Præter hos Theophilus Comicus antiquæ Comediæ: cuius fabulas nonnullas commemorat Suidas.

THEOPHRASTVS, Θεόφραστος, Philosophus fuit ex Eresso Lesbi oppido, prius Tyrtamus appellatus, deinde Euphrastus, & postremò Theophrastus ob oris & eloquentiæ suauitatē propemodum diuinam. Hic Peripateticorum eloquentissimus doctissimúsque fuit, Aristotelis discipulus & in schola successor. Dicere solebat, doctum hominem ex omnibus solum neque alienis locis peregrinum esse, neque inopem amicorum. Habuit discipulos ad duo millia. Opera eius à Diogene commemorantur, inter quæ sunt libri sex epitomes in Aristotelem de animalibus. Extant hodie tātum de plantis conuersi à Theodoro Gaza, & parua quædam opuscula. Excessit admodum senex. Ex Suida, Diogene, Strabone. ¶ Theophrastus alter fuit Ephesius, cuius meminit Aelianus De varia historia.

THEOPOLIS, penult. cort. Θεόπολις, Maxima Syriæ ciuitas, sic à Iustiniano nominata post terræmotum, quum prius Antiochia diceretur. Autor Stephanus.

THEOPOMPVS, Θεόπομπος, Chius orator & historicus post Thucydidem & Herodotum, teste Quintiliano, quibus vt in historia minor, ita oratori magis similis: vt qui antequam esset ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Filius fuit Damasistrati, teste Suida, & auditor Isocratis. Scripsit Epitomen Herodoti libris duobus, & Rerum Græcarum Historiam, post bellum Peloponnesiacum incipiens, vbi desiit Thucydides. ¶ Theopōpus alius fuit Atheniensis Theodectis filius, antiquæ Comœdiæ scriptor: cuius fabulas recenser Suidas. Præter hos Theopompus Gnidius Cæsaris familiaris, qui Artemidorum habuit filium, qui apud Cæsarem ipsum plurimum poterat, vt scribit Strabo lib. 14. ¶ Theopompus item alius fuit, Rex Spartanorum, qui quum primus instituisset vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ Cōsulari imperio Tribuni pl. sunt obiecti: atque illi vxor diuisset, id egisse illum vt filio minorem potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniorem. Optimè quidem. Ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Igitur Theopompus legitimis regnum vinculis constringendo, quo longius à licentia retraxit, hoc ad beneuolētiam ciuium propius admouit. Hæc Valerius Max. lib. 4. cap. 1. Quintil. tamen lib. 2, hanc modestiam parum valuisse demonstrat, captum demum fuisse ostendens. Theopompus (inquit) Lacædemoniorum, permutato cum vxore habitu, è custodia erasit, vt mulier.

Theorema, matis. Latinè speculatio, commentatio. Θεώρημα. Ital. *speculatione*. Gal. *Contemplation*. Hisp. *contemplacion*.} Cic. de Fato, Etenim si est diuinatio, qualibūnam à perceptis artis proficiscitur? Percepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα.

Theoretice, Θεωρητικὴ. Ars quæ nullum exigens actum ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta est. Quintil. lib. 2. cap. 18.

Theoria, pen. acuta. Θεωρία, Speculatio, meditatio, contemplatio. ἀπὸ τοῦ θεωρῶ, quod est animo contemplari.

THEORI, pen. prod. Θεωροί, Athenis dicebantur qui quotannis publico nomine in Delum nauigabant Apollini litatum: quorum etiam nauis qua vehebantur, theoris dicebatur. Autor Suidas.

Theotocos, cum accentu in penultima. Θεοτόκος, Virginis matris epitheton est, quod Latinè Deiparam vertere possumus. Contrà Theotocos accentu in antepenultimam translato Θεότοκος, passiuam habet significationem, idem valens quod ex deo natus. Verum huiusmodi dictiones merè Græcas, quæ nostris literis scribi non consueuerunt, satius fuerit è Græcolatino Lexico petere: quum hoc nihilo magis pertineant quàm Latinarum vocum significationes ad Græcorum Lexica.

THEOXENA, Θεόξενα, A Philippi Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non posset, se præcipitem dedit in mare. Vide Liuium lib. 40.

THERA, Θήρα, Insula vna ex Cycladibus in Aegæo, ex qua profecti sunt Thetæi, qui Cyrenem in Africa condidere. Hæc olim Callista dicebatur, teste Callimacho, cuius ea de re hoc extat distichon, Κάλλιστα μὲν ἔπειτα κεκλήμεθα, τὴν δ' ἐνέμοντο Μόιρ' ἐλαχον πατρὸς Θήρος ἀπ' Αὐτεσίωνος, hoc est, Nomine Callista primum, sed postmodò Thera. Dicta fuit tellus vrbis origo mea. Hæc ex Strab. lib. 17. Distat autem ab Io insula XXVM pass. Vrbes habet duas, Eleusinem, & Oeam. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & Ptolemæum lib. 3. cap. 15.

THERAMENES, pen. corr. Θηραμένης, Ciuis Atheniensis, vnus ex triginta tyrannis, qui quum à collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cùm exterorum omnium, tum præcipuè Critiæ cuiusdam, qui reliquis vt potentia, ita & immanitate anteceděbat, odium in se concitauit: tandémque per calumniam circūuentus, & innocens capitis damnatus, quum cicutam auidè hausisset, quod relinquum erat è poculo eiiciens, Propino (inquit) hoc pulchro Critiæ. De quum erat è poculo eiiciens, Propino (inquit) hoc pulchro Critiæ. De hoc sic scribit Cic. 1. Tusc. quæst. Pròh dij immortales, quàm illud iucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura sit! Quàm me delectat Theremanes, quàmque elato animo est. Etsi enim flemus quum legimus, tamē non miserabiliter vir clarus emoritur: qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens obbibisset, reliquū sic è poculo eiecit, vt id resonaret. Quo sonitu reddito arridens, Propino (inquit) hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuiis solent nominare cui poculum tradituri sunt.

THERAMNE, es, siue THERAMNAE, arum, Θήραμνα Stephano, Laconiæ oppidum est, non procul à Sparta, teste Plin. lib. 4. cap. 5.

THERAPNAE, arum, Θέραπνα. Vicus est Laconiæ, teste Mela, in quo Leda Castorem & Pollucem, Helenam & Clytæmnestram peperit. Stat. lib. 5. Theb. Tænareúmque cacumen, Apollineásque Therapnas. ¶ Dicæ autem putantur Therapnæ, ἀπὸ τοῦ θεραπεύω, quòd ibi Dioscuri religiosissimè colerentur.

Therapnæus, a, um, adiect. Ouid. in Epist. Paridis, Da modò te facilem, nec dedignare maritum Rure Therapnæo nata puella Phrygen.

THERASIA, Θηρασία, Insula est in mari Creticō, vna Sporadum, olim Theræ pars, postea vndarum impetu auulsa, vt refert Plin. lib. 4. ca. 12.

Theriace, es, siue Theriaca, æ, Θηριακή, ἡ Θηριακή, Ital. *Theriace*. Gal. *Theriacle*. Hispan. *Atriaca*.} Medicamentum præstantissimum, multis ex simplicibus cōstarum, singulare aduersus venena omnium remedium. Dicta Theriaca ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc est à venenatis bestiis, siue quòd illarum carnes recipiat hæc compositio (fit enim ex viperina carne) siue quòd earum venenis aduersetur. Plinius certè Theriacam ab effectu non à materia videtur appellasse, nō vnam eius conficiendæ rationem præscribens, cui tamen nulla admiscet venena. Quin & vitis quoddam genus in Thasso nascens, Theriacen appellat, non aliam ob causam, quàm quòd venenatis omnibus videatur resistere. Vide ipsum lib. 21. cap. 21, & lib. 14. cap. 18.

THERICLES, Θηρικλῆς, Sculptor insignis fuit, calicibus ex terebynthō tornādis nobilitatus, teste Plin. lib. 16. cap. 40. ¶ Suidas præterea Therielis figuli cuiusdam meminit, qui primus pocula ex luto creditur finxisse: vnde Theriaclea, pro fictilibus quidam vsurparunt.

THERIMACHVS, Θηρίμαχος, Nomen pictoris insignis, de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

Theriotrophion, pen. prod. Θηριοτρόφιον, Ital. *Vivaio, luogo*. Gal. *Vn parc à nourrir bestes sauuages*. Hisp. *Lugar donde se crian animales*.} Vivarium, in quo feræ aluntur. Varro lib. 3. de Re rust. Sylva erat (vt dicebat) supra quinquaginta iugerum, macerie septa, quod non leporarium sed theriotrophium appellabat.

Therioma, pen. prod. Θήριωμα. Ital. *Fistola*. Gal. *Vn vlcere appelé fic*. Hisp. *Llaga que haze materia*.} Vlcus virilium, interim & sedis, & partiū aliarum, multo ac nigro sanguine, mali odoris atra fit caro, & corroditur. Ex quo nasci quandoque solet herpes esthiomenos. Ita vocatur vlceris genus, quod serpendo corpus ossa vsque deuorat, inæquale, ac cœno simile.

Therionarca, Θηριονάρκη. Frutex est subhorbaceus, roseo flore: inde nomen habens quòd torporem afferat serpentibus, quasi θηρίων νάρκη. vide Plin. 25. cap. 9.

Theristrum, Θέριστρον, Velamen, vel vestis tenuis qua vtebantur mulieres Palæstinæ. Dictum Theristrum: siue quòd eo οἱ θερισταὶ, hoc est messores, vterentur: siue quòd ἐν θέρει, hoc est æstate maximè vtui esset.

Thermæ, Θερμαί. Ital. *stufe, bagno*. Gal. *Estuues, baing*. Hisp. *Baño ò estufa*.} Loca aquas habentia aut sponte naturæ calentes, aut fornace calefactas, fudandi lauandiue vsibus deputata: ἀπὸ τοῦ θέρους, hoc est à caloribus. Proprie tamen Thermas vocamus, quas fudandi gratia ingredimur: quæ Senec. Sudatoria vocat. Quid (inquit) cum sudatorijs? Omnis quæ sudor per laborem exeat. In quæ verò descendimus, vt lauemur, Balneas vocamus, & Balneatria, Græci βαλανεῖα. Quæ tamen differentia perpetua nō est. Nam & thermas pro balneis legimus in quibus aqua calida lauamur. Vide Vallam in Raudensem, & ea quæ suprà annotauimus in dictione BALNEAE. Matt. lib. 1, Hic vbi miramur velocia munera thermas.

Thermulæ, arum, diminutiuum. Θερμαί τινες μικραί. Ital. *Picciole stufe, piccial bagno*. Gal. *Petites estuues, petit baing*. Hisp. *Pequeño baño ò estufa*.} Matt. lib. 2, Hetruscis nisi thermulis lauetis Illotus morieris Oppian.

THERME, Θέρμη, Ciuitas in Thracia, vnde Thermaicus sinus, Θερμαϊκὸς κόλπος. ¶ Thermæ præterea Siciliæ oppidum, autor Pomponio Mela, lib. 2. ¶ Inde Thermitani. Cic. 4 Verrina.

THERMESSA, Θέρμησσα, Insula est ante sinum Pegasicum, non procul à Scyro: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

THERMODOON, ontis, vel THERMODOON, ontis, secunda syllaba producta, Θερμώδων Suidæ, Fluuius est Temiscyræ (quæ est regiuncula Cappadociæ contermina) Amazonum sedibus nobilitatus. Virg. 11. Aen. Quales Threiciæ quum flumina Thermodontis Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis. Quo in loco nonnulli legunt Thermodoontis impari syllabarum numero: sed perperam, quum secunda syllaba scribatur per ω μίζα.

Thermodoonteus, siue Thermodonteus, adiectiuum. Θερμωδόντειος. Propert. lib. 3. Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis, Thermodonteis turba lauatur aquis.

Thermopolium, Θερμοπώλιον, Taberna in qua potiones calidæ vendebantur. Plaut. in Cure. Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant, semper videas bibentes in thermopolio. Idem in Trinu. -in thermopolio Condalium ex oblitus.

Thermopotæ, Θερμοπῶται, Qui calidam bibunt, vnde Thermopotare verbum effinxit Plaut. in Trin. Postquam (inquit) thermopotasti gutturem, recipere & recurre pede recenti. id est postquam guttur calida potione oblectasti.

THERMOPYLAE, pen. cor. Θερμοπύλαι, Mons Græciæ longissimus, qui à Leucade incipiens, inde in ortum flexus, in Aegæum vsq; mare prorēditur, mediámq; Græciam ita dirimit, quemadmodum Italiā Apenninus. Dictæ Thermopylæ ab angustis faucibus, aquis calidis scatentibus. Montium enim angustias, vt Latini portas, ita Græci πύλας appellant. Thermas autē aquas calidas esse, nemo est qui ignoret. Montem autem hunc maximè illustrem reddidit Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonidæ regis interitus: de quo vide Herod. lib. 7.

THERONACHVS, Θηρώναξος, Proprium nomen statuarij egregij, qui centesima septima Olympiade floruit, teste Plin. lib. 34. cap. 8.

THERON, nis, Θήρων, Agrigentinorū tyrannus in Sicilia, qui & Terillum Himeræ tyrannide delecit, & vnà cum Gelone Amilcarem Pœnorum ducem prælio superauit eodem die, quo Græci ad Salaminem Persas profligarunt. Vide Herod. lib. 7. Est item Theron, Latini cuiusdam nomen, ab Aenea occisi, apud Virg. 10. Aene. -straruntque Latinos, Occiso Therone, virūm qui maximus vltro Aeneam petit.

THERSANDER, siue THERSANDROS, Θέρσανδρος, Polynicis filius fuit ex Argia, teste Statio, qui vnà cum cæteris Græcorum principibus ad Troiam nauigauit. Hunc Virgil. lib. 2. Aene. inter eos enumerat qui tempore excidij Troiani in equo ligneo fuerunt occultati. -lætique, inquit, se robore promunt Thersandrus, Sthenelúsque duces, & dirus Vlysses. ¶ Fuit item hoc nomine tibicen nobilis, qui vnà cū Thimbrone

brone Lacedæmoniorum duce subito Tiribazi aduentu fuit oppressus. Autor Xenophon lib. 4. Rerum Græcorum.

THERSILOCHVS, Θερσίλοχος, Antenoris filius, in bello Troiano occisus, quem Virg. lib. 6. Aen. inter viros fortes enumerat, qui etiam apud inferos arma tractent. -quos ille omnes longo ordine cernens, Ingemuit, Glaucúmque, Medontáque, Thersilochúmque, Treis Antenoridas, Cereríque sacram Polybetem.

THERSITES, pen. prod. Θερσίτης, Græcorum omnium fœdissimus fuit, quem Achilles sibi procaciter conuitiantem pugni ictu interfecit. Huius insignis deformitas ab Homero lib. 2. Iliad. graphicè expressa, effecit vt quum hominem vehementer fœdum significare velimus, Θερσίτου βλέπειν, id est Thersitæ faciem cum habere dicamus. Iuuen. sat. 8, Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Aeacidæ similis, &c.

Thesaurus, ri, Θησαυρός. Ital. *Tesoro*. Gal. *Threfor*. Hisp. *Tesoro escondido sin dueño*. ¶ Est (vt Paulus Iureconsultus, de Acquirẽdo rer. do. l. Nunquam. inquit) tam vetus depositio pecuniæ, vt eius non exter memoria, & iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius sit. Alioqui signis aliquid lucri causa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra, non est thesaurus, vtpote cuius etiam furtum sit. Cic. 6. Phil. Seruus domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco. Idem 1. de Diuin. Respondit coniector, thesaurum defossum esse sub lecto. Virgil. 1. Aen. -veteres tellure recludit Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri. ¶ Accipitur tamen thesaurus pro quibúslibet diuitiis repositis. Cic. in Epist. Non si Varronis thesauros haberem, tantos sumptus sustinere possem. Suppeditare alicui aliquid de suis thesauris. Cic. 2. de Finib. ¶ Per translationẽ accipitur pro quodam quasi penu quarúmvis rerum repositarum. Quintil. lib. 2. cap. 7, Abundabunt autem copia verborum optimorum, & compositione, ac figuris iam non quæsitis, sed sponte, & ex posito velut thesauro se offerentibus. Cic. 1. de Oratore, Thesaurus rerum omnium, memoria. ¶ Nonnunquam & in malam partem accipitur: vt, Thesaurus stupri, thesaurus mali. Plaut. Amph. Teneo thesaurum stupri. Idem Merc. Tu quidem thesaurum huc apportasti mali. ¶ Thesaurus carbones facti sunt, Θησαυρὸς ἄνθρακες πέφυκε, prouerbio in eos dici consueuit, qui magnificis rebus expectatis, nil nisi fumum reperiunt.

Thesaurarius, adiectiuum. Θησαυρικός. Ital. *Di tesoro*. Gal. *De threfor*. Hisp. *De tesoro*. } vt Thesaurarij fures, apud Plautum in Aulul.

Thesaurizo, zas, Θησαυρίζω. Ital. *Tesaurizare*. Gal. *Thefaurifer*. Hisp. *Atesorar aquel tesoro*. } Thesaurum colligo, repono. Quod verbum frequẽter apud Ecclesiasticos scriptores occurrit, alioqui classicis linguæ Latinæ autoribus non receptum.

THESEVS, Θησεύς, Aegei regis Athenarum & Aethræ filius, qui dum esset adolescẽs, opera Medeæ nouercæ penè veneno periit. Sed post mortem patris ad regnum euectus, tam multa digna memoratu peregit, vt inter plures Hercules vnus connumeretur. Debellauit Amazones, earúmque reginã Hippolytem rapuit: ex qua Hippolytũ genuit. Creontem regem Thebarum Argiuos in bello cæsos sepeliri prohibentem interfecit. Oppressit & terribilẽ taurum in Attica, Minotaurum in labyrintho occidit. & Ariadnam Phædrãmq; Minois filias clãm secum abduxit: sed relicta Ariadna in Chio insula, Phædram sibi coniugio copulauit. Scironem, Procrustem, & Scinin latrones Atticæ neci dedit: debellauit Centauros: Thebas domuit: Pirithoũ præcipua coluit amicitia, quo cum descendit ad inferos ad rapiendam Proserpinam: sed occiso Pirithoo, ipse aliquandiu in vinculis Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, qui illum summa prosequebatur beneuolẽtia, liberaretur. Postremò iam senior, tot tantisq; rebus gestis, patria regnóque pulsus, in insulam Syrũ nauigauit, vbi perfit, interemptus à Nicomede, vel (vt quidam volunt) ex loco edito post cœnam deambulando delapsus. Primus instituit Athenis Panathenæa, hoc est communem celebritatem in honorem Mineruæ, quæ Græcè ἀθήνη nominatur. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Reliqua vide apud Plutarchum.

Theseis, idis, Θησηΐς, Poëma Thesei gesta complectens. Iuuen. saty. 1, Vexatus toties rauci Theseide Codri.

Thesides, dæ, pen. prod. Θησείδης, Patronymicum masculinum: quo Poëtæ vtuntur pro Hippolyto Thesei filio. Ouid. Epist. 4, Thesides, Theseúsque duas rapuere sorores.

Thesis, sis, Θέσις. Ital. *Questione, argomento*. Gal. *Queſtion, argument*. Hisp. *Question, argumento*. } Quæstio, siue argumentum quod nobis tractãdum disputandúmve proponimus. Cicero in Top. Propositum interpretatur. ¶ Propriè autem thesis (vt Rhetores vtuntur) est quæstio generalis & infinita, nullis personæ, loci, aut temporis circunstantiis limitata. In quo differt ab hypothesi, quòd ea sit quæstio definita, certísque personis, temporibus, & locis propria. Vt si hoc modo proponamus, Sitne omnino ducenda vxor, thesis erit. Sin id de vno quopiam peculiariter quæramus, aut loci, tẽporisve circunstantiis restringamus, hoc modo, Sitne Catoni ducenda vxor Mattia, eo tempore quo omnia flagrant ciuili bello: iam dicenda erit hypothesis. Cic. de Orat. Orator à propriis personis, & temporibus semper, si potest, auocat cõtrouersiam. Latius enim de genere, quàm de parte disputare licet: vt quod in vniuerso sit probatum, id in parte sit probari necesse. Hæc igitur quæstio à propriis personis ad vniuersi generis rationem traducta, appellatur thesis.

THESMOPHORIA, Θεσμοφόρια, Cereris sacra, quæ & Cerealia à Latinis, & Initia dicuntur. Græci enim Cererem Θεσμοφόρον appellant, quasi legiferam: quo etiam epitheto nostri eam insignierunt. Virg. 4. Aen. -mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereri. Prima enim Ceres mortalibus leges dedisse putatur, propterea quòd ex agrorum diuisione primùm nata credantur iura. Ouid. 5. Metam. Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.

Thesmothetæ, Θεσμοθέται, Magistratus apud Athenienses, à legum latione ita appellati: qui ætate & vsu docti, domi iura dabant, querelas accusationésque cognoscebant, déq; controuersiis æquo examine decernebant, quotannis quoque leges recognoscebant, emendabántque, & ad congruentiam sensúmque consentaneum reducebant.

THESPIAE, Θεσπιαί, Oppidum liberum in Bœotia, (vt Strabo inquit lib. 9.) Heliconi proximum, sed eo magis Australe, Crissæo imminens sinui. Thespias nobilitauit Praxitelis Cupido, à Glycerio meretrice ibi consecratus. ¶ Hinc Thespiades, Θεσπιάδες, dictæ sunt Musæ, seu Nymphæ Thespias incolentes. ¶ Sunt & aliæ Thespiæ in Magnesia Thessaliæ conterminæ, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 9.

THESPIS, Θέσπις, Primus poëta Tragicus fuit apud Athenienses. Horat. in Arte, Ignotum Tragicæ genus inuenisse Camœnæ Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis.

THESPROTIA, Θεσπρωτία, Regio Epiri Chaoniæ proxima, teste Plinio in Proœmio lib. 4. cuius incolæ dicuntur Thesproti, Θεσπρωτοί Stephano. Lucan. lib. 3, Thesproti, Dryopésque ruunt.

THESSALIA, Θετταλία, Regio Græciæ, ex vna parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens: ad mare inter Peneum amnem, & Thermopylas extẽsa. Prius Aemonia, Αἰμονία, ab Aemone Rege, & Pelasgicõ Argos, & Hellas, Ἑλλὰς, & Dryopis, Δρυοπὶς, dicebatur. In hac genitus rex nomine Græcus, à quo Græcia: ibi natus est Hellen, à quo Hellenes. Homerus eius incolas tribus nominibus appellat, Myrmidonas, Hellenas, & Achæos. Olim etiam Pyrrhæa dicta est, teste Strab. lib. 10. à Pyrrha Deucalionis vxore: cuius tempore (vt inquit Aristoteles) ingẽs imbrium illuuies maiorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis, qui ad montium culmina sese receperant, conseruatis. Inter quos Deucalion Parnassum petierat, ratíbúsque ad se confugientes per summa Parnassi iuga benignè fouebat. Propter quod dictus est genus humanum reparasse. In Thessalia sunt montes vigintiquatuor, quorum nobilissimi Olympus, Pieria, parens domúsque Musarum, Pelion, & Ossa, gigantumbello memorati. Item Pindus, & Othrys Lapitharum sedes. Flumina in ea (vt scribit Herodotus) sunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamisus, Peneus, & Phœnix.

Thessalus, la, lum, pen. corr. & Thessalicus, a, um, adiectiuum. Θετταλός.

THESSALONICA, æ, Θετταλονίκη, Vulgò *Salonique*. Vrbs clarissima Macedoniæ, ad sinum Thermaicum sita, non procul ab Echedori fluminis ostio: quæ primùm à Cassandro condita dicitur, & Halia appellata. Thessalonicæ autem nomen à Philippo Amyntæ filio accepit, quum ille in eius agro Thessalos ingenti clade profligasset.

Thessalonicenses, Huius incolæ dicuntur, Diui Pauli epistola notissimi. Θετταλονικεῖς. Ex hac vrbe ortum traxit Theodorus Gaza, vir superiori ætate vtriusque linguæ peritissimus.

THESTIVS, Θέστιος, Parthaonis filius, & pater Toxei, & Plexippi, & Althææ, matris Meleagri: à quo illi quidem Thestiadæ, hæc autem Thestias appellatur. Ouid. 8. Meram. -ne titulos intercipe fœmina nostros Testiadæ clamant. Et paulo pòst, Thestias haud aliter dubiis affectibus errat.

THESTIADES, Θεστιάδες, Filiæ Thestij, qui Erichthei, aut (vt alij volũt) Teuthrantis filius fuit, numero quinquaginta, ex diuersis mulieribus natæ: ex quibus Hercules adhuc adolescens, sed iam tum corporis robore præstans, totidem liberos masculos sustulit, qui & ipsi ab aui nomine Thestiadæ dicti sunt. Hi post mortem patris cum Iolao illius ex Iphicleo fratre nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea vrbes condiderunt. Autor Diodorus lib. 5.

THESTYLIS, Θεστυλὶς, Mulieris rusticæ nomen, apud Theocritum, & Virg. 2. Aeglo. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Alia, serpyllúmque herbas contudit olentes.

THESTOR, Θέστωρ, Pater Calchantis peritissimi Græcorum augurij, qui à nomine patris Thestorides à poëtis appellatur. Ouid. lib. 12, -at veri prouidus augur Thestorides vincemus, ait, &c.

Theta, Θῆτα, Nomen est literæ Græcæ, quæ apud nos valet th aspiratum. Hęc in Græcorum iudiciis nota erat condemnationis, quemadmodum apud Latinos C, quòd ea sit prima litera in dictione θάνατος, quæ illius mortem significat. Huc allusit Persius saty. 4, Et potis es vitio nigrum præfigere thera.

THETIS, tidis, Θέτις, Pelei Thessaliæ regis vxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis materide cuius nuptiis extat elegantissimus Luciani dialogus. ¶ Accipitur nonnunquam pro mari: vt apud Virg. 4. Aeglo. Tentare Thetin ratibus.

THEVDASIA, Θευδασία, Emporium nobile fuit ad Bosphorum Thracium, ita dictum ab vxore Leuconis eius regionis tyranni, qui primus hac in vrbe emporium instituit, Athenienséibúsque illinc frumentum euehentibus multas immunitates concessit: vt est videre apud Demosthenem in Oratione aduersus Leptinem.

THIA, Θεία, Insula est in mari Cretico, vna Sporadum, non procul ab Hiera, quam sua primùm ætate emersisse autor est Plin. lib. 2. cap. 88. & lib. 4 cap. 12.

THIMBRON, Θίμβρων, Lacedæmoniorum dux, qui aduersus Persas in Asiam missus, subito Tiribazi aduentu est oppressus, vnà cum Thersandro citharœdo, cum quo cœnabat. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib. 4.

THINISSA, Θίνισσα, Vulgò *Tunes*, Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul ab Apollinis promontorio, non tamen idem cum Tunete, vt quidam malè tradiderunt. Vide Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

THIODAMAS, antis, Θιόδαμας, Pater Hylæ, quem Hercules Colchos nauigans secũ duxit. Propertius, Thiodamantæo proximus ardor Hylæ. ¶ Thiodamas alius, filius fuit Melãpodis. Stat. lib. 4. Theb. insignem fama, sanctóque Melampode cretum Thiodomanta volunt, &c.

THISBE, es, Θίσβη, Puella fuit Babylonia, mutuo Pyrami vicini adolescentis amore capta: cuius miserabilem exitum vide suprà in dictione PYRAMVS.

Thlaspi, siue Thlaspidion siue Thlaspe, es. Θλάσπι, Θλασπίδιον Dioscoridi, Θλάσπη Galeno. Herba est quã vulgus herbariorum *nasturtium tertorum* vocat. Dictum thlaspi ἀπὸ τοῦ θλᾶν, quod est contũdere, siue confringere: eò quòd semẽ lenticulæ sit simile, sed infractũ. Est & thlaspi alterũ, quod nonnulli sinapi Persicum appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 13.

THOA, æ, siue Thoe, es, Θόη, Nympha marina, Tethyos & Oceani filia, à natandi celeritate dicta. Hesiodus in Theogonia, Μελίτη τε Θόη τε, καὶ Ἠϊόνη Πολυδώρη.

THOAS, antis, Θόας, Fuit Rex in Tauricæ regione, ad quem delata est Iphigenia Agamẽnonis filia, & ab eodem Dianæ Tauricæ sacris præfecta. Hunc postea occidit Orestes, à sorore adiutus, quum illum quoq; Thoas Dianæ aræ destinasset. De quo Ouid. lib. 3. de Ponto, Regna

Thoas

Thoas habui: Maeotide clarus in ora: Nec fuit Euxinis notior alter aquis. ¶ Alter Rex Lemni fuit, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filia & pater Hypsipyles, solus filiæ pietate seruatus, quum cæteræ omnes Lemniæ mulieres, viros suos & parentes trucidarent: vt est apud Ouid. lib. 7. Met. Tum primùm sese trepidus sub nocte Thyoneus Detexit nato portans extrema Thoanti Subsidia, &c. Idem in Epist. Eu ego Minoa nata Thoante feror. ¶ A Thoas fiunt patronymica Thoantis, idos, & Thoantias: quæ à Poëtis vsurpantur pro Hypsipyle Thoantis filia.

Thos, otis, θώς, Lupi genus cæteris procerius, cruribúsque leuitate dissimile, velox saltu, venatu vinens, innocuum homini, per hyemes hirrum, æstate nudum. Autor Plin. lib. 8. cap. 34.

Tholos, θόλος. Propriè erat vmbilicus testudinis in templis, ex quo donaria suspendi solebant. Virgil. lib. 9. -siqua ipse meis venatibus auxi, Suspendive tholo, aut alta ad fastigia vexi. Ouid. lib. 6. Fast. Mox didici curuo nulla subesse tholo.

THON, thonos, θών, Fuit primus qui apud Aegyptios medicinam in artem redegit: cuius meminit Homerus lib. 4. Odysseæ. ¶ Alter, teste Hellanico, fuit rex Canopi, ad quem quum Menelaus capta iam Troia in patriam renauigans, tempestate delatus esset, fuit primùm ab illo, antequam is Helenam conspiceret, benignè susceptus: sed vt illam conspexit, vim Menelao inferre conatus, ab illo interfectus est.

THONIA, θωνία. Vrbs est, & caput Gabaonitarum, distátque à Gaza nostri litoris Iudææ oppido, mille quingẽta triginta septẽ millia passuũ.

THONIS, nis, Θῶνις, Præfectus fuit Canopi sub Proteo rege Aegypti, quo tempore Alexander cum Helena vi tempestatis in Aegyptum appulsus est. Vide Herodotum lib. 2. Hunc Hellanicus Thona appellat, regémque Canopi fuisse tradit, & Menelaum vi tempestatis eò delatum humanissimè excepisse hospitio, donec conspecta Helena, amore eius captus, cùm Menelao insidias struere cœpisset, ab eodem est interfectus. ¶ Fuit præterea Thonis, vrbis nomen in Aegypto, post Taphosiridem, non procul à Zephyrio promontorio: cuius meminit Strab. libro 2.

THOON, o geminato, θοών, Fuit vir Troianus, ab Antilocho interfectus. Homerus lib. 13. Iliad.

THOOSA, θόωσα, Phorci filia, ex qua Polyphemum Neptunus gennit. Homerus lib. 1. Odyss.

THOOTES, Vnus fuit ex præconibus Græcorum, teste Homero libro Iliados 12.

Thorax, cis, θώραξ. Ital. *Petto.* Gal. *Poitrine.* Hisp. *Hueco del cuerpo del hombre, pecho.* } A medicis, & rei anatomicæ peritis dicitur pars corporis ab ipsis clauibus vsque ad diaphragma costis vndique circunscripta, partésque vitales continens. Vnde quum apud Plinii Celsúmve legimus, medicamentum aliquod vitia pectoris purgare, intelligere debemus concauitatem illam quæ intra septum pectoris continetur ¶ Accipitur item pro quouis munimento pectus tegente, siue illud laneum sit, siue ferreum, siue ex alia materia confectum. } Ital. *Pettorale, giuppone, giacco, coraçça, coraçzina.* Gal. *Haleces & autre armure de corps, anime.* Hispa. *La coraça, ò el jubon.* } Virg. 10. Aeneid. Thoraca simul cum pectore rupit. Idem 11. Aen. -thoraca indutus ahenis Horrebat squamis. Plin. lib. 7. cap. 20. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatu per scenã ingredi. Laneus thorax. Suet. de Augusto, Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis', & subucula, thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

Thoracatus, θωρακοφόρος. Ital. *Armato di coraçça.* Gal. *Vestu d'vn halecret.* Hisp. *Armado de coraças.* } Qui thorace indutus est. Plin. lib. 35. Parrhasius pinxit Nauarchum thoracatum.

THORAX, acis, θώραξ, Mons est Libybus Hesperiis vicinus, Lethæo fluuio imminens, teste Strab. lib. 14. in quo dicunt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum, propterea quòd reges versibus incesseret: vnde tractum est prouerbiale ænigma, Caue à Thorace, φύλαττε τὸν θώρακα: quo vtimur quoties linguæ petulantiam frænandam volumus significare, ne voces petulanter emissæ aliquando per iugulum redeant. Vide Erasmi prouerbia.

THRACE, ces, & Thracia, θρᾴκη, Vulgò *Romania*, Europæ regio. Macedoniæ ad Occasum proxima, à Septentrione Istrum habens, ab Oriente Pontum, à Meridie Aegæum mare. Olim Scython, postea Thracia, à Thrace Martis filio, seu ab asperitate dicta: Græcè enim τραχὺ asperum dicitur. Est enim regio (vt Pomponius scribit) nec cælo, nec solo tractabilis: & nisi quà mari propior est, infœcunda, frigidáque. Habet feros homines, aspero cultu. In ea sunt vrbes celebriores Apollonia, Aenos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lysimachia, Callipolis. Amnes sunt Hebrus & Nestos. Montes Aemus, Rhodope, & Orbelos. ¶ Dicitur & Thraca, thracæ. Virgil. lib. 12. Aeneid. -gemit vltima pulsu Thraca pedum.

Thrax, θρᾷξ. gentile. Virgil. 3. Aene. Tetra procul vastis colitur Mauortia campis: Thraces arant.

Thrassa, fœmininum, θρῆσσα: siue Treissa, θρῄσσα. Virg. 1. Aene. -qualis equos Threissa fatigat Harpalice.

Thracius, a, um, possessiuum, θρᾴκιος. Virg. 5. Aen. -quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis.

Threicius, a, um, θρῃκιος. Virgil. 5. Aeneid. -Threicia fretus cithara, fidibúsque canoris.

Thracias, θρᾳκίας Dioscoridi, vel Thracius lapis, Silex est tam admirabilis naturæ, vt aqua madefactus accẽdatur, oleo autem affuso restinguatur. Ita dictus (vt Nicandro placet) eo quòd in Ponto Thraciæ flumine inueniatur. Vide Galenum 9. Simpl. & Dioscor. lib. 5.

THRASCIAS, θρασκίας Aristoteli, Ventus media regione flans inter Septentrionem & Occasum solstitialem, teste Plin. lib. 2. cap. 47.

THRASEAS, θρασέας, Augurii nomen, qui in summa siccitate Cusirim Aegypti tyrannum adiens, ostendit à superis posse exorari pluuiam si hospites immolaret. Quærente deinde tyranno quisnam & cuias esset, quum se peregrinum profiteretur. Tu igitur primus, inquit Tyrannus, Aegypto aquam dabis, Ouid. 3. de Arte.

Dicitur Aegyptus cariisse rigantibus arua
Imbribus, atque annis sicca fuisse nouem,
Quum Thraseas Busiris adit, monstráque piari
Hospitis effuso sanguine posse louem:
Illi Busiris, Ftes Iouis hostia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam. Hunc tamen nonnulli Thrasium potius, quàm Thraseam malunt appellare. ¶ Thraseas item, θρασέας Suidæ, Philosophus fuit Stoicus sub Nerone: à quo quum iussus esset mori, fletum suorum magna constantia compescuit: porrectísque alacriter ad incisionem brachiis, humóque sanguine aspersa, Hunc, inquit, sanguinem libemus Ioui liberatori. Reliqua vide apud Tacit. lib. 16.

THRASO, θράσων, Nomen proprium glorioſi militis apud Terentium in Eunucho. ἀπὸ τοῦ θράσους, hoc est ab insolentia, & ferocitate impositum. ¶ Fuit & nobilis statuarius eiusdem nominis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & Strab. lib. 14.

THRASYMENVS, penult. prod. θρᾰσῠμένος, Vulgò *Lago di Pergia*, Lacus in agro Perusino, Annibalis victoria, & Flaminij Consulis clade nobilitatus. De hoc Ouid. lib. 6. Fast. Sunt tibi Flaminius, Thrasumenáque littora testes. Dictus à Thrasumeno puero quem Aegyla nympha rapuisse dicitur.

THRASYBVLVS, pen. prod. θρᾰσύβουλος. Nobilis Atheniẽsis fuit, ingenti animi magnitudine, & amore in patriam singulari: qui vbi à triginta tyrannis in exilium actus esset, comparato exercitu non admodum magno, adiunctísque exulibus, sibi suísque reditum in patriam manu comparauit: lato priùs plebiscito de iniuriis vltro citróque obliterandis: quam ἀμνηστίαν Græci appellant. Verebatur enim ne exules reducti, iniuriam suam vlciscentes, ciuitatem ciuibus exhaurirent. Cæsus est ab Aspendiis, noctu ad tabernaculum eius facto concursu, ob pecuniam acerbius imperatam. Vide Xenophontem Rerum Græcarum libro 4. ¶ Fuit & alius Thrasybulus dux Milesiorum, qui vt portum Sicyoniorum occuparet, ex aduersa parte vrbem aggressus est: ad quam partem tuendam quum ciues vndique concurrerent, interim ex inopinato classe portum occupauit. Vide Front. Strat. lib. 2.

THRASYLLVS, θρᾰσύλλος. Athenienſis fuit, rei militaris peritissimus, qui æquali cum Thrasybulo imperio classi præfectus, Myndarum Lacedæmonium, Peloponnesiorum ducem apud Sestum Hellesponti vrbem nauali prælio superauit. Autor Thucydides lib. 8.

THRASYMACHVS, θρᾰσύμαχος. Sophista fuit ex Chalcedone Bithyniæ, qui primus in oratione numeros, & artificiosam verborum compositionem traditur inueniſſe. Scripta eius enumerat Suidas.

THRASYMENVS, vide THRASVMENVS.

THRASYMEDES, θρασυμήδης. Fuit filius Nestoris: vt autor est Homer. lib. 9. Iliad.

Threnodia, θρηνῳδία, Cantus lugubris: quo genere primus omnium Simonides vsus fertur apud Græcos.

THRIA, æ, siue THRIO, ûs, θρία, ἡ θρίς Stephano, Vicus est Atticæ, in tribu Oeneide: à quo Thriasij populi. & campus Thriasius: cuius meminit & Plin. lib. 4. cap. 7. & multis in locis Thucydides.

THRIVS, untis. θρίους, Oppidum Eliidis, Olim Achaiæ, Patris proximum: ita dictum à Thriunte quodam Athenienſi, quem Theseus Herculi suppetias misit.

Thridacias, θριδακίας, Mandragora fœmina, à lactucarum similitudine, quas θριδάκας vocant Græci, nomine impoſito. Autor Dioscorides lib. 4. cap. 17.

Thrips, θρίψ. Ital. *Tarlo, tarma.* Gal. *Teigne, petit ver qui s'engendre dans le bois, & le mange.* Hispa. *El gusano que roe la madera.* } Teredinis genus lignum erodens, culici non dissimile. Autor Plin. lib. 16. cap. 41.

THRONIVM, θρόνιον, Oppidum est Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul à sinu Maliaco. Plin. lib. 4. cap. 7.

Thronus, θρόνος. Ita. *Seggio, sedia, carriega, catreda.* Gal. *Throsne, Chaise.* Hisp. *La silla, ò silla real.* } A nostris sedes, siue solium dicitur. Quanuis in Scripturis sacris throni quandoque non pro cathedris, sed pro virtutibus aliquibus cælestibus, in quibus Deus semper sedeat, quasi in quadriga sua ponatur.

Thryallis, θρυαλὶς. Genus herbæ, quæ aliàs Lychnitis dicitur, folio habens terna, aut quum plurima, quaterna, crassa, pinguiáque, ad lucernarum lumina apta. Vide Plin. lib. 25. cap. 10.

THRYON, θρύον, Messeniæ oppidum, non ita procul ab Alpheo fluuio: cuius meminit Homerus in Catalogo nauium, & Strab. lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 5.

THVCYDIDES, dis, & dæ, Θουκυδίδης, Historicus Athenienſis, Holori filius, nobili in primis genere, vt qui à Milciade & Cimone ducibus ortum traheret, qui & ipsi genus suum ad Aeacum Iouis filiũ referebant. vxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui diuitem: cuius opes adsecutus, nõ in voluptates, sed bonam earum partem in otium literarium erogauit. Nam bellum Peloponnesiacum scribere aggressus, eodem quo illud gerebatur tempore, Athenienſibus pariter ac Lacedæmoniis aliquot militibus, qui bello interessent, mercedem præbebat, vti res quotidie veras sibi renuntiarent, quas fidelius se acceptarum sperabat, si non solùm ab amicis, sed etiam ab hostibus de iis edoceretur, ne partes quisque suas falso tueretur. Præceptores habuit in Philosophia Anaxagoram: & in Rhetorica, Antiphonẽ. Scripsisse autem putatur historiam in Aegina insula, quò in exilium se contulerat. Sepultus est in agro Attico iuxta sepulchra Milciadarum, in loco qui Cœla appellatur. Quidam Athenis obiisse dicunt, expleto iam legitimo relegationis tempore. Alij in Thracia decessisse volunt, ossáque eius Athenas in maiorum suorum sepulchra fuisse relata: vbi & cippus erectus fuit cum hac inscriptione: Thucydides Holori iacet hoc Alimusius antro. Hæc ferè ex Marcellino. Quintil. lib. 10. cap. 1. de Thucydide sic scribit, Thucydides (inquit) & Herodotus, longè exteris in historia præferendi, quorũ diuersa virtus laudem penè est parem consecuta. Densus & breuis, & semper instãs sibi Thucydides: dulcis & candidus, & effusus Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus: hic sermonibus: ille vi, hic voluntate. Dionysius Halicarnassens scribit Demosthenẽ adeò Thucydidis stylũ probasse, vt eius librũ octies, sua manu descripserit, totúmq; ferè edidicerit. Cicero in Bru

in Bruto, Thucydidem (inquit) imitatur. Optimè, si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarum syncerus pronuntiator & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium non tractauit genus. Orationes autem quas interposuit (multæ enim sunt) eas ego laudare soleo, imitari neque possim, si velim: nec velim fortasse, si possim. Hactenus Cicero. ¶ Fuerunt & alij eiusdem nominis, qui commemorantur à Marcellino. Vnus Milesius Athenis inter principes viros ac duces habitus, æmulus Periclis. Alius Pharsalicus Memnonis filius, cuius meminit Polemon in his quæ de Acropoli scripsit. Tertius natione Achedrysius, cuius meminit Androtion in Atthide, dicens eum filium fuisse Aristonis, qui fuit tempore Platonis Comici, & Agathonis Tragici, ac Nicerati versificatoris. Ex Marcellino.

THYLE, es, Θύλη. Insula est in ditione Scotorum, in Septentrionem vergens, vltra Orcadas, latitudinem habens graduum LXIII. Quo fit vt circa æstiuum solstitium quàm breuissimæ ibi sint tenebræ. Sole ab illorum horizonte quàm minimum recedente: quemadmodum contrà circa solstitium hybernum nihil ferè aut quàm minimum habêt diei, Sole Tropicum Capricorni ab illis disiunctissimum perambulâte. Hæc extrema fuit earum quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: vnde etiam à Virgilio vltima Thule appellatur 1. Georg. Tibi (inquit) seruiat vltima Thule.

Hunnus, (sic enim antiqui scribebant, qui nullam recipiebant literam peregrinam) vide THYNNVS.

THVRIA, æ, Θουρία. Oppidum Messenaici agri, non procul à Pheris, excelso in loco situm. vnde & Αἰπεία veteres appellarunt. Ab hoc oppido propinquus sinus Thuriaces dicitur. Autor Strabo.

Thurianus, Genus est piscis marini, quem alij xiphiam vocant. Plinius lib. 32. cap. 11.

THVRIVM, Θούριον, Vrbs magnæ Græciæ, olim nobilissima, ad sinum Tarentinum sita, inter Crathin & Sybarin amnes: à Thuria vicino fonte nomen habens. ¶ Huius incolæ Thurij dicti sunt & Thurini, Θούριοι, καὶ Θουρῖνοι, qui quum aliquandiu floruissent, à Lucanis in seruitutem tracti, & à Tarentinis infestati, tandem in Romanorum tutelam sese dedere sunt coacti, qui eò deducta colonia, vrbem eorum pro Thurio Copias appellarunt. Hæc Strab lib. 6.

Thus, thuris. {λίβανος. Ital. *Incenso.* Gal. *Encens.* Hisp. *Encienso.*} Lachryma est exiguæ arbusculæ, vni terrarum Arabiæ concessæ, gratissimum in sacrificiis, deorum suffitum præbens: vnde etiam nonnulli nomen accepisse existimant, ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est sacrificare. Alij Latinam vocem esse putant à tundendo dictam: vnde & citra aspirationem scribere malunt. Sed de hoc latius infrà suo loco in TVS.

THVSCIA. Italiæ regio, à Latio Tiberi, à Liguribus Macra fluuio diuisa, quæ alio nomine Hetruria dicitur. Θυσκία. Dicta Thuscia (vt quidam existimant) ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est sacrificare, propterea quòd Tyrrheni semper habiti fuerint religiosi, deorúmque cultui & sacrificiis ad superstitionem vsque dediti. Vulgò *Toscana.*

Thusci, Dicti sunt regionis huius incolæ, qui & Tyrrheni dicuntur. Θύσκοι. Quidam citra aspirationem scribere malunt.

THYSSAGETAE. siue Thyssagetæ, vide THYRSAGETAE.

Thya, Θύα. Arbor odorifera, quæ notiore nomine cedrus, & ab Homero trogete dicitur. teste Plin. lib. 15. cap. 16.

THYAMIS. Θυαμὶς. Fluuius qui Thesprotidem, Cæstrinámque discriminat, teste Thucydide, lib. 1. Meminit huius fluuij Plin. lib. 4. cap. 1.

Thyasus, Θίασος, Saltatio, siue chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur: à verbo θιάζειν, quod est Orgia celebrare. Virg. 5. Aegl. Instituit Daphnis thyasos inducere Baccho.

THYATIRA, pen. prod. Θυάτειρα. Insula est maris Ionij, vna Echinadum, Aetoliæ adiacentium, teste Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Ioniæ ciuitas in Asia, ad Lycum fluuium, teste eodem Plin. lib. 5. cap. 9. Strab. lib. 13, Mysiæ attribuit, Stephanus Lydiæ.

THYBRIS, Θύβρις. Nomen vnius ex comitibus Aeneæ. Virg. Aen. lib. 10. Assaracique duo, & senior cum Castore Thybris, Prima acies, &c.

THYELLA, æ, Θυέλλα. Oenotriæ vrbs, in qua pars Phocensium consedit, vt ex Herodoti sententia refert Stephanus. ¶ Homerus Thiellã quartam Harpyiam videtur appellasse: respiciens nimirũ ad vocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & sonoram significat procellam.

THYESTES. Θυέστης. Fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos. qui quum fratri, cui pessimè cupiebat, aliter nocere non posset, vxorem eius per adulterium polluit. Atreus verò ei filium epulandum apposuit. Ob quæ flagitia Sol, ne pollueretur, retrò fugisse fertur. Thyestis fabula sic describitur Seruio, Atreum & Tyestem germanos, quum dissensione sibi nocere non possent, in simulatã gratiam ferunt rediisse: qua occasione Thyestes cum fratris vxore concubuit: Atreus verò ei filium epulandũ apposuit: quæ Sol abominatus, ne polluereturr, aufugit. Sed veritas hæc est, Atreum apud Mycenas primùm Solis eclipsim inuenisse: cui inuidens frater, ex vrbe discessit eo tempore, quo eius probata sunt dicta. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilij, lib. Aeneid 1, Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab Vrbe. Et rursus in illud 11. Aene. Atrides Protei Menelaus aduque columnas Exulat, &c.

Thyesteus, a, um, Θυέστειος. Ouid. lib. 15. Metam. Néve Thyesteis cumulemus viscera mensis.

THYIA, Θυία. Nomen filiæ Cephisi, quæ prima Liberi patris initiata fuit Orgiis, à qua Thyiades, & Thyiæ, Herod. lib. 7, Ab hac vrbs eiusdem nominis in qua colitur.

THYIADES. pen. corr. Θυάδες. Bacchi factificulæ, quæ & Bacchæ & Mænades, & Bassarides dicuntur. Rationem autem huius nominis quidam referunt ad Thyiam quandam Cephisi filiam, quæ prima omniũ Dionysio initiata, Orgia eius celebrauit, Bacchicóque furore correptis nomen reliquit, et ab ea Thyiades dicerentur. Alij hanc non Cephisi, sed Castalij cuiusdam indigenæ filiam fuisse volunt. Vide Cælium Rhodiginum lib. 16. cap. 19.

Thyites, penult. prod. Θυΐτης. Genus est lapidis durissimi, ex quo mortaria fieri consueuerunt: vnde & à Plinio lapis mortariorum vocatur: & à Græcis θυΐτης, quibus θυία mortarium est.

Thymallus, Genus piscis pretiosi, de quo Ambrosius lib. Hexa. Neq; te inhonoratum nostra persecutione thymalle dimittam, cui à flore nomẽ inoleuit, seu Ticini vnda te fluminis, seu amœni Atheſis vmbra nutrierit, flos es. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras.

THYMBER, Θύμβερ, Latini cuiusdam nomen, à Palante occisi, apud Virgilium 10. Aene. Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Thymbra, ræ, Θύμβρα. Dioscoridi. Ital. *Satureia herba.* Gal. *Sarriette.* Hisp. *Axedrea yerua.* } Herba est satis nota, quam Latini cuniculam appellant, apibus gratissima: vnde etiam scriptores rei rusticæ circa aluearia serendam præcipiunt. Virgil. 4. Georg. Et graueter spirantis copia thymbræ. Duæ autem sunt thymbræ species, satiua, & agrestis: illa condimentis gratior, quæ & Satureia dicitur: hæc medicinæ vtilior.

THYMBRA, bræ, Θύμβρα. Campus est Troadis, per quem Thymbrius fluuius in Scamandrum influit. Thymbræ autem nomen huic campo factum putat Seruius à copia thymbræ herbæ, quam Romani cunilam vocant, cuius maximus hoc in cãpo est prouentus. ¶ Fuit item Thymbra vetustum iis in locis oppidum. Dardani opus, cuius meminerunt Strabo lib. 13. & Plin. lib. 5. cap. 30. ¶ Item delubrum Apollinis, qui à loco cognominatus est Thymbræus, teste eodem Strabone loco iam citato.

Thymbræus, Θυμβραῖος, Apollinis cognomẽtum, siue à Thymbra Troadis campo, siue ab eiusdẽ nominis vrbe in qua colebatur, impositum. Virg. 3. Aeneid. Da propriam Thymbræe domum. Vbi Seruius Thymbræus Apollo dictus est à loco Troiæ vicino pleno thymbra, in quo & nemus habuit & templum, in quo à Paride occisus est Achilles. Ergo Thymbræus, vt Delius. Nam numina à locis frequenter nomen accipiunt. Verùm quia Græcè Θύμβρα dicitur, in deriuatione, α in æ diphthongum mutatur: vt, Αἴτνα, Aetnæus: Δῖρκη, Dircæus: Κρὴς, Cræus. Apollinis Thymbræi templum Strabo ea in parte fuisse tradit, qua Thymbrius fluuius in Scamandrum influit: quo in templo ferunt Achillem à Paride fuisse interemptum. Vnde factus est locus fabulæ, vt Achilles Apollinis sagittis diceretur esse interfectus.

THYMBRARA, Θυμβράρα. Oppidum Asiæ, ad Pactolum fluuium teste Xenophonte in Pædia.

THYMBRIOS, Θύμβριος. Fluuius est Troadis, per campum, cui nomen est Thymbra, in Scamandrum influens. Autores Stephanus & Strabo lib. 13.

THYMBRIA, Θυμβρία. Cariæ vicus, iuxta antrum Charonium, quo in loco propter pestiferas exhalationes, inferorum fauces esse credebantur. Autor Strabo lib. 14.

Thymele, penult. corr. {θυμέλη. Ital. *Pergamo, pulpito, pergolo.* Gal. *chaise, pulpite.* Hisp. *Pulpito ò predicatorio.*} Pulpitum erat in orchestra altum pedes quinque, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quoad Comœdiæ chorum habuerunt, ceterique personam non habentes, fabulæ subseruiebant: histrionibúsque in scenam abditis, populum gesticulatione retinebant. ¶ Est præterea Thymele nomen notissimæ saltatriculæ, cuius gesticulatione Domitianus impensè fertur delectatus. Martial. lib. 1. Qua Thymelem spectas, deriſorémque Latinum, Illa fronte, precor, carmina nostra legas. Vide de hoc plura in Annotationibus Viuis in Augustinum de Ciuitate Dei.

Thymelici, θυμελικοί, Dicuntur gesticulatores, qui in pulpito orchestræ, quod thymelem vocabant, fabulæ subseruiebant, & histrionibus in scenam abditis populum gesticulatione retinebant. Meminit horum Vitruuius, diuersósque eos facit à scenicis. ¶ Scenici enim dicebantur histriones, qui in scena fabulam agebant: thymelici verò, qui personam ex fabula non habentes, ante scenam in orchestra saltabant, & scenæ subseruiebant.

Thymiama, atis. {θυμίαμα. Ital. *Perfumo, perfumego.* Gal. *Encensement, parfum.* Hispan. *Sahumerio.*} Suffitus, vaporatio, suffimentum, ἀπὸ τοῦ θυμιᾶν, quod est vaporare, suffire.

Thymiaterium, Thuribulũ, vel etiam locus in quo suffitus solet adoleri.

THYMOETES, Θυμοίτης. Priami filius fuit ex Arisbe (vt quidam volunt) cuius exor quum filium peperisset eodem die quo Hecuba Paridem, asserentibus hariolis eo die natum esse puerum, cuius causa Ilium euerteretur, iussit Priamus vtrumque interfici. Et Paris quidem matris astu clàm traditus est educandus: Thymœtis autem puer est interfectus. Cuius iniuriæ vltione in multos annos dilata. Thymœtes, quum equi lignei dolum sentiret, commodum sibi vindictæ tempus oblatum ratus, primus autor fuit vt in vrbem reciperetur. Hæc ferè Seruius enarrãs locum illum Virgilij, -primúsq; Thymœtes Duci intra muros hortatur. & arce locari. Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebãt.

Thymus, vel Thymum, {θύμον. Ital. *Timo herba* Gal. *Du thym.* Hisp. *Tomillo yerua.*} Frutex humilis, odoratus, apibúsq; gratissimus. Virg. 3. Aegloga. Dúmq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ. Hora. 2. Carmi. vt apis Matinæ Grata carpentis thyma per laborem. Sunt autem thymi duo genera: album scilicet, & nigrum. ¶ Vnde Bithymum mel, quod ex vtroque thymo collectum est. Plin. lib. 11. cap. 16 ¶ Thymus item (vt inquit Iulius Pollux) verrucula est Aegyptiæ fabæ magnitudine, scabra, & subrubens sanguine, cuius summa pars (vt Celsus inquit) florem thymi repræsentat, in genitalibus, sede, feminibus, palmis, & inferioribus pedum partibus nascens. Vide Plinium lib. 12. cap. 10.

Thymites, pen. prod. {θυμίτης. Ital. *Vino de timo.* Gal. *Vin de thym.* Hisp. *Vino de tomillo.*} Vinum thymo conditum: ea forma dictum qua Absinthites, & Abrotonites: de quo Columella lib. 12. cap. 36.

Thyminus, adiectiuum, Quod ex thymo factum. {θύμινος. Ital. *Fatto di timo.* Gal. *Fait de thym.* Hispan. *Hecho de tomillo.*} Colu. lib. 6. cap. 33. Cum melle Attico, vel si id non est, vtique thymino celeriter leuatur.

Thymosus, aliud adiectiuum. {θύμωδες, ἡ θυμώδης. Ital. *Pieno di timo.* Gal. *Plein de thym.* Hisp. *Lleno de tomillo.*} Plin. lib. 11. cap. 15. Thymosum mel nõ coit.

THYNI, Θυνοί. Thraciæ populi fuerunt ad Hebrum fluuium, quorum pars in Asiam trãsgressa, iuxta Apolloniam & Salmydessum consedit: quem tractum ab ipsis Thyniacum litus appellat Strabo lib. 12.

THYNIAS, adis, Θυνιάς. Ponti Eurini insula Bithyniæ adiacens, trium millium passuum ambitu, alio nomine Apollonia dicta. Autor Plinius lib. 6. cap. 12.

Thynnus

Thynnus, ἢ θύννος. Ital. *Tonno*, Gal. *Thon ou thonnine*. Hisp. *El atun pescado conocido*. ¶ Piscis inuitus est notissimus, qui mense Maio copiosissimè capitur in freto Gaditano. Nam id temporis ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneum irrumpit non paruo Gaditanorum quæstu, qui infinitam eorum multitudinem retibus extrahunt, cetariisque inferunt, salsuntque, membratimque dissectos, & in cadis asseruatos celebri mercimonio per omnem Europam diffundunt. Hæc ferè ex libello Pauli Iouij de Romanorum piscibus.

Thynneum, penult. prod. θυννεῖον, Sacrum erat quo piscatores Neptuno thynnum immolabant, ipse impetrandæ ab illo fœlicioris capturæ. Vide Cælium Rhodiginum lib. 5. cap. 6.

THYROS, θῦρος, Ciliciæ oppidum, non procul à Pyramo fluuio, teste Plinio lib. 5. cap. 27.

THYONEVS, trium syllabarum, θυωνεύς. Cognomen Bacchi, quod à θύω, id est sacrifico, quidam deductum putant, quòd illi adhuc inter humanos versanti sacrificaretur. Quamquam non desunt qui id cognominis cum à matre sua Semele accepisse velint, quæ alio nomine dicta est Thyone, θυώνη. Ouidius 4. Metam. Additus his Nyseus indetonsúsque Thyoneus.

THYREA, siue THYRE, per contractionem, θυρέα, ἡ θυρή, Oppidum est in confinio Lacædemoniorum & Argiuorum: cuius causa aliquando grauia bella inter illos emeruerunt. ¶ Huius incolæ dicuntur Thyreates, θυρεάται Stephano. ¶ Est item Tyrea insula ante Peloponnesum, è regione Hermiones, non procul à Troœzene: cuius meminit Herodotus libro 3.

THYRICOS, θύρικος, Populus in Attica regione, ex Acamanteide tribu. Autor Strabo.

THYRSAGETAE, pen. corr. Populi sunt Scythiæ vltra Sauromatas, ex venatione victitantes. Mela lib. 1. Thyrsagetæ, Turcæq; vastas syluas occupant, aluntúrque venando. Hi à Plinio Thussagetæ appellantur: à Strabone, Ptolemæo, & Stephano θυσσαγέται. Quo fit, vt suspicer apud Melam r literam librariorum culpa irrepsisse.

THYRSIS, θύρσις, Nomen pastoris proprium, apud Virgilium 7. Aeglo.

Thyrsus, ἢ θύρσος. Ital. *Torso, cõstone*. Gal. *La tige ou verge de quelque herbe qui se soit*. Hisp. *El ramo ò tronco de berça*. ¶ Propriè dicitur illud in herbis quod virgulæ in modum, vel teli rectitudinem consurgit. Plin. lib. 19. cap. 8. Inuentum omnes thyrsos, vel folia lactucarum prorogare vrecis conditos, ac recentes in patinis coquere. Idem, Folia lactucę tosta thyrsúsque, ex aceto bibũtur. ¶ Lucretius accipit thyrsum pro furore, ardore, stimulo, vel instinctu, quũ ait, Percussit thyrso laudis spes magna meũ cor. ¶ Est præterea thyrsus hasta aculeata, hederis obtecta, quam in Orgiis Bacchæ quatiebant. Tacitus, Messalina crine fluxo thyrsum quatiens. Scribit Diodõrus, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. Et Macrobius ait, Liberum patrem tenere thyrsum, quod est latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur.

Thyrsiger, Dictus est Bacchus. θυρσοφόρος. Seneca in Medea, Candida Thyrsigeri proles.

THYSSAGETAE, vide THYRSAGETAE.

THYSSVS, θῦσσος, Oppidum est in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Athos: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10, & Herod. lib. 7.

T ante I.

Tiara, pen. prod. generis fœm. ἢ τιάρα, κανσία. Ital. *Ornamento di donne Persiane, vsato poi di re & principi, mitra, capello, mazzocchio*. Gal. *Ornement de teste de femmes de Perse, duquel ont vsé puis apres les Rois & Pontifes*. Hispa. *Mitra, corona, capelo, ò sombrero*. ¶ Ornamẽtum capitis Persicarum prius mulierum, quo postea vsi sunt reges, & sacerdotes. Iuuen. Saty. 6. Et Phrygia vestitur bucca tiara. Virgilius per vsurpationem dixit, Sceptrúmque, sacérque tiaras. Alioqui enim Tiara dicimus, teste Seruio. Hiero. ad Fabiolam, Quartum est genus vestimenti rotundum pileolum, quasi sphæra media sit diuisa, & pars altera ponatur in capite. hoc Græci, & nostri τιάραν, nonnulli galerum vocant. Non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comas tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta constrictum est, vt non facilè labatur ex capite.

TIARE, es, τιάρη, Oppidum Theuthraniæ, quæ est regio Asiæ supra Aeolidem, & partem Troadis. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

TIATIRA, vide THYATIRA.

TIBARENI, τιβαρηνοί, Populi Chalybibus contigui, teste Pomponio lib. 1. in risu & lusu summum constituentes bonum: tenacissimi interim iustitiæ, vt qui nisi antè denuntiato die, hostem non adoriantur. De his memorię prodidit Nymphodotus, Muliere partu soluta, virum in lectulo decumbere, & tanquam partus autorem ab vxore puerpera curari. Quod & ipsum confirmat Valerius Flaccus Argonaut. lib. 5. his versibus, Inde Genetæi templum Iouis, hinc Tibarenum Dant viri-des post terga lacus, vbi deside mitra Fœta ligat, partúque virum fouet ipsa soluto. Vide TABARENI.

TIBERIAS, dis, τιβεριάς, Vrbs Iudææ, ad lacum Genezaritidem, ab Herode condita, & in gratiam Tiberij Cæsaris ita appellata. Autor Stephanus.

TIBERIVS, τιβέριος, Liuiæ Augustæ filius, & prinignus Augusti, eiusdémque in imperio successor, omni auaritiæ, libidinis, & crudelitatis genere contaminatissimus. Vitam eius vide apud Suetonium, eadem prorsus libertate descriptam, qua ille vixit. ¶ Fuit & Sophista eiusdem nominis, cuius scripta enumerantur à Suida.

TIBERIS, tis, qui & THYBRIS, ἢ Θύβρις Dionysio, τιβερις, καὶ τιβρις Stephano, Vulgò *Tenere*, Celebertimus Italiæ fluuius, è media ferè longitudine Apennini, Aretinorum finibus defluens, qui multis deinde fluminibus auctus ab Hetruria Latium, Ianiculúmque ipsum ab vrbe Roma diriminit, tandémque decimoquinto ab Vrbe lapide duobus ostiis modico intercallo diremptis in mare euoluitur, ea in parte, qua Ancus Martius Ostiam extruxit. De ratione nominis diuersi diuersa prodiderunt, adeo vt non facile fuerit certi aliquid constituere. Liuius à Tiberino Albanorum rege dictum existimat, in traiectu eius submerso, quum antea Albula diceretur. In qua sententia Ouidius quoque fuisse videtur, sic scribens lib. 2. Fastor. Albula quem Tiberim mersus Tiberinus in vndis Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis. Seruius Tiberis nomen ipsa etiam Alba vetustius esse contendit: ideóque nominis eius originem ad Thybrin potius Hetruscorum regem referendum existimat, qui Latium crebris latrocinijs infestans, tandem circa hunc fluuium est occisus. Cui sententię Virgilius quoque non obscurè subscribit: apud quem sic loquitur Euander lib. 8. Aeneid. Tum reges, asperque immani corpore Thybris. A quo pòst Itali fluuium cognomine Thybrim Diximus. Alij non tam à regis huius nomine, quàm ab insultis, & contumelijs quibus in obuium quenque circa hunc fluuium grassabatur, appellationem hanc tractam existimant: vnde Thybrim scribendum contendunt, quasi τὴν ὕβριν, vt dictionem conflatam intelligamus ex articulo fœminino, & nomine ὕβρις: quã scripturam etiam apud Dionysium Afrum obseruauimus. Nos Thybridis nomen antiquius esse putamus, Tiberis recẽtius, litteris aliquot (vt solet temporis lapsu immutatis. Quo fit, vt illud Poëtis, hoc Oratoribus sit vsitatius. Stephanus quoque in vrbium Onomastico vtrunque nomen agnoscit, nisi quòd apud illum Θύβρις legatur, m litera cõmuni Græcorum consuetudine adiecta. Θύβρις, (inquit) παρὰ τὸ θύειν, ὃ ἐστι σφάττειν. Hisce rationibus in eam potissimum sententiam adducor, vt Thybris dissyllabum, th aspirato, & y Græco scribendum putem: trissyllabum autem Tiberis, r tenui, & i nostro. Quam scripturæ rationem etiã à Græcis videmus obseruari, apud quos γίγνεται, πόλεως, πόλει, πόλιν, & cætera omnia hinc derivata per iota scribi videmus.

Tiberinus, a. um. pen. prod. possessiuum est Θυβρῖνος Stephano: vt, Ostia Tiberina, apud Virgil. 1. Aeneid. Tiberina flamina, apud eundem libro 12.

TIBERINVS, rini, pen. prod. πόλεως, Capeti filius & Albanorum rex qui in vicino flumine submersus, effecit vt pro Albula Tiberis diceretur. Liui. lib. 1. ab Vrbe, Latino Alba ortus, Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus, Capeto Tiberinus, qui in traiectu Albulæ submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. ¶ Tiberinus item à superstitiosa antiquitate creditus est deus esse, Tiberis fluuij præses, cuius monitu Aeneas Euandri sibi auxilia adsciuit: de quo sic scribit Virgil. libro 8. Aenei. Huic deus ipse loci fluuio Tiberinus amœno, Populeas inter senior se attollere frondes Visus, cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus & cœrules vmbrosa tegebat arundo. ¶ Quin & fluuius ipse in sacris dictus est Tiberinus, teste Seruio, quemadmodum in κανναλίᾳ Tiberis, & in poësi Thybris.

Tibia, Propriè est os cruris oppositum suræ. ἢ κνήμη Ital. *Gamba*. Gal. *Iambe, l'os de la iambe*. Hispa. *Espinilla ò canilla de la pierna*. ¶ Celsus lib. 8. cap. 1, Ipsum autem cruris est ex ossibus duobus, &c. Verùm alterum os ab exteriore parte, &c. alterum à priore parte positum, cui tibię nomen est, longius & in superiore parte plenius, solùm cum femoris inferiore capite committitur, sicut cum humero cubitus. ¶ Tibia item vocatur instrumentum musicum oblongum, teres, & foraminosum, quod inflatum, & digitis modò adductis, modò reductis temperatum, non injucundam reddit symphoniam. Αὐλὸς. Ital. *Piffaro, pina*. Gal. *Vne fleuste*. Hisp. *Flauta*. ¶ Has primùm ex grum tibiis cõfectas existimant, & inde nomen accepisse. Horat. de Arte. Tibia non, vt nunc, orichalco vincta, tubæq; Aemula: sed tenuis, simplexq; foramine pauco Ouid. 5. Trist. eleg. 1. Tibia funeribus conuenit ista meis. Cicer. 1. Tusc. Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Virg. 8. Aeglo, Incipe Mœnalios mecum mea tibia versus. Cic de Clar. Orat. Si tibiæ inflatæ non refectant sonum, abiiciendas eas sibi tibicen putet.

Tibialia, lium, Velamenta tibiarum. ἢ κνημῖδες. Ital. *Calze, schinere*. Gal. *Iambieres, bas de iambes, armures de iambes*. Hispa. *Armadura de aquella parte, media calça*. ¶ Suet. de Augusto, Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur. ¶ Tibialia pro ocreis quibus tibiæ militum muniuntur. Paulus Iureconsultus, Si tibiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.

Tibialis, le, Quod est idoneum ad tibias faciendas. ἢ αὐλητικός. Ital. *Pertinente à fiauto*. Gal. *Apartenant à fluste*. Hispan. *Perteneciente a flauta*. ¶ Plin. lib. 16. cap. 36, Tertia arũdo est tibialis calami, quam auleticõ vocant.

Tibicen, inis secunda syllaba prod. Qui tibia canit. ἢ αὐλητής. Ital. *Precone, trombetta*. Gal. *Ioueur de fluste fluteur*. Hisp. *Tañedor de flauta*. ¶ Plaut. in Pseud. Tibicem vos interea hic delectauerit. Cic. ad Gallum lib. 7. Ille autem qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum vnctorem, discessit à me. Horat. 2. Epist. 1, Nunc tibicinibus, nunc est gaudia Tragœdis. ¶ Tibicines item, ἀντηρίδες. pilæ dicuntur siue tigna, quibus ædificia inclinata & alio qui ruitura sustinentur. Iuuen. Saty. 3, Nos vrbem colimus tenui tibicinæ fultam Magnam parte sui. ¶ Tibicẽ pro sustentaculo relæ. Ouid. 4. Fastor. Hæc modò versabat stantem tibicine telam. Virgilius quoque hemistichia sua, quæ in Aeneide aliquot reliquit imperfecta, tibicines appellabat, eo quòd ad fulciendam supplendámque sententiam, ad tempus essent inserta. Ipsæ quoque particulæ, quibus versuum hiatus replentur, alioqui nihil facientes ad sententiam, tibicines à Grammaticis appellantur. Quale est hoc apud Virgilium, Sic forte precatur. Nam fortè vacat.

Tibicina, næ, pen. cor. Mulier tibia canens: quemadmodũ Fidicina, quæ canit fidibus. ἢ αὐλητρίς. Ita. *Donna che suona di fiauto*. Gal. *Femme qui joue de la fluste*. Hisp. *Tañedora de flauta*. ¶ Mart. lib. 14, Ebria non madidis tumpit tibicina buccis.

TIBESIS, τίβησις, Fluuius est ex Hæmo monte nascens, & Septentrionem versus in Istrum influens. Autor Herod. lib. 4.

TIBISCVS, τίβισκος, Vulgò *Tissa*. Fluuius Daciæ in Carpatho monte nascens, & Dacos ab Iazygibus Metanastis dirimens, tandémq; intra Tibiscum vrbem in Danubium influens. Autor Ptolemæ. lib. 3. cap. 4.

TIBVLLVS, Prænomine Albius, Poëta Elegiographus fuit, Romæ natus Hircio & Pansa Coss. qui annus etiam Ouidij Poëtæ natalibus fuit insignis. Ex amicis Messalam Coruinum maximè coluit, quem dum in Asiam proficiscentem sequitur, in grauissimum incidit morbũ: adeò vt de vita desperans, hoc sibi scripserit Epitaphium, Hîc iacet immiti consumptus morte Tibullus, Messalam terra dum sequitúrque mari. Ex Poëtis familiares habuit Horatium, qui eum iudicem suorum appellat scriptorum: & Ouidium, qui mortem eius elegantissima deflenit Elegia. In amoribus & nimius & inconstans fuisse videtur, vt qui

vt qui præter Marathum, & Cerinthum pueros. Deliam quoq; amarit. Sulpitiã, & Neæram: omnium autẽ maximè Nemesim, cuius formam, & venustatẽ bona operis sui parte posteritati commendauit. Obiit Romę virenti adhuc ætate, non sine graui eruditorum omnium mœrore.

TIBVR, penult. genit. corr. τίβουρος, τίβουρος, καὶ τίβουρος Stephano, Ciuitas in Sabinis, decimoſexto ab Vrbe lapide, crebris fontibus irrigua, & singulari aëris temperie commendata. Ouid. 4. Fasto. Etiam Telegoni, iam mœnia Tiburis vdi Stabant. Mart. lib. 6, - quum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est. Est autem hoc oppidũ origine Græcum, à Tiburto, Catyllo, & Corace, Amphiaraï liberis, post prodigiosum patris ad Thebas interitum communiter conditum, & à Tiburti nomine, qui ex tribus natu maximus erat, Tibur appellatum. Autores Cato in Orig. Solinus, & Sextus scriptor Græcus.

Tiburs, urtis, τίβουρς, Gentile. Virg. 11. Aene. Haud aliter Tarchon Tiburtum ex agmine prædam Portat ouans. Cice. pro Corn. Balbo, L. Coſſinius Tiburs, pater huius equitis Romani.

Tiburtinus, a, um, τίβουρτινος, Quod ex Tibure est: vt, Sibylla Tiburtina.

TICINVM, penult. prod. τίκινον Ptolemęo, τίκιν Stephano, Insubriæ ciuitas, quam hodie *Papiam* vocant, à Ticino fluuio prætерlabente nomen habens. Vulgò *Pauia*.

TICINVS, pen. prod. τίκινος, Vulgò *Tesino*, Fluuius insubrię in Eridanum fluens, à quo vicinum oppidum Ticinum est appellatum. Silius lib. 9, Dum Romana tuæ Ticine cadauera ripæ Non capiant.

TIFERNVM, τίφερνον, Vulgò *città di castello*, Vmbriæ oppidum est, teste Ptole. lib. 3. cap. 1. à quo Tifernates, quorũ meminit Plin. lib. 3 cap. 14.

TIFERNVS, τίφερνος, Fluuius est in secunda Italiæ regione, Apulos diuidens à Frentanis. Autor Plin. lib. 3. cap. 11. Vulgò *Portoro in Puglia piana*.

TIGILLINVS Ophonius, Vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui Neroni intimarum libidinum conscientia quum esset familiaris, plurimis summis viris per calumniam exitium machinatus est. Postea rerum potito Othone, ad quas Suessanas supremæ necessitatis nuntio accepto, inter concubinarum oscula fauces sibi præcidit, teste Tacito lib. 17. Meminit huius & Iuue. Saty. 1, Pone Tigillinum, teda lucebis in illa, Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.

Tignus, ni, masculini generis: & Tignum, neut. Trabs, qua vtiè disposita domus extruitur: & propriè, cui superponitur tectum: à tegendo nomen deductum. ξόανον, ξύλον. Ital. *Trane*. Gal. *Soliue, cheuron, marrain*. Hisp. *Viga ò madera dela techumbre*. Luer. lib. 1. Nec quum subsiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma degustant tigna, tabésque. Horat. de Arte poët. Et modicis instruit pulpita tignis. Ouid. 8 Meta. Sordida terga suis nigro pendentia tigno. Iuue. Sat. 3, - ferit assere duro Alterius hic tignum capiti incutit, ille metretam. Cæsar 4. bel. Gal. Tigna bina sesquipedalia ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis. ¶ Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia constant, continetur, inquit Vlp. de Tigno iuncto l. j. & Ad exhib. l. Tigni. & Caius, de Verb. signi. l. Tigni. ¶ Sed & in vineis Tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, vt puta perticę, pedamenta, vt ait ibid. Vlp. ¶ Hinc Contigno, vide suo loco.

Tigillus, & Tigillum, diminutiua. ξύλιδιον. Ital. *Travicello*. Gal. *Soliueau, petit cheuron*. Hisp. *Pequeña viga*. Lini. 1. ab Vrbe, Transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub iugum misit iuuenẽ. Tibul. lib. 2, Eleg. 1. Illi compositis primum docuere tigillis, Exiguam viridi fronde operire domum. Catul. Ianua suffixa tigillo.

Tignarius, a, um, adiectiuum. Tignatius faber, Qui tigna dolat, aut ædificio adaptat. ξυλωτός. Ita. *Marangone*. Gal. *Vn charpentier*. Hisp. *Carpintero*. In qua significatione legitur & Tignarius absolutè. Cice. de Clar. Orato. Ego me Phidiam esse mallem quàm vel optimum tignarium.

TIGRANE, ἡ Τιγράνη. Vrbs Mediæ mediterranea, teste Ptole. lib. 6. cap. 2.

TIGRANES, nis, penul. prod. τιγράνης, Proprium nomen Regis maioris Armeniæ, qui auxilium ferens Mithridati regi, victus est primò à Lucullo, deinde à Pompeio Magno, cuius sæpe mentionem facit Cice. in Orat. pro lege Man. Luca. lib. 5, Tigranémque meum, ne Pharnacis arma relinquas.

TIGRANOCERTA, tæ, τιγρανόκερτα. Vulgò *Sulthania* Oppidum in montanis maioris Armeniæ, teste Plin. lib. 6. cap. 11. à Tigrane conditum, vnde & nomen accepit, quasi Tigranis ciuitas. Nam Certa Parthorum lingua vrbem sonat. Vide Stephanum in vrbium Onomastico.

Tigris, huius tigris, & tigridis. τίγρις. Ital. *Tigre*. Gal. *Vne tigre*. Hisp. *La tigre hembra de pardo*. Fera sæuissima & velocissima in Hyrcania maximè abundans: ita dicta, quòd sagittæ velocitatem, quam Tigrim Medi appellant, cursu videatur adæquare. Virg. 4. Aene. Hyrcanæque admorunt vbera tigres. Arrianus, qui res gestas Alexandri condidit, tigrim feram Indicam, non eam esse voluit, quam vulgus *Tigrim* nominat, sed hanc esse thoa: tigrim verò equi magnitudine esse, à superioti longè diuersam.

Tigrinus, na, num: τιγρινός. vt, Tigrinæ mensæ, hoc est venarum discursu tigridum maculas referentes. Plin. lib. 12. cap. 15. Mensis præcipua dos in venas crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit discursu, ideóque tigrinæ appellantur.

TIGRIS, τίγρις, ιδος. Insignis Asiæ fluuius, Mesopotamiam ab Ortu alluens, quem Sacræ literæ ex Paradiso nasci confirmant. Solinus in Armenia caput attollere dicit, in loco edito, ex lucido, conspicuóq; fonte, nec ab exordio statim totum esse, sed primò pigrè fluere, non cum suo nomine. At quum fines Medorum inuectus sit, Tigrim statim vocari, Arethusam lacum influere, grauia pondera sustinentem, cuius pisces nusquam se alueo Tigridis immiscеant, sicut nec amnici stagnum attingant Arethusæ. Mox Arabas prætерfluens, Mesopotamiam amplectitur, & Hydaspen accipiens, Euphratémque, defertur in sinum Persicum. ¶ A Tigri fluuio dicti sunt Transtigritani, qui trans Tigrim habitant: sicut Transpadani, qui trans Padum.

TIGVLLII, τιγύλλιοι, Liguriæ populi, quorum vrbes Tigullia, & Segesta commemorantur à Plin. lib 3. cap. 5. Vulgò *Sigestro*.

TIGVRINI, τιγυρῖνοι, Populi inter Heluetios Limagi fluminis accolæ: quorum meminerunt Cæsar lib. 1. de bel. Gal. Strab. lib. 4. Florus lib. 3. cap. 3. Paulus Orosius lib. 5. cap. 16. & Plutarchus in Vit. C. Marij Eorum metropolis est Tigurũ vrbs, vulgò *Zurich*, situ perquam amœno, inter duos montes, supernè lacus incumbit lympidissimus, longus circiter duodecim millia passuum, supra quem amœnus Alpium prospectus est: vt volupe sit vel in media æstate, nines & quandam quasi hyemen intueri. Is lacus vrbem dissecans, in medio Limagum fluuium, quem recipit, penè apud Glareanos rursus effundit: sternitur pontibus duobus, qui vrbem dissectam denuò coniungunt. Ipse verò Senatus populúsque Tigurinus quum olim suam orbem sociam Romani Imperij ab Imperatore deseri negligique cernerent, multis magnisque de causis cum Lucernatibus, & Vraniis, & Suicensibus, & Subsyluanis (quibus tunc quoque bellum erat cum principibus Austriæ) in perpetuum fœdus societatémque venere, ea lege vt Tigurinus pagus inter omnes primum locum obtineret. Quod factum est anno ab orbe redempto, MCCLX. Hic pagus & tota regio Heluetiorum, hodie inter Germanos censentur. Pagi Tigurini meminit Cæsar lib. 1. bel. Gal. Tigurinus (inquit) is pagus est: nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est.

Tilia, æ, φίλυρα. Ital. *Tiglio albero*. Gal. *Teil, ou tillet, ou tilleul*. Hisp. *Teja arbol*. Arbor est apud Gallos nomen retinens, folio hederaceo, molliore, & in angulum acutiorẽ rotundiore, & prolixiore, in orbem lentè crispo, atque serrato, flore tantisper dum calyculo continetur, herbaceo: dum emerſit, flauo: fructus magnitudine fabæ, similis acinis hederæ: in quo semen prætenue, quantum attriplicis, omnibus animalibus ingratum, quum foliorum pabulo maximè ducantur. Virg. lib. 2. Georg. Nec tiliæ læves, nec torno rasile buxum. Ouid. 10. Meta. Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus. ¶ Tiliæ item dicuntur vincula, ex arboris huius membranis tenuissimis, inter corticem & lignum sitis. Plin. lib. 16. cap. 14, Inter cortices & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur. Tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorúmque honore.

Tiliaceus, a, um, Quod ex tilia confectum est. φύλινος. Ital. *Fatto di tiglio*. Gal. *Fait de tillet*. Hisp. *Hecho de teja*. Iulius Capitolinus de Antonio Pio, Quum senex & longus esset, incuruaretúrque, riliaceis tabulis in pectore fasciabatur. Columel. lib. 12. cap. 45, Arculæ faginęæ, vel etiam tiliaceæ, quales suor in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paulò ampliores præparari debent.

TILIVM, τίλιον, Vrbs litoralis in latere Occidentali Sardiniæ: autore Ptolemæo lib. 3. cap. 3.

TILPHOSSA, τίλφωσσα, Fons est Bœotiæ, subter Tilphossum montem labens, vbi Tiresiæ vatis sepulchrum est: qui quum senex esset, & frigidam fontis huius aquam potasset, subitò extinctus est. Autor Strabo libro 9.

TILPHOSSIVS, τιλφόσσιος, Mons est Bœotiæ, non procul ab Haliarto, templum habens Apollinis Tilphossij. Autor Strabo lib. 9.

TILVS, (quod huc pro sinus Persici insula malè relatum erat.) vide TYLVS. Siquidem tam apud Ptolemæum quàm apud Plinium scribitur y Græco.

TIMAEVS, τίμαιος, Nomen proprium Philosophi Locrensis, cui diuinum illud opus Plato inscripsit, in quo de rerũ creatione disserit, quod Cicero postea Latinum fecit: atque de Vniuersitate inscripsit: quanquam non desint qui negent Ciceronis esse. ¶ Fuit præterea Timæus quidam Siculus arrogantissimus, qui se historiam scripturum iactabat, qua facilè Thucydidem superaret: hoc videlicet commento gloriam & eruditionis opinionem apud imperitam plebeculam captans. De hoc Plutarchus in Nicia.

TIMACHVS, machi, pen. cor. τίμαχος, Mœsię fluuius, ex Rhodope monte fluens, teste Plin. lib. 4 cap. 16.

TIMAGENES, pen. corr. τιμαγένης. Rhetor fuit Alexandrinus, qui à Gabinio, quum in Aegypto res gereret, captus, Romámque perductus, à Fausto Syllæ filio redemptus est. A quo manumissus, primùm in ipsis Pompeij ędibus, eóque mortuo, in palatio ludum aperuit. Postea verò quum ob linguæ libertatem schola excidisset, in rure Tusculano ætatem peregit. ¶ Fuit & alter, Timagenes historicus, qui maris totius 6. tum libris quinque est complexus. Vtriusque autor Suidas.

TIMAGORAS, τιμαγόρας, Ciuis Athenienſis fuit, à suis capitali supplicio affectus, quòd Darium, ad quem legatus erat, more Persarum per adulationem adorasset. Suidas. & Valerius.

TIMANDRA, τιμανδρα, Filia Ledæ, & Tyndarei, & soror Clytæmnestræ quæ Echemono nupsit: vt refert Lycophronis Scholiastes.

TIMANTHES, τιμάνθης Suidæ, Nomen pictoris celeberrimi, Parrhasij æmuli. Inter eius verò ingenij monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur, quam pinxit ad aram stantem, iámque Dianæ immolandam: & quum omnes mœstos pinxisset, omnémq; tristitiæ imaginem consumpsisset, patris vultum, quem dignè effingere nõ potuit, velo obduxit. Pinxit & Cyclopẽ parua in tabula, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros thyrſo pollicem eius metientes: itáque ex omnibus eius operibus intelligitur plus quàm pingitur. Hæc ferè Plin. lib. 35. cap. 9.

TIMARCHIDES, æ, vel dis, τιμαρχίδης, Eximius marmoris sculptor, apud Plin. lib. 16. cap. 5. ¶ Fuit & alter statuarius, qui multa nobilia ex ære opera confecit: cuius meminit idem Plin. lib. 34 cap. 8.

TIMARCHVS, τίμαρχος, Athenienſis quidam fuit, Demosthenis familiaris: qui quum in adolescentia pudicitiam suam in Piræo prostituisset, eo nomine iam senex ab Aeschine in iudicium vocatus est, & condemnatus. ¶ Fuit item Timarchus statuarius nobilis, qui centesima vicesima Olympiade floruit: teste Plin. lib. 34. cap. 8.

TIMAVVS, penult. prod. τίμαυος, Vulgò *Zrenta*, Nomen fluminis iuxta Aquileiam, nouem nascens capitibus, teste Pomponio, vnóque ostio sese in mare euoluens. Virgilius 1. Aeneid. Regna Liburnorum & fontes superare Timaui.

Timeo, es, ui, Metuo, horreo, reformido, vereor. φοβοῦμαι, δέδοικα. Ital. *Temere, hauer paura*. Gal. *Craindre*. Hisp. *Temer, auer miedo*. Cice. pro Flacco, Nihil magis quàm perfidiam timemus. ¶ Variis modis construitur. Dicimus enim, Timeo te, tanquam inimicum: Timeo tibi, tanquã amico, nequid mali tibi accidat. Terent. And. Pamphili vitæ timeo. Timeo mihi abs te. Cic. pro Sylla, A quo quidem genere, Iudices,

ego

ego nunquam timui, id est non timui ne malum mihi inferrent. ¶ Invenitur etiam cum ablativo, mediante de. Ouid. lib. 4. Fast. Nec timui de morte: tamen metus obstitit. ¶ Item dicimus Timeo furem tauro: id est ne fur taurum furetur. Iuue. Saty. 6, -quum furem nemo timeret Canibus, aut pomis. ¶ Dicimus etiam timeo pro amico. Gell. lib. 19. cap. 1. Illum autem pro Aristippi anima timere. Timeo quemadmodum hęc explicari possint, Cic. lib. 15. Epist. Nunc illic quid agatur, magnopere timeo, Idem ad Attic. lib. 2. ¶ Speciale est autem in hoc verbo, & in cæteris eiusdem significationis, vt sine sequatur negatio, siue non, nihil addat, detrahátve sententiæ. Nihil enim refert num ita dicas, Timeo vt possis: an sic, Timeo ne possis. ¶ Composita huius verbi sunt Extimeo, pertimeo, & prætimeo: quorum significata vide suis locis.

Timidus, a, um, Pauidus, meticulosus. {δειλός. Ital. *Timido, pauroso, di poco animo.* Gal. *Craintif timide, pauureux.* Hispa. *Temeroso por naturaleza, medroso.*} Cic. 1. Offic. Ne imbelles, atque timidi videamur. Cic. pro Marcel. Si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens.

Timidè, aduerb. Pauidè, minus audacter. {φοβερῶς, ἰσχνῶς. Ital. *Con timore.* Gal. *Auec crainte, craintiuement.* Hisp. *Con temor, temerosamente.*} Cic. 2. Tusc. Sed hoc quidè in dolore maximè est prouidẽdum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebritérve faciamus.

Timiditas, atis, Procliuitas ad timorem. {δειλία. Ital. *Paurà, timidità.* Gal. *Crainte, peur.* Hisp. *Temor natural.*} Cic. 4. de Fin. Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis nascitur. Idem 3. Tusc. Quæ qui recipit, recipiat necesse est timiditatem & ignauiam. Idem in Partit. Verecundiam timiditas imitatur.

Timor, oris, Est (vt Cic. 4. Tusc. quæst. inquit) Metus mali appropinquantis. {φόβος, δέος. Ital. *Timore, paura.* Gal. *Crainte, peur ou paour.* Hispa. *Temor natural.*} Facere alicui timorem. Cic. lib. 10. Epist. Quæ res mihi facit timorem. Affici timore de aliquo. Idem lib. 11, Epistol. Amici de nobis magno timore afficiuntur Inijcere timorem. Idem Atti. Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est. Perculsus timore. Idem ibidem, Ciuitas perculsa magno timore.

Timiopolæ, πριαπῶλαι, A Græcis dicuntur, qui præmercantur vt rerum pretia accendant, annonámq; flagellent: id est duriorem, cariorémque faciant, pretio non parcentes.

TIMOCLEA, πρόκλεια, Mulier Thebana fuit, quæ stuprum à Barbaro per vim passa, dissimulato dolore, finxit se illi velle ostendere magnum auri pondus, perductúmque eo spe ad altissimum puteum qui erat in interiore parte domus, quum pronus puteum inspiceret, præcipitem deiecit, & saxis obruit.

TIMOCLES, πρόκλης. Duorum Comicorum Athenienſium, nomen, quorum fabulas aliquot enumerat Suidas.

TIMOCREON, ontis, πρόκριων, Poëta Rhodius fuit, veteris Comœdiæ scriptor: qui graues cum Simonide Melico, & Themistocle inimicitias exercuit: quos etiam contumelioso poëmate est insectatus. Autor Suidas.

TIMOLAVS, πρόλαος, Rhetor & versificator, è Larissa Macedoniæ, discipulus Anaximenis Lampsaceni. Scripsit poëma de bello Troiano, Homeri singulis versibus singulos addens. Suidas.

TIMOLEON, πρόλιων, Corinthius, dux inclytus, viribus fortissimus, vitáque abstinentissimus, qui missus cum paucis triremibus ad liberandas à Dionysij tyrannide Syracusas, quem Dion Syracusanus implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas appulisset die, vrbe potitus est: deinde arcem obsidens, Dionysium ad deditionem compulit, & cum paucis in exilium Corinthum misit. Arcem verò solo æquauit, & Syracusanis libertatem restituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captum interfecit. In summa æqualis fuit Timotheo, Agesilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho qui eum è nostris comparat Paulo Aemylio.

TIMOLVS, Lydiæ mons, postea Tmolus, τμῶλος, appellatus, teste Plin. lib. 5. cap. 29.

TIMON, πίων, Phliasius philosophus, qui apud Chalcedonem philosophiam, & oratoriam exercuit, carus Ptolemæo Philadelpho. Scripsit Tragœdias, & Comœdias, & Satyras. Dictus amarulentus, & mordax, fillorum, id est dicacitatum scriptor. de quo Gellius. Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, quem Sillos inscripsit. ¶ Fuit & alius Timon Athenienſis tẽporibus Peloponnesiaci belli, (vt ex Aristophanis & Platonis poëmatibus perspicere licet) prorsus inhumanus, ac vitans hominũ congressus, præter vnius Alcibiadis adolescentis. Interrogatus quæ cum illo causa esset amicitiæ, Quòd sciam (inquit) illum quandoque multorum malorum Atheniẽsibus causam futurum. Semel in vita in concionem dicitur ascendisse, factáque notitatem cunctis admirantibus, Est mihi (inquit) ô viri Athenienses, post ædes hortulus, in quo ficus coaluit quædã, in qua permulti nostri ciues se suspenderunt. In eodem nunc ego loco ædificare volo. Quamobrẽ visum est mihi, vos publicè admonere, si quis fortè sit qui se prius velit suspendere, antequam arbor excidatur. His igitur de causis ab Athenienſibus μισάνθρωπος est appellatus, hoc est humani generis osor. In sepulchro quod sibi ipse construxerat, incisum erat epitaphiũ in hanc sententiam: Hic sum post vitam, miserámque, inopémque sepultus. Nomen non quæras: dij, lector, te malè perdant.

TIMOMACHVS, penult. corr. πριμάχος, Fuit pictor Byzantius, Cæsaris Dictatoris ætate. Fecit Medeam & Aiacem, quos ipse Cæsar LXXX talentis emit, & in templo Veneris dicauit. Autor Plin. lib 35. cap. 11.

Timor, vide TIMEO.

TIMOTHEVS, pen. corr. πριόθεος, Nomen proprium Cononis Atheniensis filij, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus: & (quod super omnia est) δαιμόνιος, id est fortunatus Imperator habebatur. Huic statua publicitus in foro Athenis posita est, ob victoriam qua victis Lacedæmoniis, imperium Atheniensium auxit, & muros Athenarum extruxit. Post huius obitum non fuit quisquam ferè Athenis dignus memoria. Huius gesta æmuli, vt laudem eius imminuerent, Fortunæ adscribebant, circumferentes passim tabulas, in quibus ille pictus erat dormiens, adstante interim fortuna, quæ ciuitates in aleria eius ageret. Quam rem ille ægrè ferens, sua illa esse dicebat, non fortunæ opera. Ex quo tempore, quasi perosa hominis ingratitudinem fortuna, omni prorsus fœlicitate exeidit. Autor Suidas. Huius vt docti hominis meminit Cic. lib. 1. de offic. Quod idem fecit (inquit) Timotheus Cononis filius, qui quum belli laude non inferior fuisset quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij glorium adiecit. Hactenus Cicero. ¶ Timotheus item Athenienſis Comicus, mediæ Comœdiæ cuius fabulas nonnullas commemorat Atheneus. ¶ Timotheus Milesius, Thersandri filius, muſicus, qui decimam & vndecimam chordam lyræ addidit, & antiquam muſicam in molliorem modum mutauit. Hunc ferũs duplo maiorem ab his quos alius instituisset, mercedẽ exigere solitum fuisse, quàm si rudes traderentur. Geminatum enim laborem dicebat docendi prius, mox docendi. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander modulis eius excitabatur, & ad res bellicas alacrius instruebatur. Decessit anno ætatis LXXX. Scripsit de muſica libros 17. Item encomia, & dithyrambos. Hęc Suidas. ¶ Timotheus, sculptor nobilissimus, vnus ex iis qui Mausoleum cælauere: cuius in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta: vt scribit Plin. lib. 34. cap. 8. ¶ Timotheus Gazæus grammaticus, tempore Anastasij principis, in quem etiam Tragœdiam conscripsit. Edidit & heroico versu de Indicis, & Arabicis, & Aegyptiis, & Libycis quadrupedibus, & de auibus peregrinis libros 4. ¶ Fuit & Timotheus, Pauli Apostoli discipulus, patria Lycaonius, mulieris viduæ filius: postea præsul Ephesius, Apostolicis epistolis, & martyrio clarissimus.

Tin, Antiqui pro eum dixerunt.

Tina, æ, Vasis vinarij genus, quod à Festo tinion appellatur. Varro lib. 1. de Vita pop. Rom. vt citat Nonius, Antiqui in conuiuiis vtres vini primò, postea tinas ponebant. ¶ Tina item Ptolem. lib. 2. cap. 3, fluuius est in tractu orientali Britanniæ insulæ.

Tinca, æ, piscis fluuiatilis, vulgo notus. {ἡ τίλαν, ανος. Ital. *Tenca pesce.* Gal. *Vn poisson appelé tanche.* Hispa. *La tenca pesce.*} Ausonius in Mosella, Quis non & virides vulgi solatia tincas Norit, & Aiburnos prædam puerilibus hamis?

TINDA, τίνδα, Thraciæ vrbs, in qua Diomedes equos suos humana carne pascebat. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Tinctilis, Tinctura, vide TINGO.

Tinea, æ, Vermiculus est qui aut situ, aut puluere, ac putredine interdum nascens, vestes, aut libros abrodit. {σής. Ital. *Tignola, tarma, verme.* Gal. *Teigne, ver qui gaste & mange la laine & les habillemens.* Hispan. *La tiña de las colmenas polilla.*} Horat. 1. Epist. 21. ad librum suum: -aut tineas pasces taciturnus inertes. Aut fugies Veicam, aut vinctus mitteris Ilerdam. ¶ Item tineæ ventris vermes sunt, in intestini recti extremo nascentes. τίλμυθες. Celsus Lumbricos appellat. Plin. lib. 11. cap. 33. Sic intra hominem tineę tricenũm pedum, aliquando & plurium longitudine. ¶ Item tineæ sunt vermes in alueariibus, apibus noxij. Colu. lib. 9. cap. 14. Præterea vt tineæ si apparuerint, euerrantur, papilionésq; enecentur, qui plerunq; inter alueos morãtes, apibus exitio sunt. Nã & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos alucorũ tineas appellamus.

Tineosus, sa, sum, {τιλμυθώδης. Ital. *Pieno di tarme.* Gal. *Plein de teignes.* Hisp. *Lleno de tiñas.*} vt Aluei tineosi, apud Colum. lib. lib. 9. cap. 14.

TINGI, τίγις, Oppidum est Africæ, non procul ab Ampelusio promontorio, ab Antæo (vt ferunt) conditum. Tingi, inquit Pomponius Mela lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 1, Mauritaniæ peruetus oppidum, ab Antæo, (vt ferunt) conditum, postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia. Vulgò *Tanger.*

TINGITANA, τιγίτανη, Extima Mauritaniæ pars, à Tingi vrbe nomen habens: cuius descriptionem vide apud Plin. lib. 5. cap. 21.

Tingo, gis, xi, tum, vel tinguo, Iosicio, madefacio, immergo, colore vel humore imbuo. {βάπτω. Ital. *Tingere.* Gal. *Teindre.* Hispan. *Teñir à mojar.*} Mart. lib. 5, Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis, hoc est vnctis, & coloratis. Virg. 1. Aen. Quid tantùm Oceano properent se tingere Soles, id est immergere. Martial. lib. 1, -tingit cutem Carinus, & tamen pallet. Virg. 3. Georg. Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri.

Tingens, tis, participium, βάπτων. Plin. lib. 9. cap. 38, Sed id tingentium officinæ ignorant, quum summa vertatur in eo.

Tinctus, a, um, participium passiuum, Idem quod immersus, vel infectus. {βαπτόμενος, βαπτὸς. Ital. *Tinto, tento, illimito.* Gal. *Teint.* Hisp. *Teñido, mojado.*} vt, Spicula tincta venenis, Ouid. 4. de Pont. Idem 1. de Arte, Cosule de gemmis, de tincta murice lana, Consule de facie corporibúsq; diem. ¶ Per translationem accipitur pro leuiter imbutus. Cic. 1. de Orat. Sit enim mihi tinctus literis. Idem de Clar. Orat. Ergo illam patris elegantia tinctam.

Tinctus, ctus, Ipse tingendi actus. {βαφὴ. Ital *Tintura.* Gal. *Teinture, teint.* Hisp. *Tintura, teñidura.*} Plin. lib. 10. cap. 48, Et alia eodem nomine croceo tinctu.

Tinctura, æ, Infectio, imbutio coloris. {βαφή. Ita *Tintura.* Gal. *Teinture, teint.* Hisp. *Tintura, teñidura.*} Plin. lib. 37. cap. 9. Adulteratur maximè tinctura, idque in gloria regis Aegypti asscribitur, qui primus eam tinxit.

Tinctilis, le, pen. cor. Quod tinctum est. {βαπτὸς. Ital. *Tinto.* Gal. *Teint.* Hisp. *Teñido.*} Ouid. de Trist. lib. 3. Nam volueri ferro tinctile virus inest.

Tinia, Vasa vinaria apud antiquos fuere, vt inquit Festus. {κυλίκιον. Ital. *Tine.* Gal. *Tines, cuues.* Hisp. *Las tinas, vasijas de vino.*} Nonius Tinas appellauit. Erant autem hæc vasa minora, & omnino diuersa ab iis quę apud nos sub hoc vocabulo habentur, nec ad eos vsus parata. His nanque è ligno fabricatis, musta cum vinaceis nostri ebulliunt. Apud veteres autem inter ἀποφορητὰ numerantur.

Tinnio, nis, nini, itum, Proprię de metallis dicitur quum ex eorum pulsatione sonus efficitur. {κωδωνίζω, ἠχέω. Ital. *Resonare, render chiaro sono.* Gal. *Tinter & sonner clair.* Hisp. *Retenir el metal.*} Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, stannum, orichalcũ, & huiusmodi. ¶ Hinc Circum tinnio compositum. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Quum à mellario id fecisse sunt animaduersæ, iaciundo in eas puluerem, & circuntinniendo ære, perterritas, quò voluerit perducet. ¶ Tinnire quoque dicitur auris, quum inclusi subtiles, & leues vapores interdum per membranam

branam illam quæ in auribus est, emergunt, & sonum illum fictitium edunt. Catul. ad Lesbiam, epigr. 48, Aures tinniunt suopte sonitu.

Tinnimentum, ti, Ipse tinniendi actus. {κωδώνισμα. Ital. *Risuonamento.* Gal. *Tintement, son & cornement.* Hisp. *Retinte y son de metal.*} Plaut. in Rud. Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.

Tinnitus, tus, Metalli sonitus. {κωδώνισμός. Ita. *Risuonamento.* Gal. *Tintement, cornement.* Hisp. *Aquel retinte y son de metal.*} Plin. lib. 11. cap. 20, Apes gaudent plausu, atq; tinnitu æris. Virg. 4. Georg. Tinnitúsq; cie, & Matris quate cymbala circum. Aurium tinnitu præsentire. Plin. lib. 28. cap. 2.

Tinnulus, la, lum, Quod acutum edit sonum: cuiusmodi est sonus metallorum. {λιγυρός, ὀξύς. Ital. *Risuonante, & acuto.* Gal. *Tintant, resonnant.* Hisp. *Cosa que retiñe como metal.*} Ouid. Tinnulâque æra sonant, & olent myrrhaque, crocique. Quintil. lib. 2. cap. 3, Nam & tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non virium, sed infirmitatis vitio laborare.

Tintino, as, pen. corr. Pro resono. {ἀλαλάζω. Ital. *Risonare, ribombare.* Gal. *Tinter, resonner.* Hisp. *Retiñir el metal.*} Catullus ad Lesbiam, -soni tu canoro Tintinant aures. ¶ Dicitur & Tintinio, nis, nivi, Afranius, Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

Tintinabulum, li, Instrumentum æneum, quo populus lauandi hora ad balneas conuocati solebat. {κρότταλον, κώδων. Ital. *Campanello, suonaglio.* Gal. *Clochette, sonnette.* Hispa. *Campanà ò esquila.*} Nomen factitium, à sono quem edit. Iuue. Saty. 6, Tot pariter pelues, & tintinabula dicas Pulfari. Plin. lib. 36. cap. 13. Vt in summo orbis æneus, & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinabula: quæ vento agitata longè sonitus referant, vt Dodonæ olim factum.

Tintinaculi, Qui flagris cædunt fontes ob noxam, & loris bubulis castigant. κροτταλίζοντες. Ficto vocabulo à sonitu, quem verbera efficiunt. Nam dum verberant, & cædunt flagris, tinnitum reddere videntur ex crepitu plagarum: quæ percussio à Plauto dicitur tax, per onomatopœiam, à sonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebantur, & loratij: nam cædendo loris, & flagris hunc sonum faciunt. Plaut. in True. Nisi ad tintinaculos vultis vos educi viros.

Tinnunculus, Auis est, teste Plin. lib. 10. cap. 17, columbas defendens, & accipitres territans occulta naturæ vi, intantum vt visum vocémque eius fugiant.

TION, ὦν, Vrbs maritima Ponti, non procul à Parthenij fluminis ostio. Autor Ptolemæus lib. 5. cap. 1.

TIPASA, τίπασα, Vrbs Mauritaniæ Cæsaris, apud Plin. lib. 5. cap. 2.

TIPHERNVM, vide TIFERNVM.

TIPHYS, τῦφυς, Argonautarum in Cholchica expeditione gubernator fuit. Virg. in Bucco. Aegl. 4, Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas. &c. Ouidius, Tiphys in Aemonia puppe magister erat. Seneca in Medea, Tiphys in primis domitor profundi.

Tipula, æ, pen. cor. Vermis sex pedes habens, sed tantæ lenitatis, vt super aquam currens non desidat. Plaut. in Persa. Neque tipulæ leuius pondus est, quàm fides lenonia.

TIRESIAS, τειρεσίας, Vates Thebanus fuit. Euero patre genitus, qui quũ aliquando in Cithærone vidisset duos dracones coëuntes, obseruata fœmina ex iis occidit illam: quo facto in fœminam & ipse mutatus est. Deinde quum rursus post septem annos eodem pacto & marem draconem interfecisset, in pristinam formam rediit. Contingit igitur aliquando certantibus inter se Ioue & Iunone, virine an fœminæ maiorem ex venere voluptatem caperent, vt ille iudex sit adhibitus, vt qui vtrinque fuisset expertus. Tiresias autem pro Ioue sententiam tulit, asserens multo plus ex coïtu voluptatis percipere fœminas. Ob quod à Iunone excæcatus est. Alij verò propterea excæcatum dicunt, quòd Palladem nullam in fonte cõspexerit. Iupiter autem in solatium visus amissi diuinationem illi dedit. Stat. lib. 10. Theb. -sibi callidus ista Tiresia natæque canat, &c. Huius animam euocat Vlysses apud Home. lib. 10. Odyss. multáque ab ea futura edocetur. Autor est Strabo lib. 9. Tiresiæ monumentum fuisse sub Tilphosso monte Boeotiæ, iuxta fontem Tilphossam, vbi profugus diem suum obiit, quum iam senex gelidissimam Tilphossæ aquam hausisset. Ibi Thebani ciues sepulto diuinos honores tribuere. ¶ Fuit Tiresiæ filia fatidica, nomine Manto, quæ ex Tiberino fluuio filium peperit nomine Ocnum, qui in Cisalpina Gallia oppidum condidit, & à nomine matris Mãtuam appellauit. Iuue. Saty. 13, Tiresiam appellariue posuit pro homine cæco, quum ait, Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum.

TIRIDATES, τηριδάτης, Rex Armeniæ qui variis gestis cum Corbulone bellis, tandem ex fœdere Romam venit, & diadema regni à Nerone accepit. Vide Tacitum lib. 15.

TIRISOVM, τίρισσον, Daciæ vrbs, non procul à Danubio, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1.

TIRYNS, masc. gen. τίρυνς ὑνθος, Agri Argiui fluuius eiusdem nominis vrbem præterlabens.

TIRYNS, ynthos, τίρυνς, ὑνθος, fœm. gen. Agri Argiui oppidum, Herculis patria, à qua ille dictus est Tirynthius. τιρυνθίος.

Tis, genitiuus est antiquus à Tu pronomine τοῦ. Plaut. in Mil. Tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad me missa est.

TISIAS, τισίας, Stesichorus pœta antè dictus est: sed à chorea id nominis sortitus est.

TISIPHONE, τισιφόνη, Vna ex furiis, à cædibus plectendis dicta: τίσις vltio vel pœna: φόνος, vel φόνη cædes, aut mors. Horatius in Serm. -seruilibus vtque Iam peritura modis, Hecaten vocat altera, sæuam: Altera Tisiphonem.

TISURIS, τισύρις, Fluuius Britanniæ, teste Ptolem. lib. 2. cap. 3.

TISSA, τίσσα, Ptolemæo lib. cap. 4. Siciliæ vrbs.

TITAN, & Titanus, penult. product. τιτὰν. Saturni frater, Cæli & Vestæ filius, qui etiam pro Sole ponitur, qui & ipse à Tintanibus duxit originem, tradunt enim Titanas sex fratres fuisse, & quinque sorores à Titea matre dictos, vt autor est Diodorus. Ex quibus vnus fuit Iapetus pater Promethei Hyperon quoque ex Titanum numero est, qui Solis ac Lunæ, stellarúmque motus obseruasse, atque demonstrasse primus fertur. Ideo Solis patens, & astrorum fertur. Hinc Sol, Titan: Luna, Titanis, Τιτανίς, & Diana Titania à pœtis dicuntur. Luca. lib. 2, Flammiger an Titan, vt valentes hauriat vndas. Ouid Metamor. Dúmque ibi perluitur solita Titania lympha. Seruius sic habet, Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra, in eius vltionem creatos. Vnde & Titanes dicti sunt. ἀπὸ τίσεως, id est ab vltione. Primúmque contra Saturnum quidam Titanes, deinde Giganres contra Iouem genuit. Ipse verò Titan cum filiis quos Titanes à patre appellabant, bellum gessit aduersus Saturnum & Opim, quòd conuenire non steriſſent, cóique captos muro inclusit: qui postea à Ioue filio victis Titanibus liberati sunt, vt suprà latius de Saturno dictum est.

Titanius, a, um, τιτάνιος, adiectiuum: vt Titania astra. Virg. 6. Aeneid. Luceremque globum Lunæ, Titaniáque astra Spiritus intus tulit.

Titaniacus, a, um, Ouid. 7. Metam. Hinc Titaniacis abiata draconibus, intrat Palladias arces.

TITANVS, vt refert Plin. lib. 5. cap. 30, Fluuius est Aeolidis, & ciuitas ab eo cognominata.

TITARESIVS, τιτάρησιος, Homero, Fluuius est Thessaliæ, qui in Titaro monte, qui Olympo vicinus est, ortum habens, labéntsque versus plagam Tempe contingentem, in Peneum influit: ob aquarum tamen crassitudinem illi non admiscetur, sed in modum olei superfluit. Plin. lib. 4. cap. 8. Eurotõ vocat. Lucanus Titaresum vocat, per quatuor syllabas, lib. 6. Solus in alterius nomen quum venerit vndæ, Defendit Titaresias aquas.

TITHONVS, penult. prod. τιθωνός, Laomedontis filius, qui (vt fabulæ ferunt) quum iuuenis esset, & decorus, ab Autore dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. Sed tandem post longissimam vitam, audita Memnonis filij morte, in cicadam versus dicitur, dicente Horatio, Longa Tithonum minuit senectus.

Tithymalus, {τιθύμαλλος. Ital. *Lattaria herba.* Gal. *Herbe à lait, laictron.* Hisp. *Lechetrezna yerua.*} Herba est lacteum emittens succum: cuius septem enumerantur genera. Characias, myrsinites, paralios siue tithymalis, helioscopios, cyparissias, dendroides, & platyphyllos. Colum. lib. 9. Tithymalus maiorum quoque animalium ventrem soluit. Idem paulo suprà, Maximúsque vel minimus annuus earum labor est initio veris, quo tithymali floret frutex. Plin. lib. 26. cap. 10, Dioscor. lib. 4. cap. 168.

TITIA curia, & Titiensis tribus, dicta est à Tito Tatio Sabinorum duce, à Romulo in partem regni recepto. Festus.

TITIANVS. Titiani filius, Orator Græcus, præceptor Maximini principis. Scripsit libros Prouinciarum pulcherrimos. Appellabatur Simia sui temporis, quòd omnia probè imitaretur. Capitolinus.

TITII Liuij, duo memorantur: Alter tragœdiarum scriptor Romanorum pœtarum antiquissimus, qui ob ingenij fœlicitatem à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est. Alter Patauinus cum Crispo Sallustio de Historiæ principatu certans. Vide suprà in dictione LIVIVS.

TITII, Sacerdotes fuerunt Apollinis, à titiis auibus quas in augurijs certis obseruare solebant. sic appellati, vt ait Varro lib. 4. de Ling. Latin. Luca. lib. 1. Et doctus volucres augur seruare sinistras, Septem vtque epulis festis, Titiique sodales.

Titillo, titillas, Leui attrectatione alarum, aliarúmve mollium corporis partium risum cuipiam moueo. {γαργαλίζω, κνήθω. Ita. *Prouocare, far gatticiole.* Gal. *Chatouiller.* Hisp. *Prouocar, hazer cosquillas à otro.*} ¶ Per translationem tamen accipitur pro quouis modo blandiri, & voluptate afficere. Cicc. 1. de Finib. Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ita dicam, &c. Lucret. libro 2, -& quæ Titillare, magis sensus quàm lædere possunt. Horat. 2. Serm. Saty. 3. Præterea ne vos titillet gloria.

Titillatio, onis, verbale, Ipse titillandi actus. {γαργαλισμός. Ital. *Esso prouocare con gatticiole.* Gal. *Chatouillement.* Hispa. *Obra de prouocar y hazer cosquillas à otro.*} Cic. in Catil. At non est voluptarũ tanta quasi titillatio in sensibus.

Titillatus, us, Idem Plin. lib. 11. cap. 37. In eadem præcipua hilaritatis sedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum, quas subit.

Titio, onis, Lignum adustum, quod ab igne extrahitur. {δᾷς λὲς. Ital. *Tizone di fuoco stinto.* Gal. *Vn tison de feu esteint.* Hisp. *Tizon.*} Celsus lib. 3. cap. 12, Fomentísque protinus totum corpus circundare conuenit, maximéque inuolutis testis, & extinctis titionibus.

Titiullitium, tij, Dici voluerunt (inquit Nonius) fila putrida, quæ è telis cadunt. Plaut. in Cas. Non ego istud verbum empsitem titiullitio. id est re admodum vili. τὸ λιπτὸν μίτον λίνου μικρὸν, περιττὸν, ἢ σμικρὸν ἢ ἄχρηστον. Ital. *Cosa di niun valore.* Gal. *Vn petit bout de fil qui tombe de la teille, chose de nulle valeur.* Hisp. *Cosa de nada.*

TITORNVS, τίτορνος, Bubuleus fortitudinis monstrosæ fuit, qui cum Milone Crotoniata de robore certauit, victúsque, quum pedem tauri vna manu, altera verò alterius tauri pedem, ipsis per vim conantibus reflire, traheret. Autor Aelianus.

Titubo, as, pen. cor. Propriè pedibus insistere nequeo: quod accidere solet ebrijs, aut longo iam morbo languidis. {σφαλερίζομαι, σφαλλομαι, σφαλερίζομαι. Ital. *Vacillare, bazigare.* Gal. *Chanceller.* Hispan. *Bambanear se.*} Ouid. 3. Metam. Ille mero, somnóq; grauis titubare videtur. Quint. Sed iugulasti vulneratum, titubantem strauisti. ¶ Transfertur ad animum, quoties ab animo verba dissentiunt, quod inconstantiæ signum esse dicitur: vt apud eundem, Neque vlla vnquã tanta fuerit dicendi facultas, quæ non titubet, aut hæreat, quoties ab animo verba dissentiunt. Plaut. in Mil. -cogitate Nequid vbi miles venerit, tituberur. Terent. in Heaut. Verùm illa nequid titubet. Cic. ad Att. lib. 2, Videbis breui tempore magnos, nõ modò eos qui nihil titubarũt, sed etiam illum ipsum qui peccauit, Catonem. Horat. 1. Epist. 13, Caue ne titubes mandatáq; frangas. ¶ Titubare quoq; lingua & dentes dicuntur. σφαλλίζειν. Ouid. 3. Trist. eleg. 1, Hæc vbi sum furtim lingua titubante locutus, &c. Idem 6. Fast. Nec mora, conuiuæ valido titubantia vino Membra mouent.

Tituhatus, participium sine verbo, vt inquit Seruius: nam titubor non legitur. {σφαλλόμενος. Ital. *Vacillato, bazigato.* Gal. *Chancellé.* Hisp. *Bambaneado.*} Virg. 5. Aen. -vestigia presso Haud tenuit titubata solo.

Titubantia, æ, & Titubatio, onis, verbalia, Id est ipse titubandi actus. {σφαλερισμός. Ital. *Scorlamento, dubbitatione.* Gal. *Chancellement.* Hisp. *Bambaneamiento, obra de bambanear se, duda.*} Suet. in Vitel. Ac de hac quoque liberus

liberos vtriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris propè mutum, & elinguem. Ad Heren. lib. 2, Vt ne paruula quidem titubatione aut offensione impediremur.

Titubanter, aduerbium. Inconstanter. ξ Ital. *Dubbiosamente, inconstantemente.* Gal. *En chancellant, en variant, inconstamment.* Hisp. *Bambaneando, dudosamente.* ξ Cic. pro Cæl. Posuistis enim, atque id tamen titubanter & strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse.

Titulus, li. Inscriptio cuiuscunque operis: quod scilicet libro, operi, vel statuæ superscribitur, vt statim primo aspectu argumẽtum noscamus, aut artificem. ξ Ital. *Titolo.* Gal. *Titre, escriteau.* Hisp. *Titulo de alguna obra escrita.* ξ Sueto. in Domit. cap. 5, Plurima & amplissima opera incendio consumpta restituit, sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine vlla priscini autoris memoria. Mart. lib. 2, Vnum de titulo tollere iota potes. Ouid. lib. 1. de Remed. amo. Legerat huius amor titulum, noménque libelli. Dictus titulus à tuendo, quasi tutulus, quòd tueatur factum autoris, & siquis alterius opus esse contendat, veri opificis indicet nomen. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro laude & dignitate. Ouid. lib. 2. Fast. At tua prosequimur studioso pectore Cæsar Nomina, per titulos ingredimúrq; tuos. ¶ Aliquando pro monumento. Apuleius, Auorum, & proauorum titulis clarus. ¶ Tituli etiam dicti sunt milites, quasi tutuli, quòd patriam tuerentur. Vnde & Titi prænomen ortum est, inquit Festus. Persius, Hic nec more probo videas, nec voce serena Ingentes trepidare titos. Titulo tenus. id est solo titulo, & non reipsa.

TITVS, τίτος, Prænomen fuit Romanis familiare, inde dictum (vt Festo placet) quod antiqui Titos, & titulos milites appellabant, eo quòd patriam tuerentur, vt iam dictum est. Hoc prænomine dictus fuit Vespasianus Flauij filius & frater Domitiani, princeps clarissimus, populóque Romano adeo carus, vt vulgo Orbis amor diceretur, & Deliciæ humani generis.

Tityrus, τίτυρος, Vox Græca maiorem gregis arietem denotans.

TITYRVS, Pastoris nomen apud Virg. in Bucol. à Theocrito mutatũ.

TITYVS, τιτύος, Filius fuit Iouis ex Elara Orchomeni filia, quam prægnantem Iupiter, timens Iunonis iram occultauit in terra, ex quo factum est vt nascens puer, ex terra natus videretur. Hic postea quum ad integram ætatem peruenisset, captus amore Latonę Apollinis matris, eam de stupro interpellauit. Quamobrem Apollo iratus, sagittis ipsum confodit, & apud inferos religauit, ciúsque iecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege vt consumptum renascereturillico, & sic nunquam vultures à discerpendo cessarẽt, nec ipse à patiendo. Tantæ magnitudinis gigas fuisse perhibetur, vt iacens nouem iugera occupauerit. Ouid. 4. Meta. Viscera præbebat Tityus lanianda, nouémque Iugeribus distractus erat, &c. Vide Seruium apud Virg. lib. 6. ad hunc locum, Nécnon & Tityon terræ omnipotentis alumnũ Cernere erat. ¶ Tityus item Sextus, autore Cicerone in Bruto, orator fuit loquax sanè & satis acutus, sed tamen solutus & mollis in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset.

T ante L.

TLEPOLEMVS, τλεπτόλεμος, Herculis & Astioches filius, quã ex Ephira vrbe Peloponnesi tapuerat, (vt meminit Home. Iliad. 8) clarus rebus bellicis, corporisque proceritate insignis. Hic quum adoleuisset, Licymnium auunculum suum Marte progenitum & patri suo carissimum iam senem interfecit. Propter quod fabricatis nauibus patria profugus, collecta iuuenum multitudine, Rhodum petiit, & ea insula occupata, Rhodiensibus imperauit. Postea ad bellum Troianum cum nouem nauibus profectus, à Sarpedone occisus est.

T ante M.

TMARVS, τμάρος, Mons est Thesprotiorum, Dodonæo oraculo imminens, qui & Tomarus, τόμαρος, dicitur, teste Strab. lib. 7.

Tmesis, sis, fœm. gen. τμῆσις. Est vnius verbi compositi, vel simplicis sectio, vna dictione, vel pluribus interiectis. Virg. 3. Georg. Septem subiecta trioni. Idem 1. Aen. Et multo nebulæ circũ dea fudit amictu: pro circũfudit. Hoc autem tolerabile est, inquit Seruius, in sermone compositio: cæterùm in simplici nimis est asperum, quod tamen aliquando fecit antiquitas: vt Saxo cere minuit brum. Vtũtur & hac figura nonnunquam oratores. Cicero pro Sestio, Quisquis erat qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quod iudicium eunque subierat, damnabatur. Id est quodcunque iudicium.

TMOLVS, τμῶλος, Lydiæ mons, Sardibus incumbens, ex quo Pactolus amnis profluit, aureas trahens arenas. Ouid. 6. Metam. -riget arduus alto Tmolus in ascensu, cliuóque extensus vtroque. Sardibus hinc, paruis illinc finitur Hypæpis. Antiquis Timolus dicebatur per tres syllabas. Plin. lib. 5. cap. 29, Celebratur Lydia maximè Sardibus in latere Tmoli montis, qui ante Timolus dicebatur. Ouid. 6. Meta. Desertuere sui nymphæ vineta Timoli. ¶ Tmolus τμῶλος, Lydiæ amnis, ex eiusdem nominis monte profluẽs, in quo coticula inuenitur, auro explorando vtilis. Plin. lib. 33. cap. 8, Auri, argentique mentionẽ comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo (vt est autor Theophrastus) nunc verò passim.

T ante O.

Toga, æ, Vestis communis omnium Romanorum, tam fœminarũ quàm marium: sicut pallium Græcorũ, ξ τρίβων Plutarcho, τρίβωνα Athenæo. Ital. *Toga veste, palangra.* Gal. *Vne robbe longue.* Hisp. *Vestidura propria de Romanos.* ξ Dicta toga à tegendo, quòd corpus legat. Superimponebatur autem tunicæ, vel potius tunicis. Hæc laxa erat, & in sinum multis crispulis subtracta succingebatur. Tibullus lib. 1. eleg. 7, Et fluit effuso cui toga laxa sinu. ¶ Hinc Romani togati dicuntur, quemadmodum & Græci palliati. Virg. 1. Aen. Romanos rerum dominos gentémque togatam. Quoniam verò in pace tantùm togæ vsus erat (nam in bello deposita toga saga sumebant) factum est vt toga pro pace, seu artibus pacis accipiatur: sicut arma pro bello, seu re militari. Cæsius Ciceroni, Etenim tua toga omnium armis fœlicior. Cicero in Pisonem, Non dixi hanc togam, quam sum amictus, nec arma, scutum & gladium vnius Imperatoris: sed quod pacis est insigne & otij. toga: cõtrà autem arma, tumultus atque belli. Toga olim etiam vtebantur tenuiores, qui reges

sitos, hoc est potentiores, officij gratia per vrbem deducebant, vt sportulam consequerentur. Martialis, Si matutinos facile est tibi rumpere somnos, Attrita veniet sportula sæpe toga. Idem, Heu quàm perfrictæ sunt tibi Roma togæ. ¶ Hinc turbã togatam vocat Iuue. Saty. 1, clientelam illam comitum, qui toga induti potentiores amicos per vrbem ducebant, & reducebant. -sportula (inquit) primo Limine parua sedet turbę rapiendą togatę. Item opera togata dicitur idipsum togatorum officium. Martialis, Exigis à nobis operam sine fine togatam. ¶ Toga candida, erat quam petitores magistratuum inducbãt: vnde Candidati dicebantur. Plin. lib. 7. de Nasico, In toga candida bis repulsa notatus à populo. Pura toga, quam tyrunculi forenses assumebant tyrocinij die. Luca. lib. 7, -pura venerabilis æquè Quàm currus ornante toga, id est nec picta, nec triumphali, nec prætexta, inquit Budæus. Pura enim ideo dicebatur, quòd nullo purpuræ prætextu distincta esset. ¶ Toga prætexta dicebatur, cuius oræ & circuitus purpura erat prætextus. ἐξ πέρφυρος Plutarcho, quod ipsum satis indicat Liu. 4. Decad. lib. 4, Purpura viri vtimur prætextati in magistratibus, in sacerdotis: liberi nostri prætextis purpura togis vtuntur. ¶ Toga palmata, vestis erat triumphalis, à palma, id est à victoria ita appellata. Mart. lib. 7, I comes, & magnos illęsa merere triumphos. Palmatæq; ducem, sed cito, redde togæ. ¶ Toga picta, vestis publica fuit, summiq; magistratus. Capitol. de Gordi. Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum priuatus suam & propriam habuit: quum antè Imperatores vel de Capitolio acciperent, vel de palatio. Lampridius de Alexãdro, Prætextam & togam pictam nunquam, nisi Consul, acceptit: & eam quidem quam de Iouis templo sumptam alij quoque accipiebant aut prætores, aut Consules. Budęus. Toga pulla qua in funeribus vtebãtur, vt nunc atra veste vtimur. Alba autem vel in epulo publico, vel in epulo parentali, vel in spectaculis, vel in comitio ¶ Toga rasa, vt inquit Plin. lib. 8. cap. 48, Diui Augusti nouissimis temporibus cœpit. ¶ Toga puerilis, quæ & Prætexta appellabatur. Gell. lib. 18 cap. 4, Quum iam adolescentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutassemus. ¶ Toga virilis, à puerili distincta erat: ea decimoseptimo anno sumebatur. Cic. in Lælio, Ego autem à patre ita eram deductus ad Scęuolam sumpta virili toga, &c. ¶ Per trãslationem ponitur quandoque Toga pro officio deducendi & reducendi potentiores. Martialis, Is nunquam, toga rara, mens quieta. Plinius ad Apollinarem, Altius tibi otium, & pinguius, cóque securius, nulla necessitas togæ, nemo accersitor ex proximo. Quod ideo inualuit, quia ad officia præstanda togati conueniebant: id est ad deducendos, comitandósque amicos honoris gratia.

Togula, dim. ξ τριβώνιον. Ital. *Picciola toga.* Gal. *Petite robe longue.* Hisp. *Pequeña vestidura luenga.* ξ Mart. lib. 1. Ignosces, togulã Posthume Plutis emo.

Togati, Togis indutiuide Romani togati dicti sunt, quoniam toga Romanorum propria erat ξ τριβωνοφόροι. Ital. *Vestiti di lungo.* Gal. *Vestus d'vne robbe longue.* Hisp. *Vestidos de vestidura luenga.* ξ Sic ij qui principes ciuitatis officij gratia in fotum deducebãt, ac deinde domum reducebãt, quoniã togis amicti erãt, Togati vocabantur. Iuuenalis, -Turbę rapiendą togatæ. ¶ Hi etiam per diminutionẽ Togatuli dicebantur, quod diminutiuum est ioco formatum. Martia. lib. 10. Quàm diu salutator, anteambulones, & togatulos inter Centum merebor plumbeos die toto. ¶ Togatæ Comœdiæ, quæ scriptæ sunt secundum ritos Romanorum, sicut Græcas fabulas ab illorum habitu Palliatas appellamus: nã Græci supra tunicam pallium ferebant. ¶ Togatæ tabernariæ, dicũtur Comœdiæ, in quibus non magistratus, sed humiles personæ inducuntur, teste Donato, quales ferè sunt qui in tabernis vendunt merces suas.

TOLENTVM, Tolenti, Oppidum est Italiæ in Piceno: à quo Tolentinates populi, apud Plin. lib. 3. cap. 13.

Tolero, as. vnico l. Fero, patior, perfero, sustineo. ξ ὑφίημι, ὑπομένω. Ital. *Tolerare, sofferire, patire, sopportare.* Gal. *Endurer, souffrir, porter patiemment.* Hisp. *Padecer ò sufrir molestias.* ξ Terent. in Phormio. Vnà tecum bona, malãque tolerabimus. Idem in Heeyt. Sed quando sese indignam deputat matri meæ, Cui concedat, cuiúsque mores toleret sua modestia. ¶ Tolerare se, est modicè, & summa parsimonia se alere. Corn. Nepos in vita Pomp. Attic. Ex quibus agris patrifamiliãs fructus caperet, quibus se toleraret. Cæsar, Erat summa inopia, adeò vt foliis ex arboribus strictis, & tenetis arborum radicibus contusis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. ¶ In qua significatione etiam dicimus, Tolerare vitam, id est viuere, nutriri. Tacitus, Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam. Cæsar 7. bel. Gal. Qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus qui ętate ad bellum inutiles videbãtur, vitam tolerauerunt. ¶ Accipitur aliquando tolerare pro portare, seu gestare. φορίζειν. Plaut. in Merca. Tolerat hæc nauis metretas trecentas, id est ferre potest. ¶ Tolerare milites sua pecunia, id est sustinere, & stipẽdium, aut certè necessaria subministrare. Plin. lib. 33. cap. 10, Octo millia equitum sua pecunia toleraussse, &c.

Tolerans, nomen ex participio. Id est patiens. ξ Ital. *Tolerante.* Gal. *Endurant.* Hisp. *El que padece.* ξ vt, Tolerantissimus penuriæ, id est patientissimus, apud Colum. lib. 7. cap. 1.

Toleranter, aduerbium, Patienter, tolerabiliter. ξ Ital. *Tolerabilmente.* Gal. *En endurant patiemment.* Hispan. *Sufrida y pacientemente.* ξ Plin. lib. 8. cap. 45, At nunc anniculæ ad fœcunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimæ. De bubus. Quint. lib. 8. cap. 6, Qui toleranter videre Septentriones videmur.

Toleratio, onis, verbale, Ipse tolerandi actus. ξ Ital. *Patienza, tolerantia.* Gal. *Patience, tolerance, souffrance.* Hispa. *Sufrimento à paciencia.* ξ Cic. 2. de Finib. Quædam alia toleratio est verior, qua vti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis.

Tolerabilis, Quod tolerari potest. ξ Ital. *Cosa che si può tolerare.* Gal. *Tolerable.* Hisp. *Cosa que se puede sufrir y padecer.* ξ Plin. in Paneg. Tolerabile tributum. Cice. Amic. Quæ tamen, si tolerabiles etunt, ferendæ sunt.

Tolerabiliter, aduerb. Facilè, sine discrimine. ξ Ital. *Tolerabilmente.* Gal. *Tolerablement, passablement.* Hisp. *Poderido se sufrir.* ξ Colum. lib. 11. cap. 2. Adhuc tolerabiliter efficies. Cic. Cæl. lib. 2, Quò tolerabilius ignículum desiderij tui feramus.

Tolerantia, tiæ. ξ Ital. *Patienza, tolerantia.* Gal. *Patience, tolerãce*

souffrance. Hispa. *Sufrimiento ò paciencia.* } Cic. in Parad. Tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ. Quint. lib. cap. 2, Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit.

TOLETVM, τὸλητον, Vulgò *Toledo*, Vrbs Carpetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 6.

TOLISTOBII, τολιστόβιοι Stephano, Galatarum Hesperiorum populi, qui ex Galatia in Bithyniam transmigrarunt. Eratosthenes lib. 1. Rerum Galaticarum, Tolistobogios, τολιστοβόγιους, nominat.

Tollenon, onis, Genus machinæ, vt ait Festus, quo hauritur aqua, in alteram partem prægrauante pondere. { τὸ κηλώνιον. Ital. *Instromento da cauar acqua con vn contrapeso di pietra.* Gal. *Vne grue, vne trompe, vne bascule à tirer l'eau d'vn puis.* Hispan. *Cigoñal para sacar agua.* } Plin. lib. 19. cap. 4, Vel tollenonũ haustu rigandos. Liui. 8. bel. Maced. Deinde vt præter spem stare mutos viderunt, collectis rursus animis in ariete tollenonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitésve robustos incutiebant.

Tolles, Tumor fauciũ, teste Festo, quas & tonsillas vocamus. τοιλὸς μὲν.

Tollo, lonis. A Plauto in Rudente videtur positum pro eo qui ex puteo aquam haurit. Heus (inquit) sic tolloni gratia?

Tollo, is, sustuli, & secundum antiquos tetuli, sublatum. Eleuo, attollo, sursum erigo. { αἴρω, ὑψῶ, ἐγείρω. Ital. *Leuare, inalzare, torre, togliere.* Gal. *Esleuer en hault, hausser, tollir, oster.* Hisp. *Alçar ò quitar.* } Plautus, Tolle caput. Cice. 4. Acad. Hortensius autem vehementer admiratus quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus sæpe tolleret. Ouid. Epist. 14, -ter acutum sustulit ensem. Ter male sublato decidit ense manus. Liui. 4. bel. Maced. Sublatis deinde supra capita scutis, continuatísque, &c. Vlpi. Ius vicino non esse altiùs ædes tollere. ¶ Aliquando tollere, est capere. λαμβάνειν. Virg. lib. 4. Geor. -& sæpe lapillos, Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram, Tollunt, his sese per inania nubila librant. ¶ Aliquando suscipere. ἀναιρεῖσθαι. Sueto. de Neron's parente, Decessitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita. ¶ Aliquando nutrire. τρέφειν, ἀνατρέφειν. Terent. in Andr. Quicquid peperisset, decreuerunt tollere. ¶ Aliquando aufero. ἀφαιρῶ, ἀφαιρέω. Cic. in Læl. Solem enim de mũdo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. ¶ Tollere de medio, id est interimere. ἀναιρεῖν, ἀναιρεθῆναι ποιεῖν, ἀναιρεθῆναι. Cice. pro Ros. Ame. Perfacile hũc hominem incautum & rusticum, & Romæ ignotum de medio tolli posse. ¶ Aliquando differre. ἀναβάλλεσθαι. Plautus, Omnes tollo ex hoc die in alium diem. ¶ Aliquando inferre. Virg. 3. Georg. Tollentémque minas, & sibila colla tumentem Nam tollere minas, est minari, timorem incutere, inferre. ¶ Tollere gradum, ambulare. Plaut. Bacch. Is est, adibo contrà, & tollam gradum. ¶ Tollere se altius à terra, est crescere: ac de herbis, & arboribus dicitur. Tollere animos, est superbire, audaciorem esse. Propert. lib. 3. eleg. 18, I nũc, tolle animos, & tecum finge triumphos. Terent. in Hecy. Quia paululum vobis accessit pecuniæ, Sublati animi sunt. ¶ Tollere animos dictis, est magnanimitatem suam dictis cõprobare. Virg. 9. Aen. Vitro animos tollit dictis, atque increpat vltrò. Tollere cachinnum, est in clarum, & immoderatum risum solui. Tollere clamorẽ, est clara & magna voce clamare. Cic. 7. Verr. Clamor à fani custodibus tollitur. Tollere aliquem in cælum humeris, est illum laudibus celebrare, & quãtum fieri potest, diis immortalibus æqualem facere. In qua significatione etiam dicimus, Tollere in cælum fama aliquẽ, & Tollere laudes alicuius in astra. Cic. ad Atti. lib. 2, Athercule altet tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra tulit? Virg. 5. Aeg. Daphnímq; tuum tollemus ad astra. Tollere manus, lætitiæ signum est, & gratias agentis. Cic. ad Cæs. lib. 7, Sustulimus manus & ego, & Balbus. Tollere aliquem ab officio, est priuare. Tollere aliquem de oratione sua, est eum nõ amplius nominare. Tollere aliquem è numero, est eum excipere. Tollere aliquẽ de medio, è medio, vel ex rerũ natura, idem. Tollere legẽ, abrogare, antiquare. Tollere moram, festinare. Tollere metum, timorẽ adimere. Tollere spem, auferre. Tollere aliquem testimonio, testimoniis ita conuincere vt condemnetur, & puniatur. Tollere aliquem ferro, aut veneno, est interficere.

Sublatus, sublata, sublatum, participium, Id est elevatus, ablatus, &c. secundum significationem sui verbi. { ἀνηρθὼς, ἀφαιρεθείς. Ital. *Alzato.* Gal. *Esleué en hault, hausſé.* Hispan. *Alçado.* } Virg. 2. Aen. Et sublatus ad æthera clamor. ¶ Ponitur aliquando pro superbiente, & ferociente. Cæsar 1. belli Gall. Quo prælio sublati Heluetij, quòd quingẽtis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere. ¶ Composita huius verbi sunt, Attollo, extollo, protollo, & sustollo, quorum significata explicantur suis locis.

Sublatio, verbale. { ἀφαίρησις. Ital. *Esso inalzare.* Gal. *Eſleuement, hauſſement.* Hisp. *Alçamiento.* } vt, Sublatio animi: id est elatio, superbia. Cic. 1. de Finib. Voluptatem Stoici sic definiunt, Sublationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui, &c.

Sublatè, aduerbium. { ὑπερηφάνως, ἀλαζονικῶς. Ital. *Altamente.* Gal. *Hautement.* Hisp. *Altamente.* } Cice. de clar. Orat. Sublatè, amplè que dicere. Idem pro Domo sua, Nihil vnquam de me dixi sublatius atsi scendæ laudis causa.

TOLOPHON, τολοφὼν. Locrorum ciuitas, apud Thucydidem Rer. Peloponnesiacarum lib. 3.

TOLOSA, pen. prod. τὸλωσα, Vrbs Tectosagum in ea parte Narbonensis Galliæ, quæ in Pyrenæos montes vergit: cuius incolæ dicuntur Tolosani. ¶ Aurum Tolosanum habere, prouerbio dicuntur qui magnis & fatalibus afficiuntur malis, nouò q; ac miserando pereunt exitio. Sumptum à Qu. Cepionis Consulis exercitu. (vt indicat Gellius) qui quum Tolosam diripuisset, multúmq; auri ex templis abstulisset, subitò magna lues exercitum inuasit, quæ eos omnes qui aliquid ex sacro auro attigerant, miserando lethi genere absumpsit. Vide Erasmi Adagia.

Tolutarij, siue Tolutares equi, Dicuntur qui alio nomine ab Asturia Hispaniæ regione asturcones dicuntur, à nonnullis etiam gradarij, propterea quòd gradu non vulgari incedant, sed alternis crura molliter explicantes, commodam sessori præbeant vectationem, citra vllam succussationis molestiam. { ἱππασία, ὑδροχοή. Ital. *Canalli che vanno di portante.* Gal. *Chevaux vites & legers, qui vont les ambles.* Hisp. *Caualles ambladores.* } Tolutares dicti, siue à tollendis alterno glomeratu pedibus, siue (vt alij malunt) à pedum volubilitate, quasi volutarij. Sen. in Epist. Mannos tollutares appellat.

Tolutim. { πορδικῶς, ὀδοιπορικῶς. Ital. *Di portante.* Gal. *Vitement & legerement, aux ambles.* Hispan. *Ligeramente, amblando.* } Id est volubiliter, & molliter propriéque ad asturconum, siue gradiatiorum incessum attinet, qui alternis crura molliter explicantes, commodissimam sessori præbent vectationem: quod genus equorum à Polluce ὑδροχοὴ appellantur, ἐπιτροχάδην. Tolutim, (inquit Nonius) quasi volutim, vel volubiliter. Plaut. Asin. Demam hercle iam de hordeo, tolutim nibadizas. Varro, Vt equus qui ad vehẽdum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tolutim incedere. Plin. lib. 8. cap. 42, In eadem Hispania, Callaica gens, & Asturica, equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos asturcones gignunt: quibus nõ vulgaris incursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equus tolutim carpere incursus traditur arte.

Tolutiloquentia, Id est volubilis sermo: vt interpretatur Nonius, citans locum Næuij vetusti Poëtæ ex Gallinaria, O pestifera, Pontica, fera, trux tolutiloquentia. ἱππότροχος λέγων.

Tomacula, vel per syncopen tomacla, Edulia sunt quæ ferè ex iecore porcino minutatim concisо, & iam semicocto, infusis ouis crudis, & caseo optimo, & liquamine, pipere, anisо, zingibere fieri cõsueuerunt, teguntúrque omento suillo. { τὰ ἀμάγγες. Ita. *Tomaſelle*, alibi *mortadelle.* Gal. *Saulſiſſon.* Hisp. *Aſſadura del animal guiſado.* } Dicta tomacula, δοὸ τὸ τέμνειν, quod est incidere. Inuen. Saty. 10, Candiduli diuina tomacula porci.

Tomacinæ, Edulia ex iecore porcino minutim concisо, quæ & tomacula dicuntur. ἀμάγγες. Varro lib. 2. cap. 4, Quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & petasones. Plinius, Tomacinę appellantur quæ tomacula Insubres vocant, Gallis nostris temporibus tomacellas.

TOMAEVS mons, τμαῶν ὄρος, In Peloponneso est, iuxta Coryphasium promontorium. Stephanus.

TOMARVS, penult. cor. τόμαρος Straboni & Stephano, Mons est Thesprotiorum, Dodonæo oraculo imminens, centum fontibus inclytus, qui & Tmarus dicitur per concisionem. Vide Plinium in Proœmio lib. 4. & Strabonem lib. 7.

Tomentum, ti, Lana breuis ac concisa, quæ ex vestibus à fullone poliendo detrahitur: & quicquid fœciminis ex quacunque re, siue ex fœno, aut palea, siue ex pluma fuerit quo culcitræ farciuntur. { γνάφαλον. Ital. *Stoppa groſſa, ſtoppacci.* Gal. *Bourre, ce qu'on met dans vn matelas.* Hispan. *Aquello de que algo ſe enfunda, como juncos, lana, pluma para enfundar colchon ò colcedra.* } Varro de Ling. Latina lib. 4, Postquam transierunt ad culcitras, quòd in eas sagos, aut tomentum, aliúdve quid calcabant: ab inculcando culcitra dicta. Videtur autem tomentum deduci à τέμνω, quod significat incido. Sueto. in Tib. Adeo alimenta Druso subducta, vt tomentum ex culcitra tentauerit mandere. ¶ Tomentorum autem aliud leuconium dicebatur, quod fiebat ex lana alba concisa. Aliud Circense, ex arundinibus concisis factum: idque stramentum habebatur plebeiorum. Dictum Circense, quòd in Circo Romano sternebatur, illíque egeni quiescebant. Senec. lib. de Beata vita, Nihilo miserius ero, si lassa cervix mea in manipulo ferri acquiescat, si super circense tomentum per sarcinas veteris lintei affluens incubabo. Martia. lib. 14, Tomentum concisa palus circense vocatur: Hæc pro leuconio stramina pauper emit.

Tomices, ces, siue (vt quibusdam placet) Tomix, cis, { γνάφαλον. Ital. *Fune di canape ò di ſparto.* Gal. *Vne ſorte de chorde faitte de chanure qui n'eſt point accouſtré, ou de geneſt.* Hisp. *Tamiça de cañamo ò eſparto* } Græco nomine appellatur ex cannabi impolita, & sparto leuiter torta restis, ex qua funes fiũt. Plin. lib. 19. cap. 10, Tomices moris spinarum circunlita. Pallad. lib. 1. cap. 13, Tunc eos catenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupresso factis, ad contignationem suspendemus, & binas inter eas perticas erigemus, tomicibus alligatis. Vitru. lib. 7. docet asseres tomice religandos. ¶ Puluilli quoque quos in collo habent animalia, ne resle lædantur, tomices vocantur.

TOMOS, τόμος Straboni, Ciuitas in Ponto, Ouidij exilio nota: ab eo dicta, quòd illic Medea Absyrti fratris membra frustulatim concideritt vt patrem insequentem remoraretur. Ouid. 3. Tristium, Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. Conditam apparet à Milesiis: quod & ipsum testatur idem Ouid. lib. 1. Tristium, A quibus aduenias Miletida fospes ad vrbem, Offensi quo me contulit ira dei.

Tomus, mi, mascul. gen. { τόμος. Ital. *Pezzo, parte, volume, tomo.* Gal. *Tome, volume, piece.* Hisp. *Cartadura.* } Fragmentum vel pars operis, quam Latinè sectionem vocamus. Martial. lib. 1, Scriptura quanti constet, & tomus vilis. Vnde Origenes tertium librorum suorum genus tomos inscripsit, quos (vt ait Hieronymus) non possumus appellare volumina. Idem alibi de eodem, Edidit innumerabiles commentarios, quos ipse appellat tomos.

TOMYRIS, penult. corr. τόμυρις, Fuit regina nobilis Massagetarum in Scythia, quæ potentissimo Persarum Regi Cyro bello congressa est, ipsúmque & vita & castris spoliauit ad vlciscendam filij mortem, quem ille prius à matre obuiam missum cum suis per insidias interfecerat. Nec tamen hoc euentu victoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies: mortui enim caput in vtrem humano cruore plenum demisit, his verbis insultans, Pilij mei sanguinem hausisti, & meum sitisti Cyre: at ego cruore te saturabo. Vide Herod. lib. 1.

Tondeo, des, totondi, tonsum. Lanam, siue capillos, & huiusmodi incido. { κείρω. Ital. *Toſare.* Gal. *Tondre.* Hispan. *Treſquilar* } Plin. lib. 8. cap. 48, Oues non vbique tondẽtur. Cic. 5. Tusc. quæst. Regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam, & capillum patris. Matt. lib. 2, Non tondet, inquam: quid ergo facit? radit. Virgil. lib. 3. Georg. Nec minus interea barbas, incanáque menta Cinyphij tondent hirci, setáſque comantes. ¶ Interdum pascere, vel pascendo absumere. νέμειν. Virgil. lib. 1. Georg. Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. ¶ Aliquando resecare, vel demetere. Idem lib. 1. Georg. Nocte arida prata tondentur. id est secantur. ¶ Tondere aliquem auro, id est emungere, techna aliqua spoliare. Plaut. in Bacchid. Tondebo auro, vsq; ad viuam cutem.

¶ Huius

¶ Huius verbi composita sunt, Attondeo, & detondeo: quorum significata explicantur suis locis.

Tonso, as, frequentatiuum: vnde & detonso. κειρω. Gellius. Capillos dialis, nisi qui liber somno est, non detonset.

Tonsito, as, aliud frequentatiuum. Plautus in Bacch. Ter in anno tu has tonsitas?

Tonsus, sa, sum. participium, Lana. crinéve spoliatus. ξυρητὸς. Ital. *Tosato.* Gal. *Tondu.* Hispan. *Tresquilado.* ¶ Cicero in Pisonem, Cum illa saltatrice tonsa. Mart. lib. 11, Et tonso pura ministro. Ibidem, Iam mihi nigrescit tonsa sudaria barba. ¶ Tonsæ valles, quæ arboribus & syluis veluti comis suis reduatæ sunt. Virgil. 4. Georgicor. -tonsis in vallibus illum Pastores, &c. ¶ Contrà Intonsi montes, id est syluosi. Varro, Intonsi montes, & feris pleni. Vili tonsi. Virg. 1. Aeneid. Tonsisque ferunt mantilia villis. Tonsa oliua, Virg. 5. Aeneidos, Ipse caput tonsæ foliis cinctus oliuæ.

Tonsæ, dicuntur remi, à diuerberandis fluctibus. ξύλα κωπία. Ital. *Pale de remi.* Gal. *Auirons.* Hisp. *Palas de los remos.* ¶ Virg. lib. 7, Et in lento luctantur marmore tonsæ.

Tonsor, oris, Qui barbam tondet, aut aliud quippiam. κουρεὺς. Ital. *Barbiere.* Gal. *Barbier.* Hispan. *Barbero ò tresquilador.* ¶ Varro lib. 2. de Re rust. cap. 11, Omnino tonsores in Italia primùm venisse ex Sicilia dicuntur, post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto, vt scriptum in publico Ardeæ in literis extat: eósque adduxisse P. Ticinium Menam. Ibidem, Olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuæ, quòd pleræq; habent capillum, & barbam magnam. Horat. lib. 1. Sermo. Saty. 7, Omnibus & lippis notum, & tonsoribus esse. Cic. 1. Tuscul. Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Plautus in Asin. Ad tonsorem ire dixit.

Tonsorius, a, um, Quod ad tondendum pertinet. ξυρικὸς. Ital. *Pertinente à tosare.* Gal. *Apartenant à tondre.* Hisp. *Perteneciente à tresquilar.* ¶ vt, Cultet tonsorius, hoc est nouacula. Cice. 2. Officio. Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum. Apud Martia. lib. 14, titulus est de tonsoriis ferramentis.

Tonsura, æ. Est ipse tondendi actus. κουρὰ. Ital. *Tosatura.* Gal. *Tonsure, ou tonsture.* Hisp. *Tresquiladura, obra de tresquilar.* ¶ Col. lib. 7. cap. 4, Tonsuræ certum anni tempus per omnes regiones seruari non potest. Idem lib. 11, cap. 2, Oues Tarentinæ radice lanaria lauari debent, vt tonsuræ præparentur.

Tonstrix, cis, Mulier tonsoris officio fungens. κουρεύτρια. Ital. *Tonditrice.* Gal. *Barbiere.* Hisp. *Barbera, ò tresquiladora.* ¶ Plaut. Trucu. Tonstricem Syram nouisti nostram.

Tonstricula, diminutiuum. τὸ κουρεύτριδιον. Cice. 5. Tusc. Regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam.

Tonsilis, le, pen. cor. Quod tonsum est, ac in orbem & comam putatum. ξυρητὸς. Ital. *Tosato, podato.* Gal. *Tondu.* Hisp. *Tresquilado.* ¶ vt, Tonsiles oleæ, Tonsilis buxus. Plin. lib. 12, cap. 2, Primus Cn. Marius nemora tonsilia inuenit. Idem lib. 18. cap. 50, Villo tonsili vestiuntur.

Tonsillæ, Extreme faucium partes circa radicem linguæ, gulam versinq; attingentes. ἀμυγδάλια. Ital. *Pallo.* Gal. *Les glandes au bout du gros de la glande.* Hispa. *Agalla en la garganta del hombre.* ¶ Cice. 1. de Natu. deo. Linguam autem ad radices eius hætens excipit stomachus, quò primùm illabuntur ea quæ accepta sunt: oris vtraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. ¶ Tonsillas item medici vocant faucium inflammationes cum tumore, quas & Græci ἀμυγδάλια appellant.

Tonstrina, æ, pen. prod. Officina tonsoris. κουρεῖον. Ital. *Barberia.* Gal. *L'ouuroir d'vn barbier, barberie.* Hisp. *Barberia, la tienda del barbero.* ¶ Plaut. in Asin. Libanum in tonstrinam vt iusseram venire, is nullus venit. Terent. in Phorm. Ex aduorsum ei loco tonstrina erat quædam.

TONGRI, siue potius Tungri. τόγγροι, Populi inter Belgas, quos Ptolemæus lib. 2. cap. 9, post Tabullam fluuium collocat, caputque eorum facit Atuacutum.

Tonimus, Veteres pro sonamus vsurparunt. Varro Eudæmonibus, vt citatur à Nonio, Tibi Tympana non inaneis sonitus matris deûm tonimus.

Tonitrus, Tonitrum, vide TONO.

Tono, tonas, tonaui, tonatum. & aliquando tonui, tonitum, pen. corr. tonare. Notæ significationis. βροντᾶν. Ital. *Tonare.* Gal. *Tonner.* Hisp. *Tronar el cielo.* ¶ Cic. 2. Diui. Quum tonuit læuum bene tempestate serena. Idem ibidem, Ioue tonante, fulgurante, comitia haberi nefas. ¶ Apud vetustissimos legitur Tono, tonis, per tertiam coniugationem. Varro in Eudæmonibus, vt citatur à Nonio. Tympana tibi, non inaneis sonitus matris deûm tonimus tibi semiuiri. ¶ Tonare laudes alicuius, est magnopere efferre. Plin. in Præfat. lib. 3, Quanto tu ore patris laudes tonas! ¶ Tonare murmure, & veteribus, est resonare. Mart. lib. 9. Murmure iam fœuo, verberibúsque tonas. ¶ Huius composita, Attono, contono, circumtono, detono, intono, pertono: quorum significata explicantur suis locis.

Tonesci, Idem quod tonat. βροντᾷ. Varro Bimargo, vt citatur à Nonio, Tunc repentè cælitum altum tonitribus templum tonescit.

Tonitrus, us, Masculi. gen. & tonitru, neutrum indeclinabile in singu. in plurali Tonitrua, Fragor nubis qui fit erumpẽte fulmine. βροντή. Ital. *Tuono.* Gal. *Tonnerre.* Hisp. *Trouido* ¶ Ouid. 2. Meta. Vnde solet tonitrus, & fulmina mittere terris. Iuue. Saty. 5, Et facient optata tonitrua cœnas. Cice. 2. de Diuin. Nónne pespicuum est, ex prima admiratione hominum, quòd tonitrua, iactúsque fulminum extimuissent, credidisse ea efficere terum omnium autorem Iouem?

Tonitruum, Tonitrui, Idem. Cælius Ciceroni lib. 8, Hic tibi strepitus, fremitus, clamor tonitruum.

Tonsilla, Tonsor, Tonstrix, Tonsus, vide TONDEO.

Tonus, ϛ τόνος. Ital. *Suono, tuono, accento.* Gal. *Son, ton, accent.* Hisp. *El tono enel arte de la musica, accento de cada palabra.* ¶ Idem quod vocalitio, siue accentus: à verbo τείνω, quod est intendere, quasi τ' φωνῆς τάσις. ¶ Toni item dicuntur nerui in stomachi lacertibus. ¶ Præterea tonum appellant spatium interiectum inter terram & citimum cæli circulum, hoc est lunatem, quod est centum viginti sex millium stadiorum, vt inquit Martianus, quoniam vt in sonis intercallum cum legitima quantitate minimum ex duobus sonis inter se diuersis, ita in cælo minimum à terra spatium ad Lunam Tonum appellare placuit. ¶ Huius mensuræ dimidium hemitonii, dicitur, ἡμιτόνιον. Tonus verò quum hemitonio proportionem facit sesquiplam, hoc est sesqui alteram. ¶ In picturis item splendor intermedius inter lumen & vmbram, Tonus dicitur. Plin. lib. 35. cap. 5. Deinde adiectus est splendor alius hic quàm lumẽ: quem quia inter hoc & vmbram esset, appellauerunt tonon: commissuras verò colorum & transitus, Armogen.

Topazius, topazii, fœm. gen. ϛ τοπάζιος. Ita. *Topazio.* Gal. *Topasse.* Hisp. *Topazio.* ¶ Gemma est viridis coloris, λαμπρᾶς πρασίνης. hoc est à quærendo dicta. siue quòd Troglodytæ prædones quum diutius fame & tẽpestate pressi, herbas, radicésque effoderent, hanc gemmam primi eruerunt: siue à Topazio insula Maris rubri, in qua hic lapis mirè pellucidus inuenitur. Insulæ autem huic ideirco Topazio nomen factum putant, eo quòd nebulosa sit, sæpéque à nauigantibus fuerit quæsita antequam inueniretur. Vtranque nominis causam refert Plin. lib. 37. cap. 8, & lib. 6. cap. 29, & Strabo lib. 6.

TOPAZOS, vel Topazus, pen. prod. τόπαζος. Insula est in Mari rubro, CCC passus à continente distans, in qua topazius gemma inuenitur mirè pellucida. Vide TOPAZIVS.

Tophus, masculi. gene. Genus lapidis aspeti, qui facilè in arenam resoluitur. τόφος. Plin. lib. 17. cap. 4, Nam tophus scaber natura. Virgil. 2. Georg. Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris.

Tophinus, & Tophaceus, adiectiua, quod ex topho est. τοφῖνος. Suetonius, Quæ tophina, ac lignea antea erant. Plin. lib. 17. cap. 7, Est alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea.

Topiarium, rij, ϛ τοπίον. Ital. *Figura di verdure ò d'alberi come di bosso.* Gal. *Ouurage de verdure qu'on fait és jardins en forme de bestes ou autre chose.* Hispa. *Iardin lugar delectable obrado en diuersas figuras.* ¶ Opus ex arbore, aut frutice, aut herba, ornatus, aut vitandi æstus causa factum: vt sunt testudines, cameræ, naues, auiculæ, & huiusmodi, quæ ex buxo, vel hedera & huiusmodi, quarum natura sequax est, & flexibilis, fieri consueuerunt. Dictum topiarium ἀπὸ τῶν τόπων: hoc est à locis quæ in his varia constituuntur: quæ & topia ab idoneis scriptoribus nuncupantur. τοπία. Vitru. lib. 7, Habentem deorum simulachra, seu fabularum dispositas explicationes. non minus Troianas pugnas, seu Vlyssis errationes per topia, exteráque quæ sunt eorum similibus rationibus ab rerum natura procreata. Quidam inde Topiarij appellationem deductam existimant, quòd plantæ funium modo flexibiles & sequaces, in quaslibet formas ducantur. Græci enim funes in nauibus τοπία, καὶ τοπεῖα appellãt. Opus topiarium. Plin. lib. 15. cap. 30, Accedit in topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur: ramos spargit à radice topiarij ac coronarij operis. ¶ Hinc Topiarij dicuntur, qui topiaria faciũt: sicut Coronarij, qui faciunt coronas. ϛ οἱ τῶν κατὰ διόρθωσιν τοπείων] Ital. *Chi fanno tali figure.* Gal. *Iardiniers qui font ouurages de verdures és jardins.* Hisp. *Iardineros que afeitan assi los jardines.* ¶ Idem lib. 15. cap. 29, Satiuæ myrti genera topiarij faciunt. Plin. Iun. Epist. 61, Inest huic computationi sumptus supellectilis, sumptus atriensium topiariorum. ¶ Ars item ipsa Topiaria dicitur, vt argentaria. ϛ ἡ τοῦ τοπίου κατὰ χειροτεχνικὴ, seu μιμητικὴ] Ital. *Arte do fare tali figure.* Gal. *L'art & mestier de faire verdures et jardins.* Hisp. *Arte para afeytar assi los jardines.* ¶ Cic. ad Quin. Frat. lib. 3, Vt denique illi palliati topiariam facere videantur: id est artem exercere topiarij operis.

Topos, τόπος. Latinè locus. Ital. *Luogo.* Gal. *Lieu.* Hisp. *Lugar.*

Topicus, ϛ τοπικὸς. Ital. *Cosa di luogo.* Gal. *De lieu.* Hisp. *Cosa de lugar.* ¶ Localis. Vnde Aristoteles & Cicero libros suos quos de Inuentione argumentorum conscripserũt, Topica appellarunt, quòd in iis doceatur quemadmodum ex certis locis argumenta eruantur. Cic. Trebatio lib. 7, Institui Topica Aristotelica conscribere.

Topice, ces, τοπικὴ, Ars ipsa inueniendorum argumentorum. Cic. in Top. Inueniendi verò artem, quæ topice dicitur, quæ ad vsum potior erat, & ordine naturæ certè potior, totam reliquerunt.

Toparcha, τοπάρχης, Qui alicuius regionis, vel loci curam administrat.

Toparchia, Territorium.

Topographia, τοπογραφία. Loci descriptio. Topographia ripulæ. Cice. ad Attic. lib. 15, Itaque me referunt pedes in Tusculanum, & tamen hæc topographia ripulæ videtur habitura celerem satietatem,

Topothesia τοποθεσία. Situs loci vel descriptio.

Topper, Obsoleta dictio, qua antiquissimi vtebantur pro celeriter, seu confestim, statim, ἐυθέως. Næuius apud Festum, Capesse flammam Vulcani topper.

Toral, lis, Quoduis lecticli stragulum. ϛ ταπὶς λεπτὸς, ῥᾶκος] Ital. *Coperta da letto.* Gal. *Couuerture de lit ou lodier.* Hisp. *Los manteles, cobertor de cama.* ¶ Hora. lib. 1. Epist. -ne turpe toral, ne surdida mappa Corruget nares. Idem in Serm. Et Tyrias dare circum illota toralia vestes.

TORANIVS, Mangonis nomen est apud Plin. lib. 7. cap. 12, qui M. Antonio iam Triumuiro duos insigni forma pueros pro geminis venditit, quorum tamen alter in Asia genitus erat, alter trans Alpes. Detecta deinde fraude puerorum sermone, quum ab Antonio increparetur venditor respondit se ob id ipsum tanti vendidisse, quòd gemini non essent: quoniam in iis qui eodem vtero sint editi, mira non debeat videri similitudo: sed in tam diuersis regionibus vsqueadeò concordi figura reperiri, supra omnem esse taxationem. Quo tam opportuno responso versutus magno tantam Antonio admirationem iniecit, vt aliud in censu suo nihil haberet carius.

Torcular, aris, vel Torcular per apocopen, Machina est premendis vuis, oliuísque accommodata, à torquendo dicta. ϛ λίνος] Ital. *Torcolo.* Gal. *Vn pressoir.* Hisp. *Torno de husillo.* ¶ Colum. lib. 12. cap. 50, de olei loquens factura, Tum diligẽter mundatam, protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis nouis includi, prælóque subiici, vt quantum possit, paulatim exprimatur. Quo in loco Columella apertè distinguit torcular à prælo. Est enim torcular (vt diximus) tota illa machina, vino oleóve exprimendo inuenta. Prælum autem ipsa trabs qua vuæ oleæve premuntur. Lacus autem in quem defluit mustum, ex vinaceis expressum. Priscianum secundam dictionis huius syllabam præcipit

esse producendam: alij tamen contrà corripiendam contendunt, analogiam sequentes, quòd in dictione Specular, quæ huic per omnia similis videtur, mediam syllabam constet corripi.

Torcularium, rij, Idem quod torcular. Cato cap. 18, Torcularium si ædificare velis.

Torculum, torculi, pen. cor. Idem quod torcular. Cato cap. 1, Ad villam quum venias, videto vasa, torcula, dolia, multáne sint. Plin. lib. 18. cap. 53, Viginti iugeribus sufficit vnum torculum.

Torcularius, a, um, adiectiuum, Quod ad torcular pertinet. {τὸ πρὸς τὴν ληνὸν. Ital. *Pertinente à torcolo.* Gal. *Apartenant à pressoir.* Hispa. *Perteneciente a torno de husillo.* } Varro de Re rust lib. 1. cap. 22, Si sit centum iugerum, habere oportet vasa torcularia instructa trina. Colum. lib. 12. cap. 18, Tum lacus vinarij torcularij, & fora, omniáque vasa, &c. Torcularia cella. Colu. lib. 1. cap. 6.

Torcularius, rij, subst. Qui torculari premit vuas. {ὁ πρὸς τῇ ληνῷ τὰς σταφυλὰς ἐμπατῶν ἢ θλίβων. Ital *Chi preme con torcolo.* Gal. *Pressoireur.* Hisp. *El que aprieta con torno.* } Colum. lib. 12. cap. 30, Quia interdum multitudo baccæ torculariorum vincit laborem.

Torculus, a, um, adiectiuum, Quod ad torculum pertinet. {ὁ ληνώδης, ὑπολήνιος, vel ὑπολήνιος. Ita. *Che serue al torcolo.* Gal. *De pressoir, seruãt à pressoir. Cosa que sierue à torno de husillo.* } vt, Torculus funis. Cato cap. 135, Funem torculum si quis faciet, &c.

Toreuma, atis, & Toreumatum, ati. {τόρευμα. Ital. *Opera fatta al torno, sculptura ò di rilieuo.* Gal. *Ouurage de taille en bosse, piece d'ouurage taillée.* Hisp. *Vaso torneado ò esculpido.* } Vas aliúdve opus torno factum, aut alioqui artificiosè cælatum. Est enim τορεύειν, tornare, siue sculpere. ¶ Vnde & ars ipsa Toreutice, {τορευτικὴ. Ital. *Arte di lauorare al torno, ò di rilieuo.* Gal. *L'art de tailler ou grauer en bosse, ou enleuure, ou de relief.* Hisp. *Arte de tornear ò esculpir.* } dicitur: quam Plin. lib. 34. cap. 8. primùm à Phidia inuentam scribit, sed à Polycleto Sicyonio consummatã. Matt. li. 3, Artis Phidiacæ toreuma clarum. Sallust. in Iug. Tabulas, signa, toreumata emunt.

Tormentum, ti, Cruciatus, qui aut eruendæ veritatis, aut criminis puniendi causa fieri solet. {βάσανος. Ital. *Tormento, pena supplicio.* Gal. *Gehenne, torture, tourment, supplice.* Hisp. *La question de tormento, tormento.* } à torqueo, quòd inter cætera significat crucio. βασανίζω. Cic. 3. de Finib. Vtque in omnibus tormentis conseruetur vita beata. Horat. 1. Epist. 2, Inuidia Siculi non inuenere tyranni, Maius tormentum. Cic. 3. de Nat. deor. Anaxarchum Democritum à Cyprio tyranno exarnificatum accepimus. Zenonem Eleatem in tormentis necatum. ¶ Præterea Tormentum, generale vocabulum est omnium machinarum, saxa, tela, & id genus varia torquentium. {μηχανή. Ita. *Machina da guerra per lanciare pietre, ò altre chose.* Gal. *Instrument de guerre à getter loing, comme pierres, bolets & autres choses.* Hisp. *El engeño para combatir.* } Cæsar 2. Comment. Ad extremas fossas castella constituit, ibique tormẽta collocauit. Virg. 11. Aen. Fulminis in morem, aut tormento pondetis acti.

Tormina, Morbus intestinorũ, quem διυσεντερίαν Græci vocant. {τορμός. Ital. *Dolore di ventre, di panza, di corpo.* Gal. *Trenchées de ventre, flux de ventre auec sang & trenchées.* Hispa. *Torçon de hombre ò bestias y cuo fluxo di sangre.* } Celsus lib. 4. cap. 15, Proxima his inter intestinorum mala tormina esse consueuerunt: διυσεντερίαν Græcè vocantur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat: isque modò cum stercore aliquo semper liquido, modò cum quibusdam quasi mucosis excernitur. Interdum simul quædam carnosa descendunt. Frequens deiiciendi cupiditas, dolórque in ano est. Hæc Celsus. Plin. lib. 20. cap. 14, Mentastrum torminibus cholericis efficacissimum. Cic. 2. Tusc. Quamuis idem forticulum se in torminibus, & in strangutia sua præbeat. Colu. lib. 12. cap. 7, Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta & mucosa ventris proluuies. ¶ Hinc Tormiosi, qui eum morbum patiuntur, quos & dysentericos Græco vocabulo appellant. {τορμώδεις. Ital. *Soggetti à tal dolore di ventre, ò che l'hanno.* Gal. *Sugets à tranchées de ventre, ou qui les ont.* Hisp. *Atorçonados ossi.* } Cic. Tusc. Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos: non quia semper sint, sed quia sæpe sint.

Torminalis, le, Quod tormina infert. {τὸ τορμὸν ποιητικός. Ital. *Cosa che genera tal male.* Gal. *Qui engendre tranchées de ventre.* Hispa. *Cosa que engendra tal torçon.* } Plin. lib. 15. cap. 21, de sorbis agens, Quartum genus torminale appellant.

Tornatilis, Torno, as, vide TORNVS.

Tornus, {τόρνος. Ital. *Torno.* Gal. *Tour ou tournoir.* Hispan. *Instrumento para tornear, torno.* } Instrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua huiusmodi polita redduntur. Virg. in Buco. Aeglog 3, Leuia quibus torno facili superaddita vitis. Idem 2. Georg. Aut torno rasile buxum. Plin. lib. 7. cap. 56, Normam autem, & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius inuenit. Idem lib. 16. cap. 40, Calices ex terebyntho solitus facere torno.

Tornatilis, le, pen. cor. Quod torno factum est. {τορνευτὸς, τορνευτός. Ital. *Fatto al torno, torsito.* Gal. *Fait au tour, tourné.* Hisp. *Cosa hecha al torno.*

Torno, as, Torno conficio, vel polio. {τορνεύω, τορεύω. Ital. *Tornire, far al torno.* Gal. *Tourner, faire au tournoir ou au tour.* Hisp. *Tornear con torno.* } Plin. lib. 36, Lapis est qui cauatur, tornatúrque in vasa coquendis cibis vtilia. Cic. de Vniuer. Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius. ¶ Versus male tornati, pro malè elaboratis. μεθοδευτικῶς. Horat. de Arte. Bis, térque experrum frustra, delere iubebat, Et malè tornatos incudi reddere versus. ¶ Hinc detorno, quod est ex materia quapiam torno aliquid efficio. ἀποτορνεύω. Plin. lib. 13, Lignum grande intus, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant annulos.

TORON, nis, τόρων. Lacus est Chalcidis, circa quem fabæ sponte proueniunt. Autor Plin. lib. 18. cap. 12.

TORONE, es, τορώνη. Oppidum in ora Macedoniæ, in ortum vergente: à quo propinquus sinus Toronicus, siue Toronæus appellatur. Meminerunt huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 10, & Ptolemæus lib. 3. cap. 13. Vulgò *Agiomamma.*

Torosus, a, um, vide TORVS.

Torpedo, Pro pisce, vide TORPEDO.

Torpeo, es, torpui, Stupeo, piger sum. & segnis, languidus sum & remissus. {τορπέω, ἔχω τὸ τορπὸν. Ital. *Essere debile, pegro, languido.* Gal. *Estre engourdi, auoir les membres gourds & endormis.* Hisp. *Entormecerse.* } Virg. lib. 2. Georg. —confertóque agmine cerui Torpent mole noua, & summis vix cornibus extant. Cic. 1. de Nat. deor. Deum sic feriatum volumus cessatione torpere, vt si se commouerit, vereamur ne beatus esse non possit. Liui. 7. bel. Pun. Deligari ad palum, virgisque cæsi, & securi percussi adeò torpentibus metu qui aderant, vt non modò ferocior vox aduersus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Virgil. 1. Georgicorum, Nec torpore graui passus sua regna veterno.

Torpesco, Piger, siue torpidus fio. {τορπώδης γίνομαι. Ita. *Diuenir stupido come addormentato.* Gal. *Deuenir ou estre engourdi, & comme endormi.* Hisp. *Entormecerse.* } Salustius in Iugurtha, Cæterùm ingenium quo neque melius, neque amplius in natura mortalium est, inculta, atque socordia torpescere sinunt. Plinius lib. 9. cap. 35, Flaueseunt tamen & illæ senecta, rigisque torpescunt. De margaritis.

Torpor, oris, Animi & corporis stupor, à torpedine pisce, cuius contactu corpus stupescit. {τόρπη, τόρπημα. Ital. *Torpore, debolezza.* Gal. *Engourdissement ou endormissement de membres.* Hisp. *Entormecimiento.* } Cic. lib. 2. de Nat. deor. Aliæ fugasse, aliæ occultatione tutantur, atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines. Virg. lib. 12. Aeneid. Illi membra nouus soluit formidine torpor.

Torporo, as, penulti. prod. Torporem induco. {τορπόω. Ital. *Far stupido.* Gal. *Rendre engourdi & endormi, faire ou rendre stupide & sans sentiment.* Hisp. *Entormecer a otro.* } Turpil. in Hetæriis vt citat Nonius, Stupidus astat, ita eius aspectus repens cor torporauit hominis amore. id est torpescit.

Torpidus, a, um, Segnis, stupens, piger. {τορπώδης. Ital. *Tutto stupido.* Gal. *Tout engourdi.* Hispa. *Entormecido y sin sentido.* } Liui. 5. bel. Pun. Tum inter torpidos somno pauentésque ad nec opinatum tumultum, & inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edatur, à qua vos hesterno die reuocatos ægrè ferebatis.

Torpedo, inis, fœmi. geo. Piscis genus, qui limo mersus occultat se, & pisces suprà natantes torpentes facit: postquam obtorpuere, deuorat. τόρπη. Plin. lib. 9. cap. 42, Nouit torpedo vim suam, ipsa non torpens, mersáque in limo se occultat. Quo in loco torpedo apertissimè est fœminini generis: quod est contra eos qui masculini generis esse putant. Idem Plin. lib. 32. cap. 1, Ex eodẽ mari torpedo, etiam procul & à longinquo, vel si hasta, virgáve attingatur, quanuis præualidos lacertos torpescere, quamliber ad cursum veloces alligari pedes tradunt. Cic. 2. de Natu. deo. Atramenti effusione sepiæ torpore torpedines se tutantur. ¶ Accipitur & pro segnitie, torpore, siue stupore. {τόρπη. Ital. *Stupore de membri.* Gal. *Endormissement de membres, engourdissement.* Hispa. *Entormecimiento.* } Sallust. lib. 1. Hist. Hæc si placent, si tanta torpedo animos obrepsit, &c.

TORQVATVS, τορκούατος, Cognomen Titi Manlij, à torque impositum, quem occiso ad Anienem Gallo detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius, cuius iniussu quum filius aduersus hostem, à quo prouocatus fuerat, pugnasset, eóque occiso equestria spolia victor ad patrem tulisset, subitò eum, quòd aduersus edictum suum, & rei militaris disciplinam feciisset, virgis cæsum securi iussit percuti. ¶ Torquatus alius fuit Mediolanensis, qui spectante Tiberio principe, tres vini congios vno impetu hausit: vnde & Tricongij cognomen accepit. Vide Plin. lib. 14. cap. 22.

Torquatus, adiectiuum, vide TORQVES.

Torqueo, es, si, sum, & tortum, Curuo, inflecto. {στρέφω, κάμπτω, λυγίζω. Ital. *Torcere, lanciare.* Gal. *Tordre, tortuer, tourner.* Hisp. *Torcer.* } Plin. lib. 36. cap. 25, Necessarium binas per diuersas coassationes fusterni, capita earum præfigi clauis, ne torqueantur. Virg. lib. 2. Georg. Ityreos taxi torquentur in arcus. ¶ Aliquãdo torquere ponitur pro gyro celeri rotare. περιάγω, κυκλοῦμαι. περιστρέφω. Virg. 1. Aene. —at illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex. ¶ Aliquando pro torquẽdo iacere. ἱμάσθαι, βάλλειν. Idem 5. Aen. In medios telum torsisti primus Achiuos. Horat. 2. Epist. 2, Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Virgil. lib. 4. Aenid. —an te genitor quum fulmina torquet Nequicquam horremus? ¶ Aliquando pro gubernare. Virg. lib. 4. Aen. Cælum & terras qui numine torquet. ¶ Aliquando pro sustinere. Virgil. lib. 6. Aeneid. —vbi maximus Atlas Axem humero torquet. ¶ Accipitur quandoque torquere pro eo quod est tormentis in quempiam sæuire, siue id fiat eruendæ veritatis, siue delicti puniendi causa. {βασανίζω. Ital. *Dare la tortura, tormentare.* Gal. *Gehenner, tourmenter.* Hisp. *Atormentar.* } Torquemus (inquit Donatus) hominem, extorquemus veritatem. Cic. Atti. Apud Rhodios liberi ciuésque torquentur. ¶ Transfertur & ad animum pro eo quod est angere siue molestia afficere. Idem Attico, Equidem dies, noctésq; torqueor. Plin. epist. 198, Remitte aliquid adolescentiæ ipsius, remitte lachrymis, remitte indulgentiæ: ne torseris illum, ne torseris etiam te. ¶ Aliquando pro nere. ἐλίσσω. vt est illud Iuuenalis, Penelope melius, melius torquentis Arachne. ¶ Aliquando protrahere. Virg. 6. Aen. Torquétque sonantia saxa. Cic. in Orato. Oratio ita flexibilis, vt sequatur quocunq; torqueas. ¶ Torquere funem, est torquendo ex funiculis pluribus funem vnum efficere. χόρδην πλέκειν. Propert. Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno: Aeternúmque tuam pascat asella famem. ¶ Torquere ius per translationem, est peruertere, aut euertere. Cic. pro Cæcinna. An verbo, ac litera ius omne torqueri, &c. ¶ Huius composita sunt, Abstorqueo, contorqueo, detorqueo, distorqueo, extorqueo, intertorqueo, obtorqueo, prætorqueo, & retorqueo: quorum significata explicantur suis locis.

Tortus, a, um, participium. Id est cruciatus. {βασανισθείς. Ital. *Tormentato con battiture.* Gal. *Tourmenté.* Hispa. *Atormentado.* } Cic. in Topicis, Nam & verberibus torti, & igne fatigati, quæ dicunt ea, veritas videtur ipsa dicere. ¶ Tortus vino, vel ira dicitur, qui aut per ebrietatem, aut iræ impotentiam, quæ tacenda erant, nequit continere. Horat. 1. Epist. 19, Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam: Commissúmque tege & vino tortus & ira. ¶ Tortus, flexuosus, obliquus. {στρεπτός. Ital. *Torto.* Gal. *Tortu.* Hisp. *Tuerto ò torcido.* } Ouid. 2. Metam. Neu te dexterior tortum declinet ad Anguem. Torta supercilia, apud Plaut. in Rud. Habet & alia significata: quæ quoniam suprà explicuimus in verbo torqueo, supernacaneum foret ea hic denuò inculcare.

Tortus, us, Ipse torquendi actus. {περιστροφὴ λίνου. Ita. *Torsiosità.* Gal. *Tortuosité.* Hisp.

rorcederua corchor. } Cic. 3. de Diuinat. Vidimus immani specie, tortúq; draconem Terribilem. Virg. lib. 5. Aeneid. Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.

Tortum, Vox obsoleta, qua antiqui vtebantur pro tormento. Pacuuius. Dulotestæ, vt citat Nonius, Nam te in tenebras sæpe lacertato fame clausum, & fatigans artus torto distraham.

Tortuosus a, um, Obliquus, & multis flexibus sinuosus. {λοξογραμμος, ἑλικοειδης. Ital. *Tortuoso, torto.* Gal. *Tortu.* Hisp. *Tuerto ò torcido.* } Cic. in Lælio, Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, & tortuosum. Idem de Nat. deo. Est autē aluus multiplex & tortuosa. Tortuosum disputandi genus, apud eundem 4. Acad. Tortuosa vrina, apud Plin. lib. 21. cap. 27. quæ tortuosè defluit.

Torsio, onis, verbale. {στρόφος. Ital. *Torcimento.* Gal. *Torment, trenchée.* Hisp. *El torçon ò tormento.* } vt Torsio stomachi, id est tormina, siue erosiones ab humoribus acribus. Plin. lib. 20. cap. 17. Priuatim eius vsus contra torsiones stomachi in tepida aqua, & cruditates.

Tortilis, le, pen. cor. Quod retortum, & replicatum est. {στρεπτός. Ital. *Torto, intortigliato.* Gal. *Tortu, entortillé.* Hisp. *Torcido.* } Ouid. in Epist. Paridis ad Helenam, Tortilis á digitis excidit ansa meis. Luca. lib. 6. Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis Obruat. Ouid. 1. Metamor. -caua buccina sumitur illi Tortilis in latum quæ turbine crescit ab imo.

Torto, as, Iterum ac iterum torqueo. {βιαιοτερῶ. Ita. *Torcer bene.* Gal. *Tordre souuent.* Hispan. *Torcer mucho.* } Vetus est frequentatiuum à verbo Torqueo. Pomponius in Decuma fullonis, vt citatur à Nonio, Vbi infilui in cochleatum equuleum, vbi tolutim tortor, &c.

Tortor, oris, Qui veritatis eruendę causa tormenta admouet: quod quoniam hodie carnificum officium est, factū est vt tortorem accipiamus pro carnifice. {βασανιστής. Ital. *Chi da il tormento.* Gal. *Bourreau qui baille la gehenne & torture.* Hisp. *Atormentador ò torcedor.* } Cic. pro Cluent. Quum tam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet, &c. Liui. 10. bel. Macedon. Conspectum tortoris, verberúmque sui exposuit. Horat. 3. Carm. Ode 5, Atqui sciebat quæ sibi barbatus Tortor pararet. ¶ Tortores item ab Ammiano dicuntur, qui saxa, aliáve tela ex ballista, aliáve machina eiaculantur.

Tortè, Aduerb. {στρεπτῶς, διστρεπτῶς, πλαγίως. Ita. *Tortuosamente.* Gal. *Tortement, torcensement, en tordant.* Hispan. *Torcidamente, torciendo.* } Lucr. lib. 4. -quamuis tortè penitúsque remota Omnia, &c.

Tortiuum mustum quod dicatur, docet his verbis Colum. lib. 12. cap. 36. Tortiuum mustum dicitur quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur. {οἰνος ἐκ τρεπτῆς ληνοῦ, seu πόνημος. Ital. *Vino di torcolo.* Gal. *Vin de pressoirage.* Hispa. *El vino que sale del husillo.* } Cato de Rre rust. cap. 23. Circuncidaneum appellat, non quòd exprimatur pede vinaceorum antè circumciso. Tortiuum (inquit) mustum circuncidaneum suo cuique dolio diuidito.

Torques, & Torquis, modò masculini, modò fœminini gen. Colli & summi pectoris ornamentum, ex auro, argento, gemmis, aliáve materia. {στρεπτός. Ital. *Collana, collare.* Gal. *Collier ou carquan.* Hisp. *Collar.* } Cic. 5. Offic. Atque hic T. Manlius is est qui ad Anienem Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit. Propert. lib. 4. Eleg. Torquis ab incisa decidit vnca gula. Gell. lib. 4. cap. 13, Capur Galli præcidit, torquem detraxit, eámque sanguinolentam in collum posuit.

Torquatus, a, um, Torque insignitus: vt Palumbus torquatus, cuius collum circulo quodam, veluti torque, cingitur. {στρεπτοφόρος. Ital. *Chi ha la collana al collo.* Gal. *Qui a vn collier ou carquan au col.* Hisp. *El que ha tal collar.* } Aristoteles φάττην appellat. Mart. lib. 13. Inguina torquati tardant, heberántque palúmbi. Non edat hanc volucrem qui cupit esse salax. ¶ Torques aurei militibus ob rem strenuè gestam donari ab Imperatoribus solebant: vnde Torquati milites dicti, qui hoc honoris genus virtute erant consecuti. Horū duo erant genera, simplares, duplaréſq; Veget. lib. 2, Torquati (inquit) duplares, & torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmiū fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas duplares duas: simplares vnam. Autor tamen est Plinius lib. 33. cap. 2, priscis Romanorum temporibus auxiliares tantùm & exteros aureis torquibus donari solitos: at ciues non nisi argenteis. Torquatos hodie equites (inquit Budæus) vocare possumus, qui *Cochleati* dicuntur, quos rex Gallorum gestamine suo, regióque insigniuit.

Torrens, tis, masc. gen. Riuus, fluuiúsve temporarius non è fonte, sed è pluuia nascens, æstate siccus, hyeme magno fluens impetu. {χειμαρρος. Ital. *Torrente.* Gal. *Vn torrent.* Hisp. *El arroyo, chorro ò corriente.* } Virgil. 2. Aen. -aut rapidus montano flumine torrens, Sternit agros, sternit sata læta, boúmque labores.

Torrens, participium, siue nomen ex participio. Id est rapidus, vehemẽs, cõcitatus. {ὀξυδρομος, βιαιος ῥοος. Ital. *Vehemente, impetuoso.* Gal. *Vehement & impetueux, rapide.* Hisp. *Vehemente, fuerte, y arrebatado.* } Virg. 7. Aeglo. Hic tantùm Boreæ cutamus frigora, quantum Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. Virg. 2. Georg. Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus. ¶ Hinc Torrentior, & Torrentissimus. Plin. lib. 3, cap. 6, de Pado flumine, Agris quàm nauigiis torrentior, &c. Iuuen. Saty. 3, Ingenium velox, audacia perdita, sermo prõptus, & Iæuo torrentior. hoc est vehementior & concitatior. Statius 3. Syl. Tempus erat cæli quum torrentissimus axis Incumbit. Campi torrentes fantgoine, apud eundem 1. Syl. hoc est vndantes, & torrentium fluxum imitantes. Ripæ torrentes pice. Virg 9. Aen. Dixerat, idq; tatū Stygij per flumina fratris, Per pice torrentes, atráq; voragine ripas Annuit.

Torris, huius torris, masc. gen. Idem quod fax, interprete Nonio, hoc est stipes semiustus, & adhuc ardens, aut saltem ignitus: quum titio sit torris extinctus. {δαλός. Ital. *Tizzone.* Gal. *Vn tison allumé.* Hisp. *Tizon ò tornezno.* } Lactant. Titionem vulgus appellat extractum foco, torrem semiustum extinctum. Virgil. 12. Aen. Obuius ambustum torrem Chemineus ab ara Corripit, & venienti Ebuso, plagámque ferenti Occupat os flammis. Ouid. 8. Metam. Funereum torrem medios conicit in ignes.

Torreo, res, rui, tostum, Ad ignem solémve sicco, atefacio. {ξηραίνω. Ital. *Seccare, arrostire.* Gal. *Rostir, seicher au feu, bruſler.* Hisp. *Tostar ò quemar, secar.* } Plin. lib. 11. cap. 10. Deinde sole vemo torreantur. ¶ Nonnunquā idem quod nimio calore exurere. Cice. de Som. Scip. Medium autem illum circulum Solis calore torreri. Virgil 4. Georg. Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat cælo. Neque solùm torreri calore dicimur, verumetiam frigore: vt annotauit Marcellus, citans locum Varronis ex Eumenidibus, Capite operto esse iubet: ante lucem suscitat: frigore torret: venarum elicit. ¶ Torreri item dicuntur carnes quæ sine aqua ad ignem coquuntur. {ὀπτῶμαι. Ital. *Arrostire.* Gal. *Rostir.* Hipa. *Tostar.* } Virgil. 5. Aeneid. Subiiciunt veribus prunas, & viscera torrent. Cice. in Piso. Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensus ignibus torreri. ¶ Accipitur aliquando pro vertere. Lucan. lib. 7. Ingentes fato torrente ruinas.

Tostus, a, um, aliud particip. {ὀπτημένος. Ital. *Seccato, arrostito.* Gal. *Rosti, hausi, seiché au feu.* Hisp. *Tostado o quemado, secado.* } Ouid. 12. Metamorph. -& corpora tosta Carne replent. Virg. 1. Georg. Et medio tostas æstu terit area fruges.

Torridus, a, um, Nonnunquam actiuè accipitur pro præferuido, quódque siccandi, aut exurendi vim habet. {καυστικός. Ital. *Secco, arrostito.* Gal. *Ars, sec, hausi, tout rosti & seiché.* Hisp. *Seco, tostado.* } vt, quum æstatem torridam dicimus, au Solem torridum. Virg. 7. Aeg. -iam venit æstas Torrida, iam læto torrent in palmite gemmæ. ¶ Nonnunquam passiuè pro exusto, siue sicco, & sole, igníve torrefacto: vnde Zonam torridam vocamus, quæ inter duos tropicos sita, assiduo æstu torretur. Virgil. 1. Georg. Quinque tenent cælum Zonæ: quarum vna coruſco Semper sole rubens, & torrida semper ab æstu. ¶ Torridus macie, id est siccus. {σκληρός. Cice. pro lege Agrar. Quem hominem vt grandi macie torridum Romæ, contemptum, abiectum videbamus, &c. ¶ Torridus frigore. Liui. 1. belli Pun. Adhæc peruſti artus, niue rigentes nerui, membra torrida gelu, quassata, fractáque arma. ¶ Hinc Retorridus eiusdem significationis. Colum. libro 3, Nisi eum recideris, arbor tota fiet retorrida.

Torresco, Torridus fio, exutor. {καυσόομαι. Ital. *Secarsi, arrostirsi.* Gal. *Se rostir & seicher au feu & au soleil.* Hisp. *Secarse, quemarse.* } Lucret. lib. 3, -non inuenio cui non sit acerbum, Ignibus impositum calidis torrescere flammis. ¶ A quo Retorresco, de quo suprà suo loco.

Torrefacio, acis, Torridum reddo, arefacio, ad ignem solémve sicco. {καυστῶ, ξηραίνω. Ital. *Seccare, arrostire, rostire.* Gal. *Seicher, rostir.* Hisp. *Secar, tostar, quemar.* } Colum. lib. 2. cap. 21, Et subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Idem lib. 6. cap. 7, Quidam vinaceorum duas libras torrefaciunt, & ita conterunt.

Tortor, Tortum, Tortuosus, Tortus, Vide TORQVEO.

Toruè, Toruitas, Vide TORVVS.

Torus, tori, gen. masc. {κλίνη. Ital. *Letto, tauola.* Gal. *Vn lit, table.* Hisp. *La mesa do comemos ò el lecho.* } Lectus, ab intortis herbis dictus. Virg. 2. Aeneid. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto. Plin. lib. 8. cap. 47, Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape. ¶ Consors tori, coniux. Ouid. 1. Metam. Cum consorte tori parua tate vectus adhæsit. Socia tori, vxor. Ouid. 10. Metam. Appellárque tori sociam. ¶ Tori item dicuntur eminentiæ musculorum, quales in robustioribus compactioribúsque corporibus cernuntur quodammodo nodosæ, & colliculorum ritu inter quasdam quasi valleculas nonnihil assurgentes. {οἱ μυῶνες. Ital. *Muscoli carnosi.* Gal. *Muscles de chair, charnure.* Hisp. *Adorezillos de carne.* } Virgil. 3. Georg. Luxuriátque toris animosum pectus. ¶ Inde Torosus, a, um, dicitur quod tororum amplitudine corporis robur præ se fert. {ὁ νεφρὸς, μυώδης, σαρκώδης, ἰσχνόσαρκος. Ital. *Digrossi muscoli, carnuto.* Gal. *Qui a gros moignons ou muscles de chair, charnu.* Hispa. *Cosa que tiene tales morezillos de carne, carnoso.* } Hinc apud Columellā legimus, parandos esse boues nouellos, ceruice longa, & torosa. Quod & de veteribus dicitur, quum varicum in morem quibusdam in locis turgescunt. Cor Celsus lib. 7, Ac per ipsos venarum toros inæquale est. ¶ In herbis item, cæteríſque plantis, prominentes partium calli, & in se pulparum modo collecti, tori nominantur. Plinius lib. 10. cap. 5, Breuior is est, sed torosior amariórque inula.

Torulus, ruli, diminutiuum. Id est parvus lectus. {κλινάριον. Ital. *Letticello.* Gal. *Petit lit.* Hisp. *Pequeño lecho.* } Plaut. in Amph. Tum meo patri torulus inerit aureus sub petasso. Vbi interpres Trochulus legendum esse contendit, & rectè.

Toruus, a, um, Specie ipsa ferociam præ se ferens. {ἀγριωπός, φοβερωπός. Ita. *Terribile, spauentuole, fiero.* Gal. *Horrible à voir, qui a le regard felon, affreux.* Hisp. *Ayrado, cruel.* } Quam vocem à tauris declinatam putat Seruius, quorum propriam vult esse toruitatem. Alj à terrore deducunt: nonnulli etiam à torto aspectu. Virgil. 3. Georg. -optima toruæ Forma boúm. Ouid. 8. Metam. Funereum torrem medios conicit in ignes. Plin. lib. 7. cap. 19, Exit hic cui turpe caput, cui plurima ceruix. Plin. lib. 7. cap. 19, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ. ¶ Toruus vina dicuntur aspera, & indomita, siue immitia. Plin. lib. 17. cap. 23, Cultura quoque toruus fiunt vina.

Toruè, toruiter, & toruè, aduerbia. {τραχέως, τραχυλίμως, τραχυλόγως. Ital. *Terribilmente, fieramente, con animo fiero.* Gal. *Affreusement, auec vn regard felon.* Hisp. *Ayrada y cruelmente.* } Plautus, Quid me toruè aspectas? Apulcius Quum toruùm in eos intueretur. Virgil. 4. Aene. Talibus Aeneas ardentem, & toruè tuentem Lenibat dictis.

Toruitas, pen. cor. toruitatis, τραχυδερκία, τραχύτης, τραχύλογος. Ital. *Storteza, fierezza di guardare.* Gal. *Affreuseté.* Hisp. *Aguella disposicion ayrada.* } Propriè taurorum est, quasi taurorum acerbitas. Plin. lib. 7. cap. 19. Exit hic animi tenor, aliquando in rigorem quendam toruitatémque naturæ duram & inflexibilem.

Tot, pluralis tantum numeri, & indeclinabile, Tam multi. {τοσοῦτοι. Ital. *Tanti.* Gal. *Autant.* Hispan. *Tantos en numero.* } Habétque ferè adiunctam particulam Quot. Cicero de Aruſ. Reſ. De nullo opere publico tot Senatus extant consulta, quot de mea domo. Idem de Orat. Quot homines, tot causæ.

Totidem, Aequè multi, nec plures, nec pauciores. {τοσοῦτοι. Ital. *Altretanto volte.* Gal. *Tout autant.* Hispan. *Otros tantos.* } Cicero 2. de Diuin. Proclus, & Eurysthenes gemini fratres fuerunt. at hi nec totidem annos vixerunt, &c.

Toties, aduerbium, Tam sæpe. {τοσουτάκις. Ital. *Tanto volte.* Gal. *Autant de*

fou. Hisp *Tanas veces.*} Cice. Attic. lib. 7, Interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. Huic respondet relatiuum Quoties Cice. lib. 1. Epist. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, toties ad te scribam.

Totus, a, um, adiectiuum. Integer, vniuersus, solidus. {ὅλος. Ital. *Tutto.* Gal. *Tout.* Hisp. *Toda cosa y entera.*} Totum & Omne sic differunt, quòd totum ad quantitatem refertur, omne ad numerum: totum partium, omne numeri denotat plenitudinem. Poëtæ tamen ista confundunt. Fit autem Totus à tot, quamuis Tot breue sit, Totus verò priorem producat: quum tamen Quotus eandem habeat breuem. Totæ ædes, id est integræ. Plautus in Mostel. Aedificantur ædes totę denuò. Totus in amore, vel in studiis esse dicitur, qui ita amat, vel studet, vt nullam temporis portionem alteri rei decidat.

Toxicum, ci, pen. cor. Idem quod venenum, quasi taxicum: quoniam taxos arbor est veneni præsentissimi, adeò vt si iumenta eius folia comederint, emoriantur. {τοξικὸν, φάρμακον. Ital. *Tosico, vna sorte di veleno.* Gal. *Poison.* Hisp. *Ponçona del çumo del texo arbol.*} Plin. lib. 16. cap. 10, de taxo agens, Hanc Sestius similacem vocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt si quis sub ea dormiat, cibúmve capiat, moriatur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicunt venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Hæc ille. Ouid. 4. de Pont. eleg. 7. Aspicis & mitti sub adunco toxica ferro, Et telum causas mortis habere duas. Idem 2. Amor. eleg. 2. Non scelus aggredimur, non admiscenda coimus Toxica. Plaut. in Merc. Ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo.

T ante R.

Traballs, Vide TRABS.

TRABEA, æ, τριβώνιον, Nomen Poëtæ, cui inter Comicos octauus locus assignatur. Huius meminit Cicero lib. 4. Tusc. & de Finib. ¶ Est & Trabea, genus vestis. {ἁλουργὶς. Ital. *Habito antico vsato de Re.* Gal. *Vne robbe ancienne dequoy vsoient les Rois & Augures.* Hispan. *Vestidura era propria de Reyes.*} cuius tria sunt genera, vt Suetonius lib. de vestium generibus inquit. Vnum, quod diis sacratur tantùm de purpura: aliud quod est regum, purpuræ aliquid albi habens admistum: tertium augurale, ex purpura & cocco mistum. Erat autem vestis rogata purpura circumducta subtegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebant. Trabeæ regalis meminit Virgilius 7. Aeneid. Ipse Quirinali lituo, paruáque sedebat Succinctus trabea, læuáque ancile gerebat, Picus equûm domitor. In funebri pompa vtebantur & Equites trabea, si Tacito credimus, qui lib. 3 de funere Germanici sic ait, Igitur Tribunorum, centurionúmque humeris cineres portabantur, præcedebant incõpta signa, versi fasces: atque vbi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati Equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliáque funerum solennia eremabant.

Trabeati, Qui trabea sunt induti. οἱ ἁλουργίδα ἀμπεχόμενοι, ἁλουργὶς ἀναβεβλημένοι, τριβώνιον ἐνδεδυκότες. Ouid. lib. 1. Fast. Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini, Quum rudibus populis annua iura daret.

Trabs, trabis, & Trabes, bis. Lignum duplex (inquit Festus) ex duobus compactum tignis ædificij gratia. {δοκὸς. Ita. *Trane.* Gal. *Vne poultre, ou vn tref de maison.* Hisp. *La viga.*} Virg. 2. Aen. Quum iam hic trabibus contextus acernis Staret equus. Et paulo pòst, Auratáque trabes, veterum decora alta parẽtum Deuoluunt. ¶ Interdum trabes legimus pro ipsis arboribus. Virgil. 9. Aeneid. Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant, Nigranti picea, trabibúque obscurus acernis. Autor ad Herennium lib. 1, Nisi enim cecidissent ad terram abiegnæ trabes, Argo illa facta non esset. ¶ Nõnunquam etiam pro naui ex trabibus contexta. Horat. lib. 1. Carm. -vt trabe Cypria Myrtorum pauidus nauta secet mare. Virg. lib. 5. Aeneid. Vastúmque caua trabe cutrimus æquor.

Trabica (inquit Festus) Dicta est nauis, quòd sit trabibus confecta. Pacuius, Labitur trabica in alueos.

Trabalis, trabale. Id, est magnus, siue ingens, instar trabis. {δοκώδης, δοκοειδὴς. Ital. *Della grossezza di vn trane, ò che serue à trane.* Gal. *De la grosseur d'vne poultre, ou qui sert à tenir au lieu d'vne poultre.* Hisp. *De la grossura de vna viga, ò que sierue à viga.*} vt Telũ trabale. Virg. 12. Aen. -at fetuidus aduolat hasta Messapus, telóq, orantẽ multa trabali Desuper altus equo grauiter ferit. Hasta trabalis. Statius 4. Theb. -dextráque trabalem Hastam intorsit agens: liquido quæ stridula exlo Fugit, & aduerso celsæ stetit agmine Dirces. Clauus trabalis, δοκώδης ἧλος. Cice. 7. Ver. Vt hoc beneficium quemadmodũ dicitur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognouit. Vbi trabali clauo figere beneficium prouerbialiter dictum est, in eodem ferè sensu quo dicimus Herculano nodo aliquid ligare. vel immortali, & inextinguibili memoriæ commendare. Tractum à consuetudine veterum, qui ad clauum figendum Dictatorem solent creare, & ex clauis fixis, quòd raræ apud eos essent literæ, numerum annorum obseruare. Vide Liuium lib. 7. ab Vrbe. Apud Hora. lib. 1. Carm. Trabalis clauus accipi videtur pro tormenti quodam genere, quum ait, Te semper anteit sæua necessitas, Clauos trabales, & cuneos manu Gestans ahena: nec feuerus Vncus abest, liquidúmve plumbum.

Trachali, Appellantur muricum, ac purpuræ superiores partes. Vnde Ariminenses maritimi cognomen traxerunt. Festus.

TRACHALVS, Orator fuit Domitiani temporibus, magna vocis, pronuntiationísque fœlicitate: de quo Quint. lib. 10. cap. 1, & lib. 12. cap. 5.

TRACHEA, pen. prod. τραχεῖα. Regio Asiæ inter Ciliciam & Pamphyliam quæ notiore nomine dicitur Isauria. Autor Stephanus. Eodem item nomine dicitur Ciliciæ pars montana & aspera, cuius etiam incolæ dicuntur Tracheotæ, τραχεῶται. Vide Strabonem lib. 12.

Trachea, siue Trachia, pen. prod. {τραχεῖα. Ital. *Arteria del polmone.* Gal. *Le gosier, l'artere des poulmons.* Hisp. *El garguero, caña del pulmon.*} Fistula qua spiritus ab ore fertur ad pulmonem. Latini Græcorum imitatione asperam arteriam vocant. Vide Gellium lib. 17. cap. 2.

Trachelus, penult. prod. τράχηλος. A Græcis appellatur collum, atque adeò tota spina à vertice vsque ad os sacrum: παρὰ τὸ τρεχόμενος, hoc est ab asperitate.

TRACHIS, siue Trachin, inis, pen. geniti. pro. τραχύς. Ciuitas Phthiotidis sub Octa monte, alio nomine ab Hercule cõditore Heraclea dicta, teste Plinio lib. 4. cap. 7, In hac regnauit Ceyx, Alcyones maritus, qui inde Trachinius cognominatur ab Ouidio lib. 11. Metam.

Trachoma, pen. prod. τράχωμα. Dicitur scabrities palpebrarum interior, sicut in eadem parte glabritas, hoc est defluuium pilorum, madarosis, & milphosis.

TRACHONITIS, χωρογραφία. *Vna regione de Giudei.*} Tetrarchia fuit in Decapoli Syriæ, teste Plinio lib. 5. cap. 18, inter Libanum & lacum Tiberiadis sita. Huius tetrarches fuit Philippus, iuxta Euangelium Lucæ. ¶ Est & regio (vt Hieronymus inquit) trans Bostram Arabiæ ciuitatem in deserto, contra Australem plagam, quasi ad Damascum respiciens. Hanc gentem instituit Cis filius Aram, vt scribit Iosephus lib. 1. Antiquit. Vide Plinium lib. 5. cap. 18.

Tractatus, Tractim, Tracto, tractus, Tractus, Vide TRAHO.

Trado, dis, tradidi, itum, In potestatem do: à Trans, & Do, duabus postremis prępositionis literis abiectis. {παραδίδωμι, μεταδίδωμι. Ital. *Dare, dar tra le mani.* Gal. *Bailler, donner & monstrer.* Hispan. *Dar, traspassar.*} Plaut. Merc. Prætto ipsi facito coram vt tradas in manum. Terent. in Phorm. Verùm scientem, tacitum, causam tradere aduersariis, etiámne id lex coegit? ¶ Tradere etiam est docere. διδάσκειν. Cæsar 6. belli Gal. De deorum immortalium vi, ac potestate disputant, & iuuentuti tradunt. ¶ Hinc Traditio pro doctrina. vide infrà. ¶ Interdũ referre, scribere, scriptis, seu posteritati mandare. Gell. lib. 1. cap. 5, Demosthenem tradunt & vestitu, exteróque cultu corporis nitido, venusto, nimísque accurato fuisse. ¶ Nonnunquam additur datiuus Memoriæ. Liui. 2. ab Vrbe, Qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, cum functum officio pedibus suis domum redisse, memoriæ traditum est. Aliquando tamen Tradere memoriæ est rem ita in animo figere, vt eius nunquam nobis obrepat obliuio. Cice. in Som. Scipi. Et quæ dicam, trade memoriæ. ¶ Item fidei alicuius committo. ἐπιτρέπω. Virgi. Aeloga 3, Nuper mihi tradidit Aegon. ¶ Ponitur aliquando pro date, porrigere. Cæs. 2. belli Ciui. Pecuniam ex publico tradunt. ¶ Præter suum accusatiuum aliquando alterum habet cum præpositione Ad, siue In: vt, Tradere aliquem ad supplicium, Tradere se ad scientiam rei militaris. Cic. pro Pompeio, Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis est tradita. Tradere se in studium aliquod quietum, apud eundem de Inuẽtione. Tradere se in seruitutem alicui, apud eundem de Prouinciis Conf. Non raró tamen posterior accusatiuus commutatur in datiuum: vt, Tradere se lachrymis, & tristitiæ, apud Ciceronem lib. 4. Epist. Tradere se quieti, 2. de Diui. Tradere per manus, est de manu in manum tradere. Cæs. 1. belli Ciuil. Saxa multis locis prærupta iter impediebant, vt arma per manus necessariò traderentur. Sic & morbos per successiones tradi dicimus. Plin. Epist. 12. Nam plerunque morbi quoque per successiones quasdam, vt alia tradũtur. Tales enim sunt, quos hæreditarios morbos vocamus. ¶ Traditur, vel Traditum est, hoc est dicitur, vel memoriæ mandatum est. Plin. lib. 8. cap. 36. Quum pro catulis dimicat fœta, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expauescat. Cic. 5. Tusc. Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse.

Traditio, Verbale. {παράδοσις, διδασκαλία, ὑποθήκη. Ital. *Essò dare.* Gal. *Tradition, bailement de l'vn à l'autre.* Hisp. *Obra de dar.*} Cice. in Top. Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. ¶ Traditio, pro doctrina. {δίδαγμα. Ital. *Lo insegnare.* Gal. *Enseignement.* Hispan. *Enseñança.*} Gell. lib. 13. cap. 21 Per quod apparet non esse id poëticè à Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, vt Nerio, &c.

Traduco, cis, xi, ctum, pen. prod. Per locum aliquem duco, vel de loco in locum duco: à Trans, & Duco, abiectis duobus postremis prępositionis elementis. {μεταγω, μεταφερω, ἀναπλάζω, μεταπλάζω. Ital. *Traddurre, transportare.* Gal. *Traduire, mener d'vn lieu en autre, faire passer, transporter.* Hisp. *Traspassar guiando.*} Cæs. 1. Comm. Helueti per angustias, & fines Sequanorum suas copias traduxerant, & in Heduorum fines peruenerant. ¶ Interdum idem quod traiicio, hoc est in litus vel ripam vlteriorem transuecho. διαβαίνω. Cice. 2. de Inuen. Fluuius erat ita magnus, vt eo victimæ traduci non possent. ¶ Aliquando extendo, produco. μακρύνω, μακρύτερον. Plautus, Traduce adhuc lineam pluscul̃. ¶ Aliquando, transfero, interpretari, & ex vna lingua in aliam conuertere. μεταφράζω. ¶ Traducere vitam, vel Traducere tempus, est consumere, terere, transigere. Cic. de Senect. Vt vitam otiosam & quietam, sine vllo labore, & contentione traducamus. Idem Seruio Sulp. Qua ratione nobis traducendam sit hoc tempus. ¶ Aliquando siniſtram famam de aliquo spargere, ludibrio exponere, ac deridẽdum omnibus per vicos & theatra ducere. Mart. lib. 8, Multóque magis traduceris Apher. Liui. lib. 2, ab Vrbe, de Volscis loquens publico consilio, ac voce præconis à spectaculis exactis, Vos, inquit, omnibus ciuibus, peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse, vestras coniuges, vestros liberos traductos per ora hominum. ¶ Aliquando traduces facere. Paulus in l. si duob. ff. Vti possid. Si vicinus vites ex fundo tuo in suas arbores traduxit: ¶ Aliquando accipitur pro transmittere, & de loco in quo quid natum est, aliò mittere Inue. Sat. 7, Quanquam & Cappadoces faciant, equitésq; Bithyni, Altera quos nudo traducit Gallia talo. Hoc est quos mittit Galatia nudo pede.

Traduces, pen. prod. qui & Rumpi dicuntur, Sunt brachia vitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & sibi mutuò connectuntur. {ἐπιπλέξεις, αἱ ὄγμοι. Ital. *Rampolli.* Gal. *Aautains de vignes.* Hisp. *Los mugrones ò prouenes de la vid.*} Varro 1. de Re rust. cap. 8, Quartum pedamentum est natiuum eius generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellãt. Colum. lib. 5. cap. 6, Cætera simili ratione atque in arbusto Italico administrantur, vt vites longis scrobibus deponantur, vt eadem diligentia curentur, atque in ramos diducantur, vt noui traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, & veteres decidãtur. Si tradux, traducem non contingit, media virga inter eas deligetur. Quum deinde fructus pondere vrgebit, subiectis adminiculis sustineatur. ¶ Per trãslationem accipitur pro omni eo quod de re aliqua in alteram transfunditur, atque ita veluti in infinitum propagatur. Sic hominis genituram, humani generis traducem nonnulli appellarunt. ¶ Famam quoque Tertullianus

tullienus le aurium & linguarum traduces ait proserpere, quòd aurium linguarúmque instrumentis propagetur, & breui temporis spatio infinitum propemodum capiat incrementum.

Tragacantha, πραγάκανθα. Frutex est spinæ candidæ non dissimilis, surculis humilibus, robustis, latè se diffundentibus, inter quos frequens coma, sed breuis, exeis spinis intercurrentibus horrida, quæ sua fronde contegunt: radice lata, suculosa, supra terram emergente: qua discissa distillat è vulnere succus, qui coalescit in lachrymam: quæ & ipsa Tragacantha appellatur. Officinæ vulgò *Dragaganthum gummi* nominant.

Tragelaphus, phi, pen. cor. τραγέλαφος. Animal est ad Phasim amne nascens, barbam & armorum villos hirci habens, reliqua ceruo simile: vnde & commistum ex ceruo & hirco nomen inuenit. Nos Hircoceruum vertere possimus. Vide Plinium lib. 8. cap. 32.

TRAGASA, æ, τραγασαία Stephano, insula est vna Sporadum, pattia Thegiotonis Peripatetici, Aristotelis familiaris. Apud Plinium lib. 4. cap. 12, legitur Tragia. ¶ Est item eiusdem nominis oppidum in Naxo insula, in quo Apollo Tragius colebatur. Autor Stephanus.

TRAGASAE, τράγασαι, Epiri regio, teste Stephano, in qua sal prouenit, in igne nec crepitans, nec exiliens, vt refert Plinius lib. 31. cap. 7.

Tragemata, {τραγήματα. Ital. *Secunde viuande.* Gal. *Dessert de table.* Hispan. *Frutas de sarten.*} Quæ Latini bellaria vocant, siue secundæ mensæ. A Græco verbo τράγω, quod est comedo: cuius aoristus secũdus est ἔτραγον.

Tragion, τράγιον, siue Tragonis. Frutex nõ nisi in Creta nascẽs, iunipero similis: ita dicta, quòd autumni tẽpore eius folia hircinum virus oleãt. Plin. lib. 27. cap. 13. ¶ Est & alterum tragij genus, quod & tragocẽrota nonnulli appellarunt, multis in locis nascẽs: folia habens scolopẽdrij, & radicem syluestris rhaphani, tenuem, & candidam: denique cum superiore nihil præter nomen & hircinum virus habens commune.

Tragœdia, æ, pen. cor. quanuis apud Græcos accẽtum habeat in penultima, {τραγῳδία. Italicè & Hispanicè *Tragedia.* Gal. *Tragedie.*} Poematis grauissimi genus, quo regum, principúmve, aut eorum qui in aulis regum versantur, calamitates depinguntur, tristissimum ferè habens exitum. Dicta Tragœdia (vt quidam volunt) ab eo quòd primũ eius poematis præmium hircus fuerit, aut certè vtet hircinus vino plenus. Quod & ipsum non obscurè indicat Horatius de Arte, Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum. Alij á fæce putant, quam Græci τρύγα vocant, Tragœdiam appellatam, quòd ora sua fœcibus perlinebant scenici, ante vsum personarum ab Aeschylo repertum. Quam sententiam etiam tangens Horatius dicit Tragœdiam à Thespide repertam. Ibidem. Ignotum Tragicæ genus inouenisse camœnæ. Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespis, Quæ canerent, agerẽntque perũcti fœcibus ora. Differt autem Tragœdia à Comœdia, quòd in hac humiles & priuatæ personæ introducũtur: in Tragœdia reges & principes, nonnunquam etiam heroes & dij. Ad hæc Comœdia à turbulentioribus ferè rebus initium sumens, tranquillum lætúmq; sortitur exitum. Tragœdiæ autem totum quidem argumentum habẽt luctuosum, exitum autem tristissimum. Tristitia namque Tragœdiæ propria est. Propter quod Euripides Archelao rege petente vt de se Tragœdiam scriberet, abnuit, ac precatus est ne illi accideret aliquid Tragœdiæ proprium. Ouid. 3. Amo. ele. 1. Venit & ingenti violenta Tragœdia passu. Hora. 2. Car. Ode 1, Paulũ seueræ musa Tragœdiæ Desit theatris. Tragœdiis perturbari. Cicc. 1. de Orat. Neque verò istis Tragœdiis tuis, quibus vti philosophi maximè solent, Crasse, perturbor. ¶ Tragœdias agere, & Tragœdias excitare, prouerbij speciem habet, pro eo quod est, tumultum commouere. Cicc. 2. de Orat. Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut Tragœdias agamus in nugis, &c. Quintil. lib. 6. cap. de Peroratione, Nam in paruis litibus has Tragœdias mouere, tale est quasi si personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis. Vide Chil. Eras.

Tragicus, substantiuum. {τραγικός. Ital. *Rappresentatore di tragedie.* Gal. *Joueur ou faiseur de tragedies.* Hisp. *Representador de tragedias.*} Qui Tragœdiã scribit. Horat. de Arte, Et Tragicus plerunque dolet sermone pedestri.

Tragicus, a, um, {τραγικός. Ital. *Pertinente à tragedie.* Gal. *Tragique.* Hisp. *Cosa pertenesciente à tragedias.*} Quod ad Tragœdiam spectat: vt, Cothurni tragici, Poëta tragicus. Hora. 1. Serm. sat. 5. Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis. Cicc. 1. de Nat. deo. Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, nõ videris, vt tragici poëtæ, quum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum. ¶ Aliquando accipitur pro tristi, crudeli & scelerato, qualia fere solent esse Tragœdiarum argumenta. Liuius 1. ab Vrbe, Tulit enim & Romana regia sceleris tragici exemplum, vt tædio regum maturior veniret libertas.

Tragicè, aduerbium. {τραγικῶς. Ital. *Aspramente, tragicamente, crudelmente.* Gal. *Tragiquement, grauement.* Hisp. *Asperamente, cruelmente.*} Mœstè, grauiter, sublimiter, crudeliter, & more tragico. Cicc. de Clar. Orato. Hanc enim mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt.

Tragœdus, {τραγῳδός. Ital. *Tragedo, colui chi recita le tragedie.* Gal. *Vn poete ou joueur de tragedies.* Hisp. *Representador de tragedias.*} Actor tragœdiæ. Cic. 1. de Orat. Vox tragœdorum gestus penè summorum actorum est requirendus. Horat. 2. Epist. 2. Qui se credebat miros audire tragœdos.

Tragomaschali, τραγομάσχαλοι, A Græcis dicuntur, quorum alæ hircorum virus olent: quos & Hircosos Latini vocant.

Tragonia, τραγωνία. Herbæ nomen, quam Democritus tradidit corpori adalligatam lienes triduo absumere: referente Plinio lib. 27. cap. 7.

Tragonis, Vide TRAGION.

Tragopanades, τραγωπανάδες. Aues quędam in Aethiopia, teste Pomponio lib. 3. aquilis maiores, cornua in temporibus curuata habẽtes, ferruginei coloris, capite tantum Phœniceo. Has Plinius fabulosas esse putat, quemadmodum & Gryphas. Vide ipsum lib. 10. cap. 49.

Tragopogon, pen. produ. τραγοπώγων, Herba in acetariis laudata, quæ à quibusdam barbula hircina, ab aliis come dicitur, quia folia habet instar croci in rotundum spatsa. Vulgò *barba petræ* dicitur in Gallia Trãspadana. Componitur autem ex τράγος, quod significat hircum, καὶ πώγων, barba, vt iure hirci barba nominari à Latinis possit.

Tragoriganon, τραγορίγανον, Herba similis serpyllo sylucstri.

Tragos, {τράγος. Ital. *Becco.* Gal. *Vn bouc.* Hisp. *Cabron.*} Præter vulgatam significationem, qua apud Græcos hircum significat, etiam frugis genus est alicæ non dissimile, minus nutriens quàm zea, & concoctu difficilius. Vide Dioscoridem lib. 2. ¶ Item spongiæ genus, spissum, præ durum & asperum, de quo Plinius lib. 9. ¶ Est etiam Tragos, herbæ genus in maritimis maximè nascens, similitudine iuncí marini: nonnulli Scorpium vocant. Vide Plinium lib 27. cap. 13.

Tragula, læ, Genus teli, similitudine hastæ, ita dictum quod scuto infixum trahatur. {ἀκόντιον μέγα. Ital. *Dardo auticamente vsato.* Gal. *Vne sorte de dard ancien comme vn javelot.* Hispan. *El passador de ballesta de torno.*} Sallust. lib. 4. Histor. vt citat Nonius, Auidissimis atque præparatis ducibus, vt Metellus ictu tragulæ sauciaretur. Plautus in Epid. Tragulam in te struit. ¶ Tragula item, retis genus est, quod vulgò nunc *traictum* vocant ἀμφίβληστρον. Plin. lib. 16. cap. 8, Vsus suberis ancoralibus maximè nauium, piscantiúmque tragulis, & cadorum obturamentis. Dicta tragula, quòd ex vndis vt plurimum trahatur.

TRAGVRIVM, τραγούριον, Insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, in qua est ciuitas eiusdem nominis. Autor Ptolemæus lib. 2. & Plinius lib. 3. cap. 21.

Traha, æ, Genus vehiculi sine rotis, quo coloni vtuntur: à trahendo dictum. {ἅλαξον. Ita. *Serte di carreta.* Gal. *Vn traineir, vne sorte de charrette.* Hisp. *Rastra, mierra, ò narria.*} Virgil. lib. 1. Georg per epenthesin traheam vocat, sicut nauitam dicimus pro nauta: Tribulàque, traheæque, & iniquo pondere rastri.

Trahax, cis, Auidus, rapax, omnia ad se trahens. {ἁλαλάξ. Ital. *Tirante, rapace.* Gal. *Tirant à soy, attrayant.* Hisp. *El que mucho arrebata, cudicioso, que mucho trae.*} Plautus in Persa, Ehò lutum lenonium, ehò sterquilinium publicum, Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi, Pecuniæ accipiter, auide, atque inuide, Procax, rapax, trahax, trecentis versibus Tuas impuritates loqui nemo potest.

Traho, his, traxi, tractum, Per vim duco. {σύρω, ἕλκω. Ital. *Strascinare, tirare, trahere.* Gal. *Tirer, attirer, attraire.* Hisp. *Llevar ò traer arraſtrando.*} Trahimur enim inuiti, ducimur volentes. Virg. 1. Aeneid. -altaria ad ipsa trementem Traxit. ¶ Aliquando simpliciter ducere. ἄγω. Plin. lib. 6. cap. 28, A rege Cretæ Minoe, vt existimant, originem trahentes. Cicc. pro Archia. Trahimur omnes laudis studio. Et paulo pòst, Optimus quisque maximè gloria ducitur. ¶ Aliquando haurire. ἀντλῶ, ἀπορρόω, ἀρύομαι. Cic. 1. de Nat. deo. Ex puteis iugibus aquam calidã trahi. ¶ Aliquando protrahere. μηδένος ἀπολαύειν. Sallust. in Iugur. Adherbal, vbi intelligit omnes fortunas suas in extremo sitas, hostem infestum, auxilij spem esse nullam, penuria rerum necessariarum, bellum trahi non posse. ¶ Aliquando remouere, auocare. ἀφιστάναι. Sallustius, Nisi ea res longius vos ab incœpto traheret. ¶ Trahere noctem sermone, id est terere, seu consumere. Virg. 1. Aeneid. Necnon & vario noctem sermone trahebant. ¶ Trahi item dicitur, quod ita gestatur, vt tamen humo non attollatur: quod Galli dicunt *trainer.* Plautus in Cistel. Amiculum hoc sustolle saltem. s. fine trahi, quum egomet trahor. Huic non dissimile est illud Virgilij 4. Georgicõn, Latámque trahens inglorius aluum. hoc est ægrè, & vix ferens aluum præ magnitudine. Trahi puer dicitur, qui vix ambulare potest. Virg. 1. Aeneidos, Et ano puerum Astyanacta trahebat. ¶ Trahere se cum aliquo, est cum eo morari. Plautus in Trin. Atque egomet me adeò cum illis Vna ibidem traho. ¶ Trahere, interdum est cum festinatione abducere. Virg. 2. Aene. Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum Pastores magno ad regem clamore trahebant. Trahere ad se partem diei, est dici partem occupare. Plinius Epist. 2. 13, Interueniunt amici ex proximis oppidis, partémque diei ad se trahunt. Trahere ad defectionem, est impellere, incitare, cogere ad defectionem. Trahere aliquem secum in calamitatem, est eum calamitatis suæ participem facere. Cicc. pro Pompeio, Non possunt vna in ciuitate multi tem arqi fortunas amittere, vt non plures in eandem trahant calamitatem. Trahere candorem, acquirere. Plin. lib. 7, cap. 16, Candorem trahunt quodam medicamine. Huic simillimum est illud apud Ciceronem 6. Phil. Aliquid enim sălis ab vxore mima trahere poteras. Trahere dictum aliquod in voluntatem, est dictum aliquod secundum voluntatem suam interpretari. Plinius de viris Illustrib. Hoc dicto in voluntatem tracto, &c. Trahere tutam fortunam, est fœlicitet agere. Trahere tutam pacem, est in tuta pace agere. Cic. ante exilium, Nos hîc tutã, tranquillámque pacem trahimus. Diuersum, siue in diuersum trahere, est ancipitem & ambiguum reddere. Teren. in And. Tot me curæ in diuersum trahunt. ¶ Huius verbi compositi sunt Abstraho, attraho, protraho, retraho, & subtraho: quorum significata explicantur suis locis.

Tractus, us, Regio, plaga. {χώρα, κλίμα. Ital. *Tratto, spacio, regione.* Gal. *Tirement, trait, contrée, region.* Hisp. *Trecho à espacio de lugar, region.*} Cic. pro Plancio, Totus ille tractus celebertimus Venafranus, se huius honore ornari arbitratur. Plin. lib. 11. cap. 53. In tractu pisce viuentium Theophrastus prodidit, boues quoq; pisce vesci, sed non nisi viuente. Virg. 2. Georg. Indicio est tractu surgens oleaster eodem. ¶ Tractus item dicuntur circulati serpentum progressus, quos εἱλμοὺς vocant Græci. Virgil. 2. Georg, Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

Tracto, as, Frequentatiuum, Attrecto, in manu habeo. {περιφέρομαι, χειρίζω, ἀνθρωπεύω. Ital. *Trattare.* Gal. *Traitter, manier.* Hisp. *Tratar.*} Iuuenalis Satyr. 6, Per puppim & duros gaudet tractare rudentes. Virg. 3. Georg. -aret Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit. Columella libro 6, Talis notæ vitulos oportet, dum adhuc teneri sunt, consuescere manu tractare. Arte aliqua tractare hominem. Terentius in Heaut. -hac arte tractabat virum, Vt illius animum cupidum inopia incenderet. ¶ Tractare item, est conuiuio accipere. ξενίζω. Cicero 4. Verr. Hi porrò qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus, &c. Horat. 2. Serm. saty. 2, -tractari mollius ætas Imbecilla volet. ¶ Item differere, & describere, vel scribẽdo, aut narrando commemorare, quòd talia frequenter tangere videamur. παραγωγίζω. Διαλαμβάνειν. Cic. 1. Acad. Dabitis enim profectò, vt in rebus inusitatis, quod Græci ipsi faciunt, à quibus hæc iamdiu tractantur, vtamur verbis interdum nõ auditis. Plinius lib. 12. cap. 12,

Quoniam tamen hic vnguentorum materia tractatur. ¶ Item exerceo. πραγματεύομαι, μεταχειρίζομαι. Horatius, -quod medicorum est, Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Terent. in Ptol. Phorm. -in medio omnibus Palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶ Item gubernare. διοικῶ. Cic. Bruto lib. 1, Fuit in Cilicia mecum Tribunus militum, quo in munere ita se tractauit, vt accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse. Hoc est ita se gessit. &c. ¶ Aliquādo tractare est administrare. Cice. 1. Verr. Eras enim tu Quæstor: pecuniam publicam tu tractabas, id est administrabas, & pecuniæ curam habebas. ¶ Tractare Bibliothecam alterius, est curare, siue illius curam habere. Cice. ad Sulpitium lib. 15, Dionysius seruus meus qui meam bibliothecam multorum numorum tractauit, &c

Tractus, participium. {μεταχειρισθείς, ψηλαφηθείς. Ital. *Trattato*. Gal. *Traitté, manié* Hisp. *Tratado*.} Cic. 2. de Legib. Aliquoties iam isse locus à te tractatus est id est enarratus. Idem pro Cluentio, Ab nullo ille liberalius quam à Cluentio tractatus est. id est acceptus. ¶ Aliquando verbale est quartæ declinationis, idem aliquando significans quod descriptio. Quint. in Proœm. libri 8, Asperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia. ¶ Aliquando libri pars est in qua aliquid describitur. Plin. lib. 14. cap. 4. Toco separatim tractatu testatus sententiam.

Tractatio. Verbale: {μεταχείρησις, ψηλάφησις. Ital. *Trattamento, maneggiamento*. Gal. *Traittement, maniement*. Hisp. *Obra de tratar*.} vt Tractatio armorum, tibiarum, philosophiæ. Cice. 3. de Orat. Sic verbis quidem adaptam compositionem & condecentiam, sententiis verò ad grauitatem orationis vtatur, vt ij qui in armorum tractatione versantur. Idem 2. de Diuin. Nec verò qui tibiis aut fidibus vti volunt, ab aruspicibus accipiunt earum tractationem, sed à musicis. Idem 4. Acad. Etenim siquādo in libro verè est à nobis philosophia laudata, profectò eius tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est.

Tractabilis, tractabile, Quod tractari potest: {ἁπτὸς, ψηλαφητός. Ital. *Facile da maneggiare*. Gal. *Maniable, traitable, qu'on peut toucher*. Hispan. *cosa que se traja à puede tratar*.} vt Tractabile pelagus, idem ferè quod nauigabile. ¶ Tractabilis homo, mansuetus, pacatus, facilis. ¶ Non tractabile exlum. Virg. 4. Aen. id est procellosum, inquietum, impacatum. ¶ Huius contrarium est intractabilis: vt Intractabile ingenium, apud Gellium lib. 1, cap. 17.

Tractim, aduerbium, Trahendo in longum, sine intermissione, longo tractu, diutinè. {ὁλοσυρμῷ. Ital. *Di vn tiro*. Gal. *Tout d'vne tire, d'vn trait*. Hisp. *De trecho à trecho*.} Plautus in Amph. Quid si ego tractim tangam vt dormiat? Virg. 4. Georg. Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant.

Tractoria organa, A Vitruuio appellantur machinæ quibus onera maiora sursum trahuntur. ἑλκυστικὰ μηχανήματα.

TRAIANA, Picenorum vrbs mediterranea, autore Ptolemæo, lib. 3. cap. 1. Hodie *Patentia*

TRAIANVS, Natione Hispanus, omnium Romanorum principum citra controuersiam optimus, pacis, bellique temporibus clarissimus, & in quo nihil omnino fuerit quod iure reprehendas. Vixit annos LXIIII, imperauit XX. Quanta autem fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi solitæ declarant: quum Augusti fœlicitatem, Traianique bonitatem illis precarentur. ¶ Fuit & Traianus Patritius, qui sub Iustiniano principe floruit. Scripsit temporum Epitomen nobilem. Autor Suidas. ¶ Est item Traianus, portus Tuscorum Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Volaterranorum portus*.

Traiicio, cis. Modò actiuum verbum est, idem significans quod transuecho, transporto: & proprié nautarum est, quum quippiam in littus ripámve vlteriorem transuchunt. {διαπορθμεύω, διάγω, διαπορθμεύομαι, διαβιβάζω. Ita. *Trapassare, traportare*. Gal. *Passer oultre, transferer*. Hisp. *Passar allende alguna cosa*.} In qua significatione duos ferè habet accusatiuos: alterum vi præpositionis, alterum communem verbis omnibus actiuis. Plancus Ciceroni: Exercitum ad Calendas Maias Rhodanum traieci. Idem alibi, Quum copias Rhodanum traiecissem. Modò neutrū idem significans quod transfretare, transmittere, siue transuehi. διαπλέω, διαπλώζω. In qua significatione vnico ablatiuo contentum est, quem habet vi præpositionis ineluse. Liuius 2. belli Pun. Amnem vado traiecit. ¶ Aliquando est transfigo, & transuerbero. διελαύνω. Liu. 2. ab Vrbe, Contra quem & ille concitat equum: tanráque vis infestis venientium hastis fuit, vt brachium Ebutio traiectum, Mamilio percussum pectus. ¶ Traicere in alia vasa, pro fundere in alia vasa dixit Varro 1. de Re rust. cap. 64. ¶ Traicere in alium culpam, aut quippiam, est transferre. Cice. 1. Ver. Quid quum commiserati, conqueri: & ex illius inuidia deriuare aliquid, & in te traicere cœperit, &c. ¶ Traicere rem (id est negotium) ad magistratus, pro reiicere. Liu. 2. ab Vrbe.

Traiectus, a, um, participium. Transuectus. {διαπορθμευθείς. Ital. *Passato*. Gal. *Passé tout oltre, passé à trauers*. Hisp. *Passado*.} Cic. ad Quirites, post reditum, Traiectus nauicula in Africam. ¶ Aliquādo idem quod confossus, siue transfixus. διαπεπαρμένος. Plinius lib. 11. cap. 37. Ob hoc in præliis, gladiatorūmque spectaculis, mortem cum risu traiecta præcordia attulerunt. Ouid. 5. Metamorph. Traiecti summouit vulnere cruris.

Traiectio, onis. Transfretatio, transuectio. {πέρασις, πόρθμευσις. Ital. *Passagio*. Gal. *Passement oultre, transeferment*. Hisp. *El llevar allende, passamiento*.} Cicero Attico, Cautior certè est mansior, honestior existimatur traiectio. ¶ Traiectio verborum, pro translatione, μετατροπή, apud autorem ad Herennium lib. 1. ¶ Traiectio stellarum. Cicero 2. de Diuin. Assyrij traiectiones motúsque stellarum obseruauerunt.

Traiectus, us. Idem quod traiectio, siue transfretatio. διαπόρθμευσις. Liu. 1. ab Vrbe, Qui in traiectu Albulæ amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Ibidem libro 4, Nisi in traiectu fortè fluminis prohibendo.

Tralatio, Tralatitius, Tralatus, vide TRANSFERO.

TRALLEIS, ium, bus, pluralis numeri tantum τραλλεῖς, Asiæ vrbs, inter Mæandrum & Caystrum fluuios sita, à Plinio & Ptolemæo Cariæ, à Strabone Ioniæ, à Stephano Lydiæ annumerata: aliis nominibus Euanthia, Seleucia, & Antiochia appellata. ¶ Sunt & alteræ Tralleis, ad ipsum Mæandri transitum sitæ, medio ferè itinere, inter superiores, & Magnesiam: de quibus vide Strabonem lib. 14.

Trallianus, a, um, adiectiuum, τραλλιανός: sicut à Sardibus Sardianus.

Traluceo, traluces, penult. produ. Transluceo. {διαφαίνω. Ital. *Tralucere*, Gal. *Luire à trauers transluire*. Hisp. *Transluzir se*.} Lucret. lib. 4, Vsqueadeò è speculo in speculum traluceat imago.

Tralucidum, di, Idem quod pellucidum, hoc est visui peruium. {διαφανές. Ital. *Lucido, chiaro*. Gal. *Qui luit d'oultre en oultre*. Hisp. *Luzio, lo que se transluze*.} Plin. lib. 21, Suauiores albæ violæ, quoniam à tralucido facilius accipitur aer.

Trama, æ, Idem quod subtegmen, teste Seruio. hoc est filum quod staimini ex transuerso intertexitur: ita dictum à trameando, hoc est transeundo: propterea quòd stamen iterum atque iterum transeat. {κρόκη, ὑφάδιον. Ital. *Trama del tessadro*. Gal. *Traime de tisseran*. Hisp. *La trama que atraviessa la ordiembre*.} Plin. lib. 11. cap. 24. de araneorum telis agés, Quanta arte celat pedicas scutulato rete grassantes! quàm non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte ipsa per se tenax ratio tramæ! ¶ Trama figuræ, à Perso dicitur pro extenuatissimo corporis habitu, vmbram potius hominis quàm hominem præferente. Verba eius sunt Sat. 6, -mihi trama figuræ Sit reliqua: aft illi tremat omento popa venter.

Trames, itis, gen. masc. Semita transuersa. {τρίβος, ἀτραπός. Ital. *Sentiero, calle*. Gal. *Sentier, sente, chemin à trauers champs*. Hispa. *La senda ò camino angosto*.} Liui. lib 5. Obliquis tramitibus egressi. Cicero 12. Philip. Num idem in Apennini tramitibus potero facere?

Tramitto, Idem quod transmitto, sine traiicio. {διαπέμπω. Ital *Trapassare*. Gal *Trasmettre, transporter*. Hisp. *Embiar allende*.} Cicero ad Atti. lib. 16, Duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet. &c.

Tranare, Natando traiicere: à trans, & nato. duobus postremis præpositionis elementis abiectis {διανήχομαι. Ita. *Trauotare, passare oltra*. Gal. *Nager oultre*. Hisp. *Passar à nado mar ò rio*.} Liui lib. 2. ab Vrbe, Multisque susuperincidentibus telis, incolumis ad suos tranauit. Virg. 2 Georg. Superant montes, & flumina tranant. Virg. 6. Aen. -illius ergò Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. ¶ Tranare, pro trāsnolare. Virg. 4. Aen. Illa fretus agit ventos, & turbida tranat Nubila. ¶ Tranare pro penetrare, seu transire. Cice. 1. de Nat. deorum, Atque id facilius cernemus, toto genere hoc igneo, quod omnia tranat, subtilius explicato. Hasta tranauit viri pectus, Sili. lib. 13. cap. 48.

Tranor, aris, passiué. Ouid. 2. de Arte, Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis Flumina, si contrà quàm rapit vnda, nates.

Tranquillus, a, um Quietus, placidus propriéque de mari dicitur & aere, quando nulla exagitantur tempestate. {γαλήνιος, νήνεμος, ἄδηος, ἀκύμων. Ita. *Cheto tranquillo*. Gal. *Tranquille, paisible, coy serain*. Hisp. *Sossegado sin turbacion*.} Cic. pro Cluentio, Mare, quod sua natura tranquillum est, ventis concitatur. Plin. lib. 9. cap 17. Subit in summa maria piscis, ex argumento appellatus lucerna, linguáque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. ¶ Per translationem tamen accipitur pro quieto, miti, seu pacato. Plaut. in Cist. Si possum tranquillum facere ex irato mihi. Cice. 3. Tuscul. Nec verò ea frons erat, quæ M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius: sed tranquilla & serena Lucan. lib 2, -melius tranquilla sine armis Otia solus ager. Idem lib. 3, -alter vergentibus annis In senium longóque togæ tranquillior vsu Dedidicit iam pace ducem. &c. Claud. de bel. Ger. Securas iam Roma leuat tranquilliot arces. Terent. in And. Oh tibi ego vt credam furcifer? Qui me hodie ex tranquillissima re conieciisti in nuptias. ¶ Tranquilla res est, inquit Terentius in Phormione, id est integra res est.

Tranquillum, li, substantiuum ex adiectiuo. Idem quod tranquillitas {γαλήνη, γαλανότης. Ital. *Tranquillità, serenità*. Gal *Tranquillité, serenté*. Hisp. *Sossiego, serenidad*.} Plautus Casina, Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

Tranquillè, aduerbium, Quietè, citra motum, & perturbationem. {γαλανῶς. Ital. *Chetamente pacificamente*. Gal. *Tranquillement, tout doux, paisiblement*. Hisp. *Con sossiego*.} Cic. Att. Velim tranquillè à Parthis. Plaut. Cistel. Sed tranquillè, amabo, nequid, quod illi doleat, dixeris. Tranquillè & placidè traducere vitam, apud Cic. 4. Tusc.

Tranquillo, absolutè, Pro tranquillo tempore, quo neque cælum, neque mare tempestate exagitatur. {γαλήνης ὄντος, νηνεμίας ὄντος. Ital. *In tempo tranquillo*. Gal. *En temps tranquille*. Hisp. *En tiempo sossegado*.} Plinius lib. 9. cap. 7. Sæpe annotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio, & alia quædam tranquillo velut oscitatio.

Tranquillo, las. Tranquillum, & quietum facio. {γαλήνω, γαληνιαστῶ. Ital. *Acchetare*. Gal. *Appaiser, adoulcir, rendre paisible & tranquille*. Hisp. *Sossegar*.} Cic. 1. de Finib. Semper alit aliquid, quod tum vi sua atque natura tranquillet animos. Horat. 1. Epist. 19, Quid purè tranquillet, honos, an dulce lucellum? Huic opponitur perturbare. Cic. Topic. Vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur.

Tranquillitas, atis, Quies maris, & cæli, tempestatis expers. {γαλήνη, γαλανότης, ἀδηία, νηνεμία. Ital. *Tranquillità, serenità, serenità*. Gal. *Tranquillité, paisiblete, serenité, beau temps*. Hisp. *Sossiego, serenidad*.} Cice. Att. lib. 4. Nos longius nauibus, quietem aucupaturi eramus. ¶ Per translationem accipitur pro quauis quiete, vt Tranquillitas vitæ, Tranquillitas animi, hoc est securitas motuum omnium & perturbationum expers. Cice. pro Muræ. Qui remoti à studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ sequuti sunt. Plin. Epist. 15. Annum tertium & octogesimum excessit in altissima tranquillitate. Cicero 1. Offic. tranquillitas animi adsit, quæ adfert cùm constantiam, tum etiam dignitatem.

Trans, {Ital. *Oltre, oltra, di la*. Gal. *Oultre*. Hisp. *Allende*.} Præpositio idem ferè significans quod vltra, πέρα, πέραν Polybio, vt Trans fluuium, πέραν τοῦ ποταμοῦ, hoc est ad vlteriorem, vel in vlteriori fluminis parte. Iungitur enim tam motus verbis quàm quietis ¶ Huic opponitur Cis vel citra, ἐντός. Cicero Attico, Cogito trans Tiberim hortos aliquot parare. Idem de Diuinat. Si scisse, sibi trans Euphratem esse perendum. Horat. lib. 1. Epist. 11, Cælum non animum mutant, qui trās mare currūt. Plaut. in Mil. -nimis bear, Quod commeatus est trans parietem. ¶ In compositione quoq; eandem retinet significationem,

compo

componitur, ferè cum dictionibus ab hisce incipientibus literis: ab a, vt Transalpinus: c, vt transcurro: d, vt traduco: e, vt transeo: f, vt transfero: g, vt transgredior: i, vt traiicio: l, vt transilego: m, vt transmigro: n, vt trano: p, vt transpono: r, vt Transthenanus: s, vt trãscribo: t, vt Transtigritanus, qui habitat trans Tigrim: u, vt transtucho. Ex quibus quæ à d, vel n, vel i consonante initium sumunt, postremas duas præpositionis literas abiiciunt: vt traduco, traiicio, trano. In reliquis præpositio manet integra: præterquam quòd seconda compositionis parte ab s incipiente, ex præpositione s abiicitur: vt transcribo.

Transfabeo, is, ire, Idem quod transeo. {Διαπορεύω, διαβαίνω. Ital. *Trasspassare.* Gal. *Aller et passer outre.* Hisp. *Passar yr allende.*} Statius 2. Thebaid. capulo nam largius illi Transfabiit costas cognatis ictibus ensis. Valerius Flaccus 4. Argonaut. Turbine sic rabido populos, atque æquora longè Transfabiit.

Transactor, Transactus, Vide TRANSIGO.

Transadigo, gis, pen. corr. transadegi, actum, Traiicio, transuerbero. {Διαπείρω διὰ παντὸς. Ital. *Trapassare. passare da banda in banda.* Gal. *Passer & percer outre, trespercer, trauerser.* Hisp. *Traspassar, passar allende.*} Virg. 9. Aen. –sed vitibus ensis adactus Transadigit costas, & cãdida pectora tupit. Statius 5. Thebai. Quattuor hos vnà, decus & solatia patris Transadigam ferro.

Transalpinus, a, um, Quod est trans Alpes situm. {Ὑπερἄλπιος. Ital. *Dela dalle Alpe.* Gal. *Qui est dela les Alpes, dela les monts.* Hispa. *Allende las Alpes.*} Vnde Galliam Comatam Romani Transalpinam vocant: quæ diducitur in Belgicam, Celticam, Lugdunensem, & Bracchatam, siue Narbonensem. Contrà, Cisalpinam Galliam eam vocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur vsque ad Rubiconem, antiquum Italiæ limitem. Cic. Papyrio Præto, Nunc verò etiam Bracchatis, & Transalpinis nationibus, &c. Idem 2. Offic. Portari in triumpho Massiliam vidimus, & ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt.

Transcendo, is, Supero, ascendendo transgredior: à trans & scando, vltima præpositionis litera abiecta. {Ὑπερβαίνω. Ital. *Passare oltra.* Gal. *Passer outre.* Hisp. *Subir allende.*} Cic. in Catilinam, Hoc malum manauit non solùm per Italiam, sed etiam transcendit Alpes. Idem de Somnio Scip. Ex his ipsis cultis, notisque terris, num cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc quem cernis, transcendere potuit? vel illum Gangem transnare? Lucanus lib. 4. –audet transcendere vallum Miles.

Transcindo, is, Conscindo, lacero. {Κατασπάω. Ital. *Tagliare oltra.* Gal. *Trancher & couper outre.* Hisp. *Cortar allende.*} Plaut. Perſa, Transcidi loris omneis aduenienſ domi.

Transcribo, is, Idem quod exscribo, siue ab exemplari describo. {Μεταγράφω. Ital. *Transcriuere, copiare, recopiare.* Gal. *Transcrire, contrescrire, reescrire, copier.* Hisp. *Trasladar escriptura.*} Cic. 2. de Natura deorum, Qu. Sosius qui transcripsit tabulas publicas. Autor ad Herennium lib. 1, Si vestra manu fabulas, aut orationes totas transcripsissetis. ¶ Interdum transcribere, est per scripturam, aut instrumentum rem nostram in alterius dominium transferre. μεταγράφω. Agretius in l. si vxori. Digest. de præscrip. verb. Vt eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro, id est iure cesso traderet, vt interpretatur Budæus. Huic persimile est illud Virgilij 7. Aeneid. Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis. Hoc est ius regni tibi debiti in Troianos transferri. Et in l. si vir vxori. ff. de præscri. verb. Vt eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro: id est iure cesso traderet. Sic transcribi nomina dicuntur in rationibus, quum id quod mihi expensum latum est, in aliud nomen transfertur, & nomen meum ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur in l. vlt. C. de Præd. nauic. vt annotauit idem Budæus. ¶ Transcribere aliquem autorem, est desumere ex eo, quod ad nostrum opus facere videtur, & scriptis eius tanquam nostris vti. Plin. lib. 4. cap. 2, Græcinus, qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit, &c.

Transcriptio, verbale, pro excusatione & prætextu. {Ἡ μεταγραφή, ἀπολογία, παράφασις. Ital. *Escusa.* Gal. *Excuse.* Hisp. *Excusacion.*} Quintil. 13. Iam priuati veneni transcriptio est, Nam diues causabatur se nihil deliquisse, quia in priuato suo apes paupetis necasset.

Transcurro, is, Cursu me aliquò confero. {μετατρέχω, διαδραμεῖν. Ital. *Trascorrere, trapassare.* Gal. *Courir & passer outre, courir vistement* Hispan *Correr allende.*} Terent. in Eun. Tu abi, atque obsera ostium intus, ego dum hinc transcurro ad forum. ¶ Aliquando cursum conficio. Διατρέχω. Cic. de Clar. Orat. Alexander & Cyrus, qui cursum suum transcurrerant. ¶ Aliquando excurrere, euagari. παρεκβαίνω. Autor ad Herennium lib. 1, Ne sine delectu temere in rem dissimilem videatur transcurrisse. Plin. lib. 9. ca. 36, Quòd si hactenus transcurrat expositio, fraudatam se protinus luxuria credat. ¶ Nonnunquam perstringere, cursim & breuiter exequi. Quintilianus, In narratione transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam.

Transcursus, huius. sus, Ipse transcurrendi actus. Vnde in transcursu aliquid factum dicimus, pro obiter, & inter percurrendum. {μεταδρομή. Ital. *Corso velocè è leggiero.* Gal. *Course soudaine & legere.* Hisp. *Corrida ligera, obra de correr allende.*} Plin. lib. 18. cap. 13. Quanquam prius dixisse conueniat de rapis: in transcursu eas attigêre nostri, pauló diligentius Græci.

Transdo, dis, Veteres dixerunt sonantius, inquit Donatus, quod nos letius tradere nunc dicimus. {μεταδίδωμι. Ital. *Dare.* Gal. *Donner, traduire.* Hisp. *Dar.*} vt Tralatum illi, nos contrà Transtatum. Terent. in Prolog. Phorm. Retrahere à studio & transdere hominem in otium.

Transduco, cis, Traduco, transfero. {μεταγω, μεταφέρω. Ital. *Traducre.* Gal. *Mener outre, transporter.* Hisp. *Trasspassar guiando.*} Cic. 6. Verr. Vt conaretere clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ, transducere ad te, &c. ¶ Transducere arbores, pro transplantare, apud Columeliam lib. 3. cap. 9.

Transenna, æ, Cancelli lignei, ferrei, siue viminei, qui fenestris, aut etiã mercibus oppositi, visui peruij sunt. {κιγκλὶς. Ital. *Ferrata, rastello, trappola, laccio.* Gal. *Treillis ou cage d'osier qu'on met au trauers des fenestres, ou ce qu'on met deuant quelque marchandise de peur qu'on ne la prenne ou touche. soit voirriere ou autre chose.* Hisp. *La red ò rexas para apartar, finiestra herrada.*} Cic. lib. 1. de Orat. Nunc petas à Crasso, vt illam copiam ornamentorũ suorum, quam constructam vno in loco quasi per transennam præterentes ttictim asperimus, in lucem proferat. Quo in loco, Per transennam aspicere, proverbiali metaphora dixit Cicero, pro eo quod est, non propius neque sigillatim, sed procul, obiter, & summatim inspicere. Translatum à negotiatoribus, qui mercibus quas contractari nolunt, cancellos obiiciunt: quidam etiam vitrum pellucidum opponunt, vt prætereuntibus procul modò contemplari liceat: nec explicant eas, nisi licitatori idoneo. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 7. ex lib. 2. Histor. Sallustij, Præterea quum sedenti in transenna demissum Victoriæ simulachrum cum machinato stlepitu tonitruum coronam ei imponebat. Quo in loco Nonius fenestram interpretatur: Sipontinus extra domum protensam pergulã per quam transitur. ¶ Quandoq; ponitur pro decipula, laqueo, & funiculo ad decipiendũ cõcinnato. παγὶς. Plau. in Bacch. Nunc é transenna hic turdus lumbricum perit. Et in Ruden. In ætate agenda hominum, plurimæ Fiunt transennæ, vbi decipiũtur dolis, Atq; ædepol in eas plerunque esca imponitur: Quum si quis auidus pascit escam auariter, Decipitur, vt transenna, sua auaritia.

Transeo, is, ivi. & transij, itum, Traiicio, transmitto, transgredior. {διαπερῶ, διέρχομαι, διαβαίνω. Ital. *Trasspassare, passare, valicare.* Gal. *Passer outre ou à trauers.* Hisp. *Passar, yr allende.*} Cic. 1. de Nat. deor. Quum Gracchus pomœrium transiret, auspicari est oblitus. Cic. 3. de Finib. Rectius dixerim quàm Crassus, qui nisi equisset, nunquam Euphratem nulla belli causa, transire voluisset. ¶ Aliquando transire nihil aliud est quàm ire, aut sese recipere. Plaut. in Sticho. Deos salutabo modò, postea ad te continuò transeo. Idem in Milit. Philocomasio dic, si hic est, domum vt transeat. Sic Brutus ad Cic. lib. 11. Transire in Apenninum, dixit. Cic. pro Deiotaro, Transire in cubiculũ. ¶ Accipitur aliquando Transire, pro eo quod est cursim attingere, paucis explicare. ἁπτικῶς διέρχομαι. Cic. pro Rosc. Amer. Sed in animo est leuiter transire, ac tantummodo pertingere vnamquamque rem. ¶ Transire silentio aliquid, est silere illud. Cic. pro L. Sylla, Ac ne hoc quidem mihi videtur silentio transeundum. Et sine vllo ablatiuo. Plin. lib. 2. cap. 68, Vt publicos gentium furores transeam. Id est taceam, sileam. Transire quædam in legendo, est præterire, omittere. Plin. Epist. 98. Transeo enim Neronem id est, sileo de Nerone: siue de Nerone nihil dico. Transiit dies, id est præteriit, elapsa est. Cic. ad Attic. lib. 7, Legis dies transiit. Sic Transiit mensis, apud Plautum in Cure. Transeamus ad partitionem, apud Cic. 2. de Inuent. hoc est hisce relictis, conferamus nos ad partitionem. Transire ad hostes, est ad illos deficere. Liu. 4. bel. Maced. Si ad Romanos trãsire velint. Transire ad vitam, est reuiuiscere. ἀναζῶ. Transire in multos colores: est per iuuenalia modò in hunc, modò in illum colorem mutati: quod & polypo, & chamæleonti serrur accidere. Transire legem, est legem soluere, eique non parêre. Transire lineas est sese intra præscriptum terminum non continere. Cic. in Parad.

Transitio, verbale, Transgressio, traiectio. {Διάβασις, μετάβασις. Ital. *Passo passare.* Gal. *Passement, passage.* Hisp. *Obra de passar allende.*} Cic. lib. 9. Epist. Qui spem sæpe transitionis, præbuit. ¶ Ponitur aliquando pro defectione. ἀπόστασις. Liu. 4. belli Pun. Numidas, qui intra portas, seu præsidia Carthaginiensium essent, ad transitionem pellicerent.

Transitus, tus, alterum verbale, Idem quod transitio, siue traiectio. Διάβασις, διαπέρασις. Plin. lib. 12. cap. 15. Petunt myrrham à Troglodytis Sabæi transitu maris. In transitu, id est cursim percurrendo. ἁπτικῶς, μεταδρομάδην. Quintil. lib. 6. cap. 3, Eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda.

Transfero, eris. Transplãto, hoc est plantam de loco vno in alium transfero. {μεταφυτεύω. Ital. *Trapiantare.* Gal. *Transplanter.* Hisp. *Trasplantar arboles y otras plantas.*} Stat. 2. Syl. Vidi ego transfertos alieno in corpore ramos Altius ire suis.

Transfero, transtuli, translatum. De loco in locum transporto. {μεταφέρω, μετακομίζω. Ital. *Transportare.* Gal. *Transferer, transporter, transposer, translater.* Hisp. *Llenar allende.*} Cic. 5. Philipp. Ad se omnia ex hortis ornamenta transtulit. Cæsar 3. belli Ciu. Cæsar paulò vltra eum locum castra transtulit. Cic. de Orat. Alij à regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt. ¶ Transferri item dicuntur nomina aut verba, quum à significatione propria propter aliquam similitudinem ad minus propriam transumuntur. {μεταφέρω. Ital. *Traducre.* Gal. *Traduire, translater, tourner.* Hisp. *Trasladar.*} Cic. de Orat. Translata ea dico quæ per similitudinem ad alia transferuntur. Et paulo antè, Quum verbum aliquod altius transfertur, & quasi alieno loco collocatur. Idem de Opti. gene. dicendi, Sed Phalereus Demetrius, meo iudicio, præstat cæteris, cuius oratio, cùm sedatè, placidéque loquitur, tum illustrant eam, quasi stellæ quædam, translata verba, atque immutata. Translata dico, vt sæpe iam, quæ per similitudinem ad aliam rem aut suauitatis, aut inopiæ causa transferuntur. Hæc Cicero. Quæ autem dicantur verba propria, quæque translata, quomodo transferantur, quæ sit vitiosa translatio, & cur reperta sit translatio, diffusè tradit Quintil. lib. 1. Instit. dicens, Propria sunt verba κύρια, quum id significant in quod denominata sunt: translata, quum alium natura intellectum, alium loco præbent. Vsitatis tutius vtimur: noua non sine periculo quodam fingimus. Idem lib. 8, Transfertur igitur nomen aut verbum ex eo loco in quo proprium erat, in eum in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut (vt dixi) decentius. Vbi nihil horum præstabit, quod transfertur improprium. ¶ Transferre iudicia, inquit Budæus, est ab vno ordine ad alterum transferre. hoc est à Senatu ad Equites. ¶ Transferre item, est interpretari, hoc est ex lingua vna in alteram conuertere, μεταφράζειν, ἐξελληνίζειν. Quintil. lib. 10. cap. 5, Græcos autores transferentibus verbis vti optimis licet. Idem lib. 7. cap. 1, At verbum translatum non inuenio. Plin. lib. 18. cap. 3. de Magone Pœno, rei rusticæ scriptore. Cui quidem tantum honorem Senatus noster habuit capta Carthagine, vt quum regulis Africæ bibliothecas donaret, vnius eius duodetriginta volumina censeret in linguam Latinam transferenda.

Tralatio, onis, quæ & Translatio, Est nominis, verbive in minus propria significatione augendæ, minuendæve rei gratia, vsurpatio. {μεταφορά. Ital. *Trasslatione.* Gal. *Transport, transportement.* Hispa. *Obra de trasladar.*} Cic. lib. 6. Epist. Vt sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio.

Tralatitius,a,um, siue translatitius, aut translatiuus, Quod aliunde est translatum. {μεταφορικός.Ital.*Preso di altrone, non nuouo.*Gal.*Transporté & prins d'ailleurs, amené de nouueau.*Hispan.*Cosa traeda de otra parte.*} vt Vox tralatitia, quæ à propria significatione ad minus propriam, augendi, minuendiue gratia est translata. Cælius Cic.lib.8, Nosti enim hæc tralatitia.Idem 1.de Inuent. Translatitia dicitur constitutio.Vetus codex habet translatiua. ¶ Translatiua item, siue (vt alij malunt) Translatitia dicuntur, teste Asconio, quæ noua non sunt, nec nuper inuenta, sed aliunde translata.Cic.4.Ver.Hoc vetus edictum, translatitiúmque est. ¶ Aliquando tamen translatiuum veteres,teste Budæo,vsurparunt,pro vulgari, quotidiano, & minimè exquisito. Plinius in Epistolis, Nec tuæ naturæ est,translatiua hæc, & quasi publica officia à familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere.Vbi translatiua officia interpretatur Budæus vulgaria, & ab omnibus passim vsurpata, nedum ab iis qui exquisitè amicitiam colunt.Plinius Maior lib.7.cap.5,Translatiuum esse ait in Aegypto,octauo mense párere. Hoc est vsitatum,& minimè nouum.

Translatiuè,aduerbium,Id est perfunctoriè,remissè,languidè,negligenter. {ἀπὸ ἀφορήματος.Ital.*Passando solamente, negligentemente.*Gal.*En passant seulement.*Hisp.*Passando solamente, negligentemente y con descuydo.*} Vlpian. libro 1.de Iure patro. Patronorum querelas aduersus libertos Præsides audire,& non translatiuè exequi debent.Martianus, Præuaricatorem esse eum ostendimus,qui colludit cum reo, & translatiuè munere accusandi fungitur.

Transfigo,is, pen. prod.transfixi,xum, Transfodio, seu transuerbero, traiicio.{διαλάμπω,διαμπερόω.Ital.*Trapassare trasfodere.*Gal.*Percer tout outre.*Hisp.*Hincar passando, traspassar.*} Liu.lib.1.ab Vrbe, Stricto itaq; gladio, simul verbis increpans, transfigit puellam. ¶ Dicimus autem transfigo pectus gladio,vel transfigo aliquem gladio per pectus. Liu.2.ab Vrbe, Ex his Q.Fabium principem in confertos Veientes euntem,ferox viribus,& armorum arte Tuscus, inter multas versantem hostium manus gladio per pectus transfigit.

Transfixus,a,um, participium,Id est traiectus.{διαπεπαμένος.Ital.*Tutto pertusato oltra.*Gal.*Percé tout outre.*Hisp.*Traspassado de vn cabo à otro.*} Virg.1. Aen.Illum expirãtem transfixo pectore flammas Turbine corripuit.

Transfiguro, as, In aliam figuram verto. {μεταχηματίζω, μεταμορφόω. Ital.*Trasfigurare.*Gal.*Transfigurer, muer en autre forme, changer de forme en autre.*Hisp.*Trasfigurar.*} Sueton.in Claud. Neron. Puerum Sporum exectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est. Plin.lib.17.cap.24,Transfiguruntur amygdalæ ex dulcibus in amaras.

Transfiguratio, onis, verbale, Id est transformatio. {μεταμόρφωσις.Ital. *Trasfiguratione,il cambiare da vna forma all' altra.*Gal.*Transfiguration, changement de forme en autre.*Hispan.*Trasfiguramiento.*} Plin.lib.7. cap.55, Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat, & in mortis quoque tempora ipsi sibi vitam mentitur:aliàs immortalitatem animæ,aliàs transfigurationem,aliàs sensum inferis dando.

Transfluo,is,xi,xum, ere. {μεταρρέω, διαρρέω, παραρρέω.Ital. *Collare oltra qualche cosa pertusata.*Gal.*Couler oultre.*Hispan.*Correr lo liquido allende.*} Plin. lib.11.cap.38. Sanguinem multis non transfluere, transfossis euenit. Dies transfluxere,Claudianus ad Probinum.

Transfodio,dis, Perfodio, traiicio, transfigo. {διατίτρω,διαλάμπω,διαπερόω.Ital.*Trasfodere.*Gal.*Fouir & percer tout oultre.*Hisp.*Traspassar con lança ò puñal.*} Ouid.12. Metamor. Gemino transfodit vulnere pectus. Valer. Flaccus Argon.lib.6, -cadit impiger vnâ Inguine transfosso clari Taulantis alumnus, Liuius 9. belli Macedonici, Deinde fugienti, fidémque populi Romani atque eorum qui aderant, imploranti, latus transfodisse.

Transformo,as, In aliam formam muto. {μεταμορφόω.Ital.*Trasformare.* Gal.*Transformer.*Hispan.*Trasformar en otra cosa.*} Virgil.4. Georg.Omnia transformat sese in miracula rerum. Ouid.3. Amor.Eleg.11, Iuppiter aut in anes, aut se transformat in aurum.

Transformis,transforme, Quod quancunque formam recipit. {ἰδιομορφίαν μεταδέχων, μεταμορφωτικός. Ital. *Cosa che si trasforma.* Gal. *Qui se transforme en plusieurs sortes.*Hispa.*Cosa trasformada en otra.*} Ouid.8.Metam. At vbi habere suam transformia corpora sensit, Sæpe pater domuis Triopeida tradit:at illa Nunc equa, nunc ales, modò bos, modò cervus abibat.

Transforo,as,penult. prod.are. {διαοπεῖν, διαμπάω. Ital. *Forare oltra.* Gal. *Trouer & percer oultre.*Hisp. *Horadar hasta la otra parte.*} Senec.1.de Benefic. Gladius idem & stringit & transforat.

Transfreto,as,penul.corr.Fretũ traiicio. {διαπορθμεύω.Ital.*Traghettare, passare il mare.* Gal.*Passer la mer,passer vn bras de mer.*Hisp.*Nauegar allende la mar.*} Plin in Paneg.Remissque transfretare obstantia freta.

Transfugio, gis, Ad hostes deficio. {ἀπόστομαι, ἀφίσταμαι. Ital. *Trasfugere.* Gal.*S'enfuir oultre.*Hispa.*Huyr à la parte delos enemigos.*} Liu. lib.2, Magna clientium comitatus manu transfugit. Cic.pro Quintio. Fatetur se non bellè dicere,non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere,atque ad florentem aliam deuolare.

Transfuga,æ,pen.corr.Qui transfugit,& ad hostes defecit. {λιποτάκτης,αὐτόμολος.Ital.*Fuggitiuo.*Gal.*Qui s'enfuit aux ennemis, & tient leur parti.*Hisp. *Fugitiuo ò cosa otra ley ò gente.*} Liu. lib.2. ab Vrbe, Deinde metuens ne si Consulum iotussu,& ignaris omnibus iret, deprehensus fortè à custodibus Romanis, retraheretur vt transfuga, fortuna tum vrbis crimen affirmante,Senatum adit. Nec solùm(vt Paulus de Capt.l.Postliminiũ, inquit)Transfuga is accipiendus est, qui ad hostes, aut à bello transfugit,sed & qui per inducias tempus ad eos cum quibus nulla amicitia est,fide suspecta transfugit.

Transfugium,gij,Defectio ad hostes.{αὐτομολία,λιποταξία.Ital.*Quando vno vicorre a nimici.*Gal.*Fuitte vers les ennemis.*Hispan.*Aquella huyda à los contrarios.*} Hier.de viris illustr.Gabios per Sextum filium, simulato transfugio, in potestatem redegit. Tacitus lib.18, Nihil eorum Vitellianos fallebat crebris,vt in ciuili bello transfugiis.

Transfumo,as, pen.prod. Fumi modo transeo. {διάτμιζομαι.Ital.*Fumare oltra.*Gal.*Fumer oultre.*Hisp.*Humear allende.*} Stat.6.Theb.Clausträq; compressæ transfumat anhelitus iræ.

Transfundo,is,De vase in vas fundo. {μεταχέω.Ital.*Vuotare di vaso in vaso.*Gal.*Verser d'vn vaisseau en autre.*Hisp.*Derramar allende.*} Colum. lib.12. cap.12, Deinde quum sæpius eam in alia vasa transfuderint. ¶ Suas laudes transfundere ad alterum, per translationem. Cice. Dolabellæ lib.9, Libentius omnes meas, si modò sint aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim.Idem 1.Philip.Omnem se amorem abiecisse illinc,atq; in hanc transfudisse.

Transfusio,onis,verbale, Actus transferendi. {μετάχυσις.Ital.*Trasfamento di vaso in vaso.* Gal. *Versement de vaisseau en autre.*Hispan.*Obra de derramar de vaso en vaso.*} Plin.lib.34.ca.18,Lauatur in linteis ratis, in aqua cælesti, separatúmque terrenum transfusione,cribratúmque teritur.

Transgredior,deris, Transeo,& propriè de pedum gressu dicitur.{ὑπερβαίνω, μεταβαίνω. Ital. *Transgredire.*Gal.*Passer oultre.* Hispan.*Passar à caminar allende.*} Liu.2. ab Vrbe, Inde in Latinam viam transuersis tramitibus transgressus. Cice.1.de Diuin. Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quòd inauspicatò pomœrium transgressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit. ¶ Aliquando tamen generalius accipitur, vt etiam transgredi dicantur,qui equo aut naui præterueh̃untur:quod & Nonius annotauit,citans locum Sallustij ex lib.1.Hist. Nactus noctem obscuram,æstu secundo,transgressus omnes recipit mõtem præreptum à Lusitanis. ¶ Ponitur aliquando pro superare. ὑπερβαίνειν,ὑπερβιβάζειν. Plin.lib.7.cap.25,Idem signis collatis quinquagies dimicauit, solus Marcellum transgressus,qui vndequadragies dimicauerat.

Transgressio,onis,Ipse transgrediendi actus.{διάβασις,μετάβασις.Ital.*Esso passare oltra.*Gal.*Oultrepasse, passement oultre.*Hisp.*Obra de passar ò caminar allende.*} Cic.in Pisonem,Cuius ego imperio non Alpium vallum contra ascensum transgressionémque Gallorum,&c. Id est transitum. ¶ Apud Rhetores Transgressio dicitur,quum ab ea sententia quam proposuimus,conuertimus sermonem ad aliquam personam, aut rem, aut fortunam, & tanquam personam appellamus, vel quum ad id quod demonstrare instituimus,ab alia reactionem nostram, & orationem reuocamus.Exempla pete ex Rufiniano & Rutilio Lupo.

Transigo,gis,egi,actum,Peragro,perficio.{διαπεράω,διαπερόω.Ital. *Spedire, finire, trapassare.*Gal.*Passer oultre, atheuer & parfaire, cheuir.*Hispan. *Passar allende,cumplir ò acabar.*} Cic.4. Philipp. Quidnam homines putarent,si tum occisus esset,quum tu illum gladio stricto ex insecutus negotiúmq, transegisses,nisi ille se subter scalas abdidisset. Idem 5. Verr. Prima actio à nobis octo diebus transacta est. ¶ Transigere res multas vno tempore,apud Ciceronem 1. de Inuen. ¶ Sic transigere vitam dicimus,pro peragere.διάγειν. Sallust. in Proœmio Catilin. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti, inculsique vitam sicuti peregrinantes transegerunt. ¶ Accipitur aliquando Transigere,pro eo quod est controuersiam decidere, & negotium iudiciale mutuo consensu dirimere.{διαλύεσθαι.Ital.*Accordare qualche differentia.*Gal.*Transiger, accorder.*Hisp.*Concertarse los pleyteantes.*} Cicero pro Roscio. Qui pro sociis transigit,satisdat neminem postea eorum petiturum.Idem in Verrem Orat.3,Quod erat vix H-S quadringentorum millium,transigunt H-S ducentis millibus.

Transactus, participium, Idem est quod præteritus. {παρελήλυθώς.Ital. *Passato, formato perfetto.*Gal.*Passé,acheué, & parfait, transigé.*Hispan.*Lo que es passado,y acabado.*} Autor ad Herenn.lib.1, In sequenti tempore spectabitur nunquid re transacta relictum sit, quod indicet aut factum esse maleficium,aut à quo sit factum. ¶ Aliquando idem quod peractus siue perfectus.διαπεπραγμένος. Terent. Andr.Ego iam transacta re conuertã me domum cum opsonio ¶ Facta, transacta omnia, prouerbiale est,inquit Donatus in Andr. Terent. quo vtimur, quum volumus significare,nihil diligentiæ prætermissum, nihilq; reliquum esse ad agendum. Verba Terentij sunt hæc.Contemptus, spretus:facta transacta omnia.

Transactor,oris,Cuius ministerio ad rei alicuius transactionem vtimur. {συνήγορος. Ital.*chi fa accordi.*Gal.*Faiseur d'accords & apointements.*Hisp. *El que haze acuerdos.*} Cic.4.Verr. Qui est (id quod ex priore actione didicistis)rerum omnium transactor & administer.

Transiectio,onis,Quæ & traiectio, id est transpositio: vt, Transiectio verborum.{ὑπερβατόν. Ita.*Traghetto,passamento.*Gal.*Gettement oultre & pardessus,trauersement.*Hisp.*Obra de passar allende.*} Autor ad Herennĩ lib.4, Huiusmodi transiectio,quæ rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes. ¶ Ad eundem etiam modum legitur Transiectus apud Ciceronem de Vni.Iam verò (inquit) terram, altricem nostram,quæ transiecto axe sustinetur, dici,noctisque effectricem. διαπεπερωμένος,διαπερής.Ital.*Passato, pertusato tutto oltre.*Gal.*Trauersé oultre, percé tout oultre.*Hisp.*Passado y horado allende.*

Transilio,is,secunda syllaba correpta, Vltra salio:à Trans.& Salio,abiecta postrema præpositionis litera.{ὑπερπηδάω,ὑπερθρώσκω. Ital. *Saltar oltra.*Gal.*Sauter oultre,sallir par dessus.*Hisp.*Saltar allende otra cosa.*} Colum. lib.6.cap.26,Si fossam sine cunctatione transilit. ¶ Per translationem accipitur pro silentio præterire,& omittere.παραλείπειν. Cic.3.de Finib. Quum autem ad summum bonum volunt peruenire, transiliunt omnia. Idem 4.Philip.Sed ne rem vnam pulcherrimam transiliat oratio, &c.Idem 3.Offic.Ingenij specimen quoddam est, transilire ante pedes posita,& alia longè repetitia sumere.

Transilis palmes, Qui inter traduces alios transilit. {ὑπερθαλὴς κλῆμα. Ital. *Sarmento piu alto che gli altri.*Gal.*Sarment plus haut que les autres.*Hispa. *Sarmiento mas alto que los otros.*} Plin. lib.17. cap.23, Traducem bimum præcidere solebant.Oneratis enim vetustate melius donare tempus, vt transilem faciant,si largiatur crassitudo.

Transiungo,gis,Iugaliũ loca muto. {μεταζεύγνυμι.Ital.*Tramutare.*Gal. *Transmuer.*Hisp.*Trasmudar.*} Vlp.in l.Aediles.de Aedil.edicto. Si mula talis sit, vt transiungi non possit,&c. Transiungere (inquit Budæus) est in quadriga locum veterinis mutare: vt mulam temonariam facere, quæ præcedere solita sit:vel dextram facere,quæ sinistra esse solebat.

Transilabor,eris,Labẽdo transeo. {διολισθαίνω,μεταλισθαίνω.Ital.*Passare sdrucciolando.*Gal.*Couler & glisser oultre.*Hisp.*Passar deslizando se.*} Claudian.1.in Eutrop. -rapit cæli per inania cursum Diua potens, vnóque Padum transapsa volatu Castra sui rectoris adit.

Transiatiue, Transiatitius, Vide TRANSFERO.

Transiego,transiegis,pen.corr.Idem quod periego, siue legendo transcurro.{διαναγινώσκω.Ital.*Trascorrere legendo.*Gal.*Lire tout, lire iusques à la fin,lire*

Universidad de Deusto Biblioteca

Ita, hæc commouent. Hispa. *Trasorrer leyendo.*} Plautus in Asina. Age quæso an hercle transilege.

Transluceo, transluces, pen. prod. Idem quod pelluceo. {Διαφαίνω. Ital. *Tralucere.* Gal. *Luire à trauers.* Hisp. *Trasluzir.*} Ouid. lib. 4. Metamorph. In liquidis translucet aquis. Plin. lib 37. cap. 12, Quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi, aliæque translucentes.

Translucidus, pen. corr. Idem quod pellucidus, quod visui per medium sui transitum præbet {Διαφανής. Ital. *Lucido, chiaro.* Gal. *Qui luit d'oultre en oultre, diaphane.* Hisp. *Luzio, lo que trasluze.*} Plin. lib. 36. cap. 8, Probantur quam maximè mellei coloris, in vertice maculosi, atq; non translucidi.

Transmarinus, Quod trans mare est, siue quod trans mare nascitur. {Ἐκθαλάττιος. Ital. *Di la del mar.* Gal. *D'outremer, qu'on apporte des pais de dela la mer.* Hisp. *Cosa de allende la mar.*} Plautus in Mostel. Ego transmarinus hospes sum Diapontius. Cic. 7. Verr. Nec accersere res transmarinas ex iis locis, &c. Idem 11. Philipp. Non vt ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.

Transmeo, as, are, Transeo. {Μεταβαίνω. Ital. *Trapassare.* Gal. *Passer oultre.* Hispa. *Passar allende de lugar.*} Plin. lib 30. cap. 11, Præcipuéque febrium medicina placitis eorum renuntiat. Nanque & in duodecim signa digessere eam sole transmeante. Idem lib. 10. cap. 29, Ad quem Ciconiæ non transmeant.

Transmigro, gras, pen. corr. Domicilium, habitationémque commuto. {Μεθίστημι. Ital. *Andar ad' habitare, accambiare alloggiamento.* Gal. *Changer de lougis & demeure, aller demourer hors du pais* Hisp. *Mudar casa allende.*} Liu. li. 5. ab Vrbe, Hanc eandem rem actam esse, vt Veios transmigraremus. Suetonius in Tiberio, cap. 15, Romam reuersus deducto in forum filio Druso, statim è Carinis, ac Pompeiana domo, Esquilias in hortos Mecœnatianos transmigrauit, totúmque se in quietem contulit.

Transmitto, tis, Transitum præbeo. {Διαπέμπω. Ital. *Trasporre per mezzo.* Gal. *Transmettre, transporter, mettre oultre, passer oultre.* Hisp. *Embiar ò meter allende.*} Plin. lib. 18. cap. 11, Item cribraria quæ simili modo in tertio remanúnt cribro angustissimo, & tantùm arenas transmittẽte. Plin. lib. 9. cap. 22, Lacus est Italiæ Benacus in Veronensi agro, Mincium amnem transmittens. Hoc est per medium sui emittens, vel transitum ei præbens. ¶ Aliquando idem est quod traiicere, siue trãsfretare. Plin. Epist. 173, Ad quæ noscenda iter ingressi, transmittere mare solemus. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Grues quum loca calidiora petentes, materia transmittunt, trianguli efficere formam. Suetonius in Iulio Cæsare. A Brundusio Dyrrhachium inter oppositas classes hyeme trãsmisit. ¶ Transmittere campos, est celeriter percurrere. Virgil. lib. 4. Aeneid. -alia de parte patentes Transmittunt campos. ¶ Transmittere aliquem, est cum festinatione mittere. Plaut. in Epid. Continuò te orabit vltrò, vt illam transmittas sibi. Transmittere tectum lapide, est lapidem vltra tectum coniicere. Transmittere bellum, vel aliquod onus alicui, est dare prouinciam belli administrandi. ¶ Transmittere in formas coactam materiam, dixit Colum. lib. 7. cap. 8. pro formare, & in formas redigere. Transmittere menses, transigere. Διάγειν. Transmittere tempus, ducere, consumere. Transmittere discrimen, euadere. Transmittere hæreditatem fratri, id est transferre.

Transmissus, huius transmissus, pro traiectu siue pro traiiciendi spatio. {Ἡ διαπόμπησις, διαπόμπασις, διάπεμψις. Ital. *Passamento oltra.* Gal. *Transportement, passement oultre.* Hispan. *Passamento allende.*} Cæsar lib. 5. Belli Gal. Pari spatio transmissus, atque est à Gallia in Britanniam.

Transmissio, onis, Id est traiectio. {Διαπόμπησις. Ital. *Passamento oltra.* Gal. *Passement oultre.* Hisp. *Passamiento allende.*} Cic. ad Attic. lib. 4, O nauigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis! Idem 1. Philip. Calendis Sextilibus veni Syracusas, quod ab vrbe ea transmissio in Græciam laudabatur.

Transmontanus, Qui vltra montes habitat. {Ὑπερόριος. Ital. *Chi sta di la da' monti.* Gal. *De dela les monts.* Hispan. *Cosa de allende los montes.*} Liuius 9. belli Maced. Tum transmontanos adortus, quos non adierat C. Flaminius, omnes Aemylius subegit.

Transmoueo, transmoues, pen. corr. De loco in alium locum moueo. {Μεταστάτω. Ital. *Rimouere da vn luoco all' altro* Gal. *Remuer d'vn lieu en autre,* Hisp. *Remouer de lugar à otro.*} Terent. Eun. Labore alieno magnam partam gloriam Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem Qui in te est.

Transmotus, a, um, participium. {Μεταστατικός. Ital. *Rimosso da vn luoco all' altro.* Gal. *Remué d'vn lieu en autre.* Hispan. *Remouido de lugar à otro.*} Tacitus lib. 13, Quippe Syria transmotæ legiones.

Transmuto, mutas, pen. prod. Idem ferè quod muto. {Μεταμάττω. Ital. *Transmutare.* Gal. *Transmuer, changer.* Hisp. *Mudar allende.*} Lucretius lib. 2, Summa atque ima locans, transmutans dextera lævis. Horat. 3. Carm. Ode 29, Fortuna sæuo læta negotio, & Ludum insolentem ludere pertinax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alij benigna.

Transnato, as, Vltrà nato, natando transeo. {Διανήχομαι. Ita. *Nuotar oltra.* Gal. *Nager oultre.* Hisp. *Passar nadando à otro cabo.*} Liu. 1. belli Pun. Ipsi cetris superpositis incubantes, flumen transnatauere. Plin. lib. 6. cap. 17, Vnum genus ei piscium est, idque transcurrentis non miscetur alueo, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant.

Transno, as, Idem cum superiori. Cicero in Som. Scip. Vel illum Gangem transnate. Horat. 2. Sermo. Satyr. 2, -ter vncti Transnato Tiberim, somno quibus est opus alto.

Transnomino, nas, Nomen commuto, vel inuerto, vel immuto. {Μετονομάζω. Ital. *Mutar nome.* Gal. *Changer le nom.* Hisp. *Mudar nombre.*} Suetonius de Clar. Gramma. Lucius Crassitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, mox Pansam se transnominauit.

Transnumero, as, Vltra numero. {Ὑπαριθμέω. Ital. *Annouerare dauantaggio.* Gal. *Nombrer oultre & par dessus.* Hispa. *Contar allende ò de sobre.*} Autor ad Herennium lib. 4. Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illo plures mitteres oportet, inquit, si hodie vis transnumerari.

Transpadanus, Trans Padum habitans. {Ὁ πέραν ἰόντι Ἠριδανοῦ. Ital. *De la dal Po.* Gal. *Qui est oultre, on par dela le Pau.* Hispa. *Allende el Po.*} Cic. ad Cass. lib. 12. Tuos clientes Transpadanos etiam mirificè coniunctos cum cura habebamus.

Transpicio, is, Per cancellos aut per corpus pellucidum aspicio. {Διαβλέπω τι. Ital. *Guardar oltre.* Gal. *Voir à trauers quelque chose* Hisp. *Mirar allende.*} Lactan. de opific. Per eas igitur membranas sensus ille qui dicitur mens, ea quæ sunt foris, transpicit. Luc. lib. 2, Quod genus illa foris quę verè transpiciuntur.

Transpectus, us. {Ἡ διόψησις, διάβλεψις, περιωπή. Ital. *Veduta oltre ò di trauerso.* Gal. *Veue à trauers.* Hisp. *Mirada allende.*} Luc. lib. 4. Ianua quum per se transpectum præbet apertum.

Transpono, is. De vno loco in alium transfero. {Μεταφέρω. Ital. *Trasporre.* Gal. *Transporter, mettre d'vn lieu en autre.* Hisp. *Trasponer.*} Gel. lib. 12. cap. 1, Arborem in locum alium transpositam.

Transporto, as, De loco in locum porto. {Διαφορτίζω. Ital. *Trasportare.* Gal. *Transporter.* Hisp. *Llenar allende.*} Cic. ad Attic. lib. 14. Quid eas, quas Anmus transportauit? ¶ Transportare copias, vel exercitum, est nauibus traiicere. Liu. 6. belli Pun. Eum exercitum Poteolis in naues impositum Nero in Hispaniam transportauit. Transportare pro transmittere. Virgil. 6. Aeneid. Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.

Transquietus, pen. prod. Adiect. {Ἡσύχως γαλήνιος, ἀκύμαντος, ἀκύμων. Ital. *Molto quieto & tranquillo.* Gal. *Plusque coy & tranquille, fort paisible & arecoy.* Hispan. *Muy sosegado y quedo.*} Id est, Valde quietus. Plaut. in Mere. Ego istum in transquieto tuto fistam, ne time.

Transrhenanus, Qui trans Rhenum incolit. {Ὁ πέραν ῥήνου. Ital. *De la dal Reno.* Gal. *Qui est pardela le Reno.* Hisp. *Allende del Reno.*} Cæsar 5. belli Gall. Germanósque transrhenanos solicitare dicebantur. Transrhenani hostes, apud Plin. lib. 19. cap. 1.

Transtiberinus, a, um, pen. prod. Trans Tiberim incolens. {Ὁ ἐκποτοῦ ποταμοῦ. Ital. *De la dal Tenere.* Gal. *De dela le Tibre.* Hispan. *Allende el Tenero.*} Martial. lib. 1, Vrbanus tibi Cæcili videtis. Non es, crede mihi: quid ergo? verna es, Hoc quod Transtiberinus ambulator.

Transtra, orum. gen. neut. num. pluti. Regimũ sedilia in nauibus. {Ζυγά. Ital. *Trastri.* Gal. *Les bancs, ou sont assis ceux qui tirent à l'auiron.* Hisp. *Bancos y assientos en la galea ò barca.*} Virgil. 5. Aeneid. -furit immissis Vulcanus habenis Transtra per & ramos, & pictas abiete puppes. Idem 4. Aen. Præcipites vigilate viri, & confidite transtris. Ouid. 14. Metam. Et incumæ fumabunt transtra carinæ. Cæsar 3. belli Gal. Transtra ex pedalibus in altitudinem confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Hæc etiam iuga dici solent. Virgil. 6. Aeneid. Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant, Deturbat, laxátque foros. ¶ Transtra item tigna dicuntur, quæ transuersa à pariete in parietem porriguntur. Vitruu. lib. 4. cap. 2, Trabes etiam supra columnas, & parastatas, & antes ponuntur, in contignationibus, tigna, & axes sub tectis: si maiora spatia sunt, & transtra, & capreoli: si commoda, columen, & canterij.

Transuecho, is. Ex vno loco in alium veho, siue id naui fiat, siue plaustro, aut etiã iumentis. {Διαφορτίζω. Ital. *Menar oltra.* Gal. *Transporter oultre, charier oultre.* Hisp. *Llenar allende.*} Sallust. in Iugu. Ex eo numero Medi, & Persæ: & Armenij cum nauibus in Africam transnecti, proximos nostro mari locos occupauere. ¶ Tempus transuectum. Tacitus lib. 15, Abiit iam, & transuectum est tempus, quo posses videri concepisse.

Transuectio, onis, verbale, Transportatio, traiectio. {Διαφορτίδη. Ital. *Esso condurre oltra.* Gal. *Transportement, charriement oultre.* Hisp. *Llenamiento allende.*} Cic. 1. Tuscul. Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio Acherontis, mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus? ¶ Transuectio, item dicebatur equitum recensio, qua ante conspectum Censorum vel Principis equites præteruehebantur. Liuius lib. 9. ab Vrbe, Idem Fabius instituit, vt equites Idibus Quintilibus transuecherentur. Tranquil. in August. cap. 38, Equitum turmas frequenter recognouit, post longam intercapedinem reducto more transuectionis. Sed neque quempiam detrahi in præteruehendo ab accusatore passus est, quod antea fieri solebat.

Transuerbero, as, Transfigo, traiicio. {Διὰ κοίλου διαπείρω. Ital. *Trapassare.* Gal. *Trespercer de coups.* Hisp. *Trasspassar como con lança ò espada.*} Cic. Mario, Sed quæ potest esse homini politico delectatio, quum aut homo imbecillus à valentissima belua laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur? Virgil. 11. Aeneid. -cuius apertum Aduersi longa transuerberat abiete pectus.

Transuersus, a, um, Obliquus, lateralis. {Πλάγιος. Ital. *In trauerso.* Gal. *Qui est à trauers, trauersain.* Hisp. *Atrauessado.*} vt Linea transuersa, quæ rectam lineam decussat: vt si linea recta, verbi gratia, ab Ortu ducatur in Occasum, transuersa dicetur, quæ à Septentrione ducta eandem mediam dissecat. Colum. lib. 2, Sed in arando maximè obseruandũ est, vt transuersus mons sulcetur. Autor ad Herenniũ lib. 4, Ecce ibi iste de transuerso, Heus, inquit, adolescens, pueri tui modò me pulsarunt, satisfacias oportet. ¶ Transuersum digitum vel vnguem discedere: prouerbialis hyperbole est, pro eo quod est quàm minimo spatio. Cic. 2. Tuscul. Ab hac regula mihi non licet transuersum, quod aiunt, vnguem discedere. Idem Attico lib. 13, Curandum est hoc omni in vita, à sua quenque conscientia transuersum vnguem non oportere discedere. Plautus Aulul. Si tu hercle ex istoc loco digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. ¶ Transuersus agi dicitur, qui vi & impetu quodam ab instituto depellitur. Metaphora ducta à nauigantibus qui secundo vento recto cursu feruntur, flatu aduerso transuersi aguntur.

Transuersa, accusatiuus pluralis, neutri generis. ¶ Aliquando aduerbialiter ponitur pro transuersè, & obliquè. Virgil. 3. Aegloga, Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hirquis.

Transuersarius, adiect. Quod in transuersum ponitur. {Ἀντεφαμμένος, πλάγιος. Ital. *Atrauersato, posto in trauerso.* Gal. *Mis & posé de trauers.* Hisp. *Atrauessado, puesto al traues.*} Cæsar 2. bel. Ciuil. Transuersaria tigna iniiciuntur, quæ firmamento esse possint.

Transulto, tas, Identidem transilio. {Μεταπηδάω. Ital. *Saltar oltra.* Gal. *Sauter oultre, tressaillir oultre.* Hisp. *Saltar allende otra cosa.*} Liu. 3. belli Pun. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat.

Transumo,

Transumo,is, Ex alio sumo. {μεταλαμβάνω. Ital. *Pigliare di vn altro.* Gal. *Prendre d'vn autre.* Hispan. *Tomar de otro.*} Statius 3. Theba. -lachrymas non pertulit vltra, Bellipotens hastam læua transumit, & alto (Haud mora) diffiluit, &c. ¶ Vnde quæ ex primis tabulis trãscripta sunt, solennitate iuris adhibita, dicuntur transumpta: & actus ipse, transumptio.

Transumptio, Figura est quam Græci μετάληψιν vocant, quum ab eo quod præcedit, id quod sequitur, paulatim iosinuatur. Virgil. 1. Aeneid. Speluncis abditis antis. Nam ex antis intelligimus nigras, ex nigris tenebrosas, ac per hoc in præceps profundas.

Transuo,is, Ex trans & suo, abiecta vltima præpositionis litera. {διαράπτω. Ital. *Passare del tutto.* Gal. *En cousant percer tout outre.* Hisp. *Passar cosiendo.*} Colum. lib. 6. cap. 5, Media pars descripti orbiculi eadem subula transuitur, & facto foramine prædicta radicula inseritur. Cornel. Celsus lib. 7. cap. 24, Cutis acu filum ducente transuitur.

Transuolo, as, pen. corr. Volando prætereo. {διαπέτομαι. Ital. *Transuolare.* Gal. *Voler outre.* Hispa. *Volar allende lugar.*} Plin. lib. 10. cap. 29, Perdices non transuolant Bœotiæ fines in Attica. ¶ Per translationem ponitur pro transcurro, vel pro repentè accedo, celeriter eo. διατρέχω. Liu. 3. ab Vrbe, Eques inter ordines peditum tectus se ad equos recipit: transuolat inde in alteram partem suis victoriæ nuntius. ¶ Plautus in Epid. pro transfugio posuit, transuolauerunt ad hostes.

Trapes, etis, masc. gen. & pen. gen prod. Mola olearia, à τρίπω, voluo, seu verto. {ἐλαιοτριβεῖον. Ital. *Macina da oglio.* Gal. *Vne meule en façon de table dentelée pour faire l'huille d'olive, tordoir.* Hispan. *A sage ò muela del molino de azeyte.*} Varro à terendo deducit. Cato cap. 18, Trapetibus locũ dextra, & sinistra.

Trapetum, ti, pen. prod. Idem cum superiore, hoc est ipsa mola olearia. Virgil. lib. 2. Georg. Teritur Sicyonia bacca trapetis.

Trapetus, ti, masculini generis, Idem: sed antiquè. Cato cap. 22, Trapetus emptus est in Suessano numis quadringentis.

Trapezitæ, pen. prod. {τραπεζίται. Ital. *Banchieri.* Gal. *changeurs, banquiers.* Hisp. *cambiadores.*} Numularij, mensarij, τραπεζῶ enim vocant Græci quam nos mensam. Plautus in Cap. -subducam raciunculam, Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet.

Trapezophoros, phori, τραπεζοφόρος, Mensam ferens. Cic. ad Gallum. lib. 7, Quòd tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis. Vbi interpres, Trapezophoros signum erat sacerdotis cuiusdam huius nominis, quæ cum alia Cosmo nomine omnia sacra Minervæ administrabat. Hæc ille ad verbum ex Suida. Iulius Pollux Onomastici sui lib. 10, Trapezophoron mensam interpretatur pocula sustinentem. Vnde Cælius coniecturam capit apud Ciceronem, hoc nomine statuam significari, in eum vsum factam vt abacum sustineret, in quo pocula reponebantur. Vide ipsum, lib. 7. cap. 12.

TRAPEZVS, τράπεζος, Vulgò *Trapezunda*, Ciuitas libera ad Pontum Euxinum, in Cappadociæ finibus, vasto monte clausa, vt est autor Plin. lib. 6. cap. 4. Ex hac vrbe ortum habuit Georgius Trapezuntius, Latinarum, Græcarúmque literarum peritissimus: sed ingrauescente ætate ita omni memoria destitutus, vt vtriusque linguæ prorsus obliuisceretur.

TRASYMENVS, Vide THRASYMENVS.

Trauío, as, Antiquum verbum est, quo vsus est Lucr. lib. 4, pro transeo. {διαβαίνω. Ital. *Trauiare, trapassare.* Gal. *Trauerser, passer à trauers.* Hispan. *Trauesar.*} Qualia sunt (inquit) vitri species quæ trauiat omnis.

Trauli, {τραυλοί. Ital. *Balbi.* Gal. *Begues.* Hisp. *Tartamudos.*} A Græcis dicuntur, quos nos balbos & blæsos dicimus. Vnde verbum τραυλίζω, quod est balbutire: & τραυλισμός, ipsa balbuties. Lucret. lib. 4, Magna atque immanis cataplexis, plenáque honoris: Balba loqui non quit, τραυλίζει, muta, pudens est.

TREBATIVS, Iurisconsultus, Ciceronis familiaris, epistolis eius notissimus.

TREBIA, τρεβία, Fluuius est prope Placentiam in Gallia Cisalpina, ex Apennino monte in Padum fluens. Iuxta hunc Annibal Romanos, L. Sempronio duce maxima clade affecit. Lucan. lib. 2, -quòd non in Punica nati Tempora Cannarum fuimus, Trebiæque iuuentus.

TREBIATES, Vmbriæ populi, in quarta Italiæ regione: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. Iidem & Trebiani dicuntur. Suet. in Tib. Iterum eo censente, vt Trebianis legatam in opus nouæ theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

Trebellicum vinum, à Plin. lib. 14. ca. 6, inter generosa Italiæ vina commemoratur. Nascebatur autem in Campania quarto lapide à Neapoli.

TREBONIVS, Vnus ex percussoribus Cæsaris: qui quum se in Asiam recepisset, Smyrnæ à Dolabella oppressus est, & crudelissimè excarnificatus.

TREBVLA, τρεβύλη, Oppidum fuit in Sabinis, cuius incolæ dicti sunt Trebulani: quos Plinius collocat in quarta Italiæ regione. Apud hos præstantissimi fiebant casei, qui Trebulani dicti sunt. De quibus Martialis, Trebulanos genuit, commendat gratia duplex, Siue leui flamma, siue domamur aqua.

Trecenti, tæ, ta, Nomen numerale, idem valens quod ter centum. {τριακόσιοι. Ital. *Trecento.* Gal. *Trois cens.* Hisp *Trezientos.*} Virgil. 7. Aen. Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos, Insula inexhaustis chalybum generosa metallis.

Treceni, pen. prod. Idem quod ter centum τριακόσιοι. Liu. 1. belli Mac. Attalus trecenos tantum milites in præsidium, Rhodij quadriremem vnam, quum ad Tenedum staret, miserunt. Idem 8. ab Vrbe, Scribebantur autem quatuor ferè legiones, quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis.

Trechedipni, τρεχέδειπνοι. A Græcis dicebantur, qui tardius ad cœnam conuenichant, vt ex Apollodoro annotauit Cælius lib. 27. cap. 24. Quę vox ἀπὸ τῆς ἀνεφέσεως, (vt videtur) est imposita: quum ad cœnam currentes videatur significare. ¶ Hinc vestes quasdam cœnatorias nonnulli trechedipna à Iuuenale putant appellari, Satyra 3, Rusticus ille tuus sumit trechedipna Quirine.

Tredecies, aduerbium, Pro ter decies. {τρισκαιδεκάκις. Ital. *Tredici volte.* Gal. *Treize fois.* Hisp. *Trezze vezes.*} Cic. 5. Verr. Tu ex pecunia publica HS tredecies scribam tuum permissu tuo quũ abstulisse fateare, reliquam tibi vllam defensionem putas esse?

Tremo, is, {τρέμω, τρομέω. Ital. *Tremare.* Gal. *Trembler, craindre.* Hisp. *Temer ò temblar.*} Tremore concutior. Plaut. in Asin. Non placet, pro monstro est: quoniam qui sudat, tremit. Terent. Eunuc. -totus Parmeno Tremo, horreóque, postquam aspexi hanc. Virgil. 1. Georg. Terra tremit, fugêre ferę: & mortalia corda Per gentes humilis stranit pauor. Cic. 2. Acad. Vt si qui tremerent, & exalbescerent, vel ipsi per se motu mentis aliquo, vel, &c. ¶ Interdum ponitur pro timere. φοβέομαι. Virgil. lib. 2. Aeneid. Hic aliud maius miseris, multóque tremendum Obiicitur magis, atque improuida pectora turbat.

Tremens, tis, participium, {τρέμων. Ital. *Tremante.* Gal. *Tremblant.* Hispan. *El que tiembla.*} Cic. 4. Tusc. Vt ipsum Hectorem, quemadmodum est apud Homerum, toto pectore tremẽtem prouocasse ad pugnam pœniteret.

Tremendus, a, um, Terribilis, timendus. {φοβερός. Ital. *Cosa da temere.* Gal. *Qu'on doit craindre.* Hisp. *Cosa que da espanto.*} Virgil. 4. Aeneid. Manésque adiit, regémque tremendum. Idem 8. Aeneid. -matrísque egere tremenda Carmentis nymphæ monita. ¶ Huius composita sunt, Contremo, intremo, & pertremo: quorum significata vide suprà suis locis.

Tremebundus, a, um, Abundè tremens. {τρομερός. Ital. *Tremente, timido, pauroso.* Gal. *Tremblant.* Hisp. *Cosa que mucho teme.*} Autor ad Herennium lib. 3. Sin erit sermo, in iocatione leuiter, & tremebunda voce, cum patua significatione risus. Ouid. 4. Met. Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum Membra solum. ¶ Hinc Tremebundior, comparatiuum. Colum. lib. 10, Candidus effœtæ tremebundior vbere potæ.

Tremefacio, is, Tremorem incutio. {φοβερίζω. Ital. *Far paura.* Gal. *Faire trembler.* Hisp. *Hazer miedo ò temblar.*} Virgil. lib. 2. Aeneid. Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis Insinuat pauor. Tremefacta libertas: id est concussa, dixit Cic. 2. Offic. Idem 1. de Diuinat. ex Poëta quopiam vetusto: Aut quum se grauido tremefecit corpore tellus. Virgil. 6. Aeneid. Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

Tremisco, is, Tremore cõcutior. {τρέμω. Ital. *Hauer paura.* Gal. *Trẽbler, craindre, auoir peur.* Hispan. *Temer ò temblar.*} Virgil. lib. 3. Aeneid. -vallóque ab rupe Cyclopas Prospicio: sonitúmque pedum, vocémque tremisco. Idem 5. Aeneid. -tonitrúque tremiscunt Ardua terrarum, & campi. Ouid. 14. Metam. Pérque dies, multos latitans, omnémque tremiscens Ad strepitum, mortémque timens, cupidúsque moriri. ¶ Hinc Contremisco & pertremisco, composita: quorum significata explicata sunt suprà suis locis.

Tremor, oris, Concussio corporis, qualis in febrientibus, frigentibus, aut timentibus cernitur. {τρόμος, παλμός. Ital. *Tremore, paura.* Gal. *Tremblement.* Hisp. *Miedo ò temblor.*} Quin & terra tremere dicitur, quum terræmotu concutitur. Virgil. lib. 2. Georg. Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant Obicibus ruptis. Cic. 4 Tusc. Ex quo fit, vt pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Idem pro Flacco, Tamen id quod dixit quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit? Ouid. 3. Metam. Attonitos subitus tremor occupat artus.

Tremulus, a, um, Qui valde tremit. {τρομώδης, τρομερός. Ital. *Tremante.* Gal. *Tremblant.* Hisp. *cosa que tiembla y se estremece.*} Terent. Eun. Incuruus, tremulus, labiis demissis. Mart. lib. 9. Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli. Cic. 1. de Diuinat. Haud modicos tremulo fundens è guttore cantus. Horat. 4. Carm. Ode 13, Fis anus, & tamen Vis formosa videri: Ludísque, & bibis impudens: Et cantu tremulo pota Cupidinem Lentum solicitas dextra. Virgil. 8 Aeglog. Aspice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte sua.

Trepidus, a, um, Idem quod pauidus, timens. {πάνδεινος. Ital. *Pauroso, timido.* Gal. *Qui tremble de peur, effrayé & esbahi.* Hispan. *Temeroso, apressurado.*} Liu. 2. ab Vrbe, At vero curia mœsta, ac trepida ancipiti metu. Trepida res, dubia, & ob hoc timorem inducens. Liu. 1. ab Vrbe, Tullius in re trepida duodecim vouit Salios. Virgil. 12. Aeneid. Illæ iotus trepidæ rerum, per cerea castra Discurrunt. Vbi Seruius, Trepidæ rerũ, nescientes quid agant, ignaræ auxilij, incertæ, dubiæ. ¶ Trepidus, festinus, quòd qui timent, festinent gressus. Virgil. lib. 3, Hîc me, dum trepidi crudelia limina linquunt, Immemores socij vasto Cyclopis in antro Deseruere. Seruius, Trepidi, festini, vt per timorem, non per contemptum relictus fuisse videatur: qui enim timent, festinant gressus. Lucanus lib. 8, Rapitur trepida fugiente carina. Vbi carinam trepidam vocat, aut propter timorem illorum qui in ea vehebantur: aut trepidam, id est celerem. Hæc Seruius.

Trepiduius, diminutiuum. {πανδειρόμος. Ital. *Alquanto spauentato.* Gal. *Vn peu tremblant.* Hisp. *Que tiembla vn poco, vn poco temeroso.*} Gell. lib. 2. cap. 29, Atque vbi rediit Cassita, pulli trepiduli circunstrepere, oraréque matrem, &c.

Trepidè, aduerbium, Celeriter, & quasi per timorem. {δειλῶς, φοβερῶς. Ital. *Tremando di paura.* Gal. *En tremblant, pauresement.* Hisp. *Temerosa y apressuradamente.*} Liuius lib. 10. ab Vrbe, Nam & statiua trepidè deserta fuerant.

Trepidanter, Timidè. {πανφοβερῶς, πανδείλως. Ital. *Tremando di paura.* Gal. *En tremblant de peur.* Hisp. *Temerosa y apressuradamente.*} Suetonius in Claudio Cæsare, cap. 49, Quod vt sensit, trepidanter effatus, &c.

Trepido, as, pen. corr. Vehementer timeo, præ timore loco subsistere non possum. {τρέμω, φοβοῦμαι, πτοοῦμαι. Ital. *Temere.* Gal. *Trembler de peur, estre effrayé.* Hispan. *Temer, apressurarse.*} Terent. in Hecyra, Trepidari sentio, cursari sursum prorsum. Terent. in Eun. Quid est quod trepidas? satísne saluæ? dic mihi. Cic. 3. de Oratore ex Poëta quopiam antiquo, At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta est, Corde suo trepidat. Cæsar 5. bel. Gal. Tum demum Tituries, vti qui nihil antè prouidissent, trepidare & concursare. Virgil. 6. Aeneid. Vt videre virum, fulgentiáq; arma per vmbras Ingenti trepidare metu: pars vertere terga, &c. Pro trepidabant. ¶ Et quoniam à timentibus omnia præpropere aguntur, factum est vt trepidare accipiatur pro festinare. σπεύδειν. Virgil. 4. Aen. Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt.

Trepidatio, onis, verbale, Trepidandi actus. {φοβερισμός, τρόμος. Ital. *Atto tremare & hauere spauento.* Gal. *Tremblement, frayeur.* Hisp. *Miedo, obra de temblar.*} Cic. pro Deiotaro, Num quæ trepidatio? num qui tumultus? Liu. 2. ab Vrbe,

vrbe. Plin. inter primam trepidationem abiectis.

Trepondo, Trium librarum pondus. {τριλίτρον. Ital. *Tre lire.* Gal. *Trois livres* Hisp. *Tres libras.* } Quint. lib. 1. ca. 9. Nam dua & tre, & pondo diuersorum generum sunt barbarismi: at duapondo, & trepondo vsq; ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, & rectè dici Messala confirmat.

Tres, & hæc tria, pluralis numeri tantùm. {τρεῖς καὶ τρία. Ital. *Tre.* Gal. *Trois.* Hisp. *Tres en numero.* } Nomen numerale est notæ significationis. Virg. 5. Aeneid. Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur Ductores. Idem 8. Aeneid. Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ Addiderant: treis ignis, & alitis Austri. ¶ Trium literarum homo, id est fur: quòd tres in ea dictione tantùm sint literæ. Plaut. Aulul. -tu trium literatum homo Vituperas me? ¶ Tribus verbis, id est breuiter. Plautus Trinum. Pax, te tribus verbis volo. 5. vel trecentis. Idem in Milite, Breuin' an longinquo sermone? M. tribus verbis.

Tresuiri, orum, Iidem qui triumuiri: de quibus suo loco. τρεῖς ἄνδρες. Plaut. in Amphitr. Quid faciã nunc si tresuiri me in carcerem compegerint?

Tresis & hoc tresse, Vilis, & minimi pretij, quasi trium assium. τριόβολος. Persius Satyr. 5. Non tressis agaso.

TREVIRI. τρεβῆροι Ptolemæo, Populi Galliæ inter Belgas ad Mosellam fluuium, & Leucis & Mediomatricibus finitimi: vetusti sanè, nomenq; retinentes, nec pristinæ cedentes famæ: apud quos insignis olim cognoscendarum causarum, pop. Romani curia, Treuirorum cognominata. Cuius in Floriano meminit Vopiscus. Lucan. lib. 1, To quoque lætatus conuerti prælia Treuir.

Triambi, inquit Festus, Dicebantur qui terni ex proscenio loquebãtur.

Triangulus, li, pen. corr. Figura est tres angulos habens, quam Græci τρίγωνον vocant. Ital. *Triangulo, tricantone, cosa da trecantone.* Gal. *Triangle, figure de trois angles.* Hisp. *Cosa de tres angulos.* } Cic. 2. de Nat. deorum, Grues quum loca calidiora petentes, maria transmittunt, trianguli efficere formam.

Triangulus, a, um, Quod triangularem figuram habet. {ὁ καὶ τρίγωνος. Ital. *Di tre angoli.* Gal. *Qui a trois angles, triãgulaire.* Hisp. *Cosa de tres angulos.* } Colu. lib. 5. cap. 2. Esto ager triangulus, pedum quoquouersus trecentorum.

Triangularis, are, pen. prod. {ὁ καὶ τριγώνιος, τρίγωνος. Ital. *Di tre angoli.* Gal. *Triangulaire, de trois angles.* Hispa. *Cosa de tres angulos.* } Quod trianguli formam refert. Vt, triangularis agri forma, apud Colum. lib. 5. cap. 2.

Triarij, orum. {οἱ ἐπιτετραγμένοι, οἱ ἐμπειρότατοι ἐπὶ πᾶσι, τριάριοι Polybio. Ital. *Soldati vecchi.* Gal. *Vieux soldats.* Hisp. *Soldados viejos.* } Dicebantur milites veterani, spectatæ virtutis, qui tertio loco prælium inibant, post profligatos hastatos, qui primo loco, & principes, qui secundo loco pugnam capessebant. Ita enim apud Romanos, teste Liuio lib. 1. ab Vrbe, acies instruebatur, vt primo loco hostes aggrederentur, manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescẽtium collecti: qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus sentatis, quos antepilanos vocabant, in interualla ordinum recipiebantur, principésque in eorum locum succedebant: hastati autem post eos sequebantur. Si à principibus quoq; non satis fœliciter esset pugnatum, à prima acie ad triarios paulatim referebantur, vnóque agmine facto, iam nulla spe post se relicta, vnà omnes in hostem procedebant. Hinc factus est locus prouerbio, vt quum in re aliqua laboratur, cóque res adducta est vt extremo conatu, summísque viribus sit eniteondum, tem ad triarios rediisse dicamus. Triarij (inquit Varro) dicti sunt, quòd in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plautus, Agite nunc, subsidete omnes, quasi solent triarij. De his vide plura apud Liuium 1. Decad. lib. 8. & apud Erasmum in Adagiis.

TRIBALLI, τριβαλλοί, Populi sunt inferioris Mœsiæ, inter Hæmũ montem & Danubium fluuium siti: vt est autor Ptolemæus lib. 3 cap. 5.

TRIBOCI, Galliæ Belgicæ populi, inter Rhenum & Vogesum montem incolentes, non procul à Rauracis, quem tractum hodie incolunt Alsatij.

Tribrachus, pen. corr. siue Tribrachys. τρίβραχυς, Pes metricus ex tribus syllabis breuibus constans: vnde & nomen habet: quasi πούς βραχὺς τριῶν συλλαβῶν: vt Dominus. Loqueris, Agimus.

Tribula, læ, & Tribulum, li, τρίβολον. Ital. *Triuolo.* Gal. *Vne traine pour tirer le blé d'auec la paille.* Hisp. *El trillo para trillar messes.* } Genus vehiculi quo fumenta in area teruntur, à tribus lateribus sic appellatum. Virgil 1. Georg. Tribulaque, traháque, & iniquo pondere rastri. Varro lib. 1. cap. 52. Epicis in area excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, & tribula. Colum. lib. 2. cap. 21. Et si pauca iuga sunt, adiicere tribulam & traham possis, quæ res vtraque culmos facillimè comminuit.

Tribulo, Verbum est Ecclesiasticis scriptoribus familiare, pro offendere, seu opprimere. θλίβομαι. & Tribulatio, pro oppressione, angustia, aut afflictione. θλῖψις. Quæ significationes tractæ videntur à tribulo instrumento rustico, quo fumenta olim terebantur: aut certè à tribulo hermento rustico, quo fumenta olim terebantur: aut certè à tribulo herba acutissimis spinis infesta: aut (vt alij malunt) à stimulo ferreo, formæ tetragonæ, qui quacunque in partem incubuerit, aculeum semper infestum protendit. ¶ Aliter hoc verbo vtitur Cato de Re rust. cap. 23, de musti medicatione loquens, Si (inquit) indideris defrutum, aut marmor, aut resinam, dies viginti permisceto crebrò, tribulatóque quotidie. Quo rameu in loco non desunt qui turbato, rectius legi posse existimeut.

Tribulis, Vide TRIBVS.

Tribulus, li, pen. corr. {τρίβολος. Ital. *Triolo.* Gal. *Vn chardon appelé chausse-trape.* Hispa. *El abrojo yerua espinosa.* } Herba est foliis ad portulacæ effigiem accedentibus, tenuioribus viticulis in terra stratis, spinis secundum folia rigidis & præduris. Nascitur secundum flumina, & in locis ruderosis. Ouid. lib. 5. Met. -lolium, tribulique fatigant Triticeas messes. Virgil. 1. Georg. Lappæque, tribulique, intérque nitentia culta Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ. ¶ Est & alterum tribuli genus aquaticum, nonnisi in amnibus nascens, coma duntaxat aquis extãte, folio vlmi effigie, pediculo longo caule cacuminibus crassiore, quàm partibus in humore contentis. ¶ Tribulos item vocat Vegetius lib. 3. Stimulos illos ferreos, formæ quadrangulæ, qui in bello aduersus equitatum spargi solent, in quodcunque latus incubuerint, infestum semper aculeum protendentes. Latini Muricos appellant. Vide suprà in dictione MVREX.

Tribunal, alis, pen. prod. locus excelsus arcuata figura, in quo residebat qui ius tribubus redderet. {δικαστήριον. Ital. *Tribunale, sedia de giudici.* Gal. *Le parquet des juges superieurs.* Hisp. *El tribunal assiento de juez.* } Cic. ad Quintum frat. lib. 1, Nullius inopiam ac solitudinem non modò vllo populari accessu, ac tribunali, sed ne domo quidem tua, & cubiculo esse exclusam. Formã autem tribunalis vide apud Vitruuium lib. 5. cap. 1.

Tribuni, Magistratus Romæ, non dissimiles iis qui apud Lacedæmonios Ephori dicebantur: quorum officium erat iniuriam omnem intercessione sua prohibere, & cõmoda plebis aduersus Patritios tueri. {δημαγωγοί, δήμαρχοι. Ital. *Tribuni, magistrati Romani che defendeuano il popolo.* Gal. *Tribuns, magistrats Romains defenseurs du menu peuple.* Hisp. *jurados seismeros del pueblo.* } Vnde & Tribuni plebis dicti sunt, anno XVII post exactos Reges primùm creati, quum plebs secessione facta à Patribus, in sacrum montem sese contulisset. Fuerunt & alij Tribuni, hisce multo vetustiores, atque adeo verbis origini æquales, qui quòd Equitibus præerant, Tribuni celerum sunt appellati. ¶ Tribunorum autem nomen accepisse existimantur ab eo, quòd id temporis populi tres tantùm erant partes, & ex singulis singuli creabantur tribuni. Alij à centuriatũ equestrium numero dictos malunt, quas ab initio tres tantùm fuisse constat, Ramnensium, Tatiensium, & Lucerum. Nec desunt, qui à tribuum suffragiis quibus creabantur, dictos existimant. Tribuni celerum, inquit Pomponius de Orig. iur. l. necessariũ, Equitibus præerant, & veluti secundum locum à Regibus obtinebãt: quemadmodum Magistri equitum apud Dictatores: quo in numero fuit Iunius Brutus. ¶ Postea facti sunt Tribuni militares, siue Tribuni militum in castris, qui parem cum Consulibus haberent potestatem. στρατηγοί. Tribunorum militarium (sicut docet Asconius) duo fuerunt genera. Alij Rufuli dicebantur, qui in exercitu creari solent. Alij comitiati, qui Romæ comitiis designabantur. Tribuni militaris officium erat vt miles veste indutus, armis bene munitus, exercitationis vsu, & disciplina eruditus incederet. Olim Tribuni militum Consulari potestate promiscuè ex Patribus, ac plebe creati sunt, vario quidem numero: interdum enim viginti, interdum plures, nonnunquam pauciores fuerunt: vt inquit Pomponius loco iam citato. Tribuni militum, inquit Budæus, fortasse dici hodie possunt quos *Marescheles* vocamus, qui præfecti sunt militum. ¶ Alij Tribuni ærarij, dicti ab eo quòd his attributa erat pecunia, quam militi reddebant. Tribuni ærarij, inquit Budæus, hodie dicuntur quos *generales receptores* vocant.

Tribunitius, substantiuum, Qui Tribunatum gessit. {ὁ δημαρχήσας. Ital. *Chi è stato tribuno.* Gal. *Qui a esté tribun.* Hisp. *El que es estado tribuno.* } quemadmodum Aedilitius, qui Aedilitate perfunctus est.

Tribunitius, tia, tium, Quod ad tribunos pertinet. {δημαρχικός. Ital. *Pertinente à tribuno.* Gal. *Apartenant à tribun.* Hisp. *Perteneciente à jurado seismero del pueblo.* } Sallust. Nam postquam Cn. Pompeio, & M. Crasso Consulibus Tribunitia potestas restituta est. Lucan. lib. 2, -truncos lacerauit Fimbria Crassos: Sæua Tribunitio maduerunt robora tabo. Cicc. 2. de Orat. Quum Tribunitia potestas esset constituta.

Tribunatus, us, Ipsa Tribunorũ dignitas {δημαρχία. Ital. *Magistrato di tribuno.* Gal. *L'estat d'vn tribun.* Hisp. *La dignidad de aquel tribuno.* } Cic. in Lelio, De Caij autem Gracchi Tribunatu quid expectem, non liber augurari.

Tribuo, buis, bui, butum, Do, largior, impertio. {δίδωμι. Ital. *Dare* Gal. *Donner, bailler.* Hispan. *Dar.* } Plin. in Paneg. Tribunas ei successorem. Ouid. 2. de Arte, Hæc bona non primæ tribuit natura iuuentæ. ¶ Ponitur aliquando pro attribuo, imputo. ἀναπίπτω, ἀναπίπτω. Cicero, Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum est. ¶ Aliquando capitur pro æstimo. τιμῶ. vt. Tu tibi multum tribuis. Cic. 4. Acad. Quibus ille secũdum fratrem plurimùm tribuebat. ¶ Aliquando pro fauco, & in aliquem propensus sum. ἀναπίπτω. Cic. Crassipedi, Quum vniuerso ordini publicanorum semper libentissimè tribuerim. ¶ Ponitur interdum pro distribuere. διαιρῶ, μερίζω. Cic 2. de Fin. Omnem vim loquendi, vt iam antè Aristoteles, in duas tributam esse partes dibere. ¶ Tribuere misericordiam, est misereri. Cice. pro Milone. Quid restat nisi vt orem, obtestérque vos Iudices vt eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non imploret? ¶ Sic etiam dicimus. Tribuere alicui honorem, gratiam, operam, palmam, præmia, primas, priores partes, tempus alicui rei, veniam Legenti bonos autores exempla passim occurrent. ¶ Tribuere aliquid valetudini, est valetudinis causa nonnihil ab instituti nostri curriculo deflectere, aliquidque eius causa facere, quod alioqui facturi non eramus. ¶ Tributum est, impersonaliter. Cice. 1. Offic. Generi animantium omni à natura tributum est, vt se, vitam corpúsque tueatur.

Tributio, onis, verbale. Actus tribuendi. {δόσις. Ital. *Esso donare.* Gal. *Distribution.* Hisp. *Obra de dar.* } Cic. 1. de Nat. deorum, Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est æquabilem tributionem.

Tribus, bus, {φυλή. Ital. *Tribu.* Gal. *Tribu.* Hispa. *Vando ò collacion.* } A tribuo dando, vel quòd ager Romanus, primò diuisus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ: vna Tatiensium, à Tatio Sabinorum duce iam amico post fœdera, & in partem regni à Romulo susceptо: alia Ramnium, siue Ramnensium, à Romulo: tertia Lucerum, à Lucumone. Varro enim scribit Romulum dimicantem contra Tatium à Lucumonibus, hoc est Tuscis auxilia postulasse: vnde, ex iis qui sibi cum exercitu suppetias tulisset, recepto iam in regni portionem Tatio, partem vrbis assignasse, Indéque regioni in qua ille cum Tuscis consedisset, Tusco vico nomen esse factum. Et quia in tres partes populus diuisus erat, factum est vt hæ populi partes tribus dicerentur: & qui singulis tribubus præerant, Tribuni: & pecuniæ quæ tributim, hoc est per tribus imperabantur, vocarentur tributa. Sed postea aliæ quoque partes vrbis factæ, quæ similiter tribus appellatæ sunt. Nam in sex partes fuit distributa ciuitas, in primos, secundósque Tatienses, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus decem curias continebat, quæ de nominibus Sabinorum appellatæ sunt. Hæc Varro, Festus, Plutarchus, & Asconius. Dissentit paulum ab his lib. 1. Liuius, scribens, à Romulo centurias equitum tres fuisse conscriptas, Ramnenses, & Tatienses & Luceres: nec videtur existimare totum populum in hos distributum, sed solos Equites. Tribus autem statim ab initio quatuor esse

esse facta asserit, vrbe quadrifariam secundum colles & regiones diuisa: tribúsque non à numero ternario, sed à conferendo tributo appellatas existimat. Quæ in re optimè cum Liuio conuenit Plinio, qui quatuor ab initio vrbanas fuisse tribus affirmat, Suburranam, Palatinam, Collinam & Exquilinam, ita appellatas à partibus vrbis in quibus habitabant. Ciceronis verò ætate vrbs in XXXV tribus erat diuisa: quod ipse cùm plerisque aliis in locis, tum apertissimè ostendit in orationibus contra Rullum de Lege agraria. Harum nomina erant Aemylia, Anicnsis, Cornelia, Claudia, Collina, Crustumina, Exquilina, Falerina, Fabia, Galeria, Lemonia, Metia, Narniensis, Otriculana, Vfentina, Palatina, Papyria, Pollia, Popilia, Pontina, Publicia, Papinia, Quirina, Romulia, Sergia, Suburrana, Sceptia, Stellatina, Sabatina, Terentina, Tromentina, Velina, Veientina, Veturia, & Volitina.

Tributarius, a, um, adiectiuum. Quod ad tribus pertinet. ξ Φορτιανός, φυλετικός. Ital. *Di tribu*. Gal. *De tribu*. Hisp. *De tal vando*. } vt Tributarium crimen, tributaria res. Cicero pro Plancio. Itaque hæsitantem te in hoc sodalitiorum crimine tributario ad communem ambitus causam te contulisti.

Tribulis, generis masculini, pen. prod. Qui ex eadem est tribu. ξ φυλίτης. Ital. *Della medesima tribu*. Gal. *D'vn mesme tribu & liguée*. Hisp. *Cosa de misme vando, linaje y collacion*. } Horat. 1. Epist. 13. Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis. Cicc. Seruio lib. 13, Lucio Coffinio amico, & tribuli tuo valde familiariter vtor. Liu. 2. ab Vrbe, Vetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo venirent agro, appellata. Martial. lib. 9. Nunc annus, & tremulo vix accipienda tribuli.

Tributim, aduerbium. Per singulas tribus. ξ κατὰ φυλάς. Ital. *Per tribu*. Gal. *Par tributs, de tribu en tribu*. Hisp. *De collacion en collacion*. } Cicc. Attico lib. 4. Populo tributim domi suæ satisfecerat.

Tributum, ti. A tribubus Varro dictum ostendit, quòd ea pecunia quæ populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census solue batur. ξ εἰσφορά, τέλος, φόρος. Ital. *Tributo*. Gal. *Tribut, taille*. Hispa. *El tributo ò pecho*. } Festus à tribuendo deriuare videtur, Tributū (inquit) dictum est, quia ex priuato in publicum tribuitur. Cic. 2. Offic. Danda etiam est opera, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, assiduitatémq; bellorum, tributū sit conferendū. Ouid. de Nuce, Fœlix, secreto quæ nata est arbor in agro, Et soli domino ferre tributa potest. Stat. 4. Syl. 1, Restat Bactra nouis, restat Babylon tributis Fræuari. Dicitur & Tributus. Plaut. in Epid. Tributus maior penditur.

Tributarius, Qui soluendo tributo obnoxius est. ξ τελεσφόρος, τελώνης. Ital. *Tributario, che paga tributo*. Gal. *Tributaire, qui paye tribut*. Hisp. *Pechero*. } Iustinus lib. 1. Sed ciuitates, quæ Medorum tributariæ foerant. Plin. lib. 12. cap. 1, Et iam ad Morinos vsque peruecta, ad tributarium etiam pertinens solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant.

Tributorius, Adiect. ξ τὸ τελικός, vel τελωνικός. Ital. *Pertinente à tributo*. Gal. *Apartenant à contribution*. Hisp. *Perteneciente à tributo*. } Vnde titulus Digestorum lib. 14. de Tributoria actione. Vlpian. Ibidem. l. Illud quoque §. Si cuius dolo factum est quominus ita tribueretur, in eum tributoria datur, vt quantominus tributum sit quàm debuit præstet.

TRICA, aut potius Tricca per duplex c, τρίκκη Stephano, Vrbs Thessaliæ, non procul à sinu Pegasico, id nominis sortita à Tricca Penci filia. ¶ Fuit & Tricca alia in Apulia Dauniorum, quam cum Apina vicino oppido tanta Diomedes ignominia euertit, vt in prouerbij ludibrium transierint. Quoties enim rem futilem ac nugatoriam ostendere volumus, Tricas & Apinas nominamus. Vide in dictione APINA.

Tricæ, Capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti: ita dicti, quasi τρίχες, teste Nonio: qui quoniam gressum illorum impediunt, factum est vt omnia impedimenta Tricæ vocentur. ξ τραχήματα. Ital. *Intricamenti*. Gal. *Empechement*. Hisp. *Empachos*. } Turpilius Demiurgo, vt citatur à Nonio. Iudicia, lites, turbas, tricas, contentiones maximas. Varro ἀσυντάκτων, apud eundem Nonium, Puras eos non citius tricas Atellanas, quàm id extricaueros? ¶ Hinc Intricate dictum est, pro eo quod est inuoluere, & implicare. vt annotauit idem Nonius. citans Afranium in Epist. Ita intricauit huius hanc rem temeritas. ¶ Item, Extricare pro explicare. Plautus Epidico, Aliqua ope exoluam, extricabor, aliquâ inde ex impedimentis liberabor. ¶ Tricas item accipimus pro nugis, & rebus nihili. Plaut. Rudente, Eloquere properè, celeriter. 1. numos trecentos. c. Tricas. In qua significatione etiam Tricas & Apinas dicimus, prouerbiali nimirum metaphora res vilissimas significantes. Martial. lib. 14. Sunt Apinæ, Tricæq;, & siquid vilius istis. Ortum creditur prouerbium à duobus Apuliæ oppidis hisce nominibus dictis, quæ Diomedes nullo negotio euertit. Plin. lib. 3. cap. 11, Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorúmque, & vrbes duas, quæ in prouerbij ludicrum vertêre, Apinam & Tricam. Vide Erasmi Adagia.

Triceni, æ. a. plur. num. Idem quod triginta. ξ τριάκοντα. Ital. *Trenta*. Gal. *Trente*. Hisp. *Treinta*. } quasi Trigeni, g in c mutata, ea forma, qua vicenos dicimus pro vigenis. Plin. lib. 9. cap. 36, Latent sicut murices circa Canis exortum tricenis diebus. ¶ Tricenæ amphoræ. Columel. lib. 3. cap. 3, At siqui cum scientia sociauerint diligentiam, non vt ego existimo tricenas vel quadragenas certè: sed vt Græcinus minimū computans licet, inquit, amphoras vicenas percipient ex singulis iugeribus.

Tricenarius, a, um, τριακοντάετής. vt Vites tricenariæ. Varro lib. 2. cap. 2, Nónne item in agro Fauentino, à quo tibi tricenariæ appellantur vites, quod iugerum tricenas amphoras reddat?

Tricenteni, pen. prod. Idem quod Treceni. ξ τριακόσιοι, αι, α. Ital. *Trecento*. Gal. *Trois cents*. Hisp. *Tres cientos*. } Colum. lib. 5. cap. 2, Quoniam sex latera sunt, quæ consummata fiunt duo millia tricenteni & quadraginta.

Tricephalus, pen. corr. τρικέφαλος. Idem quod triceps, hoc est tria habens capita: vnde Cerberos à Poëtis Græcis hoc epitheto insignitur.

Triceps, Trium capitum. ξ τρικέφαλος. Ital. *Che ha tre teste*. Gal. *Qui a trois visages, ou trois testes*. Hisp. *Cosa de tres cabeças*. } Seneca in Hercule furente, Tricipitem secum belua manibus trahens. Cic. in Orat. Quid in verbis iunctis? quàm scitè insipientem, non insapientem: iniquum, non inæquum: tricipitem, non tricapitem? Idem 1. Tusc. Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? Ouid. 8. Metam. Tûque triceps Hecate.

Tricesimus, a, um. pen. corr. Vltimus ex triginta. ξ τριακοστός. Ital. *Trentesimo*. Gal. *Trentiesme*. Hisp. *Treinta en orden*. } Cicc. ad Attic. lib. 6. Tricesimo quoque die. Plin. lib. 17. cap. 23. Ante tricesimum sextum mensem attingi falce vetantur. Horat. 1. Serm. Saty. 9. Hodie tricesima sabbatha.

Trichias, τριχίας, Piscis est ex genere saxatilium bis quotannis parens. Quidam Sardam interpretantur. Plin. lib. 9. cap. 51. Piscium autem lupus & trichias bis anno parit, & saxatiles omnes. Idem lib. 9. cap. 15. Intrantium Pontum soli non remeant trichiæ.

Trichiasis, τρίχωσις, Morbus mammarum, qui in lactantibus mulieribus prouenit ex pili haustu. ¶ Hoc item nomine dicitur rima circa spinam, in longum producta, sed adeò exilis, vt visum fugiat: quæ non ratò mortem affert.

Trichila, orum, τρίχηλα, Nonnulli interpretatur vasa, tria habentia labra, é quibus liquor effluere possit. Quod si verum est, penultima debebit produci, vtpote quæ η diphthongo scribatur. Columella tamen corripit lib. 10, sic scribens, Tum modò depẽdens trichili, modò more chelydri Sole sub æstiuo gelidas per graminis vmbras Intortus cucumis, prægnánsque cucurbita serpit. Aut igitur Columella vocalem præpositiuam è diphthongo abiecit, aut aliud quærendum est vocis huius etymon. Apud Cæsarem de bello Pompeiano, Trichilon accipi videtur pro vestis stragulæ genere tenuissimo: quod & annotauit Cælius Rhodiginus, lib. 18. cap. 11, qui vocis eius originem ἀπὸ τῆς τρίχος repetit. Verùm hoc Columellæ loco iam citato nullo modo conuenit.

Trichitis, tis, τριχίτις, Aluminis genus, quod alio nomine Schiston à quibusdam appellatur, in capillamenta quædam tenuia dehiscens: vnde trichitidis nomen accepit. Vide Plin. lib. 35. cap. 15.

Trichomanes, τριχομάνης, Herba est, filici similis, sed minor, quam Capillarem herbam Romani luxuria capillitij, officinæ *Polytrichon* appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 22.

Trichrus, τρίχρους, Gemmæ nomen, à tribus coloribus impositum, quos reddit coti attrita. Plin. lib. 37. cap. 10, Trichrus ex Africa est: sed tres succos reddit: à radice nigrum, medio sanguineum, summo cãdidum.

Tricies, aduerbium, Triginta vicibus. ξ τριακοντάκις. Ital. *Trente volte*. Gal. *Trente fois* Hisp. *Treinta vezes*. } Liu. 8. bel. Punic. Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertiũm tricies octoginta millia æris. Cic. 3. Verri. His nominibus solis Cn. Dolabellæ II-6 ad tricies litem esse æstimatam.

Triclinium, nij. ξ τρικλίνιον. Ital. *Camera, ridotto da conuiti*. Gal. *Chambre ou l'on prend les repas de disner & souper*. Hispa. *La sala ò camara do estan tres mesas en fiesta de bodas ò combite*. } Latinè discubitorium conclaue dici potest. Erat enim locus in quo discumbebant, & cœnabant & tribus lectis quos in eo sternebant, nomen habens. Nam tres mensas in conuiuio apponere veteres solebant, & cubantes cœnare. Hinc Horat. 1. Serm. Saty. 4, Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos, E quibus vnus aut quauis aspergere cunctos, Præter eum qui præbet aquam. Iuuen. Saty. 5. -ergo duos post Si libuit menses neglectum adhibere clientem Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto, Vnâ simus, ait. Ex quibus Iuuenalis verbis apertissimum est, triclinium discubitorium tribus fuisse instructum lectis, atque inde nomen accepisse. Et quanuis τρικλίνιον sit dictio merè Græca, ita tamen recepta est in Latinam coloniam, vt ea vtamur tanquam Latina. Quintilianus, Vix eo limen egresso, triclinio illud supra conuiuas corruit. In eadem significatione Cicero Conclauis vocabulo vsus est, eandem cum Fabio referens historiam, lib. 3. de Orat. Hoc interim (inquit) spatio conclaue illud vbi epulabatur Scopas, concidit. Quinetiam Vitruuius lib. 4, manifestè triclinia inter conclauium genera annumerat. In triclinijs, inquiens, cæterisque conclauibus, maximus est vsus luminum. ¶ Aliquando triclinium accipitur pro ipsis lectis, & reliquo discubitus apparatu. Cicc. 4. Verr. In foro sibi triclinium straurat. Quod explicans paulo pòst subdit, Imperauit vt in foro sibi medio lecti sternerentur. ¶ A triclinio dictus est architriclinus, triclinij præfectus, cui instruendi, ornandique triclinij cura incumbit. ¶ Legitur & biclinium apud Plaut. In Bacchid. pro cœnaculo duobus tantùm lectis instrato. Græci δικλίνιον appellant. Aduertite (inquit) Mnesiloche, & tu Pistoclere, Iam facite in biclinio cum sua vterque amica cubitum eatis.

Triclinia, orum. Aulæa, siue vestes stragulæ, quibus triclinia ornantur. ξ τὰ τῶν τρικλίνων κατασκευάσματα. Ital. *Tapezzarie ò vestimenti per ornare quella camera*. Gal. *Tapisserie ou vestement pour orner telle chambre*. Hisp. *Tapetes ò vestiduras para aderyar tal sala ò camara*. } Plin. lib. 19. ca. 39. Qua purpura quis non iam triclinia facit? Varro 1. de Re rust. cap. 13, Qui elaborant vt spectent sua æstiua tricliniaria ad frigus Orientis.

Tricliniaris, a, um: & Tricliniaris, tricliniare. ξ τρικλινιακός. Ital. *Pertinente à tale camera*. Gal. *Apartenant à telle chambre*. Hisp. *Perteneciente à tal camara*. } Quod ad triclinium pertinet vt Mappæ tricliniares, & lecti tricliniares. Plin. lib. 37. cap. 2, Lectos tricliniares tres.

Tricolon, penult. prod. ξ τρίκωλον. Ital. *Di tre membri*. Gal. *De trois membres*. Hisp. *Cosa de tres miembros*. } A Græcis dicitur, quod nos trimembre vertere possumus. Vnde certa quædam Odarum genera, quæ triplici carminis genere veluti tribus constant membris, tricola dicuntur: cuius generis non pauca sunt apud Horatium.

Tricones, Contentiosi, & rixarum peramantes. ξ δικηγάδες. Ital. *Fastidiosi, contentiosi*. Gal. *Triganlx, querelleux, noiseis, harguneux*. Hisp. *Porfiosos ò porfiadores*. } Vnde Iul. Capitol. in Aelio Vero, Fertur & nocte perpete alea lusisse quum in Syria concepisset id vitium: atque intantum vitiorum Gratianorum, & Neronianorum, ac Vitellianorum fuisse æmulum, vt vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & commisceretur cum triconibus, & commitceret rixas, dissimulans quis esset, sæpéque afflictum liuida facie rediisse, ac in tabernis agnitum, quum sese absconderet.

Tricoccus, ci, τρίκοκκος, Genus heliotropij quod alio nomine scorpioron appellant, eo quòd semen ferat scorpionis caudæ non dissimile. Autor Pli. lib. 22. ca. 21. Apud Dioscor. lib. 1. ca. 138, genus est mespili, huxeæ spinæ similitudine, pomũ ferens exigui mali magnitudine, in quo tria sunt officula: à quibus tricoccus dicta, quasi trigrania, siue triossia.

Tricongius, τρικόγγιος, Cognomen Nouelli Torquati Mediolanensis, qui gestis honoribus è Prætura ad Proconsulatum vsque peruenerat. Hic tribus congiis epotis, spectante miraculi gratia Tiberio principe, præclarum

peculiarem cognomen sibi vindicauit. Vide Plin.lib.14.cap.22.

Tricor,atis, Nugas agit, ineptio. {λῆρον φλυαρῶ, βωμολοχῶ. Ital. *Cianciare.* Gal. *Rauer, bourder, dire choſes frivolles.* Hiſpan. *Deſuuriar en vanas palabras.*} Cic. Attic. Brutus Vectienum accuſat: tricatur ſcilicet. Nonnunquam accipitur pro rixari in Ver. Idem eidem, Publius tecum tricatus eſt.

Tricornis,ne, Quod tria cornua habet. {τρίκερως. Ital. *Di tre corni.* Gal. *Qui a trois cornes.* Hiſp. *Coſa de tres cuernos.*} Plin.lib.8. cap.21, Indicos boues vnicornes, tricornésque.

Tricorpor,oris,peu.corr.adiectiuum, Habens tria corpora. {τρίσωμος. Ital. *Chi ha tre corpi.* Gal. *Qui a trois corps.* Hiſp. *Coſa compueſta de tres cuerpos.*} Virgil. 6. Aeneid. In forma tricorporis vmbræ. Silius lib.3. Geryonis peteret quum longa tricorporis arua.

Tricuſpis,dis,pen-corr.adiectiuū, Quod tres habet cuſpides. {τρίαιμος. Ital. *chi ha tre punte.* Gal. *Qui a trois pointes.* Hiſp. *Coſa de tres puntas.*} Ouid.1. Metamorph. -poſtóq; tricuſpide telo Mulcet aquas rector pelagi.

Tridacna,τρίδακνα. Oſtrea tantæ magnitudinis, vt ter mordenda eſſent: à nomenclatore nepotis cuiuſdam ita primùm appellata: vt refert Plin. lib.32.cap.6.

Tridens, Ferramentum tres habens dentes, ſiue cuſpides. {τρίαινα. Ital. *Forcina di tre denti.* Gal. *Inſtrument qui a trois dents.* Hiſ. *Coſa que tiene tres dientes o puntas.*} Vnde Neptuni ſceptrum Poetæ ab hac forma peculiariter Tridentem appellarunt. Virgil.1. Georg. Magno tellus percuſſa tridenti. Plin.lib.9.ca.15, Thynni à gubernaculis non ſeparantur, ne tridente quidem in eos ſæpius iacto territi.

Tridentifer,a,um,pro Neptuno. τριαινοφόρος. Ouid.8. Metam. -ô proxima terræ Regna vagæ dixi ſortite tridentifer vndæ.

Tridentiger,pen.corr. Idem Ouid.11. Metam. Quúmque tridentigero tumidi genitore profundi.

TRIDENTVM,ti, Vulgò *Trento*, Rhætiæ oppidum, ad Atheſim fluuium: in Alpium anguſtiis ſitum: à quo Tridentini, quorum meminit Plin. lib.3.cap.19.

Triduum,dui, Spatium trium dierū. τριημερία. à quo Triduanus,a,um, {τριήμερος. Ital. *Tre di.* Gal. *L'eſpace de trois iours.* Hiſp. *El eſpacio de tres dias.*} vt Triduanæ induciæ, in tres tantùm dies pactæ. Plin.Epiſt.62, Et qui audire triduo velint, inueniuntur. Cic.2.de Legib. Corta cenſet habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati Idem pro Mil. Clodius reſpondit, triduo illum, ad ſummum quatriduo periturum.

Triennis,ne, Quod eſt trium annorum. τριετής. Ita. *Di tre anni.* Gal. *De trois ans.* Hiſp. *Coſa de tres años.*

Triennium,nij, Spatium trium annorum. {τριετία. Ital. *Spatio di tre anni.* Gal. *L'eſpace de trois ans.* Hiſp. *Eſpacio de tres años.*} Cic.4.Verr. Triennium prouinciam obtinuit. Idem ad Qu. frat.lib.1. Præclarum eſt enim ſummo cum imperio fuiſſe in Aſia triennium. Ouid.9.Metam. Ilmariæ celebrāt repetita triennia Bacchæ.

Trietis,tis, Tertia pars aſſis, hoc eſt vnciæ quatuor. {τριτημόριον. Ital. *Vn denaro, quattro onze.* Gal. *Vn denier . la troiſieſme partie d'vn tout, quatre onces.* Hiſp. *La tercera parte de vn entero, quatro onças.*} Cice. Attic. Dolabellam video Liuiæ teſtamento cum duobus coheredibus eſſe in triente, hoc eſt in tertia parte totius hæreditatis. ¶Erat item Triens nummuli genus, valens tertiam aſſis partem. Iuuc. Saty.3, Nec habet infœlix, quem potrigat ore trientem. ¶Item ſumitur pro calice quatuor continente cyathos. Propert. lib.3, Quum fuerit multis exacta trientibus hora. Perſius Saty.3. -calidúmque trientem Excutit è manibus. ¶Trientalis materia dicitur, quæ eſt craſſitudine quatuor vnciarum, ſiue quatuor pollicum. Nam in menſuris, teſte Budæo, vnciæ accipiuntur pro pollicibus. Duodecim ſiquidem pollices conſtituunt pedem.

Trietal,lis,neut.gen. Vaſis genus, tertiam partem ſextarij capiens. Perſius Saty.3, -calidúmque trietal Excutit è manibus. Quo tamen in loco alij legunt Trientem, vt iam dictum eſt.

Trientalis herba, Quæ altitudine æquat tertiam pedis partem, hoc eſt pollices quatuor. τριημοριαῖα βοτάνη.

Trierarchus,chi,maſc gen. τριήραρχος, Præfectus triremis. Nam à Græcis τριήρης, dicitur quam nos triremem vocamus. Cic.3.Verr. Qua de re cis Charidemum Chium teſtimonium priore actione dicere audiſtis, ſeſe quum eſſet trierarchus, &c.

Trieres,huius trieris,gen.fœm.pen prod. τριήρης. Nauis oblongæ genus eſt quam Latini à tribus remorum ordinibus Tritemem vocant.

Trietericus,a,um, {τριετηρικός. Ital. *Di tre anni.* Gal. *De trois ans.* Hiſp. *Coſa de tres años.*} Triennalis, ſiue quod tertio quoque anno fit. ¶Hinc Trieterica appellata ſunt ſacra Bacchi, quæ tertio quoque anno ſumptuoſa annis eius Orgiis agitabantur. Inſtituta enim ſunt, quum ex Inſiora Indiæ victor Liber pater rediiſſet, à triēnio quo peregrinatus eſt. Virg.4. Aen. -vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cithæron. Ouid.6. Metam. Tempus erat, quo ſacra ſolent Trieterica Bacchi Sithoniæ celebrare nurus. Noũ Trieterica, Stat.2.Theba. -non hæc trieterica vobis, Non patrio de more venit.

Trieteris, pen. prod. genitiuo trieteridis. {τριετηρίς. Ital. *Tre anni.* Gal. *L'eſpace de trois ans* Hiſpan *Tres años.*} Spatium trium annorum. Statius lib.4.Theb. Ludos & atra ſacrum recolet trieteris Ophelten. Mart. li.6, Aſpicis vt paruus, nec adhuc trieteride plena Regulus, auditum laudet & ipſe patrem. Cic.3.de Nat. deor. Quintum Niſo natum, & Thioue, à quo trieterides conſtitutæ putantur.

Trifariam,aduerbium. Tripertitò tribus modis. {τριχῶς. Ital. *In tre parti ò modi.* Gal. *En trois ſortes & maniares.* Hiſp. *En tres maneras.*} Liu.5. ab Vrbe, Trifariam Romam muniebant.

Trifarius,ria,rium. Triplex. {τριφάσιος, τριπλάσιος. Ital. *Di tre doppi.* Gal. *Triple, de trois doubles.* Hiſp. *Coſa que tiene tres dobleces.*} Liu.lib.3, Ita trifariam adortus caſtra circumuenit.

Trifaux,cis,omnis gen. Tres fauces habens. {τρίγναθος. Ital. *Che ha tre bocche.* Gal. *Qui a trois gueules.* Hiſ *Coſa que tiene tres gargantas.*} vnde peculiari epitheto vocant Poetæ Cerberum trifaucem. Virgil.lib.6. Aeneid. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.

Triferus,ra,rum. {τριφόρος. Ital. *Che fruttifica tre volte all' anno.* Gal. *Qui porte fruit trois fois l'an.* Hiſp. *Coſa que fructifica tres vezes cada año.*} Quòd ter quotannis fructus producit. Colum.lib.5. cap.10, Omnes etiam biferæ & triferæ. Plin.lib.16.cap.17, Vites quidē & triferæ ſunt, quas ob id inſanas dicunt, quoniā in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent.

Trifidus,da,dum,pen.corr. Quod in tres partes diuidi poteſt. {τρίχα. Ital. *Foſſo in tre, ò vero ch' ha tre punte.* Gal. *Fendu en trois, qui a trois pointes ou fourchons.* Hiſpa. *Hendido en tres partes.*} Vnde proprium orbis terræ epitheton eſt, qui in tres diuiſus eſt partes. ¶Flamma trifida, id eſt fulmen eſt, qui in tres diuiſus eſt partes. ¶Flamma trifida, id eſt fulmen trifulcum. Ouid.2. Meta. Nayades Heſperiæ trifida fumantia flamma Corpora dant tumulo. Haſta trifida, Val. Flac.1. Argon. Cuſpis trifida, Neptuni tridens, Claud.lib.2.de rap.Proſerp.

Trifinium, Dicitur vbi trium agrorum terminus eſt τριόδια.

Trifolium, Herba eſt à tribus foliis, quæ in ſingulis habet germinationibus, appellata. {τρίφυλλον. Ital. *Trifoglio.* Gal. *Treffle* Hiſpa. *Trebol.*} Eius tria ſunt genera: ex quibus menyanthes vocant Græci, quod maiore eſt folio: cui adulto bituminis ineſt odor: vnde aſphaltion nonnulli appellarunt, in coronarum vſu commendatum. Alterum à folij acumine oxytriphyllon cognominant. Tertium omnium minimum, in pratis paſſim prouenit. Vide Plin.lib.21.cap.21.

TRIFOLINVM, Campaniæ oppidum fuit, à quo ager Trifolinus dictus eſt, vini non prorſus ignobilis ferax. Iuuenal. Saty.8, Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet. Et Trifolina vitis. Martialis lib.13. Non ſum de primo, fateor, Trifolina Lyæo: Inter vina tamen ſeptima vitis ero.

Triformis,me, Tres habens formas. {τρίμορφος. Ital. *Chi ha tre forme.* Gal. *Qui a trois formes ou figures.* Hiſp. *Coſa que tiene tres formas ò figuras.*} vt Canis triformis. Cerberus. Seneca Herc. Oethæo. Diua triformis Hecate. Horat.3.Carm.Ode 22, Montium cuſtos, nemorúmque virgo, Quæ laborantes vtero puellas Ter vocata audis, adimíſque letho Diua triformis.

Triſur, Idem quod furaciſſimus, ſiue eximius fur. {κλεπτίστατος, κλῶψ. Ital. *Piu che ladro.* Gal. *Treſlarron, plus que larron.* Hiſ *Grande y famoſo ladron.*} Nam particula τρὶς in compoſitione augendi vim habet. Plautus, Non fur, ſed trifur. ¶Sic Trifurcifer dicitur, id eſt inſignis furcifer. Plaut. in Rud. Tũn' trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

Trifurcos,adiectiuum, Quod tres furcas habet. {ὁ κ' ἐπίχλην, τρίδυμος. Ital. *Di tre forcelle.* Gal. *Qui a trois fourchons, fourchu en trois.* Hiſp. *Coſa que tiene tres horcas.*} Colum.lib.5. cap.10. Trifurcam maximè ponito, ea extet tres horcas minimè tribus pedibus. Trifurca ſemina, quæ in tres partes furcata ſunt. Colum.de Arb. cap.20. Semina trifurca maximè ponito: ea extent ſupra tetram tribus pedibus.

Trifurcifer,pen corr. κλεπτίστατος, κλεπτικώτατος. Pluſquam furcifer, vel maximus fur. Plaut. Anlul. Vituperas me? A. Etiam for trifurcifer. Idem Rud. Tũn' trifurcifer mihi audes inclementer dicere.

Triga,gæ, Vehiculi genus quod tribus trahitur equis: quaſi triaga: à tribus equis iunctis. {τέθριππον, τέτριππον. Ital. *Carro da tre caualli.* Gal. *Chariot à trois cheuaulx.* Hiſp. *El carro de tres caualles.*} in Pandectis lib.31, Et, ſi triga vænierit, retinenda erit rota: ſed ſi quadrigæ, tedhibeatur.

Trigarius, rij, Trigarum agitator. {τεθριππολάκης. Ital. *Carratiero d'vn carro tirato da tre caualli.* Gal. *Charretier, qui conduit trois cheuaulx.* Hiſpan. *Carratero de carro de tres caualles.*} Plin.lib.28, cap.17. Feruntque & Neronem principem hac potione recreari ſolitum, quum ſic quoque ſe trigario approbare vellet.

Trigamus,pen.corr. τρίγαμος. Qui tres duxit vxores: nam γάμος, nuptias ſignificat.

TRIGARIVM,rij Locus iuxta campum Martium, vbi trigarum eurule certamen fiebat. Plin.lib. vlt. cap.13, Ne equos equidem in trigariis præferri vllos vernaculis animaduerto.

Trigemini,tantùm pluraliter, Tres vno partu editi. {τρίδυμοι. Ital. *Tre figliuoli nati à vn parto.* Gal. *Trois nez d'vne ventrée, trois gemeaulx.* Hiſpan. *Tres mellizos.*} Plin. de Viris illuſt. Bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit. Columel.lib.7.cap.6. de capellis. Parit autem ſi eſt generoſa proles frequenter duos, nonnunquam trigeminos.

TRIGEMINA Porta Romæ dicebatur per quam trigemini fratres Horatij exierunt. Liuius, Minutius extra portam trigeminam boue aurato donatus eſt.

Trigemmis,gemme. Quod tres habet gemmas. {τριόφθαλμος. Ital. *chi ha tre gemme.* Gal. *Qui a trois bourgeons.* Hiſp. *Coſa que tiene tres yemas.*} Columel.lib.3.cap.19. Vallis, & vliginoſi campi ſitu ſerimus: etiam trigemmem (ſcilicet malleolum) qui eſt paulo minor dodrante, longior vtiq; ſemipede: iſque non ab eo trigemmis dictus eſt, quòd omnino trium oculorum eſt, quum ferè circa plagam qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum: ſed quòd his exceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidémque gemmas habet.

Trigeſimus,a,um,pen.corr. Vltimus ex triginta. {τριακοστός. Ita. *Trigeſimo.* Gal. *Trentieſme.* Hiſp. *Treinta en orden.*} Cic. de Senect. Cuius à morte iam tertius & trigeſimus eſt annus.

Triginta, indeclinabile nomen numerale, Ter decem. {τριάκοντα. Ital. *Trenta.* Gal. *Trente* Hiſpa. *Treinta en numero.*} Virgil.3. Aeneid. -inuenta ſub ilicibus ſus Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Trigla,τρίγλα, Genus piſcis qui à veteribus mullus vocabatur, in præcipuis olim cœnarum delicijs habitus adeóq; ganeonum menſis expetitus, vt ſæpius argenti puri pondere à priuatis etiam Quiritibus emeretur. Apud Romanos etiam hodie Græco nomine trigla appellatur, amiſſa mulli appellatione. Vide Iouiū in libello de Romanis piſcibus.

Triglites,pen prod. τριγλίτης. Gemma mulli piſcis colorem habens. Autor Plin.lib 37.cap.11.

Trigon,onis, τρίγων, Locus erat in thermis, pilæ ludo deſtinatus: à trigona, hoc eſt triquetra figura nomen habens. ¶Vnde & minimum pilæ genus, trigonem, & trigonalem pilam appellarunt, quòd eo in trigone luſitare ſolebant. Martial.lib.2, Qui leonum ceroma teris, tepidúmque trigona. De pila trigonali extat epigramma apud eundem lib.14. Si me mobilibus ſcis expultare ſiniſtris, Sum tua: ſi neſcis, ruſtice redde pilam. Idem lib.12, Captabit tepidum dextra, lævāque trigonem.

Trigonus, ni, pen. prod. τρίγωνος. Triangulus: vnde Trigonus, a, um, triangularis.

Trilibris & hoc trilibre, pen prod. {τρίλιτρος. Ital. *Di tre lire.* Gal. *De trois liures.* Hiſp. *Coſa de tres libras.*} Quod eſt trium librarum. Horat.2. Serm. Saty.

Saty.2. -laudas insane trilibrem. Mullum.

Trilinguis, gue, Qui tres linguas habet: vel tribus loquitur linguis. {τρίγλωσσος. Ital. *Trilingue.* Gal. *Qui a trois langues.* Hisp. *Cosa que sabe ò tiene tres lenguas.*} Horat. 3. Carm. Ode 11. -quamuis furiale centum Muniant angues caput eius: atque Spiritus celer, saniésque manet Ore trilingui.

Trilix, cis, pen. genitiui prod. adiectiuum, Quod ex tribus constat liciis. {τρίλικτος. Ital. *Tessuto con tre fili.* Gal. *Tissu de trois fils.* Hisp. *Cosa de terlix, texida de tres hilos.*} Vnde trilices vestes dicuntur, quæ ex tribus liciis versicoloribus constant. ¶ Interdum tamen Trilix accipitur pro triplici, τριπλόϊς. Virg. 3. Aeneid. Loricam consertam hamis, auróque trilicem. Valer. Flac. 2. Argon. Pec clypei cædentis opus, partémque trilicem.

Trimacrus, τρίμακρος, Pes metricus, contrarius tribracho, constans ex tribus longis: vt Virtuti.

Trimestris, stre, Trium mensium. {τρίμηνος, τρίμηνις. Ital. *Di tre mesi.* Gal. *Qui a trois mois.* Hisp. *Cosa de tres meses.*} Plin. lib. 7. cap. 15, Et hoc tale, tantúmque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit, & trimestri spatio largius.

Trimetron, τρίμετρον, Carminis genus ex tribus constans mensuris maioribus, hoc est pedibus sex: vnde senarios iambicos, trimetros appellamus.

Trimma, {τρίμμα. Ital. *Astuto, scelerato, prattico.* Gal. *Fin, accort, vieil en malice.* Hispa. *Ennegrecido en su arte, astuto.*} A Græcis dicitur is qui à Latinis appellatur veterator, qui scilicet in re aliqua tritus est, & exercitatus, quasi ὁ πολλάκις τετριμμένος: idque ea forma qua Latini Scelus dicũt pro scelesto. Sic Quintilianus attrita vsu forensi ingenia dixit.

Trimodium, trimodij, Quod tres modios continet. {τρίμοδος, τριμόδιος. Ital. *Che capisce tre mozzi.* Gal. *Qui contient trois boisseaux.* Hisp. *Medida de tres celemines.*} Plin. lib. 33. cap. 1, Neque enim aliter potuissent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Plautus Menæch. Nunc argumentum vobis demensum dabo, Non modio, neque trimodio, verùm ipso horreo.

Trimodia, æ, Nomen vasis tres cõtinentis modios, Columella Satoriam trimodiam appellat, quòd ex ea satores iaciant semina, lib. 2. cap. 9, vbi sic ait, Nonnulli pelle hyenæ satoriam trimodiam vestiunt, atque ita ex ea quum paulum immorata sunt semina, iaciunt, non dubitantes prouentura quæ sic sata sint. Idem lib. 12. cap. 50, Tum scalæ, corbulæ, decemmodiæ trimodiæ satoriæ, &c.

Trimorion, τριμόριον, Idem quod dodrans, quòd tres contineat assis partes.

Trimus, ma, mum, Quod est trium annorum. {τρίμος, τρίτος. Ital. *Di tre anni.* Gal. *Qui a trois ans.* Hisp. *Cosa de tres años.*} Plaut. in Rud. Trima quæ periit mihi, iam tanta esset, si viuit, scio. Plin. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt.

Trimulus, diminutiuum, Quo in iis duntaxat vtimur, teste Valla, quæ adhuc incrementum capere possunt. Vnde puerum trimulum rectè dixeris: equum autem aut canem trimum, non trimulũ. Sueton. in Vesp. Trimulus patrem amisit.

Trimyxos, τρίμυξος, Lucerna est tribus lucens ellychnis. Nam μύξαι à Græcis & nares dicuntur, & canaliculi, quibus ellychnia inseruntur.

TRINACRIA, τρινακρία, Insula est maris Tyrrheni, angustissimo freto ab Italia dirempta, cum qua olim creditur cohæsisse: vnde Siciliam dictam volunt à siciliendo, hoc est abrumpendo. Eadem quoque à triangulari figura dicta est Triquetra. Trinacria autem à tribus promontoriis, Pachyno scilicet, Lilybæo, & Peloro. Græci enim ἄκρα summitates vocant, vel promontoria. Virgil. 3. Aeneid. -sic denique victor Trinacria fines Italos mittêre relicta. Et paulo póst, -intremere omnem Murmure Trinacriam.

Trinactis, τρινακτίς, Patronymicum fœmininum. Ouid. 2. Fastorum,

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,
Trinactis à positu nomen adepta loci.

Trinacrius, a, um, possessiuum, τρινάκριος, Siculus. Virgil. 5. Aene. Præstat Trinactij metas lustrare Pachyni. Iuuenes Trinacrij. Idem 5. Aen.

Trinepos, pen. corr. genitiuo Trinepotis, Abnepotis filius, tertius à nepote. {τρισέγγονος. Ital. *Il nipote di nostro nipote in dritta linea.* Gal. *L'arriere neueu de neueu en droitte ligne.* Hisp. *Tataranieto, ò chozno.*} cuius correlatiuum est Tritauus, hoc est ataui pater. Vide Institutiones Iustiniani.

TRINOANTES, Populi in Orientali tractu Britanniæ ad Tamesim fluuium, siue æstuarium. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Trinoctium, ctij, {τρινύκτιον Ital. *Spatio di tre notti.* Gal. *Espace de trois nuits.* Hisp. *Espacio de tres noches.*} Trium noctium spatium. Gell. lib. 3. cap. 2, Non enim posse impleri trinoctium, quod abesse à viro vsurpandi causa ex XII tabulis deberet.

Trinoctialis, le, pen. prod. {τρινύκτιος. Ital. *Cosa di tre notti.* Gal. *Qui est de trois nuits.* Hisp. *Cosa de tres noches.*} Martial. lib. 12, -sed ipse diuũm Offensus genitor, trinoctiali Affecit domicœnio clientem.

Trinodis, de, pen. prod. Tres nodos habens. {τρίνωτος. Ital. *Di tre nodi.* Gal. *Qui a trois neuds.* Hispan. *Cosa de tres ñudos.*} vt Clava trinodis. Ouid. Epistol. 4. Ossa mei fratris clava perfracta trinodi.

Trinundinum, ni, Idem quod tres nundinæ. vnde Trinundino promulgari dicebatur, quod tribus continuis nundinis promulgabatur. Erant autem nundinæ apud Romanos, feriæ statæ, nono quoq; die celebrari solitæ, eo consilio institutæ, vt octo diebus rustici in agris essent, nono autem die in vrbem commearent, partim vt res sibi necessarias compararent, partim vt plebiscita, & senatusconsulta frequentiore populo referrentur: quæ ideo trinundino, hoc est tribus nundinis proponebantur, ne in tanta hominum frequentia promulgata quempiam latere possent. Quamobrem lex, teste Cicerone, iure lata non putabatur, nisi quæ trinundino antè esset promulgata. Magistratuum quoque candidati, trinundino plebem circuibant, vnumquemque manu prehensantes, suámque illi dignitatem commendantes. Cic. in Epistol. de Cæsare, Neque iam velle absente se rationem haberi sui: se præsentem trinundinum periturum.

Trinus, a, um, Idem quod tres significat. {τρεῖς. Ital. *Tre.* Gal. *Trois.* Hispa. *Tres.*} Cæsar 7. bell. Galli. Milites signo dato celeriter ad munitionem perueniunt, eámque transgressi, trinis castris potiuntur. ¶ Trini, pro

tetni, distributiué. Sueton. in Nero. cap. 56, Detecta confestim coniuratione, pro summo numine, trinisque in die sacrificiis colere perseuerant. Cic. ad Atticum, Tullia mea literas reddidit trinas.

Triobolus, pen. corr. τριώβολος, Tres obolos valet, alio nomine Hemidrachmium dicitur: senos enim obolos drachma efficit, vt aiunt Plinius, Pollux, & alij. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuam habebat. Plaut. in Bacch. Negare se debere tibi triobolum. ¶ Trioboli homo, nequam, & nullius pretij. Plaut. in Pœno. Non ego homo trioboli sum.

Triobolaris, τριωβολιαῖος, Vilis, & pretij trium obolorum.

TRIOCALA, siue Triocla, τρίοκλα Ptolemæo, Oppidum Siciliæ mediterraneum post Messanam, teste Ptolem. lib. 3. cap. 4.

Triocalini populi, à Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4.

Triones, Ab antiquis dicebantur boues aratores: quasi teriones, à terendo. {βόες ἀρότῆρες. Ital. *Boui aratori.* Gal. *Bœufs de labour.* Hisp. *Bueyes para labrar la tierra.*} aut, vt alij malunt, à terra, quasi terriones. Triones (inquit Varro lib. 6. de Lingua Lat.) etiamnunc boues appellantur à bubulcis, maximè quum terram arant: è quibus valentiores dicti glebarij, quòd facilè glebas proscindant. Sic omnes qui terram arabant, à terra Terriones: vnde Triones vt dicerentur, detritum. Hactenus Varro. Triones item dicuntur septem stellæ, versus Aquilonem circulúmque hyemalem sitæ, sydus illud conficientes, quod Græci Arcton, nostri Vrsam & Plaustrum appellãt. Martial. lib. 6, Cernere Parthaos dum te iuuat Aule Triones, Comminus & Scythici sydera ferre poli. Cic. 2. de Natur. deor. Altera dicitur esse Helice, cuius quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus, Quas nostri Septem soliti vocitare triones. Virgil. 1. Aen. Arcturum, pluuiásque Hyadas, geminósque Triones. Ouid. 2. Metam. Tum primum radiis gelidi caluere Triones.

TRIOPAS, τριόπας, Thessalorum rex fuit, pater Meropis à cuius nomine Cos insula olim Meropis, ipsique insulani Meropes sunt appellati. Autor Strephanus.

Triophthalmus, τριόφθαλμος, Lapillus qui in Sicyonia nascitur, trium oculorum effigiem præ se ferens. Plin. lib. 37. cap. 11.

TRIOPIA, τριοπία, Stephano. Cariæ oppidum, ad fines Doridis situm: ita dictum à Triopa Erisichthonis patre. Vide Stephanum, & Plin. lib. 5. cap. 28.

Triorches, chis, {τριόρχης. Ital. *Sorte di vccello di rapina.* Gal. *Vn busard.* Hisp. *Vn genero de aue arrebatadora.*} Auis exaccipitrum genere, quam Latini appellant buteonem: ita dicta à testiculorum numero. Ab huius auis nomine putat Plinius, Theophrastum secutus, triorchi herbæ nomen factum, eò quòd eruentes hanc herbam, infestissimum habeant hoc genus accipitris, raróque sine vulnere discedant. Vide Plin. lib. 10. ca. 8, & lib. 25. cap. 6.

Triparcus, ca, cum, Valde parcus. {τριφειδέστατος. Ital. *Molto scarso.* Gal. *Treschiche, fort chiche.* Hispan. *Muy escasso.*} Plautus in Persa, Nam id demum lepidum est, triparcos homines, veculos, auidos, aridos Bene admordere.

Tripectorus, a, um, Tria habens pectora. {τρίστερνος, τρίθωρος. Ital. *Di tre petti.* Gal. *Qui a trois poitrines.* Hispan. *Cosa que tiene tres pechos.*} Lucret. lib. 5. -quidve tripectora tergemini vis Gerionai?

Tripedalis, Tripedaneus, Vide TRIPES.

Tripertior, iris, In tres partes diuido τριχῆ μερίζω.

Tripertitus, adiectiuum, Quod est in tres partes diuisum. {τριμερής. Ital. *Spartito in tre parti.* Gal. *Parti, & diuisé en trois.* Hispa. *Cosa partida en tres partes.*} Cic. 1. de Inuen. Oratoris ars, & facultas in hac materia tripertita versari existimanda est. Cicc. ad Quir. post red. Cuius oratio fuit, quemadmodum accepi, tripertita.

Tripartitò, aduerb. In tres partes. {τριχῆ τριχῶς. Ital. *In tre parti.* Gal. *En trois parties.* Hisp. *En tres partes.*} Liu. 1. bell. Pun. Annibal infesto exercitu ingressus fines, peruastatis passim agris, vrbem tripertitò aggreditur. Cic. 5. Tusc. At diffidat necesse est, qui bona diuidit tripertitò.

Tripatinum, ni, penult. corr. Quid sit declarat Plin. lib. 35. cap. 12, his verbis: Tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia: vna erat murænarum, altera luporum, tertia myronis piscis: inclinatis iam scilicet moribus, vt tamen eos præferte Græciæ etiam philosophis possimus.

Tripes, tripedis, pen. corr. Habens tres pedes. {τρίπους. Ital. *Tre pie, treppido.* Gal. *Qui a trois piés.* Hispa. *Cosa que tiene tres pies.*} Marc. lib. 12. Ibat tripes grabatus, & bipes mensa. Liu. 10. bell. Maced. Simul procuratum est, quòd tripedem mulum Reate natum, nuntiatum erat. Horat. 1. Serm. Saty. 3, -modò sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus, Quamuis crassa queat.

Tripedalis, le. {τριποδιαῖος. Ital. *Di tre piedi.* Gal. *De trois piés.* Hispan. *Cosa de tres pies.*} Quod mensuram habet trium pedum. Plin. lib. 17. cap. 12, Medion folia habet iridis satiuæ, caulem tripedalem.

Tripedaneus, a, um, Idẽ quod tripedalis. τριποδικός. Cat. de Re rust. ca. 45, Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus es, tripedaneas decidito.

Triphyllon, τρίφυλλον, à Græcis dicitur herba, quã nostri vocãt Trifoliũ. Eius tres sunt species, vt suprà docuimus in dictione TRIFOLIVM.

Triplex, cis, pen. corr. om. gen. Tergeminus. {τρίπλους. Ital. *Triplice, tre pie.* Gal. *Triple, de trois doubles.* Hisp. *Cosa que tiene tres dobleces.*} Horat. 1. Carm. Illi robur, & æs triplex Circa pectus erat. Ouid. 9. Meta. -nec me pastoris Iberi Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit. Virgil. 10. Aen. Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Idem 8. Aen. At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho Mœnia.

Triplico, cas, {τριπλόω. Ital. *Triplicare.* Gal. *Tripler.* Hispan *Trasdoblar.*} Plin. lib. 7. cap. 48, Cornici nouem nostras attribuit ætates Hesiodus: quadruplum eius ceruisnd triplicatum coruis.

Triplices, plurali tantum numero, & masc. gen. Tabellæ erant ceratæ, à numero foliorum dictæ, in quibus res leuiores scribi solebant, quemadmodum in quintuplicibus grauiores. Martial. lib. 14, Tunc triplices nostros non vilia dona putabis, Quum se venturam scribet amica tibi. Idem lib. 10, Et vani triplices, breuésque mappæ.

Triplus, a, um, Idem quod triplex. {τρίπλοῦς, τριπλάσιος. Ital. *Triplice, tre pie.* Gal. *Triple, doublé en trois.* Hisp. *Tres mas, que tiene tres.*} Cic. de Vnu. Deinde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera primæ tripla: deinde quartam,

quæ

quæ secundæ dupla esset: quintam inde, quæ tertiæ tripla.

TRIPOLIS, peu. corr. τρίπολις, Tractus est Phœnices, tres vrbes continens, Tyrum, Sidonem & Aradum: à quarum numero & nomen accepit. Autor Plin. lib. 5. cap. 20.

Tripolium, lij. τριπόλιον, Herba est in locis marinis nascens, quæ vnda alliduntur, folio glasti, sed crassiore, palmeo caule, in mucronem diuiso floribus colorem quotidie ter mutantibus, manè candidis, meridie purpureis, vesperi puniceis: radice alba, odorata, & gustu acri. Officinæ hodie Mauritanorum vocabulo *Turbit*, appellant.

TRIPTOLEMVS, τριπτόλεμος, Celei Eleusinis regis filius, qui primus in Græcia agriculturę rationem creditur inuenisse. Eleusin (inquit Seruius) ciuitas est Atticæ prouinciæ, non longè ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, & Cererem filiam quærentem, liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. Filium etiam eius Triptolemum teneros natum, per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: & eum alatis serpentibus superpositum, per totum orbem misit ad vsum frumentorum hominibus indicandum.

Triptota, pen. prod. τρίπτωτα, Nomina sunt, quæ tribus tantùm casibus declinantur, vt Scamnum.

Tripudium, dij, Saltatio, chorea: quasi terripauium, à terra pauiendo, id est ferienda. §χορεία. Ital. *Danza, sollazzare co' piedi, tripudio.* Gal. *Dance, trepignement des piés.* Hisp. *Dança, ò el corro.* § Liu. lib. 1. ab Vrbe. Per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu iussit. Catullus Epigram. 58. Quò nos decet citatis celerare tripudiis. ¶ Tripudia solistima in auspicijs dicebantur, quum pulli tam auidè vescebantur vt aliqua offæ particula illis ex ore excidens, solum pauiret, hoc est terram feriret. Vnde primùm terripauium dictum est, quod postea voce paulatim immutata, tripudium. Solistimum autem ita à solo dicitur, vt à medio Mediastimum. Cic. 1. de Diuin. Sed quia, quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primò, pòst terripudium dictum est: hoc quidem iam tripudiù dicitur. Quum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur. Liu. 10. ab Vrbe. Nam quum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum Consuli nuntiauit.

Tripudio, as, Idem quod salto. §χορεύω, ὀρχέομαι. Ital. *Danzare, festeggiare.* Gal. *Dancer, trepigner.* Hisp. *Dançar ò andar en corro.* § Liu. 5. belli Punici. 2. Erumpunt igitur agmine è castris, tripudiantes more suo. Cic. pro Sestio. Sed illum tot iam in funeribus Reip. exultantem, ac tripudiantem, legum, si posset laqueis constringeret.

Tripundium, Pondus trium librarum, τριλίτραν.

Tripus, podis, pen. corr. §τρίπους. Ital. *Olla di tre piedi, treppedo, ogni cosa di tre piedi.* Gal. *Vaisseau ou autre chose à trois piés, treteau, trepier.* Hispa. *Olla, ò mesa, toda cosa de tres pies.* § Olla ærea tribus fulta pedibus. Erant autem tripodum duo genera, quorum alij ἀναθηματικοὶ dicebãtur, qui ornatus tantum gratia dicati erant in domibus vel templis, ignibus prorsus intacti: quos Homerus ἀκμόνας appellat. Qui verò ad ignis vsum comparati erant, ἑψητικοὶ, aut αἰμασιῆται. ¶ Tripodum item nomine intelliguntur mensæ, sellæ, aliáque omnia quæ tribus pedibus sustinentur. Tripodes, vt ait Seruius, erant mensæ in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades, vaticinabantur. Alio nomine dicitur Cortina. Plin. lib. 34. cap. 3. Ex ære factitauerunt & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Cic. 3. de Nat. deor. Ex eo igitur & Lisytio estis Hercules, quem concertauisse cum Apolline de Tripode accepimus.

TRIQVETRA, æ, pen. natura correpta, quanuis propter mutam & liquidam subsequentem aliquando producatur. Insula maris Tyrrheni, olim Italiæ annexa, quæ notiore nomine Sicilia dicitur. Triquetra dicta à trianguli figura. τριανκελὶς, σικελία. Plin. lib. 3. cap. 8. Anteit omnes claritate Sicilia, Sicania à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, & Triquetra à trianguli specie.

Triquetrus, a, um, Quod trianguli formam habet. §τρίγωνος. Ital. *Che a forma de triangolo.* Gal. *Triangulaire.* Hisp. *Cosa que tiene tres angulos.* § Colum. lib. 5. cap. 2. Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus. Cæsar 5. belli Gall. Insula natura triquetra, cuius vnum latus est contra Galliam. ¶ Interdum Triquetrus, idem est quod Siculus, a, um. τριανκελὶς. Nam (vt paulò antè docuimus) Sicilia inter cæteta nomina olim dicta fuit Triquetra, á figura triãgulari. Silius lib. 5. Nunc aetnæa cohors triquetris quam miserat oris. Hoc est, Siculis. Horat. 2. Serm. Saty. 6. -quid? militibus promissa Triquetra Prædia Cęsar, an est Itala tellure daturus. Hoc est, Quos Cęsar militibus agros promisit, éstne in Sicilia, an potius in Italia daturus.

Triquetrum, tri, substantiuè, Idem quod triangulus. §τρίγωνον. Ital. *Triangolo.* Gal. *Triangle* Hispan. *Cosa de tres angulos, triangulo.* § Plin. lib. 2. cap. 15. Postea radiorum eius contactu teguntur, & in triquetro à partibus centum viginti stationes matutinas faciunt.

Triremis, huius triremis, pen. prod. geu. fœm. Nauis oblonga est, tres habens remorum ordines. §τριήρης. Ital. *Naue di tre remi.* Gal. *Traveme, galere de trois rames pour banc.* Hisp. *La galera de tres ordenes de remos.* § quemadmodum biremis, quæ duos habet remorum ordines: quadriremis, quæ quatuor. Liu. 1. bell. Pun. Quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque. Cic. 7. Ver. Nauen verò Cybeam maximam, triremis instar pulcherrimam, atque ornatissimam. Lucan. lib. 3. Cornua Romanæ classis, validæque triremes. Horat. 3. Carm. Ode 1. -neque Decidit ærata triremi. Bellatrix triremis. Claud. 4. Paneg. Triremes ab Aminocle Corinthio primùm fuisse inuentas, post Thucydidem refert Plin. lib. 7. cap. 56.

Tris, §τρεῖς. Ital. *Tre.* Gal. *Trois.* Hispan. *Tres.* § Veteres in plurali accusatiuo scribebant, quod nunc vulgò Tres scribimus. Virg. 1. Aeneid. Tris notus abreptas in saxa latentia torquet. Cic. 4. Acad. Testatos sæpe Chrysippus tris solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus. Priscianus ait, Nominum, quorum genitiuus pluralis ante um syllabam, i literam habuerit, accusatiuũ in is terminari. Nostra tamen ætate passim ab eruditis receptum est, vt eiusmodi accusatiuus per ,, diphthongum scribatur quum tamen Velij Longi sententia sit, vt per i solam notetur. Nam & aliquando Quintiliano incommodum per ei scribere visum est. Vide Gell. lib. 13. cap. 28.

Triscurria, Vocantur à Iuuenale ludi admodum scurriles, liberóq; homine indigni. Locus Iuuenal. est Satyr. 8. -populi frons durior huius Qui sedet, & spectat triscurria patriciorum. Hanc vocem alibi non reperè inuenias. Videtur enim ab ipso Iuuenale excogitata ea forma qua hominem, insigniter furacem trifurem appellamus.

TRISMEGISTVS, τρισμέγιστος, Latinis ter maximum sonat. Quo cognomine dictus est Mercurius, superioris Mercurij nepos: quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum asserunt occidisse Argum, Aegyptiisque præfuisse, & leges, literásq; tradidisse: sed literatum characteres, animalium, arborúmque figuras habuisse. Hic condidit vrbem quam à se Hermopolin nominauit. Dictus est autem Trismegistus, quòd & philosophus maximus, & sacerdos maximus, & maximus denique rex fuerit. Consueuerunt enim Aegyptij ex omni philosophorum numero sacerdotes, ac rursus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem vt philosophos sapientia, ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio administrando superiores omnes reges superauit. Primus à physicis ad diuinorum speculationem se erexit. Primus de maiestate Dei, de dæmonum ordine, animarúmque mutationibus sapientissimè disputauit. Scripsit multa volumina quibus arcana mysteria & oracula panduntur. Non enim vt philosophus tantùm, sed vt propheta futura sæpe prædicit. Hæc ex Diodoro Siculo.

Trissago, ginis, Herba est quæ ab aliis tenction, ab aliis chamædrys, à quibusdam etiam chamædrops appellatur. §χαμαιδρύς. Ital. *Querciuola, chalamandrina.* Gal. *Germandrée.* Hisp. *camedreos.* § Nascitur in locis petrosis & asperis: folia habet exigua, amara, effigie & diuisura quercus. Vnde & *querculam* vulgus Gallorum appellat: nonnulli etiam *serratulam* De hac vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Tristega, pen. corr. τρίστεγα, Triplicia tabulata, siue ædificia trium contignationum: ἐκ τριῶν στέγης, quod inter cætera significat contignationem: vnde δίστεγα, & τρίστεγα dicuntur ædificia quæ duas, vel tres habent contignationes.

Tristis, & hoc triste, Idem quod mœstus. §σκυθρωπός, λυπηρός. Ital. *Triste, tristo, gramo.* Gal *Triste, qui fait mauuaise chere, chagrin.* Hispa. *Triste.* § Virgil. Aeglo. 10, Tristis at ille, tameo cantabitis Arcades, inquit. Cic. 1. de Diuina. Quærerem ex te quid tristis esses, &c. ¶ Sed quia tristitia in fronte hominis crudelitatis, grauitatis, iræ, minarum, difficultatis indicium est, fit vt tristis aliquando pro sæuo accipiatur. ἀγρός. Virgil. 2. Aeneid. -illi mea tristia facta, Degenerémque Neoptolemum narrare memento. Idem 2. Aeneid. -quò tristis Erinnys, Quò fremitus vocat. ¶ Aliquando pro graui, vt annotauit Nonius, citatus illud Cic. lib. 6. de Repub. Grauitatis suæ liquit illum tristem, & plenum dignitatis sonum. σεμνός. ¶ Aliquando pro irato. Lucilius, Timeo certè ne mihi sit tristior. ¶ Aliquando pro minaci. Virgil. 2. Aen. Ilsque adytis hæc tristia dicta reportat. ¶ Aliquando pro amaro. πικρός. Virgil. 1. Georg. -tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos. Sic tristis succus, pro amaro. Virgil. 2. Georg. Media fert tristes succos, tardúmque saporem Fœlicis mali. ¶ Aliquando pro difficili. δύσκολος. Cic. in Catone, Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrorant, tristius curantur. Tristius (inquit) id est difficilius. Est enim comparatiui gradus aduerbium. ¶ Aliquando pro horrido, Martialis, Amator ille tristium lacernarum. ¶ Tristis aliquando dicitur qui inuitus aliquid facit, nec libenter. Terent. in Eunuc. Iouitat tristis, manst ibi. ¶ Tempus triste. Cic. Figul. lib. 4. Tuorúmq; tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. ¶ Tristia verba. Cic. 2. de Finib. Sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam in Deo nominauerunt.

Tristiculus, diminut. Id est subtristis. §πικρύτερος. Ital. *Alquanto dolente.* Gal. *Aucunement triste.* Hisp. *Triste vn poco.* § Cic. de Diuin. Filiolam suam Terentiam, quæ tum erat admodum parua, animaduertit tristiculam.

Tristitia, æ, Mœstitia, cui opponitur Lætitia. §λύπη. Ital. *Mainconia.* Gal. *Tristesse* Hisp. *Tristeza* § Cic. de Orat. Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. Mitigare tristitiam. Cic. 1. Offic. Lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Tradere se tristitiæ. Lucius Tullio M. F. lib. 5, Lachrymis, ac tristitiæ te tradidisti.

Tristificus, adiectiuum, Quod tristitiam adfert. §λυπηρός. Ital. *Che genera mainconia.* Gal. *Qui engendre tristesse.* Hisp. *Cosa que engendra tristeza* § Cic. 1. de Diuinat. Tristificas certant Neptuno reddere voces.

Tristo, stas. Antiquis in vsu erat, pro tristem facio: vnde mansit compositum Contristo. §λυπέω. Ital. *Attristare.* Gal. *Contrister.* Hispa. *Dar tristeza à otro* § Virg. 3. Georg. Et pluuio contristat frigore cælum. ¶ Est & tristor deponens, idem quod tristis sum. λυπέομαι.

Trisulcus, a, um. Quod tres habet acies. §τριγλῶχις. Ital. *Di tre solchi.* Gal. *Qui a trois pointes, ou trois aguillons* Hisp. *Cosa hendida en tres partes.* § Virgil. 3. Georg. Linguis micat ore trisulcis. Ouid. 2. Met. a. Ille pater, rectórque deûm, cui dextra trisulcis Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem.

TRITANVS, pen. prod. Nomen est fortissimi gladiatoris, qui in castris Cn. Pompeij militans, cum hoste se prouocante inermi dextera congressus, pugno eum humi prostrauit, captúmque vno digito in castra Imperatoris sui reportauit.

Tritauus, Ataui pater, quasi Tetartauus, vt quidam volunt. §τριπάππος. Ital. *Terzo auolo.* Gal. *Le pere grand trois fois en droitte ligne* Hisp. *Tercero abuelo.* § Est enim quartus ab auo. Plaut. in Persa. Pater, auos, proauos, abauos, atauos, tritauos. ¶ Sic Tritauia, atauiæ mater. τριμήτωρ.

Trithales, τριθαλὲς, Sedum, siue semperuiuum minus: ita dictum quòd ter floreat. Θάλλειν enim florere est. Plin. lib. 25. cap. 13.

Triticum, ci, Optimi frumenti genus est: ita dictum quòd tritum est ex spicis. §πυρὸς. Ital. *Formento, grano.* Gal. *Blé, froument* Hisp. *El trigo generalmente.* § Plin. lib. 18. ca. 7. Tritici genera plura quæ fecere gentes, Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere, quo maximè discernitur: montanis modò comparetur Italię agris externum, in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Africa: tertium pondus erat Thracio Syrióque, deinde Aegyptio. Cic. de Diuin. Midæ illi Phrygio, quum puer esset, dormienti, formicæ in os tritici grana congesserunt: ditissimum fore prædictum est: quod euenit.

Triticeus,a,um,{πυρῖνος. Ital. *Di formento.* Gal. *De froument.* Hisp. *Cosa de trigo.*} vt Messis triticea. Virgil. 1. Georg. At si triticeam in messem,robustáque farra Exercebis humum. Fœtus triticei. Ouid. 1. Fasto. Triticeos fœtus,passurâque farra bis ignem, Hordeáque ingenti fœnore reddet ager.

TRITON, onis, pen. prod. Deus matinus, Neptuni & Salaciæ marinæ nymphæ filius, quem poëtæ fingunt Neptuni tubicinem esse. Ouid. 2. Metam. Cæruleos habet vnda deos, Tritona canorum, Proteáque ambiguum. ¶ Est præterea Triton, Africæ fluuius ex Tritonide palude erumpens: à cuius nomine Pallas Tritonis, & Tritonia est appellata, quòd circa hunc fluuium, vel lacum primùm apparuerit. Huius fluuij meminit. Plin. lib. 5. cap. 4.

TRITONIA, τριτωνία. Dicta est Minerua, quòd temporibus Ogygis regis ad lacum Tritonidem, ex quo Triton fluuius erumpit, virginali primùm habitu apparuerit. Vbi ait Herodotus virgines annis singulis inter se pugnare lapidibus & fustibus in venerationem Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Tritone Cretæ fluuio.

Tritura, Trituratio, Vide TERO.

Triuenefica, cæ, Insignis venefica. {τερατώδης μαγὰς φάρμακος. Ital. *Grande incantatrice.* Gal. *Tresgrande sorciere.* Hisp. *Grande hechizera.*} qua voce vtitur Plaut. in Aulul. Mirum quin tua nunc me causa faciat Iuppiter Philippum regem,aut Darium triuenefica.

TRIVIA, Dicta est Diana, quòd triuiis præesset, propter quod tres facies habere fingebatur. τριπλῆς. Virgil. 4. Aeneid. Tria virginis ora Dianæ. Ouid. 1 Fast. Ora vides Hecates, in tres vergentia partes, Seruet vt in ternas compita secta vias. Idem 3. de Pont. eleg. 1. Protinus immitem Triuiæ dicuntur ad aram, Euincti geminas ad sua terga manus. Virgil. 6. Aeneid. Atque vnà Phœbi, Triuiæque sacerdos.

Triuiritim, Id est per tres viros, (vt quidam volunt) hoc est quibusque tribus partem vnam: citántque Columel. lib. 1. cap. 3, vbi sic legunt, Ideóque post reges exactos Liciniana illa septena iugera, quæ plebi triuiritim diuiserat. Quo tamen in loco ex emendatiorum codicum fide sic legendum constat, Quæ plebi Tribunus viritim diuiserat.

Triuium, triuij. & Quadriuium, Locus in quem tres vel quatuor conueniunt viæ. {τρίοδος. Ital. *Luogo di tre vie, crosale.* Gal. *Vn carrefour ou se rendent & rencontrent trois chemins.* Hisp. *La encruzijada de tres calles.*} Cic. 1. de Lege Agr. Vt in atriis auctionariis potius quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur. Catullus, Omnibus in triuiis vulgetur fabula passim. Iuuen. Saty. 1, Nónne libet medio ceras implere capaces Quadriuio? Erant autem triuia, & quadriuia rusticorum sacris attributa. Nam illic oues cædebantur, & serta appendebantur. Tibullus lib. 1, Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in triuio florida serta lapis.

Triuialis, triuiale, Quod in triuio sit, vel quo in triuiis vtebantur. {ἰγκύκλιος. Ital. *Volgare, vile.* Gal. *Vulgaire, trivial.* Hisp. *Cosa de aquella encrucijada, de poco precio y comun.*} vnde accipitur pro vulgari, & minimè exquisito, vt Verba triuialia, id est inculta, & parum elegantia. Suetou. de Clar. Rhetor. Tãtummodo verbis triuialibus egit. Vnde triuialis scientiæ magistri à Quintiliano dicuntur qui in triuiis docent. Quinctiam Grammatica dicta est scientia triuialis, quia in triuiis docebatur.

Triuialiter, aduerbium, Id est vulgariter, & minimè exquisitè.

Triumphus, phi. {Ital. *Trionfo.* Gal. *Triomphe.* Hispa. *Triunfo ò vencimiento.*} Quidam Græcum putant. nam θρίαμβον appellant Græci. Nos aspiratione ex prima in nouissimam syllabam translata, & b in p mutata, dicimus Triumphum. Varro à Baccho huius rei inuentore tractum nomen putat. Tranquillus dici existimat triumphum, quia qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur. Primò enim exercitus de triumpho duci decernendo iudicabat, secundò Senatus, tertiò populus. Erat autem triumphus omnium honorum qui à populo Romano dari solebant, maximus. Nam illa pompa solennis erat, quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria. Cic. in Piso. Disseres de triumpho, quid tandem habet iste currus? quid victi ante currum duces? quid simulachra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid Legati in equis, & Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per vrbem?

Triumpho, phas, Triumphum ago. {θριαμβεύω. Ital. *Trionfare.* Gal. *Triomphe.* Hisp. *Triunfar ò vencer.*} Cic. in Cat. M. Curius quum de Samnitibus triumphasset. Idem 2. de Fin. Bella magna gesserat is: bis Consul fuerat, triumpharat. Idem 7. Verr. At etiam qui triumphant, eóq; diutius, &c. Construitur tripliciter: aliquando cum accusatiuo: vt triumphauit Mummius Achæos. id est victis Achæis triumphauit. Plin. de Viris illust. Achæos bis prælio fudit, triumphãdos Mummio tradidit. Deinde cum ablatiuo cum Præpositione de. Plin. Ibidem, Consul de Ligutibus triumphauit. Tertiò cum præpositione ex. Plin lib. 7. cap. 43, Qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romæ triumphauit ex his, quorum Consul fuerat. Qui autem triumphabãt apud Romanos, quatuor equis albis vehebantur, curru inaurato, capite coronato lauro, & ante ipsum triumphantem victus hostis, oneratus colla catenis, & præeunte Senatu, Capitolium ascendebant ad templum Iouis Opt. Max. vbi mactato tauro albo domum redibant, vt non vno in loco docent Plutarchus & Plinius. ¶ Aliquando tamen triumphare ponitur pro exultare, & sibi placere. Cæsar Ciceroni. Meum factum probari abs te triumpho, & gaudeo. Cicc. 7. Verr. Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. Dicimus quoque triumpho gaudio. Cic. pro Cluent. Exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit. ¶ Inuenitur etiam triumphatur verbum impersonale. Cic. 2. Offic. Massiliam portari in triumpho vidimus, & ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Liu. 3. ab Vrbe, Tum primum sine auctoritate Senatus, populi iussu triumphatum est.

Triumphatus, a, um, De quo triumphatum est. {θριαμβευθείς Ital. *Dichis' è trionfato per la vittoria hauuta da lui.* Gal. *De qui on a triomphé, vaincu triomphamment.* Hispa. *Vencido con triunfo.*} Virgil. lib. 3. Georg. Bisque triumphatas vtroq; ab litore gentes. Ouid. 1. Amor. eleg. 15, Roma triumphari dum caput orbis erit.

Triumphatus, us. Ipsa triumphatio. {θρίαμβος. Ital. *Il trionfare.* Gal. *Triomphement.* Hisp. *Obra de triunfar.*} Plinius, Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius.

Triumphator, tis. Qui victis hostibus triumphũ reportauit. θριαμβευτής.

Triumphalis, le, adiect. Quod ad triumphum pertinet. {θριαμβευτικός. Ital. *Trionfale.* Gal. *Propre ou conuenant au triomphe.* Hisp. *Cosa perteneciente à triunfo.*} Vnde triumphales coronæ, quibus Imperatores in triumphis coronabantur. Hæ primùm ex lauro fieri solebãt, postea ex purissimo auro confectæ sunt, quod inde Coronarium appellabatur. Vide suprà in dictione CORONA. ¶ Triumphalis porta, Romæ dicta est, quòd per eam triumphi agerentur: hoc est triumphantes victores in vrbem deducetentur. θριαμβευτικὴ πύλη. Hæc alio nomine Capena porta appellatur, & Appia, quòd ad viam Appiam sita sit. Hodie *D. Sebastiani porta* dicitur. ¶ Triumphale territorium, Romæ, quod nunc *Vaticanum* dicitur. θριαμβευτικὸς ἀγρός. Vnde Damasus Papa scribit beatum Petrum sepultum fuisse in Vaticano iuxta triumphale territorium. ¶ Triumphalis, vir, qui triumphauit: sicut Consularis, qui Consul fuit. Sueton. de Augusto, Solos triumphales, quanquam & socios expeditionum, & participes victoriarum suarum, nũquam donis impertiendos putauit, quòd ipsi quoque ius habuissent tribuendi ea quibus vellent. ¶ Triumphalis currus, quo vehebantur triumphantes. Plin. lib. 7. cap. 25, Currus triumphali reuersus est. ¶ Triumphalis prouincia, propter quam deuictam Imperator triumphum reportauit. Cic. in Pison. Ex ea prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis, &c. ¶ Triumphales vestes quæ triumphantium erat: quemadmodum & Aurum triumphale, & Habitus triumphalis. Plin. lib. 8. cap. 48, Pictas vestes iam apud Homerum fuisse: vnde triumphales natæ. ¶ Triumphales cœnæ. Plin. lib. 9. cap. 55, Cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum mutuo appendit. ¶ Triumphalis statua. Plin. Epist. 2. lib. 1, Heri à Senatu Vestricio Sputinæ, principe autore, triumphalis statua decreta est: id est in habitu triumphantis.

Triumphalia, lium. pluraliter, Ipsa triumphatio. θριάμβευσις. Tacitus lib. 4, Dolabellæ petenti abnuit triumphalia, Seiano tribuens, ne Blesi auunculi eius laus obsolesceret.

Triumuir, triumuiri, pen. cor. masc. gen. Nomen magistratus, quem tres collegæ administrant. {ἐκ τῶν τριῶν ἀρχόντων. Ital. *Vno di tre gouernatori, magistrato Romano.* Gal. *L'vn des trois gouuerneurs souuerains ou magistrats, nom de magistrat iadis à Rome.* Hisp. *Vno de tres varones principales.*} Triumuiri triplices fuere, Capitales, Mensarij, Nocturni. De capitalibus sic habet Pomponius de Origine iuris. l. necessarium, Triumuiri capitales constituti sunt, qui carceris custodiam haberent, vt Athenis Vndecimuiri, οἱ ἑνδεκάται & quum animaduerti oporteret, interuentu eorum fierent. De Mensariis Liuius commemorat, Triumuiri mensarij creati sunt: hique numulariis, & monetæ omnis generis, & formæ custoribus præerant. De Nocturnis meminit Cornelius Tacit. Triumuiri nocturni, quòd ad incendium in sacra via ortum tardè veneraut. à Tribuno plebis die dicta damnati sunt. ¶ Triumuirorum item nomen assumpserunt Octauius, Antonius, & Lepidus, qui oppressa iam republica, vt tyrannidem honesto aliquo velarent nomine, Triumuiros reipublicæ constituendæ causa, se dici voluerunt.

Triumuiratus, Ipsa triumuirorum dignitas. {ἡ τῶν τριῶν ἀρχή. Ital. *Dignità di tal magistrato.* Gal. *La dignité de trois gouuerneurs principaux.* Hisp. *La dignidad de aquellos.*} Cic. de Clar. orator. Qui quidem in triumuiratu indicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium.

Triumuiralis, le. Horatius Epod. 4, Sectus flagellis hic triumuiralibus Præconis ad fastidium.

Triuncis, Numulus æreus, quem postea quadrantem appellarunt. {τρεῖς ὄγκιαι, τετρημόριον. Ital. *Di tre onze.* Gal. *De trois onces.* Hispan. *Tres onças ò quarta de libra.*} Plin. lib. 33. cap. 3, Quadrans antea Triuncis vocatus, à tribus vnciis.

TROAS, huius Troadis, pen. corr. τρωάς, Regio est Asiæ minoris quam Ptolemæus minorem Phrygiam appellat, Hellesponto adiacens. Hanc Homerus ab Aesapo fluuio vsque ad Caici fluminis ostia produxit. Plinius tamen exteriq; recentiores Lecto promontorio eam ab Aeolide diuidunt. In ea fuit Ilion, ἴλιον, ἴλιος, mille quingentis passibus à portu distans, Homeri & Virgilij carminibus nobilissimum. ¶ Est præterea Troas. patronymicum fœmininum, formatũ à masculino Tros Trois. Virg. 5. Aen. At procul in sola secretæ Troades acta Anchisen fiebant. Troades, inquit, hoc est mulieres Troianæ.

Trochæus, τροχαῖος, Pes metricus syllabis duabus, priore longa, altera breui constans. Dictus Trochæus (vt quidam existimant) quod celeritate sua imitetur volubilitatem rotæ quam Græci τροχὸν appellant: vel (vt alij malunt) ἀπὸ τῶν περιτρεχόντων τοὺς χορεύοντας μικρῶν ᾠδῶν. hoc est ab eo quòd circum aras currentes carmen decantabant hoc pedis genere compositum. Cic. 3 de Orat. Iambum & trocheum frequentem segregat ab oratore Aristoteles.

Trochillos, pen. prod. τροχίλος, Auicula exigua, quam ideo aquilæ inuisam esse quidam tradiderunt, quòd rex auium appelletur. Vide Plin. lib. 10. cap. 7, & lib. 8 cap. 25.

Trochiscus, Vide TROCHVS.

Trochlea, æ, pen. corr. Instrumentum cum orbiculis ad subleuanda & demittenda onera. Vel rotula striata è ligno, vel ære, qua aquam haurimus fune ductario, & hydria. {τροχὸς, τροχίλιον. Ital. *Taglia, carella.* Gal. *Vne poulie.* Hisp. *Carillo ò polea, engeno.*} Lucretius, Multáq; per trochleas, & tympana pondere magno Commouet, atque leui sustollit machina nixu. Budęus ait Trochleam significare rotam illam machinam quę continet rotulam, & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula versatur, & præterea ductarium funem, qui circa orbiculũ æneum currit, quales in puteis videmus, quas *Pelas* vocamus. Trochlearum meminit Cato de Re rust. In instrumento torcularis, in quo sucolas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere esse tradit. ¶ Trochleis pituitam adducere per translationem dixit Quintil. lib. 11. cap. 3, de pronuntiatione, pro difficulter expuere, his verbis, Iam tussire, & expuere crebrò & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etsi non vtique vocis sunt vitia: quia tamen propter vocem accidunt, potissimum huic loco subiiciantur.

Trochus, chi, {τροχός. Ital. *Trotolo, mascolo, pirla, pirla, corlo.* Gal. *Sabot, toupie.* Hisp. *Trompo ò peonça.*} Instrumentum quo lusitant pueri, quòd Latinè Turbo dicitur à rotando dictum. τρέχω enim significat curro, & τροχὸς rotam,

retem, vel aliud instrumentum quod in gyrum circumuoluitur. Trochus (inquit Acron) turbo est qui à ludentibus pueris sentica agitatur, & rotatur. Martial. lib. 14. Inducenda rota est, das nobis vtile munus: Iste trochus pueris, at mihi canthus erit. Horat. de Arte, Indoctúsque pilæ, discive, trochive quieseit.

Trochulus, diminutiuum. ξὺν προσλήψει. Ital. *Picciol trotolo.* Gal. *Petit sabot, ou soupie.* Hispa. *Pequeño trompo ò peonça.* } Plaut. in Amphit. Tum meo patri autem trochulus inerit aureus sub petaso. Exemplaria deprauatè legunt Torulus.

Trochiscus, sci. ξὺν προσλήψει τοῦ ι. Ital. *Picciola rnota.* Gal. *Petite roue.* Hispa. *Pequeña rueda.* } diminutiuum, Parua rota. ¶ Vnde compositiones quædam medicorum in formam rotulæ, τροχίσκοι dicuntur. Latini vocant Pastillos, vt apud Celsum lib. 5. cap. 17.

TROCMI τρωκμοί, Galliæ populi, qui Mæoniæ, Paphlagoniæque parte occupata, Tauiũ Galatiæ oppidũ condiderunt. Autor Plin. lib. 6. ca. 32.

TROCTES. τρόκτης, Phœnicis cuiusdam nomen, hominis subdoli, in quem Vlysses apud Eumæum subulcum fingit se in Aegypto incidisse eiúsque suasu inductum, se in Phœnicem contulisse, ibique annũ cum eo integrum egisse: eóque exacto nauim rursus conscendisse eodem Trocte suasore: qui aliam quidem causam prætexebat, reuera autem hoc agebat vt in Africa ipsum vænundaret. Verùm subitò exorta tempestate, nauique fracta, Trocten cum suis omnibus interiisse, sese verò arrepto nauis malo, nouem perpetuos dies vndarum arbitrio iactatum, decimo tandem die in Thesprotiorum littora fuisse eiectum. Vide Home. Odyss. lib. 11.

TROEZEN, enis, cum œ diphthongo in priore syllaba. τροιζὴν. Oppidum Peloponnesi in sinu Argolico, à Trœzene conditum filio Pelopis. In hoc regnauit Pittheus Aethræ pater, & auus maternus Thesei: vnde & Pittheia Trœzen ab Ouidio cognominatur. ¶ Est & Trœzen altera Cariæ, in conuentu Allabandarum: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Trœzenius, a, um, τροιζήνιος, vt, Trœzenij carbunculi, apud eundem Plin. lib. 37. cap. 7.

TROGLODYTAE, τρωγλοδύται, Populi Aethiopiæ sub Aegypto in sinum Arabicum & mare rubrum vergentes: ἀπὸ τῶν τρώγλων, hoc est à specubus, in quibus habitant, nomen sortiti. Plin. lib. 5. cap. 8. Troglodytæ specus excauant: hæ illis domus: victus serpentium carnes: stridórque, non vox: adeò sermonis commercio carent.

Troglodytice, es, τρωγλοδυτική, Regio Aethiopiæ sub Aegypto, in qua Septentriones, si Plinio credimus, conspici non possunt. ¶ Hinc proximus sinus Troglodyticus appellatur à Plin. lib. 6. cap. 29, quem Barbaricum appellat Ptolemæus.

TROIA, τροία, Regio minoris Asiæ teste Seruio, in qua fuit Ilion vrbs, regia Priami, quæ etiam à scriptoribus nonnunquam Troia vocatur. Ouid. Epist. 1, Troia iacet certè Danaïs inuisa puellis. Ibidem, Iam seges est vbi Troia fuit. Virgil. 3. Aen. Et campos vbi Troia fuit. Cicc. de Amic. Nec enim (vt ad fabulas redeam) Troiam Neptolemus capere potuisset, si Lycomedẽ, apud quem erat educatus, multis eum lachrymis iter suum impedientem audire voluisset. Virgil. 3. Georg. Et Troiæ Cynthius autor. Troia autem dicta est à Troë rege: antè Teucria à Teucro: & Dardania à Dardano. ¶ Troia item dicitur ludus puerilis, & sciomachia equestris, ab Aenea in Sicilia ad Anchisæ patris tumulum primùm inuenta: deinde post Albam conditam ab Ascanio instaurata, tandémque veluti per manus ad Romanos transmissa. Virgil. 5. Aen. Hunc morem cursus, atque hæc certamina primus Ascanius longam muris quum cingeret Albam, Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos, Quo puer ipse modo, secum quo Troïa pubes, Albani docuere suos: hinc maxima porrò Accepit Roma, & patrium seruauit honorem: Troiáque nunc pueri Troianum dicitur agmen. Sueton. in Cæsare, Troiam lusit turma duplex, maiorum, minorúmque puerorum. ¶ Troia item fuit oppidum, ad intimum maris Adriatici sinum, ab Antenore Troiano, & Henetis conditum. ¶ Item alterum eiusdem nominis, in agro Laurenti, ab Aenea extructum, antequam Lauinium conderet. Vtriusque meminit T. Liuius lib. 1. ab Vrbe.

Tros, gentile. τρώς, Cuius fœmininum est Troias, adis, τρωάς. siue Troïas, per tres syllabas. τρωιάς. Virg. 1. Aen. Tros, Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur. Idem 5. Aen. At procul in sola secretæ Troiades acta, Anchisen flebant. Persius Saty. 1, Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem Prætulerint.

Troianus, a, um. Virg. 2. Aeneid. Troianas vt opes & lamentabile regnum Eruerint Danaï. Bellum Troianum. Horat. de Arte, Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. ¶ Porcus Troianus, per iocum dicebatur aper, qui integer torrebatur, minutioribus animalculis veluti grauidus: de quo vide Macrob. in Satur. ¶ Equus Troianus, prouerbiali metaphora, pro clandestinis insidiis accipitur, & latenti periculo. Cicc. pro Muræ. Intus, intus, inquam, est equus Troianus, à quo nunquam me Consule dormientes opprimemini.

Troicus, ca, cum, τρωϊκός, eiusdem significationis. Cic. de Clar. Orat. Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Homerus, & Nestori, nisi iam tum esset honos eloquentiæ habitus.

Troius, a, um, dictio trisyllaba, τρωϊός. Troïa gaza. Virgil. 1. Aen. Apparent rari nantes in gurgite vasto, Arma virũm, tabulæque, & Troïa gaza per vndas.

Troiugena, æ, τρώς, Id est Troianus, quasi in Troia genitus, ea forma qua Græcos vocamus Graiugenas, quasi genitos in Græcia. Virgil. 8. Aen. Troiugenas, & tela vides inimica Latinis.

TROILVS, τρώϊλος, Filius fuit Priami & Hecubæ, cuius vita inter Troianorum fata numerabatur: nam eo viuo Troia capi non poterat. Hic adhuc adolescentulus ausus cum Achille Græcorum omnium fortissimo congredi, ab eodem occisus est. Virgil. lib. 1, Parte alia fugiens amissis Troilus armis, Infœlix puer, atque impar congressus Achilli Fertur equis.

Tropæi, τροπαῖοι, Venti Altani, qui in terra geniti, quum mare perflarint, redeunt ad continentem: ita dicti ἀπὸ τῆς τροπῆς, hoc est à conuersione. Iidem, quum in mare tendunt, Apogæi vocantur, quòd à terra proficiscantur. Plin. lib. 2. cap. 43, Nanque & è fluminibus, & è nimbis, & è mari videmus etiam tranquillo, & alios, quos vocant Altanos, à terra consurgere. Qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi vocantur: si pergunt, Apogæi. ¶ Tropæi item dicuntur in certo lusus genere, qui alios vellicant infestántque, & ne deprehendantur, conuertunt se. Sueton. in Claud. Cæs cap. 8. Et quoties post cibum obdormiscerent, olearum, ac palmularum ossibus incessebatur: interdum fetula, flagróve, velut per ludum excitabatur à tropæis.

Trophæum, trophæi. τρόπαιον. Ital. *Trofeo, spoglie de nemici poste in mostra per memoria.* Gal. *Trophée, enseigne ou marque de victoire.* Hisp. *Despojo del enemigo abuyentado.* } eum æ diphthongo & ph. aspirato, quãuis apud Græcos sine aspiratione scribatur, à verbo Græco τρέπειν, quod est, retrouerto. Propriè enim Trophæum est monumentum à victore erectum eo in loco vbi hostes in fugam conuertit. Prima autem trophæa ex arboribus confecta sunt quas amputatis ramis hostium spoliis decorabant. Deinde etiam cœpta sunt fieri ex lapide, & in montibus, & locis eminentioribus collocari. Hinc Sallustius de Pompeio ait, quòd deuictis Hispanis trophæa in iugis Pyrenæi montis posuit. Romæ quoq; in arcubus figebantur ex marmore ædificatis. Quæ verò spolia in trophæo figerentur, docet Virgil. lib. 11,

Mezenti ducis exuuias tibi magna trophæum
Bellipotens aptat rotantes sanguine cristas,
Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitum,
Perfossúmque locis, clypeúmque ex ære sinistræ
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum. Nonius. Spolia capta, fixa in stipitibus appellantur trophæa. ¶ Accipitur & trophæum pro victoria, siue pro spoliis quæ victoria parantur. Horat. 2. Carm. Ode 9, -& potius noua Cantemus Augusti trophæa. Virg. 3. Georg. Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa.

TROPHONIVS, τροφώνιος, Insignis architectus fuit, qui subterraneum fanum in Lebadia Bœotiæ regione construxit, quod ab ipso Trophonij autrum cognominatum est. Vbi quum aliquandiu oracula reddidisset, atque tandem fame interiisset, ferunt Genium quendam antrum hoc subiisse, atque ex eo oracula tedidisse. Qui verò hinc oracula scisitabantur, nudi in aditu specus sedere soliti sunt, atq; inde flatu quodam sub terram abripiebantur. Gestabant autem secum placentas, quas lemuribus, serpentibúsque occurrentibus obiicerent. Deinde accepto oraculo, rursus per alium hiatum in terram restituebantur. Creditum est autem quotquot in hoc antrum descendissent, nunquàm postea uidere. Hinc factus est locus prouerbio, vt homines tristes, & tetrici in Trophonij antro vaticinati dicerentur. Hæc ferè ad verbum descripsimus ex Erasmi Adagiis.

Tropis, is, seu tropios. ξὺν προσλήψει. Ital. *La fontina della naue.* Gal. *Le fond d'vn nauire, la carine.* Hisp. *El hondo de la naue.* } Præter vulgatam illam significationem, qua apud Græcos carinam nauis significat, accipitur etiam pro vino quo in balneis vtebantur, siue ad abluenda corpora, siue ad ciendum vomitum. Mart. lib. 12, Famosæ feret ipse tropin de fœce lagenæ: Frontis & humorem colliget vsque tuæ.

Tropologia, τροπολογία. Sermo allegoricus, ad morum emendationem tendens. Græci enim τρόπον appellatione mores intelligunt.

Tropus, τρόπος, Figurata verbi immutatio. Cicc. de Clar. Orat. Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus vtantur, quos appellant τρόπους, & sententiarum, orationisque formis, quæ vocant σχήματα. Quintilianus Tropum sic definit, quòd sit verbi vel sermonis à propria significatione ad aliam cum virtute mutatio.

Tropicus, a, um. τροπικός, Id est figuratus. Augustinus, Quod ea locutione dictum, quæ vtique tropica est, non propria.

Tropici, τροπικοί, A Cosmographis appellantur duo circuli cælestes, æquali spatio distantes ab æquatore, quos Latini Solstitiales appellãt: quorum alter, qui nobis propinquior est, Cancri Tropicus dicitur: alter in Austrum vergens, Tropicus Capricorni. Hosce circulos Sol nunquam egreditur: verùm vbi ad alterum eorum peruenerit, retrorsum se conuertit. Vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῆς τροπῆς, hoc est à conuersione Solis.

TROS, ois, siue oos. τρώς, Erichthonij filius, & nepos Dardani, Troianorum autem rex, pater Ili, Assaraci, & Ganymedis: vt refert Aeneas apud Home. lib. 20. ¶ Est item Tros, gentile nomen à Troia deductum. Vide suprà in dictione TROIA.

TROSSVLVM, Oppidum fuit Tusciæ, nouem passuum millibus distans à Volsiniis, quod quum equites Romani cepissent sine peditum adiumento, inde Trossuli dicti sunt. Plin. lib. 33. cap. 2, Quinetiam ipsum equitum nomen sæpe variatum est, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo regibúsque appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, quum oppidum eius vocabuli in Tuscia citra Volsinios passuum IX. M. sine vllo peditum adiumento cepissent. Hæc ille. Nonius Trossulos dictos putat, quasi torosulos, hoc est bene habitos, & musculorum toris prævalidos: citátque testimonium Varronis ex Sesquiulysse, Nunc emunt Trossuli, nardo nitidi, vulgó Attico talento equum.

Troximos, τρώξιμος, Vua edulis, quæ cibaria à Plinio vocatur. Apud Iureconsultos, constat troximos vuas esse, quas non vini causa habemus. Paulus in Pandectis, Qui fundum vendidit, pomum recipit, nuces, & ficos, & vuas dumtaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas nõ vini causa haberemus, quas Græci τρώξιμους appellarẽt, receptæ videri. Ita enim legit Politianus ex archetypo Pandectarum, qui Florentiæ asseruatur: quanuis vt idem Politianus fatetur, non malè ibi à quibusdam legatur ἰδώδιμος, cuius significatio ferè eadem est cum superiore. Vtrunque enim nobis sonat comestibile: licet huius significatio videatur generalior. τρώξιμος autem etiamsi nihil aliud addas, propriè de vua intelligitur. Huc accedit quòd τρώξιμος à verbo τρώγω fiat, cuius verbi significatio vuis, exterísque bellariis, quæ in secunda mensa apponũtur, optimè congruit. Inde enim fiunt τρωγάλια, τρωγάλιμα, τρωγαλίδες μῆλα. Hæc ex lib. 7. Epist. Politiani Epist. vlt.

Trua, Vasis genus, à terendo dicitur, quasi terua, quam nos diminutiuè Trullam dicimus. Siue (vt Varro docet) à trauolando, traiiciendóve, quòd per eam aqua traiiciatur. τροῦς ἢ ἀπὸ τοῦ. Ital. *Vaso da riceuer le immondicie.* Gal. *Vne sorte de vaisseau a recevoir immondices.* Hisp. *Barreña.*

Trulla, æ, diminutiuum est à Trua, Vasis vinarij genus. ἀπὸ τοῦ. Trulla

(inquit Varro lib.4. de Ling. Latin.) dicta est à similitudine trux: sed hæc magna, illa puellis. Mart.lib.9. Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro: Deprensus dixit, Stulte quid ergo bibis? ¶ Est item Trulla, eodem Varrone teste, aliud vasis genus, quo in culina aquâ in lauatrinam solent infundere. ¶ Item capitur pro vase lato, profundóq; , quod in mensam inferri plerunq; solet. Quod licet potui ineptum videatur, tamen vsurpatum fuisse legimus. Horat.2. Serm. Satyr.3, Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla vappámq; prosectis. Iuuen. Saty.3, Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Vbi bibacem argnit, quòd in trulla bibat: ineptum, quòd crepitus inter bibendum edat. Plin.lib.34. cap.2, Sunt ergo vasa tantùm Corinthia, quæ isti elegantiores nunc ex sculpendo transferunt, modò in lucernas, modò in trullas, nullo mundi tiarum despectu. ¶ Est & trulla cæmentarij instrumentum, quo fabri muratij tectoriis linendis, complanandisq; vti solent: vt non solùm parietes pulchritudinem accipiant, sed & firmitatem contra iniuriam imbrium, & creberrimas tempestates. {τύανον. Ital. *Cazzuola da murare.* Gal. *Truelle de maßon.* Hisp. *Instrumento par atapiar cimiento, y Zahurrar la pared.*

Trullissare, κονίαν, ἐπιχρίειν. apud Vitru.lib.7.cap.3, pro trulla gypsum inducere legitur: cuius hæc sunt verba, Coronis explicatis, parietes quàm aspertimè trullissentur: postea autem suprà, trullissatione subarescente, deformentur directiones arenati.

Trucido, Truculentus, Vide TRVX.

Trudo, dis, si, sum, Propriè significat violentia quadam impello. {ὠθέω. Ital. *Spingere, sburlare, sospingere.* Gal. *Pousser ou repousser à force.* His. *Empuxar.* } Cic.1. Tusc. Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verùm in cælum videretur ascendere. Plaut. in Asin. Ille æcastor hinc trudetur. ¶ Aliquando est obiicere, seu producere. Idem in Epid. Quæ te intemperiæ tenent? Quas tu mihi tenebras trudis? Terent. in Andr. fallacia alia aliam trudit, id est insequitur. ¶ Huius composita sunt, Abstrudo, protrudo, eõtrudo, detrudo, extrudo, intrudo, obstrudo, obtrudo, & rettrudo, quæ habent penultimam productam.

Trusatilis, le, adiect. verbale. ἀγός. vt Mola trusatilis, quæ manu trusa circumagitur. {χερομύλη. Ital. *Mola da mano.* Gal. *Vne meule à main.* Hisp. *Muela de mano para moler.* } Gell.lib.3.cap.3, Ob quæ rendum victum, ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse.

Trudes, dis, Instrumenti genus quo in re quapiam protrudenda vtimur. {ὠθίσκιον. Ital. *Istromento da spingere à forza.* Gal. *Instrument à pousser quelque masse ou grosse piece.* Hisp. *Instrumento para empuxar algo.* } Tacitus lib.3, Quidam trudibus aut furcis inertem molem prosternere.

Trulleum, lei, Vasis genus quo manus perlusitur, simile trullæ, nisi quòd latius erat. {χερόνιπτρον. Ital. *Bacino napo.* Gal. *Bacin à laver les mains.* Hispa. *El aguamanil para lauar.* } Varr. de Vita pop. Rom. lib.1, vt citatur à Nonio, Itaque ea sibi non ponere, ac suspendere quæ vtilitas postularet trulleum, matellionem, peluim, nasiternam. Apud Varro. lib.4. de Ling. Latin. Truellum legitur, non trulleum.

Trunco, as, Amputo, in partes scindo, mutilo. {μελίζω. ἀκροτομέω, κολοβόω. Ital. *Troncare, Zoncare, tagliare.* Gal. *Tronquer & couper.* Hisp. *Descabeçar ò cortar miembro.* } Valer. Flac.6. Argon. -iam non per curua volantem Stagna, necin medio truncantem marmore ceruos. Claud. de bel. Get. Manibus truncatus & armis. ¶ Huius composita sunt, Detrunco, distrunco, obtrunco, pertrunco, quorum significata vide suis locis.

Truncus, ci, Pars arboris crassior, è qua rami enascuntur. {στέλεχος. Ital. *Tronco d'albero ò d'altra cosa.* Gal. *Le tronc ou trogon d'vn arbre.* Hisp. *Tronco de arbol ò de otra cosa.* } Colum.lib.3, Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Cic.3. de Orat. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, nõ folia denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámque naturam. Virgil.3. Georg. Arboris obnixus trunco. Idem 10. Aen. Vulnera siccabat lymphis, corpúsque leuabat Arboris aceliuis trunco. ¶ Truncus corporis. Cic. pro Rosc. Com. Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio Comico æstimabat. Virgil.2. Aen. -iacet ingens littore truncus, Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus. ¶ Truncus per translationem pro homine stupido, quemadmodum & Stipes. Cicc. in Piso. Sed qui tanquam truncus, atque stipes, si stetisset modò, potuisset tamen sustinere titulum Consulatus.

Trunculus, diminutiuum. {τὸ στελίσκιον, vel στελεχάριον. Ital. *Picciol tronco.* Gal. *Petit tronc.* Hisp. *Pequeño tronco.* } Celsus lib.2.cap.19, Præcipuè tamen in vngulis, trunculisque suum, in petiolis, capitulisque hœdorum.

Truncus, ca, cum, Quod est truncatum vel mutilum. {κολοβός. Ital. *Troncato, Zoncato, tagliato.* Gal. *Tronqué, coupé.* Hispan. *Descabeçado, cortado.* } Colu. lib.2, Quum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam leuato. Virg.3. Aeneid. Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat. Idem 6. Aeneid. -& truncas inhonesto vulnere nares. Propert. lib.4. Eleg.9 Iactabat truncas ad cana buza manus. Ouid.3. Metamor. Non habet infœlix quæ matri brachia tendat Trunca, sed ostendens deiectis vulnera membris, Aspice mater, ait, &c.

Truo, onis, Auis cygno non dissimilis, quæ alio nomine Onocrotalus, ὀνοκρόταλος, dicitur: in faucibus ipsis capacissimum ventriculum habens, quò omnia congerit, donec perfecta rapina sensim inde in os reddita, in veram aluum ruminantis modo refert. Supra rostrum verò nares habet valde prominentes: vnde Cæcilius, referente Festo, nasi cuiosdam magnitudinem irridens, Proh dij immortales (inquit) vnde hic prorepsit truo?

Trutina, æ. pen. corr. Statera. {ῥοπίσκιον, ῥοπάνιον. Ital. *Stadera, bilancia.* Gal. *Balance, trebuschet.* Hisp. *El peso ò balança para pesar.* } Vitru.lib.11, Id autem ex trutinis, quæ stateræ dicuntur, licet considerare. Cornutus tamen scribit trutinam foramen esse, intra quod est lingua bilancis, ad quod est examinatio, quod alij æquamentum, alij libramentum, alij æquilibrium vocant. ¶ Per translationem ponitur pro iudicio. Horat. lib.1. Serm. Saty.3, In trutina ponetur eadem Cic. lib.1. de Orato. Ad ea probanda, quæ non artificis, sed populari quadam trutina examinantur.

Trutino, as. pen. corr. Examino, pensiculo, libro. {ῥοπίζω. Ital. *Essaminare, pesare.* Gal. *balancer, trebucher, peser* Hispa. *Pesar en balança.* } Hieronym. ad Damasceum, Sint alij diserti, laudentur vt volunt, & inflatis buccis verba spumantia trutinent.

Trutinor, deponens. Idem Persius Saty.3, Atque exporrecto trutinantes verba labello. Apuleius Trutinatam sententiam, vocat grauem, & rectè examinatam.

Trux, trucis, omnis gen. Ferox, crudelis. {ἀνήλεως. Ital. *Crudele.* Gal. *Cruel.* Hisp. *Cruel.* } Plaut. in Bacc. Arietes truces nos erimus. Cicc. 2. de Diuin. Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci. Idem 2. de Natu. deor. & trucibúsque oculis duo feruida lumina flagrant. Plin. lib. 6. cap. 22, Ipsos verò excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris sono truci, nullo commercio linguæ. Ouid. 8. Metamorph. Non armenta truces possunt defendere tauri. Tacit. lib.4, Et Cæsar truci vultu defensionem accipiens, &c.

Trucido, as, pen. prod. Crudeliter neco. {ἀνηλεῶς σφάττω, κατακτείνω. Ital. *Tagliare à pezzi, ammazzare crudelmente.* Gal. *Assommer, tuer cruellement.* Hispan. *Matar despedaçando y cruelmente.* } Virgil.2. Aeneid. Fit via vi, rapiunt aditus, primósque trucidant. Cic.4. in Catil. Qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt. Idem in Catil. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Trucidari fœnore per translationem dixit Cic. pro Cæl. Parcat (inquit) iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur.

Trucidatio, onis, verbale. Occisio, cædes. {φόνος. Ital. *Esso ammazzare.* Gal. *Tuement cruel, cruelle tuerie.* Hisp. *Obra de matar cruelmente.* } Cic 4. Phil. Nullus ei ludus videtur esse iucundior, quàm cruor, quàm cædes, quàm ante oculos trucidatio ciuium.

Truculentus, a, um, Qui vultu crudelitatem præfert, aliósque terret. {ἀνημέρος. Ital. *crudele, fiero.* Gal. *Cruel, fier.* Hispan. *Terrible y cruel.* } Terent. in Adelph. Ego ille agrestis, sæuus, parcus, tristis, truculentus, tenax. Cicc. pro Sest. Alter, ô dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu. Ouid.2. de Pont. Eleg.7, Nulla Getis toto fœdior est truculentior orbe. ¶ Inuenitur datiuo iunctum. Plin. lib.8. cap.4, Sic & tigris etiam feris cunctis truculenta.

Truculenter, tius, tissimè, aduerbium. {ἀνημέρως, ἀγρίως. Ital. *Crudelmente.* Gal. *Cruellement.* Hisp. *Cruelmente.* } Cicero contra Legem Agra. Truculentius se gerebat quàm cæteri.

Truculentia, tiæ, quæ & Truculentitas ab antiquis est dicta. ἀγριότης.

Trychnos, quæ & Strychnos, Herba est quam Latini solanum appellant: cuius quatuor sunt genera quæ suprà explicuimus in dictione SOLANVM, τρύχνον, στρύχνον. Plin. lib.21. cap.31, Strychno, quam quidam Trychnon scripsere, vtinam ne coronarij in Aegypto vterentur, quos inuitat hederæ florum similitudo.

Tryginon, τρύγιον. Atramenti genus ex vini fœce excoctum. Plin. lib.35. cap.6, Sunt & qui vini fœcem siccatam excoquant: affirmántque si ex bono vino fex fuerit, Indici speciem id atramentum præbere. Polygnotus & Myeon celeberrimi pictura Athenis, è vinaceis fecere, Tryginon appellant.

Trygodæmones, τρυγῳδαίμονες, Poëtæ dicebantur, qui fœce faciem inuncti, ne cognoscerentur, plaustris inuecti Poëmata canebant.

Trygon, τρυγών, Piscis est ex genere venenatorum, quem Latini pastinacam vocauere, nonnulli etiam turturem, Græcos imitati, qui vna voce & auem significant & piscem.

TRYPHIODORVS, pen. prod. τρυφιόδωρος. Grammaticus & Poëta Aegyptius, ex cuius operibus à Suida commemorantur, Marathoniaca, Excidium Ilij, Pugna Lapitharum, & Centaurorum, in Hippodamiæ nuptiis, Odysseæ Paralipomena, in quibus fabulas persequitur, Homero & aliis intactas: item Paraphrasis Homericarum comparationum.

TRYPHON, onis, τρύφων, Grammaticus Alexandrinus, Ammonij filius qui circa Augusti tempora fuit natus. Scripsit tractatus aliquot de variarum linguarum dialectis, & alia nonnulla ad Grammaticæ cognitionem pertinentia. ¶ Fuit & Tryphon alius, Origenis auditor, cuius extant nonnullæ ad ipsum epistolæ. ¶ Tryphon item Bibliopolæ nomen fuit, Martialis carminibus non vno in loco celebrati.

Tryxalis, τρυξαλίς, Animal locustæ simile, sine pennis, quod nonnulli idem esse putant cum eo quod alio nomine Gryllum vocamus. Vide Plin. lib.30. cap.6.

T ante V.

Tu, tui, vel tis, tibi, Vnicum secundæ personæ pronomen. {σύ. Ita. *Tu.* Gal. *Toy.* Hisp. *Tu.* } Plaut. in Amphit. Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem. Cic. pro Rabi. Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis? Plaut. in Mercat. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. ¶ Tute, tu ipse. Terent. in Eun. Et quod nunc tute tecum iratus cogitas. ¶ Tutemet, idem Lucr. lib.4, Tutemet in culpa quum sis.

Tuatim, inquit Nonius, Id est tuo more. Plaut. Amph. Ecce rem iam tuatim facis.

Tuba, æ, Instrumentum incuruum ex ære argentóve, cuius sonitu milites equique ad prælium inflammantur: à tubi, hoc est canalis concauitate nomen habens. {σάλπιγξ. Ital. *Tromba.* Gal. *Trompe ou trompette.* Hisp. *El añafil ò trompeta derecha.* } Huius inuentionem Piseo Tyrrheno assignat Plin. lib.6. cap.56. Cicc. in Catil. Quum tubas & signa militaria scirem esse præmissa. Virgil.2. Aeneid. Exoritur clamórq; virûm, clangórq; tubarum. Autor ad Heren. lib.4, In concione de virtute loqueris, in prælio per ignauiam tubæ sonitum perferre non potes. Lucan. lib.1, Vangiones, Batauósque truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Tacit. lib.2, Tum Sentius occanere cornua tubásque, & peti aggerem, erigi scalas iussit, ac promptissimum quenque succedere.

Tubicen, tubicinis, penult. corr. Qui tuba canit. σαλπιγκτής. Ital. *Sonatore di trombeta.* Gal. *Vn trompeteur, ou trompette.* Hisp. *Varon que tañe trompeta.*

Tuber, eris, neut. gen. & prima syllaba producta, Tumor siue callus, in quocunque corpore eminens. {ὄγκος. Ital. *Gonfiamento, tartofola.* Gal. *Truffes, bosse.* Hispan. *Hinchaçon ò toroudon, turma de la tierra.* } Terent. Adel. Præterea colaphis tuber est totum caput. Plin. lib.8. cap.18, Tubera bina in dorso habent cameli. ¶ Tuber, pro callo præduro in arboribus eminente. Plin. lib.16. cap.16, Reperitur & in alno tuber, tanto deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. ¶ Tubera item dicuntur tumentis terræ calli, & quidam prægnantis arenæ fœtus, siccis in locis sine vllo caule prouenientes, nullisque radicis nixi capillamentis. Plin. lib.19.

lib.19.cap.2. Tubera enim vndique terra circundata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec vtique exuberante in quo gignuntur loco, aut rimam agente, neque ipsa terræ cohærent: cortice etiam includuntur, vt planè nec terram esse possimus dicere, nec aliud quàm terræ callum, &c. Idem cap. seq. Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, nascuntur, & maximè è tonitribus, nec vltra annum durant. Iunen. Saty. 5. -post hunc raduntur tubera, si ver Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas Maiores. Mart. lib. 13. Rumpimus altricem tenero de vertice terram. Tubera, boletis poma secunda sumus. ¶ Est & Tuber priore breui & fœmin. gen. arboris genus, poma ferens baccis quàm malis similiora, à Sexto Papinio ex Africa in Italiam trãslarum. Plin. lib. 15. cap. 25. Ab amygdala proximè florent Armeniacæ: deinde tuberes & præcoces illæ peregrinę, hæc coactæ. Fructus quoque arboris huius Tuberes dicuntur, sed mascul. gen. Sueton. in Domit. Pridie quàm periret, quum oblatos tuberes seruari iussisset. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes: quid tibi cum Libycis? Nebrissensis, & Sabellicus putantes Vernæ ibi adiectiuum esse, dixerunt Tuberes fœm. gen. esse: at substantiuum est plurale ab hic Verna, vt per appositionem dicamus Tuber verna, id est rure nostro natus, non ex Africa allatus. ¶ Tuber terræ, herba est folia habens hederæ, purpurea, varia, maculis vtrinque albicantibus, caule quadrantali, nudo, floribus purpureis, rosarum effigie, radice nigra & tuberosa, ita vt rapum videri possit: à cuius figura apud Latinos etiam nomen accepit. *κονδάμιον*. Vide Plin. lib. 25. cap. 9.

Tuberculum, tuberculi, diminutiuum. {*ἐξανθίσιον, φυμάτιον*. Ital. *Picciola cosa*. Gal. *Bossette*. Hisp. *Pequeña hinchazon ò torondon*.} Plin. lib. 11. ca. 11. Apes regias extrunt tubercula eminentes. Colum. lib. 9. cap. 5. Claui quoque dupliciter infestant ouem, siue quum subluuies atque intertrigo in ipso discrimine vngulæ nascitur: seu quum idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino similis extat pilus, eique subest vermiculus.

Tubero, as, Tuberosus sum, tuberis modo emineo, in tuber excresco. *ἐξανθῶμαι*. vnde Extubero, & protubero cõpositæ de quibus vide suis locis.

TVBERO, Prænomine Quintus, ciuis Romanus fuit, Ciceronis æqualis, qui quum in Pompeianis partibus fuisset, postea veniam consecutus à Cæsare, eodem crimine accusauit Qu. Ligarium, defendente Cicerone: cuius aduersus illum extat Oratio pro Qu. Ligario inscripta.

TVBERVM, ri, Flumen Carmaniæ nauigabile, quod Parthis populi accolunt. Autor Plin. lib. 6. cap. 23.

Tubilustrium, (inquit Festus) Dies erat quo aqua tubæ lustrabantur.

TVBVRDIS, Vrbs Asticæ propriè dictæ inter Bagradam, & Tritonem amnes. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Tuburcinor, tuburcinaris, Raptim comedo. {*λαφύσσω*. Ital. *Deuorare, mangiare ingordamente*. Gal. *Bouffiner & manger auidement*. Hisp. *Tragar mascho*.} Tritinius apud Nonium, Tuburcinari sine me vultis reliquias. Plaut. in Persa, Tuburcinari de suo, siquid est domi.

Tubus, tubi, masc. gen. Canalis teres, & concauus, seu fistula maior qua aqua ducitur: nomen habens à tumore. {*σωλήν*. Ital. *Canna, cannone, doccione*. Gal. *Tuyau ou canal comme ceux des fontaines*. Hispan. *El atanor para traer agua*.} Cic. lib. 2. de Legi. Ductus verò aquarum, quos isti tubos, & euripos appellant: quis non, quum hæc viderit, irriserit? ¶ Tubos viscerum Martial. lib. 11, per translationem posuit pro podice, & pudendo muliebri, quòd iis meatibus, veluti canalibus quibusdam, excrementa tam liquida quàm ficca egerantur. Modò (inquit) qui per omnes viscerum tubos ibat.

Tubulus, tubuli, pen. corr. diminutiuum, idem significans quod canaliculus, seu fistula minor. {*σωλήνιον*. Ital. *Piccolo canone ò conducto*. Gal. *Petit tuyau ou canal*. Hisp. *Pequeño atanor*.} Varro lib. 1. de Re rust. cap. 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, quà humor aduentitius transire possit. Tubuli olim in parietibus fiebant, quibus calor ignis ex fornace ascendens, primùm parietem, deinde & locum vicinum calefaciebat. ¶ Hinc est quòd apud Paulum Iurisconsultum legimus tubulos eos esse, quibus paries calore torretur. Apud antiquos enim nullus in cubiculis triclinijsve vsus erat ignis, nondum scilicet ratione excogitata fumum per insumibula emittendi.

TVCCA. Augusti temporibus vir in primis eruditus fuit, Virgilióque amicissimus, & ex parte testamenti hæres, cui Augustus vnà cum Vario, & Plotio Aeneidem, quam cremari Poëta testamento iusserat, ea lege dedit emendandam, vt nihil adderent. Autor Seruius.

TVCCIA, Virgo vestalis fuit, quæ incesti accusata, aquam pertulit in cribro. Plin. lib. 28. cap. 2.

TVDAE, *τῦδαι*, Oppidum Hispanię Tarraconensis, in tractu Callecorum, inter Minium & Duriam fluuios. Ptolem. lib. 2. cap. 6.

TVDER, *τύδερ* Stephano, Vulgò *Todi*, Oppidum est Vmbriæ mediterranex, teste Plin. lib. 3. cap. 14. Huius oppidi incolæ Tudertes appellantur. Silius lib. 4, Et gradiuicolam celso de colle Tudertem.

Tudes, itis, Idem quod malleus, teste Festo, à tundendo dictus. *σφύρα*. vnde cuidam nomen factum est Tuditano, quòd caput oblongum haberet, & malleo simile. Hæc ille.

Tudicula, læ, Instrumentum quo vasis signa imprimuntur. *σφραγίδιον*. ¶ Quidam etiam accipiunt Tudiculam pro cochleari maiori quo olla mouetur. *Τρυφῶν* Aristophano. ¶ Est & Tudicula machina qua tundũtur olex. {*ὁ ἐλαιοπρῖστης, τὸ πρέσσον τὴν ἔλαιον ξύλον*. Ital. *Foggia di mola à far oglio d'oliue*. Gal. *Tordoir, le bois au vn pressoir dequoy on presse l'huille d'oliue*. Hispa. *Vna manera de muela para apretar lo aZeite*.} Colum. lib. 12. cap. 50. Est & organum erectæ tubulæ simile, quod tudicula vocatur, idque non incommodè opus efficit, nisi quòd frequenter vitiatur, & si baccæ plusculum iniecteris, impeditur.

Tudiculo, culas, pen. corr. Imprimo, ac sculpo: & per translationem commouco, excito *κινῶ*. Varro Marcipore, Hęccine nobis cernis hanc mala tudiculasse vetulam?

TVDERIVM, *τύδριον*, Ciuitas in inferiore Germaniæ climate, apud Ptolem. lib. 2. cap. 11.

TVDITANVS, Nobilis apud Romanos familiæ cognomen fuit, inde tractum, quòd qui primus id cognominis sortitus est, caput habuerit

oblongum, & malleo non dissimile. Fuit hoc cognomine quidam ex Ouidij Poëtæ amicissimis, ad quem ille semel atque iterum scribens in libris de Ponto, conqueritur eius nomen in carmine elegiaco locum non habere, eo quòd breuem habeat syllabam inter duas lõgas sitam.

Tudito, ditas, pen. corr. Negotij aliquid ago, teste Festo, & quasi tundendo aliquid efficio Lucret. lib. 2. Nec toditantia rem cessant extrinsecus vllam Corpora conficere. Tractum à fabris, qui malleis sæpe percutiendo opera faciunt.

Tueor, eris, Pro defendo, & conseruo, secundæ coniugationis est: à quo Tutus. {*ἀμύνω, ἀμυνῶ*. Ital. *Difendere, custodire*. Gal. *Defendre, garder, contregarder*. Hispa. *Defender*.} quanuis Tuitus eius participium sit, quo vsus est Quintilianus in declamatione Cæci. Tuitus sum (inquit) adulescentis miserrimi causam. Quem imitatus Laurentius Valla in Raudensem, Quis, inquit, narrat Verrem superasse Dacos? Tantùm Siciliam contra piratas fortiter tuitum esse accepimus. ¶ Hinc & Tuitio nomen verbale, non tutio: id est defensio, custodia. Cic. in Top. Tuitio sui. Similiter in compositis, Intuitum dicimus, non Inturum. Tutus autem magis nominis, quàm participij vim habet, licet actiuam, & passiuam in se gerat significationem, vt Valla docet: vt Tutus portus, Tuta vrbs: quòd tueatur alios, non quòd ab aliis defendatur. Cæsar 3. bel. Ciui. Hic subitam fortunæ commutationem videre licuit: qui modò sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat, &c. Sic apud Terent. in Heaut. Tutum consilium: id est firmum, securum. Tutus locus, in quo securè versari, aut quippiam agere possumus. Plaut. in Mil. Nam opus est nunc tuto loco. ¶ Non raro etiam passiuè accipitur: & tunc ferè ablatiuo cum præpositione à, vel ab iungitur: vt Tutus sum ab hostibus, pro munitus, & sine periculo sum. Cæsar 2. bel. Gal. Quæ tes & latus vnum castrorum ripis fluminis muniebat, & post eum quæ essent, tuta ab hostibus reddebat. Sic dicimus quempiam tutum à colore, à vi, à perfidia, &c. Cætera vide in dictione TVTVS, suo loco. ¶ In hac autem significatione Tueor vnicum habet compositum Contueor, quo vsus est Cic. in Clod. Videant hi qui illum Pompeij inimicum, ob eámque causam tot, tantisque sceleribus contrahantur, & nonnunquam eius indomitos furores plausu etiam suo prosequebantur, quàm se citò inuerterit.

Tutor, aris, Deponens, siue (vt Prisciano placet) commune, idem significans quod diligenter protego, siue defendo. {*ἀμύνω, σῴζω*. Ital. *Difendere*. Gal. *Defendre*. Hisp. *Defender*.} Horatius in Epist. Res Italas armis tuteris, moribus ornes. Terent. in Heeyr. Ego interea meum non potui tutari locum. Cicero pro Sylla, Hũc patronum, defensorem, custodem illius coloniæ, si in omni fortuna atque honore incolumem habere non potuerunt: in hoc tamen casu, quo afflictus iacet, per vos tutari, conseruaréque cupiunt. Virg. 7. Aeneid. -& iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem. Idem 2. Aeneidos,
Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum, cui paruus Iülus, &c.

Tutor, oris, Nomen verbale, quo is significatur qui ius & potestatem habet in capite libero, ad tutandum eum qui se per ætatem nõdum tueri potest. {*κηδεμών, ἐπίτροπος, σύμβουλος*. Ital. *Tutore, defensore*. Gal. *Tuteur, defenseur*. Hisp. *Tutor del menor de edad*.} Hæc autem ætas (secundum Iurisconsultos) est vsque ad pubertatem, id est vsque ad decimumquartum annum. Nam inde vsque ad vigesimumquintum dantur curatores, qui etiam furiosis, & mente captis dari solent. ¶ Est igitur Tutor, pupilli defensor. Liu. 1. ab Vrbe, Postremò tutor etiam liberis regis testamento instituereturCic. de Orat. Quint. Sergius Galba populum Rom. tutorem instituere se dixit filiorum suorum orbitati. Idem de Claris Orat. Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus. ¶ Tutor finium, id est defensor. *ἀλεξητήρ*. Horat. Epod. 2, -& te pater Syluane tutor finium.

Tutorius, a, um. Quod ad tutorẽ pertinet. *κηδεμονικός*. vt, Autoritas tutoria.

Tutela, læ, quid sit docet Paulus Iurisconsul. ff. de Tut. Tutela (inquit) est ius ac potestas in capite libero, constituta ad tuendum eum qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa: ex qua ipsi tutores nomen acceperunt, quasi tuitores, atque defensores: sicut Aeditui qui ædis tuentur. {*ἐπιτροπή*. Ital. *Difensione*. Gal. *Tutelle, defense*. Hisp. *Defension, tutela del menor de edad*.} Cic. de Orat. Filius eius paruus, qui tibi in tutelam est traditus. ¶ Accipitur item latius Tutelæ nomen, pro quauis protectione. *κηδεμονία*. Cic. 3. de Fin. Atque etiam Iouem, quum Optimum & Maximum dicimus, quúmque eundem salutarem, hospitalem, statorem: hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. Horat. 1. Epist. 1, -rerum tutela mearum Quum sic, &c.

Tutelaris, re, Quod quippiã in sua habet tutela. {*κηδεμονικός*. Ital. *Di tutella & difensione*. Gal. *De tutelle & defense*. Hisp. *De tutela y defension*.} vt, Dij tutelares, id est vrbium præsides, in quorum tutela illæ esse putabantur. Hi autem in oppugnationibus vrbium certo carminis genere solent euocari, ne cum ipsis etiam diis bellum susceptum videretur. Tutelaris Prætor, cuius officium erat pupillis tutores attribuere. Hunc autem omnium primus M. Antoninus Imperator constituisse existimatur, vt in Vita eius narrat Capitolinus.

Tutelarius, Aedituus, qui ædes sacras, aut publicas suo periculo tuetur. {*ἱεροφύλαξ*. Ital. *Sacrestano, guardiano di chiesa*. Gal. *Sacrestain, garde de temple, marguillier*. Hisp. *El sacristan ò guardador del templo*.} Plin. lib. 34. ca. 7. Aetas nostra vidit in Capitolio, prius quàm id nouissimè conflagraret, à Vitellianis incensum, in cella Iunonis canem ex ære vulnus suum lambentem: cuius eximium miraculum, & indiscreta verisimilitudo, non ex eo solùm intelligitur quòd ibi dicatus fuerat, verùm & noua satisfactione: nam summa nulla videbatur par. Capite tutelarios cauere pro eo, instituti publici fuit.

Tutamentum, ti. Defensaculum. {*προβλημα*. Ital. *Difensione*. Gal. *Defense*. Hisp. *Defension*.} Liu. 1. bell. Puni. Vt ea sola ignibus aliquoties coniectis ab hoste etiam tutamentum fuerit.

Tutamen, inis, Idem Virgil 5. Aeneid. Donat habere viro, decus & tutamen in armis.

Tutò, aduerbium, Sine periculo, impunè. {*ἀσφαλῶς*. Ital. *Securamente, senza pericolo*. Gal. *Seurement, à seureté, sans danger*. Hispan. *seguramente de peligro*.}

Plaut.in Amph. Patri vt liceret tutò illã amplexarier? Cic.4.Verr. Qua vix tutò transire posse videamur.

Tuto,as. verbum antiquum. Idem significans quod protego, defendo. {ἀφαλίζω Ital. *Difendere.* Gal. *Defendre.* Hisp. *Defender.*} Plautus in Mercatore. Invoco vos Lares Diales, vt me tutetis.

Tutus, & Tuitio, Vide TVEOR.

TVGI, Vetustissimi Helvetiorum populi iuxta lacum Lucernatem incolentes: quorum oppidum Tugium est, quod Vulgò *Zug* vocant. imprimis amœno situ, à Septentrione planitie pratorum ampla, ab Occidente piscoso lacu, à Meridie supra lacus longitudinem Alpium prospectu. ab Oriente verò partim pascuo, partim syluoso colle conspicuum. Hi se Tigurinis, Lucernatibus, Vrienſibus, Suicensibus, & Subsyluanis perpetuo fœdere iunxerunt anno ab orbe redempto 1352. & in ciuitate Helvetiorum septimum locum tenent. Tuginorum meminit Strabo lib.7. vnà cum Cimbris & Tigurinis eos in Italiam irrupisse asserens, & à Romanis fuisse deletos.

Tugurium, tij. Casa rustica, ex leuiore materia excitata, arundine aut viua palustri tecta. {καλύβη. Ital. *Tezotto, tezza* Gal. *Vne loge.* Hisp. *choça, cabaña, ò casa pobre.*} ¶ Dictum tugurium, quasi tegurium à tegendo, propterea quòd rusticos ab æstus tempestatúmque iniuria tegat. Virg.1. Aeglo. Pauperis & tuguri congestum cæspite culmen. Tugurij appellatione (ait Pomponius de Verbo. signifi. l. Tugurij) omne ædificium quod rei rusticæ magis custodiendæ conuenit, quàm vrbanis ædibus, significatur. Propriè autem quæ ædificantur, vt nec parietes habeant, nec luto crustata sint, sed stramentis, vel arundinibus, alióve simili genere tegantur, tugurta appellant.

Tuguriolum, cum accentu in antepenultima. Patuum tugurium. {καλύβιον, καλύβιον. Ital. *Picciola casetta.* Gal. *Logette.* Hisp. *Pequeña choça, cabaña ò pequeña casa pobre.*} Quod si angustius sit, gurgustium nominatur, à gurgulione verme.

TVLGIS, Modicus amnis Hispaniæ ad Tarraconem, vt scribit Pomponius lib.2.

Tuli, Modò attuli significat. ἤνεγκα. Terent.in Andr. Nam si illum obiurges, virtæ qui auxilium tulit. Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum? Modò pertuli. Virgil.2. Aeneid. Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus. ¶ Modò sustuli: vide in dictione FERO.

TVLIPHORDVM, τυλίφορδον, Oppidum in inferiore Germaniæ climate. apud Ptolem.lib.2.cap.11.

TVLLISVRGIVM, τυλλισύργιον, Oppidum in inferiore Germaniæ climate, apud Ptolemæum lib.2.cap.11.

TVLLIA, Filia fuit Serui Tulli, sexti Romanorum Regis: quæ quum Tarquinio nupsisset, qui postea à moribus Superbus est cognominatus, viro autor fuit patrem suum occidendi, regnúmq; eius inuadendi. Nuntiata deinde patris nece, protinus conscenso curru ad virum accurrit, vt ei regni adepti nomine gratularetur: quúmque in patris cadauer in via proiectum incidisset, dubitantem aurigam, & Regis reuerentia in latus equos flectentem compulit vt per medium patris corpus ageret carpentum: à quo tam immani genere impietatis vicus ille scelerati nomen retinuit, teste Liu.lib.1. ab Vrbe. Ouid. in Ibin, Infamémq; locum sceleris quæ nomine fecit. Pressit & inductis membra paterna rotis. ¶ Fuit item Tullia, M. Tullij Ciceronis filia, quam ille blanda diminutione Tulliolam appellat.

TVLLIANVM, ni. Locus erat Romæ in carcere, noxiorum supplicio destinatus: à Tullo Hostilio extructus, vnde & nomen accepit. Sallust. in Catil. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

TVLLIVS, Nomen proprium M. Ciceronis, eloquentiæ totius parentis: de quo latius suprà egimus in dictione CICERO.

TVLLVM, Leucorum oppidum, inter Belgas, etiam hodie nomen retinens: cuius meminit Ptolem. lib.2.cap.9.

TVLLVS Hostilius, Tertius Romanorum Rex, qui Numæ Pompilio successit, moribus illi dissimillimus, atque ipso etiam Romulo ferocior: cuius vita explicatur à Liu. lib.1. ab Vrbe. Virgil. lib.6, -cui deinde subibit Ora qui rumpet patriæ, residésque monebit Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis Agmina. &c.

Tullios, Alij dixere esse filanos, alij riuos, alij vehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace. Aiax misso sanguine tepido tullij efflantes euolant. Festus.

Tum, Particula in oratione plerunque subsequens post Cum, eiusdem ferè cum illo significationis, nisi quòd tum, maius quiddam in se contineat. aut specialius. μᾶλλον δέ. Nam si membra ambo eiusdem sint ponderis, magis vtimur Tum geminato. Verùm de hoc abundè multa suprà diximus in particula Cum. ¶ Tum autem ponitur pro Et, teste Donato. Terent. in Eunuc. Vt illum dij, deæque omnium perdant, qui me hodie remoratus est! Méque adeò, qui restiterim, tum autem qui illum non flocciferecim. ¶ Aliquando pro præterea, inquit Donatus. Cic. de Natu. deo. Is tum fusus sublime fertur. tum autem concretus in nubes cogitur. ¶ Tum demum. Id est nouissimé. τότε δὴ, τηλικ. Virg. li.12, Tum demum mouet arma deo. ¶ Ponitur aliquando pro tunc tandem. Cic.2.de Leg. Quæ non tum demum incipit esse lex scripta, sed tum quum orta est. ¶ Tum denique. Id est tum demum, vel ad extremum. Cic. ad Quin. Frat. lib.1, Atque ille quidem princeps ingenij & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Respublicas putauit, si aut docti aut sapientes homines eas regere cœpissent. ¶ Tum verò, id est deinde, Cum non præcedente. *dum.* Cic. de Orat. Ex his enim & dignitatem maximè expetendam videmus: tum verò & iustus, ac honestus labor honore præmiis, splendore decoratur.

Tumba, æ. {τύμβος. Ital. *Tomba* Gal. *Tombe sepulture.* Hisp. *La tumba ò sepultura.*} Locus concauus sub terra. Vnde & pro sepulchro poni consueuit: παρὰ τὸ τύπτειν, ὅτι ἐν τοῖς τάφοις κόπτουσι, τοῦτ' ἔστι κρύπτουσι: hoc est ab eo quòd corpus mortui ibi vratur.

Tumeo, mes, mui, Infor. protubero. {οἰδέω, ἐξογκόω. Ital. *Essere sgonfio.* Gal. *S'enfler, ou estre enflé.* Hisp. *Hinchasse.*} Plautus in Persa. Quid hoc quod in collo tibi tumet? Virgil.2. Georg. Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt. Ouid.3. Metamorpho. Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno. Tibul.lib.1. Eleg.8. Et tua iam flecu lumina fessa tument. ¶ Ponitur aliquando pro superbire, quoniam inflari quodammodo superbientium animi videntur. ἐγκαυχᾶσθαι. Plin.lib.7.cap.7. Tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti tamen perire potuisti. Cic.3.Tusc. Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. Horat.1.Epistol.1, Laudis amore tumes. ¶ Tument negotia, dixit Cic. ad Attic.lib.14, id est seditiones erumpunt, & bella, vt ait interpres.

Tumesco, is. Tumidus fio. {ἐγκάθημαι χρεμετίζω. Ital. *Gonfiarsi.* Gal. *S'enfler.* Hisp. *Hincharse.*} Virgil.lib.1. Georg. Continuò ventis surgentibus aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere. Idem 1. Georg. Maria alta tumescunt. ¶ Hinc Contumesco, extumesco, & intumesco: quorum significatio suprà est explicata.

Tumefacio, facis, Tumidum facio. {οἰδαίνω ποιῶ, ἐγκχέω. Ital. *Sgonfiare.* Gal. *Enfler.* Hisp. *Hinchar.*} Cic.1.de Diuina. Quum sit immoderato tumefacta potu, atque pastu. Marc.lib.4. Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes. Ouid.15.Metam. Extentam tumefecit humum.

Tumidus, a, um, inflatus. {ἐγκάθετος. Ital. *Gonfiato* Gal. *Enflé, esflené.* Hisp. *Hinchado.*} Cic.3.Tuscul. Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiosè se habet? Virgil.lib.5 Aeneid. Nos tumidum sub te permensi classibus æquor. ¶ Per translationem accipitur pro superbo. Ouid.8. Metamor. Ergo impunè feret, viuúsque & victor, & ipso Successu tumidus, regnum Calydonis habebit.

Tumor, tis, Inflatio. {οἴδημα, ἔγκχυσις. Ital. *Sgonfiatura.* Gal. *Enflure* Hisp. *Hinchazon.*} Cic.3.Tusc. Num manus affecta rectè est, quum in tumore est? Idem 4.Tuscul. Citiúsque repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Celsus lib.5.cap.28, Ea sic temperanda est, vt & manu contingenti iucunda sit: vsque eò adhibenda, donec aliquid ex tumore minuisse, colorémve vlceri magis naturalem reddidisse videatur. ¶ Per translationem ponitur pro ira. Cic.3 Tusc. Quum tumor animi resedisset. Idem ad Attic.lib.14, tumorem rerũ, pro commotione dixit, & perturbatione.

Tumulo, Vide TVMVLVS.

Tumultus, us, ui. Idem quod metus, vel trepidatio, quasi timor multus. {θόρυβος. Ital. *Romore, tumulto, sedizione.* Gal. *Trouble, mutinerie, esmeute, bruit.* Hisp. *Bullicio ò alboroto.*} Propriéque dicebatur bellum aliquod subitum, quod ob periculi magnitudinem, hostiúmque vicinitatem, magnam vrbi trepidationem incutiebat. Cic.8. Philip. Quid aliud est tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? Vnde & nomẽ ductum tumultus, quasi timor multus. Itaque maiores nostri, tumultum Italicum, quòd erat domesticus, tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Liu.8. ab Vrbe. Nondum perfunctos cura Priuernatis belli, tumultus Gallici fama atrox inuasit, haud ferè vnquam neglecta patribus. Cic.5.Philip. Rem administrandam arbitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iusticium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublatis vacationibus in Vrbe & in Italia. Hisce verbis Cicero omnia tumultus signa expressit: quibus apparet omnia in tumultu præposteré administrari publicè priuatimq; solita, quum bellum vrgens, & quasi muris imminens solennes actus non admittit. Inde factum, vt tumultuarium pro præpropero, & subitario, ac rapide facto, aut quæsito accipiatur. ¶ Ponitur aliquando tumultus pro omni motu, trepidatione, seu perturbatione. Cæs.1. bel. Ciuil. Conclamant legionis tertiædecimæ, quæ aderat, milites. (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) sese paratos esse imperatoris sui, Tribunorúmque plebis iniurias defendere. Plautus in Milite. Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio. Virgil.lib.1. Georgic. -ille etiam cæcos instare tumultus Sæpe monet. Idem 2. Aen. Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. Terent. And. Nihil ornati, nihil tumulti. Tumulti in genitiuo, pro tumultus, more antiquo.

Tumultuosus, a, um. Qui turbas excitare solitus est. {θορυβώδης. Ital. *Strepitoso, turbatore della pace.* Gal. *Tumultueux, mutineux, mutin.* Hisp. *Lleno de bullicios.*} Liu.4.ab Vrbe. In otio tumultuosi, in bello segnes. ¶ Tumultuosus item dicitur plenus tumultu. Cic.1.de Diuin. Ex seditiosa & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum. Liu.2.ab Vrbe, Latini equites cum tumultuoso aduolant nuntio, Volscos infesto exercitu ad vrbem oppugnandam venire. Horat.3. Carm. Ode 1, Desiderantem quod satis est, neque tumultuosum solicitat mare.

Tumultuosè aduerbium, Cum tumultu. {θορυβωδῶς. Ital. *Con tumulto, con romore, & strepito* Gal. *Tumultueusement, auec trouble & mutinerie.* Hispan. *Con bullicio ò alboroto.*} Liu.2.ab Vrbe, Adeò tumultuosè excepta est clamoribus vndique & indignatione patrum. Cæsar 7.bell Galli. Cæsar mittit complures equitum turmas eo die media nocte: iis imperat vt paulò tumultuosius omnibus in locis peruagarentur.

Tumultuo, tuas, In perturbatione sum. {θορυβῶ μαι. Ital. *Esser in trauaglio,* Gal. *Tumultuer, faire bruit & tumulte.* Hispan. *Alborotarse.*} Plaut. Rud. Vt mihi istud dicat, negotij quid sit, quòd tumultues.

Tumultuor, aris, Deponens, in eadem significatione. Plaut. in Pœnu. Atqui interfectis hostibus non decet tumultuari. Terent. Heey. Nescio quid iamdudum hic audio tumultuari, misera Malè metuo. Cic.1.Offic. Fortis verò animi & constãtis est non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur: sed præsenti animo vti & consilio, nec à ratione discedere. Cæsar, 7.bell. Gall. Vno ferè tempore sub lucem hostibus nuntiatur, in castris Romanorum præter consuetudinem tumultuari, & magnum ire agmen aduerso flumine.

Tumultuatio, onis, verbale. {θορυβώσις. Ital. *Tumulto, sedizione.* Gal. *Tumulte, sedition* Hisp. *El bullicio ò el alboroto.*} Liu.8.bel. Maced. Hæc tumultuatio regem cupientem si se sequerentur, raptim euadere angustias, reuocare primos, & eadem qua venerat via, referre cœpit signa.

Tumultuarius, a, um. Quod sine præmeditatione factum est. {σκηνοποιητός, σκηνοποιῶδης. Ital. *Fatto con fretta ò tumolto* Gal. *Fait en trouble, fait à la haste.* Hispan. *Hecho con alboroto.*} Vnde tumultuaria oratio dicitur. Quicquid properatum & subitarium, aut rapidè factum, quæsítúmve est. Tumultuarium dicitur, vt ait Budæus: vt. Tumultuarius miles. Liu.5.bell. Macedon. Mensa Senatui fuit, vt in Hispania tumultuarij milites legerentur. ¶ Tumultuarius dux, qui pro tumultu eligitur. Tumultuarium opus, in promptu, & raptim factum. Tumultuarius exercitus, dicitur qui

qui quasi tumulu quodam præparatus est: id est raptim, & festinanter conscriptus. Liu. lib. 5. Quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto ægrè ad vndecimum lapidem occursum est.

Tumultuariò, aduerbium. {ἐν δ' ταραχῇ καὶ σπουδῇ. Ital. *Con strepito & tumulto.* Gal. *Auec trouble & mutinerie.* Hisp. *Combullicio y alboroto.*} Apuleius, Et ex more calida tumultuariò lanacro nostro præparato.

Tumulus, li, Colliculus, terra nonnihil eminens. {λόφος, βουνός. Ital. *Mucchio, sepolcro.* Gal. *Tombeau, sepulture, tertre.* Hisp. *Sepultura, cerro ò collado.*} Virg. lib. 2. Aeneid. Est vrbe egressis tumulus. Cæsar 1. belli Gallici, Planities erat magna, & in ea tumulus terreus satis grandis. Cicero antequam iret in exilium, Dij deæque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. Virgil. 5. Aeneid. -socios in cœtum littore ab omni Aduocat Aeneas, tumuliq; ex aggere fatur. Ouid. 15. Metamor. Est prope Pittheam tumulus Troœzena, sine vllis Arduus arboribus, quondam planissima campi Area, nunc tumulus, &c. ¶ Aliquādo accipitur pro sepulchro, quia ibi coaceruari terra consuenit. τύμβος. Virgil. lib. 3. Aeneid. O fœlix vna ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori. Cic. 3. Tusc. ex Homero, Quò magis est æquum tumulis mandare peremptos Firmo animo, & luctum lachrymis finire diurnis. ¶ Tumulus honorarius, hoc est vacuum sepulchrum, quod in mari submersis, iisque quorum corpora haberi non poterant, erigi solet. κενοτάφιον. Sueton. in Claudio, Cæterùm exercitus ei honorarium tumulum excitauit, circa quem, &c.

Tumulosus, a, um, adiectiuum, Quod est tumulis plenum. {χωμώδης. Ital. *Pieno di picciole eleuature.* Gal. *Bossu, plein de petits tertres.* Hisp. *Cosa llena de cerros.*} Sallust. in Iugur. Ante lucis aduentum peruenit in locum tumulosum, à Capsa non amplius duûm millium interuallo.

Tumulo, as, Sepelio, in tumulo condo. {θάπτω. Ital. *Sepelire, sotterrare.* Gal. *Ensepulturer, mettre dans le tombeau.* Hisp. *Sepultar ò enterrar.*} Martial. lib. 11. Aeolidum Canace iacet hoc tumulata sepulchro Vltima, cui paruæ septima venit hyems. Ouid. 8. Metamor. -ne coniugis vnquam Busta meæ videam, neu sim tumulandus ab illa. Catull. Argon. Nec iniecta meæ tumulabor mortua terra. ¶ Vnde & Attumulo, quod est terram aggero, & quasi tumulum iuxtà facio. Plin. lib. 19, Dein si terram fugientes cauliculos feces, à terrâque procerita te luxuriosa attollentes se exaggerando, aliam attumules.

Tunc, aduerbium temporis, Significat eo tempore: & de omnibus temporibus dicitur. {τότε, τηνικαῦτα. Ital. *Allhora.* Gal. *Lors, alors, adonc.* Hisp. *En aquel tiempo.*} De præterito. Virgilius, Tunc decuit, quum sceptra dabas. De præsenti. Plaut. Tunc ad eam accede, quum potes. De futuro. Idem, Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia erit. ¶ Additur quandoque genitiuus temporis: vt apud Iustinum, Tunc temporis Persarum Cambysi mediocri viro. ¶ Tunc demum, idem quod tum demum. Plin. lib. 11. cap. 14, Tunc demum labra vtraque morsu apprehendentes.

Tundo, tundis, tutudi, tunsum, secundum Priscianum, licet eius composita ipsum n non habeāt, vt Obtundo obtudi, obtusum. {κόπτω, ἀλοάω, ἀχύρω. Ital. *Pestare, polueriçare, sbattere.* Gal. *Frapper, coigner, broyer, piler.* Hisp. *Tundir ò herir.*} Virgil. lib. 4. Georg. Profuit & tunsum gallæ admiscere sapor. Plin. lib. 31, Tusum sine n, posuit, Hæc tusa, cribratāque vino quantum possit excellenti. Diomedes putat habere duplex præteritū, & duplex supinum, scilicet tutudi, tusum, & tunsi tunsum. Significatq; Tundere, percutere, pulsare, comminuere. Plaut. in Asin. Sed quid hoc quòd picus vlmum tundit? Colum. lib. 2. cap. 11, Ipsæ autem spicæ melius fustibus tunduntur. Et lib. 6. cap. 7; Quibus in vnum tunsis. Cicc. 7. Verr. Quum ille nihilominus iacenti latera tunderet, vt aliquando spondere se diceret. Ouid. 1. de Arte, Iámque iterum tundens mollissima pectora palmis. ¶ Refertur interdum ad verba, & significat sæpius idem repetere. Terent. in Hec. Tundendo atque odio effecit senex. Id est sæpe dicēdo, siue iterando. Et est translatio sumpta à malleo fabrorum sæpe percutiente. Tundere aures. Plaut. in Pœn. Pergin' aures tundere? id est obtundere, sæpe idem repetendo. ¶ Tundere eandem incudem assiduè, prouerbialiter dicitur pro eo quod est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare. Vide Chiliadas Erasmi. ¶ Huius composita sunt, Contundo, extundo, obtundo, pertundo, protundo, & retundo: quorum significata explicantur suis locis.

TVNES, Tunetis, τύνης, Vulgò *Tunez.* Vrbs est Africæ totius præstantissima, regúmque Libyæ regia. Hæc eo tempore quo Scipio in Africa bellum gerebat, tumulus erat, cùm operibus, tum natura loci munitus, duodecim non amplius millia passuum à Carthagine distans. qui & ab vrbe conspici, & prospectum cùm ad vrbem, tum ad circunfusum mare præbere posset. Recentiores aliquot antiquitatis imperiti, Tunetum vocant, alij Tunitium, sed præter cuiusquam veterū, vt arbitror, exemplum. Liuius certè lib. 10. bell. Pun. accusatiuum modò Tunetem Latinorum, modò Tuneta Græcorum more effert. Sic enim habet circa initium lib. 10. Iam in Carthaginem intentus, occupat relictum custodum fuga Tunetā. Et circa finem eiusdem libri, Tum ad Tunetem eodem quo prius loco castra posita.

TVNGRI, τόξανδροι. Populi inter Belgas, qui à Ptolemæo post Tabullam flumen collocantur. Horum vrbs fuit Atuacutum, teste eodem Ptolemæo lib. 2. cap. 9.

Tunica, æ. Vestis erat apud Romanos interior, & sine manicis, cui toga superinduebatur. {χιτών. Ital. *Tonica, tonega.* Gal. *Vn saye.* Hisp. *Sayo sin mangas.*} Virgil. 9. Aeneid. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Hoc autem dicit, vt barbarum & peregrinum motem indicet, non Romanum, quum apud Romanos sine manicis tunicæ gestarentur. Plautus, Manuleatam tunicam habere hominem decet. Dicta est autem Tunica à tuendo corpore. Cic. 5. Tusc. Atque is quum pila luderet vellet, (studiosè enim id faciebat) tunicámque poneret, adolescentulo quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Mulieres quoque olim tunicis vtebantur, sed oblongis, & talatibus quæ ima etiam crura tegerent. Plin. Epist. vltima lib. 2, Aurelia ornata fœmina signatura testamentum, sumpserat pulcherrimas tunicas. Martialis in Lesbiam. De cathedra quoties surgis, iam sæpe notaui, Prædicant miseram Lesbia te tunicæ. ¶ Tunica item omnium intima dicebatur, qua hodie linea vtimur. Ouid. 2. Am. -qualem vidi tetigique puellam, Sic etiam tunica tangitur illa sua. Idem 3. Amo. Illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori. Et alibi, Pugnabat tunicale tamen illa tegi. ¶ Vtebantur & tunica quæ media dici potest, cuiusmodi est ferè tunica lanea, rubra, albáve qua brumali tempore vtimur. ¶ Erat & alia tunica, quæ his superinduebatur: à Gallis vocabuli Græci vestigia tetinentibus *Hocqueton* appellatur, quasi ὑπόκωτος. Neque verò id cuipiam mirum videri debet, Gallicæ vocis etymon ex lingua Græca peti: siquidem olim Druidæ Gallorum sacerdotes in publicis, priuatisque rationibus Græcis literis vtebātur, vt legimus in sexto Commentariorum Cæsaris. Hæc ferè ex Bayfio. ¶ Tunica molesta genus erat supplicij: ea ignium alimentis illita & intexta, vt Seneca docet, ae mox succensa, cruciabiliter obuolutos nocentes, qui sceleris conuicti grauioris forent, amborebat. Vide Cœlium Rhod. antiq. lect. lib. 10. cap. 5. ¶ Tunicæ oculorum, sunt membranæ quibus oculi sunt compositi. Plin. lib. 11. cap. 37, Tenuibus, multisque membranis oculos natura composuit, callosis contra frigora caloresq; in extremo tunicis. ¶ Arborum quoque & fruticum membranas, Tunicas appellamus. Plin. lib. 12. cap. 19, Probatur casia breui tunicarum fistula, & non fragili.

Tunico, tunicas, pen. corr. Tunicā induo, vestio. {χιτωνίζω. Ital. *Vestire vna tonica.* Gal. *Vestir & couurir d'vn saye.* Hisp. *Vestir tal sayo.*} Varro λοιδορικῶς, vt citat Nonius, Hæc lanigeras detonderi docuit tunicaréq; homulum.

Tunicatus, a, um, Qui sola indutus est tunica, hoc est qui nullam tunicæ superinduit togam: cui opponitur Togatus. {μονοχίτων, χιτωνοφόρος. Ital. *Vestito di tonica.* Gal. *Vestu d'vn saye.* Hisp. *Vestido de tal sayo.*} Plaut. Pœnulo, Nouistin' tu illunc tunicatum hominem, qui fiet? Iuuen. Saty. 3, Tunicati fuscina Gracchi. Est autem Tunicatus, non participium, sed nomen adiectiuum, à tunica deductum ea forma, qua à caligis caligatum dicimus, & à calceis calceatum.

Tuor, tueris, Video: à quo deducuntur composita Contuor, intuor, & obtuor. {ἐποπτεύω. Ital. *Guardare.* Gal. *Regarder, veoir.* Hispan. *Mirar.*} Plaut. Asin. At hercle ipsum adeò contuor: quassanti capite incedit. Et iterū, Nam ego illud argentum tam paratum filio scio, quàm me hunc scipionem contui. Idem Mostellaria, -profectò nullam equidem illic cornicē intuor. p. At tu istac ad nos obtuere, quoniā cornicem nequis Conspicari: si vulturios fortè duos possis contui. ¶ Hodie tamen Tuor cum cōpositis rarò est in vsu: eorūmq; loco magis recepta sunt Tueor, contueor, & intueor: vt latius docuimus suprà in verbo TVEOR.

TVRARIVS, Vicus Romæ fuit, in quo thus, cæteráque thymiamata vendebantur. Asconius, Signum Vertumni in vltimo vico Turario est, sub Basilica se flectentibus.

Turba, turbæ, & Rixa non idem significant. {ὄχλος, ἔριδος. Ital. *Turba, turbamento, romore.* Gal. *Rumeur trouble, bruit.* Hispa. *Turba, turbamiento.*} Vlp. Vibo. rap. & de turba I. Prætor ait. Turbam appellatam esse Labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixam commiserint, vtique non accipimus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur. Si verò fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur. Turba ergo multitudinis, Rixa duorum. Sed quia multitudo ferè non vacat perturbatione, factum est vt perturbationem appellemus turbam. Est igitur turba, & multitudo, & in multitudine perturbatio. Cicero Cœcinnę, Exponerem etiam quemadmodum hîc, & quanta in turba, quantāq; in confusione rerum omnium viueremus. Terent. in Andria, Dij vestrā fidem, quid turbæ est apud forum? Cic. 6. Verrina, Ecce autem noua turba atq; rixa. ¶ Turba, pro multitudine. {ὅχλος, τὸ πολύ. Ital. *Concorso di gente vile.* Gal. *Troupe & multitude de gens.* Hisp. *Muchedumbre de hombres.*} Cic. 2. Verr. Videt ad ipsum fornicem Fabianum in turba Verrem: appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Idem 5. Tusc. Quid erit in philosophi grauitate, quàm in vulgi opinione, stultorúmque turba, quod dicatur aut grauius, aut grandius? Ouid. 1. Amo. Eleg. 7, Quæque tuos currus comitantum turba sequetur. ¶ Turbam prunorum, pro variis generibus prunorum, dixit Plin. lib. 15. cap. 13: &, Turbam vulnerum, pro multitudine vulnerum, lib. 11. cap. 37.

Turbella, læ, dimin. Parua turba. {θορυβίδιον. Ital. *Picciola turba, picciol rumore.* Gal. *Petit trouble, petit bruit.* Hisp. *Pequeña turba y turbamiēto.*} Plaut. in Pseud.

Scis tu quidem hercle, mea si commouī sacra,
Quo pacto, & quantas soleam turbellas dare?

Turbidus, a, um, Conturbatus, confusus, non clarus, tumens, commotus. {ταραχώδης. Ital. *Conturbato, torbido.* Gal. *Trouble, troublé.* Hisp. *Turbio ò perturbado.*} Horat. 1. Carm. Ode 3, Qui vidit mare turbidum. Turbidus dies, procellosus. Plin. lib. 11. cap. 10, Quin & excrementa operantium intus, ne longius recedant, vnum congesta in locum, turbidis diebus, & operis otio égerunt. Turbidus homo commotus, plenus perturbationis, terribilis, clarus, & arrogantia tumens. Virgil. 9. Aeneid. -huc turbidus, atque huc Lustrat equo muros, aditúmque per auia quærit. Idem lib. 12, Tum sic affatur regem, atque ita turbidus infit. Tacit. lib. 20, Mox C. Cæsar turbidus animi, &c. Turbida aqua, id est turbata, & impura. Cic. 5. Tusc. Darius in fuga quum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit vnquam se bibisse iucundius. Virg. 5. Aeneid. -ruit æthere toto Turbidus imber aqua, densisq; nigerrimus Austris. Turbidior, turbidissimus. Ouid. 1. Trist. Eleg. 1, Pectora sunt ipso turbidiora mari. Actiones turbidissimæ, apud Quint. lib. 1. ca. 10.

Turbidē, aduerb. {ταραχωδῶς. Ita. *Con turbidezza.* Gal. *En trouble, auec trouble.* Hisp. *Turbia y perturbadamente.*} Cic. 4. Tusc. Intelligatur igitur perturbationē iactantibus se opinionibus incōstanter & turbidè, in motu esse semper.

Turbulentus, a, um, Commotus, iratus, turbidus, contentione plenus. {ταραχώδης, ἐριῶδης. Ital. *Turbolento, torbolato, tribolato.* Gal. *Troublé, esmeu, plein de troubles, turbulent* Hisp. *Turbio ò perturbado.*} Plaut. in Epid. Tu ædepol re es turbulentus. Conciones turbulentæ. Cic. ad Attic. lib. 4, Conciones turbulentæ Metelli, temeratrix Appij, furiosissimæ Publij. Tempestas turbulenta. Idem 7. Verr. Vt nullus vnquam dies tam magna turbulentāque tempestate fuerit, quin aliquo tempore solem eius diei homines viderent. Idem pro Sylla, In illa turbulentissima tempestate Reipub. mea sponte despexerim. Turbulentus animus, id est perturbatus. Liuius lib. 2. ab Vrbe, Turbulentior inde animus L. Valerio. T. Aemylio coss.

Turbulentē, aduerbium. {ταραχωδῶς. Ital. *Turbatamente.* Gal. *Auec trouble.*

Hisp. *Turbia y perturbadamente.* ¶ Cic. pro Domo sua, Omnia contra leges, moréſq; maiorum temerè, turbulentè, per vim, per furorem esse gesta.

Turbulenter, aliud aduerbium. Cic. ad Cælium lib. 2, Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.

Turbulento, turbulentas, Exagito, perturbo. {Ἀλλοφορέω. Ital. *Perturbare.* Gal. *Troubler.* Hisp. *Turbar, perturbar.* ¶ Apuleius. Me strepitu turbulentauit.

Turbo, turbas, Confundo, commoueo. {συγχύνω, ἀχλέω, κυκάω, ταράσσω. Ital. *Turbare.* Gal. *Troubler, mesler, brouiller.* Hisp. *Turbar ò perturbar.* ¶ Plautus in Capt. Aduenięs turbauit totum cum carne carnarium. Id est commouit. Martial. lib. 2, Pectere te nolim, sed nec turbare capillos. Cic. 1. de Natura deorum, Aristoteles quoque in tertio de Philosophia libro multa turbat, à magistro Platone vno dissentiens. Idem pro Cluent. Mare, quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitatur, atque turbatur. Virgil. 1. Aeneid. Sed tes animos incognita turbat. Idem 12. Aeneid. Et subita turbaret clade Latinos. ¶ Turbare, absolutè. Tacit. lib. 4. Quum repente turbare fortuna cœpit. ¶ Turbatum est, impersonale. Terent. in Eunuc. Nescio quid profectò absente nobis turbatũ est domi. ¶ Turbassit, pro turbauerit, vsurpatum ab antiquis. Cic. 3. de Legi. ex x11. Tab. Aſt qui turbassit in agendo, fraus autoris esto. ¶ Turbor passiuum. Cic. ad Attic. lib. 2. Prorsus, vt scribis, ita sectio turbatur Sampsiceranus. ¶ Huius composita sunt, Conturbo, deturbo, exturbo, disturbo, interturbo, obturbo, & perturbo: quorum significata explicantur suis locis.

Turbatus, Commotus. {ταραχώδης. Ital. *Turbato, smosso.* Gal. *Troublé, esmeu.* Hisp. *Turbado, perturbado.* ¶ Cæs. 2. belli Ciu. Turbatus ex inopinato malo.

Turbatè, aduerbium, Turbulenter. {ταραχωδῶς. Ita. *Turbatamente.* Gal. *Auec trouble.* Hisp. *Turbia y perturbadamente* ¶ Cæsar 1. bell. Ciuilis, His de causis aguntur omnia raptim atque turbatè.

Turbator, turbatoris, Qui rem aliquam conturbat. {ταραχώδης. Ital. *Disturbatore.* Gal. *Troubleur, brouillon.* Hisp. *Perturbador.* ¶ Liu. 4. ab Vrbe, Parum id videri, quòd omnia diuina humanáque turbentur, iam ad Consulatum vulgi turbatores accingi. Idem lib. 2, Quum pacis ipse autor à belli turbatoribus prometeretur.

Turbamentum, ti, Idem quod turbatio. {ταραχή, πάταγος. Ital. *Turbamento.* Gal. *Troublement, trouble.* Hisp. *Turbamento.* ¶ Tacitus lib. 17, Quæq; alia turbamenta vulgi. Sallust. in oratione Lepidi ad Quirites, Maxima reipublicæ turbamenta atque exitia probare.

Turbo, turbinis, Ventus validissimus, & vorticosus, obuia quæque deturbans prosternénsque. {τρόμος. Ital. *Nembo di vento.* Gal. *Vn tourbillon de vent, vent impetueux.* Hisp. *Toruellino, viento remolinado.* ¶ Virgil. 1. Aeneid. -venti velut agmine facto, Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant. Cic. 3. de Orat. Vndique omnes venti erumpunt, sæui existũt turbines. ¶ Turbo pacis, per translationem pro turbatore, & euersore. Idem pro Domo sua, Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atq; otij. ¶ Est & Turbo, genus instrumenti lusorij, quod à pueris scutica in gyrum circumagitur. {σφῦρος, πτέρυξ, βέμβιξ. Ital. *Trottolo, moscolo con cleguocame i fanciulli.* Gal. *Vn sabot, ou vne toupie.* Hispa. *El trompo ò peonça.* ¶ Tibullus lib. 1. Eleg. 5, Nanque agor vt per plana citus sola verbere turbo, Quem celer assuera versat ab arte puer. Virgil. 7. Aeneid. Cen quondam torto volitans sub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent. ¶ Ab huius instrumenti similitudine Turbo dicitur quicquid è lato paulatim desinit in acutum. {κῶνος. Ital. *Ogni cosa puntuta di sotto & bassa di sopra.* Gal. *Vne figure ronde qui va en pointe comme vn sabot.* Hispan. *Cosa en figura de trompo.* ¶ Cicero de Fato, Sed reuertitur ad cylindrum, & ad turbinem suum: quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Plin. de aloë, lib. 27. cap. 4, In turbinibus cadorũ. Ouid. 1. Metamor. -cana buccina sumitur illi, Tortilis, in latum quæ turbine crescit ab imo.

Turbineus, a. um, {ὀξὺς ἢ τραχυκέφαλος, κωνοειδής. Ital. *Acuto, puntuto di sotto come vn pero.* Gal. *Qui est rond comme vn sabot, en façon de poire.* Hisp. *Hecho en guisa de trompo ò peonça.* ¶ vt, Vortex turbineus. Ouid. 8. Metamorphoseos, Multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis, Corpora turbineo iuuenilia vortice mersit.

Turbino, as, peu. corr. In turbinis figurã exacuo. ἐπιτροχίζω, προσάγω. Ital. *Aguzzare, apuntare.* Gal. *Aguiser, faire pointu.* Hisp. *Aguzar, hazer agudo.* ¶

Turbinatus, adiectiuum, Quod in turbinis figuram desinit. {κωνοειδὴς. Ital. *Acuto in punta, puntuto di sotto comme vn pero.* Gal. *Long & rond en forme de sabot, en façon de poire.* Hispa. *Hecho en manera de trompa ò pero.* ¶ Plin. lib. 37. cap. 4, Siquidem & colore translucido non differt, & laterum sexangulo lævore turbinatus in mucronem. Idem lib. 11. cap. 37, Cor homini infra lævam papillam turbinato mucrone in priora eminens. Idem lib. 15. cap. 15, Turbinatior pyris figuras quàm malis.

Turbinatio, onis. {ἡ τροχιλωσις. Ital. *Aguzzamento, & punta di sotto come vn pero.* Gal. *Forme & figure en façon de sabot ou toupie.* Hisp. *Forma y figura en manera di trompo ò peonça.* ¶ Plin. lib. 15. cap. 20, Aliis turbinatio pyri, aliis ouata species.

TVRBO, bonis, τύραννος, Proprium nomen gladiatoris. Horat. lib. 2. Serm. Saty. 3, Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

TVRCAE, *Turchi*, teste Mela, Scythæ populi fuerunt, maris Caspij, Caucasique montis accolæ, qui supra septingentesimum abhinc annum, relictis patria, potrásque Caspias egressi, latrocinantium more in Persidem primùm, deinde in Pontum, & Cappadociam impetum fecerunt: occupatáque minore Asia, victricia arma in Europam traiecerũt, Græciámque omnem, ductu Mahometis in potestatem redegerunt, ipsa etiam imperij sede Constantinopoli post longam obsidionem expugnata. De origine Turcarum, rebúsque gestis vide latius Baptistam Egnatium in opusculo de Romanis principibus.

TVRDETANI, τυρδητανοί, Hispaniæ Bæticæ populi sunt, apud Ptolemæũ lib. 2. cap. 5.

TVRDVLI, τυρδύλοι, Populi Hispaniæ Bæticæ, Bastulis, & Turdetanis finitimi, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 10, Non omnis apta natio ad pecuariam, quòd neque Basilus, neque Turdulus idonei.

Turdus, Auis nota, & inter primas à saporis bonitate collocata. {κίχλα. Ital. *Tordo.* Gal. *Grive, tourd.* Hisp. *Tordal ave conocida* ¶ Horat. lib. 1. Epist. 16, Nil melius turdo, vulua nil dulcius ampla. ¶ Est & Turdus nomen piscis, quem & ipsum κίχλαν vocant Græci. Plin. lib. 32. cap. 11. Turdus inter saxatiles nobilis.

Turdarium, Locus quo turdi aluntur ad saginam. κιχλοτροφεῖον.

Tureus, turea, tureum. Vide TVS.

Turgeo, turges, torsi, Inflor, tumeo. {οἰδάνω, εἴδω. Ital. *Gonfiarsi.* Gal. *S'enfler, ou estre enflé.* Hisp. *Hincharse.* ¶ Virgil. Aegl. 7, Iam læto turgent in palmite gemmæ. Turgere alicui, est irasci in aliquem, siue cõmoueri. Plaut. in Cas. Nunc in ferméto tota est, ita turgere mihi. Idem in Mostel. Tota mihi turget vxor nunc domi, scio. Plin. lib. 20. cap. 13, Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam, & pituitæ. ¶ Composita sunt Detturgeo, & obturgeo: quorum significata explicantur suis locis.

Turgesco, Turgidus fio, intumesco. {οἰδάνομαι. Ita. *Gonfiarsi.* Gal. *S'enfler.* Hisp. *Hincharse.* ¶ Persius, Non equidem hoc studeo, bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat dare pondus idonea fumo. Cic. 3. Tusc. Córq; meum penitus turgescit tristitibus iris. Varro 3. de Re rust. cap. 9. Obiciendum pullis diebus quindecim primis manè subiecto puluere (ne rostris noceat terra dura) polentam mistam cum nasturtij semine, & aqua aliquanto antè facta intrita: & ne tam denique in eorum corpore turgescat aqua, prohibendum. Ouid. 3. Amo. Eleg. 9, Prima Ceres docuit turgescere semen in agris. Plin. lib. 17. cap. 10, Nouembri mense, vt Martio pariant capræ turgescentibus virgultis.

Turgidus, a. um, Tumidus, inflatus. {ὀγκώδης. Ital. *Gonfio.* Gal. *Enflé.* Hisp. *Hinchado.* ¶ Plaut. in Milite, Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis. Cic. 5. Tusc. Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiosa se habet? Horat. 3. Carm. Ode 13, -eras donabetis hœdo, Cui frons turgida cornibus.

Turgidulus, diminutiuum. {ὀγκωδέστερός τις. Ital. *Alquanto gonfio.* Gal. *Vn peu enflé.* Hisp. *Vn poco hinchado.* ¶ Catullus, Flendo turgiduli rubent ocelli.

TVRIA, τυρία, Fluuius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in signum Sucronensem se exonerans. Claudianus, Floribus & roseis formosus Turia ripis. Sallust. lib. 4. Hist. Inter læua mœnium dextrum flumen Turia, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit. Phocas hoc nomen neutro genere efferendum contendit, quemadmodum & Mulucha: cui tamen refragatur testimonium paulo antè ex Claudiano citatum. Plinius Duriam vocat lib. 3. cap. 3. Ptolemæus Doriam.

Turibulum, Turifer, Turicremus, Vide TVS.

Turiones, Tenelli arborum, fruticum, aut herbarum cacumina. {πρέμνου νεαρὸν ἔρνος. Ital. *Teneri germogli d'albero.* Gal. *Tendrillons du bout des branches d'arbres ou arbreaux.* Hispa. *Los renouevos del arbol.* ¶ Columel. lib. 12. cap. 48, Concisis deinde pleno vase oliuis, immitte defrutum vsque ad os, lauri turiones in hoc vsu mittito, vt oliuas deprimãt: post dies viginti vtere.

Turma, turmæ, Ordo militaris, tres equitum continens decurias, totidémque habens decuriones. {λόχος. Ital. *Compagnia de soldati.* Gal. *Bande de gens d'armes.* Hisp. *Batalla de los de caualllo.* ¶ Romuli enim tempore quum tres tantùm essent tribus Ramnensium, Tatiensium & Lucerum, ex singulis tribubus deni equites in turmam asciscebantur, & singuli decuriones: à quo etiam numero Turmam dictam asserit Varro, quasi terdenam. Cic. pro Marcel. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Virgil. 5. Aeneid. Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur Ductores, pueri bisseni quenq; secuti. Horatius lib. 3. Carm. Ode 4, Diuósque mortalésque turmas Imperio regit vnus æquo.

Turmales, Dicti qui in turma sunt eadem. Liuius 5. ab Vrbe, T. Manlius Consulis filius, supra castra hostium cum suis turmalibus euasit.

Turmalis, turmale, adiectiuum, Quod ad turmã pertinet. Claud. de bell. Gild. Exciret incestos turmalis buccina somnos.

Turmatim, aduerbium, Per turmas. {λοχηδόν. Ital. *Per compagnie.* Gal. *Par bandes.* Hispa. *De batalla en batalla.* ¶ Cæsar 8. bel. Gal. Turmatim in eum locum deuenerunt. Liu. 5. ab Vrbe, Mox vlulatus, cantúsque dissonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.

TVRNVS, τύρνος, Nomen regis Rutulorum, acerrimíque Troianorum in Italiam aduenientium hostis: quem Aeneas singulari certamine victum occidit, Lauiniámque illi desponsatam vxorem duxit.

TVRONES, Lugdunensis Galliæ populi sunt, ad Ligerim fluuium. Autor Plin. lib. 4. cap. 18. Vulgò *Tours.*

TVRPIO Ambiuius, Actor Comœdiarum, Terentij temporibus.

Turpis, & hoc turpe, Deformis: est enim contrarium Pulchro. {αἰσχρός, δύσειδης. Ital. *Brutto, turpe, disforme.* Gal. *Laid, vilain, difforme, deshonneste.* Hispa. *Feo ò deshonesto.* ¶ Terentius in Phorm. Lachrymæ, vestitus turpis. Horat. 3. Carm. Ode 27, Antè quàm turpis macies decentes Occupet malas. Ouid. 3. de Arte, Turpe pecus mutilũ, turpis sine gramine campus, Et sine fróde frutex, & sine crine caput. ¶ Transfertur etiã ad animum, pro inhonesto, infami, indecenti. Ouid. 1. Amo. Eleg. 13. Si mihi Tithono de te narrare liceret, Turpior in cælo fœmina nulla foret. Cic. pro Quintio, Multis vexatus cõtumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit. Terent. in Heaut. -pudet Dicere hac præsente verbum turpe. Ouid. 1. Amo. Eleg. 9, Turpe senex miles, turpe senilis amor. Cic. 1. Offic. Luxuria verò cùm omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. ¶ Interdum ponitur pro magno, vt annotauit Nonius. Virgil. 3. Georg. -optima torum Forma bouis, eui turpe caput, cui plurimus ceruix. Idem 4. Georg. Et turpes pascit sub gurgite phocas. ¶ Item pro crudeli, vt non in loco apud Sallustium.

Turpiculus, a, um, diminutiuum, Idem quod subturpis. {αἰσχρός. Ital. *Alquanto sozzo.* Gal. *Assez vilement laid.* Hisp. *Feo vn poco.* ¶ Cicer. 2. de Orat. Iocus in turpiculis, & quasi deformibus ponitur. ¶ Hinc fit compositum Subturpiculus. Idem Attic. lib. 4, Quid? etiam subturpicula mihi videbatur palinodia.

Turpifico, turpificas, Fœdo, turpitudine afficio. {αἰσχύνω. Ital. *Far sozzo.* Gal. *Souiller & vilener enlaidir.* Hisp. *Hazer feo.* ¶ Cicer. 3. Offic. Quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi videri debet.

Turpitudo, turpitudinis, Deformitas. {αἰσχρός, αἰσχύνη. Ital. *Bruttezza, disonestà.* Gal. *Laideté, difformité, deshonnesteté, laideur.* Hisp. *Fealdad, ò deshonestidad.* ¶ Cic. 2. de Finibus, Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ nisi honestatis natura plurimum valeat, cui non cadant in sapientem non est facile

est facile defendere. Quintil. lib. 2. cap. 2, Carendum non solùm crimine turpitudinis, verùm etiam suspicione. Cic. 2. de Orat. Verborum turpitudinem, & rerum obscœnitatem vitare.

Turpiter, aduerbium, Fœdè, inhonestè, indecorè. {αἰσχρῶς. Ital. *Brutamente disonestamente.* Gal. *Vilainement, laidement, deshonnestement.* Hisp. *Feo y desonestamente.*} Plaut. in Met. Quod in se olim admiserit turpiter. Cæsar 3. bell. Ciuil. Reliquos turpiter fugere coëgerunt. Cic. 3. Tuscul. Quæ te turpiter & nequiter facere nihil pœnitet. Ouid. 5. Trist. Eleg. 7, Turpius eiicitur quàm non admittitur hospes.

Turpo, turpas, Fœdo, turpitudine afficio. {αἰσχύνω. Ital. *Sporcare, lordare, macchiare.* Gal. *Souiller, vilener, mlaidir, barbouiller, salir.* Hispa. *Afear otra cosa.*} Cic. 1. Tuscul. ex vetusto quopiam Poëta, Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam eripi, Iouis aram sanguine turpari. Virgil. 10. Aeneidos, -& terra fœdantur ipsum Sanguine turpantem comptos de more capillos. Horat. 1, Sermo. Saty. 5, -at illi fœda cicatrix Setosam læui frontem turpauerat oris.

Turris, huius turris, fœm. gen. A terendis hostibus dicta est. {πύργος. Ital. & Hisp. *Torre.* Gal. *Tour.*} sicut Atx ab arcēdis: vel quòd aspectu torua sit, hoc est terribilis. Cæsar 5. bell. Gall. Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrisque succensa est. Cic. 5. Tuscul. Dionysius concionari ex turre alta solebat. Virgil. 10. Aeneid. Nec spes vlla fugæ: miseri stant turribus altis Nec quicquam, & rara muros cinxere corona. Idem 9. Aeneidos, -tum pondere turris Procubuit subitò, & cælum tonat omne fragore. Horat. 2. Carm. Ode 10. Sæpius ventis agitatur ingens Pinus, & celsæ grauiore casu Decidunt turres, feriúntque summos Fulmina montes. Fiunt etiam turres ambulatoriæ, de quibus Vegetius lib. 4. cap. 17, sic scribit. Turres dicuntur machinamenta, ad ædificiorum speciem tabulis, tabulatisque compacta. Et ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissimè ex crudis coriis vel centonibus communitur, quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, vel quinquagenos latæ sunt. Proceritas autem ipsarum tanta fit, vt non solùm muros, sed etiam turreis lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subduntur, quarum lapsu volubili, magnitudo tam alta moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, & diuerso genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietē, cuius impetu destruit muros. Circa mediam verò accipit pontem factum de duabus trabibus, septúmque de vimine, quem subitò prolatum inter turrem murúmque constituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati, & sagittarij collocantur, qui defensores vrbis ex alto contis, saxis, missilibúsq; prosternāt.

Turricula, diminutiuum, Parua turris. {πυργίον. Ital. *Picciola torre, torricella.* Gal. *Tourrette, petite tour.* Hisp. *Pequeña torre.*} ¶ Est & vasculi genus, turris similitudine, per quod tali in alueolū mitti solent, ne in iaciendo fraus committi posset. Græci πύργοι vocant. Persius etiam Orcam. Extat distichon apud Martialem lib. 14, turriculæ vsum describens,

Quærit compositos manus improba mittere talos?
Si per me misit, nil nisi vota facit

Turritus, ta, tum, Turribus instructus. {Κύρτος, πυργοφόρος. Ital. *Alto, sublime.* Gal. *Qui a tour ou tours, haut comme vne tour.* Hisp. *Alto, torreado de torres.*} vt, Mater deûm turrita, id est Cybele, quæ eadem credebatur cum Tellure. Virg. li. 6 Aen. -qualis Berecynthia mater, Læta deûm partu Phrygias turrita per vrbes Inuehitur curru. Castella turrita. Luca. lib. 5. -turritáque summis Disponit castella iugis. Elephanti turriti, quibus turres superponuntur, vel qui turres gestant. Plin. lib. 8. cap. 7, Iterum totidē turriti cum sexagenis propugnatoribus. Mœnia turrita. Ouid. 3. Am. Eleg. 7. Quid tibi turritis incingere mœnibus vrbes? ¶ Interdum Turritus accipitur pro alto, & turris instar edito, ὑψηλός. Virg 3. Aeneid. -gemino demittunt brachia muro Turriti scopuli.

Turriger, Turrifer. Gerens turres. {πυργοφόρος. Ital. *Chi porta torre, chi a torre.* Gal. *Qui porte tour, qui a des tours.* Hisp. *Lo que trae ò tiene torres.*} Plinius, Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. Virg. 10. Aeneid. Alma parens Idæa deûm, cui Dindyma cordi, Turrigeræque vrbes, &c. Dea turrigera, eadem cum Cybele, siue Tellure. Ouid. 4 Fasto. Carina turrigera, Luca. lib. 3. Frons turrigera Cybeles. Ouid. 6. Fast.

Tursio, tursionis, Piscis est delphino non dissimilis, tristitia tamen aspectus ab eo differens: lasciuiæ eius, quæ in delphino conspicitur, prorsus expers, rostro tamen canicularum maleficentiam præ se ferens. Hæc Plinius lib. 9. cap. 9.

Turtur, mascul. gen. Auis nota ex genere columbarū, à sono quem edit, nomen habens. {τρυγών. Ital. *Tortora.* Gal. *Vne tourtre ou tourterelle.* Hisp. *Tortola aue.*} Plaut. in Most. Tu tibi istos habeas turtures. Seruius & quidā eum secuti putant fœmininum esse in hoc versu Virgilij ex 1. Aegloga, Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo. Sed proculdubio decipiuntur. Nam adiectiuum aëria nō cum nominatiuo turtur, sed cum ablatiuo vlmo cohærer. ¶ Est item Turtur piscis marinus, ex genere venenatorum, qui & τρυγὼν dicitur à Græcis, eodem quo auis nomine.

Turunda, Massa, siue buccella qua farciuntur, siue saginantur altilia. {τρωμίσκος. Ita. *Tronda.* Gal. *Vne soupe de pain, vn morceau de paste, vn apost.* Hisp. *Sopas à manera de bocadillo para engordar aues.*} Varr. 3. de Re rust. cap. 89, Gallinas farciunt turundis hordeaceis. ¶ Apud Catonē tamen cap. 89. significat linamentum illud ex filis quod in vlcus immitti à medico solet. Air enim, Et si fistula erit, turundam intrò trudito.

TYRYPTIANA, Vrbs Callætorum Lucensium, in Tarraconensi Hispania. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Tus, huius turis. Lachryma libani arbusculæ, vni terrarum Arabiæ concessa, diuinis sacrificiis, & templorum fulsimentis dedicata. {λίβανος. Ital. *Incenso.* Gal. *Encens.* Hisp. *Encienso.*} Ouid. 14 Meta. Templa tibi stant: quam tibi turis honores. Tibul. lib. 1. Eleg. 3, Redderet antiquo menstrua tura Lari. Varro à tusis glebis dictum existimat: cui & Seruius astipulatur, & Priscianus. Quocirca sine aspiratione scribendum videtur. Alij tamen originem eius à Græco verbo θύειν petere malunt, quod est sacrificare: vnde etiam per aspirationem scribēdum præcipiunt. Prouenit autem tus potissimum in regione Sabæorum, quæ Fœlicis arabiæ pars est. Virg. 1. Georg. India mittit ebur, molles sua tura Sabæi. Colligitur autem duplici vindemia: quarum prior est circa Canis ortum, altera verno tempore inciso arbotis cortice, quàmaximè videtur esse prægnans, & vbi tenuissimus conditur. Laxatur hinc plaga, vnde profilit spuma pinguis, quæ concreta densatur. Probatur tus candore, amplitudine, fragilitate, carbone, vt statim ardeat, & fricatur potius quàm dentem recipiat.

Tureus, a, um, Quod ex ture est. {λίβανωτός. Ital. *Di incenso.* Gal. *D'encens.* Hisp. *Cosa de materia de encienso.*} Colum. lib. 3. Iam tuream plantam maturè ampliatam florentésque hortos myrrha & croco. Virg. 2. Georg. -sola India nigrum Fert hebenum, solis est turea virga Sabæis. Idem 6. Aeneid. -- congesta cremantur Turea dona. Ouid. 4. Fast.

Farra deæ, micæque licet salientis honorem
Detis, & in veteres turea grana focos.

Turibulum, li, Vas quo tus adoletur. {θυμιατήριον. Ital. *Turibulo da incensare.* Gal. *Encensoir.* Hisp. *Encensario donde se quema el encienso.*} Liu. 9. bel. Pun. Ex per manus succedentes, deinde aliæ aliis, omni effusa ciuitate obuiam, turibulis ante ianuas positis, quā perferebatur, atque accenso ture precantibus, &c. Cic. 6. Verr. Nam etiam de L. Papyrio viro primario, locuplete, honestóque equite Romano turibulum emisti?

Turifer, ra, rum, penult. corr. Tus producens. {λιβανοφόρος. Ital. *Che porta o produce incenso.* Gal. *Qui porte, ou il croit encens.* Hisp. *Cosa que trae ò cria encienso.*} vt Regio turifera. Plinius lib. 6. cap. 23, Veniúntque circiter xxx diem Ocelin Arabiæ, aut Canam turiferæ regionis. Idem lib. 12, Vt illo modo, quum deuicissent turiferas gentes, supplicatet. Ouid. 3. Fast. Et domitas gentes turifer Inde tuas.

Turicremus, a, um, Cremans tus: vt, Aræ turicremæ. βωμοὶ οἱ τοῖς λιβανωτοῖς κνίσσοντες. Virg. 4. Aeneid. Turicremis quum dona imponeret aris, Ouid. Epist. 2,

Sæpe deos supplex, vt tu scelerate valeres,
Sum prece turicremis denenerata focis.

Turilegus, a, um, pen. corr. {λιβανοδόκος. Ital. *chi raccoglie incenso.* Gal. *Qui recueille & amasse l'encens.* Hisp. *Cogedor de encienso.*} vt, Arabes turilegi, id est colligentes tus. Ouid. 4. Fast. Nam modò turilegos Arabas, modò despicit Indos.

Tusculum, tusculi, diminutiuum. {λιβανωτοῦ μόριον, λιβάνου ψιμύθιον. Ital. *Vn pezzo di incenso.* Gal. *Vn petit morceau d'encens.* Hisp. *Vn pedaço de encienso.*} Plaut. Aul. Nunc tusculum emi.

TVSCA, Africæ fluuius est, Zeugitanam prouinciam, hoc est Africam propriè dictam dirimens à Numidia. Autor Plinius lib. 5. cap. 4.

TVSCANIA, τυσκουρία. Oppidum Tusciæ prope Tarquinios: à quo Tuscanienses populi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

TVSCIA, Vulgò *Toscana*, Celeberrima Italiæ regio, Macra & Tyberi fluminibus intercepta, alio nomine Hetruria dicta, à Græcis etiam Tyrrhenia, à Tyrrheno quodam Atyos filio, qui relicta Mæonia in Italiam sese contulit, & in ora maris inferi cōsedit, populósque Tyrrhenos, & mare ipsum Tyrrhenum de nomine suo appellauit. τυῤῥηνοὶ. Tusciam autem Festus dictam existimat à Tusco quodam Herculis filio, qui regionis huius imperium dicitur tenuisse: quanquam non desint qui à Græco θύειν, quod est sacrificare, vocis eius originem repetant. Fuerunt enim Hetrusci præ cæteris Italiæ populis eorum quæ ad religionem & sacrificia pertinent, ad superstitionem vsq; studiosi. Hinc fit vt nonnulli primum nominis huius elementum existiment esse aspirandum. Tusciæ oppida celebertima sunt Florentia, Pisæ, Luca & Sena. Populi ipsi Tusci appellantur, & Hetrusci à Græcis τυῤῥηνοί, haruspicinæ olim peritissimi. Quapropter interpretandorum prodigiorum, & procurandorum fulminum causa vates olim ex Hetrutia Romam sæpissimè accersebantur.

Tuscus, tusca, tuscum, possessiuum deductum. τυῤῥηνός. vt, Tuscus vicus, à Tuscis incolis, teste Festo, ita dictus, quibus post Porsenæ discessum in vrbe manentibus sedes sunt assignatæ. Horat. 1. Sermo. Saty. 3, Ac Tusci turba impia vici.

TVSCVLVM, τὸ Τύσκλον Straboni, Oppidum Latij, x v. m passuum ab vrbe distans, olim inter insignes Latij ciuitates numeratum, Federici Aenobarbi temporibus, à Romanis Pontificibus delectum, eo quòd Imperatori Pontifici bellum inferenti auxilio fuissent Tusculani. Hodie obscurus est vicus, quem Romani *Frascatam* vocant. Dictum autem putatur Tuscuium, quasi τὸ σκοτεινὸν, propterea quòd in monte satis edito situm, molestiam exhiberet ascendentibus. Est enim σκότος vexare, seu molestia afficere. Conditum autem existimatur à Telegono Vlyssis & Circes filio, qui quum patrem imprudens occidisset, in ea sese locare cepit.

Tusculanus, a, um, diminutiuum, τυσκλανός Stephano: vt, Ager Tusculanus. Ciceronis villa nobilitatus: & Tusculanum municipium, Catone Censorio municipe illustratum.

Tussis, is, fœmin. gen. Vehemens spiritus effatio (vt definit Galenus in tractatu de Sympt. causis) ea quæ meatum suum obstruunt, excutere conantis. {βῆξ. Ital. & Hisp. *Tosse.* Gal. *Toux.*} Quæ si continuè veret, à Seneca Pertussis nuncupatur. Est enim continens tussis & inueterata, quæ vix voquā elidi tur, ex qua multi conficiuntur. Teren. in Heaut. Gemitus, screatus, tussis, risus abstine. Virgil. 3. Georg. Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis. Catullus Epigram. 41, Fui libenter in tua suburbana villa, Malámque pectore expuli tussim. Ibidem, Hic me grauedo frigida, & frequens tussis Quassauit.

Tussicula, tussiculæ, diminutiuum. {τὸ βήξιον. Ital. *Picciola tosse.* Gal. *Vne petite toux.* Hisp. *Pequeña tosse.*} Plinius Epist. 114, Veteris infirmitatis tussiculæ admonitus. &c.

Tussedo, tussedinis, Idem quod tussis. βῆξ. Apuleius, Assiduo pulsu tussedinis hiulci pectora.

Tussio, sis, siui, situm, Tussim patior. {βήσσω. Ita. *Tossire.* Gal. *Tousser ou tousser.* Hisp. *Tosser.*} Plaut. in Asin. Fortè si tussire occepsit, ne sic tussiat, Vt cuiquam linguā in tussiendo proferat. Plin. lib. 20 cap. 2, Semen eorum cum cumino tritum, potúmque in vino, tussientibus auxiliatur. Mart. lib. 1, Et placet, & tussit. Horat. 2. Serm. Saty. 22, -siquis Fortè cohæredum senior male tussiet.

Tussilago, tussilaginis, Herba est siluestris, folia habẽs quina, aut septena, mauiscula quàm hederæ, subalbida à terra, supernè pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. {βήχιον. Ital. *Passo d'asino, farfara.* Gal. *Pas d'asne.* His. *Vña de asno, farfaro.* } Nomẽ habet ab effectu, quòd fumus eius per arundinem haustus tussim quantumuis veterem sanare dicatur. Officinæ *Vngulam caballi* hodie appellant. ¶ Est & Tussilago satiua, à quibusdam Saluia appellata, similis verbasco, quæ in puluerem contrita, aduersus tussim vtiliter bibitur. Autor vtriusque Plinius lib. 26. cap. 6.

TVTANVS, penult. prod. Deus quidam apud Romanos, idem (vt putatur) cum Hercule, quem periclitantes inuocabant, vt ipsos tutaretur. αὐτοπάθως. Varro in Hercule, vt citat Nonius, Noctu Annibalis quum fugaui exercitum Tutanus, ob hoc Tutanus Romæ nuncupor: hac propter omnes qui laborant, inuocant.

Tute, To ipse, σὺ αὐτός. Cic. 4. Verr. Hoc autem tute fatebere. Idem 1. Tusc. Reliquum est vt tute tibi impetes.

Tutela, Tutelaris, vide TVEOR.

TVTILINA. Dea apud Romanos (inquit Nonius) à tuendo dicta. Varro in Hercule, vt citatur ab eodem Nonio, Tuam fidem Tutana inuoco, quæ adesse mortalibus soles. Hanc Aug. li. 4. de Ciuitat. Dei, præsse frumentis collectis, atque reconditis scribit, vt tutò seruarentur.

Tutor, Tutorius, vide TVEOR.

Tutulus, inquit Festus, Ornamentum capitis Flaminicarum, & vitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinem erecta, qua Flaminica à cæteris mulieribus discernebatur. Viri item in sacris tutulis vtebantur, qui inde tutulati dicebantur. Varro lib. 6. de Ling. Lat. Tutulati dicti, qui in sacris habere solẽt vt metam in capitibus: id tutulus appellatur ab eo quod matres familiàs crines conuolutos ad verticẽ capitis, quos habent vti velatos, dicunt tutulos: siue ab eo quòd tuendi causa capilli fiebant, siue ab eo quòd altissimum in vrbe, quod est arx, caret tutissima, tutulus vocatur.

Tutus, tuta, tutum, vide TVEOR.

Tuus, tua, tuum, pronomen possessiuum à Tu. {σός. Ital. *Cosa tua.* Gal. *Tien, qui est à toy.* Hisp. *Cosa tua.*} Plautus in Persa, Tua merx est, tua indicatio. Cic. ad Trebonium lib. 15, Nunc hæc primo cupio cognoscere, iter tuum cuiusmodi sit. ¶ Tuum est, ad te spectat, tui est negotij & officij. Terent. in Andr. Tuũ est, siquid præter spem euenit, mihi ignoscere. De tuis vnus, pro vnus tuorum amicorum, vel de numero amicorum tuorum. Cic. ad Cæs. li. 13, Qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriam Crassi, de tuis vnus esset. ¶ Tuapte, & Tuopte, ablatiui sunt ex Tua, & Tuo ablatiuis, & Pte, syllabica adiectione cõpositi: vt, Tuapte sponte, id est tua ipsius sponte. Tuopte cõsilio, id est tuo ipsius consilio. Plautus Mil. Quippe si resciuere inimici consilium tuum tibi Tuopte consilio occludunt linguam.

T ante Y.

TYANA, penult. corr. τύανα, Cappadociæ ciuitas ad radices Tauri montis, patria Apollonij, siue ille magus, siue philosophus fuit: cuius vitam fabulosissimo volumine exequitur Philostratus. ¶ Hinc fiunt gentilia Tyaneus, & Tyanites, τυανεύς, τυανίτης Stephano. Poëtæ aliquando efferũt Tyanëius per quinq; syllabas. Ouid. 8. Metamorph.

-ostendit adhuc Tyanëius illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.

TYBRIS, vide TIBERIS.

TYBVR, tyburis. Tybur, tyburtis. & Tyburtinus, na, um, rectius i nostro scripseris, præsertim quum apud Suidam, Stephanũ, Strabonem, cæterósque Græcos τίβουρ, τίβουρος, & τίβουρα per iota legamus. De his itaque vide suprà satis. Vulgò *Tyuoli.*

TYCHE, tyches, τύχη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia. Εὐδώρη τε, Τύχη τε, καὶ Ἀμφιτρῖτη, Ωκυρόη τε. ¶ Fuit item Tyche, vna ex quatuor Syracusanæ vrbis partibus, à nobili Fortunæ templo denominata: cuius meminit Cic. 6. Verrina.

TYCHIVS, τυχίος, Celeberrimi fabri nomen apud Homerum 7. Iliad. qui Aiacis clypeum fabricauit. Ouid. 3. Fast. Nec quisquam inuitæ faciet bene vincula plantæ Pallade, fit Tychio doctior ille licet.

TYDEVS, dictio dissyllaba, τυδεύς, Nomen filij Oenei regis Calydoniæ, & Euryboæ, vel vt aliis placet, Althææ: qui quum fratrem suum Menalippum insciis occidisset, ad Adrastum regem perfugit, cuius filiam Deiphilen coniugem duxit. Postea à Polynice, qui alteram Adrasti filiam, Argiam vxorem habebat, legatus ad Eteoclẽ regem Thebarum missus, vt pacti memor fratri regnum redderet. Ad quem quum veniisset, regiámq; esset ingressus, Eteocles negauit se regno cessurum esse. Quo responso Tydeus vehemẽter commotus est, ita vt non sit veritus & hostis & solus, Thebanos omnes quotquot tum fortè cum Eteocle essent in conuiuio, ad quodlibet certaminis genus prouocare. Atque vt animosè prouocauit, ita omnes (sic illi Pallas propitia erat) strenuè vicit. Quamobrem Thebani dolore ac indignatione accensi, reuersuro insidias tetenderunt, collocatis ad opportunum locum, quà Tydeus trãsiturus erat, quinquaginta iuuenibus, cum duobus ducibus, Mæone Aemonis, & Lycophõte Autophoni filio: quos Tydeus in se impetum facientes trucidauit, vni tantùm parcens Mæoni, quem acceptæ cladis nuntium ad Eteoclem remisit. Profectus deinde vnà cum Polynice & Adrasto, reliquisque Græciæ principibus ad bellum Thebanum, post multas res præclarissimè gestas, à Menalippo quodam Thebano lethaliter vulneratus, occubuit. Vide hæc latius in Statij Thebaide.

Tydides. tydidæ penult. prod. τυδείδης. Nomẽ patronymicum, quo Poëtæ vtuntur pro Diomede Tydei filio. Virgil. 1. Aen. -ô Danaûm fortissime gentis Tydide. Horat. 1. Carm. Ode 6, Quis Martem tunica tectum adamantina Dignè scripserit, aut puluere Troico Nigrum Merionem, aut ope Palladis Tydiden superis parem?

TYENIS, penult. prod. τύενις, Oppidum Colchorum: ita dictum à præterfluente fluuio eiusdẽ nominis. Gentile est Tyenites, τυενίτης Stephano.

TYLOS, τύλος, Insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, & gossampinis arboribus, quæ cucurbitas ferunt mali cotonei amplitudine, quæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo conficiuntur. Vide Plin. lib. 12. cap. 10. & 11.

Tymbades, τυμβάδες, Græco nomine appellantur sagæ, & veneficæ: quòd περὶ τύμβους, hoc est circa sepulchra versentur, cadauera mutilantes aliquo membro, quo ad veneficia sua abutãtur. Cæl. lib. 21. cap. 18.

Tymbos, tymbi, {τύμβος. Ital. *Sepolchro, monimento.* Gal. *Tombe, tombeau, sepulchre.* Hisp. *Tumba ò sepultura.*} Vox est Græca, quam Latinè bustum vertere possumus, teste Cicerone. Fit enim παρὰ τὸ τίθεσθαι ἐπὶ τὸ πυρὸς εὐφορῶ. hoc est ab eo quòd ibi mortui cadauer exuratur. Latini paucis literis immutatis, etiam tumbam appellant. Cic. 2. de Finibus, Siquis bustum (nam id puto appellari cymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, &c.

TYMOETES, siue potius Thymœtes. Ὑμοίτης. Homero, Vnus fuit ex Troianis principibus, conscius (vt quidam putant) proditionis patriæ. Nam quum vates quidam Priamo futurum prædixisset vt certo quodam die puer nasceretur, cuius culpa Troia euerteretur: ferunt eo die Hecubã peperisse Paridem, & Thymœtæ vxorem alterum filiũ, quem Priamus iussit occidi. Ob quam causam Thymœtem deinde non bene affectus fuisse erga Priamum putatur, & de Troiæ proditione cũ Græcis consilia iniisse. Hunc allusit Virgilius 2. Aeneid. -primúsque Thymœtes Duci intra muros hortatur, & arce locari: Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant. Vide THYMOETES.

TYMOLVS, cen. prod. qui & Timolus, τμῶλος. Strephano. Lydiæ mons, ex quo Pactolus amnis, & Tarne fons profluunt. Apud Plin. li. 5. cap. 29. Timolus legitur per i, nostrũ: Lydia (inquit) maximè celebratur Sardibus in latere Tmoli montis, qui antè Timolus dicebatur.

Tympanum, tympani, {τύμπανον. Ital. *Tympano.* Gal. *Tabourin, bedon.* Hisp. *Atabal, ò pandero.*} Instrumentum ex vna parte planum, mẽbrana clausum intus vacuum quod baculo pulsatur. Eo vti solebant in sacrificio Matris deũm. Virg. 9. Aeneid. Tympana vos, buxúsque vocat Berecynthia Matris Id. æra: finite arma viris, & cedite ferro. Ouid. 4. Fast. Ibunt semimares, & inania tympana tundent. Idem 4. Metam. Quæcunque ingrederis clamor iuuenilis, & vnà Fœminææ voces, impulsaq; tympana palmis, Concauáque æra sonant, longóque foramine buxus. ¶ Est & Tympanum vehiculi tectum, vt inquit Seruius, siue (vt aliqui putant) testudo supra radios. Radij autem dicuntur stipites, altera parte rotæ centro, altera canthis infixi. Virg. 2. Georg. Hinc radios triuẽre rotis, hinc tympana plaustris. ¶ Est præterea Tympanum, machina rotunda ad rotæ similitudinem, qua à calcantibus hominibus versata, pondera in ædificiis subuehuntur, vel aqua hauritur situlis maioribus ex puteis, vel ex riuis per canales ad irrigandos hortos diffunditur. Huiusmodi etiam Tympana in portubus insignioribus videmus ad exonerãdas naues accommodata. Lucr. lib. 4, Multáque per trochleas, & tympana pondere magno Commouet, atque leui sustollit machina nisu. ¶ Tympanum genus vasis. Plin. lib. 33. cap. 11, Tympana verò se inuene appellata stateras, & lãces, quas antiqui magidas appellauerant.

Tympanitices, tympanitici, τυμπανιτικός, Qui tympanite laborat: hoc est ea specie aquæ intercutis, quum venter spiritu, aquáque distentus, sonum reddit tympani, quum pulsatur. Plin. lib. 25. cap. 5, Hydropicis, incipientibúsque tympaniticis, stomachicis, &c.

Tympanista, timpanistæ. {τυμπανιστής. Ital. *Sonator di timpano.* Gal. *Tabourinaur.* Hispan. *Adufero, tañedor de atabal ò pandero ò adufe.*} Qui tympana pulsat.

Tympanistria, tympanistriæ. {τυμπανίστρια. Ita. *Suonatora di tamburo.* Gal. *Tabourineuse.* Hisp. *Tañedora de pandero ò adufe.*} Mulier tympanum pulsans. Sidonius lib. 1. Epist. Tympanistria, psaltria canit.

Tympanites, penult. prod. τυμπανίτης, Genus hydropis est, quum ventre vehementer intento, creber iotus ex motu spiritus sonus est, teste Celso lib. 3. cap. 21.

Tympanizo, tympanizas, {τυμπανίζω. Ital. *Timpanizare, sonar il timpano.* Gal. *Iouer du tabourin, sonner d'vn bedon.* His. *Tañer atabal ò pandero ò adufe.*} Tympana pulso. Sueton. de August. cap. 68. Et assensu maximo comprobauit versum in scena pronuntiatum, de Gallo matris deũm tympanizante, Videsne, vt cinædus orbem digito temperet?

Tympanotriba, tribæ. {τυμπανοτρίβης. Ita. *Suonator di tamburo.* Gal. *Vn ioueur de tabourin, tabourineur.* Hisp. *Adufero, tañedor de atabal, ò pandero ò adufe.*} Qui tympanum terit, & pulsat, apud Plautum in Trucul. Tympanotribam amas, hominem non nauci.

TYMPHAEI, τυμφαῖοι, Populi sunt Aetoliæ, Pindi montis accolæ, Thesprotiis & Perrhæbis proximi, apud quos in summa terra gypsum inuenitur, quod ab iis Tymphaicũ appellatur, fullonibus in Græcia Cymoliæ cretæ vsum supplens. Vide Plinium lib. 4. cap. 2, & lib. 35. cap. 17.

TYNDARVS, tyndari, penult. corr. τύνδαρος, Rex fuit Oebaliæ, & maritus Ledæ, quæ eodem tempore duo peperit oua, è quorũ altero quod ex Ione conceperat, exclusi fuerunt Pollux & Helena: ex altero, quod conceperat ex Tyndaro, Castor & Clytæmnestra. Ex his priores duo immortales fuerunt, posteriores mortales. Mortuo tamen Castore, Pollux à Ioue impetrauit, vt sibi cum fratre immortalitatem communicare liceret, alternísq; cum illo vitam morte commutare. Cui fabulæ occasionem subministrauit siderum illorum natura, quę talis est, vt vno oriente, alterum occidat. Amborum autem à Poëtis dicuntur Tyndaridæ, non quòd vterque è Tyndaro fuerit natus, sed κατὰ χρῆσιν, quemadmodum Herculem iidem appellant Amphitryoniaden. Sic etiam Helenam Tyndaridem vocant, quæ tamen fuit Iouis, non Tyndari filia. Alioqui si mortali patre nata fuisset, tot secula viuere non potuisset. Constat enim fratres eius cum Argonautis nauigasse. Argonautarum autem filij quum Thebanis dimicauerunt. Horum verò filij bello Troiano interfuerunt. Dicimus & Tyndareos, seu Tyndareus, per quatuor syllabas. Ouid in Epist. Hermiones, Me tibi Tyndareus, vita grauis autor & annis Tradidit.

Typha, τύφη, Planta est folio cyperidis, caulem habens enodem, cuius in summo capite flos enascitur, cuadens in pappum siue lanuginem. A Galeno lib. 1. de Aliment. numeratur inter legumina. Officinæ hodie est incognita.

TYPHOEVS, per tres syllabas, eu diphthongum in vltima habens, & penultimam producens, τυφωεύς, Vnus è gigãtibus. Terræ & Titani filius, quem illa Ioui irata in perniciem cælestium ferunt edidisse. Hic quum in ingentem corporis molem adoleuisset, eò vecordiæ prouec-

dus est vt Iouem de cæli possessione deiicere conaretur. Quapropter fulmine ab eodem ictus est, & sub Inarimé insolam dettusus: vt placet Homero in Catalogo. Virgi. 9. Aeneid. Tum sonitu Prochyta alta tremit, durúmq; cubile Inarime Iouis imperiis imposta Typhœo. Luca. li. 4. Conditur Inarimes æternæ mole Typhœus. Ouidius tamen lib. 5. Metam. & Strabo lib. 13, Pindarũ secuti, in Sicilia sub Aetna monte sepultum volunt.

Typhœus, a, um, penult. prod. τυφωϊκός. Licet Poëtæ suo iure alteram ex diphthongo vocalem abiicientes, eandem corripiãt. Virgil. 1. Aenecid. Nate patris summi qui tela Typhoëa temnis.

TYPHON, typhonis, τυφών, Vnus ex gigãtibus, Titani & Terræ filius, qui alio nomine Typhoëus dicitur. Seneca in Hercule furente, Non cum ferum Typhonem neglecto Ioue irata Tellus edidit quondam parens. Huius autem nominis prior syllaba producitur, quum in Typhoëus prima corripiatur. Ouidius 2. Fastorum, Terribilem quondam fugiens Typhõna Dione. ¶ Fuit & alter Typhon, teste Diodoro, Osiridis Aegyptiorũ regis frater, qui illo interfecto, & in partes quinque & viginti discerpto, regnum occupare est conatus. Tandem tamen ab Iside victus, meritas impietatis suæ luit pœnas.

Typhon, typhonis, {τυφών. Ita. *Nembo di vento.* Gal. *Vn tourbillon de vent impetueux.* Hisp. *El torvellino, viento remolinado.*} Flatus vorticosus, mira velocitate, sed sine igne è nube erumpens. Plin. lib. 2. cap. 48. Sin verò depresso sinu arctius rotati effregerint sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciunt: qui typhon vocatur, id est vibratus ecnephias. Defert hic secum aliquid abruptum è nube gelida conuoluens, versãsq;, & ruinam suo illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua nauigantium pestis. non antẽnas modò, verùm ipsa etiam nauigia contorta frãgens. A. Gellius Noctium Atticarum lib. 19. cap. 1, Quin turbines etiam crebriores, & cælum atrum, & fumigantes globi, ac figuræ quædam nubium metuendæ, quas typhonas vocabant, impendere, immineréque, ac depressurę nauem videbantur. Producit autem hæc dictio priorem syllabam. Luca. lib. 7, Et trabibus mistis auidos typhonas aquarum.

Typus, {τύπος. Ital. *Forma stampa.* Gal. *Type, premiere forme de quelque chose.* Hisp. *Forma, figura, molde.*} Latinè forma, figura. adũbratio rudis, exemplar, vmbra, & veluti imago quædam alterius rei. Cic ad Attic lib. 1, Epist. 6, Præterea typos tibi mando, quos in tectoria, &c. ¶ Hinc Protypa, dicta sunt opera, quæ ante typos facta sunt. Ectypa verò quæ ex ipsis sunt formata typis. Plin. lib. 35. cap. 12, Dibutades primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocauit, postea idem ectypa fecit. Archetypa autem dicuntur prima & principalia exemplaria, quæ non aliunde sunt desumpta, neque ad aliorum similitudinem efficta, cuiusmodi vulgus vocat *originalia.* ¶ Typi item, teste Gellio lib. 1, quemadmodum & hypographę, à Græcis dicuntur, quas nos descriptiones appellamus, quæ rudiores sunt, minúsque exactæ quàm ὁρισμοί, quas nos finitiones vocamus. ¶ Typus item dicitur figura & vmbra & velut imago, & symbolum veritatis. Sic Vetus testamentum Noui typum esse dicimus.

Typicus, a, um, τυπικός, Id est mysticus, vmbratilis, allegoricus.

TYRA, siue Tyras, τύρας Ptolemæo, Fluuius est sub Borysthene, Sarmatas ditimens à Dacis, & non procul ab Istri ostiis in Pontũ Euxinum illabens: vbi & oppidum habet sui nominis. Vide Plinium lib. 4. cap. 2, & Ptolemæum lib. 3 cap. 5. Ouidius 4. de Ponto. Eleg. 10, Partheniúsque rapax, & voluens saxa Cynapes.

Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

TYRAGETAE, τυραγέται. Populi sunt Sarmatici, Insulam Ponti Eurini incolentes, quæ distat à Pseudostomo Istri CXXVM. pass. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

TYRAMBE, tyrambes, τυράμβη. Oppidum est Sarmatiæ Europæ, non nihil supra Tanaidis ostia in Meotim paludem influens. Autor Ptolemæus lib. 5. cap. 4.

TYRANNIO'N, τυραννίων, Amisenus, discipulus Hestiæi Amiseni, nobilis Grammaticus, tẽpore magni Pompeij docebat Romæ. Ductus est Romã à Lucullo, captus in bello Mithridatico. Prius dicebatur Theophrastus: mutauit autem nomen, quòd inter æquales superbis versaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinã factus adeò est, vt supra triginta millia librorum possideret. Decessit senex morbo podagræ. ¶ Tyrannion iunior è Phœnice, discipulus prioris, à quo nomen sibi vsurpauit, quum prius Diocles vocaretur. Captiuus & ipse Romã ductus, à quodã Dymante Cæsaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eáque liber factus, ludum Romæ aperuit. Scripsit libros LXVII. Vtriusque autor Suidas.

TYRANNVS, τύραννος, Nomen proprium sophistæ, qui scripsit de diuisione orationis libros X. Autor Suidas.

Tyrannus, tyranni, {τύραννος. Ital. *Tiranno, signore.* Gal. *Tiran, seigneur, ou seigneur cruel.* Hisp. *Tyranno, señor, ò señor injusto.*} Apud veteres in bonã partem dicebatur pro domino, rege, seu monarcha, qui plenam habebat in subditos potestatẽ. Ab initio enim, Trogo teste, omniũ ciuitatum, regionúmque imperiũ penes reges fuit: quos ad huiusmodi fastigium maiestatis, nõ ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio prouehebat, qui etiam tyranni ob fortitudinem vocabantur. Virgil. 7. Aen. Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. ¶ Postea tamẽ Tyranni nomen ad illos solùm restrictum est, qui per insolentiam imperij viribus abutebantur, & vi & quadã animi libidine dominabantur, non iure & legibus æquis. Cic. 2. Offic. Nec verò huius tyranni solùm, quẽ armis oppressa pertulit ciuitas, interitus declarat, quantum hominum odiũ valeat ad pestẽ, sed reliquorũ similes exitus tyrannorũ. Ouid. 1. Metamor. Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyrãni Ingredior.

Tyrannis, tyrãnidis, {τυραννίς. Ital. *Tirannide, tirannia.* Gal. *Tyrannie, seigneurie.* Hisp. *Tyrania, señorio.*} Dominatio, monarchia, sæuum ac violentum imperium. Iuuen. Saty. 8, Quid Nero tam sæua, crudãque tyrannide fecit? Ouid. 15. Meta. -odióque tyrannidis exul Sponte erat.

Tyrannicus, tyrannica, tyrannicum, {τυραννικός. Ital. *Cosa tyrannica, crudelle.* Gal. *Tyrannique, cruel.* Hisp. *Cosa de tyranno, sãu injusto y cruel.*} Quod est tyranni, hoc est crudele, & superbũ. Cic. 1. de Legibus. Aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges

iustæ haberentur? Idem de Inuẽt. Quod tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam, quæ res ab legibus, & ab æqualibi iure remotissima est.

Tyrannicè, aduerbium, Crudeliter, violẽter, & more tyrannorum {τυραννικῶς. Ital. *Crudelmente.* Gal *Tyranniquement, cruellement.* Hisp. *Cruelmente.*} Cic. 5. Verr. Nunc vt hoc tempore ea quæ regiè, seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius prætermittam.

Tyrannoctonus, ni, pen. corr. {τυραννοκτόνος. Ital *Vccisitore, ammazzatore del tiranno.* Gal. *Qui a tué ou fait mourir vn tyran.* Hisp. *El que mato a algun tyranno.*} Tyrannicida, percussor tyranni: à verbo κτείνω, quod est interficio. Cic. ad Atticum lib. 14. Sustuliſse mihi videtur simulationem desiderij adhuc quæ serpebat in dies, & inueterata verebar ne periculosa nostris tyrannoctonis esset.

Tyrannicida, dæ, pen. prod. genet. masc. Qui tyrannum occidit. {τυραννοκτόνος. Ital. *Ammazzatore del signore.* Gal. *Qui a tué vn tyran.* Hisp. *El que mato el señor injusto.*} Plin. li. 7. ca. 23. Non indicauit Harmodium, & Aristogitonem tyrannicidas.

Tyrannicidium, tyrannicidij, Tyranni cædes. {τυραννοκτονία. Ital. *Vccisione di vn tiranno.* Gal. *Occision d'vn tyran, meurtre de tyran.* Hisp. *Matanza de tirannno.*} Quintil. lib. 7 cap. 4, Tyrannicidum est occidere tyrannum.

TYRES, τύρης, Fluuius est Scythiæ, secundus ab Istro, teste Herodoto lib. 4. Idem prorsus cum eo qui à Ptolemæo Tyras, à Plinio Tyrà appellatur. Huius fluuij ripas olim accolebant populi Græci, qui à fluuij nomine Tyritæ dicebantur, teste Herodoto loco iam citato.

Tyriamethystus, τυριαμέθυστος. Amethysti color, Tyria rursus purpura inebriatus. Plin. lib. 9. cap. 41, Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum: rursum absolutus inebriatur Tyrio, vt sit ex vtroque nomen imorobum Tyriamethystus, simũlque luxuria duplex.

Tyrianthinus, a, um, penult. corr. τυριάνθινος. Vox est ex Tyrio & ianthino composita, colorem significans qui resultat ex ianthino, hoc est violaceo, rursus Tyria purpura inebriato.

Tyrianthinæ, dicuntur vestes colore huiusmodi infectæ. Martial. lib. 1, Sic interposito vilis contaminat vncto
Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

TYRIDATES, seu potius TIRIDATES, τιριδάτης. Vologesis Parthorum regis frater, qui Neronis principatu Romam venit, & regni Armeniæ diadema ab eo accepit. Vide Tacitum Annal. lib. 6. & 7.

TYRITACE, tyritaces, τυρίτακες, Vrbs est Colchorum ad Phasidis ripas, teste Plin. lib. 6. cap. 4.

Tyro, tyronis, Nouus miles, & fortis ad militiam exercendam. {τίρων στρατιώτης. Ital. *Tirone, soldato nouello.* Gal. *Apprentif, nouueau soldat, bachelier aux armes.* Hisp. *Nouicio en la guerra y armas.*} Cic. 2. Tusc. Aetas tyronũ plerunque melior: sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. Liu. 10. bel. Maced. Veteribus militibus tyrones immisceantur. ¶ Per translationem Tyrones, generaliter appellamus, qui prima in arte aliqua ponunt rudimenta. ἀπόβλητος. Vnde pro rudi adhuc & nouitio gladiatore posuit Suetonius in Cæsare, Tyrones neque in ludo, neque per laniſtas. Sic adolescentes quando togã sumebant, & barbam ponebant, eloquentiámque in foro auspicabantur, Tyrones dicebantur, & illa prima actio, tyrocinium. Seneca lib. 3. Declam. Ille in foro primùm dicturus, tyro dictus est. Sueton. in Nerone cap. 7, Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit, indicta decursione. ¶ Sunt qui scribant Tiro per i nostrum, & melius fortasſis. Arbitror enim Græcam dictionem non esse.

Tyrũculus, diminutiuum, Pro iuueniculo, qui prima in arte aliqua cœpit ponere rudimẽta. {μειρακίσκος, ἀπόβλητος. Ital. *Giouane che si ammaestra, discepolo.* Gal. *Ieune apprenti.* Hisp. *Nouicio, discipulo.*} Plin. Iunior in Epist. Quod me, quanuis tyrunculum, incitauit ad emendum, hoc est rudem, & nondum satis exercitatum in cognitione signorum. Iuuen. Satyra 11. -nec latus Afræ Nouit auis noster tyrunculus.

Tyruncula, fœmininum, quo Columella vsus est pro cane adolescẽtiore, in educandis catulis parum adhuc exercitata. Quoniam (inquit lib. 2. cap. 7,) tyruncula nec tectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tyrocinium, tyrocinij, Prima artis alicuius rudimenta {μειρακιώδεια, ἀπόβλητος, ἀπόβλητα, ἐπιτήδευσις. Ital. *Esso imparare, capo di opere.* Gal. *Apprentissage.* Hisp. *Aquelle noueidad, cabo de obra.*} Suet. in Tyberio. ca. 54, Neronem & Drusum patribus commẽdauit: diémque vtriusque Tyrocinij congiario plebi dato celebrauit. Tyrocinij autem die adolescentuli togam puram sumebant. Tyrocinium nauium dixit Plinius lib. 14. cap. 7, per methaphoram, quum primum mari committuntur, & veluti in Neptuni militiam conscribuntur.

TYRO, siue TIRO. Nomen liberti Ciceronis, in omni literarum genere exercitatissimi, ad quem extant multæ Ciceronis epistolæ.

Tyronianus, tyroniana, tyronianũ, siue Tyronianus, possessiuum à Tyrone Ciceronis liberto formatum. Gellius lib. 1. cap. 7, In oratione Ciceronis quinta in Verrem, libro spectatæ fidei, Tyroniana cura, atque disciplina facto.

TYRO, τυρώ, Virgunecula fuit Thessala, Salmonei filia, ex qua Neptunus Neleum & Peliam suscepit. Propert. li. 7, Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro, &c.

Tyrocnestis, {τροκνηστίς. Ital. *Gratarola*, alibi *gratacaso.* Gal. *Vne gratuise.* Hisp. *El rallo.*} Instrumentum culinarium, quo foraminato caseus disteritur minuratim.

TYROS, siue TYRVS, τύρος, Vulgo *Puerto de Sur*, Vrbs Phœnices olim celeberrima, vna ex iis quæ Tripolim efficiũt, olim insula, sed Alexandri operibus continenti coniuncta. Tyrus (inquit Plinius lib. 5. cap. 19,) quondam insula prælato mari septingentis passibus diuisa: nunc verò Alexandri eam oppugnantis operibus continens. Olim portu clara, vrbibus gentis Lepti, Vtica, & illa Romani imperij æmula, terrarum orbis auida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio, & purpura constat. Olim Sarra fuit nuncupata, vt ait Gellius lib. 14. cap. 6. Vnde Sarranum ostrum pro purpura Tyria dicimus.

Tyrius, Tyria, Tyrium, adiectiuum, τύριος, Virgil. 1. Aeneid. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. Tibullus. Quid Tyrio recubare toro? Et

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quonſam in hac vrbe laudatiſſima tingebatur purpura, factum eſt vt Tyrium dicamus pro purpureo. Ouid. 2. de Arte, Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. ¶ Tyria maria, prouerbio dicebatur, de re admodum tumultuoſa, periculiſque plena. Feſtus putat inde natũ eſſe prouerbium quòd Pœni Tyro oriundi, adeò potentes in mari fuerint, vt omnia maria infeſtantes, nauigationem redderent periculoſam. Vnde Tyria maria excitare, prouerbialiter dicitur pro eo quod eſt, Ingentes tumultus commouere. Vide Adagia Eraſmi.

Tyrotarichus, τυροτάριχος, Genus opſonij, ex caſeo, ſalſamentiſq; confecti. τύρος enim caſeus eſt, τάριχος ſalſamentum. Cicero ad Pætum lib. 9, Tu verò (volo enim abſtergere animi tui metum.) ad tyrotarichum antiquum redi. Et ad Atticum lib. 4, Multa me in epiſtola tua delectarunt. ſed nihil magis quàm patina tyrotarichi.

TYRRHENOS, τυρρηνὸς, Romani Hetruſcos appellant, atque Tuſcos, hoc eſt quicquid eſt populorum in Italia, inter Macram, & Tiberim fluuios. Græci verò hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atyos filio, qui è Lydia colonos in hanc regionẽ deduxit. Atys enim ex prognatis Herculis, & Omphales vnus, quum ſterilitate ac fame populum ſuum emittere cogeretur, è duobus filiis ſorte iacta, Lydum quidẽ regni ſucceſſorem tenuit: Tyrrhenum autem cum bona populi parte ad quærendas nouas ſedes emiſit: qui quum poſt longos errores in inferi maris ora ſedes fixiſſet, totum eũ tractum de ſe Tyrrheniam, & mare ipſum Thyrrhenum appellauit. Virgilius lib. 7. Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris Contemptor diuũm Mezentius, &c. ¶ Tyrrhenum mare, τυρρηνὸν πέλαγος Stephano, Mare inferum eſt: ita dictum quòd Tyrrheniam, hoc eſt Tuſciam alluat: vnde & Tuſcũ dicitur. Vel à Tyrrhenis nautis, qui ſe in hoc mare præcipitauerunt. Nanque hoc habet fabula, Dormientem in littore Liberum patrem adhuc puerum nautas abſtuliſſe Tyrrhenos: qui quum eſſet expertectus in naui, quò duceretur interrogauit: reſponderunt illi, Quò vellet. Liber ait, Ad Naxum inſulam ſibi ſacratam. Sed quum aliò vela deflecterent, iratum numen tigres ſibi ſacratas viſibus eorum obiecit: quo terrore ſe illi in fluctus dedẽre præcipites. Hæc Seruius in illud Virgilij 1. Aeneidos, Gens inimica mihi Thyrrenum nauigat æquor.

TYRRHEVS, tyrrhei, τυρρεὺς, Latini regis armentarius, cuius eernus manſuetus ab Aſcanij comitibus occiſus, primã belli cauſam præbuit inter Troianos & Latinos.

Tyrrhides, penult. prod patronymicum. τυρρείδαι. Virg. 7. Aeneid. Cernus erat forma præſtanti & cornibus ingens, Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum Nutribant, Tyrrheúſque pater, cui regia patent Armenta, & latè cuſtodia credita campi.

Tyrſis, τύρσις, Græcis ſignificat ambitum murorum: ἀπὸ τοῦ τυρσοῦν, hoc eſt à Tyrrhenis inuentoribus appellatione deducta.

TYRTAEVS, τυρταῖος, Archimbroti filius, Poëta Athenienſis fuit, aut (vt alij malunt) Mileſius, Elegiarum ſcriptor, & tibicẽ egregius: quem Lacedæmonij oraculo moniti vt peregrinum ducem ſibi adſciſcerent, aduerſus Meſſenios pugnaturi ſibi præfecerũt. Quo in prælio Tyrtæus carminibus ſuis, tibiæque modulis ita animos eorum inflammauit, vt Athenienſes inſignem illam victoriam, quam eo die adepti ſunt, Tyrtæo acceptam referrent. De hoc Plato in libris de Legibus, O diuine Poëta Tyrtæe (inquit) ſapiens certè ac bonus nobis eſſe videris, quia excellentibus eos extuliſti laudibus, qui in bello excelluerunt.


TYRVS, (vt inquit Iuſtinus lib. 18.) Fuit nomen proprium patris Didonis, qui ab aliis Belus vocatus eſt.

TYSAPHERNES, ſiue potius Tiſſaphernes, ταυαφέρνης Suidæ, Perſarum ſatrapa fuit, qui Cyrum minorem apud Artaxerxem fratrem criminando, cauſa extitit eius belli quod poſtea inter fratres emerſit. Occiſus tandem fuit eiuſdẽ Artaxerxis iuſſu, quòd in Aſia rem gerens aduerſus Ageſilaũ, omnia proditione agere videretur. Vide Xenophõtem Rerum Græcarum lib. 4, & de Cyri minoris expeditione lib. 1.

TYSIAS, ſiue potius Tiſias, Τεισίας Rethor fuit Siculus, qui primus poſt Coracem dicendi præcepta condidit. Autor Cic. 1. de Inuent.

TYTYROS, τιτύρος, Latro fuit & plagiarius in Arcadia, qui res alienas quas furto abſtulerat, venditabat: eóq; quæſtu dives factus eſt. Zenodotus apud Eraſmum in Chiliadibus.

V



Litera vocalis eſt, quæ ſæpe in cõſonantem tranſit: & modò vim ſimplicis habet, vt apud Virgilium, Quum tales animos iuuenum, & tam certa toliſtis Pectora. Modò duplicis: vt Cupini, cupiuerã: in quibus i ante u conſonantem poſita, producitur, & eadem ſubtracta corripitur. ¶ Aliquando u conſonans per diæreſim ratione carminis in vocalem correptam mutatur. Horatius in Epod. Niuéſque deducunt Iouem, Nunc mare, nunc ſylue. ¶ Interdum à vocali tranſit in conſonantem, vt Nauta, nauita: Gaudeo, gauiſus. ¶ Quãdoque amittit vim literæ, quum ſubditur poſt q aut g. vt Aliquis, Sanguis. Idem fit antecedente ſ. vt Suauis, ſuetus. ¶ Tranſit quandoque per deriuationes in a. vt Veredus, veredarius, in e. vt Pondus, ponderis: Deierat, pro deiurat. Contrà antiqui Auget, pro augur dicebant. Similiter in gerundiis quæ à tertia coniugatione naſcuntur, loco e ſcripti tarunt u. vt Faciundum, pro faciendum. ¶ In compoſitione etiam u, ſæpe mutatur in i correptam: vt Cornu, corniger: Arcus, arcitenens: Fatum, fatidicus: Aurum, aurifex: Luctus, luctificus: Fluctus, fluctiuagus: Magnus, magnificus: Opus, opifex. Scribebant etiam antiqui Carnufex, pro carnifex: & Lubens, pro libens: Peſſumus, pro peſſimus: quorum innumera occurrunt exempla apud Comicos.

V ante A.

VACAMANA, Oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Hiſpalenſi, apud Plinium lib 3. cap. 1.

Vacanter, vide VACO.

VACA, Numidiæ oppidum mediterraneum, emporium totius regionis maximè celebratum: quod Metellus Iugurthæ ademptum præſidio firmauit. Autor Salluſt. in Iugurtha. ¶ Eſt item Vaca apud Pli. lib. 4. cap. 21, Luſitaniæ fluuius, inter Mundam & Duriam, in Occidentalem influens Oceanum. Ptolemæus Vacum appellat, Strabo Vacuam.

Vacca, per duplex c. Bos fœmina. βοῦς ἡ. Ital. *Vacca, madre del bue.* Gal. *Vache.* Hiſp. *La vaca.* } Cic. 1. de Nat. deorum, Cur non geſtiret taurus equę contrectatione, equus vaccæ? Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. Dicernuntur in prima vitulus & vitularin ſecunda, iuuencus & iuuenda: in tertia & quarta, taurus & vacca. Virg. 4. Aeneidos. Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido Candentis vaccæ media inter cornua fundit. Ouid. 2. de Arte. Cynthius Admeti vacas pauiſſe per æſtus Fertur, & in parua delituiſſe caſa. Virgilius 6. Aeneidos, Sterilémque tibi Proſerpina vaccam. Vaccaque ſterilis eſt. Varroni taura appellatur.

Vaccula, diminutiuũ. } βοΐδιον. Ital. *Vachetta.* Gal. *Vachette.* Hiſp. *Pequeña vaca.* } Virgilius, Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans.

Vaccinus, a, um, pen. prod. Quod eſt ex vacca. } βούϊνος. Ital. *Vaccino, di vacca.* Gal. *De vache.* Hiſp. *Coſa de vaca.* } Plinius lib. 24. cap. 3, Cortex illinitur decoctus lacte vaccino, ſerpentis plagæ.

VACCAEI, Populi mediterranei citerioris Hiſpaniæ, Duria amne ab Aſturibus ſecreti. Οὐακκαῖοι Ptolomæo. Autor Plinius lib. 4. cap. 20.

VACCVS, Fundanorum dux fuit, qui in Primernati bello à L. Papyrio captus, rebellionis ſuæ pœnas dedit. Cic. pro Domo ſua. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata eſt & euerſa, vt illius facinus memoria, & nomine loci notaretur.

Vacerra, vacerræ, Palus vel ſtipes humi defixus ad caſtra munienda, vel hortos claudendos. } σκόλοψ, πάσσαλος, φραγμός. Ital. *Palo da ligare i caualli alla mangiatora.* Gal. *Vne cloiſon en façon de treillis.* Hiſpa. *Eſtaca para atar beſtias ò otra coſa.* } Columel. lib. 9. cap. 1. de viuariis claudendis loquens, Vbi verò neutrum patrifamiliæ conduxit, ratio poſtulat vacerris includi. Sic enim appellatur genus clathrorum, idque fabricatur ex robore, quercu, vel ſubere. Et mox, Satis eſt vacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſque transuerſis ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugã. Et paulò poſt, Nam & vacerris fabricandis ingens eſt in Gallia materiæ copia. & cætera in hanc rem fœliciter ſuppetunt. ¶ Vacerram (inquit Feſtus) Aelius & alij complures aiunt eſſe ſtipitem, ad quem equi ſolebant religari. ¶ Alij dicunt, maledictum ſignificari hoc nomine acerbitatis magoæ, vt ſit vecors & veſanus.

Vacillo, vacillas, vacillare. Eſt propriè inconſtantem eſſe, & quaſi alternatim modò huc, modò illuc inclinari, nutare fluctuare. } παραφέρομαι. Ital. *Vacillare, non eſſer conſtante.* Gal. *Vaciller, varier, branſler ça & la, n'eſtre conſtant.* Hiſp. *Titubar ò bambanear.* } Cic. ad Atticum lib. 12. Sed quod ſcribis igniculum maturinum, πρωϊνὸν πῦρον, eſt memoria vacillare. Idem 1. de Natura deorum, Sed & ille reprehenſus à multis eſt nec vos exitum reperitis, totáque res vacillat & claudicat. Idem 3. Offic. Iuſtitia vacillat, vel iacet potius. ¶ Vacillare item teſtis dicitur, qui in dicendo teſtimonio ſibi non ſatis conſtat, & modò negat, quod paulo antè affirmarat.

Vacillatio, vacillationis, verbale. } παραφορά. Ital. *Vacillamento, ſcorlamento.* Gal. *Vacillation, branſlement ça & la.* Hiſpa. *Obra de bambanear y titubar.* } Quintilianus lib. 11. cap. vlt. Eſt & illa indecora in dextrum, ac lævum latus vacillatio, alternis pedibus inſiſtentium.

Vacillans, vacillantis, participium. Cicero Tironi lib. 16. Accepi tuã epiſtolam vacillantibus literulis, id eſt non rectè præ valetudine ſcriptis. Idem 3. Philippica. In Galliam mutilatum ducit exercitum cum vna legione, & ea vacillante.

Vaccinium, vaccinij. A Romanis dictus eſt flos purpurei coloris, teſte Dioſcoride, quem Græci vocant ὑάκινθον: quod etiam apertiſſimè teſtatur Seruius, explicans illud Virgilij 2. Aegloga, Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Quo in loco nonnulli Seruium immeritò reprehendunt, quòd vaccinium pro hyacintho acceptum Maroni affirmarit. Nec obſtat, quòd vaccinis nigrum colorem tribuat Virgilius, quum purpuream quoque violam, nigram vocare ſoleãt autores: præſertim ſi fuſcioris purpuræ habeat colorem. Galli ſeruaris nõ obſcuris priſci nominis veſtigiis, *vaccinum* appellant: herbam autẽ ipſam, à quadam cæpæ ſimilitudine, *cepam agreſtem.* Habet enim, Dioſcoride teſte, folia bulbi, & radicem bulbaceam, caulem verò dodrantalem, minimo digito tenuiorem, comam procumbentem, incuruámque, purpureorum florum plenam. Vaccinia in Italia aucupiis ſerebantur, in Gallia etiam tinturæ. Seruorum enim veſtibus purpureus color iis inducebatur, teſte Plinio lib. 16. cap. 18.

Vaco, vacas, Do operam. } σχολάζω. Ital. *Dar opera.* Gal. *Vaquer & entendre à quelque choſe.* Hiſp. *Dar obra à algo.* } Et conſtruitur cum datiuo: vt, Vaco philoſophiæ. Cic. 1. de Diuinat. Ego verò, inquam, philoſophiæ Quinte ſemper vaco. Plinius Epiſt. 49. Solutus exteris curis, huic vni vacabat. Vacare corpori, eſt curare corpus. Plinius Epiſt. 9, Quod euenit mihi, poſtquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori vaco. ¶ Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione in. Ouid. 3. de Pon. Eleg. 3, In nullũ mea mens grande vacabat opus. ¶ Interdum vacare ſignificat vacuum eſſe, & ſic ferè abſolute ponitur. κενὸν εἶναι. Plautus in Caſina, Fac vacent ædes. Cæſar 1. bel. Gall. Id ea ratione maximè fecit, quòd noluit eum locum, vnde Heluetij diſceſſerant, vacare. ¶ Vacant agri, id eſt nihil profetunt, nõ excoluntur. Cæſar 4. bel. Gall. Itaque vna ex parte à Sueuis circiter millia paſſuum ſexcenta agri vacare dicuntur. ¶ Interdum accipitur pro carere, idque ferè cum ablatiuo nulla præcedente præpoſitione. κενοῦσθαι. Cic. lib. 9. Epiſt. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. Item lib. 1. Epiſt. Præſertim quum in quo accuſabar, culpa vacarẽ. Idem 1. de Natura deorum, Cæleſtem ordinem qui vacare mente putat, is ipſe mentis expers habendus eſt. ¶ Interdum vacare, eſt otioſum eſſe, nihil agere, vacuum eſſe, ceſſare: idque interdum abſolutè. σχολὴν ἄγειν. Cic. lib. 12. Epiſt. Si ne tu quidẽ vacas, noli mihi moleſtam exhibere. Idem Attico, Scribes aliquid, ſi vacabis. ¶ Nonnunquam cum ablatiuo præeunte præpoſitione a, vel ab. Plinius Epiſt. 51, Doctiſſimis ſermonibus dies trãſigebat, quũ à ſcribendo vacaret. id eſt quum à ſcribendo ſuperſederet. Cic. in Bruto, Nullum tempus ei vacabat aut à forenſi dictione, aut à ſcribendo, aut à cogitando. Idem de Natura deorum, An dij ab omni oratione, & adminiſtratione rerum vacent. Vacare animo, eſt curis ſolutũ eſſe.

Cic. 1.

Cic. 1. de Diuina. Si vacas animo, neq; habes aliquid quod huic sermoni præmetrendum putes. ¶ Interdū vacare significat ad nihil vtile esse, superabundare, superfluum esse, quòd otiosum esse videatur quod superabundat. sed nonnisi in tertia persona. σχολάζει. Vacat mihi, impersonaliter, id est otium, vel vacuum tēpus est mihi. ἔσχολαι ἐμοί. ¶ Aliquando tamen dativus non exprimitur. Virg. 12. Aeneid. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Et vacant annales nostrorū audire laborum. Iuuen. Saty. 1. Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam. Id est, si otium est vobis. ¶ Quandoq; ponitur pro curę esse. Quintilianus lib. 11. cap. 1. Et cui esse disserto vacet. Vacare populo, est operam populo dare, & inseruire. χαριζεσθαι. ¶ Aliter vacate populo, significat liberum esse à populo, popularique iudicio. In quem sensum Cicero videtur lib. 2. Tusc. quæst. accipere, quum ait, Amplitudo animi vna est omnium rerum pulcherrima, eóque pulchrior, si vacet populo, nec plausum captans, se tantùm ipsa delectet.

Vacans, Qui otiatur. ἀργολάζων, σχολάζων. Ital. *Chi sta in otio, senza lauorare.* Gal. *Qui est sans affaires, qui ne fait rien.* Hisp. *Ocioso.* ¶ Cælius ad Ciceronem lib 8. Hoc mihi certū ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otij tempus cōsumere. Ouid. 9. Metamor. Nec petiit horāmque animúmque vacantem.

Vacātet, aduerbium, Supernacaneum. frustra. κενῶς, μάτην. Ital. *Con grande otio, inutilmente.* Gal. *Auec grand loisir, inutilement.* Hispa *Ociosa y desapronechadamente.* ¶ Gellius li. 17. cap. 10, Vacanter hoc cumulauit, & inaniter.

catio, vacationis, verbale. Cessatio, immunitas, feriæ. ἀργολ. Ital. *Cessamento, immunità, essentione.* Gal. *Vacation, dispence, immunité, exemption.* Hispa. *Vacacion, obra de vacar.* ¶ Cæsar 6. belli Gal. Militiæ vacationem, omnisúmque rerum habent immunitatem. Habere vacationem, id est cessare, intermittere. Cic. 4. Acad. Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant, quanto æquius, &c. Dare vacationem, id est cessationem, vel immunitatem alicui permittere. Cic. 6. Verr. Vacatio data est ab illo, &c.

Vacuus, a, um. Inanis, nihil cōtinens. κενὸς, ἀδρὸς, λειμαρὸς. Ita. *Vuoto, vacuo.* Gal. *Vuide.* Hisp. *Vazio.* ¶ Cic. de Vniuersitate, Nihil igni vacuum videri potest. Cic. in Catil. Quid quòd aduentu tuo subsellia ista vacua facta sunt? Et paulo antè, Quum morte superioris vxoris nouis nuptiis domum vacuam fecisses. Vacuum definiunt Philosophi, quòd sit locus non repletus corpore, natus repleri. Vel sic, Vacuū est dimēsio omnia in se non cedendo recipiens. Quibus ex definitionibus satis constat, proprie loquendo, nihil esse vacuum, quum omnia, si nō alio corpore, certè aëre plena sint. Vulgò tamen ita loquimur, & vacuum dicamus, in quo nihil sit præter aërem. ¶ Aliquando item vacuum accipimus, pro vasto & spatiato. Virgil. 3. Georg. Saltibus in vacuis pascāt, & plena secundùm Flumina. Idem 7. Aeneidos, Quem pueri magno in gyro vacua atria circū Intenti ludo exercent. Sic etiam aërem vacuum esse dicimus, siue propter insignem vastitatem, qua terrā & mare multis partibus exuperat, siue quòd in eo nullum conspiciatur corpus. Virgil. 3. Georg. -iámque elati sublimè videtur Aëra per vacuum ferri, atq; assurgere in auras. Quo in loco Virgilius Lucretium videtur imitatus, qui Inane, neutro genere pro aëre posuit, Lōgum inquiens, per inane resoluit. ¶ Vacuus animus. otiosus, nullis curis, nullis negotiis irretitus. Cic. de Clar. Oratorib. Nunc verò, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. ¶ Vacuos habere dies, id est nullis rebus dedicatos. Vacuus equus, qui sine sessore est. Liu. 7. bell. Pun. Vacuus paulo pòst equus, errans per vrbem cognitus, &c. Vacuum remum trahere, est remum inutiliter, incassum, frustra trahere. ¶ Iungitur aliquando genitiuo. Plaut. in Bacch. Valēs afflictat me iam vacuum virium. id est inualidum. Terent. in Heaut. Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. ¶ Aliquando ablatiuo sine præpositione. Cic. 2. de Finibus. Quū vacui curis etiā quid in cælo fiat. scire auemus. ¶ Aliquādo cū prepositione. Cic. ad Attic. Sin eris ab isto periculo vacuus, &c.

Vacuitas, vacuitatis, Inanitas, absentia, priuatio. κένωσις. Ita. *Esso esser vuoto.* Gal. *Vuidange, vuideté.* Hisp. *Vazied ad.* ¶ Cic. 1. de Offic. Adhibenda est vacuitas ab angoribus. Idem 5. Tusc. Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est.

Vacuo, vacuas. Vacuum facio, vacuum reddo, euacuo. κενόω. Ital. *Vuotare.* Gal. *Vuider.* Hisp. *Vaziar lo què esta lleno.* ¶ Martial lib. 11, Si redeant veteres, ingentia nomina partes, Elysium liceat si vacuare nemus. Columel. lib. 3. cap. 15. Opus est autem perito, ac vigilante exactore, qui ripam erigi iubeat, sulcúmque vacuari.

VACORIVM, κακόγειον, Vrbs Norici apud Ptolemæum lib. 2. cap. 14.

VACVNA, penult. prod. à vacando dicta est dea quæ præesse vacantibus, & otiosis putabatur: cui quum agricolæ à laboribus tutis vacarent, vt post perceptos fructus requiescerent, per hyemem vota soluebāt, & sacrificabant. Ouid. 6. Fast. Nam quoq; quum fiunt antiquæ sacra Vacunæ, Ante Vacunaleis stántque, sedéntque focos. Hæc in agro Reatino insignia habebat nemora, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 12.

VADIMONIS, Lacus in Vmbria est, non procul ab Ameria, opacam habens syluam sibi innatantem, quæ nunquam die ac nocte eodem visitur loco. Autor Plinius li. 2. cap. 95. ¶ Huius item lacus meminit Plin. Iunior in Epist. Exegerat (inquit) socer meus, vt Amerina sua prædia inspicerem: hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis.

Vadis, huius vadis, Ab antiquis dictus est sponsor in causa capitali, qui postea duabus literis extritis, dictus est vas. ἐγγυητὴς, ὑπὲρ. Ital. *Segurtà in causa di vita.* Gal. *Pleige, caution en matiere criminelle.* Hispa. *Fiador de la persona.* ¶ Vide in dictione VAS.

Vadimonium, vadimonij. Est sponsio quædam sistendi comparendiq; in iudicio ad diem præstitutam, per se, vel per aduocatos, quod deserere non licet. ἐγγύη, ὑπόσχεσις, ῥῆσις. Ital *Obligo di comparere in giudicio.* Gal. *Promesse & obligation de comparoir en iustice.* Hisp. *Fiança de la persona.* ¶ Seneca, Vadimonia promittimus, & tamē deserimus. ἐγγυώμεθα. Cic. pro Quintio, Ad vadimonium non venit: qui tibi præstò semper fuit? Et paulo pòst, Non dubitauit, inquit, cum vadimonium desertum esset, bona proscribere. Vadimonium promittere, est promittere comparere in iudicio ad diem præstitutam per se vel per aduocatum. Cic. 5. Verr. Stratuit iste, vt arator decumano, quò vellet decumanus, vadimonium promitteret. Vadimonium cōstituere, est *diem assignare*, vt loquuntur, quo quis in iudicio comparere debeat. Cic. de Senect. Omnia quæ curant meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeāt. Vadimonium deserere, est non comparere in iudicio ad diem præstitutam. Plin. in Præfat Nat. Hist. Inscriptiones, inquit, propter quas vadimonium deseri, id est inscriptiones librorum, tam ampla & magnifica pollicentes, vt propter eorum librorum aut lectionem, aut recitationem vadimonium deseri possit. Differre vadimonii, est differre diem contētionis, quo reus in iudicio comparere promiserat. Plin. lib. 7. cap. 53. Bebius Iudex quum vadimonium differri iubet. Vadimonium missum facere, est vadimonij obligationem remittere, condonaréq;. Cic. pro Quintio. Qui quo tempore primùm male agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne cōsumpserit: qui postea quoq; vadimonium missum fecerit. Vadimonio obstricti, hodie dici possunt, qui ob crimina in iudicium vocati, ab iudicibus, vt fit, impetrarunt vt aut sua, aut sponsorum fide dimittantur, ea lege vt in diem certum, aut quandocunque iudici visum fuerit, ad iudicium sistantur: quos *Elargitos* vulgus barbarorum vocat. Concipere vadimonium, est exprimere certam formulam vadimonij, id est sistendi, comparendiq;, &c. Cic. Qu. frat. lib. 2, Negat enim in tanta multitudine eorum qui vnà essent, quenquam fuisse qui vadimonium concipere posset.

Vador, aris. verbum commune, secundum Priscianum, Significat vadimonio obstringere, siue diem iudicij ex compacto constituere, & in ius vocare. ἐγγυῶμαι, ὑποσχνοῦμαι τὴν δίκην, ἀναδέχομαι τὴν δίκην. Ital. *Far la segurtà, obligarsi di cōparere in giudicio.* Gal. *Adiourner aucun à comparoir, ou estre adiourné à comparoir, s'obliger de cōparoir en iugement, ou obliger de cōparoir.* Hisp. *Fiar la persona ò hazer fiar.* ¶ Cic. pro Quintio, Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: vadari vis, promittit: in ius vocas, sequitur: iudicium postulas, non recusat. Vadari reus dicitur, quum vadimonio obstringitur, præstituta die se in iudicio affuturum. Actor etiam vadari reum dicitur, quum acceptis vadibus reum ad comparendum in iudicio astringit. Liu. 3. ab Vrbe, Decem finierunt: tot vadibus accusator vadatus est reum. Cic. 5. Verr. Vt hic quoq; Apronio, quum ex Leontino vsque Lilybæum aliquem vadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi quæstus accederet. Ouid. 2. de Remed. amor. Iámque vadaturus, lectica, prodeat, inquit. Horat. 1. Serm. Saty 9, & casu tunc respondere vadato Debebat, quod ni fecisset, perdere litem.

Vado, dis, si, sum. Eo, iter facio, quasi viæ me do. βαδίζω, ἔρχομαι, βαίνω. Ital. *Andare.* Gal. *Aller.* Hisp. *Ir camino andar.* ¶ Virg. 2. Aen. Vadimus immissi Danais, haud numine nostro. Ibidē, -per tela, per hostes Vadimus haud dubiam in mortem. Cic. ad Attic. lib. 4, Ad eum postridie manè vadebam, quum hæc scripsi. ¶ Transfertur & ad fluuios, pro eo quod est fluere. ῥεῖν. Liu. 1. ab Vrbe, Quem quum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset. Plin. lib. 5. cap. 26, Seiuditur Euphrates à Zeugmate LXXXIII. pass. circa vicum Massicen: & parte læua in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam: circa eam profluens infusus Tigri. ¶ Huius verbi composita sunt, Circunuado, euado, inuado, & peruado, penult. prod. quorum significata vide suis locis.

Vadum, vadi. Est locus in flumine, mari, vel lacu, tam paruæ profunditatis, vt pedibus transiri possit: vnde & nomen habere putatur, à vadendo scilicet, quòd per ipsum vadere possimus. βάθος. Ital. *Acqua bassa guado.* Gal. *Vn gué, la part d'vne eau par ou on peut aisément passer à pié.* Hisp. *La baxa, vado del rio ò de la mar.* ¶ Liu. 8. bel. Maced. Pontem, quia vado nusquam transitus erat, facere instituit. Idem lib. 3. bel. Gal. Romanos neque vllam facultatem habere nauium, neque eorum locorum vbi bellum gesturi essent, vada, portus, insulásque nouisse. ¶ Vadum pro mari. Catul. Argon. Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi. Virg. 5. Aeneid. Sulcant vada salsa carinæ. Ouid. 3. Trist. Eleg. 9, Impia desertū fugiens Medea parentem Dicitur his remos applicuisse vadis. Emersisse è vado, dicitur qui maximam rei alicuius difficultatē superauit. Tractum à nauigantibus, qui non sine maximo discrimine inter breuia, & loca vadosa nauigant. Cic pro Cælio, Sed quoniam emersisse iam è vadis, & scopulos præterrecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. ¶ Res in vado est, prouerbialiter dicitur pro eo quod est, In tuto est. Tractum videtur à natantibus, quibus vt in profundo periculum, ita in vado est securitas. Terent. in And. Omnis res in vado est. Plaut. Aulul. Hæc propemodum iā esse in vado salutis res videtur.

Vado, vadas, priore cor. Vado trāiicio. διαβαίνω, διαπορεύω. Ital. *Passare il fiume à guazzo.* Gal. *Passer à gué.* Hisp. *Vadear passando el vado.* ¶ Papinianus, Flumine publico interueniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habeat: secus autem si vadari nequeat, sed pontonibus traiiciatur. Solinus, Flumen quod propter breuitatem facilè vadari poterat.

Vadosus, a, um: vt, Vadosus amnis, qui frequentia habet vada quæ transiri pedibus possunt. πεζόβατος, πολύπορος. Ital. *Che ha molti guadi da passarui à piedi.* Gal. *Qui a plusieurs lieux par ou on peut passer à gué ou à pié, qui a plusieurs gués.* Hisp. *Lleno de qualesquiera vados.* ¶ Cæsar 1. belli Ciuilis, Quòd his locis vadosum mare erat, longius progressus, &c. Liu. 7. bel. Maced. Quòd in fluminis modum, longū & angustum & vadosum ostium portus sit.

Væh, Interiectio, his rebus quas exceramur, propria: vt, Væh misero mihi. οἴμοι. Ital. *Oh, oime, modo di dolersi, parola laquale dimostra horrore.* Gal. *Malheur, voix quād on a quelque chose en horreur.* Hisp. *Ay, ò guay.* ¶ Virg. 9. Aeg. Mantua væh miseræ nimiū vicina Cremonæ. Quidā væ sine aspiratione scribunt: recipit tamen diphthongum, vt distinguatur à ve, coniunctione: de qua infrà suo loco.

Væneo, is, iui. Verbum est sub voce neutrali passiuam habens significationem. Idem enim est væneo quod vendor. πωλοῦμαι. Ital. *Essere venduto.* Gal. *Estre vendu.* Hisp. *Ser vendido.* ¶ Plaut. in Menæch. Quibus hic pretiis porci væneunt? Sunt qui hoc verbum sine diphthongo scribere malint, quòd eandem habeat originem cum verbo vendo, in quo profectò nemo diphthongum agnoscit. Vide plura de hoc infrà in verbo VENEO.

Væsanus, vide VESANVS.

Vafer, a, um. Pro callido & astuto accipitur, quasi valde Afer: mira enim semper fuit eius gentis callidas. πανοῦργος. Ital. *Astuto, ghiotto, scaltrito,*

Gal.

Gal. *Fin & caut, rusé.* Hisp. *Astuto y recatado.* } Cic. lib. 1. de Nat. deo Chrysippus, qui Stoicorũ somniorum vaferrimus habetur interpres. Ouid. 3. de Arte, Qua vafer eludi possit ratione maritus. Vafrum ius, id est subtile, vel in quo multi vafrè versantur. Horat. 2. Serm. Saty. 2, nos expulit ille: Illum aut nequities, aut vafri insciti a iuris Postremum expellet, certè viuacior hæres.

Vafrè, aduerbiũ, Callidè, astutè. {πανούργως. Ital. *Accortamente, scaltramente.* Gal. *Finement, cautement.* Hisp. *Astuta y recatadamente.* } Cic. 4. Verr. Nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est.

Vaframentũ, vaframẽti, {τὸ σοφιστεύεσθαι, τὸ πανουργεῖν, τὸ μηχανᾶσθαι. Ital. *Accortezza scaltrimento.* Gal. *Finesse, cautele, ruse.* Hisp. *Astucia ò recatamiento.* } Valer. Max. lib. 7. cap. 3. Quantum imperium quàm paruo interceptum est vaframento. Item Lampsacenæ vrbis salus vnius vaframenti beneficio constitit.

VAGENI, Populi inter Alpinas gentes ex Caturigibus oriundi. Plinius lib. 3. cap. 20, Inter Alpinas gentes finitimi Centrones, & Cottianæ ciuitates, Caturiges, & Caturigibus orti Vageni, Ligures. Silius, Tum pernix Ligur, & spatij per saxa Vageni.

Vagina, penult. prod. Alicuius rei theca. {θήκη, κάλυξ. Ital. *Guaina.* Gal. *Gaine ou fourreau.* Hisp. *Vayna de cuchillo.* } Cic. in Catili. Veruntamen inclusum in tabulis tanquam gladiũ in vagina reconditum. Cæsar 5. bel. Gall. Aduertit hic casus vaginam, & gladiũ educere conantis dexteram moratur manũ. Ouid. 10. Metam. -verbísq; dolore retẽtis Pendenti nitidũ vagina diripit ensem. Virgil. 4. Aen. -vaginaq; eripit ensem Fulmineum, strictóque ferit retinacula ferro. ¶ Vagina frumenti, quidam quasi folliculus, quo spica etiamnum pubescens, necdum planè apparens, circumuoluitur. Varro lib. 1. cap. 48, Spica ea quæ mutica non est, in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam: & etiam primitus spica quum oritur, vaginã. Et paulo pòst, Aristæ quasi cornua sunt spicarum, quæ primitus quum oriuntur, neque planè apparent, in qua sublatent herbaticea vocatur vagina, vti qua latet conditus gladius. Idem cap. 32. lib. eodem, Quòd frumentum dicũt quindecim diebus esse in vaginis. Cic. de Senect. Culmóq; erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur. Vaginæ corporis. Pli. li. 8. cap. 15, Mirũ pardos, pantheras, leones, & similia, conditio in corpotis vaginas vnguium mucrone, ne refringantur, hebetentúrq; ingredi, auersisq; falculis currere, nec nisi appetendo prætendere. Idem lib. 11. cap. 37, Omnia quidem principalia viscera mẽbranis propriis, ac velut vaginis inclusit prouidens natura.

Vaginula, diminutiuum. {τὸ λεπτὸν κάλυξ, τὸ κολεάριον. Ital. *Piccola vagina ò guaina.* Gal. *Petite gaine ou fourreau.* Hispa. *Pequeña vayna.* } Plinius lib. 18. cap. 7, Et far in vaginulis seruant ad satus

Vagio, gis, giui, gitum, Propriè de infantibus dicitur quum fletum emittunt. {βοᾶζω. Ital. *Piangere come fanno i fanciulli.* Gal. *Braire cõme les petis enfans.* Hisp. *Llorar los niños.* } Cic. in Catone, Quòd si quis deus mihi largiatur vt ex ætate repuerascam, & in cunis vagiam. Ouid. 4. Fast. Intus vt infanti vagiat ore puer.

Vagitus, pen. pro. Infantiũ fletus. {βόαξις. Ital. *Vagito, verso di fanciulli.* Gal. *Cri & bayement de petis enfans.* Hisp. *Lloro de niños.* } Mart. li. 9, Sordida vagitu poscerent æra puer. Virg. 9. Aen. Continuò auditæ voces, vagitus & ingens, Infantúmque animæ flentes.

Vagor, vagoris, Idem quod vagitus. βόαξις. Lucret. lib. 2. Et superantur item, miscetur funere vagor.

Vagus, Huc illuc oberrans, incertus, instabilis. {πλάνος, πλανώμενος, πλανητός. Ital. *Vago, vagante, vagabondo.* Gal. *Vagant, vagabõd, incertain, muable.* Hisp. *El que vaga, errado.* } Cic. Attic. lib. 7, Itaq; vagus esse cogitabam. Vaga sententia, id est incerta. Cic. 2. de Natura deorum, Est enim & philosophi, & Pontificis, & Cottæ, de diis immortalibus habere nõ errantem vagam, vt Academici, sed vt nostri, stabilem certámque sententiã. Vagum nomen herbæ, dixit Plin. lib. 27. cap. 4, id est inconstãs, & multis opinionibus obnoxium.

Vagè, aduerbium. {πλανητῶς, ἀστατικῶς. Ital. *Vagando à foggia di vagabondo.* Gal. *En vagabõd, çà & là sans ordre.* Hisp. *Vagando, à manera de errado.* } Liuius 6. bel. Pun. Qui vagè effusos per agros, palatósque adortus, &c.

Vagor, vagaris, Huc illuc oberro. {ἀστατέω, πλανῶμαι. Ital. *Vagare, andare vagando.* Gal. *Vagar, aller çà & là.* Hisp. *Vagar, andar vago ò errado.* } Cic. pro Font. Hi contrà vagantur læti, atque erecti passim toto foro, &c. Idem 1. de Inuent. Nam fuit quoddam tẽpus, quum in agris homines passim bestiarũ more vagabantur. Virgil. 4. Aeneid. Vritur infœlix Dido, totáque vagatur Vrbe furens. Vagatur animus, id est incõstans est, & instabilis. Cic. 2. Offic. Non enim sumus ij, quorum vagetur animus errore, nec habeat vnquã quod sequatur. ¶ Sunt qui illud interesse existimẽt inter vagor & erro, quòd vagari sit per diuersa, errare per aliena. Cic. lib. 1. de Orat. Ne vagari & errare cogatur oratio. ¶ Inuenitur etiam Vago, as. Plau. in Mil. Te alloquor vitij, probríq; plena, quæ circum vicinos vagas.

Vagans, tis, participium. {πλανητικός. Ital. *Chi vaga, vagabondo.* Gal. *Vagant, vagabond.* Hisp. *El que vaga, vagabundo.* } Cic. 2. de Diuin. Quæ igitur natura, quæ volucres huc & illuc passim vagantes afficiat, vt significent aliquid?

Vagatio, onis, Ipse vagandi actus. {πλάνη. Ital. *Lo andar vagabondo.* Gal. *Quand on ne se tient point en vn lieu mais on va que çà & là.* Hisp. *Obra de vagar ò espaciarse.* } Liu. 5. ab Vrbe, His Tribunis dom cura omnium in Veiens bellum intenta est, neglectam Anxuri præsidium vagationibus militum, & Volscos mercatores vulgò receptando, proditis repentè portarum custodibus, oppressum est.

Vagabundus, Qui sedem stabilem nullam habet, sed modò huc, modò illuc oberrans, tempus inutiliter absumit. ἀλήτης. Ital. *Vagante.* Gal. *Vagabund.* Hisp. *El que mucho anda vagando, vagabundo.*

Vah, Interiectio est insultãtis. {φεῦ. Ital. & Hisp. *Vah.* Gal. *Eſcri de resiouissance.* } Hieronymus ad Damasum, Sicuti nos in Lingua Latina habemus interiectiones quasdam, vt in insultando dicamus vah, & in admirando papæ. & in dolendo hei, & quãdo silentium volumus imperare stridentibus spiritum coartamus, & cogimus tãtum sibilum in sonando fieri: ita & Hebræi inter reliquas proprietates Linguæ suæ habent interiectionẽ, &c. Plaut. in Mostel. Vah, quid illa potest peius quicquam muliere memorarier? Idem Vah homo impudẽs. ¶ Interdum est interiectio admirantis. Plaut. in Curc. Subegit solus intra viginti dies. 1 T. Vah o quid mirare? ¶ Aliquando exultantis, vel lætitiæ. Plaut. in Bacc. Ducentis Philippeis rem pepigi. N. vah, Salus mea seruasti me.

Vaha, Interiectio exultantis, vel ridentis. Plautus in Casina, -vaha. 2. Quid negotij est, &c.

VALASCA, teste, Volaterrano, Regina Bohemorum fuit, cuius ductu eius regni mulieres occisis viris sese in libertatem asseruerunt, & sine viri adminiculo regnum multos annos administrarunt.

Valde, Multum, vehementer, maiorem in modum: aduerbiũ est per syncopen à Validè effectũ, quemadmodum & caldus pro calidus: quo fit vt in valde posterior syllaba producatur. {λίαν, πάνυ, μάλα, σφόδρα, φλὸς. Ital. *Molto grandemente.* Gal. *Beaucoup, grandement fort.* Hisp. *Muy mucho, muy grandamente.* } Iungitur autem ferè positiuis. Cic. ad Cassium lib. 15, De Hispania nihil noui, sed expectatio valde magna. ¶ Aliquando aduerbiis. Cic. ad Attic. lib. 1, Qui primùm illud valde graniter tulerũt. ¶ Aliquando verbis. Cic. ad Tironẽ lib. 16. Literas tuas valde expecto. ¶ Ponitur aliquando iunctum positiuis cum tam, & quàm. Cic. 2. de Diuin. Nihil est tã valde vulgare, quàm nihil sapere. ¶ Dicimus & valdequàm, sicut sanequàm, & perquàm. Decius Brutus ad Cic. Nam suos valdequàm paucos habet.

Valdius, comparatiuum est à valde deductum, Idem significãs quod magis, siue vehementius. μᾶλλον.

VALENTIA, Valẽtiæ, Vrbs est insignis citerioris Hispaniæ, tribus millibus passuum à mari remota, vt autor est Plinius lib. 3. cap. 3, & Ptolemæus lib. 2. cap. 6, & Pomponius Mela lib. 2. βαλεντία. Vulgò *Valencia.* ¶ Est etiam eius nominis oppidum inter Allobroges subter Viennam, ad Rhodanum, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 4. Vulgò *Valence.*

Valeo, vales, valui, valitum, Sanus, siue potens sum. {ὑγιάζω, δύναμαι, ἰσχύω, εὐρωστῶ. Ital. *Valere, potere, esser sano, in buon stato.* Gal. *Estre sain & en bõ point, pouuoir, valoir, auoir pouuoir & puissance.* Hisp. *Poder, estar rezio y sano.* } Semper enim in bonam partem sumitur, nisi aliud addatur: vt, Malè valeo: id est æger sum. Plaut. in Amphi. Equidem valeo, & saluos sum rectè, Amphitryo. Idem in Persa, Si valetis, gaudeo. Valere ab oculis & eiusmodi, est oculorum morbo liberatum esse. Gellius lib. 5. cap. 10, Quum valebo ab oculis, reuise ad me. Sic valere à pecunia. Plaut. in Aului. Ain' tu valere rem? pol ego haud à pecunia perbene. Id est pecuniæ inopia etiam nunc laboro. Ne valeã, imprecantis clausula est. Martial. lib. 2, Ne valeã, si non totis Deciane diebus, Et tecum totis noctibus esse velim. ¶ Valere, aliquã do est posse, pollere, vim, vel vires, momentum, pondus, siue autoritatem habere, alicuius momenti putari. ἰσχύω. Terent. in Eunuc. Neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam. ¶ Iungitur aliquando datiuo. Gell. lib. 5. cap. 12, Nam & augendæ rei, & minuendæ parum valet. ¶ Aliquando accusatiuo cum præpositione ad. Cic. 1. Acad. Vitæ autem adiuncta dicebant, quæ ad virtutis vsum valerent. ¶ Et cum præpositione apud. Cæs. 1. bel. Gall. Proponit esse nonnullos, quorum autoritas apud plebem plurimùm valeat, id est multum possit. In qua significatione etiam dicimus, valere autoritate apud plebem. Liu. 1. bel. Maced. Apud magnam partem Senatus & magnitudine rerum gestarum, & gratia valebat. ¶ Valere potestate, valere ingenio, est potestate, vel ingenio plurimum posse. Cic. pro Domo sua, Quasi ego in isto genere omnino quicquã aut curatione, aut potestate valerem. Idem de cla. Orat. Is longo plurimum ingenio valuit. ¶ Aliquãdo etiam ablatiuo iungitur cũ præpositione in. Martialis lib. 2, Incipe, tres vno perierunt Rhetores anno: Siquid habes animi, siquid in arte vales. Cic. 1. Tuscul. Quod in omnibus causis & debet, & solet valere plurimum. ¶ Aliquando accusatiuo cum præpositione in, vel ad. Cic. 2. Tuscul. In vulgus insipientium opinio valeat honestatis. Quintil. lib. 4. cap. 5, Quædã tamen si ipsa dura sunt, in id tamẽ valent, quod scio. Cic. 3. de Diuin. Affectio astrorum valeat, si vis, ad quasdam res, ad omnes certè non valebit. Idem Attic. lib. 3. Vtinam valeat ad celeritatem reditus tui. Idem de Diuina. Plus terrarum situs, quàm Lunæ tactus ad nascendum valere. ¶ Quum ad pretium pertinet, si pretium exprimatur, in ablatiuo ponitur. Plin. lib. 33. ca. 3, Aureus numus post annum sexagesimum secundum percussus est quàm argenteus, ita vt scrupulum valeret sestertiis vicenis. ¶ Varro tamẽ accusatiuum dedit, dicens, Denarij, quòd denos æris valebãt: quinarij, quòd quinos. ¶ Imperatiuo Vale, in discessu vtimur, aut in calce epistolarũ: quemadmodum Salue in accessu, aut etiam in literarum principio. Virgil. 3. Aeglogа, Phyllida amo ante alias: nam me discere fleuit, Et longum formose vale, vale inquit, Iola. Reperitur tamen Salue in discessu, & in calce epistolarum. Cic. lib. 16. Epist. Vale mi Tiro, vale, & salue. Quoniam verò abeũtes per hæc verba salutare solemus, Vale, & Salue: inualuit consuetudo vt hæc sumantur pro discedo, etiam si cum stomacho & indignatione loquamur: non quòd illi à nobis, sed quòd nos ab illis quibus sic loquimur, vale dicendo, recedamus, inquit Valla lib. 6. Teren. in Adel. Valeas, habeas illam, quæ placet. Idem in Andria. Valeant, qui inter nos diffidium quærunt. χαιρέτωσαν. Quod perinde est ac si dicetemus, discedant à nobis: siue cos cum suo odio & maledicentia relinquamus. Cic. 1. de Nat. deorum, Si Deus talis est, vt nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur, valeat. Vale & salue, verba erant postrema, quibus olim mortuos affabantur. Varro, Vale, & salue, quum ad mortuos referuntur, non id dictum est, quòd aut valere, aut salui esse possint: sed quòd ab his recedimus, eos nũquam visuri. Virgil. 11. Aen. -salue æternum mihi maxime Palla, Aeternúmque vale. Valere iussit: id est vale dixi. Cic. Attico, lib. 5, Hominem aliquid agentem salutaui, postea valere iussi. ¶ Huius verbi composita sunt, Cõualeo, eualeo, inualeo, æquinaleo, prævaleo, reualeo: à quibus fiunt conualesco, evalesco, prævalesco, revalesco: quorum significata vide supra.

Valens, valentis, nomen ex participio: Id est sanus, incolumis, robustus, fortis, firmus: cui contrarium est imbecillus. {ὑγιής, ἰσχυρός. Ital. *Valente, potẽte, sano, gagliardo.* Gal. *Vaillãt, puissant, sain & en bon point, fort & puissant.* Hisp. *Valiente y poderoso: rezio y sano.* } Cic. Tironi, lib. 16. Epistol. Medicus planè cõfirmat propediem te valentem fore. Idem pro Cluent. Eo ipso die puer, quum hora vndecima in publico valens visus esset, ante noctem est mortuus. Idem in Orat. Valentiorum hæc laterum sunt,

nec

ret ab hoc quem informamus, aut expectãda aut postulanda. Idem 7. Verr. Hæc quum maximè loqueretur, sex lictores circunsistunt valentissimi, & ad pulsandos verberãdósque homines exercitatissimi. ¶ Aliquando idem quod potens, efficax, vtilis, ἐνεργητικός, πρακτικός, ἰσχυρός. Plin. lib. 29. cap. 18. At syluestri longum ac pusillum, & ad omnes effectus valentius. Cic. ad Atticum lib. 7. His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno eius ses ad resistendum sit: qui mallem tantas ei vires non dedisset, quàm nunc tam valenti resisteret. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16. Prouidendum ne infirmiores à valentioribus opprimantur.

Valentulus, diminutiuum. {ἰσχυρότερος, ἰσχυρότερόν τι καὶ μικρὸν ἰσχυρός. Ital. *Alquanto valente, potente sano, & gagliardo.* Gal. *Vn peu ou aucunement vaillant, puissant & sain.* Hisp. *Vn poco valiente y poderoso, rezio y sano vn poco.*} Plautus in Cas. -obsecro vt valentula est. Penè exposuit cubito.

Valenter, aduerbium. {ἰσχυρῶς. Ital. *Gagliardamente, con gran possanza* Gal. Gal. *Vaillamment, puissamment, de grand' puissance.* Hispan. *Valientemente, poderosamente.*} Colum. lib. 1. cap. 5. Quæ ab imo præstructa, valenter resistent contra ea quæ postmodum superposita incumbent. Ouid. 11. Metam. Quum mare sub noctem tumidis albescere cœpit Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus.

Valentia, valentiæ, Antiquis idem erat quod potentia, firmitas fortitudo, robur. {ῥώμη, ἰσχύς. Ital. *Valenza, potenza, gagliardezza.* Gal. *Vaillance, puissance.* Hisp. *Valentia y potencia.*} Vnde Romam ipsam à priscis Latinis Valentiam dictam accepimus, quam postea Euander, Græco quidem nomine, sed seruata Latinæ vocis significatione, ῥώμην appellauit. Solinus cap. 2. Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Euandro primum datum, quum oppidum ibi effodisset, quod extructum anteà Valentiam dixerat inuentus Latina, seruatáque significatione impositi priùs nominis, ῥώμην Græcè, Valentiam Latinè nominatam. ¶ Huius contrarium est Inualentia, ἀῤῥωστία. Gellius, Nam morbus in lege ista non febriculosus, neque nimium grauis, sed vitium aliquod imbecillitatis atque inualentiæ demonstrauit.

Valesco, valescis, inchoatiuum. Validum fieri. {ῥωζῶ, ἀναλαμβάνομαι. Ita. *Ripigliare sanità e forza.* Gal. *S'renforcir, se renforcer, deuenir puissant.* Hisp. *Hazerse rezio y sano.*} Lucr. lib. 1, Sed potius tali facto recreata valescat. Tacit. lib. 4. Meditatio & labor in posterum valescit.

Validus, valida, validum. penult. corr. Robustus, valens, firmus, potens. {ἰσχυρός, δυνατός, ἐρρωμένος. Ital. *Forte, possente, sano.* Gal. *Vaillant, puissant, robuste & fort.* Hisp *Valiente, rezio y sano.*} Plautus in Amphit. Ita quasi in eadem, me miserum homines octo validi cædant. Cic. Tironi. Omnia viceris, si, vt spero, te validum videro. Terent. in Hecy. -bene factum te aduenisse Pamphile: Atq; adeò quod maximum est, saluum atque validum. Tacit. lib. 19. Simul coloniam copiis validam auferre Vitellio. ¶ Validus ex morbo, id est conualescens. Liui. 3. ab Vrbe. Ibi rixam natam esse, fratrémq; suum maiorem natu (necdum ex morbo satis validum) pugno ictum à Cæsone, cecidisse semianimé. ¶ Validæ opes, id est magnæ, ingentes, apud Plautũ in Casina. Vinum validum. Ouid. 6. Fast. -conuiuę valido titubantia vino, Membra mouent, dubij stántque, labántque pedes. Virg. 5. Aenei. Colligere arma iubet, validísque incumbere remis. Idem 10. Aeneid. Nil validæ iuuere manus.

Validè, aduerbium. Idem quod valde, vehementer, maiorem in modum. {σφόδρα, λίαν, σφοδρῶς. Ital. *Potentemente, gagliardamente.* Gal. *Puissamment, vaillamment.* Hisp. *Valiente, rezia y poderosamemente.*} ¶ Vnde validius comparatiuum, magis, vehementius. μᾶλλον Quintil. lib. 10. cap. 2, Nec promptum est dicere, vtros peccare validius putem, quibus omnia sua placent, an quibus nihil. ¶ Validissimè, superlatiuum, maximè, vehementissimè μάλιστα. Cælius Ciceroni lib. 8 Epist. Quin ego quum pro amicitia validissimè fauerem ei, & me iam ad dolendum præparassem, postquam factum est, obstupui.

Valetudo, valetudinis. Vocabulum est medium, quo modò sanitas significatur {ὑγίεια, ἐρρωσία. Ital. *Sanità.* Gal *Santé, bon point.* Hisp. *Sanidad y buena disposicion*} modò morbus, {νόσος, ἀῤῥωστία. Ital *Malattia.* Gal. *Maladie, mauais point.* Hisp. *Dolencia.*} In meliorem partem accipitur apud Cic. 2. Offic. Valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione eorum quæ res aut prodesse solent, aut obesse, & continentia in victu omni, atque cultu corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus. Itẽ apud Hora. 1. Epist. Quid vouear dulci nutricula maius alumno, Quàm sapere, & fari possit quæ sentiat, & cui Gratia fama, valetudo contingat abunde? ¶ In deteriorem partem accipitur apud Ciceronem Offic. lib. 1, Aesculapius potest præscribere per somnum curationem valetudinis. Et apud eundem in Epist. Seruius Sulpitius scripsit ad me, te molestè ferre quòd me propter valetudinem tuam, quum ad vrbem accessissem, non vidisses. Sæpe tamen confusionis tollendæ causa addimus epitheton, quo significationem eius restringimus: dicimúsque Bonam vel malam, commodam vel incommodam valetudinem. Quint. lib. 5, In hoc præcipuè bona valetudo, quæque eam præstat, frugalitas necessaria est. Cice. 4 Tuscul. Ij sunt eiusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen. Cice. Attic. Me incommoda valetudo tenebat iam duodecimum diem Brundusij. Idem de Clar. Orat. Is semper infirma atque etiam ægra valetudine fuit.

Valetudinarius, valetudinarij, Qui malè sanus est, & qui frequẽter ægrotat. {νοσώδης, νοσηλευτός. Ital. *Malsano.* Gal. *Maladif, mal sain.* Hisp. *Doliente y enfermo.*} Seneca in Quæstionibus, Non video quare sibi placeat, qui robustior sit valetudinario. Valetudinarius medicus, is est qui valetudine affectos curat, vel potius qui in valetudinario medici ministerio fungitur. Callistratus de Iure immunitatis. Quibusdam aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit, vt sunt mensores, optiones, valetudinarij medici, capsarij artifices.

Valetudinarium, valetudinarij. Locus in quo valetudinarij & infirmi curantur, vt valetudinem malam bona permutent: qualia sunt in cœnobiis. {νοσηλεῖον. Ita. *Infermeria.* Gal. *Vne maladerie, vne infermerie.* Hisp. *Enfermeria.*} Seneca ad Lucilium, Tanquam in eodem valetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia conuinco. Columella quoque lib. 1. de Re rust. præcipit valetudinaria languentibus salubria esse constituenda.

Valor, valoris, Pretium. {τιμή. Ital. *Prezzo, valore.* Gal. *Prix, valeur.* Hisp. *Precio, valor.*} Plin. Victoriati valore redimi potest.

VALERIA, Οὐαλερία, Nomen proprium Messalarum sororis, quæ amisso Seruio viro, quum rogaretur cur alteri non nuberet, ait, sibi semper maritum Seruium viuere.

VALERIA, Οὐαλερία, Oppidum Hispaniæ Tarraconensis in tractu Celtiberorum, cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Hinc Valerienses populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

VALERIVS, Οὐαλέριος, Cognomento Publicola, Iunij Bruti in primo Consulatu collega, in Tarquinij Collatini locum suffectus. Hic primùm de Veientibus, iterum de Sabinis, tertio de vtrisq; triumphauit. Deinde quum domum in Velia tutissimo loco haberet, in suspicionem regni venit. Quo cognito, apud populũ conquestus est, quòd tale aliquid de se timuissent, & misit qui domum suam diruerũt. Secures item fascibus demsit, eósque in populi cõcione submisit: legem de prouocatione ad populum tulit: quapropter Publicolæ nomen accepit. Hic quum diem obiisset, publicè sepultus, & annuo matronarum luctu honoratus est. Hæc Plinius Cæcilius de Viris illustribus. Autor est Plutarchus in vita eius, hunc quadrigis primum in triumpho vectum fuisse, sine vlla inuidia: præteres collegæ Bruto honores funúsq; curasse: funebrémque orationem de ipsius laudibus habuisse, quæ adeò iucunda fuit Romanis, vt ex eo cõsuetudo manarit, vt qui strenuè pugnãdo occubuissent, ab optimatibus laudarẽtur. ¶ Valerius M. Publicolæ frater Consul vnà cũ Posthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem fœliciter suis auspiciis & administratione gessit. Ex quo publicè ei domus ædificata, cuius fores extrorsum honoris gratia aperiebantur, quum cæteræ introrsum aperirentur. ¶ Valerius Coruinus Tribunus militum, qui quũ sub duce Camillo reliquias Senonum persequẽte, aduersus Gallum pronocatorem solus processisset, cuius ab ortu solis galeæ eius insedit, & inter pugnandum ora oculósque Galli verberauit: vnde hoste victo, Valerius Coruinus dictus fuit. Hic quũ ingens multitudo ære alieno oppressa, Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quiotium necessitate magna compulsum præfecisset, sublato ære alieno seditionem compressit. Hęc Cæcilius, Liuius verò lib. 7. Decad. 1, hęc addit, de Samnitibus eum triumphasse: sexies Consulem fuisse, hostes T. Manlij morte exulãtes, compressisse. Vixit teste Valerio, corporis & animi viribus integris, annos centum. ¶ Valerius Potitus, post Decemuiralem inuidiam, plebem in Patres incitatam, legibus & concionibus suis mitigauit. Vnde Poriti cognomẽ adeptus. Primus quoq; Consul post Decemuiros, quum Volscos Aequósq; ad Algidum magna laude debellasset, triumphus ei à patribus negatus fuit. Sed suadente Icilio T[illegible] plebi. primus sine autoritate Senatus triumphauit cum collega suo Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus est, quod nemini Senatu præterquã Fabio Maximo concessum est, vt scribit Plutarchus. ¶ Valerius Leuinus Consul, cum Pyrrho prælio congressus in Lucania infœlicitèr pugnauit. Iterũ postea Consul Agrigentum aduersus Pœnos missus, superato Hãnone duce Carthaginiẽsium, oppidum in potestatem recepit: Senatum securi percussit. ¶ Alter Valerius Leuinus, contra Philippum Macedoniæ regem fœliciter bellũ gessit, teste Liuio lib. 9 bel. Pun. 2. ¶ Valerius Flaccus, M. Catonis familiarissimus, eundem ex agro Tusculano ad Remp. adduxit, patriter & instruxit, vt ait Plutarchus. Consul cum eodem Catone circa Mediolanum, vt Liuius testatur, cũ Gallis & Insubribus & Boiis collatis signis pugnauit, vbi decem millia hostium sunt cæsa. Causam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam suum Catonem obtinuit, qua de re vide apud Liuiũ elegantes vtriusq; orationes lib. 4. bel. Maced. ¶ Valerius Soranus poëta, quem Cicero in libris de Orat. doctissimum togatorum appellat. Plutarchus Philosophum fuisse asserit, Pompeij iussu interfectum. ¶ Valerius Antias, antiquissimus historiæ scriptor, qui non rarò à Liuio aliisque citatur. ¶ Valerius Procillus militauit sub Cæsare in Gallia: à quo etiam missus est legatus ad Ariouistum, vt est in Commentariis Cæsaris. ¶ Valerius Maximus historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæsarem. Militauit sub Sexto Pompeio, vt ipse de se testatur, vbi de institutis antiquis loquitur. ¶ Valerius Flac. Poëta scripsit Argonautica. Quintilianus est sua ætate fuisse testatur, his verbis, Multum (inquit) in Valerio Flac. nuper amissimus. ¶ Valerius Martialis, epigrammaton scriptor.

VALGIVS, Illustris fuit Romanus Augusti temporibus, qui de re herbaria volumen inchoauit: quod tamen morte præuentus, reliquit imperfectum. Meminit eius Plinius lib. 25 cap. 2.

Valgus, Qui suras habet extrorsum intortas, & in diuersum actas: quales canceri habent, & lacerti {βλαισός. Ital. *Che ha gli piedi interti in giu.* Gal. *Qui marche en dehors, qui a les iam. courbez en dehors.* Hispa. *Pesuno los beços à fuera.*} Plautus in Milite, Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pœtum, aut bronchum. Nequis apud Nonium, Valgus, veternosus, genibus magnis, talis torgidit. Valgum sanium id est intortum. Plaut. Milite, Itaque hic meretrices labiis dum ducant eum, Maiorem partem videas valgis sauiis.

Valles, lis, & Vallis, lis, Planities duobus lateribus inclusa: dicta quòd hinc, atque hinc montibus vallata sit. {φάραγξ, κοῖλον, ἄγκος, κοιλάς. Ital. *Valle.* Gal. *Vallée.* Hispan. *El valle, hondo entre dos alturas.*} Virg. lib. 11, Est cornuo anfractu valles accommoda fraudi. Statius, Vallis in amplexu nemorum sedet. Virg. 2. Georg. Complentur vallésque cauæ, saltúsque profundi. Idem 2. Aeneid. Commendo fortis, & curua valle recondo. Ouid. 8. Metam. Concaua vallis erat, quo se demittere riui Assuerant pluuialis aquæ. Quint. lib. 5, cap. 14, Sed vt latissimi amnes, totis vallibus fluat: ac sibi viam, si quando non acceperit, faciat.

Vallecula, diminutiuum. {φάραγξ κοίλη. Ital. *Picciola valle.* Gal. *Petite vallée.* Hisp. *Pequeña valle.*} vt à Vulpes, vulpecula. Festus tam n valliculam esse t per tertiam vocalem.

VALLONIA, Putabatur dea, quæ valibus præerat. Sipontinus.

Vallus, li, Firmior palus, cui vitis alligatur, & quo castra muniũtur. {χάραξ. Ita. *Riparo, forte steccato.* Gal. *Vn rempar.* Hisp. *El palo ò baluarte.*} Virg. 1. Georg. Exacuunt alij vallos, furcáque bicornes. Idem 2. Georg. Quadrifidáque sudes, & acuto robore vallos.

Vallum, li. Munitio castrorũ, quòd ex vallis, id est palis, fiat. {χάραξ, περιτείχισμα, ἔρυμα. Ital. *Riparo, forte steccato.* Gal. *Vn rempar.* Hisp. *El palo ò baluarte.*} Cice. ad Catonem lib. 15. Epistq. Vallo, & fossa circundedi, sex castellis

castellis, castrisque maximis sepsi. Idem in Pisonem, Vallum Alpium contra ascensum transgressionémque Gallorum. ¶ Legitur & vallus, masculino genere in eadem significatione. Tibul. lib. 1. eleg. 2, Non arces, non vallus erat. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Erat eo loco fossa pedum quindecim, & vallus contra hostem in altitudinem pedum decem.

Vallaris, re, pen. prod. Quod ad vallum pertinet. {χαρακῶδης. Ital. *Pertinente à riparo.* Gal. *Apartenant à rempar.* Hisp. *Perteneciente à baluarte.*} vt, Vallaris corona, qua donari solebat, qui primus vallum hostium fuisset ingressus. Liu. 10. ab Vrbe, Multæ ciuicæ coronæ, vallaréque, ac murales conspectæ. Idem 10. bel. Punici, Qui Imperatores, qui Consules Romanos sua manu occidissent, mutalibus, vallaribúsque insignes coronis.

Vallo, as, Munio, firmo, quasi vallo, ambio. {περιβάλλομαι, περιβάλλω, περιτειχίζω, ἐγχαράσσω. Ital. *Fortificare, cingere, con steccato.* Gal. *Remparer, fortifier, munir & garnir.* Hisp. *Fortalecer, cercar de vallado ò palizada.*} Plin. lib. 15. cap. 18, Non castra Punica ad tertium lapidem vallata. Lucan. lib. 4, Nullis vallarẽt oppida muris. Vallare armis, id est stipare. Valer. Flac. 1. Argon. mediógi in crimine patrem Liquerit, ac inopẽ nullis vallauerit armis. ¶ Vallare aliquid ratione disserendi, est Dialecticis argumentis confirmare. Cic. 1. de Legib. Atq; hæc omnia, quasi sepimento aliquo, vallabit disserendi ratione, veri & falsi iudicandi scientia, & arte quadã intelligendi quid quanque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium.

Valor, vide VALEO.

Valuæ, arum, pluralis num. tantùm, Fores, geminas habentes partes, in sese coeuntes: ita dictæ quòd introrsum reuoluantur. {θύραι, δυκλεῖδες. Ita. *Porte che si aprono in due.* Gal. *Portes à deux battant, qui s'ouurent en deux parties.* Hisp. *Las puertas que se abren y cierran.*} Cic. 1. de Diuin. In templo Herculis valuæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt. Idem 3. Verrina, Hæc alia duo signa, quæ ad valuas Iunonis Samiæ stetерunt. Oui. 1. Metam. -dextra, læuáque deorum Atria nobilium valuis celebrantur apertis. Idem 2. Metam. Argenti bifores radiabant limine valuæ. Horat. 2. Serm. saty. 6, -quum subitò ingens Valuarum strepitus lectis excussit vtrunque.

Valuuli, Sunt concauitates in folliculis leguminum, in quas ipsa grana separatim recipiuntur. {λοβοί. Ital. *Tauelle, teghe di legume.* Gal. *Petites loges es choses des feues & semblables dedans quoy sont les grains chacun à part.* Hisp. *Hollejo dela legumbre.*} Colum. lib. 7, de omnibus tectis, Singula capita per hyemem rectè pascuntur ad præsepia, tribus hordei, vel fici cum suis valuulis fabæ. Festus, Valuuli, fabæ folliculi appellati, &c.

VANDALIA, Βανδηλία, Regio Europæ Septentrionalis, à Vandalo fluuio, qui regionem interfluit. A qua populi Vandali, immanes, & ferocissimi, qui paucis antè annis, quàm Gothi Romam caperet, Gallias inuasere: inde in Hispaniam, traiecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticam, quæ Vandalia ab eis dicta est, occupauerunt.

VANGIONES, pen. corr. Populi sunt Galliæ Belgicæ, Coloniæ Agrippinensi finitimi hodie *Vormacienses.* Lucan. lib. 1, Et qui te laxis imitantur Sarmata bracchis Vangiones. Meminit horum Cornelius Tacitus, lib. 10, & Plin. lib. 4. cap. 17.

Vannus, ni, Instrumentum latum ex vimine, aliáve materia, quo acus paleæque post tritturam à frumẽto aut legumine ventilando & in sublime eiaculando, excernuntur. {λίκμον. Ital. *Vn vanno da vanders il grano.* Gal. *Vn van à vanner le grain.* Hisp. *La garanda ò harnero.*} Virgil. 1. Georg. -& mystica vannus Iacchi. Colum. lib. 2. cap. 21, Ipsæ autem spicæ melius fustibus tunduntur, vannis expurgantur. ¶ In eadem significatione legitur & Vallus, diminutiua forma: quam vocem Varro à volatu dictam existimat, quòd dum frumenta vanno in sublime iactantur, leuia euolent.

Vanno, as, Acus, vel paleas è frumento vel legumine vannis expurgo. {λικμάω. Ital. *Vandere grano.* Gal. *Vanner.* Hispan. *Auentar, garandar trigo.*} Varro de Re rust. Vt quod leuissimum est in ea, atque appellatur acus ac palea, vannatur foras extra aream. ¶ Hinc Euanno, extra vanno, ἐκλικμάω. Nonius, Euannetur, dictum est vẽtiletur, vel moueatur: à vanno, in quo legumina ventilantur.

Vanus, a, um, Propriè idem est quod vacuus, siue inanis. {κενός. Ital. *Vuoto.* Gal. *Vain, vuide.* Hisp. *Vano, vazio.*} Virg. 1. Georg. -sed illos Expectata seges vanis eluserit aruis. ¶ Modò pro stulto, quasi mente vacuo, & qui in rebus inanibus studium collocat. {φιλαλάζων. Ital. *Mentitore sciocco.* Gal. *Vain menteur.* Hisp. *Vano, loco.*} Iuuenalis Saty. 3, Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni. ¶ Modò pro mendaci, & leuia, inaniáque pro grauibus, & veris astutissime componente. ψεδολόγος, ψεδηγός. Virg. 1. Aeneid. Ni frustra augurium vani docuere parentes. Mendax autem propriè dicitur, qui ad decipiendum mentitur. Vnde idem 2. Aen. vtrunque complexus est, nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget. ¶ Vanum aliquando dicitur, autore Donato, nec vetisimile, nec possibile. Terent. in Eunuc. Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, cõtinuo palàm est. Vana fides, id est falsa. Vanum incœptum, quod frustra incœptum est. ¶ Vana. neutrum plurale, loco aduerbij, apud Virgilium 11. Aene. Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem. Id est vanè, vel inaniter tumentem.

Vanesco, scis, à Vaneo, es, quanuis inusitato, In nihilum redigor, euanidus fio. {ἀμαλύνομαι, φθείρομαι, ἀμαυροῦμαι, μαλακύνομαι. Ital. *Euanire.* Gal. *Deuenir en rien s'esuanouir, & ne sauoir qu'on deuient* Hisp. *Desuanecerse.*} Cic. 2. de Legib. Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. Plin. lib. 18. cap. 24, Ne diu iacens, atque non concipiens vanescat. Ouid. 3. Amo. eleg. 6, Carmine læsa Ceres steriles vanescit in herbas. Idem epist. 1, Fallar, & hoc crimen tenues vanescat in auras. ¶ Hinc Euanesco, de quo suo loco.

Vanitas, atis, Mendacium, fallacitas, & leuitas. {μαλακότης, ψεῦδος. Ital. *Vanità, menzogna.* Gal. *Vanité, menterie, chose vaine & de nulle valeur.* Hisp. *Vanidad.*} Cic. lib. 3. Offic. Quòd si vituperandi qui reticuerunt: quid de iis existimandum est qui orationis vanitatẽ adhibuerunt? Sallustius, Huic homini minor vanitas inerat, quàm audacia. Tacit. lib. 15, Veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit.

Vanitudo, dinis, Idem. μαλακολογία, ψεδολογία. Plautus in Captiuis, Pol ego, vt rem video, tu inuentus vera vanitudine Qui conuincas.

Vanidicus, adiectiuum. Vaniloquus, mendax. {μαλακολόγος, ψεδολόγος. Ital. *Chi parla cose vane à falso.* Gal. *Qui dit choses vaines, & de nul profit.* Hisp. *El que habla vanidades.*} Plaut. in Trinummo, Cum probis potius quàm cum improbis viuere vanidicis.

Vaniloquidorus, dori, Iocosa Plauti dictio in Persa, Vaniloquidorus, virgini suendomides.

Vaniloquus, adiectiuum, Vanos sermones effundens, mendax. {ματαιολόγος, μαλακολόγος, ψεδολόγος. Ital. *Chi parla cose vane ò falso.* Gal. *Qui parle choses vaines ou fausses.* Hisp. *El que habla vanidades.*} Plaut. in Amphit. -ergo istoc magis, Quia vaniloquus, vapulabis. Liu. 5. bel. Maced. Is, vt pleriq;, quos opes regiæ alunt, vaniloquus, maria, terrásque inani sonitu verborum complecti. Silius lib. 8, Quinetiam ingenio fluxi, sed prima feroces, Vaniloquum Celtæ genus, ac mutabile mentis, Respectare domos.

Vaniloquentia, tiæ, Vana & inanis blateratio. {ματαιολογία, μαλακολογία. Ital. *Esso parlar vano, vana parola.* Gal. *Parler vain, parole vaine.* Hispa. *Obra de hablar vanidades, habla vana.*} Liui. 4. bel. Maced. Hac vaniloquentia primùm Arithenum Prætorem Achæorum excitauit. Tacit. lib. 3, Id Cluorius in domo P. Petronij, socru eius Vitellia coràm, multísque illustribus fœminis per vaniloquentiam legerat.

Vano, as, vnicus, Antiquis in vsu fuit pro fallo. {ψεδίζω. Ital. *Ingannare.* Gal. *Tromper.* Hisp. *Engañar.*} vt annotauit Nonius, citans illud Accij ex Alcmena, Sic illum vanans in angiportum deduxit.

Vapidus, vide VAPOR.

Vapor, oris, & Vapos, Tenuis humoris alicuius exhalatio. {ἀτμός. Ital. *Vapore, exhalatione.* Gal. *Vapeur, exhalation & fumée montant de la terre en haut.* Hispan. *Vapor ò baho.*} Lucretius lib. 5, Pernolitans permanat odos, frigúsque, vapósque. Cic. 2. de Natu. deor. Ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim quasi vapor quidam aër habendus est. Ouidius lib. 1. Metamorph. -vapor humidus omnes Res creat, & discors concordia fœtibus apta est. ¶ Ponitur aliquando pro calore. Colum. lib. 5. cap. 10, Minúsque vaporis æstate per angustum os penetret. Virg. 5. Aeneid. -lentúsque carinas. Est vapor, & toto descendit corpore pestis.

Vaporarium, arij, In hypocaustis dicebatur, quà vapor, seu fumus erumpebat. {ἀτμοῦ ἔκλυσις, πνικτοδοχή. Ital. *Stufa.* Gal. *Le lieu des estuues par ou se vuident & sortent les fumées.* Hisp. *Lugar enel baño para sudar.*} Cicer. Quin. fratri lib. 3, In balneis hypocausta in alterum apodyterij angulum promoui, propterea quòd ita erant posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subiectum cubiculo.

Vaporiferus, ra, rum, Multos emittens vapores. {ἀτμώδης. Ital. *Che porta vapori, fumoso.* Gal. *Fumeux, qui rend force vapeurs & fumées.* Hisp. *Cosa que haze baho ò vapor.*} Statius 3. Syl. 5, Siue vaporiferas, blandissima littora, Baias. Vbi Baias vaporiferas vocat propter aquas calidas, multos exhalantes vapores.

Vaporo, ras, pen. prod. Aliquando neutrum est, idem significans quod vaporem emitto. {ἀτμίζω. Ital. *Gittar vapore.* Gal. *Getter vapeurs & fumées, se secher.* Hispa. *Hazer vapor, vaporar, bahear.*} Plin. lib. 31. cap. 2, de differentiis aquarũ, Vaporant & in mari ipso, quæ Licinij Crassi fuere. ¶ Aliquando actiuum est, & pro suffire ponitur. {ἀναθυμιᾶν. Virg. lib. 11. Aen. Succedunt matres, & templum thure vaporant. ¶ Aliquando pro arefacere, exugere. Plinius lib. 2. cap. 16, Quòd solidiores glebas diutius sustineat, & suspendat, vt ex solibus æstiuis vaporatæ resoluantur.

Vaporatio, onis, verbale. Vaporis excitatio. {ἐξάτμισις, ἀναθυμίασις. Ital. *Vscita di vapore di qualche cosa.* Gal. *Vaporation ou euaporation, sortie de vapeurs ou eleuement.* Hispan. *Aquella obra de vaporar ò bahear.*} Plin. lib. 28. cap. 4, Perfundere caput aqua calida ante balnearum vaporationẽ, & postea frigida, saluberrimum intelligitur. Gell. lib. 19. cap. 5, Quum aqua frigore aëris duratur & coit, necessum est fieri vaporationem, & quãdam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, & emanare.

Vapidus, a, um, Plenus vapore, vel multos emittens vapores. {ἀτμώδης. Ita. *Che gitta molti vapori, pieno de vapori.* Gal. *Fumeux ou euaporé, qui getta force vapeurs.* Hisp. *Lleno de vapores, que haze baho ò vapor.*} Persius Saty. 5, -Vcientanúmque rubellum Exhalat vapida læsum pice sessilis obba. ¶ Vapidum pectus, per translationem, apud eundem eadem satyra, Sin tu quum fueris nostræ paulo antè farinæ, Pellicula veterem retines, & fronte politus, Astutam vapido seruas sub pectore vulpem. Id est veterum vitiorum pleno, & pristinas fraudes redolente.

Vappa, æ, Vinum vitiosum, cuius vis omnis euaporauit, adeò vt & saporem amiserit & odorem. {οἶνος ἀνίας, ἐξηνθὼς οἶνος. Ital. *Vino suanito.* Gal. *Vin pouſſé & corrõpu.* Hisp. *Vino desuanecido y sin sabor.*} Plin. lib. 14. cap. 20, Vitiúmque musto quibusdam in locis sponte feruere: quæ calamitate quum deferuit, perit sapor, vappæque accipit nomen. Horat. 2. Serm. saty. 3, Qui Veientanum festis potare diebus, Campana solitus trulla, vappámque profestis. ¶ Per translationem ponitur pro homine ignauo, desidi, inerte, & in quo nihil sit industriæ aut solertiæ. ἰδιώτης. Horat. 1. Serm. saty. 1. -non ego auarum Quum vetó te fieri, vappam iubeo, aut nebulonem.

Vapulo, as, pen. corr. Verberor, cædor. {τύπτομαι, μαστιγοῦμαι. Ita. *Essere battuto.* Gal. *Estre batu.* Hisp. *Ser herido ò açotado.*} Propert. lib. 2. Eleg. Non ego, sed tenuis vapulat vmbra mea. Cælius ad Ciceronem lib. 8, Susurrationes dantur: at veniũt: alius equitem perdidisse, quod opinor certe factum est: alius septimam legionem vapulasse. ¶ Vapulare sermonibus, est oblocutionibus fugillari. Cice. ad Attic. lib. 2, Qui quum se omnium sermonibus, sentiet vapulare, & quum has actiones, &c.

Vapularis, Idem quod verbero, hoc est qui continuè vapulat, vt apud Plautum in Persa. μαστιγίας.

VARDVLI, Βαρδοῦλαι Ptolemæo. Hispaniæ citerioris populi, in conuentu Clunienfi: quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 3.

Varico, Varicosus, Varicus, vide VARICES.

Vari, Qui introrsum pedes, vel crura detorto gerũt. {ἰσχνόκωλος. Ita. *Chi hãno le gambe torte.* Gal. *Qui ont les jambes tortes ou dedans.* Hisp. *Estruados de piernas, que huellan hazia dentro.*} Horat. lib. 1. Serm. saty. 3. -hunc Varum distortis cruribus, illũ Balbutit scaurũ pravis fultum malè talis. ¶ Vnde varũ frequenter pro obtorto accipitur. Persius Saty. 4, Et non fallit pede regula varo. ¶ Varij autem dicũtur quibus in exteriorem partem crura pedésve flectuntur. Varro lib. 1. de Re rust. de canibus, Cruribus rectis, ac potius varis, quàm vatiis. ¶ Hinc Variarum, & Vatiniorum cognomina

Universidad de Deusto Biblioteca

cognomina flexerunt, quòd pedibus essent vatiosis. Seneca in quadam Epistola, Servilius Vatia latère sciebat, non viuere. ¶ Valgi autem sunt qui diuersas suras habent, hoc est ambas introrsum inortas: cuiusmodi lacertarũ pedes sunt. Βλαισοί Plautus in Milite, Aut varum, aut valgulum, aut compernem, &c. ¶ Hinc valgum suauium: id est intortum, Plautus in Milite, Maiorem partem videas valgis suauiis. A qua fortasse similitudine instrumentum quoddam rusticum ad areas complanãdas, Valgium Plinius appellat lib. 17, Seritur (inquit) mense Aprili, area æquata cylindris aut valgio, aliàs dẽsum. Alioqui & sermo agrestis valgiare vsurpat hodie pro eo quod est pauire, coæquaréque. Omnibus fere videtur esse quod Cato ait, Comminuito terram, & cylindro, ac pauicula coæquato. In Campania certè haberi genus id testatur tali specie, quali sunt suræ duæ in diuersum collocatæ, quo vt cylindro, supplanantur areæ. Varæ manus, incuruæ. Oui. lib. 9. Meta. -tenuique à pectore varas In statione manus. Sic varum brachium à Martiale dictum lib. 7, Vara nec iniecto certamine brachia tendis. Varus genius, apud Persium Satyra 6. ¶ Sunt item Vari, tubercula exigua & dura in facie, quos ἴονθους Græci Appellant. Plin. lib. 23, Contra serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur: vitia cutis in facie varósque, & lentigines, & sugillata emendat, & cicatrices

Varices, pen. corr. generis masc. Sunt venæ plus æquo intumescentes, in temporibus, in vẽtre, in testibus, in inguine, & potissimũ in cruribus, quas Plinius lib. 11. cap. 45, in cruribus viro tantum, mulieri raro, præ nimio labore nasci asserit. ‡ ἰξίαι, κιρσοί. Ital. *Vene delle coscie, & delle gambe piene di sangue.* Gal. *Veines de la cuisse ou de la jambe & autres lieux, pleines de sang melancholique.* Hispan. *Venas retorcidas en las piernas llenas de sangre.* ‡ Cic. 2. Tuscul. Quum varices secabantur C. Mario, dolebat. Horat. Varice succisõ. Apud Senecam. Epistol. 78, legitur in fœminino genere, Dum (inquit) varices execandas præberet.

Varicosus. Qui huiusmodi venas tumidiores habet. ‡ κιρσώδης, ἰξιάδης. Ital. *Chi ha le vene delle coscie ò delle gambe tanto piene di sangue maninconico, che pare che si rompano.* Gal. *Qui à les veines des cuisses ou jambes pleines de sang melancholique.* Hispa. *Cosas que tiene aquellas venas.* ‡ Auicenna autor est, varices accidere cursoribus, & onerabaiulantibus, & diu stantibus. Inde est illud Iuuen. Saty. 6, Varicosus fiet aruspex. Ex diuturna scilicet statione.

Varico, cas, seu vaticor, aris, deponés, secunda syllaba correpta, Crura in diuersas partes extendo. ‡ Διαστρέφω, ἀδίκως πλέκω. Ital. *Hauer le gambe torte.* Gal. *Marcher tournement, & entrouurant trop les jambes.* Hispa. *Andar cancajeando.* ‡ Tractum ab iis qui natura vari sunt, crurãque habent extrorsum intorta, ideóque quàm longissimè à se inuicem distantia. Quint. lib. 11. cap. 3. de gestu pedum, Varicare supra modum, & in stando deforme est, & accedente motu propè obscœnum.

Varicula, variculæ, diminutiuũ. κιρσίδιον. Celsus lib. 5, de curationibus vlcerum, Si varicula intus est, quæ sanari prohibet, ea quoqi excidenda.

Varicus, a, um, pen. corr. ‡ ὁ κιρσὸς ἐν ποδί, κιρσώδης. Ital. *Che ha le gambe torte, che anda tortamente.* Gal. *Qui marche tortuement.* Hispan. *Que anda cancajeando.* ‡ Qui ampliore passu incedit. Oui. 3. de Arte, Illa velut coniunx Vmbri rubicunda mariti Ambulat ingentes varica, férique gradus.

Varicitus, aduerbium, Idem est quod cruribus diuaricatis, diuisisq; pœdẽs. Apuleius lib. 1, Varicitus super faciem meam residentes, vesicam exonerant.

Varius, a, um, Multiforme vel diuersorum colorum. ‡ ποικίλος, πολύχρους, πολύχροος, ποικίλλων. Ital. *Variato con diuersi colori.* Gal. *Bigarré de diuerses couleurs, diuers.* Hisp. *Cosa de diuersas colores.* ‡ Terent. in Eunuch. -ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit. Virg. 4. Aeneid. -varium, & mutabile semper Fœmina. Idem 5. Aene. -ceu nubibus arcus Mille trahit varios aduerso sole colores. Idem 2. Aeneid. -vt te post multa tuorum Funera, post varios hominúmque, vrbisque labores Defessi aspicimus. Cic. 1. Acad. Plato varius & multiplex, & copiosus fuit Liui. 2. ab Vrbe, Ibi varia victoria, & velut æquo Marte pugnatum est. Variæ vuæ fiunt, quum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Cato cap. 37. Vbi vuæ variæ cœperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis vti valeant. ¶ Varius præterea dicitur, qui in facie distinctus est. Vnde locus Ciceronis apud Quintilianum lib. 6. cap. 4, in Isauricom, Mitor quid sit, quòd pater tuus homo constantissimus, te nobis varium reliquit.

Variè, aduerbium, Variis modis. ‡ ποικίλως. Ital. *Diuersamente, in diuersi modi.* Gal. *En diuerses sortes, diuersement.* Hispa. *Diuersamente, de muchas maneras.* ‡ Plinius Epist. 104, Variè me affecerunt literæ tuæ, nam partim lætæ, partim tristitia contine bant.

Variæ, Ex genere sunt pantherarum, ita dictæ à maculatum varietate, quibus sunt spectabiles. παρδάλεις. Plin. lib. 8. cap. 17, Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, crebertimo in Africa, Syriáque.

Vario, as, Distinguo, muto, varium siue diuersum facio. ‡ ποικίλλω, ἀλλοιόω. Ital. *Variare, far vario & diuerso.* Gal. *Varier, bigarrer, changer.* Hisl. *Diuersificar en colores, discordar en qualque modo.* ‡ Plin. Epist. 161, Laborem otio, otium labore variare. Martial. lib 8. Non ego prætulerim Babylonica picta superbè Texta. Semiramia quæ variantur acu. Ouid. 2. Meram. Non erat huius opus lanam mollire trahendo, Nec positu variare comas. Idem 2. de Remed. Nam quoties variant animi, variabimus artes. Virg. lib. 9. Aeneid. Discurrunt, variátque vices, fusique per hortes. Virg. lib. 9. Aeneid. Diuersi lib. 3, Non in iis solùm in quibus semper ita se habet, sed in iis quoque in quibus variat. ¶ Variare aliquando est rem ambiguam esse. Liui. 9. ab Vrbe, de suffragiis, Ibi si variaret quod rarò incidebat, vt secundæ, &c.

Variatur, impersonale. Liu. 2. belli Pun. Ibi quũ sententiis variaretur, &c.

Varians, participium. ‡ ὁ ποικίλων. Ital. *Variante, cambiante.* Gal. *Variant, changeant.* Hisp. *Diuersificado en colores.* ‡ Plin. lib. 4. cap. 2, Vix vlla magis tam densa vuarum partu impatiens variantis cæli, hoc est inconstantis cæli, & modò hoc, modò illo modo se habentis. Variantes adhuc, & acerbæ vuæ, apud Colum. lib. 4. cap. 10. hoc est nondum nigræ, sed colore adhuc vario, qualis solet esse vuis immaturis.

Variatim, aduerbium, Id est diuersimodé. ‡ ποικίλως, πολυτρόπως, πολυτρόπου. Ital. *In diuerse sorte.* Gal. *En diuerses sortes.* Hisp. *En diuersas maneras.* ‡ Gel. lib. 5. cap. 12. Ve enim particula quæ in aliis, atque aliis vocabulis variatim per has duas literas, quum altera media immissa dicitur.

Variegatus. Variis picturis distinctos, exornatúsque. ποικίλος. Variegare Venim est variare, & varietate distinguere. ποικίλειν.

Varietas, atis. Propriè est variatio & dissimilitudo colorum: quãuis & ad alia transferatur. ‡ ποικιλία. Ital. *Varietà, diuersità, dissimilitudine di colori.* Gal. *Varieté, diuersité, bigarrure* Hisp. *Diuersidad* ‡ Plin. lib. 8 cap. 30. Oenlis mille varietates esse, colorúmque mutationes. Cic. 7. Verr. Neque hoc prouiderim, vt varietate criminum vos attentos haberem. Idem 2. de Finib. Varietas enim Latinum verbum est, idque propriè quidem in disparibus coloribus dicitur, (sed trãsfertur in multa disparia. Varium poëma, varia oratio, varij mores, varia fortuna. Voluptas varia etiam dici solet, quum percipitur ex multis dissimilibus rebus, dissimiliter efficientibus voluptates. Quint. lib. 1. cap. 12, Reficit animos, ac reparat varietas. Idem lib. 9. cap. 1. Gaudent enim res varietate. ¶ Apud antiquissimos etiam variãria lectum fuit in eadẽ significatione: vt annotauit Nonius. Lucil. lib. 3, Principiis vnde hæc oritur varietas rerum.

VARIVS, Nomen poëtæ Tragici, Virgilij & Horatij amicissimi, vnius ex iis quibus Virgilij Aeneis commissa est emendanda. Meminit eius aliquoties Horatius in Sermonibus.

VARVS Quintilius, Nobilis Romanus, qui ab Augusto Germanicano exercitui præfectus, ab Arminio dolo circumuentus est, & cum tribus legionibus interfectus. Huius mortem defler Horatius ad Virgilium scribens, lib. 1. Carm. Aliquoties eius meminit & Maro, præsertim 6. & 9. Aegloga.

VARVS, Fluuius est Galliam Narbonẽsem à Liguria diuidens, à tortuosis aluei mæandris ita appellatus. Vide Strabonem lib. 4.

VARRO, Βάρρων. Senator Romanus fuit, Ciceronis æqualis, non immeritó à Quintiliano Romanorum omnium eruditissimus appellatus: vt qui plurimos doctissimósque scripserit libros, peritissimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum, nostrarúmque: plus tamen scientiæ collaturus quàm eloquentiæ.

Vas, vasis, gen. neut. & tertiæ decli. in plurali num. secundæ. Pro instrumento ad aliquid capiẽdum idoneo. ‡ σκεῦος, ἀγγεῖον. Ital. & Hisp. *Vaso.* Gal. *Vase, vaisseau.* ‡ Cic. 1 Tuscul. Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum. Idem pro Mur. At ille exposuit vasa Samia. Horat. 1. Epist. 2, Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. Idem 1. Serm. saty. 3. At nos virtutes ipsas inuertimus: atque Syncerum cupimus vas incrustare. Vasorum appellatio generalis est. Dicimus enim vasa & vinalia, & naualia, inquit Vlpianus, De aur. & ar. leg. l. Si gẽma. Cic. 6. Vert. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo, &c.

Vasum, si, Etiam in secundò flexu dixerunt antiqui, vt autor est Gellius lib. 13. cap 12. Plaut. in Truc. Aut aliquod vasum argenteum.

Vasculum, & Vasillum. dimin. ‡ σκευάριον. Ital. *Vasetto.* Gal. *Vn vaisselet, petit vaisseau.* Hisl. *Pequeño vasa.* ‡ Cato capp. 111, Si voles scire in vinum aqua addita sit nécne, vasculum facito de materia hederacea. Quint. lib. 1. cap. 2, Nam vt vascula oris anguśti superfusam humoris copiã respuũt, sensim autem influentibus, vel etiam instillatis compleutur: sic animi puerorum quantum accipere possint, videndum est.

Vasarium, rij: vt, vestiarium, calcearių: Hoc est vasorũ supellex. ‡ σκευοθήκη. Ital. *Scancia, vasello.* Gal. *Vn buffet, ou la vaisselle qui y est.* Hisp. *Vasar donde se ponen los vasos.* ‡ Cic. in Pisonem, Nónne sestertiũm centies & octogies, quod quasi vasarij nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? ¶ Vasarium præterea dicebatur, quod magistratibus in prouincias euntibus publicè dabatur, vt muli, equi, vasa, & reliqua, quæ magistratus instrumentum complerent, & ipsa etiam pecunia, quæ viatici nomine numerabatur. Vide Budæum in Commentario de Asse.

Vascularius, rij, Qui vasa conficit aurea, & argentea. ‡ σκευοποιός. Ital. *Orefice da vasi d'oro ò d'argento.* Gal. *Qui fait vaisselle, soit d'or, soit d'argent.* Hisp. *El platero que haze vasos.* ‡ Sunt enim inter aurifices vascularij, cælatores, inauratores, & bracteatij. In l. apud Labeonem. de Præscript. verbis, Si quum emere argentum voles, vascularius ad te detulerit, &c. Cic. 6. Verrina, In regiam maximam palàm artifices omnes, cælatores, ac vascularios conuocari iubes, ipse suos complures habebat.

Vas, vadis, vide VADIS, in plurali.

VASCONES, pen. corr. Οὐάσκωνες, Vulgo *Gasconi*, Populi citeriotis Hispaniæ, quæ in Gallicum & Britannicum Oceanum vergit ad Pyrenæum positi. Hi à Metello Romanorum duce obsessi, in tantam famem compulsi sunt, vt humana carne vescerentur. Iuuenalis Saty. 15, Vascones (vt fama est) alimentis talibus vsi Produxere animas.

VASIO, onis, Οὐάσιον Ptolemæo, Oppidum Vocontiorum, in Gallia Narbonensi: cuius meminerunt Plinius lib. 3. cap. 4, Pomponius lib. 2, & Ptolemæus lib. 2. cap. 10.

Vastus, a, um, Valde magnus, immensus, quódque iustæ magnitudinis modum excedit. ‡ ἀχανὴς, ἀπέραντος. Ital. *Grande & largo oltra misura.* Gal. *Grand ou large outre mesure, desmesuré, excessif.* Hisl. *Grande, espacioso, profundo.* ‡ Virg. 3. Aen. -vastúmque caua trabe currimus æquor. Virg. 1. Aeneid. -hic vasto Rex Aeolus antro Luctantes ventos, tempestatésque sonoras Imperio premit. Idem 5. Aeneid. Vastos quæritæger anhelitus artus. Cicero 1. de Diuinat. Tum visam beluam vastam & immanem, circumplicatam serpentibus, &c. Virgil. 10. Aene. Talis se vastis infert Mezentius armis. ¶ Aliquando ponitur pro deserto. ‡ ἔρημος. Ital. *Desertato, rouinato.* Gal. *Desert, gasté & destruit.* Hisp. *Destruydo, desierto, despoblado.* ‡ Accius apud Nonium, Hanc vrbem ferro vastam facit.

Vastitas, atis, Immensitas, nimia magnitudo. ‡ μέγεθος, ἀπειρία Ital. *Grandezza smisurata.* Gal. *Grandeur & estendue desmesurée.* Hisp. *Grandeza desmesurada.* ‡ Colum. lib. 3, Pari tamen in hac terra vastitate beluas progenerari, quis neget? id est pari magnitudine. Et lib. 5, Sed quum sim professus rusticæ rei præcepta, ni fallor, non asseueraueram quæ vastitas eius scientiæ contineret, ¶ Accipitur tamen aliquando vastitas pro populatione, seu desolatione. ‡ ἔρημια, πόλεμος. Ital. *Distruttione.* Gal.

Destruction & despeuplement de pais, degast & pillement. Hisp. *Destruicion, obra de destruyr ò yermar.* } Cic. in Catilinam, Tecta vrbis, vitæ ciuium, Italiam denique totam ad exitum, & vastitatem vocas.

Vastitudo, inis, Idem, sed antiquum. Cato Rei. tust. cap. 141, Vti tu morbos visos inuisósque, viduertatem, vastitudinem, calamitates, intemperiásque prohibessis.

Vastities, ei, Idem, sed & ipsum vetustum. Plaut. in Pseud.

Harum mihi voluptatum omnium, atque itidem tibi
Distractio, dissidium, vastities venit. Apulcius, Cui in primis tanti corporis vastities horrori fuit.

Vastè, aduerbium. {ἀγροικῶς, ἀφυῶς. Ital. *Eccessiuamente, smisuratamente.* Gal. *Grandement & largement, desmesurément, excessiuement.* Hisp. *Sin medida, excessiuamente, grandemente.* } Cice. lib. 3. de Orat. Sic maiores non asperè, vt ille, quem dixi, non vastè, non rusticè, nõ hiulcè: sed presse, & æquabiliter, & leniter.

Vastificus, a, um, pen. corr. Quod vastitatem affert. {ἐρημικὸς, ἐρημωτικός. Ital. *Guastatore, struggitore.* Gal. *Qui pille & gaste tout.* Hisp. *Destruydor, gastador.* } Cic. 2. Tuscul. ex vetusto quopiam Poëta, Erimanthiam hæc vastificam abiecit: eluam.

Vasto, stas, Populor, destruo, perdo. {πέρθω, δηϊόω, διαπορθμεύω. Ital. *Struggere, guastare, desertare.* Gal. *Gaster & destruire, mettre en desert.* Hisp. *Destruyr ò yermar.* } Cæsar 1. Gall. Agri vastari, liberi eorum in seruitutem abduci, &c. ¶ Vastant agros cultoribus, dixit Virgil. 8. Aeneid. -hoc est abducendo cultores agrorum, eos vastos, & desertos efficiunt. Brutus ad Ciceronem lib. 11, Decursionibus per equites, quos habet multos, vastat ea loca in quę incurrerit. Cic. ad Atticum lib. 9. Primum consilium est, suffocare vrbem & Italiam fame: deinde agros vastare, vrere, pecuniis locupletum non abstinere. Liu. 3. bel. Pun. Vastare omnia ferro & incendiis. Virg. 4. Georg. Omnia nam latè vastant, &c. Cice. Attico lib. 8. Homo magis ad vastandum, quàm ad vincendum paratus.

Vastatus, a, um. {ἠφανισμένος, λελωβημένος. Ital. *Guasto, struggito.* Gal. *Pillé, gasté & destruit.* Hisp. *Destruydo y yermado.* } Cic. pro Sestio, Lex erat lata, vastato atque relicto foro.

Vastatio, onis, verbale, Depopulatio, desolatio {πόρθησις. Ital. *Destruttione, rouina.* Gal. *Destruction & degast, ou degastement.* Hisp. *Obra de destruyr ò yermar.* } Liu. 7. ab Vrbe, Accessit ad eam cladem & vastatio Romani agri.

Vastator, oris, Populator. {πορθητὴς. Ital. *Gastatore, struggitore.* Gal. *Gasteur & destruiseur.* Hisp. *Destruydor ò yermador.* } Quid. 9. Matam. Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mi Arcadiæ vastor aper.

Vastatrix, pen. prod. Verbal. fœm. {ἡ λυμαντικὴ, πορθητικὴ. Ital. *Guastatrice, struggitrice.* Gal. *Gasteresse, destruisseresse.* Hispan. *Destruydora ò yermadora.* } Senec. Epist. 96. Luxuria terrarum marisque vastatrix.

Vastesco, is, ere, Populari, & vastũ fieri. {ὀδοποιοῦμαι. Ital. *Esser guasto, guastarsi.* Gal. *Estre gasté, ou se gaster.* Hisp. *Ser destruydo y yermado, destruyrse ò yermarse.* } Accius apud Nonium, iussit proficisci in exilium quouis gentium, ne scelere tuo Thebani vastescant agri.

Vates, tis, communis gen. Fatidicus, diuinus, propheta: à fando (vt quidam volunt) quasi fates. {μάντις. Ital. *Indouino, profeta.* Gal. *Deuin, prophete.* Hisp. *Adeuino.* } Plaut. in Milite, Bonus vates poteras esse, quum quæ sunt futura videas. Virg. Aeneid. Quippe pij vates, & Phœbo digna locuti. Ibidem, Cunctantem & vatis portat sub tecta Sybillæ. Cice. 2. de Legib. Alterum quod interpretatur fatidicorum & vatum effata incognita. Virg. 6. Aeneid. -túque ò sanctissima vates Præscia venturi, &c. ¶ Vates item dicuntur Poëtæ, à vicudis versibus. Viere enim vincire est, ait Varro 4. de Lingua Latina. Colum. in Præfat. lib. 19. Ex voluntate vatis maximè memorãdi. id est Virgilij. Quint. lib. 10. cap. 1, Beneuolum auditorem inuocatione deorum, quas præsidere vatibus creditum est, facit. Cic. 1. de Diuinat. Versus, quos olim Fauni, vatésq; canebant. Vates medicinæ. Plin. lib. 11. cap. 37, Arteriarum pulsus miranda arte ab Herophilo medicinæ vate descriptus.

Vaticinor, pen. corr. Diuino, futura prænũtio, quasi fata cano. {χρησμῳδῶ, μαντεύομαι. Ital. *Indouinare, profetizare.* Gal. *Deuiner, prophetiser.* Hisp. *Adeuinar por instincto.* } Cic. 1. de Diuinat. Illud quod volumus expressum est, vt vaticinari furor vera soleat. Ouid. 8. Metam. Quę tibi facto rum pœnas instare tuorum Vaticinor morieos. Liui. 2. ab Vrbe, Sæpe deinde & Virginium Consulem in concionibus, velut vaticinantem, audiebat. ¶ Aliquando etiam Vaticinari accipitur pro delirare, fu ere hariolarique: quæ significatio inde tracta est, quòd sacerdotes oracula edituri, furore quodam soleant corripi. Cice. pro Sestio, Eos autem qui dicerent dignitati esse seruiendum, vaticinari & insanire dicebat. Idem Epist. lib 2, Sed ego fortasse vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus.

Vaticinatio, verbale, Diuinatio, futurorũ prædictio. {μαντεία, μάντευμα. Ital. *Diuinattione, profetia.* Gal. *Deuinement, presage, prophetie, prediction.* Hisp. *Adeuinacion, profecia.* } Cic. 2. de Nat. deor. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex aruspicum responsis commemorate possum, &c.

Vaticinator, oris, Fatidicus, hariolus, coniector. {χρησμῳδὸς, χρησμολόγος. Ital. *Indouinatore, propheta.* Gal. *Deuineur, prophete, deuin.* Hispa. *Adeuinador.* } Ouid. de Ponto, Eleg. 1, Vade tamen viuat vaticinator habet.

Vaticinus, a, um, pen. corr. Quod ad vaticinia pertinet. {μαντικὸς. Ital. *Pertinente à diuinatione, ò indouino.* Gal. *Apartenant à diuination, ou prophete & deuin.* Hisp. *Perteneciente à adeuino ò adeuinacion.* } Liui. 5. bel. Puni. Et edixit vt quicunque libros vaticinos, precationésve, aut arrem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes, literásque ad se ante Calendas Aprilis deferret. Idem 9. bel Macced. Sacrificulos, vatésque foro, circo, vrbe prohiberent, vaticinos libros conquirerent, combareténtque. Furor vaticinus. Ouid. 2. Metam. Ergo vbi vaticinos concepit mente furores. Incaluitque deo. &c.

Vaticinium, Diuinatio, oraculum, prædictio futurorum. μαντεῖον, χρησμός.

VATICANVS, pen. prod. Βατικανός. Gollis est non procul à Tiberi, supra molem Adriani, cõterminus Ianiculo, in quo Petri basilica est. Sic dictus, quòd populus Romanus eo potitus sit vatum responso, expulsis Hetruscis, vt inquit Festus. Vel {secundum Gellium lib. 16. cap. 17,} à vaticiniis, quæ ibi dari solebant, vi atque instinctu dei Vaticani. Varro scribit Vaticanum deum in eo mõte fuisse, qui infantibus primam vocem daret, quæ est va, quæ prima in Vaticano syllaba est. Augustinus tamen vocat Vaginatum, tanquam infantium vagitibus præsidentem. Prima huius nominis syllaba semper producitur, secunda variatur, tertia semper producitur. Iuuenalis Saty. 6, Et Vaticano fragiles de mõte patellas. Horat. lib. 1. Carm. -vt paterni Fluminis ripæ, simul & iocosa Redderet laudes tibi Vaticani Mõtis imago. De Vaticano agro, colle, & deo sic scribit Gellius lib. 16. cap. 17, Et agrum Vaticanum (inquit) & eiusdem agri deum præsidem appellatum acceperamus à vaticiniis, quæ vi atque instinctu eius dei, in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam Marcus Varro in libris rerum diuinarum, aliã esse tradit istius nominis rationẽ. Nam sicut Aius, inquit, deus appellatus, aràque ei statuta est, quæ est in infima noua via, quòd eo loco diuinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri, simulátque parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est. Idcirco vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Hactenus Gellius.

VATINIVS, Nomen ciuis Romani contaminatissimæ vitæ, & profligatissimi pudoris: qui quũ aduersus Sestium testis productus esset, reúmque testimonio suo læsisset, in eum Cicero, qui Sestij defensionem susceperat, tã acerbe inuectus est, vt patefactis ejus flagitiis in summum Romani populi odium peruenerit. ¶ Hinc factus est locus vulgi prouerbio, vt Vatinianum odium, pro capitali, & implacabili odio accipiatur. Catull. -munere isto Odissem te odio Vatiniano. ¶ Fuit & alter Vatinius Neronis tempore, sutrinę primùm alumnus, postea Neronianæ aulæ ostentum, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primo in contumelias assumptus, deinde optimi cuiusq; criminatione eò vsque prouectus, vt gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malis præualeret. Autor Tacitus lib. 15.

Vatius, tij, Qui pedes, cruráve habet extrorsus obtorta: quemadmodum contrà Varus, qui ea introrsum habet inflexa. {βλαισός. Ital. *Chi ha le gambe torte in giu.* Gal. *Qui a les jambes tortues en dehors.* Hisp. *zancoioso, el que tiene las piernas tuertas.* } Varro lib. 2. de Re rust. cap 9, de canibus, Sint cruribus rectis, & potius vatis quàm vatiis. Hinc Vatiarum cognomẽ originem sumpsit, quòd qui primus in ea familia id cognominis sortitus est, pedibus fuerit vatiis,

Vatrax, acis, omnis generis, & Varricosus, adiect. Qui crura vitiosa habet, teste Nonio. Lucilius lib. 28, Vt si progeniem antiquam quæ est maximus Quintus vocat, qua vatricosus vatrax.

VATRENVS, Fluuius est ex agro Forocornelienſi in Padum decidens, à quo & amplissimum quoddam Padi ostium Vatreni portus appellatur. Autor Plinius lib. 3. cap. 16.

VAYNIA, Italiæ ciuitas, Venetiæ propinqua, Ptolæmeo autore, libro 3. cap. 1, Vulgò *Louino.*

V ante B.

Vber, ris, Modò adiectiuum est, idem significans quod fertilis, fœcundus, copiosus. {ἴσος, ἴσορος. Ital. *Abondante, fertile.* Gal. *Plantureux, abondant, fertile.* Hisp. *Fertile y copioso.* } Cice. 2. de Nat. deor. Vbertimi, lætissimique fructus vitium. Idem de Senect. Agro bene culto nihil est nec vsu vberius, nec specie ornatius. ¶ Modò substãtiuum, idem significans quod mamma. {ἔθηρ. Ital. *Mammella, tetta.* Gal. *Mammelle, tetin.* Hisp. *La teta.* } Virg. 3. Aeglo. Binos alit vbere fœtus. ¶ Inuenitur tamen vber substantiuum, positum pro vbertate, siue fœcunditate. Εὐθηνία, ἐυφορία, vt Vber agri, id est vbertas, & fertilitas, quo pacto & Græci ἔθηρ ἀρούρης. Virg. 1. Aeneid. Terra Antiqua, potens armis, atque vbere glebæ. Non desunt qui principiũ huius vocis aspirãdum putent, quòd aut à verbo ἔφω dictum existiment, quod est pluere: aut ab humore, quasi humer, m in b mutato: aut à Græca præpositione ἐυ, quæ abundantiam quandam importat. Vide suprà HVBER.

Vbertas, tatis, siue Hubertas, Fertilitas abũdantia, copia. {Εὐθηνία, Εὐφορία, Ἄφθονία, πολυφορία. Ital. *Abondanza, copia, fertilità.* Gal. *Plauté & abondance, fertilité, fecondité, richesse.* Hisp *Fertilidad, copia, ò abundancia.* } Cice. pro Pompeio, Summa vbertas agrorum. Idem pro Cornelio, Orationis vbertas, varietas, copia.

Vbero, ras, siue Hubero, Aliquando actiuum verbum est, idem significãs quod lætifico, fœcundo, fertile efficio. {γονιμοποιῶ, γονιμωτέω. Ital. *Far fertile.* Gal. *Rendre plantureux & fertile, engraisser.* Hisp. *Hazer fertil.* } Palladius lib. 4, Hoc veluti coitu steriles arbores vberabantur. ¶ Aliquando neutrum, idem significans quod lætum, & fœcundum esse, εὐφορέω. Colum. lib. 5. cap. 9, Neque enim olea biennio vberat.

Vbertim, siue Hubertim, aduerbium, Copiosè, affluenter. {ἐυφόρως. Ital. *Abondantemente, fertilmente.* Gal. *Plantereusement, fertilement, abondamment.* Hisp. *Fertil y copiosamente.* } Catullus. Frustrantur falsis grandia lachymulis, vbertim thalami quas intra limina fundunt.

Vbertus, ta, tum, siue Hubertus, Fœcundus, copiosus. {Εὐφορος, Εὐθηνος, Εὐθαλὴς. Ital. *Abondante, fecondo.* Gal. *Copieux, abondant, plantureux, fertile.* Hisp. *Fertil y copioso.* } Cell. lib. 7. cap. 14, Sed ea ipsa genera dicendi antiquitus tradita ab Homero, sunt tria in tribus: magnificum in Vlysse, & vberrimum: subtile in Menelao, & cohibitum: mistum, moderatúmque in Nestore.

Vbi, aduerbium, Modò loci interrogatiuum, significans in quo loco. πῆ. Plautus, Vbi id audisti? ¶ Modò relatiuum. {ὅπου, ὅθι. Ital. *In quel luogo, dove.* Gal. *Ou, en quelque lieu.* Hisp. *En aquel lugar, donde.* } Virg. 1. Aeneid. Vbi Aeacidę telo iacet Hector. Plin. lib. 11. cap. 14. Alexandriæ vbi thura interpolatur. ¶ Modò infinitum. εἴ, ἤ. Cic. 3. Tuscu. Est vbi id isto modo valeat. Plaut. in Truc. Vbi amiet, ibidem opes. ¶ Ponitur quandoque pro aduerbio temporis, postquam. ἐπειδὴ. Virg. 1. Aeneid. Hæc vbi dicta dedit. ¶ Quandoque pro quando. ἐπεί. Terent. in Andr. Vbi voles, accerse. Virg. 6. Aene. Quale per incertam Lunam sub luce maligna Est iter in syluis, vbi cælum condidit vmbra Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem. ¶ Vbi gentium, vbi loci, vbi terrarum, vbi locorum, idem quod vbi, significant: nam genitiui illi significationi nihil addunt, ornatus tantùm gratia ponuntur. ¶ Vbi primùm: id est statim. vt Cæsar 1. bel. Ciu. Cæsar, vbi primum illuxit, omnes Senatores, &c.

Vbicunque, Quocunque in loco. {ὅπου που. Ital. *In ogni luogo dove.* Gal. *En tout lieux, en quelque lieu que ce soit.* Hisp. *Donde quiera que.* } Cice. Acad. Etsi, vbicunque es, in eadem es naui.

Vbiuis, Quolibet in loco. {ἐυθαδεῦχος. Ital. *Dove te piacera.* Gal. *Ou tu veulx, en quelque*

Universidad de Deusto

quelque lieu qu'il te plaira. Hisp. *Donde quiera que.* } Cic. lib. 4. Epist. Nemoque est, quin vbiuis, quàm ibi, vbi est, esse malit.

VBIQVE. Omni in loco. {πανταχοῦ. Ital. *In ogni luogo.* Gal. *Par tout.* Hisp. *En todo lugar.* } Virg. 2. Aen. -crudelis vbique Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago. ¶ Aliquando habet adiunctum genitiuum: vt, Vbique locorum, Vbique gentium, Vbique itineris. πανταχοῦ τόπου. Apuleius Transformationis suæ lib. 1, Nihil istarum rerum quæ itineris vbique nos comitantur, indigemus.

VBIVBI, Pro vbicunque. {ὅπου ἂν, ὅπῃ ἄν. Ital. *In ogni luoco dove.* Gal. *En quelque lieu que ce soit.* Hisp. *Donde quiera que.* } quemadmodum Vtut, pro vtcunque. Terent. Eunuc. Vbiubi est, diu celari non potest. ¶ Vbiubi, id est statim vt. Plaut. in Merc. Vbiubi erit inuenta, mater redimet.

VBII, Populi origine Germani, cis Rhenum fluuium, in ea parte Galliæ Belgicæ, vbi est Colonia Aggrippinensis. Plin. lib. 4. cap. 17, & Tacitus lib. 1. & 20.

VBISCI, Aquitaniæ populi, apud Plinium lib. 4. cap. 19.

V ante C.

VCALEGON, ὠκαλέγων, Vnus ex Troianis proceribus, qui belli tempore, quòd annis confectus esset, prælio abstinuit, vt refert Homerus 13. Iliad. Virgil. 2. Aeneid. -iam proximus ardet Vcalegon. Quo in loco domini nomen figuratè pro ipsis ædibus posuit.

VCENNI, Gentes Alpinæ, Augusti auspiciis in Romanorum ditionem redactæ: vt refert Plinius lib. 3. cap. 20.

VCIA, ἡ Ucia, Oppidũ Turdetanorũ, in Hispania Bætica. Ptole. lib. 2. cap. 4.

V ante D.

VDINI, Scythiæ populi, ad Mæotidis lacus fauces incolentes. Plin. lib. 6. cap. 14.

Vdo, onis. {Ital. *Vna sorte antica di calce.* Gal. *Vne façon de chaussure ancienne.* Hisp. *El peal ò calçon.* } Genus calceamenti quod nonnunquam ex lana, nonnunquam ex hirci pilis conficiebantur: hique Vdones cilicij dicebantur: de quibus extat hoc distichon apud Martialem lib. 14. Non hos lata dedit, sed olentis barba mariti: Ciniphio poterit planta latere finu.

Vdus, a. um. Humidus, vuidus. ὑγρὸς. Ital. *Humido, molle.* Gal. *Moitte, humide, mouillé.* Hisp. *Humido, mojado por defuera.* } Virg. 10. Aegl. Nigra subest vdo tantum cui lingua palato. Quidam à sudando deductum putant. Varro lib. 4. de Ling. Lat. ab humido deducit: vnde & per aspirationem quidam scribendum præcipiunt.

V ante E.

Ve, Enclitica particula, & coniunctio disiunctiua, idem significans quod aut: nullum ramen in oratione locum habens, nisi post dictiones quas cõnectit. {ἤ. Ital. *O, ouero.* Gal. *Ou, oubien.* Hisp. *O.* } Cic. 1. de Nat. deor. Bestiæ quæ in Rubro mari, Indiáve gignuntur. ¶ Aliquando geminatur. Virg. 9. Aene. Siquis in aduersum rapiat casúsve, deúsve. ¶ Est & altera particula ve, quæ non nisi in compositione inuenitur: & modò augendi vim habet vt Vetus, vehemens: quorum alterum ab ætatis magnitudine, alterum à vi atque impetu mẽtis dictum est. Modò vim habet diminuendi: vt Vegrandis, id est malè, vel parum grandis. Ve, enim syllabam rei paruæ veteres præponebant: vnde apud Ausonium Vesyllabam rei paruæ veteres præponebant: vnde apud Ausonium Vegrãdes messes legimus pro paruis: & apud Varronem lib. 2. de Re rust. Oues vegrandes, & imbecilles. Sic & vecordem dicimus, quasi cordis, hoc est sanæ mentis parum habentem. Ita enim Velouem antiqui appellarunt à non iuuando: qui idcirco tantùm colebatur, ne noceret. Eius enim simulachrum sagittas manu tenebat: quo illud significare volebant, paratiorem esse ad nocendum, quàm ad iuuandum. Vide plura de hac particula apud Gellium lib. 5. cap. 12.

Vecors, vecordis, Insanus, stolidus, stupidus, insipiens: quasi sine corde. hoc est sine mentis sanitate. {ἀνόητος, ἀνόσιος, παράφρων. Ital. *Insensato, pazzo.* Gal. *Insensé, hors de son bon sens.* Hisp. *Loco, bono.* } Liu. 4. ab Vrbe, Audita vox eius in concione stolida, & propè vecors. Cic. 1. Tusc. Aliis eor ipsum minus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordésq; dicuntur. Cic. pro Domo sua. Itaq; istius vecordissimi mentẽ cura metúque terrebant. Ouid. in Ibin, Mens quoq; sic furiis vecors agitetur, &c.

Vecordia, æ, Insania, desipientia. {παραφροσύνη, ἀνοήτια. Ital. *Turbamento di cuore, d'intelletto.* Gal. *Troublement d'esprit sottise ou sottise.* Hisp. *Locura, alienacion de seso.* } Sallust. in Iugur. Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus, prorsus in facie, vultúq; vecordia. Teren. Andr. Hoccine credibile est, aut memorabile, Tanta vecordia inuata cuiquam vt sier, Vt malis gaudeat, atque ex incommodis Alterius sua comparet vt commoda? Ouid. 12. Metam. -quæ te vecordia Theseu Eurytę pulsat aic.

Vectabulum, Vectarius, vide VEHO, vehis.

Vectiarius, Vecticularius, vide VECTVS.

Vectigal, lis, pen. prod. Tributum, portorium, & generaliter cuiuslibet reditus fructus, aut reditus: ita dictum à vehendo. {φόρος, πόρος, τέλος. Ital. *Tributo, gabella, pedaggio, entrata, rendita.* Gal. *Peage, gabelle, tribut, rente, reuenu, cens.* Hispan. *Renta ventada ò tributo, como por tanto, tribut, rente, reuenu, cens.* Hisp. *Renta, entrada.* } Propriè enim hac voce primùm significabatur portorium quod mercium è loco aliquid euehendarum, vel locum aliquem transuehendarum nomine soluebatur. Hodie tamẽ multò latius significatio eius extenditur, vt tã ad publicos reditus quàm ad priuatos extendatur. Publica vectigalia intelligere debemus, quæ accipit fiscus, vel ærarium. Cic. pro Pom. Vectigalia nervos esse Reipub. semper duximus. Priuata quæ quisq; sumit ex reditibus, & fructibus suis. Cic. in Parad. Ex meo tenui vectigali capio ego ducẽta. Paulus. Cæsæ arundinis, vel pali compendium, si in eodem fundo vectigal esse consueuit. ad fructuarium pertinet. Cic. lib. 2. Offic. Vt bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati: externorum autem, vt gloria diuitiis, vt vectigalia vrbana rusticis ædibus, & mercibus. Id est prouentus, reditus. Latinè autẽ dicimus, Imponere vectigal, pendere vectigal, conseruare vectigal, exercere, & exigere vectigal, leuare aut agros, aut ciuitates, aut populos vectigali, & facere populos, & ciusmodi vectigales: quæ loquendi genera crebrimè in bonis autoribus inuenies.

Vectigalis, le, adiectiuum. Pro tributario. {φορολόγος, τελεσφόρος. Ital. *Da tributo, gabelliero.* Gal. *Tributaire, qui doit tribut, cens ou rente.* Hisp. *Cosa que renta ò tributo, gabellero.* } Sic prouincię, agri, homines, qui tributa persoluunt, Vectigales dicuntur. Cic. lib. 3. Offic. Quas ciuitates L. Sylla pecunia acceptа ex Senatusconsulto liberasset, vt hæ rursus vectigales essent. Suet. in Cæs. Agrum Campanum ad subsidia Reipub. vectigalem relictum, diuisit extra sortem. Cic. in Cat. Et syluas, lucósque publicos Romani vectigales habuere. Liu. Verum Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis, vt ipsè fert, an vectigalis, stipendiariúsque, & seruus populi Romani à patre relictus.

Vectis, huius vectis. gen. mascul. Instrumentum ex ferro aliáve materia, quo ostium clausum aduersus vim munitur: ita dictũ, quòd manu huc illuc vehatur. {μοχλὸς, ἀναβολεύς. Ital. *Cadenazzo, stanga, chiauistello.* Gal. *Leuier, verrou, pieu, ou baston, cadenats, serrure.* Hispan. *Barra ò cerrojo de hierro.* } Virgil. lib. 7. Aen. Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri Robora nec custos abstitit limine Ianus. Vectem Cinyras Agrippæ filios inuenit. ¶ Est etiam vectis, palus è ferro, vel ligno grandior, rusticis, & fabris necessarius ad onera promouenda. Cæsar 2. belli Ciuil. Saxa, quàm maximè possunt, vectibus promouent, præcipitaráq; moro in musculum deuoluũt. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? ¶ Item vectis dicitur lignum quo oneris aliquid à binis, pluribúsve in humeris gestatur: vt est in Exodo, Facies quoque vectes de lignis setim. ¶ Rursus vectes sunt instrumenta ad aliquid subuertendum, effringendúmve accommodata. Horat. lib. 2. Carm. -hîc hîc ponite lucida Funalia, & vectes, & arcus Oppositis foribus minaces. Vectibus item torcularia circumagebantur.

Vectiarius, Qui torcularia premit vectibus. {μοχλεύων. Ital. *Chi vsa de tale stanghe.* Gal. *Qui se sert d'vn leuier ou d'vn tel grec bastõ.* Hisp. *El que trata aquella barra.* } Vitru. lib 6. cap. 8. Ita enim erit vectiario spatium expeditum.

Vecticularius, a. um, adiectiuum, vnde Vecticularia vita, dicitur eorum qui vectibus paries perfodiunt alienos, furandi gratia. {τοιχωρυχικὸς βίος, μοχλικὸς. Ita *Chi rompe le stãghe ò i cadenazzi per robbare.* Gal. *Qui rompe leuiers, barres, cadenats, & serrures pour desrober.* Hisp. *Ladron que rompe el cerrojo para hurtar.* } Cato. Vecticulariam vitam viuere, est repentè largiter habere, repentè nihil. τοιχωρυχεῖν. Festus.

VECTIS, ἡ Vectis Ptolemæo, Insula est Britanniæ ad Meridiem adiacens, fretóq; ab ea admodum exiguo discreta, Huntonæ portũ quem Ptolemæus Magnum vocat, obiecto suo aduersus tempestates muniens. Hodie duo habet oppida, *Nouum portum*, & *Calbortzum*. Plin. lib. 4. cap. 16, minus rectè hanc insulam inter Britanniam & Hyberniam collocat.

Vecto, as, Vectura, vide VEHO.

VECTONES, pen. prod. οὐικτωνες, Populi Hispaniæ citerioris, ab Asturibus Durio amne discreti, teste Plinio lib. 4. cap. 20.

VEDRA, Fluuius in latere Meridionali Britanniæ insulæ. Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

Vegeo, veges, verbũ est antiquum, Quod modò absolutè accipitur pro valeo, siue vegetus, & incolumis sum. ὑγιαίνω, ἀκμάζω. Varro Manio, vt citat Nonius, Nec natus est, nec morietur: viget, veget, vtpote plurimum. ¶ Modò actiné, pro vegeto, recreo, vegetum reddo. Pomponius Maiali, apud eundem Nonium, Animum Venus veget voluptatibus.

Vegetus, a, um, Bene habitus, incolumis, viuidus, agilis, & ad obeundas actiones idoneus: & tam de animo quàm de corpore dicitur. {ἰσχυρός, ὑγιαίνων, ἐρρωμένος, εὐεκτικός. Ital. *Sano lieto robusto.* Gal. *Vigoreux, alegre, vif, gay, deliberé, bien disposé.* Hisp. *Fuerte, crecido, firme.* } Cic. Attico. Te vegetum nobis in Græcia fuisse. Idem 5. Tusc. Ne tam vegeta mens in Empedocleo sanguine demersa iaceat. Idem 2. de Diuin. Vt illa tertia pars rationis eloceat, & se vegetam ad somniandum, acrémque præbeat. Liuius 6. ab Vrbe. Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat. virebátque integris sensibus. Gellius lib. 3. cap. 1, Quid igitur dicimur quòd multos videmus esse pecuniæ cupidos, & eosdem cum corpore esse vegeto, ac valenti? Suetonius de Cæsare, cap. 45, Nigris, vegetisq; oculis, valetudine prospera. Scribit Apuleius Lunæ numine cũcta animantia vegetari: id est ali, & vigorem acquirere. Seneca quoq; lib. 3. Quæst. refert terræ inesse spiritum illum vitaliter vegetum, & alentem omnia. Hunc enim (inquit) nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet, non aliunde viuentibus? quomodo tot radices aleret? ¶ Hinc vegetatiuã animam philosophi recentiores appellant animam seminalem, quæ à Plinio dicitur alens: cuius motu interiore plantę vigescunt, crescunt, frondescunt, germinant, breuitérque viuunt. ¶ Vegetior, vegetissimus. Colum. lib. 6. cap. 20, Neque enim alio distat bonus taurus à castrato, nisi quòd huic torua facies est, vegetior aspectus, breuiora cornua. Plin. lib. 18. cap. 26, Hoc interuallum temporis vegetissimum agricolis, maximéque operosum est.

Vegetes, etis, idem quod vegetus. ὑγιαίνων, ἐρρωμένος. Liu. 1. bel. Pun. A tergo Alpes vrgent, vix integris vobis, ac vegetibus transitæ.

Vegeto, tas, pen. cor. Recreo, corroboro, & vegetum facio, & promptum ad obeundas actiones. {ῥώννυμι. Ita. *Dar forza, rinforzare.* Gal. *Donner force, renforcir.* Hisp. *Recrear ò esforçar.* } Gellius, Memoriæ vegetandæ gratia.

Vegetatio, onis. verbale. Apulei. de Asino. Vt etiam fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem.

VEGETI. apud Pomponium lib. 1. Asiæ populi, Murrhanis, Cappadocibus, Comagenis & Armeniis vicini, à nullo præterea Geographorum (quod sciam) commemorati.

VEGETIVS. Flauius Renatus, Comes Constãtinopolitanus, floruit Valentiniani principis tempore. Scripsit Epitomen institutionum rei militaris, de commẽtariis Caronis, Augusti, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. In primo libro electionem docet tyronũ, ex quibus locis vel quales milites probãdi sunt, aut quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus veteris militię, continet morẽ, ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius omnium artium genera, quæ terrestri prælio sunt necessaria, exponit. Quartus vniuersas machinas, quibus vel oppugnantur ciuitates, vel defendũtur, enarrat: nauálisque belli præcepta subnectit. Ex Raphaëlis Volaterrani lib. 22.

Vegrandis, Paruus, & malè grandis. {μικροζῳ, μικρός. Ital. *Di grandezza mal formata, poco grande.* Gal. *D'vne grandeur mal faconnée & mal formé, mal doulé, mal basti.* Hisp. *No grande, ò grande vn poco.* } Auson. lib. 2. Epist. Hic sæpe falsus messibus vegrandibus. Varro 2. de Re rust. Quósque postea concipiunt, fiunt vegrandes, atque imbecillæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veham, Viam veteres dicebant, quòd per eam vehebant omnia. ἡ ὁδός, λεωφόρος, λεωφόρος. Ital. *Via, strada.* Gal. *La voye, le grand chemin des charretiers.* Hisp. *El camino de los carros.* } Varro 1. de Re rustica cap. 2. A quo nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas.

Vehemens, tis. Ex ve, & mens componi arbitror, tametsi quidam dici velint, quòd vehatur eminentius vel quod vehatur mente. ἰσχυρός, καθορμικός, σφοδρός. Ital. *Vehemente, vulent.* Hisp. *Vehemente, fuerte.* } A mentis enim vi, atque impetu (sicut docet Gellius) dicitur. Nam ve, in hoc loco intentiua particula est. Dicitur autem vehemens, graue, magnum, vrgens, acre. Terent. in And. -ne hæc quidem satis vehemens causa ad obiurgandum. Cic. 2. de Orat. Acri & vehementi quadam incitatione inflammari. Idem de Clar. Orat. Galbà in meditando vehemens & incensus fuit. Ad Herennium lib. 4. Hoc genus & acrimoniam habet in se, & vehementissimum est. Vitis vehemens. Colum. lib. 3. cap. 1, Terræ densæ dabit vehementem vitem, multáque materia frondentem.

Vehementia, Grauitas, acritudo. σφοδρότης. Ital. *Vehementia.* Gal. *Vehemence.* Hisp. *Vehemencia.* } Plin. lib. 13. cap. 8, Flore candido cum vehementia odoris.

Vehementer, aduerbium. Acriter, Admodum. σφόδρα. Ital. *con vehemencia, grandemente.* Gal. *Auec vehemence, grandement, impetuensement, fort.* Hisp. *Con vehemencia, fuertemente.* } Cic. 8. Philip. Vehementer me agere fateor iracundè, nego. Terent. Eun. Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim.

Veles, Vehis, vide VEHO.

Vehia, vehiæ, Plaustrum, Oscorum lingua. ὄχημα, ἅμαξα. Vnde vehiatura, pro vectura apud veteres vsurpatur. Sipont.

Vehiare, Veteres dixerunt pro vehere. quod tractum est ex Oscorum lingua, apud quos vehia plaustrum dicitur. ὀχῶ. Sipont.

Veho, is, xi, ctum. Naui, iumento, vel plaustro porto. ἔχω, ἀποχέω, κομίζω. Ital. *Portare in naue, in carro ò à cauallo.* Gal. *Charier, porter en chariot, nauire ou à cheual.* Hispan. *Llenar acuestas ò encima.* } Plaut. in Mostel. Magni sunt oneris: quicquid imponas, vehunt. Ouid. Epist. 21, Hunc venus in cælum curru vexisset eburno. Cic. 1. Tusc. Quum enim illam ad solennè & statutum sacrificium curru vehi ius esset. Idem 2. de Diuin. Equus in quo vehebar, mecum vnà demersus, rursus apparuit. Martial. lib. 1, Vererat Europen fraterna per æquora taurus. Vehitur oratio, metaphoricè. Cic. 1. Tusc. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. Virg. 1. Aeneid. Diuersa per æquora vecti. ¶ Huius composita sunt, Aueho, adueho, conueho, circumueho, deueho, eueho, inueho, prævehor, prætereo, prouehor, reueho, subueho, & seueho: quorum significata vide suis locis.

Vecto, as, Frequentatiuum. ἔχω, ἀποχέω, κομίζω. Ital. *Portar souente in carro, in naue ò à cauallo.* Gal. *Porter souuent en chariot, nauire, ou à cheual.* Hisp. *Llenar à menudo acuestas ò encima.* } Gell. lib. 16. cap. 19, Dorso super fluctus edito vectauisse. Virg. 6. Aen. Corpora vita nefas Stygia vectare carina, Horat. Epod. circa finem, Vectabor humeris tunc ego inimicis eques.

Vectatio, onis, verbale, quod nomen semper passionem significat, contra aliorum verbalium naturam.

Vectito, tas, frequentatiuum.

Vectabulum, li, Vehiculum. ὄχημα. Ital. *Carriola.* Gal. *chariot.* Hisp. *Carro para llenar cargo.* } Gell. libro 20. cap. 1, Iumentum quoque non id solùm significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur.

Vector, Qui in aliena naui, vel equo vel plaustro vehitur pretio. ἐπιβάτης. Ital. *Colui ch' è condotto, nauigante.* Gal. *Celuy qui est porté en basteau ou chariot ou à cheual.* Hispa. *Passagero que va en la nave.* } Cice 7. Philip. Et summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solēt. Virg. 4. Aeglo. Cedet & ipse mari vector. Quint. In nauim filij mei malè permutatus vector imponor. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro eo qui vehit. } Ital. *Condottiero, qui porta.* Gal. *Qui porte en basteau, en chariot, ou à cheual.* Hisp. *El que llena.* } Ouid 1. Fast. Eccerudens rauco Sileni vector asellus Intempestiuos edidit ore sonos. ¶ Vectores per translationem pro ciuibus. Cice. Attic. lib. 2. Malè vehi malo alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare.

Vectarius, a, um, Quod idoneum est ad vehendum. ὑποζύγιος. Ital. *Atto da condurre, che può portare.* Gal. *Propre & conuenable à charier ou porter.* Hisp. *Que puede traer y leuar.* } vt Vectarius equus. Varro lib 2. de Re rust. cap. 7, de equis loquens, Itaque peritus belli alios eligit, atque alit, ac docet: aliter quadrigarius & desultor: aliter qui vecta ias facere vult: neque eodem modo parantur ad ephippium, vt ad prædam.

Vectoria nauigia, πλοῖα, οἱ ἐπιβάδες, seu ἐπιβάδες, φορτίδες, ὁλκάδες. Ital. *Naui che seruono à portar mercantie.* Gal. *Nauires qui seruent à porter marchandises, ou passer de port en autre, barcs, basteaux.* Hisp. *Barcas de passaje ò para llenar mercaderias.* } Cæs. 5 bel. Gall. Qui in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis quibusque nauigiis, non intermisso remigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt.

Vectura, æ, Non modò actū ipsum, hoc est vectionem denotat, sed etiam mercedem, quæ pro vectura soluitur: vtputa pro naui, siue equo meritorio. ἀγωγή. Ital. *Vettura.* Gal. *Voiture.* Hisp. *El valor ò flete por el passaje.* } Varro lib. 2 cap. 7. de Re rust. de equis loquēs, Alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad admissuram. &c. Cice. Attico lib. 1, Mirimus, qui pro vectura solueret. Cæs. 5. belli Ciui. Remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. ¶ Facere vecturam, est vehendo parare sibi lucrum. Quint. Classis nostra vecturam facit, & vicinarum ciuitatum copias introducit.

Vectibilis, le, ἐφολκὸς, κομιστὸς, ἀγώγιμος. Ital. *che può essere portato & condotto.* Gal. *Qu'on peut porter ou charier.* Hisp. *Que puede ser llenado acuestas.* } Senec. 3. Natur. Quæst. Aquæ medicatæ, & ob hoc ponderosæ, & ipsius insulæ, materia vectibilis.

Vehiculum, li. Currus, vel plaustrum quo quid vehitur. ἅμαξα, ὄχημα. Ital. *Carretta.* Gal. *chariot.* Hisp. *Carro para llenar cargo.* } Cic. pro Mil. Quid horum non impudentissimus? vestitus, an vehiculum? Idem Attico lib. 10, Ego verò vehiculo, si nauis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. Plin. lib 7 cap. 56. Vehiculum cum quatuor rotis Phryges inuenerunt, mercaturas Pœni. ¶ Est autem vehiculi nomē generale, hasce sub se continens species, carpentum, cisium, carrum, currum, arceram, bisternam, rhedam (vnde epirrhedium) saracum, petoritum, plaustrum, essedum, pilentum, liburnum, traham, & vehiam.

Vehicularis, re, Quod ad vehiculum pertinet, ὀχηματικός. vt Equus vehicularis, & rotæ vehiculares.

Vehicularius, Qui vehiculum agit, auriga. ἡνίοχος, ἁρματηλάτης.

Vehes, vehis, vel Vehis, vehis, Idem quod plaustrum, vel tanta fœni, stercoris, alteriúsve materiæ quantitas, quanta in plaustro vectura vna vehi potest. ἅμαξα, ὅσον τε φορτίον ἅμαξα. Ital. *Cariola contadinesca da condur via le fogliame, ò le fogliame condotte nella cariola.* Gal. *Charriot, ou tombereau à porter fiens & autres choses, ou vne charretée, tomberetée, ou brudelée soit de fain, de fers ou autres choses.* Hisp. *Carreta para traer ò llenar, ò el cargo.* } Plin. lib. 36. cap. 15, Amplitudinem cauis eam feciſſe producitur, vt vehem fœni largè onustam transmitteret. Colum. lib. 2, Iugerum autem desiderat, quod spissius stercoratur, vehes quatuor & viginti: quod rarius, duodeuiginti. Idem lib. 11, cap. 2, Materia si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem debet, per quadratos pedes viginti: hæc est (inquit) vehis vna.

VEII, ὁ Plutarcho, Vrbs fuit Hetruriæ, non procul ab vrbe Roma, quam Camillus post decennalē obsidionem per cuniculos cepit. Tanta autem fuit vrbis huius claritas, tanta situs oportunitas, vt Romani exusta, deformatáque à Gallis vrbe, Veios potissimùm delegerint, quò Romani imperij sedem transferrent: à quo incœpto grauissimis Camilli concionibus ægrè sunt reuocati. Huius incolæ dicti sunt Veientes, Fabiorum clade notissimi.

Veientanus, a, um, possessiuū: vt Vinum Veientanū. Hora. 2. Serm. saty. 3, Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappámque profestis. ¶ Veientana gemma. Plin. lib. 37. cap. 10, Veientana Italica gemma est, Veiis reperta nigram materiam distinguente limite albo. Meminit huius gemmæ & Solinus ad finem octaui capitis.

VEIOVIS, Apud Romanos inter sinistra, seu noxia numina habebatur, quē non auxilij alicuius spe venerabātur. sed ideo tantùm, ne quid ipsis noxæ inferret. Huius simulachrū effingebatur spicula manu tenens, eáque minaciter intentans. Vnde quidam eundem cum Apolline esse putarunt, qui spiculis hoc est radiis suis multa morborum genera immittit. Cic. 3. de Nat. deor. Quid Veioui facies? quid Vulcano?

Vel, Coniunctio plerunque disiunctiua, idem significās quod aut. ἤτοι, ἤ. Ital. *Ouero.* Gal. *Ou, oubien.* Hisp. *O.* } Cice. de Orat. Cui nostrum non licet res rusticas fructus causa, vel delectationis inuisere? Eadem plurimum venustatis habet geminata. Idem 2. de Natu. deor, In his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporum. Idem Qu. Fratri, Sunt ista quidem vel magna, vel maxima. ¶ Interdum copulatiua est: vt, Maximè me tibi amicum facit vel virtus, vel doctrina tua. id est tum virtus, tum doctrina. ¶ Interdum ponitur pro etiam καί. Terent. in And. Vel hoc quis non credat? Virg. 11. Aene. Vel Priamo miseranda manus. ¶ Interdum pro valde. Cic. pro Murena, Vel maximum bellum pop. Rom. cum rege Antiocho gessisse. ¶ Interdum pro maximè. Cic. Trebat. Quàm morosi sint qui amant, vel ex hoc intelligi potest. ¶ Interdū pro veluti. Terent. in Hecyra, Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi. ¶ Interdum pro saltem. Teren. in Phorm. Postremò si nullo alio pacto, vel fœnore.

VEL, dissyllabum. Libyæ oppidum in tractu Garamantum. à Cornelio Balbo in triumpho gestatum, vt refert Plinius lib. 5 cap. 5.

Velabrum, Velamen, Velamentum, Velaria, Velarus, vide Velo, velas, in VELVM.

Veles, itis, pen. genitiui correpta, Miles leuis armaturæ, nullis aut exiguis armis tectus quò sit expeditior, iaculis tantùm, seu funda armatus: vnde & velites dicti putantur, quasi velati, quòd vestiti essent potius quàm armati. γυμνήτης. Ital. *Caual leggiero.* Gal. *Cheual leger, homme de guerre, armé à la legere.* Hisp. *Caballero armado de armas liuianas ò pocas.* } Alij velites à celeritate dictos putant, quasi volites, o in e mutato. Alij rursus ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc est à iaculando, quòd iaculis potissimùm, & fundis pugnarent. Liu. 6. bel. Pun. Et vbi ad coniectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt. Ouidius in Ibin. Vtque petit primo plenum fluentis arenæ Nondum calfactis velitis hasta solum. Refert Aelianus, ordinem pedestrem in militia diuidi trifariam: in armatos, quæ grauis armatura dicitur: & velites, qui leuissimè omnium armantur: vnde & expediti nuncupantur. Non enim ocreas, aut loricam induunt, sed tantùm iaculis, & fundis vruntur. In tertio ordine sunt peltati: à pelta dicti, quod scutum est paruū, & leue. Hi medij erant inter grauem armaturam, & leuē. ¶ Quoniam verò hoc genus militum nō stabat in pugna cum hoste congrediebatur, vt hastati, aut triarij, sed leuibus tantùm præliis, idque ferè eminus, hostem lacessēbāt, quoties visum esset, aut fuga se subducentes, aut in equos insilientes: factum est vt homines leues & inconstantes, velites dicamus. Cic. ad Patrum lib. 9. Epist. Me autem à te, vt scutum velitem, malis onerarum esse, non molestè tuli.

Velitaris, velitare, Quod ad velites pertinet. γυμνητικός. Ital. *Pertinente à caual leggiero.* Gal. *Apartenant à cheual leger.* Hisp. *Pertenesciente à tal caballero.* } vnde Velitaria arma. Sallust. in Iugur. Præterea iere sagittarij & cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi causa: neque id secus atque aliis armis aduersum tela hostium, quòd ea leuia sunt, muniti erant. Liui. 6. belli Pun. Et septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale hastis velitaribus inest.

Velitor, pen. corr. Leui pugna congredior, more velitum, quorum officium est præliari eminus iaculis & fundis auspicati. ἀκροβολίζομαι, συμπλέκομαι. ¶ Per translationem accipitur pro rixari, & verbis pugnare. λοιδορέω. Ital. *Contendere vno contra l'altro, taffar vno l'altro.* Gal. *Debatre contre vn autre, tanser l'vn l'autre.* Hispan. *Contender con otros.* } Nam à verbis plerunque ad manus solet deueniri: sicut à Velitibus ad milites grauis armaturæ. Plaut. Menæch. Nescio quid velitati estis inter vos. Gell. lib. 6. cap. 11, Cum inquinatissimis hominibus non est conuitio decertandum, neque maledictis aduersum impudentes & improbos velitandum: quia tantisper similis & compar eorum fias, dum paria & consimilia dicas, atque audias.

Velitatio, onis, verbale, Quæ, teste Festo, dicta est vltro citróq; probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnæ. λοιδορία. Ital. *Contesa leggiera.* Gal. *Leger combat, escarmouche, debat, noise.* Hisp. *Obra de contender assi, pelea ligera.* } Plaut. in Asin. Verbis velitationem fieri, compendio volo.

VELIA, æ. Stephano, Lucaniæ oppidum, in sinu, Pæstano condium à Phocensibus, Antea Elea ἰλέα, dictaq; & incolæ ipsi, Eleatæ. ¶ Est præterea Velia Romæ collis editior, in quo quum Valerius, qui postea Publicola dictus est, domũ ædificare vellet, apud plebem in suspicionem venit affectatæ dominationis, quòd in editiore loco veluti arcẽ quandam ad opprimendam libertatem constitueret. Quæ re intellecta Valerius, postquam plebi in concione se purgasset, iussit materiam omnem ad radicem Veliæ transferri, domúmque illam, quam in summo colle instituerat, in imo Veliæ pede ædificauit. Vide Liuium lib. 2. ab Vrbe. Hunc autem collem dictum volunt Veliam, quasi velliam, quòd ibi pastores lanam vellere soliti fuerint. ¶ Vnde Velinus adiectiuum: vt Velina regio, quæ circa palatium erat.

Velinus, item adiectiuum, penul. prod. à Velia Lucaniæ opido. vt Portus Velinus. Virg. 6. Aeneid. -Portúsque require Velinos. Velinus lacus, Plin. lib. 3. cap. 12. & Columella lib. 8. cap. 16.

VELIATES. Populi Liguriæ trans Alpes. vt scribit Plinius lib. 3. cap. 5.

Velifico, Velificus, Velifer, vide VELVM.

Velitaris, Velitor, vide VELES.

VELITRAE, pen. corr. βέλιτρα Stephano. Ciuitas insignis Volscorum, Octauiæ gentis origine nobilitata, vt in Augusto refertur Suetonius. Huius incolæ dicuntur Veliterni, qui à Romanis olim subacti, bona agri sui portione sunt mulctati. Scribit Dionysius lib. 7, Velitris adeò sæuisse pestilentiam, vt vix decima pars ciuium superfuerit: quod damnum postea Romani missa eò colonia sarserunt.

Vel uolus, vide VELVM.

Vellatura, æ. Exercitium ducendi plaustrũ, vel quæstus ex vectura ἁρμαμαξία. Vellaturam facere (inquit Varro lib. 1. de Re rust. cap. 2,) dicuntur qui vecturis viuunt. Nam antiqui vellam, non villam dicebant. Eius hæc sunt verba. Villa dicta, quòd à villico in eã conuehuntur fructus, & euehuntur quum væneunt. A quo rustica etiã nunc quoq; viam veham appellant, propter vecturas & vellam, non villam, quòd vehunt, & vnde vehunt. Item dicuntur qui vecturis viuunt, Vellaturam facere.

Vello, vellis, velli, & vulsi, vulsum, Extirpo. ξυρίζω, τίλλω, σπάω. Ital. *Cauare, sfirpare.* Gal. *Tirer ou arracher, oſter.* Hispan. *Arrancar.* Colum. lib. 11. cap. 3, Reliquis annis non erit decerpendus, sed radicitus vellendus. Plin. lib. 12. cap. 12, Nardum Gallicum cum radice vellitur. Virgil. 3. Aen. Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ. Suet. de Cæs. cap. 45, Circa corporis curam morosior, vt nõ solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed vellere tur etiã. ¶ Vnde Vulsa corpora à Quintil. in Procœ. lib. 8, dicuntur, quibus pili sunt euulsi. Corpora (inquit) siquis vulsa atq; fucata muliebriter comat, fœdissima sunt ipso formę labore. ¶ Ponitur aliquando Vellere pro eruere, in terram proficere, euertere. κατὰ γῆς βάλλειν, κατασκάπτειν. Liu. 6. belli Punici, Aræ, foci, deũm delubra, sepulchra maiorum vulsa, temerata, ac violata. ¶ Barbam vellere: prouerbium est, quo summum contemptum, ac ludibrium significamus. Horat. 1. Serm. saty. 3. -barbam tibi vellunt Lasciui pueri. Vide Erasm. in Chil. ¶ Huius composita sunt Auello, conuello, diuello, euello, peruello, interuello, & reuello, quorum significata vide suis locis.

Vulsura, æ, Ipsa vulsio. πλυγή, πλημα. Ita. *Cauamento sfirpamento.* Gal. *Arrachement.* His. *Arrancamiento, obra de arrancar.* Varro 2. de Re rust. cap. 11, Lanam tonsam & conglobatam alij vellera alij vellumina appellant: ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanæ vulsuram, quàm tonsuram inuentam.

Vellico, as, pen. corr. Frequenter vello, quod propriè fit quum extremas corporis partes digitis vellimus, & pressando infestamus. παραγράπτω. Ital. *Tirare, cauare, pungere, piccicare.* Gal. *Tirer ou arracher, pincer ou piquoter.* Hisp. *Pecigar ò dar del codo.* Propert. lib. 2, Nec mihi tam duris insultes moribus, & te Vellicet, heu serò flebis amata diu. ¶ Per translationem vellicare ponitur pro criminari, mordere, ac lacerare, διαβάλλειν, κακολογεῖν. Cicc. pro Corn. Balbo, More hominum inuident, in conuiuiis soduot, in circulis vellicant. Gell. lib. 4. cap. 15, Plura in Sallustij scriptis inscitè, aut malignè vellicant. Hora. 1. Serm. saty. 10, -an crucior, quòd Vellicet absentem Demetrius.

Vellicatus, tus, Ipse vellicandi actus. πλυγή. Ital. *Tiramento, esso piccicare.* Gal. *Tirement, ou arrachement, pincement.* Hisp. *Aquel pecigar ò dar del codo.* Plin. lib. 28. cap. 6, Extremitates corporis vel aurium vellicatibus perstringi, &c.

Vellicatim, aduerb. Id est particulatim, sparsim, carptim, non continuè, hinc illinc aliquid decerpendo. κατὰ μέρος, κατὰ σχίδια. Ital. *Tirando, pungendo, piccicando.* Gal. *En tirant, en pinçant, en arrachant.* Hisp. *Pecigando ò dando del codo.* Sisenna Hist. lib. 1, vt citatur à Nonio. Vos vna æstate in Asia & Græcia gesta, literis idcirco continentia mandauimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. Sunt qui hoc loco legant velitatim à velite.

VELOCASSES, Populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Ligerim fluuium, quorum meminit Plinius lib. 4. cap. 18.

Vellus, Lana ex oue dẽpta & conglobata: ita dicta à vellendo, quòd ante inuentã tondendi rationem, lana soleret euelli. μῆλον, κώδιον. Ital. *Vello, lana.* Gal. *Toiſon.* Hisp. *El vellocino de lana.* Varro Rei rust. lib. 2. cap. vlti. Sole calidiore tonsa, ex eius sudore lana fit mollior, & ponderosior, & colore melior. Quam demptam & conglobatam alij vellera, alij vellumina appellant. Ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanæ vulsuram, quàm tonsuram inuentam. ¶ Frequentissimè tamen Vellera ponuntur pro lana nondum detonsa, sed adhuc in ipsis hærente pecudibus. Virgil. 3. Aeglo. Parcite oues nimium procedere: non benè ripæ Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccat. Idem 3. Georg. Relice, ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. Ibidem, circa finem, Nec tõdere quidem morbo illuniéque peresa Vellera nec telas possunt attingere putres. Ouid. lib. 7. Met. Sacra facit, cultrósque in gutture velleris atri Conicit, & patulas perfundit sanguine fossas. ¶ Nonnunquam etiam pro ipsis pellibus vnà cum lana ouibus detractis. Colum. lib. 7. cap. 4. Pelles eorum propter pulchritudinem lanæ maiore pretio quàm alia vellera mercantibus traduntur. Virg. lib. 7. Aenei. Centum lanigeras mactabat rite bidentes, Atque harum effultus tergo stratisque iacebat Velleribus. ¶ Vellera etiam propter similitudinem Virgilius posuit pro lana quæ apud Seres Scythiæ populos ex arborum frontibus depectitur. Ita enim habet lib. 2. Georg. Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres. Quæ etiam ipsas arborum frondes vellera interdum inuenimus appellata eo quòd iis vellantur arbores, quemadmodum velleribus oues. Ouidius de Nuce, At simul indumus nostris sua vellera ramis.

VELANI. Populi Alpini, D. Augusti auspiciis in populi Romani potestatem redacti, referente Plinio lib. 3. cap. 20.

Velo, velas, vide VELVM.

Velox, cis, Celeritã volando, quasi volox. ταχύς, ἀκύς, ῥᾴδιος. Ital. *Veloce, leggiero.* Gal. *Soubdain, leger, viste.* Hisp. *Ligero.* Plin. lib. 8. cap. 34, de Tarando, Velox saltu, venam viuens, innocuum homini, &c. Ouid. 1. de Ponto, Velox saltu, venam viuens, innocuum homini, &c. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 3, Sed piget ad pœnas princeps, ad præmia velox. Virg. 5. Aen. veloces iaculo cursúque fatigat. Ouidius 8. Metam. -nec fortibus illic Profuit armentis, nec equis velocibus esse. Idem 10. Meta. Et nihil est annis velocius. ¶ Velox pro velociter. Virgil. lib. 5. Aeneid. -ictum venientem è vertice velox Præuidit.

Velocitas, atis. Celeritas. ταχύτης. Ital. *Velocità, leggierezza.* Gal. *Soubdaineté, legereté.* Hisp. *Ligereza.* Plin. lib. 9. cap. 8. At mugilũ nihilo minus velocitas transilit. Cic. 2. de Finib. Quid si in ipso corpore multa voluptati præponenda sunt: vt vires, valetudo, velocitas, pulchritudo? Liui. 5. bel. Pun. Decem millibus peditum atque equitum quos in expeditione velocitate corporum, ac leuitate armorum aptissimos esse ratus est, electis, quarta vigilia noctis signa mouit.

Velociter, aduerbium, Celeriter. ταχέως. Ital. *Velocemente, leggiermente.* Gal. *Soudainement, legierement.* Hisp. *Ligeramente.* Mart. lib. 1. Quòdque magis mirum est, velociter exit ab hoste. Cic. Somnio Scipionis, Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc sedem & domum suam peruolabit.

Velum, veli, Integumentum, inuolucrum quo quid velatur, id est tegitur. ἱστίον, πέπλος, πέπλωμα. Ita. *Vela, velo.* Gal. *Voile.* Hisp. *El paramento para hazer sombra, vela, ò velo.* Varro à vellenbus dictum putat, quod ex quinni velleribus fierent vela quibus homines repebantur. Cic. 6. Ver. Tabernacula carbaseis intenta velis. Idem in Cati. Socij velis amicti, non togis. ¶ In nauibus item velum dicitur linteum quod circa malũ expansum, ventum excipit. id. Virg. 3. Aeneid. Interea classem velis aptare iubebat Anchises. Idem 1. Aen. Talia iactanti stridens Aquilone procella. Velum aduersa ferit. Plin. lib. 12. cap. 19, Vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant, vel impellant, non vela, non ratio vlla adiuuet. Ouid. 1. Fast. Diriget in medio quis mea vela freto? ¶ Date vela, est ventis se committere, & nauigare. Virg. 1. Aene. Vela dabant læti. Date vela ventis. Idem 4. Aene. -quos Sidonia vix vrbe reuelli, Rursus agam pelago, & ventis date vela iubebo? ¶ Dare vela retrorsum, est in diuersum mutare sententiam, vitæque institutum. Sumpta metaphora à nauigantibus, qui cursus eorum versis velis corrigunt. ¶ Vela dare famæ suæ, est non curare famam suam. ¶ Vela facere, idẽ quod expedire, seu expandere vela. Cic. 5. Verr. Cleomenes malum erigi, vela fieri, anchoras præcidi iubet. ¶ Per translationem vela facere, accipitur pro eo quod est toto conatu tem aliquam aggredi. Cicc. 4. Tusc. Vtrum igitur mauis? statimne nos vela facere, an quasi è portu egredientes, paulum remigare? Permittamus vela ventis, dixit Quintilianus in Præfat. Instit. hoc est editionis accipitem euentum, vtcunque cadet, experiamur. ¶ Velis, equisque, id est omni conatu, & mari, terráque. ἐκ παντὸς σθένους. Cic. 3. Offic. Quibus obsoletis Epicurus eiusdem ferè adiutor, autórque sententiæ. Quum his velis equisque (vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum erit. ¶ Velis, remisque, idem. Cic. 3. Tuscul. Terra enim res est, misera, detestabilis, omni contẽtione, velis (vt ita dicam) remisque fugienda. Vide in Chil. Erasmi.

Velifico, as. Velo nauigo, vela facio. ἱστιοδρομέω. Ital. *Nauicare à vele spiegate.* Gal. *Voguer, nauiger à voile desployée.* Hisp. *Nauegar haziendo vela.* Plin. lib. 9. cap. 33, Per summa æquora velificant. Proper. lib. 4. eleg. 10, Nauta per vrbanas velificabat aquas.

Velificor, passiuum. Iuuen. Sary. 3, Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax Audet in historia. id est circumnauigatus. ¶ Legitur & velificati, deponens: vt Velificari honori suo, id est velis, remisq; honori, & dignitari operã dare. Cic. de Lege Agr. Quòd si quis vestrũm spe ducitur, se posse in turbulẽta ratione honori velificari suo, &c. hoc est euadere ad summos honores non virtute & maiorum gloria, sed violenta quadam ratione. vt solet fieri ab his, qui quascunque fortunas temere experiuntur velis in altum elatis, nullo consilio quicquam facientes.

Velificatus, a, um, participium. Propert. lib. 2. eleg. 29, Vna ratis fati nostros portabit amores Cærula ad infernas velificata rates.

Velificatio, onis, verbale, Ipse velificandi actus. ἱστιοδρομία. Ital. *Essa nauicare à vele.* Gal. *Voguement, ou nauigation à voile desployée.* Hisp. *Nauegamiento haziendo vela.* Cic. ad Lẽtulum lib. 1, Quum verò id possis mutata velificatione assequi: stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem cœperis.

Velifer, ra, rum, Ferens velum. ἱστοφόρος. Ital. *che porta vela.* Gal. *Qui porte voile, ou é.* Hisp. *Cosa que tiene ò trae velas.* vt Carina velifera. Ouid. 15. Met. Hæc vbi velifera nauæ auertere carinam, &c. Malus velifer. Valer. Flac. 1. Argon. Palla da velifero quæ retentem brachia malo.

Velificus, adiectiuum. ἱστιοδρομικός. vt Velificus cursus, qui velis fit. ἡ διὰ ἱστίων ἐπιπομπὴ νεώς. Ital. *Corso di naue à vele spiegate.* Gal. *Le cours d'vne naure à voile desployée.* Hisp. *Carrida de naue haziendo vela.* Plin. lib. 15. cap. 11, Noctis, dicique velifico nauigij cursu. Idem lib. 6. cap. 17, Complures autem totam ipsius longitudinem x l dierum noctiúmque velifico nauium cursu determinauere.

Veliuolus, a, um, pen. cor. Propriè nauium est epitheton, quę, vt alis aues, ita velis quodammodo volitare videntur. ἱστιοδρομῶν. Ital. *che si nauica à vela.* Gal. *Qui nauige à voile, volant & courant à voile.* Hisp. *Cosa que buela ò nauega con velas.* Ouid. 4. de Ponto eleg. 1, Et freta veliuolas non habitura rates. Virg. 1. Aen. ad mare ipsum transtulit, Despiciens mare veliuolum, terrásque iacentes.

Veliuolantes naues, Cic. 2. de Diuin. ἱστιοδρομοῦντες νῆες.

Velo, las, per simplex l, Tego, operio. κατακαλύπτω, κρύπτω. Ita. *Coprire, nascondere.*

dere. Gal. *Voiler, couurir, cacher.* Hisp. *Cubrir con velo, esconder.*} Cic. pro Domo sua, Tu, tu inquam, capite velato, concione aduocata. Virg. 3. Aene. Et capita ante aras Phrygio velamur amictu. ¶ Nonnunquam vestire, inducere, &c. *ἐνδύειν, περιβάλλειν ἱματίοις.* Ouid. 3. de Arte. Cicero velatus amictu. Plautus, Multebri velatus toga. ¶ Hinc velati olim dicebantur, teste Festo, qui postea literis aliquot immutatis velites appellati sunt, quòd vestiti, non armati, exercitum sequerentur. ¶ Nonnunquam pro celare, abscondere. *κατακρύπτειν.* Plin. in Paneg. Agentibus tibi gratia, nihil velandum est. ¶ Hinc velanda corporis, pro pudendis posuit idem Plin. Epist. 110. Velatæ manus, id est velamenta supplicum præferentes. Plaut. in Amphit. Velatis manibus orant: ignoscamus peccatum suum. ¶ Composita huius verbi sunt Aduolo, euolo, deuelo, præuelo, & reuelo: quorum significata vide suis locis.

Velatus, a, um, participiũ, Velo ornatus, tectus, & opertus. {*ἐσκεπασμένος, κεκαλυμμένος.* Ital. *Coperto, velato.* Gal. *Couuert, voilé, caché.* Hisp. *Cubierto con velo.*} Cic. 2. de Natu. deor. At verò apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam Imperatores etiam seipsos diis immortalibus, capite velato, verbis certis pro Repub. deuouerent. Virg. 11. Aene. Iámque oratores aderant ex vrbe Latina, Velati ramis oleæ. Vbi Seruius, Velati, instructi, & ornati id est in manibus oliuę ramos tenentes. Cætera vide in verbo VELO, as.

Velamen, inis. Operimentum, tegmen, vestis. {*κάλυμμα, περικάλυμμα.* Ital. *Ogni sorte di coperta.* Gal. *Couuerture de quelque sorte qu'elle soit.* Hisp. *El velo, toda cobertura.*} Virg. 1. Aene. Et circumtextum croceo velamen acantho. Ouid. 6. Meta. -velamina Progne Deripit ex humeris auro fulgentia lato: Induitúrque artas vestes. Idem 2. Fast. Nymphæ velamina ponũt.

Velamentum, ti, Tegmen, operimentum, tunica, inuoluerum. {*κάλυμμα, χιτὼν, ἐπίπαστρον.* Ital. *Ogni sorte di coperta.* Gal. *Toute sorte de couuerture.* Hisp. *Toda cobertura.*} Vnde testiculorum tunicę velamenta à Celso appellantur. ¶ Velamenta item à Romanis dicebantur, quæ Græci vocant *ἐπίσπαστρα*, hoc est ea quæ supplices misericordiæ mouendæ causa præferebant: cuiusmodi erant rami olearum vittis obuoluti. Liu. Oratores ad Romanos cum infulis, & velamentis miserunt. Ouid. 1. Metam. Velamenta manu prætendens supplice, &c. Tacit. lib. 15, Mox velamenta & infulas pro muris ostendunt.

Velaria, rum. Vela erãt, quibus theatrum supernè tegebatur. ¶ Item theatrum ipsum, aliúsve locus velis tectus. {*ἱστόπλοια.* Ital. *Luoco coperto de vele.* Gal. *Lieu couuert de voiles ou tapisseries.* Hisp. *Lugar cubierto de velas.*} Iuuenalis Saty. 4. Et pueros hinc ad velaria raptos.

Velabrum, bri, pen. prod. *βέλαθρον.* Locus in vrbe iuxta Auentinum montem, in quo vela obtendebantur, sub quibus oleum & similia vẽdebantur. Plaut. in Cap. Quasi in Velabro olearij. Suet. in Cæs. Gallici triumphi die Velabrum præteruehens, penè curru excussus est, axe defracto. Horat. 1 Serm. saty. 3, Quum scurris fartor, cum Velabro omne macellum Manè donum veniant. Cice. Bruto lib. 15, In eóque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius vox Pontifices ad aram in Velabro facere soletis.

Velabrensis, velabrense. Martial. lib. 11, Vel Velabrensi massa recocta foco. ¶ Velabrensis caseus, qui in Velabro conficiebatur, cunctis præferendus. Martial. lib. 13, Non quemcunque focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.

Velut, Aduerbium similitudinis, idẽ valens quod sicut, vel quemadmodum. {*ὥσπερ, ὥστε.* Ital. *Si come.* Gal. *Comme, ainsi cõme.* Hisp. *Assi como.*} Cic. 2. de Finib. Non elogia monumentorũ hoc significant, velut ad portã. Idem de Arusp. respon. Si conabitur, eius conatum refutabo, velut hesterno die. ¶ Eiusdem significationis est Veluti. Cic. 1. de Nat. deor. Bestiæ quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. Quomodo autem hæc differant à quasi, ceu, & tanquam, fusè explicat Valla lib. 2. cap. 36.

Vena, æ, Conceptaculum sanguinis misti, confusique cum spiritu naturali, in quo, vt ait Gellius lib. 18. cap. 10, plus sanguinis, minus spiritus. {*φλὲψ, φλεβὸς.* Ital. *Vena.* Gal. *Veine.* Hisp. *La vena proprio lugar dela sangre.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Inter hos latent arteriæ, id est spiritus semitæ. His innatant venæ, id est sanguinis riui. Venæ suapte vi immobiles sunt, & sanguinis tantùm mittendi gratia explorantur. Arteriæ autem motu, atque pulsu suo habitum, & modum febrium demonstrant. Super arterias locantur venæ, præterquã in dorso, in quo magna arteria quæ Trachia dicitur, est posita super venam. ¶ Vena tamen aliquando pro arteria ponitur. Celsus lib. 2. cap. 6, Venis enim credimus, fallacissimæ reiquia sæpe istæ leniores, celeriorésve sunt & ætate, & sexu, & corporum natura. Ouid. 10. Metam. Saliunt tentatæ pollice venæ. Cic. de Fato, Si cui venę sic mouentur, is habet febrem, &c. ¶ Incidere venam dixit Cicero de Arusp. respon. pro eo quod est scalpello venam aperire, *φλεβοτομεῖν.* Concidere venæ dicuntur à Celso, lib. 3. cap. 6, quando arteriarum pulsus languidus fit. ¶ Tenere venas cuiusque generis hominum, ætatis, ordinis, &c. dixit Cic. 1. de Oratore, pro eo quod est vnius cuiusq; naturam pernoscere, & ingenium. ¶ Venæ quoque de arboribus dicuntur. Plin. lib. 16. cap. 38, In quatuordam arborum carnibus pulpæ, venæq; sunt. ¶ Ponitur aliquando vena pro ingenio hominis ad aliquid scribendum apto. Inue. saty. 7, Sed vatem egregium, cui non sit publica vena, &c. hoc est ingenium vulgare, & rude, commune cum aliis. ¶ Per translationem quoque venæ in terra dicuntur subterranei meatus per quos vnda manat, aut alius liquor. Hirtius 4 bel. Alex. Omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis habere venas. ¶ Venas quoque argenti, & venas auri dicimus. Cice. 2. de Nat. deor. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, &c.

Venosus a, um. Quod est venis turgentibus plenum. {*φλεβώδης.* Ital. *Pien de vene.* Gal. *Veineux, plein de veines.* Hisp. *Lleno de venas.*} Plin. lib. 12. cap. 13, Amomi vua in vsu est, frutice venoso. ¶ Transfertur etiam ad alia, vt ad orationem quæ tanquam corpus construitur, quod secum & sanguinem habet, & venas, & ossa, & neruos, & carnem, & toros, & robur, & colorem, decorémque. Vnde à Persio dictus est liber venosus pro aspero, duro, & horrido, quum ait saty. 1, Et nunc Brisei quem venosus liber Accii. Sunt quos Pacuuius, & verrucosa moretur Antiopa.

Venabulum, li, Telum quo venantes vtuntur, aciei lõgissimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus. {*σιδήριον, ἀκοντίον.* Ital. *Spedo da caccia.* Gal. *Vn espieu, vouge ou gouge.* Hisp. *Venablo, arma de montero.*} Mart. lib. 14, Si directa feres longo venabula rostro, Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.

VENAFRVM, pen. prod. *οἰναφόριον*, Ciuitas Campaniæ abundans oleis. Mart. lib. 13 Hoc tibi Campani fudabit bacca Venafri. Horat. 1. Carm. Ode 6, -vtridique certat bacca Venafro.

Venafranus, ad rectum: vt Ager Venafranus, oleum Venafranum, quod & Venafranum dicitur absolutè. Iuuenalis saty. 5, Ipse Venafrano piscem perfundi.

Venalis, & hoc venale, Venalitiarius, Venalitius, vide VENEO.

VENARIA. Insula est in mari Tusco: vt scribit Plinius lib. 3. cap. 6.

Venaticus, vide VENOR.

Vendico, as, penult cor. Approprio, & meum esse dico, mihique assumo. {*ἐπιλαμβάνεσθαι, ἰδιοποιεῖσθαι, περιποιεῖσθαι, αὐτίχρημα.* Ital. *Attribuirsi, appropriarsi qualche cosa.* Gal. *S'attribuer quelque chose, & en faire son propre.* Hisp. *Vsurpar ò apropriar à si.*} Plin. Epist. 47, Quam curam, etiamsi non mandasses, vendicassem. Cic. pro Archia, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 1, Vendicat vt Calais laudem quos fecit equorum. Cicero 1. Offic. Quoniã in eo studio ætatem consumpsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. Idem eodem libro, Non nobis solùm nati sumus, ortúsque nostri partem patria vendicat, partem amici.

Vendo, dis, ex venum & do, secundum Apuleium, abiectis u & m. Et construitur cum ablativo, si exprimatur pretium rei quæ venditur, vel cum genitiuis, pluris, minoris, tanti, quanti, & eorum compositis substantiuè acceptis. {*πωλεῖσθαι, πιπράσκειν, πωλεῖν, κατάδοσθαι.* Ital. *Vendere.* Gal. *Vendre.* Hisp. *Vender.*} Plaut. in Mere. Viginti minis opinor posse me illam vendere. Cice. 3. Offic. Vendo meum non pluris quàm cæteri, fortasse etiam minoris quum maior est copia. Quòd si addantur substantiua, statim in ablatiuos resoluuntur Et sicut nõ dicimus, Quanto vendidisti, sed quanti, ita non dicimus Quanti pretij vendidisti, sed quãto pretio. Varro tamẽ ablatiuo vsus est sine substantiuo, quũ ait, Veneunt propter penuriã magno. Et sanè rectè, quũ non sit ex quatuor illis exceptis, tanti, quanti, pluris, minoris. ¶ Huius compositũ est, Diuendo.

Vẽditor, oris. Qui vẽdit. {*πωλητής.* Ita. *Venditore.* Gal. *Vendeur.* Hisp. *Vendedor.*} Cic. 3. Offic, Vt nequid omnino quod venditor norit, emptor ignoret.

Venditio, onis, Actus vendendi. {*πρᾶσις.* Ital. *Vendita.* Gal. *Vente, vendition.* Hisp. *Obra de vender.*} Cic. pro Rosc. Amer. Ostendit, si sublata sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amissorum.

Vendito, as. Sæpe, seu continuè vendo. {*ἀποπιπράσκειν, κατάδοσθαι, πωλεῖν.* Ital. *Vender spesso.* Gal. *Vendre souuent, ou continuellement.* Hisp. *Vender amenudo.*} Plin lib. 22. cap. 22, Hæc est quam Aristophanes Euripidi poëtæ obiicit ioculariter: matrem eius, ne olus quidem legitimum vendidisse, sed scandicem. ¶ Venditare se cuiquam, cum datiuo, est per assentationem operam suam vltro spondere, & quasi venalem se ostentare. *ὑπέσχετο δὲ καὶ περιεμάχετο ἑαυτὸν ἅπασι, καὶ ἐπῄει ἑαυτὸν, ὥσπερ ἐπὶ πρᾶσιν.* Cic. Atti. lib. 8, Quomodo autem se venditant Cęsariis est quomodo se in clientelam Cæsaris tradunt, & in eius partes adiungunt. Liui. 3. ab Vrbe, In foro volitare, per illos se plebi venditare, donec collegæ quoque, &c. ¶ Venditare, interdum est venale habere, inquit Budęus. Plin. Epist. 24, Tranquillus contubernalis meus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur.

Venditatio, nis, verbale, Ostentatio. {*ἐπιδεικτικὸν, ἀλαζονεία.* Ital. *Auuantamento di qualche cosa.* Gal. *Vanterie & ostentation.* Hisp. *Obra de mostrar algo à vana gloria.*} Cic. 2. Tusc. Quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, & sine populo teste fiunt.

Venditarius, a, um, Venalis. {*πραστικός.* Ital. *Cosa posta in venditá.* Gal. *Venal, mis en vente.* Hisp. *Cosa que esta puesta para vender.*} Plaut. in Sticho, Neque aliud quicquam, nisi quod hoc habeo pallium, Præter vnam linguam quoque etiam venditariam.

Vendax, cis. Qui facilè, seu libenter vendit: sicut contrà Emax, qui proclivis est ad emendum. {*φιλοπράστης.* Ital. *Disposto à vendere, gran venditore.* Gal. *Grand vendeur, qui aime à vendre ou vend beaucoup.* Hispan. *El que mucho vende.*} Cato de Re ruit. cap. 2, Patremfamilias vendacem, & non emacem esse oportet.

Vendibilis, le. Quod facilè vendi potest. {*πιπρασκόμενος.* Ital. *Cosa facile da vendere.* Gal. *Vendible, qui est de bonne vente.* Hisp. *Cosa que se puede bien vender.*} Cic. in Rull. Accedent salicta ad Minturnas: adiungetur etiam illa via vendibilis Herculanea, multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ. Col. lib. 7. cap. 6, Dum possit esse vendibilis. Horat. 1. Epist. 17, Indotata mihi soror est, pauperula mater: Et fundus nec vẽdibilis, nec pascere firmus. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. Vendibilis culpa puella mea est. ¶ Per translationem ponitur pro populari, & vulgo grato. Cic. de Amic. Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendendus facilè vincebat. Id est plausibilem, & allectibilem. ¶ Aliquando pro vulgari. Cic. de Clar. Orat. Horum ætati propè coniunctus L. Gellius, nõ tam vendibilis orator, quàm vt nescires quid ei deesset.

VENEDI, Populi feri, in Germaniæ, & Sarmatiæ confinio. Tacitus de Moribus Germ.

Venenum, ni. {Ital. *Veneno, tosico.* Gal. *Venin, poison, bouquon.* Hisp. *Ponçoña à purga.*} Vocabulum medium est, quod tam in bonam quàm in malam partem sumi potest: quemadmodũ & *φάρμακον* apud Græcos. Verunque enim generale est ad ea omnia, quæ naturam eius, cui ipsa admouentur, possunt immutare. Vnde etiam salutaria medicamenta, venena dici possunt. Qui igitur venenum dicit (inquit Caius Iurisconsultus de verb. signi.) adiicere debet, vtrum bonum an malum. Hodie tamen venenum vix aliter quàm in deteriorem partem accipitur, pro deletcrio. Cic. in Catil. Qui tela vibrare, & spargere venena didicerunt. Idem de Clar. Orat. Fuit suspicio Themistoclem veneno sibi mortem conscisse. Plinius, Galbanum aduersatur venenis, maxime toxicis, cum myrrha, & vino. Colos quoque qui à vestibus imbibitur, quóve lanæ medicantur, per quandam similitudinem venenũ appellatur. Virg. 4. Geor. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. ¶ Ponitur aliquando venenum pro arte malefica. Cic. in Orat. Quum sibi venenis ereptam memoriam diceret: id est magica arte, vel alia malefica, inquit Budæus.

Venenarius, rij. Qui parat, vel conficit aut vendit venena. {*φαρμακευτικὸς, φαρμακοπώλης.*

φαρμακεύειν. Ital. *Auuenenare.* Gal. *Empoisonner.* Hisp. *El que dispone, ò vende ponçoñas.* } Apuleius, Qui venenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem argentum, sua custodit. Sueton. in Nero. cap. 33, Britannicum veneno aggressus est: quod acceptum à quadam Locusta venenariorum indice, quum opinione tardius cederet, &c.

Veneficus, ci, } φαρμακὸς, φάρμακος. Ital. *Chi auuenena ò incanta.* Gal. *Empoisonneur, sorcier.* Hisp. *El que haze hechizos.* } & Venefica. Qui & quæ venena conficit, & qui incantationibus, & ceteris malis artibus vtitur. φαρμακὶς, φαρμακίδιον. Cicero in Catil. Quis tota Italia veneficus. Idem 13. Philipp. Nimirum recte veneficum appellas, à quo tibi præsentem pestem videas comparatam. Ibidem, Veneficum audes appellare eum vitum, qui tuis veneficiis remedia inuenit? Ouid. Epist. 6. Barbara narratur reniſſe venefica tecum. ¶ Hinc triuenefica, id est excellens venefica. Plaut. Muſſas adhuc triuenefica?

Veneficus, adiectiuum. } ὁ ἢ ἡ φαρμακώδης, ὁ φαρμακοδιδάσκαλος, ὁ ἢ ἡ φαρμακοποιὸς, ἀλεξητήριος. Ital. *Chi auenena.* Gal. *Qui empoisonne.* Hisp. *Cosa que haze hechizos ò ponçoñas.* } vt Veneficus aspectus, id est veneno inficiens. Plin. lib. 28. cap. 3, Hominum monstrificas naturas, & veneficos aspectus plenius diximus, &c.

Veneficium, cij. Duo significat. } φαρμακεία, φαρμακεῖα. Ita. *Auuenatione, incantesimo, stregheria.* Gal. *Empoisonnement, sorcelerie.* Hisp. *Maleficio, como dispone la ponçoña para matar con ella, y darla, obra de hechizos.* } ¶ Aliquando enim accipitur pro crimine illo quo quis alterum veneno necat. Cice. pro Cluent. Altera tantummodo consuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem veneficij criminum. Tacit. lib. 12. Diligitur artifex talium, vocabulo Locusta, nuper veneficij damnata. ¶ Aliquando pro maleficis artibus, & vetito magiæ genere. φαρμακεία. Cice. de Clar. Orat. Idque veneficiis & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebat. Ouid. 1. de Remed. am. Ista veneficij vetus est via: noster Apollo Innocuam sacro carmine monstrat opem.

Venenifer, ra, rum, Venenosus. } ἰοβόλος. Ital. *Chi porta veneno.* Gal. *Qui porte venin, venimeux.* Hisp. *Que trae ponçoña.* } Ouid. 3. Metam. Iámque venenifero sanguis manare palato Cœperat.

Veneno, as, are, Inficere veneno. } φαρμακεύω. Ital. *Auuenenare.* Gal. *Empoisonner, envenimer.* Hisp. *Emponçoñar.* } Lucret. lib. 6 Vt spatium cœli quadam de parte venenet.

Venenatus, ta, tum, Venenosus, veneno infectus. } ἰοβόλος. Ital. *Auuenenato.* Gal. *Envenimé, empoisonné, venimeux.* Hisp. *Lleno de ponçoña.* } vt Venenata caro apud Cic. 2. de Nat. deor. Sic Venenata munera, Venenatũ pabulum, Venenatæ sagittæ, Venenatus morsus, Venenata sanies, Venenatum telum. Plin. lib. 8 cap. 58, In Italia moribus araneis venenatus est morsus. Cice. 2. de Diuin. Quum Ptolemæus familiaris eius in prælio telo venenato ictus esset, &c. Ouid. 14. Metam. Attonitum monstris vulgus pauet: illa pauentum Ora venenatis tetigit mirantia virgis.

Venenosus, sa, sum. Quod venenum habet. *Iódes.* vt Venenosus serpens.

Veneo, nis, veniui, vel venij, supino venum, quãuis analogiæ, compositionisq; ratio videatur exigere venicum, sicut reliqua composita à verbo eo. } πωλῶμαι, πιπράσκομαι, πέπραμαι. Ital. *Essere venduto.* Gal. *Estre vendu.* Hisp. *Ser vendido.* } ¶ Componitur enim ex dictione Venum, & verbo eo, abiectis duabus literis: quemadmodum fieri videmus in verbo eo, abiectis duabus literis: quemadmodum fieri videmus in verbo vendo. Sequitúrq; per omnia ferè coniugationem verbi eo. Sub voce tamen neutrali habet significationem verbi passini. ¶ Est enim veneo idem quod vendor: habétque eandem omnino constructionem. Nam ipsum quod venditur, in nominatiuo ponitur: & is à quo venditur, in ablatiuo cũ præpositione: & pretiũ, in ablatiuo sine præpositione. Cui autem venditur, in datiuo: vt Centum aureis numis à mangone veniebantur venditur, in datiuo: vt Centum aureis numis à mangone venie re mancipia mihi. Sed nonnunq; venditor, & pretium rei non explecantur. Plaut. in Menæch. Quibus hîc pretiis porci veneunt? Varro. Veneunt propter penuriam magno. Cice. pro Sext. Rosc. Amer. Primùm hoc videamus, cius hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerũt. Idem de Arusp. respon. Atque ei sese, cui totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Horat. 1. Serm. sary 5, -venit vilissima rerum Hic aqua. Claud. 1. in Eutr. Nõ pudet (heu superi) populos veniſſe sub hasta Vendétis. ¶ Apud antiquissimos legitur Veneor. Plautus apud Diomedem. Egóne illi veneat? Sunt qui hoc verbum in prima syllaba per æ diphthongum scribendum putent, vt differat à verbo venio, cui in multis temporibus & personis adeò simile est, vt solo sensu alterum ab altero possit dignosci. Quicquid id est, prima syllaba huius verbi producitur, quæ in verbo venio corripitur.

Venalis, venale. Quod venum expositum est. } ὠνητὸς, πραθησόμενος. Ital. *Cosa posta in vendita.* Gal. *Exposé en vente, qui est à vendre.* Hisp. *Cosa que esta puesta para vender.* } Cic. lib. 3. Offic. Venales quidem hortos se non habere dixit. Sallust. in Iugur. O vrbem venalem & citò perituram, si emptorem inueniat. ¶ Venales etiam, si nihil addas, serui intelliguntur qui ad vendendum sunt expositi. ¶ Venalis asscriptor, qui pretio emitur, pecunia comparatur. Cice. pro Domo sua. Denique ille Nouitius Ligur, venalis asscriptor, & subscriptor tuus, &c.

Venale, substantiuum, neutri generis. Id quod vẽditioni exponitur. Plin. lib. 6. cap. 22, Fluminis vlteriore ripa merces positas iuxta venalia tolli ab his, si placet permutatio. Alij primam huius dictionis diphthongo scribunt: de quo vide VENEO.

Venalitiarius, rij, masculini generis, Apud Varronem & Plinium dicitur mango, & nouitiorum seruorum negotiator. } αὐτηπωλοπαλλακοπώλης. Ital. *Venditore di serui.* Gal. *Vendeur ou maquignon de serfs ou esclaues.* Hisp. *Vendedor de siervos.* } Africanus, Mercis appellatione homines non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, sed venalitiarios appellari ait. Vlpian. lib. 21. Digest. Quia ergo venalitiarij seruos facilè decurri ad nouorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro nouitiis vendunt.

Venalitius, substantiuum, Idem quod venalitiarius, qui scilicet greges mancipiorum venales habet. αὐτηπωλοπαλλακοπώλης. Cicc. in Orat. Neque me diuitiæ mouent quibus omnes Aphricanos, & Lælios multi venalitij, mercatoréſque superarunt. ¶ Aliquando venalitius capitur adiectiuè, idémque significat quod venalis. Plin. lib. 35. cap. 8. Hoc est insigne venalitiis gregibus, opprobriúmque insolentis fortunæ. Sic Pomponius Iureconsultus lib. Digest. 24, Quòd ſi familiam domesticam vxoris, aut venalitiam parauit.

Venalitium, tij. Locus vbi mancipia venalia prostant, vel ipse grex venalium. } ἀνδραποδιστήριον, πωλητήριον. Ital. *Luogo dove si vendono gli serui, mercato de serui.* Gal. *Le lieu ou se vendent les serfs ou esclaues.* Hisp. *Mercado de siervos.* } Venuleius de Aedilitio edict. l. viti. Nam quicunque ex venalitio nouitiorum emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim eam è veteratorum numero esse.

VENERIS portus, Locus est in Galliæ & Hispaniæ confinio, vbi Pyrenæi montes iuxta mare desinunt. Autor Mela lib. 2, Ptolemæus ab insigni Veneris phano, ἀφροδίσιον, hoc est Veneris templum appellat.

Veneris gemma, Ex genere est amethystorum, roseum habens nitorem ex carbunculo in purpura refulgentem. ἀφρόδιτις, πυρόπαρ. Autor Plinius lib. 37. cap. 9.

Veneror, aris. Colo, honoro, cultu & obseruãtia prosequor: quod verbũ quidam dictum existimant, quasi veniam oro. } εὐδοκιμῶ, αἰδοῦμαι. Ital. *Honorare in riuerentia, honorare.* Gal. *Reuerer, auoir en reuerence.* Hisp. *Honorar y acatar.* } Virg. 1. Georg. In primis venerare deos, atq; annua magnæ Sacra refert Cereri. Idem 1. Aene. Templa dei saxo venerabar structa vetusto. Cic. 6. Verr. Quod in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verumetiam osculari solent. Idem 1. Tusc. Eiúsque inuentori & principi gratias exultantes agunt, eúmque venerantur vt Deum.

Venerans, tis, participium. σεβόμενος. Virg. 12. Aeneid. -& aram Supplicitèr venerans, demisso lumine Turnus.

Veneratus, a, um, aliud participium. } αἰδεσθεὶς, σεβασθείς. Ital. *Honorato.* Gal. *Reueré & honoré.* Hisp. *Honrado.* } Horat. 2. Serm. saty. 2, Ac veneratæ Cetes, vt culmo surgeret alto, &c. Poëtę tamen quandoq; veneratum pro venerabili ponunt. Virg. 3. Aene. Cursúsque dabit venerata sacerdos.

Venerator, oris, Cultor. } σεβαστὴς. Ital. *Chi fa riuerenza & honore.* Gal. *Qui a en reuerence, qui reuere & honore.* Hispan. *Honrador, que haze honra.* } Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2, Ille domus vestræ primis veneratur ab annis.

Veneratio, onis. Cultus & honor. } αἰδὼς, σεβασμός. Ital. *Riuerentia che si fa ad alcuno.* Gal. *Reuerance.* Hisp. *Obra de honrar.* } Plin. lib. 8. cap. 1. de Elephantis, Imò verò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia æquitas: religio quoque syderum solisque ac lunę veneratio. Cic. 1. de Nat. deor. Haber enim veneratione m iustam quicquid excellit.

Venerabilis. Qui cultu, & veneratione dignus est } σεβάσμιος, σεβασμιώτατος. Ital. *Degno di honore, venerabile.* Gal. *Venerable, digne d'honneur & reuerence.* Hisp. *Cosa que deue ser honrada.* } Plin. Iunior in Epist. Vir grauis, & ipsa senectute venerabilis Liu. 1. ab Vrbe, Venerabilis vir miraculo literarum, rei nouæ inter rudes artium homines. Mart. lib. 1, Hîc vbi conspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant. Ouid. 2. de Remedio am. Est prope Collinam templum venerabile portam. Virgil. 6. Aeneid. -ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ, longo pòst tempore visum.

Venerabundus, a, um, Cum veneratione aliquid faciens. } σεβόμενος. Ital. *Chi fa riuerentia.* Gal. *Qui fait reuerence.* Hisp. *El que haze honra.* } Curt. lib. 8, Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Liui. lib. 1 ab Vrbe, Quum perfusus horrore, venerabundúsque astitissem, petens precibus, vt contrà intueri fas esset. Abi, nuntia, inquit, Romanis, &c.

Venerandus, a, um. Idem quod venerabilis. } μεγαλοπρεπὴς, σεβάσμιος, αἰδέσιμος. Ital. *Venerabile, degno di honore.* Gal. *Venerable, digne d'estre reueré.* Hisp. *Cosa que deue ser honrada.* } Seneca, Vocẽ existimatione dignam, & omni seculo venerandam. Virgil. lib. 9. Aeneid. Te verò, mea quem spatiis propiotibus ætas Insequitur, venerande puer, iam pectore toto Accipio. Martial. lib. 1. Inde sacro veneranda petes palatia cliuo, Plurima qua summi fulget imago ducis.

Veneranter, Cum veneratione. } σὺν αἰδοῖ. Ital. *Con riuerentia.* Gal. *Auec reuerence, reuerantment.* Hisp. *Con honra y acatamiento.* } Apuleius, Et ab eo veneranter exceptus, paululum quieui.

VENETI, *Venitiani*, pen. corr. Populi sunt Italiæ, ab Henetis Paphlagoniæ populis, & Troianis oriundi, qui Troia euersa, cum magna manu Henetũm, duce Antenore in intimum maris Adriatici sinum peruenerunt, pulsíque Euganeis, qui inter Alpes & mare incolebãt, eas occuparunt terras: & vbi primum egressi sunt, oppidum condiderunt, quod de nomine relictæ patriæ appellauerunt Troiam. *Iuól.* Gens autem tota appellati sunt. Horum regio Venetia dicitur, Adratico mari proxima, & à Padi fluminis ostiis pòst Istriam vsque protensa. Insignes vrbes habet, Veronam, Vicentiam Patauiũ, & Venetias regionis totius caput. ¶ Sunt & Veneti alij ex Britonum genere, in Gallia Lugdunensi, ad Oceanum quorum frequens mentio est apud Cęsarem. Vulgò *Vennes.*

Venetiæ, *Venetia, Vinegia*, Ciuitas insignis in mari Adriatico, quam Veneti incolunt, quæ anno à natali Christi quinquagesimo quarto supra quadringentesimum condita fuit, quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam euertit. *Inóuq.*

Venetus, a, um, pen. corr. Quod è Venetiis est. *Iwτὸς.* vt Venetus color, qui (vt ait Vegetius) cæruleus est, & marinis fluctibus similis. } Ital. *Color bleuo.* Gal. *Bleu, de couleur bleue.* Hisp. *Color de La mar, verde ò pardo.* } A quo colore autigarum factio vna in circulibus certaminibus Veneta nominabatur. Et qui eo colore inducebantur, Venetiani dicebantur. Vegetius lib. 4. de Re militari, scribit exploratores in mari vestę Veneta esse induendos: & vela nauium exploratoriarum colore Veneto esse tinguenda, vt similitudine coloris marini facilius lateant, hostilésque oculos fallant. Hic color etiam Thalassicus, id est marinus dicitur. Græci enim θάλασσαν mare appellant. Vide ea quæ suprà annotauimus in dictione VERVGINEVS.

Venia, æ. Remissio culpæ, & condonatio erroris. } συγγνώμη. Ital. *Perdono.* Gal. *Pardon.* Hisp. *Perdon.* } Quint. in Gladiatore, Peccani, veniam peto. ¶ Quandoq; ponitur pro beneficio, indulgentia, & permissione. } συγχώρησις. Ital. *Combiato, permissione.* Gal. *Licence, permission, congé.* Hisp. *Paz, licencia.* } Cic. lib. 1. de Orat. Date nobis hanc veniam, σύγχωρεῖτε, vt quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. id est cõcedite. Terent. in Andr. Da pater veniam, sine te exorem. Cum venia hoc est cum pace tua, & te permittente. Sic cum venia legere, dixit Quintilianus lib. 10. cap. 1, pro eo quod est, non nimium rigidè examinare, sed inte

inter legendum ad quædã conuiuere. Sic Cic. pro Rosc. Amer. Cum venia audire dixit: Bonáq; inquit, cum venia verba mea audiatis. Idem de Natu. deor. Vt molestè ferrem tantum ingenium, (bona venia me audies) in tam leues sententias incidisse. Liu. Cum bona venia, quæso, audiatis, Patres conscripti, id quod eloquar. Hoc est, Audite me, & siquid dixero quod vobis displiceat, aut parũ gratũ sit, ignoscite. ¶ Habere veniam, pro ignoscere. Quintil. lib. 11. cap. 1. Nos institutionem professi, non solùm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus, ideóque paulò pluribus verbis debet haberi venia.

Venialis, veniale, Quod venia dignum est. {συγγνωστὸς. Ital. *Degno di perdono.* Gal. *Veniel, digne de perdon.* Hisp. *Cosa digna de ser perdonada.*} Macrobius, Si venialis erit ista translatio.

VENILIA, Nympha, vxor fuit Fauni, & soror Amatæ Latini regis coniugis, mater Turni. Virgi. 10. Aene. Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater, &c. ¶ Veniliam item antiqui Neptuni cõiugem appellarunt, à veniendo, (inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat.) quam eandem & Salaciam appellauerunt, ad naturam nimirum maris respiciẽtes, cuius fluctus modò ad terram veniunt, modò in salum abeunt. Meminit huius & Augustinus lib. 7. de Ciuit. Dei.

Venio, nis, nire, ventum, Notæ est significationis. {ἥκω, ἔρχομαι. Ital. *Venire.* Gal. *Venir.* Hisp. *Venir.*} Virgil. 6. Aeneid. Venisti tandem. ¶ Aliquando tamen ponitur pro Eo. Terentius, Nisi ego ad mercatum venio. Sic ecõtrario ire, pro venire. Terent. And. Ibam ad te. ¶ Admittit aliquando datiuum, qui resolui potest in accusatiuum mediante præpositione ad, vel in. Virgil. 1. Aenid. Hinc populum latè regem, belló que superbum, Venturum excitio Latij. ¶ Poëtæ tamen aliquãdo venire pro imminere vsurpant. Virgil. 7. Aeneid. Se satis ambobus Teucrisque venire, Latinisque. ¶ Aliquando pro crescere, prouenire. φύω. Item libr. 1. Georg. Hic segetes, illic veniunt fœlicius vuæ. Idem eodem lib. circa principium. Principio arboribus varia est natura creandis: Namq; aliæ, nullis hominum cogentibus, ipsæ Sponte sua veniunt, campósque & flumina latè Curua tenent. ¶ Aliquando pro portari, siue afferri. Plin. lib. 35. cap. 6. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & media inter has: eius quæ ex Africa venit, octoni asses. Cic. ad Brutum lib. 11. Quòd scribis, in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant, si per hostem licet, nõ erraris. ¶ Venite ab aliquo, est ab eius ædibus, vbi aderat, venire. Cic. pro Rosc. Comœd. Quia veniebat à Roscio, plus etiã scire quàm sciebat, videbatur. id est, è ludo vel è disciplina Roscij. ¶ Ad Arcesilaum veniamus, dixit Cice. 4. Acad. hoc est de Arcesilao loquamur. ¶ Venire aduersum, est venire obuiã. ¶ Quod venit in buccam. Cicc. Atti. lib. 1, Tu velim sæpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam venit scribito. Prouerbialiter, pro, quicquid in mentem veniet. ¶ Venire in cognitionem. Quintil. lib. 7. cap 3. Potest hoc genus in cognitionem venire Senatus. In cõfessum venit, id est notum & manifestum est. Plin Epist. 302. Vt necesse sit in ea re quæ & in confessum venit, & exemplis defenditur, deliberare. ¶ Venire in consilium alicuius, pro obtẽperare eius consilio. Cic. ad Att. lib. 10, Veniendúmne sit in consilium tyranni, si is alsqua de re bona deliberaturus sit. ¶ Venire in crimen. Terent. in Hecy. Hera in crimen veniet, ego verò in magnum malum, hoc est accusabitur. ¶ Venire in fidẽ alicuius, hoc est sese dedere. Liu. 6 belli Pun. Prodita breui sunt viginti oppida: sex vi capta: voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. ¶ Venire in flammam. Cic. ad Atti. lib. 16, Veniendũ est igitur vel in ipsam flammam: turpius est enim priuatim cadere quàm publicé. Hoc est oportet coniicere se in periculum. ¶ Fœliciter venit, pro euenit. Cic. ad Tiron. Emisse te prædium vehementer gaudeo, fœlicitérque rem tibi istam venire cupio. Venire viam. Cic. 3. Philipp. Quis nescierit venisse eam tot dierum tibi viam gratulatum? In vsum venire. Plin. lib. 24. cap. 11, Nec thus Latinum nomen habet, quum in vsum plurimis modis veniat. Vsus venit. Terent. in Heau. Et ne ego te (si vsus veniat) magnificè, Chreme, Tractare possim. Venire vsu. Cice. ad Attic. lib. 7, Nunc venit idem vsu mihi quod tu tibi scribis. Venire in religionem res aliqua dicitur, quum conscientiæ (vt vulgus loquitur) scrupulus de ea exoritur. Cic. 2. de Nat. deorum, Gracchus quum comitia nihilominus peregisset, rémque illam in religionem populo venisse sentiret, ad Senatum retulit. Venire in mentem, est succurrere, in animum incidere: neque solùm ad recordationem pertinet, verumetiam ad cõsiderationem & reputationem. ἐμπίπτω, ἐλθεῖν εἰς νοῦν. Terent. in Eunuc. Hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi. Virgil. 4. Aene. Nec venit in mentẽ quorum consideris aruis? Lucret. lib. 5. Et venit in mẽtem Solis, Lunæque viarum. Cice. 1. Verr. In mentem tibi nõ venit quid negotij sit causam publicam sustinere? Venire diuitiæ ad aliquem dicuntur, quæ morte cuiusquam ad eum deuoluuntur. Cic. pro Sexto Roscio, Ad quẽ morte Roscij diuitiæ venerunt. Venire ad manus, vel ad arma, est rem eò vsque progredi, vt pugna, vel bellum ex eo emergat. Cic. 6. Ver. Nonnunquam etiam res ad pugnam, & ad arma veniebat. Venire oratum, est orandi gratia venire. Cæsar 7. belli Gal. Legati ad eum principes Heduorum veniũt oratum vt maximè necessario tempore subueniat, summo esse in periculo rem.

Venitur, pen. prod. Impersonale. Plin. Epist. 190. Venitur ad me, cõsurgo. Ouid. 5. Fast. Seu quòd ad vsque decem numero crescente venitur. Vetitum est. Liu. 1. ab Vrbe, Ad Ianiculum fortè ventum erat. Ouid. 5. Fasto. Quò postquam ventum est, &c.

Veniens, tis, participium. ἐρχόμενος. Cice. ad Qu. Fratrem, Non enim sumus omnino sine cura venientis anni, etsi sumus sine timore. Virg. 5. Aene. Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

Venturus, a, um, Aliud participium. ἐλεύσομενος. Ouid. 3. de Arte, Venturæ memores iam nunc estote senectæ, Si nullum vobis tempus abibit iners. Virg. 4. Georg. Venturæque hyemis memores, æstate laborem Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Ventio, onis, verbale. {ἔφοδος, πάροδος, πρόσοδος. Ital. *Venuta.* Gal. *Venue.* Hisp. *Venida.*} Plaut. Trucul. Quid tibi huc ventio est?

Ventito, as, frequentatiuum ab inusitato vẽto, Frequẽter venio, identidem adeo. {φοιτάω. Ital. *Venir spesso.* Gal. *Venir souuent.* Hisp. *Venir amenudo.*} Plin. lib. 35. cap. 10, Gratior Alexandro Magno erat frequenter in officinam ventitanti. Cic. ad Atti. lib. 1, Dies ferè nullus est quin hic Satyrus domum meam ventitet. Catul. Epig. 8, Quum ventitabas quò puella ducebat.

VENONIVS, Historicus Romanus, cuius meminit Cice. in Epist. ad Atticum, conquerens se eius historiam non habere. Et iterum lib. 1. de Legib. vbi cum inter nudos & exiles scriptores recenset. Nam (inquit) post Annales Pontificũ maximorum, quibus nihil potest esse nudius, si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Venonium venias: quamquam ex his alius alio plus habet viriũ, tamẽ quid tam exile, quàm isti omnes?

Venor, aris, Feras indago, feris insidior, & quasi circunuenio. {ἀγρεύω, κυνηγέω, θηράω, θηρεύω. Ital. *Cacciare le bestie seluatiche.* Gal. *Venir, chasser aux bestes sauuages.* Hisp. *Montear ò cazar.*} Cic. ad Cælium lib. 2, De pancheris, per eos qui venari solent, agitur mãdato meo diligenter. Virg. 3 Geor. Et canibus leporẽ, canibus venabere damas. Plin. lib. 16. cap. 1, Fugientes enim mari pisces circa tuguria venantur. Cice. 2. de Natu. deorum, Canum tanta alacritas in venando. ¶ Per translationem Venari, capimus pro captare, hoc est artificio quodam, & solertia quærere. θηράω. vt Venor laudem, gloriam: quod etiã Aucupari dicimus. Cic. Atti. lib. 16, Bene igitur tu, qui διωνεύεσθαι venaris, relinquis patriam. ¶ Venari apros in mari, dixit Plaut. in Asin. pro eo quod est operam perdere, & frustra aliquid conari. ¶ Legitur etiam venari, passiuè pro captari, siue dolis impeti, circunueniri. θηράω. quod & Nonius annotauit, citans illud Ennij ex Nemæa, Teneor consepta, atque vndique venor.

Venatus, us, Ipsa venatio. {ἄγρευσις, θήρευμα, κυνηγεσία. Ital. *Caccia di seluatiche.* Gal. *Chasse de bestes sauuages.* Hisp. *Monteria, caça de fieras.*} Plaut. in Rud. Hunc qui cepi in venatu meo. Virg. 9. Aen. Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem. Ouid. Epistо. 5, Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos? Cice. 5. Tuscul. Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

Venatio, onis, Feratum persecutio. {ἄγρευσις, θήρευμα, κυνηγεσία. Ital. *Caccia di seluatiche.* Gal. *Chasse de bestes sauuages.* Hisp. *Monteria, caça de fieras.*} Cice. 2. Offic. Omnino duo sunt genera largorum: quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, venationúmque apparatu pecunias profundũt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut nullam sint relicturi omnino. ¶ Interdum venatio accipitur pro ipso apparatu aut comitatu venatorum. Liuius 5. belli Pun. 2, Conuenerat autem vt Philomenes portula assueta venationem inferens, armatos induceret.

Venator, oris, Qui feras persequitur. {κυνηγέτης, κυνηγός, θηρευτής. Ital. *Cacciatore.* Gal. *Veneur, chasseur.* Hisp. *Montero, cazador de fieras.*} Horat. lib. 1. Carm. Ode. 1, Manet sub Ioue frigido Venator, teneræ coniugis immemor. Cic. 2. Tusc. Pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patiuntur.

Venatrix, icis, Mulier feras persequens. {κυνηγὸς ἡ. Ital. *Donna cacciatrice.* Gal. *Veneuse ou veneresse, femme qui va à la chasse.* Hisp. *Montera y cazadora de fieras.*} Vir. 9. Aen. - comitem Aeneæ quem misérat Ida Venatrix, iaculo celerem, leuibúsque sagittis.

Venaticus, ca, cum, Quod ad venationem pertinet. {θηρευτικὸς, κυνηγετικός. Ital. *Cosa da caccia.* Gal. *De chasse, de veneur.* Hisp. *Cosa de monteria.*} Vnde venaticos canes dicimus, quibus feras persequimur. Varro 2. de Re rust. cap. 9, Canum duo genera: vnum venaticũ, & pertinet ad feras bestias, ac syluestres: alterum quod custodiæ causa paratur. Colum. lib. 7. cap. 12, De villatico igitur & pastorali dicendum est: nam venaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Cic. 6. Verr. Mirandum in modum cánes venaticos diceres, ita odorabãtur omnia, & peruestigabant. Canum venaticorũ elegantissimè excogitata nomina habes apud Ouid. 3. Metam. & apud Xenophontem in tractatu De venatione. ¶ Parasiti venatici. Plaut. Cap. Prolatis rebus parasiti venatici sumus.

Venatorius, a, um, Idem quod venaticus. κυνηγετικός. vt Venatoria instrumenta, quibus in venando vtimur. Culter venatorius, apud Martial. lib 14.

Venter, huius ventris, Tota illa pars corporis concaua, à mucronata cartilagine & nothis costis, vsque ad pubem extensa. {γαστήρ, κοιλία. Ital. *Ventre, lo stomaco.* Gal. *Ventre.* Hisp. *El vientre.*} Plin. lib. 9. cap. 50, Pisces attritu vẽtrium coëunt, tanta celeritate, vt visum fallant. Ibidem, Fœmina pisci coitus tempore marem sequitur, ventrem eius rostro pulsans. ¶ Venter, pro ventriculo, in quem cibus receptus, commutatur in chylum. γαστήρ, στόμαχος. Persius in Prolog. Saty. Magister artis, ingenique largitor Venter, negatas artifex sequi voces. Fames enim in superiori ventriculi orificio potissimum seuritur. Iuuenal. Saty. 5, Ventre nihil noui frugalius. Plaut. Capt. Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ Venter pro aluo. Gelsus lib. 3. cap. 18, Vbi ab infertore parte purgãdus aliquis est, ventrem eius antè soluendum esse: vbi à superiore, comprimendum. Colum. lib. 9. cap. 12. Nam & rithymalus maiorum quoque animalium ventrem soluit. ¶ Ventrem ferre, est esse grauidam. ἐν γαστρὶ ἔχειν. Colum. lib. 7. cap. 24, de vaccis, Nam decem mensibus ventrem perferunt.

Ventriculus, vẽtriculi, Cibi & potus receptaculum, primæque coctionis instrumentum, quod & Stomachum nonnulli appellant. {γαστήρ, γαστρίδιον, κοιλία. Ital. *Lo stomaco.* Gal. *Ventricule, petit ventre, l'estomach.* Hisp. *Estomago.*} Celsus lib. 4. cap. 1, Vẽtriculus autem, qui receptaculum cibi est, constat é duobus tergoribus: isque inter lienem & iecur positus.

Ventrale huius ventralis, neut. gen. Vestimentum ventrem contegens. {Ἐπιγαστρὶς ἐπίδυμα. Ital. *Vestimento che copre il ventre.* Gal. *Vn vestement qui couure l'estomach.* Hisp. *Vestidura de vientre, ò para cubrir el vientre.*} Plin. lib. 8. cap. 48, Patris mei memoria cœpere amphimalla vestra, sicut villosa etiam ventralia.

Ventriosus, a, um, Qui magnum habet ventrem. {γαστρώδης. Ital. *Chi ha gran ventre.* Gal. *Ventru, qui a grand ventre.* Hispa. *Cosa que tiene mucho vientre.*} Plaut. in Mercatore, Canum, ratum, ventriosum. Idem Afinaria, Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. Pro eodem nõnulli vtuntur ventricosus, interiecta inter duas vocales c consonante, quamuis primitiuum eam literam non habeat. Quod etiam in aliis nonnullis adiectiuis vsuuenire videmus: vt ab Arcadia fit Arcadicus, ab Italia Italicus.

Ventrosus,

Ventosior, 2. um, χαλαρώτερος, χαυλότερος. Idem Plin. lib. 14. cap. 22, de doliis loquens vinatiis, Ventosa ac patula minus vtilia.

Ventilo, las, pen. corr. Ventum excito, vt aliquid ardeat, aut coquatur. ξ ἀνεμόω, πνεύματόω. Ital. *Auentare, vannare.* Gal. *Esuenter, vanner.* Hispan. *Auentar como para trillada, ò hazer ayre con mosçador.* ξ Propert. lib. 4. Eleg. 3, Hanc Venus, vt viuat, ventilat ipsa facem. ¶ Ventilari frumentum dicitur dum in area ventilabro purgatur. λικμᾶσθαι. Plinius, Multi ventilare quoque granum vetant. ¶ Et ventilari vinum dicitur, pro eo quod dicunt *dare ventum vino*: vt sit, quum difficulter exit è dolio. Colum. lib. 12. cap. 30. Quo maior æstus erit, eo sæpius conuenit vinum nutriri, refrigerarique, & ventilari. ¶ Ventilare annulum, est è digitis exemptum manibus versare, & veluti vento perflandum exponere. Iuuena. Saty. 1, quum verna Canopi Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum. ¶ Huius compositum est Euentilo, de quo suo loco.

Ventilatio, onis, verbale. Actus ventilandi. ξ λίκμησις. Ital. *Suentamento.* Gal. *Esuentement.* Hisp. *Auentamiento.* ξ Plin. lib. 23. cap. 1, Innocentiores vuæ, quæ decerptæ diu pependere, qua ventilatione etiam vtiles fiunt stomacho, ægrisque.

Ventilator, ventilatoris. Qui ventilatione frumenta purgat, aut legumina: hoc est qui post tritturam fruméta aut legumina ventilabro in sublime eiaculatur, vt ventorum flatu grana secernantur à palea. ξ λικμητής. Ital. *Suentatore.* Gal. *Vanneur.* Hispa. *Auentador.* ξ Colum. lib. 2. cap. 10, Faba quæ longius emittetur, pura eò perueniet quò ventilator eam iaculabitur. ¶ Ventilatores apud Quintil. lib. 10. cap. 7, sunt præstigiatores, qui vt ventilatores grana quæ purgant, in ventum proiiciunt, ita rem quam tenent, manibus eiicere videntur. χειρονόμοι. Ita enim ait, Quo vsu constant mira illa in scenis pilatiorum, ac ventilatorum, vt ea quæ emiserint, vltro venire in manus credas, & quà inbentur decurrere.

Ventilabrum, bri, pen. prod. Instrumentum quo rustici frumenta, legumináve post tritturam sursum eiaculantur, vt ventorum flatu à paleis repurgentur: quem in vsum rustici hodie habent palas: quibus frumenta ita in sublime eiaculantur, vt aliò grana suo pondere, aliò paleæ, ventorum vi ferantur. ξ πτύον, λίκνον. Ital. *Ventaglio, ventilabro.* Gal. *Vn van, vn esuantoir.* Hispan. *El ventallo, ò instrumento para auentar para trillada, auentadero.* ξ Colum. lib. 2. cap. 10, Nam quum aceruus paleis granisq; mistus in vnum fuerit congestus, paulatim ex eo ventilabris per longius spatium iactetur: quo pacto palea quæ leuior est, citrà decidit: faba quæ longius emittetur, pura eò perueniet quò ventilator eam iaculabitur.

Ventus, ti, masc. gen. Exhalatio sicca (teste Aristotele in Meteoris) è terra resoluta cum aliqua virtute cælesti composita. ξ ἄνεμος, πνεῦμα. Ital. *Vento.* Gal. *Vent.* Hisp. *Viento.* ξ Cic. 2. de Diuin. Placet enim Stoicis eos anhelitus terræ qui frigidi sunt, quū fluere cœperint, ventos esse. Idem pro Cluentio, Mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. Virg. 1. Aen. Incute vim ventis, submersásque obrue puppes. ¶ Ventum (inquit Augustinus lib. de Quantitate animæ) nihil aliud quàm istum aërem cõmotum, ac agitatum esse sentimus. Quod in loco tranquillissimo, & ab omnibus ventis quietissimo, vel breui flabello approbari potest, quo etiam muscas abigentes aërem commouemus, flatúmque sentimus. Quod quum euenerit occultiore quodam motu cælestium, vel terrenorum corporũ per magnum spatium mundi, ventus vocatur, ex diuersis partibus cæli nomina etiam diuersa sortitus. Sunt autem quatuor præcipui venti, à quatuor mundi cardinibus flantes: quorum rursus singuli in ternos diuiduntur. Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus qui ad Septentrionem habet Vulturnum, à voluendis nubibus dictum: ad Meridiem Eurum: sic dictum, quia latè flat. Hi sunt calidi & sicci, quia sub sole diu morantur. In ortu diei salubres sunt, quia veniunt à regionibus temperatis. Ab Occasu æquinoctiali Fauonius est dictus, quòd foueat quæ nascuntur. Huic Circius proximus est ad Septentrionem, Zephyrus ad Austrum. Sunt isti temperatè frigidi & humidi, quia Sol paruam facit moram in Occidente, propterea nec multum calefacit illos, nec multum desiccat. In fine diei salubres sunt, quia à Sole tunc subtiliores redduntur. A Meridie Auster est dictus, quòd hauriat aquas. Huic ad Oriẽtem Notus est, qui Græcè sic dicitur ab humore: Africus ad Occidentem. Hi omnes quum calidi sint & humidi, nubes, pluuiásque inducunt, citant tempestates marinas, impediunt virtutes animales, & grauitatem corpori afferunt. A Septentrione Boreas est. Huic ad Orientem Aquilo surgit, ad Occasum Corus. Hi venti frigidi sunt & sicci, vnde corpora indurant, poros constringunt, humores purificant. ¶ Ventus operam dat, dixit Plautus In Milite, id est prosper est. ¶ Ventum popularem quærere in re aliqua, est populi plausum, & secundum rumorem, fauorémque inanem aucupari. ¶ Quatuor venti, pro quatuor cæli cardinibus, à quibus quatuor præcipui flant venti. Virgil. 4. Georg. Parietibúsq; premunt arctis, & quatuor addunt Quattuor à ventis obliqua luce fenestras. ¶ Ventus secundus pro secunda fortuna, μεταφορικῶς. Cic. Attic. lib. 2. Quid si etiam Cæsarem, cuius nunc venti valde sunt secũdi, reddo meliorem? ¶ Ventus, pro procella & turbine in Repub. Cic. in Pison. Neque tam fui timidus, vt qui maximis turbinibus ac fluctibus Reipub. nauem gubernassem, saluámque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam pertimescerem: alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas.

Ventulus, diminutiuum, Lenis, & exiguus ventus. ξ ἀνεμίδιον. Ital. *Piccial vento.* Gal. *Petit vent.* Hispa. *Pequeño viento.* ξ Terent. in Eunuc. Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum lauamur.

Ventosus, a, um, Vento plenus. ξ ἀνεμώδης, φυσώδης. Ital. *Pieno di vento.* Gal. *Venteux.* Hispan. *Cosa de mucho viento.* ξ vt Ventosus aër, apud Plin. lib. 2. cap. 18. Ventosi folles. Virgil. 8. Aeneid. -alij ventosis follibus auras Accipiunt reddúntque. Fornax ventosa, id est vento expolita. Cato cap. 38. Vbi satis foderis, tum fornaci locum facito, vt quàm altissima, & quàm minimè ventosa fiet. ¶ Per translationem accipitur pro tumido, inflato, vano, & inani. κενός. vt Ventosa verba, id est inflata quidem & tumida, cæterum sine vllo pondere & effectu. Ventosa natio, id est leuis, & vana. Plin. in Paneg. Superbiebat ventosa, & insolens natio. Ventosa gloria. κενοδοξία. Virgil. 11. Aeneid. Iam noscens, ventosa ferat cui gloria fraudem. Horat. 1. Epist. 19, Non ego ventosæ plebis suffragia venor Impensis cœnarum, & tritæ munere vestis.

Venucula, Vuæ genus, quod in ollis conditum, quamdiutissimè incorruptum seruabatur. Colum. lib. 3. cap. 2, Item quorum vuæ temporibus hyemis durabiles vasis conduntur, vt venuculæ, vt nuper in hos vsus exploratæ Numesianæ. Plin. lib. 14. cap. 2, Veniculam appellat per tertiam vocalem in secunda syllaba, Veniculam (inquit) inter optimè defloriscentes, & ollis aptissimam. Campani malunt Sirculam vocare, alij Staculam. Philippus Beroaldus vtrobique Venunculam, legendum existimat: quemadmodum & apud Horatium in præceptis Catianis: Venuncula conuenit ollæ. ¶ Venuculum, farris genus, clusino ponderosius. Colum. lib. 2. ca. 6, Far quod vocatur venuculum rutilum, atque alterum candidum, sed vtrumque maioris ponderis quàm clusinum. Quo in loco Ruellius legit Vermiculum: nonnulli etiam Vernaculum: quam lectionem etiam Plinio teste tueri conantur, quem aiunt Vernaculum inter adorei genera enumerare: quod tamen nos apud Plinium inuenire non potuimus. Verùm illi acutiores fuerũt, qui viderunt quod nusquam erat. Eo tamen in loco Ruellius legit Vermiculum, ex Plinio fortasse, qui lib. 22. cap. 25, ait in farre vermiculum esse tetedini similem, qui dentibus vitiatis medeatur. Verùm quid si vernaculum legatur: quum idem Plinius far adoreum vernaculum appellari affirmet?

VENVLVS, apud Virgil. lib 8. & 11. Aeneid. Nomen est vnius ex Latinorum proceribus, qui in Magnam Græciam legatus missus, vt Diomedem in belli societatem asciscaret, re infecta rediit.

Venum, Aliqui aduerbium esse putant, quemadmodum & Pessum: vsurpatur tamen pro supino verbi Veneo: admittitq; secum præcipuè hæc verba, eo, do, expono, & fortassis nonnulla alia. Est autem venum ire, idem quod vendi. Venum dare, idem quod vendere: pro quo etiam vnica dictione composita dicimus Venundare. Liuius. Se venum à primoribus datos. Idem lib. 3. Tum etiam legem fecerunt sanciendo, vt qui Tribunis plebis, Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad ædem Cereris, liberi, liberæque venum irent: id est venderentur. Sallust. in Iugur. Quippe cui omnia venum ire in animo hæserat. Vbi illud notandum est, quòd dicimus, Venum ire, non venum iri, sicut Vapulatum ire, non iri: quia venum & vapulatum semper sunt passiuæ significationis, ne duo passiua copulentur. In cæteris verò quæ ambigua sunt, quòd actiuè & passiuè accipi possint, ad distinguendum sensum accomodamus infinitum hoc vel actiuum, vel passiuum: vt ideo te amatum ire, vel iri, quia talia supina sunt ancipitis significationis.

Venundo, das, ex venum, & do, Idem quod vendo. ξ πωλέω, πιπράσκω, ἀποπωλέω, ἐκπωλέω. Ital. *Vendere.* Gal. *Vendre, mettre en vente.* Hisp. *Vender.* ξ Cic. 3. Offic. Quum in venundando rem eam sciisset, nec pronuntiasset emptori. Plin. lib. 35, Octoginta talentis venundatas.

Venundatio, onis, Idem quod venditio. ἀποπώλησις.

VENVS, Veneris, Ab antiquis amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum, voluptatúmque omnium habita est dea: sic dicta à veniendo, quòd ad omnes res veniat, vt autor est Cic. 2. de Nat. deor. ἀφροδίτη, κατὰ τὸ γένεσθαι. Hanc Poëtæ ex spuma maris, & Cæli testiculis natam fabulantur, à Saturno excisis, & in mare proiectis: vnde & ἀπὸ τῶν ἀφρῶν, hoc est à maris spuma, Aphroditem appellarunt. ¶ Est item Venus vna errantium stellarium, inter Solis & Mercurij sphæras sita, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegraditur Solem: quum autem subsequitur, ἕσπερος, Vesper, & Vesperugo. ¶ Ponitur etiam Venus pro libidine, & re ipsa venerea, quam & Græci ἀφροδισιασμὸν dicunt. Terent. in Eunucho, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Seneca, Quòd in venerem pronior esset. Virgil. 2. Georg. Frigidus in venerem senior, frustrá que laborem Ingratum trahit. Plin. lib. 24. ca. 9, Ad venerem impetus inhibent. Ouid. 1. de Arte, Nos venerem tutam, concessáque furta canemus. ¶ Interdum pro pulchritudine, venustate, ornatu, elegantia. εὐχαριστία, χαριεντισμός. Quintil. lib. 6. cap. 4, Quod cum gratia quadam & venere dicitur. Idem lib. 10. ca. 1, Isocrates omnes dicendi veneres secutus est. ¶ Est præterea Venus talorum iactus venerius, & quatuor consurgens talis, diuersam faciem ostendentibus. Sueton. in August. cap. 71, Talis enim iactatis, vt quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos qui Venerem iecerat. Venerum quatuor meminit Cic. lib. 3. de Natu. deor. cuius verba sunt. Venus prima Cælo, & Die nata, cuius Elide delubrum videmus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia Ioue nata, & Iunone, quæ nupsit Vulcano, sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Cyróque concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. Hæc ille.

Venereus, a, um, siue Venerius, Quod ad Venerem pertinet. ἀφροδισιακός. vt Venereæ voluptates, Venerea res. Plin. lib. 24. cap. 9, At venereæ rei impetus inhibent. Venereus homo, Veneri consecratus. Cic. pro Cluent. Quúmque item, vt in Sicilia permulti Venerei sunt, sic illi Latini in Martis familia numerarentur.

Venustus, a, um, Quod in se habet venustatem. ξ εὐμορφότατος, ἐπίχαρις, χαρίεις, εὔχαρις. Ital. *Molto gratiato.* Gal. *Fort beau, gentil, joli, braue, qui a bonne grace.* Hisp. *Hermoso con gracia.* ξ vt Venustus homo, & Venusta oratio: sicut Lepidus homo, & Lepida oratio. Catul. de passere, Lugete ô Veneres, Cupidinésq;. Et quàtum est hominum venustiorum. Cic. de Clar. Orat. Gestus & motus corporis ita venustus, vt tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur. Idem 2. de Orat. Sed quum omnium sis venustissimus, & vrbanissimus, &c. Venustus vultus, ingenuus, elegans. Terent. in Andr. Et vultu Sosia adeò modesto, adeo venusto, vt nihil suprà. Lepidus autem & Venustus ita inter se differunt, quòd Venustum vocamus (vt ait Quintil. lib. 9. cap. 4.) quod cum gratia quadam, & venere dicitur: lepidum, quod rotunditate quadam & breuitate, atque acumine verborum delectat. ἐπιχαρὴς, ἐπιφυὴς.

Venustè, aduerbium. ξ χαριέντως, καλῶς, ἁβρῶς. Ital. *Gratiatamente.* Gal. *Gentement, brauement.* Hisp. *Hermosamente, con gracia.* ξ Celius ad Cic. lib. 8, Qua in re mihi videtur illud perquàm venuste cecidisse.

Venustulus, dimin. ξ χαριεντίσκος, γυναικεῖον ἐπιφυὲς. Ita. *Alquãto bello & gratiato.* Gal. *Gentillet, joliet, d'assez bonne grace.* Hisp. *Vn poco hermoso.* ξ Plau. in Asin. -cõpellando blanditer, Osculãdo oratione vinula, venustula.

Venustas, atis, Pulchritudo, formę elegãtia, gratia aspectus. ξ εὐχαριστία, χαριτότης,

χαρὸν ἔαρος. Ital. *Bella, buona gratia, buoneza.* Gal. *Gentillesse, beauté, bonne grace, beauté.* Hisp. *Hermosura con gracia.* } Cic. 1. Offic. Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine Idem in Oratore, Vultus multam affert tum dignitatem, tum venustatem. Firmicus lib. 4. Matheseos, Si Luna à Ioue desluat ad Venerem, facit venustos, & quibus ex venustate potestas maxima comparetur. ¶ Accipitur etiam venustas, pro lepore siue gratia dicendi, & venere, amabilique suauitate. χαριεντισμὸς, vt γελοιότης. Cic. 1. de Orat. Dicendi vis egregia summa festiuitate, & venustate coniuncta proficit. Idem 7. Ver. Iste autem homo venerius & affluens omni lepore & venustate, &c. Quintil. lib. 4. cap. 2, Commendatur expositio venustate. Cice. 1. de Orat. Tum ea denique vestire atque ornare oratione, post meditoria sepire, ad extremum agere cum dignitate & venustate.

Venusto, as, Otus. ἐξωραΐζω. Ital. *Adornare, far bello.* Gal. *Faire beau & gentil.* Hisp. *Adornar con gracia, hazer hermoso.* } Huius contrarium est Deuenusto. Gell. Tanquàm pulchritudinis sibi insignia deuenuster.

VENVSIA, siæ, ἡ Οὐενουσία Ptolemæo, Oppidum Appulorum Dauniorum, non procul à finibus Lucaniæ, patria Horatij Poëtæ, qui ab eo dictus est Venusinus. Meminit huius oppidi Plin. lib. 3. cap. 11.

Vepres, huius vepris, Spinæ genus nocentioribus aculeis, quibus tenaciter prætereuntium vestibus adhæret: vnde & nomen accepisse existimant, quòd vehementer prehendat. ἄκανθα. Ital. *Spine.* Gal. *Espines, espinaye.* Hisp. *Las espinas.* } Ouid. lib. 5. Metamor. Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit Ora canum. Horat. 1. Epist. 17, Corna vepres, & pruna ferant: & cornus & ilex. Virgil. 8. Aen. Sparsi torabant sanguine vepres. Cic. 5. Tusc. Septum vndique, & vestitum vepribus.

Veprecula, læ, diminutiuum à Vepres, idem significans quod spinula. ἀκανθύλιον. Ital. *Picciola spina.* Gal. *Petite espinaye ou petite espine.* Hisp. *Pequeña espina.* } Cic. pro Sestio, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere.

Vepretum, ti, ἀκανθών. Ital. *Luoco pieno di spine.* Gal. *Espinaye, lieu plein d'espines.* Hispan. *Espinal, lugar de espinas.* } Locus vepribus plenus. Colum. lib. 4. cap. 32, Fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodis quàm mediis agris deponitur.

Ver, huius veris. ἔαρ. Ital. *Primauera.* Gal. *Le printemps, le renouueau* Hispa. *El verano quarta parte del año.* } Anni quadripertiti pars temperatissima: ita dicta à virore, teste Varrone lib. 5. de Ling. Latina, quod tum virgulta virere incipiant: siue à vertendo, quòd tunc vertere se incipiat anni tempus: siue ab eo quòd Iones ἦρ dicunt, pro eo quod communi lingua dicitur ἔαρ. Cice. 7. Verr. Quum autem ver esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat: sed quum rosam videtat, tum incipere ver arbitrabatur. Diuiditur autem ver, vt cæteræ anni partes, in portiones tres: in Ver nouum, siue primum, adultum, & præceps. Nam quum vernum tempus sit trimestre, primus mensis primo, siue nouo veri assignatur: secundus adulto tribuitur, tertius præcipiti siue cadenti. Virgil. 1. Georg. Vere nouo, gelidus canis quum montibus humor Soluitur. Plin. lib. 10. cap. 29, Lusciniæ pariunt vere primo quum plurimum sena oua. Liuius, Primo vere exercitum moturus erat. ¶ Ver sacrum, sacrificij genus erat apud Italos, quo diis immolabatur quicquid proximo vere apud ipsos natum esset. Quam consuetudinem à Sabinis ortam putat Strabo lib. 5, qui aduersus Vmbros quum aliquoties infœliciter pugnassent, Marti votum fecerũt, si victoria potiri contingeret, se illi consecraturos quicquid proximo vere apud ipsos nasceretur. Quare quum re bene gesta in patriam essent reuersi, omnẽ pecoris prouentum Marti immolarunt: liberos quoq; eo vere natos, quoniã crudele videbatur occidere, Martis ministerio consecrarunt, posteáq; adultos, velato capite, extra fines suos exegerunt. Quondam (inquit Sisenna lib. 4. Histo.) Sabini feruntur vouisse, si res communis melioribus locis constitisset, se Ver sacrum facturos. Liuius lib. 4. ab Vrbe, Ver sacrum factum erat priore anno M. Porcio, & L. Valerio c o s s. Id quum P. Licinius Pontifex non esse rectè factum collegio primùm, deinde ex autoritate collegij Patribus renuntiasset, de integro faciendum arbitratu Pontificum consuerunt, ludósque magnos, qui vnà voti essent, tanta pecunia, quanta assoleret, faciendos.

Vernus, a, um, Quod est veris. ἐαρινὸς. Ital. *Di primauera.* Gal. *Du printemps.* Hisp. *Cosa de verano.* } vt, Verni flores, Vernum æquinoctium. Plin. lib. 10. cap. 31, Oscines non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum. Ouid. 3. Trist. At mihi sentitur nix verno sole soluta. Horat. de Arte, ô ego læuus, Qui purgor bilem sub verni temporis horam. Cice. 5. Tusc. Alia verno tempore tepefacta frondescunt. Idem de Senect. Breue enim tempus ætatis satis est longum ad benè honestéq; viuendum: sin processeris longius, non magis dolendum est quàm agricolæ dolẽt præterita verni temporis suauitate, æstatem autumnúmque venisse.

Vernalis, nale, Quod est veris. ἐαρινὸς. Ital. *Di primauera.* Gal. *Du printemps.* Hisp. *De verano.* } August. lib. 7. de Ciuit. Dei, Propter vernalem quippe faciem terræ quæ cæteris temporibus est pulchrior, Porphyrius philosophus nobilis Atyn florem significare perhibuit.

Verno, as, Pullulo. θαλλεύω. Ital. *Fiorire, ò verdeggiare da primauera.* Gal. *Fleurir, bourgeonner, ou verdir sur le printemps.* Hisp. *Florecer ò hazer verano.* } Martial. lib. 2, Dum tibi vernarent tenera lanugine malæ. Id est pilos emittere inciperent, & tenera quadam lanugine ætatis florem præ se ferrent. A Vere deductum verbum, quo tempore omnia renasci conspiciuntur. ¶ Aliquando pro canere. Plautus, Dum auiculæ vernant. Quippe verno tempore omnia lætari videtur. ¶ Ponitur aliquãdo pro splendere. Plin. lib. 8. cap. 27, Anguis hyberno situ membrana corporis obducta fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidúsque vernat.

Vernans cælum, Vernam quandam temperiem præ se ferens. Plin. lib. 7. cap. 2, Salubri cælo, sempérque vernante. Vernans ager, pullulans, floridus, vitidis, lætus. Martial. lib. 9.

Vernatio, onis, Corium verus, quo serpentes verno tempore exuuntur, quod & Senectus dicitur. ἀλλαγὴς. Ita. *Scorza che lassia la bistia à primauera.* Gal. *La vieille peau d'vne couleuure, qu'elle deuest au printemps.* Hisp. *Hollejo de la culebra.* } Plin. lib. 29. cap. 6, Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibum sumptis anguillarũ modo, aut vernatione, quam exuunt, pota. ¶ Nonnunquam verbalis significationem retinet, actum ipsum exuendæ cutis significans. ἡ τῶν ὄφεων ἀλλαγή. Ital. *Tempo della primauera.* Gal. *Le temps du renouueau.* Hisp. *Tiempo del verano.* } Plin. lib. 30. cap. 3, Anguinæ vernationis membrana cum oleo, tedæque resina calefacta, auribus prodest. Plin. lib. 29. cap. 5, Membrana, siue senectus anguium vernatione exuta cum cancro masculo trita.

Veratrum, tri. } Ital. *Veratro herba.* Gal. *Verart ou ellebore.* Hisp. *Vedegambre.* } Herba est quam Græci vocant ἐλλέβορον, vehementem habens vim purgandi, educendíque humores noxios, principis animæ facultatum sedem infestantes: vnde melancholicis & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus. Pers. Satv. 3, -non est hic Ilias Acci Ebria veratro. Dictum autem putatur Veratrum à vertenda mente. Eius duo sunt genera, album & nigrum: de quibus satis multa dicta sunt suprà in dictione HELLEBORVM.

Verax, Vide VERVM.

VERBANVS, Vulgò *Lago Maior*, Lacus Cisalpinæ Galliæ, Ticinum ex Alpibus defluentem accipiens, & eundem in Padum transmittens. Nunc *lacum maiorem* appellant. Plin. lib. 9. ca. 18. Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium, Larius & Verbanus appellantur, in quibus pisces omnibus annis Virgiliarum ortu existunt, squamis conspicui crebris, atq; præacutis, clauorum caligarium effigie, nec amplius quàm circa eum mensem visuntur.

Verbascum, Herba est duo summa habens genera, album & nigrum, folij colore distincta. φλόμος. Ital. *Tasso barbasso.* Gal. *Bouillon blanc, ou bouillon noir.* Hisp. *Verbasco ò gordolobo.* } Galli *Boulionem album, & nigrum* appellant. Candidum rursus in marem & fœminam diuiditur. Fœmina folia habet brassicæ, sed hirsuriora, latiora, & candidiora: caulem cubitalem, candidum, & leuiter pilosum: florem album aut suppallidum: semen nigrum: radicem longam, acerbam, digitali crassitudine. Nascitur in campestribus. Mari folia candicant, sed longiuscula sunt & angustiora quàm fœminæ: caulis quoque tenuior. Verbascum verò nigrum omnia huic paria habet, folia tantùm latiora minúsque candida. Est & syluestre verbascum, altum virgis arboreis, folia saluiæ, orbibus virgas cingentibus, vt marrubium, flore luteo, fulgore auri. Vide Plin. lib. 25. cap. 10.

Verbena, næ siue Verbenaca. Herba est ramulos habens cubitales, angulosos, in quibus ex interuallis folia quercus, sed minora, angustiáque, eisdem diuisuris in ambitu, colore aliquatenus cæsio: radicem autem longam, tenuem, flores purpureos, & graciles. ἱεροβοτάνη. Ital. *Herbena.* Gal. *Verueine.* Hisp. *La grama yerua, verbena.* } Galli ex Latino vocabulo litera tantum vna immutata, *Vernenam* appellant. A Græcis etiam hierobotane ἱερὰ βοτάνη Dioscoridi dicta est, propterea quòd ad multos sacrorum vsus ea vterentur. Plin. lib. 25. cap. 9. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quàm hierobotane. Aliqui peristereona, nostri verbenacam vocant. Hæc est quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa verritur, domus purgantur, lustrantúrque. Hæc ille. Peristereona autem Græci idcirco appellarunt, quòd plurimum in ea manfitent columbæ. ¶ Καθαγισμοὺς tamen quaslibet herbas & frondes festas, ad aras coronandas ex puro loco decerptas, Verbenas appellamus, quasi herbenas: quod & Donatus annotauit in locum illum Andriæ Terentianæ, Ex ara verbenas hinc sume. Quo profecto in loco Terentius non videtur intellexisse herbam illã, quam proprié Verbenam appellari diximus, quum apud Menandrum, à quo illa transtulit, μυρσίνη, hoc est myrtus legatur. Plin. lib. 22. cap. 2, verbenarum, & sagminum nomine idem significari ait, hoc est gramen ex arce cum sua terra euulsum: iisque semper vsos legatos, quum ad hostes clarigatum mitterentur: indéque vnum ex iis, qui verbenas ferret, Verbenarium fuisse appellatum.

Verbenaca æ, Herba prorsus eadem cum verbena: de qua satis multa in dictione præcedenti. καθαγισμοὺς, ἱερὰ βοτάνη.

Verber, is, Instrumentum verberandi (inquit Valla lib. 6,) longum, & exile, qualis est virga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo. & siquid est simile. μάστιξ, αἰκισμὸς. Ital. *Verga lunga da battere alcuno.* Gal. *Verge longue & deliée, fouet.* Hisp. *Vara para herir ò hostigar.* } Virgil. 3. Georg. Illi instant verbere torto. Cic. 7. Verr. Ne catenæ, ne verbera, ne secures, ne cruciatus sociorum. Plin. lib. 8. cap. 9. Domantur autem rabidi fame & verberibus. Terent. Andr. Verberibus exsum te in pistrinum Dane dedam vsque ad necem. ¶ In vitibus quoque & arboribus Verbera dicuntur, teneriores virgæ, longitudine & flexibilitate sua flagrorum speciem referentes: vnde & flagella à rei rusticæ scriptoribus appellantur. Quintilianus Declamat. vlt. Ignéque ex proximo raptos, verberáque, quæ casus obtulerat in vado. ¶ Verbera nonnunquam pro ipsa verberatione, siue pro ictibus accipimus. πληγαὶ, αἰκισμοί. Virgil. 3. Georg. Ac neque eos iam frœna virũm, nec verbera sæua, Non scopuli, rupésque cauæ, atque obiecta retardant Flumina, &c. Terent. Heaut. Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. Radiorum verbera. Lucret. lib. 1, -quoniam mitescere multa videbant Verberibus radiorum, ac æstu victa per agros. Ventorum verbera vitare, apud eundem lib. 5. Linguæ verbera, obiurgationes. λοιδορίαι. Horat. 3. Carm. Ode 12, Aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ.

Verbero, as. Cædo verbere. Sic enim à verbere fit verbero, quomodo à fustis, fustigo, à flagellum, flagello. μαστιγόω, πληγὰς ἐπιφέρω. Ital. *Battere.* Gal. *Batre, fouetter, frapper.* Hisp. *Açotar con açotes* } Cic. 7. Verr. Quæ quũ apud te diceret, virgis oculi verberabantur. ¶ Verberari etiam verbis quis dicitur, quoniam (vt testatur Nonius) non solùm verberare à verberibus dictum, sed etiam à verbis. Plaut. in Trucul. Me illis quidem hæc verberat verbis. ¶ Verberare conuitio, vel iniuria, est lacessere. Cic. filius ad Tironem lib. 16, Verberaui te cogitationis tacito duntaxat conuitio. ¶ Huius composita sunt, Aduerbero, diuerbero, euerbero, reuerbero, & transuerbero: quorum significata explicauimus suis locis.

Verberatio, onis, verbale. ἡ μάστιγωσις, ἡ μαστίγωσις. Ital. *Battimento.* Gal. *Batement, bature.* Hisp. *Açotamiento.* } Qu. Cicero ad Tironem lib. 16. Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.

Verberatus, us, Ipsa verberatio. μάστιγωσις, αἰκισμός. Ital. *Battimento.* Gal. *Batement, bature.* Hisp. *Açotamiento.* } Plin. lib. 31. cap. 3, Si etiam expressa in altum, aut è sublimi deiecta, verberatu corripiat aëra. ¶ Verberatus, pro impulsu. ἐμπλῆξαι. Curtius lib. 7, Si quum propemodum tuo verberatu ei omnes te præeunte iuruimus, eosdem nos inimicos, &c.

Verbereus,

Verberεus, a, um, Verberibus dignus. {μαστιγίας. Ital. *Degno di essere battuto.* Gal. *Digne du fouet.* Hisp. *Digno de ser hostigado.*} Plaut. in Pseud. Sed video Eecum verbeream statuam, vt magnificè insert sese. Idem Persa, Aiu' verò verbereum caput?

Verberabilis. Id est verbero, seu verberibus dignus. {μαστιγίας. Ital. *Degno di esse battuto.* Gal. *Digne du fouet.* Hisp. *Digno de ser hostigado.*} Vnde superlatiuũ Verberabilissimus. deduxit Plaut. in Aul. Verberabilissime (inquit) etiã rogitas? non fur, sed trifur. Sic enim habent emendatiora exemplaria, quanquam non desunt in quibus verberabissime legatur.

Verbero, onis, masc. gen. {ὁ μαστιγίας. Ital. *Degno di essere battuto.* Gal. *Digno d'estre batu & fouetté, qui est souuent fouetté.* Hisp. *El que muchas vezes es apotado, ò digno de ser apotado.*} Verberibus dignus, vel qui perpetuum vapulat, quem etiam Græco vocabulo mastigiã vocamus. Plautus in Amphit. Ain' verò verbero? Idem, -tún' me verbero Audes herum ludificarier?

Verbum, bi. Generaliter accipitur pro quauis dictione, quæcunque ea sit orationis pars: inde nomen habens quod aeris verberatu formetur. {λέξις, ῥῆμα. Ital. *Parola, motto.* Gal. *Mot, parolle.* Hisp. *Palabra generalmente.*} Varro tamen à veritate deducit, quòd verum nos loqui oporteat. Terent. in Eun. De exclusione verbum nullum. Idem Hecy. -verbis dici non potest Tantum quàm re ipsa nauigare incommodum est. Cic. 2. de Orat. Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum, nobis toties eius verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. ¶ Aliquando specialiter, pro parte orationis per tempora & personas declinabili. ῥῆμα. Vnde verbale nomen dicimus, quod à verbo originem accepit. ¶ Nonnunquam verba ita accipimus, vt rebus, siue factis opponantur. λόγος. Cic. in Sallustium. Vbi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. ¶ Hinc verba dare dicimus pro decipere. & verbis circunuenire. παραλογίζεσθαι. Cic. Attico. Verba dari mihi facilè patior: méque libenter præbeo credulum. ¶ Interdum ita accipimus verbum, vt scripto opponatur: vnde Verbo alicui mandata dare hoc est viua voce, & non scripto. Cicc. lib. 7. Epist. Plura illi mandata verbo quàm scripto dedi. ¶ Nonnunquam non singulas tantùm dictiones Verbi nomine complecti mur, verumetiam solidas orationes. Quo fit vt modò sententiam aliquam insignem, modò tritum prouerbium, verbum appellatum inueniamus. Terent. in Adelph. Postremò illud non meum verbũ facio quod tu Mitio Bene & sapienter dixti. Et paulò antè, -nam verùs verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. ¶ Meis verbis, locutio in primis elegans, pro eo quod est meo nomine. Cic. Attico. Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suauium des. Et alibi, Tu Atticam, quæso, cura: & ei salutem. & Pyliæ, Tullíæ quoq; verbis plurimam. Idem lib. 4. Epist. Cum Sura locutus sum, vt ei meis verbis diceret. Idem lib. 16. Si ei meis verbis etis gratulatus. Verbi causa, idem valet quod exempli gratia. Cic. 3. Verr. Siquis, verbi causa, oriente Canicula natus sit. Verbi gratia, in eadem significatione apud Cic. 1. Acad. Verba facere, disserere, orationem habere, disputare, proloqui, διαλέγεσθαι. vt, Facere verba in Senatu, apud eundem 5. Verr. Idem de Clar. Orat. Qui nunquam verbum in publico fecerũt. Idem pro Pompeio, Permulta contra legem Gabiniam verba fecisti. ¶ Verba mortuo facere, in eadem significatione dicimus, qua Surdo fabulam narraret: hoc est ei velle aliquid persuadere qui aut non audiat, aut nolit audire. Terent. in Phor. Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego: Sed eam, quæ sit ignoscenda. p verba fiunt mortuo. Verbum de vel è verbo exprimere, id est ad verbum transferre. Terent. in Prolog. Adelph. -eum hic locum sumpsit sibi In Adelphos: verbum de verbo expressum extulit. Verbum reddere verbo. Horatius de Arte, Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres. Verbum pro verbo reddere. Idem Cicero de Optimo genere Orato. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Aeschinis, Demosthenisque: nec conuerti vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, & earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo habui necesse reddere sed genus omnium verborum, vimque seruaui. Totidem verbis transferre, pro eodem, apud Cicc. lib. 6. ad Atticum, Eisdem verbis aliquid reddere Idem Cic. de Clar. Orat. Primũ, inquit, memoria tanta, quantam in viro cognouisse arbitror, vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus excogitasset. Quod Cicero Eisdem verbis, Quintil. lib. 10. cap. 6, Ad verbum dixit. ¶ Verba dare, est decipere. παραλογίζεσθαι. Terent. in Andr. Cui verba dare difficile est. ¶ Verba ad rem conferre, hoc est re ipsa verborum fidem facere, & dicta factis comprobare. τὰ ἔργα τοῖς λόγοις. Terent. in Eunuc. Verùm si verba ad rem conferet, vapulabit.

Verbale. Quod à verbo descendit. ῥηματικόν. vt, Lector à Lego, Doctor à Doceo. dictio Grammaticis familiaris.

Verbigero, ras. Verba facio. {λαλίζομαι. Ital. *Cianciare, ciacolare.* Gal. *Babiller, jaqueter.* Hisp. *Contender con palabras.*} Apuleius. Nimis multa oratio est, si velim memorare quæ ego contrà respondérim, quàm diu, & quoties inter nos verbigeratum sit. Verbum est vetus, & inusitatum.

Verbosus, a, um. Multiloquus, garrulus, loquuleius. {πολυλόγος, πολύλογος. Ital. *Cianciatore, chi abonda in parole.* Gal. *Qui a beaucoup de parolles, abondant en langage, babillart.* Hisp. *Lleno de palabras.*} Cic. pro Muræna. Non solùm ista vestra verbosa simulatio prudentiæ sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia. Quint. lib. 2. cap. 4. Vt quidam sententiarum gratia verbosissimos locos arcessunt, quum ex locis debeat nasci sententia. Cic. Mario lib. 7. Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm velles.

Verbosè, adverbium, Multis verbis. {πολυλόγως. Ital. *Con molte parole.* Gal. *Auec beaucoup de parolles.* Hisp. *Con muchas palabras.*} Cic. pro Muræna, Satis verbosè, sed quid postea?

VERCELLAE, βέρκελλαι, Vrbs Transpadanæ Italiæ, quam Plin. libro 3. cap. 17, in vndecima regione Italiæ collocat, non procul à Taurinis. Vulgò *Vercil.*

Vere, Vide VERVS.

Verecundia, æ. Metus iustæ reprehensionis, modestia, contraria arrogantiæ: & idem ferè quod pudor. {αἰδώς. Ital. *Verecondia, modestia.* Gal. *Honte, modestie honteuse.* Hispan. *Verguença con temor.*} à quo tamen in hoc differt, teste Donato, quòd Verecundia, ingenuitatis cuiusdam sit & modestiæ: vnde & in laude ponitur: Pudor verò, animi sibi male cõsci ob scelus aliquod perpetratum. αἰσχύνη. Cic. pro Quintio, Homo timidus, virginali verecundia. Lin. 1. ab Vrbe. In eam verecundiam adducti sunt, vt ciuitatem totam in cultum versam deorum, violari ducerent nefas. Plin. Epist. 7. lib. 2, Causas summa fide, pari constantia, nec verecundia minore defendit.

Verecundus, a, um. Qui verecundia tenetur, id est iustæ metuens reprehensionis. {αἰδήμων. Ital. *Verecondo, modesto.* Gal. *Honteux, modeste.* Hisp. *Vergonçoso, con temor modesto.*} Ouid. 1. Amor. eleg. 5. Illa verecundis lux est præbenda puellis Idem 14. Metam. Illa verecundo vix tollens lumina vultu, &c. Cic. 2 de Leg. Verecundus est qui vt bene audiat, erubescit, & pudet impudica loqui. Verecundus & parcus in transferendo. hoc est non nimium audax, aut frequens in translationibus. qui scilicet metaphoris vtitur non nimium duris, neque longè petitis. Idem de Orat. Nec in faciendis verbis erit audax. & in transferendis verecundus & parcus. Verecunda translatio, id est modicè detorta, & non nimis longè petita, apud eundem lib. 16. Epist.

Verecundè. Cum verecundia. {αἰδημόνως. Ital. *Con vergogna.* Gal. *Auec honte, honteusement.* Hisp. *Con verguença.*} Cice 3 de Fin. b. Tum ille timidè, vel potius verecundè. Facio inquit, equidem. Idem 2. de Fin. Cyrenaici quidem non recusant: vestri hæc verecundius, illi fortasse constantius.

Verecundor, aris, Verecundia teneor. {αἰδέομαι. Ital. *Vergognarsi honestamente.* Gal. *Estre honteux, auoir honte.* Hisp. *Temer ò auer verguença.*} Cic. lib. 3. de Orat. Alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat. Plaut. in Trin. Verecundari neminem apud mensam decet.

Veredus, di, pen. prod. Equus cursus velocissimi: qualibus antiqui vtebãtur in venatione. {ἵππος παχύπους. Ital. *Cauallo di posta ò veloce.* Gal. *Cheual de poste, ou vitte.* Hisp. *Cauallo ambladar ò troton.*} Martial. lib. 14, Stragula succincti venator sume veredi: Nam soler à nudo surgete ficus equo. Idem alibi, Parcius vtaris monco tapiente veredo, Prisce, nec in lepores tam violentus eas. Veredis item vtuntur principum tabellarij, qui mutatis per stationes equis, quàm velocissimè, quò iustitel

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vermis, huius vermis. masc. gen. à vertendo dicitur, quòd rependo torqueat sese & vertat. {σκώληξ. Ital. *Verme.* Gal. *Vn ver.* Hisp. *El gusano.*} Plin. lib. 18. cap. 17, Vulgò verò si dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium est amurca pura, &c. Lucret. lib. 2, Quippe videre licet vinos existere vermes Stercore dè tetro.

Vermiculus, diminutiuum, Exiguus vermis. {σκωλήκιον. Ital. *Vermicello.* Gal. *Vn petit ver.* Hisp. *Gusanillo.*} Plin. lib. 10. cap. 65, Iam obituris moribus vermiculum in capite gigni tradunt. Lucret. lib. 2, Et tamen hæc quum sunt quasi putrefacta, per imbres, Vermiculos pariunt.

Vermiculor, aris, Vermiculis infestor, vermiculos gigno: quod vitium non modò liquis & arboribus, verumetiam aliis plantis & fructibus solet accidere. {τερηδονίζομαι, σκωληκῶμαι. Ital. *Far vermi.* Gal. *Se vermoulir, estre vermoulu, faire vers.* Hisp. *Tener ò criar gusanos.*} Plin. lib. 17. ca. 27, Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen ferè, idque aues cauì corticis sono experiuntur.

Vermiculatio, onis, verbale, Vitium arborum, aliarúmve plantarum, aut etiam fructuũ, quum vermiculis infestantur. {σκωληκόβρωσις. Ital. *Quando si generano vermi nel formento, ò ne gli alberi.* Gal. *Vermoissure, quand les vers s'engendrent ès fruits ou arbres & les mangent.* Hisp. *Obra de tenir ò criar gusanos.*} Plin. lib. 11. cap. 17, Ficus si scilla feritur, ocyssimè ferrè traditur pomũ, nec vermiculationi obnoxium: quo vitio non carent reliqua poma similiter sata.

Vermiculatus, a, um, Quod quandam vermiculorum effigiem imitatur. {σκωληκοειδὴς. Ital. *Fatto à musaico.* Gal. *Marqueté ou fait en marqueterie, fait à la mosaique.* Hisp. *Differente, vario, ò hecho à semejança de las rayas que hazen los gusanos.*} Vnde opus vermiculatum dicitur, quod minutis tessellis insititiis vermiculorum instar variegatum est, ac distinctum. διακτόρησις. ἀλεκτοροκίλλωσις. Plin. lib. 35. cap. 1, de pictura loquens, Nunc verò in totum marmoribus pulsa, tum quidem & auro: nec tantùm vt parietes toti operiantur, verùm & interraso marmore, vermiculatisque ad effigies rerum, & animalium crustis.

Vermina, teste Festo, Dicuntur ventris tormina, quum intestina minuto motu, quasi vermibus quibusdam scindi videantur: quod doloris genus Græci φορὸν appellant. Hæc Festus.

Vermino, as, pen. corr. Vermibus infestor. {σκωληκιάω. Ital. *Hauer vermi.* Gal. *Auoir de vers, produire vers.* Hisp. *Tener gusanos, ò tener começon come de gusanos.*} Corn. Cels. Nihil periculosius pueris, dum verminant. Martial. lib. 14, Si tibi morosa prurigine verminet auris.

Verminatio, Vitium in iumentis, quum à verme infestantur. ἡ σκωλήκιασις. Plin. lib. 28. cap. 11, Iisdem sanari demissis in fauces iumentorum verminationes, notum est.

Verminor, aris, deponens, Ventris torminibus vexor. φορᾶμαι. Vermina enim, teste Festo, veteres ventris tormina appellabant. Pomponius Hirnea, vt citat Nonius, Decimo mense demum turgens verminatur, parturit. Tractum à vermibus, qui in animalium aluo sese mouentes, intestina exerciant.

Verminosus, Qui vermeis habet. {σκωληκιῶν. Ital. *Pieno di vermi, bacchi.* Gal. *Plein de vers.* Hisp. *Lleno de gusanos.*} Vnde verminosæ aures, quibus innati sunt vermes. σκωληκιὰς ὦτα. Plin. lib. 20. cap. 14, Succus auribus verminosis instillatur.

Verna, vernæ, communis generis, Seruus, aut ancilla, domi nostræ, aut certè ex ancilla nostra natus, natáve: quod nomen Festus à vere deductum putat, quòd id tempus maximè idoneum sit fœturæ. {οἰκογενὴς, οἰκογενὲς. Ital. *Nato in casa nostra di nostra schiaua.* Gal. *Né en nostre maison de nostre serue ou esclaue, domestique.* Hisp. *Siervo ò sierva nacidos en casa.*} Plaut. in Milit. Quid, nutrici non missurus quicquam, quæ vernas alit? Cælius Cic. lib. 9, Bellienus verna Demetrij, qui ibi cum præsidio erat, &c. Tibul. lib. 1. eleg. 1, Turbáq; vernarum, saturi bona signa coloni, Ludet. Horat. 2. Serm. -vernásque procaces Pasco libatis dapibus. Vernarum nomen apud antiquos, teste Nonio, pro cõuitio habebatur, quòd eo nomine primùm dicti fuerint ij qui sacro vere nati essent. Plautus Amph. Cum cruciatu tuo istæc verna verba funditas.

Vernula, diminutiuum. {οἰκογενίς, οἰκόγειον. Ital. *Picciol seruo ò esclaua nata in casa nostra.* Gal. *Petit serf ou esclaue né en nostre maison d'vne serue & esclaue.* Hisp. *Pequeña sierua ò serua nacidos casa.*} Plin. lib 22. cap. 17, Vernula charus Pericli Atheniensium principi, &c. Martial. lib. 14, Siquis plorator collo tibi vernula pendet. Iuuen. Saty. 10, Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

Vernaculus, la, lum, Quod nostra in regione natum est, vel quod illi proprium est, & peculiare. {ἰνηγενὴς. Ital. *Chi nasce ò cresce nella nostra casa ò paese.* Gal. *Qui naist & croit en nostre pais ou maison, propre, naturel, familier.* Hisp. *Cosa nacida ò criada en nuestra casa ò prouincia.*} vt, Vernacula lingua, quæ regioni nostræ est peculiaris, quam vulgus *maternam* vocat. Vernaculæ vuæ, quæ exoticæ aut peregrinæ non sunt, neque aliunde translatæ. Plin. lib. 14. cap. 2, Potissima nobilitas datur vuis peculiaribus, atque vernaculis Italiæ. Sapor vernaculus, id est regioni suæ peculiaris. Cic. in Bruto, Nescio quo sapore vernaculo. Idem in Verrem, actio. 6, Non vt solemus interdum in defensionibus dicere crimẽ domesticum, ac vernaculum. Vernacula putatio, id est regioni nostræ consueta. Plin. lib. 17, Vernacula putatio, deiectis per ramos vitium crinibus, circunuellit arborem.

Vernilis, vernile, pen. prod. Idem quod seruilis. {δουλικός. Ital. *Seruile.* Gal. *Seruil.* Hisp. *Cosa perteneciente à esclauos.*} Tacit. lib. 18, Quanuis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. Hoc est seruilibus, & adulatoriis, liberóque homine indignis.

Vernilitas, atis, Seruilis astutia. {δουλοπρέπεια. Ital. *Astutia seruile.* Gal. *Seruilité, plaisanterie seruile & deshonneste.* Hisp. *Astucia de los esclauos.*} Plin. lib. 34. cap. 8, Lyciscus puerum fecit Lagonem subdolæ ac fucatæ vernilitatis. Quintil. lib. 1. ca. 11, Nec vitia ebrietatis effingat, nec seruili vernilitate imbuatur.

Vernaliter, Blandè, adulatoriè. {ὑποκριτικῶς. Ital. *Seruilmente, con lusinghe dishoneste.* Gal. *Seruilement, par deshonneste & seruile plaisanterie.* Hisp. *Seruilmente, à manera de sieruo, con lisonjas.*} Tractum à vernis, inquit Nonius, quibus ea viuendi ars est. Cæcilius Venatore, vt citatur ab eodem Nonio, Credo minus tandem hoc fit vernaliter. Quo tamẽ in loco emendatiora Nonij exemplaria Vernaliter legendum ostendunt.

Vernaliter, aduerbium, Seruiliter, blandè, & adulatoriè. ὑποκριτικῶς. Horat. 2 Serm. saty. 6, -nec nõ vernaliter ipsis Fungitur officiis. Cæcilius in Venatore, vt citat Nonius, Credo minus tandem hoc fit vernaliter.

Vernus, Vide VER.

Verò, Assentientis particula est, Idem valens quod sanè, vel vtique: sempérq; secũdo loco in oratione collocatur. {μέντοι. Ital. *Mà.* Gal. *Mais.* Hisp. *Mas.*} Cic. in Bruto, Tum Brutus in me intuẽs, Orationes, inquit, veteres nobis explicabis Ego verò, inquam, Brute, sed in Cumano. Terent. Heaut. Heus, laudas, qui heros fallunt ĩc. In loco ego verò. Cic. Sero. Sulpit. lib. 4. Epist. Ego verò, Serui, vellem, vt scribis, in meo grauissimo casu affuisses. ¶ Aliquando discretiua particula est, idem valens quod Autem, vt Cic. de Orat. Poëta numeris astrictior paulo, verborũ autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus socius, ac penè par. ¶ Pro interiectione stomachantis accipi ait Donatus in illo Eunuchi, Moue verò ocyus te nutrix ¶ Aliquando etiã particula est, ironiam adiuuans: vt apud Virg. 4 Aen. Egregiam verò laudem, & spolia amplà refertis, Túq; puérq; tuus. ¶ Ponitur etiam pro quinimo. Seneca, Socratem cum Platone, & Zenonem, & Cleanthem in animũ meum sine dignatione recipiam: Ego verò illos veneror, & tantis nominibus semper assurgo. Plin. in Præfat. Proinde occupantibus locum faueo, ego verò & posteris. Vide plura de hac particula apud Vallam lib. 2. ca. 24.

Vero, veras, Vide VERVS.

VERO, βηρὼν, Fluuius Celtiberiæ, à quo populi Verones, βήρωνες, dicti sunt, circa eum habitãtes. Meminit huius fluuij Martialis Epigram. 88. ad Liciniam.

VEROMANDVI, Populi inter Belgas, quos recenset. Plin. lib. 4. cap. 17.

VERONA, βήρωνα. Ciuitas Venetiæ, à Gallis condita, duce Brenno: à quo Brenona primò, deinde mutatis literis, Verona dicta est, vt Iustinianus lib. 20. refert. Hi enim, quum nouas sedes quærere ob intestinas discordias, & assiduas dissensiones cogerentur, in Italiam venere: expulsíq; inde cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Veronam alluit Athesis fluuius amœnissimus, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longè à fossa Clodia Pado miscetur. Ex hac vrbe præstantes viri orti fuerunt, Catullus, Acmylius, & Macer poëta: & (vt nonnulli putant) Plinius, & Guarinus orator, & Pontifex sanctitate clarus.

Verpus, Recutitus, qui scilicet verpam, hoc est mentulam habet præputio nudatam. {ψιλοπίδημων, ψιλός. Ital. *Discapellato, reciso.* Gal. *Descouuert de sa peau, circoncis.* Hispan. *Iudio, circuncidado ò retajado.*} Quo fit, vt Iudæi peculiari vocabulo Verpi dicantur, qui ex præscripto Legis præputium pueris præcidunt. Martial. lib. 7, Dum ludit media, populo spectante, palæstra, Delapsa est misero fibula, verpus erat. Iuuen. Saty. 14, -eadem nisi sæua colenti Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.

Verpa, verpæ, Vsurparum est à veteribus pro membro virili. {ψαλλός. Ital. *Membro virile.* Gal. *Le membre virile.* Hisp. *Verguença genitales.*} Martial. lib. 11, Iam nisi per somnum non arrigis: & tibi Meui Incipit in medios meiere verpa pedes.

Verres, is, Porcus non castratus. {χοῖρος. Ital. *Porco maschio, verro, porco non castrato.* Gal. *Vn verrat.* Hisp. *Verraco, puerco no castrado.*} Varro de Re rust. lib. 2. cap. 4, Castrantur verres commodissimè anniculi: vtique ne minores quàm semestres: quæ facto nomen mutant, atque é verribus dicuntur maiales.

Verrinus, adiect. Quod est verris. {χοιρεῖος. Ital. *Di verro.* Gal. *De verrat.* Hisp. *Cosa de verraco.*} Plin. lib. 28. cap. 9, Adipe verrino confici. Ibidem cap. 10, Simili modo verrinum iecur exemptis duntaxat fibris, quæ tuor obolorum pondere.

VERRES. Nomen ciuis Romani fuit, qui quòd Siciliam in Prætura auarè, libidinosèque administrasset, à Siculis repetundarum postulatus est, Ciceronéque accusante damnatus. Extant etiam hodie Actiones Ciceronis in Verrem, quæ solæ ex priscis illis accusationibus ad nos peruenerunt.

Verriculum, li. Rete piscatorium, ita dictum quòd per aquam verratur, id est trahatur. {σαγήνη. Ital. *Rete da pescare.* Gal. *Vn filé à pescher.* Hisp. *La red barredera para pescar.*} Idem & Euerriculum dicitur. Vide suprà suo loco.

Verriculatus, a, um, adiect. {σαγηνευτικὸν. Ital. *Fatto à foggia di rete da pescare.* Gal. *Fait en façon de filé à pescher.* Hispan. *Hecho à manera de red barredera para pescar.*} Ad verriculi formam factum. Colum. lib. 2. cap. 21, Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus verriculatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis medium culmum secant.

Verro, tis, ri, sum, Traho, abripio. {ἑλκύω. Ital. *Tirare, voltare.* Gal. *Tirer, traiter.* Hisp. *Traher, boluer.*} Virgil. 1. Aen. Ni faciat, maria ac terras, cælúmq; profundum Quippe ferant rapidi secum, verrántque per auras. ¶ Aliquando verto. Idem 3. Aeneid. -haud mora nautæ Annixi torquent spumas, & cærula verrunt Æquora. Idem 6. Aeneid. Remis vada liuida verrunt. Ouid. 10. Metam. Summæ cauda verruntur arenæ. Catullus Argo. Cærula verrentes abiegnis æquora palmis. ¶ Aliquando mundo, scopis purgo. {σαίρω. Ital. *Scouare, spazzare.* Gal. *Balier, nettoyer.* Hisp. *Barrer, escobar, alimpiar.*} Iuuen. Saty. 14, Verre pauimentum, nitidas ostende columnas. Cic. in Parad. Qui tergent, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, &c. Liu. 6. belli Pun. Vndique matronæ in publicum effusæ circa deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes. Plin. lib. 18. cap. 2, Recedente aliquo ab epulis, simul verri solum. ¶ Huius composita sunt, Conuerro, deuerro, & euerro: de quibus suis locis.

Versus, a, um, particip. {ὁ σαρωθείς, ὁ σαρτὸς, ὁ ἑλκυσθείς. Ital. *Tirato, scouato.* Gal. *Tiré, nettoyé, balié.* Hisp. *Trahido, escobado, alimpiado.*} Virgil. 1. Aen. -& versa puluis inscribitur hasta. Idem 5. Aen. Spumãt freta versa lacertis.

Verruca, æ, pen. prod. Locus in monte editior. {ἀκρωτήριον. Ital. *Dorso alto.* Gal. *Vn lieu haut & derompu.* Hispan. *Berrueco ò braça pedregal.*} Cato in libris Originum, Censeo (inquit) si rem seruare vis, faciendum vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas: eam vti occupent, imperes. Ex Gellio lib. 3. cap. 7, vbi verrucam locum editum, asperrimque interpretatur. A cuius similitudine tubercula in corpore eminentia sine sensu, verrucæ appellãtur. {Ital. *Punte eleuate.* Gal. *Verrues.* Hispa. *Verrugas con começon.*} Harum Græci duo faciunt genera. Nam

quæ

quæ superiore sui parte latiores sunt, tenui tantum filo cuti adhærentes ἀκροχορδόνας appellant: quæ verò ad cutem latiores sunt, in acumen desinentes, μυρμηκίας nominant. Plin. lib. 20. ca. 12, Ocimum misto attramento sutorio verrucas tollit. Serenus, Interdum existit turpi verruca papilla. Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæsit, Qui solus patriæ cunctando restituit rem. ¶ Verrucas, & maculas linearum, pro tuberculis quibusdam qui in lapillis, ceu eorum vitia quædam conspiciuntur. Plin. lib. 37. ca. 12, Illud modò meminisse conuenit, increscentibus varié maculis ac verrucis, linearúmque intetueniente multiplici dutu & colore, mutata sæpius nomina in eadem materia.

Verrucula, diminutiuum. {ἀκροχορδόνιον. Ital. *Piccola punta elevata.* Gal. *Petite verrue.* Hisp. *Pequeña verruga.*} Colum. lib. 7. cap. 6, Caper cui sub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur.

Verrucosus a, um. Verrucis plenus. {ἀκροχορδόνων μεστός. Ital. *Pieno di punte elevate, di dosso alto.* Gal. *Plein de verrues, inegal, montagneux.* Hisp. *Lleno de verrugas, ò berruecos.*} vt Verrucosus mons, qui multis verrucis, hoc est asperis, editioribúsque iugis assurgit. Verrucosus homo, qui cutem habet verrucis multis asperam. ¶ Vnde per translationem accipitur pro duro, inculto, horrido, aspero. Persius Saty. 1, Sunt, quos Pacuuiúsq;, & verrucosa moretur Antiopa, hoc est aspera, & non satis polita. Orator verrucosus. Cic. de Cla. Ora. Quintus etiam Maximus verrucosus orator habitus est temporibus illis.

Verrucaria, æ Herba eadem cum heliotropio. ἡλιοτρόπιον. ita dicta ab effectu, eo quòd succo eius verrucæ tollantur. Plin. lib. 22. cap. 21, Verrucas cum sale tollit succus è folio: vnde nostri verrucariam herbam appellauere.

Verruncō, as, Auerto, depello. {ἀποτρέπομαι, ἀπωθοῦμαι. Ital. *Cacciare, spingere fuori.* Gal. *Chasser, pousser hors.* Hisp. *Empuxar à fuera.*} Cic. 1. de Diuin. ex antiquo quopiam Poëta, Per propinqua hæc bene verruncent populo. ¶ Hinc Auerruncō compositum: de quo vide suo loco.

Versatilis, versatile, pen. corr. Quod huc, & illuc versatur, siue quod idoneum est vt versetur. {στροφικός, κυκλοφορητικός, ἑλικτικός &c. Ital. *Aggirabile, trattenale.* Gal. *Qu'on peut aisément tourner ça & la.* Hispa. *Cosa que se buelue à puede boluer.*} vt, Gladius versatilis, Axis versatilis, Acies versatilis. Curt. lib. 4, Adeóque aciem versatilem posuit, vt qui vltimi stabant, ne circumirentur, verti tum, & ad frontem circumagi possent. Plin. lib. 36. cap. 18, Idem molas versatiles Volsinnis inuentas, aliquas & sponte motas inuenimus in prodigiis. ¶ Versatile ingenium, per translationē, ad res quaslibet obeundas idoneum. πολύτροπος. Liu. 9. belli Maced. de Catone, Huic versatile ingenium ad omnia fuit, vt natum ad id vnum diceres, quod ageret.

Verticolor, Verticulus, Versipellis, Verso, versas, Versūra, Versus: Participium, Nomen, Aduerb. um, Præpositio, vide VERTO, vertis.

Versus, participium à Verro, Vide VERRO.

Versurus, Versutiloquus, Vide VERTO.

Vertagus, Dicitur canis sponte in venationem exiens, prædámque domum referens. {κύων ὑφηγητικός. Ital. *Cane che va da se stesso alla caccia.* Gal. *Vn chien qui chasse de nature.* Hisp. *Perdenco que trae à la mano la caça y caça de natura.*} Martial. lib. 14, Non sibi, sed domino venator vertagus acer, Illæsum leporem qui tibi dente ferat.

Vertebræ, Vertebratus, Vertex, Verticillum, Verticulum, Vertigo, Vide VERTO.

Vertius, Magnarum virium dicitur. Pomponius, Homo in currendo vertius, qui cum Atlante contendat. Sipont.

Verto, is, ti, sum, A vere dici putatur, quoniam vere annus incipit verti. {στρέφω, ἀλλάττω, διπλόω, ἑλίσσω, τρέπω. Ital. *Volgere, voltare, mutare.* Gal. *Tourner, virer.* Hisp. *Boluer trastornando, mudar.*} Virgil. 8. Aeneid. Gorgona desecto vertentem lumina collo. Terent. in Heaut. Rotundum redigam, vt quò se vertat nesciat. ¶ Interdum transfero quippiam de vna in aliam linguam. μεταφράζω. Cic. 1. de Fin. Quanquam si planè sic verterem Platonem, aut Aristotelem, vt vertérunt nostri Poëtæ fabulas, &c. ¶ Vertere omnia, est euertere, corrúpere. Cic. 1. Offic. Vt Callicratidas, qui quum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multáque fecisset egregiè, vertit ad extremum omnia. ¶ Aliquando Vertere est conuertere, redigere, applicare. Plin. lib. 15. cap. 4, Vsum olei ad luxuriam vertêre Græci. Vertere ad se aliquid, est sibi accipere. Cic. 1. Verr. Nam ex illa pecunia magnam partem ad se vertit: mulieri reddidit quantulum visum est. Vertere agros, seu terram, id est subigere. Virgil. 7. Aeneid. Et centum terras vertebat aratris. ¶ Vertitur causa in hac re, id est consistit. Quintil. lib. 3. cap. 13, Significamus summam illam in qua causa vertitur. ¶ Vertunt crateras ahenos, dixit Virgil. 9. Aeneid. id est portant, -fusíque per herbam Indulgent vino, & vertūt crateras ahenos. Vertere omnes tete in facies, dixit idem Virgil. id est transformes te in quascunque species. Vertere se in formam alterius, est mentiri alterius formam, & simulatè effingere. Vertere aliquem in fugam, est cogere vt fugiat. Vertere se in selectionem alicuius partis, est eam eligere. Vertere omnium in se oculos, est facere vt omnium oculi in se conuertantur. Liu. 7. ab Vrbe, Inde admiratione pauentibus cūctis, quum omnium in se vertisset oculos, &c. ¶ Quò me vertam, nescio, vel non habeo: locutio qua rei alicuius grauitatem ostendimus. Quoquò te verteris, id est in quamcunque partem respexeris. Cic. 2. de Diuin. Quoquò se verterint Stoici, iaceat omnis eorum necesse est solertia. ¶ Vertitur res in meo foco, id est de mea re agitur, aut quæ in me tecasura, siue ruitura est. Vertere sententiam retro, est mutare sentētiam. Vertere stylum in tabulis, est, vt inquit Budæus, scripta inducere, & delere, aut reuocare quod scripsimus. Cic. 4. Verr. Vertit stylum in tabulis, quo facto causam omnem euertit suam. Vertere terga, est fugere. Vertere stultitiæ, est stultè factum esse interpretari. Vertere vitio, est dare vitio, criminari. Horat. 1. Serm. Satyr. 6, Nec timuit sibi ne vitio quis verteret. ¶ Vertere, aliquādo est versuram facere. Plaut. in Cutcul. Vel qui ipsi vertant, vel qui alij subuersandos præbeant. ¶ Ponitur aliquando pro confidero, voluo, agito. ἐνθυμέομαι. Liu. 8. bel. Pun. In ciuitate tanto discrimine belli sollicita, quum omnium secundorum, aduersorúmque causas verteretur, multa prodigia nuntiabantur. ¶ Verto, aliquando neutraliter, & absolutè ponitur. Liu. lib. 3, Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cœpit. id est verti. Idem lib. 5. de Camillo aduersus Gallos inuocato, Iam verterat fortuna, iam deorum opes, &c. id est versa erat fortuna. ¶ Bene vertere: pro, Bene euenire. Virgil. 9. Aeglo. Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos: Hoc est vt malo omine hoc munus accipiat, inquit Seruius. Bene tibi vertat hæc res: pro, vtinam res prosperè tibi succedat. Liu. 1. ab Vrbe, Tullus Metium benignè alloquitur, quòd benè vertat, castra Albanos Romanis castris iungere iubet. ¶ Sic malè vertere, est infœliciter succedere. Terent. Phorm. Quæ quidem res illi vertat malè. Res malè vertunt, hoc est malè cedunt, malè habent. Plaut. Persa, Si malus, aut nequam est, malè res vertunt quas agit. ¶ Vertere solum, dicebantur vrbe cedentes, siue ob decoctam creditoribus pecuniam, siue ob exilium φυγῆς χάριν. Liu lib. 3, Collegæ eorum exilij gratia solum verterunt. Cicc. pro Cæcin. Qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt. id est locum mutant.

Verso, as, frequentatiuum à Verto. {κυκλεῖν, κυκλοφορεῖν, στρέφειν, τρέφειν. Ital. *Versare, voltare, volgere, maneggiare.* Gal. *Tourner souuent.* Hisp. *Boluer à trastornar, tratar con las manos.*} Cic. de Somn. Scip. Orbes qui versantur tetro contrario motu, atque celsum. Idem de Fato, Cylindrum volui, atque turbinem versari putes. ¶ Accipitur aliquando pro voluo. κυλίω. Cic. 2. Tuscul. Tum illud, quod Sisyphus versat, saxum. Sic Versate libros, dicimus pro euoluere. Horat. de Arte. -vos exemplaria Græca Nocturna versate manu, versate diurna. ¶ Versare aliquem, est illum deludere. Plautus in Persa, Quid ais tu crux, stimulorum tritor? quomodo hodie me Versauisti? vt me in tricas conieceris. Versat animum cupido regni: id est transuersum agit, & à recto honestóque abducit. Liu. 1. ab Vrbe. Patrum interim animos certamen regni ac cupido versabat. Animum muliebrem versare in omnes partes, est modis omnibus solicitare, & modò minis, modò precibus conari labefactare. Liu. 1. ab Vrbe, Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus. Versare dolos, minas, versare in omnes partes muliebrem animum. Versare dolos, id est tractare. Virg. 11. Aen. Consilio versate dolos. Idem 2. Aen. Seu versare dolos, seu certè occumbere morti. Versare oues. Virg. 10. Aegl. Aethiopum versemus oues subsidere Cancri, id est pascamus. ¶ Versare terram, id est arare, fodere. Virg. 1. Georg. Nec tamen hæc, quum sint terram, id est arare, fodere. Virg. 1. Georg. Nec tamen hæc, quum sint ordines quadragenos pedes, minimúmque tricenos telinqui versuris. ¶ Item versura, quam Græci κρωμὺς vocant, flexus ipse angulorum in ædificiis, & parietibus exteriorum qua significatione aliquoties vtitur hac voce Vitruuius. ¶ Versura item dicitur mutatio creditoris, & æris alieni pari aut maiori fœnore persolutio. μεταφορὰ δανείου. ¶ Vnde versuram facere dicuntur qui pecuniam fœnori accipiunt, vt aliud æs alienum dissoluant: vnde & Versura nomen inuenit, teste Festo, quòd hoc nihil aliud sit quàm vertere creditorē. τὸν τόκον τοῦ τόκου. Versuram facere (inquit Donatus) est æs alienum ex ære alieno soluere. Hoc fit quando æs alienū nobis conflatum fuerit, nec nobis tantum pecuniarum sit, vt id dissoluere liceat: vbi autē dissoluendi tempus aduenerit, mutamus creditorē, ab altero scilicet vsurarium æs accipiētes quod alteri reddamus. Cic. pro Cælio, Nulli sumptus, nulla iactura, nulla versura. Budæus, Versuram facere, est creditorem mutare, & fœnus fœnore dissoluere, quod vulgò dicitur, *Mudato Petro Paulum tegere:* & vt ita dicā, nomen nomine expungere. ¶ Hinc versuram, siue vorsuram soluere, prouerbio

prouerbio dicimus eos qui ita se præsentibus explicant incommodis, vt aliis grauioribus impediantur. Terent. in Phorm. -in eodem luto hæsitas, versuram solues Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt Nisi prospicis. Id est debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore: simili conditione atque ij solent qui vt syngrapham vnam dissoluant, & vna cautione se liberent, pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt. In dies enim deteriorem conditionem suam faciunt: quod frugi homines non solent.

Versus, a, um, participium, Id est conuersus. {ἐστραμμένος, ἐστραμμένη, ἐστραμμένον. Ital. *Volto, voltato.* Gal. *Tourné, tournée.* Hisp. *Buelto, trastornado.*} Virgil. 4. Georg. -dum grauis aut hos, Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit. Idem 3. Georg: Versaq; obnixos urgentur cornua vasto Cum gemitu. Et paulo ante, Quanuis ille fuga versos sæpe egerit hostes. ¶ Interdum idem quod mutatus. μετηλλαγμένος, η, ον. vt Risus versus est in luctum. Cice. pro Roscio Amer. Videte nunc quàm versa, & mutata in peiorem partem sint omnia. Tacit. lib. 1. Igitur verso ciuitatis statu. hoc est conuerso, siue mutato. Ouid. Epist. 5, At si versus amor tuus est in tædia nostri: Quam sine te cogis viuere, coge mori. Idem 1. Georg. Quippe vbi fas versum atque nefas. id est confusum, & perturbatum. ¶ Ponitur aliquando pro propenso. Liu. 4. belli Maced. Totus in Persea versus pater. cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. Hoc est omni benevolentia in Persem translata. Et sicuti dicimus Suspensus animi, Erectus animi, Mutatus animi, ita & Versus animi: rúnecque nomen est. Tacitus, Qui versus animi modò numen pauescere, modò minis aduersantis populi terreri, &c.

Versus, us, Idem quod carmen: ita dictus à vertendo, quòd antequã legitimos accipiat numeros. modò hoc, modò illo modo, vertatur. {στίχος, ου}. Ita. & Hisp. *Verso* Gal. *Vn vers, vne ligne, vne tangée.*} Cic. pro Archia, Nam si quis minorem fructum gloriæ putat ex Græcis versibus percipi quàm ex Latinis, vehementer errat, &c. Facere versus. Cic. 6. Ver. Versus, qui in istius cupiditatem facti sunt. Scribere versus. Idem 1. Ver. De qua muliere versus plurimi supra tribunal scribebantur. Fundere versus. Cic. 3. de Orat. Solitus est versus hexametros, aliósq; variis modis atq; numeris fundere ex tempore. ¶ Versus in agricultura quid notet, explanat Varro lib. 1. de Re rust. ca. 10, his verbis, In Hispania vlteriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano, ac Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possunt. Versum dicunt centum pedes quoquouersum quadratũ. Iugerum, quod quadratum duos actus habet. ¶ Ponitur aliquando Versus pro eo quod vulgò *Linea* vocatur. Plin. Epist. lib. 4, Nõ paginas tantùm epistolæ, sed etiam versus, syllabásq; numerabo. ¶ Interdũ versus significat ordinem, seu tractum. Virgil. 4. Georg. Ille etiam seras in versum distulit vlmos. Idem 5. Aen. -triplici pubes quã Dardana versu Impellunt. id est triplici ordine. ¶ Interdum cantum. Plin. lib. 10. ca. 29, Meditantur luscinię iuniores, versúmque quem imitentur, accipiunt.

Versiculus, diminutiuum, Quod modò significat breue vel humile carmẽ. {στιχίδιον. Ital. *Piccol verso.* Gal. *Verset, vne petite ligne.* Hisp. *Pequeño verso.*} Martial. lib. 5, Hæc tibi, non alia est, ad cœnam causa vocandi, Versiculos recites vt Ligurine tuos. ¶ Modò breues scripturæ (vt ita dicam) lineas. Cic ad Brut. lib. 14, Breues tuæ literæ, breues dico? imò nullæ: tribúsne versiculis his temporibus Brutus ad me?

Versifico, as, Versus facio. {ἐποποιέω, ἐπῶ. Ital. *Componer versi.* Gal. *Composer ou faire vers.* Hisp. *Hazer versos.*} Quintil. lib. 9. cap. 4, Nam & versificandi genus est omnibus sermonibus vnam legem dare.

Versificatio, Ipse versificandi actus. {ἐποποιία. Ital. *Compositione de versi.* Gal. *Composition de vers.* Hisp. *Obra de hazer versos.*} Ibidem cap. 2, Abusiuè in versificationis, ac sermonum imitatione seruatur.

Versificator, oris, Versuum scriptor. {ἐποποιός. Ital. *chi compone versi.* Gal. *Qui compose en vers.* Hisp. *El que haze versos.*} Idem lib. 19. cap. 1, Versificator, quàm Poëta, melior Cornelius Seuerus.

Versificus, pen. corr. Adiect. {ἐποποιικός, ἐποποιικὴ, ἐποποιικόν. Ital. *Acconciato, & composto, & ordinato come versi.* Gal. *Qui est dressé, composé, & ordonné par ordre comme vers.* Hisp. *Compuesto y ordenado como versos.*} Solin. cap. 16. Studium musicum inde cœptum quum Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehensos in versificum ordinem transtulissent.

Versus, Præpositio, accusatiuũ requirit, & ferè semper postponitur. {πρός. Ital. *Verso, in verso.* Gal. *Vers.* Hispan. *Hazia.*} Plautus, Ego portum versus pergam, & perquiram: quem si non inuenero, domum versus reuertar. ¶ Dicimus etiam Quoquo versus, Quaqua versus, Vtroque versus: id est in vnam quamque partem, quocunque, per quancunque partem, in vtranque. ¶ Quandoque loco accusatiui habet aduerbium: vt, Sursum versus. Cato cap. 156, Postea vbi deorsum versus ibit, hominem, &c. Cicero de Orat. Quum gradatim sursum versus reditur.

Versutus, a, um, Astutus, callidus, qui modò hoc, modò illud, vt visum fuerit, simulat, & fese in omnes vertit species. {πανοῦργος, ποικίλος. Ital. *Astuto, trincato, malitioso.* Gal. *Variable, fin, caut, ruse.* Hispan. *Astuto en mala parte, malicioso, taymado.*} Plaut. in Epid. Versutior es quàm rota figularis. Cic. 2. de Finibus, Sed omnia callidè referẽtem ad vtilitatem, acutum, versutum, veteratorem, &c. Idem 3. de Nat. deorum. Et Chrysippus tibi acutè dicere videbatur, homo sine dubio versutus & callidus. ¶ Interdum Versutum accipimus pro ingenioso, & prompto. Cice. 3. de Nat. deorum, Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur. Plaut. Stricho, Ille quidem adolescens doctè astutus fuit. Ibidem, Nec magis versutum, nec quo careas ægrius.

Versutia, Calliditas, & malitia. {πανουργία, πανουργίαι. Ital. *Astutia, callidità.* Gal. *Finesse, ruse.* Hisp. *Astucia en mala parte.*

Versutè, aduerbium. Callidè, astutè. {πανούργως. Ital. *Astutamente.* Gal. *Finement, parruse.* Hisp. *Astuta y taymadamente.*} Cic. de Clar. Orat. Nihil, vt ita dicam, subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit, &c.

Versutiloquus, Qui versutè loquitur. {ὁ εὖ καὶ λίαν πανούργως, ὁ πάνυ λίαν. Ital. *Chi parla astutamente, con cautele.* Gal. *Qui parle cautelusement, cauteleux & fin en parler.* Hisp. *El que habla astucias.*} Cic. 3. de Orat. ex vetusto quopiam Poëta, Num non vis huius me versutiloquas malitias.

Versicolor, oris, Propriè dicitur illud quod ex diuersis partibus spectanti non eundem ostendit colorem: vt est videre in anatum & columbarum collis, & in serici quodam genere, quod modò hinc, modò illinc spectantium colores mutare videtur. {ποικίλος, χαμαιλέων}. Ital. *Di colore diuersi, muta colore.* Gal. *De diuerses couleurs, de couleur changeant.* Hisp. *Cosa de muchas colores.*} Cic. lib. 3. de Finibus bonorum & malorũ, Iam verò membrorum alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata: vt manus, crura, pedes: alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum: vt cauda pauoni, plumæ versicolores columbis, viris mammæ, atque barba. In eadem etiam significatione non tarò hac voce vtitur Plinius, testimonia hîc breuitatis causã omittimus. ¶ Interdum tamen Versicolores vestes positas legimus pro variis seu discoloribus. Liu. lib. 4. belli Maced. de lege Oppia loquens, Tulerat eam C. Oppius Tribunus plebis Qu. Fabio T. Sempronio c o s s. in medio ardore Punici belli, Nequa mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolore vteretur. Quo tamen in loco versicolores vestes nonnulli intelligunt, colore alio quàm natiuo infectas: vt Versicolores inde dictas intelligamus, quòd verterint, id est mutarint colorem. Contrà Coloriæ dicuntur, quæ nullo externo colore sunt imburæ. Est autem hoc nomen adiectiuum omnis generis, cuius neutro vsus est. Virgil. 10. Aeneid. Astur equo fidens & versicoloribus armis.

Versipellis, le, Astutus, versutus, simulandi quiduis, & dissimulandi artifex. {ἁμαξοδέρμων, ῥαδιοεργός, πανοῦργος}. Ital. *Muta pelle, muta faccia, muta volto, accorto, pieno di cautele.* Gal. *De diuerse couleur de peau & d'habit, fin & cauteleux.* Hisp. *Malicioso y engañador.*} Plaut. in Amph. Versipellem se facit, quando lubet. Plin. lib. 8. cap. 22, indicat suo tempore vulgò infixam hanc opinionem fuisse, homines in lupos verti, rursúsque restitui sibi, atque inde ductam esse consuetudinem loquẽdi, vt homines astutos, versipelles dicamus.

Vertebræ, pen. corr. siue Vertibula. Spinæ ossa dicũtur, in crassiores quosdam modos conglobata, & in medio sui concaua, vt spinali medullæ transitum præbeant, firmissimis autem vinculis colligata, quorum beneficio interiores nodi cohærescunt. {σπόνδυλες. Ital. *Osse della spalle, della schena, & simili.* Gal. *Les vertebres, os de l'eschine, dos & semblables.* Hisp. *Huesses de qualquier espinaço.*} Harum munus est vt corpori flectendi se, incuruandique præbeant facultatem, quòd sine illis prorsùs rigidum esset, & inflexibile. Plinius quoque per quandam similitudinem in insectis vertebras appellat eas partes quæ circa ipsam sita incisuram, corpori flexum præbent. Ita enim habet lib. 11. ca. 1, Aliquibus verò non tota incisura eas ambiente rugas, sed in aluo aut supernè tantùm, imbricatis flexilium vertebris, nusquam alibi spectatiore naturæ artificio.

Vertebratus, a, um, In vertebras conglobatus. {ὁ σπονδυλωτὸς, ὁ καὶ σπονδυλοειδὴς. Ital. *Fatto à foggia di vertebra* Gal. *Fait en forme de vertebre.* Hisp *Hecho à manera de aquellos huessos.*} Plin. lib. 11. cap 37, Sed quibus ceruix è multis, vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, atticulorum nodis iungitur.

Vertex, icis, qui & Vortex, à verto, is, Propriè ventus est contortus ac rotatus: qualis est qui τυφὼν vocatur, id est vibratus ecnephias, vt interpretatur Plin. lib. 1. cap. 48. {τροχίλος. Ital. *Vertice in cistello.* Gal. *Tournement de vens ou d'eaux, tourbillon de vent, destour & rouement d'eau.* Hisp. *Remolino generalmente.*} Vortice (inquit Apuleius in Cosmo) torquetur humus arida, & ab imo erigitur ad summum. Ventus (autore Seneca lib. 5. Natu. quæst.) aliquo promontorio repercussus: atque in se volutatus facit vorticem: qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac se ipso vertigine concitans, vertigo vocatur. Docet Quintil. lib. 8 cap. 2, Verticem esse contritam in se aquam, vel quicquid aliud similiter vertitur. Virgil. 1. Aeneid. Ingens à vertice pontus. ¶ Cic. 2. Tusc. per translationem vertices dolorum dixit, pro vertigine, rotationéque quæ in doloribus circumagit, lancinátque præcordia. Nunc nunc (inquit) dolorum anxiferi torquẽt vertices. ¶ Inde propter flexum capillorum, pars summa capitis dicitur vertex, siue quia ad occipitium in decline vertitur. κορυφή. Apuleius de dogmate Platonis. Denique ipsius capitis verticem specta. tenui cute contectum, capillíque hirtorum aduersus vim frigoris & caloris. Plin. lib. 11. cap. 37, binos hominum aliquibus vertices dat, quum ait, Vertices bini homini rantùm, aliquibus capitis ossa plana. ¶ Ab huius similitudine, quod in montibus eminẽtissimum est, vertex appellatur. Virgil. 1. Aeneid. -geminíque minantur In cælum scopuli, quorum sub vertice latè Aequora tuta silent. Item altissimæ partes cæli quas Græci πόλους vocant, dicuntur vertices, quod circa hos mundus rotetur. Virgil. 1. Georg. Hic vertex nobis semper sublimis: at illum Sub pedibus Styx atra videt. Manésq; profundi. Propter quod etiam cardines dicuntur, à similitudine eorum cardinum circa quos valuæ voluuntur. ¶ Apud Virgil. lib. 2. Georg. Vertex pro Aquilone ponitur. -tempestas à vertice syluis Incubuit. Vortices antiqui per o literam pronuntiabant, teste Quintiliano, cap. de Orthographia: primúsque Aphricanus per e vettices dixit.

Verticosus, adiectiuum. {συριφώδης, πολὺς ἰλιγγος. Ital. *che ha molte concauità.* Gal. *Qui a force d'estours, vertigineux.* Hispan. *Cosa remolinada en si mesma.*} Liu. 1. bel. Pun. Quidam verticoso amni delati, in hostes ab elephantis obtriti sunt.

Verticulum, li, Instrumentum quod fuso adhibetur, vt facilius vertatur. σπονδύλιον. Ital. *Cocco fusaiuolo.* Gal. *Le peson que les femmes mettent au bout de leur fuseau, verteil.* Hisp. *El tortero de huso.*

Verticillum, li, & Verticillus masc. gen. diminutiuum. {τὸ σπονδύλιον. Ital. *Filatoro da temer nel fuso, fusaiuolo.* Gal. *Vn peson à filer.* Hisp. *El tortero de huso.*} Plin. lib. 37. cap. 2, In Syria quoque inde fœminas verticillos facere, &c.

Verticilla, Insecti species, inquit Budæus.

Verticillatus. adiectiuum. σφονδυλωτός. Celsus lib. 8, Superius autem humeri caput rotundius quàm extera ossa, verticillatis scapularum ossibus inseritur. Hoc etiam vertibularum dici potest, & vertebratum, quoniam vertibulum, & vertebra pro spondylis accipiuntur. Budæus.

Vertigo, inis, secũda syllaba prod. Morbus capitis, qui ex frigidis, & lentis humoribus sursum ex ventriculo commeantibus oritur, ita vt sic affecti occasione parua succidant. {ἴλιγξ. Ital. *Stornimento di testa, vertigine.* Gal. *Tournement, viroment.* Hisp. *Vaguido.*} Dicta, quoniam ob oculos eorum vorticosa quædam, & rotatilia circumagi videantur. Græcè σκότωμα. Plin. lib. 7. cap. 6. A conceptu decima die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræq; Iuue. Saty. 6. Quam bibitur concha, quum iam vertigine tectum Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.

Colum.

Columel. lib. 7. cap. 10. Febricitantium signa sunt, quum obstipæ sues transeersa capita fuerint, ac per pascua, quum paululum procurrerũt, consistunt, & vertigine correptæ concidunt.

VERTVMNVS. Dei cuiusdam nomẽ apud Romanos, in omnigenas sese formas vertentis: vnde & nomen accepit. Hic Pomonam Nympham fertur adamasse: & vt eius saltem conspectu frui liceret, in nullas non formas sese transmutasse. Qua de re vide Ouid. lib. 14. Metam. Acron in illud Horatij lib. 2. Serm. Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis: Vertumnum ait esse Deum humanarum cogitationũ præsidem: ideóq; multiformem fingi & inconstantem, quemadmodum & illæ variæ sunt & mutabiles. Iniquo autem Vertumno natos esse interpretatur, qui cogitationes suas regere nõ possunt. Tiberius Donatus Vertumnum dicendum existimat quemadmodum & Portunum: quem ideirco coli arbitratur, vt res institutæ, ad quem destinatę sunt, finem, perducantur. Sæpe enim malè cedit quod vel optimè est institutũ: quemadmodum gladius ille qui reginę dono datus fuit ab Aenea, necis ipsi consciscendæ fuit instrumentum. Nec desunt, qui inde Vertumnum dictum putant, quòd lacum Curtium in Tiberim auerterit. Quam opinionem tangit & Ouid. lib. 6. Fastorum.

Vertunalia, siue Vertumoalia, Vertũni festa, quæ fiebant mense Octobri.

Veru, indeclinabile nomen in singulari numero, in plurali Veruta, ruura, Instrumentum oblongum ex ferro, quo carnes ad ignem torrentur. ἔγχελυς. Ital. *Spedo, schidone.* Gal. *Vne broche, vn haste.* Hisp. *El assador con que se assa la carne, ò arma hecha à manera de assador.* } Virgil. 2. Georg. Pinguiáq; in verubus torrebimus exta colurnis. Varro à versando dictum existimat, quòd ad ignem iugiter assetur. ¶ Ab huius item similitudine telum oblongum, & tenue, Veru dictum est. Virgil. 7. Aeneid. Et tereti pugnant muerone, verúque Sabello.

Veruculum, li, Instrumentum ferreum, quo metallorum expurgatores, spumam eximunt à reliqua materia. ἐγχελίσκος. Ital. *Spedo picciolo.* Gal. *Petite broche, brochette.* Hisp. *Pequeño assador.* } Plin. lib. 33. cap. 6. Spuma ex argento sublata veruculis ferreis, atque in ipsa flamma conuoluitur veruculo, vt sit modici ponderis.

Verutum, veruti, pen. prod. τὸ βραχὺ καὶ ἀκὸ βέλος, ἐγχελές. Ital. *Dardo corto & acuto.* Gal. *Vn dard court & agu.* Hisp. *Arma à manera de assador.* } Est hastile quod veru habet præfixum. Hinc Lucan. lib. 8. Cæsaries compressa manu, Phariógue verutо. Nonius, Verutum est telum breue, & acutum. Cæsar 5. belli Gall. Transfigitur scutum Pulsioni, & verutum in balteo defigitur. Liu. 10. ab Vrbe, Quibus plerisque in scuta, plerisque verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus.

Verutus, a, um, adiectiuum. ἔγχος ἢ ἔγχελος φέρων. Ital. *Armato di tal dardo.* Gal. *Armé d'vn tel dard.* Hisp. *Armado de aquella arma.* } Veruto armatus: sicut Scutatus, & Clypeatus. Virgil. 2. Georg. Assuetúmque malo Ligurem, Volscóque verutos.

VERTOBRIGA, Celticorum oppidum est in Hispania Bætica conuentus Cordubensis. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

VERTVMNVS, Vide VERTO.

Veru, Verutum, Vide VERTO.

Veruactum, Ager, verno tempore semel profcissus, deindéq; quiescens vsque ad sequentem autumnum, quo aratur. ἔτος ἄρουρα νεαρά. Ital. *Terreno che se lascia riposare.* Gal. *Vne terre labourable qu'on laisse reposer, varet ou iachere, ou iachere.* Hisp. *El barnecho.* } Veruactum dictum, quasi vere actum. Plin. lib. 18. cap. 19. Quidam vtique ab æquinoctio verno proscindi volunt. Quódque vere semel aratum est, à temporis argumento Veruactum vocatur. Hoc in nouali atque requieto agro necessarium est.

Veruex, cis, pen. prod. Ab inuersis testiculis dicitur: est enim mas inter oues, cui inuersi, siue adempti sunt testiculi. κριὸς ἐνεὸς μηρύων. Ital. *Castrone, castrato, montone.* Gal. *Vn mouton.* Hispa. *Carnero castrado.* } Nam qui ad generandam sobolem integer tenetur, aries dicitur. Sectatius veruex, qui gregem agnorum præcedens ducit.

Veruecinus, a, um, pen. prod. Quod ex veruece est. ἔκ κριοῦ πυὶς ἰδιος. Ital. *Di montone.* Gal. *De mouton.* Hisp. *Cosa de carnero.* } Plinius, Et hircinus, & veruecinus adeps ei vtilis est.

Veruecеus, a, um, Quod est ad similitudinem veruecis factum. ἔκ κριοῦμορφος, κριοπρόσωπος. Ital. *Fatto à modo di montone, simile à montone.* Gal. *Fait à mode, ressemblant vn mouton, resemblant vn mouton.* Hisp. *Hecho en manera de carnero semejante à carnero.* } vt, Statua veruecea, apud Plautum in Capt. pro seruo stupido, quique quàm minimum differat à veruece. Vos (inquit) instruite: interibi ego ex hac statua veruecea volo Erogitare, meo more quid sit factum filio. Quo tamen in loco quidam legunt Verbera statua: nam Veruecea, Trochaici metri ratio non patitur. superest enim syllaba: nisi ea per sinæresim contrahas.

VERVLANI. Populi sunt Italiæ, Tusculanis & Veliternis vicini, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Verum, Coniunctio, idem valens quod Sed, γαμὴν ἀλλ' ὅμως, πλὴν ἀλλά. Ital. *Ma, anzi pur.* Gal. *Mais, toutesfois.* Hisp. *Mas, empero.* } Cic. pro Muræna, Ea sunt omnia non à natura, verùm à magistro. Cic. 5. Philip. Expectabantur Calendæ Ianuariæ, fortasse non recte. verùm præterita omittamus. Idem 3. de Orat. Verum hoc (vt dixi) nihil ad me. ¶ Verum enim, sed enim, etenim. ἀλλὰ γάρ. Terent. Adelph. Verùm enim, quando promerui, fiat. ¶ Verum enimuero, sed tamen. πλὴν ἀλλά. Cic. in Frumentaria, Veromenimuero duodenos sestertios exegisti. ¶ Veruntamen, sed tamen, attamen ἀλλ' ὅμως δή. Cic. de Orat. Leue est: veruntamen non inutile. Idem lib. 1. Epist. Difficile est: veruntamen ipse me confirmo.

Verus, a, um, adiectiuum. Quod est solidum, syncerum, nõ falsum. ἀληθὴς, ἀληθινός. Ital. *Vero.* Gal. *Vray.* Hisp. *Cosa verdadera ò justa.* } à Veritate, ἀλήθεια. Ital. *Vero.* Gal. *Vray.* Hisp. *Cosa verdadera ò justa.* } à Vera particula, vt nonnulli putant, quę vehementiam significat. & Res: quasi non verborum inanis sonitus, sed solida res. Terent. in Andr. Actum est, si quidem hæc vera prædicat. Cic. Acad. Quæ ista regula est veri & falsi, si notionem veri & falsi, propterea quòd ea non possunt internosci, nullam habemus? Nam si habemus, interesse oportet vt inter rectum & prauum, sicut inter verum & falsum. Si nihil interest, nulla regula est, nec potest is cui est visio veri falsique communis, vllam habere iudicium, aut vllam omnino veritatis notam. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. Nec procul à vero est, quod vel pulsaris amicum. Hoc est verisimile est. Simile vero. Cic. ad Callium, lib. 12, Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Verius vero. Mart. lib. 8, Vero verius ergo quid sit, audi: Verum Gallice non libenter audis. Similitudo veri. Cic. de Vniu. Bene agi putat, si similitudinem veri consequatur. ¶ Verum mordax, id est veritas libera, malè sibi conscientorum aures offendens. Pers. Sat. 1, Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas? ¶ Aliquando Verum accipitur pro bono, æquo, & iusto. δίκαιον, ἐπιεικὲς. Horat. lib. 1. Epist. Metiri se quenque suo modulo, ac pede, verum est. Cic. 3. Tusc. Si maximè verum sit, ad corpus omnia referre sapientem. Idem pro Muræna, Cato negat verum esse, benevolentiam allici cibo. ¶ Aliquando sumitur pro veridico, sicut econtrario Falsum pro fallace. ἐπιτηδευτικὸν. Terent. in Andr. Sum verus. ¶ Verus color, id est nativus, non adulteratus. χρὼς ἀληθινός. Terent. in Eunuch. Color verus, corpus solidum. ¶ Verus labor dicitur, quem quis per seipsum suscipit, non qui ex aliorum virtute Imperatoribus adscribi consueuit. Virgil. 12. Aen. Disce puer virtutẽ ex me, verúmq; laborem, Fortunam ex aliis. ¶ Verior, Verissimus. Plin. lib. 12. cap. 13. Quod verius, costo vicinius esse debet. Cic. Acad. Sed mehercule, vt quidem nunc se causa habet, etsi heslerno sermone labefacta est, mihi tamen videtur esse verissima.

Verè, aduerbium. ἀληθῶς, δικαίως. Ita. *Veramente senza fittione.* Gal. *Vrayement.* Hispa. *Con verdad.* } Terent. in Heaut. Hoc ibi fit, vbi non verè viuitur. Cic. pro Roscio Am. Verè nihil potes dicere, finge aliquid saltem commodè. Idem 1. Offic. Honestum quod propriè verèque dicitur, id sapientibus est solis. Idem 4. Verr. Laudarem illam ciuitatẽ, id quod verissimè possem. Idè ad Attic. li. 5, Nõ ἐπιτηδευτικῶς. sed verissimè loquor.

Verax, cis, Qui vera loqui solet, & mentiri non consueuit. ἀληθὴς. Ital. *Verace.* Gal. *Veritable, non feint.* Hisp. *Muy verdadero.* } Cic. 1. de Diuina. Multis seculis verax fuit id oraculum. Ibidem, Tum ei visa quietis occurrent tranquilla, atque veracia. Ibidem, Herodotum cur veraciorem dicam Ennio?

Veracitas, atis, Perpetua verum dicendi consuetudo.

Veridicus, a, um, Qui vera dicit. ἀληθόλογος, ἀληθιλόγος. Ita. *Veridico, che dice il vero.* Gal. *Qui dit verité, veritable.* Hisp. *El que dize verdad.* } Cic. pro Flacco, Veridicas adiungis contra inimicitiarum. Martial. lib. 5. Seu tua veridicæ discunt responsa sorores. Plana suburbani quà cubat vnda freti. Lucretius, Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

Veriloquium, quij, Origo nominis quam Græci vocant ἐτυμολογίαν. Cic. in Top. Multa enim ex notatione sumuntur: ea est autem quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant. id est verbum ex verbo, veriloquium.

Verimonia, niæ, Idem quod veritas: sed est antiquum. ἀλήθεια. Plaut. Truculent. -planius qui ante hac amator summus Habitus est, istunc ad amicam verius verimonia referre.

Verisimilis, le. Idem quod probabile, quod licet nõ sit verum, veritamen similitudinem habet. ἀληθοφανὴς, εἰκὸς. Ital. *Verisimile, che s'assomiglia al vero.* Gal. *Vray semblable, probable.* Hispa. *Semejante ala verdad.* } Cic. pro Roscio Amer. Etiam tum quum verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratore. Colum. lib. 3. cap 9. Id autem quum sit verisimile, tum etiam verum esse nos docuit experimentum. Plin. lib. 5. cap. 22, Quod est verisimilius quàm quia cadendo tripudium, sonúmve faciãt. Cic. 1. de Inuent. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes, neque infipientes homines solitos esse versari.

Verisimiliter, aduerbium. ἀληθοφανῶς. Ital. *Verisimilmente, assomigliando al vero.* Gal. *Vray-semblablement.* Hisp. *Semejantemente, à semejante à la verdad.* } vnde Gal. *Vray-semblablement.* Hisp. *Semejantemente, à semejante à la verdad.* } Verisimiliter mentiens dicitur, qui falsam perinde quasi verum sit, narrat.

Veritas, atis, Vera ratio, res vera, verum. ἀλήθεια. Ital. *Verità.* Gal. *Verité.* Hisp. *Verdad.* } Cic. 2. de Inuent. Veritas est per quam immutata ea quæ sunt, aut antè fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Idem pro Cælio, O magna vis veritatis quæ contra hominum ingenia, callidi ratem, solertiam, contrà que fictas omnium insidias facilè se per seipsam defendat. Quintil. lib. 6. ca. 1. Non admittit hoc idem veritas fori. Tacitus lib. 4. Nec occultum est quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta Imperatorum celebrentur.

Veriuerbium, Verus sermo. ἀληθολογία. Ital. *Parola vera.* Gal. *Parolle vraye.* Hisp. *Palabra verdadera.* } Plaut. Capt. Tu repertus, Philocratem qui superes veriuerbio.

Vero, as, Verum dico. ἀληθεύω. Ital. *Dire il vero.* Gal. *Dire vray.* Hisp. *Dezir ò representar verdad.* } Gell. lib. 18. cap. 1, ex Ennij 13. Annal. Satin', vates verant ætate in agunda. ¶ Est & verare, verè repræsentare. Sidonius, Quoties verba Graia carmine verat. Hodie tamen in neutra significatione est vsitatum.

Vesanus, a, um, pen. prod. Vecors, crudelis, furiosus. παραφρων, μανιώδης, ἄγριος. Ital. *Pazzo, furioso, bizzaro, bestiale.* Gal. *Insensé, hors du sens.* Hispan. *Loco, bouo, quasi sin sanidad.* } Cic. pro Domo sua, Hæc furiosa vis vesani Tribuni plebis. Ibidem, Ac primùm illud à te homine vesano & furioso requiro, quæ te tanta pœna, &c. Virgil. de Ludo, Sperne lucrum, vexat mentes vesana libido. Idem 6. Aeneid. Suadet enim vesana fames. Catul. Epig. 95. Quum vesana meas torreret flamma medullas.

Vesania, æ, Vecordia. παραφροσύνη, μανία. Ital. *Mancamento di buon senno.* Gal. *Faute de bon sens, quand on est hors du sens.* Hispan. *Locura.* } Plin. lib. 35. cap. 12. Simulata vesania bouem cum equo iungens.

Vesanio, is, Insanio, amens sum. παραφρονῶ, μαίνομαι. Ital. *Insanire, impazzire.* Gal. *Estre insensé.* Hispa. *Enloquecer.* } ¶ Nonnunquam etiam sæuio, ferocio. ἀγριαίνω, ἀγριοῦμαι. ¶ Catullus ad mare cràstulit tempestate commotum, Deprensa (inquit) nauis in mari vesanieote vento.

VESCI Plinio. ἡ νῦν Ptolemæo, Oppidum mediterraneum Turdulorum, in Hispania Bætica alio nomine Fauentia. Vide Plin. lib. 3. cap. 1, & Ptolemæum lib. 3 cap. 4.

Vescor, Cibo vtor. pascor. τρώγω, ἐσθίω. Ital. *Mangiare, vsar cibo.* Gal. *Manger.* Hisp. *Comer.* } Cic. 2. de Nat. deor. Dij nec escis, nec potionibus vescuntur. Idem in Orat. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus, glande vescantur? Virgil. 8. Aen. Vescitur Aeneas simul & Troiana iuuentus. Perpetui tergo bouis. Inuenitur etiã constructum cum accusatiuo. Plin. lib. 10. ca. 48, Aues nonnullæ vescuntur ea, quæ rapuere pedibus. ¶ Vesci aura ætherea, id est vita frui, viuere. Nam quemadmodum partes solidæ animalis cibo & potu, ita spiritus aëre

Universidad de Deusto
Biblioteca

acère aluntur. Virgil. 1. Aen. Quòd si fata virum seruant, si vescitur aura Aetherea. ¶ Ponitur quandoque pro video. Accius in Athamante, apud Nonium, Prius quàm infans esses, tui oculi vescuntur. Vesci ex manu hominis, est ex manu hominis escam capere. Plin. lib. 9. cap. 7. Simili modo ex hominum manibus vescens, ferénsqi se tractandum.

Vescus, a, um, Idem quod edulis, siue esui aptus: à Ve, augmentatiua particula, & nomine esca. {ἐδώδιμος, τρώκτιμος. Ital. *Buon da mangiare.* Gal. *Bon à manger, qui vaille.* Hisp. *Cosa que se come ò puede comer.*} Vnde Lucretius lib. 5, Salem vescum dixit. Item Virgil. 4. Georg. Vescum papauer, quòd videlicet in cibis adhibeatur: & Vescas salicum frondes, quoniam escis iumentorum sunt accommodatæ. ¶ Rursus vescum ponitur pro paruo, & minuto. Vnde & apud Marsos lingua vernacula quum dicunt, *maluam vescam*, intelligunt de ea quam paruam dicunt. Ouid. lib. 2, Fastorum, Nunc vocor ad nomen: vegrandia farra coloni. Quæ malè creuerunt, paruáque vesca vocant. Plin. lib. 7. cap. 10. Corpore vescos esse, sed eximiis viribus. Et in hac significatione Ve, στερητικὸν μόριον est, hoc est priuatiua particula. Habet enim Ve, in compositione (vt lib. 5. cap. 12, docet Gellius) duplicem significationem. Nam & augendæ rei, & minuendæ valet, propter quod accidit, vt quædam vocabula, quibus particula ista præponitur, quædam augmentum importent, vt vehemens: quædam diminutionem, vt vecors, vegrandis: quædam ambigua sint: cuiusmodi est, de quo modò agimus, vescus.

Vesculi, Homines graciles dicuntur, teste Festo, & malè curati. {λεπτοί, ἰσχνοί, μισοτραφεῖς. Ital. *Magri, male nodriti.* Gal. *Maigres, mal traittez.* Hisp. *Magros, mal criados.*} Veteres enim rebus exiguis Ve, particulam præponere solent, vt latius est videre in dictione VESCVS.

VESEVVS, pen. prod. qui & Vesuius, Vulgò *Monte di Somma*. Mons est Campaniæ, Nolæ vicinus, ægros habens miræ fertilitatis, præterquam in solo cacumine, vbi planitiem habet magnam, fructum omnino nullum ferentem, terræ cinerulentæ facie, rupibúsque exesis, non indubitatè veteris incendij indicia ostendẽtem. Constat enim sæpius arsisse: nunquam tamen vehementius quàm imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis, & vicinas regiones latissimè populatus est, & Plinium Naturalis historiæ scriptorem, qui cognoscendi cupiditate eò se contulerat, fumo, flammisq; enecauit: qua de re vide Epistolam Plinij Iunioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturali Historiæ hodie est præfixa. Montis huius meminit Virg. lib. 7, & vicina Veseuo Ora iugo. Fallitur autem Seruius, qui Veseuum diuersum esse putat à Vesuio, atque illum quidem in Liguria, hunc in Campania situm esse. Constat enim celebertimorum scriptorum testimoniis, Ligusticum illum mõtem, Vesulum, non Veseuum esse appellatum: de quo profectò non sensit Virgilius, qui non Liguriæ, sed Campaniæ populos, qui Turno aduersus Aeneam suppetias tulerant, suscepérat enumerandos. Quid enim imperitius à Poëta dici potuisset, quàm si Clanio fluuio, Acerris, Capuæ, reliquisq; Campaniæ locis repentè Liguriæ montẽ miscuisset?

Vesica, vesicæ, pen. prod. Vrinæ receptaculum. {κύστις, φύσα. Ital. *Vessica.* Gal. *Vessie.* Hisp. *Vexiga.*} Cic. 2. de Finibus, Tanti autem morbi aderant vesicæ & torminum, vt nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Ouidius 15. Metamor. Extentum tumescit humum, ceu spiritus oris Tendere vesicam solet. Plin. lib. 11. cap. 37, Vesica membrana constat, quę vulnerata cicatrice non solidescit. Horat. 1. Serm. Saty. 8, Et displuta sonat quantum vesica pepedit. Caper Vesica scribendum affirmat, eo quòd à vento deduci existimet.

Vesicula, læ, diminutiuum. {κυστίδιον, κύστις, κύστιγξ, φυσαλίς. Ital. *Picciola vesica.* Gal. *Petite vessie.* Hisp. *Pequeña vexiga.*} vt, Vesicula fellis, κύστις χολάδος, quæ in caua iecoris parte fita, bilem excipit, proptióque meatu in ecphysin emittit: qua de re vide Galenum lib. 4. & 5, de Vsu partium. ¶ Vesiculæ item in herbis quibusdam dicuntur folliculi quibus semen includitur. Cic. 2. de Diuin. Et pulegium aridum floreſcere brumali ipso die, & inflatas rumpi vesiculas, & semina malorum, quæ in his media inclusa sunt, in contrarias partes se vertere.

Vesicaria, Secunda solani species est, quam peculiari nomine Halicacabum vocant, frutex verius, quàm herba, vesicas habens humanis non dissimiles, & in iis grana, vbi maturuerint, rubétia. φύσαλος ἀλικάκκαβος, φυσαλίς. Officinæ vocant *Alcaquengi*. Vesicaria autem dicta est siue à folliculis humanis vesicis simillimis: siue ab effectu, quòd vesicæ calculis medeatur, vt placet Plin. lib. 21. cap. 31.

Vespa, æ, Insectum volucre, api simile: ita dictum quòd vesperi muscas veneretur in cibum. {σφήξ. Ital. *Vespa.* Gal. *Stousche guespe ou bourdon.* Hisp. *Abispa.*} Vide Plinium de hac abundè tractantem lib. 11. cap. 21.

VESPASIANVS, Pronomine Flauius, decimus Romanorũ Imperator, multis insignis virtutibus, sed quas omnes vno auaritiæ crimine fœdarit. ¶ Titus Vespasianus, Flauij filius, & in imperio successor fuit, omnibus omnium ordinum hominibus adeò carus, vt Amor mundi, & Deliciæ humani generis cognominaretur. vtriusque vitam vide latius apud Tranquillum.

Vesper, veſperis, vel Vesperus, ti, masc. gen. Vna erratium, eadem cum Venere, medium inter Solis & Mercurij sphæras situm obtinens: ita dicta quòd Sole iam occiduo, prima omnium ex stellis lucere vesperi conspicitur. {ἕσπερος. Ital. *Vna stella cosi detta.* Gal. *L'estoille du jour & du soir.* Hisp. *La Xera dela tarde.*} Plin. lib. 2. ca. 9, Infra Solem ambit ingens sidus appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsisque cognominibus æmulum Solis & Lunæ. Præueniens quippe & ante matutinum exortiens, Luciferi nomen accipit. vt Sol alter, diem maturans. Contrà ab Occasu refulgens nominatur Vesper, vt prorogans lucem, vicémque Lunæ reddens. Eadem & Vesperugo dicitur, & Græco nomine Hesperus. Plaut. Amphit. Neque Vesperugo, neque Vergiliæ occiduunt. Virg. 10. Aegloga, Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. ¶ Sæpissimè tamen Vesper, & Vesperus accipiuntur pro extrema diei parte, qua stella hæc incipit apparere, quam & Græci ἑσπερινὸν vocant. {Ital. *Vespero, sera.* Gal. *Le soir.* Hispan. *La tarde.*} Statius lib. 10. Thebaid. -sed Vesper opacus Lunates iam ducit equos. Cæsar 2. belli Ciuil. Magistris imperat nauium vt primo vespere omnes scaphas ad litus appulsas habeant. Cic. ad Attic. lib. 12, Quúmque manè me in syluam abstrusi densam & asperam, non exeo inde ante vesperum. Virgil. 3. Georg. Solis ad occasum quum frigidus aëra Vesper Temperat, & saltus reficit iam roscida Luna. ¶ In eadem significatione legitur & Vespera, rę, fœm. gen. Plaut. Curcul. Si media nox est, siue est prima vespera. Nesc s quid serus vesper vehat. Ex Menippeis Varronis Satyris citatur hic titulus, tum ab Aulo Gellio, tum à Macrobio: neque dubitandum quin prouerbialis sit, sicuti sunt & alij plerique. Quo salubritet admonemur, ne præsentium successiuum prosperitate sublati, futuri curam abiiciamus: neq; vlla de re securi simus, priusquam exitum viderimus. Idem hodie quoque vulgò dicunt, diem nondum ad vesperam decurrisse, quum significant diuersum exitum posse accidere. Apparet Maronem ad paræmiam alluſisse, quum ait lib. 1. Georg. Denique quid serus vesper vehat: agens de prognosticis occasus. Liu. lib. 5. Decad. 5, In secundis rebus nihil in quenquam superbè ac violenter consulere decet, nec præsenti cedere fortunæ, quum quid vesper ferat, incertum sit. Hæc Erasmus in Chiliad. ¶ Sunt qui dicant vesper etiam fœminini generis reperiri (sed quàm benè, ipsi viderint) adducẽtes testimonium ex lib. 2. Georg. Virgilij, Illic sera rubens accendit lumina vesper. Vbi volunt adiectiuum sera cohærere cum vocabulo vesper: quod certè non est verisimile, præsertim quum vesper aliud adiunctum habeat adiectiuum rubens. Est itaque proculdubio sera adiectiuum coniungendum cum substantiuo lumina: vt hic sit sensus, Illic rubens vesper accendit sera lumina. ¶ Inuenitur etiam vesper, vespera, vesperum. Vnde quum Vesperum dicimus neutro genere, intelligimus tempus. Plin. lib. 18, His horæ rigandi matutina atque vespera. Idem, Matutinum tempus atque vesperum.

Vesperi, aduerb. Tẽpore vespertino. {ἑσπερινῶς. Ital. *Sul vespero.* Gal. *Au soir, sur le vespre* Hisp. *Tarde, tiempo del dia.*} Cic. ad Mati. lib. 11. Epist. Nam quum in Tusculanum vesperi venissem. ¶ Pro eodem legimus & Vespere. Cic. ad Attic. lib. 11, Cephalio mihi à te literas reddidit ad octauum Idus Martij vespere.

Vespertinus, na, num, adiectiuum, vt Tempus vespertinum. {ἑσπερινός. Ital. *Di sera.* Gal. *De soir.* Hispa. *Cosa pertenesciente ala tarde.*} Cic. 2. de Nat. deorum, Tum vespertinis temporibus deliteſcendo, tum matutinis rursum se aperiendo. Vespertinæ literæ, dicuntur quæ vesperi scriptæ, aut redditæ sunt. Cic. ad Attic. lib. 13, Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondebo vespertinis. Horat. 1. Epist. 6, Gnauus manè forum, & vespertinus pete tectum. Idem lib. 2, Sermon. Saty. 4, Si vespertinus subitò te oppresserit hospes.

Vesperare, Est vesperam fieri. {ἑσπερίζειν. Ital. *Farsi sera, annottarsi.* Gal. *Venir sur le vespre, se faire tard.* Hisp. *Anochecer.*} Gell. lib. 17. cap. 8, Taurus philosophus accipiebat nos Athenis cœna plerunque ad id dici, vbi iam vesperauerat: id enim est tempus istic cœnandi frequens.

Vesperascit, Serum diei fit, in tertiis tantùm personis. {ἑσπερίζει. Ital. *Farsi sera.* Gal. *Venir sur le vespre, ou sur le soir, auesprir.* Hisp. *Hazerse tarde, anochecer.*} Terent. in Heaut. Et vesperascit, & non nouerũt viam. ¶ Hinc Aduesperascit, & Inuesperascit. Terent. in Andr. Cur vxor non accersitur? iam aduesperascit. Liu. lib. 39, Iam inuesperascebat.

Vesperalis, & hoc vesperale, pen. prod. {ὁ ἑσπέριος, ὁ ἑσπερινός. Ital. *Di sera, da vespere.* Gal. *Du vespre, vespertinal, occidental, du coste ou se couche le soleil.* Hisp. *Cosa de la tarde.*} Solinus cap. 14. Igitur Macedoniam præcingit Thracius limes Meridiana Thessaliæ Epirotę tenent, à vesperali plaga Dardani sunt & Illyrij; quà Septentrione tenditur, pæonia ac pelagonia protegitur. Vesperalem plagam dixit pro Occidentali.

VESPERIES, Hispaniæ citerioris oppidum, in tractu Vardalorum, vt scribit Plin. lib. 4. cap. 20.

Vesperna, Cœna apud veteres dicebatur: nam (vt Festus inquit) cœna vocabatur, quod nunc est prandium. {δεῖπνον. Ita. *Cena.* Gal. *Le repas qu'on prend au soir, le souper.* Hispan. *La cena*} Vesperna autem quam nunc cœnam appellamus: quòd id conuiuium nonnisi aduentante nocte inibant priſci.

Vespertilio, vespertilionis, masc. gen. Incertæ naturæ est, est enim mediæ cuiusdam inter auem & mutẽ speciei, vt mus alatus dici possit. {νυκτερίς. Ital. *Vespertilione, nottola, grinapola, pipistrello.* Gal. *Chauue souris* Hisp. *Murcielago.*} Volat enim pinnatis aliis, sed inter volucres non est habendus, quòd quatuor pedibus graditur, pullósque parit, non ouа, quos & lacte nutrit. Dictus vespertilio, quòd vespere se ad volatum proferat. Varro, Factus sum vespertilio, neque in muribus planè, neque in volucribus sum. Vide Plinium lib. 10. cap. 61. ¶ Per translationem etiam vespertiliones dicuntur debitores qui ære alieno obruti, interdiu domi delitescunt metu creditorum, noctu tantùm prodeuntes. Vide Alciarum in libris prioribus Parergõn.

Vesperugo, is, Stella est eadem quæ & Vesper, & Hesperus, & Lucifer, & Venus dicitur. ἑωσφόρος. Plaut. Amp. Neque vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Vespillo, vespillonis, masc. gen. Vilis cadauerum funerator: ita dictus, quòd vespertino tempore mortuos efferre soleret, qui funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. {νεκροτάφος. Ital. *Sepelitore de morti.* Gal. *Fossoyeur, qui porte & met les corps en terre.* Hisp. *El que entierra muertos de noche.*} Vnde & funera à funalibus dici autumat Donatus: quia noctu efferebantur ob sacrorum celebrationem diutnam. Martialis lib. 2, Qui fuerat medicus, nunc est vespillo Diaulus.

VESTA, Saturni filia ex Ope, quæ & pro terra quandoque sumitur, eo quòd rebus omnibus terra vestiatur, seu quia vi sua stet. ἱστία. Ouid. li. 6. Fast. Stat vi terra sua: vi stando Vesta vocatur. Nec desunt qui ἀπὸ τοῦ ἱδρύειν nomen hoc deductum velint, aspiratione in u, consonans mutata: vt, Venetus, pro Henetus, Velia pro Helia. Cui sententiæ subscribit & Cic. lib. 1. de Nat. deorum, Vestæ (inquit nomen sumptum est à Græcis. Ea est enim, quæ ab illis ἱστία dicitur, visque eius ad aras & focos pertiner. ¶ Interdum ponitur pro igne. Ouid. 6. Fastorum, Nec tu aliud Vestam, quàm viuam intellige flammam. Natáque de flamma corpora nulla vides. Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit. Veteres autem duas esse Vestas affirmabant. Vnam Saturni matrem: alteram eius filiam, de qua Ouid. 6. Fastorum. Ex Ope Iunonem memorant, Cererémque creatas Semine Saturni: tertia Vesta fuit. Confundunt tamen has Poëtæ, alteram pro altera ponentes. Id tamen obseruandum est, quum Vestam pro Terra accipiunt, de matre Saturni id esse intelligendum: quando verò virginem nominant, de filia eius esse intelligendum,

dum, quam ignem esse voluere. Hanc vnam ex diis penatibus esse volunt, quos Aeneas in Italiam aduexit. Virg. lib. 2. Aeneid. Sic ait, & manibus vittas, Vestamque potentem, Aeternúmque adytis effert penetralibus igne. Cui sententiæ non obscurè adstipulatur & Liuius, quum vestæ sacra vetustissima esse asserit, & ab Albanis accepta. à Numa autem Pompilio primùm Romæ institura, multisq; cæremonijs venerabiliora effecta. Primus enim ille sacerdotes ei sacrauit, stipendióque publico donauit, perpetuáq; virginitate, aliisq; cæremonijs venerabiliores effecit. Harum potissima cura erat, vt ignem perpetuum conseruarent: qui si fortè per negligentiam fuisset extinctus, nequaquam alio ex igne reparare fas erat, sed accensa per fomites ex sole flamma pura & cælesti igni sacrificebatur. Porrò virgo Vestalis legebatur intra annum sextum fuæ ætatis, & decimum: & triginta annos oportebat eam manere virginē, postea nubere licebat. Quòd si interim fortè stuprum commisisset, viua defodiebatur.

Vestales virgines. Quæ Vestæ sacris, perpetuísque ignis custodiæ erant dicatæ, à Numa Pompilio primùm institutæ, vt est autor Liuius lib. 1. ab Vrbe, *condita*. Cic. 3. de Leg. Virgines Vestales in vrbe custodiunto ignem foci publici sempiternum.

Vester, a, um. Quod ad vos attinet. {ὑμέτερος Ital. *Vostro*. Gal. *Vostre*. His. *Cosa vuestra*.} Virg. 3. Aegloga. Pierides vitulam lectori pascite vestro.

Vestras, vestratis. Quod ex vestra regione est, aut patria. {ὁμοεθνὴς. Ital. *Di vostro paese, lignaggio ò setta*. Gal. *De vostre pays, de vostre lignage ou secte*. His. *De vuestra parte ò vando*.} Cic.

Vestiarium, Vestiarius, vide VESTIS.

Vestibulum, vestibuli. Locus erat ante ædium ianuam, inter ædes ipsas, & viam relictus, eum in vsum, vt qui ædium dominum salutatum venissent, neque in via starent, neque in ipsis essent ædibus. {πρόδομος, αὐλόθυρον. Ital. *Entrata della casa*. Gal. *L'entrée d'vne maison*. His. *El portal fuera de casa*.} Plaut. in Most. Vidén' vestibulum ante ædeis hoc, & ambulacrum cuiusmodi sit? Dicta sunt autem Vestibula à Ve, & stando, quòd multum in iis staretur. Nam qui domos amplas antiquitus faciebant, locum ante ianuam relinquebant, qui inter fores domus, & viam medius esset, in eo loco qui dominum eius domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant. A qua statione, & quasi constabulatione. Vestibula appellata sunt spatia, in quibus multùm staretur ab aduenientibus, prius quàm intromitterentur in domum. Alij vestibulum à Ve priuatiuo deduci volunt, referentes non ad eos qui aduenium, sed ad eos qui in domo commanent, quoniam illic nūquam consistant, sed solùm transitus causa ad hunc locum veniant exeundo, seu redeundo: vt sit vestibulum, non stabulum: sicut Vesanus, non sanus. ¶ Potest etiam dici vestibulum prima pars ianuæ, quòd ianuam vestiat: vel (vt Ouid. ait) à Vesta, quòd ea potissimum pars in ædificio sit Vestæ consecrata: sicut colina diis penatibus: & macries, quæ ambit domum, Herceo Ioui, singula enim domus sacrata sunt diis. Ex hac opinione nata fuit olim consuetudo vt nouam nuptam mariti domum ingredientem nefas putaretur limen pedibus contingere. Ouid. lib. 6. Fast. Hinc quoque Vestibulum dici reor, vnde precamur. Quam famur Vestam, quæ loca prima tenet. Vide Gellium lib. 16. cap. 5.

Vesticeps. Qui annos pubertatis iam attigit, quiq; malat habet lanugine vestitas. {ἠβόων, γενειήτης, ἀὴρ γενειάσκων. Ital. *A cui la barba comincia à venire*. Gal. *A qui la barbe commence à venir*. His. *El mancebo que comiença à barvar*.} Gel. lib. 5. cap. 19. Sed arrogari non potest, nisi iam vesticeps.

Vestigium, vestigij. Pedis impressio: id est signum quod à pede relinquitur. {ἴχνος, σῆμα. Ital. *Vestigio, segno che lascia il piede ò pedata*. Gal. *Vestige, pas ou trace, la marque du pié*. His. *El rastro ò la pisada*.} Virg. 4. Georg. Et gradiens ima verrit vestigia cauda. ¶ Ponitur quandoque pro ima parte pedis. Idem lib. 5. -vestigia primi Alba pedis, frontémq; ostentans arduus albam. ¶ Per translationem ponitur pro quocunq; rei gestæ indicio seu signo. Cic. pro Font. Vnæ rabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datā. Virgil. 4. Aeg. Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis. Omnibus vestigijs indagare aliquid, est vbiq; quærere, & diligenter. Fallere vestigiū, de loco lubrico dicitur. Ponere vestigia leuiter, est ita progredi, vt vix vestigia appareant. Dicimus quoq, Insistere in vestigio, Imprimere vestigium, Facere vestigia in aliquo loco. ¶ Occumbere in vestigio, est statim eo in loco interfici, vbi ab Imperatore in acie collocatus fuerat. ¶ Vestigium corporis, est ipsius corporis impressio. Vestigium equi, dicitur aliquando ipsius equi ferrea solea. Plin. lib. 28. cap. 20. Vestigium equi excussum vngula, vt solet plerunque, siquis collectum reponat, singultos remedium esse recordantibus, &c.

Vestigo, vestigas, pen. prod. Quæro, quasi vestigia indago: à vestigijs, tanquam indicijs dictum. {ἰχνεύω, σῆτα, σῆτις, ἰχνηλατέω. Ital. *Cercare, inuestigare*. Gal. *Tracer, chercher diligemment*. His. *Buscar por el rastro ò pisadas*.} Cic. lib. 3. de Orat. Ipsa tractatio, & quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum delectatione vestiges. Virgil. 7. Aene. Quæ loca, qui ve habeant homines, vbi mœnia gentis Vestigemus. Cic. 2. de Orat. Non & coniuncta quæremus, & causas rerum vestigabimus. Virgil. 6. Aen. Ergo alte vestiga oculis, & rite repertum Carpe manu. ¶ Huius composita sunt, Inuestigo, & peruestigo, quorum significata explicantur suis locis.

Vestigator, verbale, Id est venator, à vestigijs ferarum dictus, vt autor est Varro 4. de Lingua Latina. {ἰχνευτής Ital. *Inuestigatore, cacciatore*. Gal. *Traceur, braconier, chasseur, veneur*. His. *El que busca por el rastro, cazador*.} Colu. li. 9. cap. 8. Nam statim sono territum, vel in frutice, vel in editore syluæ fronde considet, vel à vestigatore præparato vase reconditur.

VESTINI, ἔθνος. Populi Italiæ inter Picenos, Sabinósq; quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5, & 12. Apud hos olim laudatissimi fiebant caſei. Mart. lib. 13. Si sine carne voles tentacula sumere frugi,

Hæc tibi Vestino de grege missa venit.

Vestis, tis, A velando, quòd corpus velet: seu à vellere, quod est vniuersæ ouis lana. {ἱμάτιον, ἐσθής, στολή. Ital. *Vesta*. Gal. *Vestement, habillement*. His. *Vestidura*.} Et est generale nomen, quoduis significans indumentum, tam virile, quàm muliebre, quo continentur omnia lanea, linea, serica, bombycina, quæ induendi præcingendi, tegendi, amiciendi, insternendi, accubandique causa apparata sunt, & quæ accessionis iure cedunt: cuiusmodi sunt institæ, picturæ, clauique, quæ vestibus insuuntur. Cice. 7. Verr. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij atq; odores, vestémq; lineam, gemmas alij, & margaritas. Quint. lib. 11. ca. 1. Monilia & margaritæ, vestis longa, sunt ornamenta fœminarum. Virgil. 9. Aeneid. Diues equúm, diues pictaí vestis, & auri. Cic. 2. Philip. Maximus vini numerus fuit, per magnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa & lauta supellex, & magnifica, multis locis, &c. ¶ Ponitur interdum vestis pro barba, *Homer*. Virg. lib. 7. Aen. Aurea cæsaries ollis, atq; aurea vestis. Vbi Seruius, Vestis, hoc est barba: vnde econtra inuestes dicimus imberbes: vnde est, Tunc mihi prima genas vestibat Flore iuuenta. Lucret. lib. 5. Nec minus incerto dentes cadere impetat ætas Tempore, & impubem molli pubescere veste. Veste, hoc est pilo & lanugine, seu prima barba.

Vestio, is, ui, tum, Vestem induo. {ἱματίζω, ἐνδύω, ἐσθίω, στολίζω. Ital. *Vestire*. Gal. *Vestir*. His. *Vestir*.} Plaut. in Casin. Vir te vestiat, tu virum despolies. Cice. pro Sext. Ros. Quasi verò nescias hunc ali & vestiri à Cælia, &c. ¶ Transfertur & ad alia, gaudéq; ferè ablatiuo eius rei qua quis vestitur. Cic. 2. de Nat. deor. Primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit. Vestiuit id est, operuit, munuit, contexit, velauit, Colum. lib. 4. transtulit ad arbores, Vbi se frondibus vestierint, teneris caulibus, necdum adultis, modus adhibendus est. Vestire agrū vineis, apud eundem. li. 3. cap. 1. Vestire gramine ripas, apud eundē lib. 8. ca. 5. Vestiti montes syluis, apud Liu. 2. bel. Maced. Vestire parietes tabulis, Cic. 6 Verr. Vestiri pilo, Plin. lib. 9. cap. 13. Vestita floribus terra, arboribus, frugibúsq;, &c. apud Cice. 1. de Nat. deo. Plin. lib. 2. Epist. 17. Hortum morus, & ficus frequens vestit, id est contegit, ornat. ¶ Huius composita sunt, Conuestio, circunuestio, superuestio: quorum significata explicantur suis locis.

Vestitus, us. Vestimentū, siue vestis. {ἱματισμός, ἐσθής, ἐσθῆμα, ἐνδυμασία. Ital. *Veste*. Gal. *Vestement*. His. *Vestidura*.} Plin. li. 8. ca. 22. Vestitúq; in queren suspenso. tranare atque abire in deserta. Cic. 1. de Nat. deo. R eliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fictoréque voluerunt: neque solùm facie, sed etiam ornatu, ætate, vestitu. ¶ Orationis vestitus. Cic. de cla. Orat. Concinnitas illa, crebritásq; sententiarum pristina manebat: sed ea vestitu illo orationis quo consueuerat, ornata non erat. Montium vestitus densissimi. Cic. 2. de Nat. deo. Riparum vestitus viridissimi. Cic. ibid. Vir muliebri indutus vestitu. Cicero ad Attic. lib. 1.

Vestimentum, ti. Idem quod vestis. {ἱμάτιον, ἐπίβλημα, ἱμάτιον, ἔνδυμα. Ital. *Vesta, habito*. Gal. *Vestement, habillement*. His. *Vestidura*.} Vlpianus in l. Vestimentum. ff. de Auro & argen. lega. Vestimentum, id est quod detextum est, etsi defectum non est, &c. Cicero pro Mil. Milo autem quum in Senatu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est, domum venit, calceos & vestimenta mutauit. Horatius 1. Epist. 18. Vestimenta dabat pretiosa, &c.

Vestiarium, rij. Locus in quo vestes vel seruantur, vel venduntur. {ἱματοφυλάκιον, ἱματοπωλεῖον. Ital. *Guarda vesti*. Gal. *Garderobbe, lieu à serrer habillemens*. His. *Lugar donde se ponen los vestidos para guardar, ò vender*.} Plinius lib. 15. cap. 8. Vestiarium etiam contra teredines, ac noxia animalia amurca aspergi. ¶ Aliquando vestiarij nomine vestitus intelligitur. *ἱματισμὸς, στολισμός*. Colum. libro 1. cap. 8. Tantóque curiosior inquisitio patrisfamiliās debet esse pro tali genere seruorum, ne aut in vestiariis, aut in cæteris præbitis iniuriosè tractentur. Vide in dictione CALCEARIVM.

Vestiarius. Qui vestiario præest, aut vestes vēdit. {ἱματοπώλης. Ital. *ebifa ò vende vesti*. Gal. *Faiseur ou vendeur d'habits*. His. *El que hace ò vende vestiduras*.} ¶ Aliquando adiectiuum est: vt, Vestiaria arca, apud Catonem lib. 11, in qua vestes reponuntur, & conseruantur.

Vestispicus, vestispici, & Vestispica, vestispicæ, pen. corr. Seruus, siue ancilla custodiens vestes, quòd frequenti diligentia vestes inspiciat. {ἱματοφύλαξ. Ital. *Guarda vesti*. Gal. *Celluy ou celle qui garde les habits ou habillemens, qui prend garde qu'ils soyent nets & ne se gastent*. His. *El que alimpia las vestiduras y las guarda*.} Plaut. in Trin. -ducitur familia tota, Vestispici, vnctor, auri custos. Afran. Noui non insciam ancillulam vespere & vestispiciam.

Vestitissimus, vestitissima, vestitissimum. Quod est optimè vestitum. Colum. lib. 7. cap. 3. Id pecus, quamuis ex omnibus animalibus vestitissimum, frigoris tamen impatientissimum est. De ouibus.

VESVLVS, pen. corr. βιεσοῦλος, Mons Liguriæ iuxta Alpes, inter cæteros clarissimus, ex cuius radicibus Padus erumpit, teste Plin. lib. 3. cap. 16. Virg. 10. Aen. Ac velut ille canum morsu de mōtibus altis Actus aper, multos Vesulus quos pinifer annos Defendit.

VESVVIVS, vide VESEVVS.

Veter, veteris, penult. corr. Adiectiuum trium generum, Senex, vetustus, {γεραιός, παλαιός. Ital. *Vecchio, antiquo*. Gal. *Vieil, ancien*. His. *Viejo, anciano*.} Ennius, Quum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

Veterior, & Veterrimus. Plautus in Bacch. Senem illum ego tibi dedo veteriorem, lepidè vt lenitum reddas. Trebs. Ciceroni. Pro nostro veteriorem, lepidè vt lenitum reddas. Trebs. Ciceroni. Pro nostro veterrimo, verisimóque amore. Virg. 2. Aen. Ingens ara fuit, iuxtáq; veterrima laurus. Tacit. lib. 5, Arsacem liberorum suorum veterrimum impositi. Id est maximum natu. Cice. de Amic. Veterrima quæq; (vt ea vina, quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima.

Veteramentarius, Veteranus, Veterator, vide VETVS.

Veterinus, a, um, adiectiuum: vt, Veterina animalia. {ζῶα φορβάδια. Ital. *Ogni bestia da soma, come cauallo, mulo, asino & simili*. Gal. *Chevaux ou mulets ou autres bestes qui portent somme*. His. *Qualquier bestia para cargo*.} Dicuntur ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere possunt. Ita dicta, quasi venterina, teste Festo, quòd ad ventrem onus religatum gerant: vel potius à vehendo, quasi veterina. Plin. lib. 11. cap. 46. Vngulæ veterino tantùm generi renascuntur. ¶ Legitur & Veterinum, substantiuè, pro animali veterino: hoc est vecturæ idoneo. ζῶον φορβάδιον. Plin. lib. 11. cap. 37. Aetas veterinorum, dentibus indicatur.

Veterinarius, veterinarij. Qui veterinorum curam gerit, & veterina ducit, qui apud nos consueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæstum. {κτηνιατρικός. Ital. *Mulattiere, palafreniere, mareschalco*. Gal. *Mulatier, palefrenier, mareschal*. His. *Albeytar de tales bestias*.} Vnde equos, mulos, asinos, meritorios vocamus. Colum. lib. 11. cap. 1. Nam & arator repetitur alimeritorios vocamus. Colum. lib. 11. cap. 1. Nam & arator repetitur ali-

quis bonus, & optimus fossor, aut fœni sector, nec minus arborator, & vinitor, tum etiam veterinarius, & probus pastor. ¶ Veterinarij item, medici sunt veterinorum, quos nunc vulgus *Marescalos* appellat. *ἰατροὶ κτηνῶν, κτηνιατροί.* Colum. lib. 6. cap. 8. Solent etiam fastidia cibi afferre vitiosa incrementa linguæ, quas ranas veterinarij vocant.

Veterinarius, ria, rium. Quod ad veterina animalia pertinet. *κτηνιατρικός.* Ital. *Pertinente à bestie de soma.* Gal. *Apartenant à bestes de se[illegible]e.* Hispan. *Perteneciente à bestias de carga.* } Vt Medicina veterinaria. *κτηνιατρική, ἰατρικὴ κτηνῶν.* Colum. lib. 7. cap. 3. Quare veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister.

Veternus, veterni. Morbus est nascens ex humoribus frigidis cerebrum infestantibus, memoriam simul & rationem tollens, ineuitabilémque dormiendi necessitatem inducens. } *λήθαργος.* Ital. *Infermità per troppo otio, La quale induce ettreno sonno.* Gal. *Lethargie, maladie qui rend les gens endormis & paresseux.* Hisp. *Dolencia que haze mucho adormecer.* } Plaut. in Menæch. Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? ¶ Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negotia inutiles, quemadmodum senectus, ideo Veternus quandoque pro pigritia ponitur. } *νωθρότης.* Ital. *Dapocaggine, tardezza.* Gal. *Faitardise.* Hisp. *Ocio sidad ò pereza.* } Virg. lib. 1. Georg. Nec torpere graui passus sua regna veterno. Cicer. lib. 6. Epist. Nisi ego cū tabernariis & aquariis depugnassem, veternus occupasset ciuitatē. ¶ Quandoque pro nimia dormitione. Plin. lib. 8. cap. 36. Primis diebus bis septenis tam graui somno vrsi premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant, tunc mitum in modum veterno pinguescunt.

Veternosus. Qui veterno, hoc est lethargo laborat. *λήθαργος.* ¶ Per translationem tamen sumitur pro somnolento, & segni. } *νωθρός, ὑπνώδης.* Ital. *Addormentato, tardo.* Gal. *Endormy & apesanty, paresseux & faitard.* Hisp. *Adormecido, ocioso, perezoso.* } Terent. in Eunuc. Hic est vetus, vietus, veternosus, senex. Quo in loco Terent. Eunuch. vocat veternosum, quòd tardus esset, & segnis, ac si veternum pateretur. ¶ Cato verò Veternosum appellat hydropicum, quum inquit, Veternosus quàm plurimum bibit, tam plurimum sitit.

Vetero, vide VETVS.

Veto, veras, vetui, veritum. Prohibeo, & nequid fiat, impero. } *ἀπαγορεύω, κωλύω.* Ital. *Vietare, prohibere.* Gal. *Defendre de faire quelque chose, prohiber.* Hispan. *Vedar.* } Liuius lib. 2. Illi victi ita, vetuêre reddi. Terent. in Phorm. Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui Negotij incipere. Cæsar 2. bel. Gall. Et quòd ab opere singulisq; legionibus singulos legatos Cæsar discedere, nisi munitis castris, vetuerat. Cicer. 5. Verri. Vetat te Volcatius tuæ, tuorúmq; deliciæ, mentionem mancipis facere. Virg. 1. Aene. Quippe vetor fatis. Horat. 1. Serm. -tidentem dicere verum Quid vetat? Virgil. 10. Aegloga, -non me vlla vetabunt Frigora Parthenios canibus circundare saltus. ¶ Legitur etiam præteritum vetaui, & supinum vetatum. Persius Saty. 5. Excepto siquid Masuri rubrica vetauit. Quo tamen in loco nonnulli Notauit, legendū contendunt. ¶ A vetо, quanuis supinum faciat vetitum, participium tamen futuri temporis deducitur vetaturus, non vetiturus. Item verbale vetatio, non vetitio, autore Valla lib. 1.

Vetans, verantis, participium. } *κωλύων.* Ital. *Chi prohibisce & vieta.* Gal. *Qui defend & prohibe.* Hisp. *Que veda, vedador.* } Cicer. 2. de Legibus, Ita principem legem illam, & vltimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis, aut vetantis Dei.

Vetitus, præteriti participium. } *κωλυθείς, ἀπαγορευθείς.* Ital. *Vietato.* Gal. *Prohibe, defendu.* Hisp. *Vedado.* } Virgil. 6 Aen. Hic thalamum inuasit natæ, vetitosque hymenæos. Ouid. 2. Metam. Vetito tentarunt æquore tingi. Horat. 1. Carm. Ode 3, Audax omnia perpeti Gens humana ruit per vetitum nefas.

Veritum, ti, substantiuum. Id quod prohibetur. } *τὸ κωλυθέν, τὸ ἀπαγορευθέν.* Ital. *Cosa vietata.* Gal. *Chose defendue.* Hisp. *Cosa vedada.* } Virgil. 10. Aened. Quæ contra vetitum discordia? Ouid. 3. Amo. Nitimur in vetitum semper cupimúsq; negata.

VETONES, pen. prod. Hispaniæ citerioris populi, inter Tagum & Diriam amnes siti, Carpetanis ad Occasum proximi: à quibus herba nobilissima, quam Græci *ἀνθρωπόμορφον* vocant Vetonicæ siue Betonicæ nomen accepit. Vide Plinium lib. 2. cap. 3, & lib. 4. cap. 20. & 22, & lib. 25. ca. 8. Nonnulli etiam Vettones vocant geminato t, quidam etiam Vectones: vt apud Lucanum lib. 4. Vectonésque leues, &c.

Vetonica, vide BETONICA.

VETVLONIVM, *Οὐετυλώνιον* Ptolemæo, siue VETVLONIA, vetuloniæ, Vrbium Hetruriæ, quum Mæonij eam obtinerent, caput: cuius meminit Silius lib. 8. Mæoniáque decus quondam Vetulonia gentis. Plin. lib. 2. cap. 103. Vetulonios appellat, Patauinorum (inquit) aquis calidis herbæ innascuntur virentes, Pisanorum ranæ, ad Vetulonios in Hetruria, non procul à mari, pisces.

Vetulonienses populi, Vetuloniam incolentes, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 5.

Vetus, veteris, pen. cor. om. gen. Antiquum & multorum annorum, mensium, aut dierum significat, secundum id cui adiectum est. } *παλαιός, ἀρχαῖος.* Ital. *Vecchio, antico.* Gal. *Vieil, ancien* Hisp. *Viejo, anciano.* } Plaut. in Truc. Vetus est maceria. Cicer. pro Cæcin. At verò hoc quidem iam vetus est, & maiorum exemplo multis in rebus vsitatū. Quidam dici putant, quasi vietus: hoc est sine vi. Etas enim debilitat vires. Alij à ve, pro valde, & æras. Et plerunq; in laude ponitur. Vnde dicimus. Apud veteres: eos videlicet autoritatis plenos significantes. Item Vetus Falernum, quod ætates vires acquisiuit. ¶ Interdum ad vituperationem refertur, & pro cariosо, seu rancido ponitur, ptóq; eo quod ætate iam deterius est effectum. Terent. in And. -sed qui maleuoli Veteris poëtæ maledictis respondeat. Vetus adagium, vetus verbum, id est iandiu vsurpatum, & à veteribus etiam dictum. Plaut. in Amph. Vetus est adagium, -fames & mora Bilem in nasum conciunt. Teren. in Adelph. Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia.

Vetulus, diminutiuum, Quod modò substantiuè accipitur pro sensiculo. } *γεροντάκιον.* Ital. *Vecchietto.* Gal. *Vieillard, vieillot.* Hisp. *Pequeño viejo.* } Plaut. in Epid. Quales volo vetulos deos. ¶ Modò adiectiuè, pro subuetusto, siue subãtiquo: vt, Vetula cornix. Horat. 4. Carm. Ode 13, Seruatura diu partem corniciis vetulæ temporibus Lucem, &c. Arbor vetula. Cicer. 5. de Finib. Itaq; & vinere vitem & mori dicimus: arborémq; & nouellam, & vetulam: & vigere, & senescere. Equus veculus. Cicer. de Amic. Num quando amici noui digni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus. Falernū vetulum. Catul. Epigr. 24. Minister vetuli puer Falerni. Vinum vetulum. Colum. lib. 10. Brachia iactantes vetulo marcentia vino.

Vetustus, a, um, Idem quod vetus. } *παλαιός.* Ital. *Vecchio, antico.* Gal. *Vieil, ancien, antique.* Hisp. *Viejo, anciano.* } Liuius lib. 1, Posse quidem se vetusto iure agere. Cicer. Acilio, lib. 13, Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est. Idem de Clar. Orat. Sed multo tamen vetustior, & horridior ille, quàm Scipio. Ouid. 2. Fast. Tybri doce verum, tua ripa vetustior vrbe est. Virgil. 2. Aencid. Est vrbe egressis tumulus, templúmq; vetustum Desertæ Cereris, iuxtáq; antiqua cupressus Religione patrum multos seruata per annos. Plin. lib. 25. cap. 2, Vt Aeschylus è vetustissimis in poëtica refertam Italiam herbarum potentia proderet. Tacit. lib 2, Qui Vononem vetustissimum liberorum eius acciret. Hoc est maximum natu

Vetustè, aduerbium, Antiquè. } *παλαιῶς.* Ital. *Anticamente.* Gal. *Anciennement.* Hisp. *Viejamente, antiguamente.* } Plin. lib. 27. cap. 7, Vetustissimè in vsu est. hoc est diutissimè conseruatum in vsu est.

Vetustas, vetustatis, Antiquitas, senectus. } *παλαιότης.* Ital. *Vecchiezza, anticita.* Gal. *Vieillesse, ancienneté* Hisp. *Vejez.* } Plin. lib. 27. cap. 7, Nix vetustate rubescit. Liu. 6. ab Vrbe, Nec quicquid quoque anno actum sit in tanta vetustate non rerum modò, sed etiam autorum, digerere possis. Cicer. de Amic. Magna est vis vetustatis & consuetudinis. Ouidius 5. Metamorph. Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas Omnia destruitis, vitiatáque dentibus æui

Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Vetustesco, is. Inueterasco, vetustatem acquiro. } *παλαιῶ.* Ital. *Inuecchiare, diuenir vecchio.* Gal. *Enuieillir.* Hisp. *Enuejecerse.* } Colum. lib. 1. cap. 7, Apotheca rectè superponentur his locis, vnde plerunq; fumus earum exoritur, quum vina celerius vetustescunt, quæ fumi quodam genere præcocem maturitatem trahunt.

Vetero, veteras, Vetustesco, vetustatem acquiro. } *παλαιῶ.* Ital. *Inuecchiare.* Gal. *Enuieillir.* Hisp. *Enuejecer.* } Celsus lib. 3. cap. 12. In his autem febribus quæ veterauerunt, vtilis fames non est. ¶ Hinc compositum Inuetero, & augmentatiuum Veterasco, quæ sunt eiusdem significationis. Colum. lib. 2. cap. 15, Aptior est tamen surculis hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veterascere, si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas. ¶ Ab hoc fit Inueterasco, quod est valde vetus fio, seu valde in consuetudinem vento. ¶ Nigidius differentiam ponit inter vetustescere, & veterascere: quòd quæ vetustate deteriora fiunt, vetustescere dicantur: veterascere, quæ meliora. Columella verò lib. 6, docet veterascere, seu inueterascere, non semper in melius dici: cuius hæc sunt verba, Sed si iam inueterauit morbus, vehementioribus est opus remediis.

Veterasco, veterascis, Vetus fio, vetustatem contraho: quod vetustescere dicimus. } *παλαιῶ.* Ital. *Inuecchiare.* Gal. *Enuieillir.* Hispan. *Enuejecerse.* } Colum. lib. 2. cap. 14, Aptior tamen est surculis hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veterascere.

Veterator, veteratoris, Homo veteris astutiæ, vt inquit Donatus, & in omni re callidus: à multarum rerum gerendarum vetustate. } *παλαιοπρόσωπος, παλαιμόχθος, πανοῦργος.* Ital. *Gratta vecchia, trincato, scelerato ghiotto, catiuo, tristo, di mala sorte, di mal pelo.* Gal. *Fin, cauteleux & ruse de long temps.* Hisp. *Astuto, malicioso, engañoso, ennuejecido en su arte.* } Teren. in Heaut. Idem istuc mihi venit in mentem. e. veterator. Idem in Andria, Quid hic volt veterator sibi? ¶ Veterator, inquit Budæus, est qui diuturna ac multiplici, & sæpe commutata seruitute astutus & vafer euasit: quod genus seruorum olim minori erat in pretio quàm nouitiorum: vnde ab Aedilibus præceptum erat, referente Vlpiano, ne veterator pro nouitio veniret. ¶ Veterator & ad liberos homines transfertur, pro eo qui in quauis, quouisve instituto astutia & solertia plurimum pollet. Cic. lib. 2. de Finib. Acutum, versutum, veteratorem, facilè vt excogiter quomodo occultè fine teste, fine vllo conscio fallat. Gell. lib. 3. ca. 3, Videbatur esse in literis veterator. ¶ Veterator, aduocatus dici hodie potest, qui diu, ac multum in foro versatus, omnes litium trahēdarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi ludificationes, omnes prehensiones, nexúsq; lubrici litium certaminis, qui in ancipiti forensium salebrarum Marte bellissimè insidias disponere, atque etiam prouidere nouit: sed is propriè (vt vno verbo absoluam) qui eam se artem scire, atq; exercere profitetur, qua causa inferior, superior euadere, vel reclamare æquo, bonóque possit. Budæus.

Veteratorius, veteratoria, veteratorium, Subdolus, impostorius, vafer, astutus. } *πανοῦργος, ἀπατηλός, κακοήθης.* Ital. *Ingannatore, astuto.* Gal. *Cauteleux, fin, ruse.* Hispan. *Engañador, astuto.* } Cicer. Verr. Nihil ab isto tectum, nihil veteratorium expectaueritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur.

Vetera-torie, aduerbium, Astutè, callidè, militiosè. } *πανούργως.* Ital. *Astutamente, con cautele.* Gal. *Par ruse & finesse, cautelousement.* Hisp. *Engañosamente, cautelosamente.* } Cic. in Orat. Ille enim summissus, quod acutè, & veteratoriè dicit, &c.

Veteratrix, veteratricis, Fœmina in astutiis & fraudibus exercitatissima. *πανοῦργος.*

Veteramentarius sutor, Calcearius, qui veteres calceos reficit. } *παλαιοπαπουτσοράπτης*, seu *παλαιοράπτης.* Ital. *Zauatiero.* Gal. *Sautier* Hispan. *El remendon de zapatos, zapatero.* } Eáq; forma dicitur veteramentarius, qua ab armento armentarius, à ferramento ferramentarius. Sueto. in Vitel. Cassius Seuerius, nec minus alij, eundē & sutorem veteramentarium prodiderūt.

Veteranus, veterana, veteranum, Idem significat quod vetus. } *παλαιός.* Ital. *Vecchio, veterano, pratico.* Gal. *Vieillart, ancien.* Hisp. *Viejo, anciano.* } Liu. lib. 1. bell. Pun. Pœnum hostem veteranum, trium & viginti annorum militia durissimas inter Hispanas gentes semper victorem. Vnde veterana mancipia, quæ à nouitiis distinguuntur. Veterana, quę anno nondum seruiuerunt, vt ait Martianus de Publicanis & vectigalibus. ¶ Veterani milites, qui multis annis stipendia fecerunt, & diuturno vsu in re militari sunt exercitati. Budæus in libro de Asse, ex autoritate Taciti,

Tacit. ostendit eos propriè dictos esse veteranos, qui stipendia quidem legitima confecerant, adhuc tamen sub vexillo continebantur, quoad militiæ præmia, coloniásq; acciperent, ab omni interim onere immunes, præterquam propulsandi hostis. Stipendiorũ autem legitimorum tempus non semper idem fuit. Constat enim quosdam tricena, alios quadragena implesse stipendia. Sub initium autem principatus Tiberij, suborta hoc nomine seditione in castris Pannonicis, placuit, post sexdecim stipendia milites exauctorari, quatuórque post annos, antequam missionem adipiscerentur, sub vexillis retineri, indulgentiore militiæ genere: quo tempore Veterani dicebantur. Cic. 2. Tusc. Ergo hæc veteranus miles facere poterit: doctus vir, sapiens, facere non poterit? Cæsar lib. 2. bell. Gall. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quatuor veteranorum. Lucan. lib. 1. Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ noster veteranus aret? Cic. 3. Philipp. Comparare firmissimum exercitum invicto genere veteranorum militum. Veteranum pecus. Colum. lib. 6. cap. 2. Verùm ista sic agenda præcipimus si veteranum pecus non aderit. Veteranæ vites dicuntur veteres, & antiquæ. Colum. lib. 3. ca. 25. Deinde eam velut veteranam vitem totam exputare, & ad vnam materiam firmissimam redigere.

Vexillum, vexilli. Signum militare. {σημεῖον. Ital. *Bandera.* Gal. *Banniere, enseigne, estendart.* Hisp. *La seña.*} Cæsar 2. bell. Gall. Vexillũ proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret. Tacit. lib. 1. Postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt. Cic. in Oratore, docet velum à vexillo factum, vt à paxillo palum, à taxillo talum, extritis tribus literis, gratia vitandi durioris soni. ¶ Vexillum autem continebat homines centum octoginta sex, teste Livio lib. 8. ab Vrbe.

Vexillifer, Signifer, gestator vexilli, quem & Aquiliferum vocabant Romani. {σημειοφόρος. Italicè *Bandirara, alfiero.* Gal. *Portenseigne, guidon.* Hisp. *Alferez.*}

Vexillarius, Signifer, Qui vexillum fert. {σημειοφόρος. Ital. *Bandirare, alfiero.* Gal. *Portenseigne, guidon.* Hisp. *Alferez.*} Liu. lib. 8. Ordo ter sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habet.

Vexillatio, quid significet, declarat Vegetius lib. 2. ca. 1. Equitum (inquit) alæ dicuntur ab eo, quòd ad similitudinem alarum ab vtraque parte protegant acies, quæ nunc Vexillationes vocantur, à velo: quia velis, hoc est flammulis vtuntur. Suet. in Galba, cap. 10. Illud mirum admodum fuerit, neque præsentium quenquam opem Imperatori ferri conatum, & omnes qui accerserentur, spreuisse nuntium, excepta Germanicorum vexillatione. {ὁ λόχος, ὁ λόχος Ital. *Compagnia de soldati sotto vna bandiera.* Gal. *Vne compagnie de gents de guerre estans soubs vne enseigne.* Hisp. *Compañia de hombres armado so vno alferez.*

Vexo, vexas, Agito, molesto, perturbo, infesto, populor, diripio, & huc atque illuc distraho. {σεσείσθαι, διαπαίειν, ἀθλεῖν, διενοχλεῖν. Ital. *Disturbare, molestare, uiare.* Gal. *Vexer, tormenter, harceler, tempester.* Hisp. *Fatigar, molestar, enojar.*} Tractum ab eo quod est veho, in quo inest iam vis quædam alient arbitrij: non enim sui potes est, qui vehitur. Vexare autem vi atque motu proculdubio vastiore est. Nam qui rapitur, & huc atque illuc distrahitur, (vt inquit Gell. lib. 2. cap. 6.) vexari propriè dicitur: sicut taxare, pressius, crebriúsq; tangere. Iactare, multo fusius, largiúsq; iacere. Quassare etiam, quàm quatere, gratius, violentiúsq;. Cicero 2. Verr. Quam iste per triennium ita vexauit ac perdidit, vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. De Sicilia loquitur: in quem locum Asconius, nimirũ Vexauit: ingentis calamitatis vsum significat: nam & ipse suprà sic ait, Populatæ, vexatæ, funditus euersæ prouinciæ. Virgil. 6. Aeglogа. Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias vexasse rates. ¶ Vexare nos dicuntur vitia, quia animum iactant, distorquent, agitant, infestant. Sallust. in Catil. At me, quum ab istis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem quæ cæteros, fama atque inuidia vexabant. ¶ Huius cõposita sunt. Deuexo, & diuexo, quorum significata vide suis locis.

Vexatio, vexationis, verbale. Populatio, direptio, infestatio, afflictio. {σύγχυσις, πάθημα, ἐνόχλησις, ἄσκησις. Ital. *Travaglio, travagliamento.* Gal. *Grief, tourment, vexation.* Hisp. *Enojo, obra de molestar.*} Cic. in Cati. Tibi vexatio direptióq; sociorum impunita fuit ac libera. Idem 4. in Cati. Tum lamẽtationem matrumfamiliãs, tum fugam virginum atq; puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco.

Vexator, vexatoris, Infestator. {ἐνοχλητής, πολιορκητής. Ital. *Chi tormenta, fa trauaglio.* Gal. *Vexeur & tourmenteur.* Hisp. *El que molesta cruelmente, y da enojo.*} Cic. de Arusp. resp. Tam crudelis mei, tam sceleratus Reip. vexator esse potuisset?

V ante F.

VFENS, Vulgò *Fanto*, Fluuius est iuxta Terracinam, teste Plin. lib. 3. ca. 5. qui labitur per Pontinas paludes, qui etiam Vsentum à quibusdam dicitur. Virg. lib. 7. Aen. -gelidúsque per imas Quæsit inter valles, atque ita in mare volutus Vfens. ¶ Vfens præterea Aequicolarum dux fuit, qui quum Turno aduersus Aeneam suppetias ferret, à Gya Troiano est interfectus: de quo Virg. lib. 7. & 12. Aeneid.

Vfentinus, adiectiuum: vt, Vfentina tribus. Liuius 9. ab Vrbe, Duæ Romæ additæ tribus, Vfentina, ac Falerina.

V ante I.

VIA, Fluuius Cellæcorum Lucensium, in citeriori Hispania, non procul ab Orubio promontorio in Oceanum Occidentalem sese exoneratus. Autores Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

Via, viæ, Diminutiua actus, quà potest ire vehiculum. {ὁδός. Ital. *Via, strada.* Gal. *Voye, chemin, rue.* Hisp. *El camino ò la calle.*} Via, inquit Paulus Iureconsultus) constituti, vel latior octo pedibus, vel angustior potest, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest: aliquoquin iter sit, non via. ¶ Abusuè tamen sumitur pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plinius, Quum de via vocassem. Terent. in Eunuch. -haud conuenit? Vnà ire amicam cum Imperatore in via? Hor. 1. Serm. Satyr. 9. Ibam forte via sacra, sicut meus est mos. Virg. 2. Aen. Obsedere alij telis angusta viarum Oppositi. Ouid. 6. Meta. -iam grandior ævo, Impatiensque viæ genitor. Tacit. lib. 1. 9. Per angusta, & lubrica viarum flexerant. ¶ Aliquando sumitur pro ipso actu eundi. Cic. 1. Philip. Quùmq; de via languerem, & mihimet displicerem. Ouid. 2. Metam. Auditáq; viæ causa, non vsile carpis, Inquit, iter. Cic. de Senect. Potest enim quicquam esse absurdius, quàm quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere? ¶ Aliquando prorationе, & modo aliquid faciendi. Virg. lib. 4. Aeneid. Inueni germano viam, gratare sorori. Idem lib. 6. Aene. Aut tu siqua via est, siquam tibi diua creatrix Ostendit. &c. Cic. 2. Ver. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim. ¶ Aliquando pro consuetudine. Teren. in Heaut. Sed vi & via peruulgata patrum quotidie accusabam. ¶ Dicta via, ab eundo, quasi in, quòd per eam eatur. Vel à vehendo, quasi veha, quòd per eam fructus ad villam vehantur: vel quòd per eam vehiculum ire possit. ¶ Viarum, quædam publicæ sunt, quædam priuatæ, quædam vicinales, vt ioquit Vlp. in tit. Nequid in loc. publ. §. Siquis. Publicas vias dicimus, quas Græci βασιλικὰς, nostri Prætorias, alij consulares vias appellant. ¶ Vicinales sunt viæ, quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoq; publicas quidam dicunt, vt ait Paulus titu. De loc. & itin. publ. l. Viæ vicinales. ¶ Priuatæ sunt, quas agrarias quidam dicunt. Dupliciter autem accipi possunt, vel ex quæ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ita vt ad agrum alterius ducat: vel ex quæ ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat. ¶ Aperire viam, est ad veterem altitudinem, latitudinémq; restituere. Purgare viam, est id de via tollere, quod superfluum est. Reficere viam dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnino omnes qui in pristinum statum reduxerunt. Vlp. in l. Prope ait. ff. De via publ. Conficere viam, est ire, peregrinari ὁδεύειν. Cic. de Senc. Velumus sanè, nisi molestum est tibi, Cato, tanquam aliquam viam longam confecturis, quà nobis quoq; ingrediendum sit, huc quò peruenisti, videre quale sit. Exigere viam dicuntur magistratus, quum vicinam coguũt munire suo sumptu viam domibus suis vel possessionibus adiacentem. Via prima. Plautus in Mill. Dummodo nunc prima via inducamus, vera vt esse credar, quæ mentibimur. Id est primo ipso congressu. In viam dare se, est committere se viæ. Inuenire viam, est exitum reperire. Virg. 3. Aen. Fata viam inuenient, aderitq; vocatus Apollo. Viam facere, est locum vbi non erat via, aperire. ὁδοποιεῖν. Viam munire, est reficere, instaurare: nonnunquam etiam lapidibus sternere, quod propriè sternere viam dicimus. ὁδοποιεῖν. Cicero pro Cælio. Perinde quasi Appius ille Cæcus viã munierit, non qua populus vteretur, sed quà posteri sui impunè latrocinarẽtur? ¶ Munire viam, per translationem, pro eo quod est, compendiariam rei alicuius rationem præmonstrare. Quint. Propterea quòd plurimi autores quamuis eõdem tenderent, diuersas tamen vias munierunt: & in suam quisque induxit sequentes. ¶ Tota via errare, prouerbium in eos qui vehementer à vero aberrant. Terent. in Eunuc. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Vide Erasmi Chiliades.

Viator, viatoris. Qui iter facit. {ὁδοιπόρος. Ital. *Viandante.* Gal. *Vn' passant qui passe son chemin, voyageur.* Hisp. *Caminante, que anda camino.*} Mart. lib. 2. Lassus tam citò deficis viator. Iuuen. Saty. 10. Cantabit vacuus coram latrone viator. Cicero pro Mil. Non semper viator à latrone, nonnunquam etiam latro à viatore occiditur. ¶ Viatores, etiam dicebantur qui magistratibus parebant, eo quòd plerunque euocabantur ex agris homines ad magistratus: & frequens eorum ab agris ad vrbem via erat. κλῆτορες. Colum. in Præfa. lib. 1. Illis temporibus proceres in agris morabantur, & quum consilium publicum desiderabatur, à villis arcessebantur in senatum: ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Cic. de Senect. A villa in Senatum arcessebantur Curius & cæteri senes: ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Postea tamen viatorum nomen ad Tribunorum ministros translatum est, qui illorum iussu quemlibet prehendebant. Consulum autem, Procõsulum, & Prætorum ministri lictores dicebantur. Liuius 2. ab Vrbe, Ardens itaque ira Tribunus, viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gellius lib. 13. cap. 12. ex lib. 21. Rer. human. Varronis, In magistratu (inquit) habent alij vocationem, alij prehẽsionem, alij neutrum. Vocationem, vt Consules, & alij qui habent imperium: prehensionem, vt Tribuni plebis, & alij qui habent viatorem: neque prehensionem, neque vocationem: vt Quæstores, & cæteri qui neque lictorem habent, neque viatorem.

Viatorius, a, um, Quod ad viam pertinet. {ὁδοιπορικός. Ital. *Che serue per camino.* Gal. *Seruant ou propre à ceux qui cheminent ou vont par le pais.* Hisp. *Cosa para caminar.*} Vnde viatorium vas, quo iter agentes ferendi potus gratia vtuntur. Plin. lib. 16. ca. 10. de taxo loquens, Vasa viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Idem lib. 37. cap. 2. Qui sceptra & personas, & cubicula viatoria vnionibus consternebat.

Viarius, viaria, viarium: vt, Lex viaria. Cælius Ciceroni lib. 8. Leuissimè enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, legémque Viariam non dissimilem Agrariæ Rulli, & Alimentariam, quas iubet Aediles metiri, iactauit.

Viaticum, ci. Cibus, pecuniáve, quam iter facientes nobiscum circunferimus. {ἐφόδιον, ἐπισιτισμός. Ital. *Vettouaglia, ogni cosa portata per andare in viaggio.* Gal. *Prouision, soit de viure ou autres choses pour passer le chemin & voyager, victuaille.* Hisp. *La despensa para el camino, el manjar que se lleua por el camino.*} Plaut. in Capt. Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi. Cic. Attic. lib. 12. Velim videas, & quid viatici, & quid instrumenti satis sit. ¶ Aliquando capitur pro faculeate, seu apparatu. Qu. Claud. in Anna. Simul forma, factis, eloquẽtia, dignitate, acrimonia, confidentia, pariter præcellebant, vt facile intelligeretur magnum viaticum. Id est magna facultas, magnus apparatus. ¶ Viatica cœna, dicitur quæ datur abituro. εἰδιπνήσιον. Plaut. in Bacch. Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam.

Viaticulum, diminut. {τὸ ψωμίον καὶ τὸ λοιπὸν ἐφόδιον. Ital. *Picciola vettouaglia.* Gal. *Petite victuaille & prouision.* Hisp. *Pequeño manjar por el camino.*} Apul. lib. 7. de Asin. aureo, Viaticulum mihi corrasi.

Viaticatus, viaticata, viaticatum. Viatico instructus. {ἐφοδιασμένος, ἐπισιτισμένος. Ital. *Munito & guarnito de vettouaglie.* Gal. *Muni & garni de ce qu'il faut pour le chemin.* Hisp. *Que tiene despensa por el camino.*} Plautus in Menæch. Quum marsupium inspicio, viaticati hercle admodum astitimus.

VIANA, Norici vrbs, apud Plin. lib. 3. cap. 24. Hermolaus eandem putat cum Vienna Austriæ, omnibus quas Danubius sustinet, vrbibus & ædificiorum splendore, & agri vbertate præferenda.

Vibex, vibicis, gen. prod. Signum verberis in humano corpore remanēs, ita dictum, autore Festo, quòd vt fiat. {μώλωψ, πέλιωμα. Ital. *Segno di percussione.* Gal. *La marque qui demeure apres les coups de verge, les frangets.* Hisp. *Roncha ò señal de golpe ò herida.*} Plin. lib. 30. Verberum vulnera, atque vibices, pellibus ouium recentibus impositis, obliterantur. Persius Saty. 4. Si puteal multa cautus vibice flagellas.

VIBIVS Virius, Ciuis Capuæ fuit potentissimus, primúsque defectionis ad Annibalem autor, qui iam attenuatis Pœnorum viribus, quum Capuani à Fuluio obsessi deditionem pararent, à septuaginta Senatoribus domum deductus est: quibus cōuiuio adhibitis, quum quàm maxima vini ingurgitatione mentem omnem ab imminentis mali sensu alienassent, post mutuos complexus se omnes veneno peremerunt. Vide Liuium lib. 6. Decad. 3.

VIBO, vibonis, Oppidum Locrorum in Brutiis, ita nuncupatum à Romanis, quum antea Hippon appellaretur. ἱππώνιον Strabo. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Vibones, Britannicæ herbæ flores, qui deuorati ante tonitrua à fulminibus securos reddere existimantur. Plin. lib. 25. cap. 3, Herba, quæ vocatur Britannica, non neruis modò, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes. Florem vibones vocant, qui collectus antequam tonitrua audiantur, & deuoratus, securos in totum reddit. Frisij, quā castra erant, nostris demonstrauere.

Vibrissæ, Sunt pili in naribus hominum, quòd his euulsis, caput vibretur. Festus.

Vibro, vibras. Moueo, quatio. {κραδαίνω, σείω. Ital. *Vibrare, mouere, lanciare vn dardo ò otra cosa.* Gal. *Remuer & branster vn dard pour le getter, brandiller, darder.* Hisp. *Esgremir alguna cosa, mouer, lançar tiro ò otra cosa.*} Cicer. lib. 2. de Orat. Atq. eiusmodi illa profusio debet esse, non vt Samnitum, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur. Ouid. Epist. 11. Sic mea vibrari pallentia membra videres. Virgil. 11. Aen. -hastāsq; reductis Protendunt longè dextris, & spicula vibrant. ¶ Vibro, aliquando neutraliter ponitur, pro mico. & intremisco, vt ait Budæus. Cicero 4. Acad. de mari loquens, Quódque nunc quia à Sole collucet, albescit, & vibrat: dissimiléque est proximo ei continenti. ¶ Nonnunquam pro eo quod est vi & impetu quodam ferri. Cicer. in Orat. Demosthenis non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.

Vibrans, vibrantis, participium. {πάλλων, κραδαίνων. Ital. *Che spesso si muoue.* Gal. *Qui se remue dru & menu, brandillant.* Hisp. *Lo que se mueue muy mucho, y à menudo.*} Virg. 2. Aen. Sibila lambebāt linguis vibrātibus ora. Cic. de Clar. Orat. Et erat oratio cùm incitata & vibrās, tum etiam accurata & polita. Ouid. 12. Metam. Concutiéntque suis vibrantia tela lacertis.

Vibratus, a. um, aliud participium {τετυλιγμένος, πεπλεγμένος. Ital. *Lanciato.* Gal. *Lancé, brandillé, dardé.* Hisp. *Lançado.*} Ouid. 8. Metam. -ambo vibrata per auras Hastarum tumulo quatiebant spicula motu. Virgilius octauo Aenidos, Nanque improuisò vibratus ab æthere fulgor Cum sonitu venit.

Vibratus, Pro crispo, ἀλωπεκίζων. Plin. lib. 2. cap. 78. Barba & capillo vibrato. Virgil. 12. Aeneid. Vibratos calido ferro, myrrháque madentes. Id est crispatos calamistro, inquit Seruius.

Vibtissare, Est vocem in cantando crispare: à vibro, vel à vibrissis narium pilis. Festus. μινυρίζω.

Viburnum, Genus fruticis, lentum in primis, & flexibile, ideóq; fasciis ligandis idoneum. {βρουνία μέλαινα, ἄμπελος μέλαινα. Ital. *Viorno frutice.* Gal. *Viourne.* Hisp. *Vn genero de vimbres.*} Virg. 1. Aegloga.

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Vicani, vide VICVS.

Vicarius, vide VICEM.

Vicatim, vide VICVS.

Vicem, & in ablatiuo vice, solùm in singulari numero: in plurali verò habet omnes casus præter genitiuum. {ἀμοιβάς, ἐναλλαγάς. Ita. *In luogo à vincenda.* Gal. *Fois, lieu & place d'vn autre.* Hisp. *La vez.*} Dictæ sunt vices (vt quidam aiunt) à vi: & à veteribus pro pugnis, & periculis accipiebātur, quoniam per vicissitudinem pugnetur. Virg. 2. Aeneid. Iliaci cineres, & flamma extrema meorum. Testor in occasu vestro, nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaūm. Id est pugnas, & pericula. Plaut. Vices eius memorat, & cicatrices denudat. ¶ Item pro pœnis, & incommodis, quòd vi fiant. Cic. pro domo sua. Mihi vni necesse est & meam & aliorum vicem pertimescere. Horat. lib. 1. Carm. -vicésque superbæ Te maneant ipsum. ¶ Quoniam verò per vicissitudinem pugnari solet, factum est vt vices pro alternatione, siue vicissitudine capiamus, ἀμοιβάς. Plin. lib. 10. cap. 29. Audit disciplina intentione magna, & reddit, vicibúsque reticet. Horat. de Arte, -fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi. Cic. 2. de Legibus, Nulla est enim persona, quæ ad vicem eius qui è vita emigrauit, propius accedat quàm hæres. ¶ Interdum vicem accipimus pro loco, munere, vel officio: vnde Vice alterius fungi, ἀντ' ἄλλου ἄρχειν, dicimus eū qui alterius locum supplet, absentisque munere fungitur: vt quum Lunam dicimus Solis vicem supplere, ἡλίου χρείαν ἀναπληροῦν, hoc est eosdem vsus præbere quos sol præsens exhiberet. Veteres Meam, tuam, suam vicem, per accusatiuum efferebāt, quod hodie potius per ablatiuum, Mea, tua, vel sua vice dicimus. Plaut. in Rud. -si appellabit quampiam, Vos respondetote istinc istarum vicem. Id est vice istarum, siue pro istis. Sic ferè semper Plaurus. Ciceronem etiam ac Liuium sic frequenter loquentes inuenies. Cic. ad Lentulum lib. 1, Nostram vicem vltus est ipse per se. Id est sese pœnas afficiendo, occupauit officium nostrum. Liuius, Clamor vndique, ab solicitis vicem Imperatoris militibus sublatus est. ¶ Repositere vicem, est pro beneficio in alterum collato mutuam gratiam reperere. ¶ Reddere vicem, est gratiam referre, & beneficium acceptum mutuo beneficio rependere. Plinius Epist. 9. lib. 2, Reddam vicem, si reposcet.

Vicarius, vicaria, vicariū, Qui vicem alicuius gerit, siue obtinet, & in eius locum succesit. {ὁ ἀμοιβαῖος, ὁ ἀντὶ πλείονος τὸν ἕτερον ἔχων μέρος. Ital. *Vicario, luocotenente.* Gal. *Vicaire, lieutenant.* Hisp. *El que suple ò tiene los vezes de otro.*} Quintil. Vicariam et operam impendi. Cic. pro Roscio Am. Vicerea quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorū supponitur. Quintil. in Gladiatore, Quod vnum mihi relictū est, en polliceor patri tuo vicarias manus. Ibidem, Vna fingitur coniux, quæ iam perituri vitam mariti vicaria morte sua redemit. ¶ Vicarius, apud Iureconsultos, oratores, & poetas, vsurpatur pro seruo, serui maioris in familia vices gerente. Horat. 2. Serm. Saty. 7, Siue vicarius est qui sermo paret, vti mos Vester, ait, seu conseruos. Martial. Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse. ¶ Accipitur tamen & latius pro omni eo qui in locum alterius sufficitur. Cic. lib. 9. Epist. Itaque te do vicarium, tu illum obseruabis. Idem 6. Verr. Succedā ego vicarius tuo muneri.

Vicissim, aduerbium. Per vices, siue alternatim. {ἀμοιβαδίς, ἐναλλάξ. Ital. *A vincenda, iscambieuolmente.* Gal. *chacun sa fois, l'vn apres l'autre, tour à tour.* Hisp. *A vezes.*} vt, Vicissim incumbunt oneri: id est modo hic modò ille incumbit oneri. Plaut. Asin. Iuambulandum est: nunc mihi vicissim supplicabūt. Virgil. 3. Aegl. Vis ergo inter nos, quid possit vterque vicissim, Experiamur? ¶ Quandoque significat secundo loco, siue similiter, siue ex altera parte. Terent. in Heaut. Sed nunc Clinia da re mihi vicissim. Nam amici quoq; res est videnda. Virg. 5. Aegloga, Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra vicissim dicemus. Cic. 4. Acad. Sed & vos ab illo irridemini: & ipsi illum vicissim eluditis. Cic. in Læl. Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla quam de moribus meis habebat, me dilexit. Plaut. in Curc. Sed quum adhuc naso odos est obsequutus meo, da vicissim meo gutturi gaudium. Cic. App. Pulchro, Hoc ego meo facto delector, nihil enim potuit fieri amantius: considera nunc vicissim tuum.

Vicissārim, Idem. ἐναλλάξ, ἐναμοιβαίως. Plaut. in Pœnu. -ad argumentum nunc vicissārim volo Remigrare. Antiquum.

Vicissitudo, vicissitudinis. Alternatio, & mutatio ex alio in aliud, inquit Cic. lib. 5. Tuscul. {ἀμοιβὴ καὶ μετάπτωσις ἐναλλαγή. Ital. *Permutatione, cambiamento di tutte le cose.* Gal. *Tour & changement en son reng, à chacun sa fois.* Hisp. *Mudança à vezes.*} Idem Lucio lib. 5, Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas, fortunæq; vicissitudines. Terent. in Eunuch. Omnium rerum vicissitudo est. Cicero de Amic. Nihil est enim remuneratione beneuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorúmque iucundius. Idem 1. Tuscul. Vt quum videmus speciem primùm, candorémque cæli: deinde conuersionis celeritatem tantam, quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum atque noctium.

Vicissitas, tatis, Apud antiquos pro vicissitudine. Accius apud Nonium, Vicissitatémque imperandi tradit.

Vicenarius, vicenaria, vicenarium, Quod est viginti capitū. {ὁ εἰκοσαῖος. Ital. *Ventesimo.* Gal. *Vingtiesme.* Hisp. *Cada vno de veynte.*} vt Grex vicenarius, ex viginti constans pecudibus. Aut viginti librarum: vt, Lapis vicenarius. Aut viginti annorum: vt, Puella vicenaria. εἰκοσαέτις. Lex quina vicenaria. Plaut. Pseudolo, Tum lex me perdit quina vicenaria: omnes metuunt credere. Vbi interpres, Videtur lex lata vt si emptam crederetur supra viginti quinq; minas, redhibitio nulla esset. Alij Quinam vicenariam interpretātur Centenariam: omnes profectò nimium inepté. Nos Plautum de annorum numero sensisse omnino existimamus. Constat enim inter eos qui vel à primo limine Iurisprudentiam salutarunt, Macedoniano Senatusconsulto cautum esse nequid minori viginti quinque annis crederetur: si contrà fieret, eius rei nullam fore actionem, nisi fortè in rem minoris esset conuersa. Callidorus itaque adolescentulus, qui ad eam ætatem nōdum peruenerat, hanc sibi legem impedimento esse queritur, ad inueniendā pecuniam, quòd nemo tam stolidus inueniretur, qui contra legis præscriptum sibi aliquid crederet, quod postea legibus repetere non posset.

Viceni, vicenæ, vicena, pluraliter, Quanuis propriè distributiuus numerus sit, accipitur tamen simpliciter pro viginti. {εἴκοσι. Ital. *Venti.* Gal *Vingt.* Hisp. *Veynte.*} Colum. lib. 3, cap. 3, Vicenas amphoras percipient. Liu. 2. bel. Maced. Vicena quina millia æris. Plin. lib. 6. cap. 21, Circa has hydri marini vicenum cubitorum ad natantes terruere classem.

Vicesimus, a, um, Ordinis numerus est, significátque vltimum ex viginti: pro quo & vigesimum dicimus. {εἰκοστός. Ital. *Ventesimo.* Gal. *Vingtiesme.* Hisp. *Cada vno de veynte.*} Cic. 2. de Fin. Vicesimo die lunæ. Idem Cornificio lib. 12, Altero vicesimo die. ¶ Aestas vicesima, pro vicesimo anno, apud Ouid. ad Pisonem.

Vicesima, vicesimæ, Vectigalis genus quo in centenas libras quinæ exigebantur. {εἰκοστή, τό. Ital. *Ventesima parte, tributo della ventesima parte.* Gal. *La vingtiesme partie, impost de la vingtiesme partie de quelque chose.* Hisp. *Veyntena parte, la renta dela veyntena.*} Cic. Attic. lib. 2: Et eo magis, quòd portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diuiso, quod vectigal superest domesticum, præter vicesimam, quæ mihi videtur vna conciuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.

Vicesimarius, a, um: vt, Aurū vicesimarij. ὁ ἀπὸ εἰκοστῆς λόγον εἰσπράττων ἢ ἀπὸ εἰκοστῆς μέρος. Liu. 7. bel. Pun. Cætera expedientibus quæ ad bellum opus erant, Cōsulibus, aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruabatur, promi placuit. Id est aurū quod ex vicesima colligebatur.

Vicies, aduerbium numerandi, Viginti vicibus. {εἰκοσάκις. Ital. *Venti volte.* Gal. *Vingt fois.* Hisp. *Veynte vezes.*} Plin. lib. 7. cap. 28, Centies vicies præliatus. Colum. lib. 5. cap. 2, Ita, vt paulo antè dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus sic multiplicabis, centies vicies ducenti quadrageni fiunt viginti octo millia & octingenti.

VICENTIA, Vicentiæ, Venetiæ oppidum, non procul à Patauio: cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 19.

Vicia, æ, Leguminis genus, iumentorum pabulo notissimum, cubitali altitudine, foliis fere petroselini, amplioribus tamen, flore pisi, minuto, nigrantibúsque in siliqua granis. {ὄροβος, κύαμος, βίκιον. Ital. *Vezza.* Gal. *Veste.* Hisp. *El arueja.*} Dictæ vicia, vt ait Varro lib. 1. de Re rust. cap. 31, quòd capreolos habeant, vt vitis, quibus sursumuorsum serpūt ad scapum lupini, aliúmve calamum, ad quem vt hærear, cum solet vincire. Alij dictas malunt à Græco βίκος, qua nomenclatura plerique omnes Græciæ populi vsi sunt, Atticis exceptis, qui ὄροβος, aut κυάμους maluerunt appellare, teste Galeno lib. 1. de Aliment. facult. Plin. lib. 18, Nascuntur in vicia cochleæ minutæ ecodentes eam.

Vicarius

Viciarius, a, um, Quod ad viciam pertinet. {βικιανός. Ital. *Pertinente à vezza.* Gal. *De vesce, apartenant à vesse.* Hisp. *Cosa de arueja.*} vt, Cribrū viciarium, quo vicia expurgatur à frumento. Colum. lib. 8. cap. 5, Cribro viciario, vel etiam loliario, qui iam fuerit in vsu, pulli superponantur: deinde pulegii fœculis fumigentur.

Vicinia, Vicinus, vide VICVS.

Victima, æ, penult. corr. Idem quod hostia, hoc est animal sacrificio destinatum. {ἱερεῖον, θυσία. Ital. *Vittima, bestia di sacrificio, animale da sacrificare.* Gal. *Sacrifice principalement pour la victoire gaignée.* Hisp. *El sacrificio que hacian de animales que matauan.*} Propriéq; erat ea quæ ab imperatore post triumphum in Capitolio dextra victrice immolabatur. Ouid. 1. Fast. Victima, quæ dextra cecidit victrice vocatur. Virg. 2. Georg. Hinc alibi Clitumne greges, & maxima taurus Victima sæpe tuo perfusi flumine sacro, Romano ad templa deûm duxere triumphos. Horat. 3. Car. Ode 23, Victima pontificum secures Ceruice tinget. Iuuen. Sat. 12, Et cadet ante lares Gallitæ victima sacra. Cic. pro L. Flacco, Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiorem, quàm si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos odium saturaueritis?

Victimarius, victimarij, Sacrorum minister dicebatur, qui victimas ligabat, & cultum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ sacris erant necessaria. {ἱερουργός. Ital. *Sacrificatore.* Gal. *Sacrificateur, sacrifieur.* Hisp. *El que hace aquel sacrificio.*} Valer. Maximus lib. 1. cap. 1, Libros Petilius Prætor vrbanus ex autoritate Senatus, per victimarios facto igne, in conspectu populi cremauit. Liu. 10. bel. Macedo. Libri in comitio, igne à victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt.

Victimarius, Qui victimas emebat, vt venderet. ἱερόπρατος. Plin. lib. 7. cap. 12, Victimarij negotiatoris, vilis mancipio. Sic enim legunt quidā Perottum secuti: quum emendatiores omnes Plinij codices hanc ostendant lectionem, Suarij negotiatoris vile mancipium.

Victito, vide VIVO.

Victor, Victoria, Victoriatus, vide VINCO.

Victus, victus, victus, vide VIVO.

Vicus, Via vtrinq; ædificiis septa. {δῆμος, κώμη. Ital. *Contrata, calle, calleſella, borgo, viottolo.* Gal. *Village, bourgade, rue.* Hisp. *Aldea, ò barrio, ò calle.*} Vicorum autem alij Vrbani sunt, alij Pagani. Vrbani vici à via dicūtur, teste Varrone, quòd ex vtraq; parte viæ sunt ædificia. In vrbe enim siūt vici, connexis & cohærentibus ædificiis. Vnde Romæ vicus Cyprius, vicus Africus, vicus Sceleratus nominati. Cic. pro Milone, Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. Horat. 2. Epist. 1, Deferar in vicum vendērem tus & odores. Ouid. 6. Fast. Certa fides facti, dictus Sceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea pressa nota. ¶ Vici pagani, sunt pagi ex pluribus villis domibúsve rusticis coagmentari, spatio aliquantulo ab vrbe remoti. (nam quæ vrbi contigua sunt, Suburbia dicuntur) nullisq; mœnibus cinctiam sic Castella dicerentur. Cic. ad Terentiam lib. 14, Quòd ad me mea Terentia scribis, te vicum venditurā, quid, obsecro te, me miserum? quid futurum est puero. Idem ad Atti. lib 1, Quod si assequor, Crassum diuitiis supero, atque omnium vicos & prata contemno. Plura de hac dictione videro apud Vallam lib. 4. cap. 20.

Vicolus, diminutiuum. Pro rusticis aliquot ædificiis coniunctis, aut certè spatio non ita magno à se inuicem separatis.

Vicani, Qui vicos rusticos habitār. {κωμῆται. Ital. *Chi habitano in villa.* Gal. *Villageois qui demeurent au village.* Hispan. *Los que viuen y moran en aldea.*} Liu. 8. bel. Mace. Vicani, quicq; ibi exules habitabant. Cic. 1, de Diuin. ex vetusto quopiam Poëta. Non habeo denique nauci Marsum augurem, Non vicanos aruspices, non de circo astrologos. Idem pro Flac. Timocrates ille vicanus, homo nō modò nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus.

Vicinus, vicini, Qui in eodem vico, aut certè non procul ab ædibus nostris habitat. {γείτων, ὁ πλησίον. Ital. *Vicino.* Gal. *Voisin.* Hispan. *Vezino.*} Cic. pro Sext. Rosc. Quasi verò mihi difficile sit quauis multos nominatim proferre, vel tribules, vel vicinos meos, qui, &c. Horat. 2. Epist. 2, Cætera qui vitæ seruaret munia recto More bonus sanè vicinus, amabilis hospes, Comis in vxorem, &c. Cic. Attic. lib. 2, C. Arrius proximus est vicinus, imò ille quidem iam contubernalis. ¶ Huius fœminina est vicina. Terent. in Eunucho, Hanc Thaidem non sciebam nobis vicinam.

Vicinus, adiectiuum, Pro propinquo. {ἐγγύς, πρόσχωρος, ὁμόρος, πλησίος. Ital. *Propinco.* Gal. *Voisin, proche.* Hisp. *Cosa cercana como quiera.*} Cic in Orat. Vicina, & finitima rhetoricæ dialectica. Plaut. Mercato. Nunc ego verum illud verbū esse experior vetus, Aliquid mali esse propter vicinum malum. Virgil. 1. Aegloga, Non mala vicini pecoris contagia lædent. Idem 1. Georg. in fine, Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes Arma ferunt. Horat. 1. Serm. Saty. 5, -nisi nos vicina Triuici Villa recepisset. Ouid. 6. Fast. Ni connexa foret parti vicinior esset, &c.

Vicinia, Loci vicinitas, seu vicinorum inter se propinquitas, vel ipsi etiam vicini. {γειτνία, γειτνίασις, γειτονία. Ital. *Vicinanza, vicinità.* Gal. *Voisinage, voisineté, les voisins, lieu circunuoisin.* Hisp. *Vezindad.*} Ouid. 4. Metamor. Noritiam, primósque gradus vicinia fecit. Cice. 1. Tuscul. Inde in vicinia nostra Auerni lacus. Horat. 2. Serm. Saty. 5, -funus Egregiè factum laudet vicinia. Idem 1. Epist. 17, Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota.

Vicinitas, vicinitatis, Vicinorum propinquitas, & aliquando vicinorum multitudo. {γειτνίασις. Ita. *Vicinanza, vicinità.* Gal. *Voisinage, voisineté, assemblée de voisins.* Hisp. *Vezindad.*} Terent. in Heaut. Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas facit, vt te audacter moneam, & familiariter. Cice. 6. Verri. Signum quod notum erat vicinitati, buccina datur. ¶ Vicinitas etiam aliarū rerum dicitur: vt quum dicimus Vicinitas syluæ, vicinitas notitiam eius Rom. armis non vltra vicinitatem syluæ Calidoniæ propagantibus. Idem lib. 21. cap. 18, Multi verò non discernunt à Cypiro vicinitate nominis. Quint. li. 3. ca. 6, Virtutibus ac vitiis vicinitas quædam est. Cic de clar. Orat. Artium studiorūmq; quasi finitima vicinitas.

Vicinium, Substantiuum neut. gen. {τὸ πλησίον χωρίον, τὸ μέρος, τὸ σύνορον, γειτνίασις. Ital. *Vicinanza.* Gal. *Voisinage.* Hisp. *Vezindad.*} Senec. de breuitate vitæ. In vicinio versatur inuidia, simplicius longa posita miramur.

Vicinalis, vicinale, Ad vicinium pertinens. {γειτνιῶν. Ital. *Cosa di vicinità.* Gal. *Du voisinage, ou des voisins.* Hisp. *Cosa de aquella vezindad.*} vt Viæ vicinales Paulus in l. Viæ. ff. De loco, & itinere publ. Viæ vicinales, quæ ex agris priuatorum collatis factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero sunt. Vicinalis vsus. Liui. 1. bell. Pun. Itáque ingens coacta vis nauium est, linteáque temere ad vicinalem vsum paratarum: hoc est ad vsum viciniæ, seu vicinorum.

Vicatim, aduerbium, Sparsim, per vicos & pagos. {κατὰ κώμας. Ital. *Per varie ville per villaggi.* Gal. *Par villages, par rues.* Hispan. *De barrio en barrio.*} Plin. lib. 6. cap. 26, Mesopotamia tota Assyriorum fuit vicatim dispersa, præter Babylona, & Ninum. ¶ Dicitur & de vicis vrbanis: vt idem sit vicatim, quod per singulas vrbis vias. Cice. pro Domo sua, Seruorum omnium vicatim celebratur tota vrbe descriptio.

Videlicet, aduerbium confirmandi, Quasi videre licet. {δηλαδή, δηλονότι. Ital. *Certamente, veramente, cioè.* Gal. *Certes, certainement, c'est à sauoir.* Hisp. *Conuiene à saber, ò es licito de ver, ciertamente.*} Terent. in Adelph. Videlicet hoc audiuit. hoc est certè audiuit. ¶ Aliquando ironiæ vim habet. Sallust. in Catil. Vos de parricidis quod statuatis, cunctamini: videlicet cætera vita illorum huic scelori obstat? Sed parcite dignitati Lentuli. Vide Vallam lib. 2. cap. 61.

Video, vides, vidi, visum, Oculorum sensu aliquid percipio. {βλέπω, ὁράω, ὄψομαι, ἰδεῖν. Ital. *Vedere.* Gal. *Veoir.* Hisp. *Veer.*} Virgil. 2. Aen. -quæq; ipse miserrima vidi, Et quorum pars magna fui. ¶ Quandoque additur ablatiuus oculis: vt, Videre & perspicere oculis, apud Cice. 6. Verrina, quod & Græci dicūt, αὐτοψία. Sic ἐφορᾶν. ¶ Transfertur etiam ad animum. Ouidius ex persona Medeæ, -video meliora, probóque: Deteriora sequor. Video (inquit) meliora, hoc est intelligo, & considero, quæ sint meliora. Terent. in Andria, Vide quò me iudicas, id est animaduerte, & considera. ¶ Vide tibi, id est prouide. Terent in Phor. Rectè mihi vidiſſem, & senis essem vltus iracundiam. ¶ Me vide, phrasis est Comica, pro eo quod est in me recipio, certum id habeo. Terent. in Andria, Atq; istuc ipsum nihil periculi est, me vide. ¶ Videre somnum, est dormire. Cice. ad Cur. lib. 7, Fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto Consulatu somnum non viderit. Terent. Heaut. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis. ¶ Videre aliquando, pro vigilare ponitur. Virg. lib. 6. Aegloga, de Sileno, -iámq; videnti Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Hoc est vigilāti iam, & expergefacto. ¶ Aliquando est præuidere, præsciscere. προορᾶν. Cice. in Epist. An tu non videbas mecum simul, quàm illa crudelis esset futura victoria? ¶ Videro ponitur pulchrè pro cauebo, & attentè considerabo. Terent. Adel. Ego istuc videro, id est istuc mihi curæ erit. ¶ Huius passiuum est Videor, cernor, conspicior. βλέπεσθαι, ὁρᾶσθαι. Virg. 4. Aegloga, -diuisq; videbit Permistos heroas: & ipse videbitur illis. ¶ Frequentissimè tamen accipitur pro appareo. δοκῶ, φαίνομαι. Cic. 2. Offi. Induxit eam, quæ videntur esse, non quæ esset, repugnantiam. Plancus Cic. lib. 10, Epist. Amicum eum Reipub. cognoscere videor. ¶ Videor videre, elegans loquendi formula, pro eo quod vulgus imperitorum dicere solet. *Videtur mihi quòd ego video.* Cic. Tironi lib. 16. Epist. Videre videor te ementem rusticas res. Idem in Catil. Videor mihi videre hanc vrbem subito vno incendio concidentem. ¶ Si videtur, id est si placet, si molestum non est. Cicero Terentiæ lib. 14, Tu, si videbitur, villis illis vtere. Idem lib. 7. ad Fabium Gallum, Facies me, si tibi videbitur, certiorē. ¶ Vide quid agas, protrita est clausula, qua eos monemus qui magna aggrediuntur: non terrentis tamen est, sed excitantis, vt inquit Donatus in illud Terentij in Phorm. Videquid agas, prima coitio est acerrima. ¶ Viderit Epicurus, inquit Cice. 4. Acad. μελήσει αὐτῷ ἐπικούρῳ, id est videat: hoc est huius rei illi cura sit: vel huius opinionis rationem reddat, non ego. ¶ Sic accipienda sunt, Tu videris, vos videritis, illi viderint, & cætera idgenus. Cicero ad Brutum. De hoc tu videris.

Visus, visa, visum, participium, Quod modò idem significat quod conspectus, conspecta, conspectum. {ἰδών, ὀφθείς. Ital. *Veduto.* Gal. *Veu.* Hisp. *Visto.*} Plin. lib. 7. cap. 19, Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu. Virgil. 2. Aeneid. Infœlix simulachrum, atque ipsius vmbra Creusæ, Visa mihi ante oculos, & nota maior imago. ¶ Interdum visum dicimus, non quod oculis percipimus, sed quod nobis apparet. Terent. Heaut. Visa est verò, quod dici solet, aquilæ senectus. Idem Hecy. Matris vox visa est Philumenæ. Vbi Seruius, Omnia hæc, quæ sensu percipi possunt, visa dicimus. Virgil. 6. Aeneid. Visæq; canes vlulare per vmbram.

Visum, visi, Spectrum, phasma, siue species aliqua, quam dormientes videmur videre: quanquam nonnunquam & vigilantibus vsueniat quemadmodum Bruto legimus mali genij visum non multo ante eladem Philippicam apparuisse. {φάσμα, ὄψις. Ital. *Sogno, visione.* Gal. *Vision, songe, fantosme.* Hisp. *La vision.*} Virg. 4. Aenei. Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori est. Cice. lib. 1. Acad. Plurima autem in illa tertia philosophiæ parte mutauit: in qua primū de sensibus ipsis quædam dixit nouatquòd iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos visum appellamus. Idem 2. de Diuinat. Si Deus ista visa nobis prouidendi causa dat, cur non vigilantibus potius dat, quàm dormientibus?

Visum, visi, Pro spectaculo, hoc est pro re quauis quæ spectanda proponitur. {τὸ ὁρᾶσθαι. Ital. *Cosa veduta.* Gal. *Ce qui est veu.* Hisp. *Cosa vista.*} Propert. lib. 2. Eleg. 6, Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas, Et posuit casta turpia visa domo.

Visus, us, Videndi actus, vel potentia ipsa visiua. {ὄψις. Ital. *Il vedere.* Gal. *Veue.* Hisp. *Obra de ver, ò sentido para poder ver.*} Plin. lib. 8. cap. 22, Sed in Italia quoq; creditur luporum visus esse noxius. Ouid. 5. Fasto. Mergetur, visus effugiéntq; tuos. Plin. lib. 9. ca. 50, Pisces attritu ventriū coëunt tanta celeritate, vt visum fallant. Quint. lib. 10. cap. 1, Qualis est ferri fulgor, quo mens simul, visúsque perstringuntur. ¶ Visus, pro eo quod videtur. Virgil. 3. Aen. -Nymphas venerabar agrestes, Gratumque deum viderunt. Virgil. 3. Aen. -Nymphas venerabar agrestes, Graiúmque videtur. Virgil. 3. Aen. -Nymphas venerabar agrestes, Graiúmque parrem, Gerticis qui præsidet aruis, Rite secundarent visus, omenque leuarent. Idem 5. Aen. Obstupuit visu Aeneas. Horat. 2. Serm. Saty. 5, -tum immūdo somnia visu Nocturnam vestem maculant, ventrémque supinum. Nocturnus visus. Tacit. lib. 20, Aduocata concione iussu numinis, suos, Ptolemæique visus, & ingruentia mala exponit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Visus, pro specie. Cic. 1. de Nat. deo. Ex quo existit & illud, multa esse probabilia, quæ quanquam non perciperētur, tamen quia visum quendam haberent insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur.

Visio, visionis, verbale. Ipse videndi actus. {ὄψις. Ital. *Esso vedere.* Gal. *Veue, regard.* Hisp. *Obra de ver ò la vista.*} Cic. 4. Academ. Nec potest is cui est visio veri falsique communis, vllum habere iudicium, aut vllam omnino veritatis notam. Cic 2. de Nat. deorum, Neque visionem neque auditum, neque sonum sine aëre fieri posse. ¶ Visiones etiam dicunt, quas Græci vocant. {φαντασίαι. Ital. *Visioni, fantasie.* Gal. *Visions, fantasies.* Hisp. *Las visiones ò phantasias.*} Quint. lib. 6. cap. 2, Tentabo etiam de hoc dicere, quas φαντασίας Græci vocant: nos sanè visiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, vt eas cernere oculis ac præsentes habere videamur. Macrob. in Somn. Scip. Omnium quæ videre sibi dormientes videntur, quinq; sunt principales, & diuersitates, & nomina. Aut enim est ὄνειρος, secundum Græcos, quod Latini somnium vocant: aut ὅραμα, quod visio rectè appellatur: aut χρηματισμός, quod oraculum nuncupatur: aut est ἐνύπνιον, quod Insomnium dicitur: aut est φάντασμα, quod Cicero, quoties opus hoc nomine fuit, visum vocauit.

Viso, sis, si, sum, Ad videndum eo. {ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπῶ. Ital. *Andar à vedere.* Gal. *Veoir souuent, aller veoir.* Hisp. *Ver con effecto à ver.*} Cic. ad Attic. Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandriam, relinquámq; Aegyptum visere. Id est ad videndum ire. Terent. in Hecyra, Non visam vxorem Pamphili, quum in proximo sit ægra? Illud verò in Andria. Id viso tùne, an illi insaniant: exponit Donatus, ad videndum venio. ¶ Eadem etiam vis seruatur in compositis. Teren. in Andr. Reuiso quid agant. Redeo (inquit Donatus) vt videam quid agant. Et in Adelphis, Hera ego hinc ad hos prouisam quàm mox virginem accersant. Prouiso (inquit) duas res significat, procedo, & video. Plaut. in Menæ. Prouisam quàm mox vir meus redeat domum. ¶ Non ratò tamen Viso accipitur pro primitiuo Video, præsertim cum verbo Eo, aut Venio coniunctum. Plautus Rudente, Nunc huc ad veneris fanum venio visere: tem diuinam facturam se dixerat. Terent. Hecyra, - postquam accersiuit sæpius, Aegram simulant mulierem: nostra illico Ie visere ad eam: admisit nemo. Idem Phor. Vultísne eamus visere? ¶ Idem vsuenit quando iungitur his ablatiuis gratia, causa, studio, & huiusmodi. Sallustius, Multi autem qui è castris visendi aut spoliandi gratia processerant, volnentes hostilia cadauera, amicum alij, pars hospitem, pars autem cognatos reperiebant. Teren. in Hecyra, Ne mittas quidem visendi causa quenquam. Virg. 2. Aeneid. Vndique visendi studio Troiana iuuentus Circunfusa ruit. Ex quibus datur intelligi, hoc verbum non esse desideratiuum, sicut multi putant, sed magis exercitatiuum. Nam si Viso in his exemplis intelligas, videre cupio, sensus erit ineptus: superflui enim ita forent hi ablatiui, studio, causa, gratia, quos habet adiunctos. ¶ Inueniturq; & passiuum Visor, in tertiis potissimum personis. Cic. 6. Verr. Cupidinem fecit illum qui est Thespiis, propter quem Thespiæ visuntur. Idem 1. Offic. Domus Cn. Octauij vulgò visebatur.

Visendus, partic. {ἐπισκεπτέος, σκεπτέος. Ital. *Degno di esser veduto.* Gal. *Digne d'estre veu.* Hisp. *Digno de ser visto.*} Cic. pro Pomp. Quæ cæteri tollenda arbitrabantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimabat. ¶ Aliquando nomen est ex participio. Plin. lib. 16. cap. 44, Vicina luco est ilex, & ipsa nobilis x x x v. pedum ambitu caudicis, decem arbores metiens singulas magnitudinis visendæ: id est spectabilis, admirandæ, dignæ videri.

Visito, tas, Frequentatiuum est à Viso. {ἐπισκέπτομαι. Ital. *Visitare.* Gal. *Visiter, aller veoir souuent.* Hisp. *Ver à menudo.*} Cic. 5. de Finib. Is quum arderet podagræ doloribus, visitasséq; hominem Carneades, Epicuri perfamiliaris, & tristis exiret, &c. ¶ Aliquando Visitare positum legimus pro sæpe videre. Plaut. in Curc. Ibi me interrogat, Equem in Epidauro Lyconem trapezitam nouerim.
Dico me nouisse, quid lenonem Cappadocem? annuo Visitasse. Idem Epidic. Noscito hanc: nam videor nescio vbi me vidisse prius.
Est ne ea? an non est quam animus rerum meus?
Di boni, visitaui antehac: certè ea est.

Visitatio, visitationis, verbale. Actus visitandi.

Visibilis, & hoc visibile. Quod videri potest: sicut inuisibile, quod videri non potest. {ὁρατός, ὁρατόν. Ital. *Visibile.* Gal. *Visible, qu'on peut veoir.* Hisp. *Cosa que se vee ò se puede ver.*} Plin. lib. 11. cap. 37, Oculi, ceu vasa quædam, visibilem animi partem accipiunt, atque transmittunt.

Vidua, viduæ, Mulier viro orbata: à ve particula intensiua, (vt quibusdam videtur) & antiquo verbo Iduare, quod olim Herrusceis, videre significabat. {χήρα. Ital. *Vedoua, senza marito.* Gal. *Vefue, femme qui à perdu son mari.* Hisp. *La muger viuda de marido, viuda.*} Plautus Sticho. Quæ tam diu vidua viro suo caruit. Horat. 1. Epist. 1, - sunt qui Frustis & pomis viduas venentur auaras. Contrà Iabolenus Iurisconsultus Viduam dictam putat à Ve priuatiuo, & nomine Duotve Vidua dicta sit, quasi sine duitate: cáq; voce non eam solùm intelligi putat quæ orbata est viro, verùm etiam quæ nunquam nupsit. Viduam (inquit) dici placet, non solùm quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoq; quæ virum non habuisset: quia Vidua sic dicta est, quemadmodum Vecors, Vesanus qui sine corde aut sanitate esset: similiter Vidua, quasi sine duitate.

Viduo, viduas, Orbo, seu priuo. {χηρόω, χηρεύω. Ital. *Priuare.* Gal. *Rendre ou faire vefue, priuer de mari ou d'autre chose.* Hisp. *Priuar como de marido.*} Virg. 8. Aene. - tot ferro sæua dedisset Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem. Horat. 2. Carm. Ode 9, Et foliis viduantur orni.

Viduatus, viduata, viduatum: vt, Leges viduatæ ludice, Claudia. 8. Paneg. Regna viduata lumine, pro inferis, Silius lib. 3.
Coniux viduata tedis, Seneca Medea.

Viduus, a, um, Priuatus, orbatus, destitutus. {χήρος. Ital. *Vedouo, priuato.* Gal. *Vef ou vefue, priué de quelque chose.* Hisp. *Cosa priuada como de marido.*} Hora. lib. 1. Carm. Voce dum terret, viduus pharetra, Risit Apollo. Cic. 2. Tusc. Sic me ipse viduus pectes excipio anxias. ¶ Hunc viduus lectus, dicitur qui altero coniugum caret. Lucanus, Insomnis viduo tum primùm frigida lecto. Ouid. 1. Fasto. Per totidem menses à funere coniugis vxor Sustinet in vidua tristia signa domo. Idem Epist. 15, Cur ego tot viduas exegi frigida noctes? Arbor vidua, quæ viti non est maritata. Horat. 4. Carm. Ode 5, Et vitem viduas ducit ad arbores.

Viduitas, viduitatis, Vita cælebs post nuptias. {χηρεία. Ital. *Vidualità.* Gal. *Vefuage, viduité, priuation.* Hisp. *Aquella priuacion de marido.*} Liui. lib. 10. bel. Maced. In viduitate relictæ filiæ singulos paruos filios habentes. Idem 4. bel. Maced. Et ipsæ libertatem quam viduitas & orbitas facit, detestantur. ¶ Ponitur aliquando pro inopia. Plautus in Ruden. Omnium copiarum, atq; opum, ac xilij, præsidij viduitas nos tenet.

Viduertas, viduertatis, Antiquis, teste Festo, idem erat quod calamitas: ita dicta quòd bouis viduaret. συμφορά. Cato Rei rust. cap. 141, Vti te morbos visos inuisosque, viduertatem, vastitudinémq;, calamitates, intemperiásque prohibessis.

Vidulus, viduli, Bulga, vel sacculus quo viatores pecuniam aliásve res charas circunferunt. {πήρα. Ital. *Mala, bisaccia, valisa, borsa.* Gal. *Vne male, vne valise, ou vne bougette.* Hisp. *La bolsa.*} Plaut. Rud. Estne hîc vidulus, vbi cistellam tuam inesse aiebas? ¶ Hinc Vidularia Plauti Comœdia, quæ aliquoties citatur à Nonio.

VIENNA, Viennæ, Austriæ metropolis est, omnium vrbium quæ ad Danubium sitæ sunt, & ædificiorum splendore, & facili rerum copia clarissima, munitissimúmq; Germaniæ, atque adeò totius orbis Christiani aduersus Turcarum irruptiones propugnaculum. Hanc Plin. lib. 3. cap. 24. Vianam appellat, vt annotauit Hermolaus. ¶ Est præterea Vienna Allobrogum ciuitas ad Rhodanum fluuium, olim clarissima, vbi etiam hodie non pauca antiqua nobilitatis extant monumenta. Meminit huius idem Plin. lib. 3. cap. 4.

Vieo, vies, vieui, vietum, Ligo. seu inflecto. interprete Nonio. {λυγίζω. Ital. *Ligare con verghe.* Gal. *Lier d'osier ou de telles choses, tordre comme vne hart à lier.* Hisp. *Atar.*} Varro lib. 1. de Re rust. Vt habeas vimina, vnde viendo quid facias. Varro lib. 4. de Lingua Latina, Viere est vincire: vnde apud Ennium, Ibant viere Venereum corollam. ¶ Hinc Vimina, & vasa viminea, teste Festo.

Vietores, Qui vasa vinaria religant, stipántque, inquit Budæus: à viendo, hoc est ligando, seu vinciendo. λυγιεῖς. Ital. *Botaij, chi fanno botti.* Gal. *Tonneliers, qui relient les tonneaux.* Hisp. *Los que hazen vasos.*

Vietus, a, um, Mollis, languidus, sine vi, naturalibus priuatus viribus. {μαρός, χαλαρός. Ital. *Molle, effeminato, di poche forze.* Gal. *Aisé à plier, flechible, mol, flestri, sans force ne vertu.* Hisp. *Cosa marchita, y muelle.*} Varro de opotheeis, Ne quum humorem amiserint pertinaci vento, mala vieta fiant: id est flaccida, & rugosa. Habet autem hoc nomen penultimam syllabam indifferenter. Lucr. li. 3, Nec supra caput eiusdem cecidisse vietam Vestem sentimus. Horat. lib. 1. Carm. Qui sudor vietis, & quàm malus vndiq; membris Crescat odor. Vietũ cor. Cic. 2. de Diuin. Ego enim suspicari possum contractum aliquo morbo bouis exile, & exiguum, & vietum cor. Ficus vieta. Colum. lib. 12. cap. 15, Ficus porrò neque nimium vieta, neque immatura legi debet.

Vigeo, ges, gui, Floreo, polleo, fine potens, aut in vigore sum, & viriditatem quandam habeo. {ἀκμάζω, ἀκμῶ. Ital. *Essere nel suo vigore & forza, vigoreggiare.* Gal. *Estre en vigueur, estre en sa force.* Hisp. *Esforçarse, ser en vigor.*} Cic. 1. Tuscul. Multáq; secula postea sic vigoit Pythagoræorum nomen, vt nulli alij docti viderentur. Idem 11. Philip. Nihil semper floret: ætas succedit ætati: diu regiones Cæsaris viguerunt, nunc vigent Pansæ. Idem ad Attic. li. 4, Nos animo duntaxat vigemus etiam magis, quàm quum florebamus. Virg. 2. Aen. Dum stabat regno incolumis, regnúmque vigebat Consiliis, & nos aliquod nomenque decusque Gessimus. Idem 4. Aene. Fama malum, quo non aliud velocius vllum: Mobilitate viget, virésque acquirit eundo.

Vigens, tis, particip. {ἀκμάζων, ἀθλῶν. Ital. *Vigoroso.* Gal. *Vigoureux.* Hisp. *Vigoroso.*} Cic. 2. de Finib. Homines enim etsi multis aliis, tamen hoc vno à bestiis plurimùm differunt, quòd ratione habeant à natura, mentémq; datam & acrem, & vigentem. Inter Vegerum, & Vigens hoc interest, tiquòd Vigerum sit incolume: Vigens, forte. Nam vigetum corporis, vigens animi possumus dicere. Nonius.

Vigesco, vigescis, Inchoatiuum. Catullus Epigr. 43, Iam læti studio pedes vigescunt.

Vigor, vigoris, Firmitas, robur. {ἀκμή. Ital. *Vigore, franquezza, gagliardezza.* Gal. *Vigueur, force.* Hisp. *Fuerça à esfuerço de animo.*} Plinius lib. 7. cap. 25, Animi vigore præstantissimam arbitror C. Cæsarem Dictatorem. Liu. 1. bell. Punt. Eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentáque iactari. Virgil. 9. Aeneid. - nec tarda senectus Debilitat vires animi, mutátque vigorem. Ouid. 12. Metamorph. Gratus in ore vigor, &c.

Vigil, vigilis, penult. corr. adiectiuum, Est omnis generis, ablatiuum faciens vigile, vel vigili: quanuis in plurali numero neutrum genus non habeat. Est autem Vigil, idem quod vigilans, hoc est qui non est torpens, quales sunt dormientes, sed qui in vigore suo est. {ἐγρήγορος, ἀγρυπνῶν. Ital. *Vigilante.* Gal. *Veillant, qui veille.* Hisp. *Velador.*} Virgil. 4. Aeneid. Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ, Tot vigiles oculi. Ouid. 3. Metamorph. Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ.

Vigil, substantiuum, Nocturnus custos, qui & Excubitor dicitur: à quo Præfectus vigilum vocatus est. {φύλαξ. Ital. *Chi fa la guardia di notte.* Gal. *Garde de nuit, le guet.* Hisp. *Velador, guarda de noche.*} Plaut. in Amph. Rex Creon vigiles nocturnos singulos semper locat. Cic. 6. Verr. Clamor à vigilibus, fauiq; custodibus tollitur. Lucan. lib. 7, -ne rumpite somnos Castrorum vigiles, nullas tuba verberet aures, &c.

Vigesimus, a, um, Vltimus ex viginti. {εἰκοστός. Ital. *Ventesimo.* Gal. *Vingtiesme.* Hisp. *Cada vno de veynte.*} Cic. pro Pompeio. Ex illo tempore tertium iam & vigesimum regnat annum.

Vigesima, vigesimæ, Tributi genus, quum in centenas minas quinæ exiguntur. εἰκοστή. Plin. in Paneg. His vigesima reperta est, tributum tolerabile. Vide VICESIMA.

Vigesimarium aurum, à Liuio dicitur, quod ex vigesimis colligitur. χρυσὸς εἰκοστός. Erant autem vigesimæ tributi genus, dimidia parte leuius quàm decimæ. Vide suprà VICESIMARIVS.

Vigessis, masculini gen. Quod est viginti assium. {ὁ δεκαπλάσιον εἴκοσιν ἀσσάρια. Ital. *Che costa venti denari.* Gal. *Qui coustе vingt asses.* Hisp. *Que costa veynte asses.*} Martial. lib. 12. Amphora vigessis, modius datur ære quaterno.

Id est

id est viginti assibus amphora venditur.

Vigilo, vigilas. Excubo, vigilias ago, non dormio. {ἀγρυπνέω, γρηγορέω. Ital. *Vigilare, vegghiare.* Gal. *Veiller.* Hisp. *Velar.*} Teren. in Eunuch. Ne sursum deorsum curbites, néve vsus ad lucem vigiles. Cic. de Somn. Scip. Me & fessum de via, & qui ad multam noctem vigilassem, arctior quàm solebat somnus complexus est. Idem 2. Catil. Tardissimè autem Lentulus, etsi eo quòd literis dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilarat. Horat. 1. Sermo. Saty. 3, –noctes vigilabat ad ipsum Manè, diem totum stertebat: nil fuit vnquam Sic impar sibi. ¶ Per metaphoram accipitur vigilare, pro eo quod est omni cura vigilantiáq; in id incumbere, nequid nos inopinantes subitò opprimat. Cic. pro Plan. Vigilandum est semper: multæ insidiæ fiunt bonis. Idem 6 Phili. Quamobrem, Quirites, consilio quantum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo, vigilabóque pro vobis.

Vigilor, vigilaris, passiuum. Ouid. Epist. 12. Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ: Nec tener in misero pectore somnus adest.

Vigilatur, impersonale. Martialis lib. 12. Otia me, somnúsque iuuant, quæ magna negauit Roma mihi: redeo, si vigilatur & hic.

Vigilans, vigilantis, participium. {ἀγρυπνῶν, ἐγρηγορῶν. Ital. *Vigilante.* Gal. *Veillant, qui veille.* Hisp. *Velador.*} Plaut. in Cap. Vigilans somniat. Teren. Andria, –num ille somniat Ea, quæ vigilans voluit? ¶ Aliquando nomen est, idem significans quod diligens, prouidus, intentus. ἐπιμελὴς, σπουδαῖος. Plin. Epist. 17. lib. 2, Vir exercitatus, & vigilans. Cic. 2. Ver. Perficiam vt nemo vnquam post hominum memoriam paratior, vigilátior, compositior ad iudicium venisse videatur.

Vigilandus, vigilanda, vigilandū. ἀγρυπνητέος. Tibullus lib. 1. Eleg. 2. Cum fletu nox vigilanda venit. Quintilianus lib. 11. cap. 5, Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda. ¶ Vigilandum aliquando accipitur pro eo quod est vigilanter prouidendum, vel summo studio diligentiáque conficiendum: vt annotauit Seruius in illud Virg. 1. Georg. Quæ vigilanda viris, &c.

Vigilantia. Quæ plerunq; pro diligentia ponitur. {ἐγρήγορσις, ἀγρυπνία. Ital. *Vigilantia.* Gal. *Veillance, vigilance, diligence.* Hisp. *Vela, diligencia.*} Idem in Adelphis, Vigilantiam tuam mihi narrasti? Cic. Curio lib. 7. Nihil tamen eo Consule mali factum est: fuit enim mirifica vigilantia.

Vigilanter, aduerbium. Cum diligentia, & solicitudine. {ἐπιμελῶς. Ital. *Vigilantemente, con diligentia.* Gal. *Vigilamment, soigneusement, diligemment.* Hisp. *Velando, diligentemente.*} Cicero 6. Verr. Quòd vigilanter prouinciam administrasset, cuius omnes vigilias in stupris constat, adulteriisque esse consumptas. Plancus ad Cic. lib. 10, Tu, mi Cicero, quod adhuc feci sti, idem præsta, vt vigilanter neruoséque nos qui stamus in acie, subornes.

Vigiliarius, vigiliarij. Pro excubitore. {φύλαξ, φρουρός. Ital. *Guardia di notte.* Gal. *Guarde de nuit, vn du guet.* Hisp. *El velador, guarda de noche.*} Seneca Epist. 58, Quid interest, verum super aliquem vigilarium ruat aut mons, aut turris?

Vigilax, vigilacis, Sagaciter, multúmq; vigilans. {ἀγρυπνότατος. Ital. *Molto vigilante.* Gal. *Fort veillant, qui ne dort point.* Hisp. *Muy velador.*} Columel. lib. 7. cap. 12, de canibus loquens, Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici: nec erronei, sed assidui, & circunspecti magis, quàm temerarij.

Vigilia, vigiliæ, siue Vigiliæ, vigiliarum, Insomnia, excubiæ nocturnæ. {ἀγρυπνία, παννυχίς. Ita. *Vigilia, guardia di gente d'arme.* Gal. *Veille, guette de nuit.* Hispan. *Vela, obra de velar, guarda de noche.*} Cic. 7. Philipp. Idcireo in hac custodia, tanquam in specula, collocati sumus, vt populum Romanum, vacuum metu nostra vigilia redderemus. Idem 4. Tusc. Cui non sunt auditæ Demostheois vigiliæ? qui dolere se aiebat, siquando opificum antelucana esset victus industria? Vigilias militares in quaterna olim horarum spatia diuidebant: ita vt prima, secunda, tertia, & quarta vigilia diceretur. Cæsar 1. bel. Gallici, Vbi per exploratores Cæsar certior factus est, tres iam partes copiarum Heluetior id flumen traduxisse, quartámque ferè partem citra flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigilia cum legionibus tribus ex castris profectus, ad eam partem peruenit quæ nondum flumen transierat. ¶ Interdum vigiliæ, dicuntur ipsi custodes, qui vigilant. οἱ φύλακες. Sallust. in Iugur. Sed neque more militari vigiliæ deducebantur. Idem in Catil. Et ab incendio intelligebat vrbem vigiliis munitam. ¶ Vigiliæ Cereris, dicuntur à Plauto in Aulul. nocturna sacra, quibus in æde Cereris peruigilabant mulieres, quæ & mysteria, & initia dicebantur. παννυχίδες, μυστήρια. Nam ea nocte cum viro conuenire, piaculum erat. Is (inquit) adolescentis illius est auunculus, Qui illam stuprauit noctu Cereris vigiliis.

Viginti, Nomen numerale indeclinabile. {εἴκοσι. Ital. *Venti.* Gal. *Vingt.* Hisp. *Veynte.*} Cic. 3. de Orat. Annósq; natus vnum & viginti, nobilissimum hominem & eloquentissimum in iudicium vocarim. Virgil. 1. Aen. –ad litora mittit Viginti tauros.

Vigintiuiri, Nomen magistratus apud Romanos. εἰκοσάνδρους. vt, Triumuiri. Cic. ad Attic. lib. 2, Vbi nemo fit præter me, qui quanquam ex vigintiuiris vnum esse saluum velit.

Vigintiuiratus, us, ui, Officium viginti virorum. Cic. ad Attic. lib. 9, Repudiari se totum, magis etiam quàm olim in vigintiuiratu, putabit.

Vigor, vide VIGEO.

Vilis, vile. Contemptus, abiectus, humilis, plebeius, leuis, communis, vulgaris. {φαῦλος. Ital. *Vile, da buon mercato, di poco conto.* Gal. *Vil, de petite valeur, de petit prix, de petite estime.* Hisp. *Cosa de poco precio ò barato.*} Cic. Quintil. lib. 1, Semper eos putaui, si vulgares essent, viles: si temporis causa constituerentur, leues. Sallustius in Cati. Fidem, fortunas, pericula vilia habere: id est non magni facere. Cic. 3. Offic. Quærit, si in mari iacturam facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat, an seruuli vilis. Idem 2. de Finib. Non minor (inquit) voluptas percipitur tam ex vilissimis rebus, quàm ex pretiosissimis. Horat. 2. Sermon. Saty. 5, Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est. Vile à villa quidam deduci putant, quòd omnia in villa viliora sint quàm in vrbe. Est enim propriè vile, quod paruo constat, cuius contrarium est carum. Δυτίμον. Cic. 5. Verr. Frumentum, quoniam vilius erat, ne emisses. Plautus in Trin. Neque quicquam hîc vile nunc est, Nisi mores mali. ¶ Ponitur interdum pro abundanti, teste Seruio, quia omne quod plurimum abundat, vile est, id est paruo pretio venditur. Virgil. lib. 1. Georg. Si verò vicinumque seres, vilémque phaselum. Vilis oratio dicitur à Quintiliano lib. 8. cap. 3. neglecta, inelaborataque: cui opponitur accurata. ¶ Vili, ablatiuus, verbis pretij addi solet. Martial. libro 12. Instructam vili vendis Amœne domum.

Vilius, & Vilissimè, aduerbia, Minoris, & minimo pretio. Plin. lib. 18. ca. 6, Quicquid per asellum fieri potest, vilissimè constat. Colu. lib. 12. ca. 39, Hoc vbi lignorum copia est, vilissimè constat, & est in vsu vel dulcius, quàm superiores notæ passi.

Vilitas, vilitatis, Exiguitas pretij. {εὐτέλεια. Ital. *Viltà, buon mercato.* Gal. *Petit prix, petite valeur & estime, vilité.* Hisp. *Aquel poco precio ò barato.*} cui opponitur caritas: vt, Vilitas annonæ ex summa inopia, & caritate rei frumentariæ repente vilitas annonæ ex summa inopia, & caritate rei frumentariæ consecuta est vnius spe & nomine, quantam vix ex summa vberrare agrorum diuturna pax efficere potuisset. ¶ Vilitas sui, per translationem dicitur, quum quis ita temere ruit in periculum, vt nihil vita sua vilius habere videatur. Curtius lib. 5, Quid ruimus beluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quàm odisse vitam. Sæpe tædio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignaui.

Vilesco, vilescis, Vilior fio: vt annonam vilescere dicimus, quum pretium eius remittitur. {εὐτελίζομαι. Ital. *Diuenir vile ò de poco prezzo.* Gal. *Deuenir vile & de petit prix, auilir.* Hisp. *Valer poco ò barato.*} Contrà accendi dicimus, quum pretium eius immoderatè augetur. ¶ Gratiam item vilescere dicimus, hoc est sordescere, & minoris æstimari. φαυλίζομαι.

Vilito, as, pen. corr. Vilem reddo. {φαυλίζω. Ital. *Far vile, estimar poco.* Gal. *Auilir, faire, ou estimer peu.* Hisp. *Menospreciar.*} Turpilius apud Nonium. Et quærat tua vitia, quæ se vilitant.

Villa, villæ. Domus in agro, agri colendi, & fructuum condendorum, aut etiam habitationis causa constituta. {ἐπαυλις, ἀγρόκλια. Ital. *Villa, casale.* Gal. *Village, metairie, grange.* Hisp. *La casa en la heredad del campo, la possession del campo, villa.*} Plinius lib. 18. cap. 6, Modus hic probatur, vt neque fundus villam, neque villa fundum quærat. Cic. pro Qu. Roscio Com. Tum erat ager incultus, sine tecto: nunc est cultissimus, cum optima villa. Idem ad Atticum libro 10, Præteriit villam meam Curio, iussitque mihi nuntiari mox se venturum. Horatius 1. Sermon. Satyr. 5, Hinc nos Coccei recipit plenissime villa. Id est populosa. ¶ Dicta est autem villa, à vehendo, quasi vehilla, quòd in eam fructus à villico conuehantur, & cuehantur quum veneunt, vt ait Varro de Re rust. lib. 1. cap. 2. Columella villam tripartitò distribuit, partem vnam vrbanam, rusticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. Villa rustica, est ea pars villæ, quam villicus colonus, vel vinitor, vel arborator habitandam sibi obtinet, & familiæ villaticæ, atque instrumento omni rustico condendo, aut continendo est accommodata. Villa vrbana, quæ & prætorium dicitur, ea pars est quam dominus sibi recepit quæ quia elegantius, amœniúsque ædificari solet, & instrui, ideo vrbana vocatur, quasi vrbani nitoris, & elegantiæ plus habens quàm rustica. Fructuaria autem villa dicitur, vbi fructus reconduntur. Budæus.

Villula, villulæ, diminutiuum. {ἐπαύλιον. Ital. *Picciola villa.* Gal. *Petite metairie.* Hispan. *Pequeña villa, pequeña aldea.*} Cic. ad Atticum lib. 8, Ego Arpini volo esse pridie Cal. deinde circum villulas nostras errare. Horatius 1. Sermon. Satyr. 5, Proxima Campano ponti quæ villula tectum Præbuit.

Villanus, villani, penult. prod. gene. masc. Qui in villa habitat. {ἀγροῖκος. Ital. *Villano, rustico, lauoratore, contadino.* Gal. *Vilain, laboureur, contadin.* Hispan. *Villano, aldeano.*} vnde & Semiuillanus, semirusticus. ¶ Villani (inquit Budæus) dicuntur quòd villæ (vnde dicti villici) ascripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint: quarum rerum vestigia nó obscura multis in locis extant. Quod tamen nomẽ loquentium insciti a in contumeliam iam vertit. Villanum enim & vilem vernacula simplicitas confundit.

Villaris, villare, Idem quod villaticus. {ἐπαυλικός, ἀγροικικός. Ital. *Di villa.* Gal. *De village ou metairie.* Hisp. *Cosa de aquella possession del campo.*} Plin. lib. 10. cap. 41, Villaribus gallinis & religio inest: inhorrescant edito ouo, excutiúntque sese, & circunstectæ purificant, aut festuca aliqua sese & ouа lustrant.

Villaticus, a, um, Quod ad villam pertinet. {ἐπαυλικός. Ital. *Villesco, di villa.* Gal. *De village ou metairie.* Hisp. *Cosa de aquella possession del campo.*} vnde Villatica pastio, dicitur alimẽtum, quod pertinet ad animalia, quæ rure nutriuntur, vt pura pecudes, aues, pisces. Villaticus canis, qui villæ asseruandæ gratia alitur. Colum. lib. 2. cap. 10, De villatico cane igitur, & pastorali dicendum est: nam venaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Plin. lib. 23 cap. 1, Aiunt siquis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutáque fieri villaticas aues. Villaticæ gallinæ, dicuntur gallinæ illæ vulgares, quales plerunque in villis, & in ipsis etiam vrbibus vulgò videmus educari. Dictæ villaticæ ad differentiam agrestium, & Africanarum: de quibus vide in dictione GALLINA.

Villico, villicas, & Villicor, villicaris, deponens. Rusticor, siue in villam animi causa recedo. {ἀγροικέω. Ital. *Star à la villa, gouernare la villa, lauorare la terre.* Gal. *Gouuerner vne metairie, & y laborer les terres & faire autres affaires rustiques, grangier, metayer.* Hisp. *Vsar del officio de mayordomo, labrar la tierra.*} Pomponius, Ego rus eo, vt aliquot diebus villicer. Terent. in Hecyra, Hîc villicor ante vrbem. Plin. lib. 18. cap. 6, Quorum prædia colenda susciepiebat Resp. exercitúsq; ducebant, Senatu illi villicante. ¶ Aliquando villicari, Est villæ præesse. οἰκονομεῖν, ἀγροικεῖν. Pomponius: Longè ab vrbe villicari, quò herus raro uenit, non villicari, sed dominari mea est sententia.

Villicatio. Ipsa rustica negotiatio, vel villæ dispensatio. {οἰκονομία, ἀγροικία. Ital. *Governo di villa.* Gal. *Gouuernement de metairie, grangeage.* Hispan. *Obra de mayordomo.*} Colum. lib. 11. cap. 1, Qui susceperit officium villicationis, in primis coniectum domesticum, multóque etiam magis externum vitet.

Villicones, Iidem qui villici, vel præfecti villicationis, vt est apud Apuleium in Apologia. ἀγροῖκοι, τῆς ἐπαυλίου ἐπιτάκτου.

Villicus,ci.Præfectus villæ,cui tota rei rusticæ cura à domino committitur.{ἐπίτροπος,οἰκονόμος,ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἐπιστάτης Ital.*Fattore,guastaldo.* Gal.*Metaier ou mentayer, grangier.* Hisp.*Mayordomo del campo, aparador que las serranes llaman capataz.*} Varro de Re rust.lib.1.cap.1,Villicus agri colendi causa constituitur, atque appellatus à villa: villa, ab eo quòd ibi eam conuehuntur fructus, & cuehuntur, quum venerint. A quo rustici etiam nunc quoque viam veham appellant,propter vecturas: & Vellam non Villam,quò vehunt & vnde vehunt. Oeconomus autem tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium quæ dominus possidet, dispensator est. Cic.4. Tusculanarum quæst. Qui quum villico factus esset iratior, Quo te modo,inquit, accepissem, nisi iratus essem? Horat.lib.1. Epist. Villice syluarum & mihi me reddentis agelli.Columel.lib.11, Villicus semper caueat ne improuidus ab opere vincatur: res est agrestis insidiosa cunctanti.

Villica, villicæ, Vxor villici. {ἡ ἀγροικὸς μὲν, ἡ ἐπιστάτου τῶν ἀγρῶν γυνή. Ital. *Femina di villa,moglie dele guastalde, guastalda.* Gal.*La metaise ou metayere, la femme du metais ou metayer.* Hispan.*La muger mayordoma de aquella casa.*} Martial.lib.1,Pinguis inæquales onerat cui villica mensas.Iuuc.Saty.11, Asparagi,posito quos legit villica fuso.

Villum,villi, vide VINVM.

Villus, Non proprie pilus est, vt nonnulli interpretantur, sed multorum pilorum collectio, & quidam quasi floccus: quales in lubis leonum, & luporum & nonnullorum etiam canum superatos videmus propendere. {ῥῆξ, λάχνη, λάσιον. Ital.*Peli messi insieme, come è vn mazzo di setole.* Gal.*Poil.* Hisp.*El vello,pelo sotil.*} ¶In vestibus etiam villi dicuntur,flocci illi prominentes, qui hodie etiam ornatus causa arte fullonia pannis inducuntur. Cice.2.de Nat.deo. Animantium verò quanta varietas est? quarum aliæ coriis tectæ sunt,aliæ villis vestitæ,aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas: alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Plin. lib 8. cap. 50, de capris loquens,Dependet omnino mento villus quem aruncum vocant.Virg. 3.Georg. Dulcibus iccirco fluuiis pecus omne magistri Perfundunt, vdisque aries in gurgite villis Mersatur. Martial. lib. 14, Calfaciunt villi pallia nostra mei.

Villosus, adiectiuum ,Quod villis plenum est, hirsutus, hirtus. {τριχώδης, χαιτώδης. Ital.*Peloso.* Gal.*Velu, velu.* Hisp.*Cosa velloso ò peluda de tal pelo.*} Colum.lib.7.cap.12,Amplo,villosóq; pectore.Virg.8.Aeneid. -villosi pelle leonis.

Vimen,inis,Omne virgultum lentum,& flexile, & ad ligandum aptum, quasi vincimen. {λύγος,ἄνθος,ῥάβδος. Ital.*stroppa, vimine,legame,fatto d'egnò sorte di ramo d'herba.* Gal.*Toute sorte de verges molles & aisée à plier pour lier, sont d'osier,orme peuplier, homeau ou autres.* Hisp.*Vara ò verga que se doblega.*} Colum.lib 4.cap 30, Nec refert cuius generis vimen seras,dum sit lentissimum.Virg.2.Aeneid. Rursus & alterius lentum conuellere vimen Insequor,& causa penitus tentare latentes.Idem 2.Georg. -aqua eluctabitur omnis, Scilicet,& grandes ibunt per vimina guttæ. Idem 11. Aene. Haud segnes alij crates, & molle pheretrum Arbuteis texunt virgis, & vimine querno.Colum.lib.14.cap.13,Si viminibus salicis aut vlmi legueris.Cæsar 1.bel.Ciuilis,Reliquum corpus nauium, viminibus cõtextum coriis integebatur. Fiunt autem vimina ex populorum virgis,vlmi, & sanguineorum fruticum,& betulæ,& vitis, & coryli intortæ,& salicis,quæ principatum obtinet.

Vimineus, a, um, Quod est ex vimine. {ἰτέινος. Ital.*Fatto de venchi ò altre verghe.* Gal.*D'osier ou d'autres verges propres à lier.* Hisp.*Cosa hecha de tales varas.*} vt,Vasa viminea.Plaut.in Epid.Viminei fasces virgarum. Virg. 1.Georg. Viminéásq; trabis crates, &c. Cæsar 3.bel. Ciuilis, Multùm autem ab ictu lapidum, quod vnum nostris erat telum, viminea tegumenta galeis imposita defendebant.

Viminalis,viminale. Quod est ad ligandum aptum, seu quod pertinet ad vimina. {ἁρμόδιος, ἁρμόττων, ἰτέινος, λυγώδης. Ital.*Conueniente à ligare,ò pertinente a vimine* Gal.*Propre & conuenable pour lier.* Hisp.*Conueniente para atar,pertenesciente à varas ò vergas que se doblegan.*} vt, Salix viminalis. Plin.lib.17. cap.20, Salicis viminalis singula iugera sufficiunt viginti quinque vineæ ingeribus.Colum.lib.4.cap.10.Quare salices viminales,atque arundineta, vulgaréq; syluæ,vel consultò consitæ,è castaneis prius faciendæ sunt.

Viminalia, absolutè, Nomen generale est, omnibus tum arboribus, tum fruticibus commune,quæ vimina producunt. λυγώδη.Plin.li.17.cap.20, Hæc est viminalium cultura. ¶Viminalis collis, vnus ex septem vrbis Romanæ collibus,in tertia vrbis regione: ita dictus à viminum sylua in eo enata:vnde & Ioui Vimino,cuius ibidẽ ara erat,nomen inditum: vt est autor Varro lib.4. de Ling. Lat. ¶Viminalis porta, Romæ fuit inter Salariam & Exquiliuam: ita dicta quòd per eam in agrum Nomentanum esset iter.

Vinacea,Vinalia,Vinarius,vide VINVM.

Vinca,vincæ, Herba topiaria,humi repens, lauri foliis, tenuibúsque sarmentis quibus obuia quæque vincit: vnde & nomen inuenit. κλημάτιον δαφνοειδές.Plin.Iunior li.1.Epist.17. Adiacet gestationi interiore circuitu, vinca tenera, & vmbrosa, nudisq; etiam pedibus mollis & cedens. Eadem & Vinca peruinca appellatur à Plinio maiore lib.21.cap.11.

Vincaperuinca.Herba est topiaria,perpetuò virens, foliis geniculatim vestita,veteribus inopiam florum supplere solita, humi serpens & in modum funiculi sese porrigens,& vicina quæque vincions:vnde & nomen inuenit. κλημάτιον δαφνοειδές.Plinius lib.21.cap.11. alio nomine chamædaphnen,quasi humilem laurum,appellari tradit.propter foliorum similitudinem.Omnino tamen diuersa est à chamædaphne Dioscoridis, quam Latini Laureolam appellant, siue Lauraginem. Officinæ Pervincam nominant.

Vincio,vincis,vinxi,vinctum,Ligo,constringo. {δέω,δεσμῶ,ἁρμόττω,πλέκω. Ital.*Legare.* Gal.*Lier.* Hisp.*Atar.*} Virg 1.Aen.Purpureóq; altè suras vincire cothurno. Ouid.10. Metam. -non huc vt opera viderem Tartara descendi: nec vti villosa colubris Terna Medusæi vincirem guttura monstri.Cic.pro Marcel. Omnia quæ delapsa iam fluxerunt,seueris legibus vincienda sunt. Idem in Orat. Et verba eligebant: & sententias graues & suaues reperiebãt: sed eas haud vinciebant,haud explebant.

Vinctus,a,um, participium. Ligatus, constrictus. {δεδεμένος. Ital. *Ligato.* Gal.*Lié.* Hisp.*Atado.*} Cic.6.Verr. Dedit igitur vbi fortuna Siculorum C.Marcellum iudicem:vt cuius ad statuam Siculi te Prætore alligabantur,eius religione te eundem vinctum astrictúmq; dedamus. Terẽt. in Eunuc. -quas matres fuisse Demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles sient. ¶Vinctus aliquando pro captiuo accipitur, siue pro seruo compedito sumitur, qui ex vinculis aut in ergastulo opus facit. δεσμώτης.Seneca. Qui vnus erat è vinctis Cæsaris, mox libertate donatus est.Plin.Epist.19. Nam nec ipse vsquam vinctos habeo.

Vinctus,us,ui,Ligamen {ὁ δεσμός,ὁ δεσμός Ital.*Ligamento.* Gal.*Vn lien,liaison.* Hisp.*Atadura.*} Var.1.de Re rust.ca.8. Et vindemia facta deniq; discat pendere in palmâ aut funiculo,aut vincta,quod antiqui vocabant cestũ.

Vinculum,vinculi,Ligamen. {δεσμός,ἄμμα,πεῖσμα.Ital.*Legame.* Gal.*Lien.* Hisp.*Atadura.*} Cic.3.Offic. Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.Copulare vno vinculo.Liu.8.bel.Pun.Idem 2.Aen. Nam teneras arcebant vincula palmas, Ouid.9. Metam. Dixerat, & summo digitorum vincula collo Iniicit, Virg.4.Georg.Hinc tibi nate prius vinclis capiendus.Cice.pro Cæcin. Qui ius ciuile contemnendum putat,is vincula reuellit, non modo iudiciorum,sed etiam vtilitatis,vitæq; communis. ¶Vincula pro viminibus,quibus vites religantur.Colum lib.3,Salix humida loca desiderat, genista etiam sicca, vtraq; tamen circa vineam seruntur, quum palmitibus idoneæ præbeant vincula. ¶Vinculum iugale, per translationem pro coniugio. Virgil.4.Aene. Ne cui me vinclo vellem sociare iugali. ¶Vincula,pro carcere in quo noxij vincti seruantur. δεσμωτήριον. Cic.7. Verr. Quid si aufugisset?si vincla rupisset? In vinculis esse, est in carcere esse vinctum.Plin.lib.7.cap.34,de Scipione Nasica,In summa,ei in patria mori non licuit:non hercle magis quàm extra vincula illa sapientissimo ab Apolline iudicato Socrati. Venuleius de verb. sign. Vinculorum appellatione,vel priuata vel publica vincula significantur. Custodiæ verò tantùm publica custodia.

Vinctura,æ,pen.prod. {ὁ δεσμός,ὁ λυγισμός Ital.*Ligamento.* Gal.*Liaison.* Hisp. *Atadura.*} Plin.lib.16. cap.17. Partimq; baltheo corticis vincula: & aliæ virgas sequacis ad vincturas lentitiæ. De salicibus.

Vinco,vincis,vici,victum, Supero, ex certamine superior euado, victoriam reporto. {κρατέω, περιγίνομαι, νικάω, ἡττάω. Ital.*Vincere, superare, farsi superiore.* Gal.*Vaincre, surmonter.* Hispan.*Vencer ò ganar en juego.*} Cicero in Catil.Mihi viuendum est cum illis,quos vici,& subegi.Virg. lib.10. Aegloga, Omnia vincit amor. Idem 1. Georg. -labor omnia vincit Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.Cice.1.Offic.Non est consentaneum,qui metu non frangatur,eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se à labore præstiterit,vinci à voluptate. ¶Per translationem ponitur pro exprimo, & quasi difficultatem rei dicendo supero.Virgil. 3.Georg. Nec sum animi dubius,verbis ea vincere magnum Quàm sit. ¶Item pro animi compos fiorvnde & Victor,pro animi compote accipitur, ἐπικρατὴς Idem lib.3.Georg. Illi victor ego,& Tyrio conspectus in ostro. ¶Ponitur aliquando pro conuincere, docere, probare. Cice. pro Clu. Vinco deinde vnum bonum fuisse Oppianicum. ¶Vincere cibum dixit Plin.lib.11.cap.53,pro concoquere.Vincere expectationem: est facere plus quàm quisquam sperauerat. Vincere sua fata, dicuntur parentes suis liberis superstites.Virgil.11.Aeneid.Contrà ego viuendo vici mea fata, superstes Restarem vt genitor, id est naturalem ordinem vitæ longiore superaui:nanque hic ordo est,vt sint parentibus superstites filij.

Victus,victa,victum,participium. Idem quod certamine superatus. {ἡττημένος. Ital.*Vinto,superato.* Gal.*Vaincu, surmonté.* Hisp.*Vencido.*} Cice. 2.de Diuin.Galli victi flere solent, canere victores. Horatius Epod.9. Terra marìq; victus hostis, &c. Victi, & subacti populi, apud Ciceronem ad Atticum, cuius contrarium est Inuictus, id est insuperabilis. ἀνίκητος.Cic.1.Offic. Animi excelsi,atque inuicti magnitudo ac robur. ¶Ponitur aliquando Victus, pro voti impote, ἀνόητος. quemadmodum contrà Victor, pro voti compote. ἐπικρατὴς. Virgil.9. Aegloga, Nunc victi tristes: quoniam fors omnia versat. ¶Victus aliquando dicitur à proposito recedens. Virgil.2.Aeneid. Hîc verò victus genitor se tollit ad auras. Seruius.

Victor,victoris, penult. prod. Qui in certamine superior euasit. {νικητής. Ital.*Vincitore,vittore.* Gal.*Vainqueur, victorieux.* Hisp.*El que vence, vencedor.*} Cæsar 2.belli Gall.Nostros victores transire flumen conspexerãt. Plin.7.cap.28, L.Sicinius Dentatus, centies vicies præliatus, octies ex prouocatione victor, XLV. cicatricibus aduerso corpore insignis,nulla in tergo.Cic.Marcello lib.4, Multa enim victori eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda sunt. ¶Aliquando accipitur pro voti compote.Virg.3.Geor. Victórq; virûm volitare per ora. Vbi Seruius, Victor,effector propositi & voti.

Victrix,victricis,verbale fœmininum, Mulier quæ in certamine superior euasit. {νικήτρια. Ita.*Vittrice,vittoriosa,vincitrice.* Gal.*Vainqueresse, victorieuse.* Hisp.*Vencedora.*} Cice.ad Brutum. Erat victrix Respublica cæsis Antonij copiis. Idem 1.Tuscul. Oraculum erat datum,si rex interfectus esset,victrices Athenas fore. ¶Accipitur & pro voti compote, ἐπικρατὴς. Virg.7.Aen Iunonem victrix affatur voce superba. ¶In plurali numero adiectiuè accipitur,facitque de se neutrum,victricia.Virg.3.Aene. Res Agamemnonias, victriciaque arma sequutus. Id est quæ vicerunt. Vbi Seruius, Omnia à verbo venientia, quum in or exeunt,masculina sunt, vt victor: quum in trix, fœminina,vt victrix: neutra verò non faciunt, nisi tantùm in numero plurali: vnde est victricia. ¶Victrices literæ dicuntur victoriam denuntiantes.Cic.ad Attì.lib.5,Quo autem die Cassij literæ victrices in Senatu recitatæ sunt,&c.

Victoria, victoriæ, Hostium superatio. {νίκη. Ital. *Vittoria.* Gal. *Victoire.* Hisp.*Victoria, vencimiento.*} Cice.pro M.Marcello,Victoria, quæ natura insolens,atq; superba est.Idem pro lege Manil. Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis,sed suis imperijs:non offensionibus belli,sed victorijs:non stipendijs,sed triũphis est traducta. Horat.1.Sermo.Saty.1, Quid enim?concurritur:horæ Momento cita mors venit,aut victoria læta. ¶Pulchrè autem dicimus,Consequi victoriam,& reportare victoriam,parere victoriam,victoriam in manu habere.Eripere victoriam de manibus, extorquere victoriã de manibus, & multa alia quæ legenti veterũ scripta passim occurrunt. ¶Apud Romanos

manos Victoria dea nomen erat cuius simulachrum effingebatur laurea coronatum, altera manu palmæ, altera oleæ ramum præferens.

Victoriatus, victoriati, Genus numi argentei, lege Clodia percussi, qui alio nomine Quinarius dicebatur, quòd quino assibus valeret, hoc est dimidio denarii, vt ex Volusio docet Agricola. Dictus victoriatus, quòd victoriæ nota signatus esset. Quintil. lib. 6. cap. 4. Dicente quodam, victoriato se vno in Sicilia quinque pedes longam murænam emisse. Vide Plinium lib. 33. cap. 3.

Victoriosus. Vincere assuetus, siue qui varias aut plures victorias reportauit, qua dictione vsus est Cato, teste Gellio lib. 4. cap. 9. Ital. *Victorioso*. Gal. *Victorieux, qui a gaigne plusieurs victoires* Hispan. *Cosa de muchos vencimientos.*

Vincibilis. Superabilis, qui vinci potest. Ital. *Atto da esser vinto*. Gal. *Aisé à vaincre, vincible* Hisp. *Cosa facil de ser vencida, que puede facilmente ser vencida.* Colu. lib. 3. cap. 12. Grauem terram, vix vlla cultura vincibilem. ¶ Interdum actiuè accipitur pro eo quod vincere potest: vt. Causa vincibilis, quæ facilè possit, & meritò debeat obtineri. Teren. in Phorm. Iustam illam causam facilem, vincibilem, optumam.

VINDELICIA. Regio Germaniæ confinis, Rhetiam habens ab Occasu, & Noricum ab Oriente. Eam Lycus amnis disterminat à Rhetia, Aenus à Norico: à Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. Eius ciuitas insignis est Augusta Vindelicorum, vulgò *Augspurg*: cuius meminit Ptolemæus lib. 2. ca. 13.

Vindelici, Ptolemæo, Vindeliciæ incolæ, hodie Germanis annumerati. Horatius, Videre Rheti bella sub Alpibus
Drusum gerentem, & Vindelici.

Vindemia, vindemiæ. Collectio vuarum, quasi vinidemia, à vino demendo. Ital. *Vindemia*. Gal. *Vendange*. Hisp. *La vendimia.* Colu. lib. de Arborib. Vindemia facta, statim putare incipito ferramentis quàm optimis. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 54. In vinetis vua quum erit matura, vindemiam ita fieri oportet. ¶ Nonnunquàm accipitur pro ipsis vuis. Virgil. 3. Georg. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. Idem 2. Georg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. ¶ Transfertur & ad aliarum rerum collectionem. Plin. Prima mellis vindemia melior. Colum. lib. 10. Mox vere transacto, sequitur mellis vindemia.

Vindemiola, vindemiolæ. pen. corr. diminut. Ital. *Piccola vindemia*. Gal. *Petite vendange* Hisp. *Pequeña vendimia.* Cic. ad Attic. lib. 1. Ego omnes meas vindemiolas eò reserno, vt illud subsidium senectuti parem. De studiorum fructu loquitur.

Vindemio, vindemias. Vuas colligo. Ital. *Vindemiare*. Gal. *Vendanger*. Hisp. *Vendimiar.* Plin. lib. 14. cap. 2. Nouissimas vindemiant.

Vindemiator, Qui vindemiã peragit, Ital. *Vindemiatore*. Gal. *Vendangeur*. Hisp. *Vendimiador.* Colum. lib. 4. Vindemiatoribus quoque hæ semitæ laxitatem opportunam præbent, per quam vel fructus, vel statumina portentur. ¶ Huius dictionis secundam syllabam contra primitiui naturam corripuit Horatius 1. Serm. Saty. 7. Durus vindemiator, & inuictus, cui sæpe viator Cessisset magna cõpelleus voce cucullum. Ouidius verò detraxit a, vt de, syllabam produceret in 3. Fast. At non effugiet vindemitor. ¶ Est & vindemiator sydus cæleste, quod tertio Nonas Martij apparet. Plin. lib. 10. cap. 31. Delphinus occidens x1. Cal. Septemb. Cæsari. & Assyriæ stella, quæ vindemiator appellatur.

Vindemiatorius, ria, rium. Quod ad vindemiam pertinet. Ital. *Vindia, pertinente à vindemia.* Gal. *De vendangeur, ou seruant à vendanger.* Hisp. *Cosa para vendimiar.* Varro lib. 1. de Re rusti. cap. 2. Nihilo magis torcula, vasa vindemiatoria, aut scrias olearias, aut trapeta.

Vindex, cis. Propriè vltor iniuriæ. Ital. *Vindicatore*. Gal. *Vengeur, qui fait la vengeance de quelque chose*. Hispa. *Vengador.* Cicer. ad Sestium lib. 5. Epist. Sed partim odio inducti me excludunt, & apertè vindicem coniurationis oderunt: partim non credunt. Idem 3. de Nat. deorum. Furiæ deæ sunt, speculatrices credo & vindices facinorum & sceleris. ¶ Accipitur item Vindex pro assertore, seu defensore. Ital. *Chi mette in luogo sicuro*. Gal. *Qui reuenche, defent & met en seureté*. Hisp. *El que libra de seruidumbre y defiende.* Cicer. Octauio. Extitisti tu vindex nostræ libertatis. Idem de Orat. Prouocatio patrona illa ciuitatis, & vindex libertatis.

Vindiciæ, arum. Sententiæ, siue assertiones, aut adiudicationes, quæ si à seruitute in libertatem sunt, dicuntur vindiciæ secundum libertatem: si verò à libertate in seruitutem, dicuntur vindiciæ secundum seruitutem. Vnde Prætor dicitor Decernere vindicias secundum libertatem, quando in libertatem asserit. Idem dicitur Dare vidicias secundum seruitutem, quando pronunciat eum serui loco habendum, donec dicta causa de statu constiterit. Huiusmodi enim vindiciæ, id est adiudicationes, libertatis, aut seruitutis, propriè pendente lite à Prætore dari dicuntur: dum qui sui status quæstionem patitur, postulat à Prætore vindicias secũdum libertatem: id est vt interim pendente lite, sit in ipsa possessione libertatis: hoc est vt interim libertate potiatur. ¶ Nec tantùm de libertate, aut seruitute vindiciæ dicuntur, sed & de aliis rebus: vt quum de re aliqua inter duos aut plures apud Prætorem controuersia est. & incertum est vter litigatorum pendente lite rei controuersæ possessor esse debeat, vtrque autem à Prætore vindicias postulat: id est vt hodie causidici loquuntur, *recredentiam*: dat autem iudex cui æquum esse videtur. Cui autem dederit, satis dat aduersario suo, nihil se deterius facturum in possessione, de qua iurgium est: rursus sponsione ipse prouocatur ab aduersario certæ pecuniæ aut æstimationis, quam amittat, ni sua sit hæreditas, de qua contendit. ¶ Vindiciarum nomen à Vindicio seruo tractum esse, autor est Liu. lib. 2. ab Vrbe, qui quòd coniurationem inuentutis de reducendo Tarquinio deteriissent: primus in libera ciuitate libertatem est assecutus. Alij tamen à vindicando dictum malunt quod inter cætera aliquando significat vindicias dare. Liu. 3. ab Vrbe, Ita vindicatur Virginia spondentibus propioquis: id est dantur vindiciæ puellæ Virginiæ secundum libertatem. Vindiciarum lis est ea qua rei controuersæ *momentaneam* (vt loquuntur) *possessionem* petimus, interea dum de ipsa possessione disceptatur.

Vindico. cas. penul. cor. Propriè vlciscor, punio, castigo. Ital. *Vendicare, punire*. Gal. *Venger, punir*. Hisp. *Vengar.* Cicer. 2. de Legib. Grauiter olim ista vindicabat vetus illa Græcia longè prouidens. Plin. lib. 10, Scipionis verò Aemiliani nemo vindicauerat mortem. Ouid. 6. Fast. Quique necem Crassi vindicet, vltor erit. Cic. 5. Verr. Omnia posteriora quæ vindicaris in altero, tibiipsi vehementer fugienda sunt. ¶ Vindicatum est, impersonaliter, pro animaduersum est. Cicer. 7. Verr. Fateor non modò in socios, sed etiam in ciues militésque nostros persæpe esse seuerè ac vehementer vindicatum. ¶ Vindicare item ab iniuria, contumeliáve, est aut damno defendere, aut liberare. Ital. *Liberare, difendere*. Gal. *Deliurer, defendre*. Hispa. *Librar de daños, defender.* Cicer. de Senect. Est & senectus natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Liu. lib. 1. A cuius crudelitate vosmetipsos armis vindicastis. ¶ Vindicare in libertatẽ id est asserere, *εἰς ἐλευθερίαν ἐξαιρεῖν*. Cicer. in Parad. In libertatem vindicari vult? Idem 2. de Orat. Me tamen ita ascitans sapientia, simul atque ad eam confugero, in libertatem vindicabit. Cæsar 1. bel. Pun. Vt se. & pop. Rom. paucorum factione oppressum, in libertatem vindicaret. Liu. 3 belli Pun. Et missum se ad eos vindicandos in libertatem ait.

Vindicatio, onis, verbale. Vltio, vindicta. *τιμωρία, νεμεσία*. Ital. *Vendetta*. Gal. *Vengeance, reuenche*. Hispa. *Venganza.* Cicer. 2. de Inuent. Vindicationem per quam vim & contumeliam, defendendo, aut vltiscendo propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis cari esse debent, & per quam peccata punimus.

Vindicta. æ. Vltio, vel animaduersio pro delicto. *τιμωρία, νεμεσία*. Ital. *Vendetta*. Gal. *Vengeance*. Hispa. *Venganza.* Paul. Quod Reip. de iniuriis, Quod Reipu. vindicandæ causa secundum bonos mores fit, etiam si ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magistratus facit, vt iniuriam faciat, sed ad vindictam maiestatis publicæ respiciat, actione iniuriarum nõ tenetur. Ouid. 4. de Pon. Quum tibi susceptæ est legis vindicta seueræ, &c. ¶ Aliquando libertas, siue virga, qua serui libertate donabantur. *ἀπελευθέρωσις*. Nam libertatem donandi, tres sunt species, vt ostendit Cicero in Topicis. Vna, vt censu liber fiat. Censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Siquis enim consentiente populo, vel iubente domino, nomen dedisset in censum, ciuis Romanus fiebat, & seruitutis vinculo soluebatur. Altera pars adipiscendæ libertatis, quæ vindicta vocabatur, quum Prætor manumittendi serui capiti virgam imponẽs, eundem in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solennia: atque ideo illa virgula vindicta vocabatur. Tertia, siquis suprema voluntate in testamenti serie, seruum liberum scripserit. Cic. in Top. Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber neque est vlla earum rerum: non est igitur liber. Horat. 2. Serm. saty. 6, -quem ter vindicta quatérque Imposita haud vnquam misera formidine pruner. Vbi Acron, Vindicta, id est virga qua percutiebantur serui dum liberi fiebant.

VINDIUS, Hispaniæ Tarraconensis insignis mons, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

Vinea, vineæ. Multitudo vitium simul consitarũ. *ἀμπελὼν, ἀμπελών*. Ital. *Vignale, vigna*. Gal. *Vne vigne, vignoble*. Hisp. *La viña, viñedo, ò pago de vina.* Colu. lib. 3. ca. 2, Ideo non est vineis apta, vix etiã arbusto. Virgil. lib. 2. Georg. Hinc omnis longo pubescit vinea fœtu. Idẽ 4. Aegloga, Non tua fructos patietur humus, non vinea palem. Cic. de Senec. Nec verò segetibus solùm, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed pomariis etiam, & hortis: tum pecudum pastu, & apium examinibus, tum florum omnium varietate. Ouid. 5. Fast. Si bene floruerint segetes, erit area diues: Si bene floruerit vinea, Bacchus erit. Vinearum quinque sunt genera: vnum sparsis palmitibus humi repens: alterum pedatum, simplici adminiculo sustentatum: tertium iugatum: quartum compluuiarum: quintum arbustiuum: quæ omnia latius exequitur Plin. lib. 17. cap. 22. ¶ Est etiam vinea instrumentum bellicum, ex ligneis compactum, latum pedibus octo, altum septem, longum sexdecim, tectum duplici ligno, cratibúsque contextum. Latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinsecus, ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur. Quum plures fuerint, iunguntur ordine, sub quibus oppugnãtes rotius ad muros subruendos procedũt. Plaut. in Mil. Ad eum vineas, pluteósque agam. Cic. ad Cato. lib. 15, Aggere, vineis, turribus oppugnaui, vsúsq; multis tormentis.

Vinealis, le, Quod est aptum ad vineam. *ἀμπελῶδης*. Ital. *Da viti, di vigna*. Gal. *De vignoble, de vigne*. Hisp. *Cosa pertenesciente à viñas.* Col. li. 3. ca. 12, Sed ne nunc per infinitas terreni speeies euagemur, non intempestiuè commemorabimus Iulij Græcini conscriptã velut formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Vinearius, a, um, Quod est vineæ, vel quod ad vineã pertinet. *ἀμπελικός*. Ital. *Chi serue à viti*. Gal. *De vigne* Hisp. *Cosa pertenesciente à viñas.* Colum. lib. 5. cap. 5. Validam vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atque diradiare, cæterósque vinearios colles præcipitare.

Vineaticus, a, um, Idem. *ἀμπελῶδης*. vt, Falces vineaticæ Varro 1. de Re rust. cap. 22, Sic alia quoque nonnulla genera species habent plures, vt falces. Nam dicuntur ab eodem scriptore, vineaticæ opus esse sex. Colu. lib. 4. cap. 1, Vnum atque alterum reprehendissent, quippe seminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes.

Vinetum, ti, Locus vineis abundans. *ἀμπελών*. Ital. *Vignale, luoco piantato de viti*. Gal. *Vignoble*. Hisp. *El pago ò viñedo, lugar de viñas.* Colu. lib. 3. Coi vineta facere cordi est, faciat vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. Cic. 2. de Nat. deo. Nec verò ita refellendum est, vt si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit, &c. Virg. 2. Georg. Nè vetibi ad Solem vergant vineta cadentem.

Vinitor, oris, pen. cor. Rusticus, vinearum cultor. *ἀμπελουργός*. Ital. *Coltiuatore de viti*. Gal. *Vigneron*. Hisp. *Viñadero ò vendimiador* Colum. lib. 2, Separandi sunt aratores à vinitoribus. Cic. 5. de Finib. An ea quæ per vinitorem antea consequebatur, etiam per seipsam curabit? Virg. Aegloga 10, Maturæ vinitor vuæ.

Vinatorius, a, um, Quod est vinitoris. *ἀμπελουργικός*. Ital. *Pertinente à coltiuatore de vite*. Gal. *Apartenant à vigneron*. Hispa. *Perteneciente à viñadero.* Colum. lib. 4. cap. 25. Est autem sic disposita vinatoriæ falcis figura.

Vingum, *οἶνος*, Herba est foliis amplis, pusillo caule, & radice longa, cibis idonea: quam Aegyptij colligere solent, quum effusus fuerit amnis, eáque deorum aras coronare. Autor Theophrastus lib. de caus. plant. lib. 1. cap. 11.

VINVIVM, *vinium*, Oppidum est in Alpibus littoreis, apud Ptolemæum libro 3. cap. 1.

Vinum, ni, à vi deducitur, quòd vim inferat mentibus. Græco, {οἶνος}. Ital. & Hisp. *Vino*. Gal. *Vin*. } Ouid. 1. de Arte, Et venus in vinis, ignis in igne fuit. Quotamē in loco nonnulli malunt legere, Et venus in venis. Mattialis lib. 3. Resinata bibis, vina Falerna fugis. Virgil. 9. Aen. fusiq; per herbam Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Cic. de Senect. Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit. Quatuor præcipui sunt vini sapores, dulcis, acutus, lenis, & austerus, primus Noe vinū inuenit, sicut Sacræ testantur literæ. At Gentiles docent Bacchum vini repertorem fuisse. Primus verò Italis Saturnus dedit, è Creta in Latium aduectus. ¶ Vinum tortiuum quod nouissimè expressum est. Colu. lib. 12. cap. 36, Tortiuum mustum dicitur quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur. Contrà ἀστρόφον vocamus quod defluit prius quàm vuæ calcentur. ¶ Vina pro poculis, seu vasis vinariis. Virgil. Aene. Crateras magnos statuunt, & vinā coronant.

Vilum, li. Vinum nullarum, aut exiguarum virium. {οἰνάριον. Ital. *Vinetto, picciol vino*. Gal. *Petit vin, vinot*. Hisp. *Pequeño vino*. } Terent. in Adel. -interea in angulum Aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi.

Vinacea, orum, neutri generis, pluralis numeri, Granula illa lignosa, quæ in vuarum acinis nascuntur. {γλάπτα. Ital. *Vinaccie della vua*. Gal. *Le marc ou les pepins des raisins*. Hisp. *Granillos de la vua*. } Colu. lib. de Arborib. cap. 9, Vt autem vuæ sine vinaceis nascantur, malleolū scindito, ita ne gemmæ lædantur: medullámque omnē eradito, &c. Et paulo pòst, Adultera vitis tales vuas sine vinaceis creabit. ¶ Nonnunquam tamen Vinacea dici inuenimus pro totis vuæ expressæ reliquiis, hoc est non solùm pro hisce granulis, verum etiam pro ipsis folliculis. Colum. lib. 12. cap. 36. Tortiuum mustum dicimus quod post primā pressuram vinaceorum, circunciso pede exprimitur. Colum. lib. 8. Vinacea quanuis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quibus temporibus anni auis fœtum non edit. Idem lib. 6. cap. 2. Licet etiam, si sit leguminum inopia, & eluta, & siccata vinacea, quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere. ¶ Legimus & vinaceos, genere masculino, in eadem significatione. Varro 3. de Re rust. cap. 11. Pabulum his datur triticum, hordeum, vinacei vuæ. Item Vinaceas, fœminino genere. Plin. lib. 17. cap. 22. Circum capita addito stercora, paleas, vinaceas, aut aliquid hotumce.

Vinaceus, a, um, adiectiuum: vt, Acinus vinaceus. {οἰνηρὸς, οἰνηρὰ, γλάπτα. Ital. *Grano o granello di vua*. Gal. *Grain de raisin*. Hisp. *El granillo de la vua*. } Cicero de Senectu. Omitto enim vim omnium quæ generantur è terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinacco, aut ex cæterarum frugum, aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramósque procreat.

Vinalia, Tam secundæ quàm tertiæ declinationis, pro die festo, quo veteres nouum vinum Ioui libabant, Nono Calendas Maij, vt ait Plinius lib. 18. cap. 29. πανηγύρεις. Erant & altera Vinalia quæ ad XII Cal. Augusti celebrabantur, teste eodem Plinio loco iam citato.

Vinarius, rij, Vini venditor. {οἰνοπώλης. Ital. *Venditor di vino*. Gal. *Vendeur de vin*. Hisp. *Vinatore que trata por vino*. } Plaut. in Asin. Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo, Iam pro iis satisfecit Sticho? Suetonius de Claud. Quum de Ianiis, aut vinariis ageretur, exclamauit in curia. ¶ Ponitur aliquando pro vinoso ac ebrioso. Vlpianus in l. Ob quæ. de ædilit. edic. Item aleatores, & vinarios non conuenerit dicto, quosdam respondisse Pomponius ait, &c.

Vinatius, a, um. Quod ad vinum pertinet. {οἰνηρὸς. Ital. *Che serue à vino*. Gal. *Seruant au vin*. Hisp. *Cosa perteneciente al vino*. } vt Taberna vinaria, in qua venditur vinum. Vas vinarium, in quo vinum apponitur. Cic. 6. Ver. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrandi. Cella vinaria, apotheca in qua vinū asseruatur. Plin. lib. 12. cap. 13, Inquibus erant claues vinariæ cellæ. Lacus vinarius, in quem mustum defluit. Columel. lib. 12. cap. 18. Tum lacus vinarij & torcularij, & fora, omniáque vasa si vicinū est marc, aqua marina: si minus, dulci eluenda sunt & commutanda.

Vinipotor, pen. pro. huius vinipotoris, Potator vini. {οἰνοπότης. Ital. *Embriacco, beuitore di vino*. Gal. *Beueur de vin, yurongne*. Hisp. *Beuedor de vino, embriago*. } Plin. lib. 10. cap 54, Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syracusis tandiu potare solitum, donec ab eo cooperta in terra oua fœtum ederent.

Vinolētus, a, um. Ebrioßus, vino se ingurgitans. {ἐξοινωμένος, μεθυσμένος, οἰνόφλυξ. Ital. *Embriacco*. Gal. *Yurongne, plein de vin*. Hisp. *Embriago, lleno de vino*. } Cic. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij: dubitant, hæsitant, renocant se interdum, hisq; quæ videntur, imbecillius assentiuntur: quúmq; edormierunt, illa visa quàm leuia fuerint intelligunt.

Vinolentia, Ebrietas. {μέθη, οἰνοφλυγία. Ital. *Embriacchezza*. Gal. *Yurongnerie*. Hisp. *Embriaguez*. } Cic. in Topic. Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquam inuenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania.

Vinosus, a, um. Qui vini cupidior est, vt ait Valla lib. 1. { μεθυσικὸς, οἰνώδης. Ital. *Dedito à vino, embriacco*. Gal. *Adonné au vin yurongne*. Hisp. *Embriago, lleno de vino*. } Ouid. 3. de Arte, Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poëtæ, Sit quoq; vinosi Teia musa senis. Plautus in Curcul. Quid opus est verbis? vinosissima est. Vinosus succus, vini saporem referens: qualis est moro, pyro, myrto. Plin. quoque inter mali punici genera, vinosa quædam appellat, quæ alium sistunt, & stomachum.

Vinulus, penul. cor. Vox est Plautina, quam pro suaui vsurpasse videtur. Plautus in Asinaria, Compellando blanditer, osculando oratione vinula, venustula.

Viola, æ. Flosculus purpurei coloris, cuius planta folium habet hederæ non dissimile, nigrius tamen & tenuius: cauliculum autem à media radice prosilientem, florem: vti dictum est, ferentem purpureum. {ἴον. Ital. *Viola*. Gal. *Violetta*. Hispa. *Violeta generalmente*. } Cicc. 5. Tusc. An tu me in viola putabas, aut in rosa dicere? Virg. 2. Aeglo, -tibi cādida Nais Pallentes violas, & summa papaucra carpens, &c. ¶ Dicta autem putatur Viola, quasi vitula, propterea quòd hunc florem Poëtæ fabulentur in pabulum lûs puellæ, iam in iuuencam conuersæ, à terra fuisse effusam: vnde & à Græcis ab eiusdem puellæ nomine *ion* appellarum volunt.

¶ Sunt & lutea violæ, & cærulea, & albæ, quas omnes Græci λευκόϊα nomine complectuntur. Vide Plinium lib. 21. cap. 6.

Violaceus, cea, ceum, Idem quod purpureus, hoc est violæ colorem referens. {ἰοειδὴς, ἰώδης. Ital. *Violatto, colore di viola*. Gal. *De couleur violet*. Hisp. *Color de violetas*. } Cornelius Nepos, vt tradit Plinius lib. 9. cap. 39, dixit, Me iuuene violacea purpura vigebat.

Violaria, arum. Loca in quibus copiosè nascūtur violæ. {ἰωνιὰς. Ital. *Violari*. Gal. *Violier*. Hisp. *Lugar donde se crian las violetas*. } Virg. lib. 4. Georg. Irriguúmque bibant violaria fontem. Vel ipsæ potius violæ vno in loco consitæ. Ouid. 4. Fast. Ille legit calthas, huic sunt violaria curæ.

Violarius, rij. Dicitur violacei coloris infector. {ἰοβαφὴς. Ital. *Tintore in violetto*. Gal. *Qui teint en violet*. Hisp. *Tintor de color de violetas*. } Plaut. in Aulularia, Flammearij, violarij, carinarij.

Violo, las, pen. cor. Corrumpo, polluo, vim infero: quod propriè de virgine dicitur, cuius pudicitia eius vi eripitur. {βιάζομαι, παρθενεύω. Ital. *Violare, guastare, macchiare*. Gal. *Violer, corrompre, gaster*. Hisp. *Corromper por fuerça*. } Cic. 3. de Nat. deorum, Minerua quinta Pallantis, quæ partem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. Tibur. lib. 1. eleg. 6. Parcite, quā custodit amor, violare puellam. ¶ Transfertur & ad alia. Dicimus enim, Violare amicitiā, dignitatē, existimationem, fidem coniugij, fœdus hospites, iura, loca religiosa, parentes, Rempublicam, sacra, famam probris, &c. Cic 3. Verr. Quum apud exteras nationes imperij, nominisque nostri famā ruis probris, flagitijsq; violaris. Idem ad Qu. Philippū. lib. 13. Nisi quid existimas in ea re violari existimationem. Idem 3. de Finib. Vt peccarum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. Virg. 4. Aenei. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat, Antè pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.

Violatus, a, um, participium. {βεβιασμένος, ὑβρισμένος. Ital. *Violato, oltraggiato*. Gal. *Violé, oultragé, corrompu*. Hisp. *Corrompido por fuerça*. } Liu. 5. ab Vrbe, Post publicam causam priuato dolore habito, ne verbo quidem violatis Consulibus, rogationem tulit ad populum. Ouid. 3. de Pon. eleg. 5, Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu.

Violandus, a, um: vt. Fœdera clàm violanda. Titul. lib. 1. eleg. 9.

Violatio, onis, vetbale, Violēti illatio, corruptio, prophanatio. {βιασμός. Ital. *Violatione, corrottione*. Gal. *Violement, corruption, oultrage*. Hisp. *Obra de corromper assi*. } Liu. 9. bel. Pun. Tum quoq; alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus cōtactis ea violatione templi furorem iniecit: atque inter se ducem in ducem, militem in militem, rabie hostili vertit.

Violator, oris, Violentiæ illator, corruptor, ruptor, { βιαστής. Ital. *Violatore*. Gal. *Violateur, violeur, corrumpeur*. Hisp. *Forçador, corrompidor*. } Liu. 4. ab Vrbe, Hinccine est, inquit, ruptor fœderis humani, violatórque gētium iuris? Ouid. 2. de Iont. eleg. 2, Cōfugit interdū templi violator ad aram.

Violabilis, Qui aptus est vt violetur. βιάσιμος. vt contrà, Inuiolabilis, qui non facilè violari potest. Virg. 2, Aenei. Vos æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen, ait.

Violens, apud Horatium, teste Budæo, pro violento legitur. βίαιος.

Violēter, aduerbium. {βιαίως, βιαστικῶς. Ital. *Violentemente*. Gal. *Violentement, par force*. Hisp. *Fuerçosamente*. } Liu. 5. ab Vrbe, Quja solennia ludorum, quos intermitti nefas est, violentet decreuisset. Proconsulatum violenter gerere, apud Plinium, Epist. 9. lib. 3. id est crudeliter. Violenter tolerare, apud Terentium in Phor. id est ægrè, inuitè.

Violentia, tiæ, Vis maior, impetus. {βία. Ital. *Violenza, impetuosità*. Gal. *Violence, impetuosité*. Hisp. *Fuerça fuerçosa*. } Plin. lib. 2. ca. 38, Quoniam & tonitruum & fulminum iactus horum violentiæ plerique assignār. Cic. 5. Tusc. Ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, antè discedit. Virg. 12. Aenei. Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

Violentus, a, um, Qui vim facit. {βίαιος. Ital. *Violente, violento*. Gal. *Violent, impetueux*. Hisp. *Cosa fuerçadora*. } Ouid. 8. Metā. Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse timerent, Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum. Claud. 8. Paneg. -peragit tranquilla potestas, Quod violenta nequit. Virg. 2. Georg. Aut vbi nauigiis violentior incidit Eurus. Ouid. 3. Meta. -aliis violentior æquo Visa dea est. ¶ Ponitur quandoque pro superbo. Virg. 10. Aene, -violentáque pectora Turni Edocet.

Vipera, æ. pen. cor. Serpētis genus, quòd viparian. Vulgò enim persuasum est, pullos erosis matris lateribus cum interitu eius erumpere. {ἔχις, ἰὸς τὸ. Ital. *La serpe detta vipera*. Gal. *Vipere*. Hisp. *La biuora sierpe*. } Cicc. de Atuſp. resp. Etiāmne in sinu, atq; in deliciis quidā optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt? Virg. 3. Georg. Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu Vipera delituit. Ouid. 2. de Remed. am. Parua necat morsu spatiosum vipera taurū. Ambrosius lib. Hexam. Vipera (inquit) nequissimum genus bestiæ, & super omnia quæ serpentini sunt generis, astutior. Vbi coeundi cupiditatem assumpserit, muræna maritimæ notā sibi requirit copulā, vel nouam præparat: progressáq; ad litus, fibilo testificata præsentiā sui, ad coniugalem amplexum illam euocat. Muræna autē inuitata non deest venenatæ serpenti. expetitos vsus suę impertit cōiunctionis. Atq; vbi aduentare vipera cōparem senserit, venenū euomit, reuerentiam marito deferens. Hieronymus verò ad Præsidiū sic scribit, Viperæ per os coitum faciunt. Masculi mortem contemnunt: sed fœmina in ipso coitu, siue magna dulcedine exagitata, siue futuri præscius periculi, dū absorbet semen, caput masculi excīdit, & sic eum occidit. Sed quū cōceperit, viscera illius ab ipsis quos conceperit, comeduntur. & sic matrē occidunt. De vipera Plinius abunde multis locis, maximè verò lib. 10. cap. 62, Viperæ (inquit) mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terrestrium eadē sola intra se parit oua vnius coloris, & mollia, vt pisces. Tertia die intra vterum catulos excludit: deinde singulos singulis diebus parit, viginti ferè numero. Itaq; cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occisa parente. Hæc Plinius. Apollonius tamen apud Philostratum negat hoc esse verum, quanuis à grauissimis autoribus affirmetur: eo quòd aliquando visa sit vipera catulos suos quos peperisset, lambere & expolire: idque etiam hodie frequenti experientia cognitum est. Quo fit vt rectius sensisse putentur, qui viperam dictam putant, quasi viuiperam, quòd non ouo, vt cæteri serpentes, sed viuum pariat animal.

Viperinus, a, um. pen. prod. adiectiuum. {ἐχιδνώδης. Ital. *Di vipera*. Gal. *De vipere*. Hisp. *Cosa de biuora*. } Plin. E viperina carne fiunt theriaci pastilli. Cic. 2. de Finibus, Cui viperino morsu venæ vilcerū venēno imbutæ tetros

cruciatus

Universidad de Deusto

cruciatus cient. Plinius libro 11. cap. 53, Scythæ sagittas tinguunt viperina sanie & humano sanguine. Horatius Epod. 3, Quid hoc veneni sæuit in præcordia? Num viperinus his cruor Incoctus herbis me fefellit?

Vipereus, a, um. Eiusdem significationis. Virgil. lib. 7. Aene. Vipeream inspiravs animam. Idem 7. Aene. Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris. Ouid. 2. Metam. -videt intus edentem Vipereas carnes vitiorum alimenta suorum Inuidiam.

Vipiones, sunt minores grues, sicut Pipiones minores columbi. {γερόνια. Ital. *Pizzole grue.* Gal. *Petites grues.* Hisp. *Cayas ò cruxias, pequeñas grues.*} Plin. lib. 10 cap. 49, In Balearibus insulis & buteo accipitrum generis in honore mensarũ est: item vipiones: sic enim vocant minorem gruẽ.

Vir, huius viri, masculi. gene. à vi dicitur, quod vi, hoc est viribus & robore præstet. {ἀνήρ. Ital. *Huomo.* Gal. *Homme.* Hispa. *El varon.*} Et modò respectu ætatis dicitur vir. Plin. lib. 7. Quod non modò in puero, siue adolescente, sed etiam in viro admiratione dignum videretur. ¶ Modò respectu sexus: vt Plin. lib. 10. cap. 63, Viros auidiores veneris hyeme, fœminas æstate, Hesiodus prodidit. ¶ Vnde Semiuiri, dicũtur eunuchi, & molles, atque effœminati. ἡμίανδρος. ¶ Modò respectu coniugij. Terent. in Andr. Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum. Ouid. 2. Meta. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. ¶ Nec solùm de hominibus, sed etiam de brutis dicitur. Virg. 7. Aeglo. Vir gregis ipse caper. ¶ Modò respectu fortitudinis. Virum enim hominem præsenti, excellentique animo nuncupamus. Curtius, Exurgite (inquit) aliquando si viri estis, atque arma capessite. Cice pro Cælio. Quum is iam se corroborauisset, ac vir inter viros esset. Terent. Adelp. Laudo, Ctesipho, patrissas: abi, virum te iudico. ¶ A vir fiunt composita, Duũmuir, Triumuir, Quinquenuir, Septemuir, Decemuir, Centumuir, Leuir, Viriporens, & de quo paulo antè meminimus, Semiuir. quæ omnia (secundum Priscianum) ideo composita accipiuntur, quia sub vno accentu pronuntiantur.

Virago, pen. prod. in genitiuo viraginis, Mulier fortis, quæ viro similis sit, & virilia opera faciat. {ἀνδρώνυξ. Ital. *Donna che tien dell'huomo.* Gal. *Femme vertueuse, & qui fait actes d'vn homme.* Hisp. *Muger que representa varon.*} Plaut. in Merc. Rectè ego emero matri tuæ Ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala. Ouid. 2. Metam. Huc vbi peruenit bello metuenda virago.

Virilis, le, pen. prod. Quod est viri. {ἀνδρικός, ἀνδρῶδης. Ital. *Virile.* Gal. *Viril, masle. d'homme.* Hisp. *Cosa perteneciente à varon.*} vt Opus virile, proles virilis. Virgi. 7. Aene. Filius huic fato diuũm, prolésque virilis Nulla fuit. Forma virilis. Ouid. Epist. 4, Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti: Fine coli modico forma virilis amat. Stirps virilis. Liu. 1. ab Vrbe, Breui stirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascaniũ parentes dixere nomen. Sexus virilis. Plin. lib. 10. cap. 55, Linia Augusta patere sexum virilem admodum cupiebat. ¶ Per translationem accipitur pro forti & magnanimo, & minimè effœminato. Terent. in Phorm. Animo virili, præsentique vt sis, para. Cic. ad Atticum lib. 14, Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. Pars virilis, id est vires, animi fortitudo. Cice. 5. Verr. Quj præsertim plus etiam quàm pars virilis postulat, pro voluntate pop. Rom. oneris, ac muneris susceipere debeant. Pro virili parte, id est pro viribus. Cicer. pro Sestio, Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt.

Viriliter, aduerbium, Fortiter, & magno animo. {ἀνδρικῶς. Ital. *Fortemente, virilmente.* Gal. *Virilement, en homme vaillant.* Hispan. *Fuertemente.*} Cice. 2. Tusc. Itaque Barbari quidam, & immanes, ferro decertare acerrimè possunt: ægrotare viriliter non queunt. Idem 1. Offic. Quod enim viriliter, animóque magno fit id dignum viro, & decorum videtur. Ouid. 1. Fast. Cui genitrix flenti, Fortuna viriliter, inquit, (Siste precor lacrymas) ista ferenda tibi est.

Virilitas, atis, Idem quod virilia, seu viri pudenda. {τὰ ἀνδρεῖα. Ital. *Parti disonestе dell' huomo.* Gal. *La partie virile, ce qui fait qu'vn hõme est homme.* Hisp. *Las verguenças del hombre, membros genitales.*} Martial. lib. 9, Nõ per anari sectus arte mangonis, Virilitatis dãna mœret ereptæ. Plin. lib. 25. cap. 1, Viriliter etiã fouetur vino calido virilitas iumẽtis. Quintil. lib. 4. ca. 11, Non alio medius fidius vitio discentium, quàm quo mancipiorũ negotiatores formæ puerorum, virilitate excisa, leuocinantur. Plin. lib. 7. ca. 4, Ex fœminis mutari in mares, non est fabulosum. Lucinius Mutianus prodidit visum à se Argis Aresconten, cui nomen Arescusæ fuisset, nupsisse etiam: mox barbam & virilitatem prouenisse, vxoremque duxisse.

Virilia, virilium, tantùm pluraliter, Verenda, seu pudenda viri. {τὰ ἀνδρεῖα. Ital. *Parti disonestе del huomo.* Gal. *Les genitoires d'vn homme.* Hisp. *Las miembros genitales.*} Plin. lib. 21. cap. 27, Et in totum ad virilia, cauliculis eius vino, & aceto tritis nihil vtilius putant.

Viripotẽs, tentis. Nubilis, viro matura. {ἡρμένα γάμου. Ital. *Figliola da marito.* Gal. *Prõte ou bonne à marier.* Hispa. *Que puede ser casada.*} vt, Virgo viripotens apud Plautum in Persa.

Viritim, aduerbium, Per singulos viros, per singula capita. {κατ' ἄνδρας. Ital. *A huomo ad huomo.* Gal. *A chasque homme, d'homme à homme.* Hispan. *A cada vn varon.*} Cic. 2. de Rep. vt citat Nonius, Ac primus agros quos bello Romulus ceperat, diuisit viritim ciuibus. Varro lib. 1. de Vita pop. Rom. Agros viritim populo Romano attribuit. Liuius 1. ab Vrbe, Ex quo pacis bellique munia non viritim vt antè, sed pro habitu pecuniarum fierent. ¶ Aliquando tamen viritim accipitur pro separatim, & seorsum: vt, Pugnare viritim. μονομαχεῖν. Curtius lib. 7, Siquis viritim dimicare vellet, prouocauit ad bellum.

Virosus, a, um, prima syllaba cor. Viri appetens. φίλανδρος: sicut Mulierosus, mulieris appetens. Lucil. lib. 7. vt citat Nonius, Dixi ad principium venio, vetulam, atque virosam Vxorem cædam potius, quàm castrem egomet me. Afranius Diuortio, apud eundem Nonium, Vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria virosa non sum, etsi sum, non desunt mihi qui vitrò dentixtas integra est, formæ satis.

VIRBIVS, Idem qui Hippolytus, Thesei, & Hippolytæ Amazonis filius, qui quum à Phædra nouerca per calũniam apud patrem delatus esset, quòd ipsi stuprum inferre voluisset, patris iram veritus, conscenso curru fugam arripuit: quúmque iuxta maris litus peruenisset, incusso à Neptuno pauore, equi consternati, implicatum habenis Hippolytum diuexarunt. Cuius vicem miserata Diana, ad vitam eum reuocauit, & in Aricino nemore collocatum, pro Hippolyto Virbium appellauit: quasi bis virum. Ouid. 15. Metam.

Tum mihi, ne præsens augerem muneris huius
Inuidiam, densas obiecit Cynthia nubes:
Vtque forem totus, possémque impunè videri,
Addidit ætatem, nec cognoscenda reliquit
Ora mihi: Cretéoque diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon: Delo, Cretáque relictis,
Hîc posuit: noménque simul, quod possit equorum.
Admonuisse, iubet deponere: Quíque fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.

VIRDVESCA, ἡ δυέσκα, Hispaniæ citerioris ciuitas, in tractu Autrigonum, qui sunt populi Cantabris ad Ortum proximi. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Plinius lib. 3. cap. 3, Virouescam nominat.

Viretum, siue Virectum, Vireo, vide VIR 1015.

Vires, virium, vide VIS.

Virga, æ, Vimen, bacillum tenue, vel aliud quiduis, quo ad ligandum, verberandúmve vtimur. {ῥάβδος. Ital. *Bacchetta, verga, vimine.* Gal. *Verge, houßine.* Hisp. *Verga ò vara ò vimbre.*} Cic. pro C. Rabirio, Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Virgil. 1. Georg. Nunc facilis rubea texatur fiscina virga. Idem 2. Georgicõn. Solis est turea virga Sabæis. Plin. lib. 12. cap. 14. Virgis etiam turis ad nos commeantibus. ¶ Virga censoria, prouerbialiter dicitur pro supercilioſa iudicandi autoritate: à Romanorum nimirum magistratu sumpta translatione, penes quem autoritas erat de ciuium moribus iudicandi, equitémque equo, & Senatorem ordine suo priuandi. Quintilia. lib. 1. cap. 5, Quo quidem ita sunt seuerè vsi veteres grammatici, vt non versus modo cẽsoria quadam virga notare, &c. Interpres Quintiliani obeliscum intelligit, quo grammatici iugulare solent versus, quos nothos iudicabant & irreptitios.

Virgula, diminutiuum, pen. cor. {ῥάβδιον. Ital. *Verga picciola.* Gal. *Petite verge.* Hisp. *Pequeña verga ò vara.*} Colum. lib. 3. cap. 13. In cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem. ¶ Virgula diuina, prouerbij speciem habet, quo vtimur quoties aliquid non humana ope, sed numinis alicuius fauore contigisse volumus significare. Cice. 1. Offic. Quòd si omnia nobis quæ ad victum cultúmque pertinent, quasi virgula diuina (vt aiunt) suppeditarentur. Vide latius in Erasmi Adagiis.

Virgatus, a, um, adiectiuum. {ῥαβδωτός. Ital. *Cosa che ha verghe.* Gal. *Vergé, que a lignes comme verges sur soy.* Hispa. *Cosa que tiene vergas.*} vt, Virgata vestis, diuersi coloris virgis variegata, & distincta: aut (vt Iulius Pollux interpretatur) in qua intexebantur virgæ purpureæ, hoc est lineæ, quas Græci ῥάβδους vocant. Virgil. 8. Aeneid. Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis: Virgatis lucent sagulis. Corpore virgato tigris, Silius lib. 5. Et apud eundem lib. 4, Vestes virgatæ auro: hoc est, virgis seu lineis aureis distinctæ.

Virgator, oris, Qui virgis cædit. {ῥαβδοῦχος, ῥαβδιστής, ῥαβδοῦχος. Ital. *che batte con verghe.* Gal. *Fesseur de verges, houßineur qui bat de verges.* Hisp. *El que hiere con bastiga con vergas.*} Plaut. in Asin. Vbi sæpe causam dixeris pendens aduersus octo Astutos, audaces viros, valentes virgatores.

Virgeus, a, um, Quod est factum ex virgis. {ῥαβδικός. Ital. *Fatto de verghe.* Gal. *Fait de verges.* Hisp. *Cosa de materia de vergas.*} Virg. lib. 1. Georg. Virgea præterea Cæsei, vilisque supellex. Id est vasa ex vimine facta. Colu. lib. 1. cap. 6. Ideóque periti rustici quicquid ouilibus stabulísque conuersum progesserunt, superpositis virgeis cratibus tegunt. ¶ Flamma virgea: hoc est flamma ex virgis accensis facta: vt sit flamma validior, inquit Seruius in illud Virgil. 7. Aene. -magno veluti quum flamma sonore Virgea suggeritur costis vndantis aheni.

Virgetum, ti, pen. prod. Locus virgis consitus, ad alligandas vires. {ῥαβδίων. Ital. *Luoco piantato de verghe.* Gal. *Lieu planté de verges à lier les vignes.* Hisp. *Lugar da se crian vergas.*} Cice. 2. de Legibus. Sacerdotes vineta, virgetaque, & salutem populi inauguranto.

Virgindemia, æ, Collectio virgarum, verberandi, vinciendive gratia {ῥαβδολογία. Ital. *Raccolta de verghe.* Gal. *Cueillette & comme vne vendange de verges.* Hispa. *La cosecha de vimbres.*} Varro in Agathone, Quid tristiorem video te esse? an ideo quia scapulæ meruunt virgindemiam? Plaut. Rud. Tergúmque obtestor tuum, vt tibi vberem vlmeam esse speres virgindemiam.

Virgulta, Multitudo virgarum pullulantium. {φρύγανα, βάτος. Ital. *Piccioli arbuscelli, che non producono altro che verghe.* Gal. *Petis arbrisseaux ne produisans que verges & houßines.* Hisp. *Matas de varas ò vergas.*} Virg. 1. Georg. -quæcunque premes virgulta per agros Sparge fimo pingui. Cic. pro Cælio, Ergo hæc deserta via & inculta, atque intercluſa iam frondibus, & virgultis relinquatur. Cæsar 3. bel. Gall. Sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum complerent, ad castra pergunt.

VIRGAO, Hispaniæ Bæticæ ciuitas, inter Bætim & Oceanum, alio nomine Alba dicta. Autor Plinius lib. 3. cap. 1.

VIRGI, Pomponio teste, Oppidũ in finibus Hispaniæ Bæticæ, à quo proximus sinus Virgitanus dicitur, quem Plinius Bæticæ & Tarraconensis terminum facit, lib. 3. cap. 1.

VIRGILIVS, βιργίλιος, ὑεργίλιος, Mantuanus poëta celeberrimus, Marone, Maiáque natus, qui primum apud Latinos inter poëtas obtinet locum, Homerúmque Græcorum Poëtarum principem, si non exæquat, non longo certè sequitur interuallo. De nominis huius scriptura diuersi diuersa sentiunt, aliis primam eius syllabam secunda vocali, aliis tertia scribentibus. Quorum vtrique suis quibusdam nituntur rationibus. Minutianus Apuleius, vetustos Grammaticus, à virgis, inter quas natus sit, Virgilium dictum putat, ideóque per i non per e scribendum præcipit. Cui scripturæ Donatus quoque non obscurè astipulatur, quum in vita eius tradit, à virga nomen accepisse, quam mater eius ea nocte quæ partum antecessit, in somnis sibi visa est parere, tanta altitudine assurgentem, vt cælum contingeret. Hisce suffragatur & Calui illud, Ic vates, cui virga dedit memorabile nomen Laurea. In eadem sententia fuit & Priscianus. In Græcis quoque codicibus (si id quippiam ad rem faciat) scriptum legimus βιργίλιος. Alij & in primis Politianus, à Vergiliarum sidere nomen hoc deducunt: ideóque per secundam vocalem scribere malunt. Quam sen-

tentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentiam vetustorum aliquot marmorum testimoniis confirmant. Quibus illud accedit quod apud Eustathiũ quoque in nauium Catalogum, & apud Suidam ἱππόλυτος legatur. Vide hac de re prolixiorem disputationem in Annotationibus Pierij in Virgilium.

Virgilianus, a, dictionum: vt, Virgiliana virtus, apud Plinium in Præfa. lib. 9. Quincil. lib. 1. ca. 3, Habendúmque in animo semper illud Virgilianum.

Virgo, inis, à viridiori, Id est validiori ætate appellata est: vnde & matres aliquando virgines appellatas inuenimus. {παρθένος. Ital. *Virgine, vergine.* Gal. *Vierge, pucelle.* Hisp. *Virgen, donzella.*} Virg. Aeglog. 6, de Pasiphae, quæ triũ liberorum mater erat: Ah virgo infœlix quæ te demẽtia cepit? Hodie tamen virginẽ eam solam dicimus quæ incorrupta est, & virum non experta: cui opponitur Mulier, quæ cum viro habuit commercium. Vnde Cice. referente Quintil. li. 6. cap. 4, obiurgantibus quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. Vlpianus, Quòd si ego me virginẽ emere putarẽ, quum esset mulier, emptio non valebit. Virgil. 2. Aene. Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus à templo Cassandra. Horat. 3. Carm. Ode 6, Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. Gell. lib. 12. cap. 7, Virginem habens iam maturam viro. Ouid. 2. Metamor. Virginibúsque tribus gemino de Cecrope natis. ¶ Bruta etiam animalia quæ marem nondum admiserunt, virgines dicũtur. Plin. lib. 28. cap. 9, Quin & sanguis equorum septicam vim habet: item equarum, præterquã virginum, erodit, emarginat, vlcerat. ¶ Per translationẽ Virginis vocabulum etiam aliis rebus communicatur, quas incorruptas significare volumus. Vnde Cic. in Ora. Philosophiam, castã, verecundam, & incorruptam virginem appellat. ¶ Est item Virgo vnum ex Zodiaci signis, quã quidam Astræam, siue Iustitiã esse putant, Iouis filiam. Alij Erigonem, Icari filiam, ob insignem pietatem in cælum translatam. Ferunt enim Icarũ à Baccho vitem vini accepisse, vt eius vsum mortalibus communicaret. Quare quum rusticos quosdam ad bibendũ inuitasset, illi potus suauitate capti, æquo largius hauserunt. Qua ex re quum crapulæ incommodum semirent, malum sibi medicamentum datum rati, Icarũ interfecerunt. Erat Icaro canis, cuius ductu Erigone ad patrẽ peruẽnit: quem quum mortuum inuenisset, doloris magnitudine contabuit, & Ionis miseratione inter astra est translata. Huius simulachrum virginis habitu fingebatur, spicas aliquot manu tenentis: vnde quidam eandem putauerunt cum Cerere. Cic. 1. de Nat. deorũ, Spicum illustre gerens insigni corpore virgo. ¶ Est præterea Virgo, fontis nomen, cuius etiam hodie ductus Romæ cõspicitur. Martia. lib. 7, Sed curtis nitiditas tantum prope Virginis vndas.

Virguncula, diminutiuum. {παρθενάριον. Ital. *Virginella.* Gal. *Petite vierge, petite pucelle.* Hisp. *Pequeña donzella.*} Iuuen. Satyr. 13, -tũc quum virguncula Iuno, Et primatus adhuc Idæis Iuppiter antris.

Virginalis, le, Quod est dignum virgine, aut, quod ad virginem pertinet. {παρθενικός. Ital. *Di vergine, ò degno di vergine.* Gal. *Virginal, digne de vierge ou pucelle.* Hisp. *Cosa de virgen o digna della.*} vt, Virginalis modestia, apud Ciceronem 1. de Diuin. & virginalis habitus, atque vestitus, apud eundem 6. Verrina.

Virgineus, nea, neum, Quod est virginis, aut quod virginem decet. {παρθένιος. Ital. *Di vergine.* Gal. *De vierge.* Hisp. *Cosa de virgen.*} Virg. 1. Geor. At si virgineum suffuderit ore ruborem. Ouid. 5. Meta. Virginei vultus, & vox humana remansit.

Virginitas, atis, Castitas virginis, cui nullum fuit cum viro commercium. {παρθενία. Ital. *Virginità.* Gal. *Virginité.* Hisp. *Virginidad.*} Plin. lib. 24. ca. 13, Auxilaus autor est, mammas à virginitate illitas, semper staturas. Ouid. in Epist. Oenones ad Paridem, Me fide conspicuus Troiæ munitor amanit: Ille meæ spolium virginitatis habet. Cicer. 3. de Nat. deorum, Minerua patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. Virg. 11. Aenei. -sola contenta Diana Aeternum telorum, & virginitatis amorem Intemerata colit. Idem 12. Aene. -hunc illi rex æthereis alius honorem Iuppiter erepta pro virginitate seruauit.

Viria, æ, siue Virsola, æ, Ornamentum colli, è gemmis viridibus, vt quidã volunt. Iabolenus in l. Medico. de aur. & Argen. leg. Funerari me arbitrio viri mei volo & inferri mihi quæcunque sepulturæ meæ causa ferã ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis.

Viriatus, Antiquis in vsu erat pro valido. & magnarum virium homine, vt annotauit Nonius, citans illud Lucilij ex lib. 26. Satyr. Contra flagitiũ, nescire bello vinci à barbato viriato Annibale κραταιῷ, ἀδάμαντι.

VIRIATVS, βιριάθης. Lusitanorum ducis nomen fuit, calliditatis acerrimæ viri, quippe qui ex venatore latro, ex latrone subitò dux atque Imperator factus, vniuersam Lusitaniam occupauit. M. Ventidium prætorem, fuso eius exercitu, cepit. Post Cn. Plancius Prætor nihilo fœlicius rem cum eo gessit: tantúmque terrorem hostis hic Romanis intulit, vt aduersus eum Consulari opus esset duce & exercitu. Denique à proditoribus consilio Cepionis interemptus est, & ab exercitu multum ploratus, tumulatúsque nobilissimè. Autor Liuij abbreuiator Florus.

Viriculum, li, Missilis genus, bello Perfico inuentum, vt annotauit Cælius lib. 27. capi. 4. κόντος. Plinius lib. 35. capi. 11, pro sertamento posuit, quo ebur scalpitur. In encaustice (inquit) pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cestro, id est viriculo, donec classes pingi cœpere.

Vireo, onis, pen. prod. masc. gen. χλόης. Plin. lib. 18. cap. 29. Auem partam oriente Cirio, ipso die non apparere, donec occidat. E conuerso vireonẽ prodire ipso solstitij die. Gaza enim intelligit, quam Aristoteli & Plinio vocatur Chlorion.

Viridis, & hoc viride, Quod est herbacei coloris: à vigore, vt nõnulli existimant, quòd nunquam æquè vigeat plantæ, atque quum virides sunt. {χλωρός, θαλλός. Ital. *Verde.* Gal. *Verd.* Hisp. *Verde de color.*} Virgi. libr. 8. Aen. -viridique in littore conspicitur sus. Plin. lib. 10. cap. 42, Super omnia humanas voces reddunt psittaci, & quidem sermocinãtes. India autem hanc mittit. Psittacem vocant, viridem toto corpore, totque tantũ miniato in cervice distinctam. Imperatores salutat, & quæ accipit verba, pronuntiat, in vino præcipuè lasciua. Cice. 2. de Nat. deor, Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores pellucidos amnium, riparũ vestitus viridissimos. Ouid. 10. Met. In viridi vetti cœpere membra colorem. Virg. 2. Georg. Quæq; suo viridi semper se gramine vestit. ¶ Per translationem Viride accipitur pro floreti, & vigore prædito. ἀκμαῖος.

Virg. 6. Aen. Iam senior, sed cruda deo, viridisq; senectus. Viridis ætas. Columella in Præfatione operis, Quum istud opus non solùm scientiam sed viridem ætatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideret. Plin. Epist. 144, Numidia Quadratilla paulò minus octogesimo ætatis anno decessit, vsque ad nouissimam valetudinem viridis. Iuuẽta viridis. Virg. 5. Aen. Euryalus forma insignis, viridique iuuenta.

Viridans, antis, particip. sine verbi origine, Idem quod virens, siue viride. {χλωρός, χλοερός. Ital. *Verdeggiante.* Gal. *Verdoyant.* Hisp. *Verde con lustre.*} Plin. lib. 37. cap. 8, Viridantium & alia plura sunt genera. Virg. 5. Aene. Sic fatus cingit viridanti tempora lauro. Idem 5. Aene. Proximus vt viridante toro considerat herbæ. Plin. lib. 4. cap. 8, Intus sua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu.

Vireo, res, virui. Viridis sum. {θάλλω, χλοηφύω, χλοάζω. Ital. *Essere verde, verdeggiare.* Gal. *Verdoyer, estre verd ou verdoyant.* Hisp. *Ser verde, enuerdecerse.*} Virg. li. 6. Aen. Quale solet syluis brumali frigore viscum Fronde virere noua. Cic. 5. Tusc. Iraqi & arbores, & vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altius possunt: alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore repetfacta frondescunt. Ouid. 2. Metam. Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno.

Virens, entis, particip. {χλοάζων. Ital. *Verdeggiante.* Gal. *Verdoyant.* Hisp. *Verde con lustre.*} Horat. de Arte. Mercatórne vagus, cultórne virentis agelli. Virg. 4. Georg. At aliquid fontes, & stagna virentia musco.

Viresco, prima syllaba corr. Viridis fio. {θαλλίζω, χλοάζω, χλοηφύω, χλοερὸς γίνομαι, χλοηφυέω. Ital. *Diuenir verde.* Gal. *Deuenir verd, se reuerdir.* Hispa. *Enuerdecerse.*} Virg. 1. Georg. Hîc segetes, illic veniũt fœlicius vuæ. Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt Gramina. Colu. lib. 11. cap. 2, Quidam quum vidissent partẽ aliquam vuarũ virescere, crediderunt tempestiuam esse vindemiã. ¶ Hinc fit cõpositũ Euiresco, de quo suprà suo loco.

Viresco, prima producta, vide post VIRUS.

Viridarium, rij. Locus virentibus arboribus herbísque amœnus. {κλωιά. Ital. *Horto, giardino.* Gal. *Vn verger, jardin verdoyãt.* Hisp. *Vergel, jardin huerto.*} Sueto. in Tib. cap. 60, Militem Prætorianum ob surreptum è viridario pauonem capite puniuit.

Viridarij, Ab Vlpiano appellantur serui, viridariorum curæ propositi. {οἱ κηπουροί. Ital. *Giardinieri.* Gal. *Iardiniers.* Hisp. *Iardineros.*}

Viridicatus, ta, tum, Idem quod viridis. {χλωρός. Ital. *Verde.* Gal. *Verd.* Hisp. *Verde.*} Cic. ad Quin. frat. Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo mirifica suauitate te villam habiturum, piscina, & salientibus additis, palæstra, & sylua viridicata.

Viriditas, atis, Color viridis. {χλωρότης. Ital. & Hispan. *Verdura.* Gal. *Verdeur, verdure.*} Cic. de Sene. Terra semeo tepefactum vapore & complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. ¶ Per translationem accipitur pro vigore seu flore, quã ἀκμὴν vocant Græci. Cice. 3. Tusc. Sed quandiu in illo opinato malo vis quædam insit & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelletur recens. Idem de Amic. Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiamtunc erat Scipio.

Viretum, ti, Locus naturali herbarum arborúmve viriditate amœnus. {χλωιά. Ital. *Luoco pieno di verdura.* Gal. *Lieu plein de verdeur.* Hispa. *Vergel ò foresta, ò lugar verde.*} Virgil. lib. 6. Deuenere locos lætos, & amœna vireta. Fortunatorum nemorum.

Virilis, Viripotens, Viritim, vide VIR.

VIRVTIVM, βιρούτιον. Oppidum Germaniæ, in climate Septentrionali, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11.

Viror, ris, A quibusdam vsurpatur pro viriditate, hoc est pro colore viridi, siue herbaceo. χλωρότης.

Virosus, à Virus, prima producta, vide VIRUS.

Virtus, tutis. Probitas, integritas, recta ratio, vitio contraria. {ἀρετή. Ital. *Virtù, vertù.* Gal. *Vertu, force & puissance.* Hispa. *Virtud generalmente.*} quam Aristoteles lib. 1 Rhetor. definit esse δύναμιν προαιρετικὴν ἐν μεσότητι τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ καὶ ᾧ ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε. Hoc est facultatẽ bonarum rerum conciliatricẽ, & conseruatricem, facultatem beneficam multarũ & grandiũ rerum. atq; adeo omniũ per omnia. Alij sic definiunt: Virtus est facultas animi constans, eo nueniẽnsq;, laudabiles efficiẽs eos in quibus est, & ipsa per se sponte sepatata etiam ab vtilitate, laudabilis. Horat. li. 1. Epist. Virtus est vitiũ fugere, & sapientia prima Stultitia caruisse. ¶ Dicta est autẽ Virtus à viro, teste Cice. 2. Tusc. quæst. Quo fit vt sæpe peculiariter accipiatur pro præstantia in re militari, & pro robore animi, & fortitudine quæ viro propria est, quam & Græci ἀνδρεῖα vocant, nonnunquam etiam ἀρετὴν & ἰσχύν. Lactantius libro de Opificio, Vir nominatus, quòd in eo maior vis est quàm in fœmina: & hinc Virtus nomẽ accepit. ¶ Vnde quũ Virum dicimus, nõ tam sexum significamus quàm robustũ, & fortem. Viri enim propria est virilitas & robur. Virg. 5. Aene. Tunc pudor incẽdit vires. & conscia virtus. Cæsar 1. bel. Gall. Perfacile esse, quũ virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri. Cic. Planc. lib. 10. Epist. Omnia cõsecutus es, virtute duce, comite Fortuna: eáq; es adeptus adolescens, multis inuidentibus, quos ingenio industriáq; fregisti. ¶ Virtus apud Romanos pro dea colebatur, cuius templum ita cõiunctum erat cum æde Honoris, vt in hanc, nonnisi per illud pateret aditus: quo cõmento hoc significare volebãt, veram, vnicámq; parandi honoris viam esse virtutẽ. ¶ Virtutes, aliquando ironicè pro vitiis ponuntur, vt annotauit Donatus in illud Terentij Adelphis, Si possiderẽ, ornatus esses ex tuis virtutibus. ¶ Virtus pro facultate, vi, seu proprietate, rei vnicuique insita. δύναμις. Cic. lib. 5. de Finibus, Atqui in sensibus est & sua cuique virtus. Quintil. lib. 4. cap. 2, Sunt hæ quidem quas suprà retuli, virtutes aliarum quoq; partium. ¶ Virtus, pro ope & auxilio. βοήθεια. Plautus, Deũm virtute eundem hospitio accipiam. ¶ Aliquando pro merito, seu præstantia. Idem Mostel. Virtute formæ id euenit, vt te deceat, quicquid habeas.

Virus, Idem quod venenum. {ἰός. Ital. *Veneno.* Gal. *Venin, poison, mauuaise senteur.* Hispan. *Ponçoña.*} Virgil. 1. Georg. Ille malum virus serpentibus addidit atris. Cice. in Arat. Hic valido cupidè venantem perculit ictu, Mortiferum in venas figens per vulnera virus. ¶ Virus acerbitatis, per translationem. Cice. de Amic. Tamen is pati non possit vt non acquirat aliquem, apud quem euomat virus acerbitatis suæ. ¶ Frequenter accipitur pro graueolentia, seu tetro odore. {ὀσμὴ. Ital. *Fetore, odore spiacenole*

cendo dicõ sente dallo asello. Gal. *Mauuais se senteur, puanteur.* Hispan. *Hedor.* } Plin. Prodest & ad virus alarum. Idem, Signum est veruis temporibus odoris virus. ¶ Virus paludis, apud Columel. lib. 1, & apud Plin. de basilisco. Huic tali monstro mustelarum virus exitio est. id est necatur odore mustelarum, vt interpretatur Budæus. ¶ Aliquando significat asperitatem saporis. Idem lib. 31. ca. 8, Aqua marina vetustate virus deponit. id est amaritudinẽ illam, & falsedinem. Idem, Virus mali medici, id est acor, & amaritudo. ¶ Aliquãdo asperitatẽ coloris. Plin. de sanguine purpuræ, Tum superadditum decoquitur virus. ¶ Aliquando genituram, id est humorẽ qui è genitalibus fluit. Plin. lib. 28. cap. 11, Virus verrinum è scropha à coitu exceptum, prius quàm terram attingat, grauitati aurium prodest. ¶ Aliquando accipitur pro virtute naturali, vt annotauit Nonius, citans locum ex Lucretio lib. 2, Concoctósq; seruare, & condere viro. ¶ Accipitur aliquãdo & in meliorem partem, pro suauibus aromatum odoribus. Stat. lib. 2. Syl. -atque omne benignè Virus, odoriferis Arabum quod crescit in aruis. Habet autem hoc nomen tres tantùm casus singularis numeri, nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum. Olim toto singulari numero declinabatur, quemadmodum Vulgus, & Pelagus. Lucretius, Liquit enim tetri suprà contagia viri.

Virosus, a, um, prima syllaba prod. Fœtidus, graueolens: à nomine virus, quod modò venenum, modò ingratum odorem significat. {*δυσώδης.* Ital. *Di triste odore, venenoso.* Gal. *Venimeux, qui sent mal.* Hisp. *Venenoso, hediondo.*} Virgil. 1. Geor. At Chalybes nudi ferrum, virosáque Pontus Castorea, Eliadum palmas, Epiros equarum. Constat enim castoreum fœdi & execrandi odoris esse, adeò vt prægnantes eius olfactu eiiciant fœtum. Seruius tamen ibi interpretatur Virosa, id est venenata.

Virulentus, Qui est plenus veneno. {*ἰώδης.* Ital. *Venenoso.* Gal. *Venimeux.* Hispa. *Ponçoñoso.*} Gellius lib. 16. cap. 11, Vt serpentium virulentorum domitores sint.

Vis, huius vis, Potentia, virtus, vires. {*ἰσχὺς, δύναμις.* Ita. *Possanza, forza, potestà, veluenza.* Gal *Force & puissance, pouuoir, vertu.* Hisp. *Fuerça.*} Cic. pro Domo sua, Magna vis est in deorum immortalium numine. Sallust. in Prœm. Cat. Sed omnis nostra vis in animo & corpore sita est. Virg. li. 1. Aeneid. Non ea vis animo, nec tanta superbia victis. Cic. lib. 2. Offic. Magnam vim esse in fortuna in vtranque partem, vel secundas ad res, vel aduersas quis ignorat? Aliquãdo accipitur pro violentia. *Sin.* Virg. lib. 2. Aene. Fit via vi, rumpunt aditus. Cicero pro Sestio, Quos homines si (id quod facile factu fuit, & quod fieri debuit, quódque à me optimi & fortissimi ciues flagitabant) vi armisque superassem: non vererer, nequis aut vim vi repulsam reprehenderet, aut perditorum ciuium, vel potius domesticorum hostium morte mœreret. ¶ Aliquando pro multitudine ac copia. *πλῆθος.* Liuius, Magna vis est Sicilia aduecta. Sallustius, Secunda tempestate ex Ponto vis piscium erumpit. Cicero pro Lege Manilia, Sic Mithridates fugiens maximam vim auri, atque argenti, pulcherrimámque rerum omnium, &c. Idem 1. de Legibus, Quid sit homini tributum natura, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat. Idem 5. Tusculanarũ quæst. Socrates, in pompa quum magna vis auri argentique ferretur, Quàm multa non desidero, inquit. ¶ Aliquando pro celeri impetu. *ῥοπή.* Cicero in Oratore, Enerue tur oratio compositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. Summa vi aliquid facere. id est totis viribus, & magno conatu. Terentius Adelphis, Summa vi hanc defendam, atq; illum morruum. ¶ Vis diuina, ea est quæ & Vis maior dicitur. Vlpian. de Dam. infect. l. Fluminum. §. Vitium autem. Seruius quoque putat, si ex ædibus promissoris vẽto tegulæ deiectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri, si ædificij vitio id acciderit, non si violentia ventorum, vel qua alia ratione, quæ vim habeat diuinam. Quæ sit Vis maior, docet Plin. lib. 18. cap. 28, de sterilitatum causis, Ante omnia autem, inquit, duo genera cælestis iniuriæ meminisse debemus: vnum, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteráque similia intelliguntur: quæ quum acciderint, Vis maior appellatur. Hæc ab horrendis sideribus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. Ex his verbis apparet, Vim maiorem esse, quam Vlpianus tit. Loc. & Conduc. l. ex conducto. Tempestatem calamitosam appellat. Columella lib. 1. cap. 7. Nam vbi sedulo colitur ager, plerunque compendium: nunquam, nisi si cæli maior vis, aut prædonis incessit, detrimentum affert. ¶ Habebat olim hoc nomen tres casus pluralis numeri similes nominatiuo singulari. Sallustius lib. 3. Histo. Malè iam assuetum ad omnes vis controuersiarum. Quæ declinandi ratio iam exoleuit: in cuius locum successit Vires, virium, viribus.

Viriculæ, diminutiuum, Pro infirmis extenuatisque viribus. {*ἰσχνόβια.* Ital. *Forzette, picciole forze* Gal. *Petites forces.* Hisp. *Pequillas fuerças.*} Vnde & patrimonij viricalas legimus, pro exiguis, tenuibúsque facultatibus.

Virescо, prima syllaba prod. Vires acquiro, inualesco. {*κραταιοῦμαι.* Ital. *Inuenir forte.* Gal. *Deuenir fort.* Hisp. *Hazerse fuerte.*} Virescit (inquit Nonius) maiorum vitium fit: eiúsque rei testem citat Furium in Poëmatis, Hinc crescunt animi: virescit vulnere virtus.

Viscus, sci, & Viscum, Glutinum quo aues capiuntur. {*ἶξις.* Ital. *Vischio, pania.* Gal. *Du glu, visc, au guy.* Hisp. *Liga, muerdago.*} Cicc. 2. de Natura deorum, Prouisum etiam vt si qua minima bestiola conaretur irrumpere in eum, Prouisum etiam vt si qua minima bestiola conaretur irrumpere in eum, sordibus aurium, tanquam in visco inhæresceret. Plautus in Bacch. Viscus merus vestra blandiria est. Plin. li. 16 cap. 44, Viscum fit ex acinis, qui colliguntur messium tempore immaturi, &c. ¶ Est & viscum, frutex qui ex turdorum potissimùm fæce super arborum quarundam ramis delapsa, & à sole cum humiditate quadam feruefacta nascitur, viret autem per totam hyemem. Virg. 6. Aene. Quale solet syluis brumali frigore viscum Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos. De hoc re viscum vide Plin. lib. 16. ca. 44. ¶ Viscum item, teste Nonio, antiqui vocabant rete, à tenacitate. Virg. 1. Georg. Tum laqueis captare feras, & fallere visco Inuentum, & magnos canibus circundare saltus. De feris enim hic procul dubio, non de auibus, loquitur Virgilius.

Viscatus, a, um, adiectiuũ, Visco oblitus. {*τῷ ἰξῷ ἐσχεδιάμενος, ἰξώδης.* Ital. *Innescato.* Gal. *Englué.* Hisp. *Ligada con liga.*} Varro 3. de Re rust. cap. 7, Quos columbarij interficere solent, duabus virgis viscatis defixis in terram inter se curuatis. Ouid. 1. de Arte, Non auis vtiliter viscatis effugit alis. Idem 15. Meta. Retia cum pedicis, laqueósque, artésque dolosas Tollite, nec volucres viscata fallite virga. ¶ Viscata munera, & hamata pro eodem: hoc est quibus maiora attrahuntur, quàm quæ dantur. Plinius epistо. 107, Hos ego viscatis, hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.

Viscosus, a, um, Quod est tenax, & glutinosum. {*γλοιώδης.* Ital. *Viscoso, tenace.* Gal. *Visqueux, tenace.* Hisp. *Cosa mucho retenedora, pegajoso ò con engrudo.*} quod & Viscidium dicimus.

Viscus, eris, penul. cor. Non tantùm exta significat, cuiusmodi sunt iecur, cor, pulmo, & lien, (in qua significatione propriè accipitur apud medicos, & rei anatomicæ peritos) verumetiam carnem ipsam, quæ est inter ossa & cutem. {*τὰ σπλάγχνα, τὰ ἔντερα.* Ital. *Interiora, budelle, carni.* Gal. *Entrailles, les parties interieures du corps.* Hisp. *Las entrañas ò la carne.*} Virgil. Aene. Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. Idem 6. Aene. Et solida imponi taurorum viscera flammis. ¶ Viscera terræ, hoc est interiora & penitiora. Ouid. 1. Metam. Nectarum segetes, alimentáque debita diues Poscebatur humus: sed itum est in viscera terræ. Quáque recondiderat, Stygiisq; admouerat vmbris, Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶ Viscera montis. Virgil. 3. Aene. Interdum scopulos, auulsáque viscera montis Erigit eructans. Vbi Seruius, Viscera, id est partes. sic autem dixit viscera, quemadmodum terræ ossa dicuntur.

Visceratio, onis, Crudæ carnis distributio, quæ fieri solebat vel in solenni festiuitate, & præcipuè in Latinis feriis, vel in funere alicuius excellentis personæ. {*κρεανομία.* Ital. *Largo dono di carne cruda di qualche persona degna.* Gal. *Largesse ou donnée de chair crue.* Hispa. *Repartimiento de carne.*} Gellius, Tum in Albano visceratio Latinis data. Liu. lib. 8, Et populo visceratio data à M. Flauio in funere matris. Seru. Visceratio est caro, à viscere nomine deducta.

Visceratі, Veteres dixerunt, pro eo quod est carnem populo distribuere. *κρεανομεῖν.* Sipont.

Visceratim, aduerbium. Per singula viscera. {*κατὰ σπλάγχνα, κατὰ σπλάγχνα.* Ital. *Per le interiora, pezzo à pezzo.* Gal. *Par entrailles, jusques aux entrailles, piece à piece.* Hisp. *Por ò hasta las entrañas, pedaço à pedaço.*} Ennius in Andromeda. Dissipat visceratim membra.

Visibilis, Visito, Viso, vide VIDEO.

VISONTIVM *Βισόντιον*, Pelodonum oppidum in Hispania Tarraconensi. Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

VISTVLA, qui & Visula, & Istula, Vulgò *Vuixel*, Nobilis Europæ fluuius, in Carpatho monte nascens, Germaniámq; ditimẽs à Sarmatia, & tandem ostio vno prægrandi inxta Dantiscum vrbem in sinum Codanum illabens. Vide Ptolemæum Tab. 8. Europæ. A Plin. lib. 4. cap. 13, Vistula appellatur. Vide Vadianum in librum 3. Pomponij Melæ.

VISTVLA, vide VISTVLA.

Visula, Vitis genus, quod sic describitur à Columella lib. 3. cap. 2, Visulæ deinde ab his & minor Argitis terræ mediocritate lætantur: nam in pingui nimiis viribus luxuriant, in macra tenues & vacuæ fructu veniunt, &c. Visula breuem materiam, & larum solium exigit, cuius amplitudine fructus suos optimè aduersus grandinem tuetur: qui tamen nisi primo quoque tempore maturi legantur, ad terram decidunt, humoribus etiam, priusquam defluant, putrescunt.

VISVRGIS, Fluuius est Germaniæ, non procul à Cheruscis nascens, Brunsuicensem agrum irrigans, tandèmque Bremam vrbem præterlapsus, paucis citra Albis ostium pass. millibus, in Germanicum Oceanum sese euoluens. Accolæ hodie *Vueserum* appellant. Vide Annotationes Vadiani in librum tertium Pomponij Melæ.

Visum, Visio, vide VIDEO.

Vita, Animæ, & corporis cõiunctio. {*ψυχή, ζωή.* Ital. *Vita, anima, spirito.* Gal. *Vie, ame.* Hisp. *La vida que viue el animal.*} quemadmodum contrà eorundem dissolutio, mors est. Cicc. 1. de Natur. deor. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potu, spiritu. Idem 3. de Legibus, Vita expetitur, quia nos, in quo nati sumus, continet. Idẽ 2. Philip. Quod est aliud beneficium latronum, quàm vt commemorare possint his se vitam dedisse, quibus non ademerunt? ¶ Accipitur aliquando Vita pro moribus. Terent. in Adep. Inspicere tanquam in speculum, vitas hominum Iubeo. Liu. 2. ad Heren. Deinde vita hominis ex antè actis spectabitur. ¶ Aliquando pro alimento seu victu. Terentius, Eadem quippe homo iam grandior, cui opera vita erat. Terent. in Heaut. Nam tua quidem hercle hæc vita certè expetenda, atque optanda est. ¶ Interdum pro instituto & ratione viuendi. Cic. de Senect. Serpit per omnium vitas amicitia. Cicc. pro Ros. Amer. Vita rustica honestissima, atque suauissima. Mea vita, blandientis vox est. *ζωή μου.* Cicero ad Terentiam libro 14, Obsecro te mea vita, quod ad sumptum attinet, fine alios qui possunt, si modò volunt, sustinere.

Vitalis, & hoc le, Quod viuere potest, vel cui diuturnior vita sperari potest: vnde fœtus octauo mense natos dicimus non esse vitales, hoc est nõ diu victuros. {*βιώσιμος, ζώσιμος, ζωτικός.* Ita. *Vitale, che può viuere.* Gal. *Vital, qui baille ou qui a vie.* Hisp. *Cosa de vida ò que puede viuir.*} Cic. de Ami. Quis potest esse vita vitalis, (vt ait Ennius) nisi qui, &c. ¶ Interdum actiuè accipitur pro quo viuimus, quódque vitam aut affert, aut conseruat. *ζωοτροφικός.* Virg. 1. Aene. Quisquis es, haud credo, inuisus cœlestibus auras Vitales carpis. Vitalis calor. Curtius lib. 3. Pallor deinde suffusus est, & totum propemodum corpus vitalis calor reliquit. Cicc. 2. de Natur. deor. Caloris natura vim habet in se vitalem. Vitale æuum, pro ipsa vita. Plaut. Pœn. Iuppiter, qui genus colis, alisque hominum, per quem viuimus Vitale æuum.

Vitalitas, atis. Vis & potentia vitalis. {*βιωτικὴ τὸ.* Ital. *Vita, vitalità, spirito vitale.* Gal. *Vie, vitalité, esprit vital, ame vitale.* Hisp. *Vida, espiritu.*} Plin. lib. 11. cap. 37. Cæteris corruptis vitalitas in corde durat. Ibidem cap. 48, Hæc suppplices attingunt, adhæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, fortasse quia inest iis vitalitas.

Vitaliter, aduerbiũ. {*βιωτικῶς.* Ital. *Vitalmente, con vita.* Ga. *Vitalement, pour ou auec vie.* Hisp. *Por vida, con vida podiendo viuir.*} Lucre. lib. 5, Haud igitur constant diuino prædita sensu, Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.

Vitabundus, vide VITO, vitas.

Vitellus, vitelli, Dicta est oui pars intea, quòd ex eo viuat pullus: ipsum enim animal ex albo liquore oui corporatur, cibus eius est in luteo, hoc est

hoc est in vitello. ξλευκόχρους, πυρρόχρους ἢ ὠχρός. Ital. *Vitello, rosso.* Gal. *Le moyau d'vn œuf.* Hispan. *La yema ò lo amarille del huevo.* } Martial. lib. 13, Candida si croceos circunfluit vnda vitellos, Hesperius scombri temperet ova liquor. Cicc. 2. de Diuin. Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello? id enim ex quo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum. Horat. 2. Serm. satyra 4. Longa quibus facies ouis erit, illa memento Vt succi melioris, & vt magis alba rotundis Ponere: namque marem cohibent colloſa vitellum.

Vitellinus, vide VITVLVS.

VITELLIVS, Βιτέλλιος. Nonus Romanorum Imperator fuit, ventri, gulæq; addictissimus, qui superato apud Bebriacum Othone, impetium arripuit: quod non multo pòst deficientibus ad Vespasianum militibus, vnà cum vita exuit. Reliquam eius vitam pete ex Suetonio.

Viteus, vide VITIS.

Vitex, icis. Frutex est in arborem assurgens, in fluminum ripis, ac torrentium alueis nascens, ramis prælongis, lentisque foliis oliuę, sed mollioribus. ἄγνος. Duo sunt eius genera: alterum, album florem emittens cum purpureo: alterum tantùm purpureum', & semen piperis similitudine, Græci ἄγνον vocant, quod nobis castum sonat, propterea quòd matronæ in Thesmophoriis Athenienſium castitatem seruantes, ex foliis his cubitum sibi sternebant. Viticis autem nomen à vitilium vsu accepit. Vulgus herbariorum *Agnum castum* appellat.

Vitiarum, Viticula, Vitifer, Vitigineus, vide VITIS.

Vitiligo, penult. prod. vitiliginis, Fœdus cutis color, ex malo particulæ habitu proueniens, nutrimentū rectè assimilare non potentis, ἀλφός, μέλας, λεύκη. Ital. *Tache bianche lequali vengono sul'l corpo.* Gal. *Vne tache sur le corps, visage ou autre part.* Hisp. *Lepra blanca ò alua rayos.* } Celsus ad finem libri quinti, tria eius facit genera: ἄλφον vocans, in quo color albus est, ferè subasper, & non continuus: vt quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Ab alpho μέλας solo differt colore, qui illi niger est, & vmbræ similis. Tertium genus λεύκη appellat, simile quidam habens alpho, sed magis albescens, & altius descendens: pilos quoque albos reddens, & lanuginì similes. Hæc Celsus. Plin. lib. 10 cap. 15. Ferunt eos qui quotidie edunt caparim, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix eius vitiligines albas tollit. Mart. lib. 3, linguæ vitiliginem dedit per quandam similitudinem, quum inquit, Scabros dentes, vitiliginemque linguarum.

Vitilis, le, Quicquid sic lentum est, vt commodè flecti possit, inquit Budæus, à vinciendo dictum, quemadmodum & vitis, vitex, vimen, & cætera id genus. ἰτέινος. Ital. *cosa che si piega facilmente come viti, vimine, & simili.* Gal. *Qui se plie aisément, comme vigne, osier, verges d'arme & choses semblables.* Hisp. *Cosa de sauz gatello, que se puede plegar.* } Plin. lib. 19. cap. 5, Cucurbita omni modo fastigiatur vaginis maximè vitilibus.

Vitilia, substantivè, dicuntur vimina quibus religantur vites. λύγοι. λυγώδη. Idem lib 24. cap. 9. Non multum à salice vitilium vsu distat vitex.

Vitiligatores, Dicti sunt vitiosi litigatores, hoc est calumniatores, obtrectatores ex vitiis, & litigatoribus composita dictio. συκοφάντης. Ital. *Calomniatori, ottrettatori.* Gal. *Calomniateurs, faulx emputeurs.* Hisp. *Los pica pleytos.* } Qui enim sola prauitate contentionē quærunt, vitilitigatores propriè dicuntur. M. Cato vitilitigatores appellat litium auidos, alienorum operum calumniatores. Plin. in Præfat. Historiæ mundi. Ergo securi etiam contra vitilitigatores, quo Cato eleganter ex vitiis, & litigatoribus composuit: quid enim illi aliud quàm litigãt, aut litem quærunt?

Vitilitigo, as, pen. corr. Obstrigilo, carpo, etimino, dãno, mordeo. συκοφαντέω. Ital. *Accusare, riprendere leggiermente qualche fallo.* Gal. *Blasmer & reprendre trop legerement, computer faulsement.* Hispa. *Acusar falsamente pleytear con mal pleyto.* } Plin. in Prolo. Nat. Histor. Scio ego quæ scripta sunt, hæc si palàm proferantur, multos fore qui vitilitigent.

Vitio, Vitiosus, vide VITIVM.

Vitis, huius vitis, fœm. gen. A vino ferendo dicta est, vt placet Varroni lib. 4. de lingua Latina, siue quòd inuiter ad spem percipiendarum vuarum, vt autor est idem Varro libro 1, de Re rustica, cap. 13, vbi sic habet, Et vitis, eo quòd inuiteret ad vuas percipiẽdas, dicta primò videtur. ἄμπελος. Ital. *Vite.* Gal. *Vigne.* Hisp. *La vid.* } Cic. de Senect. Cuius quidem non vilitas me solùm, sed etiam cultura, & ipsa natura delectat, religatio, propagatio vitium sarmentorũmque. Ouid. 14. Metamor. Falce data frondator erat, vitisque putator. Virg. 1. Georg. Quid faciat lætas segetes, quo sydere terram Vertere Mecœnas, vlmisque adiungere vites Conueniat. Quintil. lib 1. cap. 2, Vt vites arboribus applicitæ inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina euadunt. ¶ Erat & Vitis gestamen Centurionis, quo ille milites ob leuiora delicta verberabat. Minus enim ignominiosa erat pœna quæ à Centurione, quàm quæ à lictore esset illata. Vnde Iuuenalis satyra 8, Nodosam postquàm tibi frangebat verticc vitem, Si lentus pigra muniret castra dolabra. Mart. digest. de re militari. Si miles vitem tenuit, militiã mutat: si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite puoietur.

Viticula, æ, diminutiuum. ἀμπελίς. Ital. *Viticella.* Gal. *Vignette, petite vigne.* Hisp. *Pequeña vid.* } Virgil. in Diris, Dulci nanque tumet nondum viticula Baccho. Cic. 3. de Natura deorum, At enim minora dij negligũt, neq; agellos singulorum, nec viticulas persequũtur. ¶ Viticulæ item in herbis dicentur flagella quædam, quæ vitium palmites imitantia, longè latèque proserpunt, & obuia quæque amplectuntur, iisque quasi pedamintbus aduoluntur: eiusmodi videre est in cucurbitis, cucumeribus, aliisque nonnullis id genus. κληματίδια. Plin. lib. 24. cap. 11, Frutex est folio hederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis.

Viteus, a, um, adiectiuum. Quod est ex vite. ἀμπελίτης. Ital. *Di vite.* Gal. *De vigne.* Hisp. *Cosa de vid ò perteneciente á ella.* } vnde Poenula vitea. Virgilius οἰνοβαρὲς pro vino posuit. 3. Georg. & pocula læti Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.

Vitiarium, Vitium seminarium, seu locus vitium plantis consitus. ἀμπελών, ἀμπελῶνος. Ital. *Luogo piantato de vite.* Gal. *Vn complant ou plantier de vignes.* Hisp. *Almacigo para vides.* } Colum. lib 3. cap. 5. Vitiarium neque ieiuna terra, neque vliginosa faciendum est: successa tamen ac mediocri potius quàm pingui. Et paulo antè. Cui vineta facere cordi est, præcipuè caueat ne alienæ potius curæ, quàm suæ credere velit: neve mercetur vilitraditem, sed genus furculi probatissimum domi conferat, fa-

ciatque vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. Varro lib. 1. de Re rust. Ideo in vitiario primitus quum exit vitis, tota resecari solet, vt firmiore sarmento è terra exeat, atque in patiendis colibus vires habeat maiores.

Vitifer, ra, rum, adiectiuum. Quod fert vites, siue in quo proueniunt vites. ἀμπελόφορος. Ital. *Che produce vite.* Gal. *Propre à vignobles; qui produit vignes.* Hisp. *Que trae vides.* } Mart. lib. 13, Hæc de vitifera veniisse picata Vienna Nec dubites, misit Romulus ipse mihi.

Vitigineus, a, um, Quod ex vite sit. ἀμπέλινος. Ital. *Di vite.* Gal. *De vigne, prouenant de vigne.* Hisp. *Cosa de vid.* } vt, Vitigineum simulachrum. Colum. lib. 12. cap. 16, Alij foliis vitigineis, nonnulli plataninis semineas vuas contingunt.

Vitisator, oris. pen. cor. Qui vites serit. ἀμπελοφύτης. Ital. *Piantatore de vite.* Gal. *Planteur de vignes.* Hispa. *Plantador de vides.* } Quo nomine dictus est Saturnus, qui primus serendarum vitium vsum in Italiam attulit. Virg. lib. 7. Aen. Vitisator curua seruans sub imagine falcem.

Vitium, vitii, Propriè dicitur quod virtuti opponitur: ita dictum, quòd vitandum sit ac fugiendum. κακία, κακόηθες. Ital. *Vitio, scelleratezza, scelerità.* Gal. *Vice, mauuaistié, meschanceté.* Hisp. *Tacha generalmente.* } Horat. lib. 1. Epist. Virtus est vitium fugere. Cic. pro Cluentio, Nullam quidem ob turpitudinem, nullum obrotius vitæ non dicam vitium, sed erratum. Plaut. True. Hoc nobis vitium maximum est, quum amamus, tunc perimus. ¶ Aliquando accipitur pro errato. ἁμάρτημα, σφάλμα. Plinius, Librum vitiis plenum. ¶ Aliquando pro vitioso corporis affectu, non tamen ad vitæ perniciem tendente. Aulus Gellius ita distinguit vitium à morbo, quòd morbus sit affectus quidam cuiuscunque corporis contra naturam, qui vsum eius facit ad id deteriorem, causa cuius natura nobis eius corporis sanitatem dedit: vt ait Vlpianus tit. de Aedil. edict. libr. 1. Et est morbus totius corporis, vt febris, insania: vtque ait Nonius, cum accessu aut temporis, aut contagij. Vitium verò perpetuum corporis impedimẽtum, vt exercitas, claudicatio, vecordia. Et sic Vitium non tantùm ad animum, sed etiam ad corpus refertur. Et non solùm in homine, sed in aliis quoq; rebus dicitur. Cicero Pæto, Si nihil est in parietibus, aut recto vitij: cætera mihi probabuntur. ¶ Potest tamen qui Morbosus est, etiam Vitiosus dici, sed non econtrario. Equus mordax & calcitrosus vitiosus, non morbosus est: claudus verò aliquo actu factus, & morbosus, & vitiosus dici potest. Quicquid impedit, vel corrumpit ac inutile est, vitium dicitur. Virg. 1. Georg. -sane illis omne per ignem Excoquitur vitium, &c. ¶ Ponitur aliquando pro culpa, Cic. 4. Academ. Hoc si perueneris, me tibi primum quidque concedente, meum vitium fuerit, &c. ¶ Aliquando pro fluxo vsque. Offerre vitium virgini, pro vitiare virginem, ἀλλοτροῦν, dixit Terentius in Hec. Pudicitiæ afferre vitium. Plautus, Pudicitiæ nunquam nec vim nec vitium attuli. Vitium addere pro Vitiũ afferre. Idem, Pudicitiæ huius, inquit, me absente vitium est additum. ¶ Vitium facere dicuntur ædificia, quum rimas agunt, & ruinam minantur. Cic. Top. Si ædes exesæ corruerunt, vitiumve fecerunt. ¶ Vertere vitio aliquid, idem quod Dare vitio. ἐγκαλεῖν, ἐπαιτιᾶσθαι. Cic. in Epist. Ne sibi illæ vitio verterent, quòd abesset à patria. ¶ Denique quicquid vituperari solet, Vitiũ dicitur. Cic. 1. de Orat. Adest enim ferè nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quàm recta videat. ¶ Ponere in vitio, est sumere in malam partem. Cic. 3. Tus. Qui fortis est, idem est fidens: quoniam Confidens, mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. ¶ Vitio dare est culpare, vituperare. ἐγκαλεῖν, δι' αἰτίας ἔχειν. Terent. in Prolog. And. Nunc quam rem vitio dent, quæso animum aduortite.

Vitiosus, a, um, adiectiuum, Vitijs plenum, corruptum, depranatum. κακός, φαῦλος. Ital. *Vitioso, cattiuo.* Gal. *Vitieux, plein de vices, vareux, gasté & corrompu.* Hisp. *Cosa con pecado ò con tacha.* } Cic. ad Attic. lib. 1, Ille alter vitio vno minus vitiosus, quòd iners, quòd somni plenus, quòd imperitus, quòd ἀκρατὴς ὀργῆς, &c. Idem 2. de Fin. At miser si in vitiosa ac flagitiosa vita affluaret voluptatibus. Vitiosa nux, pro corrupta ac putrida. Plaut. in Mil. Nõ ego emã nunc vitã tuam vitiosa nuce Vitiosum suffragiũ, corruptum. Cic. 3. de Legib. Nec tabella vitiosum occultaret suffragiũ. Vitiosæ oues, morbosæ, morbo infectæ. Colu. lib. 7. cap. 3, Quam præsertim boni pastoris vel prima cura sit, annis omnibus in demortuarum vitiosarũmque ouium locum totidem, vel etiam plura capita substituere. Quomodo autem differant Vitiosus, & Morbosus, vide in dictione VITIVM. ¶ Vitiosi magistratus dicebantur qui vitio creati erant, quum scilicet ex legitimis auspicijs, cæteriſve solennitatibus aliquid esset omissum: aut quum in campo aliquid vitij interuenisset, quo ex Augurum disciplina solebant dirimi comitia: vt siquis interim comitiali morbo fuisset correptus, aut si fulmen esset visum, aut tonitru auditum, aut aliud quippiam esset obnuntiatum quod infausta futura illa comitia portenderet. Tunc enim vitiosa comitia dicebantur, & Magistratus vitiosi, vel vitio creati: cogebãtúrq; qui designati essent se magistratu abdicare.

Vitiosè, aduerb. Malè, corruptè. κακῶς. Ital. *vitiosamente.* Gal. *Vitieusement, meschamment.* Hisp. *Con tacha ò pecado.* } Quinti. li. 4. cap. 1, Vitiosè in scholis facimus, quòd exordio sic vtimur, &c. Vitiosè se habere aliquod mẽbrum dicitur, quod vitio aliquo affectum est. Cic. 3. Tus. Membrum tumidum ac turgidum non vitiosè se habet.

Vitiositas, atis, Contrarium virtuti. κακία. Ital. *Vitiosità, vitio.* Gal. *Vice, tache.* Hisp. *Pecado ò tacha.* } Cic. lib. 4. Tusc. Vitiositas est habitus aut affectio in tota vita inconstans, & à seipsa dissentiens. Ibidem, Huius igitur virtutis contraria est vitiositas. Sic enim malo quàm malitiam appellare eam quam Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omnium.

Vitio, as. Corrũpo, destruo, deterius reddo. κακοποιῶ, κακοποιὸν λόγῳ. Ital. *Guastare.* Gal. *Corrompre & gaster.* Hisp. *Corromper ò poner tacha.* } Plaut. Nam in Prolo. Aul. Eius filiam Lyconides vitiarat. ἐλυμήνατο [δὲ φθόνον, ἐλώβητο. vitiatam virginem dicimus, quum pudicitiam amisit. Plin. lib. 10 cap. 54. Si incubatu tonuerit, ova pereunt: & accipitris audita voce vitiantur. Cic. pro Sestio, Comitiorum & conciorum significationes interdũ veræ sunt, nonnunquam vitiatæ & corruptæ. Ouidius 7. Metamorph. Vitiantur odoribus auræ. Idem 3. Metamorph. -quisque halitus exit Qui niger Stygio vitiatas inficit auras.

Vito,

Vito,as,Ennio,s.fugio, declino,cauco: quanquam amplius quiddam significat,quàm cauco.{φυλάττομαι, φυλάκτομαι, ἐξίστημι. Ital. *Schifare, guardarsi, fuggire.* Gal. *Euiter & fuir.* Hispa. *Esquiuar ò huyr de algo.*} Multa cauemus,quæ tamen vitare non possumus.Cic.3.Verr.Nam cum qui palàm est aduersarius,facilè cauendo vitare possis. Virg.3.Aeneid. Quæ prima pericula vito. Idem 2. Aene. Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaum. ¶Seipsum vitare, est non sibi cognitare, vel sibi displicere propter scelerum conscientiam. Horat.2. Serm.sat.7. Teque ipsum vitans fugitiuus ex erro?

Vitano,onis,verbale vitandi actus.{φύλαξις. Ital. *Schiuamento.* Gal. *Euitement.* Hisp. *Esquiuamiento.*} Cicc.5.de Fini. Ne vitationem quidem doloris ipsum per se quisquam in rebus expetendis putauit, ne si etiam euitare posset.

Vitabundus, a, um, Idem quod vitans.{φυλακτικός. Ital. *Schifatore.* Gal. *Euitant & fuyant.* Hispan. *Cosa que mucho se esquiua.*} Sallust.in Iugur. Ipse quasi vitabundus per saltuosa loca & tramites exercitum ductare. Liu. 5.bel.Pun. Hanno ex Brutiis profectus cum exercitu,vitabundus castra hostium,Consulésque,quæ in Samnio erant,quum Beneuento iam appropinquaret, tria passuum millia abipsa vrbe loco edito castra posuit.

Vitrum,vitri,Materia translucida,quæ modò ex arena splendenti,modò ex calculis pellucidis conficitur.{ὕαλος. Ital. *Vetro.* Gal. *Voirre.* Hispan. *Vidrio.*} De cuius origine, & ratione faciendi, vide Plinium lib. 36, cap. 25. Cælius Ciceroni libro 8, Persuasum est ei Censuram lomentum,aut vitrum esse:errare mihi videtur. Idem pro Rabir. Posth. Ductæ naues Posthumi Puteolis sunt auditæ, visæque merces, fallaces quidem,& fucosæ,chartis,& linteis,& vitro delatæ. Plin.lib.36.cap.27, In genere vitri & obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis quem in Aethiopia inuenit Obsidius. Ouid. Epist. 21, Est nitidus, vitróque magis pellucidus amnis.

Vitrarius, rij, Vitri conficiendi artifex: qua voce vtitur Lampridius in Alexandro.{ὑαλουργός. Ital. *Maestro di lauorar vetri, artifice da vetri.* Gal. *Voirrier faiseur de voirres.* Hisp. *Vidriero.*}

Vitreus, a, um, adiectiuum, Quod ex vitro est.{ὑάλινος. Ital. *Di vetro.* Gal. *De voirre.* Hispa. *cosa de materia de vidrio.*} vt, Vitreæ ampullæ, apud Plin. lib.20.cap.24.Colum.lib.12.cap.4, Vasa autem fictilia, vel vitrea,plura potius, quàm ampla. Vitreus item est,quod vitri colorem refert. *Iuuenalis.* vt,Fons vitreus,hoc est clarus,& pellucidus,Plinius epistо.16.Plinius maior lib.9.cap.31,Nec omnibus idem vitreus color. Virg.7.Aeneid. Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda, Te liquidi flenere lacus.¶Interdum vitreum dicitur,quod fragile est in morem vitri,Senec. Fortuna vitrea est: dum splender, frangitur, Fama vitrea,id est fragilis,Acrone interprete. Horatius 2.Serm. saty.3, Et furiosus erit, quem cepit vitrea fama.

Vitriarus,ij,masc.ge.{ὑαλουργός,vel ὑαλουργός. Ital. *Artifice da vetro.* Gal. *Voirrier,faiseur de voirres.* Hisp. *Vidriero.*} Qui vitra facit. Senec. Epist. 91. Cuperem possidonio vitriarium ostendere,qui spiritu vitrum in plurimos habitus format.

Vitricus,ci,Matris meæ maritus.{πατρυιός. Ital. *Padrego.* Gal. *Le paratre ou beau pere.* Hispan. *Padrastro, marido de madre.*} cui respondet relatiuum Priuignus.Cic ad Attic.lib.15, Vitricus quidem nihil censebat, quem Asturæ vidimus. Ouid.1. Ad Cupidinem, Necte comam myrto, maternas iunge columbas: Qui decent, currus vitricus ipse dabit. Intelligit Vulcanum, qui Venerem, postquam ex Ioue genuisset Cupidinem,duxerat vxorem.

VITRVVIVS, Architectus Veronensis,cuius opera etiã hodie omnium manibus teruntur,varias in linguas transfusa.

Vitta,tæ,duplici r.Ligamentum capitis, hoc est fascia, qua circum caput antiqui, vel crines, vel serta, aut flores, aut quiduis aliud religabant. {ταινία. Ital. *Benda per la testa.* Gal. *Vne bande ou ruben de teste.* Hispa. *Venda ornamento de la cabeça.*} Virgil.2. Aeneid. Et falsæ fruges,& circum tempora vittæ. Vbi Seruius, Vittæ, quibus victimæ coronabantur. Idem lib.3.Aene. -vittásque resoluit Sacrati capitis. Ouid.2.Metam. Vitta coercuerat neglectos alba capillos. Lucanus lib.5, tum torta priores Stringit vitta comas.

Vittatus,a,um,Vittis redimitus.{ταινιόφορος. Ita. *Imbendato la testa.* Gal. *Bãde, qui a ruben entour sa teste.* Hisp. *Cubierto de venda, que tiene venda en la testa.*} Plin.lib.7. cap. 30. Vittatam nauem Dionysius tyrannus Platoni misit obuiam. ¶Plutarchus in vita Marci Coriolani ait, in Metellorũ familia fuisse qui Vittatus cognominaretur, ab vsu vittæ, qua vlceris tegendi causa procedebat in publicum obligata frõte. Ouid.1.Amo.eleg.7,Sic, misit vittatis quòd erat Cassandra capillis, Procubuit templo casta Minerua tuo.Luca.lib.1.Vestalémque chorum ducit vittata sacerdos.

Vitula, æ, Bubuli generis fœtus fœmininus, qui annum primum ætatis nondum expleuit: nam tunc Iuuenca dici incipit.{μόσχος ὁ. Ital. *Vacca nondum expleuit: nam tunc Iuuenca dici incipit.* {μόσχος ὁ. Ital. *Vacca giouane, vitella.* Gal. *Vne genisse ou jeune vache.* Hisp. *La bez terra ò añosa ò vtregoua.*} Varro 2.de Re ruit.cap. 5, Primùm in bubulo genere gradus ætatis dicuntur quatuor:prima vitulorum,secunda iuuencorum,tertia boum nouellorum, quarta vetulorũ. Discernuntur in prima ætate vitulus, & vitula, in secũda iuuencus & iuuẽca, in tertia & quarta taurus & vacca. ¶Aliquando tamen vitulã latius accipimus,vt etiam ad iuuencam, vel vaccam nouellã extendatur. Virg. Aeglo.3, -ego hanc vitulam (ne forte recuses, Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus) Depono.

Vitulus,li, Fœtus masculinus in bubulo genere, qui primũ ætatis annum nondum expleuit:nam deinde iuuencus vocari incipit.{μόσχος ὁ. Ital. *Vitello.* Gal. *Vn veau.* Hispa. *Bez erro, ò añoso ò vrero.*} Dictus vitulus à vitulando, hoc est lasciuiendo. Varro Rei rust.lib.2.cap.5, Primũ in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor. Prima vitulorum, secunda iuuencorum,tertia boum nouellorum,quarta vetulorum. Idem 3. Geor. Post partum in vitulos cura traducitur omnis. Ouid.10. Meta. -quam si quis sanguine tinctam Aduena vidisset, mactatos crederet illic Lactentes vitulos, Arnathusiacáque bidentes. Horat.4. Carm. Ode 2, Te decem tauri, totidémq; vaccæ, Me tener soluat vitulus relicta Matre, qui largis iuuenescit herbis In mea vota. ¶Aliquando tamẽ Vitulum legimus pro iuuenco, seu tauro nouello. Virgil.4. Georg. Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte. ¶Neq; solum in bubulo genere Vitulus dicitur, verumetiam aliis quadrupedibus maioribus. Plin. lib.8. cap. 1, de Elephantis, Atque ita sãtato fidere in syluas reuertuntur, vitulorum fatigatos præ se ferentes. ¶Virgilius ad equos transtulit 3. Georg.Iam vitulos horrare, viamq; insiste domandi. ¶Quinetiam balænarum fœtus, Vitulos appellat Plin.lib.9.cap.6. Irrumpunt (inquit) oreæ in secreta, & vitulos earum ac fœtas, vel etiã grauidas lanciuante morsu. ¶Vitulus marinus, belua est ex genere amphibiorum, omnium animalium seminiculosissimum, tam in terra quàm in mari vitam habens. φώκη. Parit enim in terra secundum mare,nunquam plures gemines,eósque mammis educat:nec ante x i i.diem deducit in mare.Grauissimum in somno edit mugitum:vnde & vituli nomen accepit. Reliquam eius naturam vide apud Plinium lib.9.cap.15.

Vitulinus,adiect.Quod ex vitulo est.{μοσχεῖος. Ital. *De vitello.* Gal. *De veau.* Hisp. *De bezerro.*} Vt.Vitulina caro,apud Plautum in Aul.Cicc.2. de Diui.An tu,inquit,carunculæ vitulinæ mauis,quàm Imperatori veteri credere?

Vitellinus,a,um,Idem quod vitulinus. μοσχεῖος. Cicc.ad Pæt.lib.8,Integram famem ad ouum asseruitaque vsque ad assum vitellinum opera perducitur. Quo tamen in loco meliora exemplaria Vitulinum legendum ostendunt. ¶Vitellina bilis à medicis appellatur, quæ sit ex bile pallida vehementius vsta: ita dicta quòd crudi oui vitellum & colore & substantiæ crassitudine imitetur. Ἀτεχνοῦς χολή.

Vitulari,Veteres vsurparunt pro voce lætari: propterea quòd eam veram vitam putabant, quæ in summa lætitia ac tranquillitate degeretur. πανηγύρω. Varro lib. 15, Rerum diuinarum, Pontifex quibusdam sacris vitulari solet, quod Græci πανηγύρειν dicunt.Hinc Viuere sæpenumero ponitur,pro lætam vitam agere. Festus à vitulis deducit,qui summa in pratis lasciuia exultant. Vitulans (inquit) lætans gaudio,vt in prato vitulus.Ennius,Habet is coronam,vitulans victoria.

VITVNVS, Antiquis deus erat qui credebatur vitam largiri:vt Sentinus sensum.Cæl.Rhodig.lib.25.cap.30.

Vitupero,as,Vitio do,vitio vetto,culpo,de dignitate vel autoritate alicuius detraho.{ψόγω, μωμίζομαι. Ital. *Vituperare, biasimare, sprezzare.* Gal. *Vituperer, blasmer, mesprisser.* Hispa. *Reprehender algun vicio, menospreciar.*} Terẽ. in Andr. Prol. Id isti vituperant factum.Autor ad Heren.lib.2, Vitiosum est, artem, aut scientiam aut studium quodpiam vituperare propter eorum vitia qui in eo studio sunt:veluti qui Rhetoricam vituperant propter alicuius Oratoris vituperandam vitam.Cic. pro Muræ. Ego tuum consilium,Cato vitupetare non audeo.¶Iungitur aliquando cum dativo.Plaut.in Cæc.Cur omine mihi vituperat malo?

Vituperatio, tionis, Vituperandi actus, reprehensio,cui opponitur laus, siue laudatio.{ψόγος, μῶμος, μώμησις. Ital. *Biasimo, dispregio.* Gal. *Blasme, mesprisement, vitupere.* Hisp. *Vituperio, obra de reprehender, menosprecio.*} Quintilia.in Prooem.lib. 8, His adiicimus, demonstrationum laude & vituperatione constare Cic.7.Verrina,Hæc autem vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone qui à suis ciuitatibus illis nauibus præpositi fuerant. Venire in vituperationem hominum, est hominum reprehensioni obnoxium fieri. Cicc.6.Verr. Vt propter eum in sermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. Esse alicui vituperationi,est ad dedecus,& infamiam eius pertinere. Idem Philippo,lib.13.Epist.Sed mihi ita persuadeo,(potest fieri vt fallar) eam rem laudi tibi potius quàm vituperationi fore.

Vituperium.Vituperatio,dedecus,infamia.{ψόγος. Ital. *Biasimo, dishonore, infamia.* Gal. *Blasme, deshonneur, infamie.* Hisp. *Deshonra, infamia.*} Cic.Vel etiam à vitio dictum vituperium.

Vituperator, oris, Reprehensor, qui proclivis est ad vituperandum.{ψογιστής. Ital. *Vituperatore, sprezzatore.* Gal. *Blasmeur, mesprisseur.* Hisp. *Reprehendedor de vicios, vituperador.*} Cic.1.de Fini. ¶Quanquã Philosophiæ quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro quo à nobis philosophia defensa & collaudata est, quũ esset accusata, & vituperata ab Hortẽsio.

Vitupero,onis,Vituperator,momus,in reprehensionem procliuis.ψογιστής. Dictum ea forma,qua & Epulonem,& Manduconem,& Phagonem dicimus,& Palponem,verbis videlicet in nomina conuertis.

Vituperabilis,le,Vituperatione dignus.{ψεκτός,μωμητός,ψογερός. Ital. *Digno de biasimo.* Gal. *Vituperable, reprochable, digne d'estre blasme.* Hispan. *Cosa que se puede reprehender.*} Cicc.3. de Legib. Nam isto quidem modo vel consulatus vituperabilis est, si Consulum (quos enumerare nolo) peccata collegeris.

Viuarium, rij, Locus in quo vel aues, vel pisces, vel feræ continentur, quæ ad victum duntaxat pertinent, vt docet Gellius Noct. Att.libro 2. cap.20.{ζωοτροφεῖον, ζωοτροφεῖον. Ital. *Viuaro,* alibi, *barco.* Gal. *Vn parc à nourrir bestes sauuages, vn viuier a poisson.* Hispa. *Biuar donde se crian animales.*} Plin. lib.8.cap.51, Viuaria aprorum exterorũmque syluestrium, primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit.Plin.lib.9.cap.54.Ostreorum viuaria primus Sergius Orata in Baiano inuenit. Iuuenal. Satyra 4, Non dubitatori fugitiuum dicere in Baiano inuenit. Iuuenal. Satyra 4, Non dubitatori fugitiuum dicere in Baiano inuenit. Iuuenal. Satyra 4, Non dubitatori fugitiuum dicere piscem, Depastúmque diu viuaria Cæsaris. ¶Peculiari tamen nomine pisces, Depastúmque diu viuaria Cæsaris. ¶Peculiari tamen nomine pisces, Depastúmque diu viuaria Cæsaris. ¶Peculiari tamen nomine septa in quibus feræ pascuntur, Leporaria dicuntur: quemadmodum piscinæ, in quibus aluntur pisces:& Ornithones, in quibus aues clausæ tenentur.Vide Varro.de Re tust.lib.3.cap.3.

Viuax,Viuacitas, vide VIVO.

Viuerra,æ,Animalculum exiguum ex genere mustellarum, quo venatores vtuntur ad cuniculos ex antris expellendos.{ἴκτις, vel ἴκτις, ἀγριόγαλη. Ital. *Donnola.* Gal. *Vn furet.* Hisp. *El huron.*} Plin.lib.8.ca.55,de cuniculis loquens, Magna propter venatum eorum viuerris gratia est: immittunt eas in specus, qui sunt multifores in terra: vnde & nomen animali,atque ita erectos superné capiunt.

Viuisco,Viuidus, vide VIVO.

Viuiradix,icis,pen.prod,& fœm.gen. Planta quæ cũ radice seritur, quasi viuam radicem habens,ad differentiam malleoli,& talearũ.{μόσχος ῥιζωτός. Ital. *Pianta viua.* Gal. *Plante viue.* Hisp. *Planta barnada con rayzes.*} Plin.lib. 17.cap.22,In arido solo viuiradix quoque frustra seritur.Colum.lib.4. cap.14,Sationis autem duo sunt genera,malleoli,vel viuiradicis:quod vtrunque ab agricolis vsurpatur,& in prouinciis magis malleoli. Neque enim seminariis student,nec vsum habent faciendæ viuiradicis.

Viuo,is,xi,ctum,Vitam ago,vitam dego,In vita sum.{βιόω,βιοτεύω,ζάω. Ital. *Viuere.* Gal. *Viure.* Hispan. *Viuir como quiera.*} Quintilianus lib.9. cap.3,

cap.3, Non vt edam, viuo: sed vt viuam, edo. Cicero de Senectute, Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse viuere. Horatius 2. Sermon. satyra 6, -neque vlla est Aut magno, aut paruo lethi fuga: quo bone circa Dum licet in rebus iucundis viue beatus: Viue memor quàm sis æui breuis. Cic. 3. de Finibus, Consentaneum est huic naturæ, vt sapiens velit gerere & administrare Rempublicam: atque vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare. Et licet absolutum sit hoc verbum, admittit tamen accusatiuum reciprocum: vt, Viuo fœlicem vitam, viuo vitam duram. Terent. in Adelphis, Nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc propè iam excurso spatio, mitto. ¶ Interdum accipitur viuere, pro eo quod est lætam vitam agere. Nam eam demum veram putabant esse vitam, quæ in lætitia, animique tranquillitate perageretur. Martial. Sera nimis vita est crastina: viue hodie. Plaut. in Milit. Conseruí, conseruæq; omnes bene valete, & viuite. Catullus ad Lesbiam, Viuamus mea Lesbia, atq; amemus. Viuere studiis, dixit Cicero ad Sulp. lib. 13. Epist. 29, pro eo quod est vitam literis sustinere. ¶ Ita viuam affirmantis particula est. Cic. ad Tiro. lib. 16, Solicitat, ita viuam, me tua mi Tiro valetudo, id est moriar, vel dispeream, nisi tua valetudo me solicitat. ¶ Eandem vim habet, Ne viuam, subsequête particula si, vel nisi. Cic. ad Attic. lib. 4, Quid poteris, inquies, pro iis dicere: ne viuã, si scio. ¶ Viuendo vincere aliquem, dixit Plau. in Epid. pro eo quod est ei superstitê esse. ¶ Viuitur, impersonale. Plaut. Persa, Quid agitur? T. viuitur. Ter. in Heaut. Hoc ibi fit, vbi nõ verè viuitur. Cice. 1. de Finib. Qua præceptrice in tranquillitate vitæ potest, omniũ cupiditatum ardore restincto. Ouid. 1. Metam. Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus. Hor. 2. Carm. Ode 16, Viuitur paruo bene: cui paternum Splendet in mensa tenui salinum, Nec leueis somnos timor, aut Cupido Sordidus aufert. ¶ Viuitur, personale. Ouid. 11. Metam. -vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas. Viuere in diem dicuntur, quos Græci vocant ἐφημερίους, qui quotidie parant noua cibaria, nullum habentes penum reconditum, nihil de futuro tempore solliciti, omnem denique curam ita abiicientes, acsi eo solùm die victuri essent. Cic. 5, Tuscul. Nos in diem viuimus. Colum. libro 3, Nec prouident futuro tempori, sed quasi planè in diem viuant, sic imperant vitibus, & eas multis palmitibus onerant, vt posteritati non consulant.

Victito, as, pen. corr. Vescor, alor, victu vtor: vt Sarmatæ lacte victitant. ζῶ, τρέφομαι, τρέφομαι. Ital. *Viuere*. Gal. *Viure & se nourrir, viure pour viande*. Hisp. *Viuir*. } Teren. in Eunuc. Et libêter viuis: etenim bene libêtet victitas Plaut. Mostel. Victitabã volupe parsimonia & duritia. Ibidé, Licet me amare, & bulbulcitarier, Me victitare pulchrè, te miseris modis.

Victurus, A vinco participium est. νικήσων. Sallustius, Pyrrhúsne rex, an M. Curius prælio victurus esset. Et à vino, βίσων. Cic. in Cato. Maior Nemo est tam senex qui se annum non putet victurum.

Victus, ũs, Omne illud quo viuimus. } τὸ ἐσθίειν, τὸ βίος. Ital. *Vitto, viuere*. Gal. *Le viure, La vie, prouision pour viure*. Hisp. *El mantenemiento*. } Vlpian. de Verb. signific. Victus verbo continentur quæ esui, potui, cultuique corporis, quæq; ad viuendum homini sunt necessaria. Cic. de Amicit. Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis victus, cultúsque delectat. Virg. 3. Aeneid. Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat. Ouid. 6. Fasto Nunc inopes victus, ignauáque fata timentes, &c. Cic. 1. Offic. Vita, victúsque communis in amicitiis vigent maximè. ¶ Victi genitiuus à victus legitur apud Plautum in Capt. Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ A quo Conuictus, vnà viuendi societas, quum plures simul viuunt. συζῆσις. Cic. lib. 1. Epistolarum, Vt istis te molestiis laxes, & ad nostrum conuictum redeas. ¶ Victuis in genitiuo pro victus antiqui dixere. Varro, Primùm de re familiari, secundò de victuis consuetudine differam.

Viuus, a, um, Spirans, animatum, vita præditum. } ζῶν, ἔμψυχος, ἔμπνους. Ital. *Viuo*. Gal. *Vif, viuant*. Hispan. *Cosa viua*. } Cice. ad Atticum lib. 4, Cato tamen affirmat se viuo illum non triumphare. ¶ Quandoque ponitur pro naturali, & non artificioso. Virgil. lib. 2. Georg. Et viua sua plantaria terra. Idem 1. Aeneid. -viuóque sedilia saxo. ¶ Quandoque pro valido, aut vehementi. Virgil. 1. Aeneid. -paulatim abolere Sichæum Incipit, & tentat viuo præuertere amore. ¶ Viua sepes dicitur, quæ dumis non præcisis, sed in eo loco natis contexitur. Col. lib. cap. 3, Vetustissimi autores viuam sepem structili prætoleruntt: quia non solùm minorem impensam desideraret, verumetiam diuturnior immensis temporibus permaneret. Viua aqua, naturalis, & indidem nata. Varro 1. de Re rust. cap. 11, Si omnino aqua non est viua, cisternæ faciendæ sub tectis, & lacus sub dio. ex altero loco vt homines, ex altero vt pecus vti possit. Flumen viuum. Virg. 2. Aene. -donec me flumine viuo Abluero. Lacus viui. Virg. 2. Geor. Spelũcæ, viuíq; lacus, ac frigida Tempe. ¶ Vultus viuos ducere: hoc est viuam, & naturalem effigiem referentes. Virg. 6. Aen. Excudent alij spirantia mollius æra, (Credo equidem) viuos ducent de marmore vultus.

Viuax, is, pen. pro. omn. gen. Longæuus, seu vitæ diuturnioris. } μακρόβιος. Ital. *Viuace, viuo, vigoroso*. Gal. *Vif, qui vit long temps, plein de vie*. Hisp. *Cosa que viue mucho tiempo*. } Virg. 2. Geor. Palladia gaudet sylua viuacis oliuæ. Idé Aeglo. 8. Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui. ¶ Hinc Viuacior, Viuacissimus. Plin. lib. 9. ca. 10, In sicco quoq; repunt: ideo etiam viuaciora talia. Hora. 1. Serm. sat. 2, Postremo expellet certè viuacior hæres.

Viuacitas, atis, Longæuitas, vitæ diuturnitas. } μακροβιότης. Ital. *Viuacità*. Gal. *Viuacité*. Hispa. *Aguella obra de mucho viuir*. } Colum. lib. 11. cap. 3, Multis etiam locis viuacitatem suam vsque to annos decem prorogat.

Viuisco, is, Viuus fio, animo: propriéq; de rebus inanimatis dicitur, quũ anima imbuuntur. } ζῳοποιοῦμαι, ζωοποιοῦμαι. Ital. *Prender vita*. Gal. *Prendre vie & croistre*. Hispan. *Tomar vida*. } Plin. lib. 9 cap. 51, Anguillæ atterunt se scopulis: ea fragmenta viuiscunt: nec alia est earum procreatio. Idem lib. 18 cap. 25, de Pauonio ventre loquens. Hoc enim maritantur viuiscentia è terra, quo etiam equæ in Hispania. ¶ Per translationem accipitur pro inualescere, & vigorem acquirere. κραταιοῦσθαι, ἰσχύειν. Lucr. lib. 4, Quod cupido affixum cordi viuiscit, vt ignis. Et paulo pòst, Vlcus enim viuiscit, & inueterascit alendo.

Viuidus, a, um. pen. corr. Multo vigore præditus. } ἀκμαῖος, ἰσχυρός. Ital. *Pieno di vita, viuace, virtuoso*. Gal. *Plein de vie, fort vif, vertueux & vigoureux*. Hispa. *Cosa llena de vida, y con vigor*. } Plin. in Paneg. Amas constantiam ciuium, rectósque, ac viuidos animos. Virg. 5. Aene. Exigui numero, sed bello viuida virtus. Liu. 6. ab Vrbe, Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat, virebátque integris senibus. ¶ Interdum Viuidum accipitur pro viuenti. ζῶν. Propertius, Quattuor artificis viuida signa boues. Vbi Signa viuida dixit, qua viuentia: idque hyperbolicè, quemadmodum Virgilius Spirantia æra, hoc est tanta arte confecta, vt viuere, & spirare videantur.

Viuus pyrites, Lapis est ex omni pyritarum genere ponderosissimus, ex quo ignis excutitur. πυρίτης ζωὴ. Plinius libro 36. cap. 19, Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appellamus. & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarij, qui clauo, vel altero lapide scintillas edunt, quæ exceptæ sulphuratis aut fungis aridis, vel foliis, dicto celerius ignem trahunt.

Vix, aduerbium, Significans propemodum, nõ ægrè, vel difficulter, quasi cum vi & labore. } μόγις, μόλις, χαλεπῶς. Ital. *A pena, difficilmente*. Gal. *A grand'peine, à peine*. Hisp. *A penas*. } Virgil. lib. 2. Georg. Vix humiles apibus casias, roremque ministrat. Teren. Vix retraxi filium ab amore ancillæ. ¶ Aliquando refertur ad tempus, pro vix dum, siue vix adhuc, statim vbi, vel iamiam. Virgil. 1. Aene. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabãt læti. Id est statim postquam è conspectu Siculæ, &c. Idem, Et quos Sidonia vix vrbe reuelli. id eR nuper. ¶ Aliquando ponitur pro Non Lucan. Carcer vix carcere dignus. Ouid. Vix Priamus tãti, totáque Troia fuit. hoc est non fuit tanti Priamus: vt exponit Donatus. ¶ Vix tandem, post multum temporis. μόλις πολλοῦ. Cicero Appio Pule. Vix tandem legi literas dignas Appio. Virgil. 2. Aeneid.

Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Composito rumpit vocem, & me destinat aræ.

V ante L.

Vlcero, vlceras, vide VLCVS.

Vlciscor, sceris, vltus sum, Vindico, iniuriam non impuniram relinquo, vltionem repeto. ἐκδικῶ, τιμωρῶ. Ital. *Vendicare, far vendetta*. Gal. *Venger, punir*. Hisp. *Vengar la injuria*. } Dicimus autem, Vlciscor te, Vlciscor te pro hoc scelere, Vlciscor scelus, Vlciscor me. Terent. in Eun. Ego pol te pro istis dictis, & factis scelus Vlciscar. Plaut. in Menæch. Ni hanc iniuriam, méque vltus fuero. Idem in Amphit. Ego pol illum vlciscar hodie Thessalum veneficum. Cic. 2. de Inuent. Deinde hoc si constitutum sit, vt peccata homines peccatis, & iniurias iniuriis vlciscantur, quantum incommodorum consequatur? Ouid. 7. Metam. Androgeique necem iustis vlciscitur armis.

Vltio, onis, verbale, Vindicta. ἐκδίκησις, τιμωρία. Ital. *Vendetta*. Gal. *Vengeance*. Hispa. *Obra de vengar injuria, venganza*. } Plin. lib. 11. cap. 28, Illis etiam vltionis causa datũ est. Tacitus lib. 2, Simul perfidos & raptores pacis, vltioni & gloriæ mactandos.

Vltor, oris, pen. prod. verbale masculinum, ab Vlciscor, ris, Vindex, vindicator, qui iniuriam illatam vlciscitur. } τιμωρός, ἐκδικῶν. Ital. *Vendicatore*. Gal. *Vengeur*. Hisp. *Vengador*. } Cic. pro Sylla, Ego ille coniurationis instigator atque vltor, certè non defenderem Syllam, si coniurasse arbitrarer. Virg. 4. Aen. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor.

Vltrix, fœmininum, à quo Vltricia: vt Victricia à Victrix. ἐκδικῶσα, ἐκδικοῦσα. Ital. *Donna che si vendica*. Gal. *Vendegeresse*. Hisp. *Vengadora*. } Virg. 11. Aeneid. Hæc cape. & vltricem pharetra deprome sagittam. Idem 4. Aene. -vltricésque sedent in limine Diræ. Idem 6. Aene. Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus orci Luctus, & vltrices posuere cubilia curæ.

Vlcus, vlceris, Solutio vnitatis in carne, quæ fit per erosionem: vt docet Galenus in tractatu de Differentiis morborum. ἕλκος. Ital. *Piaga nata da per se*. Gal. *Vlcere, blessure & entamure de peau*. Hispan. *Llaga que hace materia y que mase*. } Virgil. lib. 3. Georgic. Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est, Quàm siquis ferro potuit rescindere summum Vlceris os, alitur vitium, viuitque regendo. Vulnus verò est hians, paténtsque apertura corporis, ictu facta. ¶ Vlcus tangere, prouerbiali metaphora dicitur pro eo quod est mouere dolorem, & rei alicuius quæ nos magnopere vrat, mentionem facere. Terent. in Phorm. Quid minus vtile fuit, quàm hoc vlcus tangere? Cice. 1. de Natu. deor. Quicquid enim horum attigerit, vlcus est: ita malè instituta ratio eritum reperire non potest. Id est ita ab eo defendi non poterit, quin erroris vanitatisque conuincatur.

Vlcusculum, diminutiuum. ἑλκύδιον. Ital. *Picciola piaga*. Gal. *Petite vlcere*. Hispa. *Pequeña llaga*. } Plin. lib. 28. cap. 19, Lien vituli in vino decoctus, trituíque, & illitus, vlcuscula oris sanat.

Vlcero, as, pen. corr. vel, vt alij Græcam originem sequentes, malunt scribere Hulcero, vlceroſum facio, vlceribus infesto. ἑλκόω. Ital. *Impiagare*. Gal. *Vlcerer, blesser & entamer la peau*. Hispa. *Vlcerar y hazer llaga*. } Plin. lib. 28. cap. 9, Item equarum (subaudi sanguis) præterquàm virginum crodit, emarginat, vlcerat. Hora. 1. Serm. saty. 6, -nunc mihi curto Ire licet mulo, vel si libet vsque Tarentum, Monitica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos. Cice. de Fato, Nondum enim vlcerato serpentis morsu Philoctetæ, quæ causã in rerum natura continebatur, fore vt is in insula Lemno linqueretur? ¶ Hinc Exulcero, compositum, cuius figuratiſ-cationem vide suprà suo loco.

Vlceratio, verbale, ἕλκωσις, τὸ ἕλκωμα. Ital. *Impiagamento*. Gal. *Vlceration entamore, blessure*. Hisp. *Llagamento, obra de llagar*. } Senec. ad Serenum. In dolores, damna, vlcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa se frementium securus aspiciat.

Vlceroſus, sa, sum, adiectiuum, Quod est plenum vlceribus. ἑλκώδης. Ital. *Pieno di piaghe*. Gal. *Plein d'vlceres, entamures & blessures*. Hispan. *Llagado con pobre*. } Horat. 1. Carm. Ode 25. Quũ tibi flagrans amor, & libido, Quæ solet matres furiare equorũ, Saxuier circa iecur vlceroſum, Nõ sine quæsto. ¶ Transfertur & ad arbores. Plin. lib. 17 cap. 17. Ante omnia gemmantes nitere conueniet, nihil vsquam vlceroſum esse, aut retortidum. Quidam hoc nomen aspirandum putant, & melius fortasis. Nam à Græco ἕλκος. deduci videtur, quòd primum vocalem habet aspiratam.

Vlex, icis, Frutex torismarini similis, sed asperior, qui retinendi aut gratia sterni solet in fossis canalibúsve, ad laxandas montium ruinas fieri solitis. Plin. lib. 33 cap. 4.

Vligo, ginis, pen. prod. Tetra humor naturalis, ex ea nunquam recedens, inquit

inquit Seruius. Ὑγρός. Ital. *Humido naturale della terra.* Gal. *Moiſteur, naturelle humidité.* Hiſp. *Humidad cruda de la tierra.* } Virg. 1. Georg. At quæ pinguis humus, dulcique vligine læta. Silius lib. 8. Et quos peſtifera Pontini vligine campi. &c. Varro 2. de ruſt. cap. 2. Solum oportet eſſe eruderatum & procliuum, vt euerri facilè poſſit, ac fieri purum. Non enim ſolùm ea vligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam vngulas ſcabras fieri cogit.

Vliginoſus, a, um, Semper vuidus: vt Vliginoſus ager, qui ſemper eſt humidus: humidus verò qui aliquando ſiccatur. {ὑγρὸς. Ital. *Ogni coſa humida.* Gal. *Touſiours moiſte & humide.* Hiſpan. *Coſa humida aſsi.* } Plin. lib. 17. cap. 5. Terram amaram, ſiue macram ſiquis probare velit, demonſtrant eam atræ, degenerésque herbæ: frigidam autem, retortidè natæ: item vliginoſam triſtia: rubricam oculi, argillámque, operi difficillimas, quæque raſtros, ac vomeres ingentibus glebis onerent: quanquam aliquando non quod operi, hoc & fructui ſit aduerſum. Colum. lib. 2. cap. 4. Igitur vliginoſi campi proſcindi debent poſt Idus menſis Aprilis.

VLIXES, ὄλις, Apollinis cognomen apud Mileſios: quòd is ſanitatis autor putaretur. Nam ὄλειν, Ioues vſurparunt pro ὑγιαίνειν, hoc eſt rectè valere: vt annotauit Ioannes Grãmaticus. Vnde & ὀλὰς dictas putat cicatrices, quòd ſint notæ perſanatorum vulnerum. Vide Macrob. lib. 1. Satur.

Vllus, a, um. Aliquis: ab vnus, vt putatur, per diminutionem formatum. {τὶς. Ital. *Alcuno.* Gal. *Aucun, quelque, quelqu'vn.* Hiſp. *Alguno.* } Nam quum dicimus non eſſe vllum qui legibus pareat, perinde eſt acſi dicas, ne vnum quidem eſſe. Nunquam autem hoc nomine vtimur affirmatiuè. Non enim dicimus, Sunt vlli qui ſtudia amplectantur: ſicut ſunt aliqui. ¶ Sed vel negatiuè: vt Non eſt vllus qui publica commoda priuatis rationibus præferat. ¶ Vel interrogatiuè: vt Eſt'ne vllus qui legum metu ſoluros, ab iniuria temperet? ¶ Vel infinitè: vt Neſcio an vllus ſit qui non maiorem opibus quàm virtuti honorem deferat. Cice. 6. Verr. Nullum, inquam, horum reliquit: neque aliud vllum tamen, præter vnum peruetus ligneum, bonam Fortunam, vt opinor: eam iſte domi ſuæ habere nolnit. Idem 2. Offic. Iuſtitiæ tanta vis eſt, vt ne illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſtitiæ viuere. Virg. 3. Aeglo. in me mora non erit vlla. Vide Vallam, lib. 3. cap. 63.

Vlmus, vlmi, Arbor eſt propter raritatem foliorum maritandis vitibus maximè idonea. {πτελέα. Ital. *Olmo.* Gal. *Orme.* Hiſp. *Olmo arbol conocido.* Galli. *Orme.* } Colum. libr. 4. cap. 13. Quia ſi viminibus ſalicis aut vlmi ligauerit, increſcens vitis ſeipſam præcidit. Virgil. 1. Georg. -quo ſidere terram Vertere Mecœnas, vlmíſque adiungere vites Conueniat. Idem 2. Aeglog. Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo eſt.

Vlmeus, a, um, adiectiuum. Quod ex vlmo eſt. {ὁ πτελέινος. Ital. *Di olmo.* Gal. *D'orme.* Hiſp. *Coſa de olmo.* } Colum. lib. 6. cap. 3. Probatúrque maximè vlmea frons.

Vlmarium, rij. Arboſtum ex vlmis, vel vlmorum ſeminarium. {πτελεών. Ital. *Luogo piantato d'olmi.* Gal. *Vne ormaye, vn lieu complanté d'ormes.* Hiſ. *Olmedo.* } Plin. lib. 17. cap. 11. Differendæ ex'areatũ venis poſt annum in vlmaria, internallo pedali in vnamquanque partem. Vlmaria quo pacto confici debeant, docet Colum. lib. 5. cap. 4.

Vlmitriba, pen. prod. Vox eſt Plautina ex Græco & Latino compoſita: ſignificátque eum qui aſſiduè vlmeis virgis cæditur. μαστιγίας. Vtitur hac voce Plautus in Perſa.

Vlna, æ. Idem quod brachium. {ὠλένη. Ital. *Braccio, gomito.* Gal. *Bras, la longueur de deux bras eſtendus.* Hiſpa. *Braçada.* } Catul. Epigr. 17. Nec ſapit pueri inſtar Bimuli tremula patris dormientis in vlna. ¶ Eſt item menſuræ nomen, tantam habentis longitudinem, quantum complectuntur duo brachia vtrinq; extenſa. {Ital. *Lunghezza di due braccia.* Gal. *Aulne, longueur de deux bras eſtendus.* Hiſpan. *Medida de dos braços.* } Virg. 3. Aegl. Die quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) Treis pateat cœli ſpatium non amplius vlnas. Vbi Seruius, Vlna proprie eſt ſpatium, in quantum vtraque extenditur manus: licet Suetonius vnum cubitum tantum eſſe velit.

Vlochyton, ὀλόχυτον, Far ſale conſperſum, quo hoſtiæ perfundebantur: ita dictum ab eo quod Iones ὀλὰς dicunt ἀντὶ τῆς ὀλῆς, hoc eſt pro hordeo ſiue farre, & χέω fundo.

Vlophonum, pen. cor. ὀλόφωνον, Chamæleontis ſpecies, quam plerique Iriam vocant, quòd quibuſdam in locis viſcum gignat ſub alis foliorum, maximè ſub Canis exortum, quo mulieres in Creta pro maſtiche vtuntur. Vlophonum autem dictum eſt quaſi ὅλον φονεύων, hoc eſt totum exitiale. Ferunt enim à iuuencis guſtatum veluti angina quadam eas interficere.

VLPIANVS, Iureconſultus, patria Tyrius, Adriani temporibus floruit, cuius ſcriniis præfuit. Hic quum Gallias adminiſtraret, ſeditione oborta interfectus eſt.

Vlpicum, pen. cor. Genus alij grandius, præcipuè Africæ celebratum inter pulmentaria rutis: vnde & Puniceum alium à quibuſdam appellatur. αὐτοποδόν, ἀφροκέφαλον. Colum. lib. 11. cap. 3. Vlpicum vocant allium Puniceum: Græci autem ἀφροκέφαλα appellant: longè maioris incrementi quàm allium. Plaut. in Pœn. Tu autem plenior allij vlpici, quàm Romani remiges.

Vls, Antiquis in vſu fuit pro vltra, vt annotauit Feſtus ex Catone. νέρα. Eadem enim forma ab Vls deducitur Vltra, quemadmodum à Cis deriuatum eſt Citra.

Vlterior, vlterius, vide VLTRA.

Vltio, vide VLCISCOR.

Vltra, Præpoſitio eſt, quum accuſatiuo deſeruit, ſignificátque præter, & trans: & nonniſi ſeparata inuenitur. {πέρα, τὸ πέραν. Ital. *Oltre, altra.* Gal. *Oultre, pardela.* Hiſpan. *Allende.* } Salluſt. in Lug. Mauríque vagum genus, vt alij Aphricæ, contendebant Antipodas vltra Aethiopiam cultu Perſarum & iuſtos, & egregios agere. ¶ Aduerbium eſt, quum ſine caſu ponitur, idem ſignificans quod præterea. Cice. de Vniuer. Si probabilia dicentur, nil vltrà requiratis. ¶ Ponitur aliquando pro amplius. Liu. 4. belli Mac. Tanta vi ſe in hoſtem intulerunt, vt ſuſtineri vltrà non poſſent. ¶ Hinc deducuntur Vlterior, & Vltimus. Cic. ad Att. lib. 8. Illo Galliæ vlterioris a finitore. ¶ Fit autem Vltra ab Vls, quo veteres vtebantur ſicut Citra à Cis. Autor Gellius lib. 12. cap. 14. ¶ Vltra famam, id eſt ſupra opinionem, vel plus quàm homines opinentur: παρὰ δόξαν. ſicut intra famam eſſe dicitur, quod famæ magnitudini non reſpondet. Quintil. Hortenſij ſcripta tamen intra famam ſunt.

Vlterior, ab vltra comparatiuus. {πρόσω. Ital. *Più oltre, più auanti.* Gal. *Plus oultre, ou plus auant.* Hiſpan. *Coſa mas allende.* } Terent. Phorm. Sed eccum ipſum: quis eſt vlterior? Cic. de Prouin conſular. Quorum aliter vlteriorem Galliam decernit cum Syria, aliter citeriorem. vlterior ripa, quæ trans flumen eſt. Liu. lib. 2. Dec. 5. Vlteriora mirati, præſentia ſequi. Taci. lib. 20. Loqui vlteriora. Ouid. 5. Faſt.

Vlterius, Aduerb. περαιτέρω, πρόσωτέρω, ἐπέκεινα. Ital. *Più oltre, più auanti.* Ital. *Plus oultre, plus auant.* Hiſpan. *Mas allende.* } Ouid. 2. Metamor. Inde abit vlterius, mediiſque per æquora ponti fert prædam. Senec. epiſt. 103. Et vlterius ſi licuiſſet, iuuabit de immortalitate animorum quærere, imò credere.

Vltimus, a, um, pen. corr. ab Vltra, Idem eſt quod poſtremus. {ἔσχατος, τελευταῖος. Ital. *Vltimo.* Gal. *Le dernier.* Hiſp. *Poſtrero ò poſtrimero.* } Cice. de Natu. deo. Luna, quæ omnium vltima eſt. Ouid. 3. Metam. -ſed ſcilicet vltima ſemper Expectanda dies homini eſt, dicique beatus Ante obitum nemo, ſupremáque funera debet. Horat. 1. Epiſtol. 16. Mors vltima linea rerum eſt. Liu. 4. ab Vrbe, Neceſſitate, quæ vltimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis. ¶ Aliquando etiam accipitur pro primo. Virgil. lib. 8. Aeneid. de Saturno, primo Latini regis progenitore. Tu ſanguinis vltimus autor. Dictus Vltimus, quòd vltra omnia ſit, ſiue antè reſpicias, ſiue retrò. Cice. 1. de Fin. Quod quàm magnum ſit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam multis, támque variis ab vltima antiquitate reperitis, tria vix amicorum paria inueniuntur.

Vltimùm, aduerbium, Id eſt poſtremùm. {ἔσχατον. Italicè, & Hiſpanicè, *Vltimamente.* Gal. *Pour la derniere fois, à la parfin, à la fin.* } Liuius 1. ab Vrbe, Nunc errabundi domos ſuas, vltimùm illas viſuri, peruagantur. Curtius lib. 5. Darius Artabazum, vltimùm illum viſurus, amplectitur.

Vltimò, aliud aduerbium. Eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. Suet. in Ner. cap. 32. Vltimò templis compluribus dona detraxit, ſimulachráque ex auro vel argento fabricata conflauit.

Vltro, Vltrà, ſiue inſuper. {ἔτι. Ital. *Oltra, ancora.* Gal. *Plus oultre, pardela.* Hiſpan. *Allende.* } Virgil. 2. Aeneid. His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus vltro. Vbi Seruius, Vltrò, non ſponte: nam iam rogauerat, ſed inſuper: quia plus quàm rogauerat Sinon, ei præſtitit Priamus. Vſitatius tamen accipitur pro ſponte, hoc eſt nemine rogante, aut cogente. {αὐτοπροαιρέτως. Ital. *Di volontà, ſpontaneamente, ſenza eſſer richieſto.* Gal. *Volontairement, ſans en eſtre requis.* Hiſpan. *De buena gana, ſin ſer requerido.* } Plautus in Epid. Continuò te orabit vltrò, vt illam tranſmittas ſibi. Terentius in Adelp. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant ſibi fieri iniuriam vltrò, ſi quam ſecere ipſi expoſtulant, Et vltrò accuſant. Hoc eſt ipſi priores accuſant, non expectata querela eorum, qui iniuria ſunt affecti.

Vltrò, citróque, Id eſt huc illuc, ſurſum deorſum. {ἀνω κάτω. Ital. *Di quà & di là.* Gal. *Deça & dela, d'vn coſté & d'autre.* Hiſpa. *Aquende y allende, de todas partes.* } Cic. 6. Verr. Qui vltrò citróque nauigant. Idem pro Sexto Roſc. Poſtea homines curſare vltrò & citro non deſiterunt. ¶ Accipitur aliquando pro hinc ide, vicissim, ſiue ab vtraque parte. ἀμφοτεροθεν. Cice. in Som. Scip. Multíſque verbis vltrò citróque habitis, ille nobis conſumptus eſt dies.

Vlua, æ, Herbæ paluſtris genus eſt. Virg. 2. Aenid. Limoſóque lacu per noctem obſcurus in vlua Delituit.

VLVBRAE, arum, Ignobilis Italiæ vicus iuxta Velitras, nulla alia re quàm quòd in ipſo educatus fuerit Auguſtus, memorabilis: vt annotauit Porphyrio in illud Horat. lib. 1. Epiſtol. -quod petis, hìc eſt, Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.

Vlulo, as, pen. corr. Flebilem & mœſtum ſonum edo, more luporum. {ὀλολύζω. Ital. *Vlulare, vrlare.* Gal. *Heurler.* Hiſpan. *Aullar los lobos ò mugeres.* } Virgil. 1. Georg. Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes. Idem 4. Aene. Summóque vlularunt vertice Nymphæ.

Vlulatus, us. Clarus, & inconditus clamor. {ὀλολυγμός. Ital. *Vrlamento.* Gal. *Heurlement.* Hiſp. *Aullido.* } Cæſ. 5. bel. Gall. Tum verò ſuo more victoriam conclamant, atque vlulatum tollunt.

Vlula, penult. corr. Auis nocturna, ex genere noctuarum. {νυκτικόραξ. Ital. *Alocco.* Gal. *Chouecha.* Hiſpa. *Autillo aue conocida.* } ita dicta, teſte Seruio, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζω, quod eſt vlulare, & fiere. Virgil. 8. Aeglog. Certent & cygnis vlulæ.

VLYSSES, Ὀδυσσεύς, Fuit filius Laërtæ, (à quo & Laërtius cognominatus eſt) rex Ithacæ & Dulichij inſularum, à quibus modò Ithacus, modò Dulichius appellatur. Fingitur ab Homero vir multa prædirus facundia, nec minoro experientia, vafer conſilio, egregius bello, laborum patientiſsimus. Vxorem habuit Penelopen Icarij filiam, ex qua Telemachum filium ſuſcepit: eámque tantopere adamauit, vt reliquis Græcorum principibus ad bellum Troianum proficiſcentibus, ipſe inſaniam ſimulauerit: futurum ſperans vt tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Iunctis itaque duobus diuerſi generis animalibus, iuxta proſcindebat, & frugum loco ſalem ſerebat. Palamedem tamen vitum prudentiſsimum latêre non potuit: qui vt technam illius detegeret, aranti illi Telemachum filium in ſuleo obiecit: quod Vlyſſes conſpicatus, ne filium læderet, aratrum ſubleuauit. Quo argumento facile deprehenſum eſt, non veram illam, ſed ſimulatam eſſe inſaniam. Pertractus itaque ad Troiam, ſtrenuam vtiliſsimámque eo in bello Græcis operam nauauit. Nam & Achillem inter Lycomedis regis filias virginali habitu latitantem, ad bellum perduxit: & fagi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas Herculis à Philoctete imperratas, ad Troiam pertulit: Cinerem quoque Laomedontis, qui super Scæa porta Ilij seruabatur, clam sustulit: Palladium quoque vnà cum Diomede ex Troia, cæsis custodibus, rapuit. Missus deinde explorator cum eodem Diomede, Rhœso Thraciæ rege occiso, equos eius abduxit, priusquam Xanthi aquam degustassent. Erant autem hæc omnia in Troianorum fatis: sine quibus Troia expugnari non poterat. Cum Palemede frumentationis causa grauissimas inimicitias exercuit: eúmque tandem per calumniam circunuentum, lapidibus obruendum curauit. Occiso Achille in armorum illius iudicio Aiaci prælatus est. Capta autem Troia Orsilochum Idomenei Cretensis regis filium, obstantem ne legitima pars prædæ sibi decideretur, exorta rixa interemit. Denique Polyxena ad Achillis tumulum iugulata, atque Astyanacte Hectoris filio è turri præcipitato, quum nauim conscendisset, tanquam in patriam rediturus, graui exorta tempestate, primùm in Ciconum littus appulsus est. Atque inde rursus soluens, simili tempestate eiectus in Africam, ad Lotophagorum gentem peruenit. Vbi quum socij lotum gustassent, ægrè inde potuerunt reuelli. Inde rursus vela faciens, in Siciliam delatus est: vbi Polyphemi antrum cum duodecim sociis intrauit, ex quibus quum Cyclops sex deuorasset, cruto illi oculo præusto stipite, pellibus arietum inuolutus, cum superstitibus antrum euasit. Hinc in Aeoliam nauigans, ab Aeolo ventos in vtrem coactos obtinuit. Et quum iam Ithacæ proximus esset, soluto vtre à sociis thesaurum credentibus, reflante vento denuò in Aeoliam expulsus est: sed ab Aeolo abactus, deuenit ad Læstrygonas quos ob immanitatem fugiens, ad Circen peruenit: quæ quum explotatores eius in beluas mutasset, ipse sumpto à Mercurio pharmaco accessit impauidus, & stricto gladio eam coëgit vt socios suos pristinæ formæ restitueret: quod quum feciſſet, eius postea consuetudine vsus per totum annum, suscepit ex ea Telegonum filium: Hesiodus verò Agrium & Latinum ex Circe genuisse dicit. Aegrè deinde ab ea dimissus, ad Oceanum peruenit, vbi peractis sacris, ad inferos descendit, ibique ex Anticlea matre, Elpenore, & Tiresia vate de multis certior factus, reuertitur ad Circen: & Elpenorem socium, qui nuper inebriatus de scalis deciderat, honorifica prosequitur sepultura. Posthæc ad insulam Sirenum delatus est, quarum cantus ne audirent, sociis aures cera obturauit: se autem ad malum alligari fecit, eáque ratione illarum insidias tutus euasit. Inde Scyllam transiens & Charybdim, non sine maximo periculo in Siciliam venit, ad ea loca vbi Phaëtusa Solis filia cum duabus sororibus greges patris pascebat, iusſitque nequis eos violaret: sed ipso dormiente socij fame coacti, suadente etiam Eurylocho plura ex gregibus animalia mactauerunt: quod scelus postea naufragio luerunt, adeò vt ne vnus quidem sit seruatus, præter vnum Vlyssem, qui arrepto nauis malo nouem diebus à vento & vndis hinc illinc agitatus, tandem ad Ogygiam insulam appulsus à Calypso nympha susceptus est: septémque annis eius consuetudine vsus, Nausithoum & Nausinoum filios, vt Hesiodo placet, ex ea genuit. Posthæc misertus eius Iupiter, Mercurio in Ogygiam misso, imperat deæ vt Vlyssem missum faciat. Confecta itaque rate, Vlysses rursus mari se committit. Verum quum iam Phæacia in conspectu esset, subitò immissa à Neptuno tempestate, nauim fregit: actúmque de eo omnino fuisset, nisi eius miserta Leucothoë, tabulam ei suppeditasset, cui ille innitens, incolumis in Phæacensium portum adnauit: ibidémque quòd nudus esset, inter frondes sese occultauit. Verùm non multo post à Nausicaa filia Alcinoï repertus, vestes accepit. Deinde Palladis opera ad Areten Alcinoï coniugem deductus, dona, naues & socios accepit, qui eum in Ithacam reduxere, in qua dormientem cum donis deposuere. Excitatus autem à Pallade, ipsius monitu habitum mendici accepit, & hoc modo ad suos subuculos peruenit: apud quos Telemachum quoque vidit. Demum ab Eumæo porcario incognitus domum ducitur, vbi post multas iniurias sibi à procis illatas, tandem ab Euryclea nutrice agnitus, arma ex composito cum filio & duobus subulcis, quibus se indicauit, aduersus procos sumens, eos ad vnum omnes trucidauit, atque sic Penelopen recepit. Porrò quum ex oraculo didicisset, se à filio interemptum iri, in locis abditis viuere decreuit. Telegonus autem filius ex Circe susceptus, patrem suum videre cupiens, Ithacam profectus est, vbi quum incognitus à domo patris prohiberetur, orta contentione, patrem incognitum spina venenosa trigonis piscis transfixit. Declinatur & Vlysseus, Vlyssei, vel Vlysi, per secundam inflexionem. Virgil. 5. Aeneid. Et terram altricem sæui execramur Vlysi.

VLYSSIPPO, onis, Vel (vt alij scribunt) Olyssipo, Lusitaniæ metropolis est, quæ à Strabone *Nerea* appellatur: vulgò *Lisbona*.

V ante M.

Vmbella, vide VMBRA.

VMBER, vide VMBRIA.

Vmbilicus, ci, pen. prod. Quicquid in aliqua re est medium. {ὀμφαλός. Ital. *Ombilico, bellico.* Gal. *Le nombril, le milieu de quelque chose.* Hispan. *Ombligo.*} Vnde Cic. 6. Verr. Ennam ciuitatem Siciliæ, vocat eius insulæ vmbilicum. Raptam (inquit) Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore arbitrantur: qui locus quòd in media insula est situs, Siciliæ vmbilicus nominatur. Sic etiã Plinius Vmbilicum Italiæ circo lacum Reatinum dixit, quòd ibi mediũ Italiæ sit. ¶ Item Vmbilicus dicitur ligamentum intestinorũ, quod mediam ferè vẽtris planitiem obtinet: ad hoc factum, vt per eum fœtus, dum est in vtero matris, nutriatur. Plin. libr. 10. cap. 52. Vmbilicus cuis à cacumine ineſt, ceu gutta eminens in putamine. ¶ Vnde Vmbilisecæ, obstetrices vmbilicos infantium desecantes. ὀμφαλοτόμοι. ¶ Ab huius quoque similitudine paruus circulus in terra descriptus, ad cognoscendos ventos, Vmbilicus dicitur. Plin. lib. 18. cap. 33. Per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum, vel cinere lineam, mediámque circũscribi circulo paruo, qui vocatur vmbilicus. ¶ Item parui, ac rotundi, politique lapilli, eadem ratione Vmbilici dicuntur. Cic. 1. de Orat. Non audeo dicere de talibus viris, sed tamen ita narrare solet Scæuola, conchas eos, & vmbilicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere consueuisse. ¶ Sunt præterea Vmbilici, ornamenta, & veluti clauiculi quidam, quibus libri ornantur. Mart. lib. 2. Quid prodest mihi tam macer libellus, Nullo crassior vt sit vmbilico? Vmbilici (inquit Porphyrio) ornamenta ossea erant, aut lignea, corneáve, vmbilici nostri formam imitantia, quæ voluminibus iam absolutis addebantur. ¶ Hinc natum est vulgatum prouerbium, Ad vmbilicum perducere, pro eo quod est absoluere, ad finem perducere, extremam manũ imponere. Hæc Porphyrio in illud Horat. in Epod. Deus, deus nam me vetat Inceptos, olim promissum carmen, Iambos ad vmbilicum ducere. In quem sensum & Martialis finem quarti libri clausit, inquiens, Ohe iam satis est, ohe libelle, Iam peruenimus vsque ad vmbilicum: Tu procedere adhuc, & ire quæris, &c. ¶ Dicitur præterea Vmbilicus in anulo, vel monili, ea pars quam alio nomine Palam vocamus, cui scilicet gemma, vel margarita illigatur. Plinius de margaritis loquens, Et alios conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, vmbilicis ſtarim ex auro capita comprehendentibus. ¶ Vmbilicus Veneris, herba est in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam tornato, breui in medio cauliculo, in quo semen ineſt, radice oliuæ modo rotunda. κοτυληδών. Est alterum eiusdem genus, cymbalion aliqui vocant, pinguibus foliis, latioribus, ligularum modo densis, circa radicem medium oculi ambitum describentibus, vt in maiore Sempreuiuo, astringentis gustus, cauliculo tenui, in quo flores & semina hyperici, radice maiuscula.

Vmbilicatim, Significat per vmbilicos. κατ' ὀμφαλούς.

Vmbilicatus, a, um, adiectiuum, Quod vmbilicos habet, vel quod ad vmbilici similitudinem factum est. {ὀμφαλόεις. Ital. *Fatto à foggia di ombilico.* Gal. *Fait en la façon de nombril.* Hispan. *Hecho á manera de ombligo.*} Plinius lib. 13. cap. 4, Et in aluo media fissura plerisque vmbilicatum.

Vmbo, onis, Media pars clypei eminentior: licet quandoque pro toto clypeo ponatur. {ἴτυς, ὀμφαλός. Ital. *La brocca, o el mezzo dello scudo.* Gal. *La bosse & le milieu d'vn boutlier.* Hispa. *La copa de la tarja ò del broquel.*} Liu. 5. ab Vrbe, Gallum vmbone ictum deturbat. Statius, Iam clypeus clypeis, vmbone repellitur vmbo. ¶ Est etiam Vmbo in monili, aut anulo, ea pars cui inseritur gemma, quam & palam & vmbilicum vocari diximus. Plin. lib. 37. cap. 6, Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in recessu gemmæ, aut in delectu renitente, sed in ipsis vmbonibus nitente, præterea substrato nigerrimi coloris.

Vmbra, æ, Aër carens sole, quod fit alicuius corporis obiectu, præsertim nubium. {σκιά, εἰκών. Ital. *Ombra.* Gal. *Ombre.* Hisp. *sombra.*} Virgil. 1. Aegloga, -tu Tityre lentus in vmbra Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Quidam ἀπὸ τοῦ ὄμβρος, quod est imber, Vmbram appellatam existimant, quòd omnes vmbræ humidæ sint. ¶ Vmbræ etiam dicuntur, quas faciunt pictores, vt imagines quæ planæ sunt, solidæ videantur. Cic. 4. Acade. Quàm multa vident pictores in vmbris, & eminentia, quæ nos non videmus? ¶ Vmbræ etiam dicuntur mortuorum animæ. Virgil. 6. Aene. Vmbrarum hic locus, & somni, noctisque soporæ, Corpora viua nefas Stygia vectare carina. Ibidem, Imas Erebi descendit ad vmbras. ¶ Vmbra item olim dicebatur, qui veniret ad conuiuium nõ vocatus, sed illius qui vocatus fuerat, comes: nam sic vocatum sequitur, veluti vmbra corpus. Horat. li. 1. Epist. -ad summam, locus est & pluribus vmbris, Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. ¶ Velut vmbra sequi dicitur, qui nunquam deest: nam vmbra corpus affectatur, velis nolis. Plaut. in Cas. Decretum est mihi quasi vmbra quoquò ibis tute, persequi. ¶ Suam ipsius metuere vmbram, prouerbiali hyperbole dicitur, qui pueriliter trepidare, etiam quum nulla subsit causa timoris. Vide Chiliades Eras. ¶ Vmbra veritatis, est species quædam veritatis, & quod verisimile dicitur. Vmbram luxuriæ, dixit Cic. pro Mur. pro luxuriæ tenuissimo signo, siue vestigio.

Vmbella, læ, diminutiuum. {σκιάδιον. Ital. *Piccióla ombra.* Gal. *Ombrette, petite ombre.* Hispa. *Pequeña sombra.*} ¶ Est & Vmbella instrumentum, quo mulieres solem à facie arcent. Iuu. Saty. 9, Et cui tu vitidem vmbellam, cui succina mittas Grandia. ¶ Vmbella præterea dicitur in fœniculo, anisо, sambuco, & similibus plantis, floris vel seminis pedamentum in plures diuisum longiores pediculos, hemisphærij, quandam imaginem situs rotunditate referentes, & in orbem se colligentes.

Vmbro, as, Tegendo vmbram facio. {σκιάζω. Ital. *Adombrare, ombreggiare far ombra.* Gal. *Ombrager, faire ombre.* Hisp. *Hazer sombre, cubrir con sombra.*} Plin. lib. 19. cap. 1, Marcellus velis forum vmbrauit. Virgil. 3. Aeneid. Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci. Columel. lib. 5. cap. 7, Tum omnes penè virgæ, ne vmbrent, eo tempore quo vitis putatur, abraduntur. ¶ Huius composita magis sunt in vsu, scilicet Adumbro, inumbro, obumbro, præumbro: quorum significata vide suis locis.

Vmbraticus, a, um, Quod est ex vmbra, seu ad similitudinem vmbræ. {σκιάδης. Ital. *Adumbrado.* Gal. *Ombrageux, d'ombre.* Hispa. *sombrio.*} August. lib. 2. Confes. Non saltem vt est quædam defectura species & vmbratica, vitiis fallentibus. ¶ Vmbraticus homo, dictus est à Plauto in Curcul. trapezita, qui in vmbra sub tecto vitam agit otiosam. ἀργός. ¶ Artes quoque & negotia vmbratica nominantur, in quibus per desidiam in vmbra claudicscimus. Plin. Epist. 179, Nos quàm angustis terminis claudamur, etiam tacente me perspicis: nisi forte volumus scholasticas tibi atque (vt ita dicam) vmbraticas literas mittere.

Vmbratilis, vmbratile, penul. corr. adiectiuum: vt Vita vmbratilis, quæ vmbra, atque opaco marcescit, seu in vmbra & otio domestico degitur. {σκιερός. Ital. *Fatto all'ombra.* Gal. *Fait à l'ombre.* Hispan. *Hecho à la sombra.*} Cic. 2. Tusc. Sic ad malam domesticam disciplinam, vitámq; vmbratilem & delicatam quum accesserunt, etiam Poëtæ nerues

omnis

omnis virtutis eliduntur. Studiosi vitam vmbratilem colunt, quos libri docent in vmbra & otio, vt inquit Cicer. pro Corn. Balbo. ¶ Res etiam vmbratiles dicuntur, quæ fiunt per inuolucra, & inanitatem, qualis vmbra est. Vmbratilem exercitationem dicit Cic. de Oratore, quæ in loco operto, atque adeo in otio fit.

Vmbraculum, li, Tabernaculum, velúmve vmbræ causa erectum. {σκιάδιον. Ital. *Frascata, embramento come di rame à foglie.* Gal. *Ombrage, ramée, fueillée.* Hispan. *Sombrajo, que haze sombra.*} Varro lib. 1. de Re rust. cap. 51. Prope aream faciunt vmbraculum quò secedant homines in æstu tempore meridiano. Valer. Maxim. lib. 2. Qu. Catulus primus spectantium concessum velorum vmbraculis texit. ¶ Ponitur & vmbraculum pro vmbella mulieris qua tegitur eius facies, ad Solis calorem arcendum. σκιάδιον. Ouid. in Fast. Aurea pellebant tepidos vmbracula soles.

Vmbrifer, ra, rum, adiectiuum, Ferens vmbram. {σκιάφορος. Ital. *Che porta ombra.* Gal. *Qui porte ombre.* Hispa. *Cosa que trae sombra.*} Varro 2. de Re rust. cap. 2, Circiter meridianos æstus dum deferuescunt, sub vmbriferas rupes, & arbores patulas subiiciunt. Virgil. 6. Aene. -atque inimica refugit In nemus vmbriferum.

Vmbrosus, adiectiuum, Opacus. {ἰσχνόσκιος, σκιάδης. Ital. *Ombroso, oscuro.* Gal. *Ombrageux.* Hispan. *Sombrio.*} Virgil. 8. Aeneid. Et crines vmbrosa tegebat arundo. Cicer. ad Qu. Fratr. lib. 3. Ego locum æstate vmbrosiorem vidi nunquam. Plin. lib. 16. cap. 26. Fico folium maximum, vmbrosissimúmque. Ouid. 7. Met. Quas nemus vmbrosum, secretáque sylua tegebat.

VMBRIA, ὀμβρία, Vulgò *Ducato di Spoleto*, Regio Italiæ inter Apenninum & mare Adriaticum, ita dicta ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, hoc est ab imbre: quòd Vmbri omnium Italiæ populorum antiquissimi, inundationi terrarum, imbribúsq; superfuisse credantur: vt refert Plin. lib. 3. cap. 14. Vel dicta est Vmbria ab vmbra, quòd ea regio propter altitudinem montium, & vicinitatem Apennini, vmbrosa sit. Luca. lib. 2, Iúsq; sui pulso iam perdidit Vmbria Thermo. Olim trecenta oppida habuisse fertur, quæ postea Hetrusci deleuerunt. Hodie sunt reliqua Sontinũ, Fanum, Fortunæ, Spoletum, à quo nunc ea regio ducatus. Spoletinus dicitur, Nursia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Assisia, Tudertum, & Narnia.

Vmber, a, um, possessiuum. ὀμβρικός. Catullus, Aut parcus Vmber, aut obesus Hetruscus.

VMBRO, ὄμβρων, Fluuius Vmbriæ nauigiorum capax, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

V ante N.

Vnà, posteriore acuta. Simul, pariter. {ἅμα. Ital. *Insieme, in compagnia.* Gal. *Ensemble, auec.* Hisp. *juntamente, concordemente, de compañia.*} Cicer. ad Attic. Si in Italia Pompeius consistit, erimus vnà. Idem 1. Verrina, Vnà & id quod facio probabit, & in hac causa profectò neminem mihi esse præponendum actorem putabit.

Vnanimis, & hoc vnanime, & Vnanimus, a, um, Qui vnius animi est, & vnius sententiæ cum altero. {ὁμόψυχος. Ital. *D'vn'animo, de l'istesso animo.* Gal. *D'vn mesme cœur & courage, d'vn mesme vouloir.* Hisp. *Concorde, de vn coraçon, de vna voluntad.*} Virg. 4. Aeneid. Quam sic vnanimem alloquitur malè sana sororem Liuius 7. ab Vrbe, Cõsules funebré quoq; ré quæ distinere vnanimos videbatur, leuare aggressi, &c.

Vnanimitas, atis, Concordia consensus, æquanimitas. {ὁμοψυχία. Ital. *Vna medesima volontà.* Gal. *Vn mesme vouloir.* Hisp. *Concordia ò vniformidad.*} Plaut. in True. Non amantis mulieris, sed sociæ vnanimitati fidentis fuit. Liui. 10. bell. Macedo. Mihi, Antiocho, & cuilibet regum huius ætatis nulla re magis quàm fraterna vnanimitate regnum æquasse videtur.

Vncia, æ, {οὐγκία. Ital. *Onza.* Gal. *Once.* Hisp. *Onça, duodecima parte de lo entero.*} Dicta est quòd vna sit ex duodecim partibus assis. Plaut. in Menæch. Atque huic vt addas auri pondo vnciam. Vnciæ partes sunt Semuncia, continens drachmas quatuor: Duella, pendens duas sextulas, hoc est tertiam partem vnciæ. Sicilius, quod & Didrachmum dicitur, pondus est duarum drachmarum, hoc est quarta pars vnciæ. Sextula, sexta pars vnciæ. Deinde sequitur Drachma, quę octies sumpta explet vnciam. Quòd si ad minora ponduscula libeat descendere, cõtinent singulæ vnciæ vnciámque in minimas particulas dissecare, scrupula XXIIII, obolos XLVIII, semibolos XCVI, siliquas, siue ceratia CXLIIII. Quotiès autem de mensuris sermo est, Vncia mẽsuralis accipitur pro duodecima parte Romani sextarij: medici frequentius Cyathum vocant. ¶ Hinc deducũtur composita Quincunx, pondus, vel mensura quinque vnciarum: & Septunx, septem vnciarũ. ¶ Vncia in mensuris Geometricis dicitur duodecima pars pedis: alio nomine Pollex. Frontinus de Aquæductibus, Est autem Digitus, vt conuenit, decimasexta pars pedis. Vncia duodecima.

Vnciola, æ, pen. cor. diminutiuum ab Vncia. {οὐγκιάδιον. Ital. *Picciola onza.* Gal. *Petite once.* Hispa. *Pequeña onça.*} Iuu. Saty. 1, Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem, Partes quisque suas ad mensuram inguinis hæres Accipiat.

Vncialis, vnciale, Quod est vnius vncis. {οὐγκιαῖος. Ital. *che pesa vn'onza.* Gal. *D'vne once, de la grandeur ou valeur d'vne once.* Hispan. *Cosa de vna onça.*} vt, Vncialis as, qui vnciam tantum valebat. Plin. lib. 33. cap. 3. Qu. Fabio dictatore asses vnciales facti. ¶ Vncialis herba, quæ est pollicaris altitudinis. Duodecim enim pollices conficiunt pedem. Idem lib. 13. cap. 16. de Medica herba loquens, Ideo protinus altitudine vnciali herbis omnibus liberanda est. ¶ Vnciales literæ, pollicis crassitudine exaratæ, inquit Budæus.

Vnciarius, a, um, adiectiuũ, ab Vncia deriuatur. {οὐγκιαῖος. Ital. *Di onza.* Gal. *D'once.* Hisp. *Cosa de onça.*} vt, Lex vnciaria, apud Festum: & Fœnus vnciarium, quod erat leuissimum quoddam vsuræ genus, quum scilicet ex sorte centum aureorum, quotannis redit aureus vnus. Dictum Vnciarium fœnus, quòd duodecima tantùm pars sit vsuræ centesimæ, siue quòd singulis mensibus vnciam, hoc est duodecimam partem aurei vnius pateret. Nam sicut ex vsura centesima quotannis ex centum aureorum sorte aurei duodecim redibant, hoc est in singulos menses aureus vnus: & ex semissibus vsuris in singulos annos aurei sex, & ex trientalibus aurei quatuor: ita etiam seruata proportione conuenit vt vnciaria vsura ex centum aureorum sorte quotannis aureũ vnum pariat, vel (quod in idem recidit) vnciã, hoc est duodecimam partem aurei in singulos mẽses. Liu. 7. ab Vrbe. Nam etsi vnciario fœnore facto leuata vsura erat, sorte ipsa obruebantur inopes. Rursus Semunciarium fœnus, dimidio leuius est vnciario, quod ex centum assibus quotannis semissem pariebat, vel in menses singulos semunciam. ἡμιουγκιαῖον τόκον. Huius fœnoris ibidem meminit Liuius, Semunciarium (inquit) tantùm ex vnciario factum fœnus, & in pensiones æquas triennij. ¶ Vnciaria stirps, Romæ erat moneta omnium minima, duodecimam tantùm assis partem valens. Plin. lib. 34. cap. 5, Item P. Minutio præfecto annonæ extra portam Trigeminam vnciaria stipe collata. ¶ Vnciariæ vites dicebantur, quæ ita dispositæ essent, vt inter quamlibet vitem vncia vnius iugeri relicta, intervallia omnia paria fierent. Colum. lib. 3. cap. 2, Nec solùm quæ incunditate saporis, verumetiam quæ specie commendari possint, censeri debent vt stephanitæ, vt tripedaneæ, vt vnciariæ, vt cydonitæ.

Vnciatim, aduerbium, Per singulas vncias. {κατ' οὐγκίας. Ital. *A onza à onza.* Gal. *Once à once, par oncet.* Hispan. *De onça en onça.*} Terentius Phorm. -quod ille vnciatim vix de demenso, Suum defraudans genium, comparsit miser, &c. Plin. lib. 28. cap. 9, Datur & phthisicis vnciatim cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciæ è toto resident.

Vncinus, ui, pen. prod. ἄγκιστρον. Græca dictio est, idem significans quod vncus, vel curuus.

Vncinatus, a, um, adiectiuũ, Vncinis hamatus. {ἀγκιστροειδὴς, ἀγκιστρώδης. Ital. *che ha rampini, vncino.* Gal. *Qui a croc ou crochet.* Hispan. *cosa con muchos garfios.*} Cicer. 4. Acad. Nec ille qui asperis & læuibus, & hamatis, vncinatisque corpusculis concreta hæc esse dicat interiecto inani.

Vnctus, vide VNGO.

Vncus, ci, Baculus oblongus, ab altero latere ferramentum habens incuruum, ac in sese retortum: quod genus in vsu erat Romanis ad pertrahendos damnatos ad scalas Gemonias. {ἄγκιστρον. Ital. *Rampino, vncino.* Gal. *Vn croc ou crochet, vn hauet.* Hispan. *El garfio, escarpia, ò cocle.*} Iuue. Saty. 10, Impacto Seianus ducitur vnco. Dictus Vncus, ἀπὸ τοῦ ἰγκύω, quod est extuberare, vel intumescere, quòd hoc instrumentum ab ea parte qua incuruatur, intumescere ac extuberare videatur. Cicer. 1. Phil. Vncus impactus est fugitiuo illi, qui in C. Marij nomen inuaserat. Liu. 10. belli Puni. Postremò asseres ferreo vnco præfixi (harpagines vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti. Colum. lib. 3. cap. 18, Et velut vncus infixus solo, antequam extrahatur, prærumpitur.

Vncus, a, um, Incuruus, aduncus. {ἄγκιστρος, γαμψός. Ital. *Piegato, torto.* Gal. *Crochu.* Hispan. *Corvo.*} Columel lib. 7. cap. 11, Atque vncis digitis alterum quoque testiculum educito. Virgil. 1. Georg. Adsis ò Tegeæe fauens, oleæque Minerua Inuentrix, vncique puer monstrator aratri. Ouid. 15. Metamor. -de parte sepulta Scorpius exibuit, caudáque minabitur vnca. Idem 1. de Ponto, eleg. 7. Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo, Omnibus vnca cibis æra subesse putat. ¶ Huius composita sunt Aduncus, & Reduncus, quorum significata vide suis locis.

Vnda, æ. Fluctus, siue globus aquæ in vnum collectus: quales in mari ventis exagitato maximè solent excitari. {κῦμα. Italicè & Hispanicè, *Onda.* Gal. *Onde, vague, flot.*} Dicta Vnda (vt quidam volunt) quòd sit vna, & in se coacta. Virgil. 1. Aeneid. Frangontur remi, tum prora auertit, & vndis Dat latus, &c. Ouid. 8. Metam. -succede meis, ait, inclyte tectis Cecropide, nec te committere rapacibus vndis. ¶ Aliquando ponitur pro aqua, vt pars pro toto. Ouid. 1. Metam. Et terris abscidit vndas. ¶ Aliquando pro hominum multitudine. Virg. 2. Georg. Si non ingentem foribus domus alta superbis Manè salutantum totis vomit ædibus vndam.

Vndula, diminutiuum. {κυμάτιον. Ital. *Picciola onda.* Gal. *Petite onde.* Hispan. *Pequeña onda.*} ¶ Vndæ comitiorum, per translationem, pro varia sententiarum multitudine, quibus veluti vndis mare, ita etiam comitia feruere videntur. Cicer. pro Planc. Si campus atque illæ vndæ comitiorum, vt mare profundum, & immensum, sic efferuescunt, &c.

Vndabundus, a, um, Idem quod vndosus. {κυμαινόμενος. Ital. *Pieno de onde.* Gal. *Qui fait des ondes & vagues.* Hisp. *Lleno de ondas.*} vt, Vndabundum mare, apud Gelli. lib. 2. cap. 30.

Vndatim, Ad vndarum similitudinem. {κυμαινηδόν. Ital. *A foggia di onde.* Gal. *A la façon d'ondes, par ondes.* Hisp. *Onda à onda, à manera de ondas.*} Plin. lib. 13. cap. 15. Sunt & vndatim crispæ mensæ, &c.

Vndisonus, a, um, penul. corre. Quod vndis strepit. {κυλίφλοισβος. Ital. *Fluttuoso.* Gal. *Que les ondes, vagues & flots font sonner & crier.* Hisp. *Cosa de las ondas del rio ò de la mar.*} Vnde Mare vndisonum dicitur, quod fluctuando sonitum reddat. Vndisoni dij. Proper. lib. 3. Eleg. 11, Ergo ego nunc rudis Adriatici vehar æquoris hospes, Cogar & vndisonos nunc precc adire deos. Stat. 1. Achil. At Thetis vndisonis per noctem in rupibus astans.

Vndiuomus, a, um, pen. corr. Quod vndas, id est aquas vomit. κυμοτόκος. vt, Vndiuoma charybdis.

Vndo, as, Fluctuo, vndis agitor. {κυμαίνω, κυμαίνομαι, κυμαίνεται. Ital. *Fluttuare, ondeggiare.* Gal. *Ondoyer, flotter.* Hispan. *Ondear ò hazer ondas.*} Cicer. 2. de Natura deorum. Subter radices penitus vadanti in freto. ¶ Vndare quoque per quandam similitudinem dicimus aquam feruentem, quòd quibusdam quasi vndis agitari videatur. Virgil. 6. Aeneid. Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis Expediunt. Idem lib. 7, -magno veluti cum flamma sonore Virgea suggeritur costis vndantis aheni, Exultántque æstu latices, furit intus aquæ vis. ¶ Accipitur aliquando vndare, pro suo composito abundare, κατ' ἀφαίρεσιν. Claud. de Rap. Proserp. lib. 3, Vndaret neu

Universidad de Deusto
Biblioteca

sylua fauis, neu vina tumerent. Valerius Flaccus 1. Argo. Iamprídem regio vndat equis florétque viris. Sic etiam Virgil. 2. Georg. Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum. Quanquá ibi non tam propter copiam buxi qua omnino mons ille abundat, verbo hoc vtitur, quàm vt leuibus auris impulsi arbusti motum, vndabúdi maris æmulum, exprimeret. ¶ Legitur & vndare actiuè pro inundare, siue vndare facere. Statius 1. Achil. Quum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros Vndabit campos.

Vndans, tis. nomẽ ex participio. {κυμαινόμενος, κυμαίνων. Ital. *Ondeggiante.* Gal. *Ondoyant.* Hisp. *Que ondea y haze ondas.*} Vndãtem chlamydem facere, est incedẽdo chlamydem laxam, rugosámque sic in dextram modò, modò in lævam iactare, vt eius pars potissimũ inferior vndas modò accedentes, modò recedentes imitari videatur. Plaut. in Epid. Sed hic quis est quem huc aduenientem conspicor, Suam qui vndãtem chlamydem quassando facit?

Vndosum mare, id est fluctuosum, vndis exagitatum, {κυμαινόδης θάλασσα. Ital. *Mare flottuoso.* Gal. *La mer flueteuse, abondant en ondes.* Hisp. *Mar lleno de ondas.*} Virg. 4. Aen. Troia per vndosum peteretur classibus æquor.

Vndulatus, a, um, Aliud adiectiuum: vt Vndulata vestis, vestimenti genus, ab vndis quibus depictum erat, nomẽ habens: {κυμαντὰ ἱστία. Ital. *Veste fatta à onde.* Gal. *Robe faitte à ondes, ondoyante, madrée, de camelot.* Hisp. *Vestidura de chamelote.*} cuiusmodi hodie ad nos afferuntur ex hircorum & caprarum pilis vetius quàm lanis confecta: quę symballota passim appellãtur. Διὸ συμβλῆτα, quasi σύμβλητα, quòd coacto potius implexu quàm textu sint confecta: ceu origine ab illo vestiũ genere accepta, de quo Plinius ita scribit, Lanæ & per se coactæ vestem faciunt. Vndulatæ autem (vt diximus) appellatæ sunt ab vndarum imagine per eas discurrente, ea forma qua à scutulis scutulatæ. Hanc eandem quidam & cymatilem dictam fuisse existimãt: sed falsò, mea quidem sententia, quum cymatilis eadem sit quæ cærulea, non à discurrentibus vndarum lineis, sed à fluctuum colore appellata. Varro lib. 1. de Vita pop. Rom. Vndulatam togam pro pura posuit, idque nouè, vt annotauit Nonius. A quibusdam (inquit Varro) dicitur esse Fortunæ virginis simulachrum, ideo quòd duabus vndulatis togis est opertum, perinde vt olim reges nostri prætextatas & vndulatas togas solti sunt habere.

Vnde, aduerbiũ, Ex quo loco, vel à quo loco. {πόθεν, ὁκόθεν, ὅθεν, ὅθεμπερ. Ital. *Onde, donde.* Gal. *Dont, d'ou.* Hisp. *Donde.*} Cic. pro Cec. Hoc verbum vnde vtrumque declarat. & ex quo loco, & à quo loco. ¶ Accipitur autẽ modò interrogatiuè. Cic. in Rullum, Vnde iste amor tam repentinus? ¶ Modò relatiuè. Virgil. 2. Aeneid. Turrim in præcipiti stantem, summísque sub astra Eductam tectis: vnde omnis Troia videri, Et Danaũm solitæ naues, Achaica castra. Et paulo antè, Euado ad summi fastigia culminis: vnde, Tela manu miser iactabant irrita Teucri. ¶ Nonnunquam etiam infinitè. Cicero ad Attic. Non recordor vnde ceciderim, sed vnde surrexerim. ¶ Aliquando non ad locum refertur, sed ad personam. Cice. Terentiæ, Hæ meæ lux, vnde omnes opem petere solebant. Idem de Senect. Quasi diuinarem, illo extincto fore, vnde discerem, neminem. ¶ Vnde gentium, idem quod vnde. Plaut. Asin. Face id vt paratum iam sit. 1. vnde gentium? Idem Pseudolo, Vnde ego hominem hunc esse dicam gentium?

Vndecunque, aduerbium, Ex quocunque loco. {ὁκοθενοῦν. Ital. *Da ciascun luoco.* Gal. *De quelque coſté que ce ſoit.* Hispan. *Donde quiera.*} Liu. 4. bel. Pun. Bellum vndecunque cum Annibale Consulibus mandatum. Plin. libr. 26. cap. 4. Vulnerum quoque sanguinem, & vndecunque fluentem, sistit per se, vel ex aceto.

Vndeunde, Significat vndecunque. ὁκοθενοῦν. quemadmodum Vbiubi dicimus, pro vbicunque, & Quoquo pro quocunque, & Quaqua pro quacunque.

Vndecentũ, Nonaginta nouem, centũ minus vno. {ἐνενηκονταεννέα. Ital. *Nouantanoue.* Gal. *Nonanteneuf, quatre vingts & dixneuf.* Hisp. *Nouenta y nueue.*} Plin. lib. 7. cap. 6, Paruerunt tamen eis annis vndecentum.

Vndecẽni, æ, a, Idem. ἑνενηκονταπλάσιος. Plinius libr. 36. cap. 8. de Aegypti obeliscis agens, Idémque digressus inde, vbi fuit Mneuidis regio, posuit alium, longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

Vndecies, aduerbium, Vndecim vicibus. {ἑνδεκάκις. Ital. *Vndeci volte.* Gal. *Onze foi.* Hisp. *Onze vezes.*} Colum. lib. 5. cap. 2, Hanc summam vndecim multiplicato fiunt pedes quinquagintatria millia nongenti.

Vndecimus, a, um, pen. cor. Vltimus ex vndecim. {ἑνδέκατος. Ital. *Vndecimo.* Gal. *Onzieſme.* Hispa. *Cada de onze.*} Virg. 8. Aegl. Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus.

Vndeciremis, huius vndeciremis, pen. prod. Nauis vndecim remorum ordines habens. {ἑνδεκήρης. Ital. *Galera di vndeci remi.* Gal. *Galee d'onze rames pour banc.* Hisp. *Galea de onze ordines.*} Plin. lib. 16. cap. 40, Maxima ea in Cypro traditur ad vndeciremem Demetrij succisa centum triginta pedum longitudinis: crassitudinis verò ad trium hominum complexum.

Vndeni, æ, a adiectiuum, Vndecim. {ἕνδεκα. Ital. *Vndeci.* Gal. *Onze.* Hispa. *Onze.*} Plin. lib. 11. cap. 25, Pariuntur autem vndeni. Ouid. 1. Amor. Eleg. 1, Musa per vndenos emodulanda pedes.

Vndeuiginti, adiectiuum, indeclinabile, Nouendecim, viginti minus vno. {ἐννεακαίδεκα, δεκατρία. Ital. *Diecenoue.* Gal. *Dixneuf, vingt moins vn.* Hispa. *Diez y nueue.*} Cic. de Clar. Orato. Vndeuiginti annos natus erat eo tempore. Liuius 3. belli Pun. Vbi ea dies venit, ad conducendum tres societates aderant hominum vndeuiginti.

Vndeuicesimus, a, um, Decimus nonus. {ἐπτακαιδέκατος. Ital. *Decimonono.* Gal. *Dixneufieſme.* Hisp. *Diez y nueue en orden.*} Cic. de Senec. Anno enim vndeuicesimo post eius mortem, hi Consules T. Flamminius, & M. Attilius facti sunt.

Vndetrigesimus, a, um, Id est vicesimus nonus. {εἰκοστὸς, ἔνατος. Ital. *Ventesimonono.* Gal. *Vingtneufieſme.* Hispan. *Veynte y nueue en orden.*} Liu. 5. bel. Pun. 2, Anno octogesimo postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio, vndetrigesimo die post fratris mortem interfectus est.

Vndequadraginta, Triginta nouem. {ἑνενηκονταεννέα. Ital. *Trentanoue.* Gal. *Trenteneuf.* Hispa. *Treynta y nueue.*} Liu. 5. bel. Puni. Ad mille cccc Carthaginiensium cæsi, vndequadraginta viui capti.

Vndequadragies, aduerbium, Nouies & tricies. {ἑνενηκοντάκις. Ital. *Trentanoue volte.* Gal. *Trenteneuf foi.* Hispan. *Treynta y nueue vezes.*} Plin. lib. 7. cap. 25, Solus M. Marcellum transgressus, qui vndequadragies dimicauerat.

Vndequinquaginta, Quadraginta nouem, quinquaginta minus vno. {ἑνενηκονταπεντάκις. Ital. *Quarantanoue.* Gal. *Quarenteneuf.* Hisp. *Quarenta y nueue.*} Liu. 7. bell. Maced. In eo triumpho vndequinquaginta coronæ aureæ translatæ sunt.

Vndequinquagesimus, a, um, Quadragesimus nonus. {τεσσαρακοστὸς ἔνατος. Ital. *Quarantesimonono.* Gal. *Quarenteneufieme.* Hisp. *Vno di quarenta y nueue.*} Cicero pro lege Manil. Ipse autem vt à Brundusio profectus est, vndequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit.

Vndesexaginta, Quinquaginta nouem. {ἑξηκοντάκις ἐννέα. Ital. *Cinquantanoue.* Gal. *Cinquanteneuf.* Hispa. *Cincuenta y nueue.*} Liu. 3. belli Punici, Ceperunt amplius tria millia hominum, paulò minus mille equorum, vndesexaginta militaria signa.

Vndeoctoginta, Septuaginta nouem octoginta minus vno. {ἑβδομηκοντάκις ἐννέα. Ital. *Settantanoue.* Gal. *Septanteneuf.* Hisp. *Setenta y nueue.*} Hora. 1. Serm. Saty. 3, -age, si stramentis incubet, vnde Octoginta annos natus, cui stragula vestis, Blattarum ac tinearum epula putrescat in arca, &c.

Vndeuis, & Vndeliber, Significant ex vno quouis loco. {ὅπου βούλει. Ital. *Di qualunque luoco.* Gal. *D'ou tu veux, de quel que coſté que tu veux.* Hispa. *Donde quiera.*} Autor ac Heren. lib. 4, Ast istud quidem facilè fuit vndeliber inuenire.

Vndique, aduerbium, Id est ex omni parte. {πανταχόθεν, πάντῃθεν. Ital. *Da ogni parte, da ogni banda.* Gal. *De toutes pars, de tous coſtez.* Hisp. *De cada parte.*} Cice. pro Pompeio, Sicilia multis vndique cincta periculis. Idem 2. de Finib. Habes vndique expletam & perfectam, Torquate, formam honestatis. Virgil. 8 Aeneid. -ductores primi Mesapus & Vfens, Contemptórque deũm Mezentius, vndique cogunt Auxilia, & latos vastãt cultoribus agros. ¶ Vndique, ex omni genere. Cice. 5. Tusc. Sic vita non solùm si vndique referta bonis est, sed si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent, beata rectè dici potest. Idem pro Sestio, Non sum tam ignarus, Iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam, ac delibem.

Vnedo, penult. corr. vnedonis, penul. prod. Fructus est arbuti, terrestribus fragis non dissimilis: inde nomen habens, quòd plures edi non possint. {κόμαρον, μιμίκυλον. Ital. *Albatro, cereſa del mar.* Gal. *Arbouſſe.* Hisp. *Madroño.*} Plin. lib. 15. cap. 24, Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni: quod solum pomum simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa: fructus anno matureſcit, paritérque floret subnascens, & prior coquitur. Pomum inhonorum, vt cui nomen sit ex argumento vnum tantùm edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron & memecylon. Ex quo apparet, totidem genera esse & apud nos. Alio nomine Arbutus vocatur. Hæc Plinius.

Vngo, is, xi, ctum, & Vnguo, guis, secundum Priscianum, Oleo, alióve pingui oblino: ab vniendo (vt volunt) dictum, quòd vnguentis densentur corpora atque vniantur. {ἀλείφω, χρίω. Ital. *Ongere.* Gal. *Oindre.* Hisp. *Vntar.*} Cato cap. 72, Picem liquida cornua infima vngito. Cice. 6. Verr. Vnxisse vnguentis: compleſse, &c.

Vnctito, as, frequentatiuum. {πολλὰς ἀλείφω, πολλάκις χρίω. Ital. *Ongere ſpeſſo.* Gal. *Oindre ſouuent.* Hisp. *Vntar muchas vezes.*} Plaut. Most. -quia ecastor mulier rectè olet, vbi nihil olet. Nam istæ veteres, quæ se vnguentis vnctitant, interpoles. Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant: Vbi sese sudor cum vnguentis sociauit: illico Itidem olent: quasi quum vnà multa iura confundit coquus.

Vnctum, Significat illud pingue quod in porci dorso mollius est. {ἄλειφαρ. Ital. *Onto.* Gal. *Saïn de porceau.* Hispan. *Pedaço de coſa gruueſſa.*} Columel. lib. 6. cap. 29. Frigoris fomenta adhibentur, capite & spina tepenti adipe vel vncto linuntur. Ste enim legunt ibi nonnulli: quum tamen emendatiora exemplaria Vino ibi legendum ostendant, non vncto.

Vnctus, a, um, participium verbi passiui Vngor, Vnguento deliburus, oblitus, vnguentatus. {χρισθεὶς, ἀλειφόμενος. Ital. *Onto.* Gal. *Oinct, graiſſé.* Hispan. *Vntado.*} Cice. 3. Philip. Antonius eo die nudus, vnctus, ebrius concionatus est. ¶ Olera vncta, hoc est lardo, oleo, alióve pingui condita. Horat. 1. Serm. Saty. 6, O quando faba Pythagoræ cognata, simúlque Vna satis pingui ponentur oluscula lardo. ¶ Hinc Vnctum & vnctius, per translationem dicimus, pro splendido & splendidiore: inde tracta metaphora, quòd opulentiores liberalius condire soleant sua opsonia. Cice. de Clar. Orat. Iam enim erat vnctior quædam splendidiórque consuetudo loquendi. ¶ Aliquando tamen Vnctum accipimus pro sordido & pinguedine oblito. Horat. 2. Serm. Saty. 4, Magna mouent stomacho fastidia, seu puer vnctis Tractauit calicem manibus.

Vnctiusculus, a, um, Hoc est paulo vnctior: vt, Pulmentum vnctiusculum, hoc est paulò liberalius conditum. {ἐλαιοχριστότερος, ἐλαιοχρισμένος. Ital. *Poco piu vnto.* Gal. *Vn peu plus oinct.* Hispa. *Poco mas vntado.*} Plaut. Pseud. Nunc tua etiam est mihi hodie & tuorum opera conseruorum, caput Nitidissimum: hæc cur non ipse ego pulmento tutor magis vnctiusculo.

Vnctio, onis, Vngendi actus. {χρῖσις, ἄλειμμα. Ital. *Ontione.* Gal. *Onction, oinclure.* Hispa. *Obra de vntar.*} Cic. 2. de Orat. Philosophum omnes vnctionis causa reliquerunt.

Vnctor, oris, Qui vngit. {ἀλοιφεύς. χριστής. Ital. *Chi ongne.* Gal. *Oigneur, qui oingt.* Hisp. *Vntador.*} Cic. ad Gallũ li. 7. Epist. Ille autẽ qui sciret se nepotem bellũ tibicinem habere, & sat bonũ vnctorem, discessit à me.

Vnctorius,

Vnctorius, a, um, Quod vnctioni destinatum est. {ἀλειπτικός. Ital. *Che serue à ungere.* Gal. *Qui sert ou est destiné à oindre.* Hispan. *Perteneciente á untar.*} vt Hypocaustum vnctorium, apud Plin. libr. 2. Epist. 17. pro loco in quo post sudationem, aut lauationem vnguentis perungebantur.

Vnctura, æ. Idem quod vnctio. {χρίσις, ἄλειμμα. Ital. *Esso ungere.* Gal. *Oincture, onction.* Hisp. *Obra de untar.*} Cic. 2. de Leg. Hæc præterea sunt in legibus de vnctura. Et paulo pòst, Seruilis vnctura tollitur, & omnis circumpotatio.

Vngentum, i, quòd & Vnguentum à quibusdam dicitur. ἄλειμμα Homero. {μύρον. Ital. *Vnguento, unto, untione, perfumo.* Gal. *Onguent, oignement.* Hispa. *Vnguento oloroso, vnto.*} Non est illa compositio tenax qua chirurgi vtuntur ad vulnera curanda: sed commistio diuersorum odorum addito oleo, ad vngenda corpora, deliciarum, & luxuriæ causa inuenta. χρῖσμα, siue χρῖσμη, veteres ἄλειμμα. Vulgare autem ac promiscuum, & ferè palæstris dicatum, ἄλειμμα, ἀλοίφατα, & ἐπάλειμμα vocat Iccsius. Vnde ἀλοιφᾶς, & ἐξαλοιφᾶς, nostri vnctores, & reunctores vocant: à Græcis frequenter χρισταί, χρῖσαι, ac μυρεψοί nominantur. Hæc Hermolaus. Plaut. in Most. Non possunt omnes olere vnguenta exotica. Cic. 5. Verr. Quum interea Apronius caput atque os suum vngento perfricaret. Horat. 2. Carm. Ode 7. -funde capacibus Vnguenta de conchis. Pomponius tamen Iureconsultus tit. de Auro, argento, mundo, orna. &c l. Argumento. scribit vnguenta esse, quæ valetudinis causa comparantur: sed hæc magis medicamenta dicuntur. Seruius ait hoc nomen vnguentum non recipere u, sicut nec vngo. vnguen verò u habere.

Vnguentatus, a, um. Vnguento oblitus. {μυρωμένος. Ital. *Vnto d'unguento.* Gal. *Oinct d'onguent.* Hispan. *Vntado de vnguento.*} Catul. Epigram. 65, Dicetis malè à tuis Vnguentate glabris marite Abstinere.

Vnguentarius, rij. vel potius vngentarius, vt Seruius scribendum affirmat, Qui vnguenta conficit ac vendit. {μυρεψός, μυροπώλης. Ital. *Vnguentario, spetiario, medico.* Gal. *Qui fait ou vend onguent.* Hispan. *El que haze o vende vnguentos.*} Cic. 1. de Offic. Adde hunc, si placet, vnguentarios, saltatores, totúmque ludum talarium. Horat. 2. Sermo. Saty. 3. -pomarius auceps, Vnguentarius ac Tusci turba impia vici.

Vnguentaria, fœmininum est. {μυρεψική. Ital. *Dona che fa unguenti.* Gal. Hisp. *Celle qui fait onguens. Muger que haze vnguentos.*} Plin. lib. 8. cap. 5, Et vnguentariam quandam dilectam Iubæ tradit, &c. ¶ Est & vnguentaria, ars ipsa conficiendorum vnguentorum: vnde Vnguentariam facere, dixit Plaut. in Pœn.

Vnguentarius, a, um, Vnguentis idoneus, ad vnguenta pertinens. {μυρεψικός. Ital. *Pertinente á unguenti.* Gal. *D'onguens, ou qui sert á onguens.* Hispa. *Cosa para vnguentos.*} Plin. lib. 36. cap. 8, Tunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optimè seruare incorrupta dicitur.

Vnguen, inis, Quodvis pingue quo quippiam possimus inungere. {ἄλειφαρ, ἄλειμμα. Ital. *Onguento.* Gal. *Onguent.* Hispa. *Vnguento.*} Plin. libr. 28. cap. 11, Epiphoras bubulo seuo cum oleo cocto illinunt: ceruini cornu cinis scabrities eodem vnguine sanat. Virgilius 3. Georg. Et pingues vnguine ceras. Valer. Flacc. 6. Argon. Piogui fluit vnguine tellus. Palladius, Sumas tantundem vnguinis quod vocamus axungiam, vel seuum. Persius Saty. 6, Fœnisecæ crasso vitiarunt vnguine pultes.

Vnguinosus, adiect. Idem quod pinguis. {Ital. *Ontuoso.* Gal. *Gras, onctueux.* Hispan. *Vntoso.*} vt Vnguinosum medicamentum, vnguinosæ nuces. Plin. lib. 23. cap. 8, Sunt autem recentes nuces iuglandes iucundiores: ficcæ vnguinosiores, & stomacho inutiles.

Vnguis, huius vnguis, mascul. gen. Corneum illud quod in extremis digitis enascitur, non solùm in manibus, verumetiam in pedibus, neque iis solùm humanis, sed cæterorum etiam animalium quæ pedum digitos habent separatos, vt sunt simię & aues. {ὄνυξ. Ital. *Onghia.* Gal. *Ongle.* Hispan. *Vña generalmente.*} Dicti vngues, ab eo quòd Græci ὄνυχας in eadem dicunt significatione: aut certè ab eo quòd iidem dicunt ὄγκιον pro incuruum: eiusmodi auium ferè omnium sunt vngues. Plin. lib. 11. cap. 45, Vngues simiæ imbricati sunt, hominibus lati, rapacibus vnci, cæteris recti, vt canibus, præterea qui à crure pleriſque dependet. Idem de aquila. Vngues quoque huic generi inuertuntur. ¶ Interdum tamen Vngues in animalibus bisulcis dici inuenimus pro vngulis. Colu. lib. 6. cap. 11, de medicina bouis claudicantis. At si iam in vngulis est sanguis, inter duos vngues cultello leuiter aperies. Et paulo pòst, Si sanguis in inferiore parte vngulæ est, extrema pars ipsius vnguis ad viuum resecatur. ¶ In bdellio quoque maculas quasdam candidas, humani vnguis similitudine Plinius Vngues appellat lib. 12. cap. 9, Bactriano, inquit, nidor siccus, multique candidi vngues. ¶ Vngues ferrei, apud Colum. lib. 12. ca. 18, sunt instrumenta quædam ferrea, quibus vindemiatores vnguium vice vtebantur ad colligendas vuas, ne ipsas manibus distringerent. Fieri enim nō poterat, vt dum vnguibus manuum vuas colligerent, bona pars acinorum digitorum contactu, in terram non delaberetur. Colum. lib. 12. cap. 18, Et vngues ferrei quàm plurimi parandi, & exacuendi sunt, ne vindemiator distringat vuas, & non minima fructus portio, dispersis acinis, in terram dilabatur. ¶ Vnguem transuersum hue vnguem latum non discedere: prouerbialis hyperbole est, pro eo quod est, quàm minimo spatio discedere. Cic. 2. Acad. Ab hac regula mihi non licet transuersum, vt aiunt, vnguem discedere. Idem Attic. lib. 13, Curandum est, atque hoc in omni vita, sua quenque à conscientia trāsuersum vnguem non oportere discedere. ¶ Vnguem medium ostendere, prouerbium est, quo summus contemptus significatur: inde sumptum, quòd melius digitus pro impudico habebatur. Iuuen. Saty. 10. -quum fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem. ¶ Vngues arrodere: prouerbiali metaphora dicitur, qui cogitabundi sunt, & rem aliquam secum agitāt. Horat. 1. Serm. Saty. 10, Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuum, Detereret sibi multa, recideret omne, quod vltra Perfectum traheretur, & in versu faciendo Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues. ¶ Vnguis, neruosa quædam adnatæ membranæ excrescentia, à maiori oculi angulo vt plurimum nascens, ad oculi coronam ita procedens, vt quandoq; pupillam operiat. πτερύγιον. Celsi lib. 7, Vnguis verò, quod πτερύγιον Græci vocāt, est membranula neruosa, oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, eique officit. Sæpius à narium, interdum etiam à temporum parte nascitur.

Vnguiculus, li. penul. cor. diminutiuum. {ὀνυχάριον. Ital. *Onghia piccola.* Gal. *Petite ongle, onglet.* Hisp. *Pequeña vña.*} Plaut. in Epid. Contempla Epidice, vsque ab vnguiculo ad capillum summum. Cic. 5. de Fin. Valetudinem, vires, staturam, formam, integritatem vnguiculorum omnium. ¶ A teneris vnguiculis, ἐκ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων, prouerbialiter dici solet pro eo quod est ab infantia, ab incunte ætate, à puero, ab incunabilis. Cic. Lent. Sed præsta te eum qui mihi à teneris, vt Græci dicunt, vnguiculis es cognitus. ¶ In eadem etiam significatione dicimus, De teneto vngui. Horat. in Odis. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, & fingitur artubus Iam tunc, & incestos amores A tenero meditatur vngui.

Vngula, æ, Calceus corneus, pedes muntens eorum animalium quæ digitos non habent: siue etiam ea pars pedis, quæ cornu tegitur. {ὀνυξ. Ital. *Onghia del animale.* Gal. *La corne du pié d'vne beste.* Hispa. *Vña deles animales pathiendidos.*} Virgil. 3. Georg. Et solido grauiter sonat vngula cornu. Idem 8. Aene. Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Cic. 3. de Natu. deor. Ergo illud in silice vestigium Castoris equi credis esse? Colum. lib. 6. cap. 11, Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, frictione assidua discutitur. At si iam in vngulis est, inter duos vngues cultello leuiter aperies. Et paulo pòst, Si sanguis in inferiore parte vngulæ est, extrema pars ipsius vnguis ad viuum resecatur. Quibus in locis manifestè Columella Vngues, pro ipsis calceis corneis accepit, Vngulam verò pro ea parte pedis quæ cornu tegitur. Contrà pro ipsis calceis apertè accepit Plin. libr. 11. capit. 46. quum ait, Vngulæ veterino tantùm generi renascuntur. Idem lib. eod. capit. 45, ea ratione vngulas distinguit ab vnguibus, vt vngues iis tantùm esse asserat quibus pedes sunt, & in pedibus digitis: cæteris autem neque pedes tribuat, neque vngues, sed tantùm vngulas. Omnia (inquit) digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinque, sed indiuisi, ac leuiter discreti, vngulisque, non vnguibus similes. Hanc differentiam elegantèr exprimit Ouidius in transformatione Iûs, è bouis effigie in primam formam redeuntis, Vngulá que (inquiens) in quinos delapsa absumitur vngues. ¶ Omnibus vngulis, prouerbii speciem habet, pro eo quod est, omnibus viribus manuúmque pedúmque & conatu totius corporis niti: vt etiam vngues, qui sunt in extremitate collocati, intendātur, quod Plinius existimat esse summas neruorum clausulas. Cic. lib. 2. Tusc. Toto corpore, atque omnibus vngulis (vt dicitur) contentioni vocis asseruiunt. ¶ Iniicere vngulas, est rapere, vel furari. Plaut. Nunc scio febrim tibi esse, quia non licet huc inicere vngulas.

Vngulatus, Qui magnos vngues habet, ac scabros: quasi vngulis similiores quàm vnguibus: vt ex Catonis sententia refert Festus. ἀνυχώδης.

Vngulum, Antiquis anulum significabat. de cuius etymo nihil est quod laboremus, quum Festus autor sit peregrinum esse vocabulum, & ab Oscis sumptum. {δακτύλιος, σφράγιον. Ital. *Anello.* Gal. *Anneau.* Hispa. *Anillo.*} Plin. lib. 33. cap. 1, Miror Tarquinii eius statuam sine anulo esse, quanquam, & de nomine ipso ambigi video: Græci à digitis appellauere: apud nos priſci Vngulum vocabant: postea & Græci, & nostri Symbolum.

Vnicaulis, Vnicolor, Vnicornis, Vnicus, Vnigenitus, Vniiugæ, Vnimanus, vide VNVS.

Vnio, onis, Modò concordiam significat. {ἕνωσις. Ital. *Vnione, concordia.* Gal. *Vnion, vnité.* Hisp. *Vnion ò vnidad.*} Augustinus, Nam hoc fieri posse in tanta animorum vnione quis dubitet? ¶ Modò margaritam, μαργαρίτην, quòd in conchis nulli duo reperiantur indiscreti. {Ital. *Perla.* Gal. *Vne perle.* Hisp. *La perla ò aljofar grueſſo.*} Plin. lib. 9. cap. 35. Dos omnis vnionum est in candore, magnitudine, orbe, læuore, & pondere, haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen Vnionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ: nam apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuentores eius aliud quàm Margaritæ. ¶ Est & Vnio, cæpe genus capitatum. Colum. lib. 12. cap. 10, Pompeianam, vel Ascalonicam cæpam, vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant Vnionem rustici, eligito. Hoc autem nomen, vt inquit Ruellius, apud Gallos, velut triuiale hactenus vsurpatum est pro eo cæpæ genere, quod pluribus bulbis non coagmentatur.

Vnisoculus, Vnistirps, Vnitas, Vniter, Vniuersus, Vniuocus, Vniusmodi, vide VNVS.

VNNI, vide HVNNI.

Vnquam, aduer. Vllo tēpore. omni memoria. {ποτέ. Ital. *Alcuna volta.* Gal. *Quelque fois, quelque temps, onques.* Hisp. *Alguna vez.*} Cic. in Orat. Isocrates præstat omnibus qui vnquam orationes attigerunt.

Vnus, a, um, Numeri principium est. {εἷς. Ital. *Vno.* Gal. *Vn, vne seul.* Hisp. *Vno principio de contar.*} Cic. pro Sexto Quintio. Alphenus seruulum vnum abducit. ¶ Aliquando accipitur pro solo. μόνος. Plautus. Vnus tum domi eram, & fores erant clausæ. In qua significatione quandoque genitiuo iungitur, & ferè genitiuo Omnium. Plin. lib. 9. cap. 17, Acipenser vnus omnium squamis ad os versis, contra aquam natando meat. ¶ Nonnunquam etiam genitiuo nominis substantiui, sed ferè subintelligitur genitus Omnium. Plin. lib. 11. ca. 37. Caluitium vni tantùm animaliom homini. ¶ Aliquando in oratione Vnus subticetur. Quint. lib. 9. cap. 1, Nec desunt, qui tropis figuræ nomen imponant, quorum est Caius Attorius Proculus. Hoc est, quorum vnus est, &c. ¶ Ponitur aliquando pro proprio nomine Idem. Plaut. in Capt. Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo peculiarem, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi vna ætas erat. id est eadem ætas. siue eiusdem ætatis erant. Vno exemplo omnes viuunt, id est eodem. Plaut. in Milite, Sic etiam accipiendum est illud Ouid. 1. Metam. Vnus erat toto naturæ vultus in orbe. id est, idem vultus, & sibi per omnia similis. ¶ Aliquando pro primo. Virgil. 2. Aeneid. -cadit & Ripheus iustissimus vnus Qui fuit in Teucris. ¶ Vnus & alter, pro duobus. εἷς καὶ δύο. Cicer. 4. Verr. Dicit vnus & alter breuiter, nihil interrogatus. Terent. in And. Sed postquam amator accessit vnus, & item alter, pretium pollicens. ¶ Sic alter & tertius, pro tribus. Tacitus, Sed & alter & tertius dies cunctatione absumitur.

Vnusquilibet, & Vnusquiuis, Idem significant quod quilibet. εἷς ὁστισοῦν. Ital. *Chiasceuno, ogniuno.* Gal. *Vn chacun.* Hisp. *Cada vno.*

Vnusquispiã, Aliquis vnus. ἕτις τις. Ital. *Alcuno.* Gal. *Aucun.* Hisp. *Alguno.*

Vnusquisque, vnaquæque, vnumquodque, & vnumquidque, Id est singuli: dictio vniuersalis, potissq; cum positiuo quàm superlatiuo iungitur, eo quòd vnus vim quãdam superlatiui obtineat. ἕκαστος ὁστισοῦν, πᾶς τις, πάντες ἕνες. Ital. *Ciascheduno.* Gal. *Vn chacun.* Hisp. *Cada vno.* Cic. pro Fonteio, Mouetur eo tempore quo vnusquisque nostrũm, quum in eum locum productus est. Ibidem, Mihi enim semper vnaquáque de re testis non solùm semel, verumetiam breuiter interrogatus. Idem pro Roscio Amer. Leuiter vnumquodque tangere.

Vnicalamus, pe. cor. Adiect. ἓν ἢ μονοκάλαμος. Ital. *Di vn sol calamo ò gamba.* Gal. *Qui n'a qu'vn tuyau ou vn chaulme.* Hisp. *Cosa que tiene vna sola caña ò pata.* Frumentum vnicalamum, Plin. lib. 18. cap. 7. Vnicalamũ præterea, nec vsquam capax, seritúrque nonnisi tenui terra.

Vnicaulis, le, Quod vnum caulem habet, nec in ramos spargitur. μονόκαυλος. Ital. *Di vn collone.* Gal. *Qui n'a qu'vne tige.* Hisp. *Cosa que ha vn solo tallo.* Plin. lib. 19. cap. 10. Est autem vnicaule, radice bulbo simili.

Vnicolor. pen. cor. & omnis gen. Vnius coloris. μονοχρώματος. Ital. *Di vn colore.* Gal. *D'vne couleur.* Hispan. *Cosa de vn color.* Plin. lib. 32. cap. 9. Dulciores fœminæ sunt, & vnicolores. Ouid. 11. Metam. At medio torus est hebeno sublimis in Antro Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus.

Vnicornis, huius vnicornis, gen. mas. A recentioribus quibusdam et nostris appellatur fera, quam Græci μονοκέρωτα appellant. Ital. *Liocorno.* Gal. *Licorne, qui n'a qu'vne corne.* Hispan. *Animal de vn solo cuerno, vnicornio.* Hãc Plinius ceruino capite esse scribit, pedibus elephanti, cauda apri, reliquo corpore equo non dissimili, vnicum media in fronte cornu gerentem cubitorum duorum longitudine. ¶ Est & Vnicornis, & hoc vnicorne, adiectiuum, quod vnum cornu tantùm habet. Plin. lib. 11. cap. 46, Vnicorne bisulcum oryx. Idem lib. 8. ca. 21, In India boues sunt solidis vngulis, & vnicornes.

Vnicus, a, um, Singularis, vel solus. μόνος. Ital. *Vnico, solo, singulare.* Gal. *Vnique, seul.* Hisp. *Cosa sola y vnica.* vt Phœnix est vnica auis. Cicer. pro Rosc. Amer. Et quæramus quæ tanta vitia fuerint in vnico filio.

Vnicè, aduerbium. Singulariter. μοναχῶς Ital. *Vnicamente, singularmente.* Gal. *Vniquement, singulierement.* Hispan. *Vnica y singularmente.* Plaut. in Bacch. Imò vnicè vnum plurimi pendit.

Vnigena, næ, penul. corr. & comm. gen. Vnicus, vnigenitus. μονογενής. Ital. *Solo figliuolo.* Gal. *Seul né, vnique fils ou fille.* Hisp. *Hijo solo.* Cic. de Vniuer. Singularem Deus hunc mundum atque vnigenam procreauit. Alia ratione Pallas à Catullo dicitur Vnigena, quòd scilicet vnico parente crederetur genita, ex cerebro nimirum Iouis.

Vnigenitus, Vox frequens est Ecclesiasticis scriptoribus pro filio vnico, qui neque fratrem habuerit, neque sororem. μονογενής. Ital. *Sol figlio, vnigenito.* Gal. *Fils vnique.* Hisp. *Hijo solo.*

Vniiugæ vineæ, Quæ simplici nituntur iugo, quum binis hastilibus in terra defixis, singulæ transuersæ perticæ in vnã tantùm partẽ ordinis superincũbunt. μονόζυγες ἄμπελοι. Plin. li. 17. c. 22, Si vniiuga erit vinea.

Vnimanus, a, um, Vnam tantùm manum habens. μονόχειρ. Ital. *Di vna mano.* Gal. *Qui n'a qu'vne main.* Hispa. *Cosa de vna sola mano.* Liu. 5. belli Macedo. Capram sex hœdos vno fœtu edidisse, ex Piceno nuntiatum est, & Aretij puerum natum vnimanum.

Vnio, nis, vnitum, vnitum. Coniungo, in vnum redigo. ἕνωσις. Ital. *Adunare, aggiongere.* Gal. *Vnir, conjoindre.* Hispa. *Ayuntar.* Vnde vniti animi, qui sunt vnius voluntatis.

Vnistirpis, vnistirpe, Quod à radice caudicem vnicum habet assurgentem. μονοστέλεχος. Ital. *D'vna stirpe* Gal. *Qui n'a qu'vne racine ou vne tige.* Hispan. *Cosa de vna sola planta.* Plin. lib. 1. 6. cap. 30. In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, vlmus, & siqua vnistirpia.

Vnitas, atis, Indiuisibile numeri principium. μονάς. Ital. *Congiontione d'vna ò di piu cose, vnità.* Gal. *Conjunction de plusieurs choses en vn, vnité.* Hisp. *Vnidad.* ¶ Accipitur & pro omnimoda similitudine. Colu. lib. 7. cap. 3, Ideo nisi lanatas oues emi non oportet, quò melius vnitas coloris appareat. Plin. lib. 7. cap. 12, Toranius M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendiderit: tanta vnitas erat.

Vniter, pen. corr. aduerb. ἓν ἐν, μιᾷ ἐν. Ital. *Congiontamente, in vno, insieme.* Gal. *En vn ensemble.* Hisp. *El vno, juntamente.* Id est coniunctè, concorditer. Lucr. lib. 3, -quum corporis atque animai Diffidium fuerit, quibus hæsimus vniter apti.

Vniuersus, a, um, In singulari quidem idem est quod totus. σύμπας, ἅπας, ὅλος, ἕκαστος. Ital. *Vniuerso, il tutto senza trarne alcuna cosa.* Gal. *Vniuersel, general.* Hispan. *El todo ayuntado de partes.* vt Vniuersus ager, vniuersus exercitus. ¶ In plurali verò significat omnes coniunctim. Nam si dicimus, Omnes sibi domicilium constituerunt, intelligitur domicilium sibi vnumquenque constituisse. Si verò dicimus, Vniuersi sibi domicilium constituerunt: significatur omnes simul vnum sibi pro omnibus domicilium fecisse. Cicer. 4. Acad. Qui loquitur de vniuersis, nihil excipit: quid enim potest esse extra vniuersa? Terent. in Phorm. Quod ille vnciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium, compersit miser: Id illa vniuersum abriptet. Cicer. 3. Offic. Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit vtilitas vnius cuiusque & vniuersorum, &c.

Vniuersè, aduerbium, Generaliter, siue generatim. καθόλου, ὅλως. Ital. & Hispanicè, *Generalmente, vniuersalmente.* Gal. *Vniuersellement, en general, generalement.* cui Sigillatim opponitur. Cic. in Vati. Quæro abs te primum vniuersè, quod genus improbitatis & sceleris in eo magistratu tu prætermiseris. Idem 7. Verr. Quid ego de exteris ciuium Romanorum supplicijs sigillatim potius quàm generatim atque vniuersè loquar?

Vniuersim, aliud aduerbium eiosdem significationis.

Vniuersitas, atis. τὸ πᾶν, τὸ σύμπαν. Ital. *Vniuersità, communità.* Gal. *L'vniuers, le tout ensemble.* Hispa. *Ayuntamiento de partes.* Cicer. 2. de Natura deorum. Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eámque gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos. Colume. in Præfat. lib. 1, De rusticationis vniuersitate nihil attinet nunc plura dicere.

Vniuersalis, le, Ad vniuersos pertinens. καθολικός. Ital. *Vniuersale.* Gal. *Vniuersel.* Hisp. *Vniuersal.* Autor ad Heren. Nam in huiusmodi rationibus, non vniuersali, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Quo tamen in loco sunt qui malint legere Vniuersa. Vtitur tamen hac voce & Varro lib. 2. de Analeg. Quod (inquit) ad vniuersalem pertinet causam.

Vniuocus, a, um, pen. corr. Cuius & nomen commune est, & eadem substantiæ ratio, quod Græcè συνώνυμον dicimus: sicut contrà Aequiuocum, cuius nomen tantùm commune est, sed substantiæ diuersa ratio, & à Græcis ὁμώνυμον appellatur. Animal itaque respectu hominis & equi, vniuocum est, quia illis & animalis nomen commune est, & ratio substantiæ eadem. Vtrique enim conuenit animalis definitio, corpus animatum sensibile. Grammatici dicunt, Homonyma esse, quæ voce, sed non significatione conueniunt: vt Nepos & filij filium significat, & prodigum. Synonyma, quæ non voce, sed significatione conueniunt: vt ensis & gladius.

Vniuocè, aduerbium. συνωνύμως.

Vniusmodi, penul. cort. nomen indeclinabile, Vniformis, non varius. ὁμοῖος. Ital. *Di vna forma & foggia, non vario.* Gal. *Qui touiours est d'vne sorte, touiours d'vne maniere.* Hispa. *Cosa de vna sola manera.* Terent. in Heaut. -nam parentũ iniuriæ Vniusmodi sint fermè. Cic. Attì. lib. 9 Noli enim putare tolerabiles horum insanias, nec vniusmodi fore.

Vniculus, qui & Vnioculus dicitur, Vnicum habens oculum: quales Poetæ fingunt fuisse Cyclopes. μονοφθαλμός. Ital. *Chi ha vn solo occhio.* Gal. *Qui n'a qu'vn œil.* Hisp. *Tuerto de vn ojo.* Plaut. Vnocule salue. Gell. lib. 3. cap. 11, de Cyclope itidem inquit vel maximè, quòd fuerit vnoculus.

V ante O.

VOBERTA, Villa est iuxta Bilbilim Hispaniæ vrbem, & Salonem amnem vmbris arborum, & frigiditate scaturientium fontium amœnissima, quam Martialis graphicè depingit Liciano lib. 1. Epigram. 17.

Vocabulum, Vocalis, Vocatiuus, Vocator, Vociferor, Vocito, Voco, vide VOX.

VOCETIVS, Mons apud Rauracos, ob salebras, & lamas viatori admodum incommodus: in quem Heluetij à Cæcinna victi confugerunt: vt refert Tacitus. lib. 17.

Voconia, Genera sunt pyrorum, quemadmodum & volema. Plin. lib. 15. cap. 15.

VOCONII forum, Arecomiorum ciuitas in Gallia Narbonensi, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

VOCONTII, Narbonensis Galliæ populi sunt, quorum ciuitas Tricorium commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 4.

Vocula, vide VOX.

VOGESVS, pen. corr. Mons est Galliæ Belgicæ, Sequanos & Lingones diuidens à Mediomatricibus, ex quo Mosa & Araris fluuij nascuntur. Lucan. lib. 1, Castráque Vogesi curuam super ardua ripam Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Vola, Caua pars manus, siue pedis. Ἰσχύς. Ital. *Palma.* Gal. *La paulme de la main.* Hisp. *La palma de la mano.* Plin. lib. 21. cap. 45, Vola homini tantùm, exceptis quibusdam. ¶ Hinc Inuolare, pro rapere, quasi volam iniicere. ἁρπάζω. Plin. lib. 9. cap. 59, Singulos inuolat vetius quàm capit.

VOLATERRÆ. Strabo. lib. 5. Hetruriæ oppidum est, non procul à mari, in edita planitie collis situ, ad quam XV stadiorum est ascensus. Hinc Volaterrani, pro vrbis huius incolis, & Vada Volaterrana apud Plin. lib. 3. cap. 5.

Volaticus, Volatilis, Volatura, Volatus, vide VOLO.

VOLCÆ, Populi Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, Occidentem versus: ex quibus qui fluminì proximi sunt, Arecomij cognominati sunt: qui verò longius à Rhodano recedentes, in Pyrenæos montes vergunt, dicti sunt Tectosages, quorum regionem hodie Linguam Occitanam appellant. Autor Ptolemæus lib. 3. cap. 10.

VOLCATIVS, Consul fuit Romæ, tempore prioris coniurationis Catilinæ, illúmque Repetundarum reum, quòd intra legitimum tempus profiteri nequiuisset, Consulatum petere prohibuit: quam rem ægrè tulit Catilina, vt de euertenda patria cum Antonio, & Pisone nefaria consilia inierit. Autor Pædianus. ¶ Volcarius Gallicanus quintum Consul scripsit vitas imperatorum ad Diocletianum: ex quibus tantum extat nunc Auidij Cassij vita. Volcatius Terentianus historiam sui temporis, id est Gordianorum scripsit: in qua memoriæ prodidit, referente Capitolino, Gordianum seniorem vultum Cæsaris Augusti valde retulisse. ¶ Volcatius Epidius Grammaticus scripsit res gestas Pompeij Magni, & eius patris: primus Libertinorum qui historiam scripserit, quum ab optimo quoque scribi solita sit, vt est autor Cornelius nepos. Ludum aperuit, docuitque inter exteros M. Antonium, & Augustum. Ex Tranquillo. ¶ Volcarius item alius fuit, teste Plin. lib. 13. cap. 23, Poëta non ignobilis, qui quòd senos in manu haberet digitos, Sedigitus est cognominatus. Huius etiã hodie aliquot circunferuntur Iambi, quibus suum de Latinis Comicis iudicium protulit. ¶ Prætet hos fuit & Volcatius Iurisconsultus, Cæcilij præceptor, quem tradit idem Plin. libr. 8. cap. 11, Asturconc

sub

sub vesperum à rure suburbano redeuntem, quum in grassatorem incidisset, à cane fuisse defensum.

Volema, pennit. prod. Pyra prægraudia, ita dicta quòd impleant volam: quorum meminit & Cato de Re rust. & post eum Virgil. 6. Georg. -nec surculus idem Crustumus, Syriisque pyris, gravibúsque volemis.

Volens, Volentia, vide VOLO, vis.

Volgiolum, i, inter rustica instrumenta connumerat Plinius lib. 17. ca. 16. Seritur mense Aprili, area æquata cylindris, aut volgiolis, densum. De semine cupressi.

Volo, las, Proprium est alas habentium. {πέτομαι, ἵπτομαι, πτέρομαι. Ital. *Volare*. Gal. *Voler*. Hisp. *Volar*.} Ouid. 3. Trist. Eleg. 4, Nempe quod hic altè, demissus ille volabat. Plin. lib. 10. cap. 24, Sturnorum generi proprium cæruatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Virg. 1. Aeneid. -volat ille per aëra magnum Remigio alarum. ¶ Transfertur etiam ad alia quæ celeriter feruntur: vt Nauis volat, fama volat, & huiusmodi. Terent. in Heey. Ne me frustra illic expectet, vola. id est celeriter curre. Virgil. 3. Aeneid. Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. Idem 2. Georg. Et proni dant lora, volat vi feruidus axis. Idem 1. Aeneid. Iámque faces & saxa volant, furor arma ministrat. Ouid. 10. Metamorph. -passu volat alite virgo. Cicc. ad Atticum lib. 6. Tu autem fac vt mihi tuæ literæ volent obuiæ. Liui. 5. bell. Puni. Ingens enim iam vis omnis generis telorum è muris volabant.

Volans, tis, particip. {πτερόμενος, ἱπτάμενος. Ital. *Che vola*. Gal. *Volant, qui vole*. Hispan. *Que buela*.} Virgil. 1. Aeneid. -cælóque inuectus aperto Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo. Idem 3. Georg. Currus agitare volantes. ¶ Volantes, substantiuè, pro auibus. Virg. lib. 6. Aene. de Auerno. Quam super haud vllæ potuerunt impunè volantes Tendere iter pennis.

Volito, tas, Frequenter volo. Plinius, Super aquas assiduè volitans. {πτερύσσομαι. Ital. *Stranolare, volar souente*. Gal. *Voleter, courir çà & là, legerement voler souuent*. Hisp. *Volar à menudo y muchas vezes*.} Cicc. 1. de Natu. deor. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum. Plin. lib. 10. cap. 16, Vespertilio geminos volitat amplexa infantes. Ouid. 2. Metam. Volitant super ora fauillæ. Liu. 5. bell Pun. Reate saxum ingens visum volitare. ¶ Ponitur etiam volito μεθοδικῶς, pro discurro, inquit Valla. Cicc. pro Domo sua, Iraq; quum tu florens ac potès per medium forum popularis volitares, &c. Martial. lib. 1, Aethereas lasciue cupis volitare per auras, I, fugesse poteras tutior esse domi. Cælitare cupiditate gloriæ, est efferri, & vehementer trahi. Cic. in Pisó. Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate, vir moderatus, & constans. ¶ Volitare in re aliqua insolentius, id est iactare sese, & efferri. Cic. pro Flac. Nunc verò non insultabo vehementius, nec volitabo insolentius.

Volaticus, ca, cum, Velox, quasi volatilis. {πτερόεις. Ital. *Volatico, volatico*. Gal. *Volage, inconstant*. Hisp. *Muy ligero, que buela*.} & per translationem præceps, inconstans, ἀστάθμητος, ἀσταθής. Cicc. ad Attic. lib. 13, O Academiam volaticam, & sui similem, modò huc, modò illuc, &c. Idem de Arusp. respon. Illius furentes ac volaticos impetus in seipsos posse conuerti.

Volatilis, tile, pen. corr. Idem quod voluctis adiect. vt Bestia volatilis. {πτερωτός. Ital. *Volatile, volante*. Gal. *Qui vole ou peut voler, volaille*. Hispan. *Cosa que buela*.} Cicc. de Natu. deor. Præterea vescimur bestiis, & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. ¶ Ferrum volatile, pro sagitta, ferrea cuspide præmunita, quæ ex arcu emissa celeriter fugit, velocitatem adiuuantibus pennis, alarum quodammodo vicem supplentibus. Virgil. 4. Aeneid. -qualis conjecta cerua sagitta, Quam procul incautum nemora inter Cressia fixit Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum Nescius. Idem lib. 8. Stupea flamma manu telisque volatile ferrum Spargitur. ¶ Volatilis ætas, id est fluxa & caduca. ἀλογος ῥύσις. Ouid. 10. Metamor. Labitur occultè, fallitque volatilis ætas, Et nihil est annis velocius.

Volatus, tus, Ipsa volatio, & volandi actus. {πτῆσις. Ital. *Volato, volo*. Gal. *Vol, volée, volement*. Hisp. *Buelo*.} Cic. de Natu. deo. Idémque & volatus alitum sustinet, & spiritus ductus alit, & sustentat animantes. Martial. lib. 11, Si tam præcipiti fuerant ventura volatu Debuerant alia fata venire vna.

Volatura, æ, Idem est quod volatus. πτῆσις. Varro 3. de Re rust. cap. 5. Ibi in prima volatura quum veniunt, morantur dies paucos, requiescendi causa. Colum. lib. 8. cap. 9. A volatura ita vt capitur, farturæ destinatur.

Volo, vis, Præterito volui, notæ significationis est. {βούλομαι, θέλω. Ital. *Volere*. Gal. *Vouloir*. Hisp. *Querer*.} Virg. 3. Aegl. Vis ergo inter nos, quid possit vterq;, vicissim Experiamur? ¶ Volo te, volo te verbis paucis: subaudi, alloqui. Plau. in Capt. Philocrates per tuum genium obsecro exi, te volo. Idem in Epid. -volo te verbis paucis, Si tibi molestum non est. Terent. in Andr. Quis me vult? ¶ Velit nolit: pro velit, an non velit. Cicc. ad Quintum fratrem lib. 3, Crassum Iuniam hominem mihi deditum, per me deterruit: velit nolit. scire difficile est. ¶ Ponitur aliquando pro opto. Cicc. ad Cornif. lib 12, Facile est. ¶ Ponitur aliquando pro opto. Cicc. ad Cornif. lib 12, Eandem rem tibi volo bene & fœliciter euenire. ¶ Volo omnia tua causa; id est tibi in omnibus bene cupio. Cicc. ad Tiron. lib. 16, Quum omnia mea causa velles mihi succeßa, tum etiam tua. Quid sibi vult istud? Cicc. in Verr. Quid sibi equestres statuæ volunt propter ædem Vulcani: Hoc est quid significant? ¶ Ponitur aliquando pro opinor, & censeo. Cic. 1. de Nat. deor. Quatuor etiam naturas, ex quibus omnia constare censet, diuinas esse vult.

Volens, entis, particip. vt Volenti animo: id est libenter, non inuitè. {βουλόμενος. Ital. *Volente*. Gal. *Voulant, qui veut*. Hispen. *El que quiere*.} Sallust. in Iugur. Hæc Romæ plebes literis, quæ de Metello ac Mario missæ erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperat. Liui.

Precatus deinde, si diuus, si diua esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitiúsque adesset, id est fauens, & prosper. Sallustius tamen lib. 4. Histor. referente Nonio, Volentia plebi dixit, hoc est placentia & grata. Verba Sallustij sunt hæc, Multisque suspictionibus volentia plebi facturus videbatur.

Volentia, In compositione idem esse videtur quod voluntas. βούλησις. Nonius, A Volentia fit Benevolentia, Malevolentia, pro amore & odio, quasi bona & mala voluntas. Item Benevolus & Malevolus.

Voluntas, atis, Animi nostri sententia. {πρόθεσις, βούλησις, αἵρεσις, γνώμη. Ital. *Volontà*. Gal. *Volonté*. Hisp. *Voluntad, potencia libre*.} Cicc. 4. Tuscul. Natura enim omnes ea quæ bona videntur, sequuntur, fugiúntq; contraria. Quamobrem, si simul obiecta species cuiusquam est quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura: id quum constanter, prudentérque fit, eiusmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem: eam illi putant in solo esse sapiente, quum sic diffiniunt, voluntas est quæ quid cum ratione desiderat. Quæ autem aduersus rationem incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrænata atque in omnibus stultis inuenitur. Cic. 3. in Catil. Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem Quirites, voluntatémq; suscepi. ¶ Ponitur aliquando pro ea, quam vulgò *affectionem* vocamus. Cicc. ad Qu. Frat. lib. 3, Significat valde te sibi gratum fecisse, quòd de sua voluntate erga Cæsarem humanissimè, diligentissiméque locutus esset. ¶ Aliquando pro fauore. Terent. in Prolog. Phor. Voluntas vestra si ad poëtam accesserit. Id est fauoris poëtæ. ¶ Voluntate ablatiuus pulchrè ponitur pro eo quod est, Bona cum gratia. Terent. in Adel. Quod vos ius cogit, id voluntate impetret. Cic. 1, Ver. Ego iam tibi ipse istud, quod experis, mea voluntate concedam, id est sponte. Cicc. ad Valer. lib. 13, Reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur. Id est omnibus volentibus, & concedentibus.

Voluntarius, adiect. um, Quod fit sponte. {ἑκούσιος. Ital. *Voluntario, che opera spontaneamente*. Gal. *Volontaire, de franche volonté & sans contrainct*. Hisp. *Voluntarioso*.} Cicc. ad Martium lib. 7, Aut conficiscenda mors voluntaria. Liu. 1. ab Vrbe, Ferocissimus quisque iuuenum cum armis voluntarius adest. Plin. de Viris illustri. Voluntarium militem se obtulit. ¶ Voluntarij milites dicuntur, qui sponte nomina dant. Cæsar 5. belli Gall. Neque sibi voluntariorum copias defore, si ex finibus suis progredi cœpisset.

Voluntariè, & Voluntariò, aduerbia, Id est sponte, bono, & prompto animo, non coacto. {ἑκουσίως. Ital. *Voluntariamente, francamente*. Gal. *Volontairement, franchement*. Hisp. *Voluntariosamente*.} Cæsar 3. belli Ciuil. Milites electi circiter centum viginti voluntariè eiusdem centuriæ sunt prosecuti. Liui. 1. ab Vrbe, Inde ob residuas bellorum iras, maximè sollicitatis ad defectionem animis, voluntariò traxere.

VOLOGESVS, Parthorum rex fuit Neronis temporibus, & frater Tiridatis, quem quum Armeniæ Regem fecisset inuitis Romanis, vario euentu cum iis bella gessit: donec tandem ex pacto placuit Tiridatem regni diadema ponere, nec antè resumere, quàm id Romæ Neronis manibus accepisset. Vide Tacitum lib. 5.

VOLOGESOCERTA, Babyloniæ vrbs, à Vologeso Parthorum rege condita: vt est autor Plinius lib. 6. cap. 26. Ptolemæus Vologesiam appellat.

Volones, Dicti sunt serui, qui bello Punico, quum deessent liberi, qui in militiam nomina darent, pro dominis pugnaturos se polliciti, in ciuitatem recepti sunt, & Volones appellati, quia hoc sponte voluerunt. Festus. Liui. 3. belli Pun. Volones liberi esse iussi. Ibidem, Vetyrones (ea maxima pars volonum erat) discerent signa sequi.

VOLSCI. Populi in Latio, vltra Circeios, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 2 Georg. Assuetúmq; malo Ligurem, Volscóq; verutos,

Volsella, læ, siue Vulsella, Instrumentum pilis è corpore euellendis idoneum. {ψιλωτήριον, πτιλωτήρ. Ital. *Moietta, molletta*. Gal. *Des pincettes de chirurgien*. Hisp. *Las tenazuelas ò pinças para pelar*.} Mart. lib. 9. Purgéntque sæuæ cana labra volsellæ. Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos, Et quicquid vsquam legimus pilosorum Loqueris, sonásq; grandibus minax verbis. ¶ Volsella item, siue Vulsella, instrumenti chirurgici genus est, quo caro ex viceribus præcidenda apprehenditur. Celsus lib. 6. ca. 18, Deinde oræ vulsella prehendendæ, tum quicquid corruptum est, excidendum.

VOLSINIVM, nij, Ptolemæo siue Volsinij, orum, Oppidum mediterraneum Hetruriæ, in quo primùm molæ versatiles sunt inuentæ. Plin. lib. 36. cap. 18, Molas versatiles Volsiniis inuentas, quasdam & sponte motas legimus.

Volua, uæ, Inuolucrum, quo quid inuoluitur. {εἴλημα, εἰλίγγιον. Ital. *Inuilupo, cosa che si inuolge*. Gal. *Enueloppe*. Hispan. *Embolnedor*.} vnde à Plin. lib. 22. cap. 22, accipitur pro albo illo inuoluero boletorum in oui speciem prorumpentium. Voluam (inquit) terra ob hoc prius gignit: ipsum postea in volua, ceu in ouo est luteum. ¶ Eodem etiam nomine antiqui vterum appellabant in muliere, hoc est locum in quo fœtus concipitur: quam hodie literæ vnius immutatione Vuluam appellamus.

Volubilis, vide VOLVO.

Volucer, hæc volucris, hoc volucre, Volatilis, penniger. {πτερὸς, πτηνὸν. Ital. *Volante*. Gal. *Qui vole*. Hisp. *Qualquiera cosa que buela*.} ¶ Et per translationem velox, celer. {ταχὺς, ὠκύς. Ital. *Velece, presto*. Gal. *Viste, soubdain*. Hisp. *Ligero, presto*.} Martialis, Et volucrem longo porrexit vulnere pardum. Virgil. 1. Aene. Volucrémq; fuga præuertitur Hebrum. Cicc. pro Plancio, Nihil est autem, tam volucre quàm maledictum: nihil facilius emittitur, nihil certius excipitur, latius dissipatur. Idem pro Sylla, O falsam spem! ô volucrem fortunam! Virg. l. 5. Aeneid. -illa Noto citius, volucrique sagitta Ad terram fugit, & portu se condidit alto.

Volucris, huius volucris, fœmin. gene. Omne id quod volat, non solùm aues, sed apes quoque, vespæ, tabani, & reliqua huiusmodi. {ὄρνις, τὸ πτηνόν. Ital. *Ciò che vola*. Gal. *Volaille, toute chose qui vole*. Hisp. *Ave ò cosa que buela*.} Cicero 2. de Orato. Quemadmodum volucres videmus procreationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

procreationis, atque vtilitatis suæ causa fingere, & construere sibi nidos. Virg. 3. Georg. Omne adeò genus in terris, hominúmq; ferarúmque, Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres, In furias, ignémque, ruunt. Amor omnibus idem. Ouid 2. Metam. Fluminea volucres medio caluere Caystro.

Volucra, Genus animalis quod prærodit teneros pampinos. {ἰψλ⊛. ἰὼλ. Ital. *Animaletto che rode i teneri pampini* Gal. *Lisset qui ronge la vigne bourgeonnante.* Hisp. *El rebolio que roe las vides* } Colu. de Arboribus. ca. 15. Genus est animalis, volucra appellatur: id ferè prærodit teneros adhoc pampinos & vuas: quod ne fiat, falces quibus vineam putaueris, peracta putatione sanguine vrsino linito.

Volumen, vide VOLVO.

VOLVMNIVS, prænomine Lucius, Vir Romanus Senatorij ordinis, quo cum Seruio Sulpitio Consulatum gerente carnibus pluuisse, autor est Plinius lib. 2. cap. 56.

Voluntas, vide VOLO, vis.

Voluo, uis, ui, duarum syllabarum, Verto, verso torqueo, in orbem torqueo. {κυλίω, κυλίζω, κυλίνδω, στρέφω Ita. *Volgere* Gal. *Rouler, tourner, virer.* Hisp *Bolver, bolver en derredor.* } Virgil. 6. Aeneid. –vbi mille rotam voluere per annos. Cicer. de Clar. Orat. Voluendi enim sunt libri, cùm aliorum, tum in primis Catonis. Virg. 3. Aeneid. –fic fata deûm rex Sortitur, voluitque vices: is nuncius ordo. Idem 3. Georg. Collectúmque premens voluit sub naribus ignem. Idem 6. Aeneid. Saxum ingens voluunt alij. ¶ Voluere, cogitare, versare animo. ἐξετάζω. Catullus Epigr 59. Quæ cum prospectans cedentem mœsta carinam, Multiplices animo volucbat saucia curas. Virg. l. 1. Aeneid. At pius Aeneas per noctem plurima voluens. Ibidem, Quidve doleos Regina deûm, tot voluere casus Insignem pietate virum, tot adire labores Impulerit? Liui. 6. ab Vrbe, Has inanium rerum inanes ipsas voluentes cogitationes, Fortunæ loci delegauerant spes suas.

Voluendus, a um. κυλιστέος. Virgil. 1. Aeneid. Triginta magnos volucndis mensibus orbes Imperio explebit. Id est volubilibus, inter. prete Seruio.

Volutus, ta, tum. Aliud participium. {κεκυλισμένος. Ital. *Voltato* Gal. *Roulé, tourné, viré.* Hisp. *Boltado.* } Virg. 3. Georg. Non vmbræ altorum nemorum, non gramina possunt Grata moucre animum: non qui per saxa volutus Purior electro campum petit amnis.

Voluto, pen. prod. Sæpe, multúmque voluo. {ἐπιστρέφω, κυλίνδω. συγκυλίνδω. Ital. *Tranoltarsi.* Gal. *Vautrer, tourner & rouler souuent.* Hisp. *Rebolcarse.* } Varro 3. de Re rust. cap. 9. Antè sit vestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in puluere volutari. Cicer. in Sallu. Iraq; nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sus, cum quouis volutari. Idem lib 2. ad Qu. Fratr. Itaque ad Callisthenem & Philistum redeo, in quibus te video volutatum. Hoc est cum labore versatum.

Volutatio, onis. Verbale à volutando deductum. {κύλισις. Ital. *Rinolgimento.* Gal. *Roulement, vautrement.* Hispan *Cobra de'bolver à menudo.* } Cic. in Pison. An verò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui, stragésque prouinciæ? quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressos tuos, sed rotis volutationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus.

Voluratus, us, ui, verbale. Idem quod voluratio. κύλισις. Plin. lib. 10. cap. 4. Multum puluerem volutatu collectum, insidens cornibus, excurit in oculis.

Volutabrum, pen. prod. Locus vbi sues volutantur. {κοπρίσκη. ἀλισθήκη, κύλισμα. κυλισθήκη. Ital. *Luoco done si voltanoi porci.* Ga. *Bourbier ou autre lieu ou les bestes se veaultrent.* Hisp. *Rebolcadero como de puercos.* } Virgil. 3. Georg. Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros Latratu turbabis agens.

Volutatim, Iterum, atque iterum voluendo. {κυλιδὸν. Ital. *Rinolgendo.* Gal. *En roulant.* Hispan. *Rebolcandose.* } Plaut. in Milita. Volutatim domum te rapiam.

Volubilis, le, Quod facilè voluitur. {εὐκίνητος, ῥοικός. Ital *Volubile, instabile* Gal. *Aisé à tourner ou faire virer, qui torne.* Hisp. *Cosa que se buelue à menudo bolver.* } Cic. de Vniuers. Deinde animum circundedit corpore, & vestiuit extrinsecus, cælóque soluuago & volubili, & in orbem incitato, complexus est. Virg. 7 Aene. Impubisque manus mirata volubile buxum. ¶ Volubilis fortuna, id est instabilis, inconstans. ἀστήρικτος. Cicer pro Milo. Quàm vaga, volubilisque fortuna.

Volubiliter, aduerbium. {ἐυστρόφως. Ital. *Volubilmente, senza fermezza.* Gal. *Roudement, en roulant.* Hisp. *Poderosamente bolverse.* } Cicer. in Orat. Sæpe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerosè, & volubiliter oratio.

Volubilitas, atis. {τὸ ἐυστρόφως, ἢ ῥοικότης. Ital. *Volubilità.* Gal *Tournoyemẽt, virement en rond.* Hisp. *Aquella posibilidad de bolverse.* } Cicer. de Natu. deor. Ex vtraque re & mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset. ¶ Volubilitas fortunæ, inconstantia. Cicer. 2. de Diui. Quomodo ergo id quod temerè fit cæco casu, & volubilitate fortunæ, præsentiri & prædici potest? ¶ Volubilitas linguæ, leuitas, promptitudo, dexteritas.

Volumen, inis, secunda syllaba prod. A voluendo, quòd maiores nostri in libris arborum, id est corticibus scribebant, & libellos illos, quò ferrent commodius, complicabant. {χαρτοφυλάκιον, σκυτάλη, σύγ-

γραμμα, σκύτος. Ital. *Volume.* Gal. *Volume, roule, vne partie d'vn liure.* Hisp. *Vn libro, ou vn volumen* } Ideóque volumina appellata sunt, libellis similiora quàm libris. ¶ Est enim propriè volumen pars codicis: vtputa Metamorphoseos liber in quindecim volumina distinctus est. Ouid. 1. Trist. Sunt mihi mutatæ ter quinque volumina formæ. Plin. Iunior, Libri tres in sex volumina propter amplitudinem diuisi, quasi in sex minores libros: ve sint volumina aliquantò minora quàm libri. Igitur volumen pars libri est: Liber verò pro toto codice, & pro volumine accipitur. ¶ Inde dicimus Euoluere libros, id est aperire lectitandi gratia, quasi rem complicatam explicare. ἀνελίττειν τὰ βιβλία. sicut Reuelare, rem velatam detegere. Cicer. 5. Tusc. Quoniam duobus superioribus de morte & dolore dictum est: tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. ¶ Accipitur aliquando volumen pro ipsa circumuolutione. περιφορά. Ouid. 2. Metamor. Adde quòd assidua rapitur vertigine cælum, Sideráque alta trahit, celerique volumine versat. ¶ Nonnunquam pro volubilitate, siue inconstantia. Plin lib 7. cap. 45. Si diligenter æstimentur cuncta, magna sortis humanæ reperientur volumina. ¶ Volumina vinculorum. Virgil. 5. Aene. –& ipsa Huc, illuc, vinclorum immensa volumina versat.

Voluox, ocis, penult. prod. Vermis teneros vitium pampinos, & pubescentes vuas erodens, qui & Conuoluolus & Volucra dicitur. {ἰὼλ, ἰψλ⊛. Ital. *Voluolo, verme che rode i teneri pampini delle viti.* Gal. *Lisset, burbec ou vercoquin, qui ronge les bourgeõs des vignes.* Hisp. *El gusano rebolton.* } Plin lib. 18 cap. 28, Simili modo ne conuoluolus fiat, in vinea amurcæ congios duos decoctos in crassitudinem mellis, rursus cum bituminis in tertia parte, & sulphuris quarta sub dio coqui, ne exandescat sub tecto. Hoc vites circa capita ac brachia vngi: ita non fore conuoluulum: alij Voluocem appellant, animal, prærodens pubescentes vuas. Hæc Plinius.

Voluptas, atis. Elata præter modũ lætitia, opinione præsentis alicuius boni. {ἡδονή. Ital. *Voluttà, piacere.* Gal. *Volupté, aise, plaisir.* Hisp. *El deleyte generalmente.* } Vnde quicquid cum delectatione animum demulcet, voluptas dicitur, quòd id maximè velimus. Refertúrq; tam ad animum, quàm ad corpus, quanuis nonnulli insimulent solius corporis esse, ac turpem: quod certè verum non est. Est enim voluptas vocabulum medium, omnémque iucundum motum, quo sensus hilaretur, significat, quem Græci vocant ἡδονὴν. Cicer. 1. de Orat. Percipietis enim illam ex cognitione Iuris lætitiam & voluptatem. Voluptatem eius capio, dixit Plin. Epistol. 17. lib. 2. pro, voluptatem ex eo capio. Cum voluptate legere id est cum delectatione, Cicer. 1. de Finibus. Omne autem id quo gaudemus, voluptas est: vt omne quo offendimur, dolor. Ouid. 7. Metam. Nulla est syncera voluptas. Voluptati esse, id est esse gratum, & iucundum. Cicer. Lent. lib. 1. Quod mihi de filia & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatẽ tuam, speróq; & opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Quibus omnibus in exemplis voluptas in meliorem partem accipitur, pro ea quæ in animum cadit. ¶ Reliquum est vt & in deteriorem partem accipi doceamus, pro ea quæ corpori propria est, in qua Cyrenaici summum constituerunt bonum. Cic. de Senec. Diuinus enim Plato escam malorum voluptatem appellat: quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces. Ibidem. Nullam capitaliorem pestem quàm voluptatem corporis homini dicebat à natura datã: cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur. Idem 1. de Leg. Ab ea quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni, voluptas: malorum autem omnium mater.

Voluptabilis, le, Gratum, voluptuosum. {ἡμερήσιος, πρακτὸς, ἡδὺς⊛. Ital. *Grato.* Gal. *Qui donne ou apporte plaisir.* Hispan. *Agradecido ò aplazible.* } Plautus in Epidio. Voluptabilem mihi tuo aduentu atulisti nuntium.

Voluptarius, ria, rium, Quod voluptatem affert. {τερπνός. Ital. *Cosa piacenole.* Gal. *Plaisant, voluptueux.* Hisp. *Cosa deleytosa.* } Cicer. 3. de Finib. Aegritudo, libido, formido, quámque Stoici communi nomine cotporis & animi ἡδονὴν appellant: ego malo lætitiam appellare, quasi gestientem animi elationem voluptariam. Voluptarius homo, voluptati deditus. φιλήδης, φιλήδεος. Plaut. in Menæch. Nanque Epidamnea natio est hæc, ita hominum Voluptarij atque oratores maximi. Cicer. 2. Tuscul. Ego à te non postulo vt dolorem eisdem verbis afficias quibus Epicurus voluptatem: homo vt scis voluptarius. Idem 3. de Orato. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcedine præter cæteros sensus commouetur.

Voluptuosus, a, um, Habitum, & vehementiam significat, & affectionem. {φιλήδης. Ital. *Voluttuoso.* Gal. *Voluptueux.* Hispan. *Deleytoso.* } vt Voluptuosus homo, qui perquàm amat voluptatem, quem Cicero voluptarium vocat. ¶ Voluptuosa res, quæ in se habet voluptatem, & quæ voluptate afficiat. Ille recipit, hæc recipitur. Plinius lib. 2. Epistol. 15. Voluptuosam rem esse, vtrunque eadem opera eadem viatico inuisere.

Volupe, Delectabile, gratum, iucundum. {ἡδὺ, πρακτὸν, ἡμερήσιον. Ital. *Voluttà, da piacere.* Gal. *Chose agreable & plaisante.* Hisp. *Deleyte.* } Quanquam non rarò substantiuè accipitur pro ipsa delectatione, seu voluptate ἡδονὴ. Plautus in Amphor. Nam quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupe est mihi. ¶ Legitur & volup, per apocopem: quod & Nonius annotauit. Plautus Casina, Facite animo vestro volup. Idem Afinaria, Hic senex siquid clam vxorem animo fecit volup.

VOLVPIA, æ, Voluptatis dea, quæ sacellum habebat Romæ circa naualia, non procul à porta Romanula. teste Varr. libro 4. de Ling. Latin.

VOLVSIVS, Βολύσιος, Poëta quidam ineptus fuit, patria Patauinus, qui Ennium secutus, rerum gestarum populi Romani Annales carmine scripsit. Catullus de Smyrna Cinnæ, At Volusi Annales Paduæ morientur ad ipsam, Et laxas scombris sæpe dabunt tunicas. Et alibi, Annales Volusi cacata charta.

Volutæ,

Volutæ, Ab architectoræ peritis appellantur capreoli, in columnarum capitulis ex herbarum foliis enascentes, & vbi abacum iam propemodum contingunt, in orbem circunuoluti: vnde tam apud Græcos quàm apud Latinos nomen inuenerunt. ἕλικες. Vitru. lib. 3. Dempta abaci crassitudine, diuidatur reliqua pars in partes tres: ex quibus vna imo folio detur, secundum folium mediam altitudinem teneat: cauliculi eandem altitudinem habeant: è quibus folia nascuntur proiecta, vti abacum excipiant, quæ ex cauliculorum foliis nata, procurrunt ad extremos angulos volutæ: minoréque helices intra suum medium, qui sunt in abaco floribus, subiecti scalpantur. Idem paulo pòst, De volutarum autem descriptionibus, vti ad circinum sint rectè inuolutæ, quemadmodum distribuantur, in extremo libro forma & ratio earum est descripta. Idem lib. 7. cap. 5, Nam pinguntur tectoriis monstra potius quàm ex rebus finitis imagines certæ. Pro columnis enim statuuntur calami, pro fastigiis harpagines tuli striati, cum crispis foliis, & volutis. Item candelabra ædicularum sustinentia figuras, supra fastigia earum surgentes ex radicibus cum volutis: colliculi teneri plures, habentes in se sine ratione sidentia sigilla, non minus etiam ex colliculis flores, dimidiata habentes ex se exeuntia sigilla, alia humanis, alia bestiarum capitibus similia. Hæc Vitruuius.

Volutabrum, Volutatim, Voluto, vide VOLVO.

VOMANVM, Fluminis nomen in quinta Italiæ regione, non procul ab Adria colonia. Plin. lib. 3. cap. 13.

Vomer, vomeris, masculini generis, vide VOMO.

Vomica, ex. pen. corr. Abscessus internus, copiosam cuiusmodi sanies: vnde & nomen accepit. {ἀπόστημα. Ital. *Apostema.* Gal. *Apostume.* Hisp. *Postema.*} Cic. de Natu. deor. Nec prodesse voluit Pheræo Iasoni qui vomicam eius aperit, quam medici sanare non potuerant. Serenus, Sunt odio quos dira vomit natura, tumores. Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam. Plin. lib. 20. cap. 12, Petroselinon præcipuum ad vomicas. Hinc Plautus in Persa, non infestiuiter vomicam appellat crumenam numis refertam, atque tumentem. Quid hoc, inquit, quod in collo tibi tumet? SA. vomica est, pressare parce. ¶ Plinius lib. 33. cap. 6, per translationem accepit pro argenti viui vena iugiter manante. Est (inquit) lapis in his venis, cuius vomica liquoris æterni argentum viuum appellatur, venenum rerum omnium.

Vomo, mis, mui, tum, Per os eiicio. {ἐμέω, ἐκβδύγμαι. Ital. *Vomitare.* Gal. *Vomir.* Hisp. *Gomitar.*} Cic. pro Deiotaro, Quum (inquit) post cœnam vomere te velle dixisses, in balneum te ducere cœperunt. Idem 2. Philipp. Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. Virg. 9. Aeneid. Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista Vina refert moriens.

Vomito, as. frequentatiuum. {πολλάκις ἐμῶ. Ital. *Vomitar spesso.* Gal. *Vomir souuent.* Hisp. *Gomitar à menudo.*} Colu. lib. 7. cap. 10, Quam quum pecudes biberunt, nausea correptæ vomitant, atque expurgantur.

Vomitio, onis. Cibi, potúsve per os ciectio, quæ ventriculi subuersione contingit. {ἐμεσμός, ἐκβδύγμος. Ital. *Esso vomitare, vomito.* Gal. *Vomissemẽt.* Hisp. *Gomito.*} Plin. lib. 11. cap. 53, Homini cibus vtilissimus simplex: asseruatio ciborum pestifera, & condimenta perniciosiora. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & auidè hausta: & æstate, quàm hyeme, difficilius, & in senecta, quàm in iuuenta. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maximè autem dentibus. Somno concoquere corpulentiæ, quàm firmitati vtilius: ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere.

Vomitus, tus, Idem quod vomitio. ἔμετος. Plinius lib. 20. cap. 14, Mentastrum cum succo granati singultus & vomitus sistit, vt Democritus monstrat.

Vomitor, oris, Qui vomit. {ἐκβδυκτής. Ital. *chi vomita.* Gal. *Vomisseur.* Hisp. *El que gomita.*} Plin. lib. 23. cap. 1, Non expedit vomitoribus, sicut neque mustum, neque sapa, neque passum.

Vomitorius, a. um, Quod vomitum ciet. {ἐμετικός. Ital. *Cosa che fa vomitare.* Gal. *Qui fait vomir.* Hisp. *Cosa para hazer gomitar.*} Plin. lib. 21. cap. 16, Hunc stomacho inutilem, & ideo vomitorium. Idem lib. 20. cap. 9, Bulbus quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, cæteris longiora.

Vomer. & Vomis, huius vomeris, generis masculini. Ferramẽtum aratri, quo sulci fiunt. {ὖς. Ital. *Vomere, vomiero del aratro.* Gal. *Le soc d'vne charue.* Hisp. *La reja del arado.*} ita dictum quòd terram vomat, hoc est eruat. Virg. 1. Georg. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, & sulcos attritus splendescere vomer. Idem, Vomis & inflexi primùm graue robur aratri. Plin. lib. 18. cap. 18, Vomerum plura genera: Culter vocatur, prædensam, priusquam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, rostratus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, rostrati vectis. Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspide. In rostro hæc quarto generi, sed exactior in mucronem fastigiata. eodémque gladio scindens solum, & acie laterum radices herbarum secans: id non pridem inuentum in Rhætia. Galliæ verò duas addiderunt rotulas, quod genus vocant *plumarati.* Cuspis effigiem palæ habet. Latitudo vomeris cæspites vetsat. Ouid. 1. Metam. Ipsa quoque immunis, rastróq; intacta, nec vlli Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus.

Vopiscus, {ὁ ἐκ τῶν διδύμων κατὰ καιρὸν τεχθείς. Ital. *Vno di due gemelli che viene à profitto.* Gal. *Celuy de deux gemeaux qui vient à profit.* Hisp. *Vno de dos mellizos que viue y es aprouechado.*} Dicitur qui ex duobus conceptis, vno abortu excluso, ad partum legitimum ducitur. Quo cognomine dictus est Flauius historicus qui Imperatorum vitas scripsit. Plin. lib. 7. cap. 10, Vopiscos appellabant è geminis, qui retenti vtero nascerentur, altero interempto abortu.

VORANVS, Qui. Luctatij furacissimus libertus, quem nummularius nummos de mensa subtrahentem, & in calceos infarcientem deprehendit. Cælius lib. 10. cap. 49.

Voro, as, Cibum non confectum deglutio. {βρόκω, κυβιφάγω, κανχάομαι. Ital. *Deuorare, trangugiare.* Gal. *Deuorer, aualler sans mascher, engloutir.* Hispan. *Tragar lo que no se masca.*} Cic. 2. de Natur. deorum. Alia vorant, alia mandunt. ¶ Hinc per translationem vorare capitur pro auidè sumere. Plaut. in Truc. Interim ille hamum vorat, si semel amoris poculum accepit meté. Cicero ad Atticum lib. 4, Nos hic voramus literas cum homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio.

Vorago, inis, secunda syllaba producta, Locus immensæ profunditatis, quicquid acciperet, deuorans. & propemodum inexplebilis. {δυσχάρυβδις, βάραθρον. Ital. *Voragine, baratro.* Gal. *Gouffre.* Hisp. *Tragadero, o remolino de agua.*} Cic. 1. de Diuin. Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum demisisset in flumen, summersus equus voraginibus non extitit. Virgil. 7. Aene. Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis Monstrantur, ruptóque ingens Acheronte vorago. Idem 6. Aeneid. Turbidus hic cœno, vastáqua voragine gurges Æstuat Curt. lib. 8, Imber violentius quàm alias fusus, campos lubricos, & inequitabiles fecerat: grauésque, & propemodum immobiles currus illuuie & voragine hærebant. ¶ Transfertur ad hominem insigniter prodigum, cuius gula vel amplissimis patrimonijs in ventrem, tanquam in barathrum quoddam, coniectis, expleri non non potest. Cic. pro Sestio, In meo periculo, inquit, gurges & vorago patrimonij hellua bere?

Voraginosus, a, um, adiect. Quod est voraginibus plenum. {βαραθρώδης. Ital. *Pieno di voragini.* Gal. *Plein de gouffres.* Hisp. *Lleno de remolinos.*} Hirci. 6. belli Hispan. Nam palustri & voraginoso solo currebat ad dextram partem.

Vorax, cis, omnis generis. Multa absumens, inexplebilis edacitatis. {πολυφάγος, πολυκῆλος, πολύφιλος. Ital. *Vorace, deuoratore.* Gal. *Grand deuoreur, goulu, gloton, gourmand.* Hisp. *Cosa que mucho traga, comilon.*} Ouid. 15. Metamorph. Nec, nisi perdideris alium, placate voracis, Et malè morati poteris ieiunia ventris. ¶ Charybdis vorax. βαραθρώδης. Cic. 2. Philipp. Quæ Charybdis tam vorax tot res tam citò absorbere potuisset? Vsura vorax. Lucan. lib. 1, Hinc vsura vorax: auidúmque in tempore fœnus, Et concussa fides, & multis vtile bellum.

Voracitas, atis, Edacitas, inexplebilis edendi auiditas. πολυφαγία.

Vorsura, vide versura in VERTO.

Vorto, vortis, vide VERTO.

Vortex, vide vertex in VERTO.

Vos, vestrum, vel vestri, pronomen pluralis numeri, à tu. Vosmetipsi, pro vosipsi. {ὑμεῖς. Ital. *Voi.* Gal. *Vous.* Hispan. *Vos.*} Cic. 4. Acade. Nos autem dicimus ea nobis videri, quæ vosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis. Idem pro Rose. Amer. Quæ facitis eiusmodi sint, vt ea dedita opera à vobis contra vosmetipsos facere videamini.

Votiuus, Votum, vide VOVEO.

Vouco, ues, ui, tum, Deo aliquid sanctè promitto. {ἔυχομαι, ἐπεύχομαι. Ital. *Far voto, annotare.* Gal. *Vouer, faire vou.* Hisp. *Votar ò despear.*} pro quo etiam dicimus vota facere, & vota nuncupare. Liu. li. 1. ab Vrbe, In te trepida duodecim vouit Salios, fanáque Pallori, & Pauori. Horat. 3. Carm. Ode 8. Voueram dulces epulas, & album Libero caprum. Ouid. 9. Metam. Vota puer soluit, quæ fœmina vouerat Iphis. ¶ Vouere caput pro salute patriæ, dixit Cic. 5. de Finib. pro, obiicere se periculis pro salute patriæ. ¶ Huius compositum est, Deuoueo, de cuius significatione abundè multa dicta sunt suo loco.

Votus, a, um, participium. {ὁ εὐχθείς. Ital. *Votato, promesso.* Gal. *Voué, promis.* Hispan. *Votado, prometido.*} Cic. de Natu. deorum. At earum templa sunt publicè vota, & dedicata. Liui. 4. ab Vrbe, Ludi ab Decemuiris per secessionem plebis à Patribus ex senatusconsulto voti, eo anno facti sunt.

Votum, ti, Promissio facta Deo. {εὐχή. Italicè & Hispanicè, *Voto.* Gal. *Veu.*} Cic. de Natu. deorum. Nónne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint? Idem 1. de Legibus. Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio, quo obligamur Deo: pœna verò violatæ religionis iustam excusationem non habet. Virgil. 8. Aeneid. Nota metu duplicant matres, propiúsque periclo Ittimor. ¶ Nefarium votum. Cic. pro Cluent. Quinetiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse, sceleratásque eius preces, & nefaria vota cognouimus. ¶ Et quoniam quæ magnopere desideramus, adhibitis votis à diis petere solemus, factum est vt Vota accipiamus pro optatis. εὐχαί. Plinius Epist. 45, Hanc ego vitam voto, & cogitatione præsumo. ¶ Vnde voti compotem dicimus eum, qui desiderium suum assecutus est. Et pro voto succedere, id est pro desiderio. κατὰ γνώμην συμβαίνειν. ¶ Item facere vota, pro optare. εὔχεσθαι. Cic. pro Milo. Vota enim fecerat is, vt in eos se potius mitteret, quàm in vestras possessiones. ¶ Nonnunquam tamen facere vota, idem est quod vouere. Cicero de Aruspicum respon. Nostri Imperatores maximis & periculosissimis bellis hunc deæ vota fecerunt: eáque in ipso Pessinúnte ad aram principem persoluerunt. ¶ Voto aliquem fingere, id est talem fingere, qualem vel maximè optaremus. Plinius Epistol. 12, Tibique, vt qui exploraueris, spondeo habiturum te generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit. ¶ Nuncupare vota pro imperio, apud Cic. 6. Verr. id est nominatim aliquid vouere, quod Respublica periculo liberata, sis persoluturus. ¶ Voto teneri, est voti ergò obligatum esse. Cic. Attic. Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto. ¶ Vota soluere, est ea quæ vouimus, præstare, Cic. ad Atticum. Vota reddere, apud eundem, 3. de Legibus. Liberare se voto, est solutione eorum quæ vouimus, eximere sese ab obligatione sponsionis diis factæ. ¶ Legimus tamen & liberare se voti, pro voto. Liui. 5. ab Vrbe, Verecundiam non tulit Senatus, quin sine mora voti liberaretur. ¶ Reus voti, & Damnatus voti, vide in dictionibus DAMNATVS, & REVS.

Votiuus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Votiuus,2, um, penult.prod. Quod ex voto dari promittitur. {Ital. *Di voto.* Gal. *Qui est voué.* Hispan. *Cosa prometida por voto.*} Horat.1. Epist.3, Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenca. Ludi votiui, qui ex voto fiunt. Solebant enim in Reipub. periculis, aut principis aduersa valetudine, ludi voueri, quos deinde votis damnati ingenti cum apparatu faciebant. Plin.lib.7.cap.48, Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam, Co. Pompeio, Qu. Sulpitio Coss. ludis pro salute D. Augusti votiuis, annum centesimum quartum agens. ¶ Thura votiua, quæ voti causa persoluuntur. Oui.3.Amor.Eleg.12. Accipit ara preces, votiuáq; thura piorum, Ara per antiquas facta fine arte manus. ¶ Legatio votiua, quæ voti ergò suscipitur. Cic. Attic.lib.15, Votiua (subaudi legatio)ne tibi quidem placebat. Etenim erat absurdum, quæ, si sterilisset Respublica, vouissem, ea me euersa illa vota dissoluere. ¶ Aliquando votiuum significat quod voto desideratum est. Apul. lib.6, Tota ciuitas ad votiuum conspectum effunditur. ¶ Votiuæ aures, quæ cupiunt aliquid audire. Plaut. in Cas. Aures votiuæ si sunt, animum aduortite.

Vox, vocis, Propriè dicitur sonus qui ab animalis ore profertur. {Ital. *Voce, suono, dittione.* Gal. *Voix, son.* Hisp. *La voz, son.*} Fit enim διὰ τοῦ βοᾶν, quod est clamare. Cicc.2. de Natu. deor. Vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: graue, acutum: flexibile, durum: quæ hominum solùm auribus iudicantur. Idem in Orat. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur. Mira est enim quædam natura vocis: cuius quidem è tribus omnibus sonis, inflexo, acuto, graui, tanta fit & tam suauis varietas perfecta in cantibus. De vocis quantitate, ac qualitate, vide Quintil.lib.11.cap.3. Ouid.2.Meramorph. Nec conata loqui est: nec si conata fuisset, Vocis habebat iter, saxum iam colla tenebat. Idem 2. Amor.eleg.6. de Psittaco, Non fuit in terris vox cum simulantior ales. Virg.3. Aene. Senfit, & ad sonitum vocis vestigia torsit. Quintil.lib.11.cap.4, Augentur autem, sicut omnium, ita vocis quoque bona cura: & negligentia minuitur. ¶ Nonnunquam tamen Voces dicimus pro rerum etiam inanimatarum sonis. Virg. 6. Aene. de Orphei cithara. Necnon Threicius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Vocula, æ, penult.corr. diminut. Parua vox. {Ital. *Vocina, voce picciola.* Gal. *Petite voix.* Hisp. *Pequeña vox.*} Cicero ad Quint. Fratr. Quanto molliores sunt & delicatiores in cantu flexiones, ac falsæ voculæ, quàm certæ, seu seueræ? Propert. lib.1. Eleg. 15, O vtinam traiecta cauea mea vocula rima Percussas dominæ vertat in auriculas.

Vocabulum, li. pen.corr. Dictio qua res singulæ vocantur, aut voce efferuntur. {Ital. *Dittione, vocabolo, voce.* Gal. *Vocable, diction, nom ou surnom.* Hisp. *La palabra.*} Terent. in Eunuc. Tanquá philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula. Plin.Epist.14, Neque alio vocabulo potest exprimi. Cicc.3. de Orator. Nam si res suum nomen & proprium vocabulum non habet. Quintil.lib.9. cap.1, Mutatur vocabulis vis rerum.

Vocalis, vocale, Quod est sonorum, & summæ vocis. {Ital. *Vocale, sonoro.* Gal. *Qui a bonne voix ou hautaine & resonante.* Hisp. *Cosa que resuena y tiene voz.*} Plin.lib 18, Ranæ quoque vltra solitum vocales, sunt signa tempestatis. Tibul.lib.2. Eleg.5, Nunc te vocales impellere pollice chordas, Nunc precor ad laudes flectere verba meas. Ouid.11. Metamor. Carmine vocali clarus citharáque Philæmon? ¶ Vnde vocales dictæ sunt quinque illæ apud Latinos literæ: quia per se voces faciunt, & sine his vox proferri non potest. φωνήεντα. ¶ Hinc Semiuocales, quæ quasi dimidiarum vocalium sonum habẽt. ἡμίφωνα. Vocalium concursus. Cic. in Orat. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam. ¶ Vocalis etiam dicitur, qui voce vtitur, & proferre verba potest: puta si quis, quum mutus fuisset, postea loquatur. ἔμφωνος. Valer.lib.1, Aegles Samius athleta mutus, quum ei victoriæ titulus & præmium eriperetur, indignatione accensus, vocalis euasit.

Vocalitas, atis, Consonantia, quam Græci εὐφωνίαν vocant. {Ital. *Consonanza.* Gal. *Consonance, beau, bon & plaisant son.* Hispan. *Consonancia.*} Quintil.lib.11.cap.5, Sola est, quæ norari possit velut vocalitas, quæ εὐφωνία dicitur.

Vocamen inis, Nomen, appellatio. {Ital. *Nome, appellatione.* Gal. *Nom, appellation.* Hisp. *Nombre ò llamamiento.*} Lucret. libro secundo, -& Bacchi nomine abuti Manult, quàm laticis proprium proferre vocamen.

Vocatiuus, adiectiuum fictum & Grammaticis vt vocatiuus casus, Per quam aliquem vocamus. κλητική.

Vocatiuè, aduerbium, apud Gellium lib.13. cap.21, Vocatiuè, inquit, dicit, id est per vocatiuum.

Vociferor, aris, Exclamo, maiorem vocem emitto. {κραυγάζω, βοάω. Ital. *Gridar forte, gridar ad alta voce.* Gal. *Crier, braire, huyer.* Hisp. *Gritar mucho, dar vozes.*} Cicc.6.Verr. Minitari absenti Diodoro, vociferari palàm, lachrymas interdum vix tenere. Lucret.lib.2, Nulla est finis, vti docui: res ipsâque per se Vociferatur, & elucet natura profundi. Virgil.2. Aeneid. Talia vociferans gemitu tectum omne replebat. ¶ Vociferare actiuum protulit Cicc. Act.4 in Verrem, si mendo locus vacat: Nam me dies, vox, latera deficient, si hoc nunc vociferare velim, quàm miserum indignúmque sit, &c.

Vociferatio, onis, verbale, Clamor, actus vociferandi. {κραυγή, βοή. Ital. *Istoso gridare.* Gal. *Braiement, crisment, huyement.* Hispan. *Obra de gritar.*} Cicc.pro Cluent. Nam in ipso sermone hoc & vociferatione mortua est. Ad Herenn. lib.3, Habet enim quiddam illiberale, & ad muliebrem potius vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Voco, as, Interdum idem est quod aduoco, vel accerso. {καλέω, ὀνομάζω, βοάω. Ital. *Chiamare.* Gal. *Appeler, huchar.* Hispan. *Llamar*} Plaut.in Capt. Quæ ad partem vis nuntiari? vin' vocem huc ad te. ¶ Aliquando idem quod appellare. ἐπονομάζειν. Virg.11. Aeneid. -variúsque instigat vocibus alas, Nomine quenque vocans. ¶ Item inuitare. Cic.6. Verr. Deinde ipsum regem ad cœnam vocauit. Vnde vocatores, dicti sunt, quibus inuitandi datum est negotium, siue qui per se vocant ad cœnas. κλητῆρες. Plin. lib.35.cap.10, Inuitatus ad regis cœnam venit, indignantique Ptolemæo, ac vocatores suos ostentanti, vt diceret à quo eorum inuitatus esset, ille arrepto è foculo carbone extincto, imaginem in pariete deliniauit. ¶ Tanti vocat ille pudicam, à Iuuenale Satyr. 6, dictum est in hunc sensum, Tantum accepit, vt illam dicat esse pudicam. Verba Iuuenalis sunt hæc, Bis quingenta dedit: tanti vocant ille pudicam. Loquitur de Cesennia muliere impudicissima, quam tamen maritus pudicam esse asserebat: non quòd ita res esset, sed quòd quingenta dotis nomine accepisset. ¶ Item denuntiare. Virgil.1. Georg. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. ¶ Aliquando significat nomen imponere. Plaut. in Asin. Quo nos vocabis nomine? ¶ Vocare aliquem ad calculos, est eum vocare vt suffragium ferat. ¶ Vocare seruos ad libertatem, est eos incitare vt sese vindicent in libertatem. ¶ Vocare aliquem ad computationem, dixit Plin. in Paneg. Nemo recentem, & attonitam orbitatem ad computationem vocet, cogátque patrem, quid reliquerit filius, scire. ¶ Vocare aliquem ad testimonium, est testem citare. ¶ Vocare aliquem in crimen, est aliquem criminis accusare. ¶ Vocare in discrimen, est periculo committere. ¶ Vocare aliquem in inuidiam, est quod vulgus indoctum ait, *adducere in malam gratiam.* ¶ Vocare rem aliquam in medium, est discutiendam proponere. ¶ Vocare aliquem in partem, est eum vocare vt alicuius rei partem accipiat. ¶ Vocare aliquid ad calculos, est in supputationem deducere. Cicc. de Amic. Hoc quidem est nimis exiliter, & exiguè ad calculos vocare amicitiam: vt par sit ratio acceptorum, & datorum. ¶ Vocare deos in vota, est votis facti, deorum auxilium implorare. ἐπικαλεῖσθαι. Virgil.5.Aenei. Ni palmas ponto tendens vtrasque Cloanthus, Fudissérque preces, diuósque in vota vocasset. ¶ Vocare aliquem à mœstitia, est iubere læto animo esse. Cic.Attico, lib.1, Quòd me à mœstitia vocas, multum proficis. ¶ Sic vocare ad vitam, ibidem, pro eo quod est bono animo esse iubere, & eum qui iam necem sibi inferre constituerat, spe melioris iniecta ab instituto reuocare. ¶ Vocata est opera, dixit Plant. in Stich. Cœnabis apud me, quoniam saluos aduenis. 1. Vocata est opera, id est non vacat apud te cœnare, quoniam rogauit me aliquis vt negotium aliquod pro se transigerem.

Vocatus, a, um, particip. {κεκλημένος, ὁ κληθείς. Ital. *Chiamato.* Gal. *Appelé, huché.* Hisp. *Llamado.*} Ouid.1.Metam. Concilióque vocat: tenuit mora nulla vocatos. Horat.2. Carm. Ode 18, Vocatus, atque non vocatus audit.

Vocatus, us, ui. {κλῆσις, παράκλησις. Ital. *Inuocatione, prega.* Gal. *Inuocation, priere.* Hisp. *Obra de llamar, ruego.*} Virgil.10. Aene. -nunc ô nunquam frustrata vocatus Hasta meos, &c. Vbi Seruius, Vocatus, hoc est inuocationes & preces: nam appellatio est à verbo quæ semper in io exit, aut in us, id est nomen verbale. Cicc.3. de Orat. Manè Idibus Septembr. & ille Senatus frequens vocatu Drusi in Curiam venit.

Vocator, penult.prod. oris. verbale. {ὁ κλητήρ, ὁ καλῶν, ὁ εἰς τὸ δεῖπνον παρακαλῶν. Ital. *Chiamatore, inuitatore.* Gal. *Semonneur, inuiteur au banquet.* Hisp. *Que llama à otro que venga, combidador.*} Vocatores dicti sunt quibus datum est inuitandi negotium, siue qui ipsi inuitant ad cœnas. Plin.lib.35. cap.10. Inuitatus ad Regis cœnam venit Indignantique Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, vt diceret, à quo eorum inuitatus esset.

Vocito, as, pen.corr. Frequenter voco. {κλητίζω. Ital. *Strachiamare.* Gal. *Appeler ou hucher, sonner.* Hisp. *Llamar à menudo.*} Plaut. in Capt. Prænium vocitatus est, póst vos nomen indidistis Tyndaro. Cicc.1.de Natu.deor. Quas nostri Septem soliti vocitare triones.

V Ante P.

Vpilio, onis. masculi.gener. Positum est à Virgilio pro opilione, causa metri, Aegl.10, Venit & Vpilio, tardi venere subulci. Est autem opilio, vel vpilio, ouium custos. ποιμήν. Ital. *Pecoraro.* Gal. *Berger.* Hisp. *Pastor de ouejas.*

Vpupa, pæ. Auis, cristis à capite exeuntibus galeata, in fimo semper commorans. {ἔποψ. Ital. *Bubba.* Gal. *Aloüette.* Hispan. *El abubilla ave.*} Plin.lib.10.cap.29, Mutat & vpupa, vt tradit Aeschylus poëta, obscœna aliàs pastu auis, crista visenda plicatili, contrahens eam, fibrigénsque per longitudinem capitis. ¶ Plaut. in Capt. Vpupam pro meretrice accipit. Iridem (inquit) huc mihi aduenienti vpupa quæ me delectet, data est.

V ante R.

VRA, ἡ, Locus est in finibus Syriæ Palmyrenæ, ad Euphratem fluuium, qui inde relictis Palmyrenorum desertis, in ortum reflectitur. Autor Plin.lib.5, cap.24.

Vrachus, pen.corr. ἄουρος. Meatus est proficiscens ex fundo vesicæ fœtus in vtero existentis, lotium deferens in membranam vrinæ recipiendæ destinatam, quæ à medicis ἀμφιβληστρὶς appellatur. Vide Gal. lib.15, de Vsu partium, & in tractatu de Consectione vuluæ.

VRAGVS, ὁ οὐρανός, οὖρος. Platonis cognomen est, ab vrgendo (vt quibusdam videtur) impositum, quòd omnium deorum maximè nos vrgeat. Nos Græcam vocem esse malumus. Apud illos enim οὐρανὸς dicitur, qui in acie extremam agminis partem ducit. Vnde non inuenustè ad Ditem transfertur, qui postremum humanæ fabulæ actum excipit.

VRANIA, æ, siue Vranie, es, οὐρανία, ἡ οὐρανίη, Vna musarum, Iouis & Mnemosynes filia, cui Astrologiæ inuentio tribuitur. Vnde & Vraniam dictam putant, quasi τὰ ἄνω ὁρῶσα. hoc est sublimia speculantem. Ouid.lib.5.Fast. Excipit Vranie: facerete silentia cunctæ.

Vranoscopus, pi. οὐρανοσκόπος, Piscis idem cum callionymo, fel habens prægrande, quo cicatrices, & excrescentes in oculo caruculæ persanantur. Dictus vranoscopus ab oculo, quem in capite habet ita situm, vt eo cælum intueri videatur. Vide Plin.lib.32.cap.7.

VRANOPOLIS, ἡ οὐρανόπολις, Vrbs in finibus Macedoniæ, ad radicem montis

Universidad de Deusto

monis Athos: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

VRANVS, οὐρανός, Pater Saturni: quem Latini Cælum, vel Cælium appellant, ex cuius virilibus, à Saturno filio exectis, & in mare abiectis, nata est Venus, quæ ideo Græco nomine appellata est Aphrodite.

Vrbanatim, Vrbane, Vrbanitas, Vrbanus, vide VRBS.

VRBS, ἄστυ. Populi sunt Capissenæ (quæ est Asiæ regio Carmaniæ finitima) non procul à Pandorum finibus, & Ponamo flumine nauigabili. Autor Plin. li. 6. cap. 23. Sed corrupta est Plinij lectio: sic enim habet, Flumen Borro, Gensurbi, flumen nauigabile ponamus Pandorum finibus, Vbi Gensurbi flumij nomen est non populi.

Vrbina, næ, pen. corr. Teli genus oblongum. Plaut. in Bacch. Si tibi est machæra, & nobis vrbina est domi. Verba sunt Chrysali, minas referentis, & militis sæuitiam sæuis item dictis retundentis. Placiades Fulgentius legit hoc loco Veruinam, & interpretatur iaculi genus, quod verutum vocant. Vide Erasini Adagia.

VRBINVM, Italiæ oppidum: à quo Vrbinates. Plin. lib. 3. cap. 14.

Vrbs, huius vrbis, Oppidum muro cinctum. {ἄστυ. Ital. *Citta.* Gal. *Vne ville.* Hisp. *La ciudad.*} ab Vruo, aratri curuatura: quòd antiqui iunctis bobus, tauro & vacca, Hetrusco ritu in condendis vrbibus, interiore vacca, aratro circumagebant sulcum, intra quem vrbem ædificarẽt. Hoc faciebant religionis causa die auspicato, vt vrbs fossa, muróque munita esset: & locum vnde terram fodissent, Fossam vocabant. Virg. 1. Georg. Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro. Quidam ab orbe vrbem appellatam putant, quòd sulcus in orbem duceretur: nam ciuitates antiquæ in orbem fiebant. Et propriè Roma Vrbs dicta est per antonomasiam, quum cætera dicantur Oppida, vt testatur Quintil. lib. 8. cap. 2. ¶ Vrbis autem vocabulo propriè ædificia ipsa significantur. Virgil. 1. Aene. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, Carthago. ¶ Ciuitatis autem nomine propriè intelliguntur coloni, & qui ciues dicuntur. Cice. 1. de Repub. Quam quum locis manúq; sepsissent, eiusmodi coniunctionem tectorum Oppidum, vel Vrbem appellarunt, delubris distinctam spatiisq; communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem exposui, Ciuitas est. Idem pro Sestio, Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento & diuino iure & humano, mœnibus sepserunt. Sed confunduntur quandoque, ita vt Vrbs pro ciuitate ponatur, idq; per metonymiam, vt ait Quint. lib. 8. cap. 6. Virgil. 2. Aeneid. Inuadunt vrbem somno, vinóq; sepultam. Et ciuitas pro vrbe. Seneca, Quum plerásq; ciuitates viderimus terræ motu funditus collapsas. ¶ Ab vrbe fit Suburbium & Suburbanum. Vrbanus, & Vrbicus: sicut ab oppido Oppidanus, & Oppidicus.

Vrbicus, ca, cum, Quod ad vrbem pertinet. {ἀστυκός. Ital. *cittadinesco.* Gal. *De la ville.* Hispan. *Cosa perteneciente à ciudad.*} sicut Rusticus, ca, cum, quod ad rus. Gell. lib. 15. cap. 1, Si quod autem posset remedium esse, vt ne tam assiduè domus Romæ arderent, vænum hercle dedissem res rusticas, & vrbicas emissem. Sueton. in Augusto. Vt feraciorem, habiliorémque annonæ vrbicæ redderet. Mattial. in Prooem. lib. 12, Quæ absoluenda non esset inter illas quoque occupationes vrbicas, quibus facilius consequimur vt molesti potius quàm officiosi esse videamur.

Vrbanus, na, num, Idem quod Vrbicus. {ἀστικός, ἀστεῖος. Ital. *Ciuile, vrbano, costumato bene.* Gal. *Ciuil, bourgeois, joyeux & recreatif.* Hisp. *ciuil, cosa de ciudad.*} vt Vrbani mores, Vrbana curia: aut qui in vrbe habitat, cui opponitur Rusticus. Plaut. in Merc. Vrbani fiunt rustici. ¶ Vrbana prædia. Vlpian. l. vrbana. ff. de verb. sign. Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, non solùm ea quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis: vel si Prætoria, voluptati tantùm deseruientia, quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia. Vita vrbana. Terent. Adel. Ego hanc clementem vitam, vrbanam, atque otium secutus sum. Ouid. 1. de Pon. Eleg. 9, Nec tu credideris vrbanæ commoda vitæ Quærere Nasonem: quærit & illa tamen. ¶ Per translationem accipitur pro faceto, comi, lepido, quem Græci εὐτράπελον vocant, siue χαριέντα: & pro eo qui in verbis & sono, & vsu proprium quendam præ se fert vrbis gestum, & sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem. Cice. pro Domosua, Et homo facetus inducis etiam sermonem vrbanum, ac venustum. Horat. 1. Sermon. Satyr. 10, –fuerit Lucilius, inquam, Comis & vrbanus, fuerit limatior idem, &c. Et differt à Dicaci, quòd dicax est, cuius sermo cum risu aliquem incessit. Ideo Demosthenem vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant. ¶ Quemadmodum autem vrbanum & dicacem hominem dicimus, ita vrbanum & dicacem sermonem: vnde vrbanitas & dicacitas tam de oratione quàm de homine dicuntur.

Vrbanitas, atis, Sermonis lepor, oratio salibus condita. {ἀστειότης, χαριεντισμός, ἀστεϊσμός. Ital. *Vrbanità, bona gratia, ciuilità.* Gal. *Ciuilité, bonne grace, bon entregent.* Hisp. *Crianza como de ciudad, ciuilidad.*} Vrbanitas (inquit Quintil. lib. 6. cap. 3,) illa est, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil conditum, nihil peregrinum neque sensu, neque verbis, neque ore, gestúve posset deprehendi. Cice. 1. de Finib. Et sunt neque illius scripta leuiora, vt vrbanitas summa appareat, doctrina mediocris. Idem pro Cælio, Maledictio autem nihil habet propositi diocris. Idem pro Cælio, Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuitium: si facetius, vrbanitas nominatur. Quintilian. lib. 4. cap. 2, Vrbanitas opportuna reficit animos. Est autẽ hæc significatio metaphorica, tracta à moribus eorum qui in vrbibus agunt, quorum oratio, vitáque omnis lepore, salibus, & venustate amœnitas condita est, quàm eorum qui in agris agunt. ¶ Nonnunquam tamen legitur in propria significatione pro rebus ipsis vrbanis, vel pro vita vrbana. Cice. Trebatio, Tu modò desideria vrbis & vrbanitatis depone.

Vrbanè, aduerbium, Facetè, lepidè, venustè. {ἀστείως, χαριέντως. Ital. *Piacevolmente, con gratia.* Gal. *Ciuilement, plaisamment, de bonne grace.* Hisp. *A manera de ciudad, con gracia y ciuilidad.*} Cice. 1. de Finib. Facetè & vrbanè (vt è patre audiebam) Stoicos irridente. Quint. lib. 2. cap. 11, Nec sanè potuit vrbanus ex confessione insciriæ suæ elabi.

Vrbanatim, Antiquis in vsu erat, pro vrbanè, hoc est vrbanorum more. Varro, Vrbanatim in vsu erat, pro rustice, siue rusticorum more. Pop. apud Nonium. At ego rusticatim tangam, vrbanatim nescio.

Vrceus, vrcei, vt Paulus Iureconsultus ait, Est vas quo aqua in vrnam infunditur, vel in ahenum. {κεράμιον. Ital. *Boccale, orciolo.* Gal. *Pot de terre ou d'eraim, cruche, buye, coquemart.* Hisp. *El jarro.*} Mart. lib. 14 Hic tibi donatur panda ruber vrceus ansa. Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam. Colu. lib. 12. cap. 21, Sal autem quàm candidissimus conicitur in vrceo fictili sine pice: qui vrceus quum recipit salem, diligenter totus oblinitur luto paleato. Orat. in Arte, –amphora cœpit Institui? currente rota cur vrceus exit?

Vrceolus, diminutiuum. {σκεύασμα ἀκεραμεϊκὸν. Ital. *Picciol tal vaso.* Gal. *Vn petit broc.* Hisp. *Pequeño jarro, ò el arcadaz para sacar agua.*} Colum. lib. 12. cap. 16, Eodem tempore soliba manu lecta curiosè in vrceolos picatos adiicito. Iuuen. Satyr. 2, Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex, Ornamentum abaci nec non & paruulus infrà Cantharus, &c.

Vrceolaris herba, A Romanis dicta est quam herbariorum vulgus hodie *parietariam*, seu *muralem* appellat. ἀλίμη Dioscoridi. ¶ Dicitur & perdicium, quòd perdices hac herba peculiariter delectentur. Vrceolaris autem idcirco appellata est, quòd sua asperitate sit ianandis vrceis maximè idonea. Plinius lib. 22. cap. 17, Perdicium, siue parthenium, à nostris herba vrceolaris vocatur, ab aliis astericum, folio similis ocymo, nigrior tantùm, nascens in tegulis, parietibúsque.

VRCI, ὕρκη. Ptolemæo, Oppidum maritimum in finibus Hispaniæ Tarraconensis, vbi à Bætica dirimitur. Autores Ptolemæus lib. 2. cap. 4, & Plin. lib. 3. cap. 3.

Vredo, inis, Morbus herbarum, fruticum, arborúmq; qui in vitibus etiam carbunculus dicitur: & in cæteris rubigo, sata, plantas, arboréſque adurens. {ἰχμανία. Ital. *Seccura, quando si seccano gli alberi & le herbe.* Gal. *Seicheresse & bruslure és herbes, arbres & plantes.* Hisp. *Quemadura de arboles y yeruas.*} Cice. 3. de Natu. deo. Nec si vredo, aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Plinius lib. 18. cap. 28, Plerique dixere rotem inustum sole aeri, frugibus rubiginis causam esse, & carbunculi viribus. Quod ex parte falsum arbitror: omnémque vredinem frigore tantùm constare, Sole innoxio. ¶ Est & vredo, exustio cum pruritu, qualis ab vrtica tum herba, tum pisce excitatur. κνιδισμός. Plinius lib. 9. cap. 45, de vrtica pisce, Dum admoueri sibi manum sentit, colorem mutat, & contrahitur: tacta vredinem mittit.

Vreteres, οὐρητῆρες, Meatus oblongi per quos vrina à renibus in vesicam defertur. Vide Celium lib. 4. cap. 1.

Vrgeo, ges, vrsi, vrsum, Incumbo in aliquid, cogo, premo, impello. {πιέζω, πιαίνω, κολλαίνω. Ital. *Spingere, premere, forzare.* Gal. *Presser, contraindre, poursuiure, molester & trauailler.* Hispan. *Apremiar ò constreñir.*} Virgil. 3. Georg. –ima Soluuntur latera, atque oculos stupor vrget inertes. Idem 7. Aene. –Iussisq; ingentibus vrget Apollo. Cice. ad Atticum lib. 6, Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur. Et lib. 12, Sed neque hæc digna longioribus literis nec erat quod scriberem: & somnus vrgebat. ¶ Vrgere, insistere. Quadrigarius libro 5. Annal. apud Nonium, Sed circiter horas duas graui prælio vrserunt: deinde in fugam sunt coniecti. Cice. 5. de Finibus. Non pugnem cum homine, cui tantum habeat natura boni: illud vrgeam, non intelligere eum quid sibi dicendum, quum dolorem summum malum esse dixerit. ¶ Accipitur item vrgere pro tegere, vt annotauit Nonius, citans illud Virgilij. lib. 2. Georg. Qui saxo super, atque ingenti pondere testæ Vrgerent. ¶ Item pro accelerare: vt apud Virgilium lib. 9. Aeneid. Veste tegens, tibi quam noctes festina, diésque Vrgebam, & tela curas solabar anheis. ¶ Item infestare, & oppprimere. Cice. pro Rabirio, Satis est homines lapsos non erigere: vrgere verò iacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum.

VROI, ὕρροι. Populi Sarmatiæ Europæ, Iazygibus finitimi, ad vtramque Istri ripam, magna ex parte ex pastionibus victitantes, pauci agriculturæ dediti. Autor Strabo lib. 7.

VROO, Insula est in mari Tyrrheno, non procul à Capraria. Plinius lib. 3. cap. 6.

VRI, ὕρροι, Indiæ populi, Indi fluminis accolæ, Silenis proximi. Autor Plinius lib. 6. cap. 20.

VRIA Plinio, οὐρία Ptolemæo, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Gaditano: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1. ¶ Est item Vria locus Acarnaniæ, semistadium distans à mari. Autor Strabo libro 10. ¶ Est præterea eiusdem nominis oppidum in ora Apuliæ, & post flexum Gargani montis, teste Plinio lib. 3. ca. 11. Strabo Vreum, Ptolemæus ὕρειον appellat. ¶ Vriam aliam collocat Strabo lib. 7, medio ferè itinere inter Tarentum & Brundusium.

Vrica, cæ, Commune satorum omnium vitium, sed maximè ciceris, quum salsilaginem eius abluendo, imber id dulcius facit. Plinius lib. 18. cap. 17.

Vrigo, penult. prod. vriginis, Vredo, quæ ex vi causticæ alicuius medicamenti prouenit. {καῦσις, καῦσος. Ital. *Seccura quando si seccano gli alberi & le herbe.* Gal. *Bruslure, seicheresse és plantes.* Hispan. *Quemadura de plantas.*} Plin. li. 20. cap. 22, At in magna duritia sine fico impositum, vel si vehementior vrigo timeatur, per duplices pannos.

Vrina, vrinæ, pen. prod. Serum sanguinis, quod in renibus colatum, per vreteras transmittitur ad vesicam. {οὖρον. Ital. *Orina, pisscio, pisso.* Gal. *Vrine, pissat.* Hisp. *Vrina.*} Latini etiam Lotium appellant. Dicta Vrina, à verbo ὀρίνω, quod est meiere. Colum. lib 2. cap. 15, Aptior est tamen sureulis hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veterascere. ¶ Vrinam facere, & vrinam reddere, idem quod meiere. Plin. lib. 8. cap. 16, Vrinam mares eiure sublato reddere, vt canes. Columel. lib 6. cap. 30, Quum suo tempore vrinam non fecerint. ¶ Vrina genitalis, est genitale sperma. Plin. lib 8. cap. 43, Incontinens asinæ vterus genitalem vrinam reddit, ni cogatur in cursum verberibus à coitu.

Vrino,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vrino as, penult. prod. siue Vrinor, deponens, pen. prod. Est in aquam mergi, & natando emergere. {κολυμβῶ, ὑποδύομαι, κολυμβάω. Ital. *Nuotare sott'acqua, soppocrassi in acqua.* Gal. *Nager entre deux eaux, se plonger tout dedans l'eau.* Hisp. *Nadar à somorgujo.* } dictum ab Vruo, vt Sipontino placet, hoc est à curuatura aratri, quam vrinantes imitari videntur: vel vt alij malunt, ab Vrna, qua aquam è puteo, aut flumine haurimus: quæ vt aquam capiat, primùm immergitur, deinde extrahitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Eadem est causa, quia sub aqua diu ranæ, & phocæ vrinentur. ¶ Hinc compositum Inurino. Colu. lib. 8. Lacus, piscinâq; fiant, vt sint quibus inurinare possint aues.

Vrinatores, apud Varronem, Qui in aquam merguntur, & sub ea natant. {κυβιστῆρες, δύκες, ὕδυδροι, βάπται, κολυμβηταί. Ital. *Chi sanno nutare sott'acqua.* Gal. *Plongeurs, qui sauent nager entre deux eaux.* Hisp. *Nadadores à somorgujo.* } Callistratus Iureconsultus ita appellat eos, qui merces è mari extrahunt, nauigij leuandi gratia iactatas.

Vrinum onum, Ouum irritum, & inefficax. quod citra coitum editur, veneris tamen imaginatione, vt quum fœminæ sese mutuò saliunt. {ὑπὸ λύπης ὠόν. Ital. *Vouo che non vale per far polcini.* Gal. *Oeuf qui n'a point de germe.* Hisp. *Huevo que sale guero.* } Plinius lib. 10. cap. 58, Palumbes, & turtures, plurimum terna pariunt oua, nec plus quàm bis ferè pariunt: atque ita si prior fœtus corruptus est. Et quanuis tria peperierint, nunquam plus duobus educant. Tertium, quod irritum est, vrinum vocant. Græci idgenus oua ὑπωλύμενα appellant, quasi dicas subuentanea: qua voce vtitur & Plinius loco iam citato. Et ipse (inquit) inter se, si mas non sit, fœminæ saliunt, pariúntque oua irrita, ex quibus oil gignitur, quæ Græci hypenemia vocant. Eadem & zephyria appellantur ab eodem Plinio lib. 10. cap. 60, Irrita oua, quæ hypenemia diximus, aut mutua fœminæ inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbæ tantùm, sed & gallinæ, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia, & minora, ac minus iucundi saporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur.

Vrion, Terræ genus, quod in corrugis faciendis diligenter vitant qui aurum in montium ruinis quærunt, per silices potius & calculos flumina riuósq; ducentes. Autor Plin. lib. 33. cap. 4.

VRIVM, ὦριον. Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 4. Plinius in Gaditano conuentu collocat, & Vriam per primam effert declinationem.

Vrna, æ, Vas quo aqua è puteis, fluminibúsve hauritur: ita dictum, quòd subter aquam demersum, atque inde rursus emergens, vrinantis speciem præbere videatur. {ὑδρία, σάῤῥων. Ital. *Vrna, secchio, sedello, orna.* Gal. *Vaisseau de terre à porter eau, cruche ou tel vaisseau.* Hisp. *Cantaro ò vasija para sacar agua.* } Plaut. in Pseud. Tu qui vrnam habes, aquam ingere. ¶ Dicebatur etiam vrna apud veteres, vas quo iudicum suffragia colligebantur. Virg. 6. Aenc. Quæsitor Minos vrnam mouet. ¶ In vrnis præterea mortuorum cineres seruabantur. Cicero 1. Tuscul. Quid potiæ? nónne post mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud? Aspicite ô ciues sentis Enni imaginis vrnam. ¶ Est item vrna, mensuræ genus, quatuor capiens congios, hoc est amphoræ dimidium.

Vrnula, diminutiuum. {ὑδρίσκη. Ital. *Picciola orna.* Gal. *Petite cruche, ou seille.* Hisp. *Pequeño cantaro.* } Cice. in Parad. Minúsne gratas diis immortalibus capedines, ac fictiles vrnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

Vrnalis, le, Quod vrnam capit: vt Vrnales calculi vel vtrei. γωνιαῖοι. Cato cap. 15, Vrceos fictiles, vrnales duos, trullas ligneas duas.

Vrnarium, rij, interprete Varrone lib. 4. de Ling. Lat. Mensa quadrata, quòd vrnas cum aqua positas ibi potissimum haberent in culina, quòd vrnas cum aqua positas ibi potissimum haberent in culina. {τὸ τετράγωνόν τι ἐφ' οὗ κάθηνται τὰ πίθων εἴδη ἐν τῇ κουζίνῃ. Ital. *Tauola da porui sopra i vasi da acqua.* Gal. *Table sur laquelle on met les cruches, ou autres tels vaisseaux.* Hisp. *Tabla ò lugar donde se ponen las vasijas para sacar agua.* } Hoc apud nos plurimi marmoreum faciunt: foramine per quod aqua affluat relicto, ac super id escaria vasa epulis vncta per ancillas lauantur. Varro περὶ ὑφάσεως, vt citat Nonius. Sed quæ necessitas te iuuet aquam effundere domi tuæ, si vasa habes pertusa? plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluuium? ad quam rem vrnarium? Ante balnea item vrnaria erant, teste Varrone loco iam citato, in quibus vrnæ cum aqua collocabantur.

Vro, vris, vssi, vstum, Verbum actiuum est, Idem valens quod cremo, vel calore aut frigore lædo. {φλέγω, κάω, κατακαίω. Ital. *Bruggiare, ardere.* Gal. *Bruster, faire ardre.* Hispan. *Quemar.* } Cice. 1. Tuscul. Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Virg. 2. Aeneid. Aut pelago Danaûm insidias, suspectáque dona Præcipitare iubent, subiectísq; vrere flammis. Ouid. 6. Metamor. Quum sol grauis vreret arua. Lucan. lib. 4. Vrebant montana niues. Quo in loco vro de frigore dicitur. ¶ Per translationem ponitur pro cruciare, sicut αἰκίζομαι Græcè. Virgilius, Vrit atrox Iuno. ¶ Vri virgis, est cædi, flagellari. μαστιγοῦσθαι, μαστίζεσθαι. Nam ex virgarum percussione corpus calefit, ac inflammatur. Horat. 2. Sermon. Saty. 7. Quid refert vri virgis, ferróque necari? ¶ Eodem modo & calceus angustior dicitur vrere pedem. Horat. lib. 1. Epistol. -vt calceus olim Si pede maior erit, subuertet: si minor, vret. ¶ Vro hominé, per translationem significat dolere cogo, autore Donato, aut ango, vt vult Budæus. Terent. in Eunuc. Vro hominem. ¶ Vri aliquando est amore consumi, conflagrare. Virgil. 4. Aeneid. Vritur infœlix Dido, flammáq; fatetur.

Vrens, tis, participium. {καίων. Ital. *Che bruggia.* Gal. *Qui brusle.* Hisp. *Cosa que quema.* } Horatius 1. Sermon. Saty. 5, Vdos cum foliis ramos vrente camino.

Vstus, a, um, Aliud participium. {κεκαυμένος, ἐγκαής. Ital. *Abbruciato.* Gal. *Bruslé, ars.* Hisp. *Quemado.* } Ouid. 1. Metam. Tum primùm siccis aër feruoribus vstus Canduit.

Vrendus, a, um. Horat. 1. Sermon. Saty. 3, Neglectis vrenda filix innascitur agris.

Vstio, onis, verbale, Vrendi actus. {καῦσις. Ital. *Abbruciamento.* Gal. *Bruslement, brusture.* Hisp. *Quemadura, obra de quemar.* } Cato cap. 38, Vitgas & sarmenta quæ tibi vstioni sapererunt, in segetem comburito. ¶ Vstio pro cauterizatione quam vocant. Plin. lib. 34. cap. 15, Quæ. dam vstione sanantur, priuatim verò canis rabidi morsus. Celsus, Omnes autem huiusmodi dolores vix citra vstionem finiuntur. Id est citra candentis ferri admotionem.

Vstor, verbale, Propriè dicitur qui corpora in bustuariis cremat. {ὁ καυστής, ὁ κατακαίων. } Ital. *Abbruciatore.* Gal. *Bruleur.* Hisp. *El que quema.* } Matt. lib. 3, Vstóriq; tedas præferat nouæ nuptæ. Budæus.

Vrito, as, pen. corr. frequentatiuum. {καίομαι. Ital. *Bruggiare spesso.* Gal. *Bruler souuent.* Hisp. *Quemar à menudo.* } Plau. Mostel. Calidum hoc est, etsi procul abest, vritat malè.

Vstulo, as, pen. corr. Vro, aduro, cremo. {καίω, καυτηριάζω. Ital. *Bruggiare.* Gal. *Cauteriser, brusler à l'entour.* Hisp. *Quemar ò chamuscar.* } Pacuuius, Candenti ferro crines vstulare. Liuius, Pauci semiustulati venere in potestatem. Catullus Epig. 34, Scripta tardipedi deo daturam Infœlicibus vstulanda lignis.

Vstrigo, inis, penul. prod. ἰσατίς. Vox est classicis scriptoribus, nequaquam recepta: qua tamen Ambrosius in Hexam. pro vredine, seu rubigine vtitur. Non desinit, inquiens, esse triticum, si aut vstrigine aduratur, aut imbre madidetur.

Vstrina, æ, pen. prod. Locus in quo metalla candescunt, vt laborentur. {τὸ καμινευτήριον. Ital. *Fucina da fonder metalli, luoco dove si ardeua vn corpo morto.* Gal. *Vne forge, le lieu ou les forgerons embrasent & forgent leurs metaux.* Hisp. *Lugar donde algo se quema.* } Plinius lib. 36. cap. 21. In vstrina ter siccantur, ita vt torreantur carbone puro, ac toties vino restinguantur albo. ¶ Vstrina, ait Festus, locus dicebatur in quo mortuus combustus fuit, qui alibi sepultus est. Bustum autem est locus in quo quis & combustus, & sepultus est.

VROLANIVM. ὦρολάνιον, Ciuitas in Orientali parte Britanniæ insulæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3.

Vropygium, siue (vt apud Pollucem legitur) Orrhopygium. {ὑροπύγιον, ὀρροπύγιον. Ital. *Groppa.* Gal. *Le croupion.* Hispan. *Chispillo, ò rabadilla del ave.* } Ossis sacri extremitas, vel potius spinæ extremum ossi sacro subtus adhærens, podicíque supernè imminens, quod alijs nominibus κόκκυξ, & ὄρρος appellatur. Aristoteles verò lib. vltimo de Animalibus, vt caudam quadrupedum vult esse, ita volucrum vropygium, & earum duntaxat quæ scissas alas habent: idque datum volucribus ad dirigendos volatus, quemadmodum nauigijs temones. Martial. lib. 3, Vetustinæ vetulæ inter cæteras deformitates vropygium macræ anatis obiicit, depygem videlicet eam significans, tritísque & exilibus natibus. Quum (inquit) anatis habeas vropygium macræ, &c.

VRPANVS, ὦρπανος, Fluuius Daciæ, (quæ hodie Valachia) supra Saum influens in Istrum. Autor Plin. lib 4 cap. 25.

Vrpix, cis, Instrumentum rusticum. Caro cap. 10, Vrpicem vnum, crates stercoratas quatuor, &c.

Vruncum, ci, In segetibus dicitur, quod est in imo spicæ circa summum culmi cacumen, minus grano. {τὸ πλεῦρον τὸ τῆς στάχυος μικρὸν κατὰ μῆκος κεῖται τοῦ κριθίνου σπέρματος. Ital. *Parte della spica vicinal al grano.* Gal. *Ce qui est au bas de l'espi contre le bout du tuyau, moindre que n'est le grain.* Hisp. *El grano mengado del trigo.* } Varro lib. 1. de Re rust. cap. 48, de spica loquens, Illud autem summa in spica iam matura, quod est minus quàm granum, vocatur frit: quod in infima spica ad culmum stramenti summum, item minus quàm granum est, appellatur Vruncum.

VRIENTINI, Lucaniæ populi, apud Plinium lib. 3. cap. 11.

VRSO, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conuentu Astigitano. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Vrsus, vrsi, Animal ferum, hybernorum mensium somno pinguescens: cuius naturam omnem latissimè exequitur Plinius lib. 8. cap. 36. {ἄρκτος. Ital. *Orso.* Gal. *Ours.* Hisp. *Osso.* } Virgil. 3. Georg. -nec funera vulgò Tam multa informes vrsi, stragémque dedere. Ouid. 10. Metam. Raptorésque lupos, armatósque vnguibus vrsos Vitat, & armenti saturatos cæde leones. Iuuenal. Satyr. 15, Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam: sæuis inter se conuenit vrsis.

Vrsa, æ, fœmininum ab Vrsus. {ἄρκτος. Ital. *Orsa.* Gal. *Ourse.* Hisp. *Osso.* } Plin. lib. 10. cap. 63, Informia etiam magis, quàm suprà dicta, vrsæ pariunt, &c. ¶ Vrsæ item dicuntur duo sidera cælestia, quas ἄρκτους etiam Græci appellant, nos à similitudine septem boum iugum subeuntium etiam Septentriones dicimus: Græcorum nonnulli etiam ἁμαξάς, quòd plaustrorum similitudinem referant. Sunt autem vrsæ duæ, quarum quæ maior est, Helice: quæ minor, Cynosura appellatur.

Vrsinus, a, um, pen. prod. denominatiuum. {ἄρκτειος. Ital. *Di orso, orsino.* Gal. *D'ours, orsin.* Hisp. *De osso.* } vt Rabies vrsina. Plin. lib. 8. cap. 36, Quoniam potum in vrsinam rabiem agat. ¶ Vrsinum allium, apud eundem lib. 19. cap. 7.

Vrsulus, pen corr. aliud diminut. cuius fœmininum est vrsula ἄρκτος.

Vrtica, vrticæ, pen. prod. Notissimum genus herbæ, ab vrendo, quòd eius folia tacta acerrimè vrant. {κνίδη. Ital. *Ortica.* Gal. *Ortie.* Hisp. *Hortiga.* } Plin. lib. 9. cap. 45, Constat, si equæ marem non admittant, & vrtica infricetur natura, libenter coitum pati. Scribunt physici, vrticam in cibis coctam vtilissimam esse lieni, ventris duritiq, articularibus, podagricis morbis, arteriæ, tussi, ventris distillationi, stomacho: pectus præterea purgare, vrinam ciicere, sanguinem narium sistere, calculos rumpere, vnam reprimere. Iuuen. Saty. 2. pro pruritu libidinis posuit: -vnde Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes? ¶ Est præterea vrtica, genus piscis, nomen inde habentis, quòd tactu vredinem excitet, quemadmodum eiusdem nominis herba. Plinius lib. 9. cap. 45, Vrticæ noctu vagantur, noctíque mutantur: carnosæ frondis his natura, & carne vescuntur. Vis pruritu mordax, eadémq; quæ terrestris vrticæ.

Vrus, vri, Animal est Hercyniæ syluæ peculiare, imagine tauri, sed maiore

Universidad de Deusto

malore corpore, mirâq; velocitate. {ὦρος. Ital. *Bue seluatico.* Gal. *Beuf sauuage.* Hisp. *Buey siluestre.*} Cæsar lib. 6. belli Gall. loquens de feris quæ in Hercynia sylua nascuntur, Tertium (inquit) est genus eorum qui vri appellantur. Hi sunt magnitudine paulò infra elephantes, specie & colore, & figura tauri. Magna vis est eorum & magna velocitas: neque homini, neque feræ, quam conspexere, parcunt: hos studiosè foueis captos interficiunt. Hoc se labore durant adolescentes, atque hoc genere venationis exercent: & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed assuescere ad homines, & mansuefieri ne paruuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum, & figura, & species multum à nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiosè conquisita, ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur. Hæc Cæsar. Dicti vri, vt quidam putant, ἀπὸ τῶν ὀρέων, hoc est à montibus, quia in montibus esse consueuerũt. Virgil. 4. Georg. Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Plin. lib. 8. cap. 15. Paucissima Scythia gignit, inopia fructuum: pauca contermina illi Germania: insignia tamen boum ferarum genera, iubatos bisontes, excellentique & vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomẽ imposuit, quũ gignat Africa, vituli potius, ceruive quadã similitudine.

Vruum, vri, Aratri curuatura: à quo Vruo, as, quod est aratro desinio. Festus, Vruat, apud Ennium in Andromeda, significat circundat. ab eo sulco qui fit in vrbe condenda vruo aratri, quæ fit forma simillima vnciui cuiuationc buris, & dentis, cui præfigitur vomer.

V ante S.

VSAR, Fluuius est Mauritaniæ Cæsariensis, Nabadum regionem irrigans. Autor Plin. lib. 7. cap. 2.

Vsia, pen. acuta. {οὐσία. Ital. *Sostanza.* Gal. *Substance.* Hisp. *Substancia, subjecto de los accidentes, lo que es.*} vox Græca, quam Quintilianus Essentiã interpretatur, verbo quidẽ (vt ipse fatetur) duriusculo, non vsquequaq; tamen refugiendo, præsertim quum aliud Lingua Latina non habeat. M. Tullius tamen modò Naturam vertit, modò Materiam. Augustin. in Dialecti. Vsia est propriè & principaliter dicta, quæ neq; in subiecto, neque de subiecto significatur. Idem lib. 11. de Ciuitate, Sicut ab eo quod est Sapere, vocatur Sapientia: sic ab eo quod est Esse, vocatur Essentia, nouo quidem nomine, quo vsi veteres non sunt Latini sermonis autores, sed iam nostris temporibus vsitato, ne deesset etiam Linguæ nostræ, quod Græci appellant οὐσίαν. Hoc enim verbum è verbo expressum est, vt diceretur Essentia.

Vsio, Vsitatus, Vsitor, Vide VTOR.

Vspiam, Pro vsquam, & in loco, & ad locum significat. {ποῦ. Ital. *In qualche luoco.* Gal. *En quelque lieu.* Hisp. *En algun lugar.*} Teren. in Adelph. Aut vspiam ceciderit. Plautus in Cas. Num me es expertus vspiam? id est in re aliqua, vel in aliquo negotio.

Vsquam, Alicubi, quasi vno quouis loco: à quo Nusquam, nullibi. {ποῦ. Ital. *In alcun luoco.* Gal. *En quelque lieu.* Hisp. *A algun lugar.*} Cic. 6. Verr. Quam crucem non ausus est vsquam defigere, nisi apud eos quibuscum omnia scelera sua, ac latrocinia communicasset. Virg. 1. Aeneid. -si quid Vsquam iustitiæ est. Cic. 2. Offic. Nec est vsquam consilio aut autoritati locus. Vsquam gentium. Terent. Heeyr. An vsquam gentium est æquè miser?

Vsque, præpositio est, Significans continuationem, & finem actus loci, temporis, aut huiusmodi. {ἄχρις, ἄχρις μίχρι. Ital. *Fino, in fine.* Gal. *Iusques ou jusque.* Hisp. *Hasta.*} Habétque ferè adiunctam alteram præpositionem accusatiuo seruientem. Cic. 1. Verr. Vsq; ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. Idem de Orat. Ab initio rerũ Romanarum vsque ad P. Mutium Pontificem. Virg. 1. Georg. Vsq; sub extremum brumæ intractabilis imbrem. Sed quum nominibus proprijs minorum locorum, vel cum hisce accusatiuis Domum, Rus, Militiam, iungitur, frequentius sine alia præpositione ponitur. Cic. 6. Verr. Sacerdotes vsque Ennam profecti sunt. Idem Attic. Quintus vsq; Puteolos venit. ¶ Quandoq; tali accusatiuo postponitur. Terent. in Adelphos. Miletum vsque obsecro. ¶ Quandoque etiam additur præpositio ad, vel similis. Cic. pro Deiot. Vsque ad Numantiam misit. ¶ Interdum etiam originem vel motum ex loco importat. Cic. pro Flacco, Hanc legationem non à suis accepit ciuibus, sed vsque Timolo petiuit. Idem 1. de Nat. deor. Vsque à Thalete enumerasti sententias philosophorum. Terent. in Eunuc. Ex Aethiopia est vsque hæc. ¶ Quandoq; aduerbium est, significans assiduè, vel iugiter. ἀεὶ συνεχῶς. Idem in Adelphis. Ctesipho me puguis miserum, & istam psaltriam vsque occidit, id est assiduè, seu identidem verberat. Nam occidere vetere pro verberare accipiebant. Cic. Cornificio. Mihi curæ vsque eræ res quid agas. Virg. lib. 6. Nec vidisse semel satis est: iuuat vsque morari. Plaut. in Epid. Benéne vsq; valuisti? id est semper, vel hactenus. ¶ Vsq; ad hunc, eleganter ponitur pro eo quod est, Hoc excepto. Plin. Epist. 35. Assenserunt Consules designati, omnes etiam Consulares, vsque ad Pompeium: id est excepto Pompeio. ¶ Vsque affatim, est quod dicitur, vsque ad satietatem. Plaut. in Pœn. Edas de alieno quantum velis, vsque affatim. ¶ Vsque adhuc, id est hactenus, vel hucusque. Plaut. in Aulul. Quod celatum est, atque occultatum vsque adhuc, nunc non potest. ¶ Vsquedũ, id est vsquequo, quoad, quandiu. Plaut. in Menæch. Vsquedum regnum obtinebit Iupiter? ¶ Vsqueadmodum posuit Caro cap. 136. pro tandiu. ¶ Vsqueadeo, id est intantum. Virgil. 1. Aeglo. -vndique totis Vsqueadeo turbatur agris. ¶ Ponitur aliquando pro tandiu, & accipit post se donec, vel dum. ἐπὶ ὅσον. Plaut. in Cistel. Non destiti instare vsqueadeò, donec adiurat se anus se eam mihi monstrare. Terent. in Eunuc. Vsqueadeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba. Verba dum sint. ¶ Vsqueante hac, id est antequam, sicut exponit Donatus. μίχρι οὗ τοῦτο. Ibi iunguntur duæ præpositiones, sed vna est velut aduerbium. Nulla enim præpositio præpositioni iungi separatim potest, sed Vsq; eiusmodi est, vt sine aliqua præpositione raro inueniatur. Terẽt. in Andr. Vt animus in spe, atq; in timore vsqueantehac attentus fuit. Vsqueantehac, id est antequam tua verba audirem. ¶ Vsqueò, id est in tantũ. μέχρι τούτου. Cicero, Vsqueò vt ego miserer eius. Vsqueò, sequente dum, id est tandiu, quoad. Liu. 5. ab Vrbe. Vt qui plebem Romanam Trib. pleb. rogaret, is vsqueò rogaret, dum decem Tribunos plebis faceret.

Vsquequaque, Passim assiduè, semper quasi in vnoquoque loco, siue vnoquoque tempore. {πάντοθεν, πάντοτε. Ital. *D'ogni intorno, in ogni luoco, sempre mai.* Gal. *De toutes parts & costez, par tout, de tout en tout.* Hisp. *siempre, en todo lugar.*} Cicero Trebatio, Vsquequaque sapere oportet. Plaut. in Bacch. Chrysalus mihi vsquequaque loquitur. id est vbicunque me reperit, mihi loquitur. Idem Pœnulo, Mari, terráque illas vsquequaque quæritat. id est vbique.

Vsquequo, Quousque, donec, quoad, quandiu. {ἕως, ἕ, ἐφ' ὅσον. Ital. *Fin doue fin quanto, finche.* Gal. *Iusques à ce que.* Hisp. *Hasta quando.*} Varro lib. 1. de Re rust. 2. Quod iubet ranam iuridam coniicere in aquam, vsquequo, ad tertiam partem decoxeris.

VSTICA pen. prod. Mons est in Sabinis, cuius meminit Horat. lib. 1. Car. Ode 17. Vtcunque dulci Tyndari fistula Valles, & Vticæ cubantis Læuia personuere saxa. ¶ Est & insula eiusdem nominis, Siciliæ adiacens, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Vstio, Vstrigo, Vstrina, Vstula, Vide VRO.

Vsualis, Vsurarius, Vsucapio, Vsura, Vsurpo, Vsus, Vsusfructus, Vide VTOR.

V ante T.

Vt, Coniunctio causatiua, causam denotans finalem, quemadmodum Vti, quò, & similia. {ἵνα, ὅπως, ὡς, ὅτι. Ital. *Accioche, che, poiche, quando, come, cosi.* Gal. *Affin, à celle fin, pour, comme, ainsi que.* Hisp. *Assi como, para, despues que.*} Cicero Lentulo, Non illi quidem, vt mihi stomachum facerent. ¶ Interdum adiunctiua est. Plautus, Is mihi suasit vt ad te irem. ¶ Interdum elegantiæ causa ponitur. Cic. de Senect. Inuitus feci vt L. Flaminium de Senatu eiicerem, Nihil enim significat, nisi inuitus eieci. ¶ Interdum ponitur pro quod. Terent. in Phormione, Nihil do, vt etiam imparatus ille me irrideat. ¶ Interdum est aduerbium temporis, & significat postquàm, ex quo, statim ex quo primũ. ἐπεὶ, ὡς ἐπεί. Virgil. 2. Aeneidos, Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Expirantem animam. Idem 12. Aeneid. Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos, &c. ¶ Interdum particula est admirantis, idem valens quod quomodo, vel quantopere. ὡς. Virgilius, Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error, id est statim postquam vidi, siue quum primum vidi, quomodo perij. Cicero pro Milo. Vt cõtempsit? vt pro nihilo putauit? ¶ Nonnunquam interrogantis. πῶς. Plautus in Persa, Vt vales? id est quomodo vales? πῶς ἔχεις. ¶ Quanque ei postponitur Ita, & superlatiuo iunguntur pro tanto, & quanto. Cic. lib. 1. de Oratore, Vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimum. ¶ Eleganter præterea accipitur pro prout, vel *secundum quod*, vt vulgò loquimur, & hoc ferè per parenthesim. Liuius, Gens (vt in ea regione) diuitiis præpollens hoc est secundum diuitias eius regionis, vel habita ratione diuitiarum eius regionis. Simile est illud Terentij in Phorm. Vt nunc sunt mores, adeò res redit. Siquis quid reddit, magna habenda est gratia. hoc est secundum mores quibus hodie vtimur. Cic. de Senect. Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis, scientia iuris Augurum? multæ etiam (vt in homine Romano) literæ. Hoc est pro ea eruditione qua tunc Romani erant imbuti. ¶ Quandoque pro quippe. Quintilianus, Nec ignoro quos transeo, nec vtique damno, vt qui dixerim esse in omnibus vtilitatis aliquid. ¶ Interdum significat Ita vt, siue propter quod, vel quapropter. ὥστε Plaut. in Pœn. Olent, falsa sunt, tangere vt non velis. ¶ Item est aduerbium optandi, idem valens quod vtinam. εἴθε, εἰ γάρ. Terentius in Eunucho, Vt illum dij, deæque senium perdant. ¶ Interdum significat quantum. ὅσον. Plautus in Asina. Vt nostræ fortunæ procedunt Lunæ? ¶ Aliquando ponitur pro quemadmodum, siue quomodo, sine interrogatione, & sine admiratione. Terentius in Andria, Ego postquam te emi à parnulo, vt semper tibi Apud me iusta & clemens fuerit seruitus, Scis. ¶ Nonnunquam pro quãuis. κἄν. Plautus, Vt istuc periculum ingens sit, me tamen non tremefacit. Ouidius ad Ruf. Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas. ¶ Pro quàm. ἤ. Cicero pro Cluentio. Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blandissimè potest. ¶ Pro ne non. μή. Terentius in Andria, Dies hic mihi vt satis sit vereor ad agendum. ¶ Iungitur autem ferè subiunctiuo, præsertim quum accipitur pro quòd, vel ne non. Virgil. 2. Aeneid. Infandum regina iubes renouare dolorem, Troianas vt opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. ¶ Quando autem optandi vel execrandi particula est, optatiuum exigit. Plaut. in Persa, Vt illum dij, deæque perdant. ¶ Aliquando pro licet, esto, sit sanè. ἔστω. Cæsar in Comment. Ac iam vt omnia contra opinionem accidissent, tamen multò se plurimùm nauibus posse prospiciebant. Ouid. de Ponto, Luce minus decima dominam venietis in vrbem, Vt festinarum non faciatis iter.

Vtut, Vtcunque, quocunque modo. {ὅπως δήποτε. Ital. *Come si voglia.* Gal. *Comme que ce soit.* Hispa. *Como quiera que.*} Terent. in Adelphis, -imò hercle hoc quæso Syre, Vt vt hæc sunt facta, potius quàm lites sequar, Meum mihi reddat. Plaut. Merc. Verùm hercle postremo, vt vt est, non ibo tamen.

Vtcunque, Quomodocunque, quocunque modo. {ὅπως, δήποτε, ὅπου δήποτε. Ital. *Sia come si voglia.* Gal. *Aucunement, en quelque sorte que ce soit.* Hisp. *Como quiera.*} Liu. in Præfatione lib. 1, Vtcunque erit, iuuabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi, pro virili parte, & meipsum consuluisse. Plautus in Epid. Vtcunq; in alto est ventus Epidice, ex imo velum vortitur. Idem in Pœnulo, Vtcunq; est ventus, exim velum vortitur. Cicero in Orat. Itaque ille perfectus, quemadmodum iandudum nostra indicat oratio: vtcunque se affectum videri, & animum ardentius moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum.

Vtensile, Vide VTOR.

Vter, vtris, gen. masc. Pellis qua vinũ, aut oleũ deferri solet. {ἀσκός. Ita. *Odero, pelle.* Gal. *Peau de bouc ou de cheure à mettre vin ou huille, ouyre, cheure.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hisp. *Odre para vino, ò Zaque.* } Virgil. 2. Georg. Mollibus in pratis vnctos saltare per vtres. Plinius lib. 12. cap. 7. Lycion aptissimum medicinæ, quod est spumosum: Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt. Ouid. 3. Am. Eleg. 11. Acolios Ithacis inclusimus vtribus Euros.

Vtriculus, diminutiuum. ἀσκίδιον. Plin. lib. 11. cap. 37. Fœminis eadem omnia, præterq; vesicæ iunctus vtriculus: vnde dictus vterus. ¶ Vtriculos item in farina videtur Plinius accipere libro 18, quod Galli Cisalpini *Redundaginem*, in Venetia prouincia plerique *Subuenires* vocant. ¶ Idem Plinius alibi Vtriculos vocat, quæ Græci λάγυνα, id est seminum in frugibus inuolucra, & operimenta, quæ trita, & cribro excussa, glumæ, siue acus dicuntur. ¶ Quinctiam prima illa florum germina, quæ veluti quidam vtriculi tument priusquam flos arborum aperiatur, Plinius vtriculos etiam vocat, libro 16. cap. 26.

Vtricularius. Qui canit tibiis infixis vtriculo, quę vocantur tibiæ vtriculares. } ἀσκαύλης. Ital. *Chi suona la piua.* Gal. *Cornemeuseur.* Hisp. *Gaytero.* } Sueton. in Nerone, Vouerat se proditum hydraulam, choraulam, & vtricularium.

Vtrarius, ij, masc. gen. } ὁ ἀσκοφόρος, ὁ ἀσκοφόρων. Ital. *chi porta acqua, vino, oglio in odri.* Gal. *Qui porte de l'eau, du vin ou autre liqueur dans de cheures ou ouures.* Hispan. *El que trae agua, vino, ò Zeyte en odres.* } Liuius lib. 4. Dec. 5. Postremò sequi se vtrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, iussit.

Vter, a, um, genitiuo vtrius, Modò interrogatiuum est, quærens de duobus. } ὁπότερος. Ital. *Qual di duoi.* Gal. *Lequel de deux.* Hisp. *Vno qualquiera de dos.* } Cic. 3. Verr. Vtrum reprehendis, quòd patronum iuuabat, eum qui tum in miseriis erat: an quòd alterius patroni mortui voluntatem conseruabat, à quo summum beneficium acceperat? vtrum horum reprehendis? ¶ Modò indefinitum est, idem significãs quod Quis, infinitè positum: nisi quòd hoc de pluribus, Vter nonnisi de duobus dicatur. Cic. de Fato, Quoniam vtriusque studij nostra possessio est, hodie vtro frui malis, vestra optio est. ¶ Accipitur aliquando Vter pro alter. Cic. pro Milone, Vter vtri insidias fecerit. Hoc est, vter alteri insidias fecerit: quod & ipsum classicis scriptoribus vsurpatur. Plin. Vter alteri dixerit, nescio. ¶ Ponitur aliquando pro alteruter. Cic. in Frumentaria, Omnium controuersiarum quæ essent inter aratorem, & decumanum, si vter velit, edicit se recuperatores daturum.

Vtercunque, Idem quod vternis, siue vterlibet. } ὁπότερονδήποτε. Ital. *Qual tu vuoi.* Gal. *Lequel de deux que ce soit.* Hisp. *Qualquiera de dos.* } Cic. ad Torquatum, lib. 5, Magnæ vtrinque copiæ ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, vt vtercunque vicerit, non sit mirum futurum. Gel. lib. 5. cap. 10. Ne sententia sua vtramcunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet.

Vterlibet, Alter ex duobus, quem tibi capere libet. } ὁποτερονοῦν. Ital. *Vno di duoi.* Gal. *Lequel de deux tu vouldras.* Hisp. *Qualquiera de dos.* } Cicero pro Quint. Vtrumlibet elige: alterum incredibile est, alterum nefarium, & ante hoc tempus vtrunque inauditum. Plin. lib. 24. cap. 4. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex vtralibet parte sistit.

Vternam, Idem quod vter. } πότερόν ποθ', ὁπότερόν ποθ'. Ital. *Qual di duoi.* Gal. *Lequel de deux.* Hisp. *Qualquiera de dos.* } Horat. Serm. – vtérnam Ad cuius dubios fidet sibi certius? hic qui Pluribus assuerit, &c.

Vterque. } ἑκάτερος, ἀμφότερος. Ital. *L'vno e l'vltro.* Gal. *L'vn & l'autre.* Hisp. *Entrambos à dos.* } Significat ambos, licet inter se differant: quòd quum vtrunque aliquid fecisse dicimus, & ab hoc, & ab illo separatim id factum intelligimus: vt, Vterque sibi domum ædificauit: hoc est, & hic ædificauit sibi domum, & ille. Quum verò ambos dicimus fecisse, ab vtroque coniunctim id factum ostendimus: vt, Ambos fecisse, ab vtroque coniunctim id factum ostendimus: vt, Ambo sibi monumentum constituêre: hoc est hic & ille simul vnum sibi commune monumentum fecere. Propter quod vtrunque alterum verberasse rectè dicimus, hoc est hunc illum, & illum hunc verberasse. Cic. 1. Offic. Quorum vterque suo studio delectatur, contempsit alterum. Quintil. Quum enim vterque alteri obiiciat, palam est vtrunque fecisse. Terent. Quia vterque vtrique est cordi. ¶ Ambos autem alterum verberasse, vel ambos verberasse ambos, non rectè dicimus, quia significaretur ambos seipsos verberasse: sed ambo se mutuò verberauerunt. ¶ Vtrique autem in plurali numero, dicitur de pluribus duo genera facientibus. Cic. 2. in Catil. Quos ego vtrosque, Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorúmque pono. Hoc tamen poëtæ aliquando confundunt, apud quos pluralis huius dictionis numerus pro singulari accipitur. Virgil. 5. Aeneid. -super vtraque quassat Tempora. hoc est super vtrumque tempus.

Vteruis, Vter quem tu vis, vterlibet. } ὁποτερονοῦν. Ital. *Qual tu vuoi.* Gal. *Lequel que tu veulx de deux, l'vn ou l'autre.* Hisp. *Qual quiera de dos* } Hoc autem differunt vteruis & vterlibet, à quiuis & quilibet, quòd illa vnum ex duobus significant, hæc vnum ex pluribus. Terent. in Adel. Abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas. Quint. Periculosum, & cum cura intuendum genus: quòd si in proponendo vnum quemlibet amiserimus, cum risu quoque tota res soluitur: turius sit interrogare, si hæc actio non sit, quæ sit. Simul enim remouentur omnia, vel quum duo ponentur inter se contraria, quorum tenuisse vtrumlibet sufficiet. Ecce in eodē loco vtrum. libet, & quodlibet vsus est. Altero pro eo quod est vnum de duobus: altero pro eo quod est vnum de pluribus.

Vtrinque, aduerbium, Ab vtroque latere, ab vtraque parte. } ἑκατέρωθι. Ital. *D'ogni parte.* Gal. *D'vne part & d'autre, de tous costez.* Hisp. *De ambas à dos partes.* } Cæs. 7. bel. Gall. Multis, vtrinque interfectis.

Vtró, aduerbium, Vtram partem versus. } ἑκατερόσε. Ital. *In alcuno di due luoghi.* Gal. *En quelqu'vn de deux lieux.* Hisp. *En alguno de dos lugares.* } Plin. lib. 18. cap. 19. Id demum ritè subactum erit, vbi non intelligitur vtrò vomeri erit.

Vtrobique, aduerbium, In vtroque loco. } ἀμφοτέρωθι. Ital. *In amendue le bande.* Gal. *En ou vers tous les deux costez.* Hisp. *En ambas partes.* } Liui. 6. ab Vrbe, Ab ducibus vtrobiq; proditæ temeritate, atq; insciția rei.

Vtrôque, Ad vtrunque locum. } ἑκατέρωσε. Ital. *A l'vno e l'altro luogo.* Gal. *A ou vers tous les deux costez.* Hisp. *Hazia ambas à dos partes.* } Liui. 8 ab Vrbe, Vtrôque exercitus missi.

Vtrum, Aduerbium: modò interrogantis est. } ἆρ' οὖν, ἀρά γε, ἆρα, ἆρά γε. Ital. *Qual di due?* Gal. *Assauoir mon?* Hisp. *Qual de dos?* } Plautus Vtrum id verum putas, an non? ¶ Modò dubitantis. Seneca, Vtrum id nobis conueniat, animaduertendum. ¶ Ferè semper habet particulam AN sequentem, licet sine ea aliquando inueniatur, sed rarò: idem autem significat quod Num. Terent. in Phorm. Vtrum stultitia facere ego hunc, an militia Dicam: scientem, an imprudentem, incertus sum. Cice. Lentulo, Multum interest vtrum laus minuatur, an salus deseratur.

Vter, Vteri, masc. gen. vel Vterus, vteri, pen. cor. Loci muliebres, in quibus concipitur fœtus. } μήτρα, ὑστέρα, γαστήρ, ἀδελφύς. Ital. *Matrice di femine, ò il ventre.* Gal. *La marri, la matrice, ou le ventre d'vne femme.* Hisp. *El vientre donde concibe la muger.* } Est enim propriè mulieris: nam in exteris animalibus Vuluam potius appellamus, teste Plinio lib. 11. cap. 37. Idem tamen lib. 8. cap. 43. asinæ vterum tribuit. Nonnulli & Matricem nominant: quanquam propriè Matrix sit fœmina, quæ fœtus gratia alitur. Dictus vterus, quòd in eo, tanquam in vtre quodam, fœtus contineatur. Plaut. in Aulul. Obsecro mea nutrix, vterus dolet. ¶ Hinc vterum ferre, dicuntur quæ grauidæ sunt. ἐν γαστρὶ ἔχειν. ¶ Quandoque tamen vterus sumitur pro ventre: vt in illo Virgilij 2. Aen. Vterúmque armato milite complent.

Vterculus, li, diminutiuum est ab vter, pro ventre. } γαστρίδιον. Ital. *Piccol ventre.* Gal. *Petit ventre.* Hisp. *Pequeño vientre.* } Plin. lib. 11. cap. 12. Præterea è fronde, ac pabulis potus in vterculos congestus aptum (ore enim euomunt) & ad hæc, &c.

Vterini fratres, Qui ex eodem vtero prodierunt. } ὁμογάστριοι. Ital. *Fratelli d'vna istessa madre.* Gal. *Freres d'vne mesme mere.* Hispan. *Hermanos de vn vientre.* } hoc est qui matrem eandem, non tamen eundem habuerunt patrem. Institut. lib. 3. de Bono. possef. Frater sorórve, consanguinei, vel vterini.

VTHINA, æ, Οὐθίνα, Vrbs Africæ propriè dictæ, Romanorum colonia, inter Bagradam fluuium & Tritonem sita. Vide Plinium lib. 5. cap. 4, & Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

VTICA, æ, pen. cor. Ὕτικη Ptolemæo, ἰτύκη Stephano, Vrbs insignis Aphricæ propriè dictę, ad Bagradam fluuium, x x x pass. millibus distans à Carthagine: qua excisa principem in Africa locum tenuit. In hac Cato Vticensis, victo Scipione, mortem sibi conscisit.

Vti, Idem significat quod vt. } ὡς, ὥστε. Ital. *Che, accioche.* Gal. *Comme, ainsi que.* Hisp. *Assi como.* } Plaut. in Amph. Tamen quin loquar hæc vti facta sunt, Nunquã vllo modo me potes deterrere. ¶ Ponitur aliquando pro tanquam, cum pronomine is, ea, id. Cice. 9. Philip. Quod sepulchrum ipsius, liberorum, posterorúmq; eius sit, vti quod optimo iure sepulchrum publicè datum est. id est tanquam id quod optimo iure, &c. ¶ Denotat aliquando & causam finalem, quemadmodum & Vt. Cic. lib. 6. Epist. Is ad me dedit literas, vti se tibi placarem.

Vtilis, Vtilitas, Vtiliter, vide VTOR.

Vtinam, aduerbium optantis. } εἴθε, εἰ ἄφελον. Ital. *Voglia Dio.* Gal. *Pleust à Dieu que, à la mienne volonté* Hisp. *O si, ò oxala.* } Terent. in And. Vtinam id sit quod spero. ¶ Quandoque etiam dicimus, O vtinam. Ouid. in Epist. Penelopes, O vtinam tunc, quum Lacedęmona classe petebat, Obrutus insanis esset adulter aquis.

VTINVM, Italiæ oppidum iuxta Aquileiam, principum Austriæ opere insigni admodum, & arce in mediæ vrbis edito colliculo conspicuum: vt scribit Vadianus in lib. 2. Pomponij Melæ.

Vtique, Aduerbium affirmandi est, & ponitur pro certè vel prorsus. } ἀγῶνι, δηλονότι, διαπαντός. Ital. *Certamente, fermamente.* Gal. *Certes, certainement.* Hisp. *Ciertamente.* } Quintil. in Pastu cadauerum, Solent huiusmodi negotiatores aliquid proprium ac priuatum stipulari: vtique quum rem alienam vendant. Sueton. in Tito, Cæterum Titum, qui propè astabat, vtique imperaturum.

Vtor, vteris, Vsum habeo. Et semper de rebus bonis ac necessariis, necnon & diuinis, inanimatisque dicitur. } χρῆσθαι. Ital. *Vsare.* Gal. *Vser, se seruir.* Hisp. *Vsar de alguna cosa.* } vt Vtor domo, diligentia, consuetudine, studio, & huiusmodi. Terentius, Scio te non esse vsum antehac amicitia mea. Sed quum de personis loquimur, accipitur pro conuersati. συζῆν, χρῆσθαι. Cic. Lentulo, Aulo Trebonio multos annos vtor valde familiariter. ¶ Construitur quandoque cum accusatiuo. Varro, Vtile vtamur potius, quàm ab re abutamur. Plaut. in Asin. Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. ¶ Vti potestate, Prætura, & eiusmodi ad quæstum, est ea exercere quæstus causa. ¶ Vti re aliqua ad speciem, est quod barbari dicunt, *habere, & esse vndere pro monstra.* ¶ Vti inuidia minore dicitur, cui minus inuidetur. ¶ Vti aliquo amico, est illum habere amicum. Teren. in Heaut. Mihi si vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre. Hoc est facilis illi, & placabilis pater ero. ¶ Vti valetudine minus commoda, est subægrotare. ¶ Vti via populi, est populi more cuilibet sententiæ sine vllo iudicio assentiri, & numero vocum potius, quàm veritati operam dare. ¶ Vti valetudine firma, est bene habere.

Vtendus, adiectiuum. Terent. in Heaut. Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda est idonea.

Vsus, huius vsus, Ipse vtendi actus, exercitatio, tractatio. } χρῆσις. Ital. *Vso, vsanza, consuetudine.* Gal. *Vsage, vtilité.* Hisp. *Vso, costumbre.* } Cice. in Topic. Vsus enim, non abusus legatus est. Plin. Epist. 10, Vsus magister egregius. Idem Epist. 115, Vsus optimus dicẽdi magister. Cic. 1. de Orat. Adiungant vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superet. Plin. lib. 10. cap. 69, Auditus cui hominum primo negatus est, huic & sermonis vsus ablatus. Cic. pro Corn. Balbo, Assiduus vsus vni rei deditus, & ingenium & artem sæpe vincit. ¶ Interdum cõsuetudo, conuersatio, familiaritas. συνουσία. Quint. Mulierem cum qua illi longus fuerat vsus. Cice. ad Volum. lib. 7, Quòd sine

prænomine

præpone familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primùm addubitauerim à Volumnio Senatore esset, quo cum mihi est magnus vsus. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. Tu tamen à nobis vsu iunctissime longo, Pars desiderij maxima pene mei. ¶ Interdum vsus in eadem accipitur significatione, qua opus, indeclinabile: eadémque habet constructionem. Virgil. 8. Aen. Arma acri faciunda viro, nunc viribus vsus, Nunc manibus rapidis. Terent. Heey. Non vsus facto est mihi. Cic. 1. Offic. Potiúsq; & amicis impertientes & Reipub. siquando vsus esset. Idem 4. Tusc. De cætetis studiis alio loco dicemus, si vsus fuerit. Plaut. Asin. Viginti iam vsus est filio argenti minis. Plautin Pseud. accusatiuo iunxit, Ad eam rem vsus est hominem astutum, doctum, &c. id est opus est homine astuto, & docto. ¶ Interdum pro fructu & vtilitate, tam in singulari, quàm in plurali: quòd soleamus aliqua re ideo vti, vt ex ea fructum percipiamus. χρεία. Cic. Attic. lib. 1, Fuit & mihi & Qu. Fratri magno vsui in nostris petitionibus. ¶ Ex vsu esse: pro vtile esse, & expedire. χρήσιμα εἶναι. Terent. Heey. Si ex vsu esset nostro hoc matrimonium. Colum. lib. 6. cap. 1, Pabulum è fundo plerunque domesticis pecudibus magis, quàm alienis depascere, ex vsu sit. ¶ Vsus venit, ponitur pro opus est. Terent. Heaut. Non vsus veniet, spero. Hoc est non opus erit, non erit necesse. Plaut. in Bacc. Aufugero hercle, si magis vsus venerit. ¶ Vsuenit verò, id est accidit, euenit. Cic. pro Quint. Nam quid homini potest turpius, quid verò miserius, aut acerbius vsuenire? ¶ Ponitur aliquando pro consuetudine, siue more. ἦθος. Terent. in Heaut. Mihi sic est vsus, tibi vt opus est facto, face. Id est, sic mos meus est, ita consueui.

Vsualis, vsuale, Idem quod vsuarium: quod vsui nostro seruit. {ἃ πρὸς χρῆσιν, χρήσιμα. Ital. *Cosa per nostro vso.* Gal. *Dequoy nous vsons, chose pour nostre vsage.* Hispan. *Cosa pertenesciente à vso.*} Martian. in l. Interdum. de Publi. Quoties quis mancipia inuecta professus non fuerit, siue venalia, siue vsualia, in pœna commissi est.

Vsuarius, rij, Dicitur ille, cuius est vsus, qui rei vsum capit. {ὁ χρώμενος. Ital. *Chi ha l'vso d'vna cosa non la proprietà.* Gal. *Qui à l'vsage de quelque chose.* Hisp. *El que tiene vso de alguna cosa.*} ¶ Vsuarius verò adiectiuum, quod in vsum quotidianum paratum est. Gell. lib. 4. cap. 1, Ex iis autem quæ promercalia, & vsuaria in locis iisdem essent, ea sola esse penoris putat, quæ sint vsu annuo.

Vsusfructus, nomen vtrinque declinatum, significãs rei vsum fructuosum, quum scilicet res aliqua non nostra est, sed perinde ex ea fructum atque vtilitatem capimus, ac si nostra esset. {ἐπικαρπία, ἐπίκαρπος. Ital. *Vsofrutto.* Gal. *Vsufruit.* Hisp. *Vsofructo de la heredad.*} Definitur ab Vlpiano lib. 1. de vsufruct. quòd sit ius alienis rebus vtendi, fruendique, salua rerum substantia. Cic. pro Cæcinna, Vsumfructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legauit, vt frueretur vnà cum filio, neque à secundo hærede legauit, mortuo filio mulier vsumfructum non amittet.

Vsucapio, is, Id est rem aliquam continuatione vsus, vel possessionis mihi attribuo, vendico, in meum vsum conuerto. {χρόνου ἰδιοποίησις. Ital. *Attribuirsi, far suo.* Gal. *S'attribuer, faire sien par prescription & possession de long temps.* Hisp. *Continuar possession.*} Cic. 2. de Legib. Quod autem ἡρῶον, id est vestibulum sepulchri, bustúmve vsucapi verat, metur ius sepulchrorum. Idem de Arusp. respon. Nihil morrales à diis immortalibus vsucapere possunt. Paulus, qui alienã rem mortis causa traditam vsucepit, non ab eo videtur accepisse cuius res fuisset, sed ab eo qui vsucapionis præstitisset.

Vsucaptio, siue Vsucapio, onis, Est ab vsu acquisitio, vel adiectio dominij, per continuationem possessionis temporis lege definiti, vt puta triginta aut quadraginta annorum, si res immobilis sit, quam possidemus. item trium annorum, si mobilis. {ἡ διὰ τοῦ χρόνου κτῆσις ἢ προσθήκη πρὸς οἰκίαν. Ital. *Acquisto di proprietà per vso di lungo tempo.* Gal. *Acquisition de la seigneurie de quelque chose par prescription.* Hisp. *Possession continuada, ò continuacion de possession.*} Recentiores primam illam, Præscriptionem: hanc verò, Vsucapionem vocant. Cic. 1. de Leg. In qua quoniam vsucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus. Cato, Hæc pignori capio ob æs militare facta est, quòd æs à Tribuno æratio miles accipere debeat.

Vsio, onis, pen. prod. Idem quod vsus. {χρῆσις. Ital. *Vso, vsanza.* Gal. *Vsage.* Hisp. *Vso.*} Gell. lib. 4. cap. 1, Longæ vsionis gratia contrahuntur, & reconduntur. Vlpian. l. Qu. Mutius. ff. de auro & argento lega. Si factum aurum legatum est, omne ad eum pertinet, cui legatum est. ex quo auro aliquid est effectum, siue id suæ, siue alterius Vsionis causa paratum esset.

Vsitor, aris, Frequenter vtor. {χρῆσθαι. Ital. *Vsare spesso.* Gal. *Vser souuent.* Hispan. *Mucho vsar.*} Gel. lib. 1. cap. 10, Romanos quoque homines aiunt sic plerúnque anulis vsitatos. Idem lib. 17. cap. 1, Tametsi aliquoties verbo ipso, alio quoque modo vsitati sunt.

Vsitatus, a, um, Consuetus, solitus, in vsum receptus. {ἔθιμος. Ital. *Solito, auuezzo, vsato.* Gal. *Vsité, accoustumé, qui est en vsage.* Hisp. *Acostumbrado.*} vt Vsitata cõsuetudo, vsitata vocabula, vsitatus mos. Cic. pro Quinct. Iacet res in controuersiis, isto calumniante biennium, vsque dum inueniretur qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet. Idé 3. de Finib. Ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis vterentur nobis incognitis, vsitatis sibi. Idem 4. Verr. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset. Idem, Cur in re tam veteri, tam vsitata, quicquam noui feceris?

Vsitatè, aduerbium. {εἰθισμένως. Ital. *Secondo l'vso & costume.* Gal. *Selon l'vsage & coustume.* Hisp. *Segun la costumbre.*} Cic. 4 de Finib. Cur igitur quum de re conueniat, non malumus vsitatè loqui?

Vsura, æ, Idem est quod vsus. {χρῆσις. Italicè & Hispanicè, *Vso* Gal. *Vsage.*} Plautus in Amph. Vsuramque eius corporis cepit sibi. Cic. pro Rabirio Posth. Vos obsecro Iudices, vt huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit, nomẽ Equitis Romani, & vsuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis. Idem 7. Verr. Cur inquam ciuibus Romanis, quos Piratæ ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti? Idem ad Appium Pulchrum, lib. 5, Perficiam profectò vt longi temporis vsuram qua carnimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam. ¶ Vnde & pecuniaquæ in fœnore sorti accedit, vsura dicitur, quoniam ex vsu acquiratur. {τόκος. Ital. *Vsura.* Gal. *Vsure.* Hisp. *Logro, vsura.*} Cice 5. Verr. Vt quum Senatus publicanos vsura sæpe iuuisset, magistratus à publicanis pecuniam pro vsuris auderet auferre? Idem de Senectute, Terra nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit quod accipit: sed aliàs minore, plerúnque maiore cum fœnore. Lucan. libro 1, Hinc vsura vorax, auidúmque in tempore fœnus, &. Hanc Varro impendium vocat, quòd inter se iungat, vnúmque fiat, quasi compendium. Sidonius Apollinatis posteriora vocat, quoniam qui fœnus agitant, & in vsuras extendunt, videntur aggregare posteriora prioribus, & ortis oritura connectere. Ob id Græci τόκους vocant vsuram, quasi partus posteritatem. ¶ Ponitur aliquando vsura pro familiaritate, conuersatione. συνήθεια. Cicero, Longa quæ inter nos fuit vsura, hoc efficit. hoc est vsus, consuetudo, familiaritas.

Vsurarius, a, um, Ex quo capitur vsus. δανειστικός. Plau. in Amphi. Alcmenam vxorem cepit vsurariam. Et Curcul. Vsurarius puer.

Vsurpo, as, are, Est in frequenti vsu habere: & hoc siue verbis, siue factis fiat, vt ait Valla Elegant. lib. 5. {λέγειν συνεχῶς, πράττειν συνεχῶς. Ital. *Vsar souente vna cosa siano parole ò fatti.* Gal. *Vser souuent.* Hisp. *Vsar muchas vezes de alguna cosa.*} Colum. lib. 1, Nam illud quod in quibusdam prouinciis vsurpatur, vt cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum est ab omnibus. Cice. in Orat. Quod semper vsurpamus in omnibus dictis ac factis, minimis & maximis: quum hoc decere dicimus, illud non decere. ¶ Vsurpare oculis dixit Lucretius lib. 1, pro videre. Plaut. in Trin. Aduenio ex Seleucia, Macedonia, atque Arabia, quas ego neque pedibus vnquam vsurpaui. id est quas neque vidi, neque adij, siue nũquam ingressus sum. ¶ Vsurpare ciuitatem, est dicere se ciuem, & pro ciue sese gerere. ¶ Vsurpare ius, est quod dicunt, *capere possessionem.* Liuius. Non tamen vltrà processum est quàm vt vnus ex plebe vsurpandi iuris causa, P. Licinius Trib. militum crearetur. ¶ Vsurpare memoriam alicuius, est mentionem de eo facere. Cic. in Lælio, Quis est qui C. Fabricij, M. Curij non cum charitate & benevolentia memoriam vsurpet, quos nunquam viderit? ¶ Iureconsulti (inquit Budæus) vtuntur aliquando hoc verbo pro eo quod, est præter ius vti, vel vendicare. {ἰδιοποιεῖσθαι, ὑπὲρ τὸ δίκαιον, πλεονεκτεῖν. Ital. *Vsurpare l'altrui contra ragione* Gal. *Vsurper, prendre & s'attribuer iniquement.* Hispan. *Tomar y vsar illicitamente de lo agena.*} Gell. libro 3 cap. 2. Mutium Iurecõsultum dicere solitum legi, non esse vsurpatam mulierem, quæ quum Calendis Ianuariis apud virum causa matrimonij esse cœpisset, ante diem quartum Calendas Ianuarias sequentes vsurpatũ isset: enim non posse impleri trinoctium, quod abesse à viro vsurpãdi causa ex duodecim tabulis deberet: quoniã tertię noctis posterioris sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex Calendis.

Vsurpatio, onis, verbale, Frequens vsus. {ἰδιοποίησις. Ital. *Longo vso, vsurpatione.* Gal. *Long vsage, vsurpation.* Hisp. *Vso luengo.*} Cic. de Clar. Orat. In hoc communi nostro, & quasi fatali malo consoletur secum conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. Paulus l. 1. de Vsucap. Vsurpatio est vsucapionis interruptio: oratores autem frequentem vsum vocant.

Vtensilia, Quæcunque vsui nostro sunt necessaria. {τὰ χρηστά. Ital. *Ogni cosa necessaria à nostro vso.* Gal. *Vtensiles, ce qui est necessaire à nostre vsage* Hisp. *Alhaja ò cosa para vsar.*} Colum. lib. 11, Vtensilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Idem lib. 8. cap. 4, vocat vtensilia, quæ apes in aluearia conferunt. Liu. 3. ab Vrbe, Exutúsque omnibus vtẽsilibus miles, Tusculum se fide misericordiáque victurus hospitum, contulerat. Idem 6. bell. Pun. Quæque vna secum dederunt, agrum vrbémque, diuina humanáque, vtensiliáque, siue quid illud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites.

Vtilis, le, Quod nobis vsui est, vel confert. {χρηστός, χρήσιμος, ὠφέλιμος. Ital. *Vtile.* Gal. *Vtile, prouffitable, commode.* Hisp. *Prouechoso para alguna fin.*} Terent. in Adelp. Quum amet aliã, non est vtile hanc illi dari. ¶ Construitur aliquando cum dativo. Cice. ad Matium lib. 11, Quod enim vehementer mihi vtile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti vt ille me diligeret, coleret, haberet in suis. ¶ Aliquando cum accusatiuo, cum præpositione ad. Plin. lib. 8. cap. 31, Enomit fel suum ad multa medicamenta vtile. Neutro pede satis vtilis, apud Plinium lib. 7. cap. 28. hoc est cuius pes vterq; vitiatus, commode officio suo fungi non potest. Horat. in Arte, Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. Dolabella Cice. lib. 9, Quamobrem quid aut ille sperare possit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia: sic enim facillimè quod tibi vtilissimum erit consilium capies.

Vtibilis, le, Idem quod vtilis. sed antiquum. χρήσιμος. Paut. in Menæch. Ij solent heris esse vtibiles. Terent. in Phorm. Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vicus tangere. Aut nominare vxorem?

Vtilitas, atis, Idem quod commodum, seu fructus. {ὠφέλεια. Ital. *Vtilità, profitto.* Gal. *Vtilité, prouffit.* Hisp. *Prouecho.*} Terent. in Eunu. In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoscas meam. Horat. 1. Serm. Saty. 3, Atque ipsa vtilitas iusti prope mater & equi. Cic. 1. de Finb. Vt etiam si nulla sit vtilitas ex amicitia, tamẽ ipsi amici propter seipsos amentur. Idem 4. Offic. Nec tamen nostræ nobis vtilitates omittẽdæ sunt, aliisque tradendæ, quum his ipsi egeamus: sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. ¶ Vtilitates pro vsu. Cic. Tironi lib. 16. Epist. Vtilitatibus tuis possum carere.

Vtiliter, pen. corr. aduerb. Ex vsu, commodé. {χρησίμως. Ital. *Vtilmente.* Gal. *Vtilement, prouffitablement.* Hisp. *Prouechosamente.*} Cice. 4. Acade. Atque illi quidẽ etiam à natura vtiliter dicebat per motiones istas animis nostris datas. Ouid. 13. Metam. Longa referre mora est, quæ consilióque manúque Vtiliter feci spatiosi tempore belli. Hora. 1.

epist.16, Vendere quum possis captiuum, occidere noli. Seruiet vtiliter. Ouid. Epist. 1, Vtilius starent etiam nunc mœnia Phœbi.

Vtpote, aduerb. confirmantis, & causatiuum. Significat enim quoniam, quãdoquidem, oempe, quippe. {ολὰ δὴ. ciei. Ital. Come, perche. Gal. Pourtant que, car, comme ainsi soit, puis qu'ainsi est. Hisp. Assi como.} Sallust. in Cat. Antonius aberat à bello, vtpote æger, ac iacens. Suet. in Augusto, Aedes sacras, vetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, eásque opulentissimis donis adornauit, vtpote qui in cellam Capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri, vna donatione contulerit.

Vtputa, Quemadmodum, verbi gratia. *olonè.* apud Ciceronem lib. 7. Epistolar.

Vtquid, Quamobrẽ, propter quid. {ἵνατί. Ital. *Però.* Gal. *Pourquoy.* Hisp. *Porque.*} Cic. Attico, Depugna potius, inquis, quàm seruias: vt quid?

Vtricularius, Vtriculus. vide VTER, vtris.

Vtrinque, Vtro, Vtrobique, Vtroque, Vtrum, vide VTER, adiectiuum.

Vtut, vide VT.

V ante V.

VVA, æ. Fructus vitis: dicta ab vuido. {σταφυλή. Ital. *Vua, grappo di vua.* Gal. *Grappe de raisin.* Hisp. *Vua.*} Colum. lib. 3. cap. 6, Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cuius singulæ vuæ in singulis sarmẽtis conspiciuntur. Cicero de Senect. Gemma, à qua oriens vua se ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augescens, primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. Virg. 1. Georg. Hîc segetes, illîc veniunt fœlicius vuæ. Id est melius prouenium. Ouid. 2. Amo. Eleg. 16, Terra ferax Cereris, multóque feracior vuis. ¶ Dicitur & de aliis fructibus qui in morem racemi constant ex pluribus acinis conglobatis. Plin. lib. 12. cap. 13, Amomi vua etiam in vsu est. ¶ Aliquando ponitur pro vite. Virg. 2. Georg. Et turpes auibus prædam ferat vua racemos. ¶ Est etiam Vua, pellicula quædam in fine palati dependens circa fauces, vt in hiante homine conspicitur. sic dicta, quia vt vua dependet, & humiditate variatur, & est vocis moderatrix: & aliquando ad similitudinem vuæ intumescit, cum vehementi inflammatione ac dolore. Seren. Aegrescunt teneræ fauces quum frigoris ora Vis subiit, vel quum ventis agitabilis aer Vertitur, atque ipsas flatus grauis inficit vuas. Sortitur autem hoc mali genus à duplici forma nomen duplex. Nam si teretem habeat figuram, à columnæ similitudine columella, κίων, dicitur. Sin verò in acini effigiem conglobetur, à Græcis σταφυλὴ, à nobis Vua appellatur. ¶ Dicitur etiam Vua de apibus, quum collectæ sunt, & in modum botri dependent. Colum. lib. 9, Quum examen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo consederit, animaduertito an totum examen in speciem vnius vuæ dependeat. Plin. lib. 11. cap. 17, Tunc ostenta faciunt, priuata ac publica, vua dependẽre in domibus, templísque. Virgil. 4. Georg. Et densis vuam dimittere ramis. Seruius, Vuam dimittere, id est in morem vuæ vel botryonis defluere.

Vueus, a, um, Quod ex vua fit. {σταφύλινος. Italicè & Hispanicè, *Mosto.* Gal. *Moust.*} vt Succus vueus, apud Poëtas ἀμπελόκραιρον, pro vino ex vuis expresso.

Vuifer, ra, rum, Producens vuas. {σταφυλοφόρος. Ital. *chi porta grappo di vua.* Gal. *Qui porte grappe.* Hisp. *Que trae vua.*} vt, Glebæ vuiferæ, apud Silium lib. 7, Et Masicus vuifer, apud Statium 4. Syluarum.

Vuidus, a, um, Quod est humidum, pingue, quódque præcipuè habet aliquid humoris intrinsecus: vnde & Vua dicta. {ὑγρὸς. Ital. *Humido, molle, bagnato, immostato.* Gal. *Moiste, humide.* Hisp. *Cosa humida, ò mojada.*} Humidum, quod habet humorem extrinsecus. Colum. lib. 3. cap. 2, Nisi præpingui, & vuida terra. Virg. 10 Aeglo. Vuidus hyberna venit de glande Menalcas. Vbi Seruius, Vuidus, pinguis. Plaut. in Rud. Siccine hîc cum vuida veste grassabimur? id est humore madente.

Vueſco, scis, Vuidus fio, humorem cõtraho. {ὑγρίσκομαι. Ital. *Diuentar humido, essere bagnato.* Gal. *Deuenir ou estre moiste, se ramoistir.* Hisp. *Humedecerse, ser humido.*} Lucr. lib. 1, Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes Vuescunt, eandem candenti.

VVLCANVS, Deus antiquis putatus est, ignis præses. ἥφαιστος. vnde & Vulcanus dictus est quasi canus per aerem volitans. Volat enim flamma & candida est. Hic & Mulciber appellatur, quòd ferrum mulceat. Filius fuit Iouis & Iunonis, qui à parentibus ob deformitatem (licet alij alias causas afferant) cælo deiectus est in Lemnum insulam, vbi ab Eurymone Oceani filia, & Thetide nutritus est. vel vt alij volunt, à similis. Ea autem ruina, qua decidit de cælo, claudus factus est. Officinam habere fertur in Lemno vnà cum Cyclopibus ministris: fingitur fabet deorum, quia Ioui fulmina & diis arma aduersus gigantes fabricauit: nec tamen admissus est ad mensam deorum: quinetiam quum Mineruæ nuptias expetisset, repulsam passus est. vnde Virg. Aegl. 4, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Aliam deinde sibi vxorem quærens, Venerem duxit quam quum postea vnà cum Marte in Adulterio deprehendisset, ambos inuisibilibus catenis ita colligauit, vt neuter abire posset, donec ab omnibus diis & duabus visi & derisi essent: vt suprà de Marte annotatum est. Ab eo, quicquid artificiosè fabricatum est, factum volunt, vt monile Hermiones, & Ariadnæ coronam, currum Solis, Achillis, & Aeneæ arma, & huiusmodi. ¶ Vulcani, (inquit Cic. lib. 3. de Natura deorum,) fuere complures. Primus Cælo natus, ex quo & Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, vt Aegypti appellant, quem custodem esse Aegypti volunt. Tertius è tertio Ioue & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Mçnalio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur. ¶ Ponitur non raro pro ipso igni, quemadmodum Ceres pro ipsis frugibus. Hinc est illud apud Plautum in Amph. Vulcanum in cornu portas: hoc est ignem gestas in laterna cornea. Virg. lib. 5, Furit immissis vulcanus habenis, &c.

Vulcanalia, orum, plu. nu. neu. gen. Festa Vulcano dedicata. ἡφαίστια. Columella libro 11. cap. 4, Cæterum Augusto circa Vulcanalia, tertia satio est.

VVLCANIÆ, Insulæ septem Siciliæ adiacentis, quæ & Aetoliæ dictæ sunt: quòd Iliacis temporibus Aeolus in iis putetur regnasse. ἡφαιστίαι. ¶ Vulcaniæ autem ideirco dictæ, quòd rerum omnium natura sulphurosa sit, ignem per interualla, tanquam è fornacibus quibusdam euomens. Vide Plinium lib. 3. cap. 8, & 9, & Strabonẽ lib. 6. Cicero tamen lib. 3. de Nat. deorum, à Vulcano rege, Mænalij filio nomen accepisse tradit, qui iis insulis post Aeolum creditur imperasse. Nomina earum sunt Lipara, Strongyle, Didyme, Eticusa, Phœnicusa, & Euonymos.

Vulga, quæ & Bulga, Sacculus scortеus, siue ex alia materia, in quo pecuniam, aliáve itineri necessaria circumferimus. Ita dicta, quasi volua, quòd viaticum inuoluat. {πήρα, ἀσκοπήρα. Ital. *Bolgia di cuoro.* Gal. *Bourse, bougette.* Hisp. *Bolsa.*} Vulga (inquit Nonius) capacitas, vel sinus cum laxitate. Lucil. lib. 2, In vulgam penetrare pilosam. Varro, Vt viaticum ex arcula adderem in vulgam. ¶ Est & Vulga, siue Bulga, folliculus minor, siue eromena, è parte aliqua corporis pendens gerendæ pecuniæ gratia. Lucil. 3. vt citat Nonius, Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus Bulgam, & quicquid habet numorum, secum habet ille: Cum bulga cœnat, dormit, lauit. ¶ Aliquando ponitur pro vulua: & econtrario vulua pro sacculo. Idem lib. 26, Ita vt quisque nostrum è bulga est matris in lucem editus.

Vulgus, vulgi, masc. & neut. gen. Pars populi ignobilior, plebs: à voluendo (vt quidam volunt) nomen habens, quòd inconstanter stultéque huc atque illuc voluatur: vnde etiam immobile vulgus Virgilius appellauit. {οἱ πολλοὶ, τὸ πλῆθος. Ital. *Volgo, plebe.* Gal. *Le commun peuple.* Hisp. *Pueblo de los menudos.*} Virg. 1. Aen. Seuitque animis ignobile vulgus. Virg. 2. Aen. –& spargere voces In vulgum ambiguas, & quærere conscius arma. Horat. 2. Serm. Saty. 3, –huic ego vulgum Errori similem cunctum insanire docebo. Sallust. in Iug. Alij vulgum effusum oppido cædere, alij ad portas festinare. Cice. 5. Tusc. Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria, molestiæ habeat, quàm voluptatis. Idem pro Plancio. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, &c. ¶ Vulgus de quibus dixit Virgilius lib. 3. Georg. Continuò ferro culpam compesce priusquam Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Vulgò, Passim, nusquam non, plerunque, & quod vulgus dicit, *Communiter.* {πανδημεί. Ital. *Volgarmente, d'ogni banda.* Gal. *Vulgairement, communément, par tout.* Hisp. *Vulgarmente.*} Cicero 1. de Inuen. Deinde natura eius euenire vulgò soleat, an insolenter & rarò. Idem pro Sexto Roscio, Homines vulgò impunè occiduntur. Virg. 3. Georg. Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis. Idem 3. Aeneid. Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgò infandi Cyclopes, & altis mõtibus errant. Id est passim. Terent. And. Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet, Omnes sibi melius malle esse, quàm alteri. ¶ Vulgò concepti, siue vulgò quæsiti, νόθοι, ἀπάτορες. Plutarcho dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem alere non licet: qui & Spurij vocantur. Vlpian. l. 2. ad Tertul. Siue iniustè sint procreati, siue vulgò quæsiti. ¶ Vulgò occidere, id est publicè, passim. Cic. pro Roscio Amerino, Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgò impunè occiderentur. Cæsar 2. bel. Gall. Quòd in Gallia potentioribus, atque iis qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgò regna occupabantur.

Vulgaris, re, Quotidianum, commune, protritum, peruulgatum, vile: cui opponitur Singulare. {ἰδιωτικὸς, δημώδης, ἰδιοτικός. Ita. *Volgare, vile.* Gal. *Vulgaire, commun.* Hisp. *Cosa comun, y de menosprecio.*} Cic. 2. de Inuen. Magna, an parua: facilia, an difficilia: singularia sint, an vulgaria, vera, an falsa. Horat. 2. Serm Satyr. 2, Iciunus stomachus raro vulgaria temnit. Cice. pro Rosc. Am. Denique nihil tam vtile, neque tam vulgare est, cuius partẽ vllam reliquerint. Idem ad Cæsarem lib. 13, Genere nouo sum literarum ad te vsus: vt intelliges, non vulgarem esse commendationem. Vulgaris via, pro ratione trita, & consueta. Quint. Simul ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. Vulgares artes, quæ vulgò *Mechanicæ* dicuntur. Cice. pro Rosc. Ame. Mitto artes illas vulgares, coquos, pistores, lecticarios, &c. Vulgaris forma, id est quotidiana, qualis vulgò videri solet. Plin. lib. 10. cap. 42, Nec vulgaris psittacis forma, quanuis non spectanda. Vulgaris puella, id est vulgata, & vulgi libidini exposita. Ouid. 4. Fast. Numina vulgares Veneris celebratæ puellæ: Multa professarum quæstibus apta Venus.

Vulgariter, aduerbium, Id est triuialiter, more vulgato, & consuero. {κοινῶς, συνήθως. Ita. *Volgarmente.* Gal. *communément, vulgairement.* Hisp. *Communemente.*} Cice. lib. 13. Epist. Vt intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiosè, sed vt pro homine mihi pernecessario scribere.

Vulgo, as, In vulgus enuntio, vulgo notum facio, famam rei alicuius dispergo, rem occultam in lucem profero. {διαφημίζω, διαβοῶμαι. Ita. *Diuolgare, manifestare, appalesare.* Gal. *Diuulguer & publier par tout.* Hisp. *Diuulgar ò publicar.*} Virgil. 10. Aen. –quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductum verbi vulgare dolorem? ¶ Interdum vulgare, est vulgi vsui exponere. Cic. de Arusp. respons. Nauis in flumine vulgata omnibus, id est omnium vsui exposita. ¶ Vulgare corpus, est prostituere. Liui. lib. 1, Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent. Plaut. in Amph. Cui me absente corpus vulgauit suum. ¶ Vulgare morbos, est morborum contagia in vulgus propagare. Liu. 3. ab Vrbe, Ministerióque inuicem ac contagio ipso vulgabant morbos. Curtius lib. 9, Contagium morbi etiam in alios vulgatum est.

Vulgatus, à, um, participium, seu nomen ex participio: {δημοσιευθείς, διαφημισθείς. Ital. *Commune.* Gal. *Diuulgué, publié, communiqué.* Hisp. *comun.*} vt, Vulgatus cibus, quo vulgus passim, & quotidie vtitur. Plin. lib. 13. cap. 23, Ibi & capparis fitmioris ligni frutex, femináque & cibi vulgati. Virg. lib. 1. Aen. Bellóque iam fama totum vulgata per orbem

orbem Liu. 1. ab Vrbe. Vulgarior fama est, ludibrio frattis Remum nouos transiluisse muros. Quint. lib. 2. cap. 4, Nam quid hi possint in causis proprium inuenire, qui etiam in his quæ sunt communia & in plurimis causis trahantur, vulgatissimos sensus verbis, nisi tanto antè præparatis, prosequi nequeant?

Vulgaturus, a, um: vt. Litera vulgatura nefas. Claud. 2. Panegy.

Vulgator, oris, verbale. Id est euulgator, enuntiator. {ὁ προφέρων, ἀλλοφυλος. Ital. *Publicatore de secreti.* Gal. *Publieur de secretz.* Hisp. *Diuulgador publicador de secretos.* } vt, Taciti vulgator, hoc est Tantalus, qui deorum mensæ adhibitus illorũ arcana enuntiauit. Ouid. 3. Amor. Eleg. 6, Sic ater, mediis taciti vulgator in vndis: Pomáque, quæ nullo tempore tangat, habet.

Vulgiuagus, adiectiuum. {πάνδημος, ἐπιπλάστος. Ital. *Volgare, commune.* Gal. *Vulgaire, commun.* Hisp. *Cosa comun.* } Lucr. lib. 4, Vulgiuagáque vagus venere. Id est sectatus plebeiam, popularémque venerem, non certæ mulieris amore captus. Budæus. Idem Lucr. lib. 5, Vulgiuago vitam tractabant more ferarum.

Vulnus, huius vulneris, Hians, paténs que apertura corporis, ictu aliquo inflicta. {τραῦμα. Ital. *Piaga, ferita, taglio.* Gal. *Vne playe.* Hisp. *Llaga, herida.* } Liu. 4. bel. Pun. Tandé vulneribus confectæ virgines, quum omnia replessent sanguine, exanimes corruerunt. Virg. 4. Aeneid. Infixum stridet sub pectore vulnus. Idem 7. Aen. -hæsit enim sub gutture vulnus, & vdæ Vocis iter, tenuémque inclusit sanguine vitam. Ouid. 6. Metam. Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam. Virg. 6. Aeneid. Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora, manúsque ambas, populatáque tempora raptis Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares. Idem 4. Georg. -& corpora bello Obiectant, pulchrámque petũt per vulnera mortem. Per translationem accipitur pro angore animi, siue mœstitia, λύπη. Virg. 12. Aen. -sic exhortata reliquit Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis. Ouid. 5. Metam. At Cyane raptrámque deam contempráque fontis Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus Mente gerit tacita, lachrymísq; absumitur omnis. ¶ Aeternum vulnus, pro æterno odio. Virg. 1. Aen. Tum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus. ¶ Vulnus pro amore. Virg. 4. Aen. At regina graui iamdudum saucia cura Vulnus alit venis, hoc est amoris dolorem ac molestiam fouet intra venas. Sic mutua vulnera dixit Ouid. 14. Metam. pro amore mutuo. ¶ Vulnus orbitatis, id est dolor ex orbitate. Quint. lib. 6, Illum enim de quo summa conceperam, & in quo spem vnicam senectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis amisi.

Vulnerarius, a, um, adiectiuum, Vulnerum sanandorum vim habens. {τραυματικός. Ital. *Pertinente à piaghe.* Gal. *Seruant à playes.* Hisp. *Perteneciente à llagas.* } vt, Vulnerarium emplastrum, quod vulneribus imponitur. Plin. lib. 23. cap. 4, Vulnerariis emplastris vtile. Idem lib. 34. cap. 11, Cruda autem ærugo vulnerariis emplastris miscetur.

Vulnerarius, rij. substantiuum, Curator vulnerum, chirurgus. {τραυματικός, χειρουργός. Ital. *chirurgo, medico.* Gal. *chirurgien, medecin.* Hisp. *cirugiano.* } Plin. lib. 26. cap. 1, Ob id publicè vulnerarium fuisse eum tradunt vocatum, miréque gratum aduentum eius initio.

Vulnero, as, Saucio, vulnus infligo. {τραύματα, αὐτίζω. Ital. *Ferire.* Gal. *Blesser, naurer.* Hisp. *Llagar heriendo.* } Cæsar 1. belli Gall. Et nonnulli inter carros rotásque mazaras ac tragulas subiiciebant, nostrósque vulnerabant. Cic. 3. Verr. Serui nonnulli vulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciatur. ¶ Vulnerare voce, id est lædere, & verbis offendere. Cic. 1. Catil. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Vulnerari ictu fortunæ, est ex fortunæ aduersitate mœstitia affici. λυπεῖσθαι. Ouid. 1. de Ponto Eleg. 7, Sic ego cõtinuo fortunæ vulnerot ictu. ¶ Vulnerare aures nuntio, est tristi nuntio aures offendere. Virgil. 8. Aeneid. -grauiórne nuntius aures Vulneret.

Vulneratio, nis, verbale. {τὸ τραυματίσαι, ἡ πληγή. Ital. *Essò ferire.* Gal. *Blessure, naureure.* Hisp. *obra de llagar.* } Cicer. pro Cæcinna, Sin autem vim sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligetis, &c.

Vulnificus, a, um. Quod vulnus infligere potest. {τραυματικός. Ital. *Che fa piaghe ò ferite.* Gal. *Qui fait playe, qui blesse & naure.* Hisp. *Cosa que haze llaga de herida.* } Virgil. 8. Aen. Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit. Ouid. 8. Metamorph. In iuuenes certo sic impete vulnificus sus Fertur.

Vulpes, huius vulpis, Animal ferum, singulari astutia, nulli non notum: cuius naturam explicat Plin. lib. 10. cap. 63. {ἀλώπηξ. Ita. *Vulpe.* Gal. *Vn regnard.* Hisp. *La rapoza, Zorra.* } ¶ Dicta vulpes, vt putat Varro, quasi volipes, à velocitate pedum. Hora. lib. 1. Epist. Olim quod vulpes ægroto cauta leoni Respondit, referam. Persius Saty. 5, Astutam vapido seruas sub pectore vulpem. ¶ Quàm facilè vulpes pyrum comest: prouerbium de re admodum facili. Plaut. Most. Tam facilè vinces, quàm vulpes pyrum comest. Nihil enim negotij est vulpi dentatissimæ pyrum edere. Vide Chiliad. Erasmi.

Vulpecula, læ, diminut. {ἀλωπηκίς. Ital. *Volpetta.* Gal. *Regnardeau.* Hisp. *Pequeña rapoſa.* } Horat. lib. 1. Epist. Forté per angustam tenuis vulpecula rimam Repserat in cumeram frumenti.

Vulpinus, a, um, pen. prod. Quod pertinet ad vulpem. {ἀλωπέκειος. Ital. *Di volpe.* Gal. *De regnard.* Hisp. *Cosa perteneciente à rapoſa.* } Suet. Vbi leonis pellis deficit, vulpina insuẽda est. Plin. lib. 28. cap. 11, Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant. ¶ Aliquando ponitur pro astuto. πανοῦργος. Plautus, Vulpinus animus nequid moliatur mali.

Vulpinor, pen. prod. vulpinaris, Mendaciis, ac fraudibus vera peruerto, siue effugio. {ἀλωπηκίζω. Ital. *Volpinare, far in modo di volpe.* Gal. *Regnarder, vſer de fineſſe comme le regnard.* Hisp. *Hazer à guiſa de rapoſa.* } Tractum ab intotto vulpium cursu, vt placet Nonio. Varro in Mysteriis, Vulpinare modò, & concursa, qualibet erras.

VVLSINII, siue Volsinij Plinio, Volsinium Ptolemæo, οὐολσίνιοι, Hetruriæ oppidum mediterraneum, olim locupletissimum, sed postea fulmine totum conflagratum: vt refert Plin. lib. 2. cap. 52. Hodie *Bolsenam* vocant. Huic oppido adiacet lacus, qui ab eo Vulsiniensis dicitur: cuius meminit Colum. lib. 8. cap. 16.

Vulsura, vide VELLO.

Vultur, ris, Auis est rapax, & carniuora: ita dicta quòd propter magnitudinẽ corporis tardè volet. {γύψ. Ital. *Voltore.* Gal. *Vn vautour.* Hispan. *El buytre.* } Refert Plinius lib. 10. cap. 6, ex Vmbricis Aruspicis sententia, vultures biduo triduóve antè eò congregari, vbi futura sunt cadauera. Mirum enim in modum corporibus iam putrefactis delectantur. Vnde non inuenustè ex Græcis nonnulli ταφεῖα ψυχῶν appellarunt hoc est sepulchra animata. Liu. 7. bel. Pun. Vulturémque frequenti foro in tabernaculum deuolasse. Virg. 6. Aeneid. -rostróque immanis vultur obunco Immortale iecur tondens.

Vulturis, huius vulturis, Antiquis in vsu erat pro aue ea prægrãdi, quæ iam à nobis duabus literis subtractis, vultur dicta est. Ennius, Vulturis in syluis miserum mandebat homonem.

Vulturius, rij, Auis eadem cum vulture, de qua iam diximus. Lucret. lib. 4. Mellis apes quanuis longè ducantur odore, Vulturiique cadaueribus. Plaut. True. Iam quasi vultuti triduo prius prædiuinabant, quo die esuriturí sient. Et quoniam hæc auis rapax in primis esse traditur & carniuora, factum est vt homines insatiabilis rapacitatis vultures appellemus. Cic. pro Sestio, Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo vultures paludati. Intelligit Gabinium & Pisonẽ Coss inimicos suos, prouinciarum (vt sæpe eos nominat) voragines. ¶ Vulturius pro certo tali latere. Plaut. Cure. Prouocat me in aleam, vt ego ludam: pono pallium. Ille suum annulum opposuit: inuocat. Planè iam iacet vulturios quatuor. Talos arripio: inuoco almam meam nutricem Herentiacto basilicum.

Vulturinus, a, um, pen. prod. Quod est vulturis. {γύπειος. Ital. *Di voltore.* Gal. *De vautour.* Hisp. *De buytre.* } Plin. lib. 30. cap. 4, Vulturinus sanguis cum chamæleontis albæ (quam herbam esse diximus) radice, & cedria tritus, lepras sanat. Vulturina species, apud eundem lib. 10. cap. 5.

VVLTVRNVM, Βόλτερνον. Oppidum Campanorum est, à Vulturno fluuio, qui ipsum præterfluit, dictum. Est autem Vulturnus fluuius ille qui per Capuam fluit, & circa Cumas in mare illabitur. Pomponius Mela. lib. 2, Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum. ¶ Est & Vulturnum Hetruscorum oppidum, teste Liuio lib. 4. ab Vrbe.

VVLTVRNVS, Ventus qui ab Oriente hyberno spirat, vt ait Plinius lib. 2. cap. 47 εὖρος. Dictus à vulturis volatu (vt quidam aiunt) quoniam altè resonat. ¶ Hoc nomine etiam dictus est fluuius, vt in dictione præcedente diximus: cuius etiam meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vultus, huius vultus, Propriè dicitur habitus siue status faciei, qui pro animi affectibus alius atque alius ostenditur. {πρόσωπον. Ital. *Volto, faccia.* Gal. *Viſaige, viaire, trongne, face.* Hisp. *Cara, el geſto de la cara, la haz.* } Dictus vultus à verbo volo, sicut à colo cultus. Cicer. in Pisonem, Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, &c. Cic. 3. de Ora. Imago animi, vultus est, indices oculi. Plin. lib. 7. cap. 19, Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. pro Cluent. Recordamini faciem atque illos eius fictos, simulatósque vultus. idem 1. de Legibus, Et is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse, præter hominem potest, indicat mores. ¶ Apud Poetas tamen non raró vultus accipitur pro facie. Martia. lib. 1, Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. Ouid. 13. Metam. Quid moror interea crudel a vulnera lymphis Abluere, & sparsos immiti sanguine vultus? Antiqui protulerunt Vultum, neutro genere: quod & Nonius annotauit. Ennius, Auersabãtur semper vos vestráque vulta. Lucretius lib. 4. -sed quod vtriusque figuræ Esse vides mistim referentes vulta parentum.

Vulticulus, Diminutiuum est. {τὸ πρόσωπόν μου seu πρόσωπον. Ital. *Picciola faccia.* Gal. *Petit viſaige.* Hisp. *Pequeña cara y haz.* } Cic. ad Atti. lib. 14, Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret?

Vultuosus, a, um, Vultuosa pronũtiatio, quæ fit vultu mimica quadam gesticulatione ad orationem composito. {πρόσωπικός. Ital. *chi ha volto ſenero e graue.* Gal. *Qui tient contenance & viſage ſeuere & graue.* Hisp. *Cosa congeſtos ò viſajes torcidos.* } Cic. in Orat. In quo quum effeceris, ne quid ineptum sit aut vultuosum. Quintilianus libr. 11. cap. vltimo, Quare non immeritò reprehenditur pronuntiatio vultuosa, & gesticulationibus molesta, & vocis mutationibus resultans. ¶ Vultuosa frons apud Apuleium pro tetrica legitur, & ad seueritatem composita. Ait enim lib. 3. Metam. Longè dissimilis aduenit, non læta facie, sed vultuosa fronte rugis insurgentibus asseuerabat.

Vulua, æ, Vtriculus ille in fœminis, in quo fœtus fit cõceptus. {ἀλφός, μήτρα. Ital. *Matrice.* Gal. *L'amarri, la matrice.* Hisp. *Vientre donde conciben las hembras* } Dicta vulua, quasi volua, quòd fœtus ea inuoluatur. Propriè autem vulua est brutorum animantium: vterus autem mulierum. Plin. lib. 11. cap. 37, Fœminis eadem omnia, prætérq; vesicæ iunctus vtriculus: vnde dictus Vterus: quos alio nomine locos appellant: in reliquis animantibus, vuluam. Vuluam suillam Romani in deliciis habuere, præsertim electitiam. Nam quæ effœtis à partu eximebatur (quam porcariam vocabant) tanquam liuidam, & macram reiiciebant. Plinius loco iam citato, Vulua electo partu melior quàm edito. Electitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima. Contrà effœtis à partu, præterquam eodem die suis occisæ, liuida ac macra. Nec nouellarum suum præterquam primiparárum probantur, potiúsque veterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut post partum, aut quo electent die. Martialis, Te forsasse magis capiet de virgine porca, Me materna graui de sue vulua capit. ¶ Quandoque accipitur vulua, pro ore vuluæ, hoc est pro ipso pudendo muliebri. Iuuena. saty. 6, Adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ. ¶ Plinius quoque boletorum prorumpentium in oui speciem, album illud inuolucrum Voluam nuncupat. Plinius libro 22. cap. 22, Voluam enim terra ob hoc prius gignit: ipsum postea in volua, ceu in ouo est luteum. vide

V ante X.

VXAMA, Oppidum Hiſpaniæ citerioris, in tractu Arcuacorum: vt ſcribit Plinius libro 3. cap. 3, Ptolemæo Vaxama, ὐάξαμα, appellatur libro 2. cap. 6.

VXELLA, Inſulæ Britanniæ vrbs, in tractu Demoniorum: vt ſcribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3.

VXOR, vxoris, Quæ viro tradita eſt. ξυνὴ, ἄκοιτις, σύνευνος, ἄλοχος. Ital. *Moglie, mogliera, donna.* Gal. *Femme mariée.* Hiſp. *Muger caſada generalmente.* ¶ Terent. in Adel. Vxor ſine dote veniet. Cic. pro Sextio. Duxit vxorem patre viuo viri optimi & calamitoſiſſimi filiam, C. Scipionis. Idem 2. de Orat. Ex tui animi ſententia tu vxorem habes? Virg. 8. Aegl. Mopſe nouas incide faces, tibi ducitur vxor. Hora. 1. Epiſt. 2. Quæritur argentum, puerique beata creandis Vxor. Dictas autem putat Vxores Seruius quaſi Vnxores, ab vngendo, quòd antequam limen mariti tranſirent, poſtes auertruncandorum malorum cauſa vngerent. Verba eius ſunt hæc in librum 4. Aeneidos. Mos erat, vt nubentes puellæ, ſimul quum veniſſent ad limen mariti, poſtes antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo vngerent: & inde Vxores dictæ ſunt, quaſi vnxores. Plinius quoque lib. 28. cap. 9, ſcribit nouas nuptas mariti domum intrantes, ſolenne habuiſſe, adipe poſtes inungere.

Vxorcula, læ, diminutiuum, Ab vxore blandiendi gratia deductum. ξυναικάριον, γύναιον. Ital. *Mogliereta.* Gal. *Femmelette mariée.* Hiſp. *Pequeña muger caſada.* ¶ Plaut. Caſina, Eia vxorcula.

Vxorius, a, um, Quod eſt vxoris, vel quod ad vxorem pertinet. ξυναικεῖος. Ital. *Della moglie.* Gal. *De femme mariée.* Hiſp. *Coſa perteneciente á muger caſada.* ξυτ Res vxoria. Cicero 5. Offic. In arbitrio rei vxoriæ meliùs, æquius. Tacit. lib. 3, Quod honeſtius, quàm vxorium leuamentum? Ouid. 2. de Arte, Hoc decet vxores: dos eſt vxoria lites. ¶ Vxoria forma, à Phauorino apud Gellium lib. 5 cap. 11, vocatur forma media inter pulcherrimam, & deformiſſimam, quæ ſcilicet & nimiæ pulchritudinis periculo, & ſummo deformitatis odio vacat: quam Ennius in Menalippa Statam formam appellat. ¶ Aliquando Vxorius, dicitur qui vxori nimis inſeruit. ξφιλογύνης. Ital. *Chi ſi laſcia gouernare alla moglie.* Gal. *Qui ſe laiſſe gouuerner à ſa femme.* Hiſp. *Que ſe gouerna por ſa muger.* ξ Virg. 4. Aeneid. —tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulchramque vxorius vrbem Extruis?

VZITA, ὐζίτα. Vrbs Africæ propriè dictæ, ſub Adrumento ſita, iuxta quam Cæſar vicit Sciopionem. Vide Strabonem libro 13, & Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

DE LITERA X.

X Litera ſemiuocalis eſt, ξ, quæ vim duplicis conſonantis habet, pro qua modò c s, modo g s, primitus vſurpabantur, vt Apecs, Gregs: pro quibus nunc Apex, Grex dicimus. Quintil. lib. 1. cap. 4. Et noſtratum vltima X, qua tamen carere potuimus, ſi non quæſiſſemus. Latini hoc elementum, quòd vaſtioris ſoni videretur, quibuſdam dictionibus exemerunt: vnde pro vexillo Velum, pro axilla Alam, pro paxillo Palum dicere maluerunt. Quod & ipſum teſtatur Cicero in Oratore ad Brutum, Quemadmodũ (inquit) Axillam noſter Ala factus eſt, fuga vaſtioris literæ: quam literam etiam è maxillis, è taxillis. & vexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. Contrà Attici exactiſſimi elegãtiæ omnis iudices, ſæpe repudiato σ, eandem tanquam ſoni amabilioris, temperatioréſq; ſuſurri, ſunt amplexi. Nã & ξυμφορὴ, & ξυμβάλλειν, & ξυμβαίνειν dicunt, pro quibus cõmunis lingua συμφορὴ, συμβάλλειν, & συμβαίνειν agnoſcit. ¶ X litera apud veteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarij: quemadmodũ V, quæ dimidiata pars eſt literæ X, nota eſt numeri quinarij. Hinc factum eſt, vt in vetuſtis codicibus hæc nota aliquando inueniatur pro denario Romano: hoc eſt pro genere numiſmatis, quod quatuor valebat nummi ſeſtertiis. Plin. lib 11. cap. 11, Quod minore folio eſt. Meſoſphærum appellatur, emitur x. lx. Laudatiſſimum microſphærum è minimis folium: pretium eius x. lxxv.

X ante A.

XANTHE, es, ξάνθη. Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, à rufo, ſiue flauo colore dicta. Heſiodus in Theogonia, Πέρσης τ' Ἰάνειρά τ', Ἀκαστή τε, Ξάνθη τε. ¶ Xanthe item appellata fuit Aſiæ regio, quæ poſtea dicta fuit Troas: vt autor eſt Stephanus in dictione TROAS.

Xanthenes, ξανθήνης, Gemma quædam in Media naſcens, electri colore, & ſi quis terat in vino palmeo & croco, ceræ modo lenteſcens, odore magnæ ſuauitatis: vt ex ſententia Democriti refert Plinius lib. 37. cap. 10. quanquam in pleriſque Plinij codicibus Zanthenes legatur per Z, in capite, corruptè, vt arbitror: præſertim quum à flauo electri colore nomen videatur accepiſſe.

XANTHI, ξάνθιοι, Thraciæ populi, apud Stephanum, & Strabonem libro 13.

XANTHICLES, ξανθικλῆς. Vnus ex iis ducibus qui reliquias exercitus Cyri minoris, vnà cum Xenophonte domum reducendas ſuſceperant. Hic poſtea, quòd minas viginti ex publica pecunia ſuppreſſiſſet, damnatus eſt repetundarum. Autor Xenophon ἀνάβασεως lib. 5.

XANTHICVS, ξανθικὸς, Aprilis menſis Hebræorum lingua appellatus eſt.

XANTHII, ξάνθιοι, Liciæ populi, quorum vrbem Xanthum nomine, quum Harpagus Cyri præfectus obſideret, illi vxores liberoſque exteraque quæ chariſſima habebant, in arcem coegerunt, ignéque ſubiecto cremauerunt: deinde aduerſus hoſtes eruptione facta, ſtrenuè pugnantes, ad vnum omnes interiere. Autor Herodotus lib. 1. ¶ Xanthij præterea populi fuerunt Scythiæ, ex genere Dzarum, vtra Mæotim incolentes, qui iidem & Parij dicuntur. Autor Strabo lib. 11.

Xanthion, ξάνθιον. Herba eſt ex lapparum genere, quæ alio nomine philanthropos & vulgò *Lappa minor* appellatur. Xanthion autem appellata putatur ab effectu, quòd eo rufentur capilli. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 122.

XANTHVS, ξάνθος, Bœotius quidam fuit, ſingulari corporis robore, qui exorto inter Athenienſes & Bœotios de Celæuarum agro controuerſia, Thymœtem Athenienſium regem ad ſingulare prælium euocauit: cuius vicem excipiens Melãthus quidam Meſſenius, à Dionyſio (vt volunt) adiutus, illum ſuperauit. Ferunt enim Melantho viſum fuiſſe, quòd Xanthium quidam à tergo ſequeretur, nigra pelle caprina indutus. Quo nomine quum illum accuſaret, quòd altero comitatus in prælium deſcendiſſet, admiratus Xanthius, quidnam accidiſſet, quiſve is eſſet qui à tergo ſequeretur, quum reſpicere conaretur, corpus hoſti auerſum nudúmque præbuit: qua occaſione vſus Melanthus, incautum gladio traiecit. Autor Suidas.

XANTIPPE, ξανθίππη, Nomen vxoris Socratis philoſophi, ſupra modum moroſæ, & iurgioſæ: cuius tamen moroſitatem Socrates mira patientia tolerauit: rogatúſque ab Alcibiade, cur mulierẽ tam moleſtam domo non exigeret, Quoniam (inquit) dum domi talem perpetior, inſuefco & exerceor vt cæterorum quoque foris petulantiam, iniuriáſque facilius feram. Hæc Gellius lib. 1. cap. 17. Vide plura in dictione SOCRATES.

XANTHIPPVS, ξανθίππος, Lacedæmonius quidam fuit rei militaris peritiſſimus: qui à Carthaginienſibus excitus, exercituique præpoſitus, Attilium Regulum Conſulem in Africa bellum gerentem, inſidiis circumuentum viuum cepit.

XANTHO, ξανθώ, Vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Virgil. lib. 3. Georg. Drymóque. Xanthóque, Ligeáque, Phyllodocéque. Heſiodus in Theogonia Xanten appellat.

Xanthos, ξάνθος, Gemmæ nomen quæ in India reperitur, è ſuluo candicans: de qua Plinius lib 37. cap. 10.

XANTHVS, ξάνθος, Fluuius Troadis, idem cum Scamandro: ita dictus, teſte Ariſtotele, de Hiſtor. animal. lib. 3. quòd ouium vellera rufo inficiat colore. ξανθὸς enim Græci dicunt, quod nos rufum aut flauum. Virg. 1. Aen. Ardentéſque auertit equos in caſtra, priuſquàm Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthúmque bibiſſent. Idem 4. Aeneid. Quale vbi hybernam Lyciam Xanthique fluenta Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo. ¶ Xanthus, antiquus rerum Lydarum ſcriptor: Lydúſne, an Sardianus fuerit, Strabo ſe dicit incertum habere: Suidas Lydum eum dicit è Sardibus ciuitate fuiſſe, ſcripſiſſéque hiſtoriam Lydorum libris quatuor. ¶ Xanthus alter Poeta Melicus commemoratur ab Aeliano. ¶ Eſt item Xanthos Lyciæ fluuius duobus fontibus è Cadmo monte naſcens, & non procul à nominis ſui vrbe in Lycium mare ſe exonerans. Hoc præterea nomine fuit vnus ex equis Hectoris, cuius meminit Homerus lib. 23. Iliad.

X ante E.

XENARCHVS, ξεναρχὸς, Comicus Poeta, cuius fabulas commemorat Athenæus lib 2 Dipnoſophiſtarum. ¶ Xenarchus alter è Seleucia Ciliciæ Peripateticus, docuit Alexandriæ primùm, deinde Romæ: Arij philoſophi, deinde Cæſaris Auguſti vſus amicitia, vſque in ſenectutem in honore habitus. Denique paulò ante mortem viſu orbatus diem obiit. Strabo lib. 14.

XENI, Balneæ Romæ fuerunt, ab hoſpitalitate (vt videtur) ita dictæ: nam ξένος Græcis idem eſt quod hoſpitalis. Harum meminit Cicero pro M. Cælio, Sed vt venenum (inquit) quum à Licinio traderetur, manifeſtò comprehendi poſſet, conſtitui locum iuſſit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui deliteſcerent: deinde repente, quum veniſſet Licinius, venenum traderet, proſilirent, hominémque comprehenderent.

Xenium, nij. ξένιον. Ital. *Preſente dato à gli amici per ſegno di allegrezza.* Gal. *Preſent qu'on fait à ſes amis qui viennent veoir, eſtraines.* Hiſp. *Don ò preſente de hueſped ò amigo.* ¶ Munus hoſpitibus dari ſolitum. Vnde Martialis libro decimo tertio, in quo eiuſmodi munera diſtichis deſcribit, qualia hoſpitibus mitti ſolent, xenia nominauit, quòd verſus ipſos pro xeniis mitteret: quod & ipſe teſtatur primo ſtatim Epigrammate, Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello, Conſtabit numis quatuor empta tibi. Quatuor eſt nimium? poterit conſtare duobus, &c.

Xeniolum, diminutiuum, Paruum xenium. Apuleius, Cõmodùm meridies acceſſerat, & mittit mihi xeniola, porcum opimum, & quinque gallinulas, & vini cadum iam ætate pretioſi.

XENIVS, ξένιος, Iouis cognomentum apud Græcos, teſte Dionyſio, quem Latini, verbo ex verbo expreſſo, hoſpitalem vocant. De hoc intelligendum eſt illud Virgilij 1. Aene. Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

XENOCLES, is, ξενοκλῆς, Orator clariſſimus patria Adramyttenus, qui Mithridatici belli tempore accuſatus, quòd in regem propenſior fuiſſet, cauſam non modò ſuam, ſed & totius Aſiæ magna cum laude in Senatu egit. Autor Strabo lib. 13.

XENOCRATES, pen. corr. Nomen philoſophi Chalcedonij, auditoris Platonis, qui in Academia Speuſippo ſucceſſit, & vigintiquinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò vt quum illum Plato Ariſtoteli compararet, alterum fræno, alterum calcaribus indigere diceret. Hic philoſophorum ſeueriſſimus fertur extiriſſe, & aduerſus omnem voluptatum titillationem prorſus inuictus. Cuius rei abundè magnum illud præbuit argumentum, quòd Phrynen formoſiſſimam eius ætatis meretricem, à diſcipulis in lectulum ſuum ſubmiſſam, & ſeſe ad concubitum modis omnibus ſolicitantem, intactam tamen dimiſerit. Vnde & Phrynen ipſam poſtridie rogantibus iis qui illã ſubmiſerant, dixiſſe ferunt, cum ſtatua ſeſe, non cum homine cubuiſſe. Grauitati verò eius & fidei tantum tribuerunt Athenienſes, vt quum iniurati nullius teſtimonium admitterent, huic ſoli iniurato crederent. Miſſus ad Philippum legatus, quum collegas humaniter accipi videret, munetibus ornari, conuiuiis adhiberi: ſeſe autem qui legationis eius princeps erat, vix in conſpectum

spectum admitti, quòd Macedonum rebus semper esset aduersatus: conuersus ad socios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quòd sese vnum Philippus suæ in Athenienses ingratitudinis & perfidiæ testem vereretur. Alexandri quoque munera fortissimo animo contempsit: regibus, inquiens, non philosophis opus esse pecunia. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu forte in sartaginem offendisset. Autores Laertius & Suidas. ¶ Xenocrates alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit οἰκονόμικον, id est domesticum auspicium, quum scilicet, aut mustela, aut serpens, aut his similia in domo, apparent, quid portendere soleãt. Suidas.

Xenodochium, pen. prod. ξενοδοχεῖον ξενοδοχεῖου, Locus publicus quo hospites, id est peregrini excipiuntur: quod genus Hierosolymis primùm ab Hyrcano extructum fuisse, autores sunt Iosephus, & Hegesippus. Hieronymus, Xenodochium in portu Romano situm totus pariter mundus audiuit.

XENON, ξένων, Pictor Sicyonius, Neoclis discipulus: cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

Xenoparochi, ξενοπάροχοι, Iidem qui parochi, qui legatis Romam missis, cæterisque alicuius dignitatis hospitibus, salem & ligna præbebant: vnde & nomen acceperunt, παρέχειν γὰρ ξένοις καὶ ἐπιτηδεῖα ὁ πάροχος, quòd hospitibus necessaria suppeditarent. Arcadius tit. de Muneribus. l. Munerum, Tabularij (inquit) vel xenoparochi, vt in quibusdam ciuitatibus, &c.

XENOPHANES, pen. corr. ξενοφάνης, Philosophus Colophonius, Dexij, siue (vt Apollodorus mauult) Orthomenis filius, Archelai auditor, qui contra Homerum & Hesiodum elegias scripsit & Iambos, irridens ea quæ de diis sunt commenti. Dei substantiam rotundam esse sensit, nihilque cum hominibus habere commune, totum cernere, totúmque audire, vnum esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem. Autor Laertius. Eiusdem meminit & Cic. 4. Acad. Xenophanes (inquit) paulò etiam antiquior, vnum esse omnia tradit, neque id esse mutabile, & id esse Deum. ¶ Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo insula, Poëta Iambicus, vt refert idem Laërtius.

XENOPHILVS, pen. corr. ξενόφιλος, Nomen Musici Chalcidensis, philosophi Pythagorici: de quo Valerius Maximus, Biennio minor quàm Gorgias, qui centum & quinque vixit annos. Xenophilus Chalcidiensis Pythagoricus fuit, sed fœlicitate non inferior: siquidem (vt ait Aristoxenus Musicus) omnis incõmodi humani expers, in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Eundem & Plinius inter rara fœlicitatis exempla commemorat, lib. 7. ca. 50. Pro miraculo (inquit) id solitarium reperitur exemplum, Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine vllo corporis incommodo.

XENOPHON, ξενοφῶν, Nomen philosophi, & ducis insignis Atheniensis, qui Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus: tanta verò eloquentia, vt Musa Attica à nonnullis fuerit appellatus. Insinuatus in Cyri minoris amicitiam, cum eo militauit: eóque in acie cæso, exercitus reliquias ex vltimis Babyloniæ finibus per aspera, & difficillima irineta, incolumem in patriam reduxit. Scripsit Cyri maioris Pædian, non tam historicæ seruiens veritati (vt inquit Cicc. lib. 2. de Orat.) quàm vt absolutum institueret ducem. Præterea Cyri minoris expeditionem aduersus Artaxerxem fratrem: De rebus Græcorum libros sex: Symposium, Oeconomicum, à Cicerone, teste Columella, latinitate donarum. Ad hæc de re equestri, de venatione, Socratis Apologiam: aliáque nonnulla quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Tres alij præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorum primus Antiochenus fuit, qui Amatoria quædam scripsit, quæ Babylonica appellauit. Alter Ephesius, qui & ipse Amatoriarum narrationum libros decem scripsit, quæ Ephesiaca nominauit. Tertius Cyprius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrrha, & Adonide: quæ Cypriaca nominauit. Laërtius septem commemorat Xenophontes: quorum nomina & scripta vide apud ipsum.

XERA, ξηρά, Vrbs prope Herculis columnas: vt ex Theopompi sententia refert Stephanus.

Xerampelinus color, ξηραμπέλινον χρῶμα, Medius est (inquit Probus) inter coccinum, & muricem, quo matronæ peculiariter vti solent. Dictus Xerampelinus à siccis vitium foliis, quæ eius ferè sunt coloris. ξηρὸν enim aridum est, vel siccum, & ἄμπελος vitis. Vulgò *Color siccæ rosæ* dicitur. Hinc Xerampelinæ vestes dicuntur, quæ hoc colore tinctæ sunt. Iuuen. Satyr. 6. Et xerampelinas vestes donauerat ipsi. Has nonnulli atrabaticas vocant, alij atrabapticas, vt quibusdam placet. Vide Thylesium in tractatu de Coloribus, & Cælium Rhodig. lib. 16. cap. 10.

Xeria, ξήρια τά, Emplastra sicca: sicut Hygremplastra vocantur, liquida emplastra.

Xerolœphia, ξηρολοφία, Vnctio sicca hoc est quæ fit citra lauationem. Contrà, quæ post lauacrum adhibetur, Hygralœphia, ὑγρολοφία, appellatur.

XEROLIBYA ξηρολιβύη, Libya sicca, hoc est pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deserta: quam Virgil. lib. 4. Aeneid. vocat regionem siti desertam.

XEROLIPHVS, ξηρολίφος, Tumulus fuit Constantinopoli, cochleas sedecim, & Dianæ columnam structilem, & tripodes habens, in quibus Epigrammata solebant inscribi. Qua voce vtitur Iustinianus C. de publicis iudic. etiamsi Alciatus vocem adulterinam esse putauerit. Meminit huius tumuli Suidas & Priscianus, qui lib. 1. de accidentibus literæ. Epigrammata quædam se legisse testatur Byzantij in Xerolipho, in vetustissimo tumulo inscripta.

Xeromyrum, ξηρόμυρον, Vnguentum est siccum: vt Hygromyron, ὑγρόμυρον, liquidum, fœminarum auribus expetitum.

Xerophthalmia, ξηροφθαλμία, Arida lippitudo, quum nec tument, nec fluunt oculi, sed rubent tantùm, & pruritu infestantur, & noctu præcani pituita inarescunt. Vide Celsum lib. 6. cap. 6.

XERXENA, ξερξήνη, Minoris Armeniæ regio, ita dicta à Xerxe, quemadmodum à Cambyse Cambysene. Autores Stephanus & Strabo libro 11.

XERXES, ξέρξης, Persarum rex fuit, filius Darij, & Cyri ex Atosa filia nepos, qui CLXX hominum myriadibus, hoc est decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam quum ex editiore specula aspexisset, teneriter fertur lachrymasse, quòd post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superstiturus. Tantum autem habuit animum ad paratum, vt totum Hellespontu operiret, & Asiam Europæ ponte coniungeret. Athon præterea montem, teste Plin. lib. 4. cap. 10. à continente abscidit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, nauale quoque certamen cum Themistocle tentauit: à quo similiter apud Salaminem superatus, quum antea tota maris classe sterneret, vix parua cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipse ex Bœotia infeliciter gesta cum pauissimis in Perſidem se recepit. Demum quum se otio, locordiáque, relicta militia tradidisset, præmium, genus luxuriæ nouum inuenientibus proposuit, vt scribit Valerius. Quamobrẽ à suis spretus, paucis pòst annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. Vide hęc latius apud Iustinum Trogi abbreuiatorem. ¶ Xerxes alter, pictor Hetaeriota Venerem adeò pulchram pinxit, vt ex ea quæstum magnum faceret, pretio accepto ab his qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lepidò cauillo Venerem amicam Xerxis vocitabant, quòd ex eius lenocinio quæstum faceret. Autor Aelianus de varia historia.

X ante I.

XILIA, ξιλία, Libyæ vrbs, vt ex Alexandro annotauit Stephanus: cuius incolæ dicuntur Xiliatæ.

XIMENE, pen. prod. ξιμήνη, Ponti regio, salis fossilis habens fodinas: vndè & Halys fluuius, qui ex ea oritur, nomen accepisse existimatur. Autor Strabo lib. 12.

Xiphia, æ, ξιφίαι, Pisces genus, rostrum habens mucrone armatum: vnde & Latini, Græcos imitati, gladium appellant. Plin. lib. 32. cap. 2. Xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse, ab hoc naues perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocatur, non procul à Lixa flumine. Trebius Niger autor est. ¶ Xiphiæ item, stellæ sunt ex genere Cometarum, in mucronem fastigiatæ, pallidæ, ac quodam gladij nitore sine vllis radijs. Autor Plinius lib. 2. cap. 25.

Xiphion, ξίφιον, Herba est folio mucronato, iridis folio non dissimili, quam Romani gladiolum, vulgus herbariorum *spatulam fœtidam* appellat. Descriptionem eius vide apud Plin. lib. 25. cap. 11.

XIPHONIA, ξιφωνία, Siciliæ oppidum, non procul à Taurominio in promontorio situm: vt ex Theopompi sententia docet Stephanus, & Strabo lib. 6.

X ante O.

XOIS, siue Xoes ξόις Stephano, Insula est in mediterraneis Aegypti, supra Sebennyticum & Pharniticum ostium, oppidum habens eiusdem nominis. Autores Stephanus & Strabo lib. 17. ¶ Hinc Xoites nomos. hoc ex Xoitica præfectura, apud Plin. lib. 5. cap. 9.

X ante V.

XVCHES ξύχης, Libyæ oppidum, vt ex Artemidori Epitome annotauit Stephanus: cuius incolæ appellantur Xuchitæ.

XVTHIA, ξυθία, Siciliæ oppidum, vt ex Philisti sententia tradit Stephanus. Gentile Xuthiates.

XVTHVS, ξοῦθος, Hellenis filius, & genet Erechthei, qui in Tetrapolim Atticæ, hoc est Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Triocoritum colonos deduxit. Autor Strabo lib. 8.

X ante Y.

XYLENEPOLIS, ξυλινόπολις, Vrbs in confinio Cariæ, & Indiæ, ab Alexandro condita: vt post Onesicritum refert Plin. lib. 6. cap. 23.

XYLINA, ξυλίνη, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Cissæ fluuiorum ostia situm. Autor Ptolem. lib. 5 cap. 6.

Xylinum, pen. corr. ξύλινον, Lini genus candidissimi, & mollissimi, nascens in frutice, cui nomen est xylon, pomis quibusdam inclusum, barbatæ nuci non dissimilibus, quæ maturitate hiscentia globum ostendunt lini, quod à nomine fruticis xylinum appellamus. Plin. lib. 19. cap. 1, Superior pars Aegypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem alij gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta, xylina. Paruulus est, similémq; barbatæ nucis defert fructũ, cuius ex interiore bombycelanugo nettur. Nec sunt vilia eis cãdore, mollitiáq; præferenda. Hactenus ille. Hodie hoc lini genus etiam in Italiæ locis quibusdam gignitur, vulgóq; vocabulo *Cotonum* appellatur.

Xylobalsamum, ξυλοβάλσαμον, Balsami arbusculæ lignum, cuius succus Opobalsamum appellatur. Plin. lib. 12. cap. 25. Et balsami quoq; sarmenta in merce sunt. Amputatio ipsa, surculúsque venit intra quintum demum annum. Xylobalsamum vocatur, & coquitur in vnguentis.

Xylocinnamum, ξυλοκίνναμον, Cinnami lignum. Plin. lib. 12. cap. 19, Ipsum verò lignum in fastidio est propter origani acrimoniam: xylocinnamum vocant.

Xylon, ξύλον, Præter vulgarem illam significationem, qua Græcis lignum significat, peculiariter etiam accipitur pro quodam fruticis genere, quod & gossipion vocant, olim in sola Aegypti superiore parte, hodie etiam in Italia nascentis, pomum ferentis similitudine barbatæ nucis, quod matureſcens copia lanuginis, quam inclusam habet, dirumpitur, linique globum inclusum multò maiorem quàm pro pomi magnitudine detegit: idque lini genus xylinum, seu gossipinum appellatur. Vide Plin. lib. 19. cap. 1.

Xylophagus, pen. corr. ξυλοφάγος, Vermis albus, obesus: capite, si ad reliqui corporis magnitudinem comparetur, grauissimo, sub arborum corticibus potissimum nascens Plin. lib 17. cap. 24. cossos vocat: eósque à quibusdam in summis ciborum deliciis habitos tradit quinetiam farina saginati, altiléque fieri. Idem tradit & Hiero-

nymus contra Iouinianum, de Ponti & Phrygiæ populis loquens, Et quomodo (inquit) apud nos ficedula, & attagen, mullus, & scarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγοι comediſſe, luxuria eſt.

Xyris, ξυρίς, Herba eſt folia habens iridis, ſed latiora, & in turbinem mucronata, quorum è medio caulis erumpit craſſus, cubitalis, ex quo ſiliquæ triangulares dependẽt, in quibus purpureus flos, in medio puniceus, ſemen in folliculis ſimile fabis, rotundum, rubrum, acre: radix longa, geniculata, rufa. Vide Dioſcor. lib. 4. ca. 24, & Plin. lib. 21. cap. 20. Officinæ *Iridem ſylueſtrem* appellant.

XYNIA ξυνία, Theſſaliæ oppidum, apud Polyb. lib. 9. à quo vicina palus Xynias appellatur, quam alio nomine Bebœidem vocant. Stephanus.

Xyſtici, Vide XYSTVS.

Xyſtios, ξύστιος, Gemma quædam plebeia, apud Indos naſcens, quam Plinius inter Iaſpidum genera annumerat lib. 37. cap. 9.

Xyſtus, xyſti, maſc. gen. {ξυστός. Ital. *Portico, luoco da paſſeggiare, loggia.* Gal. *Pourmenoir, galerie.* Hiſp. *Portal para paſſearſe.*} Apud Græcos porticum amplam ſignificat: teſte Vitru. lib. 6, hybernæ Athletarum exercitationi accommodatam. Latini verò, eodem Vitruuio teſte, Xyſti appellatione ſubdialem ambulationem magis intelligunt, arborum fruticúmve ordinibus diſtinctam. Cic. in Bruto, Quum ambularem in xyſto, & eſſem otioſus domi. Ante cryptoporticum xyſtus eſt violis odoratus. Plin. Iun. lib. 5. Epiſt. Ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctúſque buxo. Idem. Non tam ſtatuarum, & tabularum pictarum ornatu ædes ſuas, quàm xyſtis, & nemoribus excoluit.

Xyſtici, ξυστικοί, Dicti ſunt athletæ, ſiue quòd in xyſtis ſe ſub recto exercerent: ſiue quòd xyſtis depugnarent. Sic enim Græco vocabulo appellabant haſtas, quibus illi vtebantur: vnde & Xyſtophori dicti ſunt ſpiculatores. Sueton. in Auguſt. Nec tamen eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſæuiſſimè ſemper exigit.

DE LITERA Y.

YGræcorum vocalis eſt, qua in illorum dictionibus ſcribendis tantùm vtimur. Huius loco antiqui qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem ſubſtituebant. Cicero in Oratore, Purrum ſemper Ennius, nunquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Fruges: non Phryges, ipſius antiqui declarant libri: nec enim Græcam literam adhibebãt, nunc autem etiam duas: & quum Phrygum, & quum Phrygibus dicendum eſſet, abſurdum erat aut tantùm barbaris caſibus Græcam literam adhibere, aut recto caſu ſolùm Græcè loqui, tamen & Phryges, & Pyrrhum aurium cauſa dicimus. Hæc ille. Peculiare autem eſt huic elemento, vt in capite dictionum perpetuò aſpiretur. Quare quæ ab eo initium ſumunt, requirenda ſunt inter aſpirata.

DE LITERA Z.

ZLitera Græca eſt, qua in Latinis dictionibus non vtimur. Eſt autem gemina conſonans, loco cuius nos interdum geminum ſſ, vt Partiſſo, pro παρτίζω, Pityſſo pro πιτύζω. Interdum ſ d, ſubſtituimus: vt Eſdras, pro Ἔζρας. Antiqui loco eius vnicum aliquando ſ ſcribebant: vt Sacynthus pro Ζάκυνθος, Sethus pro Ζήθος. Nonnunquam etiam d literam loco eius vſurpabant: vt Medentius, pro Mezẽtius. Sed hoc tantùm apud antiquiſſimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z ante A.

ZABIDA, Ζάβιδα, Vicus in Arabiæ mediterraneis, vt ex Vranio annotauit Stephanus.

ZACHALIAS, Ζαχαλίας, Magus Babylonius, qui de gemmarum viribus ſcripſit ad Mithridatem Ponti regem. Autor Plin. lib. 37. ca. 10.

ZACANTHAEI, Ζακανθαῖοι, Zacynthiorum coloni, teſte Polybio, Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidum Zacanthum expugnauit Annibal, quum in Italiam properaret, vt ex Apollodori Chronicis annotauit Stephanus.

ZACYNTHVS, Ζάκυνθος, Inſula Ionij maris parua, Occidentali Peloponneſi lateri adiacens, vrbémque habens eiuſdem nominis, à Zacyntho Dardani filio qui in ea imperauit, dicta. Plin. lib. 4. cap. 12. Inter Cephalleniam & Achaiam cum oppido magnifica, tum fertilitate præcipua Zacynthus, aliquãdo appellata Hyrie. De hac Virg. lib. 1. Aen. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

ZAGRIVS, Ζάγριος, Tauri montis pars, Mediam dirimens à Babylonia. Autor Strabo lib. 11. cap. 15.

ZALEVCVS, Ζάλευκος, Nomen fuit legiſlatoris Locrenſiũ, qui quum in adulteros hanc pœnã ſtatuiſſet, vt in adulterio deprehenſi vtroq; orbarentur oculo: oblato filio, multíſque teſtibus adulterij conuicto, quum neque paternum animum poſſet exuere, neque ſolus pœnæ quam in alios ſtatuerat, immunis eſſe vellet, ſibi primùm vnum oculum, quanuis plurimùm reclamante plebe, & filij crimen patris virtuti condonante, deinde & filio alterum iuſſit erui. Autor Valer. lib. 6. cap. 5.

ZAMA, Ζάμα, Africæ vrbs fuit, apud quam Africanus maior Annibalem inſigni clade affecit. Vide apud Liu. lib. 10. bel. Pun. 2.

ZAMOLXIS, Ζάμολξις, Vnicus Getarum deus, ad quem proficiſci exiſtimabant eos qui è vita decederent. Nonnunquam etiam ſorte ex viuis aliquot deligebant, quos de rebus ſuis Zamolxidi nuntios mitterent: quos poſt mandata quæ illi nuntiata cupiebant, in ſublimè iactatos, gladiis excipiebant, atque ita interfectos, rectà ad Zamolxin proficiſci credebant. Zamolxin autem quidam Pythagoræ ſeruum fuiſſe exiſtimant, qui quòd Getas ad cultiorem vitam reduxiſſet, ab iis habitus eſt pro numine. Vide Herod. Hiſto. lib. 4.

ZANCLE, Ζάγκλη, Siciliæ vrbs, in penitiſſimo Pelori ſinu: poſtea à Meſſeniis inſtauratoribus Μεσσήνη, hoc eſt Meſſana appellata. Zancle autem prius à ſitus obliquitate dicebatur, quòd falcis in modum curuata eſſet. Vide Strabo. lib. 6. ¶ Ipſa etiam Sicilia Zancle dici inuenitur, à Saturni falce, quam poëtæ fabulantur in Siciliam deciſſe. Quam fabulam inde ortam putat Macrobius, quòd in primis frugum fertilis ſit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum vſum inueniſſe. Ouid. 15. Metamor. —Zancle quoque iuncta fuiſſe Italiæ legitur, donec confinia pontus Abſtulit, & media tellurem reppulit vnda.

Zanclæus, a, um, Ζαγκλαῖος. vt, Zanclæa arena, Ouid. 13. Metamor. Charybdis Zanclæa. Idem 4 Faſt.

ZANCLES, Ζάγκλης, Senex quidam Samothracenus, cui poſt annum vitæ quartum & centeſimum dentes renatos fuiſſe tradit Plin. lib. 11. cap. 37.

ZAPAVORTENE, Ζαπαορτηνή, Aſiæ regio, à Caſpiis verſus Ortum ſita: cuius deſcriptionem vide apud Plin. lib. 6. cap. 16.

ZARIASPA, orum, Ζαρίασπα τά, Indiæ vrbs quam alio nomine Bactra appellant Autores Plin. lib. 6. cap. 25, & Strabo lib. 17.

E ante E.

Zea, {ζειά. Ital. & Hiſp. *Spelta.* Gal. *Eſpeaultre.*} Genus frumenti, ſimile farri, quod vulgò Spelta dicitur. Duo eius genera tradit Dioſcorides lib. 2. cap. 80. alterum ſimplex, & vnius tantum grani: alterum quod Dicoccon, hoc eſt gemini & duplicis grani appellant, duobus vtriculis coniunctum ſemen habens. Plin. lib. 18. cap. 8. Qui zea vtuntur, non habent far. Eſt & hæc Italiæ, in Campania maximè, ſeménque appellatur. Hoc habet nomen præclara res, vt mox docebimus, propter quam Homerus Ζείδωρον ἄρουραν dixit. Plura de zea vide apud Galenum lib. 1. de Aliment. facult.

ZELA, Ζῆλα, Oppidum fuit Thraciæ in Cœnica regione, eo in loco ſita vbi poſtea extructa fuit Flauiopolis. Autor Plin. lib. 4. cap. 11. ¶ Zela altera fuit in Cappadocia, non procul à Megalopoli, à qua vicinus ager Zeleticus appellatur. Plin. lib. 6. cap. 3. & Strab. lib. 12.

ZELIA, ſiue Zelea, penult. prod. Ζήλεια, Troadis oppidum, ad radicem Idæ montis, ſpectans in Helleſpontum. Autores Plin. lib. 5. cap. 32, & Strabo lib. 12.

Zelus, ζῆλος, Modò inuidiam, modò ſtudium, modò amorem, modò æmulationem ſignificat: quo fit, vt ab aliis alio modo definiatur. Quidam triſtitiam eſſe aiunt ob alterius bona, quæ quis ſibi adeſſe cuperet. Alij διάκρισιν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῖς καλοῖς καὶ πρὸς ἡδονὴν ὁρῶσιν.

Zelotypia, æ. {ζηλοτυπία. Ital. *Geloſia.* Gal. *Ialouſie.* Hiſp. *El Zelo ò inuidia.*} Aegritudo animi ex eo proueniens, quòd quis timeat ne adſit alteri quod cum nemine velit habere commune. Cic. 4. Tuſc. Obtrectatio autem eſt ea quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ille ipſe concupierit. Antonius Ciceroni inter epiſtolas ad Atticum lib. 10. Indicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis à zelotypia mea, quàm ab iniuria tua nata eſt.

Zelotypus, pi. pen. corr. {ζηλότυπος. Ital. *Geloſo.* Gal. *Ialoux.* Hiſpan. *Zeloſo.*} Suſpicioſus in amore, quémque id ſolicitum habet, nequis eo perfruatur quod ipſe amat: quaſi dicas formæ æmulatorem. Nam ζῆλος æmulationem, & τύπος formam ſignificat. Inuen. Satyr. 5, —quas in digitis frõte ſolebat Ponere zelotypo iuuenis prælatus larbæ.

ZENICETVS, Ζηνίκητος, Inſignis piratæ nomen, qui occupato Olympo Aſiæ monte, Lyciam, Pamphyliam & Piſidiam, aſſiduis excurſionibus quum infeſtaret, multáq; loca munita in poteſtatem ſuam redegiſſet, tandem P. Seruilij, qui poſtea Iſauricus dictus eſt, arma in ſe concitauit: à quo quum montem præter omnem expectationem captum videret, ſeipſum cum tota domo concremauit. Autor Strabo lib. 14.

ZENO, Ζήνων, Philoſophus, ex Citro Cypri ciuitate, Stoicorum ſectæ conditor, tanto in honore apud Athenienſes habitus, vt apud eum claues vrbis deponerent, ornaréntque ipſum aurea corona, & ſtatua ærea. Hic adoleſcenti cuidam inepta multa loquenti. Ideo, inquit, duas habemus aures, os autem vnum, vt ſcilicet multa audiamus, pauca verò loquamur. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Nam (vt ferunt) quum abiret ex ſchola, lapidem offendens, digitum perfregit: manu verò terram feriens, illud ait ex Niobe, Venio, quid me vocas? Et continuò ſe ſtrangulans interiit. Cic. in Orato. Zeno quidem ille, à quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat quid inter has artes intereſſet. Nam quum compreſſerat digitos, pugnúmque fecerat, Dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe: quum autem diduxerat, & manum dilatauerat palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. ¶ Fuit & alius Zeno Eleates, quem Dialecticæ inuentorem fuiſſe ſcribit Ariſtoteles. Huius celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Nam quum adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflammaſſet cõtra Nearchum tyrannum, facto indicio comprehenſus, traditúſque eſt tortoribus torquendus. Quũmque lacerataretur, vt conſcios coniurationis nominaret, neminem illorum indicauit: ſed amicos, intimóſque tyranni participes coniurationis eſſe dixit. Deinde quum quippiam ſe in aurem tyranni loqui velle ſignificaſſet, eam mordicus correptam non antè dimiſit, quàm rapta aure populatum caput reliquiſſet. Verùm quum iam vereretur ne toties repetitis tormentis reſiſtere non poſſet, conuerſus ad ciues qui quæſtioni intererãt, Admiror (inquit) veſtram ignauiam, ô ciues, qui eorum metu quæ ego nunc patior, tyranni iugum ſuſtinetis: idque quum diziſſet, conciſam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quo facto tanto ciuium animos libertatis deſiderio incendit, vt concurſu vndique facto, Nearchum lapidauerint. ¶ Fuit & alius Zeno philoſophus Epicureus, Ciceronis ſynchronos, id eſt contemporaneus: quem idem Cic. lib. 1. de Finib. ſe cum Attico frequenter audiuiſſe teſtatur, Epicuri ſententias explicantem.

ZENOBIA, Ζηνοβία, Odenati vxor quę à Ptolemæis originem ducens, Græcis ac Latinis literis ornatiſſima, necnon & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ vrbe regnauit. Hæc quum Saporem Perſarum regem ſuperaſſet, tandem ab Aureliano Auguſto victa Romã in triumphum ducta fuit: vbi ſummo cum honore conſenuit.

ZENOBIVS,

ZENODIVS, Ζηνώδιος, Sophista qui Adriani temporibus Romæ floruit. Scripsit epitomen Didymi & Tarrhæi libris tribus: & Sallustij historiam in Græcum sermonem conuertit. Autor Suidas.

ZENODORVS. pen. prod. Ζηνόδωρος, Statuarius insignis fuit sub Nerone, qui Mercurium colossæum fecit apud Aruernos c c c c pedum altitudine: deinde & Neronis colossum, qui postea dedicatus fuit numini Solis. Autor Plin. lib. 34. cap. 8.

ZENODOTVS, penult. corr. Ζηνόδοτος, Ephesius versificator, & Grammaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit: à quo etiam Alexandrinæ bibliothecæ fuit præfectus: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. ¶ Fuit & alter Zenodotus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædam Platonis, Homeri, & Hesiodi opera Commentarios conscripsit. Vide Suidam.

ZENODOTIVM, Ζηνοδότιον, Vrbs Oroëna prope Nicephorium, vt ex secundo Parthicorum Arriani annotauit Stephanus.

ZEPHYRE, Ζεφύρη, Insula est maris Mediterranei, iuxta Cretam. Autor Plin. lib. 4. cap. 12, & Pompon. lib. 2. ¶ Zephyre item, siue Zephyra, olim dicta fuit Cariæ vrbs, Mausoli sepulchro nobilitata, quę deinde dicta est Halicarnassus. Autor Strabo lib. 14.

ZEPHYRIVM, Ζεφύριον, Promontorium est Locrorum, à quo Locri dicti sunt Epizephyrij, quòd supra Zephyrium siti essent. Strabo lib. 6, Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur: portum habens ab Occasu venientibus ventis commodum: qua ex causa & nomen assequitur.

ZEPHYRVS, pen. corr. Ζέφυρος, Ventus flans ab Occasu equinoctiali aduersus subsolanum: quem Latini Fauonium appellant. Dictus Zephyrus quasi ζωηφόρος, vitam ferens: vel quia fert quæ sunt ad vitam. Eo sanè plantæ omnes germinant, & pullulant. Vide Gellium lib. 2. cap. 22.

Zephyrius, adiect. vt, Zephyria oua, ζεφύρια ὠά, hoc est sterilia, quod vento putentur generari. Plin. lib. 10. cap. 60, Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam zephyria appellantur.

ZERBIS, Ζέρβις, Mesopotamiæ fluuius in Tigrim cadens, vt scribit Plin. lib. 6. cap. 26.

ZERYTHRA, Arcades vocant vadi foramina quædam, per quæ Erasinus fluuius è lacu Stymphalo erumpit in Argiuam terram. Autor Strabo lib. 8.

Zeros, Gemma similis iridi, alba ac nigra macula distinguente crystallum. Plin. lib. 37. cap. 9.

ZERYNTHVM, Ζήρυνθος, Antrum est in Thracia, non procul à Zona vrbe & Hebro fluuio, Hecates numini sacrum, vt est autor Lycophron: vnde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneri sacrum fuisse existimat, eámque inde Zerynthiam dictam. Vide Cælium Rhodig. lib. 8. cap. 23.

Zeta, & Zetecula, diminutiuum apud Plin. in Epist. Est locus capax vnius lecti, cum sellis duabus, qui velis obductis, & reductis modò adiicitur cubiculo, modò aufertur. Nomé inde deductum, quoniam tribus è partibus fenestras, & prospectus habeat, atque solem multipliciter accipiat, quasi πανταχοῦ ζῇ, quod est feruere. Nam & heliocaminus in ipsa zeta ponitur, hoc est vaporarium quoddam solare, non ad ignis vsum, sed ad Solis, velut id quod Vulgò *Lumiere* dicitur, & in Paduana Gallia *Lucerium*. Vel καὶ ἐν ᾗ ζῇς, quòd in ea commodissimè viuatur: (vt quam delicias, & amores suos vocet Cæcilius) sicut à conuersatione, victúque diæta. De Heliocamino Vipianus de seruitutibus vrbanis, Si arbor (inquit) heliocamino, vel solario Solem adimat, dicendum erit, quia vmbram facit in loco cui Sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. De zeta Lampridius, Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas zetas sine carbonibus iubebat incendi. De zetecula Plinius, Mox zetecula refugit quasi in cubiculum.

ZETES, Ζήτης, Fuit filius Boreæ ex Orithyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt: & quoniam alati fuisse feruntur, ad pellendas Harpyias missi sunt, teste Seruio.

ZETHVS, Ζῆθος, Iouis ex Antiopa filius, & frater Amphionis: cui adiutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. lib. 2. de Orato. Mitor cur philosophiæ sicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris. Horat. 1. Epistol. 17, Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque Zethi dissiluit.

ZEVGITANA regio, Ζευγιτανή, Eadem quæ & Africa propriè dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Zeugitæ, Ζευγῖται, Calami aucupatorij, in Orchomenio lacu post annuam inundationem nascentes. Autor Plin. lib. 16. cap. 36. ¶ Zeugitæ item dicebantur tertij census homines in Republica Solonis, ab equis iugalibus dicti, qui metra colebant ducenta, & quoties necessitas vrgebat, minas decem tributi nomine conferebant. Vide Cælium Rhodig. lib. 15. cap. 18.

Zeugma, zeugmatis, Ζεῦγμα, Latinè connexio, siue adiunctio dicitur. Est autem figura dictionis, quum plures sensus vno connectuntur verbo, quod tribus modis fit: aut præposito verbo, ad quod reliqua respiciant: vt Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut verbo postposito: vt Neque is ex Catilina, vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Aut in medio sensuum posito verbo: vt, Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ. Aeneid. 3.

ZEVGMA, Vrbs insignis ad Euphratem fluuium, LXXXII M. pass. à Samosatis Comagenæ ciuitate distans. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Zeus, zei, Piscis præstantissimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes qui eo in mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine fabrũ appellant, à colore, opinor, fuligineo, quo fabri plerunq; nigricant. Plin. lib. 9. ca. 18, Est hæc natura, vt alij alibi pisces principatum obtineant: coracinus in Aegypto.

Zeus, idem faber appellatus Gadibus: circa Ebusum salpa. Columel. lib. 8. cap. 16, Vt Atlantico faber, qui & in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur: eúmque prisca consuetudine Zeum appellamus.

ZEVXIS, Ζεῦξις, Clarissimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturæ cum Parrhasio descendit, vuásque tanto successu pictas in scenam detulit, vt ad eas aues aduolarent. Parrhasius autem linteum attulit pictum, ita veritate repræsentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam: intellectóque errore, concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aues fefellisset: Parrhasius autem se artificem. Fertur hic pinxisse puerum vuas ferentem, ad quas quum aduolassent aues, iratus est mira ingenuitate operi suo, & dixit, Vuas melius pinxi quàm puerum. Nam si hunc consummassem, aues timere debuerant. Pinxit & Helenæ simulachrum, quod deinde Romam translatum fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Plin. lib. 35. cap. 10.

ZEVXO, Ζεῦξώ, Nympha marina Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theog. Ζεῦξώ, Κλυμένη, Ἰάνειρά τε, Πασιθόη τε.

Z ante I.

ZIELA, Ζίηλα, Cappadociæ oppidum, teste Stephano, à Ziela Nicomedis filio conditum.

ZIGERE, Ζιγέρη, Oppidum Scytharum Arolerum in ea parte Thraciæ, quæ Istri ostijs incumbit. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Zignys, signydis, ζιγνύς, Lacerta minor, quam & chalcida vocat Aristoteles de Natura animalium.

ZILIS, Ζίλις, Oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, regum olim ditioni exemptum, & è Bætica iura petere iussum. Autor Plin. lib. 5. cap. 1.

ZIMIRIS, Ζιμιρίς, Regio Aethiopię arenosa, in qua maguetes optimi inueniuntur. Plin. lib. 36. cap. 16.

ZINGI, Ζίγγοι, Mæotidis paludis accolæ supra Cimmerij Bosphorum. Plin. lib. 6. cap. 7.

Zingiber, eris, ζιγγίβερις Dioscoridi. Ital. *Gengeura*. Gal. *Gingembre*. Hisp. *Gengibre*. Genus est aromatis, paruas habens radices, albescentes, odoratas, sapore piperis. Nascitur in Troglodytica & Arabia. Vide Dioscor. lib. 2 cap. 149.

ZIPOETIVM, Ζιποίτιον, Bithyniæ oppidum, à Zipœto rege ita appellatum. ¶ Gentile Zipœtius Ζιποίτιος. Stephanus.

ZIRINIA, Ζιρηνία, Thraciæ oppidum, vt ex lib. 3. Philip. Theopompi annotauit Stephanus. ¶ Gentile Zirinlates, Ζιρηνίτης.

Zizania, æ, & Zizanium, zizanij. ζιζάνιον. Ital. *Zoglio*. Gal. *Yuraye*. Hisp. *El joyo ó vallico*. Vitium tritici hordeique, nimia loci vligine corrupti, iugibúsve pluuiis diluti: quòd Latino vocabulo Lolium appellatur. Galli, quòd caput tentet, vertigines generet, & vini modo inebriet, *yuraye* appellant. Effigiem habet hordeo haud dissimilem, sed folium angustius, pinguius, & hispidius, semen exilius in cortice aculeato, florem autem subpurpureum. Dioscor. lib. 2. cap. 27. ἄγριον appellat.

ZIZAMA, Ζίζαμα, Oppidum Garamantum, vnum ex iis quæ à Cornelio Balbo [illegible]omanorum ditionem sunt redacta. Autor Plinius lib. 5. cap. 5.

Ziziphus, pen. corr. Ζίζυφος. Genus arboris, nouissimis Augusti temporibus ex Africa in Italiam translatum: fructum fert, quem neutro genere ziziphum appellamus, baccis similiorem quàm malis. Officinæ *Iuiubas* vocant. Plin. lib. 15. cap. 14. Aeque peregrina sunt ziziphа & tuberes, quæ ipsa nõ ptidem venêre in Italiam: hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

Z ante M.

Zmilaces, Ζμιλάκης, Gemma est in Euphrate nascens, Proconnesio marmori similis, medio colore glauco. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

ZMILVS, Ζμίλος, Nobilis architecti nomen, qui vnà cum Rholo, & Theodoro Labyrinthum Lemnium extruxit, centum quadraginta columnis insignem. Autor Plin. lib. 36. cap. 13.

Z ante O.

ZOARA, Ζόαρα, Vrbs Perfidis, cuius incolæ dicũtur Zoatæ. Ζοάται. ¶ Est item Zoara, Palestinæ locus, quò Lot tempore Sodomiticæ calamitatis confugit. ¶ A quo fit gentile Zoarenus. Ζοαρηνός.

ZOBIDAE, Ζοβίδαι, Populi Carmaniæ finitimi: vt annotauit Stephanus ex Quadrati Rerum Parthicarum lib. 2.

Zodiacus, pen. corr. ζῳδιακός Ital. & Hisp. *Zodiaco*. Gal. *Zodiaque*. Circulus est in sphæra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim cõtinens signa: ex vna parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendens, ac medium intersecans Aequatorem: à quo vicissim & ipse secatur circa principia Arietis & Libræ. Porrò quum cæteri omnes circuli sine latitudine & profunditate esse intelligantur, veluti quædam lineæ, huic tamen latitudo graduum sedecim tribuitur: quam quidem latitudinem mediam diuidit linea Ecliptica, vtrinque gradus octo latitudinis relinquens. Dicitur autem Zodiacus, καὶ ἐν ᾧ ζῷα, hoc est à figura animalium, quæ in eo imaginantur. vt sunt Aries, Taurus, &c.

ZOELAE, per tres syllabas, pen. prod. Ζοῖλαι, Asturiæ populi in Hispania citeriore, Pesicis & Gyris finitimi. Autor Plin. lib. 3. cap. 3. Apud hos præstantissimum lini genus nascebatur, & splendidissimum, idque natura torrentis, in quo potiebatur: vt testatur idem Plin. lib. 19. cap. 1.

ZOILVS, Ζωίλος, Sophista fuit Amphipolites, Ptolemæi temporibus, hoc vno facinore nobilitatus, quòd Homerum poëtarum omnium principem libris aduersus eum scriptis ausus sit reprehendere: vnde & ὁμηρομάστιξ cognomen accepit. Quæ scripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo sperans. Verùm quum nihil daretur, penuria coactus, submisit qui peterent. Ibi Ptolemæus mirati se ait, quum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia pasceret. Zoilum egere Homero multo doctiorem. De mortis eius genere diuersi diuersa sentiunt. Alij parricidij conuictum iussu regis cruci suffixum volunt: alij quum in Græciam rediisset, de Scironiis saxis fuisse præcipitatum. ¶ Ab huius autem moribus sumptum est, vt homines liuidi, & ex alieni ingenij obtrectatione laudem aucupantes, Zoili dicerentur. Ouid. lib. 1. Remed. amo. Ingenium magni liuor

gni linor detrectat Homeri, Quisquis es ex illo Zoile nomen habes. Vide Adagia Erasmi.

Zona, æ. {ζώνη. Ital. *cinta, cintura, correggia.* Gal. *Ceincture.* Hispan. *La cinta.*} Cingulum quo cingimur. Martial. lib. 14. Longa satis nunc sum: dulci sed pondere venter Si tumeat, fiam tum tibi zona brevis. Ouid. 2. Fast. Dat teretem zonam, qua modò cincta fuit. Horat. 2. Carm. Ode 30, -& solutis Gratiæ zonis, properéntque Nymphæ, Mercuriúsqi. Catull. Epigr. 2, Quod zonam soluit diu ligatam. Caius Gracchus apud Gellium lib. 15. cap. 12. Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. ¶ Zonam perdidit, prouerbialiter dicitur in eum qui omni pecunia destitutus est: tractum à militibus, qui quicquid habent, in zona circunferunt. Horat. 2. Epist. lib. 2, Ibit eò quò vis, qui zonam perdidit. ¶ Zonæ item dicuntur, circuli quidam lati, cælum, terrámque veluti cingula quædam, ambientes. Sunt autem numero quinque: ex quibus media quæ inter Tropicos est, nimio calore parum apta creditur habitationi: duæ verò extremæ sub Arctico & Antarctico circulis sitæ, nimio frigore horrent: vnde & ipsæ habitationi parum sunt idoneæ. Reliquæ autem duæ, vt quæ medium inter torridam, & gelidam situm obtinent, temperatæ sunt, & humanæ vitæ accommodatissimæ. Virgil. 1. Georg. Quinque tenent cælum zonæ: quarum vna coruscо Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. Quam circum extremæ dextra læváque trahuntur Cærulea glacie concretæ, atq; imbribus atris. Has inter, mediámque, duæ mortalibus ægris Munere concessæ diuûm, & via secta per ambas: Obliquus quâ se signorum verteret ordo. Ouidius 1. Metamorph.

Vtque duæ dextra cælum, totidémque sinistra
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei: totidémque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter vtranque locauit,
Temperiémque dedit mista cum frigore flamma.

Est item Zona Stephano, Ciconum vrbs in Thracia, non procul ab Hebro fluuio, & Zeryntho antro, in quo Hecatæ canes immolabantur: de quo plura suprà in dictione ZERYNTHON.

Zonarius, substantiuum, Qui zonas facit. {ζωνιοπλόκος. Ital. *cinturaro.* Gal. *Ceinturier.* Hisp. *El que haze cintas.*} Cic. pro Flacco, Quòd Mithridates, qui multitudinem illam non autoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit: id furores & zonarij conclamarunt.

Zonarius, adiectiuum, Quod ad zonam pertinet: vt, Sector zonarius, qui zonam seu loculos incidit, quem crumenisecam appellare possumus. {βαλαντιοτόμος. Ital. *Taglia borse.* Gal. *Coupeur de bourses, coupebourses.* Hisp. *El ladron corta bolsas.*} Plaut. in Trin. Mira sunt, ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

Zonula, æ, {ζωνίδιον. Ital. *Cintura picciola.* Gal. *Petite ceincture.* Hispa. *Pequeña cinta.*} diminutiuum. Catul. in Epithalamio: Tibi virgines zonula soluunt sinus.

Zonitis, pen. prod. ζωνίτις, Cadmiæ species est, lineas quasdam latiusculas zonarum instar discurrentes habens: vnde & nomen accepit. Eadem & Placodes, πλακώδης, dicitur: quasi crustaceam dicas. Autor Dioscorides lib. 5. cap 40.

Zoonychon, penult. corr. ζωόνυχον, Herba eadem cum leontopodio: apud Dioscoridem lib. 4. cap. 132.

Zoophthalmos, ζωόφθαλμος, Herba in tectis & suggrundiis nascēs, quæ notiore nomine Semperuiuū maius appellatur. ἀεὶ ζῶντα μέγα. Folium habet carnosum & subrotundum, oculi animalis similitudinem referens: vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 25. cap. 13, & Dioscoridem lib. 4. cap. 91.

Zoophyta, ζωόφυτα, Dicuntur, teste Budæo, quæ mediam naturam inter plantas & animalia habent: vt sunt ostrea, spongiæ, quæ neque stirpes neque animalia dicere possis, sed medium quiddam inter vtrunque. Nam sensu prædita esse manifestum est, quum tamen motu careant progressiuo. Nos (inquit Budæus) fortè Plantanimantes dicere possemus: vel Plantanimalia.

Zopissa, ζώπισσα, Pix nauibus abrasa, teste Plin. lib. 16. cap. 12, quæ admista cera, & marino sale macerata multò ad omnia est efficacior, quàm aliæ pices. Sed propriè resina ex pinu. Dioscor. lib. 1. cap. 96, ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν ἄπειρον τινὰ εἶναι τῶν πολλῶν ξυροῦντα ῥητίνην καὶ ἅμα κηρὸν, καλκῷ λεῖον τοῦτο εἶναι δύνασθαι, ὅσον ἀξιοῦσιν ἀξιοῦν τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρίσκεσθαι. οἱδὲ τινὰ πεπτὸν ῥητίνην ὅτως ἀνόμασαν. hoc est, Zopissam aliqui aiunt derasam nauibus resinam cum cera, quam alij apochyma appellant. Ea diffipandi naturam habet, quoniam marino sale macerata fit. Alij ex picea resinam hoc nomine vocauerunt.

Zopyron, pen. corr. ζώπυρον, Herba est similis serpyllo, nascens in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedū præbens: vnde & Clinopodion à quibusdam appellatur. Vide Plin. lib 24. cap. 15.

ZOPYRVS, pen. corr. ζώπυρος, Physiognomon quidam fuit, hoc est ex eorum genere qui se hominum mores naturásque ex faciei lineamentis perspicere profitentur. Huic quum aliquando oblatus esset Socrates, isque eum hominem stupidum bardúmque esse respondisset, exteris eam vocem risu excipientibus, Non falleris (inquit Socrates) ô Zopyre: talis enim eram, nisi vitiosam naturam Philosophiæ præceptis superassem. ¶ Zopyrus præterea alius fuit, filius Megabyzi, vnius ex iis qui occiso Pseudosmerdi, Persarum regnum è Magorum manibus vindicarunt. Hic quum Darius Babylonem vigesimum iam mensem frustra obsideret, nasum sibi, aures, & labia amputauit, & ita ad Babylonios transfugit, multa de Darij iniuria conquerens, quem sibi immerenti ita faciem mutilasse simulabat. Receptus itaque à Babyloniis, leuibúsque aliquot prælijs re satis fœliciter gesta, vniuersæ vrbis dux constitutus, vrbem Dario tradidit. Quam tamen victoriam sibi nimis magno constare, sæpe conquestus est, vnum sese Zopyrum integrum malle asserens, quàm viginti cupere Babylones. Autor Herodotus lib. 3.

ZOROANDA, ζωρόανδα, Locus est circa Taurum montem, vbi Tigris cuniculis absorptus, rursus erumpit. Vide Plin. lib. 6. cap. 27.

ZOROASTRES, ζωροάστρης, Bactrianorum rex, Astrologiæ & Magiæ peritissimus, qui eadem qua Ninus Assyriorum rex, ætate floruit, à quo post multa prælia vario euentu commissa, tandem debellatus esse traditur, & occisus. Hic omnium mortalium vnus, teste Plinio lib. 7. cap. 16, eodem quo natus est die risisse fertur: cerebrúmque ei adeò dicitur palpitasse, vt impositam repelleret manum, futurę præsagio scientiæ. Primus enim artes magicas creditur inuenisse, vt autor est idem Plin. lib. 30. cap. 1.

Zoronysius, ζωρονύσιος, Gemma magica, quæ nascitur in Indo flumine Plin. lib. 37. cap. 10.

Zoster, ζωστήρ, Genus ignis sacri, medium hominem ambientis, & enecantis si cinxerit. Plin. lib. 26. cap. 11, Ignis sacri plura sunt genera: inter quæ medium hominem ambiens, qui zoster appellatur: & enecat si cinxerit. ¶ Zoster item Atticæ promontorium est, non procul ab Anaphlysto, quàm longissimè in mare excurrens, teste Strabone lib. 9.

Z ante V.

ZVCHIS, ζύχις, Oppidum est Africæ, non procul à Syrtibus: à quo fit gentile Zuchites, ζυχίτης, Stephanus.

Zura, Aphrorum lingua semen paliuri vocatur, contra scorpiones efficacissimum. Plin. lib. 24. cap. 11.

Z ante Y.

Zygæna, ζύγαινα, Nomen piscis apud Aristotelem de Animalibus.

ZYGANTES, ζύγαντες, Populi sunt Aphricæ mediterraneæ, simiis ferè victitantes, quorum magna copia apud ipsos gignitur. Plura de iis scribit Herodotus lib. 4. Horum ciuitas, ζύγανδις, commemoratur à Stephano.

Zygi, Vide ZINGI.

Zygia, ζυγία, A Græcis appellatur aceris arboris genus, rubens, fissili ligno, cortice liuido & scabro: Latinè Carpinum vocamus. Dicta zygia, quòd ex ea materia fiant iuga iumentis, quæ apud Græcos Zyga vocantur. Vide Plinium lib. 16. cap. 15. ¶ Zygia item Iunonis cognomentum est, apud Pindarum, eo quòd nuptiis præsidere putabatur: vnde & γαμηλίαν vocant Græci, Latini etiam Pronubam. Virgil. 4. Aeneid. -prima & Tellus & pronuba Iuno Dant signum. Eódem spectat & illud eodem libro, Iunoni in primis, cui vincla iugalia cutæ.

Zygis, ζυγίς, Serpyllum syluestre, non serpens humi, quemadmodum hortense, sed in altitudinem increscens, ramulos edens tenues, surculosos, foliis refertos longioribus quàm rutæ, & durioribus, & angustioribus: flores autem gignit iucundè olentes, & gustu acres. Autor Dioscorides lib. 3. cap. 37.

Zygitæ, ζυγῖται, Ex remigibus dicebantur, qui medio sedebant loco. Nam qui summi erant, Thrauitæ dicebantur: qui verò infimi, Thalamij. Dicti Zygitæ, ἀπὸ τῶν ζυγῶν, quo nomine inter cætera transtra, & sedilia in nauibus vocantur, quę & Latini iuga appellant. Virgil. 5. Aeneid. Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant, Deturbat. Vide Cælium Rhod. lib. 16. cap. 10.

ZYGOPOLIS, ζυγόπολις, Ponti vrbs in confinio Cappadociæ, non procùl à Trapezunte. Autor Strabo lib. 12.

Zygostatæ, ζυγοστάται, Ponderum examini præfecti, quorum officium est prospicere, nequa in ponderibus fraus committatur: vt annotauit Alciatus in legem 2. Digest. Si certum petatur.

Zymites, pen. produ. ζυμίτης, Panis fermentatus: ἀπὸ τοῦ ζύμης, qua voce Græci fermentum appellant. Huic opponitur Azymus, ἄζυμος, id est panis fermenti expers.

Zythum, neut. gen. vel Zythus masculini. {ζῦθος. Ital. *Acqua d'orso.* Gal. *Certain breuuage fait de blé, ou autre grain comme de la biere.* Hispa. *La cerueza de cevada.*} Potus ex hordeo aqua resoluto confectus, acris gustu, & vim in morem inebrians. Hoc Aegyptij vini loco vtebantur, (vnde & Pelusiacus potus à Poëta inuenitur appellatus) sicut Hispani simili factitij potus genere, quam celiam vel ceriam appellabant. Plin. lib. 22. cap. vlt. Et frugum quidem hæc sunt in vsu medico. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Aegypto, celia & ceria in Hispania, cerusia & plura genera in Gallia, aliisque prouinciis: quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

PAVLI MANVTII ALDI F. ADDITAMENTA EGREGIA IN AMB. CALEPINI DICTIONARIO, AD INTELLIGENDAM EXORNANDÁMQUE LINGUAM LATINAM, QUÆDAM ETIAM AD ROM. RERUM SCIENTIAM VTILISSIMA.



ACROAMA. mos erat apud veteres, qui hodie nullus est, vt in fabulis agendis, actionem histrionum musica symphonia commendaret. vnde illud, tibiis dextris, & sinistris, aut, paribus, & imparibus, aut. Serranis, & Phrygiis. erat igitur in voce histrionũ actio: erat in musica symphonia, quòd acroama diceba-tur, inde scilicet, quòd hæc fabulæ pars auribus perciperetur, & auditio quædam esset, animum leniente musico concentu, sicut illa, quæ ad actionem histrionum pertinebat, spectantium oculos oblectabat. atq; hanc fuisse acroamatis significationẽ, loci demonstrant, quos in antiquorum scriptis obseruauimus. nam in oratione pro Archia distinxit acroama & vocẽ, id est eum qui fidibus, & eum qui voce caneret. Cũ, inquit, ab eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentissime audiret, respondit, eius, à quo sua virtus optime prædicaretur. & in Verrem, acroama pro homine potius, quàm pro re, plane constat esse vsurpatum. sunt enim hæc verba: Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario discederet, emblemata auellendi curauit. sed nusquam apertius, quàm apud Macrobium, quid acroama sit, intelligitur. est enim certe is, qui fidibus, non is, qui voce delectat. Saturnaliorũ inquit lib. II. Delectatus inter cœnã erat Augustus pueris symphoniacis Turonij Flacci mangonis, atq; eos frumento donauerat, cùm in alia acroamata fuisset liberalis nummisteosdémque postea Turonius æque inter cœnam quærenti Cæsari sic excusauit, Ad molas sunt. In oratione autem pro Sextio, de P. Clodio: Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor, & acroama. quod ideo dixit Cicero, quia Clodius vtrunque munus, & histrionis, & musici, obiret. Ex nostro commentario in orationem pro Sextio.

ACTVARIVS limes est, qui primus actus est ab eo quintus quisq; quẽ si numeres cum primo erit sextus: quoniã quinq; centurias sex limites cludunt. Actuarij autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, sicut per viam publicam deberur. ita enim cautum est lege Sempronia & Cornelia, & Iulia. Quidam ex his latiores sunt XII pedibus, vt hi qui sunt per viam publicam militarem acti. habent enim latitudines viæ publicæ. Hæc tradita sunt ab Hygeno in libro de limitibus constituendis.

ACTVS, agrestis mẽsuræ genus fuit, de quo dictũ est in dictione Mẽsura.

ADOPTIO lege curiata fiebat. licebat autem nõ patricio plebeium, sed plebeio patricium adoptare. atque hoc in genere tria lex iubebat obseruari: primum, vt is adoptaret, qui neque procreare iam liberos posset, & cum potuisset, expertus esset: alterum, vt tum generum ac dignitatis, tum sacrorum ratio haberetur, id est, vt ita fieret adoptio, vt ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minueretur: tertium, ne qua omnino calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhiberetur, quæ si seruarentur omnia, tum adoptionem recte fieri. nihil tamen horum in adoptione P. Clodij seruatum esse, arguit Cicero in oratione pro domo sua: neque solum ob hanc caussam ait esse infirmam irritámq; illã adoptionẽ, verum etiã, quòd. cum curiata lex ferretur, tum seruatum de cœlo sit: quod cum fieret, neq; legem ferri, neque omnino quicquam agi cum populo licebat. primum enim adoptandi caussas esse oportuit, de quibus pontifices iudices erant: deinde, si caussæ probarentur, curiata lex ferebatur: quã qui ferret, is omnia seruare debebat, quæ in cæteris legibus, cum ferrentur, seruari mos fuit. quod vtrunq; significat Cicero in oratione, cum ait: vt is adopter, qui, quod natura iam assequi non potest, legitimo & pontificio iure quærat. itaq;, quod est apud Tacitum lib. XII: Lege curiata apud pontifices adoptio fiebat; id ita est intelligendũ, vt, nisi & lex ferretur, & adoptandi caussas põtifices probassent, adoptio fieri non posset. vtrunq; vero separatim agebatur; cum de causis pontifices cognoscerent, legem vero magistratus ferret. Adoptandis autẽ ætatem XVIII annis maiorem, quàm eius, qui adoptaretur, esse oportere, à Modestino scriptum est his verbis: Non tantum cum quis adoptat, sed & cum arrogat, maior esse debet eo, quem sibi per adoptionem, vel per arrogationem filium facit; sed vtique plena pubertate, id est XVIII annis, cum præcedere debet. Ex libro nostro de legibus Romanis.

ADRIANVS ager limitibus maritimis & Gallicis quos nos D. & K. appellamus, finitur, per rationem arcarum, riparũ, canabularum, vel nouercarum, quod regulis construitur. aliis vero loci muris, maceriis, scorosionibus, congeriis, carbunculis, terminis Augusteis, fluminum cursibus. Ex libro de limitibus agrorum.

AGER Latine appellari dicitur, eo quòd in eo agatur aliquid: alij agrum ex Græco nominari manifestius credũt: vnde & villa Græce chora gros dicitur. villa autem à vallo, id est aggere terræ nuncupata, quod pro limite constitui solet. Et possessiones quæ dicuntur, item fundi, prædia, ruta, agri sunt: sed hoc differunt, quòd possessiones sunt agri late patentes, publici priuatiq;, quos initio non mancipatione, sed quisque, vt tentes, publici priuatiq;, quos initio non mancipatione, sed quisque, vt potuit, occupauit, atq; possedit: vnde & nuncupati. Fundus autem dictus, quod in eo fundatur vel stabilitur testimonium. & tam vrbanum ædificium, quàm rusticũ fundus intelligendum est. Prædium appellatum, quod ex omnibus patris familiæ maxime prouidetur, id est appareret. quasi præuidium: vel quòd antiqui agros, quos bello ceperant, vt prædæ nomine habebant. Rura vero incultos agros, id est syluas, & pascua, veteres dicebant. Agrorum nomina multa sunt, compascuus, alluuius, arcifinius, noualis, squalidus, vliginosus, subseciuus, quorum nominum rationem exponemus. Compascuus ager dictus, quia diuisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis. Alluuius ager est, quem paulatim fluuius in agrum reddit. Arcifinius ager dictus est, quia certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum: vnde & in his agris nihil subseciuorum interuenit. Noualis ager est, primum proscissus, siue qui alternis annis vacat, nouandarum sibi virium caussa. noualia enim semel cum fructu erunt, & semel vacua. Squalidus ager, quasi excolidus, quòd iam à cultura exierit, sicut exconsul, quòd à consulatu discesserit. Vliginosus ager est semper humidus. nam humidus dicitur, qui aliquando siccatur. vligo enim humor terræ est naturalis, ab ea nunquam recedens. Subseciua sunt proprie, quæ quæstor de materia præcidens, quasi superuacua, abiicit. inde & subseciui agri, quos in pertica diuisos recusant, quasi steriles, aut palustres. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

AGRORVM qualitates Iulius Frontinus his verbis persecutus est. Agrorum qualitates sunt tres: vna agri diuisi & assignati: altera, mensura per extremitates comprehensi: tertia arcifinij, qui nulla mensura continetur. Ager diuisus assignatus est coloniarum. hic habet conditiones duas, vnam, qua plerunq; limitibus continetur; alteram, qua per proximos possessionum rigores assignatus est, sicut in Campania Suessæ, Aruncæ. quidquid autem secundum hanc conditionem in longitudinem est delimatum, per strigas appellatur; quidquid per altitudinem, per scamna. ager ergo limitatus, hac similitudine decumanis & cardinibus continetur. ager per strigas & per scamna diuisus & assignatus, est more antiquo in hac similitudine, qua in prouinciis arua publica coluntur. Ager est mensura comprehensus, cuius modus vniuersus ciuitati est assignatus, sicut in Lusitania Salmaticensibus, aut in Hispania Citeriore Pyrenis, è compluribus prouinciis. tributarios solos per vniuersitatem populis est definitus. eadem ratione & priuatorũ agrorum mensuræ aguntur. hunc agrum multis locis mensores, quamuis extremum mensura comprehenderint, in formam, in modum limitum condiderunt. Ager est arcifinius, qui nulla mensura continetur: finitur secundum antiquam obseruationem, fluminibus, fossis, montibus, viis, arboribus antemissis, aquarum diuortiis, & si qua loca, hoc est quæ ante à possessore potuerunt obtineri. nam ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus: qui postea, interuentu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit. In his agris nullum ius subseciuorum interuenit. subseciuum est, quod à subsecante linea nomen accepit. Subseciuorum genera sunt duo, vnum, quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit. Aliud genus subseciuorum, quod in mediis assignationibus, & integris centuriis interuenit. quidquid enim inter IIII. limites minus, quàm intercluſum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione: ideo quòd is modus, qui assignationi supereſt, linea claudatur, & subsecetur. nam & reliquarum mensurarum actus, quidquid inter normalem lineam, & extremitatem interest, subseciuum appellatur. Est ager similis subseciuorum conditioni extracluſus, & non assignatus; qui si reip. populi Romani, aut ipsius coloniæ, cuius fine circundatur, siue peregrinæ vrbi, aut locis sacris, aut religiosis æque ad populum Romanum pertinentibus datus non est, iure subseciuorum, in eius, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ager extracluſus est, qui intra finitimam lineam, & centurias interiacet: ideóque extraclusus, quia vltra limitem finitima linea clauditur. Quoniam autem sæpe oritur controuersia de agris, sciendum est controuersiarum materias esse duas, finem, & locum. conditióque controuersiarum alterutra continetur, quidquid ex agro de his interuenit. Sed quoniam in his quoque partibus singulæ controuersiæ diuersas proprias habent conditiones, proprie sunt nominandæ. sunt autem numero quindecim, de positione terminorum, de rigore, de fine, de loco, de modo, de proprietate, de possessione, de alluuione, de iure territorij, de subseciuis, de locis publicis, de locis relictis & extracluſis, de locis sacris & religiosis, de aqua pluuia arcenda, de itineribus. De positione terminorum controuersia est inter duos plurésue vicinos: inter duos, an in rigore sit cæterorum, siue rationis: inter plures, trifinium faciat, an quadrifinium. de horum opinione cum constitit mensori, si secundum proximi temporis possessionem non conueniunt, diuersas attiguis possessoribus faciunt controuersias, sed ab integro alius forte de loco, alius de fine litigat. De rigore controuersia est finitimæ conditionis, quoties inter duos plurésve terminos ordinatos, siue quæ alia signa, secundum legem Maniliam intra quinque pedes agitur. De fine similis est controuersia. nec dubium est, quin suprà de finis conditione dixerim, nam & eadem lege continetur, & de quinque pedum agitur latitudine: sed de fine quidquid per flexus, quibus arcifinij agri continentur, vt per extrema compromontoria, aut summa montium, aut fluminum cursus, aut locorum natura, quam supercilium appellant. De loco controuersia est, quidquid excedit suprascriptam latitudinem, cuius modus ad pacem non proponitur. Hæc autem controuersia frequenter in arentem non proponitur. Hæc autem controuersia frequenter in arentem non proponitur. Hæc autem controuersia frequenter in arent

Universidad de Deusto
Biblioteca

fossis, fluminibus, arboribúsque antemissis, aut culturæ discrimine. De modo controuersia est in agro assignato. agitur enim de antiquorum nominum propria defensione, vt si L. Titius dextra decumanum tertium, citra cardinem quartum acceperit, sortis suæ partes tres, siue quòd huic simile, quartam habeat in quacunque proxima centuria. huic enim vniuersitati limes finem non facit, etiam si publico itineri seruiat. nam in cæteris agris de modo fit controuersia, quoties promissionis modus non quadrat. De proprietate controuersia est plerunq; vt in Campania cultorum agro syluæ absunt in montibus; vltra quartu aut quintum forte vicinum. propterea, proprietas ad quos fundos pertinere debeat, discutiatur. est & pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in commune: propter quod ea compascua multis locis in Italia cõmunia appellantur, quibusdam prouinciis pro indiuiso. nam per hæreditates, aut emptiones eius generis controuersiæ fiunt, de quibus iure ordinario litigatur. De possessione controuersia est, de qua ad interdictum, hoc est, iure ordinario litigatur. De alluuione fit controuersia fluminum infestatione. hinc fundi multas habent conditiones. De iure territorij controuersia est demq; ad ipsam vrbem pertinens, siue quòd intra pomœrium eius vrbis erit, quod à priuatis operibus obtineri non oportebit. eum dico locum, quem nec ordo nullo iure à publico poterit amouere. habet autem conditiones duas, vnam vrbani soli. alteram agrestis: agrestis, quod in tutela rei fuerat assignatum vrbanæ: vrbani, quòd operibus publicis datum fuerat, aut destinatum, huius soli ius, quamuis habita ratione diuus Augustus de statu municipiorum tractauerit, in proximas vrbes peruenire dicitur, quarum ex voluntate conditionis maxima pars finium coloniæ est attributa, aliqua portio mœnium extremæ perticæ assignationis inclusa, sicut in Piceno fertur, inter montium Præcutianorum quandam oppidi partem Asculanorum sine circundari. quòd si ad hæc reuertamur, hoc conciliabulum fuisse fertur, & postea in municipij ius relatum. nam non omnia antiqua municipia habent suum priuilegium: quidquid enim ad coloniæ municipiue priuilegium pertinet, territorii iuris appellant. Sed, si rationem appellationis huius tractemus, territorium est quidquid hostis terrendi caussa constitutum est. De subsecinis controuersia est, quoties aliqua pars centuriæ, siue tota non est assignata, & possidetur. aut, quidquid de extremitate perticæ possessor proximus alitsve detinebit, ad subsecuorum controuersiam pertinebit. De locis publicis siue populi Romani, siue coloniarum, municipiorumve controuersia est, quoties ea quæ neque assignata, neq; vendita fuerint, aliquis possederit, vt alueum fluminis veterem populi Romani, quamuis aqua interposita insula, & diuisi proximi possessores finibus reliquerint, aut syluæ quas ad populum Romanum multis locis pertinere ex veteribus instrumentis cognoscimus, vt ex proximo in Sabinis in monte Mutela. nam & Coloniarum aut municipiorum similis est conditio, quoties loca, quæ reip. data assignata fuerant, ab aliis obtinebuntur, vt subseciua concessa. De locis relictis extraclusis controuersia est in agris assignatis. relicta autem loca sunt, quæ siue locorum iniquitate, siue a[illegible]rio conditoris relicta limites non acceperunt: hæc sunt iuris subsecuorum extraclusa loca sunt æque iuris subsecuorum, quæ vltra limites, & vltra finitimam lineam erunt. finitima autem linea, aut mensuralis est, aut aliqua obseruatione, aut terminorum ordine seruata. multis enim locis assignationi agrorum immunitas superfuit, sicut in Lusitania finibus Augustinorum. De locis sacris & religiosis controuersiæ plurimæ inre ordinario finiuntur nisi si de locorum eorum modo agitur, vt locorum publicorum in montibus, aut ædium, quibus secundum instrumentum fines restituuntur: similiter locorum religiosorum, quibus secundum cautionem modus est restituendus. habeant enim & Mœsilea iuris sui hortorum modos circumiacentes, aut præscriptum agri finem. De aquæ pluuiæ transitu controuersia est: in qua si collectus pluuialis aquæ transuersum secans finem alterius fluuius influit, & disconuenit, ad ius ordinarium pertinebit. quòd si per ordinationem finis ipsius agitur, exigit mensoris interuentum. De itineribus controuersia est: quæ in arcifinius agris iure ordinario finitur; in assignatis, mensurarum ratione. omnes enim limites secundum legem coloniam itineri publico seruire debent. sed multi ex ingenti ratione per deuia & confragosa eunt, quà iter fieri non potest. & sunt in vsu agrorum eorum locorum, vbi proximus possessor est, cuius forte sylua limitem detinet, & transitum interecunde denegat, cum itineri limitem, aut locum limiti debeat. Est & controuersiæ genus, quod ad solum non pertinet, de arborum fructibus caesum, quæ in fine sunt, siue intra, nec vllam ad radicem habeat controuersiam, quoties inclinatæ in alterutrum fructum iactauerint, inter aliines mouent disputationem. Sunt & aliæ limitum conditiones, quæ ad solum non pertinent, hoc est ad artem nostram. solum autem quodcunq; coloniæ est assignatum, id vniuersum pertica appellatur. quidquid enim huic vniuersitati applicitum est, ex alterius ciuitatis fine, siue solidum, siue cultellatum fuerit, præfectura appellatur. Cultellandi ratio quæ sit, sæpe quæritur, cuius primensi soli spatium consummamus, & illam cliuorum inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inseruimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimus. æqualitatem hanc nobis ratione ipsa seminum natura monstrauit. omnis enim illa soli inæqualitas colligi poterit; nisi quòd de terra quidquid nascitur, in aerem rectum exit, & illam terræ obliquitatem crescendo atterit, nec maius spatium occupat, quàm si ex plano nascitur. Ex Frontino de limitibus agrorum.

AGNA vocabatur actus, mensuræ genus agrestis, à rusticis prouinciæ Bæticæ. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

ALLVVIONVM, quæ contingi solent in prædiis, quæ ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura est, vt semper incerta possessio, incertum sit eius dominium, quod possessori per alluuionem adcrescit. nam quod hodie possidemus, nonnunquam altero die vicini fundi dominio in alteram fluminis ripam translatum adquirimus. nec tamen, apud quem decreuit, remanet, sed plerunq; redit ad priorem dominum cum augmento: sæpe nec ad posteriorem manet, nec redit ad priorem, sed in arena fluminis inundatione soluitur: ideóque suggestione culminis sui admittitur, vt iudicio agrimensoris finiatur. non de Aegyptia solis, nec de limi tantum alluuionibus loquimur, sed, quod salubre est orbi terrarum, atque omnibus prouinciis, promulgamus, vt ea quæ per alluuionem possessoribus acquiruntur, neque ab æratio vendi, neque à quolibet peti, nec separatim censeri, vel functiones exigi, perpetua lege valitura sancimus: nec alluuionum ignorare vitia, vel rem noxiam possessoribus indicere videamur. Similiter nec quidem quæ paludibus antea, vel pascuis videbantur adscripta, si sumptibus ac laboribus possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus: ne hi doleant diligenter operam suam agri dedisse culturæ, ne diligentiam suam sibi damnosam intelligant. Hæc ex Frontino de limitibus agrorum: quæ ille recitat ex epistola Theodosij & Valentiniani imperatorum. Agenus autem & ipse in libello de limitibus agrorum sic inquit, De alluuione obseruatio est, si hæc in occupatoris agitur agris: quidquid vis aquæ abstulerit, repetitionem nemo habet. quæ res necessitatem ripæ muniendæ iniungit, ita tamen, vt sine alterius damno quidquam fiat. Si vero in diuisa & assignata regione tractabitur, nihil amittet possessor: quoniam formis per centurias certus cuique modus ascriptus est: circa Padum autem cum ageretur, quod flumen torrens, & aliquando tam violentum decurrit, vt alueum mutet, & multorum late agros trans ripam, vt ita dicam, transferat: sæpe etiam insulas efficit. At Cassius Longinus, vir prudentissimus, iuris auctor, hoc statuit, vt, quidquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat: quoniam scilicet ripam suam sine alterius damno tueri debet. Si vero maiore vi decurrens alueum mutasset, suum quisque modum agnosceret: quia non possessoris negligentia, sed tempestatis violentia abreptum appareret. Si vero insulam feciisset, à cuius agro feciisset id possideret, ut si ex communi, quisque suum reciperet. Scio enim quibusdam regionibus cum assignarentur agri, adscriptum aliquod per centurias flumini. hoc autem prouidit auctor diuidendorum agrorum: vt quoties tempestas fluuium concitasset, non per regionem excedens alueum vagaretur, sed sine iniuria cuiusquam defluere. hos tamen agros, id est hunc omnem modum qui flumini adscriptus est, resp. quibusdam vendidit. hæ quæstiones maxime in Gallia tota mouentur, quæ multis contecta fluminibus immodicas Alpium niues in mare transmittit, & subitarum relegationum repentinas inundationes parit. Aliquibus locis impetrauerunt possessores à præside prouinciæ, vt aliquam latitudinem fluminis darent. nam & in Italia Pisaurum flumini latitudo est assignata eatenus, quousque alluebat.

AMPLIATIO, & comperendinatio, differunt omnino inter se, nec tamen, in quo plane differant, satis constat. qua de re recitabimus primum Pediani verba; deinde, quid sentiamus ipsi, exponemus. Pedianus igitur sic, Ante legem Glauciæ de comperendinatione, aut statim sententia dicebatur, si absoluendus esset reus: aut, Amplius, pronunciabatur, si videretur esse damnandus, cum dixissent iudices, Non liquet, hoc est, obscura caussa est. itaque ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cuius peroratione videbatur obscuritas. comperendinatio vero vtriusque partis recitatio est. & infra subiungit hæc. Alij sic: Inter comperendinationem & ampliationem hoc interest, quòd comperendinatio ex vna tantum re dabatur, cum caussam iudex non intelligeret: & omnino, si videbatur iudicibus bona caussa, absoluebant reum, si mala, non statim condemnabant, sed hac excusatione parcebant. nam, cum condemnandi nota esset C litera, absoluendi A; ampliandi signum N L dabant; quo significabant non liquere: vnde ampliatio nascebatur. quibus ex verbis primum illud intelligitur, in ampliatione aut accusatorem solum, aut defensorem iterum caussam egisse. deinde, etiam hoc constat, esse, Amplius, pronunciatum, non cum ambigeretur, absoluendus, an condemnandus esset reus; sed cum ita dilucide pateret culpa, vt condemnandus omino videretur. in quo tamen, vt, quasi ad excusandam dilationem, speciem aliquam dubitationis præ se ferrent, ampliandi in tabellis dabant N L: tumque iterum dicebat is, vel pro reo, vel contra reum, qui, quod proposuerat, argumentis non satis probasse videretur. Quod ad primum attinet; etsi Pediano, sicuti debeo, tribuo plurimum; quæro tamen, verène senserit, an secus. venit enim in mentem suspicari, ne, quemadmodum in comperendinatione, sic in ampliatione ab vtraque parte iterum acta caussa sit. Liuius enim libro XLIII. caussam de repetundis ex ampliatione vtrinque ait esse actam. idem ex iis verbis possum conicere, quæ sunt apud Ciceronem libro I. in Verrem: Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellæ spiritus, quid huius lacrymas, & concussationes proferam? vocat alteram actionem post ampliationem. quod verbum spectare potius vtranque partem, quàm alterutram, videtur. & Asconius ipse, non dubito, quin idem senserit. subiungit enim hæc in suo commentario: Hic apparet, etiam in ampliatione sic alteram dici, quemadmodum in comperendinatione. De illo altero, cum dixit, ampliationem fuisse, non in caussa dubia, sed in manifesta rei culpa, non ad caussam melius cognoscendam, sed ad damnationem differendam: plane non assentior: nec tamen audeo dissentire. libenter enim existimauerim, Amplius, esse pronunciatum, cum obscura caussa esset, nec de absolutione, aut condemnatione satis liqueret. propterea que amplius requiri ad caussam demonstrandam videretur. nam si ampliatio futuræ damnationis esset signum: quorsum, cum de Philodamo esset, Amplius, pronunciatum, tantopere Dolabella & Verres contendissent, vt condemnaretur? non opera superuacanea fuisset? contenderunt autem, quia videbant posse fieri, vt absolueretur. quid? Pedianus ipse nonne contra suam sententiam loquitur? quasi enim oblitus ea, quæ ante de ampliatione dixerat, hoc in loco ait: Mos veterum hic fuerat, vt, si absoluendus quis esset, statim absolueretur; si damnandos, statim damnaretur, si caussa non esset idonea ad damnationem, absolui tamen non posset, Amplius pronunciaretur. Sed fortasse Pedianus excusari poterit, si tempora distinguantur, hoc modo; vt ante legem Glauciæ ampliatio fuerit dilatæ condemnationis iudicium, post legem vero Glauciæ, obscuritatis, nec satis explorata sententiæ. vtrunq; sane duo Ciceronis loca si quis attenderit, videntur ostendere: primum, in iudicio Philodami, de quo proxime dictum est. ibi enim, dubium fuisse post damnationem eucntem iudici, plane

lieri, plane constat. deinde, cum ea dixit in eodem libro: Verum, vt opinor, Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus, antea vel iudicari primo poterat, vel Amplius pronunciari. vtram igitur putas legem molliorem opinor, illam veterem: qua vel cito absolui, vel tarde condemnari licebat. nam hoc, Tarde condemnari, ad illud, quod proxime dixerat, refertur; Amplius pronunciari, vt ampliatio nihil aliud, quàm tardam condemnationem significare videatur. Differt etiam in hoc à comperendinatione ampliatio, quòd ampliatio tantum à iudicum arbitrio ac voluntate pendet, comperendinatio vero est illa quidem in iudicibus posita, sed petente vel accusatore, vel defensore. nam nisi alteruter, aut vterq; petiisset, nihil iudices de comperendinando reo cogitassent. non potuisse autem comperendinationem inuitis iudicibus omitti, Pedianus docet, cum ait, ideo testibus vsum esse Ciceronem, vt, si posset, comperendinationem tolleret. sperabat enim Cicero, caussa per testes patefacta, iudicibúsque probata, futurum vt de tollenda comperendinatione à iudicibus impetraret. ergo, tum in iudicibus, tum in accusatore ac defensore situm fuisse comperendinandi ius, vere dixi. Differebant etiam origine ampliatio, & comperendinatio. nam, vetustiorem fuisse ampliationem, verba Ciceronis de lege Glauciæ demonstrant. &, P. Licinio C. Cassio cos. hoc est multis ante primam de repetundis legem annis, quam à L. Pisone latam diximus, ampliatos esse reos ni iudicio repetundarum, apud Liuium libro XLIII. animaduertimus. Ex libro nostro de Legib. Romanis.

APOLINARES Ludi cum io vnum annum vouerentur, incertóque die fierent; senatus P. Licininm Varum, prætorem vrb. ferre ad populum iussit, vt in perpetuum in statum diem vouerentur. hi ludi, cum Annibal esset in Italia, ex Martij, clari vatis, carmine primum instituti: cuius in libris hæc inuenta Liuius recitat lib. v, eademque fere & Macrobius lib. Sat. 1. Hostes, Romani, si expellere vultis; Apollini vouendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem, priuati vti conferant pro se, suisq;. iis ludis faciedis prærerit prætor is, qui ius populo plebiq; dabit summum. x viri græco ritu sacra faciant. hoc inuento carmine, censuerunt patres Apollini ludos vouendos faciendósque, voueri autem, & fieri à prætore oleo, quòd is esse videretur, qui ius populo plebique summum daret: cum facti essent, duodecim millia æris prætori ad rem diuinam, & duas hostias maiores dandas: & vt x viri sacra ritu græco facerent, hisque hostiis, Apollini boue aurato, & capris duabus albis auratis, Latonæ boue fœmina aurata. ludos prætor cum facturus esset, edixit, vt populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodum esset, conferret. populus eos coronatus spectauit. matronæ supplicauere, vulgóque apertis ianuis in propatulo epulari sunt: celebérque dies omni cæremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio prætore, decreuit senatus, vt ij ludi in perpetuum vouerentur triennio pòst, vt in perpetuum in statum diem vouerentur. P. Vatus, vt diximus, prætor vrb. à senatu iussus, legem tulit, & ex ea lege ipse primus vouit, fecitque ante diem II nonas Quint. eúmque diem solennem deinde seruatum esse Liuius tradidit. ego tamen M. Bruti, qui Cæsarem interfecit, prætoris vrbani absentis nomine, neque vno die tantum, neque II nonas Quint. factos inuenio, sed, cum nonis Quint. essent commissi, vsque ad III idus datos fuisse. quod ex duobus locis epist. ad Attic. libr. XVI colligitur. atque hoc ipsum, de pluribus ludorum Apollinarium diebus, confirmat satis plane, vt videtur, Liuius lib. XXXVII, his verbus: Ludis Apollinaribus ad V. idus Quintil. cœlo sereno, interdiu obscurata lux est. Ex libro nostro de legib. Romanis.

BRVTVS. & Bruti, & Scæuæ, & Bubulci, cognomina gentis Iuniæ fuerunt. Brutorum præcipuè nominantur, Lucius ille Brutus, qui reges eiecit; & M. Brutus, qui Cæsarem occidit. Lucius patricius fuit: de Marco, patricius fuerit, an plebeius, potest ambigi. patricium fuisse, Posidonius philosophus, eúmque secutus Plutarchus affirmat: Brutum enim eum, qui reges expulit, tres filios habuisse, duos, quos participes coniurationis in remp. vltimo supplicio, patre consule spectante, affectos, historiæ narrant; tertium, vnde Iunia gens propagata est, & à quo M. Brutus originem duxit. Contrà, plebeium vt fuisse credamus, Dionysij Halicarnassei facit auctoritas. nam, etsi Plutarchum, vt soleo, ac debeo, plurimi facio: tamen Halicarnasseum, qui nititur argumentis, libentius, hac quidem in re, auctorem sequor. Plutarchi est simplex & nuda narratio. nam illud nescio quid, quod affert ex Posidonio; ipsius Posidonij ætate fuisse Romæ præstantes ex ea gente viros, quorum forma ad similitudinem imaginis accederet illius Bruti, qui ciuitatem dominatu regio liberauit, ita plane nihil est, vt refellendum non existimem. Noster autem Cicero, cum in Philippicis orationibus, & in libro de claris oratoribus dixit idem, quod postea Posidonius, & Plutarchus; potuit id, Bruto gratificari; quem tum vnice diligebat, tum ad studium libertatis recuperandæ facilius impelli posse existimabat, si ab illo Bruto, qui primus Romæ iugum seruitutis virtute depulerat, progenitum ostenderet. Dionysij ratio hæc est, eáque, vt mihi videtur, admodum firma. Si Lucius ille Brutus, qui libertatem Romæ constituit, virilem stirpem reliquisset; eius posteri patricij fuissent. quòd si Patricij, consulatum sine dubio multi gessissent. at per annos cc, quod fasti declarant, consul Romæ Iunius nemo fuit. nam, quòd, Scæuas, & Bubulcos, qui vt diximus, Iunij fuere, consules videas, cc post reges exactos annis; hoc potius docemur argumento, plebeios fuisse, quàm patricios: cum in consulatu collegas habuerint de gente patricia; eo porro tempore consules fuerint, cum eum magistratum duobus patriciis mandari, lex Licinia vetaret. Præterea, in eiusdem Dionysij historia tribunum pl. video Brutum quendam, plebeiæ partis defensorem acerrimum; item alterum in oratione pro Quinctio; alios etiam alibi. quos, vt opinor, de gente Iunia fuisse, nemo negabit; &, plebeios fuisse, ideo putandum est, quòd tribunatum pl. plebeiis tantum hominibus deferri, leges iuberent. Liuius sane duos tantum nominat Bruti filios: in quos, coniurationis crimine conuictos, animaduersum est. sed verbum addit nullum, vnde vllum præterea Bruti filium fuisse, possit intelligi. Apud Dionem vllum præterea Bruti filium fuisse, possit intelligi. Apud Dionem eadem fere, quæ apud Liuium, leguntur: vt non facile, vtrum senserit, diiudicare liceat. itaque dubitatio ex Dionysio, Plutarcho, Posidonio tota nascitur; quanquam ego quidem, cum argumenta illa duo, quæ posui, cum animo meo considero, vnum, de nullo Iunio per ec annos, post reges eiectos, consule; alterum, de Brutis tribunis pl. quos Dionysius, & Cicero nominant: non admodum esse video, cur dubitem. & ab eo Bruto, quem contra patres multa pro plebe gessisse Dionysius memorat, potuit M. Brutus, Seruiliæ filius, cereríque Bruti eius ætatis ortum trahere: is porro ab aliquo L. Bruti patricij liberto. nam liberti ita familiæ nomen assumebant, vt patricij, licet ab homine patricio manumissi, tamen esse non possent. Ex nostro commentario ad Qu. Fratrem.

CRIMEN. publica sunt crimina, & priuata. publica capitalia, & non capitalia. priuata aut cum infamia, aut sine infamia. Capitalia crimina publicis iudiciis omnia cognoscebantur: non item publica iudicia de capitalibus omnia criminibus fiebant. nam, vt Instit. lib. IIII traditum est, si quam infamiam irrogabant publica iudicia cum damno pecuniario, publica quidem erant, non tamen capitalia. quod quidem si de causis publicis, in quibus cum detrimẽto rei familiaris famæ iactura coniungeretur, verum est: multo magis de priuatis. & hoc ipsum declarat Cicero satis aperte in epistola ad Patum his verbis, Iudicia non solemus omnia tractare vno modo. priuatas causas, & eas tenues, agimus subtilius; capitis, aut famæ, scilicet ornatius. seiunxit enim à causis capitalibus causas famæ, siue publicas, siue priuatas. sed ipse me in dubitationem reuoco. Si causæ famæ capitales non sunt: cur Quinct. causam, quæ famæ est, capitalem Cicero significat: ait enim in exordio: Quid hoc iniquius, aut indignius, quàm me, qui caput alterius, famam, fortunásque defendam, priore loco causam dicere? & infra: Clamabat Quinctius; sese ideirco nolle satisdare, ne videretur iudicasse bona sua ex edicto possessa: sponsionem porro si istiusmodi faceret, se, id quod nunc euenit, de capite suo priorem causam esse dicturum. & in extrema oratione: Horribile est, causam capitis dicere? horribilius, priore loco dicere. sane non leniter aliquandiu hæc me loca, & alia huiusmodi in ea oratione perturbarunt. eóque magis, quòd causa Quinctij ad recuperatorem agitur. ex quo sequitur, vt priuata sit. recuperatores enim, & centum viri, & arbitri, iudices sunt, (liceat hic arbitros inter iudices, vocabulo minime proprio, nominare) ciuilibus in controuersiis ab vrbano prætore dati. causam porro capitalem ad recuperatorem agi ita mihi absurdum, ita non rationi consentaneum videbatur, vt persuaderi nullo modo posset. sed fortasse, vt sæpe distinctione veritas illuxerit, idem hic quoq; potest euenire. cogitaui, nunquid, causam esse capitalem, & agi de capite, siue, capitis esse causam, idem sit. non enim dubito quin causæ capitales quæ vocantur, eædem causæ capitis vocari omnes possint: quæ vero capitis, fortasse non omnes item capitales. nam causa capitis Quinctiana dicitur: quam tamen nullo modo capitalem fuisse concedo: cum in ea neq; de libertate, neque de ciuitate adimenda, quæ capitalia fuisse iudicia notum est, agatur. & causa Mancini, quem, vt Cicero, & alij prodiderũt, à patre patrato ex S. C. Numantinis dedirum, Numantini non receperunt, causa quidem capitis est, (agitur enim in ea de ciuitate, de libertate, de capite) capitalis tamen non est. in capitalibus enim quæritur de crimine, & damnatos diminutio capitis ex iudicũ sententia sequitur: in aliis autem capitis causis agitur quidem de capite, non tamen quæritur de crimine: capitísque diminutio vel nulla sequitur, vt in causa Quinctij, vel, si sequitur, vt in causa Mancini, non sequitur vti pœna à iudicibus irrogata, sed ideo sequitur, quia is, qui iam deditus erat ex S. C. Numantinis, capite fuisse diminutus ostenditur: ita vt iudex non iudicaret, fit, nec ne, capite minuendus; quod fit in causis capitalibus; sed, fuerit ne antea, an non fuerit, capite diminutus: & status hominis non tunc mutatur, sed, qualis sit, cognoscitur. itaq;, cum de eo dixit Cicero libr. de oratore, Quam possumus repetire ex omnibus rebus ciuilibus causam, contentionémque maiorem, quam de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis consularis? crimen nullum significauit, cuius criminis causa vocatus in iudicium Mancinus, periculum amittendæ ciuitatis, aut libertatis in eo iudicio subiret; sed facultatem iudicibus cognoscendi, ac statuendi datam intellexit, eáque res æquè Mancinus posideret, atque antea quàm à patre patrato esset deditus, an vero, quia deditus esset, amisisset. etiam si receptus à Numantinis non esset. quare capitalis causa non fuit: actum tamen esse de capite, ob eam, quam ex posui, causam recte Cicero dixit. At, quod ad Mancini causam attinet, ferri potest. extat enim ratio, cur in ea de capite agi dicatur. in causa vero Quinctij, in qua nullo modo neque de ciuitate, neque de libertate agebatur, mentio capitis vnde ducta? an ex eo, quia caput pro existimatione vsurpari posse videatur? repugnat vetus loquendi consuetudo: nec huius generis exempla licet inuenire. potius igitur, ex orationis licentia, crediderim: vt exaggeretur res, ad inuidiam aduersus Neuium ex eius crudelitate, & misericordiam erga Quinctium ex eius periculo quærendam. atque hoc eo magis constat, quo Cicero nec in eo vere ac proprie loquitur, cum eam vocat accusationem, quæ sponsi causa est: nec, cum ait, Quem nunc interficere nefarie cupis: quandoquidem ciuibus Romanis eripi nullo crimine vita posset. causam vero non esse capitalem, propriis ipse verbis clare demonstrat in eo loco, Iudicium C. Aquilli, non de re pecuniaria, sed de fama, fortunisque P. Quinctij vides. & cum dixit: Hortensius partes accusatoris obtinet: oratorie loquitur. nec enim re vera accusabat Hortensius, sed accusare videbatur: nec est, nisi capitalibus in causis, accusator. Redeo vnde digressus sum. Publicorum criminum alia capitalia, alia non capitalia. quódque notandum magis est, ne maiestatis quidem iudicium capitale semper fuit, cum tamen publicum semper esset. nam Claudiæ Vestalis, Appii Cæci filiæ, C. Fundanius, & Ti. Sempronius ædiles pleb. quod populo R. calamitatem esset imprecata, multam dixerunt æris grauis XXV millia. quæ capitalis pœna non fuit. iudicium autem illud & publicum fuisse, inde patet, quòd ad populum factum est; idque etiam Atcius Capito propterea inter publica iudicia retulit, & maiestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio significat his verbis: Claudia nouo more iudicium maiestatis apud populum mulier subiit, quòd in conferta multitudine, ægre procedente carpento, palam optauerit, vt frater

Universidad de Deusto
Biblioteca

saus Pulcher renuiscceret, atque iterum classem amitteret, quod minor turba Romæ foret. Publica vero capitalia crimina, hæc erant, incestus, maiestas, repetundæ, vis publica duplex, ea, quæ in remp. ac magistratus inferebatur, de qua lex Lutatia fuit, & ea, quæ in priuatos ciues, de qua Plotia, & aliæ leges: tum, peculatus, de residuis, inter sicarios, parricidium, veneficium, ambitus, pecuniæ ob iudicandum captæ, adulterium, de falsis, de plagiariis, de totorum fraude, de famosis libellis, de furto, clandestina coitio, quibus de criminibus aut ad prætorem, aut ad iudicem quæstionis, aut ad populum notio pertinebat. de maiestate, perduellione excepto, de vi, de repetundis, de crimine inter sicarios, de perduellione populus, de ambitu prætor quærebat: de incestu, & perduellione populus, sed tributis comitiis de incestu, tribuno pl. populum per tribus in forum cogente; centuriatis autem de perduellione, cum in campum consul centuriatim populum aduocasset. de veneficio autem, & prætor, qui iudex quæstionis idem dicebatur, & iudex quæstionis, etiam si prætor non esset, cognoscebat. Prætores, quæ cuiusque futura esset quæstio, ante sortiebantur: vt deinde singulis de criminibus singuli, prout sors tulisset, cum consilio quærerent. vnum excipio prætorem vrb. qui nullo de crimine publico quærebat; itaque nec quæsitor dicebatur; tantum, ciuilibus controuersiis ad eum delatis, ius dicebat, hoc est iudices, & iudicij formulam, quam sequerentur, dabat. nec enim prætor ipse iudicare solitus erat, sed, cum iudices, ab ipso dati, de controuersia cognouissent, ac iudicassent, exequebatur. ideo in omnibus ferme edictis prætorum legitur, Iudicium dabo. in quo posteriores lapsi sunt, est igitur aliud, ius dicere; aliud, iudicare: contra quàm, qui veterum iurisconsultorum libros ignorant. & quemadmodum ciuilibus in rebus prætor non cognoscit, neque iudicat, sed ius dicit: sic, qui ab ipso iudices dati sunt, non ius dicunt, sed cognoscunt, ac iudicant. Verùm & hæc ipsa, & alia passim plenius in dictione prætor. de criminibus autem, quæ erant eiusmodi, vt cognitione digna viderentur, ea fere diximus. singula autem crimina tractare, vt incestum, maiestatem, repetundas, non videtur esse proprium huius loci. Ex libro de Legibus Romanis.

CARDO à veteribus dictus est limes, qui à Meridiano ad Septentrionem dirigeret: à mundi cardine. Hoc Aggenus, & Hygenus tradiderunt.

CENSOR. quinquenne primum fuit censorum imperium, ea lege, quæ Geganio Macrino II, Quinctio Capitolino V cos. lata est; Qua simul illud sanctum, vt è gente patricia ctearentur. sed eam legem sexennio pòst Mam. Aemilius dictator correxit, lege lata, ne plus quàm annua ac semestris censura esset. grauis enim omnis diuturna potestas in libera ciuitate. Censorum erat munus, ciuitatem censere, vectigalia locare, vitia notare. notatio autem, & animaduersio in improbos ciues, non eiusdem erat generis. senator senatu mouebatur: eques equum publicum perdebat: plebeius in Cæritum tabulas referebatur, & ærarius fiebat, hoc est, ferendi suffragij, & capiendæ muneris publici potestate omni priuabatur, vt tantum ad æra pro suo capite, tributi nomine, pendenda ciuis esset. Cærites enim, inquit Gellius, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque, municipes sine suffragij iure facti: concessumque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, negotiis tamen atque oneribus vacarent. hinc tabulæ Cæritum appellatæ, in quas censores referri iubebant, quos notæ caussa suffragijs priuabant. adimebant igitur censores quod cuique ordini summum erat, senatori, ne in senatu esset; equiti, ne equitis insigne publicum equum, & anulum aureum, haberet; plebeio, ne suffragium ferret. quod enim præterea posset adimi, nihil erat. suffragij porrò amissionem sequebatur amissio simul omnium munerum publicorum, sicuti suffragij iure concesso, sextus honorum simul ac munerum omnium partem esse datum. Eratne ciui Romano senatori, dicet aliquis, præter ordinis amissionem, alia pœna? erat. nam interdum non modo aditu curiæ prohibebatur, verumetiam tribu mouebatur, in ærariosque referebatur. moueri autem tribu, est; in tribum ignobiliorem transferri, vt ex rustica in vrbanam, vel in aliam rusticam minus honoratam. Aemilium quidem Mamercinum, quod censuræ tempus minuisset, à censoribus & senatu electum, & tribu motum, ærariumque etiam, censu octuplicato, esse factum, Liu. lib. XXIX. scriptum reliquit. eodémque modo ciues Romanos ordinis equestris non modo equo publico priuatos, verum etiam in ærarios relatos esse, ex Valerio Maximo, aliisque didicimus. Censoriam autem notam, atque ignominiam, qui succedebant, censores plerumque soluebant. atque etiam, quod censor vnus statuerat, id alter sæpe mutabat. præterea, notatos à censoribus pristinum in locum restituere vel iudices, re cognita, & iudicata, suis sententiis, vel populus ipse suffragijs & poterat, & solebat. quòd si quis, e senatu electus, neque à censoribus sequentibus, neque à iudicibus, neque à populo in integrum restitutus esset: vnam habebat in senatum redeundi viam, si honores illos denuo populi suffragiis consequeretur, quos qui gesserant, iis, etiam si lecti in senatum à censoribus non essent, patuit tamen curiam leges iubebant. Causæ, quibus ciues Romani à censoribus notarentur, multæ traduntur, vt, si quis conceptis verbis peieraasset; si, cum esset in prouincia, socios diripuisset, si pecuniam accepisse ob rem iudicandam putaretur; si propter ætis magnitudinem prædia mancipasset; si paulo esset intolentior in sumptu: quæ de re verba sunt hæc apud Gellium lib. IIII. Coroncium Rufinum, bis consulatu & dictatura functum, censor Fabricius senatu mouit ob luxuriæ notam, quòd decem pondo argenti facti haberet. notabantur etiam qui strigosiores equos haberent. quibus equus publicus adimebatur. omnium denique rerum nomine male audientes, vt furti, peculatus, captarum pecuniarum, pro socio, quorum criminum turpia iudicia vocabantur, à censoribus notabantur: vt tamen iidem illarum ipsarum rerum postea iudicijs absoluti, ius suum, censorum animaduersione adempturn, sæpe recuperauerint. neque vnquam iis, in quos animaduertissent censores, propterea vel magistratum capere, vel iudicem legi, vel alterum accusare non licuit. In censu pœna fuit grauissima, honorum, & libertatis amissio: etsi quidem Liuius, cum ait lib. I. Seruius censum maturauit metu legis de incensis latæ: narrat autem apertè Dionysius. τὸ δὲ, inquit, μὴ τιμητὰς αὖθις γενέσθαι δόγμα, τῶν ἐπὶ τοῦ Σερουίου, νόμῳ κύριον μέχρι νῦν διαμένει. Ex nostro libro de legibus, & ex libro de ciuitate Romana.

CENSVS. egregia multa sunt, nec à multis animaduersa, quæ de censu ciuium Romanorum à veteribus tradita licet colligere. Censebantur ciues Romani, non vbi ad ætatem ferendis armis idoneam, hoc est ad annos XVII, peruenerant; quod video quosdam existimasse, sed à quo primum die nati erant. nam si robustiores, tantum censi essent; Ser. Tullio regnante, qui censum instituit, Romæ fuissent hominum ducenta millia. siquidem Liuius octuaginta millia, Dionysius etiam plures in primo censu commemorat. vt necesse sit, eos, qui nondum per ætatem gestare arma possent, (omitto senes affecta iam ætate ob infirmitatem virium domi sedentes, aut in lectulis cubates) haud fere pauciores ducentis millibus fuisse. tantóque marium numero parem fuisse numerum fœminarum, æque necessarium videtur. quod certe, ad æstimationem quidem iudicij mei, vix est vt credi possit. demus, id quod verum est, vrbem Romam quinque regum virtute, ac sapientia rebus omnibus vehementer esse auctam. annorum vero CLXXIII spatio (in illo enim regni principio Seruius, sextus rex, censum instituit) incrementa fuisse tanta, vt capitum ducenta millia, quam hodie multitudinem in vna aut altera Europæ vrbe vix, aut forsasse ne vix quidem inuenias, numerata sint, ita simile veri non est, vt monstri simile videatur. ipse etiam Liui. lib. IIII. cum ait Qu. Fabio T. Quinctio cos. censa ciuium capita CXXIII millia, CCXIIII, præter orbos, orbásque, nullam ætatem, orbis excepris, nullúmque sexum censu exclusum satis indicat, idémque lib. LIX significat, cum inquit: Censa sunt CCCLXVIII millia, DXIII. præter orbos, & viduas. Quæ si cui dubia videntur argumenta, Dionysij Alicarnassei legat historiam. nam ex eius verbis, quæ suus libr. I, non modo cuiusq; rem esse æstimatam, quod vnum Liuius, scriptor quandoque parum diligens, tradidit, verum etiam ætates omnium, vxores, liberos, locum vbi habitarent vel in vrbe vel in agro, publicis in tabulis notarum, planissime ostenditur. Quod autem ad libertinos attinet; eos item vna cum ingenuis censos, idem Dionysius eodem in loco significat. Vtrum vero, qui extra pomœrium, an soli qui intra pomœrium habitabant, censerentur, dubitare non licet: cum ab eodem & de agro Romano fieri mentionem videamus. Et vt de rusticis Romanis censis ex Dionysio, sic de municipibus, postea quàm communicari cœpta ciuitas est, plane constat ex eo Pediani loco: Conuenerat ex municipiis cuiuscunque modi multitudo, aut, propter comitia, suffragiorum causa, aut ludorum, aut vt censeretur: nec tamen obscure idem significant illa verba pro Cluentio; Ilium tabulas publicas Latini censorias corrupisse, decuriones vniuersi indicauerunt. certe enim de tabulis his intelligit, in quas censores, cum ciuium Romanorum censum agerent, municipum nomina rem-lerant. Coloni ante bellum Punicum secundum non censebantur. ait enim Liuius sic lib. XXIX: Duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus censoribus, censum acceperunt: vt quantum numero millium, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Censebantur quinto quoq; anno, lustro scilicet confecto, quod integrum quatuor annorum spatium fuit tametsi, vltra quadriennij interuallum, vel bello, vel domesticis discordiis, vel alio casu, sæpe productum esse censum, obseruauimus. Magistratus huic muneri præfuit, primum, qui summus in vrbe fuit, reges duo postremi, Seruius, & Superbus; electisq; regibus, consules, deinde, cum consules bellis impedirentur, censores; qui ab re nomen acceperunt: Census in foro fiebat: lustrum in campo Martio condebatur, cæsis sue, ouc, tauro: quod sacrificium & solitaurilia, & suouetaurilia vocant. de lustro Liuius, Dionysius, omnes historiæ narrant. de censu inde coniicio, quòd equites trabeates per medium forum idibus quinctilibus ante censores sua manu equum traduxisse, Liuius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmant. qua in re significanda, verbum, transuehere, veteres historici libenter vsurparunt: Cicero, traducere dixit. quòd si equites in foro censebantur: de cæteris, nihil obstat quin idē putemus. A principio, è Serui regis instituto, in sua quisque classe, quæ in centurias dispertitæ erant, hoc est, ex suo quisque censu, quæ rei familiaris erat æstimatio, censebatur; qui centum millia, eóve amplius possideret, in prima classe; qui infra centum vsque ad septuaginta quinque, in secunda; inde ad quinquaginta millia, in tertia; inde ad viginti millia, in quarta, ab eo ad vndecim millia, in quinta; infra vero, in sexta. ex quo sequitur, vt decuriones, equites, senatores omnes in prima classe censerentur: quandoquidem neque decurio poterat esse, qui centum millia non haberet; neq; eques, qui quadraginta millia; neque senator, qui octingenta millia. Post expletas vero XXXV tribus, non in centuriis, sed in sua quemq; tribu censum esse crediderim. senatores enim, clarissimos viros, summis honoribus functos, ipsos, inquam, censores, M. Liuium Salinatorem, C. Claudium Neronem, in suis vtrunq; tribubus, nulla facta classium mentione, censum esse, Liuius libro XXIX perspicue demonstrat his verbis: Equitum deinde census agi cœptus est. & ambo forte censores equum publicum habebant, cum ad tribum Pollian ventum est, in qua M. Liuij nomen erat; & præco conclamaret ciuare ipsum censorem: Cira, inquit Nero, M Liuium; & siue ex tesidua & vetere simultate, siue intempestiua tactatione seueritatis inflatus, M. Liuio, quia populi iudicio esset condemnatus, equum vendere iussit. Item M. Liuius, cum ad tribum Narniensensem, & nomen collegæ ventum est, vendere equum C. Claudium iussit. Festus tamen videtur significare, post expletas etiam XXXV tribus censos esse ciues Romanos in centuriis: ait enim sic, Niquisciuit centuria est, quæ dicitur à Ser. Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non iussisset in sua, ne quis ciuis suffragij iure priuaretur. nam, scisciuit, significat, sententiam dicito, ac suffragium ferto: vnde scita plebis. sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centuriæ præsidet, neque centurialis potest esse: quia nemo certus est eius centuriæ. est autem, Niquisciuit, nisi quis sciuit. Pedianus etiā, cuiusq; ciuis nomen in albo suæ centuriæ scriptum fuisse, tradit; indéque exemptos qui à censore ætatij fierent. itaq; hanc veterū quasi controuersiam ita dirimemus, vt nominatas quidem recognitas in censu singulas tribus, nomina tamen ciuium in sua cuiusque centuria scripta esse dicamus.

Et quia nam

Et quoniam tria genera ciuium fuisse, constat, senatores, equites, plebem. & plebi equites, equitibus senatores dignitate præstitisse, constat: ratio postulat, id quod etiam veterum exempla testantur, vt in censu primus ordinis senatorij locus, equitum secundus, plebis verò fuerit postremus. primum igitur recitabantur omnium senatorum nomina. erat autem, inter ipsos senatores primum recitari, perhonorificum: isq; princeps senatus vocabatur. id in arbitrio censorum positum erat: à quibus tamen neminem, nisi de consularibus, principem senatus esse lectum, animaduertimus. eodem modo princeps equestris ordinis dicebatur is, quem censores primo loco scripsissent in iis tabulis, quæ equitum nomina continebant. Ex nostris obseruationibus.

CENTVRIA. vocabulum centuriis, vt ait Siculus Flaccus, ex eo datum est. cum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena iugera dederũt: & ex hoc facto centuria iure appellata est.

CILICII termini dicti sunt à Cilicio Saturnino, centurione cohortis septimæ & vicesimæ, qui terminationem fecit.

CIRCVLVS. quinque circulis hæc nomina assignant. summum frigidissimæ partis finem, septentrionalem appellant: secundum ab eo, solstitialem: ab hoc deinde, qui medium polum diuidit, æquinoctialem: quòd in eo sol diei & noctis horas æquet: ab hoc deinde, qui est æquinoctiali proximus, brumalem. nam & solstitialis est ordinatus. septentrionali deinde sescontrarium australem appellant. circulus autem zodiacus, cuius fines sol negatur excedere, ex circulo solstitiali ad brumalem per diagonum ostenditur, ita vt ex vtraque parte meridianum circulum medium secet. per hunc sol ire fertur, & orbem terrarum viginti & quatuor horis circumire. Ex Hygeno de limitibus constituendis.

CIRCVS Soli principaliter consecratus est à paganis: cui ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod nonnulli putauerunt, sub tecto consecrandum: quem in aperto habent. Est autem circus omne illud spatium, quod circuire equi solent. hunc Romani dictum putant à circuitu equorum, eo quòd ibi circum metas equi currant: Græci verò à Circe filia Solis, quæ patri suo genus hoc certaminis instituit. Ornamenta Circi, ova, meta, obeliscus, carcer. Ova honori Castoris & Pollucis scribunt, qui, illos ouo editos credendo, de cygno & Ioue non erubescunt. Metarum appellatione proprie terminum ac finem mundi designare volũt, ab eo quod aliquis emensus finis est, siue ad testimonium orientis occidentisque solis. Obeliscum Mefferes rex Aegypti primus fecisse fertur tali ex causa. Cùm quodam tempore Nilus violenta inundatione Aegyptum vastasset, indignatus rex, tanquam pœnas à flumine exigeret, sagittam in vndas milit. non multo pòst graui valetudine correptus, lumen amisit: qui post cæcitatem visu recepto duos obeliscos Soli consecrauit. obeliscus enim sagitta dicitur. qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum sol currit. medio autem spatio ab vtraque meta constitutus obeliscus, fastigium summitatémque cœli significat, cum sol ab vtroque spatio medio horarum discrimine transcendit. summo obelisco superpositum est quiddam auratum, in modum flammæ formatum, quoniam sol plurimum caloris atque ignis habet. In circo, vnde emittuntur equi, carceres dixerunt, à carcere, qui est in ciuitate: quòd, vt ibi homines damnati, atque inclusi, ita hic equi coercentur, ne exeant ante quàm signum emittant. Ars Circi, auriga, & currus, equites vel pedites. aurigæ autem duobus coloribus sunt, prasinus & venetus. prasinus terræ, venetus cælo & mari dedicatus est à paganis. Erichthonius autem, qui regnauit Athenis primus, quatuor equos iunxisse fertur, sicut Virgilius auctor est, dicens:

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.

Currus autem à cursu dictus, vel quia rotas habere videtur; vnde & carrum, quasi currum: quadrigarum vero currus duplici temone olim erant, perpetuóq; , & qui omnibus equis iniceretur. iugo primus Christenes Sicyonius tantum medios iuganit, eóque singulos ex vtraque parte simplici vinculo applicauit. Quadrigæ, bigæ, trigæ, seiugæ, à numero equorum & iugo dictæ. ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas inferis, seiugas Ioui, desultores Lucifero & Hespero sacrauerunt. Quadrigas ideo soli iungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur, ver, æstatem, autumnum, & hyemem: bigas Lunæ quoniam gemino cursu cum Sole contendit, siue quia & nocte videtur, & die. iungunt enim vnum equum nigrum, alterum candidum. Trigas diis inferis: quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, id est per infantiam, iuuẽtutem, senectutem: Seiugæ, maximus currus, Ioui: propterea quod maximum deorum suorum eum esse credunt. Septem spatia quadrigæ currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, siue ad cursum septem dierum præsentium, quibus peractis vitæ terminus conflummatur. Porro equites singulares ideo currere dicunt, quia singulariter vnusquisque cursum vitæ huius peragit, atque tranat, alius alio tempore sequens alium, per vnam tamen viam mortalitatis vsque ad propriam metam mortis. Desultores nominãt, quòd olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat, & curtebat, siue de equo in equum iterum transiliebat. Pedites autem aiunt propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati. ob hoc à superiore parte currunt ad inferiora, id est ab Oriente ab Occidentem, quia mortales oriuntur, & occidunt. Nudi currunt, quia & homini in seculo nullæ reliquiæ sunt. Recto spatio currunt, quia inter vitam & mortem nihil distat.

Circa causas quoque elementorum iidem Gentiles etiam colores equorum iunxerunt, roseos Soli, id est igni, albos aeri, prasinos terræ, veneros mari assimilantes. item roseos æstati, currere voluerunt, quòd igneicoloris sint, & cuncta tunc flauescant: albos hyemi, quòd sit glacialis, & frigoribus vniuersa canescant: veri prasinos viridi colore, quia tum pampinus dentatur. Item roseos currere Marti sacrauerunt, à quo Romani exortiuntur, & quia vexilla Romanorum cocco decorantur, siue quod Mars gaudeat sanguine. albos zephyris, & serenis tẽpestatibus, quos sunt prasinos & venetos

Universidad de Deusto
Biblioteca

tarijs in orationem pro Sextio.

COLONIA. duo genera coloniarum fuere, Romanæ, & Latinæ. omnes constabant è ciuibus Romanis, in colonias exeuntibus. Romanæ dicebantur eæ, quæ iura ciuitatis Romanæ possiderent. itaque ciues Romani erant, & ferendi suffragij potestatem habebant. cuius generis erant coloniæ multæ in Gallia togata: propterèque dixit Cicer in epist. 1. ad Att. Videtur in suffragiis multum posse Gallia. Latinæ verò coloniæ dicebantur eæ, quæ ius Latij haberent: quod infra ius Romanæ ciuitatis erat. itaque & in oratione pro Balbo, & alibi legimus, multos ex coloniis Latinis ciues esse factos. quod item non legitur de coloniis Romanis. nec enim eis dari oportebat, quod habebant. Coloniarum his verbis mētio fit apud Hygenum de limitibus. Finitis bellorum operibus, augendæ reipub. caussa, illustres Romanorum viri vrbes constituerūt, quas aut victoribus populi Romani ciuibus, aut emeritis militibus assignauerunt, & ab agrorum nouæ dedicatione culturæ colonias appellauerunt. victoribus autem assignatæ coloniæ iis, qui temporis caussa arma acceperant. non enim tantum militum incremento respub. populi Romani habuit. erat tunc præmium terra, & pro emerito habebatur. multis legionibus contigit bellum feliciter trasigere, & ad laboriosam agriculturæ sequtem primo tyrocinij gradu peruenire. nam cum signis, & aquila, & primis ordinibus, ac tribunis deducebantur. modus agri pro portione officij dabatur.

COMITIA. comitiorum tria genera Romæ diuersis temporibus instituta, curiata primum à Romulo, centuriata deinde à Ser. Tullio, sexto Romanorum rege, postremo tributa, à tribunis pl. De curiatis comitijs illa significant, quæ scripta sunt apud Pomponium iurisconsultum. Romulus, inquit, populo in triginta partes diuiso, quas curias appellauit, quod tunc reipub. curam per sententias earum expediebat, leges quasdam curiatas ad populum tulit: tulerunt & sequentes leges. Centuriata Seruius rex, vt diximus, maiorum terum, patricioṙūmque magistratuum caussa induxit: iisque comitijs ad extrema reipub. tempora patricios magistratus creatos esse legimus. Tributa, regibus electis, tum primum instituta, cum Coriolanus in iudiciū populi vocatus est. posteaqi cum Volerone Publilio Lætorius legē tulerunt, vt tributis comitijs plebeij magistratus fierēt, qui antea curiatis fieri solebāt. Tributoṙū autē comitiorum aucta maxime vis est ea lege, quā L. Valerius, & M. Horatius cos. tulerūt. vt, quod tributis comitijs plebs sanxisset, eo Quirites omnes æquè tenerentur, ac si centuriatis comitijs perlata lex esset, ita centuriatis tributa sunt æquata, &, quod ait Liuius, tribunicijs rogationibus acerrimū telum hac lege datum est: cum, quidquid tribuni pl. ferret, id deinde ab omnibus ciuibus seruari necesse esset. Quanquā & Publilius dictator, lege lata, centuriata, quæ patricioṙū caussa instituta diximus, imminuit: sanxit enim, vt omnium legum, quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initū suffragium patres auctores fierēt: nec scilicet robotis minus haberet, si quid populare, patribus inuitis, latū esset. De iure autem, & tempore comitiorū ita cognosci poterit, si, quæ duarum legū, Aeliæ, & Fuliæ, fuerit sententia, consideretur. quare loca ipsa proponemus ac primum, quod ait in ea pro Sextio: Iisdem consulibus sedentibus, atq; inspectantibus, lata est lex, ne auspicia valerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet, vt omnibus fastis diebus legem ferre liceret, vt lex Aelia, lex Fufia ne valeret: dicendum est, quatuor illas partes, de auspicijs, de obnūciatione, de intercessione, de fastis diebus, omnes duabus legibus, quæ subiiciuntur, Aelia, & Fusia, comprehendi, sed tres priores Aelia, posteriorem autem Fusia: rursus è tribus prioribus, ciusdem generis, & quasi naturæ duas esse, tertiam separatā, & tanquam alienam. nam auspicia ideo erant, vt esset obnūciatio. cum enim de cælo seruatum esset, tum feretribus legem obnunciabatur. itaque auspiciorum quasi partus quidam erat obnunciatio: nec vnquam seruatum est de cælo, quin obnunciatum sit, siue prospera, siue aduersa signa essent: cum prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, aduersa impedirent. propterea sublatum esse à Clodio morem de cælo seruandi, scripsit Dio lib. XXXVIII. cum tamen antea ita diligenter auspicia seruata essent, vt M. Drusi legibus, quia contra auspicia latæ iudicarentur, senatus decreuerit populum non teneri. quod Cicer. lib. II. de Legibus, & Pedianus in commentario Corneliane tradidit. ergo cum hoc auspiciorum genere quasi cognatione quadam cohæret obnunciatio. at intercessio nihil habet cōmune cum auspicijs. auspicia enim ad religionem referebantur. quòd à cælo, id est, à deorum numine, pendere viderentur. intercessio autem humanæ potestatis erat, & cum à voluntate semper, nulla religionis obseruatione, manabat, tum ab ea voluntate nonnūquam, quæ ab omni religione dissentiret, & cum ipsa quasi deorum voluntate pugnaret. præterea seruare de cælo, augurum, atque omnium plane magistratuum fuit; quod suprà notauimus: intercedere verò, duntaxat ad tribunos pl. tum veteri sacratarum legum iure, tum, vt ego existimo, legis Aeliæ iussu pertinuit. loquor autem de intercessione ad populum, cum lex ferretur. nam in senatu, cum S. C. fieret, non tribunos pl. tātum, sed omnes, qui eodem potestate, quam ij, qui S. C. facerent, maioréue essent, intercedendi facultatem habuisse, diximus in libro de senatu. atque etiam, quod in eo libro non diximus, forensis, vt ita dicam, erat intercessio, cum prætori de priuata controuersia decernenti prætor intercedebat. cuius generis idoneus locus erit in libro de iudicijs. nunc persequamur institutū. Dixi, legis Aeliæ fuisse tria illa membra, de auspicijs, de obnunciatione, de intercessione; quæ Clodius sua lege sustulit: quartam de fastis diebus Fufia lege sanctum. itaque in oratione de prouinciis consularibus, in extremo, paulo distinctius locutus est Cicero, cum caput illud, de fastis diebus, separatum à reliquis posuit, reliqua verò tria separatim quidem & ipsa ab eo capite, sed ipsa tamen inter se coniuncta, vt dubitandum minime sit, quin hæc in vna lege simul fuerunt, sicuti simul sunt à Cicerone pronunciata. quod si in vna lege, ne illud quidem dubitandum de duabus legibus, Aelia scilicet, & Fusia, verum intelligamus. nam si de tribus coniunctis vnum aliquod in Aelia lege fuisse docuero; Aeliæ legi & reliqua duo tribui debere, concedendum, vt opinor, erit. doceo autem Pediani verbis obnunciationem Aeliæ legis fuisse. nam illud in Pisone, A P. Clodio, fatali portento prodigióq; reip. lex Aelia, & Fufia cuersa est, ipse sic interpretatur: Lege tulit P. Clodius tribunus pl. ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo seruaret. propter quam rogationem, ait, legem Fufiam, & Aeliam propugnacula, & muros tranquillitatis, atque otij, euersam esse. obnunciationem, quæ perniciosis legibus resistebat, quam Aelia lex confirmauerat, erat sublata. miror autem, cur eo loco nihil de sententia Fufiæ legis addiderit Pedianus, cum tamen ipsam legem simul cum Aelia nominarit, non enim tantum tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo seruaret; quod contrà lex Aelia iubebat; sed etiam, vt omnibus fastis legem ferri liceret: vt aperte demonstrant illa, quę sunt à nobis ex oratione pro Sextio recitata, & hæc in ea de prouinciis: Aut statuendū nobis est, legem Aeliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere; cum lex feratur, de cælo obseruati, obnunciari, intercedi licere. Verum, vt fortasse mutilus Pedianus, quia præterierit id, quod Fufia lege scitum Clodius abrogauit; non item mendosus in eo, quod de lege Aelia posuimus, satis enim plane loquitur, atque ita, vt cur de mendo suspicemur, caussam esse nullam videamus. quare habemus quod volumus, obnūciationem ad legem Aeliam pertinere. quòd si hoc ergo & illud, auspicia quoq;, à quibus obnunciatio deriuatur, & intercessionem ad eandem legem pertinere. &, si hæc tria ad legem Aeliam; vnum illud, quod reliquum est, de fastis diebus, ad Fufiam pertineat, necesse erit. eandem vtriusque legis sententiā, nisi fallor, attigit in epistola, Quæris, lib. I. ad Att. cum, cum ait, Lurco autem tribunus pl. qui magistratum simul cum lege Aelia iniit, solitus est & Aelia, vt Fufia, vt legem de ambitu ferret: inibant enim veteres Romani magistratum auspicato: neque omnino quidquam publice, nec domi, nec militiæ, sine auspicijs gerebatur. quod autem in tribunatu pl. Lurconi mandando factum erat, vt auspicia seruarentur, id vt ipse in lege de ambitu ferenda neseruaret, neq; auspiciorum vllam omnino rationem haberet, decretum est à senatu, neque hoc solum, sed illud simul, vt omnibus fastis legem ferre posset. quod lex Fufia vetabat. ideo enim soluit eum senatus & Aelia lege & Fufia, vt neque auspiciorū religio, neq; dierum ratio impedimento esset, quo minus primo quoq; tēpore perferri lex de ambitu posset. Has ipsas leges & in oratione pro Sextio lege Clodia significat abrogatas, cum ait: Mitto eam legē, quæ omnia iura religionum, auspiciorum, potestatū, omnes leges, quæ sunt de iure, & de tempore legum rogandarum, vna rogatione sustulit. Nā & si non nominat legem tamen Aeliam significari certum est, cum ait, Quæ sunt de iure, Fufiam autem, cum subiicit, Et de tempore. ius enim intelligit auspicandi, obnūciandi, intercedēdi, quæ sanxerat Aelia lex: tempus autem, quo legem perferri non liceret, fastos videlicet dies, de quibus cauerat Fufia lex. nec dubito, quin, cum dixit. Omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, ad sententiam potius Aeliæ legis, quàm Fufiæ, spectauerit. nihil enim horum video, quod ad Fufiā referri possit. nam ego quidem, in verbo. Potestatum, obnūciationum, & intercessionem significari puto; quæ legis Aeliæ fuisse, iam diximus. &, quāquam Auspiciorum, potestatum, dixit, ad interpretationem antecedētis verbi, Religionum; quod sæpe facit. & in dictione, Potestatū. & obnunciatio. & intercessio simul includitur: solam tamen obnunciationē ad religionē referto. nā intercessioni cū religione nihil erat cōmune; quod paulo ante demonstrauī. Ex iis, quæ attulimus, satis, opinor, constat, auspicandi, obnunciandi, intercedendi morem apud Romanos fuisse; quę pertinent ad ius comitiorum: quo de genere lex Aelia loquebatur. constat illud quoque, fastis diebus non licuisse haberi comitia legum ferēdarum caussa, sed comitialibus tantum. quod Fufia lege sancitum erat. Impediebantur autem comitia multis modis, primum Ioue fulgente, tonante: deinde, si tristrum fulmen esset: tum si quis eo morbo, qui inspiratur, corruisset; ex quo comitialis morbus dictus est. postremo si tribunus pl. intercessisset: quod fiebat hac voce prolata, Veto. Notauimus etiam illud apud Gellium, lege cautum esse, vt, quo die auspicia capta essent, eodem ea de re, cuius rei caussa, auspicatum esset, comitia absoluerentur. alioqui infirmum & inane populi iussum erat. Hæc, ex libro nostro de legibus Romanis.

CONCILIABVLA quæ primum fuerunt, nonnulla postea in municipij ius relata. de quo sic Frontinus in libro de limitibus agrorū. Quarū vrbium ex voluntate conditoris maxima pars finium coloniæ est attributa aliqua portio mœnium extremæ perticæ assignationis inclusa, sicut in Piceno fertur, inter montium Præcutianorum quandam oppidi partem Asculanorum fine circundari. quòd si ad hæc reuertamur, hoc cōciliabulum fuisse fertur & postea in municipij ius relatum. nā omnia antiqua municipia habent suum priuilegium. quicquid enim ad coloniæ municipiue priuilegium pertinet, territorij iuris appellant.

CVLINAE loca quædam publica in suburbanis dicebantur, inopū destinata functibus: vt sit Aggenus in libro de limitibus agrorum.

CVLTELLARE verbum antiquum fuit: de quo sic Frontinus in libr. de limitibus. Cultellandi ratio quæ sit, sæpe quæritur, cuius præmensi soli spatium consummamus, & illam eiuorum inæqualitatem planam esse cogimus. dum mensuræ latetibus inseruimus. cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planiciem redigimus. Cultellatus etiam lapis dicitur, vt est apud Hygenum, qui pentagoni recipit rationem.

DICTATOR, cuius in vrbe Roma summum ius, ac plane regia potestas fuit, lege lata, vt opinor, T. Larcio Flauo II. Q. Cæcilio cos. sine prouocatione creatus, & de consularibus lectus. Porro, cum de consularibus eū legi lex iuberet, sequebatur, vt de patricijs crearetur. cōsules enim tunc, & per annos deinde multos, patricij fuerunt: nec prius de patricijs legi dictator desiit, quàm creari duo consules patricij desierunt. non enim consul patricius dictatorē quenquam de plebe dixisset. itaque qui primus de plebe dictator fuit, C. Marcius Rutilus, is à M. Popillio Lænate consule plebeio dictus est. ita communicata plebi dictatura, anno ab vrbe condita CCCLXX. idque contra veterem consuetudinem, non tamen contra legem factum est. non enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, sed de consularibus iusserat; at C. Marcius consularis satisfecit igitur legi Popillius, cum consularem hominem dictatorem dixit, patricijs non satisfecit, quia consularem de plebe dixit, cum omnes antea de patricijs dici cōsueuissent. Eadē fortasse lege sancitum est, (legem certe, quæ hoc sanxerit, nominat Plutarchus in Fabio) ne dictator equo posset vti, idq; vel ob eam caussam, quòd, cum plus inesse robotis

re, ut in pedestribus copijs putaretur, propterea in legione permanere, nec locũ deserere deberet imperator, vel quòd, cũ ad alia omnia dictatoris esset singularis potestas, in hoc vno voluerunt cum populo inferiorem videri. Senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucoſſo contra veterem legem concessit, vt equo vehi posset: datúmq; id hominis virtuti, ac tempori, cum exitis ad Cannas Romanis, in vno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ spes reposita videretur. Dictaturæ spacium semestre fuisse, nec longius esse per leges potuisse, satis cõstat. duo tamen, propriam potentiam legibus ac libertati anteponentes, L. Sylla, & C. Cæsar, vterque patricius, perpetuam dictaturam armis inuasere. verum Sylla modestior. dictaturam enim sponte deposuit, solúsque, aut cum paucis comitibus in publico versari solitus est: eúmque à quodam ingenij satis liberi adolescente conuiciis acerbissimis vexatum historiæ produnt. Sylámque tum dixisse, Hic adolescens, ne quis vnquam posthac in deponenda dictatura me imitetur, efficiet. Cæsar etiam illud sæpe in ore habuit: Sylla nescisset literas: cum eius insciti am imprudentiámque in omittenda dictatura notaret. Ex nostro libro de legibus Romanis.

Dirimere, & dirimere, illud tabellarum, hoc suffragiorum video proprium verbum fuisse: neutrum autem, satis fuisse manifestum. dirimere tabellas significat, distribuere. diribebantur autem iis, qui suffragium laturi essent. de quo sic in oratione in Pisonem. Hoc certe video, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum. & in ea post reditum in senatu: Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodésq; vidistis? loquitur autem Cicero de lege pro ipsius reditu comitiis centuriatis lata. Nec dubito, quin legendũ sit, Diribeantur, non diripiantur, in ea in Pisonem, in eo loco: An expectas, dum de re LXXV. tabellæ diripiantur? ita hoc verbum non in comitiis solum, verum etiam in iudiciis vsurpatum patebit. nam hoc proximum exemplum satis plane iudicium, quod Pisoni Cicero minatur, significat. Plinius autem ad alias res transtulit hoc verbum. ait enim sic lib. XXXVI, cap. XV. Hic est ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Quod autem in oratione pro Plancio vir diligẽs & eruditus legendum putat, pro direptio, diribitio: rectius opinor sensisset, si, diremptio, reponere maluisset. cum enim populus, aut iudices tabellas, voluntatis indices, in cistas deposuerant, tum vt intelligeretur, quæ tabellæ legem probarent, quæ reicerent, aut quæ reum absoluerent, quæ condemnarent, omnes dinumerari, & separari necesse erat. id autẽ, dirimere, eáq; actio diremptio, vocabatur. id ita esse, plane demonstrat Varro de Re rust. lib. III. Comitiis, inquit, ædiliciis, cum ego atq; Axius suffragium tulissemus, Axius mihi, Dum dirimuntur, inquit, suffragia, vis potius Villæ publicæ vramur vmbra, quàm priuati candidati tabellas? sic enim scriptum est in veteribus libris, non, vt à quibusdã, huius verbi vim ignorantibus, nimis temere est intrusum, diribentur. In epistola quoq; IIII. lib. III. ad Q. Fratrem, Cato, inquit, diruptis tabellis de circulo se subduxit. vbi, diremptis, legi malim. perspicue autem huius verbi sententiam demõstrat Lucanus lib. V, in illo versu, Et nõ admissæ dirimit suffragia plebis, pro dinumerat & discernit. Hæc ex obseruationibus nostris.

Discedere, non est semper, de loco abire. nam lib. II. ad Atticum. Si possum, inquit, discedere, ne causſa optima in senatu pereat. id est: si possum consequi, si hunc exitum res habere potest. idem verbum ad eandem sententiam transtulit Terentius: apud quem ita loquitur Geta seruus in Phormione: Modo vt hoc consilio possit discedi, vt istam ducat. Ex nostris commenta. ad Att.

Duco, vetus locutio fuit, ducere se, pro latenter abire, ac discedere. Terentius in Hecyra, Vxor, inquit, vbi me ad filiam ire sensit, se duxit foras. & Plautus in Aululatia: Ego me deorsum duco de arbore. & in Bacchidibus: Ducte ab arbore. & Asinius in epistola ad Ciceronem: Balbus quæstor, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se à Gadibus. Ex nostris scholiis in epist. fam.

Edictvm. Duo genera edictorum fuisse video, vnum, quod initio magistratu, publice proponebat prætor vrb. ex quo toto anno ius diceret; alterum, quod ad singulas causſas pro re nata accommodaretur: quale fuit Alfij prætoris, quo Gabinium maiestatis reum adesse iussit: cuius mentio fit à Cicerone lib. III. ad Q. Fratrem. fuit autem proprium prætoris vrb. edictum illud annuum. nam reliqui septem prætores, qui de criminibus quærebant, factis pro tempore edictis vtebantur. Ex nostro commentario ad Q. Fratrem.

Equvs. tria genera loquendi Latini scriptores vsurpant, eques, equestris ordinis, equestri loco natus. quæ vtrum idem significent, an verò differant, & quatenus differant, considerandum. Eques & equestris ordinis, idem sunt. nam & eques quicunque est, & dicitur, idem equestris ordinis, & est, & dicitur: & contra. quòd si eques patre natus est, qui nunquam senator fuerit; is equestri loco natus dicitur. sin patre natus est senatore; eques quidem, sed non equestri loco natus. qui porro, cum eques fuisset, in senatum est allectus, eques non amplius dicitur, sed assumpto nobilioris ordinis nomine, senator; ornamenta tamen retinet equestria, anulum aureum, & equum publicum. itaque M. Cicero, cum equite Romano natus esset, nunquam, postea quàm in senatum peruenit, eques appellatur, sed senator. atq; ipse suis in scriptis, cum de ordine senatorio loquitur, nostrum appellat, cum de equestri, nõ item. is igitur non eques, neque equestris, sed senator, & senatorij ordinis iure dicebatur. Ac mihi venit in mentem, quod in quadam epistola scripsit M. Cælius ad Ciceronẽ. Nostri, inquit, equites nisi acutius vidissent, nostri, ob eam causſam dixit, quia vterque patre equite Romano natus erat. Potest igitur esse eques equestri loco natus, & eques non equestri loco natus. itémque potest esse senator equestri loco natus, & senator non equestri loco natus. cuius verò pater eques fuit, is, si senator factus est, desinit appellari eques, & equestris ordinis; eadem tamẽ retinet insignia, nisi si ea, ignominiæ causſa, notatus à Censoribus amisit. Ex nostris obseruationibus.

Exilivm. Mentionem ciuium Romanorum exulantium sæpe fieri videmus; cum tamẽ nulla lege damnatis ciuibus exilium sic irrogatum. quod ne vocari possit in dubium, ponam verba Ciceronis in oratione pro Cæcina. Exilium, inquit, non supplicium est, sed perfugium, portũsque supplicij. nam, qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt: hoc est, sedem, ac locum mutant. itaque nulla in lege nostra reperietur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vllum exilio esse multatum. sed, cum homines vincula, neces, ignominiásque vitant, quæ sunt legibus constituta, confugiunt, quasi ad aram, in exiliũ. qui si in ciuitate legis vim subire vellent, nõ prius ciuitatem, quàm vitam, amitterent. quia nolunt, nõ admittuntur iis ciuitas, sed ab iis relinquitur, atq; deponitur. nã, cum ex nostro iure duarum ciuitatũ nemo esse possit, tum amittitur hæc ciuitas deniq; cũ is, qui profugit, receptus est in exilium. hoc est, in aliam ciuitatem. Hæc Cic. quæ cum, non esse exilium vlla in lege nominatum, aperte docent: tum verò ideo multos in exilium ante damnationem sua voluntate profugisse, quia, legis pœnam, quam præsentes corpore subirent, vt vincula, neces, ignominiã aliquam omnino vitare vellet. nam etsi reo in exilium profecto, nihilominus causſa peragebatur, & sententiæ ferebãtur (id exemplo Fabricij, de veneficio condemnati, ex oratione pro Cluentio cõstat: qui cum, absolutione desperata, à subselliis sua sponte discessisset, eum tamen latis sententiis, absentem iudices condemnarunt: idémq; de Verre Pedianus significat, & in cõmentario Milonian. cum ait: Multi præsentes, & cum citati non respõdissent, damnati sunt) tamen, cum quod ad corpus attinet, aut ad præsentem ignominiã, ipse sibi iam reus caueret: ea omnia ducebat reliqua, sine sibi absenti aqua & igni interdiceretur, sine bona publicarentur, sive aliqua infamiæ nota inureretur. At idem Cicero ipse sibi quasi repugnare in Paradoxis videtur: vbi de exilio tãquam pœna legum, ita loquitur: Omnes scelerati, atq; impij, quorum tu te duce esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiã si solum non mutarunt. an, cum omnes leges exulem te esse iubeant, nõ eris tu exul? in oratione autem pro Muræna, nona ambitus lege, quam ipse tulit, senatores in exilium missos, his verbis demõstrat: Legem ambitus flagitastinquẽ tibi nõ deeratierat enim seueriſſime scripta Calpurnia. gestus est mos & voluntati, & dignitati tuæ. sed tota illa lex accusationẽ tuam, si haberes nocentem reum, forsſe armasset, petitioni verò resiagata est. pœna grauior in plebem alta voce efflagitata est: cõmori animi tenuiorum. exilium in nostrum ordinem: concessit senatus postulationi tuæ, sed non libenter duriorem fortunæ cõmuni conditionẽ te auctore constituit. Atq; hac ipsa de lege, déq; exilio x annorum loquitur & Dio lib. XXXVIII. nec desunt alia de ciuibus Romanis exulantibus exempla: quos tamen à lege, vel à iudicibus, qui ministri legum sunt, nominatim in exilium esse electos, non debemus opinari. quo modo igitur exules? Sciendũ est, exilij duo genera fuisse, voluntarium, & legitimũ: & voluntarij rursus duo genera, vnum, cum reus ante latas à iudicibus sententias in exilium abibat, vel vt legis pœnam vitaret, quod iam diximus; vel quia, cum se dãnatum iri perspicue videret, sponte vellet eam pœnã subire, quam paulo pòst leges ei sine dubio illaturæ viderẽtur; quod ij, quos paulo ante nominauimus, Verres, Fabricijúsque, omni prorsus absolutionis abiecta spe, fecerunt. nõ enim ante dãnationem ideo discesserũt, vt legis pœnam vitarent: quãdoquidem Fabricius nihil exilio grauius timere à iudicibus potuerat: cum Oppianicum qui mox eodem crimine præsens dãnatus est, nullam omnino præterquam exilij, calamitate tulisse cõstet. nec de repetundis, quo crimine dãnatus est Verres, alia præter exilium, & litis æstimationem, nocentes reos pœna sequebatur. quã vtranq; pœnam, post profectionem damnatus Verres tulit. Alterũ exilij voluntarij genus fuit, cum reus, post damnationem, quia multam à iudicibus dictam soluere non posset, ex vrbe discedebat. quod vt putem ei legibus, ad effugiendã multæ solutionem, fuisse permissum, adducor iis verbis, quę sunt in oratione pro Cęcina: In colonias Latinas sæpe nostri ciues aut sua voluntate, aut legis multa profecti sunt: quã multam si sufferre voluissent, tamen manere in ciuitate potuissent. Legitimum autem exilium erat, cum reus, non ille quidem verbo, re tamen ipsa in exilium mittebatur, vetus enim consuetudo fuit, inducta legibus, more confirmata, quæ non modo in rep. sed imperatorum quoque ætate, multisq; post secutis, viguit: vt, si quis exilij pœna dignus videretur, ei, nulla exilij facta mentione, tecto, aqua, igni interdiceretur. ita earum rerum, quæ maximè sunt ad vitam sustentandam necessariæ, vsu privatus cum vno aëris alimento contentus esse non posset, abire cogebatur. ex quo exulare ciues Romani dicebantur. patet hoc in oratione pro domo sua ita scriptum est: Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc est, mutandi soli causſa venerant, id autem vt esset faciundum, nõ ademptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebãt. Ac ne ciues quidem omnium improbissimi, atq; audacissimi, cum in suos inimicos, acerrimo incitati odio, non leges, sed priuilegia ferrent, exilium nominabant, sed iis aqua & igni interdicebant. itaq; & de ipso Cicerone, quod in eadem oratione legimus, P. Clodius tribunus pl. cui nihil in tota vita modestiæ fuit, qui in tribunatu pro sua libidine, neglecto more maiorum, ab rectis legibus, cuncta gessit, ita populũ rogauit: Velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua & igni interdicatur. neq; solum Clodius, sed antea quotquot homines maxime seditiosi, C. Gracchus, & L. Appuleius Saturninus de suis inimicis eodẽ modo tulerũt. est enim eadem in oratione ita scriptum: Ne tum quidem, cum aberã, negare poteras esse me tua lege senatorem. vbi enim tuleras, vt mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit. & minorem, sive mediam capitis diminutionem, cum ciuitas etsi non verbo, re tamen adimebatur. ita fieri solitum, tradit Iustinianus Inst. lib. I. de capitis diminutione, his verbis: Minor, sive media capitis diminutio est, cum ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei qui in insulam deportatus est. Ergo cum dixit Cic. aduersus Clodiũ in Paradoxis: familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si in operta Bonæ deæ accessisses, exulares, hoc significauit vt tibi aqua & igni interdiceretur. &, cum de ambitu dãnatis x annorũ exilio puniendis Dio locutus est, non aliud intellexit, quàm, vt iis in x annos aqua & igni interdiceretur. Erat autem, vt neq; flagitia sunt paria, sic hoc pœnæ genus neq; loci spatio, neq; temporis æquale. quibusdã enim tantum intra vrbem. hoc est intra pomœrij fines, aliis longius, aqua & igni interdicebatur. Hæc ex obseruationibus nostris. Sed, cum de exilio ciuium Romanorum, quod ad singulas causſas pro re nata accommodaretur, ita scripserimus, ne quis forsſe nouum aliquid, & à nostra sententia alienum, in hac nostra de exilio sententia requirat, ea, quæ de exilio Ciceronis, quod ei ex senatusconsulto datum est, scripsimus, hoc loco adiungemus. Cum igitur Cicero, ob eam causſam, quod ciuem Romanum indemnatum necasset, à Clodio tribuno pl. lege lata, quæ nominatim de Cicerone lata est, exilio multatus esset, & ad Tigranem regem Armeniorum, vel, vt alij, ad Ptolemæum Cyprium, vel, vt alij, ad Byzantios, vel, vt alij, ad Macedonas, vel, vt alij, ad Siculos, vel, vt alij, ad Cyzicenos, vel, vt alij, ad Rhodios, vel, vt alij, ad Athenienses, vel, vt alij, ad Thessalonicenses, vel, vt alij, ad Dyrrachinos, vel, vt alij, ad Epirotas, vel, vt alij, ad Troadenses, vel, vt alij, ad Lucanos, vel, vt alij, ad Bruttios

Universidad de Deusto Biblioteca

nem, aut certè paucos admodū extra Italiæ termiuos aquæ & ignis interdictione sommotos, qui videam Oppianicum, de veneficio, quod capitale crimen erat, damnatum, impune tamen ad vrbem habitare potuisse. notauimus enim hæc in oratione pro Cluentio: Cum vagus, & exul erraret Oppianicus. & huc ad vrbem profectus esset, cecidisse ex equo dicitur, & latus offendisse vehementer, & postea quàm ad vrbem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Quid, quòd Q. Pōpeium Rufum, & T. Plancum Bursam, vtrunq; de vi damnatum, quod ex Dionis historia constat, alterum Baulis fuisse, alterum Rauennę scribit M. Cælius in epistola ad Ciceronem? nam Cicero ipse quadringentis millibus passuum, non vlla communi lege, neque iudicum sententiis, sed iniquissimo P. Clodij priuilegio, per operas Clodianas lato, abesse iussus est, aqua & igni extra illum terminum interdictis. Milonis autem Massiliæ exulantis exemplum vix cum altero licet exemplo coniungere. graue enim facinus occiso in Appia via Clodio, à senatu iudicatum est: & fuit satisfaciendum populo, Clodij cæde concitato. ideóque noua lex perlata, & extra ordinem quæsitum, nec tamen satis habeo compertum, Massiliámne sedem exilij Milo delegerit, quòd citra esset interdictum aqua & igni, an vero, quod, cum propius vrbem, concedente lege, posset habitare, Massiliam tamen probauerit, ac voluerit. nec puto leges, aut iudices præscripsisse cuiquam, vbi esse deberet, sed nō posset nec verò iis, de quibus & Cicero in oratione pro Balbo, & historiæ loquuntur, Q. Maximo, P. Popillio, Q. Philippo Nuceria, aut C. Catoni Tarraco, aut Qu. Cæpioni & P. Rutilio Smyrna locus exilij definitus est: sed ipsi, cum Romæ esse non licetet, eas vrbes, vt iucundissimas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse beneuolas, ad habitandum legerunt. Memorabile illud fuit, quod legimus in Polybio: capite damnatis egredi palam ex vrbe licuisse; quòd si tribuum vna, quæ scilicet ad damnationem decisset, suffragium de reo nondum tulisset, facultatem reo esse datam exilij suo sibi arbitratu deligendi. exulibus autem commorari tuto licebat in qua vellent vrbe fœderata, vt Neapoli, Prænestę, Tybure. hæc Polybius: cuius ætate populus de capitalibus criminibus iudicabat. nam postea prætores quæsierunt, excepto crimine perduellionis, aut si quando tribunus pl. diem alicui diceret, suffragiumque de reo mallet à populo, quàm sententiam à iudicibus, & prætore, ferri. Quòd autem exilij tempus disparibus in culpis diuersum fuisse dixi; id ita verisimile est, vt exemplis probari multis non debeat: quare vnum ponam, etsi minime necessarium. Damnatis de ambitu aqua & igni per decem annos tantum interdicebatur: quod antea demonstraui. at damnatis de corrupto iudicio, in vniuersum vitæ tempus: quod in oratione pro Cluentio licet conijcere: huius in extremo, peritutum extra patriam Cluentium, si damnatus erit, his verbis significat: Quid enim profectum, nisi vt huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum reseruata, mors sepulchro patris priuata esse videatur? Ac de duobus exiliis, voluntario ac legitimo, vtrum fuerit grauius, venit in mentem quæri posse. legitimum existimo: primum quòd eos, quibus aqua & igni interdictum est, recipi tecto intra spatium interdictum leges vetant: quod iis non contigit, qui sua sponte in exilium profugerunt: deinde, quòd, vt ego arbitror, aliquanto turpius est, exulare legibus eiectum, quàm, exulare non eiectum. eiicitur enim ciuitate, cui aqua & igni interdicitur; qui verò sua voluntate discedit, non is ciuitate pellitur, sed eam ipse deserit, ac relinquit. huc adde, quòd, quibus interdicitur, ij senatores postea non sunt; & eos legi suo loco à censore in senatum leges prohibent: quibus verò non interdicitur, ij, etiam si vrbe carent, senatores tamen sunt. hoc in oratione pro domo didicimus: in qua hæc sunt, Ne tum quidem, cum liberam, negare poteras esse me senatorem. vbi enim tuleras, vt mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit, homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis ciuibus non vt esset interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed vt interdiceretur. vbi causisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptū est in legibus. Ergo, cum de pœnis capitalibus loquimur, aut exilium inter eas nominandum non est, quod lex nulla, nullum ob malefactum irrogabat: aut eo de exilio dicendum, quod etsi non nominaretur, necessario tamen, cum damnatis interdiceretur aqua & igni, consequebatur. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

EXTRA CLVSVM ager dicebatur, qui intra finitimam lineam & centurias interiacebat: ideóque extraclusus, quia vltra limites finitima linea clauderetur. & extraclusa loca sunt æquè iuris subseciuorum, vltra limites, & vltra finitimam lineam, quod genus agrorum si reipub. populi Romani, aut ipsius coloniæ cuius fine circundatur, siue peregrinæ vrbi, aut locis sacris, aut religiosis, æquè ad populum Romanum pertinentibus, datum non est, iure subseciuorum in eius, qui assignare potuerit; remanet potestate. Ex Frontino de agrorum qualitate.

EXTREMITAS in agro ita definitur ab Aggeno. Extremitas finitima linea est, quæ interuenit aut per iter publicum, quod transcendi non potest, secundum legem coloniam: quia omnis limes itineri publico seruire debet aut per limites siue terminos aliáque signa quibus territoria finiuntur: aut vbi insoluta loca remanserunt. hæc autem sunt loca quæ insoluta dicuntur: quæ aut in saxosis & sterilibus locis sunt, aut in paludibus, vbi nulla potuit exerceri cultura: quia, dum non esset quod excoli potuisset, nullis necesse fuit limitum regulis obligari. Ex Aggeno de limitibus.

FORIS quandoque pro passim vsurpatur. Cic. ad Q. Fratrem. Foris valde plaudit: id est, non solum in senatu, sed apud exteros etiam. & in epistola longa ad Lentulum: Cum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. In vulgus, idem alibi dixit, eadem sententia. Ex nostro commentario ad Qu. Fratrem.

GALLIA TOGATA non est, vt quidam credunt, ipsa plane cisalpina, sed cisalpinæ pars. togata enim incipit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: cisalpina verò initium quidem ipsa quoque capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. erant autem in togata multa municipia, multæ coloniæ Romanæ. propterea dixit Cicero in epist. 1. ad Att. Videtur in suffragiis multum posse Gallia, ius enim ferendi Romæ suffragij habebant omnia municipia, exóque omnes coloniæ, ideo Romanæ dicebantur, quia iura possiderent ciuium Romanorum nam Latinæ suffragium non habebant, sed tantum ius Latij, vnde appellatæ. Ex nostro commentario in epist. ad Att.

GENS, & familia inter genrem, & familiam illud interest, quòd gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. itaque illa tanquam totum continere videtur, hæc quodam modo partem. exempli gratia. Valerij omnes vnius esse gentis dicuntur, quia vno nomine continentur omnes. at verò partes gentis huius sunt plures, quæ ex cognominum varietate distinctæ sunt, exóque familiæ nominantur, vt in gente Valeria Maximi, Messallæ, Flacci, Læuini, Faltones: in Cornelia Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ; in Aemilia Mamercini, Lepidi, Paulli, Scauri, Barbulæ, itémque in cæteris. at verò Valerij omnes vnius sunt gentis. itémque Cornelij, atque Aemilij. itaque recte Festus gentem definit eam, quæ ex multis familiis conficeretur. Quod autem interest inter gentem, & familiam, idem interest inter genus, & stirpem, quæ quidem ita esse, ex his veterum historiarum Vrbis intelligitur. Sueronius in Galba: Imagines vniuersi generis exequi longum est, familiæ breuiter attingam. Qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut vnde traxerit, ambigitur. & Liuius libro XXXVIII: Scipio Nasica orationem habuit plenam veris decoribus non communiter Corneliæ gentis, sed proprie familiæ suæ. & apud Sueronium Cæsar: Ab Anco Marcio sunt Marci Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra. & in Augusto: Gens Octauia à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta, mox à Ser. Tullio inter patricias traducta. primus ex hac magistratum cepit C. Rufus. Is quæstorius Cneum, & Caium procreauit, à quibus duplex Octauiorum familia deduxit, conditione diuersa. & Cicero in Bruto: Funebres orationes ipsæ familiæ quasi ornamenta seruabant ad vsum, si quis eiusdem generis occidisset, & Liuius libro IX: Duodecim Portiorum familias fuisse, cum gens Portia tota interiit. & libro X: Iulia gens auctorem sui nominis nuncupat. & libro VII sic loquitur Valerius Cornus, Non, si mihi nouum hoc Corui cognomen diis auctoribus homines dedistis, Poplicolarum vetustum nostræ familiæ cognomen memoria excessit, & libro XL: Inde cognomen familiæ inditum, vt Annales appellarentur. & Catullus, Non decet tam vetus sine liberis nomen esse, id est tam veterem gentem, qualis erat Manlia. Hæc de gente, familia, & genere, nunc de stirpe dicam. Cicero pro Rabirio: Qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc fere, qui sunt eius stirpis, cupidissime persequuntur. & primo de Legibus, Hic orti stirpe antiquissima fumus. & in Lælio: Quia aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & generis in fabulam fuerunt. & libro 1. de Oratore Quid, qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumuiri iudicarunt? Cum Marcelli à liberti filio stirpe, Claudij patricij eiusdem hominis hæreditatem gente ad se rediisse dicerent: nónne in ea causa fuit de toto stirpis, & gentilitatis iure dicendum? & Suetonius in Claudio: Claudius Cn. Pompeio antiquissimæ stirpis Magni cognomen ademit. Quæ autem ratio est inter gentem, & familiam, eadem est inter gentiles, & agnatos. vt enim familia, aut stirps nos propius attingit, quàm gens, aut genus, sic agnati, quàm gentiles. siquidem gentilis, auctore Festo, dicitur, qui eodem ex genere natus. & is, qui simili nomine appellatur. recte. quatenus enim ait, Ex eodem genere, eos intelligit, qui eiusdem gentis eundem principem habent: quatenus, simili nomine, eos qui quanquam vno gentis nomine omnes vtuntur, tamen alium atque alium auctorem sui generis nuncupant. quo modo Cicero in prima Tusculana, se gentilem esse ait Ser. Tullij regis, quòd vterque simili gentilicio nomine vteretur, cum tamen è diuerso vterque fonte manaret. Cum autem ad Herennium scriptum sit: Si furiosus existat, agnatorum, gentiliúmque in eo, pecuniáque eius ius esto. item: Si pater familias intestato moritur, familia, pecuniáque eius agnatorum, gentiliúmque esto: agnati profecto videntur esse, qui ex eadem familia sint: quibus deficientibus gentiles subeant. nam Cicero dixit primo de Oratore: Iura gentilitatum, & agnationum. item: Ius gentilitatis, & stirpis. & de Legibus primo: Homines deorum agnatione, & gente tenentur: cum vtranque coniunctionem complecti vellet. Qui autem librum scripsit ante nos de nominibus, idem esse censet gentem, & familiam, gentiles, & agnatos. ait enim: Agnomen familiæ est appellatio, & gentis: vnde agnati, & gentiles dicebantur, qui ex eadem erant familia, vt Cicero in Topicis ait. & idem in Bruto Ser. Tullium regem gentilem suum ea causa nominat. mea autem sententia, Ciceronis sententiam percepisse non videtur, qui in Topicis gentiles eos definit; qui inter se eodem nomine sunt, id est ex eadem gente; familiæ verò, aut agnatorum non meminit. Est præterea intelligendum, Plinium gentiles nouo quodam modo appellare. siquidem seruos gentiles esse dominorum ait, quia eodem prænomine appellarentur, quo dominus, vt Marcipor, Quinctipor, id est Marci, & Quincti puer. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum.

GLADIATOR. plura genera gladiatorum erant, Samnites, Prouocatores, Retiarij, Mirmillones. ex his oppositi in pugnis Samnites, & Prouocatores: quod illa Ciceronis verba in oratione pro Sextio videntur ostendere: cum ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis empros, nominibus gladiatoriis ornarit, & sortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit. Retiarij autem, & Mirmillones componebantur: id quod Valerius Maximus libro 1, & Quinctilianus libro 11. declarat. Samnites ad pugnandum primo lenti: Prouocatores ex se nomen sumpserunt, quia certaminis initio prouocare aduersarios solerent. vnde Horatius in epistola quadam, Lento Samnites ad limina prima duello. Mirmillones & Secutores dicebantur: quod, si quis Festum, & Quinctilianum lib. VI, & Suetonium in Caligula legerit, facile poterit conijcere. de Secutoribus meminit & Cicero lib. VII. ad Att. & Iuuenalis Saty. VIII. Ex commentario nostro in orationem pro Sextio.

Cum munus gladiatorum significare vellent, gladiatorium, dicebant, vt libro 1. epistol. ad Att. item libro 11. bis, & Philippica IX, item in epistola Afinij, quæ est libro X. fam. Pedianus, Dare gladiatorium,

rium, etsi, cum subintelligeret, munus. Ex nostro commentario in epist. ad Att. Genera gladiatorũ plura: quorum primũ lusus equestriũ, duo enim equites, præcedentibus prius signis militaribus, vnus à porta Orientis, alter ab Occidentis, præcedebant in equis albis, cum aureis galeis, minoribus & habilioribus armis. Retiarius, ab armaturæ genere, in gladiatorio ludo cõtra alterum pugnantem occulte ferebat rete, quod iaculum appellatur, vt aduersarium cuspide insequẽtem operiret, implicitúmque viribus superaret. quæ armatura pugnabat Neptuno, tridentis causa. Secutor est ab insequendo retiarium dictus. gestabat enim cassidem & parmam plumbeã, quæ aduersarij iaculum impediret, vt, antè quàm ille ferret rete, iste superaret. hæc armatura sacrata erat Vulcano. ignis enim aquam semper insequitur. ideóque cum retiario cõponebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt. Laqueatorum pugna erat, fugientes in ludo homines, iniecto laqueo impedito prostrate, amictos vmbone pelliceo. Velitum pugna erat vt vltro citróque telo obiectarent. erat autem eorum varia pugna, & spectantibus gratior quàm reliquæ. velites autem vocati sunt, siue à volitatione, siue à ciuitate Etruscorũ, quæ Veletes vocabatur. Isidorus de etymologijs.

Id quod, pro ideo quòd veteres dicebant. Sic locutus est Terentius in Heautontimorumeno: Id quòd est consimilis moribus, conuinces facile ex te natum. & in Hecyra: Illico lætæ exclamant, venit, id quòd me repente aspexerant. & Liuius libro XLV: Id quòd erat vetusta cõiunctio cum Macedonibus. & libro III. ad Q. fratrem: Teneo ab accusando, vix me hercule, sed tamẽ teneo, id quòd iudices nullos habemus. Ex nostro commentario ad Q. fratrem.

Interrex creabatur, cum nullus esset in vrbe patricius magistratus. creabatur autem à senatu, nec à senatoribus cunctis, sed à patricijs tantùm. nec verò interrex poterat esse, qui patricius non esset: nec vltra quinque dies durabat. moris autem fuit, vt, qui primus interrex creatus esset, comitia non haberet: habebat autem vel secundus interrex, vel qui deinde facti essent. Ex nostris obseruationibus.

Italia sic describitur à Siculo Flacco in libro de cõditionibus agrorũ. Ab Alpibus in mare porrigitur: à tribus lateribus exteras gentes inuetur: à Sicilia vsque ad Galliam omne litus Africum ei est cõtrarium: sursus à Leucopetra pars, quæ ad mare attingit, Macedoniæ & aliquam Epiri partem spectat. Adriaticum verò litus Illyricum contra se habet.

Iudicia. Satis est obscura & perturbata iudiciaria cognitio, itaque studiosis vtile futurum putamus, si, quæ legendis veterũ libris obseruauimus, afferãtur. sic enim aut tota res patebit, aut certe minus obscura videbitur. Ac primum illud ponam, decem leges à me esse notatas, quæ diuersis temporibus Romæ de iudicijs latæ sint, Semproniam, Seruiliam, Liuiam, Plotiam, Corneliam, Vatiniam, Aureliam, Pompeiam, Iuliam, Antoniam: quibus de singulis agendum est. Ante C. Sempronij Gracchi tribunatum soli senatores, vetustissima, vt opinor, Romuli leges, iudicabant, exceptis caussis, in quibus de pecunijs ob iudicandum captis ageretur. nam de his ad equites quæstio pertinebat. idque non antiquum fuisse, sed tributum esse equestri ordini ætate Ti. Sempronij Gracchi Tiberij, & C. patris, qui etiam senatum, quòd id fieri passus esset, reprehẽderit, cum futuras ex eo publicas discordias calamitatésque prædiceret; Appianus historiæ suæ lib. 1. scriptum reliquit. C. Gracchus, Tiberij filius, tribunus pl. Cn. Domitio Ahenobarbo C. Fannio Nepote cos. legem tulit, quam paucis antè annis frater eius Tiberius ferre conatus erat, vt equites soli iudicarẽt. sic enim ex Velleio, Pediano, Appiano, Cicerone ipso cognoscitur. Postea Q. Seruilius Cæpio consul, qui postea cum Cimbris male pugnauit, legem rogauit, vt cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli iudicauerant, etiam senatores iudicarent: hanc tamen legẽ, quam & Cassiodorus, & Obsequẽs, & Cicero ipse latã significant, non multo pòst esse abrogatam, ex eo suspicor, quòd paucis pòst annis C. Norbanũ, quo accusante Cepio damnatus erat, nõ ab equitibus, & senatoribus, sed à solis equitibus esse iudicatũ, Cic. lib. de Oratore declarat his verbis. Animos equitũ Romanorũ, apud quos tum iudices caussa agebatur, ad Q. Cæpionis odiũ, àquo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam, atque reuocabã. Facit etiam mecum illa ratio, quòd, cum M. Liuius Drusus tribu. pl. Philippo & Cæsare cos. legẽ tulerit, vt cum equitibus senatores iudicarẽt, quod proxime probauimus: manifestũ est, solos equites ante Drusi tribunatũ iudicasse. Præterea, scriptũ est apud Ciceronẽ in oratione pro C. Cornelio, non ante legẽ Plotiã senatores cum equitibus iudicasse. at, legẽ Plotiã Põpeio, Strabone & Porcio Catone cos. latã esse, Pedianus docet. ex quo, legis Seruiliæ de cõmunicãdis inter equites & senatores iudicijs nullã habitã esse rationẽ, ac ne Liuiæ quidẽ, quæ id sanxit, facile cognoscere. Post Cæpionẽ M. Liuius Drusus tribunus pl. eius Drusi est cognoscere. Post Cæpionẽ M. Liuius Drusus tribunus pl. eius Drusi filius, quo tribuno pl. ad labefactandã C. Gracchi potentiã senatus vsus erat, L. Marcio Philippo Sex. Iulio Cæsare cos. tulit ad populũ vt cum equitibus senatores caussas cognoscerẽt. cuius legibus, Philippo cõsule referẽte, S. C. sublatis, in eundẽ, quo antea fuerat, statũ re iudiciaria restituta, soli equites ex lege Graecchi iudicarũt. Anno deinde interiecto, M. Plautius Silanus tribunus pl. Cn. Põpeio Strabone, L. Porcio Catone cos. qui fuit annus belli Italici secũdus, tulit ad populũ, vt singulæ tribus è suo numero quinos denos, per annũ iudicaturos, suffragio creabus ẽt, quo factũ est, vt senatores quoq; in eo numero essent, & quidã etiã factus, infensus equitibus, quia pro Cinnanis partibus steterãt, le gẽ tulit, vt nemo, nisi qui senator esset, iudicare posset. quod ante C. Gracchi tribunatũ fieri solitũ esse, diximus. Sylla mortuo, quod ille sanxerat, per annos XI. seruatũ est, hoc est vsq; ad Cn. Põpeij & C. Crassi primũ cõsulatũ: quo anno L. Aurelius Cotta prætor populũ rogauit, populúsq; iussit, vt tres ordines, senatores, equites, tribuni ærarij simul iudicarẽt, tasit, vt tres ordines, senatores, equites, tribuni ærarij simul iudicarẽt, tamẽtsi, & cẽturionibus aditũ ad res iudicãdas patuisse hac ipsa lege, & semetquẽtibus duabus, de quibus dicemus, Põpeia, & Iulia, cesu tamẽ prænini to, Cic. docet in Philippica prima. videtur autẽ Paterculus, nisi médosi to, Cic. docet in Philippica prima. videtur autẽ Paterculus, nisi médosi libri sunt, neq; tẽpus, neq; sententiã huius legis perfectè nouisse: qui libro II. le gẽ à Cotta latã per id tẽpus significet, quo Gabinius tribu. pl. rogationẽ tulit, vt Põpeius cõtra piratas summo cũ imperio mitteretur. quod falsum esse constat. nam Gabinius biennio pòst Põpeij consulatũ, hoc est Pisone & Glabrione cos. eã legẽ tulit: quod & Velleius ipse asserit, & inde facile licet existimare, quòd, absoluto bello piratico, statim C. Manilius tribunus pl. tulit ad populũ, vt Mithridaticũ bellum Põpeio mandaretur. id Plutarchus, Velleiusq; confirmãt. Manilia autẽ legem Cicerone prætore latã esse. Inculenta ipsius oratio declarat. posito Ciceronẽ gessisse prætura Lepido & Tullo cos. qui fuit annus post Pisonis & Glabrionis consulatũ proximus, quis est qui ignoret? teste habemus Pedianũ: vt alia, quæ facile probarent, argumenta prætermittã. tulit igitur de piratico bello rogationẽ Gabinius tribunus pl. Pisone & Glabrione cos. at Cotta, cum rogationem de iudicijs eo anno tulerit, quo designatus ædilis Cicero Vetrem accusauit, defendente Hortensio consule designato; plane videtur eo anno tulisse, quo Pompeius & Crassus consules fuerant, quod aperte Dio narrat. Hoc de tẽpore, quod ad sententiam attinet, nõ video, qui probari possit id, quod idem narrat, Cottam iudicandi munus inter equites & senatum æqualiter esse partitũ: cum, eam potestatẽ non his modo, sed præterea tribunis ærarijs esse permissam, sex centi loci demonstrent: nisi forte illud, (libẽter enim tueor antiquitatem) æqualitatẽ inter vtrunq; ordinẽ partitus est. ideo Paterculus dixit, vt significaret, non solum senatũ, vt antea, sed equestrem partiter ordinem post legem Aureliã iudicasse: vt ærarios tribunos, qui deinde cum senatoribus & equitibus iudicarũt, etsi non nominauit, non tamen exclusisse videatur. quo modo & Ciceronem lib. V. in Verrem locutum videmus. ait enim, cum Cottæ legem significet: Iudicium de iudicibus, & de te futurum est. at quo tempore futurũ estè nempe eo, cum populus R. aliud genus hominũ, atque alium ordinẽ ad res iudicandas requirit, nẽpe ea lege de iudicijs iudicibúsque nouis promulgata. Aliũ ordinem dixit, cum tamen non vno de ordine, sed de tribus, hoc est de senatoribus, equitibus, tribunis ærarijs in ea lege mẽtio fieret. Eodémque modo, cum censorum iudicia rescissa esse iudicum sententijs, significare vellet, in oratione pro Cluẽtio locutus est. Senatores, inquit, equitésque Romani in cõpluribus tam reis, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, quæ potius religioni, quàm cẽsorum opinioni, paruerũt. & in Diuinatione: Iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulatur. Pedianus etiam in commentario II. orationis in Verrem, Cottam, inquit, prætorem significat, qui legẽ promulgarat de restituẽdis equestri ordini iudicijs. cum tamen Cottæ lex non de vno equestri ordine, sed de senatoribus, equitibus, tribunis ærarijs mẽtionẽ faceret. Plutarchus etiam in Pompeio iudicia ad equites, ait, esse translata: cum tamẽ lege Cottæ inter tres ordines essent comunicata. Quòd si quis putat in vno ordine, quẽ Cicero ad res iudicandas requirit significat, simul cum equitibus tribunos ærarios intelligi; opinione fallitur. nam senatores, equites, tribuni ærarij, non ordines duo, sed tres à scriptoribus antiquis appellãtur. itaque Pedianus in cõmentario Cornelianæ, L. Cotta, inquit, lege sua iudicia inter tres ordines cõmunicauit, senatum, equitem, tribunos ærarios. & in cõmentarijs duarum orationum, in Pisonem, in extremo, pro Milone, in principio. Lex Vatinia secuta est. tulit enim eam, vt opinor, P. Vatinius tribunus pl. Cæsare & Bibulo cos. qua sententia, eondum inuenire potui: Sed fuisse popularem, cum Vatinius senatũ, senatus illum vehementer oderit, facile possum existimare. Lex Põpeia, quam tulit Cn. Pompeius Magnus in consulatu III, nihil ab Aurelia de tribus ordinibus discrepabat, (nam postea de tribus ordinibus iudicãtibus exempla multa sunt, maximéque apud Pedianum) sed ex amplissimo censu, è centurijs legi iudices iubebat. Iulia, quam C. Iulius Cæsar, rerum potitus, tulit, iudicia ad duo genera iudicum redegit. equestrem ordinem, ac senatorũ: tribunos ærarios, quod erat tertiũ, sustulit. Antonia consularis, M. Antonij, qui III. vir fuit, hoc sanxit, vt ad duas iudicum decurias accederet tertia è centurionibus, hoc est, vt cum equitibus & senatoribus (tertium enim ordinem, tribunos ærarios lex Iulia sustulerat) centuriones iudicarent. quod genus hominum ne superiores quidẽ leges, Iulia, Pompeia, Aurelia, iudicandi iure excluserant; sed præscripserant, quo censu eos esse oporteret: sicuti senatoribus quoq;, & equitibus, & tribunis ærarijs cẽsus erat præfinitus: cum in iudice, vt ait Cicero, & fortuna spectari deberet, & dignitas. Antonij verò lex plus æquo imprudens & dissoluta, quæ rationem census nullam habuit, omnibus, quicunq; ordinem duxissent, iudicandi potestatem permisit. atq; hanc Antonij legem de tribus decurijs non esse abrogatã, cum ille hostis iudicatus est, cum eiusdem legem de sacerdotijs abrogatam esse videam, è Suetonio cognoscitur: qui in Augusto ita scripsit: Ad tres iudicum decurias quartã addidit, ex inferiore censu, quæ ducenariorum vocaretur, iudicarẽtq; de leuioribus summis. Hæc de ordine iudiciorum, pro varijs legibus, vario. De numero autem iudicum, lex Gracchi CCC fecit, omnes ex equestri ordine, totidem, quot antea senatores iudices fuerant: lex Drusi CCCC equites, & CCCC senatores, numero pari: lex Plautij DXXV: fuit enim ex singulis tribubus, quæ XXXV erant, quinos denos creari: lex Syllæ CCC omnes ex ordine senatorio. lex Aurelia cum lege Syllæ de numero, vt opinor, congruebat. cum in ordinibus discreparet. nam lib. epist. fam. VIII, de iudicibus CCC, cum lex Aurelia seruaretur, mentionem fieri video, quod ita est, auctum deinde numerum esse lege Pompeij, vere dicemus: quia Velleius auum suum inter CCCLX. à Pompeio lectum esse narrat, eundémque numerum Plutarchus in Pompeio tradidit. lex Cæsaris, cum de tribus ordinibus vnum, vt diximus, sustulerit; numerum simul iudicum, vt ego sentio, communauit. lex Antonij cum tertiam decuriam addiderit; satis liquet, eorum, qui res iudicarent, amplior numerum esse factum, quem iterum & ab Augusto esse auctum cum ad tres decurias quartam addidit, facile cognoscitur. De iudicum ætate legem fuisse, ne quis intra XXX ætatis annum iudicaret, facile possum ex eo conijcere, quod Suetonius de Augusto scripsit: Iudices à XXV. ætatis anno elegit, id est, quinquennio maturius, quàm soiebant. Callistratus quidam iurisconsultus, lege Iulia cautum esse, ait, ne minor annis XX iudicare cogeretur, néve minorem annis XX compromissarium iudicem liceret eligere. Sanxit idem eadem lege, vt opinor, de numero patronorũ. nam ante L. Domitij Ahenobarbi & Ap. Claudij Pulchri consulatum raro quisquam pluribus, quam quatuor, patronis vsus erat. his consulibus M. Scaurum, de repetundis accusatum, tronis vsus erat. his consulibus M. Scaurum, de repetundis accusatum, sex defenderunt, eóque progressa res est, vt eadem causa post bella

ciuilia nonnunquam à duodecim patronis ageretur. cui licentiæ, vt in Pediano scriptum est, C. Cæsar dictator lege modum imposuit. Et forasse idem Cæsar, qua in lege de numero patronorum, in eadem tulit de ratione iudicandi. quod Gellius lib. XIIII. cap. II. significare videtur his verbis: Atque in rerum quidem diffissionibus, comperendinationibúsque, & alus quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massurij, & ex quorundam aliorum iurisperitorum commentariis commoniti sumus. Legimus etiam apud Priscianum de lege Lætoria, quæ minorem annis XXV. stipulari vetabat. Addatur aliquid de personis, quæ sacinus iudicare possent, & de caussis, in quibus possent, tum de indiciis, déque testimonij dicendi potestate. ac primum illud ponatur, legibus eos iure iudicandi non esse exclusos, quos ignominia censores notassent. id Cicero significat his verbis in oratione pro Cluentio. In omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus caussis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hæc ignominiæ caussa prætermissa est. timoris enim caussam, non vitæ pœnam in illa potestate esse voluerunt. & ibidem, paulo post: Prætores vrb. qui iure debent optimum quemque in selectos iudices referre, nunquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse duxerunt. Postea tamen inductum video lege Iulia, vt senatu mori iudicare non possent. quod & lege Cassius, de senatoribus, traditum est; & Paulus quoque, vt proxime docebimus, significat. Turpi autem iudicio damnatis ademptam esse iudicandi potestatem, idem Cicero in eadem oratione, paulo ante, demonstrat. Quod si, inquit, illud iudicium putaretur: vt cæteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur; sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. turpia, vero, famosáque iudicia erant, calumniæ, prævaricationis, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, pro socio, mandati, tutelæ, depositi, & alia quædam à Iuliano memorata digest. lib. I I I. Famosos etiam, non minus, quàm qui turpi iudicio damnati essent, Pegasus & Nerua filius eos iudicauerũt, qui quæstus caussa in certamina descendissent, aut propter præmiũ inscenam prodiissent. athletas autem, quia ludicram artem non facere, sed virtutis gratia exercere viderentur, infamia liberabant Sabinus & Cassius. quæ scripta sunt apud Vlpianum. Præterea, cum ab eodem ita traditum sit lib. digest. XLVIII, qui iudicio publico damnatus esset, eum ius accusandi non habuisse, nisi si libertorum, vel patronorum suorum mortem, vel rem suam exequeretur; consentaneum videri potest, eundem iudicandi munere exclusum, quanquam ad rationem accedit auctoritas. nam ita scriptum postea comperi apud Marcellum iurisconsultum. Omnes etiam de vi priuata damnatos iudicare lex Iulia prohibebat. qua de re Martianus his verbis lib. dige. XLVIII: De vi priuata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: & cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut vllum honorem capiat; néve in eum ordinẽ sedeat, ne ve iudex sit. Huc illa pertinent, quæ tradita sunt à Paulo iurisconsulto: quæ seruata credimus etiam reip. temporibus. nihil enim à iure, aut æquo dissentiunt. Quidam, inquit, lege impediũtur, ne iudices sint; quidam moribus: quidam natura. natura, vt surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio carent: moribus, vt fœminæ, & serui; non, quia non habeant iudicium; sed, quia receptum est, ne ciuilibus fungantur officiis: lege, qui senatu motus est. qui verò possunt esse iudices, nihil interest, in potestate, an sui iuris sint. Cum iudicibus recte coniungentur testes. itaque subscribemus ea, quæ de testimonio dicendo idem Paulus tradidit. Lege, inquit, Iulia, & Papia iudiciorum publicorum cauetur, ne cui inuito denuncietur, vt testimonium dicat aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum. Cassius etiam Longinus, cuius libri non extant; sed eorum testimonio Martianus digest. lib. I. vtitur; putabat, ei, qui ob turpitudinem senatu motus, nec restitutus esset, non licere neque iudicare, neque testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum ea fieri vetaret. Calumniæ damnatis publico iudicio quid liceuerit, satis aperte Papiniani præclara sane verba demonstrant. Quæsitum, inquit, scio, an io publicis iudiciis calumniæ damnari testimonium iudicio publico perhibere possint. sed neque lege Rhemnia prohibentur: & leges Iuliæ de vi, repetundarum, peculatus eos homines testimonium dicere non vetuerunt. veruntamen, quod legimus, omissum est. non omitteretur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Mulieribus quoque videtur licuisse testimonium dicere: si quidem, non licuisse de adulterio damnatis, Paulus indicat his verbis: Ex eo, quòd prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condẽnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere. Dictum est de iudicio, & testimonio: supereſt de indicio. Senatori indicium profiteri saluis legibus non licebat. aliis impunitas dabatur, nec tamen omnibus in caussis, sed proditionis, maiestatis, & siquid huiusmodi: in caussa repetundarum non dabatur: itaque nec per iudices agi solitum esse legimus. Non est ab hoc genere aliena Memmia lex: quæ, si vocarentur in iudicium ij, qui reip. caussa abessent, eorum recipi nomina vetabat. itaque C. Cæsar, cum in prouinciam, peracto consulatu, abiisset, & ab L. Antistio tribuno pl. Romæ appellatus esset, appellato collegio obtinuit, ne, cum reip. caussa abesset, reus fieret. Non abhorret à legibus de iudiciis lex illa, quam C. Calpurnio Pisone, M. Acilio Glabrione cos. C. Cornelius tribunus pl. tulit, vt prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: cum antea, vt quisque auaritia, aut ambitione ducebatur, varie ius dicere consuessent. de quo scriptum est apud Pedianum in commentario Corneliano. Sortiebantur autem iudices de tribus ordinibus, id est Senatoribus, equitibus, tribunis ærariis, primum quæstores vrb. deinde prætor vrb. ita fiebat, vt non modo prætorij, verum etiam consulares interdum vnà cum iis, qui nullos gesserant magistratus, indicarent. Dies autem, quos reo prætor dabat, vt adesset in iudicio, decem erant. Sic lib. III. ad Qu. fratrem: Decimus erat Cœlio dies. & Pedianus in commentario Corneliano, Cum, inquit, L. Cassius prætor decimo die, vt mos est, reum adesse iussisset, eóque die ipse non affuisset: circumuenti sunt ante tribunal eius accusatores à notis operarum ducibus. Ex nostris commentariis in epist. ad Att. & ad Q. Fratrem.

LAPIDVM finalium genera apud eos qui de limitibus scripserunt, multa reperiuntur. sunt enim hæc verba. Lapis fluuialis, cromaticus vocatur. lapis riburtinus, cæsalis dicitur. terminus coctus testaceus, vilageris dicitur. lapis albus silicenus, si per albus fuerit, Gallicensis nuncupatur: si mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet: nam in aliquibus locis terminos non dolatos posuimus, & nihil illis subter addidimus. lapis gammatus dicebatur, in quo forma gammæ, græcæ literæ appareret; qui pentagoni recipiebat rationem. vnde & gammati termini dicebantur.

LATINAE feriæ dicebantur, cum ex populis Latinis viri simul & mulieres in montem Albanum hostias adducebant: &, quatriduano sacrificio facto, accepta carne in suam quisq; ciuitatem digressi reuertebãt ea dicta visceratio; quoniam ex hostiis carnes in partes cæsæ distribuerentur. visceration em mox & Cæsar populo dedit, vt apud Suetonium legimus. Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latinorúmque magistratuum conuentu, cõsules procurabant: eũ interea cum populo agere non liceret: ob eam caussam Latinæ aliquando à consulibus instaurarentur, cum tribunis pl. obsistere vellent, populares leges, & reipub. perniciosas, ferre cupientibus, itaque ad Quinctium Fratrem lib. II, Consul, inquit, Lentulus dies comitiales exemit omnes. nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. sic legibus pernicios issimis obsistitur, maxime Catonis. Instaurabant Latinas etiam Pontifices, vt Liuius libro XXXII. tradidit. id autem fiebat, quasi iam, faciendis iis, aut prætermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. Primus eas in vnum diem Tarquinius Superbus instituit: secundus dies additus, pulsis regibus: tertius post secessionem in Auentinum: quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in cõcordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptiuæne an stativæ feriæ fuerint Latinæ. si Varronem, & Macrobium sequamur, antiquitatis vtrunque peritissimum; cõceptiuæ erant, non stativæ; concipiebantúrque in dies vel certos, vel incertos. Liuius tamen stativas indicat fuisse, cum ait libro XXV. Romæ consules prætoréſq; vsque ante diem V. cal. Mai. Latinæ tenuerunt. eo die perpetrato sacro in mõte, in suas quisque prouincias proficiscuntur. Non enim simile veri est, consules, cum victor Annibal vastaret Italiam, consulto in V. cal. Maij. qui dies à primo initi magistratus die, hoc est ab idibus Martij, XLIII. dierum spatio distat, Latinas distulisse, vt ipsi sibi diutinæ in vrbe mansionis necessitatem imponerent: cum ire in prouincias neque consulibus, neque prætoribus liceret, nisi Latinarum sacro perpetrato. aut igitur eas è stativis in ordinem conceptiuarum postea transisse credendum est: aut latentem caussam alij perscrutentur. Ex nostris commentariis in epist. ad Att. & ad Q. Fratrem.

LEGATIO LIBERA. qui sui negocij caussa, vt exigendæ pecuniæ, visitandi templa deorum, abesse ab vrbe diutius volebant, legatione libera, à senatu impetrata: vtebantur. erat autem ex hoc genere votiua legatio. nam ad Atticum lib. II. Libera, inquit, legatio vori caussa datur. Harum legationum definitum fuisse tempus, lege à C. Cæsare lata ostenditur his verbis lib. XV, ad Att. Et habent, opinor, liberæ legationes definitum tẽpus lege Iulia; nec facilè addi potest. ante legẽ Iuliam annuum fuisse tempus lege ea quam consul M. Cicero tulit, ipse declarat lib. III. de legibus. Hoc, inquit, genus legationis ego consul, nisi mihi leuissimus tribunus pl. intercessisset, sustulissem: tamen minui tempus, &, quod erat infinitum, annuum feci. quo in loco liberas legationes, quasi turpes, nec satis aut ordine senatorio, aut reipub. dignas multis verbis exagitat. Nomen autem liberæ legationis inde ortum videtur, quòd, introire in vrbem, & rursus exire, liberam legationem habentibus liceret. quod eodem in loco ostenditur, quem attigi iam, lib. XV. ad Atticum. cæteri porro honores, qui extra vrbem gererentur, ingredientibus in vrbem deponebantur. Ex commentario nostro ad Qu. Fratrem.

LEGIO, in quauis legione erant, ætas prima, triariorum; altera, principum; tertia, hastatorum; vltima, velitum, quæ velitibus exceptis, diuidebantur singulæ in decem centurias: singulis autem centuriis primarij centuriones præerant: eæq; in triariis ita appellabantur, primum pilum, secundum pilum, tertium pilum, & deinceps vsq; ad decimum pilum, in principibus, primus princeps, secundus princeps, vsque ad decimum; in hastaris, primus hastatus, secundus hastatus, item vsque ad decimum. duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita vsque ad decimum. velites verò in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. Cicero in epistola ad M. Brutum, Nasennius, inquit, octauum principem, id est octauam centuriam principum, duxit, Metello imperatore. Ex nostro commentario ad Qu. Fratrem.

LEX. In vrbe Roma nec nisi à magistratibus, nec nisi comitiis ferebantur, sed, quia nec vnus magistratus, nec vna comitia erant; vtrum ab vno, an ab omnibus magistratibus, & vtrum vnis, an omnibus comitiis ferrentur, aperiendum videtur. Ferebantur leges à magistratibus maioribus quatuor, vno minore à maioribus, prætore, & consule, qui ordinarij magistratus erant; item à dictatore, & interrege: qui maiores quidem, ordinarij tamẽ magistratus non erãt: neq; populi comitiis creabantur. censor autem, etsi erat inter maiores magistratus, ius tamen ferendæ legis, aut habendorum comitiorum non habebat. minor magistratus, qui leges ferret, tribunus pl. erat. nam ædiles curules, quæstores, ædiles pl. III. viri capitales, III. viri monetæ cudendæ, tribuni militum tam Rufuli, quàm Comitiati, etsi magistratus erant, leges tamen non ferebant. legislatores autem vel tributis comitiis, vel centuriatis, vel etiam, vt in imperio mandando, & in adoptionibus, curiatis legem ferebant. si tributis, aut cum S. C. aut sine: si centuriatis, é S. C. semper plus omnino dignitatis, atq; auctoritatis in cẽturiatis, sed potestatis non minus erat in tributis. æquè enim populus vniuersus tenebatur iis legibus, quæ tributis comitiis ferebãtur, atque iis, quæ centuriatis. idque sancitum esse lege à Q. Hortẽsio dictatore lata, Lælius Felix memoriæ prodidit: cum antè inter eo. quod statuisset plebs, patricij non tenerentur. non enim aduocare patricios tribuni pl. neque ad eos referre vlla de re poterãt. ita ne leges quidem proprie, sed, ple

sed plebiscita dicebantur, quæ tribunis pl. ferentibus accepta erant. Hortensius, quæ rogata plebs sanxisset, ea pertinere ad omnes Quirites voluit: siue, vt iura plebis augeret; quum plebeius ipse esset: siue vtili rep. consilio; quod in libera ciuitate dissimilem ciuium conditionem discordiæ semina putaret. Legem laturus magistratus, scribebat eam domi, & cum peritis consultabat, ne quid contra populi rem, aut voluntatem sanciret; ne forte pugnantia capita simul ferret, néve quid, quæ vetus aliqua lex, si ferretur, inane infirmúmque inberet esse: (& si, ne ferrentur lex, superiores omnes, præter sacratas, abrogabat) aut collegis, cognatis, affinibus mandaret: quod leges duæ, Licinia, & Aebutia, fieri vetuerunt, contra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim. quod in oratione pro domo traduum est, vt sibi Ciceronis ædes liceret possidere. etiam illud in scribenda lege cauebatur, ne pluribus de rebus, quæ non eiusdem generis viderentur, vna rogatione ferretur: quod fieri cum lex Cæcilia & Didia vetabat; itaq; à Clodio factum accusat Cicero pro domo sua; tum, faciendum non esse, indicat idem in suarum legum lib. 111. his verbis: Qui agent, non plus quàm de singulis rebus consulunto. nam, consulunto, est, populum roganto. consulitur enim populus, cum lex rogatur: itaque in oratione pro Milone, Nihil, inquit, de eius morte populus consultus, nulla quæstio decreta à senatu est. & pro domo sua: Si populus de ista re consultus esset. & Festus: Rogatio est cum populus consulitur. Addebatur illa exceptio; vt, si quid ius non esset rogari, ne esset rogatum. quod in oratione pro domo notauimus. item: si quid contra alias leges eius legis ergò latum esset, vt ei, qui eam legem rogasset, impune esset. quod fuisse translatitium, hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit Cicero libro 111. epist. ad Atticum. Hæc igitur, quæ proposui, quasi legitima à bonis viris in ferenda lege omnia cauebantur. sed, vbi rationem vicit libido; spreta bonorum consuetudine, nihil præter suam potentiam, & vtilitatem in lege spectarunt: ideo sæpe leges Clodij, aut Vatinij, alienas à more maiorum, acerbe reprehensas à Tullio videmus. Scripta lege, legislator bene de republica sentiens, antequàm eam promulgaret, referebat ad senatum; vt, quo plus ponderis maiorémque vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret. popularis verò, ac seditiosus magistratus sæpe, prætermissa senatus auctoritate, aut etiam contra senatus auctoritatem, legem rogabat. Promulgabatur deinde lex, id est, in publico ponebatur. est enim promulgare, vt ait Festus, quasi prouulgare. id autem & fiebat, vt inspiceret qui vellet, inspectam consideraret, non solum, vt intercedi posset ante quàm ferretur; verum etiam, vt aliquanto ante statuere cuiuis liceret, vtrum, cum ferretur, antiquanda, an accipienda lex esset. adde etiam illud, vt quiuis monere legislatorem posset vel de corrigenda. vel omnino de noua ferenda lege. Spatium autem promulgationis, vt ex Dionysio, & aliis patet, quacũque de re ferretur lex, erat trinundinum, id est per trinas nundinas. cum enim nundinarum causſa ex agris in vrbem ciues conuenirent; per trinundinum leges patere, vt à rustica plebe ter legi cognosciique possent, voluerũt. quòd cum M. Antonius non seruasset, inuehitur in eum Cicero Philippica v. his verbis: Vbi lex Cæcilia, & Didia? vbi trinundinum? & idem pro domo sua: Hora fortasse sexta dici questus sum in iudicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de rep. quæ mihi visa sunt ad illius miseri causſam pertinere, hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter, atque à me dicta erant, detulerunt. hora nona, illo ipso die tu es adoptatus, si, quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo. sin eadem obseruanda sunt; vt decreuit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ essent, populum nõ teneri: iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum pl. non fuisse. Neq; verò trinundinum ita interpretor, vt, ipso tertiarum nundinarum die latas esse leges existimẽ: cum & Macrobius lib. 1, Comitia nundinis haberi non potuisse, neque concionem aduocare, id est cum populo agere, licuisse, veterum testimonio probet: & Festus, nundinas non solum inter ferias, sed etiam inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicat; inter ferias, ne cũ populo agi liceret; inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, inquit, feriatum diẽ esse voluerunt antiqui; quò rustici mercandi vendendiq; causſa in vrbem conuenirent; eumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Aliud autem erat, cum populo agere; aliud, lege agere. cum populo agere, populum, est, ad consilium, aut concilia vocare, vt ait Festus: lege agere, ius experiri, in iudicio contendere. libro etiam 1 1 1 1. epist. ad Att. per duos nundinarum dies neque comitia esse habita, neque concionem vllam, his verbis Cicero declarat. Ante x. cal. nundinæ, concio biduo nulla. trinundinum igitur in eam sententiam dictum accipio, vt inter eum diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederent; quo & sæpius, & à pluribus, vrbem mercandi vendendique causſa visitantibus, promulgata lex cognosci posset. Post tertias nundinas, magistratus in eum locum, vbi legem laturus erat, siue in forum, siue in campum Martium, populum conuocabat. ibi cum legem præco, subiiciente scriba, recitasset; tum, (forte etiam in toto trinundino, quotiescunque populus coiisset, vel suadebant legem, vel dissuadebant: sed, maxime, ac vehementer fieri solitum quo die ferenda lex erat, consentaneum est) primum quidem is, qui legem promulgaret, populo suadebat, vt rogationem acciperet; sed post eum alij, non priuati modo, quibus ab aliquo magistratu concio daretur, (nam alioqui concionandi potestas priuatis non erat) verum etiam quandoque magistratus, pro suo quisque sensu, vel suadebant, vel dissuadebãt. suasorem rogationis eum, qui rogabat, fuisse, ita verisimile est. vt exemplis, quæ multa suppetunt, mihi esse vtendum in re minime dubia non existimem. quod autem minus verisimile est; vt aliquis eius rogationis, quam ferret, ipse dissuasor fuerit; id nisi testimoniis probem, credibile non erit. atque hocrum fiebat, cum magistratus non è sua, sed è senatus sententia rogationem ferebat: neq; enim prohibebatur dissuadere ad populum, quod nõ probauerat in senatu. Pisonis consulis exemplum habemus in epistola, Vereor. ad Att. lib. 1. Piso, inquit, consul, lator rogationis, idem erat dissuasor. quod Attico, vt nouum & iniquum scripsit Cicero; cum suadere suas rogationes reliqui solerent. vnde illud Attici ad Ciceronem lib. 11. de legibus: Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, vt ego, Vti rogas, possim edicere. loquitur enim Atticus cum Cicerone, vt cum magistratu legem rogante. & quemadmodum in eo libro personam Cicero sustinet magistratus legem rogantis; quod proxima superiora verba declarant: Si quæ forte leges à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra rep. nec fuerint, tamen erant fere in more maiorum; qui tum vt lex valebat: sic Atticus ciuem agit de ipsa lege suffragium ferentem. quod indicat illud: Vt ego, vti rogas, possim edicere. refert enim modum illum tabellarum, quibus scisebatur lex: quæ his duabus erant literis signatæ, V. R. id est, vti rogas: cum eæ, quibus lex reiiciebatur, vna litera, A, essent inscriptæ: quæ valebat, antiquo, hoc est, nihil nouari volo, antiqua probo. Priuatus legem Cinciam de donis & munetibus Q. Fabius Maximus suasit, Ogulniam de sacerdotiis P. Decius Mus, Voconiam de hereditatibus M. Cato ille Censorius, Corneliam de reditu Ciceronis Cn. Pompeius. Nec verò, qui priuati item leges dissuaserint, inuenire non facile est. exemplum habemus in oratione pro lege Manilia. Q. Hortensij: in libro de amicitia, C. Lælij, & minoris Africani. Manilium legem, de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandato, dissuasit Hortensius: Papirium, de tribunis pl. reficiendis, Lælius, & Africanus. atque hanc ipsam consuetudinem, vt priuati legem suaderent, aut dissuaderent, indicat Liuius lib. x l v. his verbis: Ita traditum erat, ne quis prius intercederet legi, quàm priuatis suadendi dissuadendique potestas facta esset: quo melius aut commoda legis aperirentur, aut vitia. quo persæpe euenit, vt aut ij, qui ad intercedendum venerant, desistetent; aut intercederent, qui non professi essent se intercessuros. & eodem libro infra: Cum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius ferre vellet, & priuatis lege dicendi locus esset; neque ad suadendum, vt in re minime dubia, quisquam procederet: Ser. Galba repente processit. item Cicero in oratione pro C. Cornelio; cuius extant reliquiæ quædam, cum Asconij commentariis editæ. Est, inquit, ius vetandi, dum priuati dicunt, dum sitella defertur, dum æquantur sortes, dum sortitio fit. quibus in locis cum & Liuius & Cicero de solis priuatis meminerint; non tamen eam potestatem solis priuatis fuisse debemus existimare. partem enim pro toto posuerunt; quia priuati & sæpius, & plures, quàm magistratus, aut pro lege, aut contra legem dicere solerent. Magistratuũ porro vel suadentiũ vel dissuadentiũ legem exempla habemus hæc. M. Porcius Cato, ille sapiens, prætor Luciniam de cooptatione sacerdotum ad populum transferenda dissuasit. legem Manilium prætor Cicero luculenta, quæ extat, oratione suasit: Agrariam Rulli ns, quæ extant, orationibus consul idem dissuasit. Verum hæc, quæ paulo longius, vt illustriora fierent, produximus, paucis admodum verbis libro de Legibus 111. Cicero comprehendit. Populum, inquit, docuero, doceri à magistratibus primatisque patiuntor. in quo significatur, vt & ipsi magistratus, qui legem ferent, doceant, hoc est de ipsa lege dicant: & dicere alios quoque tum magistratus, tum priuatos patiantur. Infra verò, eodem libro, cum dixit, De promulgatione, de singulis rebus, de priuatis, de magistratibus audiendis; priuatos posuit ante magistratus, cum supra primum magistratus, deinde priuatos nominasset. quòd si ad veritatem ordo referatur, prius nominari priuatos, deinde magistratos oportuit. prior enim priuatis locus in suadenda dissuadendaue lege ideo datus est, ne, si eos, qui magistratum gerebant, ante audissent, ab iis dissentire non auderent. idque Dio historiæ suæ libro x x x 1 x. scripsum reliquit. quos autem suadere, aut dissuadere leges solitos fuisse diximus, eos in oratione pro Flacco legis auctores Cicero appellat: eũ auctores intelligat vel accipiedæ legis, vel antiquandæ. Hæc de suadentibus dissuadentibúsq; legẽ: nunc de loco, vnde suaderent aut dissuderent. Nemo ad populum, nisi de loco superiore, concionabatur, siue is priuatus esset, siue magistratum administraret. id autem ob eam causſam, quo longius à stantibus in concione tum exaudiri vox, tum intelligi verba possent. concionabantur igitur, si in foro, de Rostris; quæ ad Comitium fuisse, prope iuncta curiæ, Pedianus ait: si in campo Martio, vel alibi, de suggestu, aut editiore aliquo loco. concionari autem magistratibus pro ea, quam habebant, potestate, omnibus licebat: priuatis, quod iam diximus, nisi concionem, id est concionandi potestatem, à magistratu aliquo acciperent, non licebat. & quia sæpius in foro, vbi Rostra fuisse diximus, quàm in campo, leges ferebantur: ideo sæpius pro Rostris, quàm in campo, conciones habebantur. multo enim plures tributis comitiis, quæ, legum quidem causſa, in foro, interdum & in capitolio habebantur, quàm centuriatis, quæ in campo, latas esse constat; cum tribuni pl. qui comitia tributa, nõ centuriata, habebãt, facillime ad leges rogandas adducerentur, quippe qui leges non ferrent ex senatus auctoritate: quod necesse erat de legibus centuriatis. Cum suaserant, dissuaserántve legem primo loco magistratus, qui legem ferebat, secundo priuati, tertio reliqui magistratus; tum præeuntibus sacerdotibus, vt scribit Dionysius, & diuina exponentibus, sitella, quam nominat Pedianus, deferebatur: in quam siue tribuum, si tributis comitiis lex ferretur, siue centuriarum, si centuriatis, nomina coniciebantur: deinde, sortibus æquatis, hoc est, ita agitata sitella, ne qua sors subsultaret, atq; exiliret, sed pariter omnes æquatæ iacerent, sortitio fiebat; quæque prima vel tribus, vel centuria, quæ secunda, quæ tertia de sitella exisset, eundem, quem sors dederat, in suffragio ferendo locum atq; ordinem tenebat. hæc dum agerentur; si quis tribunus pl. legi vellet intercedere, locus erat. nunquam autem ante suasionem dissuasionémque legis intercessionem fuisse, declarant illa proxime recitata, quæ Liuius lib. x l v, Cicero in oratione pro C. Cornelio tradiderunt. Et quoniam de intercessione, quæ legem impediebat, mentionem fecimus: (neque enim legi tantum, verum & senatus consultis, & prætorum decretis, aut iudicijs intercessum esse, animaduertimus) omnibus de causſis, quæ, quo minus promulgata lex perferri posset, impedimento fuerunt, dicendum nobis est. Hæ quinque traduntur: prima, intercessio: cum tribuni pl. quorum proprie intercedendi ius erat, edita voce illa, Veto, de qua meminit Liuius, intercedebant: cuius generis exempla

Universidad de Deusto
Biblioteca

sappetunt, altera, cum is, qui promulgaret, vel amicorum precibus adductus, vel senatus auctoritate commotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat: quod C. Manilius, & L. Cæcilius, vterque tribunus pl. diuersis temporibus fecerunt, ille in lege de libertinorum suffragiis, hic in ea, quam de minuenda ambitus pœna promulgauit. Tertia ratio fuit, cum, neque intercedente tribuno, neque eo, qui promulgauerat, consilium mutante, comitiales dies, id est eos, quibus agi cum populo licebat, consul eximebat, vel supplicationibus decernendis, vel feriis indicendis, non solum iis, quæ Latinæ dicebantur, quas indicere soli consules poterant, sed etiam iis, quæ imperatiuæ, quas non modo consulibus, verum etiam prætoribus ipsorum arbitratu licebat imperare. quo genere vsum esse Marcellinum consulem, vt C. Catonis tribuni pl. legibus obsisteret, videmus in epistola, Placiturum, lib. 11. ad Quinctum fratrem. Quartam causam, quæ & ipsa comitiis, quæcúque de re haberentur, impedimento esset, obnunciationem inueni: quam omnes plane magistratus, vt ego arbitror, habebãt. nam, quod oratione secunda in Antonium ita legitur: Nos nunciationem solum habemus, consules, & reliqui magistratus spectionem: duas dictiones. Nunciationem, & Spectionem, alteram alterius sedem occupasse, facile crediderim: vt augures spectionem duntaxat habuerint, magistratus si modo augures essent, vt erat Antonius, idem consul, & augur, simul cum spectione etiam nunciationem, hoc est obnũciationem, idq; cum ad ipsam Ciceronis sententiam magis quadrare, qui diligenter animum intenderit, intelliget: tum Festus Pompeius ita esse, deprauatis ille quidem verbis, satis tamen aperte significat in dictione spectio. legamus igitur in ea oratione sic: Nos enim spectionem, solum habemus, consules & reliqui magistratus etiam nunciationem. vt augures intelligar, cum, Nos, dicit: erat enim ipse augur: cum verò, Consules, subiicit, in eo notet Antonij consulis insciti㈠, qui se id auguratus iure posse diceret, quod, quia consulatum gerebat, multo facilius poterat. præterea, vt de magistratibus obnunciantibus, ita de auguribus de cælo seruantibus haud parum sæpe legimus. quod quidem spectionem significat: quæ tolleretur, si verum illud esset, Nos nunciationem solum habemus. Quòd si quis dixerit; ideo verum esse, nunciationem solum habuisse augures, quia spectione, nisi iussi à magistratibus, non haberent: facile refelletur. nam si augurum spectio non est; quia pendet à magistratuum voluntate: ne nunciatio quidem erit; quia pendet à spectione quî enim esse potest nunciatio, nisi spectio antecedat? præterea, si spectionem augur non habet, nisi iubente magistratu: ne nunciationem quidem habet, nisi eodem volente. neutram igitur habebit: quandoquidem non ipsius, sed magistratus in vtraque potestas est. quomodo igitur consistit illud, Nos nunciationem solum habemus: siue nunciationem pro renunciatione, siue pro obnunciatione accipias? Quinta impediendi ratio fuit, cum de cælo vel fulgebat, vel tonabat. erat enim in augurum disciplina, vt, Ioue fulgente, tonante, comitia dimitterentur. quo genere impedimenti Pompeius Magnus in secundo consulatu, ne M. Cato prætor crearetur, comitia dissoluit. Redeo ad institutum. Sortitione tribuum aut centuriarum facta, dicebat is, qui legem ferebat: Si vobis videtur, discedite Quirites. de quo Pediani verba subscribam. Cum, inquit, id solum superest, vt populus sententiam ferat, iubet vnumquemque is, qui fert legem, discedere. quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, vbi lex fertur, sed in suam quisque tribum discedat, in qua est suffragium laturus. populus enim confusus, vt semper alias, ita & in concione. Liuius autem libro 11, vbi de lege Lectoria loquitur, Consul, inquit, Appius negate ius esse tribuno in quenquam, nisi in plebeium. non enim populi, sed plebis eum magistratum esse; nec illum ipsum summouere pro imperio posse more maiorum: quia ita dicatur: Si vobis videtur, discedite Quirites. vbi, Discedite, dictum apparet, ad suffragia ferenda. libro vero 111, vbi de Terentia lege agit, idem significat, cum ait: quemadmodum se tribuni gessissent in prohibendo delectu, sic patres in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impediendã gerebant. initium erat rixæ, cum discedere populum iussissent tribuni? quòd patres se summoueri haud sinebant. Cum igitur, de concione iussi discedere, in suam quisque tribum, aut centuriam abiissent; priuatos homines inuenio, qui de lege laborarent, non modo populum, vt legem acciperet, ante lata suffragia rogasse, verum etiam, ne quid fallaciæ committeretur, ipsos aut tabellas distribuisse, aut distribuentibus aliis præfuisse. idque. diribere, proprio vocabulo dicebatur. quod muneris quia fere obiti curarique ab iis soleret, qui neque ætate graues, neque gestis honoribus insignes admodũ essent, id sibi & à senibus, & à dignitate præstantibus præcipue contigisse, glorioſe commemorat Cicero in Pisonem. Hoc, inquit, certe video, quod indicant tabellæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum: & quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excusatione, vel honoris; id in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte fecistis. eodémque verbo eadem de re vsus est in oratione post reditum in senatu. Nec dubito, quin legendum sit, Diribeantur, non Diripiantur, in ea in Pisonem, in eo loco: An expectas, dum de te 1 x x v. tabellæ diripiantur? Plinius quoque libro x x x v 1, cap. x v. hoc verbum vsurpauit. Hic est, inquit, ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Cistis autem suffragiorum custodiendis certos homines in comitiis præfuisse, qui nongenti fuerant appellati, idem Plinius libro x x x 111. cap. 11, scriptum reliquit. Tabellis distributis, primo loco ea tribus, aut centuria suffragium ferebat, quæ, omnium tribuum, aut centuriarum nominibus in sortem coniectis; prima de fitella, de qua iam diximus, sorte exierat: eáque prærogatiua dicebatur, quia prima rogaretur à magistratu, qui comitia habebat. At in prima tribu, aut centuria quis primus? videlicet is, quem magistratus legem ferens deligebat: deligebat autẽ, quem & dignitate præstare, & rogationi suæ præter cæteros fauere iudicabat. vtrúque cognoscitur in oratione pro Plancio: in qua ita scriptum est. Nam quod primus sciuit legem de publicanis, tum, cum vir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset: si in eo crimen est, quia suffragiũ tulit, quis non tulit publicanus? si, quia primus sciuit: vtrum id sortis esse vis, an eius, qui illam legem ferebat? si sortis, nullum crimen est in casu: si consulis, splendor etiam Plancij, hunc ab summo viro principem ordinis iudicatum. quo constat, ideo primum Plancium ad suffragium ferendum à Cæsare consule lectum esse, quia primus ordinis equestris iudicaretur. quod ipsum confirmant illa pro domo sua: Consulari homini P. Clodius, euersa repub. ciuitatem adimere potuit, concilio aduocato, conductis operis non solum egentium, sed etiam seruorum, Sedulio principe? dixit enim, Sedulio principe, pro, primo omnium suffragium ferente. quod apertius proxime ostendit, cum ait: Sin autem is primus sciuit: erat enim quodam modo legis ornamentũ, cum is eam sciscebat primus, cuius in ciuitate non leuis esset auctoritas. quod etsi satis clare indicant ea, quæ ex oratione pro Plancio recitauimus: tamen in hac ipsa pro domo sua idem fit illustrius. subiungit enim post ea, quæ proxime ad exemplum attuli, non magno intercallo: Tu huius, vt acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes, auctoritatem amplecteris. quasi Clodius Sedulij, tanquam clari hominis, nomen publicis in tabulis ad legem honestandam scripsisset, aut fortasse etiam in æs simul cum ipsa lege incidisset. Cum igitur ab eo, quem magistratus ipse primum delegisset, deincépsque ab aliis eiusdem tribus, aut centuriæ perlata suffragia erant, tum suffragiis in vtranque sententiam dinumeratis, &, quomodo veteres loquebantur, diremptis, numeróque eorum cunctis notato, eius tribus, aut centuriæ voluntas cognoscebatur, eáque à præcone renunciabatur, &, eadem in reliquis tribubus aut centuriis ratione seruata, ex maiore tribuum centuriarúmue numero vel antiquabatur, vel sciscebatur lex. ac de antiquata quidem lege nihil est dicẽdum. scitam autem, atque acceptam, omniũ ciuium iureiurando confirmari solitam legimus. itaque Q. Metellus, ille Numidicus, ne in legem Saturnini per vim latam iuraret, in exilium abire maluit, sibique potius de patria, quàm de sententia, decedendum putauit. quem anno post x l 1 1 1. imitatus non est M. Cato, is, quem Viticensem historici nominant: qui eum leges P. Clodij nullo neque iure, neque more rogatas putaret, in eas tamen iurauit, consilio vsus optimo, vt Cicero ait in oratione pro Sextio. nam ab eo, quod omnino ne fiat, fieri non potest, cum periculo dissentire, temeritatis videtur esse. Post iusiurandum, in æs lex incidebatur: quod indicat Liuius libro 1 1 1. his verbis: Prius quàm in vrbem consules egrederentur, leges decemuirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt. quod ipsum libro x. Dionysius confirmat. & Cicero in oratione 1 1 1. in Catilinam. Memoria tenetis, inquit, Cotta & Torquato cos. complures in Capitolio turres de cælo esse percussas: cum & simulacra deorum immortalium depulsa sunt; & statuæ veterum hominum deiectæ; & legum æra liquefacta. quod ipsum versibus deinde persecutus est in secundo de consulatu suo, vt libro 1. & 11. de diuinatione patet. eandem consuetudinem confirmant illa, quæ in 1. Philippica scripta sunt: Forum sepietur: omnes claudentur aditus: armati in præsidiis multis in locis collocabuntur, quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit, & in æs incidi iubebitis? quod etiam non multo ante dixerat: Quæ ille in æs incidit. in quo populi iussa perpetuásque leges esse voluit. pro nihilo habebuntur? exemplis non egemus: sed vnum Suetonij, quod in C. Cæsaris vita legimus. quod apertam rem multo etiam illustrius ostendit, apponemus. Marcus, inquit, Claudius Marcellus consul, edicto præfatus, de summa se rep. acturum, retulit ad senatum, vt ei succederetur ante tempus: quoniam, bello confecto, pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberetur; quando nec plebiscito Pompeius postea abrogasset. acciderat autẽ, vt is, legem de iure magistratuum ferrẽs, eo capite, quo à petitione honorum absentes summouebat, ne Cæsarem quidem excipieret per obliuionem: ac mox, lege iam in æs incisa, & in ærarium cõdita, corrigeret errorem. Ne illud quidem prætermittam, non in tabulis modo æneis, sed etiam in columnis incisas esse leges. de tabulis dubium non est: quas etiam aliquot, in hunc vsque diem seruatas, ipsi vidimus. de colũnis autẽ Cicero pro Balbo sic: Cum Latinis omnibus fœdus ictum Sp. Cassio, Posthumo Geminio cos. quis ignorat? quod quidẽ nuper in columna ænea meminimus post Rostra inciſum & perscriptum fuisse. qua ipsa de re Liuius lib. 1 1. sic: Tantum sua laude obstitit famæ consulis Marcius; vt, nisi fœdus cum Latinis, columna ænea insculptum, monimento esset, ab Sp. Cassio vno, quia collega abfuerat, ictũ; Posthumum bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. & Varro, vt apud Macrobium legimus, antiquissimam legem in columna ænea scripsit inciſam fuisse, cui mentio intercalaris asceriberetur. nec deest Dionis in historia testimonium; qui lib. x 1 1. columnas, quibus inciſæ leges legerẽtur, de cœlo tactas memoriæ prodidit. Scripta iam lege, promulgata, perlata, in æs incisa, (his enim quasi gradibus ad id, quod in lege vltimum ac summum est, peruenimus) vnum restat, vt, vbi custodienda reponeretur, ostendamus. Scire igitur oportet, non eandem legum omnium fuisse rationem, sed aliquot, maximéque tabulis æneis incisas, in publico proponi solitas, vt oculis ciuium paterent; quod exempla demonstrant; quæ verò æneas in tabulas essent inciſæ, eas ad ærarium delatas, quòd scilicet & S. C. ibi cum publicis pecuniis, omniúmque publicarum rationum libris conditæ asseruabantur. erat autem ærarium in Saturni Opisque templo: templum autẽ in vico Iugario, ad Capitolij radices: vnde septies millies 11-s, à Cæsare dictatore depositum, post illius interitum M. Antonius consul abstulit. & si tantũ Opis in Philippica 1, & 11, vbi hac de re Cicero loquitur, mentio fit; puto, quòd duabus cellis simulacra Opis & Saturni separatim dedicata colerentur, & ad Opis cellam propius, quàm ad Saturni, eam pecuniã Cæsar locasset. primis tamen reip. temporibus legem Iuliam in templo Dianæ, quod in Auẽtino monte fuit, repositã esse, legimus in historia Dionysij. Quæ ad rationẽ perferendæ legis attinerent, quæ fere ponderis alicuius esse viderentur; omnia, vt arbitramur, persecuti sumus. per latæ verò legis quę vis esset, primum vtrum maxima: deinde, si maxima, vtrum perpetua, breui differemus. Erat in lege summa vis; non solũ, quia, quod erat lege sancitum, eo Quirites omnes tenebãtur; quod tribus legibus, vna consulari Valeria Horatia, duabus dictatoriis, Publilia, & Hortẽsia, cautum est; (paucas tamen excipio, quibus non omnes plane ciues obstringebantur, quo de genere fuisse legem de repetundis, animaduerti:


lata enim

Hemeroteca Virtual de Prodigios

fuit enim subinde illas tres, consularem vnam, dictatorias duas, à nobis proxime nominatas: &, quicunq; postremum populus iussit, id ius rogi (esse XII tab. lege sancitum est) verum etiam, quia, non, vt prædam alia lege abrogaretur. abrogari verò omnes licuit, præter sacrata: quæ violatæ sæpe, abrogatæ nunquam sunt. abroganti verò non eadem, quæ violanti legem, pœna sancitur. cæteræ leges & abrogari omnes potuerunt, & abrogatæ multæ sunt. tametsi nulla lata lex est, quæ ipsa sit contra abrogationem, quasi sanctionis sepimento non munierit. grauiori pœna, multaue ei, qui abrogasset, irrogata. at multi multas abrogauerunt. neque tamen vllam propterea subiere pœnam. dixi iam, eo, quod antea iusserat: id lege XII tab. sancitum esse iussum autem populi & suffragia fuerunt, quibus abrogabantur leges. itaque, non quid antea populo placuisset, sed quid ei postremum placeret, spectari solebat. sensit autem in hoc genere populus non semper è rep. nam quemadmodum sæpe malas leges bonus populus, sic interdum bonas malus abrogauit. à senatu verò nunquam lex vlla, nisi reip. caussa, sublata est; vt, cum Apuleia, Mario consule referente, S. C. damnatæ sunt; quòd ab hoste reip. L. Appuleio Saturnino rogatæ essent: aut, cum Liuiæ consilio Philippi consulis sublatæ, quia contra auspicia, quæ seruari lex Aelia iubebat, à M. Liuio Druso latæ iudicarentur. erant enim quatuor omnino genera, (vt ipsa fere Ciceronis verba vsurpem, quæ sunt in oratione pro C. Cornelio) quibus per senatum more maiorum statueretur aliquid de legibus; vnum huiusmodi, placere legem abrogari, vt Q. Cæcilio, M. Iunio coss. quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarentur. atq; hoc genere non abrogabat legé senatus, (nam abrogare propriè populus dicebatur) sed, vt abrogaretur, statuebat. Alterum genus erat quæ lex lata esse diceretur, ea non videri populum teneri, vt L. Martio Sex. Iulio coss. de legibus Liuiis: quæ vt vno S. C. tollerentur, Philippus consul, Liuij inimicus, obtinuit à senatu. ideo autem, huiusmodi legibus non videri populum teneri, senatus decernebat, quia, contra auspicia latas esse, augures nonnisi. tanta Romæ fuit in auguribus auctoritas. de quibus li. II de Legibus hæc à Cicerone scripta legimus. Quid religiosius, quàm cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid, leges, non iure rogatas, tollere? Tertium, de legum rogationibus. quo de genere persæpe S.C. fiunt, vt de lege Calpurnia, de ambitu, quæ derogaretur. Quartum genus, quòd ea Ciceronis oratio mutila admodum est, neque in ipsa, neque in Pediano interprete, ac ne alibi quidem, quòd sciam, inuenitur, me tamen in eam partem coniectura ducit, vt existimem, cum aliquem senatus hostem iudicaret, simul, vt eius quoque leges, quæ quidem aduersus remp. essent, tollerentur, eodem S. C. aut alio, proximè facto iudicasse. quarum enim maxime legum caussa perniciosius patriæ ciuis damnatus sit, & à rep. remotus, eas ipsas leges in rep. non hæsisse, sed abiectas in loco esse, etiam si ab historia non prodatur, veri tamen simillimum est. quale fuit, quod de legibus Saturnini, proximè, & de legibus M. Antonij traditum est. postremum illud est, cum, verbo quidem, neque à senatu, neque à populo, tacito autem omnium consensu per desuetudinem leges abrogabantur. id quod & Iulianus Iurisconsultus notauit. Agamus nunc de loco ferendæ legis. is erat interdum Prata Flaminia, qui postea circus Flaminius dictus est, interdum etiam lucus Petelinus, quandoque Capitolium, sed plerunque forum, aut campus Martius de Pratis Flaminis, luco Petelino, Capitolio, Liuius testis est. de foro, declarant illa pro C. Rabirio Postumo: Si lex ferretur, conuolaretis ad Rostra. erant enim Rostra in foro. dixit autem, Conuolaretis ad Rostra, cum hoc subintelligeret, vtinde legem disuaderetis. & apertè in oratione I in Antonium, & in V, & pro domo; & vbi non? de campo, inde constat, quòd, cum leges centuriatis comitiis sæpe latæ sint; centuriata porro comitia in campo esse habita, omnes historiæ narrent: manifestè sequitur, vt leges centuriatis comitiis latæ, in campo latæ sint. Hic oritur alia consideratio, locóne sacro an profano ferretur lex. sacro potius, quàm profano, crediderim: primum, quòd in Rostris, qui locus erat auguratus, templúmque dicebatur, sæpe à magistratu ferretur: itaque pro Sextio, Princeps, inquit, rogationis Q. Fabricius templum aliquanto ante lucem occupauit. occuparat enim vt legem ferret. quod illa verba pro Milone declarant: Potuit ne Fabricio, viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulso? Occuparat autem Rostra, non templum alicui deo sacrum: quod ipse Cicero declarat infra, in eadem pro Sextio subiungens, Tribunos pl. ferro è Rostris à Clodio pulsos, Fabricium intelligens. sed clarissimè in Vatinium his verbis: Cum L. Vectium iudicem in Rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco collocatis. & Liuius lib. VIII. Naues, inquit, Antiatium partim in naualia Romæ sunt ductæ, partim incensæ: Rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornati placuit: Rostráq; id templum appellatum. Altera est ratio, quod leges à P. Clodio tribuno pl. in templo Castoris latas inuenio, quod indicat illud in Pisonem: eodem in templo, Eodem & loci vestigio. & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. Nam illud eodem in templo, ego sic interpretor. quo in templo legem de mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de templo legem mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de templo legem de mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de templo legem de mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de templo legem de

nem tenent, vnum vocabulum illis erat, decumanum nuncupabant matutini & vespertini & meridiani & septentrionis cardinem: alij verò ob regionum positionem & naturam appellauerunt maritimos & montanos: postea verò cum agri limiderentur & assignarentur, decimani quidem vocabulum permansit, vt ij qui Orientem Occidentémq; intuentur, decimani dicerentur: ij verò, qui meridianum & septentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, cardines sunt appellati. Et omnes limites dirimunt agros, centuriásque designant: qui, vt suprà diximus, in agris diuisis & assignatis semper peruij esse debebunt, & itineribus, & mensuris agendis. Limitum autem nomina hæc inuenimus in libello extremo eiusdem Flacci. Orientales, ait, dicuntur decumani: Septentrionales, cardines: item, maximi, C. M. Actuarij, Intercisiui, Quintarij, Cultellati, Nonarij, Maritimi, Temporales, qui solis ortum secuti sunt, Gallici, Regales, Subrunciui, Linearij, Sextanei, Tessellati, Diagonales, Montani, Austrinales, qui per anticam & posticam diuiduntur: Hypotenussales, qui angulis subiacent: Præfecturales, Egregij, Vndecimani, Duodecimani, Colonici, Passiui, Solitarij, Perpetui. Aggenus autem in libro de limitibus agrorum distinguit limitem à rigore his verbis: Limes est quodcunque in agro ad obseruationem finium opera manuum factum est. rigor verò suæ tectitudinis naturalis nomen accepit. Rursus Hygenus in libello & ipse de limitibus constituendis, sic: Antiqui mensuras agrorum normalibus longitudinibus inclusserunt. primum duos limites constituerunt: vnum, qui ab Oriente in Occidentem dirigeret: hunc appellauerunt duodecimanum, ideo quod terram in duas diuidat partes, & ab eo omnis ager limidatur: alterum à Meridiano ad Septentrionem, quem cardinem nominauerunt, à mundi cardine. Duodecimanum postea decimanum appellauerunt: quare à decem potius quàm à duobus, sicut duo pondo nunc dicimus dupondium, & quod dicebant antiqui duo viginti: nunc dicimus viginti. Similiter duo decumanus, decumanus est factus. Reliquos limites fecerunt angustiores; &, qui spectabant in Orientem, prorsus, qui ad Meridianum, transuersos appellauerunt. Limites autem appellati à limo, id est antiquo verbo, transuersi. nam & limum cinctum, ideo quod purpuram transuersam habeat. item limina ostiorum. postea prorsos & transuersos limites appellauerunt, à liminibus, quod per eos agrorum limina seruantur. postea apud quosdã nomina à loci natura acceperunt: & qui ad mare spectant, maritimos, qui ad montem, montanos appellauerunt. Omnis ergo huius rectura longitudo rationalis, limes appellatur. nec interest quicquam, decumanum dicamus, an limitem. decumanum autem primus, maximus appellatur, item Kardo: nam latitudine cæteros præcedunt. sunt alij limites actuarij, alij linearij. Actuarius est limes, qui primus actus est ab eo quintus quisq; quem si numeres cum primo erit sextus: quoniã quinq; centurias sex limites cludunt. reliqui medij limites linearij appellantur, in Italia subrunciui. Actuarij autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent pedum XII. per hos iter populo, sicut per viam publicam debetur. ita enim cautum est lege Sempronia, Cornelia, & Iulia. quidam ex his latiores sunt XII pedibus, vt si qui sunt per viam publicam militari acti. habent enim latitudines viæ publicæ. linearij limites mensuræ tantum disterminandæ causſa sunt constituti: & si finitimi interueniunt, latitudinem secundum legem Mamiliam accipiunt. in Italia itineri publico seruiunt sub appellatione subrunciuorum. habent latitudinem pedum octonũm. Hos conditores coloniarum fructus asportandi causſa publicauerunt. nam & possessiones pro æstimio vbertatis, angustiores sunt assignatæ: ideóq; limites omnes non solum mensuræ, sed & publici itineris causſa, latitudines acceperunt.

K Quintarius.



Secundum antiquam constitutionem limites diriguntur: quare non omnis agrorum mẽsura in Orientẽ potius quàm in Occidentẽ spectet. in Oriẽtem, sicut ædes sacræ. nam antiqui architecti in Occidentẽ templa spectare recte scripserunt. postea placuit omnes religionem eò conuertere, ex qua parte cæli terra illuminatur. sic & limites in Orientem constituuntur. Hæc Frontinus in libro de militibus agrorum.


LITERAE in terminis inuentæ quid significent, ostenditur in libro variorum auctorum de limitibus; in quo sunt hæc. A, si in termino inueneris, finem in proximum significat, aut aquam viuam designat. B, si in termino inueneris, bifurcium ostendit, aut triuium significat. C, si in termino inueneris, à centuria nunquam recedas. D, si in termino inueneris, decimanum ostendit. E, si in termino inueneris, vallem ante se significat, aut riuum, aut fluuium: & super se subrectiore loco per planitiẽ limes excurrit. F, si in termino inueneris, finalẽ causſam exponit, & in longinquo terminum ostendit. G, si in termino inueneris, sui termini auctorem, limitem tortuosum ostendit. H, si in termino inueneris, grandes longitias limitum ostendit, & rariora signa in fine inuenies. I, si in termino inueneris, viam significat, aut collis rigoré ostendit, hoc est iugum. K, si in termino inueneris, cardinem ostendit, quem terminum subtilissimum & speciosum inuenies, hoc est formosum. L, si in termino inueneris, suæ normæ factura designat, limitem gammatum, & in longinquo arcam finalem ostendit, & conuallia eius fundi si nem vindicant. M, si in termino inueneris, fines quadras designat & in proximo signa finalia inuenies. N, si in termino inuenetis, proximam aquam significat, & quadras fines habentes aquæ, à Septẽtrione artam marmoriam inuenies. O, si in termino inueneris à Septentrionali parte syluam demonstrat, & per ipsam syluam riuus currit, & trans riuum signa demonstrat. P, si in termino inueneris, pedaturam significat, extra aliis signis finalibus, vel quòd literas finales continet. has per singulos titulos inuenies, aliósque finales titulos sine nostris signis in agris posuimus, qui rationem ostendunt limitum, & causſam dirigunt finalem. Q, si in termino inuenetis à limite riuum. R, si in termino inueneris, per collicellum terminos inuenies. S, si in termino inueneris, supra possessionem multas aquas viuas indicat, quæ alueum transeunt. T, si in termino inueneris, trifinium ostendit. V, si in termino inueneris, terminum in collem meridianum ostendit, per limitem Orientalem. X, si in termino inueneris, quadrifinium exponit, & pro decumano finem habebis. Y, si in termino inueneris sub se fontanam proximam habet. Z. si in termino inueneris à sinistra prate fontem significat.

MAIESTAS. Crimen hoc esse maximum nemo nescit: interdum tamen capitale non fuit. nam Claudiæ Vestalis, Appij Cæci filiæ, C. Fun. & Ti. Sempronius ædiles pl. quòd populo R. calamitatem esset imprecata, multam dixerunt æris grauis XXV millia. quæ capitalis pœna non fuit, iudicium autem illud maiestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio significat. Et maiestas quidem multis modis lædebatur, his fere: vbi quid in populum suum, suámue remp. aut in magistratus, personámue principis commissum est: in populum, vt si quis exercitum hostibus tradidit; si exercitum solicitauit, delectúmue iniussu populi aut senatus habuit; si quis exercitum extra suam prouinciam iniussu populi duxit, aut ipse, relicto exercitu, prouinciæ finibus excessit; si quis remp. sua culpa male gessit; si stationem deseruit, si contra libertatem consilia iniit; si seditionem, aut bellum excitauit, si publicum hostem domi priuatus habuit; si ius ciuitatis aut magistratus imminuit; si præter dignitatem populi R. regio in comitatu fuit; si contra bonum publicum locutus est; quod maiestatis quidem crimen, non tamen capitale fuit; vt exemplo docuimus: præterea, si quis ad hostem transiit, aliúdue quid cum iis aduersus remp. pactus est. Hæc in populũ læsæ maiestatis crimina. in magistratum autem, vel in principis personam, si quis vim omnino vllam attulit; si tribuno pl. intercedenti non paruit, aut ab eo concionem auocauit, eúmue priuati loco habuit, vt puta, si occurrenti in via non cessit, si consilium plebis disturbauit: & huius generis alia; quæ facile possumus intelligere ex ea definitione, quæ prodita literis est: Maiestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus ciuitatis amplitudo constat. Hoc de crimine leges nominantur hæ, primum illa XII tab. de qua Polybius lib. v. vt, qui hostem concitasset vel ciuem hosti tradidisset, capite pœnas daret: deinde, tribuniciæ, Appuleia, Varia; consulares, Cornelia, Iulia, Antonia. Appuleiam tulit, opinor, L. Appuleius Saturnina tribunus pl. quem postea cum C. Seruilio Glaucia prætore C. Marius VI consul S. C. interfecit. Variam tulit Glaucia prætore C. Marius VI consul S. C. interfecit. Varius Sucronensis tribunus pl. qui Philippo & Cæsare cos. in locum M. Liuij Drusi interfecti tribunus pl. creatus est. huius legis hæc sententia fuit, vt quæreretur de iis, quorum ope, aut consilio bellum Italicum esset conciratum, quo crimine cùm essent multi condemnati; & ad plures præterea, quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere videretur: fecit sapienter senatus, qui decreuerit, ne, dum tumultus Italicus esset, iudicium vllum lege Varia fieret. Secuta est Cornelia, L. Syllæ dictatoris; inde Iulia, C. Cæsaris, in primo, vt puto, lata consulatu aut post victum in Pharsalia Pompeium. nam consul iterum, bello Pompeij, aut Alexandrino impeditus, abfuit. hæc lex damnatis aqua & igni interdicebat. Postremo Antonia, M. Antonij consulis, qui III vir postea fuit: quæ damnatis de maiestate prouocationem ad populum dabat. quod antea in vno perduellione, omnium de maiestate criminum grauissimo, licebat. In causſa maiestatis, & proditionis, impunitatem indici datam Pedianus ait: in causſa repetundarum negat. nulla verò prorsus in causſa senatoribus licuisse indicium profiteri, ne videlicet summi dignitas ordinis minueretur, affirmat. Ex Libro nostro de legibus Romanis.


MAGISTRATVS. L. Villius tribunus pl. rogationem tulit, quot annos nati quinq; magistratum peterent, caperentq;: vnde & ipsi, & posteris cognomen inditum, vt annales Villij dicerentur. hoc à Liuio traditum. sed quoniam, quis plane cuiq; magistratui petendo legitimus annus esset, nominatim hac lege expressum non inuenio; quid ipse legendo obseruauerim, breuiter subiiciam. Omitto quæsturam, tribunatum pl. ædilitatem pl. quia curules tantùm magistratus in lege Villia nominatos existimo. nam si quæsturæ (de tribus non curulibus magistratibus, exempli gratia vnum ponam) certum annum Villius sua lege statuisset, vnde postea tam incerta ratio. gesserunt enim quæsturam duo Gracchi, Tiberius & Caius anno ætatis XXVII, M. Cicero anno XXXI, C. Cæsar, is qui perpetuam dictaturam inuasit, XXXIII, M. Cato Vticæ sis XXIX. Quòd si quis dixerit, liberam fuisse, quo quis anno vellet, quæsturæ petitionem, modo peteretur post annum XXVI, qui esset ad petendum legitimus; ideo mirum videri non debere, Cicero, Cæsar, & Cato non eodem omnes anno petierint; quandoquidem satis duxerint leges obseruare, quæ petendæ quæsturæ annum definiebãt XXVI, gerendæ XXVII: hoc si quis obiicerit; ad coniecturam, id est ad rationem ipsam, confugiam. Quid enim? similéne veri est, C. Cæsarem (omitto Ciceronem: cui tamen, cum homo nouus esset, laborandum maxime fuit de dignitate, nec, quæ prima daretur, occasio negligenda) sed C. Cæsarem, quo nemo magis honores appetiit, nemo potestatis & imperij fuit auidior, cúmue verisimile est petitionem quæsturæ ab anno XXVI, si is legitimus esset, in annum XXXII distulisse; verum habeo, quo nitar, aliud paulò firmius argumentum. video enim Pompeium Magnum, cum annum ageret XXXV, consulatum gessisse, solutum videlicet legibus, meritorum ingentium in rempeximiæq; virtutis ergo. at eo anno magistratum per leges capi nullum potuisse, Cicero demonstrat in ea oratione, qua rogationem Manilian suasit. Quomodo igitur, dicet aliquis, Cicero ipse, & Cæsar, & Cato quæsturam ante annum XXXV ceperunt? Nam obscurum est, leges loqu

ges loqui de curulibus tantum honoribus, ædilitate, prætura, consulatu; quæsturæ autem, ædilitatis pl. tribunatus pl. rationem habuisse nullam. Sed recitentur verba Ciceronis. Quid, inquit, tam singulare, quàm vt, ex S.C. legibus solutus, consul ante fieret, quàm vllum alium magistratum per leges capere licuisset? Dicit, Vllum alium magistratum. quod, si de quæstura leges locutæ sunt, falsum est; cum, vt ostendi, quæsturam multi gesserint ante annum xxxv; quo anno gestum esse primum à Pompeio consulatum, quem Cicero significat, tum ex Appiano constat, tum ex Velleij historia, in qua scriptum est, periisse Pompeium Cæsare & Seruilio cos. anno ætatis suæ lviii. à quo anno si retrorsum numeres, cadet primus eius consulatus in annum eius ætatis xxxv. vt tamen ita supputes, non simul cum anno ætatis Pompeij finisse consulatum, sed cum ille iam annum esset ingressus xxxvi. ita cum fastis Capitolinis, & cum Appiano Velleij congruet historia. nam, quod ait Plutarchus, anno lix interiisse Pompeium, id quoque potest esse verum, hoc modo, vt primum eius ætatis annum capiamus C. Attilio Q. Seruilio cos. quo anno Pompeium esse natum, Velleius affirmat. tametsi, cum ait ipse Pompeium periisse anno lviii, non incipit numerare ab eo anno, sed à proximo sequenti; quòd scilicet non ita multo ante exitum consulatus Attilij & Seruilij, natus esset Pompeius, & exiguũ illud spatium in annorum numero videretur omittendum. Constat igitur, legem Villiam nihil de iis honoribus sanxisse, qui caperentur ante eum annum, quo Pompeius primum consul fuit, siue eum velis esse xxxv, siue malis xxxvi. nam ædilitatis curulis annus erat xxxvii. cuius rei argumentum est, quòd eam petiit Scipio Aemilianus xxxvi, &, solutus legibus, consul factus est. annum porrò fuisse eius ætatis xxxvi, Velleius demonstrat his verbis. Decessit M. Aquillio, C. Sempronio cos. anno ferme lvi. de quo si quis ambiget, recurrat ad priorem consulatum eius, in quem creatus est anno xxxvi. ita dubitare desiner. vt omittam, quòd cum ædilitas præturam, biennio antecedat, & prætura item biennio consulatum; consulatus autem geratur anno xliii, quod paulo pòst ostendemus, necesse est, vt gerendæ ædilitati legitimus annus sit xxxvii. Nunc agamus, quando satis de ædilitate dictum est, de anno præturæ. at hoc, si de ædilitate conceditur, in dubium vocari non potest, geritur enim ædilitas anno xxxvii: sequitur post biennium prætura: quod indicant & multorum exempla, & illa maxime verba Ciceronis in epistola ad Furnium: Si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset. ergo geritur prætura anno xl. Nec de cõsulatu difficilis probatio est. percurrantur fasti: neminem inuenies, nisi prætura biennio, saltem ante gesta, consulem fuisse. est igitur annus consulatus quadragesimus tertius. accedit Ciceronis testimonium in oratione quinta in Antonium: in qua sunt hæc, Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nõne tertio & trigesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus x annis minor, quam consularis. Hanc, opinor, legem Dio significauit, cum ait libro xxxix: Consules in senatu sententiam dixerunt, vt ei prætura daretur; licet nondum per leges liceret. quò spectauit & Plutarchus, cum dixit: Decreuit senatus, vt Catoni prætura extra ordinem daretur. & Valerius libr. iii, cum inquit: Cato Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia in vrbem deportauerat, cuius ministerij gratia senatus relationem interponi iubebat, vt prætoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alij tribueretur, id sibi decerni. Quanquam est quiddam, hac in re cur magnopere dubitem. nam, cum eo sit anno decretum, quo Marcellinus & Philippus consulatum gesserunt; certe per ætatem potuit Cato petere prætoram. tribunus enim pl. ante annos quinque Silano & Murena cos. fuerat prætura vero quadriennio tantum à tribunatu distat. eóque magis liquet, potuisse Catonem Marcellino & Philippo cos. petere prætoram, quod anno sequenti, Pompeio & Crasso cos. petiit, non vt designaretur, sed, vt creatus magistratum statim iniret; quòd anno proximo superiore habita comitia nulla fuerant: ideóque consules Pompeius & Crassus ex interregno facti sunt: qui deinde prætores crearunt. quòd igitur ob domesticas discordias Marcellino & Philippo cos. producta in annum sequentem comitia sunt; propterea Cato non petiit eo anno, petiit autem sequenti, consulibus, vt dixi, Pompeio & Crasso, creatis. quare, etiam si Plutarchus dixerit, Licet nondum per leges liceret: videndum tamen est, an senatus potius decreuerit, vt omnino Cato prætor crearetur, neque à populi suffragiis penderet, quorum dubius esset euentus. quam sententiam illa quoque videntur confirmare Valerij verba: Campestrem experiri temeritatem quàm curiæ beneficio vti, satius esse duxit. Verum paulò altius repetamus, quo pateat illustrius hæc tota cognitio; prima fuit, vt opinor, lex de magistratibus hæc; vt de senatu, id est de patriciis familiis, omnes magistratus crearentur: idque à Romulo institutum reliqui deinde reges obseruarunt. sanxit enim Romulus; quod ait Dionysius libro ii, vt patricij sacra curarent, magistratus gererent, ius dicerent, plebeij, qui rudes inopésque essent, agros colerent, quæstuariisque artibus operam darent: temperamentum illud tamen, quo ciuitatum concordia, id est salus ipsa, custoditur, maxime quæsiuit. nam, ne nimis in ordinem patricium videretur esse propensus, datum aliquid populo voluit &, vt is suis suffragiis magistratus crearet, leges scisceret, bella decerneret, curiatis comitiis tulit. Regibus pulsis, consul P. Valerius Bruti collega, duas leges tulit, quibus plebis potestas aucta, senatus & magistratuum imminuta; primum, vt magistratum nemo caperet, nisi qui à populo imperium acciperet: si quis aliter fecisset, capitali pœna puniretur; qui eum occidisset, ei impune esset; deinde, vt aduersus magistratum prouocatio ad populum esset; néue quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationem verberare, aut necare vellet. quam legem centuriatis comitiis esse latam, Valerius tradidit lib. iiii. De plebeiis magistratibus in Sacro monte primum lata lex est, quæ deinde Sacratæ nomen accepit, vt plebi, quæ patriciorum iniuriis nuda quodam modo pateret, si magistratus essent, iique sacrosancti; quibus auxilij latio aduersus consules esset; néue cui patrum capere cum magistratum liceret. qua lege tribuni pl. quinque primi creati sunt. Plebeij autem magistratus curiatis primum facti comitiis. Postea, tributis vt fierent, lege tribunitia, quam Publius & Lætorius tulerunt, cautum est. Sed magistratum omnino nullum ei gerere licebat, cuius pater in hostium potestate esset. quod ex Liuio colligitur. is enim lib. xxvii, Seruilium, inquit, negabant, iure aut tribunum pl. fuisse, aut ædilem esse: quòd patrem eius, quem iii virum agrarium occisum à Boiis circa Mutinam esse, opinio per x annos fuerat, viuere, atque in hostium potestate esse, satis constabat. & lib. xxx. de eodem: Latum ad populum est, ne Cn. Seruilio fraudi esset, quòd patre, qui curuli sella sedisset, viuo, cũ id ignoraret, tribunus pl. atq; ædilis pl. fuisset, cõtra quàm legibus sanctum erat. Verum, quia satis constat, plebeios magistratus fuisse, tribunatum pl. ædilitatem pl. patricios autem, ædilitatem curulem, præturam, consulatum: primum illud sciendum, plebeios magistratus appellatos, qui ab initio plebis causa sunt instituti; patricios item, qui patriciorum: deinde, totam hanc gerendorum magistratuum rationem paulatim esse permixtam, atq; commutatam. nam plebi, cui tãtum plebeij magistratus patuerant, post etiam ad patricios omnes aditus fuit. nec tamen mutatum est nomen: sed patricij semper magistratus dicti, qui primis temporibus patriciorum causa facti, postea communicati cum plebe sunt, plebeios tamen magistratus patricij homines nõ gessere, quia, credo, contra dignitatem ducerent, cum maiora consequi possent, minora persequi. Generale illud fuit, ne is, qui cõmitiis præesset, sui rationem in petendo magistratu haberet: idque lege vetitum, significat Liuius lib. x. Etiam, ne quis magistratum absens peteret, lege tulit Pompeius Magnus in tertio consulatu: in qua cum neminem excepisset, mox, soceri sui C. Cæsaris recordatus, lege iam in æs incisa, & in ærarium condita, correxit errorem, vno Cæsare excepto, quod à Tranquillo proditũ legimus. Ex libro nostro de legibus Romanis.


MENSVRA sic definitur, & exponitur ab iis, qui de limitibus scripserunt: quorũ hæc sunt verba, Mensura est, quidquid põdere, capacitate, lõgitudine, altitudine, latitudine, animoq; finitur. Maiores itaq; orbem in partes, partes in prouincias, prouincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in iugera, iugera in climata: deinde climata in actus, pertecas, passus gradus, cubitos, pedes, palmos, vncias, & digitos diuiserunt. tãta enim fuit eorum solertia. Digitus est pars minima agrestium mensurarum: inde vncia habet digitos tres. palmus autem quatuor digitos habet, pes xvi. passus ped. v. pertica passus duos, id est pedes x. Pertica autem à portando dicta, quasi portica. omnes autem præcedentes mensuræ in corpore sunt, vt palmus, pes, passus, & reliqua: sola pertica portatur. est enim x. pedum, ad instar calami in Ezechiele templum mensurantis. Actus minimus est latitudine pedum quatuor, longitudine cxx, climata quoque vndique versus pedes habent lx, ita,



ACTVS quadratus vndique finitur pedibus cxx. ita,



HVNC Bætici arapennem dicunt. ab arando scilicet. Actus duplicatus iugerum facit: ab eo quòd est iunctum, iugerum nomen accepit. iugerum autem constat longitudine pedum decentorum xl, latitudine cxx. ita,



ACTVM prouinciæ Bæticæ rustici agnam vocant: porcam idem Bætici xxx. pedum latitudine, & lxxx. longitudine definiunt ita,



SED porca est quod in arando extat: quod defossum est, lyra. Galli candetum appellant in areis vrbanis spatium centum pedum, quasi candeatum: in agrestibus autem, pedum c. quadratorum iustum candetum vocant. Porrò stadialis ager habet passus cxxv, id est pedes dcxxv, cuius mensura octies computata milliarium facit, qui cõstat quinq; millibus pedum. Centuria autem ager est ducõtorum iugerum, qui apud antiquos à centum iugeribus vocabatur: Sed postea duplicata, nomen pristinum retinuit. in numero enim centuriæ multiplicatæ sunt, sed nomen mutare nõ potuerunt. Frontinus autem sic in libro de limitibus, Mensura est complurium, & inter se æqualium interuallorum longitudo finita. mẽsura est, vt pes per vncias, per pedem decempeda, per decempedam actus, per actum passus, per passus stadium, per stadium milliarium. minima harum mensurarum pars est digitus. si quid enim intra digitum metiamur, partibus respondemus, vt dimidiam aut tertiam partẽ digiti. in pede porrectio semipedes duo, in pede cõstrato semipedes quatuor: in pede quadrato semipedes octo. pes habet palmos quatuor, vncias duodecim, digitos sexdecim. palmus habet digitos quatuor, vncias tres sextans, quæ eadem dodrãs appellatur, habet palmos tres, vncias nouem, digitos duodecim.

MVNICIPIA quidem putant à munitionibus dicta: alij à manificentia, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

via,quòd munificæ essent ciuitates, primáq; origo oppidorum, quæ ciuitates dictæ sunt,municipia nominata. Hæc Siculus Flaccus.

MVTI lapides in agrorum diuisionibus dicebantur, sine inscriptione appositi;ideo quia nulla significatione apparerent, quoto loco numerarentur. Ex Hygeno.

NVMERVS. notis quibusdam veteres vtebantur numeros significantibus.quas deinde ad literarum formam, scribendi consuetudine, paulatim conuertit librariorum inscitia. quas quidem notas, & earum significationē è regione subiiciam atq; hæ tredecim sunt, totidem,quot Priscianus agnoscit:ab eo tamen, quiddam est,cur dissentire cogar.

Antiquæ notæ:	Significatio	
I	1	vnus
V	5	quinque
X	10	decem
L	50	quinquaginta
C	100	centum
IↃ	500	quingenta
CIↃ	1000	mille
IↃↃ	5000	quinque millia
CCIↃↃ	10000	decem millia
IↃↃↃ	50000	quinquaginta millia
CCCIↃↃↃ	100000	centum millia
IↃↃↃↃ	500000	quingenta millia
CCCIↃↃↃↃ	1000000	decies centena millia.

NON erat autem, inquit Plinius, apud veteres numerus vltra centum millia. itaque & hodie multiplicantur hæc, vt, decies centena millia, aut sæpius,dicatur. Atque hæ notæ,si figuram consideres,eædem omnes sunt,nisi quòd in quinq; primis deprehenditur dissimilitudo. nam cùm scribimus CIↃ, siue IↃↃ, & inde quæ subsequuntur, duabus tantum vtimur notis, I & C, hoc tamen obseruantes,vt C post I non tanquam auersa, sed quasi respiciens constituatur, sic vnamquamque summam, quàm volueris immensam, explicari primis quinque notis animaduertes. Hæc est prima consideratio: sequitur altera, quòd à prima nota ad vsque eas, quas in extremo posui, alternis modo in quincuplum summa crescit, modo in duplum: quod, ipsas notas qui persequi singulas volnerit, intelliget. Priscianus autem hanc rationem tractat imperitè. primùm mille sic ait notari, X, & decem millia sic, CXↃ.in quo repugnat vetustatis obseruatio. triplex enim genus est, quod antiquitatem maxime testatur, lapides, libri, nummi. & cum ego in singulis non ita negligenter sim versatus, nunquam tamen X pro mille comperi, nunquam CXↃ pro decem millibus. sed idem labat in sua sententia:infert enim paulo pòst: Decem millia, quod verisimilius est, notatum per M, circumscripram ex vtroque latere:& M putat mille significare, quia nominis prima sit litera. quorum alterum concedo, vt M mille valeat: alterum, quia cum ratione pugnat,concedere non possum, vt M video mille significet,quòd in verbo mille princeps occurrat litera.mihi enim dubium non est, quin M inde sit detruncata, quòd veteres pro quingentis hac vtebantur figura IↃ: vnde contra Prisciani sententiam, qui de origine D nescio quid ridicule comminiscitur, facta, est D, negligentia simul & ignorantia describentium, dum antiquas notas elementa putant. ergo pro quingentis, vt dixi, scribebant IↃ,pro mille CIↃ: vnde fluxit M, errorem creante similitudine, quòd M quandoque ita scribitur CIↃ, vt minimum discrepare videatur à CIↃ.in antiquis autem libris & alias figuras pro mille vsurpatas licet animaduertere,vt ⌀ & CIↃ, quæ peperit minus accurata librariorum festinatio, id agentium, vt CIↃ vno calami ductu perficerent. etiam ∞ & ∞ pro mille reperias:quæ deriuatæ sunt ab CIↃ,corruptæ scilicet à corrupta.Quæritur etiam,cur L quandoq; pro I posita reperiatur,vt in hac figura CCCCIↃↃↃ, & similibus.huius quoq; mutationis culpam sustinet librariorum inscitia: qui cùm antiquam notam, L, longiusculam viderent, exempli gratia sic, CCCIↃↃↃ; decepti similitudine consonantem L putarunt, & pro CCCIↃↃↃ, scripserunt CCCLↃↃↃ. Hæc de numerorum notis, reliqua erant nonnulla: quæ,quia satietati legentium placet occurrere, prætermitto.hac de re paulò plenius agetur in libris de quæsitis per epistolam. Ex nostro commentario in Epist.ad Att.

PARS. multis partibus plures,pro multo plures, veteres dicebant. Cicero libr. I. epist.fami. Perspiciebant, inquit, multis partibus plures in Hortensij sententiam ituros. & libr. III. de finibus, Multis partibus malit. dixit, pro multo malit. item M. Cælius in epistola ad Ciceronem: Turpe tibi erit, Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus multo plures. etiam apud Cæsarem in commentariis illa nouimus: Quoniam numero multis partibus esset inferior. Suetonius quoque,non malus Latinitatis autor, in Iulij vita eodem loquendi modo vsus est. Ex nostris scholiis in epist.fam.

PARERE pro apparare, veteres dicebant.itaque scriptum est apud Siculum Flaccum, Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, interciderunt:& limites ipsi, id est rigores, non parentibus lapidibus difficile inueniuntur.Et Frontinus, Ante Iouem limites non parebant, qui diuiderent agros. Hygenus autem: Antiquæ mensuræ actus in diuersum nouis limitibus inciditur. nam Tetrantum veterum lapides adhuc parent,sicut in Campania finibus Minturnensium. Et apud Ciceronem in oratione pro Roscio Comœdo.

PECVLATVS à principio capitalis Romæ non fuit, & pecuniaria pœna, non capitis diminutione, notabatur. id significat Liuius libro XXVII, cum ait, M.Liuius erat, multis annis ante ex consulatu populi iudicio damnatus. quam ignominiam adeo ægre tulerat, vt & rus migraret, & per multos annos & Vrbe & omni cœtu careret hominum.ex his verbis, non esse M, Liuio aqua & igni interdictum, sed, affectum animo grauiter ex eo iudicio, iratum populo sua sponte vrbe cessisse, animaduerto. eum autem peculatus nomine esse damnatum, ex eo libello constat, quem nescio quis de viris illustribus compositit.& apud Liuium lib. XXXVIII. damato de peculatu L.Scipione Asiatico.Africani maioris fratre,litis æstimatæ, & carceris, nisi solueret, mentio fit: aquæ verò & ignis interdictio nulla nominatur, est etiam exemplum M.Camilli, qui vrbem Romam obsidione Gallorum liberauit.hic ob Veientanam prædam, vt ait Liuius,à L.Appuleio accusatus, XV.millibus grauis æris damnatus est.abiit autem in exilium ante iudicij diem:quia,cum se damnatum iri,de suis tribulibus & clientibus cognouisset,de patria maluit decedere, quàm iniquissimam multam populi suffragiis irrogatam exoluere. nam damnatis de peculatu vel quanti esset lis æstimata, soluendum erat,vel in vinculis,donec soluerent, miserrime viuendum. quod in Scipionis Asiatici iudicio Liuius significat.quòd si reus,iudicio non expectato, in exilium voluntarium abiisset: tunc accusationem quidem is, qui cœperat persequebatur; reum tamen absentem non alia, quàm pecuniaria pœna populus condemnabat: eamq; pecuniam soluere, si rediret, damnatus cogebatur,aut,si soluendo non esset,in carcerem ire. Hoc de crimine lex nulla nominatur:sed ante M.Aemilium Lepidum C.Flaminium Cos.quo anno superior Africanus à duobus Petilijs tribunis pl. est accusatus, iudicem senatum fuisse Liuius lib. XXXVII. significat.me tamen idem Liuius in dubitationem adducit, senatus ne, an populus ante eos consules, quos nominaui, de peculatu quæsierit. scribit enim duobus libris, XXVII,& XXIX.M.Liuium Salinatorem,post priorem consulatum à populo esse condemnatum.eam porrò damnationem peculatus nomine fuisse, iam ostendimus. Sed videlicet existimare possumus, quouis de crimine, si tribunus pl. aliquis esset accusator. populum iudicare potuisse:ne grauis auctor T.Liuius, damnetur inconstantiæ. Post Africani, eiusque fratris Asiatici accusationem, prætor cum iudicum consilio de iis,qui peculatus arguerentur, quæstionem exercuit. id opinor lege ab aliquo magistratu lata institutum. alioqui, quod senatus vniuersi munus erat, ad prætorem, certúmq; iudicum numerum, senatu negligente, translatum, vix putarim. Lege postea Iulia capitalis peculatus factus est: quod Iurisconsulti declarat. Peculatus pœna, inquit Vlpianus ad legem Iuliam peculatus, aquæ & ignis interdictionem continet:in quam hodie successit deportatio.porrò,qui in eum ritum deducitur, sicut omnia pristina iura, ita & bona amittit. Lege autem peculatus tenebatur, si quis pecuniam publicam surripuisset.vel, vt surriperetur curasset: si quis in aurum, argentúmve, aut æs publicum quid indidisset, vel immiscuisset, fecissetque dolo malo,quod id peius fieret. hæc apud Venuleium scripta sunt. Quod autem additur, eadem Iulia lege obstrictos fuisse qui æs, in quo leges incisæ erant, refixisset, vel quid immutasset aut in publicis tabulis deleuisset, induxissetve; hæc ego non ad peculatum, sed ad maiestatem retulerim. quòd si precio commissum id fuisset: ne sic quidem peculatus mihi videtur, sed damnati potius maiestatis, & corruptus, & corruptor, quædam enim incerta crimina in maiestatem conferebantur: neq; aliud crimen patebat latius. atque etiam, quod in lege Iulia peculatus ait Vlpianus scriptum fuisse,ne quis ex pecunia sacra religiosaq; auferret, intercriperet, in rem suam verteret, non peculatum magis, quàm sacrilegium, fuisse existimauerim. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis imperator pecuniam ex præda captam penes se priuatim retinuisset, eámq; nec in triumpho tulisset, nec in ærarium retulisset. Pœna peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis. nam qui prædam ad hostibus captam surripuerat,in quadruplum damnabatur: cæteris autem aqua & igni interdicebatur. postea irrogata est alia lege deportatio, obrogata interdictionis pœna. Et quoniam,vt repetundæ,ita peculatus publicum furtum fuit; propterea, vt in repetundis, sic in peculatu æstimationes fiebant litium,contráq; hæredes, vt scripsit Papinianus ad legem Iuliam peculatus, actio dabatur. peculatum tamen, quod ante quinquennium esset admissum, obiici non oportuit, si Venuleio credimus. Ex libro nostro de legibus Romanis.

PARRICIDIO, criminum omnium de maiestate fuit atrocissimum. nam tunc est, cum in ipsam remp. vel in personam magistratus, aut principis infertur iniuria. cognoscebatur autem non à prætore, sed à II viris. deinde ad populum erat prouocatio. itaque & Horatium illum,qui sororem occidit,& Sp.Cassium Vicellinum, qui de regno cogitauit,perduellionis accusatos,alterum à populo esse absolutum,alterum condemnatum,&, bonis publicatis,necatum, Liuius monimentis historiarum prodidit:quanquam Horatij factum,parricidium, non perduellio, videtur fuisse: & lege parricidij, quam Numa Pompilius fecerat, iudicatum esse, Hostilij regis iussu, Pompeius docet.cur igitur perduellionem Liuius nominat? ait enim: Rex, concilio populi aduocato, II viros,inquit,qui Horatio perduellionem iudicent secundum legem,iacto.caussam hanc,fortasse veram,licet opinari: vel quia Numa, vir sanctissimus,parricidium omne perduellionem voluit esse, vel quia,si non omne parricidium,saltem illud,quod in cognatos, affinésve committeretur.Lege perduellionis.primum II viri iudicabant, deinde ad populum erat prouocatio. declarat hoc oratio pro Rabirio perduellionis reo:ex qua primum à II viris, deinde à populo de Rabirio iudicatum esse,cognoscitur,quod etiam Suetonius tradidit. quanquam, multo ante,iudicem hoc de crimine populum fuisse, non modò Horatij proximo demonstratur exemplo, verum etiam ex eo, quod à Plutarcho in Poplicola de Vitelliis, & Aquillijs, qui Tarquiniæ gentis vtriq; fuerũt, proditum est. nam, cum de Tarquinio rege restituendo cogitassent, damnati à populo pœnas morte debitas luerunt. Arq; hoc vno crimine damnatos necare ciues Romanos licuisse,cum eo tamen, si populus ita iudicasset,(nam, alioquin ne liceret, Sempronia C.Gracchi tribunicia lege sancitum est) satis plane constat:quippe, cum & crucem Rabirio à Labieno accusatore in campo constitutam Cicero dicat; &, mortem lege Iulia irrogatam; posteriores etiam Iurisconsulti tradiderint, rei quoq; memoria post mortem condemnata. Notat Vlpianus,purgãdum fuisse crimen perduellionis etiam successoribus; si forte reus obiisset antequàm de eo iudicatum esset. Quemadmodum autem omnium de maiestate criminum perduellio grauissimum fuit: sic à populo iis comitiis, quæ maxima omnium erant, centuriatis, inquam, iudicabatur.quod in ea,quam proxime nominaui, oratione pro Rabirio declaratur.Idémq; Liuius, Valeriúsq; significant, qui centurias nominant in eo perduellionis iudicio,quod de Ti.Graccho,& C.Claudio censoribus, accusante tribuno pleb.fiebat. nec dubito, quia Attilius ille Calatinus, Q.Fabij Maximi socer, quem scribit Valerius oppidi Soranorum proditione

ditione reum ad populum esse factum, centuriatis & ipse comitiis causam dixerit, cum apud eum proditio quæ in Rempub. grauis iniuria est, videatur esse perduellio. itaque miror, (vt almud ex alio) cur proditionem & maiestatem Pedianus quodam in loco separatim nominauerit: cum proditio certe in maiestatem includatur, atque etiam, vt ego existimo, perduellio sit, nisi sit vt species, quomodo philosophi loquuntur, à genere seiunxit. perduellionem scilicet à maiestate. nam & vocabulum ipsum, prodere, videtur proprie ac directe perduellionem spectare. est enim, vbi quis cum hostibus aduersus Remp. conspirat. Ex libro de legibus Romanis.

PERTICA à portando dicta, quasi portica. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

PLEBEI. plebeij Romæ multi fiebant ex patriciis. sicuti contra ex plebeiis patricij, id cum fiebat adoptione, nomen mutabatur. quod opinor satis constare. cum vero non adoptione, sed aliquo priuilegio aut à plebe ad patres, aut à patribus ad plebem transibant; conseruabatur nomé. quod Octauiæ gentis exemplo Suetonius ostendit: ait enim, modo patriciam, modo plebeiam fuisse, nomine conseruato. & Dio lib. XLII, P. Cornelium Dolabellam qui Ciceronis gener fuit, transisse ad plebem, tradit. ex quo postea tribunus pleb. factus est Dolabella: nec desiit esse Cornelius, sed desiit esse patricius. nam lib. XLIII. Epist. Fam. Cicero P. Cornelium vocari dicit eum qui Dolabellæ beneficio ciuitate à Cæsare victo iam Pompeio, donatus erat. quod factum est post illud tempus, quo transisse ad plebem Dolabellam scripsit Dio. video etiam in historiis tribunum pl. nominari Minucium Augurinum, factum videlicet ex patricio plebeium nomine conseruato. nam antea Minucios omnes patricios videmus. Ex nostro commentario in epist. ad Q. fratrem.

PLINTHIDES quid sit, Hygenus in libro de limitibus declarat his verbis. Quæstorij dicuntur agri, quos populus Romanus, deuictis pulsisq; hostibus, possedit, mandauitque quæstoribus vt eos venundarent: quæ centuriæ nunc appellantur Plinthides, id est latercuti: easdem in quinquagenis ingeribus quadratas cluserunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt. Idem in eodem libro sic, Sunt plinthides, id est latercuti quadrati, vti centuriæ per sena millia pedum L. limitibus inclusi, habentes singuli latercuti ingera numero I. CC. L.

PRAENOMEN. Romana prænomina ad triginta fuisse, ex Varronis sententia tradit Valerius. hæc autem fuisse videntur, Agrippa, Appius, Aulus, Cæso, Caius, Cneus, Decimus, Hostus, Lucius, Mamercus, Manius, Marcus, Numerius, Opiter, Posthumus, Proculus, Publius, Quinctius, Seruius, Sextus, Spurius, Tiberius, Titus, Tullus, Vibus, Volero, Vopiscus. Peregrina verò prænomina fuere, Ancus, Aruns, Lar, Lucumo, Metius, Numa, Petro, Pompo, Sertor, Tallus, Turnus, Volusus. de quorum prænominum origine, ac significatione, quoniam qui de nominibus modo scripsere, nihil dixerunt, nos ea scribemus, quæ à veteribus tradita, à nobis, quanta maxima fieri potuit diligentia, sunt collecta. Agrippa, Festo auctore, vocatus, qui cum labore matris sit natus, exempli causa in pedes contra naturam, & non in caput, id est ab ægio partu. item Nonius Marcellus, & Quinctilianus libro IX. Appius ex Sabinorum prænomine Actio venit. vt ait Valerius: idque Romæ Claudiorum fuit; quorum princeps Actius Clausus dictus est. de quo Liuius libro II. Auli dicti, qui diis alentibus nascerentur, vt ait Valerius. Cæso, qui ex vtero matris exectus est: quod tradunt Festus, Valerius, Plinius libro VII. cap. IX. Caius à gaudio patrum appellatus, vt ait Valerius. Cneos vel ab insigni aliqua re, quasi γνωστὸς, vel à γίγνεσθαι, id est generatione futura, dictos tradit Valerius & Festus. Quinctus, Sextus, Decimus, à numero dicti sint, teste Varrone vt, qui quinto, sexto & decimo quoque loco esset natus, is demum primis temporibus Quinctus, Sextus, & Decimus diceretur. Hostus, inquit, Valerius, fuit prænomen in eo, qui peregrè apud hospitem natus est: fuitque prænomen Lucretij Tricipitini, collegæ L. Sergij consulis. Macrobius libro I. Sat. qui in hostico procreatus esset, eum Hostum fuisse vocatum scribit. est autem mendum apud Valerium: Hospes enim legitur, non Hostus. quòd autem legendum sit Hostus, ex eo intelligi potest, quòd Liuius Lucretium Tricipitinum, cuius meminit Valerius, Hostum vocat. & in Consulibus Capitolinis scriptum est, P. LVCRETIVS HOSTI F. Macrobius etiam lib. I. Hosti Hostilij mentionem facit. Lucij duplex origo traditur à Valerio. aut enim à Lucominibus Etruscis dictus est, vt Lucumo Tarquiniensis. qui se L. Terquinium appellauit; aut is demum Lucius appellatus est, qui lucis initio natus est, quod scribit etiam Festus, & Varro. Mamercus prænomen gentis Æmiliæ fuit, de quo Plutarchus in Numa, & Aemilio sic, Mamercus fuit Pythagoræ filius, à quo Numa Pompilius rex filium Mamercum nominauit, qui auctor, & princeps gentis Aemiliæ fuit. Festus autem prænomen Oscum esse putat, quòd Osci Martem Mamercum appellauerint. Manius dictus est, qui mane est ortus; aut hominis causa, quasi bonus: manum enim antiqui bonum dicebant. quæ tradit Varro libro II. de analogia, Valerius, Festus, Macrobius lib. I. Sat. Zosimus autem, Græcus historiarum autor, lib. I. tradit, Manium in gentem Valeriam profectum esse à quodam Valerio, qui primus sacra diis Manibus fecit. Marcus dictus est, qui mense Martio natus est, vt ait Valerius. De Numerio sic Festus: Numerius prænomen nunquam antea fuisse in patricia familia dicitur, quàm Qu. Fabius, qui vnus post sex & trecentos ab Etruscis interfectos superfuit, inductus magnitudine diuitiarum vxorem duxit Oraciij Maleuentani, vt tam dicebantur, filiam, ea conditione, vt qui primus natus esset, prænomine aui materni Numerius appellaretur. & Valerius ita: Numerio sola patricia familia via est Fabia. iccirco quòd CCCVI apud Cremeram flumen cæsis, qui vnus ex ea stirpe extiterat, ducta in matrimonium vxore filia Numerij Oraciij Maleuentani sub eo pacto, vt, quem primum filium sustulisset, ei Numerij prænomen imponeret, obtemperarit. hinc mendose apud Ciceronem lib. I. de Diuinatione legitur ita: His adiungatur etiam somnium Aeneæ, quod innumerum Fabij Pictoris Græcis annalibus scriptum est. cum sit legendum. Quod in Numerij Fabij pictoris. fuit enim alter Fabius pictor prænomine Quinctus, qui de rebus Romanis latine scripsit, Gellio, & Nonio testibus, qui eius sæpe verba Latina proferunt, itémque Cicerone de Legibus libr. I. qui eum inter historicos Latinos numerat. at qui Græce iisdem de rebus scripsit, is videtur fuisse Numerius nominatus, quem tamen lib. I. Dionysius Quinctum nominat. Hac ratione in oratione pro Cluentio Numerios Aurios legimus, & lib. III. de Oratore Numerium Furium, & lib. II. de Diuin. Numerium Suffucium, & apud Pedianum Numerium Quinctium. Opiter dictus, cuius pater, auo viuo, mortuus est: quasi qui post obitum patris genitus sit, aut qui ob patrem auum habeat. quod prænomen Virginio Tricosto consuli fuit. Valerius, & Festus. Posthumus, qui post humatum patrem est natus. Varro lib. II. de analogia, & Plutarchus in Coriolano, vt Posthumus Cominius, & Posthumus Aebutius: de quibus Valerius. Proculus, qui natus sit patre peregrinante patria procul, vt ait Plutarchus in Coriolano. Valerius autem, qui patre sene natus sit, quasi procul ætate progresso, cum Proculum esse vocatum dicit. Publij, ait Valerius, qui prius pupilli facti erant, quàm prænomina haberent. alij, ominis causa à pube. Seruius is primum dictus est, quem seruiens mulier peperisset, vt de Ser. Tullio rege scribit Dionysius. at Valerius, qui, mortua matre, in vtero fermatus est. Spurius dictus, qui sine patre esset. antiqui enim iisdem literis S. P. Spurium, & sine patre, scripsetunt. quod à Plutarcho in quæstionibus, & Valerio traditum est. Tiberij, ait Valerius, dicti qui ad Tiberim nascerentur. De Tito controuersia est. Valerius à Sabino quodam, nomine Tito, manasse ait: Festus à titulo: titulos autem milites fuisse, quòd patriam tuerentur, quasi tutulos. Tullus ominis causa dictus est, quasi tollendus, o litera in u versa: quod à Valerio proditum. Volero, inquit Valerius, in prænomen abiit, quia volentibus nasci liberis parentibus videbatur. quo vsus est Publius Philo, qui nominatur in anno CCCLIII Capitolino. Vibum prænomen esse, indicat annus CCC Capitolinus, vbi est ita: P. SESTIVS Q. F. VIBI N. CAPITOLINVS; itémque Liuius lib. XXVI. Vopiscus dictus, qui ex duobus conceptis vno abortu excluso ad partum legitimum deducerentur: quo prænomine præcipue Iulia gens vsa est. Valerius, Festus, Plutarchus in Coriolano, Plinius lib. VI cap. IX. Hactenus de Romanorum prænominum VI, ac significatione: nunc de peregrinis, quorum est ratio, & significatio. Ancum scribit Varro à Sabinis ortum. Valerius autem tradit eum Ancum esse appellatum, qui vitiosum habuit cubitum, qui ἄγκων Græcè dicitur, cui etiam Festus assentitur. Ancus enim, inquit, ille vocatur, qui aduncum habet brachium ita, vt regi non possit. hinc Ancus Martius Rex, & Ancus Publicius Imperator Lanuuinus contra Hostilium regem, Dionysio auctore. Aruntem, & Lucumonem Etrusca pronomina fuisse, scribit Dionysius. itaq; Aruntem Tarquinium, Superbi regis filium, & Aruntem Tolumnium, Porsenæ filium, legimus. Volusus Sabinum fuit: eóque vsus est pater P. Valerij Poplicolæ, Liuio, & Capitolinis lapidibus auctoribus, quanquam Græci οὐάλεσιον vocant. Lartis prænomen, vt tradit Valerius, à latibus sumptum est. Tuscum autem ante creditum est esse, fuitque consulis Herminij, idem fere Carisius, & Priscianus lib. VI. Lar, si familiaris est, facit laris. si Tolumnij Porsenæ, & Lartis. & Seruius in VI Aeneidos. Lar Tolumnius, à Cosso occisus, à loco dictus est. flectitur autem, Lar Lartis. & Liuius lib. IIII Daturos, quod Lar Tolumnius dedisset. & Cicero Philippica IX: Lar Tolumnius, Veientium Rex, de Larte Porsena ita Dionysius lib. V: Βασιλεὺς ἦν κλουσταῖον λάρ ὄνομα, πορσίνας ἐπικλησις. Quòd autem hoc prænomen Herminij consulis fuerit, vt ait Valerius, id etiam ex Dionysij lib. IX cogno[illegible]tur: à quo ita anno CCCIIII consul scribitur λάρ ἑρμίνιος; & à Diodoro λαρὶ ἑρμινίῳ. Ex his autem intelligi potest, quàm vere scripserint quidam in libro de nominibus, ita: Postea quàm in vrbem migrarunt Sabini, duplicari nomina cœperunt, vt Numa Pompilius, Ser. Tullius, Lartes Porsena. quamuis hoc nomen Etruscum fuerit. in quo prænomine Lartes sciendum eo veluti prænomine vsos veteres. Seruius interpres Vergilianus ab oppido dictum putat. itidem Plutarchus in Publicola existimat, qui tamen λαίρτης scribit, sed male. Hæc illi. quàm autem verè, ipsi viderint. neq; enim Lartes Porsena duobus tantum nominibus vsus est, cum ex Tolumnia gente fuerit, Seruio, quem ante nominaui, auctore: nec Lartes in recto casu dicitur, sed Lar: quod superioribus testimoniis comprobatum est: nec Seruius Lartem ab oppido dictum ait, sed à loco: nec item Plutarchus vllo in libro, nedum in Publicola, ab oppido dictum scripsit: neque item est apud Plutarchum λαίρτης, sed λάρ, quanquam mendose: inquit enim, ἐκείνου λάρου πορσίνου: cum sit legendum ex Dionysio, τὸν λάρτα πορσίνου. Cur igitur hoc illi dixerunt? quia interpretem legerunt, qui ita vertit: Supplex ad Laërtem Porsenam confugit. illi vero in Græcis libris versati, quid in Græco codice esse deberet, intelligentes, illud, quod non erat, esse affirmarunt. Metius Albanorum prænomen fuit, vt in Metio Fufetio; & Sabinorum, vt in Metio Curtio; & Latinorum, vt in Metio Geminio, & Metio Octauio, de quibus Liuius. Numa Sabinorum fuit, vt in Numa Pompilio rege, & in Numa Marcio pontifice maximo. Pomponis prænomine vsus est Pompo Pompilius, Numæ regis pater: quod scripsit Dionysius in Numa, & Liuius lib. XLI. itaq; Numa filium etiam habuit nomine Pomponem, qui ex se gentē Pomponiam propagauit, auctore Plutarcho. quanquam quidam imperite Pompilij filium Numan esse scripserunt. Tallus Sabinorum prænomen fuit: de quo Festus. Dionysius etiam cum Tatio rege Sabinorum Romam commigrasse ait Tallum cognomine Tyrannum. Turnus Latinorum nomen fuit, vt in Turno Herdonio Aricino. Sertor, autore Valerio, dictus est, qui per fationem natus esset: eóque prænomine Sertor Refius vsus est, is, qui primus ius feciale instituit. Festus autem, Sertorem à prendendo dictum à quibusdam, ait; quia, cum cuipiam afferat manum educendi eius gratia ex seruitute in libertatem vocetur adsertor; cum verisimilius sit, dictum, quòd sereret quidem ac potius adsertorem à serendo accepisse nomen, cum aliquem ferat, petendo in libertatem eandem, qua ipse sit, id est iungat, quia fruges, cum seruntur, terræ iungit. Statium prænomen à stabilitate dictum, tradit Festus: seruile autem nomen fuisse, Gellius. Nunc ostendamus, qua ratione hæc ipsa prænomina scriberentur. Romanorum prænominum alia singulis, alia binis, alia ternis literis scribi solita, cuo à veteribus traditum, tum ab antiquissimo quoque lapide, nummóque

ita retentum est, vt nihil ea re possit esse illustrius, auctores sunt Plutarchus in quæstionibus, Sosipater, Donatus, & Priscianus. singulis literis scribebantur, Aulus, Cæso, Caius, Quinctus, Decimus, Lucius, Marcus, Manius, Numerius, Publius, Titus. vt A. Posthumius, C. Iulius, K. Fabius, Q. Cæcilius, D. Iunius, L. Licinius, M. Valerius, M. Curius, N. Fabius, P. Cornelius, T. Manlius: binis literis, Appius, Cneus, Spurius, Tiberius, Opiter, vt Ap. Claudius, Cn. Pompeius, Sp. Veturius, Ti. Aemilius, Op. Virginius: ternis, Mamercus, Sextus, Seruius, Tullus, vt Mam. Aemilius, Sex. Iulius, Ser. Cornelius, Tul. Hostilius. Fuisse præterea aliquot prænomina, quæ longo post tempore pro cognominibus vsurpari cœpta sint, ex vetustis non solum grammaticis, sed etiam annalibus intelligitur. quod ipsum in Agrippa, Volusso, Mamerco, Proculo, & Tullo facile perspici potest: quæ in L. Vipsanio Agrippa, L. Valerio Volusso, M. Aemilio Mamerco, C. Plautio Proculo, L. Volcatio Tullo, viris consularibus, cognomina esse, perspicuum est: quod etiam tradit Valerius his verbis: Quæ olim prænomina fuerunt, nunc cognomina sunt, vt Posthumus, Agrippa, Proculus, trémque Priscianus lib. 11 sic: Inueniuntur multa, quæ in aliis personis sunt prænomina, loco cognominum accipi. Mulieres quoque prænominibus vsæ sunt: de quo Valerius ita, Antiquarum mulierum frequenti in vsu prænomina fuerunt, Rutilla, Cesella, Rodocilla, Mutrulla, Burra. ista prænomina à viris tracta sunt, Caia, Lucia, Publia, Mania. Festus verò sic, Prænominibus fœminas vsas esse, testimonio sunt Cæcilia, & Terentia, quæ ambæ Caiæ solitæ sint appellari: pari modo Lucia, & Tita. Varro autem lib. 11 de Analogia sic: In nostris nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, Analogia necessaria, itaque ibi apparet Analogia: ac dicitur, Terentius vir, Terentia fœmina. Terentium genus. in prænominibus ideo non fit item, quòd hæc instituta ad vsum singularia, quibus discernerentur, nomina gentilicia, vt à numero, Secunda, Tertia, Quarta: in viris, vt, Quinctus, Sextus, Decimus, sic ab aliis rebus, cum essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, vt aliquid singulare haberent, notabant forsitan ab eo, qui mari natus diceretur, vt is Manius esset, qui luci, Lucius, qui post patris mortem, Posthumus, è quibus quædam item cecidisse in fœminis, declarat prænomina antiqua mulierum, Mania, Lucia, Posthuma. videmus enim, Maniam matrem Larum dici, Lucem Volaminiam Saliorum carminibus appellari, Posthumam à multis post patris mortem etiam nunc appellari. Postremo Plutarchus in Mario Posidonium reprehendit, qui, cum primum nomen proprium, esse diceret, nulli tamen mulieri primum nomen esse dicebat. ex quo efficiebatur, mulieres proprio nomine caruisse. itaque idem in quæstionibus aperte scribit, mulieres duobus, viros tribus nominibus esse vsos. Sunt etiam lapides, in quibus hæc prænomina leguntur, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quincta, & Quinctula, Lucia, Mania, Tita. quibus ipsis in lapidibus animaduertitur, prænomina quandoque postponi consueuisse: nominatur enim Salvia Prima, Linia Quarta, Nonia Quinctula. quod idem in viris Liuius etiam fecit: qui, Attius Tullus, Attius Næus, Manlius Cneus, Octauius Mettius, & Cicero, Matuginensis M. Scipio; & Suetonius, Claudius Appius Regillanus, & alia eiusmodi dixerunt. Caiam præterea, quod commune omnibus mulieribus prænomen fuit, ɔ inuersa notatam fuisse, contráque Caium in viris, satis est ex Probo, aliisque veteribus grammaticis, atque lapidibus perspicuum. Ex libro Caroli Sigonii de nominibus Romanorum. in quo & alia leguntur sane præclara, admodúmq; scitu digna.

PRAETEXTA quatuor hominum genera vrebantur, pueri, ad vsque tirocinij diem, hoc est ad annum ætatis XVII. magistratus omnes vrbani: quod vtrunque nemo, vt opinor, paulo humanior ignorat: præterea, quod obseruatum non ita vulgo credimus, magistri collegiorum, dum ludos compitalicios faciebant, & senatores omnes, cum deorum festos celebrabant dies. de magistris collegiorum docuit me locus in oratione in Pisonem, quo in loco sunt hæc: Qu. Metellus de signatus consul, cum quidam tribunus pl. suo auxilio magistros ludorum ludos facere iussisset, priuatus fieri venit. tum, cum in calendas Ian. compitaliciorum dies incidissent, Sex. Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum volitare passus es. quibus verbis Pedianus hæc subiungit, Solebant magistri collegiorum ludos facere. faciebant compitalicios prætextati. Erat autem satis turpe mendum in iis verbis, Magistros ludorum ludos facere. nam est in omnibus, qui ad hanc diem impressi leguntur, libris, Magnos ludos facere. cum loquatur Cicero non de magnis ludis, sed de compitaliciis, vt omittam duo argumenta, vnum, quòd illud Facere iussisset, aliquid omnino desiderabat, quem enim tribunus ille ludos facere iussisset? alterum, quòd Pedianus ita loquitur, vt significet magistrorum in oratione fieri mentionem. quàm facile autem ex, magistros, fieri potuerit, magnos, literarum declinat similitudo, præsertim si, magistros, paucioribus literis, apice superimposito, scribatur. De senatoribus autem ex iis verbis, quæ sunt orationc 11 in Antonium, coniecit: Nescis, heri quartum in eir co diem ludo Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, vt quinctus prætereà dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris, tua lege datum, deseri patimur? Ex commentario nostro in orationem pro Sextio.

PRAETOR de capitalibus criminibus quærebat, non omnibus tamen, sed tantum de maiestate, de vi, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu, de veneficio, de incestu verò, & perduellione populus. prætores autem, quæ cuiusque futura esset quæstio, antè sortiebantur: vt deinde singulis de criminibus singuli, prout sors tulisset, cum consilio quærerent, etsi de crimine inter sicarios, cum in iudicium quandoque ita multi vocarentur, vt prætor vnus minime sufficeret, non vnus, sed duo prætores cognoscebant. quod in oratione pro Cluentio animadvertimus. idémque eandem ob causam in aliis criminibus interdum esse factum, licet existimare nonnunquam etiam, diem dicente aliquo tribuno pl. qui cogendi ad iudicium populi ius haberet, non prætor, sed populus ipse de maiestate quæstionem exercebat. itaque Cn. Domitius tribunus pl. is, qui cum C. Cassio postea consul fuit, accusauit M. Silanum, quòd iniusto populi bellum cum Cimbris consul gessisset; cum in eo bello graues ob eam causam calamitates acceptas esse diceret. qua de re suffragium tribus tulerunt. Quod autem dixi, prætores de criminibus quæsisse: vnum excipio prætorem vrban. qui nullo de crimine publico quærebat; itaque nec quæsitor dicebatur; tantum, ciuilibus controuersiis ad eum delatis, ius dicebat. hoc est iudices, & iudicij formulam, quam sequerentur, dabat. nec enim prætor ipse iudicare solitus erat, sed, cum iudices, ab ipso dati, de controuersijs cognouissent, ac iudicassent exequebatur. ideo in omnibus ferme editis prætorum legitur, Iudicium dabo. in quo posteriores lapsi sunt. est igitur aliud, ius dicere, aliud, iudicare: contra quàm qui veterum Iurisconsultorum libros ignorant, opinantur. &, quemadmodum ciuilibus in rebus prætor non cognoscit, neque iudicat, sed ius dicit: sic, qui ab ipso iudices dati sunt, non ius dicunt, sed cognoscunt, ac iudicant. hinc recuperatores, hinc centum viri, hinc arbitri, quos prætor dabat vt iudicarent. atque hoc & Cicero sensit in epistol. ad Quinctum Fratrem. Prætor, inquit, solet iudicare, deberi. Quædam tamen erant, in quibus non modo non iudicabat, verum nec ius dicebat prætor vrb. sed, omissa iurisdictione, imperio prætorio exequebatur; vt, cum bonorum possessionem secundum tabulas, aut contra tabulas dabat; item, cum restituebat in integrum, & huius generis nonnulla. Porro, cuius prætoris erat iurisdictio, eius non erat quæstio publica: neque, cuius quæstio publica, eius iurisdictio. vnus tamen de toto prætorum collegio, qui erant omnes octo, & iuris dicendi, & quærendi potestatem habebat is, qui prætor inter peregrinos vocabatur. nam & ius inter peregrinos ab eo dictum, satis constat; & quæsitum, sociorum, hoc est peregrinorum, causa de repetundis. Pedianus demonstrat in orationis commentario aduersus competitores. Hæc de Iurisdictione prætorum. nunc de origine primum, deinde de numero eorum subiungemus. etsi videri potest ὕστερον πρότερον. sed hic doctrinam quærimus: de ordine non ita laboramus. Scriptum est igitur in Digestis Iustiniani lib. 1 sic, ex Pomponio de origine iuris. Cum consules auocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in ciuitate ius redderet posset; factum est, vt prætor crearetur; qui vrbanus appellatus est, quòd in vrbe ius redderet. post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alter prætor, qui peregrinus appellatus est ab eo, quòd plerunque inter peregrinos ius dicebat. capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia, totidem prætores, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati sunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit veluti de falso, de parricidio, de sicariis; & prætores quatuor adiecit. deinde C. Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales, constituit. itaque duodecim prætores, sex ædiles sunt creati. diuus deinde Augustus sedecim prætores constituit. post diuus Claudius duos adiecit, qui de fideicommissis ius dicerent. ex quibus vnum diuus Titus detraxit: & adiecit vnum diuus Nerua: qui inter fiscum & priuatos ius dicerent. ita decem & octo prætores in ciuitate ius dicunt. Sic in digestis Pomponius. nos autem, quod sentimus de numero prætorum, quod quidem legendis veterum libris obseruare licuerit, exponemus, de numero, inquam, eorum prætorum, qui fuerunt extremis Reipub. temporibus. nam, euersa Rep. tota ratio magistratuum arbitrio Imperatorum perturbata. Octo igitur prætores, nunquam plures, vt nos opinamur, stante Rep. fuerunt. argumenta, quibus adducor, vt ita esse credam, hæc sunt. Prætores, gesto magistratu, exibant in prouincias. hoc in dubium vocari non potest plena exemplorum omnia. videtur igitur esse rationi consentaneum vt earum prouinciarum numerus cum prætorum numero congruerit. has porro in S.C. quod M. Cœlius ad Ciceronem misit, octo video nominari. Itémque, inquit, senatui placere, in Ciliciam prouinciam, inque octo reliquas prouincias, quas prætorij pro prætore obtinerent: & quæ sequuntur. & in oratione pro Milone, Erat, inquit, id temporis consul P. Lentulus, septem prætores, octo tribuni ple. defensores mei. Septem nominat, vno Appio de omnibus excepto: quod aperte indicat in oratione in Pisonem, his verbis: De me cum omnes magistratus promulgassent, præter vnum prætorem, à quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, præterque duos de lapide emptos tribunos ple. legem comitijs centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegæ Qu. Metelli sententia. & pro Sextio sic. Collegas Milo adiutores habebat, consulis alterius summum studium, alterius animus pene placatus. de prætoribus vnus alienus. quod si quis putet, vnum quidem Appium ex vniuerso prætorium collegio, à collegis in Cicerone reuocando dissensisse, collegas tamē ipsos non plane septem fuisse, locumque, iam à nobis ex oratione pro Milone recitatum, fortasse mendo non vacare; quod in notis numerorum facile solet euenire: huic, opinor, hanc suspicionem eripiam, ipsius Ciceronis testimonio. nam in oratione post reditum in senatu, vbi commemorat eos magistratus, quorum ope redierat ab exilio, nomina ponit octo tribunorum ple. & septem prætorum, eorum scilicet omnium, quos in ea pro Milone significauerat. Scriptum est etiam apud Dionem lib. XLII, de prætoribus à C. Cæsare, post Cn. Pompeium in Pharsalia deuictum, decem creatis, vt gratiam bene de se meritis referret, ἐπεὶ γὰρ, inquit, πλείους αὐτῶν ἀμείψασθαι χαριτήσιά τι ἔλαχε τὸν ἴσον τῷ καὶ ἀποδεῖξαι. καὶ ἐξῆσαν ὕστερον τὸ πλεονασθέν. quòd si, plures vt remunerati possit, decem Prætores, & plures, quàm antea fuerant, fecerdotes creauit: minimirum constat, prætores non antea decem fuisse. Nam quod in Pomponio de origine iuris legitur, Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, de iniuriis; & prætores quatuor adiecit: deinde C. Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales constituit: id me minime conturbat. non enim dixit, adiecit quatuor prætores ad numerum veterum prætorum, sed adiecit quatuor de iis, qui prætores erant, ad publicas quæstiones, vt quatuor ab ipso quæstionibus institutis quatuor item prætores præessent. quos autem duos ait prætores à C. Cæsare adiunctos, eos opinor, intelligit, de quibus meminit Dio, qui denarium numerum absoluerunt. Patet igitur de prætoribus octo vsque ad tertium C. Cæsaris consulatum. quid enim dubias coniecturas colligere opus est, in ea re, quæ satis manifeste probatur, & ex eo S.C. cuius verba recitauimus, & ex quatuor Ciceronis orationibus,

& ex

& ex Cionis historia? Sed arguit nescio quis, vt decem prætores ostendat, hoc modo. Prætores publicis quæstionibus præerant, vrbicæ quæstiones erant septem, inter sicarios, de repetundis, peculatus, de ambitu, de maiestate, de vi, de falso, quæ crimen veneficij, & alia quædã complectebatur. ergo, cum septem essent quæstiones, & quæstioni inter sicarios duo prætores præessent, quod patet ex oratione pro Cluentio, reliquis autẽ singuli prætores: fuisse prætores octo, qui quæstionibus præessent, & duos præterea, quorum alter inter ciues, alter inter peregrinos ius diceret, necessarium videtur, dixi iam, non esse agendum coniecturis, aut argumentis, vbi veterum testimonia perspicua sunt, nec vero illa, quæ iam attuli, obscura videri possunt. Quod vero ad numerũ quæstionum attinet, diuersa ratio est. nam si numerum prætorum ad numerum quæstionum accommodabimus, non modo plures quàm octo, sed plures etiam quàm decem creari prætores necesse erit. est enim quæstio de falso, est de parricidio, inter sicarios, de iniuriis, de veneficio, de vi, de ambitu, de maiestate, de repetundis, de peculatu, de incestu, aliæ. ergo autem ad argumentum illud, ne quis eo in aliquam dubitationem vocetur, ita respondeo: primum, præesse potuisse vnum prætorem quæstionibus pluribus, sicuti non vnus prætor, sed duo quæstioni inter sicarios quandoque præfuerunt. possunt, exempli gratia, sex prætores ita distineri crebritate iudiciorum, vt nouis exorientibus quæstionibus vacare non liceat. potest eo tempore septimus prætor (reliquus erat vnus vrbanus, qui non quærebat, sed ius dicebat) in ea quæstione minime occupatus esse, quæ sorte illi contigerat. hic, non dubito, quin ad eas quæstiones exercendas decreto senatus traduceretur, quibus vacare sex reliquos prætores non potuisse iam dixi. non enim committendum, vt impunita crimina differantur, nec sit locus quò nocentes rei adducantur. Age vero, concedatur quæstiones ab vno prætore plures exerceri non licuisse; sequiturne necessario, vt ideo plures, quàm octo, fuerint? non sane, mihi quidem vt videtur: nisi si mihi illud antè rationibus probetur, quæstiones non potuisse ab aliis, quàm à prætoribus, exerceri. quod si quis aggrediatur probare, fortasse hærebit.

At nostra ratio quomodo procedit? optime videlicet: nititur enim testimonio veterum: à quo ego, quantum in me est, do operam vt ne discedam. quid igitur veteres testantur: præfuisse & publicis quæstionibus, & capitalibus, qui prætores non essent: qui iudices quæstionis dicebantur. nam quæstionem de veneficio, quam exercuit prætor Q. Voconius Naso, apud quem Cicero Cluentij caussam egit, exercuerat antè C. Iunius, non vt prætor, sed vt iudex quæstionis, qui & quæsitor vocabatur. patet ex oratione pro Cluentio: patet etiam ex Asconij commentariis. iudicum autem quæstionis duo fuisse genera, alios prætores vt Q. Voconium Nasonem in caussa Cluentij, alios non prætores, vt C. Iunium in caussa Oppianici, multis verbis demonstratum est à nobis in libro de legibus. Atque hac ratione tueor locum illum in oratione pro Cluentio, in quo sex prætores cum nominasset Cicero, Q. Voconium Nasonem, M. Pletorium, C. Flaminium, se ipsum, C. Aquilium, subiunxit, Quid reliquæ quæstiones? quibus ex verbis reliquos prætores intelligi, falso coniecit is, quem supra significatione tantum, ne cui videamur voluisse detrahere, appellauimus. vel enim, vt dixi, de iisdẽ prætoribus ibi nominatis, qui reliquas illas quæstiones exercere possent, licet intelligere, vel, quod iam probaui, de illis quæstionum iudicibus, qui cum prætores non essent, quæstionibus tamen non modo publicis, verum etiam capitalibus (nec enim publicæ capitales omnes erant) interdũ præerant. Reliqui duo prætores, Ciceronis collegæ, P. Cassius & C. Antonius fuere. Cassius de maiestate quæsiuit: Antonium cum reliqui septem, quos nominauimus, omnes quæsierint, prætorem vrbanum fuisse, iúsque dixisse, necesse prorsus est. Hic teneris, inquit, octo prætores nominasti, & peregrinum omisisti: quem adiungi necesse est: &, si adiungitur, plures erunt, quàm octo. Explico me Pediani ope: cuius elegantem, plenúmque antiquitatis, ac vere aureum libellum non me pœnitebit vnquam legendo contriuisse. is igitur in commẽtatio orationis aduersus Antonium & Catilinam, prætorem eum, qui de repetundis quæreret, eundem ius inter peregrinos dixisse demõstrat. quod nec à ratione videtur discrepare, non enim ciuium, sed sociorum, hoc est peregrinorum, caussa iudicia repetundarum sunt instituta. iure igitur idem prætor & ius dicebat inter peregrinos, & iis petentibus de repetundis quærebat. quod cum ita sit: ius inter peregrinos dicere prætorem Ciceronem dixisse, qui de repetundis quæsiuit, pro certo putandum est. verum Pediani verba, vt eius testimonio res pateat, subscribamus. Antonius, inquit, multos in Achaia spoliauerat, nactus de exercitu Syllano equitum turmas. deinde Græci, quos spoliauerat, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. & cum Lucullus id, quod Græci postulabant, decreuisset; appellauit tribunos Antonius, iuranitq, se ideo appellare, quòd æquo iure vti non posset. quem locum & Plutarchus attigit in vita Cæsaris, sed ita mendose, vt mirer eum in rebus Romanis tam turpiter esse lapsum. primum P. Antonium nominat, qui Caius fuit, deinde Macedoniæ prætorem appellat M. Lucullum, qui prætor Romæ fuit: tertio, de corruptis iudicijs accusatum ait Antonium, qui accusatus est de repetundis: postremo, tradit eum ideo tribunos pl. appellasse, quòd sibi non licere cum Græcis diceret æquo iure in Græcia contendere: cum appellare in prouincia ad tribunos pl. qui Romæ erant, nemo soleret. quæsitum potius ad senatum socij veniebant, nec de corruptis iudicijs, sed de pecunijs ereptis, aut de nece iniusta, aut huiusmodi flagitijs: de quibus aut ad prætorem, aut etiam ad populum quandoque agebat accusator, quare Plutarchum hoc in loco non puto posse ab inscientiæ culpa vindicari. Hæc paulo fusius tractauimus, non ambitione adducti, sed studio veritatis: ne confirmaretur opinio illa de decem prætoribus ante bellum ciuile Cæsaris & Pompeij. Ex nostris commentariis in Epist. ad Qu. Frat.

PROFANVM dictum id, quod, cum sanctum fuisset, postea in vsu hominum factum, hoc est extra fanum. Ex Aggeno de limitibus agrorum.

PRORSI limites dicti, qui spectabant ad Orientem: transuersi, qui ad Meridianum. Ex Hygeno.

PROVINCIA. exponemus, quot omnino in ditione populi Rom. prouinciæ fuerint, & à quibus quóve anno captæ, tum, quæ consulares, quæque prætoriæ. Quo anno M. Cicero Ciliciam pro consule administrauit, qui fuit ab vrbe condita DCCII. M. Marcello Ser. Sulpicio coss. prouinciæ XV fuerunt in ditione populi Rom. Sardinia, Corsica, Sicilia duæ Hispaniæ, citerior, vlterior, Asia, Aetolia, Macedonia, Illyrium, Dalmatia, Africa, Achaia, Galliæ duæ, cisalpina, transalpina, Cilicia, Bithynia, Pontus, Creta, Syria, Cyprus. quibus ex omnibus prouinciis vectigal capiebat annuum respub. vt à Plutarcho traditum est, octuagies quinquies decies centena millia. Sardiniam cepit, inter primum & secundum Punicum bellum, consul T. Manlius Torquatus: de qua triumphauit: eáque prima, anno vrbis DXVIII. prouincia populi Rom. facta est, missis ad eam componendam X legatis: quod in faciendis prouinciis seruatum est. Corsicam vicit, ac prouinciam fecit C. Papirius Maso consul, &, à senatu triumpho non impetrato, ipse de sua sententia in monte Albano primus triumphauit, anno DXXII. & hanc vna cum Sardinia semper vnus rexit magistratus Romanus. Siciliam primus vicit, magnáque ex parte prouinciam fecit Qu. Catulus primo Punico bello: post aliquot annos, captis Syracusis, vniuersam in prouinciæ formã redegit M. Marcellus bello Punico secundo, aut certe, qui ei successit, M. Læuinus. nam de Marcello Velleius tradit: debellatum vero in Sicilia à Læuino potius prætore, quàm à Marcello consule, & Cicero in Verrem, & Liuius significant. Marcellus quidem, secutus exemplum Papirij Masonis, in Albano mõte triumphum egit, vrbémque ouans est ingressus. Hispaniæ tum à Scipione Africano maiore, secundo Punico bello, tum aliquot pòst annis, M. Catonis Censorij virtute, multis victoriis domitæ: & in eas magistratus Romani modo pro consulibus, modo pro prætoribus ierunt. varie tamen possessæ, &, vt ait Velleius, sæpe partibus amissæ, certa ac stabilis esse populi Rom possessio, stipendiúmque pendere non prius, quàm Augusto principe cœperunt. Asiam eis Taurum montem bello Antiochio L. Scipio, maioris Africani frater, profectus in eam consul, ad imperium adiunxit, annóque post consulatum proximo triumphauit, ab vrbe condita DLXIIII. pòst eam possedere beneficio senatus populique R. reges Attali, donec M. Perperna consul Aristonicum, qui eam, Attalo rege mortuo, occupauerat, deuicit, ac cepit. eam tamen in prouinciæ formam non Perperna, sed, qui ei successit, M. Aquillius consul redegit: qui etiam de Aristonico triumphauit, anno DCXXIIII. Aetoliam M. Fuluius Nobilior subegit. bellum gerere cœpit consul, proconsul confecit, & triumphauit biennio pòst, anno vrbis DLXVI. Macedoniam XL diebus deuicit consul iterum L. Aemilius Paullus, anno DXXCVI, neque tamen prouinciam fecit, sed de sententia X legatorum, quos ad componendam Macedoniam atque Illyricum senatus de more misit, Macedonas omnes liberos esse iussit: &, vt suis legibus viuerent, suas vrbes, & agros haberent, magistratus annuos crearent, permisit; veteris etiam stipendij, quod regibus pependerant, dimidia parte releuauit: anno proximo. Perse rege inter captiuos Romam ducto, triumphauit. prouinciam vero Macedoniam fecit anno vrbis DCVII Qu. Metellus, is, qui ex ea pro prætore triumphauit, & Macedonici cognomen est adeptus. hanc prouinciam postea cum Achaia coniunxit, éque duabus vnam fecit, rogatione perlata, P. Clodius tribunus pl. & vtranque L. Pisoni, quasi præmium, quòd in Cicerone eiiciendo consensisset, dedit administrandam. Illyrium, & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam Paullus, L. Anicius prætor debellauit, & vnam prouinciã fecit, triumphauitq;, post Paullum aliquot diebus, rege Illyriorum Gentio cum fratre, coniuge, & liberis ante currum ducto. Carthaginem & Numantiam, illam Africæ, hanc Achaiæ caput, exciderunt eodem anno, & triumpharunt, Scipio Aemilianus, & L. Mummius; tulitque inde Scipio cognomen Africani, Mummius Achaici. factæ sunt prouinciæ duæ Africa, & Achaia. Africam autem intelligo regionem vniuersam, quam Carthaginienses possederant. nam Numidia, & ipsa pars Africæ, Massanissæ regnum fuit, Syphace superato, paruitque regibus, & à C. Cæsare demum, post Scipionem, & Iubam, Mauritaniæ regem, deuictos, in formam prouinciæ redacta. Mauritaniam vero & ipsam in Africa, multis pòst annis Caligula Imperator in duas prouincias diuisit. Galliam cisalpinam puto prouinciam esse factam eo tempore, cum M. Marcellus, is, qui consul quinquies fuit, primúsque Annibalem acie vicit, Virdumarum Gallorum regem singulari certamine occidit, déque Gallis Insubribus triumphauit, anno DXXXI. patet enim prouinciam esse factam, quia coloniæ plures annis sequentibus eò deductæ. Transalpinam vero Galliam, quæ Narbonensis quoque dicta est, Qu. Fabius, L. Paulli nepos, deuictis Allobrogibus, vnde cognomen sumpsit, in prouinciæ formam redegit, anno DCXXXII. Ciliciam perdomuit P. Seruilius pro consule; qui, quòd Isauron, Ciliciæ arcem, enertit, Isauricus est dictus; triumphauitque anno DCLXXIX. ex eo tempore Cilicia prouincia fuit. Bithyniam populo Rom. Rex Nicomedes, vt antea Rex Attalus Asiam, testamento reliquit: eáque simul cum Ponto, in quo Mithridates regnauit, vna prouincia fuit, Bithyniæque nomine appellata. vtranque vero prouinciam fecit, Mithridate victo, Pompeius Magnus pro consule, triumphauitque anno DCXXXII. eiusdem Pompeij lex à Plinio Iuniore in epistolis memoratur, Bithynis, & Ponticis data: ne quis annis XXX minor magistratum caperet, néve in senatu esset; qui vero magistratum cepisset, ei liceret in senatu esse: ne decuriones, in curiam à censoribus lecti, pecuniam pro introitu darent: item, vt senatores certis de causis à censoribus ordine mouerentur: vt Bithynicis ciuitatibus adscribere sibi, quos vellent, ciues liceret, dum ne ciuitatis essent alienæ, sed harum quinque ciuitatum, quæ essent in Bithynia. atq; hæc à Pompeio sunt ad exemplum Romanæ ciuitatis instituta. Cretam debellauit Qu. Metellus pro consule, & triumphauit anno DCXCII. Creticúsque postea nominatus. Syria, Pompeij Magni singulari virtute, vltimo bello Mithridatico victa, leges accepit, prouinciarúmque populi Rom. numerum auxit. triumphauit ex ea Pompeius pro consule, item ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, Creta, Basternis, præterea de regibus Mithridate, & Tigrane, anno DCXCII. Cyprus vltima, stante Rep. in prouinciæ formam redacta, misso in eam M. Catone quæstore cum iure

prætorio, lege P. Clodij tribuni pl. Pisone & Gabinio cos. anno DCXCV, sed primum ea simul cum Cilicia, tanquam vna prouincia. S.C. tradita est P. Lentulo pro consule. quod illa verba Ciceronis in epistola ad Lentulum significant: Te posse perspicere, qui Ciliciam, Cyprúmque teneas, quid efficere, & quid consequi possis. postea quæstores in eam missi. quod ab eodem Cicerone didicimus, qui ad C. Sertilium Rufum in quadam epistola ita scribit: Tuæ laudi conducere arbitror, cum primus in eam insulam quæstor veneris, ea instruere quæ sequantur alij. Tertia pars superest, quæ prouinciæ consulares, quæve prætoriæ dicerentur. Ne quis erret, neutrum perpetuum fuit. non enim hæc, vel illa prouincia semper aut cōsularis, aut prætoria. sed ita nomen mutabat, vt varie modo à cōsularibus. modo à prætoriis administrabatur. quam potestatē senatus habebat, vt, quos vellet, in quas vellet mitteret, administratione annua: quod lege Sempronia C. Gracchi tribuni pl. sanctum erat. Cæsari tamen Galliæ in quinquennium contra legem Gracchi, & lege Vatinia tribunicia, & S.C. mādatæ sunt, post eáque in alterum quinquennium lege Trebonia item tribunicia, Pompeio Magno & Crasso II cos. confirmatæ. qua de re sic ad Lentulum Cicero: Stipendium Cæsari decretum, &, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Decerni autem solitas lege Gracchi, non à populo, sed à senatu prouincias, idem in oratione pro domo, in P. Clodium inuehens, plane demonstrat. Itáne verò? inquit. tu prouincias consulares, quas C. Gracchus, qui vnus maxime popularis fuit, non modo non abstulit ab senatu, sed etiā, vt necesse esset quot annis constitui per senatum, lege sanxit, eas lege Sempronia per senatum decretas, rescidisti? extra ordinem sine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed Reip. pestibus? Erat igitur eadem prouincia, ex voluntate senatus. modo consularis, modo prætoria. itaq; Macedoniam (vt hæc exempli caussa nominetur) Cn. Dolabella, C. Curio, M. Lucullus, L. Torquatus, C. Antonius, omnes consulares administrarunt: tum C. Octauius prætorius, pater Augusti naturalis: rursus consularis L. Piso, &, Pisone reuocato, Q. Ancharius prætorius. idémque patet in cæteris. Quo autem anno S.C. illud Cœlius in epistola sua ad Ciceronem misit, in quo S.C. hæc sunt: Senatui placere, in Ciliciam prouinciam, inque octo reliquas prætorias mitti: regebantur octo prouinciæ. quæ in eo S.C. prætoriæ vocantur à magistratibus octo prætoriis, Cypro excepta, quam quæstor, vt proxime ostendi, cum iure, vt opinor, prętorio, administrabat: quia, lege Clodia missum esse in eam M. Catonem cum iure prętorio, adiecto etiam quæstore, Velleius prodidit. propterea. Cyprum inter prætorias esse memoratam, facile credo. reliquæ septem fuere, Cilicia, Sardinia, Asia, Macedonia, Bithynia, Creta, Africa: & cum Sardinia Corsicam simul fuisse, cum Bithynia Pontum, paulo antè dictum est. Sed quęratur fortasse, quot fuerint, & quæ fuerint, & à quibus administratæ eo anno prouinciæ consulares. Septem fuerunt: hæ, duæ Galliæ, Illyricum & Dalmatia, quas vnus C. Cæsar tres regebat; duæ Hispaniæ, quas Cn. Pompeius per legatos absens administrabat; Syria, cui M. Bibulus, Cilicia, cui M. Cicero præerat. ita fuerunt hoc anno XV prouinciæ, consulares VII, prætoriæ VIII. & in vnam consulatem Ciliciam, in prætorias autem omnes eo S.C. successores mitti placere, decretum est. Neque vero miretur quisquam, si Aetoliam, Græciam, Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Pamphyliam, Phrygiam, Lycaoniam, Lydiam, Ioniam, Cariam, Mysiam, Gallogræciam, siue Galatiam, Pisidiam, Lyciam, Cappadociam, Armeniam non nominauerim. nam Aetolia Græciæ pars fuit: Græcia vero cum Achaia, Thessalia, Bœotia ad Iurisdictionem Macedoniæ pertinuit; omnésque simul ab vno regebantur. id seruatum est post consulatum Pisonis & Gabinij: nam eo anno legem tulit P. Clodius, vt omnes illæ prouinciæ ab eo, qui Macedoniæ præesset, regerentur. non enim tulit, vt à Pisone nominatim regerentur, (nam fuisset priuilegium, non lex) sed, vt ab eo, cui Macedonia daretur. is autem fuit eo anno L. Piso; cuius caussa lata lex est. Pamphyliam verò, Phrygiam, Lycaoniam, qui Ciliciam, idem administrabat. at Lydiæ, Ioniæ, Cariæ, Mysiæ, etiam Phrygiæ parti præerat idem, qui Asiæ. nec mirum est, Phrygiam in duas Iurisdictiones dispertitam fuisse, vt vna pars Ciliciæ, altera tribueretur Asiæ. nam etiam ipsius Asiæ tres diœceses ad Ciliciam attinuisse, Cicero ipse, aliíque prodiderunt. Galatiam regebat Deiotarus Rex socius fidelissimus populi Rom. Pisidæ, & Licij inter socios erant, suisque legibus sine magistratu Romano vtebātur. itaque Cicero eas gentes appellat auxilia, quod nomen de sociis vsurpari solitum est, in epistola ad Atticum. Exercitum, inquit, infirmum habebam, auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum. hæc enim sunt nostra robora. Cappadociæ rex erat Ariobarzanes, ipse quoq; socius populi Rom. nam Pompeius reges multos, à Mithridate pulsos, in regnum restituit, & fœdere ac societate Reip. obstrinxit; Armeniam Tigrani regi, qui Mithridatem armis iuuerat, venia data, concessit: nationes quasdam prouincias fecit populi Rom. aliis, vt sui iuris essent, suisq; legibus viuerent, permisit. Hæc est Romanæ ditionis ab Hispania vlteriore, extrema ad Occidentem prouincia, ad Euphratem, qui terminus ad Orientem imperij fuit, descriptio quædam, breuiter à nobis informata. nec enim vagari longius licuit in ea tractatione, quæ nostri argumenti propria non est: quia tamen disiuncta non videtur, & afferre potest legentibus vtilitatem cum iucunditate, hæc attigimus. In prouincias ibant vel consulares cum duodecim fascibus, vel prætorij cum sex, totidem vtique, quot in vrbe habebant. interdum etiam prætorios cum iure consulari, & duodecim fascibus, senatus in prouincias mittebat, vt Q. Ciceronem in Asiam, de quo Suetonius, Extant, inquit, Ciceronis epistolæ, quibus Quinctum fratrem, parum secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem, hortatur, & monet, imiteturin promerendis sociis vicinum suum Octauium. proconsulatum vocat hominis prætorij administrationem. eadem ratione titulus est, Q. Metello Celeri pro cos. in duabus epistolis, quæ libro quinto fam. primæ leguntur: qui tamen cōsulatum non gesserat, sed ex prætura in Galliam cisalpinam profectus erat. & in oratione pro Flacco notauimus hæc. Cum prouinciam Asiam procōsulari imperio obtineres: cum tamen prætorio de homine loquatur. Primis temporibus, cum prouinciæ tuendæ armis essent, & in discrimine versarentur, exibant in eas, inito statim magistratu, consules & prætores, vel vtque cuique sorte obtigerat, vel etiam quandoque consulibus inter ipsos comparantibus. sic enim loquebantur, cum inter eos de duabus consularibus prouinciis conueniisset. nam comparandi consuetudinem apud prætores nō video fuisse. quòd si bellum producerentur: imperium in iisdem prouinciis proconsulibus, aut proprætoribus à senatu prorogabatur. postea L. Sylla lege cauit, ne quis plus anno prouinciæ præesset, qui viderit, opinor in Rep. diuturnis imperiis assuescere, tutū non esse. itaq; Galliarum illa per decennium Cæsaris administratio libertatis exitium fuit. hac de lege Cicero in epistola ad Appium his verbis: Eō discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, vt opinor, Cornelia constituti essent. Et in eadem: Vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias: in prouinciam veni pridie cal. Sext. Tolerariam ante Syllam C. Gracchus tribunus pl. Tiberij frater, vt consulares prouinciæ quotannis per senatum decernerentur. Post Syllam vero C. Cæsar, qui dictator fuit, legem tulit, ne prætoriæ prouinciæ plus, quàm annum, neu plus, quàm biennium, consulares obtinerentur. tulit autem hanc legem victo Pompeio; cum ipse iam per nouem annos Galliam contra C. Gracchi, & L. Syllæ leges obtinuisset, consecutus id, quod nemo antea, & S. C. & lege. Leges vero, quæ rectoribus prouinciarum imperium dabant, duæ fuerunt. curiata dabat imperium populus. vt Liuius indicat lib. IX. Cornelia senatus. nam, cum S.C. esset factum, vt prouincias magistratus sortirentur; aut compararent inter sese tum, si ij, vel sine lege curiata in prouincias proficiscerentur, imperium habere dicebantur, donec in vrbem reuertissent. ideo, quod in epistola Ciceronis ad Lentulum scriptum est, Ap. Claudius, frater P. Clodij, cupidus prouinciæ, dictitabat, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam, si curiata lex non esset, comparaturum cum collega, Lentulóque Spintheri, Ciliciam pro consule administranti, successurum: legem curiatam consuli ferre opus esse, necesse nō esse; se, quoniam ex S.C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introisset. Quod autem in agraria II scriptum est, Rem militarem sine curiata lege attingere non licet, propterea dictum, quia sumptu publico ibant in prouincias, quorum de imperio lata curiata lex esset, poterant igitur publica pecunia milites alere, & bellum gerere. at sine curiata lege poterat quidem aliquis priuato sumptu in prouinciam ire; exercitum vero habere, bellúmque de suo gerere, cui tantæ opes erant, vt liceret. non igitur sine curiata lege, quæ pecuniam dabat, rem militarem attingere cuiquam licebat. nam, cum ad Atticum Cicero ita scribit; Appius sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat, non intelligit de pecunia in stipendia militum croganda, (nec enim sustinere sumptum potuisset) sed, opinor, de suo cohortisque viatico. ipse enim Cicero, viaticum dari solitum comitibus eorū, qui irent in prouincias, significat in epistola ad Cassium his verbis: Cætera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quòd legato tuo viaticum etipuerunt. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

QVINTARIVM limitem ita nominauit Hygenus. Quintum quenque quintarium volunt. porro inter quintum & quintarium interest aliquid. quintus est, qui quinto loco numeratur: quintarius, qui quinque centurias cludit. hunc volunt esse quintum qui est sextus. nam & legum latoribus, quemadmodum perlatū est, sic cauerunt vt à D M. quintus quinque spacio itineris ampliaretur. Erat sane interpretatio legis huius ambigua nisi eorum formæ sextum quenq; limitem latiorem haberent, significatione qua & minores. tractemus nunc diligentius quid dixerint. à D. M. quintum quoque latiorem decumano. quum decumanis erat positus, positi sunt deinde quinque limites, quorum nouissimus factus est latior: his cum decumanus accessit, sex fiunt, eandem obseruationem in reliqua limitum parte esse voluerūt, quemadmodum à D.M. quinque limites ducebantur, quorum esset summus latior, sic & ab eo quintario, cum spacium definitum erat, quinq; adiectis limitibus, summo, latitudinem suam seruari placuit.

QVAESITOR distinguendus est à prætore. iudicum enim quæstionis duo video fuisse genera, vnum eorum, qui cum prætores essent, quæstionis etiam iudices appellabantur, alterum eorum qui cum prætores non essent, capitali tamen de crimine quærebant de iudice quæstionis prætore, patet ex oratione pro Cluentio, in qua ita scriptum est: Iubet lex iudicem quæstionis, hoc est Qu. Voconium, eósque, qui illi iudices obuenerint, quærere de veneno. Voconium autem prętorem fuisse duobus argumentis coniicio: primum, quod in eo loco paulo antè Cicero dixit: Quid sibi illi scribę? quid lictores? quid cęteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt, lictores enim, qui magistratum non gerebat, non habebat. iudicem autem quæstionis magistratus nomē fuisse, certe nemo dixerit. Alterum argumentum est, quòd ibidem Cicero subiungit de aliis prætoribus, suam vnoquoque quæstionem exercente. Hæc, inquit, quęstio sola ita gubernatur? quid M. Pletorij, & C. Flaminij interficarios? quid C. Orchinij peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilij de ambitu? quid reliquæ quęstiones? quibus ex verbis, prętorem fuisse Voconium, qui iudex quęstionis appellatur, quis non intelligit? nam, etsi prætores non nominat; satis tamen constat, de prętoribus intelligi. à quibus enim & tot quęstiones, nisi à prętoribus, & tam graues exercerentur, inter sicarios, de repetundis, de ambitu, peculatus? præterea, se quęsiisse de repetundis, in eo loco Cicero dicit: quod ab eo factum in prætura, Valerius, & Plutarchus confirmant. vt omittam, quòd quæstorem Aquillium nominatim eius annum fuisse legitimum, eundem, qui Ciceroni, ad petendū consulatum, prima docet ad Atticum epistola. ex quo, fuisse collegas in prætura, licet existimare, quod etiam lib. II. de Officiis manifestum est. collegam enim suum Cicero appellat. Rursus iudicem quæstionis Iunium, qui prætor non erat, quæsisse de veneno in Oppianici caussa, docet Pedianus his verbis: Iunius quæstor fuit in Cluētij caussa, Verre prętore: in qua Oppianicus damnatus est. & alio loco: Damnato Oppianico, res in inuidia fuit; quòd pecunia reus videretur oppressus: & princeps illorum iudicū damnatus est, C. Iunius, quòd diceretur alios supposuisse, qui reum damnarent, non eos, quos prætor Verres fuerat subsortitus. neq; hic eum Pedianus, neq; supra prętorem nominauit. Cicero autem in oratione pro Cluentio, Condemnatus est, inquit, C. Iunius, qui ej

quæstioni

quæstioni præfuerat. adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum esset iudex quæstionis. & alio loco: Quinctius tribunus pl. conuicium C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. non fuisse autem prætorem, aperte, sic inquam aperte, vt clarius esse nihil possit. idem demonstrat in eadem, his verbis: In hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quæstioni præfuerat, iniectum esse memini, & illum, hominem ædilicium, iam prætorem opinionibus hominum cõstitutum, de ciuitate esse sublatum. ecce, non prætorium, sed prætorem opinionibus hominum constitutum dicit: quòd, cum prætorem sine dubio fa turum, homines opinarentur, prætor autem si fuisset, non eum ædilicium, sed prætorium vocasset, laudabant enim veteres. vbi ornare aliquem vellent, ab eo magistratu, quem postremum gessisset, itáq; homo ædilicius, prætorius, consulatis, dicebant. Præterea, cum prætores in leges non iurauerint, neq; sententias tulerint; quod & Cicero & Pedianus docent; à Iunio autem iudice quæstionis ideo multa petita sit, vt in oratione pro Cluentio legimus, quia in legem non iurasset: (erat enim illi iurandum idem, quod iudicibus, leges omnino se esse in ferenda sententia seruaturum) satis constat, Iunium, cum de Oppianico quæsiuit, prætorem non fuisse. Quòd si quis dixerit, non tam Iunium iudicem quæstionis, quàm Verrem prætorẽ, in illa Oppianici caussa quæsiisse; quia Pedianus ita dicat; Iunius quæsitor fuit in Cluentij caussa, Verre prætore; & quia idem alio loco sortitionẽ, & subsortitionem à Verre prætore factam tradiderit: huic ita responderi poterit: sortitionem, & subsortitionem non illius modo iudicij, verum etiam aliorum ideo pertinuisse ad C. Verrem, quia prætor vrb. erat. quod ipse declarat Cicero in ea pro Cluentio. prætor autem vrbanus de criminibus non quærebat; quare nec vnquam quæsitor dicebatur, sed ius tantum dicebat, hoc est iudices, & formam iudicij dabat. idémque iudices, quibus alij prætores ad cognoscendas capitales caussas vterentur; sortiebatur, & subsortiebatur. quod ex Pediano, & ex ipso etiam Cicerone satis liquet. Accedit locus ex lib. 1. accusationis in Verrem, quo in loco Qu. Curtium iudicem quæstionis appellat Cicero, in caussa Verris repetundarum: de qua prætor M. Acilius Glabrio cognoscebat, cúmque Curtium ait Pedianus à Cicerone esse reiectum. Illud addo; cum iam docuerim, iudicem quæstionis & prætorem, & non prætorem de crimine capitali cognouisse; tertium genus iudicum quæstionis interdum fuisse, quorum ius cognoscendi non esset, sed tantummodo sortiendi. quod locus de Q. Curtio proximus iam ostendit, quem cognouisse de repetundis, absurdum est credere: cum, in ea caussa prætorem quæsiisse Glabrionem, ex Cicerone, & Pediano satis constet. itaque tertium hoc genus quæsitores dici non poterant: duo illa superiora genera, quoniam quidem quærerent, quæsitores & erant, & proprie dicebantur. Ex libro nostro de legibus Romanis.

QVAESTOR. Creatos, regnante Romulo, quæstores, Vlpianus prodidit à Iunio Gracchano traditum in iis libris. quos de potestatibus inscripsit. idem tamen hæc subiungit: Sicuti dubiũ est, an Romulo & Numa regnãtibus, quęstor fuerit; ita, Tullo Hostilio rege, quęstores fuisse certum est. & sane crebrior opinio est, Tullum Hostilium primum in Remp. quæstores induxisse. Fuit autem quæstura patricius magistratus, nec à principio, multóque deinde per annos, nisi solis patriciis datus est. postea non tam quæsturam, quàm reliquos omnes magistratus plebi cõmunicatos animaduerto. Ex lib. nostro de legibus Romanis.

RELICTA loca sunt, quæ siue locorum iniquitate, siue arbitrio conditoris relicta, limites non acceperunt. hæc sunt iuris subseciuorũ, sicut etiam quæ dicuntur extracluſa loca. Ex Frontino de limitibus. Relicta etiam loca nominat Cicero oratione 1 in Rullum.

REPETVNDAE, crimen capitale, néene, fuerit, dubitatur à doctis. verum omnem dubitationem tollit vna distinctio. prioribus enim temporibus capitale non fuit: postea, cum auaritia magistratuum haud paulo latius manare iam in prouinciis cœpisset, visum est, vt acrioribus remediis obuiam iretur. itaque, lege lata, capitale crimen factum est. vtrunque probatur exemplis. L. Lentulum, de repetundis damnatum, postea cum L. Martio Censorino censorem esse factum, tradit Valerius lib. VI. quo patet, damnatione ius Romæ manendi ademptum illi non esse; si quidem censuram sit assecutus: quam gessit anno ab vrbe condita DCVI. idem illa confirmant, quæ scripta sunt lib. 1. Rhetoricorum ad Herennium: Lex vetat eum, qui de repetundis damnatus sit, in concione orationem habere augur quidam damnatus de repetũdis, in demortui locum qui erat, nominauit. veteris enim legis, non eius, quæ postremis Reip. temporibus lata esset, exemplum videtur attulisse: cum libro de Officiis II ita loquatur Cicero: Proximæ quæque leges de repetundis duriores. Hæc, mansisse Romæ primis illis temporibus, qui iam de repetundis damnati essent, facile demonstrant. Rursus, capitale crimen fuisse, eóq; damnatos exulasse, interdictis aqua & igni, A. Gabinij, & C. Verris exemplo cognoscitur. quòd si quis obiecerit, non eos lege exulasse, sed quia, cum soluendo non essent, aut omnino cum nollẽt soluere, voluntarium in exilium profecti sint: adiungemus de C. Catone quem & esse damnatum de repetundis, Cicero in Verrem, Velleiúsq; tradunt; & exulasse Tarracone, ex oratione pro Balbo perspicuum sit, cum tamen æstimata ei lis esset tantummodo H-S XVIII millibus. vtexulasse videatur, non, quod fortasse posset aliquis de Gabinio & Verre suspicari, ne soluerent quod æstimatum erat; quod minimum sane pecuniæ fuit; sed quia legi, quæ repetundarum damnatis aqua & igni interdiceret, parere cogerentur. Est etiam apud Velleium Rutilij exemplum, repetundarum lege damnati: quem exulasse, & Cicero in oratione pro Balbo, & epitome Liuiana lib LXX declarat. Verum, vt hæc sint dubia, quæ tamen satis aperta mihi quidem videntur; Pediani testimonio nihil certius, nihil illustrius. is, vbi exponit illud Ciceronis in Verrem lib. 1, Auaritiæ supplicio communi; subiungit, Aestimatione litis, & exilio; satis manifeste exilium cum pecuniaria pœna in repetundarum crimine coniungens. Actionem fuisse in hoc crimine aduersus hæredes, nisi si rei in reatu, vt Iurisconsulti loquebantur, periissent, cum ex ipsis cognoscitur Iurisconsultis, tum Valerius indicat his verbis: C. Licinius Macer, vir prætorius, Calmi pater, repetundarum reus, dum sententiæ dicerentur, in Mæniani conscendit: deinde M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem cum vidisset, misit ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reumperiisse, nec sua bona hastæ posse subiici: ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coarctatis, incluso spiritu pœnam morte præcurrit. qua cognita re, Cicero de eo nihil pronunciauit. igitur illustris ingenij orator ab inopia rei familiaris, inuitato paterni fati genere, vindicatus est. Pœna verò damnatis de repetundis, quod ex Pediano satis liquet, dupli fuit. Lex per annos o c hoc de crimine lata Romæ nulla est: consulibúsque Censorino & Manilio L. Piso Frugi tribunus pl. primum de repetundis rogationem tulit, vt Cicero lib II. de Officiis & in Bruto docet. eodémque anno, aut certe proximo, alia lex à Cæcilio tribuno pl. lata est, qua damnatum L. Lentulum, eum, de quo proxime meminimus, qui postea censor fuit, prodidit Valerius lib. VI. aliæ deinde leges de repetundis, Seruilia, Acilia, Cornelia, Iulia: quibus singulis aliquandiu iudicia sunt administrata. nam posterior quæque proximam superiorem abrogauit. sic tamen, vt quædam retineret, atq; adeo interdum multa. non enim dubito, quin, quot in rebus crimen repetundarum Seruilius constituit, iisdem in rebus, aut omnibus, aut plerisque, idem crimen Acilius, cum suam legem ferret, esse voluerit. pœnam verò semper fere auxit posterior lex, & iudicij rationem aliqua re multæ mutarunt. itaque C. Seruilius Glaucia, (tedeo enim ad quatuor leges, quas proxime nominaui) is, qui cum Saturnino tribuno pl. prætor est occisus, cum de repetundis rogationem ferret, nouum de comperendinatione caput primus intulit, intráque spatium hoc indicij tẽpus conclusit, vt accusatori dies viginti ad agendum, totidem defensori ad defendendum darentur. ante hanc legem ampliari quidem licebat, comperendinari verò in iudicio repetundarum non licebat. quorum alterum lege Seruilia confirmatum: alterum, nulla in veteri lege scriptum, sed nouum inductum. Acilia sustulit. qua de re Pedianus sic: Ante legem Glauciæ de comperendinatione, aut statim sententia dicebatur, si absoluendus esset reus: aut, amplius, pronunciabatur, si videretur esse damnandus, cum dixissent iudices. Non liquet, hoc est, obscura caussa est, itaque ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cuius peroratione vtrebatur obscuritas. comperendinatio verò vtriusque partis recitatio est. Aciliam legem, quam tulit M. Acilius Glabrio, pater eius, qui Verris in caussa prætor fuit, seuerissimam fuisse. Cic. lib. 1. in Verrẽ, & Pedianus tradunt. nec enim ea lege comperendinari, aut ampliari reum dicebat. itaque multi, nulla omnino, neque comperendinationis, neque ampliationis, dilatione interposita, semel accusati, semel dicta caussa, semel auditis testibus, ea lege damnati sunt. Quod autem eo in loco Cicero dixit, Ego tibi illam Aciliam legem restituo; non dixit, restituo, quasi de lege ante Seruiliam lata, sed habuit rationem præsentis temporis, cum ex lege Cornelia, non iam ex Acilia, de repetũdis quærebatur. Acilia enim tollebat omnino & comperendinationem, & ampliationem, quæ vtraque, comperendinatio quidem certe, lege Cornelia, permittebatur. id Cicero significauit satis aperte, cum dixit: Adimo enim comperendinatum: quod habet lex in se molestissimum, bis vt caussa dicatur. & in eo: Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus. nam, si primus Glaucia, ergo aliquis post eum item de comperendinatione tulit: eum autem Acilium constat non fuisse. id quod ostendimus: fuit igitur L. Sylla, cuius ex lege eo tempore iudicia de repetundis administrabantur. idémq; declarat Pedianus, cum ait, ideo testibus vsum esse Ciceronem, vt, si posset, comperẽdinationem tolleret. frustra enim Cicero conatus esset tollere, ac ne conatus quidem esset, si necessaria fuisset. Cum autem subiunxit, Ita mittam in consilium, vt, etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existiment, non primo iudicare: hoc dicit, Ita testes interrogabo, ita scelera Verris patefaciam, vt, etiam si lex Acilia, quam, quod ad me attinet, tibi restituo, (adimo enim comperendinatum) permittat id, quod minime permittit, dilationem videlicet, iudices tamen, haud quaquam ampliantes, (comperendinationem non nominat, quia comperendinatio, non iudicum, sed accusatoris, & defensoris erat, cum, eorum alterutro petente, fieret; ampliatio verò iudicum) magnitudine criminum, & vi probationum inspecta, sibi turpe arbitrentur non primo iudicare. Et, quòd Aciliam Cicero mitissimam vocat, quam Asconius seuerissimã, vterque recte: seuerissimam, si cum veteribus: mitissimam, si cum Cornelia conferatur. Hæc pluribus verbis, quia locus Ciceronis in Verrem satis habet obscuritatis: & in eo interpretes omnes implicati, tanquam in salebra hæserunt. Cornelia, L. Syllæ dictatoris, fuit, vt posterior quęque lex, durior, quàm Acilia: etsi comperendinationem cõcedebat, quam Acilia tollebat. sicuti lex Glauciæ durior, quàm vetus: cum tamen Glauciæ lege comperendinari posset reus, vetere lege non posset. id Cicero significat his verbis: Vtram putas legem molliorem? opinor, illam veterem, eodémq; modo seueriorem, quę consecuta est, Iulia, quàm Cornelia. quod idem Cicero scripsit in oratione pro Posthumo. Sunt autem lege Cornelia iudicia de repetundis omnia vsq; ad C. Cæsaris, qui postea dictator fuit, primum consulatũ administrata. consul enim Cæsar nouam de repetundis legem rogauit. cuius quidem capita, quæ ex veterum scriptis liceat colligere, hæc maxime fuerunt: vt repeterentur pecuniæ, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere ministerióve publico cepisset, vel aliquis ex cohorte ipsius: vt vrbani magistratus ab omni sorde se abstinerent, néve plus doni muneriśve in anno acciperent, quàm quod esset aureorum centum: néve quis ob iudicem arbitrúmve dandum, mutandum, iubendúmve vt iudicaret; néve ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum, vincirive iubendum, vel ex vinculis dimittendum, néve quis ob hominem condemnandum, absoluendúmve, néve ob litem æstimandam, iudiciúmve capitis pecuniæ've faciendum, vel non faciendum, aliquid acciperet. quæ verba non minus pertinebant ad prouinciales, quàm ad vrbanos magistratus. item, ne quis omnino ob negocium faciendum, vel non faciendum, per calumniam pecuniam acciperet. Cautum præterea, ne prouinciæ præsidũ auaritia premerentur, aut exhauirentur, ne illi, qui prouincias regebant, quive eis ea eos erant, negociarentur, nec mutuam pecuniam darent, fœnúsve exercerent; neque hoc tantum; sed ne vxorem quidem ducere quisquam posset ex ea prouincia oriundam, vel domicilium ibi habentem; néve filio vxorem ducenti consentiret: ne iis in liberos populos ius de

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecuniis creditis dicere liceret: item, ne quis de prouincia exiret, aut exercitum inde sua auctoritate educeret, bellum sua sponte gereret, in regnum alienum iniussu senatus ac populi accederet: vt libertas sociis, ac præmia, ob merita in Remp. data, integra essent, ne cuiquam aurum coronarium aut imperare, aut accipere liceret, nisi cui decretus esset à senatu triumphus: ne dona quæstores acciperent, aut xenia: vt rectores prouinciarum rationes, prius quàm decederent, apud duas in prouincia ciuitates deponerent: ne quis pro consule, aut pro prætore legatum suum ante se de prouincia dimitteret: quod ab Vlpiano in lege meminisse, traditum est. spectauit hæc lex non modo ad eos, qui cum aliqua potestate erant, verumetiam ad eos, qui curabant aliquod opus publice faciendum, frumentum comparandum, vel viam reficiendam: item ad legatos, qui prouinciarũ rectoribus à senatu dabantur, præfectósq;, & tribunos, quæstores etiam, totámque cohortem prætoriam, si quid accepisse à prouincialibus conuicti essent. eadem lege illud etiam sancitum erat, quid rectoribus prouinciarum, dum in prouinciam irent, à sociis populi Rom. liceret accipere. qua de lege Cicero, dum in prouinciam proficiscitur, ita scribit ad Atticum lib. v. Adhuc sumptus nec in me, aut publice aut priuatim, nec in quenquam comitum. nihil accipitur lege Iulia, nihil ab hospite. postea verò quam in prouinciam peruenit, eodem libro sic: Scito non modo nos fœnum, aut quod lege Iulia dari solet, sed ne ligna quidem, nec, præter quatuor lectos, & tectũ, quenquam accipere quidnam. Ad hanc legem postea Cæsar, rerum potitus, fortasse caput hoc addidit, vt repetundarum conuicti etiam ordine senatorio mouerentur. id quidem ab eo factum, Suetonius narrat. quod vel aucta, vt dixi, sua vetere lege potuit, vel noua lege lata, vel etiam, lege nulla, pro ea, quam omnium rerum vnus habebat, potestate. Scriptum etiam apud Mattianum Iurisconsultum inuenio, lege Iulia repetundarum cautum esse, ne iudicare, néve testimonium dicere liceret ei, qui ob turpitudinem senatu motus, nec restitutus esset. Ex nostro libro de legibus Romanis.

RERVM PROLATIO, &, Res prolatæ, sæpe dixit Cicero: nec tamẽ, quid significet, intelligunt multi. significat autem, vt ex accurata multorum locorum examinatione collegimus, tempus illud, cum homines feriarentur. declarat maxime Plautus in Captiuis in persona parasiti:

Vbi res prolatæ sunt, eum rus homines eunt,
Simul prolatæ res sunt nostris dentibus.
Quasi eum caletur, cochleæ in occulto latent,
Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit:
Item parasiti rebus prolatis latent.

& pro Muræna, vbi Iurisconsultos exagitat: Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque est extra Romam vsquam, neque Romæ, rebus prolatis, quicquam valet. & ad Attic. lib. VII. Non istum rerum prolatio tardabit. & ad eundem lib. XIII. Meam stultam verecundiam, qui legari voluerim ante res prolatas, ne deserere videret hunc rerum rumorem. & ad Qu. fratrem. Res prolatæ, ad interregnum comitia adducta. Rerum igitur prolatio, siue, res prolatæ, idem est, ac si dicas, vacatio à muneribus: quæ maxime erat ludorum diebus. ludorum autem nomina, Votiui, Romani. Victoriæ, Plebeij. quorum primi Votiui XVII. cal. Sept. commissi, per quindecim dies celebrabantur: & continuo Romani per decem dies: cum interea res prolatæ dicebantur confectis Votiuis, & Romanis, rursus ad negocia iudicia fiebant: senatus habebatur, tum publicè, tum priuatim quisque fatagebat in sua re: hoc vsque ad VIII. cal. Nouembris. nam cum inter ludos Romanos & ludos Victoriæ dies interfint XIV. quod aperte ipse declarat lib. IIII. in Verrem recte subducenti perspicuum fier, ludorum Victoriæ commissionem incidere in diem VIII. cal. Nouembris. quod significatur & ad Qu. fratrem lib. III. iterum igitur res prolatæ. Victoriæ autem ludi, cúmque his Plebeij coniuncti, dies auferebant octo: vt ad IIII nonas Nouembris & magistratus, & cuiusuis ordinis homines intermissam rei siue publicæ, siue priuatæ administrationem repeterent. itaque Cicero lib. III Epist. ad Att. Pontinius, inquit, vult ad IIII nonas Nouembris triumphare. ex quo patet, non fuisse diem festum IIII nonas Nouembris. Ex nostro commentario in Epist. in Attic.

RIGOR terminus est, sed hoc differt à limite, quòd limes est quodcunq; in agro opera manuum factum est ad obseruationem finium: rigor vero finæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Sic Aggenus in libro de limitibus.

ROMA. ciuium Romanorum tria genera fuisse video, senatores, equites, de plebe: qui tres ordines dicebantur, & ex duplici genere constabant, patricio & plebeio. duplex enim est ciuium Romanorum diuisio, quarum altera ad alteram nihil pertinet. prior hæc, Vel patricij sunt ciues Romani, vel plebeij. posterior hæc, Vel senatores sunt ciues Romani, vel equites, vel de plebe, ita vel à genere, vel ab ordine distinguebantur: vt ciuis Romanus genere patricio natus, equestris tamen ordinis, si nondum in senatum lectus esset, diceretur; sin senator esset factus, ordinis senatorij. quod si patricius non modo in senatum allectus non esset, verum nec inter equites locum haberet; quia scilicet equestri censu non esset, hoc est sestertiorum quadringenta millia non possideret: (minus enim qui habebat, eques esse non poterat, sed, vt Horatij verbis vtar, plebs erat) aut quia, cum quadringenta millia possideret, annulo tamen aureo & equo publico non veteretur, quæ illi, equestris ordinis insignia, censor ob aliquod flagitium ademisset; aut denique, quia neque maiores eius, neque pater, neque ipse, cum quadringenta millia, cóve amplius haberet, de equestri dignitate laborassent, equestrisque ordinis indicia, annulum scilicet aureum, & equum publicum, neque in militia à duce, neque domi à censoribus, cum censeretur, postulasset: quod tamen vix est vt credi possit: quis enim contemnit honestatem? quis, cum ab infimo ordine plebeio ad equestrem possit ascendere, aut ab equestri ad senatorium, recusset? si quis igitur patriciæ gentis neque senator esset, neque eques, is patricius quidem & erat, & dicebatur, idem tamen de plebe & erat, & dicebatur. quandoquidem, ciuis Romanus quicunque erat, is de tribus ordinibus vnum haberet, senatorium, aut equestrem, aut plebeium, necesse erat. senator non est ergo eques, aut de plebe. neque senator, neque eques: ergo de plebe. ordo enim præterea nullus superest. at quadraginta millia, qui est equestris census, aut octingenta millia, qui senatorius, possideo: sequitur ergo, vt eques ob quadringenta millia sim, aut senator ob octingenta millia. falsum. census enim dat, non vt eques aut senator necessario sis, sed vt esse possis; neque propter opes honor datur, sed ob inopiam negatur, turpe enim, & indecorum, senator egens: malúmq; res non omnino malis mentibus quandoque persuadet inopia. Erant ergo patriciorum tria genera, patricij senatores, patricij equestris ordinis, patricij de plebe. Sed oritur consideratio. Ciuis Romanus, ex equite senator factus, amittitne ordinis equestris insignia, annulum aureũ, & equum? minime. auctus enim dignitate, tantum abest vt de pristino iure quidquam amittat, vt etiam aliquid præterea consequatur. nam, præter annulum, & equum, quę equitum erant, habebant senatores tunicam purpuream; vt ab equestri ordine aliqua omnino specie distinguerentur, sicuti equester ordo à plebe annulo aureo, & equo distinguebatur. Ex nostris obseruationibus. Duos populos seminarium gentium Romanarum fuisse reperio, Aborigines, & Troianos, qui vtrique ab Aenea, vt Liuius, & Dionysius tradunt, communi nomine Latini sunt appellati. Aborigines autem, qui, ante aduentum Aeneæ, Latium, regente Latino, tenebant, docet Dionysius ex Græcis in Italiam venientibus esse conflatos. Græcos autem hos nominat, Oenotrum ex Arcadia, Pelasgos ex Thessalia, Euandrum item ex Arcadia, Herculem ex Peloponneso profectum, atque etiam idem scribunt, Romulum, superante Latinorum Albanorúmque multitudine, vrbem in Palatio condidisse, quæ cum ita sint; iam id dubium esse non potest, quin ad hos populos alij etiam plurimi accesserint, qui Romanam vrbem gentibus repleuerint. siquidem accepimus, Romulum Caninenses, Antemnates, Camerinos, Veientes, Fidenates, quos bello deuicerat, Sabinos verò etiam quibuscum æquo Marte pugnauerat, in societatem nouæ vrbis vocasse. quin etiam multas Etruscorum vrbes se ad eum recepisse, initio à Medullia facto. traditum est. hoc autem Romuli institutum reliqui deinceps reges studiosissime sibi conseruandum esse duxerunt, vt finitimas ciuitates aut vi, aut beneuolentia sibi adiungerent, Romámque transferrent. itaque Tullus Hostilius, euersa Alba, familias eius vibis Romam traduxit. Ancus Lucumonem Etruscum in senatum ascinit. Priscúmq; Ser. Tullium Cornuculanum sibi etiam generum adiunxit. idem post quoque factum est, liberata regio dominatu Repub. neque enim vnquam defuit, ciuitatem victis populis & gentibus dari, Italiámque ipsam municipiis deuinciri, quousque bello Marsico vniuersa fere ciuitate donata est. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum.

ROMILIA lex, cauit, ne alij, præter patres, & magistratus, sacra inirent, peragerént ve. postea plebi quoque aditus ad sacra fuit. nam rogationibus tribunitiis, primum Sextia Licinia sancitum est, vt X. viri sacrorum, non, vt antea, omnes patricij, sed ex parte dimidia de plebe crearentur. deinde secuta est Ogulnia; vt, cum quatuor pontifices essent, sacerdotum numerum augeri, quatuor præterea pontifices, quinq; augures, de plebe omnes, allegerentur: vt omnino octo pontificum, nomen augurum numerus fieret.

RVRA veteres incultos agros dicebant, id est syluas, & pascua. Ex libro variorum auctorum de limitibus.

SACERDOS. non eadem semper Romæ fuit creandorum sacerdotum ratio. cum enim, veteri lege, ac more, augures ab auguribus, pontifices à pontificibus, reliqui sacerdotes à suis quique collegijs crearentur; vnus pontifex maximus à populo; quod omnium pene historicorum, Liuij maxime testimonio, constat; Cn. Domitius tribunus pl. Neronis Imperatoris auunculus, pontificibus offensior, quòd alium, quam se, sui patris, in locum coopt assent, lege lata ius sacerdotum subrogandorum à collegijs ad populum transtulit, eo anno, quo C. Marius tertium consul fuit. nec multo pòst ipse pontifex maximus populi suffragio creatus est. huius legis in I. in Rullum oratione Cicero meminit, item in ea pro C. Cornelio, quæ integra non extat. Postea L. Sylla, rerum potitus, cum alia multa contra populum, qui Marianas portas fouerat, tum hoc sanxit, vt rursus sacerdotes à collegijs crearentur. de quo sic Pedianus in diuinationis commentario: Victore Sylla, spoliatus est populus Rom. arbitrio creandorum sacerdotum. Sed quemadmodum legem Domitiam abrogari sua lege Sylla: sic legem Syllæ, aliquot pòst annis, T. Atius Labienus tribunus pl. abrogauit, Domitiámque restituit. fecit autem hoc auctore C. Cæsare: qui, si populus in mandando sacerdotio suffragium ferret, se, qui popularis admodum erat, pontificem maximum, in demortui Metelli Pij locum, creatum iri, non sine causa putabat. quod re comprobatum est. nam P. Seruilio Isaurico, & Q. Luratio Catulo, consularibus viris, & prouecta iam ætate, delectis, ipse, nondum prætorius, in amplissimi sacerdotij gradum ascendit. Tulit & ipse legem, non quæ à Labieni lege discreparet, (fuit enim vterque popularis) sed quæ nouum aliquot ius asciberet. Domitiam quidem legem in eo capite confirmauit, vt absentibus petere sacerdotia liceret. rursus à populo ad collegia, lege Labieni abrogata, ius cooptandorum sacerdotum retulit post obitum Cæsaris M. Antonius consul, eo consilio, vt facilius ac certius M. Aemilius Lepidus, cuius filio filiam suam collocauerat, pontifex maximus in Cæsaris locum subrogaretur. ita ius creandi sacerdotes quater immutatum est, à Domitio, Sylla, Labieno, Antonio. atque hoc quidem satis ex historia patet. mihi tamen & de quinta mutatione oritur opinio, vt puto, satis certa. primum ex epistola ad M. Brutum, in qua ita scriptum est. Pansa viuo, celeriora omnia putabamus. statim enim collegam sibi subrogasset. deinde, ante prætorem, sacerdotum comitia fuissent. cum enim, quo tempore hæc epistola scripta est, tum non à collegijs, sed à populo subrogari solitos esse sacerdotes, manifestum fit, quia comitia de populo diei nemo nescit; hæc autem epistola eo anno scripta sit, quo Hirtius & Pansa consules fuerunt, id est eo, qui Antonij eo nsulatum primus consecutus est: liquet, Antonij legem non esse seruatam, sed eam, quam Domitius tulerat, iterum esse restitutam. nitor etiam Dionis testimonio, qui lib. XLVI leges Antonij à Pansa consule abrogatas esse narrat. quod etiam fecit Lentulus ille, qui scripsit his verbis ad Ciceronem: Primus

ego leges Antonianas fregi. Est etiam ex ipso Cicerone minime dubium de abrogatis Antonij legibus argumentum. Acta, inquit, oratione xiii, in ipsum, Antonij rescidistis: leges refixistis: per vim, & contra auspicia latas decrevistis. Præterea patet hoc eo clarius, quòd in ea de qua proxime meminí, ad Brutum epistola proximâ legē de sacerdotiis Cicero Iuliā appellat: quòd si post Antonij consulatū, in quo legem tulit de lege cooptandi proxima dicitur C. Cæsaris lex: nimirum sublata iam erat Antonia. Ex libro nostro de legibus Romanis.

SENATVS. primi sententias in senatu à consule rogabantur consules designati: si modo post consularia comitia senatus haberetur: sin antè, rogabat consul arbitratu suo, non quem vellet ex omni senatorum frequentia, sed quem vellet è numero consularium, & antiquæ consuetudini dabatur, vt, quem ordinem interrogandi sententias consul calendis Ianuariis instituisset, cum toto anno conseruaret. quo ordine, Cæsar, neglecto, primum Pompeium post affinitatem consul rogare sententiam cœpit, cum antea Crassum solitus esset. Quoniam autem cum designati consules fuissent, ij sententiam primi rogabantur: venit in mentem, quæri vter posse, ex ipsis designatis prior rogaretur. nec difficile est quærenti respondere. nam me quoque olim ex ipsa re in eandem dubitationem adductum, & aliquandiu hærentem, observatio vetusti moris expediuit. Sciendum igitur; siue patricius, & plebeius, siue duo plebeij designati consules essent, qui priore loco declaratus esset consul, eum in magistratu priorem quoque sententiam rogasse: ideóque rogauit in re Catilinaria non C. Antonius, sed M. Cicero, quia consul priore loco declaratus. nam genere pares erant, vtérque plebeius, & lib. 1. epist. ad Att. rogat sententiam M. Pupius Piso consul, ex familia plebeia: M. Valerius Messalla, etsi patricius, tamen non rogat, plebeius igitur anteponitur patricio: cur? quia priore loco declaratus consul. Vter in magistratu prior rogaret, ostendi. quo coniecto, & vter rogaretur, cum designati essent. Ex nostro commentario in epist. ad Att. Legitimi habendo senatui dies erant, calendæ, nonæ, idus. reliquis diebus, modo comitiales non essent, haberi quidem senatus poterat; sed certus neque lege, neque more statutus erat dies. positum id erat in voluntate magistratuum. Ex nostro commentario ad Qu. fratrem. Animaduersione dignum est, quod legendo obseruauimus: qui ex equestri ordine senatoriæ dignitatis ad gradum ascendissent, eos inter senatores quidem esse censos, vt, si quid ordine senatorio minus dignum admisissent, senatu mouerentur; verum eosdem, cum deinde equitum centuriæ recognoscerentur, inter equites, quandoquidem ipsi quoque equum publicum haberent, citatos esse, vt, si flagitium vllum, quod in equite Romano dedecoret, fecissent, equum publicum amitterent. patet hoc apud Liuium duorum censorum exemplo, Neronis, & Salinatoris: quorum alter alteri, cum census equitum ageretur, equum ademit: quos tamen ante, cum senatorum census ageretur, in recitandis senatorum nominibus esse lectos, dubitari non potest. Atque ego, huius generis ciues, minime crediderim, sua manu, vt cæteros equestris ordinis, equum per forum traduxisse. proprius enim eorum census non in equestri, sed in senatorio erat ordine; nec equestris ordinis, sed senatorij dicebantur, nec ideo, quòd equestris essent ordinis, quem, adepti senatorium, amiserant, sed quia equum publicum haberent, inter equites citabantur. qui vero in senatum, etsi nondum à censoribus lecti: iure tamen magistratus, quem aut gererent, aut gessissent, aditum haberent; eos video, si equites essent, equum publicum inter cæteros equestris ordinis ciues ante censores per forum traduxisse, nec inter senatores, cum tamen irent in senatum, esse lectos. quod de Pompeio, qui postea cognomentum Magni est adeptus, à Plutarcho traditum obseruauimus. is enim eques adhuc, nondum in senatum lectus, consul ob virtutem ac singularia in rempub. merita ante legitimā ætatem creatus (soluebantur enim legibus boni viri) equum publicum ipse ad censores adduxit: præclarumque fuit populo Romano spectaculum, consulem sua manu equum publicum ducentem intuenti. Atque hæc, quæ diximus de ciuibus Romanis, & ex equestri ordine, & ex plebe in senatum lectis, ita tradimus, vt ad reipub. tempora spectemus. nam regum ætate solis patriciis curia patuit: cum tamen, quod Dionysius Halicarnasseus docet, non omnes patricij senatores essent, sed alij senatores, alij equites, alij de plebe. vt vere diceres: senator est, ergo patricius; non contra: patricius est, ergo senator. & quanquam ex familiis tum patriciis, tum plebeiis senatus constaret, veteres tamen ita locutos animaduerti, vt de vniuerso plane senatu nobilitatis nomen vsurparent: quia scilicet summus ordo senatus esset, eúmque adepti præter cæteros nobiles esse viderentur: quando quidem ob virtutem, quæ nos sola nobiles, sola patricios, sola reges vere facit, dignitas illa mandaretur. Ex nostris obseruationibus.

SEPVLCRVM. sacra fuisse Romanis iura sepulcrorum, antiquæ legis illa verba declarant: Vbi corpus demortui hominis condas, sacer estō: & illa; Nequis vestibulum aditúmve ad sepulcrum vsu capito, neu bustum volato: & illa; Deorum manium iura sancta sunto. quod & antium volato: & illa; Deorum manium iura sancta sunto. quod & antiquitus seruatum esse, irrogata violantibus pœna, posteriores iurisconsulti Vlpianus, Paulus, Caius tradiderunt. Quod autem Cicero scripsit lib. ii. de legibus: Credo fuisse aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis causa tributum est, vt Poplicolæ, vt Tuberto; quod eorum posteri iure tenuerunt; aut eos, si qui hoc, vt C. Fabricius, virtutis causa soluti legibus, consecuti sunt: id plane significat, etiam ante xii. tab. intra vrbem sepeliri non licuisse, siquidem Poplicolæ & Tuberto virtutis causa tributum est. quod ipsum & Dionysius confirmat, & Plutarchus. Seruius quidem vbi exponit illud Virgilij, lib. xi. Finitimos tollunt in agros, vbique remittunt, Duilio consule primum à senatu decretum esse ait, nequis in vrbe sepeliretur. quod imperatores quoque Adrianus & Antoninus Pius renouarūt. & fuisse hanc veterem consuetudinem patet in lege mortuorum C. de religiosis, & sumptibus funerum. legis quidem xii. tab. illa nota sunt: In vrbe ne sepelito, néve vrito. quæ scripta sunt ob eam causam, tum vt ab oculis viuentium cadauera, quæ mœstitiam animis infetunt, quamprimum amouerentur; tum ne cœlum illud vrbanum, vnde proximè spiritus duceretur, retro putrescentium corporum nidore corruptum, pestem aliquam importaret. Datum autem decreto senatus iis, qui triumphassent, vt, cum eorum corpora extra vrbem cremata essent, in vrbem ossa & cineres referrentur, humique mandarentur. hoc Pyrrhonem Lyparæum scripsisse tradit Plutarchus in libro Romanarum rerum. Illa vero, non inutile est, cognoscere, in agris sepulcra fuisse; in agri venditione, iura tamen sepulcrorum penes eum, qui venderet, remansisse, eúmque sibi tantum agri in venditione excepisse, quātum adeundo sepulcro satis esset: quod qui non faceret, ei summo probro ac turpitudini fuisse. vnde illud in oratione Ciceronis pro Roscio Amerino: Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulchrum patrium relictum est. hæc autem ipsa de re Pomponius iurisconsultus ita scripsit: Dominis fundorum, in quibus sepulcra fecerint, etiam post venditos fundos adeundorum sepulcrorum ius est. tum igitur in agris, tum iuxta militares, vel publicas vias cadauera, aut, si cremata essent, cineres condebantur. nam & sepeliendi cadaueris, & cremandi consuetudinem fuisse, indicat illud in xii. tab. In vrbe ne sepelito, néve vrito. & illud, quod in ii. de legibus scripsit Cicero: P. Cornelium Africanum sepulcrum esse, L. Cornelium Syllam primum è Cornelis cremari voluisse. Sepeliri autem antiquius fuisse, quàm cremari, Plinius lib. vii, cap. liiii. declarat his verbis: ipsum cremari, apud Romanos non fuit veteris instituti. terra condebantur. at, postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum. & tamen multæ familiæ priscos seruauere ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus, idque voluisse veritum talionem, eruto C. Marij cadauere. hæc Plinius: cui, quod ante xii. tab. in more fuerit, id verus non videri, mirum est. Cremandi consuetudo vsque ad Antoninorum imperatorum ætatem perduravit. rursus terra condi certum est. Legimus & illud, maiores natu ad rubas, minores ad tibias ad sepulcrum esse delatos; qui vero claris maioribus horti essent, his eorum imagines in funere prælatas. addit Seruius Honoratus, ante sepulcrum aram fieri solitam. quod & Cicero in epistolis ad Atticum significat. tametsi non aram modo, sed fanum quoque filiæ mortuæ cogitabat. Illud ex Festo sic tu, dignum, ante, quàm cadauer ad pyram deferretur, digitum abscissum esse; vt, reliquo corpore peracto, ad eum iusta fierent. Cadauere pyræ imposito, qui propinquitate mortuo deuinctus archissime fuerat, is auersus rogo facem accensam inferebat. Signum hominis sepulti non vnum fuit. nam & lapis, & tegula, & cæspes, & tumulus, & cippus sepulturæ locum indicabant. Ex lib. nostro de legibus Romanis.

SILVANI tres fuerunt. vnus dicebatur domesticus, possessioni cōsecratus: alter agrestis, pastoribus: tertius orientalis, cui est in confinio lucus positus, à quo inter duo pluréve fines oriuntur. ideóque inter duo pluréve est & lucus. Omnis autem possessio quare Siluanum colit? quia primus in terram lapidem finalem posuit. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

SOCII LATINI, dicebant veteres coniunctè; cum tamen & de sociis, id est Italis extra Latium, & de Latinis intelligerent: sicuti, æquum bonum, copula omissa, pro æquum & bonum. sic, Socij Latini nominis, pro, socij, & qui erant Latini nominis. nam Latini, cum ipsi quoque socij essent, proprio tamen nomine à reliquis Italis distinguebantur; & proprio etiam iure fruebantur. vnde, ius Latij, & ius Italicum, diuersa positu. erat igitur, socij nomen generale, sicuti & fœderati. tam enim socij fœderatique Latini, quàm reliqui Itali. Liuius lib. xli, Mouerunt senatum, inquit, legationes socium nominis Latini. summa querelarum erat, ciues suos, Romæ censos, plerósque Romam commigrasse: quod si permitteretur, perpaucis lustris futurum, vt deserta oppida, deserti agri nullum militem dare possent. dixit, Socium nominis Latini, pro, sociorum, & nominis Latini. quod idem Liuius ibidem ostendit: subiungit enim: Lex sociis, ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, vt ciues Romani fierent. ea lege male vtendo, alij sociis, alij populo R. iniuriam faciebant. nam &, ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem, vt manumitterentur, mancipio dabant, libertinique ciues essent: &, quibus stirps deesset, quam relinquerent, ciues Romani fiebant. hic duo sunt animaduertenda, primum, de quibus dixerat, socium nominis Latini, de iisdem intulisse, sociis, ac nominis Latini: deinde, cum in eo, Sociis, ac nominis Latini, distinxisset, ac separasset socios à Latinis, vno tamen postea nomine simul omnes comprehendisse, cum dixerit, Alij sociis, alij populo R. iniuriam faciebant, vt appareat, quanquam Latini ac reliqui Itali non eodem iure essent, æque tamen omnes societate iunctos fuisse populo R. est etiam eadem de re, versibus aliquot interiectis, eiusdem generis exemplum. Legem, inquit de sociis C. Claudius tulit S. C. & edixit: qui socij ac nominis Latini ipsi maiorésve eorum, M. Claudio T. Quinctio censoribus, póstque ea apud socios nominis Latini censi essent, vt omnes in suam quisque ciuitatem ante cal. Nouemb. redirent. & lib. xlii. cum de iisdem loqueretur, Posthumius, inquit, consul pro concione edixerat, qui socium Latini nominis ex edicto C. Claudij consulis redire in ciuitates suas debuissent, ne quis eorum Romæ, & omnes in suis ciuitatibus censerentur. sexcenta sunt huiusmodi tum apud hunc, tum apud alios: quæ legendo, siquis voluerit, obseruet. Ex nostris obseruationibus.

SOLVTI agri sunt, quorum fines deprehendi non possunt, vt ait Siculus Flaccus.

STADIALIS ager habebat passus cxxv, id est pedes dcxxv: cuius mensura octies comparata milliarium facit, qui constat quinque millibus pedum. Ex libello variorum auctorum de limitibus.

STATVS, ex quibus omne genus controuersiarum de agris exoritur, octo omnino sunt, iniectiuus, expositiuus, subiectiuus, recuperatiuus, assumptiuus, initialis, materialis, affectiuus. Iniectiuus ergo status est generalis. nam siue de possessione, siue de fine controuersia nascatur, per hoc repetitio iusta iniustáque infertur. Expositiuus est status controuersiæ, quoties finitimorum argumentorum caret demonstratione, & partium magis exigit narrationem, per quam exponendum sit, quo sint genere terminandæ, aut persuadendum iudici, etiam si loci natura finitimam exhibeat similitudinem. Subiectiuus status est, cum relinquitur status generalis, & alio quolibet statu cōtrouersia defenditur.

fenditur. Recuperatiuus est status, quoties non à trifinio, aut quodrifinio, sed ex quolibet finis loco incipientis termini rectiuram dirigit, & per incessum definitionis loca quædam alteri fundo acquirit: aut solum aufert, & eius loco reddit. Assumptiuus primæ controuersiæ status, qui est de positione terminorum, in rigorem aut in finem transcendit. Initialis controuersiæ status de rigore pertinens ad materiam, transcendit in controuersiam, quæ est loco tertio: de fine status materialis non conditionem mutat, neque materiam efficit. Materialis status est, ex quo omnes controuersiæ incipiunt de loco duntaxat. nam transcendentiam non habet de hoc effectiuus, sed, dum consummatus fuerit, nascitur. Effectiuus est, cum de loco litigatur, & idoneas partes ad litigium aduocationes instituunt. Ex Aggeno de limitibus agrorum.

STRIGA apud scriptores agrestium mensuratum sic exponitur. Ager, inquit Frontinus, per strigas & per scamna diuisus & assignatus est more antiquo in hac similitudine, qua in prouinciis arua publica colluntur. Hygenus autem sic, Mensuræ quadraturam dimidio longiorem facere debebimus, &, quod in latitudinem longius fuerit, scamnum appellare; quod in longitudinem, strigam. Et Aggenus, Strigatus, inquit, ager est, qui à septentione in longitudinem in meridianum decurrit: scamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit.

SVBRVNCIVI limites ita nominantur ab Hygeno. Limites liberarij mensuræ tantum disterminandæ caussa sunt constituti: &, si finitimi intercesserint, latitudinem secundum legem Manliam acceperunt. in Italia itineri publico seruiunt sub appellatione subruncinorum. habent latitudinem pedum octonum. hos conditores coloniarum, fructus asportandi caussa, publicauerunt.

SVFFRAGIVM. populus R. primum voce, deinde per tabellam suffragium tulit. quo modo autem à voce ad tabellam deuentum sit, & quibus temporibus, & quibus auctoribus, operæprecium est cognoscere. Quatuor igitur leges nominatur, omnes, vt puto, tribuniciæ, Gabinia, Cassia, Papiria, Cœlia. Gabinia sanxit, vt populus in magistratibus mandandis suffragium, non, vt antea, voce, sed per tabellam ferret. Cassia biennio post idem iussit, in omnibus iudiciis populi, perduellione excepto. Papiria & ipsa populo tabellam dedit, in iubendis ac vetandis legibus. Cœlia, quo vno in genere vocis suffragium reliquum erat, hoc est, in perduellione, quod lex Cassia exceperat, in eo genere tabellam dedit. ita quatuor tribunorũ pl. rogationibus factum est, vt populus libere, quod sentiret, in omnibus comitiis, nullo inimicitiarum metu, posset ostendere. ideo tabellam vindicem tacitæ libertatis appellat Cicero in agraria II, & lib. III. de legibus, in oratione autem pro C. Cornelio principiũ iustissimæ libertatis Cassiam legem, quæ tabellam in iudicijs populo dedit. magis enim intererat populi, tabella voluntatem in iudicijs tegere, cum ageretur de capite fortunisque ciuium, quàm aut in magistratibus, quod lex Gabinia sanxerat: aut in legibus, quod postea Papiria. His igitur quatuor legibus ferendi suffragij mutata ratio est. nunc de latoribus earum legum, & quo quæque anno lata sit, agamus. Gabiniam rogauit homo ignotus, & sordidus: quod lib. III. de legibus Cicero tradit, &, cum biennio ante Cassiam rogata sit, quod idem eodem in loco demonstrat; Cassiam vero Lepido & Mancino COSS. esse latam, ex libro de claris oratoribus constat: necesse est, Pisone & Lenate COSS. rogatam, existimare. Cassiam Lepido & Mancino COSS. auctore Scipione Africano posteriore tulit L. Cassius Qu. F. Longinus Ranilia, pater illius L. Cassij, qui in omnibus caussis quærere solebat, cui bono; & C. Cassij, eius quem C. Mario, C. Flauio COSS. leges multas ad minuendam nobilitatis potentiam tulisse, in quibus hanc, vt, quem populus damnasset, cuiue imperium abrogasset, in senatu non esset, Pedianus tradidit. Papiriam tulit C. Carbo, ille eloquentissimus: tulit autem, vt opinor, P. Popillio & P. Rutilio COSS. nam eo anno tribunum pl. fuisse, quo Scipio Aemilianus de Numantinis triumphauit, omnes historiæ declarant: quem à porta ad concionem productum, quid de Ti. Graecchi morte sentiret, seditiose interrogauit. Cœlia, non facile est conijcere, à quo sit rogata: sed, rogatam Qu. Metello T. Flaminino COSS. credideram, & ex iis verbis, quæ sunt apud Ciceronem lib. III de legibus: Vt opprimeret Cœlius Popillium. nam, id de P. Popillio dictum esse, quem C. Graechus Metello & Flaminino COSS. tribunus pl. in exilium eiecit, videtur intelligendum, vt eius iudicij caussa, quo Popillius, tribuno pl. Graccho, est oppressus. Cœlius sua lege tabellam dederit. Suffragia vel in campum Martium, si centuriata comitia haberentur: vel in forum, si tributa, alióve, cistis in pontes deferebantur, & his pontibus populo ministrabantur, id significat Cicero in epistola ad Atticum lib. I, his verbis: Operæ Clodianæ pontes occuparunt: tabellæ ministrabantur, ita vt nulla daretur, Vti rogas. nam quæ tabellæ legem accipiebant, & probabant, in iis duæ literæ scriptæ erant, V. R. quæ significant, Vti rogas: id est: vti tu, qui legem fers, nos rogas, ita iubemus, quæ vero leges legem antiquabant, hoc est, reiiciebant, & improbabant, in iis vnica litera, A, scripta erat: quæ significat antiquo: id est, antiqua mancant: noua non placent: legem respuimus. In iis vero comitijs quo populus vt suffragium de reo ferret, coire solitus est, ternæ tabellæ dabantur: quarum in vna scriptum erat, A; in altera, C; in tertia, NL. & prima significabat, absoluo; secunda, condemno; tertia, non liquet, id est, neque absoluo, neque condemno, caussam plane non intelligo. Verum, vt ad pontes redeamus, angustiores vt essent, legem tulit C. Marius tribunus pl. qui postea septies consul fuit. tulit autem eam legem, ne quid fraudis in distribuendis tabellis committeretur. multis enim locus esse non potest, vbi pontes angustiores sunt. at in turba vitiose aliquid agere, difficilis negotij non est. propterea, quòd hac lege sanctum, id ambitiosis oppositum fuisse, & plane Cicero narrat. lib. I. de legibus, & Plutarchus significat in Marij vita, cum ait: In tribunatu legem de suffragijs tulit; qua potentium opes cum in ferendis suffragijs, tum in creandis magistratibus imminuit. suffragium ferebant omnes ciues Romani, in ea quisque tribu, vbi census erat, aut in sua quisque classe. libertini tantum in quatuor vrbanis tribubus, quæ minus nobiles erant, suffragium tulerunt. nam etsi P. Sulpicius tribunus pl. L. Sylla, Qu. Pompeio COSS. tulit, vt in omnibus plane tribubus, quæ XXXV. erant, suffragium ferre possent: hanc tamen legem, puto à victore Sylla, Sulpicij inimico, esse abrogatam. puto autem ob eam caussam, quia C. Manilius tribunus pl. aliquot post annis eandem legem ferre conatus est: idémque postea & P. Clodius cogitauit, restis Cicero in duabus orationibus, pro C. Cornelio, pro Milone. Hæc ex libro nostro de legibus Romanis.

TEMPLA in Occidentem spectare, antiqui architecti rectè scripserunt. postea placuit omnem regionem eò conuertere, ex qua parte cœli terra illuminatur. ideo in Orientem ædes sacræ spectant. Et Hygeno de limitibus constituendis.

TERMINI, apud antiquos, adhibito sacrificio, disponebantur. qua de re apud Siculum Flaccum hæc legimus: Carbo, aut cinis quare inueniatur, vna certa ratio, quæ apud antiquos quidem obseruata est, postea vero neglecta: sicut aut diuersa, aut nulla signa inuenerimus. cum enim terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant, proxime ea loca quibus fossis factis defixuri eos erant, vnguento velaminibúsque & coronis eos coronabant: in fossis autem quibus posituri eos erant, sacrificio facto, hostiáque immaculata cæsa, sicuti eos erant, in fossa coopertis sanguinem instillabant, eóque thuribus ardentibus, in fossa coopertis sanguinem instillabant, eóque thura & fruges tactabant, fauos quoque & vinum, aliáque quibus consuetudo est termini sacrum fieri, in fossa adiiciebant, consumptisque omnibus dapibus igne, super calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirmabant. adiectis etiam quibusdam saxorum fragminibus circumcalcabant, quo firmius starent. tale ergo sacrificium, domini inter quos fines dirimebantur, faciebant. nam etsi in trifinium, id est in eum locum in quem tres possessores attingebant, termini ponebantur, omnes tres sacrum faciebant: quique alij in confinio domini erant, omnes ex conuenientia terminos ponebant, & sacrum faciebant: terminos autem conuenientia possessorum confirmabat. nam in quibusdam regionibus iubemur vertices amphorarum defixos inuersos obseruare pro terminis. ergo conuenientia, vt supra diximus, possessorum terminos consecrat, qui vt ante dixeramus, omnibus angulis coxísque positi esse debent. Termini apud antiquos sancte in primis, ac seuere seruabantur. nam in lib. V. sententiarum Pauli scripta sunt hæc, quæ leguntur apud Frontinum in libro de limitibus. Terminos qui effodiunt, vel exarant arbores, in metallum damnabuntur, si quidem serui sua sponte faciunt; humiliores in opus publicum: honestiores in insulam, amissa tertia parte bonorum, relegabuntur. Termini comportionales à veteribus dicti, teste Aggeno Vrbico, qui intra possessionum fines inueniuntur: qui si secundum pristini temporis possessionem non conueniunt, diuersas attiguis possessoribus controuersias generabunt. Termini autem, vt in libello de limitibus, variorum auctorum titulo, scriptum est, diuersi fuerunt per diuersas prouincias. sunt enim hæc verba. Terminum singulum in quattrifinio inuenies, quatuor lapides in quadrifinio positi sunt, & termini factura tornatiles, hoc est rotundi, subtilissimi: in quadrifinio inuenies. Puteum si in fine inuenies, pro termino habebis. Cisternam factam in fine positam, & circa hanc memorarum terminum inuenies, & pro termino habebis. Terminum de lapide deciſum viuo inuenies, & pro termino habebis. Macerias lapidum in fine pro termino inuenies. Sepulcra finalia aut monumenta sine dubio inuenies. Malum cotoneum in fine pro termino inuenies. Cypressum in fine pro termino inuenies. Oliuastellum in fine pro termino inuenies. Fossatum deciſum paruum in fine pro termino posuimus. fossato alio finales maiores sine dubitatione inuenies. Limitem torrem hoc est torridũ sine dubio inuenies. Parietes de calce fabricatos finales dixerimus. Ripas deciſas finales diximus. Botontones finales inueneris. Arbores ante missas finales inueneris, peregrinas, exteras. Pontem marmoreum in fine inuenies. Pontem de lapide viuo in fine inuenies. Pontem ex calce factum in fine inuenies. Orcas in fine inuenies. Sarcofagain fine inuenies. Imbrices in fine inuenies. Collectaculum de carbonibus in calce misceitatos, & glareas fluminales ne despicias, signales constituimus. Palos picatos pro terminis inuenies. Latereculos quadrangulos pro terminis inuenies. Lapides natiuos cum aliquo signo finem pro termino constituimus. & multa consecratione signauimus. Flumen aliquoties in fine inuenies. Riuum finalem inuenies. Hæc signa per diuersas prouincias obseruantur. Terminorum nomina apud Hygenum leguntur hæc: Egregius, qui & robustus, quinquepedalis; Augusteus, Rhombus, Rhomboides, Scalenus, Isoceles, Trigonus orthogonus, Trapezeus, Trigonus oxygonius, Trigonus amblygonius, Parallelogrammus, Sepultura militaris in finem, Augusteus in trifinio, Isopleurus, Scutellatus, Spatula, Spectecticalis in trifinio, Area in quadrifinio, Sepultura finalis, Nouerca, Canabula, Formalis, Substructio ad terras excipiendas, Macerta finalis, Scorosiones, Botontini, Monumentum. Aspratilis terminus, Hermula, Seria, Puteus, Lapis non dolatus, incursotio positus; Terminus, qui subsecuum demonstrat; Lapis intra lapidem in trifinio, Termini gemelli, Terminus, qui fluuium demonstrat; Lapis gammatus, Gamma de Petra sicca constructa, Lapis decussatus, qui agrum intraclusum & extraclusum significat; Terminus ante terminum in versura positus, Lapis cultellatus, qui pentagoni recipit rationem; Lapis gammatus, qui trigoni recipit rationem; Lapis intra lapidem in cursorio, Lapis, qui flexuositatem limitis ostendit, Terminus, qui riuum demonstrat. Ad hæc porro terminorum nomina sua cuique figura est adiuncta.

TERRAM, punctum esse cœli, ex Hygeno cognoscitur: is enim sic in libro de limitibus: Cœli punctum esse terram, sic describunt, quòd dicant, à polo ad Saturni circulum internallium esse, quod Græci hemitonion appellant; à Saturno deinde ad Iouem, hemitonion: ab hoc deinde ad Martem, tonum: à Marte deinde ad Solem, ter tantum esse, quantum à polo ad Saturnum, hoc est trihemitonion: à Sole deinde tantum esse ad Venerem, quantum à Saturno ad Iouem, hemitonium: à Mercurio deinde ad Lunam, tantundem, hemitonion: à Luna ad terram tantum, quantum à polo ad Iouem, tonon. sic terram punctum cœli esse ostendunt, & ars musica per hæc diastemata constare ferunt.

TERRITORIVM, ait Frontinus, est, quicquid hostis terrendi caussa constitutum est.

TESTA

TESTAMENTVM. leges multæ de testamentis Romæ latæ sunt; quarum nominantur Voconia, Furia, Falcidia, Iunia, Velleia, Cornelia, Aelia Sentia. Voconia, de mulierum hæreditatibus, inter secundum & postremum Carthaginiense bellum à Qu. Voconio Saxa Aricino tribuno pl. suadente M. Catone Censorio lata, sanxit hoc, ne qui hæredem relinqueret & filiam supra H-S XXXV. M. nam Dio. lib. LVI. ita scriptum reliquit. Augustus quibusdam fœminis tribuit, XXV. M. hæredes esse possent: licet hoc lex Voconia vetaret. Furia cauebatur, vt à Theophilo scriptum legimus, ne cui plus, quàm M. nummũ, legaretur, quod amplius legatum esset, quadruplum restitueretur. Falcidia cauebatur, ne cui plus liceret legare, quàm dodrantem ex tota hæreditate, id est, vt, siue vnus hæres institutus esset, siue plures, apud ipsum, eósve digestorum, his verbis: Cum de lege Falcidia quæritur, hæredis probatio est, locum habere legem Falcidiam, quod dum probare non potest, merito condemnabitur. In Iunia Velleia hoc erat, vt, qui testamentum faceret, omnes eos virilis sexus necessario instituere hæredes, qui, cum nascerentur, hæredes ei futuri essent; eorúmque in locum liberi succederent: qui nisi instituti essent, aut si exhæredati, ad exemplum postumorum essent, testamentum ne valeret. hæ sunt quatuor leges tribuniciæ; reliquæ sunt, de quibus dicendum sit, Cornelia consularis, L. Syllæ, & Aelia Sentia, à duobus consulibus, Augusto principe, Sex. Aelio, L. Sentio, lata. Cornelia falsum testamentum facientibus pœnam irrogabat: eáque lege senatores soli tenebãtur, vt in Suetonio legimus. quòd si quis in hostium potestate decessisset; eius testamentum perinde lex Cornelia confirmabat, ac si, qui testamẽtum illud fecisset, in hostium potestatem perueniisset. testis Iulianus lib. XXVIII. digestorum. Testamenta porro lex infirmabat, irritáque prorsus iubebat esse, quæ improba, inofficiosa, inhumana dicerentur, hoc est, quæ contra leges, mores, pietatem facta essent: item illa, quæ à quinque testibus, iisve fide dignis, non essent obsignata. quod ad septem deinde testes, imperatorum ætate, translatum est. atque horum generum causas de rescindendis confirmandisve testamentis, à centum viris esse iudicatas, quod hastæ iudicium dicebatur, Cicero, Valeriúsque declarant. In Aelia Sentia scripta sunt hæc: Vnus modo hæres necessarius fieret: plures si fierent, irritum esset, qui primo loco esset nominatus, hæres esset: ex libro nostro de legibus Romanis.

THEATRVM. spectandi locum in theatro senatores in imis gradibus ante omnes habuerunt: quod instituere curules ædiles' censorum iussu, Atilius Serranus, & L. Scribonius Libo. fecit postea sua lege L. Roscius Otho, Ciceronis ætate, alteram in populo distinctionem: tulit enim, vt eques ter ordo seorsum à plebe in XLIII. gradibus sederet, iis tamen equitibus exceptis, qui siue suo, siue fortunæ vitio decoxissent. cui generi certum locum assignauit, pœna irrogata, si in XIIII. sedissent. hinc illud in Antonium, oratione II. Tenésne memoria, te prætextatum decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est, concedo: illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim: cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus; quamuis quis fortunæ vitio non suo, decoxisset. primum igitur senatores in sedilibus circo proximis considebant. secundo loco proxime sedisse equites putabam, cum, exceptis magistratibus & senatoribus & magistratibus dignitate anteirent: sed à Cornelio Tacito monitus opinionẽ mutaui. is enim, sedisse quidem in XIIII. ordinibus equites, narrat, non tamen ante plebem, sed confuse, tantum vt XIIII. ordines haberent. Hero, inquit lib. XV, equitum Romanorum locos sedilibus plebis antepositi apud circum. nam ad eam diem indiscreti ibant: quia lex Roscia nihil, nisi de XIIII. ordinibus, sanxit. Ex libro nostro de legibus Romanis.

TRIBVNVS PL. in Sacro monte, quo plebs irata patribus secesserat, lata lex est, quæ Sacratæ nomen accepit, vt plebi sui magistratus essent, iique sacrosancti; quibus auxilij latio aduersus cõsules esset; néve cui patrum capere eum magistratum liceret. qua lege tribuni pl. quinque primi creati sunt, anno post reges eiectos VII. quos ego non dubito curiatis comitiis esse factos. nam aliquot pòst annis Publilius & Lætorius tribuni pl. tulerunt, vt plebeij magistratus tributis comitiis fierent. Pòst, alia lege decem tribuni pl. creati, bini é singulis classibus, anno à primis tribunis pl. XXXVI. Et quoniam Atinij Plebisciti, quod ad tribunos pl. pertinuit, mentionem à Gellio fieri video; quænam eius fuerit sententia, antiquitatis illustrandæ caussa quærendum videtur. Ego sic existimo; tribunos pl. ante Atinium Plebiscitum partim senatores fuisse, alios non fuisse: quòd scilicet libertas esset populo R. tribunarum pl. mandare cui vellet. Atinius, quo modo quidem mihi videtur, nec ademit hanc libertatem plebi Romanæ, & auxit potestatis tribuniciæ dignitatem. tulit enim, non, nequis, nisi iam senator, tribunus fieri posset, (plebis enim libertatem huiusmodi rogatione minuisset; neque id plebes vllo modo sciuisset) verum, vt, quem tribunum pl. creasset, is hoc ipso in posterum senator esset. atque hãc esse Gellij verborum sententiam crediderim, cum ait lib. XV, tribunis pl. senatus habendi ius fuisse, quãquam senatores non essent ante Atinium plebiscitum. hoc etiam é quodam Suetonij loco suspicamur. nam in Augusto, Comitiis, inquit, tribuniciis, si candidati senatores deessent, ex equitibus Romanis creauit. ex quo sequitur, non licuisse antea equitibus Romanis tribunatum petere. multo igitur minus tertio ordini, iis, qui de plebe dicebantur, qui nec equites, nec senatores erant. quin, primis temporibus, tantum abest, vt ex senatu tribuni pl. crearentur, vt ob eam ipsam caussam instituti sint, ne senatus aduersus plebem crudelius, aut arrogantius ageret: ideóque ex ipsa plebe per annos multos creati sunt. postea cœpere equites quoque Romani, ac senatores tribunatum plebis petere. Quoniam autem M. Duilius tribunus pl. plebem rogauit, plebéque sciuit; qui plebem sine tribunus pl. reliquissent, terrogauit, plebéque sciuit; qui plebem sine tribunus pl. reliquissent, terrogarent, anno proximo L. Trebonius tribunus pl. rogo ac capite punirentur, anno proximo L. Trebonius tribunus pl. rogationem tulit, vt qui plebem Romanam tribunus pl. rogaret, is vsque eò rogaret, dum X. tribunos pl. faceret. nam Duilia lex de tribunis nusquam numerum præfinierat: tantum, vt reliquerentur, sanciebat, & quam numerum præfinierat: tantum, vt reliquerentur, sanciebat, & quam tribunos pl. faceret. nam Duilia lex de tribunis nusqu

vt, qui ob rem in bello gestam triumphum ducturi essent, ante triumphum vrbem ne ingrederentur. triumphabant enim cum imperio: &, imperium deponere, vrbem intrãtibus necesse erat. triumphum autem senatus decernebat: sed imperium in vrbe, quo die triumphus duceretur, populus dabat, rogatione ab aliquo tribuno pl. lata. id aperte demõstrant illa apud Liuiũ, lib. x l v. Tribus his omnibus triumphus ab senatu decretus: mãdatúmq; Qu. Cassio prætori, cum tribunis pl. ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, vt iis, quo die vrbem triumphantes inuecherentur, imperium esset. Et erant impediendi triumphi rationes multæ, primum, cum tribuni pl. imperatori, qui triumphum peteret, aliqua de caussa infensi, de rogatione ferenda omnes recusarent. deinde, cum rogationem quidem tribunus aliquis ferret, sed eam populus suffragiis antiquaret; tertio, vbi, tribuno rogationem ferente, vnus, pluréve de collegio intercederent; postremo, cum tribunus imperatori ob res in bello gestas diem diceret, sicuti C. Memmius L. Lucullo; qui, duobus potentissimis regibus, Mithridate, & Tigrane, deuictis, tamẽ non nisi triennio póst, accusationem Memmio remittente, Cicerone consule triumphauit. vnde illa: Nos currum clarissimi viri nostra manu in vrbem duximus. hanc legem de imperio vnius diei intra vrbẽ Cicero significabat his verbis lib. l l l l. ad Attic. Pontinius vult ad l l l. nonas Nouẽbris triumphare. huic obuiam Cato, & Seruilius prætores aperte, & Qu. Mucius tribunus pleb. negant enim latum de imperio. & est latum Hercule insulse. latum insulse dicit, quia legem de imperio Pontinij Ser. Galba. prætor clam ante lucem tulerat. quod à Dione traditum est. & agi quidquam cum populo ante horam primam, leges vetabant. Vetus etiam lex illa fuit, vt, qui hostes acie vicissent, triumphantes vrbem inirent. idque factum etiam cum intra septimum lapidem vrbis Romanæ fines includerentur, apud Valerium notauimus. Post etiam, vt imperatorum ambitioni, qui, leuibus prælijs prospere factis, triumphum petebant, obuiam iretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui & quinque millia hostiũ vna pugna cecidisset, & de suo exercitu multo pauciores amisisset. quo in vtroq; ne falsus senatui numerus ederetur, altera lex à L. Mario & M. Catone tribunis pl. lata est, vt punirẽtur ij, qui aut hostium occisorum, aut ciuium amissorum in numero mentiti essent. Sanctum & illud est, vt, pro aucto imperio, non pro recuperatis quæ populi R. fuissent, triumphus decerneretur. quam ob caussam neque Qu. Fulnio, qui Capuam receperat, neque L. Opimio, qui Fregellas, permisit senatus vt triumpharent. Eadémque fuit eorum conditio, qui ad res gerendas sine magistratu missi erant. qui etsi res triumpho dignas gessissent, triumphare tamen lege vetabantur. itaque nec P. Scipioni qui postea Annibalem vicit, ob recuperatas Hispanias, nec M. Marcello ob captas Syracusas triumphum senatus decreuit. Pompeius tamen, qui Magni cognomento est vsus, Sylla dictatore concedente, contra legem, eques Romanus adhuc, triumphauit. Illud etiam fortasse lege datum, vt, qui triumphans vrbem ingressus esset, ei laurea corona in spectaculis vti liceret, id ex eo coniicio, quod Valerius Maximus, cui Plinius lib. x v. naturalis historiæ subscribere videtur, C. Papirium Masonem tradit, cum, triumpho in senatu non impetrato in Albano monte triumphasset, myrtea corona pro laurea in spectaculis vsum esse. habitu autem triumphali vsos esse eos, qui triumphassent, nõ existimo. id enim, quasi proprium munus, extraordinariæ virtutis ergo, Pompeio Magno concessum, scripsit Dio. lib. x x x v l l, & Velleius lib. l l. ex quo illud Ciceronis in epistо. ad Attic. lib. l. Pompeius noster tabulam illam pictam silentio ruetur suam. vestis enim triumphalis erat toga picta.

Datum etiam decreto senatus iis, qui triumphassent, vt cum eorum corpora extra vrbem cremata essent, in vrbem ossa & cineres referrentur, humique mandarentur. hoc Pyrrhonem Lyparæum scripsisse tradit Plutarchus in libro rerum Romanarum. Ex libro nostro de legibus Romanis.

VENEFICIVM capitale fuit. quæsiuit autem de eo non prætor modo, verumetiã iudex quæstionis, qui prætor interdum erat, in quo Budæus, vir alioqui bene doctus, satis manifesto errore videtur esse lapsus in suis adnotationibus. criminalibus enim, vt appellant, in causis, præter prætorem vrb. neminem quæsisse, eumque tum, nomine commutato, iudicem quæstionis esse dictum, tradidit. capitale fuisse veneficium, indicat exilium Oppianici, de veneficio condemnati: cuius mentio fit in oratione pro Cluentio: & in eadem, cum futurum ait Cicero si Cluentius veneficij reus damnetur, vt patris sepulcro priuetur. clarissime autem hoc significatur instit. iuris ciuilis lib. l l l l. Quod autem à Budæo scriptum est, prætorẽ vrb. vbi de criminibus quæreretur, solum cognouisse: aperte falsum esse dico. non modo enim solus nõ quæsiit prætor vrb. sed nec omnino quæsiuit. ipse ius dicebat: quod, quærere, non est: quærebant cæteri collegæ, cum iis iudicibus, quos prætor vrb. & sortitus, & subsortitus esset, exemplorum plena sunt omnia: vnam, quæ multorum exemplorum loco sit, rationem afferam. Accusat Verrem Cicero in suis libris acerbissime: prætoram vrbanã totam exagitat. obiicit me vnquam, quod in caussa capitali contra leges aliquid commiserit? nunquam certe. neque dubium, quin Verres, si potestatem illam prætor habuisset, multa fuerit inique facturus. Addidit idem Budæus, prætorem vrb. cum quæreret, iudicem quæstionis esse dictum. hoc certé nemo (de veteribus loquor: hos enim sequor) vnquam tradidit: mirórque, cur hoc illi, qui suæ sententiæ testem non haberet, placuerit affirmare. sed, vt opinor, error ex errore fluxit. nam cum, prætorem vrbanum quærere de criminibus, iam sibi persuasisset: quod omnino falsum est: sequi videbatur, vt idem quæstionis iudex appellari posset. Lege, quibus veneficium vindicaretur, Romæ per annos multos nullæ fuerunt. anno demũ vrbis cõditæ c l x x i i, C. Valerio Flacco M. Claudio Marcello c o n s s. de veneficiis esse quæsitum, legémque latam, Liuius lib. v l l l. scriptũ reliquit. Cornelia postea fuit, L. Syllæ: quam, bello ciuili confecto, dictator tulit, cum vnus omnia teneret. de quo scriptum est in oratione pro Cluentio. Huius autem legis pœna capitalis non ad veneficos tantum, sed ad eos etiam pertinuit, qui magicis incantationibus homines occidissent, aut qui mala medicamenta publice vendidissent. omnésque prorsus, nemine excepto, viri, mulieres, libri, serui, hac lege in iudicium vocabantur. Permissum autem esse reo, vt ex illius voluntate, clam, aut palam, à iudicibus sententiæ ferrentur. ex ea, qua de proxime meminimus, oratione cognoscitur, eadémque lege de corruptis iudiciis quæsitum, eadem declarat oratio. Secuta est cõsularis Iulia, C. Cæsaris. nec tamen deinde ex lege Iulia, sed ex Cornelia, quanquã vetustior fuerit, iudicia sunt administrata: puto, quia non semper posterior lex priorem comprehendebat, sed interdum aliquid tantum addebat: vt vniuersa pene iudicij ratio à priore lege penderet. propterea Corneliam potius, quàm Iuliam, posteriores iurisconsulti nominarunt. Ex libro nostro de legibus Romanis.

VESTIS. quibusdam nationibus sua cuique propria vestis est: vt Parthis sarabaræ, Gallis linæ, Germanis rhenones, Hispanis striges, Sardis mastrucæ. Sarabaræ sunt fluxa ac sinuosa vestimenta: de quibus legitur in Daniele: Et sarabarę eorum non sunt immutatę. & Publius: Vt quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt? Apud quosdam autem sarabara nuncupantur capitũ quædam tegmina, qualia videmus in capite magorum picta. Linæ saga quadra & mollia sunt: de quibus Plautus: Lina cooperta est textrina Gallia. Rhenones sunt velamina humerorum, & pectoris vsque ad vmbilicum, atque intortis villis adeo hispida, vt imbres respuant: quas vulgo reptos vocant, eo quòd longitudo villorum quasi reptat: de quibus Sallustius: Germani intectũ rhenonibus corpus tegunt. Dicti autem rhenones à Rheno Germaniæ flumine, vbi his frequenter vtuntur. Mastruca vestis Germanica ex pelliculis ferarum: de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit. Mastruca autem dicta, quasi monstruosa, eo quòd, qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transformantur. Dignoscuntur & gentes ita habitu, sicut & lingua discordes. Persæ brachia & crura linamentis, caput tiara tegunt. eminent apicibus fastigiatis Alani. horrent & malis tecti cum latrantibus linguis Scoti. sagati sunt Alamani, linteati Indi, gemmati Persæ, sericati Seres, pharetrati Armeni. Nonnullæ etiam gentes non solum in vestibus, sed & in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vendicant: vt videmus cirros Germanorum, grænos & cinnabar Gothorum, stigmata Britonum. circumcidunt quoque Iudæi præputia: perrundunt Arabes aures: flauent capitibus intextis Getæ: nitẽt Albani albentibus crinibus: Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis: sine equis inertes extant Alani. Isidorus de etymologiis.

VIS duplex fuit, publica, & priuata. publica definitur, ea, quæ armis: priuata, quæ sine armis infertur. priuatis enim hominibus armorum vsu tum in vrbe, tum in agro lege Iulia interdictum, nisi si haberent ea venationis, itineris, nauigationisve caussa, legimus in Martiano, tit. ad l. Iuliam de vi publica. idq; renouatum à Iustiniano, scribit ipse in libro nouellarum constit. titu. περὶ τῶν ἁπλῶν. sed hoc ante legẽ Iuliam, & ante Magni Pompeij edictum, de quo legimus in Plinij naturalis historiæ li. x x x v i, qui vetuit in tumultu necis Clodianæ vllum in vrbe telum esse, primis temporibus institutum, obseruatúmq; non dubito. ideo enim, Seruio regnante, populum Romanum ad centuriata comitia in campum extra vrbem conuenisse, quia in vrbe vsus armorum interdiceretur. serpit deinde licentia: quam nouis legibus & edictis reprimi necesse est. Publica vis vel contra rempub. & magistratus, vel contra priuatos fiebat. contra rempub. & magistratus capitalis erat semper: contra priuatos, nõ item, sed tantummodo cum erepta vita esset, de publica prætor cognoscebat: de priuata iudices dabat. nec tamen semper de publica cognouit. nam existunt cõtrouersiæ quædam de vi, quæ consistunt in iure ciuili, vt ea pro Cæcina: in qua non prætor, sed recuperatores, qui erant iudices à prætore dati, iudicarunt. ergo de publica vi modo prætor, cui ea quæstio obtigisset, (is autem nec vrbanus, nec peregrinus erat, sed vnus de reliquis sex) modo iudices à prætore dari cognoscebant. dabat autem eos vel vrbanus prætor, si caussa esset in iure ciuili, & ageretur inter ciues, vt ea pro Cæcina; vel peregrinus, si ageretur inter peregrinos; vel vnus de reliquis sex, si cognitio non à iure ciuili penderet. de priuata vero nunquam prætor, semper iudices à prætore dati cognoscebant, prætore autem vel peregrino, si res esset inter peregrinos; vel vrbano, si ciuis ciuem in iudicium vocaret, & in iure ciuili posita caussa esset; vel vno de reliquis, si de iure ciuili nulla esset consideratio. Leges de vi fuere Plotia, tribunicia, consulares autem Lutatia, Pompeia, Iulia, Antonia. Plotia, de vi publica priuatis ciuibus illata, Catilinam ab L. Paullo. M. Lepidi, qui l l l. vir postea fuit, fratre, accusatum, in Sallustio legimus; Clodium à Milone in oratione pro Milone; M. Tutium à C. Sempronio Rufo, in epistola M. Cœlij, quæ omnes caussæ, non dubito, quin capitales fuerint; cum, Catilinam & Clodium minime leuibus flagitiis affines fuisse, constet; caussam autem, qua in iudicium Tutius est vocatus, extraordinariam Cœlius appellat. hanc legem tulit, opinor, M. Plautius Siluanus tribunus pl. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone c o s s. is, qui legem iudiciariam tulit. Lutatiam, de vi reip. illata Q. Lutatius Catulus consul, M. Aemilij Lepidi collega, in tumultu reipubl. tulit: quæ festis etiam diebus iudicium de vi iubebat exerceri, vt ex prooemio patet orationis pro M. Cœlio. eáque damnati sunt, qui de Catilinæ sociis in vrbe remanserant. vnde illud in oratione pro Sylla: Seueritatem iudiciorum, quæ per hos menses in homines audacissimos facta est, lenitate ac misericordia mitigate. quod exponitur in ea pro Cœlio his verbis, De vi quæritis. quæ lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriæ, ad salutem omnium pertinet: quam legem Q. Catulus, armata dissensione ciuium, reip. extremis pene temporibus tulit: quæque lex, sedata illa flamma consulatus mei, fumantes reliquias coniurationis extinxit. Pompeiam tulit Cn. Pompeius Magnus l l l. consul, post occisum P. Clodium. hæc & pœnam grauiorem, quàm reliquæ de vi superiore leges, & formam iudiciorum breuiorem continebat. iubebat enim, vt prius, quàm caussa ageretur, citari testes per triduum audirentur: dicta eorum iudices cõsignarent: quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, & coram accusatore ac reo pilæ, in quibus nomina iudicũ inscripta essent, æquarentur: rursus postera die à quæsitore sortitio iudicum fieret. vnius & l x x x: qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent: tum ad dicẽdum duas accusatoribus horas, tres reo haberet, reúsq; eodem die illo iudicaretur: prius autem quàm sententiæ ferrẽtur, quinos ex singulis ordinibus accu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca